iudex ex officio ſuo ad hoc principaliter aditus decernit aliqd, prohibet,vel permittit.l.etiam.§.fina.ff.de mino. C.de prædijs minorum,per totum,officio ſuo. Ideo dixit(dicit ipſe) ſi ſumitur actio ad requiren.iudi.eſſet ſentẽtia diffinitiua.l.iudices. C. de iudicijs.Item principaliter,quia ſi incidenter,eſſet ſententia & non decretum.C.de appellatio.l.cũ in vna.ff.de vſuris.l.mora.§.in bonæfidei. Diffinitiua eſt, vbi iudex principaliter iure actionis,vel condictionis præcipit aliquid dari, vel fieri poſt litem conteſtatam: finem controuerſiæ ponens.ff. de re iudicata.l.quod iuſſit.ita dixit domi. Tho.in l.nec quicquã.§. vbi decretum,ff.de officio procon.& leg.& ſic ponit quatuor ſpecies non duas vt ſ. poſui.Spec.addit quintam ſpeciem,ſcilicet ſentẽtiam diſpenſationis,licèt iſta non ſemper iudicialis ſit: ita dicit ipſe in d.ti.§.in prin.Alibi ponit tres ſpecies, vt eſt glo. ordina.
16 2.q.j.c.j.in fine.¶Secundò †dicendum præmitto, vnde dicatur ſententia,vel quid ſit ſententia.Dicitur autem a ſentio, ſentis, cum ab ipſo deriuetur,vt apparet etiam in ethymologia vocabuli, a qua licitum eſt arguere.l.2.§.appellata.cum ſim.ff. ſi cer. pet.Dicitur enim ſententia, quaſi ſenſus exiſtentia: ſicut ergo quicquid homo profert, quod ſui animi opinionem detegat, ſententia eſt,cũ non arbitremur.quẽquã dicere,quod non ſentit,ſeu quod mente agitauerit.l.Labeo.ff.de ſuppel.leg.& ſic generaliter qualitercunque appareat ex verbis, ſeu ex actibus extrinſecis colligi poſſit, verificatur verbum ſentẽtia,vt eſt tex.in l.ex pluribus.ff.de excuſa.tuto.in §.penulti.eſt etiam tex.q̃ dicatur ſententia,etiam ſi non apparet ex verbis:ſed tamen conſtat de mente.l.magis puto.in prin.ff.de rebus eorum. accedat l.ſi quis id quod.verſi. ſi nondum proijcitur.ff.de iuriſdi.omnium iudi.ſiue igitur referamus nos ad extraiudicialia,verificatur verbum,ſententia,pro eo,quod quis animo geſſit, vt probatur in l.j.ff.de teſta.dum dicit teſtamentum eſt &c.& in l.hac conſultiſſima.§.& cum humana.C.qui teſta.facere poſſunt.Siue referamus nos ad iudicialia,dicitur ſententia,quod fertur ſua opinione,vt eſt tex.in l.2.ff.quis & a quo appelletur.dum dicitur,q̃ optimũ putamus ſtatuere &c.accedit tex.in l.3.§. ſicut nõ.ff.de teſtib.ibi,ex ſententia animi tui.4.q.3.Item ſæpe.& no.3.q.7.iudicet.probat etiam tex.in c.ad noſtrã.de conſue.ibi, potius ſuã opinionem quàm aliorum conſilium &c. quaſi dicat, ſua opinio verbis expreſſa dicitur ſententia dixi opinionem,& non voluntatem.ad idem.11.q.3.ſummopere.ex quibus patet, q̃ non tenetur ſequi voluntatem,nec conſcientiam,cum voluntas nõ importet arbitrium boni viri:ſed ſimplicem hominis voluntatem.l.fideicommiſſa.§.quãquam.ff. de leg.3.l.ſi fideicom. ff.de fideicom.liberta. Ad idem quod habetur in c.2.de offic. ordi.& Inno.in c.j.eo.titu.opinio non importat arbitrium boni viri,argu.d.§.quaquã.& ſic vt iudex.l.continuus. §. cum ita.ff.de verborum obliga.colligitur ergo ex præmiſſis, q̃ nomen ſententiæ alio,non expreſſo eſt genus generaliſſimum.& eſt cauſa ad omnem ſpeciem iudicialem,extraiudicialem,& omnem, opi. in vt in ſi.dicitur,animal ſeu ens comprehẽdens in ſe omnem ſpeciem,vt Hominem Aſinum,Bouẽ Si autem adijciatur iudicialis,tunc ſententia iudicialis eſt genus ſubalternũ continens in ſe diffinitiuam,& interlocutoriam, & omnẽ iudicis opinionem voce manifeſtatam,ſicut homo eſt genus ſubalternum, & commune ad Per.& Ioan. Sicut etiam teſtamentum, & codicilli diuerſa ſunt.l.j. C. de codicil. tamen reſpectu ethymologiæ,quia teſtamentum dicitur ex eo,quia eſt teſtatio mẽtis. In ſtitu.de teſta.in prin.etiam codicillus eſt teſtamentum, vt ibi no.gl. Si ergo iudex interponit decretum,vel facit præceptum in confeſſum, vel quouis alio mõ,vel quid aliud,vt iudex proferat,ſententia iudicialis eſt,ex eo ſumpta ethymologiæ, & interlocutoria;quia iudex inter illas partes loquit̃ ad differentiã diffinitiuæ,vbi iudex non loquitur inter partes, ſed legendo eã de ſcripti recitatione proferat &c. quod ſecus eſt in interlocutoria, vt ſupra dixi: licèt enim dicamus decretum,vel præceptũ in confeſſum,non propterea tollitur,quin ſit ſententia interlocutoria: nam quòd ſit ſententia,ſupra probatum eſt, quòd ſit interlocutoria,etiam patet:quia interloquendo pronuntiatur,
17 vel profertur,& non de ſcripti recitatione profertur. Et † quia ſententia interlocutoria eſt nomen æquiuocum commune ad plura,& plures ſpecies ſub ſe comprehendit, ideo attribui poteſt omnibus ſpeciebus ſententiæ iudicialis,quæ non ſit diffinitiua:& ſic verbum interlocuto.eſt quædam adiectio & demonſtratio qualitatis.non autem ſupponit certum & ſingulare nomen ſententiæ per ſe: ſicut cum dicitur,actio de peculio, & de in rem verſo & ſimi.non eſt propriè nomen actionis, ſed illud de peculio,& de in rem verſo eſt quædam adiectio.l.3. in prin cip& ibi no.per Guil.de Cuneo.ff.de peculio.ex quibus euidenter apparet,quòd decretum & præceptũ in confeſſum.& multa non debent poni vt ſpecies ſeparatę ab interlocutoria,& iſto reſpectu male ſunt locuti Specul.& alij de quibus ſupra feci mentionem: licèt inquantum dicatur, quòd ſint ſpecies iudicialis ſententiæ etiam,in hoc iſto tamen bene loquitur in iudi.

Sequitur ergo neceſſario,quòd duæ tantum ſunt ſpecies iudicialis ſententiæ,ſcilicet diffiniti.& interlocuto.omnes aliæ ſpecies,exceptiones & diffinitiones continentur, & de decreto,p̃batur per gl.in l.præſente. §. cum autem. in verbo admodum. C.de his qui ad eccleſiam confug.per Barto.in l.ſi finita.§.ſed ſi forte.ff.de dam. infect. Item infertur neceſſariò ex prædictis, quòd poſt diffinitiuam omnis alia ſententia dicitur interlocutoria,cum ſolum in diffinitiua iudex non interloquatur, ſed eam legat,& de ſcripti recitatione proferat, & ſic in hoc gloſſ. melius,quam alia nec aliqui docto.loquuta eſt, ſecunda quæſtione ſexta.diffinitiua.Nec obſt.quod ſupra dixi de citatione: quia non emanat iuſſus inter partes,ſed vna parte petente: qa non dicitur proprie interlocutoria:ex eo quia inter partes præſentes pronunciaretur:quia etiam hoc cõgruit diffinitiuæ. ſed dicitur: ex eo:quia pronunciando & manifeſtando ſui animi opinionem ipſe loquendo manifeſtat,nec ſemper eſt neceſſarium partes cauſæ præſentes,dicta l.recuſare,in prin.ff. ad Trebel.reſtat quærere de aliquibus, quorum ſolutio ſatis pendet
18 ex prædictis.¶Quæro igitur primò,nunquid ſententia † quę fertur ſuper exceptione peremptoria,ſit diffinitiua, vel interlocutoria.Et videtur,quòd quãdo fertur, vt obſtet exceptio peremptoria,ſit diffinitiua. Nã illud quod de aliquo prędicatur, non eſt diuerſum, ſed eiuſdem naturę & qualitatis cum ſuo p̃dicato.vnde illud,talia ſunt ſubiecta qualia prędicata demõſtrant.l.ſtipulatio iſta.§.hi quoque.ff.de verbo.oblig. Sed exceptio peremptoria eſt talis,quòd habet finem & perimit negotium,ergo diffinitiua.Non obſt.clemen.fina.de appel.per quã Ioan.And.& alij ibi tenẽt,q̃ ſit interlo.Ratio:quia ſi eſſet diffinitiua,non fertur alia. Prẽterea per l.j.C.quando prouo. nõ eſt neceſ.cum contrarium dicitur ibi: quia ibi pronuntiat exceptionem non obſtare, & ſic non eſt impoſitus finis immo illa non obſtante proceditur ad vlteriora,merito dicitur interlocutoria : ita in c.cum dilec.de elect. & ita in c. ſignificantibus. de offi.deleg.licet poſſet dici, quòd ibi fuit ſuper dilatoria pronũtiatum,non ſuper perẽptorioria, eodem modo in c.ſicut nobis.extra de appellationibus: quia exceptio,quòd non licet tertio prouocare,eſt dilatoria non peremptoria. Inſtit. de except. §.appellantur.& per illa capitula Cano.illud tenent. Quod autem ſit interlocutoria,tenet Pau.in clemen. appellanti. de appel.arg.xx.diſt.c.j.Non ob.alia ratio;quia ex interlocutoria nõ oritur actio in factum,quod eſſet,ſi eſſet diffinitiua.l.actori.C. de rebus credit.Nam dico,quòd interlocutoria,quę tendit ad abſolutionem,ita parit exceptionem rei iudicatæ ſuper illo capitulo,ſicut diffinitiua abſolutio ſuper toto:vt no.in l. qđ iuſſit.ff.de re iudi.¶Similiter interlocutoria tendens ad condemnationem iuxta no.in l.fi.§.neceſſitate.cum alijs concor. quas alle.& ſic iura in quibus ſe fundant Cano.non probant,bene dictum eorum approbo: quia quando opponitur ad proceſſum ante litem conteſta.non poteſt dici diffinitiua,ex quo fertur ante lit.conteſta. Si vero opponitur poſt victoriam cauſæ, & tunc non ſuper illa pronuntiari: ſed ſuper tota cauſa eſt,pnuntiandum,vt etiam dixi:fateor tamẽ, quòd lata ſuper peremptoria habet vim diffinitiuæ:vt hic no. ¶Secundò quæro, eſto q̃ ſenteatia lata ſuper peremptoria non ſit diffinitiua, ex quo tñ hẽt vim diffinitiuæ, an debeat regulari ſm regulas traditas in diffinitiua,aut ſm traditas in interlocutoria,& ſm Archi.videtur,q̃ ſit interlocutoria,& ſic appelletur vt ab interlocutoria,& ſic debeat exprimi cauſa,& illam ſolum perſequi,& in ſcriptis:ita tenet Archi.in c.cupientes.§.inſuper.de elect.lib. ſexto,& alleg.c.dilecto.extra de appel.Illud enim tenet Archid. xx.di.c.j.& remittit ad not.in c.cum cauſam.extra de appella.& idem dicam quo ad tempus proſequendæ & finiendæ appellationis.& facit,quod dicam ſtatim in q.proxi.¶Tertiò quęro de quæſtione,quæ nũc pendet, & quæ dedit cauſam huic preſen
19 ti opuſculo,lata eſt ſententia † ſuper peremptoria, a qua eſt appellatum.An ſententia quæ nũc fertur ſit diffinitiua vel interlocutoria: cum prima fuerit interlocu. vt ſupra oſtenſum eſt, & iſta inueſtigatio poteſt habere locum, cum apellatur a qualibet interlocuto.& videtur,quòd ſit diffinitiua: quia in iſta inſtantia ſeruatur ordo iuris in procedendo,dando libellum,litẽ conteſtando, prout fit in qualibet ordinaria cauſa:ita no.2.q.6. ſi autem.verſi.ſi quis in quacũque.vbi eſt canonizata. l.j. C. ne liceat in vna eademq; cauſa tertio pro.vbi eſt tex.apertus,quod in cauſa appellationis fit litis conteſtatio,& eſt gl.in c.Raynal. quę incipit,& ita videtur. extra de teſtib.& ibi reſpondet ad c. per tuas.de appellatio.vbi videtur probari contrarium, quod habet locum etiam in appellatione ab interlocutoria, vt in capitulo interpoſita.in fine eodem titu.vbi hoc omnes tenent,& ibi glo.quod procedit, quando vtraque pars eſt præſens, aliàs ſecus:vt ibi,& l.fina.§.illud.C.de tempo. appellatio. de quo etiã per Bar.in l.2.ff.de appel. recipien.¶Et qđ dixi de libello eſt ad uertendum, quòd duplex eſt libellus appellati. hoc eſt ipſa appellatio.Alius eſt qui datur iudici ad quẽ appellatur,vt ſup

appellatio.

Source : BIU Cujas

pellatione procedatur,& istos duos modos prosequitur Spec. in titu.de appella.in parte 4.§.nunc dicendum restat. sed licèt sic consuetudo admittat, tamen non est necesse: quia sufficit, quòd producatur appellatio,& petatur super illa procedi,hoc voluit Inno.in c.cum contingat.de officio deleg.& ibi recitat. & ibi etiam per Ioan.And.& Bar.in l.j.§.libelli.ff.de appel.Pro quo facit tex.in Auten.de his qui ingre.ad appellandum. §.volumus.col.5.& per Spe.de libel.obla.§.nunc videndum. versi. & generaliter.& communiter ꝙ possit recipi,nō tamen sit necesse. Et sic erit sententia in scriptis ferenda,vt sit conformis libello.l.vt fundus.ff. communi diuidun. Item per hanc sententiā in causa appellationis videtur principalis quæstio differri; quia in ista instantia solum tractatur,vtrum sit bene, vel male appellatum vel pronuntiatum super peremptoria, vel alia interlocūtoria:& sic sunt duo fundamenta, quæ requiruntur in diffinitiua, prout supra dixi circa diffinitionem. Contrarium puto verum. Nam licèt sit illud fundamentum ordinis iuris: tamen deficit aliud.s. quòd principalis causa finiatur. Nam licèt causa appellationis sit finita,non tamē est finita causa principalis,istud secundum respectu partium est emergens & non principale,& verbum quæstio,seu controuersia solum conuenit inter partes.oportet ergo, quòd sit principalis quo ad partes,& hoc voluit sentire Archi.in d.c.cupientes.de elect. lib.6. super verbo,plenam fidem,dum dicit,ꝙ quando fertur sententia super appellatione a diffinitiua, bene est diffinitiua: quia finitur negotium.l.eos.C.de appel.l. furti.§.j.ff. de his qui not. infa. Si ergo fertur super principali confirmando vel infirmando,diffinitiua est,si super peremptoria,interlocutoria est, licèt per quandam consequentiam habet uim diffinitiuæ, si pro excipiente feratur.i. vt si pronuntiatur pro exceptione pacti, vel alicuius rei finitæ:& facit, quod voluit tunc Archi. ꝙ appelletur cum expressione causæ per c.dilecto.& probatur in d. cle. cum ad repulsionem.in tex.& gl.Probatur etiam: quia appella
20 tio † extinguit pronuntiatum.l.j.§.fi. ff.ad Turpil.& iudex appellationis succedit in locum iudicis a quo,vt no.in c.fi.de appel.lib.6.& in Spe.de expensis.§.& si iudex.& sic iudex appellationis in effectu cognoscit de illomet,quod cognouit primus: sicut ergo prima non fuit diffinitiua, ita nec ista. Et idem dico quando pronuntiatur nō potuisse appellari propter aliquam exceptionem,& sic in effectu volunt Archi.in d.c.cupientes.& Ioan.An.in d. cle.vnde extraxit glossam suam. ¶Quartò quæ-
21 ro, vtrum sententia † lata ab obseruatione iudicij sit diffinitiua vel interlocutoria. Ex prædictis apparet, ꝙ ex quo non fertur super negotio principali, dicatur interlocutoria: & ita tenet glo.in l.& harum.ff.si seruitus vendic.in l.iubemus.in principio glossæ magnæ.ff.de condi.indebi.in l. Titia. ff.de accu. in glo. magna, vbi loquitur de absolutione iudicij propter libellum ineptum.Spe.in tit.de expensis.§.postremò,versi.hic etiā. & tex.probat in l.properandum. §. & si quidem. coniuncto. §. sequenti.sinautem ex gestis.C.de iudicijs. in quibus dicitur, ꝙ absente actore& præsente reo aut non liquet de causa,& tunc fiet absolutio ab obseruatione iudicii,aut liquet,& fertur diffinitiua. ergo prima fuit interlocutoria: hoc etiā bene probat tex.in l. diuus.ff.de libe.causa. & hoc indubitanter procedit in sententia, qua lata potest iterum agi: quia nō imponitur finis negotio principali. Exemplum, absoluo te propter libellum male cōceptum, uel propter absentiam aduersarij. Sed dubiū esse potest in illa, quæ imponit finem, puta, absoluo te: quia soluisti,vel quia competit tibi exceptio rei iudica.vel quia occisus potuit impune occidi. Vtrum isto casu dicatur interlocu
22 toria? Et ad euidentiam † prēmitto, quod s.dixi de exceptionibus incidentibus & emergentibus: quia quando opponuntur ad negotium principale,hoc est ad victoriam causæ, vel ad iustitiam,vel iniustitiam ostendendam,non pronuntiatur super eis,sed super principali:quia ad hoc proponuntur. Aut ad impediendum processum, & tunc pronuntiatur super eis, & in hoc bene dicunt Cyn.& Doc.ponēdo exemplum in exceptione solutionis,quæ est rei finitæ,sed inquantum dicunt, solum super principali tunc pronuntiari,non bene dicunt:cum exceptio solutionis ostendat rem esse finitam:nam solutione eius, quod debetur,omnis tollitur obligatio,Institu.quibus modis tollitur obligatio.in princi.hoc dicit textus in l. cum quæreba tur,prope finem.ff.iudicatum sol.ibi,si forte lis finita est vel solutione,uel transactione, uel acceptilatione: & sic eam exemplificat gl.in l.cum lite mortua.& l. vir bonus. ff.eo.tit.& probat etiā tex.in l.minor 25. annis. ff. de mino. procedit ergo ista quæstio in exceptione solutionis,quæ est lit.finitæ,& alijs similibus:& tunc dico,quòd est interlocutoria:quia omnis dispositio debet determinare effectum ad quem ordinata est. l. non omnis,cum similibus.ff.si cer.pet. Sed hæc exceptio, cum opponitur ad processum,ad istud opponitur:ut non procedatur in iudicio,ne ipse opponens ad hoc cogatur,sed absoluatur ab obseruatione iudicii: quia iam finitū est solutione eius quod debetur,& sic opponitur ad incidendum vel perimendum intentionem siue actionem, tūc si sic opposita in uim simplicis peremptoriæ pronuntiaret super ea, ergo pronuntiando non refert se ad principale negotium condemnando,vel absoluendo.ex quo patet:quia non est diffinitiua,vt supra dixi circa substantialia ad diffinitiuam. Præterea lis non contestatur super causa principali,cum exceptio opponatur ad hoc,ut impedia tur litis contestatio super principali.ergo sententia non potest dici diffinitiua:de quo etiam per glo.Ioan.And.in c.j. de lit.cō test.lib.6.super verbo,finita.Inst.de perpe. & tēpo. act.in fine. Vbi opposita exceptione solutionis iudex ex officio suo absoluit partem ab obseruatione iudicii,vt ibi nota. & Azo in summa illius tituli. Item quando pronuntiatur super aliqua exceptione incidenti,vel emergenti, quātumcunque de ea cognoscatur,tamen sententia dicitur interlocutoria, non diffinitiua, licèt illum articulum plene diffiniat:ut probaui supra circa interlocu.& alleg.Specu.& alios,ex quibus patet, quòd male loquitur glo.Ioan.An.in c.1.de lit.contesta.lib.6. vbi ponens formam iudicis dicit diffinientis, & debuit dicere interloquentis. Et eodem modo Spec.in titu.de senten.§.dicto.in fin.vnde fuit sumpta glo.Ioan.And. præallega. in hoc passu, & in aliis, ut ibi plene habetur. Fateor tamen, quòd talis interlocu. habet vim diffinitiuæ: quia imponit finem illi liti & instantiæ,& aliam post se non expectat,& hoc sensit Barto.in d.l. Titia. vbi leui corde transiens dixit,ꝙ isto respectu possit dici diffinitiua. ¶Quæro quintò ad intellectum eorum quę supra dicta sunt,
23 quæ † dicantur exceptiones litis finitæ? Ad quod breuiter dico,ꝙ omnis exceptio,seu defensio,per quā concluditur,actionem non competere, dicitur rei finitæ: ita colligitur ex dictis Bar.in d.l.cum quærebatur.ff.iudi.sol.& ita tenet in dicto c.1. de lit.contest.lib.6.super verbo,retardet.dum dicit,ꝙ tunc finitum est negotiū:quia omnis obligatio est sublata, ex qua, seu super qua rescriptum posset impetrari. Et ideo non est mirū, ex quo nulla competit actio, si contra literas talis exceptio litis finitæ opponitur cap.nonnulli. de rescrip. quod etiam probatur: quia nemo sine actione experitur. l. si pupilli.§. videamus.ff.de neg.gest.ergo ne quis inter eos agat, seu experiatur: sic etiam dicit Guil.de Cu.in l.eleganter.§.si quis post.ff.de cōdi.indebi. dum dicit,quòd exceptio litis finitæ, est quæ tendit ad finem litis,similiter in l.nam & postea.in prin. ff.de iureiuran.vbi prætor dicit, actionem non dabo.i. non patiar eū agere. Est tamen aduertendum in modo proponendi; quia debet dicere,non debes audiri,quia aliàs solui,vel transegi, vel iurauī:tunc enim impeditur litis contestatio. Si enim dicit, nō foues iustitiam;quia solui,vel dico nullam habet in me causam, & ideo absolui debeo ab eius petitione; tunc quia magis opponitur ad merita causę,quàm ad processum,est secus:ita no. Iaco.de Are.& Cy.& Moder.in l.j.C.de ord.iud.& Bar.l.in d.l. cum quærebatur. ff. iudi. sol.& in l.fin.ff. pro suo.& Franc. Tigri.& hanc differentiam in modo proponendi probat text. in d.l.eleganter.§.si quis post.ff.de condi.indebi.& per Bar.in l.nā & postea ff.de iureiuran.& Inn.in c.prout.extra de dolo & cōtuma. vbi ad literam ponit talem differentiam in modo pro-
24 ponendi. Et limita † istud verum,si tales exceptiones lit.finitę possint incontinenti probari, aliàs si requirerent altiorem indaginem,deberent seruari post litis contestāti. ita tenet Barto. in dicta l.nam & postea.in princ.ff.de iureiuran.& probat textus in l.is a quo.in princi.ff.vt in possessio.lega.l.ille a quo.§.si de testamen.ff.ad Trebellianum.& melius quàm alibi in l.tertia.§.ibidem.ff. ad exhiben.cum concordan.ibi alleg. Et ideo ille,qui dicit litem non contestandam prætextu alicuius excep. litis finitæ,debet offere se incontinenti probaturum, aliàs iudex pronuntiabit litem contestandam, dicta l. nam & postea. & tenet Barto.in dicta l.fina.ff.pro suo.& Archyd.in dicto capitulo primo.in verbo, iudicata. vbi dicit, quòd in hoc hēt vim dilatoriæ;quia debet probari,vt proponitur. Dicit etiam ibi, no.quòd licèt opponens tūc non probet: tamen potest illam proponere& probare post litis contestationem: quia ad aliū finem opponitur.& videtur voluisse Innocen.in capitulo ex literis.de rescrip.in gloss.quæ incipit,si in veritate.in versicu.sed certè si diligenter.& licèt Ioannes And. in dicto capitulo ex literis.teneat contra.tamen in dicto capitulo primo, de litis cō-
25 testa.videtur tenere idem Et no.tria.† specialia,quæ seruat curia in exceptionibus, quæ opponuntur ante litis contestationem.Primò: quia iurat excipiens se non animo calumniandi exceptionem proponere. Item quòd idoneè caueat aduersario de reficiendo expensas,si defecerit in probatio. & aliquando auditores faciunt deponi vnam vel duas quartas argenti. Item quòd in exceptione iuret de veritate dicenda:ita no. Archidia.2.q.6.si exceptio. Ex his nunc patet, an exceptio pacti de non petēdo sit rei finitæ,vel tantum peremptoria: quia
26 † per pactum de non petendo non tollitur omnis obligatio: sed naturalis tantum l. Stichum.§.naturalis.ff.de solutionibus.

& sic

Source : BIU Cujas

&ſic durat actio, licèt ob. exceptio. l.iuriſgentium. §.quinimmo. ff.de pactis.& ſic eſt peremptoria tantum, & non rei finitæ, cuius contrarium videbatur probare textus, cui videbatur poſſe reſponderi. in l. prima. §. fina. ff. ad Tertullianum. vbi textus expreſſus ibi, conſenſu, ideſt pacto gratuito de non petendo. & ſic ibi inconuincibiliter videtur probari, quòd ſit litis finitę. ad idem text. in l. prima. C. de pactis. ibi, conuentio. finitum, ad quem text. poteſt reſponderi finaliter, prout gl. quòd ibi intelligitur, quòd interuenit ſtipulatio, vel acceptilatio. ideo nil mirum, ſi dicitur ibi negotium finitū, & iſtam opinionem, quòd pactum de non petendo ſit rei finitæ, tenebat aperte dominus meus domi. Franciſcus Tigri. qui dicebat, ita tenere Oldra. in l. exceptionem. C. de probationibus. Sed credo ſalua gratia domini mei, quòd ſua opinio non eſt vera vſquequaque. ideo inſiſtendum in intellectu dictæ legis primæ, in fine. ff. ad Tertullianum. quid importent illa uerba, finita conſenſu &c. Quidam dicunt, ꝙ poteſt intelligi finita conſenſu, ſcilicet per iuramentum delatum a parte parti. &
27 quia †tale iuramentum maiorem habet authoritatem, quàm res iudicata. l. 2. ff. de iureiur. eſt enim iuramentum omnis controuerſiæ finis. c. & ſi Chriſtus. §. Iacobus. de iureiuran. & poſtquam tale iuramentum eſt præſtitum, nihil plus quæritur. l. non erit. §. dato iureiurando. ff. de iureiu. & ita exponit illum tex. gl. in d. c. j. de lit. conte. & vt ibi not. Archid. in verbo finitæ. Sed ſtatim obiicies. Incidit in ſcillam cupiens vitare caribdim. iſta expoſitio laborat eodem morbo quo prima. ſ. pactum de
28 non petendo: quia iuramentum † ſolum tollit naturalem nō ciuilem, ſicut pactum de non petendo. d. l. Stichum. §. naturalis. ff. de ſol. Inſti. de excep. §. præterea. quia extat actio, licèt obſtet exceptio. l. fi. ff. de iureiu & ſic eadem ratione nō debet eſſe lit. finitę. Ideo gl. in d. c. i. in uerbo finita, recedit ab iſta expoſitione, & dicit cōſenſu, ideſt per amicabilem compoſitionem. exemplum dedimus ex multiplici, vel quia altera pars renuntiat liti c. veniens. de accuſa. C. de pactis. l. poſtquam. Inno. in d. c. i. tenet ꝙ iuramentum impedit litis ingreſſum, & retardat, & ſic exemplificat finita. Puta quia pars iurauit ſe in perpetuū non acturum: nam dicit, niſi ex cauſa non poteſt vlterius agere. ff. de iureiu. l. admonendi. in l. poſtquam. C. de pactis. ff. de cō dic. ob cau. l. iii. in c. conſtitutus. de reſcrip. & per eundem Inn. in c. veniens. de accuſa. Et eodem modo dicitur de iuramento de non petendo delato a parte parti. & dicit, ꝙ non propter or
29 dinem ſed propter ditionem oportet. † Itē exemplificat conſenſu, quando eſſet factum pactum de nō agendo vlterius de aliquo debito, & talis exceptio impedit litis conteſtationem, licèt ſecus in pacto de non petendo: quia primo caſu licèt pars prohiberetur agere & experiri in iudicio: tamen extra iudiciū poteſt agere, & nihilominus debitor remanet obligatus ex promiſſione. ff. de condi. & demon. l. naturaliter. & ff. de iudiciis. l. l. lis. & ideo ſi permitteret contra ſe litem conteſtari non oppoſita exceptione, poſt litem conteſtatam opponere non poteſt, cum ſit declinatoria fori: ſed vbi paciſcitur de non petēdo, nullo modo remanet obligatus. ſ. cum effectu. Vnde etiam poſt litem conteſtatam poterit opponi: cum ſit peremptoria. Prima autem debet opponi ante, cùm ſit declinatoria fori. Hanc opi. Inno. tenet Mar. Syl. in l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de condi. in debi. Diuerſificando inter exceptionem de non agendo, & exceptionem de non petendo. Poſſet etiam intelligi finita conſenſu per acceptilationem. Inſti. quib. mo. tol. obli. circa prin. l. j. circa prin. ff. de pact. quos modos etiam tetigit Spec. in tit. de excep. §. j. d. ver. item bene. Vbi etiam tenet, ꝙ exceptio pacti de non petendo non ſit exceptio litis finitæ, ex quo non tollitur ciuilis obligatio, ſed ſolum naturalis: & etiam Arch. in verbo, peremptorie. in d. c. i. in verbo, retardet. Ego tenendo opi. domini mei & ſequacium ſic dicerem. Quædam ſunt exceptiones, ſeu defenſiones litis finitæ impedientes lit. conte. quia probatæ demonſtrant principale negotium finitum eſſe. Quando que ex eo: quia ulterius agi non poteſt. & hoc caſu loquitur Arch. & Guil. de Cuneo: & etiam Bart. ponentes practicam. q̄ etiam dixi. dicentes, quòd tunc eſt finita, quādo nulla ſupereſt actio: vt in exceptione ſolutionis, acceptilationis, rei iudic. & ſi. Habita diſtinctione, quam s̄. propoſui, an opponatur ad impedimentum proceſſum, an ad victoriam cauſæ. Quædam ſunt exceptiones peremptoriæ, quæ impediunt litis conteſtationē, ſi ad hoc opponantur: non quia ſint rei finitę, ex eo ꝙ negotiū eſſet finitum de ſe, ſed quia actor imponit finem & terminū illi rei per pactum & conſenſum ſuum. & ideo ipſe agere non poteſt, ne veniat contra pactum & promisſionem ſuam, & huiuſmodi eſt exceptio pacti de non petendo, præterquam in caſibus, vbi per pactum actiones ipſo iure tolluntur: quia tunc eſſet proprie rei finitæ de ſui natura. l. ſi tibi. §. j. cum glo. ſua. ff. de pactis. Item exceptio pacti de non agendo & ſimiles, quæ quia poſſunt opponi ad iudicium declinandum, poſſunt dici peremptoriæ, ſicut aliæ litis finitæ. Habita diſtinctione iuris, aut opponitur ad victoriā cauſæ: puta nihil debes percipere, vel non teneor tibi: quia feciſti pactum de non petendo in perpetuum: & tunc cum ſit ſimplex peremptoria, & ita opponit, Inſti. de excep. §. præterea. non impedit litis ingreſſum: vt d. c. j. cum ſi. & ita voluerunt ſentire omnes, qui hanc partē tenent. Aut opponuntur, non ad perimendū rem, ſed ad impediendū iudicium, puta non potes petere, vel non potes agere, tu non debes audiri. l. amplius non peti. ff. rem ra. habe. quia venis cō tra pactū, & tunc iudex exceptione probata non debet ipſum vlterius audire: ait enim prætor, pacta ſeruabo. l. iuriſgentium.
30 §. prætor ait. ff. de pactis. quoties enim † verba ad iudicem referuntur, oritur officium iudicis, vt colligitur in l. j. coniuncta l. fi. ibi, officio ſuo &c. C. de edendo. l. ſi ſoror. & ibi not. C. de colla. & l. ait prætor. in prin. coniuncta l. quòd ſi minor. §. fin. ff. de mi. meritò ergo iudex tali exceptione probata repellit actorem ab agendo. Item probatur: quia contrarius ſibi non debet audiri. l. j. C. de furt. ergo nec iſte veniens contra pactum ſuum.
31 Item probatur, quod ſemel † approbaui iterū reprobare non poſſum. l. Pompo. ſcribit. ff. de neg. ge. c. cum veritatem. de electio. ſed iſte ſemel approbauit non petere per pactum ſuum, ergo &c. Item contra factum ſuū quis non debet audiri. l. poſt mortem. ff. de adopt. l. per fundum. ff. de ſer. ru. prædi. extra de filijs presby. c. veniēs. quod eſt verū regulariter de iure communi, niſi in caſibus expreſsis in iure: & ita ſoluntur quæ in contrarium allegari poſſunt, iuxta no. 60. diſt. pœnitentes. Sed cum hoc pactum ſit approbatum de iure communi, non continetur inter excep in d. §. prætor ait, ergo &c. Nam ſi lis conteſtaretur, tunc ueniret contra d. l. amplius nō peti. ¶ Item & quintò probatur, per pactum de non petendo remittitur ius paci-
32 ſcentibus, & remittere † ius litigandi eſt donatio. l. ſi quis obligatione. cū gl. ſua. ff. de reg. iur. & l. ſimiliter. ff. de condi. ob cau. l. ꝫ iuris. §. fi. ff. de pac. & no. in l. j. §. j. ff. qui. mo. pign. vel hypo.
33 ſol. Sed a donatione † etiam nudo pacto promiſſa quis non poteſt reſilire. l. ſi quis arg. C. de don. & Inſti. de dona. §. perficiūtur. ergo & in caſu iſto. d. l. amplius. meritò ergo oppoſita & probata exceptione actor debet repelli. ¶ Sextò, ſi ius permitteret ſuper hoc litem conteſtari, eſſet perfidius actore, ſinendo actorem venire contra fidem. l. j. C. ſi aduerſus venditionem. ¶ Septimò ſicut Inno. concedit de plano, ꝙ pactū de non agendo retardat lit. conteſt. ita volo ꝙ pactum de nō petendo: quia eadem ratio videtur in vtroque per pactum amplius non petere: quia vtroque caſu venit contra pactū. Non ob. ratio Inn. quia exceptio pacti de non agendo nō poteſt opponi, ſi eſt lis conte. Secus in exceptione pacti de non petendo: quia iſta ratio non concludit: quia non ſequitur, poteſt opponi poſt li. cō te. ergo non poteſt opponi ante, ſicut aliæ exce. peremptoriæ, quæ ſunt litis finitæ. ¶ Octauò cano. dicunt, ꝙ ſi interueniſſet iuramentum in pacto de non petendo, ꝙ tunc bene impediret, vt etiam alle. Inno. & Spe. & ipſi dicunt, ꝙ Deus non facit differentiam cauſæ inter ſimplicem loquelam & iuramentū. 22. q. v. iuramenti. ita ꝙ ſi ponderatur, periuriū eſt, & tunc eſt idem: quia ēt mortaliter peccat, qui ꝫ pactum venit c. j. de pactis. & no. in d. c. iuramenti. & Goff. in ſumma de pactis. §. effe-
34 ctus pactorum. ¶ † Nonò, duplex eſt ſpecies tranſac. vna, quæ fit per Aquilianam ſtipulationem, alia quæ fit gratuito pacto.
35 l. ij. ff. de tranſactio. Primò caſu eſt exceptio litis finitæ: † qa per accepti. omnis tollitur obligatio. Inſti. qui. mo. tol. obli. §. ij. & ſublata eſt actio. ſ. actiue. l. vt reſponſum. l. vt pactum. C. de tranſac. l. age. l. cum Aquil. ff. de tranſac. cum ſi. ff. de accep. l. in diē, non mirū ſi impedit litis ingreſſum cum ſit lit. finitæ. Secūdò caſu ſicut pactū, cū non ſit eius obligatio ſublata: vt dixi s̄. & probatur in l. cū proponas. C. de pactis. l. ſiue apud acta. C. de tranſa. & tranſactio impedit lit. conteſta. vt d. c. j. de lit. ꝯte. lib. 6. vnde cū generaliter loquatur de tranſa. comprehendit omnē ſuā ſpeciem, vt no. in l. ſi cauſa. C. de trāſa. in vltima gl. Eſt ergo ſola ratio: quia iſto caſu talis exceptio impedit lit. ingreſſum: quia actor aliquo dato vel retento conuenit, nihil amplius peti. l. ſiue apud acta. vbi tex. C. de tranſa. l. ſi de certa. eo. ti. l. cū mota. & l. cum proponas. l. ſi pro fundo. l. ſi quidem. cū multis ſi. eod. tit. in quibus bene probatur per diuerſa uerba, ꝙ qui trāſigit, promittit nō petere, ergo &c. ideo dr̄ tranſactio quaſi actionis tranſitio, eo ꝙ, cum quis trāſigit, diſcedit ab actione, ita colligitur ex dictis Goffre. in ſumma. de tranſactio. §. vr̄ autem. Ex quibus patet, ꝙ impedimentum, quod obſtat, ne fiat litis conteſtatio oppoſita exceptione tranſactionis, eſt pactū, quod aduerſarius facit non petere, non venire ꝫ ſuam promiſſionem: nam ex eo ꝙ ſibi nō competat actio, iſtudmet eſt in pacto gratuito, ſi rectè conſideretur: quia conſenſu inuicem ligamur & ſoluimur. ff. & C. de pactis. & de verbo. obliga. Et ſic illa glo. poſita in verbo conſenſu, in l. prima. §. fin. ad Tertul. optime loquitur, vt patet ex præmiſſis, & bene probatur in l. interpoſitas. C. de tranſactionibus. l. prima. ff. de pactis. Vltimò vltra omnia prædicta probo per l. primam. C. de pactis. ibi, cōuentione

finitum

Source : BIU Cujas

finitum eſt,& ſic loquitur in pacto gratuito,vt ſic congruat titulo,ſub quo ſita eſt l.fin.de condictio.indebi.l.imperatores.ff. de in diem addic.cum ſimili. Pro quo facit,quod no.in l.ii.§.furioſo.ff.pro emptore. Nec obſtat gl.magna in dicta l.1.dū vult, quòd ibi interuenit acceptilatio; quia per hoc reprehenditur ibi per Doc.vt ibi per Cy.& miror;quia nullatenus illud ibi ex litera colligitur,nec habuit gloſ. neceſſe illud dicere ratione alicuius vitandi contrarii,ſed potius vaticinandi. Eſt etiam de hoc caſus in l.poſtquam liti.cum glo.ſua.C.de pactis quia ſicut renuntiatio litis eſt exceptio litis finitę,ita & iſta, vt l. 1.eodem titulo,ſi rectè ponderetur, & non eſt in l. poſtquam. ex defectu actionis, ſed ſolum quia veniret contra promiſſionem & renuntiationem ſuam, facit ad prædicta, quod not.ſeptima quæſtione quinta,quàm periculoſum.de electio.cap.cum inter.el. j.& per gloſſ.ſecundam in fine in dicto capitulo primo,de litis conteſtatio.libro ſexto. Ex quibus omnibus cōcluditur, quòd exceptio pacti gratuiti de non petendo impeditur litis conteſtatio,quia paciſcens non debet audiri veniens contra factum ſuum,& ſic poteſt dici declinatoria fori, ſicut illa de non agendo, prout tenuit Innocentius. Poteſt etiam dici rei finitæ, cū actor impoſuerit finem,& terminum illi negotio per conſenſum ſuum, ideo quodammodo audiri non debet nolens agere,perinde ac ſi actio eſſet penitus ſublata, per id quod ſupra dixi. Collige ergo ex prædictis intellectum dictę l.primæ.in fine.ff.ad Tertullianum.dicit finita cōſenſu,ſcilicet pacto gratuito,vel alio modo per ſimplicem renuntiatio. motæ litis. Tertio modo licèt non ita proprie, ſcilicet per acceptilationem : quia ibi & conſenſus eſt.l.cum Aquiliana.ff.de tranſacti. Quarto modo vbi ſimpliciter eſt conſenſus:vt ſupra dixi ſecundùm Innoc.& etiam alios,vt infra ſubiiciam. Quinto modo etiam per amicabilem compoſitionem,vt ſupra dixi ſecundùm Arch.& Spec.Sexto modo per pactum de non petendo ſecundū Innoc.& bene,vt aliud ſit pactum de non petendo, aliud tranſactio, aliud amicabilis compoſitio, aliud lit.renuntiatio & remiſſio,aliud refutatio.vnde vide Spe.in iij.parte.in tit.de pac.& tranſac.in princ.vbi ponit differentias. Ex præmiſſis ergo habe
36 mus † quòd exceptio tranſac.eſt litis finitæ.l.fratris. C.de tranſac.& l.cauſas & l. ſub præter.& l.& controuerſia. eod.titu.ſiue interuenerit Aquiliana ſtipulatio & acceptilatio, ſiue ſolū pactum.Idem dicendum de iuramento. Nam licèt non tollat,niſi naturale, tamen ex quo eſt delatum a parte parti,non quæritᵭ amplius l.fi.ff.de iureiu.quia veniret contra factum ſuum : ita probatur in l.i.ff.de iureiur.ibi, pactione ipſorum litigatorum & l.ait prætor.& l.nam & poſtea in prin.ff.de iureiur.& ꝑ Bar. in l.Stichum.§.naturalis.ff.de ſol. & per Guil.de Cuneo in d.l. ii.ff.de iureiu.& ex prædictis apparet,ꝙ Spe.in d.§.ver. item bene.& ver.ſed queras,ſeipſum non intellexit, nec huius articuli
37 veritatem agnouit.De exceptione † ſimiliter dicas etiam de iure ciuili,quod eſt litis finitę l.ſicut.C.de præſcrip.xxx.an.& l.omnes.in fi.eo.titul.& in l.fi.in prin.C.de qua.præſcrip.& l.fin.poſt prin.C.de anna.excep.Pro quo etiam l. fi.in prin. ff.pro ſuo. & ita tenet Iacob.de Are.in l.emptor.C. de præſcrip. long.temp. & ibi Cy.& per Bar.melius in d.l.fi.vbi intelligitur,ꝙ in d.l.emptor.fuit oppoſita exceptio præſcriptionis ad iuſtitiam cauſæ, non autem ad proceſſum impediendum, ita etiam audio, qđ tenet Ia.Bu.& idem tenet Guil.de Cun.in d.l.eleganter.§.ſi qs poſt.& reſpon.ad d.l.emptor.ſicut Cy.& etiam tex.in l.tranſac. cum l.ſeq.ff.de verb.ſig.& in l.j.§.fi.ad Tertul.& expreſſe in l,litibus.poſt prin.C.de agri.& cenſi.lib.xi.& l.fi.eo.ti.quas Guil.alle.pro caſu huius q.in l.ii.C.communia de vſuc.vbi hoc late diſputat & demum hoc firmat, reſpōdens ad d.l.emptor,& ideo in vanum tenuit contrarium Arch.in d.c.j. de litis cont.li.vi.& etiam dicit Ray.de Forli.in d.l.i.in fi.ad Tert.tenēs ꝙ exceptio præſcriptionis non ſit litis finitæ,nec impediat litis ingreſſum in ciuili ; quia in criminali videntur omnes fateri ꝙ ſic.l.adul. C. de adulteriis.l miles lenoci.§. ſex menſi.ff.de adulteriis. Et intelligitur de ciuili ſecundum legis ordinationem in prę ſcrip. x.vel xx.an.vel etiam xxx.vel xl.an.per tex.C. de præſcrip.long. temp.& C.de præſcri.xxx.vel xl.an.contra eccleſias currit tamē quadragenaria.aut.quas actiones. C. de ſacroſan.eccle.xv.q.iii. in ſum.& per totum,& extra de præſcrip.c.illud.cum ſi. & Spe. in d.ver.item bene De materia præſcribentis contra priuatum no.in d.aut.& in d.c.illud.vbi gl. reprehēditur per Doc.Illa autem exceptio(quia potuit impune ipſum occidere ſtatuto permittente)videtur eſſe ſimplex peremptoria, cum tendat ad victoriam cauſæ,non enim negatur homicidium, ſed ſolum ꝙ non debet puniri,& ſic nihil dicitur contra proceſſum, niſi ex verbis ſtatuti aliter colligatur,poſſem diſcutere ſuper aliis exceptionibus,ſed eſſet magis laborioſum,quàm ſubtile.

38 ¶†Sextò quæro, pronuntiatur appellationem eſſe deſertam, vtrum iſta erit interlocutoria,vel diffinitiua, & patet ex prædictis,ꝙ non eſt diffinitiua,quia nihil de negotio principali dicit ſed ſolùm pronuntiatur peremptam eſſe inſtantiam cauſæ appellationis.Item ſuper hoc non fuit datus libellus, nec lis conteſtata,nec ſacramentum calumniæ, & ſic ex prædictis, maximè ex dictis in iiii.& v.q.patet,ꝙ eſt interlocutoria,& probatur in l.poſt edictum.§.circunducto.cum ibi no. ꝑ gl.ff.de iudiciis. Nec ob.glo.in l. properandum. §. ſinautem reus, ſuper verbo eremōdicium:quia dicit, ꝙ diffinitiue pronuntiatur ; quia ibi non pronuntiatur ſuper inſtantia, ſed ſuper meritis cauſæ prę habita cognitione cauſæ,vt ibi habetur.

39 ¶†Septimò quæro, quando fertur abſolutoria ab obſeruatione iudicii vtrum pars ſit citanda. Rñ. diſtinguendo prout facit Inno.in c.conſuluit.circa prin.extra de offi.dele. Aut fit abſolutio in terminis edicti.d.l.& poſt edictum.§.circunducto.& non fit citatio. Aut fit abſolutio ab inſtātia iudicii,& tunc fit, quod etiam tenet Spe.per Bar.in d.l.Titia.ff.de accuſa.

40 ¶†Octauò quæro,qñ pronuntiatur in confeſſum,vel quando pronuntiatur ſententiam vel inſtrumētum eſſe executioni mittendum,ſit interlocutoria, vel diffinitiua,& videtur ꝙ non ſit diffinitiua,quia ſupra dictum fuit inter princ.&c. Sed quidam diſtinguunt, aut confeſſio emanat poſt datum libellum, tunc ſequitur cōdēnatio, & eſt diffinitiua l.Iulianus. & l.qui Stichū ff.de confeſſis. Aut non datur libellus,ſed ſolum citatus eſt, & fatetur,& tūc fit ei præceptum ſm l.ſi debitori.ff.de iudiciis. & Cy.in l.i.C.de confeſſis.in ii.q.& ita intelligitur l.certum.in fin. & iſtud præceptum eſt interlocutoria,de quo vide optimā glo. in Auth.de exhibendis reis.§.ſuſcepto.alii tenent & Cy.ꝫ: qa ꝑ confeſſionē non poteſt fieri lit.cont.ſed ſolum per nega. l.rem non nouā.§.patroni C.de iudiciis.& ꝑ Cy.in l.i.C.de lit.ꝓt.in i.q.Guil.de Cun.diſtinguit,aut citatus dicit nolo litigare,ſed ſoluere,& tūc non eſt diffinitiua.l. ſi ꝑ errorē.de iur.om.iud.& l.ij. ff.de iudiciis. Aut dato libello ſimpliciter fatetur debitū,ſed nō dicit nolo litigare,& tunc videtur facta litis conte.& erit diffinitiua. In iſto autem caſu in quo in iudicio confitetur nullo dato libello,omnes tenent,ꝙ non ſit diffinitiua,& cum Guil. qui diſtinguit quo animo rñdeat,glo.concor.in d.l.i.C.de lit.conteſta.in c.dudum ii.§.ſed licet.in glo.ſed pone,extra de electio. & credo hanc diſtinctionem veriſimam. Et eodem modo dico, quando pronuntiatur inſtrumentum, vel ſententiam executio mandandam;quia aut pronuntiatur poſt datū libellū, aut terminum, aut non.vt ſ.& qualiter tunc ſit a tali præcepto appellandum,dixi ſ.in ii.qō.ad rōnes Iac.de Arena,reſpō.Guil.de Cu.& bene ad §.patroni.dum dicit ꝫ dict.per l.ii.poſt prin. C. de iura.calum.& per Spe.in ti.de lit.conteſt.§.i.ver.ſed ſi reus dicit,& verſi.patet ex præmiſſis.cum ſi.& no. ꝑ oēs in l.i.C.de cō feſ.vbi per Cyn.in ii.q.& ꝑ alios in d.l.prima.C.de lit,conteſt.

¶Nonò quæro,dicit conſtitutio dñi legati, ꝙ ſi appellans bis citatus fuerit contumax in exhibendo acta appellat. per eū habita,ꝑ ſuum dolum & contumaciam pro confeſſo iudex poſſit eum habere,& legitime condemnare,ac ſi de appella.plene conſtaret vtrum talis ſententia dicetur diffinitiua,vel interloc. & patet ſolutio ex prædictis, quando emanat vera confeſſio, ita qñ ficta,immo videtur habere minus dubium ꝑ illa verba, ac ſi liqueret de cauſa &c.

41 ¶Decimò,an ſnīa†lata ſuper poſſeſſorio ſit diffinitiua, vel interlocutoria,& ꝙ ſit diffinitiua eſt tex.in clem. final.de ſeq.po. & fruc.& Ioan.And.in c.fi.de iud.in c.cum ad ſedem. de reſtit. ſpoli.vbi etiam per gl.quod intellige verum,ſi de hoc principaliter agatur porrecto libello,& facta lit.conteſt.c.i.in fi.vt lit.nō conteſt.& eſt gl.in l.i.C.ſi de mo.poſ.fuerit app.& Goffr.in ſumma de appel.§.appellare a diffinitiua.& etiam Bar.in l.qđ iuſſit ff.de re iud.in l.ii.ff.de ap.recip.Quod patet etiam de ſe;qa ī iudicio etiam momentaneæ poſſeſſionis requiritur conteſtatio: vt eſt glo.ord.in l.i.§.interdictorum quædam.ff. de interdictis, & in l.fi.§.i.ff.quorum legatorum,& parcat mihi Bart. eſt gloſ. ord.in d.l.ii.de appel.re.in gl.magna ad finem,& in d.l.qđ iuſſit. licet dicatur, quòd ſit additio Frā.Accur.cuius authoritas non vilis. Hanc qō. ponit Guil.de Cun.in l.i.ff.de min.licèt teneat contrarium ibi.Sic etiam dicit Inno. ꝙ ſententia confirma.eſt diffinitiua.c.conſtit.& c.duobus.extra de appel.

42 ¶†Vndecimò,an interpoſitio primi vel ſecundi decreti ſit diffinitiua vel interlocutoria,& dico ꝙ eſt interlocutoria,qa principalis qō per hoc non finitur,& ſuper huiuſmodi q.non eſt lis conte.de quo ꝑ Dy.in l.ſi finita.§.ſi plures.ff.de dam.infe.Quòd autem ſm decretum interponatur lite non cont.probatur in l. præſenti.§.ſed ſi hoc.C.de his qui ad eccleſiam confu.& in l.cū proponas.C.de bo.aut.iud.poſ.& ex eo ꝙ tenet ꝫ minorem in defenſum.l ſi minor.ff.de bo.aut.iu.po.& in d l.ſi finita § ſi forte.Si autem eſſet diffinitiua,non teneret l.acta.§. cōtra indefenſos.ff.de re iud.l.ii.& l.cum minores.C.ſi aduer.rem iud.

43 ¶†Duodecimò qđ de ſnīa, in qua proceditur ſummarie periudicem ſine libello, in Auth. de man.prin. § ſit tibi. coll.iii. in aut niſi breuiores.C.de ſent.ex breui rec.& in Auth.vt iud.ſine quoquo ſuf.§.neceſſitatē.vbi no.ī Auth.de exh.re.§.ſi verò nō. in c.Albericus.extra de teſt. Et vbi pōt procedi de plano ſine figura

Source : BIU Cujas

gura & ſtrepit.iudicij,vbi libellus vel conteſtatio requiritur, in clemen.ſępe.de ver.ſig.& in alijs no.Inſtitu.de act.in prin.dico ꝙ eſt diffinitio,vt probat tex.in d.cle.ſępe.ad fin.ibi, ſnīam non diffini.&c.& no.in d.§.ſi tibi.& §.neceſſ.nec mirū, quia principale negotium diffinitur, omiſſio autē ordinis iudiciarij fit ibi
4† ex permiſſione iuris.Sed † nunquid eo caſu quo non requiritur libellus ſufficiat ſi non feratur in ſcrip.gl. quòd ſic in d.§.ſit tibi.& dic vt ibi ſignaui,& §.neceſſitatem.quod ſatis patet; qa aut.niſi breuiores.excipit quod ab eo ꝙ lex ſecunda vult.de ſenten.ex breui.re.quòd ſententia diffinitiua feratur in ſcripis: qđ etiam clarius no.glo.in c.fina.de re iudicat. libr.vj.& ibi etiam per Arch.vbi quòd illud,ꝙ ſententia feratur ſine ſcript.fallit in caſibus in qbus agitur ſine ſcript. ſic ēt dicit Goff.in tit.de ſententia & re iudica.& videntur omnes cōcordan. excepto quòd Ioan.Andr.in gloſſ.in verbo, ſcript.tenet in dicta clemen.ſępe. quòd ibi feratur in ſcriptis : tamen in contrarium faciunt omnes rationes ſuperius allegatę: quia non eſt dare rationem diffierentiæ inter dictos caſus,in quibus non requiritur,& iſtum. Nec obſt.text.in dicta clemen. ſepe.§.ſententiam non diffinitiuam in ſcriptis proferat,prout magis ſibi placuerit ſtans, vel ſedens,& ſic illa clauſula,prout magis, in medio poſita poteſt referri tā ad præterita verba. videlicet in ſcrip. proferat. quàm ad ſequentia,ſtans vel ſedens,& illa glo.neceſſariò non tenetur ex illo tex.Nec obſt.ratio quam allegat gloſſ.ibi,quia de facili poſſet veritas occultari:& ſic actorem & iudicem fruſtratorie laboraſſe;quia dico,quòd licèt ſententia non feratur in ſcriptis : tamen poteſt in ſcriptis redigi per notariū cauſæ, prout in illo c. dicit tex.quod eſt fienda petitio,& probatur in c.quoniam contra falſam. vbi etiam glo. ponit prædictam practicam extra de proba.quod interlocutoria non feratur in ſcrip. Quinquaginta autem caſus in quibus pōt procedi ſine libelli inſcriptione vide in Spec.in titu.de libel.olatio.§.nunc dicendum. quęſtionem necubi inuenies ita latę ſicut ibi.

¶ Tertiodecimò quæritur,nunquid eo caſu quo ſententia feratur ſine ſcriptis,poſſit dici interlocutoria,quæ lata in ſcriptis diceretur diffinitiua.Quòd videtur, per ea quæ s̄.dixi in materia interlocutoriæ,& ſeruat gl.ij. q. vj.diffinitiua. quia ex quo non poteſt dici diffinitiua,ergo interlocutoria. Contrarium puto verum,quia licèt adſit illa qualitas, quæ congruit interlocutoriæ,ſ.vt non feratur in ſcriptis: tamen repugnat alia concurrentia.ſ.ordine iuris ſeruato, & ſertur ſuper negotio principali, quæ non congruit interlocutoriæ. ideo dicitur, quòd præter diffinitiuam ſententiam eſt interlecutoria &c. vt patet ex prædictis. ¶ Quæro quartodecimò,quid econtra, ſi ſententia quæ ſui natura eſt interlocutoria fertur in ſcriptis per iudicem ordine iuris ſeruato,puta quia ſuper aliqua exceptione peremptoria,vel litis finitæ opponitur ad proceſſum, datur libellus, & conteſtatur lis certo die, ex prædictis in materia diffinitiuæ, ex quo non ferт ſuper negotio principali, ꝙ dicetur interlocutoria diffinitiuo modo prolata,prout etiam ſenſit Bart.in l.Titia. ff.de accuſ. quòd autem ſuper illa exceptione ſit lis conteſtanda,ponit Ioan.And.in verb.finita.in c.i.de lit.conte.li.vi.de quo etiam per glo.in c.prudentiam.de offi.deleg.in glo.ex loco. qđ procedit ſecundum has in exceptione propoſita ante li.conteſ. ſecus ſi poſt,vt ibidem notat Ioan. Andr.ſuper illa glo.ex loco.

¶ Quæro quintodecimò & vltimò ad perfectionem præſentis
45 opuſculi,nunquid verbum, ſententia † ſimpliciter prolatum referatur ad diffinitiuam vel interlocutoriam,an ad vtranque? Et videtur ꝙ ad diffinitiuam,ſic dicit glo.in l.j.§.biduum. ff. qñ appel.ſit in l.quod iuſſit.ff. de re iudi.contrarium videtur velle gl.in l.j.§.biduum.ff.quando appel. ſit in l. quod iuſſit.ff.de re iudi.contrarium videtur velle gl.in l.j.ff.quod quiſque iuris.in in gl.quæ incipit, ꝙ ſic, vbi vī velle intelligi de interlocutoria . Credo ꝙ verbum, ſententia , de ſui natura ſimpliciter prolatū poſſit intelligi tam de diffinitiua,quàm de interlocutoria,& ſic ſit commune verbum ad vtrunque: vt ſatis probaui s̄.in materia interlocutorię.& rectè probat gl.rectè intellecta in d.l.j.ff. ꝙ quiſque iuris.dum determinat,poteſt habere locum interlocutoriæ & diffinitiuæ,& vbicunque reperitur tex.in verbo ſententia,gl.exponit diffinitiua,vel interlocutoria.Dic iſtud fieri ratione ſubiectę materię,vel ratione contrarietatis euitandæ:ſic etiā probat tex.& glo.in cle i.de re iud.& quod etiam gl.ibi dicit,intellige de interlocutoria executioni mandata, & iſtam qualitatem requirit,vt ibi probatur,& in omnibus iuribus s̄.alle.de citatione.ꝙ ſit interlocutoria, & per hoc fit reſpōſum ad l.quod iuſſit.& gl.in §.biduum.male loquitur; quia debet intelligi de interlocutoria,ſicut de diffinitiua: cum idem ſit tempus ſtatuē di ſicut in aliis extraiudicialibus,vt in d.l.i.§.quod in ſententiis. ff.quando appel.ſit.& caute dicit tex. ꝙ in ſententiis in plurali, vt detur intelligi, quòd voluit ſentire tam de diffinitiua quàm de interlocutoria. Et hic ſit finis.

¶ Additio ad ſupraſcriptum tractatum.

¶ Quæro,iudex dato libello & facta litis conteſt.diffinitiuè pronuntiat, & hoc exprimit in ſententia compromiſſum eſſe fiendum inter coniunctos vigore ſtatuti cogentis coniunctos compromitti &c.dubitatur,an illa ſit diffinitiua vel interlocutoria. Vide do.Pet.in conſi.lxxiiii.ꝙ ſit interlocutoria.& not.loquitur,vbi vide.Vide etiam eundē in conſi. cccxxxi. An ex hoc quòd iudex dicit diffinitiuè ſit diffinitiua . vbi etiam plene de ſecundo decreto.¶ Sententia execu. eſt potius interlocutoria q̄ diffinitiua. Specu.in ti.de ſent.§.i.circa prin.alle.per D.Pe.in cō ſil.cccl.vii. Vide etiam D.Pe.in conſil.cccl. maxime de verbo decernimus. ¶ Quando pronuntiatur cauſam committendam, vel compromittendam vel non vigore ſtatuti, vtrum ſit interlocutoria vel diffinitiua,vide eundem in conſi.ccccxx.¶ Quando ſtatutum dicit, quòd non appelletur a mera interlocutoria, vel ſi dicit certum ordinem interlocutoria ſeruari,de qua interlocutoria intelligatur.Vide Io.de Imo.in l.v.in prin.ff.de verb. obl.¶ Item ſententia banni eſt interlocutoria. Bal.in aut.item nulla communitas. C.de epiſc.& cleri.in l.ii.de epiſc.audi.poſt Bar.& Bal.in c. domino guerram.in tit. hic finitur lex,dein.inc. conſue.regni. ¶ Item an ſententia lata ſuper impetratione ſit diffinitiua,vel interl.Vide D.Domi.in c.i.ad fi.de verb.ſign.lib. vi.poſt glo.¶ Item quando iudex pronuntiat libellum admittē dum vel reūciendū eſt interlocutoria. Bal.in l.edita.in col.xvii. in lec.Paduana,in rep.C.de eden.¶ Item ſnīa lata ſuper appellatione ab interlocutoria reſpectu iudicis eſt diffinitiua,ſed reſpectu partis interlocutoria.Bald.in aut.hoc ſacramentum hodie. C.de iuramen.calumniæ.¶ Item an pronūtiatio ſuper inſinuatione ſit diffinitiua vel interlocutoria propter ſtatutum, ꝙ ſtet teſtamento inſinuato. Bal.in l.hac edictali.in prin. C. de ſecun. nup.vbi de interlocutoria, quæ uigore ſtatuti tran ſit in ſuum vigorem, quando facta eſt examinatio contra dict um iudiciū habet vim diffi nitionis,ibi vide.

DYNI MVGELLANI

De Intereſſe.

SVMMARIVM.

1 *Intereſſe an ſit tantum vnum, ſeu ſingulare.*
2 *Intereſſe,an referatur ad rem,an verò ad perſonam .*
3 *Interdictum vti poſſidetis datur ad intereſſe,& ad æſtimationem rei illud refertur .*
Species quælibet ab eo remouetur,a quo ſuum genus .
4 *Actio legis Aquiliæ datur ad id quod intereſt.*
5 *Aeſtimatio doli non ex eo quod intereſt fit,ſed potius ex eo quod in litem iuratur .*
6 *Stipulatio iudicio ſiſti,quanti res eſt,committitur .*
7 *Intereſſe petitur cum pro legato ſub conditione relicto caueri petitur, nec cauetur .*
Deductum in alio non eſt id in quo deducitur,ſed in illo continetur .
8 *Inter eundi agendi comprehendit facultatem, cum tamen facultas illa iter non ſit .*
Vſusfructus facultatem vtendi fruendi continet,& tamen facultas illa non eſt vſusfructus . .
Intereſſe deducitur in condemnatione.
9 *Aeſtimatio , quæ in quantitate conſiſtit, in iuramento in litem deducitur .*
10 *Intereſſe non eſt idem cum rei æſtimatione .*
Indefinita iuxta legem vniuerſali æquipollet .
11 *Intereſſe an ſit vnicum,vel triplex .*
12 *Pretium conuentum rei non dicitur intereſſe conuentum , ſed dānum ſingulariter æſtimatum eſt intereße ſingulare.*
13 *Perſona ſingulariter & communiter ſumi poteſt .*
Aeſtimatio rei non eſt intereſſe .
Aeſtimatio rei non eſt diſtincta ſpecies intereſſe , nec ſub eodem genere cum intereſſe ſingulari contenta .

QVAESTIO eſt, vtrum ſit vnum intereſſe tantum ſcilicet ſingulare, an triplex,
1 ſcilicet ſingulare, commune, & conuentum.† Et quòd ſit vnum tantum oſtendo, lex dicit . Si res vendita non tradatur ad id quod intereſt agitur , hoc autem egreditur interdum &c. Si autem exceſſus diuerſorum ſicut & qualitas,patet quòd differt intereſſe ab æſtimatione rei communis & conuentæ. ff.de actioni.empt.l.i.& per eūdem modum poteſt induci C.de ſenten.quæ pro eo quod intereſt.l.vnica.quia ibi dicit, quòd intereſſe poteſt aſcendere vſque ad duplum æſtimationis communis, vel conuentæ, cum ergo exceſſus diuerſorum, vt dictum eſt, patet, quòd communis æſtimatio rei, vel conuenta non

eſt

Source : BIU Cujas

est interesse; cum ergo remoueatur commune & conuentum,
2 relinquitur vnum tantum. s. singulare. † Præterea lex dicit, ꝙ interesse ad personam refertur, & sic in suo esse constituit per relationem ad personam, vt ff. de verb. obl. l. ii. §. fi. de ope. nou. nun. l. stipulatio. §. quæsitum. & de reg. iur. §. æstimatio rei non refertur ad personam, sed ad rem, ergo sequitur, quòd non habeat substātiam, vel regulam interesse. ¶ Prēterea quoties duo sunt, quorum vnum refertur ad aliud, constat non esse relationem, idem & id ad quod fit relatio, licèt ex commissione relati, & eius ad quod fit relatio, idem resultet effectus, vt patet in codicillis ad testamētum relatio, ex quorum duorum iuribus commixtis idem insurgit effectus, vt l. ii. §. codicillorū. & l. quædam. de iure codicil. & C. de codicil. l. si idem. si interesse refertur ad æstimationem rei, vt in l. stipulatio. §. vltim. de ope. no. nun. & l. qui tabulas. de furtis. restat rei æstimationem non es-
2 se interesse. † Item interdictum vti possidetis datur ad interesse, & ad aliud refertur ad æstimationem rei, vt l. si duo. §. vlti. ff. vti posside. ergo sequitur, quòd æstima. non sit interesse, cum relatum ad id &c. sint diuersa. Præterea dispositiones vt dispositum non patiuntur se sub eodem tenere, vt l. vltim. de fun. instruc. Si communis æstimatio & conuenta sic excedit communem, disponit, & limitat interesse, quod patet; quia patitur ipsum excedere duplum sui &c. vt C. de sen. quæ pro eo &c. ergo absurdum est dicere, quòd communis, vel cōuenta æstimatio rei sit per se distincta species sub eodem genere cū interesse singulari. Prēterea quo remouetur genus & quælibet eius species. ff. de fun. instru. l. fundi §. vlti. Sed si conueniat inter emptorem & vendi. quòd non agatur de euictione, illa conuentio operatur, quòd non petatur interesse, & tamē pretium petitur rei conuentæ. Cum ergo petitio illa remoueat petitionem interesse, & non remoueat petitionem pretii, ergo patet, quòd pretium conuentum non est species interesse, vt probatur de
4 actio. emp. l. emptor. §. quod autem. † & propositum sic ostēdo. actio. l. Aquil. datur ad id quod interest, hoc autem interesse est communis æstima. rei. primum patet. ff. de furtis. l. qui tabularum. C. de leg. Aquil. quæstio non est, secundum apparet; quia illud interesse ad quod datur actio l. Aquil. exponitur in l. ff. ad l. Aq. l. si seruum meum. & dicitur ibi, ꝙ nō æstimatur affectio, sed ex consequenti omnibus communiter valet, communis ergo æstimatio rei est interesse. Item lex dicit, ꝙ interesse ad ēstima. refertur l. qui tabula. in princ. ff. de fur. Item alibi, si legatum est mihi relictum sub conditione, & petam tabulas testamenti exhiberi, & non exhibentur, condemnatio fit ad interesse, illud autem refertur ad æstima. legati, si agatur pro legato. Item hæredita. si agatur pro hæreditate. l. locum. §. condemnatio. ff. de tabul. exhibend. Item quòd interesse ēstimatur in suo esse per relationem factam ad æstimationem rei, patet per l. ff. de fur. si venditio. §. cum autem. ex his apparet, quòd nō est
5 vnicum interesse. † Item dicitur in l. quòd doli æstimatio fit non ex eo quod interest, sed ex eo quod in lit. iuratur. ff. de iud. l. quod non a iudice. sed constat etiam interesse iurari: vt l. pen. de in lit. iur. & de administra. tut. l. tutor qui reper. ij. respons. ergo necessariò sequitur aliam esse speciem interesse, de quo loquitur lex, non a iudice. ideſt commune, aliam de qua loquit̄. l. penult. de in litem iur. ideſt singulare. Præterea constat, in litem iurari ob dolum tantum non ob culpam: vt l. in actio. §. sed in his omnibus. & l. ij. in fi. de in lit. iur. & tamen iuratur interesse: vt in dicta l. penult. cum ergo ratione doli; quia maius delictum, maior fit æstimatio, & ratione culpę minor; quia minus delictum, & tamen constat ad interesse agi ratione culpæ: vt l. ij. §. interdum. bene sequitur vlterius, cūm alia sit æstimatio doli, & alia æstimatio culpæ, & vna maior, altera minor, & quælibet appellatur interesse, & quod non sit idem, sed diuer-
7 sum, cum excessus sit diuersorum, vt dictum est. † Præterea constat, stipulationem iudicio sisti committi, quanti res est: vt. l. ij. §. vlti. qui satisda. cog. & illa appellatur vera ēstimatio rei: vt l. inter hæc verba. ff. de verbo. significa. & illud appellatur interesse: vt l. vlti. si quis in ius voca & l. quoties. de verb. oblig. cum ergo vera & communis ēstimatio appelletur interesse, & illam constet differri ab ēstimatione singulari: vt l. si equo. de leg. i. & de leg. ij. neque quòd commune sit interesse commune, videlicet quòd sit singularis æstima. interesse singulariter. Sed dico, quòd damnum singulariter æstimationis est interesse singulare ēstima. communiter est interesse commune, & extractum a conuentione est interesse conuentum, sequitur quod illud cōmune differat a singulari, & non sit idem sed specie distinctū. & per eundem modum posset adduci lex, arbitrio. in princi. & §. & non tamen. ff. de dolo. Et ad euidentiorem intellectum huius videndum est, an æstimatio rei sit interesse, vel an æstimatio damni, vel lucri in illis casibus, in quibus habetur ratio lucri, & quod faciet æstimatio rei, & non damni, & sic probat̄; quia & vbi verum est damnum venit interesse, vt patet in legato sub condict. relicto. vt ff. de tab. exhiben. l. locum. §. condem-

7 natio. ¶ †Item si peto caueri pro legato sub condi. relicto, si nō caueatur, peritur interesse. ¶ Interesse autem dicitur ēstimatio eius, quod est legatum. patet ergo, quòd æstimatio rei est interesse: vt 1. & 2. respon. ff. ex qui. cau. in possess. ea. l. j. Præterea patet, quòd leges dicunt interesse referri ad ēstima. rei. ff. de fur. qui tabulas. & l. si vendidero. §. cum autem. Oppos. verò quòd æstimatio, vel pretium rei non sit interesse, patet sic; quia lege cauetur, quòd in actione furti non quadruplatur interesse, sed verum pretium rei. patet igitur pretium rei non esse interesse: vt. ff. de fur. l. in furti. Item quia lex dicit, quòd pretium rei venit in interesse. ff. de re iud. l. librum. cōstat autem id quod deducitur in alterum non esse id in quo deducitur. Sed si ouis deducatur in gregem, non est grex. sed in grege continetur. Item si tignum deducatur in domum, non est domus, sed in ea continetur. ff. de vsucap. l. eum qui. & l. rerum mixtura. Item si bos deducatur in sententiam, patet omnibus, quòd non est sententia, sed in sententia continetur. bene ergo concluditur, si pretiū rei venit in interesse, ergo ipsa res est interesse. Item si vnum duorum sui potentia comprehendit alterum, comprehendēs. & comprehensum sunt diuersa & non idem, vt ecce actus sui potentia comprehendit iter; vt l. item si pupillus. §. vlt. de noua. & l. qui vsufruct. de verb. obligat. & tamen certum est, non esse actum, sed speciem seruitutis distinctam ab actu: vt ff. si serui. vendi. l. loci corpus. §. primo. de adimen. legat. l. prima.
8 †Item iter comprehendit facultatem eundi agendi, & tamen facultas illa non est iter, quod patet; quia potest esse in itinere; vt l. fundus sub conditio. §. qui fun. & si vsufruct. pe. l. j. Item actus comprehendit facultatem eundi agendi, & tamen facultas illa non est actus. Item vsufru. continet facultatem vtendi fruendi: vt l. prima. de vsufru. ff. & tamen facultas illa non est: vt. ff. de iur. dot. si vsufruc. solu. matrim. l. si vsufru. ergo bene sequitur, quòd licèt interesse comprehēdat ēstimationem communem, vel conuentam rei, quòd ista communis vel ista conuenta non sit interesse. Præterea probatur sic, quòd sit æstimatio damni & non rei; quia ipsum interesse in condemnatis deducitur: vt l. si minoris. ff. de admini. tut. & l. penu. de in lit. iur. cōstat autem damnum in condemnationem deduci: quia vbi potest iurari ǽsti. rei, ibi potest esse condemnatio interesse, vbi nō potest esse, non sit. ff. ad l. Aqu. si quis restitu. cum ergo probatum sit, quòd interesse in condemnationem deducatur, & ǽsti. damni, ratione concluditur, quòd æstimatio & interesse sint idem.
9 †Item quia dicit l. iurari in litis interesse: vt d. l. penul. & alia lex dicit, ꝙ iuramento in litem deducitur æstimatio in quantitate consistens: vt l. videamus §. si tamen coniungendo. §. iurare. sic ergo patet ex hoc & præcedenti, quòd ēstimatio damni in quātitate consistentis idem sunt. Item quia lege cauetur, actionem dari ad interesse, & alia l. dicit. quòd per aqui. consequitur damnum & damni ēstimationem, ergo euidenter patet, quòd ēstimatio damni est interesse. Item pone, quòd stipulor rem tradi, vel mihi prēstari non præcedente contractu, de cuius natura debeat transferri dominium, vel possessio, certum est, quòd si non tradatur, vel præstetur, ꝙ non ēstimatur proprietas, vel possessio, sed illud solum, quod mihi abest; quia res tradita vel prēstita non fuit, & illud appellat lex interesse. de verb. obligat. si rem prēstari. & l. si fundum tradi. Item pone, quòd res quæ valet 100. obligata erat pro x. stipulor liberari, agam ad interesse; quia liberata non fuit. istud autem interesse est illud, quod mihi abest. unde si illa x. solum mihi absunt; quia illa solui, & habeo rem penes me, patet, quòd pretium rei non est interesse. sed ēstimatio eius, quod mihi abest, quod non fit, quod fieri
10 debuit, uel fieri non conuenit. † Item si stipulor mihi satisdari pro x. si non satisdatur, peto interesse, illud autem interesse ēquipollet quantitati pro qua satisdandum erat, aliquando ab ea exceditur ff. de uerb. oblig. si stipulatus. §. ulti. & de re iudicata. l. si quis ab alio. in prin. per hoc patet, quòd interesse non idē est, quòd rei ēstimatio, sed diuersum, quia in diuersis non in eodem conuenitur qualitas & effectus. Ad hanc quēstionem dico, quòd ēsti. rei communis & conuenta & singularis nō est interesse, licèt ueniat in interesse communiter & singulariter, & ex conuentione ēstimanda. & hoc sic ostendo, uel dicis, ꝙ uerba quanti eam rem esse, patent non ad id quod interest, sed ad rei ēsti. referuntur. ff. de uerb. obliga. l. hęc uerba. secundùm legem enim indefinita ēquipollet uniuersali. ff. de leg. ij. l. si pluribus. de leg. iij. l. hoc legatum. & l. si plures. ff. de rebu. dub. l. si is qui. §. utrum. in fi. cum ergo lex indefinite dicat, non ad id qđ interest, intelligam uniuersaliter: & eod. modo uniuersaliter ꝙ dicit secundum ēstimationem &c. ut sic primum comprehendat omnem speciem interesse secundùm omnem ēstimationem, hoc idem scilicet quòd rei ēstimatio non sit interesse, pa-
11 tet in l. j. §. considerandum. ff. de tu. & ra. dist. †Nunc respondeo ad primum, quod est, utrum sit unicum interesse uel triplex. Dico quòd cum damnum possit æstimari singulariter: ut l. libertus qui solu. ff. de bo. libe. & ff. si in fraud. pa. l. j. Item alia l.

com-

Source : BIU Cujas

commuiter: vt l. si seruum meum. nam ibidem dicit, quanti omnibus &c. item ex conuentione; quia potest pro eodem cõuento super dubio futura æstimatio damni: vt l. procurator ad exhi. §. vti. ff. rem ra. ha. & l. vlti. de præto. stip. & hæc appellatio conueniri. i. conuentione æstimatum & limitatum, & potest excedere singulare & commune, & ab eis excedi. ergo non est idem, cum excessus sit diuersorum. sed erit per se diffinita species: affirmando enim nouam formam, per hoc quòd ex conuentione additur, vel detrahitur, non remanet in singulari & communi, sed assumit speciem nouam, & appellatur conuentum, vt dicitur in stipu. prætoria, quæ per immutationem extra formam prætoris nouam formam assumit, & vocatur con-
12 uentionalis. ¶† Item per eundem modum constituitur noua species iuris: vt l. ius ciui. ff. de iusti. & iur. ergo est noua species interesse. non ergo dico, quòd conuentum pretium rei sit interesse conuentum, neque quòd commune sit interesse cõmune, neque quòd singularis æstimatio rei sit interesse singulare. Sed dico, quòd damnum singulariter æstimatum est interesse singulare, & æstimatum communiter est interesse commune, & æstimandum ex conuentione est interesse cõuentum, et sic triplex, & sic ad arg. primum patet responsio; quia concedo, ꝙ commune, vel conuentum pactum rei non est interesse, licèt in æstima. deducatur, vt dictum est. Item si tenerem opinionẽ malam. s. quòd pretium rei sit interesse, nihilominus patet responsio, quia verum est, nihil esse illud, a quo exceditur. s. numero tantum numero diuersum, specie idem, genere diuersũ species esse non potest, vt ecce si dicam, Martinus non excedit seipsum. Sed Martinus bene potest excedere Petrum & ab eo exceditur. & asinus potest excedere bouem, & ab eo excedi, sed concedo in eo quod dicit interesse constitui per relationem ad
13 personam. †Sed subiungo. quòd persona potest sumi dupliciter scilicet singulariter & communiter. relatum ergo ad personam singulariter dicitur singulare. relatum ad personam communiter, dicitur commune, quod autem interesse relatio possit fieri ad personam communiter patet: quia l. Aquil. actio ad interesse datur, illud autem refertur ad id quanti omnibus valet: vt d. §. de leg. Aqui. maior quæstio est in d. l. si seruum meũ tertium & quartum concedo: quia probatur, quòd æstimatio rei non sit interesse. Ad quintum respondeo eodem modo quod concedo; quia æstimatio rei non est distincta species interesse, vt probatum est, & ideo non continetur sub eodem genere cum interesse singulari.

ANDREÆ ALCIATI,

De eo quod interest.

Et est commentarius ad l. vnicam. C. de senten. quę pro eo, quod inte. profe.

PRÆFATIO.

MOris fuit apud quosdam ex antiquis authoribus, vt quotiescunque aliquid prẹter vulgatam consuetudinem ederẽt, tanquam causæ suæ diffidentes, a lectoribus veniam peterent. Quamobrem cum Albinus, nescio quis Romanus scriptor, patriam historiam Græco idiomate tractaret, indulgeri id sibi in operis proœmio petiit, quod vti ineptum M. Cato non immerito delusit, si enim Amphyctionum decreto coactus fecisset, æquum id ꝓcedi fuerat, sed sciẽs qui ei prudensque deliquit, haud quaquã veniam dandam esse arbitratus est. Mihi etsi contra aliorum consuetudinem Latine in iure ciuili, disserenti, tantum abest quicquam depreces, vt potius qualiquali saltem commendatione non indignum me existimem. Nemo igitur nos eius sententiæ esse opinetur, vt causæ nostræ id præiudicium afferre velim, vt per erroris confessionem quicquam mihi extorqueatur, quod a veritate absit. Non me latet ab Romani Imperij inclinatione nullius opera extare, quæ latina dictione in ciuili disciplina concinnata sint, quin potius tum primum ab recto cursu flecti cẹptum est, & barbarismis quibusdam corrupta cõmentaria in pretio tamen habebantur, deinde processu temporis mandrabuli more eo deuentum, vt nostris hisce diebus nulla bona litera in omnibus, quotquot sunt iuris ciuilis interpretibus, reperiri queat, & iam vulgo circunferatur, nullum esse iurisconsultum posse, qui latine loqui & eleganter sciat. Qđ certe nescio qua ratione absque impudenti calumnia dici possit, cum antiquos, vel xij. tabularum, vel rescriptorum, vel edictorum interpretes videamus & docte, & eleganter scripsisse. Ex quibus Herennius Modestinus non solum quædam grece edidit, sed etiam versificator egregius P. Maronis periochem composuit. Antistius labeo omnium scientiarum cognitionẽ professus ab Gellio quoque traditur. Atteium Capitonem nõ minus eloquentia, quàm cẹteris artibus præditum Tacitus affirmat. Quinlegislator Solon, quanta humaniorum studiorũ authoritas fuerit ipse expertus est, siquidem vt Demostenis interpres peripreobias, & Plutarchus Laertiusque tradit, cum Attici & Megarenses de Salaminos insulę posessione ꝓtenderet, Solon Athenienſium causam Homerico versu approbasse dr,

αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγων δυωκαίδεκα νῆας

Bis senis Salamine Ayax cum nauibus ibat.

Cui carmini subsequens ex suo tanquam Homeri addidit

ϛῆσε δ' ἄγων ἵν' Ἀθηναίων ἵσαν δο φάλαγγες.

Cecropidum quo castra loco posuere phalanges. Quem numerum Homeri esse iudices arbitrati, authoritate vatis ducti, tanquam omni memoria Athenienſium Salamin fuisset, pro Solone pronuntiauerũt. His accedit, ꝙ & non hos tm̃, sed prin cipes quosque Philosophos ab hisce studijs non abhoruisse, ferè constat, cum tam eleganter Plato scripserit, vt non alia lingua locuturum, si in terras descenderet, Iouem Cicero diceret quàm Platonica. Mitto Empedoclem ens naturæ carminibus decantantem, quid Socratis hymnos Epicarmi modos, Xenophontis historias Xenocratis satyras commemorem, cu m vel maxime Epicurum damnet Cleomedes, quòd barbaras voces suis scriptis inseruisset, & M. Cicero quosdam sui temporis philosophos insectetur, qui se neque distincte, neque elegãter, neque ornate scribere profitebantur. Quam ob causam lectione indignos eorum libros attestatur. Quanto melius Mandaurensis Apuleius, qui sibi de philosophia disputanti nec vnum solecismum ignosci nec vnam syllabam barbare pronunciata donari, volens libensque agnoscit. Posem & Christianæ pietatis mystica in exemplum adducere, quibus satis in confesso est, & Hieronymus fatetur, vatum prophetarumque responsa lyricis carminibus constare, tanta fuit humanitatis studiorum authoritas, quapropter & illum traditum, Deum oracula versibus edita fuisse. Quid igitur est, quòd quisquam miretur, si interpolata veterum consuetudine, in iura ciuilia latinas interpretationes condidero, & hæc quidem, non quòd ipsi hãc nobis gloriam vendicemus, quin vel lepidiuscule vel eleganter disceptatores hac in disciplina esse possimus, sed quòd & si non satis rectè omnes nos: tamen minus quàm cẹteri, quod ad huiusmodi studia attinet, barbare loquimur, & scribimus. Sit itaque hic quem edimus tractatus, quasi quoddam huius nostri conaminis prægustamentum, quòd si lẹta fronte studiosi excipiant, ad cætera capesẽda animum fecerint, alioqui Greci carminis memor, pedem referam,

πάλιν δυρόμενσε μάλλον ἢ δρέμειν κακῶς

mecumque interim illud insusurabo, bene qui latuit, bene vixit. Cæterum antequam statutum munus exequar, constitutionis ipsius verba recitanda sunt.

¶ mp. Cſa. Iustinianus Aug. Ioanni, de sententijs, quæ pro eo interest, proferuntur.

QVM de eo quod interest dubitationes antiquæ in infinitum productæ sint, melius nobis visum est huiusmodi prolixitatem, prout possibile est, in angustum coarctare. Sancimus itaque in omnibus casibus, qui certam habent quantitatem, vel naturam, veluti in venditionibus & locationibus, & in omnibus contractibus, hoc quod interest, dupli quantitatem minime excedere, in alijs autem casibus, qui incerti esse videntur, iudices, qui causas dirimendas suscipiunt, per suam subtilitatem requirere, vt hoc quòd reuera inducitur, damnũ hoc reddatur, & non ex quibusdam machinationibus, & immodicis peruersionibns in circuitus inextricabiles redigatur. Ne dum in infinitum computatio reducitur, pro sua impossibilitate cadat: cum scimus esse naturæ congruum, eas tantummodo pœnas exigi, quæ vel cum competenti moderamine proferuntur, vel a legibus certo fine concluſæ statuuntur. Et hoc non solũ in damno, sed etiam in lucro nostra amplectitur constitutio, quia ex eo veteres quod interest statuerunt. Et sit omnibus, secundum quòd dictum est, finis antiquæ prolixitatis huius constitutionis recitatio.

SVMMARIVM.

1 *Regulam exemplis non arctari, an sit indistincte verum.*
2 *Certam quantitatem in contractu contineri, quo modo accipiendum sit & nu. 5. & 10.*

Quantitatis

Source : BIU Cujas

3 *Quantitatis appellatione speciem non contineri, reprobataq; super ea re doctorum opiniones.*
4 *Quantus, quam significationem recipiat.*
6 *Venditor an duntaxat ad factum, nempe ad tradendum teneatur. & nu. 11.*
7 *Interesse in facto non in iure consistit.*
Facti obligationes quæ dicantur.
8 *Contractum certam naturam continere, quo modo accipiendum.*
9 *Penoris natura cuiusmodi sit.*
12 *Contractus iurisgentium ex verborum forma non variantur.*
13 *Promittens factum certa ob id mercede accepta, locare operam suam intelligitur.*
14 *Interdictum de glande legenda triduo perimitur.*
15 *Substantialia contractus pacto tolli non possunt, naturalia possunt.*
16 *Stipulatio, vacuam possessionem tradi, continet translationem dominij.*
17 *Fructuum collectorum periculum ad conductorem, pendentium ad locatorem pertinet.*
18 *Dionysij Tyranni dicterium.*
19 *Interesse quid sit, atque imbi definitiones ab Accursio datæ examinantur. & num 21. & 23.*
20 *Rei vocabulum augmenta diminutionesq; comprehendit.*
22 *Stipulatio aliquid non fieri continens, facti est.*
24 *Negatiua verbo, potest præposita omnis potentiæ actum excludit.*
25 *Lucrum cessans damni appellatione continetur.*
26 *Definitio rei substantiam amplecti debet, non exteriora.*
27 *Interesse quotuplex sit.*
28 *Disp̃situm & disponens non sunt eiusdem generis.*
29 *Interesse accipi pro cõi rei æstimatione multis iuribus probatur.*
30 *Dotalis rei æstimatæ, etiam hoc acto vt non esset venditio, æstimatio soluto matrimonio peti potest, si ea res deminuta, vel perempta sit.*
31 *Interesse conuentum quid sit.*
32 *Interesse ex propria significatione qualiter accipiatur.*
33 *Species suo generi propriè inest.*
Verba nonnunquam angustiorem significationem accipiunt, quam proprietas vocis ferat, aliquando etiam latiorem.
34 *Duplum in ratione eius quod interest quomodo colligendum sit. & nu. 6.*
35 *Mora debitoris efficit, vt is maioris quantitatis condemnationẽ subeat.*
37 *Venditor quatenus emptori teneatur re euicta.*
38 *Relatio ad proxima quæq; trahenda est.*
39 *Interesse singularis æstimatio qualiter sit ineunda.*
40 *Affectionis ratio in actionibus bonæ fidei habetur, & an etiam in stricti iuris iudicijs. & num. 46.*
41 *Rescissoriam actionem stricti iuris esse etiam quæ ad testamentum rescindendum datur, eamq; ob affectionem competere.*
42 *Fundo, quem pater filiæ in dotem dederat, constante matrimonio euicto, ipsi patri duplex actio ex stipulatu competit.*
43 *Stipulationem induere naturam eius contractus cui accedit, quomodo intelligendum sit.*
44 *Contractui stricti iuris id duntaxat inest, quod a contrahentibus expressè dictum est.*
45 *Recuperandi causa fauorabilior est, quàm acquirendi.*
47 *Affectionis rationem nonnunquam ex tacita conuentione tam in contractibus bonæ fidei, quàm stricti iuris haberi.*
48 *Minor excluſus tempore per statutum prestituto a redimenda re per agnatum alienata, possit ne restitui.*
49 *Affectionis æstimatio quousq; progredi possit.*
50 *Iurari in litem in infinitum an possit, non obstante lege vnica. C. de sentent. quæ pro eo quod inter. prof.*
51 *Interesse intrinsecum quid sit, quid item extrinsecum.*
52 *Locupletior non propterea quis dicendus est, quòd eius seruo delata sit hæreditas, & specialem huius dicti rationem vide. nu. 77.*
53 *Intrinsecum & extrinsecum interesse voces sunt a doctoribus confictæ nusquam a iurisconsultis vsurpatæ.*
54 *Seruitus fundi sit ne ipsi fundo intrinseca an extrinseca.*
55 *Petitione hæreditatis non solùm fundos, sed & seruitutes consequimur.*
56 *Æstimatio rei ex quo tempore crescat. & nu. 58. & 63.*
57 *Emptor rei venditæ periculum subit, non venditor.*
59 *Obligatus ad rem aliquam dandam possit necne præcisè compelli ad eam dandam, an verò æstimationem soluere sufficiat.*
60 *Fructus de rei debitæ ueniunt ex tempore moræ. & nu. 66.*
61 *Æstimatio in obligationibus dandi non venit iure obligationis, sed post latam sententiam officio iudicis.*
62 *Explicata lex 3. ff. de condic. tritica.*
63 *Satisfactum actori a reo quando dicatur.*
65 *Pœna stipulationi adiecta succedit loco eius quod interest.*
67 *Obligatio dandi efficacior est quàm tradendi.*
68 *Stipulatio, fundum tradi, quid in dubio comprehendat.*
69 *Fructus in stipulatione, rem tradi, quare veniant a tempore moræ, in stipulatione autem rem dari veniant duntaxat a tempore litis contestatæ.*
70 *Stipulatio, vacuam possessionem tradi, dominij translationem continet.*
71 *Interesse extrinsecum quomodo in condemnationem deducitur.*
72 *Restituta lex, pretia rerum. ff. ad leg. Falcid.*
73 *Hæreditatem alicui delatam esse, quando verum sit.*
74 *Venditor ancillæ aut serui partu euicto, vel hæreditate, quam seruus adierat, euicta tenetur emptori in id quod eius interest.*
75 *Occidens seruum, cui hæreditas delata erat, tenetur lege Aquilia in omnem hæreditatem.*
76 *Seruo non exhibito, cui delata erat hæreditas, condemnandus est reus in omne damnum amissæ hæreditatis.*
78 *Interesse intrinsecum & extrinsecum possit ne ratione vnius & eiusdem obligationis peti, atq; inibi explosa Barto. opinio.*
79 *Lucri cessantis ratio in contractu emptionis non habetur.*
80 *Rem alienam scienter tradens ad cuiusmodi interesse teneatur, & quid si ignoranter. & nu. 82.*
81 *Venditio rei alienæ valet.*
83 *Vendens rem vitiosam quatenus emptori teneatur.*
84 *Actio quanti minoris cur potius locum habeat aduersus vendentem rem vitiosam ignoranter, quàm aduersus vendentem rem alienam ignoranter.*
85 *Interesse quod ex venditione rei vitiosæ resultat, quousque progrediatur.*
86 *Venditio tigni duplicem obligationem complectitur, nempe & tignum tradi, & vitiosum non tradi.*
87 *Vendens vas vitiosum quatenus in id quod emptoris interest teneatur. & num. 89.*
88 *Emptori rei vitiosæ facilius succurritur, cum vitium est latens, quam cũ facilè potest deprehendi.*
90 *Venditor serui non tenetur ob vitium serui, nisi illud sciens reticuerit.*
91 *Interesse an & quando veniat in contractibus, qui alterius duntaxat contrahentium gratia fiunt.*
92 *Interesse in singulis contractibus ratio qualiter sit ineunda.*
93 *Lex vnica. C. de sentent. quæ pro eo quod inter. pro. an in maleficijs locum habeat.*
94 *Pœnæ non sunt in infinitum producendæ.*
95 *Nominum multiplicatiuorum & numeralium in iure & differentiam fieri.*
96 *Pœna conuenta quousque progredi possit.*
97 *Lucri cessantis ratio quemadmodum.*

Quod in primis in lege dicitur, dubitationes antiquas fuisse, videndum est, qua in re veteres dubitarent, & Accursius in eo versari dubiũ credidit, quemadmodum æstimatio, quatenus interest, faciunda esset, id ne quod extra rem lucrum damnumq; venit, an id quod circa rem tantum versatur. Quod ipse quidem non probauerim, hæc enim constitutio idcirco est edita, vt veterum altercationes tollerentur, quamobrem si dubitatum foret, quatenus extrinsecus interesset, debuerat hoc præsenti lege imperator declarare; cum tamen res hæc tam dubia adhuc sit, quantum nunquam. Petrus & Cyn. vt refert Bal. in 9. opp. hic variatum in eo tradunt, q̃ vetere digestorum iure, id quod interest in bonæ fidei actionibus ad duplum vsq; progrediebatur, sed an idem in contractu stricti iuris esset obseruandum, nõ æquè constabat. Sed & id nihilomagis placet, cum si ita fuisset, æquũ & conueniens erat, vt ex contextu legis hoc tandem explicaretur, cum tamen posset adhuc ea opinio defendi, in p̃cto stricti iuris ad duplum non prorogandum q̃stimationem, nam lex duo exempla affert, venditionis scilicet & locationis, qui con-
1 tractus bonæ sunt fidei, & licet † vulgò dicatur, regulam exempla non arctare, si tamen plura exempla sint, in confessio est saltem declarari, vt in eadem specie solum regula procedat, vt gl. in l. nunquam de priua. deli. Lancel. in l. 1. de iur. omnium iudi. nec obstarent verba constitutionis, in omnibus contractibus &c. quoniam de similibus tantum accipienda sunt illa verba, & id cum Accursio. Igitur omnes contractus intelligere possemus, qui tamen bonæ fidei essent. Si itaq; admitteremus eorũ sniam, consequẽs esset, in eo adhuc ambigi, q̃ se declaraturum imperator credidit. Bart. hic in 8. col. versi. venio ad vlt. partem autem, videtur existimasse, nihil dubitatum, an lucrum, quod cessaret, in eius quod interest æstimatione esset computandũ, sed idem prorsus hodie iuris esse, quod & olim in hac quæstione fuerat, quod & Fulgosius opinatus est in l. 1. de actio empt. ff. Et in hanc sniam crebrius est itum. Sed num circa id, quod extrinsecus intererat, quicquam per hanc constitutionem sit immutatum, non reperio, qui Accursio dissentiat, quẽ tamen supra non probaui. Cæterum hęc illud nobis fit verisimile, nihil hac lege noui inductum, quo fit, vt (cum lex dicat, in contractibus certis, quod singulariter interest conuentæ summæ duplum excedere non posse, in incertis secus) putem in hoc potissimum certasse veteres, sed tamen in Digestis nihil reperiri, q̃ eorum sententiam iuuet, qui aduersantia huic constitutioni prodiderunt, quoniam huiusmodi responsa per Tribonianum, collegasq; de eo volumine sint reiecta, arg. §. 1. quibus. in prima constitu. codi. & no. in l. 1. de lega. 1.

Quod subsequitur, certam quãtitatem vel naturam. Disputemus
2 †quemadmodum certa quantitas accipienda sit, & Bart. quid alij opinati sint refert. Ex quibus Accursius, cõtractus, inqt, dñr certi, quorũ quantitas vel species certo fine terminata põt ostendi

ostendi qualis quantaq; sit.l.certum.ff.si cert.peta. Qñ ergo in obligationem vertitur certa quantitas, certam quantitatem hre dr,qñ certa species est in obligatione, dicitur habere certam naturam. Sed ab hac interpretatione idem recedit tum Bartolus,ceteriq;, eo maximè argumento,quod verbum, na-
3 turam,ita in lege superflueret,nam † & ea quæ certam speciē habent, dicuntur certam quantitatem habere. Qua ratione si quis legauerit quantas summas dictauerit,censuit Aristo. l.q.s. quis.de leg.3.species quoque contineri,& si quis stipuletur sibi dari quantas pecunias ex hæreditate peruenerint, non pretiū, sed rerum corpora stipulatus videtur l.cum stipul. de verborū signifi. Sed tamen quamuis cæteri id probent, satis leuiter arbitror hanc sententiam oppugnari: quoniam eadem rōne iurisconsultus Paulus reprehenderetur,qui certum (inquit) est, cuius species,vel quantitas ostēditur in d.l.certum superflueret.n.species. Sed & appellatione quantitatis proprię speciem cōtineri nusquam probatur,immo ex aduerso plura argumēta deduci possent,vt per l.morte.C.de pac.conuen.Nec nos tāgit Aristonis responsum,quandoquidem aliud est si dixero, lego Sempronio quantitatem, aliud si quantas summas &c. dictio enim † quantus,adiectiua non ad solam quantitatē refer-
4 tur immo ex propria vocabuli significatione magnitudinem potius notat. ex poetis affatim exempla succurrunt. Virgil. Nam qualis quantusq; cauo Poliphemus in antro.Idem nunc quales Diomedis equi:nunc quantus Achilles, ex Iurisconsultis illud, quantæ audaciæ,quantæq; temeritatis sint publicanorum factiones &c l.quantæ.ff.de pub.nec de sermonis ꝓprietate ambigitur,standum esse grammaticis. Nec obesset,ꝙ verbum quantitatis a quanto formetur: qñ consuetudo loquendi a doctis obseruata ipsa est,quæ verbis proprietatem tribuit, vt Fab.Quintil.lib.2 est auctor & Bar.in l.j.col.pen. ff.si cert.peta.Vnde cum consuetudo non assumpserit verbum quantitatis pro spē,adiectiuum verò ex adiuncto frequentius, non est absurdum alterum propriè dici,alterum non æque,nam & familia a famulando dr,& famuli appellatione non venit dominus.l.familiæ.ff.de verb.signi.& tñ verbo familia comprehenditur.Item adnotauit Aristo.verbum summæ, quod ipse ꝓbauit ad certas species referri,tum & in eo casu voluntas testatoris ex præfatione talis esse conijciebatur,quapropter tot collectis,æquum fuit statui inibi certam speciem contineri,sicut & cum quis quantam pecuniam dari stipuletur, quippe verbum pecuniæ gñale est,& species comprehendit.l.pecuniæ. in prin. ff.de verbo.sign.Consequens igitur est,primam hanc Accursij snīam posse defendi,quamuis semetipse damnauerit, ab ea in
5 aliam transierit.Hæc est † vt per certam quantitatem speciem quoq; accipiamus, per certam verò naturam id potissimū intelligamus,cum promissio de gñe aliquo est facta, veluti promitto hominem,spondeo equum,& homo & equus certos fines naturaliter habent. Non placuit id Iacobo ab Arena quibusdam rationibus, quas per Bartolum reiectas cernere est. Pergit ēt Accurs.id declarando,vt certum intelligat,cū in obligatione est datio,quamobrem si stipuler, dari Titium,certam speciem stipulor,si dari centum, certam quantitatem, si verò dari hoīem vel equum,tunc stipulor certam naturam.& debebitur mediocris.l.legato gñaliter.ff.de legar.1.Cæterum si fieri aliquid stipulemur,puta dari curari centum,vel Stichum, vel hoīem,hæc stipulatio incerta est,quippe facti, & stipulationes facti sunt incertæ.l.fi.ff.si cert.pet.l.vbi aūt.ff.de verb.obl Dam
6 nant rursus id Iaco.ab Arena,& Petrus,nam venditor † solum tenetur tradere.l.ex empto.ff.de actio.empti.quod facti est, tñ lex venditionis ϗctum appellat certum Sed venditionem meri facti non esse respondet Bart.qñ venditor si dñs sit, non tradere tñ,verum etiam transferre dñium tenetur.l.in conuentionalibus.ff.de verb.oblig.l.si rem alienam.de acti. empt. Cæterum, vt idem affirmat, non idcirco defenditur Accursi.qñ in lege subsequitur exemplum locationis, quæ proculdubio est facti,cum conductori dñs patientiam præstet, quæ meri facti est,no.in l.2.ff.de verbo.obliga. aliter itaq; accepit ea verba Iacob.ab Arena,quem dum Barto.improbare vr,explicat,nec tandem ab eo ipse dissidet,quod & Bald.facit. Aiunt illi, ϗctus dici certos,qui certam quantitatem,vel naturam respectu sui, vel adiuncti habet. Quam snīam sequor. Nam id quod inter-
7 est, non in iure,sed in facto consistere iurisconsulti † dicunt.l. quatenus.ff de reg.iur.Solent aūt ea facti appellare, quorū vis est dubia,& omnis a probationibus pender.l.Aretusa.ff.de stat. ho.l.triticum.de verbo.oblig.igitur in tractatu eius quod interest, certitudo vel dubietas non est accipienda ratione obligationis,vt sit in obligatione dandi faciendiq;,& in hoc deceptꝰ est Accursius.Nec est accipienda ab eo quod ab initio in obligationem deducatur id quod interest, vel non deducatur, qđ Nicolaus Matta.credidit,sed id quærendum est,possit protinus probari, vel non possit. Igitur in venditione & locatione ne cum de pretio conueniatur,clarum est, si conuenta non seruentur,minus interesse nequaquam posse,q̃ sit pretium, & idcirco cum hic contractus respectu probationis euidens sit, dr certus,idem in pacto eundi Romam, si vicissim promissa sit pecunia,& si qua similia, vti declarat Barto.qui tñ adamussim non extricat,quomodo certam naturam intelligamus. Si eīn eum sequamur idem fuerit vel certam quantitatem, vel certā naturam dicere,quod non probo. Nec admissa eius snīa, quā cæteri oēs creberrimo calculo approbant. Accursij opinio ꝓcedit,nam si hominem gñaliter ꝓmitto,ipse existimauit,ꝓmissionem hanc certæ naturæ esse, & tñ eius æstimatio rōne sui, vel adiuncti non sit planè certa, concedamus deberi mediocrem,non sequitur tamen certitudo: potest.n.pluris æstimari vnus mediocris alio æquè mediocri,quandoquidem hæc mediocritas certos fines non habet.Et cum hæc electio sit muttū
8 difficilis,& ambigua, non vr certam naturam habere.† Non itaq; omnino hac in re cōem snīam sequor, quæ & eo amplio conuincitur, ꝙ nulla lege naturam ita accipi probant, quare illud debemus scire,ea de natura ϗctus dici, quæ tametsi non exprimantur, in eum deducta intelliguntur, vel ex consuetudine,vel alia de causa, veluti in emptione, nam de natura huiusmodi ϗctus est,vt præstetur euictio.l.pacta.ff.de contrahen. empti.vbi gl.quod inductum est; qñ assidua consuetudo fuit, vt præstaretur.Dr etiam de natura rei illud, quod illa regulari-
9 ter accidit.l.cum quid.ff.si certum pet.Quamobrem † Rapha. Comensis in l.ita stip.magna.ff.de verbo.obliga.de natura penoris esse tradidit,vt breui consumeretur,certè in eius æstimatione ipsius quoq; naturæ ratio ducenda est. Non me fallit penoris naturam interpretatos esse alios fauorem; qñ penus ꝓp alimenta fauorabilis sit,sed frequentius admittitur de natura, quod primò dixi.Igitur in proposita quæstione dicendum opi-
10 nor†per certam quantitatem intelligi ea, q̃ expressè solēt deduci in ϗctum,puta pretium & rem per certam naturam, quæ tacitè de natura contractus recepta creduntur.Exempli causa, vendo, vel loco tibi domum centenis, hic contractus certæ quantitatis est,trado Stichum,est certæ speciei,quæ facilè æstimationem capit,mutuò centum frumenti modios tu recepisti,negas reddere æquè bonum, hic contractus habet certam naturam:de eius.n.natura est vt æquè bonum reddatur,iudex itaq; hac ex constitutione id æstimatus est. Bald.aliter visus est intellexisse,vt per verbum naturam accipiamus facta, quorū natura respectu vicissitudinario mensuram recipit,veluti pretium ratione rei, vsus rei ad pensionem, sed & id reuoluitur eodem,nam si concedo tibi vsum rei statuta pensione,in æstimationem redigetur ille vsus ex natura similium contractuū, & ex consuetudine,quantum pensionis de hmōi rebus præstari soleat.l.cum quid.ff.si cer.peta.l.ꝙ si no lit §.quia assidua de
11 ædil.edic.& hæc quidem satis & super. Cæterum † qñ Accursius vr æstimasse,in contractu emptionis factum non versari, & Barto.non merum factum,sed etiam dationem, Iacob.autem ab Arena contraria differuit, videamus cui sententiæ adhęrendum sit. Et in tractatu,si certum petatur, communis ferè omnibus est opinio,in l.certi condictio.in princip. ff.si cer. pet.si venditor dominus sit,teneri dare,si verò dominus nō sit tradere solum obligari d.l.ex empto. A qua sententia nullo pacto discedendum esse Fulgosius Doctor alioqui perutcax, & cæteris refractarius prodidit: nobis tñ quid vltra alios occurrat,subticēdum non est,& in primis hoc existimo, snīam quā turmatim alij sequuntur,a veritate abesse,quinimmo indistinctè & impromiscuè venditorem tradere tantùm obligari.Cuius rei primū argumentū est,quod Celsus scribit in l.fi. de condict.ob caus.si tibi pecuniam dedi vt Stichum dares, non emptionem faceret,nequaquam præscriptis verbis agi posset. Rñ det huic rōni Philip.Decius in d.l.certi cōdictio . ideo contractum hunc innominatum esse; qñ eo modo concepta erant verba,quo in contractibus innominatis solent, alioqui si contrahentes voluissent emptionem esse, non eo modo conce-
12 pissent.Quam rñsionem non probo,qñ† ex verborum forma contractus iurisgentium nequaquam variantur.ff.de præscrip. verbis.l.insulam.facit.l.si quis in fund.ff.de leg.1. non enim attendimus, quod nomen contractui detur, sed quid in eo deductū sit,quamobrem etiam si contrahentes verbo emptionis & venditionis vterentur, & pacto expresso venditor diceret se rem dare,nihilo magis emptio non esset. Et quamuis eo in responso Celsus dubitet, an emptio fuerit, cum tamen subiungat nullam aliam obligationem quàm præscriptis verbis oriri, consequens est, nihil referre, an contrahentes emptionem appellauerint, cum non ipsis, sed a iure publico nomina contractibus data sint. Quare rursus respondet idem Doctor, idcirco in responso Celli, contractum eum innominatum esse: quoniam pecunia vti certa species data sit. Quod quidem diuinaci coniectura affirmat: nihil enim hac de ratione est in eius verborum contextu. igitur iterum referunt generaliter quidem venditorem non teneri dare,nisi idem & dominus sit,& tradendi facultatem habeat. Verum & hoc per quam improbabile est, cum in responso Celsi coniectetur cū qui Stichum dare promiserat,non fuisse dominum,ꝙ præterquam,ꝙ extra legis verba inducī,nequaquā verisimile est aliquem

quem ſcilicet id promittere voluiſſe, quod in ſe non haberet. Nam & Celſus cōpetere ait repetitionem pecuniæ, ſi Stichus, anteq̄ des, moriatur, quod referre opere pretium non erat, cū etiam ſi Stichus mortuus non eſſet, cōpeteret tñ repetitio, qp pe tibi dedi pecuniam, vt Stichum dares, ſi ergo Stichi dominus non es, quomodo potes eum dare? Omnimodo igitur pecuniam condicere poſſum: quoniam non dediſti, vt conuenit, ſed tradidiſti. Non recedunt itaq; recentiores a prima reſponſione, quam confutaui, & eo magis, qm̄ ſi is cōtractus emptio eſſe potuiſſet, abſurdum non erat, ſi Celſus pronuntiaſſet, & conditionem ob cauſam competere, tanq̄ ex ꝓctu innominato, & ēt actionem empti, tanq̄ is contractus emptionis & venditionis eſſet. Simili enim ratione motum Vlpianum ſtatuiſſe vtranq; actionē cōpetere poſſe aliqñ legi. l. Labeo ſcri. ſi mihi bibliothecā. ff. de contrah. emp. Secundū huius ſentētiæ argumētum eſt, quod idem Vlpianus ſcripſit in l. ſtipulatus. ff. de vſu. ſi venditor, nouata priori obligatione, emptori per ſtipulationem ſpondeat rem dare, nihilominus non niſi ad tradendum obligari; qa veriſimile non eſt, id actū, vt obligatio augeatur, vt qui tradendi ſolum reus erat, voluerit dādi quoque obligationē ſuperaddere. Loquitur autem iuriſconſultus in eo venditore, qui dominus erat. Id ex eo probamus, ꝙ ſi venditor ancillam tradidiſſet, iuriſconſultus in bonis emptoris futuram tradidit, nam ſi dñs is non fuiſſet, non dominiū, ſed vſu capiendi facultas ſolum eſſet translata, non. n. res in bonis dr̄, niſi quæ in dominio eſt l. bonorum. de ver. ſig. Tertius & q̄dē fortiſſimus locus eſt ab Celſi authoritate in tractatu de actionibus empt. l. ſi iactum retis. Is tradidit, ſi iactum retis emero, & captos piſces piſcator nolit tradere. ad ęſtimationem rei agendū: nam ſi venditor dare teneretur, non ad ęſtimationē, ſed ad ipſam rem ſpāliter obligaretur; piſcator. n. piſcium, quos capit dominium iuregentium nanciſcitur. Hunc obicem ita remouent recentiores, ꝙ ad factū obligatus principaliter venditor eſſet, retia. ſ. aquis immergere, quamobrem q̄uis piſces acqrat datio tamē vt acceſſoria facti principalis naturam reſpicit, vnde in id, quod intereſt, obligatio ſuccedit. Hanc reſponſionem memini, cum Iaſon confutare vellet, & Decius ēt depoſito pignore tueri conaretur, dotiſſimum quendam greco hemiſtichio vtrunque taxaſſe. Δίσκοφο δυσκοφος εχρινετο. Ipſe certe arbi
13 tror non defendi: qm̄† ſi ſolum factum illud principale conſideretur, locatio eſſet, non emptio l. conuenit l. fundi. ff. de contrahen. emp. l. ij. ff. loc. §. fi. Quando quidem ſi pretium des, ego viciſſim factum, operarum locatio eſt, ſicut ſi rem, eſſet empt. In propoſito ergo caſu diceretur piſcator locaſſe operam, qd̄ falſum eſt, cū iuriſconſultus emptionē eſſe voluerit, ſi argumē tū a titulo verum eſt: nam cū iactus hic ꝓp piſces fiat, debuit cē ſeri, ac ſi piſces ipſi abſq; aliquo facto venum darentur, quo caſu piſcium datio ī obligatione veniſſe videtur, factū aūt, quod dationis cā inducitur, dationis effectus operat̄ l. naturalis. §. qd̄ ſi factā. ff. de præſc. verb. l. cum ſeruus. ff. de cond. & demō. Præterea exiſtimo factum id non aliter conſiderari, q̄ in eo, q venationem vendat, cum indagines diſponit, qd̄ vtiq; leuiſſimū eſt vtrunq; . n. iuriſconſulti æquiparant l. emptorē. §. fi. ff. de ac. em. atqui nullius facti eſſe indagines, & retia pedicaſue cōllocare, nemo ferè ignorant, ſed & factum ipſum non venditur, verū piſces ipſi qui capientur, cur ergo factū hic principaliter aſſeramus. Reſpondent itaq; alij, idcirco ęſtimationem piſciū peti: qm̄ illi facile corruptibiles, litis finē integri non expectāt, qd̄ adhuc perq̄ frigidum eſt, id. n. temporis, quo durant, debuit ſaltem poſſe eos peti diſtinguendūq; iuriſconſulto fuiſſet, extarent, vel nō, nā & veriſimile eſt, in re leui, qualis eſt captura piſcium, protinus ius reddi a prætore l. j. §. ſed excipiunt̄, de ferijs
14 qua† rōne interdictū de glāde legenda triduo perimitur l. j. de gla. leg aliter itaq; Aretinus Socynuſque cauillantur. Nā ideo non teneri dare piſcatorem aiunt, qm̄ a principio venit in contractum id, cuius nōdū vēditor erat dominus, quod æquidem rōne caret: cū emptor ſpem emerit, & in eum caſum collatus ſit ꝓctus, quo venditor dominus futurus eſſet, non dubito itaque eo ex reſponſo probari venditorem, q̄uis dñm, non tamē ſpāliter, vt det cogi, quæ ſnīa ex prima quoq; lege de actionibus empti probat, licet Fulgoſius ēt id opinatus ſit, venditorē non dñm, ſi tradendi facultatē habeat tradere ad vnguē tenerī. Adducuntur etiam in hunc ſenſum. Vlpiani verba in l. ſi ita diſtrahatur. ff. de contrah. empti. qui vendidit neceſſe non hēt fundum emptoris facere, vt cogitur, qui fundum ſtipulāti ſpopondit. Nam eum loq in venditore, qui dñs ſit, illud eſt argumento, quod non eſſe eum ſimilem dicit promittenti fundū: qm̄ is cogitur dare ſi enim cogitur dare, neceſſe eſt eſſe dominum, qm̄ impoſſibile eſt, vt qui dominus non ſit, det: cum traditio nil amplius transferat q̄ in ſe habeat. Si igitur in ſponſore qui dominus ſit, verba iuriſcōſulti accipiuntur, certe & in venditore domino accipi debent, cū aliter claudicaret argumētū. Sed & alibi Vlpianus, vēditorē reum tradēdi eſſe ait, dein ſubiungit, ſiue is venditor dñs ſit, ſiue nō l. ex empto. in prin. ff. de ac. emp. Reſpondent recentiores, cum venditor eſt dñs, teneri quidē tradere quæ traditio ſecum dationem hēt, inquit enim oportet venditorem tradere, quod verbum puram neceſſitatē tradendi inducit, vnde ęſtimatio ſolui non poſſet, non id mihi placuerit: cum oportere plerunque aliquid fieri dicamus, qd̄ nullius neceſſitatis eſt, ſed commoditatē tm̄ reſpicit l. cū oportet. C. de bo. quę lib. nam & cum in datione duo inſint, ipſa traditio, ſine qua dominium non trāsfertur, & ēt dominij ipſius abdicatio, debuiſſet potius. Vlpianus verbo dandi uti, q̄ appellatione traditionis, quæ leuior eſt, datio nō comprehendatur. Sunt & pro hac ſnīa aliæ rōnes, quas cum alij referant, & nihil impreſentiarum quod illis addā occurrat, referre ſuperſedeo. Supereſt ut argumentis, quibus contraria ſentientium opinio fulcitur, reſpondeam, ea omnino relatu digna duo ſunt. Primum eſt, quod Iabolenus ſcripſit l. cum manu. § fi. ff. de ꝓhe. emp. nemo poteſt videri eam rem vendidiſſe. de cuius dominio id agitur, ne ad emptorem tranſeat, ſed hoc aut locatio eſt aut aliud genus contractus. Reſpondet Socynus ex Baldi ſententia in d. l. certi condictio. pactum, quod naturalia ꝓtractus
15 impedit, non valere, quod falſum eſt, ſubſtantialia† quippe cō tractuum pactionibus tolli nequeunt, naturam reſpicientia queunt. gl in l. pacta conuenta. ff. de contra. emp. colligi itaq; ibi videtur dominum de ſubſtantia contractus emptionis eſſe, ſed tamen & id non probo: ſi. n. dñium ſubſtantia eius ꝓtractus reſpiceret, res aliena venundari non poſſet. §. pretium. Inſti. eo. & tamen nemo dubitat valere venditionē. igitur aliter dicendum putauerim: nam cum emptio & venditio inuentæ ſint, vt per eos acquiramus iuregentium dominia, vel vſucapiendi ꝓdictionem, lex abſurdū exiſtimauit, poſſe expreſſe ꝓueniri, ne dominium transferatur, expreſſa igitur nocent, non expreſſa non nocent l. nunquam, ff. de condit. & demō. Alterū argumentū eſt, ꝙ ſi emptor poſſeſſionis vacuam poſſeſſionē tradi ſtipulatus ſit a venditore, huiuſmodi ſtipulatio cauſam bonorum continet, vt Vlpiani reſponſo cautum eſt l. in cōuētionalibus. §. fi. ff. de verb. ob, ſed certe reſponſum illud in emptore intelligi non poteſt ſine expreſſa verborum cauillatione, quamobrem eam interpretationem Iaſon ſe idcirco atteſtatur ſequi; qm̄ meliorem nō reperit. Ipſe cū Accurſio aliter ſentio, vt diſtingamus, an aliqs ſimpliciter tradere promittat,
16 & ſolum factū videt̄ promiſiſſe, quod † ſi etiā vacuam poſſeſſionem ſpoponderit, tunc talis ſtipulatio cauſam bonorum complectitur dr̄iæ rō eſt: nam niſi ex hac poſteriore dominiū transferretur, tradi vacua poſſeſſio non diceretur, cum ille penes quem dominium reſidet, meritò animum poſſidendi habere præſumatur, gl. in l. fi. in ver. vacuā. C. vñ vi. non igitur poſſeſſio eſſet vacua. Nec hanc interpretationē argumenta Iaſonis conuellunt, qui Pomponij illud affert, emptorem q poſſeſſionē ſibi tradi ſtipuletur, idem facere, ac ſi vacuam poſſeſſionē tradi ſtipuletur l. datio. ff. de act. emp. Nam reſpondeo, ſolere expreſſionē aliqñ plus operari, q̄ ſi tacite idem ageretur: nā & in emptore illud procedit, qui ſm̄ cōtractus naturam ſtipulatus intelligitur, gl. in l. ſtipulatus, in gl. j. de vſur. ſecus eſt ī eo, qui ſola ſtipulatione poſſeſſionem ſibi vacuam tradi ſtipuleť. Et hoc modo ſublata ſint argumenta, quæ communem ſententiam adiuuabant, reliquum eſt, vt ratiunculas quaſdam Neotericorum elidam, veluti dum dicitur, venditorem de euictione teneri l. Iulianus. §. j. de verbo. oblig. quod admonet obligari eum dominium transferre: nam conſequens id eſſe negauerim, alioqui ſi hæc præſumptio reciperetur, is quoq; qui rei venditæ dominus nō eſſet, dare cogeretur, cum euictio eū teneat. Alia eſt ratio ex eo reſponſo, quo qui alienam rē venderit, ſi medio tempore dominium acquirat, cogitur implere venditionem l. ſi quis alienam. ff. de act. emp. Sed & dici poteſt, in eo caſu rem non fuiſſe traditam, priuſque dominiū acquireretur, & hinc ſatis impleri venditionem dici, eam tradendo, vt in eius interpretatione Accurſius ſcripſit. Ex hac igitur opinione, quam aduerſus communes traditiones tutatus ſū, conſtat argumentū, quod Iacobus ab Arena contra Accurſiū intorquebat, verū eſſe nec per Bartolum recte reſponderi, animaduertendum tamē eſt, ſi à frequentiori ſententia non recedamus, mixtamq; dandi & faciendi obligationem in venditione fateamur, nihil impedire, qn idē in locatione defendamus prorſuſque a Iacobo Accurſium tueamur. ille enim vſus, quo conductor fruitur, loco dominij ſuccedit, qd̄ Socynus arbitratus eſt l. certi condictio. quod & ipſe idcirco comprobauerim;
17 qm̄ a† nemine non traditum eſt, vbi conductor fructus colle gerit, tum demum illorum dominiū acquiri, non prius. qua pp damnum vel venientis exercitus, vel alterius rei, fructibus collectis, ad ꝓductorē pertinet, ſi adhuc in agro ſunt, locatoris periculo pereunt. Sicri in l. ſi merces. §. vis maior. ff. locati. naz damnum rei ad dñm ſemper pertinet. Et hanc Socy. ſnīam defendi poſſe in agri ſimiliſq; rei locatione crediderī, nō in eo q

Source : BIU Cujas

operas locat, puta nomenciatore, tibicine, histrione, non. n. hi quicquam faciunt, quod ad dationem trahi possit. Qua de
18 re scitum est apud Plutarchum Dionysij † Tyranni dicteriū. Is musici canorem admiratus, eo ardore animi præmium ingens illi promisit. Post aliquot dies musico promissa repetenti, nonne (inquit) par pari relatum est, tu me re inani, sono videlicet, alacrem fecisti, contra ego te spe pollicitationis, q̄ ęquè inanis est. Quærendum hic esset, an seruitutes certæ dicantur, vel incertæ. & videretur id ab ea quæstione emanare, an in seruitutibus principaliter datio versetur, an factum. Quam rem aliquando latius excussi in lege, quæ secunda est, de verborū obligationib us. Sed quod ad rem præsentem attinet, id inquirendum non arbitror, ius ne, an factum contineant, cum in hoc tractatu modo certitudinem non accipi supra dixerim. Igitur puto esse incertas, cum in his nequaquàm sit certa quā titas, aut natura, in arbitrio ergo ius dicentis fuerit, quatenus interfit in eis æstimare.

Quod lex hēt, id qđ interest &c.

videamus, quid sit id quod interest, tum & quotupliciter inter
19 sit. Et Accursius dupliciter id definit. Interesse † est (peto a lati ne scient ibus insolentis voculę veniā) singulare rei pretiū. Nā Venulei us in l. fi. de præto. stip. stipulationes, inquit, quanti ea res est, promissionem habēt. Quæ verba id, quod singulariter interest, respiciunt. Definitionem tamen hanc veteres nō probant, idem & Bartolo, Baldo, & Salyceto videtur, nam id solū finit, quod singulariter interest, cum tamen aliis quoque speciebus interfit. Sed hoc facile reiecerint, qui existimabunt de vna hac tm̄ specie loqui constitutionem hanc, quod inferius enarrab o. igitur aliter impugnant, cū in eo, quod interest, rō damni emergentis ducatur, sicut & lucri cessantis: cum tamen de hac re indifinitione sit nihil. Posset responderi, verbum
20 rei † generale esse, & argum enta diminutionesq, sub eo comprehēdi l. ait prętor. §. per hanc. ff. quæ in fraudem credi. appellatione enim rei actuarium quoque eius continetur l. etiam. ff. de sol. Quapropter ex hac definitione ita accipiendū erit, vt interesse sit singulare pretium rei non præstitæ cum suo augmento accessioneque, hoc est lucri, damnique non habita rōne. Alia item ratione vrgēt hæc definitio, nam id quod ītereſt pretium rei quandoque excedit l. j. de act. emp. sed vti asserui, res hic generali significatione accipienda est, non vt id tm̄, qđ a principio in p̄ctum deducitur, cōprehendat, sed vt sequentiū quoque accessionū ratio ineatur, quippe dubium non est, ęstimationem rei simpliciter acceptam interesse non dici l. hæc verba quanti. ff. de verb. sig. sed eam ęstimationem cum damni em ergentis, & lucri cessantis æstimatione iūctam, tum demū eius qu od interest verbo contineri. Secunda Accursij defini-
21 tio hæc traditur. Interesse † est damnum emergens, & lucrum cessans ex eo quod aliquid fieri cessatur. Hanc probant Martinus. Iac. Bu. Bal. & ex antiquis maior pars, reprobauere tamē ali qui. quod interesse damnum non est. Sed hic accipiendum est damnum pro eius æstimatione, exemplo legislatoris, qui damnum hoc, inquit, reddatur, ideſt damni æstimatio, superadditur aliud: qm̄ plerunque lucri cessantis ratio nō habetur l. si sterilis. Respondet Salycetus, licèt omne lucrum non attē damus, id tamen deduci, quod iure cōi delatum est. Procedit itaque definitio in lucro, quod iuris est, vt computetur: nā id negare non possumus, cessantis lucri rationem in eo quod interest haberi, nam in hac constitutio ne expressim cauetur, satis autem est, si definitiones casus regulares comprehendunt, non qui rarò & obiter proueniunt, qua rōne Alexāder, dotis, Nicolaus Tudiscus, iudicii, Aretinus, testamenti vulgares definitiones tuentur, quā rem in Paradoxorum sexto sub incudē reuocaui. In spē Bar. quoque argumentat, qm̄ reperire est, p̄ publice interfit, & æstimationem nō capiat, vti libertas, fauor dotium, & id genus cętera l. j. sol. ma. l. libertas, de regu. iu. Cui rei respondendū est, omne quidem id generaliter & in vniuersum statui non posse: sed tn̄ lex quandoque moderatur, & ad ęstimationem redigit. Prętera absurdum non esset, si fateremur, de eo quod inęstimabiliter interfit. definitionem non loqui: qd. n. id ad præsentem tractatū lex quippe de eo facta est, quod a p̄tore taxari possit. Prosequitur Bartolus, aliterque impellit, quoddam (inq̄t) interesse appellamus, cum non lucrum cessat, sed damnum, & econuerso lucrum emergit, arg. l. fin. de his qui deiec. Finge hostem mihi damnum dare, certe mea interest cessare damnū, idem in legato repudiato, interest. n. mea lucrū emergere. Verū argumentū id antistrephon, vt Greci dicunt, & conuersoriū est, tolliturque ex inuersione capitū, nam si aduersus hostē ago, in causa est damnū, quod emersit, emersurumque est mihi, si hr̄dem qui me legatū coegit repudiare, in ius voco, idcirco facio: qm̄ eius causa cessauit lucrū. Similis argumenti exemplū habemus apud Gelliū, & etiam Africanum titulo ad legem Falcidiā l. qui cccc. Sunt & qui alijs rōni bus idem impugnent: qm̄ non id quod interest comprendit, cum damnum ex eo infertur, p̄ id fiat, quod fieri non dēt. Respondet Salycetus, satis comprehendi: qm̄ appellatione facti,
22 non facere continetur, hinc † si stipuler non fieri, stipulatio ista facti est l. vbi autem. §. illud. ff. de verborum obl. Sed & ipse in hanc definitionem illud intorqueo, quod non comprehen dit id quod nostra interest: qa cum promisisses dare non dedisti, in obligationem. n. rem dari id, quod interest, deducitur, q̄uis non iure obligationis, saltē iudicis officio l. vnū. si cer pet. Cum igitur id non contineat, consequens est, definitionē non esse perfectam, nisi dixeris appellatione faciendi latissime dationē venire, licèt ī proprie l. iij. §. dare. de vsuf. l. si stip. de vsur.
23 Pręter ceteros aliā quoq; definitionem † edidit Bartolus, vt distinguamus id quod in genere interest, an quod ēt vniuersaliter: si. n. sequēti hoc modo accipiamus interesse, inq̄t, est iusta alicuius vtilitas, quod sane q̄ improprie a Bart. dicitur: nā & genus, vt ipse ait, generalissimū in eo quod interest dici, sicut & alibi professus est in officio iudicis, nemo dialecticus vnquā admiserit, itaque non dubitauerim id qđ interest, gn̄aliter dici posse. Qđ verò aliud sit æstimabile, aliud quod petat, aliud inęstimabile, aliud quod peti non possit, sintq; hęc eius spēs, ipse nequaq̄ fatebor, cum potius accidentia sint, quæ speciem diuersam non faciunt, vt si dixerim, hominū quidē albi, quidā nigri sunt, qua ratione possessio pro emptore, aut pro donato aur pro derelicto, spēs qdem possessionis non sunt, sed differētiæ quædam ex accidenti. Bartol. in l. j. iiij. col. de acq. poss. Cęterùm etiam si Bartoli hanc distinctionem admittamus, dubio tamen non caret eiusmodi definitio, cum iusta alicuius vtilitas reperiatur, quæ tn̄ proprie ad id quod interest nō refertur, quale est rei pretium d. l. hæc verba quanti. de verbo. sign. Quod si probari dixeris, æstimationē quidem rei ab eo quod singulariter interest non comprehendi, sed non tamen esse cō sequens, quin id quod in latissimo genere interfit, ęstimationem hanc contineat. Respondeo ab eo genus remoueri, a quo omnes eius species abdicantur, hæ autem species sunt, singulare, conuentum, commune, quibus speciebus clarū est rei æstimationem non contineri. In eundem etiam illud contorquetur, aliquid nostra interesse, non tanquam vtilitatis non habitæ pretium, sed vti damnum emergentis æstima tionem l. prima. §. fi. si quis iu. l. fina. ff. de præto stip. & de pprij sermonis natura multum differētiæ est, si dicamus, damnum emergere, vel vtilitatem non haberi, alioquin in Accursij definitione superflueret, lucrum cessans, cum expressisset id dam num emergens. Merito itaque Bartoli definitiones sectatorē nullum in hoc tractatu habuere, sed Accursio creditum est. Præcedentem nostram rationem Dyni argumentum confirmat, is, inter iuris regulas. Dyn. in capitulo mora. hoc syllogismo vtīt, hæc verba, quanti ea res est, non ad id quod interest, sed ad rei ęstimationem referuntur, vt iurisconsulti tradunt,
24 negatiua † autem verbo, potest, præcedente omnis potentiæ actus excluditur, capitulo primo, de reg. iur. lib. vj. qm̄ vniuersaliter negat. rei ergo æstimatio nullo modo id continet, qđ interest: & tamen iusta est alicuius vtilitas; nam & quod idem dixit, aliquid fieri nostra interesse, quod quidem ęstimari possit. peti non possit, nimis planè perfunctorium est: nam quate nus interest, in facto consistit, quod ad probationem referri superius dixi, si igitur peti nō potest, nec in iudicium deduci valet, & probationes erunt incongruæ, nec a iudicibus admittēdæ. Nō video itaque, cum probari nequeat, quomodo nostra interesse dici possit, tum iniri ęstimatio, nisi Bartolum loqui intelligamus de eo quod interfit quidem vere, sed probari ne queat, qđ si probet, æstimationē caperet, probatio enim nihil de rei substantia immutat l. duo sunt ff. de test. tut. Definiuit & aliter Dynus, qui interesse, in quantitate consistentem damni
25 æstimationem dicit, quod qdem defendi pōt, † si appellatione dāni rationem quoq; lucri cessantis ducendā putauerimus, & id. n. quodammodo damnum dici potest l. Proculus. de damn infec. l. iij. in princip. ff. vsufruc. quemadmo. cau. In hanc tamē definitionem aliquis idcirco dixerit, quoniam id quod nostra sola affectione interfit, non comprehendat. Item dum putat æstimationem esse in quantitate consistentem, nescio an satis probem: quoniam fortasse mea interest hr̄e fundum l. in fundo. de rei vendicatio. id ergo quod mea interest, in quantitate non p̄sistit, licèt damnū mihi p dationē quantitatis restituatur & hoc argumēto suprascriptæ Doctorum definitiones reprobari possent; qa interesse, vt ipsi dicūt, nō est ipsa ęstimatio rei vel dāni, lucriue, sed per hmōi ęstimationē cōpensat mihi, & restituit̄ damnum, ita quòd mea amplius non interest. Verum aliud est ipsa res, aliud rei solutio: nā & ęstimatio hęc quoddā quasi subsequens est eius quod interest l. prima, de p̄hen. em-
26 ptio. qm̄ ex ea rem ad pretium deducimus: definitiones † au tē rei substantiam amplecti debent non exteriora. Bart. in ru. de app. nemo enim dixerit, æstimationē substantiā eius, quod

inte-

Source : BIU Cujas

intereſt,reſpicere,ſed potius quendam effectum, quapropter cum lex dicat,quatenus interſit in facto conſiſtere, dicta l.qua tenus.definitiones autem non quæ facti,ſed iuris ſunt,ſoleant terminare,non arbitror in hoc inquirendum: modicæ enim id vtilitatis,definitiones verò in iure periculoſæ ſunt,quamobrem & iuriſconſulti veteres deſcriptionibus potiſſimum vtũ tur l.j.de regu.Cat.l.1.de do.l.ſuus de hę.inſti.

27 Quæro id quod intereſt, † quot modis accipiatur. Et plures ſpecies adducuntur, quæ tandem in tres reſoluuntur,intereſt enim ſingulariter, communiter,& ex conuentione. Intereſſe ſingulariter dicimus, quod in perſona petentis conſideratur:communiter, quod communi æſtimatione,finge,vendidi tibi fundum reditus aureorum ſex in annos dein accepta pecunia non trado, quinimmo annum integrũ retineo, tu tandem mecum agis,iudex id quod intereſt æſtimabit: ſi ſingulariter æſtimaturus eſt, accidere poſſe tua vel viginti interfuiſſe, quòd ſtatim non tradiderim l.prima.ff.de acti.emp.vel ex probabili aliqua affectione, vel ducta alicuius damni ratione, quod tibi euenit; quia fundum non tradidi: ſi communiter æſtimatio ineatur,fortaſſe tua nõ referret duo decim,puta quia in homine eiuſdem qualitatis communiter ex mora maius in ſimili re detrimenrum non accidit: ſed finge rurſus in eo contractu affuiſſe pactionem, vt ſi cueſtigio fundum non traderem,dena tibi rependerem,dicetur ex conuentione interfuiſſe decem l.fina.ff.de preto.ſtipulatio. Supereſt videamus,an vera ſit hæc diſtinctio, & in primo Dynus in capitulo mora. de regu.iur.& alij quidam exiſtimauerunt vnico tantum modo noſtra intereſſe, cuius rei argumentum in hac cõſtitutione eſſe arbitrati ſunt,dum ſanxit Inſtinianus, hoc quod intereſt dupli quantitatem minime excedere, ideſt duplum communis æſtimationis. aiunt ipſi, igitur communis æſtimatio non eſt ſpecies eius quod interſit,cum quod ex
28 cedit, minime idem ſit cum eo quod exceditur;nam† & quę res diſponit, & quæ res diſponitur, eiuſdem non ſunt generis l.fina.ff.de fundo inſtructo. quamobrem ſi id quod communiter, vel ex conuentione intereſt, æſtimationem rei præ tergreditur, diſponitur & reſtringitur, ne duplum excedat, æſtimationemque coarctat. Igitur abſurdum eſt opinari.eiuſ dem generis ſpecies eſſe, conſequens alioqui foret,æſtimationem communem non reſpicere id quod intereſt. Sed reſpon dendum eſt huic rationi, verum eſſe communem æſtimationem ab eo quod intereſt differre: non enim ipſius rei communis æſtimatio,& intereſſe communiter idem eſt, vt argugumentum Dyni ſupponit, ſed vltra rei communem æſtima tionem damni emergentis, & lucri ceſſantis communi vſu ducta ratio id efficit, quod intereſſe commune appellant, & Bartoli, cæterorumque verba ita accipi debent: vt male fa ciant recentiores in rep.l.quatenus.ff.de regu.iur.quidam,qui vt Bartolum arguere videantur, eius verba falsò referunt, & peſſime declarant. Illud tamen profitebor, ſi ex mora damnum aliquod non accidiſſet, nec propterea a lucro eſſet ceſſatum, tunc latiſſima ſignificatione æſtimationem rei in id qđ intereſt contineri. Adducit & in ſententiam ſuam alia argumenta Dynus, quæ ſi referam, opere pretium facturus non ſum:quoniam id ſatis eſſe debet, legi ea apud Salycetum con futata poſſe. Verior itaque ea eſt communis opinio, quam s. retuli,tribus ſcilicet modis id quod intereſt diuiſionem capere, a qua tandem nec Dynus ipſe receſſit. Videamus quemad
29 modum ſinguli modi probabiles ſint, & quòd † communis æſtimatio ſit pars eius quod intereſt, deducitur ex eo, quòd qui iudicio aliquem ſiſtere promittit,ad communem æſtima tionem condemnatur l.ſecunda.§.fina.ff. qui ſatisdare cogantur.& tamen lex quandoque affirmat,damnari in id quod intereſt l.fina.ff.ſi quis in ius voca. non. Nam & in litem iuramus, quatenus noſtra intereſt l.penult.ff.de in litem iuran. & tamen in tali iuramento venire rei æſtimationem conſtat l, videamus.§.ſi tamen.eodem titulo,quinetiam lex Aquilia quãdoque legitur æſtimationem damni vlciſci l.ait lex quanti l. ſi ſeruum.ff.ad legem Aquiliam,quandoque plectere quatenus intereſt. Id verum eſt, poſſe id intelligi,quatenus intereſt ſin gulariter, non communi æſtimatione, allegant in hanc rem & quædam alia Dynus,Salycetuſque,quæ tute videre poteris. At illud, quod ex conuentione debetur, intereſſe conuentũ dici Baldus in nona columna quibuſdam rationibus prodidit, nam pretium id ex debitoris non tradentis mora petitur, ergo ratione eius quod intereſt præſtatur. ſiquidem ex pęnitẽ tia pretium non datur, quando in nominatis contractibus pę nitere non liceat,conſequens igitur eſt ex mora præſtari l. cũ te. C.de pactis inter emptorem,& venditorem. quod nõ aliud eſt,quàm quod intereſt. Sed hoc argumentum efficax nõ eſt, cum non ex mora principaliter id precium debeatur,ſed ex cõtractu,quia ita conuenit,ſi non fieret,tantum dari,quare cum legi contractus paritum nõ ſit,euenit conditio, debetur itaq; illa pęna non propter moram,ſed propter conditionis euen-
30 tum. Alia Baldi ratio ex eo deducitur.† Quòd ſi rem ęſtimatã vxor marito in dotem dederit,cum non hoc eſt actum,vt vendita ſit, ſoluto matrimonio, diminuta re, vel perempta,ęſtimatio petitur l.ęſtimare.ff.ſoluto matrimonio.idem in pecore æſtimato in ſocietatis contractu l.cum duobus.§.damna.ff. pro ſocio.Certe hæc ęſtimatio dicetur conuenta,cum ita ęſtimari conuenerit. Quod argumentum friuolum eſt;cum ęſtimatio conuenta ab eo quod intereſt ex conuentione differat. Addit idem ſcriptor probari id in Venulei reſponſo l.finali. ff.de prætor.ſtipulationib.quo dicitur, id quod intereſt in conuentionem expreſſa quantitate deducendum eſſe, quoniam alioquin difficilis ſit huiuſmodi probatio. Ex hoc argumento
31 clariſſime explicatur quid ſit.† quod Doctores intereſſe cõuẽtum appellant, non enim eſſe ipſam rei æſtimationem,vt prę cedenti ratione deduxerat, ſed pęnam, quæ additur, ſi principalis conuentio non obſeruetur, veluti vendo tibi Seianum fundum centum aureis, & promitto tradere, & ſi non tradidero intra annum, ſpondeo viginti, quoddam hic erit intereſſe conuentum, certe ipſa viginti, non autem centum, quę ſunt ipſa rei æſtimatio. Idemque Dynus probat,& quandoque Bartolus in octaua columna; verſiculo venio ad vltimã, licèt idem cum Accurſio etiam varſauerit, & ipſa centum intereſſe conuentum exiſtimauerit, ſi quis tamen in propoſito exemplo centum & viginti intereſſe conuentũ appellauerit, viginti quidem in ea ſumma proprie dixerit, centum improprie. Et hæc ſunt de aliorũ traditionibus,quæ proſequi placuit. Cæterùm quę nobis magis adlubeſcant, talia ſunt, & inter cętera, verbum intereſſe ſubſtantiuo modo prolatum in iure ipſo ciuili non reperiri, quoniam latine ſic dici non poteſt, niſi ex adiecto inſolens dictio temperetur, quale illud Auſonij, Hoc quod amare vocant, aut miſce aut ſolue cupido. Solent itaque iuriſconſulti appellare id quod intereſt. Sed & diuiſiones hæ, quas ſupra ex recentiore diſciplina tradidi,a veteribus non referuntur, neque enim ſingulariter,vel communiter, vel ex conuentione intereſſe apud antiquos legere eſt, ſed voces hæ a Neotericis interpretibus facta ſunt, vt facilius quod mente conceperant, declararent, quod etiã
32 Fulgoſium non prętereijt in leg. prima. ff. de actioni. empti. Igitur † quicquid ad me pertinet qualitercunque, dum non iniuſte pertineat, mea intereſſe dicitur, noſtra enim refert, nę quicquam iurium noſtrorum aliquis perditum, vel minutum eat, in ſumma quicquid ad noſtram vtilitatem ſpectat, noſtra intereſt, formatur autem ab eo quod eſt in re eſſe, qua de re ſi promiſiſti dare centum, & non des, noſtra intereſt tę centum dare, ſi ſpopondiſti tradere Stichum hominẽ, & non tradat, ad noſtram rem pertinet.vt addas,vel id ſoluas, quod communi æſtimatione Stichus valet, & idem in ſimilibus. Poteſt itaque pro certo affirmari in eo, quod interſit etiam rei pretium verſari, ſi enim rem non das, vtique mea intereſt, te æſtimationem ſaltem dare: ſi ergo hoc, quod intereſſe vocant, generaliter accipiatur, omnes ſpecies comprehendet,
33 & quidem proprie: ſpecies† enim ſuo generi proprie ineſt leg.pretor ait.ff.de ſuis & legi. niſi quis exiſtimet hominem proprie non eſſe animal, & equũ non eſſe beſtiã, vel pauonẽ proprie non eſſe auem. Illud tamen aliquando accidit, vt verba anguſtiore ſignificatione accipiantur, quàm proprietas vocis ferat,capitu.cum de no.de præben.lib.vj. aliquando latiore,& vberiore vti vel rei de qua agitur ratio, vel loquendi conſuetudo tunc requirat leg.ſi vno.ff.loc.Quapropter quod legitur, hæc verba, quanti ea res eſt, non id quod intereſt, ſed ad æſtimationem referuntur, idcirco dictum eſt, non quòd noſtra interſit, æſtimationem habere, ſed quòd æſtimationẽ deberi alia ratione iam clarũ eſt, vnde cum dicitur,non ad id quod intereſt &c. intellige generaliter, vel ratione communis intereſſe, vel affectionis, vel alio modo, ſed ad æſtimationẽ,ideſt rei pretiũ, vt quod intereſt illam ęſtimationem non excedat. Illud non diffiteor in tractatu noſtro intereſſe illud intelligi,quod ſingulariter intereſt,quãuis & quandoque cõmune accipiamus, ſed id rarius. Cæterùm id hac ratione,qm̃ vtrumque incertum,& probarj debet,quare & æſtimatio cõmunis,quæ nondũ certa eſt,hoc verbo plerũque accipitur, ſi verò certa ſit, rariſſime ſic nuncupari reperies; quoniã aliud habet nomen,& quidem elegantius, videlicet ęſtimatio, vel pretiũ,quo frequentius appellatur,& quæ loquendi conſuetudo in altero inſolentiam & quandam improprietatẽ induxit. Igitur omne quoquo modo interſit,dicitur proprie intereſſe, & licèt aliud peti poſſit,aliud non poſſit,non tamen ideo minus dicitur intereſſe,nec propter hanc differentiam ſpeciei varietas videtur inducenda. Barto.in leg.j.in iiij.colu.ff.de acqui. poſſeſſio. quòd, circa quod intereſt intra rem,vel extra, vel affectionis cauſa in ſpecie differre non opinor.

Source : BIU Cujas

Andr. Alcia. De eo quod interest.

34 Ait lex, dupli quantitatem minime excedere. Quæsitū est, duplum † id quemadmodum colligēdum sit, & Accursius tres sententias refert, & prima Placentini est, id quod ex conuentione interest, duplari, hūc ipse Accursius, Bartolus, cęteriq; damnant, quippe plurimos esse casus, in quibus nihil quod interfit, in conuentionem deducitur, nec coarctandam legem, quamobrem Bulgarus, Iacobus Butrigarius, id quod communiter interest duplari crediderunt. Accursius Bartolusque, vbi interesse communiter potest, in ęstimationē que id cadit, hoc duplari malunt, si verò communis hæc æstimatio iniri non possit, tunc quod ex conuentione interest, ad duplum vsque portendi poterit; ita tamen, vt si eadem in re accidat & communiter interesse, ex conuentione, id quod communiter interest, dupletur, si maior ea summa futura est, q̄ ea quæ de ęstimatione conuenta fuerit, alioquin dupletur quen
35 ta, & hoc † in odium eius, qui in mora est; quoniam is in maiori quantitate semper ꝑdemnandus est, argumē. l. ꝓtumacia. ff. de re iudic. Videamus quemadmodum intereſſe ex conuētione hic accipiamus, & si pęnam ipsam, quæ in obseruantiā contractus principalis punit, intelligamus dubio procul existimo, Bartoli, & complicium sententiam a veritate abesse. Si. n. contrahentes expressim cauerunt, non vr ab eorum prouisione recedendum l. fina. ff. de præto. stipu. cum regulam iuris habeamus, quæ expresse aguntur, ea quibus tacite lex prouiderit tollere, & hanc sententiam Salycetus probat, qui fragile Bartoli argumentum ostendit: satis enim est, si, qui contractui non paret, id quod interest ad duplum pendat, durissimeq; secum ageretur, si maioris summæ duplum representare cogeretur. Sed quid si Bartoli sententiam accipiamus in æstimatione cōuenta. hoc est, in rei ipsius pretio, nec etiam arbitror rectius sentire Placentinum. Et imprimis sciendum est. aliorum sententiam vnico Vlpiani responso in lege prima. ff. de actio. emptio. pauxillum adiuuari, is tradidit, si res vendita non tradatur in id quod emptoris interest agi, hoc autem interdum pretiū egreditur, non enim statuit iurisconsultus summam ad quam vsque protēdatur, tu intellige egredi vsque ad duplum, vt hac
36 lege cautum est, quæ efficaciter in illos inducitur. Ait lex † in contractibus certis, qualis est emptio & locatio, id quod interest, dupli quantitatem minime excedere, constatq; his in contractibus versari pretium. §. pretium. Instit. de contrah. empti. idque esse quod æstimationem conuentam appellamus. Cuz igitur lex dicat, non excedi duplum, ratione simpli dictum id nemo negauerit, cum in duplo simplum insit §. tripli. Insti. de actio. & sic ipsa ęstimatio, at ęstimatio rei alia non est præter conuentam, cum conuenta communem tollat; qm̄ quod expressum est, tacitum tollit, nam & in venditione quod conuētum est, semper attenditur, cętera negliguntur l. si voluntate. C. de rescinden. vendi. quare & Bartoli ratio explodenda est, q in contumacis iniuriam maiorem summam attendi probauit. Nam immo quod minus est, obseruandum fuerit, cū hęc constitutio non ad extendendam eius quod interest ęstima-
37 tionem, sed ad coarctandā promulgata sit. Sed † & nostra hæc opinio Pauli Africanique responsis luce clarius probat. hi, si hęres seruum, cui fideicommissaria libertas debeatur, vendat, emptor in eo erudiendo multas pecunias effuderit, deinde ex constitutione seruus in libertatem prouocet, competere emptori repetitionem pretij tradiderūt, & id omne quod emptoris interest; quia in eo erudiendo profudit, ita tamen vt pretij duplum non excedatur l. Titius. & l. sequen. ff. de actio empt. an ergo quemadmodum ipsa ęstimatio conuenta dupletur. Sed quia subsequitur aliud responsum in l. idque Iulianū. ff. eodem tit. videamus an supradictis aduersetur. Si enim aream aliquis alienam vendiderit, & emptor in ea ędificauerit, deinde per dominum euincatur, dubitat iurisconsultus, an emptor in omne id quod interest, venditorem conuenire possit. Et cū erga dominum exceptione, vt sibi restituat, quod ædificando impendit, tutus fuerit, non posse a venditore id repeti statuit: in omnibus tamen his casibus si venditor alienū sciuerit, omnimodo teneri debet. Respondent quidam, verbum id omnimodo ita coarctandum, vt duplum non excedat, sicut verbum, omne, in priore responso positum per iurisconsultū ad duplum restringitur, quod ego cum cauillatione nō careat non admitto. Bartolus priorem legem per hanc sequentē corrigi tradidit, quod ęquè absurdum est. Fulgosius non corrigi, sed declarari arbitratus est, vt distinguamus, an venditor ignorauerit rem esse alienam, & duplum non excedetur, an sciuerit, & tūc omnimodo teneri, quod & Bartolo ferè placuit. Sed & ipse nequaquam sequar: cum verisimile non sit, iurisconsultum, qui proprie responso ignorantiam in hīde nullam tradiderat, tam cito de sententia decessisse. Itaque arbitror veterum & hac in re perspicacitatem longe defecisse: versiculus. n. ille vltimus, non ad computationem referēdus est, quæ in ęstimatione eius quod interest prius facta fuerat, sed ad obligationis ipsius substantiam, quod ostenditur ex illis verbis, tenere debet &c. traditur enim an teneatur, vel id minus, non aūt quomodo vel quatenus teneatur. Igitur quia superius explicauerat, cum aream alienam quisquam venumdedisset, si ibi emptor ædificia struxerit, & euincat, an venditor in id qđ interest emptoris, sit condemnandus, & si emptor in possessione fuerit: non teneri tradiderat, cum dominum exceptione doli mali expensas reficere emptor compellere potuerit, si verò in possessione non fuit, tunc agere contra venditorem emptorē posse, quod declarando iurisconsultus prosequitur, vt cum vēditor rem alienam sciuit, omnimodo teneatur, non possideat emptor, siue possideat, & doli exceptionem non opposuerit, nec aliter exprimit, quatenus ratione eius, quod interest, sit cōdēnandus, vēditor qđ & ex superiori responso, & ex hac ꝓstitutione deciditur, duplum non egredi. Igitur distinctio in sciente tradita in secundo illo casu procedit, non autem ad hæredē serui venditorem, quod in priore responso scribitur, trahenda est: hęres enim suprascripto casu dubio ꝓcul onus manumissionis sibi a testatore impositum notat, quamobrem & Seia legatum accipere noluit, vtpote fere inutile, nec verisimile est hęredem testamentum, quo institutus fuerit, ignorasse l. eius qui. ff. si certum petatur, Bartol. vox itaq; illa omnimodo ad ꝓximiorem casum referenda est, quæ interpretatio etiā regula
38 † iuris adiuuatur, relationes videlicet ad proxima quęque trahi. l. prima §. deinde. ff. de posthu. Cęterùm & sententia hęc nostra ex ipsius legis ratione confirmatur; in contractibus. n. certis duplum idcirco excedi nequit, in incertis verò quantūcunque interest, deducitur, quoniam illis, cum certam quantitatē, vel naturam habeant, facilius quod simplum est dignoscitur, quamobrem contrahentes non videntur voluisse illud maxima summa excedere, at in incertis non ita est, cum haud facile simplum reperias. Si igitur hæc ratio vera est, nemo quippe est, qui eam non probet, in quem alium finem certitudo ista considerari potest, quàm propter pretium: quoniam videlicet hi contractus certum pretium vel habent, vel habere haud difficulter possunt: quod enim communiter interest, quibuscunque in casibus deprehendi potest, puta vicissim promisimus ego Romam ire, tu Venetias, id nonne in cōmunem æstimationem redigi potest, consequens igitur est, aut legis huius distinctionem ratione carere, ipsius rei ęstimationem cōuentā duplari, quam sententiam ferè communem dixerim, cum nō solum Placentino, sed & Saliceto placuerit, tum Petro, recentioribusque quibusdam Aurelienſibus. Moder. in l. quatenus. ff. de regulis iuris. hi ita existimauerunt, in casibus certis cum pretium statutum est illud duplari, quòd si nihil certi constitutum sit, quod communiter interest attendendum, non habita affectus ratione l. pretia. ff. ad l. Falc. finge igitur me tibi cētum sestertijs domum vendidisse, nec postea tradidisse qua ꝓpter propter moram tu trecenta amittis, si aduersus me agas, & tantum te damni passum probes, iudex me in ducentis solum cōdemnabit, duplum enim nō excedet, quòd si te amisisse quinquaginta tantum probaueris, in ea quinquaginta damnabor, excedere itaq; duplum non potest, in minorem summam cogere potest. in incertis contractibus id iuris non est: qa quicquid interest, id omne redditur. Et differentiæ rationem dixi: quoniam cum certum est pretium, seu conuenta æstimatio, qui maius damnum duplo patitur, suam culpam agnoscere debet, qui non quibuscunque remediis vsus sit, vt sibi conuenta seruaretur, sed cum a principio incerta est æstimatio, qc quam actori imputandum non est, cum incertus fuerit, quantum potuerit sua interesse.

Hæc legis verba, vt quod re vera inducitur damnum, hoc reddatur, declaranda diffusius sunt, & in vestigandum est, quemadmodum ipsius quod interest æstimatio ineunda sit, hoc enim est damnum reddere. Discutiemus itaque, quid sit cum singulariter interest, tum de eo quod intra rem vertitur, deinde quando extrinsecus intersit, tandemque quid in maleficiis iuris sit. Quod primò quæ
39 rendum proposui, ita explicat Bartolus. † Cum eo quod singulariter affectionis causa interest, dubitamus, condemnationem idcirco non augendam, quoniam ex communi vsu precia rerum constituuntur l. pretia. ad legem Falci. & si seruum aliquem meum quis occiderit, ex Aquilia lege in eius precium condemnatur leg. qui seruum. ff. ad l. Aquiliam. nec idcirco pęna augetur, quòd eum valde amauerim, quodve pa-
40 terna ex hæreditate ad me peruenit. † In actionibus tamen bonæ fidei huius affectionis rationem habendam Papinianus scripsit l. cum seruus. ff. manda. indeque actionem dari, quod in stricti iuris iudicijs est contra leg. fideiussoris. ff. de pactis. ni si fauor minorum tunc quoque dari suadeat leg. si in emptione. ff. de minor. & suprascripta Baldus, Salycetus, cæterique omnes probant. Mihi quædam notare placuit, & dum

gene-

Source : BIU Cujas

generaliter traditur, propter affectum condemnationē nunq̄ augeri, in bonæ fidei iudiciis actionem tamen dari, quæ alioq̄ non competijſſet, rationem huiuſce rei nullam eſſe dixerim, ſi enim affectus hic ita ſit efficax, vt actionē indè dari fateamur, quanto magis poterit in cauſa eſſe, vt æſtimatio augeatur, ma ioris quidem operę eſt rem nouam concedere, q̄ conceſſam pauliſper augere: ſed & diminutionem æſtimationis ſuadente affectione Celſus fieri l. in fundo. ff. de rei vendica. in propoſita ſpecie ſcripſit, ſi arcæ alienę in ædificauerim re euicta a domino reſtituendum mihi eſt, quod fuerit impenſum, niſi is dominus ſit, qui ſi omne reſtitueret, laribus fundiſque auitis carēdum haberet. Si igitur diminutio æſtimationis ob affectus q̄nq̄ fit, ita ſi idem affectus iuſſerit, augmentum faciendum videtur, arg. l. fina. §. fina. ff. de legatis. iij. Cęterum & quod paſſim aiunt, in actionibus bonæ fidei ob affectum agi poſſe, cū alioquin in ſtricti iuris contractu aliud ſit, probare ipſe nequeo,
41 cum in confeſſo † ſit, actionem, qua teſtamenta reſcindimus, ſtricti eſſe iuris. Bart. in l. ſi hīs. ff. de eo quod certo loco. ſicut & aliam quamlibet reſciſſoriam, & tamen hac competere ob affectionem Iabolenus author eſt l. libertus qui ſoluendo. ff. de de bon. libe. Pone libertum meum, qui ſoluendo non erat, me teſtō prętериſſe, an ꝫ tabulas bonorū poſſeſſio. petere poſſim, & cum mea non interſit non poſſe videretur, q̄ ſi in eius hęreditate fundus eſt, qui parentum meorum quandoq; fuerit. vel ſeruus q̄ ſingulari aliquo officio me demeruerit, cur mea non
42 intereſt? competet itaque perſecutio. † Sed & alibi traditū eſt, patri qui fundū pro filia dotis nomine tradiderit, ſi is fundus ꝓſtante matrimōnio euincatur, actionem ex ſtipulatu duplæ ob affectionem cōpetere l. pater. ff. de euic. Neque dixerit quiſquam, ſtipulationem hanc, quoniam venditioni acceſſerit, bo
43 næ fidei eſſe, argu. l. ſi ſtipulatus. de vſuris: nam † ſtipulatio eius ꝯctus naturam, cui accedit, ita imitatur, vt firmiorem validioremque conuentionem faciat, non vt q̄ non teneretur, idcirco teneatur, & qui agere non poterat, idcirco poſſit. Alexander in lege prima. ff. de pactis. Nam & ſi tradidero tibi ſeruum, & mihi tecum conuenerit, vt eum manumittas, vel ſi ancillā tradidero, pactus ne præſtituaꝰ, & tu conuenta non ſerues, agam in id quod mea affectionis ergo intereſt l. ſi ſeruus ea l. ff. de ſer. expor. atque id impromiſcue, ſeu ꝯctus bonæ fidei fuerit, ſeu nō idemque Accurſio viſum eſt, cōem igitur ſententiam merito ſequor. Nec me mouerint, quæ referunt Doctores, argumēta, quale illud ex Papinia. reſponſo l. cum ſeruus. ff. manda. cū ſeruus ſe ab extero emi mandat, ſi emptor non manumittat, domino competere in id actionem, q̄m in bonæ fidei iudiciis affectus ratio haberi ſolet, intereſt autem vēditoris, vt manumittatur affectu: nam reſponſum illud non ita ſimpliciter accipi debet, ſed hoc potiſſimum modo, cum ſeruus ſe emi ab extraneo mandat, mandatum a principio non valet, ſed eius robur ex domini voluntate deſcendit, ratamne hȓe venditionem velit, hoc eſt pretium accipere, an mancipium conſequi: ſi igit̄ approbat ꝯctum, quicquid in eo eſt deductum, cēſetur approbaſſe. non ſolumque vt ſeruus ſit venditus, ſed vt manumittat̄, q̄m illud eſt conſequens, & idcirco ſeruus mādauit ſe emi. In ꝯctibus autem bonæ fidei id eſſe actum, videlicet, vt ſeruus manumittatur, præſumitur eius affectionis ratione, quam homo
44 homini debet, præſertim cum libertatis accedit fauor. † At in ꝯctibus ſtricti iuris non præſumitur actū, niſi quod expreſſe conſtat. lege quicquid. de verborum obligati. & quod perquā neceſſarium cōſequens eſt, Non itaq; in propoſito caſu actio ſimpliciter datur. quia propter affectionem interſit, ſed q̄m tacite ita cōuentum videtur, vt ſieret ſeruus ille liber, alioqui dominus non fuiſſet venditurus. Non ergo id propter naturam actionis omnimodo eſt inductum, ſed quia cum dominus prī cipalem contractum approbauerit, videtur etiam conſequentia approbaſſe, & id egiſſe, vt ſeruus manumittatur: in ꝯctibus enim bonæ fidei id deducitur omne quod actum eſt: in ſtipulationibus verò id quod eſt expreſſum. Aliud adducitur argumentum ex Neratii Priſci reſponſo in l. in emptione, ff. de minorib. is tradidit, ſi infundi in ſe collata minor adiectione ſuperari ſe paſſus ſit, in integrum reſtitui, cum ſua intereſt, puta qa fundus ille paternus fuerit, quod eum ſpecialiter in minore inductum fuerit, communiter affectionem nō conſiderari in his iudicijs oſtendit, reſtitutio enim in integrū eſt ſtricti iuris. Sed & hic animaduertendum eſt, cum minorē reſpexerimus, ſatis fuiſſe, ſi prætor in integrum reſtitutionem cōcęſſerit, nec æquum fuit, vt accumulato nouo fauore ſpecialiter in eo affectionem conſiderandam duceret. Quare hoc ſcire nos ęquum eſt, id reſponſum ita intelligi debere. cum minor rem emit, q̄ actionis cauſa habere intereſt, & dein ex licitatione ſuperatus eam perdit, reſtitui eum in integrum poſſe, agit enim de ea rurſus in ſuum patrimonium redigenda, fauorabiliorque cauſa
45 † recuperandi eſt, q̄ acquirendi l. videamus. vbi Bart. ff. de vſuris. At ſemel fundum minoris fuiſſe illud oſtendit, quod adiectione ſuperatum dicitur: ſanè venditio ea lege facta pura eſt, ſed quæ ex conditionis euentu reſoluatur l. prima. ff. de in diē adiec. gl. in l. ij. eodem titulo. Quapropter ſupraſcriptis rationi
46 bus aliter diſtinguendum opinor, cum enim † agimus, vt ius noſtrum conſeruetur. nec quicquam depereat, affectionis rō habenda eſt d. l. in fundo. ff. de rei vend. idemque iuris, cū res noſtra perdita eſt. Sed nos id agimus, vt recuperetur ab his qui facultatē recuperandi habent d. l. ſi in emp. & d. l. libertus qui. & hæc rei illius ratione, quam a nobis teneri noſtra intereſt, quòd ſi de ipſarum rerum æſtimatione tractemus, ea tam in bonæ fidei quàm ſtricti juris contractibus ex affectu non augetur d. l. pretia rerum. d. l. ſeruus. cum verò, an ex huiuſmodi affectione actio detur, quærimus, & ſi expreſſe conuenit, dari nemo dubitauerit, idque ſiue bonæ fidei actio, ſiue ſit ſtricti iu
47 ris, dicta l. ſeruus ea lege. aut † nihil expreſſe eſt actum, & in bonæfidei contractu facilius tacitè actum præſumitur d. l. cū ſeruus. & l. j. §. ij. ff. de tut. & ratio diſt. q̄ in cęteris, ſed & in cōtractu ſtricti iuris tacite id conueniſſe, quandoque præſumit̄. veluti ſi fauore dotis admoneamur, dicta l. pater. de euic. vel aliter ita dictet ęquitas. Nec noſtræ huic ſententiæ negotium facit, qđ legitur, ſi libertus fundum vendiderit, & in fraudem ſuam vēditum patronus idcirco aſſerat, quòd in eo maximam haberet affectionem, ex vicinitate, oportunitate, ʒelo, quod ve illic fuerit enutritus, vel parentes ſui ſepulti, non tamen Flauiano experientem audiri in l. prima. §. & aliàs videamus ff. ſi quid in frau. patr. nam. nihil id patronum mouere debuit, cū in rebus ſuis arbitrari quoquo modo velit, libertus queat, poteſtque libere accepto prętio alienare, dum minor centenario non fiat, non enim nos admiſerimus, quotieſcunque de reuocando agitur, id quod ob affectionem intereſt, in æſtimationem deduci, ſed tunc deduci, cum is qui agit, ius reuocandi habet. Igitur ex ſupraſcriptis huiuſmodi quæſtionis veritas elucęſcit, cū pater Titio in vxorem filia tradidiſſet, & curator Titii viatica ſe ei præſtaturum promiſiſſet, vt Romæ ſtudiorum cauſa ali poſſet, defuncto curatore dubitatum fuit, an aliqua actio patri competeret, vt curatoris hæredes Titio viaticum præſtare cogerentur, & Baldus Nouellus reſpondit competere in tracta. do. in iij. par. in fi. intereſt enim ſoceri generum fieri erudi tiorem, quod procedit, quoniam contractus dotis reſpectu ſo
48 ceri bonæ fidei eſt, no. in §. fuerat Inſt. de act. † Sed & alia quæſtio deducitur, lege municipali cautum eſt, vt agnatus rem, q̄ paterna fuerit, venditā redimere intra annum & diem poſſit, an ſi minor, cui facultas hæc competijſſet, lapſu tēporis excluſus eſt, poſſit in integrum reſtitutionem peteret. Et recētiores poſſe arbitrantur in l. dudum C. de contrahenda emptio. in l. quatenus. iiij. colum. de re. iur. & hoc ex Neratij Priſci reſpōſo, quod ſupra oſtendimus non multum ſententiam hanc adiuuare, quandoquidem eo in caſu ius in re minor habuerat, qđ per negligentiam amiſſum eſt, at in propoſita quæſtione debi lius eſt ius, videlicet ad rem, quod non ita euidēter minorem lædit. Vtcunque ſit eorum ſententiam non damno. Illud etiā non eſt prætereundum. Accurſium exiſtimaſſe, in contractu ſtricti iuris affectionem conſiderari gloſ. in l. ſi vnus, in prin. in verbo. videamus. ff. de pact. quam opinionem reprobari ſupra dicta oſtendunt. Cæterùm quoniam Bartolus id, quod ob affectionem intereſt, ſingulariter intereſſe dixit l. prima, de acti. emp. hac l. recentiores quidam argutias in eum intendunt, nā eius quod ſingulariter intereſt, in emptionis contractu ratio habetur, & tamen affectionis non habetur. Item id quod intereſt, indiſtincte peti lex ait, & tamen ex affectu non petit̄. Quæ argumenta nullius pretij ſunt: quoniam non idem plane eſſe id quod ſingulariter intereſt, & quod ex affectione, Bartolus ſcribit, ſed alterius partem eſſe, & vti ſpeciem in genere cōprehendi, in his enim caſibus, quibus affectus ratio ducit̄, noſtra
49 ſingulariter intereſſe dicimus. Diſcutiendum † nunc eſt aliud Bartoli pronuntiatum, id huiuſmodi eſt, aliquando noſtra ob affectionem pecuniariter intereſſe: vnde etiam iuramentuꝫ in litē datur, id cōſiderari generaliter, & actio detur, & ęſtimatio augeatur, quæ quidem vſque ad duplum pretēdi poteſt, ſequūturque idem Alexander, Iaſon, & cęteri. Ego etiam duplū excedi poſſe crediderim, quod ex Vlpiani reſpōſis probo. l. videamus. §. fina. de in lit. iuran. is iurari in infinitum poſſe tradidit. Idem dubitat, an iudex, qui iuramentum defert, poſſit quantitatem taxare intra, quàm iuratum ſit: ſi enim ſupraſcripta opinio uera eſſet, quis dubitabit poſſe, uel ſaltem cum duplum uſque taxatur: quæ enim lege permittuntur, indubitatum eſt fieri poſſe. Quid itē operepretij fuit, quicquam de ea taxatione ambigere, cum hac conſtitutione ſpecialiter coarctetur. Sed & idem in bonæ fidei iudicijs arbitrio iudicantis reliquit, an taxare eam ſummam uelit. quod apertiſsime oſtendit, nihil eam taxationem ad legem noſtram pertinere: diſtinguendum quippe non in bon. fid. uel ſtricti iuris iudicijs, ſed cer-
50 tis uel incertis caſibus fuerat. Proſequitur † idem, cum iura-

tu m est, posse iudicem ex magna causa a iureiurando discedere, quod certe non recte dictum esset, cum etiam sine causa, vbi duplum excessum est, recedatur, nam & constitutio cum in casibus certis duplum non excedi iussisset, in incertis verò id attendendum, quod vere probabitur, subiungit, ita statutū, vt vitetur infinitas. Vide ergo, quod ad duplum restringitur, in finitum non dici, & tamen suprascripto casu in infinitum iurari diximus, nam & cur ita iurari lex concessit, si regulariter id iuramētū intra duplum coercetur, verum etiam alibi idē Vlpianus in l. qui restituere. ff. de rei vēdicatio, q restituere iussus, rem interuerterit, condemnandum scribit, quanti actor in litē in infinitum sine vlla taxatione iurauerit: id enim est lōge duplum excedere, cum sine taxatione, idest iudicis prefinitione iureiur. quod etiam verborum geminatio exuberantiaque arguunt. Nec obstat nostra cōstitutio, a qua Vlpiani supradicta responsa corrigi Iacobus ab Arena existimauit, quod sane nō satis probabile verisimileque est. Igitur ipse crediderim, cum lex cōcedat in litem in infinitum iurari, id omne qđ iuratum est, presumi vere iurantis interesse, idcirco præstandum tanq̄ res ita sit iudicata. Locum itaque sibi vendicat constitutio, cū per alias probationes damnum probatur, q̄ per iusiurandi sacramentum, quod præsumptionem efficacissimam inducit. Albericus Rosates hic in vltima columna nobiscum sentit in eo, quod ob affectionem interest, constitutionem nequaquā procedere existimat. Sed & eandem sententiam Fulgosius ꝓbat in dicta l. videamus.

Sequens quæstio est, quid cum intrinsecus damnū incidit, an omne reddatur. Et priusquam vlterius progrediamur, agendum
51 paulisper est de verborum significatione, quid † sit, quod intrinsecus interest, & quid quod extrinsecus. & Bartolus arbitratus est, q̄ ex ipsa re continenter proueniunt vt partus, fructus, & similia ad intrinsecum referri quę verò non ex ipsa re, sed occasione rei procedunt, extrinseca respicere, vnde consequēs fuit, hæreditatem seruo meo delatam, vti habeam, ad me pertinere. Petrus & Albericus id notarunt, quin potius intrinsecū dici, quod rem quamcunque comitatur, idem & confirmarūt alij: quoniam lex venditorem, quanti emptoris interest, rē nō esse euictam prestare debere, ait l. venditor. ff. de euictio. veluti ancilla prægnante euicta, vel seruo cui hērditas relicta sit, ęquat enim partum & hereditatem relictam, quæ paritas ostendit, vtrunq; intrinseca spectare. Idem & alibi similibus argumentis probatur l. preterea. ff. de rei vendicatione l. actione §. diximus. ff. pro soc. quæ nobis satis leuia videntur, cum nos de nomine disputemus, illa ad rei effectum pertineant. Ipse in Bartoli sententiam, quæ communiter probatur, pedibus vado, ea Antonini constitutione l. prima C. locati. adiuuatur, qui damnum extrinsecus veniens illud appellat, quod non ex re venit, sed in rem datur ex remota causa. Vlpianus in l. item veniunt. §. item non solum. ff. de petitio. hęredita. hērditas, inquit, argumentum & diminutionem recipit, sed ea quæ ex ipsa hæreditate proueniunt, puto hæreditati accedere, si extrinsecus: non qa personæ possessoris accedūt. Caius in l. qui proprio. ff. de ꝓcura. procurator (inquit) quod ex lite consequutus est, seu principaliter, seu extrinsecus, restituere domino mandati actione compellitur. Quibus verbis constat, qcqd principaliter non adhęret, extrinsecū esse. Non tamē diffiteri ausim, verbum id aliqn̄ largius, qñq; aliter accipi, prout res q̄ tractamus requirit in de conditiones extrinsecus l. conditiones quę extrinsecus. ff. de cond. & demon. venire alia significatione dicimus, item in stipulationibus extrinsecus aliqua deduci eodem sensu lectum est in l. quæ extrinsecus. ff. de verb. obl. Sed ꝙ hērditas seruo nostro delata, ad nos extrinsecus pertineat, alia quoque rōne probari potest, nam cum intrinsecus nostra interest; qa in eo versatur rei æstimatio cum his accessionibus, quæ continenter ex re proueniunt, semper augetur condemnatio, eiusq; ratio habetur l. non quocunq;. §. Iul. ff. de leg. j. ex his. n. accessionibus locupletiores dicimur, qđ euidēter constat: etenim vaccā præ
52 gnantem pluris licitabere, q̄ sterilem, † & tamen q eum seruū habeat, cui hērditas delata sit, non idcirco dr locupletior l. pretia rerum. ff. ad l. Fal. non igitur ita intrinsecus hoc nostra interest. Vtcunq; tamen hoc in articulo opinemur, disputationē
53 omnino vtilem non arbitror; qm̄ † voces hæ, intrinsecū vel extrinsecum interesse. a Doctoribus nostris sunt cōfictæ, nec in iure ciuili spāliter appositæ reperiuntur, vt aliquid in eo qđ interest denotent. Fatuum igitur crediderim sup recentiorū verbis disputare, cum qui ea fecerunt, illis possint quam voluerīt significationem dare. Nec. n. in iure vidimus. idcirco magis rationē eius quod interest duci, quia extrinsecus intersit, vel non res equidem considerant non verba, quę non alia rōne pennata Homerus dicit, q̄ vt leuitatem notaret. Hoc tamen ex Barto
54 lo † annotatione dignum dixerim, eum fere existimasse causam seruitutis ab ipso fundo extrinsecam dici, quod recentio res non probant; nam creditor pignoratitia actione cōuentus non solum fundum, sed etiam seruitutes tenetur restituere l. creditor. ff. de pig. actio. quod argumento est, fundum seruitutes in se, non extrinsecus continere: seruitus. n. fundo annexa est, & sine eo esse nequit l. cum fundus. ff. commu. prę. d. Quam
55 sententiam & ipse confirmauerim, qñquidem † petitione hērditatis non solum fundos cōsequimur, sed etiam seruitutes l. itē veniunt. ff. de peti. hered. & tamen lex ait, nos ex ea non consequi, nisi quod intrinsecus comprehēditur. Nec Bartoli mouemur argumento, nec enim passim verum est, seruitutes nō esse in bonis l. j. de vsufr. leg. Bart in d. l. quinimmo sunt, licèt ꝓtinus fundo debeantur, & consequenter ad nos pertinent. Vnde existimauit Bar. quæ ab aliqua re porrò descendūt, ea illius rei esse extrinseca, quod legi municipali intelligendæ confert, qua cauetur, cogi quemlibet iurare delata sibi ab aduersario iuramenti forma, stariq; sacramento, præterquam in his, quæ extrinsecus a formula veniunt. Signor. in cōsil. post malesi. Ange. Aret. Finge, detulisti iuramentum, an mutuatus mihi centum fueris, iuro te mutuatum, sed me tibi tantundem vini prę stitisse, extrinsecum idest, nec crederet ꝓpensatio, si s̄. scripta sē tentia vera esset. Adde etiam extrinsecum id dici, quod de rei natura non est l. fluminum. §. vitium. ff. de dam. infec.

Explicitis itaq; vocum ipsarum quibusdā quasi interpretatiunculis, prosequendum est, quemadmodum suprascriptam quæstionem determinemus, & quod intrinsecus interest, quatenus rei æstimationem spectat, semper considerari. rationēq; illius duci. Bartolus, & cęteri tradiderunt l. vinum. ff. si cer. pet.
56 † Sed in eo non modica difficultas vertitur, quod dubium est, a quo tempore ęstimatio crescat, nam si tibi vinum mutuo derim, nec reddas, æstimationis rationem ineundam temporis, quo in iudicio petierim, Sabinus scripsit l. datio. §. cum per venditorem. ff. de ac. emp. at si vinum vendiderim, nec tradam, ęstimatio emptori computabitur, quāto pluris vinum valuit, vel cum venditum est, vel cum fuit petitum, quod Pomp. tradit. Quæmadmodum hæc responsa extricabimus, & veteres interpretes plurifariam distinctionibus ea disecuerunt, quorum sententias Bartolus & recentiores confutant in d. l. vinum. Igitur ipse in venditione tempus quo contractus initus est, considerari idcirco prodidit: quia tunc in mora esse vēditor incipit, cum pretio accepto statim teneatur vinum tradere: non probant id recentiores, nec admittunt statim venditorem pretio accepto esse in mora, nam nec Bartolum defendit lex curabit C. de act. emp. cum pretio accepto venditor non solum rem, sed etiam rei accessiones teneatur tradere, solumque ratione lucri non faciundi sit in mora, non autem si damnum emergit. Aliter itaque ipsi respondent, in Pomponij responso actū fuisse, vt statim vinum præstaretur, & hoc per locum a solitis conijciunt, vsitatum enim est, vt in venditione data pecunia statim res tradatur, item mutui natura est, non vt incontinenti reddatur, sed post aliquod tempus, at in venditione cū aliud non agitur, præsenti die debetur. igitur in mutuo contractus tempus non inspicimus; quia tunc non solet reddi. in venditione contra, & ita Fulgosius quoque existimat, sed aduersum deducitur: quoniam si contractus tempus in venditione respicia mus, & consequens esset, vt tunc vinum quoque periculo ven
57 ditoris periret, quod falsum est, cum † periculum emptor subeat, vt Vlpia. scribit in l. j. de pericu. & commo. rei vendit. nisi dixeris tunc periculum ad emptorem pertinere, cum vēditor moram non commisit. at in Pompo. responso commiserat, quia interpellatus fuit. cum enim iurisco. loquatur cū venditor fuerit in mora. necessariò debemus interpretari, venditorē fuisse interpellatum, alioquin mora non dicitur: nā quoties legislator aliquid refert, intelligere debemus omnia interuenisse, quę actui. necessaria sunt. Decius in capit. j. de iud. Fulg. Albe. de Rosa. Iason in l. Barbarius. in j. col. ff. de offi. præto. Accipiendum itaque Pomponii responsum est, vt interpellationem ab emptore factam dicamus: quoniam alioquin si venditor vinum non tradidisset, nulla in eo fuisset mora. Cęterū quoniam hic tractatus responsa quædam simul pugnantia cōtinet, quorum concordiam cum diu interpretes nostri quęsierint, voto frustrati sunt: quoniā vt Iason ostendit, eorū distinctiones & cauillis & coniecturis quibusdam fallacibus consistunt, nostro opere fuerit, Gordianū hūc nodū, non vt Alexāder fecit, gladio secare, sed quantū vires possint, manibus dissoluere, & quoniā veritas verborum adminiculis non indiget, aliter quàm ipse pręsentem diem quisquā existimauerit, sic ar
58 bitror explicandū. † Cum de his contractibus ambigimus, in quibus debitor facere tenetur, veluti fundum restituere, rem tradere, distinguendū putamus eos, qui sunt stricti iuris, ab his qui bon. fid. dicuntur: in illis morā purgare ad litis vsq; contesta permittitur l. si insulam. ff. de verb. obligatio. & idcirco ęstimatio non nisi a litis contest. tempore initur. l. hominē. ff. manda.

Source : BIU Cujas

da.in his quoniam magis ex bona fide proceditur, vſq; ad ſentẽ tiam tradi, vel reſtitui, res poteſt, quapropter rei æſtimatio non fit, niſi in ſententię tempus. l. iii. §. in hac. ff. commo. cum verò de his ℈ctibus quærimus, in quibus verſatur datio, eodem modo diſtinguendum eſt, vt in bonęfidei contractibus æſtimatio ineatur, vtrius temporis voluerit actor, moræ an ſententiæ l. iij. §. in hac. ff. commo. in ℈ctibus ſtricti iuris litis conteſtatæ tẽpus obſeruemus l. fi. ff. de cond. triti. l. vinũ. ff. ſi cer. peta. Quòd ſi certam ſpeciem dari actum eſt, quamuis obligatio pręciſe, videat l. vbi autem. §. fi. ff. de verb. oblig. tamen tempus ſententiæ attendimus, ita tamen, vt ſi res interim deterior facta ſit, eius quoque ratio habeatur quapropter tali caſu lex litis ęſtimationem ſolui iubet l. ſi ſeruus. ff. de euic. l. hęres §. ſi vnus. & §. ſi incerto. ff. fam. erciſ. quæ ęſtimatio & rei ipſius & acceſſionum omniũ, eiuſq;
59 quod intereſt valorem reſarcit. Vnde conſequens† eſt, vt præciſe non compelli quenquam ad dandum exiſtimem, præterquã eum, qui rei vendicatione ſuperatus ſit; ab hoc. n. res manu militari propter ius dominij, quod in actore eſt, auferri dẽt l. qui re ſtituere. ff. de rei vendica. At in caſu noſtro ſatis eſt litis ęſtimationem dari: nam quamuis lex teneri eum omnimodo dicat, non tamen conſequens eſt, vt aliter q̃ in pecunia condemnandus ſit. Alex. in l. ij. §. ex his. ff. de verb. oblig. ſi. n. dominium promiſſor non transferat, nõ exprimitur in lege, quo alio remedio ſit agendum, tametſi non inepte dici poſſet in promiſſore fundi Tuſculani procedere, qui idem & dominus ſit, & rei dãdę facultatem habeat. At nos in eo loquimur, quem clariſſime non conſtet, certæ illius ſpeciei præſtandæ poteſtatem habere. Priorem tamen reſolutionem magis probo. Si igitur ſub ipſum ſententiæ ferendæ tempus debitor offerat æſtimationem: qa dare nolit, iudex debet id admittere, & creditorem compellere, vt rei petitę pretium recipiat: quoniam ſi reus rem tũc daret, eius reſpectu liberaretur. §. fina. Inſt. de perp. & temp. actio. idem ergo ſi pretium præſtat, q̃ ſi reus tunc nihil offert, iudex rem petitã ſolui pronuntiabit, & ſi reus non ſoluat, ex officio iuriſdicẽtis id curabit, vt in ſtricti iuris ℈ctibus ęſtimatio reddatur, eius temporis reſpectu, quo res petita eſt d. l. vinum. tũc enim mora incipit in bonę verò fidei contractibus iudex in æſtimationem cõdemnabit, vtrum actor voluerit, aut tempore quo expreſſim mora facta eſt, puta per interpellationem, ſeu tacitè, veluti cum dies qua ſolui actum fuiſſe præſumitur, interpellat, aut tempore quo ſententia eſt ferenda, & Pompo. ita accipiendum eſt reſponſum d. l. datio §. cum per vendi. dum inquit; vẽditorem cõdemnari vtro tempore pluris vinum fuerit, vel quo vinum venit, vel quo lis in condemnationem deducitur, ideſt lis ipſa, fit condemnatio, & fertur ſententia: non enim de litis conteſtatione hic quicquam accipitur, quippe verba repugnarent, qd tũc ad rem faceret condemnatio: & ſupraſcripta locũ ſibi vẽdicant circa ęſtimationem ipſius rei principalis, non autẽ in fructibus
60 acceſſionibusve† quæ indiſtincte a mora incipiunt in tempus ſententiæ l. Iulianus libro ſexto, ffforum ſcribit l. fructus. ff. de rei vendica. vt inſra enarrabimus, & ſi in præſenti tractatu hoc modo diſtinxerimus, Accurſij, & Bartoli. in dicta l. iij. §. in hac cęterorumque commẽta minimum nos offendent, ex quibus alter cum rem non ſatis perſpectam haberet, antiquorum ingenia tenebris inuoluta fuiſſe tradidit. Dixerit fortaſſe aliquis, abſurdũ eſſe, eum qui in mora ad vſque ſententiæ tempus perſeuerauerit, tam leuiter plecti, vt rei ęſtimatio non habeatur, niſi quatenus tunc valet. Cui ipſe reſpõderim, æſtimationem quidem, vti diximus, ineundam, ſed non idcirco minus poterit reum aliter iudex punire, veluti ſi condemnet etiam quatenus extra rẽ interſit. Igitur Sabini in dicta l. vinum, reſponſum intelligi debet: cum iam ſentẽtia ſua iudex declarauit, vinum reddi debere, hoc eſt quod in ea dicitur, vinum per iudicem petitum fuiſſe, in ob
61 ligationibus† enim dandi æſtimatio non ſoluitur iure obligationis, ſed poſt latam ſentẽtiam officio iudicis. Actor enim, vbi reus condemnatus fuerit, vinum reddere, in executionem iudicati officium iudicis implorabit l. ſi intra. ff. de re iudica. & ſi vinum nõ reddetur, iudex in æſtimationem & quatenus intereſt, reum compellat. Quod ergo in reſpõſo dicitur per iudicem peti, maxime refert, licèt ſi communem eius legis interpretationẽ ſequeremur, nullius eſſet momenti, vel certe inauditam rẽ confirmaret, in mutuo videlicet non ſolum certi condictione agi, ſed officium quoque iudicis implorari. Verùm & in d. §. ſi per venditorem illud adnotandum eſt, obligationem dandi eſſe; quoniam venditor in genere tenebatur l. ex empto. ff. de act. empti. in princ. quod & recentiores, quamuis Bartol. repugnante. d. l. vinum. approbant: nam & locum ſibi vendicare arbitror in rei iudicatæ executione, quo officium iudicis requirimus, cum enim venditor eſſet obligatus ad genus in principali cauſa, ſolùm quęritur, vt venditor det, non autem de eo quod ob medio crem ſcrupulum Vlpia. inijcit, eius verba parergos, & obiter emaculanda ſunt. Is in lege iij. de triticaria actione, Pandectis florentinis ita ſcripſiſſe deprenditur. In hac actione, ſi quęratur res, que petita eſt, cuius temporis æſtimationẽ recipiat, verius eſt, quod Seruius ait, condemnationis tempus ſpectandum: ſi verò deſierit eſſe in rebus humanis, mortis tempus, ſed etiam ἐν πλάτει ſecundũ Celſum erit ſpectandum, non enim debet nouiſſimum vitæ tempus æſtimari &c. ſignificat autem dictio illa ἐν πλάτει quaſi latius dicas, & in obſeruatis iuris anguſtijs, ne ita tẽpus mortis ſpectetur, vt ad leuiſſimam æſtimationẽ rem redigamus, ſed potius quod bonum æquumque eſt, ęſtimemus. Inducenda igitur, circunſcribendaque eſt vox illa antea, quæ loco græce dictionis ſuppoſita fuit, vt variæ illæ & inconſtantes Accurſij expoſitiones explobantur, qui dum illud aduerbium tripliciter interpretatur, oſtendit planè ſe textum non intelligere, & hæc quidem a nobis dicuntur, non quòd noſtra diſtinctio a vulgata lectione diſcrepet, ſed q̃ non ab re ducimus, huiuſmodi caſtigationes ſeu gemmulas noſtris ſcriptis inſerere. Vt ergo
63 vnde digreſſi† ſumus reuertatur, illud contra ſupraſcriptam diſtinctionem fortiſſime intorqueri poteſt. Nec enim in obligationibus facti eam differentiam admittendam eſſe videretur; vt in ſtricti iuris contractibus, quanti res valeat, in litis conteſtatæ tempus inſpiciamus, tanquam hucuſque rem promiſſam dare liceat, quinimmo etiam poſt litis conteſtationem, ſi reus offerat, id tradere, quod petitur, abſolui debere, ferè conſtat. §. final. Inſtit. de perpe. & tempo. actio. Sed in hoc animaduertendum eſt; quoniam nequaquam arbitror, verum id eſſe, tametſi Bart. in l. ſi inſulam. in j. oppoſi. de verb. oblig. hoc tradit, aliisque probent, plurimas enim hæc hæreſis leges violat, & per cauillationes diſcindi cogit, & in primis ſi inſulam (inquit lex) fieri ſtipulatus eſſem, & tranſierit tempus quo potuiſti facere, quandiu litem conteſtatus ſim, nihil prodeſſe tibi ſi ædifices. ecce quemadmodum in noſtram ſententiam verba legis accedunt, & tamen Bartolus intelligit, quando lis non ſuper facti petitionem, ſed ſuper id, quod intereſt, eſt conteſtata, cum de eo quod intereſt verbum ibi ſit nullum, conſequenſque ex hac ſua interpretatione fit, iuriſconſultum illud ſilentio tranſmiſiſſe, in quo fundamentum & cardo totius legis conſiſtebat. Sed & Paulus in contractib, ſtricti iuris, ſi reus offerat, vſq; ad litis conteſtationem diluere morę damnum ſcribit, poſt lit. conteſta. minime. immo ſententia omnino proferri debet l. ſed ſi alia. ff. de conſtit. pecu. & id intelligere, cum oblatio inefficax eſt, quod Barto. fecit, per quam inconueniens & abſurdum eſt. Idem ſi reus (inquit) paratus eſt pecuniam ſoluere, iniquum eſt cogi eum iudicium accipere l. ſi reus. ff. de procur. non enim ob aliam cauſam reus volebat ſoluere, quàm quia ſi lis fuiſſet conteſtata, neceſſariò expectanda erat ſententia; & propterea Accurſius, quandoque & Raynerius d. l. interdum. §. fi. de verbo. obligat exiſtimauerunt, poſt iudicium acceptum indiſtincte moram amplius dilui non poſſe. Conſequens nunc eſt, vt obiecta redarguam, & dum adducitur iuris regula, ſi ante rem iudicatam is cum quo actum eſt ſatisfaciat, actor abſoluendus eſt d. §. fi. Inſti. de per. & tem. ac.
64 Reſpondeo† ſatis fieri in caſu noſtro actori, ſi poſt litem conteſtatam ſuper petitionem facti reus nõ ipſum factum, ſed quatenus intereſt actoris rependat, inuito enim actore factum præſtando non ſatis facit: nam cum lex obligationem facti poſt lit. conteſta. in æſtimationem eius, quod intereſt transfundat, illud incipit deberi, non factum, & hæc ita defenduntur abſq; aliqua iuris ſerip. conturbatione, cum alioquin in hiſce quæſtionibus
65 cernere ſit, Doctores ipſos miros Autolycos Sophiſtaſq; nam† & pro noſtra hac ſententia illud facit. q̃ quoties ſtipulationi pęna adijcitur, ea loco eius quod intereſt ſuccedit l. fi. ff. de præt. ſtipulatiq; hoc caſu nouatio, & poſt lit. conteſt. ſoluꝫ poteſt ſolui pęna l. j. ff. de pe. leg. cur non igitur idem eſt in eo qđ intereſt. Illud non omiſerim, & in hoc multum ſe contorſiſſe Bart. in l. ita ſtipulatus. magna in vj. q. cuius dicta latiſſime diſcuſſimus lib. parad. j. cap. x. Cum a nobis declaratum ſit, quem in modum ineũda ſit eius quod intereſt ratio rei ipſius debitæ æſtimatione, reli
66 quum eſt, vt & id quæramus, qua ratione† inibitur in fructuũ acceſſionumque computatione, & Bartol. in l. videamus. ff. de vſur. quem vti ſigniferum ceteri ferè omnes ſequuntur, tribus pronuntiatis rem abſoluit. Si mihi fundum dare obligatus es, a tempore quo lis eſt conteſtata, fructus conſiderabuntur. Si teneris tradere a tempore morę fructus accedent l. ſi fundum tradi. ff. de verbor. obligat. non ſicut fructus, ſed vti portio eius quod mea intereſt te non fuiſſe in mora. Si dandi ſimul & faciendi reus es, veniunt in condemnationem in tempus moræ, niſi precedentis contractus natura aliter ſuadeat l. ſi ſtipu. ff. de vſur. veluti cum venditor rem dari, vacuamque poſſeſſionẽ tradi promittit: & hæc quidem Bartol. & cæteri dixere. Iaſon in l. ſi filiusfa. §. fin. de uerb. obligat. quorũ ſententia nobis nequaquã uidetur probabilis, & aduerſus ſecundum pronuntiatũ illud adducitur, quod Põpon. ſcribit eum, qui ſibi poſſeſſionem tradi ſtipulatur, nihil intelligi de fructibus agere; & propterea neque ab lit. conteſta. neque ab mora eorum rationem duci l. datio. §. j de act. emp. & recentiorum in eo reſponſo interpreta-

Source : BIU Cujas

tio perq̃ insula est, qui non computari fructus tradunt vti fructus, sed tanquam portionem eius quod interest: quapropter cum vir diligens, & cautus rusticus longe plures fructus sit collecturus, quàm soleant patritij, si computarent vt fructus, quicquid rusticus collegisset, computandum foret, sed cum estimẽtur tanquam id quod interest, id solum in pretio fuerit, quod verisimiliter patritius collegisset, hæc expositio cauillationẽ nõ caret: cum. n. fructus id sint, quod intrinsecus interest, si Bar. hic credimus, cum lex dicat, fructus non deberi, nonne ostendit, id quod intrinsecus interest non deberi, quatenus in fructibus cõtinetur. Sed & frigida est eorum rõ cum possit patritius eq̃è multos fructus recipere, atq; facturus erat villicus, si per æquè diligentem agricolam vineam coli faciat. Sunt. n. hæ subtiles quædam argutiæ, non aliqua lege, non iurisconsulti responso expressè, sed quas suo de vertice Bart. formauit, Quin & s. scri-
67 pta distinctio caret rõne, cum. n. is † qui tenetur dare, efficacius obligetur eo, qui tradendi reus tantum est l. vbi autem nõ apparet, in § fi. ff. de ver. oblig. nonne absurdum est, eum fructus debere, non nisi a litis contestatę tpe, hunc verò ab ipsa mora, itaq; communem sententiam non probo, quam alijs etiam argumentis Syllimanus, Suzarius, Oldradus, Butrigarius, Fulgosius, in d. l. videamus. damnant, tamerſi nec ipsi rectè declarent.
68 Illud igitur sciẽdum est, eum † qui sibi fundum tradi stipulatus est in dubio non videri id egisse, vt causa bonorum hmõi stipulatione comprehenderetur. l. si rem tradi. ff. de verborum obli. quapropter qui ita stipulatus est, fructus suos non facit, cũ ex regula iuris ad dominum, non ad eũ qui in possessione sit, fructus pertineant l. in fundo. ff. de rei vendica. in ambiguis quoq; qui rem tradi stipulatur, de hmõi traditione vr intellexisse, ex qua fructus non debeantur l. in cõuentionalibus. §. fina. fm intellectum, quem supra tenui. ff. de ver. obli. Cum ergo quisquã fundum certo die tradi stipulatur, si promissor non tradiderit, in id condemnandus est, quatenus stipulator damnum passus est. & lucrum amisit: sed num in fructus, & opinor nõ debere; qm̃ & si stipulator collegisset, fructus suos non faceret, sed restituere eos dño teneretur. d. l. in fundo. vnde sua non interest habere, quod illicitè haberet, & hoc modo est accipiẽdum Vlpiani responsum d. l. si fundum. ff. de verb. obli. Si fundum, inquit, certa die præstari stipulor, & per promissorem stetetit, quo minus ea die præstetur, consequuturum me, quanti mea interſit, moram factam non esse: id enim est, vnde omnis caligo in prę senti articulo euagata est, est autem accipiendum in eo, q̃ mala fide esset, & idcirco fructus suos non facit, in dubio. n. casu Vlpianus loquitur, & cum quilibet res suas scire præsumatur, lege cum de indebito. ff. de probationibus. si quis dominus fundi nõ est, haud quaquam verisimile id eum ignorare, quin potius credit scire eũ res suas, & cõsequenter fundum suum non esse, cum igitur aliquis fundum simpliciter tradi stipulatur, & scit fructus ad dominum pertinere, non autem suos fieri, eius probabiliter non interest fructus sibi dari, quos restituere, domino cogeretur. Iurisconsultus autem generaliter locutus est a tpe morę stipulatori, quod sua interest restitui: si. n. est bonæ fidei possessor, sua interest hr̃e fructus, si malę fidei. nõ interest.
69 d. l. in fundo. Quæret aliquis, vnde † accidat, vt in stipulatione, q̃ res tradi concipitur, bonæ fidei possessori fructus a tpe moræ resarciantur, cum in stipulatione dandi non ita sit d. l. fundum. Cui ipse responderim, eum qui dare teneatur, esse vel debere esse dominum, cum qui dominus nõ sit, dare nequeat, donec igitur dedit, facit fructus suos. Cęterũ iniquũ id visum fuit, vt ex sua mora fructus lucraretur, quare placuit, mediam viam eligi vt post lit. contestatam in fructus collectos teneretur, at priore casu fructus ad dm̃ pertinent, vel eum qui loco dñi sit, puta quia bonæ fidei possessor, qua rõne si versus dominum, vel bo. fi. possessorem in mora sis, fructus tradere statim teneris, si verò creditor tuus dominus fundi non sit, non teneris. Igit̃ hoc articulo sic distinguẽdum potius fuit, vt cum is qui stipulatus est tradi, nec dominus, nec loco domini est, nullo tempore fru-
70 ctus rei accedant l. datio. §. j. nisi † vacuam possessionem tradi stipulatus sit, nam hæc causam bonorum continet. d. l. in conuẽtionalibus, vt in principio operis demonstraui, si verò est dominus, a tpe quo mora facta est, fructus computabuntur d. l. fundum, q̃ si quisquam dari sibi stipulatur, tunc in Bartoli, cõmunemque sententiam vado, q̃ fructus a lit. contest. a tempore cõputandi sint d. l. videamus. sed cum dari & fieri spondemus, fructus a tempore morę collectos prębabimus d. l. si stipulatus. Idem iuris est, si rem restitui petierim d. l. videamus, quod et in actionibus bonę fidei, vel earum naturam habentibus pleriq; existimant. Ias. in l. si filij. §. j. de verb. oblig.

71 Tertia quæstio est. quemadmodum † id quod extrinsecus interesse aiunt, in condemnationem deducatur. Quem tractatum cum Barto. pluribus distinctionibus explicauerit, nos qui eius vestigia imitamur, quinque axiomatibus sumus enarraturi. Id igitur primum sit, accessio extrinsecus proueniens, quæ rem quacunq; prosequitur, in eius quod interest æstimationem ita cadit, vt eius ratio semper habeatur, veluti si ancillam vendidero, et eius fœtus sit partus, in condemnationem deducetur, quatenus tua interest, partum non euinci, idem si seruum emero, cui sit delata hereditas, finge enim a te occisum, certe mihi in omnẽ quoque hæreditatem tenebris, sed hic aduertendum est; quia communi æstimatione, quamuis seruo relicta sit hæreditas, non tũ is carioris pretii æstimatur, vt Paulus scripsit l. pretia rerum. ad
72 l. Fal. cuius responsum † vbi castigate legitur, recentiores mod. in re. l. filium quem habentem. corrumpunt, at quod re vera corruptum est, silentio transigunt. Is auctor, pretia, inquit, rerũ non ex effectu, nec vtilitate singulorum, sed communiter funguntur, inuertunt, quidam & finguntur, malunt legere, verum fictio ne hæc est, an potius estimatio, nihil sane hęc commune habent. Ipse vulgatam lectionem probo, accipiendum. n. funguntur, idest functionem recipiunt, hoc est æstimationem quę fungitur vice rei, est autem in passiua significatione positum, quod & veteres in simili verbo, vtor, fecisse Gellius obseruauit alij prodidere, maculosus autem circumfertur versiculus finẽ versus, quem nos ex antiquis codicibus ita restituimus, sed nec hæredem post mortem testatoris institutum seruum, tãto pluris esse, quanto plus venire potest. Pedius scribit, est enim absurdum, me ipsum hæredem institutum non esse locupletiorem, antequam adeam. Si autẽ seruus hæres institutus sit, statim locupletiorem effectum, cum multis causis accidere possit, ne iussu nostro adeat, acquirit etenim nobis certe cũ adierit: est autẽ præposterum, ante nos locupletes dici, q̃ acquisierimus, & hoc modo legenda sunt eius responsi verba. Sed & dum dicitur, eadem causa est eius serui, qui noxam nocuit, nec enim delinquẽdo quisq̃ pretiosior fit, significat noxam nocere, delictũ facere, quod per noxę deditionem expurgetur. T. Liuius lib. ix. Quando quidem hisce homines iniussu Po. Ro. Quiri tumq; fœdus ictum iri spoponderunt, atque ob eam rem noxam nocuerũt quo Po. Roma. scelere impio sit solutus, hosce homines vobis dedo. Hoc autem dictum est propter æstimationem, quę auget ur in lege Aquilia. Sed his omissis, ad rem ex diuerticulo redeamus, cum constet idcirco quòd alicui delata sit per seruum hæreditas, non censeri eum ditiorem d. l. pretia. certe cõsequẽs est, huius accessionis in eo quod interest rationem non duci. Sed tamen vt huiç argumento respondeatur, debemus scire, si hęreditas mihi delata sit, cum in bonis meis ius adeundi comprehendatur, recte nuncupari mę locupletiorem. Bart. in l. post
73 emancipatum. §. fina. ff. de libe. leg. sed † cum seruus meus hæres institutus est, non idem est, vt possim ipse locupletior dici: non enim proprie tunc mihi delata dicitur hereditas, quippe delata est, quam quis adeundo consequi potest l. delata. ff. de verb. signifi. at hoc casu adire ego nequeo. Quid enim si seruus nec precibus, nec minis flectatur, & aditurum se neget, qui casus est in l. cum proponas. C. de dæ. insti. ipse enim locupletior non sum, & multo minus seruus, cui nihil potest acquiri. Igitur vt omnes obices remoueamus, non obstat primum argu-
74 mentum, quòd venditorem † ancillę euicto partu, teneri Iulianus scribat d. l. venditor. ff. de euic. quod & in venditore serui, probatur hęreditate euicta, nam vtroque in casu & partus, & hereditas emptori semel acquisita fuerant. Vnde ius habuit in re, non autem tm̃ spem, qua pretia rerum non augẽtur, quod verò Neratius scripsit in l. vnde Neratius. ff. ad l. Aquil. si seruum
75 † occideris, cui hæreditas delata fuerit, teneri te l. Aquil. in omnem hęreditatem. ea ratione inductum est: quia deliquisti, at in delictis, quantumcunque etiam extrinsecis interest, fit condemnatio, quod infra disputabimus, sed & quod ait lex, si hęre-
76 ditas † amissa sit; quia seruus non exhibeatur, id damnum hęreditatis estimari debere l. sed & hęreditas. ff ad exhibẽ. in actione ad exhibendum sibi locum vendicat, quæ arbitraria est, & in qua iusiurandum in litem defertur l. item videamus. §. fi. ff. de in li. iu. Vnde non ratio solum eius, quod extra rem damni incidit, in ea initur, sed affectio quoque probabilis est, & hoc
77 modo possunt contraria argumenta euitari. Cęterùm † & specialis ratio Pauli responso in d. l. pretia. ff. ad l. Fal. assignari posset, quapp Bart. supra scriptum axioma generaliter accipiendũ videretur, quod enim ait Paulus, si hæreditas seruo meo delata sit, interim non esse me locupletiorem, nec huius lucri in eo q̃ interest rationem cõmuniter duci, procedere arbitror in communi rerum æstimatione, quę propter deductionem ex l. Falcidia debetur aduersus legatarios, qui ad lucrum admittuntur, quare si seruo meo delata sit hæreditas, cum cuilibet adire, vel id minus liberum sit, possum ego iussum seruo non p̃stare, ne videlicet adeat, nec id mihi dãno versus legatarios esse dẽt, cũ id in fraudem fieri nemo dixerit, si lucro abstineo l. qui autem. §. si seruum suum. ff. quę in frau. cre. Igitur donec adiit seruus, nihil amplius estimabitur, & id erga legatarios, qui lucrũ spectant. At in iuribus, q̃ aduersarii supra demonstraui, dominus,

cui

cui reſarciendum eſt damnum, de euitando detrimento agebat, & veriſimile fuit, dominū vt ſeruus adiret iuſſurum fuiſſe, cum hoc domini vtilitatem reſpiceret: at priore caſu iuſſus in commodum legatariorum vergebat, non domini, quapropter credibile fuit, dominum prius nō fuiſſe iuſſurum, quàm cum legatarijs tranſegiſſet & hoc verius eſſe opinor, quàm qđ ibi Barto. commentus eſt. Secundum Barto. axioma eſt, in re
78 †quæ æſtimationem intrinſecus augeri non patitur, id quod extra rem accidit, damnum repreſentatur. l. nummis. de in lit. iur. l. 3. §. fina. de eo quod certo loco. l. ſi pœnam. l. liber. 2. §. fin. de verb. oblig. quod cum æſtimatio intrinſecus augeri poteſt, contra l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de actio. emp. & id cum intereſt, quia non feciſti. exempli cauſa, quod Vlpianus ait, centum apud te depoſui, quæ cum repeterem, non tradidiſti, æſtimatio hic augeri nequit, cētum enim aurei omni tēpore centum valent: habebitur igitur ſolum ratio eius, quod extra ipſam rem meam intereſt: quid enim ſi pecuniam ſub pœna debui; & quoniam mihi depoſitum tradere renuiſti, coactus ſum pœnam ſoluere, & dictum id Bartoli communiter approbatur videamus quàm verum ſit. & in primis rationem nullam habere id videtur. Cur enim cum æſtimatio non augetur, venit id quod extra rem intereſt, nonne vtrunque ſimul conſiderari poteſt, vt & æſtimatio augeatur, & quantum intereſt etiam extra rem ſimul conueniat, nam Gallus Elius. l. videamus. verſi. præterea. ff. de vſur. ſcribit, ſi veſtimenta, aut ſcyphus petita ſint, & ea non præſtes, non ſolum te condemnari in eorum æſtimationem, quæ quidem augeri poteſt, ſed etiā in id pretium, quod mercēdis nomine capi potuiſſet, ſi ea locaſſem, hoc enim extrinſecus intereſt: ſed & valida ratione idē conuincitur: cum enim in his rebus, quæ pretium intrinſecus accipiunt, rationem ceſſantis lucri habeamus. d. l. videamus. & hac l. quantomagis æſtimandum fuerit id, quod extrinſecus intereſt, quatenus, damnū reſpicit, multo etenim æquius eſt, nobis ne detrimentum aliquod patiamur ſuccurri, quam lucrū perdamus l. fina. C. de codicil. Verum & illud aduertendū eſt, Vlpiani exemplum in d. l. nūmis, quod ſupra adduxi, haud quāquam ſnīam cōem adiuuare: cum enim centum penes te a nobis depoſita abnegas, condemnaberis quidem in eo quod mea extrinſecus intereſt, in alio non cōdemnaberis: qm̄ pecunia certam habet æſtimationē. igitur in vtroque dānareris, niſi alterum, videlicet nūmorū æſtimatio locū hoc caſu non haberet: quamobrē noſtræ ſnīæ aſſertor quoque Fulgoſius fuit, q duplici rōne cōia infectatur, licet vtraq; non ſatis firma. aiebat enim in oleo, ſimilibuſque rebus acceſſionis extrinſecæ cām facilius quàm in pecunia admitti l. oleo. C. de vſu. vt facile & qđ intra rē & quod extra dānū emergit, ſimul cōputetur. aiebat rurſus, id lege conſtare, ſi res vēdita non tradat, q̄ti intereſt emptoris agi. l. rogaſti. §. ſi tibi. ff. ſi cer. pe. qđ interdū rei pretia egreditur: ea enim verba, q̄ti intereſt, neceſſario extrinſecus accipi: non enim intelligi poſſunt in eo qđ noſtra habere ex affectu intereſt, niſi qđ verius eſt, & ego probo, rn̄deris, de eo accipi, qđ ſingulariter ob vtilitatē intereſt: id enim & in cōdemnationē deducit & rei pretiū plerunq; egredit. l. j. de actio. empt. Cæterum nr̄æ huic ſententiæ vnicū Pauli iuriſconſulti reſpōſum in d. l. ſi ſterilis. aduerſatur. cū non p vēditorē, inquit, ſteterit quominus rē tradat, oīs vtilitas emptoris in æſtimationē venit, q̄ non extra rē cōſiſtit. Neq; enim ſi potuit ex vino puta negotiari & lucrū facere, id æſtimandū eſt non magis, q̄ ſi triticū emerit, & ob eā rē, q̄ non ſit traditū, familia eius fame laborauerit, nā nec pretiū tritici, nec ſeruorū fame necatorū cōſequit. Huic rn̄det Fulgoſius, non omne qđ extra rē dānū venit, emptori rependi, ſed illud tm̄, qđ non oīno eſt impertinens: cur. n. non p̄uidit emptor hoc accidere potuiſſe, vt vēditor triticū non traderet, ſibi igit aliūde interim parare debuerat. nec cauto pr̄ifam. ꝙuenit dicere, nō putarā. Rn̄ſionē hanc Fulgoſij ipſe non approbo, quando quidē vulgo dicitur, exempla regulam non arctare: cum enim iuriſcōſultus ſemel dixerit vtilitatem, quæ extra rem conſiſtit, non æſtimari, ſequentia exempla reſtringere dictum non debent. Nam & quòd ratio ceſſantis lucri habeatur, nequaquam impertinens eſt, & tamē negat lex æſtimari. Igitur alio modo cenſendum arbitror, & illud affirmandum hoc in tractatu, ex contractu emptionis & venditionis ad cæteras promiſſiones argumentis non inferri. Hoc
79 enim † in contractu etiam verſus negotiatorem lucri ceſſantis ratio non habetur. l. fin. ff. de peri. & commo. cum tamen in reliquis caſibus habeatur d. l. 3. §. fin. ff. de eo quod certo. Itaq; puto generaliter concludendum, non ſolum eius, quod intra rem, ſed etiā ſimul eius, quod extra rem noſtra intereſt, rationem habendam, aliud tamen eſſe ſpecialiter inductum in emptionis & venditionis contractu: nam cum emptor & venditor ſimili iure cenſeantur, & quod paſſim aiunt, ſint correlatiua, non debuit alter plus altero grauari. l. 2. de cupre. lib. 12. d. l. fi. ff. de peric. & cōmo. rei ven. Cum igitur id ſtatutum eſſet, vt emptor, ſi pecuniam non traderet in vſuris ſolum legitimis condemnaretur, æquum fuit: vt venditoris quoque mora nihilo durius puniretur, vnde ſi rem venditam non tradit, ſolū in eo quod intrinſecus intereſt damnatur, id enim quod extra rem verſatur, legitimum vſurarum modum excedit. l. oleo. C.
80 de vſur. Tertium Bartoli axioma eſt huiuſmodi. Cū quis † non negligentia, ſed ex male facto reus eſt, puta qa tradidit rem nō ſuā, ſi ſcienter, quicquid etiam quantuncūque extrinſecus intereſt. d. l. Titius. ff. de act. emp. ſi ignorans, vique in duplum tenetur, ſi verò ignorans vitioſam rem tradiderit, tenetur quanti minoris l. Iulianus. ff. de act. empt. præterquam is qui vas vitioſum præſtitit. l. tenetur. §. ſi vas. ff. de act. empt. probatur hæc ſententia ex Pauli, Africanique reſponſis, aliiſq; itē legibus. Verum ſupra admonui, ea reſponſa male fuiſſe a cæteris intellecta: quoniam ex eorum verbis oſtendi etiam in ſciente rem alienam procedere, vt ad duplum ſolum conueniatur: nam & non comprehendi eum caſum ſub hoc axiomate exiſtimaui;
81 non enim † qui rem alienā vendit, verum eſt male facere. immo rei alienæ venditio valet, & ſatis facit emptori is qui de eui ctione ſe obligat. l. rem alienam. ff. de contrahen. empt. Igitur
82 in diuerſam ſententiam eo, atque opinor, quoties, † ob rem alienam traditam agatur, ſiue imprudens venditor, ſiue ſciēs fuerit, quatenus emptoris intereſt, omnimodo condemnandum, ita ne duplum egrediamur. d. l. Titius. quod ſi ob id agi-
83 mus, quia male factum, veluti cum venditor † ſciens tignum vitioſum, vel ouem morboſam tradit, inde quicquid detrimēti emptor conſequitur, puta lapſa domo, vel corrupto grege, omne reſarciendum eſt d. l. Iulianus. quod in ignorante venditore non ita eſt, ſolum enim agitur, quanti minoris. Verū du-
84 bitauerit aliquis, cur cum † venditor rem alienam ignorans tradit, non tenetur quanti minoris actione in l. Titius. reſpōdeo, ſi emptor ſciuiſſet alienā, veriſimile eſt nullo pretio ab eo empturum, at quando res non aliena eſt, ſed vitioſa eſt, viliori prētio ſaltem vendibilis eſt, expedit itaque tunc, quanti minoris agere, quod maxime probo, cum vitium rei affixum eſt. Dixe-
85 rit aliquis cum venditor ſciens † rem vitioſam tradit, Iulianus ait quanti emptoris intereſt dānari nomine, id præſenti cōſtitutioni aduerſatur, qua traditum eſt in contractu emptionis & venditionis duplū non excedi. Bart. in 3. oppo. reſpōdet, omne illud quanti, quanti emptoris intereſt, ſimplam quantitatē eſſe, quatenus communiter intereſt, id ego non probo: quoniam ſupra demonſtraui, hanc conſtitutionem ita intelligendam, vt condemnatio in id quod intereſt non fiat vltra duplū, vel pretii conuenti, vel vbi nihil conuentum ſit, prætij ſingularis d. l. Titius. at in caſu Iuliani excediturTignus enim tibi fortaſſe venditus eſt decem, & domus diruta ducentis valet, igitē ex hac conſtitutione duplicanda fuerant ſola decem, Itaque Fulgoſius in d. l. Iulianus. aut inquit, id quod intereſt in locū rei principaliter in obligationem deductæ ſuccedit, & nūquā excedit duplum eius pro quo ſubrogatur, aut principaliter ex ſeipſo conſideratur, & excedit, vt in caſu ſupra ſcripto Iuliani; cum enim agitur ex maleficio, ſimplum certum non eſt, vnde tunc ſecundam conſtitutionis partem attendimus, ſed aduerſus Fulgo. deduci videtur, quòd conſtitutio duplum ex pretij conuenti quantitate deflectit, quod cum in Iuliani queſtione certum ſit, non poſſumus dicere incertorum caſuum regulas obſeruari, quid cenſebimus? Accurſij ſententiam licèt Bartol. confirmauerit, nequaquam ſupra admiſi, quoniam nimis cōſtitutio coarctaretur, ſi eam diſponere tantum dicamus circa duplum pretij ſingularis: nā & in Iuliani caſu prædicto, quod communiter intereſt. tantum eſſe non crediderim, quoniam, vt etiam Alber. notauit, id accidere poteſt, vt domus, cui tignū vitioſum intuli, ex ſingulari aliqua ratione mihi carior eſſet, nec tamen ex lege noſtra conſiderabitur domus, vti ſingulariter mea interfuit nō dirutam vſque ad duplum, ſed tigni æſtimatio duplabitur dicta l. Titius Cynus, difficilis hæc, inquit, eſt oppoſitio & cornuta. Martinus & Bulgarus noſtram conſtitutionem editam eſſe, vt ſolum quod intra rem intereſſe coarctaretur, exiſtimarunt, Iulianum verò loqui cum extra rem intereſt, quod ſummè diſplicet: lex enim hæc noſtra generaliter introducta eſt, vt omnes veterum difficultates tolerētur. Quamobrem Iacobi Rauen. Petrique ſententiam probo, quam Nicola. Matthe. Albericus Roſates ſequuntur, nec aliter credidiſſe videtur Fulgoſius, vt communem hanc putem.
86 Ab his traditum eſt, in † venditione tigni duplicem obligationem verſari, rem tradi, & vitioſam non tradi, venditor itaque tradere tenetur, & quod bona fide tradet: cū ex eo capite agitur, quia tignus non ſit traditus, obligatio eſt certa, & duplum æſtimatio moræ non egreditur, cum ex alio agitur: quia in dolo malo es, & vitioſum tradidiſti, ratione doli obligatio eſt incerta: hoc enim vitioſe tignum nō tradere, certam æſtimationem natura, vel qualitate rei non habet, & ideo cōdemnatio fit, quanti intereſt. idem iuris eſt in pecude morboſa, nec aliter Marti-

Source : BIU Cujas

ter Martinum, Bulgarumq; sensisse opinor, licèt mutile & nimis laconice scripserint. Cæterùm etiã dũ Barto. quando quis rẽ vitiosam ignorans vendit, actione quanti minoris conueniri affirmat, non satis penes me hoc constat, cum alibi legatur, si tibi agrum locem, in quo mala herba nascitur, & propterea pecudes pascere non possis, te ad pensionẽ non teneri. l. sed addes. §. j. ff. loca. nõ solum q̃ti minoris nõ agitur, sed nihil penitus petitur, nisi dixeris, ex eo vitio fundũ penitus inutilẽ reddi, quod non satis probo; magis etenim illud arriserit, si intelligamus, idcirco omnẽ pensionẽ a colono retineri: quia ex morte pecorũ tm̃ detrimenti fuerat passus, alioquin si malam
87 herbam resecauerit, euulseritque, nihil obesse videtur, quominus non tolum quanti minoris conueniar. † Quod aũt prosequitur Barto. in vase vitioso vendito idem iuris esse, siue sciuerit, seu ignorauerit, & venditorem non quanti minoris, sed in omne prorsus quod interfit conueniri, videtur carere ratione. Cur enim id in vase specialiter inductũ est, meritò itaq; Accursij sniam Fulgo. probat. is nihil in vase specialiter fieri scripsit, sed solũ obseruari, vt si res, quarũ vitiũ ꝓbabiliter ignorari possit, venundentur, venditor ignorans quanti minoris iudicio solum teneatur, quod si nõ facile fuit: vt ignoraret, in omne quod interfit condemnari l. tenetur. §. sed si vas. ff. de actio. empt. Verum nec hoc ipse probauerim, cum facilitas hæc dignoscendi vitiũ, vel id minus, sit facti, quæ augere eius quod interest condẽnationem non debet, nisi quatenus probetur l. quatenus. de reg. iur. sed & quid si pecus sit morbosum, vel tigillus carios⁹, vt facile dignosci possit, si tamen venditor ignoret nonne co'ueniri quanti minoris lex ait. d.l. Iulia. quæ generaliter hoc sanxit: nã & ꝯriũ potius distinguendum fuerat,
88 cũ in rei † vitiosæ vẽditione minus emptori succurratur, cũ vitium facile ꝓtest agnosci q̃ si non sine industria deprendat. l. j. ff. de ædi. edi. quapropter Vlpi. si intelligat (inquit) vitiũ morbusve mancipij, vt plerunque signis quibusdam demonstrari solẽt vitia, potest dici, edictũ cessare, & ratio in prõptu est, sibi enim suã negligentiã emptor imputet, qui vitium minime latens statim non deprehenderit. Igitur a maiorum traditioni-
89 bus discedo, interimq; hoc magis probo, vt distinguamus † an res vendita, seu locata, ob vitium penitus sit inutilis, & hoc casu venditor, tametsi ignarus, in omne quod interest damnabitur: nam vas si vitiosum sit, puta quia vinũ efluat, nullius commodi est, vasorum enim ea est natura, idcirco emantur, cõducanturve, quia vino impleri possint, hoc igitur venditor tenetur scire, alioquin est in culpa, aut res vẽdita ex hmõi vitio nõ est penitus inutilis, sed solum depreciatur, & tunc quanti minoris experiundũ est: nã pecus infirmum penitus nullius cõmodi non est, sicut nec tignus vitiosus, si enim onera grauia nequibit ferre sustinebit saltẽ leuia, & distinctio hæc probat ex natura actionis, nã quanti minoris actio rem nihil penitus valere non arguit, sed minoris valere. vnde cũ res ratione eius operæ, ob quam emitur, sit oĩmodo inutilis, non ea actio cõpetit, sed per actionẽ ex ꝯctu quantum est quod emptoris interfit, resarcitur: qm̃ dns scire debuit rem suã, an satis idonea esset operę, cui principaliter conueniret. Accursius hoc in articulo plurifariã anceps fertur, cuius dissentiones referre operepretiũ non arbitror, quando quidẽ & nostra snia eo confirmatur, ꝙ d.l. tenetur. §. sed si vas. in vase non integro, & q̃d defluat, semper loquitur, quod offendit ex eo vitio reddi nullius cõmoditatis. Quartum Bartoli axioma in hanc formã est, in ꝯctibus, qui vtriusque contrahentis gratia fiunt, qualis est ven-
90 ditio, si seruus † vendatur, emptor non aget contra venditorẽ, nisi scientẽ, & qui tacuerit. d.l. sed addes. §. j. quod in rebus inanimatis est secus. Videnda primò est ratio differentiæ, & priore casu idcirco succurri venditori crediderim, quia facile potuit a seruo decipi. l. cum plures. §. si seruum. ff. loc, vitia enim in homine facilimè latent, & propterea responsionis & maledicentiæ Deum Momum tradunt veteres, tribus in rebus Iouẽ arguisse, ꝙ capris cornua inutiliter feciſſet, vtpote reflexa, nec quibus se tueri possent, ꝙ tauris eadem non in harmis posuisset, sic enim futurum, vt valentius impeterent, ꝙ homini in pectore fenestras non aperuisset, vt inde eius mens cognosceretur, ne deciperet, plerunque enim accidere, vt quos exterius pulcherrimos censeas, animo sint fœdissimo. Sed ad rẽ, si Bartoli verba simpliciter acciperemus, aperte reprehendi possit: qm̃ ex traditione serui, vt obliger in eo quod extrinsecus interest, sufficiat, etiam si ignorauerim: quia ob malã electionem sum reus culpæ. d. §. si seruum, quod procedit generaliter cum seruũ a me conduxisti, vel emisti. Itaque Bartolũ intellexisse crediderim, cũ simpliciter mecũ egisti, vt locarẽ Stichum, nam si is tibi furtum fecerit, nil teneor, nisi sciuerim eũ esse furẽ, sed & dũ idẽ distinguit, an ꝓbabiliter ignorari vitiũ a me potuerit, supra confutaui. Quintũ axioma sic explicatur,
91 in ꝯctibus, qui alterius ꝯhentiũ causa solũ fiunt, puta dantis, vt depositum, is qui dat, tenetur in omne qualitercunque interfit, sciat, seu ignoret. l. in rebus. §. item qui scieus. ff. com. l. pen. eodẽ titu. at si causa recipientis fiant, sciens tm̃ tenetur, ignorans uerò seruũ pro noxa dando, liberatur in l. si seruus. §. q̃d uerò. ff. de fur. Casus hi clarissimi sunt: quia ita exꝑsse a iurisco̅sultis proditũ est, qui distinctionis quoque rationes afferunt. nodus ergo in scirpo quærendus non est solum, aliquid dubitationis est in mandato, cum alibi lex inter causas. §. si seruus. ff. manda. generaliter dicat, si seruus, quem ut emeres mandaui, dãnũ tibi intulit, me teneri, alibi verò distinguat, vt liberer eũ pro noxa dando, sed quia id recte Accursius, & ceteri extricant. vlterius non existimo agendũ. Cæterũ qm̃ in plerisque su-
92 perius a Bartolo recessimus, ex nostra snia breuiter † sic fuerit dicendũ. In ꝯctibus non reciprocis, ꝓmissor pecuniæ post moram, & q̃d intrinsecus, q̃d extrinsecus interest, representare dẽt d.l. nũmis. cũ gn̄aliter verò q̃rimus, in oĩbus ꝯctibus accessionẽ rei, quaqua tendat, comitẽ considerari. d.l. venditor. in ꝯctu autẽ venditionis, quod extrinsecus interest, quia non factum, quod fieri debuerat, non rependitur. d. §. cum per venditorẽ. in ceteris ꝯctibus rependitur, ꝙ si venditor est reus: quia male fecit, si sciens omnimodo cõdẽnatur, dicta lege Iulianus. si ignorans, aut res vendita emptorẽ nihil propter vitiũ iuuat, & idẽ iuris est. d.l. sed addes. §. si vas, aut aliquid iuuat, & agitur quanti minoris, quòd si vẽditor iniuste tradidit, quia rem alienam, in id quod extrinsecus interest emptoris, condẽnat. d.l. Titius. duo tamen duplum non egrediamur in aliis distinguo, vt ex Africani responso constat, titulo de furtis. d.l. si seruus.

Supereſt quartam, vt quæſtionẽ

93 explicemus, num † videlicet hæc constitutio in maleficijs, seu delictis locum sibi vendicet? Accursius, Bartolus, & cæteri cõiter vendicare sibi locum affirmat. Sed in hanc sententiã *illud* torquetur, quod ex cõi interpretatione in responso Iuliani in dicta l. Iulianus, superius retuli: si enim vt te decipiã, tignum tibi vitiosum vẽdidero, & domus corruerit, omne tibi detrimẽtum resarcire cõpellor, quod nedũ duplũ, sed decies decuplũ potest excedere. illud item adducitur, finge sub pœna ducentorũ aureorũ promisisse me tibi librum cõmodaturũ. Titius furatus est librum, quapropter coactus sum ducenta soluere, cũ liber decẽ non excederet, num Titius resarcire mihi hanc pœnam debet, certe constat debere. l. inficiando. §. fi. ff. de fur. ecce quemadmodum excedatur duplum rei, finge te vi aut clã aliquid mihi dãni intulisse, ita debes dãnari, vt eodem statu constituatur, quo forẽ, si nec vi, nec clã aliquid feciſſes. l. semper. §. in hoc interdicto. ff. q̃d vi aut clã. poterit certè id duplum æstimationis dãni egredi, & ita censuit Petrus, nec nostra hæc cõstitutio aduersatur, quia & ex verbis ipsius & est exẽplis apparet in ꝯctibus solum procedere, quod & inter Baldi responsa Signorolus Homodeus retulit consi. 71. in j. Is si (inquit) in fluuio cõi molẽdinũ ædificẽ, quod tu prohibeas, quia tua interfit, ne id faciã, veluti quod tuũ non ita frequentabitur, nihilominus iniuste te id facere, qm̃ ratio cessantis lucri in ꝯctibus habetur ex præsenti constitutione, non idem in ceteris factis, igit̃ ꝓstat cõstitutionẽ in ꝯctibus solis loqui: posset tñ diei, delicta ratione doli mali incerta esse, & idcirco secundũ constitutionis casum attendi, vt quicquid sit, quod interest, refundatur & hoc probo, nec aliter Iaco. Pau. Pet. Cy. Albe. Ros. Mar. Bul. senserunt, & co̅muniter ferre tenetur, si ita declarauimus.

Proſequitur in conſtitutione, cũ ſcimus eſ

94 se naturæ congruũ &c. † Ex qua parte legis Cynus, Bartolus atque alii annotauerũt, pœnas in iure coarctari, nec in infinitũ posse progredi, & pœnas legales quadruplũ non excedere, satis constat. §. oẽs, Instit. de actio. sed dubiũ est, quid in conuentio-
95 nalibus, & distinguit Accursius, an per multiplicatiua † noĩa, an per numeralia stipulatio cõcipiat, q̃d Gallici Doctores reprobant, cũ verborũ differentiæ futiles sint, id tamen faciliter reijcit, cũ has differentias iure fieri plerunq; viderimus. Exemplũ vnũ proponere interim sat fuerit, cui testator ꝑ verba numeralia reliquit, puta lego Titio centũ põt in testamento esse testis. §. legatarijs. Insti. de testamẽ. quòd si dixerit, relinquo tertiam partem hæreditatis, licèt hæc portio sit minor centum, tamen non potest esse test is. vtcunque sit, cõiter Doctores Accursium suprascripta ratione dãnant, Bartolusque aliter distinguit l. in l. stipulatio ista. §. aliter. ff. de verborum obligatio. cum certa est quantitas pœna quadruplum potest excedere, cum incerta non potest, qm̃ verisimile non est, voluisse contrahentẽ in tanta summa condemnari, vitandaque hoc casu erit infinitas, quæ ratio fragilis est, cũ in genere potuerit ꝓmissor simplum, quamuis incertum æstimare, & sibi imputare debeat q̃ voluit quadruplum egredi. Igitur constitutionis verba de legali pœna accipienda sunt Bald. & Io. ab Imola, Bal. hic. Imol. & Alex. & Iason. in d. §. alteri, existimauerunt per simplicia nomina, neque quadruplum posse excedi, quod & Alexander quibusdam

Source : BIU Cujas

56 busdam rationibus confirmat,in quibus Iason respondet.† Ip se crediderim conuentam pęnã aliquo modo egredi non posse,id cũ legitimis vsuris vere interest.Quæ sententia tribus rationibus adiuuatur.Prima hæ pęnæ eius qđ interest loco subrogantur.l.final.ff.de præto.stip.igitur eius naturam imitẽtur, ne illud excedant.Secunda,lex nostra quatenus taxationẽ eius quod interest coercet,argumentatur a pęnis,igitur vltra legis restrictionem pęnæ extendi non possunt,aliter enim argumẽtum non valeret,nec dicat quisquam cõstitutionem loqui in pęnis legalibus,quia probabilius est ad conuentas respexisse,q̃ loco eius quod interest subrogantur.Tertia ratio ex Papin. responso elicitur.l.Iulianus.§ idem Pap.ff.de act.emp.frustra dupli pęnam adijci promissionibus author est,quia sic faciliter legitimus vsurarum modus excederetur,an ergo pęnam excedere non posse id quod vsurarum ratione habita interest, nec illud responsum in eo intelligendũ est,qui fęnerare soleat, nec itẽ in obligationibus tantum dandi,sed ẽt in factis,sit subsit similis suspitio.Illud non negauerim, vbi suspitio fraudis nulla sit in Bartoli sententiam me accedere, at cum simplum est incertum,tunc dubio procul duplum excedi nequit,idque omnes probant.

Postremò lex ait, & hoc non solum in damno, sed etiam in lucro &c. Notandum his verbis est,non solum damni emergentis, sed etiam lucri cessantis rationem vetetes habuisse. Quapropter & in eo statuitur,vt duplum non excedat pretij conuenti. Pro declaratione igitur huius articuli statuẽdum est, quemadmodum generaliter lucri cessantis ratio habeatur, & vt aliorũ ambages
97 missas faciamus,duobus verbis id habe,ratio † lucri cessantis, quod verisimiliter aliquis fecisset,regulariter habetur, vt hac l.cum similibus.id non procedit, si lucrum illud cum alterius iniuria acquireretur.l.si is cui.ff.de fur.idẽ iuris est in emptionis venditionisque contractu d.l.si sterilis. vt vtrinque æqualitas seruetur,vt supra declaraui.

ANTONII FVMEI PARISIENSIS IVRISCON.

De eo quod interest.

SVMMARIVM.

1 *Interesse neutro genere a iurisconsul.vsurpatum.*
2 *Interesse quid sit,vbi & iurisconsul.diffinitio aduersus Doctorum argutias defenditur.*
3 *Aestimatio eius quod interest reipub.mulieres dotatas esse,aut maleficia non remanere impunita, possit necne fieri.*
4 *Damnum pro damni æstimatione apud iurisconsul.reperitur.*
5 *Damnum in diffinitione eius quod interest quam significationem hẽat.*
6 *Damni æstimationem frustra petit,qui damnum iure passus est.*
7 *Aut,vel cuiusmodi particulæ sint, & quis sit earum effectus in oratione.*
8 *Lucri cessantis ratione agitur ad interesse, licèt nullum damnum datum sit.*
9 *Damni appellatione lucrum cessantis non venire.*
10 *Interesse rectius ne diffiniatur per rei pretium, quám per damni æstimationem.*
11 *Interesse loco succedit nonnunquam illud,quanti erat res,non ob quam agitur.*
12 *Interesse diffinitio per Iac.Rauennatem tradita examinatur.*
13 *Interesse non rectè hactenus a Doctoribus diuisum sit in commune,cõuentum,& singulare.*
14 *Relatum non est idem cum eo,ad quod refertur.*
15 *Interesse unicam tantum speciem esse,non triplicem.*
16 *Iuratur nonnunquam in litem super eo quod interest.*
17 *Species sola mediocritate non distinguuntur.*
18 *Actio quod metus causa datur ad quadruplum,in quo rei pretium cõtinetur.*
19 *Pœnam conuentam non esse interesse.*
20 *Interesse diuiduum est,pœnæ autem obligatio est indiuidua.*
21 *Interesse aliud intra rem,aliud extra rem.*
22 *Interesse intra rem,seu intrinsecum quid sit.*
23 *Vsuræ non propriè veniunt nomine fructuum,licèt pro fructibus nonnunquam ponantur.*
24 *Hæreditas seruo relicta comprehendatur ne sub interesse intrinseco,an sub extrinseco.*
25 *Hæreditas seruo relicta,eo euicto vel non tradito,quando veniat in rationem eius quod interest.*
26 *Interesse extrinseci ratio habetur in actione legis Aquil.& nu.40.*
27 *Seruitutes non esse in bonis nostris,quomodo intelligendum.*
Seruitus etiam venit in rationem eius,quod interest.
28 *Venditor non tradens rem venditam tenetur emptori ad interesse intrinsecum,non ad extrinsecum.*
29 *Vendens rem vitiosam ad cuiusmodi interesse teneatur.*
30 *Interesse intrinsecum venit in actione ex locato, non etiam extrinsecum.*
31 *Interesse intrinsecum venit in omnibus bonæfidei iudicijs, non etiam extrinsecum.*
32 *Extrinsecum alicui rei quid dicatur.*
33 *Interesse etiam intrinsecum non venire in contractibus stricti iuris.*
34 *Stipulationis vacuam possessionem tradi effectus.*
35 *Fructus fundi venditi ex quo tempore debeantur obligatione per stipulationem nouata.*
36 *Interesse veniat necne in obligatione nummorum.*
37 *Interesse cuiusmodi veniat in arbitrarijs actionibus.*
38 *Verba in contractibus expressa semper aliquid operari debent.*
39 *Interesse etiam extrinsecum venit in actione furti, quam dominus intẽdit,non etiam si alius,qui dominus non sit,agat furti.*
41 *Actio ad exhibendum cui detur.*
42 *Interesse etiam extrinsecum venit in actione ad exhibendum.*
43 *Contractus quando dicatur certam quantitatem continere.*
44 *Quantitatis appellatione speciem nonnunquam venire.& econtra.*
45 *Quantitatis appellatione quid proprie veniat.*
46 *Verba in odiosis sunt restringenda.*
47 *Contractus omnis suam substantiam,legem,& naturam habet.*
Substantia contractus quid sit.
Lex contractus quid sit.
48 *Natura contractus quid sit.*
49 *Mutui contractus quam naturam habeat.*
50 *Natura contractus innominati (do vt des) qualis sit.*
51 *Contractui stricti iuris nihil ex natura inest, nisi quod expresse dictum fuerit a contrahentibus,*
52 *Contractus certam naturam habentes qui dicatur.Iustinianus in l.unica.C.de senten.quæ pro eo quod inter.profe*
53 *Dupli ratio quomodo sit ineunda,cum de eo,quod interest, tractatur.*
54 *Obligatus ad faciendum an liberetur soluendo interesse, an verò cogi possit præcise ad factum.& nu.59.*
55 *Intellectus ad d.l.Stipulatio.§ siue autem.ff.de ope.no.nun.*
56 *Condemnatus ad rem aliquam restituendam an & quando præcisè cogatur restituere.*
57 *Scribere librum si promisit,non posse præcise ad id faciendm cogi, cõtra quem Accur.ac Bar.opinati sunt.*
58 *Intellectus ad l.sed & hæ.§.præter.ff. de procur.atque inibi cõciliatio eiusdem.§.præter.cum l.non cogendum,ff.eo.tit.*
60 *Intellectus ad l.si cum exceptione.§.sed & si quis.ff.de eo quod metus causa.*
61 *Obligatus ad factum conueniri potest sine alia interpellatione non solum,vt faciat,sed etiam vt si non fecerit,præstet interesse.*
62 *Alternatiuæ obligationi vtrunque inest, donec alterutrum sit exolutũ.*

QVI de eo quod interest, ꝑ iure ciuili scripserunt,mihi videntur optimo iure Dedali nominandi, struxerunt enim multis ambagibus inextricabiles vias,vel potius peruia queque suis in cœlum immensis commentarijs,satis meabiles locos occuparunt,de ijs ita semper præter quorundam opi.censui,qui putabant hunc punctum sic hactenus tractatum fuisse,vt dum eo illum sub incudem reuoco, videar apud illos Penelopes (quod aiunt) telam retexere. Nos vt poterimus,recta transcendemus. tutique itineris vestigia sequentibus parabimus,nihil nisi priscos iurecõrepetentes,a quibus iam penè desciuimus. oportet autem in primis(quia omnis nostra disputatio est de eo, quod interest) ante definire quid sit id quod interest. Omnis enim quæ a ratione suscipitur de aliqua re institutio, debet a definitione ꝑficisci,vt intelligatur quid sit id,de quo disputatur.

Antequam perueniamus ad definitionẽ eius quod interest,prẽmittam aliquid de titulo huius negotij.Vocant fere omnes interesse,cuius,vt insolentis vocula veniam petiit Alciatus in eo suo libro,de eo quod interest,quia non putauit Latinè dici posse,interesse, in substantiuo,quin potius apud iurisco. quos pure loqui diffitetur, non legi affirmat. Facilius verò, vt ego spero, huius vocula venia mihi,non dabitur,etiam nõ postulata,quam illi erudito viro, linguæ latinæ censore exactissimo, nec dubito nominare in-
1 teresse, † quippe qui apud iurisco. inuenerim esse vsurpatum, in l quod sæpe.in fi.de leg.ff.de contrahẽ.emp.in l.debitor decem.ff.de leg. 2. Et si Latinè dicimus tuum scire,vt in illo.

Scire tuum nihil est,nisi te scire hoc sciat alter,
Cur nõ item dicemus,tuum interesse?
Si item & illud eiusdem Persij.

Tuuc cum ad canonicem,& nostrum illud viuere triste,
Aspexit.
Et illud eiusdem.

Velle

Source : BIU Cujas

Antonij Fumei. De eo quod intereſt.

Velle ſui cuique eſt, nec voto viuitur vno.

Totam autem hanc noſtram actionē, vt omnibus ſit apertior diſtribuemus in quinque capita, ex quibus primū hoc erit, qd
1 ſit id quod intereſt.† Id quod intereſt, eſt dāni dati vel lucri ceſſantis æſtimatio. Nemo ex interpretibus adhuc talem attulit definitionem, ſed illam nobis tradidit Paulus, quāuis nō tam definiat quā ſcribat, in l. ſi commiſſa. ff. rem ratam habe. Vbi ſi cōmiſſa (inquit) ſit ſtipulatio rem ra. habiturū, agitur ad id qđ intereſt. i. quantum mihi abeſt, quantūcunque lucrari potui. Hanc autem definitionem noſtram quæ ſuis numeris conſtat defendamus ab illis omnibus incurſionibus quæ fiunt ab eis, quibus cum in hoc cāpo certandum eſt. Pugna primū aduerſum nos quod dixit Bar. in l. vnica. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt proferuntur. Aliquando. n. inquit, agimus ad id quod intereſt, quando lucrum emerſit, & ceſſauit damnū, cuius rei eſt exemplum in l. ſi fideiuſſor. ff. de leg. j. Veluti etiam, inquit, cum legatarius repudiauit legatū, intereſt hæredis, ne amplius petat legatum. Id autem quod ſua intereſt, eſt damnū ceſſans, quia illius debitor erat, & lucrum emergens ei, qui ab debito liberatus eſt, putauit Alciatus eſſe argu. quod Græci ἀντιστρόφως appellant, Latini reciprocum, cuiuſmodi eſt illud exemplum Gellij in c. x. lib. 5. Noctium Atticarum. Dicimus autem reciprocum argu. qū ſola inuerſione capitum inuertitur totū arg. Quod ſane non video hic fieri. Quod. n. (vt inquit) lucrū emergens & damnum ceſſans faciant, vt noſtra interſit, hoc plane falſum eſt, ob idque nec inuertitur noſtrum argu. Si. n. ex cuiuſquā facto non infertur mihi damnū, nihil mihi abeſt, nec occupatur lucrum, quo pacto quærat, vel dicam ob factum illud mea intereſſe? Cum. n. dicemus id quod intereſt damni dati aut lucri ceſſantis æſtimationē eſſe, facimus eius quod intereſt neceſſariam cauſam damnum datum, vel lucrū ceſſans. Si vero vtrunq; abeſt; quia vt amplius habemus, quod noſtra intereſſe dicamus? Cum autem mihi res legatur, fateor me ex ea re facere lucrum, & tamen mea intereſt habere illā rem legatam. Vide quomodo ego planum hoc facio, ceteraque quę ſimilia huic adferuntur exempla. Id quod intereſt non eſt (vt plenius ſuo loco dicemus) ipſa res. l. hæc verba. ff. de verborum ſignific. ſed cum his, qui rē mihi debet, ceſſat in ſolutione, tūc parata eſt mihi aduerſus illū, qui debet, quia iniuſtè qđ meū per legatum, aut donationem factū eſt apud ſe retinet, & impedit, facitq; ceſſare meum, quod ex ea re facere debeo, lucrū. Hæc lippis & tonſoribus, credo, patent, neque noſtrum eſt negotium diutius in leuibus iſtis verſari, aliò aliæ res me vocant, & hæc nil niſi ſunt verborū ancupia, quibus miſeros quoſdā videas torqueri.

Aliud eſt, quod huic diffinitioni obſtare videt, idque primus mouit Bart. quia
3 nos dixerimus, id quod intereſt eſſe æſtimationem damni, nos contra, inquiūt.† Aliquando noſtra intereſt ſine vlla tamē æſtimatione, vt in illo de l. j. ff. ſol. ma. vbi. Intereſt (inquit) Reipu. mulieres eſſe dotatas, & tamen nemo id ęſtimauerit. Vt eſt ēt aliud, quod vulgo eſt. Intereſt reipu. delicta non remanere impunita, & ne quis re ſua male vtatur. Alciatus ſatis fatetur id quod ſic intereſt, tāti eſſe, vt nullo pretio liceri poſſit; cū enim id deduci in iudicium ineptum ſit, quid attinet ſub definitione comprehendi? At ego aliter ſentio, & ſub hac definitione cō tineri probo, nemo nekcit id, quod Reipu. ītereſt; quia multos complectitur, vix æſtimari poſſe, certoque vero pretio adduci; attamen ꝙ ſic petetur a procuratore aliquo fiſci vel reipu. nō omnino erit fruſtra, quamuis enim vera eius rei, quæ comparari non poteſt, æſtimatio non fiat a iudice, aliquid tamē eius rei nomine adiudicari ſolet. Veluti ſi maleficium factum proponatur, procurator reipub. intendet ſuam actionem aduerſus illū, qui deliquit, vt penas meritas luat, & illa pęna ſic affli cta dicetur eſſe, qđ reipu. intereſt, quia eius intereſt delinquentes ijs pęnis, quæ cæteris terrorem incutiant & a delictis auocent, affici. idemque de alijs erit iudicium: vt quia tanti poſſet eſſe id, quod reipu. ſingulatiter intereſt, quod emptorem non inuenerit, melius viſum, vt de cōi tm æſtimatione vel legibus vel conſuetudine conſtituta daretur iudicium, vt in l. pretia rerum. ff. ad l. Fal. & hoc recte cadet in ſpeciem eius, quod intereſt ſingulariter, de quo ſuo loco plenius. Eſt & aliud, quo fortaſſe non putabunt multi noſtram definitionem poſſe conſtare, quod ſane euacuandum eſt, ne quid ſit, quod eius luminibus officiat. Cum dicimus id quod intereſt eſſe æſtimationē damni non comprehendimus id, quod ſingulariter & ex ſola affectione noſtra intereſt: quia mea intereſt habere illum fundum, quem peto potius, quàm quoduis aliud, & ſic id quod intereſt, eſt ille fundus, non autem æſtimatio, ſeu pretiū. Sed vide quomodo hæc recto ſenſu capias: quia nō habeo fundū, qui meus eſt, peto illum mihi reddas, quod ſi non feceris: quia magni mea intereſt illum habere, ago ꝫ te ad id quod mea intereſt. Si enim profundo agerem, male peterem id quod mea intereſſet, non habere fundum: quia hæc inuicem pugnant: ſi enim conſequor fundum, quem peto, quid iam amplius mea intereſt? Aeſtimatio ergo damni eſt pretium illud, ſeu quæuis alia res, quæ ſubit locum eius, quod petitur, quia nō poteſt id dari, vel inueniri. Annotemus autem ſingula queq; verba definitionis, primū ab ijs incipiamus. id qđ intereſt, eſt damni dati &c. nos in ea re diſceſſimus ab Accur. qui dixit eſſe damnū datum, quod ſanè eſt ineptum. Tantum enim abeſt à damno ad eius æſtimationē, quantum a pretio ad mercē: aliud. n. res, aliudque eius pretium. Non ꝙ ita exactus verborū cēſor eſſe
4 velim, vt ob eam definitionem deficere, quæ cæteris ſuis numeris conſtaret, ſic. n. † & viros doctos ſumpſiſſe damnum ꝙ eius ęſtimatione legi, quem vſum a doctis obſeruatū ipſe non poſſum improbare; talis enim conſuetudo verbis proprietatē tribuit. Ita damnū pro eius ęſtimatione legimus in l. ſi ſeruū. ff. ad l. Aquil. ī l. vnica. C. de ſen. quę pro eo quod inter. profer. Verūtamen in definitionibus nihil, niſi proprijſſimum afferri debere puto, vt aliquando quid cuique rei conueniat docea tur, ne veterum ac verborum definitiones, & termini tandem confundantur, aliudque in aliud ſine norma ac ſine limitibus
5 promiſcue transferatur. † Qūo verò nunc damnum accipiamus dicendū eſt. Damnum ego puto eſſe omnem cuiuſcunque rei diminutionem, ſeu læſionem, neque mihi ſatisfacit illa etymologica deſcriptio Pauli de verbo hoc damnum, in l. 5. ff. de damno infect. qui inquit. Damnum dictum quaſi ademptio, ſeu diminutio patrimonij, num enim & ijs, qui in ſuis bonis proprijs, vel maternis, aut aliunde quæſitis diminutionem accepit, damnū paſsus videbitur? quod ſanè nemo diffitetur, nū & famæ alicuius dānum infertur? nū & ſi quis verberatus eſt, aut plagis affectus, damnū corpori illatū dicemus? quæ om nia volumus noſtra diffinitione complecti, vt etiam cōprehen damus id, quod cuiuſque intereſt propter læſum, vel occiſum hominē, quod tā & ſi vere æſtimari non poſſit. aliquid tū æſti matur, & eius rei nomine, vel pecunia, vel quiduis aliud, ꝙ eo quod intereſt, quod iudex æſtimauerit, ſoluetur ex iudicio, de hac ſpecie dāni reſarcienda tractatur in l. ſi ſeruū. ff. ad l. Aquil.

Non ſinemus autem definitionem noſtrā vagari ita latè, vt tantiſper ab ea æquitate, quam profitemur, ſeiungatur, itaque propter damnum datum agit quis ad id, quod ſua intereſt, debetque id iudicio conſequi, ſi modo hoc iniuſtè factum eſſe repe
6 riatur.† Quòd ſi quis iure damnum datum eſſe contendat, & vincat, non habebit iudex rationem eius, quod propterea intereſt, ob idque fingunt iureſconſulti talem non ſentire damnum, vt in c. dam. de reg. iur. in 6.

Item dicimus in noſtra definitione, id quod intereſt, eſſe lucri ceſſantis, vel damni
7 dati ęſtimationem. Videndum eſt autem† quid poſſit illa particula, vel quid ve ſibi velit, quæ ſimilis eſt illi, aut de quarum natura eleganter ſcripſit Proculus in l. hęc verba. ff. de verbor. ſignifi. vbi particula, aut, huic ſimilis, vt dixi, eſt nonnunquam diſiunctiua, & nonnunquam ſubdiſiunctiua. Hæc autem particula, de qua hic agitur, ſubdiſiunctiua eſt, & eius generis ſubdiſiūctiuæ quę eſt, ꝙ propoſitis finibus, ita non poteſt neutrū eſſe, vt poſſit eſſe vtrunq;, cuiuſmodi eſt & illud. omne animal aut agit, aut patitur, ſic dicimus hic, intereſſe eſſe dāni, aut lucri ceſſantis ęſtimationem: quia vt eſſe poſſit, oportet ex ijs ſci licet damnum vel lucrum ceſſans adeſſe ꝙ ſi neutrum reperiatur. intereſſe etiam non reperiri, neque ſubſiſtere dicemus. Sed recte ſtabit vnum ex illis ſine altero, veluti ex ſolo damno dato, & ſi non ceſſet lucrū, poſſum agere ad id quod mea intereſt, idque eſt, ꝙ intereſſe circa rem vocant iuriſcon. vt in l. ſi
8 ſterilis. §. cum per venditorē. ff. de actio. empti. † Poteſt pręterea agi ad id quod intereſt ratione lucri ceſſantis, tametſi non ſit dānū datum, tex. in l. vnica. in fi. C. de ſent. quæ pro eo quod intereſt profer. Tametſi multi hoc improbant ex pluribus reſponſis, ex reſponſo præſertim Pauli in l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de actio. emp. & l. ſi ſponſus ſpōſę. §. maritus hę res. ff. de don. inter vir. & vxo. alijſque multis, de quibus ſuo loco plenius tractabitur.

Scriptum eſt pręterea in definitione, aut lucri ceſſantis, & in eo ꝙ nominatim de lucro ceſsāte aſcripſi, copioſior eſt noſtra diffinitio, quā illa antiqua Dy. in c. mora. de reg. iur. in 6. Et miror tm illū iuriſcouſultum & in iure veteranum prætermiſiſſe in ſua definitione, lucrum ceſsans. Non dedignabor tamen illam cōmemorare, quæ pp antiquitatem a nōnullis cōmendatur. Intereſſe, inquit, eſt dāni ęſtimatio, in quantitate conſiſtens. Deficit autem illa defini tio in eo, quod lucri ceſsantis non meminit.

Alciatus retro fortaſſe ad me reſpiciens pro Dyno ita cauit, qm̄ (inquit) appellatione damni recte lucrum ceſsans venire, cum & id lucrum ceſſans, quodammodo, latiſſimaque ſignificatione damnū paſsodici;

Source : BIU Cujas

dici; attamen appellatione † damni, lucrum ceſſans non veniret, cuius rei hoc erit ſatis aptum exemplum, homines, qui vẽduntur, viciſſimque emuntur, vt ſerui, nonne quodãmodo appellatione mercis continebuntur? cum merces dicant̃ ille res, quæ venduntur, aut emuntur, a mercando dictæ, & tamen nõ veniunt appellatione mercis huiuſmodi venalitii ſerui; qa alio nomine vocantur, tex. in l. mercis appellatione. ff. de verb. ſig. multaque alia teſtimonia poſſent adduci, quibus in re tam clara non eſt opus. Itaque non concludit argu. Alcia. pro defenſione Dyni. Probatur ex alijs, appellatione damni non venire lucrum ceſſans, neq; in definitione comprehendi. Primũ ex eo quod ſcripſit Vlpia. in l. Proculus-ff. de dam. infect. Longe intereſt (inquit) an quis ex alieno facto damnum patiatur, an lucro quod adhuc faciebat, vt prohibeatur. Idem in l. ſi. C. de codicillis. in l. ſi ſponſus. §. ſi maritus hæres. ff. de dona. inter virum & vxo. Atque ego miror Alciatum ita continentẽ, vt nõ moueatur tantis tumultibus ac fere perpetuis diſſidijs Doct. noſtrorum, miſere ſe contorquentium pro ea differentia, quæ fit inter damnum & lucrum ceſſans. Eſt illa infinita quæſtio, vtrum ratione lucri ceſſantis tantum ſine dãno dato agi poſſit ad id quod intereſt, de quo primus Accur. in l. ſi ſterilis §. cum per venditorem. ff. de actio. emp. de quo etiam diſputare alio loco remiſimus. Sed oportuit primum definitionem totius negotij curſim & punctuatim explanare, vt facilior ſit aditus ad cætera.

Eſt & aliud explicandum de definitione; cũ enim
10 dicimus † id quod intereſt eſſe damni dati æſtimationẽ, multi nobiſcum non ſentiunt, inquiens inter cęteros Dy. in ſuo. c. mora, quẽ etiam defendit Alcia. Accur. etiam in l. vnica. C. de ſenten. quæ pro eo quod intereſt profe. in priore ſua definitione. Qui omnes putant id quod intereſt rectius dici rei pretiũ, multaque in hanc rem adferuntur argumenta. Sed efficatioribus ſatisfaciemus, cætera, quæ nihil aut parum valẽt, minus occupatis reliquemus. Aduerſum nos fortiter pugnat tex. in l. ſi. ff. de præto. ſtipu. In ſtipulationibus (inquit) quæ quanti ea res eſt promiſſionem habent, optimum erit certam ſummam comprehendere: quoniam plerunque difficilis eſt probatio eius, quod cuiuſcunque interſit, & ſic idem facit, quanti ea res eſt, quod quanti cuiuſque intereſt, ob idque probatum eſt, id quod intereſt, eſſe verum rei pretium. Non reperio ſanè aliquẽ ex noſtris Doctoribus, qui de eo textu planè ſe expediat, verum id enitẽdum eſt nobis, ſi quid melius ac potius illis po
11 terimus. † Ego putarem, cum illic iuriſcõſultus ea verba, quãti ea res eſt, vocat intereſſe, ob id vocare, quia illud, quanti ea res eſt, loco eius, quod intereſt ſuccedat, ſcilicet in ſtipulationibus prętorijs aliiſque quibuſdam pro eo quod intereſt hoc temperamentum lex dedit, vt ſcilicet ad id quanti ea res eſſet ageremus, & hoc fiet planun ex coniunctione harum legum, ſcilicet l. ſi. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. & l. 2. §. ſi. ff. qui ſatiſd. cogan. Quia altera propter commiſſam ſtipulationem iudicio ſiſti, dat actionem ad id quod intereſt, altera ad id, quanti ea res eſt. Quæ duo reſponſa ita recte conciliaueris, neque aliter ſubſiſtẽt. Simile eſt in l. in arbitrio. ff. de dolo. ĩ l. ſi. §. hæc aũt noſtra opinio, per text. expreſſum, & qui aliam interpretationem, non patitur, in l. hæc verba. ff. de verbo. ſignifica. Vbi hæc verba, quanti eam rem eſſe apparet, non ad id quod intereſt, ſed ad rei æſtimationem referuntur. Deinde oporteret dici rẽ & rei pretium idem eſſe, quod quàm ſit abſurdum, nemo nõ videt. Sequenti capite hæc altius repetemus, in conſtituenda differẽtia ſpecierum eius quod intereſt. Poſtremò videtur forte moroſis quibuſdam nimis vaga noſtra definitio, neq; ſatis plures caſus complexa, vt quæ ea omnia facta quibus damnũ contingit, non enumeret, vt ſcilicet, quia non fit, qđ fieri debet, aut econuerſo, vel non datur quod debetur; quos tamen caſus annumerat laco. de Rauẽna ĩ definitione eius; quod ſua
12 intereſt. Sed ille dum † ſuam definitionem copioſiorem redde re curat, facit longe hac noſtra arctiorem, & illam non omittam, quoniam & multis commendatur. Intereſſe (inquit) eſt damni æſtimatio, ex eo contingens, quod aliquid fieri ceſſaẽ, quod fieri debet, vel fit, quod fieri nõ debet, vel nõ datur, quod dari debet. Sed ſub hac tanta verborum ſerie non continetur id, quod noſtrę intereſt ob factum & dationẽ ſimul, cuiuſmodi eſt ſtipulatio reddendarum rationum, de qua l. cum ſeruus. ff. de conditio. & demõſtratio. Melius itaque fuiſſet aliquos ex caſibus generantibus intereſſe non exprimere, qui potius debębant eſſe exemplo, quàm talem caſum prætermiſiſſe. Sed ſcio quo ſe defendant vmbone, quia dicent ſatis ſub ſimplicibus mixtum contineri in l. 2. ff. de verborum oblig. Sed nõ debuerant itidem illi de nõ facto aliquid adieciſſe, cum ſatis ſub appellatione facti contineretur, vt in §. fina. Inſti. de verborum obli. deinde alium caſum omiſerunt illi tam diligentes definitionẽ obſeruatores, non enim cõprehendunt id qđ intereſt ob illegitimam dationem. Vt ſi fur quiſpiã rem furtiuã apud te deponat, & tu vero dño rei reſtituas, non aũt furti aget fur aduerſum te: quia ei nõ reddidiſti, qui apud te depoſuerat, vt in fin. ff. depoſi. Melius igitur ſe habet, ita non minus laxa noſtra definitio, tametſi expreſſiz tales caſus nõ notet; cũ. n. dicimus, id quod intereſt, eſſe dãni dati, aut lucri ceſſantis ęſtimationẽ, intelligimus de damno dato vel lucro ceſſante ob quãuis inquã cauſam, ſiue factũ ſit, ſeu non factũ, vel illegitimam dationẽ, deniq; quouis caſu vel modo perpetretur damnũ. His aũt oĩbus ſatis patet, & apud doctos probata eſt noſtra definitio.

CAPVT SECVNDVM.

13 Videamus † verò nunc quot modis in iure noſtra interſit. Id autẽ, quod intereſt, tripliciter ſumi oẽs fere aſſeruerunt. primusq; inter alios Accurſius in l. vnica. C. de ſententijs quæ pro eo quod intereſt proferuntur. & in l. j. ff. de actio. empti. quem vti ſigniferum confertiſſima turba Doctorum, tum veterum, tum recentiorum ſequuta eſt. Sic aũt tripartiũtur id quod intereſt, in cõe ſcilicet, conuentum, & ſingulare. Tum demũ eſſe cõe iudicant, cum eius rei, qua de agitur æſtimationem nõ ſuperat, vt in l. pretia rerum. ff. ad l. Falci. Conuentum vocant, cũ de ſoluenda certa re loco eius, quod intereſſe põt, inter partes conuenit, de quo in l. ſi. ff. de præto. ſtipu. Singulare, quod ex affectione damnum paſſi æſtimatur. Sed hæc nos ſubtilius, & diſtinctius, q̃ a noſtris adhuc explicata ſint, non enim id vanum neq; contemnendũ, ſi ſcierimus quid ſibi voluerit legiſlator, qui aliquẽ ad id quod intereſt condẽnat, & quo modo id æſtimandũ ſit. Bene quidẽ egerunt, quantum ego exiſtimo, noſtri iuriſconſulti, dũ illa verba, id quod intereſt, nõ explicue rũt aliter, ſed ſomniãda nobis tradiderunt, vix enim vnũ idẽq; rectum iudicium de ea re tot capita cẽſentiũ protuliſſent. Sed ijs qũo iudex aliquis vtatur iuridicis rationibus doceamus, & legiſlatores oẽs nobiſcum ſentire, tametſi non apparuerint, ſi boni oratores erimus, perſuadeamus. Dynus q de hac re multa congeſſit in c. mora. de regulis iuris. in ſexto. arguit in vtrãq; partẽ, tandem tũ laceſſitus cõi opinioni ſe dedit, maximũ aũt argm̃ quod adfert aduerſus cõem ſnĩam eſt, vt probet nõ eſſe cõe intereſſe. Nam inquit, hæc verba, quanti ea res eſt, non ad id quod intereſt referuntur, ſed ad verã rei æſtimationẽ, & pretium, quod ſuccedit loco rei, nec idem eſt cum re. l. ſi ita fideiuſſor. ff. de fideiuſſo. ſic nec id, quod intereſt, quamuis ſuccedat in locũ æſtimationis rei, & fortiori ratione hoc confirmarẽ; quia id quod intereſt, nonnunq̃ verum pretiuz rei excedit, aliqñ comparatur, vt in l. j. ff. de actio. empt. non poteſt, idẽ di-
14 ci. † Eſt p̃terea certiſſima apud dialecticos regula. Quòd quoties duo ſunt, quorum vnũ refertur ad alterum, non ſunt idẽ relatum, & id ad quod fit relatio. Hæc ſunt, quæ pugnant aduerſus cõem ſententiam, quibus Alciatus ita reſpondet. Verũ eſt, inquit, cõem æſtimationem ab eo quod intereſt, differre, non enim ipſius rei cõis ęſtimatio, & intereſſe cõiter idem eſt, ſed vltra rei cõem ęſtimationẽ damni emergentis, & lucri ceſſantis cõi vſu ducta ratio id efficit, quod intereſſe cõe appellãt. Sed ex Alciato ſcirem lubẽs, quo pacto aliquid æſtimabimus præter cõem vſum, ſemper enim vagãtur in incerto adfectus, lex aũt adfectus non prohibet; quia in eos nõ habet imperiũ, ſed rerum æſtimationẽ ex illis nullam a lege factam reperies, & oporteret ex illius ſnĩa omne id, quod intereſt, eſſe cõe, nulla enim fit affectionis æſtimatio, ſicque nec ſubeſſet, quod illi ſingulare vocant. Hæc optime docemur ex l. ſi ſeruum meuz.
15 ff. ad legem Aquiliaz. † Ego putarẽ in hac re aliter iudicandũ, q̃ hactenus cæteri, vt ſit eius, quod intereſt, vna tm̃ ſpecies, qđ tm̃ cõi æſtimationi rei, pro qua agitur, interdum comparatur, interdumq; pluris eſt, vt in l. j. ff. de actio. empt. Et cum lex diſponit, aut partes conueniunt, vt quis teneatur in id quod intereſt, non referemus ad verũ rei pretiũ, niſi forte is qui agit, pluris ſua intereſſe non docuerit, quod planè voluit Vlpian. in d. l. j. de actio. empt. Si verò lex condemnaret ad veram rei æſtimationẽ, vel ad id, quanti ea res eſt, nõ admitteretur actor volens agere, & docere pluris ſua intereſſe, idque eſt, quod clamant illa omnia iura. l. hæc verba. & l. inter. ff. de verb. ſign. l. ij. §. fi. ff. qui ſatiſdare cogantur, & l. fi. ſi quis in ius vocat. nõ ierit. Quæ in hanc rem ſolent citari ſatis diximus ſuperiore capite. Omiſeram ferè vnum aliud. Si diceremus cõe intereſt, quia a cõi vſu æſtimationem caperet, nec pretium rei excederet, hodie id omne, quod intereſt, etiam ſingulariter illam ſolam ſpeciem haberet, quin in lege vnica. C. de ſententijs quæ pro eo quod intereſt. pluris æſtimetur duplo æſtimationis rei, & ſic omne intereſſe cõe & certum. Mouentur præterea ij, qui cõe intereſſe ſic depingunt ex l. non à iudice. ff. de iudi. cui & ego addo ſimilem in l. 2. altero reſponſo. ff. de in lit. iur. Si de dolo

vel

Source : BIU Cujas

Antonij Fumei. De eo quod intereſt.

vel contumacia agatur, iudex ſequetur æſtimationem non ex
16 eo quod intereſt, ſed ex eo, quod in litẽ iuratur.† Conſtat autem pro eo, quod intereſt, nonnunq̃ in litem iurari, tex. in l. pe. ff. de in litem iur. Ergo diuerſæ ſunt ſpecies eius, quod intereſt. Sed nos ita expliçabimus. Ad hoc vt quis, quod ſua intereſt, per condemnationem conſequatur, oportet notum eſſe iudici, vel teſtibus, vel literis, vel alijs quibuſlibet legitimis quanti ſua intereſt. Tm̃ aũt fuit, & tam graue odium apud veteres doloſorum, & contumacium, vt ẽt ſi teſtibus, vel inſtris non liqueret, quanti interſit, credatur ſoli iuꝛo actoris in litẽ, & eadem pœna coercentur nefarij raptores, ſeu rerum violẽti ablatores; cum enim quis tantam iniuriã paſſus ſit, lex in eo ſubleuat, vt non teneatur probare per teſtes, ſed eius ſolo iuꝛo credatur, quantum illi abſit ex violentia, tex. in l. ſi qñ. C. vnde vi. vide quomodo ex eo conſtitues eius quod intereſt diuerſas ſpecies. Pro eadem cõi ſententia ſolet afferri tex. in l. qui tabulas. ff de fur. vbi, qui tabulas, aut chirographa amouerit, furti tenebitur, non tm̃ pretij ipſarum tabularum, ſed & eius quod interfuit, quod ad æſtimationem eius ſummę refertur, quæ in tabulis fuit, ſcilicet ſi tanti interfuit. Sed reſpondetur. Illud nihil cogit, neque magis inflectit noſtram opinionem, quã cæteri textus; non enim diffiteor id, quod intereſt, nonnunq̃ æquare verum rei pretium, aliquando non attingere, & aliqñ excedere, ſi tm̃ ita contingat, vt non pluris intereſſe probetur, q̃ ſit verum rei pretium, cur minus intereſſe vocaueris, ex eoq; nouam & ab alijs diſtinctam ſpeciem feceris? Idem omnino dixeris de l. 3. §. condemnatio. ff. de tabu. exhiben. Illis enim omnibus in locis nihil aliud collegeris, q̃ quod nonnunquã concurrit intereſſe cum pretio rei, nonnunq̃ excedit, quod a pro-
17 bationibus dependet. † Sed non idcirco debuerũt noſtri Doctores conſtituere ſpecies ex illis rebus, quæ inter ſe mediocritate tm̃ differunt, vt eſt tex. in l ñ. ff. de fundo inſtruc. vel inſtr. lega. Ad ſuadendum id quod ſentimus, non parum facier hoc
18 ſimile. † Si quid per metum a te extorqueatur, habes ex lege paratam actionem aduerſus illum violentum ad quadruplũ, in qua actione quod metus cauſa res ipſa ablata cõtinebitur, tametſi tu non agas ad rei reſtitutionẽ expreſſaꝫ, & deſignatã, tex. in l. ſi cum exceptione. §. quatenus. ff. quod metus cauſa. Ita eſt in noſtro propoſito: nam cũ ego ago ad id, quod intereſt, pretium rei, pro qua agitur, venit in rationẽ, ſi tanti intereſſe putetur, ſed tm̃ ſemper eſt intereſſe. neq; tunc pretium rei, vel æſtimatio vocari debet, cum pretium, ſeu æſtimatio rei longe abſit a ſignificato eius quod intereſt, vt ſ. ſatis explicatum eſt.
19 †Alia eſt & ſecũda, quam iidem depingunt, eius, quod intereſt ſpecies, conuentum ſcilicet intereſſe, quando (inquit) inter partes conuenit de certa ſumma loco eius, quod intereſſe poteſt ſoluenda, quę plerunque in p̃ctibus apponitur, q̃ difficilis eſt probatio eius quod intereſt, fuitq; ſaluberrimum hoc conſilium Venuleij in l. ſi. ff. de prætori. ſtipulatio. & ille eſt textus, ex quo hauriunt hanc ſpeciem intereſſe conuenti. Sed hic ẽt eſt error ſimilis priori, quod enim tranſijt in verum pœnæ nomen, illi intereſſe vocant, facileq; eſt eundem illum textũ l. ſi. in eoſdem retorquere, nam ille textus conſulit, vtilius eſſe certam ſummam adijcere loco eius quod intereſt, ſi loco & vice eius quod intereſt fungitur, non idem eſt intereſſe & illa pœna ex ea regula, quam narrauimus ſupra. de re ſcilicet, & eius pretio, quod in locum rei ex neceſſitate plerunq; ſubordinatur. Idem argm̃ ego deduco ex l. procurator ad exhibendum. §. fi. ff. rem ratam haberi. Quo tex. etiam putabant confici cõuentum intereſſe. Fortius etiam pugnant ad confirmandam hanc ſpeciẽ, de l. ſtipulatio iſta habere licere. § alteri. ff. de ver. oblig. qui profecto dum ab illis trũcatus & mutilatus legitur, aliquid pro illis ſuadet. Verùm ego illis nõ ſatis fiſus in lectione illius legis, earuꝫ per progreſſus ſtatim me facile expediui. Si quis, inquit, alteri ſtipuletur, nõ valet ſtipulatio, nihil enim eius intereſt alteri extraneo ſolui, planè ſi velim hoc facere, pœnam ſtipulari conueniet, ſi hic maneas, erit ſanè probatũ pœnam eſſe intereſſe, ſed perfice caput legis. Pœnam enim, inquit, cũ ſtipulatur quis, non illud inſpicitur, quid interſit eius, ſed quæ ſit qualitas, ſeu conditio obligationis. Vides quo pacto, ſuo (quod aiunt) gladio conficiuntur, & aperte factã differentiam inter pœnam, & id quod intereſt, neque vllo in loco reperies id, quod pro pœna adijcitur, intereſſe nominari, ſed ſuum habet proprium & peculiare nomen, & qui ſecus agũt, rerũ terminos confundunt & in primũ cahos redeunt. Nõne illa certa ſumma, quæ promittitur ab illo, qui ſententiæ arbitri non paruerit, vocatur intereſſe, non autem pœna? in toto il-
20 lo tractatu de arbitris, †nonne pœnæ obligatio indiuidua eſt? vt in l. 2. §. fi. ff. de verb. oblig ad id quod intereſt in partes diuidua, l. 3. §. fi. ff. de verb. obli. Ergo non idem eſt intereſſe & pœna. Tantum abeſt vt vere dicamus pœnã eſſe intereſſe, vt nec vbique paris ſint conditionis. Explicata ſunt, vt ego exiſtimo, ea omnia quæ poterant non ſatis cautos in illum communẽ errorem trahere eorum, qui putant intereſſe in ſpecies diuidi, idq; reliquum eſt nobis, vt dicamus vnum eſſe tantum intereſſe, quod aliter a me non appellabitur: quia neq; a veteribus iuriſconſultis aliud nomen traxit. Cõmodum fuit eas omnes nugas eradere, totq; futiles ſpecierum differentias non agnoſcere, quæ multorum ingenia inuoluunt, ac ſuffocant.

CAPVT TERTIVM.

IDautẽ omne quod noſtra intereſt, tametſi nõ habeat diuerſas ſpecies, vt hoc proximo ſatis fortiter aduerſus omnes euicimus† habet quædam & diuerſa inter ſe accidentia. Aliquando enim noſtra intereſt extra rem, aliquando intra, neque
21 hæc ſunt a nobis fictitia vocabula, ſed propria iuriſconſulti, in l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de acti. empt. & adhuc fuere nonnulli recentiores alijs ſtupidiores, qui hæc, quæ nos accidentia dicimus, vocãt ſpecies. Sed hæc nõ magis dicemus ſpecies, q̃ hominum quidam albi, quidam nigri, num hæc acçidentia ad hominis ſpeciem ſeu ſubſtantiam? Itidem ſanè dicemus de eo quod intereſt, q̃ aliud eſt extra rem, aliud intra, vtrunque enim ſiue intra, ſiue extra rem, ſemper habet ſuam ſubſtantiam, ſcilicet id quod intereſt. Videamus itaque quomodo hæc verba, extra rem, & intra rem, extricabimus, neque id leuis momẽti, aut modicæ vtilitatis erit, tunc enim erimus gnari, quid propter rem non traditam a venditore emptori in
22 ratione eius quod intereſt deducemus.† Id igitur quod vocamus intrinſecum intereſſe, eſt æſtimatio illius rei, quæ ex ipſa principali in iudicium deducta oritur, & eam quocunque inſequitur, eiq; inheret maximę, veluti, ſi ancillam venditam nõ tradas, non ſolum ipſa æſtimabitur, ſed & partus ex ea, idq; de cęteris omnibus rebus fructum ex ſe afferentibus, & generaliter id omne quod ex ipſa re ſtatim procedit, dicitur intrinſecum, vt eſt textus in l. item veniunt. §. item non ſolum. ff de petitione hæredita. Si quis mihi vinũ vendiderit, & in eo tradendo moram traxerit, ſi agat emptor ad intereſſe, nõ æſtimabitur id, quod potuit ex vino negotiari, & lucrũ facere, eſt tex. in d. l. ſi ſterilis. in §. cum per vẽditorem. Lucrum enim quod ex vino fit non ex ipſa re, id eſt, vino producitur, ſed vinum in cauſa eſt ſeu medium, ſed non tanq̃ gignitur, vt fructus ex fun-
23 do, partus ex ancilla. Inſequitur hoc ex illis. † Vſuras tametſi nõnunquam pro fructibus ponantur, vere tamen ac proprie fructus non eſſe, quod non ipſa re vel corpore naſcantur, ſed ex noua quadam obligatione, quę principali accedit, tex. in l. vſura. ff. de verb. ſign. Propter hoc verſatur etiam inter noſtros
24 magna contentio. † Vtrum hæreditas ſeruo relicta ſit in eo, quod dicimus intrinſecus intereſſe? Et Bart. quem cæteri ferè ſequuntur, in d. l. vnica. in 6. col. putauit eſſe extrinſecũ intereſſe, quia, inquit, nõ ex ipſa re, ſed ei⁹ occaſione prouenit, neq; prodeſt, quod aliqui dicunt, illam hęreditatem ſeruum quocunque concomitari, ob idq; intrinſecũ intereſſe debere cenſeri, nam & ſeruitutes ſequuntur prædium penes quẽcunque transferatur, & tm̃ nõ ſunt in bonis noſtris, tex. in l. j. ff. de vſufructu lega. vt verò nos habeamus de hac re certum iudiciũ, inter Bartolũ ſuoſque aduerſarios ſic ego medius profitebor.
25 Hæreditas ſeruo † relicta non venit in rationẽ eius, quod intereſt, ratione ſerui euicti, vel non traditi, ſi nondum hęreditas illa iuſſu huius petentis intereſſe fuerit adita, tex. in l. pretia rerum. ff. ad legem Falcidiã. nõdum enim ille certus erat priuſquam ſeruus adijſſet: potuit enim non adire, neque id a ſola & mera dñi voluntate pendebat, ob idq, ſpem tantum poſſidendæ hæreditatis habebat, nondum rem tenebat, non itaq; illa hęreditas ſeruum quocunque concomitatur, vbi enim repudiauerit ſeruus, deſerit illum. Si verò iuſſu huius fuit adita hæreditas, certe venit in rationem eius, quod intereſt, ſeruũ non tradi, hoc enim iam certum & quæſitũ erat, & pars quędam illius ſerui iã facta. tex. in l. venditor. ff. de euictio. Eſt igitur tunc talis hęreditas intrinſecum intereſſe, quando adita,
26 cũ verò nondum adita extrinſecus tm̃ intereſſe facit. † Neq; moueatur quiſpiã, q̃ in l. Aquilia, in æſtimatione eius quod intereſt, ratione ſerui occiſi venit hereditas, etiam necdũ adita, tex. in l. inde Nerratius. in princ. ff. ad legem Aquiliam, qui ſic explicatur in §. illud. Inſtit. illo tit. Ea eſt enim natura illius actionis, vt eſtimetur id omne quod noſtra intereſt, etiã ſi extrinſecus, & ſcriptum eſt in l. ſi ſeruum. ff. ad legem Aquiliã, in lege Aquilia damnum conſequimur, & amiſiſſe dicimur, quod aut cõſequi potuimus aut erogare cogimur. Incidimus autem nunc in occaſionem, vt tractaremus de multis generibus p̃ctuum, & examinemus quibus cõſequamur id quod intereſt intrinſecus, vel extrinſecus. Oportet autẽ ex ordine primum reſpondere illi argumento Bartoli, quod penè omi-
27 ſeramus. † Seruitutes, inquit, rem ſuã quocunq; perſequun-

tur,

Source : BIU Cujas

tur,& tamē in nullius bonis ſunt,d.l.j.ff.de vſufructu lega. Sed hoc non ita latiſſime patet, quod dicitur in d.l. j. dixit autem illic iuriſconſultus,ſeruitutes neque in bonis eſſe, neq; extra: quia ſcilicet illarum vſusfructus legari, vel conſtitui non pōt, ſed ſit tm̄ in appellatione fundi vel ſeruientis,vel dominantis, & hoc dixit,vt ſatisfaceret illi ſenatuſcon.de quo Vlpia.memi nit in l.j.ff.de vſufruc.earum rerum quæ vſu conſu.¶Quod aūt aliàs ſunt in bonis noſtris ſeruitutes,ſatis patet ex illa lege generali,rem in bonis.ff.de acquirendo rerum dominio,& l.bonorum appellat.ff.de verb. ſignific. qūia ſcilicet propter ſeruitutes parata eſt reo exceptio, & actori actio. Quin etiam venit in rationem eius quod intereſt ſola ſeruitus, tex.in l.in vendēdo.§.j.ff.de ꝺhen.emptio.Incipiamus autē nunc de ꝺctu em-
28 ptionis dicere. † Venditor non tradens rem vēditam,tenetur in id quod emptoris intrinſecus intereſt, puta ad partū ex ancilla,fructus ex fundo aliaq; ſimilia, nō autem ad id quod extrinſecus intereſt, puta quia ex vino vendito potuerit negotiari & lucrum facere,tex.in lege ſi ſterilis.§.cum per venditorē. ff.de actio.empt.& quia ꝺctus hic eſt reciprocus, idem fiet de emptore trahente moram in ſoluendo pretio,tex.in l. fi. ff. de peri. & cōmo. rei ven. Accurſius multis in locis putauit in eo
29 conſtitui † dr̄iam inter eum qui rem vēdidit ſciens vitioſam, & eum qui ignorauit,vt ſcilicet qui ſcienter feciſſet,teneretur ad id,quod emptoris intereſſet, etiam extrinſecus, alter ad id ſolum quod intrinſecus,dictumq;.§.cum per venditorem,talem debere induere interpretationē,hoc ille putauit in l.Iulianus.in princ.ff.de actio.empt.propter illū textū, cui conuenit tex.l.idemq;.§.j.in fi. illo tit. Verum ego puto aliter ſe habere talem dr̄iam, vt ſcilicet,qui ignoranter vitioſam rem vendidit, id tm̄ præſtet,quanti minoris,eandem rem fuiſſet empturus, qui verò ſciēter, id omne quod interſit emptoris rem idoneę veniſſe,non tamen quod ſit extra rem, quod ſatis patet exemplis illius legis. Si enim proprer vitium tigni venditi corruerint ædes,æſtimatio ædium non eſt extra rem;quia ſine eo nō erat futurum,vt ruerent,quod ergo ſine illo fieri non potuit, non eſt alienū,neque extra rē. In ꝺctu itaque venditionis hoc tenebimus, ſi agatur ex lege ad id quod intereſt emptoris, vel vēditoris,id omne venire,quod modo circa rem verſetur, nec ab re prorſum ſit alienum,etiam ſi poſtea rei acceſſerit,vt in l. item veniunt.§.item non ſolum.ff.de peti.hæredi. Sic etiā fiet deductio rei,ſiue augmētum,ſi res inualuerit,aut minuta ſit; quia qui ad id quod intereſt agit,non ad rei pretium agit, ſed ad id quod ſua intereſſe probauerit,tex.no. in l. euicta re. 2. ff. de euic.idq; ſat,ſuperq; explicatum eſt alio capite. Sic tibi cōciliaueris textus in d.l.Iulianus.cum l. Titius,& duabus ſeq.ff. de actio.empt. tex.in l.venditor hominis. ff. de euic.& eos oēs textus referamus ad capitaliorem totius huius negotij,qui eſt
30 in d.l. ſi ſterilis.§.cū per venditorem. Subſequenter videamus de contractu locationis,qui certe cum emptione magnam habet affinitatem, ijſdemq; ferè iuris regulis conſiſtit tex. in l.ij. ff.locat.ob idq; † idem iudicarem,quod de proximo ꝺctu emptionis ſ̄.diximus. Videntur tm̄ duo textus repugnare, tex.in l. ſi fundus.in medio legis,& l.ſi in lege.§.colonus.ff.loca.qm̄ illi tex.dicunt,ꝙ ſi locator non patiatur colonum frui ſua locatione, aut colonia,tenetur locator ad id oē quod coloni intereſt,in quo & lucrum eius continebitur. Verùm ego ita explico illos locos, vt ſcilicet in eo quod intereſt comprehendatur lucrum coloni,quod ſcilicet potuit facere in ſua colonia, hoc eſt ex ſuo fundo,vel ex ipſa re,veluti fructus: quia per ꝺctum locationis quodāmodo illos videtur emiſſe,itaque illi debentur colono,cæteraq;, quæ ex ipſa re non aliunde potuit quærere,quodq; ex natura rei acceſſiſſet. Hanc interpretationem non videntur mihi recuſare illi textus, quam & nos ſequi nō erit abſurdum,vt nō diſtrahamus horū ꝺctuū ſimilitudinē &
31 fraternitatem. † In ſumma idem erit & de cæteris omnibus bonæfidei ꝺctibus iudiciū, vt ſcilicet ſi ex bonæfidei ꝺctu agāt ad id quod intereſt,id ſolum veniat,quod intrinſecus intereſt, non aūt extrinſecè,hoc ſatis patet ex l. ex empto. ff.de actioni. empt. Vbi ſi nihil aliud inter partes conuenit, ea præſtabunt,
32 quæ naturaliter inſunt huius iudicij poteſtate. † Id aūt quod extra naturā eſt alicuius rei, id ab ea dicitur extrinſecum, tex. in l. fluminum.§. vitium. ff.de damno infec.idem in d. l. item veniunt.§.item non ſolum.de petitio. hæredita. Quia verò in ſuperioribus conſtituimus regulā ex bona fide in illis vigentem, num idem ſit de ſtricti iuris ꝺctibus,videndum eſt,& certe non ita ſe habēt ꝺctus ſtricti iuris, vt eſt ꝺctus ſtipulationis.
33 † Atque ego exiſtimarem in illis ēt internum intereſſe nō venire, quod ſit præter rem in ꝺctu verſatam, ea eſt enim illorū natura, vt nihil ex illis, præterquam,quod conuentum ſit,nominatim veniat.l.quicquid adſtringendæ. de verborum obligatio.& vſque adeo obſtricti ſunt, ac penè ſtrangulati, vt nec fructus,aut partus ex ancillis debeatur, tex. in l. videamus.§.ſi actionem.ff.de vſur.& in l.ſi filius.§.fi.ff.de verb. oblig. ſed tm̄ ꝺ hæc multum latè patet tex.in l.ſi fundum. ff.de verb. oblig. vbi,ſi fundum,inquit, præſtari ſtipuler,ſi non præſtetur,agam ꝺ te ad id,quod mea intereſt,ſed oportet moderari illud intereſſe ita,vt non extendatur ad fructus: quia dictis legibus no-
34 minatim cauetur.† Aliud erit,ſi ita concipiatur ſtipulatio, ſcilicet rem dari,vacuamq; poſſeſſionem tradi,tum enim ꝑ cōmiſſam moram debentur fructus, qui poſt ſtipulationem capti fuerint,& ille eſt effectus illorum verborum,vacuam poſſeſſionem tradi,tex.in l.ſi ſtipulatus. ff. de vſu. tex. hoc probat in l.in conuentionibus.§.fi.ff.de verb.obliga.quem ego ita explico cū Accurſio aduerſus cæteros omnes, qū enim ille tex. dicit,contineri cauſam bonorum interpretamur fructus,cauſa enim ſumitur pro eo omni quod rem ipſam ſequitur,& ei tanq̄ accedit,vt ſunt fructus,ita in l. Pomponius.§.j. ff. de acq. poſſ.ita euidenter accipitur in d.l.videamus.§.ſi actionē. ff.de
35 vſur. † Sed ſi poſt ꝺctam venditionē iure nouationis emptor ſtipuletur,rem dari.vacuamq; poſſeſſionem tradi, illi tm̄ fructus venient,& debebuntur ex illa ſtipulatione, qui poſt eam perfectam percepti fuerint,qui verò medio tpe inter emptionem,& hanc ſtipulationem cauſa nouationis appoſitā percepti fuerint,non reſtituentur actione ex ſtipulatu,ſed primæua actione ex empto,tex.in l.ſtipulatus.§.fi.ff.de vſuris. per quem optime explicatus eſt tex.in d.§.j.ff.de actioni.empti.qui cum his viſus eſt aliquando pugnare. Non ēt præter hæc morabit nos tex.in l.liber homo.§.fi.ff.de verb.oblig.Vbi ſi decem mihi aut Titio fuerim ſtipulatus propter id, quod mihi ſoluendū eſt,certi ſtipulatio eſt,ꝑ id quod Titio,incerti,forte enim mea intererit; quia promiſero ſub pœna illam quantitatem Titio ſolui:ſed vide qūo hoc rectè extricabis.Propter ſtipulationē dabitur mihi actio incerti pro eo quod ſoluendum erit Titio:quia ſcilicet poteſt mea intereſſe,ꝑpter promiſſam pœnam illi potius ſolui,non aūt ꝙ illud intereſſe ego conſequar, ſed quia ſic intereſt, ago incerti aduerſum te, vt Titio ſoluas. Huic partitioni ꝺctuum ſcilicet bonæfidei & ſtricti iuris vnī
36 ſubiungemus,quia vtrique commune eſt.Cōtractus† in quo nummi tantum verſantur,non poteſt habere internum intereſſe;quia in nummis non eſt affectio, nihilque ex ſeſe producunt nummi,& ſoli ſunt ſine comite vtilitate, tex.in l. nūmis. ff.de in litem iuran. ob idque vix vnquam ex eo dabitur actio in id quod intereſt,niſi his tantum caſibus, quibus etiam agitur ad id quod noſtra quomodocunq; etiam ſi extrinſecè intereſt. In arbitrarijs aūt actionibus quid dicemus? & hæ ferè ſuperioribus ꝺctibus tam bonæfidei, q̄ ſtricti iuris ſunt cōes, niſi ꝙ bonæfidei actiones ſemper ſuum nomen retinent, nec tranſeunt in aliam ſpeciem propter loci adiectionē,quæ facit arbitrariam actionem, vt in lege in bonæfidei. ff. de eo quod certo loco.ſemper tm̄ vtrobiq; eadē eſt natura arbitrariæ actio
37 nis,natura † aūt talis eſt, vt in ea veniat, quicquid extra rē intereſt propter rem nō ſuo loco redditam,vt ēt lucrum æſtimetur,tex.in l.iij.§.fi.in fi.ff.de eo quod certo loco. nullamq; aliā iuriſconſulti rationem autumo,præterquam ne fruſtra nominatim & expreſsè loeus ſolutioni deſtinatus ſit,quem non eſt veroſimile ex ſola verborum abundantia adiectum,ſemperq;
38 fauemus † ita ꝺhentibus, vt verba illorū expreſſa ſemper aliquid operentur, vt in illa lege.ſi quando.de lega.j. Idem enim ex eadem ratione video conſtitutū in illis ꝺctibus, quibus tēpus ſolutionis gratia aſſignatur, vt item illius tēporis in ſumma eius quod intereſt ratio per iudices habeatur, tex. in l. ſi vt certo.in prin.ff.commod. Non itaque recte eſt opinatus Bart. in d.l.vnica.C.de ſententijs quę pro eo quod inter.profe.cum dixit illā l.iij.§.fi.ff.de eo quod certo loco.non exerceri in alijs ꝺctibus,in quibus aliud q̄ pecunia verſaretur; & quia propter nummos nō poteſt intereſſe noſtra,niſi extrinſecè,neceſſe eſt aliunde quærere, q̄ ex ipſis nummis,quod ſanè q̄ verum ſit,ſatis diſcuſſum eſt. Sed hoc q̄ malè conueniat illi textui, nemo ſanus non videt,vt qui de oībus generaliter arbitrarijs actionibus loquatur,quarum aliæ in quantitate,aliæ in numero cōſiſtunt,& quędam in menſura,& ad illa omnia illum textum patere notauit Caius in proximo ſubſequēti capite, quod incipit,ideo in arbitriū &c. Tractemus nunc de alia ſpecie actionis,& generaliter quid de actionibus ex delicto naſcentibus,
39 in quibus ſeſe maxime offert actio furti † in qua ego putarē cum breui ſententia omiſſis etiam opinionum relationibus, & inanium verborum contentionibus, omne id quodcunq; intereſt,etiā extrinſecè,& cum lucro venire,tex.hoc ſatis vrget in l.iij.ff.de condic.fur.fortius pungit tex.in l.inficiando. §.j.ff. de furtis.tex.in l.qui tabulas.ff.illo tit.Verum quia non ſolum is qui dn̄s eſt,ſed & quicunque iacturam faciens, cuiuſve intereſt, agit furti, veluti ſi fullo pollienda veſtimenta curauit, vel is cui res erat commodata, furtum paſſus ſit, habet actionem furti in furem,tex.in §.furti autem actio. Inſtit.de oblig. quæ ex delī.Videamus vtrum tanti æſtimetur id,quod horum intereſt, & q̄ti id quod dn̄i, & certe non idem erit, ſed id tm̄ veniet,

Source : BIU Cujas

ueniet, quod intus intereſt, ſi quid autem extra rem intererit, non debebitur, tex. in l. is cui commodata. §. fin. ff. illo tit.
40 Item faciemus in factione legis Aquiliæ, ut in ea ſcilicet æſtimemus id omne, quod noſtra intereſt, etiam extra rem, & cum lucro, in lege enim Aquilia id omne amiſiſſe dicimur, quod aut conſequi potuimus, aut erogare cogimur, tex. in l. ſi ſeruum. in fi. ff. ad leg. Aquil. Cõmunis itaque utilitas uenit in eam actionem; probat tex. in l. proinde ſi ſeruum. & in l. inde Neratius. ff. ad leg. Aquil. Neque moueor illo reſpõſo dictæ l. ſi ſeruum. in prin. Vbi occiſi ſerui æſtimatio affectionis non fiet, ſed communis tantum æſtimatio deducetur: quia non affectione, nec utilitate ſingulorũ pretia rerũ, ſed cõmuniter fungi debent. Quia uerũ eſt, neque inficior ſingulares illos affectus, quos propter res noſtras nonnunquã patimur, & uix æſtimari poſſe: cætera uerò & damna & prohibita lucra, quin æſtimẽtur, nihil impedit, & hæc de lege Aqlia, neq; cæteris aliis ex delicto actionib. idẽ eſto iudiciũ.
41 † Dicamus etiam aliquid de actione ad exhibendum; ci. n. data eſt actio ad exhibendum, cuius intereſt rem exhiberi. l. penu. ff. ad exhib. Hoc autem intereſſe oportet eſſe huiuſcemodi, quod rem ipſam contingat, puta ꝙ res ſua ſit, aut in ea uſumfruc. contendat, uel pignus, aut aliam cauſam, quæ in re ſit, ut apparet ex illa lege tertia. §. fin. ff. ad exhib. Neque id ſatis erit, ſi quis petat libros ſibi exhiberi, ſuaq; intereſſe, ob id quod cum eos legerit, melior, doctior ſit euaſurus, ut ſcri
42 ptum eſt in dicta l. penul. in fi. ad exhiben. Si autem † is cuius ex lege & iuſte intereſt rem exhiberi, petat exhiberi, neq; exhibeatur, per fictionem ad exhibendum illi paratam conſequetur id omne quod ſua intereſt, etiam extra rem, & cũ lucro, omneſq; utilitates, ſiquæ amiſſæ ſunt, ob hoc ꝙ non exhibetur, uel tardius quidem exhibetur, æſtimabuntur a iudice, tex. in l. Iulianus ſcribit. §. fi. & in l. ſed & ſi hæreditas. ff. ad exhiben. Hi ſunt magis communes loci, quibus expeditur uaga illa & ampla diſputatio, quando etiam lucrum deducatur in eo, quod intereſt, neque reperies ex his iuriſconſultorum antiquorum reſponſis quicquam immutatum in illa conſtitutione Iuſtiniani in titulo de ſententiis quæ pro eo quod inter profe. Sunt & alii particulares caſus, quos ſingulariter attingere non fuit neceſſe, ut qui ad præcedẽtes regulas ex paritate rõnis, aut ſimilitudine naturæ trahi poſſũt.

CAPVT QVARTVM.

VOniam in noua cõſtitutione Iuſtiniani in l. unica C. de ſententiis q̃ pro eo quod intereſt profer. quæ omnia uetera iura ſtringit, ita cauetur. In omnibus caſib. & in omnibus contractibus, qui certam habẽt quantitatem, uel naturam, hoc quod intereſt dupli quantitatem minime excedere. In aliis autem caſibus, qui incerti eſſe uidentur, iudices, qui cauſas dirimendas ſuſcipiunt, per ſuam ſubtilitatem requirere, ut quod re uera damnũ inducitur, hoc reddatur. Qui uolent iudices hanc nouam conſtitutionẽ exercere, oportet ſciant, quid ſibi uelint illa uerba, certam quantitatem, uel naturam habẽtibus, ut ꝙd cuiq; cõueniat id ſuo arbitrio diiudicẽt. In hac re quo pede cæpimus ibimus. In recitandis Doctorũ pluſquã mille ſententiis charas non occupabimus, neq; id quod non probamus, fruſtra noſtris his commentariis adſcribemus, ſatis erit ſi (ut ſpero) uiuæ legis interpretem uerum præſtitero, ſinam interpretes ſuas interpretationes interpretari, ſi uelint, incũbit hoc officio cuiuſdã Iaſonis, q̃ hoc pulcre ſciuit, doctorũ ſnĩas & phã taſmata ex ordine tanq̃ aciem inſtruere, primus in acie peri
43 clitaturus, ut q̃ ſepius nudus a iudicio ꝓcedit. Ego itaq; † exiſtimarẽ ꝓtractum tũc demũ habere certã quantitatẽ, ob idque certũ uocari, in quo id deducitur, quod, quale, quantũque ſit apparet. Ea rõne Paulus uocauit, ſtipulationes certas in l. ſtipulationũ quædã certæ ſunt. ff. de uerbo. oblig. Idque oportet appareat ex pronuntiatione, ſeu ex ipſis uerbis in ſtipulatione ꝓceptis, neq; id coniectura duci ſatis eſt, ut ex ipſa l. ſtipulanti. & gloſſis illius apparet, & ex l. certũ. ff. ſi. cer. pe.
44 Ex hac † aũt noſtra ĩterpretatione hoc ſequatur neceſſe eſt, appellatione q̃titatis nõ nunq̃ uenire & ſpeciẽ, nec ſolũ numeratã, qd̃ ſane neq; eſt abſurdũ, neq; minus latinũ. Ita uſurpaſſe noſtros iuriſcõſultos apparet ex l. q̃ſquis. ff. de le. iii. ubi ẽt appellatione sũmæ, & ſpecies, & q̃cunq; res corporales ꝓprehendũtur, itẽ & ex tex. l. cũ ſtipulamur. ff. de uerb. ſig. Cũ ſtipulamur, inquit, q̃ta pecunia ex hæreditate Lucii Titii puenerit, res ipſas, nõ earũ pretia ſpectare uidẽtur. Itẽ & hæc ꝓfundi uidẽtur in auth. æqualitas. cũ ſequẽ. C. de pac. ꝓuenneq; hoc magis inconueniẽs, q̃ & econuerſo ſpeciem ꝓplecti, ut legitur in l. talis ſcriptura. §. pen. ff. de le. primo. & in l.
45 2. in prin. ff. ſi cer peta. † Non me latet ſtrictã & propriã uel cõmunẽ illius uocabuli ſignificationẽ illã non eẽ. Latinè tñ referemus quantitatẽ ad id omne quod pondere, numero, uel menſura conſtat. Hanc aũt interpretationem nemo putet improbari ex l. certum. ff. ſi certum peta. quæ ſanè nobiſcum rectè conuenit. Certum, inquit, eſt, cuius ſpecies, uel quantitas, quæ in obligatione verſatur, aut nomine ſuo, aut ea demõſtratione, quę nominis uice fungitur, qualis quantaq; ſit, oſtẽditur: dicent enim, ſuperfluere uerbũ ſpeciei in illa lege, quod ſanè non ita eſt, ſed copioſius illic diſſeruit, quæ uellet iuriſcõſultus, cum nec ipſe diffiteat, ut iam dixi, communiter hæc ſeparata eſſe, quantitatem ſcilicet & ſpeciem. Sed ſi noſtra interpretatione legem nec fatigamus, nec cogimus, & uerũ ſenſum literæ afferimus quid erit impedimento quin ut eã conſeruemus, quantum pro ſpecie accipiamus.

Nec nos etiam offendet ſi quis dicat, in ꝓformatione le-
46 gum eſſe odium, & in odioſis † uerba ſtricte accipi debere, in l. cum quidam. de liber. & poſthum. Quin potius illam legem Iuſtiniani debemus magno fauore proſequi, quæ illud ius uetus Digeſtorum antea uagum, nec ſatis certum, ita collegit, ut ſub una forma & lege certi eſſemus, quãti æſtimetur id, quod cuiuſque intereſt, tantum abeſt, ut illa ſit odio nobis.

47 Quid autem de natura ꝓtractus certa dicemus. Eſt ſciendum † in omnibus cõtractibus eſſe ſubſtantiam, legem, & naturam, ut poſtea dicẽt? Subſtantia contractus, ſine qua non poteſt ꝯctus illo nomine quo uocatur appellari, ſed tranſit in alium, & ſine qua nõ poteſt ſubſiſtere, ueluti eſt in contractu emptionis pretiũ, ſi eniꝫ non ſit pretium, ſed utrinq; merces, non erit emptio, ſed alius contractus, quẽ uocant, Do ut des, in §. pretium. Inſti. de emp. & uend. in l. naturalis. §. j. ff. de præſcrip. uerbis. Lex ꝯctus eſt id omne quod inter contrahentes conuenit: cõuentiones enim
48 partium dant legem ꝯctui. Eſt præterea † natura contractus, & ego putarem, naturam eſſe id, quod uenit in contractum, etiã ſi a partibus omiſſum ſit, & quod illi quaſi innaſcitur, quã quidem habent omnes ꝯctus bonæfidei, tex. in l. ex empto. ff. de actioni empti. cuius rei exemplum unum ſufficiet ex con-
49 tractu innui † natura illius eſt, ut is qui mutuum accepit, reddat eiuſdem bonitatis, qualitatis, uel menſuræ, ſi in menſura conſtat uel eiuſdem numeri, uel non minoris ponderis, idque etiã uerũ eſt, ſi non dictum ſit inter contrahentes. l. cũ quid. ff.
50 ſi cert peta. Naturã etiã reperimus in contractibus † illis qui non habent nomen a lege, pro quibus inuenta eſt actio ꝓſcriptis uerbis, quos innominatos uocant, ut in illo, Do ut des, de cuius natura hoc eſt, ut ſi non feceris illã rem, quã a te conſequi debeo, meã & mei dñij, poſſim repetere, quod dedi l. nãlis. §. j. ff. de præſcript. uer. In eo autem quod de natura dictum eſt
51 † conſtituta eſt ſumma differentia inter cõtractus bonæfidei, & ꝯctus ſtricti iuris, & in quibus nihil ineſt naturæ, & omnia uerè ſummi & ſtricti iuris, in quibus nihil uenit, niſi quod expreſſim inter ꝯhentes conuenit, tex. in l. quicquid aſtringẽdæ. ff. de verb. oblig. Illi ergo ſtricti iuris contractus non tenebuntur hac conſtitutione, niſi fortè adhuc in illis deducatur certa quantitas, uel ſpecies. Habet enim conſtitutio ſubdiſiunctiuã, uel quæ alterutro ſemper contenta eſt. Et ut eſt natura ꝯctus aliqua certa & ſtatuta, ſic & cuiq; rei ſua eſt natura, idq; de natura cuiuſq; rei eſſe dicimus, quod ex ipſa tanquam procedit & naſcitur, ut iam diximus. Hæc autẽ omnia ita nos ſeparauimus; quia videbã multos, qui dum ſe hinc explicare cupiunt, miſere torquentur; quia imperite hos terminos confundunt, dum alius legem pro ſubſtantia, alius pro natura ꝯctus legeꝫ illius iniquè uſurpat naturam naturæ opponũt, & omnia cõ-
52 tra naturam ſomniant, ut inde ſe exoluant. Quando † itaque legiſlator dixit, in ꝯctibus certam quantitatem, uel naturã habentibus &c. (ſaluum eſto quod rectius reperieris iudiciũ) nõ de natura cõtractus ulla uerba loqui eſt imago, ſed de natura eius cuiuſq; rei quæ in contractum deducetur. Quaſi uelit ille ſatis eſſe dandũ locum conſtitutioni, in ꝯctu certam quãtitatem, uel ſpeciem, ſeu indiuiduum, aut aliud quiduis, quod ſua natura certum ſit, ideſt, ex ſe ipſa, & abſq; alia excuſſione, voluitq; maxime ex illis verbis deſignare iura, quæ nonnunq̃ in ꝯctum deducuntur; quoniam illa non ſatis putabat cõprehendi ſub verbis quantitatis, uel ſpeciei. Vides quantum affinitatis habeat noſtra interpretatio menti legis. multũq; falluntur, qui illa verba putabant eſſe de natura cõtractus. Si enim de natura ꝯctus intelligas, facienda erit in executione cõſtitutionis dria inter ꝯctus bonæfidei, & ſtricti iuris, de qua ſupra dictũ eſt, in ꝓſtitutione poſita diſiunctiua, uel, quæ hoc affert, ut alterutro ꝓtenti ſimus, & dicamus ſufficere certã quantitatẽ deduci in ꝯctum, uel naturam ꝯctus eſſe certam. Tandẽq; ſubſequetur, ut quamuis incertum aliquid in ꝯctu verſetur, nihilominus continebitur in conſtitutione, ſi modo ille ꝯctus ſit bonæfidei, ueluti, ſi diceres ꝓſtitutionẽ hanc habere locũ in emptione, q̃ fieret de iactu retis, cuius ſpecies eſt in l. ſi actum

retis.

Source : BIU Cujas

retis. ff.de actio. empti. quod planè nimis perfunctorium eſt, quis enim diuinus ille iudex æſtimabit ſpem retis trahendi, vt ſibi caueat pro eo quod intereſt, ne duplum exerceat? Nō poſſum profecto adduci, vt aliter credā melius hæc adhuc explicata à noſtris. Itaq; ſi quis vel emerit factū, vel promiſerit (ſine diſcrimine ꝯctuum dico) non cōprehendetur conſtitutione. Item ſiquis etiā vſumfructum. Illa enim ſunt, quæ planè reddunt ꝯctum incertum, quod ſatis etiam apparet, ſi conferas totā illam legem. vbi aūt non apparet. cum l. ſuperiore proxima. ff. de verb. oblig. Poteſt autem & certus eſſe ꝯctus, tametſi id quod in eo deducitur ſtatim certum non appareat, neq; demonſtrari ſtatim poſſit, dumtamen poſtea per eam deſignationem factam, quæ præſentia ferè æquipolleat, certioretur. Exempli gratia. Tu promittis mihi frumentum, quod in tali horreo habes, vel argentum, quod tali archa incluſum eſt, tex. in l. vbi aūt non apparet. §. illud dubitationem. ff. de verb. obl. ſatiſq; explicatur in l. certum. ff. ſi cer. pet.

Proſequamur etiam quod eadē conſtitutione imperatoria continetur, quando ita ſe hēt. Hoc quod intereſt dupli quantitatem minime excedere, dicā obiter melius legi excedere, q̄ vt in quibuſdam mendoſis libris le
53 gimus exercere, ſic enim certior erit lex. † Videndum aūt eſt, quomodo iſtud duplum nos explicabimus, eſt enim pretium rei aliud commune, aliud conuentum, vtrum pretium cōmune, vel conuentum duplari intelligamus. Diuerſi diuerſa ſentiūt, & quot capita, tot ſenſus. Ego verò puto, in illis ꝯctibus, in quibus inter partes de pretio cōuentum eſt, illud pretium in æſtimando intereſſe duplari, nō autem commune intereſſe. tex. hoc ſatis mihi probat in l. cū fundus vti optimus. ff. de *euictio.* Vbi quæritur de æſtimatione duplæ propter euictionem, æſtimatur dupla pretij conuenti, & non cōmunis, & expreſſius probatur. l. ſi fundo vendito. ff. de euictio. neq; nos tāgit Vlpiani celebratiſſimū rūſum in l. j. ff. de act. emp. vbi id qđ intereſt, inquit, nonnunquam cōem rei æſtimationem, & aliqñ conuentam excedit, quod ſanè neq; ego inficior, ſi permittas, vt re vera intereſt, iudicetur, vt in incertis caſibus, ſed iam hic arctatur id quod intereſt ad certum duplum, idcirco nos putamus tale duplū eſſe pretij ꝯuenti. Ratio quæ me monet ad conuentum potius, q̄ cōe, eſt hæc. Cum enim inter ſe conuenerunt partes de certæ rei certo pretio, iam communi & vero abrenuntiauerunt, & ab eo lubentes receſſerunt, ſic & ad illud cōe vltra ſtante ꝯctu non liceat regredi, tex. in l. ſi voluntate. C. de reſcindenda venditione, & expreſſum tollit tacitū & cōe, ſic etiam per hanc conſtitutionem puto poſſe explicari aliam, quæ eſt in l. cum forte. ff. de act. emp. In alijs verò caſib. in quibus datur actio ad intereſſe, id duplari dicemus, quod commune eſt pretium; quia non conuenit inter partes de pretio, veluti in actione furti, quod optimè probatur. l. in furti. in prin. ff. de fur. Vbi, ſi (inquit) agatur ratione furti commiſſi ad *id quod* planè voluit legiſlator, qui in ꝯctibus, inquit, & ī alijs caſibus, quia præuidebat non ſolum ratione ꝯctus agi ad intereſſe, ſed & propter pleroſque alios caſus. Satis aūt ſuperq; his erit explicata noua illa conſtitutio Iuſtiniani in illo tit. C. de ſententijs quæ pro eo quod intereſt profe.

CAPVT QVINTVM.



Pud omnes communis eſt regula. Quicunq; ad factum cōuentione partium obligatus eſt, ſi nō faciat, liberatur, dādo pecuniam, iuxta id quod creditoris intereſt, tex. in l. ſi quis ab alio §. fi. ff. de re iudi. in l. ſtipulationes non diuiduntur. §. Celſus. ff. de verb. oblig. in l. j. ff. de actio. empt. in l. ſi traditio. C. de act.
54 empt. Sed verſatur maior quæſtio. † Num non ſatis ſit pro facto ſoluere pecuniam, an verò etiam præcisè quis compellat ad factum? Doctores noſtri multos caſus adſerunt, quibus ita eſſe contendunt, vt ſcilicet merum factū debeat explicari, nec alioqui eſſe liberationem. Veluti, ſi quis in ſuo teſtamento hæredem ſuum, aut aliū grauauerit opus aliquo reipublicæ extruere. dando enim pro eo opere pecuniam non auditur, tex. in l. fideicommiſſa. §. fin. ff. de lega. 3. Veluti etiam inquiunt, ſi quis promiſit librum ſcribere: non enim liberatur dando id quod intereſt librum nō eſſe ſcriptum, ſed illum tenetur ſcribere, tex. in l. ſtipulatio. § ſiue autem, ff. de ope. noui nunciat. Item & ſi quis promiſerit me defendere in iudicio, non ſufficiet committi ſtipulationem ob rem non defenſam, quin etiā compellatur inuitus defendere, ac iudicium ſubire, tex. in l. ſed & hæ. §. præter. ff. de procurat. Eſt alius caſus, ſi quis aliquem per vim adduxerit, vt aliquid promitteret, tenetur eius rei nomine ad triplum, & præterea ad acceptilationem omnino faciendam, ideſt præciſè inquiunt illi tex. in l. ſi cum exceptione. §. ſed & ſiquis. ff. de eo quod metus cauſa. Hæc ſunt ferè quę in hanc rem citantur à noſtris.

Quoniam autem cum illis in hac re, vt nec ī pleriſque mihi non conuenit, excutiamus verum, incipiamuſq; ab illa l. fideicommiſſa. Ego verò non diffiteor, eū qui grauatus ſit domum extruere; quia forte ſingularis eſt illius operis artifex, non liberari dando pecuniam, qua aliorum opere conducantur, quin vī electa illius induſtria, & alius ſua opera illū nō poterit liberare; qm̄ inter artifices longa eſt dria, tex. in l. inter artifices. ff. de ſolu. tex. in l. Stichum. §. fi. ff. de ſtatulib. in l. vnica. §. ne autem. C. de cadu. tollen. Sed ſi ille ita grauatus a teſtatore nolit obſtinate facere, quo pacto quęſo cōpellatur? Credo dando pecuniam inquam pro mulcta contumacię condēnabitur, quodq; liberetur a promiſſione pecunia ſatis oſtenditur in l. j. in princip. ff. de pollicita. Sed ideo, vt diximus, talis non auditur, volens dare tantam pecuniam, quanta extruendo operi ſatis ſit; qm̄ ab illo ipſo operas exigi magni intereſt propter artis excellentiā, nęc tamen idcirco renuētem poteris adducere, vt præciſè ędificet, neq; quiſpiam ſanus ſentiat.

55 Ad ſecundum, vbi agitur †de interpretanda. l. ſtipulatio. §. ſiue autem. ff. de operis noui nunciatio. Dicit illic iuriſconſultus. Quòd ſi reſtitutum opus nō erit, tantum pecuniā dabit quāti ea res erit, ſi hoc petitori placuerit, ſed ille tex. nō loquitur de eo facto ad quod quis præciſè cogatur. Si enim in ea ſpecie recuſet aliquis deſtruere nouum opus, per alios deſtrui mandabitur, idq; eſt quod dicit, ſi hoc petitori placuerit, vel ſcilicet agere ad intereſſe, vel vt præciſè deſtruat opus.
56 †Veluti ēt dicimus de eo qui habet rem, quam ego cōtendo meam, aut actione reali, aut in perſonā, vel aliquo interdicto, vel quouis alio iure, ſi in poſſeſſione aduerſarij reperiretur, cogetur præciſè reſtituere; quia ſi differt, manu militari res apprehenderetur, & reſtituetur, tex. in l. qui reſtituere. ff. de rei vēdicatio. Quod ſi non habet, non cogitur illā redimere, aut inquirere, ſed liberatur ſoluendo intereſſe, tex. in l. j. ff. de actio. emp. in l. ſi traditio. C. *illo tit.* Non itaq; probat ille tex. aliquē
57 ad factum præciſè cogi, tametſi Accurſius † ſatis leuiter in d. l. ſtipulatio. non dubitauerit inferre ex eo tex. eum qui promirit ſcholaſtico ſcribere librū cogi præciſè ad ſcribendū, & ſi recuſet, poni ſub ꝑpedibus, quē ego adnotaui pro lege Accurſij, non alterius iuriſconſulti. Fundauit ille hoc eſſe ęquum hac potiſſimū rōne, cui & ſubſcripſit Bar. in l. ſtipulationes nō diuiduntur. Qm̄, inquit, verſatur publica vtilitas, cuius rōne debent oēs coereeri. Sed ego nō ita exiſtimarem, primū ꝙ id id nulla l. cautum reperitur, dein, ꝙ talis publica vtilitas ex priuatorū conuentione profecta eſt, ꝓp quas nemo corpore afficitur, ſed obligatus ad id quod pecunia ęſtimari pōt, dādo pecuniam, debet liberari, niſi forte aliquid lōge maius obſtaret, tex. & ibi no. in l. ſatiſq;. ff. de in ius vocan. & in l. fi. C. de requi.
58 reis. † Veniamus ad tertium arg. quod mouetur de l. ſed & hę. §. pręter. ff. de procura. qui qm̄ pugnat ex diametro cū l. nō cogendū. ff. de procur. Vbi, nullęq;, inquit, ſunt partes iudicantis in cōpellendo eū qui non vult defendere, ſed ſatis eſt cōmitti ſtipłonem ob rem non defenſam, videndū eſt, quo pacto has leges inuicē ꝙciliabimus. Dicemus in l. non cogendū. ſolā ſtipulationem de re defendenda interueniſſe, ob idq; nimirū ſi ſatis ſit ꝙmiſſam illā ſtipulationē ob rem non defenſam, q̄ patet ad id quod intereſt, tex. in l. iudicatū ſolui. prima. ff. iudi. ſolui, in l. ſtipło. §. habet aūt. ff. de ope. no. nun. At in l. ſed & hę. §. pręter. ille idem qui defendere promiſerat, ſatiſdedit etiam iudicatum ſolui, vnde fit, vt non ſufficiat ꝙmiſſam eſſe ſtipulationem ob rem non defenſam, quin ēt ꝙpellatur idem iudicium ſubire, ne ſcilicet is decipiatur, qui ſatis accipit iudicatū ſolui, tex. qui hoc ſatis explicat, in l. mutus. §. fin. ff. de procur. & hoc quia ex ſtipłone iudicatū ſolui tm̄ ꝙſequimur, quantū per ſententiā extitit pronunciatū, tex. in l. iudicatū ſolui. ij. ff. iudi. ſol. Si itaq; nemo ſubiret iudiciū, non ſequeretur ſnīa, neq; ēt ſtipulatio iudicatū ſolui cōmitteretur, ob idq; ēt illic ꝙpellitur accipere iudiciū, non ꝙ præciſè cogatur (vt illi volunt) ſed vt ſi non ſubiuerit, nō ſatis ſit ꝙmitti ſtipulationem ob rē non defenſam, quin ēt teneatur ad id oē quod eius intereſt, qui ēt iudicatū ſolui ſtipulatus eſt, quod ſatis colligī ex mente illius l. mutus. §. fi. quę ēt idē eſſe cenſet, ſi res de qua erit negotiū erit breui tpe peritura. vt ēt in l. filiusfa. §. fi. ff. de procur. quę loca
59 oīa ita debēt explicari, † & hęc rectè includemus in illa regula Petri illius antiqui, de qua meminit Bar. in d. l. ſtipulationes. Qñ intereſſe tm̄ commodi affert, quantū ipſum factū, ſi perfectū eſſet, neminē cogi, ſatiſq; id eſſe. Si verò nō tm̄ affert, tum demum cogendum obligatum ad factū, ſed non, vt ille putauit p̄cisè ad factū, ſed maiore aliqua pecunia, vt explicatū eſt, ſatiſq; conſentiens eſt huic l. ſi pęnam. ff. de verbo. oblig.

Source : BIU Cujas

60 Supereſt adhuc caſus † legi. ſi cũ exceptione. §. ſed & ſi quis. ff. de eo quod met.cau. Vbi inquit, omnimodo acceptionẽ facere tenebiť,& ſic inquiunt præcisè ad illud factũ accepto ferẽdi tenebiť. Quod tñ nõ ita eſt, ſi enim recuſet acceptũ facere, qđ alius per vim ꝓmiſit, iudex vel lex ipſa ipſo iure illũ liberabit, vt fit, qñ is, qui grauatus eſt ſibi legatũ ſeruũ manumittere, impediatur ab hærede; quia hæres nolit illũ tradere, poſt lapſum duorũ mẽſiũ fit ipſo iure liber, tex. in l. fi. C. de fideic. liber. Quo exẽplo multa & ſiłia oĩa iura facile extricabunť. Hiſq; oĩbus ſatis ꝓſtat, in pecuniarijs cauſis, vel q̃ pecunia æſtimanť, ſiue ex ꝯctibus, ſiue ex teſtĩs, quemcunq; ad factum obligatũ pecunia liberari, niſi aliud expreſſim caueatur lege. Hæc vſq; adeo
61 vera ſunt, vt ẽt† abſq, alia interpellatione poſſit is, qui hẽt debitorẽ facti, petere in ſuo libello illum ſuum debitorẽ condẽnari, vt id faciat, quod promiſit, & ſi nõ fecerit, id oẽ quod eius rei noĩe ſua intereſt præſtet. gl. in l. 2. §. itẽ ſi in facto. ff. de verb. oblig. & illa gl. magna in l. j. ff. de act. empt. Bar. probat in l. ſtipulationes non diuiduntur. in pen. col. ff. de verb. obli. qm̃ iſta obligatio ad intereſſe proxima eſt obligationi facti, vt illi ineſſe videatur, tex. in l. pęnã. ff. de ver. obl. neq; hoc mirũ erit, ꝙ ſit in ea re debitoris electio, vtrũ malit, ſcilicet facere, vel ſoluere
62 id quod intereſt. Hoc enim ſiłe fit in obligationibus alternatiuis, nã vtrunq; ſp̃ eſt in obligatione, donec alterutrũ ſolutũ ſit in l. ij. §. j. ff. de verb. oblig. Si enim vtrunq; non foret in obligatione, ſed alterum tm̃, & alterum permiſſione legis veniret, vt in eo qui ꝓp ſeruũ eſt obligatus ad decẽ, hẽt enim ex permiſſione legis, vt ſeruũ poſſit debere pro noxa, nec tñ rectè vtrũque petet actor, tex. in l. miles. §. decez. de re iud. vtrunq; igitur rectè patet, qui facti creditor eſt, fieri ſcilicet, vel eius loco id quod intereſt, cum vtrunq; ſit in obligatione, vt in d. l. ſi pęnã. Hæc ſunt quæ ſatis habui præter cæteros explicare.

D. GASPARIS CABALLINI,

Iuriſconſulti Clariſſimi.

DE EO, QVOD INTEREST.

IMP. IVSTINIANVS A. IOANNI P. P.

a b c d e f g h i k l m n o Vm pro eo, quod intereſt, [a] dubitationes [b] antiquæ in infinitum productæ eſſent, melius nobis viſum eſt, huiuſmodi prolixitatem (prout poſſibile [c] eſt) in anguſtum coarctare. Sancimus itaque in omnibus caſibus, [d] qui certam habent quantitatem, [e] vel naturam, [f] velut in venditionibus, & locationibus, & omnibus cõtractibus, [g] hoc, quod intereſt, [h] dupli [i] quantitatem minimè excedere. In alijs [k] autem caſibus, qui incerti eſſe videntur, iudices qui cauſas [l] dirimendas ſuſcipiunt, per ſuam ſubtilitatem requirere, vt hoc quod re vera [m] inducitur, damnum hoc reddatur, & non ex quibuſdam machinationibus & immodicis peruerſionibus in circuitus inextricabiles redigatur: ne dũ in infinitum computatio reducitur, pro ſua impoſſibilitate cadat, cum ſciamus eſſe naturæ congruum, eas tantummodò pœnas [n] exigi, quę vel cum competenti moderamine proferuntur, vel à legibus certo fine concluſæ ſtatuuntur. Et hoc non ſolum in damno, ſed etiam in lucro noſtra amplectitur conſtitutio, quia & ex eo veteres [o] id, quod intereſt, ſtatuerunt. Et ſi omnibus (ſecundum quod dictum eſt) finis antiquæ prolixitatis huius conſtitutionis recitatio.

Gloſſemata ad contextum.

EPITOME.

QVOD extrinſecus intereſt ſiue damni, ſiue lucri, non dẽt in caſibus certis excedere duplũ: nec aliàs, quod ex veris, iuſtis, & propinquis cauſis intereſt, pœnæ quoq; conuentionales ꝓgruũ modũ excedere non debẽt. Hoc dicit.

a INTEREST] refer ad tit. ideſt, ſuper taxatione, vel liquidatione intereſſe. Et hanc legem diuide in quinq; partes, vt infra nu. 2.

b DVBITATIONES] tam ex infinitis cauſificationibus, & controuerſijs litigatorum, quàm perplexitate iudicum, taz ſuper admiſſibilitate, vel probabilitate damnorum, quæ particulatim prætenduntur, & impugnantur, quàm ſuper moderatione totius ſummę articulorum alioquin admiſſibilium. An in totum taxari debeant, an verò certam metam excedere nequeant, & qualem, & quibus caſibus.

c POSSIBILE] quia abſolutè definiri non poſſunt, cum in facto conſiſtant. l. quatenus. ff. de reg. iur. & in circunſtantijs ſui cuiuſque ſubiecti caſus. l. de acceſſionibus. ff. de diu. & temp. præſcrip. l. Meuia. §. vxore. ff. de an. leg.

d CASIBVS] ſcilicet intereſſe. præſupponit. n. hæc lex intereſſe deberi, & tũc ſtatuit, ꝙ ſi caſus, in quo debetur, certã hẽt &c.

e QVANTITATEM] in pondere, numero, & menſura.

f NATVRAM] hic certa natura ſtat ꝓ re certis finibus ita ꝯcluſa, vt initio præuideri poſſit quãtum ſit, vel futurum ſit id, qđ principaliter debetur, vt vicẽ certi ſimpli gerere poſſit, ſiue ſit certum corpus in ſpecie vel in genere, vt in venditione equi, in ſpecie vel in genere: ſiue certum etiam ſucceſſiuum, vel trã ſiens, vt in locatione domus vel operarum, vt j̃. nu. 45. 75.

g CONTRACTIBVS] idem in quaſi ꝯctibus: ſed in delictis vel quaſi, ẽt ceſſante dolo, non conueniunt verba & ratio, & ſic nec diſpoſitio huius primi reſponſi, vt in verb. dupli. & j̃. q. 8.

h INTERESTJ ſcilicet extrinſecus, & ſic præter debitum principale, quod nullo modo hic taxatur: nec ẽt quod ex re ipſa producitur & percipitur, ꝯſiſtens in mera rei perſecutione, vt fructus & partus à moratore percepti. Non. n. ſpectant ad hanc l. ſed ad l. videamus. 2. ff. de vſur. & ſimiles, vt j̃. nu. 10. etiam ſi nõ vt fructus, ſed vt intereſſe petantur, vt in iudicijs ſtricti iuris dixi infra, nu. 213. quia hic ſolum extrinſecum intereſſe taxatur, quod dicitur pœna in l. fi. ff. de eo, quod cer. loc. & ſatis innuit hic tex. in tota ſui ſerie, & verſ. cum ſimus.

i DVPLI] in quo ineſt ſimplũ. l. cũ & fortè. ff. de act. empt. Et ſic iſtud primũ reſp. manifeſtè requirit primò debitum principale certũ præexiſtere, ſiue certũ quoddam totum cõiter eſtimabile & duplabile. Secundò, ꝙ (puta) ob moram vel culpã accedat, vel debeatur intereſſe extrinſecum. Tertiò, ꝙ iſte caſus intereſſe ſit & maneat certus, prout in tex. deſignať, quod eſt, qñ obligatio ad intereſſe, ſine cauſa ex qua oritur, non reſpicit aliud ſpecificum obiectum q̃ rem illam principalem certã, vt in l. emptori. ff. de euict. & ſic veriſimiliter non cogitauit, nec præuidit debitor ſe teneri vltra duplum, quæ eſt punctualis ratio primi huius reſponſi. Quod ideo locum habet ẽt ſi principale non debeatur iure, ſed deberi putabatur, vt in l. ſi ſterilis. §. q̃uis. ff. de act. emp. j̃. nu. 46. Sed ſi quoddã aliud periculũ tacitè vel expreſsè pũiſum eſt & ſuſceptũ, vt l. tenetur. §. ſed ſi vas. leg. Iulianus. §. quid tñ. ff. de act. emp. l. ſed addes. §. i. ff. loc. tunc tenetur ad limites periculi præuiſi & ſuſcepti, j̃. nu. 60.

K ALIIS] quibus non congruunt verba, ratio, & limitatio reſponſi præcedentis.

l CAVSAS]. ſ. intereſſe liquidandi. & æſtimãdi, vt ſæpe in praxi.

m RE VERA] ideſt, verum, iuſtum, propinquum, reiectis friuolis allegationibus, & quę nimis à remotis. Et ſic moderatio generalis eſt, & habet locum etiam in caſibus certis, ſed in illis alia maior fit reſtrictio, videlicet, ad duplum, etiam ſi pluris intereſſe probetur ex veris, iuſtis, & propinquis cauſis, niſi conſtet de dolo malo, quo in damno inde procedente amittitur beneficium legis, vt infra nu. 155.

n POENAS] & ſic pœnæ cõuentionales ẽt ceſſante fraude vſurarũ, quatenus notabiliter excedũt ſummã rei, vel negotij principalis, vel nimis inciuiles ſunt, debẽt à iudicib. reſcindi, vt j̃. q. 9. Et meritò hæc lex de his cauet, quia hæ pęnæ loco intereſſe ſubrogantur, l. fi. ff. de præt. ſtip. §. fi. Inſt. de ver. ob. & ſic ſi effrenis eſſet licẽtia, fieret de facili fraus huic ſanctioni, pſertim cũ pleriq; vulgò ſoleãt eſſe procliues ad quantãlibet pęnã ꝓmittendam, cuius conditionem nõ ſperent euenire, ſed pũenire.

o VETERES] vt in l. 3. in fi. de eo, quod cer. lo. l. ſi fundus, in fi. loca. l. commiſſa, rem ra. hab. ſupra arb. tut l. quicquid, nullam priorum legũ corrigit, nec vllo caſu ampliat, ſed bene reſtringit obligationem intereſſe, litesq; de eo, & inuolutiones quãtum poteſt abbreuiat & reſtringit.

SVMMARIVM.

1 *Errorum cauſa, potiſſima eſt praxis ignorantia. 37. 38.*
Octo genera intricationum.

Intereſſe

Source : BIU Cujas

2 *Intereſſe multipliciter capitur, ſed ſpecialiter hi pro extrinſeco. 8. 9.*
Diuiſio legis in quinque partes.
3 *Caſus intereſſe quid. 41.*
4 *Thema ex leg. Iulianus, de act. emp.*
Actio quanto minoris, quando locum habet.
5 *Dolus & obiectum periculi aliarum rerum facit incertum.*
6 *Hæc lex non ampliat caſus, in quibus debetur intereſſe.*
7 *Definitio Iureconſulti defenditur, reiectis additionibus gl. & Doct.*
Hæc definitio facti, & non iuris eſt,
Reijciuntur friuolæ diuiſiones.
8 *Intereſſe conuertitur cum verbo Utilitas.*
9 *Remittens damnum & intereſſe, non remittit principale.*
10 *Acceſſio, cauſa, hæc rei appellatione venit.*
12 *Duæ tantum diuiſiones intereſſe.*
13 *Non dicitur intereſſe intrinſecum, ſed reijcitur ea diuiſio.*
14 *Et pariter diuiſio communis, ſingularis, conuenti. 15. 17.*
16 *Intereſſe ſingulare quomodo communiter à Doct. accipitur 32. 35.*
17 *Omne intereſſe extrinſecum, ſingulare eſt.*
18 *Reijcitur vulgata ſubauditio verbi ſingulariter, ad hanc l.*
19 *Miſeræ intricationes ſuper §. ſed ſi vas, & alijs ll. 31.*
20 *Intricationes quid duplandum.*
21 *Intricatio caſuum certorum & incertorum, & omnes ſuper hoc Doctorum opiniones ad duodecim reducuntur, vſque ad nu. 31.*
32 *Intricatio quòd ſingulare intereſſe. 33. 34. 35. 36.*
39 *Recentiorum ſcriptorum irriti nixus. 40.*
42 *Quid certa quantitas vel natura? 75.*
43 *Certum quoddam totum integrum duplabile. 75.*
44 *Tria in hac l. requiruntur, vt ſit caſus certus.*
47 *Caſus eſt incertus, quoties ſola indemnitas detur.*
48 *Idem quoties ineſt ſuſceptũ præuiſi aliarũ rerum periculi 78. 79. 181.*
49 *Verus intellectus §. ſed ſi vas, & l. ſed addes. §. j. loca. 54. 55. 77.*
50 *Leges debent congruere vſibus hominum.*
51 *Non eſt ſpeciale in vaſis.*
56 *Intellectus l. cum in plures. §. ſeruum meum mulionem, loc.*
Quæſtio j. de rationibus decidendi huius l.
59 *Ratio l. cum & fortè, de act. empt. non generalis.*
60 *Analogia caſuum incertorum ad certos. 61. 62. 63. 64. 65.*
Specialis ratio decidendi huius l. 73. 103.
64 *Non habetur ratio damni, quod vitari potuit.*
66 *Quæſtio ij. quod ſit ſimplum, cuius duplum non debet excedi? 92.*
Emptor de euictione non agit ad aliũ fundũ, vel ad rem, ſed ad pretiũ.
67 *Siue de euictione totius, ſiue partis diuiſæ, vel indiuiſæ agatur. 120.*
68 *Actio ex empto habet duo capita. Primum ad pretium. Secundum ad id, quod intereſt.*
In primo conuenit cũ ſtipulatione dupli, in ſecundo differt. 105. 106.
69 *Quando iura dicunt agi de euictione, in dubio intelligitur de actione ex empto ad pretium tantum, niſi aliud addatur.*
Etiam re facta inutili, de euictione agitur ad pretium ſolidum. 83.
71 *Pretium eſt ſimplum: etiam ſi ſit læſio vltra dimidiam, ſimplum non recipit augmentum, nec diminutionem.*
72 *Attenditur æſtimatio, quæ eſt tempore, quo venit dies, & peti poteſt.*
73 *Caſus incertus non fit certus per adiectionem certæ correlatiuæ obligationis. 76. 80.*
74 *Nec ſufficit, quòd certam communem æſtimationem habeat. 80.*
75 *Sed oportet, quòd totum vnum integrum duplabile.*
81 *Nouus intellectus l. ſi iactum retis, de act. empt.*
84 *L. quemadmodum. §. planè. ad leg. Aquil.*
85 *In dupio eius, quod intereſt, computatur omne intereſſe particulare.*
86 *Intellectus l. ex empto. §. ex empto. & §. idem Neratius, de action. empti.*
88 *Dolus in vno articulo tantum, non excludit beneficium l. in alijs.*
89 *Si res pluries euincitur & retraditur, dicitur noua conditio voluntaria, & nouum ſimplum.*
90 *Secus ſi venditor ſimul tradit, & ſoluit intereſſe dilatæ traditionis, deinde res euincitur. 91.*
92 *Caſus intereſſe regulariter non habet locum ex parte venditoris, vel alterius, cui debetur pretium, vel pecunia.*
Differentia inter debitum pecuniæ & ſpecierum vel corporum.
93 *Nihil hic ſpeciale in contractu venditionis.*
Æqualitas conſiſtit in æqualitate nõ obligationis, ſed adpreciationis.
94 *Intereſſe extrinſecum non venit in nummis, nec facile in alijs fungibilibus, vbi venit æſtimatio quantiplurimi. 97. 98.*
95 *Nec eſt ſpeciale in mutuo, & in l. frumenti. C. de vſu.*
96 *Verus intellectus §. cum per venditorem, in l. ſi ſterilis, de act. emp.*
99 *Omnis acceſſio extrinſeca, eſt tamen quædam circa rem.*
100 *Litera communis d. §. cum per venditorem, defenditur.*
101 *Quæſtio iij. An æſtimatio quantiplurimi ſubſit duplo? Reſpond. ſic.*
102 *In fine quantiplurimi duplatur, ſed non in leg. Aquilia contra negantem. 158.*
103 *Differentia augmenti deducendi inter conuentum de euictione, & conuentum ad tradendum.*
104 *Quæſtio iiij. An quod extrinſecus intereſt dupletur ad totũ ſimplum, etiam ſi pars tantum euicta ſit.*
Argumentum de toto ad partem, quando procedit. 107.
105 *Stipulatio duplæ non committitur, niſi pro rata.*
106 *Tamen actio ex empto, 2. capite in totum, & excedit.*
108 *In quibus conueniunt ſtipulatio duplæ, & actio ex empto.*
109 *Intellect. l. ex mille. de euict. 113, 115. 133.*
110 *Non curatur de cauſa & iure, ſed de effectu euictionis.*
114 *Non valet pars tantum per ſe, quantum cum toto.*
Venditor villæ non dicitur læſus ex eo, quòd ſingula loca, vel iugera ſingula potuiſſent carius vendi.
118 *Si diſtributo pretio plures fundi venierint, plura ſunt ſimpla.*
119 *Emptor habet electionem duplæ, vel actionis ex empto.*
120 *Multum refert de intereſſe paciſci principaliter, vel penaliter. 121.*
122 *Stipulatio duplæ non committitur euicto partu, ſeruitute domus, vel parte hominis, ſed bene actio ex empto. 123. 148.*
124 *Quæſtio v. Euictio an committatur in totum pro re temporali euicta in fine temporis? ſolutio. 132.*
125 *Argumentum de re ad tempus.*
127 *Venditor non tenetur emptorem dominum facere. 131. 200.*
128 *Uſufructuarius venit appellatione domini.*
129 *Interuſurium pretij excedit fructus fundi, ſed exceditur a fructibus rei temporalis.*
134 *Inquilinus etiam ſi vltimo anno turbatur, ſimplũ eſt totius mercedis.*
135 *Quæſtio vj. An augmentum debeatur & dupletur. Reſpon. ſic. 136.*
137 *Intellectus l. venditor hominis.*
140 *Intellectus l. pretia rerum, ad leg. Falcidiam.*
141 *Ius adeundi verè eſt in bonis, & facit locupletiorem. 142.*
143 *Intellectus l. ſi cum venditor. §. diuiſione. 147.*
144 *Diuiſio non erronea condicitur.*
145 *Diuiſio non obligat ad euictionem, niſi in parte pretij tantum.*
146 *Solutio. ſ. quæſtionis.*
148 *Intellectus §. ſi prægnans, de euict.*
149 *Quando ſolus partus euincitur, locus eſt actioni ex empto, ex ſecundo tantum capite.*
150 *Quæſtio vij. De euictione fructuum? Reſpon. non ſubſunt duplo, nec etiam impenſę litis.*
151 *Quid ſi emptor per ſe litem ſuſtinuit?*
152 *Non tenetur emptor ius ſuum linquere indiſcuſſum.*
154 *Quæſtio viij. An taxatio dupli habeat locum in delictis?*
155 *Reſpon. non, nec vbicunque dolus malus. 156.*
157 *Sed bene in quaſi contractibus.*
158 *Pœna pro modo culpę moderanda.*
159 *Q. ix. An pœnæ cõuentionales duplũ excedere poſſint? Solutio, n. 170.*
161 *Intellectus §. alteri, in l. ſtipulatio iſta, de verb. obl. 163.*
164 *De mente iuris pœnę conuerſę non debent excedere duplum. 165.*
166 *Intellectus l. ſi. C. de ſponſ.*
167 *Nouus intellectus l. ſi dictum, in princ. de euic.*
168 *Lex non diſponit, niſi de eo, quod in ea quæritur.*
169 *Oportet certum iuſtum periculum ſubeſſe, vt duplum excedatur.*
171 *Reijcitur diſtinctio contemptus, & non implementi.*
172 *Intellectus l. ſed & ſiquis, in fi. ſiquis cau.*
173 *Verba, quanti ea res eſt.*
175 *Cautio prætoria ad id, quod intereſt, reducitur.*
176 *Quæſtio x. locans rem alienam ignoranter ad quid tenetur?*
177 *Damnum domus combuſtę rei perſecutio eſt.*
178 *Nec tamen venit, quod extrinſecus intereſt.*
179 *Factum creditoris non aggrauat obligationem.*
Intereſſe remotum non venit etiam in doloſo.
180 *Intellectus l. in lege Aquilia, ad leg. Aquil.*
182 *Leuiſſima culpa venit pro ſubiecta materia, vt in procuratione ad litẽ, vel quatenus res ſubeſt periculo. 183. 184.*
184 *Furtum leui culpa accidere præſumitur.*
185 *Spondens tanquam artifex tenetur de omni culpa artis.*
186 *Artifices præcisè ad factum coguntur.*
Etiam latomus tenetur ad damna rerum præuiſa.
187 *Etiam non præuiſa, ſi ſit in dolo.*
Secus ſi ab alio, vel caſu impeditur, nec prænoneri potuit.
188 *An ſtabularius teneatur de vitio ædificij? 189.*
190 *Intellectus l. & ita. §. ac hoc edicto, nau. cap. & ſtab.*
191 *Promittens alteri mutuare, non debet teneri vltra legitimum modum vſurarum. 193.*
194 *Extrinſecum intereſſe venit in contractibus ſtricti iuris.*
195 *Intellectus l. ſi fundum certa die, de ver. oblig.*
196 *Diſpunctio errorum. 197.*
198 *Intellectus l. ſi rem tradi, de verb. oblig.*
199 *Intellectus l. in conuentionalibus. §. ſi quis vacuam, de verb. oblig.*
200 *Vacua poſſeßio, cauſa bonorum.*
201 *Antinomia diſſoluta. 204.*
202 *Intellectus l. ſi filius ſ. §. cum fundum, de verb. oblig. 205.*
203 *Stipulatio non extenditur vltra quàm verbis concipi poſſit.*
206 *L. j. §. belliſſimè, vt lega. vel fideic. no.*
207 *Fideiuſſor non tenetur in omnem caſum, niſi dictum ſit.*
208 *Tres limitationes ad l. videamus. §. actionem. de vſu. 211.*
209 *Nullum intereße iuſtius quàm fructuum. 210.*

Source : BIU Cujas

Gaſparis Caballini. De eo quod intereſt.

209 *Prohibitum vna via, quando alia conceditur.*
211 *Differentia iudiciorum bonæ fidei, & ſtricti iuris.*
212 *Actio quatenus eſt arbitraria (quod eſt etiam citra diem, & locum) eatenus habet naturam bonæ fidei. 213.*
215 *Acceſſio quantiplurimi non congruit in fundis, ſed in fungibilibus, & pro mercalibus.*
216 *An fructus veniant vt fructus, an vt intereſſe, non refert, reiecta diſtinct. Bar.*
Acceſſio acceſſionis non eſt.
217 *Vbi ſtricto iure ciuili non datur actio, ſupplet prætor.*
218 *Intereſſe quando veniat iure actionis, vel officio iudicis.*
219 *Licèt fructus veniant vt intereſſe: tamen non ſubſunt duplo.*

HAnc l. omnium, qui à plus quin gẽtis annis hãc legalem Philoſophiam profeſſi ſunt, in eave ſcripſerunt, non tam iudicio, quàm operoſo labore difficillimam, & intricatiſſimam eſſe, natiuo germanoq; ſuo ſenſui, luci & perſpicuitati, nec non æquiſſimæ cũ cæteris omnibus eiuſdem materiæ legibus conſonantiæ, poſtremò dignitati, authoritati, virtutiq; ſuæ, nempe obſeruantiæ, efficacię, praxiq;, vſibus hominum forenſibusq; cauſis rectè dijudicãdis accõmodatiſſimæ, velut in ſuum regnũ, ſedemq; patriam, poſt infinitos multorum ſeculorũ errores, quaſi longiſſimo poſtliminio Deo duce reſtituturi, operæpretium duximus non inuentionem noſtram iudiciumq; noſtrum duntaxat promere, diſpunctione totius materiæ, & eorũ, quæ ab anteceſſoribus noſtris tradita ſcriptaq; ſunt excuſſione omiſſa (ꝙ plerique recentiores fecerunt) ſed analyticè (vtcumq; laborioſum ſit) cuncta retexere & reſoluere, omnibusq; in apertum deductis, & erroribus penitiſſimè reuulſis, claram deinceps excuſſam, & expeditã veritatem, & æquitatem ſtatuere. Et ne forſan nimia rerum mole, aut confuſione prius obruantur, aut defatigentur diſcere cupientium ingenia, q̃ doceantur, hac methodo (velut Theſei filo) ſinuoſiſſimum hunc labyrinthum ingrediemur, & cõmodè penetrabimus. Primò errorum cauſas præcipuas, velut huius labyrinthi mæandros ſinuoſiſſimos, paucis indicabimus. Mox ſcopum ſtatim petendo verum, & legitimũ huius l. ſenſum, quaſi qua egrediendum, & quo conſiſtendũ ſit, breuiter oſtendemus. Deinde cũctas huius tractatus partes ſingulatim diſpungendo, non huius l. ſolum, ſed omnium, quæ ad id, quod intereſt ſpectant, veram mentem, & conciliationẽ, theoriam, & praxim ſemel excuſſam, & expeditam relinquemus.

1 Quantum † ad primum, ex multis quas olim congeſſi, præcipua in hac materia errorũ cauſa, velut principiorum ſcopus, fuit rerum, & iudiciorũ inexperientia praxiſq;, & legalis æquitatis ignorantia. Oẽs enim leges de eo, quod intereſt, vt præ cæteris maximè in facto conſiſtunt, ac verſantur. l. quatenus, de reg. iur. ita præ cæteris maximè ſunt practicæ, ſed harum omnium magis practica eſt hæc l. vnica, quippe quæ (vt rub. oſtẽdit) iudicibus ipſis, & pragmaticis ęſtimãdi taxandiq; id, quod intereſt, modũ praximq; præſcribit. Quare cũ hucuſq, non ad ſcholas modò priuatumq; ſtudiũ, ſed ẽt ad pulpitum, publicamq; legum profeſſionem, & interpretationẽ certatim itum ſit, ſine negotiorum foriq; experientia, minus mirum eſt ſi leges de eo, quod intereſt hactenus non explicatæ, ſed magis, ac magis intricatæ fuerint. Præcipua aũt errorum & inuolutionum in hanc legẽ inuectarum genera reduco ad octo. Prima intricatio fuit ſuper varijs definitionibus, & diuiſionibus intereſſe, quibus acceſſerunt ineptiſſimæ anxietates de eius origine & inuentione, & an à Principe tolli poſſit? Secũda maior dubitatio fuit, quodnam intereſſe in primo huius l. rũſo taxet, an commune (vt vocant) quicquid intereſt, an quod ſingulariter tantũ? Tertia dubitatio, quod ſit ſimplum illud, quod hic duplatur? Quarta omniũ controuerſiſſima, qui dicãtur caſus certi, qui verò incerti? Quinta, an obligatio ad factuꝫ ſit caſus certus? Sexta, quid in hac l. appellatione caſus intelligatur? Septima, variæ & controuerſiſſimæ legum huius materię conciliationes, imò contorſiones. Octaua, aliarũ ſuper aliàs impertinentiũ materiarũ coaceruatio. Quæ enim & veteres, & recentiores hic cumulauerunt de intereſſe affectionis, & eius effectu, de iuro in litem, & materia l. ſi qñ, C. vn. vi, de probatione cõis valoris rei, de mora, de fructibus, de obligatione facti non præciſa, vel pręciſa, prorſus impertinentia ſunt, & rem alioquin nimis intricatam, & oneratam magis confundunt.

2 Quantũ † ad ſecundum, vt (ſuſpenſa pauliſper errorũ diſpunctione) huius l. ſcopum & ſenſum br̃ oſtendamus, intereſſe in iure propriè ſumpto vocabulo qñq; generaliter accipitur, p omni eo, quod ad noſtram vtilitatem pertinet, & ita nõ capit hic: qñq; ſpecialiter ad differentiam rei ſeu debiti principalis, videlicet, pro acceſſione extrinſecus ob damnum acceptum, vel lucrum amiſſum accedente, & ita accipitur hic. probatur infra nume. 9. Non enim hic agitur de obligando ad intereſſe, nec de probando an vel quantum interſit, ſed præſuppoſita obligatione, & probatione eius, quod extrinſecus intereſt, quæritur hic quouſque taxari poſſit, & debeat. Hic eſt ſcopus huius l. quam in quinque partes diuido. Prima (vſque ad verbum ſancimus) proœmiatur de finali l. cauſa, quæ eſt (quantum poſſibile eſt) reſtingere taxationem intereſſe, & infinitas veterum dubitationes, hoc eſt, immenſas, & exorbitãtes quæſtiones prætextu eius, quod intereſt, tam in exceſſiua quantitate nimis ſortem principalem excedente, quàm in quibuſuis tum remotis, tum impertinentibus occaſionibus amputare: hic eſt ſcopus, hæc finalis cauſa totius huius l. quæ ad nullam Digeſtorum legem corrigendam (vt vulgò malè putauerunt) ſpectat. Secunda à verbo ſancimus, vſque ad verb. in alijs, ſtatuit certam generalem metam taxationis eius, quod intereſt in caſibus certis, videlicet, dupli, & ſic comprehenſo ſimplo, vt ſcilicet, id quod extrinſecus nomine intereſſe accedit vel taxatur, non poſſit excedere debitum principale (quod eſt verũ

3 ſimplum) vel eius æſtimationem. Hic † autem per caſus non intelligit omnes contractus, vel quælibet facta ſeu negotia, ex quibus obligationes oriantur in genere, vel aliquos certos nudos contractus in ſpecie, nec res deductas in cõtractum, prout omnes hucuſque malè putauerunt, quòd eſt initium errorum in hac l. ſed intelligit contractum vel negotium cum ſua circunſtantia, ex quo oritur obligatio ad intereſſe. patet, quia tex. iſte non loquitur de quibuſlibet caſibus, ſed de caſibus intereſſe, ſiue de his duntaxat caſibus, in quibus de facto verſatur, & debetur intereſſe, ſiue ex quibus verè orta eſt obligatio ad intereſſe, aliàs prorſus impertinẽtes eſſent ad hanc l. vt eius verba & mens, & ſenſus communis oſtendit. Non ergo venditio vel emptio continuo vel de ſe caſus eſt, de quo hic agitur, nec tex. hoc dicit: non enim continuo intereſſe debetur, nec deberi poteſt, ſed demum poſt moram vel culpam, & adhuc non ſemper, ſed demum ſi ob id ex veris & iuſtis cauſis de facto iure interſit, alioquin ſæpe accidit, vt etiam citra morã vel culpam nihil extrinſecus præter pretium vel principale debitũ interſit. Et ſic nec tunc quidem erit caſus intereſſe, de quo duntaxat hic agitur, nec etiam hic tex. dicit venditiones, & locationes & omnes contractus eſſe caſus intereſſe, ſed tantùm probat, quòd in venditionibus, locationibus, & omnibus cõtractibus poteſt verſari, & inueniri caſus intereſſe. Non ergo quiuis contractus eſt caſus, de quo hic agitur, ſed quiuis contractus, cui acceſſit obligatio ad intereſſe. Et ſic contractus cũ ſua circunſtantia, ex qua ea acceſſoria obligatio orta eſt, quæ obligatio non eſt: nec vocatur caſus, ſed id ex quo obligatio ad intereſſe producitur, & oritur, dicitur hic caſus. Nec abs re pluribus verbis iſtud inculco, vtpote principium, ſubiectum, & fundamentum totius huius l. & materiæ, & cuius inconſideratio omnes hucuſque, & glo. & Docto. errare fecit: nec id ſimpliciter, ſed de erroribus in errores pręcipites ruere, & inextricabilibus tenebris inuolui, vt res ipſa oſtendit. Et verificatum eſt dictum Philoſophi, Minimum errorem in initio, maximum eſſe in fine. Quanquam nõ eſt modicus, ſed maximus error, qui eſt inſubiecto vel prędicamento, vt hic. Cum enim non intelligerent, nec exactè aduerterent, quid ſit caſus, de quo hic tex. in princip. verborum diſpoſitiuorum incipit loqui, & ſtatuere, & ſuper quo omnem ſuam ſanctionem fundat, quì fieri potuiſſet, vt intelligerent caſus certos & incertos? impoſſibile eſt enim accidens intelligere ſine ſubiecto. l. eius qui, ad fi. ff. ſi cer. pet. l. ſi ſeruum mihi. §. j. ff. de act. empt. Cum ergo vocem primam, ſeu fundamentalem tex. non intelligerent, nec rectè expenderent, nõ eſt mirum, ſi grauiſſimè impegerint, & parologizati ſunt, etiam circa tex. apertiſſimũ, & ſele quàm clariſſimè exponentẽ. Quid enim clarius, quid apertius dici poteſt, quàm caſus certos eſſe, qui certam quantitatem vel naturam, hoc eſt, certam æſtimationem, quę vice certi fundi fungi poſſit, contra verò incertos, qui nec quantitatem nec naturam ita certam habent? Sed tamen hoc quãtumuis graficè deſcriptũ, nullo modo intelligi poteſt, niſi prius ſciatur, & exactè teneatur, quod per caſum in hac l. intelligitur. Nunc quo res ſit dilucidior, ſubijcio rem exemplo. & quãquam obuium quoduis exemplum minori labore poſſem tradere, tamẽ plenioris doctrinę gratia, vtque ſimul obiter alię leges vero, & natiuo ſuo ſenſui reſtituant, placet ex ipſis legibus deligere exẽpla, quę non minus late patent, & in communi etiam verſantur. Vt † in leg. Iulianus, in princip. ff. de actio. empti. Vendidiſti mihi certa tigna, hic eſt caſus intereſſe, ſtrictè ſeu ſpecialiter ſumpti, de quo hic agitur, quia nondum extrinſecus intereſt, nec ad aliquod huiuſmodi intereſſe nata eſt obligatio, & ſic nil tum ad hanc l. Fac ergo tradita mihi à te bona fide hęc tigna, quę ꝙ vitioſa eſſent, domus mea quam inde fulcierã vel contignaueram corruit, certũ eſt multum re vera mea intereſſe idonea vęniſſe, & tradita eſſe, & tamen nondum eſt caſus

4 ſpectans

Source : BIU Cujas

ſpectans ad hanc l. quia cum non aſſeueraueris eſſe idonea ad domum fulciendam vel conſtruendam, nec tanquam talia, nec ad occurrendum certo imminenti domus meę periculo, ſed ſimpliciter, & bona fide vendideris, & tradideris, non teneris ad hoc intereſſe, cum vaces omni culpa, & mora, & ſic cum iſtud intereſſe non ſit conſiderabile, nec debitum, non dicitur de iure mea intereſſe, prout in l. ſi is cui, in fi. ff. de furt. negatur eius intereſſe, qui lucrum facturus erat, caſu quo lucri ratio non habetur, & ſic nihil ad caſum huius l. tamē quia reipſa deceptus fui, pluris emendo tigna vitioſa, ſupereſt mihi iure communi actio quanto minoris, quæ ſola practicabitur, quia tigna rupta aut deteriorata redhiberi non poſſunt, alioquin ſi te conueniam, quanto minoris petere poſſes redhiberi, vel qualia ſunt, ſi maius offerrem pretium, & ita debet intelligi d. leg. Iulianus, in princ. in hoc articulo bonæ fidei venditoris, licèt nullus hucuſque ſic declarauerit. Rurſus autē facte pretio recepto vel oblato tigna non tradidiſſe, tunc ſiquidē nihil ob id amiſi præter rem ipſam principalem, quæ abeſt, vel eius æſtimationē, nihil ad caſum huius l. cum extrinſecus mea non interſit. Siquid verò præter rem principalem ob tuā moram vel culpam damnum paſſus ſum, vel amiſi, & ſic mea extrinſecus interſit. ſpectat ad caſum & taxationem huius l. ſumus enim in caſu intereſſe. Cum autem proxima, quam vulgò immediatam dicunt, ex qua obligatio ad intereſſe orta eſt, non haberet aliud ſpecificum obiectum quam dicta tigna, eorumve traditionem, quæ certam & limitatam habent naturā, & ſic caſus ſeu cauſa huiuſmodi intereſſe verſetur circa certum, locus eſt primo reſp. huius l. vt non debeat cum ſimplo excedere duplum, hoc eſt, eorundem tignorum, ſiue obiecti ſui eſtimationem, etiam ſi pluris mea propter moram vel cul
5 pam tuaz interfuiſſe conſtet. Quòd † ſi dolo ceſſaueris, & hoc conſtet, hoc eſt, machinatione ſtudioſa ad mihi nocendum, & damnificandum in hac periſtaſi, cum ſcires iſtud periculum domus meæ mihi imminere, & mora, & dum fidem tuam ſequor, conſtat dolo malo tuo ad hoc machinato me ſic interceptum, caſus eſt intereſſe debiti, ſed incertus, tum ratione doli, vt infra q. viij. tum quia dolus ille, ſiue cauſa, ex qua oritur hæc obligatio ad intereſſe, non reſpicit tigna, ſed reſpicit, & p obiecto habet ſpecificum iſtud detrimentum domus meæ rerumque mearum, & ſic caſus eſt incertus, cum eius obiectum non verſetur in re habente certam quantitatem vel naturam limitatam, ſed circa aliarum rerum detrimenta, quorum nulla præexiſtit certa quantitas vel natura, ſed ex euentu, & diligenti inquiſitione apparebit, & ſic nō habet locum primum, ſed ſecundum reſp. in tertia parte huius l. Rurſus facte bona fide mihi tradidiſſe, ſed mox euicta eſſe, & inde me extrinſecus damnificatum, caſus eſt huius l. inquantum actio ex empto non ad pretium duntaxat, ſed ad id quod intereſt competit. l. euicta. 2. ff. de euic. Et quia iſtud intereſſe verſatur circa rez venditam, vel euictam, nec habet aliud ſpecificum, & præuiſum obiectum quàm dicta tigna, quę certam naturam habēt, caſus iſte huius intereſſe certus dicitur, & ſpectat ad primum l. reſp. vt non debeat duplum ad ſummum excedere, licèt minus taxari poſſit, ſi minus interſit. Vltimò facte bona quidem fide dicta tigna vendidiſſe & tradidiſſe, ſed cum eſſes faber materiarius harum rerum peritiam profitens, aſſeruiſti eſſe idonea ad fulciendam, vel cōſtituendam domum meam, in quā promptè indigebam, cuius ruinam & detrimentum propter vitium eorundem tignorum paſſus ſum, teneris in id, qđ mea intereſt idoneè veniſſe, eſt tua affirmatio expreſſa, vel etiā tacita reſultans ex profeſſione tua, & qp ſcienter vendebas ad finē futuræ, & contignationis domus, & in imminenti periculo, & periſtaſi. Cauſa ergo proxima, ex qua hoc caſu obligaris ad intereſſe, non reſpicit tigna ipſa tantum, imò directè & ſpecificè reſpicit præſens præuiſum, & expreſsè, vel tacitè ſuſceptū periculum domus meæ, rerūmq; mearum, & ſic eſt incertus, vtpotè reſpiciens, & pro obiecto ſpecifico habens incertum futurum periculum aliarum rerum ab his, quæ in cōtractum venditionis deductæ ſunt: quæ etiā ſi alioquin per ſe certæ eſſent, dicuntur incertæ, quia incertum eſt tempore cōtractus, an & quota pars domus peritura ſit. Et huius obligationis obiectum non ad certam partem, & qualitatem refertur, ſed ad tantam quantam perijſſe, & intereſſe euentus declarabit, & ſic caſus huius obligationis ad intereſſe incertus eſt, futurum incertum tempore contractus habet obiectum. Et ſic nō ſpectat ad primum, ſed ad ſecundum huius l. reſponſum, vt veniat omne iuſtum, verum, propinquum, non remotum detrimentum. Quod etiam probatur in d. leg. Iulianus, in prin. ver. quod tamen. Et ita debet d. l. & ſimiles intelligi. Et ſic tantum abeſt, vt diſcordent, vt optimè quadrent & verbis, & menti huius l. ipſique legali æquitati, naturalique iuſtitiæ. Et hoc modo (nunc primùm à nobis detecto) vſibus hominum rectæq; praxi ſunt accommodatiſſimæ, & inuicem cōſonantiſsimæ.

Ex his tertia pars legis, à verbo alijs, vſque ad verbum cum ſcimus, ſatis eſt declarata. Quarta † ibi, cum ſcimus, vult pœnas
6 (etiam conuentionales vt infra quæſt. ix. declarabo) competēter moderari, & indicat nimium exceſſum legibus diſplicere, nec eſſe à iudicibus in praxi recipiendum. Quinta pars ibi, nō ſolum, declarat prædictam limitationem, & moderationem locum habere, ſiue de damno incurſo, ſiue de lucro ceſſante æſtimando agatur, ſiue in quacunque ſpecie iuſti intereſſe: nō autem vult ampliare caſus, in quibus lucri habetur ratio, ſed hoc relinquit in alijs iuribus. Hæc enim lex non tendit ad cōſtituendam vel augendam obligationem intereſſe, ſed legitima obligatione præſuppoſita, ad eius æſtimationem ſiue taxationem congruè moderandam, nec in his incertis certiorem, & æquiorem moderationem definire potuiſſet Iuſtin. qui diligentiſsimum, æquiſsimum, & clariſsimum hac in re legiſlatorem præſtitit: multas enim ſcrupuloſas ambiguitates, prolixas, & infinitas cauſificationes ī taxatione eius, quod intereſt, amputat hæc lex, dum in certis vetat duplum excedi. Et rurſus dum tam in certis, quàm in incertis caſibus, qui certæ perpetuæ metæ præfinitionem non recipiunt, abſcindit immodicas peruerſiones & circuitus inextricabiles, put videmus quotidie in praxi fieri, & prætendi immodicè, & infinitè ab his qui declarationes prætenſorum damnorum, & intereſſe taxandas tradūt, & iubet hæc l. nullam haberi rationem ſinuoſarum, & immodicarum cauſificationum, ſed eius tantum, quod re vera, hoc eſt, ex veris, iuſtis, propinquis, & efficacibus cauſis, non autem ex fictis vel remotis intereſſe probatur. Nec etiam hæc l. vllam obſcuritatem aut difficultatem in ſe continet, nec vllam omnino diſſonantiam cum reliquis iuribus. Quas autē innumeras ambiguitates, & contrarietates inuenerunt hucuſque glo. & Docto. non in ll. ipſis inuenerunt, ſed ex ſeſe inuexerunt cum ex ignorantia legalis æquitatis, tum praxis rerumque præſertim iudicialium inexperientia. Ex hoc nouo breuique veritatis ſermone patet hydram illam hactenus inuictam, quæ omnium Docto. ingenia tot ſeculis torſit, vt vno capite ſublato plurima renaſcerentur, prorſus enecatam, & abolitam, diſcentiumque ingenia miſeris illis intricatiſsimorum Commentariorum cymmerijs (quibus olim ipſe quoq; plus duodecim annis laboraui) hac in re liberata. Sed quo nouæ huius noſtræ interpretationis neceſsitas & vtilitas ſit illuſtrior, & velut per ipſam rerum experientiam explorata certior, non grauabor ſinuoſiſsimum & pluſquàm Dedaleum labyrinthum veſtigare, potioraq; errorum capita (quæ ſuprà nume. 1. tanguntur) radicitus euellere, ſimulque reliquarum legum huius materiæ genuinum ſenſum aperiendo. Super
7 † primo extricando parum immorabor, merę enim logomachię loquaces, anxięque contentiones, quę Docto. de varijs definitionibus intereſſe tamdiu controuerterunt, vt olim Grę culi illi de definitione oratoris, quos Craſſus apud Cic. de ora. dialogo j. contentionis cupidioris quàm veritatis conuincit. Res eſt enim in propatulo communiq; ſenſui expoſita, vtpote facti non iuris, vt nec melius, & preſsius deſcribi, aut definiri vnquam potuerit, quàm per Iuriſconſ. in l. ſi commiſſa. ff. rem rat. haberi. Quantum mihi abeſt, quantumq; lucrari potui, vt tanto verior ſit cęteris. quanto & ipſius definiti ſubſtantię, & Iuriſconſ. deſcriptioni conformior definitio Accurſ. hic dicentis, eſſe damnum emergens, & lucrum ceſſans. Etiam ſi omnes ferè & veteres, & recentiores (paucis exceptis) ineptè irrideant. Intereſſe enim (verè realiterq; loquendo) nihil aliud eſt quàm ipſa iactura. l. ſi tutor. ff. de auth. tut. vt delirent omnes qui eſtimationem eſſe multis anxiè varièque additis definiunt, & in eo directè retorqueatur quod obijciunt, aliud eſſe rem, aliud pretium, l. ſi non ſortem. §. libertus, verſic. & interdum. ff. de cond. ind. tantumque abeſſe à damno ad eius eſtimationem, quātum à pretio ad mercem. Hinc enim ſequitur omnes eorum definitiones tātundem abeſſe à veritate, & definitionem vero Accurſ. eo magis accedere, & congruere veritati & definito, quando eſtimatio non eſt ipſum intereſſe, ſed eius indicatura, vel adpretiatio, ſeu taxatio. Et iura paſsim diſertè aiunt, damnū vel iacturam peti, conſequi, reſtitui, præſtari, reddi, vt hac l. verſiculo, in alijs. l. de illo. in fi. ff. pro ſoc. leg. ſi ſeruum. ad legem Aquiliā. l. j. de ędil. edic. d. l. ſi tutor. l. poſt venditionem, de aq. plu. ar. ſcilicet, vt ſarciatur, prout exponūt l. ij. & iij. C. ad leg. Aquil. Magis autem ridiculi ſunt Neoterici quidam, qui nouas, & operoſas hic definitiones ad dialecticorum regulas confringere ſatagunt. Sed qui de eius inuentione diſputant, non minus ridiculum eſt, quàm ſi quis diſputet, quo iure inuenta ſit egeſtas in genere, vel incendiū domus in ſpecie. His ineptijs omiſsis, retinendā cēſemus definitionē ipſius l. & Iureconſ. in d. l. ſi commiſſa, quam ſic breuiſsimè finiuit. Vt ſit damnum, & lucrum amiſſum. Reijcimus autē non tanq̄ falſam, ſed tanq̄ ſuperuacuam, quę Accurſ. Bar. & ſequaces hic (quanquam cōcisè) & quę alij plenius, vt Sal. hic col. j.

Source : BIU Cujas

Gaſparis Caballini. De eo quod intereſt.

in fi. addunt ex facto, vel commiſſo, quod fieri vel omitti non debuit, & quæ nuperrimè adhuc fuſius (quanquam eodem ſenſu, ſed elegantioribus duntaxat verbis) addiderunt Gabri. Cacia & Pet. Loriot. Mentio enim facti, vel omiſſionis iniuſtæ non ſpectat ad ſubſtantiam intereſſe, ſed ad cauſam obligationis ad illud, & pariter mentio culpæ: quinimo etiam citra culpam, & moram non ſolum committi, & ſubſiſtere, ſed etiam efficaciter intereſſe deberi poteſt, vt ſi tertius indemnitatem, & quocunque caſu interfuerit, promiſerit. Sed reijcio, quod Egi. Baro lib. 4. diuidui & indiuid. cap. 5. cenſuit, definitionem eius, quod intereſt eſſe iuris, quanquam eum in hoc ſequatur Loriot. in hoc tract. in l. quatenus. ff. de reg. iur. Non enim magis eſt iuris quàm definitio hominis, equi, arboris, vel lapidis, & huiuſmodi, de quibus ſæpe in iure. Imò cum omnium ferè rerum abſurdiſſimum eſt, & contra ſenſum cõmunem. Fateor omnium terminorum, nõ ſolum de rebus quæ à iure introductæ ſunt, vt adoptionis, & ſtipulationis, ſed etiã quæ prius introductæ in iuris poteſtate ſunt, & à iure tolli, vel impediri aut aliter in ſua ſubſtantia modificari poſſunt, vt cõtractuum iuriſgentium, teſtamenti, & ſimilium definitiones iuris eſſe, quod de alijs propriè dici nequit. Multum etiam inſanitum eſt in abſurdis, & ſuperuacuis diuiſionibus, quas ad vnam, & viginti, videlicet, octo ſecundum ſubſtantiã reliquas ſecundum accidens, cumulauit ſuper hac l. Iacob. Renal. videat qui volet, nec enim relatu, nec alia confutatione dignas
8 puto. Neceſſe † tamen eſt pauca de acceptione vocabuli ex puris iuris fontibus depromere, quam vocem etiam in ſubſtãtiuo Latinam eſſe primus contra Alci. oſtendit Antonius Fumeus hic, per l. quod ſæpe. in fi. ff. de cont. empt. l. debitor, de leg. ij. Vt autem ea vox eſt verbum, paſſim in iure accipitur pro diuerſum, vel oppoſitum eſſe, ſeu differentiam eſſe, vt in l. ſi bene, in fi. ff. de vſu. l. domum. in princip. de contr. empt. l. quamuis. §. ſi conuenerit, ad Velleia. l. Pædius, de incen. rui. & naufr. quæ ſignificatio in hoc tractatu impertinens eſt. Quandoque capitur pro ad nos quoquomodo ſpectare, etiam citra veram vtilitatem, ob affectionem. l. ſi in emptionem. ff. de minor. l. cum ſeruus, mand. l. j. §. ſed ſi iam. ſi quid in fraud. pa. l. libertus qui ſoluendo. de bon. liber. Rurſus latius quoquomodo vel ratione officij vel oneris ad nos quid ſpectet, vt in l. ij. in fi. C. de ſportul. Rariſſimè verò (vt minus propriè) pro ad damnum etiam & obligationem ſpectare, vt in vno ſingulari loco. l. propemodum, in fin. C. de iudic. Vt autem eſt ſubſtantiuum, non inuenio in iure accipi niſi pro eo, quod ad noſtram vtilitatem ſpectat, vt in d. l. quod ſæpe, in fi. Omiſſis autem impertinentibus ſignificationibus, breuiter dico, quod quàm largiſſimè queat accipiendo, duobus modis noſtra intereſſe dicitur in iure, ſcilicet, propriè propter vtilitatem iuſtam, & debitam, impropriè verò, vel propter ſolam affectionem, vt in l. ſeruus ea lege. ff. de ſer. exp. vel propter vtilitatem iniuſtam, & indebitam, quod etiam non eſt conſiderabile. l. is cui. l. qui re. §. nam licet, ff. de fur. Rurſus primo, & proprio modo dupliciter in iure accipi quod intereſt. Primò largè, & indefinitè. Secundo reſpectiuè, vt ſuprà nume. 2. in princ. Et vtroque modo paſſim in iure dicitur vtilitas: itaque Iureconſ. verbo vtilitatis pro eo, quod intereſt promiſcuè vtuntur. Et hi termini conuertuntur, ſiue de toto intereſſe vel vtilitate agatur, vt in l. pen. ff. ſi quis caut. l. pretia rerum. ad leg. Falcid. in princip. l. eum qui. l. ſi vendidero. §. j. de fur. ſiue de extrinſeca tantum, & à re principali diſtincta, vt in l. 2. l. 3. in fin. de eo, quod cer. loc. l. emptorem. §. ibidem, l. ſi ſterilis. §. cum per vendi torem, de actio. empti. Et priore quidem modo comprehendit, quicquid ad noſtram vtilitatem pertinet. tex. in l. eum qui, de fur. vbi Vlpian. ita eleganter exponit ibi, cuius interfuit, ad cuius vtilitatem pertinebat. Et ſic longè, & indefinitè capiendo comprehendit nedum rem principalem, ſed etiam omnẽ cauſam, & acceſſionem, ſiue productam ex re, ſiue extrinſecus emergentẽ: & hoc modo non accipitur in hac l. nec aliàs, ita frequenter in iure, ſicut ſecundo modo. Porrò ſubiecta cuiuſque caſus materia ſatis oſtendit, qualiter accipiatur, vt priore modo pro toto capi. oſtenditur in l. j. in prin. l. ſeruum quem. § ſi ſciens. l. ſi ſterilis. §. quamuis. de actio. empti. l. naturalis. §. & ſi quidem. de præſcrip. ver. l. j. ſupra de his qui à non dom. ma. l. empti actio, in fi. l. cum ſucceſſiones, in princ. l. ſi tibi liberam. l. ſi permutationis, infrà de euic. l. j. ſupra de re. permut. l. ſi fratres, ſupra communia vtr. iud. vel pro parte, vel eſtimatione intrinſeca partis principalis reſtantis. l. 3. §. ſi reddita. ff. com. l. Labeo libro, de contr. empt. Hoc etiam generali, & indefinito modo dicitur in l. 2. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. quòd dominorum intereſt (ideſt eis vtile eſt) ne ſeruis ſuis auxilium contra ſæuitiam, vel famem, vel intolerabilem iniuriam deneget. ſic in l. nam reip. intereſt. l. de pupillo. §. ſiquis riuos. de oper. nou. nuncia. cum ſimilib. nolo proſequi, quia
9 † hæc l. de priuata tantum & extrinſeca vtilitate loquitur, ſcilicet de intereſſe dicto ſecundo modo, & ſtricto relatiuè, ſiue differenter ad rem principalem, & eius cauſam ſumpto, videlicet, pro eo, quod extrinſecus accedit. vel potius decedit in dãno emergente, lucrove ceſſante. Et ita frequentius in iure reperitur, vt in l. emptorem. §. ibidem. l. Iulianus, in princ. l. Titius, ad fi. de actio. empt. l. ſicut. ſupra eod. l. j. ſupra de ædil. act. l. ſi in venditione. l. emptori. l. euicta re. 2. de euict. l. ſi vno. §. vbicunque. loc. l. j. §. cõſidera ndum, de tut. l. tertius. §. officium. de aqua plu. arcen. l. ſi calendis. de re iudic. l. in interdicto. de vi & vi arma. l. 2 §. in hac actione. l. antepen. §. hæc autem acti. vi bon. rapt. l. in furti. de fur. l. hæc verba quanti. de verbo. ſign. quanquam in hac vltima poteſt intelligi. vt accipiatur pro toto, vt priori modo. Sed iura ſunt protrita de hac ſecunda & ſtricta acceptione, vt non ſit opus prolixius citare. Et ſic quod intereſt ſtrictè, ſeu potius reſpectiuè non comprehendit rem principalem, nec eius pretium vel æſtimationem, ſiue principalem ipſam vtilitatem, ſed nec acceſſionem naturalem vel quaſi, quæ in iure cauſa rei paſſiuè dicitur (ſi tamẽ per ſe ſpecialiter accedit & debetur, non autem ſub nomine generali damnorum & in eorum conſequentiam tantùm, vt infra nume. 150,) ſed tantùm comprehendit damnum vel lucrum occaſione culpæ vel moræ emergens, vel ceſſans extrinſecus, ſcilicet, præter rem principalem & eius cauſam, vt infra latius probabitur. Vbicunque tamen venit, quod extrinſecus intereſt, multo magis acceſſio naturalis & cauſa rei venire intelligitur, non ſolum per locum à fortiori, ſed etiam appellatione rei principalis, vt infra nume. 11. Vt autem in iure quod amiſſum eſt extrinſecus propriè dicitur intereſſe, ita res ipſa principalis per ſe ſpeciali nomine ſuo, vt in l. j. in princip. de actio. empt. pariter nec fructus ſeu cauſa rei. Vnde remittens damna & intereſſe, non cenſetur remittere rem principale. Alex. conſil. 168. lib. 2. facit à fortiori c. in noſtra, de iniu. nec fructus, Bald. de pace Conſtan. ver. poſſeſſiones, licet Dec. hic in fi. rub.
10 aliter ſentiat. Eſt † autem acceſſio non magiſtrale (vt hic poſt Nicol. Mat. Alb. nume. 17. & Renal. char. 17.) ſed legale verbum, vt eſt tex. in rub. ff. de vſu. Moder. tract. vſur. nume. 512. vtq; generalior eſt quàm quod intereſt, prædicto reſpectiuo modo ſumptum, ſed minus generalis quàm quod intereſt large ſumptum: iſtud enim omnem vtilitatem, ſiue principalem ſiue acceſſoriam cõtinet, vt dictum eſt. Hæc autem quicquid accedit, ſiue cauſam rei, ſiue vſuras, ſiue quod extrinſecus intereſt, aut quoduis aliud incrementum acceſſorium. Cauſa autem (prout capitur pro acceſſione rei in d. rubr. de vſur. & infra tit. de pac. pig. & omni cauſa, vt paſſim in iure) dupliciter accipitur. Primò ſtricte & paſſiue, & dicitur omnis vtilitas, quæ à re ipſa cauſatur, & producitur non ſolum naturaliter, ſed etiam quaſi naturaliter, puta, ex vſu ad quem res cõditione ſui deſtinata eſt. Vnde nedum fructus naturales & immediatos includit, ſed etiam partus & penſiones, ſiue commoda prædiorum vrbanorum, & operas ſeruorum, vel equorum, & vecturas nauium, & generaliter quicquid actor habiturus eſſet, ſi tempore debito res ſoluta fuiſſet. Et intelligo habiturum ex ipſa re, vel eius natura, aut conſueto vſu, vt ſatis liquet conferendo tex. de hoc verbo loquentes, in leg. Iulianus. §. j. l. præterea. §. ſi nauis. ff. de rei vendicat. l. fructuario, in princip. ſi vſusfruct. pet. l. cum fundus, in princip. ſi cert. pet. l. videamus. 2. §. ſi actionem. de vſur. l. reſtituere. de verbo. ſign. cum ſimilibus. Et hoc modo in iure frequentius capitur. Secundò (ſed rarius) pro omni acceſſione etiam intereſſe caſualis & extrinſeci, vt eſt tex. ſingul. in l. pecuniam. ff. de comp. quã Holoander nimis deprauauit, legendo quanti Titij, pro quãti ſua, non ſolum contra communem & receptam literam, non ſolum cõtra fidem plurium veterum exemplarium quæ excuſſi, non ſolum contra veterem literam, de qua Accurſi. teſtis in hoc locupletiſſimus teſtificatur, ſed etiã contra phraſim tex. & thema in eo propoſitum. Adde tex. non vulgatum in l. liber homo. 2. §. ſi quadrupes, ad leg. Aquil. vbi vocat cauſam rei, vtilitatem illam (ſcilicet liberationis damni ab eadẽ re dati) quæ à datione ipſius rei pro noxa cauſari poteſt. Et ſic verbum cauſa, eſt terminus multum generalis. Quandoque etiam accipitur pro ſtatu & qualitatibus rei vel perſonæ, vt in l. ſiquis quemquam. ff. ſiquis caut. quod, quia ab inſtituto noſtro alienum eſt, omitto, prout & quando pro toto ne-
11 gotio controuerſo, vt in l. cauſas. ſupra de tranſ. Cauſa † autem primo modo, cum ex re ipſa vel ex rei potentia producatur & cauſetur, quodammodo eſt pars, ſaltem naturalis ſequela ipſius rei, cuius etiam appellatione venit. l. rei appellatio. ff. de verb. ſign. large ſumpto vocabulo, non autem ſtricte, cum ſit corpus ſeparatum. l. Quintus. de actio. empti. Si enim rei ipſi inexiſteret, vt fructus pendentes, non eſſet acceſsio, ſed eſſentialis pars rei principalis. l. fructus. de rei vendic. l. fin. quæ in fraud. cred. l. Quintus. de actio. empti. Mod. in tract. de vſur. nu. 512. Quod autem intereſt ſtricte, vt hic ſumptum, non eſt

pars

Source.: BIU Cujas

pars nec naturalis ſequela rei, ſed extrinſecùs emergit, & nullo modo à re debita cauſatur vel producitur, ſed occaſione moræ, vel culpæ in non ſoluendo, vel minus idoneè ſoluendo commiſſæ emergit. Hoc eſt (vt omnibus anſam cauillandi reſecem) ab ipſa mora, vel culpa immediatè cauſatur. Hinc patet quàm longè aberrauerint glo. & Docto. confundentes hos terminos. & dum loquuntur de acceſſione accidentali extra rem, faciunt quoddam intereſſe intrinſecum, quoddam extrinſecum, per tex. ab eis malè intellectum, & peruerſum in d.l.ſi ſterilis.§.cum per venditorem.ibi, circa rem, quod exponunt, ideſt intra rē, quæ eſt mera peruerſio, vt infra nume. 98. Nos autem dicimus, quod quicquid intereſt ſtrictè ſumptum, de quo in hac l & paſſim in iure ſemper eſt extra rem ſiue extrinſecum. Imò nedum extra rem, ſed etiam extra eius cauſam propriè & ſtrictè ſumpto vocabulo, cum à re non cauſetur, ſed extrinſecus propter moram, vel culpam, ſiue omittendo, ſiue committendo admiſſam, veniat. Et ſic vides, quòd cauſa rei ſtrictè & paſſiuè ſumpta, vt dixi, nullo modo hic taxatur, & a Iuſtin. legitimum augmentum vocatur in l.ſi. verſi. ſi ipſe. ſupra de pet. hær. Nec huius l. taxatio ad id ſpectat, ſicut nec ad vſuras, quæ ſunt acceſſio merè ciuilis. Vnde quando de fructibus vel ſimili cauſa rei agitur, non ad hanc l. ſpectandum, ſed ad l. cum fundus, in princ. l. videamus. 2. ff. de vſuris, & ſimiles recurrendum eſt. Quemadmodum ſi quæritur, an & quatenus vſuræ de iure ciuili adiudicandæ ſunt, non ad hāc l. ſed ad l. eos. ſupra de vſur. & ad cæteras leges vſurarias recurrendum eſt. Ita, quando quæritur, quatenus id, quod intereſt, adiudicandum ſit, ad hanc potiſſimum l. aſpiciendum eſt, ſa-
12 nè vt ſupra intellectam. Ex quibus † liquet, quàm ad legum ſenſum & praxim ſint inutiles anxiæ illæ Docto. rixæ, de multiplici definitione, diuiſione, vnitate, vel multiplicitate intereſſe. An ſit vnum vel triplex, vel tripliciter æſtimatum, vt inani ſubtilitate (quantumuis Cyn. eam admiretur hic, quæſt. ij.) differit Dyn. in tract. de intereſſe, impreſſo poſt enarrationem ſuam & arborem actionum, & in cap. mora. de reg. iur. in vj. Duas autem methodicas duntaxat huius intereſſe diuiſiones facio. Primam internam, ſiue (vt ita loquar) eſſentialem, aut materialem, quoddam damni incurſi, quoddam lucri amiſſi, quam diſertè tradunt iura, vt hac l. fina. l. quicquid, ſupra arb. tut. l. ij. in fin. de eo quod certo loco. l. ſi fundus. loca. l. ſi commiſſa, rem ratam. hab. Secundam verò externam, ſiue accidentalem, quoddam propinquum, quoddam remotum, quod eſt de aperta mente legum, vt hic in ij. reſponſo. & in d.l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. Moder. in tract. vſur. d. nume. 512. & in conſuet. Paris. §. 6. glo. 7. nume. 18. vbi practica quædam exempla tradit. Cæteras autem omnes gl. & Doct. diuiſiones, vt partim ineptas, partim ſuperuacuas & ad doctrinam inutiles reijcio. Quod ne forſan illotis manibus, aut ob rei difficultatem quorundam more facere videar, qui quod viribus ingenij extricare nequeunt, conniuentibus oculis prætereunt, aut vno verbo contemptim abijciunt, velut Alexan. ille Macedo Gordium nodum enſe ſecantes, quod arte manibusve ſoluere nequeunt, libet ſaltem potiores eorum diuiſiones quàm breuius & dilucidius excutere, quæ duæ ſunt, vt famigeratiſſimæ, ita intricatiſſimæ & controuerſiſſimæ. Prima, quoddam intrinſecum, quoddam extrinſecum. Secunda, intereſſe commune, ſingulare, conuentum. Sed tantum abeſt vt hæ diuiſiones lucem huic doctrinæ attulerint, vt iam prorſus confuderint, & diſcere cupientium ingenia nullo fructu obruerint.
13 Quantum † ad primam, quam non ignoro Doct. præſertim veteres poſtponere ſecundæ: ſed ideo hic præpoſui, quòd nuper dictis magis continuatur. Hæc autem præter id quod ſine l. à gloſſ. & Docto. conficta eſt, vt per Socin. & alios hic, quàm latè & turbulenter digladientur Docto. non ſolum ſuper definitionibus membrorum diuiſorum, ſed etiam ſuper effectibus & exemplis eorum: plures autem leges in medio non intellectæ, ſed dilaceratæ relinquuntur, vt l. ſi ſterilis. §. cum per venditorem. ff. de actio. empti. de quo infra nume. 97. l. venditor hominis. de euic. vbi hæreditatem ſeruo & euicto relictā, quidam (quæ eſt crebrior poſt Bart. ſententia) ad intereſſe intrinſecum referunt, vt ſic in totum veniat, nec reſtringatur ad duplum per hanc l. Alij contra poſt Accurſ. ad extrinſecum intereſſe trahunt, nec minor eſt controuerſia de ſeruitutibus & alijs exemplis. Alij diſtinctionibus quibuſdam minus ineptis quàm auxiè machinatis incerta hæc, & phantaſtica conciliare, aut commodè inde euadere nitūtur omnia ſine fructu, & vllo ſano legum ſenſu, ſed cum multiplici ingeniorum obſcuritate, quod Cy. hic col. 7. ingenuè faſſus eſt, dicēs etiam ad ſciendum diſcrimen intereſſe intrinſeci & extrinſeci, eundum eſſe per profundum pelagi. Meritò igitur hanc diuiſionem cum omnibus ſuis ambagibus, & intricationibus reijcimus, idque pluribus ſolidis clariſq; rationibus. Prima, quia primū diuidens membrum ſine l. a gl. & Docto. confictum eſt, quod Alcia. hic cap. 7. dicit de vtroque membro. Sed cum verbum intereſſe ſubſtantiuum, & verbum extrinſecus reperiantur in iure, non ita abhorret dicere & colligere intereſſe extrinſecū, quod etiam eſt ſubiectum diſpoſitioni multarum legum de eo, quod intereſt loquentium & diſponentiū, vt hac l. & l. euicta. l. ſi in venditione. de euict. cum ſimil. ſupra nu. 9. At nullibi in toto iure id, quod intra rem vel intrinſecus intereſt, dicitur vel nominatur intereſſe, nec eſt ſpecialiter & per ſe ſubiectum alicuius l. de eo, quod intereſt loquentis aut diſponētis: imò illud diſerte iura ſeparant ab eo, quod intereſt, vt l. inter hæc verba. de verb. ſignific. cum alijs ſupra nu. 8. Nec hoc poteſt elici exantitheto extrinſecus, quia licèt nō negem recipi, & dici poſſe intereſſe intrinſecum: eſt tamen de genere & prædicamento acceſſionis, vt ſupra nu. 10. ſub quo genere res ipſa principalis, cum ſit de alio genere, ſed continetur vtilitas circa rem, de qua in d. §. cum per venditorem. ad cuius differentiā, quod extrinſecus intereſt, non inſulſe dici poteſt intereſſe intrinſecum, ſed non ſequitur rem principalem, imò nec eius cauſam dici poſſe intereſſe intrinſecum. Quanquàm enim ſint partes totius intereſſe large ſumpto vocabulo, vt ſupra nu. 8. nō tamen ſunt eius ſpecies, vt recte Baro diuid. & indiu. lib. 4. cap. 2. Secundò prædictam diuiſionem reijcimus, quia etiam ſi ſuſtineri poſſet, manca eſt: tum eius occaſione Doct. corrūpunt tex. in d. §. cum per venditorem. ibi, circa rem quod exponunt, ideſt, intra rem, quæ eſt mera & violenta peruerſio. Præterea cum ad claram & abſolutam doctrinam ſufficiant termini à iure introducti, videlicet res principalis, ſeu eius eſtimatio, item cauſa rei, quæ eſt acceſſio naturalis vel quaſi, vt ſupra nume. 11. vtilitas circa rem, quæ eſt æſtimatio quāti plurimi à tempore moræ, vt in d. §. cum per venditorem. & intereſſe ſpecialiter ſumptum, quod eſt damnū extrinſecus incurſum, vel lucrum amiſſum, vt in l. ſi commiſſa. rem rat. haberi. & in hac l. Quorſum attinet prędictam diuiſionem nouis & inſolentibus conflictis vocibus obtrudere, niſi ad doctrinam obfuſcandam, & litium & intricationum materiam ſubminiſtrandam non ſolum in ſchola, ſed etiam in foro? vt res ip-
14 ſa & experientia notorium fecit. Quantum † ad ſecundam, quia cæteris potior eſt, & plauſibilior & receptior fuit, libet paucis ad eam (ſi commodè poſſit) tuendam argumentari. Videtur enim protritam illam diuiſionem communis, ſingularis, & cōuenti, quam communis ſchola finxit & probauit, non eſſe penitus reijciendam, ſed ſolum ad conceptum mentis facilius, & promptius exprimendum accommodam retinendam, imò & ad genus ipſum in ſpecies methodicas aptè deducendum. Patet accipiendo verbū generale vtilitas: omnis enim vtilitas poteſt tripliciter in ſpecie conſiderari vel eſtimari. Primò communiter, & ſic aptè dici poteſt quædam vtilitas communis, vt in l. ſi ſeruum. ff. ad leg. Aquil. l. pretia rerum. ad leg. Falcid. Secundò ſingulariter, hoc eſt, ex ſingularibus cauſis vel effectibus exprimebatur vtilitati coniunctis, & ſic aptè dici poteſt quędam vtilitas ſingularis, vt in l. ſi cui, in fin. de leg. ij. Tertiò ex conuentione ſeu taxatione vel eſtimatione partium, vt in l. fina. de prętor. ſtipulatio. & ſic equè dici poterit vtilitas cōuēta. Sed intereſſe largè & propriè ſumptum conuertitur cum verbo vtilitas, vt ſupra nume. 8. ergo eodē modo in ſpecies diuidi poteſt. Nec obſtat, quòd veteres Iureconſ. non inuenientur vſi his vocibus, intereſſe commune, intereſſe ſingulare, intereſſe conuentum, ſed quòd hę voces à noſtris ſcholaſticis interpretibus cōficte ſunt, vt poſt Fulgoſ. in l. j. de actio. empt. pungit hic Alcia. c. 4. ad fi. quod recentiores Fumeus, Baro, Loriotus largius vrgent & exagitāt. His enim facilè reſponderi poteſt. Primò non ſolum intolerabilem, ſed etiam in omni diſciplina ſępe neceſſariam, parcam, & aptam nouarum quarundam vocum inſtitutionē, vt multis exemplis (niſi prolixitatem vererer) oſtenderem. Secundò, quicquid ſcripſerit Alcia. & ſequiores, dici poteſt has voces non eſſe penitus inſolentes, ſed tum verbis, tum menti legum conſonas, & indidem erutas. De verbis legum liquet, quanquàm enim leges nō vtantur his vocibus, vtilitas, vel intereſſe commune, intereſſe ſingulare, intereſſe conuentū coniunctim, vtuntur tamen diuiſim, vt omnibus notum eſt. Igitur tum doctrinę, tum facilioris intelligentię cauſa coniungi poſſunt. Nec iſtud eſt nouas voces (ſicut nec nouas res) fingere, ſed iam factas & receptas voces coniungere, hisq; doctrinę cā vti ad res facilius diſcernendas, & diſtinctius exprimendas. De mēte verò legū liquet, quoniā apertè diſtinguunt id quod communiter, ab eo quod ſingulariter intereſt. Lex enim diſertè ait, quod intereſt ęſtimandū communiter, non ex ſingularibus vtilitatis cauſis, vel ſingulorū affectibus. l. ſi ſeruū, ad leg. Aquil. ergo ſatis apertè oſtendit, eſſe quoddā intereſſe cōe, huiuſque rationē habendam: quoddā verò ſingulare, quod regulariter ſpernendū ſit. Cū igitur l. loquatur de eo, quod cōiter ad differentiam eius, quod ſingulariter, ſiue ex ſingularibus

Source : BIU Cujas

Antonij Fumei. De eo quod interest.

causis, vel affectibus (quod idem est) interest, cur non ex verbis & mente legum, faciliusq; docendi & intelligendi causa, dici queat, quoddam interesse commune, quoddam singulare? Rursus cum leges nominatim consulant de certa contenta summa paciſci loco eius quod interest, ad vitandam difficultatem probationis, eamque conuentionem (moderatam tamen, vt infra, q. ix.) authorentur. §. fi. Instit. de verbo obliga. l fin de præt stipul. l. procurator ad exhiben. §. fi. rem. rat. hab. cur non ea quantitas conuentum interesse dici poterit? Idque iuridicè, vtpotè iure rem ipsam, necnon voces conuentionis,
15 & interesse approbante. Nec † obest, quòd iura passim hanc vocant pœnam: est enim pœna in iure terminus generalis, vtpotè quæ etiam vsura nuncupetur, vt in l. qui sine. ff. de nego. gest l. lecta, si cert. peta. l. Caius. de vsu l. fina. de nau. fœn. necnon interesse incertum & non conuentum, vt in l. fina. de eo quod certo locum. Quanquam autem certa quantitas loco eius, quod interest, conuenta, magis accedat pœnæ specialiter & strictè sumptæ, quàm vsura, vel interesse non conuentum, vt l. stipulatio ista. §. alteri. de verb. obli. Tamē cum id fiat lege consulente & approbante, & nominatim eam summam conuentam loco eius, quod interest, subrogante: cur nō aptè, & iuridicè dici queat interesse conuentum? est enim interesse (cum illud includat) & idem conuentum, ergo &c. Nō igitur ea vulgaris scholæ communis diuisio penitus reijcienda, sed (non vt Doct. plerunq; malè, sed sanè, vt nuper explicuimus intellecta) commodè retineri potest, etiam si recentiores quidam non tam in sensu legum acuti, quàm in verbis morosi, & superstitiosuli malè eā irrideant. Quod enim nimis confidenter aiunt, interesse conuentum, & vocari pœnam in iure, & non interesse, falsum est: & in hoc fœdè paralogizantur. Multum enim (ad quod non aduertunt) refert de certa summa paciſci loco interesse principaliter, & absolutè, & tunc nō est pœna, sed interesse conuentum & limitatum: an verò per viam pœnæ, quo casu non fit nouatio, nec limitatio interesse communis, sed remanet, & potest creditor omissa pœna illud petere, vel etiā ea exacta redire ad id, quod pluris interest, vt tangam infra, nume. 120. & sequen. Omnium verò minimè obstat, quod obijciunt id, quod per commune interesse in ea diuisione intelligitur commune rei pretium esse. d.l. si seruum. ad l. Aquil. l. pretia rerum. ad l. Falcid. vel quanti ea res est, hoc autem non esse interesse, sed ab eo differre in iure separari, vt in l. emptorem versic. ibidem. de actio. empti. l. j. §. considerandum, de tut. & rat. dist. l. inter hæc verba. l. hæc verba quanti. de verbo. signific. cum similibus, supra nume. 9. Quia præfata diuisio debet (, put dixi) intelligi de interesse largè sumpto, & sic rectè quadrat, quicquid Neoterici dicāt. Et in ea diuisione sub primo membro interesse communis includitur causa rei, quæ etiam venit appel. rei, vt supra, nu. 10. cum seq. spectat enim omnino ad id, quod cuiusque æquè, vel cōmuniter interest. Si verò interesse accipiatur strictè pro eo, quod extrinsecus accedit, vel decedit; vt in hac l. & supra, nu. 9. tūc ea diuisio non bene quadrat, sed vnum tantùm est, nempè casuale. Inue
16 nio † tamen multum me olim laborasse ad eam communez diuisionem defendendam, etiam in hoc interesse extrinseco: & dicebam, quòd interesse extrinsecum potest metiri, primò ex propinquis & iustis causis siue damni, siue lucri, communiter incursi, vel communiter cessantis, hoc est, æquè vni vel alteri eiusdem conditionis contingentis, vt tunc dicatur commune ad differentiā singularis & conuenti. Secundò ex propinquis & iustis causis, sed singularibus, hoc est, ob certā qualitatem damni ad alium nō transmissibilem, & qua communiter alij non læderentur, vt tunc dicatur singulare ad differētiam communis. Tertiò propter conuentionem super limitatione extrinseci interesse tantùm factam: puta, si emptor in casum euictionis, vel non traditionis certam summā pro interesse, vltra pretium stipulatus sit, & istud esset interesse extrinsecum conuentum ad differentiam cōmunis & singularis. Nec hæc distinctio prima frōte videtur verbalis, aut inanis, sed vtilis, & habens distinctum iuris effectū, prout dari possunt exēpla communis & singularis interesse, & inter ea diuersa ratio: puta, si emptor emerit domum, quæ euincitur, vnde damnificatur. siquidem ex eo, quòd erat mercator, & ibi sedē & apothecam suam constituerat, vnde patitur damnum non solum in migrando, & bonis aliò deuehendis, sed etiam in mercaturæ exercitio istud interesse extrinsecum dicetur cōmune, quia communiter æquè contigisset cuilibet emptori eiusdem cōditionis. Sed si esset obligatus sub pœna, nisi Titium recepisset hospitio in eadem domo, vel si pœnam hoc modo poterat euitare, quam nunc incurrit, istud extrinsecum interesse dicitur singulare respectu prioris communis. Nec hæc consideratio videtur leuis ponderis, quòd interesse conuentum tutius est. & firmius, d.l. fina. de prætor. stipulat. non conuentum verò fugacius, & ad exiguam summam deducitur. d.l. fina. Et rursus in non conuento longè rarius, & ægrius est habenda ratio eius, quod singulariter, quàm quod communiter interest, argumen. l. si in emptionem. de min. l. libertus qui soluendo. de bon. libe. l. si sterilis. §. cum per venditorem. de actio. empti. facit l. ex his l. nam ad ea. de legib. prout etiam pauca & rarissima eius, quod singulariter secundùm hanc cōsiderationem interest exempla reperiuntur in iure: puta, in l. si cui. in fi. de leg. ij. propter vicinitatem & confinia fundorum, in l. si in emptionem, de minor. in l. libertus. de bon. libe. ex eo, quòd res fuit maiorum. Et rursus in vtrisque scilicet singulari & communi maior regulariter eius habenda ratio, quod in damno, quàm quod in lucro amisso consistit, argumen. l. Proculus. de
17 damn. infec. l. fina. supra de codic. Sed † postquàm maturius cogitaui, hanc vulgarem diuisionem prorsus reijciendā censeo etiam in interesse generaliter & largè sumpto, non solum ob nimiam, & superuacuam curiositatē, sed maximè ob confusionē doctrinæ, & inextricabiles labyrintos, qui inde oriuntur. Notum est enim, quàm miserè & anxiè Doct. sese inuoluant, & controuertant super singulis membris dictæ diuisionis. Alij enim primum diuisionis membrum referunt ad rez principalem, & eius causam duntaxat. Alij hoc excluso referunt ad id, quod extrinsecus communiter cuiusque eiusdē conditionis interesse solet. Secundum autem membrum alij referunt ad singularem vtilitatem, quæ alij non contigisset. Alij ad affectionem. Rursus neutri factioni sibi in exemplis communis vel singularis interesse conueniunt, sed sine fine digladiantur, singulos legum eius quod interest casus, puta l. Iulianus. in princ. de actioni empti. modò ad commune, modò ad singulare interesse trahentes, modò subijcientes, modò subtrahentes huius l. sanctioni, vt sic leges omnes huius materiæ non intellectæ, sed intricatæ & obrutæ relinquantur, vt in eorum commentarijs videre licet. Quòd si ea diuisio reijciēda est in interesse generaliter sumpto, multo magis in specialiter accepto, vt in hac l. quia istud extrinsecum interesse vnius est suæ speciei, scilicet casualis. Mod. in tract. vsur. num. 499. & 512. Et moueor; quia quanquàm sit quædam subtilis differentia inter casus, qui frequenter, & communiter, & inter casus, qui rarò, vel singulariter accidunt, tamen leuior est, quàm vt sint inde constituendæ diuersæ spēs, & ingenia oneranda in re satis alioquin per se implicita. Tum rectè considerando omne huiusmodi intrinsecum interesse, siue ex causis communibus & frequentius, siue ex causis rarius vel singulariter accidentibus, semper est casuale & singulare ipsi damnificato, & ab eo specialiter & particulariter ex causis suis & circunstātijs particularibus (quæ semper singulares sunt) probandum. Nec in hoc attenditur quod communiter cuiusq; eiusdem cōditionis interest (saluo ob verisimilitudinē, quando de damnificatione certò constat, & in defectum clarę probationis de quantitate debet per iudicem arbitrari, de quo aliàs) sed duntaxat quid, & quantum singulorū interesse probatur, & sic semper est cuiusq; singulare suum interesse. Multa enim contingere possunt, quòd non interfit, vel minus interfit, vel damnificatus damnum aliter vitare potuerit. Vnde quoties iura loquūtur de huiusmodi interesse extrinseco, vel casuali, vtuntur signo distributiuo cuiusque, vel si nulli, quod ad singulos refertur, & ad casualem & singularem cuiusque vtilitatem vt in l. antepen. §. fi. de oper. nou. nunciat. l. 3. §. si ad plures. de sepul. viola. Porrò etiam si istud extrinsecum interesse sit cōuentum (vt fieri potest) adhuc non constituit aliam speciem, nec æqualem, nec subalternam. Aut enim est conuentum seu promissum in genere, & nil noui est: quia nihilominus est casuale, singulare, & probādum. Aut est taxatum ad certam summam conuentam, & dicitur pœna, vt in §. fina. Instit. de verbor. oblig. quæ etiam est subrogata loco interesse casualis seu singularis, & sic eiusdem semper speciei censetur. Concludo ergo, quòd ea vulgaris diuisio impertinens est & reijcienda. Nec aliæ diuisiones exquirendæ præ illis duabus, quas dedi supra, nume. 13. Ex quibus satis extricata est &
18 soluta prima pars, & intricatio huius labyrinthi. Nunc † penetremus secundam, scilicet, quodnam interesse in primo huius l. resp. taxetur? An totum, an singulare tantum? Quæ dubitatio iam ex prædictis abolita est, cum in hac l. totum interesse intrinsecum taxetur. Sed vt breuiter digito ostendamus quātis hic tenebris, & ingeniorum obscuritatibus antecessores vexati fuerint, summa tantùm capita persequar eorum, quæ ante aliquot annos magno molimine ad confutandam communem gloss. & Docto. subauditionem & restrictionem ad id, quod singulariter interest, elaboraui: quæ eo libentius partim omittam, partim decurtabo, quod iam pluribus quoque eruditis iuris eam restrictiuam subauditionem displicere videam: est enim numeris omnibus absurdissima & falsissima. Primò non solum est sine l. (quando in toto iure nulla fit mentio nominatim de eo, quod singulariter interfit) sed

etiam

Source : BIU Cujas

etiam cõtra verba, mentem & totam ſeriem huius l.quæ ſim pliciter & abſolutè vetat id,quod intereſt, duplum excedere. Igitur(cum maximè in legibus indefinita æquipolleat vniuerſali) non de eo,quod ſingulariter tm̃,ſed omni eo, quod vltra ſimplum quoquo modo intereſt. Secundò expende vniuerſalem negatiuam ibi,minimè. Tertiò proœmium huius l.vnde finalis intentio l.fi.ff.de hær.inſt. Quarto q̃ hæc l.non ad paucas,ſed ad infinitas dubitationes reſcindendas prolata,nõ patitur reſtrictionem ad paucum,& quod rarò accidit cõtra ſui proœmium & contra l.ex his l.nam ad ea.de legibus. Quintò omnes fatentur,totum reliquum contextum ſ.de toto eo, qđ intereſt loqui. Cur ergo in hoc ſolo verſ.tam variè? Hic neceſſe eſt omnes Doct.fateri præfatam ſubauditionem ſuam non ab hac l.nec ab vlla alia parte iuris aſſumptam;ſed merè commentitiam,& à ſeipſis diſtortè accerſitam,dum aliter ſeſe a reliquis iuribus, quæ repugnare videntur,extricare nequeũt. Et ſi ſingulorum in hac re vſque ad Alciat.ſcripta legas, præſertim eorum.qui fuſius, & elaboratius ſcripſerũt, Iacob.Rauẽ. Pet.Bar.Bal.Saly.Soc.Dec.Frãc.Cur.Iu.Io.Ignei,Alcia.Iacob. Renal.hic inuenies eos nutantes,vacillantes,modò conciſionem,modò breuitatem,aut obſcuritatem tex.conquerentes, ſicut parturientes nondum valentes eniti,totoque tortuoſæ, & ægerrimè commentationis habitũ conſcientiam ſuam prodentes,non quòd ſit is,quem dant l.ſenſus, ſed q̃ ſcienter, & ſtudiosè vim inferant literæ,hoc eſt re vera meram contorſionem & peruerſionem,& vnicũ illud interim(quod eos a fraude,& periculo duntaxat liberet)effugium habentes, quòd cõmodius defungi nequeant. Nec aliter pro ſuſcepto ſemel inſtituto leges legibus concordare contrariaq; d.l.Iulianus.in prĩ. de act.emp.& l.ſed addes.§.1.loca.l.venditor hominis,de euic. & ſimilium quadantenus inuicem pugnantium.& rurſus velut iũcta acie huic l.repugnatiam citra corectionem diſſolue-
19 re. Sed† vt ſemel admiſſus error multo plures,quemadmodũ Cæcias nubes attrahit,nec in hoc diſtorto,& ſubdititio intellectu quieſcere,ſibique conſtare poſſunt. Alij ad d.l.ſed addes.§. 1.& l.tenetur.§.ſed ſi vas.de act.emp.quas obiectiones cornutas eſſe ſolutioneque difficillimas,ait Cy.hic,opp.3.reſpondẽt (& eſt crebrior euaſio)ſpeciale eſſe in vaſis vitioſis, vt Bartol. Saly.Pau.in d.l.Iulianus,in prin.& in d.§.j.quod Ful.ibi impugnat. Et meritò,quia ratione caret, & eſt refugium miſerorũ, vt in ſimili inquit Accurſ.in l.filiũ quem.in verb. hæreditaria act. poſt princ.ſupra fam.erciſ.ad hoc tex.cum glo.fin.in c.nec neceſſe 29.diſt.Bal.c.1.§.ſi enim domino,ad fi.quid ſit inue. in vſib.feud.Nicol.Euerad.in loco a ſpeciali. Alij aliud etiam cõtra propria ſcripta comminiſcuntur,vt Iac.Rau.hic,colu.6.qđ in dictis iuribus dicitur de ouibus morbidis,& vaſis vitioſis,& de ſeruo hærede inſtituto refert,& relegat ad intereſſe commune,quod totum venit,nec taxatur per hanc l.Sed hoc nõ quadrat,nec dictis quidem ſuis, quia accipit intereſſe commune pro communi rei æſtimatione, quæ ea damna non includit, quia vinum & eius æſtimatio aliud eſt a dolio, & communi eius æſtimatione.Alij,vt Alb.hic,col.12.poſt Nicol.Math.intelligunt illic ſic eſſe,quia venditor, vel locator aſſeruit vas integrum.Sed nec euaſio valet,quia contra tex. rotundum in d. §.ſed ſi vas,Alij verò ſoluunt,aliud in venditione vaſis ,aliud in locatione,aut aliter cothurni more variando, vt illic Alber. quod pariter reijciendum eſt,& contra eadem iura. Quid ergo.An ſtatuemus differentiam inter contractus,in quibus trãſfertur dominium.vel vſucapiendi cõdictio,& alios cõtractus in genere,vt voluit Bar.hic,col.5.in l.in rebus.§.item q̃ ſciens. commod.variando ab his,quæ ſcripſit in d.l.Iulianus,in prin. Non,quia hoc eſt abſque ratione, ſicut & præcedentes ſolutiones.An verò faciemus differẽtiam inter res animatas & inanimatas,vt Bar.hic,col.5.Sed nec hoc valet,quia ratione caret; imò eſt contra ſenſum communem.An ergo dicemus,quòd dictæ leges ſimul cum l.Iulianus corrigantur,vt nonnulli cenſuerunt.Nequaquam.imò huiuſmodi ſolutio cæteris eſt deterior, cum d.leges ſint fundatæ in magna & aperta æquitate. An ergo tandem cogemur dicere,quod d.ll.loquuntur de eo, quod communiter intereſt,hæc autem l.de eo duntaxat,quod ſingulariter,vt poſt Bar hic,col.2.op.2.&ĩ d.l.Iulianus. in prĩ. col.2.aſſumendo ea verba eorum ſenſu,vt ſupra,num.14.Sed hoc commentitium eſt,contra rationem & mẽtem apertam huius l.& ſatis ſupra confutatum. An diſtinguemus inter malè tradentem,& non tradentem.vel culpam in faciendo,& nõ faciẽdo,vt Accurſ.Bar.& communiter omnes in d.l.Iulianus, in prin.& hic.& vbique:Nec hoc, quia etiam in non faciente, aut non tradente habent locum d.ll.data paritate terminorũ, vt dicemus ſpeciales eſſe in vaſis vinarijs propter frequentiã contractus,vt in ſimili in l.certi condictio. §. quoniam.ſi cert. pet.vel quia homines vt plurimum affectant bonum vinum. Et ideo veriſimile eſt,q̃ habeant(hoc eſt habere debeant)maiorem diligentiam circa intelligentiam(hoc eſt ſcientiam)bonitatis(ſupple,vel vitii)vaſis huiuſmodi,quàm aliarum rerum, vt ſunt verba & ſolutio Curt.Iun.hic,nu.28.vbi ita reſidet,dicens ſe non videre aliud poſſe dici. Sed hæc ſolutio æquè commentitia eſt,vt præcedentes,& contra tex. in d.§.ſed ſi vas, qui non loquitur ſpecialiter de dolijs, aut vaſis vinarijs,ſed generaliter de omni vaſe. Alc.autem hic,c.9.incip. Tertia q.col.pen. cum quo tranſit Iacob.Renal.diſtinguit,an res ſit penitus inutilis propter vitium,vt tunc procedat d.§.ſed ſi vas,& d.l.ſed addes.§.1.an verò nõ ſit penitus inutilis,ſed minoris valoris, tũc procedat d.l.Iulianus.in prin. Quæ conciliatio, vt eſt cæteris acutior,ita veritati & æquitati vicinior.Sed nec euaſio valet.qa ſufficit vas non eſſe integrum,vel minus vtile ad vſum, ad quẽ venditur,vel locatur,vt procedant,d.iura,vt infra nu.49.Quid ergo:An ſolutione deſperati dicemus has opp.cornutas eſſe, vt inter antiquiores Cy.hic,col.5.Abſit.An verò deſperatione irritati culpam reiicemus ĩ authorem huius l. quaſi melius in arbitrio iudicis, & veteribus legibus totum hoc reliquiſſet, q̃ l.hanc minus æquam, & æquioribus legibus implacabiliter obſtrepentem condere,vt inter Neotericos Stef. Forcat.in ne-
20 cyoma.dial.41.Minimè† omnium. Nos dicimus hanc l.non ſolum in ſe æquiſſimam, ſed etiam cum omnibus prædictis ll.facillimè conuenire,ut nouè docemus infra,nu.42. Sed ut prius reliquos huius labyrinthi ſinus ſemel penetremus & profligamus,uide, q̃ infeliciter communis ſchola huius l.ſanctionem de eo, quod ſingulariter duntaxat intereſt(prout vulgò ea uerba accipiuntur) loqui finxerit. Vt enim hanc diſtortam ſubauditionem admittamus, tantum abeſt,ut hoc inconuenienti admiſſo cætera tollantur, vt non minus q̃ ſi extra res eſſet, maior indidem dubiorum,& conflictationum confuſio oriatur. Agè fac omnino ita eſſe,& tex.ipſum expreſſim loqui de eo,quod ſingulariter intereſt,iam uno dubio tex.ſublato, ria aut plura,uelut Hydræ capita,uel ex ipſo tex.orientur prẽter infinita,quæ extrinſecus ex aliarum legum collatione excutiuntur. Incipiet enim dubitari primò,quid ſit illud ſimplum ad quod intereſſe ſingulare refertur & duplatur. Secundò, q̃ ſint caſus certi,& qui incerti. Tertiò, an obligatio facti etiam ſucceſſiui ſemper computetur inter caſus certos,quòties adiũctam habet correlatiuam obligationem certè quantitatis. Quartò,an obligatio facti ſaltem momentanei poſſit aliquando computari inter caſus certos, etiam deficiente correlatiua obligatione certę quantitatis,uel ſpeciei,& ſic ſenſum compẽdij gratia ingredior,& extrico reliquos huius labyrinthi receſſus. Circa primum mirum q̃ ſint uariãtiſſimæ opiniones. Alij tenent pretium,quod antiqui ineptè uocant intereſſe conuẽtum,duplandum,ut Plac.de quo miror Igneum hic,col.30.dicere,quod a nemine approbetur. quia Saly.hic col.8.opp.13. tenet conuentum tantùm duplari,ſeu quantum eſt adpreciatum indiſtinctè,ſiue maius, ſiue minus ſit communi æſtimatione. Et ſic idem quod Plac.ſequutus eſt Cur.Iun.hic, num. 59. Secundi tenent duplari illud, quod compenſationi correſpondet;ut Petr.hic: quæ opinio recidit cum ſententia Pla. & Saly. Tertij tenent communem æſtimationem, quam antiq̃ uocant intereſſe commune, duplari, ut Bulg.quem ſequitur Accu.in l.3.§.fi.in uerb.legitimum.de eo,quod cert.loc.& l.1. in prin.& l.cum & fortè,de act.empt. ſequitur Iacob.de Rau. hic col.6.& Inn.in c.ſacro.de ſent.exco.Spec.tit.de fruct.& in t.§.uiſo.nu.3.Io.Fab.hic col.3. Bar.hic, Pet.de Ferra.in for.lib. act.real.gl.in uerb.& ĩ florenis,col.3.& crebrior ſchola. Tenet etiam Bar.hic,col.2.nu 3.quoties reperitur intereſſe commune illud duplãdum,ubi uerò non reperitur intereſſe commune,ſed conuentum,tunc illud duplandum.Quarti tenent duplari quod maius eſt de communi,uel conuento, ut Accurſ. hic,in uerb.dupli,& ſequitur Bald.colu.3.in fin.Quinti tenent ex diametro contra tertios, uidelicet, non duplandam communem æſtimationem ſed pretium, ubicunque æſtimatio a partibus facta eſt, ut Igneus in d.l.quatenus,col.17.& ibi Pyrrhus.Alcia.hic c.ait lex ad fin.quod tamen limitauit Igneus in d.l.quatenus,col.17.& 18.& col.fi.niſi in pretio conuento eſſet deceptio ultra dimidiam iuſti pretij,in quo labitur, ut inf.
21 nu.71.Circa† ſecundum qui ſint caſus certi, & qui incerti: & hic incipio quartam illam, & confuſiorem intricationem diſpungere multo maior adhuc tumultus, & inextricabilior labyrinthus præ cõfuſione, & uarietate aliarum ſuper alias opinionum mutuò ſeſe perpetuò collidentium, nec tamen unũq̃ punctum & mentem huius tex.aſſequentium, quas initio prolixitatem ueritus præterire ſtatueram: ſed rei grauitas, & utilitas prolixitatem compenſans aliud poſtulat.Tum ne fortè de re tot ſęculis inter ſummos iuriſprudentiæ uertices cõtrouerſiſſima,& hucuſque latenti & incerta,certam ſententiam otiosè,& defunctoriè proferre uidear,& non omnibus & ſinguli s peritiſſimè,& exactiſſimè more meo perſcrutatis,& excuſſis. Breuiter igitur perſtringam omniũ hac in re ſententias, quas (licèt ſi animoſitatem,& ſtilum Scrib.attẽdas,propè iunume-

ræ

Source : BIU Cujas

rx fint,& tot,quot capita) ad duodecimi tantùm, confuſis reliquis,quæ in earum aliquam recidũt,reduco.Prima fuit, ꝙ contractus certi,ſint contractus nominati, ut Cy. & Alb. hic referunt,& rectè confutant:quia contractus innominatus non minus inuenitur habere certam quantitatem, uel naturam,quàm nominatus.Ideò hæc ſententia tanquam ni mis ſtupida nullos certos legitur habuiſſe aſſertores. Secunda,ꝙ caſus certi ſunt contractus, qui certam habent ſubſtãtiam,qualitatem, & in ſumma in quibus continetur certũ, ſm formulam l.certum , ſi cer.pet.& l.ubi autem non appa ret,de uerb.obli. ita ꝙ certi condictione agi poſſit ſecũdum ſententiam eorum,qui tenent, ꝙ non competit,niſi ad merè certum,qũæ ſententia uerior eſt.Mod .in tract.uſur.num. 698.& ad Dec.in l.certi condictio,in prin.num.16.ſi cer.pet. Omnes autem alii incerti.Sed hæc opinio non ualet;quia ſe cundùm eam quoties debetur ſeruus, uel equus in genere, uel fundus certæ menſuræ in genere,caſus eſſet incertus, qđ eſt contra hanc l.cum certam habeant naturam, & ſic uerbum natura,ſuperflueret in tex.imò eradendum eſſet. Vnde meritò Accurſ.hic ab hac opinione diſcedit,quæ etiam pau cos aſſertores habuit,licet nuper Igneus in l.quatenus,colu. 12.& col.15.ad fi.de reg.iur.ſecutus fuerit,& hoc etiam ſenſe rit Cur.hic.Sed mirum quàm Doct.ſeſe hic puericiliter exagi tent ſuper differẽtia,& ſignificatione uerbi quantitas in ſub
22 ſtantiuo,& quantus in adiectiuo.Tertia,† ꝙ illi caſus dicãtur habere certam quantitatem, quando ℈ctus ſunt certi ſecundùm formulam d.l.certũ, & d.l.ubi autem.ita ꝙ hic appellatione quãtitatis ſpecies ſiue corpus certum ueniat, cer tam uerò naturam, quando res debita certos fines habet, licèt debeatur in genere,ut ſeruus, equus, uel bos in genere. Incerti uerò quando nec quantitas,nec natura rei in diſpoſi tionem deductæ certa eſt,nec in genere,ut quando nõ uerſà tur datio,ſed factum in obligatione.Hæc opinio multos ha buit aſſertores:ita enim tenent Accur.Odof.Cy. & Alb.hic, qui col.9.in fin. dicit hanc communiter teneri per Doct.& ſequitur Io. Fab.hic col.3.Inno.c.ſacro,colu.3.de ſent.excõ. Hoſt.in Sum.de ſent.excom.§.quis ſit effectus, uerſ.aliud ſin gulare.Specul.ti.de fruct.& inter.§.uiſo.uerſ.hoc autem. Vn de errat Renal.hic,qui quartam aliam opinionem attribuit Inno.Hoſt.& Specul.cum idem omnino teneant,quod Ac curſ.hic in hac 3.opin. Et rurſus ſupinè magis errat idẽ Re nal.dum nouã a cæteris diuerſam opinionẽ attribuit Odof. qui tamẽ idẽ omnino tenet quod Accurſ. hic. Sed nec hæc opinio poteſt ſtare ob exemplum locationis,quia non con tinet niſi factum,ſcilicet,patientiam fruendi,& tamen inter certos caſus connumeratur in tex.Sed ſtupidum q̃ turbulen ter Doct.hic digladientur de obligatione ſeruitutis, an con tineat mixtum, uel merum factum , & an uenditor ſi poſſit tradere præcisè, cogi poſſit uel non . Rurſus Renal.hic car. 102.defunctoriè,& temere pro alia & quinta opinione recẽ ſer ſentẽtiam Iacob.de Are.qui in prin.huius l.tenuit,ꝙ ſint caſus certi,qñ debetur certa quantitas uel natura, uidelicet, quantitas,hoc eſt,res habens certos limitatos fines ab homi ne taxata ſeu conuenta,uel certa ſpecies,uel corpus habens certos fines definitione hominis,puta,certus fundus,uel cer ta domus.Certa uerò natura , qñ debetur res in ſpecie uel in indiuiduo certos habẽs fines nõ ab homine ſed a natura , ut Sticlus , uel talis bos,uel equus.Incerti uerò quãdo res nec ab homine,nec a natura certos habet determinatos fines,ut homo uel equus in genere . Referunt etiam Iacob. Butr.hic col.2.Alb.hic col.7.n.10.& Bal.col.3.Sed certè hæc opinio, quãquam pluribus aliis uerbis ſuperuacua & ſophiſtica an xietate concinnata,ſophiſticè exponendo uerbum quanti tas,& uerbum natura,tamen eadem eſt omnino cum prædi cta ſecũda opinione,quam Accuſ. hic breuius & clarius ex plicat ꝓ prima, & meritò reiicit: quare nõ eſt pro nona opi nione computanda,ut fecit Cyn.& nouiſſimè Renal.ſed cũ
23 illa ſecunda reiicienda. Quartæ † principalis opinionis au ctor fuit Iacob.Rauẽ.hic col.5.dicens caſum certũ eſſe, quo cõtinetur id quod communem recipit æſtimationẽ , etiam ſi ſit factũ communiter æſtimabile, ut certæ domus uel pa rietis ℈ſtructio, incertum uerò , in quo non cadit cõmunis æſtimatio,ut iudicio ſiſti,uel ire Romam . Quam opinionẽ primus omnium impugnauit Petr. dicens primò ꝙ eſt ſine l.nec lege probãt.Secũdò ꝙ ſequereť, omnia facta eſſe caſus certos,cum non ſit factum,cuius æſtimatio non ſit certa,ſal tẽ in rerũ natura.Reliq oẽs ferè poſt.Petr.cõiter impugnãt. Sed certè Petr. malè & infæliciter eum repræhendit & ma gis ſine l.& præter mentem l. loquitur , ut in ſua opinione proximè ſequ.Nec cæteri fælicius impugnauerunt,ſed lon gius aberrauerũt,nulluſque hucuſque,quàm Iacob.ille Ra uen.proprius ueritati,& menti huius l.acceſſit, ſiue in expli cando qui ſint caſus certi & incerti , in quo uiciniora æqui-

tati & ſenſui communi tradidit , ſiue in explicando , quod nam intereſſe in primo huius l.reſponſo taxetur (quæ ſunt duæ potiſſimæ huius l.difficultates)in quo cenſuit non ſin gulare duntaxat(ut omnes ferè) ſed totum id, quod extrinſe cus intereſt hic ad duplum taxari in caſibus certis , quod eſt ueriſſimum . Et ſic nullus proprius ueritati acceſſit Iacob. Raue.qui fuit antiquus Doctor Gallus: ſcripſit.n.ante ducẽ tos ſexaginta annos,& ſecundum Cy.in l. in fin.C.de patr. qui fil.diſtr.fuit omnis philoſophiæ ſummus magiſter , hũc etiam ſacræ paginæ profeſſorem fuiſſe ſcripſit Abbas Span thera:eum quoque Epiſcopum Verdunẽſem in Lotoringia fuiſſe refert Ioannes Bap.Caccia .in lib. de modo ſtud.iuris .
24 Verum † hæc opinio Iacob.Rauen.tametſi cæteris, qui hu cuſque aliter ſenſerunt uerior,quam nuperrimi quidam au ctore tacito (quem & non uiderunt) ut ſuam tradunt, non poteſt ſubſiſtere.Tum quòd plurimas æquiſſimas ll.ffor.cõ trarias,& correctas perperam reddit . Tum ꝙ ad eundem la pidem impingit,in quo omnes impegerunt:exagitat.n.& ex pendit qualitatem, & naturam ℈ctus , non autem tangit fa ctum,ſcilicet,caſum intereſſe,de quo, non de contractibus, hæc l. diſponit , in quo omnes hallucinati ſunt . Quintam opinionem hic metatus eſt Petr.dicens,ꝙ illi ℈ctus cõtinẽt certam quantitatem,uel naturam , qui habent mutuam re compenſationem,ideſt,qbus ultro citroq; oritur obligatio, ut uenditio,locatio.Incerti uerò qui non ſunt reciproci , ut ſtipulatio.qui non ſunt propriè ℈ctus.ſiue conſiſtant in dã do,ſiue in faciendo l.Labeo.de uerb.ſig. Et hanc ſequitur Ia cob.Butr.hic col.2.eandem refert Alb.hic,nu.11. qui tamen non ſequitur,prout etiam communiter reprobatur,& meri tò,cum ſit phantaſtica , & a mente legis & ſenſu communi prorſus aliena.poteſt.n.eſſe ℈ctus reciprocus, & tamẽ incer tus,ut ſi dem tibi cẽtum ut geras negotia mea.Et rurſus ſim plex ſtipulatio certa,ut ſi ſtipuler decem uel Stichum dare, quæ eſt certa ſecundum omnes , etiam ſecundum formulã d.l.ubi autem.& tunc ſecundum Petr.dicendum eſſet oppo
25 ſitum in utroque,quod nimis abſurdũ eſt.Sextam † opinio nem machinatus eſt Nicol. Matharel. dicens caſus eſſe cer tos,qui ſunt certi reſpectu obligationis & actionis l.certum l.certi cõdictio.ſi cer. pat.d.l.ubi autem.uel reſpectu ℈feſſio nis l.certum.de confeſ.aut ſententiæ §.curare,Inſt.de act. In certos autem qui neq; reſpectu obligationis & actionis,nec reſpectu ℈feſſionis & ſententiæ certi ſunt , ut cum ab initio principaliter id,quod intereſt,in obligatione uerſatur,puta, cum quis promiſit,quãti ea res erit,& ſic incertam ſummã , tex.in l.non autem intereſt.de arbit.ut colligere licet ex his, quæ refert Alb.col.8.cum quatuor ſequ.ubi latè deducit dicta Mathar.cuius opi.dicit Alb.hic col.fin.ſibi magis uideri conformem & amicam legib.quã opiniones aliorum.Verũ adhuc Mathar.ſatis ℈funditur per hunc tex.uerſ.in aliis, ubi in caſibus incertis uult certam ferri ſentẽtiam,igitur ad hoc ut caſus in hac materia certus dicatur,non ſufficit certitudo illa a poſteriori,quæ habeť per ſentẽtiam , ſed requiriť prius caſum in ſe certum eſſe per certam quantitatem,uel certam naturam ab initio inexiſtẽtem.Præterea nedum Mathar.fa cit omnia maleficia incerta,& omnes caſus,in quibus prin cipaliter promittitur indemnitas,uel quod intereſt,uel in q bus quis tenetur propter dolum,ſed etiam in quibus quis te netur propter uitium in ℈hendo commiſſum , uel ẽt rõne ſimplicis moræ poſt ℈ctũ admiſſæ , & uiolenter detorquet tex,in l.ſi ſterilis.§.cum per uenditorem.de act.emp.dum(ut apud Alb.col.12.)conatur oſtendere , ꝙ illic uenditor non fuerit in mora,quo illum tex. ℈ eius uerba & mentẽ ad ſuũ trahat commentum,plus uoluit(ut hic per Alb.col.9.num. 13.)d.l.Iulianus.in prin.§.1.§.item qui furem.l.ſiquis ſeruũ . de act.emp.l.nummis.de lit.iur.& ſimiles corrigi & determi nari per hanc l.quod eſt iniquum & falſum. Et ſic ſatis ma nifeſtum eſt,ꝙ opinio Mathar.irrationabilis eſt,nec põt ſta
26 re.Septimam † opinionem commentus & hic Bar.dicens ca ſus eſſe certos,qui certam quantitatẽ uel naturam reſpectu ſui uel adiuncti habent, incertos uerò qui neutram certam habent reſpectu ſui,nec reſpectu adiuncti,puta,pretii uel cõ penſationis.Et ſequitur in effectu Bal.hic,quamquã uerbo ſius philoſophando ſuper quantitate ℈tinua uel diſcreta,ſe quitur Saly.hic & communiter Doct.Et hæc opinio cæteris omnibus conformior eſt opinioni Iacob. Rauen.ſed paulo plenior.Addit.n.qñ reſ alioquin incerta,certa eſt per adpre tiationem conuentam,uel communem æſtimationem rei ſecum commutandæ.Sed nec hæc opinio ualet eiſdem rõni
27 bus quibus nuper,3.& 4 opinionem reprobaui.Octauã † opi nionem commentus eſt hic Cur.Iuno.col.15.16.uerſ.tertiò aduerte,ſ.ꝙ oẽs ℈ctus ſunt certi;quia ſemper (inquit) certã hñt quãtitatẽ,uel naturã,ẽt ſi merũ factũ, uel quod intereſt ſit promiſſum.Et inquantũ obiicit , ꝙ l.ubi autem.§.qui id

quod

Source : BIU Cujas

quod,de uer.obl.uocat obligationes factorum incertas: reſpondet ꝙ ſatis eſt,ꝙ poſſunt certificari,qñ petitur intereſſe iudicis officio certificandum, & ſic quod habent certã quãtitatem,uel naturam,ex quo tunc(ſm cõem & malè,ut teti gi ſupra nu.21.)dat certi ꝺdictio, quæ non competit, niſi ad certum,ut no.in l.certi ꝺdictio,in prin. ſi cer.pet. Inducit ẽt l.ſtipulationes non diuiduntur.§.Celſus, ibi, iuxta æſtimationem facti dandam eſſe petitionẽ, de uerb.obl. & l.ſi quis ab alio.§.ſi.ibi, in pecuniam numeratam ꝺdemnatur. de re iud.& quod no.Bar.in d.l.ſtipulationes,col.8. dum dicit, ꝙ lex curauit,ne obligationes faciendi eſſent incertæ, & ideo ſubrogauit obligationem ad intereſſe iuxta æſtimationem facti.Tunc autem ſm Cur.dr̃ caſus incertus,qñ nulla præcedit obligatio ex ℈ctu, nihilque promiſſum eſt, ſed aliàs dat̃ aliquod damnum,ut in omnibus delictis, & quaſi. Dicit.n. ꝙ tale factum,cum nulla ℈ctus obligatio præcedat, non dr̃ habere certam quantitatem,uel naturam. Et hãc opinionẽ attribuit Nic.Mathar.quem ſcribit dicere, ꝙ etiam qñ in ℈ctu a principio promiſſum eſt intereſſe,dr̃ ℈ctus habere certam quantitatẽ,uel naturã, ſecus ubi nihil eſt promiſſum, ſed datur aliquod damnũ.Atqui nunquã hæc fuit opin.Mathar.ſed oppoſita,ut nuper dixi.Ex†qbus apparet, Cur.alio-
28 rum ſcripta neglectim,& perfunctoriè trãſcurriſſe, & nouã hanc opinionem ex capite proprio fabricaſſe, quã initio dicit ſe putare hanc eſſe meram ueritatem, quæq; formaliter applaudat uerbis huius l.ibi,& in omnibus ℈ctibus. Et pariter nu.52.53.tenet,ꝙ omnia maleficia dicantur habere quãtitatem,uel naturam incertam, & ſic ꝙ in his peti poſſit totum,quod intereſt ſine taxatione huius l.Sed certè, ut hæc opinio cæteris omnibus prima facie demulcet aures ꝓpter illã uniuerſalem,in omnibus ℈ctibus, in text.cui uſ cæteris conformior,ita minimè omniũ ſtare põt,nec cũ reliqs ffor. æquiſſimis legibus cõformari,imò nec cũ aliis dictis auctoris ſui in hac eadem l.& manifeſtam implicat abſurditatem. Sequeretur.n.ꝙ ſi quis promiſit ſtare certo loco,& tempore ad curanda,uel gerenda negocia mea non certa nec ſpecifica,ſed in genere quæcunque occurrent,ꝙ eſſet caſus certus, quod eſt abſurdum, cũ nullum hic apparaet certũ ſimplũ. Eadem ſententia directò pugnat aduerſus ea, quæ idẽ Curt. hic nu.41.tenet ꝙ ſi promittis te mihi crediturum certã pecuniam,℈ctus eſt incertus,per tex.rotundum in l.ſi pænam, de uerb.obl.Et ſimiliter ſi promittis mihi dare decem Titio, ℈ctus eſt incertus,per tex.in l.liber homo,in fi.eo.ti.ergo nõ omnes ℈ctus ſunt certi.Et ibidem nu. 42. dum aliter ſeſe extricare nequit,aliã(quæ nona erit(comminiſciſ opinionem dicens (ſed uim faciendo literæ) ꝙ ad hoc ut ℈ctus ſint certi,non ſolum debent ꝺtinere certã quantitatẽ,ſed etiam certam naturam copulatiuè.Et ꝙ licèt in d.l.ſi pænã, & l.liber homo,in fin.℈ctus habeat certam quantitatem, tñ quia hẽt incertam naturam, eo ꝙ non ꝺtinet directam dationẽ, ſed factum dr̃ incertum.Deinde uidens hoc non poſſe ſtare propter alternatiuam, uel, in hoc text.in tertiam (quæ decima erit) deſultat opinionem dicens,ꝙ ſi incipias a natura, ſufficit ꝙ ℈ctus habeat certam naturam,ut ℈ctus ſit certus,ut in homine promiſſo in genere,quia talis ℈ctus hẽt hanc naturam,ut debeatur homo mediocris,& ſic dr̃ certus,ut hic per Bar.ſed ſi incipias a quantitate, non ſufficit, ꝙ habeat certã quantitatem ut dicatur certus, ſed etiam requiritur ꝙ hẽat certam naturam. Poſtremò ſentiens cõem ſuum rõne carere,nec menti iuris ꝺgruere prudenter tandem poſt multam anxietatem otioſum ſuſpendit iudicium,& reliquit cogitãdum.Alcia.†autem hic,c.2. poſtquam profeſſus eſt ſe Bart.
29 & communem opinionem ſequi, ſuam tamen tacitè aſſuit (quæ erit undecima) cenſens non eſſe in hac materia dr̃am in obligatione dandi uel faciendi,ſed an protinus, uel de facili probari poſſit,ut tunc ſit caſus certus,aliàs incertus,nec hæc ſententia caret rõne,ſed iuuatur ſenſu cõi:qm̃ in his,de quorum certa æſtimatione,uel de facili liquere põt,certum ſimplũ præuideri,uel ultra cuius duplum ueri ſimiliter noluerunt ℈hentes obligari,arg.l.cum & fortè,de act.emp.Sed ubi non conſtat,nec de facili ꝺſtare poteſt,ceſſat ueriſimilis conſideratio & limitatio certi ſimpli. Sed nec adhuc Alcia. punctum attigit,licèt diligẽter oẽm ab hoc lapidem mouerit.Iacobus autem Renal.in ſuo confuſaneo de his tractatu, iactat ſe nouam opinionem afferre, ſed inani prolixæ & ineptæ uerboſitatis fumo,nihil.n.prorſus noui adfert, ſed poſt multam inanem elocutionem in Bart.& cõem opinionem ſeſe reuoluit,& nihil addit, niſi ꝙ confuſionem auget. Sed
†nouam(quæ duodecima,& hucuſq; ultima eſt) opinionẽ
30 adfert D.Pet.Rebuffus in repet.huius l.in gl.uerb. quantitatem,nu.27.per quantitatem intelligens,quod cõſiſtit in põdere,numero, uel menſura: per naturam uerò res animatas duntaxat,eo ꝙ his certã naturã Deus indiderit,ut cognoſcerentur.Nec ſecundum eum obſtat, ꝙ res inanimatæ, puta, ſeruitutes,& aliæ res dicuntur in iure habere naturam,quia fatetur, ſed negat res inanimatas habere certã naturã a Deo inditam,de qua hic credit Iuſtinianum loqui.In quo ſenſũ cõem deſidero:rem.n.principalem animatam,uel inanimatam eſſe nihil refert hic.Tunc aliàs ſequeret̃, ꝙ emptio fundi Tuſculani(utpotè inanimati) eſſet caſus incertus, ℈ l.ubi autem non apparet.§.fi.de uerb.oblig.Sed hic forſàn nõnulli mirabuntur,ꝙ etiam hodie hãc opinonem Rebuf.numerẽ pro ultima,cum poſt eum,q̃ plurimum ſcripta in hanc l. in lucem exierint,horumq; plures ore aperto profiteantur ſe ab omnibus,qui ante ſe ſcripſerunt diſcedere,ſuamq; propriam inuentionem,& nouam lucem adferrè.Verum ꝙ horum quoque ſcripta excuſſerit,mẽcum ſentiet,& ita eſſe experietur.Quamquam.n.hi nouiſſimi cultiore dialecto, nec minus animosè,q̃ quiſquam ueterum ſcripſerint,nullus tñ eorum(quãquam id ſibi criſtis ſublatis arrogent)nouã inuẽtionem, aut opinionem qualẽcunq; proferre potuit circa potiſſimam hãc huius l.difficultatem.ſ.intellectus, & diſcriminis certorum,& incertorũ caſuum,ſed omnes(licèt inter ſe non minus q̃ priores illi digladientur) in aliquam ex prædictis priorum opinionibus relabũtur.Vt tamen hos nouiſſimos merita ſua lance non defraudem,in hoc multum eos laudo,ꝙ communi ſenſu ducti,conueniant omnes in hoc, ut in primo huius l.reſpon.non ſingulare tñ (ut priores illi uulgò accipiunt) ſed totum extrinſecum intereſſe taxetur.
In cæteris autem(præter cultiorem ſermonem)nihil a uete-
31 rũ intricationibus differunt. Sed † priuſquã hos ſingulatim excutiam,uides ne q̃ miſerè lacerentur,& intricentur hæ leges ex priorum commentariis,ſeu potius labirinthis, uſque ad Rebuf.incluſiue, quot quantiſq; difficultatibus, & tenebris obruatur hic textus alioquin clariſſimus? dum unicum illud aduerbium,ſingulariter,additur,& ſubauditur. Nec tñ aliarum,& plurimarũ legum ℈ria bona fide diſſolui queãt. Dum.n.occurrit l. Iulianus.in prin.& d.§.ſed ſi uas, & ſimiles,in caſibus in qbus ſm prædictas ſolutiones uenditor uel locator tenentur ad omne ſolidumq;,quod intereſt. Rñdẽt cõiter poſt Accurſ.in l.3.§.fi.uer.legitimam.de eo quod cer. lo.in d.l.Iulianus,in prin.gl.magna in fi.& hic in uer.dupli, uerſ.tu dic,Bar.hic col.2.in 2.opp.& in d.l.Iulianus,in prin. col.2.dictas ll.& ſimiles,loqui de intereſſe communi(ut uocant) quod ſemper integrum uenit, nec per hanc l.limitat̃. Hanc autem l.in hac 2.particula duntaxat loqui de intereſſe ſingulari, quod ſolum & non cõe hic taxari cenſent. Idẽ rñdent,dum opponit̃ de l.proinde, in fin.l.inde Neratius,in prin.l.ſi ſeruum.ad l.Aquil.de l.inficiãdo.§.i.de fur.de l. ſ. de cond.fur.de l.precia, ad l.Falc.ut ſcilicet loquantur de intereſſe cõi,quod hic non taxatur,ſed ſingulare duntaxat. Bar, Saly.hic col.47.& cæteri crebrius. Et br̃ eodem ſemper modo rñdent ad omnes leges,quæ adduci poſſunt, quas taliter hac eadem commentitia fidelia dealbant, ſeu uerius obſcurant,atq; ita euadunt omnes, in eoq; ſolo repugnante conſcientia belle conueniunt,in cæteris inuicem nullo fine cõtrouerſiſſimi.Quinetiam Cur.Iun.hic nu.47. cõem traditionẽ ſeptẽ rõnibus fortiter oppugnat,& ℈rium (ut eſt) uerius putat.Sed quia nequicq̃ oculos præſtringentem ueritatẽ retinere, cæteriſq; legibus commodè ꝺciliare nequit, licèt in oppoſitum adductis minimè rñdeat,in cõem relabit̃ ſnĩam, ut quod cõiter intereſt totum peti poſſit, ẽt incertis,etiã ſi
32 duplum excedat.Et † bene dixi, ꝙ in hoc ſolo articulo, ſ.ꝙ hæc l.de ſingulari intereſſe duntaxat loquat̃, & illud ſolum limitet,ꝺueniunt:qm̃ ẽt ĩ ipſo ſingulari intereſſe diſſentiũt. Quidam.n.tenẽt hanc l.non loqui ſimpliciter de quocunq; intereſſe ſingulari,ſed ſolum de ſingulari ꝺcernente meram affectionẽ. Si uerò ꝺcernant utilitatẽ & pecuniarum cõmodum,tunc ẽt totum ſingulare ueniat, nec limitetur per hãc l.ita diſertè tenuit Paul.in l.1.in prin.col.4.de act.emp.& ſentit Accurſ.hic in gl.1.Spec.de fruct.& inter.§.uiſo,in prin. Et ſm hoc non eſſet ſatis ſupplere ad hunc tex.illud uerbũ ſingulariter,ſed adhuc ſupplẽda eſſẽt duo alia uerba,uidelicet, ſm affectionẽ. Alii aũt(q̃ eſt crebrior & minus abſurda ſnĩa) tenẽt hanc l.non de intereſſe affectionis loq, ſed de intereſſe utilitatẽ ꝺcernẽte,& ſic nõ eſſe ſupplẽdum ad tex.niſi unicum illud aduerbium ſingulariter.Imò ſi presſius eos inſpicias,inuenies cõem ſnĩam uelle, ſupplẽdum eſſe ad tex.hæc uerba,ibi id intereſt,ſ.ex ſingulari utilitate.At diſſentiunt in diffinitione ẽt eius,quod ſingulariter intereſt,nedũ ab inuicẽ,ſed ẽt a ſemetipſis,ut Curt.hic, q̃ modò accipit,quod ſingulariter ĩtereſt,pro eo, quod accedit ultra cõem rei æſtimationẽ,in l nũmis,de in lit.iur. modò pro ſingulari utilitate, modò & ſæpius pro eo,quod ſm affectionẽ intereſt,ut Cur. Iun.hic col.4.in fi.nu.3.Alii ut Spe.ti.de fruct.& intereſ.§.uiſo,in prin.definiunt eſſe æſtimationẽ, q̃ uenit ex ſpeciali affectu,ut ſentit Accurſ.in gl.1.Alii aliter,ut cogãtur ſubdiuidere,aliud ſingularis affectiõis,aliud ſingularis utilitatis, ut

Petr.

Gaſparis Caballini De eo quod intereſt.

Petr.de Ferra in for.lib.act,realis,gl.uerb,& in floreuis.col.7. Soc.Dec.hic in rub.Alcia.autem hic in c.6. incip. hæc l.uerba,cenſet intereſſe ſingulare eſſe ſpeciem intereſſe affectionis.Et adhuc in hoc ultimo mẽbro, q̃ dr̃ ſingularis utilitas prodigiosè,& implicitè desident. Alii.n.reſtringunt ad utilitatem extrinſecus accidentem propter qualitatẽ perſonæ inhærentem ad alium non tranſimisſibilem,& explicãt in idiographo,uel libro manu propria correcto,uel rõne uicinitatis prædiorum,aut ex eo ꝙ res fuit maiorum, ut tria exẽpla refert hic Soc.in rub,nu.53.plura refert Iacob.Renal.char.38 Et hæc ſnĩa Odof.Mathar.Alb.Bar.Sal.hic.& communis. Et
33 † iſtud eſt magni effectus,ꝙ ſm hanc ſnĩam, quæ crebrior eſt,exempla quæ ponit Iureconſ.in l.nũmis,in fi.dein lit.iu. & in l.I ulianus, in prin.cum ſimi. de act.emp. non ſunt ſub ſingulari,ſed ſub cõi intereſſe.Et ſic in totum æſtimant̃,nec reſtringuntur ad duplum per hanc l.& ita cõiter tenent glo. & Doct. Alii uerò latius tenent eſſe ſingulare intereſſe, qñ res,de qua agit̃,plus ualet mihi,q̃ ualeat communiter omnibus ꝓꝓ aliquam cauſam ſeu qualitatem,quæ uenit extrinſecus,ſiue illa qualitas poſsit in alium tranſire.Et ſm hoc exẽpla prop oſita in d.l.nummis,in fi.& in d.l.Iulianus, in prin. & ſimi.non ſunt ſub communi,ſed ſingulari intereſſe.Et ſic in eiſdem,& ſimilibus exemplis recipiunt limitationem ad duplum communis ualoris rei per hanc l.& ita decidit Soc. hic in rub.nu.64.cum ſeq.poſtquam per 4.col.miſerè ſe torſit:& ita ante eum uoluit Pet.de Ferra.(quem nõ allegat) in for.lib.in act.reali,uerb.& in florenis,col.fi.Alii antiquiores ut Iacob.Rauen.col.2.& 3.& Iacob.Butr.col.3.quorum ſententia ueritati,& menti huius l.in hoc uicinior eſt . plenius accipiunt ſingulare intereſſe,uidelicet,per relationem ad ꝑſonam agentis cuius intereſt,quaſi id,quod ipſius,nõ quod alterius intereſt,& ſic ſit unum tm̃ nõ affectionis,ſed ſingularis(ſcilicet ipſius actoris) utilitatis duntaxat,cõtinens omne damnum.uel lucrum, ſiue quicquid ultra communẽ rei æſtimationem,& pretium ꝙuentum intereſt.Et ita clare ſentit Sal.hic col.15.& eſt ueritas.Et in hanc ſnĩam Renal. hic char.29.falsò aduocat Bal.& Sal.in l.ſi traditio. ſupra de act. emp.ubi hoc non dicunt.Sed hæc ſententia per Cy.hic poſt Dy.ĩ c.mora,de reg.iu.in 6.& a poſterioribus,ut latè per Renal.hic char.39.communiter reprobatur, & nimio altercationũ multiloquio ueritas apud eos obruitur,quia hoc modo(inquiunt)ſingulare intereſſe non eſſet ſpecies eius,quod intereſt,ſed totum ſolidumq; id quod præter rem principalem intereſſet,ꝫ uim uerbi,ſingulariter,prout accipiũt. Rur
34 ſus † etiam ſi communem Bar.ſententiam teneas de ſingulari intereſſe,ſm communem accepto,uel etiam ſm ꝙ Soc. accipit,maior indidem dubitationum procella oritur:uidelicet,An id quod ſub intereſſe cõmuni remanet, ſemper totum ueniat,ſaltem ex̃ caſum l.Titius, in fi. cum l.ſeq.de act. emp.ex̃ quem caſum nõ inuenitur per hanc, nec per aliam l.taxatum ad duplum,uel aliam quantitatẽ.Hicnullus Proteus paria fecerit,adeo in uarias diſtinctiones gl.& Doct. ſeſe uertunt,& ꝙtrouertunt.An ex̃ rem,an intra rem interſit, an quia non traditur,an quia malè,aut uitiosè tradit̃, an in ꝫctibus,an in delictis,quas implicitas uarietates, & anxias, & elaboratas diſtinctionũ ꝙſarcinationes, dũ penitus inſpicio,nihil inuenio,niſi futiles caſuum legum diuerſificationes,nudæ ſuperficiei uerborum,imò commentitiis ſubaudi tionibus inhærẽtes,ad leges utcunq; uerbis tenus ſuperficia liter ꝙcordandum,at nullas ueras ſolutiones,nullam ꝙcilia
35 tionem menti & æquitati legali ꝙſentaneam.Et† in ſumma nulla eſt omnium hucuſq; opinio, quæ hanc l.cum cæteris legibus rectè ꝙciliare poſsit, quamcunq; eligere uelis, imò nec cum ſeipſa. Age experiamur ſi bonus aliquis ſenſus in praxi elici poterit,ſaltem ex communi, & omnium ferè ĩtellectu,ꝙ hæc l.in primo reſp.loquatur de ſingulari,& utili intereſſe,accipiendo hos terminos, prout ipſi communiter accipiunt,ut ſupra nu.16.32.in fi.Hinc autem ſequitur,ꝙ ſi uẽ didiſti mihi, uel locaſti rem , qua frui præter id quod cõiter intereſt,multum etiã ſingulariter interſit,puta, domunculã intra latera maioris domus meæ,uel ante proſpectum , aut lumina ſitam,& mora tua,uel culpa nõ tradideris , ſequitur inquam, ꝙ nedum teneris ad ſolidum intereſſe commune, hoc eſt,quantũ etiam cuiuſlibet eiuſdem ꝙditionis cõiter interesſet,quod etiam rei pretium egredi poteſt, ihquit tex. in l.1.in prin.de act.emp.ſed ẽt teneris ad id , quod ſingulariter mea intereſt propter contiguitatem locorum, puta , ꝓpter amiſſum commodum proſpectus,uel luminum,uel libertatis inhabitandi,uel putei aut fontis illic fodiendi,uel effoſſi, Iſtud autem , quod ſingulariter intereſt æquè poteſt egredi pretium rei,puta,domunculæ,uel prædioli , & pariter egredi quicquid communiter intereſt.Finge rei pretium ꝙuẽtũ , uel mercedem eſſe centum,quod autem communiter intereſt (ut præſertim ſæpe inter mercatores uſũ uenire poteſt) aſcendere ducentum,quod uerò ſingulariter,æquè ducẽtũ . Sequitur ſm ꝙciliationes,& intellectum gl.& Doct. ꝙ poſſum petere ducenta pro intereſſe communi,& rurſus ducenta pro intereſſe ſingulari,ſm opinionem Accurſ. hic ĩ uerb. dupli,Bal.col.tertia,in fi.& ſequiorum,qui tenent ſingulare intereſſe ſm illud,quod maius eſt,duplari,uel metiri, uideli cet,ſm pretium (quod ineptè dicunt intereſſe ꝙuentum) ſi pretium ſit maius q̃ communiter interſit,aliàs ſm cõe intereſſe,ſi maius ſit,ut hic.Secundùm alios uerò (quæ crebrior eſt,& ueritati uicinior opinio)qui tenent ſemper trahendũ reſpectum ad pretium conuentum,ſi de eo ꝙſtat,uel eo deficiente tunc ad cõem rei æſtimationem,quod eſt uerum ſimplum,quod duntaxat duplatur,ut per Saly.hic colu.8.Curt. nu.19.Pyrrum,& Alcia.hic.Quodque intereſſe ſingulare limitatum eſt per hãc l.ad duplum,in quo illud ſimplũ ineſt, ut ſic non poſsit communem rei principalis æſtimationem uel pretium ꝙuentum excedere Secundùm hos pro ſingulari intereſſe non poſsum petere ſeu obtinere, niſi centũ ꝑter ducenta,q̃ habeo pro communi intereſſe,quod hic nõ limitatur ſm eos omnes,uidelicet,uſque ad Rebuf.inclusiuè,ſo-
36 lo antiquo Iacobo Rauen.excepto.Et† ſic ſecundum quoſdam habeo in totum quadringenta,ſm cõem,& æquiorem trecenta,cum principale non ualeat niſi centum. Et ſicĩ effectu ipſum principale nõ duplat̃,ſed ſm quoſdam quadruplatur,aut ad minus triplatur, adhuc ſaluo niſi communiter interſit in triplo,uel quadruplo,qa illud non diminuet̃.: & nihilominus ueniet,quod ſingulariter ĩtereſt uſq; ad quãtitatem principalis . Hic uide lector quorſum res euadat, q̃ miſerabiles anxietates,& abſurditates operoſa illa,& diſtorta commenta pariant.Fortè dicens,ꝙ Alc.hic c.ait lex,in fi. infert ad hmõi deciſionẽ.Si uẽdidi tibi domũ cẽtũ ſeſtertiis, nec tradidi,uñ damnificatum te probas in trecenta,non cõdemnabor,niſi in 200.ne duplum excedat̃, per hãc l.Si uerò te damnificatum in quinquaginta tm̃ probes,in ea dãnabor quod ſimpliter acceptũ ꝙformat̃ ſnĩæ noſtræ mentiq; legis. Rñdeo,aut Alc.iſtud intelligit de toto eo,quod intereſt etiã cõiter,& ſibiipſi ꝫdicit,qa in fi.c.præcedentis diſertè tenuit cum cõi,uidelicet,de eo ſolum hic agi,quod ſingulariter intereſt.Aut uerò intelligit,prius de toto eo,quod cõiter intereſt ſatisfieri,deinde id,quod ſingulariter tm̃ infra duplũ redigi.Et res ad ſupradicta abſurda reuoluitur.Præterea etiã ſi Alc.hic corrigeret,ꝙ dixit in fi.d.c.p̃ced.& recederet a cõi,et inueterato errore(quod nõ facit)adhuc multũ deficeret ĩ uera rõne,& dr̃ia caſuũ certorũ.Præterea quod ſcripſit Alc. in d.c.ait l.in fi.ſeriò poſtea corrigit eodẽ tract.c. tertia q.col.3. in ſuo eleganti gloſſemate in l.cum prætor.de uerb.ſign.ubi generaliter ꝙcludit,non ſolum eius,quod intra rem,ſed etiã ſimul eius,quod ex̃ rem noſtra intereſt rõnem habẽdam,excepto uenditionis,& emptionis ꝫctu,in quo ſpecialiter aſſerit inductum,ne uenditor ꝓpter moram teneat̃ de eo, quod ex̃ rem,ſed ſolùm de eo,quod intrinſecus intereſt l.ſi ſterilis. §.cum uenditorem,de act.empt. Quemadmodum emptor ſi in pretio ſoluendo morã fecerit,uſuras duntaxat præſtat,nõ autem tenetur in id,quod intrinſecus uẽditoris intereſt,etiã ſi uẽditor negotiator fuerit l.fi.de per.& com.rei uend. eo ꝙ ſint correlatiua:quare ſimili iure cẽſeri dẽnt, nec alter alte-
37 ro plus grauari.Hic† eſt nouus.& argutus intellectus Alci. ad d.l.fi.& dictũ §.cum per uẽditorẽ,ſed non eſt uerus,ut infra ſuo loco dicam,nu.93.Non tm̃ hæc ſcribuntur in iniuriã, aut traductionem D.Alc.uiri magnæ eruditionis,& ingenii deq; noſtro iure ciuili q̃ optimè meriti,cuius excultis lucubrationib.iuuenis melior,& ad recta ſtudia ardentior factus ſum.Nullus certè ante eum,nec alius quiſquam poſt, ſ. 21. ann.poſt eius commentarium de hac re editum,diligentius & ſubtilius ꝙſcripſit ſuper hac l.Sed inextricabile negotium ei faceſſerunt gl.& Doct.inuolutiſsimæ commentationes, imò diſtorſiones prædictæ,decerantq; ei(ſicut & his,q̃ ſecuti ſunt)notitia praxis & experiẽtia legalis æquitatis,ſine quib. prorſus eſt rectum in his ꝙcipere iudicium.In hocq; p̃cipuè falſus fuit,quod incerta eorum dicta,præcipuè Bar.certa rõne explicare,ex eiſq; certum uerum ſenſum,& concordiam legũ elicere uoluit,in quo neruis omnib. uſq; adeo ſeſe torſit,ut nec ſibi quidem cõſtare potuerit , cuius meditationes Neoterici quidam ẽt libris ſuper hac l.editis uelut ex ꝓfeſſo redarguere nixi ſunt.Sed longè in felicius: nihil.n.de ſuo afferentes,nil aliud(uelut aſsiduè Siſyphi ſaxum uoluendo)q̃
38 centones infarcierunt.At† ego cũ ſ.quindecim annos huic l.cum apparatu Bar.& Bal.ſcholaſtico more ſtuduiſsem,pulchrè mihi uĩ materiam hanc totam intelligere,eo ꝙ glo.& Doct.definitiones memoriter tenerẽ , certamq; ex eis uelut deciſionum ideam mente ꝙcepiſsem . At poſtq̃ aliquot annis praxi forenſiq; palæſtra exercitatus fui,ſenſi me aut non dum intellexiſſe,aut gl.& Doct.commenta falſa eſſe.Vtrunque uerum eſſe deprehendi. Pertinax ille ueritatis ingrẽdæ

affectus

Source : BIU Cujas

affectus mihi innatus me pepulit,ut rurſus commenta Bar. Bal.ſub incudem reuocarem,necnon Cy. Alb. Io.Fab.Saly. Soc.Dec. Cur. Iun. Ignei, Pyrrhi,Alcia.Iac.Renal.Rebuf.& quotquot tunc inuenire potui antiquorum,& recentiorū, quæ tū mihi uiſa ſunt,ſicut pictę parietibus tabulæ,& poetica figmenta,quæ quo numeroſiora, eo minus ademerunt, ſed magis auxerunt(quod hic char.pen.queſtus eſt Cy.) dubitationem.Tandem iugi meditatione, praxisq; eum theoria collatione,& exercitatione,inueni uerum & æquum intellectum huius l.ut ſupra nu.4. & multarum eiuſdem materiæ,uerbis mentiq; iuris,& rectæ praxi conſentaneum, ipſaq; experientia didici,hanc eſſe rerum magiſtram.§.pe.Inſt. de ſatiſd.Et minimè uanum eſſe,quod inquit Bal. in repe.l. Emilius.col.9.de mino.practicam eſſe ſcīam digeſtiuam. Et in uſib.feud.de feud.ſine cul.nō amitt.c. .hanc ēt ueram legum intellectricem.Et quod per Saly.in l.per hanc, col.1.ſ. de temp.& repa.app.ſcripſit,qui Doct.per practicā ll.ueritas ſplendeſcit.Idem ſenſit Ioā.Fab.Inſt.de leg.§.ſed non uſque. ad fi.dicens,ꝙ hæc iuris ſcientia parum proficit,niſi bene,& frequenter negotiis applicetur.Hoc autem non fit per nudā circumforaneam praxim, ut gloriari nequeant meri pragmatici,quorum ut ſcopus eſt quæſtus,& faſtus,& imperitæ plebis aura:Ita his finibus omnia metiuntur, ſeq; ſine altiori iudicio & delectu accommodant foro(quod aiūt) uti, & quacunque occaſione,uel errore quid in mediū forum irrepſerit imitari,Mod.in tract.uſur.nu. 195.& 466. iſtud.n.non eſt iuris ſcientiam negociis applicare(ut uult Io.Fab.)ſed ſcenæ inſeruire. At iuris theorias diligenter noſſe,& excutere, ſimulq; negociorum,& praxis circunſtantias, uarietates, & effectus exactè expendere, & utraque inuicem conferendo omnibus expenſis legalem æquitatem, ipſumq; bonum & æquum aſſequi,& profiteri,hoc demum munus eſt,& opus non meri doctoris ſcholaſtici,nec meri pragmatici, ſed ueri
39 Iureconſulti. Hiſ† ſcriptis uenerunt in manus meas pluriū doctiſiſimorum uirorum commentarii de eadem re editi: imprimis Ant.Fumei,qui c.4.ſcitè cenſet ea l.uerba,quantitatem & naturam,non eſſe ad ϗctum ſeu certitudinē ϗctus, ſed ad rē in ϗctū deductā referenda, remq; certā habere quātitatem,q̄ hēt certitudinem.de qua in l.ubi aūt nō apparet, de uer.obl & ſic ſub quantitate hic contineri ſpēm. Rē aūt certā habere naturā,quæ ex ſeipſa abſq; alia excuſione certa eſt.Et ſic ad caſus incertos relegat omnia facta, uſumfructū & ſimilia. Et ſic quāquā multis uerbis occupetur ut explicāda,& diſtinguenda ſubſtantia lege, & natura ϗctus, tñ in effectu ſe ϙformat opinioni Accurſ.hic, quæ tertio ordine locatur ſ.nu.22.ſaluo, ꝙ ab hac ϙſtitutione malè ſubducit ϗctus ſtricti iuris,niſi fortè(inquit) adhuc in illis deducat certa quantitas,uel ſpecies. Conſequenter hæc ſententia nihilomagis ſtare poteſt,q̄ dicta tertia opinio. Succesſit Berengarius a Paulhaco,qui ſup uerbo,uel naturā,cēſet caſus certos,quoties res,cuius noīe intereſt,certā æſtimationē recipit ſiue dari,ſiue fieri ſit in obligatioue,& ſic oīno ϙformat opi. Iac.Rau.quā quarto loco poſui ſ.nu.23.Deinde Gabriel Cacia,c.n.licèt oīum ſententias procul a ueritate abeſſe ϙtēdat nonnumq;,& uerū intellectū profiteatur,utcuq; multo ꝓlixoq; uerborū artificio nitatur,tñ in effectu opinioni Barto. cōi.quā ſ.7.ordine locauimus,ϙformat,nihilq; circa hæc addit,niſi nouos errores,dū cēſet ob ſolā morā deberi q̄cq̄d ēt eā rē intereſt abſq; huius l.taxatione, quod per ſe iniquum eſt,& totā ferè hanc l.eluſoriam reddit,nouaſq; quarūdā legū diſtorſiones,q̄ in ſeq.extricant.Mox Eguinar.Bart. diuid. & indiu.li.4.c.4.Deinde Stephanus Forcatulus in elegantiſſima,& feſtiuiſſima ſua Necyomantia,dialogo 28. poſt multam Latiniſſimam quidem,& operoſam ſuper hoc diſputationem,nil aliud tandem ϙcludunt,q̄ quod dudum ante cē
40 ſuit Alc.ut.ſ.in opin.9.Sexto † & ultimo loco inter nuperrimos,quorum ſcripta extant,Petr.Loriot.in l.quatenus, de reg,iur.cenſet caſum certum uel incertum,iux. formul.d.le. ubi autem non apparet,& acriter reprehendit omnes,qui tenent aliter hic in intereſſe,aliter in obligationibus,& actionibus certum accipi.& ſic omnino recidit in prædictam ſecundam opinionem,quæ ab Accur.& omnibus communiter meritò damnatur,& adhuc errorem augendo cenſet etiā certi fundi,puta,Tuſculani uenditionem, incertum caſum eſſe,ſi uenditor rei tradendæ poteſtatem non habeat. Quam quam autem nouiſſimi iſti in uarios anteceſſorum errores relabantur,in hoc tamen ſolo rectè conueniunt,ut in hac l. totum,quod extrinſecus intereſt,taxetur. Cæterùm non minus ſeſe huius labyrinthi erroribus inuoluunt, nec minorē ll.intricationē reliquunt,q̄ priores fecerint.Quin ēt ſæpe dū uelut plagas aliquot nimium patulas conſuere nituntˉ, plures & grauiores infligunt,adeo ut ſint qui diſperatione irrita ti(ut Forcatulus dialogo 41.)audent & l.huic, & legislatori obſtrepere,tanquam è cælo Gigantea audacia deturbaturi, & abrogaturi.Quid.n.aliud eſt bonum,& æquum duplo Iuſtiniani detrahere (ut non minori dementia q̄ audacia Forcat.) q̄ hanc conſtitutionem antiquare, & obliterare uelle?
41 Nunc † poſtq̄ intimos huius labyrinthi receſſus ſatis peram bulauimus,& penetrauimus, omniumq; ſenſa tanquam ſemitas explorauimus,tempus eſt, ut diu latentem ueritatem uelut labyrinthi exitum oſtendamus. Huius l.uerba Iacob. Rauen.Cy.col.9.& alii fatenˉ eſſe plana & clariſsima,ſed sētentiam queruntur eſſe obſcuriſsimam, nec eſſe in mundo ſtatutum obſcurius. Recentiores quoque ſingula certatim negant unquam fuiſſe a quoquam alio intellectum. Nos ϗ dicimus hanc l.non minus in ſenſu, q̄ in uerbis clariſsimā, reliquiſq; legibus facilè conſentientē.Quas autem gl.& Docto.omnes hucuſque patiuntur tenebras, non ex hac l.aliis ue legibus,ſed in ſeipſis & a ſe inueniſſe & inuexiſſe, hiſque non abſimile accidiſſe,quod imperitis textoribus,qui principio ſeu capite filiamiſſo, quo magis penſum uoluūt,aut reuoluunt,eo magis intricant. Principium autē, ſiue primus terminus ſubſtātiuus,a quo incipit, & de quo diſponit hæc l.eſt caſus,non quilibet,ſed caſus intereſſe.ſiue ex quo debetur,uel orta eſt obligatio ad intereſſe,ut.ſ.nu.3.iſte demum caſus eſt,qui dicitur in hac l.quandoque habere certā quantitatem,uel naturam,& ſic eſſe certus,alioquin incertus, & in hoc iſte tex.eſt clariſsimus,omniq; cauillatione ſuperior. Non.n.diſponit de ϗctibus,uel rebus in eis deductis habentibus certam quantitatem,uel naturam,ſed in primo reſpon. diſponit de caſibus intereſſe certam quantitatem, uel natu-
42 ram habentibus, in quibus uetat duplum excedi.Hæc†verba quamquā breuia clariſsima tñ ſunt, & expedita,rectè ſingula expendentibus.Quid.n.aliud eſt certa quātitas,q̄ res ϙſiſtens in certo,hoc eſt,determinato pondere, numero, uel menſura.Quid aliud certa natura,q̄ rer certis ſuis finibus taliter determinata,ut certū quoddā totū,uel integrū efficiat, certā et cōem æſtimationē recipiēs,ut duplari, uel adpreciari,certumq; ſimplum dici poſsit?quod tex.indicat, mox loquens de duplo. Et ſic necaſſariò præſupponit duo. Primò ſubeſſe rē certā,ut potè,certæ quantitatis,uel naturæ, tanq̄ principaliter debitam.Secundò,quod intereſt aliud eſse ab illo ſimplo,& tñ illi accedere,& ad illud referri, idq; habere pro obiecto,quōd reſpiciat,cuique accedat, ut tunc cum taxatur non debeat ad ſummum excedere ſimplum ſuum, ſiue duplum ineſt. Hic eſt ſenſus apertus huius reſp.1.uerbis mentiq; l.& æquitati conſentaneus,nullum in ſe nec cū cæteris legibus habens ſcriptum,ut mox docebimus. Et ſic oīa uerba tex.propriè,nitidè ſimpliciter & ſine ulla ſophiſtica, aut commentitia ſubauditione,& diſtortione intelligo, uidelicet,uerbum caſus,pro caſu intereſſe, qđ ipſa rub totiuſque l.phraſis,ſubiectaq; materia,& deciſio ꝓbat,quæ eſt de, & ſuper caſibus intereſſe duntaxat.Item ſequētem determinationē,qui certā habent quantitatem,uel naturā,expono, ideſt,qui habent obiectum ſeu principale debitum certæ q̄-
43 titatis,uel naturæ.Scio†quorsū gl.& Doc.referāt,uidelicet, ad contractum,ſeu potius ad rem ipſam principaliter debitam,in quo non peccant relatione, ſed relationis limitatione,quia non intelligunt tex.cum myſterio loqui nō de omnibus caſibus intereſſe,ſed de his qui habent certā &c.ideſt, pro obiecto habent rem principalem certam duntaxat. Itē uerbum certa quantitas, non poteſt proprius,& ſimplicius exponi,q̄ certum pondus,numerus,uel mēſura, nec melius uerbum certa natura,q̄ res certos fines habens,taliter,ut ſaltem ciuiliter quoddam totum,uel integrum,& certum dici poſsit,ut ut ſic gerat uim ſimpli certi communiter æſtimabilis,& duplicabilis.Et ſic clarum eſt(niſi quis cornicari,& cauillari uelit) quòd uerbum natura hic (ut ex adiunctis apparet)non capitur phyſicaliter,uidelicet,pro certo corpore in diuiduo,aut certa ſpecie duntaxat,ſed ſυναλίτως, & ciuiliter, ut dixi. Vnde non ſolum ſi principaliter debetur Stichus, uel fundus Tuſculanus,ſed etiam ſi eius uſusfructus,uel factum limitatū,ut certum fundum tradi,uel certam domum, uel parietem ædificari,uel certas operas,habet locum hic tex.ex quo certum ſimplum communem habens æſtimationem reperitur,quod duplari poteſt.Verbum ergo natura, nō ſtat hic præcisè pro aliqua ſubſtantia in ſpecie,uel in genere,ſed tamen denotat neceſsariò aliquod limitatum eſse,uel fieri, ita quòd initio uideri poſsit,quātum ſit uel futurum ſit,uelut certum quoddam integrum communiter æſtimabile & duplabile,ut dixi.Non ergo requiritur certitudo mathematica,nec phyſicalis quidem,ſed ſufficit ciuilis:ut ualdè errauerint qui ſcripſerint obligationē alternatiuam eſse in hac materia incertam, etiam ſi utraque eius pars per ſe certa eſſet:quia etiam ſi ſit electio debitoris,non deſinit, quod intereſt certæ naturæ,uel quātitatis obiectum habere,uidelicet, illud in quo(ſiue creditoris ſiue debitoris ſit electio) fit tan-
44 dem obligationis executio. Vt † ergo locus ſit huic primo reſpon-

Source : BIU Cujas

Gaſparis Caballini. De eo quod intereſt.

reſponſo tria requiruntur,quæ tex.præſupponit,& requirit. Primò,q̃ ſubſit debitū principale certū,hoc eſt,certū quoddam totum cōiter æſtimabile,& duplabile efficiens.Secūdò q̃ incidat caſus intereſſe,hoc eſt, intereſſe extrinſecus accedat,qđ multis caſib. in omni principali obligatione contingere poteſt.Quod aũt dico intereſſe extrinſecum, & ad illud hoc reſponſum reſtringo, nõ eſt cõmentitium, ſed neceſſariò colligitur ex ipſo tex.qui diſertè id,quod intereſt,a re, uel debito principali diſcernit,& ſic intereſſe duntaxat extrī ſecus accedens taxat, ſimplo principali p̄poſito, & integro manēte.Tertiò (ad qđ nullus adhuc animaduertit, licèt ſit potisſimum,& in quo tota epitaſis uerſatur) reqrit, q̃ caſus huius extrinſeci intereſſe(ideſt,contingentia ipſa,ex qua oritur,& debetur hoc intereſſe)reſpiciat rem illā certā principalē tm̄,nec habeat aliud ſpecificum obiectū : alioquin caſus iſte non diceret certā quātitatē,uel naturā habere, uel reſpicere,nec in hoc ꝑſiſtere , ſed aliam ſuam ſpecialē diſpoſitionem hr̄e.Vt qñ debitor non ſimpliciter promiſit certū principale,ſed etiam in periſtaſi ſuſcepit,& præuidit ſpāliter qđdam periculum aliarum rerum,ut ſ̄.num.48.Prædictis ergo tribus concurrentibus loquitur,& diſponit hoc primū rñsū aliàs ceſſat,& recurrendum eſt ad ſequens reſpōſum , uel ad alia iura.Et hoc modo ſedulò textum tractādo, nulla obſcuritas,nulla iniquitas,aut inconcinnitas,nullum ad aliàs leges antilogium reſultat.Interim tñ non nego quin uerbum caſus in text. poſſit accipi pro toto negotio,ſeu cōplexo ex debito principali,& intereſſe acceſſorio,dummodo tria illa, quæ tex.requirit,aptè diſtinguantur,& expendantur,ut dixi & ſic res in idem recidit. Quòd autem text. exemplificando interſerit nominatim de certis ꝯctibus in ſpecie,deinde generatim, & uniuerſaliter , non intelligit omnes contractus indifferenter quaſi ſingulos generum , ſed nec certos quoſdam ex his quaſi ex generibus ſingulorum,eſſe exempla certorum caſuum,uel certos illos caſus,de quib us diſponit,ſed
45 quòd in omnibus contractibus accidere poteſt,eſſe caſus intereſſe certos , uel horū exempla reperiri.Errauerunt † ergo gl.& Doct.primò in hoc,quòd non diligenter expenderunt & diſtinxerunt caſum intereſſe,& contractum remq; principalem ab inuicem.Secundò & potisſimum in hoc,q̃ non ſatis aduerterunt,quorſum referantur, & tendant ea uerba , q̃ certam habent quantitatem &c. in quibus tota epitaſis uerſatur. Non ſolùm enim ſtant ad deſignandum præexiſtere certam principalem obligationem certæ quantitatis,uel naturæ,ſed etiam ad deſignandum,quòd iſte caſus intereſſe circa eam uerſatur,nec aliud ſpecificum obiectum habeat . uñ meritò ad ſummum non debeat principale ſuum, uel obiectum egredi. Caſus.n.intereſſe in ſe:puta,mora,culpa,cōtrauentio,euictio ,uel alius euentus , ex quo obligatio ad intereſſe oritur & committitur,nullam de ſe habet certam quātitatē,uel naturam,cum de ſe incertus ſit, & in incerto conſiſtat.§.fi.Inſt. de uer.obl.l.fi. ſiquis in ius uo.non ier.unde a probationibus & circunſtantiis facti pendet l.fi.de præt.ſtip. l.quatenus,de reg.iur.Sed ſi accedit rei certam quantitatem, uel naturam habenti,nec aliud obiectum reſpicias , dicitur habere certam quantitatem, uel naturam reſpectu o biecti , & ſui principalis,ſecūdùm quod regulatur:alioquin uno ex prædictis tribus deficientibus,ut non uerificantur,nec cōuenitūt uerba huius primi reſp.ita nec eius diſpoſitio, &ſic ſpectabit ad caſus incertos, ſiue ſolum intereſſe p̄ ſe principaliter deficiente principali obligatione certæ quātitatis,uel naturæ.ſ̄. nu. 47 . ſiue principalis obligatio non habeat certam quātitatem,nec naturam,ſiue habeat , ſed caſus intereſſe nō id ſolùm , ſed etiam ſpecificè reſpicit aliud incertum obiectum,puta ſuſceptionem periculi aliarum rerum. Cōcluſio
46 nem † noſtram circa illud primum huius primi reſponſi requiſitum,uidelicet,q̃ ſubſit debitum principale certū,declaro pri mò,ut procedat, ēt ſi contractus ſit nullus culpa debitoris non doloſi,qui tenetur ad intereſſe, ut in l. ſi ſterilis. §. quamuis,de act.emp.Vbi ſi uendidiſti mihi mēſam quaſi citream,cum non eſſet, non ualet uenditio , & teneris quanti mea intereſt deceptum non eſſe, licèt propter nullitatē contractus ſolum intereſſe ſit in obligatione:tamen quia cōuētum fuerat de re certam naturam habente , & non fuiſti in dolo,non debet illud intereſſe ad ſummum excedere rē uenditam,uel eius pretium conuentum,cum iſte caſus intereſſe non habeat aliud obiectum,q̃ illud de quo cōuentum fuit , quod certum eſt,& gerit uicem certi ſimpli.Et ſic uerba , & mens huius tex.ſatis concurrunt. Et iſtud poteſt eſſe utile , cum poſſit pluris mea intereſſe ob ſumptus uehendi,& reuehendi,& aliam mentem maiore diſpendio comparandi.Sed obiter quæro,quid in eadem l.ſi ſterilis,§.ſi tibi,ubi conuentio ualet,& ſolū intereſſe remanet in obligatione? Vt ſi emptor promiſit nulli alii quàm mihi uendere, quod nō fecit? Reſpondeo , caſus iſte prorſus eſt incertus , quia principale diſpoſitum ſeu debitum(uidelicet alii non uendere)nullam habet certam quantitatem nec naturam;non.n. reſoluit niſi in id,quod intererit,qđ tempore pacti prorſus eſt incertū, cum accidere poſſit,ut non interſit,poterit plus,uel minus intereſſe,& ſic ſpectat ad caſus incertos. Quamquam nō erit timēdum,q̃ excedat rem uenditam: hæc.n.perſonalis prælatio emendi,præſertim citra ius in re, multo minus intereſſe ſecum trahet,q̃ fit res ipſa uendenda,ut ſenſus cōis oſtendit. Et ſic multum errant illi qui putāt hoc caſu, omnino ad rei æſtimationem agi poſſe,etiam ſi non interfit,ut Paul.in l.ſi. C.de pac.int.empt.& uend. quod eſt fine l.imò contra l.quæ in l.ſi ita quis.§.ea lege,de uerb.obl.ſolum dicit,agi in id,qđ intereſt.Declaro ſecundò,ut hæc taxatio non ut ipſa, ſed ex interpretationis æquitate locum habere debeat quadā proportione & analogia etiam in caſibus incertis , ſaltem in ꝯctibus,uel quaſi, & contra non doloſum , prout dicemus ſ̄.
47 nu.60.Et hoc † ampliando diſpoſitionem huius primi reſp. quæ limitatur primò ex defectu primi requiſiti,ut non procedat, quoties indemnitas principaliter & abſolutè debetur nec eſt aliud ſimplum eidem debitum : ceſſant.n.termini & diſpoſitio huius taxationis,ut patet in actione depoſiti , uel mandati contraria,quando occaſione depoſiti,uel mandati damnificatus fuit depoſitarius uel mandatarius:in id.n.tenetur deponens, uel mandans , ēt ultra rei principalis æſtimationem l.ſi ſeruus cōis.§.idq; euidentius,de fur.ubi ꝑbat tex. q̃ ratio,& obiectū huius obligationis ad intereſſe, nō eſt res principalis , ſed illa æquitas,ne cui gratuitum ſuum officiū ſit damnoſum.Et ſic taxatio huius tex.non poteſt,nec debet adaptari ad eum caſum:in quo tamen ſm Bar.in d.l.ſi ſeruus communis,& in l.quod Nerua,col.10.depoſ.intelligendum eſt,aliquam ſaltem leuiſsimam culpam ſubeſſe deponentis, uel mandantis:aliàs ex mero fortuito caſu non tenentur in aliquo.Sint.n.in omnibus his exemplis duæ qōnes . Prima , an debeatur intereſſe,quæ non ſpectat ad hāc materiam, ſed præſupponitur.Secūda ſuper eius moderatione,quæ ſpectat ad primum, uel ſecundum reſpon.huius l.in directa autem actione depoſiti bene poteſt eſſe locus primo huius l.reſpō. ſi eius uerba,& mens conueniant.Vt ſi depoſitarius citra dolum malum lata culpa amiſit depoſitum certarū rerum , & contingat deponentem ultra earum æſtimationem multū damnificari,tenetur depoſitarius primò ad rei æſtimationē, quæ in rei perſecutione conſiſtit,nec ſpectat ad hanc l.Secūdò in id,quod præterea intereſt extrinſecus , quod per hanc l.nō debet ad ſummum communem rei principalis æſtimationem egredi,quæ tempore depoſiti ſuſcepti erat,per no.ſ̄. nu.179.Secus ſi depoſitarius dolo malo hoc damnum dediſſet,quia tunc etiam in litem iuraretur,ut in l.nummis,de in lit.iur.quæ ita debet cum hac l. & aliis legibus concordari . Sed directa actio mandati cum non competat niſi ad ipſum intereſſe,& quatenus intereſt,quod ſolum , & principaliter debetur l.ſi procuratorem.§.mandati act.mand. non ſpectat ad primum,ſed ad ſecundum reſp.niſi quandoq; ex ea ꝑportione,& analogia,de qua ſ̄.nu.60. Vide aliud exemplum , in quo ſola indemnitas debetur,in l.ſi pœnam,in fi.de uerb. ob-
48 lig.ut ſ̄.nu.191.Rurſus † ad pleniorem intel igentiā praxim que noſtri intellectus,ſelectiora quædam exempla pręter ea quæ ſ̄.nu.2.oculis ſubiiciamus,ut in l.ſi in uenditione.l.emptori.2.l.euicta.2.de euict.Vendidiſti mihi fundum , uel ſeruum,nec tradidiſti,uel traditus euictus eſt;teneris ex empto ultra ſimplum pretii,uel reſtitutionē rei in id,quod extrinſecus ob moram,uel euictionem intereſt . Vides utrumque caſum intereſſe non habere aliud obiectum ſpecificum , q̃ rem non traditam,uel euictam,quæ certam habeat naturā , & ſic habet locum hæc ſanctio,ut non debeat duplum exce di,etiam ſi pluris intereſſe probet : ſed ſi caſus haberet aliud ſpecificum obiectum extrinſecum:puta, ſuſceptionem periculi præuiſi alterius rei,uel rerum,eſſet incertus,& tunc ceſſaret huius primi reſpō.diſpoſitio.Tum quia cum loquatur in caſibus,qui referuntur ad rem principalem certæ quantitatis,uel naturæ tm̄,non congruit,nec adaptatur ad caſus,q̃ ſpecificè referuntur ad aliud,& habēt implicitam ſuſceptionem periculi aliarum rerum.Tunc etiam ſi hic tex. loquerētur indefinitè,nec ſatis ſe reſtringeret per illa uerba, qui certam habent quantitatem,uel naturam:tamen non debet referri ad caſus,qui certam habent diſpoſitionem,& in quibus ſpecialiter apparet aliarum rerum periculum ſuſceptum,qa ſatis operatur in intereſſe informi,nec aliter ſpecialiter præuiſo & ſuſcepto,arg.l.doli clauſula,de uerb. obl.l.cohæredi.
49 §.qui patrem,de uulg.& pup.ſubſt.Et † ultra incertorū exēpla,ſ̄ .nu.45.habes l.tenet.§.ſed ſi uas,de act.emp.l.ſed addes. §.1.loca.Vbi uaſcularius,uel faber doliaris uendidit , uel locauit uaſa,uel dolia deſtinata ad recipiendum , & ſeruandū unguentum,uinum,uel alium liquorem, qui uitio uaſis effluxit,tenet p̄ter remiſsionē,uel reſtitutionē pretii, uel mercedis,

cedis,ad æstimationem eius,quod inde ꝓditum est,etiam si decuplo,uel trigecuplo excedat pretium aut mercedem uasis,etiam si uenditor,uel locator non fuerit in dolo,sed ignorãs: etiam si aliter expresse non affirmauerit uas integrum.. Scis quantum gl.& Doc.hic suaderint,& frustra sursum sese iactauerint, ut s.nu.19.Breuiter dicimus non ꝯctus, uel res principaliter debitas.incertas esse,cum certam naturam habeant,sed hos casus interesse,qui acciderunt in d.§.sed si vas. & in l.sed addes.§.1.incertos esse,nec spectare ad primum respon.sed ad secũdum,& ad alia iura de his specificè facta paret.Attende causam ex qua uascularius obligatur ad interesse totius effusi liquoris: est.n.culpa huiusmodi,quæ non respicit ipsum solum corpus principaliter in dispositionem deductum,sed expresse ab initio præuisum aliarum rerũ periculum.Cum.n.uascularium profiteatur,siue uasa cudat,siue ab aliis facta uendat,& sic hanc artem, uel negociationẽ exercendo,si non semper expresè,saltem semper tacitè ipso facto,& expresso affirmat uasa ad usum, ad quem prostant, uæneant,uel elocantur idonea,& integra esse.Si igitur uitiosa sint,culpa est ualde notabilis.l.Iulianus.§. qui tamen, de act.empt.& tanto notabilior,& periculosior, quanto magis publica,& in arte & professione sua,de qua publicè ꝯfidendum est l.illicitas.§.sicuti,de offi.pſ.l.idẽ iuris,in fi.ad l.Aql. l.siquis fundum.§.Celsus.loca.Tum ea culpa nõ respicit nudum corpus uel usum uasis, sed periculum liquoris infundendi:scit.n.uascularius,uel scire debet fore,ut cum uase (si uitiosum sit)liquor pereat,suaq; expressa,uel tacita affirmatione secum ꝯhentem in illud periculum inducit.Hoc ergo periculum (non corpus uasis duntaxat)est uerum,propriũ, & specificum obiectum dictæ culpæ,& incertum,non solũ an eueniat,sed etiam in quantitate,& qualitate futuri euentus.Et sic iste casus interesse cum non habeat initio ꝓ obiecto rem certam principaliter in contractum deductam, sed periculum incertum,spectat ad casus incertos. Tum qa specifica(siue expressa siue tacita)susceptio huius periculi facit, ut totum hoc periculum ueniat, nec sit locus taxationi huius primi resp.quod non loquitur, nisi in interesse informi, quod non habet aliud specificum obiectum,q̃ rem principalem certæ naturæ.Idem in fabro doliari,& aliis similibus, & sic ea iura optimè cum hac l.cum sensu communi legali eq
50 tate praxique conueniunt.Quòd † siquis cupidus causet ea iura non distinguere a quo uasa vendantur,vel locẽtur, sed loqui indistinctè, quapropter non debere a me restringi ad artificem,uel negotiatorem qui uendat,uel locet spectantia ad artem.vel negotiationem suam. Rñdeo hanc obiectionẽ non fore hominis cordati,sed rerum imperiti,ad legum studia(teste Aristotele) inepti,vel sophistæ, nuda legum uerba captantis, non autem qua mente dicantur animaduertens, ꝯ l.pen.ad exhi.leges autem non sunt ad sophisticum deducendæ, nec tanquam magica quædam carmina ex solo verborum præscripto tanquam ex nudo cortice tractandæ, sed ex communi sensu vsibus & commodis hominum accommodæ,& ex totius negotii æqtate,l.bona fides.depos.Et maximè leges practicæ,& harum illæ præsertim,quæ de eo, qđ extrinsecus interest.loquuntur;cum istæ omnium maximè sint practicæ,& a circunstantiis facti dependentes.§.fi.Inſ.de uer.obl.l.quatenus,de reg.iur.ergo d.§.sed si vas,& d.l. sed addes.§.1.debent referri ad utilitatem cõmunis promiscui usus in quem finem latæ sunt,& ad id, quod frequẽtius accidit l. nam ad ea.de legib. & ad æquitatem sensus communis l.in omnibus.de reg.iur.l.quod si Ephesi,in fi.de eo,quod cer.lo. Sed frequentius accidit huiusmodi dolia vendi, & locari ab his qui eam artem,uel negociationem profitentur.& ipsa ꝓfessione satis ipso facto asserunt ea esse integra, & ad idonea ad vsum destinatum,ad quem prostant.Etiam vtilitas ꝓmiscui,& Reip.exigit,vt teneantur,si uel ignoranter peccent in arte,vel professione sua alios damnificando, quod etiam ipsa naturalis iustitia dictat, præsertim cum hæc non soleant emi,vel conduci nisi in pistasi,& imminenti periculo liquoris amittendi,quod periculum preuidetur, & tacitè suscipi-
51 tur a sic vendente,vel locante.Et † sic non est speciale in vasis,sed idem in omnibus,in quibus eadem est ratio. Vnde si faber materiarius vendat, vel locet tigna tãquam idonea ad fulciendum,vel construendum domos, quod est eoipso, qꝓ artem,vel negociationem talium tignorum exercet,tenebitur etiam ignorans de detrimento ruinæ domus vitio tigni secutæ,& sic data pariter terminorum erit idem,quod in vasis:fuit.n.in culpa errando in arte & professione sua, & alios decipiendo,quæ culpa cum directò respiciat huiusmodi periculum incertum,spectat ad casus incertos,& sic hoc casu, vel simili habebit locum l.Iulianus,in prin.de act.emp.Contra secus erit his cessantibus:puta,si fortè vasa argentea, uel alterius materiæ vendantur,non tanquam vasa, sed tanquã materia:vel siquis dissoluta dolia tanq̃ materiã vendat.Tũc. n.cessant d.iura,nec tenebitur venditor, si emptor vtẽdo dãnum sentiat,& hoc cõis sensus ostendit, quia non vendidit tanquam vasa ad hunc vsum idonea,& sic nec expresè, nec tacitè affirmauit idoneitatem ad certum vsum, nec cẽsetur periculum vsus in se suscepisse.Vides ergo, qꝓ dicta iura non debeant ruditer,sed sanè.& congruè intelligi.Tolle aliud diuersitatis exẽplũ,si quis paterfam.non tanquam eius ꝓfessionis,sed tanquã hæres,vel alio casu dñs mobiliũ existentium in certa domo,in quibus,quæ vasa habentur,ea vẽdat. Cum n.nullam profiteantur horum industriam,sed incidenter,vt res differentes vendat.nõ tenetur de idoneitate, nisi q̃to minoris,iux.d.l.Iulianus.in prĩ.non aũt in id,quod extrinsecus interest,nisi sciens reticuerit,& sic fuerit in dolo,vel nisi exp̃s
52 se affirmauerit, vt in d.l.Iulianus. Rursus † argutius exemplum,fac tempore vindemiarum cũ feliciore prouentu doliis meis impletis restaret vinum,rogaui te,vt de doliis tuis, quæ vsus tui causa aduexeras,tot quot indigerem,eodẽ quo emeras pretio,vecturis etiam pro rata refusis mihi dares, annuisti:sed doliorum vitio vinum infusum amisi. An possim a te petere,quod mea interfuit dolia non esse vitiosa? Rñdeo non.Amplio non solùm si è tuis elegero,quæ vellem te permittente,sed etiam si tu elegeris.& quod tibi placuit pro eodem,quo comparaueras pretio tradidisti,dummodò bona fide feceris,nec constet te dolosè quid fecisse.aut scienter reticuisse:si.n.tunc senseris te in quibusdam vitiosis vasis deceptum,& illa mihi tradideris reticendo vitium, teneberis rõne doli ad oẽ detrimentũ per d.iura,& d.l.Iulianus,in princ. Quia tametsi ab alio passus sis iniuriam,non tñ alii iniuriosus esse debes l.si te bonis,& ibi gl.& Bal.supra,de iur.delibe. Flor.in l.si filia,in prin.fam.ercis.Cęterùm si non fuerit in dolo,nullo modò teneris in id,quod interest,sed duntaxat quãto minoris,vt d.l.Iulianus,in prin.Rõ est, quia licèt vendideris parata in vsum vini recipiendi,& seruandi,tamen non suscepisti in te peristasim,nec periculũ,quia hoc non fuit actũ nec aliquam industriam professus fuisti: imò potius tacitè actum fuit,qꝓ duntaxat in illis doliis loco tui me surrogares
53 refuso pretio cum vecturis. Teneris † tñ mihi cedere actiones tuas cõtra fabrum doliarem,qui tibi vendidit,si quas habeas.& quales habes:nisi malis ꝯ illum agere,& mihi, quod mea interest,præstari curare,d.l.Iulianus,§.pen.l.cum in plures.§.messem.locat.l.quod debetur,de pecul.Neque enim debet faber culpabilis ex eo releuari, quod non emptor suus, neque eius hæres,sed tertius causam habẽs,etiam si esset donatarius,damnificatus fuit.Et notanter dixi quas, & quales actiones habes,per no.Alb.in l.Stichum,aut Pamphilum.§. pen.de solut.& Mod.in tract.vsur.nu.671. Quid enim si non emeras principaliter,sed simul cum vniuersitate bonorum, vel ex successione habueras? Quid si nõ emeras de nouo, sed erãt ex doliis tuis antiquis,quæ pro vsu tuo religaueras? Adhuc non teneris in id,quod interest propter vitium,etiam si perfusorie proba affirmaueris,quia sunt verba temere,bona que,& simplici mente dicta,non animo suscipiendi in te periculum,nec me circumueniendi, aut prouocãdi ad ea emẽda,sed potius animo mihi bona fide cõmendãdi.vnde lubricum linguę temere emissum, non facilè ad obligationem, & consequentiam inopinatam trahendum est l.famosi.ad l. Iul.maiest. Sufficiet ergo, qꝓ pro communi natura actionis reddas pretium doliis redhibitis, vel si redhiberi nequeant,
81 ditus euertum & deletum. Tertio † principaliter circa hęc occurrit extricanda l. ſi iactum retis, de act. emp. Omnes. n. intelligunt ibi in primo caſu eſſe exemplū caſus incerti, in ſecūdo verò exemplum caſus certi, de quo in hac l. Sed omnes multum in hoc falluntur, quia d. l. non loquitur de intereſſe extrinſeco, ſed duntaxat de principali debito & eius cōmuni æſtimatione, quæ in mea rei perſecutione cōſiſtit. Et ſic d. l. nullo modo ſpectat ad caſus intereſſe. ſed ad ſimplum debiti principalis duntaxat, quod eſt expeditum in ſecundo caſu. d. l. quando venditor rete iecit & piſces extraxit. Sed idem in primo quoque caſu, quando rete iactare noluit. Quod enim tunc l. ait incertum æſtimari, quid aliud eſt q̄ rem ipſam emptam, ſeu ſimplum rei emptæ tantum? videlicet, ſpem aut aleam æſtimari. l. nec emptio, de contrah. emp. l. nam hoc modo, de hæred. vel act. vend. non tamen dico, ꝙ nunquā debeatur, nec æſtimetur niſi ſimplum, ſed ꝙ d. lex, ſi iactum, non loquitur niſi de ſimplo, videlicet, de hoc ipſo incerto, quod emptum eſt æſtimando, quod deciſio ſatis oſtendit. Nec etiam regulariter præſumendum eſt extrinſecus intereſſe præter ſimplum. l. quòd ſi nulla, in fi. cum l. ſeq. de hæred. vel act. vend. nec hoc in dubio ſomniandum, nec addendum eſt literæ textuali facit, quod dixi ſupra, nu. 4. Sed hic quiſpiam quæret, ſi hic ad ſimplum tantùm agitur, ad quid recurritur ad aliam æſtimationem quàm pretij conuenti, quo ſimplum illud ſemel adpretiatū eſt, cuique ſtandum indiſtincte diximus ſup. nu. 66. 70? Reſpō. quod ibi diximus, non ſpectat ad exactionem ſimpli, ſed ad limites intereſſe extrinſeci, quod non debet præter ſimplum regulariter pretium conuentum excedere. Cum autem ad ipſum ſimplum, & rem emptam agitur, non ſemper quātitas pretij ſpectatur; quoniam perfecta vēditione periculum, commodum, & incommodum ſpectat ad emptorem, vt ſi pluris eſſe cęperit, lucrum ſit emptoris: ſi minoris, damnum. Quod ſi hoc locum habet in corporibus emptis, multo magis ī alea, quæ maiorem mutationem recipit, & ad hoc reſpicit tex. dum dicit, incertū huius rei. ſ. intranſitiue, hoc eſt, rem emptā, videlicet, aleā (quæ incerta eſt) æſtimandā, non aūt præciſe p̄tium duntaxat ſpectādum, qū fieri pōt, vt ea die, qua rete iactari debebat, contigerit ſęliciſſimam fuiſſe piſcationem. vnde meritò pluris æſtimabitur. Contra fieri pōt, vt tunc cōtigerit infœlicem fuiſſe piſcationem, & ſic minoris, ſaltem non vltra pretium con-

82 uentum æſtimetur. Et † hic aduertendum. Aut ipſe venditor non impleuit, nec iecit rete, quia non potuit, & pretium ei nō debetur, ſi ſolutum non ſit: ſolutum verò repetitur tanquam reſoluta venditione, quia id actum omnino cenſetur, vt prius iactaret rete. Non enim proprie factum iactationis retis emptum eſt, ſed captūs piſcium, vel ſpes iacto prius rete, vt l. nec emptio, de contrah. emp. l. nam hoc modo, de hære. vel actio. vend. Aut venditor nō iecit, quia noluit, & ſic p̄ eū ſtetit? & tūc non continuò locus eſt extrinſeco intereſſe, prout nec ēt ī dubio p̄ſumēt in aliquo, p̄ter ſimplum debitū intereſſe, & ſic tm̄ agit ad ſimplū, vel eius æſtimationē, quæ hoc caſu, quo per eū ſtat, non erit minor q̄ p̄ciū ꝙuentū, ſed poterit eſſe maior, ſi ea die fœliciſſima fuerit piſcatio, vt dixi. & ob id inquit tex. incertum ęſtimandum. Si verò bona fide iactauerit, & nil captū ſit, nulla eſt ꝫ eum actio, & tñ ei debetur preciū. d. l. nec emptio. Quòd ſiquid cœperit, illud quale, quantunque eſt debetur, vt hic. Quòd ſi cōtingat, & probetur emptoris ēt extrinſecus intereſſe, ſiue venditor per dolum, vel culpam noluit, vel ꝙ cœperit reddere, tunc de hoc non loquitur d. l. ſi iactū. Sed quanquam in his modicis, & aleatoriis non ſit de facili curandū de prætenſo intereſſe extrinſeco, tñ in quantū opus eſſet, per alia iura de eo, quod intereſt, decidendū eſſet. In quo breuiter dicerē ēt in vtroq; capite d. l. ſi iactū, ꝓpriè ceſſare primū reſpon. huius l. Iuſtinianeæ, quia initio res empta non habet certos fines, qui præuideri poſſint, totūq; vnū integrū & certū cōficere. Et ſic vtrūq; caput, ſiue piſcator iactaret rete, ſiue quod cęperit reddere noluerit, ſpectat ad caſus īcertos, prout caſus incertus in hac l. Iuſtiniani deſcribitur. Nec obſtat, ꝙ in hoc ſecundo capite poſtquam piſces capti ſunt, ꝙ certi ſint, & verè res vendita d. l. nec emptio, de contrah. emp. ergo caſus certus. Quia præmiſſis admiſſis ad ſequelā dico, ꝙ quantūuis nūc habeant certā q̄titatem & naturam, illud eſt ex poſtfacto, quod nō ſufficit: quia caſus certus dēt ab initio certū ſimplū habere per ſe, vel p̄ relationē ad aliud, vt deinceps nō recipiat augmētum nec diminutionē, vt ſupra nu. 71. ꝙ eſſe nequit, cū mera alea empta eſt. Vnde contrahentes cenſeri nequeunt certum

quoddam

Source : BIU Cujas

quoddam ſimplum prætidiſſe, aut certũ periculũ ſuſcepiſſe, & ſic ceſſat rõ primi reſp. huius l. niſi in q̃tum p quãdã analogiã (quæ ẽt in incertis locũ habet, vt ſupra nu. 60.) non dẽt ad ſummũ duplũ pretij in primo capite, nec duplũ piſciũ extra-
83 ctorũ in ſecũdo capite excedi. Nec † ei qd̃ dixi in d. l. ſi iactũ, ad ſimplũ agi, obſtat l. 1. in prin. de act. emp. Vbi dr, ſi res vendita non tradatur, in id, quod emptoris intereſt, agi. Non. n. debet ille tex. ruditer intelligi ad limitãdã actionẽ ex empto, quã ſi ſi cõtingat non intereſſe emptoris rẽ habere, nullo mõ agere poſſit. Non. n. d. l. hoc intendit, ſed potius actionẽ ex empto ampliare, vt non ad rem vel pretiũ repetendũ dũtaxat ꝓpetat, ſed ẽt in id, qd̃ pluris intereſt, vt tex. ibi declarat. Alioqnin ſæpe contingere poteſt nullo modo intereſſe emptoris rẽ habere vel amittere, & tñ ad ſimplũ, hoc eſt, ad pretium agi. Puta, vendidiſti ſeruitutẽ per fundũ tuũ ad fundũ, quẽ putabã meũ eſſe, inuentus eſt alienus, vel reſtitutioni ſubiectus ex fideicommiſſo, cuius conditio extitit, & ſic mea non intereſt ſeruitutẽ cõſtitui, nec quidẽ mihi põt. Si tamen prærogaui pretium, agam ad illã tanquã ad ſimplũ repetendũ, ẽt ſi conſtituere paratus ſis. Idẽ ſi priuſquam conſtitueres, fundus meus caſmate perierit: quia cũ fundũ tuum liberũ retineas, non debes habere rem & pretiũ. Pariter re vendita euicta, etiam ſi mea non interſit habere, vel euictã eſſe, tamẽ ex empto ex primo tantum capite, videlicet, ad ſolum pretium agam, vt ſupra, nu. 69. Cir-
84 ca † d. l. ſi iactum. reſtat obiter cõciliare l. quemadmodum. §. planè. ad l. Aquil. Vbi ſi culpa nautarũ nauis inciderit in retia piſcatorũ, tenẽtur l. Aquilia ob retia rupta, non aũt ob piſces non captos, nec æſtimatur incertũ piſcium. Solutio facilis eſt, ꝓ in d. l. ſi iactũ. captus piſciũ (licèt incertus) eſt pluſquàm intereſſe propinquũ, qa eſt res ipſa principaliter debita, & in diſpoſitionem deducta: ideo oĩno debet æſtimari, cũ ẽt fuerit æſtimatus in contractu. Vnde nunquã poteſt æſtimari minus q̃ ſit pretium conuentũ, etiã ſi minus valeat, ex quo non agitur niſi contra piſcatorẽ venditorẽ, qui eſt in dolo, vel culpa contra fidẽ datã. Sed in d. §. planè. non fuit cogitatũ de piſcib. nec p̃ceſſit obligatio, nec ſunt niſi intereſſe remotũ; quia damnũ nõ eſt proximè datũ niſi in retia, & adhuc p̃ter ꝓpoſitũ. Omitto ꝓ veriſimile eſt Vlpia. d. l. auctorẽ, de his loqui, q̃ accidere ſolent in litoribus Italiæ, vbi piſcatio non eſt tam aſſidua, vt in Oceano, ſed rarior, & ĩcertior, ita vt in quibuſdã locis, vt mari Liguſtico, defectu piſciũ nullus ſit vſus piſcationis, q̃ tñ vberrima, & optima eſt in litore Galliæ Narbonẽſis maris Mediterranei, præcipuè ad aquas Sextus, & Rhodani mari illabẽtis oſtia, vbi inſignis ille venatus Mugilũ auxilio Delphinorũ, cuius pulchrè meminit Plinius Nat. hiſt. lib. 9. c. 17. Sed ad rẽ dico, ꝓ etiã in loco, vbi eſt frequẽs vſus piſcaturæ, ſi tñ ea die incerta erat, idem adhuc dicendũ quantũ ad l. Aquiliam, qa eſt intereſſe incertũ, & remotum, & conſequenter improbabile. Et ꝓ ita debeat intelligi, probat idẽ tex. dum expreſsè loquitur quãdo tunc incertũ erat, an caperent, dumque coniungit exẽpla uenatorum, & aucupum, qui ſæpius eluduntur q̃ capiant: ſecus ſi conſtat, ꝓ tũc piſcatura imminebat, item ſecus in mari Occeano, tempore [vt ſæpè] quo piſcatio aſſidua eſt, nec ſolet fallere, quia tunc amiſſio captus piſciũ eſt intereſſe propinquum, & eſtimari debet. l. ait lex, in fi. cũ l. ſeq. ad l. Aquil. Non tamẽ etiã contra negantẽ duplari per id, quod nouè dicã inf. nume. 102. Non tamen debet fieri eſtimatio niſi piſcationis tunc ſemel amiſſę, non autem deinceps ex interuallo prætextu retiũ fractorum, quia damnũ paſſus poterat ſtatim alia retia emere, vel conducere, prout in litoribus proſtant, & abundant. Et de his parergis ſatis. Quò ſi cui interim videar minutula hæc ſcrupuloſius perſequi, ſciat me nec auiditate ſcriptionis, nec inconſultè facere, ſed neceſſitate clarę, & plenæ doctrinæ, in qua notiſſimũ eſt quorundam minutulorũ hæſitationem vel contemptũ maximis negotium faceſſere.

85 Quartò † principaliter ſuper dicto ſimplo aduertendum, ꝓ eius duplũ nõ põt excedi in caſib⁹ certis, ſiue ſimul & ſemel ſiue pluries & particulariter ad intereſſe agatur, qd̃ vt ſit dilucidius formo aliquot quotidianas qõnes ĩ praxi. Prima, domus vęnijt mille, deinde ſeruitutes aliquot euictę, huiuſq; euictioni snoĩe laudatus venditor ſoluit quadringenta. Et nihilomin⁹ vel caſu & ſucceſſu temporis (vt fit) vel melioratione emptoris auctus eſt valor domus, ẽt deductis ſeruitutibus valeat mille vel ſeſquimille. Et nũc tota euincitur, vndę emptor prętęr valorem domus vltra mille damnificatur. Vtrũ poſſit euictionis noĩe conſequi duo milia? Videtur ꝓ ſic, cũ verũ ſimplum domus ſint mille, ẽt contractu inſpecto, Contrariu dicendũ, videlicet, ꝓ illa quadringenta deducenda ſunt, nec põt fieri cõdemnatio niſi in mille ſexcẽta, per tex. optimũ in l. ex empto. §. idẽ Neratius, de act. emp. Vbi receptũ ob particulare intereſſe deduci debet de toto. tex. eſt ẽt in propriis terminis in l. cum fundus vti optimus, de euict. facit l. emptorẽ. §. Caſſius, de act. emp. probat etiam hic tex. limitãs totã euictionem ad duplũ, ergo receptũ ex cã particularis euictionis deducendũ eſt, aliàs duplum excedętur. Quemadmodũ etiam ſi pars quota pro diuiſo vel indiuiſo eſſet prius euicta, deinde totũ, nõ dubitaretur ꝓ ob priorẽ euictionẽ præſtitã eſt deducendũ, vel in duplo cõputandũ: quatenus tñ non pro impenſis litis, nec ob fructus ablatos, ſed ob eſtimationẽ ipſius iuris euicti & ĩtereſſe extrinſecũ ſolutũ eſt. idem ſi ob cautionẽ quãdã nõ p̃ſtitã, vel aliud eiuſdẽ contractus non impletũ: totũ. n. cõputari debet, ne amplius dupla emptor quanti emit cõſequatur, per tex. in d. l. cũ fundus, & in d. §. idẽ Neratius, quem glo. & Doct. in ver. idẽ recte, male intelligũt & obſcurant. Debet. n. ille verſ. idem recte, ĩtelligi planè, prout loquitur, videlicet, qũ omnia impleta ſunt vno ſolo omiſſo, p̃ qd̃ agitur, tunc enim ſimpliciter fit condemnatio nulla imminente deductione, cũ nihil prius nomine ĩtereſſe ſolutũ ſit, quod deduci poſſit, vt ſuo loco plenius explicui: aliàs ſecus per p̃dicta, & leg. quia dicitur. de euiction.
86 Rurſus † glo. & Doct. diminutè intelligũt d. §. idem Neratius. putant. n. id, qd̃ ob particulare intereſſe ſolutũ eſt, indiſtinctè & ſimpliciter de toto deducendũ: ſed non eſt verũ, quia tex. tã tũ vetat, qd̃ plurimũ eſt excedi, & in illud vult deduci, quod prius particulariter p̃ſtitũ eſt, quoniam ſatis eſt (inquit) omnibus deductis, qd̃ plurimũ eſt p̃ſtari. Plurimũ aũt illud nihil aliud eſt q̃ totius pretij duplũ, per d. l. cũ fundus, de euict. & d. §. Caſſius. in d. l. emptorẽ. Non ob. l. ſi dictũ, in prin. de euict. vt dicam inf. nu. 167. Vnde ſi poſteą ſtipulatio duplæ in totũ cõmittatur, debebit illud deduci. idem ſi ex empto agatur ad intereſſe, & probetur vltra duplũ, vel vſque ad duplũ. Sed ſi minus interſit, non dẽt illud particulare intereſſe deduci, niſi qua tenus in ſumma duplũ excederetur. Pariter glo. & Docto. obſcurant. §. ex empto, in d. l. emptorem, verſi. ſatis aũt non dantẽ quanti plurimi actorem periclitari oportet. Qui tex. eſt clariſſimus, nec vult aliud dicere q̃ reum damnandum in verũ & plurimũ ſiue ſummũ intereſſe actoris. Nõ. n. loquitur de ſimplici repromiſſione duplæ, quia ſatis p actionẽ ex empto ſuppletur. l. ij. l. emptori duplũ, de euict. Sed de ſatiſdatione ꝓmiſſa nec præſtita, ſiue ꝓmiſſa ſit de euictione totius rei, ſiue certæ qualitatis, puta, vitij, vel ſeruitutis: ſiue de ſimplo, ſiue de duplo. Et dicit, ꝓ non ſatiſdans, vti promiſit, debet damnari quãti plurimi actor inde periclitatur. Ait aũt, periclitari oportet. Quę verba (nempè Vlpia. viri ſcientiſſimi & elegantiſſimi) habent magnã, & elegantẽ emphaſim: nõ ſolũ. n. præſens, ſed etiã futurum tp̃s reſpiciunt, perinde acſi circũlocutiuè dixiſſet, cõdẽnandũ in id qd̃ ob id intereſt, & intererit actoris. Hoc dũtaxat vult ille tex. dicere, nec potuiſſet melius. Quia intereſſe ſatiſdationis non præſtitę nõ momentaneũ eſt, ſed ſucceſſiuum. Cæterũ de taxatione, & exactione huius intereſſe nihil dicitur in d. ver. ſed hoc in alijs iuribus, & æquitati ſubiecti negotij re-
87 linquitur. Et † ſic reijciẽda eſt anxia intricatio Accurſ. ibi, nec non operoſa diſtinctio Bar. Pau. & Doct. ibi non minus falſa q̃ cõmentitia. Quod. n. dicũt, ceſſantẽ ſatiſdare per dolũ, ſtatim in duplũ condemnandũ, & exigendũ, vt nec reddat, ſi periculũ, vel euictio non ſequatur, p l. ij. de euict. l. locũ. §. condemnatio. de tab. exhib. & idẽ vult Bar. in d. l. ij. falſum eſt, qa in d. §. cõdemnatio, pœna eſt ſpecialis in illo edicto ſpecialiter facto cõtra non exhibentes tabulas teſtamentarias duntaxat, qua in re non ſolũ priuata, ſed ẽt publica verſatur vtilitas. l. vel negare, quemad. teſt. aper. ideò ea pœna nõ poteſt ad diuerſum casũ, vbi eſt alia, & minor rõ, trahi. Dicta verò l. ij. de euict. nullo modo dicit, nec ſentit ſtatim duplũ exigendũ, ſed condemnandũ ad ſoluendũ duplũ, qũ caſus eueniet, perinde, ac ſi per ſtipulationem cautũ fuiſſet. Patet, quia condemnatio, de qua ibi, refertur ad actionẽ, actio aũt ad promiſſionẽ, ſ. per ſtipulationẽ faciendam; qa actũ fuerat de dupla, vel id rei qualitas, & cõſuetudo exigebat. l. emptori duplam, de euict. Ergo ſententia non poteſt intelligi plus continere, q̃ actio vel ſtipulatio, & ita debet ille tex. planè, ſimpliciter, & ſine vlla ſophiſtia intelligi, reiectis anxijs, & ſuperuacuis intricationibus Accur. Bar. & alio-
88 rũ ibi. Redeũdo † ad d. verſi. ſatis aũt, fateor, ꝓ ſi emptor omnino non erat empturus ſine ſatiſdatione, & hoc actũ fuit expreſsè, vel tacitè, ſciente videlicet venditorę (aliàs propoſitum emptoris in mente retentũ non faceret duriorem obligationem uenditoris. l. ſi repetendi. C. de condi. ob cauſam) & põt ſi velit emptor agere ad redhibendũ, vel reſoluendũ contractũ, arg. l. arboribus, l. ſed Celſus. §. j. de contrah. emp. & tunc nõ loquitur d. verſi. ſed loquitur d. l. arboribus, & l. ſi venditor. de ædil. edict. & ſimiles quę de redhibitione, vel ſolutione loquũtur. Sed ſi emptor nolit, vel non poſſit agere ad redhibendũ, loquitur d. verſi. Et ſic etiam contra dolo ceſſantem non poterit totũ ſtatim exigi; qa nec duplũ, nec ſimplũ qdẽ totius ob ob id venit, ſed tantũ qd̃ ob id intereſt, & intererit, nec prius q̃ interſit taxari, vel exigi poterit. Nec tamen non differet dolo-ſus a non doloſo, qa non doloſo qd̃ eo nomine ſoluerit, deducetur poſtea de totius ſimpli, vel dupli condemnatione ſi ca-

Source : BIU Cujas

ſus accidat, vt dictum eſt. d. §. idem Neratius, non autē in dolo-
ſo; quia p̄ dolum ſuū ſe reddit indignū hoc l. beneficio & tem
peramēto, per not. in q. 8. etiam ſi dolum nō cōmiſerit, niſi in
ceſſando a promiſſa ſatiſdatione, & tunc (niſi dolum ſemel
commiſiſſet circa totā rem, puta, ſcienter alienam ignoranti
vendendo) in eo ſolo articulo, in quo dolū cōmiſit, priuabitur
hac legali moderatione, arg. l. reſcriptū, de his quib. vt ind. idē
89 in ſimilibus. Redeundo † ad thema dictæ quartæ principalis
conſiderationis ſupra nu. 85. Quæro quid ſi pluries tota res e-
uincatur? Vt ſi primò tota domo euicta emptoris extrinſecus
interfuit in mille vel quingētis, quę vēditor ſoluit, & loco pre-
tij domum redemit ab euincente, & reſtituit, quæ poſtea rur-
ſus ab alio euincitur, vnde rurſus dānificatur emptor in aliis
mille. Vtrum debeant compenſari vel deduci priora mille &
vel quingenta? Videretur q̄ ſic per prędicta, cum dicta reſtitu
tio domus non fuerit noua vēditio, ſed prioris impletio, & ſic
ſemper ex eadem cauſa vnius venditionis agitur, & eadē vete-
re actione ex empto. Igitur ne duplū excedatur, debet dicta im
penſatio, vel deductio fieri: aliàs non ſolū duplū, ſed etiam ſim
plum, vel quadruplū eodem actu ſubinde repetito poſſet exce
di. Sed his non obſtantibus contrariū puto; quia aliàs ſequere
tur, q̄ emptor poſſet impunè inquietari, nec amplius ageret
ad intereſſe. Non ob. prædicta, quia hic noua voluntaria tradi
tio, & ſic nouum factū venditoris interuenit, ex quo de nouo
ad euictionem obligatur, quæ obligatio nō dēt eſſe eluſoria.
Tum venditor ꝯ eum vel eos & ſingulos, à quibus ſucceſſiuè
redemit, habet nouū & diſtinctū recurſum euictionis, quo ſi-
bi ſubinde conſulere poteſt, & quem ad minimū cedere tene-
90 tur. Sed † circa hæc occurrit alia neceſſaria quæſtio. Venditor
fundi vel domus recepto pretio fuit primū in mora tradendi:
vnde damnatus ad fructus vel mercedes moræ, & in id quod
extrinſecus emptoris ob eā moram interfuit, quod probatum
fuit aſcendere ad ducēta, quæ ſoluit re tradita, ſed poſtea euin-
citur, & emptor multo magis extrinſecus dānificatur. Vtrum
in æſtimatione, & intereſſe euictionis debeant in duplo com-
putari illa ducenta ob prēteritā morā non tradendi ſoluta? Vi
detur q̄ non: q̄a mora illa p̄cedens nihil habet cōmune cū cā,
& damnis euictionis, ſed diuerſæ ſunt obligationes. Prima ad
tradendū, & præciſa, quæ eſt primitiua. Secunda verò cōditio-
nalis, & oritur ex noua cā, videlicet euictionis: nec cōpetit ad
rem, ſed ad pretiū, & intereſſe, vt ſupra, num. 66. Et ſic vī quæli
bet obligatio ſuum, & diuerſum ſimplum habere; quia primę
ſimplum eſt res ipſa empta, ſecundæ verò ſimplū eſt pretiū,
quod repetur l. ſi in venditione, de euict. igitur quælibet ſuam
taxationem ad ſimplum ſuū habere poterit. Quibus non ob-
ſtantibus dico illa ducenta deducenda, vel in duplo computā
da, non aūt quod nomine dictorū fructuū, vel mercedū perce-
ptū eſt, & hoc per tex. in d. l. ex empto, §. idem Neratius, qui cō
tinuatur ad §. prēcedentē, qui loquitur de cautione habere li-
cere, quę concernit euictionē: loquitur etiam de intereſſe ob
non traditionē, vel morā tradendi, & tñ ſubiungit clauſulam
generalem: Deducto eo quod præſtitū eſt litē æſtimandā, vt
ſufficiat propter hæc oīa q̄d plurimū eſt, ideſt ſummū (q̄d per
hanc l. duplū eſt in omnibus certis) præſtari. Et ſic eſt ibi caſus
rotundus, q̄ etiā in cā euictionis deducitur quod prius ob ve-
terem morā tradendi nomine intereſſe, ſcilicet extrinſeci, ſolu
91 tum eſt. Non † obſtat, quod diximus in vltima prēcedenti q.
quia ibi poſt rem euictā retraditionē redemptę eſt noua ven-
ditio, q̄a eſt merè voluntaria, nec fit ex neceſſitate prioris con-
tractus, ex quo ſufficiebat pretium cū intereſſe, q̄d ad ſummū
non poterat pretium excedere, & ſic cum fiat ex noua volunta
te, nouus eſt contractus, conſequēter noua cā, & nouum ſim-
plum. At in hac q. traditio rei, & purgatio veteris morę nō eſt
nouus contractus, ſed neceſſaria impletio prioris: nec fit ex li-
bera volūtate, ſed ex neceſſitate, & ſic eſt merū implemētū ne-
ceſſarium primæ, & vnicæ venditionis, conſequenter vnum &
idem ſimplum, quod ab eo, quod extrinſecus intereſt, ſiue ſi-
mul ſiue particulariter excedi nequit. Et ſic taxatio huius pri-
mi reſp. ampliatur. Primò, ſiue ſimul, ſiue pluries particulari-
ter interfit. Secundò, ēt in pœna loco eius ſubrogata, vt infra,
nu. 170. Tertiò, nō ſolū in actione ex empto, ſed etiam in ſtipu
latione duplæ d. l. ex empto. §. idem Neratius, d. l. cū fundus, de
euict. Fallit primò ex noua venditione, vt nuper dixi. Secun-
92 dò, ſi dolus malus arguitur, vt infra, q. 8. Quintò † circa iſtud
ſimplum principaliter aduertendū, in quantum dixi pretium
eſſe verum ſimplum ex parte emptoris, hoc intelligēdū eſt in
effectu ob adprecationem, & limitatā æſtimationem rei em-
ptæ, & debitæ, tamen in veritate, ꝓpriè, & adęquatè loquēdo,
ipſi emptori verū ſuum ſimplum nō eſt pretiū, q̄d ipſe debet
ſed res empta, quæ ſibi debetur, vel etiam debebatur euictio-
ne ſecuta. Quemadmodū ex parte venditoris qui tradidit, cui-
que non ſoluitur, non res vendita quā debebat, & tradidit, ſed
pretium ſibi debitum, & in quo fit mora. Et hæc conſideratio
non eſt ocioſa, ſed magni effectus, quoniam quanquam in u-
troque ſimplo poſſit quandoque verificari hæc l. prout æquè
ſuper vtroque ſtatuit, tamen nō æquè, nec tam faciliter cōtin-
git caſum iuſti intereſſe caſualis verificari, & admitti in vno, vt
in altero, videlicet in pretio, vt in domo, vel alia re vendita. Et
ratio eſt manifeſta non ſolùm paſſim in iure, ſed etiam in ſen
ſu cōi. Pretium enim conſiſtit in nūmis, in quibus primò non
cadit affectio: recipiūt enim functionē omnimodā cū aliis nū-
mis ēt diuerſæ ſpeciei. l. quæ extrinſecus, de verb. obl. Mod. in
tract. vſur. nu. 700. cū ſeq. Secundò in eis cadunt vſuræ, quę nō
cadunt in ſpeciebus. l. iij. in fi. de vſur. Contra in ſpeciebus ca-
dit intereſſe extrinſecū. l. j. de act. emp. l. emptori. de euict. quod
regulariter non cadit in nūmis. l. in nūmis. de in lit. iur. Tertiò
vt ſit parabile cōmodūq; nūmorum cōmercium reip. neceſſa
rium, neceſſe fuit in eis primò certum vſurarū modū cōcede-
re. Secundò ne modus excederetur. & ad vitandum tenuiorū
expilationē, & infinitos abuſus, neceſſe fuit certos limites præ-
figere, & diſtrictis ſanctionibus præcidere. l. eos. C. de vſuris.
Tertiò ne his ſanctionibus fraus fieret, neceſſe fuit omnem ua
gi, & caſualis intereſſe p̄textum, & cauſationem ſemel amputa
re, & excludere, vt l. fin. de per. & com. rei vēdi. Moder. in eo.
tracta. vſur. nu. 534. Et ſic maxima, & diametralis ratio differē-
tiæ eſt inter ſpecies, & nummos. Et huius rei præſertim vſura
riæ ignorantia aberrauerunt omnes Doct. dum putant ſaltem
in iuſto mercatore rationē intereſſe caſualis extrinſeci haben
dam in debito pecuniæ, & d. l. fi. de per. & com. rei vend. reſtrin
gunt alij ad eum, q̄ ignorabat venditorem eſſe negociatorem,
vt Io. Fab. hic. Alij (quę eſt cōmunis traditio) quando certò nō
conſtat de lucro mercantiæ amiſſo, quorum pernicioſos erro
res nouè confutant Mod. d. tract. vſur. nu. 502. cū ſeq. Beſſis. n.
vſura a iure ciuili taxatur, tanquā iuſta & ſufficiens pēſatio in-
93 tereſſe mercatilis in pecuniis. Et † propius in terminis noſtris
valde errauit Alcia. hic c. 9. & in l. cū prætor. de verbo. ſig. dum
aliter non valens leges primo aſpectu pugnātes conciliare, cē
ſet in contractu venditionis non venire intereſſe extrinſecum
ex parte venditoris, idque in eo contractu ſpeciale eſſe, vt ſer-
uetur æqualitas, quia ex parte emptoris non veniūt niſi vſurę:
non aūt quod aliter intereſt. Atqui nihil hic ſpeciale eſt in cō
tractu venditionis: quod aūt extrinſecus intereſt ex parte uen-
ditoris venire omnia iura clamāt de euict. ff. & C. per to. & ſen-
ſus communis dictat. Nec quicquam ſpeciale eſt in emptore,
vt ad vſuras teneatur tm̄, ſed eſt ius cōmune, & regula genera
lis, vt dixi. Nec ob id eſt inæqualitas inter emptorem, & uendi
torem, quia eā differentiam operatur non diuerſitas iuris pro
priè, ſed diuerſitas circunſtātiarū, & facti, quę eſt ītер ſpecies,
& nummos, inter rē venditā, & pretium, vt nuper dixi. Aequa
litas aūt, quę debet eſſe inter emptorem, & venditorē, non cō-
ſiſtit in quantitate, vel extēſione obligationis, ſed in ęqualita-
te adpreciationis ſeu iuſtitiæ cōmutationis, quæ non exigitur
mathematicè, ſed ciuiliter. Moder. d. tract. vſur. q. 14. Alioquin
multæ ſunt obligationis differentiæ trāſcendentes, quæ tamē
eam cōmutationis, & iuris æqualitatem non lædunt, vt cū ex
parte emptoris obligatio eſt ad dandum, non aūt ex parte ven
ditoris. l. ex empto, in prin. de act. emp. & alię id genus differē-
tię, q̄ ex diuerſa natura rei, & pretij proceduntur. Pariter in locan-
te dolia, vel cupas tēpore uindemiarū. l. ſed addes, loca. Vbi vi-
liſſima merces eſt iuſta æqualitas, licèt conductori nō immi-
neant niſi ſimplices, & fērè nullę vſuræ; cū locatori impēdeat
grauiſſimum periculum, non ſolum ſi tradat vitioſa, ſed etiā
ex ſimplici mora fallendo tempore conſtituto, & in periſtaſi p̄
uiſa, ut ſupra, nu. 49. Eadem cauſa prędictæ ignorātię lapſus eſt
hic Curt. Iun. nu. 21. 24. generaliter cōcludēs ex ſola mora nō
venire q̄d extrinſecus intereſt, ſed tm̄ vſuras, eſtimationē quan
ti plurimi in ſpeciebus, per d. §. cū per venditorē. l. ſi ſterilis, de
act. emp. & ſequitur Pet. Loriot. in l quatenus. de reg. iur. Vt
94 † autem obiter eam q. poſtquā hic ſermo incidit explicemus
omiſſis ſophiſticis aliorū peruerſionibus rectū ſcopū petētes,
dicimus, q̄ ſicut in pecunia ſtrictè ſumpta regulariter non ad-
mittitur, quod extrinſecus intereſſe prætenditur, ſed vſura le-
gitima duntaxat, per iura & rationes p̄dictas, ita in reliquis ſpe
ciebus, quę in pondere, numero, menſurave conſiſtunt, & ap-
pellatione pecunię largè ſumptæ veniunt, non habetur regu
lariter ratio eius, quod extrinſecus intereſſe pretēditur, ſed ęſti
mationis quanti plurimi, uel vſurarum, ſi de his conuentum
ſit l. oleo. C. de vſur. etiam quandoque nudo pacto, ut in fru-
mento, & ordeo. l. frumenti. C. de vſur. Et ratio eſt manifeſta,
quia in iſtis cum recipiant functionem in genere ſuo, non ita
cadit affectio, aut electio. facilius etiam ſolent aliusde (ſiquis
promptè egeat) computari, q̄ reliquæ ſpecies, quę non reci-
piunt functionem, vt domus, vel equus. Quare longè minus
in his fungibilibus acceſſio iuſti intereſſe extrinſeci congruit,
quàm in aliis, quę functionem non recipiunt. Idq; vel ſenſus
cōmunis oſtendit, & ipſa communis vtilitas promiſcui vſus
exigit,

Source : BIU Cujas

exigit, præsertim frequentiæ cõmerciorũ huiusmodi fungibiliũ, in quibus si ratio casualis, & entrinseci interesse passim admitteretur, nõ esset finis litiũ falsorũ ptextu & fraudationũ. Quoniam aũt paulo maior & iustior est rõ interesse, vel inter vsurij in his fungibilibus q̃ in meris nũmis, q̃ siquis promptè non recipiat ab vno põt ab alio saltẽ sub legitimis vsuris. l. nõ existimo, de admi. tut. promptius recuperare, q̃ reliqua nõ fungiblia. Ideo in his specieb. fungibiliũ non solũ ob simplicem morã venit accessio quantiplurimi, sed ẽt de certis vsuris infrà legitimũ modũ pacisci licet, quãdoq; ẽt nudo pacto, vt in l. fru
95 menti. C. de vsur. quam † legẽ mirũ est, vt Doct. sophistia nimia imbuti, & dementati non intelligentes ciuilem, & politicam rõnẽ lacerauerint. Alijs negantibus eam l. & l. oleo, loqui de vsuris, sed de transactione incerti futuri valoris, vt in l. si ea lege. C. de vsur. q̃ est cõis sententia gl. & Doct. ibi, & in l. quamuis. eo. tit. vbi Saly. & in l. singularia. vbi Alex. col. 5. si cer. pet. & in l. rogasti. vbi Iaſ. §. si sibi. col. 3. eod. tit. Aliis verò causificantibus speciale esse in d. l. frumenti. in frumento & ordeo, eo q̃ in istis nõ ita de facili contingat fieri fraudẽ vt in alijs: ita Franc. Purp. in d. l. singularia, nu. 53. Aliis audaciori sacrilegio impietatẽ & legi, & auctori impingentibus, vt tanquã ex l nulla & re probata, nec naturalis, nec ciuilis obligatio nascatur, vt Fort. Gargias in c. 1. de pact. quorũ deliriũ confutant Mod in tract. vsur. nu. 118. cum seq. Nos dicimus d. l. frumenti. & similes, de vera & propria vsura loqui, quam q̃ (ex mente iuris) non mere lucratoria, sed ꝑmiscui interusurij, vel alterius interesse cõpensatoria: q̃ aũt in frumento & ordeo etiam ex nudo pacto accedit vsura, id ꝓp maiorem horũ necessitatem, & iustiorem rationem interesse & promiscui vsus, vtq; minus impunè fallere liceat in his victui quotidiano necessarijs specialiter ĩductũ est. Quare licèt d. l. frumẽti, loquatur in mutuo, multofortius idẽ est si ex emptione, vel alia iusta obligatione debeatur. Cæterùm, vt in nummis, ita in istis publica vtilitas, & ratio cõmerciorũ exigit non admitti causationes alterius casualis & extrin
96 seci interesse. Ad † has aũt politicas, & practicas rõnes, & dictamen sensus cõis respicit Iurisconsi. in d. §. cum per venditorem. Ideo & prudentissime negat in his rõnem extrinsecæ vtilitatis haberi, quod tũ nõ est absolutè, velut pro precisa & perpetua prohibitione accipiendũ, sed vt plurimũ regulariter, & ciuiliter, vt etiam satis indicat phrasis d. §. ubi ponuntur exẽpla inopinati dubij, nec verisimilis interesse duntaxat, vt sit potius vanæ, & remotæ causationes, q̃ iusti & veri casus interesse. Itaque si exempla attendas, magis excluditur remotũ, & friuolum interesse, q̃ verũ, & propinquum, licèt merè extrinsecũ, si tale ꝑbaretur. Et sic facilè si contendere vellem, defendere possem, etiam quod extrinsecus interest in his venire, mõ ex veris, & ꝑpinquis causis probetur. Sed quia breuem, & simplicem ueritatem amamus, & ipsum tm̃ bonũ, & æquum prosequimur, dicimus q̃ inquantum tex. d. §. non solũ. dicta remota, & friuola exempla excludit, sed etiam eam tm̃ vtilitatem admittit, q̃ circa rẽ, videlicet interesse quantiplurimi, satis ostendit, debere regulariter in his excludi rationem interesse merè extrinseci. Facit, q̃ in istis põt esse locus legitimæ vsuræ, vt dixi, & sic non debet admitti accessio extrinseca excedens legitimum modũ vsurarũ, ęstimatio autem quantiplurimi eo q̃ sit tam coniuncta rei, vt eius pars fuerit, non potest censeri vsura, nec in frau-
97 dem vsuræ. Potest † tm̃ contingere casus cum tot iustis circunstantiis, vt ẽt in istis fungibilibus interesse merè extrinsecũ debeatur. Vt si inter mercatores & negociatores frumentũ certo die & loco: puta, tali portu promissum sit, quo tempore, & loco pręuidebant contrahentes creditoris interesse, & eum alioquin damna passurum, & tamen debitor per moram, vel culpam ẽt citra dolũ malum fefellit. Ipsa enim æquitas & cõis cõmerciorũ vtilitas, & fides hoc casu exigit, non solũ ęstimationem quãtiplurimi si qua sit, sed etiã extrinsecũ interesse (verũ tamen propinquũ & efficax) prestari, quod etiam iura apertè volunt, dum hoc casu faciunt actionem arbitrariam, ut videlicet detur iudici iudicaturo arbitriũ & potestas, non solũ super principali & æstimatione quanti plurimi, quæ vr̃ pars rei, sed ẽt super adiudicatione, & taxatione huius interesse. l. 3. in fin. l. aut si mutua, & ꝓ tot. de eo quod cer. lo. Mod. in tract. vsur. nume. 514. Et de prædicto exemplo frumenti sua die & loco non soluti, habes pulchrum thema, & Decisionem Ang. cõsi. 219. arbitror, in fi. Et tunc proculdubio locus erit huic l. vt non debeat illud, quod extrinsecus interest, duplum excedere. Et adhuc hæc exempla interesse extrinseci in speciebus fungibilib. non debent frequenter admitti, nec ad consequentiam ordinariam trahi ob fraudes vitandas, sed tm̃ ubi saltem in genere præuisum, & susceptum fuit, & de eo cogitatum, & iustæ causæ interueniãt, vt locus sit de iure actioni arbitrariæ. Sed multo minus, imò minimè in nummis, propter rõnes prędictas, quæ multo prestius stringunt in nummis q̃ in reliquis fungibilibus: quo fit, vt vix unquam accidere possit, opus esse taxatione huius l. vbi nummi debentur. Si enim vix est in alijs rebus fungibilibus, quantominus in nummis, quibus ob prædictas rationes longè minus accedere potest extrinsecũ interesse? & præsertim si ex mutuo debeantur, Mod. in tract. vsur. nu. 521. Tm̃ hæc l. aptissime scripta est, etiam in habentibus certã quantitatem, vbi debitum nummorũ versatur, non q̃ frequẽter in nummis debitis hanc l. verificari contingat, sed ne excluderetur casus, in quo quandoque (licèt rarissimè) contingere potest extrinsecũ interesse iure accedere: puta, tam multis simul concurrentibus, vt iustum & ęquum sit deberi, quod extrinsecus interest, non tamen in fraudem, aut consequentiam trahi possit, vt in casu etiam mutui, in quo septem conditionibus simul ꝯcurrentibus hoc admittũt Mod. in d. tract. vsur. nume. 513. cum seq. non tm̃ video, quin semper sit longè infra duplum: si tm̃ casus contingere posset, ut excederet duplum (nec esset verum periculum specificè p̃uisum & susceptũ) locus es-
98 set huic l. Ex † quibus liquet nõ tã erroneã q̃ fanaticã esse cõmunem illam opinionem, quòd in rebus, vel speciebus, quib. accedere potest æstimatio quantiplurimi, non veniat interesse extrinsecum, sed tm̃ veniat in nummis non alia ratione, q̃ q̃ in nummis non cadit accessio quantiplurimi, per d. l. nummis, quam ita Bar. & omnes ferè illic & vbique sic intelligunt, quem errorẽ obiter perstrinxerũt Mod. in d. tract. vsur. nu. 31. num. 512. in fin. Nihil enim prępostorũ magis vnquã dici, aut cogitari potest, cum minimè omniũ in nummis hæc extrinseca accessio cadere possit, sed dicendũ èconuerso per prædicta. Non obstat d. l. nũmis, de in lit. iur. quia probat regulariter nõ venire extrinsecum interesse in nummis. Quod autẽ subdit, ni si fortè &c. licèt verbũ, fortè, in legibus non excludat tacitam affirmationem, excludit tamen frequentiã, & regulã, & ostendit id, ad quod refertur raruꝫ, & fortuitũ esse, si materia subiecta ad hoc apta sit, vt in exemplis ibi positis, quæ adhuc restringuntur in casum doli, nõ cuiusuis, sed doli cũ perfidia insigni debitoris, videlicet abnegata: quo casu casus est incertus, vt infra q. 8. Non obstat, q̃ omnes Doct. exponũt verba d. §. cũ per venditorem. ibi, circa rem, ideſt intra rem, quia (vt sæpè dixi) mera peruersio est perperam inuenta ad fulciendum falsum illud, & præpostorũ cõmunem de interesse extrinseco passim admittendo in nũmis ob moram (per d. l. nummis, quæ probat, & contra l. fi. de peric. & com. rei vend. & alia iura quæ pariter contrarium probant) deque eo interesse extrinseco excludendo in aliis speciebus, per d. §. cum per venditorẽ, qui non ꝓbat nisi in fungibilibus, & adhuc tacitè, ut dixi, & contra l. j. in prin. de act. emp. & alia iura passim, quæ contrariũ probant, & ẽt ꝯtra dictamen rectę rationis, & sensum cõem, vt olim Fulg. in d. l. j. & l. nũmis, tetigit, licèt expugnare ausus non fuerit.
99 Nos † aũt dicimus, q̃ nõ solũ omne interesse strictè sumptũ, de quo agitur, est extrinsecum, sed etiam oĩs accessio (quæ tamen accessio manet, vt in to. tit. de vsur. nec incorporatur, ut augmentũ alluuionis, vel augmentũ serui, vel equi de minori ad mediocrem ætatem) extra rem est, siue extrinseca quãquam q̃que intrinsecus accedat, ideſt, ex ipsa re, vt in l. itẽ veniunt. §. non solũ, de pet. hæred. quam Mod. in tract. usur. nu. 578. naturalem vocant. Quandoque verò extrinsecus, quã ibidẽ accidẽtalem cõpendij sermonis gratia vocant. Hæc aũt accidentalis accessio quanti plurimi, non quæ nũc est (quia esset verus, & præsens valor) sed quæ a tempore moræ fuit, & desijt, ut in d. §. cũ per venditorem, cuius verba simpliciter, vt iacent, sine vlla sophisticatione, & distorsione capienda cõtendo, ut semper obseruaui. Quędam ꝯrò penitus extra rem, vt vsura, & interesse casuale, & sic oĩa plana sunt, legaliq̃; æquitati consona, & usibus hoĩum accomoda. Reijcendæq̃; oẽs operosæ, & intricatæ peruersiones Doct. ad d. §. tam veterũ (vt Nicol. Mat. qui vt refert Alb. hic col. 21. violenter inuertit uerba, & sensum d. §. quem exponit de simplici bonitate rei, & de tẽpore ante moram) quam mediorũ, & recentiorum, vt Curt. iun. & Petr. Loriot. qui putãt nũq̃uam deberi, q̃d extrinsecus interest, ex sim-
100 plici mora. Vltimò, † quia nec vetus quidem cõis litera d. §. nuperis aduersarijs, caret, vt hãc ꝓ officio moreq̃; nostro vindicemus. In quantũ Greg. Haloan. ibi, quãuis ęstimatio crescat, detrahit verbum æstimatio, quãuis hanc detractionẽ summè probet Petr. Loriot. in tract. de eo quod int. Axio. 64. verissimã tamen puto & retinendã cõmunem nostramq̃; lectionẽ, quæ etiam optimè quadrat prin. eiusdem §. & cęteris legibus. Est autem friuolum, imò falsissimum quod Loriot. de suo ad trũcationem Holoandri probanda addit, verbum augere, ad id quod extrinsecus contigit referri, crescere verò ad id, quod circa rem. l. j. de in lit. iur. quia cum d. l. j. dicat condemnationẽ crescere vltra precium, idque non ex re, sed ex contumacia, palàm est verbum crescere referri ad id, quod extrinsecus accedit, per d. l. item veniunt. §. item non solum. de peti. hæred. Sicut & cum legati dicunt quasdam actiones inficiatione crescere, Instit. de obligation. ex qua. contractu. §. fin. l.

Source : BIU Cujas

Gaſparis Caballini. De eo quod intereſt.

ea quæ.C.de condi.inde.d.l.itē veniunt.§.cum prædiximus, & paſſim iura dicunt vſuras creſcere.l.lecta,verſi.igitur.ſi certum pet.l.cū quidam,in fi.prin.de vſur.& vſurarū incrementū. l. j. §.belliſſimè,vt leg.& fideic.nom caue.quāquam omnino ueniāt extrinſecus.l.vſura.de verb.ſig. De verbo aūt augere, nihil notius,& frequentius in iure,q̄ pro his, quę etiam intrinſecus accedunt capi,vt leges paſſim dicunt,fructus,& partus augere hæreditatē.d.l.itē veniunt.§.itē non ſolū.ſimiliter,& dotē. Sed nec adhuc ea truncatio cōmera Doct. iuuat, prout nec fulcit nouā quandam,ſed falſam opinionem Loriot. ꝙ hæc acceſſio quanti plurimi iure actionis,& obligationis, non autē ſolo officio iudicis debeat, de quo aliàs ſuo loco dicemus. Nec aliter ea truncatio variat ſenſum d.§.ſed tam ſacra eſt litera legis,vt nec ſenſu quidem ſeruato lædi debeat. Inquantū autem Haloa.loco horum verborū ſine non legit, quoniam verò nō dedit. Hæc quidē eſt ſimplicis,veteris,& receptæ literæ modica mutatio,quia ſenſum nullatenus attētat, nec in aliquo mutat. Cōmunis autem lectio non ſolū breuior eſt,& expeditior, ſed paulo concinnior,nec vllatenus deuiat ab elegantia,& ſtylo Iuriſconſulti. Quare eam retinendā, & lectioni Haloandri præferendam cenſeo, præſertim cū vetuſtiſſimis exemplarib⁹ diligenter manu ſcriptis,q̄ conſului,cōſentiat. Ex his habes obiter d.§.cum per venditorem, in ſenſu,& litera emaculatum, naturæq̄ ſuæ luci reſtitutum.

101 Tertiò † principaliter quæro. An ea æſtimatio quāti plurimi ſubſit taxationi dupli huius? Vī ꝙ non. Primò:qa plus eſt, ſaltē non minus q̄ cauſa rei, quæ tñ duplo nō ſubeſt,vt ſupra, nu. 11. Secundò, huiuſmodi acceſſio magis accedit parti rei,cuius pars fuit,quā nudæ acceſſioni. Mod.tract. de vſur. nu. 512. Tertiò tex.in d.§.cum p venditorem,in prin.vocat hanc vtilitatem ſiue intereſſe circa rem,& ipſius rei æſtimationē. At hic extrinſecū tm̄ taxatur. Quartò, quia ſpecialiter iure, & nominatim cautū eſt, hanc acceſſionē oīno deberi: igitur ſpecialis hæc diſpoſitio in generali diſpoſitione huius l.non includitur, arg.l.doli clauſula, de verb.oblig. Quintò,quia rē quādo pluri mi valebat,tenebatur venditor,vel alius debitor oīno dare:igitur ſi eo perſeuerante in mora decreuit,nō debet moratori ꝓdeſſe,nec morā paſſo nocere,quod innuit tex.in d.§.cū per vēditorem,in fin.& ita ſentit Bar. hic nu. 25. & cōmuniter veteres. Sextò cōfirmo; qa de iure huiuſmodi acceſſio non dicitur intereſſe extrinſecū,ſed res ipſa,vel pars ſimpli,p tex.in l. in furti actione,de fur.vbi tm̄ verū pretium rei duplatur,nō autē qd̄ intereſt:& tamen quāti plurimi fuit duplatur, non autē quod intereſt.l.inficiando.§.infans.de fur. Facit ꝙ in l. Aquilia cōtra negantem non ſolum corpus ipſum, ſed etiā quanti plurimi fuit infra annum,vel triginta dies duplatur, imò etiam omne intereſſe,ſm Accurſ. quem omnes huçuſque ſequuntur in l. inde Neratius.§.hæc actio,ad l. Aquil.in l.cōtra negantē. C.eo. Septimò confirmatur, qa alioquin ſequeretur non magis puniri moratorem,quam eū q nō eſt in mora, quod eſt abſurdū. Fieri.n.poteſt,vt ſeruus venditus,vel aliàs debitus fieri incipiat magni pretij:puta,ob hæreditatē relictam,& antequam tradatur citra morā venditoris euinci, ita vt deſinat vēditor habere facultatē tradendi,quo caſu licèt in eo, qd̄ intereſt veniat hæreditas ēt non adita,ſed delata, tñ non debet excedere duplū, vt dicā inf.nu.136. Igitur ſi venditor fuerit in mora tradēdi, vñ amiſſa ſit ea hæreditas, debet in totum teneri quanti plurimi valuit ſine reſtitutione ad duplum. Sed certè hoc vltimū minus reliquis cōcludit,vtpote de preſenti valore, quia longè facilius venit,cū adhæreat rei,& eius pars ſit ad valorem preteri-
102 tum,& deſitum,qui longè minoris eſt æſtimationis. Sed † ꝙ ſubſit duplo tenuit Bulga.quē ſequitur Accurſ. hic in verbo, dupli,& nuper Berenga. in ver. hoc quod intereſt. & nuperrimè Eguin.Baro tract.diui.& īdiuid.lib.4.c.5.& c. fi. Et breuiter hanc partem regulariter veram puto. Fallit.primò,ſi ꝯſtat debitorē intus habere dictā æſtimationē: puta, ſi pendente mora etiam ſine dolo,plus duplo iuſto, & cōi tunc temporis pretio vendiderit,vel permutauerit, tempore verò ſolutionis precium valde imminutū ſit:tenebitur.n.ſupplere quanti uendidit,ēt ſi id plus duplo excedat ſimplum tpis purificatæ obligationis,ēt ſi illa caritas momentanea fuerit,& breuiſſimo tempore durauerit,ſi aliàs iuſto tunc pretio vendidit: quia ſi iniuſto:non erit in conſideratione,cū teneatur ſecundo emptori, vel ab eo ſcienter emente remiſſum ſit, vel ex ſingulari induſtria non ex re habeat,puta,pœnā interim exactam a fuie, vel ſimile. Fallit ſecundò, ſi conſtet de dolo debitoris in non ſoluendo,cū poſſet,per not.in q. 8. Ad ſextum autem pro prima parte adductū reſpōdetur,ꝙ ibi res plurimi erat apud furem, & ſic rei plurimi furtū tunc fiebat: meritò quanti plurimi duplatur,vt probant dicta iura. Minus obſtat, quod obiter dictū eſt de lege Aquilia, in quo grauiter hucuſque ab Accurſ. & Doct. peccatur;quia contra negantem verū eſt corpus ipſum amiſſum, vel deteriorationem corporis duplari quanti plurimi fuit ab anno,vel 30. diebus retro. Sed non eſt ve. tū reliquū intereſſe duplari,vt oēs falsò putant,ſuperficialiter tm̄ non aūtē analyticè ius noſtrum tractantes. Patet,quia in l. Aquilia nō duplat nīſi ſimplū eius,quod per eandem l.venit. Sed per eam l.nō venit niſi eſtimatio corporis,vel deteriorationis quāti plurimi fuerit,vt dixi,quod intelligitur de cōi eſtimatione ipſius rei.l.ſi ſeruum,ad l.Aquil.reliquum aūt intereſſe, quod eſt extra ipſius rei cōmunem æſtimationem,puta, hæreditatis inde amiſſę, vel pœnę incurſæ, vel reliquarum rerū depreciatarū, vt in l.ait lex.§.ſed vtrum corpus,cum duabus ll. ſequen. ad l. Aquil.non venit nec ex verbis,nec ex mēte,vel tenore l. Aquilię,ſed ex interpretatione prudentū, tex. (ad quem nullus hucuſque animaduertit) Inſt.de l.Aqui.§.illud non ex verbis. Igitur etiam ꝯ negantem non duplabitur, quia l. Aquilia ſtatuēs pœnam dupli, non loquitur niſi de ſuo ſimplo ex verbis eiuſdem l.debito,& de quo ipſa l.loquitur,& diſponit tm̄. Qd̄ no. ad ſincerū, & analyticū multorū iuriū intellectū Redeundo ad rē. Non obſtant reliqua in prin.huius 3.qō.pro parte negatiua adducta,ad q̄ breuitatis cauſa ſolutio colligi pōt ex præce-
103 dentib.& ſequentib. Et † aduertendū, ꝙ hæc æſtimatio quātiplurimi nunqā hēt locū,niſi ꝯ moratorē ſoluendi, vel tradēdi,prout his tm̄ caſibus iura de eo loquuntur,non aūt in materia euictionis,in qua reus nō tenetur ad rem, ſed ad pretium, & id,qd̄ intereſt,in quo computatur præſens augmentū rei euictę infra duplum,vt infra q.6. non aūt quātiplurimi interita fuit l.euicta, 2.in fi.de euict. & meritò, qa non ſolum interim non erat venditor in mora,ſed ēt periculū ad emptorem ſpectabat. Et ſic vides,q̄ ſit ratio differentię, cur conuentus de euictione nō tenetur ad ꝑſens augmentū vltra metas dupli,ſcilicet tempore ꝓtractus inſpecto,& adhuc omni alio intereſſe deducto,& tm̄ is qui nondū ſoluit,nec tradidit, non pōt deducere ꝑſens ſuperuentū augmentū, ēt ſi plus, vel triplo excedat eſtimationē,q̄ erat tempore contractę obligationis, etiam ceſſante omni mora de culpa. Quia, vt periculū deteriorationis ſpectat ad emptorē,ita & cōmodū augmenti rei debitæ:ſed qa obligatus ad euictionem non tenet ad rem principalē, ſed ad preciū,& id,qd̄ ītereſt,vt ſupra,nu. 66. in fi. ideo augmentum rei euictę hoc caſu non cadit in rei ꝑſecutionē,ſed in id, qd̄ intereſt: vn meritò ſubeſt duplo. At ī obligatione principali augmentū ꝑſens ēt à tpe ꝯctus ſine debitoris mora ſuperuētū eſt verè pars rei debitæ, & ſic ꝯ obligatū tradere cadit in verā rei
104 ꝑſecutionē,nec ſubeſſe poterit vlti limitationi. Mod. trac. vſur. nu. 512. Quartò † principaliter quæro, An qd̄ extrinſecus intereſt,ſemper taxetur infra illud ſimplū integrū,ēt ſi totum ſimplum non deficiat,ſed pars tm̄. An verò taxetur ad partem pro rata partis ſimpli deficientis tm̄,puta ſi rei vēditæ pars nō tradit̄,vel euincitur? Hęc q.quamquā nullus adhuc attigerit, non tā quotidiana q̄ neceſſaria eſt,altior & profundior in initio,& in receſſu vberior,& vtilior q̄ prima fronte videatur. Vtque clarior ſit noſtra diſputatio certo particulari themate ſuppoſito,fac fundū mille uenditū,& traditū,poſtea mediā partē euinci, & ex certis iuſtis cauſis extrinſecus intereſſe emptoris vltra quingenta,puta in mille. Agit ergo de euictione ꝑter pretiū in id,qd intereſt,uenditor offert pretiū pro rata partis euictæ, uidelicet quingenta,& q̄tum eſt intereſſe uſq; ad quingēta non ultra:emptor verò ꝓtendit taxandū quantū ſua intereſſe,ꝓbabitur,vſq; ad mille. Quæritur qd iuris? Et primò,ꝓ reo ſeu venditore facit,ꝙ acceſſoriū dēt regulari ſm principale, p iura vulg.nec pœna culpam excedere.l reſcriptū, de his quib. vt ind. Sed cum recurſus euictionis,ſiue actio ex empto de euictione duo habeat capita. Primū ad pretiū non aūt ad rē, vt dixi ſupra,nu.68. Secundū ad id, qd̄ ꝑterea intereſt, quę duo capita apertè diſtinguūtur ī iure,in l emptorē.§.fi.l. Titius. ad fi. de act.emp.l.ſi in venditione.l.emptor.l.euicta.2.l.ſi plus. de euict. Primum aūt caput ſit principale,& perpetuū, & mera rei perſecutio. Secundū verò caſuale, incidens,& acceſſorium, & etiam quędam pœna, vt ſupra, nu. 57. ſequitur, ꝙ non debet excedere principale,& ſic preciū partis euictę,quod ſolū principaliter debetur. Cū ēt venditor præſtet habere licere pro dimidia,ſequitur, ꝙ intereſſe extrinſecum nō dēt ad ſummum dictā partē excedere,ne culpam excedat. Secundò per locum l.quę de tota,de rei vend.q̄ in omni ferè materia procedit, vt p Euerard.in locis legalibus loco 80. Apoſt.ad Alex.cōſi. 194. in fin.lib.2. Cum igitur hęc lex ſimpliciter ſanciat, duplū non excedit,recipit interpretationem a d.l.q̄ de tota,ut intelligatur duplū pro rata ſimpli deficientis ad qd̄ refertur. Si igitur tota re euicta lex non vult duplum totius excedi,ergo ſi tm̄ pars ſit euicta,non vult duplū partis excedi,ſeu pretiū, qd̄ eam partē concernit,iux.l.i.de euict.& dixi ſupra,num.67. aliàs ſequereretur,ꝙ in tantum puniretur venditor qui in decima, vel alia modica parte fefellit, & decepit emptorē, quātū ſi in totū decepiſſet,& rem alienā prorſus vendidiſſet,qd̄ eſt abſurdū,& ꝯ-
105 tra mentem legum, & ſenſum cōmunem. Tertiò † quia ſti-

pulatio

Source : BIU Cujas

pulatio duplæ fuit vſu,& conſuetudine aſſidua hominū,iuxt. conſilium & approbationem legum,in l.fin.de præt.ſtip. in §. fi.Inſt.de verb.obl.ſubrogata loco actionis ꝓb difficultatem ꝓbationis intereſſe. Sed clarum eſt,& indubitatum,quòd ſtipulatio duplæ parte rei euicta, non committitur niſi pro ea parte,& ſic emptor euictionem partis paſſus non poteſt cõſequi niſi duplum duntaxat partis euictæ,ſiue precij dictæ partis,æſtimatione,& diſtributione facta ſecundùm tempus contractus,iux.l.1.l.bonitatis,de euict.tex. eſt rotundus in l.ex mille, eo.tit.Igitur idem intelligendum in actione ex empto, cuius loco ſtipulatio duplæ ſubrogari ſolita eſt, & ſic eius naturam cenſetur imitari.l.ſi eum.§.quid iniuriarum.ſi quis cau.Quarto: quia ſequeretur aliud abſurdum: ſi enim emptor iſte ſua probet intereſſe in mille,quæ præter ratam ſortis exigat,deinde contingat totum reliquum euinci,& rurſus emptoris interſit vltra alia mille, tamen non poſſet pro hac ſecunda totius euictione agere ad intereſſe, ſed ad reſiduum precij tantum; quia intereſſe particulare prius exactum deducendum eſt de duplo:cum autem ſimplum æquet,nihil ſupereſt, ſed totum etiam futurum quodcunque abſortum eſt, & ſic poterit emptor impunè deinceps euinci,quod videtur abſurdum. Et intenditur abſurditas primò,ſi pars prius euicta nõ erat media, ſed longè minor,& tamen conſumpſerit euictionem reſidui. Secundò,eo quòd poſſet emptor, & ſucceſſores ſui deinceps in perpetuum quo iure quaque iniuria, à quouis inquietari, ſecuro venditore(forſan occultè colludente)ab omni euictio-
106 ne,niſi reſidui precij tantùm. Sed his† non obſtantibus,quã tuncunque vrgere videantur,concludo pro actore ſeu empto re,quia in hac lege non taxatur, quod extrinſecus intereſt ad quantitatem ſimpli,& omnino non exæquatur ſimplo, nec e diuerſo,ſed duntaxat meta ſuprema cõſtituitur in caſibus certis,vt non debeat ſimplum excedere.Igitur ſiue totum principale,ſiue pars quota vel integralis euincatur, hoc ſufficit, vt adiudicetur quicquid aliàs vere, & legitime extrinſecus intereſt,dummodo non excedat totum principale. Confirmatur primò per rationem pũctualẽ & deciſiuam huius primi reſp. quæ eſt,quòd venditor,vel alius non cenſetur voluiſſe illigari periculo propter ſimplicem culpam, vel moram (citra doluz malum) vltra duplum,hoc eſt, vltra quàm ſit ſumma totius rei principalis, Siue ergo cõmiſſa ſit culpa,vel mora(citra dolum malum)in toto vel in parte,vnde debeatur intereſſe, ſufficit quòd non excedat rem principalem. Quamquam enim hic duplum dicatur reſpectu & per relationem ad ſimplum, tamen ſimplum non dicitur, vel intelligitur per relationẽ ad duplum,ſed per differentiam & reſpectum eius quod præterea accedit,quodcunque ſit,ſiue minus,ſiue maius,ſiue æquale ſuo principali,tex.in l.qui ſeruum,in fi.de act.& oblig. Non obſtat primum;quia licet iſtud intereſſe ſit acceſſoriùm, non tamen ſequitur,quin poſſit excedere principale,vt in l.& ſi nõ ſunt.§.fi.de au.& arg.leg.§.ſi tamen alienam.Inſti.de rer.diuiſ. Vnde etiam ſi in themate dicitur,non accedere toti obligationi & contractui,ſed parti euictæ tantum,tamen nõ inconuenit,quòd eam excedat. Et in terminis, quòd intereſſe extrinſe cum poſſit rem principalem excedere,tex.eſtī l. 1.de act.emp. & in l. in interdicto,de vi & vi arm. Scio facile eſſe hæc vltima iura eligere,quia intelligitur, quòd excedatur, ſed ſufficiunt
107 priora. Non† obſtat, quòd pœna non debet excedere culpam,quia nunquam dicitur eam excedere, ex quo culpa tantùm damni dedit,licet res circa quam committitur minor ſit. Imo ſufficit dare occaſionem.l.qui occidit.§.ī hac,ad l. Aquil. Licet ergo venditor, qui erat dominus in parte, non fuerit in culpa niſi pro parte,quæ erat aliena,ſaltem in diuiduis,vt hic: tamen ſatis eſt,quòd hæc culpa dedit cauſam totius dãni emptoris,vt totum damnum etiam partem euictam excedẽs reddi debeat. Moderatio autem huius l.& eius punctualis ratio in primo reſpon.non reſpicit niſi vnicam metam, ſcilicet totius ſimpli integri,& ſic dummodò ea totius meta non excedatur:ſtat regula & merum ius de toto eo,quod intereſt refundendo,& ſic non obſtat regula dictæ leg.quæ de tota. quia qđ intereſt non exæquatur ſimplo nec cõtra:ſed duntaxat ſtatuitur,ne id,quod ſiue particulariter ſiue in totum intereſt,excedat principale.Conſequenter non habet hic locum hæc ratio commenſurationis,vel proportionis de toto ad partem, quo ſolo caſu procederet regula d.l.quæ de tota. Non obſtat d.l.ex mille,quia non loquitur in actione ex empto, de qua hic agitur,ſed de ſtipulatione duplæ,quæ habent ſe vt excedentia,& exceſſa:in quibuſdã enim conueniunt,in alijs differunt.Quæ quia glo.& Doct.non explicant,magnam obſcuritatem & intricationem ſuper d.l.(quę aliàs de ſe clariſſima eſt)relinquũt. Cum autem d.l.non ſit aliena a materia noſtra, imò ad plenã horum intelligentiam exp.icatu neceſſaria,nõ grauabor analyſim noſtram ſuper ea depromere.Dico ergo, quòd ſtipulatio duplæ,& actio ex empto,quantum ad prẽſentem materiã
108 conueniunt in duobus,& differunt in alio. Primò † in hoc conueniunt,quòd ſicut ſtipulatio habet duplex ſimpluz ſiue ſimplum duplum,videlicet,primum loco rei,vel precij,ſecundum loco intereſſe ſubrogatum & adiectum iure conſulente, & approbante.§.fi.Inſti.de verb.obl.l.fi. de præt. ſtip. ita actio ex empto habet duplex caput,vt ſup.nu.68.nu. 101. non repeto.Secũdò ꝙueniunt reſpectu primi ſimpli,vel capitis: vtraq; eñ actio quãtũ ad hoc habet ſe vniformiter,idque rõne eiusdẽ ſubiecti.Vt ergo ſtipulatio ſemper cõmittitur pro rata precij,ſiue totius,ſiue veræ partis rei euictæ,ita & actio ex empto quantũ ad primũ caput,qđ precium reſpicit. Vnde quæcunq; dñr in d.l.ex mille.de ſtipulatione duplæ,nabent ẽt locũ in actione ex empto,quantũ ad ſimplũ precij: puta, ſi ſimpliciter renunciatũ eſt euictioni,vt non poſſit niſi ad p̃cium agi.l.emptorẽ.§ fin.de act.emp.vel ſi non eſt renunciatũ, ſed ſolũ ageret de repetitione p̃cij. Differunt aũt quantũ ad fm ſimpluz, vel caput,quia in ſtipulatione duplæ alterũ hoc ſimplũ, quod loco intereſſe ſubrogatur,ſemper eſt æque vniforme, quia de vniformi duplo p̃cij ſiue totius rei ſiue partis euincendæ trãſactũ eſt cum incerto caſualis intereſſe,qđ aliàs poſſet eſſe maius, vel minus precio.Itaque ſtipulatio iſta nullatenus ꝙcernit intereſſe,nec ab eo pendet,quãquam loco eius ſubroget,vt dixi,ſed ſolum ꝙcernit factũ euictionis,tanquã euentũ conditionis,ſub qua ꝙcepta eſt,& à qua pendet,ſiue aliàs interſit, uel non,aut pluris, vel minoris interſit,& ſic tota re euicta, ſine alia diſtinctione cõmittitur in totũ,parte verò euicta, pto rata partis tm̃. Secus in actione ex empto,q̃ ex primo quidẽ capite, quod competit ad preciũ,ſemper habet certã vniformem quantitatẽ pro rata rei euictæ,ſed non ex ſecũdo capite,qđ cõpetit ad verũ,& iuſtum intereſſe caſuale. Sũt ẽt quædã aliæ harũ actionũ differentiæ,quas reſeruo poſt hãc l.ex mille, diſcuſ-
109 ſam. Accipio † ergo primũ reſponſum l. vbi Titius erat dñs quartæ partis indtuiſæ mille iugerũ ab alio venditorũ, poſtea flumẽ abſtulit ducẽta pro diuiſo:nouiſſime Titius euicit ducẽta indiuiſa reſidui,& ſic pro rata quartæ partis ſuæ indiuiſæ. Quæſitum fuit,quatenus cõmiſſa eſſet ſtipulatio duplæ? Et videbat pro quarta parte.Primò,ꝙa euictio facta eſt iure,& nomine quartæ partis vere ſpectantis ad Titiũ, & ſic cũ quarta pars totius vere aliena vendicata,& ablata fuerit, iuſtum,& ꝙquum vr̃ cõmitti ſtipulationem pro eadẽ quarta parte: ſiue facias vim in verbis ꝙa euictio eſt facta iure, & nomine quartæ partis:ſiue facias vim in æquitate, ꝙa non vr̃ fieri iniuria venditori,ſi vrgeẽt pro rata quartę partis totius,ex quo ea pars erat prorſus aliena:nec debet venditor lucrũ facere de alieno, ſaltem poſtquã emptor toto alieno caret,vt hic. Tũ ẽt alia rõne videret iniuria fieri emptori,cui licèt per euictionem non abſit,niſi quinta totius,tamẽ ceſſante euictione ſpes erat, ꝙ amiſſum per alluuionem in totũ rediret per alluuionem, quã ſpẽ perpetuò,ꝙ quarta parte amittit,euicta quarta parte reſidui, & ſic partim re,partim ſpe vr̃ in effectu quarta pars totius euicta.Quibus non obſtantibus decidit Papi. non cõmitti, niſi ꝙ quinta parte,& rationem breuiſſimã,& efficaciſſimaz reddit. Nam quod perijt(inquit)dãno emptoris eſt, non venditoris. Vult dicere,ꝙ ſicut id,quod per euictionem) qua tenetur venditor)infertur,damno eſt venditoris, ita quod per flumen, vel alium caſum(quo non tenetur vẽditor)aufertur,dãno emptoris cadit.Hæc aũt concludit non ſolum in ſtipulatione, ſed ẽt in actione ex empto quatenus tm̃ ex primo capite (qđ ad ratã rei p̃cijque referẽ) competit:quia tunc neceſſe eſt, ꝙ ad ratam rei euictæ limiterur & ſtipulatio.Sed ꝙa ſtipulatio in totũ, & vndique reſpicit euictionis,ſicut conditionis euentum, neceſſariò in totum limitatur ad ratam euictionis.

110 Non obſtat † prima ratio dubitandi, quia in mã euictionis non curatur de maiori iuris titulo, aut qualitate euincentis, ſed de euentu,& executione euictionis,l.habere licere,de euictio.Vnde ſi Titius habuiſſet dimidiæ dũm,vel etiam totius: ſi tm̃ quintã tm̃ partem euicit,nõ debetur euictio niſi ꝙ quinta parte,quocunque modo ſiue per interceſſionem venditoris,ſiue per caſum etiam fortuitũ impediatur euincere. Nec ſpes illa,ꝙ poſſit tanta ſequi alluuio quanta fuit eluuio(& ſic quòd pars,quæ nunc euincetur,poſtea augenda erat)conſiderabilis eſt,tum quia incerta,tum quia inutilis,iure abiiciẽda, cum etiam oppoſitum,videlicet, maior rurſus diluuio contingere poſſit.Porrò licèt per iudicium ſit euicta quarta pars inſpecto ſtatu præſenti,videlicet reſidui,tamen hic ſtatus non debet attendi,ſed quantitas quę erat tempore ꝯctus, cuius in veritate non euicta quarta,ſed quinta tantùm. Et ſic ſtipulatio duplę ipſo iure non poteſt committi ad duplum, niſi pro quinta parte totius,quod erat tempore cõtractus,ad quod refertur. Et idem neceſſariò in actione ex empto ex primo capite,videlicet,quo committitur ad ſimplum quintę partis precij.Eius aũt quod ablatum eſt per diluuionem,quia ſpectat ad periculũ emptoris,vel dñi,non aũt vẽditoris, nulla debeẽ euictio,

Source : BIU Cujas

ctio nec ex ſtipulatione, nec actione ex empto. Nec analytica hęc nra diſcuſſio ocioſa ē, ſed ad multa vtilis, nō ſolū ad plenā lucem, & intellectū l. ſed in praxi, vt ſcias quanti in ꝑſulendo, & iudicando referat, emptorē ſibi cauiſſe de dupla, vel natura ꝑctus contentum eſſe. Fac mille iugera veniſſe decē milibus, & ſic quartā fundi bis mille quingentis, quintā verò bis mille correſpondere. Si agatur dupla rōne quintæ partis euictæ, quę eſt ducentorū iugerū, habebit actor 4000. nec minus, ēt ſi nihil præter ratā ſimpli pretij interſit, nec plus ēt ſi pluris interſit. Agēdo verò ex empto cōſequitur 2000. tm̄ pro rata p̄cij ex primo capite. Ex ſecūdo verò capite nihil, ſi nihil p̄terea iuſtè intereſſe probet. Quòd ſi extrinſecus ītерſit 2000. puta in q̄nque, vel ſex milibus (quamquā rarò ꝓtingere poſſit) poteſt tm̄ id conſequi, ex quo non excedit totū principale, ita tm̄, vt ſi poſtea ob reſidui euictionē interſit, debeat primū illud intereſſe cōputari in duplo. Et ſic non obſtat quartū: quia nullū eſt abſurdū, dūmodo venditor nō fuerit in dolo tpe ꝓtractus, vel poſtea colludendo, aut aliàs, quo caſu ceſſat hęc taxatio dupli.

111 Nunc † conſequenter expedit reliquas quoq; partes d. l ex mille, perſequi, ſequitur ergo §. ſi totus. Vbi nō pars fundi, ſed totus fundus, poſtquā flumen partę abſtulit, euictus eſt. Quæritur, quatenus cōmiſſa ſit ſtipulatio duplæ? Et prima facie videbatur nō in totū cōmiſſa, ſed ſolū pro rata reſidui, quod per euictionē iudicialem euictū eſt, deducto eo, qđ prius flumen abſtulit. Primò probatur, quia hæc ſtipulatio non cōmittitur, niſi quatenus fit euictio per iudiciū. leg. non tm̄, de euict. Secūdò, quia diluuionis periculū non pręſtat venditor, ſed quod perit, emptori perit, vt in prin. huius l. ſi igitur prius dimidia, vel alia pars flumine, caſmate, vel alio caſu perierit, reſiduo p̄ iudicium euicto, non tenetur venditor, niſi pro rata partis iudiciū euictę. Quibus non obſtantibus decidit Papin. in totum cōmitti, quod duobus claris argumentis ꝓbat. Sed in hoc decipiuntur gl. & Doct. q̄ eas putant eſſe non ſolū rōnes decidēdi, ſed etiam rationes differentiæ prioris, & huius reſp. ad quas minimè quadrat. Nullam enim oſtendūt rationis differentiā, quinimo vtrique reſponſo pariter congruunt. vnde ad pauca aduertentes multis ſeſe tenebris inuoluunt. Prior enim ratio, quæ in d. §. ſi totus. adducitur, q̄ obligatio euictionis non minuitur, nec augetur, ſiue res euicta deterior, aut melior facta ſit, non ſolum procedit ſi totum euincatur, ſed etiā ſi pars, ſiue pro indiuiſo, vt in prin. d. l. ex mille. ſiue pro diuiſo, vt in fi. eiuſdem l. quia adhuc bonitas, quæ erat tpe contractus, vtro bique attenditur. ad ſciēdū quantū reſpondeat pretio. l. j. l. bonitatis. de euict. Et ſic nō cōcludit aliud, ſed idem debere dici, tam in primo q̄ in ſecūdo reſp. Pariter ratio expreſſa in primo reſp. & per totam ferè leg. q̄ portio flumine ſublata nō cadit in euictionem, ſed cadit damno emptoris, arguit idem iuris eſſe debere in ſecundo reſpon. vt ſtipulatio non cōmittatur p̄ toto, ſed ſolùm pro reſiduo verè euicto. Tum videtur hic peculiariter eadem ratio in toto quæ in parte, cum hæc ſtipulatio vniformiter cōmenſuretur ad duplum pretij rei euictæ, ſiue totius, ſiue partis, igitur &c. per d. l. quæ de tota. Quod erit luculentius, ſi totus fundus flumine, vel caſmate perierit dempta decima parte, quę poſt euincatur. Si enim pro toto committitur ſtipulatio duplæ, vt in §. ſi totus, damnum, quod caſu contingit, non ſpectabit ad emptorem, ſed ad uenditorē, qui tenebitur longè vltra quàm pro parte euicta contra prędicta
112 iura, & cōtra l. ſi ſeruus. & l. non tamen. de euict. Hæc ſunt † q̄ reddunt d. l. obſcuram. in quo gl. & Doct. dum eluctari nituntur, magis intricant. Accurſ. n. verb. damnū, ſentiēs hanc repugnantiā reſp. primi, & ſecundi, ſoluit primò, poſt Azo. q̄ parte euicta poſt eluuionem ſpes eſt id, qđ amiſſum eſt, redditurū p̄ alluuionem, & ſic non debet cōmitti ſtipulatio, nec agi ob id, quod flumen abſtulit, ſecus q̄ totū reſiduū eſt euictū, q̄a tūc omnis ſpes acceſſionis adempta eſt emptori, & ſic in totū etiā pro eo quod flumen abſtulit agi poteſt, & hanc tenet Accurſ. Sed Iacob. Rau. vt hic refert Alb. rectè ſubtiliterque reprobat, quia ſm hoc deberet committi ſtipulatio pro rata partis totius fundi, quę ſpectabat ad euincentem, videlicet, vt in prin. l. pro quarta parte totius. quia certum eſt ſpem alluuionis pro tanta parte ademptam emptori, & translatam in euincentem. Et ſic hęc ratio ſubuerteret primū reſpon. tex. & faceret indiſtinctè locū eſſe ſecundo reſpon. vt nō pro rata reſidui per euictionem allati, ſed pro rata iuris euincētis cōmitteretur ſtipulatio, & hic pro rata iuris dico propter not. infra, nu. 117. Secūdò ſoluit Accurſ. q̄ in §. ſi totus, etiam ſi flumen nihil abſtuliſſet, tamen totum fuiſſet euictū: ſed hunc meritò reprobat, q̄a æque in primo reſpon. cōſtat, q̄ quarta pars totius fuiſſet euicta. & ſic ſemper eadem vtrobiq; ratio eſt de toto ad partem, & è diuerſo. Alb. col. 2. alijs verbis conatur elabi, dicendo, q̄ in primo reſp. non eſt aliquid diſputatum de parte ablata per flumen, an eſſet vēditoris vel nō. Sed hoc præter id, q̄ diuinat, non quadrat. Niſi diceretur, q̄ pars pro diuiſo reſidui vendicabatur, vel q̄ pars per flumen ablata erat fundus ſeparatus, in quo euincens nihil habebat. Sed vtrunque eſt contra tex. qui loquitur de parte eiuſdē fundi per flumen prius ablata, deinde de quarta parte reſidui pro indiuiſo euicta. Et ſic neceſſario niſi diluuio p̄ueniſſet, fuiſſet euicta quarta pars totius. Iacob. aūt Rauen. aliter reddit rōnem dicens, q̄ vbi tota res euincitur, ſpectat damnū d. diluuionis ad venditorē, ſed vbi pars ſpectat ad emptorem, exemplo emphyteutæ. l. j. C. de iu. emphy. Sed certè hæc ratio, p̄ter id, quod deuiat a regulis cōmunibus venditionis. l. neceſſario, in prin. de per. & com. rei vend. inepta eſt, vt potę eadē cū dicto, cuius rōnem quærimus. Tū in d. l. 1. tm̄ caſus acciderat, & de ſolo caſu quærebatur, hic aūt poſt caſū euictio, nec directò de caſu, ſed de ſola euictione facta ſub nomine quotę indiuiſæ, vel totius quæritur, & ſic d. l. prima, non
113 eſt ad propoſitū. Quid † dicendū? Ego dico, q̄ in §. ſi totus, verſi. non magis, non ponitur propriè ratio decidendi, ſed confirmatio per locū à fortiori, & ab oppoſitis. Si. n. totus fundus iniuria, & ſic culpa emptoris deterior factus ſit, & tamen non diminuitur euictionis obligatio, ſed æquè ad duplum agi pōt. Igitur multomagis, aut ſaltem non minus, ſi nō culpa emptoris, ſed caſu fortuito deteriorē & diminutū eſſe contigerit. Et rurſus per locū ab eadē cōtrariorū diſciplina. Si enim fundus melior, & auctior fuerit factus caſu, non augetur quantitas euictionis, igitur ſi caſu diminutus fuerit, aut vilior factus nō minuit euictio. Dices, q̄ eadem argumenta concludunt nō debere diminui euictionē in primo reſpon. ſicut nec etiā augetur propter alluuionem, vt in tertio reſpon. Reſpondeo hoc verū eſſe; quia ēt in primo reſpon. non diminuitur euictio in parte euicta propter caſum. Vnde ſi fundus erat deterioratus, & viliſſimi precij factus, ſiue in curia, ſiue caſu, nō minus cōmitteretur ſtipulatio q̄ parte verę euicta, quæ eſt quinta totius. Sed ibi meritò negatur cōmitti vltra partem, quę per euictionem aufertur, quia quod ideo p̄ euictionē nō aufertur, quia prius flumen abſtulit, non dēt venditoris, ſed emptoris damno cedere, per regulas caſus generales, & notiſſimas in contractu emptionis, & venditionis, vt in leg. neceſſario, & per to. de per. & com. rei vend. In his igitur ſingulis reſpon. tradit Papi. optimā, & cōcludentem rationem decidendi ſui cuiuſque reſpon. Rationem autem differentiæ inter primū, & ſm reſp. non exprimit, ſed pręſupponit, & in alijs iuribus relinquit, vnde & ex materia ſubiecta petenda eſt. Ratio aūt differentię, & conciliationis eſt duplex. Prima, quia parte ętiam indiuiſa reſidui euicta non verificātur verba ſtipulationis niſi pro parte reſidui, & ſic non poteſt cōmitti, niſi pro ea parte, ſ. reſidui tm̄, non autem totius; quia eius qđ periit, nihil per euictionem aufertur. Et ex quo formula ſtipulationis ſemel limitatur ad partem, neceſſe eſt, vt limitetur ad partem realiter & per euictionem ablatā, toto vero reſiduo iurę & nomine totius euicto, verba ſtipulationis verificantur in toto, quia totū reſiduū eſt totus fundus, & totius euincitur: igitur in totū ſtipulatio cōmittitur, nō dedu
114 cto, quod prius perijt. Non † ignoro hac formula non præſcindi occaſionē cauillandi, referendo ad tempus contractus, quo inſpecto totum iſtud reſiduū non eſt totus fundus q̄ erat tpe contractus, ſed eius pars. Vnde do aliam duplicem rationem omni cauillatione ſuperiorē, nec minus in ſenſu cōi, q̄ in rōne ciuili fundatā, videlicet. Primò, q̄ totū valet plus quàm oēs ſingulares partes p̄ ſe, nec tm̄ valent partes fundi ſeorſum conſideratę, quantū totus fundus ſimul. l. Męuius. §. fi. fam. erciſc. l. Mę uius. §. in fundo, de leg. 2. & glo. & Doc. in l. 1. C. cōi diuid. Bar. in l. vxorē. §. agri plagā. in fi. de leg. 3. Saly. in l. fin. C. de iu. dot. Nec obſtat, q̄ non rarò (vt vidi) vſuuenit pluris diuerſis vendi ſingula iugera per ſe, q̄ ſimul eidem cū tota villa, vel ſyntheſi prædiorū. Tum quia illud caſuale eſt, & procedit ob ſingulares quaſdam circunſtantias, puta affectionis, aut vicinitatis ſingulorū emptorū, non autem perpetuò, nec communiter, & ſic non eſt in conſideratione. Tum quia cōmuniter illi, qui eſſent empturi ſingula iugera, non eſſent accepturi totū. Nec empturus totū eſſet empturus ſingula, nec inueniunt in fundis tot ſingulorum iugerum emptores, vt totum minutatim eodem tempore, vel anno vendi poſſit. Vnde de facto ꝓſultus reſpondi, q̄ in materia l. 2. C. de reſcin. vend. vēditor villę ſyntheſis p̄diorū non erat admiſſibilis ad prętendendū læſionem ex eo, q̄ de facto tempore venditionis ſingula iugera fuiſſent eo loco multo pluris uendita ſingulis, ibi vicina prædia habētibus, ex quo totū nō poterat cōmuniter multo plus uendi, quàm veniſſet. Præterea ſatis eſt, q̄ uni poſſeſſori totū vtilius, & commodius eſt cōiter, quàm ſingulis ſingula iugera ſingulari vtilitate, vel affectione remota. Secundò dico, q̄ vt plurimum plus valet modicum reſiduum totius villæ ob reliquias plenioris poſſeſſionis, & alia quędam commoda, quàm ſimplex adiectio, vel detractio tantundem ſpatij. Et conſequenter plus læditur, & damnificatur, cæteris partibus, a quo totum reſiduum aufertur, quàm a quo ſingulæ

partes,

Source : BIU Cujas

partes,nec aliquid reſtat.Vñ ſi primo dimidia aufertur, deinde reliquũ, dr̃ nũc plus auferri & euinci,q̃ prius, quia totũ aufertur.Et hoc ſenſus cõis (vt plurimum)oſtendit, qa ſæpe pluris intereſt reliquum reſiduum non euinci, quàm interfuerit prius dimidiam partẽ ſublatã fuiſſe. Ex multis.n. cauſis ſæpe noſtra intereſt p̃dia habere in diuerſis locis, qđ luculẽtum eſt in prædijs vrbanis.Poteſt ẽt vſuuenire ſæpe (licèt nõ æquè frequenter) in ruſticis:meritò tota re iure totius euicta, cõmittitur ſtipulatio in totum,quia verũ eſt dicere totã rem euictã, Nec tã iuſta rõ ſubeſt limitandi ad partem,quæ nõ eſt, nec vlla remanet emptori: & ſic apparet nõ eſſe hic eandem rõnem in toto & in parte,& ſic nõ obſtat d.l.q̃ de tota.Et ſic §.ſi totus,
115 cũ tota reliqua l.rectè ꝯciliatur.Et † ſic reliqua plana ſunt, vt in §.qꝑ ſi mõ. vbi ponit caſus ſuperioribus oppoſitus, videlicet,qñ fundus non eſt diminutus,ſed auctus ꝑ alluuionẽ, poſtea pars pro indiuiſo euinciť,& ſic tã de antiquo q̃ de augmẽto,& ibi decidit nõ cõmitti ſtipulationẽ, niſi ꝑ rata antiqui ſtatus fundi,non aũt ꝑ rata augmẽti.Et optima rõ decidendi datur. Quia alluuionis periculũ (ideſt euictionẽ, ſeu hr̃e licere)non p̃ ſtat venditor, hoc eſt, nõ tenet̃ de euictione augmenti. Et eſt idẽ,qđ dixit in fi.d.§. ſi totus, nõ augeri quantitatẽ euictionis, ſi res melior facta ſit. Vñ ſi quinta pars fundi venditi indiuiſa erat Titij,deinde p alluuionẽ qnta pars augẽdi,q̃ eſt ſexta totius aucti (vt Mod ĩ tract.vſur.nu.52. ex theorematis Arithmetices declarant) acceſſerit,poſtremò Titius euincat quintã totius aucti,nõ ĩ plus cõmittitur ſtipulatio duplę,q̃ ſi ceſſante al-
116 luuione ſola vetus quinta pars euicta fuiſſet.Sũ † nũc ĩ 4.par. l.§.q̃ſitũ,vbi ponitur caſus ex ſuperiorib⁹,ſ.diluuione, & alluuione miſtus,videlicet qñ ex dictis mille iugerib⁹,quorũ quinta pars indiuiſa ſpectabat ad Titiũ,primò flumẽ 200.abſtulit, mox ꝑ aliã partẽ ducenta retulit nouiſſimè Titius qntã ſuam partẽ indiuiſam,de toto,qđ inuenit,& ſic 200.euincit.Quæritur pro qua parte cõmittatur ſtipulatio duplæ, Et aliis q̃dem multũ ꝓbabiliter videbat̃ cõmitti ꝑ quinta parte.Tũ qa verè, realiter,& effectualiter,& p iudiciũ euincitur quinta pars fundi, vtroq; ẽt tpe & p̃ctus, & euictionis inſpecto. Tũ qa ex quo tm̃ attulit alluuio, q̃tũ abſtulit eluuio, vr̃ prioris ſtatus eiuſdẽ fundi redintegratio. Facit, qꝑ incrementũ alluuionis nõ eſt nouus ager,ſed pars primi.l.adeo.§.1.de acq.rer.domi.& oĩno fit ſimile,ei cui accedit.l.ſi ego.§.idẽ ait.de pub. in rẽ act. & ꝑ oĩa vnionẽ idemtificã operat̃,Mod.in ꝓſi.Pariſ.§.1.gl.5.nu.99.cum ſeq.Et tãto fortius quãtò eſt reciprocatio,ſeu viciſſitudo prioris eluuionis,cuius loco ſubrogat̃,& ĩcorporat̃,vt hic.Sed forſan nec hoc q̃dem huic emptori ſufficiebat cõtendente committi pro quarta parte,ex eo, qꝑ illud, qđ euincitur aſcendit ad quartã partẽ reſidui poſt diluuionẽ,nec alluuionẽ ſequutã,ꝑdeſſe vẽditori,Pap.ſcitè,& ĩgeniosè ex ſuperiorib. colligit, nec ꝑ quinta,nec ꝑ quarta parte mille iugerũ cõmitti ſtipulationẽ,ſed ſolũ ꝑ qnta parte 800.ſiue reſidui poſt di.uuionẽ.Quia qđ nouiſſima alluuione reſtitutũ eſt,hr̃ pro noua regione,ſeu noua acquiſitione,q̃ non fuit vendita,quæque ad hãc euictionẽ nõ pertinet,in qua ſolũ cõſideratur qđ ꝑ iudiciũ de eo,qđ venditũ,& traditũ fuit,euinciť.Cũ aũt de his 200. q̃ nunc vẽdicãtur a Titio 40.euellantur de alluuione,nõ ſunt illa 40.iugera in conſideratione,ſed ſolũ 160.q̃ de 800.illis reſiduis eorũ, q̃ vendita,& tradita ſunt euelluntur.Cõſequẽter non cõmittit̃ ſtipulatio,niſi ꝑ rata 160.tm̃,& ſic nec ꝑ quarta, nec ꝑ quinta parte,ſed paulo plus ſexta parte rei venditæ tm̃. Hęc aũt clariſſimè,& neceſſario colliguntur ex ſuperioribus, qa qꝑ nõ committit̃ pro eo,qđ euellitur ex eo,qđ acceſſit ꝑ alluuionẽ eſt caſus in d.§:q̃ſitum,qꝑ aũt reſiduũ, videlicet, 160.iugera non debeatur ad reſiduum 800.(quorũ eſſet quinta pars) caſus eſt in prin.eiuſdem l.cuius reliquũ per ſe patet, nec expoſitione nr̃a
117 indiget.At † poſtquàm eouſq; progreſſi ſumus,libet p̃dictos quatuor caſus d. l. in ſubiecti quadri figura oculis ſubiiſcere, quo facilius vno mentis intuitu cenſeri, & dijudicari queant. 1000.iugera vẽdita pro 10000.ſub cautione duplæ.

Prin. l.	§.ſi totus.
4.pars indiuiſa aliena.	Totus fundus alienus.
Diluuio aufert 5. partem.	Diluuio aufert partem.
Euincitur 4. indiuiſa reſidui.	Totũ reſiduum euincitur.
Committitur ſtipulatio pro 5.parte.	Committitur ſtipulatio in totum.
§.qꝑ ſi modo	§ queſitum.
5.pars indiuiſa aliena.	5.pars indiuiſa alienta.
Alluuio 200.addit.	Diluuio demit 200. in toto.
Euincuntur 240	Alluuio addit 200.
Remanent 960	Aucta euincuntur.
Committitur ſtipulatio pro 5.parte.	Committitur ſtipulatio pro rata in 160.iugerum.

Iam vides omnia plana pulchrè inuicem, & cum cæteris legibus conſonantia,nec minus æquitatis q̃ ſubtilitatis luce cõſpicua,& in ſumma Papiniano auctore digna. Quod autem dr̃ de ſtipulatione duplæ,idẽ intelligendum eſt de actione ex empto,quantũ ad primũ caput ad pretium, non aũt quantũ ad ſm, vt dixi. Sed ad maiorem huius quotidianæ materiæ declarationem circa d.§.ſi totus,qui loquitur in diluuione,idem dico ſi vi fluminis,vel caſmate,aut alio quocunque caſu pars perierit. Idẽ in grege,ſi parte perẽpta qđ ſupereſt euincatur, vt ibi tenet Accurſ.Sal.& bene.Et nota qꝑ debet fieri vis in verbo totus,vt limitetur procedere tex.qñ iure & nomine totius reſiduũ euincitur,ex eo videlicet,qꝑ res eſſet in totũ alienata, vel in totum hypothecata(ſi per Saluianũ vel hypothecariam fiat euictio)& in ſumma in totũ euincibilis cum effectu ſecuto,ita qꝑ ſi quod perierat ſubſtitiſſet; pariter euinci potuiſſet. Secus ſi pars non erat euincibilis,etiam ſi ea tota perierit;puta,ſi pars pro diuiſo ſpectabat ad venditorem, quæ tota ui fluminis vel caſmate perierit,deinde reliquũ euincatur, quia tũc non committitur ſtipulatio in totum,ſed duntaxat pro rata ꝑ euictionẽ ablatæ, quæ debet æſtimari habito reſpectu ad tp̃s p̃ctus,vt in fi.l.1.de euict.& ſupra nu.67. Idem ſi gregis quædã capita ſpectabant ad venditorẽ,quæ poſtea perierint, deinde totum reliquum euictum ſit,committitur ſtipulatio pro rata euictorum capitum tm̃ facta diſtributione ſm æſtimationẽ,
118 quæ erat tempore cõtractus.Quid † ergo ſi duo ſeparati fundi,quorum vnus(fortè minor & vilior) venditoris erat,alter in totũ alienus,vno confuſo precio venierint, deinde pars fundi euincibilis(fortè maior) perierit,deinde reliquũ iure toti⁹ euictum ſit? Reſp.cum totum confuſo precio venierit,& ſtipulatio duplæ reſpiciat confusè complexim euictionem vtriuſq; fundi,non committitur ſtipulatio,niſi pro rata partis euictæ, & non erit locus §.ſi totus,ſed prin.l.& ita determinari debet. l.cum plures,de euict.facit l.cum eiuſdem, cũ duabus ll.ſeq.de ædil.edict. Secus ſi duo fundi vel equi ſimul diſtributo precio venierint,quia tunc,ac ſi eſſent ſingulæ venditiones,ſingulorum euictio & precium per ſe conſideratur.tex.eſt in l.ſi duos ſeruos,de euict.quæ ita debet intelligi. Dicit enim duos ſeruos quinis emptos, ideſt,quemlibet quinque,& ſic diſtributo ſingulatim pretio(non aũt bis quinque,ſiue decẽ & in globo, vt ibi malè & inſcitè Accurſ.) Et decidit,qꝑ altero euicto rectè agitur ex empto eius nomine,ſcilicet ad quinque, ſeu totum eius precium,quamuis alter decẽ,& ſic vtriuſque p̃cio dignus ſit. Et ꝯſequenter quod extrinſecus intereſt,poterit aſcendere ad alia quinque non vltra,per l.Titius, in fi.de act.empt. Et ſic (vt inquit tex.)nõ refert ſingulos ſeparatim emi,an ſimul, ſed diſtributo precio ſingulatim,vt in caſu d.l.ſi duos, idem in ſimilibus. Summa, ſi plures fundi,vel aliæ res ſimul confuſo p̃cio vendantur,vnum eſt totius precij ſimplũ, vel minima re euicta,meta intereſſe ſit totius preciũ,prout de parte euicta diximus.Si verò ſeparatim venierint,vel ſimul diſtributo tm̃ precio,tunc ſingularũ rerum ſingula ſunt precia,& ſingula diſtin-
119 cta ſimpla.Circa † § q̃ſitum ibi, per aliam partẽ. Quid ſi per eandẽ? Reſp.idem,ſi mõ ex interuallo:qđ.n.incontinenti redit non vr̃ ablatum,ſed inundatũ.l.adeo.§.nouus aũt, de acq.rer.do.Inſt.de rer.diuiſ.§.qꝑ ſi naturali. verſ.qꝑ ſi poſt aliquod tp̃s, vbi ſignanter tex.facit vim ĩ interuallo, vt ſpaciũ occupatum dicatur publicũ factum,nec ſi poſtea deſeratur a flumine, redeat ad priorem dominũ,ſed eorum fiat, qui propè ripam p̃dia poſſederit,tanquam noua iuriſgentiũ acquiſitio. Sed circa prædicta oritur neceſſaria q. An ſtipulatione duplę cõmiſſa electio ſit emptoris agere vel ex empto. Et an vna electa redire poſſit ad aliam, ſaltę quatenus in ea plus eſt? Breuiter dico qꝑ ſic, per tex.in ſimili in l.prędia.de act.emp.in l.ſiquis à ſocio, cum l.ſe.pro ſoc.facit l.ſi emptori duplam,ad fi.de euict. Nihil aliud.n.eſt ea ſtipulatio q̃ quædam pęna loco probationis intereſſe appoſita: vt in §.fi.Inſt.de ver.oblig.cum vulg. vbi tamen non intelligitur excludi actio vetus ad intereſſe.Nec alio quin in dubio cenſetur ſtipulatio ſiue æquè principalis, ſiue pęnalis nouandi cauſa interponi.l.fin.C.de noua.ſed ſimpliciter fauore creditoris.faciunt no.in l.quamuis,de pigno. actio. Mod.in tract.vſur.num.367.Apoſi.ad Dec.conſi.12.facit l.ſi ſeruus,l.non tamen,de euict. & omnes ſimiles, quæ probant per hanc ſtipulation m non eſſe ſublatam actionem ex empto,ſed hanc efficacem eſſe, vbi ſtipulatio ob ſtrictam ſui na-
120 turam deficit.Sed † hic oboritur alia ſubtilior, & magis neceſſaria q.vtque themate ſubiecto dilucidior fiat,fac domum veniſſe mille, & in caſum euictionis promiſſum ſeſquiplum. Vtrũ euictione ſecuta locum p̃dicta habeãt,videlicet.vt actor eligere poſſit,vtra actione agat,vel ex empto ad totũ intereſſe non vltra duplũ,ſubeundo onus probandi,vel ex ſtipulatu ad ſeſquiplum ſine onere probandi. Et ſi alterutra egit,an ad alteram in eo,quod plus eſt in ea,redire poſſit.Prima facie videt̃ ĩdubitatũ,qꝑ p̃dicta. Primò:qa ea ſtipulatio nõ impedit, neç

exclu-

Source : BIU Cujas

Gaſparis Caballini De eo quod intereſt.

excludit actionem ex empto.l.ſi ſerus.l. non tamen, de euict. Secundò: quia variatio duplæ ſolidæ ad teſquiplum non debet in alijs inducere variationem iuris. Tertiò: quia alioquin tacitè induceretur nouatio, ſi ſtipulatio teſquipli excluderet, vel impediret effectum actionis ex empto, quod eſt ꝯ ius non ſolum nouum C. ſed etiam vetus ſtorum in proprijs iſtis terminis. d.l.ſi ſeruus. d.l. non tamen. Quartò, quia iſtud eſt ꝯ regulam l.p̃dia, de act. emp. l. ſiquis à ſocio, pro ſoc. cum ſimilib. Quintò ꝯ aliam regulam, ꝙ hæc ſtipulatio fauore ſtipulantis interpoſita non debet ꝓtra eum retorqueri, ſed omittere poteſt, ſi velit, & alijs remedijs vti. l. quamuis. de pign. act. Quibus non obſtantibus dicendum, quòd emptor hoc caſu non pōt exigere vltra teſquiplum, cui ineſt ſimplum, quantuncunque emiſſa ſtipulatione velit ex empto agere, & onus probandi ſubire. Et moueor, quia paciſcendo ſiue nudo pacto, ſiue per ſtipulationem de certa quantitate euictionis, cenſetur maiori renuntiatum, & de maiori incerta cū certa minori tranſactum. Probatur per tex. in fortiori, in l. emptori duplam. §. ſimplum, de euic. Vbi ſi ſimplam pro dupla ſtipulatus ſit emptor, ita demum ſupereſt ei actio ex empto, quanto minus ſtipulatus eſt, ſi per errorem ſimplam pro dupla ſtipulatus ſit. Secus igitur ſi ſcienter, & ſic ſtipulatio ſimplæ ſcienter interpoſita, cenſet facta cauſa limitationis. Quòd eſt intelligendum, quando eſt interpoſita cum ipſo principali, & pro ipſa euictione, vel eius quantitate, vel in caſum euictionis, & ſic tanquam principalis conuentio, nec appareat de alia diuerſa mente contrahentium. Secus ſi adiectum ſit ſine præiudicio damnorum maiorum & intereſſe, vel ſi nihilominus promiſſa ſint damna & intereſſe. Itē ſecus ſi ita ſtipulatū ſit à fideiuſſore, quia tunc operatur, ꝙ non fideiubet in omnē cauſam, ſed vſque ad ſummā expreſſam tantum. Secus etiam ſi ſint plures vēditores, & emptor ab vno ſimpliciter ſtipulatur ſimplum: quia etiam ſi de alijs nil ſit dictum, remanēt obligati iure cōmuni ſecundum naturam actionis ex empto pro partibus ſuis. Is autem, à quo ſimplum ſtipulatum eſt (niſi relatio ſit facta ad pretium conuentum, vel quantitas expreſſa) non tenetur de toto pretio, ſed pro parte ſua pretij, quæ reſpectu eius eſt ſimplum. Item ſecus ſi venditor erat in dolo, vel ſi poſtea ex noua culpa venditoris euictio ſecuta eſt, vnde orta ſit alia obligatio cum intereſſe. Item ſi ſtipulatio non ſit interpoſita principaliter vel ſimpliciter ſed nomine pœnæ, vt mox dicam, & idem in pacto cæteris paribus. Ad prædicta verò quinque obiecta breuitatis cā

122 facile ſolutio colligi poterit ex ſequentibus. Quid † ergo in p̃fato themate ſi teſquiplu3 illud ſit promiſſum nomine pœnę? Et prima facie videretur idem dicendum, quaſi eoipſo, ꝙ partes conueniunt de certa ſumma pœnali loco eius quod intereſt, vt hic, vbi pœna (puta teſquipli) notabiliter excedit ſimplū, cenſetur non cogitare de maiori intereſſe, ſed præſertim promiſſor non velle ſubire periculum vltra ea3 ſummam, facit l. Titius, in fin. de act. emp. Mod. tract. vſur. nu. 55. Nec huic cōſiderationi obſtare videtur d. l. prædia, cum ſimil. quę dicunt ad aliam actionem redire poſſe in eo quod plus continet. Quia partim loquuntur in actionibus legalibus, quæ non veniunt ex expreſſa prouiſione hominis, vt in l. 1. ui bo. rap. l. 1. arb. fur. cæſa. Quæ aūt de pœna proueniente ex ſtipulatione, vt d. l. prædia, & l. ꝙ ſi ex ſtipulatu, pro ſoc. loquuntur ꝯ eum, qui ex ſua mora, vel culpa conuenitur. Nos autem loquimur in venditore bonæ fidei, qui tradidit & impleuit, & ſic non fuit in mora, vel culpa, qui ti rę euicta conuenitur de euictione, hoc nō eſt ob moram, vel culpam, ſed ex natura ꝯctus, & ſic fauorabilior eſt, quàm morator, vel culpabilis, & mitius cu3 eo agi poteſt. & ſic ſuccedere vr conſideratio prædicta. Nec obſtare ēt, actionem principalem, non nouari per pœnalem, quia hic nulla fit nouatio, nec impediretur actio ex empto per modū nouationis, ſed tantùm per modum tacitæ limitationis, ex conſideratione p̃dicta. Breuiter oppoſitum dicendum eſt, quia pœna ſemper cenſetur in fauorem ſolius ſtipulantis accedere. Et ſic quoties de aliquo paciſcitur nomine pœnæ, non ſolū non cēſetur etiam iure ſtor. regulariter fieri cā nouationis, ſed neq; cauſa limitationis, nec pōt retorqueri in eū, cuius ſolius fauore imponitur, qui poterit ea omiſſa iure communi uti. Et ſic multū refert an loco intereſſe paciſcatur de certa ſumma ſimpli. Et tunc videtur fieri cauſa limitationis & tranſactionis cū incerto. Nec obſtant prędicta quinque ſupra nu. 120. quia hic non eſt pœna, nec nouatio, ſed principalis moderatio vtriuſq; partis fauore facta. An verò de certa ſumma paciſcatur nomine pœnæ, ſiue in modum pœnæ, & tunc non ſolum non fit nouatio, ſed nec limitatio principalis obligationis, niſi aliud appareat, quia in dubio cenſetur mère fauore ſtipulantis interponi. Si igitur in noſtro themate ſtipulatus fuiſſet teſquiplū nomine pœnę, nil impediret, quominus eo euicto agere poſſet ex empto in id, quod pluris intereſſe probaretur infra duplum, iux. d.l. prędia, l. ꝙ ſi ex ſtipulatu, vel quominus actio ex empto ad hunc finem ſtipulari poſſet. Quòd enim ſtipulatio pœnalis limitata eſt ad teſquiplum, operatur: vt eouſque duntaxat ſtipulator defungatur onere probandi, an & quantum ſua interſit, non aūt vt excludatur ab eo quod iure communi petere poteſt, probando ſua intereſſe. Quando verò ſtipulatio ſimpliciter interpoſita fuit, & ſic principaliter, tunc excludit à reliquo non vi nouationis (quę nulla eſt) ſed vi limitationis. Nec erit inutile infra limites conuentos concurrere actione3 ex empto, vt videlicet infra eos vtilis ſit, ſi cōtingat partē euinci, puta quintam indiuiſam d. domus, vnde domus fere inutilis fieret emptori, qui forte vltra ſexcenta damnificatur. Si eīm agat ex ſtipulatu, nō conſequetur niſi teſquiplum quintę partis domus, & ſic ex hypoteſi trecenta tantùm. ideo vtile eſt ex empto agi poſſe, vt probando tanti intereſſe, conſequatur vſq; ad ſexcenta, deducendo qđ ex ſtipulatione exegit, ſiquid exegerit: ita tamen vt poſtea ſi rurſus pro eo quod intereſt agatur deducendū ſit, quod prius ſolutum erit, vt ea meta non excedatur, per not. ſupra, nu. 85. Ex his habes multarum legū germanum & practicum ſenſum nouè detectum, & omnē hanc materiam analitice excuſſam. Cui nequid deſit, libet paucis p ſequi reliquas potiores differētias ſtipulationis duplæ & actio

123 nis ex empto. Prima † ergo differentia præter prædictas eſt, ꝙ ad hoc vt cōmittatur hęc ſtipulatio, requiritur rem ipſam per iudicium euinci, vel eius partem, quæ vere & proprie veniat appellatione partis: puta quota indiuiſa, vel vſusfructus, vt in l. naue. l. ſi ab emptore. de euictio. quia vſusfructus eſt pars rei & dominij. l. 4. de vſufr. ſecus ſi euincat quod poſt vēditionem natum eſt ex re: puta, partus, vel fętus. l. ſi prægnans. l. vaccæ, de euict. l. non quæcunque. §. Iulianus, de leg. 1. In tantum ꝙ ſi ancilla etiam iam prægnans vendita ſit ſub conditione duplæ, ſi poſtea decedat relicto partu, qui poſtquam adoleuit, & eſt magni valoris euincitur, ex eo ꝙ ipſa ancilla non ſpectabat ad vendentem, ſed ad euincentem, licèt partus uideatur ſubrogatus loco matris, eamque eodem iure repræſentare, prout eodem iure ex defectu iuris in matre euincitur, & ſic ſatis dicatur ancilla euinci in partu, & inſpecta cauſa euictionis, quòdque ſi ancilla viueret pariter euinceret, tamen non committitur ſtipulatio duplæ nec in totum, nec in parte, nec pro rata quidem partus, vel embrionis tempore contractus inſpecto, quia non erat proprie pars quota, vel integralis ancillæ, & ſic remanet ſola actio ex empto. Pariter ſi membra quædam nauis venditę: puta velum, gubernaculum: vel membra domus, vt quædam cæmenta, vel tabulæ euincantur, non committitur ſtipulatio duplæ in aliquo, nec in totū, nec pro parte rei euictæ, quia non eſt res empta, nec eius pars homogenea, cui competat appellatio rei emptæ. Ideo ceſſat ſtipulatio, quæ ad ipſam rem emptam concepta eſt, ſed locus eſt ſimplici actioni ex empto. l. emptorē. l. ſiquis rem, de actio.

124 empt. l. naue. l ſcopham, de euict. Pariter † ſi quælibet ſeruitus alia ab vſufructu euicta ſit, ceſſat ſtipulatio, quia non dicitur res, nec pars homogenea rei euictæ, ſed tantū locus eſt actioni ex empto. leg. cum fundus, de euict. Rurſus ēt ſi pars quota, puta dimidia pro indiuiſo ſerui venditi euinçatur, nondum in aliquo committitur ſtipulatio duplæ. l. ſi dictum, §. in ſtipulatione. de euict. niſi per diuiſionem alteri adiudicetur. l. ſi mancipium. §. ſi communi diuiduudo. de euict. tamen ſtatim committitur actio ex empto pro rata partis. Et quamuis Cyn. & Alb. qui eum tranſcribit in l. 2. col. fi. C. de euict. poſt Petr. ibi multum ſuper hoc inuoluantur, quia alias ſtipulatio duplæ etiam pro parte committitur, nō ſolum in fundis, vt l. ex mille, de euict. ſed etiam in rebus animatis. l. vaccæ, eodem titulo verior, & expeditior eſt ſolutio Io. quem Iacob. Butr. Alb. Bar. Bal. ſequitur in l. 1. de euict. ſpeciale eſſe in homine, qui non cēſetur tam facile diuidi poſſe, prout nec aliis rebus accedere. l. iuſtiſſimè, de ædil. edic. Quę ſcrupuloſitates, & differentię procedunt propter odioſitatem ſtrictamque naturā ſtipulationis duplæ, quæ ſtricti iuris eſt, cōtra quā ēt in dubio fit interpretatio. l. ſtipulatio iſta, habere licere. §. in ſtipulationibus. de verb. obl. Contra verò actio ex empto bonæ fidei eſt, & etiā fauorabilis, cum non competat ad veram pœnā, ſed ſubſiſtere, & probari oportet, verū & iuſtū intereſſe, meritò in ea plenior fit interpretatio. Hinc eſt ēt, ꝙ ſtipulatio duplæ non cōmittitur, niſi habere non liceat pp ipſam euictionē. l. ſi ſeruus. de euict. ſecus ſi emptor ſuccedat domino rei, qa licèt hoc probare velit, non tamen pōt agere ad duplum. l. ſi vēdideris. de euict. ſed bene poterit agere ex empto. d. l. ſi vendideris. l. ſi ei cui. in fi. de euict. Quod eſt intelligendum, quatenus defunctus tempore obitus poterat vendicare, vel aliter euincere, vel is a quo emptor etiam ex cauſa merè lucratiua (non tñ contemplatione venditoris) verum ius acquirit. l. Iulianus. §. ſi fundum, de act. emp. Idem ſi aliter res q̃ in iudicio euincatur l. non tamen, de euict. Et de his ſatis.

124 Quintò † principaliter circa prędicta ſuccedit neceſſaria

q. Seruus

Source : BIU Cujas

q. Seruus venditus, & traditus, diu post senio ferè cõfectus euincit, tumq; plurimũ emptoris interest, forte ob pœnam vitandã vel acquirẽdam, si eam rem haberet, vel dare posset, aut & ꝙ per eũ seruũ administrauerunt tutelam quorũdam, ꝙbus mox redẽddæ erunt rationes, quæ seruo abducto conturbantur. Quæritur, an cõmittatur euictio in totum, siue in stipulatione duplæ (si ea ĩterposita sit) siue ĩ actione ex empto, ad quod simplum referri debeat taxatio ĩteresse, Hæc q. videtur ociosa, eo ꝙhodie nõ sunt huiusmodi serui. Sed imò valde necessaria est non solum ad intellectum multorum iuriũ, sed etiam in praxi, vt sciatur quid iuris in vẽditione equi & aliarum rerũ vel iuriũ temporaliũ in simili. Et prima facie vr̃ cessare omnis q. vt pote decisa in d l. ex mille. §. si totus. vbi est tex. nominatim loquens in seruo vendito, & tradito, deinde deteriore facto, & ibi casus iste ꝙuiparatur fundo vendito, & decidit, ꝙ siue casu, siue iniuria deterior factus sit, non diminuit obligatio euictionis, & sic nulla est q. l. ancillæ. C. de colla. Confirmatur: qa toto tit. ff. de euict. vbicunq; de seruo euicto, vel re simili fit mentio, semper indistinctè dicitur cõmissam esse stipulationẽ duplę, vel actionem ex empto ad pretiũ, & id, qđ interest: nec distinguitur, an seruus senio uel aliàs deterior factus sit, nisi ꝙ in actione ex empto dicitur in l. euicta. 2. eo. tit. damnũ esse emptoris, si res tũ minor aut deterior facta sit, quod supra, nu. 108 nouè docuimus intelligẽdum quo ad ſm caput de interesse duntaxat, quia minus interesse solet rem deterioratã euinci, nõ autem quoad primũ caput de pretio, quod semper totũ repetitur, ex quo tota res
125 euincitur. Hęc videntur ineluctabilia. Sed † audi quæ exacta, & analytica discussio in cõtrarium adferat. Hæc enim procedunt, si res perpetua, puta soli, vel ius perpetuũ vendatur, secus si ius tẽporale. Quod. n. si suis vendiderit suã emphyteusim temporalẽ, vel fructus 20. annorũ, vel vsumfructũ, & vltimo anno fit euictio, quæ non trahitur ad tẽpus præteritum, nec ad fructus præteritos (aliàs totum videretur euictũ) sed vltimũ annum tantum. Finge multũ interesse emptoris. An æquum est perinde teneri venditorem, ac si totũ ius, vel tempus esset euictum? Palam est ꝙ non, sed potius pro rata rei euictæ, quia in effectu non tota res venditæ, sed solũ quædã vilissima portio euicta est, ex quo res erat temporalis natura sui finienda, & prope finẽ tm̃ euicta. Facit argumentũ de re ad tempus. l. miles ita. in prin. de mil. test. Ias. in l. in diem, de ꝙdi. ind. Item alioquin inueniretur emptor habere rem & fructus seu commoda rei totius in effectu proprietatis, & nihilominus totum precium repeteret cum omni extrinseco interesse vsq; ad limites totius pretij, quod esset absurdum, & iniquũ. Nunc ad hæc absurda ex vna parte, & contrarium d.
126 §. si totus. ex alia parte vitãda, & cõcilianda, quædam † occurrit probabilis differentia inter venditionem serui, vel equi, & venditionem vsusfructus, vel emphyteusis temporalis. Quia primo casu tota res, & plena ꝓprietas tota vẽditur, & simul transferri debet. Secundo verò casu non tota res, venditur, nec agitur, vt in perpetuũ transferatur, sed solùm ad tempus, & temporalis cõmoditas, & sic hoc casu venditio non respicit absolutè totam rem, sed solũ temporale ius, & succedentiam habet obligationem, & traditionẽ. Cum ergo vẽditio vsusfructus directò referatur ad temporis durationem, & res vendita non aliud, quàm temporalis cõmoditas, videtur eadem ratio, quantũ ad hoc, vt in locatione, vt meritò debeat tẽpore mensurari. Secus in seruo, vel equo vendito, vbi subiectũ venditionis est plena totaque proprietas absolutè considerata, quæq; vna momentanea traditione semel in totũ trãsfertur, vt in traditione fundi, meritò quantũ ad hoc tex. d. §. si totus. æquiparat venditionẽ serui venditioni fundi. Sed certè nec hæc differẽtia (quæ ad pauca aduertentibus facilè probatur) mihi satisfacit, semper enim manet, & vrget illa absurditas, & iniquitas, ꝙ empror, qui toto seruo, vel equo plenè, & pacificè toto fere vitæ tempore fruitus est, possit prætextu euictionis circa finem vitæ, quæ retro nõ trahitur, & sic toto fructu
127 retento, totũ tamen pretium repetere. Confirmo † hanc secundam partem ciuili quoq; ratione; quia venditor nõ tenetur emptorẽ facere totius vel partis, sed tm̃ vacuã rem tradere, & facere, vt emptori frui habereq́; liceat. l. 3. l. ex empto, in prin. de act. emp. Sed ex hypotesi venditor hoc prẽstitit, idq; cũ effectu in tota re fere per totã prẽuisæ rei durationẽ. Tũ cũ non venderetur res soli nec perpetuò durabilis, sed quæ vltra certũ tempus viuere, & vsui esse non posset, certum est, non esse actum nec cogitatũ, vt frui, & habere liceret perpetuò, sed solum ad tẽpus vitæ, quod verisimiliter præuisum, & æstimatum fuit, & ad verisimilem durationẽ maius vel minus definitum pretium. Igitur hoc casu pretium conuentũ non est pretium perpetuę durationis, & fruitionis vitæ verisimiliter expensæ, & appreciatę. Cum ergo toto ferè tẽpore vitæ præuisę fruitus sit emptor, nec per euictionẽ abſit nisi modicũ, & ferè inutile tempus, non potest totũ pretium repetere cũ intus habeat totũ ferè cõmodũ & fructũ ꝓuitæ fruitio-
128 nis & vsus. Porrò † licèt videatur q̃dam subtilis dria inter vẽditorem serui, & venditionẽ vsusfructus fundi, quasi priore casu tota res absolutè transferat̃, posteriore verò tm̃ temporalis duratio. Tũ subtilius considerando, hæc differentia magis verbalis est, q̃ effectualis. patet, quia ẽt vsusfructus est in se quoddã totũ, & integrũ, & quædã separata ꝓprietas, tex. in l. qui vsumfructũ, in fi. si vsusf. pet. vñ vsufructuarius venit appellatione dñi in genere l. in venditione, de bon. auct. iu. pos. verificatur. n. in domino ipsius vsusfructus, Mod. in ꝓ. Paris. §. 1. gl. 1. nu. 5. idem de emphyteusi tpali. Et sic his vẽditis verum est dicere quoddam totũ venditum. Et tñ si euictio non sequatur, nisi pro vltimis, nemo dixerit totũ pretiũ repeti posse, cum emptor totã ferè rem habeat, & retineat. Igitur idem in seruo vendito, quia vtcunque simul totus vendatur, tamẽ ex natura rei subiectæ quæ tpe finitur, cõstat non minus in eo durationẽ vitę verisimiliter consideratam, & ad precitatã, q̃ in venditione vsusfructus, vel emphyteusis tẽporalis. Vterque ergo casus tpis cõmensurationẽ, & adprecationem recipit, videlicet prior saltẽ tacitè, posterior verò semper expressè, vtpote, vel sola noĩs rei expressione, nec minus operatur tacitũ q̃ expressum. l. cũ quid. si cer. pet. Apparet ergo in hoc articulo magnã esse rõnem drĩæ fundi, & serui, vel equi. Con
129 firmo; † quia in venditione fundi interusurium pretij æqui pollet fructibus fundi, imò solet eos notabiliter excedere: debent. n. hi casus, prout & leges, ad id quod plurimũ, & aliàs legitimè fit, referri. Crebrius aũt iustumq; fundorũ rusticorũ pretium est ad rõnem triginta pro vno reditus annui. Et adhuc multo maius est pretiũ domorũ vrbanarũ, Mod. in trac. vsur. nu. 113. 116. At de iure cõi interusuriũ pecuniæ (vbi usuris locus esse potest) est ad rationem semissis centesimę, & si ferè duplo excedit reditus fundi, & ferè triplo reditus domus vrbanę. Consequenter licèt post 30. ferè annos euincatur fundus, & euictionis noĩe damnet̃ debitor reddere soli dũ pretiũ ex solo primo capite euictionis, non habita ratione ꝙ emptor per 30. annos, vel diutius pacificè fruitus est, & fructus intus hẽt, tñ nulla absurditas resultat, nulla iniquitas fit venditori; qa venditor interim pretiũ habuit, cuius interusuriũ multo maius, & pinguius est, q̃ sint fruct⁹ quos habuit emptor, q licèt interim fruitus sit tñ caruit pretio, cuius interusurium dictos fructus excedit. Contrà verò accidit in venditione serui, equi, vel alterius rei, vel iuris tẽporalis, qa quãtominus durabilior est, tanto pretium ꝓparatione fructuum minus est, & tanto fructus vel cõmoda usus excedunt cõmune interusurium precij, qđ interusuriũ nunquã debet reddi, & tñ res empta tempore finitur, per ea q̃ latè, & nouè dicunt Mod. in tract. vsur. q. 71. in materia redituũ tẽporaliũ. Si igitur in fine huius iuris uel rei temporalis ꝓtingat euictio sine restõne fructuũ p̃teriti temporis, fit iniuria venditori, si cogatur ex primo capite euictionis totũ pretiũ restituere, qa interim emptor pro modico pretio magnos fructus percepit cõtemplatione iuris tempore finiẽdi. Et tñ cũ sub finẽ res euincitur, integrum pretium perpetuò reciperet, & sic haberet totum pretiũ, & adhuc ferè totã rem, seu omnem eius vtilitatẽ, & insuper qđ extrinsecus interest usq; ad metas solidi precij. Venditor aũt, q interim caruit tota re, & eius magnis fructibus, careret ẽt pecunia. Et licèt eius interusuriũ interim habuerit, tñ quia modicũ est, & fere nullũ præ fructibus ab emptore perceptis, non potest cũ illis cõpẽsari, & sic relinquere tur semper magna inæqualitas & iniquitas, q̃ etiam augetur in eo quod ꝓtingere põt venditorem initio pluries laudatũ fuisse ob imminentes euictiones, easque dato pretio semper obstruxisse vsque ad vltimam, quam redimere non potuit. Et tñ emptor nec super extrinseco interesse quidem deduceret, quod venditor alijs vendicare volentibus soluit, vt eos auerteret, quia emptor id non recipit, & sic nõ est locus l. ex
130 empto. §. fi. de act. emp. supra, nu. 67. Quid † dicemus? uides enim hanc æquitatem hic remorari sola rõne aut dubitatione stricti iuris in d. §. si totus, q iã solus obstat, si ruditer accipiatur. Videtur igitur iustis decretis res temperanda, iux. l. in ambiguis, in fi. de reg. iu. Hic prima facie occurrit admodũ plausibile temperamentũ distinguẽdo. Aut res euincitur ex dẽfectu totius iuris vẽditoris: puta, ꝙ tota res ab initio eẽt aliena, & tunc procedat prima pars. Aut verò euincitur ex defectu iuris à tpe euictionis tm̃: puta, qa erat restitutioni subiecta sub ꝓditione, q̃ extitit, sub finẽ tpis tm̃, & tunc procedat secũda pars, vt non debeat̃ euictio nisi ꝓ rata tpis euicti. Hęc distinctio in se ęquabilissima est!: vt. n. æquũ est, eum qui habuit verũ ius, & verũ dominiũ (quamquã sub conditione resolubile) non teneri de euictione nisi pro rata tpis euicti, reliqui verò tẽporis (quo verum ius, & verã fruitionẽ p̃stitit) commoda retinere. Ita æquum est eum qui nullũ ius ab initio

Source : BIU Cujas

tio habuit, ad ſolidã euictionẽ teneri, totumq; pretiũ reſtituere, ne de alieno lucretur: ꝙ añt extrinſecũ intereſſe depẽdere cogitur, partim interuſurio pretij qualicũque, partim ſibi factoue ſuo (vnde cõuenitur) imputare debet. Et ſm hęc eadẽ diſtinctio adhibẽda eſſet in locatione fundi, vel domus ad decem, vel viginti annos, in quaĩ vltimis annis fit euictio, quia eadem omnino, quãtum ad id, de quo diſſerimus, eſt ratio, & iam videtur probata per ea quæ dicta ſuntĩ q. præce.

131 num. 117. Verum † dum penitius inſpicio, video præfatã diſtinctionẽ æquitatem quidem aliquã habere, ſed mancam, & imperfectã, quia etiam ſuppoſita re ab initio in totũ aliena, non eſt æquum huiuſmodi bonæ fidei vẽditorẽ, de quo loquimur, omni commodo poſſeſſionis, quod ad eũ ſpectare debeat, priuari, & ad emptorẽ, vel conductorẽ, qui etiam nullũ ius (niſi a venditore ſuo) habuit, transferri: neutro.n. dño exiſtente, iuſtius & ęquius eſt priori, qui bona fide poſſidebat (vnde de iure effectũ cõmodi fructuum pro dño habetur, l. bonę fidei. de acq. re. dom.) cõmodũ ſuę poſſeſſionis antiquæ ſeruari, quàm ad cauſam habentẽ ab eo transfeeri, ſaltem pro rata, vel tpe quo prior ille impleuit, & liberam & efficacem fruitionem (quam ſolam debebat) pſtitit: debet igitur retinere pretium, vel mercedes pro rata. Et preſertim ſi venditor iſte, uel locator prius vere emerat, vel iuſtũ alioqn & oneroſum titulũ in re habebat. Preterea quid ad hũc emptorem, vel conductorem attinet auctorem fuiſſe dñm, cum non teneretur ad dñium transferendũ, ſed ad ſolam fruitionem? Et ſic quantum ad hunc recurſum impertinens eſt, an auctor fuerit dñs, necne, preſertim cum ob bonã fidem de iure loco domini haberetur, dicta leg. bonæfidei. de acquir. re. dom. Hanc ergo diſtinctionem, quamquam auribus applaudentem, vt minus iuridicam, nec ſolida ratione ſubnixam

163 nis respiciunt. Omissis † his argutio lis, quæ verborum apices magis vrgent q̃ mentem, dico ꝙ siue in d.§. alteri, verba respiciant executionem, siue substantiã stipulationis, non concludunt sententiam Azo. Fateor. n. verum sensum esse in stipulatione pœnali non attendi. an vel quantum stipulãtis interfit, sed de quanta summa, & sub qua ꝓditione ꝓuenit: sed proinde sequitur, quantamcunque summam deberi posse, sicut nec sub qualicunque ꝓditione, ita & sub moderata qualitate, quod in aliis iuribus relinquitur, quib. vt impossibilis, & probrosa conditio non toleratur, vt in l. nõ solum, de actio. & oblig. ita nec immodica quantitas, vt in hac l. Quare repudianda est distinctio Accus. hic, & in d.§. alteri, quæ est quinta opinio, distinguens inter verba quotiatiua seu multiplicatiua, vt tunc non valeat vltra quadruplum, & verba simplicia, vt tunc valeat in infinitum, licèt Dy. §. omnes, col. fi. & ibi Io. de Pla. Ang. Ias. col. quarta, Inst. de act. Alb. hic nu. 22. Bar. Saly. hic colum. pen. Saly. in l. si dctum, in prin. de euict. & plures numero, non tã pariformiter secuti sunt, à qua tanquam verbali post Pet. rectè discedit Bal. hic opp. 10. idem Bal. col. fi. sentit hmõi pœnas posse ascendere vsq; ad quadruplũ, sed non vltra indistinctè, qđ sequuntur vterq; Imol. in d. l. stipulatio ista. §. alteri, ad fi. de ver. obl. Curt. hic nu. 32. in fi. Et est p̃dicta sexta opinio. Sed nec hoc placet, frustra verò deliberauerunt Doct. in ꝓstituẽda certa hmõi penarum meta. quod nec Iustinianus ipse facere tentauit, sed studiosè, & prudentissimè omisit, prout ĩ simili Scæuola in l. Mœuia. §. pen. de ann. leg. & in l. de accessionibus, de diu. & temp. præscrip. Modus igitur harũ pœnarum in vno quoq; subiecto casu ex totius causæ circunstãtiis, & legali æqtate similibus, & rõnibus subnixa metiendus est (& istud est propriè competens moderamẽ, de quo hæc l.) non a certa quadã perpetua, & vniformi regula. Sic & Marcus philosophus conquerentem de excessu stipulationis remisit ad Præsidẽ ꝓuinciæ, ad quẽ sine alia determinatione scripsit, vt cã cognita stipulationis iniqtatẽ ad modum iustæ exactionis (ideſt ad competens moderamen) re-
164 digeret l. cũ quidẽ, † in prin. de vsur. Puto tñ de mẽte iuris esse, ꝙ pœna ꝓuentionalis nõ dẽat regulariter excedere duplum, nisi ex circunstantiis casus subiecti appareat de iusta causa stipulandi, & promittendi pœnã vltra duplũ rei principalis. Quod ostendo primò per seriem & phrasim huius tex. quia hæc clausula cum scimus, venit ꝓfirmatiuè ad p̃cedentem moderationem eius, quod interest. Et sic ut ꝓfirmatio ꝓgruat, tacitè datur intelligi, quòd ꝓpetens pœnarũ modus nõ dẽt saltem in multo excedere precedentem moderationem, & sic in certis non deberet excedere duplũ, in incertis non debet excedere, quod ad summum verisimiliter interesse posset. Hoc ẽt naturali eqtati (quã hæc l. citat) ꝓgruum est, simul & politico regimini, vitæq; ciuili, & cõi hominum societati vtile, & accommodum. Quare hęc mihi vera mens huius l. esse vr̃, q̃ ꝓtentus fuit Iustinianus indicare, prudẽtẽr abstinẽs a certa & absoluta hmõi definitione, eo ꝙ præuideret hanc æquitatem in facto magis esse positam, & vsu venire posse ẽt in casibus certis, tales adesse circunstantias, vt iustũ, & expediens sit maiores pœnas apponi & tolerari, quibus cessantibus puto tenendum regulariter vt dixi. Secundò probo forti viuaque ratione, quia si in certis id, quod verè nostra interest, etiam de quo constat, limitatur ad duplum, quanto fortius pœna censeri debet ad duplum limitata in certis: quia pœna conuenta venit, etiam si non constet, quod, vel quanti interfit imò etiam si non interfuisse cõstet. vñ tunc est verum lucrum, & in dubio censẽt haberi ex causa lucratiua, vt tradit Dec. in l. n eo, quod dẽ reg. iu. Et sic iustius limitãdæ sunt hę pœnæ, q̃ verum dãnum, ꝙ abest, arg. l. fi. ff. de cod. cũ vulg. Ter-
165 tiõ † hæc moderatio vtriq; parti vtilis est, & neutri facit iniutiam, & sic amplectenda l. i. & ibi Paul. si quis caut. l. si cũ dotem, §. eo tempore, vers. ideoq; officium, iol. ma. Patet, stipulanti, cuius non interest, vel nõ tanti, palam est nullam fieri iniuriam hac moderatione, & nihilominus ex stipulatione remanet ei duplex lucrum: vnum dum releuatur ab onere probandi, alterum in ꝓsequendo, vsq; ad duplum: debitor aũt nõ inciuiliter, nec vltra legitimũ modũ grauat̃. Quartò bene facit, ꝙ pœnæ loco eius, qđ interest, subrogantur. §. fi. Inst. de ver. obl. l. fi. siqs in ius non ier. l. fi. de Prẽt. stipu. igit̃ eius naturam imitari debẽt, nec illud notabiliter superexcedere. Quintò facit cõis, & regularis legũ ꝓtentus in duplo non excedendo, siue in vsuris l. si nõ sortẽ. §. ſ. duplũ de ꝓd. ind. siue in interesse, & in hoc siue ex ꝓuentione l. ꝙ si nolit. §. qa assidua, de ædil. edic. Siue citra certã ꝙuẽtionẽ l. Titius, cũ l. seq. de act. emp. Imò non solum leges, ꝓbãt cõ suetudinem dupli non excedendi d. §. qa assidua, sed ẽt diligenter cauent, ne excedat̃, sed ut oĩa ẽt ex particularib. causis, vel antiquis exacta huic duplo imputent̃. l. ex empto. §. inde Neratius. l. emptorẽ. §. Cassius, de act. emp. l. cum fundus, de euict. & alibi passim, ut l. fi. de cal. l. dñs. C. e. l. si postulauerit, in prin. & in fi. de adult. Nonne hæc clarè ostẽdunt ſ. duplum paciſci insolens, & exorbitans esse de iure. Igitur &c. presertim in pœnis ꝓuentionalib. regulariter, & tacitè
166 ꝓ hanc l. vers. cum scimus. Nõ † obstat l. fi. C. de spõl. qa totius eius teneor ostẽdit studium l. esse coarctare ad duplũ. Quòd aũt circa fi. ꝓmittit̃ paciſcit de arris ĩ quadruplũ, cui simplum inest, restituẽdis, nõ tã in vim ꝓuentionis hoc ꝓmittit̃, q̃ in vim quarundã legum anteriorum, q̃ ẽt sine pacto hãc pœnã imponebãt renunciãtibus spõsalia sine iusta cã, quas abrogat, nisi spãliter ita placuerit ꝯh. Et sic dico primò, ꝙ d. l. fi. non loquit̃ ꝓprie de pœna ꝓuentionali, sed de pœna legali, in qua plus licere dẽt legi cõi, q̃ priuatorũ affectibus sępius incõsultis, & temerariis. Patet, qa primò sine iusta cã rumpenti sponsalia inter pſonas legitimæ ætatis ꝯcta, pœnã duplicatas arras reddẽdi duntaxat imponit, et sic est pœna merè legalis ad duplum limitata: deinde abrogat veteres leges, q̃ statuebãt quadruplatas reddi, et hoc nisi ſpãliter ita ꝓuenerit, quo casu veteres leges in hoc non abrogant̃, & sic magis est pœna legalis, ꝓ ꝓuentionẽ ꝓseruata, q̃ pœna merè ꝓuentionalis. Secundò dico, ibi casum ſpãlem in arris spõsaliorũ ritè inter pſonas legitimæ ętatis ꝯctorũ & sine iusta cã ruptorum, oĩ ẽt alio interesse, vel pœna cessante. Tertiò dico, ꝙ ibi nec ſ̃. in duplum quidem, ẽt exp̃ssa ꝓuentione ꝓmittitur pœna respectu principalium ꝓuẽtionum dotis vel donationis ꝓp nuptias, sed respectu arrarũ tñ, quæ solent esse modicæ, longeq; minores, q̃ simplũ prĩcipalium ꝓuentionum, & sic d. l. rectè expensa fortiter stat
167 a sententia nostra. Restat † vna sola l. quæ hucusque turbauit intellectum gl. & Doct. in hac materia, videlicet l. si dictum, in prin. de euict. vbi tex. rotundus vr̃, ꝙ pœna ꝓuẽtionalis æquè indiscriminatim possit ascendere vsq; ad triplũ vel quadruplum, si ꝯhentibus libuerit, sicut ad duplũ vel ſ̃. Accurs. ibi, & hic miserè seſe torquet, nec qui secuti sunt melius, nullum n. adhuc legi, nec audiui. q rectè ĩtelligere aut soluere potuerit, sed omnes dant manus, & uicti cedũt ꝯrio. Saly. ibi, & hic col. pen. dicit ideo sic esse, quia pœna refert̃ ad certũ quid de p̃senti, & sic toleratur quis excessus ex eo, ꝙ promissio scienter sit facta. idẽ volunt cęteri, & idem Lud. Ro. ꝓſ. 510. col. 3. & col. 7. vers. dico tñ, ait se sic intelligere d. l. si dictum, & addit esse casum singularẽ ad hoc ĩ l. sed & siqs. §. siquis caut. ꝙ siqs scienter vltra q̃ interfit ꝓmittat, põt in totum efficaciter ꝓueniri, sibiq; imputari dẽt, ꝙ in tñ se obligauerit. Quid dicemus? Video ex oĩum ferè vtriusque iuris ꝓfessorum scriptis, nec nõ quorundam ex Theologorum scolasticorum familia, quos q̃nãrios aut summistas volgò vocant, ꝙ si non fuisset tex. d. l. si dictum, in eã facilè sententiam omnes ꝓuenissent, vt pœna ꝓuentionalis non debeat excedere duplum, nec tanto nostro inueniẽdi, & interpretandi labore opus fuisset. Oñdo igit̃ d. l. si dictũ, minimè obstare: non. n. dicit, nec disponit, ꝙ semper, & indiscriminatim, prout libitum fuerit, liceat cum effectu triplum aut quadruplum in casum euictionis stipulari. Sed ibi dũ in vẽditione actum esset de certa summa, puta simpla, vel alia maiori ꝓmittenda, & præstanda in casum euictionis: q̃situm fuit, an venditor etiam satisdare eo nomine tenetur, pro vt vulgus opinabatur? Et resp. ꝙ non, sed nudã repromissionem, scilicet stipulationem solennem corã publica persona factam sufficere, non autem fideiussores exi-
168 gi, nisi & de his præstandis actum sit. Hoc † d. l. in prin. agit, & intendit, nec disponit quòd passim, & indiscriminatim liceat etiam emptori vsque ad quadruplum in casum euictionis stipulari, nec hoc illic quæritur, nec agit̃ & sic ad hoc non potest induci. Quia l. non disponit, nisi de eo, de quo in ea quæritur, & dubitatur: cætera

vel idonea præſupponit, vel in cæteris legibus relinquit l. furioſum,in fi.C.qui teſt.fac.poſſ.l.qui teſtō, in princ.ibi, ſi aliud eos non impediat,de teſt.Gem.cōſ.75. col.1.Iaſ.in le. ſi pater impuberis l.qui duos,de vulg.& pup. Cæterū licèt ibi non diſponatur licere regulariter triplū,vel quadruplū ſtipulari:tñ illa exempla non ſunt ocioſa,ſed ſtāt ad tollendā maiorē dubitationē.Cū.n.nō ſoleat triplū, vel quadruplū promitti,niſi pp maius aliquod inſuetū periculū tunc imminens,& ſuſceptum,vel aliam iuſtam cauſam: ſi Iureconſ.non fuiſſet locutus,niſi de duplo, reſtaſſet apud vulgares dubitatio in caſu,quo ex iuſta cā actū eſſet de triplo, vel quadruplo,vbi propter maius periculū cautius vī agēdum.Et ſic d.l.ſi dictum,nullo modo probat, licere paſſim ſtipulari triplū,vel quadruplum,& aſſiduè,& regulariter p miſſam duplam excedere, nec de hoc diſponit, ſed ſola ſa-
169 tiſdatione. Fateor † tñ ꝙ tacitè ptæſupponit accidere poſſe,vt triplum, vel ēt quadruplum ſtipulari poſſit: quod eſt verū,vbi ſpecialiter ſubeſt quædam iuſta cā.Vt ſi vendens, vel locans equū mercatori, recipit ſe præſtaturum idoneū ſub tps nundinarum ſub pena tripli, vel quadrupli pretii, vel mercedis.Vel ſiquis vendit areā, & promittit dare, vel iuſto pretio vendere iuxta ea tñ ſpatii terræ, quantū ad puteum fodiendū,vel ſcalā cochlidē ꝙſtruēdum ſufficiēt, qñ emptor ī ea area ædificare voluerit;idq; ſub pena tripli,vel quadrupli q̄ ſit nudū ptetium dicti ſpatii terræ. His.n.& ſimilibus caſib.ſuſceptū ſpecificū periculū, vel circunſtātia ſpālis adiecta, & præuiſa, facit caſum incertum.Et ſufficit penā probabilem modum totius illius negocii non excedere,licèt in triplo,vel quadruplo excedat pretiū,vel mercedem.Et his demum caſibus, vel alia ſimili iuſta cā ſuppoſita debet intelligi d.l.ſi dictū,inquantum obiter & enūciatiuè de triplo,vel quadruplo loquit,non autem illud enūciatum dēt pro deciſione abſoluta p̄cipitanter,& generaliter accipi: hoc.n.eſſet legum verba captare & calumniari, nō autē obſeruare,qua mente dicātur,ꝫ l.pen.ad exhib. ꝙ autē ibi obiter tripli, vel quadrupli fit mentio,id nō fit, vt ſtatuatur regulariter licere,ſed ſolùm,vt generaliter ſtatuatur de quæſtione ſatiſdationis,de qua ſolum ibi agitur.Cō-
170 cludendo † totam qōnem dico.Aut conuentum eſt de intereſſe ſarciendo in genere, certa ſumma non expreſſa, & tunc abſq; dubio generalis ꝙtētio refertur ad ius, & huius l.& aliarum legum interpretationem recipit. Aut verò de certa ſumma,vel pena ꝙuenit iuxta ꝙſiliū l.fi.de pret.ſtipu. & nihilominus ſubeſt ꝙgruæ moderationi p hanc l.& quīque rōnes prædictas. Hæc.n.lex intelligitur dare ꝙſilium, vel auxilium ſuum exorbitanti penæ,quam non ſolū auerſatur,ſed etiam expreſſim ad ꝙgruum modum, & ꝙpetens moderamen iubet reduci,vt hac l.verſ. cum ſcimus. igitur hanc legum voluntatem tenet imitari earum miniſter, ſ. iudex,ad quē etiam nominatim hæc l.dirigitur. In caſibus igitur certis ſi pena non multum excedat duplum, poterit iudex tolerare,dūmodo tñ caſus non recidat in fraudē vſurarum,per no.s.nu.94.Mod.latè ī tract.vſur.nu. 35. & q.80. Si verò ex̄ materiam, & fraudem vſurarum notabiliter excedat duplum,nec appareat de alia ſpecifica iuſta cauſa tātæ penæ,iudex debet eam reducere ad modum legitimū,videlicet duplum,ſpreto exceſſu ſupergreſſiuo, & ſine cauſa facto l.illicitas, in prin.de off.præſ.In incertis autem vt tolerari poteſt ſi non excedat probabilem ſummam negocii principalis, & eius quod veriſimiliter in talibus intereſſe poteſt,no.s.n.60.nec bonos,& ꝙſuetos ciuitatis mores, ita ſi notabiliter ea excedat,debet inciuilem, & ſic iniquū exceſſum p̄cidere,nec in his fidelior doctrina dari poteſt. Et
171 † prædictam ꝙcluſionem ſic modificatam generaliter intelligo,ſiue pena apponatur rōne contemptus,ſiue rōne non implementi,ſiue totius,ſiue particularis. Et ſic reiicio infinitos ſcrupos, & operoſos commentitiarum diſtinctionū meandros,quos Doct.in locis prædictis,& Ro.d.conſi.510. in ſcriptis cōminiſcuntur,vtpotę penitus inutiles.niſi ad ꝙtemptionem, & ingenia obruenda. Tum vulgaris eorum dria inter penam loco ꝙtemptus,vel eius quod intereſt appoſitam,vt illa quantacunque veniat,hæc duplum vel modum non excedat,nō ſolum verbalis eſt merè ꝙmentitia,ſine lege,& abſq; vlla neceſſitate excogitata,ſed ēt p̄poſtera. Maior eſt.n.rō limitandi penas rōne ſolius ꝙtemptus, q̄ loco eius quod intereſt appoſitas,cum illæ ſint merè lucratiuæ,hæ verò rei p̄ſecutoriæ.In illis inuenitur ſimplex ceſſatio vel contemptus.in iſtis ſimul cum ceſſatione, & ꝙtemptu inuenit dānum inde ſecutum,& datū:& ſic prorſus ir-
172 rationabilis eſt eorum diſtinctio.Sed † quia Ro.in d.ꝙſ.magnam facit vim in d.l.ſed & ſiquis,in fi.ſiquis caut.Bī dico, ꝙ dēt intelligi,dummodò tanti intereſſit, vel ſaltē dummodò pena illa appoſita ſtipulationi de iudicio ſiſti non excedat ſummā principalis. Et moueor nedum per hāc noſtrā l.ſed qa in p̄toriis,& iudicialibus maximè æq̄tas ſpectanda eſt l.in omnibus,de regulis iuris. vnde illæ nō committantur ſi nō interſit l.tertia.in fi.& ibi Bartol. Angel. ſi quis in ius voca.non ierit.Iaſ.in l.ſecūda,§. item ſi in facto.colum. quinta. de verbor. obligat. & ſic non ſupra modum quàm veriſimiliter interſit, vel quanti ea res ſit. Vt autem quod ſentio melius intelligatur, neceſſe eſt plures leges obiter (clarius quàm a gloſ.& Doctor.hactenus)declarare,quandoquidem plurium eiuſdem materiæ vix vna ſine alia rectè intelligi queat.Notandum ergo,quòd valet ſtipulatio, qua fideiuſſor aliquem iudicio ſiſti promittit etiam nulla ſumma expreſſa,ſed de ſiſtendo ſimpliciter,tex.eſt rotūdus in lege penult.ſiquis caut.l.quoties quis,de verbor.obliga. Et tunc in hac ſtipulatione venit quanti ea res eſt, tex.in le
173 ge ſecunda, §.fi.in princip.qui ſatiſda. cog. Verba † autem quanti ea res eſt,referuntur ad quantitatem in iudicio deductam,ſi quantitas petatur,tex.in lege,ſiue in duplū.eod. tit.Pariter ſi pena tantùm taxatur,& debetur,ad illam referuntur. leg.vn.in fin.ſi quis ius dic.non obtēp.Si verò aliud quàm certa quantitas,vel aliàs regulariter referūtur ad veram,& communem rei petitæ eſtimationem,tex.in l.inter hęc verba, de verb.ſign.in l.Prætor ait.2.§.hæc autem actio vi bon.rap.Non autem ea verba referuntur etiam ad id,qđ præter veram rei petitæ æſtimationem extrinſecus intereſt aut intererit,tex.in l.hęc verba quanti, de verb.ſig.in l.prima,de in lit iu.quæ ita debet intelligi,vt loco ſuo dicetur. Longè aliud eſt,quando dicitur, quanti ea res ab actore æſtimata fuerit, vel quanti in litem iurauerit: quia tunc ea verba non referuntur ad veritatem, ſeu veram rei æſtimationem,ſed ad æſtimationem actoris l.qui reſtituere, de rei vend.l.ſi per aliam.§.primo, ne quis eum qui in ius voc. in qua poteſt comprehendere etiam, quod ſua extrinſecus interęſt,vt de toto ſtetur eius ſacramento ſub taxatione a iudice pro veriſimilitudine, & quantitate negocii moderanda:meritò illud incrementum non debet augere obligationem fideiuſſoris,l.i.de in li.iu.Cæterùm pro ratione materiæ ſubiectæ verba,quanti ea res eſt.non ſolùm rem principalem,ſed etiam quicquid iuſtè intereſt ſimul cum principali cōprehendunt,vt in l.fin.ſi quis caut.l.arbitrio,de dol. l.ſi quis ſeruum,in fi.l.Neratius, de ſeruo corup.l.in bonæ fidei,de pecul.l.quarta.§.in eum,de dam.inf.l.quoties quis, in fi.de ver.obl.l.fi.de præt.ſtip.l.procurator ad exhibendū, rem ra.hab. Rurſus in eadem materia verbum, quod intereſt,ad eandem ſtipulationem,vel obligationem relatum, non intelligitur de eo,quod etiam extrinſecus intereſt,ſed ſolum de vera quantitate,& æſtimatione rei in iudiciū deductæ l.fi.ſiquis in ius vo.non ier.vbi glo. & Doct. non declarant, quod ſit illud intereſſe, ſed quòd ibi intelligatur, vt dixi:Et tantùm valeant dicta verba,quanti ea res eſt, per tex.eiuſdem materiæ,in d.l.2.§.fi.qui ſatiſd.cog. cum l.ſeq. & per tex.in l.pen.ſiquis caut.in d.l.quoties quis.§.i.de ver.
174 obl. Verùm † quia ſæpe huiuſmodi fideiuſſores nolebant ſimpliciter obligari,ſed ſolùm vſque ad certam ſummam, vel ſub certa pena,quod in idem recidit,quandoq; ſub duplo minore ſumma q̄ peteret,vt in l.fin.§.fi. de eo per quē fa.er.cęperunt hmōi fideiuſſores frequentius vſq; ad certā taxatam quantitatem q̄ ſimpliciter recipi, put hucuſq, aſſolet:cęptum eſt ꝙſequenter ab initio litis conſtitui in q̄tā tam ſummam fideiuſſores acciperentur,quo facto ſi cōtingat fideiuſſorē in maiorē ſummā intercedere,ſuccedit clara deciſio d.l.ſed & ſiquis,in fi.ſiqs caut.qđ ſiqdem p errorē dum putat pluris eſſe ꝙſtitutū, & promittēdum, hēt exceptionē in eo,ꝙ plus p ignorātiā promiſit. Si verò ex certa ſciētia,ſiue ex noua ꝙuentione,aut ꝙſtitutione ſciēter pluris promiſerit,non hēt exceptionem:quia ſi excipit de priore conſtitutione,ea exceptio noui pacti ſcienter ꝙuenti replicatione infirmat.Hoc clarè ſolùm vult ille text.eo quo Rom.& alii(ſed peſſimè)colligunt,illic eſſe caſum ſingularem,quòd qui ſcienter penam promittit in plus quòd interſit, in totum indiſtinctè tenetur,vel in immenſum.Atqui tex.hoc non intendit,quòd ſcilicet fideiuſſor in immē ſum vltra quod victoris interſit obligetur:nec hoc illic agitur,nec diſponitur,ſed ſolum agitur, & deciditur,quòd p̄pter ſcientiam non habet exceptionem prioris ſtatuti,quā haberet ignorans.Patet in contextu, & in aduerſatiua ſinautem;quæ dictis in præcedenti clauſula aduerſatur, vt ſic non competat exceptio ignorātiæ prioriſq; ſtatuti,de quo in priore clauſula. Et ſic nō ſequitur, quin non competāt alię legitimæ exceptiones,qa a ſublatiōe exceptionis prioris ſtatuti(de qua ſolùm ibi agit)reſiduum ſtipulationis re-
175 linquitur in iure cōmuni.Quòd † autem huiuſmodi cautio fideiuſſoria facta ſub magna ſumma vel pena, ſiue nullo ſtatuto,vel ꝙuentione de alia ſumma p̄cedēte,vel p̄cedente qdē,ſed de minori ſumma,fideiuſſione verò ſcienter

Source : BIU Cujas

ter facta,nihilominus debeat reduci ad id,quod actoris interest,& non possit illud excedere. Probo; quia vt notū est per l.fi.de Præt.stip.expressio certæ summæ,vel pœnæ in huiusmodi stipulatione subrogat loco eius quod actoris interest,& veniret in stipulationem simpliciter factam.d.l.secunda,§.fi.& hoc ad commodum vtriusque partis, sed prīcipaliter,& primariò fideiussoris,vt satis innuit tex.d.§.fin. Quid enim si non interssit actoris,vt quia calumniator est, vel aliter de solutione,aut non iure docet fideiussor,clarū est eum absoluendum. Speciale est enim in eo, qui vi exemit, vt nec ad hoc allegandum, vel probandum admittat, l.pen.§.primo,& ibi Ang.ne quis eum qui in ius vo.est. Igitur fideiussor non debet teneri vltra q̄ actoris interssit,quātuncunque summam promiserit,sed bene potest minus teneri,si in minorem quantitatem fideiusserit,quàm si id, q̄ actoris verè interest. Fateor, quòd adiectio certæ summæ potest prodesse actori in duobus etiam in hac Prętoria cautione. Primò vt in dubio præsumatur, quòd tanti sua interssit.d.l.fin.de pret.stip.Secundò vt si in veritate quantitas petita,vel æstimatio rei petitæ sit minor,tunc possit vltra hoc ꝯsequi,quod sua extrinsecus verè,& iustè interest, tam p̄p impensas q̄ p̄p alia iusta damna, quæ aliàs non veniebant in eā stipulationē.l.hęc verba q̄ti, de ver.sig. l.1.de in lit.iur. & hoc vsq; ad limites cautionis,q̄a ita tacitè actum videt, & transactum. Sed nū quā cēsēt actū,q̄ actor vltra q̄ sua interssit consequatur hac stipulatione prętoria,& a fideiussore. Et sic tantum abest,vt hæc stipulatio possit excedere duplum,& summam saltem verisimilem totius rei, & eius q̄ interest excedere non debeat. Ex his extricata est & nouè resoluta vniuersa materia, & quicquid ad doctrinam spectat huius tractatus,omissis impertinētibus: puta de natura obligationis facti,de probatione interesse per testes,instr̄a,vel iuramentum in litem,quæ suis locis reseruanda sunt.

176 Decimò † & vltimo vt plenius constet q̄ latè pateat analyticæ huius nostræ dispunctionis necessitas, & vtilitas ad oīum huius farraginis legum verum intellectum cum praxi simul & in numerato habendum, libet quotidiana q̄dā exēpla p̄sertim ti.loc.ff.(q̄ s̄.n.58.ne doctrinę methodus nimia p̄plixitate vexaret hūc reieci) paucis excutere. Et primū occurrit l.si tibi alienā.l.cū l.seq.loc.vbi emolumētū maioris relocationis a ꝯductore ob euictionē amissum, maiorē efficit ꝯdēnationē eius,q̄d interest, q̄d p̄ p̄dicta dēt intelligi vt cum oī alio extrinseco interesse non excedat duplū, in quo inest simplum per hanc l.Simplum autem ex parte ꝯductoris est tota merces conductionis euictæ, secundùm no.s̄.nu.13 1.quę si p̄rogata fuerit,debet p̄ rata restitui,aliàs remitti prętet id,quod extrinsecus interest. Et circa hoc valde errāt Accurs.Bar.Saly.in l.siquis domum,in princ.in l.si fundus,in fi.loca.vbi dicta iura restringunt ad scienter locātem domum alienam,& tenent quòd locans ignorāter secuta euictione non tenetur in id, quod emptoris interest, sed solùm ad remissionem mercedis pro rata, quod est falsum,& contra text.rotundum in l.si vno.§.vbicunque, in fin. eod.titul. & contra text. satis apertum in d.l. siquis domum,in princ.quæ loquitur de eo,qui bona fide fundum, vel domum emit,& mihi locauit.plus addit tex.q̄ res locata sine dolo,& culpa locatoris euicta est,ergo bona fide, & ignorans alienam locauerat. Et sic Accurs.& sequiores pertuerunt illum tex.dum supplent,eum sciret alienam;quia tunc fuisset in dolo,quod tex.negat, & expressè loquitur ī eo,qui est in bona fide,quem vult tamen teneri ad interesse, quod est iustum sub huius l.moderationem, vt dixi, ex quo defectu iuris locantis euincitur. Et alioquin locatio non iisdem iuris regulis vteretur,quibus & venditio,cōtra tex.in l.2.loca.Inst.eo.in prin.& ita contra glo. tenet Paul. in d.l.siquis domum;& in d.§.vbicunque. Secus si non euīcitur ex defectu iuris locantis.sed per vim de facto illatam ab alio,quam locator prohibere non potest, quia tunc sat est mercedem pro rata reddere,vel remittere. l.si fundus, in fi.eo.ti.quæ ita clarè loquitur,& ita debet intelligi. Et hoc nisi procedat ob inimicitias culpa locatoris contractas,vel aliam eius culpam l.si merces.§.culpæ,loca.super quo vide apost.ad Alex.in ꝯsi.168.in fi.lib.2.quia nolo in singulis oc-

177 currentibus immorari. Secundò † occurrit l.siquis fundū. §.1.l.videamus.§.i.§.fi.loca.vbi dicitur colonum, vel inquilinum teneri præstare periculum,vel damnū villæ, vel domus sua culpa combustæ. Aduertendum,q̄ hic casus multum differt a priori,in quo agitur etiam de interesse extrinseco,& sic totum non dēt excedere duplum sui simpli, cū simus in casu certo. Sed hic hæc iura non loquuntur de interesse extrinseco,sed solùm de detrimēto villæ,vel domus ꝯbustæ,& sic de supficiei ꝯbustæ æstimatione, quæ est vera rei p̄secutio,& principale debitum. Ideo licēt possit subesse moderationi secūdi resp.huius l.vt remotis ambagibus, & friuolis causationib. fiat iusta æstimatio ſm exactam rei veritatem, tñ nullo modo subest moderationi primi resp. sed integrè venit. Quod clarissima demonstratione p̄batur fac hanc domū gratis ꝯcessam,vel commodatā Titio, non ne restitutio domus est simplum,& principale debitum? q̄ si culpa Titii ꝯbusta sit,nonne eius æstimatio est vera rei p̄secutio principaliter debita? Ergo si ꝯcessioni merces addita sit,quam q̄ merces in se principaliter debeatur,tñ domus sine eius custodia,& restitutio non desinit principaliter deberi, q̄q̄ minus intensè, q̄a priore casu tenebatur Titius de culpa leuissima,posteriore verò mercede, vel ꝯpensatione releuatur ī alio, vt nō teneat nisi de leui culpa.l.si vt certo. §.nunc vidēdum.cōmod.nec ob id tñ minus principaliter dētur. Sicut in creditore,qui in custodia pignoris nō tenet nisi de leui. Inst.q̄bus mod.re ꝯh.obl.§.fi.l.si cum venderet. in fi.cū l.seq.de pig.act.§.nunc vidēdum. Tñ ea est principalis obligatio directæ pignoratitiæ: q̄q̄ autem ꝯctus & obligatio pignoris sit q̄d actu numeroque separatū a ꝯctu & obligatione principali,obligatio verò domus custodiēdæ, & restituendæ, & obligatio mercedis successiuæ habitationis sint ex vno eodemque ꝯctu, tñ sunt diuersæ obligationes principales,velut diuersa simpla separata. Obligatio.n. custodiæ nō est pars mercedis,sed obligatio separata;q̄a tota merces dat̄ p̄ fruitione,quēadmodū nauta,fullo,sarcinator:nō p̄ custodia,sed p̄ opa mercedē accipiūt,& tñ custodiæ nomine tenent̄.l.nautæ.ff.nau.caup.stab. Hoc ergo pro ꝯstāti firmatio,q̄ æstimatio supficiei domus ꝯbustæ sit mera rei p̄secutio,& verū simplū p̄ se,fatuū esset imaginari, q̄ non dēat excedere cumulū mercedū, imò p̄ter mercedes vsq; ad tp̄s ꝯbustionis soluēdas,in totum principaliter venit,& debet,cessante taxatione huius l.q̄ hoc casu nō limi-

178 tatur,sed prorsus cessat. Sed † hic emergit necessaria q̄stio, An ꝯductor teneatur in id,q̄d p̄ter simplicē æstimationem supficiei ꝯbustæ domus extrinsecus interest? Breuiter puto q̄ nō. Tum quia satis culpa punit̄ in eo, q̄ tenet̄ ad oē detrimētū p̄ximè vulgò immediatè per ignē,vel culpam datum,s.ad æstimationē totius supficiei ꝯbustæ, & rerum locatoris inde amissarū,vel deterioratarū, q̄ p̄nt vltra centuplum,vel millecuplum summā totius ꝯductionis,vel mercedum excedere. Tum q̄a rō,p̄ quam ꝯductor ad hoc detrimentum obligatus est,q̄m prospicere dēt, ne in aliquo vel ius rei,vel corpus deterius faciat,vel fieri patiatur,d.l.videamus.§.i.in fi. Sed hæc ratio non respicit nisi ipsam rem conductam, ergo datur intelligi, q̄ conductor non tenet esse solicitus de vtilitate, vel interesse extrinseco, eo q̄ de hoc non tenetur. Tum tertiò,quia aliàs capi posset,vel circunueniri conductor conducens domum primo aspectu vilem,si nihilominus adhuc tenetur in id, quod extrinsecus fortè ob pœnam per locatorem vitandam,vel acquirēdam locatoris interesset,in quo duplex esset captio. Prima; q̄a ꝯductor tacitè eoipso suscipiēs custodiā nō cēsēt suscipiens custodiā non censet suscipe nisi de domo,qualis tūc est,& apparet, nec censet velle illigari maiori periculo, q̄ quanti eam rem esse tunc apparet,& sic non vltra supficiei (in qua sola periculum,& custodia versātur) communem æstimationem. Non igitur debet teneri ī id, quod præterea ob singulares quasdam causas locatoris interest, q̄a forsā non conduxisset,nec se tanto periculo subiecisset. Secūda

179 † captio; quia non solum ex facto locatoris præterito, sed ēt ex eius facto post ꝯctum secuto posset ad longè maius q̄ p̄uiderat,vel cogitauerat periculū obligari. Puta,si locator sub finē locationis vēdidisset domū 4000.media parte p̄tii recepta, & p̄misisset claues tradere in fine anni sub pœna, aliàs ꝯctus resolueret̄,& receptum pretium statim restituere cogeretur,rato manente pacto pœnæ. Esset autem noua maior absurditas, si facto locatoris durior fieret obligatio ꝯductoris, cuius fortè leui culpa domus in fine anni ꝯflagrauit,satis est ergo simplū dictæ æstimationis p̄stari. Quarò probo a simili artificis,qui gēmam insculpendam fuitce pit,& imperitia fregit,vel fullonis,aut sarcinatoris, qui vestimentum culpa amisit,satis est.n.eos teneri ad æstimationem gemmæ,vel vestimenti,etiam si vltra centuplum mercedem excedat,vt in l.item quæritur.§.si gemma.§.si fullo. l.si merces,in fi.loca. Non autem dicendum est eos teneri ad aliud singulare locatoris interesse per prædicta. Igitur idem in colono, vel inquilino, quia eadem ratio. Secus si dolo malo ignem immisisset, quia tunc non solū ad oē ēt extrinsecum,& inopinatum interesse teneret̄,sed ēt criminaliter puniretur. Et adhuc in dolo so intelligit̄ venire oē detrimentum tunc datum & p̄ximè ex igne secutum,non autem dānum postea succedēs ex nouo casu ēt occasione dictæ combustionis, sine qua non contigisset; quia illud est damnum remotum, quod non est in consideratione p̄ hanc l.versi.in aliis, & per text.in l.Neratius.in prin.de ser.

Source : BIU Cujas

corrup. Sed quid ſi lata culpa? Reſp. abſolutè reſpõderi nõ poſſe: poteſt. n. eſſe tanta condemnatio domus cõbuſtæ, vt ꝺductor hinc ad pauperiẽ redactus ſatis puniatur. Cõtra ꝑt ſuperficies cõbuſta tã vilis eſſe, damnum verò extrinſecum locatoris tam magnum, & culpa tam diſſoluta, vt parũ abſit a dolo, meritoq; ꝺdemnatio augenda ſit, ne pro vilis ſuperficiei æſtimatione liceat maius damnũ impunè inferre: quare neceſſe eſt arbitrio iudicis relinquere. facit quod ſ. nu. 158. dixi, modũ culpæ ꝑpendendũ. facit l. Pedius, ad fin.
180 de incen. rui. & nauf. l. reſpiciẽdũ, de pẽn. Inquãtũ † aũt dixi non teneri colonum, vel inquilinũ de culpa leuiſſima, vr obſtare, ꝙ ſaltem l. Aq. tenetur in qua venit leuiſſima culpa. l. in l. Aqui. ad l. Aquil. quod oẽs gl. & Doc. vbiq; gñaliter fatentur, ſi culpa eſt in faciendo. Sed multum errant: ſequeretur. n. ꝙ ferè vbicunque quis ex vi ꝺctus nõ tenetur de leuiſſima, vel nec etiam de leui, ſed ſolũ de lata, teneret tñ l. Aquilia, etiam de leuiſſima, ſi culpa eſſet in faciendo, quod eſt abſurdum. Ego dico, quòd d. l. in l. Aquilia, nõ debet capi pro regula vniuerſali, nec gñaliter: ſed ſolum ꝑ capacitate actionis, videlicet, quòd actio legis Aquilię competere poteſt ob leuiſſimam culpã, dummodo tñ materia ſubiecta ſit ad hoc diſpoſita. Secus in caſu, in quo alias nõ teneretur quis niſi de lata, vel leui: quia tunc nulla actione tenetur de minori culpa ẽt in faciẽdo, quicquid in ꝺrium conſuluerit Aymo ꝺſ. 97. vbi decidit quendam penificè teneri ad omnia damna, & intereſſe colluctatoris leuiſſima quadã culpa colluctando occiſi, per d. l. in l. Aquilia, & malè: ſed ſolũ pro modo culpæ puniri dẽt. Verũ eſt, ꝙ actio l. Aquiliæ ꝺcurrere poteſt cum qualibet alia actione, ſi quæ ex præexiſtenti negotio ꝺpetat, vnde concurrit cũ actione ex locato l. qui inſulam. §. qui mulas l. ſi merces. §. culpæ l. ſi vulneraueris. loca. l. ſi ſeruus ſeruum. §. Proculus, §. fi. l. qua actione, ad fi. ad l. Aquil. Et cũ actione pignoratitia l. ſed & ſi is, ad l. Aquil. Et cum actione pro ſocio, l. ſed ſi ex cauſa, cum l. ſeq. pro ſoc. Et cum actione cõi diuidundo. l. ſed etſi communẽ, ad l. Aqu. l. & ſi non. §. venit, comm. diuid. Et cũ actione depoſiti. l. qui tabulas, ad l. Aquil. Et cum actione iniuriarum, l. etſi quemcunque, ad l. Aquil. l. qui ſeruũ, de act. & obl. Et cum actione arborũ furtim cæſarum l. i. arb. fur. cæſ. Et vi bonorum raptorum l. Prætor ait. §. ſi publicanas. §. rerum raptarum, vi bonor. rapto. Idem in aliis. Et hoc dummodò verificentur termini legis Aquiliæ ex primo, vel tertio capite, & detur damnum malè faciendo, vel minus rectè faciendo, vt in l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fornacarius §. ſi ex plauſtro, ad l. Aquil. non autem ex mera ceſſatione. l. ſi vſusfructus. §. deniq;, de vſuf. Item dummodo etiam ſequatur damnum ex eo facto, vel minus rectè facto, ſecus ſi ex cauſa remota, quia tunc ceſſat Aquilia. Põt tamen alia actio competere ex negocio ſubiecto, vt d. §. denique, & l. qui domum, loca. vbi gl. in verb. locatoris, malè inuertit, ideſt, conductis, imò ſtandum eſt literæ textuali. Sed ſiue actio l. Aquiliæ cum alia concurrat, ſiue non, non competit pro leuiſſima culpa, niſi res ſubiecta exigat quem teneri etiam de leuiſſima culpa, vt dixi. Cæterùm plura occurrũt, quæ nolim ingredi, quatenus ad alium tractatum ſpectãt,
181 vide ſi vacat apoſt. ad Alexan. conſi. 50. lib. 1. Prædicta † abundè ſufficiunt pro omnibus reliqs legibus de eo, quod intereſt, quas propterea deſinam ſpeciatim perſequi. Non minus tamen vtile quàm iucundum erit paucas è quotidiano, & ꝓmiſcuo vſu ſubiicere hypotheſes, theoriam ſimul, & praxim conferendo, & excutiendo. Paterfamil. domum ſuam qua parte minabatur ruinam, celerique fultura & refectione indigebat, oſtendit cementario cuidam, ſeu materiario latomo, qui certa conuenta mercede promiſit intra tres dies probè fulcire, & infra menſem locum probè refectum, & mundatum relinquere ceſſauit, vel fortè tigna q̃dam, & materiam inuexit, ſed dum imperitè fulcit, vel luto fulcire nimium tardat, domus corruit, & maximum dãnum paſſus eſt paterfam. cum enim poſſit refici fortè ꝑ decem aureis, vix poteſt pro quingẽtis. An teneatur latomus ad integrum damnum? Dicendum ꝙ ſic. Nõ obſtat, quòd ſumus in locatione, & quòd opera promiſſa certã conuentam & communem æſtimationem hẽt, quaſi quod ĩtereſt debeat illam excedere, qa nõ nuda opera promiſſa fuit, ſed opus in tempore, & periſtaſi, & ab artifice peritiam, fidelitatem, diligentiam profitente, qua omne damnum amoliret cuius in hoc fidem ſecutus eſt paterf. qui cum alio ꝺxiſſet, niſi latomus ille lotum opus ſ̃. tempus oportunum ſe effecturum ſuſcepiſſet. Cum igitur hic caſus ob ſuſceptam periſtaſim incertus ſit, vel ob periculum in ſpecie præuiſum, & tacitè ſuſceptum, ceſſat gñalis taxatio primi rñd. huius l. vt dixi ſ. nu. 48. tenet latomus ad omne detrimentum. De
182 claro † primò, vt procedat, ẽt ſi non ceſſauerit per dolum, ſed ex culpa, aut negligentia. Et hoc ꝓꝑ materiam ſubiectã & neceſſitatem imminentis periculi, ꝙ præuiſum erat, dico omnem culpam deberi etiam leuiſſimam, per tex. aptũ in l. ſi merces. §. qui columnam, loca. ibi, ſi omnia facta ſũt, quæ diligẽtiſſimus quiſq; obſeruaturus fuiſſet. Et erat opinio Mart. teſte Accurſ. ibi, licèt eum malè reprehendat. Idẽ pulchrè tenet Paul. Caſt. ibi, & Ang. Aret. Inſt. de loca. §. pẽ. facit l. a procuratore, ſ. mãda. vbi a procuratore ad lites exigitur omnis culpa ẽt leuiſſima ſm gl. Alb. Io. Fab. Bar. Bal. Saly. Paul. & omnes ibi, idem Phil. Franc. Dyn. in ca. ꝺctus, de reg. iu. in 6. Bar. in l. quod Nerua, col. pen. dep. l. eũ q. §. fi. de fur. Bal. l. q̃ fortuitis, col. pen. ſup. de pig. act. Pau. in l. in rebus, in prin. mãd. Alex. ꝺſ. 41. col. pen. lib. 3. Lãcel. Dec. in l. cũ res legata. §. itaq; ſi Stichus, col. fi. de leg. 1. Phil. Dec. in l. ꝺctus, nu. 28. de reg. iur. Et eſt rõ; quia in iſtis minima negligentia põt eſſe cauſa maximi periculi, vñ ſufficit, ꝙ opus, quod ſuſcipitur, appareat exigere diligentiam exactiſſimã, quo caſu non requiritur, ꝙ quis locauerit operas ſuas tanquã artifex, vt requirere videntur Paul. Ang. in locis prẽal legatis. patet in d. §. qui columnam, vbi agitur de ſimplici tranſportatione rerum, in qua non requiritur artificiũ, &
183 tamen venit leuiſſima culpa. Quod † obiter modifico, vt ꝑ cedat quatenus res, vel negocium periculoſius eſt, & exactiori cura, diligentia, & cuſtodia indigens, q̃ cæteræ res, ſiue ut procedat in articulis concernentibus artem, vel periculum rei, in quibus apparet non mediocri, ſed maiori, vel ſumma diligentia opus eſſe: aliàs ſecus, vt patet in colũna ſtriata, vel caua cũ ſphera. & epiſtylio, maximè ſi nõ ſit breuior Ioni ca, vel Corinthia, quæ in altitudine nonies excedit imam ſui craſſitudinem, vt inquit Plin. nat. hiſt. libr. 36. c. 23. Hæc inquam cum tollendo, portando, & reclinando de facili frangi, aut lædi poſſit, requirit exactiſſimam diligẽtiam, ſ. quantum ad illos actus tollendi, portãdi, & reclinãdi: meritò q deferendã ſuſcepit, niſi in illis actibus omnia fecerit, quæ diligentiſſimus quiſq; iux. naturã & qualitatẽ rei obſeruaturus fuiſſet, tenebitur de caſu contingente propter defectum exactiſſime diligentiæ, ẽt ſi caſus nõ accidat in ipſo actu deferendi, vel reponẽdi, ſed ex aliquo interuallo: puta ſi dum diuertendũ, vel ẽt iacente, ſed in cliuo, vt in loco aliis promiſcuis ſarcinis expoſito, ita vt non reſideret in tuto, ſed in periculo fracturę. Cæterùm ſi non fuit fracta ſed furto ſublata, tunc ſi appareat de diligentia cuſtodię, vt ſi fuit repoſita, & ſeruata eodem modo, quo res eiuſdem ꝺditionis, & valoris reponi & ſeruari ſolẽt, vt no. in l. pignus ſ. de pig. act. non tenebitur, etiam ſi diligentiſſima (ſed in talibus non aſſueta) cuſtodia furtũ præcaueri potuiſſet. Fur-
184 tum † autem in dubio propter leuem culpam accidere ꝓſumitur, per l. cũ duobus. §. damna, & ibi Saly. pro ſoc. niſi probetur circunſtantia auferens præſumptionem talis culpæ, vt tenet Ang. Aret. §. pen. Inſt. quibus mo. re ꝺh. obli. in §. ſed iſtæ, col. 3. & ibi Iaſ. col. 8. Inſt. de act. Cõuerſo caſu poteſt eſſe breuis columna, teres, & ſolida, ſed ex precioſa materia, vt ſic non requirat induſtriam in præfatis actibus delationis ne frangatur, ſed ne furto ſubtrahatur. Vnde puto, ꝙ ſuſcipiens rem hmõi deferẽdam, vel ſimilem: puta aurũ, vel margaritas, tenetur ẽt de culpa leuiſſima, ſi furto intercipiatur. Non obſtat, ꝙ d. §. qui columnam. promiſcuè loq̃tur tam de doliis, quàm de tignis & cæteris rebus deferẽdis quia debet ſanè intelligi, ſecundùm qualitatem rerum & modum in talibus conſuetum, arg. l. pignus, & ibi Bal. Sal. ſ. de pign. act. In tranſportandis autem rebus vilibus, & quę de facili non franguntur, non eſt debita, nec adhiberi ſolitæ tanta diligentia, ſicut in his q̃ ſunt friabiles, & in his, & nõ illis q̃tum ad hoc diligentia exactiſſima requiritur. Et generaliter, ꝙ pro qualitate rei, vel negocii ſuſcepti maior, vel minor culpa exigatur, ſentiunt Bar. Bal. Alex. in locis præ-
185 allegatis, Alcia. in l. magna negligentia, de verb. ſign. Ex † his in ſumma habes, quòd locans operas ſuas tanquam artifex cenſetur aſſerere ſe peritum, & induſtrium in eadem arte, & tenetur præſtare quicquid eiuſdem artis peritia & induſtria complectitur. Et ex̃ artificium ſuſcipiens aliquid defe rendum, vel faciendum, cenſetur polliceti curam, & induſtriam, & diligentiam. quæ ex natura, & manifeſta qualitate rei, vel negocii requiritur. Et ſicut præuiſa qualitas rerũ ita & perſonarum facit maiorem, vel minorem culpã exigi. Vnde, vt inquit Bal. in d. l. quæ fortuitis, col. 6. ſi commodaui equũ vni ſcholari, non requiram eam diligentiam, q̃ haberet expertus eques. Sed iam nimium efferor. Redeũdo ad hypotheſim, declaro ſcdo, vt nõ teneat totã domũ eiuſdẽ magnitudinis de ĩtegro ſuis ſumptib. reficere; qa pr̃f. nouã aliã, longèq; meliorem reciperet, q̃ tpe ꝺctus, & moræ fuiſſet. Porrò licèt debeat indemnis ſeruari, non tamen de alieno locupletari. Ideò ſi latomus totam eiuſdem formæ reficiat, debet ei deduci, vel refundi quantum veteri ædificio ſuperualet, quam conditionem ſi nolit,

aut

Source : BIU Cujas

aut nequeat paterf.acceptare,debet latomus dãnari in verã æſtimationem antiqui ædificii per peritos æſtimandam,& vltra ſi ea æſtimatio ſufficere queat ad domũ minoris formæ patrif.idoneam ꝓſtituendam,iuſtè poſtulabit paterf.latomum ad hoc faciendum præcisè compelli. Quid enim ſi domo carere nequeat,neq; ſuppetant facultates ad ſoluẽ
186 dum maiorem ſumptum? Et hoc ſecundùm ſententiam, quam quotidiè practicamus,q̃ artifices præcisè ad factum artis ſuæ debitum compelluntur,nec liberantur offerẽdo æſtimationem,vel quod intereſt,quam etiam de iure,veriſſimam puto,per no.in l.3.l.ſtipulatio.§.opus,de oper.nou. nunc.& bonus tex.in l.item ſi in pretio.§.penul.loca.& ibi no.Bal.Fortius tenet Guil.de Cun.in l.1.C.q̃ bon.ced. poſſ. q̃ non liberarentur ceſſione bonorum,& bene: & ſemper intelligitur dum habeant facultatem facti præſtandi, nullis reſcriptis moratoriis, ſiue annalibus,ſiue quinquẽnalibus his profuturis.Declaro tertiò, vt non ſolùm teneatur ad refectionem, vel æſtimationem priſtini ædificii ſecũdũ prædicta,ſed etiam ad res quæ erãt in domo ruina amiſſas, & quas paterfam.commodè ſeruare non potuit l.ſi ſeruus ſeruum.§.ſiquis inſulam,ad l.Aquil.imò etiam omnia lucra patref.ſecundùm eius qualitatem hac occaſione amiſſas: puta ſi erat artifex mercator exercens officiũ in eadem domo,quam deſerere oportuit,& generaliter omnia damna verè incurſa,& lucra,alioquin veriſimilia,& certa ob id omiſſa,quæ latomus ille,vel architectus præuidere,aut iuxta qualitatem perſonæ rerumq; præuidere potuit, & ſic tacitè ſuſcepit.Quartò prædicta ſic temperanda puto,vt ſaltem præter damnum ædificii,quod propinquius eſt,in reſiduo,quod præter id intereſt ob res,amiſſas operas,& induſtriam patrisfa.bonus iudex plenius habeat arbitrium modo remiſſius,modò ſeuerius taxãdi pro modo culpæ leuioris,vel grauioris,& perſonarum qualitate.Quod.n.intereſt quanto magis a re ſubiecta recidit,tanto magis pœnæ, quã rei perſecutioni accedit,& ſic pro modo culpæ,modo intẽſius,modo remiſſius vrgeri,& taxari põt, p̃ no.s̃.num.158.
187 Fallit† primò,vt nõ teneatur ad dãna incurſa,vel lucra ceſſantia,q̃ non fuerunt præuiſa,nec præcogitari potuerunt: puta ſi paterfam.cuidam domum hãc locauerat,& tali die tradere promiſerat ſub magna pœna,in quam ob præfatam latomi culpam incidit:puto latomum ad eam pœnam, vel aliud ſimile,remotum,vel inopinatum(vt s̃.num.179.) nõ teneri. Et hoc ne in immenſum, quod intereſt protendat contra mentem huius l.Sublimito,vt hoc procedat in culpa,ſed ſi conſtet eum fuiſſe in dolo malo,& mihi inſidiatũ vt noceret: puta de omni damno teneri etiam inopinato, nec præuiſo,tunc tamen ea cauſa dato propter no.s̃.num. 179.etiam ſi non intedebat, nec cogitabat tantum damnũ inferre:quia ſatis eſt eum dolosè dediſſe cauſam damni, l. quod occidit.§.in hac, ad l.Aquil. & dignum eſt, vt malè meritus egeſtate laboret.l.bona fides,depoſ.quinetiam dolo malo probato locus erit iuramẽto in litẽ.Mod.in tract. de in lit.iurand. Fallit ſecundò. ſi latomus nulla culpa ſua ceſſauerit.ſed vi ab alio detentus, aut aduerſa valetudine, aut alio caſu fortuito impeditus fuerit,quia tunc de nullo dãno tenebitur:nec locus erit, niſi ſimplici remiſſioni mercedis l.ſi vno. §. vbicũq; l.ſi fundus.loca.Et ſic caſus fortuitus cadens in perſonam debentis quodcunque factum, nõ obligat ad id,q̃d intereſt,ſed ſatis eſt,q̃ amittat, ſeu potius non acquirat mercedem,quia non implet. Idem intelligo in omnibus caſibus prædictis ſimilibus, ſi is qui dolia, aut alias res,vel operas tempore neceſſitatis dare promiſerat, ſi ne culpa ſua fortuito caſu impeditus fuerit præſtare, vt ſolùm amittat pretium rerum, vel mercedes operarum non præſtitarum, nec teneatur ad id,quod intereſt, dummodò tamẽ quatenus licèt,& integrum eſt,præmoneat, & quod in ſe eſt faciat.Vnde ſi de valetudine,vel impedimento occurrente potuit locatorem admonere, quò ſibi aliter ꝓſuleret,nec fecerit,in culpa eſt,nec excuſabitur l.item quæritur.§.exercitu.ibi,ſi domino non denuntiauit.loca facit l. ſed & damno,eo.tit.l.qui foueas,in fi.l.ſi putator,ad l.Aql. bonus tex.in l.ſi mandauero.ad fi.cum l.ſeq. in l. ſiquis alicui, §.qui ſuſcepit l.ſi fideiuſſor.§.ſi cũ debitor,manda. Hic
188 † occurrit quæſtiuncula. Quædam prædia locata sũt colono,in quibus eſt domus ruſtica,in qua ſolet colonus ſtabulariam exercere,& quadrigariorum, & ruſticorum æquas excipere in ſtabulo adhoc ibi domino ſciente,& permittẽte deſtinato.Cum autem mẽſe Februarii colonus ille eiuſdem quadrigarii quatuor equos more ſolito (læuiente inſolito & vrgentiſſimo gelu) excepiſſet.Accidit ea nocte frigoris rigore paululum remiſſo mutulum,cui trabs contignationem,& ſolarium ſtabuli ferens innitebatur,ſubſidere,cadente videlicet,aut diffluente cemento marcidi ædificii.Tunc cadẽs trabs vnum ex dictis equis oppreſſit, cuius æſtimationem cum damnis,& intereſſe petit quadrigarius & nomine filii ſcholaris, cui eam actionẽ ceſſit,proſequit. Videbatur reus teneri,quia naute,caupo,ſtabularius tenẽtur de ſuſceptis,etiam ſi ſine culpa eorum perierunt, niſi ſi quid dãno fatali, aut ui maiore ꝓtigerit l. & ita. §.hoc edicto,nau. caup. ſtab. Sed hic non poteſt dici uis maior,nec damnum fatale. Conſtat enim damnum iſtud accidiſſe vitio ſtabuli,vel ædificii vetuſti,& marcidi, alioquin reliqua quoque ædificia eiſdem loci pariter corruiſſent. Præterea eoipſo, quòd iſte ſtabulariam profitetur,cenſetur aſſerere idoneum eſſe ſtabulum,& ſuſcipere omne periculum pro ueniẽs ex initio ſtabuli,& ſic ex ipſa tacita aſſertione,& profeſſione ſatis eſt in culpa,quocunque modo ſtabulum eſſet vitioſum,& minus tutum,arg.l.tenetur.§.ſed ſi vas.l.Iulianus.§.quid tamen,de act.emp.l.ſiquis fundum.§.Celſus,locа.facit l.ſed & ſi quilibet,eo.tit.vbi colonus tenetur de caſu,ſi culpa præcedit.Sed hic præceſſit culpa coloni,qui ſciebat, aut ſcire debebat, murum eſſe marcidũ,& huic ruinæ obnoxium,ideo reficere dubuerat.vel curare refici per dominum,& interim a ſtabulando abſtinere.Vltimò etiam ſi cõſtaret,omnem aliam huius coloni culpam ceſſare,nihilominus tenetur,ex quo nec fato, nec vi maiore, ſed vitio ædificii dãnum datum eſt,tex.d.l.& ita. §.at hoc edicto. reiecta erronea deprauatione gl.& Doc.ibi, & mox obiter di
189 cam.Bſ † rñ.q̃ ſi ante illud gelu paries ille,vel pila lapidea aut lignea,vel comentitia ferens mutulũ, & tignum,apparebat habere periculũ tã imminẽs,vt nec ad paucos q̃dem dies tutũ eſſet ibi ſtabulari, vel habitare.Tũc licèt ſuperueniens gelu materiam interim obdurauerit,& tantiſper nõ timeretur rũina, tñ non purgatur culpa ſemel cõmiſſa in nõ reparãdo,vel tutè fulciẽdo.Iõ caſus imputabitur colono ſtabulario,q̃ nõ habebat recurſum ꝫ dñm, niſi ad intereſſe lucri amiſſi,ac ſi culpa dñi non reficiẽtis abſtinuiſſet a ſtabulando,qñ prætextu huius exercitii pluries conduxit. Quòd.n.colonus,ẽt ſi dñm admonuerit,et in mora ꝓſtituerit,non deſtitit,ut prius periculosè ſtabulari,ſuæ culpæ imputare dẽt,ſicut s̃.nu.60.dictũ eſt de eo,qui damnum dedit vel tñ damnum vitare potuit,& non fecit.Si verò ædificiũ nõ erat ita marcidum, quin adhuc ad annum,vel medium annum tutò ſic habitari poſſet,ſed ob tam acre gelu ſupuẽ tum tpe inſolito,& inopinato caſus acceleratus fuit, puto cũ nondum culpa præceſſerit,fato(vt cum noſtris Iurecon ſultis loquar)imputandum.& ſic neminẽ teneri, nec colonum,nec dominum fundi. Quòd autem hoc caſu in ſtabulario exigo culpam p̃cedere,non eſt ꝫ d.l.& ita.quia iſte caſus,q̃ accidit,non reſpicit fidelitatem cuſtodiæ,ſed caſum. Et ſic ceſſant rationes fraudum, & cum furibus coeundi, p̃p quas ſtatutum eſt illud edictum, vt daretur actio etiam
190 ſine culpa conti.Cæterùm † (vt poſtquam ſermo incidit obiter expediam) Accurſ.in d.l.& ita.§.at hoc edicto,verſ.ſi ſine culpa,exponit leuiſſima tñ culpa interueniente, & ſequuntur Doct.Sed ea gl.tex.euertit,qui directè vult hos tenere, etiam ſi ſine culpa eorum qui ꝙueniant res perierit. Quid.n.ſi dãnum datum,uel furtum factum eſt culpa mediastini,vel famuli bonæ opinionis, qui nunquam ſolitus erat furari,vel imperitè,aut neglectim verſari, & ſic ceſſet omnis culpa nautæ,vel ſtabularii l.ſi a bonæ fidei,de rei vẽ. l.argentum,commo.l.ꝫctus,de reg.iur. Et Bal. ibi loquẽs ĩ pandocheo.q̃ in hoſpitio vtebatur opera hominum bonæ famæ, nec ſolitorum talia cõmittere,ſi quid ſurripuerint, tenet pandocheum non teneri,eo quod omni culpa vacet d.l.argẽtum,& ſic ſequitur Accurſ.ſed valde errat:deterius autẽ errat Barto.ibi qui errorem glo. augẽdo,ſentit etiam leuem culpam exigi,nec de leuiſſima teneri. Nos verò & mentem & verba l.ſequendo, dicimus teneri etiam ſine vlla culpa,Cum.n.publicè profiteatur cuſtodiam rerũ, quas ſuſcepit,licèt mercedem pro cuſtodia ipſa non accipiat,tamẽ ſeſe obligat ad præſtandam factum & culpam eorum, quorum ad hoc opera vtitur,ſiue ipſe in culpa ſit,ſiue non & hoc publicæ vtilitatis,& neceſſitatis cauſa ſtatutum eſt. Tum quia paſſim neceſſe eſt eorum fidem ſequi, reſq; eorum cuſtodiæ committere.Tum vt abſcindat occaſio cum furibus collũdendi,vt inquit tex.in l.2.in princ.nau.caup. ſtab.quod no.ad verum,& ſanum intellectum dicti tituli. ſed quia s̃. nu.47. in fi.& rurſus nu.56.in fi.fragmẽtũ quod dã multarũ legũ (quæ in hac materia a gl.& Doct. miſerè dilacerantur,& intricantur) nouam,& neceſſariam extricationẽ ꝓtinẽs reſecui, ne nimia prolixitate methodũ abrũpant,& ad calcẽ huius vltimæ q.reieci:nũc accipe neceſſariũ dũtaxat illud fragmentum,q̃d tale eſt, vt ſequit. Adde
191 † aliud exẽplũ qñ ſola indẽnitas debeat,in l.ſi pœnã, in fi.de verb.obl.qñ promiſiſti certã ſummã pecuniæ mutuare,nec teciſti:non.n.tota pecunia eſt ſimplum, cũ non eſſet debita,ſed eius vſus,qui incertus eſt,& ſic tũ, quod intereſt debetur,

betur. vnde meritò ea obligatio incerta eſt,nō ſolùm quā-
tum ad fotmulam certi condictionis, quæ tunc non com-
petit,ſed ex ſtipulatu,vel incerti,Mod.apoſt.ad Dec.ī l.cer-
ti ꝺdictio,in prin.ſi cer.pet.& in tract.vſur.num.698. ſed ēt
quantum ad materiam huius l.non autem eſt intelligēdū,
quòd intereſſe poſſit eam excedere ad ſummū , imò quòd
nec eam æquare poſſit,quia non erat debita proprietas,ſed
vſus temporarius,cuius ſumma minor eſt proprietate,nec
dēt excedi etiam in incertis per analogiam,de qua s̄.num.
60.cum ſeq.Et dico ꝙ de iure ſimpliciter,& alia circunſtā-
tia periculi tpe ſtipulationis non apparente,non dēt exce-
dere rationem legitimarum vſurarum eius ſummæ tempo
riſque,quo ſtipulator mutuo,& vſu æris alieni indigebat ,
vel ad quod mutuum ſtipulabatur,quoniam hæ vſuræ ſūt
legitima taxatio eius interuſurii,vel intereſſe. Tū veriſimi-
le eſt,quòd ab alio ſub legitimis vſuris inuenire potuiſſet.
l.nō exiſtimo,de admi.tut.nec tñ ob id caſus iſte certus erit
licèt vſuræ habeant certam taxationem; quia non habent
vniformem: forſan enim ſtipulator potuit ab alio fenerari
ſemiſſibus communibus, forſan non potuit promptè fene
rari niſi beſſibus a mercatore, vel argentario , & ſic ſemper
remanet caſus incertus , licèt prædictam analogiam de iu-
re regulariter non habeat.Nec obſtat, ꝙ illa legitima taxa-
tio interuſurii,non aūt accipiētis,quē iura p̄ſupponūt,ſu-
per lucraturū,& ſic pluris q̄ ſit vſura ſua intereſt, vt dicunt
192 Mod.in tract.vſur.nu.504.Quia † dico, ꝙ is qui liberaliter
mutuū promittit,nō debet regulariter vltra rōnē legitimā
vſurarū prætextu eius.quod intereſt,teneri.Tum ne nimiū
liberalitatis ſuę pēnā patiatur l.ad res donatas,de ædil.edi.
Tum quia vī in dubio alio nō apparente hæc liberaris pro
miſſio facta.vt ſtipulator liberaretur ab vſuris , quas fenori
capiendo ſoluere debeat. Et ſic ſatis eſt vſq; ad legitimum
modū vſurarū,qd intereſt eſtimari,quia veriſimiliter aliud
intereſſe,vel periculū nō fuit,nec tacitè ſuſceptū . Secus ſi
appareat hanc promiſſionem factam in periſtaſi,preſertim
die locoq; certo præſtituto. Et hanc fidem ſecutus ſtipula-
tor alios omiſit,& in magnum damnum incidit:tūc iudex
arbitrabitur iux.hanc l.verſ.in aliis,vt etiam quod veriſimi
liter damni præuiſum fuit,non excedatur per noſtram ana
logiam s̄.nu. 60. Ex quibus patet exemplum pēnæ p ſtipu-
latorem alii debitæ,quod glo. & Doc.omnes dant in leg.ſi
pēnam,non eſſe temere nec regulariter admittendum,niſi
ea pēna præuidebatur. Et adhuc ſi ſtipulator aliter ſibi cō-
ſulere potuit(præſertim congruo remedio a promiſſore in
dicato)nec curauerit,ei imputabitur per no.s̄.nu.64.& nu.
nu.189.Non obſtat l.liber homo.2.§.fi.de verb.obl.vbi præ-
ſupponit intereſſe pēnæ incurſæ peti poſſe,quia text. hoc
non diſponit principaliter decidendo,ſed obiter exempli-
ficando.Et ſic per no.s̄.n.68.dēt ſanè intelligi,quando inte
reſſe dictæ pēnę debitæ,& ea pēna non excedebat legitimū
modum vſurarum,& tunc etiam ſi nihil inde ſciuit,nec p̄-
uidit,debetur per predicta.Nec obſtat,ꝙ obligationi ſtricti
iuris nō accedit vſura ex mora,qa verum eſt tanquam vſu-
ra ex ſola mora alio non probato, ſed tamen venit tanquā
intereſſe probato tali damno,& quando æquitas caſus ſu-
biecti exigit damnum præſtari,vt in l.ideo l.quod ſi Epheſi
193 de eo,quod cer.loc.Et † aduertē quòd in d.l.liber homo.2.
§.fi.in fi.ſit caſus certus , quia hic præcedit certa obligatio
certi definiti ſimpli,quod dico pp intellectū terminorum,
quia hoc caſu modica eſt dſia inter caſum certū & incertū
qa ſicut in d.l.liber hō.§.fi.quod extrinſecus intereſt,ex eo,
quod non fuit ſolutū Titio,prout elegi,& interpellaui,nō
debet ad ſummum excedere duplum,in quo ineſt ſimplū,
per hanc l.in primo reſpon.Ita in d.l.ſi pēnam , in fin.licèt
ſit caſus incertus,tamen in dubio minus poteſt excedere
ſummam vſus pecuniæ promiſſæ per dictam noſtram ana
logiam.Ex his habes obiter hæc iura emaculata , & genui-
no ſuo ſenſui reſtituta. Quod enim Fumeus hoc tract.c.3.
cenſet in d.§.fin.non agi ad intereſſe,ſed quia ſic Titio ſol-
ui intereſt,agi incerti contra promiſſorem,vt Titio ſoluat
duntaxat.Id nec literæ tex.nec rationi congruit . Tū quia
ſi ad decem duntaxat ageretur,non incerti (vt tex.ait) ſed
certi condictione agendum eſſet. Tum quia (quicqd non-
nulli dicant)etiam in contractibus ſtricti iuris ad intereſſe
extrinſecū ob moram , vel fidem ruptam agitur, & ⁊rium
dicere non ſolum manifeſtam implicat iniquitatem , ſed
etiam eſt contra tex.rotundum in l.ſi fundum certa die, de
verb obl.& ⁊to.ti.de eo quod cer.lo. quem tit.Fumeus ma
lè cum vulgari errore reſtringit,quando certus locus , uel
dies ſolutioni p̄ſtitutus eſt,quem licèt inueteratum errorē
ſatis Mod.ꝙfutant in tract.vſur.num. 14. Dicendum ergo
quòd non minus in ſtricti iuris,q̄ in bonæ fidei ⁊ctibus ve-
nit,quod extrinſecus intereſt , vt in d.§.fi.& in d.l.ſi fundū
194 certa die . Recordor † tamen quòd Curt. hic aliter intelli-
git d.§.ſi. videlicet, quòd ibi non ſit caſus certus,ſed incer-
tus,& quòd non agatur,nec poſſit agi ad decem danda Ti-
tio(qa alteri ſtipulari nemo poteſt, niſi quatenus intereſt)
ſed quòd ſolùm poſſit agi ad id,quòd etiam extrinſecus in
tereſt ſolutum fuiſſe Titio , & ſequitur Loriot. in l.quate-
nus,de reg.iur. Quæ expoſitio prima facie litere d.§.applau
dit,qui dicit agi incerti.Sed non eſt vera; quia ex quo mea
intereſt alteri dari,poſſum vtiliter ſtipulari dari ei,tuncque
diſertè lex ait,quòd poſſum agere,vt ei fundus,vel ſumma
promiſſa detur,text.in leg. ſtipulatio iſta.§.ſiquis inſulam ,
de ver.obl.Dicendum ergo agi ad decem, & in id,quod ex-
trinſecus intereſt,vel ſimpliciter ad id,quod intereſt, quod
comprehendit ſuum ſimplum,& ſic erit caſus certus,vt di-
xi.Et ſimul reiicimus alium vulgatum errorem illorum te
nentium certi condictione agi ad intereſſe,quod eſt falsū ,
Mod.apoſt.ad Dec.in d.l.certi condictio,in prin.nu.16.Pari
195 ter, † poſtquam ſermo incidit,emaculanda eſt d.l.ſi fundū
certa die,quæ in ſe quidem clariſſima eſt,ſed gloſſ & Doc.
ſomnia intricatiſſima reddiderunt. Vulgò enim huic leg.
contrarium faciunt §.cum fundum.in l.ſi filiusfam. eo.tit.
ſimul & l.3.§.ſi emptor, de act. emp. & pleraque alia iura ,
quæ miſcent, quorum dum inſcitia legalis æquitatis verā
rationem non attingunt,ad frigidas quaſdam, & malè co-
hærentes ſolutiones diuertunt . Communis autem ſolu-
tio glo.& Doct.eſt,quòd hæc l.ſi fundum,loquitur in obli
gatione facti,ſcilicet fundum præſtari,in qua poſt moram
ſuccedit obligatio ad intereſſe, in quo habeē ratio fructuū
a tempore moræ, non vt fructuum, ſed vt intereſſe: ſed qđ
d.§.cum fundum , loquitur in obligatione dandi , ſcilicet
fundum dari,in qua non ſuccedit obligatio ad intereſſe,&
ſic non poſſunt venire fructus vt intereſſe,nec etiam per ſe
ex natura actionis,cum ſit ſtricti iuris,niſi poſt litem con-
teſtatam,vt in l.cum fundus,in princ.ſi cert.pet.ita Bar.An
gel.Paul.Alex. & quotquot hucuſque ſcripſerūt in d.§. cū
fundum,& in d.l.ſi fundum.Sed hanc commentitiam ſolu
tionem velut dentes Cadmi lōgè maior , & implacabilior
contrariorū ſeges excipit : obſtat enim l.3.§. ſi emptor , de
act.empt. quæ negat in ſtipulatione fundum tradi fructuū
rationem haberi,cuius oppoſitum ex diametro vult lex, ſi
ſtipulatus,de vſur.& vix eſt in toto iure durior, implacabi-
lior antinomia. Gloſſ. & Doctor. hic in varias ſeſe formas
Prothei more verſant,nolo breuitatis cauſa ſingulas refer-
196 re.Communis † ſolutio ſeu potius euaſio eſt, quòd in §.ſi
emptor,eſt tantùm facti,videlicet, tradendi ſtipulatio fun-
di,vel vacuæ poſſeſſionis,ſed quòd in d.l.ſi ſtipulatus,eſt ſti
pulatio dandi, & faciendi ſimul . Quare in hac a tempore
moræ veniunt fructus ex ui verborum & actionis , vt vult
d.l.ſi ſtipulatus,non autem in prima,niſi inquantum ueni
unt ſub eo,quod intereſt.Sed hæc euaſio ſuſtineri nequit .
Primò,quia d.l.ſi ſtipulatus,nullam quantum ad hoc vim
facit in ſtipulatione rem dari,in qua etiam negat fructum,
& partum venire,ſed dū taxat vim facit in inferioribus ver-
bis,vacuam poſſeſſionem tradi , & dicit ſtipulationem hāc
committi ratione fructuū,& partus . Et ſic cum ſtipulatio
rem dari primò ſit ad hoc impertinens , ſecundò ſecundū
naturam venditionis intelligatur,vt expreſsè vult d.l.ſi ſti-
pulatus,verſ.verum.Et ſic cum reſoluatur in ſtipulationē
partus,& fructuum eius tradendi, ea ſtipulatio non eſt du-
plex dandi & faciendi,ſed faciendi tantùm. Et apertè vult
ille tex.ſimplicem ſtipulationem faciendi.ſcilicet,vacuam
poſſeſſionem tradi,fructus & partus etiam vi eorum verbo
rum includere.Et ſic reſtat ſemper contrarium ex diame-
tro in d.§.ſi emptor, vbi tex.vult oppoſitum,ſiue in ſtipula
tione fundum tradi,ſiue in ſtipulatione vacuam poſſeſſio-
nem tradi,quas exæquat,& æquipollere probat.Scio quòd
licèt Fumeus in d.c.3.communem ſolutionem ſequat,ſci-
licet , ꝙ in d.l.ſi ſtipulatus,ſi ſtipulatio rem dari,vacuamq;
poſſeſſionem tradi,& ſic de vtroque, tamen (ſentiens opi-
nor, hoc non ſatisfacere) ſtatim tranſit ad aliam conciliā-
tionem,dicens quòd ille §.ſi emptor,loquitur de fructibus
perceptis ante ſtipulationem,videlicet medio tempore in-
ter emptionem,et hanc ſtipulationem,ſed d.l.ſi ſtipulatus.
de fructibus ſecutis poſt ſtipulationem.Sed hæc prima ſo-
lutio Accurſ.in d.l.ſi ſtipulatus , quam nulli probant , nec
Accurſ.quidem,& meritò , quia notorium eſt nullos fru-
ctus,nullam acceſſionem venire ante ⁊ctum, etiam bonæ
197 fidei:ideo hæc euaſio cæteris deterior eſt . Alcia.ſautē hoc
tract.c. 8. Doctores in hac re miros ſophiſtas vocat,eorūq;
diſtinctiones,& dilutiones,& ſubtiles quaſdam argutias,q̄
nulla lege probant,non immeritò reiicit, ſed mox in eadē
vitia incidit,dum ſuam doctrinā afferre molit,maiorēq; ſe
p̄ſtat ſophiſtam.Quod n.initio dicit, eū qui fundū ſibi tra-
di ſtipulatur,in dubio nō videri cām bonorū cōplecti, ſed
de huiuſmodi traditione intelligere, ex qua fructus nō ꝺ
beantur,

Source : BIU Cujas

beantur, nec eos re tradita ſuos faciat. l. ſi rem tradi, de verb. oblig. Non eſt inuentum Alci. ſed Pau. de Caſt. à quo ſe accepiſſe diſſimulat, quique primus diſertè tenuit, ea ſtipulatione non contineri tranſlationē dominij, nec poſſeſſionis quidem, ſed nudæ & aſininæ detentionis. Dum autem Alci. hoc transfert ad intellectum d. l. ſi fundum, vt etiam poſt moram, nec poſt litem quidem conteſtatam fructus veniunt, nec intereſſe, quia non intereſt ſtipulatoris habere fructus, quos reſtituere domino teneretur, addens d. l. ſi fundum, accipiendā in eo, qui in mala fide eſſet, & idcirco fructus ſuos non faceret. Hæc inquam merè ſophiſtica ſunt, & lōgius a veritate ſenſuque legum recedunt q̄ communis Doct. traditio. Quid dicendum? Breuiter (quod alibi reſeruabā) pleraq; iura hic obiter nouè explicāda ſunt, natiuoq; ſuo ſenſui reſtituēda, vtq;
198 compendij gratia incipiamus à nouiſſimis. Intellectus † d. l. ſi rem tradi, eſt propriæ ſtrictæq; ſignificationis expenſio, vt p̄cipuè in ſtipulationibus fit. l. quicquid aſtringendæ. l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus, de verb. oblig. accipiendo in dubio, quod minus eſt, & contra ſtipulantem. l. ſi ſtipulatio iſta. §. in ſtipulationibus, eo. tit. Ita tamē vt in primis ſubiecta materia attendatur, ſecundum quam ſtipulatio intelligitur. l. ſi ſtipulatus. de vſur. l. ſerui legati. de leg. j. Mod. in tracta. vſur. nu 82. Si igitur futurus vſufructuarius ſtipuletur fundum tradi, intelligitur ad fruendum, & naturaliter poſſidendum. Si colonus, vel conductor, intelligitur ad ſimplicem detētionem, & fruitionem cōductionis. Si emptor, intelligitur etiam vacuā poſſeſſionem debere tradi, cauſamq; bonorum, vt in l. 2. §. ſi emptor (qui ita debet intelligi) de act. empt. Cæterùm nō eſt verum, q̄ d. l. ſi rem tradi. debeat in dubio intelligi de nuda, & aſinina detentione: vt primùm voluit Pau. ibi: deinde Alcia. hic: quia imò in dubio ſi de alio non appareat: puta de titulo commodati, vel conducti, ſtipulatio rem tradi, intelligit, iure & nomine accipiētis, & ſic vt poſſideat, prout in dubio detinēs poſſidere præſumitur, vt no. in l. ſtipulatio iſta. §. hoc quoq;. de verb. obl. Et ſic verus eſt communis intellectus, q̄ ea verba in dubio, & præſumptiuè includant poſſeſſionē, ſed non proprietatem, nec præſumptiuè quidem. Nō obſtat, q̄ ea ſtipulatio nudum factum continet, vt probat tex. in l. in conuentionalibus. §. fi. de verb. obl. quia non ſequitur reſtringendam eſſe ad nudam detentionem, quoniā etiam poſſeſ-
199 ſio facti eſt, l. j. §. ſi vir vxori, de acq. poſſ. Nunc † ſuccedit d. l. in cōuentionalibus. §. fi. vbi dicitur, q̄ ſi dictæ ſtipulationi verba vacuam poſſeſſionem addantur, tunc ea ſtipulatio nō nudum factum continebit, ſed cauſam bonorum: quod glo. & Doct. communiter intelligunt, ideſt, dominij tranſlationem, præcedente tamen cauſa ad hoc habili: vt per Bar. Imo. Pau. Alex. Iaſ. in d. §. fin. vbi Iaſ. infert, q̄ in venditione dicta verba operantur, vt venditor teneatur dominium transferre: quod eſt contra tex. rotūdum in d. l. ſi ſtipulatus. de vſur. vbi (quod fortiuś eſt) etiam verbum dari impropriatur ſecundùm naturam venditionis, & pro traditione exponitur. Doct. etiam in d. §. ingenuè fatentur ſuam interpretationem extortam eſſe, nec bene reliqua conciliare, ſed ſe melius afferre non poſſe. Iacob. autem Renal. hic char. 73. cum decem ſeq. multa inuoluens effundit: & tandem cōcludit, inter ſtipulationem rem tradi, & ſtipulationem vacuam poſſeſſionem tradi, nullam eſſe differentiam, quod cæteris deterius eſt. Breuiter nos dicimus, verbum vacua poſſeſſio, & verbum cauſa bonorū, eſſe peculiaria veterum Iureconſultorum, eorum tempore protrita, & peruulgata. Cauſa autem bonorum, quid in iure ſignificet, ſatis apertè traditur in l. præterea. de rei vend. l. cum fundus. ſi cer. pet. & in l. reſtituere. de verb. ſign. ad tex. ad quē vulgò non aduertunt in l. is cui. §. qui in poſſeſſione, & in §. bonorum, vt in poſſ. lega. ſeu fideic. Vbi res dicuntur eſſe in cauſa hæreditaria, vel hæreditariæ, q̄ de hæreditate verè non ſunt, ſed alienæ, tamen iure proprio a defuncto poſſeſſæ: vt res bona fide empta, non autem res ei depoſita, commodata, vel locata. Quanquam quandoque in odium furis, vel raptoris, etiam hæ res commodatæ, vel locatæ dicuntur eſſe ex bonis. §. fi. Inſti. vi bon. rap. l. j. §. hæc actio, ſiquis teſta. lib. eſſe ius. fue. quod omitto, vt nimis remotum à propoſito noſtro. Ex his liquet, q̄ clauſula vacuam poſſeſſionem tradi (cū cauſam bonorum contineat) multò maiorem habet energiam, q̄ verbum rem tradi, & q̄ gramaticalis verborum ſignificatio importet, vt probat d. l. in conuentionalibus. §. fi. iunctis no-
200 uiſſimis iuribus. Vnde † hæc clauſula non ſolebat apponi, niſi in contractibus. vel caſibus. vbi non nudum, vel momētaneum traditionis factum, ſed cauſa bonorū verſatur: ideſt effectualis traditio, & trāſlatio vacuæ poſſeſſionis, necnō dominij, vel cōditionis vſucapiēdi, cum omni commodo poſſeſſionis. & fructuum deinceps percipiēdorum: vtque ſtipulator, vacua poſſeſsione habita, potior ſit deinceps in lite poſſeſsionis, arg. l. emptorem. §. j. de act. emp. qui loquitur in vēditore, qui non tenetur ad nudam traditionem. l. 3. de actio. empt. Hæc enim omnia huius clauſulæ vis, & poteſtas de iure includit, quāquam ſimplex clauſula rem tradi, ſolùm nudum factum momentaneæ traditionis contineat, d. l. ſi rem tradi. Et ſic ea iura vtriuſque clauſulæ vim, & poteſtatem humanam pulchrè, & dilucidè explicant, & ad hoc in Pandectarum noſtrarum centonibus relicta ſunt. Non tamen ſemper, & vbiq; propria vis, & poteſtas verborum exigenda, ſed ſæpe, prout ſubiectæ materiæ cōgruit: amplianda, aut reſtringenda. Vnde ſtipulatio rē tradi, in venditione non nudæ momentaneæ traditionis factum, ſed vacuaz quoque poſſeſsionem cōplectitur: non de ſe, ſed ex materia ſubiecta, quæ hoc importat. l. 3. §. ſi emptor, de act. emp. quæ ſic debet intelligi: & contra, ſi ſtipulatio vacuam poſſeſsionem tradi apponat in locatione, non continebit cauſam bonorum (quia hoc nō agitur) ſed nudum factum traditionis, & patientiæ dūtaxat: & ſic de alijs ſecundùm naturam, & capacitatem actus, vel perſonarum, l. ſtipulatio iſta. §. hi quoque, de verb. oblig Sed
201 † tamen cum hæc clauſula in contractu venditionis nō includat fructus, vt probatur in d. §. ſi emptor, cuius oppoſituz ex diametro, etiam vi eorundem verborum, vult tex. in l. ſi ſtipulatus, de vſur. quomodo tam acris antinomia conciliabit? Vterque enim tex. loquitur in eadem ſtipulatione, ijſdē verbis cōcepta: vterque in emptore, vterque in eadem materia, eodem modo diſpoſita: videlicet, quando fructus aliàs ex natura contractus actione ex empto debebātur, & omnino (vt ſummatim dicam) in eodem caſu, & eiſdem circunſtantiis. Cur ergo in d. §. ſi emptor, negat competere actionem ex ſtipulatu ad fructus, ſed in d. l. ſi ſtipulatus, affirmat? Reſpō. hoc antilogium ex reliquijs eſſe ſcrupuloſitatis veterum Romanorum in formulis, in quibus fuerunt ſuperſtitioſiſsimi: vt dicunt Moder. in tract. vſur. nu. 699. ſenſim tamen prætorum æquitate, & iureconſultorū interpretatione circurari, & emē dari hęc vitia cœperunt. Alij tamen alijs plerunque cordatiores, rerumque & effectuū, quàm formularum inaniū ſtudioſiores fuerunt, vt liquet ex his, quę in Pandectis noſtris ſuperſunt fragmentis ex eorum ſcriptis, inter quos prę cęteris emicuit noſter Papin. cuius eſt d. lex, ſi ſtipulatus. ſecundùm literam Noricam, & veteres libros manuſcriptos, quos conſului. Quod etiam indicat lex, cum de in rē verſo, paulò poſt ſequens ibi, Imperator quoque noſter Seuerus: deinde, Vlpianus vir prudentiſsimus, & multiſciens, vt dicunt Moder. tract. vſur. nu. 775. cuius eſt d. l. in conuentionalibus, ſecundū veteres, & recentiores Codices, & l. j. vt leg. ſeu fid. no. cau. de
202 qua infra nu. 206. Aduertendum † autem, q̄ quantumcunq; ſtipulatio vacuā poſſeſsionem tradi, plenior ſit, quàm ſtipulatio rem tradi, cauſamq; bonorum contineat: tamen vi ſua non continet fructus, vel partus à tempore morę, ſed tantū a die litis conteſtatę, ob ſtricti iuris iudicij naturam. Primò patet, quia ſtipulatio, certum fundum dari, potētior eſt. l. vbi autem non apparet. in fi. de verb. obli. & tamen in ea (niſi lite conteſtata) nō veniunt fructus ex vi ſolius iudicij ſtricti iuris, niſi aliud accedat: puta q̄ res fuit mea, vt in l. videamus. 2 de vſur. Secundò, quia nec fructus quidem veniunt, qui tēpore ſtipulationis pendebant. l. ſi filiusfam. §. cum fundum, de verb. oblig. niſi lis conteſtetur, eiſdem adhuc fructibus pē dentibus. l. cum fundus. in princ. ſi cert. peta. Et ratio eſt, quia fructus interim ſeparati etiam ſi tempore ſtipulationis pendebant, non ſunt amplius pars fundi, nec fundus minus eſt integer, & in eo citra fructus pręteritos verificantur, & implē tur verba ſtipulationis, tempore quo agitur, & lis conteſtat: & ſic non veniunt fructus pręteriti vi ſtipulationis ob ſtrictā eius naturam, igitur nec venient in ſtipulatione vacuam poſſeſsionem tradi. Quòd enim adiectio vacuę poſſeſsionis continet cauſam bonorum, id maiorem quidem, & ampliorem facit obligationem: non autem naturam ſtricti iudicij in reliquis immutat. Facit ergo, vt promiſſor teneatur, non ad nudum factum momentaneę traditionis, ſed ad tranſlationem vacuæ, & effectualis poſſeſsionis, omniumq; eius commodorum, & cōditionis vſucapiendi. vt ſupra nu. 199. ſed nō facit, vt veniant commoda medij temporis ante traditionē vacuę poſſeſsionis, vel litem ſuper hoc conteſtatam: nec fructus interim ſeparati, ēt ſi tempore ſtipulationis pendebant. Quandocunque enim traditur vacua poſſeſsio, implentur verba ſtipulationis, & ſic fructus, vel commoda prędicta nō veniūt iure actionis, nec etiam officio iudicis, quod nō exuberat in ſtricti iuris iudicijs, ſed quantitati ſeu formulę contractus ſeruit. l. 3. §. nunc de officio, de eo quod cer. loc. Quòd autem veniant à tempore litis conteſtatę, non eſt ex vi ſtipulationis, ſed ex vi litis conteſtationis, in qua ad hunc finem quaſi con-
203 trahitur. l. 3. §. idem ſcribit, de pecul. Et ſecundum † hanc ſtrictam naturam ſtipulationis, & iudicij ſtricti iuris, loquitur pręcisè Pompon. in d. §. ſi emptor, vbi prorſus negat venire

fructus

Source : BIU Cujas

fructus in actione ex ſtipulatu, ſiue ſtipulatum ſit rem dari, ſiue etiam vacuam poſſeſſionem tradi: ſed omnino ad actionē ex empto reuertendum. Papin. autem in d.l. ſi ſtipulatus. de vſur. non omnino reſpicit ad hanc formulam, ſed partim ad meritum cauſæ, materiamq; ſubiectam: partim ad verborū latitudinem reſpicit. ad verborum quidem ſtrictam formulam, ſtrictiq; iudicij naturam, dum ſubindicat non venire fructus. & partus, ſi ſtipulatum ſit rem tradi etiam ab emptore: ſed hoc relinquit in regula cōmuni, vt in d. §. ſi emptor. Ad ſubiectam autem materiam, & plenioremverborū formulam reſpicit, dum decidit, in ſtipulatione vacuam poſſeſſionem tradi, facta ab emptore, venire fructus, & partus, a tempore puræ ſtipulationis: pro natis autem ante ſtipulationez, non niſi ex empto agi poſſe: niſi fortè ſtipulatio etiam pro iā natis, vel perceptis nominatim interpoſita ſit. Nec eſt mirū, ſi Papin. partim facit vim in verbis: quia ob pleniorem verborum formam, ſubiecta iuuāte materia, facilius in natura ſtricti iudicij diſpenſatur, quàm cum verba ſtricta ſunt: quia ſtipulationis ſubſtantia in verbis conſiſtit, l.j. de verb.obl. Et ſic neceſſe eſt, id quod extenditur, ſaltem ex verbis concipi poſſe, l. Gallus. §. quidam rectè, de liber. & poſthum. Adiectio autem vacuæ poſſeſſionis facit omnem rem, & poteſtatē actionis ex empto, ſtipulatione concludi, cum venditor nō teneatur vlterius. l. 2. & 3. de act. empt. Duo ergo requiruntur in d. l. ſi ſtipulatus. vt recedatur à regula l. videamus. §. ſi actionē, de vſur. Primum, ꝙ alioquin ſubiecta materia fructus attrahat: puta cum ſubeſt iudicium bonæ fidei, & mora regularis, vel irregularis. Secundò, ꝙ ſtipulatio rem tradi, habeat annexam clauſulam vacuę poſſeſſionis, vel æquipollentem: puta contractum impleri, non autem tantùm rem tradi: & tunc etiam ſi ex ſtipulatu tantum agatur, fiet condemnatio etiam ipſorum fructuum à tempore moræ. ita intelligitur d. l. ſi ſtipulatus. cui tanquam æquiori, & rigorem quadantenus temperanti ſtandum eſt, non autem d.l. 3. §. ſi emptor, licèt poſteriori, ſi authorem Pomp. ſpectes, qui in d. §. ſi emptor, innititur rigori formulæ, quæ quadantenus temperatur, in l. ſi ſti-
204 pulatus. Sed † ſi quæras, cur ergo hoc antilogium non correxerunt compilatores Pandectarum, expungendo reſpōſum Pomp. in d. §. ſi emptor? Reſponſio in promptu duplex eſt. Primò, quia ſatis conciliari poteſt, diſtinguendo rigorem regulæ, de quo in d. §. ſi emptor, his æquitate interpretationibus, de qua in d.l. ſi ſtipulatus. Secundò, quia hæc antinomia non conſiſtit in effectu & deciſione rerum, ſed in mera formula actiōis ex ſtipulatu, ſemper enim ex empto peti poſſunt illi fructus. Vnde compilatores grauioribus occupati (ne dicam in grauioribus peccantes) hanc antinomiam verbalem magis quàm realem, nec veritati, & deciſioni cauſarum prę iudicantem, facilè contempſerunt. Sed interim queri nō debes, hanc nouam & exactiſſimam conciliationem operoſiorem eſſe, quàm ſit ipſa ſuperficialis contrarietas, minus friuola, vtpotè in meris, & vanis formulis (quę penitus hodie ſublatæ ſunt. C. de for. ſubl.) conſiſtens, quia nihilominus hæc noua noſtra conciliatio neceſſaria eſt, nempè paucis clarisq; verbis, magnas inueteratas, & perplexas contentiones ſedat, quæ grauioribus negotium faceſſebant, & hactenus nō tam ingenia remorabantur quàm excruciabant, vt glo. & Docto. commenta oſtendunt: quibus commodè ſedatis maturātur ingenia, multoque labore defungūtur, & ad reliqua iura clarè intelligenda via planior aperitur. Ad l. ſi filiusfam. §. cum fundum, de verb.obl. qui facillimus eſt, licèt Paul. Caſtr. ibi, præcatus ſit eum §. continere materiam difficilem, & peſſimè declaratam, ſed ipſe quoque prius cæteris intricat, vide
205 apud eos ſi vacat, nolo ſingula referre. Reiectis † igit ineptis & anxijs gl. & Doct. commentis in locis præfatis, & in l. vinū. ſi cer. pet. & vbicunque de hoc loquuntur. d. §. cum fundum. debet planè, & ſanè intelligi per nuper dicta, nu. 202. nō per prę ciſam excluſionem fructuum, vt quidā opinati ſunt nullo modo venire, ſed prorſus excludi fructus tempore ſtipulationis pendentes, etiam ſi tempore conteſtatæ litis adhuc pēdeant, quod eſt fatuum & ridiculuz: ſed debet intelligi, vt ſit ampliatio ad regulam. d. l. videamus. §. ſi actionem, videlicet, vt non veniant fructus in ſtricti iuris iudicijs ante litem conteſtatam, etiam ſi tempore ſtipulationis pendebant, & erant pars rei, vt dixi. Ex quibus vides, ꝙ hic §. cum fundum, nihil habet commune, nec in aliquo contrariatur. l. ſi fundum certa die. eo. tit. etiam ſi d.l. fundum, diceret fructus ipſos venire a tempore moræ, vt in iure, glo. & Docto. hæc iura contraria finxerunt, & diſcentium ingenia multis ſæculis fruſtra torſerunt. Porrò nec hæc l. ſi fundum. contrariatur. d. §. ſi actionē, hæc enim l. non loquitur de fructibus, ſed de eo, quod intereſt. Et ſic, licèt in ſtricti iuris iudicijs non veniant fructus, vt fructus a tempore moræ d. §. ſi actionem, tamen veniunt in id, quod intereſt moram factam non eſſe, per hanc l. ſi fundum. quæ eſt pulchra, & efficaciſſima limitatio, primum ab Vlpia. noſtro tradita ad rigorem, & formulam regulæ. d. §. ſi
206 actionem. Addo † aliam ex eodem Vlpia. in l.j. §. belliſſimè, vt leg. ſeu fid. no. caue. vbi quæſitum fuit, an in ſtipulatione ſeruandi, & reſtituendi legati, vel fideicommiſſi conditionalis, die vel conditione extante, veniant fructus, & vſuræ? Et reſpondet, ꝙ ſic ex mora, vt id, quod iuſtum eſt, comprehēdat: & ſic ea ſtipulatio (vtcunque ſtricti iuris) incrementum fructuum, & vſurarum recipit, ſicut actio ex teſtamento. Ratio huius limitationis eſt eadem, quæ apud Papin. in ſimili in d. l. ſi ſtipulatus. Duo enim hic pariter concurrunt: primum, ꝙ hic alioquin ſubiecta materia, fructus, vel vſuras attrahit: ſupponitur enim mora regularis, ſi legatarius eſt maior: vel irregularis, ſi ſit minor annis, quandiu durat minor ętas, l. Titia Seio. §. vſuras. de leg. 2. Secundum, plenitudo verborū ſtipulationis, quæ non eſt ſtrictè concepta: puta talem certam rē, quæ legata ſit: ſufficit enim ꝙ ex verbis (puta ex mentione legati, vel relatione facta ad legatum, vel teſtamentum) colligi poſſit, totam vim, & poteſtatē legati, vel actionis ex teſtamēto deductam eſſe in hanc ſtipulationem. Et ſic eo caſu, quo actio ex teſtamento competet ad fructus, & vſuras, pariter & actio ex ſtipulatione, etiam ad ipſos fructus, vel vſuras formaliter competet. nec erit neceſſe petitionem inflectere ad id, quod ob moram intereſt, vt in d.l. ſi fundum certa die. de ver.
207 obl. Aduertendum † tamen, ꝙ iſtud, & d. §. belliſſimè, debet intelligi inquantum contra hæredem, ſeu principaliter obligatum, & moratorem agitur: ſecus ſi contra datos fideiuſſores, quorum obligatio ex mora principalis non augetur, l. cētum Capuæ. l. fi. de eo quod cer. loc. niſi expreſsè in omnem cauſam fideiuſſerint, l. quæro. in princ. loca. Et (quicquid dicant Pau. conſ. 23. col. 3. lib. j. Alex. conſ. 34. lib. ij. Aymo conſil. 45. nu. 6.) ſimpliciter fideiubens non videtur fideiubere in omnem cauſam, niſi infra quantitatem rei principalis duntaxat. l. ſi quis pro eo. §. ſi nummos (quæ ita debet intelligi) de fideiuſſ. ad hæc l. cum quis. de act. & obl. Franc. Pur. in l. vi-
208 num. nu. 62. ſi cer. pet. Et ſic † habes etiā in Pandectis expreſſas duas limitationes ad regulam d. §. ſi actionem. Primò in qua fructus etiam formiter peti poſſunt, quando ex verbis ſtipulationis colligi poteſt, totam vim, & poteſtatē actionis bonæ fidei in eam deductam, vt per Papi. in d.l. ſi ſtipulatus. & per Vlpia. in d. §. belliſſimè, quę iura non faciunt niſi vnaz limitationem, vtpote per eandem decidendi rationem, vt nouè dixi. Idem generaliter in ſimilibus. Secunda limitatio, vt etiam ſi formiter peti non poſſint fructus, ſaltem vti intereſſe ob moram iniuſtam peti poſſint, d.l. ſi fundum certa die. Addo tertiam, quæ reſultat ex generalibus conſtitutionibus Conſtantini, & Theodoſij. C. de form. ſubl. quæ plus cētum annis poſt Pap. & Vlp. latæ ſunt, vt hodie, etiam ſi formaliter petiti ſint fructus a tempore moræ, procedat libellus, & iudicium, dummodò narratum ſit, ex quo fructus, vel intereſſe veniant. Aut enim ex facto narrato ſubeſt actio bonæ fidei, & ex ea cenſetur agi, vel ea cumulari, etiam ſi actor ex ſtipulatu ſe agere dicat. Aut non ſubeſt actio bonæ fidei, ſed tantum ſtricti iuris & fructus non cenſentur petiti in ſpecie præciſè, ſed ſaltem vt intereſſe: vel eorū æſtimatio, quod eſt eiuſdem effectus, vt dixi. Ex quibus obiter liquet ſuperuacuā eſſe, & inutilem operam quandam, & ſpinoſiſſimam diſtinctionem, & ſubdiſtinctionem Bar. in l.j. §. hæc actio, ſi quis teſta. lib. eſſe ius. fue. An ſtipulatio ſubrogetur per modum ſupplectionis. An per modum ſubſtitutionis. Super qua ſcolaſtici ſcriptores more ſuo ſeſe inuoluūt in l. certi cōdictio: in prin. ſi cer. pet. ſed inaniter: vt lector non obeſæ naris facilè collige
209 re poterit ex prædictis. ne in ſingulis ſigillatim extricandis remorer. Reſtat † diſſoluere vnicum ſcrupulum, in quo fundatur error communis ſcholę. Dicūt enim, ꝙ ſi fructus a tēpore moræ peti poſſent vt intereſſe, tunc id vna via concederetur, quod alia denegatur, contra regulam c. cum quid. de reg iu. lib. 6 & ꝙ lex in d. §. ſi actionem, eſſet impoſita verbis, quod (licèt omnes ferè turmatim ſequantur) prorſus friuolum, & ineptum eſt. Primum enim contra eos fortius retorqueo, niſi enim in l. ſi fundum. fructus æſtimētur in eo quod intereſt, erit hęc equiſſima lex impoſita verbis, & euanida. Quia ſi quod iuſtum, ſi quod propinquum, & legitimū eſt intereſſe, maximè eſt intereſſe fructuum rei debitæ ob morā iniuſtam amiſſorum, & per moratorem perceptorum. Nullum enim intimius, nullum iuſtius intereſſe, cū ſit cauſa rei, quæ omnibus alijs acceſſionibus iuſtior, & fauorabilior eſt. Si igitur nō venit tam iuſtum intereſſe, multo minus veniet aliud remotius & minus iuſtū, & ſic hæc l. erit inutilis. Plus dico, ꝙ iſtud intereſſe fructuum eſt pluſquam nudum intereſſe, quia eſt rei perſecutio, cū ex hypoteſi ſint percepti a moratore, qui eos percepit, & intus habet, idq; rōne moræ ſuę. Ergo ſi non tenetur ad illud intereſſe, vtcunq; rei perſecutorium,

Source : BIU Cujas

rium, multo minus tenebitur ad intereſſe remotius, quod non ceſſerit lucro debitoris: ſed eius reſpectu eſt pœna, vt in
210 l.fi.de eo quod cer. loc. Secundò † argumentum in ſe nullo modo obſtat, quia vt omittam non eſſe hic allegandas regulas iuris pontificij, quæ in ciuilibus non conferunt: dico, ꝙ regula d.c.cum quid. ſecundùm gl. & omnes ibi, & vbique, loquitur quando quid abſolutè, principaliter, & per ſe prohibetur, non habito reſpectu ad viam, vel modum, quo prohibetur: ſecus ſi prohibitio principaliter ſe habet ad viam, vel modum, nõ ad rem, quæ eſt optima, & naturalis declaratio, quam nominatim probat Io. Gerſon in tract. de cõtract. propoſ. xv. Sed in ſtricti iuris iudicijs (vt mox oſtendam) nõ prohibentur venire fructus ante litem conteſtatam propter ſe, ſed propter modum, & viam petendi: videlicet, ob ſtrictã formulam actionis, quæ eſt ſtricti iuris. Non ergo in hac actione excluduntur fructus ex defectu æquitatis, nec quin iuſtũ ſit eos debere peti, adiudicari, & reſtitui, vt mox dicam. Tum quia alioquin d.l.ſi fundum. eſſet multò iniquor, vt nuper dixi. Sed duntaxat excluduntur ob ſtrictam naturam iudicij, quod quantitati contractus ſeruit, vt ſupra nu. 123. & 211. infra. Et ſic quocunque modo aperitur via petendi ſufficit. Tertiò dico, quòd hæc l. eſt æquior, vtpotè fundata in naturali iuſtitia, nec nõ in omnibus alijs ciuilibus regulis, & præceptis, ne, videlicet, alteri per alterum iniqua conditio afferatur. l. non debet. de reg. iu. vtque moratori ſua mora, non autem ei cui iniuria fit noceat. l. mora. de verb. obli. l. in condemnatione. §. vnicuique, de reg. iur. idque multò magis, vbi de fructibus a moratore perceptis agitur. Tum ne cum iactura aliena locupletetur, contra l. nam hoc natura. de cond. indeb. l. iure naturæ. de reg. iur. tum ne ex dolo ſuo, vel culpa lucretur, cõtra l. ex dolo. de dol. l. nemo fraudetur. §. nemo, de reg. iu. Igitur rigor formulę d. §. ſi actionem, cedere debet huius l. & reliquarum omnium æquitati. l. in omnibus. de reg. iur. l. pla-
211 cuit. C. de iud. Quartò † plenius excutiendo veram rationẽ d. §. ſi actionem. quam nullus adhuc explicuit: dico, ꝙ loquitur ſecundùm ſtrictam vim & naturã iudicij, vel actionis ſtricti iuris, cuius natura eſt, vt id tantum, quod principaliter, & mero iure in obligatione eſt veniat. Et ſic in his actionibus officium iudicis ſtrictum eſt: ſeruit enim quantitati contractus, vel obligationis, nec recipit augmentum, & diminutionem. tex. eſt in l. 3. §. nunc de officio, de eo, quod cert. loc. ibi, an quantitati contractus debeat ſeruire. ideſt, an officium iudicis debeat eſſe ſtrictum, & quãtitati, vel rei principali (quæ mero, ſtrictoque iure in obligatione eſt) alligatum. Contra in iudicijs, & actionibus bonæ fidei, iudicis officium non eſt ita ſtrictum, & alligatum, ſed exuberat ad omne, quod alterũ alteri ex bono, & ęquo pręſtare oportet. §. in bonę fidei, Inſt. de act. l. conſenſu. de acti. & oblig. ſiue diminuendo, puta ob compenſationem. d. §. in bonæ fidei. ſiue augẽdo, puta in fructibus, vſuris, & alijs cauſis, & acceſſionibus. Et hæc quidem differentia in iure peruulgata eſt, ſed in puncto, de quo loquimur, malè hactenus intellecta, quę differentia longè feruentior, rigidior, & efficacior erat olim ante formulas & impetrationes actionum ſublatas, in quibus veteres Romani neruoſiſſimi, & ſuperſtitioſiſſimi fuerunt, vt dicunt Mod. in trac. vſur. nu. 699. culpa, & tyrannide pręcipuè pontificum ſuorũ, qui commiſſa ſibi tanquam ſanctioribus à populo poteſtate curaque actiones ſingulas decernendi, & interpretandi abutebantur, in latenti apud ſe retinẽdo, donec Gneus Flauius ſubreptum formularum librum euulgauit, vt refert Põpon. in d.l. 2. §. omnium tamen. de orig. iu. & etiam Cicero in Oratio. lib. j. palam traducens veteres illos, qui huic ſcientiæ prefecti obtinendæ, atque augendę potentię ſuæ cauſa peruulgari artem ſuam noluerunt. Sed poſtea ſtudijs pręſertim philoſophiæ moralis, ipſiſq; rerum experimentis, creſcente ſenſim ęquitatis pleniore notitia, barbaries ea forẽſis paulatim cicurari cœpit, multa etiam tum Prætores, tum alij iudices, tum Iureconſulti ſupplendo, addendo, & cõmodè interpretando emendauerunt. Et primum circa id, quod intereſt, apparuit magna, frequẽs, & pernicioſa iniquitas ex eo, quòd in ſtricti iuris iudicijs nõ haberetur ratio, nec redderetur ius de eo, quod ratione moræ intereſt, pręſertim vbi certo die, & loco quid dari fierive conſueuerat, ſed ſolùm de principali ſtricto iure debito, ad quod iudicis poteſtas limitata erat, in tantùm, ꝙ ſi formula ſtipulationis, vel contractus ſtricti iuris relata erat ad certum locum, nõ poterat alibi agi vel peti, quia id formulę, quę ſtricti iuris erat, & a qua recedi non poterat, non congruebat, atque ita fiebat, vt etiam principale debitũ periclitaretur, & inane fieret, non ſolùm ſi quo caſu creditor ad eum locum accedere nõ poterat, ſed etiam ſi debitor nollet accedere, quod erat perquàm iniquum, vt probatur in l.j.
212 de eo quod cer. loc. Ideo † etiam dum adhuc ſeruaretur ſtylus impetrandę legitimæ actionis, ſcilicet, certę & ſolennis, vt in l.2. §. deinde ex his. de origine iuris, neceſſitas ipſa effecit, vt in ſtricti iuris iudicijs daretur formula actionis non ſimplex, & ſtricta, ſed eo adiecto, vt iudex, quod iuſtum eſſet, arbitrari poſſet ſuper eo quod alterutrius partium ſua die, & loco ſatisfactum eſſe, vel ſatisfieri intereſſet: & tum demum iudicis arbitrio ex bono & ęquo ſuper hoc ius reddebatur. l. quod ſi Epheſi. in fi. de eo, quod cer. loc. tamen ob id efficiebatur actio bonę fidei, tum quia in reliquis retinebat ſuã naturam primitiuam ſtricti iuris, tum quia in actionibus bonę fidei non opus erat ſpecialiter arbitrium, vel poteſtatem dare iudici ſuper aliqua acceſſione: ſed ſemper inerat lata poteſtas, & plenum arbitrium ſuper omnibus ex ea veteribus vſitata clauſula, ex fide bona, quę ſemper, vel tacitè inerat in iudicijs bonæ fidei, vt pulchrè declarat Franc. Duar. in trac. pac. & in tracta. de in lit. iur. In iudicijs autem ſtricti iuris neceſſe erat ante impetrationes actionum ſublatas, arbitrium ſuper his ſpecialiter dare iudici, quod adhuc, vt plurimum nõ generaliter, ſed limitatim ad certam expreſſam cauſam dabatur: hinc actio accipiebat nomen, ſeu potius qualitatẽ, & cognomen arbitrariæ. l.2. de eo, quod cert. loc. l. vti. C. vbi conu, qui cert. loc. da. pro. quod ſuperuacuum erat in actionibus bonæ fidei. l. in bonæ fidei. de eo quod cer. loc. habebat tamẽ actio arbitraria in eo, in quo arbitrium datum erat, naturam bonæ fidei, vt probat tex. in d.l. quod ſi Epheſi. in fi. Non tamen intelligendum, quòd nunquam daretur hoc arbitrium, nec eſſet locus actioni arbitrarię, niſi aliàs principale deperiret, vt in l.j. de eo quod cer. lo. vel quando ratione certę diei, lociq; appoſiti intererat, vt in reliquis exẽplis d. tit. prout vulgò putant, ſed etiam quoties iuſta cauſa intereſſe arbitrandi ſube-
213 rat, vt dicunt Mod. in tract. vſur. nu. 514. Exoleſcentibus † deinde captioſis illis formulis, & tandẽ generali ſanctione vbique ſublatis. l.j. & 2. C. de for. & imp. ſubl. quod erat in formula impetrandæ actionis, vel arbitrij in iudicijs ſtricti iuris, remanſit in apta narratione, & explicatione facti, & in iuſta cauſa. d.l.2. C. de formul. non autem per prædictam formularũ antiquationem aliquid mutatum eſt in reliquis de natura, & differentia actionis bonæ fidei, & ſtricti iuris. His iam (prout prius neceſſe erat) nunc diſpunctis liquet, ꝙ d. §. ſi actionem, loquitur ſecundum ſtrictam vim, & naturam ſtricti iuris, vt dixi, in qua non venit quicquid eſt ęquum, ſed id tantùm, quod formula principalis obligationis continetur: adeo vt nec etiam fructus à tẽpore verę moræ veniant, & multo minus reliquæ acceſſiones minus iuſtę, & fauorabiles, vt quod extrinſecus intereſt. Dicta verò l. ſi fundum certa die, loquitur ſiue prout tempore formularum ex præfato neceſſario æquitatis ſupplemento ſuper eo, quod extrinſecus intererat, dandum erat arbitrium, certa iuſta cauſa expreſſa, ſiue hodie prout ipſo iure iudex habet arbitrium iuſta cauſa expreſſa, & probata, & in ſumma prout actio eſt arbitraria, qualis eſt vbicunque in iudiciis ſtricti iuris iuſta ſpecifica cauſa ſubeſt, vt dicunt Mod. in tract. vſur. nu. 514. Nec facio differentiam, an in ſtipulatione ſit datio, vel factum, ſed an ſubſit iuſta cauſa.
214 Ex † his multorum iurium clarus, & germanus intellectus, & ſincerrima conciliatio aperitur, & infiniti, non minus noxij quàm inueterati errores conuelluntur. Quod enim putant omnes poſt Bar. in d.l. ſi ſtipulatus, de vſur. & in d. §. cum fundum, & vbique, in obligatione dandi ſtricti iuris non venire id, quod extrinſecus intereſt, etiam prætextu fructuum poſt iniuſtam moram a moratore perceptorũ perquàm iniquũ eſt. Si enim venit in obligatione tradendi d.l. ſi fundum, cur non minus imò magis potens ſit, nec minor ſubſit ęquitas & neceſſitas actionis ſaltẽ vtilis dandę, vt in l.j. in fi. de eo, quod cer. lo. vbi Iureconſ. pulchrè vocat hanc actionem vtilẽ, ideſt, vtilitatis etiam publicæ cauſa extenſam, ſiue arbitrariã, quia directo, & mero ſtrictoq; veteri iure ciuili non competeret. Pariter reijcienda opinio Bar. Alex. & communis in d.l. ſi filiusfam. §. cum fundum, vbi tenuit in ſtipulatione fundum dari, venire fructus ſub ęſtimatione quantiplurimi a tempore moræ, quę prius fuit opinio Ioan. Fab. de act. §. actionum, col. 2. Tum quia venirent fructus niſi ſemel, ſcilicet eo ſolo anno, quo fundus ob fructus plurimi ſunt, & ſic non ſatisfieret damno moram paſſi, nec occurreretur iniquitati moratoris, qui multorum annorum fructus poſt moram iniuſtã percepit: vnde ad omne intereſſe teneri debet, d.l. ſi fundum
215 certa die. Tum † quia dicta ęſtimatio quantiplurimi nõ fuit de iure introducta, nec congruit niſi in rebus fungibilibus, & mobilibus promercalibus quorum pretio ſæpe notabiliter augentur, vel minuuntur. Secus in fundis, quorum ſtabilior eſt æſtimatio, & vix mutatur, præſertim infra tẽpus moræ paucorum annorum. Sed multo grauius errãt Imo. Paul. in d. §. cum fundum, Fulg. in d. §. ſi actionem. Dec. in l. vinũ. nu. 16. in l. cum fundus, in prin. ſi cer. pet. Renal. & Catia in trac. de eo quod int. dum abſolutè negãt venire fructus etiã

per

Source : BIU Cujas

per viam intereſſe poſt moram. Alc. autem in d.l. cũ fundus, in princ. cenſet in d.l. ſi fundum certa die, etiam fructus formaliter deberi & peti poſſe. Sed tum falsò innititur fundamento, dicens moram ex diei lapſu incurſam, ſimilẽ ei, quæ per litis conteſtationem committitur, quod eſt falſiſſimum. Tum ſuperſtitiosè facit vim in verbis, ex appoſitione diei: alʒ enim die non appoſita in ſtipulatione, cenſet moratorem de fructibus poſt moram iniuſtam a ſe perceptis non teneri vllo modo etiam nec per viam intereſſe, quod iniquum eſt & reijciendum, vt dixi. Siue enim per dici lapſum, ſiue per interpellationem mora committatur, eadem eſt neceſſitas dãdæ vtilis actionis, ſiue arbitrariæ in id, quod intereſt. d.l.j. de
216 eo quod cer. lo. Cæterùm † differentiam quam metitur Bar. in d.§. cum fundum, & in d.l. ſi ſtipulatus. An fructus veniãt, vt fructus: an verò vt intereſſe: confingens exemplum ruſtici, & Doctoris, pariter hoc antitheton reijcio. Et dico, ꝙ quantum ad reale commodum, in effectu non eſt differentia niſi in hoc, ꝙ quatenus fructus extant, poſſunt præcisè peti, vt dentur in iudicijs bonæ fidei: vel aliàs vbi fructus ipſi debentur, petive poſſunt. Quando verò vt intereſſe (vt d.l. ſi fundũ) non poteſt peti, niſi æſtimatio, etiam ſi extant: nec enim in hoc intereſſe venit, ſiquid creditor, fortè mercator, ex negotiatione fructuum, vel pretij potuit ſuperlucrari, ſed tantum æſtimatio fructuũ: quia non datur acceſſio acceſſionis. l. nec eorum. de vſur. Saluo ꝙ, ſi nõ de ſimplici ceſſatione, ſed mora doloſa conſtet, fiet æſtimatio fructuum, non communis, ſed quantiplurimi ſuo quoque anno duntaxat valuerunt, Mod. in tract. vſur. nu. 222. Et futilis eſt differentia Ruſtici, & Doctoris, vel Patricij: quia etiam Patritius per operarios, vel partiarios colonos colere poteſt. Præterea ſi ruſticus, quia agricola, ideo plures fructus percepit, quàm alius, non tamẽ cenſetur plus percipere ex fundo ipſo, quia non ſolùm impenſæ, ſed etiam pretium operæ induſtriæ, fructuum quærẽdorum, & ſeruandorum cauſa, deduci debet de fructibus, &
eos ipſo iure minuit. Mod. Pariſ. in conſ. Pariſ. §. j. gl. v. nu 86. Cæterùm naturalis ipſe prouentus, & fœcunditas agri omnibus per ſe æqualis eſt, & ſic fructus rectè, & per ſe peti poſ-
217 ſent, vt in bonæ fidei iudicijs. Nec † eſt abſurdum, prout minimè abſurdum eſt, id quod ſtricto iure ciuili negatur, non minus plenè remedio prætoris obtineri, quàm ſi mero iure peti poſſit. Quemadmodum hæreditas, quę mero iure ciuili haberi non poteſt, ſed ſolo auxilio prætoris habetur, Inſti. de bon. poſſ. per to. & tamen bonorum poſſeſſor prętoris vicem legitimi hæredis habet. l. 2. de bon. poſſ. Sic alibi paſſim in iure, vbi ciuilis actio deficit, ſed ſubeſt naturalis æquitas, dat & ſupplet Prętor actionem l. j. §. hæc autem actio in fructum. ſiquis teſta. lib. eſſe ius. fue. Sic per arbitrariam adiectionem ſuppletur actio ſtricti iuris, to. tit. de eo, quod cer. loc. & & d.l. ſi fundũ certa die. Ex quibus patet, quàm ſit noxia veræq; doctrinæ ſenſuſq; legum peruerſiua communis illa traditio, & conciliatio de qua ſupra, num. 195. ex qua tot errores legumq; diſtorſiones promanant. Et rurſus multifariam falſa, & inepta eſt ratio, in qua ſe fundant omnes, videlicet, ꝙ in obligatione dandi non ſuccedit obligatio ad intereſſe, ſed bene in obligatione faciendi, & in hac etiam iure actionis. Et intelligunt, ꝙ in d.l. ſi fundum, non poſſit debitor cogi trade-
218 re, ſed liberetur dando intereſſe. Quòd † enim cenſent in obligatione facti ſuccedere obligationem ad intereſſe eo modo, quo intelligunt, ſcilicet ne quis præcisè teneatur, falſum eſt, vt plenè per Mod. Pariſ. in tract. diuid. & indiuid. Quòd etiam putant intereſſe in d.l. ſi fundum, venire iure actionis, licèt in iudicijs bonæ fidei fructus veniant officio iudicis, pariter erroneum eſt. Multum enim refert an intereſſe ſuccedat in locum principalis obligationis tanquam eius æſtimatio, vt qũ res, vel factum amplius pręſtari nequit, vel tẽpus præterijt, vt in l. ſtipulationes non diuiduntur. l. ſi ſeruum. §. effectus. de verbo. oblig. & tunc venit iure actionis, vt ibi. An verò intereſſe non ſuccedat loco rei, ſed accedat, vt in d.l. ſi fundus. vbi nihilominus fundi traditio peti & exigi poteſt, licèt ſimul petatur, quod intereſt moram non eſſe factam, & tũc illud intereſſe eſt vera acceſſio, & venit officio iudicis, prout in reliquis actionibus arbitrarijs venit intereſſe officio iudicis. tex. eſt in l. 3. §. nunc de officio, in l. centum Capuę, de eo quod cer. lo Quemadmodum etiam in bonæ fidei iudiciis veniũt fructus, vſuræ, & quod extrinſecus intereſt, vel æſtimatio quãtiplurimi, & reliquæ acceſſiones officio iudicis, quia nõ ſunt in obligatione, ſcilicet, principali, ſed ei accedunt ex iuſta cauſa, quod iudex æſtimare, & arbitrari debet, an & quantum accedere debeat. l. qui per colluſionem, in fi. de act. empt. Nunc
219 † recordor, quòd Iaco. Butrig. ſuper hac l. vnica. col. 4. tenet, quòd in actionibus ſtricti iuris veniunt fructus poſt moram, vt intereſſe, ſed ꝙ non excedunt duplum. Verùm in hoc vltimo malè dicit, quia licèt fructus ob formulam ſtricti iudicij non veniant directò, ſed vtiliter, vt intereſſe: non tamen ſunt intereſſe extrinſecum, quod ſolùm hic taxatur, ſed vera cauſa rei ſtrictè ſumpta, vnde non ſubſunt limitationi dupli huius l. per no. ſupra nu. 11. Cum enim morator ipſe perciperet, aut percipere debuerit, nullo modo ſunt pœna, ſed mera rei perſecutio. facit, quod dixi ſupra nu. 102. de intereſſe quanti plurimi, non reſtringendo ad duplum, quando debitor ipſe percepit: ſecus ſi nullo modo cadunt in rei perſecutionem, ſed tantùm in id, quod intereſt: quia tunc etiam in bonæ fidei iudiciis ſubſunt duplo, vt ſupra nu. 103. 150. Sed iam tempus eſt manum tollere de tabula, & reliqua, quę plura occurrunt, ſuis locis reſeruando, finẽ huic ſyntagmati imponere.

FEDERICI SCHENGH

De executione rei iudicatæ.

SVMMARIVM.

1 *Executio ſecundum formam ſententiæ eſt facienda.*
2 *Executio ſententiæ in actione perſonali intra quantum tẽpus facięda.*
3 *Executionis tempus aliquando arctari, aliquando prorogari per iudicem poteſt. & nu. 11.*
4 *Executio ſententiæ in actione reali intra quantũ tempus ſit facienda.*
5 *Sententiam ab arbitro vel iudice dato latam quis exequi ſoleat.*
6 *Iudex nonnunquam executioni mandare poteſt ſententiam a iudice alterius prouinciæ latam.*
7 *Ordo in executione ſententiæ ſeruandus.*
8 *Aratoria inſtrumenta, aut aratorij boues in cauſam iudicati capi non debent.*
9 *Reſtituere iuſſus iudici non obtemperans qua ratione ſit cõpellendus.*
10 *Exceptio nullitatis ſententiæ impediat nec ne executionẽ rei iudicatę.*
12 *Dilatio quæ datur condemnato ad ſoluendum, etiam hæredibus illius eſt concedenda.*
Confeſſis non minor dilatio danda eſt ad ſoluendum, quàm iudicatis.
Sententiam vter iudicum exequi debeat, iudex ne primus, an verò is qui de appellatione cognouerit.

SEntentia poſtquam lata
1 eſt, modis omnibus executionem meretur. Quid enim momenti haberet ſententia, ſi executioni non mandaretur? Proinde † exequenda eſt ea in ſpecie quam ſentẽtię prolatio complexa eſt. Quare cum aliquibus eſt adiuncta poſſeſſio, non ſufficit eis dare pignora, niſi corporali poſſeſſione
2 lætentur. c. cum aliquibus. de ſenten. & re iudi. † Executio autem ſententiæ ſuper actione perſonali latæ, facienda eſt poſt quatuor menſes a die condemnationis, vel ſi prouocatio fuerit oblata, a die confirmationis ſententiæ connumerandos. l. 2. & 3. C. de vſu. rei iudi. & c. quærenti. de offi. deleg. & ibi per
3 gl. ſuper verbo, quadrimeſtræ. Sed † quadrimeſtræ hoc tẽpus arctari poteſt nonnunquam a ſedente in medio, & etiã prorogari c. ꝙ ad conſultationem. de re iudicata. idq; pro cauſæ qualitate & quantitate, vel perſonarum obſequio, vel contumacia. Sed perraro intra ſtatutum tempus ſententię exequẽtur, veluti ſi alimẽta alicui conſtituantur, vel minori xxv. annis ſubueniatur. l. 2. ff. de re iudi. Itaq; ſi nulla probabili cauſa minorem diem ſtatuerit iudex tẽpore legitimo, repletur ex lege, quod ſententiæ iudicis deeſt. l. 4. §. ſi quis condemnatus. ff. de re iudi. ſecundum glo. ſuper verbo, arctare. in d. c. ꝙ ad
4 conſultationem. † In reali verò actione, ſi appellatum nõ ſit, tempore appellationis effluxo, mox ſentẽtia executioni mãdabitur, & res cum fructibus reſtituetur. Sed ſi neget in præſenti ſe poſſeſſor reſtituere poſſe, & ſine fruſtratione videbit tempus reſtituendę cauſa petere, indulgendũ eſt ei, vt tamen de litis æſtimatione caueat cum fideiuſſore, ſi intra tempus, quod ei datum eſt, non reſtituiſſet. §. j. Inſti. de offi. iudi. Et ita petenti dilationem ad reſtituendam rem, ſi non petatur fruſtratoriæ, concedenda eſt, Qualis autem dilatio concedenda ſit, in arbitrio iudicis conſiſtit, ſecundum Ang. Are. ibi. Vbi etiam inquit, condemnatum parti ad certam pecunię quantitatem, ratione delicti, habiturum quadrimeſtrę tempus indultum iudicatis. Diuerſum in eo, qui ratione delicti, ad certam pecuniam condemnatus eſt fiſco, allegat Bal. & Sali. in l. fi. C. de vſuris rei iudi. Porrò iudicum a ſe datorũ, vel arbitrorum ſententiam exequuntur hi, qui eos dederunt. l. a diuo Pio. ff. de re iudi. † Iudex tamen a Romano Pontifice de-
5 legatus, non ſolum vſq; ad quadrimeſtræ tempus, ſed vſque ad integrum annum iuriſdictionẽ ſibi cõmiſſam ad exequẽdam ſententiam poteſt exercere c. quærenti. de offic. delega.

† Iudex

Source : BIU Cujas

6 † Iudex quoque alterius prouinciæ iudicem requirere poterit, vt ſententiam a ſe latam executioni mandet. Et ſententiã Romæ dictam, etiam in prouincijs poſſe per præſides, ſi hoc viſum fuerit, ad finem proſequi, reſcriptum eſt. l. a diuo Pio. 7 §. ſententiam. ff. de re iudi. † Exequuntur iudices rem iudicatam, primò, capiẽdo mobilia, ſecundò immobilia, tertiò iura, & nomina. d. l. a diuo Pio. §. in venditione. & l. etiam. C. de execu. rei iudic. Stipendia tamen non patietur retineri præſes, ſi rem iudicatam alijs rationibus exequi poterit. C. de exe 8 cu. rei iudic. l. ſtipendia. Verum † enimuero, executores a quocunque iudice dati, ad exigenda debita ea, quæ ciuiliter poſcuntur, ſeruos aratores, aut boues aratorios, aut inſtrumentum aratorium, pignoris cauſa, de poſſeſſionibus non abſtrahant, ex quo tributorum illatio retardetur. l. executores. C. quæ res pigno. obliga. poſſunt. Et generaliter pignoris gratia aliquid, quod ad culturam pertinet, auferri non conuenit l. pignorum. C. eo. Quinimmo nullus inueniatur tam audax, vt perſonas, boues, & agrorum inſtrumenta, aut ſi quid aliud ſit, quod ad agrorum operam ruſticam pertinet, inuadere, capere violenter aut auferre preſumat. Si quis autem huiuſmodi ſtatutum auſu temerario violare præſumpſerit, in quadruplum ablata reſtituat, infamiæ notam ipſo iure incurrat, im periali animaduerſione nihilominus puniendus. auth. agricultores. C. quæ res pig. obliga. poſ. Quomodo autem ſententiam latam in actione perſonali, captis pignoribus, & quot modis iudex exequatur, item an pro executione debiti quis poſſit detineri in carcere, vide per prac. Papienſem in forma executionis ſententiæ diffinitiuæ, ver. amplius quæritur po- 9 ſtulata executione &c. Præterea, † qui reſtituere iuſſus, iudici non paret, contendens nõ poſſe reſtituere, ſiquidem habeat rem, manu militari, officio iudicis ab eo poſſeſſio transferatur, & fructuum dantaxat, omniſque cauſæ nomine condẽnatio fit, ſi verò non poteſt reſtituere, ſiquidẽ dolo fecit, quo minus poſſit, quantum aduerſarius in litem, ſine vlla taxatione, in infinitum iurauerit, damnandus eſt, ſi verò non poteſt reſtituere, nec dolo fecerit, quo minus poſſit, non pluris, quã quanti res eſt, ideſt, quanti aduerſarij interfuit, condemnandus eſt. Hæc ſententia generalis eſt, & ad omnia, ſiue interdicta, ſiue actiones in rem, ſiue in perſonam, ex quibus arbitratu iudicis quid reſtituitur, locum habet. l. qui reſtituere. ff. de 10 re iudic. An autem executionem ſententiæ † impediat exceptio nullitatis ſententiæ. Et quidem cõcluſio Doctorum eſt, ſi incontinenti poſſit ſententiæ nullitas probari, executioni ſuperſedendum eſſe, ſecus ſi requirat altiorem indaginem. Tum enim ea non obſtante procedetur ad ſententiæ executionem, ſecundum Bar. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. & in l. j. circa fi. ff. nil noua. appel. pendent. & in l. a diuo Pio. 11 §. j. ff. de re iudic. Porrò † debitoribus non tantum petentibus dies ad ſoluendum dandi ſunt, ſed & prorogandi, ſi res exigat. Si qui tantum per contumaciam magis, quàm quia non poſſunt explicare pecuniam, differant ſolutionem, pignoribus captis, compellendi ſunt ad ſatisfaciendum. Et his, qui fatentur ſe debere, aut ex re iudicata ſunt debitores, tempus ad ſoluendum detur, ℔ ſufficere pro facultate cuiuſque videbitur, eorumque, qui intra diem, vel ab initio datum, vel ex ea cauſa poſtea prorogatum ſibi, non reddiderint, pignora capiantur, eaque ſi intra duos menſes non ſoluerint, vendan tur. Si quid ex pretijs ſuperſit, reddatur ei, cuius pignora ven 12 dita erunt. l. debitoribus. ff. de re iudic. Tempus † quod datur iudicato, etiam hæredibus eius, cæteriſque, qui in locũ eius ſuccedunt, tribuitur, videlicet, ℔ ex tempore deeſt, quia cauſæ magis, quàm perſonæ beneficium præſtatur. l. tempus, ff. de re iudic. Confeſtim quoque poſt confeſſionem, tempora quaſi ex cauſa iudicati habebunt. l. certum. in fi. ff. de confeſ. 13 Vter autem ſententiam exequetur † iudex ne appellationis, an iudex primus? Et ſanè ſi iudex appellationis expreſſe confirmauit primi iudicis ſententiam, illam quoque idem exequetur, modo ordinaria fungat iuriſdictione. l. præcipimus. §. in his. ibi, exequentibus iudicata. C. de appellatio. Sed ſi tacite primam ſententiam confirmauit, puta per lapſum inſtãtiæ, vel aliam ſolennitatem omiſſam, ad primum iudicẽ exe cutio ſpectabit, authẽ. ei qui. C. de tempo. appellat. ſecundum Cyn. in authẽ. ſi quis litigantium. circa fin. C. de epiſco. audien. Quod & practicus Papienſis refert in forma ſententiæ in cauſa appellationis in gloſſa verbi, cauſis & rationib.

DOMI. ANTONII DE CANARIO
De executione inſtrumentorum Excellentiſſimi Vtriuſque Iur. Doct. & magni practici.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones iuſtæ an poſſint obijci contra publicum inſtrumentum, ſtante ſtatuto quòd &c.*
Verbum generale omnia comprehendit.
Genus tantum valet quò ad omnia, quantum ſpecies quò ad ſpeciem.
2 *Promittens nullam exceptionem opponere, intelligitur de malitioſa, & non de legitima.*
3 *Exceptiones iuſtæ an poſſint opponi, ſi dictum ſit, quòd non poſſit opponi, niſi exceptio falſitatis & ſolutionis.*
4 *Exceptiones quæ opponi poſſint, ſtatuto dictante quòd exceptione falſitatis & ſolutionis non obſtante inſtrumenta publica executioni de mandentur.*
5 *Statuto dictante, quòd publica inſtrumenta executionem habeant paratam, nulla niſi ſolutionis & falſitatis exceptione obſtante, an poſſint obijci aliæ exceptiones iuſtæ.*
6 *Sententia, iuramentum, & confeſsio de iure communi executionem habent paratam.*
7 *Clauſula, & poſt prædicta, in fine contractus poſita quid operetur.*
Gabella non ſoluitur de præcepto in confeſſum, ſtatuto ſtante quòd de omni ſententia condemnatoria ſoluatur gabella.
8 *Inſtrumenta guarentigiata vbi fundentur, & vbi confeſſionata, & vbi ſimplicia.*
9 *Statuta loquentia de executione inſtrumenti guarentigiati non exorbitant a iure communi.*
10 *Electio Papæ non ex toto ſubijcitur iuri poſitiuo.*
11 *Excluſio generalis exceptionum ad proceſſum non excludit ſpeciales exceptiones procedentes a ſtatuto, vel iuri communi.*
12 *Statuta ſecundùm ius commune ſunt interpretanda & reſtringenda,*
13 *Exceptio, quę poſt ſententiam opponi poſsit.*
14 *Exceptiones, quæ poſt ſententiam contra ſententiam opponi poſsint.*
15 *Cognitio ſummaria adhibetur in ſententiæ executione.*
Exceptiones, quæ admittantur in ſummarijs cognitionibus.
16 *Exceptio peremptoria duplici rõne opponi poteſt contra inſtrumenta.*
Exceptiones, quæ contra inſtrumentum opponi poſſunt, an etiam poſſint opponi contra executionem inſtrumenti.
17 *Inſtrumenta de iure communi an aliquo caſu habeant executionem paratam.*
18 *Exceptiones a iure ciuili introductæ cenſentur excluſę, ſtatuto ſtante quòd inſtrumenta ſecundùm ius gentium executionem ſortiantur.*
19 *Exceptiones quæ & quando indaginem altiorem requirere cenſeãtur.*
20 *Statuto diſponente, quòd exceptio contra inſtrumentum ſit ſtatim probanda, an aliæ exceptiones non reiectæ debeant probari intra terminum iuris communis.*
21 *Exceptio nullitatis contra executionem inſtrumenti oppoſita an poſsit eam impedire.*
22 *Exceptio altiorem requirens indaginem non admittitur in cognitione ſummaria.*
Obligatio viribus carens nulla lege firmari poteſt.
23 *Præceptum non dicitur, quod non rite præcipitur.*
24 *Exceptio præſcriptionis inductæ a iure communi vel ſtatuto, an poſsit contra inſtrumentum obijci.*
25 *Exceptio ſimulationis an poſsit opponi contra inſtrumentum aut contractum.*
Statutum dictans, exceptionem contra inſtrumentum non opponendã, exceptionem contra contractum non excludit.
26 *Hæres contra inſtrumentum defuncti venire non valens, inſtrumẽtum eſſe ſimulatum opponere poteſt.*
Nomine carere debet, quod effectu caret.
27 *Simulationis multæ ſunt ſpecies.*
28 *Contractus iuſtus dicitur, ſi ex vna cauſa promittatur, quod ex alia debebatur.*
29 *Exceptio non numeratæ pecu. quo caſu opponi poſsit.*
30 *Inſtrumentũ aſſerens eſſe ſimulatũ ſpeciẽ ſimulationis exprimere dẽt.*
31 *Exceptio ſimulationis cum quali diſtinctione poſsit opponi.*
32 *Inſtrumenta non liquida, an poſsint executioni mandari.*
Inſtrumentum duobus modis liquidari poteſt.
33 *Inſtrumentum non liquidum obligationem velatam continet, quæ tam teſtibus, quàm inſtrumentis detegi poteſt.*
34 *Modus ſecundus inſtrumenti liquidandi qualis.*
Inſtrumentum liquidari poteſt ante executionem petitam & etiã poſt in proceſſu petitæ executionis.
35 *Exceptiones perſonam concernentes an poſsint opponi, non obſtante ſtatuto de exceptionibus non opponendis.*
36 *Minor iurans ſe maiorem & confeſſus debitum quando teneatur.*
37 *Filiusfamilias aſſerens ſe patremfamilias & iurans ſuper contractu, an poſsit poſtea de nullitate opponere.*
Obligatio non oritur ex contractu ipſo iure nullo.
38 *Filiusfami. ratione iuramenti poteſt ad ſoluendum compelli, licèt repetere poſsit,*
39 *Filiusfamilias quando exceptionem Macedoniani poſsit opponere.*
40 *Exceptio Macedoniani non poteſt opponi contra creditorem ignoranter cum filiofamilias contrahentem.*
41 *Ignorantia quando preſumatur, & quando non.*
42 *Exceptio Macedoniani quare contra creditorem filiofamil. mutuantì opponatur.*

43 *Exceptioni,*

Source : BIU Cujas

Antonij de Canario. De execu. instrum:

43 *Exceptioni, ne quis conueniatur vltra, quàm facere possit, renunciari non potest.*

44 *Instrumento quod executioni mandari debet intra decem dies secundum formam statuti, opponi potest, quòd non sit factum secundum legem, non dubium. C. de legi.*

45 *Dispositio iurata in instrumento deducta an debeat executioni mandari.*

46 *Periurium est crimen ecclesiasticum.*

47 *Iuramenti causa quando coram iudice ecclesiastico tractari debeat, & quando coram seculari.*

48 *Petitio restitutionis in integrum an impediat executionem publici instrumenti.*
Executio sententiæ dicitur fieri iuste à qua appellatum non fuit.

49 *Euidens esse non potest nisi id de quo apparet, aut incontinenti apparere potest.*

50 *Sententiæ duæ conformes si latæ sint, petitio restitutionis in integ. non potest executionem impedire, si petens restitutionem caueret.*

51 *Clerici an ligentur statutis, & consuetudinibus laicorum.*

51 *Instrumentum in quo filius absque patris assensu se obligauit, an habeat executionem paratam.*

53 *Filio sine consensu patris non licet litem contestari, nec totius causæ recipere præceptum.*
Filius quando & pro quibus in iudicio agere possit.

54 *Patri per filium in castrensibus vel quasi non quæritur vsusfructus.*
Præceptum guarentigiæ interlocutoria quædam dicitur, quæ in scriptis non profertur.

55 *Filius latitans & contumax quo casu banniri possit, & aduersus eum executio fieri.*

56 *Executio personalis fieri potest contra filium fami. debitorem vigore statuti disponentis, quòd &c.*
Exceptiones quæ obligationi insunt an possint opponi contra instrumẽti executionem. & nu. 57.

58 *Statuto exceptionum exclusiuo non obstante possunt opponi exteptiones, quæ obligationi in instrumento deductæ insunt tacite, vel expressè.*
Exceptioni quando obligationi inesse dicatur.

59 *Exceptio pretij non soluti quando possit per venditorem opponi, & quando per emptorem exceptio rei non traditæ.*
Emptor ad pretium condemnatus non potest excipere, rem non esse sibi traditam.

6 *Exceptio pretij non soluti, aut rei non traditæ, licèt peremptoria sit, tamen cum instrumento nascitur & opponi potest in executione.*

61 *Exceptio pretij non soluti & rei non traditæ contractu celebrato ex mora emptoris & venditoris nascitur.*

62 *Exceptiones quæ contra instrumentum non opponuntur, an possint ad executionem opponi, stante statuto, quòd &c.*

63 *Executio instrumenti fit contra hæredem defuncti, sicut contra defunctum, si hæres inuentarium non confecerit.*

64 *Mulier habens instrumentum, quo vir confessus fuit, se dotem recepisse, an possit ipsius instrumenti executionem petere soluto matrimonio vigore tacitæ stipulationis de restituendo.*
Tenor proprius instrumenti dicitur, quod ex illo præsumitur.

65 *Contrahentes velle cogitare & agere censentur ꝙ lex ipsa disponit.*

66 *Executio an possit fieri contra hæredes debitoris per instrumentum obligati, statuto stante quòd instrumenta mandentur executioni.*

67 *Statutum quòd debitor pro debito ciuili possit ad instantiam creditoris personaliter carcerari an valeat.*

68 *Instrumenta an possint ex partium conuentione executionem paratam habere.*

69 *Conuentio partium quòd liceat creditori capere debitorem, & captum in carcere priuato retinere, quare non valeat.*

70 *Debitor de fuga suspectus ex pacto capi potest in causa suspicionis.*

71 *Executio instrumenti vel sententiæ si petatur, an finiatur intra viginti dies, statuto stante quòd instantia finiatur cursu tacito.*

72 *Instrumentum factum Perusij per notarium Perusinum de contractu facto inter Perusinum & Cannarienſem, vbi debeat executionem sortiri.*

73 *Instrumenti publici appellatione quid contineatur.*

74 *Instrumentum publicum qualiter definiatur.*

75 *Reo non habenti instrumentum secum ad probandum exceptiones an succuratur aliquo remedio.*

76 *Statutum disponens instrumentum manu publica scriptum executioni mandandum an habeat locum in sumpto iudicis authoritate.*

77 *Actor producens protocollum notarij mortui & petens eius executionem sicut publici instrumenti, an sit audiendus.*

78 *Petitio executionis an procedat, si petatur executioni mandari instrumentum, in quo debitor se obligauit procuratori creditoris.*

79 *Debitor an sit statim in mora constitutus, si instrumenta vim rei iudicatæ habeant.*

80 *Tempora, quæ dantur iudicatis & confessis an concedantur pro instrumentorum executione.*

81 *Citatio in executione semper facienda est coram iudice nouo.*
Citatio an sit necessaria in executione instrumentorum.

82 *Conductio prima si facta sit per publicum instrumentum executionum paratam habens, an finito tempore conductio censeatur tacite renouata cum virtute instrumenti.*
Fideiussor obligatus per instrumentum quod executionem statim meretur, an agere possit.

83 *Appellare an possit is, contra quem executio instrumenti petitur.*

84 *Appellatio ab interlocutoria est ipso iure nulla.*

85 *Appellari quando possit a sententia do exequendo.*

86 *Appellatio ab executione an sit nulla quò ad omnes effectus suos.*

87 *Processus qualis esse debeat in causa appellationis.*
Sententia interlocutoria dicitur, qua instrumentum exequendum pronuntiatur.

88 *Monitio iudicis facta hæredi de legatis soluendis interlocutoria dicitur.*

89 *Emptor rei emptor fructus petere potest sequestrari, venditore appellante a sententia lata de exequendo venditionis instrumento.*
Officium iudicis implorare potest, qui ab exceptionibus proponendis exclusus est.

90 *Debitore munito exceptione a statuto exclusa, an possit creditor lite pendente executionem petere.*

91 *Executio facta lite pẽdente & facta inhibitione an ualeat & quãdo.*

92 *Officium iudicis non poterit implorari, stante statuto quòd nulla exceptio, aut defensio admittatur.*

93 *Debitori exacto habenti exceptiones per statutum exclusas quo subueniatur remedio.*

94 *Aestimationis ratio, an sit habenda a tempore morę, si petatur executio instrumenti continentis debitum frumenti &c.*

95 *Creditor an possit via ordinaria agere post decennium, statuto stante quòd post id tempus non possit executio peti.*

96 *Clericus debitori laico per instrumentum obligato succedens an possit astringi coram iudice laico.*

97 *Contractus hodie per mutum celebrati an sint validi.*



Olligã quæstiones quasdam per numerum circa materiam executionis instumẽtorum secundum formam statutorum, quæ communiter sunt per Italiam. Confidens non in modulo mei rudis ingenij, sed in gratia illius qui affluenter dat & non improperat.

1 Primò quæro, dictat statutum, † ꝙ contra publicum instrumentum nulla exceptio possit opponi, an aliquæ iustæ exceptiones opponi poterunt? Et videtur ꝙ non; quia verbo generali omnia comprehendũtur. ff. de leg. j. l. si cui seruos omnes. C. sine censu vel reliq. l. omnes. ff. de lega. præstan. l. j. §. & generaliter. 18. dist. si Romanorum. de mario. & obe. solitæ, & vbi lex non distinguit, nec nos debemus distinguere. ff. de arbi. l. j. §. nondum. & de pub. l. de pretio, & quod ibi not. & tantum valet genus quò ad omnia, quantũ species quò ad speciem. ff. de admi. tuto. l. si duo. de lega. 3. si chorus. in princ. de vsu. & habi. l. si ita C. de quad. præs. l. 2. de præscri. 30. anno. l. si omnes. quæ iura ad hoc allegat Dyn. in c. generi. de regu. iur. libr. 6. Et pro ista parte videtur text. in c. ex parte tua. de offi. dele. in 2. responso. In contrarium est veritas, ꝙ solum exceptiones friuolæ videntur excludi, argu. ff. qui, & à quib. appel. non licet. l. j. §. interdum. de appel. c. pastoralis. & c. vt debitus. & est text. iuncta gl. ff. de peti. hære. l. & non tantum. §. si pro emptore, quod vi aut clam. l. j. §. & parui refert. & in d. c. ex parte. iuncta glos. quæ incipit, supple. & 12. q. 2. sine exceptione. in j. glo. & in c. licet canon. de elec. in glo. super verbo, in exceptione. post princ. & not. in cap. cum quis. de resti. spo. in fi. primæ gl. & quod super ea addit Ioan. An. allegans iura quæ allega. gl. in d. §. & parui refert, & hoc

2 in his terminis tenet Cy. in l. ita pudor. ff. de adul. † Pro hoc quia idem dicimus in promissione conuentionali, quando quis promittit nullam contrariam exceptionem opponere: quia intelligitur de malitiosa, nam legitimas opponere potest pacto non obstan. ita dicit Spec. in titu. de oblig. & solu. §. §. j. ver. instrumentum, super versi. nullam aliam contrariam exceptionem, alleg. ff. de pac. l. iurisgentium. §. si paciscar. de elect. c. causam quæ. de præscri. cum adeo. & d. c. ex parte hoc idem est in rescripto, quoniam quantumcunque præcise rescribatur. iudex debet legitimas exceptiones admittere, secũdum Hostien. in sum. de offi. delega. §. quod si eius officium. ver. item ad officium eius pertinet, alleg. d. c. ex parte. & c. sup eo. eo. titu. & de iudi. c. exhibita, & de præben. c. fin. nisi executio tantummodo demandetur: de offi. delega. c. pastoralis. §. quia verò. secundum eum, & idem tenet in d. cap. ex parte, dicens dilatorias, moratorias & sic friuolas, vel parui præiudicij, non autem peremptorias per dicta generalia verba excludi, vt refert Ioan. And. in d. c. ex parte. super 2. gloss. ad hoc facit etiam de procur. c. qui ad agendum. li. 6. Et quod ibi not.

Ioan.

Source : BIU Cujas

Ioan. And. in nouel. & quod not. Spec. de eo qui renunciauit omnibus exceptionibus, in titu. de renun. & conclu. §. j. verſi. pone ergo. & verſicu. ſi quis. Non obſtant allegata in cõtrarium, nam generalitas præſumptionibus reſtringitur. ff. de pecu. l. qui peculij. & nota. in c. ex parte. in glo. ſupple. Et conſtat ex multis generalia verba reſtringi, quæ diffuſe ponit Io. And. in d. c. generali. in mercur.

3 **Secundò quæro** † ſi nõ poſſit opponi niſi exceptio falſitatis & ſolutionis. An aliæ iuſtæ exceptiones opponi poterunt? Non videtur: quoniam exceptio firmat regulam, de regul. iur. l. j. in fi. primæ glo. cum ergo certi ſunt caſus exceptuati, in reliquis regula firma manet, & ſtatutum loquens de certis exceptionibus taxatiuè, ad alias extendi non poteſt. C. de pat. qui fil. diſtra. l. 2. & ꝙ no. in c. in argumentum. de regu. iur. libr. 6. per Dyn. iſta propoſitio niſi, eſt dictionis taxatiuæ, quæ excludit quicquid nõ includit ex vi ſermonis. ff. de neg. geſt. l. qui aliena. §. libertus. In contrarium eſt veritas, text. eſt iuncta gloſſ. in l. ita pudor. C. de adulte. Et hoc in terminis tenet ibi Cyn. pro hoc rationes & iura. 5. proxime queſtionis pro hac parte alle. Non obſtant contraria, quoniam licet exceptio firmet regulam non ampliat, vt includat vltra quam alias de ſe regula includeret: vt l. genera. ff. de aur. & argen. leg. vbi hoc tenet Bartol. & eſto ꝙ dictio taxatiua excludat, quicquid non includit, illud quod excludit remanet ſub regula, & quò ad excluſa nihil operatur, niſi prout virtus regulę importat, vt d. l. 2. C. de pa. qui fil. diſt. Vnde in propoſito, eſto ꝙ ſtatutum diſponat, ꝙ non poſſit aliqua exceptio opponi niſi ſolutionis & falſitatis, quò ad alias tamen habetur, ac ſi nulla fuiſſet excepta, cum remaneat ſub regula, quæ licèt ſit generalis, non tamen excludit exceptiones legitimas, vt dictum eſt. 5. proxima. q. Qua ratione attenta, hoc idem dicendum eſt, ſi ſtatutum diceret, ꝙ nulla exceptio poſſit opponi, niſi ſolutionis, & falſitatis, & nulla alia poſſit opponi, quia eo modo quo prima generalitas reſtringitur, ſic & ſecunda. Sed contra prędicta in hac & præcedenti queſtio. videtur dictum Bar. in d. l. j. §. & parui refert. ff. quod vi aut clam, concludentis exceptiones procedentes ex aliquo capitulo ſtatuti opponi poſſe: exceptiones verò procedẽtes ex aliquibus partibus iuris, non. Solutio, ibi dictum Bar. debet intelligi quando ſtatutum diſponit ꝙ inſtrumenta publica executioni mandent, & ꝙ nulla exceptio poſſit opponi, niſi ſolutionis &c. non autẽ quando ſtatutum loquitur ſimpliciter, ꝙ nulla exceptio poſſit opponi, niſi &c. Rationem huius & declarationẽ videbitis ſtatim in 3. q.

4 **Tertiò quæro** † pro prædictorum dicendorum intelligentia clariori, dictat ſtatutum, ꝙ non obſtãte exceptione falſitatis & ſolutionis & alijs quibuſcunque inſtrumenta executioni mandentur, vel firma, vel valida habeantur, an aliæ iuſtæ exceptiones opponi poterunt? Reſpon. neque nominatæ neque aliæ opponi poterunt, quæ ſint pares, vel minores expreſsis; vt not. But. in d. c. ex parte. in gl. ſupple. in fi. & Ioan. And. poſt Hoſt. ſuper ea, ad hoc de procu. qui ad agendum, & quod no. Bart. ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi qui. §. quæſitum. Differt hæc quæſtio à præcedentibus, ibi exceptuati caſus ponuntur exceptiue & reſtrictiue, vnde non ampliant generalitatem. hic ponuntur dilatiue, & ampliatiue, & ſic clara eſt ſtatuentis intentio.

5 **Quartò quæro,** † ſtatutum dictat, ꝙ inſtrumenta publica habeant executionẽ paratam, & nulla exceptio poſſit opponi, niſi ſolutionis &c. an aliæ iuſtæ exceptiones opponi poterunt? Aduerte, in his terminis debet intelligi: quia ſic communiter ſtatuta loquũtur, licèt ſimpliciter ſtatuta loquantur. Bartol. in d. §. & parui refert. diſtinguit: quia aut aliæ exceptiones deſcendunt ex aliquo capitulo ſtatuti eiuſdem ciuitatis, & illæ poſſunt opponi. arg. d. §. & parui refert. cum ſua gloſſ. in d. l. ita pudor. non enim eſt veriſimile, ꝙ ſe per illa generalia verba voluerit corrigere, vt ff de condi. & demon. l. non ad ea & C. de inoffi. teſtam. l. ſi quando. Si verò exceptiones tales deſcendunt ex alijs partibus iuris, tunc dicit, ꝙ non poſſint opponi: quia debemus inherere verbis ſtatuti, quamquam duris, vt l. proſpexit. ff. qui & à qui. l. j. §. ſi is qui nauem. ff. de exercito. ſecundũ eum, quem licèt per alia verba, in effectu ſequitur Anto. de But. in d. c. item cum quis, de reſtitu. ſpo. vbi epilogat omnia dicta Bar. in d. §. & parui refert. Contra primã partem diſtinctionis facit terminatio. 5. j. & 2. q. ideo quia in hac quæſtione conſiſtit plurimum intelligentia huius materiæ. † Sciendum eſt, quòd de iure communi ſententia, iuramentum & confeſſio executionem paratam habent. Primum probatur. C. de execu. rei iud. l. j. & l. ſi vt proponis. ff. de re iudi. in l. à diuo Pio. §. ſic exequuntur. & l. ſi cum nulla. ff. ad Turpi. l. j. §. fi. & in Spe. de execu. ſenten. §. j. per totum. De ſecundo videlicet confeſſione iudiciali, eſt text. de confeſſis. l. j. ibi nam, & ſoluere cogitur. ff. de re iudi. l. ſi debitori. & l. poſt rem, videlicet quando emanat in iudicio non oblato libello, vt not. in d. l. j. & l. ſi debitori. probatur & l. j. C. eo titu. per Doc. & in l. j. C. de lit. conteſta. Et ſi dicatur, qualiter hoc procedit; cum in l. ſi debitori. ff. de iudi. dicatur, ꝙ fit præceptum Reſpõdeo ꝙ illud præceptum non eſt ſententia, ſed tendit ad executionem, ſecundum Bar. in d. l. j. De tertio videlicet iuramento, eſt text. in l. fin. C. de fideiuſſo. & in l. ſed & ſi poſſeſſori. ff. de iuſti. & iur. & in d. l. poſt rem vbi hoc tamen Bart. & intellige de iuramento voluntario vel iudiciali, non in neceſſario, vt l. nam & poſtea. §. fin. ff. de iureiur. l. Et hinc dicit Barto. in l. 2.
7 ff. de iureiuran. † ꝙ ſi in fin. cõtractus apponeretur iſta clauſula, & poſt prędicta, & quia de prędictis poſſet dubitari, dictus promiſſor detulit dicto ſtipulatori iuſiurandum: vt ſi iurauerit ſe debere recipere, ꝙ teneatur, qui ſtipulator ſtatim ſibi delato iuramento debere recipere iurauit, tunc tale inſtrumentum de iure communi mandetur executioni, & miratur Bart. ꝙ conſuetudo hunc modum non adinuenit, habet ergo confeſsio & iuramentum vim ſententiæ non tamen proprie dici poſſunt ſententia, ſecundum gloſſ. in d. l. j. C. de re iudi. per quam dicit Barto. ibi, ꝙ ſi ſtatutum dicit, ꝙ de qualibet ſententia condemnatoria ſoluatur gabella, ꝙ de confeſſione, ſeu prędicto in confeſſum non ſoluetur gabella ꝙ de confeſſione, ſeu prędicto in confeſſum non ſoluetur gabella. Ex his ſtatuta Italię diſponentia inſtrumenta
8 publica executioni mandari habent fundamentum: † nam inſtrumenta guarentigiata, quę in certis partibus executioni mandant, fundantur in prędicto notarij habentis iuriſd. ordinariam inter conſentientes, qui in iure appellãtur chartularij, de quo facit mentionem gloſſ. ff. de iudi. l. j. & text. in l. rem nõ nouam. C. eo. vbi & apud quem in inte. reſt. poſtu. l. fin. inſtrumenta verò confeſſionata fundantur in confeſſione emanante coram notario, vt præmittitur, inter conſentientes ordinariam iuriſdictionem habente. Inſtrumenta verò ſimplicia, quæ habent executionem paratam ex forma ſtatuti, capiunt fundamentum per ſimilitudinem prædictorũ. An autem de iure communi reperiatur, quòd inſtrumenta publica habeant executionem paratam, vide infra quæſt. 7.
9 † Ex his patet, quòd ſtatuta loquentia de executione inſtrumenti guarentigiati, ſeu confeſſionati non videntur a iure communi exorbitare. Statuta verò loquentia de executione inſtrumentorum ſimplicium ſic: & hoc tenet Ang. in l. ſi prętor. §. ſi iudex. ff. de re iud. quod facit ad plura. ſtatuta verò rediguntur inſtrumenta ad vires ſententiæ, confeſſionis & iuramenti, & amplius diſponunt, quòd nulla poſſit obijci exceptio, quominus illa executionem paratam habeant, & vires rei iudicatæ, & conſequenter ex natura actus diſpoſiti excludunt omnes exceptiones proceſſum cõcernentes, vt quia nõ ſit oblatus libellus, lis conteſtata, iuratum de calumnia, ſententia lata, & ſimilia, & omnes alias, quas excludit res iudicata, confeſſio & iuramentum. C. de ſen. re. non poſ. l. perẽpto rias. C. de præſcrip. lon. temp. l. ſi cum emptor. Exceptiones autem, quas non excludit res iudicata, confeſſio & iuramentum, dicta ſtatuta per dicta verba generalia non intelligũtur excludere, probatur hoc aperte in cap. licèt de vitanda. de ele. vbi conſideratur, quòd quandoque datur inhabilitas actus geſti de iure naturali & poſitiuo, & tunc reiectio omnium exceptionum hanc nõ tollit: quia reiectio omnium exceptionum ſit contra actus, quatenus aliquid recipit eſſe, non eſt, ſi omni iure deficit. Ideo ſi opponeretur in terminis. d. cap. licèt de vitanda. quòd Cardinales, qui elegerunt, non fuerunt Cardinales, admitteretur hæc exceptio: ſimiliter in propoſito ſi diceretur, inſtrumentum publicum guarentigiatum, vel cõfeſſionatum, vt dicam infra 11. qõ. Quandoque datur habilitas actus geſti ſeu cauſæ agentis, ſaltem inſpecto iure naturæ, licèt deficiat iure poſitiuo, & tunc ſi actus eſt talis, cuius validitas ponderatur de iure naturali, obiectus exceptionis concludentis effectum iuhabilitatis actus geſti, ſeu cauſæ agentis, iure poſitiuo non admittitur. Si verò eius validitas ponderetur ſecundum ius poſitiuum: vt quia eſt actus, qui ſubiicitur iuri poſitiuo, & admittitur exceptio, vt patent hęc ex d. c. licèt de vitanda. quod loquit in actu electionis Papæ, in qua
18 proceditur ſecundùm merum ius naturæ: † quia eius electio non ſubijcitur ex toto iuri poſitiuo, & ideo non admittitur exceptio ex iure poſitiuo procedens. Modò in propoſito ex diſpoſitione ſtatuti ponderatur actus iuris exequendi, non actus iuris procedendi, & reiectio exceptionis venit ad ius exequendi, non autem ad ius procedendi, ideo opponi non poſſunt ex natura actus diſpoſiti, exceptiones verò concernẽtes ius exequendi ſic, non obſtante generali exceptionũ executionem concernentium reiectione per dicta ſupra in j. & 2. q. Diſtinctio igitur Barto. in terminis noſtræ. q. vera eſt, videlicet

licet quòd exceptiones procedentes ex aliquo capitulo statuti opponi possunt, procedentes verò ex dispositione iuris cõmunis non. Ratio: quoniam statutum, ex quo descendit exceptio, considerat instrumentũ exequibile, & propterea non obstante reiectione generali exceptionum, opponi possunt iustæ, procedentes a statuto, sed ius commune, ex quo exceptiones descendunt, non considerat instrumentum exequibile, quia de iure communi instrumenta non merentur executionem, ideo non possunt opponi ad ius exequendi introductum a statuto. Sed si statutum non introduceret ius exequẽdi, bene opponi possent, & sic loquitur. j. & ij. qõ. † Conclusio igitur est, quòd generalis exclusio exceptionum ad processũ nõ excludit speciales exceptiones a iure communi, seu statuto procedentes per dicta in j. & ij. q. Et eadem ratione generalis exclusio ad ius exequendi nõ excludit instas exceptiones, quæ ad executionem possunt opponi, sine procedant a statuto, siue a iure communi, sed actus dispositio bene potest excludere exceptiones concernentes processum & etiam executionem, vt dicam infra q. 6. quo casu per generalitatem reiectionis exceptionum non importatur vltra naturam actus dispositi, quominus iustæ exceptiones opponi possint, siue a iure communi, siue a statuto, vt dictum est, procedentes, & hoc vult clare Ioan. Andr. in tit. de sent. §. vt autem in addi. ad Specu. ibi, & maxime cum procedat nullitas ex vi alterius statuti &c. & dicam infra q. 11. hoc etiam voluit Fran. Accur. vt patet infra q. 18. vbi eius verba refero pro hoc: quia statutũ ius ciuile est. ff. de iustit. & iur. l. omnes populi, & sic sicut generalis dispositio iuris ciuilis omnium exceptionu exclusiua, legitimas nõ excludit, sic nec dispositio statuti. † Pro hoc: quia statutum debet interpretari secundum ius commune. C. de noxa. l. si serui vestri. & restringi, ne quis damnum indebite patiatur. ff. de iu. patro. l. adigere. §. quamuis. & specialia generalibus derogant, siue præcedant, siue sequantur. ff. de regu. iur. l. in toto. & l. quod quæritum. § pen ff de fun instr. per Barto. vnde in terminis nostræ propositæ quæstionis conclusio est, quòd exceptiones, quæ non excluduntur ex natura actus dispositi, per dictam generalitatem non intelliguntur exclusæ. vnde oẽs exceptiones, quæ opponi possunt ad executionem, seu ad ius exequendi, seu ad rem iudicatam, opponi potuerunt contra instrumenta huiusmodi, non obstante generali exceptionum reiectione, per iura alleg. supra in j. & ij. qõ. Exceptiones verò quæ opponuntur ad processum, non: quia illæ excluduntur ex natura actus dispositi, dum statutũ disponit, quòd instrumenta habeant executionem paratam, & de illarum exclusione sensit statutum, non de iustis exceptionibus quæ opponi possunt ad ius exequendi, & nunc habes intellectum huius materiæ. Et adde quod de exceptione peremptoria dico, infra q. proxima in fi.

Quintò iuxta præmissa quæro, quæ sunt exceptiones, quæ possunt opponi post sententiam in executione? Vbi attendendum est, quòd quædam exceptiones opponuntur post sententiam non contra sententiam sed contra actionem primam. † Et in istis si quidem aliqua earũ oritur post sententiam, vel oritur, vel renouatur in ipsa sententia, tunc potest opponi potest sententiam, ita loquitur ff. de transact. l. post. ff. ad Maced. l. tam & si. Declaro, mulier tuta velleiano condemnatur exceptione non opposita. Certe in ipsa sententia mulier intercedit pro alio, & de nouo in ipsa sententia obligatur, meritò potest opponere exceptionem post sententiam: quia in ipsa sententia oritur & renouatur, facit. l. 4. § si ex conuentione. ff. de re iudi. Si verò exceptio habuit originem ante sententiam tunc regula esi, quòd non possit opponi post sententiam, vt d. l. peremptorias. C. sentẽ. rescin. non posse. Fallit in minore, qui petita restitutione in integrum, post sententiam potest opponere, vt ff. de minori. l. minor xxv. ann. omissam. Fallit in milite, qui restituitur ipso iure, vt possit opponere exceptionem. l. j. C. de iur. & fac. igno. Fallit in Macedoniano odio creditorum, vt d. l. tam & si. Fallit in alijs, qui restituuntur ex clausula generali, vel iusta causa absentiæ, vt d. l. fi. ff. de resti. in integ. secundum Bart. in d. l. j. C. de iur. & fac. igno. quæ enumerat multos alios casus, cuius verba quasi ad literam sunt prædicta. † Quædam verò exceptiones opponuntur post sententiam cõtrà ipsam sententiam, & hic aduertendũ, aut de illa exceptione liquet nullo alio probato extrinsecus, vt quia fuit prolata nulla præcedente instantia, vel fuit condemnatus dominus, vbi deberet condemnari procurator & similia, & tunc etiam impeditur executio, vt l. j. C. de execu. rei iudi. & ff. eo. l. si cum nulla. Si verò requiritur alia probatio extrinsecus, & tunc aut ista probatio requirit altiorem indaginem, & non impedit executionem, vt l. fi. C. de ordi. cog. & l. 2. C. de fal. & de in inte. re. cap. auditis. Si verò illa exceptio posset probari incontinenti. tunc impedirerur executio, casus est in l. fin. C. si ex fal. instrumen. nam illa l. loquitur, quando iam in alio iudicio instrumenta erant probata falsa, ita quòd falsitas erat prompta & manifesta. Hæc distinctio probatur per rationem: † nam in executione sententiæ adhibetur cognitio summaria, vt l. a diuo Pio. §. si super reb. ff. de re iudi. sed in summarijs cognitionibus admittuntur exceptiones, quæ possunt probari incontinenti, non illæ quæ requirunt altiorem indaginem, vt l. 3. § ibidem. ff. ad exhib. & l. ille a quo. §. si de testamento. ad Treb. & l. is a quo. in prin. vt in pos. legato. & quando dicatur exceptio probari incontinenti, vide infra q. 9. Ex hoc habetis practicam, quando formas exceptiones contra executionem sententiæ: quia debes dicere, quas paratas sum incontinenti probare: quia si non posset probari incontinenti, iudex posset eam respuere, quod est notandum & menti tenendum, secundum Bar. in d. l. fi. C. si ex fal. instr. cuius verba ferè ad literam sunt prædicta, & idem licèt non sic diffuse ponit in d. l. j. C. de iur. & fac. igno. & probatur proxima distinctio in l. 2. C. de edic. diui. Adri. tol. Quando autem exceptio dicatur habere altiorem indaginem, vide infra in 9. q. Ex his habes, quæ exceptiones opponi possunt in executione instrumẽti in terminis proximæ quæstionis: plurimas tamen specialiter subdam in hoc tractatu. Aduerte tamen, quòd licèt contra sententiam exceptio peremptoria opponi non possit, vt l. perẽptorias. C. sen. rescin. non pos. & supra dixi hac eadem q. contra instrumenta opponi potest duplici ratione. † Prima: quia oritur cum instrumento, quòd non contingit in sententia. Secunda: quia ad excludendas exceptiones, instrumentum non habet vim sententiæ: quia nulla causæ cognitio præiudicialis præcessit, secundum distinctionem præmissam. & hoc tenet Bal. in d. l. peremptorias. C. sen. rescin. non posse.

Sextò quæro, dictat statutum, quòd contra executionem instrumenti nihil possit opponi, non autem dicit contra instrumentum, & sic differt a quarta. q. an poterunt opponi exceptiones quæ opponi possunt contra instrumentum. Respondeo non secundum Bar. in l. si filius. ff. quod cum eo, quod dictũ debet intelligi, quando sic statutum disponit, quòd ex natura actus dispositi exceptiones contra executionem excludantur, vel quando statutum disponeret, quòd executio instrumenti fieret non obstãte exceptione, quæ potest in executione opponi: nihilominus iustæ exceptiones executionem impedientes, seu quæ in executione possunt opponi, non intelligerentur exclusæ, & sic intellige dictum Bar. vt dixi supra in 4. q.

Septimò quæro, †an sit reperire casum, quòd de iure communi instrumenta habeant executionem paratam? Respondeo sic, quãdo in contractu apparet iuramentum delatum, vel præstitum, vt dixi supra in 4. qõ. Item instrumentum depositi habet executionem paratam secundum Bar. in l. pe. C. depositi. per illum tex. ibi dum dicit, illico eum reddere modis omnibus cõpellatur, & ibi, quòd celerrime restituatur. & ibi, quanto citius &c. quod etiam apparet ex eo, quòd exceptiones quæ requirunt altiorem indaginem non possunt in eo iudicio opponi. Sed in extraordinario iudicio reseruatur. Bal. tamen ibi tenet, quòd iudiciarius ordo requiratur, & consuetudo obseruat, quod tutius puto.

Octauò quæro, quid si statutũ disponit, quòd instrumenta secundum ius gentium exequantur † Respondeo omnes exceptiones a iure ciuili introductæ ex natura actus dispositi exclusæ intelliguntur, vt d. c. licèt canon. & dictum est in 4. q. supra. Et propterea testamentum factum in Barbaria coram duobus testib. quia præsumitur ibi ius gentium obseruari, valet secundum Bartol. qui dicit, sic se consuluisse in l. ius autem ciuile. ff. de iusti. & iur. & executioni mandetur in Italia, vbi vigeret statutum.

Nonò quæro, dixi in 5. q. quòd exceptiones requirentes altiorem indaginem nõ possunt opponi post sententiam, nec impediunt executionem sententiæ, & similiter instrumentorum habentium executionem paratam, vt est tex. secundum Bar. in l. penu. C. depositi. † Quæro, quando exceptiones dicantur requirere altiorem indaginem, & sic dicantur non posse incontinenti probari? Respon. secundum Bar. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudi. quando examinari non possunt intra tempus, intra ꝙ examinatur executio. s. an reperiantur bona mobilia vel nomina, dicit tex. in l. si is a quo. ff. vt in pos. leg. Vel clarius illæ dicuntur requirere altiorem indaginem, quæ non possunt examinari intra tantum tempus, intra quantum processus principalis expediretur, etiam si talis exceptio non opponeretur, per d. l. si is a quo. secundum Bar. in extrauag. ad repri. in verbo, summarie, ex quo patet, quòd si executio instrumẽti deberet

Source : BIU Cujas

beret fieri ex forma ſtatuti realiter & perſonaliter ad volũtatẽ creditoris, vt vidi in aliq̃bus ciuitatibus, ꝙ tũc nulla exceptio ꝓbãda admitteret, niſi ea q̃ momẽto ꝓbari poſſet, forſitã. ꝓ aliud publicũ inſtr̃m, & ꝓpterea caut⁹ dẽt eẽ exceptionẽ opponẽs, ꝙ ſe offerat eã incõtinẽti probare, aliàs iuſtè reiici poſſe, vt dictũ eſt in excipiente contra ſententiã in dicta. 5. q.

Decimò quæro, q̃d ſi ſtatutũ diſponit, ꝙ nulla exceptio ꝯ inſtr̃m opponi poſſit, niſi ſolutionis & falſitatis &c. ꝟſtat, ꝙ in his duabus, ſi opponant, dẽt obſeruari ius cõe, cũ nihil ſtatutũ ſup earũ ꝓbatione diſponat, ar. ff. de lib. & poſth. l. cõmodiſſime. c. ſuſceptũ. de reſcr. li. 6. † Quid ſi ſtatutũ diſponit, ꝙ dẽat intra certũ terminũ ꝓbari, & opponunt alię exceptiones, q̃ p ꝑdicta nõ intelliguntr reiectæ, vt eſt dictũ in 1. 2. & 3. q. an. debebũt ꝓbari intra terminũ iuris cõis vel intra terminũ ſtatutũ ad ꝓbandũ exceptionẽ falſitatis & ſolutionis? Rñ. intra terminũ ſtatutũ exceptionibus. l. noĩatis, ꝑdicta no. ꝑ Bar. in l. ſi legatum. in prin. de annu. lega. & q̃d no. glo. in l. fin. §. ſi à locis: ſuper ver. conſummatur. C. de iure deli.

Vndecimò quęro, an retentis terminis 4. q. poſſet opponi exceptio
21 nullitatis; † Rñ. ſolutio apparet ĩ d. 4. q. vcꝫ ꝙ q̃ ex parte eius, q̃ opponit exceptionẽ nullitatis, nil eſt ꝓbandũ, vt qa inſtr̃m nõ eſt publicũ, vel caret annis Dñi, indictione, teſtib⁹, vel ſubſcriptione, vel obligatio in inſtr̃o deducta eſt nulla, & tũc exceptio nullitatis ĩpedit executionẽ, vt l. 1. §. & parui refert. ff. vi aut clã. ꝑ Bar. & ff. de re iu. l. 4. §. ꝯdẽnatũ. C. de ꝓcu. l. licet. C. de ſen. q̃ ſine cer. quã. l. 2. & ſic ĩtelligit Inn. de off. del. c. cũ ĩ iure. & l. ſi cũ nulla. ff. de re iu. & l. j. C. de excep. rei iud. Q̃q; eſt aliqd ꝓbãdũ, & tũc aut iſta cognitio hẽt altiorẽ ĩdaginẽ, q̃d qualiter ĩtelligat, dicta eſt ſ. ĩ 9. q. & tũc nõ ĩpedit executionẽ, vt l. fi. ĩ fi. C. de ordi. cog. C. de fal. l. 2. C. depoſiti. l. pe. ſm intellectũ Bar. aut nõ hẽt altiorẽ indaginẽ; qa tũc põt incõtinẽti ꝓbari, & tũc ĩpedit executionẽ: vt. l. iudicati. C. ſi ex fal. inſtru. & de iudi. l. ſi ꝓtor. §. Marcellus. q expreſſe hoc ꝓbat reſer ẽdo ad primũ caſum illius l. vt gl. facit, & ꝓbat ꝑ rõnẽ; qa in executione inſtr̃i ſicut in executione ſnĩę, req̃rit cauſæ cognitio: vt l. à diuo. §. ſi ſup. de re iu. † Sed ĩ cognitione ſummaria exceptio, q̃ req̃rit altiorẽ ĩdaginẽ nõ admittit, vt l. 3. §. ibidẽ. ff. ad exhib. C. de edi. di. Adri. tol. l. 2. Sed illę q̃ nõ req̃rũt altiorẽ ĩdaginẽ ſic, vt l. ille à quo. §. ſi de teſtõ. ff. ad Treb. ſic diſtĩguit Bar. ĩ exceptione nullitatis ꝯ ſnĩam, ĩ d. §. ꝯdẽnatũ. & lati⁹ ĩ l. fi. C. ſi ex fal. ĩſtr. vt dixi ĩ 5. q. hoc idẽ tꝫ Io. An. ĩ ti. de exe. ſent. §. vl. ver. 16. ĩ addi. ad Spe. & Domi. de Rota ĩ eorũ deciſione. 282. Nõ eñ ꝑ dictũ ſtatutũ firmatur obligatio, q̃ nulla eſt, nã obłones q̃ carẽt ꝓpriis viribus nec officio iudicis, nec magiſtrat⁹, nec lege firmari põt. ff. de ac. & obl. l. obłones. facit ff. de teſta. milita. l. j. Inſt. e. ti. §. j. & ꝓpterea de nullitate obłonis patẽte, vel q̃ ſtatim poſſit ꝓbari, opponi põt, vt qa ꝯctus ſit fact⁹ ꝯ legẽ, vt l. nõ dubiũ. C. de legi. C. de ſac. ſanc. ec. l. iubemus. §. ſanẽ. & omnis nullitatis exceptio vndecunq; ꝓueniẽs, ſm p̃dictã diſtinctionẽ ſiue ꝓueniat à iure, ſiue ab aliquo capitulo ſtatuti, & ꝓpterea Io. An. ĩ ti de ſentẽ. §. vt aũt. ver. hoc aũt notãdũ, ĩ additio. ad Spe. ſequẽs Nico. de Mat. q, vt ipſe refert in q. quæ incipit, ſtatutũ eſt in ciuitate. tenuit, ꝙ ſi ſtatutũ eſt ĩ ciuitate, ꝙ ꝯ p̃ceptũ factũ ĩ ꝟfeſſũ nõ poſſit excipi, niſi de falſitate, vł ſolutione, poterit opponi exceptio nullitatis, & ma-
22 xime cũ ꝓcederet nullitas ex forma alterius ſtatuti, † allegat ꝙ p̃ceptũ nõ rite factũ nõ dr̃ p̃ceptũ. ff. de ꝯta. l. nõ putauit. §. nõ q̃is cũ ꝯcordãtiis alle. de cle. nõ reſ. c. tuæ. in gl. 2. & ſuffragio ſup ea. Et ſic patet, ꝙ nõ ẽ faciẽda vis, an ꝓcedat exceptio ex vi alterius ſtatuti, an ex vi iuris cõis, vt vr̃ voluiſſe Bar. in d. §. & parui refert de quo dic vt dixi ĩ 4. q. Hinc ẽt Io. An. in p̃al
27 le. ver. 16. de execu. ſen. §. vlt. refert Roſ. in ſua. q. 45. & Gui. de Suza. poſt eũ terminaſſe, ꝙ ſi vnũ ſtatutũ dat certã formam ſentẽtiãdi, & aliud iubet intra tp̃s ſnĩam exccutioni mandari, nõ obſtã. aliquo ſtatuto, ſnĩa, in qua ꝯſtat, formã primi ſtatuti nõ eſſe ſeruatã, executioni nõ mãdabit. nec primũ ſtatutũ cẽſet ſublatũ, allegat ff. de ver. obl. l. doli clauſula. ff. de lega. 3. l. ſi quis in principio teſtĩ, q̃d verũ eſt, qa exceptio reſpicit formã executionis, nõ formã ſnĩandi, & nũc clare intelligis ꝑ dicta in 4. q. & hoc in exceptione nullitatis patẽte, ſeu alia non patẽte, vt vult Bart. in d. §. parui refert, dũ dicit, opponi poſſe nõ obſtãte ſtatuto, ꝙ inſtr̃m nõ eſt inſtr̃m publicũ, vel caret annis Dñi, indictione, ſubſcriptione, q̃ ꝓcernũt nullitatẽ, vel qa inſtr̃m nõ eſt guarẽtigiatũ, ſiue ꝟfeſſionatũ, q̃ ꝓcernũt ſubſtantiã inſtr̃i, & ſolennitatẽ à ſtatuto req̃ſitã, ergo idẽ in aliis exceptionibus nõ patentibus, q̃ ꝓbari põt incontinenti, cũ à pari iudicentur, vt in hac q. & in 5. dictum eſt, ſecundum ipſum, abſq; diſtinctione proueniant à ſtatuto, vel à iure cõi.

Duodecimò q̃ro, an attẽtis dictis terminis cõtra inſtr̃m poſſit opponi exceptio præ-
24 ſcriptionis inductæ à iure cõi, vel ab alio ſtatuto? † Rñ. ſic, ſi probari poſſit incõtinenti, vel liqueat ex inſtr̃o, aliàs non, vt dictũ eſt ſ. in p̃cedenti q. Item in exceptione pacti de non petendo, & in exceptione ſolutionis hoc in executione ſnĩæ, tenet Ioan. An. in ti. de execu. ſen. §. fi. ver. in vtroque. & ver. 16. in fi. Item in exceptione nouationis, & ꝯrij laudi. Primũ ponit Spe. in tit. de exe. ſen §. fi. ver. in vtrũq; Bal. in l. ij. C. de exe. rei iudi. Idẽ de execu. tranſactionis dicit Spe in d. ti. ver. 12. q̃d intellige, qñ vꝫ trãſactio: nã ſuper inſtr̃o ꝟfeſſionato, ſeu guarentigiato, vel alio executionẽ merente, niſi in dubiũ reuocetur, trãſigi nõ põt, ſicut nec ſup ſnĩa, q̃ trãſiuit in rem iudicatã, de qua nulla hr̃ heſitatio, ſm Bar. C. de tranſac l. ſi cauſa cognita. ff eo. tit. l. ſi poſt rem. §. j. & ff. de ꝯdi. inde. l. eleganter. §. j. & Io. An. latius in titu. de arbitrio. §. j. ver. arbitror verò ad fi. in addi. quę incipit, Eſt ſciendũ, & idẽ in cõpromiſſo, quod verũ intellige, niſi partes tranſigerent, vel ꝯpromitterent cuꝫ clauſula, nõ obſtante inſtr̃o: qm̃ tunc viderent inſtr̃o renuntiare, ſm Bal. C. de tranſac. l. ſi diuerſa. Idẽ in aliis exceptionibus executionẽ ſnĩæ impedientib⁹, ꝯuenientibus executioni inſtr̃orũ, vt metus, doli, & aliis, quę Spe. ponit in d. ti. de execu. ſen. Idẽ in exceptione nõ numeratæ pecuniæ, ſm Cy. in l. in ꝯctibus. C. de nõ num. pec. in 4. q in prin. & idem Bal. ibi.

Decimotertiò quæro †quid in excepione ſimulationis? Bar. in l. j. §. & parui refert. dicit, ꝙ ſimulatio bene facit deficere contractũ, qa cũ deficiat ꝯſenſus, nõ eſt ille ꝯctus, q ſimulat, ſed eſt ille, q vere agitur, vt ĩ toto ti. C. plus vale. q̃d agi. Sed tamẽ bene eſt inſtr̃m publicũ. C. ſi qs alteri. l. j. & l. q̃uis. & l. cũ proponas. Eſt ergo inſtr̃m publicũ, tñ dr̃ ꝯctus ſimulatus, vñ iſta exceptio non poſſet opponi, niſi a ſtatuto permitteret; qa nõ impugnat inſtr̃m, ſed impugnat vires ꝯctus ꝯtentas in inſtrumẽto, ſm eum. Ex cuius theorica habes, ꝙ ſtatutũ prohibẽs exceptionẽ opponi ꝯ inſtr̃m, non excludit exceptionẽ ꝯ contractum, & econtra, & ſic multũ ſunt attendenda verba ſtatuti: vt dixi in v. q. Bal. aũt in propoſita. q. in l. j. C. plus vale. q̃d agi. dicit, ꝙ aut eſt ſimulatio ꝓbata ꝑ p̃ſumptionẽ iuris & de iure, & põt opponi, vt C. de don ante nup. auth. ſed iam neceſſe. aut eſt ſimulatio ꝓbanda, & tũc refert, aut obijcitur ꝯctui, & non põt opponi, aut obijcitur rogitui tabellionis, qa dr̃ ꝙ rogatus fuit ſimulate, & põt opponi, dicendo ꝙ notar⁹ fuit ſimulate rogatus, qa partes finxerunt ſe rogare, cũ nõ intenderent eũ rogare, vel dicendo ꝙ teſtes fuerunt ſimulate, adhibiti: ꝑ hoc. n. dr̃, ꝙ inſtr̃m nõ eſt inſtr̃m: qa deficit ſolẽnitas in ſubſtãtia rogitus, vt ĩ Auth. de tabel. §. nos aũt. Et iõ ſalua ſem per veritate, q̃ dẽt eſſe ſemper in ꝓponente, & opponente, re ſpici dẽt forma excipiendi, q̃d ſm eũ eſt diligenter notandũ. Idẽ aũt Bal. in l. fi. §. in ꝯputatione. circa fin. C. de iure delib.
26 dicit † ꝙ hæres, q ex forma ſtatuti nõ põt venire ꝯ inſtr̃m defuncti, põt opponere ꝙ inſtr̃m eſt ſimulatũ, qa inſtr̃m ſimulatũ non eſt inſtr̃m. cũ non faciat fidẽ ſimulatione ꝓbata, vñ licèt ſuperficialiter appareat eſſe inſtr̃m, tñ ſubſtãtialiter, nec intellectualiter eſt inſtr̃m, nec. n. propriè dicitur, q̃d abuſiuũ eſt, vt ff. de ſuis & legi. l. item p̃tor. & inſtr̃m q̃d nõ habet vim probandi, non eſt ꝓpriè inſtr̃m: quia dr̃ ab inſtruendo. ff. de ver. ſig. l. notionem. §. inſtr̃orũ. Statutũ. n. dẽt ĩtelligi de inſtr̃is efficacibus, nõ de nullis: vt patet ff. de pœnis. l. ſi qs aliquid. §. teſtm̃. ff. quem. teſt. aperia. l. 2. §. j. nã illud q̃d caret, effectu, ẽt noĩe caret, vt C. de proba. l. cũ precibus. niſi ſtatutũ remoueret expreſſe exceptionẽ ſimulationis; qa tunc ꝑ iniquitatẽ ſtatuti recurrẽt ad ſubſidium eccleſiæ, ſecus ſi ſtatutũ non remoueret exceptionẽ, ſꝫ aſſignaret certũ terminũ, q̃ nõ dr̃ iniquitas, ſed iuſtitia poſitiua, vt ff. de poſtu. l. j. §. mixtũ. in verbo, ratus, ſm eũ, cuius verba ſunt p̃dicta. Aduerte pro clariori in-
27 telligentia huius qõnis. † Simulatio eſt genus cõtinẽs plures ſpecies: nã q̃ñq; figuraliter agit vnus ꝯctus, ſed in veritate agitur, ꝙ nihil valeat. Interdũ agitur, ꝙ valeat vt alius ꝯctus, non vt figulariter celebratus. Interdũ celebratur vnus ꝯctus figuraliter, ſed agitur vt modico tempore duret. Interdũ celebratur primus ꝯctus figuraliter prętextu alicuius. Exemplũ primi membri, ſi aliquis timet tyrannũ, vel vult effugere onera cõis, vel aliquid ſimile, facit alienationẽ bonorũ ſuorũ, vel partis ipſorũ in aliũ, cũ in veritate agebat ĩter eos, ꝙ nõ foret alienatio, ſed ſolũ fiebat ad reparãdũ. Hãc puto appellari cartam apparenter factã, hoc eſt ad apparandũ, ſeu ad reparandum, & de hac qõne loquit ff. de ꝯhen. emp. l. nuda. & ff. de reg. iur. l. imaginaria. ff de ritu nup. l. ſimulate. & de aqua plu. arce. l. emptor. quo caſu non vꝫ, vt dictis iurib⁹ pꝫ. Exemplũ ſecũdi mẽbri qñ celebrat ꝯctus vẽdõnis, & agit ꝯctus pignorũ; & tũc valet, q̃d in veritate agit. non q̃d ſimulate ꝯcipit. C. plus val. q̃d agi. ꝑ totũ. C. de ꝯhen. emp. l. empti fides. & not. in d. l. nuda. & d. l. imaginaria. Exẽplũ tertij mẽbri, qa forte emptor dẽt reuendere cito, vt ff. de manu. l. 4. §. ſi ab ignoto. Hæc tria poſuit Bar. magiſtraliter in quodã ſuo ꝯſilio, q̃d incipit, In nomine dñi amen, factum tale eſt. Pet. Nico. Exẽplũ

Source : BIU Cujas

vltimi mẽbri, si promitto ex cã mutui pro salario patrocinij
28 pstando. † Circa qđ membrũ aduerte, ꝙa interdũ ꝓmittitur ex cã mutui vel alterius iusti ꝯctus, quod debebat ex alia iusta cã iam præterita, & finita, vt si ꝓmitto ex cã mutui, quod debebã ex cã iusti patrocinij pstiti, tunc tenet ꝯctus. C. si cer. pet. l. si ex pretio. ff. eo. l. singularia. nec pot dici simulatus; ꝙa obligationis substantia nõ deficit, & debitũ ex vna causa pot in aliam cõuerti, vt dictis iuribus patet. Et ꝓpterea esto ꝙ ex forma statuti posset opponi exceptio simulationis, hoc casu simulationis exceptio opponi nõ posset; ꝙa (vt dictũ est non est ꝯctꝰ simulatus, ſm Bar. hoc tenentẽ in d. l. si ex pretio Qñque ꝓmittit illud, qđ tũ debetur ex iusta cã futura, tũc causa sequuta opponi pot exceptio simulationis; qñ ẽt si ꝓmittit ex cã mutui ex cã futura, cã nõ sequuta intra bienniũ, opponi pot exceptio nõ numeratę pecuniæ, seu nõ sequutæ cãæ, q̃ idẽ est, qđ exceptio simulationis. C. de postu. l. si sub specie,
41 †qui omne dicit nihil excludit, de maiori. & obe. solitæ. per il lam formam iurandi excluditur calumnia, ad quod tendit ipsa decreta. vt circa. sic per adiectionem, & singula. & ad hoc facit decreta. is qui. in fin. de elec. lib. 6. sed ante factum est tutius adijcere verbum, & singula. Nonò quæritur, an simpliciter talis opponens, qui non appellauit, arctetur formis præmissis? Et est dicendum quòd non: quia ius quod a iure discrepat non est dilatandum. de regu. iur. quæ a iure. lib. 6. secundum Guil. Archi. & Do. P. m. qui hoc scripserunt in præalleg. decreta. vt circa. super verbo, appellari, & posses allegare ad hoc notata in decretal. prima de elect. in gloss. sed nunquid. libro 6. Decimò quæritur, an adherentes tali appellationi, in qua crimina, vel defectus opponuntur, teneantur seruare formam in iurando, vt ipse appellans, & statim ipsa interposita iuramentum præstare se credere &c. vt supra. Et dicendum quòd non, quandiu appellans appellationem prosequitur, argum. de deci. ad audientiam. sed tunc demum ipsi iurare teneantur secundum formam præmissam, quando appellans defunctus fuerit, vel prosequi negligeret, vt no. in præalleg. decret. vt circa. in glo. dixit Barto. & ibi vide. Et pro dicto facit optime de iuramento calumniæ, cap. 2. §. 1. lib. 6. & quod ibi no. in gloss. no. quæstionem, & quod post Compost. Archid. scripsit & D. P. m. in nouel. in decreta. prima. de electio. lib. 6. super glo, sed nunquid. Vndecimò quæro, an quod hic dicitur de forma appellationis extra iudicium interponendę ab electione, postulatione, vel prouisione facta, vel facienda, vel ipsorum alicuius occasione, vel causa quando contra certam personam interponitur, & opponuntur crimina, vel defectus, locum habeat, quando appellatur simili modo forte per compatronum, vel compræsentatum, vel alium, cuius interest defectus, vel crimina opponentem, vt supra a præsentatione facta, vel facienda, & compatronos ad alsam ecclesiam, vel beneficium, & puto quòd non: quia

42 †cum decreta. vt circa. & clemen. constitutionem. quæ dant formam præmissam, sint pœnales, & a iure veteri, vel communi exorbitantes, non debent suos casus expressos excedere, de reg. iur. quæ a iure. libro 6. & eod. lib. de elect. statutum. cum concord. & facit, quod no. eo. lib. & titu. cap. 1. in glos. secus, quod no. Archid. eod. lib. de postul. c. vno. vbi dicit, quòd cum compatronus præsentans non arctetur ad formam, poterit dicere eligo in præsentandum: quia potius est postulatio, quàm electio, ad quod facit clemen. de iure patron. cap. 2. in fine, sic ergo dicamus de forma ista appellationis, ad hoc optime facit quod scripsit. Dom. P. m. de elect. capitu. 2. in princi. libro sexto.

SVMMARIVM.

1 *Appellationum interponendarum ad Papam, vel aliàs inferiorem forma.*
2 *Appellandum an sit in iudicio, an verò extra iudicium, & nu. 3.*
4 *Appellans appellatione interposita inuito appellato quando possit appellationi renunciare.*
5 *Partes quò ad priuatum interesse licèt possint appellationi renunciare, non tamen possent componere sine iudicis authoritate.*
6 *Appellato volente, & iudice contradicente quo casu non possit appellans ab obiectionibus, vel ipsarum qualitate recedere.*
7 *Recedere ab appellatione quando partibus est licitum.*
8 *Clericalis ordo dignitas appellatur.*

§. Secundus.

1 Restat autem vt videamus de forma †appellationum interponendarum ad Papam, vel aliàs inferiorem ab electionibus, postulationibus, vel prouisionibus factis, vel faciendis ad prælaturas, dignitates, vel beneficia quæcunque inferiora cathedralibus, & regularibus dignitatibus, vel alicuius aliorum occasione vel causa, & circa hoc nulla habita distinctione circa interpositionis formam ad quemcunque iudicem. Papam, vel alium interponatur secundum veram opin. de qua no. de electio. vt circa. super verbo, appellari. libro sexto. Distingue, & subdistingue, vt dictum est supra versicu. non autem. †

2 an scilicet in iudicio, an verò extra iudicium appelletur, vt si in iudicio, sufficiat antiquorum iurium formam seruare, si verò extra iudicium subdistingue, an appellatur ab electione, postulatione, vel prouisione facienda, an verò a iam facta, si a facienda, an contra certam personam, an verò contra incertam, si a facta, vel facienda appelletur contra certam personam, iterum subdistingue, an appellans suum proprium, & singulare, vel suæ ecclesiæ ius, vel interesse prosequitur, an verò contra formam electionis, postulationis, vel prouisionis opponat defectus, vel contra personam electi, vel eligendi, postulati, vel postulandi, prouisi, vel prouidendi, vel eligere, vel postulare, vel prouidere debentium, vel qui iam elegerunt, vel postularunt, vel prouiderunt, opponat crimina, vel defectus, quæ omnia prosequere, vt supra dictum est in §. nunc autem. post principium versicu. an vero. Et quia supra dixi nulla habita distinctione quo ad formam prosecutionis secus est, vt videbis infra §. 6.

3 versicu. modo de appellationis. †Verum etiam scias, quòd si in his casibus siue extra iudicium, siue in iudicio appellaretur ad Papam, & contra formam, vel personas opponerentur crimina vel defectus, & tam in specificando, quàm in iurando forma seruaretur, de qua supra in versicu. scire autem debes, ex ipsius obseruatione deuoluitur ipso facto ad Papã negotium principale, dummodo in intimando forma debita obseruetur, de qua dicemus in §. 4. vt patet in decre. prima. de elect. lib. 6. & in clem. causam. eod. titu. & per notata in gl. in alijs etiam gl. seq. & glo. quod ergo.

Secundò verò de forma recessus ab appellatione interposita in negotiis electionum, postulationum, vel prouisionum, de quibus supra, vel ipsorum occasione vel causa videamus. Et est circa ipsam distinguendum inter recessum factum ab appellatione interposita propter prædicta facta vel fienda ad aliquam dignitatem ecclesiasticam vel ipsius occasione vel causa. Et factum ab interposita propter præmissa facta vel facienda ad inferiora beneficia vel præbendas. Et secundo casu nulla habita distinctione ad quemcunque iudicem, & ob quamcunque causam fuerit

4 appellatio interposita† potest appellans etiam inuito appellato re integra appellationi renunciare, dummodo sine prauitate simoniaca. Et idem etiam si res integra non existat, dummodo de suo interesse satisfaciat appellato, & sufficiat remittere de hoc ad notata supra rub. proxi. §. nunc breuiter. ver. autem. scias tamen, quòd Io. Mon. in decret. quamuis. de ele. lib. sexto. in §. cæterum. distinguit causas maiores, medias, & minores, dicens maiores, de quibus de offic. delega. quod translationem. causas super electionibus episcoporum per ipsam decre. quamuis. Circa quod vide, quod ibi in fi. 5 gloss. scripsit. D. m. non posse in ipsis renunciari sine Papæ licen-

Source : BIU Cujas

tia, si ad ipsum est appellatum, cuius dictum forte posset procedere, vt infra dicam, ex quo ipsi Papæ foret præsentata appellatio propter textum ipsius decre. in mediis autem. s. spiritualibus, vel ecclesiasticis, & minoribus, s. temporalibus, & ciuilibus. Dict quòd licèt partes quò ad priuatum interesse
5 possint appellationi renunciare, non tamen possent componere sine iudicis authoritate, allegat de transact. de cætero. & c. super eo. & de præben. nisi esset. de foro competen. significasti. In primo autem casu quando tractatur de recessu fiendo ab appellatione interposita propter præmissa facta, vel fiẽda ad aliquam ecclesiasticam dignitatem, vel ipsorum alicuius occasione vel causa. Est distinguendum, an appellans opposuerit manifestum, euidentem, vel notorium scientiæ, vel personæ defectum, & per hoc appellauerit, aut id quod opposuit, & propter quod appellauit, non est tale. In primo casu non potest appellans appellationi renunciando obiectis ipsis, vel ipsorum qualitati desistere inuito appellato contra quem talia sunt opposita, de elec. si forte. & c. ab eo. lib. 6. & eodem. lib. de verb. signifi. cap. 2. & sit vna ratio, quę redditur in præalle. decret. si forte. quòd ipsorum euidentium examinatio, quæ præcedere debet, & est primitus facienda illis examinandis aut dabit initium, aut negabit. secunda ratio est: quia ex sola talium propositione est ipso facto ius appellato quæsitum repellendi appellantem, si in ipsorum, quæ euidẽtia, vel manifesta, seu notoria dixerat. probatione deseruit, nõ solum ab ipsorum, & aliorum propositorum prosecutione, sed etiam a prosecutione proponendorum, vt in præalle. decre. ab eo & ibi videtur velle gloss. vlti. quòd † etiam volente
6 appellato iudice tamen contradicente non possit hoc casu ab ipsis obiectionibus, vel ipsarum qualitate appellans recedere. In secundo verò casu, quando s. id quod opponitur, & propter quod appellatur, non est tale: tunc subdistingue inter qualitates dignitatum, de quibus agitur: quia aut illa dignitas est episcopatus, & superior vel principalis ecclesiæ regularis marium, vel fœminarum, non curo, vt dixi supra §. proxi. in princ, aut inferior episcopali, vel regulari. & primò de inferioribus prosequamur, & in hoc casu est indistincte dicendum, quòd ex quo nõ opponitur de euidenti notorio, seu manifesto crimine, vel defectu, possit appellans etiam inuito appellato ab appellatione recedere, etiam re non integra. Dummodo satisfaciat appellato, prout supradictum est de non beneficialibus. rub. proxi. versic. nunc breuiter. Sed in primo casu huius distinctionis. s. quando dignitas de qua agitur est episcopalis, vel superior, vel principalis regularis, est iterum subdistinguendum inter qualitatem iudicũ, ad quos appellatur: quia eo casu aut appellatur ad Papam, aut ad inferiorem iudicem a Papa. Si ad inferiorem iudicem, dic quandocunque posse recedi. vt in casu. s̃ proximo dictum est, ad hoc faciunt no. de elec. prouida. lib. 6. in glo. in aliis. Cum autem ad Papam est appellatum, quando de principali, regulari, vel episcopali dignitate, vel superiori agitur, quanquã non opponantur crimina, vel defectus euidens, notorius, vel manifestus, iterum subdistinguimus, an appellatio sit Papæ præsentata, an verò eidem præsentata non sit, si sit Papæ præsentata, non licet tunc partibus ab appellatione recedere sine Papæ licentia, vt de elec. quamuis. §. cæterùm. in fi. & c. si posts̃. in princip. lib. 6. in alio verò casu, s. quando Papæ præsentata
7 non est, tunc † est ipsis partibus licitum ab appellatione recedere, immo etiam re non integra quò ad aduersarium, dũmodo satisfaceret, vt supra rubr. proxi. §. nunc breuiter dictũ est de non beneficialibus. Et patent præmissa in præalleg. decret. quamuis. de elec. libr. 6. & ibi not. in glo. per hoc videtur. Quemlibet autem casuum, in quo in præsenti. §. est dictum, posse ab appellatione recedi intelligas, dumtamen sine prauitate simoniaca fiat talis recessus per appellantem per d. decret. quamuis. §. cæterùm. Et quod sit officium iudicis a quo eo casu dicam infra §. proxi. quæro autem, an quod dictum est super ver. In primo autem casu locum habeat, si appellaretur, ne quis ad clericalem ordinem promoueatur, & opponantur defectus, vel crimina manifesta, euidentia, vel notoria, & licet forsitan aliquibus videatur dicẽdum quòd sic per
8 decret. vnicam. de vita, & honestate clericorum. lib. 6. vbi † clericalis ordo dignitas appellatur, & in concord. ibi allegatis in glo. 2. Item per decret. si forte. & c. ab eo. de elec. libro 6. & per decret. 2. de verbo. signifi. eo. lib. quæ indiffinite, & generaliter loquitur de promouendo ad aliquam dignitatem, ergo & clericalis includitur. faciunt notata de elect. vt circa. in glo. omnium. libro sexto, non tamen puto hoc fore de mente iurium prædictorum.

SVMMARIVM.

1 *Officium iudicis a quo, quod sit. 2.*

3 *Iudex a quo post recessum ab appellatione quid agere debeat. 4. 5.*

§. Tertius.

1 Tertiò †de officio iudicis a quo fuerat appellatum in causis vel negotiis electionum, postulationũ, vel prouisionum ante, vel post recessum ab ipsa appellatione. Circa quod est aduertendum, quòd in huiusmodi beneficialibus est dare appellationes ad Papam interponi, & eo casu quædam deuoluunt principale ad ipsius curiam ex sui forma, quædam verò non deuoluunt principale, vt supra eo. titu. §. j. versic. primò igitur. & versic. est autem. In his quæ deuoluunt adeo sunt ante recessum ab ipsa appellatione ligatæ manus iudicis a quo, & ipsius officium suspensum quò ad ipsam, quòd nil prorsus potest circa id de quo agitur attenta re, adeo quòd absque alia reuocatione, vel inhibitione quod postea facit est irritum ipso iure, quod est eo casu speciale cõtra regulam, non solùm. de appellationib. lib. 6. & circa hoc posses videre notata de elect. si postquam. in glos. secus lib. 6.
2 †In aliis autem appellationibus quæ etiam ad Papam interpositæ non deuoluunt, eius officium est tale, quale est in appellationibus interpositis in non beneficialibus, de quibus supra rubr. proxi. §. nunc dicamus. est etiam dare appellationes in huiusmodi interpositas ad inferiores a Papa, de quib. supra §. j. versic. nunc antem. & versic. restat. & etiam in huiusmodi eius officium est, quale esset in non beneficialibus, & hoc verum ante recessum ab appellatione, post recessum verò ab appellatione ad ipsius iudicis a quo fuerat appellatum officium pertinet facere, quod facere debuisset, si appellatio interposita non fuisset: hoc tamen speciali addito in huiusmodi appellat. quòd debet ipse iudex † a quo post recessum
3 ab ipsa appellatione inquirere ante omnia, an prauitas interuenerit in tali processu, & de aliis quæ sunt ex officio inquirẽda: quia non debet cito manum imponere. 78. distinc. quid est cito. de elec. venerabilem. & ca. nil est. sed in hoc est differentia inter appellationes ad Papam interpositas in negotiis electionum, vel prouisionum principalium, dignitatum ecclesiarum cathedralium, vel regularium, & interpositas ad Papam in negotijs inferiorum dignitatum, vel beneficiorũ:
4 quia † tenetur iudex a quo post receffum ab appellatione ad Papam interposita in negotijs principalium regularium, vel cathedralium inquirere ante omnia de ipsa prauitate, & si ipsam interuenisse reperiit, partes remittere ad Papam cũ actis, iuribus & munimentis intra terminum per ipsum iudicem partibus statuendum, vt de elec. quamuis. in fi. lib. 6. & si dicta inquisitione omissa procederet ad confirmandum electionem, & consecrationem electi, processus habitus super præmissis, ac etiam confirmatio, & etiam consecratio non valet, & ipse iudex hoc faciens per annum est suspensus ab episcoporum confirmatione, vt eo. lib. cap. prouida. Post recessum autem ab appellatione ad Papam in negotijs inferiorũ
5 dignitatum, & beneficiorum † debet iudex inquirere, an in recessu prauitas interuenerit &c. & male faciet, si non inquirat per iura in princip. alleg. si tamen illa omissa procedit ad confirmationem, & alia quæ imminent in negocio facienda, illa propter hoc non vitiantur, vt in præallega. decre. prouida. no. in 5. & 6. glo. & ibi etiam scripsit. D. P. m. in tex. super verbo, negotijs. Et idem iuris est post recessum ab interposita in negotijs cathedralium, vel regularium, vel quorumcunque aliorum beneficiorum ad quemcunque inferiorem a Papa, vt in casu proximo dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Intimationis appellationis forma.*
2 *Intimatio quot modis fieri debeat.*
3 *Publicatio appellationis quo loco fiat.*
4 *Publicatio licet de iure in vno loco sufficiat, tutius tamen, quod pluribus locis fiat.*
5 *Cautela appellantis seruanda in appellatum.*
6 *Intimatio quando fit per procuratorem, ita de procuratorio vt de appellatione fieri debet fides.*
7 *Appellatio quandocunque in aduersarij, vel sui procuratoris absentia interposita habet vim peremptoriæ citationis, tunc locum habet intimatio, aliàs non.*

§. Quartus.

1 Quartò †de modo, & forma intimationis appellationis in hmõi beneficialib. aut agit vt quis deijciatur a iam effectualiter obtento, & tunc dicendũ idẽ in omnibus, quod in beneficialibus, de quibus s̃. rubr. proxi. §. qualiter. versi. cautus etiam sit. Aut verò agitur, vt repellatur ab obtinen-

Source : BIU Cujas

obtinendo,& eo casu est attendendum, an fuerit ad Papam appellatum eo modo,& forma, quæ habeat deuolutionem ipso facto inducere,si debitus intimandi modus seruetur: vt quia circa appellationes ad Papam interpositas in negotiis principalium dignitatum cathedralium ecclesiarum,vel regularium seruata est forma decreta. si postquam. de electio. lib.6.siue in iudicio siue extra,& de qua supra eod.titu.§.j. in fi.versicu.restat.duntamen si extra iudicium aliquo prædictorum casuum ad eum appelletur contra certam personam,& opponantur crimina,vel defectus,seruetur forma decreta.vt circa.de elect.lib.6.& per not.in clem.causam.eod.titu.in gl. & in alijs.& glo.sequen.in glo.quid,& hoc casu indistincte si ipsa appellatio in appellati.vel sui procu.in causa ipsa specialiter constituti absentia fuerit interposita, debet appellans per se,vel per procuratorem ad hoc specialiter constitutum ipsi appellato, vel eius in causa ipsa speciali procuratori ipsam appellationem intimare intra mensem computandum ab ipsius interpositione, & de momento ad momentum, vt in clemen.causam.de elect.& ibi no.in glo.& sic currit:de
2 bet † autem ipsa intimatio fieri altero duorum modorum, vnus est,q ipsius appellationis tenor ipsi appellato, vel eius in causa ipsa speciali procuratori porrigat sub scriptura publica,quod si forte recipere denegaret,puto tutum licet non necessarium quòd ibidem in ipsius præsentia super terram, vel locum alium dimittatur.

Secundus, quòd ipsius appellationis tenor de publica,vel authentica scriptura ipsis, vel eorum alteri perlegatur,& tunc si copia petatur,fiat sub scriptura publica,vel authentica,sed si aliquo prædictorum modorum non posset fieri dicta intimatio:vt quia ipse appellatus,vel talis eius procurator haberi non posset, aut tanta est sequitia, vel potentia appellati, vel suorum procuratorum, quòd eorum alteri fieri non posset ipsa intimatio sine periculo,neque per appellantem, neque per procuratorem. Et tunc ad secundum gradum recurrendum,vt videlicet eo ca-
3 su fiat ipsius †appellationis publicatio ante domum, quam ipse appellatus habitare communiter consueuit, etiam si habitaret ibi inquilinus,& licèt in ipsa non habitet pro maiori parte anni,puta quia in pluribus,& diuersis locis habitat, nã sufficit,quòd ibi habitet plus,quàm alibi,perlegendo,scilicet publice, & alta voce ipsius appellationis tenorem de publica,vel authentica scriptura, sed si domus ipsa existeret in remotis,eo casu in cathedralibus causis illius loci,in cuius diœcesi persistit beneficium,de quo agitur,modo præfato est ipsa appellatio publice, & alta voce publicanda, & quolibet prædictorum casuum.Et quando fit ante domum, vel in ecclesia cathedrali, est talis publicatio nihilominus fienda in ecclesia,vel beneficio,de quo agitur,& quolibet ipsorum casuum specialiter copia est fienda sub scriptura publica, vel authentica. Si verò per appellati, vel suorum complicium, siue fautorum metum,vel potentiam ipsa intimatio fieri nõ posset,neque per se,neque per alium in locis prædictis est re currendum ad tertium gradum,vt videlicet fiat ipsa publicatio in aliquo loco viciniori,in quo sine periculo fieri possit, & sic publice & solenniter,puta in missa, vel publica prædicatione,vel sermone,vel nundinis,quòd sit verisimile ad appellati,vel sui procuratoris in ipsa causa specialiter constitu-
4 ti notitiam peruenire.† Et licet de iure sufficeret in vno tali loco ipsam publicationem fieri,tutius tamen quòd in pluribus locis fiat eo casu:quia eo magis præsumeretur ad ipsius peruenisse notitiam.& hoc etiam casu si petatur, copia fieri debet modo præmisso,& scias,quòd prædicti gradus ad literam,& ordinatim seruandi sunt,vnde si omisso primo gradu quando seruari posset transiretur ad secundum, vel secundo omisso ad tertium,non valeret. Si igitur non fiat talis intimatio,vel si fiat,non tamen intra mensem,vel quãcito commode poterit post lapsum eiusdem mensis,vel non seruata forma in gradibus præmissis,punitur appellans pœna, de qua infra §.proxi.dicam.hæc vera,nisi ad appellatum ipsius appellationis plena,& certa notitia aliter peruenisset intra tempus, intra quod intimatio erat facienda,& patent prædicta in cle-
5 men.causam.de elect.ex notatis in ipsa,sed † quia difficile esset probare ad appellatum aliter peruenisse certam,& plenã notitiam,cum interdum in absentia interponitur,vel sui,vel in ipsa causa procuratoris,ideo caute facit appellans, si ipsum intimandi modum eo non obstante seruet. Item si de ipsa eius forma roget notarium,vt publicum conficiat instrumẽtum.Circa quod vide quod dixi supra.

6 Et quomodo quando†per procuratorem fit intimatio,ita de procuratorio sicut de appellatione debet fieri fides. Item quòd procuratorium constitutum ad intimandum cõ 10 tinere debeat remissionem,dixi supra rubr. proxi. §.qualiter autem.versicu.quid si procurator. Si verò ad ipsum Papam in præmissis beneficialibus appelletur secundum formam, quæ non habet deuolutionem inducere, vel ad inferiores a Papa,secundum quamcunque formam interponitur appellatio siue in iudicio siue extra iudicium fuerit interposita eo casu,cum non sit differentia inter tales appellationes interpositas in beneficialibus,& interpositas in non beneficialibus,est in omnibus, & per omnia dicendum,& distinguendum,vt supra rub.proxi.§.qualiter.versicu.cautus de non be-
7 neficialibus dictum est,videlicet quod † quandocunque appellatio in aduersarij,vel sui procuratoris absentia interposita habeat vim peremptoriæ citationis, tunc locum habeat intimatio,aliàs non.verbi gratia, vt quia terminus est præfixus ad iter arripiendum, vel se præsentandum, vel appellationem prosequendam ab appellationis iudice, vel quia est appellationi delatum per iudicem, fortius si vtrunque concurrat,scilicet termini præfixio & delatio, & eo casu non solum appellationis, sed etiam delationis, & termini præfixionis, & ipsorum cuiuslibet,si subiecta fuerit,est intimatio facienda, vt in clementina hoc eod.titu. cap. j. est autem tunc seruanda forma intimationis,de qua supra in præalleg.clemen. causam. de electio.in fine, & hoc ad literam prosequere, vt in præallega.§. qualiter autem. de interpositis in non beneficialibus dictum est.

SVMMARIVM.

1 *Pœna non intimantis debitis modo,& tempore. & num.3.*
2 *Intimatio & deuolutio licèt vitientur, non tamen vitiatur.*
Impetrari potest super appellatione,etiam extra curiam appellatio.

§. Quintus.

Quintò de pœna non intimantis
1 †debitis tempore,& modo videamus. Circa quod sciẽdum, quòd ipsius pœna est, quando intimatio facta non est, vel non debitis modo vel tempore,vt eo casu per ipsam appellationem principale ad curiam non deuoluatur ibi cognoscendum,& tractatum etiam in his, quæ ex vi simplicis appellationis ad Papam interiectæ habeant deuolutionem inducere,de quibus supra eod.titu.§.j.& supra §.proxi.in princip.& 2 patet hic in clement.causam de elect. Et scias, quòd†licèt in præmissis casibus intimatio, & deuolutio vitientur, non tamen vitiatur appellatio.immo bene posset in curia procedi super ipsa appellatione, & primò de causa appellationis, & eius meritis cognoscetur. Item etiam posset super ipsa extra curiam impetrari:vt no.in præalleg.decret. causam. in gloss. quid ergo.versic.& not.In his autem casibus, in quibus non ex simplici forma appellationis,sed ex iudicis delatione principale deuoluitur, vel ex præfixione termini absque alia citatione terminus arctat, de quibus supra §.proxi.versicu. si ve-
3 rò ad ipsum Papam.Dic quòd † si non fiat intimatio debito modo, vel tempore, per talem delationem non deuoluetur principale,& per termini præfixionem non arctabitur appellatus ad comparendum in ipso termino,nec procedetur contra eum tanquam contra contumacem, dato quod non cõparuerit in ipso termino,immo oportebit ipsum de nouo citari, ex quo ipsius appellationis, & delationis, cum terminus præfixionis si subsecutus fuerit,vel ipsorum alterius si alterum tantum est secutum intimatio debito modo, & tempore facta non fuerit, & hoc probatur optime per clement. primam,hoc eod.titu.coninnctam cum præallega. decretal. causam.& hoc ad literam prosequere, vt supra titu.proximo cap. qualiter.versic.cautus etiam sit.

SVMMARIVM.

1 *Forma,& tempus prosequendæ appellationis,& pœna non debito modo,& tempore prosequentis.*
2 *Qualitas beneficiorum attendenda.*
Ecclesia dicitur viduata per vacationem dignitatis.3.51.
4 *Appellationis forma seruanda ad ipsius prosecutione.*
5 *Ecclesiarum expeditio celer,& velox est affectanda.*
6 *Forma a iure statuta per decreta, cupientes, de electio.lib.6. quotuplex sit.*
7 *Electionis negotium sola appellatio ad Papam deuoluit.*
7 *Tempus quando currat de momento ad momentum.*
9 *Electus in quibus casibus compellatur venire aduersario non veniente.*
Electi discordes quorum vnus in ecclesia, alter in curia, quando incipiant carrere tempora.
10 *Propositio impedimenti a quo fieri debeat.*
11 *Electus propter impedimentum excusatur a personali comparitione,*
& impedimento cessante intra quod tempus teneatur comparere.

Source : BIU Cujas

12 *Iustum impedimentum habens, & illud proponi non fecit intra tempus, intra quod tenebatur, nunquid cadat a iure suo.*
13 *Electus personaliter, vel per procuratorem intra tempus debitum se præsentauit in curia, & Papæ, vel auditoris copiam habere non potuit, & petitionem porrigere nequit, nunquid ei imputandum.*
14 *Protestatio sequentis temporis cursum impedit non præteritum.*
15 *Electione non præsentata electo, sed aliter ad ipsius notitiam peruenta quid agere debeat.*
16 *Appellationis merita, & veritas causæ primitus cognoscenda.*
17 *Prælaturis vacantibus ecclesiæ dicuntur viduatę.*
18 *Procuratorem constituere non tenetur impeditus in arduis causis. 20.*
19 *Duo sufficiunt ex pluribus opponentibus.*
21 *Ingerens se in beneficio suspensione durante, ab ipso perpetuò priuatur.*
Opponentes licèt aliqui repellantur, iudex tamen ex officio debet inquirere.
22 *Opponentes venientes sine actis, iuribus, & monimentis qua pœna puniantur.*
23 *Exclusus in pœnam ab obijciendo an possit per viam denuntiationis electionem dicere nullam.*
24 *Episcopus se opponens electioni archiepiscopi, vel regularis prælati, an teneatur personaliter adire curiam.*
25 *Opponentes se electionibus factis ad principales prælaturas monasteriorum marium in quibus locum habeant.*
26 *Electus non impeditus intra quod tempus venire teneatur.*
27 *Procuratorium eligentium potius debet esse ad instruendum quàm ad confirmationem petendam.*
28 *Expensarum distributio qualiter facienda.*
29 *Expensæ instructoribus a quibus ministrandæ.*
30 *Electus non tenetur offerre expensas instructoribus.*
Onus missionis instructorum cui spectet.
31 *Pœna electi non supportantis expensas instructoribus debitas.*
32 *Pœna eadem electi venientis, & recedentis sine Papæ licentia negotio infecto, & instructoribus.*
33 *Casus in quibus eligentes, vel opponentes a processus prosecutione priuantur.*
Processus habitus cum eligentibus an noceat electo.
34 *Instructores quod priuilegium habeant.*
35 *Electus remotior quàm electores, an idem sit terminus electo ad veniendum, & electoribus ad mittendum.*
36 *Electorum & confirmatorum eadem intelligentia.*
37 *Constitutioni satisfaciendum est.*
38 *Postulatus si patiatur defectum in ordinibus, scientia, vel ætate ad quem recurrendum.*
39 *Decre. 1. de elec. lib. 6. a quibus seruari debeat.*
Episcopi & eorum superiores debent postulari, & non eligi, Abbates verò eligi, & non postulari.
40 *Postulatio siue fiat in concordia, siue in discordia, semper postulatus tenetur instructoribus expen. ipsas ministrare.*
41 *Dicta de opponentibus se electionibus, in quibus locum habeant.*
42 *Electoribus non mittentibus instructores modo debito, an contra ipsos competat repetitio ipsi electo expensarum per eum factarum.*
43 *Religiosę & regulares mulieres non tenentur personaliter accedere ad Papam, sed sufficit, quòd per procuratorem compareant sufficienter instructum.*
44 *Subiectio immediata negotium deferens ad Papam, sufficit adire legatum de latere in illa prouincia datum.*
45 *Iurium antiquorum forma est seruanda.*
46 *Processus melius cum principali, quàm cum procuratore tractatur.*
Computatio temporis arbitrarij an secundùm singulares, vel legales dictas sit facienda.
47 *Electus vel postulatus habens duo domicilia, a quo fiet dietarum computatio.*
48 *Electus vel postulatus qui non venit in termino nec postea, si aduersarius petat ipsum pronunciari priuatum per decretal. cupientes, quid iuris.*
49 *Negotiorum gestor qui sine mandato proposuit excusationem legitimi impedimenti excusantis a comparitione personali, si admittatur, an valeat & sufficiat.*
50 *Iudex accelerare non debet ad pronunciandum illum qui non venit in termino pœnam incurrisse.*
52 *Appellationum variæ species.*
53 *Forma qualis seruanda in appellationis prosecutione.*
Confirmatus cum non possit administrare appellatione pendente, ecclesia est in pendenti, & sine legitimo administratore.
54 *Appellans, & appellatus ad omnes quorum interest, intra quod tempus iter arripiant ad sedem Apostolicam accedendi.*
55 *Processus factus ante lapsum terminum. xx. dierum in alterius partis absentia nunquid valeat.*
56 *Termino lapso admittitur prosequens appellationem, dummodo res sit integra.*
Res dicitur integra multipliciter.
57 *Forma quæ sit seruanda de iuris rigore in prosecutione appellationis interpositæ ad Papam.*
58 *Appellans quid seruare debeat, vt omne dubium tollatur.*
59 *Forma prosecutionis, quæ in non beneficialibus obseruatur, in quibus etiam obseruetur.*
60 *Opponens qui non appellauit, an teneatur ad formam prosecutionis, de qua in decre. 1. de elec. lib. 6.*
61 *Contumax a principio non seruando formam in prosequendo post inchoatum processum cum procuratore aduersarij, an sit audiendus.*
62 *Electus ad cathedralem, vel regularem ecclesiam debite comparens, nunquid possit confirmationem petere per procuratorem.*

§. Sextus.

1 Sextò videndum restat † de forma & tempore prosecutionis appel. in præmissis causis interiectæ, & de pœna non prosequentis debito modo & tempore. Circa quod aduertendum, quòd quò ad finiendum causam ipsam etiam in istis nil est immutatum, vnde seruandum est, quod habuisti supra titu. proximo. §. nunc breuiter. in princip. & versicu. licèt autem. & versic. & nota. Sed quantum ad actum prosecutionis tantum pertinet videamus. Circa quod est primò distinguendum, an appelletur in causa, quæ intentatur, vt quis iam effectualiter ab obtento eijciatur, aut qua agitur, vt repellatur ab obtinendo. in primo casu nulla est differentia quo ad prosecutionem inter interiectas in huiusmodi beneficialibus, de quibus supra titu. proximo. §. nunc breuiter. in
2 secundo verò casu est distinguendum inter † qualitatem beneficiorum: quia aut agitur de prosecutione appellationis interpositæ in negotio electionis, postulationis, vel prouisionis principalis dignitatis cathedralis, vel regularis ecclesiæ marium, per cuius dignitatis vacationem dicitur ipsa ecclesia viduata, aut de prosecutione interpositæ in negotiis inferiorum dignitatum, personarum, vel beneficiorum.

Et nota: quia marium ideo dixi: quia in prælaturis monasteriorum monialium. seu fœminarum locum sibi nõ vendicat per omnia subsequens statim forma prosecutionis, vt dicam infra eod. versic. vnum tamen animaduertendum. Item viduata ideo dixi, quia etiam in his prælaturis, per quarum vacationem ecclesia viduata non dicitur, non vendicat sibi locum, vt archidiaconatu, vel archipresbyteratu in cathedrali ecclesia sub episcopo vel prioratu siue subprioratu in regulari sub abbate vel his similibus, de quibus dicam infra eod. versicu. nunc versemur, sed seruandum est, quod dicam infra circa finem versi. veruntamen, & de vtroque vide quod no. de elect. cupientes. in princi. glo. virorum, lib. 6. In primo scilicet cum agitur de prosecutione appellationis interpositæ in negotijs prælaturarum cathedralis vel regularis eccle-
3 siæ marium † per quarum vacationem dicitur ecclesia viduata, subdistinguimus circa personas iudicum, ad quos est appellatum: quia aut ad Papam, aut ad inferiorem a Papa appellatum est. Si ad Papam est appellatio interiecta, in huiusmodi negotiis prælaturarum principalium cathedralium ecclesiarum vel regularium marium, tunc subdistingue, aut talis appellatio non deuoluit ad Papam negotium confirmationis, vel infirmationis electionis, postulationis, vel prouisionis, cum nulla fuerit facta ante, vel post ipsam appellationem ad aliquam ipsarum dignitatum. verbi gratia, appellaui ad Papam, ne Titius, vel ne decanus, vel archipresbyter, vel archidiaconus, vel ne filius Sempronii, cum ipse vnicum tantum filium habeat, eligatur ad aliquam talem dignitatem, & hoc contra certam personam, vel contra incertam, vt puta ne aliquis excommunicatus, suspensus, vel irregularis, vel non idoneus ad huiusmodi eligatur, vel ne fiat electio nisi canonica, vel appellat superior, ne illi, ad quos aliàs de iure hoc pertinebat, eligant, postulent, vel prouideant, dicens hoc ius ad ipsum deuolutum, vel appellant aliqui ad Papã, ne sine ipsis fiat per canonicos electio dicentes ius eligendi ad ipsos simul cum canonicis pertinere, & nulla electione, postulatione, vel prouisione contra huiusmodi appellationem subsecuta, huiusmodi articulus ad Papam remedio appellationis defertur.

Aut verò talis appellatio deuoluit ad Papam negotium confirmationis, vel infirmationis electionis, vel postulationis, vel prouisionis factæ ad aliquam præmissarum dignitatum, siue ante appellationem fuerit facta, & hoc planum, siue post: vt quia non obstante appellatione prius ad Papam interiecta extitit celebrata, de cuius confirmatione, vel irritatione modò agitur, & ante omnia expediamus primum membrum, quo casu puto distinguendum, vtrum contra certam personam obiiciendo eidem crimina, vel defectus fuit appellatum, ne eligatur, vel postuletur, vel ne sibi fiat prouisio, an verò contra incertam personam. pri-

mo

Source : BIU Cujas

mo caſu licet non ſit ſeruanda: quia nec ſeruari poſſet forma decre.cupientes.de elec.lib.6. de qua ſtatim ſubmittam, eſt † tamen circa ipſius appellationis proſecutionem ſeruanda forma decre.primæ.de elec.lib. 6. de qua dicam infra eo. verſic.nunc verſemur. Nam non eſt dubium,quòd ſi decret. vt circa.non emanaſſet,eo caſu locum ſibi vendicaſſet præallega.decret. in quibuſcunque appellationibus interpoſitis ad Papam ſiue in cathedralibus,& regularibus dignitatibus, ſiue in inferioribus,vbi ergo immutata non reperitur,ipſi ad huc eſt ſtandum,ſed cum decret.cupientes. locum habeat tā tum,quando per appellationem deuoluitur ad Papam negotium confirmationis,poſtulationis,vel prouiſionis ante, vel poſt appellationem ipſam factæ, ergo in alijs caſibus per dictam decre.comprehen.ei ſtabimus.ad hoc faciunt no.in ipſa decre.prima.in gl.quid faciendum,& in decre.vt circa. eo. titu.in princip.& ibi no.in glo.quid igitur.ad † hoc etiam tenendum mouet celer & velox eccleſiarum expeditio affectanda.ad hoc præalleg.decret.cupientes.in princ.de elec. ne pro defectu.& l.diſt.poſtquam. In ſecundo verò caſu quādo, ſ.non interponitur contra certam perſonam, ſed contra incertam.Exemplifica ſupra,vt in ſecundo exemplo,& citeriobus, vel ſi contra certam interponatur, non tamen opponuntur crimina, vel defectus, dicas quòd cum nil hoc caſu reperiam quò ad proſecutionem ipſius de iuris veteris obſeruantia immutatum,illi adhuc ſtandum, vt ſic ſeruemus tūc circa talium appellationum proſecutionem, quod dictum eſt ſupra titu.proxi.§.nunc breuiter.

In ſecundo verò principali membro. ſ. quando appellatio ad Papam interiecta ad ipſum deuoluit negotium confirmationis,vel caſſationis electionis,poſtulationis,vel prouiſionis factæ ante,vel etiam poſt ipſam appellationem ad aliquam dignitatum ipſarum cathedraliū, vel regularium marium,ſiue in iudicio,ſiue extra fuerit interpoſita ſiue talis ſit appellationis forma,quæ ipſo facto deuoluit principale,ſiue non,vt dicam infra verſicu.eo autem caſu triplex eſt † forma a iure ſtatuta per decreta.cupientes.de elec.lib.6.Et quia ipſa decreta.quò ad hoc æquiparat,quando per appellationem, vel immediatam ſubiectionem ad Papam pertinet cōfirmatio,& ipſa ſimul coniungēdo proſequitur &c.ego idem hic faciam. Prima autem forma conſiſtit circa electorum comparitionem, ſecunda circa opponentium præſentationem. tertia circa inſtrumentorum miſſionem, & expen. dationē. & primò prædicta proſequar de electis,& ſeipſis opponentibus.ſecundò de poſtulatis,& ſe opponentibus eiſdem infra verſicu.præmiſſo. de prima ergo forma eſt ſciendum, quòd electus ad cathedralem,vel regularem eccleſiam, de quibus ſupra,cuius † electionis negotium ſola appellatio ad Papam deuoluit,vel deducit quomodocunque,etiam ſi a confirmatione fuerit appellatum,debet intra menſem ab interpoſitione appellationis,& ipſius hora numerandum,ſi in ipſius electi præſentia,vel ipſius procurato.in cauſa ipſa ſpecialiter cōſtituti fuerint interpoſita, vel ſaltem ab intimatione debito modo facta,ſi in præmiſſorum alicuius præſentia interpoſita non fuerit,de qua forma ſupra §.quartò de forma.& ſe,& ſuas ſarcinulas debet parare,& quòd tunc tantum incipiant tempora proſecutionis,dicere conſueui in decret.cupientes. in prin.ſuper verbo conſenſu.& facit quod ibi no.in glo.certa,& quod no.Guil.de monte Lau.in cle.cauſam. ſuper verbo,intimata.electus verò cuius negotium immediata ſubiectio deducit,ſtatim poſt præſtitum ſuæ electioni cōſenſum, vel poſt habitam de ipſa certam,& indubitatam notitiam, ſi eidem ipſa electio tempore debito non præſentaretur,debet ſe & ſuas ſarcinulas parare intra menſem ab ipſius conſenſus vel notitiæ hora numerandum,non autem a die tantū † quia illud tps currit de momēto ad momētū,vt in pālle. decre.cupientes.ſcripſit D.P.m.ſuper verbo,cōſenſum, debet autem prædictorum quilibet intra ipſum menſem, vel ſaltem poſt lapſum eiuſdem menſis quam cito commode poterit iter arripere ad ſedem Apoſtolicam accedendo,& ſiue intra ipſum menſem iter arripuerit ſiue non,habebit ipſe electus ab ipſius menſis lapſu tempus arbitrarium ſecundum loci diſtantiam,temporis,& locorum ac perſonarum,& ætatum qualitatem arbitrandum,intra quod ſe debet apoſtolico conſpectui perſonaliter præſentare cum omnibus actis, iuribus & monimentis ad dictam cauſam ſpectantib. & proceſſus ſuos contingentibus,& confirmationem, ſeu executionem, ſiue proſecutionem ſuæ electionis petere, & hoc ſiue opponentes,ſiue eligentes venerint ſiue non,quod ſi intra tempus ipſum non venerit,adhuc expectatur per xx.dies, intra quos ſi iuſto impedimento ceſſante tali,quod ipſum excuſet a perſonali comparitione,non venerit,& petierit,vt ſupra dictū eſt, ſiue id negligenter, ſiue contumaciter fecerit, eſt ipſo facto priuatus omni iure ſibi ex ipſa electione quæſito,vt in præall leg.decre.vſq; ad §.electos.† Et quare compellatur electus venire in caſibus præmiſſis aduerſario non veniente, maxime cum ſola appellatio ſit per xx.in glo.quare punitur, & in vltima gloſſ. nota. ad quod eo caſu pertineat ipſius dignitatis prouiſio.

Si autem duo in diſcordia eſſent electi,quorum vnus eſt in eccleſia,alter in curia,quando incipiant eo caſu currere tempora,no.in præalleg.decre.§.ad hæc.in gl.j.quod. in fi. Si verò ipſe electus iuſtum habeat impedimentum eundem excuſans a perſonali comparitione,eo caſu debet illud proponi facere intra tempus præmiſſum,intra quod tenebatur perſonaliter comparere,& intra dies xv.illud probare poteſt ſtatutum ad illud probandum: debet autem ſecundum Archi. ibidem talis impedimenti † propoſitio fieri per procuratorē habentem ad id ſufficiens.& ſpeciale mādatum. Item debet ipſe electus eo caſu,quo propter impedimentum excuſatur a perſonali comparitione intra ipſum tempus, intra quod tenebatur perſonaliter comparere,ſi impedimentum nō fuiſſet,ſe præſentare per procuratorem ad ipſam ſpeciale mandatum habentem,cum actis iuribus,& monimentis omnib. ad ipſam cauſam ſpectantibus.Item debet eo caſu quo propter impedimentum † excuſatur a perſonali comparitione, ipſo impedimento ceſſante ſe perſonaliter præſentare corā Papa intra tantum tempus,intra quantum tenebatur, ſi impedimentum nō habuiſſet legitimum, quod tempus ſtatim poſt impedimenti ceſſationem currere incipit.

Et ſcias,ꝙ ſi tale fuiſſet impedimentū.ꝙ nedum iter impediuiſſet,ſed ēt paramentū,habebit tunc menſem, qui dabitur ad ſe parandū,aliàs non habebit,niſi tps arbitrarium & xx.dies,vt no.in præalleg.decre.in §.ꝙ ſi.in gl.pe. quod etiā placet Io.Mo.& Archi. Præmiſſis verò deficientibus,vel ipſorum aliquo.vt quia ipſe electus cum impedimentum nō haberet coram Papa intra menſem, & tps arbitrariū & xx. dies ſe perſona iter non præſentauit,vel pūtauit,ſed non petiit cō firmationem,ſeu executionem,ſiue proſecutionem ſuæ electionis,vel ſi iuſtum impedimentum † habuit, illud proponi non fecit intra tempus,intra quod tenebatur perſonaliter cō parere,ſi impedimentum non habuiſſet,vel ſi fecit illud tpe debito proponi,tñ poſt datam dilationem ad probandum illud non probauit intra dies xv.vel ſi proponi fecit, & cōprobauit tpe debito,tñ intra tps,intra quod comparere perſona liter tenebatur per ſufficientem procuratorem ad cauſam ipſam coram Papa non cōparuit,vel ſi præmiſſa oīa ſeruauit, vt quia bene proponi fecit,& probauit impedimentum tpe debito,& intra tps intra qđ tenebatur,& procurator ſufficiēter comparuit,tñ impedimento ceſſante ſe perſonaliter non præſentauit intra tanti temporis ſpacium,intra quantum tenebatur a prin perſonaliter comparere,ſi impedimentū non fuiſſet in præmiſſis quinq; caſibus & ipſorum quolibet, eſt electus ipſo iure priuatus oī iure ſibi per electionē quæſito, vt patet in præalle.decre.cupientes. ad præmiſſos autē caſus adde ſextū,in quo eſt eadē pœna,videlicet ſi electus perſonaliter,vel in caſu quo a perſonali cōparitione excuſabat̄ p procuratorē ſe pūtauit,tñ ante finitum negotium ipſe, vel procurator receſſit ſine Papæ lnīa.hoc eſt caſus decre.ſi poſtq̄.ij. rñſo.de elec.li.6.ſcias aūt,ꝙ † ſi electus perſonaliter, vel p procuratorem eo caſu,quo potuit,intra tps debitum ſe pūtauit in curia,tñ intra ipſum tps Papæ,vel auditoris copiam habere non potuit,& ſic petitionē de qua ſupra.facere, & porrigere nequiuit,non eſt ei imputandū,dummodo ipſe hoc proteſtet in ſcriptis,& coram oſtiarijs,& tabellione,& hora congrua,vt in præalle.decre.cupientes.§.ꝙ ſi.p no.in glo.ſi miſit. & ibi videre poſſes,an vnica ꝓteſtatio hoc caſu ſufficeret. Archid.tamen ibi dicit, ꝙ ſi alios inſtante Papa admiſit eo tpe, quo ipſe pſumitur negligens,& potuiſſe qđ alii potuerunt,& ibi ēt tractat ipſe,& Io.Mo.a quo auditore ſit petendus, dicētes ſufficere,ſi ipſum hūs peterē poterat a referendarijs. vt in Auth.de referen,coll.2.quod tñ Archi.dicit verum eſſe,cum non a Papa,ſed ab ipſis peti ſolet,ſed ſi eo tpe, quo Papa ſui copiā fecit,quoſdam de inſiſtentib.admiſit,quoſdam nō ille non admiſſus pſumitur in inſtantib.non admiſſus,ſed Bar.& Io.Mo.vt dicit ipſe Bar.tunc ipſe iterum proteſtetur, † quia proteſtatio ſequentis temporis curſum impedit non pteritū.

Eſt autem difformis pœna non comparentis debito tpe a pœna comparentis,ſed nō debito modo.ſ.cū actis, iurib.& monimentis: quia in primo caſu eſt ſtatuta pœna priuationis ipſo facto ab oī iure p elec.quæſito elec.in ſecundo eſt pœna ſtatuta:quia dilationes ꝓ actis,& iurib.& monimentis,ꝓducendis extra curiam non habebit,vt in pālleg.decre.cupientes.qđ tñ intelligas de his tantum actis & iurib. & monimentis, quæ ꝓducere tenebat̄:quia neceſſaria ad id qđ tunc tenebat̄.Sed ſi aliquid a prin.non oppoſitū opponat̄ de nouo,qa diuinare non tenebat̄,bene hēt eo caſu dilationem

Source : BIU Cujas

ad producendum defensionem extra curiam, vt ibi nota. in penu. gloss. primę partis.

Eo autem casu, quo † electio non fuit ipsi electo præsentata, sed ad ipsius notitiã aliter peruenit, sufficiat, si portet munimenta, quæ potest, vt ibi no. in prin. glo. vt dispensatio. istud tamen est circa hanc materiam notandum, quod forte rigorosum videbitur, & in veritate est, licèt eius ꝯrium de iure defendi non possit, ꝙ prædicta prosecutionis forma, eiusque pœnæ vendicant sibi locum non solum in casibus, in quibus ex simplici, & nuda appellationis forma principale negotium ad curiam siue ad Papam defertur, de qua ſ. eod. tit. §. j. in prin. sed etiam illa, quæ ex sui forma non deuoluit statim, sed est prius de appellationis causa, & meritis cognoscendum, de qua ſ. §. præceden. ver. est autem, & hoc etiam tenent Bar. & Guil. & Io. Mona. in præalleg. decreta. cupientes, vbi hoc dicunt super verbo, appellatio, & refert Archidia. curiam sic seruare, & exemplificant ipsi sic, ponę ꝙ ab interlocutoria iudicialia lata super cõfirmatione in casibus præmissis appellatur ad Papam, † licèt sit hoc casu primo de appella
16 tionis meritis, & veritate causæ cognoscendum, & si apparuerit male appellatum, sit remittendus appellans ad iudicẽ a quo, nihilominus tamen arctat constitutionem, & electionem, & opponentem, de quib. j. dicetur, ad personalem comparitionem, & ad instructores. de quibus statim submittam, & si pronuncietur male appellatum, & electores, & instructores venerint hoc casu frustra, & in vanum coacti fuerint personales labores, & expensas subire, quod multum vr̃ durum, & canonicæ æquitati contrarium, tamen quia si apparuerit bene appellatum, per hoc patebit negotium ad Papam deuolutum, & ipsos ligatos cõstitutione præmissa, procedetur in curia sine noua citatione, non posset ꝯrium de iure defendi. vnde audiui. D. P. m. in scholis dicentem super ipsa decret. cupientes. ꝙ quia sibi durum hoc nimium videbatur, tamen ꝯrium de iure defendi non poterat, voluerat hoc scribere in gl. ordinaria ipsius decret. nolens approbare, quod sibi durũ nimium, & rigorosum videbatur, nec reprobare, quod de iure erat, & obseruari putabat, dicit ꝙ pro & ꝯ facit decretal. si postquam. in fi. de elec. lib. 6. & ibi no. in gl. in ꝯrium dictum prædictorum placet, sed exemplum displicet, ponunt. n. exẽplum in appellatione interposita ab interlocutoria iudiciali
22 lata super confirmatione talis electionis: cum. n. talis appellatio ad hoc, vt teneat, debeat in scriptis proponi, & expressa cã probabili, vt de appel. cordi. lib. 6. & interposita dicta forma seruata in negotijs electionum ad prælaturas cathedralium,
17 vel regularium ecclesiarum, per quarum † vacationem sunt ecclesiæ viduatæ, de quibus supra, habeat principale statim ad Papam deuoluere, vt de electionibus. quamuis. lib. 6. vbi dicit tex. in iudicio, vel extra iudicium, ad idem eo. lib. 6. & c. si postq̃. in prin. vbi hoc tenent Io. Mon. & Archi. qui hoc ibi
23 in prin. notant super verbo appellatum, & ibi post eos etiam scripsit. D. P. m. ergo de appellationis meritis non erit cognoscendum primitus, ex quo deuoluit principale: esset autem forma, vt si in ipsis casibus a diffinitiua appellaretur non in scriptis, vel scriptis non expressa causa probabili, vel si non fieret intimatio appellationis interpositæ siue ante diffinitiuam, vel post in aduersarii, & procur. absentia secundum formam cle. causam. de elec. & circa hoc posses videre, qđ scripsi in præalleg. ver. j. eod. titu. §. quarto de forma, & no. in tali prosecutione specialem causam contra regulam. quæ hẽt,
18 quòd in † arduis causis impeditus non tenetur procuratorẽ constituere, vt etiam no. in præalleg. decre. cupientes. in §. ꝙ si. in gl. speciali. de postulatorum præsentatione dicam infra eo. §. ver. præmisso. de elec.

De secunda autem consistente circa opponentium præsentationem: cum. ſ. in electionibus præfatis ad cathedrales, vel regulares ecclesias factas appellatur ad Papam, est considerandum, an vnica tantum fuerit electio, cui aliquis, vel aliqui se opponunt, aut plures fuerint in discordia electionis celebratæ, in primo casu. ſ. quando vnica tantum facta est electio, cui aliquis, vel aliqui de collegio siue extra se opponunt, si opponentes sunt vnus, vel duo, ipsi vnus vel duo, vel si sunt plures quando duo saltem ex ipsis tenentur comparere personaliter intra idem tempus, intra quod electus venire, vel mittere tenebatur, etiam debent hoc casu venire cum sufficienti mandato aliorum, & plene instructi super negotio, siue opponentes sint de numero eligentium, siue non, dummodo ipsorum interest, & facit supra tit. proximo. §. j. in prin. & patent prædicta in præalleg. decreta. cupientes. §. si verò. & ibi not. in §. si autem. quod † supra dictum est, quòd ex
19 pluribus opponentibus sufficiunt saltem duo, intelligẽdum est, etiam si ipsi plures singulariter plura crimina opponerent. Item quod præmissum est, de ipsorum opponentium personali comparitione, verum intelligas, nisi ipsorum contradicentium vel capituli paucitas eos euidenter excuset, qđ intellige, vt no. eo. c. in §. cæterum. in glo. quomodo hoc & in glo. seq. & quot dicant pauci ibi no. quo casu tenentur intra idem tempus, intra quod ipsi venire tenebantur, procuratorem mittere sufficienter instructum cum omnibus iuribus, actis, & monimentis ad causam spectantibus, & poterit talis procurator constitui extra numerum opponentium, vt not. eo. §. in gl. etiam quòd licè Io. Mo. & Archid.

Et ex hoc potes notare alium speciałem casum contra re-
29 gulam, quæ habet, ꝙ in arduis † nõ potest quis cogi, pro curatorem constituere, & de hoc no. in præallega. decret. §. ꝙ si. in gl. speciali, vt dixi supra proxi. ver. in fi. Item debent dicto impedimento cessante personaliter (vt prædicitur) comparere, si sint duo, vel vnus tantum, vel de seipsis duo, si sint plures quàm duo, & hoc intra tantum tempus a dicti impedimenti cessatione numerandum, intra quantum personaliter comparere tenebantur, si impedimentum non fuisset.

Præmissis aliquo deficiente puniuntur opponẽtes hac pœna; quia ipsi a totali prosecutione processus sunt per sententiam excludendi, & priuandi per triennium a perceptione prouentuum beneficiorum suorum, quæ in illa ecclesia obtinent, vt in præallega. decreta. §. cęterum. & sequ. & quis ipsos habeat priuare, & an hoc casu
21 si dicta suspensione durante † fingerant se dictis beneficiis, sint ab ipsis perpetuo priuati, no. in præallega. §. in gl. per sententiam, & licèt tales opponentes repellantur, iudex tamen ex officio debet inquirere, vt ibidem in gl. vt quia. Et intelligas illos tantum opponentes prędictam pœnam incurrere, qui in prędicta oppositione persistunt, vel recedunt ab ipsa eo modo, vel tempore, quo non possunt, secundùm Bartol. & Guil. vt ibi no. in glo. excludentur, ergo, quod etiam ibi placet Io. Mo. Hęc vera tamen intelligas, nisi opposuissent euidentem, notorium, vel manifestum scientię vel personę defectum, vt in decreta. ab eo. de electio. lib. 6. Quod autem dixi supra eod. §. ver. ad premissos. de recedentibus negotio nõ finito repetitum intelligas in personas opponentium, per decretalem. si postquam. secundo responso. de electio. libro 6. & per ibi not. in glo. quod hic. Item, & eodem modo dicendum
† videtur de pœna opponentium venientium. ſ. sine actis, iu
22 ribus, & munimentis, vt eadem sunt, quę in elec. vt no. in prę allega decre. §. electos. & ibi consueui dicere.

Ex hac eadem ratione intelligas de opponentibus se prouisioni, vel confirmationi: vt in decreta. si postquam. de elect. lib. 6. in fi. idem etiã de opponentibus se postulationi in casibus premissis eo saluo, & de postulatione facta ex eo, quia est sic ecclesię alligatus, quòd sine Papę licentia non habet volatum, vt dictum est in fi. huius §. De pœna autem deficientium in probatio-
23 ne obiectorum dicam infra §. vlti. † An verò in pœnam ab obiiciendo excluſus possit per viam denunciationis dicere electionem nullam. Dic vt ibi not. in gloss. argue. Cum verò plures fuerint electiones in discordia celebratę, quibus aliqui se opponunt, est considerandum, an illi qui se opponũt, sint de collegio, & de numero eligentiũ, & eo casu sufficiat quòd ipsorum loco veniant instructores, de quibus dicam infra versicu. de tertia autem forma. Si autem opponentes non sunt de collegio, & nume. eligentium, vt quia diœcesani vel alii, quorum interesset, & facit, quod dixi supra proxi. tit. §. j. eo casu non obstante missione instructorum ipsi tenentur personaliter venire, vt supra versicu. de secunda, in princi. dictum est. Item nota. in dicta decreta. cupientes. §. si verò. in gloss. si ergo aliàs incurrit pœnam de qua supra versicu. de se-
24 cunda. & idem placet Ioan. Mona. & Archid. an verò † episcopus se opponens fortę electioni archiepiscopi vel regularis prælati teneatur personaliter venire ad curiam, nota. in prę allega. §. si verò. in gloss. dixit Guilel. quando autem electus obiicit opponenti, quòd tempora non seruauit, & ipse opponens idem repliçet contra electum istorum, quid primò veniat discutiendum, an exceptio, an verò replicatio. Item quid si opponens non venit intra tempus debitum, sed postea veniens petit se admitti ad ea prosequenda, quę de nouo superuenerint, an sit audiendus, not. in prę allega. §. si verò. in gloss. intra idem tempus. vbi tractat D. P. m. de illo qui se a princip. non opposuit, an audiatur post ista tempora se opponens, de postulatis, postulantibus, & se opponentibus vi-
25 debis. infra eod. §. premisso. de elect. hęc † autem locum habẽt cum aliqui se opponunt electionibus factis ad principales prælaturas monasteriorum marium, de factis autem ad principales monasteriorum fœminarum dicam infra ver. unum tamen aduertendum.

De tertia autem forma consistente circa missionẽ personarũ instruere debentiũ & ipsorũ expẽsas est distinguendũ, an vnica tm̃, & cõ

cors

Source : BIU Cujas

cors ab electorib. facta fuit electio,an verò diſcors.in primo caſu,qñ concors,per capitulũ eligentiũ mitti debẽt ad curiã intra tempus præfatum,de quo ſupra eodem §. poſt princi.
26 verſicu. de prima igitur forma infra †quòd electus non impeditus venire tenetur, & debent mitti ipſæ perſonæ ſufficienter inſtructæ ſupra ipſius electionis negotio, & cum omnibus actis,iuribus,& munimentis ad cauſam ſpectantibus, & proceſſum contingentibus,& hoc ſiue ipſe electus & opponentes ad curiam ipſam vadant,ſiue non,vt in præallega. decret.cupientes.§.cæterum.hæc autem vera,niſi capi. pauci tas,vel alia iuſta,& rationabilis cauſa excuſaret eligentes a tali miſſione,quo caſu ſufficientem procuratorem modo præmiſſo mittere debent,& nihilominus ceſſante impedimento prædictas duas ſaltem perſonas inſtructas dirigere intra tanti temporis ſpacium, intra quantum a princip. id facere tenebantur, & debent ſic miſſi habere ſufficiens procuratorium ab eligenti.vel ſaltem a parte,quomodo ſint tranſmiſ-
27 ſi.Et debet tale†procuratorium ſecundum Archidiaco. eſſe potius ad inſtruendum quàm ad confirmationem petendã, ne forte dicat aduerſarius ei non credi:quia ſit pars Guilel.tamen contra,& pro eo facit,quod no.in præalleg.decreta. cupientes.§.ſi vero.in glo.ſecunda,vt poſt ipſos ſcripſit.D.P.m. in ipſa decreta.§.ad hæc.ſuper glo.quæ incipit,hæc perſona. & ibi etiam notatur,ſi tales perſonæ miſſæ deceſſerunt ante finitum negotium, tenentur ipſi mittentes deficientium loco alios ſubrogare,& incipit, tunc nouum tempus, de quo ſupra ſi hoc verò facerent propter hunc nouum cõtemptũ, præmiſſam pœnam incurrerent,debent autem eo caſu, quo ipſa electio eſt concors, perſonis talibus expenſæ miniſtrari de bonis illius dignitatis,ad quam electio eſt facta, ſi bona ipſius dignitatis ſint a bonis capi.ſeparata,ſed ſi non erunt ſeparata,vel diſtincta,debent ipſis miniſtrari de bonis communibus: ſi autem aliqua eſſent communia,aliqua verò diſcreta,eo caſu miniſtrentur de diſcretis pertinentibus ad prælatum,ſi illa ſufficiant, aliàs quæ deficiunt de communib. ſuppleantur,vt not. in præallega.§. ad hæc. in gloſſ.ſi autem.vbi
28 etiam no.qualiter†ipſarum expenſarum facienda ſit diſtributio,& an tales tranſmiſſi ad prædictas expenſas contribuere teneantur,no.in decre.cum non deceat.de elect.lib.6.in vlti. glo.ſed ſi nec diſcreta,nec ſeparata pro tunc poſſent haberi, miniſtrentur eo caſu de bonis aliunde quæſitis, & poterunt tunc vel charitatiuum ſubſidium a ſubditis quærere,vel mutuum contrahere,vel aliter quoquo modo acquirere, vnde poſſint ipſas miniſtrare,& debent tales expenſæ eſſe moderatæ,& quæ dicantur tales,no.in præalleg.§.ſi verò.in glo.quæ ſunt.de pœna autem non mittentium,vt præmittitur,ſubmittam.infra ver.quolibet autem,ſi aũt electio ſit diſcors,eſt cõſiderandum,ex quo caſu procedit diſcordia: quia aut procedit ex eo capite:quia duæ vel plures factæ ſunt electiones in diſcordia, aut ex eo tantum, quia licèt vnica tantum ſit facta electio, eidem tamen aliquis vel aliqui de electoribus ſe opponunt.

In primo caſu, ſcilicet quando ex pluribus electionibus procedit diſcordia,debent per partem quamlibet eligentium intra idem tempus intra quod electus non impeditus venire tenetur, de quo ſupra eod.§.poſt princ.verſic.de prima igitur mitti duæ perſonæ ad minus ex ipſis electorib.etiam ipſis electis non venientibus ad inſtruendum electionis negotium ſufficiẽter inſtructæ,& cum actis,iuribus & monimentis:vt ſupra proxi,eſt dictum,hæc vera niſi capituli paucitas,vel alia iuſta cauſa ipſos excuſaret.quo caſu ſeruare tenentur quod ſupra caſu proxi-
29 dictum eſt.Sunt autem talibus†inſtructoribus expenſæ miniſtrandæ per ipſos electos,ſi petãtur,quas ſi miniſtrare nolent,erit locus pœnæ,de qua infra verſic.eo autem caſu, ſcilicet quando electio eſt diſcors ex alio capite,videlicet, quia licet ſit vnica,eidem tamen aliquis, vel aliqui de electoribus, hoc eſt de eligere debentibus ſe opponunt,eo caſu duæ perſonæ de numero illorum qui elegerunt mitti debent per ipſos electores ad curiam intra idem tempus, intra quod electus non impeditus tenebatur venire cum actis,iurib. & monumentis ſufficienter inſtructus.Hæc vera, niſi paucitas eos excuſet,& tunc debent procuratorem ſufficientem tranſmittere,& nihilominus ceſſante dicto impedimento dictas perſonas inſtructas deſtinare,vt ſupra ver.de tertia autem. Quocunque autem prædictorum modorũ electio ipſa fit diſcors, debent per ipſum electum vel electos ipſis inſtructorib. pro parte electi vel eligentium tranſmiſſis expenſæ miniſtrari, ſi
30 petantur. Nam†non tenetur ipſas eis electus offerre, vt not. in præalleg.decreta.cupientes.§.ſi verò.in glo.ſed an, hæc autem eſſet vera, niſi ipſum electum facultatum impotentia excuſaret,quo caſu eligentes tenentur ad ipſas miniſtrandas, vt no.in d.§.cæterum.in glo.& miniſtrabunt.

SCIAS autem, quòd vnus miſſionis inſtructorum non eſt aliquo dictorum caſuum electi, ſed eligentium. vnde ſi eligentes ipſos mitterent, non arctatur per hoc electus ad ad ipſos mittendos,vt ſcripſit.D.P.m.in prealleg.decret.§.ad hoc.ſuper verbo,capitulum, & puto, ꝙ propter paupertatẽ excuſetur electus non ſolum a ſolutione totius, ſed etiam a ſolutione partis,etiam ſi partem dare poſſet,vt dicere conſueui,dum legebam ſextũ,in d.§.ſi verò.in ver.niſi forſan. Quolibet autem prædictorum caſuum, videlicet ſiue electio ſit concors,ſiue diſcors,& ex quocũque capite procedat diſcordia,ſi electores non miſerint inſtructores, vt eſt dictum, etiã ſi electi, vel opponentes venire neglexerint,niſi ab ipſorum tranſmiſſione capituli paucitas,vel alia rationabilis cauſa ipſos excuſaret, vel eo caſu quo a tranſmiſſione inſtructorum excuſarentur,non miſerint procuratorem ſufficienter inſtructum,& ipſa impedimenti cã ceſſante,nihilominus perſonas prædictas, vel etiam qñ ipſi contemnunt miniſtrare expenſas ipſis inſtructoribus,qñ a principio ipſi ad ipſas miniſtrandas tenentur,vel ẽt ex poſtfacto,† vt qñ electus nõ poteſt pro-
31 pter facultatum impotentiam vel inopiam ipſas expenſas ſupportare, vel licèt poſſit,non tñ vult eas ipſis miniſtrare,ẽt in caſu,quo ad illas miniſtrandas tenetur electus,puniuntur hac pœna,quia ſunt a totali proſecutione proceſſus excludẽdi,& a prouentibus eccleſiaſticorum beneficiorum, quæ in ipſa eccleſia obtinent,quod no.in præalleg.decre.cupientes. §.cæterùm, nec eſſet conſtitutioni ipſi ſatisfactum, ſi electores ipſi inſtructores eligerent,niſi ipſos tranſmitterent,vt ibi no.§.ad hæc.in glo.non ergo.

Et præmiſſa vera intelligas,eo ſaluo quòd de poſtulantibus alijs eccleſijs alligatos dicam ĩ.in fi.huius §.ideo autem perſonæ prædictæ ſunt tranſmittendæ,vt Papa per ipſos ſuper negotio electionis inſtructus,ac ẽt ſuper alijs occurrentibus conſiderare poſſit,an partes ſint arctãdæ probationes, & alia occurrentia facere apud ſedem Apoſtolicam, an verò æquitate ſuadente ſit ipſarum receptio in partib.committenda. Quodautem dictum eſt ſ.eod. §. ſi verò ipſe electus.in fi.
32 de†pœna electi venientis,& recedentis ſine Papæ licentia infecto negotio,intelligas in inſtructoribus repetitum, vt no. de elec.ſi poſtquam.in gl.quod hic.lib.6.in gl.no.an tales recreationis vel peregrinationis cauſa ſe abſentantes tempore quo non impeditur per hoc cauſæ proceſſus,incurrant ipſam pœnam.Et quia eligentes teneãtur inſtructores mittere,ex quo electi non veniunt,no.in præallega.§.cæterùm.in gloſſ.ſed ad
33 quid.Notandum tamen eſt,ꝙ in caſibus † in quibus eligentes,vel opponentes a proceſſus proſecutione priuantur, electis tamen nullum præiudicium generatur,vt in §.nihilominus.tamen, & an proceſſus habitus cum eligentibus noceat electo ibidem no.in §.nihilominus.in vlti.glo.

Item ſciendum. præmiſſa locum habere, & ipſorum pœnas in caſu tãtum in quem arctat conſtitutio.cupientes,in caſu autem, in quem non arctaret,non habet locum,vt no.in ipſa decreta.in prin. & in decreta.ſi poſtquam.in glo. ſi ergo tales,habent†autem
34 inſtructores hoc iure priuilegium: nam percipiunt fructus integros,quotidianis diſtributionibus duntaxat exceptis,beneficiorum,quæ obtinent in eccleſia,cuius negotium proſequuntur,ac etiam aliorum,quæ participant in ipſa eccleſia reſidendo,& hoc eo tempore,quo propter hæc ad curiã vadunt,manent in ipſa propter negotium ipſum,& ab ipſa reſtituuntur,vt de electione,cum non deceat.lib.6.& an vadẽs pro dicto negotio inſtruendo habeat ad expenſas ipſas contribuere,& in ipſis fructibus,quos interim percepit computare ibi no.in vlti.gl.Quando autem † electus remotior eſſet
25 quàm electores,an idem ſit terminus electo ad veniendum, & electoribus ad mittendum. Item quid ſi electus eſt proximior quàm electores. Item quid ſi ille,de quo facta eſt electio vltra montes, eſſet in curia, quod tempus tunc habere debeant electores,vide quod no.in præalleg.decreta.cupientes.§.ad hoc.in glo.infra quod.

Qua autem pœna ſint puniendi illi, qui per electores ad inſtructionis negotium nominatim illud aſſumere recuſant,no.in præalleg.§.in gl.non ergo,& an admittantur ad inſtruendum ipſæ perſonæ tranſmiſſæ ſi ſe conſtituant ad
35 uerſarios electi,vel electorũ,no.in eo.c.ſi verò.in glo. compareant, de perſonarum miſſione, & expenſarũ miniſtratione cũ ad poſtulationẽ eſt proceſſum,dicam ĩ.eo.§.ver.præmiſſo
36 de electis,quæ † præmiſſa ſunt de electis intelligas de confirmatis,& idem etiam de prouiſione ad dignitates præmiſſas, ſi ab ipſa cõfirmatione,vel prouiſione ad ſedem Apoſtolicã appelletur.vt in decre.ſi poſtq̃.de electio.in fi.lib.6. quam ad ea quæ per ipſos ad literam ſeruari poſſunt,& hoc per no.in decre.ſi tibi abſenti.de præb.lib.6.in gl.ſed nonne,dicere conſueui in dicta decre.cupientes.in princ. ſuper glo. de poſtulatio. Et ſcias, quòd præmiſſa locum habent, etiam ſi vacatio periculoſa non ſit,vt quia datus eſt eccleſiæ adminiſtrator,vt

Source : BIU Cujas

no.in præalleg.decre.cupientes.in princ.in gloss.super verbo periculosis,vnum etiam tene menti, quod post Gar. scribit. D.P.m.in prealleg.decret.cæterum.in fin.gloss.quæ incipit, quomodo hoc,quòd si illi,qui tenentur, de se duos mittere non possunt,saltem vnum mittant,si mittere possunt,& hoc casu etiam cum illo mittant procuratorem, vt inquantum
37 possint† constitutioni satisfaciant, & hoc in electionibus ad principales prælaturas monasteriorum marium, de electionibus autem ad principales fœminarum dicam,infra versic. vnum tamen animaduertendum est. Præmisso de elec. & eligentibus cum se opponentibus restat.vt de postulatis, & postulantibus,& se opponentibus videamus. Circa quod sciendum,quòd ea quæ supradicta sunt de eligentibus, & electis ad prædictas cathedrales,vel regulares ecclesias mariũ, quarum confirmationem appellatio, vel immediata subiectio ad Papam deducit,per omnia locum habent in postulantib.
38 & postulatis ad ipsas,si ex ea causa fiat postulatio:† quia postulatus patiatur in ordinibus scientia, vel ætate defectum, vel his simile, si negotium prædictorum modorum aliquo ad Papam deferatur,& quando tunc incipiant eis currere tẽpora statuta per decreta.cupientes.ibi no.in §.denique. in gl. sed ex quo,secus tamen esset,si ex eo solo postularetur; quia sic essent ipsi postulati suis ecclesijs alligati,quod liberũ non haberent absque Apostolicæ sedis licentia ad aliam ecclesiã volatum, circa quos taliter alligatos nil noui statuitur, vt in præallega,decreta.cupientes.§.denique. Si tamen aliquis postulationem impugnaret,opponendo crimina,vel defectus, & propter hoc appelletur ad Papam,eo casu tam ipsi opponentes quàm postulati alligati seruent† decretalem primam.
39 de electio.lib.6, vt etiam no.in præalleg.§. denique. in gloss. seruent ergo,& sunt episcopi,& ipsorum superiores,qui debent postulari,& non eligi. Abbates verò sunt eligendi, & non postulandi,de electi.si Abbatem.lib.6. De episcopo autem qui renuntiauit loco non ordini, vel dignitati nota. per Gar.& Ioan.Mo.in præalleg.§. denique.& tenent, quòd est eligendus.ibi tamen Archidiaconus contradicens, quòd est postulandus,de quo dic,vt no.D.P.m. de renuntiationibus, post translationem, prædicti tamen omnes cõcordant,quòd siue eligatur,siue postulatur, quòd debet seruare tempora, de quibus supradictum est de electio. cum cesset in eo ratio expressa.§.denique.& ibi etiam de hoc per D.P.m.in gloss. vt episcopi.

Quod supradictum est,q; postulati non alligati tenentur prædictam formam seruare, verum intelligas,in ministrandis expen.personis transmittendis pro negotio postulationis instruendo:quia† siue postulatio fiat in con
40 cordia siue in discordia postulatus semper tenetur ipsis instructoribus expensas ipsas ministrare,vt patet ea. decreta. §. denique.In qua decreta.in princip.in glo. de postula. not. q; elect.in magisterium hospitalis,vel templi non arctatur forma ipsius decreta.tum quia laici,tum quia aliud est ecclesia, aliud est hospitale,& prædicta indistincte intelligo de postulato ad ecclesias Cathedrales,siue ecclesia sit immediate Papæ subiecta,siue non,siue etiam fuerit appellatum, siue nõ: quia ex quo aliud quam postulatio.admittere,vt no. in præallegato §.denique.in tertia glos. ergo immediate ad primũ dicitur pertinere,& idem de regularibus etiam dicam, si ex tali defectu aliquis postuletur, super quo alius quàm Papa dispensare non posset,no.in præallegato §.in 5 glo. & habe-
41 tur etiam supra eod.versic.desidera.& quæ† dicta sunt de opponentibus se electionibus locum habent in opponentibus se postulationib.ad prædictas dignitates factis, quando negotium ad Papam defertur,vt no.in præalleg. §. denique.in gl. secundùm Bar.hæc vera præterquam in illis qui se opponerent electioni factæ,ex eo solo:quia postulatus esset adeo alligatus,quòd non haberet volatum liberum absque Papæ licentia:quia ex quo postulati non arctantur etiam opponẽtes,vt no.in præalleg.§.denique.in glo.non ergo loquitur, vt supra ipsam glo.scribit.D.P.m post Ioan.Mo.& Archi.idem iuris est in postulantibus taliter alligatos. s. quòd instructores mittere non teneantur,& quia nil immutatur hoc casu, vt dicit tex.illius §.refert tamen ibi,quòd Archidia.refert aliquos dicere contrarium per rationem ipsius decre.s.propter periculum vacationis. Circa recuperandas autem expen. factas in prosecutione negotiorum præmissorum sciendũ est, quòd iura antiqua decernunt,vt in præalleg.decreta, cupientes.in fin.circa quod vide ibi not. per D. P. m.in vltima gloss.
42 an† electoribus nõ mittentibus instructores modo debito cõtra ipsos competat repetitio ipsi electo expensarum per eum factarum.est dicendum quòd non:quia nil deperit electo, vt ibi scripsit.D.P.m.§.nihilominus.super verbo,iuris sui, quãuis,secus dicat in casu conuerso, videlicet quando electores mittunt,& electus non venit personaliter iusto impedimento cessante,aliàs per procurato.vt supra,& vt ibi dictum etiã ipse dicit,sed sit ratio,quam ipse etiam scripsit in § cæterùm, super glo.est ergo,in fi.ibi de vtroque præmissorum casuum tractans dicit hoc casu,cum electus non veniens modo debito sit ipso facto priuatus omni iure sibi ex electione quæsito,patet electores ex culpa & facto electi inutiliter laborasse,& expensas feciss mittendo instructores,ergo cũ eis præiudicetur ex facto illius,meritò competit repetitio.

Vnum tamen aduertendum est, quòd quæ præmissa sunt locum habent in electis & se opponentibus ac etiam eligentibus ad principales prælaturas ecclesiarum regularium virorum tantum: quia aliter est prouisum in quibusdam casibus in electis,eligentibus, & se opponentibus electionibus factis etiam ad principales prælaturas regularium ecclesiarum fœminarum,etiam quando aliquo præmissorum modorum ipsarum confirmatio, vt infirmatio ad Papam pertinet, vel per appellationem deuoluitur: nam non tenentur electi,nec eligentes,nec appellantes, vel contra,quasi fuerit appellatum:nec etiam opponentes,dum
43 modo & ipsæ sint regulares,& † religiosæ,accedere personaliter vel de se ipsis mittere aliquam ad Papã,sed sufficit, quòd per procurato.compareant sufficienter instructum iuxta formam ipsius decreta.cupientes,patet hoc in decretali.indemnitatibus.§.sed cum eas,eod.tit.lib.sexto,quò verò ad alia arctantur,& ad literam seruare tenentur prædictam decret.cupientes.Item sciẽdum,quòd si essent aliqua monasteria,quæ per priorem marem regerentur,vt plura talia vidi, si ipsius prioris confirmatio modo aliquo præmissorum ad Papam pertineret,vel deuolueretur,ipse prior electus seruare teneretur formam præmissam quò ad personalem comparitionem & alia,ad quæ electi constringuntur seruanda, de quibus superius est dictum.Et idem dico, si aliquis masculus se opponeret electioni,seu postulationi factæ vel fiendæ secundum distinctionem.de qua supra eodem §.post principi.siue de mari,siue fœmina religiosa ad talem prælaturam: vt quia forte diceret Episcopus,vel Abbas,vel alius, quòd ad ipsum spectaret prouisio abbatissæ, prioriss vel id simile. faciunt no.in præalleg.decreta.indemnitatibus.§.sanè,in tertia glos. in fi. & quod ibi dicere consueui post Archidiaco. & quod etiam consueui dicere,dum legebam sextum in textu eiusdem.§.sanè,super verbo,partis alterius.Illud etiam no. quòd
44 in præmissis casibus,quando† immediata subiectio negotiũ defert ad Papam,bene sufficit adire legatum de latere in prouincia illa datum,vt de elec.si abbatem.li.6. & eo casu etiam seruanda de decreta.cupientes.vt ibi no.in prin.in glo.in hoc casu,& ibi etiam nota.quid iuris,si partium nuda voluntate vel iudicis relatione,vel Papæ reuocatione huius negotia ad Papam deferantur.

Item quid si ecclesia non est immediate Papæ subiecta, vt quia si est cathedralis habet Metropolitanum, vel si regularis subest episcopo, tamen in ipsa ecclesia superior cui subest est schismatica, an sit tunc prædicta forma seruanda. Secus autem foret,vbi appellatio negotium deferret: nam non sufficeret tunc legatum adiri, vt notat decretal. si postquam.in quinta glo.in fi.de electio.lib.6.Breuiter videndum restat de prosecutione appellationũ in huiusmodi negotijs cathedralium vel regularium ecclesiarum interpositarum ad inferiorem iudicem a Papa.Circa quod est dicẽdum,
45 quòd antiquorum† iurium est forma seruanda. Cum enim his nil de antiquo iure immutatũ appareat, illud seruemus. C.de appel.l.præcipimus.& C.de testamẽ.l. sancimus.& no. de elec,licet canon.lib 6.igitur ea quæ in non beneficialibus erit forma prosecutionis seruanda,de qua supra titu. proxi. §.nunc breuiter. An verò electus personaliter,vel per procuratorem,eo casu,quo potest,si se præsentat coram Papa intra tempus debitum,quando appellatio,vel immediata subiectio deuoluit ad ipsum negotium,in casibus præmissis teneatur statim iura,acta & monimenta, de quibus supra coram ipso præsentare dubitatur. & dicendum est quòd non, sed sufficit, quòd ipsa penès se habeat parata, vt infra assignandam dilationem ad ea producenda possit illa producere, vt nota. de electio.cupientes. primo responso. in gloss. penultima.

Quid autem iuris,si electus,vel postulatus eo casu,quo potuit per procura.præsentauit,& demum impedimento cessante personaliter comparuit,an si talis procurator recedit de curia sine Papæ licentia erit sic locus pœnæ, de qua supra eodem, versic.si verò ipse,& puto q; non: quia ex hoc non derogatur constitutioni,cupientes,nec eius menti, quia per talem absentationem talis procura.non impeditur
46 processus† qui etiam melius cum principali,quàm cum procura.tractatur,ad hoc de iuramento calumniæ.in pertractãdis. Sed an secundum vulgares,an secundum singulares, vel legales dietas sit facienda computatio temporis arbitrarii, de

quo

Source : BIU Cujas

quo s̄. Item quid si electus venit intra tempus, quod alias bonus iudex arbitraret, an residuum illius temporis hēat sibi lucro. Item si electus ad curiam veniens tempora præmissa præuenit, an arctetur ex cita. decre. cupientes. se corā Papa præsentare, an verò possit licitè expectare, q̄ omnia tempora prædicta labantur. Item quid iuris etiam de electione facta in loco, in quo degit curia de aliquo in ipsa curia præsente, an tali electo detur tps arbitrarium, de quo s̄. Et an iudex arbitrando dictum tempus dare debeat dies aliquos ad quiescendum, no. in prealleg. decre. cupientes.
47 in glo. super verbo, commode. † Cum autem electus vel postulatus habeat duo domicilia, fiet ipsarum dietarum computatio ab illo, in quo sine fraude tempore præsentatę sibi
53 electionis, vel ipsius notificationis est repertus, vt ibidē no. in glo. si ergo. At post lapsa dicta tempora possit per eū qui negligens fuit mora purgari, & dicendum quòd non, quātumcunque modicum de tempore sit elapsum vltra statutum in decreta. cupientes. vt ibidem no. gl. pone quòd.

Sed nunquid electus, vel postulatus ad quem aliter, quā p̄ præsentationem electionis peruenit ipsius notitia, habeat mensem ad deliberandum, an verò statim incipiat currere tempus ad iter arripiendum, no. co. decre. in princip. in gl.
48 subaudi. † Item quid de electo, vel postulato, qui nō venit in termino, nec postea, si petit aduersarius pronunciari ipsum priuatum per ipsam decre. cupientes. & excipit procurator electi in ipso electo ipsam decreta. locum non habere, replicat aduersarius hoc debuisse proponi intra tēpus, intra quod tenebatur electus venire, quid iuris, not. in ipsa decreta. in §. quòd si per xx. in gl. quid si. Sed quid dicemus de electo, postulato, vel opponere, q̄ venit in tempore feriato, cuius si fiat computatio apparet ipsum venisse post tempus, quo venire debuerat, tamen antequam iudicium exerceretur, an incidat in pœnam suspensionis a processu, & dic q̄ sic, vt no. in præalleg. decreta. cupientes, §. q̄ si per xx. in
49 gl. q̄ si. Item quęritur † de negotiorum gestore, qui sine mā dato proposuit excusationem legitimi impedimenti excusantis a personali comparitione, si admittatur, an valeat & sufficiat, & dic quòd valebit, dumtamen intra tempus debitum, intra quod se personaliter presentare debeat, ratum habuerit: vt no. in præalleg. decre. §. q̄ si. in glos. & quia. immo plus ibi dicunt Gar. & Io. Mo. & Archi. videlicet quòd si amicus sine mandato volens cauere de rato ipsam proponeret, esset admittendus de æquitate, & q̄ tunc satis foret electo, q̄ intra tempus prædictum ratificaret. Item pone, q̄ electus, vel postulatus, qui personaliter venire non arctabatur propter iustum impedimentum misit procurato. super principali, qui etiam fuit impeditus, si procedat, an ipso postea comparente ipso iure, an beneficio restitutionis in integrum seruetur illesus, dic vt no. eo. c. §. q̄ si. in
50 glo. & sic, vbi etiam not. q̄ † non multum accelerare debet iudex ad pronunciādū illū, qui nō venit in termino pœnā incurrisse, & maximè vbi sit spes de ipsius vicino aduētu.

Vltimò quærit, an electus, vel postulatus priuatus: quia nō seruatur forma decre. cupientes. possit se alteri coelecto opponere, vt vnus de capitulo. Dic vt not. in præalleg. decreta. §. q̄ si. in vlt. gl. in fi. Nunc versemur circa prosecutionē appellationū iterpositarū i negotiis electionū, postulationū vel prouisionū factarum ad inferiores dignitates, vel personatus, vel beneficia, vel quæcunque inferiora, quæ non sunt principales
51 dignitates ecclesiarum cathedralium & regularium † per quarum vacationem dicitur ecclesia viduata, de quibus s̄. & primò de interpositis in negotijs dignitatum, personatuum, vel canonicatuum tractemus. Circa quod est sciendum, q̄ etiam si huiùsmodi personatus, vel dignitas sit in cathedrali ecclesia vel regulari, dummodo non sit ipsius ecclesiæ principalis dignitas, vel per cuius vacationem dicatur ipsa ecclesia viduata, vt est archidiaconatus, archipsbyteratus, vel præpositura, vel similis in cathedrali ecclesia sub episcopo, vel prioratus, pręsulatus, vel subprioratus, vel subpriore, vel his similes in regulari, siue etiam sit principalis dignitas in alia quacunq; ecclesia collegiata nō cathedrali, vel regulari, fore inter qualitatem iudicum, ad quos appellatio interponitur distinguendum, an scilicet
52 ad Papam † fuerit appellatum, an ad inferiorem a Papa: si ad Papam fuit appellatū, considerandum, an aliquid sit oppositum contra formam electionis, postulationis, seu prouisionis, vel contra personam electi, postulati, vel prouisi, vel contra certam personam, ne eligatur, postuletur, vel prouideatur, vt de elect. qui contra certam. li. vj. & no. in decre. prima. eo. li. & tit. in gl. quid de facienda, & propter hoc sit appellatum ad Papam. aut quod opponitur, & propter qđ appellatur, non est tale. In primo casu. s. quando cōtra formam vel personam opponitur crimen vel defectus, siue in iudicio, siue extra fuerit appellatum, siue ab interlocutoria vel a grauamine, siue a collatione canonis, siue ab inuestitura, siue a missione in possessionem, siue contra executorem, siue contra excusatorem, siue contra confirmatorem, siue interponatur coram executore, vel iudice, etiam si ipse iudex datus esset super appellatione extra curiam, & ab ipso, vel eius sñia, vel confirmatione ad Papam contingeret appellari, & breuiter ex quauis causa ante adeptam pacificam possessionem ad Papam appellatio interponitur in casibus præmissis, vt sic per ipsam ab obtinendo dicatur appellatum, repelli non ab obtēto, vt dixi s̄. eo. c. §. j. in prī. est. n. in talis † appellationis prosecutione seruanda forma
53 decre. primę. de elec. lib. vj. secundùm Compo. & Archid. licèt Host. & Archi. ibi contrarium dicant, quando a confirmatione appellaretur: cum secundùm eos tunc esset ratio ipsius decret. quæ est periculum diutinæ vacationis ecclesiarum, quod verum esse dicunt, nisi forte eligendo confirmaretur prælatus, primum dictum plus placet. pro quo facit de appell. oblatę. ad fi. & quod ibi scripsit. D. P. m. facit ēt quod no. de elect. auaritia. in gl. & tunc li. vj. quia cum administrare possit confirmatus appellatione pendente a cōfirmatione interposita, ergo patet, q̄ adhuc ecclesia est in pendenti & sine legitimo administratore, & de hoc not. in pal decr. j. sup tertia gl. & c. cupientes. in prī. in gl. de postul.

Et aduerte; quia de obiectu in personam eligentium nil. s̄. dixi, & hoc ideo; quia obiectus hoc casu comprehenditur sub obiectu in formam. Et vide quod de hoc no. in præalleg. decre. prima in gl. quę est super verbo, personam & quod s̄. ea post Io. mo. scripsit. D.
54 P. m. ipsius autem decre. talis est forma, videlicet † quòd appellans & appellatus & generaliter omnes, quorum interest, & quos causa contingit personaliter vel per pcu. sufficienter ad causam instructum iter arripiant intra mensem ad sedem Apostolicam accedendi, & currit ipse mēsis hoc casu ab interpositione appellationis factę coram appellato, vel eius in ipsa causa procura. legitimo, vel a notificatione ipsius appella. alteri eorum debito modo facta per cle. causam. de ele. fm formam de qua. s̄. §. quarto. prout etiam no. in præalle, decre. prima. in gl. & si aliqua partium nō venerit intra xx. dies post aduentum alterius expectata in negotio ipso eius absentia nō obstante, procedetur etiam ad diffinitiuam. Intelligas hæc de absentia quandocunque cōtingente siue ab initio, quia non venit, siue ex posttacto; vt quia contumaciter recessit, vt ibi no. in gl. vbi agitur. & præmissa fore vera intelligas, si forma decre. vt circa. de ele. li. 6. & cle. eo. tit. constitutionem. seruata fuerit tam in exprimēdo, quàm etiam in iurando, de qua s̄. eo. tit. versi. nunc aūt quando debuit obseruari, scilicet quando extra iudicium tantum appellatur, secus si in iudicio, vt in decre. constitu. eo. ti. & li. Scias autem, q̄ si † ante dictum lapsum terminū.
55 xx. dierum procederetur in alterius partis absentia, non valeret processus, eo q̄ factus tunc esset contra contumacem secundùm Io. Mo. qui hoc no. in præalle. decre. prima. sup verbo, expectata, allegat de ma. & obe. inter & idem ibi Archid. qui alleg. iij. q. ix. omnia. & cap. absente. & cap. re vera. & cap. chartæ.

Item scias, quòd speciale est, quando in hujusmodi causis ap. ad Papam, quòd licet non sit terminus statutus ab homine ad dictam appel. prosequēdam, nec ipsi delatum, non tamen possunt per partem alteram intra iuris terminum a dicta decre. prima. de elec. li. vj. statutum iudices altera parte absente vel ignorante impetrari, vel impetratio aliàs facta nō tenet, imo etiam postea procedetur in curia non obstante absentia impetrantis & literis super ipsa appellatione obtentis, vt post Inn. & Host. script. D. P. m. super verbo prædicto expectata. Item nota,
56 q̄ post lapsum † ipsum terminum admitteretur prosequēs ipsam appellationem, dūmodo res esset integra, vt ibi not. Innoc. & Host. arg. decre. in causis. de electione. & ff. de cēs. l. iij. quomodo autem res dicatur integra multis modis no. de elect. vbi periculum. §. ſanè. Est autem hoc casu pena statuta contra non probantes, de qua dicam j̄. §. vltimo. & ibi etiam dicam, quando ipsam pœnam euitent non ptobātes obiecta in personam, vel formam in ver. euadit autem hāc pœnam. In secundo autem casu subdistinctionis, qñ scilicet opponuntur non sunt talia, eo casu sufficiat in ipsius prosecutione antiquorum iurium formam seruare, de qua s̄. titu. proxi. §. nunc breuiter, & §, qualiter. versic. porrò. Restat, vt videamus de prosecutione appellationum interpositarum in negotijs electionum, postulationum, vel prouisionum factarum, vel etiam fiendarum, quando contra certam, vel nominatam personam appellatur ad inferiora beneficia, vel ecclesias.

Et

D. Boni Conti. De appellationibus.

Et ſcias, quòd circa tales appellationes eſt etiam cõ ſiderandum, an obijciantur crimina, vel de fectus contra perſonam, vel formam, & propter hoc appel letur, an verò quæ obijciuntur, & propter quæ appellatur, non ſunt talia. in primo caſu videtur conſiderandum, an ad Papam, an ad inferiorem fuerit appellatio interpoſita. Si ad Papam, in hoc caſu fuerunt opiniones diuerſæ, de q̃ bus ſcripſit. D.P.m. in præalle. decre. prima, ſuper verbo, ca-
57 nonum, &† crederem de iuris rigore eo caſu in proſecutio ne appellationis etiam interpoſitæ ad Papam in huiuſmo-di ſimplicibus formam non eſſe ſeruandam ipſius decre. de qua s̃. in princ. huius §. quia ſi Papa id voluiſſet in illis, ita expreſſiſſet, ſicut expreſſit de dignitatibus, perſonantibus, & canonijs de ipſis ſolis notanter videtur ſtatuiſſe, & dixiſ ſe, intendens q̃ inferiora non comprehenderentur, cũ ſub generalitate poſita in ipſius principio decre. talia de ſui na tura fuiſſent comprehenſa, ad quid ergo poſuiſſet præalle. §. hi autem, dicentem ipſam decre. in dignitatibus, perſonã tibus & canonijs ſibi locum vendicare, ſi in aliis ſimplicib. voluiſſet idem iuris eſſe, expreſſiſſet, & refert ibi. D.P.m. li-cet Petro de ſanſo. placere videatur hoc dictum, ipſe tamẽ
58 fatetur curiam tenere contrarium.† & ideo tu appellans ẽt ĩ caſibus ſerues formam ipſius decre. ad omne dubium tol-lendum, cum id ſeruare ſit tutius, ad hoc de ſpon. inuenis. cum concor. licèt putem de iure ipſa non comprehendi q̃ ipſam decre. Si verò in huiuſmodi minoribus ad Papam appelletur, & quæ obijciuntur, non ſunt talia, vt quia non opponuntur crimina, vel defectus contra perſonam electã vel formam electionis, vel contra perſonam eligendã. Qñ contra certam perſonam appellatur, eo caſu indiſtincte te net, appellantem non arctari ad formam præmiſſam ſeruã dam; quia cũ eo caſu nil ſit immutatum, ſtabimus iuri anti
56 quo. C. de appel. l. præcipimus. vnde forma † proſecutionis quæ in non beneficialibus obſeruatur s̃. titu. proxi. §. nunc breuiter. & §. qualiter. ver. porrò. erit in hoc caſu etiam ob-ſeruanda. Modò de ſecundo caſu diſtinctionis videamus, videlicet de appellationibus ad inferiores a Papa in huiuſ-modi inferioribus beneficiis & eccleſijs interpoſitis. Et cir ca hoc eſt dicendum nulla habita diſtinctione, an propter obiectus in perſonam, vel formam ſententiæ propter alios ad inferiorem a Papa fuerit appellatum in ipſius proſecu-tione, eſt ſemper antiquorum iurium forma ſeruanda: q̃a cum per iura noua nihil fuerit circa perſecutionem taliũ appella. immutatum, antiquorum iurium forma ſeruari debebit, facit præalle. l. precipimus. C. de appel. vnde idem q̃ in non beneficialibus hoc caſu ſeruari debebit, de qua s̃. ti. proxi. §. nunc breuiter. & §. qualiter. ver. porrò.

Primò autem quæritur circa materiam huius §. an dicta proſecutionis forma, de qua s̃. in prin. & in verſicu. reſtat. locum habeat & ſeruari debeat, ſi contra præſentatum per patronum, vel ipſum etiam præſentantẽ opponeret, cum patronus in perſonam, vel formam præſẽ tationis forte dicens ipſam non factam tempore vel modo debito, vel ipſum præſentatum, vel præſentantem excom-municatum, vel id ſimile, & propter hoc ad Papam appel-laretur, & puto de hoc ſufficiat remittere ad ſcripta s̃. §. j. cir
60 ca fi. ver. xj. quæro. Secundò quæro, quid dices † de opponẽ te qui non appellauit, an teneatur ad formam proſecutio-nis de qua in præalle. decre. prima, de elec. li. vj. & per. D.P. m. poſt Guil. & Archi. co. ti. vt circa. ſuper ver. appellari. Ter tio quæritur, quid iuris, quando in huiuſmodi beneficiali-bus appellatio interiecta deuoluit, & appellans non proſe quitur, ſed alius ſuperueniens non appellans nec adherẽs comparet & petit, vt procedatur electo poſtulato vel prouiſo vlterius non citato. Compo. qui mouet hoc dubium in præal. decre. prima, dicit curiam tenere, q̃ non audietur ille tertius, niſi prius ipſo appellato citato: q̃a ipſa decre. ha bet locum tantum; quando vterque, vel alter tantum pro-ſequitur, allegat ver. q̃ ſi pars, poſitum in ipſa decre. prima.
61 & hoc ibi placet Arch. Quartò quæritur, an † ſi is qui a prĩ cipio fuit contumax non ſeruando formam præmiſſam in proſequendo poſt inchoatum proceſſum cum procur. ad-uerſarij ſuperueniens dicat illum non habere mandatum, vel non ſufficiens, vel quid ſimile, ſit audiendus, no. in præ-alle. decre. j. in gl. vbi agitur. Quintò queritur, qualiter pro-cedit auditor, ſi pars appellans ſeruauerit tempora ſtatuta, appellatus non. Dic ſecundum Arch. & Compo. qui hoc no. in præalle. decre. prima, q̃ iudex ipſe facta proclamatio ne tripli in audientia examinabit, an ſit appellatus, & an ps appellans tempora ſeruauerit, quibus probatis pronuncia bit, cauſam eſſe in curia, & procedendum fore in partis ab-ſentia, & demum procedet, dicunt tamen ipſi hanc pronũ-ciationem plus debere eſſe, quàm de iuris neceſſitate fie-
62 ri. † Sextò quæritur, pone, q̃ electus ad cathedralem, vel re-gularem eccleſiam, cuius electionis negotium ad Papam deducit immediata ſubiectio, vel appellatio, intra tempo-ra debita perſonaliter comparuit, nunquid ipſam confir-mationem, vel proſecutionem negotij per proc. petere poſ ſit. Dic q̃ ſic, vt no. in præalleg. decre. cupientes. §. quòd ſi. in gloſ. ex quo autem, & hoc etiam ibi tenet Io. Mo. & Ar-chid. Septimò quæritur, quid ſi electus legitime impeditus miſit procu. vel nuntium ſpecialem ad proponendum im pedimentum vt s̃. ſed ille etiam fuit impeditus, ita quòd in tra tps debitum proponere non potuit, vide q̃ nota. in p̃al-leg. decre. cupientes. §. q̃ ſi. in glo. ſi miſit.

SVMMARIVM.

1 *Comparationis coram iudice appellationis faciendæ, forma.*
2 *Viduata dicitur eccleſia per carentiam principalis dignitatis. & nume ro. 5. 7.*
3 *Decre. j. de elec. lib. vi. circa comparationem. ſeruanda.*
4 *Iuri antiquo ſtandum, cum non inueniatur immutatum.*
6 *Crimina vel defectus nunquid opponantur contra certam & nomina-tam perſonam.*

§. Septimus.

1 Septimò eſt videndum † de forma comparitionis coram appellationis iudice facienda ĩ huiuſmodi beneficialibus. Circa quam licèt ſatis eſſet remitte-re ad dicta s̃. duobus p̃xi. §§. ex quibus clare & plene hęc colligi poſſunt, tamen breuiter diſtinctionis membra reſu mam. diſtingue enim primò, an appellatio fuerit interpoſi ta in cauſa, in qua agitur, vt quis eiiciatur a iam effectualiter obtento: aut qua agitur, vt quis repellatur ab obtinendo. in pri mo caſu nulla eſt quò ad comparitionis actũ differentia inter beneficiales & non beneficiales, de quibus s̃. ti. proxi. §. qualiter. ver. porrò. in ſecundo verò caſu eſt diſtinguendum, quia aut appellatur ab electione, poſtulatio ne, vel prouiſione facienda, aut a iam facta. Si a facienda, tunc ſubdiſtingue, quia aut appellatur contra incertam p-ſonam, vt quia appellatur, nequis excommunicatus, ſuſpẽ ſus, irregularis, vel aliàs indignus eligatur, poſtuletur, vel promoueatur ad quancunque dignitatem: & tunc dicam in comparitionis forma nil immutatum, ſed ſtandum ei, quod habetur s̃. titu. prox. §. qualiter. ver. porrò. & hoc dico propter decre. qui contra certam, de elec. libr. vj. & per not. eod. li. & tit. ſcilicet de elec. c. j. in gl. quid de facienda. Aut s̃ certam & nominatam ſiue proprio nomine, ſiue appel-latiuo, vt ne Titius eligatur, poſtuletur &c. vel ne archi-presbyter vel præpoſitus eligatur, & circa quod idem, eſt vt no. in præallega. decre. qui contra certam, in tertia gl. & eo caſu ſubdiſtinguimus inter qualitatem beneficiorum; q̃a aut talis appellatio interponitur contra certam perſonam de electione, poſtulatione, vel prouiſione facta vel faciẽda ad principalem dignitatem cathedralis vel regularis eccle
2 ſiæ, per † cuius vacationem eccleſia ipſa cathedralis vel re-gularis dicitur viduata. aut a facta vel faciẽda ad inferiores eccleſiaſticas dignitates, perſonatus, eccleſias, præbendas vel beneficia quæcunque eccleſiaſticą, & hoc ſecundo ca-ſu, quòd, ſcilicet interponitur contra certam perſonam p-pter factam vel faciendam ab huiuſmodi inferiora cathe-dralibus vel regularibus.

Eſt diſtinguendum circa qualitatem iudi cis, ad quem appella-tio eſt interpoſita; quia aut ad Papam, aut ad inferiorem iu dicem a Papa. Et primò expediamus hunc ſecundum casũ quando ad inferiorem a Papa eſt interpoſita, & tunc etiam ſi contra formam electionis, poſtulationis, vel prouiſionis vel perſonas eligentium vel electi poſtulantium vel poſtu lati aliqua opponuntur, etiam ſi opponantur crimina, vel defectus, quo caſu cum nil ſit diuerſum ſtatutum quoad comparitionem interpoſitam, in huiuſmodi beneficialib. ſeruabitur, quod habetur s̃. titu. proxi. §. qualiter ver. porrò & hoc dico propter notata in decre. j. de elect. lib. vj. in glo. ſecus vbi patet ipſam decre. non vẽdicare ſibi locum in ap-pellationibus ad inferiores a Papa in huiuſmodi interpoſi tis: in alio verò caſu, quãdo ſcilicet ad Papam in huiuſmo-di inferioribus eſt interiecta, ſiue in iudicio, ſiue extra iudi cium fuerit interiecta, eſt conſiderandum, an aliqua oppo nantur contra formam electionis, poſtulationis, vel proui ſionis, vel perſonas eligentium, vel electi, poſtulãtium vel poſtulari, prouidentium vel prouiſi, & propter hoc ad Pa-pam fuerit appellatum, an verò quæ opponuntur, etiam
3 propter. quæ appellatur, non ſunt talia. In primo caſu † eſt circa comparitionem ſeruandum, quod habetur in decre. prima. de elec. li. vj. vt videlicet tam is, qui opponit, quàm

qui

Source : BIU Cujas

qui defendit,& generaliter quorum intereſt,& quos cauſa contingit per ſe vel procu.ad cauſam ſufficiẽter inſtructos ſecundum no.de elec.c.cupientes.primo reſpon.in glo.pe. lib.vj.debeant iter arripere ad curiam intra menſem a die obiectionis computandum,& demum q̃cito fieri poteſt ſe ipſos Papæ præſentare, q̃ ſi altera partium poſt aduentum alterius expectata per xx.dies intra ipſos non venerit, procedetur poſtea in eius abſentia ſuper negotio illo ipſa vlterius non citata & non expectata quantum de iure poterit, vt patent hic in prealleg.decre.prima de elect.lib.vj.In ſecũdo uerò caſu,quando ſcilicet ea,quæ in huiuſmodi inferioribus opponuntur,& propter quæ ad Papam etiam appellatur, non ſunt talia, ſtabimus circa comparitionem iuri
4 †antiquo: cum nil hoc caſu inueniam immutatum, & ad hoc faciunt notata de electio.c.j.in glo.ſecus.libr.vj.ad idẽ cle.eod.tit.conſtitutionem.primo reſponſo.pro qua, & ibi per notata potes hoc exemplificare,& de his s̃.§. proxi.vbi plene de hoc dixi.

Si verò quæramus de interpoſitis ī negotiis electionum, poſtulationum,vel prouiſionum factarum ad principales eccleſiarũ
5 cathedralium vel regularium marium dignitates,per†quarum vacationem dicuntur eccleſiæ viduatę. Eo caſu eſt diſtinguẽdum inter appellationem interpoſitam ad Papam & interpoſitam ad inferiorem.Si ad Papam, ſubdiſtingue, aut huiuſmodi appellatio non habet deuoluere effectum confirmationis,vel caſſationis electionis, vel prouiſionis: vt quia nulla facta eſt electio poſtulationis, ſed appellatũ eſt,ne fiat,niſi certa forma ſeruetur, vel ſimpliciter, ne fiat de tali,aut bene habet huiuſmodi effectum deuoluere appellatio talis ad Papam interiecta,& de his s̃.eo.tit.§.j.verſ. igitur.in primo caſu,quando non habet huiuſmodi effectum deducere,ſubdiſtingue;quia aut interiecta eſt contra certam & nominatam perſonam, & contra quam obijciũ tur crimina,vel defectus, & tunc licet non ſit ſeruanda in comparitione forma decre. cupientes. eſt tamen ſeruanda forma decre. primæ.eod.ti.li.vj.de qua forma s̃.proxi.§.aut eſt interpoſita contra incertam perſonam tantum ab ipſa
6 electio.facienda. †Vel contra certam,cui tamen crimina, vel defectus non opponuntur,& hoc caſu cum in comparitionis actu nil eſt immutatum de iure veteri,eadem quæ in non beneficialibus eſt forma ſeruanda, de qua s̃.ti.pxi. §.qualiter.ver.porrò.& de hoc s̃.eo.ti.§.ſextò videndum reſtat,poſt princi.In ſecundo verò caſu, quando ſcilicet appellatio talis ſiue in iudicio,ſiue extra iudicium interpoſita habet inducere deuolutionem confirmationis, vel infirmationis,electionis,poſtulationis, vel prouiſionis, ſiue ante ipſam appellationem, ſiue poſt celebratę ad aliquam huiuſmodi dignitatis, tunc ſeruanda eſt in ipſis forma decre.cupientes,quam ad literam vide s̃.§.proxi. poſt prin.in quo §.circa finẽ.ver.vnum tamen.dixi etiam qualiter ſit facienda & procedendum,cum ad Papam appellatio huiuſmodi interpoſita habet huiuſmodi effectum deuolutionis inducere circa confirmationes vel infirmationes electionum,poſtulationum, vel prouiſionum factarum ad prælaturas regulares monaſteriorum ſeminarum, per quarum
7 †vacationem eccleſiæ viduatę dicuntur, & ibi ſufficiat te remittere. Si autem eo caſu in premiſſis appelletur ad inferiorem iudicem a Papa, tunc cum nihil quò ad actum ꝓſecutionis ſit diuerſum ſtatutum inter has beneficiales & non beneficiales,ſtabimus,& ſeruabitur,quod dixi.s̃. titul. proxi.§.qualiter.verſic.porrò.& de hoc etiam s̃.eod.titu.§. ſextò videndum reſtat.circa fi.ver.breuiter.

SVMMARIVM.

3 *Appellatione pendente ſi mors interuenerit,quid iuris.*
2 *Ambitio eſt reſtringenda.*
Expreſſo vno non uenit reliquum.
Fauor expeditionis eccleſiarum eſt ampliandus.
3 *Lis quando dicatur pendere.*

§. Octauus.

1 Octauò quoque videamus †quid iuris in huiuſmodi beneficialibus, ſi appellatione pendente mors interue.Vbi ſciendum, q̃ ſi ſuper electionibus ad eãdem dignitatem beneficium,vel eccleſiam celebratis inter duos,quorum neuter eſt poſſeſſor, & per appellationem q̃ſtio ventiletur,q̃ vno ipſorum mortuo naturaliter, vel ēt ciuiliter, puta ipſo cauſæ proſecutione excluſo ad aliam electionem lite ſuper electione ſuperſtitis electi pendente procedi non poteſt, vel contra hoc facta electio non valet ipſo iure, vt in decre.j. vt lite pend.ſi autem inter duos poſtulatos,prouiſos,vel præſentatos quæſtio vertatur, idem, vbi alterum cum altero concurrit,ſcilicet electio cum poſtulatione,prouiſione,vel preſentatione,vel id ſimile,cum eadem ſubſit ratio,ſcilicet euitatio diſpendii eccleſiarum, ergo idem erit ius.v.di.ad eius verò.iiij.di.denique.de tranſla.epiſ.inter corporalia.de elec.vbi periculum.lib.vj.

2 Nec obſtat de præben.cum in illis.ij.& iij.reſponſo:† quia ibi ambitio, quæ eſt reſtringenda,& ideo vno expreſſo non venit reliquum, vt ibi. iij. reſponſo,in fi.hic autem fauor expeditionis eccleſiarũ eſt ampliandus,vt in regula odia.de reg. iur.lib.vj.ſi verò alter litigantium poſſideret, & ipſe lite etiam per appellationẽ pendente cederet,vel decederet; tunc non poteſt ſibi aliud ſubrogari,vel ad beneficium illud aliquis eligi, poſtulari, vel præſentari in præiudicium petitoris, qui non poſſidet, aliàs contra factum non valet,vt in decre.ij.vt li.pẽdent.li. vj.Poſſunt tamen illi,quorum intereſt adeſſe defenſioni,vt puta illi,qui elegerunt, præſentauerunt, vel contulerunt cedenti,vel decedenti, vel qui dicit beneficium ſibi debitũ forte ex expectatione,& admittentur ipſi in eo ſtatu,ī quo cauſam inueneruut, vt ibi.eſt autem hodie terminatum p
3 cle.eo.tit.ſcilicet vt lit.pen.cum lite.litem †quò ad hoc dicipendere; cum a iudice competenter citatio emanauit & ad partem citatam peruenit,vel per eam factum fuit, quominus ad ipſius notitiam peruenisſet.dummodo in citatione tempora talia ſint expreſſa,per quæ plenę inſtrui poſſit, ſuper quibus in iudicio couuenitur.

SVMMARIVM.

1 *Appellantę proſequi negligente an poſſit tertius,qui non appellauit, appellationem proſequi.*
1 *Diuerſum cum non inueniatur ſtatutum inter beneficiales cauſas & non beneficiales,quid ſeruandum.*
3 *Appellationem proſequi quando quis poſſit.*
4 *Tertius cuius intereſt qui non fuit appellans nec adherens, an poſſit intentare nouam actionem ſuper obiectis.*
5 *Appellans ſi colludendo permittat ſe ſuccumbere, vel cum aduerſario componit,quid iuris.*

§. Nonus.

1 Nonò tractandum eſt †an appellante in huiuſmodi officialibus proſequi negligente poſſit tertius, qui non appellauit, appellationem proſequi. Circa quod eſt diſtinguendũ circa modum agendi; quia aut agitur, vt quis ab obtento remoueatur vel deiiciatur,& propter hoc fuit appellatum aut impugnando,vel excipiendo aliquid proponitur,vt repellatur ab obtinendo,& ob hoc appellatur. In primo ca-
2 ſu †quando nil diuerſum inneniam ſtatutum quò ad hoc inter beneficiales cauſas & non beneficiales,dicam idẽ ſeruandum,quod in non beneficialibus dictum eſt s̃.ti.proxi. §.j.ver.quid ſi ille.In ſecundo verò caſu puto diſtinguendũ an talis obiectus fiat in iudicio.& tunc idem,quod s̃.prox. dictum eſt: an verò fiat extra iudicium, & hoc caſu ſubdiſtingue,quia aut q̃ impugnat,obiicit crimina, vel defectus contra electum,poſtulatum,vel prouiſum, vel contra certam & nominatã perſonam,ne eligatur,vel poſtuletur,vel ne eidem prouideatur,vel cõtra eligentes:poſtulantes, vel prouidentes,vel electionis,vel prouiſionis formam, & propter quæ appellat non ſunt talia.In primo caſu, aut ille, q̃ vult proſequi, adheſit debito modo & tempore, de quo s̃. ti.proxi.§.j.verſi.quid ſi ille appellationi ab alio interpoſitę dummodo in impoſitione ſit forma debita obſeruata, de
3 qua s̃.eo.§.j.& tunc †poterit appellationem proſeq, dum modo proſecutionis tempore iuret & ſpecificet ſecũdùm formam decre.vt circa.de elec.lib.vj. vt ibi etiam not.in gl. dixit Bar.

Si verò forma debita & ſtatuta per ipſam decre. vt circa.non fuerit ſeruata per appellãtem, ſi in iurando fuit omiſſa,non audietur nedum adherens, ſed nec ipſe idem appellans ſuper aliquo contentorum in ipſa appellatione,nedum per viam appellationis ſed nec etiã per viam quærelæ.Item nec tertius non adherens admittetur in cauſa ipſa pro intereſſe cõmuni, illos articulos vel obiectus proſequens,poteſt tamen aſſiſtere appellanti,ne colludat,vt in cle.de electione.conſtitutionem.§.ceterum.& ſe-
4 quenti,licet fatear,quòd †ipſe tertius,cuius intereſt,q̃ non fuit appellans,nec adherens,poteſt intentare nouam actionem ſuper ipſius obiectibus,& ipſam proſequi pro ſuo ſingulari & priuato intereſſe,vt ibi patet:ſi autem ea,quę obijciuntur,& propter quæ appellatur,non ſunt talia,dico adherentem debito modo & tempore ipſi appellationi admitten-

Source : BIU Cujas

mittendum ad ipsius prosecutionem inuito appellāte; qa ipsius interest propter adhesionis officium. Si verò nō adheserit,vel non debitis modo & tempore,non puto ipsum admittendum ad prosecutionem appellationis; quia sua non interest,& ex ipsa nō fit sibi præiudicium,vt sic in hoc casu idem,quod in non beneficialibus obseruetur, de quibus supra dixi. Poterit autem per modum actionis nouæ ipsam prosequi,fateor tamen,quòd nec his casibus deficit officium iudicis,vt de elect.nil est.& eo.tit.quamuis.lib.vj.

5 † Quid autem iuris, si appellans colludendo permittat se succumbere, vel cum aduersario componit, dic vt dixi ſ. titu.proxi.§.j.ver.quid si ille.

SVMMARIVM.

1 *Appellantium pęna deficientium in appellationis causa.*
2 *Deficiens in probatione obiectorum in personam suspensus est ipso iure a perceptione beneficiorum in ecclesia obtentorum.*
3 *Plena probatio obiectorum in quibus requiratur.*
Appellans & non veniens condemnatur in expensis appellato venienti.
4 *Crimina plura vel defectus obijciens quam pęnam euitet.*
5 *Pęna cum non sit statuta certa,locum sibi vendicat arbitraria.*
6 *Decre.vt circa,in quo locum sibi vendicet.*
7 *Iuris veteris obseruantia non debet immutari circa iudiciales.*
8 *Glo.quandoque potius arguendo, vel allegando, quàm determinando dicit.*
9 *Iura omnia volunt pęnas & odia restringi,& non laxari.*
10 *Protestatio,vel extensio frustra in quibus apponatur.*
11 *Casus plures in quibus non sufficit generale procuratorium, sed requiritur speciale.*
12 Pęna calumniæ quæ sit.
13 *Iuramentum an excludat calumniam.*
14 *Obiecta in personam & in formam an sint diuersa.*
15 *Interpretationem benignam quantum possumus in pœnalibus facere debemus,*
16 *Deficiens in probatione excluditur a prosecutione causæ.*
17 *Obijciens plures euidentes,manifestos, vel notorios defectus scientiæ vel personæ si alterum tantum probat, quid iuris.*

§. Decimus.

1 Decimò videndum est de vltimo. ſ.de pęna † appellā tium in huiusmodi beneficialibus & deficiētium in appellationibus causa.Et circa est considerandum,an in ipsis beneficialibus agatur per modum accusationis,denuntiationis,vel inquisitionis,vt ab obtento quis remoueatur, & in tali causa fuerit appellatum,& hoc casu si succubuerit appellās,nil est de veteris iuris pęna immutatum,vnde locus solummodo erit pęnæ calumniæ, de qua de pęnis.calumnia.an verò agatur vt ab obtinendo quis repellatur, & hoc casu est distinguendum, an ad Papam fuerit appellatum, an ad inferiorem a Papa.Si ad Papam & obijciuntur cōtra electum,postulatum,vel prouisum,vel eligendum, postulandum,vel prouidendum,vel contra eligentes,postulātes vel prouidentes,vel eligere,postulare, vel prouidere debentes ad dignitatem vel beneficium aliquod,crimina vel defectus contra personam aliquam præmissarum,& propter ipsa obiecta ad Papam fuerit appellatum, siue per obiicientē ipsum,sine per eum,contra quem obiiciuntur, secundùm no.per D.P.m.post Compo.in præalle.decre.prima,sup verbo,propter hoc,siue in iudicio, siue extra iudicium fuerit super quibusdam beneficiis interposita, duntamen ad Papam est ipsa pęna deficientis in probatione obiectorum in
2 personam, quia † ipso iure per triennium est suspensus a pceptione beneficiorum,quæ obtinet in illa ecclesia,de qua vel in qua facta vel facienda erat electio,velpostulatio, vel prouisio,ad q̄ beneficia vnum vel plura, si in illud tempus temere se ingesserit,est illis perpetuò ipso iure priuatus, vt in prealle.decre.prima.de elec.li.vj.& eo.ti.si compromissarius.in fi.eo.li.& nihilominus est parti alteri in expen. legitimis per sententiam condemnandus,quas propter hoc dolo querit se fecisse,vt not.D.P.m.post Arch.in præalleg.decre. prima,super verbo suspensum.Dicitur autem eo casu se ingerere ad hoc,vt prædictam pęnam incurrat, etiam si pendente probatione erroris ipsum a prædicta pęna excusare debet is,de quo ſ.ponetur, posuerit custodem, qui omnia perciperet, si etiam ipse nihil administraret.Hæc vera, nisi superioris authoritate id fecerit,vt post Host.scripsit Do.P. m.in præalleg.decreta.prima.super gloss.secus.Si verò deficiat in probatione obiectorum in formam tantum, eo casu condemnatur parti appellanti in expensis legitimis propter hoc factis,vt ibi.

Ad euitandam autem pęnam præmissam quo libet casuum præmissorum re
3 quiritur plena † probatio obiectorum, nec sufficeret casu aliquo semiplena,vt post Arch.ibidem scripsit. P.m.in ver. qui verò,super verbo probatione,nec credas,quod hāc pœnam incurrat appellans,nisi probandi onus subierit, vt no. in præalleg.decre.prima,in glo.hanc pęnam.ibi etiam not. qꝰ appellans, qui non venit, condemnabitur in expen.appellato venienti, quod intelligas,si victus fuerit in fin.li.vt super ipsa glosl.scripsit.D.P.m. & scias pœnas præmissas tūc tantum sibi locum vendicare, si illas obiicienti de iure incumbat probatio obiectionum,secus si non incumbat sibi probationis onus;vt quia ponit se non nominatum,vel vocatum.Circa quod vide,quod dixi ſ.eo.ti.§.j.charta.iij.ver.
4 aduerte. plura autem † crimina vel defectus obiiciens euitat pęnam præmissam,dumtamen ipsorum alterum ꝓbet, quod ad cessationem sufficiat,vt no.in prealle.decre.prima in gl.secundum Comp.& idem ibidem Inno. Host.Io.Mo. & Archi.quid autem iuris, si in illa ecclesia beneficium nō habet opponens,vide no.in decre.si compromissarius.eod. ti.in vlti.glo.vbi tenet,qꝰ extraordinaria pęna punietur, & idem Io.Mo.tenet Archi.contradicens, quòd tunc extendi tur ad omnia alia beneficia, quæ habet etiam in aliis ecclesijs,cuius dictum reprobatur:quia aut ipsa decre.si compromissarius. est iuris veteris declaratoria, & tunc post ipsam non habuit locum pęna,nisi in beneficijs ipsius ecclesiæ,vt sic in subsequentibus postea casibus locus sit dicto glo. vbi
5 in ipsa ecclesia beneficia non habet;quia † cum certa eo casu non sit statuta pęna,locum sibi vendicant arbitria,de offic.delega.de causis.Euadit autem pœnas præmissas quolibet casuum prædictorum,si docuerit,qꝰ probabilis error ipsum a calūniæ vitio excuset, vt præalle.decre.prima.in fin. nam & in obiectu in formam potest cadere probabilis error,vel vt ibidem scripsit.D.P.m.nec puto, quòd appellans in præsentatione patroni ad Papam, vel etiam ad inferiorē iudicem a Papa etiam in casibus sequentis ver.prin. puniat prænis præmissis,si in obiectorum probatione deficiat, de quo sufficiat remittere ad ea,quæ scripsi ſ.eod.titul.§.nunc autem.in fin.Cum verò ea quæ obijciuntur non sunt talia vt præmisi,licet ad Papam fuerit appellatum,eo casu iterū distinguimus,an.ſ.fuerint oppositа crimina,vel defectus ꝑ personam,vel formam,vt superius est dictum,& propter ipsa appellatum. aut ea quæ opponuntur non sunt talia. In primo casu quando,ſ.oppositа sunt huiusmodi, tunc iterū subdistinguimus,an in iudicio,an extra iudicium fuerit appellatum, si extra iudicium,tunc dicam, non probantem obiecta puniri pęna seu pœnis,de quibus supra proxi. dictū est habita distinctione,an defecerit in probatione obiecto-
6 rum in personam,an in formam;quia decre.† vt circa, quæ hoc casu pœnam præmissam imponit, locum sibi vendicat in appellationibus ad inferiores a Papa interiectis, vt ibi no.in glo.ad Papam.

Item etiam locum sibi vendicat locum in appellationibus extraiudicialibus,vt patet eo.titul. constitutio. ergo & ipsius pęna solum in ipsis locum habebit. in secundo verò casu,quando scilicet obiecta, vel oppositа non sunt talia, etiam cum ad inferiores a Papa extra iudicium appellatur, eo casu dicam,qꝰ cum tunc locum non habeat decre.vt circa.nec eius pęnę locus erit:sed solum pęnè iuris antiqui et generalis,vt condemnetur aduersario in expē. propter hoc factis,nec hoc casu habet locum pęna calumniæ,vt dicam infra.Item & idem dicendum est etiam multo fortius, ſ. qꝰ sit locus præmissæ,quando in iudicio est appellatum ad inferiores iudices a Papa,quia siue oppositа fuerunt crimina vel defectus,sine non,dummodo appellatio fuerit iudicialis,non vendicat sibi locum ipsa decreta.nec eius pęna; qa
7 † circa iudiciales nil est de veteris iuris obseruantia immutatum,vt patet in præallega.decre.constitutio.in fine.& faciunt,quæ dixi supra eod.parte ij.§.non autem. de appella. in princ.& adhuc idem,& multo fortius, scilicèt quòd nō sit locus penis præmissis,si coram ordinario confirmatore, sine sit Papa, siue inferior ad repellēdum electum simpliciter absque aliqua appellatione oppono crimina vel defectus,licèt illa non probem. pro hoc dicto faciunt notata ꝑ Compo.in preallega.decre.prima,de elect.lib.vj.in gl.quæritur,& per Guil.in Specu.de procu. §.j.versic.sed nunquid media causæ. Nec obst. huic dicto nota.in cle.non potest. de procur.in magna gloss.& iura ibi allegata,quæ videntur huic dicto contradicere.Nam vt ibi dicere consueui, gloss. in ipsa cle.non tenet huiusmodi dicti contrarium,nam ea
8 † quæ ponit,dicit potius arguendo,vel allegando,quàm determinando dicat,vt per teipsum ibi videre potes. Item qa satis foret absurdum dicere,qꝰ quantum ad eam partem ipsius decre. in qua tractatur de actu deuolutionis causæ ad curiam,

Source : BIU Cujas

curiam,quæ propter faciliorem eccleſiarum expeditionē, & ordinationem eſt inducta,& quæ eſt ipſis eccleſijs & animabus fauorabilis,reſtringatur conſtitutio ipſa in tantum & in ea parte,in qua eſt pęnalis,& odioſa laxaretur contra
9 omnia † iura volentia,pęnas & odia reſtringi,& non laxari,immo videretur potius contrarium dicendum, quòd.ſ. deuolutio in appellationibus & ad alium interpoſitis locum haberet,ſed non pęna illius decret. vt ſic ipſam in eo ꝙ eſt fauorabilis ampliaremus:in eo verò quòd eſt odioſa, reſtringeremus per regulam odia.de reg.iur. lib.vj.cum cō cor.ibi nota.

Reſtat vt reſpondeatur ad iura ī ℑriū allegata in gl. cle.prędictæ.Et primò ad decre.vt circa.de elec.lib.vj.& dic ꝙ illa decre.non facit contra, immo potius facit pro hoc dicto; quia niſi in fin.ipſius decreta. vt circa.fuiſſet appoſita proteſtatio,ſeu potius extenſio,quæ pœnam decret. primæ.eod.ti.& lib. quæ ſolum in appellationibus ad Papam interiectis loquitur,reſeruaſſet,vel extendiſſet ad caſus ipſius decreta.vt circa.quæ in extraiudicialibus appellationi
16 bus ad quencunque Papam, vel alium interiectis locū habet,vt ibi no.in gl.ad Papam dixiſſemus,ꝙ in ipſius decreta.vt circa.caſibus locum non habuiſſet, niſi ſolùm quando appellatio ad Papam fuiſſet extra iudicium interiecta, & hoc per decre.infra eo.ti.& lib. & niſi ſic dicamus, eſſet
10 aliàs dare, ꝙ ille finis, ſeu illa † proteſtatio,vel extenſio fruſtra & ſuperflue fuiſſet appoſita, quod eſſet cōtra prouiſionem auctoris facta in proœmio ſexti libr.decre.ſi forte.eod. lib.& tit.non obſt.quia ſi bene ponderatur notanter nō expreſſit,ſed generaliter loquens innuit,pœnam præal. decre. primæ,deberi in caſibus in quibus exprimitur ipſam deberi: in his autem in quibus non exprimitur, deberi aliàs ordinariam,cum circa non expreſſos nil in ipſa ſtatuatur, ad
17 præal.cle.verò poteſt facilis dari reſponſio, quia ipſa nihil dicit de pœnis illius decre.

Item non eſt bona argumentatio, quæ fit de ipſa decr.quæ dicit,quòd vbicunque eſt locus pœnę illius decre.primæ præalleg.non ſufficit generale procuratorium.ergo vbi non ſufficit,generale procuratorium,eſt locus pœnę. Iſta non eſt bona illa-
11 tio,argumentatio,vel concluſio; quia † multi ſunt caſus, in quibus non ſufficit generale procuratorium, immo requiritur ſpeciale,& tamen non eſt locus pœnæ, & multos tales caſus habes in tex.& gl.decreta. qui generaliter.de.p̄cu.li.vj.Nec ob.pœna decreta.primę.§.qui verò. de elec.lib. vj.quia cum decreta.ipſa ſolummodo loquatur in appellationibus ad Papam interpoſitis, ergo pœna in huiuſmodi ad Papam appellantibus in caſibus ipſius decre. quæ in iudiciali & extraiudiciali appellatione ad Papam interiecta locum habet,& decreta. vt circa. quæ ſolummodo quādo extra iudicium appellatur ad quemcunque tamen etiam inferiorem a Papa,locum tantum ſibi vendicabit, & non ī alijs,ſcilicet quando præter appellationem talia opponuntur,ſtabimus ergo in his vltimis tribus caſibus ſuprapoſitis in ver.in ij.verò & duobus ſequentibus iuri antiquo. puto tamen,ꝙ in his duobus caſibus notatis in verſicu. Item & idem.& verſicu.adhuc,ſcilicet quando in iudicio appellatum fuit ad inferiorem iudicem a Papa,vel quando ſimplicem oppoſitionem aditur ordinarius,ſiue ſit Papa,vel inferior,ſi opponantur crimina,vel defectus in perſonam promouendi, erit tunc pœna calumniæ puniendus opponens
12 & ſuccumbens,quæ pœna † eſt:vt ſimili pœna ipſe puniatur qua puniri deberet is, contra quem oppoſuit, ſi defectus, vel crimina fuiſſent probata,vt ff.de calum.l.j.§.j.& de hoc eod.titu.de calum.c.j.& ij.niſi forte probabilis error ipſum calumniæ vitio excuſaret,vt ſupra dixi,& ſit ratio, quia cū in his caſibus non ſeruetur forma decreta.vt circa. vt ſuperius patuit. & ſic per conſequens non iuretur ſecundùm
3 ipſam formam,ergo † iuramentum non excludit calumniam. Pœna ergo calumnioſi punietur, & locum in his habebit.ad hoc faciunt no.in decre.præalle.vt circa.in glo ſ.ſi autem dicat,& nihilominus fiet cōdemnatio expen. quas conſtiterit aduerſarium propter hoc in lite feciſſe.Sed ſi in ipſis duobus caſibus ſ.not.in ver.Item & idem.& ver.ſequ. nihil fuiſſet obiectum in perſonam electi,ſed ſolum in formam,vel perſonas eligentium,quę obiectio proprie in formam dicitur,vt no.de elec.c.j.lib.vj.in glo. quæ eſt ſup verbo,perſonam.Super qua ſcripſit D.P.m.Io.Mo.& Compo. idem erit eo caſu tantum in expen.condemnatio faciēda, nec erit de calumnia puniendus proprie ſumpto vocabu-
13 lo,pro quo dicto facit decre.vt circa.eo.titul.& lib.q̄ † obiecta in perſonam & in formā ponit vt diuerſa. Nec ob.huic vltimo dicto præal.decre.prima, quę quò ad pœnam æquiparat obiectionem in perſonam electi & perſonam ꝓmouendi,vt ibi nota.& dixi ſupra.Item quia cum pœna præal leg.decreta.primæ, non vendicet ſibi locum,niſi in appellationibus propter prædictos obiectus interpoſitos ad Papam in iudicio, vel extra, vel ad inferiorem extra iudiciū tātum,vt in decre.vt circa.ergo ipſa pœna in præmiſſis duobus proximis caſibus,in quibus termini variantur, locum non habebit,ſed pœna tantum iuris antiqui generalis: † vt ſic in huiuſmodi pœnalibus benignam quantum poſſumus faciamus interpretationem per regulam,odia. de reg. iu.lib.vj.

Et ſcias, quòd in quolibet caſu præmiſſorum, ſcilicet,ſiue ad Papam,ſiue inferiorem,ſiue in iudicio,ſiue extra appelletur, ſiue etiam nō appelletur,ſed ſolummodo ordinarium adeat per viam oppoſitionis,vel exceptionis, & contra promouendum ad dignitatem opponantur etiam poſt confirmationem, puta ante conſecrationem,vel poſſeſſionem adeptam aliqui euidentes,manifeſti,vel notorij defectus ſcientiæ vel perſonę, locum habet in ipſorum diſcuſſione forma decre. ſi forte. de elec.li. vj. & † contra deficientem in probatione locum habet ipſius decret. pœna.vt.ſ.in totum excludatur a proſecutione cauſæ,in qua talia obiecerat, & nihilominus puniatur,acſi in probatione obiectorum omnium defeciſſet quæ tamen forma nec etiam pœna locum ſibi vendicant, quando huiuſmodi opponuntur promouendis ad minora beneficia vel præbendas.vt ibi no.in gl.eſt ergo. & in decre.ab.eod.tit.in glo.ij.quæ autem hic per totum dicuntur de condemnatione expenſarum,intelligas vera,ſi ipſe, qui venit condemnandus in expen.habet proprium.Si verò eſt religioſus,vel profeſſus,qui proprium non habet,pro motu iudicis cōdemnabitur,& punietur alia pœna,vt not.hoc eo.ti.reprehenſibilis,in gl.pe.& de præben.de multa. in iij.
17 gl. † Quid autem iuris ſi obijciens plures tales euidentes, manifeſtos,vel notorios defectus ſcientię, vel perſonæ,alterum tantum probat,& reliqua non probat. Item quid ſi p̄ mixtim examinatis huiuſmodi obiectibus, qui dicentur euidenter manifeſti,vel cum his,qui non proponuntur eſſe tales,appareat ea,quæ euidentia dicebantur, non eſſe p̄bata,reliqua verò ſic,vt no.in præal.decre.ſi forte.in gloſ.ſi ergo.& ibi videas,

FIDERICI SCHENC IVRISCONSVLTI CLARISSIMI.

De appellationibus.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio quid ſit.*
Appellari a quocunque grauamine iure canonico poteſt.
2 *Appellanti tria obſeruanda.*
3 *Notorium & ſi ab onere probandi excuſet,non tamen ab onere proponendi.*
4 *Appellans ab interlocutoria non poteſt alias cauſas proſequi, quàm quas in appellatione ſua expreſſerit.*
5 *Appellare qui poßint.*
6 *Appellare pro alio in cauſa criminali cuilibet permiſſum eſt.*
7 *Appellatio interponenda eſt a minori ad maiorem gradatim.*
8 *Appellatur a delegato ad delegantem.*
9 *Appellare illico ſola voce ſine ſcriptis litigatores poſſunt.*
10 *Appellari ante ſententiam diffinitiuam non poteſt,fallit in aliquot caſibus ibidem enumeratis.*
11 *Iudicis,qui de appellatione cognoſcit,quæ ſint partes.*
12 *Iudex a cuius interlocutoria eſt appellatum, ſi eam reuocauerit, põt ſuper negotio principali procedere.*
13 *Appellare poſt diffinitiuam ſententiam in vna eademque cauſa bis tantum permiſſum eſt,tertiò non licet.*
14 *Grauatus pluribus interlocutionibus toties appellare poteſt, quoties grauatur, vt tamen bis tantum ſuper eodem capitulo appellet.*
15 *Generale verbum reſtringi non eſt nouum.*
16 *Sententia aduerſus matrimonium lata nunquam tranſit in rem iudicatam.*
17 *Appellari a ſententia intra decem dies oportet,& quomodo ſit incũda ratio eorum dierum.*
18 *Appellationi tempus præfixum ſcientibus currit non etiam ignorantibus.*
19 *Appellanti biennij lapſus non præiudicat,ſi per impotentiam appellationem proſequi non potuit.*
20 *Appellationem intra quantum tempus teneatur proſequi appellans, vt non dicatur deſerta.*
21 *Appellantem quæ impedimenta excuſent, vt non dicatur appella-*

tio

Source : BIU Cujas

Federici Schench De appellationibus.

tio ab eo deserta.

22 *Appellatione interposita nihil est innouandum.*

23 *Appellatio, quam constat euidenter non esse recipiendam, executionẽ sententiæ non suspendit.*

24 *Appellatione interposita fructus agri, de quo est controuersia, ita demum apud sequestrum deponuntur, si periculum sit, ne ab aduersario depopulentur.*

25 *Sequestri euitandi remedium est cautio sufficiens.*

26 *Executione per appellationem suspensa, res per executorem auferenda apud sequestrum deponitur, aut eius fructus, si sit immobilis.*

27 *Contumax non auditur appellans. & nu. 39.*

28 *Appellare non possunt homicidæ, venefici, adulteri, cæteriq; id genus si & testibus aut alijs argumentis conuicti fuerint, & scelus sponte confessi sint, & nu. 40.*

29 *Appellanti dantur apostoli. i. literæ dimissoriæ a iudice a quo, & qualis sit eorum apostolorum forma.*

30 *Iudicis negligentia in dandis apostolis appellanti nocere non debet, & num. 32.*

31 *Apostoli intra xxx. dies post latam sententiam appellantibus a iudice dandi sunt.*

33 *Iudex appellationis possit ne nouas allegationes recipere, & numero 36.*

34 *Exceptio peremptoria omissa in prima instantia potest opponi in causa appellationis.*

35 *Appellanti an liceat appellationis causam aliam prosequi, quã a principio proposuerit.*

37 *Appellare quando non sit necesse.*

38 *Appellare quibus casibus prohibitum.*

41 *Appellatur ab officiali episcopi non ad ipsum episcopum, sed ad archiepiscopum.*

42 *Innouata reuocanda sunt per iudicem appellationis, & quid appellatione innouatorum ueniat.*

45 *Appellans a grauamine extraiudiciali debet intra decem dies, post quam grauamen sciuit, appellare.*

44 *Appellans inique ante sententiam remissus ad iudicem principalem in expensis condemnatur.*

45 *Appellationis deserta prosecutio non impedit, quominus sententiam in rem iudicatam transierit.*

1 APPELLATIO † est prouocatio ini quæ sententiæ querelam continens l. præfecti. ff. de mino. Cęterum canonum iure, et ratione iniquitatis, & grauaminis extraiudicialis appellari quoque posse constat c. constitutis. de appellatio. Quoniam sacri canones etiã extra iudicium passim appellare permittunt. Nec solent huiusmodi dici appellationes, sed prouocationes ad causam c. cum sit Ro
2 mana. de appellatio. † Modò tria seruentur solennia, videlicet primò, vt appelletur in scriptis. Secundò, vt causa appellationis exprimatur, etiam si causa sit notoria de iure, & de
3 facto. Nam licet notorium excuset ab onere probandi, nõ tamen ab onere proponendi, secundùm glo. in verbo aliàs causas, in cle. appellanti. de appella. Tertiò vt apostoli petãtur, in quibus appellationis causa exprimetur, & cur appellatio non sit admissa, vel an appellationi forte ex superioris reuerentia sit delatum. Idem obtinet, si ab interlocutoria fuerit appellatum c. j. de appella. libro sexto. Appellan-
4 ti † ab interlocutoria, vel a grauamine iudicis non licet alias causas prosequi, quàm in appellatione sua nominatim duntaxat expressas. Nec processus primi iudicis ex nouis, aut de nouo probandis iustificari potest, vel etiam impugnari, sed tantum ex illis, quæ acta fuerunt, vel exhibita coram ipso. cle. appellanti. de appel.

5 † Appellantes audiri solent hi quorum interest, vel quibus mandatum est, vel qui negotium alienum gerunt, qđ mox reus ratum habet. Sed & si mater ex pietate prouocauerit, dicendum est, hanc audiri debere l. prima. ff. de appel.
6 recipi. Hoc in ciuili causa. † Nam in criminali pro alio cuilicet appellare licet, non tantùm si ille mandauerit, verum quisquis ad ius prouocare voluerit, etiam si damnatus pereat festinans resistat aduersus prouocationem l. non tãtum ff. de appella. & rela. Idem in liberali causa l. prima & ij. ff. de lib. cau.

7 † Appellandum est a minori ad maiorem, & gradatim c. anteriorum (qui est text. Auctentico.) in versicu. ne causa non gradatim procedere, sed perperam videatur. ij. q. vj. & l. imperatores. ff. de appel. & relatio. & l. præcipimus. C. de appel. Sed ad Romanam ecclesiam ab omnibus, maximè tamen ab oppressis est appellandum, & concurrendũ quasi ad matrem, vt eius vberibus nutriantur, authoritate defendantur a suis oppressionibus releuentur. Quia nõ põt,

8 nec dẽt mater obliuisci filium suũ c. Romanã ij. q. vj. † Sed si appellatum fuerit a sententia illorum, qui ex delegatione cognoscunt, necesse est eos æstimare, iuste, nec ne fuerit appellatum, qui causas delegauerint iudicandas d. l. præcipimus. C. de appel. & ꝑ sul. Nam is erit prouocandus, qui iudicem dedit l. prima. ff. quis & a quo appelle. si Pontificis delegatus totam causam subdeleget, nõ ad eum, sed ad Põtificem appellandum est, sicque ad primum delegantem. Secus, si causam subdelegasset nõ in totum. Tunc enim appellari posset ad subdelegãtem. c. super questionu m. §. porrò. de offi. deleg. repugnare tamen videtur l. vnica, in fin. C. qui pro sua iurisd. Vbi si iudices ab imperatore specialiter delegati alijs causas delegauerint, appellationum iudicia ad eos iure remeabunt. Refragari etiam videtur l. prima. §. fin. ff. quis & a quo appelletur. De quo latius per gl. super verbo, non ad eum. in d. §. porrò. & ibi per Doct. Litigatori
9 bus † copia est sine scriptis libellis illico voce appellare, cũ res iudicata poposcerit, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus causis. §. iudicibus. ver. litigatori vero. ij. q. vj. in fi. facit l. a sententia. §. vlti. ff. de appel.

10 † Ante sententiæ tempus, & ordinem euentus, nec a discussore, nec a rationali appellare licet l. ante. C. quorũ appel. non recipi. Itaque a sentẽtia interlocutoria, & ante diffinitiuam non appellatur secundùm Bar. & Bal. ibi, & l. aptissimi. C. de iud. cum post litem contestatam, neque appellare posse ante diffinitiuam sententiam iam statuimus, neque recusare posse, ne lites in infinitum extendantur. Exceptis casibus nonnullis, quos commemorat gl. in c. nõ ita ij. q. vj. Primus est in clerico, qui ante diffinitiuam sententiam appellat. C. de episc. audien. l. ij. Secundus, cum actorum vel pronuntiationis editio negatur. C. vt lite pendente l. secunda. Tertius, cum ab iniuria appellatur l. ait ꝓtor §. permittitur. versicu. nisi forte. quasi aduersus iniuriam appellandum quis ei putet. ff. de mino. Quartus, a grauamine & iniuria manifesta. C. de appel. l. siquis prouocatione. Sed non ita in ecclesiasticis agendum est negotiis, sicut in secularibus. Nam sacri canones, ante, & post litis contestationem appellare permittunt c. non ita vij. q. vj. & c. super eo.
11 el ij. de appel. & c. cum sit Romana. eod. titu. † Cum itaque ex rationabili causa ante sententiam ad superiorem iudicem putauerit appellandum, coram eodem iudice causa probabili appellationis exposita, tali videlicet quæ si foret probata, deberet legitima reputari, superior de appellatione cognoscet, & si minus rationabiliter eum appellasse ꝓstiterit, iudex appellationis illum ad inferiorem remittet, & in expensis alteri parti condemnet, alioqui, scilicet si appellationem pronuntiat tenere, ipse procedet c. vt debitus honor deferatur iudicibus. de ap. Vbi gl. in verbo, alioquin. dicit, iudicem appellationis, primò cognoscere de grauamine, & si inueniat legitimam appellationem, pronuntiare debere, legitimè fuisse appellatum, & postea processurũ super principali. Si verò male appellatum inuenerit, pronuntiabit male appellatum, & remittet partes ad priores iudices, appellantem in expensis condemnando.

At si appelletur a sententia diffinitiua, iudex cognoscet de meritis causæ, & dispiciet, an bene, vel male sit iudicatũ. Nam si bene sit iudicatum, confirmabit, si male. cassabit sẽtentiam priorem ij. q. vj. in fi. & l. eos. C. de ap. In quibus dicitur, quòd iudex tantum pronuntiare debeat sententiam iustam vel iniustam. Si verò plura capitula sint in sentẽtia, siue plures articuli, iudex pro parte potest confirmare, & pro parte cassare, & reformare sententiam secundum q̃ iustum fuerit c. Raynutius. & c. Raynaldus. de testamentis.

12 † Porrò si iudex ordinarius, siue delegatus aliquid comminando, vel interloquendo protulerit, quo executioni mandato alter litigantium grauaretur, & sano vsus consilio ab huiusmodi interlocutionis, vel comminationis effectu destiterit, libere in causæ cognitione procedere potest, nõ obstante, si a tali comminatione, vel interlocutione fuerit appellatum, ne processus negotii friuolis occasionibus retardetur. c. cum cessante, de appellatio.

Item secundùm canones videtur quis posse appellare, quoties necesse fuerit, & quoties superior inuenitur c. omnes. ij. q. vj. Idque si appelletur ante diffinitiuam sententiã. Tunc enim quoties pars grauatur, & grauaminis causam exprimit, videtur appellans audiri debere d. c. vt debitus. de
13 appell. Sed † post diffinitiuam sententiam bis tantum appellare permissum est. Tertiò enim in vna, eademque causa super ijsdem capitulis prouocare non licet. c. si autem. §. post secundam. ij. q. j. Nam (vt imperator ait) si quis in quacunque lite iterum prouocauerit, non liceat ei tertiò in eadẽ lite super eisdem articulis prouocatione vti l. vnica. C. ne li. in vna ea. cau. ter. prouoca. Qui textus etiam habetur ij. q. vj. §. si quis in quacunque. & ibi glo. super uerbo tertio, di

cit,

cit,Qui bis appellauit,non auditur tertio; quia præſumit, quòd toties iuſte ſit condemnandus, & quòd ſic non grauetur.Idem quoq; obtinet ſm canones, etiã ſi quis tertio ĩ eadem cauſa appellaret ad Pontificẽ c.ſua nobis.& ibi glo. ſuper verbo tertio appellare,de appel. Bis itaque ſolum in eadem cauſa appellare permittitur.cap.directæ.de appel.& hoc in ſententia diffinitiua.Item ſi quis bis grauaretur ante ſententiam ſuper vno articulo,etiam bis poſſet appella-
14 re ſuper illo.† Sed ſi ante ſententiam pluribus articulis gra uaretur,toties poſſet appellare. quoties ſuper vnoquoque capitulo grauaretur ſecundùm glo.ibidem ſuper verbo,ap pellare.Et quamquam paulò ante dixerim ex mente gloſſæ in c.j.ij.q.vj.ſecundum canones appellari poſſe,quoties ſu perior iudex inuenitur ca.quoties. eadem cauſa & queſtio ne,vbi dicitur. quoties putauerint prægrauari,mox Roma nam appellent ſedem.Tamen gl.ſuper verbo appellare, in c.ſua nobis.de appel.intelligit quoties.i.ſecundò & nõ vl-
14 tra,& ita reſtringit hoc verbum quoties; vt ſcilicet iura iu- ribus ꝯcordentur,cum † non ſit nouum verbum generale reſtringere xviij.di.c.placuit.lxxv.diſt.c.quod die.ĩ fi. & xij. q.ij.c.ſine exceptione.in prin.& de reſcrip.c.ſedes.vel intellige,quoties diuerſa inferantur grauamina, toties quoquę appellari eſſe permiſſum ſm ea quæ dicta ſunt.

† Porrò & ſi non fuerit appellatum a ſententia ꝺ matrimonium lata, tamen illa ſententia nunquam tranſit in rẽ iudicatam,ideo reuocari poterit,quandocunque error ſentẽtiæ detectus fuerit c.lator.& ibi glo.vlti.de ſenten. & re iudica.quæ etiam dicit contra matrimonium non currere p̃
15 ſcriptionem.Appellandum autem fuerit † ſiue per ſe, ſiue per procuratores intra decem dierum ſpatium,a recitatione ſententiæ numerandorum appellatione iudicibus,quorum intereſt,offerenda.ij.q.vi.c.anteriorum legum.Qui tetus ſumptus eſt ex Authẽtico de appella.& intra quæ tempora debeat appellari.colla.iiij.verſ.& ſancimus omnes appellationes. Et computatur hoc tempus de momento ad momentum,ſecundùm glo.ſuper verbo, a die, in princ.in cle.ſicut.de appel.per c.quod ad conſultationem. de re iudi.Et licèt dicatur intra x. dies, tamen decimus dies etiam comprehenditur ſecundùm glo.ſuper verbo,dierum.Quæ etiam dicit,primum appellationis diem computari debe-
16 re in decendio,& gloſ.† ſuper verbo,a citatione,in d.c.anteriorum.dicit, hoc tempus appellationis prefixum computari debere a tempore ſcientiæ.C.quomodo & quando iudex l.ab eodem.& ff.de ędil.edic.l.cum ſex.& c.biduũ.verſ. ſi aduerſus abſentem ij.q.vj. & arg.in c.ſuper eo. el ij.§.fi.de appel.Nam cum dies dentur ad deliberandum, an ſcilicet velint appellare,vel ſententiæ acqeſcere.§.j.in Auth.de ap- 24
pel.colla.iiij.videtur ignorantibus,cum deliberare nõ poſſint,hoc tempus non currere.Dicendum itaque eſt ſecundùm glo.prefatam,quòd hoc tempus currat a tẽpore ſciẽtiæ,& etiam a tempore potentiæ agendj,quo ſcilicet aliqs agere poteſt d.c.biduum.

17 † Similiter lapſus bienii appellanti non præiudicat, ſi proſecutionem appellationis per impotentiam omiſit. Nam ſaltem per beneficium reſtitutionis in integrum auditur. c.ex ratione.& ibi Panor.extra de appel.Alioqui ei,qui ap-
18 pellat,imparitur † annus,intra quem ſecũdum ſe communiter,vel cum aduerſario litem exequatur,aut ſi iuſta cauſa interceſſerit,alius annus indulgetur,quo tranſacto, lite non completa,rata manet ſententia,authenti.ei qui appel lat.C.de temporibus,ſeu reparatio.appella.Niſi forte iudex a quo appellatum fuerit,ſecundum locorum diſtantiam, 26
perſonarum,& locorum qualitatem reciſius tempus fuerit moderatus,infra quod ſi is qui appellauerit,cauſam appellationis non fuerit proſecutus, tenebit ſententia, & a cauſa ſua cecidiſſe videtur,nec amplius ſuper eodem negotio audietur appellans.c. cum ſit Romana.de appellatio. Sicut appellationem iudicialem, ſic & extraiudicialem intra annum,vel biennium ex cauſa,vt dictum eſt, vel a die interpoſitionis ipſius,vel a die illati grauaminis, vbi a futuro grauamine appellatur,pro ſequi & finire tenetur appel- 27
lans.Quod ſi iuſto impedimento ceſſante non fecerit, debebit eius appellatio deſerta cenſeri.clemen.ſicut.de appel
21 la.† Impedimentum autem multipliciter contingere põt, vel ex parte iudicis.c.biduum.ſecũda queſtio.vj. vel ex parte ipſius appellantis,iuſta de cauſa impediti,vel ex parte appellati.c.ex ratione.de appel.in ver.dummodo proſecutionem appellationis per impotentiam vos conſtiterit omiſiſ- 28
ſe,nolumus quòd iuſtitiæ veſtræ debeat præiudicium generare.& ibi glo.ſi.exemplificat,vel per propriam impotẽtiã, vt puta quia fuerunt impediti iuſta de cauſa,vel quia p iudicem ſtetit,vnde eis non imputatur,vel quia medio tempore partes arbitros elegerunt,authen.ſi tamen.C. de tempo.appel.Vbi tex.ſi tamen in medio cauſæ apud iudicem appellationis,vel motæ,vel non motæ,aliqui eliguntur arbitri,& propterea biennium tranſeat, intra quod oportet appellationem finiri,& per quamlibet occaſionem ad iudicem appellationis cauſa reuertatur,non lædatur ex curſu temporis,ſed exerceatur,& terminum legitimum ſuſcipiat:& ſi decies millies plus, quàm biennij tranſierit tempus,niſi biennium ceſſerit,poſtquam arbitrium fuit deſertum.Et ita ſi de cauſa appellationis compromittatur,tempora interim non currunt,ſecundum Saly.ibidem. Nam quamdiu appellationis proſecutio per compromiſſum, vel aliàs,puta propter mortalitatem, vel peſtem vigentem in loco appellationis proſequendæ,de partium expreſſo ꝯ ſenſu differtur,tempus ad proſequendum eandem, ab homine,vel a iure præfixum,non currit appellanti, niſi forte iudex,videns ex dilatione periculum imminere, prẽcipiat in illa procedi, vt pote, ſi ſit cauſa electionis matrimonij, vel alia,quæ celeritatem deſiderat,cle.quamdiu, iuncta gl.
22 pe.ſuper verbo,vel alias.de appel.Appellatione † interpoſita,ſiue recepta ſit,ſiue non,medio tempore nihil innouari oportet, ſi quidem fuerit recepta appellatio; quia recepta eſt,ſi verò non eſt recepta,ne præiudicium fiat ei,quoad deliberetur,vtrum recipienda ſit appellatio,an non ſit.Recepta autem appellatione tamdiu nihil erit innouandum, quandiu de appellatione erit pronuntiatum. Si quis ergo relegatus fuerit,& appellauerit,non arcebitur,& ſi quis deportatus fuerit,vel adnotatus,neque vincula patietur, neque vllam aliam iniuriam,quam patitur,qui ſententiæ nõ acquieuerat.Integer enim ſtatus eſſe videtur prouocatione interpoſita.Ergo & ſi abſtinere ordine iuſſus ſit,& ꝓuocauerit.eadem ratione poterit iterum participare, cũ hoc ſit conſtitutum,& ſit iuris,ne quid pendente appellatione
23 innouetur l.vnica.ff.de nil nouari appel.penden. † Et hæc gl.ij.ibi intelligit,quando dubium fuerit, an appellatio ſit recipienda,vel non. Si enim patenter cõſtaret eam nõ eſſe recipiendam,vt in multis caſibus enumeratis,C.quo.appe. non reci.per totum,& in l.fi.ff.de appel.recipien. Tunc iudex a quo non obſtante appellatione ſtatim poſſet ſententiam ſuam executioni mandare.Sciendum eſt,cum appellatio non recipitur,omnia in eodem ſtatu eſſe, nec qcquã nouari oportere,etiam ſi contra fiſcum appellatum ſit.Eũ que,qui appellationem non recepit,opinionem ſuam cõfeſtim per relationem ſuam manifeſtare,& eius cauſam,ꝑ qua non recipit appellationem,eiuſque exemplum litigatori edere debere,mandantis continetur l.ſciendum. ff. de appel.recip.

Quamuis igitur appellatione interpoſita nihil innouari debeat,quamuis † etiam viſitatum non ſit poſt appellationem,fructus agri,de quo diſceptatio ſit,deponi, tamen cũ depopularentur ab aduerſario, ęquum viſum eſt, fructus apud ſequeſtrum deponi.l.imperatores.§.fi.ff.de appel. Idẽ ſi dilapidentur fructus ſecundum glo.vnicam in c.quoties poſt auditam ij.q.vj.Concordat.c. vlti. de ſequeſtra. poſ. & fruc.Et caſus quibus fit ſequeſtratio,vide in c.penul.in vlt. glo.de ſeq.poſ.& fruc.Videtur tamen neceſſarium, ſi propter dilapidationem ſit facienda ſequeſtratio,vt prius dilapidatio ipſa ꝓbetur c.penul.allegato,in verbo,ſi eſt ita, ſm Panor.ibidem,colum.penul.verſi.iij.nota.

† Remedium autem euitandi ſequeſtri eſt ſufficiens cautio l.ſi fideiuſſor.§.fi.ff.qui ſatiſ.cogan.et l.ſenatuſconſulto. in fin.ff.de offi.preſid.ſecundùm Cyn.& alios in l.vni.C.de prohib.ſequeſtra.pecu. & Bar. in d.§.fin.& Panor.vt ſupra.

Item ſi ab executore ſententiæ, † modum iudicationis excedente, appelletur, ſuſpenſa executione, ſi res mobilis ſit,ad quam reſtituendam executio fieri debuit, res eadem poſſeſſori auferetur, & collocatur ſequeſtro, reddenda ei pro quo fuerit iudicatum.Si autem fuerit res immobilis,vt fundus,tunc fructus omnes tempore interpoſitæ prouocationis capti, vel poſtea nati, ſimiliter in depoſito collocantur l.ab executore. C.quorum appellationes non recipi.

Porrò notorie † contumax non auditur appellans.c.cum ſit Romana.de appel.& l.& poſt edictum.§.vlti.ff.de iudi.l. properandum. §. cum autem eremodicium.C.de iudic.Nec enim poteſt recipi eius appellatio,qui per contumaciam abſens,cum ad agendam cauſam,negotio prius ſummatim perſcrutato, vocatus eſſet,condemnatus eſt l.prima.C. ꝙuorum appellatio,non recipi.Nullus etiam homicidarum, † veneficorum,maleficorum,adulterorum,itemque eorum,qui manifeſtam violentiam commiſerint,argumentis conuictus teſtibus ſuperatus,& voce propria vitium ſceluſque cõfeſſus audiatur appellans.Sicut enim hoc obſeruari diſpoſuit imperator,ita(vt ęquum eſt) teſtibus productis,inſtrumentiſque prolatis, aliiſque inſtrumentis præſtitis, ſi ſententia

contra

Source : BIU Cujas

contra eum lata sit, & ipse qui condemnatus est, aut minimè voce sua, aut formidine tormentorum territus, contra se aliquid dixerit, prouocandi licentiam ei non denegat. Et ita conuictus & sponte confessus non appellat, secus si sit conuictus tantum, non autem confessus, vel confessus, non tamen spontè, sed tormẽtorum formidine l.ij. C. quo
29 rum appel. non recip. † Post appellationem interpositam litere dandæ sunt ab eo, a quo appellatum est ad eum, qui de appellatione cogniturus est, siue ad principem, siue quẽ alium, quas literas dimissorias siue apostolos appellant, sensus autem literarum est. Appellasse, puta Lucium Titium a sententia talis iudicis, quæ inter illum & Meuium dicta
30 sit. † Sufficit autem petijsse intra tempus dimissorias instãter, & sepius, & si non accipiat, id ipsum contestetur. Nam instantiam petentis dimissorias constitutiones desiderant. Equum est igitur, si per eum stetit, qui debebat dare literas, quo minus det, ne hoc accipienti noceat l.vnica.ff.de libel
31 lis dimisso. hos apostolos † intra triginta dies post latam sẽtentiam numerandos iudices appellantibus præstare cogũtur l.iudicibus. C.de appella. Sed quamuis, rigor iuris exposcat, eum qui appellat, debere petere apostolos congruo loco & tempore sepius & instanter. Pontifex tamen antiquã & communem obseruantiam litigantium sequi & æquitatem rigori pręferre volens, decernit, sufficere, q̃ per appellantem simul vno contextu apostoli instanter & sepius postulentur.

Verum si iudex, a quo appellatur, certum terminum ad recipiendos apostolos appellanti assignet, & appellans in assignato sibi termino non compareat coram eo, nec petat apostolos sibi tradi, appellationi suæ renuntiasse videtur. Similiter si iudex appellanti responderit intra iuris terminũ apostolos daturum, appellationi sue renuntiasse intelligit, nisi intra dictum terminum, congruo loco & tempore instanter & sepius, simul vno contextu, petat apostolos ab eo
32 dem iudice sibi dari, vel si recipere recusat oblatos. † Quòd si iudex in termino ad dandum apostolos prefixo per eum, ipsos appellanti petenti non dederit, aut si dum peterẽtur apostoli, responderit se daturum eosdem, nullo termino sibi præfixo, vel intra iuris terminum, se eos asseruit velle dare, postea per appellantem congruo loco, & tepore, sepius & instanter, vno contextu etiam requisitus, eos non curauerit intra eundem terminum exhibere, appellationẽ suã ex tunc prosequi potest appellans, ac si expresse fuissent eidem apostoli denegati, cle. quamuis rigor. de appell. Ab eo qui appellat intra triginta dies instanter apostoli peti debẽt & eidem intra dictum tempus a iudice exhiberi, aliàs presumitur appellationi suæ renũtiare appellans, si eos intra idẽ tempus petere prætermittat, etiam si vadat aut mittat ad appellationem huiusmodi prosequendam c. ab eo. de appell. lib.vj. Quòd si iudex cum debita instantia, loco & tempore congruo requisitus, eos expresse deneget, vel intra tempus iuris malitiose, aut negligenter tradere p̃termittat, ex tunc si forte in causa procedat, eius inualidus est processus, ut ibidem, & in cap. vt super. de appellatio. libro sexto. Item quando appellatur a grauamine extraiudiciali, putat glos. super verbo, vel extra, in capitu. j. de appella. libr. vj. q̃ tunc non sit opus petere apostolos, sed additio ibi vult, tutius esse, vt etiam petãtur apostoli, cum appellatur extra iudiciũ, puta in electionibus, & alijs, & ita dicit seruari. Vnde dicet appellans apostolos peto, si sit, qui eos dare possit secundũ Ioan. And.

33 † Porrò iudex, ad quem à sententia appellatur, secundùm priores allegationes vel infirmabit, vel confirmabit sententiam ij.q.vj. in fi. Potest tamen nouas allegationes audire. C.de temp. appell. l. per hanc. Vbi licentia quidem patet tã appellatori, q̃ parti aduersæ nouis etiam assertionibus vtendi, vel exceptionibus, quæ non ad nouum capitulum pertinent, sed ex illis oriuntur, & illis coniunctæ, quæ apud anteriorem iudicem noscuntur propositæ. Sicque licet vtiq; parti non propositum proponere, non allegatum allegare & non probatum probare. Si quid igitur in agendo negotio, minus se allegasse litigator crediderit, quod in iudicio acto fuerit omissum, apud eum q̃ de appellatione cognoscit, persequatur l. eos. §. si quid autem in agendo. C. de app.
34 Et exceptio peremptoria, † quæ fuit omissa, & non proposita ante sententiam, potest opponi post sententiam in causa appellationis, aliàs nõ posset, nisi per beneficium restitutionis c. cum Ioannes. in fi. & ibi glos. vlti. de fi. instrument. Hinc etiam iureconsultus in l. scio quesitum. in fi. ff. de ap-
35 pel. inquit in hęc verba, † Quid ergo si causam appellandi certam dixerit, an liceat ei discedere ab hac, & aliam causã allegare, an vero quasi forma quadam obstructus sit? Puto cum semel prouocauerit, esse ei facultatem in agendo, aliã causam prouocationis reddere, prosequique prouocationem suam quibuscunque modis poterit. Sed hæc intelligẽda sunt, cum appellatũ est a sententia diffinitiua, secus aũt si ab interlocutoria. Nam vt Pontifex ait, appellanti ab interlocutoria, vel a grauamine iudicis non licet aliàs causas prosequi, quàm in appellatione sua nominatim duntaxat
36 expressas. † Nec processus primi iudicis ex nouis, aut de nouo probandis iustificari p̃t, vel etiam impugnari, sed tantũ ex illis, quæ acta fuerunt, vel exhibita coram ipso, scilicet iudice. cle. appellanti. & ibi glo. super verbo, nec processus, de ap. Quæ dicit, q̃ diffinitiua, a qua fuit appellatum, põt iustificari & impugnari ex nouis causis, vel nouiter p̃bandis, saluo quod habetur in clementina secunda, de test. Qđ s. publicatis attestationibus testium non possint cã appellationis p̃duci alii, vel ijdem testes sup ijsdem articulis, vel directè ꝯrijs. Sed hoc quidam dicunt procedere de iure canonico, sed non de iure ciuili, vt notat Cy. & alij in d.l.p hanc fm practicum Papiensem in forma libelli appellatorii, sup
37 verbo iniquam & iniustam. † In plerisq; casibus nõ est necesse appellationes interponere, quos videre licet in c. si qs appella. §. is autem. secunda qõne vj. Veluti a sñia lata citra ordinem iudiciorũ, vel lata ꝯ res prius iudicatas, a quibus prouocatum non est. Item si lata sit ꝯ ius scriptum, secus si ꝯ ius litigatoris. Item si lata sit ab vno tñ iudice, pluribus iudicibus datis. Item si iudex ꝯ statutum legis modum certa ratione, & fine certo non obseruato, mulctam irrogauerit. Itẽ si sñia sit lata a iudice mercede corrupto. Item si eligatur ad honorem inhabilis propter infirmitatem ętatis, vt ibidem.

38 Præterea † multis modis appellatio prohibetur. Primò, non appellatur a principe. c. cũcta per mundum, nona q.ij. Sed stultum est illud admonere, a principe appellare phas non esse, cum ille sit, qui probatur l.j.ff.a quib.appella.non licet.

Secundò, non appellatur a senatu.

Tertiò, non appellat qui se a iudice non prouocaturum promisit.

Quartò, si imperator ita iudicem dederit, vt non liceat ab eo prouocare d.l.j.ff.a quib.appel.non li.

Quintò, non appellatur a prefecto pretorio. C.de offi.præfe.pret.lib.j.

Sextò, non appellatur a sententia arbitri compromissarij l. prima. C.de arbitris.

Septimò, non appellatur a sententia momentanęe possessionis cap. ei qui. §. de possessione. ij. quæstio. vj. & l.j. C. si de momen. possess.

39 Octauò, nõ appellat verus contumax l.j. C. quorum appel. non recipi. & in l. contumacia. ff. de re iudi. & l. properãdũ. §. inautem. C. de iud.

Nonò, non appellatur ab executione, nisi modus excedat ĩ exequendo l. ab executore. C. quorum appel. non recipi.

Decimò, non appellatur a sententia lata super reductione ad arbitrium boni viri, secundùm Inno. in c. penulti. de rescrip. & Bar. in l. prima. ff. de legatis. ij. & in l. nemo potest. ff. de leg. j.

Vndecimò non appellatur, quoties fiscalis calculi satisfactio postulatur, aut tributariæ fructionis solenne munus exposcitur, aut publici, vel etiam priuati, dummodo euidẽtis atq; conuicti redhibitio debiti flagitetur l. abstinẽdum. C. quor. ap. non reci.

Duodecimò, non appellat is, q uem constiterit, publicum esse debitorem l. fi. C. eod.

Decimotertiò, non auditur appellans, ne voluntas defuncti testamento scripta exequeretur, vel ne quos scriptos paterit heredes in possessionem mittant̃ l. quisquis. C. quor. ap. non recipi.

Decimoquartò non permittitur appellare, si res dilationẽ non recipiat. veluti, ne testamentum aperiatur, ne frumentum in vsum militum, vel in annonæ subsidia ꝯhatur, neue scriptus heres in possessionem inducatur. Item si ex perpetuo edicto aliquid decernatur id quo minus fiat, non p̃mittitur appellare. Item quo minus pignus vẽdere liceat, appellari non potest l. fi. ff. de appel. non recip.

Decimoquintò, non appellat homicida, veneficus, adulter malefi cus, & qui manifestam violẽtiam commisit ꝯuictus & voce propria confessus, secus si ꝯuictus, & non ꝯfessus l. secunda. C. quorum appel. non recipi.

Decimosextò, non appellat officialis ꝯdemnatus a ꝓprio iudice ratione male gesti officij l. nulli. C. eod.

Decimoseptimò, non appellat̃ a correctione superioris, de offi. ordinarij c. licet c. ad nostram. de app. de quo latius ibi.

Decimooctauò, non appellat datus tutor, sed intra tpa prestituta excusationẽ allegabit, & si fuerit repulsa, tũc demũ appellabit. Sed vocatus ad aliquod munus, vel honorem mox appellare põt l.j. §. si quis tutor. ff. quando appel. sit.

40 † Deci-

Source : BIU Cujas

tentia. Nam per appellationem non ſuſpenditur, cum ſecũ trahat executionem, & non obſtante appellatione quis ex communicatus denuntiari poteſt, de appel. c. paſtoralis ca. is cui. in fi. de ſent. excommun. lib. vj. Appellari tamen poteſt ad hoc vt negotium transferatur ad ſuperiorem c. peruenit. de app. de ſenten. excommu. c. per tuas, in princ. Tũc ſuperior abſoluere poteſt excommunicatum appellantẽ, & tenetur remittere ad excommunicatorem ꝓ abſolutione, niſi velit, vt prædicto c. per tuas. verſi. ſi verò.

Vigeſimoprimò, non appellatur ab eo, quod a maiore & ſaniori parte capituli fuerit conſtitutum, niſi a pauciori-bus aliquid rationabiliter obiectum fuerit ca. j. de his quæ fiunt a maiore parte cap.

Vigeſimoſecundò, non appellat condemnatus de falſa mo neta l. prima. C. de falſa mone.

Vigeſimotertiò, non appellat, qui terminum non recepit ad ſoluendum, vel qui ſententiæ acquieuit c. gratum. de of fic. deleg. & de re iudi. c. quod ad conſultationem.

41 Porrò † ab officiali epiſcopi, non ad epiſcopum, ſed ad archiepiſcopum appellandum eſt ca. Romana. de appel. lib. 6. Item ab archidiaconis, vel ab alijs inferioribus prælatis appellatur ad epiſcopum, & non ad archiepiſcopum d. c. Romana. §. ab archidiaconis. niſi aliud habeat conſuetudo, vt ibidem.

42 † Non ſolum innouata poſt appellationem a diffinitiua ſẽtentia interiectam debent ſemper ante omnia per appellationis iudicem penitus reuocari, ſed etiam ea omnia, quæ medio tempore inter ſententiam, & appellationem, quæ poſtmodum intra decendium interponitur, innouantur, reuocari debent, ac ſi poſt appellationem eandem innouata fuiſſent. Illa verò q̃ poſt appellationẽ interpoſitam ante diffinitiuam ſententiam innouantur, donec appellationis cauſam veram eſſe conſtiterit, reuocari non debent, niſi iudex appellationis, poſtquam ſibi conſtiterit per appellationem emiſſam ex cauſa ꝓbabili, fore ad ſe negotium deuolutum, inhibeat canonice iudici, a quo appellatum extirit ne procedat. Tunc enim quidquid poſt inhibitionem eiuſmodi fuerit innouatum. eſt (licèt cauſa eadem non ſit vera) per eundem appellationis iudicem, ante omnia in ſtatũ priſtinum reducendum cap. non ſolum. de appella. libr. vj. Appellatio in ſcriptis porrecta iudici valet, licèt coram eo

43 lecta non fuerit capitu. appellatio. de appel. lib. vj. † Qui ab electionibus, poſtulationibus, prouiſionibus, & quibuſlibet extraiudicialibus actibus, quibus grauatus eſt, appellare velit, intra decẽ dies, poſtquam grauamen ſciuit, appellare debet. Poſt decendium verò non auditur appellans, ſed per remedia iuris communis, & per contradictionem debitam audietur c. concertationi. de appella. lib. vj.

44 Porrò † iudex appellationis inique appellantem ante ſententiam remittet ad iudicem principalem, & in expenſis condemnabit, & hoc ſi principalis iudex nõ detulerit appellationi. Nam ſi detulit, non fiet remiſſio de neceſſitate. In appellationibus interpoſitis a diffinitiua ſententia antiqua iura ſeruantur c. cum appel. friuolis. de app.

45 lib. vj. † Denique proſecutio appellationis deſertæ, etiam ſi appellatus per ſe & principaliter proſequatur, non impedit, quin ſententia cenſeatur in rem iudicatam tranſiuiſſe, cle. ſi appellationem. de appella.

D. GVIDONIS PAPÆ.

De appellationibus tam in ciuilibus quàm criminalibus cauſis.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio conſtituit appellantem in protectione iudicis ad quem.*
2 *Iudex appellationum de quibus ſe intromittere poſſit.*
3 *Iuriſdictio iudicis appellationum eſt ligata in territorio iudicis ordinarij.*
Iuriſdictio iudicis ad quem expirat ſententia per eum lata.
4 *Appellans non debet recedere a præſentia iudicis a quo, donec appellationi detulerit, vel deferre renuerit.*
105 non appellauerint ipsi venientes ab intestato. † Aliquando bona non sunt expresse in sententia publicata: quia iudex omisit, sed veniunt ipso iure ex natura delicti, vt in crimine læsæ maiestatis, vt supra dictum est, & tunc licet moriatur pẽdente tempore ad appellandum, tamen hæredes non consequuntur bona: quia statim lex secum trahit executionem, ar. l. j. §. j. ff. ad Turpil. & quod ibi no. Barto. etiam si dicti hæredes appellassent: quoniam secundum veritatem a tali sententia super crimine læsæ maiestatis non potest appellari. l. constitutiones. ff. de appel. & quia memoria hominis in tali delicto potest damnari, vt Insti. de obli. quæ ex quasi delicto per contrarium. Secundo casu principali quando bona sunt expresse in sententia publicata, & tunc aut æquè principaliter: vt quia dixit iudex & eius bona publicamus &c. Aut accessorie: quia dicit, condemnamus ad mortem cum publicatione bonorũ, primo casu cum tot sint sententiæ, quot sunt capitula, vt l. etiam. §. j. ff. de minoribus, & duo sunt capitula æquè principalia, vnum de morte, aliud de publicatione bonorum, ideo licèt morte extinguatur illa pars sententiæ, ꝙ debeat mori: quia iam est mortuus post sententiam, tamen nõ extinguitur ipsa sententia quò ad aliam partem publicationis bonorum, vnde cum illa sententia respectu bonorũ principaliter aggrauet ipsos hæredes, ipsi hæredes pro suo interesse & suo nomine & non nomine defuncti poterunt appellare & appellationem ipsam prosequi vsque ad finem secundum Bald. in d. l. 3. aliàs talis sententia etiam quò ad bona cõfirmaretur lapsu 10. dierum. Secundo casu quando publicatio bonorum venit accessorie: tunc extincta sentẽtia in principali, videlicet in crimine propter mortem extinctam, extinguitur etiam in accessorijs, & sic in publicatione bonorum, Ange. in l. j. & 2. & 3. ff. de pen. lega. & in cap. accessorium. de re. iu. li. 6. & sic hoc casu nõ est necesse, ꝙ hæredes appellent.
106 † Centesimouigesimoprimò quæro. Si iudex appellationũ profert ordinationem super attentatis pendente appellatione. An talis pronunciatio erit simplex interlocutoria, vel habet vim diffinitiuæ? Dic ꝙ habet vim diffinitiuæ quò ad effectum clem. appellanti. de appel. quò verò ad alia non habet vim diffinitiuæ, sed dicitur simplex interlocutoria, ita dicitur in decisionibus Rotæ Curiæ Romanæ sub rubrica. Item si iudex reuocans aliqua attentata, numero 18.

Centesimouigesimosecundò quæro. Si iudex deneget inquisito copiam titulorum inquisitionalium concedere & tradere, an poterit appellari? Dic ꝙ sic secundum Specu. in titu. de inquisitione, in §. j. ver. item si petit fieri &c. & in §. nunc tractemus. in ver. hac igitur, & ibi, & tunc superior illi &c.

107 † Centesimouigesimotertiò quæro. Si a sententia diffinitiua non appellatur eodem instanti, debet postea in scriptis appellari, sed an in appellatione debeat causa exprimi sicut quando ab interlocutoria? Specu. quòd non in titu. de appe. §. qualiter autem. circa princip.

Centesimouigesimoquartò quæro. Si opponatur exceptio contra compulsorias, & iudex talem exceptionem repellat, & concedat præcisas, si appelletur a cõcessione præcisarum. An in causa appellationis poterit dicta exceptio opponi? Dubium facit: quia non fuit appellatum a repulsione dictæ exceptionis, de hoc vide, quæ plene dixi in tractatu meo super statuto Delphina. de literis cõpulsorijs & præcisis, in 15. qõ.

Centesimouigesimoquintò quero si appellans ꝑ inductione suæ appellationis nõ faciat citari & inhiberi iudici a quo intra 30. dies. An ipse iudex a quo poterit suam sententiam mandare executioni, ac si in rem transiuisset iudicatam. Vide quæ plene scripsi in decisionibus curiæ parlamenti, quæstio-
108 ne. 213. † Quis sit effectus iter arripere post appellationem interpositam. Dic, quòd interim ipse censetur esse in protectione iudicis ad quem c. dilecti. lo primo. de appellationib. & ponit Inn. & Io. And. in c. vt debitus. eo. titu. & Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de no. ope. nun. super 2. lectu.
109 quod facit ad quæstionem † quando aliquis per castellanũ, vel alium magistratum in arresto cõstituitur, & ipse arrestus non tenet, sed recurrit ad superiorem, ꝙ pro arresto non tẽto non debet molestari, nec aliquid contra eum interim fieri, prout idem tenet Bar. & hoc deberet intelligi, vbi ab arresto fuisset appellatum, sed stilus curiarum huius patriæ Delphina. seruat contrarium, quia recurrendo ad superiorẽ non dicitur arrestum frangere, de hoc etiam tetigi in apparatu per me Guidonẽ facto super statuto, si quis per literas, in gl. super verbo appellatione cessante, cum similibus.

IOANNIS FERRARII MONTANI

De appellationibus, & earum vera ratione. Supplicandi vsu. Restitutione aduersus rem iudicatam. Exceptionibus, quæ sententijs obijciuntur. Impedimentis executionum. & Recusationibus Judicum.

SVMMARIVM.

1 *Legis opus ad deuinciendam hominum vitam.*

2 *Iustitiæ*

Ioannis Ferrarij. De appellationibus.

2 *Iustitiæ ciuilis, ad quam nati sumus, definitio.*
3 *Legis scriptæ beneficiorum.*
4 *Mores ciuitatum, consuetudinem, demum legem inducunt.*
5 *Iudicis considerantia quæ esse debeat, tam in ciuilib. quàm in criminalibus.*
6 *Iudicum oscitantia.*
7 *Appellandi vsus vnde profectus sit.*
8 *Appellatione interposita prior sententia in suspenso est, hinc appellatio dicitur ius.*
9 *Appellationis commendatio a vetustate.*
10 *Mulctæ per magistratum inflictæ olim populus Roman. cognitor erat reo pronocante.*
11 *Paulus Apostolus ad Cesarem & ipse appellauit.*
12 *C. Caligula de iurisconsultis abolendis consilium iniit.*
13 *Ius ciuile quid sit.*
14 *Appellandi ratio ad quid comparata sit.*
15 *Temere prouocantium incommoda.*
16 *Appellationis quot sint species.*
17 *Appellatio extraiudicialis quæ sit, & quomodo, & quare interponatur, & quæ sit eius natura. & nu. 18. & nu. 22.*
19 *Quid si aliquid gestum sit post appellationem extraiudicialem.*
20 *Reuocatio attentatorum qualiter fiat.*
21 *Gesta extra iudicium in rem iudicatam transire non solent.*
23 *Prouocatio regulariter est a sententia diffinitiua.*
24 *Prouocationis effectus quis sit.*
25 *Iustum ex iniusto oritur propter rei iudicatæ authoritatem.*
26 *Grauaminis causæ an exprimi debeant in appellatione. & numero 28. 29. & 30.*
27 *Appellandum quomodo sit ab arbitri sententia.*
31 *Appellatio voce qualiter & quando fieri possit.*
32 *Appellandum si sit ex interuallo, scripto fieri debet.*
In modicis tamen, quæ summarie tractantur, id locum non habet. ibidem.
33 *Appellari qualiter & quando possit ab interlocutoria, & in appellatione huiusmodi exprimantur causæ. & nu. 34. 35. & 36.*
37 *Appellatur in foro ciuili ab interlocutoria etiam sine scripto.*
38 *Appellatio ab interlocutoria quid operetur.*
39 *Apud iudicem a quo, extra grauaminum allegationem, non est quicquam agendum.*
40 *Appellatio ab interlocutoria non potest iustificari ex causa, quæ non sit nominatim expressa.*
41 *Causa grauaminis quomodo reseruari poterit declaranda.*
42 *Appellationis quomodo possint geminari.*
43 *Ab arbitri sententia non prouocatur, nisi in casibus nonnullis, de quibus ibi.*
44 *Prouocare tertiò non poterit, qui in eadem lite tres aduersas sententias accepit.*
45 *A sententia possessorij non appellatur.*
46 *Condemnatus ad restitutionem possessionis vnà cum fructibus, & interesse, bene potest appellare.*
47 *Santentia in possessione poterit nulla dici, quamuis non admittatur pro uocatio.*
48 *Appellatur in possessorio secundùm canones.*
49 *Ab expensarum taxa non appellatur, nisi modus excedatur per iudicem.*
50 *Ab exequutione sententiæ non appellatur, nisi executor modum excedat. & nu. 51.*
52 *Modus quando excedatur parte non vocata.*
53 *Iudex sententiam suam declarare poterit.*
54 *Interpretationis sententiæ exemplum.*
55 *Pars non citatur, vbi testis per iudicem repetitur ad eius dicti declarationem.*
56 *Appellatur ab iniqua sententiæ interpretatione.*
57 *Ab expensarum moderatione quando prouocetur.*
58 *Casus criminales in quibus prouocari non potest. & nume. 69. 70. 71. 72. & 73.*
59 *Casus criminales in quibus appellatio permittitur, & admitti debet. & nume. 65.*
60 *Alius prouocare potest pro damnato, non tamen potest prosequi sine certo mandato. & nu. 61.*
62 *Pro resistente condemnato, etiam eo inuito potest appellari.*
63 *Reus defensionibus suis renunciare non potest.*
64 *Appellatio vnius ex pluribus vna sententia condemnatis, simul & victoria alys commodabit.*
66 *Membro mutilandus per sententiam potest appellare.*
67 *Iudex potest cogere damnatum ad mulctam potius dandã, quàm quòd membri mutilatio, vel mors ciuilis sequatur.*
68 *In reorum cadauera non animaduertendum.*
74 *Quid seruandum in seruis condemnandis.*
75 *Serui sententiam passi non appellant, sed domini ipsorum, & quando eis liceat supplicare. & nu. 76. & 79.*
77 *Pœnę durissimæ, quæ adhibebantur seruis a dominis suis. & numero 78.*
80 *Iudex post appellationem aut supplicationem non pergat.*
81 *A sententia contra emansorem, aut contumacem lata non appellatur, nisi in casibus, vt ibi. & nu. 82.*
83 *Sententia iure non datur, quæ contra leges, vel sen. consulta, vel constitutiones fuerit prolata.*
84 *Facti quæstio iudicis arbitrio relinquitur.*
85 *Minor 14. annis testamenti factionem non habet.*
86 *Ius liberorum quomodo vacationem a muneribus præstet, & qui ob alias causas etiam excusentur. & nu. 87. & 88.*
89 *Oportet ius esse expressum, vbi sententia in contrarium lata non debet valere.*
90 *Quid de sententia contra litigatoris ius prolata. & nu. 91.*
92 *Sententia venalis nulla.*
93 *Pronuntia contra sententiam prius latam, quæ in rem iudicatam transijt, non valet.*
94 *Quid si iudices plures sint delegati, quomodo ferri debeat sententia per eos.*
95 *Mulcta quid sit, & vnde originem traxit. & nu. 96.*
97 *Mulcta debet delicto correspondere.*
98 *Sententia, qua mulcta dicitur, quando nulla dicatur.*
99 *Ab expensarum compensatione quando non appelletur.*
100 *Ab electione inuolida non appellatur.*
101 *Suffragia in creandis magistratibus, primò libera, deinde coempta fuerunt.*
102 *Suffragiorum libertatem Iulius Cæsar ademit.*
103 *Magistratus qualis est, talis & populus.*
104 *Sententia quando sit nulla. & nu. 105.*
106 *Causa vbi denuo agitanda sit post sententiam nullam.*
107 *Sententia ipso iure nulla non potest confirmari.*
108 *Ex quibus actis causa sit denuo inducenda.*
109 *Nullitas quando ex actis sit, & sententia, quid agendum.*
110 *Appellant hi solùm, quorum interest.*
111 *Appellat & procurator, maxime si dominus litis factus est.*
112 *Procurator quando cogatur appellare, & quando non.*
113 *Procurator quamuis appellare debeat, prosequi tamen eam neque cogitur, neque potest.*
114 *Appellationem ab interlocutoria procurator prosequi debet.*
115 *In procuratorum vulgus imperitum aliqua.*
116 *Procurator ad appellationem se sua sponte ingerens quando audiatur.*
117 *Actor quando appellationem prosequatur.*
118 *Procurator procuratoris etiam appellat.*
119 *Tertius quando appellare possit.*
120 *Emptore condemnato venditor appellare potest, & e regione, emptor venditore condemnato. & nu. 121.*
122 *Dominus etiam pro subditis suis rectè appellat, & amicus pro amico. & nu. 123.*
124 *Appellatio alterius quando alteri prodest.*
125 *Appellatio non debet esse ad iniquitatis defensionem.*
126 *Pœna temere appellantium ex constitutionibus, & ex canonibus, & nume. 127.*
128 *Pœna iudicis prouocationem non recipientis.*
129 *Ignorantia an excuset assessorem.*
130 *A principis sententia non appellatur. Nec a sententijs præfectorum prætorio. ibidem.*
131 *Coram quibus sit appellandum.*
132 *Quot modis appelletur, & quo loco & tempore. & nu. 133. & 134. & infra quod tempus. nu. 135.*
136 *Appellans poterit intra decendium variare.*
137 *Decendium ad appellandum quo modo vtile.*
138 *Maior iudex appellatur.*
139 *Quid si alius pro alio appelletur.*
140 *Appellationes alternatiuæ etiam interponuntur.*
141 *Plures iudices etiam quando appellatur.*
142 *Apostoli seu literæ dimissoriæ & eorum forma.*
143 *Apostoli quando in scriptis petendi.*
144 *Literæ dimissoriæ intra 30. dies dandæ, quod tempus est continuum. & nume. 145.*
146 *Quid agendum, si apostoli non dentur.*
147 *In iudices truculentos, & contumelias inferentes declamatio.*
148 *A iudicis contumelia prouocatur.*
149 *Quid si per metum iudicis quis non appellat, & quis esse debeat talis metus hoc casu. & nu. 150.*
151 *In mediocribus causis non appellatur.*
152 *Princeps in quota summa cognitionem accipiat.*
153 *Plures summæ quando coniungantur ad appellandum.*
154 *Annus ad appellationem prosequendam, & ex causa biennium conceditur. & nu. 165.*
155 *Causæ ex quibus alter annus ad appellationem prosequendam conceditur.*
156 *Tempus istud ad appellationem prosequendam, etiam partium consensu produci potest.*
157 *Annorum fatalium ad prosequendam appellationem, primi scilicet & secundi*

Source : BIU Cujas

ſecundi petitio, qualiter fieri debeat.
158 *Tertius annus quando ex reſtitutione detur.*
159 *Quid ſi procurator, vel aduerſarius impedierit circa huiuſmodi proſequutiones, & qualiter impedimentum probetur, & nu.160.*
161 *Iudex a quo prouocatum eſt, an tempus exercendæ appellationis coarctare poſſit. & ſi ſtatuat terminum, quomodo is terminus appelletur, & de termino ad ſe præſentandum, & iter arripiendum, & nu. 162.163. & 164.*
166 *Iudex appellationis de terminis iuris nihil ſtatuit.*
167 *Anima eſt omnibus rebus præcioſior.*
168 *Quid ſi appellatus abſens fuerit, & in termino præſtituto appellator compareat, quomodo procedi poſſit, & quid ſimiliter ſi appellator emanſerit. & nu.169.*
170 *Appellationis proſequutio vltimo menſe anni fatalis etiam datur.*
171 *Appellationem defuncti quando hæres proſequi, & peragere cogatur,*
172 *Appellationem a ſententia penali hæres non proſequitur, quod limita, vt nu.173. & 174.*
175 *Condemnatio bonorum quando expreſſa dicatur.*
176 *Delicta vt impunita maneant, publicè intereſt.*
Adnotatio reorum qualiter fieri debeat, ibidem.
177 *Appellationem propter acceſſorium exercemus.*
178 *Hæres habet quatuor menſes pro exercenda appellatione ſupra reliquum tempus.*
179 *Tutores & curatores quomodo cogi debeant tutelam adminiſtrare, maxime circa pupilli appellationem, & qualiter & quando tutor appellet. & nu.180.*
181 *Tutor malam cauſam pupilli nomine non moueat.*
182 *Tutor vel hæres appellationem eius ante rationes exercet.*
183 *Iudex prior de alijs cauſis inter partes cognoſcit præter appellationẽ, ea pendente.*
184 *Appellatione pendente nihil innouandum.*
185 *Idque tam in rebus ciuilibus, quàm criminalibus locum habet.*
186 *Quid ſi condemnatus ex pluribus facinoribus, propter quædam ſolũ appellet, propter quædam verò non.*
187 *Caſus in quibus etiam ab appellatione interpoſita progredi licet.*
188 *Attentata pendente appellatione reuocari quomodo debeant, & nouata.*
189 *Quid probandum in attentatis & nouatis.*
190 *Quid in appellatione ab interlocutoria.*
191 *Appellatione deſerta rata manet ſententia.*
192 *Appellatio quando deferatur tempore fatali elapſo.*
193 *Appellans citari debet ad executionem ſententiæ.*
194 *Sententiam exequi ad quem ſpectet.*
195 *In iure quod vtile & honeſtum ſit, quærendum.*
196 *In appellatione exercenda quæ conſideranda veniant.*
197 *Sententia quomodo vitietur.*
198 *Actoris partes ſubiens quomodo appellationem exerceat.*
199 *Reus appellans quando iniquitatem etiam cum nullitate exerceat.*
200 *Sententia adiudicatoria quare ita dicatur.*
201 *In vulgus tabularum declamatio.*
202 *Attinentia ſolum proponenda ſunt.*
203 *In peragenda appellatione poterit alia cauſa allegari.*
204 *Secus eſt in appellatione ab interlocutoria.*
205 *Sententia quot rationibus dicatur nullius momenti.*
206 *In mortuum pronuntiari non debet.*
207 *Locus inhoneſtus facit ſententiam inefficaciter proferri.*
208 *Nefaſtis diebus ius dicere non eſt permiſſum.*
209 *In modo pronunciandi etiam peccatur, vt ibi.*
210 *Poſt tres ſententias conformes de nullitate non eſt quæſtio.*
211 *Iuris ad bonum & æquum interpretatio fieri deberet.*
212 *Iuris cognitionem habens quid habeat.*
213 *Sententia notorie iniqua reditur nulla.*
214 *Sententia nulla quid ſi per appellationem confirmetur.*
215 *Nullitas & iniquitas quando vno libello comprehenduntur.*
216 *Nullitas quando ſeorſum ab iniquitate tractetur.*
217 *Sententia quot modis nullius momenti eſſe dicatur.*
218 *Nullitas incidenter quomodo exerceatur.*
219 *Iudex an pronunciando bene iudicatum, & male appellatum, an videatur ſententiam ſuffulcire, vt porrò impugnari nequeat.*
220 *Iudiciorum finis eſt ius.*
221 *Actor quemadmodum nouis aſſertionibus in proſequenda appellatione vti poteſt, ita & reus nouis defenſionibus.*
222 *In cauſa appellationis quid ſolummodo tractandum ſit.*
223 *Capitulum nouum, & capitulum antiquum quæ ſint, & nu.124.*
225 *Actores in aſſertionibus, & rei in defenſionibus quid ſeruare poſſint, & debeant.*
225 *Reus etiam nouis defenſionibus vti poteſt contra actorem.*
227 *Exceptiones extra locum non admittendæ.*
228 *Exceptiones quomodo proponendæ ſint.*
229 *Cautela pro exceptionibus tutius proponendis.*
230 *In appellatione an noui teſtes produci atque item veteres repeti poſſint. & nu.231. & 232.*
233 *Teſtes non admittuntur ad ſemel probatum.*
234 *Teſtes contrarium depoſituri, atque item alij teſtes poſt publicationẽ, quando admittantur.*
235 *In cauſis matrimonialibus teſtes iterum atque iterum ſuper eodem capitulo recipiuntur.*
236 *Probatio ocularis ſeu per facti euidentiam quæ ſit.*
237 *Cautela vt teſtes alij iudicis officio interrogentur.*
238 *Cuius ſit probare in appellatione iuſtificata.*
239 *Teſtes minus ſolenniter examinati repetuntur.*
240 *Teſtes ex interuallo dictum ſuum declarare poterunt.*
241 *Teſtes incontinenti variare permittuntur, quod intelligitur, ſi altero die venerint.*
242 *Teſtium reproductio fit ex partium conſenſu.*
243 *Inſtrumenta etiam reproduci poſſunt.*
244 *Iudex poteſt pro veritate teſtes interrogare.*
245 *Allegationes nouæ in appellatione ab interlocutoria non fiunt.*
246 *Reconuentio in appellationis cauſa non fit.*
247 *Appellator quid obſeruare habeat.*
248 *Appellans quid æquè obſeruare debent.*
249 *Iudex ex actis pronunciare habet.*
250 *Duarum ſententiarum conformium vera ſit executioni mandanda.*
251 *Sententia quando partim confirmari, & partim corrigi poſſit.*
252 *Cauſæ confirmationis vel reuocationis prioris ſententiæ in ſecunda inſeri per iudicem debent.*
253 *Homo ſemper eſt querulus.*
254 *Supplicandi vſus quare conſtitutus, & eius vtilitas. & nu.255.*
256 *Supplicationis vſus ante ſententiam.*
257 *Supplicationis vſus poſt ſententiam, & eius effectus vtroque caſu. & nume.258.*
259 *Supplicatio ab appellatione differt.*
260 *Precibus quando non eſt locus.*
261 *Supplicari ſemel tantum poteſt.*
262 *A quibus ſupplicare eſt permiſſum.*
263 *A principe an quandoque ſupplicari poſſit.*
264 *Apud minores iudices quis vſus precum.*
265 *Supplicatio etiam ijs, qui a conſilijs ſunt, porrigitur.*
266 *Supplicatio in ſcriptis fieri debet, quandoque voce facta ſufficit.*
267 *Supplicationis vis quæ ſit.*
268 *Quid ſi ſupplex integri reſtitutionem petat.*
269 *Executio quandoque per ſupplicationem impeditur.*
270 *Supplicandi licentia quo tempore detur.*
271 *Commoditas quæ ſit ſupplicanti intra 10. dies.*
272 *Supplicatio apud tabellionem quando interponi poſſit.*
273 *Intra biennium ſententia retractari debet.*
274 *Tempus exercendæ ſupplicationis ab appellatione petendum.*
275 *Supplicationi non eſt locus, vbi appellatio eſt prohibita.*
276 *Supplicationi obſtat ſceleris enormitas.*
277 *Nuptiæ ex reſcriptis non petendæ.*
278 *Lite pendente non ſupplicatur.*
279 *Supplicare poſt rem iudicatam, ignominioſum eſt.*
280 *Cauſæ grauaminis vnde ſumantur, & vnde putantur. & nu. 281.*
282 *Qualitas rei quid operetur quò ad ſtricti iuris obſeruationem.*
283 *Charundæ Tyrij monſtroſa iuſtitia.*
284 *In magiſtratus ſubditos deglutientes declamatio.*
285 *In nuptiarum fauorem preces admittuntur.*
286 *Reſcripti vtilitas in actione perpetuanda.*
287 *Reſtitutio a prætore introducta ad rem iudicatam permanauit.*
288 *Bonum & æquum eſt iuſti fons.*
289 *Reſtitutio in integrum quid ſit.*
290 *Iudex dicens iniuſtum iudicaſſe, quo caſu non audiatur.*
291 *Ius non promiſcue expoſitum eſt.*
292 *Verum diſcrimen inter appellationem, ſupplicationem, & reſtitutionem.*
293 *Reſtitutio quando executionem impedit, & quando non.*
294 *Minorum hæredes etiam reſtituuntur, licèt ſint maiores.*
295 *Filius fam. quomodo ſui iuris ſit præſcriptione contra patrem. & numero 296.*
297 *Qualiter probetur quem pro emancipato ſe geſſiſſe.*
298 *Eccleſia inſtar minor reſtitũuitur.*
299 *Reſpub. etiam minorum iure vti ſolet.*
300 *Maiores 25. annis etiam reſtituuntur, & quibus caſibus.*
301 *Reſtitutio apud quem poſtulari debeat.*
302 *Iudex vtranque partem audire debet.*
303 *Princeps quando ſolus reſtituat.*
304 *Ordinarius reſtituit.*
305 *Procurator etiam reſtitutionem exorat.*
306 *Annus vtilis quomodo olim ſupputabatur.*
307 *Quadriennium hodie reſtitutioni conceſſum.*
308 *Minores quanto tempore reſtituuntur.*
309 *Maiores quanto tempore integri reſtitutionem habent.*
310 *Reſtitutionis tempus vnde incipere habeat.*
311 *Quid ſi contra rem iudicatam reſtitutio petatur.*
312 *Reſtitutio ad appellandum an concedatur.*

313 *Reſtitutio*

Ioannis Ferrarij. De appellationibus.

313 *Restitutio an possit instaurari post rem iudicatam.*
314 *Liberalium disciplinarum vsus quærendus.*
315 *Iudicis officio datur ius integrum.*
316 *Restitutionis duo sunt capita.*
317 *Sententia rescisa omnia acta quoque præcedentia ipsam rescissa intelliguntur.*
318 *Rescissoria actio cuius sit naturæ.*
316 *Restitutio & rescissoria quo ordine intentantur,*
320 *Cum restitutione potest etiam res ipsa peti, & nu.322.*
321 *Libelli forma, quo etiam rei petitur restitutio.*
323 *Restitutio omnis ex causa fieri debet.*
324 *Minoribus restitutio facile indulgetur.*
325 *Sententia ex falsis probationibus rescinditur.*
326 *Sententia per probationes de nouo repertas retractari, & res iudicata, an & quando possit.*
327 *Iudicatum quando restitutioni subiaceat.*
328 *Restitutio apte postulari debet.*
329 *Ex sermone quis cognoscitur.*
330 *Pronuntiare etiam inter amicos difficile.*
331 *In litigiosos veteratores declamatio.*
332 *Mores boni intermortui.*
333 *Exceptio in quo distet a supplicatione, & restitutione.*
334 *Exceptionis contra sententiam quando vsus sit.*
335 *Exceptiones contra sententiam quæ sint obseruandæ.*
336 *Exceptionem non probans impensas luit.*
337 *Contra sententiam apud primum iudicem atque etiam executorem, quando excipiatur.*
338 *Exceptiones contra sententiam quæ opponantur, & quæ contra executionem. & nu.339.*
340 *Exceptione nullitatis opposita, si de ea constet, an exequutio sententiæ fieri debeat.*
341 *Exceptio, de qua cognoscetur, non impedit executionem, sed tamen quò ad de ea cognoscatur executionem petens satisdat. & numero 342.*
343 *Executiones qualiter contra sententiam opponendæ.*
344 *Exceptio nullitatis vnde proficiscatur.*
345 *Exceptio sena. consulti Velleia. quibus casibus pertineat.*
346 *Exceptionis sena. consulti Macedo. effectus.*
347 *Miles exceptionibus vtitur post sententiam.*
348 *Exceptio in id quod facere quis possit, & eius effectus, & ratio. & nume. 349.*
350 *Cautio præstanda in deducendo ne egeas.*
351 *Aduocatis etiam relinquitur, ne egeant.*
352 *Exceptionum peremptoriarum rebus coherentium vsus.*
353 *Exceptiones reorum competunt fideiussoribus.*
455 *Quid obseruandum per fideiussores, vbi reo competit exceptio in id quod possit.*
365 *Quid si exceptio iniustæ sententiæ opponatur.*
356 *Probationes si post publicatas attestationes per actorem admittantur, cessat subornationis periculum.*
357 *Sententias proferre frustra esset, si executionem non consequerentur,*
358 *Exceptiones, quæ executionem sententiæ impediant. & nu. 360. & 361. 364. 387. & 388.*
359 *Appellatio obstat executioni sententiæ.*
362 *Nouatione receditur ab executione sententiæ.*
363 *Pignoribus autem acceptis non receditur ab ipsa executione.*
365 *Sententiæ quotiescunque executio non respondet, sed eius modum superat nulla est. & per exceptionem impeditur.*
366 *Modus in exequendo multiuge exceditur.*
367 *Ab eo, in quo exceditur, tantum appellatur.*
368 *Causa contra executionis excessum est exprimenda.*
369 *Quid si prouocetur a mala sententiæ interpretatione.*
370 *Appellationis ab executione cognitio ad quem pertineat.*
371 *Delegati non exequuntur eorum sententias, nec etiam si delegentur a principe. & nu. 372.*
373 *Quid si subdelegatus habeat ius exequendi.*
374 *Delegati iudicis executio quando impeditur.*
375 *Delegatus quando sententiam pœnalem exequatur.*
376 *Arbiter non potest sententiam exequi.*
377 *Executio in alieno territorio impeditur.*
378 *Exequutio sententiæ fieri potest in alieno territorio ad imploratoris literas.*
379 *Iudex alienam sententiam absque imploratione non exequitur.*
380 *Magistratus cogitur alienam sententiam requisitus exequi.*
381 *Episcopus rem a laico iudicatam etiam exequitur.*
382 *Exequutio ius sui loci respicit.*
383 *Exequutio ob rem, quæ æstimata est, repertam impeditur.*
384 *Quid si fullo vestimentis amissis, domino precium soluere iussus sit ex sententia.*
385 *Qui bonis cessit executionem impedit.*
386 *Noxæ deditio obstat executioni.*
389 *Pignus vt in iudicatum perducitur.*
390 *Compensatio impedit iudicatum, & plura alia iudicatum impedientia nu. 391. & 392.*
393 *In hæreditatis iudicium etiam fructus veniunt.*
394 *Hæreditatis causa si quid impensum sit, exceptio ei qui impendit ob id ministratur.*
395 *Deductio & retentio quando ad compensationem spectent.*
396 *Feuda non veniunt in hæreditatis iudicio.*
397 *Executor quomodo de exceptionibus cognoscit.*
398 *Guilielmus Durandus Speculator Uberti compilator.*
399 *Iudex etiam a suspicione sit alienus.*
400 *Iudex suspectus recusatur.*
401 *Ordinarius secundùm ius ciuile non recusatur.*
402 *Delegatus & arbiter recusantur.*
403 *Exequutor quando recusari poterit.*
404 *Assessor ut suspectus repellitur.*
405 *Recusatio ante litis contestationem fieri debet, quandoque & post, & etiam in exequutione, & nu. 406.*
407 *Recusatio in scriptis facienda est.*
408 *Recusatio iure iurando præstita offertur.*
409 *Arbitri quomodo eliguntur.*
410 *Arbitri quomodo pergere debeant.*
411 *Recusatio iurisdictionem suspendit.*
312 *Suspicione discussa quis iudex causam prosequetur.*
413 *Recusationis exercendæ bijuga ratio.*
414 Princeps non recusatur.
415 *Causæ, ex quibus iudicem recusamus, multijugæ sunt, & quæ sint hæ causæ. & nu. 416. vsque ad, & per totum nu. 424.*
425 *Nimia familiaritas parit contemptum.*
426 *Locus etiam ob pestem non tutus recusationem iudicis admittit.*
427 *Similitudo causæ suspicionem inducit.*
428 *Causæ suspicionis in iudicem oportet quòd sint legitimæ.*
429 *Protestationis vsus obseruandus proposita recusatione in iudicem suspectum.*

Vsum appellandi, non tam vtilem quàm necessarium, quare introductus. Caput. I.

NEllotis, quod aiunt, pedibus suspectam commentandi rationem aggrediar, operepretium mihi facturus videor, si de appellationis origine, atque item vsu aliquid prius degustauero, quàm rem ipsam exponere incipiam. † Porrò ad deuinciendam hominum vitam lege opus erat, quæ cum summa sit ratio, vt quidam apud Ciceronem definiunt, insita in natura, iubens ea quæ facienda sunt, prohibensque contraria, ius cõstituit, omnibus, quibus recta est, ratio, datum. † Vnde ad iustitiam illam ciuilem nos esse natos nemo non intelligit, qua alium alio participamus, æquum ab iniquo discernimus, neminẽ lædimus, atque, vt semel dicam, quod nobis fieri nolumus, alteri nequaquam facimus, quam societatem, coniunctionemque, si intemeratam obseruaremus, nihil præstabilius foret, nihil vnum vni tam simile, tam par, quàm homines inter nosmetipsos essemus, tantum abest, vt quem iniuria afficientes, quod suum est, ipsi non tribueremus. Cęterùm cum vel Aty illa, vel quisquis est, qui humanæ, adeoque sociæ vitę tantam fœlicitatem inuidet, effecisse, vt deprauatio consuetudinem, atque opinionum vanitas, animorum imbecillitatem quocunque cæpisset, torqueret, & flecteret, in corruptelam homines egit, & igniculos illos iustitiæ ciuilis a natura datos quodam modo extinxit, ad quos planè cecutiremus hodie, † nisi hoc beneficium nobis reliquũ foret, vt lege scripta, quasi seminario naturæ, quicquid in nobis desideratur, compensare valeamus, quæ non solum perinde atque sacra anchora nobis est, verum ẽt Lidius (quod aiũt) lapis, ad quẽ iudicia nostra stabilimus, & si iusta sint, probamus. † Accedunt quoque ciuitatum mores, diuturnam consuetudinem facientes, quæ per annos plurimos obseruata, veluti tacita ciuium conuentione, non minus quàm ea quæ scripta sunt iura recipitur. Proinde est ius singulare propter aliquam reipublicæ vtilitatem authoritate constituentium cõtra iuris communis rationem introductum. † Quæ omnia bonus iudex examussim trutinare debet, ad eamque sententiam ferre, vt ex hac regula, quam publicus hominum consensus, prudentumque diligentia nobis reliquit, vnicuique quod suum est tribuatur, & ei, cuius non est, adimatur, quam rationem & in malis coercendis retineri conuenit (ad eam legis partem, qua vetamus illicitum, & in delicta animaduerti mus) ne pœna aut maior sit peccato, aut illud non æquet. Sic enim poterit, vt iusta sint iudicia nostra, atque contra quàm par sit, nemo grauetur, & illud nobis sacri oraculi ob oculos

Source : BIU Cujas

los perpetuò maneat,innocentem non condemnandum. Atqui cuncta hęc sic obseruare,vt neque ad dextram,neque ad siniſtram declines vnquam, diuini prope ingenii esse videtur,non humani,cum nemo mortalium omnibus horis, vt in prouerbio est,æquè sapere soleat,præcipue in iuris, atque item boni & æqui dimensu,quem multi tramites,multi anfractus in transuersum agunt.Id quod non solum rerum definiendarum(quarum singulas singulis legibus comprehendere,impossibile erat)multitudo varietasque facit,sed ēt eorum quæ scripta sunt,diuturnoue tempore obseruata,aut aliàs introducta,perplexitas,& non sic cuiuis apertus intellectus.In reliquis enim professionum partibus cum etiam bonus Homerus quandoque dormitet,maxime in iuris cognitione id committi,non fuerit ita nouum,vbi nonnunquam & legem & mores post habere oportet,atque ex rebus vtcũque paruis coniecturam facere,vt ad boni & æqui stateram, quod humanius est,potius dijudices,quàm quod iuris rigor fieri volet.In hunc modum sapiens iudex non solum ponderabit,quid possit,sed etiam quid debeat, nec quantum sibi permissum,meminerit solum,sed etiam quatenus commissum sit,Cicerone pro Rabirio docte,vt semper,manente.

6 †Quibus si oscitantiam eorum, qui tribunali sępenumero præficiuntur,adiunxeris,paucos inuenies,qui sibi iustam sententiam ab huiusmodi Asotis,etiam si maxime cupiant,dari posse vel sperent,vel persuasum sibi habeant. Quotus enim hodie est iudicum albo adscriptus,& tam sanctæ functionis maiestatem præ se ferens,qui vel municipij sui consuetudinis aliquam cognitionem habeat,vt de iure scripto taceam, cuius ne vmbram quidem vidit,tantum abest,vt a limine illud vnquam salutarit?Sed nos,vti nunc sumus, sapientiam prudentiamque in auro quærimus, diuitijsque authoritatē accepto habemus.Modo ne quis se iure destitutum in ea republica.quæ legibus,atque,vt oportet,instaurata est, cōqueri possit,& sic iustitiæ administratio,nerui ciuitatum desideretur,prudentissimo consilio permissum est ei, qui sententiarum iusta,aut iniqua oneratur,maiorem iudicem prouo-
7 care,atque innocentiæ suæ præsidium quærere. † Et quemadmodum naturam legis parentem collegimus,ita & appellandi vsum ab ea profectum esse,facile mihi persuaserim, vt origine quàm vetustissima censeri possit,defensio si quidem est,quam natura omnibus æquam indulget.cap.cum specialis.§.porrò.& c.dilecto.de appella.Neque contēnendam vitæ portionem existimes,rem aut honesta cōditione parere, aut partem iure tueri.Vnde statim apparet,non tam vtilem,quā necessarium esse appellandi vsum,auctore Vlpiano,eum nimirū, quo vel etiam iudicantium iniquitatem,vel imperitiā emendamus,corrigimus. Nisi enim ad hoc etiam per naturam ostensum præsidium, non secus atque ad Asylum aliquod grauatis confugere,liberum esset,oporteret plerosque in medio iure subsidere,& id quod suum est, & indigno occupandum relinquere,vt corporis, existimationisque periculum taceam,quod ad cuiusuis insulsi,& quasi de lapide empti hominis arbitrium subire quis cogeretur, & veterem ferendo iniuriam,nouam inuitare. Et hoc est, quod nostri appellationem ipsam neque actionem,neque exceptionē, neque officij implorationem esse colligunt, sed ius cuique ex-
8 positum,quo ad grauamen leuandum peruenitur. † Porrò appellatione interposita prior sententia in suspenso est , & quasi non sit lata, habetur,donec in altero iudicio fuerit confirmata.Vnde appellationem ius dicere possumus,quo priore iurisdictione suspensa,ad sententiam in melius reformandam,accessus datur. Tametsi aliis verbis per Hosti.describantur,vt videre est in c.& hoc.de offi.deleg.Zabarel. Cardi.in c. fi.de re iudi.c.vt debitus.de appel.& Doct.in l.1.ff.de appella.
9 †Cui rei quo plus authoritatis accedat,aduertendum est, appellandi vsum,præter hoc quòd oppidò frequens atque necessarius est,etiam vetustissimum esse,vel eo argumento,qđ Solon ille Athenienſis cum superiorem quoque Senatū ciuibus suis ceu grauissimarum rerum epheron obseruatorēue,& legum suarum custodem præstituisset, ad eum etiam ephesin,seu prouocationem, perinde atque ad tribunal inculpatius lege lata esse voluit.P.quoque Valerius Publicola, qui exactis regibus. L. Tarquinio Collatino in consulatum sufficiebatur,inter eas leges,quibus Plebeiam authoritatem nonnihil iuuare,erigereque conatus est,& hæc fuit,a consulibus condemnatis ad populum prouocare fas esto , qui appellandi mos ad decemuiros vsque sic est obseruatus Lege si quidem 12.tabularum maior potestas propter authoritatis præstantium populo adiecta est,& sic maiorem magistratum , populumque appellare porrò est permissum. Cuius verba apud Tullium in 3.de legi.libro, hæc sunt, iusta imperia sunto,hisque ciues modeste,ac sine,recusatione parento. Magistratus nec obedientem,& nocuum ciuē multa,vinculis,verberibusqbe coercento,ni par,maiorue potestas, populusque prohibessit,ad quos prouocatio esto.

10 †Populus itaque de mulcta per magistratū indicta reo prouocante cognoscebat, cuiusmodi locus apud Titum Liuiū in 5.secundi belli Punici libro.Vbi cum Spurius , & L. Caruilius Tribunus Pleb.d[illegible]entum millium æris mulctam.M. Posthumio dixissent,causa eius certandæ , populus per suffragium conuenit,qui & Flacco Martiali Flamini mulctam remisit,quam Crassus cōsul.Pont.max.ei,si a sacris discessisset,dixerat,vt Tullius in 11.Antoniana scriptum reliquit,tādem apud præfect.vrb. appellandi necessitatem aliquandiu retentam esse dicitur, ad quem propagato imperio totius Italiæ iuris dicundi authoritas fuit delata. Postremò republica per Cęsarem dictatorem oppressa , vt omnis rerum summa penès vnum principem esse cępit, ita & prouocationis
11 causa,†quod & diuum Paulum secutum sacra prodit historia , etenim cum a iudeorum primoribus reus postularetur apud Festum , ipse Cęsarem intrepide appellauit , cum Festus , κύσαρα ἐπίκεκλυσει ἐπὶ κύσαρα πορυμσοει.
Vnus Nero Claudius communis humani generis pernicies, quo patribus conscriptis gratificaretur,tyrannidisque porrò constituēdæ minus suspicionis ciuitati præberet, cauit apud Tranquillum,vt omnes appellationes a iudicibus ad Senatū fierent,& hoc non sine pecuniæ periculo. Cui & Cornelius Tacitus. 14.historiarum libro adstipulatur, de Nerone sic scribens,auxitque patrum honorem statuendo,vt qui a priuatis iudicibus ad Senatum prouocassent, eiusdem pecuniæ periculum faceret,cuius hi, qui Imperatorem appellauere, nam antea vacuum id,solutumque pœna fuerat. Econtrario autem C. Caligula Cęsar,qui liberam magistratibus iuris dicundi authoritatem,& sine vlla sui appellatione concessit,instituto non minus illiberali (in eo præsertim beneficio denegando,quod non modo natura ipsa , sed etiam vetusta-
12 tis consensus,& lex ciuilis liberum esse voluit) quam , † quo de iuris quoque consultis abolendis consilium inijt,vt efficeret,ne ex stato receptoque iure opus esset respondere, sed ex eo tantum,quod ipsis vel æquum , vel rei conuenientis esse videretur,quæ opinio & hodie non paucis hæret,quos cum fori molestiarum tedet,cum ob iuris disceptā di prolixiorem tractatum,tum quia plus sumptuum quandoque in eos expendere cogeris,quàm res tibi compensauerit,quam tantopere quæsiuisti. Sed propter abusus tedium, non conuenit damnare,quod communis hominum societatis causa necessariò est comparatum , nisi forte quod vtile ēt est,propter inutile velis sigillare,atque e medio tollere. Porrò qui ius ciuile,vt Tullius pro Aulo Cecinna adserit, contemnendum putat,is vincula reuellit,non modo iudiciorū,
13 sed etiam vtilitatis , viteque communis.†Est enim ius ciuile, quod neque inflecti gratia,neque perfringi potentia, neque adulterari pecunia potest,quod si nō modo oppressum , sed etiam desertum,aut negligentius obseruatum erit, nihil est, quod quisquam se se habere certum , aut a patre acceptum, aut relicturum liberis arbitretur.

Insigniter peccare,qui procrastinandorum iudiciorum causa appellationis beneficium prætexunt, Cap.II.

PRælatum iam est, & quasi per transitum ostensum,quàm vtilis atque item necessarius appellandi sit vsus.Verum cum nihil sit publicè introductū, quod morum deprauatio non corrumpat,& a natiua synceritate incōuulsum relinquat,suisque deque ferendum est, & hanc iuris partem candore suo primęuo prope modum destitutam,& plerisque cum iniustitiæ, tum calumniæ prætextum fieri,idque non sine fuco, aut tuendi iuris mentita palliatione.Etenim quis prohibuerit eum,qui aduersam obtinuit sententiam,meliorem interposita prouocatione quærere?quis intercedet,ne ad commune omnibus expositum auxilium confugiat,& recte quidem si bene animatus hoc feceris,iustumque iudicium ex medio iure quæras,& nō procrastinandę causæ,ergò bona re male vtaris , cum improbæ menti solum occasio deesse soleat, quam quanto paratiorē inuenimus,tanto liberius peccamus,& alienum,vel sub spe-
24 cie insidiosè interuertimus. †Sciant illi ad innocentiæ dunta xat præsidium,iustique prosecutionem appellādi rationem comparatam , & non vt temeritatis quisque suæ maleuoli animum prætextum habeat,proximo negocium contra fas & æquum pro libidine sua indesinenter faciundi , quos etiā si nulla iuris religio ab impudente hoc proposito auocaret, in primis tamen pietatis monerentur,& quàm alienum sit a christia-

Source : BIU Cujas

christiana professione, qua se initiatos passim occinunt, qđ alterius est vel petere, vel occupare, vt tumptum obliuiscar, quos & ipsi in rabulas eruscatores interim facere coguntur, & vt aduersarius expendat, pro delicijs ducunt. Nam quòd ingenue fateor, ego dum in foro versor, multos compertum habeo, qui perpetuis litibus dediti ad tribunalia quasi confe nescere dimidium vitæ habuerint, sed nō sine magna rerum iactura, quasi primus gradus ad inopiam sit multis fori litigijs implicari, & quo ipsi tandem nudi exeant, alteri quoque egregie incommodare. † Deinde pœnam ob oculos haberēt non solum contempti numinis, quod animaduersionis tarditatem supplicii grauitate compensare solet, sed etiam constitutionum principum, quibus modo extra ordinem, atque ad magistratus arbitriū, modo quinquaginta auri libris plectuntur, qui calumnioſe adeoque per insidias prouocarint. l. eos. §. ne temere autem. C. de appellati. & l. ab executione. C. quorum appella. non recip. Facile autem mihi persuaserim, vna hac fraude, quæ saluberrimo appellationis beneficio adhibetur, fieri vt in ipso iure ius desideremus: nā quot putas esse, qui etiam hoc prosequi non audent, quod ipsis in dubitato iure debetur, malunt enim qualecunque rerū suarum incommodum deuorare, quàm cum appellatore etiā in tertium vsque forum sese periculis & molestijs apud Rhadamanthum forte nec dum finituris, exponere, vsque adeo aliud verbi in ore non habent, qui litibus solum studeant, & alieno detrimento saginantur, quàm appello, appello. Non sic impie, non sic, sed in sinum tuum descende, peritosque consule, non eos qui clientum loculos perforare & de triumpho vsque ad aera iactare solent, sed pios, sed sinceros, & qui iustum probant, & ab iniusto te dehortantur. Hi vbi perspecto iure tuo, non viderint quomodo aleam iacere, & quod tuum non est, vel temere tueri vel vendicare possis, recte monentibus obtempera, & quod iure non poteris, per iniuriam ne secteris. Quare non videntur mihi indiligenter facere, qui huiusmodi vastitate perspecta, ad transactiones litigaturos inducunt, ne foro semel alligati, in eo ad vltimum vitæ spiritum hærere coganturꝫ, & vix truncium sibi reliquum facere, satius existimantes ouum etiam dimidiatum retinere, quā vacuam atque inanem testam, vel qualicunque incommodo ingens damnum exsibilituros.

Re non solum iudicio tractata, sed etiam extra illud, prouocationem esse. Cap. III.

IN primis autem quo ad institutum ordine progrediamur, aduertant qui in iure tyrocinium necdum fecerunt, † appellationis duplicem esse speciem. Vnam iudicialem, alteram extraiudicialem. Iudicialem dicimus, quæ fit in negocio, quod in iudicium est perductum, idque a grauamine iam illato, vel propter comminationem, quasi præsentaneo, inferendum. Panor. in c. bonæ memorię. de appe. & Cardi. in clem. sicut. de appel. & hanc nostri proprie appellationem esse tradunt, de qua in huius tractatus progressu abunde differimus. † Appellatio autem extraiudicialis ea est, vt ex ipsa nomenclatura appareꝫ, quæ re nondū controuerso in iudicio interponitur, & quidam prouocationem dici malunt licet vetustate nominis non obseruata. Et fit proprie a futuro grauamine, vel eo quòd etiam imminet, atque hoc inscripto, etiam si neque publicum sit, neque recitetur, idque bifariam, aut a parte, quæ grauamen inferre parat, & tunc opus est, vt causa grauaminis nominatim dicatur aut a iudice, quo casu non exigimus causæ expressionem, sed generalibus verbis poterit fieri. Inno. in c. consuluit. de appe. & in c. dilecti. de maio. & obed. Bar. in l. ei ff. de app. reci. gloss. in c. cum causam. de appel. † Natura appellationis extra iudicium factæ est, vt submittat appellantem protectioni iudicis, ne contra iuris ordinem grauetur, aut molestetur. Qua propter conseruandi iuris gratia fieri dicitur c. cum sit Romana. de appella. Abba. in c. dilecti. de maioritate & obedientia. Specul. in titu. de appella. §. in quibus. versicu. cæterùm.

† Quicquid itaque post appellationem extra iudicialem fuerit gestum, si per aduersarium retractandum venit, sinautem per iudicem, nullius momenti ipso iure habetur, & sic iudex ad quem est prouocatum, omnia per aduersarium seu iudicem inferiorem interim acta, perinde atque innouata reuocabit, & in eum statum, in quo ante prouocationem fuerūt, ex officio reducet, quod & appellans implorando eius ipsius officium, petere debet, in c. consideranimus. de elec. in c. dilecti. & c. dilectis. de appel. vbi Docto. & Abba. in capit. primo. & cap. consuluit. de appella. Docto. & maxime Abba. in c. dilecti. de maioritate & obedientia.

† Et huiusmodi reuocatio adtentatorum regulariter sit probata causa grauaminis, idque a die eius illati, in facto si quidem consistit, quare nisi vera esse demonstretur, iusta prouocatio non præsumitur, tantum abest vt alicuius sit effectus, tametsi appellatione hac deserta, possit grauatus etiam per viam quærelæ officium iudicis implorare pro ijs reuocandis, quæ præter iuris rationem facta sunt, † cum extra iudiciū gesta in rem iudic. transire non soleant. ca. cum sit Romana. vbi Abba. de appe. & c. concertationi. de appel. in vlti. Innoc. in cap. venerabili. de censi. & Doct. in c. cum inter. de electio.

† Ex quibus collige, appellationem extraiudicialem non suspendere negocium, sed ea non obstante, vel aduersarium, vel iudicem progredi posse, donec grauamine deducto actorum reuocatio fiat, & hoc simpliciter, citra ordinis iudiciarii angustias. per Innocen. in c cum a nobis. de elec. & Bald. in Margarita sua. neque etiam hoc desideres, formulam appellationis extraiudicialis habes apud Specu. de appell. §. qualiter. versicu. qualiter autem appellationes. & in §. restat videre. & §. supereſt.

A sententia diffinitiua regulariter appellationem esse, & quandoque ab interlocutione, & quid in vtraque obseruandum. Cap. IIII.

ET vt eam partem appellationis prosequamur, quæ est iudicialis. Sciendum est, † a sententia diffinitiua regulariter prouocationem esse; nam grauamen in ea illatum non potest alia ratione reparari, nisi vt iniquitas, vel imperitia iudicantis apud superius tribunal corrigatur, † ad quod cognitio status causæ peruenire non potest, nisi per appellationis medium, qua interposita, etiam eius causæ iudicium consequitur, quæ apud ipsum non est ventilata: & hinc est, quòd nostri appellationem ius esse dicunt, cuius effectus sit, vt prioris sententiæ vis in suspenso habeatur & quasi extincta, vt eius ad quem appellatum est pronunciatum expectetur l. j. & ibi Docto. ff de appel. l. per hanc diuisionem. C. de tempo. appe. l. j. ff ad senatusco. Turpi. l. eos. & l. proconsulib. C. de app & l. rale. §. qui prouocauit. ff. de pac. quòd si appellatione interposita innocentiæ præsidium non quæratur, sententia vtcunque sit prolata, modo id contra expressum ius nō fiat, in rem iudicatam transit & ius parit, † adeoque ex iniusto iustum propter rei iudicatæ authoritatem oritur. l. fi. ff. de iusti. & iu. l. j. §. in hoc interdicto. ff. de liber. exhiben. & Innoc. in c. quoniam contra fallam. de proba. † In qua appellatione nō est opus, vt causa grauaminis dicatur, etiam si iudex a quo id vrgeret, sed in prosecutione eam deducimus, appellationemque iustificamus l. quoniam iudices. vbi Bal. C. de appe. Bar. in l. Scio. ff. de app. Innocen. in c. quo ad consultationem. de re iudic. † Id tamen quod per omnia non procedit. Etenim quando ab arbitri sententia prouocatur, aut a boni viri arbitrio fit reductio ad iudicem ordinariū, necessariū est, vt qualitas & quantitas lęsionis, hoc est iusta causa grauaminis exprimatur, ne forte inconsultò eius sententiæ minus videatur adquiescere velle, cuius arbitrium sponte subijt, colligit Bal. in l. j. C. de iis quæ pœ. no. & c. † Idem respondemus, si in possessorio appelletur in casu, quo id facere licet Bar. in l. 2. ff. de appel. recipien. Proinde cum causa sit delegata, appellatione remota, Inno. in c. vt debitus. de appel. Lanfran. in c. quoniam contra. verbo appellationes, de proba. † Idem est in appellatione ab executore modum excedente facta, per Bart. & Docto. in l. ab executore. ff. de appel. & Bal. in l. ab executione. C. quorum appel. non recip. † Præterea in omni casu, quo per legem appellare non licet, causa adiici debet, ne sine vrgente ratione, & necessitate non sic impulsus, videaris in legis contemptum aliquid apparere, quòd sola causa quā prætexeris quodammodo excusare poterit. Abba. in c. Romana. §. sinautem. de appel. in 6. Felyn. in cap. quod ad consultationem. de re iudica. Innocen. in c. pastoralis. de offic. delega. & Alex. in l. j. ff. de appell. Vtque certam appellandi rationem a sententia diffinitiua habeas, qui sententia plata statim apud acta, iudice adhuc pro tribunali sedente, seu (vt Martianus scribit) ipso die appellare constituerit, † voce id facere poterit, vel vno hoc verbo, appello. l. sed si apud acta. & l. a sententia. ff. de appe. c. cordi. de appe. l. litigatoribus. C. de appel. & l. diuus. ff. de in integ. restitu. Secus vbi non statim, sed ex interuallo tibi prouocandum est, † quod scripto fieri oportet atque libellis appellatoriis, quos dicunt, ad hoc conceptis, per Docto. in l. j. §. libelli. ff. de appel. l. litigatoribus. C. de appel. & Ange. in l. j. C. de sent. ex breui. recitandis. Id tamen quod in modicis, & quæ summarie, ac sublato velo tractantur, non ita seruamus, sed etiā voce ex interuallo recte prouocamus,

apud

Source : BIU Cujas

33 apud Bal.in l.& in maiorib.ad fi.C.de app. † Sed & ab interlocutone maiorem iudicem appellare licet, non tñ ſemper, neque paſſim,ſed tunc qñ grauamẽ in ea illatum,per ſniam diffinitiuam reparari non poterit,eam Bal.in marg.ſua appellationem a proceſſu cognominat,quaſi cã necdum ñinita periculo exponaris,niſi. n. ſis grauatus, non eſt vt ante cauſæ diffinitionem per leges audiaris.l.2.ff.de appella.recip. l. ante ſententiæ tempus. C.quo.appel.non recip.& l.apertiſſimi. C.
34 de iudic. † In quo appellationis genere non recte pergis, niſi cauſam grauaminis nominatim dixeris, puto: quia exceptionem legitimam non admiſerit iudex,inducias ad probandũ denegarit,te non vocato interlocutus ſit,atque idem iudex ad hanc cauſam minus idoneus,vt id genus aliãs cauſas prę teream,quæ coaceruari poſſunt.Quod præterea eſt inductũ, vt temeritas litigioſorum hominum compeſcatur, ne iuris ordinem in litibus exercendis circunducto proceſſu ex inſidijs impediant,ſed illat grauaminis reparationem finito negotio in ſententia diffinitiua duntaxat quærant.Barto.in l.ait prætor.ff.de mino.Bal.in l.edita.C.de eden.gl.& Doct. in ca. cordi.de appel.in 6.in cle.appel.de appel.in ca. vt debitus.de
35 appel. † Sunt tamen qui putant eam appellationem quæ ab interlocutione habente vim ſententiæ diffinitiuæ interponitur non exigere cauſæ expreſſionem,quæ ita temere fieri nõ vr,vt ſi ex præcepto iudicis,aut pronunciato ſuper attentatis grauamen inferatur. Abb.& Io. And.in c.veniens.de appe.&
36 Cardi.in cle.appellanti.& cle.fi.q.pen.de appella.† Atque in ſcripto a grauamine per interlocutoriam illato ſiue id apud acta fiat,ſiue ex intervallo prouocamus, adeo vt etiam ſtatuto aliue vix poſſit ordinari,& hoc ſecundũ iuris canonici regulam in c.cordi.de app.in 6.tex.in l.fin.C.de priuileg.ſchol. lib.12.Bar.& Doc.in l.litigatorib.& in l.eos.§.ſi autem. C. de
37 appel.Alex.in l.patris.& filii.ff.de vulga.ſubſti.† In foro tamẽ ciuili etiam ſine ſcripto ab interlocutione prouocatur, eũ & iudex ſniam interlocutoriam ſine ſcripto & ſola voce proferre queat per gl. Bar.& Doc.& l.j.ff.de app.in quo tñ diſcrimine,aut fori conſuetudinem,vt quę indubitatam procedẽdi de iure rõnem vobis præbet.l.diuturna.& l.de quib. ff. de legi.obſeruamus.Aut in foro pontificio ius canonicum, & in foro ciuili Cæſarum conſtitutiones,adeoq; ius ipſum ciuile,iuxta ea quæ referuntur in c.1.extra de noui oper. nuncia.
38 † Appellationis ab interlocutoria non contẽnendus eſt vſus, nam ſi iudex eam appellationem receperit,libelloſq; dimiſſorios conceſſerit,ſuſceptam iuriſdictionem a ſe abdicaſſe videtur,& porrò non poterit in hac cã pergere,in c.cum appe. in 6.Bar.in l.intra vtile.ff.de mino.Archi.in c.dilectus.§.præterea.de app.q; ſi appellationem interpoſitam repudiarit, ꝓcedere quidem,ſi aliàs non prohibeatur,poterit,ſed iudex ſuperior vbi cãs grauaminis approbarit,beneque prouocatum ſenſerit,quæcunq; interim ſunt acta perinde atq; innouata reſtaurabit,atq; ẽt diffinitiuam ſniam, ſi quæ fuerit lata, retractabit c.non ſolum.de app.in 6.& in cle.j.de do.& contu.p̃ ter hoc q; per hanc ſuam ſniam,ẽt de cã principali ius porro dicere poterit.c.vt debitus.de app.c.cordi.de appe. in 6.refert Cy.in l.per hanc diuinam.C.de temp.appe.& Barto.in l.eius
39 qui.ff.de appe. † Vbi oculatum te eſſe oportet, ne apud iudicem,a quo rurſus extra grauaminum allegationem, niſi coactus iure in ea cã agas quicq̃,ſed diſerte debes proteſtari, te id non facere animo diſcedendi ab interpoſita appellatione, neque vlla alia rõne,niſi quò ad de iure tenearis,aliàs appellationem deſeruiſſe videris,eãque amplius exercere non permitteris.c.relatum.de off.deleg c.cum veniſſent.de teſti.gl. &
40 Io.Andr.in c.ſi a iudice.de appel.in 6.† Neque omittendum vr,q; appellatio ab interlocutione nõ poteſt iuſtificari ex cã noua,quæ non ſit nominatim expreſſa. Bar in l.ſi expreſſim. ff.de app.gl.& Cardi.in cle.appellanti.de appel.licèt ex pluribus cauſis nominatim expreſſis vnam dũtaxat probare ſufficiat.Doc.in c.ſignificante.de app.in c.exhibita.de iudi. Spec. de appella.verſic.quidam appellatio.& Bald.in l.minoribus. ff.ad Sylla.
41 † Quod rurſus verum,ſi appellator ſibi ius declarandi cauſas grauaminis in poſterum,facta proteſtatione,non reſeruarit, quo caſu non expreſſam allegare poterit. Vt eſt ſingulare apud Ange.Ioan.& Imo & Alexan.in l.quicquid adſtringendæ.ff.de verbo.oblig.
42 † Poſtremò non obſtat prouocatio ab interlocutione facta, quia,ſi iudex nihilominus ad ſententiam diffiniti. fuerit progreſſus,ab eo quoque poſſis appellare,tamen cum proteſtatione, q; a priori appellatione per hoc non velis diſcedere,appellationes enim geminari non eſt nouum,ſed cum vtranq; ſimul proſequi non queas,optio tibi eſt,in qua nam conſiſtere tibi ſatius putes,tradit Bal.in l.generaliter. §. ſed iuramento.C.de reb.credi.Cardi.in clem.1.§.ſimiliter.de re iudica.& Alex.in l.eius qui.ff.de appel.

A quibus ſententijs appellari non licet. Cap.V.

PRoinde non inutile fuerit cognoſcere,a quibus ſentẽtijs prouocare ſecundum iuris regulam nõ liceat, quo obſeruato facilius apparebit in quibus appellationi ſit locus, & in ijs puto, quæ per legẽ non eximuntur,apud Specul. de appella.§.in quibus.vbi 36.caſus enumerat,in quibus appellare eſt prohibitum,& Barto. in l. in maioribus.C.de appella.† Et cum primis a ſententia per arbitrũ
43 lata ex principium reſcripto non prouocatur, vt quæ ꝓprie ſententia non ſit,neque actionem iudicati pariat,ſed ob metum pęnæ inuicem promiſſę a placitis non receditur.l. j. vbi Bald.& Docto.C.de recep.arb.Quod procedit, niſi male ſit arbitratus in his,quæ ſunt iuris, quando vtique appellatur, etiam ſi pœna fuerit adiecta per eum ſoluenda, qui placitis non ſtetiſſet: ea enim non obſtante iudex appellationis progreditur,& ſi conſtiterit arbitrium bene & æquè eſſe latum, tunc non ſolum ipſi parere, ſed etiam pęna luere cogitur, Alexan.in l.ſi qua pęna.ff.de verbo.obliga.Barto.in l.ſi quid ergo.§.pœna grauior.ff.de in fa.& glo.in c.ſuper ijs. in verbo arbitrium.de accuſa. Fallit etiam in eo,qui ex litigantium cõ ſenſu a præſide ſit datus iudex, delegatus enim eſſe videtur, & non tantum arbiter,in quem litigantes iuriſdic. vltro prorogarunt,quare appellationem admittat, reſpondente Papiniano in l.ex conſenſu.ff.de appel.niſi forte epiſcopus ſit,qui arbiter recipitur.l.epiſcopali.C.de epiſco.audien.
44 † Inſuper,qui in eadem lite tres ſententias aduerſas accepit, non poterit tertio prouocare,ne litium non ſit finis,tantum abeſt,vt tot iudices imperitiæ, vel iniquitatis conſtitutiones inſimulari permittant.l.ſingulari.C.ne lic.in vna &c.& in ca. directæ nobis.cum glo.de appella.
45 † Similiter pronunciatum ſuper poſſeſſione reſtituenda ſecundum iuris regulam non admittit appellationem,cum petitorium adhuc ſit ſaluum,per quod rem ipſam legitime aſſequi datur. Præter hoc,quòd reipublicæ legib. inſtructæ nihil tam contrarium ſit atque vim,vt inquit Cicero,& metũ, cui inferre,& alterius rem contempta iuris religione occupare,quàm ob id reſtituere cogitur non expectato appellationis ſubſidio,& quandoque in pœnam commiſſi ſpolij, iure petendi carere l.j.vbi Bar.& Doct.C.ſi de momen. poſ.ap. clarius Bar.in l.2.ff.de appe.recip.Bald.in l.2.C.de epiſco. audien.& l.ſi quis in tantam.C vnde vi.
46 Quod & ipſum temperamentum recipit, † nam qui condẽnatur, vt poſſeſſionem vnà cum fructibus & intereſſe reſtituat, vtique appellare non prohibetur,per Bar. in l. creditor. §.iuſſus.ff.de appella.& Bald.in d.l.1.C. ſi de momen.poſſeſ. Idem receptum eſt,vbi iniuſtitia ſententiæ ſit propatulo, cũ reſtitutio legitimè fieri debeat,ne ex iure ſubuerſo ius ipſum quæramus,Bar.in citata l. 2.ff.de app recip. & Docto. in cap. ex conqueſtione.de reſtitu.ſpolia.

Ante tamen ſententiam in poſſeſſorio prolatam appellatio a quocunque grauamine permittitur Bald. in l.poſt ſententiam. C.de ſent.
47 † Et quamuis prouocatio in poſſeſſorio non recipiatur,poterit tamen ſententia nulla dici clem.vt calumniis.de re iudic.& Bal.in l.1.C.ſi de momen.poſſeſ.

Præter hoc, quòd etiam in integrum reſtitutio probata læſione peti queat,vti Soci.conſi.317.2.vol.colligit.Quib.adde appellationem in poſſeſſorio factam, quia iure prohibente interponitur,& ſic cauſæ iuſtificationem deſiderat,priuſquã effectum conſequatur,non impedire executionem, etiam ſi petitorium intentetur, quandoquidem,& de nullitate poſſit agi executione facta.Inn.in c.ex ratione.de appe.Bal. in marga.in verbo,agens.& Cardi.in cle.j. de ſequeſt. poſ. Quæ omnia de iure ciuili ita ſe habent,atque hanc diſtinctionem reci
48 cipiunt, † nam ſecundum canones a poſſeſſorij ſentẽtia paſſim appellatur,q; neſcio ſi prorogandæ iuriſdictionis gratia ſit factum,an magis,ne querulum excludere, & non audirę videantur cle.1.vbi Cardi.de ſequeſt.poſſ.glo.in ca.cum ad ſedem.de reſti.ſpol.in qua diuerſitate,qui tuto ambulare velit, in foro ciuili ius commnne,in foro autem pontificio, canonum traditiones ſequi poterit, per ea quæ notantur in c.1.de
49 no.oper.nunc. † A taxatione quoque expenſarum non appellatur,vt quæ ſententiæ ante latæ quaſi acceſſorium eſt, ea igitur agnita neceſſum eſt moderationem quoque non auerſeris,niſi modum expenſarum excedat iudex,quod & citra grauamen fieri non poterit,quo comprehendimus,quicquid a iuris tramite eſt alienum.l.omnem.vbi Bar. C. quando prouoca.non eſt neceſ.Innoc.in c.ſi.quod met.cau.Bald.in l. ter-
50 minato.C.de fruc.& lit.expen. † Proinde ab executore ſententiæ prouocare non licet,vt qui ſententiam ſequitur: cum fruſtra eſſet ſnias proferre, niſi & effectum ꝓſequerentur ca no-

Source : BIU Cujas

nouit.de appel. Bal.in l.ab executione.C.quo.appel. non recip.Quare ſi iudex interlocutus ſit articulos admittẽdos, porrò non poteſt appellari, ſi admittantur, cum id fiat nomine executionis, per Pau.de Caſt.& tractatur in capitu. dilecti.de renuncia.Cæterum eſt modus in rebus, quem & in hac parte exigimus, ne ad id quis adigat, quod neq; per ſnĩam dẽt.
51 †Igit executore intra legitimũ modũ non conſiſtente, ſiue hoc ſit in re iudicata, ſiue in facto, vtrumque.n.ad iudicis offi cium pertinet, appłoni eſt locus. Tũc aũt modus excedi dr, qñ exceptiones, vti eſt nullitatis, ſpoliationis, atq; hoc genus aliæ executionem impedientes, non recipiunt, aut executio nimis ꝓcipitat, & ante iuris tps ꝓſumit, atque itẽ in re, q̃ non eſt iudicata, tm̃ abeſt vt reſtitui debeat. Eſt in c. ad cõſultatio nẽ.de re iudi.apud Bal.in marg.gl.& Doc.in l.ab executione. C. quorum app.non reci.in l.ab executore.ff.de appel. præterea modus inter exequendũ excedit, vbi pars in caſu, quo ad
52 eſſe debet, non vocatur, qđ ſic accipe.†Condẽnatione in quã titate, vel genere facta, vbi opus eſt, alias res ad ſatisfaciendũ ſnĩæ, mobiles puta, quib.non extantib.quæ ſoli ſunt, accipia mus, neceſſe eſt eũ ꝰ quẽ fit executio, vt pñs ſit, vocari, qđ & tunc fieri dẽt, ſi ſpẽs ſit in ꝓdẽnatione, q̃ non extat, vt ſic alia in executionẽ perducat. Secus rñdemus, vbi in perſonã iudi ciũ fuit: nã quadrimeſtri tpe poſt ſnĩam latã decurſo, abſque vlla alia citatione fit executio.l.fi.C.de vſu.rei iudi. l.in fideicom.ff.de vſur. Sed & in rẽ actione iudex rẽ reſtitui iubeat in tra tps ad hoc ꝑſtitutũ, quo neglecto ad executionẽ perget. Inſti.de offi.iudi.§.1.Inn.in c.ex rõne.extra.de appe.Bart.in l.a diuo.§.in venditione.ff.de re iudic. colligit abunde Vber.de Bonacurſo ad titulum, de impedimẽtis executionis, in pract.
53 †Poterit & iudex ſnĩam ſuam interpretari, non vt noui aliqd adijciat, ſed qđ factũ eſt, ſolũ declaret, maxime ſi ordinarius ſit, aut is qui iudiciũ alteri cõmiſit.Bar.in l.2.C.de ſen.ex breui.reci.Bal.in l.hr̃des palã.§.ſi quis.ff.de teſta.Doc.in c.nouit. de iud. 5.q.8.c.loci.§.quia ergo.Quodq; delegans ſui delegati ſnĩam interpretat, fit: quia idẽ eſt tribunal, idẽq; iudiciũ, in quo non perſonã iudicãtis ſed miniſteriũ illud a iure publice cõmiſſum attẽdimus, vñ ẽt iudicẽ pro ipſo tribunali ſępe hẽmus.l.proponebat.ff.de iudi.refert Bar.ẽt in l.naturaliter. §.nihil cõe.ff.de acq.poſ. Quæ & cã eſt, ꝙ iudex anteceſſoris ſui pronũciatũ declarare permittit, ne ex obſcuro partes rurſus inuicẽ diſſidere incipiant.
54 †Interpretationis hoc ſit exemplũ. L. Titius eſt ꝓdẽnatus in 10.ſed qualis ea debeat eſſe pecunia, ex ſnĩa non apparet, quare iudex declarare poterit, de qua nã ſenſerit, alias q̃ minoris valet, ſolui poterit.l.nummis. ff.de le.3.item ꝓdẽnatus eſt Seius ciuis Marpurgianus, & plures ſunt Seii ciues, iudicis erit animi ſui ſnĩam exponere, de quo interim Seio intellexerit, id qđ & tẽperamẽtũ adhibere vr̃ ad enarrata ꝑ Bar.in l.demonſtratio falſa.ff.de ꝓdi.& dem. & in l.j.C.ſi plu.vna ſen.& l.diuus.ff.de cuſt.re. Quã declarationẽ & iudicẽ in ſnĩa ſibi reſeruare poſſe, rñdet Pau. de Caſ. in conſ.338.1.par. Ne aũt illotis manib.(qđ aiunt) hãc interpretationẽ aggrediaris ꝑ tribunali facienda eſt, parte ad hoc citata, ꝑſertim ſi inopinati aliqd fieri debeat, citra tñ reliquas ſolẽnitates, quas in pronunciãdo exigimus, arg.l. de vnoquoque.ff.de re iudi.& refert Bal. in auth.ſed hodie. C.de iur.cal.
55 †vbi monet ẽt non opus eſſe, vt pars voceť, qñ teſtis ꝑ iudicẽ
56 repetit ad declarãdũ teſtimonij ſui dictũ.†Et ab hac ſnĩæ interpretatione prouocare non eſt permiſſum, niſi ſit iniqua, quo caſu non adquieſcimus interpretanti, ſed interpoſita appellatione declarationis temeritatẽ corrigi petimus, qñ non ſnĩæ, ſed interpretationis tm̃ iniquitatem perſequitur. Porrò iniquitas declarationis multis modis detegit. Cũ primis quia ſecus acta iudicii præſeferunt, puta Seius 20. aureos nũmos ex L.Titio petiit, ꝓdemnatus eſt Titius in 20. de mone ta quæritur, illo aurum exigente, hoc monetæ currentis 20. offerente, ad iudicẽ recurrit, cui dubio procul nec dum excidit q̃ monetã dari voluerit, qui dũ ſnĩam de moneta vſu recepta interpretat aduerſum petita & probata, Sæium grauat, & appłoni feneſtrã aperit. Idẽ rñdemus in oĩ extranea aut minus in loco exiſtẽte interpretatione, q̃ ob rem fruſtra nouũ bouẽ intelligit, qui nouẽ boues reſtitui ꝑ ſnĩam iuſſit. Et vt ſemel dicã, qñcunq; verba pronunciati vel ſunt aperta, vel ex actis hr̃i poterũt, vel aliãs ex morib.cõique obſeruatione, certũ ſignificauerint, & iudex pro libidine ſua nouã atq; non ſic receptã interpretationẽ facere nõ ſit veritus, pro exotica erit, appellationiq; locũ præbet; quia male & non iure ſnĩam eſt interpretatus, ꝑ l.ille.§ cum in verbis.ff.de lega. 3. l.quicquid
57 adſtringendæ.ff.de ver.ob. Bal.in l.voluntatis. C.de fideicõ.& Doc.in l.ab executore.ff.de appe.†Taxatio quoq; expenſarũ litis, quodammodo interpretatio ſnĩæ eſt ſibi a iudice reſeruata, quam ẽt iudex in tribunali illud ſuccedens facere poterit, & prouocationẽ non admittit. Quòd ſi immodica ſit illa moderatio, adeoque ad iuris regulam minus qnæſita, appellationi locus erit. Bar.& Bal.in l.2.C.de epiſ.aud.& in l.ſi cũ exceptione.§.in hac.vbi & gl.ff.quod me.cau.in l.3.C.de fruc. & lit.expen.Inn.in c.ſæpe.de appel.& c.fi.quod met.cauſ.
58 †Moribus etiamnum iudiciorum per Germaniam quodam modo receptum eſt, ne in cauſis criminalib. prouocantes audiantur, partim quia intereſt publice, vt condemnati ad ſupplicium ducant, & ſnĩæ pœnalis ſtatim fiat executio, partim ꝙ in hmõi ſnĩjs minus ſit properandũ, ſed ad prudentũ conſilia proferẽdæ, quare nõ tã in his vr̃ peccari, aut temere aliqd ſtatui. Sed & ius cõe quorundam appłones a crĩalib. ſnĩjs reſpuit, eorũ maxime qui perduellionis aut maieſtatis ſunt poſtulati, tm̃ abeſt, vt in hmõi crimẽ factionis, proditioniſue de uitandæ gr̃a non debeat aĩaduerti.l.ꝓſtõnes.ff.de app.l. quiſquis.C.ad leg.Iul.& refert Ang.Are.de maleſi. ad fi. Quod & in eo probamus, qui ex propria ꝓfeſſione, quam ſua ſponte feeit, aliiſq; coniecturis accedentib.vera eſſe apparet, ꝓdẽnat. Proinde ſi ad vehemẽtia, q̃ vocant, & grauiora indicia qõne habita, crimẽ fuerat ꝓfeſſus, q̃ grauem ſnĩam patit, non ꝓuocat, apud Nic.& Matheſi.& Bal.in l.ſciant cuncti. C. de ꝓba. cui & hæreſos crimẽ atque ſimoniã cõparanus.c. inquiſitionis.de hære.in 6.Archi in c.felicis.& Io.And. inſuper qñcunque crimẽ vel teſtib.vel aliis modis indubitãter eſt probatũ, aliaſue notoriũ, vt tergiuerſari non poſſit, & præterea enorme, appellationis beneficiũ non habebit, adeo vt ẽt magiſtratus in rẽpublicã peccaret, ſi eam prouocationẽ admitteret.l. 2.C.quo.app.non reci.c.cum app.friuolis.de app.in 6 l.fi.vbi Saly.C.de rap.virg.Ang.Are.de maleſi.ad fi.& hẽt Guido Pa
59 pæ de app.arti.87.†In cæteris aũt cauſis criminalib. non ſic enormib.neque item per oĩa patentib. ſm iuris regulã prouocat, nam ſi in controuerſijs ciuilib.quæ ſæpius pro re nihili hñr, & illatum grauamẽ reparare datur, magis eſt, vt ei, de cuius vita agit, id quoque beneficii non adimatur periculo maiore, q̃ ꝙ poſt ſumptum ſupplicium reſtaurari poſſit, ſanctius.n.eſt, (vt diuus Hadrianus Anfidio reſcripſit) impunitũ relinq facinus nocẽtis, q̃ innocẽtẽ dãnare.l.abſentẽ. ff.de pœ. & c.fi.vbi gl.de poſtu.reſpiciens dubio procul ad illud Hieremiæ, cap.xxij. facite iudicium & iuſtitiam, & libertate vi oppreſſum de manu caluminatoris, & aduenã, & pupillum, & viduam nolite contriſtari, neque opprimatis inique, & ſanguinem innocentem ne effundatis. a quo loco nec & illud planè eſt alienũ, quod Scipio ille Africanus dicere ſolebat, ſe malle vnum ciuem ſeruare, q̃ mille hoſtes perdere. Hmõi autem appellatio, non ſecus atque in ciuilib.negotiis, aut voce, aut ſcripto interponitur, idque intra x.dies a ſnĩa lata, & interim ſupplicium, ad quod damnatus ducebat, eſt differendum.l.l.litigatoribus.& l.addictos.C.de app.l.addictos.C.de epiſc.audien.& cap.Romana.§.verò vocatis.de appella.in 6.
60 †Vbi ſingulare eſt, ꝙ non tm̃ ei, qui ad ſupplicium ducit pro uocare permittitur, verum alii quoque eius noĩe, quiſquis ille eſt, ſiue neceſſarius, ſiue non. Humanitas.n.quam hõ homini debet, ad hoc officii nos inuitat, vt hominem potius cõ ſeruare, quã perdere (quoad publice liceat) ſatagamus, ὃ θέμις ἀπὸ μυτάνις κτίφιπις, ſecundùm Tragicorum prouerbiũ, alter alteri ſit, monẽte Tullio in primo de natura Deorum libro, & Plinius naturalis hiſtoriæ lib. 2. Quæ prouocatio vtriuſq; nomine, tam appellantis quã ſnĩam paſſi, poterit fieri, etiam abſente eo qui capi taliter eſt condemnatus, quamuis enim propter abſentiam tam expoſitum vitæ periculum non immineat, attamen ſi prehenderetur, ſupplicium ex ſententia prius lata expectare cogeretur, apud Ange.& Pau. de Caſ. in l.non tantum.ff.de appel.& Innoc.in cap.cum olim.de teſti-
61 bus. † Sed & qui ſic humaniatis officium, cui impendit, & prouocare non deſinit, appellationem quidem interponere, ſed eam proſequi ſine certo mandato haud permittitur, ne in præiudicium condemnati aliquid agat. Bar. in l. addictos. C.de epiſ.& audien. Innocen.in cap.veniens.de accuſa.
62 †Adeoque appellationis ſubſidium pro eo qui ad ſuppliciũ ducitur, procedit, vt etiam inuito, & ei qui perire feſtinat, ſententiæque adquieſcit, ſit expoſitum, teſtatur Vlpia. in l.non tantum ei. ff. de appella. his verbis, Quid ergo ſi reſiſtat qui damnatus eſt, aduerſus prouocationẽ, nec velit admitti eius appellationem perire feſtinans? Adhuc putem differendum ſupplicium. Eius hanc cauſam habe, quia nemo eſt dominus membrorum ſuorum, tantum abeſt, vt rotum corpus dilaniandum, conficiendumue ſua ſponte proſtituere poſſit.l. liber homo.ff.ad leg. Aquil.l.qui ſoluendo. ff.de neg. geſt.
63 †Quo fit, vt & reus defenſionibus ſuis renunciare non poſſit, quibus corpus illeſum tueri datur. licet terminum defenſionis gratia præſtitutum deſerat, ad quem pœnitentia ductus demum redire non prohibetur. Bartol.in l.cuſtodias. ff. pub.iudi. Bald.in l.ab accuſatoribus. C.de accuſa. glo. in l.pactum inter hæredes. fi. de pact. & rurſum Bartol. in l. qui vltimo ſupplicio. ff. de pœnis.

Quòd

Source : BIU Cujas

64 †Quòd ſi ex pluribus vna ſnīa graui condemnatis vnus pro uocaſſet, eius appellatio ſimul & victoria reliquis etiam commodabit, niſi illi ſnīæ adquieſcant, tametſi ad ſupplicium appellatione necdum finita temere non debeant rapi. l. 1. & l. 2. C. ſi plu. vna ſent. & per Imo. in l. ſi qui ſeparatim. §. quod reſcriptum eſt. ff. de appel. †Neque iudex appellationem interpoſitam repudiare debeat, & ſnīam capitalem, quaſi indicta cā exequi, ſed vel ad ſuperiorem negocium illud referre, vel donec peracta appone condemnatus ad ſupplicium remittatur, expectare, colligit Aret. de malefi. glo. fi. Bal. Raph. Co. Imo. in l. ſi quis filio. §. 2. qui. ff. de iniu. rup. & irri. fa. teſta. Sin autem iudex præterea ad executionē ſnīæ prorumpere non ſit veritus, & appone m, q̄ ſnīam extinguit, atq; ex eo iniuſtā videri facit, contēpſerit, poterit, & per neceſſarios & amicos ꝯdemnati de facto (vt aiunt) aut vi intercedi. Non. n. ex iudicis officio agit, qñ id quod irreparabile eſt, conficit. ſed magis vt tyrannus & humani ſanguinis auidus, qui poſt hominem ſic temere peremptum, haud ſecus vltimo ſupplicio ſubiacebit. l. lex Iulia. ff. ad leg. Iu. repe. Bal. in l. ſi quis filio. §. 2. qui. ff. de iniu. rup. & irri. fac. teſta. gl. in l. minor. §. j. ff. de euic. Inn. in c. ſi quando. & c. paſtoralis. de off. deleg. & Pau. de Leaza. in
66 clem. j. de re iu di. †Idem reſpondemus in eo, cui membrum per ſnīam a corpore venit adimendum, nam ipſe nō ſolum prouocare poterit, verum ēt quiſquis alius eius nomine, etenim quia membrum interire debet, illud in corpus quoque per hoc adfectum redūdat, & mortui comparat, eſt relatum in l. 2. C. de offi. eius qui vic. alter. gerit. Auth. de collationib. §. ad hoc prohibemus. Simile eſt, vbi ad mortem ciuilem qs damnatur, deportādus puto aut id genus capitali pęna apolitys, libertate priuādus, quam animaduerſionem ſi pecunia redimere liceat, cuius e populo permiſſum eſt eam dare, ēt
67 pro inuito, & hoc humanitatis rōne perſuadente. †Quib. adde iudicem poſſe cogere damnatum, aut ipſum excuſſis bonis pecuniam corradere, quo mulcta potius detur, q̄ membri mutilatio, aut mors ciuilis inferatur, tractāt in l. Stichus. ff. de pecu. lega. Bal. in l. fi. C. de neg. geſt. Bar. arg. l. cum duob.
68 §. idem reſpondit. ff. pro ſocio. † Appellatione autem ſic pendente, & necdum finita ſententia, ipſa quò ad crimen illud extinguitur, quare in cadauer interim defuncti neq; animaduerti, neque atrocis aliquid committi dēt, cum id damnatis & ſnīam paſſis ſolum conueniat, quapropter inhumaniter errant, qui in cadauera reorum in vinculis defunctorū priuſ quam condemnent, ſeuire ſolent, & contumelioſis modis afficere, niſi in eo ſint reatu, vt ēt memoria ipſorum veniat condēnanda. l. j. ff. de cadaue. punit. Cy. in l. j. C. ne ex delic. de func. Ang. & Imo. in l. defuncto. ff. de publi. iudi. & Inſtitu. de hæred. quæ ab inteſt. deferuntur. §. per contrarium. Relatum iam eſt, quapropter iudex interpoſita appellatione ēt in capitalib. iudiciis, niſi per ius prouocare non liceat, conquieſcere debeat, atque in deliberationis ac innocentiæ prę iudiciū nihil attentare, ſed cuncta in eo ſtatu relinquere, quo fuerunt, priuſquam pronunciaretur. ſ. appellatione interpoſita. C. de app. l. ſciendum. ff. de app. reci. Auth. vt nul. iud. §. & inſuper iubemus. coll 9. l. 1. ff. nihil noua. appel. interp. & c. an ſit. extra de appe. Verum vt cognoſcas, quorum delictum maius ſit. q̄ vt appellationem admittat, ſuppliciumq; ſuſpendi faciat, ad
69 uertendum eſt tam conſtitutionib. quàm legib. in † nonnullis criminib. non prouocari quaſi publice interſit, vt in eos q ipſorum nomine damnati ſunt, ſtatim animaduertatur, qñ iudex ſnīam exequendo, ēt ſi prouocatū ſit, non dr̄ noui aliquid facere, ſed iuris miniſterio quo fingīt, ſatisfacere. ne ſub differendi ſupplicii prætextu, quiſq; in maleficium liberius aliqñ prorumpat, & reipublice tranquil itatem pernitioſè graſſando interuertere non erubeſcat. Magiſtratus. n. facinoroſos non plectens, non ſecus peccat, atque ſi innocentem puniret, tñ abeſt, vt tunc damnatos ſtatim ad ſupplicīū ducens, noua re aliquid, aut pœnam incurrere dicatur comprehenſam. l. quoniam iudices & l. iudicibus. C. de appella. οἱ γὰρ ἄρχοντες ἐκεῖ σιφρόνως τῶν ἀγαθῶν ἕνεκεν, (vt diuus Paulus docet Ro. 13.

ἀλλὰ τῶν κακῶν. θέλεις δὲ μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν, τὸ ἀγαθὸν ποίει καὶ ἕξεις ἔπαινον ἐξ αὐτῆς· γὰρ διάκονός ἐστί σοι εἰς τὸ ἀγαθόν, ἐὰν δὲ τὸ κακὸν ποιῇς, φοβοῦ, οὐ γὰρ εἰκῇ τὴν μάχαιραν φορεῖ. θεὸ γὰρ διάκονός ἐστιν, ἔκδικος εἰς ὀργὴν τῷ τὸ κακὸν πρᾶσσοντι. Et hoc eſt, quod Solon qui Athenienſibus leges dedit, ſolebat dicere, rempublicam duabus rebus contineri, prę mio ſcilicet, & pœna, in cuius corpore, ſi putridi aliquid ſit. reſecandum fore, ne in reliqua membra contagionem ducat. Sic enim clemens erit bonus princeps & mitis, non tamen vſque ad contemptum, apud Ageſilaum Laced emonium, Ἀγαθὸν βασιλέα πρᾶον εἶναι δεῖ, ἕως ἄχρι τοῦ μὴ ὑπερφρονητὸν εἶναι.

70 †Sunt autem, quorū appellationes non audiuſitur, inſignes latrones, qui modo graſſatores, modo publici & famoſi quoque latrones cognominantur, qui per nemora, aliaque loca vaſta, & minus patentia & occidendi & depredandi hominis cum telo obambulant. l. capitalium. §. famoſos latrones. ff. de pęnis. & in vſib. feud. de pace tenenda. §. publici latrones.

71 †Similiter authores ſeditionum, qui populum ad arma concitant, cuius imaginem apud Vergilium Eneid. j. videre eſt, ac veluti magno in populo cum ſæpe coborta eſt ſeditio, ſeuitque animis ignobile vulgus, iamque faces. & ſaxa volant, furor arma miniſtrat. qui ob id ſeditionarij quibuſdam dūr. 47. c. ſeditionarios. cumque hoc malum Reipub. ſit pernitioſum eius concitatores non appellant, ſed ſtatim ſupplicio exponuntur. l. conſtitutiones. ff. de appel. l. capitalium. §. ſolent. l. ſi quis aliquid. §. authores ſeditionis. ff. de pęn. l. 1. C. de ſedi
72 tio. †Idem obſeruamus in iis, qui factionum ſunt duces, hoc eſt, qui populum in diuerſas ſtudiorum partes agunt, quem admodum Cæſar de bello Gallico, lib. 1. Galliæ totius factiones eſſe duas ſcribit. Quæ populi diſceſſio in legitimi magiſtratus perniciem fieri ſolet, quare nonnulli eam ad perduellionem, Bartolus etiam ad proditionem refert, vt in l. quiſqs. C. ad legem Iul. maieſt. videre eſt, vbi non poſſum ſilentio p̄terire ſingularem illam Solonis ſapientiam, qñ lege ſtatuit, eum qui in ciuili diſcordia parti alterutri ſe non adiunxiſſet, ſed ſolitarius commune ciuitatis malum conſiliari poſthabuiſſet, omnib. fortunis atque honorib. exutum eſſe debere. Boni ſiquidem homines, ſi ſocij partis ſeorſum vtriuſq; fuerint, coercendæ factionis maiorem capient opportunitatem, dum & ſuos, apud quos ſunt, regunt atque mitificant, & aduerſarios ſeruatos magis cupiunt, quàm perditos. Legis aūt Solonis, vt apud Ariſtotelem refertur, hæc ferme eſt ſnīa. Si ob diſcordiam, diſſenſionemque ſeditio, atq; diſceſſio populi in duas partes fieret, & ob eā cauſam irritatis animis vtrinque arma caperentur, pugnareturq; tum qui in eo tempore, in eoq; caſu ciuilis diſcordiæ, non alterutri parti ſeſe adiunxiſſet, ſed ſolitarius ſeparatuſque a communi malo ciuitatis ſeceſſerit, is domo, patria, fortuniſque omnib. carere, exul, extorriſque eſto, ſcribit Plutarchus in vitam Solonis, & Aul.
73 Gellius in 12. libro Noctium Attic. c. 12. †Reliquos caſus, in quib. criminis damnati nō prouocant, videre eſt in Codicis tractatu, quorum appellationes non recipiuntur. & Spec. de appel. §. in quibus. inter quos etiam eſt. Si quis publicæ functionis perperam geſtæ condemnetur, atque item teſtamen aperiundi, & vt hæres in poſſeſſionem mittatur. Quæ omnia procedunt, niſi appellationi iudex detuliſſet, quo caſu etiam contra legis, conſtitutionisue prohibitionem appellatio exe cutionem ſuſpendit. c. cum appel. vbi Doct. de appellat. in 6.
74 †De ſeruis alia eſt conſideratio, qui & ipſi capitaliter poſtulari & damnari poterunt, vt in quib. eadem ſunt obſeruāda, quæ in libero homine, ex Senatuſ. Cotta & Meſſalla Coſſ. facto; natura enim hoc caſu communis exiſtit, quare & parricidii poſtulari poterunt. Atque vt ſemel dicam, nullis non legibus ſerui rei fiunt, quibus pęna pecuniaria non irrogatur, ſed capitis, apud Venuleium in l. hos accuſare. ff. de accuſationibus. & eſt repetitum in glo. c. teſtimonium. de teſtib. Et ꝯ ſerui ciuilibus iudiciis non ſubiaceāt, fit: quia bona non habent, quæ iſtiuſmodi rōne, aut conſequimur, aut tuemur, & in perſonam ſeruilem nulla cadit obligatio, cum in iure ciuili pro nullis ſerui habeantur. l. neq; per ſeruum. ff. de vſucap. l. homo liber. § quicquid. ff. de acqui. re. do. l. in perſonam. & l. quod attinet. ff. de reg iur. Ab omni itaque iuris ciuilis præſidio ſeruus alienus eſt, adeo, vt etiam ſi ad ſupplicium ducatur, 75 †non tñ poſſit appellare, & vitam illam atque animulā communi omniū beneficio, qđ a natura prope introductū dixerim, ipſe conſeruare. Verùm quia intereſt dominorū, ne mancipia ſua ſic pereant, cum quod ad familiam, bonaque eorum pertinere dñr, tum ꝯ humanitate ducti, ad opem ferendam proniores fiūt, permiſſum eſt ipſis, vt appellationis auxilio pro ſeruis vtantur, & ne innocentes ad ſupplicīū rapiantur, curent. Id quod & alius dñorum noīe facere poterit.
76 Quod †ſi neq, dñs ſit, neque alius qui eius noīe appellationem interponat, hominēq; iuuare laboret, tunc ne ꝯ obnoxium & nō meritū aliquid ſtatuatur, ipſi ſeruo permiſſum eſt ad triſte auxilium, vt inquit Martianus, confugere, & per ſupplices libellos ſnīæ ſic grauis executionem ſuſpēdere, ſupplicium que imminens differre. Eſt expreſſum in l. ſerui appellare. ff. eo. Vnde non inſcite quidā ſupplicationem eſſe dicunt, qua benignitas ſuperioris imploratur ad amouendum grauamen, quod communi iure impediri non poteſt, refertur etiam apud glo. Cardinalem, & DD. in c. ex literis. in verbo, ſupplicare. de in integ, reſti. Neque temere factum exiſtimes, vt ſeruis ad triſte illud, & quaſi a natura expoſitum auxilium confugere liceat. cum & ipſi homines ſint, iure naturæ nobis æquales, ſola gentium inuentione, atq; placitis ſub hoc ſeruitutis iugum detruſi, quos tandē iuuare non ſolū humanitas ipſa, ſed ēt iuſti & æqui amor ſuadet, quo iniquū atque falsū ſtatim odio hr̄e, & ne in Repub. p̄ſertim aduerſus hoīes

Source : BIU Cujas

77 committatur,intercedere ſolemus. Etenim præter † duriſſimas pœnas,quæ ſeruis a dominis ſuis adhibebant,lignum ſi quidem illud paluſtri,cui temo affigitur, furceque nomen habet,collo alligatum ferebant,eoq; quaſi iugo ſubacti, manibus poſt terga reuincti,a ſingulis furciferi compellebātur, vt neruos,compedes,notas atq; literas laminis fronti, & vultib.in uſtas,inſcriptaſque,piſtrinum,pedicas,boias, verbera, pann oſitatem,famem,ſitim,frigola,ſoles,& id genus ipſiſſi-
78 mas cruces taceā. Lycurgus apud Spartanos lege lata, † dominis ēt interficiendi ſeruos ius dedit, qđ & Romanos ſibi vſurpaſſe authores non leues habemus. Ex quib. ēt Cato ſenior tanquam aſper nimis atq; durus male audiſſe dī, ꝙ ægra & affecta mancipia, non ſecus atq; brutum aliqđ ſenio debili tatū, domo exigeret,victumque negaret,quaſi non pudeſieret miſerrimo mortis generi exponere,quos tanta laborum male dudū obrutos ꝓſeciſſet. Deinde tñ D. Pius, atque porrò Principes hanc dominorum licentiam in ſeruos ſalubriter repreſſerunt,ꝓſtituentes, ne iniuſta imperia noxæ forent,neue dñis plus æquo in ſeruos ſeuire liceret, ꝙ ſi ꝑterea quis ſeruum ſuum occidiſſet,haud alia pœna diceret, quam ſi alienum necaſſet. Hadrianus quoq; imperator mancipia a dominis occidi vetuit,ſed vbi quid deliquiſſent, ꝑtoris iudicio pœna ſtatueret. Quare & Vmbritiam matronam quia in ancillas ſuper modum ſeuera eſſet,in quinquēniū relegaſſe, fertur. E Republica enim magis eſſe,& ſatius boni principes exiſtimarunt, vt vel ſeruí noſtri manſuetudine quadā demulceant,pertractenturq;,q̄ vt duris illis modis excepti ēt inuiti opus faciant,& id parum bene,tandēq; verū in bonis fiat illud Macrobij in Saturnalib. Totidē nobis hoſtes eſſe, quot ſeruos. Nō hēmus illos hoſtes,ſed facimus. Et odit quiſquis qđ metuit. Qđ ſi pleriq; ēt qui Chriſto nomen dedimus, hodie obſeruaremus,familiā noſtrā,dubio procul,non perinde atque beſtiam aliquā haberemus. ſed æquitatē & æquabilitatē ipſi exhibentes,ſcituri,ꝙ dominū in cēlis habemus qñque repetiturū ex nobis,qđ in fratrem ſecus, quam nobis id fieri velimus,ita enim æquabilitate pellecti ſeruí, quicquid fecerint,ex animo facient,tanquam domino, non hominib. obſequia præſtantes. Sic enim Paulus Apoſtolus monet, οἱ δοῦλοι ὑπακούετε κατὰ πάντα τοῖς κατὰ σάρκα κυρίοις, μὴ ἐν ὀφθαλμοδουλίαις ὡς ἀνθρωπάρεσκοι, ἀλλ' ἐν ἁπλότητι καρδίας, φοβούμενοι τὸν θεόν· καὶ πᾶν ὅτι ἐὰν ποιῆτε, ἐκ ψυχῆς ἐργάζεσθε, ὡς τῷ κυρίῳ καὶ οὐκ ἀνθρώποις &c. Οἱ κύριοι τὸ δίκαιον, καὶ τὴν ἰσότητα τοῖς δούλοις παρέχεσθε, εἰδότες, ὅτι καὶ ὑμεῖς ἔχετε κύριον ἐν οὐρανοῖς,
Cuius ſentētiæ nunq̄ obliuiſci debes,ne dū auaritiæ tuæ operam nauas,ſeruum tuum,immo fratrē, ſub iniqua laborum mole defatigatum non modo ꝓficies,ſed hominem eſſe oblitus eadem religione initiatum,a chriſtiana doctrina tā alienum agas,vt qui maxime. Verum vt ad id, vnde digreſſi ſu-
79 mus,reuertamur. Appellationē † pro ſeruo interpoſitam dñs proſequi dēt,vel eius noīe procurator, cum id pecuniariter dñi intereſſe videat. l. Lucius Titius. ff. eo. & l. 2. ff. de cuſtodia reorū. vtcunque in iudiciis capitalib. per procuratorē cā exerceri aliàs non poſſit. l. accuſatori, §. ad crimen. ff. de publ. iudi.
90 Neque † auſit iudex, contēpta vel appellatione, vel ſupplicatione, de condemnato ſupplicium ſumere,ſed cām ad maiorem magiſtratum referat,eiuſque ſnīam cunctāter expectet, ne & ipſe ſanguinis perperam effuſi reus fiat, & ſupplicium haud diſſimile ſubire cogat̄,iuxta l. lex Iulia. ff. ad legē Iuliā repetund. cuius ſuperius mentionē fecimus, niſi forte in eo ſtatu ſit crimen, in qđ vt ſtatim aīaduertatur, etiam non obſtante prouocatione,publice intereſt. Prudentis itaque iudicis eſt,nihil temere in huiuſmodi rebus ſtatuere,aut attētare ſed peritorum conſilio adiutum rem maturare, & quid ſit σπουδὴν βραδίως diſcere,ne dum ſuis affectibus ſtudet, Rempub. turbationem reddat, ſibique negotium non ſic eluendum
91 faceſſat. Inſuper † a ſnīa contra manſorem aut contumacem lata non prouocatur. Eſt. n. contumax, Papiniano authore in l. ex conſenſu. §. eum qui. ff. de appellationib. qui cognouit edictum peremptorium ſm ordinis cauſam datum, & pro tribunali, neque reſpondit, neque defenſus edicti denuntiationem rupit. Et quia non ſine magiſtratus contemptu id factum exiſtimamus,in dolo malo eſſe iudicatur, qui nemini patrocinari debet. l non pōt. ff. de regu. iur. tradit Bar. in l. minor. ff. de mino. quapropter non auditur appellans,& fruſtra legis auxilium implorat,qui in legem peccat. Eſt etiam in l. j. vbi DD. C. quorum app. non recip. l. & poſt edictum. §. ſciēdum. ff. de iudi. Bar. in l. fi. ff. de in integ. reſtit. Bal. in l. 1. C. de hæred. inſti. & l. auxilium. ff. de mino. & authē. nauigia. C. de furtis. Vtque edicti ſeu citationis cognitionē hēt,ſufficit quocunque modo tempeſtiuā eius denuntiationē ēt ad ædes factam eſſe,arg. l. item veniunt. §. a quo. ff. de pet. hære. Barto. & Bal. in l. ꝓſentaneū. C. quo. & qñ iudi. Et licèt iudex ſuperior de hac appellatione ſcrutari cepiſſet,tñ ſi appareat in ꝓtuma cem prouuntiatum,non dēt pergere,ſed partes ad ſnīæ executionem remittere,ſed non tā huic neceſſitati addicit̄,quin cuniculos inuenire,& impune ſe extricare poſſit. Qñquidē ſi cauſas abſentiæ allegauerit: quia aduocatū hre non potuit, prouocationis auxiliū hēt,per Bal. in l. fi. ff. de in integ. reſtit. Aut quia ꝓfeſtim, vbi iudex ſnīa prolata diſceſſit,ſe repūtat,plo. de Imo. in d. l. ex conſenſu. & Alex. in l. properandū. §. ſin-
82 aūt. C. de iudi. Aut ad ſnīam tñ emanſit,cū in cauſæ proceſſu ſemper coram fuiſſet,gl. in l. ſi ideo. ff. de euictio. & in l. ſæpe. ff. de re iudi. Proinde is qui impedimenti aliquid & grauaminis ab aduerſarto ſibi illatū dicit,per viam querelæ id proponere facultatē hēt,& auditur,apud Panor. in c. dilectus. de ſequeſt. poſſ. & fruc. Feli. in c. quod ad conſultationem. de re iudi. Idem reſpondemus in muliere,ruſtico,& milite,qui & ab hac iuris anguſta obſeruatione excuſationem habēt. Bal. in l. vbi exigere. ff. de edendo. & refert Philippus Peruſi. in c. Nicolao. de appel. Quibus addē † ex cauſis vtcunque leuibus atque exiguis contumaciā purgari, appellationique feneſtrā aperiri,inter quas & itineris impedimentū connumerat, vt quia nimis longū eſt,& tps non ſuppetit legitimum, quo cō modo id ſuperare poſſit,iuxta ea quæ notant in l. j. ff. ſi quis cautio. l. mille paſſus,& l. itinere. ff. de ver. ſig. & Inn. in c. nonnulli. de reſcri. Aut quia periculis ob militem diſpalatū,ꝑdonūue incurſionē obnoxiū erat,quo caſu nō ſatis eſt vnius itineris impedimentū ꝓbare,ſi adhuc aliud ſit per qđ ſe ęquè, licèt non tā breue,tunc potuiſſet exhibere,donec Hermogenianus in l. Imperator,(quā verbis Græcis in Norica Archetypo ſcriptā habes.) ff. de app. ſubindicat Bar. in l. cōtinuus. §. cū ita ſtipulatus. ff. de ver. ob. & in l. cū ꝓponas. C. de nautico fęno. Eſt in l. eos. ff. de falſ. mone. & in l. 2. C. de curſ. pub. li. 12.

Quando prouocare non eſt neceſſe,& de ſententia ipſo iure non valente. Cap. VI.

SVnt etiam ſententię,a quib. nō eſt opus vt prouocet̄, ꝙ iuris rigorē, vt inquit Modeſtinus in l. ſi expreſſim. ff. de appdatæ,quæ ob id valere non debent, ſed ipſo iure hñr nullæ, ἢ ἀνήμπτωτοι, ἢ ἀνέκκλητοι, ἢ ἀναφαίρετοι. Demoſtheni vñr dici,& ideo ſine appellatione cā denuo induci,atque iudicari pōt. Nō † enim iure datur ſnīa, quæ ꝙ leges, 83
vel Senatuſconſulta vel conſtitutiones fuerit prolata. Vnde ēt deſerta appellatione minime ex ea ꝑſcriptione ſnīa confirmatur. Eſt ēt in l. ſic cum inter te. C. qñ prouo. non eſt neceſſe l. j. §. item ꝙ ſacras. ff. quæ ſententiæ ſine app. reſcind. c. inter cæteras. cum gl. c. cum inter vos. §. ꝙ ius conſtitutionis. de re iudi. 11. q. 6. c. & qui appellat. §. item ꝙ ius ſcriptū. & c. ꝑ tuas.
84 de ſen. exc. Etenim facti † ſolū qō iudicis arbitrio relinquit̄, q̄ autem iuris ſunt,legis authoritati ſalua manēt, cuius ipſe miniſterium ſaltem gerit. Quapropter non oportebat ꝙ eam legem pronuntiare,vnde dūtaxat hēt,qđ iuſtum dīiudicat,quare nihil efficit, iudicis functionem egreſſus, & in legiſlatorē ſe effigians,cuius tum nullā authoritatem hēt. l. j. §. j. ff. ad S. C. Turpilia. & l. ordine. ff. ad municipales. Exemplum in loci vſum ex l. 2. C. qñ prouo. non eſt neceſſe,tibi pete. Vbi iudex
85 pronuntiat minorem † quatuordecim annis teſtm facere potuiſſe,id quod expreſſum iuris errorē hēt,cum in eo nullum ſit animi iudiciū,ex quo ſupremæ voluntatis elogioū proficiſci dēt l. qua ætate. ff. de teſta. l. ſi frater. ff. qui teſta. fac. poſſ. §. & præterea. Inſti. quib. nō eſt permiſſum facere teſta. Item ſi iudex ꝙ excuſantē ſe a munere publico,vel tutela, ob ius liberorum,ætatē aut aliud priuilegiū iure expreſſum pronuntiaſſet,neque liberorū, neq; ętatis,neque vllius priuilegii excuſationē eſſe,de iure ꝓſtitutionis pronuntiatū intelligimus, quare ſentētia non valet,& applonis neceſſitas remittit̄. l. 1. §.
86 itē ꝙ. ff. quæ ſentētiæ ſine app. reſcin. Porrò † qui Romæ tres liberos ſuperſtites habet, ſiue in ptāte tua ſint, ſiue emancipati, vel in Italia quatuor, vel in prouincijs quinque, & a cura atque tutela,& a cæteris publicis munerib. excuſari poterit. Reſcribunt Seuerus & Antonius AA. in l. j. C. qui numero libe. ſe excuſant, Eſt ab exordio Inſti. de excuſ. tut. vel cura. & J. nepotes de ijs qui numero lib. ſe excuſ. C. lib. 10. & in l. excuſant. §. remittit. ff. de excuſ. tut. & l. j. §. quare. & l. 1. §. numerus liberorū. ff. de vaca. & excuſ. mune. Et cām habuit remiſſio iſthæc,atque fecūditatis remuneratio,vt ciuitates auctiores redditæ conſtarent,& ad militem hoſti opponendū ſufficerent. Quare & S. C. Tertullianum, quod Diui Hadriani temporibus fiebat, vt mater ingenua trium liberorum ius habens,libertina autem quatuor ad bona filiorum,filiarum ue admittatur, & triſti etiam ſucceſſione in ſolatium luctus non fraudetur, quorſum & Pauli reſponſum in l. ter enixa. ff. de verbo. ſignifi. pertinet. Eam quoque ter enixam videri, quæ vno vtero ter genuinos peperit. Deinde Iuſtinianus cō-

ſtituit

Source : BIU Cujas

ſtituit caſum fortuitum mulierib. non debere fraudi eſſe, aut detrimento, & quæ eum, eamue peperiſſet, qui queue morte interẽpti ſint, in legitimam liberorũ ſuorũ ſucceſſionẽ, vocẽtur. §. poſtea autem. & §. ſed nos, Inſtit. de S.C. Tertulliano, & l. fi. C. de inſti. & ſubſti. Prætereа † qui ſeptuaginta annis maior
87 eſt excuſatur, quod & primò de minorib 25. annis cautum eſt excuſantur. ff. de excuſa. tuto. l. 2. ff. de vacat. mune. & l. manifeſti iuris eſt. C. qui ætate &c. lib. 10. Iuſtiniano tñ ꝓſtituente factũ eſt, vt minores 25. annis ad tutelam vel curam adſpirare prohibeantur, adeo, vt nec excuſatione ſit opus. §. item maior. Inſti. de excuſa. tut. & l. fin. C. de legitima tutela. Haud † diſſimiliter liberalium diſciplinarum atque artium profeſ-
88 ſores vacationẽ merentur, iuxta l. ſed & reprobati. §. amplius & illud ff. de excuſa. tut. l. eos qui Romæ. ff. de vacatio. mun. & l. medicos. C. de profeſſoribus. & medi. libro 10. Verùm † vt ſententia ex eo non valeat, quia ꝯ iuris rigorem eſt lata,
89 oportet iùs illud ſit expreſſum, atque indubitatum, adeo vt exceptione ſubuerti non poſſit. Vnde eſt, ꝙ ſentẽtia ꝯ ius expreſſim non detur, qua filiumfa. teſtm facere poſſe eſt pronuntiatum, quamuis ſecundum iuris regulam teſtari non permittatur: cum in alterius ſit ptãte. l. qui in poteſtate. ff. de teſta. & Inſtitu. quib. non eſt permiſſ. facere teſt. poterit eum filiusfa. pubes de peculio caſtrenſi teſtamentum vtcunque alienæ poteſtatis ordinare. § illis autem temporib. Inſtitu. de teſta. mili. Idem probandum eſt, ſi contra ſtatutum ſeu ius municipale pronuntietur, quod in ſcriptum nec dum eſt relatum, tam fixum enim nõ eſt, quare appellatione opus erit ad ſententiam reformandam, ſentit Pau. de Caſ. in l. ſi expreſſim. ff. de app. & eſt argu. in l. cum prolatis. ff. de re iudica. vbi Alexan. Aliud reſpondemus, † qñ contra litigatoris ius ſentẽ
90 tia profertur, vt quia de ætate teſtatoris qõ eſt, & teſtatorem 14. annum impleſſe, adeoque teſtm iure factum iudex pronũtiauit, quæ ſententia, niſi prouocetur, in rem iudicatã tranſit d. l. 2. C. qñ prouo. non eſt neceſſe. Aut quia ꝯ eum, quem vt excuſationes alleget, admiſit, quaſi frigidas adduxerit probationes, eſt pronuntiatum, qñquidem de litigatoris iure id exiſtimamus, appellationem interpones, ſi parere ſententiæ nõ velis: nam & in hac qõne factum verſatur, quod in iudicãtis arbitrium collocari diximus rñdente Papiniano, ſecundum Marcellum in adducta l. 1. §. item ꝯ ſacras conſtitutiones. ff.
91 quæ ſententię ſine ap. reſcin. Poſſet † tñ fieri, vt ſnĩa ꝯ litigatoris ius lata, ſit ipſo iure nulla, puta qñ a iudice delegato profertur ſm Hoſti. in c. fin. de præben. aut quia ꝯ ius partis qđ notorium eſt datur. Abb. & DD. in c. ſuper. de offi. deleg. ſcribit Alex. ad Bar. in l. 2. C. quando prouo. non eſt neceſſ. Panor. & Docto. in c. j. cum aliquot ſequentibus de re iudicata. Sunt & aliæ ſententię citra appellationem inualidæ, inter quos etiam ea eſt, quæ a iudice munerib. corrupto datur, inſtituto non inſalubri. haud enim oportebat eũ qui iuris miniſterio præficitur illud ſordibus contaminare, iuſtitiamque turpiter proſtituere, nihil veriti dictorum monita & vocẽ. ut
92 Homerus Iliad. † y. teſtat, ὃς βίην ἀγορῇ σκηπτὰς κρίνωσι θέμιστας ἐκ δίκης ἰθείας ἴσασι θεῶν ὑπὸ νῶτα καὶ ἔπη de qua re ita eſt in 12. tabulis, donũ ne capiunto, neue danto, neue petenda, neue gerenda, neue geſta poteſtate, quiſquis earum rerum migraſſit. noxiæ pœna par eſto. Recte itaque Thebani, vt iuſtitiam nulla largitione corrumpendam ſignarent, iudicis imaginem ſine manib. facere ſolebant. Encolpius apud Lampridium refert, Alexandrum Seuerum, ſi vnquam iudicem furem vidiſſet, paratum habuiſſe digitum, vt illi oculum erueret. Bonum Principem, cui noſtra ætate, citius digiti, ꝙ oculi eruendi deficerent. Nec minus recte Cambyſes, qui in ſede, vbi iudex per ſordes iniuſte iudicarat, detractum ipſi corium in lora concidit, qùibus & tribunal ornauit. Darius quoque Perſa Sandocem Eolidis præfectum, quod per iudicium nundinatus eſſet, cruci adfixiſſe dicitur. Sed & legib. noſtris hoc malum non omnino impunitum manet, nam qui iudicẽ corrumpit, cãm amittit, & iudex ipſe, niſi furem dicere malis cum Alexandro, lege Iulia repetundarum poſtulaꝛ, præter hoc, ꝙ litem ſuã facit l. j. & 2. C. de pœna iudi. l. omnes. C. ad legem Iul. repetundarũ. & l. ſi filiusfa. ff. de iudic. Et poſtremò ſnĩa illa non cenſẽt eo nomine digna, ſed a diuis principib. infirma eſſe decernitur. l. venales. C. qñ prouo. non eſt neceſſe. niſi ab arbitrio fuerit lata, quo caſu ad pœnam eſt actio, tametſi doli mali exceptio obiici poſſit l. 3. C. de arbi. & l. ita demum. ff. de arbi. Inſuper
93 † pronuntiatum ꝯ ſnĩam prius latam, quæ in rem iudicatam tranſit, etiam citra prouocationis adminiculum ſnĩæ authoritatem non obtinebit, quod propterea inductũ eſſe vꝛ, quo litium aliquis ſit finis, & ſopitæ controuerſiæ non ita reſuſcitentur, arg. l. fi. ff. pro ſuo. Vide l. j. & ibi. gl. & Doc. C. qñ prouo. non eſt neceſſe. Item † ſi plures ſint iudices, quib. cã expedienda mandatur, non pũt, niſi omnes pronuntiare, cũ omnes hoc facere ſint iuſſi, quod ſi contra fiat appellandi ne-
94 ceſſitas remittitur: ſentẽtia enim ipſo iure non valet, niſi forte diſſenſum fuiſſet inter iudices, quo caſu plurium ſententiæ ſtabitur. l. duo ex trib. ff. de re iud. l. cum magiſtratus. C. qñ prouoca. non eſt neceſſe. Auth. vt iudi. non ex. ſa. iuſſ. §. ſi autem duo. colla. 10. l. ſi vnus. §. fi. ff. de arbi. & c. fi extra de re iudi. Sed & neceſſum fuit delinquentib. in Republica obſtare, atque ne impune qſquis peccaret, mulctam dicere, & ꝓ magiſtratus authoritate irrogare, qui locus cũ ad iuris interpre-
95 tationẽ pertinet, aduertẽdũ eſt † mulctã, Oſcũ verbũ eſſe ſm Põpeiũ, pecuniariãq; pœnã appellari. Vlpianus in l. aliud eſt fraus. §. inter mulctam aũt. & Labeo in l. ſi qua pœna eſt. ff. de ver. ſig. Hinc mulctare verbũ, pro pecuniariter punire. Prima
96 † mulcta apud Romanos, atq; per Italiã in armento cõſtituebaꝛ, vt ſupma mulcta in ſingulos dies duarũ ouiũ, & triginta boum eſſet, ſed poſtea cũ non æqualis ꝓtii boues, ouelque adigerenꝛ, Lege Aterina ꝓſtituti ſunt in oues ſingulas ęris deni, in boues æris centeni. Sic M. Varro lib. j. qõnum epiſtolarum. Quia non licebat olim plurib. 30. bob. & duab. ouibus quemquam mulctari, æſtimabaturq; bos centeſſib. Ouis deciſſib. Vnde rurſus mulctatitia pecunia, quæ ab improbis dabatur. Liuius lib. 10. Ex mulctatitia itẽ pecunia, quam exegerunt pecuariis damnatis ludi facti, tãdem itum eſt a propria huius verbi ſignificatione, & Latinis authorib. mulctare, pro
97 quacunq; pœna ẽt mortis infligere. eſt vſurpatũ. Ne tñ † pœna delicto non rñdeat, & grauior irrogeꝛ, ꝙ admiſſi facinoris ꝙtitas ferat, modũ adhiberi placuit, & hoc ſm magiſtratus authoritatẽ, quare ꝑfectis ꝓtorio, quib. & hodie ſummũ tribunal ab Imperatore eſſe dꝛ, vſq; ad l. auri libras mulctam dicere, idq; in grauiſſimo peccato eſt permiſſum. Hi aũt, qui ordinario iure prouincias moderant, ſubditos ſuos culpæ obnoxios ſupra duarũ vnciarũ auri mulctã condẽnare nõ pũt, ꝑſertim in iis, ꝙ ꝑſtitutam pœnã non hãt, vt l. illuſtres. & l. eos.
98 cũ nonnullis aliis, C. de modo mulctarũ. In † qua re ſi magiſtratus finẽ nõ fecerit, ſed mulctã ꝯ legis ſtatum dicere, & iuriſdõnis ſuæ modum excedere non ſit veritus, nihil efficit, & ſnĩa ſine appellatione reſcindi põt, quia multa iudicis ptãs eſt quantam dicat, niſi cum lege cautum ſit, quantam dicere debeat, vt eſt ꝓſtitutum in l certa rõne, qñ prouo. non eſt neceſſe, & eſt argu. in l. ſi qua. ff. de ver. ſig. Tyrones placet & hu ius moneri, poſſe fieri, vt ſnĩa forte non ſic ſubſiſtat, & tamẽ prouocationi non eſt locus, ꝑſertim vbi ſuperuacuo id fieri
99 exiſtimaꝛ. Porrò † ſi aduerſarius, ꝯ quẽ lata eſt ſnĩa, impenſis aut ſumptib. litis vltro citroq; compenſatis prouocatione ſit vſus, nõ eſt opus victori ꝓp ſumptus quoq; equatos appellare, cũ iudex ſuperior, & in hac impẽſarũ ſumptuũq; perceptione, vbi iuſtũ eſſe viderit. ad alterius appellationẽ eũ iuuare poterit, atq; hoc, quo debitus honor iudicijs maneat ſaluus, & ſuperuacaneis appłonib. non tã moleſtenꝛ. l. fin. C. qñ prouo. non eſt neceſſe. & c. vt debitus honor. de app. His ad-
100 de † ſi quis ad magiſtratum contra legem, ſtatutum, aut receptam conſuetudinem vocetur, inualidã eſſe electionẽ, & per miſſa etiam appellatione nominationẽ remouendã. Porrò vt authoritas ſit ei, qui in publico munere verſari dẽt, oportet ꝙ ab iis deꝛ, qui ad hoc ſunt deſtinati: nam qđ oẽs tangit, ab omnib. debet approbari. l. ſi conſtat. ff. de appel. l. nominationes. C. de appe. l. ſi pater. C. qñ prouo. non eſt neceſſe l. fin. §. tunc enim. C. de autho. præſtanda c. quod omnes. de reg. iu. in 6. & c. ſi Archiepiſcopus. cum gl. de tempo. ordi. Certe magna cura fuit ijs, qui rempublicam conſtituebant, ne quis temere, & actu ex lege non habito magiſtratum arriperet Ro-
101 mani † primò per ſuffragia viritim data magiſtratus creationem eſſe voluerunt, & ne ſuffragia daturi corrumperentur, dignitateſq; venales fierent, rogata lege cautũ, ne quiſquam donum aut daret, aut propterea acciperet, quaſi virtute, non pecunijs magiſtratus debeant cõparari, quod & Plutarchus in Coriolano prædicat. Procedenti vero tempore, & luxu augeſcente, nundinationes dignitatum irrepſerunt, argentum, largitiones, & epulum concionib. ſe immiſcuerunt. Marius n. vt ſeptimũ ꝓſultatum ſortiretur, ſuffragia pecunia emit, & Metellũ a magiſtratu excluſit. Nec minus Sylla populi Prętoram largitionib. adeptus eſt, quare cum erga Cæſarem iratus ſua ſe poteſtate in eum vſurum dictitaret. Recte (inquit Cæſar) Syllam ſuum eſſe magiſtratum putare, quem ſuis pecunijs comparare non erubuerit. Sed ipſe Iulius Cæſar, vel ꝙ in Reipublicæ detrimentum hmõi dignitatum nundinationes prorumpere videret, vel ꝙ & in hac re vrbis ſtatũ in-
102 uertere ꝓſtituit. Poſt modũ † ſuffragiorũ libertatem populo ademit, & vt pars media candidatorũ populi ſuffragio, pars altera ſuis auſpiciis, & voluntate magiſtratus ꝓſequereꝛ. effecit, legib. tamen ſanctis, ne per ambitum dignitates peterenꝛ. Tandem principib. monarchiam inuadentib. non modo populi ſuffragia, ſed etiam lex Iulia de ambitu, vt Modeſtinuait, planè ſilent. Cuius & Iuuenalis meminit in 10. Satyra.

Source : BIU Cujas

Ioannis Ferrarij. De appellationibus.

Iam pridem, ex quo ſuffragia nulli,
Vendimus, effugit curas, nam qui dabat olim
Imperium, faſces, legiones, omnia, nunc ſe
Continet, atque duas tantum res anxius optat,
Pana, & Circenſes.

Subindicans Romanos grauiſſimis pro Republica curis exu tos ad ſpectacula ſolum, atque inanes ludos animum cõuertere. Quas vitæ illecebras etiam ex habitu, quaſi peregrinitatis aliquid præſeferret, Auguſtus Cæſar iam olim in ipſis notare conſueuit: etenim cum multos palliatos ſimul conſpexiſſet, En, inquit, Romanos rerum dominos, gentemq; togatam. Ita nimirum ciuitatib. ad internicionem declinantibus contingere oportet, ſecundum Pythagorã, vt primò irrepãt delitiæ, mox ſaturitas, deinde violentia, poſtremò exitium, q̃ expoſitiſſima eſt rõ perueniendi ad id verbi, Fuimus Troes, aut ſi eis adhuc quidpiã ſpũs reliquũ eſſe velis, non illepide dici queant, ab equis ad aſinos deſcendiſſe. Id qđ & noſtro ſeculo multis, non ſolum Principib. ſed etiã ciuitatib. vſu venit, qui dum non admodũ ſoliciti ſunt de Reipub. progreſſu, in flagitioſiſſimos homines, & vt largitionib. atque ſcelere quiſq; magis excellit, rerum ſummam conijciunt, digni q
103 bus quotidie occinãtur. Talem † eſſe populum, qualis & ma
104 giſtratus eſt. Sunt † alij modi, quib. ſnĩa ipſo iure nulla profertur, & citra appellationẽ viribus caret, ſed non tam frequentes, quos apud Iureconſultos ipſe inueſtigare poteris, vti eſt ea, qua proſcriptum, aut bannitum non eſſe audiendum q̃ ſtatuti formam pronuntiat, apud Alex. conſi. 81. par. 11. Itẽ quæ q̃ legis rationem datur. Butr. & Sicul. in c. j. de re iudica, Cum ratio legis ſit ipſiſſima legis vita, arg. l. cum pater. §. dulciſſimis. vbi Bar. ff. de leg. 2. Item ſententia q̃ tutorem inhabilem eſt nulla l. ſi tutor. & ibi Doct. C. quib. cau. in integ. reſtitu. non eſt neceſ. Idem ſi ex probationib. quas ius nõ agnoſcit, proferatur. Bal. in l. libertorum. C. de teſti. Io. And. in ca. q̃n contra. de proba. Quod & probamus in eo, q̃n actis non colluſtratis pronuntiatur, per Bar. in l. 2. ff. de iudi. & l. 1. C. de eden. Atque id genus aliæ ſnĩæ, de quib. non ſuperſedemus, ne ex compendio, in cõmẽtariũ iuſtum ſedulitas noſtra excreſcat, cætera tibi relinquentes, quo & ipſe ſtudiorum tuorum periculum faciendi anſam q̃nque habeas, pauciſq; his excitatus nihil omittas. quod ad huius rei cognitionem ſpectat, nam in 49. Pandectarum libri titulo, Quæ ſnĩæ ſine appellatione reſcindantur, eius nonnihil ſupereſt ſcrutari, nimirum ſi calculi error in ſnĩa eſſe dicatur. Aut cum ex edicto citationis peremptorio, quod neq, propoſitũ eſt, neq; in notitiam peruenerit abſentis, condemnatio fiat, nullius momẽ
105 ti ſententia erit. Similiter † aduerſus eum, qui in rebus humanis non eſt, ineficaciter pronuntiatur, de quibus etiam in c. conſuluit. de offic. delega. cap. cum Bertoldus. de re iudi. cap. cum ex parte. de arbit. & Bald. in l. res iudicatæ. ff. de iudic.

Diſpiendũ tñ eſt, ne illotis q̃nq; manib. hanc rem adgrediaris, non faciens diſcrimen inter ſnĩas, quas nullius momenti eſſe diximus: etenim ſi q̃ litigatoris ius duntaxat pronunciatũ ſit, adeoq; in facti conſideratione peccet, quamuis ſnĩa ſit nulla, quamuis iniuſta, tñ niſi appellatio interponatur, vim conſequitur, & pp authoritatẽ tribunaliũ, & vt litium aliqs ſit finis, in rem iudicatã tranſit, cui porrò eſt ſtandũ. prouocatio itaq; eſt neceſſaria, quo executioni intercedat. In alijs aũt ſententiis, quas ipſo iure nõ valere eſt relatũ, appellatione nõ eſt opus, vt citra quam ẽt reſcindi poſſunt, & cã denuo induci, atque a nouo exerceri dẽt. verum apud quẽ iudicẽ id fieri
106 commodum ſit, forte quæris? Et † apud priorem iudicẽ, vbi negotiũ antea ventilatũ eſt. rurſus inſtaurari cã poterit, petiq;, vt quia hactenus q̃ iuris rõnẽ, & ſic nulliter ſnĩa data fuerit, iterum atque ex iure pronuncietur. l. abſentem. C. de accuſa. l. j. §. j. ff. quæ ſen. ſine app. Bal. in l. ſi ſuſcepta. ff. de inoffi. teſta. Cardi. in cle. ſi appellationem. de app. Inn. in c. dilectus. de appel. Sed & ad maiorem iudicẽ negotium referri poterit, præſertim ſi nullitatis intuitu aduocetur, quo caſu nullitas totam cãm ſecum deuoluit, vt hmõi iudex non tãtum ſuper nullitate, ſed ẽt de negotio principali & notionẽ, & pronuntiandi authoritatem habeat. l. per hanc diuinam. C. de tẽpo. appe. l. eos. C. de appe. Sali. in l. præſes. C. q̃o & q̃n iudex,
107 Inn. in c. cum contingat. de offic. deleg. Et † ſi iudex ſuperior eodẽ luto hæſerit, quo prior, & ſnĩam, quæ nullius momẽti eſt, comprobare nõ ſit veritus, adhuc tñ nulla manet, & vim iudicati per hoc non conſequatur, cum in ſecunda eadem iuris ſit exorbitãtia, quæ & in priori fuit, iuxta l. 1. §. ſed & ſi huiuſmodi q̃one iudex. vbi Bar. & Docto. ff. quæ ſententiæ ſine appella. reſcind. & Bald. in l. legata inutiliter. ff. de lega. 1. Sed
108 † ex quibus actis cãm illam denuò induci cõueniat, ne ignores, aduertendũ eſt, ſi nullitas ex proceſſu iudiciario proficiſcit, vt quia cum minore indefenſo, aut coram vno, atque altero delegato, cum plurib. negotium fuerat commiſſum, agebat, tunc omnia debent a nouo inſtaurari, cum ex actis iudiciarijs minus ſubſiſtentib. non poſſit ſnĩa valida pronunciari l. cum quærebat. ff. de re iudi. vbi Bar. & Doct. in l. prolatam. C. de ſen. & interlocu. om. iudi. Ant. & Imo in c. in literis. de offi. deleg. Ordine aũt recte obſeruato, & nullitati per ſolam ſententiam commiſſa, vt parte non vocata, aut iure poſtpoſito, atque contempto eſt pronuntiatum, non eſt neceſſe, vt aliam quæramus actorum ſeriem, ſed ex primis ſentẽtia eſt reformanda, atque ex iure melius pronuntiandum. l. ſi proponis. vbi Bar. C. q̃o & q̃n iudex. & tex. in c. cum ad ſedem.
109 de reſtit. ſpo. Sin † vero pronũtiatum partim ex actis, partim ex ſententia ipſa deficiat, & ſubſiſtere non queat, veluti actor contra reum, qui litem ſuſcepit, & defunctus eſt, cauſam proſequitur, & vincitur. Quandoquidem vt ſentẽtia aduerſus defunctum non debebat proferri, ita nec eo deſiderato in negotio procedi, quare ea ſolum actorum pars, quæ defuncto reo prodijt, vnà cum ſentẽtia reſcindetur, reliquis firmis manentibus. l. Paulus. vbi Bar. & Doct. ff. quæ ſen. ſine appe. glo. in c. ex parte. de arbi. & refert Ang. in conſi. 233.

Liber Secundus.

Per quos appellatio interponi debeat. Et quando alterius appellatio alteri quoque proficit. Cap. I.



Recorum Prouerbio celebrat, & illud, ἡ Βασιλεὺς ἢ ὄνος, quod nos dicimus, aut Rex, aut aſinus. Ita enim in rerum extremis aleam iacere, fortunamque laceſſere ſolemus, q̃n aut vincẽdum nobis eſſe conſtituimus, aut victori concedendum. A quibus mihi non procul abeſſe videntur, qui dũ nulla non tribunalia defatigarint, etiam victi non ceſſant ſumptibus modum facere, ſed quatenus poſſunt, cauſam ſuam apud alium iudicem appellatione quæſitũ ſuffulcire, & ſæpe non bene ſartam reparare ẽtendunt. Hi vt ſcientiæ aduerſæ iniquitatẽ corrigant. ac qđ iuſtum & æquũ eſt miniſtratũ, inueniant. Illi verò, vt alienum interim occupẽt, & aduerſariũ his modis ſuſpẽſum aut egregie ludificent, aut litigationis tedio confectũ, tandẽ ceſſare, & cãm prope peractam relinquere cogant, ſed quia virum a facie plerũque adſpicimus, & nõ tam intus, atq; in cute, permittendũ eſt, vt in ſuo iure appellandi quiſq; vtatur, quatenus tũ per legem non prohibetur. Præter hoc, q̃ aliquando iniquum petendũ, vt equum feras.
110 Attamen non oẽs, neq; paſſim prouocamus, ſed † illi dumtaxat quorũ intereſt iniquitatẽ iudicis, vel imperitiã corrigi, præſertim eorum, qui negotium controuerſum agunt, argu. l. a ſnĩa. ff. de appel. l. j. ff. de appel. recipien. c. non ſolent. 2. q̃. 6. & c. ſuper eo. de off. deleg. & c. cum inter. de electio. Haud diſſi-
111 militer, † qui procurationem gerit in clientuli cauſa prouocat, maxime ſi dñs litis ſit factus, idq; aut per litis conteſtationem. l. nulla. & l. a procuratorib. C. de procura. Aut quia de rei controuerſæ ſtatu & meritis ipſe poſt litis cõteſtationem agitauit, differunt etiam noſtri in l. nihil. C. de procu. habent Bar. & Roma. pro ſingulari in l. ab executore. §. ſi procurator ff. de appel. & Bal. in l. ſi inſulam. ff. de ver. obl. Et ne diſſentire leges, inter quas concentum eſſe perpetuũ oportebat, putes, quod dr̃ per Vlpianum in l. ſi procuratorem. §. ſi quis mã dauerit. ff. mandati. vulgò receptum eſſe, procuratorem ante litẽ conteſtatam facere procuratorẽ, aut ſubſtituere non poſſe: cuius ẽt eſt mentio in l. neq; C. de procura. intelligimus ſi de mandato nec dum cõſtet, ſed ambigitur, an ſi procurator.
112 Verum † cum hic locus ſit admodum frequens, & quotidianus altius mihi repetundus vr̃, licèt non ab ouo, ne uſus eius te lateat. Et regulare, eſt procuratorem oportere appellationem a ſnĩa aduerſa interponere, non tñ cogendũ, vt eã proſequatur. l. inuitus. C. de procu. & l. ſi actor. C. de appel. A qua tñ neceſſitate eximitur, ſi compertum iam habeat, cãm ſuã male niti, aut iniquã eſſe, quapropter iuſte ſuccubuerit, dẽt itaq; & in hac parte facere, qđ boni uiri eſt (q̃q̃ id noſtri vetatores parũ ꝑſiderant) & negotiũ in alterius iacturã non ſic procraſtinare, arg. l. fideiuſſor. §. quidam. ff. mandati. & l. quoties. §. ſicut. ff. de admi. tut. modo & dolus malus abſit: nam ſi in aduerſarii gratiam partis ſuæ ius poſthabere, atq; cãe iniquitatem demum prætexere velit, iam non patroni, aut procuratoris officium gereret, ſed eius, qui ex fide parũ aget, & forte clientuli ius prodere pro nihilo habeat, quare mandati actione q̃ueniri poſſet l. licet ea. §. ea. ff. de procu. l. ſi procurator. C. de procu. & c. cũ dilecta. de reſcri. Quòd ſi nõ appareat iuſte ſit pronuntiatũ necne, tutius erit prouocare (vtcũq; in dubio ſnĩa præſumatur iuſta, & ob id procuratorẽ appõnẽ minus interpoſuiſſe. l. non videtur §. qui iuſſu. ff. de reg. iu. no-

tatur

Source : BIU Cujas

tatur in l.Herēnius.ff.de euictio.)ne dñs porrò oſtēdat dolo, & culpa id intermiſſum,proinde ſnīam eſſe iniuſtam.l. quintus.ff.mandati.l.at qui natura.§.cum me abſente. ff. de negoceſt.Sunt ēt,qui procuratorem ab appellationis neceſſitate eximunt,ſi inops ſit,ne ſumptibus impendendis oneretur, quod ego in caſu intellexerim, quo principalis commode hīe non poſſit, & impenſæ pro appellatione interponenda non ita modicæ,vt a procuratore erogari citra iacturam rerū ſuarum haud queant. Eſt gl.Alex. Sali.& Fulgo.in l. inuitus. & Cano.in c.non iniuſte.de appel.Barto.reclamat, & gloſsā de proſequenda appellatione accipit, ſed parū conſiderate.

113 Quamuis†autem procurator appellare debeat, proſequi tñ appellationē interpoſitam neque cogitur, neque poteſt. Ea propter,ꝙ cā appellationis diuerſa ſit a principali,& mandatum ad vnam datum,ad aliam non debet extendi, maxime de qua non eſt cogitatum,præter hoc, ꝙ futura ad præſentia,cum quib.minus ſunt connexa,referri non cōuenit.Bar. in l.non cogendum.ff.de procura.& l.cum procurator.ff. de oper.noui nuncia. Dy.in l.quod dicitur.ff.de tutelis & Bal in omne.ff.de procu. Adeo quis ad ea ſolum tenetur, quæ expreſſim ſunt mandata. Vnde eſt,ꝙ ſi procurator ſit iuſſus agere,prouocare,& appellationem proſequi,vel inuitus id facere cogatur,etiam ſi ſemel,atque iterum prouocetur.Etenim locutio indefinita vniuerſali ęquipollet,& oēm īcludit appellationem,donec negotium fuerit expeditum, propter quod mandatum eſt ſuſceptum,igitur primo actu ad loquentis intentionem non perfecto, de vlteriori exercendo, etiam venit intelligendum.l.hæc conditio.ff.de condi.& demon.l. ſi pluribus.ff.de leg.2.l.ſi neceſſarias.§.ſi annua.ff.de pign. actio.& ad hunc ſenſum quidam intelligunt.l.ſi procurator.ff.an per

114 alium cauſ.appel.Quā†de cauſa procurator appellationem a ſententia interlocutoria non ſecus,atque primam cauſam exercere tenetur,officio.n.ex mandato ſuſcepto nec dum eſt perfunctus.omnia ſiquidem ſine quib.mandato non ſatisfit mandati tenore comprehendunt,cuiuſmodi ſunt emergentia,quæ ad rei controuerſæ finitionem pertinent, etiam in integrum reſtitutio,quæ incidenter venit petenda,l.ſi.ff.de offi. eius cui mand.eſt iuriſdi.l.ad rem mobilem.ff.de procu.Bal. & Doct.in allegata l.inuitus.Id tamen,quod Salice. ſub hoc temperamento adſerit, ſi proſecutio illa extra prouinciam, aut in loco remoto non ſit facienda,quando clientem de interpoſita appellatione certiorem reddere poterit, qui ipſe eā exercebit,aut ſi authoritatem ſubſtituendi habeat, alium in locum ſuum ſufficere,qui negotium illud apud tribunal remotius dñi ſumptibus expediet.arg l.ſed hæ.§. non ſolū. vbi gl.ff.de procu.l.ſi longius.ff.de iudi.& l.ſancimus.C.de aduo-

115 diuer.iudi.Haud ſimiliter†procurator,cuius culpa ſententia aduerſa contigit,appellationem ab eo factam proſequi tenetur,idque vt culpę ſuæ,& indiligentiæ pęnam aliquam ferat. Vitio enim ſuo bonam cauſam perdidit. Notatur in l. Herēnius Modeſtinus.ad finem.ff.de euictio. Sed & mādati actione obſtringitur, per Bal.in l.cum per procuratorem.& l.a procuratore.C.mandati. Atque item ad intereſſe. Spec. de in integrum reſtitu.§.2.ver. Sed quam vocans. Quod ſi in publicis conſiſtoriis hodie obſeruaretur, Eruſcatorum minus haberemus, nec clientuli etiam in medio negotiorum curſu neglecti,tantum impenſarū deuorare cogerētur, digni qui vel ad Anticyras ablegarentur præſentiſſima Reipublicę peſtis,vel ipſi reſipiſcerent,ne perpetuò occentum illum audire cogantur,κάκον,κόρακος κάκον ἰοόν.

116 Verumtamen † procurator ſimpliciter ad cauſam datus, ſi appellationis cauſas ſua ſponte citra nouum mādatum reddere velit,& hac ex parte rei non repelletur,modo id intuitu prioris conſtitutionis non faciat,ſed magis,vt quiſquis alius, qui ſatiſdatione oblata, defendere quem contendit.l.exigendi.& ibidem Doctor.C.de procu.Sin verò actoris partes tueri abſque alio mandato conetur,non eſt audiendus,niſi perſona ſit coniuncta,quam data cautione rem ratam haberi, vel pro actore admittimus,in allegata l.exigendi. & l. ſed hæ.

117 & l.Pomponius.§.fin.ff.de procu.Idem †reſpondemus in actore per tutorem ad rem controuerſam ſingulariter dato, appellabit quidem, ſed appellationem exercere non poteſt, cum ſimplicis procuratoris loco ſit. Quod ſecus eſt in eo actore,quia ad omnia negotia forenſia pupilli exercenda ordinatur,qui & appellare,& appellationem proſequi debet. Eſt in l.ſi actor.vbi Doc.C.de appellatio.& l.neque.ff.de procur. Inter quos actor a tutore datus non auditur, niſi & actorium ſuum,hoc eſt mandatū, quod a tutore pupilli nomine hēt, & tutelæ fidem,vnde id proceſſit, apud tribunal oſtenderit, tradit Bal.in l.liberto.§.quamquam.ff.de nego.geſtis.Et non

118 †ſolum procurator meus nomine meo prouocare poterit, ſed etiam alius,quem ipſe procuratorem ſuum fecit,hoc eſt ſubſtituit,non obſtante,ꝙ procurator procuratoris mei non videat procurator meus eſſe,nō magis,q̄ ſocius ſocii mei, ſocius meus eſſe cēſeā.l.nā ſocii.ff.pro ſocio.l.ꝙſilii.§.fi.ff.de reiu.& l.Modeſtinus.ff.de ver.ſig. Meminiſſe enim opȝ, inquit Martianus in l. ab executore. §. ſi procurator. ff. de appellatio.ꝙ procurator lite conteſtata dñs litis efficitur, & ideo per

119 procuratorē appellare poteſt.Idem † facere poterit tertius, aut quicunque alius non conſtitutus præſente tamen principali,qui id fieri patitur.Inno.in c.ex parte.de reſcrip. & c. in noſtra.de procur. Alex.in conſi.61.quartæ partis,quod & permittitur principali abſente in eo,quod intereſt eius, & tunc læſionis cauſam,vnde intereſſe fluit,exprimere debet, ne vt temerarius,& qui falcem alienæ meſſi immittere procaciter auſit,ſubmoueatur.Eſt ſingulare apud Docto.in c.cum ſup. de re iudi.Bar.in l.a ſnīa.ff.de appel.& Cardi.in cle.j. de cauſa poſſeſſionis & proprie.eſt tex.in l.ab executore.§. alio con-

120 demnato.ff.de appellatio. Hinc†etiam eſt receptum,ꝙ ſi emptor de proprietate victus eſt,eo ceſſante auctor eius ſeu venditor appellare poterit emptoris nomine,idque pro intereſſe ſuo intra decendium,ne de euictione interpelletur, & eſt, vt ſententiam ꝺ emptorem latam reſcindi petat, non ſecus,

121 atque ſi ipſe prouocaſſet. E regione† quoq; venditore victo, & prouocare nolente, poterit emptor id facere nomine venditoris,vt cuius intereſt,quo emptum conſequat. refert etiā Paul.de Caſt.in l.ab executore.§.item ſi emptor.ff.de appel-

122 latio. Item†dominus pro ſubditis ſuis,vt quorum curam gerit,recte appellat,ēt ob iniurias ipſi illatas.Bal.in l.fi. C. de fideicom.liber.Card.in cle.1.de exceſſib.præla.Archid.in c. ad apoſtolicæ.de re iudi.& glo.in c.authoritate.de priuileg.in 6.

123 Item†amicus amici nomine prouocans admittitur ſine mādato,vt qui interim afficiuntur,ſecundum Pythagoræ ſententiam, qua dicit, τον φίλον ἕτερον ἄυτον. amicum alterum ipſum.Alex in l.j.ff.de appel.recip.Archidia.in c.ſtatuimus.de elect.Io.And.in c.j.de elect.in 6.in nouel. Cætera huius farinæ,vt breuib.aſſequaris,videre eſt apud Spe.de appel.§.j.ver.

124 breuiter cum aliquot ſequentibus. Quib. †& hoc adiice nō omnino parotron,in communi cauſa eadem defenſionis ad minicula habente,alterius appellationem alteri quoq; profi cere,etiam ſi nō prouocauerit,verbi gra,duo ſunt tutores, q̄ ob adminiſtrationem male geſtam condemnantur, alter appellat,alter non. Victoria eius,qui appellauit, quia facta ſeparationem non recipiunt,ſed eadem defenſionis eſt cā, ad eū quoque ſpectare debet,qui non prouocauit.l.j. C. ſi vnus ex plurib.appellauerit.l.ſi qui ſeparatim.§.quod reſcriptum eſt. ff.de appel.c.vna ſnīa.vbi Panor.de appel.& 2.q.6.c.ei qui appellat.§.qñque.Quod tunc verum eſt,ſi ille, qui non prouocauit,ſententiæ non adquieuiſſet iudicatum præſtādo,vt ſcribitur in c.ſi a iudice de appel.in 6.& c.grauem.de offi.deleg. Adeo autem hac ſpecie,vbi plures ſimul ex vna eademq; cā impetuntur,quod negotium ob id indiuiduum Bal.vocat alterius appellatio alteri proficit,vt etiam ſi qui prouocauit,cū aduerſario tranſegerit,adhuc tamen alter interpoſitam a litis conſorte appellationem proſequi poſſit,& iure ſuo experiri. Sentit ēt Spe.de appe.§.j.ver.item ſi plures. Secus eſt, vbi diuerſis iudiciis,diuerſiſq; teſtib.vtcūq; ex eadem cā ſeparatim plures ꝺdemnant,vt duo tutores,quorum alter:quia male geſſit,alter verò,quia nō geſſit:nā tunc alterius appellatio alteri nō prodeſt,ſed oportet,vterq; prouocationem interponat. Vipia.in l.ſi q̄ ſeparatim.ff.de appe.& Doct.in l. ſcio q̄ſitum.eo.ti. Idem eſt,ſi in vna cauſa duplex,& diuerſa ſentētia ſeparatim detur,altera videlicet ſortis,altera vſurarum, quæ ſummæ vno libello petebantur, nam duplici appellatione quoque opus eſt.l cum in vna.ff.de appella.

De pęna eorum, qui temerè, aut calumniosè prouocant, atque item iudicis appellationem non recipientis. Cap. II.

DIſpiciendum etiā eſſet, ne bona re quis perperā vtatur,& ſub defenſionis ꝓtextu iniquitatis ſuę patrociniū queat,cum προφάσεις μόνον ἡ πονηρία. occaſione dumtaxat opus ſit improbitati. quam citius quiſq; ad incōmodandū alteri,q̄ſierit,quo honeſtatis minus eſt ſtudioſus, delectus itaque hūdus eſt,& in hac iuris parte,& nō oīb.neq; paſſim appellationis bñficiū implorādū,ſed ijs ſolū,qui illati grauaminis remediū q̄runt,non q̄ alteri ſolū negotiū faceſſere pro delitiis

125 hūt.Porrò†appłonis remediū nō ad iniquitatis defenſionē, inquit Inn.ſed ad innocētiæ præſidiū eſt cōparatū,quippe vt iniquitas & imperitia iudicātiū corrigat, & vnicuique quod ſuum eſt obueniat.l.j.ff.de appella.c.cum ſpeciali.§.porrò.c. ad noſtram.& c.ſuggeſtum.de appella.

In qua re cū principes Reipub.formatores multorū inſidias (vt hoīes ſunt) cōpertū ſibi haberēt,paſſi ſunt,vt ex malis mo

Source : BIU Cujas

ribus bonæ proficiſcerentur,& conſtitutiones ſanxerunt, eũ qui temere calumnioſe hoc eſt ſine grauaminis cauſa prouocandi facultatem ſibi aſſumeret, atque cognitoris intentionem perperam ſuſpendiſſet, malam litem proſequendo iudicis arbitrio puniendum eſſe l.eos qui.§.ne temere. C. de appella.quam†pœnam ex reſcripto quinquaginta librarum
126 argenti eſſe plerique volunt.l.ab executione.§.ſciant.C.quorum appellatio.non recipiuntur.& l.ſi clericus.C. de epiſco. audientia. Ita enim in ſingulas argẽti libras,quinos ſolidos, hoc eſt quinque aureos ſupputamus,iuxta l.j. C. de argenti prerio quod theſau.infert lib. 10. tametſi gloſſematicus quinos,pro bis quinque ibidem interpretetur contra latinæ linguæ vſum. Neque procedere videtur,quod interpres innuit in citato.§.temere appellantem aũt calumnioſe,etiam litem cum nomine amittere iuxta l.a proconſulibus.C. de appellatio cum hæc pœna eius ſolum eſſe videatur, cuius appellatio vt iniuſta non fuit recepta.

Iſthæc mulcta temere prouocantium iure conſtitutionum conſilio non inſalubri eſt præſtituta,quare adhuc ſunt conſiſtoria,a quibus ſi prouocetur, ad præfectos prætorio quaſi vadimonium faciant oportet, aliquot enim argenti libras, aut aliam pecuniæ certæ ſummam deponunt,donec conſtet eos non malam litem proſecutos.Aqua†tamen pœna com-
127 muniter iterum eſt hodie,& temeritas appellantium ad ius Pontificium mulctamus,quo ſatis exiſtimatur, ſi cauſam victus perdat,ſumptuſque litis,& damna refundat, & hoc, ne afflicto afflictio adiiciatur maior, quam par fit ca. cum appellationibus friuolis.de appellationib.in 6.Ioan.And.in c.contra eum,de regu.iur.in 6.refert Bal.in l.eas.§.ne temere. C.de appellationib.Qui & in cauſis penalibus per appellationem ſuſpenſis eidem pœnæ locum eſſe ſentit. Non tamen in eo qui ſententiam nullam dicit citra appellationem, ex alio ſiquidem defectu ſententiam impugnat, non iniquitatis intuitu,& pœna,quam odioſam dicimus,non veniat ita e caſu in caſum extendenda, argumen. l. poſt legatum. ff. de ijs quibus vt indignis.

128 Econtrario†quoque iudex appellationem,quę per leges nõ prohibetur,citra animi indignationem recipere debet, partim ꝙ maiorem magiſtratum reuerenter ſuſcipi conuenit, partim quòd iuris miniſtrum agit,cuius beneficio appellandi ratio eſt inducta,eaque de cauſa nemini ſubtrahenda. Sin verò iudex appellãti intercedere,& litigatorem iure ſuo fraudare non ſit veritus,ex Cõſtantini reſcripto in fiſcum 30 auri pondo,libraſue,mulctę nomine erogato. ſimiliter Aſſeſſores.aut qui a conſilijs ſunt, vbi non pertinaciter reſtiterint, idemque actis iudiciariis includere curauerint 30. auri pondo mulctam dando.l.quoniam iudices. C. de appellationib. Doctores in capitu.de priore.de appella & Archidia. in cap. de cætero.2.quæſtio.1.

Ex quibus obiter collige, toto conſiſtorio in certa pecuniæ pœna condemnato dimidium eius ſolum iudicem, & reliquum dimidii¦ Aſſeſſores conſiliarioſue debere.Quod & per omnia collegia procedit.Vnus enim rector tantum numerat,quantum cæteri omnes, qui culpæ participes ſunt facti, per Bal.in auth.cauſa quæ cum monacho.C.de epiſc.& cle. & in l.quicunque.C.de procurat. Sali.in l.quoniam iudices, in c.j.de ijs quæ a maiori par.c.fiunt.& Bart.in tractatu repre
129 ſaliarum,q.6. Atque†vt aſſeſſori haud profuerit iuris imperitum ſe allegare,id quod parti nõ debet officere, licèt enim a dolo malo ignorantia illa immunem faciat, non tamen a culpa,quam pœna conſtitutionum ſequitur l.illicitas.§. ſicuti.ff.de offic præſid.l.qua actione.ff.ad legem Aquiliam.Dyn. in c.ignorantia.de reg.iur.in 6.Bal.in l.cum ancilla.C.de inceſt.nup.Ita etiam iudicem non releuat,ſi recepturum ſe appellationem reſpondeat,quam primum cauſam audierit, ꝓpter quam ipſi veniat deferendum. Inſtructus enim eſſe debet,& ea ſcire quę ad iudiciarium munus pertinent,ne dum iuris beneficium impertire protelat,interim iuſtitiam denegare haud obſcure videatur,apud Bald.in capitu.excommunicatio.de reſcriptis.

A cuius iudicis ſententia, & coram quibus prouocare liceat. Cap. III.

NOn admodum operoſum cognitu erit, a cuius nam iudicis pronuntiato fit appellatio, cum ſecundum iuris regulam ab omni eã facere liceat,qui expreſſim non eſt exẽptus.
130 †In primis a principis ſnĩa appellari fas nõ eſt,cum ipſe ſolus ſit,qui appellatus, & cuius ſnĩa ferme legis vim habeat l.j.vbi Bar.ff.a quibus appellare non licet.Bar.in l.ſi.C.de legib.Similiter a præfectis prætorio prouocare non eſt permiſſum,cuiuſmodi hodie eſſe dũt Principes ſacri Imperii electores,atq; item qui ſunt Cardinales apud Pont.Roma.ſecundum Bar. Et qui iudicio Cameræ Auguſtalis preficiunt. Credidit.n.princeps, Aurelio Arcadio auctore,eos qui ob ſingularem induſtriam,explorata eorum fide,& grauitate,ad huius negotij magnitudinem adhibent, non aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia,& luce dignitatis ſuæ,q̃ ipſe quoque diiudicaret l.ſingulari.ff.de offic.præfec.præt.l.a proconſulib.§.a præfectis autem prætorio. C.de app.& l.ſingulari.C.de ſent.præfe.præt.Interdum Imperator ita ſolet iudicẽ dare, vt ab eo prouocare non liceat,remota.ſ. appellatione,id quod intelligimus, qñ ſnĩa euidenter nõ eſt iniqua, aut nullius momenti,in alleg.l.j.§.interdum.ff.a quibus app.non licet.vbi Doc.& Bart.in l.ſi.C.de ſent. in c. interceteras per cano.de reg.iu.& in c.ex conqueſtione.de reſtitu. ſpo.Cæteri hĩ in gl. Auth.de ap.a prin.col.4.Præter hos quot quot ſunt,qui iudicis noſe cenſentur,ab his,niſi cauſæ ſtatus impedimento ſit,appellare fas eſt,in quorum conſpectu id fieri quoq; conuenit.Sin autẽ iudicis quoq; copia: quia vel latitat,vel iter nimis longum eſt, hĩ non poſſit commode, aut pp ſęuitiam eum interpellare nõ tuto audes, tunc publicum tabellionem accedere poteris,appellationemque tuam legitimo tpe interponere,obnixe rogans vt eam rem ſic lite-
131 ris commendet,quo tibi vſui ſit futura.Habes & aliud†ſuffugium,nã poteris libellum appellationis interim compoſitũ, Iudici ſuperiori intra decem dies ad appellandum præſtitutos offerre, eumq; & grauaminis, & diligentiæ tuæ certiorẽ reddere,& perinde eſt,atq; ſi iudicem,cuius copia nõ eſt,conueniſſes de quib.ſigillatim videre eſt in c.fi.de appel.Spec. de app.§.nunc dicamus.ver.& ſcias.Cyn.in l.3.C.de ijs qui prop. metum iudic Bar.in l.cum quidam.ff.de appe in c. biduum. §.ſi quis ipſius 2.q.6.Card.in cle.j.de app.& Bal.in l. apertiſſimi,C.de iudi.Quòd ſi nec iudicem,ad quẽ(vt vocant)in tantillo tpe hĩe queas, honeſti viri accedendi ſunt,in quorũ conſpectu deſiderii tui cãm exponas,atq; de appellando diſerte proteſteris,& nihil omiſſum vĩ,quod ad negotium deuoluẽdum pertinet.in c.fi de app.Refert Bar.Soci.in conſi. 45. in-
132 cipit,viſa.in j.par.Vbi aduertendũ†eſt,bifariã appellari, aut verbo,aut ſcripto.Si verbo,hoc eſt, apud acta iudice pro tribunali ſedẽte id feceris,ſatis erit dixiſſe,appello. l. ſed ſi apud acta.ff.de appel.l.litigatorib.C.de appel.& l.diuus.ff.de in integ.reſti.Si verò iudice ad aliud diuertente non voce ſed ſcripto id facias,non opus vt totum inſtrm,quos libellos appellatorios Vlpianus cognominat,iudici recites.Verũ ſufficit in ſtrumẽtũ illud oſtendere,& dicere,te grauatũ ꝓuocare,perinde atq; in hoc ſcripto contineat. Eſt tex.in c.appel. de app.
133 Et hæc†appellatio vt quocunq; loco,ita ſanè quacunq; die, etiam feriata,ſeu nefaſta interponi valet.Cardi.in Ge.xi. §.ſimiliter.de app.Doct.in c.Præterea.de dila.Bal.& Doct. in l.1. C.de ferijs.& Feli.in c.ſignificauerunt.de iudic.

Intra quæ tempora appellandum ſit. Cap. IIII.

134 IN temporibus †appellationũ non nihil variatum eſt, veteri.n. iure propriã cãm iudicio proſecutus fuiſſet, eodẽ vel altero die prouocandi facultatem habeat.Qui verò alienã ẽt tertia die appellare poterat,quod tps a die prolatę ſnĩæ ſupputatũ, vbi iudicis copia eſſet,vtiles dies continebat, eos nimirum, qui iuri dicundi expoſiti ſunt,hoc eſt faſtos. Quòd ſi is ꝓnuntiauit, ſorte poſt ſnĩam ſui copiã ſtatim non fecerit, appellatori nihil nocebat,vt diui Marci oratio voluit,ſed vbi primum eius copia eſſet,prouocare licebat.Eſt in l.1.§.biduũ. & §.dies aũt iſtos.ff.qñ appellandũ ſit.& l.eos.§.ſi aũt in iudicio.C.de ap-
135 pel.Sed cum Iuſtinianus† videret tantillũ tpis ad id negotii expendendũ non ſufficere,multiſq; dãno eſſe, quibus a iure ſuo cadere ẽt inconſultò præſens erat,veterẽ obſeruationem antiquauit.Atq; vt cuilibet prouocaturo decẽ dies largirent, intra quos appellationẽ ſuam interponere liceret, recẽs conſtituit.In auth.de app.& intra quæ tempora.§.ij.colla.4.& repetitũ.in auth.hodie.C.de app.atq; in canone.c.anteriorũ. 2. q.6. Quod tẽpus id ſtatutũ eſt vt ẽt partiũ conſenſu produci non queat.in cle.quãdiu.de app.Et quia ad deliberandũ dari
136 vĩ,†poterit appellans interea variare, & interpoſitã appellationẽ ad arbitriũ ſuũ,vel reuocare,vel ẽt alium iudicem,ſiue par ſit ei quẽ appellauit,ſiue maior,modo is ſit idoneus, prouocare.Eſt in l.ſi quis libellos.vbi gl.& Sali.C.de appe.Quod rurſus in loco eſt, niſi appellatio cõmodet ẽt victori ſeu appellato,vt qui ab impenſarum compenſatione non appellauit,iuxta l.omnem honorem.C.qñ prouoca.non eſt neceſſe. quo caſu appellator non poterit reſilire in victoris præiudicium,qui ad factam appellationem in ſumptibus quoq; obtinendis iuuari debet,ſentit Bar.in allegata. l. ſi quis libellos.

Inſuper

Source : BIU Cujas

137 Insuper † illud tempus decē dierum, quo ad sui initium vtile dicitur,& quo ad progressum,continuum,supputatur autem à sententiæ die, quem & ipsum adnumeramus, modo præsente principali vel eius procuratore sentētia proferatur, Sin autem ab eo absente id fiat,tunc a scientiæ die tempus illud supputare incipimus, ne fraudi sit cui ignorare sententiam ideoque a iustis iudiciis ad deliberandum concessis,interim ignorantem cadere, apud Doctores in citata authen. hodie. glosſ. in capit. anteriorum. & Guido Papæ de appel. quæst.102.

Quis iudex appelletur, & quomodo alternatim id fieri soleat. Cap. V.

138 MAiorem † iudicem appellandum esse,ratio ipsa suadet: nam vt prior sententia emendetur, hoc subsidium quærimus,id quod maioris authoritatis est opus etenim par in parem non sumit imperium , nisi omnem magistratus vim dissoluere, & rempublicam,quæ sine eo consistere non potest,internicioni exponere velimus, monente etiam Christo vnico orbis doctore, πασα βασιλεία μερισθεῖσα κατ' αὐτῆς ἐρήμουται. καὶ πᾶσα πόλις ἢ οἰκία μερισθεῖσα κατ' αὐτῆς, οὐ σταθήσεται Habes maiorem iudicem recte prouocari (qui ob id modo iudex ad quem, modo iudex appellationis vulgò dicitur) in quo tamen & ratio quædā per ius ciuile obseruatur, ita & gradatim seu per medium fiat,hoc est ad eum, qui iudice a quo superior tantum est, licèt is adhuc maiorē habeat , veluti ab inferiore iudice præsidem,atque ab illo Imperatorem appellamus, vt a delegato: subdelegantem enim prouocamus, nisi Pontificis sit subdelegatus,quādo Ponti. Maxi.appellationis iudex erit. in l.iurisperitos.ff.de excu. tut. & Innocen.in cap.super quæstionum.ff.de offi. deleg. Ideoque appellatio ad iudicem cōpetentem interponi potest, & intelligimus,qui proximus est a priori.Bal.in l.apertissimi.C.de appel.glosſ.argu.& Doct.in
139 l.cum proponas.C.de bonis liberto.Sed † quid si alium pro alio appellarit?vt videndum est, si per errorem minorem iudicem prouocasset, & error illi nocebit, quòd si maiorē, vbi minor prouocandus erat,nihil oberit , nam quod pluris est, vtique tanti esse videtur.l.cum furti.ff.de in litem iuran.quapropter & medium iudicem comprehēdisse putatur. Igitur non est prorsus inutile, Imperatorem omisso medio per errorem appellare , & ad iudicem competentem, fit remissio. Est in l.Imperatores.ff. de appel.& apud Vlpianum in l.j.§. si quis.eo.Specu.in de appell.§.nunc tractemus.

Sin autem minorem iudicem,æqualemue , aut etiam superiorem citra tamen errorem prouocasses , nihil efficis, nisi tempus illud decem dierum adhuc aliquid suppeditet, quo sententiam mutare,& competentem iudicem appellare possis. Quod siquidem nullum est, impedimentum non præstat,argu.l.libellorum.§.quòd si libelli.ff.de accusa.& est in l. si quis libellos. vbi glosſ.& Sali.C.de appel. & c. non præstat. de regu.iuris.

Ius pontificium in ea obseruatione nonnihil dissidet a nobis permittentes vt omisso etiā medio prouocari possit præsertim ad Pontificem Romanum. Quod Petrus de Ferrarijs propterea vsurpatum refert, quo plus negotiorum forēsium ad curiam illam pertraheretur,& nundinationes frequentiores essent.vide c.ad Romanam.2.q.6.glo. & interpretes in ca, dilecti,de appella.& c.Romana.de appel.in 6.

140 Proinde † receptum est, vt appellationes nonnūquam alternatiue interponantur, ad hunc, vel hunc iudicem , ita tamen,vt vtrunque causa contingat, quemadmodum ex statuto Hesſorum Principem,vel Imperatorem prouocamus, vbi opus est iudex alteruter ad quem negotiū deuolui volumus intra 10. dies ad appellandum concessos declaretur, certusq, sit quem appellaueris,aliàs laterem lauas. glos.& Ioan. And. in ca.in alternatiuis.de regu.iuris,in 6. Ange. & Docto.in l.j. ff.de appel. Alexan.consil.101.& 163.2 parte.

141 Quandoque † etiam plures iudices simul appellamus, quod de iure canonico non est absurdum,cā subsistēte, quo casu ēt oportet q̄ intra 10.dies exprimat,certusq; fiat,qui iudex esse debet, Io. And.in addi.Specu. de app. §. nunc tractemus.versi. sed pars aliqua.Imo.in l.j.§.si quis.ff.de app.

Quid interposita appellatione fieri debeat, & de literis dimissorijs,quos Apostolos vocant. Cap. VI.

Actenus interposuimus appellationem, sed ne id,ad procrastinandū magis negotium factum videri possit, vt tamen fieri plerumque solet, non est in eo solo consistendum, sed periculum faciundum , quo sententia illa corrigatur,& quod iustum est atque æquum vtro citroque pronūtietur,in qua re si cessator esse velis,& in vtramuis aurem, cū illo apud Terentium dormire, deserta interim causa succūbes,& non sine dispendio compertum habebis , verum esse, quod Serbidius Sceuola dicere solebat, Iura vigilātibus subuenire. Itaque est opus,vt qui appellationem interposuit, testimonium eius aliquod habeat apud iudicem qui de appellatione cogniturus est,siue is princeps sit,siue alius , quare literas petat ab eo a quo appellatum est , quibus significetur eū prouocasse, vt sic missionem obtinebat ad iudicem superiorem. Vnde †
142 & literas dimissorias seu apostolos vocari Marcellus scribit,& Apostoli reuerentiales eo nomine proprie veniunt,& quibus significatio magis respondet quod ēt Butri.& Abb.sentiunt. Sunt autem Apostoli in hūc sensum concipiendi, Lucium Titium a sententia inter ipsum & Meuium lata , appellasse Philippum Hessorum principem fateor,ad quem & hisce literis eum dimitto . In qua tū re aliæ atq; alię ꝓsistoriorum sunt obseruationes. Sepe enim verbis dumtaxat iudex de Apostolis respōdet,quibus iudicat se appellationem vel admittere,vel refutare. Et si eam admiserit, acta iudiciaria loco Apostolorum petenti præbet , id quod ferme frequentatur. Eo dumtaxat adiecto,q̄ & terminū præstituere solet iudex,a quo est appellatum,intra quem appellans se apud eum,qui de appellatione cogniturus est, tādem cum Apostolis illis repræsentet, qui terminus & arbitrarius est.Omnia hæc videre est in l. singulari. ff. de libellis dimissoriis. vbi etiam Docto.& capitu.ab eo.& capi. post appellatione.2.quæstione.6.l.præses. C. de appellationibus. cap. personas.& cap.oblatæ.de appellatio.

143 Vbi & hoc obseruare conuenit, † vt si libellis appellatoriis,hoc est,scripto prouocatur, etiam scripto Apostolos esse petendos,vt qui portio quædam sunt ipsius appellationis secundum Bal.in l.eos.§. Apostolos. C. de appellatio. & Ioan. de Imol. in c. ab eo. de appel. in 6. Nec tamen necessarium est, vt interitu dum appellatur, literas illas dimissorias quod petas, sed post etiam fieri poterit , tempore tamen constitutionibus præstituto,quod est 30.dierum a die sententiæ prolatæ intra quod instanter & sepius veniunt petendę iuxta allegatam l. j. §. sufficit autem. & cle.quamuis rigor.de appel.

144 Et iudicibus † non solum necessitas imposita esse videtur suscipiēdæ appellationis, verumetiam vt intra hoc spatium 30.dierum gesta seu acta iudiciaria vna cum literis dimissoriis litigatoribus etiam non petentibus præstare integra cogantur,nisi mulctam 30. pondo auri a Constantino Imperatore indictam luere velint.l.quoniam iudices.& l. iudicibus. (quam & in Canonum album Gratianus retulit.2.q. 6.c. ei qui.§ iudicibus.)C.de appel.

Insuper quia iudicis eius a quo appellatum est, officium, etiam post appellationem quò ad eius vsque prosecutionē durat, ne scientiæ immortalis aut perpetuæ sit suspenso , in arbitrio est iudicis. vel statim dare apostolos, vel intra dies a constitutione prestitutos. Præter hoc q̄ breuius tempus dicere poterit.ad id officij peragendum , quo casu opus est appellator in eodem die, loco,& tempore quo iudex pro tribunali sedere solet,aut alias vbi id facere est iussus, compareat, apostolosque sibi dari incessanter effligitet,quod si neglexerit,nisi legitimo impedimento detineatur,appellationi renūtiasse tacite videtur , & eius quasi desertæ omni iure priuat, docent nostri in l.præses.C.de app.& l.2.ff.de iudi. in c. sępe. & c.personas.de appel.& cle.2.de appel.

Tametsi sint qui hoc tempus neque produci , neque renouari posse sentiant. Et quidē produci non potest. quare post 30. dies a sententia prolata iudex frustra respondent, tempore amplius non suffragante.Breuius tamen dici,ad hoc ēt vt appellatores perstringit , vti iam relatum est , mores iudiciorum diuturni,aut consuetudo nobis facile erit exemplo, sed tunc iudex etiam requisitus vt respondeat , non subiacebit mulctæ,cum tempus illud,cui ipsa adnectit,haud sit præteritum,vt constitutioni fiat obnoxius. Est glo.& Imo.in cle. quamuis. vbi & Cardi. de appel.argu. c.indultum.vbi Dy. & Io.And.de reg.iur.in 6.

145 Aduertendum † quoque est huiusmodi tempus 30.dierū continuum esse,hoc est,de momento,vt dicunt, in momentum decurrere,vt ita tam nefastos quàm fastos dies supputemus.Et hoc sicuti frequentatur a die sententiæ prolatæ.l.iudicibus.toties repetita.l.j.§. biduum. ff. quando appellādum sit.glosſ.in ca.non solum.& ca.sciuerit. de appel.in 6.glo in l. j.ff.de libell.dimis.Ioan. And.in c.ab eo.de appella.in 6.Quā uis Hostiensis grauis author a die appellationis interpositæ tempus illud supputet , id quod Guido de appell. q. 27. indubitatum asserit , si quando iudex terminum dādi apostolos intra vicesimum diem adsignasset , quem casum constitutionis

Source : BIU Cujas

tutionis tempus non egreditur, etiam si decem illi dies accesserint, quibus prouocare conuenit. Singulare est, vbi decima iuris dies præstituitur, a sententia enim dicta initium facimus, puta tertia post sententiam die apostolos dari est optatum, & septima (quia iuris decima est dicta) post die recte petuntur.

Sed & hoc est æquum, si per eũ steterit, qui libellos dimisso rios dare debet, quo minus det, petenti id minus officere, vt in cuius diligentia simul atque instantia nihil desiderat, verum ne & in hoc parum sis prudens, & quia sedulitatem
146 illã probare non poteris, ἀ φίλων ἐρώτων fiat. Sic † agendũ erit, si iudex a quo prouocatum est latitando, faciat, ne apostolos impetrare queas, tunc intra x. dies ad appellandum cõcessos, vel iudicem ad quem, vel viciniæ honestiores viros accedere poteris, & per te id non stare, diserte protestari. Sin autem se non subtrahit, sed apostolos se daturum exp̃fesso negat, sufficit protestationẽ illam intra triginta dies a sententia lata fieri & nihilominus appellationem proseqũ non prohiberis, tantum abest, vt in mora esse censeri possis per quem non stetit, quòd negotium promoueatur. Est ẽt in clemen. quamuis rigor. vbi glos. & Car. de appella.

Iudex ne conuicijs appellatorem excipiat, neque appellãs iudici quid improperet, & de eo qui per metum non appellauerit. Cap. vij.

147  IC non † possum silentio præterire insolentiam quorundam, quos citius tyrannos, quã iudices, quibus salutare illud iuris sacerdotiũ publice committitur, dixeris, qui non verentur appellationes non modo non suscipere, de pena constitutionum parum equidem soliciti, sed etiam pro apostolis nulla non conuitia appellatoribus ingerere solent, vt tolerabilius sit multis non solũ hanc litem, sed & bonam rerum suarum partem amittere, q̃ tantas iniurias sic deuorare. Sed faceſſat illa mortalium pestis. Nos eum exigimus iudicem qui grauis sit, sanctus et incorruptus, iustitiæ & æquitatis antistes, cui iidem sunt Actij, quod Titij, vsque adeo alterius ius propter alterum non supprimit, neque ad appellationis suffagium recurrẽtem absterret, memor non modo inciuile hoc esse, & ab of-
148 ficio iudicis alienum, sed etiam † propter hanc solam contumeliam admitti appellationem, cui aliàs nullus locus esset, tantum abest, vt iniuriam sibi fieri existimet iudex, si litigator ad prouocationis suppetias, & quasi nature asylum conuolasset l. & in maioribus, & l. si quis prouocatione. C. de appel.

Et regione quoque qui appellat, non debet conuitiari ei cuius iudicium suspendit, memor se non coram priuato homine versari, sed eo qui iustitiæ publicum ministerium gerit, cuius maiestatem suspici oportebat, & venerari, non contumeliis aspergi, quod qui contempserit secundùm diuorum fratrum rescriptum plecti debet, atq; ab eodem iudice extra ordinem puniri. Ita enim oportebat eum officij sui maiestatem tueri, cum iniuria illa sit manifesta, quæ altiorem indaginem, vt alio progressu iudiciario sit opus, non desiderat l. illud sciendum. j. ff. de appellatio. argu. l. nullum. C. de testibus. l. j. C. ne quis in sua causa. & l. j. §. expilatores. ff. de effractoribus. Præter hoc quod & iudex iniuriarum contra huiusmodi conuitiatores experiri poterit, & condemnati nominis ignominia notantur l. Iudici. vbi gl. & interpretes. ff. de iniuriis.

In qua tamen re ne impingas, non statim peccat erga iudicis maiestatem, peneque obnoxius fit, qui iniuste pronuntiatum dicit, modo reuerentia sit dicto, sed tunc demum, quando iudicem dorophagon seu muneribus corruptum odiove aut fauore pellectum in sententiam prorupisse, nõ vereatur asserere, præsertim in eo, quod ostendere non valet. Refert etiam Paul. de Cast. in citata l. illud sciẽdum est, eum qui prouocat. quibus adhe, q̃ scribuntur ad l. debuit.
149 ff. de ijs qui notã. infa. Vtque † ad ea quæ in iudice ceu absurda notauimus, reuertamur, faciunt nonnulli hac sua insolentia, vt litigatores territi non ausint etiam ab iniquissima sententia prouocare. qui & ipsi propterea non deserũtur. Etenim inter dies legitimos quibus appellare licet, grauamen illud publica contestatione proponere poterant, aut protestari, quibus de causis sibi appellare non sit integrum, & Diuus Seuerus veniam eis dedit, causamq; appellationis exercere permisit. Pro facto siquidem accipimus id, in quo quis alium perhorrescit, quo minus fiat. Est in l. cum quidam propter violentiam. ff. de appellatio. & apertius in l. iis qui tempore competenti. ad finem. C. de iis qui per metum Iudi. non appella. & in l. in omnibus causis. ff. de reg. iur.

Quamuis autem eo non attento etiam pergere in causa cogatur, id tamen non officit, sed etiam victo succurritur, cũ per hoc quasi appellationi renuntiasset, minus sit habendus. Innocen. in c. fi. de appel. & c. cum in iure. de offi. deleg. habet Spe. in de appella. §. j. versicu. si propter metũ iudicis. Id tamen quod propter inanem metum non est introductum, quem etiam quisque meticulosus, & Pisandro timidior, pro se ferre posset, vt iudiciis calumnias strueret, & socordiæ suæ prætextum inueniret. Porrò qui sic vmbrã quasi propriam metuentes appellationem non interponunt, a reuocãda lite repelluntur l. j. & l. ab exordio. C. de iis qui
150 per metum &c. Cęterùm † oportet, cum conceperit metũ, qui & constantem virum reuocare soleat. Probatur autẽ; quia minatus est iudex, se appellantẽ atrociter exceptuaturum, vel quia consueuit eos qui prouocarint carceribus mancipare, atque id genus violentijs afficere, vt sic ex personæ qualitate vis in cõiecturam veniat l. metum. cum gl. ff. de ijs quæ vi. l. si a bone fidei. ff. de rei vend. Bart in l. de pupillo. §. si quis ipsi Prætori. ff. de noui ope. nuntiatione.

Rei, aut quantitatis exiguitatem quandoque appellationi obstare, & vt plures summæ coniunguntur. Cap. viij.

151  IN hoc † quoq; reipublicæ non inuanũ prospicitur, quod modo ius constitutionis, modo id, quo municipia vtuntur, appellationibus non sic passim cõcedendum voluit, nõ tantum, quia vel iudicis maiestas, vel res controuersa, vel sententiæ natura id faciat, sed etiam propter rei, a ut summę vtilitatem, de qua negotium est, ne, dum de re quanturlecũque æstimationis quærimus, & nulla non tribunalia fatigamus, plus tamẽ sumptuum, quàm ipsa etiam victoria cõpensare valeat, vnde statim oportet hominem non semper eius quod vtile est modum per se adsequi, sed plerunq; suo ipsius periculo sapere. Nomothetyn igitur, seu legislatorẽ audiamus oportet, qui in hoc priuatorum rebus prospicit, secundum Platonem. vt in publicam vtilitatem reuocandẽt. Præter hoc quòd in re tam leuicula iudex non credit ur litigatores facile grauare. Et licèt id faciat, satius tamen esse, vt vel vnus id adichias atque iniuriæ deuoret, q̃ omnib. lites reuocandi fenestra sine vllo modo patefiat.

Recte itaque factum est, in causis per appellationem reuocandis non vnam esse notionem, porrò vbi summa litis x. auri libras non excedit, vel vnus Præfectus prætorio, vel sacri palatij quæstor cognoscit, supra eam summam autem
152 ad xx. vsque vtriusque iudicium expectatur. Sin † autem xx. libris æstimatio rei quæ controuertitur maior sit, Princeps, aut commune auditorium Augustalis palatij notionem habebit, vt sic in prouocationibus quoque offerẽdis discrimen aliquod æstimatio litis, vt cũ imperatore loquar nobis ostendat, per Iustinianum in l. in offerendis. C. de ap. vbi Sali. & Paul. de Cast. Hodie tamen appellaturis nonnihil accessit, quandoquidem Caroli. V. constitutione illi solum ad iudicium camerę Augustalis prouocare inhibentur, quorum lites quinquaginta solidos excedunt.

Vt prouinciarum obseruationes & statuta præteream, q̃bus & præsides in hoc prospicere non cessant, ne subditi p̃petuis litigijs impliciti sibiipsis sint detrimento. Sic & magnus ille Philippus Hessorum Princeps. cum iustitiæ, tum literarum singulare asylum statuit, ne vlle lites, quarũ æstimatio viginti solidos non esset maior, ad principalis curiæ tribunal per appellationem reuocentur.

In qua parte etiam illud cui remoram faceret, si plures sũmæ petitæ coniungi queant, vt sic iudicis maioris cumulate notionem faciant, quam singulæ non adsequerentur? Et
153 † magis est auctore Vlpiano, vt si vna actione plures sũmæ comprehendantur, puta decem solidos a Titio petis, quos ex empto frumento, atq; vndecim, quos ex vino debeat, at in vtroque fit condemnatio, duabus illis summis coaduna tis prouocare Titius poterit eum iudicem, qui supra viginti solidos notionem habet, quam singulæ summæ nõ præstabunt l. si qui separatim. §. si quis cum vna actione. ff. de appellationibus.

Quod in omnibus alijs speciebus quantumuis diuersis p̃bamus, quę vna actione perstringuntur; æstimatio siquidẽ earum coniuncta facit, vt vnius quantitatis loco habeant, vnde & appellationis iudicem consequitur. Adeo quæ nõ prosunt singula, multa iuuant. Differunt nostri in l. si plures. ff. de pactis. & l. instrumenta. C. de procuratoribus. & ca. præterea. de testibus.

Secus est, quando diuersæ res, aut quantitates, alia aliaque actione in iudicium perducuntur, licèt enim & in his fue-

ris

Source : BIU Cujas

ris condemnatus, non tamen coaceruantur summæ illæ plures, quòd ad appellationem instaurandam, sed singularum rerum æstimatio intra iurisdictionem sui tribunalis separatim ꝓsistet, per l. si idem cum eod. ff. de iurisd. omniū iudicum. & l. sancimus. §. si quis. C. de donationibus.

Intra quæ tempora appellatio exerceri debeat, & quomodo impeditis subuenitur, deq; probando impedimento. Cap. ix.

VT appellationes sua tempora præstituta habeāt, quibus & exerceri et finiri debent, nō inconsulto est factum: aliàs enim plures īuenire esset, qui protelandi solum negotij causa præsidium hoc falsò prætexerent, q̄ qui iustitiam sibi administrari, & litigio extremas manus imponi desiderio ducant. Haud contenti rem suam meminisse, cum illo apud Plautum, nisi & aliorum progressum sub iuris præsidio remorari pro delitijs haberent, disperire magis cupientes, q̄ nemini nocere. Cui malo Reipub. formatores & magistri morum, obstaculo quidem esse potuerunt, sed non internicioni. Facilius enim reprehenditur quod per consuetudinem cui inditum est, & sic quasi natura adheret, q̄ vt extinguet, vsq; adeo vt potè οὐκοτι πειθοισι παρκῖον ὀρθα βάδιζειν. Nunq̄ (inqt Aristophanes) efficies cancrū rectè incedere. Sed nec ꝓpterea ciuitates deserendæ veniunt, cum mali illi mores optimarum legum causa esse solcant.

154 Rectè † itaq; & ad ἰσόσιμον διαιτῆν appellationi exercendæ & suum tempus est præstitutum, quod neglectum p̄scriptioni locum facit, vbi nolo repetere fatalium dierum tpa, quę Theodosius & Valentinianus principes diuersa, ꝑm iudicū diuersitatem præscripserunt, iuxta l. tpa. C. de tempo. appellationum, inueterata enim constitutio est. Cæterum illud obseruasse satis est, cuilibet appellatori annum impertiri a Iustiniano, intra quem appellationem interpositam prosequi & finire dēt, aut si iustum impedimentum interceſſerit alius annus indulgebitur, qui & ipse si transactus sit, priusq̄ lis absoluat, rata manet sententia. In Auth. de ijs q̄ app. ingred. §. j. colla. v. & est in C. repetitum. Auth. ei qui appel. de tempo. appell.

155 Causæ † ex quibus impedimētum allegatur, hæ ferme sūt (vt earum quæ magis frequentantur aliquas saltem referamus) si iudicis non fuisset copia. Item si appellator, vel aduersarius ꝓp valetudinem decumbens, vel paupertate, aut tempestate, vel alterius dolo atque insidijs, aut casu fortuito etiam procuratoris sui præpeditus, negotium persequi non potuisset. Innocen. & Philip. Decius c. ex rōne. & c. sępe de ap. Idem iuris est, vbi nullitatis causa exerceatur, aut negotium principale per pactum expressum, vel compromissum in viri boni disceptatoris arbitrium factum fuerit in suspenso. cle. quandiu. de appel. & Bald. in l, eos. C. de appel. & Spec. de exec. sent. §. postremò.

Quòd si appellator ex aliqua istiusmodi causarum etiam vno saltem die agere impediatur, alterum annum ex constitutione adeoque lege habebit, & eum integrum, per In-

156 nocen. in c. si duobus. de appel. Tametsi† etiam citra vllam causam hoc tempus prosequendi appellationem produci possit, partium scilicet consensu, quod in eo tempore, quo appellatio interponi, atque item de apostolis responderi debet, non habet locum, statutum siquidem est, & neque litigatorum ad sensus id longius facit iuxta cle. quādiu. de appella. & Bald. in auth. ei qui. C. de temp. appel.

157 Cum itaq; † duo sint anni fatales (sic enim ab vltimo tpe cognominantur, quod in hoc pernitiosum esse solet; quia negotium abrumpit, & vlteriori cognitioni nihil reliqui facit) quorum alter omnibus appellatoribus competit, alter verò iis solum, qui hactenus causam prosequi legitimè sunt impediti. Et ipso iure conceduntur, quod obseruandum est causarum patronis, ne sibi alterum annum illum a iudice dari ineptissime petant, cum iudex propter allegatam causam decernat duntaxat eum ex iure competere, q̄ & peti debet, id tamē quod vulgus procuratorum ignorat. Monet etiā Petrus Iacobi in libello super nullitate §. nūc est notandum.

Habes iam duorum annorum tempus a iure expositum, īra quod appellationes absolui debent, supra quod, aliud p legem non conceditur, sed si quid accesserit, hoc fit, q̄a vel iudex propter occupationes de cā cognoscere haud interī potuit, vel quia res ipsa minus obuia indagationis plus desiderabat. Id quod hodie causidicis illis veteratoribus, non leuem occasionem præstat negotia fori, atque lites protelandi, & donec partes egregie cruscarint, vsque ad epimodichion, etiam producendi.

ptationis gñe periculum facturi,verũ cum
pleni earum ſint libri, qui de rõne litigandi a formularijs
ſcripti circunferũtur ſuperuacaneum exiſtimaui noctuas
Athenis inferre,& tpis iacturam magis apparare, q̃ ſtudio-
247 ſis prodeſſe.Ideoq; repetẽda mihi ſaltẽ vñr,† q̃ appellatori
non tam in reddendis appľonis cauſis,q̃ in ea interponen-
da obſeruare ꝙuenit. Atq; ex diuerſo, quid appellato incũ-
bat,prolatã ſnĩam defenſuro.Cũ primis aũt, q prouocare
maiorem iudicem aĩo voluerit,ſnĩæ nãm ꝙſiderare dẽt, ſi
ẽt prouocationẽ admittat,q tunc facile ꝙſtabit,vbi cogno
uerit,a qb.ſnĩjs appellare non liceat, apud Bar.l.in maiori-
bus.C.de app.& Sp.de appellation.§.in quib.Deinde ſi non
apud acta ipſo die voce appellauerit,ſed ex interuallo, aut
a ſnĩę interlocutionis,vt intra decem dierũ tp̃s id fiat auth.
hodie.C.de ap.& c.anteriotum.ij.q.vj. Tum & grauaminis
cãm libellis appellatorijs,& eam veram inſerat, ne ſi teme
re,aut p calũniã ad ſalubre illud appľonis p̃ſidiũ ꝙfugiſſe
te appareat,non ſolũ litis ſumptuũ detrimẽtũ pati,ſed ẽt ꝙ
ſtõnis pęnã ſubire cogari.l.eos q.§.ne temere.C.de appe.&
l.ab executione §.ſciant.ff.quorũ ap.non recip.c.cũ appľo
nib.friuolis.de ap.in vj.Quartò,corã iudice a quo prouoca
re debes;aut ſi eius non ſit copia,in publici tabellioris ꝙſpe
ctu,de quo tam aduerſarium, q̃ iudicem ipſum certiorem
reddere opus eſt,ne ignorantię p̃textu ſnĩæ executionẽ rẽ-
que nouam p̃ſumat.c.fi.vbi Doc.de app.Cy.in l.ij.C.de iis,
qui propt.met.iud.Card.in cle.j.de appellat. & Bal.in l.ap-
tiſſimi.C.de iudi.Quintò, ſuperiorem iudicem prouocare
conuenit idque gradatim,atq; item plures alternatiuè, ſic
tamen vt intra decem dierum ſpatium declares, quẽ iudi-
cem tibi eſſe velis.Bal.in l.apertiſſimi.C.de appel.glo.& Io.
An.in c.alternatiuis.de reg.iur.in vj.Sextò,libellos dimiſſo
rios,quos apoſtoles vocamus,intra xxx.dierum tp̃s tibi da
ri,inſtanter & ſępius petas,efflagites,vt qui portio quędam
ſunt ipſius appellationis l.j.ff.de libel.dimiſſo. l. præſes. C.
de app.c.perſonas.de appe.& c.q̃uis rigor, in clem.de appe.
Septimò,eſt vt inſtructus vel per procuratorem venias, ap-
pellationiq; exercendę intra primũ annũ extremas manus
ĩpõas,q ſi fieri minus q̃at,ſcđm fatale tp̃s tibi reliquũ;atq;

Source : BIU Cujas

ꝓpetere decerni facias, aut ſi illud quoq; non ſufficiat, pro
bato impedimento tertiū annum tibi ꝑ reſtōnem dari ro-
gites, aut. ei q̄ appellat. C. de tēp. appō. & ab orgine ī Au-
th. de ijs q̄ ad appō. ingred. §. j. coll. v. l. ſed & ſi. §. ſed cū for-
te & §. quoties. ex quib. cau. maio. & c. ſi duob. vbi Inno. de
ap. Octauò, in reddēdis appōnis cauſis impigrum adeoq;
verum te eſſe opꝫ, & ſnīam vel vt iniq̄, vel vt nullā īpugna-
re. Ad qđ ſi inducta cā non ſatis viriū hēat, aliam ꝓ oteris
ſubrogare, & propoſitum tuum legitime oñdere, idque vel
aliis accitis teſtib. vel nonnunq̄ his, quos ante dederas, repe
titis. Doc. in l. ꝑ hanc diuinam. C. de temp. app. & auth. at q̄
ſemel. C. de probatio. & a nobis quantum ſatis ferme eſt, ha
ctenus relatum Cuius ēt Sp. monet, de app. §. qualiter. & de
248 inceps. † Et regione quoq; poterit is, ꝯ quē pronocatio in-
terponīt, q̄ ob id appellatus vulgo dī oculatus eſſe, ne ap-
pōni citra neceſſitatem ꝯcedat, & iudicatū ipſe vel impe-
diat, vel intolerabili ꝯperendinationi exponat. pro ſnīa ita
que, mō in eius ꝯmodum ſit prolata, non ſecus, atq; ꝑ me-
nibus pugnet, cās ſtatim exponens, ꝑꝑ quas appōni, vt te-
mere, friuole, ac in negotij duntaxat procraſtinationē īter-
poſitæ, non ſit deferendum, vt q̄ ius ipſum non recipiat ca.
cū appōnib. & c. puenit. de ap. Quòd ſi neq; his; neq; aliis
exceptionibus, puta quia appō voce interponat, cum ſcri
pto id aut libellis oblatis fieri dēat, aut ꝑſtituto tꝑs n egle-
cto, & his ſi ſibus, eius curſus, q̄n admittat, ꝓpediri nequeat,
tunc vrgēdū apud iudicem eſt, quo tꝑs illud proſequēdi ap
pōnem a iure datū breuius i udicat. q̄ facere ipſum poſſe
dudum eſt relatum, adeo vt ſi poſthabitum ſit a litigatore,
appō deferatur, & ſnīa in rem iudicatā tranſeat, auth. ei q̄.
C. de temp. app. c. ſi appōnem. vbi Car. in clem. de appella.
Proinde negotio intra fatale tꝑs non finito, ſed in tertium
annum abſq; tꝑis reſtōne protenſo, aut ſi appellans in vlti
mum mentem fatalis anni nihil ꝑſtiterit, ꝑmiſſum eſt ad-
uerſario ſuper deſertione agere, & petere q̄ ſnīa ꝑ officiū
executioni committat, apud Io. Fab. in citata auth. ei q̄. vbi
& Doctor. & Sp. de app. §. nunc bī. verſ. item fallunt. Præter
hoc, q̄ ſi appellator nolit, quam interpoſuit appōnē exer
cere, & proſequi, ſed magis ſnīæ parere ꝯtendat, & forte in
terſit appellati maiorem iudicem de appōne cognoſcere,
vt vel ſumptus litis, vel ſnīam adiudicatoriam ꝯſequat, po
terit inuito aduerſario appōnem exercere, & quantū eius
intereſt proſequi. Doct. in l. fi. C. de app. Inn. in c. ex rōne. &
in c. oblatę. de appe. Bar. authe. ei qui. C. de temp. appō. At-
que, vt ſemel dicam, appellato omne ius ſuum in hac īſtā-
tia, q̄ ipſi communis eſt ꝯ aduerſarium īducere, & nihil nō
attentare (modò iniuria abſit) quo allegationes eius peſsū-
det, ſnīamq; prius latam tueatur, per omnia eſt nōn ſolum
ꝯceſſum, ſed etiam neceſſarium, refert Bal. in additionibus
Sp. de app. verſ. officium iudicis. & verſ. an inuito. Reliqua
ipſe inueſtigare poteris, & pro negotij ꝯtrouertendi quali-
tate proponere, nos ex multis pauca ſaltem deligere vole-
bamus ad hmōi argumentum non omnino parerga, ne in
ipſa commentandi breuitate, aut quotidiana omiſiſſe, aut
tibi prouehendi ſtudia nullam anſam dare videamur, nam
qui manum de tabula iuſſit tollere, nolebat rem ſic perfun
ctorie, & quaſi oſcitanter tractari, vt ab eorū p̄ceptionibus
q̄ neceſſaria eſſe videntur, putet abſtinendum, ſed ita labo-
rem temperandum, quo ſedulitatis ſuæ modum habuiſſe
cognoſcatur, & ab eo abſtinuiſſe, q̄ licèt nimium non ſit,
argumenti tñ tractandi rōnem ēt deſideratum nō īpediat.

Iudicem appellationis, vt pronuntiare conueniat, & vtra ſententiarum executioni ſubijcienda. Cap. x.

STRABO Gnoſius in libro, quē de orbis ſitu,
hominumq; moribus inſcripſit, īter alia ſcitu
digna, refert Colophonios Ionię incolas non
ſolùm milite nauali expeditionis, verum etiā
equite adeo p̄celluiſſe, vt nullum ferme bellū
poſſet Colophoniis copiis ad id non accitis expediri, vnde
& prouerbii circunferri ſolitum, Colophona epethychen,
in re accedēte ſine qua negotiū ꝯfici nō pōt, ita nobis quo
que ad abſoluendum, quod inſtituimus, neceſſarium exiſti
mamus de ſnīa nonnihil adiicere, q̄ in appōnis cā poſt ea,
q̄ vltro citroq; deducta ſunt, profertur, vt ſine qua truſtra
fuerit tñ tedii, & vigiliarū in hocce iudicio deuoraſſe, insū
pſiſſe, vt eorum obliuiſcar, q̄ in appōnis quaſi ſubſidium ꝯ
249 parata, ſunt eiq; non impigre ancillantur. † Iudicis itaq; eſt
rei hactenus ꝯtrouerſę ad iuris amuſim finem imponere,
quod tunc rectius fiet, ſi actis diligenter, & quantū ſatis eſt
expenſis, non tñ, q̄ in prima, ſed & q̄ in altera inſtantia al-
legata, & demonſtrata fuerint, ob oculos hñs, ipſe ius dixe-
rit, & vnicuiq;, qđ ſuū eſt, mō ex iure ꝯſtituto, mō ex bono
& ęquo tribuere non ceſſet. Vbi hoc potiſſimū obſeruare
ꝯuenit, vt ea, q̄ inter acta ſunt relata, & vtrūq; litigatorē re-
ſp iciunt ſaltem pronuntiet, nam ſi alios perſtrinxerit, nihil
efficiet, ſed nullius momēti ſnīam effundet. Bar. in l. j. & l. ij.
C. de eden. Ceterum cum in priori ſnīa examinanda diſcu-
tiēdaq; bona negotij pars hereat, alter ſiquidem eā iniuſtā
alter verò iuſtam eſſe indeſinenter ꝯtendit, oportet, iudex
ex his, q̄ propoſita ſunt de iure partium ſe inſtituat, & qđ ī
appōnibus q̄rimus, inueſtiget emendanda, videlicet ſnīa
priori iudicis ne ſit, an confirmanda, q̄ tunc haud difficul-
ter cognoſcet, ſi đ re, q̄ ꝯtrouertīt, certior redditus, qđ ꝑꝑea
iuris ſit, ꝑ oīa ſcrutet, ita nimirum faciet, quod ad inquiren
dam veritatem ꝑtinet, idq; ex officio, qđ altiſſimū gerit l. is
apud quem. C de eden. l. vbi autem non apparet. §. primo.
250 ff. de verborum obliga. & l j. ff. de iuriſd. om. iud. † Sed de eo
q̄ſitum eſt, ſi qñ prior ſnīa ꝯfirmatur, illa ne, q̄ in primo iu-
dicio prolatam eſſe ꝯſtat ex quo ſubſiſtit, an potius ꝯfirma
toria, ſeu quam appōnis iudex dedit, veniat executioni cō
mittenda? Ad qđ hac diſtinctione opus eſt. Aut. n. cauſis ap
pōnis plene ventilatis, ſed ad infringendū pronuntiatum
haud ſufficientibus calculum ſuum iudex adiicit, & ſnīam
ꝯprobat expreſſim bñ videlicet iudicatum & male ꝓuoca-
tū, & illam ſuam ſnīam ꝯfirmatoriā iudex appōnis exeq̄-
tur, is maxime q̄ eſt ordinarius eiuſq; authoritatē hēt. Aut
ꝯfirmatio illa tacite eſt facta; qa vel tꝑs eſt decurſum, vel a-
liud ꝑtermiſſum, ꝑꝑ qđ rata manet ſnīa ꝑter hoc, q̄ nouā
rei cognitionem deſideret & rem iudicatam meret, quo ca
ſu eius executio ad priorē iudicē remittīt, ad quē ſpectat. is
n. ad quē pronocatum erat de cā plenius cogniturus eā in
tra ſua ſepta occluſam īuenit, quare nihil notionis hīe po
tuit, vñ cenſurā ſnīę antea latæ adhiberet, quapp citra no-
uū calculum eade manet, q̄ prius fuit, atq; item eiuſdē iu-
dicis ad quē ꝑ executione legitime facienda fit cāę remiſ-
ſio, refert in l eos & l. p̄cipimus. ꝑ Cynū C. de appō. l. furti.
§. j. ff. de iis qui notan. infamia. auth. qui. C. de tēp. app. & au
th ſi quis litigantium. C. de epiſ. audi. Bar. in l. tale pactum.
§. qui pronocauit. ff. de pact. Et colligit Papienſis in practi-
251 ca ſua deforma ſnīæ in cā appōnis. † Fieri ēt poterit, vt ea-
dē ſnīa ex parte veniat ꝯfirmanda & ex parte corrigenda ꝯ
hoc q̄ ſnīam indiuiduam, neq; ſeparationem recipere dici
mus l. in hoc iudicio. ff. familiæ erciſ. quo caſu qui īpingas
oportet, q̄ ſnīa ſcđm ſui nām in certa capita diuidat, ex q̄-
bus aliud probes, aliud aūt corrigas, & tot erunt ſnīę, quot
capita, tñ abeſt: vt eius fiat diuiſio, ſed ſingula capita ſingu-
las ſnīas efficiunt. Vt Plautius ꝯdēnatus nomine viginti ſo
lidorū quos L. Titio in auro puro ſoluere dēat ex legati cā
& interpoſita appōne ꝯſtat legatū, hoc quidem a Plautio
relictum, ſed non in auro puro puto. Cognitione itaq; ha-
bita diuidenda erit ſnīa, & illa ꝯfirmanda, hęc aūt emendā
da, ne vtile quoq; ſuccumbere cogat & vires ꝑdere l. ēt. ff. đ
minorib. c. Ray. eꝫ teſtamen. & Bar. in l. ampliorem. C. de tē
porib. app. & Bal. in l. prima. C. ne liceat tertiò prouocare.
Inſup de rōne pronuntiandi non omnibus æq̄ ꝯſtat. Quā
uis n. pleriq; omnes interpretes iùris in hunc modum per
appōnis iudicem pronuntiari poſſe opinentur. Male iudi
catum eſſe & bene appellatum, quaſi ſm ea q̄ exprimuntur
aut abſolutio aut ꝯdemnatio, perinde atq; iuſto pronūtia-
to requiritur, includi intelligiq; videatur, Bart. tñ, vt aptus
eſſe ſolet, & a fuco quantum profeſſio patitur, alienus, tu-
tius eſſe arbitrat, vt non ſit quis ſimplici illo pronuntiato
ꝯtentus, quo dicit. Male beneve iudicatum, et bene maleve
appellatum, ſed adiiciat, & L. Titium ꝯdemno, vel abſoluo
ſm negotii exigentiā, de quo eſt ꝯtrouerſia, vt ſic ꝯdemna-
tio, vel abſolutio expreſſim quoque accedat, ne in ſnīa qd
deſideret, & vitio ſubiacet. Id quod & ipſe probarim in ea
maxime ſententia, qua idipſum per priorem iudicem diſer
te non eſſet factum, ſed ad æquiualens veniret referenda,
quo extra vitij ſuſpicionem habeatur. Bar. in l. Oſilius. ff. đ
leg iij. l. eos. C. de appell. l. q̄ ſi forte. vbi & Alex. ff. de ſolu-
tio. gl. in l. præſes. C. de ſenten. & interlocutio. om nium iu
dicum. Ioan. Cald. in cap. ſignificauerunt; de exceptionib.
& c. Raynaldus. de teſta.
252 † Vbi eius quoque monendi ſumus, non abſurdum fore,
ſi iudex appellationis priorem ſententiam reuocaturus,
improbaturusve cauſas adſignauerit, quarum conſidera-
tione illud faciat: ita enim fiet, vt minus exiſtimationi
eius, qui antea pronuntiauit. decedet (modo imputandū
cui ſit ex iuris regula minus diiudicaſſe, qui citra culpam
latam, in ius litigatotis ſolum peccaſſe videri poſſit, vtcū
que quod potuit, interim pręſtitit) id tamen, quod foro Pō
tificio vſurpatur magis, quàm vulgò, niſi Conſiſtorij mori
bus habeatur receptum, ſecundum capit. cum Bertol-
dus. necnon gloſ. & Doctor. in capitul. ſicut nobis. de re
iudicata. Et temperamentum ad illud præbet. quod
in nullis non dicaſterijs frequentatur, ſententiam ſine

cauſa

Source : BIU Cujas

cauſa inſerta tutius proferri. Parum enim abeſſe, quin ex ea deſerta expreſſa poſſit ſubuerti.

His adde a ſententia quæ nullius eſt momenti, non opus eſſe, vt ꝓuocetur, per ſe enim haud ſubſiſtet. Qua de cauſa, oculatus iudex eſſe dēt, ne appellationi per imperitiam nō nihil deferat, aut concedat, pronuntiet itaq; nulliter iudicatū & ſuperuacaneę prouocatum. Quamuis in caſu, quo de nullitate non ita conſtat, vſu cōparatū ſit, vt nulliter & male iudicatum coniunctim adſeramus, in l. quædā mulier. ff. famil. erciſcun. l. nominationis. C. de appel. Bal. in l. j. C. quādo prouoc. non eſt neceſſe. Ang. in l. ſi expreſſum. ff. de app. & Imo. in l. cum quærebatur. ff. de re iudicata.

QVARTVS LIBER

Eſt de ſupplicandi vſu atque aduerſus rem iudicatam reſtitutionem.

Quando appellatione prohibita, ad ſupplices libellos recurrendum ſit, & quis eorum vſus. Cap. I.

MAximus Tyrius Philoſuphus Platonicus in eo ſermone quo vitam actiuā meliorē eſſe contemplatiua diſſerit, magni negotij eſſe putat, ꝓfectā viuendi rōnem inuenire, ſimul atque hominem ꝓfectum, adeo vſq; oībus ſtudijs inopiā quā dam cōmiſceri, q̄ non ſinat ea pulchritudinem illā ꝓtingere extremā, Hominiſq; ingenium rem nullā perpetuò proba-
253 re, † at ſemper eſſe querulū, ꝓtere a moroſum, ac ꝓprijs ēt rebus minime ꝓtentū, ꝙ & ijs perſpectū fuiſſe, qui Rempublicam legibus ꝓponere inſtituerunt, ille ſtatim cognoſcit cui ſedulitas illa in mentem venit, qua toties ꝓſpectū eſt, vt vnicuiq; q̄d ſuū eſt citra iniqui ſuſpicionē obuenire poſſit, vt ſic lex perſuaſione quadā ſalutis, in cōpoſito ciuitatis more, decoraq; adminiſtratione ꝓſiſtentis quenque capiat, ſine qua inanis ſaltē ſcriptura eſſet, & ab otioſis excogitata viuēdi rō, quā nec ipſi præſtare vellent, quæ & Philoſophorū quorundā eſt reſpublica ſine publico, rerū vſu ad vmbratiles duntaxat concertationes redacta, Vtopte, ſi dijs placet, q̄nque profutura. nos optimarum legum miniſterio ciuitatē recte cōſtitui ſentimus, quas vtentium virtus cuſtodit, quæ ab ratione exoritur, atque exercitatione conualeſcit, quæ ſtatim te docebit, q̄ neceſſarium fuerit, etiam non vnum remediū ijs polliceri, q̄ ſe iudicato læſos, oneratoſque conqueruntur.

Quàm ſalutare aūt ſit illud atq; cōe prouocationis p̄ſidiū, & q̄bus modis expoſitū, hactenus quantū ad ꝓpendij methodū attinet, enarrauimus, verū quia intra certos fines eſt ꝯctū, quo procacitas eorū cōpeſceret, qui in ipſis litibus lites quærunt, atq; vt nemini nō negotiū faceſſant, ſatagunt, proq; delicto habent, ne alijs quoq; nō ita ꝓmeritis, illud inſtitutū ſit fraudi (in cōem ſiquidē reipublicę vtilitatē leges cōſtitutioneſq; ſunt ꝓparatæ, tm̄ abeſt, vt caſſes eſſe dēant, q̄bus boni quoq, intricati nō poſſint vllo pacto iuari, exq, ſummo iure ſumma iniuria naſceret, ꝯ oēm ciuilis & ſocię vitę rōnē) placuit q̄dē intemeratā, eorū ſeruare exiſtimationē, quos legislator p̄ſtabiliores cenſet, q̄ vt vel inique, vel minus ex legis præſcripto, quē pronuntiando grauare velint, veritatē quidē cūctis ꝓponēt, honeſtumq; cū Antigono habebūt, q̄d honeſtū eſt, & iuſtū q̄d iuſtū, neq; ad dextrā, neque ad ſiniſtrā temere declinaturi. At cū diuinū potius ſit q̄ humanuz oībus horis æquè ſapere, p̄ſertim vt nunc ſunt hoīes, q̄b. ipſa dies q̄nque parens, q̄nq; nouerca eſſe ſolet, iuxta illud, ἄλλοτε φιλέου, μητρὰ ἀμέρη ἄλλοτε μάτηρ. Haud oportebat ꝓfidentiā illā in republica ad iuſtitiæ ſtaterā atq; regulā adminiſtranda, cui p̄iudicialē eſſe,
254 & bonos, atque malos iuxta haberi. † Quapropter egregie ꝓſtitutū eſt, vt ſi ab alicuius iudicio ꝓuocare nō liceat, in quo tm̄ lęſum te grauatūve ꝯ iuris, aut boni & ęqui benignitatē adſeris, adhuc ſuffugiū in republica inuenias, quo iuuari atque innocentiæ tuæ cās exponere poſſis, ſupplicandi vez rationem atque beneficium, in appellationis quodāmodo ſubſidium cōparatū. Ex q̄bus ſolicitudo eorū apparet, q̄ vrbē legibus formare, & ad æquabilitatē quādā redigere conati ſūt, tm̄ abeſt, vt in ea minus q̄ p legem cōpetebat, ſecū actū ꝓqueri poſſet q̄ſquā aut quaſi iuſtitiæ ope deſtitutus, cōes hominū ſuppetias, & ꝯ iniuriā auxiliū ei deneget, q̄ iuſte deprecat. l. j. C. de ſen. præf. p̄to. §. fi. Inſt. de ijs q̄ ſunt ſui vel alie. iur.
255 † Vtilis itaque non tm̄ ſed & neceſſarius eſt ſupplicādi vſus, tūc maxime q̄n a grauamine releuari cupis, cui p cōe appellationis auxiliū nō ſubueniē. Hinc forte ſumptus, ꝙ veteres, & ꝓ rebus bene geſtis iuſtitiā indicere, quo a litibus tractandis aliquandiu ceſſarēt, & ſupplicationes fieri dijs ſuis in gratulationē volebant, vt apud Liuiū in x. lib. ab vrbe ꝓdita, ita ſi q̄d periculi humano auxilio nō ita auertendi ꝓminebat, ſupplicatione indicta ſuperis cōmittēdū p̄cib⁹ offerebatur. Quare ſupplicationē nr̄i libellos dūt, q̄bus ſuperioris benignitas ad ſubmouēdū grauamen ꝓplorat. Et aduertere eſt, grauamē illud nō vnius ꝓſiderationis eſſe. Nā aut p ſnīam infert, aut priuſquā ſnīa ſit ꝓlata, & vtroq; caſu ſupplices libelli hēnt locū, tūc demū ſi appellationē ꝓterponere ꝓhibearis: fruſtra. n. ad extraordinariū ſubſidiū recurris, vbi ordinariū habes expoſitū. Hinc eſt, ꝙ ꝓuinciarū p̄ſides, alijq; minores iudices & Magiſtratus hmōi libellos nō recipiūt, vt a q̄b⁹ ꝓuocare liceat, ſm Innocentiū, niſi in caſu q ad nobile iudicis officiuz ꝓtinet, neq; actionis iure expediri dēat, magis frequētato, q̄ vt a nobis admodū ſiculari opus ſit, plenæ ſiq̄dē hmōi ſupplicationib⁹ oēs hodie ſunt aulæ principū, plena oīa ꝓſiſtoria, vſqueadeo nulla magiſtratus domus ē, qu libellis illis pateat, in reb⁹ nō ſolū exiguis, verū ēt magni pōderis, p iudicis tamē oſficiū & citra vllā facti ſcrupuloſam indaginē expediēdis, id q̄d ad vim ſubditorū ꝓpeſcendā, pacēq; publice ꝓuehendaz valde ꝓducit, dūmō vnuſquiſq; iure potius experiri iubeē, q̄ ſi bi ipſi ius dicere, & alterius rē cōtēpta legū maieſtate ſteruere tere, vt in l. nec q̄ cq̄. §. vbi decretū. ff. de offō. pcōſul. & l. oīa q̄cunq;. ff. de reg. iur. de qua tn̄ nobis impreſentiarū tractatus non eſt, ſed de ea ſupplicatione, qua vel ſnīæ piculū aūnorti-
256 mus, vel ipſam ſnīam latā retractari ꝓtēdimus. † Aut. n. apud eos iudices, ꝓtracti litē ſuſcipere iubemur, q̄ forte parū erunt ꝓpitij, & veremur, ne de ſcripti iuris, aut ſtatuti rigore ſuccūbamus, ad ęqtatis benignitatē de victoria nihil dubitātes, neque ſoliciti admodū, mō ne aliq̄d aduerſi nobis & minus late obueniat, & forte defenſor, quē prius accedere debemus, eodē hereat luto, iuſtitiāq; impertiri nolit, in Auth. vt differ. iud. §. ſi verò collat. ix. & de mādatis principū. §. & nō ꝓmitte re. colla. 3. Principē ſupplices accedere interim poſſumus, & quo cām ꝓ ſingli ſua benignitate miſericordiaq; ad ſe ꝓtrahat aduocetq; ꝓiecturiſque ex rerū circunſtātia ſumptis ꝓ negotij qualitate, & reipulicæ trāquillitate cām expēdat, & q̄d æquū bonūq; ſit, ꝓnuntiet, ꝙ haud ita nouū eſt, cū nō tm̄ in ſacro Cęſaris auditorio vſurpeē, ſed ēt principū Imperij Romani, q hiſce modis q̄nq; cās ad ęq &boni ꝓtemplationē diſfinire, q̄nq; intolerabilibus fori ſumptib⁹ modū dare inſtitutuo nō ita illiberali curāt, neque abſurdū fuerit, q̄nq; iuris p̄ ſcriptū egredi & ęqtatis rōnē hre, & hoc ꝓ tpis, loci, pſonarū, atq; rei in iudicio tractatæ cōditione, alioq ius ipſum nō rebus, ſed res iuris coaptaueris, & facies, vt nimiū emungendo ſanguis eliciat, q̄d reipublicæ vſquequaq; nō ꝓueniet, monē te ēt Platone de ſupplicatione ante ſnīam oblata diſſerūt nr̄i auth. q̄ ſupplicatio. C. de p̄cibus imp. offe. & eſt ī Auth. vt ſpō
257 ſali. largitas. §. aliud, colla. ix. † Aut ſnīa iā eſt lata, iuri litigatoris parū rndens, & pp iudicis excellētiā, ſtatutive authoritatē nō audes ꝓuocare, tm̄ ne ꝯ iniuriā tibi auxiliū deneget, principi ſupplicari ꝓmiſſum eſt, vt cā ad examen reuocata ſnīam retractet, & ꝯ fas atq; æquū te grauari nō patiat, & ex offō parū ageret, ſi te ſuppliciter deprecantē nō exaudiret, miſericordiāve toties petenti ſubtraheret, de qua re in l. ſi qs. C. de preci. imp. offeren. & c. ex literis. de in integrū reſti. vbi gl. ad verbū, ſupplicauit. Inn. & Doc. in c. ad audiētiā. 2. de reſcr. Vtro-
258 que aūt caſu hoc q̄rimus, vt ſnīa impediat ſiue ꝓferenda, ſiue ꝓlata, illa ne ꝓnuntiet, hæc aūt vt ꝓlata retractet. Vñ ꝓns eſt, ſupplicationē ī hoc ęqparari appellationi, q̄d & ipſa ſnīaz pendere facit, atq; reuocato examine retractari, p lo. d̄ Ligna no de eccleſiaſtico interdic. §. ad partē affirmatiuā. tametſi effectu nō tā æquali. Porrò ꝙ ſupplicatio oblata ſnīam ī ſuſpēſo tenet, fit: qa reſcindi poterit, nihilominus tn̄ ius īterim executio p̄ſtita p victorē ſatiſdatione p̄ſertim ſi a x. die offerat. ꝙ ſnīa ltīme reſoluta oīa reſtituere ēt cū augmētis velit, q̄ in cō dēnationē ſint ꝓducta, fiet, in auth. q̄ ſupplicatio. Id q̄d in appellatione nō eſt, vt q̄ executionē quoque impedit, neq; nouari q̄ cq̄ ꝓmittit. l. appellatione interpoſita. C. de app. l j. ff. ni-
29 hil noua. ap. interpoſi. & c. an ſit. de appe. † Sūt & aliæ ſpecies, in q̄b⁹ ſupplices libelli ab appellatione diſtāt: nā p̄ter hoc, ꝙ ſupplicationi tūc demū locus ſit, q̄n ꝓuocare non lz, ſiue pp pſonā, ſiue pp rem, ſiue alia de cā, vti eſt receptū. Etiā ꝯ bis ꝓnuntiatū ſupplicari pōt, a quo nō appellat, vtpote principis & p̄fecti p̄torio l. ſi qs aduerſus. C. de p̄cib. Imp. offer. & referē in l. p̄fecti. ff. de minor. Inſuper de ſupplicatione idē iudex cognoſcit, nō aūt in appellatione. l. eos. C. de app. ſeruilis quoq; ꝓditionis hoīes ēt ſi ad ſuppliciū p ſnīam grauē ducant, non exaudiunt appellātes, ſed a ſupplicatio. triſti auxilio nequaq̄ ſubmouent, p Martianū in l. ſerui. & l. Lucius Titius. ff. de appel. Proinde relatū eſt, appellationē x. die. interponi, verū ſupplices libelli nō modo intra decendiū, ſed etiā ad biennium offerri poterunt. l. ſingulari. C. de ſenten. præfec. præto. & ii. q. vj. anteriorū. poſtremò a iudice quoque delegato ſuppl ic maiori, p̄cipue in re qua appellari eſt prohibitū, forte ob c

Source : BIU Cujas

tumaciam, quę facit alienum ab eo beneficio. l. diuus. ff. de in integ. resti. & est casus in c. ex literis. vbi Inn. extra de in integ. resti. & Imo. in l. ex ꝓsensu. §. fi. ff. de appe. adserens hāc qōnē in aula Regis Aragonum diu fuisse tractatam dubiam.

260 †Quod verò cessante appellatione tandem preces offerun tur, procedit, cum apud eum iudicem a quo prouocari non permittitur. tū si eius generis habeatur sententia, vt appellationē ex iuris præscripto non respuat, alioqui ēt frustra supplicationē apparaueris, veluti est sīa, quæ duabus tertia accessit conformis, & hoc ne victori contra juris ꝓstituti prohibitionē p̄iudicetur, principisque indulgentia cui sit damno sa, quem ita oportet supplicem audire, ne alter grauetur, cū & in beneficijs suis impertiendis princeps iuris ordinē imitari præsumatur, tm̄ abest, vt illi quid aduersus pmittere possit intelligi, vnde alius lædatur, & petenti commodetur. l. ex facto. ff. de vulg. substi. Bal. in l. omnes populi ff. de iusti. & iur. & in l. qm̄. de natur. libe. & l. rescripta. C. de precib. imper. of-

261 fer. & reperitur in c. rescripta. † Ex quibus statim ꝓsequens est, & supplicationibus modū p̄stitū, ne bn̄ficij illius quoque necessarium vsum, in abusum quis transportat. Vulgò. n. fieri solet: vt indulgentia deteriores reddamur, & is cui palma conceditur, totū cubitū arripere qn̄doq; ausit. Recte itaq; & principali ꝓstitutione factū, supplicē semel duntaxat in vna eademque causa audiēdū, ꝙ & ipsum discrimen parit ab appellatione, quæ denuo iterum quæ fit. quisquis igitur aduersus sententiam preces obtulisset, denuoque victus est, nullam licentiam habuit iterum super eadem causa supplicandi. l. si quis aduersus. C. de precib. impe. offe. glo. & Doct. in l. j. super verbo, retractare. C. ne liceat in vna eademque causa tertiò prouo. & est in l. ij. C. senten. rescindi non posse.

A quo, item ad quem supplicandum veniat, & hoc quandoque sine libellis. Cap. II.

IN ne in hac beneficij parte impingas desiderata eius ratione, oportet cognoscas, quem nam implorare debeas, & qua verborū figura id competat, quo opportune, atq; ex prescripto illud facere non posthabeas, neq; vltimā iuris partem existimes eo recte posse quem vti, ꝙ si passim, & oībus esset datum, iam tot vigilijs, tot sumptibus ad cōparandā hāc prudentiam nō foret opus, sed eius sibi ex libris ipsis mutisq; magistris, non secus atque ex copiæ cornu quisque opulētissimam supellectilem facile quæreret, & domi adsequeretur.

262 † A Præfectis itaque prætorio, ipsoque principe supplicare est permissum: vt a quibus non prouocatur, licèt. n. illi tantæ confidentiæ viri sint, & nemo statim sibi persuasum habeat, non iure fieri quicquid publice egerint, responderintve, qa tamen homo iustum & ciuile est animal, abominans in alterius dispendium perperam quid statuere, si audierint deprecantem de iure conqueri, humanitas ipsa, & officium ad illud quod homo homini debet facile eos induci debent, vt supplicē audiant saltē, & si ex allegatis illati grauaminis causis instruantur, æquum esse qđ petitur existimationis suæ cōceptū pondus alterius iniuriæ haud præferent, verū sibi ipsis cedent εἰς συμπάθειαν, quæ aut condolescentiæ, quam ciuitas ex suorum incōmodis subit apud Platonem, ex Solonis institu to ad ipsos quoque pertinēti, locū præbebūt, & quod vel per inconsiderantiam, vel ex causę se nō ita habentis suggestione est factum, meliori consilio resoluent, & ne innocens cōdēnetur, vel nocens absoluatur altius perspecta lege, & equi benignitate perpetuò curabunt. l. quod iussit. ff. de re iudi. c. cum cessante. de appellatio. cap. sacro. de senten. excom. & capitu. qualiter, & quando.

263 † Haud dissimiliter de Principe cogitandū est, qui tametsi omnia iura in pectoris sui scrinio habere dicitur, vnde haud secus atque ex fonte quodam scaturiant, promanentque, dignum tamen & ex Imperio magis existimat sese legibus submittere, & suam authoritatem de iuris quoque authoritate pendere, tantum abest, vt regię functionis oblitus, etiam pauperculam anum iustitiam humiliter inuocantem cum Alexandro exaudire, & petitorum compotem reddere contemnat. Quapropter negotium, de quo dum non vsquequaque liquebat, aliquid decretum est, ad supplicationem reuocari non est nouum, quid enim se coniecturæ accedentes qualitatem rei iuuare recèns ceperint, quid vbi qualis qualis notio factum non ita clarum fecit, sed porrò demonstrari potę rit, vel ex iure aliud decernendum, vel æqui benignitatem rigore iuris superiorem esse debere, cuius exempla cum longum sit corradere, tyronibus ea inuestiganda relinquo.

Cui & hoc adijci posset, ꝙ in multorum principum audi torijs inuenti sunt, qui nō solū personarū in dicendo iure respectū habuere, sed ius ēt venale facientes turpissimis sordibus pollutū adulterare non sunt veriti, quorsum, & Deorophorus apud Hesiodum, & Chiamus Estihen apud Pythagoram, pro ijs qui muneribus corrupti perperam iudicant, prouerbio dici legimus, malo illo dubio procul, & in ea sęcula minus corrupta collapso, cuius quidam & Trybonianū virum extra omnē aleam erudito insimulant, Suida authore, cum tm̄ Procopius cum singulari omnium artium doctrina morumq; suauitate, si quod auaritię crimen haberet, facile obscurasse scriptum reliquerit. Quę omnia indicio sunt principem quoque antiquius putare quod iuri & æquo consentaneum esse posset, quàm qđ in cuius iniurią est factum.

264 † Habes supplicari a Principe atq; ipsis p̄fectis p̄torio posse, fm adductam. l. si quis. & auth. quæ supplicatio. & tradit Inno. in c. ex literis. qđ & apud p̄sides ac seniores magistratus vsu venire, experientia testis est satis locuples, nisi officij implorationem eam dici malis quàm supplicationem, quam a certis iudicibus in certisq; rebus appellationi non expositis fieri significantius placuit. Vtcunq; tamen sit, nobis satis est vsum cognoscere, & labenti causæ apud eundem iudicē demonstrato grauamine suppetias ferre intrepide posse.

Quid enim si iudex interlocutus sit de solutione facienda, aut multa eroganda, & ostendere poteris, te neq; debere illud, nec in mulctam incidisse? magis est hoc casu vt sententiam illam ipse grauamine comperto reuocet, q̄ contra fas & æquum innocenti damnum inferat. l. quod iussit. ff. de re iudicata. Ange. in l. si debitori. ff. de iudi.

Ex quibus non obscure apparet, cognitionē precum ab illis quoq; habendā, qui ipsi grauamen intulerūt, qđ iō absurdum esse negorijs, quia supplicatio, venia quædam dr̄ per misericordiam impetrata, quam citra iudicij leuamen quis causis admotis impertiri potest. l. præfecti. ff. de minorib. ī integ. restituendis. liberum tamen etiam erit, si præfectos p̄torio tibi parum propitios scias, sententiamq; non statim mutaturos, imperatori preces offerre, & quam misericordiā in præfectorum auditorio non inuenis, apud principalem clementiam obtinere, quæ & indicio erunt, quibus libelli illi supplices porrigi debeāt, Principi vcz atqz præfectis prætorio.

265 †Sin autem eorum copia non ita haberi poterit, nihil officit consiliarijs, vel causas introducentibus, quos Innocen. cū Iustiniano referendarios, Bald. Tabelliones, pleriqz a libellis cognominant, preces exhibere, qui ipsi earum notionem nō habent, neque enim inferior iudex de actis apud superiorem ventilatis examē habet. l. minor autem magistratus. ff. de minorib. & l. cui inferior. de maioritate, & obedientia. sed ad Principem, aut prefectos eas referre debent, in citata authen. q̄ supplicatio. vbi Bald. Iason & reliqui interpretes iuris id tractant, & Doct. in capitu. ex literis. de in integr. restitutio.

Quæ omnia eò spectant, vt supplicationis vtilitatē cognoscamus, & qui grauamen intulit, illud idem releuare authoritatē hr̄e nobis cōstet, quare ab eodē ad eundē preces supplices fundimus, quasi a non bene instructo, ad melius & exactius instruēdū, alia qdē rōne, q̄ ille, qui a iudice, pbe poto ad sobium, puocabat, qđ licèt ridiculū sit expectare in eo, q negotijs publice & serio tractādis p̄ficit, plura tm̄ eius exempla ēt nr̄a ætas videre cogit, vtinā priuatim duntaxat, & non itē publicę incōmodātia, q̄ admodū expediat, bonisque viris &

266 reipublice bene volentib., pbeī. † Neqz hoc te lateat supplicationē scripto ꝓprehendi insertis causis q̄bus te grauatū adseris, nec tm̄ oībus, sed his solū quas obiter ꝓcipere poteras ad iudicē quo de petitis cognoscat inducendū, qđ & ex nomenclatura quodāmodo se ostendit, qua libelli supplices dūr. Verūtn̄ si statim apud acta iudice adhuc ꝓ tribunali sedente supplicationē interponere libuerit, voce illud, & sine libellis fieri ad appellationis exemplum posse pleriq; oēs sentiūt, quo casu forte nō fuerit satis vno verbo id facere, puta, supplico, quēadmodū cū Martiano dicimus, Appello, ſz oporteret te causam aliquā immiscere, ne temere ad precū subsidium recurrere videaris, tametsi a nr̄is eius non fit mentio, sed voce tm̄ supplicationem apud acta interponi. glo. Cynus, Salycetus, & Iason in auth. quæ supplicatio. super verbo, offerēda.

De tempore intra quod supplicationem interponi constitutum est, tum de executione quid interim fiet. Cap. III.



VPerest vt de tpe qd adnotemus, intra quod supplicatio interponi dēt, cui si ea q̄ hacten⁹ memoratu ad p̄sentem tractatum digna relata adieceris, statim habes q̄ ad formā huius negotij pertinere nostri putant, vt sine qua vel nō consistet, vel minus cōmodabit, adeo vt qui tē-

poris

poris rationem non habeat,etiam a cõstitutione sit alienus. Quandoquidem suplicatio litis pendentiam non inducit, quare & nullam requirit conteſtationẽ,ſed Principẽ ad miſericors benigniuſque iudicium inuitat, quo indicatum reſoluta ſententia reſcindat,interim tamen non poteſt ſententiæ executionem impedire,quæ eſt litium finis ſecundum Bald.

267 quapropter † nullius vſus ſoret,ſi non vim aliquam ad intercedendum ſententiæ haberet,eam nimirum, quod pronuntiatum ad eam retractatur,& nullius fiat momenti, qui effectus non omnino eſt contemnendus, quãdo multis ſubſidio fuit,ne res ipſorum per iniuriam interuerterentẽ, ex meoque fieret tuum rurſuſque ex tuo meum.

Quia verò executio ſententiæ nihilominus fieri ſolet per ſupplices libellos minus impedienda, oportebat rationem induci, qua etiam facta executio nihil officeret, ſed reſoluta ſententia inanis redderetur. Et ſecundum negotij cõtroverſi exigentiam & naturam integri fieret reſtitutio.

268 † Quando hoc obſeruare conuenit, eum qui ſupplices libellos offert, ſolere etiam integri reſtitutionem petere. Cæterum ne inepte hoc petas,aduertendum eſt ad eam ſententiam,qua reus ſolum abſolutus eſt, non tam opus eſſe, vt reſtitutionem quoque impetres, verum ſufficit ſententiam retractari,quo ex reo conſequaris,quod in actionem eſt perductum, niſi forte ad hoc integri reſtitutionem vrgeas,vt perſequendi quod tibi debetur iudicium porrò maneat ſaluum, de qua re poſt vberius ſcribemus. Sin autem tu ſis condemnatus,& non obſtante ſupplicatione parere ſententiæ iubearis tam integri reſtitutionem, quàm ſententiam retractandã inſtaurare debes,quòd tanto facilius obtinebis, quãto ad re-

269 ſolutionem ſententiæ reſtitutio proprius accedit. † Nec tamen per omnia verum eſt executionem precibus non impediri,etenim ſi id in ſententia perſtringatur,quòd executioni mandatum reparari non poteſt, veluti in ſupplicio de ſentẽtiam paſſis ſumendo, ad iudicatum non venit contẽpta ſupplicatione properandum,idem reſpondemus quando reſpublica proſcribitur, aut in bannum imperiale, quod vocant, declaratur,quia de ſontibus ſimul atq; inſontibus pœna expectaretur.quod tamen iuris ratio abominatur,ab executione ceſſandum eſt,& quid nam ſupplices libelli ſint impetraturi videndum Innoc.in ca.grauem.de ſenten. excõicationis.

Sunt & aliæ ſpecies quibus interpoſita ſupplicatione executioni non ſit locus,puta ſi de nullitate ſententiæ quæratur, & paratus ſit nullitatem ex continenti probare.l.4.§. cõdemnatum.ff.de re iudicata. ſin autem longiorem examinis indaginem deſideret,ad executionem procedetur,donec negotij finis quid porrò ſit faciendum, oſtenderit.l.fin.ff. de ordi. cognitio.& tradit Bal.in aut. quæ ſupplicatio.

Cæterum de tempore,intra quod peccandi licentia cui eſſe poſſit, interpretes iuris non idem ſentiunt,præſtitutum tamen eſt, atque ſtatim conceſſum non ſine cauſis principem ad hoc impellẽtibus: ex quo enim in appellationis ſubſidiũ commoditas illa quodammodo introducta videri debeat, non ſecus atque ipſum appellandi beneficiũ intra fines ſuos vt cõſiſteret, æquum erat:aliàs enim facillimum fuerit,ex eo quòd in publicam vtilitatem ſit comparatum, abuſum naſci,quo alter alterum inſidioſe magis inceſſeret, quàm vt grauaminis, quod ſibi illatum putat, ſubſidium humiliter imploraret,& iniuriæ obſtaculum oblatis etiam precibus pone

270 ret. † Et regulariter ſecundum conſtitutionis tempus interponendæ ſupplicationis eſt 10. dierum a ſententia lata (nimirum ad exemplum appellationis quæ hoc idem tempus habet præſtitutum) quo facto ſatiſdationis commodum ſupererit,alioqui biennium competet ad illud expediendum, iuxta auth.quæ ſupplicatio.

Sed in eo diſſenſio eſt:ſunt.n.ex quorũ numero Azo quoque eſt,qui conſtitutionem ſic accipiunt, vt præfectis prætorio intra decimam diem a lata ſententia,vel eius ſcientia,precandi licentia ſit,& Imperatori vſque in biennium. Proinde ſi contra iuris ordinem ſit pronuntiatum, biennio tractationem apparari, ſint verò contra ius litigatoris reſolutionem 10.dierum intercapedine fieri debere,de qua opinione videre eſt in gloſſ.etiam l.1.ſuper verbo noſtro numini.C. de ſenten.præſec.præt.gloſſ.in cap.ex literis. de reſtitutio. in integr. & apud Nepotem de monte Albano de exceptio. ariticulo 23.quam & Bartol.non improbare videtur. Innocentius tamen in adducto cap. ex literis,ſecus locum exponit, & adeclas habet Cynum,Salycetum, Iaſonem,Cardi.Zaba. cũ pleriſque ex recentioribus iureconſultis qui ſecundum gloſſam vt legi magis reſpondentem immitantes, in ſatiſdationẽ dun taxat vim eſſe opinantur,ſi intra 10. dies, aut biennium preces obtuleris.Porrò ſupplicatio quia litis pendentiam haud inducit,etiam iudicatum non poterit impedire, ſed interim executioni cõmittitur, niſi forte in caſu quo illud ſpeciatim

271 inhibetur. † At qui intra 10. dies ſupplicationem interpoſuerit,id commoditatis adſequitur, quòd ſententiam ſuã iudex non poterit exequi, niſi aduerſarius fideiuſſoribus datis, & ſic idonee cauiſſet, de eo quod iudicato comprehenſum eſt vnà cum fructibus atque augmento reſtituendo,vbi ſententia fuerit reſoluta.

Sin autem id poſt hoc temporis diſtuliſſet,& in biẽnio ad precandi auxilium recurrendum ſibi in animum ſumpſerit, ſatiſdationis commoditatem non habebit expoſitam, tamẽ retractandi iudicatum adhuc in biennium illud ius ſaluum retinet, ſed iudex nihilominus iudicatum exequitur, in aliis negotij finem expectans, nihil ſolicitus ſi interim res dilapidetur,vel eo ſit collapſa, vt vel retractata ſententia nihil amplius reliqui ſit,quod etiam victor redhibere poſſis.

Neque ad tempus quod pertinet ſecundum hanc opinionem admodum refert ad Imperatorem,ſiue præfectos prætorio preces deſtinaueris, cum ad vtroſque decem dierum intercapedine,vel biennij hoc fieri poſſit, ſola fideiuſſionis vtilitate exempta, quæ ſententia etiam vſu quaſi recepta eſt, & magis probatur, niſi forte calumniandi animo,ſeu quo precandi illud beneficium procaciter impediat aliquis veterator,vt nunc ſunt, qui tribunalia fatigãt, priorem opinionem mordicus tueatur, vel potius obtrudat. Videre eſt Cynum, Salycetum, & alios in ſepe citata authen.quæ ſupplicatio.& l.1.C.de ſenten.præf.præt.

272 † Atqui fieri poterit, vt neque principem,neque præfectos prætorio intra decimum diem a ſententia, vel ex quo de ea certior ſit redditus, commode accedere poſſis, vt ſupplicationem tuam,quam concepiſti, offeras: cum tamen tua valde interſit propter ſatiſdationem præſtandam ad præſcriptũ in tempore illud fieri,ꝙ ne & ipſum fraudi tibi ſit, nõ ſolum neceſſitas, quam extra legis vinculum eſſe placuit,permiſit, ſed etiam vſus modum oſtendit, quo abſentiam illam compenſare,& rebus tuis magis conſulere valeas. Eſt enim vt coram publicæ authoritatis tabellione, teſtibuſque ad hoc vocatis intra decem dierum tempus ſententiam tuam de ſupplicatione interponenda exponas,ꝙ vel coram principe ipſo,vel præfec.prætorio libentius feciſſes, ſi non itineris longitudine temporiſq; breuitate impediaris, quare apud ipſum ad hoc publicam fidem habente,te id in tempore facere, rogitans quo id monumentis chartaceis commẽdet,& pro officio ſuo memorabile,atque perpetuum eſſe faciat,quod inſtrm inſinuatum documento erit, tempus illud decem dierum,vt fieri potuit,obſeruatum eſſe, fideiuſſionemq; deberi id qđ ad appellationis exemplũ ſic vſurpari nemo nõ videt.

Nec obſtat per appellationem litis pendentiam (vt dicũt) induci propterea latiſſimi vſus eſſe deberet,vt iuris ordine exercendam: cum tamen ſupplices libelli ad hoc permittãtur: vt iudicis benignitate conſequi valeamus, quod per iuris rigorem contingere nobis minus poſſit, quandoquidem hæc precandi largitas in ſubſidium appellationis eſt comparata, non minus aliquando neceſſaria,quàm ipſa appellatio,quãuis non tam lata,quare & ipſam ſic contrahere haud oportebat, vt impoſſibile factu eam adimeret, & quod per te non ſtetit impedimento tibi fore contra humanitatis rationem permittatur,argum.l.ſi cui in prouincia ff. ex qui cau. maio. in integ.reſtituuntur.l.ſi ideo.C.de ijs quib.vt indig.

273 Sed retractationem iudicari per libellos petitam intra biẽnij tempus faciẽdam explorati eſt iuris. Porrò vt publice nõ expedit ſingulis legum adminicula denegari, ita abſurdum quoque fuerit in crucem alterius, & diuturnum incommodum ea indulgeri non tamen ſic ſtatutum illud tempus faci mus atque inexorabile, quin vlterius produci queat: multa enim intercedere poterunt, ne per omnia votum conſequaris, & forſitan neque principi neque prætorianæ præfecturæ auditorio integrum fuerit in hoc dithias atque biennij tempore cauſas tuarum precum vel ſemel audire,ne dicam perficere aut expedire. Proinde tu quoque legitimis forte modis interceptus,grauamina,quæ tibi illata exiſtimas proponere,& vt liqueant patefacere, quare & hoc caſu quod æquum eſt ſpectamus,occaſionique concedimus,longius tempus indulgentes,quam anguſta iuris ratio poſtularet, & ſi ad iſtiuſmodi impedimenta intra biennium,quo etiam princeps iudicis nomine ſuppliciter interpellatus eſt, cauſas ſupplicationis exercere atque perficere non queas,ob id à precibus te cecidiſſe non eſt exiſtimandum,ſed alterius anni, aut etiã bienij ſpatium habebis, quo ad ſimilitudinem appellationis illud expedir ſit expoſitum.

274 Cum in huiuſmodi rebus non habeatur hodie in principum aulis certum aut præſtitutum tempus,patrocinatur qđ eſt in cap.placuit.§. poteſt 16.q.3. & habes gloſſ. ab omnibus probatam in l.1.C. de ſen.præfe.præt. ad finem, vbi Alexan. Saly.& alij,quam Bald.modo illum commentarium agnoſcat:

Source : BIU Cujas

cat: nam ſunt qui Angelo fratri eius ipſum adſcribũt, in hoc memoratu dignam prædicat, ꝙ vbicunque vel ſtatutum, vel conſtitutio aduerſus ſententiam auxilium permittit exercitij, expeditionisve tẽpus ad appellationis exemplum debere regulari atque dirigi, qđ eſt in auth. ſed lis. C de tẽp. appela.

In quibus cauſis ſupplicare non eſt permiſſum, & qui id facit quandoque nominis ignominia notari. Cap. IIII.

NOn illepide, mehercle, Plinius ſecundus ſcribit, perniciosiſſimum etiã in oĩ vita eſſe, ꝙ nimium, perinde atque modũ ſingulis adhibere ſit optimũ, Authore etiã Platone, quam rem & legumlatores obſeruaſſe ex nulla non iuris parte apparet, maxime impreſentiarum quãdo ſupplicandi beneficium gratuito, atque ex benignitate quadam cõceſſum, neque omnibus neque paſſim dari placuit, ſed his ſolũ, qui vel contra honeſti ſpecimen, vel in exempli perniciem illud temere inſidioſeve non peterent. Et cũ ante ſit relatũ, vbi ad appellationis præſidiũ nõ fuerit aditus, ſupplicationi locũ eſſe quaſi dicere velis, vbi appellatio deſinit, ſupplicationẽ incipere, oportet ſanè intelligas, de rebus videlicet in quib⁹ ꝙ-
275 uocari non eſt prohibitum, cũ iuris ſit regula. Neq; † ſupplicationem admitti in ijs quibus appellare nõ eſt permiſſum, quam cauſę ſolũ contemplatione facimus, non pronuntiantis alioqui nullus omnino foret ſupplicãdi vſus. Etenim nõ admittitur, vbi prouocationi eſt locus, ſi modo etiam adimeretur extra prouocationem iam de lana caprina, & re planè nihili, nobis eſſet tractatus, quare ſic rem accipe: tunc demũ appellatione ſilente, ad precandi licentiam recurrendũ, ſi qñ ob iudicantis authoritatem non prouocamus, vt eſt receptũ, ꝙ tamen adeo ſuperſtitioſe nõ obſeruatur quin etiam ex perſonæ intuitu prohibitus appellare, poſſit ſupplex auxiliũ implorare, cuiuſmodi eſt contumax, qui emanentiæ ſuæ cauſam vtcunque nouit prætexere, in c. ex literis. vbi Doc. de regula gloſſam habes, & Doct. in l. j. ſuper verbo, retractare. C.
276 ne liceat in vna eadẽq; cauſa tertiò ꝓuocare. † Qua de cauſa perduellionis aut maieſtatis poſtulatus propter ſceleris enormitatem non auditur ſupplicans, cum indignum ſit ab eo miſericordiam expectare, in cuius necem eſt machinatus. l. l. quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſta.

Idem reſpondemus in eo, qui Nili Aegypti fluminis aggeres ruperit, vndaſque e proprijs vaſibus auerterit: nã quia vetuſtatis reuerentiam & ꝓpemodum ipſius imperij ſecuritatem impetijſſe videtur, flammis eodem in loco exuri dẽt, omni vel ſupplicandi, vel recipiendi ciuitatem, dignitatemve licentia adempta cõſtituerunt Honorius & Theodoſius. AA. in l. j. C. de Nili aggeribus non rumpendis, quæ cõſtitutio tametſi hodie ſit inanis propter Turcam impijſſimum Chriſtiani orbis deuaſtatorem, qui principibus nimis tarde occurrentib. hanc quoq;, terrã proh dolor, occupat, attamẽ cognoſcere eſt ex ea, quàm nihil boni Principes omittere voluerint, ꝙ cum ad Imperium propagandũ, tum ad illius authoritatem, etiam in aggerum ſiue Nili, ſiue cuiuslibet alterius flummis publico vtũ conſeruandam poſſit attinere.

Poſſimus hic multa obtrudere, quæ propter facti atrocitatem preces non admittunt, niſi breuitatem cum rerum vtilitate coniungere in animo tantum ſit, vt ex multis ea ſolum quæ quotidiana ſunt, & communiter expoſita comprehendantur. Et adeo quos commemoramus venia habentur indigni, vt etiã alijs non liceat impune pro eis ſupplicare, quãuis peracti ſceleris conſortes non ſint, cum alioqui nemo ꝓhibeatur calamitoſum etiã oblatis precibus iuuare, ſed humanum ſit magis & extra pœnam l. relegati. §. fi. & l. diui fratres. ff. de pœnis. Hic tamen quia expreſſo iure vetitũ eſt, id facere penè obnoxium habetur. Scribit Paulus Gyrlan. Caſtilionis de pœnis omnifariam coitus. §. decimo nunc eſt vidẽdum. ver. interdum verò. Sunt qui, & hic adſunt precandi licentiam pro nuptijs adquirendis non tantũ denegari, ſed etiam grauiſſimis pœnis exponi, porrò qui puellis inſidiantes talibus reſcriptis per obreptionem impetratis nuptias ſine parẽtum adſenſu inuaſerit, præter hoc ꝙ matrimonij ius amittit, publicatis bonis in inſulam perpetuo exilio mulctã
277 dis deportari debet † Quod licèt οὐδὲν πρόσπτον διωνύσῳ ſit, & non tam in loco, & ad ſupplicationis propriam ſignificationẽ minus pertinens, quia tamen rem cõtinet multis modis aduertendam, libuit hic referre nuptias, puto non principum reſcriptis, non potentiorum authoritate, & metu cõparandas, ſed libero puellarum atque parẽtum adſenſu. l. j. C. ſi nuptiæ ex reſcripto petantur 3 6. q. 2. nullus. c. Gemma. de ſponſal. & gl. in c. inſinuãte. ſuper verbo, ſupplicatũ. q clerici vel vouen.

Quod ſi aliqui hodie obſeruarent locupletum filias, atq; item viduas opulentas non ita ex Principum aulis venarent,
278 diuitias magis ducturi q̃ vxores. † Præterea incaſſum preces offert, qui rem iudicio ſuſceptã ꝓtrouertit, vt ſi pẽdente lite & ante principẽ ſupplex accedere velit, q̃ ſentẽtia feratur: nã etiam ſi audiatur & reſcriptum impetrarit, non tamen eſt, quod ad retrahendum ea quæ per iudicem ſunt determinata patrocinetur: niſi prouocatione interpoſita remedio cõmuni atque ordinario non poteris iuuari.

Oportebat ſiquidem iudiciorum inſtitutum perpetuum manere, non ita ad cuiuslibet preces, vel arbitrium impediẽdum, niſi forte ex his cauſis, quas recipi etiã publice intereſt, cuius exẽpla noſtra ætas non leuia quoq; ſuggerere poſſet, ſi ea referre huius argumenti eſſet, aut oppidò expediret, & in l. j. & l. 2. vbi Doct. C. vt lite pend. vel poſt prouocationẽ &c.

Adeo autem legitima appellandi ratio quis contentus eſſe debet, vt etiam grauiſſima pœna excipiatur, qui ea contẽpta ad ſupplicationis auxilium impudens proſilire ſit auſus.
279 Etenim † quiſquis ſe lata ſententia grauatum putat, vel prouocationem repudiat, vel pronuntiatum in rem iudicatam tranſire etiam tacite patitur, atque ad principẽ pro reſoluendo iudicato ſupplex recurrit, ille non ſolum deſiderio ſuo carebit, ſed & nominis ignominiã ſuſtinebit. Cautus itaque ſit, qui pronuntiatum per ſupplicationẽ reſcindere molitur, quo ex tempore intercedat, ne in rem iudicatam tranſeat, alioqui poſt facta conſilium quæret, vt eſt in prouerbio, & ignominia notatus facile poſſet repelli in negotijs, quæ virũ candidæ famæ requirunt, cuiuſmodi ſunt teſtimonia, & id genus alia in ciuitate ab integris hominibus præſtanda.

Præter hoc ꝙ talis aduerſario etiam in litis æſtimationem condemnari poterit, omni venia porrò indignus eſt l. ij. & l. ſi ubi Bal. & Pau. de Caſt. C. vt lite pendente, vel poſt prouocationem &c. Reliqua ferme ad ſupplicationis tractatũ pertinentia apud Speculatorem ipſum de ſupplicatione, ordine non tam incompoſito videre eſt.

Cauſas quoque adducendas quibus ad recipiendam ſupplicationem princeps, aut præf. præto. moueatur. Cap. V.

TIuius quoque monẽdi ſumus, quòd in hac parte extremum non eſt, qũo inſtructi ad ſupplicandi veniam procedere valeamus, & negotium quodãmodo deſperatum ſuffulcire, & non ſecus atque bonus Imperator exercitum qui profligatus eſt, reparare, in qua re hoc difficillimum habemus, ꝙ oẽs ferme coniecturæ nobis aduerſantur, noſque rem parum ęquam moliri prope vrgere videntur. Hinc enim iudicis ſtat præſtantia, eam fiduciam reipublicæ faciens, vt tam abeſſe videatur, ꝙ non ex iure pronuntiare velit, vtquam maxime, cui ſi exiſtimationis pondus adieceris, cui his modis plurimum decedere poſſit, & porrò ludum inter mortales ius ab eo expectaturos facere, iam rem plane nouã & pueris exibilandam inchoare videris. Illinc iudiciorum authoritas contra te ſtabit, perinde atque minus reipublice conueniat, hoc qđ ſub iuſtitiæ examen tanta cõſideratione receptum eſt, rurſus in dubium vocare, litibuſque nullum finem præſtituere, quare hoc opus, hicque labor eſſe vĩ, poſthabitis huiuſmodi obſtaculis, cauſas inducere, quibus vt reuocetur examen, princeps
280 perſuaderi debeat. † Cauſæ ex quibus ſumi poterunt, vnde quis per ſententiam alijſq; modis grauatur, hoc eſt, ex iure, negotio in qõnem vocato, & rei qualitate. In ius bifariam peccatur. Aut enim ſententia contra iuris ordinẽ expreſſim eſt pronuntiata, ꝙ multis modis fieri poſſe antea nos tractare memini, & eo facilius ab ea receditur, ꝙ ipſo in re nõ ſubſiſtit, vireſque nullas habet, in quo genere, neq; prouocationis auxilium neceſſarium erit, vt ex l. ſi cũ inter te. & inſigni titulo. C. qñ prouoc. non eſt neceſſe, cognoſces. Aut in ius litigatoris eſt peccatum, ꝙ tunc fit, quando contra manifeſti iuris formam nihil decernitur, ſed ſm ea quæ proponũtur, qđ iudicatum eſt iuri minus reſpondet, cuius exemplo tibi erunt omnes omnium iudicum ſententiæ, quæ per appellationem retractantur emendanturque, quę & ipſę propterea nullius momenti eſſe dicuntur, niſi appellatione poſthabita in rem tranſierint iudicatam, & faciunt, vt ex non iuſto iuſtũ fiat, l. res iudicata. ff. de ſtatu homi. l. præſes. de re iudi. Bald. in l. j. C. ſenten. reſcindi non poſſe. & Abb. in cap. lator. de re iu.

Ad quem locum & referre poteris, quę ad ſententiæ formam, ſimul atque iudiciorum ordinem pertinent, vt ſi abſolutionem, vel condemnationem non habeat, aut ordo iudiciarius, per quem ad legitimam rei controuerſæ definitionẽ neceſſariò peruenimus, ſit neglectus, præpoſtere ve obſeruatus

tus,rei iudicatæ authoritatem haud obtinebit, per l. præses. & l. prolatam.C. de sentent. & interlocut. omnium iudicum.l.j.ff.de re iudi.& cap.ei qui appellat. §. diffinitiua quoque sententia.cum aliquod sequen.2.q.6.

281 †Ex negotio controuerso causæ grauaminis petuntur: quia cognitione de eo non vsquequaque diligenti & necessaria (vnde statum eius scopumque adsequi potuisses) habita ad, sententiam nimis propere,est acceleratum. Est enim diligentis iudicis ante omnia factum ipsum indagare, quatenus tamen officio eius respondeat,ne patroni non iudicantis partes agere videatur, donec ad statum causæ, atque id in quo cardo rei vertitur peruenerit.

Deinde ad iuris quæstionem est,vt animum conuertat, & cũ iureconsulto,vt Cicero tradit,quid iustum sit,dispiciat,& tota lege perspecta,secundùm ea quæ proponuntur, pronunciet,ne non iure aliquid diffiniens,cui iniuriam faciat,& functionis & ministerii obliuiscatur. lege, is apud quem C. de edendo.l.1.§.ergo quilibet iudex potest. ff. de iurisdicti.omnium iudic.lege, si per imprudentiam ff.de cuictio.& ab exordio Institu.de iniurijs.

Hic non libet inculcare omnes modos, quibus in hac parte peccatur,cum plures sint,quàm huius commentarioli institutum capiat:quicquid enim in probando negotium, siue testibus,siue monumentis chartaceis,siue coniecturis desideratur,aut per omnia non est receptum, huc poterit referri. quorum pleni commentatorum sunt libri, plena omnium consistoria,in quibus cotidiano quasi strepitu hoc vnum q̃ritur,vt cognita rei veritate iustum sit iudicium, quod probationibus interceptis aut coangustatis fieri non poterit, cum de re minus tunc liqueat lege, quoniam.C. de hæreti. Ioan. And.in capitu.fraternitatis.de testi.Bald.in authen.at qui semel.C.de probationibus.

282 †Proinde rei qualitas tibi causas suppeditabit, quæ facit, vt strictam iuris obseruationem non semper conueniat sequi: lex enim secundùm Platonem, non tam rebus, quàm tempori venit coaptanda,verum cum in genere sit lata, singulis haud semper respondebit.ad æqui igitur & boni naturam respiciendum erit,quæ cum iusti sit quasi regula, legis duritiẽ moderari & plerunque emendare solet.porrò quod Lydius lapis est auro,hoc æquum & bonum legis scriptæ, cui hoc adiicere solet, quòd legislatorem si eum casum considerasset:etiam fecisse est verisimile.

Si enim statutum, vt quicunque alterius sanguinem in publico hauserit 20 multæ nomine luere debeat,& de tonsore quæsitum est,qui phlebotomo etiam ciuis sanguinem in platea hausit, si statuto sit obnoxius? Et rigore obseruato haud se extricabit,verum cum absurdum planè sit existimãdum, pœnam eum quoque comprehendere,qui citra doli mali suspicionem atque pro hominis salute sanguinem effundit, benigñioremque sententiam spectamus,& a culpa postulatum eximimus.l.benignius.ff.de legibus l.non dubium, vbi Iason refert Bononiæ id multis negotium fecisse.C.de legib. Barto.in l.omnes populi.ff.de iustitia & iure.& Panormi. in cap.solitæ.de miorit.& obedien.

Quorsum &illud admodum præfractæ iustitiæ exemplum spectare videtur apud Valerium Maximum in 6.libro.Cha-

283 rundas enim Tyrius†cum seditionibus populi obuiare vellet,lege cauit: vt si quis conciones ciuium cum ferro intrasset,continuo occideretur, interiectio deinde tempore exlonginquo ture ipse veniens,gladio vt erat accinctus ad indictã concionem processit, ab eo quæ qui proxime illi adstiterat, legis suæ a se solutæ monitus,idem ego,inquit, illam sanciri faciam,& prinus ferro quod habebat, incumbens se ipsum interfecit. Licuisset Charundæ de culpam dissimulare,vel errore palliare,maluit tamen debitam supplicii pœnam legi reddere,quàm vt solueretur, occasionem dare. Sed facessat monstrosa illa iustitiæ figura, vnde summa iniuria proficiscitur,tantum abest vt publice vtile esse videri possit.

284 †Sed & ab iis qui publicam functionem quæstoriam vel p̃toriam gerunt,non semel contingit, quòd subditos operas dominis suis præstare sub certa pœna iubeant: ex quo autẽ nonnullis compertum est operas illas non obuenturas dominis,sed quæstorem in priuatum vsum eas suffurari, nõ parent. Sed de pœna quid in contemptum Magistratus indicta? Et magis est eam non deberi,cum absurdum sit, sub magistratus prætextu in suam rem mulctam dicere, & subditos interim expilare,quod saluberrimæ & omnibus modis necessariæ sanctiones de repetundis olim præcauebant, quando & Collegium tonlogiston,hoc est,expensorum,atque itẽ censores erant,apud quos de gesto magistratu quisque rationem reddere cogebatur. Cicero in 3.de legibus. Apud eosdem censores hi a magistratu abierint,edant & exponant qd in magistratu gesserint,de iisque censores præiudicent.

Insuper constitutiones quasi dira minãtur eis, qui res sacras in prophanum vsum conuertunt,aut monasteria demoliuntur,sed propter necessitatem pœna cessat, & poterunt res sacræ contra Turcam,& pro captiuis redimendis exponi, atq; interdum monasteria ne hostibus obsidionis sint propugnacula solo æquari,id quod non solum constitutionibus est p̃missum, sed etiam a maioribus,& vsu quadammodo receptum.Quæ omnia propterea veniunt consideranda,ne iuris subtilitate obseruata, faciamus in ciuitate quod absurdum sit,& quandoque exemplo pernicioſum. l. nam absurdum. ff.de bo liber.l.j.§.vnde quæritur.ff.de publica.l.obseruare. §. fina.ff.de offic.Proconſ. Bald. in authenti. sed nouo iure. C. de episco.& cleri. & lege Pomponius ff.de nego.gest.& consilio 29.iii.volumn.

Non abs re foret ad hunc locum coaptare quæ simbulitica, hoc est,suasoria habentur,cuiusmodi sunt publicæ tranquillitatis interruptio,mali exempli facies,bellum iniquũ, Reipublicæ internecio & id genus incommoda,nisi hoc decretum temperamentum recipiat & epiechian illam ab Aristotele tantopere commendatam pro rei qualitate admittat,cuius expositissima argumenta apud Ciceronem in orationib. suis videre est,aliosque tam Græcos quàm latinos oratores, qui iudicem ad id magis præparare conati sunt, quòd rebus sese offerentibus responderet quàm quòd ipse ad legis subtilitatem fortassis sibi conciperet.

285 †Præter hæc sunt & alia, vnde supplicandi causas petere licet,vti est fauor nuptiarum,qui eo citius ad recipiendũ præces iudicem mouet,quanto humani generis progressus eam rem commendatiorem nobis relinquit,cui tunc maxime locus est, si contra matrimonium sit pronunciatum, inhibita etiam porrò appellatione,& causas forte prætexit, quibus te grauatum demonstrare possis.

Quemadmodum & illa mulier, in cuius contumaciam secundum diuortium sententia prolata erat: quia tamen iureiurando adserebat se cuiusdam fraude atque insidiis eum diem emansisse,Innocentius eius nominis Pontifex. iii. de canonica benignitate supplicationem eius admisit, & pro matrimonio postulantem ad audientiam restituit.

Ex quibus consequens est,iusiurandum solum quia violenta præsumptio, quæ a iudicato stat,per hoc eliditur, quando que causam præbere vt supplex audiaris, & contumaciam diluas,vt est in cap.ex literis.vbi Innocen.& Docto. de in integ.restitut.est in argum.cap.cum Bertoldus. de re iudica.& c extraordinaria 35.q.iii.

Idem respondemus de quibuslibet causis fauore dignis, quibus ob id libentius concedimus, quòd benignitatem præ aliis merentur,refert Inno.in c.ex literis.

Habes quodammodo,quæ ad supplicandi rationem spectare videtur,& poteris principi statim aliquas grauaminis causas exhibere, neque opus est omnes,& si propter ea exaudiaris,reliquas quoque corradere debes quo sententiæ retracta-

186 tionem consequeris.Interim †tamen rescriptum petendum est,cuius magna tibi vtilitas erit,& non aliter atque litis contestatio ius tuum perpetuat, neque solum in 30. vel 40. annos præscriptioni intercedit, sed etiam ad supplicantis hæredes illud transmittit, non requirendo per quem illud sit impetratum.l.vniuersis.& l.fina.C.de preci.impe.offe.l.1.C. quando libellus principi datus lit.contest.facit l. 1. C. de annali excep.l.constitutionibus.ff.de actio.& obliga.& cap. placuit.§.potest.16.quæstio.1.

De restitutionis aduersus rem iudicatam beneficio ex bono & æquo procedente,& quid ab appellatione, & supplicatione distet. Cap. V.

RESTITUTIONIS beneficium non est vt a nobis multũ celebretur,cum ab vtilitate eius interim satis commendari possit, authore Vlpiano, ne vino vendibili suspensa hedera admodum opus esse censeamus, & nescio si plus præstiterit qui rem primò instaurauit, eo qui collapsam restituit,pristinasque vires redhibere fecit: quorsũ etenim pertineret optimos quosque principes viros in cęlũ vsque tollere,patrięque patres salutare, si labescentibus reb. humeros non suppositissent,easque saluberrimis modis restituissent.ita enim oportebat hominem homini præsidio esse,atque ex mortali immortalem fieri,quòd ipsum non solum prouerbio locum dabit, ἄνθρωπος ἀνθρωπῳ, vt Erasmus elegãtissime exponit,atque tot numina vetustati peperit apud M. Tullium de naturis Deorum, & Ioannem Boccatium, sed etiam Iouem ipsum reliquis diis superiorem, & infinitis nominibus censeri fecit,vt Augustinus in septimo de ciuitate

uitate Dei, libro recte, veluti omnia colligit.† Quod tamē cum sit remotum non rem proprius adcedentes dē ea restitutione tractare pergemus, quam ex bono & æquo profectā prætor modo lapsis, modo circunscriptis, modò ex quacunque causa, quæ ipsi iusta videbitur, subuenire pollicetur, cuius non solum in testamentis, contractibus, pēnis, atque id genus innumeris negotiis cum fori, tum aliis est vsus, sed
187 etiam contra rem iudicatam, consilio non imprudenti, porrò vt in cęteris negotijs, per decretum tamen & sententiam quis maxime poterit lædi.

Verùm ne & in hac parte auxilium petentibus denegetur, introducta est ratio, per quam citra vllam vis suspicionem iurisue discrimen, illud ab æquitate petitum concederetur, quare iustissime factum est, quòd restitutio non solùm ius postulantis, sed etiam quod aduersarii est in pristinam integritatem reponit. l. 1. C. de reputationibus quæ fiunt in iudicio, in integr. restitut.

Quid enim præstabilius esse putas, quàm cuncta in Republica ex lege fieri, atque ad iusti æquilibrium diffiniri? quid ecōuerso insulsius & communi rerum tranquillitati magis inimicum, quàm sub iuris prætextu, quod iniurium est statuere, alterumque in alterius vtilitatem, vel diserte hoc protestā tem interim grauare? Nam vt restitutio cum alterius iactura cui dari non debet, ita & ob aduersarij commodum nemini deneganda ne quisquam per alterius dispendium locupletetur. l. li qui. ff. de furtis. l. assiduis. C. qui potio. in pigno. habe. & c. cum causam. de præben. & Bar. in l. sciendum. ff. ex quib. cau. maiores in integ. restit.

Et quis dubitet æquitatis tam simile esse, quod simillimum, ita ciuitatem componere, vt futura negotia ad iusti regulam & consistant & expediantur? quæ non patitur eum destitui,
188 qui bonum† & æquum omnis iusti saluberrimum fontem inuocat, ne inde iniuriæ occasio nascatur, vnde iura proficisci nobis habemus persuasum. lege meminerint. C. vnde vi. capitu. qualiter & quando. de accusa. l. 1. C. de ijs qui veniam ætat. impet. & l. 2. C. de indicta viduitate. & 16. quæstio. 6. capitulo consuet.

Vnde statim apparet, rei iudicatæ quoque authoritatem tanti non esse (tametsi litibus exercendis postremas manus imponat, tandemque finibus earum ostensis, vnumquemque suo contentum esse iubeat) vt si qua iusta læsionis causa esse videatur, quin ad æquum ipsum, adeoque legitimos modos subsidere & rectius examen admittere debeat, quòd nō egre mihi dederit, qui nomothetyn Reipublicæ causa esse, non Rempublicam, vt ad legislatoris arbitrium, etiam in his, quę minus honesta sunt, vel concedat, vel obsecundet. Nam propter quod vnumquodque tale est, & ipsum magis tale esse dicitur. Phylosophis quoque docentibus.

189 Igitur † cum in integrum restitutio, secundùm Hermogenianum, vel erroris proprij veniæ petitionem, vel aduersarii circumuentionis allegationem contineat. Inde consequens est, vt hoc propter quod imploratur in pristinum statum reducat, quod etiam contra rem iudicatam, causis id vrgentibus, fieri maxime oportebat, multis varijsque periculis exposita, quibus litigatores grauari, & ne, quod suum est, consequi, aut in media Republica tueri queant.

Ex sententia enim quæ non retractatur, ius fit inter litigantes, vt quæ ex non hærede hæredem facit, ex non filio filium, hoc est ex non ente, ens, vt cum Phylosophis loquar, adeo-
190 que consistit citra expressum iuris errorem, † vt etiam si iudex pœnitentia ductus se iniustum iudicasse ex confesso adseueret, adhuc tamen sententia illa vires obtinet, & in alterius præiudicium non debet conuelli, sed pro veritate habēda est, ne turpitudinis suæ causas detegens, veritati præiudicet. l. res iudicata. ff. de regu. iuris cap. cum inter vos. extra de re iudic. gloss. in l. si non sortem. §. hæred. ff. de condict. indebi. l. 2. §. fin. ff. de lib. agnoscend. & l. si quis in graui. §. si quis moriens. ff. ad S. C. Sylla.

Vbi Bar. in teste quoque idem sentiendum, qui etiam si in extremo vitæ se falsum deposuisse diserte fateatur, tamē fidem non inueniat in illius dispendium qui testimonio eius adiutus, rem iudicatam habet: refert etiam Bal. in auth. si dicatur. ver. quid si testis. C. de testib.

Cæterùm ne & hæc rei iudicatæ existimatio cui sit fraudi, videndum est, vnde nobis arietes comparare sit permissum, quibus eam conuellere, valeamus, & modis non illegitimis retrudere, inter quos etiam restitutionis beneficium est expositum, quæ ita facienda est secundùm Paulum Iureconsultum, vt vnusquisque integrum ius suum aduersus rem iudicatam accipiat.

Eam duplici ratione consequimur, aut enim causam præte xis, quæ venia sit digna, vt poterit esse proprius error, inconsiderantia, iuris ignoratio, & id genus alia, minoribus potissimum, eorumque similibus patrocinantia. Aut iure tibi non sic ad amussim impertito læsum te allegas, siue hoc aduersarij circumuentione sit factum, siue iudicis culpa, siue quod his quæ tibi nunc tandem adminiculo esse possent, non fueris adiutus, quod multò fortiùs est præsidium iustitiæ ipsius contemplatione quæsitum, iudicemque magis impellens, q̄ quod per veniæ petitionem indulgeri tantum solet, vbi gratua est, quicquid adsequimur sola iudicis benignitate, cui & iusta causa esse videbatur impensum, argumē. l. quod si minor. §. Scæuola noster. ff. de minor. in integr. restitut. & refert Nellus de sanc. Geminiano de bannitis parte prima quæstione 11. ad finem.

In qua parte tamen oculatum te esse oportet, vt veluti Chirurgus ad singula vlcera id malagmatis adhibet, quo rectius possit curari, ita tu quoque litibus exercendis implicatus omnem lapidem mouere debes, ne quid extra locum, extra tempus in manus sumas.

Etenim† si promiscua iuris tractandi ratio esse deberet, frus-
291 tra tot legum, constitutionumque capita, tot denique tituli nobis ante oculos essent positi, ex quib. non solum generale singulis rebus præscriptum ius habemus, sed etiam speciale, proinde rationem qua illud inducere & rebus coaptare iubemus. Nec enim fieri potuit, vt omnes articuli, seu casus sigillatim legibus, aut constitutionibus comprehenderētur, sed cum in aliquo casu sententia eorum manifesta sit, is qui iurisdictioni præest ad similia procedere, atque ita ius dicere debet. l. iura & l. neque leges. & l. non possunt. cum l. nam vt ait Pedius. ff. de legib. & senatusconsulta.

Quapropter inuestigandum erit, quo casu appellatio, quo supplicatio, quo item in integrum restitutio ad rescindendā sententiam possit quadrare, quod nisi adsecutus fueris, per omnia inepties, & citius quod contra te est auxilium implo raueris, quàm quo causæ tuæ suppetias tuleris.

Porrò si in eo articulo fueris (vt cum Vlpiano loquar) cui per appellationem subueniri poterit, neque precibus, neq; petitæ restitutioni erit locus, sed eo remedio vtaris oportet, quod tibi rectè competit.

292 Sin † autem ab eo iudice sententia sit lata, a quo appellare non est licitum, & causam habeas, quæ dissoluere ipsam cōtendis, ad supplicationem tibi recurrendum erit, quæ in hoc appellationi ancillatur, vt est expositum. Sed in ea negotij specie, qua est iudicatum omissa appellatione, quam tamen pronunciantis contemplatione interponere potuisses, & causas supereſse videris, quæ tibi auxilium suppeditare queant contra rem iudicatam, restitutioni insistes, & voti compotem te faciet.

Neque tamen ab instaurandis huiusmodi beneficiis, sed ēt ab effectu eorum discrimen petere licet. quod si recte obserues appellationem, comperies executionem plane impedire ne ea pendente quid innouetur. E regione supplicationis est natura, vt ea non attenta, ad iudicatum faciendum procedatur. Restitutio autem mediam viam tenet sententiæ executionem quandoque impediens, quandoque concedens, id quod sub hac distinctione quidam comprehendunt, Qui restitutionem implorat, aut bona fides adiutus id facit, aut temere. Si bonam fidem præseferat, petita restitutio nō secus, atque ipsa appellatio omnia in suspenso tenet, donec restitutionis habeat examen, atque euentus: audiri enim non debebat aduersarius iuris auxilium postulans, qui ius desiderata fide contrarium sibi habere videtur l. si causa cognita. C. de transactionibus.

293 Aut temere restitutionem apparet. † & hoc ex euidentibus coniecturis: quia causæ sunt frigide, postulata colore nō ita appositō obducere, aut etiam palliare valentes, & similiter nihil erit in suspenso, sed iudex pronunciatum exequetur.

Aut temeriras illa quæsitis rationibus contecta manet, fucumque quodammodo accepit, ne sic in propatulo habeatur: quia lex tamen de fide postulantis addubitat, propter sententiam prolatam, a cuius parte in dubijs stare solet, res iudicata & hoc casu facienda est, satisdatione prius oblata de integri restitutione, si prætori causa illa iusta fuerit visa. Est in c. suscitata. de in integr. restitu. (ad quod & l. j. C. in integr. restitutio. postulata ne quid innouetur, secundùm aliquos temperatur.) & in authen. quæ supplicatio. C. de precibus Imp. offerend. vbi Bald. quod Panormi. subiungit verum esse, si reuocabilis fuerit sententia, nam de irreuocabili nihil amplius sit quærendum.

Ex quibus consequens est, restitutionem inter vtranque & appellationem & supplicationem mediam esse, & quasi participare cum eis. Vbi enim executionem suspendit, cum appellatione, vbi verò id non facit, cum supplicatione quid commune habere putatur.

Quibus

Source : BIU Cujas

Quibus restitutio hæc datur,& apud quem iudicem postulari debeat. Cap. VII.

RESTITUTIONIS beneficium est valde patens omnib. expositum, qui in eo, quòd sunt læsi, iure communi non vtuntur, sed inducta grauaminis causa pristinum illud ius integrum recipere postulant, quòd cum in alijs rebus minus scrupuli habeat, contra tamen rem iudicatam non tam latũ esse placuit, ne iudiciorum authoritas vilior reddi, aut subuerti interim videatur, ea propter æquissimam esse causam oportet, quæ ipsam conuellere debet, cum alioquin desiderata æquitate, ipsa in integrum restitutio quoque cessare debeat, quam nec ipsi damus, contra quem præsumptio iuris simul atque de iure militat, leuans hoc vnde equitatis causam censemus. l. nec vtilem. vbi Bar. ff. ex quib. cau. maiores in integr. restituuntur. Angelus in l. inter stipulantem. §. si Stichum. ff. de verbo. oblig.

Ad rem autem vt propius accedamus, ab ætate quomodo personas æstimamus, atque conditione quibus hoc beneficium conceditur. Porrò si minor sit 25. anno. contra quem sententia est prolata, etiamsi defensus fuerit legitime per tutorem, curatoremue, aut etiam procuratorem, tamen aliqua li læsione demonstrata ea per restitutionis auxilium rescindi tur, & eandem iuris integritatem recipit, id quod in minoribus iusta defensione exceptis procedit: nam contra indefensos inutiliter pronunciatur, vt passim est videre in l. cum & minores. C. si aduer. rem iudica. restitutio postuletur. & l. minor. ff. de minor.

Neque contentus fuit prætor† minoribus propter ætatis fra
294 gillitatem toties subuenire, verum etiam in hæredes eorum hoc iuris manare voluit, vt ex edicti interpretatione est receptum, quamuis sint ipsi maiores, auth. vnde ius illud defluit considerans, non eos qui acceperunt apud Vlpia. in l. minor autem magistratus. §. fi. ff. mino. 25. ann.

His adde filium secundùm iuris regulam non audiri in postulanda restitutione aduersus patrem, sed in statu gratiam posse fieri, vt non repellatur. Etenim procul causam examinans pronunciauit filium patris iuri esse subiectum. Gordianus verò imp. restitutionem ab eo qui prouinciam regit cõtra patrem fieri posse rescribit, in l. si cum pater. C. si aduersus rem iudicatam.

Vbi non possum silentio præterire illud, cuius Bald. monet, verbis tamen non ita apertis, Constat ex lege decemuirali liberos sub patria pptestate esse, eamque neque nuptiis, neq; ætate dissolui. sed legitimis tantum modis, siue emancipatione hoc sit, siue morte parentum, siue aliis in hac iuris parte expressis, & quicquid interim filius contrahit, aut negotiorũ agit, nisi patris authoritas interuenerit, fragile illud esse & parum subsistere etiam si nupt. sint secundò contrahendæ, ad quàm necessitatem cuncta redigeremus necessarium esset, quæ filius viuente auo, aut patre in his gessit, ad quæ patris, sub cuius potestate est, authoritatem requirimus.

295 †In quo ne diutius hæreas, id considerandum venit, si etiam filius temporis diuturnitate libertatem sibi a patrio iure cõparare & adipisci queat? & magis est vt in status gratiam id possit, hac adhibita distinctione, aut de liberatione a patria potestate quæritur, aut de negociorum validitate, quæ interim sine patris authoritate contraxit.

Et si intra 10. anno. tempus filius patiente id patre se non secus atque liberum a patrio iure gessit, contrahendo, & aliis rebus quæ sui iuris hominum sunt, quò ad negotiorũ illorũ subsistentiam satis præscriptionis consecutus est, per quàm consuetudo inducitur, tale quid pro suo iure agendi, contrahendique: ex quo enim publice paterfami. pleriſque videbatur, secundum Vlpianum, sic agebat, sic contrahebat, sic muneribus fungebatur, mutuumque accipiebat, ratum id erit, & cessabit etiam senatusco. Macedonianum. l. si quis patremfami. esse crediderit. ff. ad senatusco. Macedonianũ, & plene Bar. in l. Labeo. ff. de suppellectili lega.

296 Sinautem 20. †anno. spatio se pro patrefam. gessit, nulla præcedente emancipatione, porrò sui erit iuris, temporis diuturnitate ad hoc suffragante, quo contra patriam potestatẽ præscriptio recte intercedit. l. j. vbi gloss. & Docto. C. de patria potestate. Specu. de actore, versic. Item quòd filiusfa. & colligit Abba. in consilio, Clementis. Dei patris. quòd postremũ inter consilia Alexan. de Imo. quarti voluminis est relatum. Patientia enim patris, qua filium tanto tempore suum agere permisit, non minus operatur quàm vera ipsa & cum solennitate celebrata emancipatio. l. si filio, vbi Bald. eleganter. C. de pat. potesta.

297 Verum†cùm omnes liberi viuentibus patribus sub eorum iure potestateque esse præsumantur, nisi probent se emancipatos, eove iure solutos. l. j. C. de pa. potesta. & Institu. eod. Facti siquidem est emancipare, quòd doceri debet, alioqui ad sensum non habebit, dispicienddm est, quomodo id probari queat, hoc est, quid nam testes deponere conueniat, vt oñdant quem se pro emancipato aut patresam. gessisse.

Atque oportet testimonium esse de negotiis, quæ vocant, differentibus, hoc est, quæ emancipatis solum congruant, q̃ viderit, audieritque eum agere cuiusmodi sunt actus testandi, mutuum conflandi, in iudicio persistendi, bona arbitrio suo disponendi, maxime quando seorsum a patre agebat, apud Doct. in citata l. si quis patremfam. esse crediderit. ff. ad Senatusco. Maced. Inn. in c. ex parte. de resti. spo. & Bal. eleganter in l. si cum pater. C. si aduersus rem iudicatam.

Quod tunc recte probatur, quando testis adserit se non minus 10. anno. vidisse filium in huiusmodi negotijs celebrandis versari, quò ad actus illos roborandos, aut 20. ann. vt porrò si iuris esse valeat: nam in hunc modum probamus, quòd communem temporis vsum requirit, vt præscriptioni locum faciat, quem Barto. erudite tradit in l. Labeo. ff. de suppellec. lega.

Et non mireris filium 20. anno. tempore patrium ius effugere posse, & patremfam. fieri, cum & seruus, qui tanto tempore patiente domino se vt liberum gessit, pro manumisso, & sui iuris deinceps sit habendus, dominumque status quæstionem ipsi de præscriptionis adminiculo excipienti, frustra mouere, per glo. & Cynum in l. 1. C. de patria potestate. Ecclesia
298 quoque† instar minoris restituitur (vt quæ suos etiam æconomos habet) & contra tertiam sententiam duabus conformem, licèt eo casu non possit appellare. Bal. in l. omnes. C. de episco. & cler. & l. j. C. ne liceat tertiò prouoca. Spec. de restit. in integ. §. infra quod. & Bal. in addi. versi. ecclesia censetur. l. Orphanotrophos. C. de episco. & cle. & Authen. de non alie. reb. §. sinimus. col. 2.

299 Similiter† Respublica minorum iure vti solet, vt quæ sub administratoribus, perinde atque minores sub curatorib. agit, ideoque restitutionis auxilium postulare permittitur l. Respub. C. quibus ex cau. maiores in integrum restituuntur. l. Rempubli. C. de iure Reipubli. libro 11. & l. 1. C. de offi. eius qui vicem alter.

Hactenus de minoribus & his qui minorum nomine cẽsentur, vt contra rem iudicatam restituuntur causis non tam exquisitis, vti Paulo post enarrabimus, & maiori etiam compendio: ab huiusmodi enim restitutione postulata non admodũ soliciti sumus, vt de bona fide instituti negotii quodammodo adducamur, quo executio impediatur, sed oportet omnia in suo statu remanere, donec causa illa finiat, adeo nec res alienari debet, nec executioni mandari ante potest, quàm de restitutione quid faciendum cognoscatur. Est in l. 1. C. in integr. resti. postulata ne quid noui fiat.

De restituendis qui 25. anno. maiores sunt, plus est negotii, nam cum neque ætatis imbecillitate, neque diuinarum rerũ veneratione, neq; publica vtilitate iuuentur, oportebat alia
300 adminicula haberent, quibus præterea possint niti. Et † iustissima causa est factum, vt etiam maiores adiecti restitutorij beneficium consequerentur, ac non solum læsus per id tẽpus, quo Reipub. operam dabat, vel aliis modis ius suum integrum reciperet, sed etiam si qua alia causa prætori iusta videatur, quantum eius per leges, plebiscita, senatusco. edicta, & principum decreta licebit, restitutionis beneuolentiam sentiret, apud Vlpian. in l. j. ff. ex qui. cau. maiores. In quo tractatu permulta capita videre est, quando maiores ius illud integrum habere debeant, etiam contra rem iudicatam, & nos porrò vberius iudicabimus.

301 Interim eorum faciemus mentionem, † apud quos integrũ ius aduersus sententiam consequi liceat, in qua re id regulæ loco obseruare debes. Restitutionem aut ab eodem, aut a maiore postulandam. Minor siquidem magistratus contra maioris sententia nihil authoritatis obtinet, tametsi aduersus eius iudicatum restituat, qui paris est imperii, cum & in suam sententiam id facere queat. Neque inconsulto hoc fieri existimes, sed ad Reipub. bene compositæ formam, in qua non modo necessitas imperii ordines ostendit, sed etiam ipsa natura, in functione iudiciaria vel maxime obseruandos. Ne cum par in parem sibi vsurpet, etiam iudiciorum authoritas dissipetur, pessumque eat. Et hoc est, cuius Vlpianus monet, Magistratus pro sua iurisdictione restituere in integrum posse. l. in causæ cognitione. §. fi. & l. minor autem magistratus. ff. de minoribus 25. annis.

302 Vtque† speciatim rem habeas, princeps ex potestatis prærogatiua per omnia iuris integri te facit principem, ad hoc datus, vt cuique, quod æquum & iustum est obueniat, omnes pariter audiens siue æqua, siue iniqua proponant, iuxta illud

Source : BIU Cujas

lud Chilonis Caconij apud Diogenem Laertium, ἄρχειν ἀκινδύνως καὶ ἄφθονος. Donec ipse rei finem daturus, quod rectũ est statuat. Et hoc esse videtur, quod Alexander ille Macedo, cum capitali iudicio præsideret, accusatori alteram duntaxat auriculam præbens, alteram verò occlusam reo integram seruare malebat.

Quod nostris quoque magistratibus vtinam vsu veniret, qui ad vnius modò quærelas, modò preces quicquid iubent, quicquid vrgent, nihili facientes si alter & æqui & iuris religionem vel lachrymis imploret.

303 Sed† & principem solum contra sentẽtiam procuratorum, seu delegatorum iudicum, aut qui eius vices gerunt, aut etiã quando nominis, omniumue rerum periculum est, restitutionem dare, expediti est iuris. l. 1. C. vbi & apud quem cognitio in integ. resti. agitanda sit. Et l. j. C. de sen. passis.

Deinde præfecti prætorio ipsi suum quoque iudicatum rescindunt, iuris enim sunt ministri, sine quo indigni munere funguntur, Rempub. male prodentes, quòd verò sentẽtiam suam petita restitutione soluere possunt, & non appellatione interposita. Restitutio contra propriam sentẽtiam fit: qa appellatio iniquitatis quærelam continet, restitutio verò veniæ petitionem, quàm citra reputationis suæ detrimentum quisque citius dederit, quàm vt iniquitatis notam sibi ipsi contra sententiam coactus etiam iurat. Est in l. prefecti etiam prætorio. §. minor. Et Iason in authen. quæ supplicatio. C. de preci. imper. offeren.

304 Quod tamen maxime frequentatur, vbi † is iudex restituit, qui ordinarius est eius, contra quem id postulamus: oportet enim & in hoc forum rei sequamur, quo etiam vocato & lite contestata restitutio tractari debet, ne contra ignorantem adeoque indefensum aliquid committatur. Et tam hoc munus ad eos pertinet, qui ordinariam apud tribunal cognitionem habent, vt etiam aliis id delegare atque committere queant, quibus idem in hoc iuris erit. l. cum scimus. C. vbi & apud quem cognitio in integrum. & l. in causæ cognitione. §. nunc videndum. ff. de minorib. c. causa restitutionis. & ca. cum ex literis. de in integ. restitutione.

Potest etiam fieri, vt executorem datum pro restitutione aduersus iudicatum imploremus. apud Bal. in addi. Specul. de sententia. versi. an coram.

Igitur neque per delegatum absque speciali mandato, neq; per arbitratorem restitutio datur, vt qui iurisdictionẽ ad hoc sufficientem non habent: arbiter tamen, cui plenior authoritas accedit per obliquum, seu (vt dicunt) incidenter iuris integrationem impertit. Bar. & Doct. in l. fi. C. vbi & apud quẽ Bal. in l. si libertas. C. de testamen. Cardi. in clemen. 1. de appellat. & Specu. de arbit. §. 3. versicu. item de causa, de in integrum restitutione.

305 Exercitium† restitutionis etiam per procuratorem vt pleraque alia fieri est receptum, & qui negotio huic tractando ipsi supereſse vel nolunt, vel non possunt, saltem per alios id facere liberum habeant singulari mandato ad hoc cõstitutos, generale siquidem eo casu non est satis, nisi forsitan & restitutio procedente causa principali incidenter, vt dicunt, fuerit tractanda, maxime vbi intra decem dies a sententia petitur, quo tempore liceret etiam prouocare l. 1. C. etiã per procuratorem causam restitutionis. Vbi gl. & interpretes l. illud. §. si talis. & l. quod si. ff. de mino. & l. Pomp. ff. de procu. Abb. in c. suscitata. de in integr. restitu.

Quod sit tempus restitutioni impertitum diuersisque diuersum dari etiam secundum ætatis, & petentium rationem. Cap. VIII.

NOn autem conueniebat hoc beneficium perpetuò exponi, & iudicatum propter litigatorum socordiã absque viribus etiam in tribunalium ludificationem circunduci, cum inutilis sit Reibulicæ, qui in aliquot etiam annis rerum suarum, atque iuris aperti, nullum faciat cẽsum, vtcunque oculatissimus etiam habeatur, & quis vnquã sapere existimandus sit, qui sibi ipsi non sapit. Alexan. quoque Macedonũ rege subinde dicente, μὴ σόφος ἐσὶ ὃν μὴ αὐτὸ σόφος.

Aduertendum itaque est, ius vigilantibus subuenire etiam illos voluisse, qui restitutionis beneficium ciuitati rectius cõpositæ donare non posthabuerunt, dispicientes ne vagũ esset, nullis sedibus, nullo temporum interstitio cohibitum.

Quapropter suum tempus præscriptum habet, intra quod postulari debeat, quatuor videlicet annorum, secundùm Iustiniani constitutionem cum ex prætoris edicto vtilis tãtum annus competeret, quam rem sic intellige ad veteris iuris honorarii interpretationem magis attinentem, quàm vt eius in Republica quò ad hanc rem aliquis sit vsus. Prætor. cui iuris & dicunt, & ad æqui bonique regulam emendandi, in-

306 terpretandi authoritas in vrbe erat, † in integrum restitutioni vnius anni tempus concessit, quem vtilem cognominabat, ea propter quòd ijs, qui in foro negotia haberent, poterant vti, vt in quib. cum prætori ius dicere licebat, tum actori copia agendi, & reo sese defendendi daretur, ideoque non omnes dies eo numero erant, sed illi tantum, qui fasti haberentur, hoc est iudiciarii, vt ita loquar, quorum ex anno in annum tot supputabantur, vt integri anni tempus conficerent, quod trecentos sexaginta quinque dies, & sex ferme horas comprehendere solet) qui vtilis annus dicebatur.

Sed cum multa cotidie intercedebant, nec illuxisse videretur, sicque in tempus planè incertum restitutiones coniectæ differebantur. iam enim finita minore ætate supputatio incipiebat, iam absentiæ, atque item ignorantiæ tempus eximebatur, vt ex multis etiam annorum curriculis vix tantillum temporis liceret eruere, vnde vtilis ille annus coiret, litigatorum desiderio satisfacturus.

Quod ne fraudi foret ijs, qui per sententiam quoque victo-

307 res finiendam litem cupiebant, † quadriennii tempus & hoc continuum loco vtilis anni, restitutionibus & contestandis, & ad finem producendis est deputatum, omnibus illis differentiis atque cauillationibus sublatis, quibus beneficium hoc remoram accipere posset. Vti in l. fin. etiam per gloss. & Doctores satis abunde exponitur.

308 Non† tamen omnibus illud tempus æquè præfixum est, verum ad ætatis rationem discriminatur, alia cõsideratione minoris, alia 25. annis maioris habita. Quandoquidem si minoris sit, qui læditur, etiam per iudicatum in 29. vsque annum ætatis suæ restitutionem postulare poterit, ita vt 25. fragitiori ætati attribuantur, & quatuor qui sequuntur ad interponendam restitutionem, finiendamque sint reliqui, quo tempore læsionis grauamen in ea ætate censetur perfectum, vt quicquid ante vicesimumquintum tantum etiam læsionis acciderit, non ita expensum, ætatis imbecillitati accepto sit ferendum, reliquo tempore maioris ætatis quatuor illis annis comprehenso ad legitime prosequendam illam læsionem exposito.

Verbi gratia, Titius ex Seio, vndeuiginti annos nato petit agrum strigatum, & curatore ipsum defendente succumbit, sententiaque ad reddendum agrum cõdemnatur, quamuis aduersus Seium defensum iudicatum sit, restitutionis tamẽ beneficium suum habet, quod 29. annum producitur, vt 11. annos habeat, quibus ad iustam defensionem ius integrum recipit, & sic quicquid intra 25. ann. donec 26. anni prius dies illuxerit ei aduersum contingerit, ad minorem ætatem referri debeat, & integri restitutioni subiiciatur, non autem quod intra quatuor illos annos restitutioni accommodatos forte sit factum l. cum & minores. vbi glo. C. si aduers. rem iudicatam, Docto. in l. fina. C. de temporibus in integrum restitut. Innocen. in capit. coram. de in integrum resti. & Bal. in Marga. Terminus. versic. 8.

309 De maioribus 25. annis aliud est constitutum: commune n. quadriennii tempus solum habent (vt quibus ætatis nulla est prærogatiua) id, quod a læsionis die statim currere incipiat, supputari, & statutum illum terminum vulgò non excedit, quapropter neque litis constitutione restitutionis ius perpetuatur, sed ad quadriennium solum perdurat, quemadmodum Vigilius per sniam iussus est ædes quas iure hæreditario accepit, Decio restituere, & cum res sit iudicata, contra quàm appellationis non est remedium, ad restitutionis gratiam animum intendit, eamque aduersus sententiam allegatis causis sibi impertiri postulat.

Verùm ne sero nimis veniat, quatuor annorum tempus a prolata sententia, hoc est, læsionis die, expositum habet, intra quod restitutionem & apparare, & legitime finire debet: nã quicquid eius temporis etiam lite contestata egredi conatus fuerit, incassum erit, nisi forte per ipsum non stetisset negotium progressum suum minus obtinuisse, in citata l. superua cuam differentiam. C. de temp. in integr. restitutio. Barto. in l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex quib. cau. maiores. & Cardi. Zaba. in clem. 1. de resti. in integrum & cap. cum ex ex literis. de restitu. in integrum.

Quod tamen in eo temperamentum recipit, qui hactenus ignorabat se ita læsum, qua de causa producendum erit tem-

310 pus in quamlibet diuturnum, id tamen † quòd ego non de tempore quo de læsione constare cepit. sed de eo potius intelligerem, quod interim decursum est, quando id nesciebam, vt in ijs fieri poterit, quæ falso procuratore me inscio sunt gesta, & pronunciata, nam in millesimum vsque annum nulla dici poterunt.

Quoá & de ea sententia accipitur, quæ ex falsis probationi-

bus

Source : BIU Cujas

bus fuit lata, contra quàm appellatione omissa per integri restitutionem est auxilium l.& qui.vbi Bal.& Doct.post glo. C. si ex falsis instru.senten.Cardi.in clem.j.de restit. in integr. & Pau.de Cast.in l.fin.C.de dolo.

Cæterùm vbi sententia contra ignorantẽ profertur,aut aliàs inpeius grauatur, tempus postulatæ restitutionis a scientiæ die rectius currere incipiet,ad appellationis exemplum, quã omne tempus ad reparandum grauamen illatum, quod iure expressim non significatur,in dubio venit referendum, vt elegans est gl.& passim recepta in l.1.C.de sent.præse.præto.

311 Insuper † qui contra rem iudicatam restitutionem petit, a die prolatæ sententiæ tempus illud dubio procul numerabit, sed de eo quæsitum est,qui aduersus rem,quæ tribus sententiæ conformibus est iudicata,postulat. Vnde nam tẽpus accipiet,ne terminus inuigilasse dici possit?& videndum est, q̃ sit ex his sn̄ia,cui postulata restitutio accepta sit lata,& s̄m ea,quæ proponunt̃ vltima erit:contra priores enim appellationis subsidio fuit vsus, quod amplius locum non habet, ad restitutionem spectandum,quæ etiam hoc casu non denegatur,modo de iniustitia quodammodo constare queat. In decisio.Rotæ 168.latis.& 2.Aduersus.in nouis.

Et fieri poterit,vt restitutio,quam iterum postulas,non reciatur,id quod per restitutionem licebat,quando in ea quã prius super eadem re desideraueras repulsam es passus,quãdo restitutio ad eandem rem,nisi ex noua causa id faciat,sæ-

312 pius non debeat postulari.Ad hoc † tamẽ regressus tibi erit, vt ad appellandum, quod posthabuisti ius tibi integrum aperiatur.l.1.& l. 2. C. si sæpius in integrum restitutio postuletur,& eleganter Cardi.Zaba.in cap. beneficio, de restitutio.in integrum.

Habes iam temporis postulandæ restitutionis modum propterea tibi obseruandum,quòd qui illud negligit, & ipsum restitutionis beneficium neglexisse videtur,vt qui tempus cõstitutionibus quadriennii videlicet præfixum quasi eius formam non retinet,in qua tamen re non inutiliter feceris, si pro negotii qualitate experrectus statim ab initio ius tibi reintegrari petas, tempusque longius expositum prudens anteuertas.

313 Forte enim aduersario quid dare, † aut restituere per sententiam es iussus,& appellationis decendio elapso in rem transit,iudicatam,quam & ipse facere, adeoque executioni locũ dare cogeris,tametsi restitutionem aduersus hanc rem iudicatam instaurare permissum sit,res tamen apud aduersariũ etiam sine vlla satisdatione manebit,donec restitutionis causa fuerit expedita.Quòd si ab initio statim,sententia nec dũ executioni mandata,venisses,atque propositi tui bonam fidem ostendisses,executio fuisset præpedita, aut ad minus si aliquem causæ fucum fecisses,absque satisdatione de omnibus restituendis,sententiæ parere nequaquam potuisses cogi,quæ commoda post traditam rem sermo nimis compellas.Id quod non postremum existimauerim in hac beneficij parte aĩaduertendum,ne parum recte ipso imprudens vtaris.

Restitutionis quis sit vsus,tum de actione vtili rescissoria, & quomodo vtraque possit intentari. Cap. I X.

314  Vi † disciplinas liberales recte cõsequi velit, vsum earum sibi comparare debet, ne sophistarũ more in eo tantum consistat, vt domesticis sedentariisque cogitationibus, & rerum frigida quadam cognitione inescatus,iam sibi aliquid esse videatur, & solis titulis beatus, sed magis habeat,ortus sui partem patriam, partem amicos sibi vendicare,quòd tunc fiet, si non solum priuatim, sed & publice prodesse omnibus modis studeat. In qua re non postremas tenent,qui alios ad Rempub.recte instituunt & cõponunt.Quare Socrates haud inscite dicere solebat,eũ multo vtiliorem ciuitati esse,qui multos Reipublicæ gubernandæ idoneos efficeret,quàm qui ipse recte gubernaret, neque fieri potest,quin felicissime in disciplinarum studiis ille versetur,qui ipsam rerum cognitionem cum vtilitate cõiungit eruditione vsquequaque absoluta. Nimirum,omne tulit pũctum,vt ille inquit,qui miscuit vtile dulci.

Sic impresentiarum non admodum profuerit cognoscere restitutionis causas,nisi etiam vsus eius præsto sit,in hoc negotiorum genere nobis commodaturus,quem eo libentius ostendam,quo & his nostris vigiliis, potius noctibus dicerẽ (adeo subciuis horis propter occupationes vtcunque illitteratas, & prope ad lucernam mihi exciderunt) in iure tyrocinium facturis non tam gratificari, quàm rem etiam foris vtilem exponere,in animo fuit.

Diximus autem tunc ad restitutionem nobis aditum patere,& quando appellationi locus non sit, quòd & de supplicandi vsu sentimus, cum vtrunque beneficium extra ordinem concedatur,ob id ordinariis actionibus concedens.Nõ tamen absque discrimine:nam ex quo supplicatio propius ad veniæ impetrationem accedit, non tam lati vsus est restitutio,sed a præfectis prætorio,& quandoque a principe ipso secundùm constitutiones solum fieri solet. Restitutionem ab omni magistratu,quem te læsisse probare poteris,vt recte dici possit reintegrandi iuris beneficium tunc competere, si quando precibus non sit locus.

315 Et quia extra ordinem postulatur † iure actionis non solet dari,sed per iudicis officium duntaxat,qui cognitione qualicũque habita rescissis actis ad pristinum ius aditum præbet, & hoc est officium iudicis,quod nonnulli rescindens cognominant,a viuo prætore ex defuncti edicto impertitum, per glo. Barto.& Docto.in l.ab hostibus. §.sed quod simpliciter. ff. ex qui.cau.maio.in integrum resti.Inno.& Cardi. Zaba. in c. ex literis.de in integ.resti.& l.1.C.de resti.mino.

316 † Insuper duo capita restitutio complectitur. Primum, quo audientia aperitur, vt ex allegatis causis contra rem iudicatam postulare tandem admittaris: frustra enim de læso iure conqueritur,quem iudex non dignatur audire: iis itaq; modis adeundus erit,vt ad beneuolentiam compositus petentẽ non repellat,in quo & hoc commodum habebis, quod & sententiæ executionem, modo aliquam fidem allegationum feceris, vel impedire,vel ne absque satisdatione fiat, efficere poteris.

Alterum caput ad restituendam vel adiudicandam rem pertinet,tunc expositum, quando id, de quo agimus,apud aduersarium est,siue hoc est iudicato,siue quia possidet. Quòd si apud actorem res sit,qui aduersus illegitimam condemnationem restitui petit,non est opus ex eo capite postulare.nisi probationibus inductis sibi adiudicari eam velit, ne insulse hoc sibi reddi vrgeat,quod iam tenet.

Quod sic accipe,Lucius Titius condemnatus est,insulam iure emptionis possessam Seio reddere, post iudicatum comperit venditorem dominum rei fuisse, seque restitui contra sententiam postulat.Quod si aduersus iudicatum iuris reintegrationem tantum quærat,sufficit ex primo capite postulare,vt sententia per iudicis officium rescissa,ipse tutus sit,& iu-

317 dicatum facere non cogatur. Et ex eo † quòd sententia rescinditur, etiam omnia hactenus gesta, per quæ ad eam ipsam est ventum,rescissa intelliguntur,tam abest, vt cuique porrò opitulentur,aut præiudicent.cap.ex insinuatione.de procur. cum c.in nostra.& c.qualiter.de electio. Sin verò iudicatũ fecisset, Titius,rẽq; in aduersariũ trãstulisset aut sibi eã adiudicari probationib. plenius inductis cupiat, tunc non oportet ꝓtentũ esse, vt integri solũ restitutionẽ instauret, sed rescissa sn̄ia,rem sibi aut reddi,aut adiudicari,secundùm negotii cõtinentiam,etiam postulet. Quod rursus bifariam intentare licet,cum vt sententia rescindatur,tum & rescissa, ea etiã res tibi reddatur,vel adiudicetur.

Ad quod tamen aduertendum, restitutionis duplicem uim esse,in primis facit postulantem audiri:vt non obstante iudicato cognitio super allegata læsione habeatur, & reintegratũ ius sit.Deinde ne in pristino causæ statu consistas, & sola iuris commoditate tibi applaudas.Plus vigoris Prætor adhibere voluit,& rei ipsius restitutionem etiam adiicere, vt quòd antea paululum suspirare beneficium cæpit, iam omnibus modis vegetum hoc efficaciter præstet,propter qđ imploraī.

318 Et † præterea factum est,eam actionem quæ ex restitutione aperta est,rescissoriam cognominari,& est actio restitutoria apud interpretes:per hoc enim quòd prima restitutio impertitur,ius discoopertum est,quo ad repetendam,vel adiudicãdam rem deinceps venire possit, aut etiam in alia specie ad contractum rescindendum præscriptionemne, aut aliud secundùm propositi intentionem.

Rescissoria aut non est proprium actionis nomen, sed ex eo quòd resoluta sententia datur(vnde nostri eam datiuam potius esse volunt,quam natiuam) ab originatione actionis id nomen sortitur,vt rescissoria dicatur,aliisque actionibus,quibus a capite fuerat agendum,viam aperiat, & est vtilis in rẽ, vt a Prætore concessa,adeoque annalis,quam prius cum verbornm solennitate oportebat impetrari, hodie verò ad solã restitutionem absque vllis alijs ceremonijs & verborum tenditulis permissa l.2.§.omnium.ff.de origi.iuris l.fi.vbi gl.notatu digna.C.quibus ex causis maiores in integ.restituũtur.l. ab hostibus.§.sed quod simpliciter. vbi glos.& Docto. super verbo,restitutionis.ff.ex qui.cau.maio.25.ann.&c.l.in honorarijs.ver.Sed cũ rescissa.ff.de act.& ob.§.rursus.Insti.de actionib.Bar.in l.nec non.§.exemplo.ff.quib.ex cau.maio.Innoc. & Cardi.Zaba.in c.cum ex literis.de in integ resti.

Source: BIU Cujas

319 Vbi† nequaquam inutile cognitu erit, quo ordine & restitutio, & actio rescissoria veniant instaurandæ. Sunt enim qui putant segregandas esse, atque ex interuallo vtranque vsurpandam. Qd fieri quidem poterit, minus tamen necessariò. Etenim qui iudicis officium duntaxat contra sententiam instaurat, licet sententia rescindatur, non tamen consequetur illud quod apud aduersarium est, sed opus est nouam apparet actionem pro re illa vendicanda, vel aliàs adquirenda, quemadmodum Plautius domum vendicaturus, sententiã aduersam accepit reo absoluto, re deinde in iudicatum perducta, causas se habere prætexit, quibus contra sententiam restitui postulat. Et si ex officio solum iudicis, quod implorauit rescindatur sententia, non propterea domus petita in priori iudicio ipsi etiam cedet cum hoc non petierit, sed vt sententia resoluatur tantum, quare iudicato rescisso noua actione opus est, qua domum vendicet, ad quam non patebat aditus, nisi sententiæ obstaculo per restitutionem oblato. Monent Innocen. & Zaba. in capitu. cum ex literis. de in integrum restitutione.

320 † Melior tamen via & non tot impensis, tantoque tempori exposita in restitutione postulanda hæc est, vt non sis contentus petere, quo res iudicata in integrum ius tibi restituatur, sed vt vtrumque coniungas, & simul iudicis officium ad rescindendum sententiam, simul atque actionem rescissoriam ad restitutionem rei vel adiudicationem intentes, & non aberit, quin vno saltu duos quasi lepores apprehendas, hoc est & integri iuris & rei quoque restitutionem consequaris tempore non tanto interiecto.

Quod in re iudicata non tantum procedit, sed etiam in aliis negotiis, vti sunt contractus, pactiones, præscriptiones, quib.

321 resolutis aliquid adsequi voles, quo casu† forma libelli erit, vt sententiam rescindi emendarique postules, & id de quo tractatur restitui, aut tibi adiudicari, cuius exemplum est in citato. capitu. cum ex literis. vbi Innocen. Zaba. & alij, vbi sententia Eugenii Papæ petitur rescindi reformariq; in melius & ecclesiam Hilerdensem restitui secundùm ea, quæ ex priuilegio proponebantur.

Nos tibi locum distinctius aperiemus. Aut enim possessio rei post iudicatum in aduersarium est translata, & recte petes sententiam rescindi, & secuta actione vtili rescissoria rem tibi reddi, sicque in integrum restitui. Aut penès victorẽ est, quod controuersum sit, & quia iudicis pronunciationem finem accepit secundum Modestinum, & res iudicata dicitur,

322 † nisi per Prætoris beneficium, quod læsis ex causa iusta indulgetur, interfueris, parere sententiæ cogaris, & possessionem rei apud victorem relinquere atque rei iudicatæ exceptionẽ perpetuò aduersam habere.

Ideo restitutione implorata, atque ad reddendum causas benigne admissus, quòd primum restitutionis caput nominare libuit, poterit non modo restitutionem aduersus rem iudicatam postulare, verum etiam vt res tibi dominio tenus adiudicetur, quod & contestatione dominij facta, tibi non venit denegandum. & hac ratione, cum sententia rescissa, tũ re tibi adiudicata iuris integrationem recipies, vtili rei vendicatione, quam & rescissoriam cognominamus, proposita.

Quod tamen non videtur procedere in eo, qui cum ipse rẽ possideat, & post iudicatam quo alteri eam cedere est iussus, iudicis beneficio implorato, volet & restitutionem aduersus sententiam, & rei ipsius adiudicationem consequi: nam hoc esset plus quam integrum ius recipere. Iudicis enim officiũ in eo solum hac specie commodat, in quo te læsum adseris, vtcunque sit latum, quòd non potest fieri in re quàm petis recens tibi adiudicare, cum antea id non feceris. Videtur sentire etiam Innoc. & Cardi. Zaba. in cap. cum literis. §. quocirca. de in integrum restitu.

Ex quibus omnibus quamlibet succincte comprehensis, sine magno labore, nisi fallat me opinio, verum restitutionis aduersus rem iudicatam vsum habere poterit, quam & iuris partem referre duntaxat impresentiarũ nobis constituimus, reliquas eius species tibi in vtriusque iuris codicibus inuestigandas permittens, præsertim apud Gulielmum Durandũ, virum, si contractior Paulo esset, & collatis vltro citroque interpretum opinionibus tñ lectorem suspensum non teneret, qui de versantib. in iuris harena q̃ optime sit meritus, vt alios prærierim hanc rẽ & integris cõmẽtariis, & ad susceptã iuris interpretationẽ tametsi sparsim, diligẽter tñ exponẽtes.

Causas oportere allegari, propter quas restitutio aduersus rem iudicatam indulgeri debeat. Cap. X.

EI iudicatæ non vulgaris est authoritas, vt quæ finem cõtrouersiam pronunciatione iudicis accepit, siue id condemnatione, siue absolutione cõtingat, authore Modestino, quam etiam prætor, nisi ex causa quæ sibi iusta videri possit, labefactari non patitur: opus est itaque, vt qui restitutionis beneficium maxime aduersus rem iudicatam sibi indulgeri postulat, causas perinde atque digitos suos, cognitas habeat, quibus inductis, quod petit votis respondeat.

323 Quicunque† enim impedimentum alicui rei obtrudit, causam eius exponat oportet, qua cessante, impedimenti nulla erit ratio, quòd hac parte vbi de conuellendo iudicato agitur in primis obseruamus. l. liberos. §. 1. ff. de iis qui not. infa. l. si chorus. ff. de lega. 3. l. generaliter. C. de episco. & cler. & l. si pater. C. de hæredi. institutio.

Vsqueadeo omnes restitutiones in integrum causis cognitis a prætore permittuntur scilicet, vt iustitiam earum diligenter examinet, an veræ sint, quarum nomine singulis subuenitur. l. omnes. ff. de in integr. restitut. l. in causæ. ff. de minori. & cap. causa. de restitutio. in integrum.

Nos causarum diuersitatem cum primis ex ætate postulantium metimur, siquidem minores 25. ann. etiam defensi contra sententias ex qualiquali læsionis obiectu integrum ius obtinebunt. Etenim prætor ob fragile atque infirmum huius ætatis consilium, multis captionibus, multorumque insidijs expositum, tutelam minorum suscipiens auxilium eis etiam adiecto proposito, & aduersus captiones opitulationem est pollicitus.

324 † Neque institutum nobis est exponere, quibus de causis minoribus subuentiatur aduersum obligationes ipsorum pactionesque, modò interuenientibus tutoribus, modò non interuenientibus, sed in quartum Pandectarum lib. de minoribus 25. ann. tam copiosè tractantur, vt quæ copiosissime.

In hoc ius etiam propitium habemus, quòd ad solum tempus, quo se lesos conqueruntur restitui poterunt, atque item si quodam modo vel semiplene læsionis causas attulerint ad verisimilia recurrimus ipsi, nihil omittentes, quo ætati succurratur: facile enim præsumitur læsus, quo Prætoris auxiliũ magis sibi apertum habeat. l. si cum pater. & l. cum & minores. C. si aduersus rem iudicatam. l. eos qui. C. de ijs qui veniã ætatis impetra. l. si minorem. & l. minoribus. C. de in integrũ restitutione minorum.

De maioribus 25. ann. plus scrupuli est: vt qui ætatis subsidiũ non habent, sed alias causas, ex quibus restitutionem merentur, vti est absentia Reipub. causa, metus, dolus malus, vincula, captiuitas, & si qua alia iusta Prætori causa esse videbitur, propter quam in integrum restitutionem pollicetur, per l. j. ff. ex qui. cau. maio. in integ. resti. & C. qui. cau. maio. &c.

Verum vt cognoscamus illas causas, præsertim quæ prætori iustæ esse videntur, ego ex multis paucas duntaxat ob oculos tibi ponam, quibus obseruatis locos aliquos tibi seligere poteris ad apparandas restitutiones, quæ aduersus rem iudicatam postulantur. Et quemadmodum oportebat vim atque metum a Repub. abesse, ita & dolum malum, qui ob id nemini patrocinari debet, neque cui damno esse l. electio. ff. de noxal. & l. 3. ff. de transact. Recte itaque factum est, quòd aduersus sententiam dolo malo siue iudicis siue aduersarii latam, integri sit restitutio. Quod & de ea respondemus, quæ per gratiam aut etiam odium atque item præuocationẽ pronunciatur, adeo iudex æquus esse debet, & semotis affectib. absque vllo personarum respectu sententiam dicere, vt cui idem esse debent Actij quod Titij, differitur in l. seruo. §. cum prætor. ff. ad senatusco. Trebel. Bartol. in l. sed etsi. §. ait prætor. ff. ex qui cau. maio. & Bal. in l. j. C. quomo. & quan. iudex.

Proinde omnia in repu. aperte fieri debent, maxime autem in iudiciis, ne sub falsi prætextu quis insidiose circumueniatur, quare cum documenta quibus rem suam esse quis contestari voluerit, sine fuco esse debeant, sed vera, sed nihil simulati continentia, iustissimum prætori visum est, vt si ex falsis probationibus, siue per instrumenta, sine alia monumenta id fiat, sententia feratur, ea restitutionis beneficio rescindi atque emendari possit.

325 Quod tam verum est, † vt etiam si aduersarius aliis probationibus inductis pronunciatum iuuare, & iustum ostẽdere velit, non tamen audiretur, ne quod minus candide est obtentum, in alterius iniuria subsistat, tractuque temporis conualescat, quibuscunque adminiculis porrò suffultum, quod ab initio non ita subsistebat. l. diuus. ff. de re iudica. capitu. cum venerabilis. de excep. capit. licet causam. de probat. glo. & Docto. l. si is ad quem ff. de acquirẽ. hæred. l. 2. atque alijs. C. si ex falsis instrumen.

326 † Et potest fieri, vt probationes tempore, quo res controuertebatur, in iudicio fidem satis non suppedirent, sed post latã sententiam tandem sese prodant, atque a nouo reperiantur, quo casu si producentis negligentia non accesserit, res iudicata tractari poterit. l. sub specie. vbi Docto. C. de re iudi. Cv. in l. 1. C. de condi. indebi. Felyn. in capit. suborta. de re iudica. & Paul.

& Paul.de Caſtr. conſil.325. In cauſa quæ vertitur. Adeſſe quoque ſententiam quæ ex euidenti probatione eſt prolata,puta aſpectu,vt fit in ventris inſpectione, virginitatis iudicio, corporis egritudine, atque id genus aliis quæ oculis videmus,ſi contrarium probetur,cauſas petimus reſtitutionis adornādæ,ꝙ & in eo iudicio recipimus,quod medicus ſuper lepra, vel alia corporis immunditia conſtituit: licet. n.indubitatum ſit,quod videmus, tamen ſi de eius cauſa & natura recte pronuncietur,hinc ſtatim tibi apparebit, ꝙ ēt de vomica tot ſententias eius rei periti quandoque ferunt, quot ſunt qui adhibentur. Ang in l.Marcell.§ ſi mancipiū.
327 ff.de ædil.edict.† Præterea inſtrumenta recèns inuenta cauſam prebent ex generali edicti clauſula,vt iudicatum ad iuſiurandum neceſſarium reſtitutioni ſubiaceat.Bar.& Ang. in l.admonendi.ff.de iureiur. Idem probamus in ſententia ad iuſiur.in probationis ſupplementum prolata,niſi in cōtumacem fuerit iuratum quamuis Alex.putet non opus eſſe reſtitutione,verum poſſe actorem a nouo iudiciū inſtaurare,& ſi reus excipiat de iudicato, in promptu erit replicatio de inſtrumentis recèns adquiſitis, ex quibus petat ſentētiam retractari. Cæteras cauſas, puta erroris,falſi iuriſiurandi,impedimenti,ne vel teſtes,vel inſtrumenta pro roboranda intentione produci potuiſſent, probationum a vicinia petitorum in modum præſumptionis, ſi quādo aliæ & meliores poſthabeantur,atque item ſuperuenientis æquitatis, & ſcripto liberationis recèns inuento, atque id genus ſimilibus ex clauſula generali receptis, quibus ſententia nō minus reſtitutione poſtulata impetīt, hic referre ſuperſedeo: nam ſunt apud Bald.in l j.C.de condic.indeb.l. ſi quis adulterij.C.de adulter.Azo in ſumma,de re iud.& plenius apud Bar.& Doct.in l.j.ff.ex qui. cau. maio. Ex quibus facile tibi erit aque expeditum, reſtitutionem etiam aduerſus rem iudicatam inſtaurare,ad quod maxime opus eſt cauſam inferre,propter quam læſus priſtinum iuris ſtatum habere cupias. Et quia in hoc beneficij genere aduerſarius quoq; vocari debet,litiſque conteſtatio vltro citroque fieri,obſeruādum tibi erit, qua verborum forma libellus ipſe concipi de
328 beat, ne petenda omittas. Nempe † dicere poteris, tametſi intentionem meam ſatis probauerim, aut probare potuiſſem,ſi non fuiſſem impeditus, nihilominus tamen contra me eſt pronuntiatum,cum tamen ſecundùm me id potius debuiſſet fieri,quare ſentētiam dico nullam, & ſi qua ſit in priſtinum ſtatum aduerſus ipſam me reſtitui, reſciſſamque in melius reformandi,proinde rem mihi reſtitui, aut adiudicari poſtulo. Singula ſingulis, vt in loco ſint coaptanda, quemadmodum ad ꝓpoſitam rem paulò ante ſunt diſtincta,& habet Bart.in l.j.C. ſi ad rem iudi.in l. ſi expreſſim.vbi & Alex.ff.de app.& in l.j.C.ex qui.cau.maio.& Bal.in l.edita.C.de eden. Ad cuius ſimilitudinem tibi ipſe ſecundū rei propoſitæ naturam atque ipſius læſionis quam prętexis,poſtulationem formare,& apte concinnare poteris,ne mediū poſthabeas,per quod reſtitutionem aduerſus ſentētiam ex falſis documentis prolatam, alia ſi quando nouarum probationū adminiculo priſtinum iuris reintegrari cupimus, quæ omnia ex ipſis cauſis etiam non vno modo expoſitis tibi recte petes, & peculiare atque ex omni parte ſecūdum huius generis exemplum libelli habes apud Petrum de Ferrariis, in forma libelli quo agitur, vt reſcindatur ſententia lata prætextu falſi inſtrumenti.

LIBER QVINTVS

De exceptionibus quæ aduerſus ſententiam, atque item eius exucutionem opponuntur, & de Recuſationibus Iudicis.

Sententiam varijs procellis exponi,nam & exceptiones eſſe,quæ ipſi eiuſque executioni obiiciuntur,& in quem finem. Cap. I.

SOcrates ille,qui primò Philoſophiā e cęlo vocaſſe dicitur, inter alia quæ prudenter egit, & illud referri ſolet,Cum puer ad eum duceretur,vt ingenij eius periculum aliquod faceret, Loquere, inquit,o adoleſcens,vt te videam, quaſi ex
329 † oratione facile apparere ſoleat, quid intus ingenij foueret.Et non inſcite profecto, cum & Democritus Mileſius. τὸν λόγον ἔργων σκιάν, hoc eſt,ſermonem operis vmbram eſſe voluerit,qui tanto certius hominem prodit, quāto ex animi penetralibus altius egreditur, quòd & ei qui inter litigatores pronuntiaturus eſt,contingere quandoq; poſſet,vt ſententia prolata cognoſceretur,qualis nam eſſet iudex,iuſtus ne an iniuſtus:ita.n. iudicantis quoque perſonam excutere ſolent,qui nullo decreto ſatiabiles, cogitare perpetuò incipiunt, quomodo controuerſiis nullum finem dare, alterique negotium vſque ad ſepulchrum faceſſere queant. Vbi denotandum quidem eſſet,ꝙ etiam res iudicata toties impetitur, ſi non iudici ipſi quoque nonnunquam eſſet periculoſum,adeo vt & Plato ipſe monuerit, † Difficile eſſe ēt
330 inter amicos pronuntiare, ex quibus alter vtcunque ſui ſimilis maneat,alterum tamen offendis,atque ex amico inimicum facis, cuius & exempla tibi ob oculos ponenda haberemus,ſi non ad inſtitutum nobis eſſet properandum.Et familiare eſt hominibus,inquit. Velleius Paterculus, omnia ſibi ignoſcere, nihil alijs remittere, & inuidiam rerum non ad cauſam, ſed ad voluntatem, perſonaſque dirigere. Sed habeas ſententiam & iuri tuo, & votis reſpondentem, tamen inanis vox erit, niſi ad executionem perducatur, ꝙ tunc citius fieret, ſi non pleraque obſtaculum præberent, minus obfuturum vbi perſuaſione quiſque eo duci poſſet, vt ſententiam iuſtam, æquam, atque citra vllam iniquitatis ſuſpicionem prolatam crederet.Et quia illi iniquum putant ſe citra iuris præceptum grauari, hi autem nec illud admodum expendunt,ſed quia dimidium vitæ in litibus q̄runt,omnem lapidem mouent,quo ad conſiſtoria cōſeneſcant,& aliorum detrimento ipſi ſaginentur. Fit vt ſententiam non ſolum calumnioſis prouocationibus ſępiſſime inceſſant,ſed etiam rem iudicatam, quæ controuerſiarum finem iam faceret,quaſi ex inſidiis petere,non pauci machi
331 nentur.Eſto † enim ab interponenda appellatione ſecurus ſis,neque ſupplicatio,neque in integrum reſtitutio tibi interceſſerit, quin ſententia rem tibi ex iudicato ſuppeditare tamen debeat,illud tamen impedimento fuerit, ꝙ aduerſārium tuum tot exceptionibus, tot defenſionum tricis ſeptum videre cogeris, vt e labyrintho illo Minotauri citius elabi poſſis,quàm vt illas etiam de induſtria quæſitas tendi culas effugias, ꝙ multos eo adigit,vt rem iudicatam quam infinitis ſumptibus obtinuerunt, non modo nihil eſſe ſinunt,ſed etiam errori accepto ferunt, ſaltem hoc impetrare liceret,vt reliquum moleſtiarum, quod ſibi a veteratore ob partam victoriam imminet,vel inſigni rerum iactura redimere non cogerentur.Hoc mediusfidius eſt,ꝙ pleroſque ab experiundo iure pro rebus nihil obſcure debitis terret, quando vident quempiam minori periculo ipſum Oceanum enatare poſſe, quam hanc litigandi rationem tolera-
332 re. Quod tñ iis † ꝙuenire experiētia nihil obſcure nos monet,ꝙ ob ingenij prauitatē nullius iuſti,nullius tranquilitatis deſiderio ducunt, ſed nō ſecus atq; turbo aliqs,rēpubli. cā mouētes,aliorū quietē interrūpūt, & lites ex litibus ſuſcitātes bonos lędūt, de ꝙbus nō inepte hoc Plauti ī Trinūmo dici poſſe vī,Mores bonos inter mortuos eſſe. Quorū inſolētis tametſi faciat,vt nō ſolū de iure bene meriti male audiāt,ſed ēt iuris prudētia ſplēdida q̄dā nūdinatio, & ciuī tatum eruſcatio vulgò habeat,hoc tñ in eos reiiciēdū eſt,ꝙ in iure ſolas diuitias q̄rūt, & nonnunq̄ aliorū calamitatē, tñ abeſt vt rēpubl.ꝑ id ꝓponere,aut ꝙ deceat ſolū, inueſtigare vel ſemel cogitēt.Nec dēnt boni,& ꝙ in alterius detrimētū iuris ſubſidiis illubētiſſime aburerētur, ꝓpea eas ſuppetias ꝓtēnere, quibus iudicātiū procacitati apertis modis venit obuiādū: nā ſi cognouerimus, ꝙs ſit rectus rerū vſus, iā ab eo qđ praue irrepſit citius poterimus nobis cauere. Diximus itaq;,vt ad rē ipſam accedamus,qñ appłonis auxiliū tibi expoſitū aduerſus ſnīæ iniquitatē atq; iniuſtitiam corrigendam,tandē ꝓhibita ea,ſupplicādi vſum patere, deinde reſtōnis beneficiū ad integrū ius recipiendū aduerſus rē iudictā ꝑ Prætorē indulgeri,& principū ꝓſtōnibus nōnihil iuuari,ſed ne adhuc deſiderare poſſis,ꝙ te ꝯ ſnīam vł exhmōi bñficia,forſitan poſthabitis appłone,tueri queat. Ecce multarū defenſionū quaſi ſyluam, ꝙbus modò rei iudicatę,modò executioni commodū obiectis,eſt vt ſnīa quaſi euirata haud obſit,vel executio eius impediat, intrave mo-
333 dū ꝓtineri dēat.Vnde † eſt ꝙñs in aliū finē ſupplicationis, atq;reſtōnis vſum eſſe,nēpe vt ex illo ſnīa reſcindat,ex hoc aūt priſtini iuris,atq; rei etiam fiat reſtitutio. In alium exceptionis,quæ licèt ſnīæ opponatur,non tñ facit, vt reuocetur,ſed inſurgenti obſtat,ne vires conſequatur,& victo etiā noceat,ꝙ ad naturam exceptionis facile obſeruare eſt,quæ veluti ꝓparat defendendorum eorū gratia,ꝙbus cū agit, ita ēt eorū ꝯ quos eſt iudicatū.Fieri.n.pōt, vt ſnīa ꝑ rē iudicatam,quæ ius inter partes facit, iuſta eſſe vī, iniqua tamē ſit aduerſus eum, ꝯ quē eſt ꝓnuntiata, ideo exceptiones ſunt expoſitæ, ꝙbus ꝓdēnatus aduerſus eius inſultū tueri ſe valet.Id qđ & in ea ſnīa maxime frequentat,cui nullitatis exceptionē opponimus, q̄ facit,ne alicuius planè ſit momenti,tātum abeſt,vt vel vllas vires,vel executionis cauſam habere debeat,cum & iureconſul. id quod nō eſt,minus agnoſcat,ſed inter inania cum Philoſophis ipſis reiiciat.

Source : BIU Cujas

Quid in huiuſmodi exceptionibus obſeruandum, tamen apud quem iudicem opponuntur, & quando executionem impediunt nec ne. Cap.ij.

QVisquis itaque ſentētiā aduerſam accepit, cōtra quā pro iure ſuo, aut negotio propoſito male ſuſpicatur, prudentum conſilio adhibita diſpliceat, & vltro citroque exanclet, quibus de cauſis melior ſentētia fuiſſet prolata, & ſi ordinarium prouocationibus auxilium reſtet, ad illud confugiat, vel ſi ab eo iudice id nō liceat facere, ſupplicandi vſum habet, aut iuſta exiſtente læſionis cauſa a Prætore beneficiū reſtitutionis, ſecundum ea quę paucis ante expoſuimus, imploret. & iudicatum retractabitur. Sin verò ſententiæ cōcedere, vim tamen impedire, & quo inanis hereat, aut ſic per
334 omnia non cogaris ſatisfacere, curare volueris, † inueſtiga eſt quænam exceptiones (ad quas hoc caſu venit recurrendum) in hoc ſint expoſitæ, & tunc vſus eſt, quādo executionem eius retrudere ſis conatus, aut intra modum cogere, quapropter recte Paulus iureconſul. exceptionem eſſe ait, quæ reum modo à damnatione eximit, quę & opponitur; quia nō ſit factum, quod fieri oportuit, vel quia factum ſit, quod non oportuit fieri l. exceptiones, & l. exceptio. ff. de ex
335 ceptionibus. In quare vt recte ꝓgrediaris, † obſeruādæ ſunt exceptiones, quæ contra ſententiam poſſunt obiici: eius.n, ſunt naturæ, vt ſi obſtare ſententiæ videantur, etiam executioni obſtent, quare liberum eſt eas vel ſententiæ, vel executioni eius opponere, q̄ maxime ꝓcedit in exceptione, qua ſententiam nullius momenti eſſe dicimus, cuius vſum latiſſime patere & prope ſolam in hac ſpecie tractari diligentius, deinceps compertum habebis. Eam ſi per exceptionis tutelam obiicias, ne ſententia vires cōſequatur, intercedit, ſin autem principaliter & agendi modo eam intentes, facit, vt retractetur ſententia, quo facto, ipſa executio quoq; retractata habetur, & fruſtra ipſam vrgebis. Quod in hunc ēt modum fieri ſolet, vt actione recēns, aut denuo inſtaurata, ſi excipiatur de re iudicata, poſſis replicare, ſententiam nullius eſſe momenti, atque vt iudicis officio diſſoluta ea, melius iudicetur, per Dynum in l. conſilio. ff de cura. furioſ. Bald. in l. qui teſtamento. ff. de excu. tuto. & Inno. in cap. ex inſinuatione. in verbo, ſententia, de procura. Per omnia au-
336 tem ſis oculatus, † qui exceptionem ſententiæ intercedere, aut executionem impedire velis, ne probationibus deſtitutus verbis id ſolum atq; inſidioſè, cum in iudicis, tum rei iudicatæ contemptum, in animum ſumpſiſſe videri poſſis: nam quicunque excipiendi animo, vel iudicij progreſſum differre, vel ſententiam, eius vim impedire temere fuerit conatus, ad impeaſas quas ea de re aduerſarius facit, recte obligatur. c. fi. de dolo & contum. Bar. in l. 2. C. de vſu. & fructib. leg. cap. ſententiam. de pęnis. l. non ignorat. vbi Bar. C, de fructib. & lit. expen. Spe. de exceptio. §. 2. Sed neque apte ſatis,
337 neque vtiliter exceptionem prætexit, qui apud idoneum iudicem id facere ignorat: nam ſi eum acceſſeris, qui neque ſentētiam dedit, neque executionē eius habeat, nihil ages; ſecundum iuris autem regulam apud eum iudicem de ſententiæ nullitate excipies, qui ipſam pronūtiauit, vt interim diſcernat, quam nullius momenti iudicatum ſit, atque ob id executione omnino indignum. Car. in clem. j. de re iudi. Bal. in l. ſi ſuſpecta. ff. de inoffici. teſta. & Alex. in l. ſi expreſſim. ff. de app. Sed & apud ſentētiæ executorem opponitur, exceptio præſertim nullitatis ad executionem præpediendam, & hoc quando eſt vel manifeſta, vt aliorum teſtimonio, adeoque altiori indaginem non habeat opus, vel ex victoris confeſſione magis & confeſtim aperiatur, tuncq; lente feſtinare debet ad auferendum id, quod ſententia parum valida eſt comprehenſum, ne eadē facilitate victo reſtituere illud porrò cogatur, quā iam auferret, & qui facit, ſecundum Paulum, quod facere non debet, non videtur facere id quod iuſſus c. decętero. vbi Abb. & Doct. de re iu. Car. in cle. j. de fo. compe. Bar. in l. ſi prætor. ff. de iudi. & in l. fin. C. ſi ex fal. inſtru. & l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud.

Quando exceptio ꝑ ſnīam, aut poſt ad executionem opponitur, ac etiam qn̄ ipſa impeditur, deque ſatiſdatione eius, qui executionem petit. Cap. III.

338 HIc rurſus obſeruare eſt diſcrimen † earum defenſionum, de qbus impreſentiarum tractamus. Alię ſiquidem contra ſnīam, aliæ poſt ſnīam ad executionis impedimentum obiiciunt̄, quamuis vtrūq; etiam poſt ſnīam fieri vulgò dicatur. Quarum ꝑ ſnīam eſt vſus, plerunque poſt vel in ipſa ſententia initium ſumunt, aut renouantur, non autem antea, veluti mulier interceſſionis cauſa, nō obiecto Velleiani ſenatuſconſulti beneficio condemnatur, atq; interim denuo fidem interponit, ſenatusque cōſul. exceptionem contra ſententiæ authotitatem prætexet, nō quidem ex eo. c. q̄ ante iudicium interceſſit, ſed quia ſecundo id fecit, & a ſententia fideiuſſionem renouauit, argu. l. ſi ſe non obtulit. §. ſi ex cōuentione. ff. de re iud. Ea autem exceptio, quæ ante ſententiam ortum habuit, poſt non admittitur ſecundum regulam iuris, ſed in tempore erat opponēda, per l. peremptorias. C. ſen. reſcindi non poſſe. Idē reſpondemus de nullitatis exceptione, ſiue hoc ratione proceſſus, ſiue ipſius ſententiæ, ſemper.n. iudicato opponitur, cui eſt peremptorialis, vt in l. j. C. de iuris & facti ignorantia l. præſes. C, quomodo & quando iudex. l. j. ff. quæ ſententia ſine certa
339 quantita. & Barto. in l. fin. ff. ſi ex fal. inſtru. Quòd † ſi ad impediendam executionem iure capiendi vti vēlis, iam non ſpectamus quo tempore ceperit, ſed abſque vlla diſtinctione poſt ſententiam id facere licet. Fateamur.n. hoc caſu ſententiam aliquid eſſe, tamē quia exceptioni inſiſtimus, eius executioni non damus locum. Vtpote maritus condemnatus, vt creditoribus ſatisfaciat, exceptione ſe tuetur, ne plus ab ipſo exigatur, quam facere poſſit, per Barto. in l. j. C. de iuris & facti igno. & l. ſi filius. ff. quod cum eo. & Bal. in l. exceptionem. ff. de proba. Compenſationis quoq; defenſio executioni obiicitur, vt quæ ſententiam non impugnat, ſed facit tandem, ne hoc dare compellaris, quod tibi reſtituere eundem oportet l. ſi cum militi. §. j. ff. de compen. Videndū
340 tamen eſt, ſi † quando exceptione præſertim nullitatis oppoſita ſententiæ executio fieri debeat necne, & ſi de exceptione ita liqueat, vt citra vllam aliam extrinſecus adhibitam probationem ſit manifeſta, tunc executioni non eſt locus, puta ſententia eſt inualida, aut in dominum prolata, cum procurator fuerat condemnatus, atque id genus aliis ex cauſis, de quibus antea eſt relatum. l. j. C. de exce. rei iud. & l. cum nulla. ff. de except. rei iud. Quod & probamus, etiā ſi de exceptione non ita conſtaret, poſſet tamen ex continenti probari, puta inſtrumenta, ex quibus pronuntiatum eſt, in peracto iudicio ſunt reprobata, ita vt de falſo iam nō amplius ſit quærendum, quæ omnia ad ſummariam cognitionem pertinent in executione quoque exercendam. Eſt in l. fin. C. ſi ex falſ. inſtrumentis, & l. a diuo Pio. §. ſi ſuper re
341 bus. ff. de re iudi. Exceptione † autem illa non ſic aperta, ſed altiorem probationis indaginem requirente, non eſt, q̄ executio impediatur, & ea altiorem deſiderāt indaginem, vel cognitionem, quæ intra tempus ad executionis proceſſum deſtinatum, vbi nulla intercederet defenſio, propter teſtes fortaſſis adhibendos, aut alia monumenta, quæ ſic in promptu nō habes, doceri haud poſſunt, quapropter ad meri executoris quoque cognitionem, quæ ſummaria eſt, non pertinebunt. l. 3. §. ibidem. ff. ad exhibendum. l. ille a quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad ſenatuſcon. Trebell. Bartol. in l. ſi ſe nō obtulit. §. condemnatum. ff. de re iudi. & colligit Anto. de Canario, de executione inſtrumentorum. q. 5. & 9. Quibus ad-
342 de, † tametſi exceptio altiorem cognitionem deſiderās, vt ſic incontinenti probari non poſſit, executioni non ſit impedimento, eſſe tamen, q̄ qui eam petit, ne quaquam ſit audiendus, niſi ſatiſdederit ſe omnia reſtituturum, ſi exceptionem p̄ſertim nullitatis ſuperiorem eſſe contingat, arg. c. ſuſcitata. de reſt. in integ. ſentit Bar. in extrauaganti ad reprimer. ſummarie. l. fi. C. ſi ex falſ. inſtru. & l. j. C. qn̄ ꝓuocare nō
343 eſt neceſſe. Prouidus itaque eſſe debes, † ne in proponenda defenſione impingas, & repulſam paſſus neq; executionis obſtaculū, neq; ſatiſdationis emolumentum obtineas. Qn̄cunq;.n. poſt ſnīam ad executionis impedimentū exceptionem opponis, adijcere debes te paratū eſſe ad eam cōfeſtim probandū, q̄ ſi feceris, nulla erit executoris functio. Sin verò minus, & ꝙfides ex interuallo id præſtare te poſſe, niſi ſatiſdatione habita iudicatum impleri non debet, quam formam niſi obſeruaueris, facile eſt, q̄ temeritatis arguaris, & in ſolam iudicati protelationem neſcio quid ſuffugij, idq; ex inſidiis forte cauſari dici poſſis. Monet Bar. in citata l. fi. C. ſi ex falſis inſtrīs, & in l. j. C. de iuris & facti ignorantia.

De exceptionibus, quæ contra ſententiam opponi ſolent, earumque ratione. Cap. IIII.

EX omnibus interim defenſionibus ad eleuandum ſentētiæ vim, vna quæ de nullitate prætexitur eſt certe frequētiſſima, atque vtinam tam cādide a pleriſque ad inſultum aduerſarij tātum vocaretur, vt ſępe, quid.n. expeditius & magis etiam ſtupidis promptum eſſe poſſit, quam dicere ſententiam eſſe nullam: in hoc minus felices, q̄ etiā id allegatis cauſis docere coguntur, niſi victor ipſe harenacedere velit, & rei propter quam hactenus decertauit, ſuperiorque fuit, ad inanis præſidij commentum, iam demū terga dare ſibi aliquid eſſe credulus ducat, nō expectata q̄ eius debeat probationem, Ad inueſtigandum cauſa nullitatis,

vnde

Source : BIU Cujas

344 † vnde exceptio hæc proficiſcitur, non eſt opus diu quis ſe diſtringat, multæ. n. ſunt a nemine nō ꝓgeſtę, & petuntur modò ab ineptitudine libelli, modò a ſolēnibus proceſſus iudiciarij omiſſis, modò ab ipſa ſnīa ꝯ ſolitum iudiciorum ordinem pronuntiata, & qñq; iudicis contemplatione, ad quem hoc negotium diffiniendum non ſpectabat, ēt ſi tres in eo ſnīas protuliſſet ꝓformes, quę oīa faciunt, vt iudicato intercedatur, per gl. & Bar. in l. 4. §. ꝓdemnatum. ff. de re iud. Io. And. in c. quia. Guil. de re iud. Felin. in c. ex parte. de offi. delegati. & Car. in cle. 1. de ſequeſtr. poſſ. Et quaſi ex ordine habentur apud Vbertum de Bonacurſo, de impedimentis executionis. §. videamus nūc de cauſa nullitatis. Deinde exceptiones, quas peremptorias cognominant, ad hoc tibi exponunt̄, quarū nōnullæ ꝓſonis inherēt, vel ob priuilegiū, vel odium, neque ad hīdes tranſimittuntur: aliæ autē rebus attribuūtur, hæredibus ſiīr obuenientes, vel ijs, quibus res contingunt. Ex his quæ perſonis commodant, eſt exceptio

345 † ſenatuſcon. Velleiani, quæ ad fideiuſſiones, mutuique dationes pertinet ſeminarum, quę pro aliis interceſſerunt: nā ſicut moribus ciuilia officia fęminis ſunt adēpta, ita & hoc officium, vnde rei familiaris periculū ipſis facile poſſet inferri, ex quacunque igitur obligatione, ſiue verbis, ſiue re, ſiue qu ocunque alio ꝯctu interceſſerint, ꝓꝓ ſexus imbecillitatem ſenatus eius ſubueniendum ꝓſuluit. Et hoc ſi nō calide ſint verſatæ, infirmitas. n. fęminarum non calliditas auxilium ſumit. Ne igitur ꝯ beneficium perſonæ conceſſum ſnīa quoque executionē ꝓſequat̄, defenſio ſenatuſconſulti vt perēptoria aduerſus eam poterit opponi l. j. & l. 2. ſi mulier. vbi Ang. ff. ad ſenatuſcon. Velleianum. & Bart. in l. j. C.

346 de iuris & facti ignoran. Eſt & † ſenatuſcon. Macedo. quo placuit, ne qui filiofam. mutuam pecuniam dediſſet, etiam poſt mortem parentis eius, in cuius poteſtate erat, actio petitioque daretur, vt ſcirent qui peſſimo exemplo Macedonis fęnerarentur nullius poſſe filiſa. bonum nomen expectata patris ſui morte fieri, authore Vlpiano in l. j. ff. ad ſenatuſcon. Macedonianum. quoties modo ob mutuum filiof. datum actionem creditor inſtituit, exceptione ſenatuſcon. Maced qđ actionem præterea in odium huiuſmodi fęneratorū ꝓ petere voluit, repellet̄, ne id qđ malo exemplo fecit, ꝓnicioſe commodet, qua exceptione ēt poſt ſnīam ad eius authoritatem perimendam vti licet. Bar. Bald. & pleriq; alij

347 in l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de condi. indeb. Armatę † miti æ quoque homo, ſi exceptiones ſuas in iudicio non propoſuiſſet, poterit, ſi ex ſnīa cęperit cōueniri, eas obiicere, id quod ꝓꝓ ſimplicitatē, qua ius ignorare datur, vt qui rei militaris maiorem curam gerit, patrięque defendendæ operā ſuam locat, ipſi eſt permiſſum. maxime vbi propriam cām agit, nō alienā, cuius dño hoc priuilegiū militare eſt ꝓcluſum. Eſt textus in l. j. C. de iuris & facti ignorantia. vbi interpretes pleriq; oēs, & Bald. in c. fi. de conſeſſis. Præterea ſunt exceptiones, quę & ipſæ ꝯ ſnīam ꝓponunt̄, non quidē vt eam prorſus inanem reddant, cum permittunt, vt iudicati authoritatem retineat, ſed magis vt ad tēperamentum legitimum redigatur, ne in exceutionem plus veniat, q̄ ipſis ex priuilegio, beneficiove ꝙueniat, donec fortunę ſucceſſus ipſis pinguior adriſerit, quo integrū dare cōmodius poſſint.

348 Cuiuimodi † eſt maritus, q adſentiente vxore creditoribus obnoxius factus eſt: eius enim ratio haberi debet in ꝙdemnatione, ne porrò egeant, ipſe atque vxor, & vitā inopia miſerabilem ducant, quod beneficij etiam ijs indulgetur, q ex donatione atque ipſorum propria liberalitate ꝙueniūtur. Siīr omnium bonorū ſocius. Itē patronus patronave, & liberi eorum, parentes, maritus erga vxorem, atq; itē vxor erga maritum, vt reliquos, qui oēs ex eo tīn ꝙdemnari debēt qđ facere pñt ne egeant, q̄ exceptio ēt poſt ſnīam locū habet l. tam & ſi. ff. ad ſenatuſcon. Mace. l. fi. §. pe. ff. ad Velleia. L ſiunt. ff. de re iud. l. patronus. l. itē miles. l. inter eos. & l. Neſennius. §. fi. ff. ſoluto matrimonio. & l. ſi filius. ff quod cum eo. Et ne obiter hanc rem præterierim, aduertendum eſt, defenſiones ſ. id, quod poteſt quem non teneri, dilatorias magis eſſe, & tꝑales, q̄ peremptorias, cum neque obligationē, neque ſnīam perimere ſoleant, ſed integram ſolutionem tīn differre, quoad facultatibus ſit auctior reditus, vt reli-

349 quum dare citra egeſtatem poſſit. Quod † moderamen ad ꝑſonæ qualitatem adhibemus: nobis. n. ſtemmate, aut alio dignitatis titulo initiatus, maiori ſumptu opus habet, q̄ ruſticæ & adiectioris conditionis homo, eſt gl. in §. appellant̄. Inſt. de exceptio. Bar. & Doct. in l. ex diuerſo. §. fin. ff. ſoluto matrimo. l. vna. §. cū aūt. C. de rei vxo. actione. Alex. in l. ſi maritus. ff. ſoluto matrimonio. Proinde conſiderare eſt, q̄tum annui reditus præſtiterint; non enim bona ſtatim æſtimare cogitur, qui ex fructibus eorum ali debet, q̄uis Alex. ſecus arbitretur, preſertim vbi tam ſplendidæ fuerint ædes, vt venditæ alimentis ſufficiant, eſt textus ſingularis in l. qui bonis. ff. de ceſſione bono, Et demum opus eſt ętatis habeatur ratio, ſi vetulus ſit, aut iuuenis, qui beneficio in id quod facere poſſit, vti contendit, parcendum ſiquidem ipſi erit in eo, quod ad totum vitæ tempus victum ſuppeditare valeat, iuxta l. hæreditatum. ff. ad legem Falcidiam. Verum

350 † exceptiones illæ, cum tutelæ loco eſſe debeant, nō vt cui perpetuo incommodent, aut potius fraudi ſint, receptum eſt, vt is qui ne egeat ſibi ex bonis relinqui cupit, cautionē præſtet idoneam de eo quod reliqui eſt ad integrum ſoluēdo, ſi quando fortuna magis propitia arridere, facultateſq; ſuppetere cęperint, id quod ad vſum huius rei non parum conducit. Eſt in l. vna. §. cum autem. C. de rei vxoriæ actio. in l. verum. §. item videndum. ff. pro ſocio. gloſſ. in l. 3. ff. de exceptionibus. Ioan. de Imo. & Iaſon in l. patronus. ff. ſoluto matrimonio. Idem † noſtri ijs quoque attribuunt, quī cauſarū patrocinijs adſunt, aduocatis puto, ad militis exēplum, cum & ipſi qui ambigua cauſarum dirimunt, collapſa non ſemel cum in publicis tum priuatis rebus ſuæ defenſionis viribus reparant, non minus humano generi proſpiciunt, quàm ſi armis atque ſanguine patriam parenteſq; tuerentur, Quod tamen his maxime conceſſerim, qui iuſti patrocinij amore ducti, viduas, orphanos, & quicquid cōmuni ope in republ. iuuandum eſt cōtra vim, malorumq; inſolentiam, non ſecus atq; patrios lares, & liberos ſuos laborantes defendunt, non autem qui iniquiſſimis quibuſq; litibus corraſis, tunc demum operas ſuas venales exponūt, quando lucri aliquid etiam ex quacunque turpi pactione ſe conſecuturos ſperant. Eſt tamen, q' & ipſis relinquatur, ne egeant, q' vel exceptione propoſita obtinere poſſunt l. aduocati. C. de aduocatis diuerſo. iudicio. gloſſ. in l. miles. ff. de re iudic. glo. & Bart. in l. j. §. eſt & alius. ff. ſi quis a parentibus fuerit manumiſſus. Cy. & Salice. in l. j. C. de iuris & facti

352 ignorantia. Peremptoriæ † exceptiones ex rebus ſumptæ, quarum poſt ſentētiam etiam eſt vſus, propterea ſic cognominatæ, non rei intuitu non ſolum a principalibus, ſed & ab hæredibus eorum vſurpantur, vt in quos omne ius defuncti vnà cum ipſis bonis trāſimittitur, ſiue hoc ſit actiuū, eis competens, ſiue paſſiuum, per quod ab aliis defuncti reſpectu conueniuntur l. 2. C. de hæredita. actionibus. l. cum a matre. C. de rei vēdicatione l. ſi ab eo. C. de negotijs geſtis. Cy. & Doct. in titulo C. vt actiones ab hæredibus & contra

353 hæredes incipiant. Huiuſmodi † autem defenſiones rei coherentes non tantum hæredibus ſunt vſui, verumetiam fideiuſſoribus. Aequum ſiquidem eſt, vt is qui pro altero intercedit, eiſdem adminiculis ſit tutus, quibus & ipſe reus, vt ſi rei iudicate exceptionem habeat, eadem & fideiuſſor cōuentus ſe defendere permittatur, ꝙ & in doli mali, iuriſiurandi, quod metus cauſa factum ſit, ſenatuſcō. Macedoniani, aut ſi in rem ſit pactus rens (non autem de non petendo rem, quæ perſonalis eſt) exceptio fideiuſſori competit, ſunt eleganter in l. exceptiones. §. rei autem. ff. de except. & l. niſi. cum l. idem in duobus. §. perſonale. ff. de pactis. Vbi ſtatim aliud videbis in exceptionibus, quæ perſonis coherent, vt quæ cum hæredibus, tum fideiuſſoribus, atque aliis id genus perſonis vſurpātur, quemadmodum eſt exceptio in id quod facere poſſis, quam fideiuſſor fruſtra prætexit reo duntaxat expoſitam, eiuſque perſonam haud egrediētem, apud Iulianum in citata l. exceptiones quæ perſonę &c.

354 In qua re vtrique diſpiciendum eſt † tam reo, quàm fideiuſſori, ne quid inepte egrediātur. Porrò qui exceptionem in id quod facere poſſit habet, fideiuſſorem dedit, & is conuenitur, modo ne ſupra vires principalis debitoris non habita ratione beneficij eius, quod facere poſſit, cōdemnetur (vt quam exceptionem fideiuſſor fruſtra obiicit) ipſi negotium aut litem denuntiare debet, vt iudicium ſuſcipiat, ſuęque cauſæ ipſe adſit, & ſi venerit, bene. Sin verò nō, per hoc mandati quodammodo actionem tacite eſt conſequutus fideiuſſor, vt ſi condemnetur, poſſit reum inſolidum conuenire, & nulla defenſio eius quod facere poſſit, ipſi profuerit, cum quaſi mandato eius etiam ex integro ſit conuentus, condemnatus, & ad ſolutionem coactus, quòd non contigiſſet, ſi ipſe iuxta denuntiationem præſens iudicium ſuſcepiſſet, exceptionibus, ſi quæ perſonæ ſuæ exponantur, vſus. Quibus modis fieri poterit, vt vel reo defenſiones ſuæ maneant ſaluæ, vel fideiuſſori tutior ſit via ad integri ſolutionem propter contemptum iudicum ab ipſo perſequendi, per gloſ. & Doct etiam in l. & ſi fideiuſſor. vbi Iaſ. & l. ſi fideiuſſor. ff. de re iudica. & l. idemque. §. generaliter. ff. mandati, & l. defenſiones. C. de exceptio. Ideoque huiuſmodi defenſiones ab aliis vſurpantur, vt etiam contra paciſcentes opponi queant, contraque rei emptores, & hæredes, & non modo in eos qui iudicio interfuerunt, ſed interdum qui non interfuerūt, vtcunq; res inter alios acta, aliis præiudicari non debeat, ꝙ &

Source : BIU Cujas

de legatarijs reſpondemus,per l.apud Celſum, §. de authoris.ff.de doli mali except gloſſ. in l.2.C.quibus res iudi.non nocet.& repetit vtcũque ſuccincte Vbertus de Bonacurſo, de exceptio.quæ poſt ſententiã,vbi nonnulla exempla eius videre eſt.

Conſtat iam de exceptionibus, quas tamen ex multis paucas quaſi contraximus, quarum contra rẽ iudicatam vſus eſt, puta nullitatis, atque aliis quas peremptorias quoque
355 dicimus.Sed † de vno videtur adijciendum,ſi etiam iniuſtitiæ exceptio poſt ſententiam poſſit opponi.Et ſecũdùm iuris regulam nihil minus competit, cum alia ſint remedia, quibus iniuſto obuiatur, atq; in melius reduci ſoleat. c. cũ inter. vbi Doct.de re iudicata.

Attamen ſi iniuſtè exceptio aduerſum ſententiam oppoſita per aduerſarium fuerit admiſſa,& ſic probetur ,iudex nõ debet eam repudiare, cuius & notionem habuit,apud Inn. in c.cum dilecta de reſcriptis,& c.cum Bertoldus.de re iudicata.Admiſſio ſi quidem illa, quam victor ex cõfeſſo & de facto facit, vehementiſſimam ſuſpitionem iudicato injicit, quòd ſit iniuſtum.Vnde etiam eſt,ſi is ſecundùm quem ſententia eſt prolata, confiteatur eam iniuſtam , iudicis eſſe vt eãm propterea retractet, etiam ſi rei iudicatæ authoritatem fuerit conſecuta.Vnde rurſus conſequens probationẽ quæ contra preſumptionem eſt iuris,& de iure,ſi ab eo,cuius intereſt,non repellatur,admittendam,vtcunque aliàs non ha
356 beret locum. Quod & † procedit in probatione poſt publicatas atteſtationes per aduerſarium admiſſa, propter quod ſubornationis periculum ceſſat, alioquj in huiuſmodi probationibus intercedens. Quæ res eſt multis modis aduertenda , oſtendens eius adſenſum cuius intereſt quid non fieri,non ſemel cautam præbere, vt & contra iuris ſubtilitates recipiatur, & porrò ob vel cõfeſſionis , vel adſenſus proprij adminiculũ haud debeat ſugillari , perinde ac quod ſemel placuit,amplius diſplicere non ſit ciuile,apud Inno.in cap. plerique. de immu. eccle. Doct. in authen.ſed iam neceſſe. C.de dona.ante nupt.Ioan. And.in cap.fraternitatis.de teſtibus,& Abb.latis fuſe in c.cum contingat.de offi. de leg.

Vt, & quibus modis ſententiæ executio impeditur. Cap. V.

357 Ruſtra eſſent † ſentẽtias proferre, & litibus finem imponere,ſi non executionem quoque cõſequerẽtur, vnde & iudicati actionem naſci conſtat, quæ perpetua eſt,& rei perſecutionem continet,ſecundùm Modeſtinum , & præſtaret quouſq; litigatores iudiciaria illa diffinitione contentos eſſe,& pronuntiatis voce accedere, niſi compertum iam haberemus non tãtũ ſententia,ſed etiam in ipſa executione non ſemel peccari, quare, & in hac re perinde atq; in alijs noſtris negotiis ſemper pergimus,& ſpe ſententiæ votis noſtris plenius reſponſuræ nos ipſos iactamus , aut ne iudicatũ faciamus , defenſiones conteximus,partim vt nulla plane fiat executio , partim vt modum cõtineat, extra quem quicquid apparatur , nimiũ eſt,& vitio ſubiaceat.

358 Et ne actum rurſus agamus , † præcipuè huiuſmodi exceptionum ſunt,quas ſententiæ opponi relatum eſt,porrò vt iudicato obſtant , ita quoque executionem eius impediũt, ex quibus tamen primas habent, quibus inualidũ eſſe contendimus,quod eſt pronũtiatũ,in quarum aluo ſunt quotquot recenſuimus,paucis demptis,Velleiani videlicet ſenatuſconſulti, Macedoniani, atq; item in id quod facere poſſis.penes te itaque eſt iſtiuſmodi exceptiones,vel ſententiæ, vel executioni eius opponere , in hoc enim cõparatæ ſunt, vt perpetuò competant.

Actor ſiquidẽ in poteſtate ſemper habeat. quando iure ſuo vtar,is autem,cum quo agitur , ſed non cunctetur oportet, quando conueniatur,aut ex iudicato interpelletur; vtcunque igitur actiones tempore includantur , extra quod non habent vires,Exceptiones tamen liberiores ſunt contra aduerſarij impetum commodantes,preter vnam ferme atque alteram pecuniæ non numeratæ, & dotis nonnumeratæ l. pure mihi decem debes. ad finem.ff.de except.doli mali.l.ſi intra,& l.quaſi.C.de non numerata pecu.authen. quod locum.C.de dote cauta non numerata.habet Specu. de ſentẽtia.§.iuxta.ad finem.

Reliqua impedimenta quibus executioni interceditur,etiã per modum exceptionis obiiciuntur,quare modò impedimenta, modò exceptiones promiſcue appellamus

359 In primis † autem prouocatio legitime interpoſita facit,ne executioni ſit locus ſententia in ſuſpenſo exiſtente , & perinde atque non ſit,donec finiat altera inſtantia,ſilente. Alexand.& Iaſon in l.1.ff.de re iudica.Felinus in rub. de appell. Id tamen quod non ita ſe habet,ſi fatale tempus iam ſit præter lapſum, niſi fortaſſis ĩ auditorio principis appellatio pẽdeat,apud quem res non poteſt ita accelerari,vt qui nec iuris ordinem ſic inconcuſſum obſeruat,authen. ſed ſi lis. C. de tempori.app.Inno.in cap.in cauſis.de re iudi. & Bal.in l. fin.C.de legib.

Quod de quocunque iudice accepimus , per quẽ ſolum ſtat,ne appellationis cauſa expediatur.§. hoc quoq;.in Authẽ.vt ſpon.ſimiliter ſi in arbitros ſit compromiſſum,appellationis tempus non præterlabitur propter adſenſum partium, quæ in alios iudices arbitrium prorogarũt, in Auth. de appell.§.deinceps.col.8. Bald.in l.eos.§. apoſtolos. C. de app.& in cle.quandiu.de app.

360 † Supplicatio quoque principi aut præfectis prætorio oblata impedit executionem, quandocunque cauſa grauaminis ſit indubitata , vel ſi calumnia abſit , & probabile videt̃ eſſe,quod prętenditur, & aduerſarius de reſtituendis rebus, earumque fructibus & acceſſionibus idoneam non præſtat ſatiſdationem,& Auth.vt ſpõſa.largit.§.aliud.& Auth.quæ ſupplicatio.C.de preci.impera.offeren.

361 † Illud quod & in integrum reſtitu. contra ſententiam poſtulata præſtat, idque impedimẽtum Bal. licèt cum diſtinctione admittat , ſi reſtitutionis cauſa altiorem cognitionẽ non requirat , communis tamen aliorum ſententia diſcrimen hoc minus exigit,& ad l.j.C.de in integr.reſtitutio.poſtulata tenaciter, heret, quam ſecundum ca.ſuſcitata. de in inte.reſtit.poſtremò intelligunt, vt diſtinctio illa quodammodo videatur ciuilem conſtitutionem ad ipſum canonẽ redigere,cuius in foro ſit vſus.

362 † Præterea Sempronius centum quæ ex empto debet p̃ ſententiam mihi dare eſt iuſſus,deinde quia Plautius magis eſt ſoluendo centum illa,quæ Sempronius debet ex ipſo mihi dari ſtipulor animo nouãdi obligationem etiam verbis accedentibus expreſſis, quandoquidem actio iudicati per nouationem expreſſim factam , in aliam petitionem traducitur,& ſic in ſecundam obligationem eſt itum , executio in Sempronium debito liberatum non debet fieri l. fin. C. de nouatio.§.ſed cum hoc quidem. Inſtitu.quib.mod.tollitur obliga.l.ſi ſe non obtulit.§.ſi ex conuentione. ff. de re iudica,& l.minor 25.annis.ff.de minoribus.

363 † Sed ſi pignora accepta ſint in rem iudicatam , aut fideiuſſores,conſequens eſt dicere,non ceſſare executionem,quippe cum acceſſerit aliquid rei iudicatæ,non venit propterea a iudicato recedendum. In allegato §. ſi exconuentione.l. 4.ff.de re iudica.Barto. in l.conſentaneum. C. quomodo & quando iudex.

364 † Sed de eo quæritur , qui poſt ſententiam alium nomine ſuo offert debitorem, puta, Seius 20. ſolidos Titio per ſententiam debet. Interim autem Caium & ipſum debentem ſibi 20.Titio delegat,qui & 20. Titio Seij nomine ſe daturũ ſoluturumque interueniente ſtipulatione ſolemniter promittit . Nomine hac ſpecie a iudicato erga Seium videatur itum,vt executio ceſſet? Tametſi Barto.& Ange.hereant,nihil certi reſpondentis,quaſi in caſu principali conſtitutione,legeue non deciſo, Bald. tamen & alij diſerte arbitrãtur executionem ceſſare , vtcunque nouatio obligationis non fit facta,cum alium ſuo nomine reus debitorem delegarit ſolennibus modis,etiam a creditore receptum, quod eſt aduertendum,per Bald. Imol.Raph.& Pau.de Caſ.in l. delegare.ff.de nouatio.in l.pecuniam.ff.ſi certum petat.& Imo.in l.penul.ff.de nouationibus.

365 † Inciuile eſſet,ſi executio s̃.iudicationis tenorem deberet fieri;in hoc enim modũ excederet, qđ in omni re vitio vertit̃,p̃cipue aũt in iudicato,vbi recti ſolũ ratio eſſe dẽt : quotieſcunque aũt ſnĩæ executio nõ rñdet, ſed eius modum ſuperat,nulla erit,& per exceptionem impeditur,aut ſi pergere non ceſſet,qui eum facit,interpoſita appellatione ſuſpẽdetur.Porrò, etiam ſi de facto contingat,retractanda, & exceptio appellationis interpoſitæ non ſecus,atque aliæ procurationes,erit implemento,alioqui non habebit obſtaculum propter rei iudicatæ authoritatem in l.ab executione. C. quorum appellatio non recipiuntur.

366 Modus aũt in exequẽdo multijuge excedit̃ : qa cõdẽnatio eſt in re viginti aureorũ , & victor iubet̃ in pratũ ire , qđ eſt 30.aureorum. Quod & in q̃titate fit,puta triginta Seio dare es ꝺdẽnatus,& executor iubet,vt 40. ſoluas. Idem exceſſus añ legitimũ quoq;, & executioni p̃ſcriptũ tp̃s ꝺmittit̃, qđ eſt quadrimeſtre,vt in l.ſi quis prouocatio.C.de app. vbi gl. Proinde ſi executor ẽt exceptionis,q̃ ad ipſum pertinet,cognitione vtcũq; ex ꝺtinẽti ſcrutanda poſthabita, ad executionẽ ſe accingat.l.perẽptorias. C.ſentẽ.reſcin. nõ poſ. & l. 1.C.de iuris & fac.ignorã. & eſt per omnia in l.ab executione.apud gloſſematicum.C.quorum appella. nõ recipiunt̃.

367 † Cumque ex omnibus illis caſibus appellandi ab execu-

tione

tione ſit facultas,ne & ipſe, q de modo diſputas, extra modum, quid adtentare videaris,ab ea ſolum parte prouocas, in qua modus excedit,vt in qua grauaris,& non a tota executione,adeo vt ſi pars rei, de qua iudicatum ſit, habeatur certa, pars autem incerta, illa quæ certa eſt iudicato accedat,eius autem partis,de qua quæritur,cognitio fieri dēt,reſpondet Maria.Soci.in conſi.23.viſis. parte 1.

268 † Eapropter conueniens eſt, vt exprimas in qua parte modus excedatur,& prouocandi cauſam præbeat, ad quam & exceptionem concinnare debes ſuper interpoſita appellatione ꝓperādam, ne cauſa ſuppreſſa calūnias potius ſtruere iudicatis exiſtimeris, quam neceſſariam adornare defenſionem, tradūt Bar.in l. ab executore.ff.de appel. Bald. in l. ab executione. C. quorum appellatione non recipiuntur. Anto. Panor. & Felinus in capi.quod ad conſultationem. extra de re iudicata.

369 † Hoc etiam eſt,quod probamus, qñ a mala ſnīæ interpretatione fuerit ꝓuocatū, nā & hæc appellatio p exceptionē refricata facit, vt executio ceſſet.Barto.cum aliis præſertim Alexan.in additionibus,in l.ab executore. ff. de appellatio. In caſu autem, quo executor defenſiones tuas audire recuſaret,ac per imperitiam,vt pleriq; ſunt, aut in victoris gratiam executionem moliretur,tunc & a denegata exceptione prouocare licet, quo ſi quid noui interim fiat legitimo appellationis remedio ad priſtinum reuocetur.

370 † Et ne diutius fluctues,ad quem huiuſmodi appellationis ab executione cognitio pertineat,ſic rem obiter ſaltem accipe,aut qui executoris partes gerit,per ſe modum excedit, & ad eum iudicem ꝓuocatio eſt, qui executorē dedit, aut iudex facit executionem immodicam,aut alteri ꝓmiſit, vt in ęum modum ſnīam exequeretur,& tunc ſuperiorem recte appellamus,qui grauamē hoc in eo,qđ excedit,ſubmoueat,& executionem adiudicationis modum legitime fieri proſpiciat,docet Barto. in citata l.ab executore.ff.de appel. Alex.Iaſon & alij in l.a diuo Pio.§.j.ff.de re iudica. Ant. de But.Zaba.& cęteri Pontificij iuris interpretes.in c. quod ad conſultationem.extra de re iudica.

Neq; iſthoc forte minus in loco erit, quod de iudicibus ab alio magiſtratu ad examen cauſæ datis ſtatuēdum, ſi vel ipſi ſententias ſuas exequi habeant,vel illi a quibus ſunt delegati, vt cognoſcamus executio legitimis modis impediri poſſit necne. Et hic rurſus diſſidium eſt inter ius ciuile, &

371 pontificium. † Porrò ex diui Pij reſcripto illi magiſtratus iudicum a ſe datorum ſententiam exequuntur,qui eos dederunt, non enim cui executio ſtatim commiſſa videtur,q cognitionem mandatam habet,quod executio,quæ plerūque per immiſſionem in poſſeſſionem fit, miſti ſit imperij, quod per mandatum non expeditur. l. iubere. ff. de iuriſd. omn.iudic.& l.j.& l.cognitio. ff. de offi. eius cui manda.eſt iuriſdic.vbi gloſ.

Secundum canones tamen ea, quæ meri & miſti imperij ſunt,alteri delegantur, quapropter qui mādatam habet iudicandi prouinciam in certa re, ſnīam ſuam ēt exequi poterit,eſt in c.cum veniſſent.de eo q mit.in poſ. & c. cum dilecto.vbi Inn.de ver.ſign.in c. in archiepiſcopatu. de rapto. Docto.in c.ſi quis ꝯ.de fo.ꝓpe.& in cle.vna.de offic.delega.

372 † Quod verò in qōnem vocarēt de principis delegato,quò ad iuris cōis obſeruationē, neque is habet authoritatē exequendi ſnīam ſuā, cū iuriſdictio illa ſibi non ſecus, atq; ab ordinario ſit demandata l.a iudice.C. de iudi. in Auth, de li tig.§. omnem.ver.aliis autem omnibus,& eſt gl. in l. a diuo Pio. ff. de re iudica. ſequitur Spec. in tit.de execu.ſenten.§. poſtremò.

Aliud eſt in eo,quem Pontifex iudicem dedit, qui ſnīam a ſe prolatam exequi nō prohibetur: etenim ſi a minore magiſtratu ea ſibi authoritas mādatur,magis eſt, vt a ſupremo eandem accipiat cap.paſtoralis.de offi.& poteſta.iudicis de leg.vbi multa huius argumēti videre eſt apud interpretem, & Doctores, vt reliquos locos præteream.

Quòd ſi ad hanc iuris vtriuſque obſeruantiam, qđ indubitatum eſſet,rñdere velimus ſm ius ciuile,nullus ab alio iudex datus ſententię ſuæ executionem haberet.Verum quia plereque cauſæ ēt ciuiles ad Pōtificis ꝓſiſtoria,vti ex canonum diſpoſitione ſunt ordinata expediuntur,vſu ferme eſt receptum, vt hodie ēt a principe iudex datus quodammodo exequendi iudicatum ſuum authoritatem ſibi vſurpet, & diſputationis farraginem in ordinem cogat,quod & Barto.non improbat,in adducta in l.a diuo Pio.

373 † Haud ſecus de eo, quia delegato iudex datur, noſtri ſubdelegatum vocāt,eſt quæſitum. Sed minus ſcrupuli habet, q ab eo datur, cui per minorem magiſtratum iudicatio eſt mandata, vt qui exequendi ius nō habeat, cum nemo plus iuris in alium tranſferre poſſit, quàm ipſi eſt commiſſum. De eo tamē,qui a principis delegato ſubrogatur, nec dum inter prudentes conuenit.Bar.enim quibuſdam ſubſcribētibus putat executionis ius penes eum eſſe.

Alexander verò & Iaſon aliorum ſententiis adiuti, id inficias eunt, quaſi priuilegium delegato a principe conceſſum,& quodammodo ex authoritatis præeminentia in cō miſſarium exundans,in eius ſubdelegatum non ſoleat trāſmitti, quapropter ſententiæ executio, neque de canonum iure penes eum eſſe poſſit,per c. ſuper quæſtionum articulis,§.nos aūt.& §.ſi verò. de offi.deleg. ſentiunt Imo. & alij in c.ī literis, & c.paſtoralis.eo.Spe.de exe.ſen.§.nūc dicēdū.

374 † Ex quibus te non poteſt latere,quando nam executio iudicis ab alio dati ſeu delegati poſſit impediri. Etenim ſi a principe ſit datus, tunc demum interceditur,ſi modum ſupergrediatur,vt eſt vſurpatum, cum de iuris rigore etiā nullam exequendi authoritatem acceperit.

Sinautem ab inferiore magiſtratu ſit datus, aut etiā a quocūq; delegato ſubrogatuſue illi,nullum executionis faciēdi ius competit, ſed per executionem,cui & hæc cauſa immiſcetur, quod eius rei authoritatem non habeat ſubmoueri poterit, aut ſi neque eam admittat iudicem, a quo eſt datus prouocari.

375 Id tamen † quod non procedit in ea executione,que dilata,periculo aut pernicioſo exemplo publice eſſe poſſit,forte quia cauſæ penali eſt datus, & latro eſt famoſus, quē cōdemnauit;quia publice intereſt, vt peſtes illæ extinguātur, ſentētiam ſuam exequi, & poſtulatum ad ſupplicium iure deſtinatū ducere ſine vllo impedimento valet Bar. & Doc. in l.j.ff.de offi. eius cui mandata eſt iuriſdictio.

376 † Arbiter,qui ex cōpromittentibus partibus,& cognoſcendi,& pronuntiandi ex lege tamen ius cōſequitur,executionem ſententiæ ſuæ,vt quam miſti imperij eſſe diximus,adquē iudicis officium pertinere,facere non poterit,ſed ad ordinarium, cui diſceptatores parent, ea ſpectat,per allegatā l.a diuo Pio.vbi id tractatur.ff.de iudiciis.

Nec refert illud Vlpiani, ſtari ſententiæ arbitri debere, ſiue æqua ſit,ſiue iniqua,& ſibi imputet,qui compromiſit,cum & ex diui Pij reſcripto adiiciatur, vel minus probabilē ſententiam æquo animo ferendam, l. diem proferre.§.ſtare.ff. de receptis arbit.& l.fi.C.quando prouocare nō eſt neceſſe. Nam bono viro non male hoc conueniret,vt promiſſis, & placitis in ea re ſtet,præter hoc,quòd pęnam compromiſſo adiectam me tuere debet,ne ſi ex lege eſſet prouuntiatum, eam examinato negotio luere cogatur.

Alioqui & arbitri ſnīa per appellationem reſcinditur, aut ad boni viri arbitrium,etiam ſi appellationi ſit renuntiatū, commode reducitur, quo facto executioni poteſt intercedi,etiam per ordinarium iudicem inſtauratæ, & ſi non audiaris; quia non debet alter alterius intuitu grauari etiā qa a legitima defenſione repelleris, prouocare nō prohiberis.

377 † Poteſt & illa executio impediri, quam iudex ordinarius in alterius territorio,aut prouincia mollitur,vbi nullū imperium,nullam iuris adminiſtrationem habet l.extra territorium.ff.de iuriſ.om.iudi.l.properandum.§. ſin autē reus. C.de iudiciis.& l.cū vnus.§.is qui poſſidere. ff. de bonis authorita.iudicis poſſidendis.

378 † Cęterùm ne propterea res iudicata maneat inauis, recte conſtitutum eſt,ſententiam ab alio iudice prolatam etiam in prouinciis alioue territorio poſſe per præſidē, magiſtratumue,ſi hoc viſum fuerit,ad finem perduci,efficacemque fieri,id tamen,quod ſua ſponte præſes, aliusue magiſtratus non præſtat,ſed opus eſt, vt per literas eius,qui ſententiam dixit,ad hoc imploretur, quod & paſſim obſeruatur, eſt in l.a diuo Pio.§.ſententiam verò dictam.ff.de re iudi.& gloſ. quam Pau.de Caſt.vnice commendat l.cum quidam.§.fin. ff.de iuriſd.omn.iud.& habes glo.quæ ad alterius iudicatū, etiam in mulcta eroganda alterum iudicem interpellandum adſerit l.ex cauſa.ff.ſi quis in ius voc.non ierit.

379 † Et niſi magiſtratus alterius territorij ab eo,qui ſnīam protulit literis pro facienda executione requiratur, non eſt, vt ſua ſponte illud facere authoritatem habeat, cum iuriſdictioni ſuæ nihil cōe ſit cum hac ſententia, quæ ab alio proceſſit.Niſi forte actio iudicati per victorem intētaretur,quā rei perſecutoriam eſſe diximus, & eam apud quemcunque iudicem,cui reus ſubditur, exercere eſt permiſſum.

Siquidem actio nihil aliud eſt, quàm ius perſequendi in iudicio,quod cuique debeē, & ab eo iudice recte adminiſtratur,cui id quod iuris ordine perſequimur,eſt ſubiectum,ꝙ non fit in executione iudicis officio peragenda, ex eo manans,qui ſententiam dixit,quòd alius ſine interpellatione, & quaſi titulo deſiderato non conſequitur l. properādum. §.ſinautem reus.ff.de iudi.tex.in c. Romana.§.contrahētes, de fo.compe.Bar.in l.a diuo Pio, & l.j.ff.de iuriſdictio. omnium iudi.

380 † Cumq; iudiciaria functio nō ſit extrema in repub.quā &

Source : BIU Cujas

propterea promotam oportebat, si alterius prouinciæ magistratus pro iudicati expeditione requirat, non debet operam illi suam subtrahere, sed quod sententia ꝓprehensum est, vt legitimum finem consequatur, quantum poterit curare, alio qui mortuo verba facere videretur, adiudicās qđ exequi non posset, nisi alter alterum, quasi per manum iuuare paratus esset, vt illud, quod summa prudentia est constitutum, et iam facto impleretur.

Quis Edepol rerum publicarum esset ꝓcentus, quæ harmonia toties a philosophis ēt laudata, si non vbiuis terrarum idem magistratus honor non mutuum rerum gerēdarum præsidium, vel sit stabiliendam iurisdictionē haud alienū? recte itaque introductum est, q magistratus etiam ab alio iudicatum implere, & ad implorationem ꝓpea factā operā suā collocare debet, q si neglecto officio præstare contempserit, a superiori magistratū cogi ad id poterit præter hoc, quod ei secundum quem sententia est lata ad interesse teneatur, apud Bar. in l. a diuo Pio. §. a. ff. de re iud. & Ant. But. in c. postulasti. de foro compe.

381 † Quod etiam in eꝓo locum hz, qui rem a laico iudicatam exequi debet, non q legibus in parte tā sit addictus, sed magis, quo & ipse functioni iudiciarie patrocinium suū adhibeat, proq; cōi hominū trāquillitate tueātur, est gl. singularis in l. ex ea, ff. de postulando. Bal. & Iason in l. properandū §. sinautem. C. de iudi. Inno. & Bal. in c. j. de offi. ordina.

382 † Vbi nequaquam obliuioni tradēdum, in casu, q ꝓ aliud ius municipale seu statutarium est apud iudicem pronuntiantem, aliud apud eum qui executioni destinatur, sententiam prolatam non posse efficere, vt in executione ad statutum, & mores eius territorij, in quo est iudicatum spectet, sed secundùm municipalem obseruationem eius prouinciæ, in qua ad finem produci debet, atque executioni mandari, receptum enim est, quòd in executiuis mores, & statuta spectamus eius loci, in quo res iudicata perficitur.

Qui locus, quānuis a nobis adstutus videri possit, dignus est obseruatione, ne istiusmodi iudicatis præstandis impingamus, ignorantes quod nā ius ex diuersis locis diuersum expositum instituto magis respōdeat, aliàs facile esset in hac re modum excedere, prouocationique, & deinde executionis impedimento fenestram aperire. Bal. in l. singulari. C. de confessis, suffragante. l. missi. C. de exactoribus tributo. li. 10. Alex. & Iason in l. properandum. §. sinautem. C. de iudi. & colligit Anto. de Tremolis ad Vbertum de impedimentis executionis. vers. septimò, si iudex ordinarius.

383 † Sunt & aliæ causæ non tam leuiculæ, vt silentio inuolui debeant, quibus res iudicata finem suum consequi prepeditur, vt si res perdita, ad cuius æstimationem soluendum qs condemnatus est, rursus inueniatur, aut apud victorem esse ceperit, veluti rem commodatā perdidi, & pro ea ad pretium soluendum per sententiam sum condemnatus, deinde res; quia in potestatem tuam venit, petēti executionem obstabit exceptio: cum & si pretium dedissem, cōtrario cōmodati iudicio, aut mihi præstare, aut quod accepisti reddere, secundum Labeonem, cogi posses. l. in commodato. §. fi. & l rem mihi commodasti. ff. commodati.

384 † Haud dissimiliter si fullo vestimenta lauanda cōduxerit, deinde amissis his domino pretium ex locato soluere per sententiam est iussus, postea quam aut dominus vestimenta inuenerit, nihil est in executionem perducendū, sed obstabit exceptio, nā etsi pretiū soluisset, tñ vestimentis redditis quasi sine cā id datum videtetur, posset non solum exꝺucto agere, vt Cassius rñdet, sed ēt condicere domino, qđ sine causa dedit. l. si fullo, vbi Doc. ff. de cōdictione sine cā. Præterea sunt, qui tñ debitum agnoscunt, vel in ius confitentur, vel etiam condemnati sunt, vt satisfieri a se creditoribus non possit, aut si possit, non tñ absq; tpis dilatione, q ꝓpea bonis cedere poterunt, tametsi creditoribus soluendi inducias permittentibus nō queant bonis cedere: pluribus autem inter se propterea discordātibus maioris numeri votis statur, quem & ex crediti quantitate accipimus, q si pares, vltro citroque sint, creditores, ex benigniore sententia quinquennales inducias ad solutionem faciendam habebit; iuxta l. cum solutio. C. qui bonis ced. pos.

385 † Et qui sic bonis cessit, neq; ab ijs, quibus vrgentibus id fecit, neq; ab aliis, vt Cassius & Sabinus putāt, inquietari pōt, sed dūtaxat ad ea, q postea acqsierit, in q̄tū facere pōt, cōuenit. l. is qui bonis, & l. q cedit bonis. ff. de cessione bonorū. Et quia bonis terga dedit exceptionē consequitur, qua executiooem impedit, tantum abest, vt in carceres, qui non sit soluendo, detrudi debeat, sed etiam intrusum rursus oportet eximi, per gl. & Doc. in l. quibus bonis. ff. de cessio. bonorum, & tex. in l. 3. C. de bon. aut. iud. possi.

386 Qui actione noxali a pluribus conuenitur ex eiusdem serui maleficio, & vni corpus dedit reliquis actio iudicati denegabitur, & petētibus rem iudicatam fieri obstat exceptio deditionis; ex quo eñ oībus dedere eū noxę nō potuit. ad litis quoq; æstimationē reliquis nō tenet, occupātis meliore existēte ꝺditione; vt quia prior sñiam obtinuit, prior seruū noxæ consequatur aliis exceptione sup noxę deditione obstāte. l. si quis a multis actionibus, & l. inter cos. ff. de re iudi.

387 † Item in rei vendicatione contingit: nam is a quo fundus petitus est, publiciana forte ab alio quoque eiusdem fundi noīe conuenitur. Si alterutri eorum iussu iudicis fundum restituere debeat cautionem prius ab eo recipiet sufficientē, si alter fundum euicisset, qđ vellet eum præstare, ita eñ fiet, ne duplex incurrat damnum, si vtrique iudicatum restituere fuerit coactus, & hoc casu executionē a postremo petitā ītercipiet. Est ī l. is a quo fundus. ff. đ rei vēdicatione.

388 † Quod & in legato sub conditione respōdemus, quod hæres iure petit, satisdatione tamen præstita, si cōditio existat, se id redditurum. Deinde euenīente conditione legatarius id petit, sed exceptione tutus erit, qui hæredi legatum dedit iudicis iussu: nam hæres iuxta cautionem pollicitis satisfaciet l. penultima. ff. de petitione hereditatis.

Oñdimus, q̄bus mod. impe. haberi queāt, ne iudex rē iudi. exequatur, idq; aut ex parte, aut ex toto, supereſt, vt eorum quoque moneamus, quibus nulla ex parte impeditur, sed ad tempus soli differtur, quod maxime contingit, si quādo super rebus pignoris iure ab executore captis cōtrouersia habeatur puta victor rem suā esse affirmat, reus negat, qua specie qui iudicatum exequitur summatim cognoscet de re, cuius sit, & si cōstiterit eius esse, qui ꝺdemnatus est, rem iudicatam implear, sin verò eius, qui controuersiā mouit, aliam pignori capiat, & interea tpis executio est differēda. l. a diuo Pio. §. si super rebus, & §. sed & illud. ff. de re iudica. Quod & tunc obtinet, qñ neq; victor, neq; victus, sed alius quispiā rē pignori captā suam esse adseuerauerit, siue iure proprietatis, siue ob possessionis ꝓmodū, gl. & Bar. in l. adducto. §. si super rebus, & l. 2. C. si per vim. & Ale. in l. si marito. ff. solu. matrimo. Panor. in c. cum super. de re iudicata.

389 † Secus est, vbi sē quis pignoris loco rem illam habere dicat, qñ executioni non interceditur, sed res debet distrahi, aut vēdi, & quod supra creditoris pecuniam reliquum fuerit victori in iudicatum dari, id quod non est iniquū, siquidem creditoris cònditio suum consecuturi nō fit deterior, nec prius ius pignoris dimissuri, quā si ei fuerit satisfactū, est text. in §. quòd si res fuerit pignorata. l. a diuo Pio.

390 † Frequentatur etiam compēsatio debiti & crediti inter se contributio, tam vtilis cognitu, vt quæ maxime. Ea licēt p reconuentionem aduersus eum, qui petit quantitatem, instaurari soleat, exceptionem. tamen etiam parit, quam nostri cognominant, non modo in iudicio, atque item appellationis causa, verum etiā ipsi executioni opponenda, non quidem, vt toti iudicato obstet, sed eius duntaxat parti, quę compensandis respondent, nisi & debitum eam excedat, qñ vltro citroque fit totius contributio.

Ex eo necessaria est summaque ratione introducta, secundùm Pomponium, quia interest nostra, potius nō soluere, quàm solutum repetere. Porrò Modestinus, qui Actio 20. dare est condemnatus, in faciēdo iudicato obiicit, Actium. 15. debere, quod & in confesso est, recte igitur 15. Modestinus retinebit 5. solum daturus, quæ, si Actius recipere nolit, consignari poterūt, atque deponi, & sic pignora quoque, si quæ essent accepta, redimuntur. l. i. & l. ideo. ff. de compensatio. l. 2. l. si constat. & l. inuicem. C. de ꝓpensatio. Ex q̄bus nihil obscure habes, ꝓpensationē ipso iure necessariò introducto fieri æqui & boni quoque rōnem habentē, cum temporis iacturam vano etiam labori coniungerent, qui quod creditori suo debet, non posset eum eo, quod sibi è regione ab ipso debetur compensare, & quod hodie soluisset, cras repetere cogeretur, tedio inuicē non ꝓtēnendo.

391 † Rectè itaque pecuniæ compensationem sibi debitæ implorauerit, qui iudicati conuenitur, ad quod per exceptionem scripto oblatam poterit peruenire, cui per obliquum est locus, quando retinetur, quod rursus debet, qui iudicatum vrget, in citata l. 2. vbi Bald. & Doct. in c. suborta. de re iudica. Bar. in l. scire. §. oportet. ff. de excusatio. tuto. & in l. si cum dos. ff. rerum amotarum.

392 † Et non solum in quantitate inuicem debita ꝓpensationi est locus, verum etiam in fructibus, & rerum accessionibus non extantibus. sed ꝓsumptis, ad quorum æstimationē pecunia soluendā fit iudicatio, quod & in aliis rebus sic æstimatis venit accipiendū, vbi non res ipsa, sed quantitas, pp sñiam, aut aliam nouam obligationem, amplius debetur, cui tandem hoc compensationis remedium opponimus. Bar. in l. qđ dr. ff. de imp. in re. do. fact. Bal. in l. si cōstat. C. de compensa. & in l. diuortio. §. ob donationes. ff. soluto matr. Innoc. in c. ad nostram. de iureiuran. vbi & Felinus, & alij.

Quod

Source : BIU Cujas

Quod in iudicijs vniuerſalibus maxime vſu venit, cuiuſmodi ſunt petitio hæreditatis, familiæ erciſcundæ, & communi diuidundo, & ſi quod aliud in hanc rē exponatur, eius tale poteris tibi ſumere exemplum. † In iudicium hæreditatis pla-
393 cuit omnes res per defunctum relictas venire, ſiue iura ſint, ſiue corpora, atque item fructus omnes hæreditatem augentes, etiam ſi poſt aditam hæreditatem acceſſerint, quos intelligimus deductis impenſis quærendorum, colligendorum, conſeruandorumque eorum gratia factis, quod non ſolum (inquit Paulus) in bonæ fidei poſſeſſorib. naturalis ratio expoſtulat, verum etiam in prædonib. l. item videndum. §. nūc videamus. l. item veniunt. §. fructus autem. & l. ſi a domino. §. fructus intelliguntur. ff. de peti. hæredi. Cumque ad iudicati cauſam ſit ventum actor quicquid hæreditate hac, quā per ſententiam obtinuit, contineri putat, in executionem perducendum propoſita liquidatione, vt vocant, vrget, inter quæ fructus quoque ſunt, & quæcunque acceſſiones, quib. hæreditatem augeri conſtat, ex quo autem, & huiuſmodi augmē
ta hæreditati accedunt, neceſſum eſt vnà cum bonis illis petitis reſtituantur, Senatu: etiam conſulente, vt eſt expoſitum. Verum cum alios fructus bonæ fidei poſſeſſor, alios prædo, aut qui fidei eſt detentor, reſtituat, proinde expenſarum non vna ſit ratio, inſtructus eſſe debet reus, vt excipiendo non patiatur in his iudicatum perfici, quæ, vt apud ſe maneat, iure eſt ſancitum. In qua re primum eſt, vt fructum habeas diſcrimen, ex quibus perceptos, & quando extantes ſolum bonæ fidei poſſeſſor, percipiendos autem, atque etiam nō reliquos prædo reddere iubetur. † Deinde ſi quid hæreditatis cauſa ſit
394 impenſum, exceptionem tibi miniſtrabit. Nam quæ neceſſariæ ſunt, atque vtiles impenſæ, recte ſeparantur, in quibus ne & prædo de ſe conqueri poſſit, quaſi petitor ex aliena iactura lucrum ſibi facere debeat, & omnes in vniuerſum impenſas non ſine dolo malo retinere, hanc differentiam Paulus Iureconſultus adhibet, vt bonæ fidei poſſeſſor: quia in ſuam rem ſe facere ſumptus credebat omnes omnino impenſas deducat, licèt res non extet, in quam ſunt facte. Prædo autē non aliter, quàm ſi res in quam eas expendebat melior ſit facta. Cæterùm qui ſint illi fructus, quæ item impenſæ modò ab eo, qui titulum ſuæ poſſeſſionis habet, modò ab eo, qui extra fidem bonam eſt, deducendi, atque retinendi, vt interim executio impediatur, donec de negotio fiat, non eſt præſentis loci, quando ſatis exiſtimamus, te eius ſaltem monere, vt quaſi per tranſennam videas, quando huiuſmodi defenſionibus contra rem iudicatā tueri ius tuum ſit permiſſum.
395 † Quæ licèt modò deductionis, modò retentionis nomine apud Iureconſultum veniant, ad compenſationem tamē referri etiam poterunt, præſertim ſi de fructibus æſtimatio ſit reſtitutioni deſtinatis, quibus impenſis nobis debitas apponibus, vt ſic deductione facta, noſtrum retineamus, petitori quod ſuum eſt obueniente, ſic enim oportebat compenſationem fieri eius, quod inuicem debetur. Aliud eſt, ſi de rebus quæratur executioni deſtinatis, quarum ſi aliquas reus, vtcumque petitas iudicatum non ſequi, ſed certis ex cauſis ſibi remanere legitime contendat, ſiue fructus ſint, ſiue alia corpore iam verbis ꝓprias ſignificationes attribuamus oportet, & deductionis, atque item retentionis nomina vſurpamus, & rem ipſam deducimus, atque retinemus. Eſt in l. planè. l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. §. adeo. & l. ſi quid poſſeſſor. §. ſed & ſi. ff. de peti. hæredi. Bar. in l. fructus. ff. ſolu. matri. l. ſi in area. ff. de condict. indeb. l. hoc iudicium. §. impendia. ff. com-
396 muni diuid. & l. creditor. §. fin. ff. mandati. † Reliquas ſpecies vnde rei iudicatę executionē impedimus, ipſe tibi inter vſum iuris comparare poteris, vt ſunt vbi bona iudicatum ſequi iubentur, quæ ſententia non ſunt comprehenſa, vt ſi ea, quę petitione hæreditatis vicit bona feudalia illa maxime, quæ virorum ſui natura ſunt, dari cupiat, cum tamen hoc hæreditatis iudicio non contineantur, per gl. Bar. & Doct. in l. item videndum. §. nunc videamus, in verbo, ſiue iura. ff. de petitio. hæredita. Bal. in c. i. an agnatus. in vſib. feudo. in l. liberti. C. de ope. liber. & l. qui ſe patris. C. vnde liber. &c. Quæ omnia tibi defenſiones ſuppeditabunt rei iudicatæ obſtaculo futuras, modò in tempore, & loco arripiatur, neque ſolum iudex, q̄ pronunciauit, de his cognoſcet, verum etiam, qui vt iudicatum exequatur, deſtinatus eſt, ſed alio, alioque fine. Nam iudex ipſe in hoc de cauſis rem iudicatam impedientibus notionem habet, vt ſuper eis quoque pronunciet, quatenus obſtent, necne, executor autem, quia iudicium in ea re iuſſus
397 tantum implet, † vnde & merus ſeu nudus dicitur, vt ſciat, an & quatenus exequi debeat id, quod in nullitatis exceptione potiſſimum locum obtinet, qua probata ſibi abſtinendū diſcit. Cuius propterea monendi ſumus, ne ſi ipſe cognitione impedimentorum ex integro ſibi attribuerit appellationi feneſtram aperiret, cum functione ſua nimiū dilatata, modum excederet, docet Card. Zaba. in cle. 1. §. eorundem, de foro cōpe. Bar. in l. a diuo Pio. Bal. in l. ſi non cognitio. ff. ſi ꝯ ius. Inn. in c. decætero. de iureiu. & Bar. in l. ſi prætor. ff. de iudi.

Aequiſſimo conſilio factum, quòd iudex litigaturo ſuſpectus recuſari poſſit. Cap. VI.

RECEPTUI nobis cauendum erat, poſtq̄ expoſitis appellationum cauſis oſtendimus, qui. mod. & ſnīa reſolui, & res iudi. impediri poſſit, cum illud ferme ſit arg. quod impreſentiarum tractare inſtituimus. Sed tamen & illa iuris parte ſeſe quaſi ingerēte, qua iudicaturum ſuſpicionis inſimulamus, placuit de accuſationib. non nihil adiicere, eo confidētius, ꝙ & poſt rem iudi. atque ad impediendam execu. q̄nque nobis vſu venire ſolent, vbi facile mihi obiicere, non eſt nouum admodū
398 ꝙ auſim, cum illud ante nos Vber. † eiuſque compilatorem Guli. Duran. cognomēto Spe. Lāfr. ab Ariadno, & Ste. Auf. ſingulis trac. proſequutos eſſe conſtet, vt aliorū obliuiſcar, qui vtrumque ius interpre. nihil vñr omiſiſſe ad huius rei cognitionem pertinens, quod ego quidem facile tibi permiſerim, modò hoc mihi dones, vt quæ illi, vt̨ cōfuſanee, vel paſſim referunt, ego cogere quodammodo, & quaſi cominus deguſtanda proponere queant. Vbi iterū commendanda nobis eorum prouidentia veniret, qui publicarum rerum curā ſuſcipere, atque vt iudiciorum inculpatus ſit vſus, proſpice-
399 re non ceſſarunt. † Adeo ſi quidem de reb. controuerſis pronunciaturi veraces, integri, candidi, & illi, quib. idē ſint Actii q̄d Titij eſſe debent, vt ēt oī ſuſpicione carere eos oporteat, vnde vel alteri parum æqui, vel in alterum nimis propēſi videri poſſint, & rō ipſa facile oſtendit, eorum iudicia nobis fugienda, quos ꝓp inimicitiam offenſos habemus: vindex. n. natura eſt, cui nihil amabilius contingere poteſt, q̄ ſi ipſi ad petendum committatur, quem lædere forte in aīo habe:, id quod a iudicis ſyncericate q̄ longiſſime abeſt: cum & iuſtitię domum pindarum ille altiorem faciat, q̄ vt prauis hanc homines dolis ſuperent. Ex qua neq; regendæ vnquam ſunt iuriæ, tm̄ abeſt vt inferri debeant cuiquam, cum & inter priuatos, qui iniuriam intulit, propterea ꝙ prior cām præbuit, maius flagitium admiſit, vt Maximus Titius diſſerit, attamē qui referre non ſit veritus, idcirco quia ſe vltus eſt, ei improbitati coæquatur. Aequiſſimo itaque conſilio factum exiſtima, vt eum non cogaris ferre iudicem, qui tibi ſit aduerſus, inimicus & magis ſuſpectus, quàm vt ei fortunas tuas, ne di-
400 cam ſalutem, ac vitæ, q̄nque conditionē credere debeas, † ꝙ ſi ea ſit animi impudentia, vt contempta iudicandi religione quo ſub iuris dicundi prætextu liberius nocere detur, ſeſe tibi arbitrū ꝓſtituat, aut ēt ſi is fortaſſis non moliatur, neq; ad deſterā neq; ad ſiniſtrā ꝓpea declinaturus, & tu cām habeas, ꝓp quam ſuſpecti tibi ſit iudicii, apertiſſimo ſuffragante iure ipſum recuſare poteris, & ne de re tua vel cognoſcat, vel pronunciet, efficere, aliumque minus tibi metuendum diligere. Etenim cū naturale ſit tā ſuſpectorū iudicū inſidias tēpeſtiue declinare, q̄ inimicorū iudiciū modis oīb. fugere permiſſum eſt, ēt principe ꝓſtituente, quo lites oēs abſq; vlla ſuſpicione procedant, vt q̄ iudicē ſibi parū propitiū ſuſpicat̄, eum recuſare poſſit. Quis n. ſanæ mentis hō pateret rem ſuā apud eum conuerti, qui inimicus ſit, teſtis, & iudex? Vbi nō pōt fieri, quin ſi teſtimonia aduerſum te defecerint, ipſe quaſi p̄iudicio quodā in te rapiatur, & ex animi p̄uaricatione, quo a te alienatus eſt, iniquum pronunciet, tanto remotior a iudicandi ſancta functione, quanto propenſior eſt ad vindictam, cui non ſolum ciuilia negotia iudicanda non committūtur, ſed etiam pœnalia, vtcunque in fontes animaduertere rei publi. interſit, ne ab inimico iudicetur, qui ſententiam minus culpatam etiam ob patratum maleficium expectat. Impe. l. apertiſſimi iuris eſt, vbi interpretes. C. de iudic. & refert Nic. Pontifex in cap. quod ſuſpecti. 3. quæſtio. 5.

Quis iudex recuſari poſſit, & quomodo, atque item quando is, qui iudicatum exequitur. Cap. VII.

IGITUR iudex quem ſuſpectum facis, recuſandus venit, in quo vt ēt delectum habeas, aliquē non tibi in ea re quid temere, aut incōſulto eſt audēdū, ſed prius oīa tētare debes, q̄ recuſationē proponas. ſi iudicē benevolū reddere, tibiq; ipſum aliqua rōne p̄para re poſſit, ꝙ & Ciceronē in pleriſque ſuis actionib. facere habemus compertum, atq; in orationum exordiis aut *πρὸς ὀργὴν*. teſte Fabio Quintiliano, id ferme vnum quæri ſolere, vt iudicem ipſum ante oīa benevolū, attentū, & docilem faciamus

Source : BIU Cujas

per q̃ in oĩum eius, vt procedere vltra poſſimus, admittimur. Eſt enim naturalis fauor pro laborantibus, & religioſus iudex libentius eum audit, quem iuſtitiæ ſuæ minime timet, ac ſi fieri poteſt, ita nobis iudicem conciliabimus, ſi laudem eius ad cauſæ noſtræ vtilitatem coniunxerimus, allegemus pro honeſtis dignitatem illi ſuam, pro humilibus iuſtitiam, pro infelicibus miſericordiam, ſic detrahatur illi opinio de nobis, ſi quam ſiniſtram attulit.

Quòd ſi adhuc animum abs te alienum habere videatur, neque conciliari ſe ſinit, atque vt recuſationem moliaris tandẽ vel inuitum adigit, cauſam qua id fieri poſſit diligentiſſime ſcrutari, tecumque repetere debes ſi ipſam probare valeas, & probata, ſi etiam recuſationi ſufficiat, ne repulſam paſſus iudicem magis offenſum porrò habeas, quàm ſi iſthac ignominia eum non affeciſſes.

Et præſtaret non fugillaſſe eius exiſtimationem, quam laceſſiti iudicium ſubire, vtque hanc incommodi tempeſtatem ſusque deque feras, eſt adhuc quod magis te auget, iudex n. ſubmota ſuſpicionis cauſa atque recta iniuriarum te poſtulare ius habet, quaſi nomen ſuum calumnioſe petieris, prodideriſque, per Bal. in c. ſuper qõnum. extra de off. deleg.

401 Neque ſatis fuerit ſcire † quib. de cauſis, qui iudicaturus eſt, recuſari debeat, ſed oportet cognoſcas, quis ille ex tam multijuga ius dicentium ſpecie eſſe poſſit. Atqui iterum ius hic variat, porrò ſecundùm ciuiles conſtitutiones ordinarius nõ ſubmouetur vt ſuſpectus, ſed epiſcopum illius loci cognitionis eius ſocium ſibi adiunctum recipiet, aut vt moribus ferme vſurpatur alium quempiam bonum & cãdidum virum ad obſcurandam, quæ de ipſo oborta eſt, ſuſpicionem l. apertiſſimi. C. de iudi. l. fi. C. de iudi l. fi. C. de iuriſdic. omn. iudicũ. l. curiales qui honorariam. C. de decurio. lib. 10. §. ſi verò cõtingerit. in Auth. vt differen. iudices, colla. 9. Bal. Saly. Pau. & Iaſ. in auth. ſi verò contigerit. C. de iudi.

402 Conſequens igitur eſt, † ſolum eos iudices recuſari, quorũ iuriſdictio non ſit perpetua, cuiuſmodi ſunt arbiter & delegatus, cum in altero forte ei qui iudicem dat, imponetur, vt cuius intereſt eum delegare, qui litigaturis non ſit grauis.

403 Proinde executor, † cui & cauſarum cognitio demandata eſt (quem propterea noſtri miſtum dicunt ab officio, quod etiã ad examinandum defenſiones accepit) recuſatur, quod in eo, qui meram executionem deſtinatus eſt, qualis vel curſor eſſe poſſet, non eſt receptum, niſi modum excederet, nam tũc appellandi quoque cauſam præberet. Eſt tex. in ca. nouit. vbi & gl in verbo, debuiſſet, de appella. & Cardi. Zaba. in cle. 1. §. eorundem. de foro competen. & ſentit Lanfrancus de recuſa verſ. item merus executor.

404 Aſſeſſoris † quoque officio fungens repudiari ſuſpectus ſolet, cum perinde ſit iudici atque organum aliquod, vnde iuris ſuggeſtionem haurit, quod litigantibus impertit, quorũ propterea intereſt, ne domo aliquid aſſerat alterutri graue c. ſtatutum §. aſſeſſorem. vbi Doct. de reſcrip. in 6.

Idem de tabellione, atque etiam commiſſario reſpõdemus, qui teſtium examini deſtinantur, ad quod præcauendum, vtraque parte conſentiente, cui ea prouincia mandetur, aut vt is ꝑ quem examinatio apparatur, vel etiam actor, ſi iudici parum fidat, quempiam pro arbitrio ſuo adiungere poſſit, q ne ſuſpicioſe quid agatur, aduertit, & quandoque teſtis examinis dicitur, apud Bal. & Doc. in l. nullum. C. de teſti. glo. in Auth. de triente & ſemiſſe. §. quoniã ſæpe. & Bal. in d. l. apertiſſimi. Pontificium autem ius quemcunque iudicem etiam ordinarium abſque vllo diſcrimine, ſi cã ſuſpicionis prętexta tur recuſat, vel quia iudicia ſubinde mutare ſolet, vel quia minus quærelæ, & plus iuſtæ adminiſtrationis in re iudiciaria his modis fieri arbitratur, & in tanto diſſidio quamuis cõſtitutiones in foro ciuili, & cano. in foro eccle. ſeruari conueniret, prævaluit tñ ius Pontificis (vt in multis aliis, non tã abſurde. ſi veteratores illi ignaui, & qui litem mouere ſolent, ẽt ſi aſinus canem momorderit, illud in abuſum non torquerent, atque in tranſuerſum raperent) & quaſi vſu receptum eſt, cuiuſcunque iudicis qui ſuſpectus litigatori hr̃ recuſationem admitti. c. licet. & c. ſi quis ꝑ clericum. de foro compet. c. legitima de appel. in 6. gl. in l. apertiſſimi. & gl. in c. ab arbi-

405 tris de off. delega. † In tempore fit recuſatio, ſi qñ ante litis conteſt. opponatur, quod regulare eſt, intraque 20. dies poſt oblatum libellum fieri debet, cum in hoc exceptioni incompetentis iudicis coequari ſoleat, adeo vt etiam omnium dilatoriarum prima eſſe debeat, ne per alterius exceptionis obiectum in iudicem conſenſiſſe videaris, & porrò ipſum recuſare non valeat, eſt tex. in l apertiſſimi. C. de iudi. auth. offeratur C. de lit. conteſt. c. cum ſpeciali. de appel. Inno. in c inter monaſterium. de re iudi, Bar. in l. quidam conſulebat. ff. de re iudica. & Bal. in l. fin. C. de iudic.

406 † Poteſt tamen & poſt litem inchoatam in quacunque iudicij parte opponi non paſſim, ſed tunc demum, qñ cã ſuſpicionis inter litigantes fuerit prodita, vt quæ ante non potuit tractari, quàm eſſe cæpiſſet, & animus iudicis æquè poſſet nocere, ſi poſt litis conte. ab eo alienaretur, atque ſi ſtatim ab exordio, cum ſententia ab eo veniat ſpectanda.

Quę & ipſa ratio eſſe poteſt, quòd in executionis negotio nõ ſolum iudex ipſe, ſed & executor de cauſis exceptionum cognoſcere iuſſus repudiatur, quando hoc ipſo cognoſcere ſe facit ſuſpectum. l. non diſtinguemus. §. cum quidam. ff. de arbit. l. Iulianus. ff. de iudic. ſentit Ange. in l. fina. C. de iuriſdi. & omnium iudicum.

407 † Sed & in ſcripto recuſatio eſt proponenda, quo obſeruato, formam ſuam citius comprehendet atque cauſas, quæ ad iudicem mouendum te inducunt, quem libellum tunc recte conceperis, ſi contineat, quis ſit, qui recuſationem inſtaurat. Proinde in qua re, contra quem, & qua de cauſa, id tamẽ quod ius canonicum requirit, cum per conſtitutiones non opus ſit cauſam ſtatim exprimi, quæ & ipſæ vſu vincuntur in hunc ferme modum, cum naturale ſit inimicorum iudicium, atque inſidias declinare, reſurgereque, & ego te Rhadamanthum in re, qua inter Sempronium atque me controuertenda iudex conſtitueris propter patrocinium quod aduerſario meo antea præſtitiſti, mihi ſuſpectus es, eaque de cauſa te recuſo. Eſt gl. in verbo, libellum. l. apertiſſimi. & apertius in gl. c. quoniam contra falſam. de proba. in verbo. recuſationes, Archi. & Geminia. in c. legitima. de appel. & Specu. in ti t. de offi. iudicis delega. 4. partis, & refert Aufrerus §. poſtremo. de recuſatio.

408 † Neque leuiculum eſt, recuſationem illam inſtaurare, qua propter ex calumnia magis promanere videri poſſet, quàm periculi metu, ſi non ex animo oſtenderis te atque ſerio id agere, ad quod diluendum, ſanctæ iures oportet, vbi libellum tuum porrigis, ſiue ipſi iudici, ſiue eius ſuperiori, te non temere, ſed cauſa, quæ tibi iuſta videatur, recuſationem hanc apparare, alioqui ab incepto facile poſſes moueri, & tanquam calumnioſus repelli, gloſſ. in l. apertiſſimi. Bartol. in l. quia poterat. ff. ad ſenatuſconſul. Trebellianum. & eſt tex. in l. finali. C. de iudicijs.

De arbitris eligendis, & quomodo de ſuſpicionis cauſa cognoſcunt, tum & deinceps pergendum. Cap. VIII.

NOn conueniebat iudicem, qui ſuſpicionis hniuſmodi inſimulat̃ citra exceptionis diſcuſſionem rei controuertendæ ſe ingerere, & in male confidentem pronunciare, ſed concedendum erat ſuſpicioſo, q omnia in contumeliam ſuam fieri magis accipit, quàm vt ex æquo ſententiam ſperare

409 debeat. † Ea propter arbitri eligendi veniunt, qui de ſuſpicionis cauſa cognoſcant, id quod ſuſpectus non facit, cuius exiſtimatio & fama ob diffidentiam illam quodammodo petitur, vt ſic in propria cauſa iudex eſſe non queat, verũ ad aliorum arbitrium eſt regulanda: non. n. de incompetentia ſolũ agitur, ſuper qua ipſe cuius iuriſdictio ob fori defectum declinatur, pronunciare aliqñ permittitur, ſed perſona quoque iudicaturi quam id parum candide facere ſuſpicamur. Ideoque iudicem declinaturus 20. dies habet ab oblato libello, q bus id deliberare permittitur, intra quos recuſationis ſcriptũ exhibere & arbitros nominare confeſtim poterit, atque petere, quo. & aduerſarius intra triduum per ædictum vocet̃, quo vel in eum conſentiat ad alios diligendũ coram adſit: & ſi inter partes conueniat de ea re, bene, ſin minus, iudex ipſe qui de ſuſpicione cognitionem habeat arbitros dare poterit, proinde tps præſcribere, ſm electorum condõnem, intra qd arbitrari cogunt̃, alioqui iudex abſque obiectæ ſuſpicionis intuitu cãm principalẽ tractabit, & expediet. Quod non poſſet facere contempta ſuſpicionis exceptione, nam ẽt ſi non fuerit prouocatum, ꝙ tunc fieri permittitur, iudicium tñ per eũ terim habitũ nullius erit momẽti, eſt in l. apertiſſimi. authẽ. offerat̃. C. de litis ꝙte. c. ſuſpicionis. de off. deleg. arg. l. pfecti. ff. de mi. l. fi. C. de iudi. c. ltima. & c. 2. requiris, vbi gl. de app. Anto. But. in c. cum ſpãli. de app, & Bar. in l. quia poterat. ff. ad ſe-

410 natuſ. Treb. † Et ex eo tempore arbitri electi, quib. negotiũ illud ventilandæ ſuſpicionis, vnà cum libello porrigendum eſt, terminum præſtituent, ad allegatas cauſas contra iudicẽ probandum, & ſm ꝙ promiſerunt litigatores arbitrandum, da qua re ſi vel inter arbitros quoque parũ conuenerit, ſiue in procedendo, ſiue in iudicando id fiat, aut arbitrium illud in ſe recipere nolint, per iudicem neceſſitas ipſis imponetur, vt adhuc alium ſibi adſocient, & ſic maioris partis ſuffragio arbitrium expediatur: hucuſque enim iudicis authoritas

durat,

Source : BIU Cujas

durat, licèt in alijs propoſita recuſatione ſit in ſuſpenſo, non ſecus atq; ſi per appellationem via vlterius proceden di eſſe intercepta, cum qua & recuſationis exceptio hoc commune habet, quod iudex interim, & donec notio illa ſit habita ſuperſedere debet, in c. ſuſpicionis. de offi. c. dele. legitima. & c. cum ſpeciali. vbi Doc. de appel. & Ferra. in declinatione iuriſdictionis alicuius iudicis.

Vtque breuiter repetam, quorum aliquem guſtum ſaltem fecimus, & hõc quo vſum aliquem & commoditatem huius rei percipiamus, ſunt qui recuſationis vim eleuare atque appellatione inferiorem facere non deſinunt, quaſi interpoſita etiam iudicis cognitionem haud ſuſpendat, in quo numero viri ſunt de iure nõ male meriti, Inn. & Car. in c. cum ſpeciali. de appell. Bal. in l. j. C. ſi quacunque prædi. pot. Ang. in l. quia poterat. ff. ad ſenatuſcon. Trebel.

411 † Alij tamen ſaniorem & magis vero conſonam opinio. ſecuti, diuerſum ſentiunt, recuſationem videlicet non ſecus atque ipſam appellationem adeo iudicis ſuſpecti authoritatem cohibere, vt etiam quæ poſt exceptionem propoſitã egerit, inualida eſſe debeant, quaſi ab eo, cui nulla eſſet iuriſdictio, geſta, quæ ſententia rationem habere videtur, naz ſi humana negotia eius iudicium refugiunt, de cuius dexteritate ſubdubitamus, vel natura monente, valde abſurdum eſſet hoc recipere, quod ſuſpectæ fidei inſimulatus geſſit, etiam l. refragante, quæ omnes lites ſine vlla ſuſpicione ꝓcedere voluit, eſt gl. in c. quod ſuſpecti. iij. q. v. & gl. in c. quoties epiſcopi. iij. q. vj. gl. in l. apertiſſimi. ver. executore. Bar. ĩ l. quia poterat. ff. ad Treb. & Alex. in l. ſolet. ff. de iuriſd. om. iud. & in allega. l. quia poterat.

412 † Sanè habita iamiam ſuſpicionis notione per arbitros, videndum eſt, quod porro fieri debeat. & ſi fuerit recepta aut comprobata, iudex ille propter manifeſtam ſuſpicionem neque cognoſcet, neque pronunciabit, ſed alius venit delegandus, aut ad ſuperiorem expedienda deuoluetur. Sin verò ſeu ftigida, aut probatione deſtituta reijciatur excipiente non admiſſo, & ad hoc arbitrio prouocatum non ſit, qđ fieri tamen poterit maxime ad ſuperiorem eius qui recuſatur, cum ſint arbitri iuris c. ab arbitris. de of. deleg. in vj. c. cũ ſpeciali. de appel. & l. fi. C. de iudi. tunc ipſe iudex hac labecula quaſi liberatus cauſam inchoatam proſequetur, ipſi forſitan eo iniquior, quo adfectibus magis obſecundat, per iura hactenus alleg. vbi & arbitri prouidi eſſe debent, ne pronunciando peccent, ꝙ in hũc modum rectius fiet, Lucium Titium, q cauſam ſuſpicionis huiuſmodi aduerſus Rhadamanthum iudicem propoſuit, non admittendum arbitramur, quæ ſententia valet, contra ius enim litigatoris ſolum eſt, quare niſi prouocatione ſuſpenſa in rem iudicatam tranſit. Secus vbi contra ius ſcriptum pronunciatur, vt cauſam ſuſpicionis non admittendam pronunciamus. Ea enim ſententia ipſo iure eſt nulla, expreſſum conſtitutionem errorem continens, quæ ſuſpicionis cauſam ſemper admitti, deque ipſa cognoſcendum ſtatuit. per leg. apertiſſimi. & l. ij. C. quando prouo. non eſt neceſ. Innoc. in c. cum ſpeciali. de appel.

Et ꝙ cauſa propter quam recuſationis periculum ſubimus, fit apud iudicem ipſum exprimenda. & coram arbit. reddenda, qui rei illius duntaxat notionem. & non principalis negotii iudicationem habeant, iure pontificio eſt introductum, & conſuetudine quodammodo paſſim vſurpatur, ad quam in dubijs perinde atque ad legis interpretem recurrimus.

Conſtitutionum ciuilium tamen alia eſt conſideratio, ſecundùm quas non exigimus, vt cauſæ ipſe ſuſpicionis exprimantur, maxime in delegato, apud Saly. quare nec probari eas admodum eſt neceſſe; nemo enim quod allegare opus non habet, cogitur probare, verum ſufficit iureiuran. quem affirmare cauſam ſe habere, propter quam iudex ſibi ſuſpectus ſit, eumque ſic recuſet, quo facto arbitri ſecundũ ea quæ ſe ripſimus electi de recuſationis articulo certiores redditi continuo ad cauſam princi. ſe accingent, cuius porrò iudices erũt, ita ſentiunt gl. Bal. & Ang. in l. apertiſſimi. Bal. iterum in l. j. §. j. ff. a quib. appel. non li.

413 † Ex quibus bijugam rationem exercẽdæ recuſationis haurire poteris: aut enim delegatus eſt iudex, & nullam causã exprimere cogeris, verum vbi ſcẽ adſeueraueris te iudicem hunc ſuſpectum habere, & apud arbitros iura tua examinãda propones, iuxta l. apertiſſimi. quòd ſi ordinarius fuerit, etiam cum cauſæ allegatio. eum non recuſaueris, ſecundũ ius ciui. ſed epiſcopus, aliuſue bonus vir ipſi adſociandus eſt, qui cum illud negotium componat, vel ad iuris ordinẽ dirimat, per Iuſtinia. in auth. ſi verò contigerit. C. de iudic. aut cauſas diffidentiæ tuæ intra xx. dies poſt libellum tibi ab aduerſario porrectum, ſcripto concipere poteris, eumque recuſando iudici, aut ſi is non ſit præſens, eius ſuperiori præſtito iureiuran. ꝙ nulla calumnia id facias, offerre arbitroſque nominare, aut ſi aduerſarius non ſit præſens, vt eo intra triduum vocato eligantur, petere, qui cauſæ ſuſpicionis duntaxat cognitionem habent negotio princ. vel p ſuperiorem iudi. vel per eum cui iudex recuſatus id committit aliumue delega. ſi datus recuſetur expediendum, reſeruato, ꝙ hodie magis frequentatur, ſecundùm ea quæ ad iuris cano. obſeruationem recepta eſſe demonſtrauimus; qua ratione non ſolum delegatum iudicem, ſed etiam ordinarium recuſamus, vt eſt inſignis gl. in c. ij. requiris. ſuper verbo. coram eodem. de appellationibus.

Cauſæ recuſationi locum facientes penes arbitros eſſe, & quæ nam ad hoc ſufficiant, & legitimæ habeantur. Capitul. ix.

ACCEPISTI iam quemadmodum iudicis recuſationem poſſis inſtaurare, verum vt allegata cauſa illud fiat inter omnia iura conuenit, vtcunque in ea proponenda nonnihil diſſidij eſſe ex prædictis conſtet. Porrò ius ciui. non admodũ curat, vt apud iudicem, qui recuſatur, cauſa dicatur, modo coram arbitr. id fiat contra ius cano. pro neceſſario ducit, vt apud iudicẽ exprimatur, atq; etiam vt minus iureiuran. adſtruatur, præſertim calumniandi animo id non fieri.

Cui tunc quoq; accedimus, quando cauſa eius ſit naturæ, vt prodita recuſato ignominæ eſſet futura; quia cũ aduerſarij vxore conſuetudinem habet ipſo id ferente, aut aliàs ipſi eſt riualis, vnde propenſior in eum fieri poſſit, quàm cauſam ſatius eſt & minus infame omnino tacere, quam ſic aperuiſſe, ideoq; ſatis fuerit media iuriſiuran. religione dicere iudicem ex cauſa, quam prodere nollet ſibi ſuſpectũ vltra ꝙ non uenit adigendus, per Abb. in c. ſecundò requiris. vbi. & Car. Alex. de appel. & Aufrerus de recuſa. §. aduer.

414 † Quandocunque igitur iudicem recuſare volueris, oportet cauſam eius habeas, ſine qua nihil efficiens, quàm cum imperatori, aut ei qui ſuperiorem non agnoſcit, haud imputare detur, etiam recuſationi nõ ſubiacebit. ſed ipſe cãm alteri mandabit ſuſpicionem ſponte fugiens, quam litigator, ne animo quidem concipere auderet, quòd & in Papa procedit. glo. in c. j. de conceſ. præben. Hoſt. & Sicu. in c. quereiam. de elec.

415 † Cauſæ, ex quibus iudicem recuſamus, multiiugæ ſunt, ante omnia ſuſpectum iudicem facit neceſſitudo; quia aduerſarij eſt conſanguineus, ꝙ in ſeptimum vſq; ad gradum accipimus, nam eo vſque etiam ſucceſſio eſt ab inteſtato. in c. poſtremò. vbi Prępo. de appel. & recuſa. gl. in l. fęmine. ff. ad ſenatuſcõ. Turpil. gl. in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. Bar. in l. qui iuriſdictionem. ff. de iuriſdic. om. iud.

416 † Idẽ adfinitas præſtat, vt quia ſororius eſt iudex, vel gener. gl. in c. accedens. vt lit. non ꝓteſt. & c. abſens. iij. q. j.

417 † Poſt hæc inimicitia recuſandi cauſam præſtat, etiam ſi nõ ſit capitalis, in hoc ſpecialis, ꝙ etiam origo eius debeat prodi, vnde inducamur preceſſiſſe nonnihil, quod animum iudicis a nobis alienarit, quod ita venit proponendum, vt amplius non reuocetur in dubium. Etenim homo per naturam amicus eſt homini, quorſum illud quoq;. Homo ſum, nihil inhumani in me eſt, quapropter non præſumit quis inimicus, niſi illud probetur. Probata autem inimicitia adeo ſuſpicioſa eſt, vt etiam ſi adſerat ſe reconciliatum, adhuc tamen recuſationem ſuppeditet, iuxta id verbi, amico reconciliato non eſſe fidendum. Eum enim tollat, qui non nouit. c. quod ſuſpecti. ver. veniat. & c. accuſatores. iij. q. v. l. non diſtinguemus. §. cum quidam. ff. de recep. arb. c. ꝓtuas. de ſimo. Bal. in auth. ſi dicatur C. de teſtibus.

418 † Item ſi iudex aduerſario in hac cauſa fuiſſet patrocinatus ſolicitator, aut procurator, quæ propenſionem eum negotio reddunt, magiſq; affectum, ideoq; nec teſtis eſſe poſſet, neque iudex erit, niſi id probaturum eum exiſtimemus, ꝙ dudum promouere modis omnibus eſt conatus c. ſtatuendum ij. q. vj. l. prætor. ff. de iniur. c. fi. de teſti. lib. vj. Ant. in ca. cum a nobis. de teſti. Roma. conſi. ccccxx. & Præpoſi. in ca. poſtremò. de appellatio.

419 † Nec ab eo diſſidet, quando prætor eſt iudicaturus in cauſa: quam patrocinio ſuo tenetur, auth. ex diuerſo, ſi filius iudex ſit, & pater aduocatus, id ꝙ ẽt tunc locum habet, quando iudex & patronus eadem menſa viuunt, vulgò commẽ ſales dicuntur, conſuetudo. n. illa diutina ſuſpicioni locũ præbet, naturæq; dexteritatem facile corrumpit.

Igitur non eſt conſultum, vt iudices aduocatorum procuratorumve, aut aduocati iudicum menſis conuictores reciantur, ſuſpicioſum enim eſt, atque non temere iudici ſigillatur, glo. in cap. accuſatores iij. quæſt. v. Philip. in capit.

poſtre-

postremò.per tex.in cap. ex insinuatione.de appella.
Sed & diligentia sua facere potest,vt suspicioni fiat obnoxius,idq; sub iuris specie,nam indubitatum est, quæ desūt partibus iudicem supplere posse,sed in ijs quæ iuris sunt, puta notione accepta vt sit pronunciandum,forte litigatore ius illud, secundùm quod causa diffinienda est non ita inducente,modo si iudex etiam in his, quæ facti sunt,partes sibi vsurpare velit legitimatoremq;, vt se contra aduersarium armare debeat instruere, hoc procurationi magis competeret,quàm iudiciariæ functioni,est vt recusari possit.Est in ca statutum.per gl.in verbo,capia.de rescrip.in vj.

420 † Quod & in eo respondemus,qui ius partis ex iis quæ relata sint & compertum habet clarius apparere dixerit, nimirum ostendens, cuius nam causam promotam esse velit,quod vix iudice fere,q in media causæ cognitione versatur,vt eius obliuiscar,qui iudex porrò est dandus.Ioa. Andre.in c.irrefragabili.§.excessus est q;.ibidem Siculus,& alij de officio ordina.

421 † De vasallo minus scrupuli est, vt qui domino suo etiam fidelitate addictus habetur;contra quem si citra adsensum pronuntiarit,indemne ipsi haud erit,idcirco datus iudex ī dñi causæ recusatur c.causam.ij.de offi.deleg.refertur in c. ex transmissa.de foro compe.

422 † Item si dominus sit alterius,quem vt subditum libentius iuuare velit: natura enim nos illis prius conciliat & adfectos facit,quos agnoscimus,quam alienos,vnde,& humanitas illa boni principis in suos,quos tueri debet atque pascere, veluti oues sibi commissas, quare & populi pastor rex dici solet,ad differimen tyrannorum, cum quibus aut minime,aut iucundissime congrediēdum Xenopanes monet,repentinæ siquidem amicitiæ eorum esse possunt,cito tamen labefactantur,inuidiæ,& calumniæ flatibus expositæ,id vnum præstantes,vt ex libero seruus fias, iuxta illud Sophoclis, πρὸς τὸν τυράννου ὃστις ἡμαρτέναι, ἐκεῖνος, ἐξὶ δοῦλος κἢ ἀν ἐλεύθερος μόλῃ.

423 † Adfectus itaq; quos magistratus in suos habet facit,vt datus iudex contra alienum tāquam suspectus declinari qāt, in c.causam quę.de offi.delega.& c.statutum.§.cum autē. de rescrip.in vj.quod in ordinario fallit,alioqui nullus nobis satis idoneus foret ad quempiam alterius iurisdictionis conueniendum Ant.But.in c.Accedens,vt lite non contę. Abba.ibid.iij.co.

424 † Et,quod maius est,si vnum natale solum habeant,ac peregrę apud exteros agant,alter alteri iudex absq; suspicionis aspergine aut dabitur,quādoquidem dulcedo illa,qua quisque erga patriam ducitur,etiam in ciuē diffunditur,vt illi præsertim apud exteros non possit non facere,& propē sus esse, non satis cause largietur vt recusationem instaures,interpretes in c.accedens ij.vt lite non contes.Io.And. in c.legitima.sępius citato.Spec.in tit.de legato.§.supereſt, versi.item si de terra.

425 † Nimia familiaritas,vt comicus ait, contemptum parit, At impresentiarum facit,vt de iudice quis male suspicetur quasi ad eum proprius accedat animo,cui per consuetudinem adsociatur.Quod & ad vitam sociam referri potest, non qua reipu.addicti sumus,sed quam priuatim inuicem agimus.j.gradus ad amicitiam,quæ animorum coniūctione coalescit,& pro magna felicitate habet socio in aduersis vel maxime auxilium præstare,quorum postremū haud iudicem periclitari,& modo fortunarum suarum, modo existimationis detrimentum aliquid expectare, cui citius te credideris,quàm vt eximi lesus ita possis, recte igitur & huiusmodi familiaris & sociæ vitæ consors iudex refugit, est in c.insinuante.de of.dele.Ang.in §.præterea.Inst.de excep.& gl.in c.in summa.iij.q.v.
Quæ tamen causa tam inhonesta non est,vt cum immodicis iudiciorum molestiis amicum commutare debeas. Sed turpior illa est,quando ad largitiones, manus tuas contaminare non erubescis,quæ & a parte cui iudex daris recipere pergis,quàm presentissimā recusandi causam habemus, etiam constitutionibus grauissimam pœnam infligentibus qui sententias venales habuerint,& sacro sanctum munus sordibus illis conspurcare pro nihilo ducunt.
Id tamen quod nostri ad sportulas illas, & dona quæ citra modum accipiuntur,vtrunq; referunt.Ego autem; qa nō ex donis,sed animo ipso accipientis sordes atque auaritiaz metior,nō video quomodo etiam ad minimum dorophragos ille corrumpi non possit,eique a quo muneribus captus est rursus gratificari, ad hoc enim præparatus, ad hoc muneribus petitus, ad hoc dubio procul ea accepit, quo dum par virile esse norunt,qui iudicia pura esse debere, & sancta persuasum sibi habent.
Caueant itaque omnes boni,quibus iudiciaria functio cō missa est,ne Satanæ fenestram aperiant, & ad turpissimi lucri illecebra sui dissimiles esse incipiant, ignari sępe ex paruis sordium initijs immodicum auaritiæ priuaricationisque malum coaluisse. Vide nostros in l.prima.ff.ad l.Iul. de ambitu.

426 † Proinde locus,in quem ad tribunal vocaris,tutus esse debet,nō solum ab hostibus etiam priuatis,sed & ab aeris pestilitate,quapropter si illuc iudex te in ius ire voluisset, vbi corporis vitęue periculum tibi metuendum foret,etiaz exceptio.obiecta declinare poteris, nam & hoc casu vitę tuæ insidiari videtur,quòd in mediocri tempestate non ita reluat,sed in ius ire vocatus cogeris,q ibidem dici solet.est in cle.pastoralis.de re iudi.& c.accedens.ii.vt lit.nō ꝙt.Bar. in l.sciendum.ff.de ver.ob.& gl.in cle.q̄diu.de appel.
Videre etiam est nonnullos,qui altero oculo citius contē ti essent,quàm vt aliorum negotijs se subtraherent, in hoc deteriores quòd etiam obesse istis modis non erubescunt, nulla expectata occasione,quo rogati id facere videantur, verum seipsos quasi obtrudunt,ingerunt,atq; vtinam non largitionibus quandoque sibi aditum pro functionib. ambirent,et patefacerent.Quisquis modo is artibus vt sibi causa mandaretur,obtinuit, ingens suspicio est in petitoris rē factum esse,vnde recusandi occasionem alter consequitur. Io.And.& Arc.in c.si vnum.de offi.dele.& Bal.in c.de causis.eod.titu.

427 † Præterea quando iudex datus aliquid vtilitatis ex ea cōmissione sentire videretur, vtpote similem causam contro uersam habet ei,quam aduersarius peragit,contra quem ꝓ nunciaret,suæ quasi ex præiudicio nonnihil opitulanti offerret,quæ res eum valde a causæ iustitia auertere, atq; litigatori officere posset,vbi similitudinem vtriusq; causæ iudicis de suspicione cognoscentis arbitrio relinquimus, est in c.cum causam.de iudi.c.personas.de testibus. & Præposi.in citato.c.postremò.
Id quoq; iudicem suspectum habet, quando rem etiam in iure controuertit eum eo, cōtra quem iudex est delegatus vtcunque enim veteratorum vulgus dicere subinde soleat se causam solum,quam cum aliquo cōtrouersam peragūt odisse, personam autem nihilominus deamari:tamen fecerint hoc quibus nihil non facere haud ita nouum est, nos si adfectibus illis homini īditis quid tribui patiamur, quos ne philosophia quidem exemerit, facile concesserimus simultatis non minimum inter eos suboriri, qui in arenam iuridicam vltro citroq; confligentes descenderunt.
Ideoq; neq; iudici vsquequaq; fidendum, ne hominem se esse permittat,& si sub functionis specie vltionem quærere possit,id non omittat, ita enim sub honesti prætex. sępi° contramittimus, quæ ab honesto longissime absunt l.propter litem.ff.de excus.tut.& c.cum super.de offic.deleg.vbi Abbas.
Poterit & in causam vocari,ꝙ in alia re ab hoc iudice grauatus appellarit,quo casu tn̄ opus est apud arbitros doceat grauamē illud indebite sibi illatum l.j.ff. apud eum a quo in c.proposuit.& c.ad hoc de ap.
Enumerauimus tibi causas,quibus iudicem declinare permittitur,ex multis paucas,sed quæ magis frequentantur, reliquas ipse videre poteris apud Spec.de recu.§.supereſt videre.Phil.Perusinum in c.postremò.de app.vbi quadraginta ferme recensentur.Paridē Puteanū in trac. de sindicatu. §.suspicio.& glo.in cap.legitima.de app.in vj. atq; item ipsum Aufrerum.
Ad quos pro rei tractandæ conditione recurrere licebit,ne diutius digringaris in causa inuestiganda, quæ tibi ad hoc proposiți opituletur:nō enim est,vt omnia quæ vel ab vno coacernantur omnibus rebus quotidie se offerentibus sufficiant,verum vt rationem aliquam certam consequaris, satius est ex multis vtiliora & magis quotidiana referre, quibus degustatis,reliqua ad horum exemplum ipse secundū rerum(quæ vberius quàm vnquàm cogitasses in foro versanti occurrunt)exigentiam tibi conquires.

428 † Vbi tamen non est satis qualescunque causationes in iudicem corradere, & sine delectu prętextere, sed opus est, causæ recusationis sint legitimæ, hoc est, lege suffragante atq; item æquitate ipsa satis,vt ex earum obiectu iudi. tibi suspecti examen subterfugere possis.
Et propterea recte factum est,vbi de causa sit ambiguum, & iure ita non habeatur expressa, vti est sanguinis necessitudo.inimicitia,& id genus aliæ, quòd arbitrorum est pronuntiare,causa legitima habeatur, necne quam suspitios° opponis.ita fiet,vt neque tu aliquid temere in iudicaturuz struere queas,neque ipse legitimis modis te conquerentez grauare inuitum permittatur,in c.cum speciali.vbi hęc adnotantur,de appel.

429 Cæterum † & illud tibi in hac re obseruandum est ad vsuz magis pertinens,quàm loci obscuritatem vtile esse,vt proposita

posita recusatione discere protesteris, te neque impresentiarum, neque porrò vllo actu in illum iudicem consentire velle, sed ne eius examẽ vt suspectum perpetuò declinare, post hoc.n.efficies,vt si etiam cogaris pergere,tamẽ nullius quoque hocipsum habetur momenti.
Cum aliàs post recusationem propositam si quicquã apud tribuunt, illud iudicialiter protestatione non repetita egeris,iudici adsensum præbere,& declinationem reuocare videaris, de quo latius est apud Ferrariensem, de declinanda iurisdictione.§.Protestans.

DE INHIBITIONIBVS

D. Quintiliani Mandosii Iurisconsulti Romani.

PROOEMIVM.

DOllicitus aliàs fueram de inhibitionibus plenè tractare, qđ q dem hactenus executioni demandare, & fidem implere nõ potui Romanæ curiæ causarum mole grauatus, ac Aduocationis officio,clientumque vtilitati incumbẽs. Deinde feriis consuetudinariis,quas generales vocant, Romæ indictis a nobili ciuitate Amerrina vocatus pro finium cũ finitimis controuersiis vnà cum doctissimis viris Dominis Marco Vetio, ac Antonio Canale aduocatus, & defensor creatus successiuis horis,& dum mihi aliquid otij suppetebat,promissa explere statuens, tractatum hũc de Inhibitionibus pluribus refertum quæstionibus composueram,quẽ in Rota Florentina existens ampliaui,& ditaui.

SVMMARIVM.

1 *Inhibere,& inhibitio quid sit ? & nu.3.*
2 *Inhibitio in genere sumpta definitur.*

QVAESTIO I.

1 Primò quæro,† quid sit inhibere, & quid inhibitio; Respondeo,inhibere,est prohibere,vetare,impedire,interdicere. Sic accipitur in l.2.versi. Nisi principali iussione specialiter prorogatio fuerit inhibita. ff. de iudi. & in l.j.ff.de nou.ope.nunc. vbi inhibere, & prohibere pro eodem ponuntur.l.commodis.ibi,condemnato placuit interdici.ff.de re iudi.in c.dilectus.2.de rescrip. ibi (Ne in commisso sibi procedant negocio inhiberis.) c. Romana.§. si verò,& § seq. de appel.li.6. Et proprie inhibere est rem cẽptã, & ne quis vltra progrediatur impedire,& interdicere ne qd fiat, seu ne quis aliqua re vtatur. Sic accepit Liuius 1.belli Macedo. (Et ad populum (inquit) & in Senatu magnis cõtentionibus certatum est, & imperia inhibita vltro citroq;) sic apud Virgil 12.Aeneid.Parcite iam Rutuli,& vos tela inhibere Latini.& ad tex.in cap.non solùm.de appel.lib.6. sic & per metaphoram, inhibere remos, est in re aliqua cẽpta desistere,& vltra non progredi.Quintil.in præfa.lib.12. (Verum modo in illa vastitate canere videmus M. Tullium, q tamen ipse quamuis tanta, tamque instructa naui hoc ma-
2 re ingressus contrahit vela, inhibetq. remos. † Inhibitio in genere sumpta ita definiri potest, vt sit præceptum negatiuum,& sic conuersio fiet, est præceptum negatiuum pro conseruatione præmissa, ergo & inhibitio. Item negatiue. Non est præceptum negatiuum pro dicta cõseruatione, ergo non est inhibitio.& sicut præcipitur actus virtutis, & qđ bonum est, ita interdicitur quod malum, seu indecens est, prout per diuum Thomam 2.2.q.16.art.1.versi.Prẽterea eiusdem rationis est præcipere actum virtutis,& eod.art.Ad tertium.& q.33.art.2.in conclu.Vel proprius ad rem accedendo
3 sic definiamus. † Inhibitio est prohibitio, vel interdictio a maiorem potestatem habente iudici, vel parti, seu vtriq; facta,ne quid faciat,vel cẽptum prosequatur ad iurisdictionem,& iura partium præsertim conseruandum, ad text. in l.omnium, ibi. Ne post sententiam nostram inhibitum videatur commutationis arbitrium.C.de testa.in c. ex trãsmissa.& ibi Docto.de for.comp.in c.venerabili,ibi (Authoritate nostra districtius interdices) & ad Rot. 569. Iudici delegato.in antiq. per Specu.de citatio. §. dicto de citatione 7.ver. porrò quandoque.Rot. 307.nota,quòd audientia,in antiq. per Nicol.Boer. dec.124. Florentinus num.2.& ad alia quæ in diuersis locis huius tractatus citabimus.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio quotuplex sit.*
2 *Inhibitio a lege diuina emanans.*
3 *Præcepta negatiua quæ?*
4 *Inhibitio a lege humana.*
5 *Inhibitio a lege diuina & humana.*
6 *Facere alteri quod sibi nolit, omni lege prohibetur.*
7 *Inhibetur ab æquitate, seu ex æquitate.*
8 *Inhibitio ab homine emanans quotuplex sit.*
9 *In virtute sanctæ obedientiæ, ac sub interminatione.*

QVAESTIO II.

1 Secundò quæro † quotuplex sit inhibitio? Respondeo,quòd multiplex. Alia est inhibitio, q̃ à lege emanat,alia quę ab homine.Item illa quæ a lege,aut
2 emanauit a lege diuina,aut a lege humana.† Inhibitio a iure diuino emanans potest dici omne prẽceptùm negatiuũ, quod semper,& ad semper obligat.diuus Thomas 2.2.q.33. arti.2.in concl. † Præcepta negatiua,vt omnes sciũt,vel scire debent,sunt illa in Decalogo ꝓtenta. Non habebis Deos
3 alienos corã me.Non facies tibi sculptile.Non adorabis ea, neque coles.Non assumes nomen Dei tui in vanum. Non occides. Non furaberis &c. quæ pro maiori parte negatiua sunt,prout Exod. cap. 20. Et per diuum Thomam secunda secundæ.quæstio.122.art.2. & nonnullis seq Et non solum Deus inhibet hominibus,vt in locis supra adductis, & Genes.2.vbi,inquit Deus.De ligno autem scientię boni, & mali ne comedas.Quod etiam perpendens Eua respondit Serpenti eam tentaui. De fructu vero ligni, quod est in medio Paradisi præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tãgeremus illud, nè forte moriamur. Genes. 3. sed etiam omnibus animantibus, etiam inferis. Iob.c.1. vbi inhibet Sathan. inquiens. Tantum ne in eum extendas manum tuam. Elementis etiam inhibet iuxta illud. Et legem ponebat aquis, ne transirent fines suos. Et Plin.De nat.hist.lib.2.cap.5.titu. de quatuor elemen.inquit. Cuius vi suspensam cum quarto aquarum elemẽto librari medios,aeris tellurem ita mutuo complexu diuersitatis effici nexum, & leuia põderibus inhiberi,quo minus euolent,contraq. grauia ne ruant, suspendi leuibus in sublime tendentibus. Sic Iosue annuente Deo inhibet Soli, & Lunæ ne moueãtur,Iosue cap.10. Sol
4 contra Gabaon ne mouearis &c. Inhibitio † pariter a lege humana comprehendit omnia præcepta legis humanæ negatiua,vel prohibitiua, puta. Ne res minorum sine decreto alienentur: vt ff. de reb. eo.l.j similiter. Ne res ecclesiasticæ alienentur.l.iubemus.2.C.de sacrosanct.eccle. Ne ineantur pacta super hæreditate viuentis,vel aliàs contra bonos mores.l.fin.C.de pact.& per glo.in l.paciscì, vers. cõcedo ergo. ff.eo.Inhibet l.fin.C.de vsur.rei iudi. vers. Si enim moueat, post sententiam cursum vsurarum anterioris cõtractus.Inhibet.l.fi.C.ad leg.Iul. maie. alienationem ei, qui incidit in eam legem,& debitoribus, ne illis soluant, vt etiam per gl. in l. furiosi, quæ est 41. vers. Dic scilicet cui est interdictum bonis a lege.ff.de reg.iur.lex xij.tabu.& lex Attilia inhibent vsucapionem rerum furtiuarum Et lex Iulia,& Plautia inhibent vsucapionem rerum vi possessarum.§. furtiuæ quoque. Insti.de vsuca.Interdicũt etiam iura actionem,vbi alienus seruus noxam alicui commiserit, in cuius potestate is postea esse ceperit.§.si seruus.Instit.de noxa. actio. Inhibent etiã leges & in infinitis alijs casibus.Non minus enim legis virtus consistit in prohibendo,vel vetando,quàm in imperando.l. legis virtus. ff. de legibus. Interdicit lex etiam alio non interdicente, & ita vetat, vt pro vniuersa ciuitate interdicere semper, & interdictum eẽ videatur. Ita Plato Dialo. 9.de Legib.dum de penis homicidæ tractat. Et hoc modo loquendi,quòd ius inhibet,vtuntur Doct.vt Rot.391. Nota quòd Auditor.in antiq.Paul. Castr.in l.3.C.de appel.sequit Iaf.consi.187.Circa primum,col.6.versi. Quartò accedat,li. 2.Ac Roland. a Valle.cons.77.viso,num.3.libr.2.Et hac ratione inhibitioni contraueniens,vel aliàs attentans dicitur etiam ius contemnere c.cordi.de appell.li.6.Rot.2. fuit dubitatum,de restitut.spol.aliàs 14.in no.Et magis ad rem næstram ius absq. facto hominis inhibet,vt in Rub. & toto tit. vt lit.pend.nihil Inno.& ff. nil noua, appell.penden. Inhibet Concilium c.quod olim,de iudę.vbi quòd Concilium Lateranen. inhibuit, ne portarentur merces prohibitæ Sarracenis.Inhibuit Concilium Turonen.diuisionem prebendarum, vt in cap.vacante,de prẽben.Inhibet Concil.Tridẽ. matrimonij libertatem violari.Sessio.24. In Decret. Reforma.matrimo.cap.9.& infinita alia a Conciliis interdicunt. Et ius canonicum inhibet toto titul.de reb.eccle. non alie.

in titu.

Source : BIU Cujas

in titu. ne cleri. vel mona. ne lit. penden. & alibi, & nõnumquam lex prohibẽdo aliquid hoc termino, inbibeo, vtitur, prout in l. oratio, ibi (Quasdam nuptias in persona senatorum inhibuit. ff. de sponsa. in authen. nunc inhibetur diminutio. C. de dona. prop. nupt. l. vbi lex inhibet. ff. de vsuca. Hanc inhibitionem a lege humana, inhibitionem iuris nũ cupare possumus, prout sic eam nuncupat Lap. alle. 46. factum ita. post num. 5. ibi. Vbi non obstaret prohibitio iuris facta mendicantibus de non recipiendo infra annum probationis. & post ibi. Nam contra inhibitionem iuris impediuerunt ipsum iuuenem. Et hæc inhibitio iuris poterit esse a iure ciuili iuxta plura exempla supra posita, & in l. quadragiuta. C. de feriis. ibi. Omnis cognitio inhibeatur criminalium causarum. Item à iure canonico, prout in c. non debet. vers. Cum ergo inhibitiones. de consan. & affi. c. cappellanus. cir. medium. de ferijs. c. cum inhibitio. de clande. despon. c. generali. cum gl. in ver. inhibemus. de electio. lib. 6. & aliis in locis. Nonnũquam pariter quid † a lege diuina, pariter & humana, ac omni ratione prohibetur, seu inhibetur: Exemplum habes in illis sex præceptis vltimis negatiuis Decalogi quæ ad id tendunt, vt nulli nocumentum inferatur, vt per diuum Thomam 2. 2. quæst. 122. art. 6. ad primum. sic & omnia alia nocumenta hominibus inferri prohibita, sub illis sex præceptis negatiuis continentur, vt per diuum Thom. dicto art. 6. Ad secundum. & quod id etiã disponatur à iure communi, & iure gẽtium, apparet, ex quo (vt premisi) tam illa præcepta negatiua Decalogi, quam ẽt alia affirmatiua ponuntur vt prima, ac communia, & notissima principia. Et videmus vtraque lege † prohiberi aliquẽ facere alteri, qđ sibi fieri nolit. Tobiæ cap. 4. Lucæ 6. ad Galath. c. 5. ca. humanum genus. distin. 1. Et huc tendit titulus ille. ff. quod quisque iuris in alterum statuerit, ipse eodem iure vtatur. Inhibetur etiam † ab æquitate, seu ex æquitate iuxta tex. in l. illicitè. in fi. vbi iuxta Pãd. Floren. legitur, eaq; soluta vindicatio prædij ex æquitate inhibetur. ff. de reb. eo. Inhibet seu prohibet lex, vel Senatus, seu constitutio hæreditatem capere. l. non est ambiguum. ff. de bon. possess. Inhibet prætor ei qui ex causa fideicommissi manumittit imponenti seruo donum, munus, opera iuxta text. in l. cãpanus, quæ est 47. ff. de ope. libet. Interdicit prætor tutoribus administrationem, prout in l. quod si fortè, quæ est. 14. §. sunt quidam, ff. de solu. † Inhibitio autem quæ ab homine emanat, aut emanat a principe, & tũc aut a principe Romano, quæ alijs inhibitionibus potentior est, quippe quæ a supremam potestatem habente, & ab eo qui omnes iudicat, & a nemine iudicatur, omnibus potestatibus in toto orbe præcipit, ac Imperatori, & regibus mãdat, & inhibet: & cui nemo dicere potest, cur ita facis: & factum a Papa a Deo factum censetur. c. cuncta per mundum 1. & 2. 9. quæst. 3. cap. solitæ de mai. & obedien. cap. proposuit. de concess. præben. ca. quanto, de translas. prælat. clem. 1. de re iudic. Et in terminis nostræ inhibitionis est tex. in c. tuã. in fi. ibi (Si forte ab ipsa Regina fueris super hoc requisitus, donec iam dicta causa natalium Apostolico iudicio in finem aeceperit, patienter expectes) de ordi. cogni. & hæc inhibitio Papæ formidabilior esse consueuit, puta sub ijs verbis. † In virtute sanctæ obedientiæ, ac sub interminatione maledictionis æternæ, cap. 1. in princ. de sepul. li. 6. Aut Imperator, vel Rex inhibet, seu alius dominus temporalis, prout 1. Esdræ, cap. 4. ad fin. Prohibete viros illos &c. Ad principem pertinet etiam ordinare de ijs, quæ veniunt in litigium, de voluntarijs contractibus, & de omnibus ad populi commodum spectantibus, ac illius regimen. diuus Thomas prima secundæ quæst. 104. artic. 1. Ad primum. Aut Dux belli inhibet, vel prohibet aliquid militibus, qui si inobedientes sint, capite puniuntur, l. desertorem. §. in bello. ff. de re mili. Aut inhibet iudex, & hæc erit propria materia nostra, & tunc aut inhibet ordinarius ordinario. Aut delegatus ordinario. Aut delegatus delegato. Aut quilibet ex præmissis parti tantum. Aut parti, & alicui ex præmissis, quæ qualiter accidere possint, ex quæstionibus infra subiiciendis apparebit. Rursus aut inhibitio est pro Romana curia. Aut extra curiam tantum. Aut pro curia, & extra eam. Amplius aut inhibitio emanat sine, aut cum causæ cognitione, quę pariter, & alia (alias diuisiones quas omittimus, concernentia) ex infra suis locis dicendis clarissima, & notissima fient.

SVMMARIVM.

1 *Inhibere an iudex possit extra curiam, si commissio id non exprimat.*
2 *Inhibitio iuxta commissionem, & signaturam regulanda est.*
3 *Citare, & inhibere potest auditor extra curiam hoc in commissione nõ expresso.*

QVAESTIO III.

Tertiò Quæro, in commissione causæ Romæ cognoscendæ, & decidendæ continetur, quòd iudex citare, & inhibere possit: † an extra Rom. cu. citare, & inhibere poterit? Pro opin. negatiua arguo sic, rescripta sunt stricti iuris. eam te. iuxta vnum intellectum. de rescr. c. P. & G. de offi. dele. Inno. Ioan. And. & Compostel. in c. super literis. de rescr. Rot. 396. si committatur. nu. 3. in nou. Roma. consi. 388. in casu. post num. 4. versi. breuiter dicendum. Insuper † inhibitio iuxta commissionem, ac signaturam regulanda, & interprætanda est, nec vltra extẽdi potest, & quod vltra fit nullum est, argumen. tex. in cap. cum dilecta. de rescr. & per D. meum Phi. Dec. consi. 33. viso puncto, post nu. 6. & per Paris. consi. 39. non possunt. num. 9. libr. 1. Breuiter cautela est, & Rom. cu. stilus habet, quòd in cõmissione dicatur (cum potestate citandi, & inhibendi tam in Curia, q̃ extra eam. & in partibus.) & ita qui sapiunt, rescripta concipiunt, prout videre poteris in mea prima formula commissionum. Si tamen illa verba (In curia, & extra) omitterentur, defendi posset, quòd Auditor etiam † extra curiam citare, & inhibere posset. ad Rot. j. de procura. aliàs 19. in no. & clarius post Card. Alexand. per Cassa. dec. 4. de rescrip. præsertim quando potestas committentis est vniformis sine restrictione locorũ, vt si Papa comittat causam spiritualem, committens enim est vniuersalis princeps iurisdictionem spiritualem habens generaliter per totum orbem. c. cuncta per mundum 9. quæst. 3. Et hanc opin. tenuisse etiam signaturam testatur Sarnen. in 2. quæst. proę. Regu. nume. 8. vers. propter quam rationem.

SVMMARIVM.

1 *Qui & quibus inhibere possint?*
2 *Minor maiori, & par pari inhibere non possunt: fallit num. 5.*
3 *Minor in maiorem non habet imperium.*
4 *Nec par in parem.*
6 *Consuetudo iurisdictionem dat.*
7 *Beneuenti asserunt, Vicarium Archiepiscopi Gubernatori inhibere posse.*
8 *Et quod a Gubernatore ad Vicarium appelletur.*
9 *Minor in maiorem iurisdictionem habere non potest.*
10 *Prophetæ, & sacerdotes se non intromittebant in causis seculi.*
11 *Delegatum succestiuè datum priori inhibere posse.*
12 *Rotæ auditor coadiutori inhibet.*
13 *Cardinali nemo inhibet, nec Cardinalis Cardinali. num. 14.*
15 *Intimatio commissionis non æquipollet inhibitioni.*
16 *Iudex ad quem potest esse minor iudici à quo in quibusdam.*

QVAESTIO IIII.

Quartò Quæro, † q iudices, & quibus inhibere possint? Respondeo distinguẽdum esse, vt infra: Aut cũ loqmur de ordinarijs aliis ordinariis inhibẽtibus: Aut de delegatis sil'r delegatis inhibẽtibus: Aut de ordinarijs inhibentibus delegatis: Aut de delegatis inhibentibus ordinarijs. Circa primũ membrũ dico, quòd † neq; minor maiori, neque par pari inhibere potest, neque etiam par parem citare. glo. 1. in c. cum causa, vers. Item qualiter possunt duo citare tertium, cum sit par illis? de offic. deleg. & q̃ ille qui inhibet debeat esse superior illi cui inhibet, voluerũt Bal. in l. 1. ad fi. C. quomo. & quan. iud. Afflict. dec. Neapo. 30. nu. 3. & Hypo. de Marsi. singu. 490. † minor enim in maiorem, neque † par in parem habet imperium. l. 3. in fin. & l. magistratus, & ibi glo. in ver. imperio. ff. de arbit, l. ille. §. tẽpestiuum, & ibi gloss. in ver. imperium. ff. ad Trebel. c. innotuit, ante mediũ de electio. c. studeat. & ibi Gemi. in 4. not. 50. distinctio. gloss. in c. cum causa. de offi. delega. Hinc dicimus, delegatum non posse exercere iurisdictionem in collegam, vt not. Bart. in l. 1. §. is videtur. in fin. quem sequitur ibi Ias. etiam in fi. ff. si quis ius di. non obtem. & D. meus in c. quæsitum. nume. 86. de offic. delega. Sic etiam dicimus, canonicos non posse citare alios canonicos, & pares, alios pares, sed bene rogare, vt certo termino adsint. Innocen. in capit. cum nobis, de electio. gloss. 1. & Abb. ac D. meus in alle. cap. cum causa. nume. 23. de offic. delega. Roma. singu. 454. Papa imponit. Fallit † nisi per statutum, aut consuetudinẽ aliud introductum fuerit, quo casu ille minor, aut par, maior quo ad illum actum habetur, pulchre Barba. in reper. rub. extra de fi. instrum. Et quod † consuetudo iurisdictionem det, augeai, vel minuat, probat text. in c. cum contingat. de so. compe. De quo etiam per glos. in cap. Romana. in versi. consuetudine. de appel. lib. 6. gloss. in ver. non ab alio, in fin. in cap. de persona. 11. quæst. 1. pro quibus videre poteris quæ scripsi in 4. quæst. 31. Reg. num. 19. exemplum poni potest † Beneuenti, vbi Vicarius Archiepiscopi in causis ciuilibus., & quibusdam etiam criminalibus inhibere (vt aiunt) solitus est præsidi, quem gubernatorem nuncupant, quod

Source : BIU Cujas

quod tamen ego bis Beneuenti Gubernator non admittebam:& reſpondere ſolitus eram,non decere Vicarium,qui Archiepiſcopi perſonam repræſentat, inhibere poſſe Gubernatori, qui locum Summi Pontificis,& Sedis Apoſtolicæ ibi tenet:oſtẽdebam facultates meas ampliſſimas, & ſic, & alijs vijs iuriſdictionem meam latiſſimam, nec in minimo quidem diminui,& turbari permittebam,oſtendens ẽt conſuetudinem,quam ibi prętendebant, quòd à Gubernatore ad Vicarium Archiepiſcopi † appellaretur, & ſic à maiore ad minorem,irrationabilem, nulliuſque roboris eſſe, imo contra ſubſtantiam ipſius appellationis, vt † minor videlicet in maiorem iuriſdictionem hebeat.Archid.in c.inferior.21.diſtin.& not.in cap.irrefragrabili,in prin. de offic. delega.Barba.in repet.rub.de fi.inſtrumen.col.34. & per D. meum ſuper rub. de appel.nume.4.verſ.& ex iſta concluſione.Et adducebam text.in cap.nos ſi competenter.§.ſed notandum 2.quæſt.7.vbi quòd in † cauſis ſeculi ſacerdotes, & prophetæ ſe non intromittebant,& quod quò ad illas ſeculum poteſtatem habens maius habetur.Et pro mea opin.& quòd conſuetudine introduci non poterat,vt a maiori habeatur recurſus,ſeu appelletur ad minorem,adducebam ẽt gloſſ.in cap.2.in verſi.officiali,ver. Sed falſum eſt,de cõſue. lib.6.text.& Abb.in cap.expoſuit.num. 5. de dilatio. vbi diſtinguit,an ad minorem,an ad parem, & pulchrum conſil. Ancha.132.in primo, num.4. Iuxta ſecundum membrum concludo, quemcunque † delegatum poſtea datum priori delegato inhibere poſſe, ſiue ſimus in prima, ſiue vlteriori inſtantia,ſic & † Rotæ auditor coadiutori inhibet.Rot.710. de ſtilo.& dec.ſeq.in fin.in antiq.ac.138.ſi appellẽt, in nou. & Auditor Cameræ delegatus Rotæ etiam Auditori inhibet.prout oſtendam infra quæſt.25. Sic & delegatus delegatum monet.gloſſ.1.in alle.cap.cum cauſam. verſ. ad hoc dicas,quòd citare non poſſunt,de offi.deleg. & par parem requirit,cle.1.§.duo.iun.gloſſ.in ver. requiſiuerint. de hæreti. Cardinali † autem nec Rotæ Auditor nec alius inhibet propter reuerentiam Cardinalis.Rot.658. & eſt ſciendum. in anti.per Sarnen.ſuper ſigna. poſt nu. 48. in 6. priuilegio. Imò nec etiam † Cardinalis Cardinali inhibet,ſed ſolũ inſinuat commiſſionem ſibi factã ex antiquo ſtilo, vt p Aegi. Bellame.conſi.18.incipien.quòd facta,col.1.verſ.Quod non poſſit, & præalleg.dec.711. not. quòd quando,in anti.& per Sarnen. vbi ſupra in 8. priuilegio. Verum quò ad hoc vltimum,contrarium ſupponit Gemini.conſil.24.quia diffuſe,poſt nume.12.ver. Quia ille Cardinalis habita intimatione vltimæ commiſſionis, & etiã accepta prohibitione per vltimum Cardinalem facta,dixit,quòd erat cõtentus,q̃ ipſe ſolus intimans,& inhibẽs de cauſa cognoſceret & c. Reſpondere poſſumus,quòd Gemini. vbi ſupra illam intimationem, ſeu inſinuationem primo Cardinali per ſecũdum factam (quæ inhibitioni æquipollet) inhibitionem nũcupauerit. Quòd autem dixi intimationem, ſeu denunciatiõ præmiſſam æquipollere inhibitioni, limito quò ad Cardinales tantum, ſola enim intimatio † præmiſſa non ligat aliàs manus procedere volentis, vt per Rot. 29. & eſt ſciendum de do.& contu.aliàs 659.in anti. & Bella. dec. 322. itẽ quòd intimatio.vide tamen quæ ſcribit Rui.9ſi. 62. in lite. num.6.colu.5.vbi quòd iudex laicus eo ipſo quòd ſcit cauſam pendere coram eccleſiaſtico, debet ſuperſedere, & q̃ ſufficit intimatio inferioti facta. Vide etiam Ludo. Roma. conſi.330.circa.col.1.verſicu.quoad ſecundum.Tertium & quartum membrum explicabo in duabus ſequen. quæſt. Non tamen negauerim quin iudex ad quem poſſit eſſe minor † & inferior judice a quo in quibuſdam, ſed quantum ad actum deuolutionis debet eſſe maior, vt oſtendunt Ioã. And & Gemin.in capit. Romana.de appell.libr.6.Phi.Fran. ſuper rub.de appell.col.4.& Io.Fran.a Rip.titu.de diuer. reſcrip.reſpon. 181. aliàs 13.incipien. Allobrogum Dux. nu. nu.6.verſi.Tum quia poteſt eſſe,quod iudex ad quem.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius an delegato inhibeat?*
2 *Delegatus maior eſt ordinario.*
3 *Legati à latere delegatos procedere prohibent.*

QVAESTIO V.

Quintò Quæro † an ordinarius delegato ĩhibeat; Reſpondeo negatiue, ea præſertim ratione;qa delegatus quò ad cauſam ſibi cõmiſſam maior eſt quouis ordinario.cap.ſanè.2.de offic.deleg.cap.ſtuduiſti.de offic.lega.& delegatus Papæ eſt maior epiſcopo.Alexan.conſi.79. circa primum,col.3.verſi.Quis igitur lib.1.& delegatus epiſcopi maior illius vicario.Roma.ſing.458.tu habes tit.Gui. Papę.dec.278.Iudex,eſt verum,quòd † legati à latere,hi prę ſertim qui aliquibus præſunt prouinciis, etiam eorum amptiſſimis facultatibus freti plerumque vel delegatis inhibent,vel alia via,etiam indirecta illos in aliqua cauſa,vel aliquo articulo procedere prohibent,vel impediunt,allegãtes ſe pſonam Papæ immediatè repreſentare;illiusq. ibi generaliter vices gerere.ad text.in capit.cum venerabilis,ante medium,ibi (Quæ vices noſtras &c.)de conſue.ad glo. in c. quæ de cauſa.2.q.4.per glo. magnam in c. quod translationem,poſt medium.de offi.lega.a late. Dicuntq; iuriſdictionem ampliſſimam ſibi datam alijs reſcriptis ſubuerti non poſſe, quàm propria manu ipſius ſummi Põtificis ſignatis.

SVMMARIVM.

1 *Delegati an ordinarijs inhibeant?*
2 *Adiunctis ordinario, vel delegato inhibet.*
3 *Commiſsione iudici præſentata ſtatim recipit iuriſdictionem actu.*

QVAESTIO VI.

Sextò quæro, † an delegati ordinariis inhibeant? Reſpondeo affirmatiuè,ſunt enim (vt dixi) ordinarijs digniores,& potentiores, Amplio vt etiam † adiunctus datus ordinario, vel etiam delegato præſertim ad vniuerſitatem cauſarum illis inhibere poſſit, ne quid abſque eo in cauſa,ad quam adiunctus datus ſit,faciant, ſeu ad aliquem actum procedant?prout per.Staphi.ſuper ſigna. fol.178.ver. Pro commiſſionibus iuſtitiæ decretum irritans,vbi ſubdit, quòd talis adiunctus coniudicibus ſtatim inhibere poteſt, ex quo † ſtatim præſentata commiſſione recipit iuriſdictionem actu:ad c.ſuper eo.2.de appel. & ad glo.in cle.1.in ver. exceptis,de procu.Roma.conſi.353.quò ad primum, num. 8.Rot.459.circa tertium.nume.5.& ſeq.in nou. Guid.Papæ dec.276.iudex delegatus.Et in eo, quòd adiunctus adiuncto inhibet limitatur illa regula par in parem non habet imperium.l ille aquo.§. tempeſtiuum. ff. ad Treb. Ceſſabit etiam limitatio illa,quam pono in capit.1.poſt nume.49.ff. de offic.deleg. videlicet,ſi impediens iuriſdictionem ſit collega, vt per Bartol. in l.1. §. is videtur,nume.7.verſicu. Sed quero, quid ſi duo ſint collegæ, & ibidem Iaſ. in fin. ff. ſi quis iusdi. non obtem.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus an epiſcopo inhibere poſsit.*
2 *Ordinarius propriè dicitur epiſcopus.*
3 *Demandato aliquo, omnia conceſſa videntur, quæ illius executioni conferunt.*
4 *Seruo hæredi inſtituto libertatem datam cenſeri.*
5 *Epiſcopalem dignitatem ſub quacunque generali diſpoſitione non comprehendi.*
6 *Epiſcopos Papa magni facit.*

QVAESTIO VII.

Septimò Quæro, † an delegatus epiſcopo, vel Archiepiſcopo inhibere poſſit? Pro opin. affirmatiua pondero, quòd † ordinarius propriè dicitur epiſcopus c. omnes baſilicæ. & c.ſeq.16. quæſt.7. c. de perſona, ibi.Doceant prius 11.quæſt.1.c.1. de offi. ordi. & ad alia quæ adduco in 26.q.Regu.cancel.num.3. Delegatus autem maior eſt,& dignior quocunque ordinario.ca.ſanè.de offi. delega.glo.rub.eod.titu.cap.ſtuduiſti.de offi. lega. & in ſpecie quòd delegatus ſit maior epiſcopo,tradit Alex.conſi.ſupra citato.79.circa primum,col.3.verſ.quis igitur.lib.1.Delegatus igitur tanquam maior, & dignior epiſcopo, aut archiepiſcopo illis ordinariis inhibere potuit in cauſa] ſibi commiſſa.Inſuper, † cui aliquid demandatur,omnia illa cõceſſa videntur,quæ expeditioni, vel executioni rei commiſſæ conferunt,vulga.l.oratio.ff. de ſpõſa. l. ad rem mobilem & l.ad legatum. ff. de procu.l. illud. ff. de acqui.hær.Huc ſpectat illud, quod dicimus, † ſeruo hæredi inſtituto libertatẽ datam cenſeri,l.penul.C.de neceſ.ſeru.hær.inſt.§.& ſeruus. Inſti.de hære.inſti.Pro opin.verò negatiua adduci poteſt,q̃ † epiſcopalis dignitas ſub quacunque etiam generali diſpoſitione niſi de illa ſpecialis mentio fiat, non comprehenditur.l.ſi compromiſſarius.§.huiuſmodi.de electio.lib.6.cap. 1.de offi.deleg.eo.lib.cap. quia periculoſum. de ſenten. excommu.dicto lib.6.Ioan.And.in ca.cui licet.de reg.iur. eo. lib.quem ſequi videtur Bald.in l.digna vox.C.de legi. & tã ti facit epiſcopos ſummus Pontifex,vt illos † coepiſcopos, & fratres nuncupare ſoleat. cap. cum olim frater epiſcope. de præſcri.cap.ex parte.1.in princi.& poſtea ibi (Aliàs ad te

frater

Source : BIU Cujas

frater Eboracen.) de offi. deleg. cap. quàm graui. de crimin. falsi. versi. cum scire debeas, & ipse summus Pontifex se episcopū nūcupat, pro quo videre poteris quæ scripsi in Glo. Facul. in superscriptio. Paulus episcopus, & videmus, q̄ q̄ñ Papa episcopos in sua constitutione, vel dispositione comprehendi vult, illos nominare solitus est, prout in extrau. detestandæ. versus fin. ibi (Etiam si pōtificali dignitate præfulgeant) de sepul. inter commu. & alibi sæpe. Qui sapiunt, dum commissiones fabricant circa facultatem inhibendi apponere consueuerunt illas clausulas (Ac quibus, & quoties, quacunque etiam dignitate episcopali, archiepiscopali, vel alia quauis & c. fulgentibus inhibendi.) Quas clausulas inuenies in mea. 1. Formu. commissionum.

SVMMARIVM.

1 *Par pari an inhibere possit.*
2 *Remittere quid significet.*
Contradictores componendo, clausula.
3 *Correcta lex, vel abrogata pro decisione causarum allegari non potest.*
4 *Stilus, pro obseruantia consueta alicuius tribunalis.*

QVAESTIO VIII.

1 **Octauò** Quæro † an par pari inhibere possit? Videt responderi debere affirmatiue: Sic enim antiquitus factum perspicimus ex verbis M. Tullij Antoniana. 11. (Flacco collegæ Flamini Martiali mulctam dixit, si à sacris discessisset, quam mulctam populus Romanus remisit.) si collegę inhibitum fuit, ne discederet à sacris collega, ergo par pari inhibuit. Si populus, quia nō paritum fuerat inhibitioni à collega collegæ factæ, mulctam remisit, ergo inhibitio iure emanauerat, cum pœna, seu mulcta incursa fuisset, & quòd incursa, & legitime incursa constat, quia à populo remissa, & condonata, vel relaxata, & populus de mulcta gratiam fecit, vel Flaccum à mulcta incursa absoluit, seu liberauit; Id enim † verbum remitto, infert, ac significat iuxta text. in l. si vno. §. vbicunque tamen remissionis ratio habetur. ff. loca. l. quamuis, ibi (& actionem remittat.) ff. de in ius vocan. l. non erit. §. fi. & l. remittit iusiuraudum. ff. de iureiur. l. quidam. versi. Nemo enim ius publicum remittere potest. ff. de admini. tuto. l. quę sub conditione. §. de hoc iureiurando remittendo. ff. de condit. insti. l. quæritur, versi. Remittentibus enim actiones suas. ff. de ædili. edi. Idq; etiam, quòd par pari inhibere possit, antiquitus cautum videmus ex illis verbis (Magistratus nec obedientem, & nocuum ciuem mulcta, vinculis, verberibusue coercento, ni par, maiorue potestas prohibuisset.) prout ēt per Gui. Bud. super l. 2. ff. de iudi. Corroboro præmissa, & sic opi. affirmatiuam ex antiquissimo stilo Romano, iuxta quem in dies videmus Rotæ auditorem coadiutori inhibere. Rot. 710. de stilo. & dec. sequen. in fin. in anti. ac. 138. si appelletur in no. & sic par pari inhibet. Contrarium concludendum est iuxta terminos inhibitionis iudiciariæ, de qua tractamus, ex regula iuris, quòd par in parem non habet imperium vt l. 3. in fin. & l. nam magistratus, cum glosl. in ver. imperio. ff. de arbit. & ad alia, quæ adduxi supra quæst. 4. num. 2. cum aliis sequen. vbi in 1. membro, nume. 5. posui vnam fallen. Vide etiam in 6. quæstio. nume. 2. quòd adiunctus cui adiūgitur inhibere possit. Et dicunt omnes delegatum nō habere potestatem in collegam apposita etiam, vel subintellecta illa clausula, Contradictores per censuram ecclesiasticam authoritate apostolica compescētes: licèt enim delegatus possit exercere iurisdictionem contra omnes turbātes, seu impedientes non solùm si sint partes: sed etiam alij, qui de facto, & iniustè contradicant. capit. pro illorum, iun. glosl. in ver. contradictores, & ibi Abb. de præb Rui. consi. 27. nume. 10. vol. 5. Cagno. in l. factum suum. §. non videtur. ff. de reg. iur. & per glosl. fin. in ca. 1. de offi. dele. Fallit nisi turbās, seu impediens sit collega: prout per Feli. in dicto cap. 1. post nume. 14. & D. meum Phi. Dec. nume. 86. de offic. deleg. Quo ad verba M. Tullij, de quibus supra, vltra alias respōsiones, illa dari potest, quòd ex verbis præcedentibus colligatur q̄ non par, sed maior inhibuit, legitur enim ibi (Crassus cōsul Pontifex Maximus Flacco collegæ &c.) Non secus ac si hodie diceremus, summus Pontifex inhibuit coepiscopis fratribus. Sic & illa verba per Bud. vbi supra relata, videlicet (Ni par maiorue potestas prohibuisset.) etiam si cōuenirēt casui nostræ inhibitionis, de qua loquimur, interpretatio facienda esset, quando ille par aliqua ratione quo ad illum actum maior habetur, vt supra quæst. 4. nume. 5. & seq. Insuper illa verba, de quibus supra per Bud. relata legis antiquæ
3 † correctæ, vel abrogatæ pro decisione causārū allegari nō possent. l. vnic. §. huic igitur, & ibi not. glosl. in ver. imaginē. C. de lati. liber. tollen. Feli. in cap. 1. nume. 19. de constit. & in cap. fraternitatis, nume. 2. super glosl. 1. de hæret. Ad vltimum de inhibitione, quæ emanat ab Auditore coadiutori, respondeo, quòd essemus in inhibitione delegati secundi facta primo delegato, & sic iuxta terminos membri secūdi, de quo supra quæst. 4. nume. 11. delegatus successiuè datus priori delegato inhibet. Insuper id euenit; quia Auditori inhibenti in rescripto supponitur data facultas inhibendi coadiutori: Inhibitio autem iuxta signaturam regulāda est, prout probaui supra quæst. 3. nu. 2. Verum dato, & non concesso, quòd Auditor Rotæ ex stilo sui tribunalis tantū, coadiutori, & sic par pari inhibere posslit. non tam spectandum est quid in Rota, vel quid Romæ factum est, quàm qd fieri debeat, iuxta optimum tex. in l. sed licet. ff. de offi. pręsi.
4 Insuper si † stilum Rotæ, de quo supra, accipiemus pro obseruantia consueta in aliquo tribunali, prout declarat Cy. in l. 2. nu. 7. C. quæ sit longa. consue. Ange. in l. 1. ff. de offi. ass sess. Ias. in l. 1. col. 1. ante num. 9. C. de sacros. eccle. Georg. Natta in cle. sæpè. §. ante omnia. colum. 2. de verb. signi. ille stilus in illo tantum tribunali seruetur.

SVMMARIVM.

1 *Maior minori an indistinctè inhibere possit?*
2 *Inferiorum facta superiorum censuris obnoxia sunt.*
3 *Inferiorum prælatorum processus per episcopum perturbari non debent.*

QVAESTIO IX.

1 **Nonò** Quæro, an † Maior minori indistinctè inhibere possit? Pro opi. affirmatiua adduco tex. in l. 3. §. fin. & in l. seq. ff. de arbit. à cōtrario sensu, vbi quòd minor magistratus non cogit maiorem, seu maiori non imperat. Maior igit̄ non imperabit, & inhibebit minori. Et ad Hebr. c. 7. vbi (Quòd minor à maiore benedicet̄) & probo ex tex.
2 in cap. interior. & in cap. denique. distin. 21. vbi quòd † Inferiorum facta superiorum censuris obnoxia sunt. & probat tex. in ca. de persona. 11. quæstio. 1. quòd ad ordinarium superiorem spectat inferiores iudicare. Nec iustitia aliqua suadet, quòd maior seruiat, ac obediat minori, sed minor maiori, vt est text. in cap. est ordo naturalis. 33. quæstio. 5. Pro opi. vero negatiua est text. in cap. cum ab ecclesiarum. de offi. or
3 di. vbi quòd † processus, & sententiæ inferiorum prælatorū in subditos per episcopum perturbati non debent, imò episcopus illas inuiolabiliter obseruari facere debet. Nulla autem via aptior est ad perturbandos processus, impediendūque sententias, illarumq; executiones, quàm similibus inhibere, episcopus ergo illis inhibere non debet, & in terminis nostris pro hac opin. negatiua concludit Gasp. Galde. alio themate proposito. consi. 236. inhærendo, in fin. versic. quare concludo dictam inhibitionem de iure non posse fieri, cum etiam superior non posset inhibere inferiori, ne sua iurisdictione vtatur, pro quo citat dictum cap. cum ab ecclesiarum. quod cōs. Calde. inuenies inter illa Pet. de Ancha. Ego existimo optimum fore, superiorem quemlibet à talibus inhibitionibus decernendis abstinere, nisi illas cum causa concedant. Verum etsi absque causa superior inhibeat, inhibitioni huiusmodi omnino parendum fore censeo: Idque annuere videtur glo. fin. in alle. c. cū ab ecclesiarum, vers. sed pone quòd episcòpus relaxet & c. Vtique cū sit superior, & ordinarius & c. de off. ordi.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiasticus iudex an, & quando seculari inhibere possit.*
2 *Ecclesiasticus seculari inhibere potest, ne procedat super principali, do nec spirituale incidens coram eo pendet.*
3 *Inhibitiones ecclesiasticorum quando iudices laici curare non debeāt?*

QVAESTIO X.

1 **Decimò** Quæro † an, & quādo ecclesiasticus iudex seculari inhibere possit? Respondeo, quòd plures sunt casus, quorum aliquos infra recensebimus, in quibus ecclesiasticus seculari inhibere potest, generaliter
2 autem asseramus, iudicem † ecclesiasticum seculari inhibere posse, ne se de ecclesiasticis personis, vel rebus intromittat. cap. seculares. de fo. compe. lib. 6. Nic. Boe. dec. 114. Florē tinus, nume. 2. Et licèt subdat hoc nō seruari in regno Galliæ, supponit de iure etiam ibi seruari debere. Item concludamus, ecclesiasticum etiam inhibere posse seculari, ne in principali causa procedat, quando coram ecclesiastico deductum esset aliquod incidens spirituale, donec incidens

spirituale

ſpirituale huiuſmodi indeciſum durat. capit. lator. qui fil. ſint legi. c. tuam. & ibi Ant. de But. num. 9. in 7. not. ac Abb. in vlt. not. & num. 11. de ordi. cogni. Rober. Maran. de ordi. iudic. in 11. diſtin. iudicii, nu. 30. in 21. caſu. Quando autem iudex ſecularis procedere incępit ſuper nonnullis, in qbus tam ipſe, quàm eccleſiaſticus procedere pōt, quæ inuenies declarata per Feli. in cap. cum ſit. in 1. & aliis declaratio. de for. compe. ipſe eccleſiaſticus ſeculari inhibere non debet, prout etiam pulchrè per Gaſpa. Calde. inter con. Anchara. conſil. 236. inhærendo. Si tamen eccleſiaſticus, vbi non deberet, inhibet, inhibitio præſertim propter cenſuras timeri, & ſeruari debebit, prout de ſtilo ita ſeruatur, & hoc ſentit Feli. in alleg. c. cum ſit, ante num. 2. de fo. compe. dum inqt. Hodie tamen curia epiſcopalis per inhibitionem cum cenſura multum obuiat talibus practicis, ſed nō ſemper iuſtè. Ad hoc videre poteris verba Bart. Soci. ad fin. conſi. 99. incipien. ſerenis. lib. 3. quòd omnis cenſura emanata contra comitem Galeatium fuit inualida, & nō affecit, quia incępit à monitorio ipſo iure inualido, ut probatum eſt, cōſulo tamen Illuſt. Galeatium vt omni cura, conatu, & diligentia operam det, ꝙ à præfatis cenſuris liberetur quatenus opus eſſet, quia in ijs quæ ſalutem animæ concernūt tutior pars eſt eligenda, vt inquit ſummus Pōtifex in capit. iuuenis de ſponſa. Hactenus Soci. Aduertendum tamen eſt ad vnum valde generale in fauorem laicorum, videlicet, quòd iudi-
3 ces ſeculares nō debeāt † curare inhibitiones eccleſiaſticorum quando iuriſdictionem ab eis non habent cognoſcēdi Bald. in l. 1. in fi. C. quo. & quan. iud. Soci. præalle. conſil. 99. nume. 21. verſi. Vnum tamen non omitto, quòd licet iudices eccleſiaſtici inhibeāt iudicibus ſecularibus, li. 3. Matth. de Afflict. dec. Neapo. 30. fuit dubitatum, ſi iudex laicus. col. 2. nume. 3. verſi. Imo dicebat Bal. Hyppo. de Marſi. ſing. 490. incipien. Mos iudicum eſt accuratè manutenere ſuam iuriſdictionē. Qui Marſi. poſtea limitat, niſi vn⁹ iudex vellet occupare iuriſdictionē alterius, vt puta ſi iudex laicus vellet procedere contra clericum, nam iſto caſu licèt iudex laicus nō hēat iuriſdiction ēa iudice eccleſiaſtico, tñ inhibere poterit laico. toto titu. de fo. compe. maxime per ea quæ habentur in cap. 2. eo. titu. lib. 6. & in cap. ſi iudex laicus, de ſenten. excom. eo. lib. Et quādo inhibitoria eccleſiaſtica poſſit per iudices laicos euitari vide per Ferrat. caut. 53. poſt Ce pol. 250.

SVMMARIVM.

1 *Inhibere an poſsit iudex eccleſiaſticus, à quo petiutr abſolutio à iuramento, ſuper contractu uſurario præſtito, ne iudex ſecularis ad illius executionem procedat.*

2 *Inhibitio decerni non poteſt, niſi ratione cauſæ coram eo, qui inhibet introductæ.*

QVAESTIO XI.

1 **Vndecimò** Quæro, † an iudex eccleſiaſticus porrecta ſibi petitione per debitorem pro abſolutione obtinēda à iuramento ſuper contractu vſurario interpoſito, iudici ſeculari inhibere poſſit, ne ad executionem inſtrumenti procedat? Pro opin. negatiua cōcludit Fede. de Sen. conſi. 290. cum ſuper iuſtrumento non pēdeat lis coram eccleſiaſtico, ſed an abſolutio à iuramento cōce-
2 di debeat. † Inhibitio autem concedi non poteſt niſi ratione cauſæ coram eo, qui inhibet, introductæ, prout probat text. in capit. Romana. §. ſi verò, & §. quod ſi obiiciatur, vbi etiam Innocen. in ver. minus legitima. de app. lib. 6. & Lauren. de Rodulph. de vſur. quæſt. 131. nume. 19. verſ. Probatur hoc etiam, & ad alia quæ adducam infra quæſt. 17. nume. 2. In hac opin. reſidet idem Lauren. de Rodulph. in alle. tract. vſura. q. 129. num. 14. vide omnino dec. Neapo. Matth. de Afflict. 30. fuit dubitatum.

SVMMARIVM.

1 *Inhibere an poſsit eccleſiaſticus, coram quo ſimul inſtatur pro abſolutione a iuramento, ac ſuper reſciſſione contractus.*

2 *Animæ diſpendio cuiuſque eccleſia præcauere debet.*

QVAESTIO XII.

1 **Duodecimò** Quæro † an eccleſiaſticus, coram quo ſimul inſtatur pro obtinenda abſolutione a iuramento ſuper cōtractu vſurario interpoſito, ac ſuper reſciſſione contractus, inhibere poſſit? Laur. de Rodulph. in alle. tracta. vſura. quæſtio. 129. num. 15. pro opi. negatiua ponderat, debitorem non poſſe petere ſecūdum, niſi obtineat in primo, & niſi primo expedito nō poteſt ſuper ſecundo lis pendere. Non poteſt igitur eccleſiaſticus inhibere, quod non pendet in ſuo foro eccleſiaſtico. Ipſe ſubdit contrarium practicari, & eſſe æquius, quādo eccleſiaſticus veriſimiliter coniicit contractum eſſe vſurarium, & dubitari poteſt aliquid innouari in diſpendium animæ credi-
2 toris, cui ex officio † eccleſia præcauere debet. cap. ipſa pietas, verſ. Item ſi per poteſtatem. 23. quæſtio. 4. c. ex literis. 2. iunc. gloſſ. in ver. compellas, verſi. Eccleſia non ſolum peccata commiſſa. de ſponſa. Addo text. in cap. exceptionem. de exceptio. & in c. pia. in fin. eod. titu. libr. 6. vbi iudex debet repellere excommunicatum agentem, etiam ſi nō petatur fauore animæ ipſius excommunicati, vt rubore confuſus aliquando redeat ad gremium eccleſiæ, facit in ſimili text. in cap. cum inhibitio. de clande. deſpō. Adduco etiam text. in cap. cum nobis. de electio. vbi quia vertitur periculū animæ, ſi indigni electio confirmetur, inquirere poteſt confirmator ex officio de idoneitate electi. Ad idem eſt text. in ca. ad noſtram. 2. & ibi probat Innocen. de iure iur. quòd iudex eccleſiaſticus poſſit ex officio inquirere cōtra vſurarios ad vſurarum reſtitutionem, quia vertitur periculum animæ, & eſt bona glo. in cap. quia fruſtra. de vſur. Subdit idē Laur. maximè id procedere, ſi is creditor eſt talis, qui ſimiles contractus inire conſueuit. Prędictis autem ceſſantibus veriorem, & æquiorem eſſe primam opin. Præmiſſis item cō currentibus limitat ſecundam opi. procedere ſolum, ſi iudex eccleſiaſticus ex officio inhibeat, & ſic excludit debitorem inſtare poſſe pro obtinenda inhibitione. Ego Romæ præſertim coram vicario vrbis, & extra vrbem coram ordinariis in omnibus caſibus p̄miſſis inhiberi vidi, & ſępe obtinui. & huc ſpectant verba Fel. in c. cum ſit. ante num. 2. in ſimilibus terminis prolata, de for. compe. inquit enim. Hodie tamen curia epiſcopalis per inhibitionem cum cenſura multum obuiat talibus practicis, ſed non ſemper iuſtè.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſticus an ſolum ratione promiſſionis vltra ſortem, ſed etiam ratione eorum quæ ſunt vera ſors inhibere poſsit?*

QVAESTIO XIII.

1 **Decimotertiò** Quæro, † an iudex eccleſiaſticus occaſione mutui in cētum facta obligationi in fauorem Męuij quod cc. ei Titius reſtituere teneāt, & propterea Męuius inſtabat pro cc. iuxta formam obligationis Titium condemnari, generaliter inhibere poſſit, ne vigore talis inſtrumenti nedum ſuper dictis c. vltra ſortem, ſed etiam in aliis quæ ſunt vera ſors, ad capturam, vel ad aliquem alium actum procedatur? Hoc quæſitum ad partes diſcutit Laur. de Rodulph. in alle. tracta. vſura. q. 135, nume. 28. & ſeq. præmittens de conſuetudine generaliter inhibere ſolere, ego hanc conſuetudinem ſemper ſeruari vidi, quæ conſuetudo ſimilis eſt illi, de qua ſupra locutus ſum, videre poteris Fel. in alle. c. cum ſit. ante num. 2. de fo. compe. Si argumenta pro vtraque parte ſcire vis, vide dictam q. Lauren. 135. num. 29. cum aliis ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſticus propter exceptionem vſurarum poſt præceptum in confeſſum an iudici ſeculari inhibeat?*

QVAESTIO XIIII.

1 **Decimoquartò** Quæro, † an iudex eccleſiaſticus propter exceptionem vſurarum poſſit poſt præceptum in confeſſum iudici ſeculari inhibere? Pet. de Anchara. ad partes diſcutit conſi. 234. caſus talis, qui pro opin. negatiua concludit. Quod conſil. citare volerunt illud ſequentes Alex in l. imperium, in ver. ad ſeptimum, vbi allegat conſil. Ancha. 214. debuit allegare. 234. Iaſ. in l. nec quicquam, poſt nume. 30. verſi. cōtrarium eſt verius. Idem Iaſ. in repet. l. admonendi, ante num. 328. Aymo Crauet. conſi. 75. accuſatur. poſt nume. 9. & conſi. 171. magiſter, ante nume. 8. videri poterunt quæ ſcribam infra queſt. 72. Eccleſiaſticus an inhibere poſſit ſeculari ad impediendā executionem inſtrumenti, ſi opponatur de vſura, plenè tractat. Bero. quæſt. familia, 77. incipien. Vtrum inhibitio.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio de per ſe, an cum citatione, & qualiter expediatur.*

2 *Inhibitio ſub pœnis pecuniarys.*

3 *Inhibitio ſub cenſuris.*

QVAESTIO IX.

1 **Decimoquintò** Quæro, † an inhibitio expediatur ſeorſum, & de p ſe, an cum citatione, & qualiter? Reſpondeo, quòd inhibitio per ſe ſtare, & ſola decerni poteſt, tam pro Rom. cu. quàm extra eam tranſmittenda. Nonnunquam ſimul cum citatione, obtinetur, ac vtroq; caſu tàm via ordinaria, quàm in vim

ſpecialis

Source : BIU Cujas

ſpecialis reſcripti. Ac denique vtroque caſu ſub ſigillo expediť: & regulariter † ſub penis pecuniarijs iuxta verba M. Tulij Antoniana.11. (Flacco collegę flamini Martiali multam dixit,ſi a ſacris diſceſſiſſet &c.) &.ad tex.in l. vnic. & ibi glo.& Docto.ff.ſi quis iusdicen. non obtem. Quando verò a perſona eccleſiaſtica † inhibitio decernitur,emanare conſueuit non ſolum ſub penis pecuniariis,ſed etiam ſub cenſuris eccleſiaſticis, prout etiam ſupponit Feli. in c. cum ſit, ante nume.2. verſ. Hodie tamen curia epiſcopalis per inhibitionem ſub cēſura multum obuiat talibus practicis &c. de fo.compe.& hæ cenſurę hodie in ſubſidium apponi,ſeu addi deberent iuxta Conc. Triden.Seſſio.25.capit.3. in Decreto reformatio.

SVMMARIVM.

1 *Inhibeatur qualiter iudici, qualiter parti, qualiter vtrique?*
2 *Subſtantia inhibitionis in quo conſiſtat?*

QVAESTIO XVI.

1 Decimoſextò Quæro † qualiter inhibeatur iudici, qualiter parti, & qualiter vtrique? Reſpondeo videndum eſſe Specu. in formula inhibitionis,quæ fit iudici,& alterius quæ fit parti ,ſub titul. de citatio.§.fin.nume.7.verſic. Porrò quandoque Auditor. & §.de officio.col.2.de appel.Melioribus, & tutoribus formulis tam in prima, quàm in aliis inſtantiis hodie vtimur, de
2 quibus in formulariis notariorum † ſubſtantia vtriuſque inhibitionis in hoc conſiſtit,vt mandetur iudici, ne in tali articulo procedat,& parti ne quid innouet, prout per Fed. de Sen.conſi.390.factum tale eſt,col.1. verſ.vnde videt. Hodie regulariter,& indiſtincte inhibitio tàm cōtra iudicem, quàm aduerſarium obtineri,decerni, ac executioni demādari conſueuit.Vide etiam infra quæſt.71.vbi etiam de inhibitione quoad perſonam, & quo ad bona.

SVMMARIVM.

1 *Pars an parti inhibere poſſit?*
2 *Prohibitio impedit actionem mandati.*
3 *Prohibitiones plures fiunt à parte parti.*
4 *Interlocutoria ſententia dicitur inhibitio.*

QVAESTIO XVII.

1 Decimoſeptimò Quæro, † an pars parti inhibere poſſit,& hęc inhibitio idem operetur,quod inhibitio iudicis? Pro opin. affirmatiua eſt tex.in l.ſi eo.in princip.ibi.Inhibebo opus tuum.ff. ſi ſeru. vēdi.in l.an vnus,vbi de prohibitione ſocij ſocio,ne is ædificet.ff,eod.in l.hæres in fundo.in fin. vbi de prohibitione quæ fit per vſufructuarium hæredi.ff.de vſufruct.lega.&
2 in l. ſi pro ſe. ff. manda. vbi † prohibitio impedit actionem mandati,quem tex.ſingu.dicit Ange.Aret. in §. actionum, colum.15.Inſti.de actio.concludens ex illo text. prohibente domino geſtorem non habere actionem, etiam vtilem,
3 & de pluribus prohibitionibus † a parte parti faciendis validis,vel inualidis eſt text.in l.iniuriarum.§.ſi quis me prohibeat in mari piſcari.ff.de iniur. Et idem ſupponit regula, de qua in l.Sabinus.ff.commu.diui.vbi quòd potior eſt cōditio prohibentis. Breuiter iuxta terminos noſtri tractatus pars parti inhibere non poteſt, ſed ſolus iudex. Nec priuati exercere poſſūt,quæ ſunt iuriſdictionis,ad nota.in l.3.ff.de
4 teſta.† Et inhibitio dicitur eſſe quædam ſentētia interlocutoria,Fede de Sen.conſi.96.Aret.conſi.75.diligenter. col.4. verſ.His præmiſſis.Fran.in c. cum ceſſante,nume.46. de appel. Non nego tamen, prout & iura prædicta, & plura alia probant,quin aliquis aliquem circa aliqua prohibere poſſit,nunciando etiam, & vetando, ne quid faciat abſque iudicis aditione,l.j.§.nunciatio.& toto illo titu. & ibi Docto. ff.de no.ope.nun. Et tantæ eſt potentiæ hęc noui operis nūciatio,vt ſi quid contra fiat, id omne via attentatorū reuocandum veniat ſecundùm Bald.conſi.343.proponitur,nu. 2.lib.2.verum hæc inhibitio non minus partis, quàm legis dici poſſe videtur,ex quo a lege inuenta præalle.l.j.per nunciationem inhibetur.ff.de no.ope.nunc. Et de inhibitione, quam facere poteſt eccleſia parrochialis hæredi,ſeu ādicō miſſario, ne portionem ſibi debitam ſoluat eccleſiæ ſepulturæ,ſeu fratribus,habemus glo.in cle.dudum.§.in quibus. in ver.largiri, de ſepul. quā nota. affirmat Abb.in c. de his, verſus fi.verſ. Hodie habetis gl.not.in cle.dudum co.ti. pro inhibitione epiſcopi contra hæredes defuncti, ne ſoluant tertio, ſed ſuam quartam reſeruent, vide Lap.alle.29. conſilium fuit: verſus fi.verſ.ſed poteſt epiſcopus. Videre poterit, quæ infra latius tractabo quæſt.88.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio an concedi poſſit antequam pars ſit citata?*
2 *Inhibitio ſupponit litem pendere.*
3 *Inhibetur ſtatim præſentata commiſsione.*
4 *Clauſula in inhibitione, & quia lite coram nobis ſic pendente.*
5 *Iudex ex officio ab inhibitione incipere poteſt.*
6 *Io.Bapt. Ferret. ſtilus ſubuertitur.*
7 *Citationem non requiri pro inhibitione, ne ſeruetur ſtatutum contra libertatem eccleſiaſticam.*
8 *Furioſo quando adminiſtratio interdicitur, citatio non requiritur.*
9 *Prodigo quando adminiſtratio interdicitur, an citatio requiratur.*
10 *Prodigo, vel furioſo adminiſtrationem non interdici cauſa non cognita.*

QVAESTIO XVIII.

1 Decimooctauò Quæro,an † inhibitio concedi poſſit,antequam pars ſit ci-
2 ro, quòd † non licebat tertiò prouocare. C. ne lice. ter, ꝓuo. in rub. & nigro. c. tua nobis. de appel. Soc. Reg. 328 incip prouocare tertio. Rationẽ quare nõ liceat tertiò prouocare, adducit D. Tho. 2. 2. q. 69. art. 3. ad tertiũ, qa non est probabile to ties iudices a recto iudicio declinare. Et tertium iudicium finẽ imponere affirmauit Plato lib. 4. de legib. Dial. 6. Amplio
3 † ẽt ad appłonem ab interlocutoria, vt nõ liceat, nisi bis ꝓuocare. ad gl. in cle. fi. in ver. ſuper ea. ad fin. quã ibi ſing. dñt Car

Source : BIU Cujas

di.& alij, de appel. Ant.de But. in c.fraternitatis, de frigi. & male. Alex.in l.quod iussit.nu.11.in 2.fallen.ff.de re iudic.& Corset.in suis sing.in ver.appellatio.3. Et an † sententia lata super tertia appellatione sit ipso iure nulla quærit Bal.distinguens in alle.c.tua nobis.nu.2.de appel. Vide Rui. cons. 114. visa facti.nu.17.& seq.volum.5. Insuper † de re iudicata mentio fieri debet, aliàs rescriptum nullum redditur.c. exposita, &ibi Docto.de arbit.l.causas.& ibi Ias.nu.4.cum seq.C.de trā sactio.Cardi.cons.65. Thema tale est, plebs.nu.10.vers. ad secundum Feli.in c.super literis.nu.14.de rescr.in 7.regu.Paris. cons.1.nu.53.vol.4. Item in casibus prohibitis non est inhibendum.Rot.11.fuit dubitatum,& 280.licèt per viā,in nou. Partem affirmatiuam tenuerunt D mei de Rota in causa Brixien.matrimonij corā Ptholomeo 19.Februarij.1546.omnia post præfatam inhibitionem facta dixerunt fuisse attentata, & adducebatur prælleg.dec.111.in nou.glo.in c.si eo tempore, de electio.lib.6.& Fel.in c.dilectus.in 2.col.de reser. Et (vt aliàs dixi) ex quo inhibitum erat, † inhibitio siue iusta, siue iniusta timeri debebat.Rot.306.nota.quòd vbi audientia,ad fi.in anti.sic etiam dicimus † vbi erat dubiū quis possideret, quicquid attentatum est, reuocari debet Alex. post Innocen, consil.99.visis.nume. 6.vol.5.& D.meus cons. 103. in causa, versus fin.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio in vim commissionis cum causula, quatenus causa non sit instructa, si erat instructa, quicquid fit postea, an dicatur attentatum?*
2 *Attentatorum in materia primò contemptus iudicis consideratur.*
3 *Dummodo, dictio exigit, vt existat illud, cui adiungitur.*

QVAESTIO XXX.

1 **Trigesimo.** Quæro, † an inhibitio a Rota emanata vigore commissionis habentis clausulam (Quatenus causa non sit instructa) si causa tunc instructa erat, quicquid post inhibitionis intimationem factū fue-
2 rit dicatur attentatum? Pro opin.affirmatiua pondero,q† in materia attentatorum primò, & præcipuè contemptus iudicis consideratur. Rot.Bisigne.1.colum.fi. versi. Quia talis attentata,ut li.penden.in antiquio.& 435.nota nunquid,in anti.nu.5.ac in nou.14.fuit dubitatum,colum.1.versi. Et est ratio: quia plus offenditur iudex &c. Aene.de Falco. de Reseruatio.q.4.in 11.effectu, post num.2.versic.Intellige prædicta, fol.35.Aret.& Rip.in l.naturaliter.§.nihil commune nu 67. ff.de acqui.pos.Phil.Franc.in c.bonæ,col.4.de appel. Paris cō sil 41.nu.38.lib.1.Cum igitur in spretum inhibitionis rotalis in partibus coram ordinario processum fuisse supponatur, meritò debet quicquid coram eo factum est,tanquam in cō temptum tanti tribunalis factum uia attētatorum reuocari. Partem negatiuam tenuit Rota, quòd immò nullū attentatū prætendi possit propter illam conditionem in cōmissione appositam,videlicet. (Dummodo causa non sit instructa,)
3 quæ † dictio dūmodo exigit: vt omnino existat illud, cui adiungitur,alioqui actus effectum non sortiatur. Ioan.And. in c.ex tuarū.de aucto.& vsu pal.Alex.in l.1.in prī.ff.ad leg. Fal. Inhibitio igitur in vno casu concessa. in altero denegata esse censetur, & econtra,argu.tex.in l.cū prætor.de iud.cum vulg. Insuper non censetur contra mentem Papæ processum, uel contra Rotæ intentionem, unde s'm vtriusque voluntatem, vt ex dicta clausula conditionali appareat. Nec potest dici iudicem offendere,qui illius imperio aliquid facit, vel legi sibi datæ obtemperat. Pro non attentatis concluſum fuisse annotauit Hyeronim. Noua.sub die Lunæ. 6. Nouembris. 1550. in Algaren. Beneficij.S.Antonij coram Fabio inter Iacobum Pons & Antonium Scales.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitionis tempore si causa erat instructa, sed non tempore commissionis obtentæ, processus post inhibitionem, an dicatur attentatus.*
2 *Fraudibus iura occurrunt.*
3 *Quatenus causa non sit instructa clausula in instanti operatur.*

QVAESTIO XXXI.

Trigesimoprimò. Iuxta thema, de quo in proxima præceden. quæ-
1 stio.quæro † an si tempore commissionis obtentæ causa non erat instructa, sed bene tempore inhibitionis præsentatæ, processus factus post inhibitionem dicatur attenatus? Pro opin.negatiua ultra supra adducta considero, quòd si suffice-
1 2 ret causam non esse instructam tempore impetrationis rescripti. facile fraus committi posset, † cui iura occurrunt. l.si cui.ff.de seruitu.l.in fundo.vbi glo dat concordant. ff. de rei vendi.c fin.in princ cum gloss. .de postu. Fraus autem committi potest differendo præsentationem inhibitionis, & in calculo ferendæ sententiæ illam præsentari faciendo, & sic iudicem, & partem eludendo. Pro contraria opin. & sic pro affirmatiua est in terminis dec. Achil.4 sub tit.de commissio. in hæc verba. Commissio causæ cum auocatione quatenus non sit instructa, intelligitur tempore auocationis. quia illo tempore attenditur subreptio, & sic licèt tempore inhibitionis causa esset instructa, debet iudex supersedere, alioqui attentat; quia iam vidit causam bene fuisse auocatam, & ideo sententia lata contra talem inhibitionem fuit nulla iudicata coram me in vna Cesaragustana Primitiarum de Pēna flor. 7.Nouemb.1548. Facit cons.Gemini. 47. & cons.Bero 114. quod incipit circa.nu.6.vol.3. Idem etiam annotauit Cardinalis Puteus, concluſum fuisse in Eluen. beneficij. S.Catherinæ, coram Anto. Augustino 28. Martij 1547. Aduertendum etiam est, quod illa clausula. † (Quatenus causa non
3 sit instructa) nihil suspendit, sed statim tenet, & operatur in illo instanti, ex tex.in l.cum ad præsens.ff.si certum petat. habet enim se ad esse, & non esse. Aut enim tunc est instructa, aut non, ut declarant Ias.in dicta l.cum ad præsens.in secundo nota.num.4.& Rip.in l. Stichum qui meus. num.3. & sequen.ff.de legat.1.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio vigore commissionis auocatoriæ cum clausula, quatenus instructa non sit, terminis malè seruatis, an impediat primum iudicem, ne pronunciare possit?*
2 *Non esse factum, uel non idoneè, paria sunt.*
3 *Nullum, & inefficax, pro nihilo haberi.*
4 *Contestata lite uerè lis pendet.*
5 *Instructa causa quando dicatur.*
6 *Instructum quid pluribus modis quando dici possit.*

QVAESTIO XXXII.

Trigesimosecundò. Quæro, quid si Papa auocet causam, dummodo instructa non sit, & tempore auocationis fuissent iura producta, & termini omnes seruati, licèt male, & nulli-
1 ter, † an inhibitione a iudice, cui causa auocata commissa erat, emanata non obstante, primus iudex pronuntiare potuerit? Pro opin.negatiua respondendum uidetur, ex quo termini malè, & nulliter seruati supponuntur, unde perin-
2 de est, ac si seruati non fuissent: cum paria sint † factum aliquid non esse, vel non idoneè, ad l.quoties. ff.qui satis.cogā. l.4.§.condemnatum.ff.de re iudi.l.1.§.& quidem non esse. ff. quod cuiusc.uniuer.c.inter corporalia. §.sed neque. de transla.episco. sic etiam dicimus, † nullum,& inefficax pro nihilo
3 haberi, ad l.1.in fi ff.quod quis. iur. l.2.§.1.ff.quemadmo. testa.ape.clem.2.§.fin.de re iudica. At si termini substantiales nullo modo seruati fuissent, causa instructa dici non potuis-
4 set, immo nec lis uerè penderet, quum † verè lis pendeat, a tempore contestationis.l.placuit.C.de peda. iudi.l.nemo. C. de iurisd.om.iud.glo.penultim.in l.& quia, in princ.ff.eod.§. omnem,& §. si verò.in Auth.de litigio.ca. super quæstionū. §.1 & ibi Abba.col.5.de offi.delegat. Et iudicium dicitur verè lite contestata Bald.& Abba.in cap.1.de lit.contesta. Et ante litem contestatam iudicium dicitur inchoatum, sed nondum formatum. Rip. super rub extra.de iudi.nume.47. Pari modo si malè, & nulliter seruati sint. Contrarium concluſit Rota, & sic pro opi.affirmatiua coram D. Piccolomineo, prout per Crescen.dec.113.sub titu.de iudi.quòd non obstāte inhibitione primus iudex pronunciare potuerit,ex quo cā
5 satis dici poterat instructa, cum tempore vocationis potuerit pronuntiari,iuxta tex.in c.cupientes.§.si verò.iun. glos. in ver.duæ,& in ver.instrui, quæ supplet, ita quòd diffiniri possit, de electio.lib.6.sic & fundum instructum dicimus habentem instrumenta fructus quærendi, cogendi, conseruandi gratia parata.l.sicut l.instrumenta. & toto titu. ff. defun. in-
6 stru.† Et omnia quæ sunt parata,ordinata,& apta ad aliquid operandum, seu ad finem suum deducendum instructa nūcupamus. Sic & milites instructos armis dicimus. 1.Paralipō. capit. 12. versus fina. (Et stabant in acie instructi armis bellicis.) & post (Et cum eis instructi clipeo, & hasta triginta & septem milia.) Ezech. 23. (Et venient super te instructi curru & tota multitudo populorum.)& Cice.de Natu.Deo. Instructam etiam dicimus aciem, prout.2. Regu.capit. 10. (Et instruxit

Source : BIU Cujas

ſtruxit aciem contra Syrum. (Cice. pro Murena.) Tu actionem inſtituis, ille aciem inſtruit, (ſic & nauem inſtruere. Columel.libr. 5.) Nonnulli ſtrenuè fabricant nauigia, nec conſumata perinde inſtruunt armamentis, miniſtriſque.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio primo iudici ante ratificationem iuramenti perhorreſcentiæ ab aſſerto procuratore præſtiti, an geſta poſt inhibitionem ſubſiſtãt.*
2 *Ratihabitio mandato æquiparatur, & retrotrahitur.*
3 *Amplio ad requirentia ſpeciale mandatum.*

QVAESTIO XXXIII.

Trigeſimotertiò quæro, procurator aſſertus iurauit de perhorreſcẽtia, an
1 te ratificationẽ fuit inhibitum primo iudici, † an geſta coram illo poſt inhibitionem, & ante ratificationem dicti iuramenti ſubſiſtant? Pro notitia huius iuramenti perhorreſcentiæ, vltra ea, quæ hic ſubdam, videant iuniores, quę ſcripſi ſuper 7. formula commiſſionum, in gloſſ. in verſi. prout quandocunque, in primis quatuor quæſtio. Quò ad propoſitum quæſitum negatiuè reſpondẽdum eſſe videtur, & ſic quòd non ſubſiſtant, & conſequenter quòd tanquam attẽtata, & contra inhibitionem facta reuocanda veniant, cum enim ſupponamus a iudice inhibitum, non refert, q̃ non adſit ratificatio, ex quo ſicut in quacunq; parte iudicij perhorreſcentiæ iuramentum præſtari poteſt, vt in bulla Innocen. cauetur, & tetigi ſuper 7. formula commiſſionum, in 2. quæſt. & Rota interprætatur vſque ad brachium ſeculare, & interim non eſt quid non iuranti imputari poſſit, argum. text. in cap. commiſſa. de electio. lib. 6. cum aliis, ita nihil imputari poteſt non ratificãti, & ſicut vſque ad brachiũ ſeculare iuramentum huiuſmodi præſtari poſſet, ita & vſq; ad brachium ſeculare ratificatio ſubſequi poſſe videt. Nec propterea ante præſtitum iuramentum, vel ante ſubſecutã ratificationem licere debet primo iudici ad aliquem actũ procedere. Et conſequenter, ſi ad aliquos actus præſertim poſt inhibitionem proceſſit, malè fecit, & omnia per viam attentatorum reuocanda venirent, ad cap. bonæ. de appel.
2 cap. non ſolùm. eod. libr. 6. cum aliis. Inſuper † ratificatio retrotrahitur, ac mandato æquiperatur. l. fin. C. ad Macedo.
3 cap. cum quis. de ſenten. excommunic. li. 6. † Amplio, vt regula hæc procedat in requirentibus ſpeciale mandatum. l. quod ſi de ſpeciali. C. manda. & ad alia quæ adduco in 9. q. Reg. de impe. ben. viuen. quæſtio. 9. nume. 5. Perinde igitur eſt, ac ſi principalis ipſe ante inhibitionem iuraſſet, vel ante inhibitionem ſpeciale mandatum pro iuramẽto prædicto dediſſet. Poſtremò inhibitio, vt aliàs dixi, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, ſiue ſimus in dubio, timenda eſt. Rot. 306. not. quòd vbi audientia, ad fin. in antiq. Contrarium concluſum fuit per Dominos de Rota, prout dec. Putei. 26. de iudici. in hæc verba. Iuramẽtum perhorreſcentiæ poteſt ratificari, ſi præſtitum ſit per aſſertum procuratorem. Tamen facta ante ratificationem per iudicem, cui fuit inhibitũ, tenent, nec tanquam attentata ſunt reuocanda. Ita in cauſa Meſſanen. Baroniæ coram Aquen. 19. Februarij 1543. Amplius coram eodem Puteo. 19. Octob. tentum eſt, valere geſta in partibus, etiam poſt ratificationem vſque quo ratificatio huiuſmodi intimata fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitione præſentata ordinarius an teſtes ſenes, vel infirmos recipere poſſit?*
2 *Teſtes de quorum morte, vel impedimento dubitatur, poſſunt per ordinarium lite in curia pendente recipi.*
3 *Iudex à quo, pendente appellatione teſtes ſenes, & valetudinarios examinare poteſt.*

QVAESTIO XXXIIII.

1 Trigeſimoquartò quæro, † an inhibitione a Rom. cu. emanata, ordinario p̃ſentata, poſſit ipſe ordinarius teſtes ſenes, vel infirmos recipere, & examinare? Pro opi. affirmatiua adduci poteſt
2 Rot. 109. no. quòd cauſa pendente in curia, vbi quòd † teſtes, de quorum morte, vel impedimẽto dubitatur, poſſunt per ordinarium cauſa in curia pendente recipi, in anti. & facit tex. in capit. quoniam frequenter, cum gloſſ. in verſi. niſi forte, ibi (Ne veritas occultetur permittitur examinari.) vt
3 li. non conte. Et videmus, quòd † iudex a quo pendente appellatione teſtes ſenes, & valetudinarios examinare poteſt, & non dicitur innouare, vt etiam voluerunt Matth. de Afflic. conſtit. probationum incurſibus, col. 2. in fin. lib. 2. rub. 32. Pet. Duenna. Regu. 42. in 23. & vlt. fallen. & Rober. Maran. de ordi. iudici. in 2. actu. prin. vlt. par. in 22. limi. nume. 195. Idem etiam voluit Rolan. a Valle, conſil. 23. incipien. & teſtibus. nume. 19. lib. 3. Pro iis vide etiam infra quæſt. 58. num. 3. vbi quòd iudex a quo generaliter omnia intentare poteſt, quæ ad faciliorem cauſæ appellationis exitum tendunt. Ampliari poſſunt proximè dicta, etiam ſi iudex ad quem inhibuiſſet canonicè iudici à quo, prout per Fran. in cap. cum teneamur. verſi. Secundus intellectus, col. fi. & ibi, & haberent locum prædicta, etiam ſi iudex ad quem canonicè inhibuiſſet, de appel. Contrarium concludendum eſt, q̃ immò ordinarius, vel quiuis alius poſt inhibitionẽ nec ad talem receptionem, nec ad aliquem alium actum procedere poſſit, & hoc ſupponit dec. Putei. 3. de dilatio. vbi q̃ pro huiuſmodi teſtibus recipiendis in cauſa beneficiaria in prima inſtantia fuit conceſſa remiſſoria in cauſa Callaguritana dimidiæ portionis coram Io. Paulo Ptolomeo, ſub die 7. Octobris 1545. in qua per Rotam iam inhibitum fuerat. Et ſic limitari debent dec. prædicta. 109. in anti. & omnia, quæ pro contraria opin. adduci poſſent, procedere antę inhibitionem, ſecus ſi inhibitum ſit.

SVMMARIVM.

1 *Executor literarum apoſtolicarum an ſtatim, & ad quid inhibeat?*

QVAESTIO XXXV.

1 Trigeſimoquinto quæro † an executor literarum apoſtolicarum ſtatim inhibere poſſit, & ad quem effectum? Lap. alle. 60. viſis literis Apoſtolicis ad fi. concludit pro affirmatiua: & quòd inhibitio fit ad effectum, ne collatores conferant menſe durante. Vide quæ ibi addo ad Lap. in apoſtil. in verſic. inhibet.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio, & decretum legati an ligent ignorantes?*
2 *Decretum irritans Papæ ligat etiam ignorantes.*
3 *Decretum irritans Legati à Latere quòd ſcientes annullat, quicquid in contrarium fiat.*
4 *Decretum Legati non ligat ignorantes.*
5 *Legatus non poteſt contra ius facere.*
6 *Ignorantes quòd ligarentur, eſſet contra ius.*
7 *Inhibitio in ſuo eſſe perfecto quæ dicatur?*
8 *Scienter, uel ignoranter uerba, legati de facto ponunt in reſeruationibus.*
9 *Inhibitionis intimatio, an requiratur, uel ſufficiat notitia aliunde habita.*
10 *Notitia alicuius quando requiritur, ad hoc vt quid faciat, uel non faciat, intimatio ſibi fieri debet.*
11 *Emptor debet uenditori nunciare, ut ueniat ad eum defendendum.*
12 *Venditori de euictione obligato qualiter fieri debeat nunciatio?*

QVAESTIO XXXVI.

1 Trigeſimoſextò † cum Lapo de Caſtel. quæro, an inhibitio, & decretum irritans Legati ligent, & afficiant ignorantes? Ipſe cõcludit pro affirmatiua alle. 14. incipien. concluſio prima. nume. 3. verſic. Tertiò quòd inhibitio, & decretum legati ligat ignorantem. Idem quod Lap. ſentire videtur gloſſ. in capit. 1. in ver. acceptare, de con. præb. libr. 6. & Hoſtien. in Sum. in tit. de præb. §. & à quo. col. j. verſic. Aut eſt mandatum. Idem etiam quod Lap. tenent Inno. Ioan. And. & Io. de Ligna. relati per Gemini. idem concludit. hanc opin. affirmatiuam communem teſtatur Cardin. in clem. j. in 6. not. de conceſſ. præb. & ibidem Boni. Vitali. nume. 34. Lapum etiam refert, & ſequi videtur Gaſp. de Peruſ. in tracta. Reſerua. dum de effectu reſeruationis legati tractat. nume. 2. verſic. An autem decretum Legati. cum Lapo tenet etiẽ Marti. Laud. in tracta. de priuil. & reſcr. quæſt. 64. & Ioan. Bapt. Ferret. conſil. 188. Legatus Papæ, in princ. pro qua opin. adducitur etiam text. in cap. cum dilectus. ibi. Et ſi Archidiaconus præfatũ G. de iur. patro. Accedit, quòd hodie ſumus in claris: cum Legatus apponat prout Papa clauſulam, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, vt per Cardin. in alleg. clem. j. in 6. not. de conceſſ. præbend. Et hanc eſſe communem, & in practica ſeruari teſtatur Collecta. in capit. eccleſia. in 25. quæſtib. de ſortile. Nos diſtinctè, & clarè procedentes, ad praxim omnia reducentes caueamus, ne in adagium illud incidamus, ouium vna ſaltante omnes ſaltant. Pro

Source : BIU Cujas

a dilucidatione præmissorum præmittimus † decretum irrirans Papæ ligare etiam ignorantes, vt probatur in capit. si eo tempore, iun. gloss. in versi. ignoranter. de electio. libr. 6. in cap. 1. & in cap. si soli. de con. præben. eo. lib. Zenzel. in extra. Execrabilis. Ioan. XXII. §. quæ omnia, in gloss in vers. irritum, sub titu. de præb. Anto. de But. & Imol. in cap. 2. & ibidem Feli. num. 13. de constitu. Rui. consil. 70. quia id. nume 8. vol. 5. Cassa. dec. 3. de Decret. reserua. in prin. Io. Mona. in cap. tibi qui. nume. 2. & ibi Prob. nume. 1. de rescr. libr. 6. Archid. in cap. si apostolicæ. vers. prior sententia, de præb. eo. libr. Præpo. in cap. super eo. in vlt. not. de appel. Roma. cons. 350. col. 3. & hoc in Ro. Cu. est omnibus notissimum.

3 Præmittimus etiam † decretum irritans Legati à Latere quo ad scientes annullare, quicquid in contrariū fiat, prout per omnes supra citatos: & hanc communem, & indubitatam opin. affirmat Gondis. Villadie. de legato. quæst. 9. nume, 67. Tertiò præmitto, quòd licèt plures ex supra citatis voluerint, decretum irritans legati ligare etiam † ignorantes, verior tamen & magis communis opin. se habet in contrarium, & sic pro opinione negatiua: ea præsertim ratione, quia nullus inferior, etiam † legatus potest cōtra ius facere, seu disponere. cap. cum inferior. de maio. & obe. ca-

6 pit. penul. & fi. de fil. presb. si † ignorans ligaretur, esset contra ius l. fin. ff. de decr. ab ordi. facien. l. si ignorans. ff. loca. l. non potest videri improbus. ff. de reg. iur. l. in testamento ita quidam. vers. Sin autē voluntates eius ignorantur. ff. de cōdi. & demon. extra. Suscepti regiminis Ioan. XXII. iun. glos. in ver. postquam scierint, de electio. & Lap. alle. 89. nume. 3. Hanc posteriorem sententiam, & sic negatiuam amplexi sunt gloss. in c. si eo tempore. in ver. ignoranter, de electio. lib. 6. Compostel. in cap. capitulum. col. penult. versi. Princeps ideo dixi. de rescrip. Archid. & Zenzel. in c. si apostolicæ, de præb. lib. 6. Et eandem opin. tenuisse Lap. Abb. in ca. statutum. eo. titu. & lib. affirmat Gemin. in dicto cap. si apostolicæ. nume. 8. Idem voluerunt Paul. de Eleaxa. in cle. j. de con. præb. Ancha. in cap. si beneficia. in 7. not. de præb. lib. 6. Archi. ver. sed nunquid legati decretum. Ioan. And. & Phi. Franc. in dicto cap. si apostolicæ, qui Fran. aliter inducit Io. And. quàm Lap. in dicta alle. 14. affirmans dictus Fran. negatiuam veriorem, in qua etiam residet Gemini, sibi cōtrarius in cap. j. §. fin. in fin de con. præb. Ibidem Gemini. in c. tibi qui. versi. Sed contra istud, de rescr. eo. lib. Ant. de But. in cap. 2. col. 4. & Imo. num. 16. de in inte. resti. Pro qua etiā adduco Fede. de Sen. consi. 290. quia in præsenti, col. 2. ad fin. versi. Imo plus, & consi. 297. Legatus concessit, col. 2. versic. An verò liget ignorantes. Barba. in clem. 1. nume. 28. & seq. de electio. Alex. consi. 90. vol. 7. Hanc etiam opinionem negatiuam tenuerunt Collecta. in cap. cum dilecti, de præb. Gondisal. Villadie. in alleg. tracta. de legato in 9. quest. 1. par. col. 21. versi. sed quæro, an decretum. Feli. in cap. per tuas. in 2. not. de simo. gloss. Pragma. de electio. cap. licet. in ver. impediri. col 2. versi. Est verum in reseruatione legati, quæ minus afficit. & Prob in eddi. nume. 2. vers. Etiam notat. Bart, Soci. consi. 112. quòd collatio. nume. 2. & seq. subdens hanc sibi videri communem opin. li. 3. Aene. de Flaco. in tracta. Reserua. in 4. quæst. princ. dum de effectibus reseruationis legati tractat. respondens ad præalleg. cap. cum dilectus. de iur. patro. vt ibi per eum. Et pro hac opin. concluserunt R. Domini de Rota, vt p Cassa. dec. 3. de Decre. reserua. Et hęc est verior, & magis communis. Quantum verò attinet ad inhibitionem eiusdem legati non videtur dubitationi locus esse, quicquid dixerit Lap. dicta alle. 14. Nam † inhibitio

7 nem in suo esse perfecto, potiori, & firmiori accipi debere, argu. text. in l. 1. §. fin. ff. si ager. vecti. vel emphi. peta. Bal. in l. cum mota. nume. 4. versi. vlterius oppono. C. de transs. & in cap non liceat. in fin. de præscrip. Soci. consi. vltim. lib. 2. col. 1. vers. Tertia, & vltima ratio, vbi subdit, quòd pater vtrinq; coniectus dicitur in potiori significatu. D. meus Phi. Dec. in l. semper in obscuris. nume. 7. ff. de reg. iur. & consil. 522. In causa, nume. 3. & illa dicetur vera, perfecta ac plenior, & firmior inhibitio, quæ continebit quatuor requisita, quę ēt in citatione concurrere debere ostendimus in 35. quæst. Regu. de Anna nume. 2. & seq. videlicet, partis instantiam, seu petitionē decretum iudicis intimationis, seu executionis, vel præsentationis per nuncium, seu cursorem: Demū ipsius nuncij relationem se intimasse, vel notificasse. Si hæc requisita adsint, nulli dubium, quòd inhibitio ligabit, & afficiet scientes: & sic non cadet dubium, an liget ignorātes. Aut supponimus inhibitionem decretā, seu in reseruatione, vel alio actu appositam, sed nulli intimatam: & tunc dicetur inhibitio manca, inualida, & non habens sua requisita, vnde contra neminem operari debebit, & pro nulla habenda erit, argu. text. in l. j. in fin. ff. quod quis. iur. l. 2. §. 1. ff. quemad. testa. aperian. cle. 2. §. fi. de re iud. Et in terminis no

stris voluit Aene. de Falco. vbi supra nume. 3. versi. cōcludo ergo breuiter. Rursus si decretum irritans legati, quod fortius, aut validius est, continens etiam clausulam cōprehen

8 dentem ignorantes, illos non ligat † ex quo nō de iure, sed de facto illa verba, quòd ignorantes ligentur, apponuntur, prout per Collecta. in alle. cap. dilecti. col. 2. ver. Idem & decretum. in fin. & versi. Sed nunquid alius. de præb. Aene. de Falco. in dicta 4. quæst. prin. ante num. 2. versicu. Quibus ad de collecta. ante nume. 3. versi. Et quamuis hodie vt dicunt Docto. pari ratione inhibitio ignorantes, & sic non intimata ligare non debet. Et quòd iuxta terminos nostros plus operetur decretum, quàm inhibitio: & inter alia quia illud non requirit aliquam declaratoriam ordinario contraueniente decreto, secus si contraueniat inhibitioni, ad text. in cap. j. de homici. libr. 6. Gasp. de Perus. in alleg. tracta. Reseruа. col. penul. vers. Sed pone, quòd legatus inhibuerit absq; decreto, & Aene. de Falco. vbi supra, nume. 5. cōsiderari pos

9 set casus, quòd absque intimatione † inhibitio p̄missa operari posset. videlicet, si aliunde quàm per nuncium publicum notitia inhibitionis legati iam decretæ, seu appositæ in aliquo actu ad notitiam ordinarij, vel aliorum, quorum interesset, perueniret, certioratus enim certiorari non debet, ad l. j. ff. de actio. emp. l. j. §. aiunt. & §, si intelligatur. ff. de ædili. edi. c. eum qui certus. de reg iur. lib. 6. cum vulga. Et q̄ sufficiat scire hanc inhibitionem alia via quàm intimationis, seu notificarionis, voluerunt Gemini. in alleg. c. si apostolicę. col penul. vers Ex ijs omnibus. de præb. libr. 6. hanc opin. communem affirmās. Et idem voluit ibi Phi. Fran. & Lancel. Dec. in l. j. in fin. ff. de lega. j. Responderi potest duobus modis. Primò quòd si ordinarium, & alios pro legitimè certioratis quis supponat, erimus extra dubium, an illa inhibitio ignorantes afficiat: Scire enim, & ignorare, oppo sita sunt. Altero modo respōdere possumus, quòd hæc certioratio sit informis, & vaga & non afficiat: imò quòd requiratur intimatio præcisa per ipsummet nuncium, seu alium officiarium ad id deputatum: quod etiam sensit Aene. de Falco. vbi supra. post nume. 3. versi. Nihilominus reputo dubitabile; quia talis notitia debet dari per ministros ad hoc deputatos: de quo dicit videnda multa similia, quæ cumulat Hyppol. de Marsi. in l. si quis nec quæstio. col. 13. & seq. ff. de quæstio & Rot. in no. 168. si in causa. Insuper ad

10 duco pulchram theoricam Barto. in l. denunciasse. in prin. ff. de adulte. quam legit sub l. q vxori. §. quid ergo. vbi vult, quòd quando † requiritur notitia alicuius non solum vt

11 sciat, sed vt aliquid faciat, vel non faciat debeat ei fieri intimatio, etiam si aliunde sciat. Hinc est, quòd † emptor debet venditori denunciare, quòd veniat ad eum defendendum; nec sufficiat scientia aliunde habita. ad text. in l. j. C. de peri. & commo. rei vēdi. & per Feli. in cap. cum contingat. col.

12 3. in 4. conclu. de rescr. Imò plus videmus, quòd † emptor venditori sibi de euictione ōbligato denunciādo sibi litem motam tenetur etiam ostendere, & dimittere copiam citationis, & libelli ipsi emptori dati, prout voluerunt Bartol. in l. empti. C. de euictio. Ang. & Imol. in l. in executione. §. in solidum. ff. de verbo. obl. & Cardi. in cle. causam. in fi. per illum text. quem ad hoc multum extollit inferens ex eo, q̄ omnis intimatio, quæ obligat ad aliquod præiudiciale, fieri debeat in dicta forma.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio in reseruatione legati quid operetur.*
2 *Inhibitio in reseruatione legati annullat collationē ordinarij, & possessionem discolorat.*

QVAESTIO XXXVII.

1 Trigesimoseptimò quæro † quid operetur inhibitio in reseruatio-

2 ne legati? Respondeo, quòd † collectio facta per ordinariū nulla erit, item possessio discoloratur. cap. cum dilectus. vbi etiam glo. & Doct. de iu. patro. & c. præsenti. respon. j. de off. lega. glo. magna. in c. si soli. col. 3. versi. Et si contra illam inhibitionem. de con. præb. eo. libr. 6. Lap. siue Ant. de But. in Addi. Alle. 16. An valeat collatio præbendæ, post nu. 2. ver. Ex quo concludit, quòd nō habet possessionem colorata. Gasp. de Perus. in tracta. Reserua. col. antepen. ver. Sequitur nunc videre de effectu reseruationis legati. Aene. de Flaco. eo. tract. par. 2. dum tractat de reseruatione legati in prælu. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Decretum in reseruatione legati an aliquid vltra inhib. operetur?*
2 *Declaratoria non requiritur, quando adest decretum irritans.*

QVAE-

Source : BIU Cujas

QVAESTIO XXXVIII.

1 Trigesimooctauò quæro, an † aliqd, & qd operetur decretum vltra inhibitionem in præalle. reseruatione legati? Si enim (vt in præcedenti quæst. præmisi) inhibitio inualidam reddit collationem ordinarij, & possessionem incoloratam, ad quid apponitur decretum? Respondeo, vt etiam dixi supra q. 36. nume. 8. quòd inhibitio absque decreto declaratoriam req rebat. videlicet, quod factum ordinarij nõ valuerit; & si de-
2 cretum irritans addatur, non requiritur alia † declaratoria. c. pro humani de homici. libr. 6. gloss. in cap. si eo tempore. in ver. prouisionem. in fin. de electio. eo. li. & supponit Lap. alle. 14. incipien. conclusio prima est. nume. 3. versi. tertia, q inhibitio & decretum legati ligat ignorantem, & per eundem Lap. alle. 16. incipien. An valeat collatio, post nume. 2. vers. Idem dicit in collatione illius, sequitur Io. Bap. Ferret. consi. 188. Legatus Papæ. post nume. 2. versic. Item vt nulla sit ipso iure collatio sua. Et de hoc tracto in addi. ad Lap. in dicta alle. 16. in ver. illa. & in ver. decretum.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio an expiret, si secundus iudex, qui primo inhibuerat, ad primum iudicem remittat?*
2 *Inhibitionis reuocatio, & declaratio, per primum bene pronuntiatum æquipollent.*

QVAESTIO XXXIX.

1 Trigesimononò quæro, † si secundus iudex inhibuit primo, & negocio postea melius discusso, comperto quòd friuole appellatũ fuerat, ad primũ iudicem causam remittat, an tollatur, vel expiret huiusmodi inhibitio, vel eius effectus? Pro opin. affirmatiua concludit Rota. 138. si appelletur, in no. Rationem adducit: ex quo enim remissa fuit causa, cessare debebat effectus. capit. cum cessante. de appel. cum vulgar. Idem etiam sentit Rota 412. si appelletur, ad fin. etiam in no. vbi etiam hæc tria æquiparantur, vel quòd secundus iudex nõ
2 inhibeat. Vel si inhibuerit, † inhibitionem reuocet: vel q pronunciet bene pronunciatum per primum iudicem, & malè appellatum. Idem etiam cõcluditur in nouissimis annotatio. ad dec. 1. nume. 3. de offic. deleg. in no. quę Papazoni adscribuntur. Vide etiam eiusdem annotationem super dec. 10. eod. titu. de offi. dele. in no. videri poterit Dida. Couaruu. practi. q. c. 24. nu. 3. ver. Quintò idem erit.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio an euanuerit remissa causa ad cancellariam.*
2 *Remittere causam ad cancellariam quid sit.*
3 *Iurisdictio expirat per remissionem causæ ad superiorem.*
4 *Iurisdictioni nemo renunciare potest, nisi in manibus superioris.*
5 *Commissiones quæ fiunt Auditoribus sunt quædam distributiones.*
6 *Actus iudiciarij non expirant cum iurisdictione.*

QVAESTIO XXXX.

Quadragesimò, Auditor Rotæ causam corã se pendentem, postquam inhibuerat, ad cancellariam remisit, quæ causa alteri commis
1 sa fuit, quæro † an inhibitio euanuerit, vel adhuc operetur? Opin. affirmatiua, quòd euanuerit, probari videtur ex adductis in proxima præced. q. & in terminis nostris p Rot. 612. si aliquis Auditor. 718. dic quòd iurisdictio. in anti. & 362. si
2 committatur, in fin. in nou. vbi probatur, quòd † remittere causam ad cancellariam est remittere ad conciſtorium Papæ, seu ad ipsum Papam, prout etiam voluit Sirnen. in j. q. præce. Reg. nume. 21. versi. Hinc est, quòd quando Auditor remittit causam ad cancellariam. Item probatur, quòd per
3 talem causæ ad cancellariam, seu ad superiorem † remissionem, omnis iurisdictio expiret, & quòd per remissionẽ causæ ad principem omnis iurisdictio expiret, probat text. in l. ex illo, iun. gloss. in ver. relata. C. de appel. in l. ad imperatorem. ff. eod. & in cap. licet Tranen. ibi (Et ea ad nostræ deliberationis examen transtulerat.) de offi. lega. per glo. fin. in c. in literis. de offi. deleg. versi. Item si iudex remittit causam superiori, & Specul. de iudi. deleg. §. restat videre, post num. 8. ver. Item per remissionem, ac per Nic. Mil. in reper. in ver. Iudex auditor, si causam sibi commissam remittat ad cancellariam, desinit in illa causa totaliter cẽ iudex. Et hic mos remittendi causas ad principem, vel ad Senatum fuit etiam apud antiquos nostros Romanos, prout per Tacitum li. 3. Igitur paucis, inquit familiarium adhibitis minus accusantium. & hinc preces audit, integramque causam ad Senatũ remittit. Nec absque hac remissione ad principem, seu cancellariam, vel alio simili remedio quis iurisdictionem à se abdicare posset: Nemo enim iurisdictioni renũciare potest, nisi in manibus superioris l. penul. & ibi gloss. Bart. & Bal. in summa. ff. de offi. præsi. Sequitur, quòd si omnis iurisdictio illius auditoris expirat, quòd etiam tollatur inhibitio, quæ est vnum ex signis, seu effectibus, vel accessorijs iurisdictionis ipsius. Qui contrariam opin, amplecti vellet, põderare posset, quòd inter Rotæ Auditores maxima est consormitas, & coniunctio, quippe qui se ipsos coastiutores nuncupant, dubia inter se conferunt, sententias vnus ex his absque omnium consensu non profert, nec subscribit. Imò superstes defuncti sententiam nondum subscriptam firmare, seu subscribere potest, prout ostendo in 13. Formula com-
4 missionum. gloss. j. Et † commissiones quæ fiunt Auditoribus, sunt quædam distributiones. Rot. 175. commissio impetrata, post princ. 362. si committatur. post prin. 429, si in causa, in fin. 430. fuit dubitatum. cir. medium. in nou. Bellamer. 730. commissio impetrata, ad fin. & Fel. super rubr. de reser. col. 2. vers. Et ratio in Auditore est, vnde videtur, quòd parum referat, qs ex Auditoribus inhibuerit, quasi inhibitio vnius, sit etiam alterius inhibitio, vel dicatur semper inhibitio à Rota emanata, & sic inhibitio huiusmodi semper subsistat. Insuper licèt per remissionem ad superiorem expi
5 ret iurisdictio, non sequitur, quòd † expirent actus iudiciarij iam facti. Imò quòd non expirent, probatur argum. text. in cap. audita. §. 1. de restit. spol. & per Specu. tit. de remissio. §. quæ autem in remissione facienda, nume. 3. versic. tamen totus processus delegati ante reuocationem commissionis habitus, ratus erit. Rursus quando Papa committit has causas ad cancellariam remissas, aliis Auditoribus illas cõmittit in statu, & terminis, in quibus prius corã illis remittentibus reperiebãtur: sed hæc causa; de qua locuti sumus, reperiebatur etiam cum inhibitione emanata & executa, ergo & cum illa remanere debet. De qua clausula, in statu, & terminis & illius effectibus, tractaui super 9. quæst. commis. in ver. in statu, & terminis.

SVMMARIVM.

1 *Moderatio inhibitionis quid operetur, & in quo differat à reuocatione.*
2 *Inhibendum non est quò ad articulum diuersum.*
3 *Inhibendum est solùm existentibus in lite, vel liti præiudicare valentibus.*
4 *Inhibitio quò ad vnam causam, aliam impedire non debet.*
5 *Iudex à quo in vna causa appellatur, poterit in alia procedere.*
6 *Moderandum, uel reuocandum quando sit mandatum, vel præceptũ.*

QVAESTIO XLI.

1 Quadragesimoprimò quæro, † qd operetur moderatio inhibitionis, & in quo differat inhibitionis moderatio à reuocatione? Moderatio quid significet, & quòd diminutionem, seu reductionem designet, declaraui super 2. commis. in versi. moderandis. pro quo etiã adduço text. in l. j. ibi. Moderandi gratia ff. de bon. liberto. Iudex qui inhibuit si viderit quò ad aliquem articulum expedire per primum iudicẽ procedi, inhibitionem moderari poterit, idest, declarare, seu mandare, ne quò ad illum articulum inhibitio se extẽdat, puta quia articulus ille separatus sit, nec quò ad articulum
2 separatum, seu diuersum † inhibendum fuisset, ad text. in c. super eo. j. & ibi per But. & Abb. de appel. per Bellame. dec. 529. si Titius. per D. meum Phi. Dec. consil. 33. viso puncto. nume. 4. & per Paris. consil 39. non possunt, nume. 28. libr. j. & consil. 172. in causa. in fin. vol. 4. ac Bero. consil. 85. dicam breuiter, nume. 20. & consil. 113. visa, nume. 1. ac nume. 4. & per totum consil. lib. 3. & per Anto. Gallesi. in tracta. Ad for. Cam. in 3. par. quæst. 5. capit. de vi instrum. nume. 26. Rursus moderatio contingere potest quo ad vnam ex personis, cui inhibitum fuerat, verbi gratia si extraneo, vel in lite mota nullum interesse habenti inhibitum etiam fuisset, ne aliqd
3 faceret, † solùm enim existẽtibus in lite, vel his, qui liti præiudicare possunt, inhibendum est, nec alios inhibitio huiusmodi afficere debet, ad text. in l. creditor mandatorem. in prin. iun. gloss. in ver. posse. ff manda. ca. Romana. §. in aliũ. de app. libr. 5. Staphi super signa. fol. 181. versi. signatura autem dictæ commissionis. Paris. dicto consil. 39. post nume 9. libr. 1. Moderatio item contingere potest respectu vnius
4 ex causis motis † inhibitio enim quo ad vnam causam, aliã impedire, seu ad aliam trahi nõ debet: vnde dicimus, quòd

iudex

Source : BIU Cujas

† iudex à quo in vna causa appellatur, poterit in alia causa procedere, nec in alia impediri debet. capit. ad hæc. & c. pro posuit de app. Phi. Fran. in alleg. cap. super eo. 1. eo. & per D. meum prealle. consi. 33. col. 3. vers. Et ad hoc etiam facit, qa iudex à quo in vna causa appellatur & c. Differentia inter reuocationem, & moderationem erit: quia illa inhibitionē quoad omnes sui partes remouebit, & tollet ac efficiet, vt perinde sit, ac si inhibitio nulla emanasset: Moderatio verò vel non omnem inhibitionem, vel non quoad omnes illius partes, seu, non ab integro, vel non ita efficaciter auferet, vel elidet. Est verum, quòd non nunquam moderationem inhibitionis pro reuocatione vsurpamus honestiori quodam vocabulo, ne iudex penitus sibi ipsi nō constare, vel actui præcedenti aduersari videatur. Tunc autem † moderationi, seu reuocationi inhibitionis locum esse affirmabimus, vel alterius mandati, seu precepti, quando apparebit horum aliquod illicitum, improbum, iniustum, irrationabile, iniquum esse, ad text. in cap. quintauallis, versi. Quòcirca mandamus. de iureiur. gloss pen. in cap. fin. verfic. Et iniquum mandatum moderandum est, de verbo. signif. Moderari etiam inhibitiones ex pluribus causis contingere pōt, quas omnes hic referre impossibile esset. Gesta igitur post reuocatam, vel modetatam inhibitionē attentata dici non poterunt, cessante enim, seu sublata inhibitione cessant & ipsa attentata, vt voluit etiam Rot. 138. si appelletur, aliàs 1. de offic. delega. in no.

SVMMARIVM.

1 *Moderatio inhibitionis an requirat citationem, & causę cognitionem.*
2 *Dilationum moderatio citationem, & causa cognitionem requirit.*
3 *Citare debet, qui lædi potest.*
4 *Citatio partis non requiritur, quando probatio iudici tantum facienda est.*

QVAESTIO XLI.

Quadragesimosecundò quæro, † an citatio partis, causę cognitio, & expressio causę moderationis in ipsa moderatione inhibitionis requirantur? Pro opin. affirmatiua, quòd omnia hæc requirantur, supponere videtur Innocē. in simi. moderatione, videlicet † in moderatione dilationum, in cap. ad petitionem, vers. prudenter autem faciet iudex, si in modetatione predictarum dilationum quando faciet, inferat iustam causam moderationis, cum iis quę subijcit. de accusa. quæ omnia refert ibidem ad verbum Io. And. colum. 2. ad fin. versi. prudenter autem faciet. Et Inno. ibi sequuntur Anch. & Card. vterque num. 14. Insuper videmus in moderatione, seu restrictione concessionis factæ p principem, citationem partis requiri, vt voluerunt Inno. Host. Ioan. And. & Abb. in capit. olim. de verbo. signif. Rui. consi. 229. colum. 3. libr. j. Pari, vel maiori ratione requiri debet citatio in moderatione inferioris concessionis a se factæ. Nisi respondeas, quòd diuersi sint termini, & diuersa ratio. Insuper iure cauetur † quem in omni actu iudiciario citandum, qui lædi posset. l. de vnoquoque. ff. de re iud. l. nam ita diuus. ff. de adoptio. l. j. §. denunciare igitur. & §. denunciare autem oportet. ff. de ven. inspi. l. si quando, & ibi Bald. C. de testi. cap. eccleśia. S. Mariæ in fin. de constitu. c. inter quatuor, de maio. & obe. cap. 1. de cau. pos. & propri. cle. pastoralis. de re iudi. Amplio etiam, si actus non inferat læsionem magnam, vel præiudicium graue, vt quis citandus sit, puta cum altera partium absoluitur ab obseruatione (velut in Tuscia dicunt) ab instantia iudicij. Innocen. in cap. consuluit. de offic. delega. Bartol. in l. Titia. col. 3. versicu. quæro vtrum quando. ff. de accusa. & in l. & post edictum. versi. Sed quando vellet absoluere ab instātia tota. ff. de iudi. & in authen. qui semel. col. 5. ver. vlterius venio. C. quomo. & quā. iud. Bal. in l. 2. ante nume. 3. versic. Et ibi reus. C. de anna. excep. & in cap. 1. col. 1. de mili. vasal. qui contu. Roma. sing. 414. sententia, sed ille qui munitus, & tutus erat inhibitione, si illa relaxatur, reuocetur, tollatur, euanescat, vel illam moderari contingat, turbari propterea, & inquietari poterit, illumque propterea lædi continget, ergo & is citandus erit. Breuiter stilus Romanus est, quòd pars citetur ad vidēdum moderari, seu reuocari inhibitionem, & nisi quid releuans pro inhibitionis subsistētia, & firmitate, is, qui eam obtinuit, summariè, & incontinenti adducat, reuocationi, vel moderationi locus erit. Cōtra verò, si inhibitio iure, vel ratione fulciatur, illæsa permanebit, & subsistet. Causæ autem cognitio verbalis potius, & summaria erit, quā in actis redacta & iure ordinario decisa. Aliquando absque alia partis vocatione inhibitiones moderari vidi, etiam extraiudicialiter, vel apparente de inhibitionis iniustitia, errore aliquo, præiudicio nimio, inconuenienti, absurdo, vel litis inuoluero, quod facile subsequi posset. Et tunc quia † iudici tantum probatio concludere debet, seu index tantum instruendus venit, non erit necessario pars citāda. Bal. in l. certum. colum. 2. versic. Item oppono quòd immo differant. C. vnde legi. Idem Bald. in l. si qua per calumniam. versic. sed pone quòd isti. C. de episco. & cle. Idem dicimus, quando ex commissione sibi facta quis inquirere debet ad sui informationem, vel instructionem, vt nulla requiratur citatio, etiam stante clausula, si sibi constiterit, prout solenniter dixit Bald. in l. non dubium. num. 15. C. de legib. quam sequitur Felin. in cap. si constiterit, num. 4. de accusa. Idem voluit Cardin. in cle. 1. quæst. 13. de offic. delega. & Nicel. in concor. gloss. 52. in 15. fallēt. Rursus, vt iam dixi, inhibitiones communiter, & passim concedunt parte non citata ad videndum inhiberi eodem ergo modo, & tolli, & remoueri, & moderari porerit inhibitio huiusmodi absque alia citatione, nil enim tā naturale est, quàm eodē genere quodque dissolui, quo colligatum est, vulga. l. nihil. ff. de reg. iur. cum alijs. Quantum ad causæ, seu rationis moderationis huiusmodi expressionem, expressim, & specificè eam nō fieri vide, nec desuper sententiam ferri, sed simplex decretum super ea emanare consueuit, quòd notarius scribere consueuit hoc modo, videlicet. Die. & c. R. P D. Iul. Oradinus moderatus est inhibitionem, die tali decretam, ne. s. operet, seu afficiat extra Rom. Cu. sed in ea duntazat, vel vt solum quoad talem causam, seu ad tales personas se extendat. Vel simpliciter inhibitio reuocabitur.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitionis super moderatione an standum sit Auditoris assertioni.*
2 *Acta iudicij in scriptis apparere debent.*
3 *Iudici non creditur de pertinentibus ad causam coram ipso.*
4 *Amplia etiam si lite coram se pendente testificari uelit.*
5 *Amplia etiam si sint duo iudices.*
6 *Iudex testificari potest, quando non reportat laudem, uel infamiam.*

QVAESTIO XLIII.

Quadragesimotertiò Rotæ Auditor inhibuerat canonicis, & capitulo Eugubino, coram quibus pendebat lis super præpositura Eugubina, idem Auditor moderatus est postea inhibitionem, de qua moderatione apud acta non cōstabat, capitulum & canonici ad vlteriora processerunt, commissa fuit in Rota causa attētatorum, Duo auditores fidem faciebant de moderatione per coadiutorem facta, quęro † an atteśtationi huiusmodi standum sit? Effectus est magnus: si enim atteśtatio subsistit, & attentatum nullum prætēdi potest. Quòd si secus, omnia per capitulum, & canonicos prædictos post inhibitionem facta, attentata erunt. Pro opi. negatiua pondero, quòd † acta iudicij apparere debent in scriptis, & per scripturam probari. Bartol. in l. ne arbitrorum. nu. 3. C de arbit. quicquid dixerit Bald. in l. gesta. nume. 13. de testi. communiter reprobatur. De quo vide eundem Feli. in c. quoniam contra, nu. 35. in q. 9. vbi alios refert, de probat. & Alex. consi. 74. viso. num. 9. libr. 1. quod maximè procedere vult in loco insigni, vbi extat notariorū copia, prout Mutinæ, vt ipse dicit. Quid dixisset, si Romæ? Item † iudici non creditur de pertinentibus ad causam, quæ coram ipso fuit ca. quoniam contra. de probat. gloss. in cap. post cessionem. eod. Et hæc est communis regula, de qua per Hośtien. & alios in cap. cum a nobis. de testi. per Cyn. Iaco. But. Bartol. & alios in l. ne in arbitris. C. de arbit. Abb. in c. 1. in 5. not. vt eccl. bene. Quæ regula † ampliatur, etiam si iudex testificari vellet lite pendente coram se, ne duplici fungatur officio. Bartol. in alle. l. ne in arbitris. nume. 6. in 1. membro suæ dist. Bald. in l. iubemus. 2. ante nume. 4. C. de sacros. eccl. Felin. in alleg. cap. cum a nobis. nume. 6. versicu. Item procedit indubitanter. de test. & postea ampliat † etiā si sint duo iudices, vt in casu nostro. Prout ēt voluit c. qm̄ contra. nume. 51. versic. Restāt aliqua, de proba. Contrarium cōclusum fuit in casu premisso, put annotauit Hiero. Nouatus in causa Eugubina propositurę coram Puteo inter Lodouicum Beccatellum, & Galeatium de Benis, dato dubio in fraścripto. An probetur per literas productas, quòd fuerit moderata inhibitio. Die veneris. 12. Octobris. 1548. Rota dixit moderationem probari saltem, vt excusentur attētata, & sic dolus, & die 19. eiusdem mensis Rota idem concluśit, Pro decreto Rotali prædicto adduci potest Rot. in nou. 89. Iudex potest esse, & Mil. in suo Reper. in versic. testificari potest iudex, & in casu præmisso tanto magis hæc procedunt,

cum

Source : BIU Cujas

cum huiusmodi attestatio, seu fides non tendat ad comprobationem, seu validitatem actus facti per Rotam, sed fuerit circa processum factum per capitulum, & canonicos, an fuerit factus pendente inhibitione, an verò illa moderata,
6 seu reuocata. Et quando † iudex deponit super actu, ex quo non reportat laudem, vel infamiam, testificari potest, prout per omnes in alleg. capit. cum a nobis, & præsertim per Felin. nume. 12. in 8. fallen. per Aret. in cap. super. col. fi. versicu. Nec ob de testi. per omnes in alle. l. ne in arbitris. C. de arbi. & per Caro. Rui. consil. 16. circa illud. nume. 4. vol. 5. Quòd si hæc procedunt in aliis iudicibus, quanto magis idem dicemus in Rotæ Auditoribus, qui omnes alios orbis iudices præstant?

SVMMARIVM.

1 *Inhibitioni non parens, an pœnam incurrat, & quam?*
2 *Nullitas actus causatur ex contrauentione inhibitioni legis.*
3 *Canonis inhibitioni contraueniens qua pœna puniatur.*
4 *Contemnens grauius punitur.*

QVAESTIO XLIIII.

1 Quadragesimoquartò quæro, † an inhibitioni non parens pœnam incurrat, & quam? Respondeo, distinctione opus esse. Aut enim inhibet lex, aut homo, si lex (vt aliàs dixi) aut diuina, aut humana, si diuina, aut est expressa pœna vna, vel plures, & illa vna, vel illæ plures incurritur, seu incurruntur, si verò nulla pœna expræssa est, & tunc vltra irritationem, & nullitatem actus, qui in cõtrarium fit (de qua infra loquimur) peccatum incurritur. Et consequenter etiã pœna in alio sæculo plerunque iudicanda, si de lege humana loquamur, pariter asseremus pœnas expressas incurri, & vindicari, prout videmus in non parente inhibitioni Ducis, qui capite punitur. l. desertorem. §. in bello, ff de re mi-
2 lit. Quòd si nulla pœna expræssa sit, nullitas actus inhibitioni contrarij omnino causabitur. l. non dubium. C. de legi. l. pacta quæ contra C. de pac. l. contra iuris ciuilis regulas pacta conuenta rata non habentur, & l. paciscì, cum gloss. versicul. Concedo ergo, quòd cõtra id, quòd lex iubet, vel prohiber pactum interponi, & paciscì non licet. ff. eod. Et annullatio actus huiusmodi saltem largo modo pœna dici potest. l. senatus. C. de contrahen. empt. & ad alia quæ adduco in c. quæstio. 15. Reg cancel. num. 2. si homo inhibet, penis si militer expressis locus erit. Quod si expressæ nõ sint, vltra nullitatem actus contrarij iuxta super adducta, & ad text in l. si creditores. §. fin ff. de priui. credi. in l. de pollicitationib. in fin. ff. de pollic. Pau. Castren. consi. 76. in facto illorum, versus fin. verti. constat autem, quod inhibitio iudicis competentis reddit actum postea factum & contra eũ nullum, libr. 1. & ad text. in l. consensisse, versicu. Nisi principali iussione, a contrario sensu. ff. de iudi. vbi consentientibus iudice ad tempus dato, & litigatoribus, tempora prorogari possunt, nisi delegatus inhibuerit; ergo si inhibitum sit, prorogatio inualida erit, inobediens mulctari poterit, iuxta text in l. vni. & ibi gloss. & Docto. ff. si quis ius dicen. non obtem. & ad verba legis antiquæ per Bud. relata ad fin. l. 2. ff. de iudi. Magistratus nec obedientem, & nociuum ciuem mulcta, vinculis, verberibus coercento. Addo quòd inhibi-
3 tioni † canonis, seu canoni, aut Papæ prohibitioni contraueniens, aut credit Rom. ecclesiam non habere potestatem condendi canones, & de tali transgressione punitur, vt hæreticus. capit. nulli fas. 19. distinct. Aut credit Rom. ecclesiam potestatem habere, sed contrarium facit, quia sic sibi placet, & pœna erit depositionis. 4. distin. §. vltim. glos. no. in cap generali. in versic. inhibemus. de elect. libr. 6. quam sequitur Card. & Imo. in cle. 1. de æta. & quali. Gemi. in cap. si Papa, col. pen. 40. distin. & Pet. de Ancha. in repet. cap. canonum, col. 40. versic. sed quæro vltra pœnam, de constit. Ioan. de ligna. & Imo in præalleg. cap. canonum. declarãt, quando quis canones ex contemptu transgredi dicatur.
4 † Et contemnere est mandatum non curare. cap. excellentissimus. 11. quæstio. 111. Cardi. in clem. 1. 3. not. de sepult. Et vbi maior est contemptus, maius est peccatum, gloss. in cap. homo. 40. distin. Et peccatum veniale ex contemptu mortale efficitur, & lex consilij propter contemptum efficitur præcepti. gloss. in §. nimis. in versic. plus. 25. distinc. & gloss. in cap. quis autem, 10. distin. & ita in cap. nam concupiscentiam. de consti. Ioan. And. in cap. sacros. quod met. cau. col. fin. Feli. in cap. 1. col. fin. de maio. & obed. facit text. in cap. fin. de cleri. excommu. mini. ibi. Dummodo non in contemptum. Abb. in cap. 1. col. 3. versi. No. hoc dictum, de vi. & hone. cleri.

SVMMARIVM.

1 *Quis actus requiratur incursa pœna ob non paritionem inhibitioni.*
2 *Declaratoria requiritur post contrauentionem inhibitioni.*
3 *Citandus qualiter sit quis, ut contra eum declaratoria feratur.*
4 *Declaratoria & citatio huiusmodi quando non requiratur.*

QVAESTIO XLV.

1 Quadragesimoquintò quæro, † an aliqs actus, & qs post incursam pœnam ob non paritionem inhibitioni requiratur? Respondeo iuxta dec. Putei 12. de iudi. quòd declarabitur, cum, qui inhibitioni contrauenit, incidisse in pœnas in inhibitione contentas, & illa dec. loquitur cõtra iudicem non parentem inhibitioni. Addo, quòd vltra pœnas declarabitur etiam incidisse in censuras ecclesiasticas, quando inhibitio ab ecclesiastico emanauit sub pœnis, & censuris, put cõmuniter inhibitiones, quæ a Roma. curia emanãt,
2 sic decernuntur. Et quòd † post contrauentionem requiratur declaratoria, probatur in simi. ex text. in cap. cum secundum, cir. fin. & ibi per Gemi. de hære. lib. 6. & latè per Felin. in cap. Rodolphus. post nume. 34. in versi. sed declarato-
3 ria sententia. de rescr. Citabitur † igitur ad videndum se declarari incurrisse pœnas, & censuras in inhibitione contentas. Vel citabitur ad dedudendum, & allegandum causas, quare declarari non debeat incurrisse pœnas, & censuras in inhibitione contentas. Vel ad faciendum suas defensiones, ad not. per Barto. in l. vni. nu. 6. ff. si quis iusdi. non obtex. & iuxta ea quæ in simi. voluit Cassã. dec. 6. post nu. 10. versi. Et declaratur, si non potuerit, aut se legitimè excusauerit, incurrisse excommunicationis pœnam & c. de caus. pos. & propri. Et quòd citatio requiratur in declaratione facienda incursus pœnæ impositæ à lege, vel canone, est text. in cap. licet. 2. ad fin. de præb. libr. 6. & hanc dicunt communem Docto. in cap. 2 de sponsa. vbi latè Feli. a num. 1. vsque ad num. 6. fallit, quando delictum est notorium: tunc enim
4 nec declaratoria requiritur, nec consequẽter citatio: vt voluerunt Abb. in cap. peruenit. 1. de appel. Felin. in dicto c. 2. de sponsa. in 3. limi. D. meus in c. cum non ab homine nu. 73. & ibidem Alcia. Cautela autem est, vt declaretur, factũ esse notorium, ut monent Abb. in cap. ad nostram. 3. de iureiu. Card. in cle. pastoralis. in 17. not. de re iud. idẽ Dec. in c. si quando, col. 2. de offic. deleg. & in c. consuluit. de appel.

SVMMARIVM.

1 *Possessionem beneficij an quis continuare possit non obstante executoris inhibitione.*
2 *Executio immissionis in possessionem absque causæ cognitione fieri potest.*
3 *Possessione sua nemo priuari debet ordine iudiciario prætermisso.*

QVAESTIO XLVI.

Quadragesimosextò quæro executor literarum apostolicarum prouisionis beneficij in fauorem A. absque causæ cognitione inhibet. B. possessori, ne a cedat amplius ad ecclesiam, seu beneficium, de quo prouisus est A. nec aliquos actus possessorios, vel quasi in spiritualibus, vel temporali-
1 bus exerceat sub excõmunicatione, & aliis pœnis † an possessor continuans vt prius attentare dicatur, vel aliter actũ prohibitum facere? Videre poteris, quæ scripsi supra quæst. 23. quo vero ad nostrum præsens quæsitum pro affirmatiua concludendum videtur ex duplici capite, primo: quia talis executor inter alia potestatem habet (vt ex forma literarum, & processus fulminati colligitur) immittẽdi in possessionem, immissum defendendi, & manutenendi: ac illicitum detentorem amouendi. ad cap. pro illarum. & ibi glos. & Docto. de præb. & ad ea, quæ adduco in quæst. 31. Regu.
2 Quòd commiss. cau. nume. 9. sed † executio immissionis in possessionem absque aliqua causæ cognitione fieri potest. Rot. 392. not. quòd si in forma communi, cir. medium, in anti. versicu. Tamen ille stilus non est obseruandus. & Rot. 369. si in forma. in no. quam sequuntur Feli. in cap. fin. nu. 22. in 2. conclu. de præsumptio & Staphi. super ligna. fol. 42. ad finem iuxta primam impres. versi. Qui autem, & quales. Et quod in processu executoris gratiæ non requiratur citatio, voluerunt Calca. consi. 77. col. 1. Rui. consi. 68. col. 3. lib. 1. & consi. 70. col. penul. vol. 5. Goza. consi. 2. col. 3. & seq. Alterum est, quòd si essemus in dubio, an inhibitio huiusmodi subsisteret, uel iusta, & valida esset, timenda, & seruanda esset. Rot. in anti. 306. not. quod vbi. in fin. Prepo. negatiua,

quæ

Source : BIU Cujas

qu æ verior est,pondero,quòd possessionem continuans ẽt post inhibitionem non dicitur attentare, vel delinquere,vt con clusi supra quæstio. 23. Et quòd nemo sua † possessione priuari debeat,etiã facto iudicum, vel per rescriptum principis,nisi ordine iudiciario præmisso, & seruatis seruandis. probant tex.in l.extat.ff.quod met.cau.in l. meminerint.in l.si quis in tantam.C.vnde vi.in l.fin. C. si per vim, vel alio modo.in cap.1.& fi. vt li.penden.in c.volumus.16. quæst.4. Amplio,etiam si possessor sit iniustus.l.2.j. respon. C.vt ne. priua.titul.l.1.§.qui a me ui.ff. de vi, & vi arma.c.licèt episcopus.de præben.libr.6. Raph. Fulgo. consi. 2. Petrus tenetur.in fin.Ludo.Roma.singu.766. incipien. possessio etiam iniusta D.meus Phi.Dec.consi.400.viso, nume.6. Amplio, etiam si possessor sit priuatus beneficio, quòd non sit amouẽdus a sua possessione, nisi iuris ordine seruato.Cassa.dec. 4.nume.2.de seque. possess. Et iuxta proprios terminos nostros,q̃ non dicatur indebitè facere possessor, qui ad mandatum executoris sine causæ cognitione beneficij possessionem dimittere non vult, concludunt Gemini. post Innoc. in cap.1.col.3.& Fran.de conc.præben.libr.6. Oldra. consil. 227.de toto.col.2. versi. Alia est solutio, q̃ si merus executor.Calde.consi.4.titu.de dilatio.Cardin.consi.54.& 75.Fel. in c.dudum, nume.24.versic. Fallit secundò,nisi vellet dare possessionem,de præsumptio.& Paris.consi.49. ad primum, num.17.vol.4. Ex præmissis colligitur solutio ad contraria adducta pro primę opin.affirmatiua: cum enim inhibitioni locus esse non potuerit, & ex abrupto illa processerit & fuerit nulla,vel saltem iniusta, in nulla consideratione haberi debebat. Nec sumus in dubio,sed in claris: Et quia apparebat oppositor,& contradictor, iudiciarius ordo seruari debebat,vt etiam sentit Rot.7. de resc.Bisigne. in antiquio. colum.fin.versi. Quia illud est incidenter,si apparet oppositor, vel contradictor. & dato quòd iste executor non teneretur, vel etiam non posset partes iudicis assumere, ex hoc non sequitur, quòd possessor cogeretur permittere indebitè: & ordine iudiciario non seruato prætextu inanis, & indebitæ inhibitionis possessione spoliari.

SVMMARIVM.

1 *Inhibere an possit Papa, vel eius delegatus iudici seculari circa temporalia in terris non subiectis in temporalibus.*
2 *Ecclesiasticarum personarum iudex debet esse ecclesiasticus.*
3 *Hæreditas iacens complet vsucapionem à defuncto inchoatam.*
4 *Iuramenti relaxatio ex causa periurij ad ecclesiasticum spectat.*
5 *Princeps præsumitur motus aliqua iusta causa.*
6 *Papa non se intromittit iurisdictione Imperatoris.*
7 *Papa præscribere potest iurisdictionem in terris imperij.*

QVAESTIO XXXXVII.

* Quadragesimoseptimò quæro, † an Papa,vel eius delegatus possit valide inhibere iudici seculari circa temporalia in terris non subiectis Papæ in temporalibus? Hanc quę stionem in partem negatiuam tanquam in iure claram decidit Mar.Soci.Iun.consi.47.visis primo.vol.4.Et eius motiua ibi videre poteris. Hoc quæsitum iuxta factum suppositum à Mar.Soci.posui, ne quis incautus eius sententiæ nulla distinctione facta acquiescat. Hic plura considerari possunt, & primò iuxta terminos thematis ipsius Soci. quòd cum ageretur super hæreditate iacente episcopi q. Laurentij de Puccis, & super restitutione in integrum aduersus fideiussionem factam in fauorem cuiusdam Cardinalis per eundem q. Laurentium tunc minorem, & quæ hæreditas Cardinalis soluendo non erat,licèt res super quibus agebatur prophanæ essent:tamen personæ ipsæ,de quarum hereditatibus tractabatur,ecclesiasticæ erant:vñ sicut † ecclesiasticarum personarum inter se litigãtiũ iudex esse debet ecclesiasticus c.inolita.& c.seq.11.quæst.1.& ca. si diligenti.de fo.compe.Ampliat Ludo. Roma.sing.414. incipien. Sed an potest.At sicut illæ personæ ecclesiasticæ si vixissent litigare debebãt coram ecclesiastico:& sic & illa hæreditas q.episcopi iacẽs, & forsan etiam altera q.Cardinalis iacebat,cum non soluẽdo supponeretur,coram ecclesiastico litigare debebat † iacens enim hæreditas repræsentat psonam defuncti,& in multis idem potest,quod poterat defunctus,prout videmus: quia vsucapionem per defunctum cęptam complet l.cęptam vsucapionem à defuncto.l. nonnunquam.§. si defunctus,& l.fin iun. glos.fi.ff.de vsuca.l. Pomponius.§. non autem.& ibi Docto.ff.de acqui.poss.l.cum miles.vers. & plerunque, & ibi glo.in ver.quasi coniunctim,vers.tu dicas.ff.ex qui.cau.maio. Ergo cum hæ causæ coram ecclesiastico iudice cognoscendæ essent, merito seculari iudici inhibitum fuit, vel saltem negari non potest, quod dubium esse poterat,an causæ coram ecclesiastico cognoscendæ essent, vel non: & consequenter an inhibitio emanata subsisteret:in dubio autem inhibitio timenda est. Rot.306.no.q̃ vbi,in fi.in anti.Insuper vti idem Mar.Soci.in dicto cõs.nu. 10.& seq.supponit in instrumento fideiussionis, aduersus q̃ in integrum restitutio petebatur,interuenerat iuramentũ: & sic discutiendum veniebat, an iuramentum seruari posset,& deberet an non, & periurium prætendi posset, vel iu-
4 ramentum esset relaxandum † Hæc ad ecclesiasticũ iudicẽ spectant:prout.glo.in ver.malefactores, vers. Item crimen, ibi periurij,in c.cum sit.de fo.compe.& ibidem Feli.col.fin. in 3.limi.Idem Feli.in c.1.col.7.ver.Posset tamen. de iureiu. Amplius ex suppositis per dictum Mar.Soc. dubitari etiam poterat,an ea quæ hæreditatis asserebantur, essent bona ecclesiastica,vel ex bonis ecclesiasticis acquisita,& consequẽter iudex ecclesiasticus cognoscere poterat, & valide inhibere,Defuncto enim prælato Ecclesia Romana,seu Camera Apostolica succedit.Rot.Bisigne.vni.de solutio. in antiquio.quæ est eadem in anti.855.de quo etiam D.meus Phi. Dec.consi.157.quæritur.ante nu.2.& num.3.Imo etiam in dubio pro spoliis, & bonis ecclesiasticis iudicandum est c. 1.& 3.de pecu.cleri.Lap.alle.113.num.1. & per alios quos cito super signa.Gratiæ,dum de spoliis tracto.Igitur causa poterat esse ecclesiastica: & sic iudex ecclesiasticus validè inhibuisset.Non tacebo etiam, quòd in pluribus casibus etiam super rebus prophanis,& inter personas laicas: & terrarum sibi non immediatè subiectarum summus Pontifex, vel ab eo delegatus cognoscit,ad eumque ritè appellatur,q̃quid dicat Mar.Soci.dicto consi.47 nume.2.& ante:pro quibus, & aliis huc spectantibus videri poterunt quæ scripsi super 4.formula commissionum,in ver.deuolutę, & Glossis seq. concludo contra Soci quòd inhibitio huiusmodi uel ualida erat, vel(vt præmisi) in dubio seruanda.& timenda erat.
5 Tanto magis quia etiam in dubio præsumi † debet, quòd Princeps aliqua iusta,& rationabili causa motus sit,licèt eã non exprimat.Cyn,& Bal.in l.rescripta.in 3, quæst. C. de p̃ci.impe.offe.Bur.& Imol.in c.cum inter.de renun. Abb. in c.cum olim.num.23.vers. Fauor tamen.de re iudi.Ias. in repet.l.quominus.nu.5.ff.de flumi. Quantum ad nostrũ principale quæsitũ attinet omissis themate, ac suppositis Mar. Soci.nõ nego,q̃ Papa ordinariè in cã merè ,pphana,& ĩter psonas prophanas terrarum sibi immediate nõ subiectarũ iudicibus secularibus inhibere,vel inhiberi facere non consuerit:nec in causis huiusmodi se intromittat, præterquam in caũbus,quos prosequor super præallcg.com.4. & simili-
6 bus:cum distinctę sint iurisdictiones:nec † Papa se intromittit in iurisdictione Imperatoris.cap.cum ad verum.96. dist. c.nouit.de iudi.c.si duobus:& ibi D.meus Phi.Dec.post nume. 5.de appel.si tamen se intromittit,vel dicamus, q̃ possit tanquam in casibus a communibus regulis diuersis,& separatis, Vel quia Papa † prescripserit iurisdictionem in ter-
7 ris imperij,quod potest. Bald.in l.2.C.de serui. & aqua. Ioã. Bap.Caccia.in repet.l.imperium.post num. 43. ff. de iurisd. omn. iudi. Vel presumenda sit (vt præmisi) causa aliqua pro ipso summo Pontifice,etiam quod nõ sit expressa. Vel (vt etiam dixi) eius inhibitio, vel ipsius mandato emanata in dubio timenda,ac non parui facienda sit. Remedium autem eius contra quem inhibitio huiusmodi emanauerit, erit recurrere ad ipsum summum Pontificem, qui vel viua voce,vel per rescriptum,si iustæ causæ adducentur, q̃ inhibitioni locus esse non debuerit illam moderabitur, vel tollet:seu illam moderari, vel tolli iubebit.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio in fauorem debitoris an prosit fideiussori?*
2 *Appellatio vnius ex consortibus alteri prodest.*
3 *Appellatione interposita per vnum ex pluribus condemnatis illa pendente non potest fieri executio contra alios, qui non appellauerunt.*

QVAESTIO XLVIII.

1 Quadragesimooctauò quæro, † an inhibitiò à iudice ecclesiastico emanata in fauorem debitoris, ne iudex secularis procedat contra ipsum,in fauorem creditoris vigore instrumenti crediti,quod asseritur vsurarium, prosit etiam fideiussori nominato in petitione inhibitionis,seu in instantia facta pro illa obtinẽda,sed non in ipsa inhibitione? Pro opin.affirmatiua pondero tex.in l.j.C.de diuer. rescr. Vnde quia causa est communis, & pro vtroque petita fuit inhibitio, & agatur de paruo præiudicio, ergo inhibitio
2 vtrique prosit. Videmus etiam † appellationem interpositam per vnum ex consortibus alteri non appellanti prodesse,

Source : BIU Cujas

deſſe,prout voluit Lanfran. de Oria.in tracta. de interlo. & appel.nume.137.aliàs eſt repetitio c.quoniam contra, de ꝓba.Et appellatione interpoſita per vnum ex pluribus con-
3 demnatis illa pendente non poteſt fieri † executio contra alios,qui non appellauerunt.Bartol.in l. quoties.C.ſi plur. vna ſenten.& in l.vlt.C.ſi vnus ex pluri.Io.de Imol.in l.qui ſeparatim.§.vlt.ff.de appel.& per alios citatos per Firma. in ſuo Reper.in ver.appellatione pendente.verſi.15. Et voluerunt Domini de Rota prout in recollectis Tho. de Thau. dec.22.incipien.Procurator,quòd ſicut appellatio interpoſita per vnum ex conſortibus eiuſdem litis iuuat conſortē, ita & prorogatio fatalium facta per vnum ex conſortibus iuuat conſortem ad excuſandum cum deſertione, in qbus autem caſibus litis conſors comparare poſſit, & quis dicatur litis conſors tracto.in cap.cum M.Ferrarien.num.68.& ſeq.ac num.79.& 84.de conſtitu.Inſuper annexa, & coniūcta eſt cauſa fideiuſſorum,& principaliū: rei igitur:ſeu cauſæ ꝯtinentiæ,diuidi non debent.l.nulli.C de iudi. & ad alia quæ adduco in *10.*formula commiſſion.in 2.quæſt.& negari non poteſt, quin principalium interſit, fideiuſſores non moleſtari;ſi fideiuſſores enim moleſtarētur,regreſſum, ſeu recurſum haberent contra principales,toto titu.ff. & C. de fideiuſſ. Opin. negatiua tenenda eſt, quam iuxta terminos noſtros tenuerunt Bald.in præalle.l.1.nu.3.verſ. iuxta hæc. & Iaſ.num.2.verſi.circa iſtam legem.C.de diuer.reſc.& Bal. ſequitur Phi.Fran.in c.cum teneamur.verſ.& adde,quòd ſi cut inhibitio.de appell.ac D.meus Phi.Dec.conſil.33.viſo puncto.poſt princ.& col.3.verſi. Vnde ſub iſta conſideratio ne,ſequitur etiam Bero.quæſt.fami.77.nume.8.vbi quòd inhibitio ad inſtantiā principalis non prodeſt fideiuſſoribus, pro quibus videatur Hyppo.de Marſi.in repet.rub.ff.de fide iuſſ.nume.380.& ſing.398.ponit regulam, quòd pendente iudicio contra fideiuſſorem,poteſt fieri executio ꝯtra principalem,& hāc regulam quatuor modis limitat,vt ibi. Nec aliquem inueni contrarium tenere,pro qua communi, & vera opin.ponderant tex.iun.gloſſ.in l.creditor in ver. poſſe,ibi. Hoc verum inter ipſos litigantes: at hic alius conuenitur.ff.manda.Pro illa gloſſ.quam omnes ſequuntur,& ꝓ illius extenſione,& illatione ad plura vltra lāſ. vbi ſupra,vide Ant.Corſet.in ſuis ſingu.in ver.clauſula.1.Cęſ.Lambert. de iu.patro.art.9.quæſt.1.pàr.3.lib.2.poſt nume.11. verſic. in quantum Bart.allegat gloſſ.in l.creditor.in ver.poſſe.& Sarnen.in 41.quæſt.Regu.de Trien.num.3.Quæſitū aliud non multum diſſimile à noſtro inuenies in alleg.conſi.Dec.33. Vide infra quæſt.68.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio iudicis,cui commiſſa eſt cauſa nullitatis inſtrumenti in forma cameræ, an impediat executionem.*
2 *Exrcutio ſententiæ, & inſtrumentum in forma cameræ à pari procedunt.*
3 *Argumentum ab executione rei iudicatæ ad executionem inſtrumenti validum eſt.*
4 *Clc.1.de re iudi.non procedit in nullitate manifeſta.*
5 *Nullitas ex inſpectione retardat executionem obligationis guarentigiæ.*
6 *Executio inſtrumenti retardanda, ſi in fauorem debitoris præuentū, & inhibitum fuit.*

QVAESTIO XXXIII.

1 Quadrageſimononò quero † an inhibitio emanata a iudice cui cōmiſſa eſt cā nullitatis inſtrumenti guarentigiati, ſeu in forma Cameræ facta Auditori cameræ, vel alteri iudici ordinario executori, impediat executionem ipſius obligationis?Hāc quæſtionem ponunt Anto. de Canar. in tracta. Ad for. camera. titul.de vi inſtru.oblig.came.num.26. verſ. Imò & ſi obligatus,concludentes pro opi. negatiua, ꝓ qua citant præcipuè Innoc.in cap.cum in iure. in ver.de mādato dic tu primo,de offic.deleg. Verum quia Inno. loquitur in nullitate ſententiæ,& non loquitur, quando eſt inhibitum, prout Anto. de Cana, & alter Anto.ideo iunioribus
2 præmitto, quòd iſti ſupponunt idem eſſe retardare † executionem ſententiæ, quòd retardare executionem obligationis inſtrumenti guarentigiæ,vel in forma Cameræ, vel dic cuiusuis alterius inſtrumenti habentis executionem paratam:& hanc æquiparationem a prænominatis ſuppoſitam clarius videre poteris per Ang.in l.j.C.quan.prouo non eſt neceſſ.dicentem id quòd in ſententiæ executione dicendū eſſe in executione laudi arbitramentalis, vel inſtrumenti guarentigiatis,& Phi.Fran in cap.dilecto.col.11. verſic. Tu intellige. Inſuper vterque Anto. Cana. & Galleſ.ſupponit (vt præmiſi) idem eſſe,commiſſam eſſe cauſam ſuper nullitate principaliter, & de per ſe alteri iudici quàm ordinario executionis huiuſmodi inſtrumenti,abſque eo quòd ab eodem emanauerit inhibitio contra ordinarium, & creditorem:vel pariter commiſſam eſſe,& inhibitum fuiſſe. Alioq; fruſtra citaretur ad hoc Innoc.vbi ſupra, qui non loquitur (vt dixi) quando inhibitum fuit. Pro quo etiam videas Rot. à præmiſſis citatam. 180. licèt per viam. poſt num.2. in no. & Phi.Fran.in alleg.cap. dilecto de appel col.13. verſic.ſed certe contrarium eſt dicendum, vbi quòd iudex nullitatis non poteſt inhibere etiam inferiori iudici, ne interim exequatur,& inhibitio nihil operatur, & in locis præalleg. reſpondent ad contraria. Præmiſſa opin.clarior reddetur ſuppoſito, quòd in ſimili obligatione debitor renunciare poſſit inhibitioni futuræ, & quòd talis clauſula renūciationis adeſſet. quam clauſulam inuenit practicis præfatus Ant. Maſſa Galleſ in ſuo pulchro tract.Ad for.came. dum ſuam nouam formulam obligationis ponit ſub ijs verbis. Promiſitque dictam ſummam ſoluere tēporibus, & modis ſuprāſcriptis: & ſi ceſſauerit & c.promittit in contrarium aliquā moratoriam,ſaluumconductum, inhibitionem, ſignificationem, priuilegium,vel gratiam quamcunque non impetrare: neq; illis, aut illorum,vel illarum aliqua, ſeu aliquo etiam motu proprio principis, ſeu aliàs qualitercunq; conceſſis vti. Hanc opin.quæ communis eſt limitarem non ꝓcedere commiſſa cauſa nullitatis huiuſmodi ꝓ ſignaturā, narratis per debitorē talibus, quæ ex inſpectione aſſerti inſtrumenti illud omnino nullum reddant, quo caſu vigore ſolitæ clauſulæ cum poteſtate citandi, & inhibendi, etiam ſub pēnis, & cenſuris & c. putarem delegatum cuicunque ordinario executori ſimilium obligationum, ac ipſi creditori iuxta omne ius,& ſolitum ſtilum inhibere potuiſſe, & inhibitionem affeciſſe ac timendam,& ſeruādā eſſe: Quod etiam ad omnem aliam facultatem inhibendi habentem extendere poſſumus,dummodo præueniat, antequam exe
3 cutio cepta ſit. † arguendo ſimiliter ab executione rei iudicatæ etiam trium conformium,ad executionem inſtrumēti habentis executionem paratam,quod argumentum vali dum eſt,vt ſupra probaui,videmus enim cle.1.de re iud.quæ ex ecutionem trium conformium retardati nō vult peropoſitionem, vel exceptionem nullitatum communiter † li
4 mitari, niſi ex inſpectione actorum nullitas manifeſta appareat.Oldra. conſil.106.quòd litera executoria.nu.4.Bald. in l.j.cir.prin.C.ne lice.vna eademque cau. qui tamē de Oldra.nullam mentionem fecit.Ludo.Rom.in l.ſi verò. §. de viro.in 32.fallen.nume.61.ff.ſolu.matrimo. & in l.de pupillo §.qui opus.ff.de no.ope.nunc.Alex.& ceteri in l.4.§.condemnatum.ff.de re iudi.Idem Alexan.conſi.97.in cauſa. nume.11.conſi.186.viſis nume.13.lib.2.Soci.regu.121.incipien. Exceptio nullitatis,in 2.fallen. Hyero. Grat.reſpon.13.viſo proceſſu.nume.35.libr.2. And.Alcia.in tracta.de verb. ſign. (ſi is tractatus eius eſt) libr.1.nume.89. Pariſ. conſi.107.non obſtat nume.10.vol.4.Mar.Soci.Iun.conſil.45. in præſenti, nume.20.libr.1. Et in terminis inſtrumenti guarentigia-
5 ti, quòd † nullitas ex inſpectione, ſeu notoria, illius executionem omnino retardet,voluerunt communiter Doct. prout Bald.in l.abſentis.ad fin.C.ſi cert. petat,& in l.ſi ex teſtamento.C.de fideicom.Ioan.Bapt. in tracta. de arbit. libr. 7.cap.12.verſi.Secunda regula.Ludo.Rom.conſi.42.viſis. ꝓ totum conſi.And.Barba.conſi.52.viſo celebri,col. 3. vol.4. D.meus Phi.Dec.in cap.præterea.col.penul.de offic. deleg. Feli.ſuper rubr.de exceptio.col.j.& in cap. ex parte.2. de offic.deleg.Anto.de Cana.in præalle.tracta.execution.inſtr.q. 11.num.21.Multo magis igitur premiſſa noſtra limi. procedet concurrente inhibitione in vim ſpecialis reſcripti, vel aliàs ab eo, qui inhibendi facultatem habet,emanata antequam executio cepta ſit.Et quia in fauorem debitoris præ-
6 uentum fuit:rurſus & inhibitum † executio omnino retardāda erit iuxta diſtinctionem,& interpretationem Pau.Caſtren.in authen.quę ſupplicatio.poſt nume.3.verſi.ſed quę ritur,quid in cauſa nullitatis.C. de preci.impe.offe. Io. Frā. a Ripa in alle.l.4.§.condemnatum.poſt nume.28.verſic.Tu conſidera quomodo illud.ff de re iudi.

SVMMARIVM.

1 *Inſtantia an currat durante inhibitione?*

QVAESTIO XXXIIII.

Quinquageſimò quæro, pendente lite in curia Capitolina iudex eccleſiaſticus inhibet eo prætextu, quòd inſtrumentum, cuius vigore agitur vſurā ſapiat,vel ex alia ſimili cauſa,iuxta text,

& ibi

Source : BIU Cujas

1 & ibi nota.in c. tuam.de ordi.cogni. † an durante inhibitione currat instantia? Pro opi.negatiua adducit text. in l.intra vtile.ff.de mino.Et in terminis nostris concludit Abb. in c. venerabilis.post num. 10.ver. ex hoc arguo ad quæstionem quotidianam, de iudi. qui loquitur tam in instantia à iure inducta,quàm à statuto, & sic ad rē nostram. sequitur Rober.Maran.de ordi.iudici.in 5.par.prin,dum tractat, in quo differant iudicium,lis,instantia,& causa, nume. 39.in 16.limi. & facit in simi. quod voluit Bartol.in l. si cum ipse.nume.2.ff.de excu.tuto. quòd causa ex forma statuti infra tres menses terminanda,si detur dilatio,illud tempus excedens poterit postea decidi.

SVMMARIVM.

1 *Inhibere iudex super quibus possit?*
2 *Delegatus inhibet iuxta formam rescripti.*
3 *Incidentia præiudicialia causæ quæ tractatur, ne quis impediat tã delegatus,quàm ordinarius inhibere potest.*
4 *Domum suam nequis exeat tam ordinarius,quàm delegatus prohibere potest.*
Et ne quis transeat ante domum,vel per viam inimici.num.5.
6 *Differentiæ ad locum ne quis accedat,iudex inhibere potest.*
7 *Vim sibi inferri timens inhibitionem obtinere potest.*
8 *Inhibitionem obtinebit in omni casu in quo quis grauari timet.*

QVAESTIO LI.

1 Quinquagesimoprimò generaliter quæro † super quibus iudex inhibere possit? Respondeo, q' ex pluribus quæstionibus supra positis præsens quæsitum decidi potest: vt autem generalius id percipi possit, distinguo vt infra. Aut loquimur in delegato,aut in ordinario. Quoad delegatum
2 responderem, eum † inhibere posse iuxta formam rescripti,quod sibi iurisdictionem tribuit: & ad vnguē illius formam seruandam esse l.præterea,& l.diligenter.ff.mandata.c. cum dilecta.de rescr.cum aliis.Rursus eundem delegatum, & pariter ordinarium inhibere posse,ne quis impediat illa, quæ ab eis tractantur,vel tractanda veniant, seu eorum iurisdictionis sunt, vel ab eis dependentia, & incidēria, vel ea
3 quoquo modo tangentia † præiudicialia causæ, quæ tractatur,vel negocio super quo agitur:vel super illis se intromittat,prout argu.text.in c.tuam.de ordi.cogn. & in cap.lator. qui fil.sint legi.concludit Lap.alle.60. visis literis, nume.7. versi. Tamen quando causa tractatur. Ordinarius item,ac delegatus in omni materia à iurisdictione sua non aliena vbicunque ratio,seu iusta causa præsertim scandali, & periculi vitandi & conseruationis pacis,& quietis arbitrio suo inhibebit.Hinc videmus, quòd licet iudicari possit species seruitutis, prohibere alicui, ne in propria ciuitate permaneat,etiam pro bono pacis: & similiter ne quis † domum
4 suam exeat,prout per Bald.in c.quintauallis col. 2. in prin. de iureiur.tamen aliter disponit text.in l.fin.ff.de interdi.& relega.& communior,& verior sententia in contrarium se habet pro eodem bono pacis, & ad vitanda scādala,pericula,& rixas,prout per glo.Bar.Alex.Iaf num.19.& Io. Fran.à Ripa in l.quod iussit.ff.de re iudi.Sic & iudex propter huiusmodi, vel similes causas inhibebit, ne quis † transeat ante
5 domum, seu per viam eius inimici. De quo etiam p Iaf. in l.fin nume.8 & seq.ff.de offi.procura.Cæsà.per Fran.à Ripa in tract.de peste.titu.de Reme.ad curan.pestem.par.vlt. post prin.nume.6.vers.Bene facit: quia si iudex videat duos non posse sine discrimine vitæ.in Repert. Inquisit.in ver. inimicus,versi.Iudex potest præcipere. Regulariter autem cōtrarium dicendum esset:per itinera enim publica quilibet ire potest.l.j.§.summa.ff.de his q dele.vel effu.l.2. §. ait prætor. iun. §. Idem Labeo scribit.ff. ne quid in lo. publi.Afflict.in constit.defensas.infra citanda,in 3.not.post nu.9.l.per agrū. in fi.C.de seruitu.l.quoties nec hominum.ff.eo. vbi qs prohiberi non potest,ne transeat per agrum suum, vel ne in eo consistat,nec super ijs seruitus imponi, prout nec etiam ne quis introeat domum suam, vel domi persistere possit, nisi in quibusdam casibus,& quādo alterius interest, vbi etiam per Bald.in l.fin.ad fin.C. de pact. inter empto. & vendi.per And.de Isern.& Matth.de Afflict.in 4.not.col.4.rub.15. lib. 1.titu.de defen.imponen.in const.defensas. Item inhibebit,
6 ne quis accedat † ad locum differentiæ,seu ad prædium, super quo est lis,prout per Docto. supracitatos per Inno.in c. in præsentia.de proba.per Bar.in l.ordinarij.C. de rei vendi. per Bart.in l.æquissimum.ff.de vsufru:per Bald.in l. fin. col. 1.& 2.C.de edi. di.Adri.tollen.Augu.Bero.consi. 46.in causa.nu.5.& consi.116.pendente.num.3.lib.3. & per Iaf. in al-
7 leg.l.fin.num.11. ff. de offi. procu. Cæsà. sic & † timens sibi vim inferri, seu possessionem suam inuadi obtinere poterit desuper inhibitionem,ne vis fiat ei.l.fi.in prin.& ibi Bart.ff. quod met.cau.Bald.& Alex.in l.super possessione.C.de trāsactio.Feli.super rub.de tre.& pace.versus fin.Pro quibus & aliis similibus videatur etiam Matth.de Afflict.in proe.consti.Regni.nume.38. & seq. Quinimò etiam in obligationibus in forma cameræ vbi competeret reo aliqua exceptio releuans, Vt quia nondum venisset dies, seu non extitisset, aut defeciisset conditio,aut quid simile formidaret,ne creditor iniustè,atque indebitè possessionem ingrederetur, locū esse inhibitioni, deducebat in quadam causa excellentissimus Dominus Dominicus Bonsius Iurisconsl. Florent. ex authoritate Gallesi. in suo tractatu in sexta oblig. cam. vlt. par.nume. 41. Et in summa in omni casu in quo quis indebitè grauari timet,obtinebit † inhibitionem,iudicis officiū
8 ad hoc implorando iuxta text.in l.si pater,quem ibi ad hoc singularem dicit Bald num. 3.versi.Deinde valdè no.text.C. qui bon.cede.poss.sequitur Felin.super dicta rub.de treuga, & pace,num.12.in vlt.declara.

SVMMARIVM.

1 *Auocata causa à Romana curia qualiter Iudici Romano inhibendum erit?*

QVAESTIO LII.

1 Quinquagesimosecundò quæro † auocata causa a Rom.cu.& in partibus commissa per speciale rescriptum p breue, qualiter inhibendum erit iudici Romano, puta Rotæ Auditori,Auditori cameræ, vel cuiuis iudici ordinario, seu prælato in Rom.cur.Respondeo seruandam esse formā Decreti,quod posui ad calcem 22.commissionis per breue.

SVMMARIVM.

1 *Areæ dominus non habens uentum nisi ab uno latere,an iustè inhibeat uicino ab illa parte ædificare uolenti.*
2 *Aedificare in suo quilibet ad sui libitum potest.*

QVAESTIO LIII.

1 Quinquagesimotertiò quæro † an dominus areæ non habens ventum nisi ab vno latere iustè inhiberi facere possit vicino ab illa parte ædificare volenti? Pro opin. negatiua ponderari potest vltra quòd rei suæ quilibet sit moderator, & arbiter,iure cauetur, quòd in suo non debente seruitutē
2 ad sui libitum † ædificare,& altius tollere quis possit,etiam quòd vicinis circa lumina præiudicium fiat.iuxta text.in l. cum eo.in l.imperatores,& in l.cuius ædificium.ff.de serui. vrba.prædi.l.altius,& in l.ædibus.C.de serui.& aqua.l.Proculus.ff.de dam.infect.Iaf.post alios in l.ex hoc iure.colum.2. ff.de iusti.& iur.& latius in repet.l.quominus.col.5.ver. Secundò ad idem.ff.de flumi.Hyppo.de Marsi.singu.154. incipien.cuilibet licitum.Soci.Regu.101.Bartho. Cæpol. in tracta.serui.vrba.prædi.quæst.39. titu. de Area. Pro opin. affirmatiua habemus text.in terminis in l.fin.§.fin.C.de serui.& aqua.& ibidem ad hoc not.glo. Bart.Bald.Saly & alij.Idem voluit Ange. in alleg.l. imperatores.ff.de serui.rusti. prædi. Bart.Cæpol.de serui.rusti.prædi.cap.43.num.7. vers. Si quis habet aream,& in alle.c.39.de serui.vrba.prædi.ante nume. 4.in 8.fallen.Nic.Mil.in Reper. in ver. seruitus quandoque imponitur per legem ipso iure.Nic.Boer.dec.322.& presuppono,num.12. & hæc inhibitio non solum partis, vel iudicis,sed & ipsius legis nuncupari potest.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio absque partis instantia an decerni,& executioni demãdari possit.*
2 *Prætor suum officium non interponit, nisi petatur.*
3 *Expensarum condemnationē omittens excusatur,si id a parte non fuit petitum.*
Statutum Florentinum, quòd Auditor teneatur infra 20. dies causas terminare,intelligitur,si fuerit requisitus.

QVAESTIO LIIII.

1 Quinquagesimoquartò quæro † an inhibitio absque
2 partis instantia decerni & executioni demãdari possit? Pro opin.negatiua communis est regula,quòd † prætor, vel iudex officium suum non interponit, nisi id petatur.l.j.vers.

Ait

Ait prætor ſi tempus ad deliberādum petet.ff. de iu. delibe. l.vni.& ibi Bartol.& alij.C.vt quę deſunt aduo.part.l.4.§.in hoc autem iudicium.vbi idem Bart.& omnes.ff.de dam.infe.l.cum poſtulaſſem.& ibi omnes.ff.eod.gloſſ.in ver. cum, vbi Iaſ.nu. 6.& Rip.num.18.in l.de pupillo.§.meminiſſe.ff. de nou.oper.nun.Soci.Regu.197.incipien.Iudex petitus,& Regu.200.incipien.Iudex ex officio ſuo ad priuatam vtilitatem.Et in iure canonico eſt text.in c.conſtitutus.2. & in ca. oblatæ,de appell. in c.j.de conuer.coniuga.in c.in literis,& & ibi Abb.poſt nume.2. verſi. Nam ad vtilitatem priuatam iudex non ſupplet,de reſti.ſpolia.Ex quo etiam infert gloſſ.
3 3.cir.medium in cap.fi.de reſc.q̄ † iudex qui ad expenſas q̄demnare debet,excuſetur, niſi à parte condemnatio,ſeu taxatio petatur,ſequitur Anto. Corſet.in ſuis ſingu.in ver.Iudex non condemnans partem in expenſis. Hinc ego dū eſſem Rotæ Florentinæ Auditor dicebam. ſtatutum, ſeu decretum, quòd Auditor teneret infra viginti dies cauſas terminare. Intelligi debere ſi fuerit requiſitus ſecundum Ant. de But.& Abb.in c.venerabilis.de iudi. Abb.in c.vlt.de reſc. Cald. conſi.3.rubr.de pęnis.Paul. Caſtren.in l.properandū. in prin.C.de iudi.Philip.Fran.in c.ex ratione,ad fin. de app. Rip.in alle l.dies cautioni.§.hoc autem iudiciū. nu.6. verſi. Quartò infertur,vbi plura alia ſimilia egregiè ponit:& etiā Catel.Cot.in ſuis memoria. in ver. Statuto Mediolani cautum eſt,quòd appellans.Sic etiam videmus,ſententiam abſque partis inſtantia latam nullam eſſe,vt per Hypp. de Marſi.in l.de vnoquoque, num. 113. de re iudi. Et quod inhibitio,ſeu prohibitio parte petente fieri debeat,concludēdum eſt.Hæc vera ſunt,& procedunt in quæſtionibus per nos ſupra diſcuſſis. Nonnumquam verò ratione publicæ vtilitatis aliud dicendum eſt.Hinc videmus,quòd iudex ad vtilitatem publicam in criminalibus, in quibus publica vtilitas vertitur,lege,ita vulneratus.ad fin.ff.ad leg:Aqui.c.vt famę, de ſenten.excom.ex mero ſuo officio illo etiam nō implorato inquirere,& procedere poteſt.c.qualiter, & quando.2. de accuſ.Bar.in extrauag.Ad reprim.in verſic. Inquiſitione. Hinc voluit Io.And.in c.cum veniſſent,de inſtitu.iudicem ex ſuo mero officio poſſe cognoſcere de lęſione eccleſię,ac eccleſiæ reſtitutione,vt probari videtur ex tex.ibi.Vel ad petitionem eccleſiæ,vel per nos ipſos Quod dictum Io. And. pro ſingu.refert Roma.ſing.456.incipien. q̄ iudex motu ꝓprio,& licèt Roma. ibi ſubdat, hoc dictum ſibi non placere,ex quo iure non probatur contrarium,& textus in dicto c.cum veniſſent.loquatur ſolùm de Papa, & non de alio inferiore,tamen ſatis congruè defendi videtur.Ioan. And.vbi ſupra,Auguſt.Bero.quæſt.familia.40.incipien.Vtrum eccleſia,poſt nu... verſ.ſed iis non aduerſantibus.Imò etiam q̄ ſimus circa priuatam vtilitatem,quia tractatur de honore iudicis,quo caſu ipſe iudex abſque partis alicuius inſtātia, & petitione inhibebit,argu.text.in l.ſi cui.§.ſed ſi inter, de vſu fruct.l. quos prohibet.ff. de poſtul.cum ſimi.& in proximè ſubſeq.quæſt. oſtendemus. Inhibet etiam ex officio, ne aliqua partium accedat ad poſſeſſionem, puta ſuper qua erat contentio, quia vterque ſe poſſidere affirmabat, vt ſupra quæſtio.51.nume. 6.

SVMMARIVM.

1 *Inhiberi an poſſit,ne officium Aduocati, uel Procuratoris quis exerceat?*
2 *Aduocationibus,& foro etiam nemine inſtante ex cauſa interdicitur. Procuratori exercitium interdicitur pendente eius accuſatione.*
3 *Aduocatis duabus de cauſis eorum officium exercere interdicitur.*
4 *Iudicis maieſtas in hoc præſertim conſiſtit, in faciendo loqui,uel ſilere Aduocatum.*

QVAESTIO LV.

1 **Quinquageſimoquintò** quæro † an prę ſes prouinciæ, Gubernator,ſeu prętor iure inhibere poſſit, ne quidam officium Aduocati,procuratoris,ſolicitatoris,notarij, vel ſimile exerceat?Imperioſa,furibunda, & ſæpè doloſa videretur eſſe hæc interdictio,ſi in arbitrio cuiuſuis Gubernatoris, p̄toris,vel iudicis eſſet hæc facultas ex motu ſui animi ſic iubendi,& prohibendi, & ſimilia præcepta parum ſubſiſtunt, & ſperni pòſſunt.ad tex. in l.j. & in l. interlocutio.C:cōmi. vel epiſto.Hinc dixit Paris de Put.de Sindica.ſub rub. de exceſ.Baro.num.16. etiam ſubditos non teneri obedire mandatis indiſcretis.Reſpondi tamen ego affirmatiuè etiam ne
2 mine accuuſante,inſtante,petente.dummodo † ſubſit legitima cauſa:& ſic tolluntur, ſeu ceſſant omnia contraria, ſi ſubſiſtat legitima cauſa,iuxta text.not. in l. moris eſt aduocationibus quoque pręſidis interdicere.l. aut damnum.cir. prin.& l.vlt.ff.de pęnis,& in l.j.verſi.fin.ibi.Et aduocationibus,& foro,& ad tempus & in perpetuum interdicere potuerit.ff.de offic.præſe.vrbis.l.generaliter.ff.de decurio.l.vlt.cū gl.vlt.ff.de iniur.Paris de Put. de Syndica in ver.interdictio, capite vni.poſt num.2.ibi. Quia multoties interdicitur procuratio.Rober.Maran.in ſuo ſpecu.in 6.& vlt.par.in 3.modo,dum de Inquiſitione tractat in ver.& ꝓuenitur aliquando per viam inquiſitionis,num.182.in 44.caſu,ver. Quadrageſimoquartò inquirit iudex contra aduocatos,& procuratores calumnioſos, & tumultuoſos, & male ſe verſantes in eorum officio,vel ſi ſint infames.Vtinam hodie hęc fierent præſertim Romæ. Et in aliquibus caſibus non ſolùm prætor inhiberi poterit,ſed ipſa lex iam inhibuit, prout videre eſt in l.j.§.remouet autem. ff. de poſtul.Et Romæ ſæpius foro interdici vidi, pendente etiā inquiſitione,ſeu accuſatione alicuius,illi interdicitur procurationis exercitum.l. reū. C.de ꝓcu.& ibi Bal.Vital.ī tract.Clauſul.in clauſ.Nil noua. accuſ.pendente,nu.5.Aduertēdū tamē eſt,quòd duabus de
3 cauſis,& ſat quidem diuerſis † aduocatis,& procuratoribus eorum officia exercere interdicitur:Vel propter crimen cōmiſſum,ad ea quæ ſupra adducta ſunt, & ad text.in l.Imperator.ff.de poſtul.Vel quia ſint † verboſi, quo caſu iudex ſi-
4 lentium indicere poterit, vel prohibere illos,& indiſtinctè ciuilibet Aduocato mandare vt ſileat. Vel eum remouere, rurſusque admittere,iuxta text. in l. proximè. verſ. Priſcianus dixit,iun.gloſſ.in ver.remotis.ff. de his quæ in teſta.delen.gloſſ.& Docto.in l.j.ff.de offic.aſſeſs.Roma. ſingu.780. incipien. An nimis verboſi. Pariſ. de Put. in tracta.Sindica. in ver.Aſſeſſor,& rubr.de exceſ.Aduoca.poſt nume.3. verſ. Et propterea iudex finem imponit aduocato. Ego dū hanc ſecundam ædition̄em compono excelſæ Rotæ Florentinæ Decanus Dominis coadiutoribus meis ſæpè purgatas aures perſono, In hoc præſertim cōſiſtere iudicis maieſtatem in faciendo loqui,vel ſilere aduocatos, & cauſarum patronos.Pro præmiſſis omnibus videre poteris Iac. de Nigris in repet.di.l.j.ff. de off. aſſeſſ nu. 4. & ſeq. Et ſi (vt probauimus poſſunt, & debent iudices interdicere. ne quis ampliùs loquatur, quod tamen contra philoſophicam libertatem eſſe videtur, vt percipitur ex Platone libr. 13. qui inſcribitur Theotetus,vel de ſcientia,ante medium, quanto magis probandum erit,vt iudices poſſint,quin & teneantur inhibere magis opportunè iis,de quibus infra,iuxta ſententiam eiuſdem Platonis,cuius verba ſubiicio.Prohibere illi, qui iuſtitiæ vires in animis iudicum in contrarium vertere conatus fuerit, aut præter utilitatem multa litigia mouet vel mouē tibus adeſt, ſi ambitioſa contentione id fecerit, ipſi iudices tempus præſcribant,in quo neque pro ſe, neque pro alio vllam agat,dicatve cauſam.Hæc habemus apud Platonem in vltimis verbis Dialogi xj.de legib.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio quanto tempore duret?*
2 *Inhibitio,ne lite pendente aliquid innouetur,iuri conformis eſt.*
3 *Inhibitio poteſt eſſe perpetua.*
4 *Inhiberi poteſt ad tempus.*
5 *Præſidis, uel Gubernatoris inhibitio durat tempore quo ipſe regit.*

QVAESTIO LVI.

1 **Quinquageſimoſextò** quæro † quanto tempore duret inhibitio? Diſtinguo, aut loquimur de inhibitione ordinaria,quæ emanat a iudice,coram quo lis introducta eſt:& reſpondeo,quòd ex verbis inhibitionis clarè colligitur, q̄ durante lite coram ipſo inhibente. Verba enim inhibitionis ſunt hęc. Inhibentes inſuper ne lite huiuſmodi coram nobis pendente aliquid attentare, vel innouare præſumant in
2 præiudicium litis huiuſmodi:& hoc conforme eſt iuri † cōmuni,prout toto titu.C. vt lit.pēden.nihil innoue. & extra eo.etiam lib.6.ac.in clem.& in capi. cum M.Ferrarien.cum glo.penul.de conſti. Vel minus durabit, ſi ſuperuenerit reuocatio, vel moderatio ipſius inhibitionis. Aut ſumus in caſibus proximè præceden.quæſt. vel ſimilibus,& nonnul-
3 li dixerunt poſſe † in perpetuum interdici, iuxta text. in l.1. §.fin.ibi.Et aduocationibus, & foro ad tempus, & in perpetuum interdicere poterit.ff. de offic.præſe.vrb.in l.moris. in princ.ff.de pęnis.& in l.j.C.de poſtul.Si igitur inhibitum ſit in perpetuum Aduocatus,procurator, notarius,vel artē aliquam exercens,nūquam amplius ſuum officium, artē, uel exercitium exercere poterit. Alij dicunt ad tempus ſup
4 his † inhiberi ſolere,præalle.l.j.§. fin.ff.de offi.præſe. urb. & dicta l. moris. in prin. ibi. Nonnunquam ad tempus, vt ad annum metiuntur. Plures affirmant præſidem prouinciæ, vel

Source : BIU Cujas

vel gubernatorem alicuius ciuitatis, tempore quo prouinciam, seu ciuitatem regit † inhibere posse, & inhibitio absque alia specificatione ita in terpræ tationem faciendam fore, per text. in alle. l. moris. in prin. ibi, vel etiam tēpore quo prouinciam regunt, & in l. fin. etiam ibi vltra administratio nis tuæ tempus. ff. de pēnis, in l. puto. ff. de postul. Quod maximè dicendum est iuxta terminos nostros: cum inhibitiones non decernantur cum solemnitatibus, & causa cognita iuxta ea, quæ voluit Paris de Put. in tracta. Sindica. in ver. Interdictio ca. vni. circa prin. & in nonnullis ex locis supra adductis glossæ distinguunt, & concordant opin. & etiam Bart. in alle. l. fin. ff. de pēnis affirmans perpetuam interdictionem, seu inhibitionem requirere causæ cognitionem. Idem voluit Bart. post gloss. in alle. l. i. in j. oppo. C. de postu. Paris de Put. in dicto ver. Interdictio, vbi in terminis suis, vt sit perpetua, requiruntur causæ cognitio, solemnitates, ac diffinitiua sententia. Et sic quò ad terminos nostræ inhibitionis magis congruunt secunda, & tertia opin. De inhibitione ad placitum tractabo infra quæst. 76. Regulariter autem vt voluit Philip. Franc. in c. vt debitus, nume. 47. de appel. inhibitio quasi concomitatur litem, & appellationem, vt suspendat solum, donec pendet causa, & articulus inhibitionis, & propterea expedito articulo appellationis, absq; eo quòd iudex ad quem remittat causam ad iudicē a quo potest inhibitione non obstāte procedere in negocio principali, quasi inhibitio sit extincta, vt etiam per eundē Fran. in c. cum cessante num. 16. cod. titu de appell. An autem attentata reuocari peti possint post litem contestatam in causa principali, tracto super 14. Formu. cōmis. Attenta. in vers. Imprimis, & ante omnia in 2. quæst. & an inhibitio fieri possit, & solebat, ac operetur post conclusionem in causa, tractabo infra quæst. 108.

SVMMARIVM.

1 *Inhiberi quibus poterit vigore clausulæ in rescripto ac quibus, & quoties opus fuerit inhibendi.*
2 *Episcopi non veniunt sub generali dispositione.*
3 *Clausulæ quæ in rescriptis pro inhibitione facienda episcopis obtineri debeant?*

QVAESTIO LVII.

1 **Quinquagesimoseptimò** quæro † vigore clausulæ in rescripto apponi consuetæ, videlicet. Ac quibus, & quoties opus fuerit inhibendi, quibus inhiberi poterit? Respondeo, quòd non solùm partibus litigantibus, sed etiam impediētibus iurisdictionem delegati: ac omnibus aliis etiam non comprehensis in cap. j. de offic. deleg. Quòd si inhibendum sit episcopis, archiepiscopis, & in magna dignitate conflitu
2 tis † qui non veniunt sub generali dispositione, nisi de illis specialis mentio fiat, ad capit. quia periculosum. de senten. excom. lib. 6. 1. c. si compromissarius §. huiusmodi. de elect.
3 eo. li. aliàs † clausulas in rescriptis obtinere necesse est, put latè tracto super 2. Formula commission. in versi. quacunque etiam dignitate, & in ver. Vel alia quauis. Ibi dictis addo, quòd Iurecon. ad omne dubium tollendum expressam mētionem fecit de illis, qui sunt in magna dignitate, vel authoritate, in l. sed & q magna prēditus est dignitate, vel authoritate arenarij, vel eius mulieres. quę corporis quæstum fecerit, hæreditatem restituere cogetur. ff. ad Trebel.

SVMMARIVM.

1 *Iudex à quo an possit: in causa matrimoniali inhibere, ne asserti coniuges nubant.*
2 *Appellationem post interpositam facta uia attentatorum reuocātur.*
3 *Iudex à quo potest omnia intentare, quæ tendunt in faciliorem exitum causæ appellationis.*

QVAESTIO LVIII.

1 **Quinquagesimooctauò** quæro † an iudex à quo possit in causa matrimoniali inhibere, ne asserti coniuges nubant? Pro opi. negatiua est iuris regula. ff. de re iudi. l. iudex postquam. Item altera iuris regula. ff. nil noua. appel. penden. Et eo ipso quòd quis superiorem iudicem appellat, inferioris iudicis iurisdictio suspenditur. cap. veniens, de iure-
2 iu. Et quæ † post appellationem interpositam facta sunt via attentatorum illico reuocāda sunt. l. appellatione. C. de appel. c. non solùm eo. lib. 6. Rot. 185. si pars, in no. Opi affirmatiua verior est, pro qua est text. in c. 2. iun. gloss. in versi. districtius. de matri. contra interdi. eccle. contra. & ratio assignat ibidem per Abb. nume. 4. & in cap. cum teneamur. in j. not. de appel. per Feli. consi. 13. num. 3. Idem voluit Pet. Duenna.
3 Reg. 42. in 17. fallen. Ea est ratio: quia † iudex a quo generaliter omnia intentare potest, quæ tendunt in faciliorem exitum causæ appellationis, iuxta text in alle. c. cū teneamur. & ibi Fran. in 2. not. de appel. vbi quòd iudex a quo appellatione pendente inhibendo prouidere potest, ne quis in sua possessione turbet: vt post alios ab eo citatos declarat Aug. Beto. consi. 45. in causa, num. 2. libr. 3. & voluit Abb. in cap. sacro. post num. 8. de senten. excom. Non tamen cognoscendo de iuribus appellationis, & per hæc cessant contraria.

SVMMARIVM.

1 *Executio uigore Aegidianæ facienda an retardari debeat propter inhibitionem emanatam à iudice ad quem, in vim commissionis appellationis sibi præsentatæ.*
2 *Aegidiana constitutio quid disponat.*
3 *Est conformis iuri ciuili illiusque comprobatoria.*
4 *Appellare a sententia super possessorio de iure ciuili nō permittitur. Appellatio in possessorio de iure canonico admittitur.*
5 *Aegidiana tollit dispositionem iuris canonici.*
6 *Appellatio iuris adminiculo carens executionem impedire nō potest.*
7 *Sententia iniqua, & iniusta non debet executioni demandari. Notorium grauamen operatur: ut appellatio aliàs prohibita admittatur.*
8 *Inhibitio post sententiam in possessorio triplici uia impediri potest.*

QVAESTIO LVIIII.

1 **Quinquagesimonono** quæro † an executio vigore Aegidianæ faciendæ retardari debeat propter inhibitionem emanatam à iudice ad quem in vim commissionis appellationis sibi præsentatæ? His qui Romanorum tribunalium inex
2 pertes sunt præmitto, quòd emanauit constitutio † Aegidiana ab Aegidio Cardinale Episcopo Sabinen. tunc Prouinciæ Marchiæ Legato, quàm descriptam inuenient in c. 2. lib. 6. consti. Marchiæ, quæ constitutio licèt sit localis, & sic in dicta prouincia Marchiæ duntaxat seruanda. §. sed ius quidem ciuile. Insti. de iu. natu. gent. & ciui. c. j. §. statuto, de constitut. libr. 6. & quia hæc constitutio a Papa confirmata fuit pro Marchia Anchonitana (vt præmissi) ac pro ducatu Spoletano, hæc inclusio erit aliorum locorū exclusio. Iaſ. in l. j. versus fin. ff. de eo quod cer. loco. Cassa. dec. 4. de rescr. tamen ex declaratione, & comprobatione saltē tacita summorum Pontificum, & consuetudine firmissima cōstitutio huiusmodi tam in Rom. Cu. quàm in omnibus terris ecclesiæ inconcussè seruatur, ex quo militat eadem ratio, & sumus in materia fauorabili (vt infra ostēdam) ad ea quæ volunt omnes in authen. sacramenta puberum. C. si aduer. vē di. Et quantum ad nostrum quæsitum attinet, constitutio Aegidiana disponit, neminem in causa momentaneæ possessionis appellare posse, nisi notoriè constaret de grauamine: & si secus fuerit attentatum, iudex ad quem appellationem aliqualiter non recipiat: & iudex à quo in aliquo non deferat: quin potius contra appellantes huiusmodi in causa, in qua fuerit appellatum, impunè possit procedere, suāque sentētiam, & processum, & decretum à quo, seu à qua extiterit appellatum proinde executioni debitæ demandare, ac si talis appellatio interposita non fuisset. † Prædicta
3 constitutio est iuri ciuili conformis, illiusque comprobatoria, aliquid etiam illi addendo, reducimur enim per eam ad ius commune. De iure enim ciuili † appellare à sentētia lata super possessorio non permittitur. l. i. C. si de momen. pos. fue. appel. l. quisquis. C. quo. appel. non reci. cap. fin. §. de possessione. 2. quæst. 6. Et hæc est communis opin. vt per D. meum Phi. Dec. consil. 28. col. 2. & 3. in fin. & consil. 49. col. fin. Quòd etiam dixerunt Inno. in c. significantibus. de no. ope. nunc. Speçu. in titu. de appel. §. in quibus. in 6. casu. Angel. consil. 46. Fede. de Sen. consi. 76. Ange. Aret. qui dicit cōmunem in l. fin. §. penul. ad fi. ff. de appel. Fulgo. consil. 145. quoniam plurimæ, col. 2. ad secundum dubium. Corn. consil. 10. præsuppositio. vol. 4. Calcan. consi. 82. col. 1. & seq. dec. Tholo. 500. & ibi Apostil. Boe. sing. 22. in versic. appellatio. Grat. consil. 163. col. j. lib. 2. Paris. consi. 105. col. 4. lib. j. Et cō ferunt ea, quæ scribunt Rui. consi. 195. num. 10. vol. 5. & Tiraquel. in l. si vnquam. in versicu. libertis. nume. 49. C. de reuo. dona. Quæ regula locum habet in omni possessorio, siue adipiscēdæ, siue retinendæ, siue recuperandæ ad nota. in l. quisquis, C. quo appel. non reci. Bartol. in l. 2. nume. 3. de appel. reci. Et hanc communem affirmant Aug. Bero. quæstio. 52. nume. 8. & Pet. Duenna Regu. 44. cir. prin. Et præallegā.

Source : BIU Cujas

leg.l.1.C.si de momen.possess.prohibentem appellationem procedere in omni possessione cõmuniter tenuerunt Doct. & comprobarunt Domini de Rota in Roma.Domus, corã caput Aquen.vt in eiusdem recollectis tomo.1.dec.221. incipien. Aegidiana.ad executionem igitur de ciuili procedi poterit,siue simus infra tempus ad appellandum citra vitiũ attentatorum,quicquid dixerit Grat.consi.163.requisitus, nu.51.lib.2.quod enim prẽmisimus verius est,ut per Paris. post alios, quos refert consi.108.de bono.nume.23.lib.1.& voluerunt Domini de Rota in Auximan. Tenimẽti coram Iunio. 29.Nouembris 1557.siue loquamur post appellationem interpositam,vt per supra citatos. De iure vero canonico regulariter in possessorio tam ad effectum deuolutiuum, quàm suspensiuum appellatio permittitur.c.1. de cau.pos. & ppri. cap.cum ad sedem.& ibi glo.Ioan.And.Ancha.Abb. Feli.& communiter Docto.de resti. spol.Specu.in titu.de appel. §. in quibus.in 6.casu Bal.in l.1.& ibi Saly. communẽ affirmãs. C.si de momen.possess.idem Bal.consi.379,colum.2.lib.1.Fede.de Sen.consi.56.Cardin.in clemen.1.per illum tex.in 1.oppo. de seque.pot.& fruct.pract.Papiẽ.in for.libel.in causa spolia.possess.in versicu.per nostram diffinitiuam.nume.3.Gui. Papę sing. 357.dec.Tholos.500.& ibi Apostil. Angel. Areti. in l.vlt.§.iussus colum.penul.ff. de appel. Alex. communem affirmans,consi.99.colum.1.uolu.5.D.meus in l.1.colum.2. C. de bon.pos.se.tabu.& consi.18.colum.3. Afflit.etiam com
5 munem asserẽs dec. Neapo.269.nume.2. superuenit † Aegidiana tollens dispositionem iuris canonici, vt in simili statuto concludit Paris.consi.108.colum.3.nume.15.lib.1. Ant.de Fan. in tract. de pign. in 8.par. in prin.nume.3. vbi fortius dicit procedere, ꝙ non possit appellari etiam in casibus, in quibus de iure communi admittitur, post Bal.in l.2. C. de appe. & Aret.consi.105.in fin.His præmissis ad propositum dubiũ deuenio, & pro opin.negatiua pondero verba, & mentem dictę constitutionis Aegidianæ, quæ eò tendunt, quòd ad postposita, nisi notorie cõstet de grauamine, si supponimus non constare notorie de grauamine nulli dubium,quin exactioni locus esse debeat. Et sic cum habeamus verba clara, & mentem ipsius cõstitutionis præsertim ibi(In causa in qua fuerit appellatum impune possit procedere: suamq; sententiam a qua fuerit appellatum perinde debitæ executioni mãdari possit,ac si talis appellatio interposita non fuisset.) non est interpretationi locus. l.ille, aut ille, & l.nõ aliter.in prin
6 ci.ff. de lega.3.& ad alia, quæ adduco in 13. quæstio, Regu. de Infir. nume.6.& sequẽn. Et cum † appellatio huiusmodi omni careat iuris adminiculo, tum iuris ciuilis,tum nostræ constitutionis, ergo nullo modo executionem impedire potest.l.quisquis.C.quo.appel.non reci.glo.in versi.casibus.in c. non solùm. de appella.lib.6.Bal.in cap.pastoralis.§. præterea. de offic. deleg. Rol.a Val.consi.77.nume.18.lib.2. Præmissa valde vrgent, tamen quia dari posset casus, ꝙ a tali sententia super possessorio appellari liceret, tũ ex verbis huiusmodi cõstitutionis, tum quia sententia iniqua,& iniusta, non debet
7 † executioni demandari,etiam appellatione sublata, vel prohibita: perinde enim est,ac si sententia lata non fuisset.l.4. §. condemnatum.ff. de re iudi.c.cum Bertoldus.& ibi Imo.extra.eod. & alter Imo.in l.ex diuerso §.primo.ff.sol.matrimo. nec iniustè, & sine causa possessio ab aliquo auferri debet c. inter cętera.de re iudi.glo.in cap. ex cõquestione. in ver. post appellationem. de restit.spol. & ibidem Abb. nume.5. Idem Abb.consi.55.lib.2.Bal.in l.i.C.si de momen. possess.Alexan. consi.33.nume.8.lib.1. Pet. Duenna. Reg. 44. fallen. vlt. & in proprijs terminis exceptionis huius constitutionis ꝙ appellari possit, quando notoriè constat de grauamine, concludit Corn.consi. 10.præsuppositio statuto cõitatis Firmanæ col.2, versi. Nisi fortè duceretur, quod notoriè constaret de grauamine, quo casu dicta constitutio prouidet excipiendo & c. vol.4.prout etiam propter notorium grauamen, vbi aliàs a iure appellatio non admitteretur,admittitur,ad cap.inter cętera.de re iudi. glo.in l.j.§.penul.ff.de tabu.exhi. glo. in cap. ex conquestione, de resti. spol.D.meus Phil.Dec.consil. 49. præstantissimi, nume.2.versicu. Quintò, & vlt.Amplio, etiã si ex actis notoriè non constet de grauamine, in promptu tamẽ in causa momẽtaneæ possessionis sit ratio appellationis, prout per Bal. in l.consentaneum. colum. 4. versicu. quæro. nunquid a tali missione. C.quomo.& quan. iud. post Gui.de Cun.in l.si ex causa.§.nunc videndum.ff. de mino. & in dec. vlt.Tholo. Stepha. Aufre. in additio. Vel saltem in dubiũ refricari posset, an inhibitio iusta esset, vel ne,quo casu siue iusta, siue iniusta seruanda esset,ut probaui supra quæst. 20. nume.2. Item quia commissio appellationis continere posset clausulas. Quam, & quas. Rursus ac cum toto negotio principali, de quibus tracto in 17. formula commis. Appel. in versicu. Vnà cum toto negotio principali, & postea q. 2. quarum clausularũ vigore iurisdictio firma & valida consi-
8 stere posset apud iudicem ad quem, propterea ego † occurrente casu triplici uia usus sum: vel statim lata sententia pro duci feci consti. Aegidianam coram Iudice, qui pronunciauit, & obtinui sententiam executioni illico demandari: vel dum ex aduerso appellabatur producta etiam prius dicta cõsti. Aegidiana obtinui responderi de apostolis refutatorijs, & pariter ad executionem sententiæ deueniri:uel & tertiò cõmissa causa appellationis per aduersarium antequam decerneretur aliqua inhibitio insteti,& protestatus fui non inhiberi,attento quòd Aegidianæ locus esset, & nihil fieri, nisi desuper informato, & articulo huiusmodi plenè discusso: quo casu retardari consueuit inhibitionis decretum: & discuti, an inhibitioni locus sit,seu inhibendum sit, vel ne.In hoc vltimo membro posset iuxta distinctionem,quam faciunt (licèt in alijs terminis) glo.in versi.casibus, & Io. And. post Gar. in c.non solùm. de appel.lib.6.distingui hoc modo. Aut impedire volens inhibitionis huiusmodi decretum incontinenti ostendere vult, non esse inhibendum: aut dilationes, ad id quærit,seu petit: primo casu audiatur,secundo uerò non.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriarum actio competit re sua vti prohibito.*

QVAESTIO LX.

Sexagesimo quæro A.inhiberi obtinuit, seu ipse prohibuit B. ne domum,vel prædium,quę ipsius B.existunt, & per eundem pacifice possidentur,intret, seu illis,& sic rebus propriis vtatur, statimque veritate comperta iudex inhibitionem reuocauit: vel si ipse A.absque iudice prohibuit ipsi B.iudicem adiuit,vt
1 de opportuno remedio sibi prouideret, quæro † an B. competat iniuriarum actio contra A.cõcludo pro affirmatiua esse tex.in l.iniuriarum actio.§.si quis me prohibeat.uersi.Aut si quis re mea vti non permittat,& ibi glo.dat concordan. & in fi.d.l.& l.seq.ff.de iniur.& in l.qui pendentem. in fin. & ibi Doct.ff.de actionib.empti. Et quòd generaliter re sua uti prohibitus vltra alias actiones sibi competentes habeat actionẽ iniuriarum,voluit Sebast. Monticu.Vicentin. in comment. in titu.Insti.de actio.§.Aequè si agat quis.nume. 55. versicu. Nam non debet prohiberi, & August. Bero.cõsi.146.in causa, nume.64.lib.3.

SVMMARIVM.

1 *Testamentum ne quis immutet,an princeps vel alius inhibere possit?*
2 *Testandi facultas libera esse debet.*
3 *Testatoris voluntas ambulatoria vsque ad vltimum uitæ exitum.*
4 *Testandi facultate nemo priuari debet.*
5 *Testari aliquem compellens criminaliter.*
6 *Prohibenti ne aliquis testetur, hæreditas abfertur.*

QVAESTIO LXI.

1 Sexagesimoprimo quæro, an † princeps, uel alius possit ĩterdicere, seu inhibere testatori,ne suum testamentum immutet? Pro opi. affirmatiua est singulare dictum Archid.in c.vltima volũtas. 15.q.4.sequitur Bar. Belenci.olim Rotæ Auditor preritissimus in addi. ad Abb.in c.cum Matth. in 6. not. de cele. missa.quod etiam sentire videtur D. meus Phi. Dec.in c. cum ac cessissent.colum.12.de constitu.Opin.negatiua verior, &om-
2 ni iuri conformior est.Libera enim † debet esse testandi facultas.l.ex facto.ff.de uulga.& pupil.ibi.Etenim iniquum & c.l.illa institutio.ff.de hære.insti.l.cum duobus.§. Idẽ respondit.ff.pro socio.l. pactum quod dotali. C. de pact. & l. fin. C. de inut.stipu.l.ex eo.& l.stipulatio hoc modo concepta, ubi omnes.ff.de verbo.oblig. Ampliant ibidem,etiam si iuramẽtum interueniat.De quo etiam per D.meum Phi. Dec. consi.488.nu.19.Cur.Iun.consi.15.nu.2.& 3.consi.25.nu.7. inferentem ad pactum de futura successione,etiam iuratum, ꝙ non valeat, hanc communem affirmantem. l.1. C. de sacro.
3 eccle.& clara est regula † testatoris voluntatem ambulatoriã esse vsque ad vltimum uitæ exitum,ad tex.in l.3.ff.de adi.lega. l.cum hic status.uers.ait.ff.de dona.int.ui.& vxo. præallegato c.cum Matthę.de cele.missa.& est contra bonos mores aliquem priuari † testandi facultate.l.stipulatio hoc modo con-
4 cepta. & ibi Doc.ff.de uerb.oblig.& compellens aliquem † te-
5 stari, criminaliter punitur.l.1.C.de his qui.ut indi.& ibi glo. in uersi.crimen.ac Barto. Alexan.Iacobi de San.Georg art. 4.qui distinguũt. Aut armis uis fuit illata,& tũc pęna sit legis

Source : BIU Cujas

Iul. de ui publica. Aut sine armis, & tunc pœna legis Iuliæ de vi priuata veniat. Aut solus metus interceſſit, & tunc pœna judicis arbitrio remittatur. Et hanc distin. comprobant. Aegi. Boss. in praxi crimin. rub. de his, qui prohi. aliquem testa. ac Iul. Clar. lib. 5. senten. iuris. §. fi. q. 83. versi. compellens. pro ijs etiam Corn. consi. 210. licèt prohibens. vol. 4. Et quia hodie vis publica, videlicet, quæ armis fit, & priuata, quæ scilicet sine armis. §. sed ex constitutionibus. Insti. de interdi. & §. item lex Iulia. Insti. de pub. iudi. iudicis arbitrio puniuntur, vti atte stantur Doct. in Enchirid. rerum crimina. capitu. 100. rub. de vi priua. post nume. 9. verticu. verum si hic. & Iul. Clar. in alleg lib. 5. senten. iuris. §. fi. quæst. 83. versi. Vim publicam, pœna criminalis huiusmodi arbitraria erit, pœna autem ci-
6 uilis frequentior erit, vt ei qui † prohibuit, ne aliquis testare-tur, vt indigno hæreditas auferatur, prealleg. l. 1. & Corn. con si. 150. incipien. Circa præsentem. lib. 2. pœna autẽ. ciuilis va-riè constitui poterit iuxta casuum contingentiam. pro quib⁹ vltra Docto. in titu. ff. & C. si quis alı. testa. prohi. & in locis su-pra adductis videri poterunt Anch. consi. 337, de efficacia. co-lum. 3. ver. Ex quibus liquidè. Corn. consi. 84. & consi. 219. li. 2. Paris. consi. 67. nu. 48. lib. 3, ac Boss. in praxi crimin. tit. de ijs, qui testa. prohi. sciedum item est, ꝙ prohibitiones, vel impe-dimenta huiusmodi debent clarè, & apertè probari, præsum ptiones. n. vel suboscuræ probationes non sufficerent. Corn. Cons. 56. videtur primo. col. 2. lib. 1. Paris. consi. 67. nume. 67. lib. 3. Maria. Soci. Iun. consi. 148. nu. 11. & 36. lib. 2. Nec suffi-ceret leuis motus, sed talis esse debuit, qui in constantem vi rum cadere potuisset. Paris. d. consi. 87. nu. 4. lib. 3. Et dolus re-quiritur, ut pœnis locus sit. Paris. præalleg. cõsi. 67. num. 70. lib. 3. & Soci. Iun. d. consi. 148. nu. 34. & 49. lib. 2. Ad illud au-tem maximè aduertendum est, quòd ad hoc, ut sit locus con stitutioni, si quis aliquem testa. prohi. constare debet ipsum testari voluisse, vel voluisse testamentum iam expeditum re-uocare, ac tempore quo prohibitus fuit, aliàs prohibens testa ri, vel testamentum reuocari non puniretur, ut probatur ex tex in l. j. in prin. ibi. Volente eo facere testamẽtum. ff. si quis ali. testa. prohi. & dixit Bar. in l. fi. nu. 13. ff. eo. Corn. consi. 209. col. penul. versi. concurrunt etiam. lib. 2. Soci. cõsi. 148. num. 13. & 40. lib. 2. Paris. consi. 67. nu. 33. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Principes, & domini temporales an inhibere possint subditis, venari, aucupari, piscari.*
2 *Piscandi, & id genus inter regalia connumerantur.*
3 *Inuestituræ, seu priuilegij tenor inspiciendus.*
4 *Venatio clericis interdicitur.*
5 *Venatores pro reprobis in iure diuino accepi.*
6 *Principibus ius acquiritur ex præscriptione accedente cõsensu populi.*
7 *Principum edictis quando subditi contradicere debeant. Imperator mundi dominus.*
8 *Venandi, piscandi, & aucupandi ius omnibus competit.*

QVAESTIO LXVII.

1 Sexagesimosecundò quæro † an principes, & domini rẽporales possint inhibere subditis suis venari, aucupari, piscari? Istam quæst. latius tractat q̃ alij excellens Doctor Romul. Florenti. repet. l. j. nu. 21. ff. de acq. poss. inferẽs ad principes germanos,
2 & pro opin. affirmatiua arguit, ꝙ † hæc inter regalia connu-merantur. c j. quę sint regal. in uer. piscationuꝫ. Addo l. inter publica. ff. de verb. sign. ubi Alcia. inquit, ꝙ in huiusmodi dici tur esse monopolium principis: & nulli competit ius, nisi ijs qui a principe habuerunt: prout etiam ita in terminis respõ-det D. meus Phi. Dec. in facto vertente in Hispaniis cõsi. 271. nu. 10. Et vt declarat Afflict. in d. c. 1, in ver. piscationũ. illi qui a principe tale ius piscandi obtinent, possunt illud, seu piscan di licentiam alijs vendere, seu concedere: & talis licentia voca tur reditus piscationum. Et licèt tex. in d. c. j. quæ sint regal, de piscatione dumtaxat mentionẽ faciat, extendi tamen de-bet, secundùm Aluarot. & alios ad uenationem, & aucupia, argu. tex. in l. si fundi. §. aucupiorum. de vsu fru. secũdò arguit:
3 quia si non iure communi, saltem ob inuestituras, † quas a supremo principe obtinuerunt, in quibus cauetur, ꝙ hæc iura illis competant, & admonet Iacob. de S. Georg. in tract. Feud. §. Et cum venationibus. nume. 9. In inuestituris feudo-rum ea uerba addi solere uidelicet, & cuꝫ uenationib. &c. unde dicimus priuilegij, concessionis, & inuestituræ tenorẽ inspici debere. c. porrò. & c. petistis. de priuile. c. accepimus. & cap. sequen. de fi. instru. Feli. in c. j. col. 6. versi. considera etiam, de rescr. Nec de potestate supremi principis est disputandũ, cum sit supra ius. Tertiò adducitur tex. in c. j. §. nemo retia. de pace tenen. ubi expresse interdicitur, ne quis possit tendere re tia, aut laqueos ad capiendas feras, præter vrsos, ac lupos & c. ergo prohibentur uenationes, ut ibi And. de Isern. & Aluarot. inferunt, ꝙ sæpè principes solent prohibere. ne subditi ca piant perdices & c. Quartò probatur ex l. vni. C. de uena. fera. lib. 11. vbi conceditur licentia occidendi leones: ergo cætera animalia occidi, seu capi prohibentur: seu prohibita censeri debent, arg. tex. in l. cum prætor. ff. de iudi. & in c. nonne. de p̃-sumptio. Quintò sicut summus Põtifex clericis, episcopis &
4 religiosis † uenationẽ interdicit. 34. distin. c. j. & cap. 2. ne cle-ri. vel mona. & c. an putatis. 86. dist. sic & Imperator, & Rex vi detur prohibere posse uenationem laicis. Sextò principes, &
5 domini temporales supponunt † uigore præscriptionis acce-dente consensu subditorum habere ius acquisitum: nam ex quo prohibuerunt venari, & non reclamauerunt, vel cõtra dixerunt subditi, principibus, seu dominis, sibi preiudica-runt, & ex hoc potest princeps, seu dominus illud ius acqui situm retinere, & tueri, inobedientesq; punire, etiam ad pœ-nam mortis, vt voluerunt Hostien. Io. And. Anto. de But.
7 & Cardi. in c. non est. de deci. vbi admonent † subditos, quòd quando huiusmodi edicta emanant principibus cõtradicãt, ne acquirant ius: Aliàs si paruerint, erit acquisitum ius prin cipibus ex illorum consensu: & penes principes erit summũ ius, vt non possint postea contradicere. Hinc lac. de S. Georg. in tracta. feud. in ver. venationẽ hoc cõsilium principibus tra-debat, vt si uellent hoc ius prohibitiuum habere, vt prohibe-rent subditis venari: qui si non contradicant, firmum erit po stea ius prohibendi, argu. tex. in l. 1. & 2. C. de serui. & aqua. Bar. in l. item lapilli. in 5. conclu. ff. de rer. diui. Quod etiã uo luit Bal. in tracta. præscriptio. in 4. par. prin. q. 5. quem Moder. Ticinen. sequuntur in l. 2. ff. de flumi. nu. 133. ver. & ideo sub diti prohibiti. Idem Rip. in c. cum ecclesia. nume. 50. de cau. poss. & propri. D. meus. consi. 167. in causa. colu. 2. Aimo nu. 99. in tracta. de Anti. tempo. 4. parte. 4. par. prin. Pro qua sentẽ tia videtur esse tex. in l. si quisquam. ff. de diuer. & tempo. præ-scrip. ubi si quis sit in quasi possessione piscandi potest alium prohibere: Idem voluerunt Balb. in tracta. præscriptio. in 4. parti. 5. part. prin. quæst. 5. in fi. & Couaru. in c. possessor. in 2. par. §. 4. no. 6. Septimò facit: quia principes, & alii domini tẽ-porales hodie sunt in quasi possessione prohibendi, unde ui dentur titulum acquisiuisse, dicta l. hoc iure. §. ductus aquæ. Octauò sic arguitur, si priuatis dominis licet venari in suis agris. l. diuus. ff. de serui. rusti. prædio. quãto magis supremo principi, vel alijs dominis a supremo principe ius habentib. ad l. deprecatio. ff. ad leg. Rod. de iactu. l. bene a Zenone. §. sed sancimus. C. de quadri. præscrip. l. si duas. §. grammatici, ibi. Vniuerso autem orbi conueniens est ff. de excu. tuto. l. 1. C. de rapto. virgi. ibi. Nostri orbis regiones. Cyn. Bart. Salyce. & communiter Docto. in l. j. vbi etiam Ias. in 1. lectu. nume. 6. & 8. & in 2. lectu. nume. 2. C. de sacrosan. eccles. Vltimò si in omnibus esset licitum venari, piscari, aucupari, facilè homines diuerterentur ab agrorum cultura, & etiam a mili-tia: & sicut spiritualibus militibus hæc (vt præmisi) prohi-bentur, ea præsertim ratione, ne abstrahantur a diuinis. cap. 1. & 2. ne cleri. vel mona. ita prohiberi debet militibus, ad tex. in l. milites. C. loca. & alijs, qui in ocio esse non debent, ve natio, & alia huiusmodi ne abstrahantur ab illorum officijs, & exercitiis, quę quidem in damnum Reipub. vergerent. Et quia hoc iure vtimur, generalisque est consuetudo per to-tum orbem, vt omnia hęc a dominis temporalibus prohibe ri consueuerint: prohibitionesque effectum sortiantur, in hac opi. resideo. Et licèt Domi. Romul. præfatus, ubi supra subtiliter per plura media, quæ videri poterũt, conetur præ-fatis argumentis respondere: pluraque pro contraria opin. & sic pro negatiua adducat, quorum quidem nonnulla non multum stringunt: non puto recedendum a præfata opin. af firmatiua, cõprobata etiam ab vniuersali quotidiano vsu. Fateor tamen (quod & sensit Docto. Romul.) melius facere principes, & dominos temporales, qui prohibitiones hu-iusmodi sub pœnis pecuniarijs, quàm qui sub pęnis corpo ralibus, & ultimi suplicii faciunt. Durum quippe uidetur,
8 quòd cum ius † uenandi, aucupandi, piscandi cuilibet ab omni iure concessum sit. Deus enim homini dominari de-dit, piscibus maris, uolatilibus cæli, atque uniuersis animã tibus, quæ mouentur super terram. Genes. capitu. 1. Leuiti. capitu. 11. hæc enim sunt quæ gignuntur in aquis, & uesci li citum est, cap. 17. Quicunque uenatione, atque aucupio eę perit feram, uel auem, quibus uesci, licèt fundat sangui-nem eius, & operiat sanguinem illum in terra. l. 1. ff. de ac-quiren. re. domin. l. 1. ff. de acquiren. possess. §. feræ igitur be stiæ. Instit. de re. diui. capitu. ius naturale. 1. distinctio. l. 2. §. si quis in maritum. ibi nota. ff. ne quid in lo. public. Et impedire uenationem est iniuriam inferre. Hostiensis, &

Ant.

Source : BIU Cujas

Ant.de But.in c.non est.de deci. Præpo.in c.1.colu.pen quæ sint rega. Cumq; animalia huiusmodi in bonis nullius sint, merito occupanti cõceduntur: Durum inquam, & inhumanum (pace omnium sit dictum) videtur, ꝙ quis in corporẽ luat, eo ꝙ leporẽ, perdicẽ, vel aliquot pisces pro vsu proprio cęperit: licebit ne cuiuis principi, vel domino tẽporali subditis suis instar Dei dicere. Quacunque hora de hoc comederitis moriemini? Imò vltra progrediuntur nõnulli principes interdicendo omnem penitus venationem, omne aucupiũ, omnem piscationem omnibus subditis sub pœna suspensionis, vel alterius vltimi supplicij. Pro præmissis videre etiã poteris Gui. Papę dec. 514. Affli. in const. Rgeni Scire volumus. Gui. de Benedi. in c. Rainutius, in versi. & vxorẽ nomine Adelasiam. de testa. Gramma. dec. 67. orta lite, nu. 9. & seq. Augu. Bero. consi. 81. viso amplissimo, nume. 30. & seq. lib. 1. D. meũ Phi. Dec. consi. 197. Schurpffium cons. 1. lib. 3. Vldari. Zas in §. æquè. no. 24. Insti. de actio. consi. 6. lib. 2. col. fi. & nouissimè in hac materia scripsit D. Fran. Zannet. Bononien. tractatum que edidit de duplici uenatione generali, & germanica.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio per verba, si possint inhibere, an subsistat?*
2 *Actus legitimi non recipiunt conditionem.*
3 *Hæreditatis additio sub conditione si soluendo est inualida existit.*

QVAESTIO LXIII.

1 **Septuagesimotertiò.** quæro, iudex inhibet † per hęc uerba uideli cet, inhibeo, ñ possum ĩhibere, an inhibitio huiusmodi subsistat: Pro opin. negatiua facit: quia actus legitimi non recipiunt conditionem. l. actus ff. de reg. iur. c. actus eo. lib. 6. sic
3 etiam dicimus † hæreditatis additionem sub conditione si soluendo est, inualidam esse. l. eum qui. §. fi. ff. de acqui. hære. Pro quibus uideantur glo. j. in c. pastoralis. 7. quæst. 1. Io. Fabri. in §. conditiones. Insti. de uerb. oblig. Iasi. in l. cum ad præsens. nume. 5. ff. si cer. peta. & D. meus Phil. Dec. in alleg. l. actus. ff. de reg. iur. Quantum ad quæsitum nostrũ attinet videndus erit Math. de Afflict. in consti. Regni, lib. 1. rub. 15. tit. de defen. impo. nume. 8. & seq. post And. de Iser. vbi distinguit. Aut illud præceptum prohibitorium erat indubitanter iustum, & tũc ualeat: Aut erat dubium, & tunc parte non opponente sit etiam ualidum: parte uerò opponente inualidũ: ibique plura adducit, quæ præsenti quęsito inseruiunt. Videatur Feli. in c. cum contingat. nume. 11. de offic. deleg. Et ꝙ hęc clausula, uel similis operetur, prout in appellatione, & quolibet alio actu, ut admissa uideatur, si de iure sit admittẽda, alioqui contra probatur in c. constitutus, de appel. per Bar. in l. si quãdo. in prin. ff. de leg. 1. per Roma. super rub. ff. de arbit. uersicu. 14. & per Bero. consi. 74. incipien. post consilium, nume. 14. lib. 3. Et ꝙ inhibitio intelligenda sit, si de iure fieri potest, uoluit idem Bero. consi. 85. dicam breuiter. nu. 23. lib. 3. Et pro inhibitione per uerba Inhibeo, si de iure inhibere debeo, uideatur con. Pau. Canstren. 3. in causa. col. 2. cir. medium lib. 1. in nouis. ac consi. 5. & 22. eo. lib.

SVMMARIVM.

1 *Domum superiorem habens, an inhibere possit habenti inferiorem, ne fumum faciat, qui ei noceat?*
3 *Fumum contra immittentem quando iniuriarum actio detur.*

QVAESTIO LXIIII.

1 **Sexagesimoquartò.** quæro † an domum superiorem habens inhibere possit habenti inferiorem, ne fumum faciat, qui ei noceat? Affirmatiuè respondendum est, impeditur enim commodè in suo habitare, & sibi præiudicium fit l. sicut. §. Aristo. ff. si serui. vendi. vbi conceditur tantum immissio seruitute constituta. pro quo §. Aristo. videatur consi. Socin. 139. lib. 1. & Cagno. post Addi. ad D. meum Phil. Dec. in l. nullus uidetur. quæ est. 55. nu. 4. & seq. ff. de reg. iur. l. si quis fumo. ff. ad le.
2 Aqui. Imò † etiam iniuriarum actio eidem competeret, quãdo uidelicet iniurandi causa id fieret. l. penul. ff. de iniur. glo. in alleg. l. sicut autem. §. Aristo. in ver. fumus. ff. si serui. uendi. & pro hac opin. concludunt ẽt Bartho. Veronen. in tracta. seruit. vrba. prædi. rub. de fumo, cap. 3. & Matthe. de Afflit. in consti. Iurisgentium, lib. 1. rub. 15. nu. 12. vbi etiam quod pariter interdici potest habenti domuꝫ superiorẽ, ne proijciat aquã in domum inferiorem descendentem.

SVMMARIVM.

1 *Inhibito vsufructu patri, an ipse possit impedire administrationem gubernatori per matrem, vel extraneum concessam.*
2 *Vsumfructum bonorum feudalium per matrem filio relictorum patri acquiri iura prohibent.*
3 *Inhibitio hominis durior est, quàm illa legis.*

QVAESTIO LXV.

1 **Sexagesimoquintò.** quęro, an inhibito † vsufructu patri super bonis per matrem, vel extraneum filio relictis ipse pater impedire possit administrationem gubernatori concessam? Distinguendum est hoc modo, videlicet, ꝙ aut inhibitio emanauit a lege: aut ab homine. Quoad primum membrũ pono exemplum, quando mater reliquit feudũ, seu bona feudalia filio, administrationemque bonorum feudaliũ guber-
2 natori alicui demandat: iura feudalia prohibent † usumfructum super illis bonis feudalibus maternis patri acquiri. prout per And. Isern. in c. 1. col. 4. de his qui feu. da. pos. & per eũdem And. ac per Matthe. de Afflic. nu. 10. & seq. in const. Minoribus. lib. 3. rub. 27. titu. de iure balij. Hoc casu ꝓhibere potest pater gubernatorem, & administratorem, ꝙ non administret, vt per Iser. vbi supra, & per Afflic. in eadem const. Minoribus, post nume. 10. Iuxta secundum verò membrũ quãdo mater, vel alius expresse inhibuisset administrationẽ patri, pater non poterit interdicere administrationem guberna tori in testamento relicto, ea ratione: quia durius agitur, qũ
3 inhibitio vsufructus fit ab homine, quàm quando à lege per tex. in l. Celsus. ff. de arbit. & ita, & bene distinguunt, & cõcludunt Isern. & Afflit. ubi supra.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio obtenta per procuratorem generalem an subsistat?*
2 *Procurator ad recipiendum mutuum non potest confiteri simpliciter recepisse.*
3 *Procurator ad solutionem recipiendam quietare non potest.*
4 *Procurator ad exigendum obligationem nouare non potest.*
5 *Procurator facere potest solita fieri per principalem.*

QVAESTIO LXI.

1 **Sexagesimosextò.** quæro, an † inhibitio obtẽta per procuratorem generalem subsistat? Negatiuè respondendum videtur, ex quo mandatum est strictè interpretandum: ut non comprehen-
2 dat nisi expressa. Hinc dicimus † procuratorem constitutum ad recipiendum mutuum non posse confiteri simpliciter recepisse. Bar. in l. 2. §. creditum ff. si cer. peta. & in l. si debitorẽ. ff. de nouatio. Anton. de But. & Abb. in c. si cautio. de fi. instr.
3 sic & † procurator ad solutionem recipiendam quietare non poterit, nisi id etiam sit sibi demandatum. Rom. consi. 352. quæritur primò, nume. 3. per tex. in l. non abstulit. C. de noua
4 tio. & † procurator ad exigendum, obligationem nouare nõ potest. Abb. in alleg. c. si cautio. vbi etiam nonnullæ additiones in ver. si consti. de fi. instru. D. meus Phil. Dec. consi. 146. & pro tenui, colum. penul. versicu. Tertiò non obstat: & consi. 543. in casu. nume. 12. Pro qua etiam opi. negatiua adduci potest tex. in l. procurator totorum. ff. de procu. vbi procurator totorum bonorum, cui res administrandæ mãdatæ sunt, nisi cum libera, vel speciali mandato, prohibetur res domini vendere. Et in terminis ferè nostris idem videtur tenere And. de Isern. in const. si quis in posterũ. li. 1. rub. 17. de defen. imp. & cont. colum. 1. Breuiter quicquid sentiat Isern. ubi supra, cõcludendum est pro affirmatiua, pro qua adduci potest tex. in l. prohiberi. in prin. ff. quod vi, aut clam, vbi procurator perinde ac dominus prohibere potest: nec Iurecõ. ibi requirit, vel exprimit speciale mandatũ. Ad idem adduci potest tex. in l. si hominem. in prin. ff. mauda. vbi supponitur, ꝙ procurator prohibere possit. Generalis item consuetudo est, quòd ad obtinendam inhibitionem sufficiat generale mandatum, nec ad hoc domini speciale mandatum facere consueuerint, un-
5 de hoc sufficere debet † etiam quoad domino præiudicialia, & etiam si per hoc principalis in pœnam incideret, argu. tex. in l. solutam. §. fi. cum l. seq. ff. de pigno. actio. l. qui semisses. §. quæsitum. ff. de vsur. per Bart. in l. si procurator. ff. de iu. fisci. Ang. in l. bene a Zenone. per illũ tex. C. de quadrien. præscr Alex. in l. 3. §. si procurator, nume. 6. ff. quod quis. iur. Roma. sing. 11. quod incipit, an sicut habens mandatum generale. Et in terminis similibus nostris pro affirmatiua cõcludit Affli. in alleg. constitut. si quis in posterum, nu. 11.

Source : BIU Cujas

Quintiliani Mandosij. De inhibitionib

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio an personaliter præsentari debeat?*
2 *Personalis citatio, intimatio, seu denunciatio non requiritur in causis ciuilibus.*
3 *Personaliter citandus est, qui reperiri potest.*
4 *Reperiri quis quando posse dicatur.*
5 *Defensæ impositio non potest fieri domi.*
6 *Defensæ impositionis formula.*
7 *Defensæ impositio parum ab inhibitione differt.*
8 *Excommunicandus personaliter citandus est.*
9 *Domi citatio facta sufficit, quando citandus malitiosè se absentat.*
10 *Scientia citationis licèt minus valdè executę sufficit.*
11 *Citatio, vel inhibitio domi exequi poterit, id statuto, vel consuetudine disponente.*
12 *Item si per rescriptum id concedatur.*

QVAESTIO LXVII.

1 Sexagesimoseptimò. quæro † an inhibitio personaliter intimari debeat? an verò sufficiat domi illius executio facta? Hoc quæsitum in dies practicatur, ideo diligenter examinãdum venit, & omissis superfluis, instar aliarum citationum, denunciationum & intimationum uidetur dicendum, ꝙ si
2 simus in causis ciuilibus † personalis citatio, seu denũciatio nõ requiratur, iuxta tex. in l. 1. §. permittitur. ff. de agno. libe. l. aut qui aliter. §. si fortè. ff. quod vi, aut clam. Inno in c. si aduersarius de eo qui mit. in pos. cau. rei seruan. Bald. in l. vt pfectius. colum. 2. super glo. in ver. domicilium. C. de anna. excep. & ad alia quæ adduco in tracta. Monito. quæst. 26. num. 2. Possemus etiam in hoc latissimo, & ancipiti articulo iuxta veriorem, & magis communem opi. distinguere hoc modo,
3 videlicet. Aut † quis personaliter reperiri potuit, aut nõ. Primo casu requiratur personalis: secũdo verò sufficiat intimatio, seu executio facta domi. iuxta distin. Bar. in l. 4 §. prætor. quam ibi Alexan. nume. 2. magis cõmunẽ affirmat de dam. infec. Et hanc Bar. distin. sequuntur etiam Abb. in c. causam, nume. 5. de do & cõtu. Mil in Reper. in ver. citatio prima debet fieri personaliter. Lanfran. in c quoniam contra. in versi.
4 citationes, quæst. 3. nu. 3. de proba. Quando autem † quis dicatur non posse reperiri est duplex opin. vna tenentium, ꝙ tunc quando citandus non est in ciuitate, nec in prouincia. Altera fuit ex mente Innoc. in c. penul. de eo qui mit. in pos. & hæc opin. videtur verior, vt per Abb. vbi supra nume. 6. ver si. In casibus autem non desiderantibus celeritatem, cum ijs quę postea subdit. Et ille tex. in c. causam, & Inn. & Abb. vbi pra loquũtur etiam in sententia ferenda. In terminis ferè nostris And. de Isern. in const. Iurisgentium, lib. 1. rub. 15. titu. de defen. impon. voluit, ꝙ licèt in iure cautũ reperiatur, ꝙ quan
5 do quis nõ reperitur in ciuitate, citatio domi fieri possit. † Defensæ tamen impositio nõ reperitur in iure, ꝙ domi fieri possit, si illi cui defensa est imponenda non reperitur in ciuitate.
6 Cuius † defensæ formula hęc est, ego N. fidelis ex parte catholicæ Maiestatis Regis nostri Ferdinandi prohibeo te Męuiũ, atque requiro, ut hinc in antea non præsumas me offendere in persona, vel in bonis stabilibus, vel mobilibus. Hæc habemus in præalleg. const. Iurisgentium, & ibidem per glo. & Docto. & alibi sæpè. Cum Isern. vbi supra residere uidetur
7 Afflic. nume. 22. Hæc † defensæ impositio à nostra inhibitione parum differt. Tum quò ad potentiam, seu præstantiã illius sub cuius nomine fit. Tum quò ad effectum. Tum quò ad pœnę impositionẽ tam in defensa, quàm in inhibitione apponi solitæ. Imò potentior, & efficacior, & formidabilior videtur inhibitio, quę a Iudice Romanę Curiæ emanare consueuit, & a nuncio, seu notario publico præsentari, quàm defensæ huiusmodi impositio, quæ a parte parti fit, ac minori cum solẽnitate. Rursus eadẽ est ratio defensæ speratę, & inhibitionis contemptæ. Quò ad illam defensam arguunt Isern. & Afflict. vbi supra, ꝙ non sufficiat domi illam fieri; quia in tanto crimine spretæ defensæ non sit uagandum, iuxta text. in l. item exigit ff. de dolo mal. Verum hæc multò magis, & rationabilius procedent, & erimus absque dubio, si loquemur in inhibitionibus, quę a Romana Curia emanant. Tũ propter maiorem potentiam, & authoritatem eius, sub cuius nomine conceduntur, & in vulgus exeũt, videlicet Summi Pontifícis, cui (ut omnibus notum est) nec par aliquis, nec eo maior toto in orbe datur. Ipsiusque decreta tãquam emanata a sedente in supremo iustitiæ trono a nemine redargui possunt: nec ab alio, quàm ab ipso Deo iudicantur. c. si Papa 40. distin. Et qui reges, & Imperatorem deponit. c. ad Apostolicæ. de re iudi. lib. 6. c. aliorum. & seq. 9. quæst. 3. tum etiã propter censuras ecclesiasticas (vltra pœnas pecuniarias) in huiusmodi inhibitionibus a Rom. cur. obtentis apponi, & comminari solitas. Quantùm enim ad sententias excommunica
8 tionum ferendas verius est in iure citationẽ personalẽ requiri, nec sufficere citationẽ domi factam, & hoc propter grauitatem prędiudicij, quod propter excommunicationem infertur. Inno. Collecta. & Abb. col. fi. in c. fi. de eo qui mit. in pos. Io. Fab. in §. fin. Insti. de pœna teme. liti. Roma. cons. 482. in casu, nu. 2. Castren. in l. 4. §. prætor ait, col. 1. ff. de dam. infe. Bal. in l. vt perfectius col. 2. vers. Dicit etiam Inn. C. de anna. exce. Prępos. in c. caueant. contra glo. ibi. 3. quæst. Feli. in c. cum sit Romana, num. 13. & seq. de appe. Tiraq. de ut. retra. lib. 1. §. 9. glo. 2. nu. 4. limitant, & bene Isern. & Afflic. vbi supra, nisi is cui personalis notificatio facienda est data opera se absentasset ad impediendum, ne sibi personalis intimatio, vel denunciatio fieri posset: tunc enim sufficit executio citationis, seu
9 intimatio facta † domi, iuxta tex. in l. si ideo. in fi. ff. de quæst. Bar. in l. 1. §. sed & Aristo. ff. quod vi, aut clam. Bal. in alleg. l. vt perfectius. col. 2. vers. & dicit etiã Inn. C. de anna. excep. c. qm̃ frequenter. §. porrò. & ibi glo. in ver. impedit. vt lit. nõ cõtest. cle. 2. ut lit. penden. Inno. & alij in c. fin. de eo qui mit. in pos. Matthe de Mattheſi. no. 133. Tiraq. in alle. tract. de ut. retra. §. 9. glo. 2. nume. 7. limitari etiam possunt præmissa. videlicet, ni
si citatio, uel intimatio facta domi, vel aliter minus legitimè
10 verisimiliter peruenerit † ad notitiam eius, cui inhibitio faciẽda erat, vel qui excommunicãdus erat, iuxta tex. in clem. causam, in fi. de electio. Rot. 271. si de mandato. in prin in no. Roman. consi. 410. ut clarior, nu. 2. vel. Secundò ꝙ quamuis erratum. Cum quo transit Alex. in addi. ad Bar. in l. j. §. denunciari in addi. magna versus fin. versi. Scias etiam, ꝙ licèt peccatũ. ff. de ven. inspi. Hyppo. de Marsi. super rub. C. de proba. nume. 371. & singu. 259. Feli. in c. cum contingat. nu. 8. de rescr. Limi
11 mita tertiò, nisi adsit statutum, † vel consuetudo, ꝙ sufficiat citatio, uel intimatio facta domi. prout per Bar. in l. 4. § prætor, nu. 15. ver. Quæro, quid si statutum. ff. de dam. infe. sequũtur Anto. de But. in c. causam. de do. & contu. Abb. in c. pastoralis. in 2. not. versi. Nam facit, quòd si statutum, de appel. D. meus Phil. Dec. consi. 502. ex duobus. num. 6. & in terminis nostris clarius, quàm alij concludit Rapha. Fulgo. consi. 76. factum super quo. col. 2. versi. In oppositam partem. Quartò
limito quoad inhibitionem a Rom. curia emanatam in vim
12 rescripti, in quo concessum fuerit, quòd † citatio, & inhibitio etiam domi intimata, vel executa sufficiat perinde, ac si personaliter præsentata, seu intimata fuisset. Et signatura respondet citet, & inhibeat, ut petitur, nisi adsit cassatio, omnia in rescripto petita concessa uidentur. Rot. 377. not. ꝙ si petatur. 732. li aliqua commissio, & 787. sciendum est. in anti. Cuius rescripti, & signaturæ forma omnino seruanda est c. cum dilecta. de rescr. cum alijs. ego simile rescriptum aliàs obtinui pro D. Iacoba. Capranica cõtra Dominos de Zambechariis.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio facta per iudicem superiorem iudici inferiori super causa mota contra principalem, an comprehendat etiam fideiussorem.*
2 *Fideiussorem an afficiat factum rei.*
3 *Rescripta sunt stricti iuris.*
4 *Nec ad alias personas, vel res extenduntur.*
5 *Fideiussor ex persona rei potest exceptionem opponere.*
6 *Dilatio data reo, competit etiam fideiussori.*
7 *Fideiussor si cogitur, ipse principalis cogi videtur.*
8 *Fideiussorem de iudicio sisti iuuat inhibitio, & appellatio principalis.*

QVAESTIO LXVIII.

Sexagesimooctauò. quæritˢ a me Rotæ Florentinæ ad præsens Au
1 ditoreˢ † an inhibitio facta per superiorẽ iudici inferiori super causa mota contra principalẽ ꝓprehendat ẽt fideiussorem? Rñdi, me hæc tractasse super q 48. ab hac non multũ diffimili: verum vt enixè a me petentibꝰ morẽgererẽ, dixi pro opin. negatiua adduci posse regulã illã. l. cum prætor. ff. de iudi. l. ex eo. ff. de testib. c. qualis. 25. dis. c. nonne. de p̃sum. inhibitio igit hæc nõ tuebitur fideiussorẽ, sed tm̃ reum, illiusq; personaz, bona, & res. Insuper habemus, ꝙ † factũ rei non afficit fideiussorem: nec illi prodest. l. 3. §. si is ꝙ quo spopondisti. ff. qđ quis. iur. l. & fideiussor. ff. de re iudi. l. si reos, & ibi Bal. & Saly. in l. fi. C. de fideius. & pro hac opi. faciunt ẽt, q̃ adduxi supra p̃alleg. q. 48. Contrarium verò verius esse, ꝙ imò inhibitio huiusmodi prosit etiam fideiussori affirmaui propter communionẽ, quę est inter principalem, & fideiussorem, per rationem tex. in l. 1. C. de diuer. rescrip. Matthe. Mattheſi. sing. 95. incipiẽ.
4 nota mirabilem, Felin. super rub. de rescr. ante nume. 4. † & licèt non extendatur ad alias personas, seu res c. P. & G. de offic. delega. capitu. eam te. iuxta unum intellectum de

rescr.

Source : BIU Cujas

reſcr.Rot.103.ſi A.impetret,in no. gl.in c.cum in multis. in uer.quorum.in ſi de reſcr.li b.6.Rom.conſi.388. in caſu. poſt
5 nu.4. Inſuper videmus † ꝙ fideiuſſor poteſt opponere exceptionem ex perſona rei,etiam eo inuito.l.ſi ſtipulatus, quæ
6 eſt 16.ff.de fideiuſ.Rurſus † dilatio quæ datur reo competit ẽt fideiuſſori.l.fi.& ibi Bar.C.de vſur.rei iudi. & ſic & fideiuſſor etiam iudicii liberatur per metum illatum reo.l.ſi cum exceptione.§. ſi quis per uim,& ibi Bal.nu.1.ff.quod met.cau. Itẽ
7 inhibitione præmiſſa ſtãte ſi cogeretur † fideiuſſor, ipſe principalis cogi uideretur & regreſſus habitus contra fideiuſſorẽ, uidetur habitus contra principalem; quia pro obliquum læditur principalis.l.Titius.76.& ibi Bar.ff.de procu. ſic & proceſſus rei opitulatur fideiuſſori,ſicut ſententia.l.fi.C. de duo. reis.& in proprijs terminis noſtris, quòd fideiuſſor nõ poſſit moleſtari, concludit Bal.in alleg.l. Titius. poſt numero 2. verſicu. & per hoc dicebam in quęſtione de facto.ff. de proc. Idem Bald. in l.aduerſus ſententiam,verſi. Extra induco hãc legem ad quęſtionem.ff.de arbit. Soluendo cõtraria elici poterit ex præmiſſis,& ex glo.et Bal.in l.3.§. ſi is pro quo. nu. 3. ff.quod quis. iur. ex tex.cum glo. in l.fin.ff.de poct.et ex Bald. in alleg.l.aduerſus ſententiam.de arbit.& ſic etiam nõ obſtabit conſi. Dec.33. ſupra in alleg. quæſt. 48. per me citatum, imò retorqueri poterit in contrarium per ea quę præmiſerat pro hac opin. Rurſus per reſponſiones, quas dat ad cõtraria, quòd iuxta terminos ſuos una cauſa non habebat depẽdentiam ab altera, ſeu connexitatem, imò una cauſa ab altera erat penitus ſeparata, quo caſu inhibitoria in una cauſa conceſſa non uendicat ſibi locum quoad alteram. Vltimò in fi.dicti conſ.diſtingit idem D.meus quò ad iudicem a quo, quis ſuſpectus eſſe poteſt:& iudicem non ſuſpectum. Verùm quia cauſa hæc,& huiuſmodi quæſtio adhuc ſub iudice eſt, vltra non procedo: Hoc autem ſcias, ꝙ in fideiuſſore iudicii
8 regula eſt, quòd † inhibitio principalis fideiuſſorem de iudicio ſiſti iuuet, & appellatio principalis prodeſt fideiuſſori iudicii. Bal.in addi.ad Specu. in tit.de appel. in addi.magna, colum.6. verſi.Quidam promiſit repreſentare. Fran.in c.cum teneamur,nume.18.eod.titu.de appella.& in cap.1.nume.5.de iniu.& dam.da.lib.6.ac Hyppo.de Marſi. ſuper rub. de fideiuſ.queſt.52.nume.362.& ſeq. ac Natta conſi. 345. Conſtantin. in princi.lib.2. An autem & quando dilatio, ſeu priuilegium conceſſa,uel conceſſum principali, proſit fideiuſſori, latè tractant Bar. Imol. & Alex.in l.cum filius 49.§.ſi ſtipulatus.ff.de verb.oblig.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſticus an inhibere poſsit iudici laico,ne in cauſa contra laicos, & clericum mota procedat?*
2 *Conſequitur quis ex alterius perſona,quod ex propria non poßet.*
3 *Clericus,& laicus coram eccleſiaſtico conueniendi.*
4 *Diuidua eſt obligatio rem reſtitui.*
5 *Clerici priuilegium in diuiduis ad eius ſocios non extenditur.*

QVAESTIO LXIX.

1 **Sexageſimononò.** quæro† an ſi coram iudice laico cõueniantur plures, inter quos adſit: vnus clericus, poſſit illi iudici iudex eccleſiaſticus inhibere? & conſequenter cauſa omnium ſit per iudicem laicum ad eccleſiaſticum remittenda? Diſtinguendum eſt ita, Aut ſumus in indiuiduis, & affirmatiuè reſpondendum
2 eſt propter priuilegium clerici, vt quis † ex perſona alterius conſequatur,quod ex propria non poſſet.l. Ariſto. in fi. ff.quæres pigno. obli. poſ.in l.ſi quis duos.ff.de libe.lega.l.ſi communem.ff quemad.ſerui. amit. vbi Pau.Caſtren.infert, ꝙ ſi clericus,& laicus ſint obligatione indiuidua obligati,ambo poſſint coram epiſcopo conueniri per illum tex. per quẽ etiam dixit Anto.de Prato vete. ꝙ ſi plures inquiſiti ſint a iudice laico, inter quos ſit vnus clericus, omnes ſint ad eccleſiaſticum iudicem remittendi, & pro hac opin affirmatiua concludunt Bar.in l.præcipimus.§.eodem,& ibi Pau. Caſtrẽ. & Alex.in addi.ad eundem Bar.C.de appel. Sequitur Hypp. de Marſi.ſing. 180. incipien. plura. Et voluerunt præmiſſi, & Matthe. Mattheſi.ſing.144.ꝙ ſi in cauſa indiuidua aliquis
3 conuenire uelit † clericum, & laicum, vterque conueniendus ſit in foro eccleſiaſtico: dignius enim trahit ad ſe minus dignum: Et ita in præmiſſis concludit Feli.in c.1.col. 3. & latius col.4.vbi plura ad rem noſtram cumulat,quæ videri poſſunt. Aut ſumus indiuiduis. puta ſi agatur contra plures poſſeſſores ad reſtitutionem portionis hæreditarię per quẽlibet eorum poſſeſſæ,inter quos vnus ſit clericus cauſa non eſt ad eccleſiaſticum remittenda nec eccleſiaſticus inhiberè poterit: obligatio enim rem reſtitui † diuidua eſt,prout voluerũt
4 Bar. & alij in l.4.§.Cato. & in l. poſtulationes nõ diuiduntur. in 8.oppo.ff.de verb oblig cum quilibet pro ſua parte,quam poſſidet,teneat.l.p hæreditarijs,& ibi Doct.C.de hære. actio.
5 l.pacto.C.de pact.unde in diuiduis† priuilegiũ clerici non extenditur ad eius ſocios,uel conſortes,ſm Bar. in l.iuriſperitus oriundus.in 1.lectu.ff.de excu.tut.Caſtren.in d.l. ſi cõmunẽ, in fi.ff.quemad. ſerui.amit.Et conſequenter non poſſunt laici clipeo clericalis priuilegij à iudice ſeculari ſe tueri: nec illius manus per inhibitionẽ eccleſiaſtici ligare: & ad eccleſiaſticum forũ conuolare, & oĩa quæ in p̃rium adduci poſſent tolluntur,procederent.n. in indiuiduis, à quibus ad diuidua tanq̃ penitus ſeparata argui,vel inferri nõ poſſet,vulga.l.Papinianus exuli.ff.de mino.& ita reſpondet Feli.in d.c.1. de p̃ſcr.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio non operatur,vt carceratus pro debito relaxari debeat.*
2 *Inhibitoria non trahitur ad preterita.*
3 *Carceratus vt ſupra fideiuſſoribus relaxari poterit.*
4 *Captura notoriè nulla abſque diſputatione tolli poteſt.*

QVAESTIO LXX.

1 **Septuageſimò,** concluſimus ſupra q.22. ꝙ inhibitio nõ operetur, vt carceratus
2 pro debito relaxari debeat, † inhibitoria. n.nõ trahitur ad p̃terita,prout in terminis ꝯcluſit Fede.de Sen.cõſ.300. factum tale eſt,debitor.nu.1.vbi ꝙ inhibitio quantumcunq; canoni cè facta nunquã reſpicit præterita,ſed futura,per tex.in c.j. de no.ope.nun.& in c.nõ ſolùm.2.reſpon.de appe. lib.6. Nunc verò ponamus,ꝙ vltra inhibitionẽ iudex ad quem, vel alius ſuperior mandet,& p̃cipiat expreſsè,ꝙ carceratus à carcerib⁹ liberetur,an ei in hoc parendũ ſit? Ex tradi.per Bar. poſt glo. in l.ab executione,verſ.exquo no.ꝙ ſi aliquis capitur pp debitum.C.quo.appel.non reci.præſens quæſitũ in partẽ negatiuam reſoluitur,vult.n.Bar.vbi ſupra,ꝙ etiam ſi appellatum ſit ab huiuſmodi captura,non tamen ſtatim carceratus relaxari debeat, ſed appellatione pendente detineatur, vt prius. Hæc opin.redditur dubia ex ijs quæ ſcribunt Spe.ti. de appe. §.reſtat,& Bal.in addi.ad ipſum in ver. a grauamine, & idem Bal.in l.2.poſt num.6.verſ.Sed incidenter quæro,quando appellatur a captura,& alijs quæ ibi ſubijcit.C.de epiſc.audien. Nonnulli dixerunt,quòd † carceratus,ut ſupra fideiuſſoribꝰ datis relaxari poſſit,& præceptum huiuſmodi, vt primus iudex fideiuſſoribus datis illum relaxet ſubſiſtat, prout voluerũt Ang.in d.l.ab executione, & ita ſæpè practicari uid. Nõ-
3 nulli verò id non admittunt,niſi † captura fuerit nulla, & de hoc notoriè appareat, quo caſu captura notoriè calumnioſa per ſuperiorẽ ex officio proprio reuocari, tolli,ſeu improbari debet abſque alia diſputatione,prout in ſimili cõcludit poſt Inno.in c.1.de offi.deleg.Bal.in l.1.nu.9. verſi. Poteſt tamen iudex ex officio.C.quomo.& quan.iud.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitiones an concedi conſueuerint indiſtinctè,an verò cum expreſsione contra perſonam,vel bona?*
2 *Formula inhibitionis à Rota Romana emanari ſolitę.*
3 *Genus continet ſub ſe omnes ſuas ſpecies.*
4 *Genere prohibito omnes eius ſpecies prohibitæ cenſentur.*
5 *Inhibitionum à Ro.Cu.emanare ſolitarum, & earum quæ in Tuſcia decernuntur, quorſum hęc differentia.*
6 *Effectu habito non eſt curandum de modo.*
7 *Prouincia quælibet ſuo ſenſu abundat.*
8 *Ratio de omnibus reddi debet.*
Perſona dignior rebus.
9 *Mercatores inter non attendi apices iuris.*
10 *Guarentigiata inſtrumenta habent executionem paratam.*
Statutum Florentinum ſuper guarentigia.
Statutum alterum ſuper ſcriptura priuata.
Genuæ,& nonnullis aliis in locis apodißæ mercatorum habent executionem paratam.
Citationem non requiri in executione inſtrumenti guarentigiati.
Defenſio licèt per ſtatutum tolli non poſſit, defenſionis tamen modus variari poteſt.
Formula inhibitionis Auditoris Cameræ Senatori vrbis.
11 *Iudex litem ſuam facit reuocans interlocutoriam abſque cauſa.*
12 *Pœnitentię locum eſſe ante contractum confectum,ſi partes in ſcriptis contrahere intellexerunt.*
13 *Dolus quando dicatur dare cauſam contractui?*
14 *Sine ſpe vlterioris prorogationis clauſula quid operetur?*
Inhibitio rarò conceditur quo ad bona.
Inhibitioni non parendum, quando ius illi reſiſtat.
15 *Mobilia nonnulla pro executione capi prohibentur.*

Source : BIU Cujas

16 *Vestes cubile, & similia in hypothecam non transeunt.*
17 *Super armis, & equis militum executio fieri non debet.*
18 *Super libris scholaris, vel doctoris non fit executio.*
19 *Mulieres honestæ carcerari non possunt.*
20 *Viduæ dicuntur miserabiles personę.*
21 *Minores carcerari non possunt pro debito.*

QVAESTIO LXXI.

Septuagesimoprimò. applicando materiã inhibitionum ad stilum, & consuetudinem Thusciæ, ubi nunc moram traho, & ad praxim, quæ hic frequentior est, præsens thema subijcio. Philippus de Mazinghis ciuis Florentinus venditor cuiusdam prædij in curia Mercantiæ sub die 4. Nouẽbris 1574. protestationem, & requisitionẽ porrexit contra Artium, & Medicinæ Doctorem magistrum Ioannem de Fidelibus emptorem, per quam eundem interpellabat, & requirebat, vt scripturã priuatam inter eos super venditione confectam impleret, executionique demandaret pro parte sua: ipseque magister Ioannes precium conuentum 1450. florenorum auri sibi exbursaret, contractuique faciendo iuxta formam scriptæ huiusmodi assisteret: eidemque instrumento conficiundo assensum præstaret, & aliàs prout in dicta protestatione, & requisitione: protestando etiam de damnis, & interesse, & dictus magister Ioannes petijt à me Rotę Florentinę Decano, & obtinuit inhibitionem, ne dictus Philippus aliquid faciat, vel attentet contra personam, vel bona ipsius magistri Ioannis vigore dictarum intimationis, requisitionis, & protestationis, sub decreto annullatiuo, pœnis & preiudicijs, & alijs de iure cautis, seu consuetis etiam secundùm formam statutorum, & ordinamentorum Florentię. Philippus verò intimata, & presentata sibi huiusmodi inhibitione coram me comparuit, & allegauit huiusmodi inhibitionem de facto ac non precedente citatione & sine causę cognitione emanasse, instans illam reuocari, attento ꝙ requisitio fuit iure facta, & vigore iurium exequibilium, & executionem merentium: & asserta inhibitio concessa fuerit nõ cognitis iuribus partium, & cõtra iura habentia executionẽ paratam ex forma iuris, ac statutorum ciuitatis Florentię, & contrario imperio inhibitionem huiusmodi reuocari petijt, & ex pluribus alijs rationibus, & causis suis loco, & tempore proponendis, saluo sibi &c. Deducens & c. ego visis citatione facta in personam dicti magistri Ioannis, comparatione, contradictione, & omnibus alijs supradictis reuocaui, & annullaui dictam inhibitionem iam decretã, quoad bona tantum: quò verò ad personam, eam in suo robore remanere volui, quam reuocationem mãdaui intimari, & notificari dicto magistro Ioanni. Succesiuè instante dicto magistro Ioanne, ac dicto Philippo citato declaraui, & mandaui premissam inhibitionis reuocationem intelligi debere quò ab bona immobilia tantùm: quò verò ad alia bona mobilia, & se mouentia reuocationem prædictã eam non comprehendere: sed inhibitoriam primo loco concessam dicto magistro Ioanni quò ad dicta bona mobilia, & se mouentia in suo robore, & firmitate per 15. dies proximè futuros, cũ facultate prorogandi remanere debere, prout remanet quoad personam ipsius magistri Ioannis. Tandem prorogaui præmissã inhibitionem ad alios 15. dies proximè futuros, cum clausula: Sine spe vlterioris ꝓrogationis: ex præmisso themate nõ

1 nullæ quęstiones elici possunt, & inter alias hæc † an inhibitiones, quæ vbique locorum conceduntur, dari soleant in genere & indistinctè, an verò cum illa expressione videlicet contra personam, vel bona? Si à Ro. Cu. normaꝫ sumamus, respondere coacti erimus iuxta primum membrum, & sic ꝙ absque illa expressione in personam, vel bona cõceduntur, apparebit ex formulis positis per Specu. sub titu. de citatio. §. fi. nume. 7. & sub titu. de appellatio. §. de offi. col. 2. & melius ex infrascripta nouissima formula, quæ a dicta Ro. Cu. ema-

19 eius principalẽ: Et alia faciendi ad effectum habendi, et cõsequendi dictum brachium militare. Visa forma iuris, statutorum, et ordinamentorũ cõmunis Florentiæ, et quę videnda fuerunt omni meliori modo quo potuit, et potest cõmisit, imposuit,et mãdauit Nũcio etc,ꝙ notificet dictis.etc N.et N. condemnatis,et quibuscunque aliis occupatoribus,et detentoribus dictorum bonorum,ac cuilibet eorum sententias,ac pronunciationes,de quibus supra fit mentio &c.ne vllam de prædictis,vel infrascriptis ignorantiæ causam prætendere:vel allegare possint quomodolibet.Ipsosque omnes supra nominatos,& comprehensos,& quemlibet eorum citet,& requirat, quatenus infra secundam diem iuridicam proximè futuram à die,& post diem huiusmodi notificationis,protestationis,citationis,& requisitionis relaxent dicta bona secundum quod vt supra condemnati fuerunt:& eisdem, & cuilibet denunciet,& protestetur,quòd decętero modo aliquo non intrent,stent,morentur in dictis bonis, de quibus in dictis sententiis supra fit mentio: nec in aliqua eorum parte aliquam molestiam inferant, nec inferri faciant dicto D. Gerio dicto nomine.Nec in eis aliquod vtile,vel inutile faciant per se, vel alios aliquo modo,sed dicta bona,de quibus supra, & in dictis sententiis fit mentio,dimittant, & relaxent vacua, libera, & expedita dicto D.Gerio dicto nomine: Aliàs sub comminatione,quòd si secus,aut contra prædicta,vel aliquod prędictorum fecerint,vel aliquis ipsorum fecerit, dictus D.Gerius dicto nomine reuocabit, & reputabit, & ex nunc sibi reuocat,& reputat ad iniuriam, & molestatam, & turbatam possessionem;& consequenter eos accusabit de turbata,& molestata tenuta vel possessione dictorum bonorum: & ꝙtra eos, & quemlibet eorum aget,et prosequetur iura sua ciuiliter,et criminaliter,ordinariè, & extraordinariè. De † brachio, seu
16 manu, vel auxilio militari Tuscię frequentissimo habemus tex.in l.qui restituere iussus.ff.de rei vendi. & in l.si quis missus.ff.ne vis fi.ei qui in poss.mis. est in l.2.ibi. Vt per militarẽ manum correpti, & parum post, militare auxilium postulauerit. Iterum si adminiculum militare præbere soluerint. rursus. Militare auxilium rector prouinciæ à tribuno, vel à primatibus numeri faciet dari,si ciuilia non posse sufficere perspexerit.C.de his qui latro.occul. Et per similia verba loquitẽ iureconsi.in l.si in aliquem.ff.de offic.proconsi. ibi. Ministeria quoque militum si opus fuerit ad curatores adiuuandos. in l.1.& ibi glo.vel manu.ff.si mul.ven.nomi. De quo etiam Paris.de Put.in tracta.sindica.in ver.brachium. Alex.consi.106. Magnifice.col.penul.versi. Nec obstat,ꝙ nos, lib.3. vbi etiam ꝙ dicitur remedium iudiciale. Et quòd decernatur contra detentorem post cõfirmatam tenutam, voluit etiam Negusan. in alleg.tracta.de pigno.& hypote. in 2.memb.3.part.nu.13. Romę (nisi loquamur de tribunali capitolino) nunquã tractatur de brachio militari, sed sæpissimè de † brachio seculari,de quo habemus tex.in c.cum non ab homine.in fi. de iudi.in c.1.& ibi per Docto.de offi.ordi. & de hoc tractaui in 2. formu.commis.in ver. Auxiliumque brachij secularis.Ibi citatis,addo Oldr.consi.89.incipien.Episcopus inuocat brachiũ seculare,vbi concludit,quòd potuit. Rursus vult principem, seu iudicem secularem tunc debere exequi decretum,seu sententiam iudicis ecclesiastici,quando videt illud, seu illam,iustum,seu iustam, prout etiam per Abba.& Feli.nu.2.in ca.significasti.de offi.dele.pro quibus vide tu omnino Rober. Maran.in 1.sua quæst. quã super iis nuper is ædidit, hanc materiam ad partes discutiens,& concilians opiniones omnium. De auxilio brachij secularis,& quòd brachium seculare differat à brachio militari,& brachium seculare ordinarij, ab illo delegati,& quando decernatur,vide Lanfran. de Oria. in cle. dispendiosam.super glos.in ver.coercere. de iudi. Supra etiã locuti fuimus de Iudicibus Quarteriorum, rursus de tribus iudicibus Rotæ Florentinæ, igitur currenti calamo, qui isti, & omnes iudices huius Rotæ sint explicabimus: Suppono
18 parum Florentiæ versatis,sex esse iudices,seu † Rotæ Florentinę Auditores,quorum duo sumus, ẽt Auditores, seu Iudices Quarteriorum,videlicet excellentissimus D.Iulius ex nobili familia Iustiniana Genuen. & ego, ille ad præsens Quarteriorum S.Ioannis, & S.Marię Nouellæ, ego Quarteriorũ S.Spiritus, & S.Crucis,qui sumus iudices ordinarij primarũ instantiarum ciuitatis Florentinę, prout etiam cauetur statutorum lib.2.rub.1.in illo cap.in quo tractatur de Iudice cõpetenti,sub ijs verbis,& quilibet agere volens, seu petens teneatur adire iudicem sui Quarterij,videlicet,in quo habitat: & si plures fuerint creditores,siue personę diuersorum Quarteriorum insimul agere volentes ex eisdem, vel diuersis causis possint agere in quocunque Quarterio voluerint: Forenses verò, vel non descripti sub certo quarterio possint agere sub iudice cuiuscunque quarterij voluerint: qđ tamen statuti caput in 1.membro iuri cõmuni aduersari videtur, † actor
19 enim forum rei sequi debet,non contra l.iuris ordinem, & l. in criminali.C.de iuris.om.iud.l.fin.C.vbi in rem actio.c.si clericus laicum,& c.cum sit generale,de for.compe. c.experientiæ,& c.seq.1.quæst.1. Est bene verum,quòd quolibet semestre iudices ij mutant quarteria;sumus item iudices ordinarij causarum appellationum in toto dominio,seu territorio Florentino,

Source : BIU Cujas

tino. Tertius iudex appellationum nuncupatur, à sententijs videlicet, à iudicibus Quarteriorum inter Florentinos, vel Florentiæ degentes latis. Tres item iudices sunt, qui cognitionem, & decisionem habent omnium causarum appellationum interpositarum à iudicibus Quarteriorum, vel à dicto iudice appellationum nuncupato, & sic sumus sex Rotæ Auditores, seu iudices. Nonnunquam per speciale rescriptum magni Ducis cõmittuntur causæ Auditoribus, seu iudicibus Rotæ Florentinæ sub ijs verbis. Audiat Rota Florentina, & tũc nisi dicatur; audiat tota Rota, intelligitur de quinque iudicibus prędictis, videlicet illis duobus quarteriorum, & illis tribus, & hoc iure vtimur. Idem ẽt dicendum est, qñ aliquis magistratus Florentinus consuluit Rotam, seu ab ipsa postulat qualiter pronunciandum sit: Nos enim quinque negocio inter nos discusso & plenè examinato referimus ꝙ
20 iuris, & qualiter causa pro iustitia terminanda veniat. † Et omnes nos tres Rotæ Auditore rationem nostrarum sententiarum in scriptis reddimus infra 20. dies post sententias prolatas, seu post relationes factas alijs tribunalibus nos consulẽtibus: & has sententiarum, seu relationum rationes in scriptis redditas, & per nos subscriptas motiua vocant, eo ꝙ cõtineãt rationes, iura, & argumenta, quibus ad ita pronunciandum, seu referendũ moti fuerimus. sic & antiqui Iureconsi. & legũ conditores mouebantur ad respondendum affirmatiuè, vel negatiuè, prout videre est in l. qui fide alterius, ibi. Nec me mouet ff. manda. in Auctent. de tempo. non solu. pecu. super dote. §. generaliter. ibi. Quòd nos ad præsentem legẽ mouit l. qui filium. ibi. Motus ex æquitate rei. ff ad Trebel. Idem inferunt illa verba Vlpiani in l. si vsusfructus. ibi. Argumentũ Iulianus pro sententia sua affert tali &c. ff. quan di. lega. ced. Meritò etiam, & præcipuè in sententiis prolatis à rota nostra Rota motiua appellamus, quippe qui ex diuersis animi moribus in vnum consensimus, idest in vnam sententiam decurrimus. iuxta tex. in l. 1. vers. Nam sicut. ff. de pact. Et de motu animi Imperatoris a cœlesti arbitrio sumpto habemus text. in l. 1. ad fi. ibi. Post etiã motus animi nostri, quem ex cœlesti arbitrio sumpserimus, vltione plectendos. De motu ex consensu gentium, loquitur Plin. lib. 2. Natu. histo. cap. 4. quærẽs cur dicatur mundus, inquiens. Equidem & consensu gentiũ mouemur, namque cosmoci græci nomine ornamenti appellauerunt eum &c. Quæ motiua per publicum officiarium in libros, & volumina rediguntur, & in loco ad id deputato maxima cura, & solertia custodiuntur, quorũ motiuorum exẽplaria a dicto officiario partibus litigãtibus, vel aliis etiam cum ipsius propria subscriptione plerunque iudicibus ostẽdenda, vel producenda dantur. & inter alia commoda, quæ ex motiuis huiusmodi eliciuntur, illud vnum est, quòd verba ambigua sententiæ, seu iudicis intentio, & mens declaratur veluti a sua causa, argum. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. Soci. consi. 108. casus ser Francisci, colum. 2. vers. septima rõ, lib. 3. & consi. 24. aliunde, colum. 2. vers. Ad idem. vol. 4. & in terminis motiuorum quando iudices illa ex forma statutorum conficere tenentur, quòd declarent sententias latas, concludit Mar. Soci. Iun. consi. 181. de duobus, num. 79. & seq. lib. 2. quòd etiam de iure procedit, vt per iudicem fiat talis declaratio: licèt enim iudex sententiam diffinitiuam mutare, aut corrigere, vel emendare non possit. l. iudex postquam, & ibi Alex num. 12. de re iudi. l. dicere, in fin. ff. de arbit. l. si vt proponis, 1. cum glos. fin. & ibi Bart. C. quomo. & quan. iud. §. His itaque, cum gloss. in ver. errorem. 35. quæst. 9. Innoc. & cæteri in c. in literis, de offi. deleg. Rui. consi. 142. num. 1. vol. 4. Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone. in 1. limi. nu. 40. ff. de verbo. signifi. Bellon. lib. 3. supputa. iuris, cap. 18. nu. 1. Et illum text. in l. iudex postquam. procedere potuit in ordinario quam in delegato sentire videtur ibidem Bar. num. 3. & nonnulli ex supra citatis. Quòd autem idem dicendum sit in delegatis a principe, etiam ad vniuersitatem causarum supponunt præfati, ac Nic. Boer. & per eum relati Dec. 6. incipien. & uidetur. nu. 1. cum seq. limitant præfati, si sententia lata fuisset nulla, tunc enim denuo cognoscere. & pronunciare posset tam ordinarius, quàm delegatus, vt latè tracto in c. in literis, num. 22. cũ alijs sequen. de offi. deleg. Illam tamen declarare, seu interpretari potest gloss. in ver. subscriptionibus, in fin in l. ea quæ. C. cõmi. vel epist. glo. in l. sed etsi ex vtriusque, in ver. & sic. ff. de euictio. Ioan. And. in addi. ad Specu. in titu. de testa. §. nunc videndum. vers. Hoc etiam nota. Ioan. Fab. in l. 1. versus fi. C. senten. rescin. nõ pos. Bar. in l. ab executore, colum. 2. in 2. quæst. ff. de appel. Idem Bar. in l. hæredes palam. §. si quid, colum. 2. vers. Quęro, an iudex, & ibidem Bal. in § sed si notam. & Imo. colum. 1. vers. Item ꝙ iudex. ff. de testa. Idem Bald. ad fi. & Saly. in l. ne in arbitris. C. de arbitr. Abb. & alij in c. cum a nobis. de testa. Et ꝙ iudex sententiam diffinitiuam a se latam declarare, seu interpretari possit concludunt Anton. de But. Card. Abba. Ioan. de Ana. & Maria. Soci. in c. qualiter. 1. de accusat. D. meus Philipp. Dec. consi. 43. & pro tenuti, colum. fin. vers. Ad propositum dicit. Alex. in l. 2. col. fi. vers. sed videtur. ff. de lib. & posth. & in l. actorum. vers. Sed vbi essent. ff. de re iudi. & consi. 3. viso instrumento, colum. fin. vers. super alio quæsito, lib. 1. Calca. consi. 69. col. 2. vers. Quartò, quia Lanfran. in repet. c. qm̃ contra, in versi. interlocutória, col. 5. vers. Vlterius dubitatur. de probatio. præalle. gl. in ver. errorem, in §. his itaque. 35. q. 9. Rebuff. in l. quod iussit, nume. 153. & 155. ff. de re iudi. illum articulum an iudex, sententiam suam mutare, vel declarare possit latius tracto super c. in literis, nume. 11. & sequen. de offic. delega. Pro ampliationibus quando mutare possit, & limitationibus videri etiam poterunt præposi. in c cum cessante, colum. 17. & sequen. de appel. Felin. in alle. ca. qualiter. 1. colum. 13. cum alijs sequen. de accusa. & Ioan. Frã. a Ripa in l. quod iussit, nume. 50. & sequent. ff. de re iudic. &
21 † horum motiuorum, seu decisionum Rotæ Florentinæ magna est authoritas, quippe quæ vt plurimum à doctis viris, & magno sudore elaborata. In hac enim Rota omni tempestate fuerunt. & floruerunt celeberrimi, & primarij in vtroq; iure consultissimi, quorum magnorum virorum exemplis cæteri discunt iuxta id quod legitur prouerbio capit. 24. versus fin. Quæ tanto magis magnifacienda sunt, quando à pluribus emanarunt, seu compilata sunt, iuxta text. in cap. de quibus, &, ibi gloss. in versi. exempla. in fin. 20. distinct. & argum. text. in l. fin. ad fina. C. de fideicom. cap. extra conscientiam 64. distinct. & c. prudentiam. 1. respon. in fin. de offic. deleg licèt autem (vt dixi) motiua huiusmodi plurimum apud
22 omnes authoritatis habeant, non tamen necessariò † sequenda sunt. & secundùm ea iudicandum D. meus Philip. Decis. consi. 40. in princ. & post nume. 9. de his motiuis loquens. Regulariter enim non exemplis, sed legibus, & rationibus iudicandum est. l. sed licet ff. de offic. præsi. l. singuli. C. de accusa. l. nemo iudex. C. de sentent. & interlo. Et idem de ijs motiuis
23 dicam quòd aliàs scripsi de † Rotæ Romanæ decisionibus, videlicet illas sequendas fore, quando in contrarium non apparent validiores rationes, non enim æquipollent legibus, vt concludit Gemini. consi. 34. super præmisso, nume. 5. vers. Nec debent auditores moderni, idem in ca. duobus, num 9. cum quo transit ibi Phil. Franc. ante nume. 11. de rescr. lib. 6. Idem Gemini. in cap. neque. 9. distin. Felin in cap. ex parte, in versi. diuersorum librorum. eod. titu. Paui. in prælud. extraua. in versi. Decisiones Rotæ. August. Bero. consi. 18. in causa matrimonij, nume. 116. id communiter teneri affirmans, libr. 3. sed postquam sermo incidit super motiuis, & laboro ostendere quæ, & qualia sint, quorsum tendant, & quæ sit eorum vtilitas, existimare etiam quilibet poterit, quòd in proferendis sententiis hic Florentiæ, rursus in fabricandis his motiuis diebus statutis magnus sit labor, vnde Rotæ huius Florentinæ Auditores carmine illo vti possumus. Finiunt, renouant, pariterque labores, & si a syllaba caderemus, à toto caderemus. At contra quum magistratus Rotæ hic sit supremus, ad quem tota Tuscia confluit, quia & exteræ gentes iudicio huius Rotæ sponte se subiiciunt, non putaui sub silentio prætereundum fore, quòd huiusmodi motiua soli Rotæ conueniant, non autem inferioribus magistratibus, seu iudicibus: præsertim in ea parte, quæ spectat ad sententiarum diffinitiuarum promulgatarum declarationem, & interpretationem, & hoc iure vtimur, quod etiam iuri communi non est dissimile: quicquid enim voluerint Ioan. de Anan. Maria. Socin. & Felin. ad fin. in 1. limita. ante nume. 25. in cap. qualiter, & quando. 1. de accusa. crebrior tamen sententia est † sententias suas solum maiores magistra-
24 tus declarare, & interpretari posse. glos. in l. si vt proponis, & ibidem Bald. versi. Modò quæro. C. de ex. erei iudi. gloss. in l. 2. in versi. corrigendi, & ibidem Ange. C. de sentent. ex breu. reci. gloss. fin. in cap. sicut. 11. quæst. 1. Barto. in l. ab executore, colum. 2. versi. & hoc est verum. ff. de appella. Bald. in ca. 1. colum. 5. versi. An autem iudex. & ibi D. meus colum. 6. versi. Tertia est species. ff. de post. præla. Henri. Boic. in ca. literis, colum. fin. vers. si quæris. de offic. delega. Abba. in cap. ex parte. 3. ad fin. de verbo. signifi. Rebuff in alle. l. quod iussit. nume. 161. ff. de re iudic. Verum si inferiores magistratus Tusci similia motiua fabricare vellent, & sibi hoc liceret, eis carmen illud conueniret. Quis leget hæc? min. tu istud ais? Nemo Herculè, nemo, vel duo, vel tres Nouum dubium mihi occurrit, an si Rotæ Florentinę Auditor infra terminum 20. dierum datum ad producenda motiua officium finierit, possit, & debeat motiua sententiarum ante finem officij latarum præsentare? Pro opini. negatiua respondendum videtur, ex quo enim (vt præmisi) eorum præcipua, vis, & virtus in hoc consistit, vt per ea sententię ab eisdem auditoribus promulgatę declarentur, habemus quòd iudex durante tantum offi-

cio

cio ſuo ſententiam ſuam declarare poteſt, non autem eo finito, vt in ſimi. concludunt Bald. in l. ea quæ. verſ. Quærit gl. C. commi. epiſto. l. 1. verſus fin. verſ. Item quòd reſcriptum. ff. de conſtit. princip. in l. leges ſacratiſſimæ. in 3. not. C. de legib. Ioan. Andre. in cap. ex parte 3. verſic. Nec puto, quòd iudex. & Abba. colum. fina. ſuper gloſſ. in verſic. interpretatione. de verb. ſignifica. Idem Abba in cap. cum olim, colum. 1. verſic. & argumento huius text. de arbit. qui etiam volunt ſtatutorum conditores illa declarare & interpretari poſſe eorum tãtum officio durante, prout concludit Bar. in l. omnes populi. ff. de ius. & iur. in 6. quæſt. princi. verſ. Veritas eſt ſecundùm omnes, quòd populus, ſeu conſilium interpretabitur, cum illi ſapientes ſtatutarij ſint functi officio ſuo, nec amplius habent imperium, & ſic non habent ius interpretandi. Felin. in c. per tuas. 1. in 2. not. de ſimon. Rebuff. in alle. l. quod iuſſit. in 2. not. nume. 160. & 172. Ego contrarium iuxta terminos noſtros concludo: tum quia non ea ſola eſt ratio motiuorum conficiendorum, ſed etiam alia, quæ eſt, vt litigantes ipſi, ipſorumque aduocati, & cauſarum patroni propriis oculis peſpicere poſſint, quibus rationibus, quibusque legibus, ac Doctorum authoritatibus ſententię promulgatæ fulciantur. Item vt ipſi iudices non ſolum tempore ſindicatus, quo omnes iudices mundi rationem ſuarum ſententiarum, decretorum, & actionum omnium exquiſitam reddere tenentur, vt omnes experiuntur: vltra tradi. per Pariſ. de Put. in ſuo tracta. ſindica. & voluerunt Baldus. in l. quæ fortuitis, nume. 15. & alij communiter C. de pignor. action. ſed die quolibet, & hora qualibet meditentur, cogitent, pręuideant, caueant, qualiter ſententias ſuas proferant, qualiter illarum defenſiones *oculis omnium* ſubiiciendas propalent, impugnandas certo certius a maleuolis, & detractoribus contra quos ſcribit pſalmiſta inquiens. Detrahentem proximo ſuo hunc perſequebar, & Ioan. cap. 3. Qui detrahit fratri ſuo homicida eſt: impugnandas item, & ab altera ſaltem ipſarum partium, illarumque patronis, & fautoribus, concludo auditorem hunc habentem terminum 20. dierum ſibi præfixum non poſſe redargui, vel damnari, ſi intra illum motiua non præſentauit, argu. tex. in fortioribus terminis quando quis ſe facto ſuo arctauit c. commiſſa. in prin. de electio. lib. 6. proferat tamẽ motiua etiã finito officio, dummodo intra illos 20 dies, qui currere cœperunt durante officio, & ſic non liberabitur finito officio ab exhibitione motiuorũ ſententiarum prius officio durante promulgararũ. Qui mecum ſentiunt exiſtimabunt melius eſſe pręuenire, quàm præueniri, & ſemper nocuit differre paratis. Tandem circa motiua ſciendum eſt, quòd altero modo conſiderari poſſunt, videlicet, vt ea dicamus dubia, quę a iudicibus excitantur, & aduocatis partium traduntur, vt illis reſpondeant, ſeu illa iuribus diſſoluant, de ijs ſenſit D. meus Phil. Dec. conſi. 259. in fi. Supponẽdum item eſt quòd
25 Florentię † duæ ſententiæ faciunt rem iudicatam ſtatuto id cauente, quod tamen ſtrictè interpretandum eſt: eſt enim cõtra ius commune, quòd bis appellare concedit, vt in rub. & in l. vni. C. ne lice. ter. prouo. c. directæ nobis. de appel. Dom. meus Phil. Dec. conſi. 49. præſtantiſſime. in prin. loquens de ſtatuto Senenſi huic ſimili, & conſi. 386. iuridicam. ſimile etiã
26 ſtatutum habemus † Romæ lib. 1. cap. 167. ſub titu. de appel. & lib. Reforma. ca. 47. ſub titu. Ne lice. ſecun. prouo. pro ſtatutis huiuſmodi, & quòd illa alicui iuri cõformia ſint, adduco tex. in authen. ſi quis litigantium. C. de epiſco. audien. vbi ab epiſcopo in caſu de quo ibi appellatur ſemel tantum: ſic & in l. ibi. Cuius, & ipſius iudicium iun. glo. in ver. deducetur, iuxta primum intellectum. C. de aſſer. tollen. Poſtremò quia in præmiſſa formula brachij militaris vltimo loco dictũ fuit viſa forma iuris, ſtatutorum, & ordinamentorum communis Florentiæ &c. videndum eſt, quorſum dicta verba tendant, & ad quid apponantur. Breuiter reſpondeo, quòd quò ad decernendum brachium militare huiuſmodi, illudque ulterio ri executioni demandandum, ſeruanda erit forma iuris, quę omnibus nota eſt, & de qua per omnes in l. à diuo Pio. ff. de re iudi. & latiſſimè per Rober. Maran. in ſuo Specu. de ordi. iudici. in 3. & vlt. actu, quæ tamen intelligenda ſunt, niſi aliter
20 a ſtatutis loci, in quo executio committẽda, ſeu facienda eſt, aliter diſponatur: tunc † enim ſtatuta loci ſeruari debent, pro ut per Ias. in l. cum quædam puella. col. fin. ff. de iur. omn. iudic. & per Maran. vbi ſupra in vltim. actu, in 1. quæſt. princip. numero 10.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitioni quò ad perſonam tantùm, an per tactum contrauentum ſit?*
2 *Tactus an dicatur executio in perſonam?*
3 *Tactus capturę æquiparatur.*
4 *Potentia propinqua actui pro actu habetur.*
5 *Florentini decoctos, & ceſſantes abhorrent.*
6 *Regionis conſuetudo attendenda.*
7 *In alternatiuis eſt electio debitoris, ſeu grauati.*

QVAESTIO XXXIII.

1 **Septuageſimotertiò.** Quæro† an ſtante inhibitione quò ad perſonam tantùm, dicatur illi contrauentum per tactum Florẽtię vlitatum? Quęſitum hoc ab altero pendet, videlicet, an
2 † tactus dicatur executio in perſonam? Do. meus Phil. Dec. conſ. 72. incipien. præſtantiſſime doctor, pro opin. negatiua concludit, verſic. Secundò poteſt reſponderi, vbi vult, non poſſe inferri de captura ad tactum perſonę, in captura enim violẽtia infertur perſonę, ad quod citat l. plerique. ff de in ius vocan. c. vt famæ. §. fi. de ſenten. excom. pro quo etiam eſt tex. in l. nemo de domo. ff. de regu. iur. At in tactu iſta violentia non occurrit; non enim capitur perſona, ſed leuiter tangitur: vt poſtea ſubiicit, & concludit tactum potius æquiparari executioni in bonis, quàm in perſona: ſicut enim per executionem in bonis detegitur debitorem non poſſe, vel nolle ſoluere, ita per tactum. Et ſicut executio in bonis dicitur retractabilis, ita & quando fit tactus. Et reſpondet ad tradit. per Pau. Caſtren. in l. 4. §. condemnatum. colum. fin. ff. de re iudi. & ſic ex dictis, & ponderatis per D. meum vbi ſupra reſoluitur principale quæſitum in partem negatiuam, quòd inhibitioni quò ad perſonam tantùm conceſſæ contrauentum dici non poſſit per tactum huiuſmodi. Licèt opinioni tanti viri, & præceptoris mei acquieſcere poſſem, contrarium in vtroque quęſito ſuſtineri poſſe puto, quòd imò tactus dicatur, & fit verè perſonalis executio, & per eum contrauentum fuerit dictę inhibitioni, & licèt hactenus ita Florentiæ obſeruatum fuiſſe audierim, vnde ſat eſſet dicere, mutanda nõ eſſe, quę diu certam interpretationem receperunt. l. minime. ff. de legib. adhuc opinion. meam corroboro. Suppono, ꝙ
3 † tactus pro captura habeatur, ſeu capturæ ęquiparetur quã tum ad rem noſtram attinet, prout etiam ſupponebat ille iudex, cuius opinionem ſubuertere conabatur Dec. in prę allega. conſi. 72. prout poſt princip. ibi, & talis videtur caſus noſter. Vnde cum tactus ad hoc tendat, & ad hoc Florentię inſtitutus fuerit, vt debitor à nuncio ad hoc deputato (quem tactorem nuncupant) ſic tactus olim baculo, vel virga infra biduum vel ſoluat, vel ſponte carceres adeat: alioqui & nolens ad illos ducatur, & fugitiuus, ac ceſſans ab omnibus habeatur, & haberi pro fugitiuo, & ceſſante maxima ſit iniuria, vt declarat Roma. conſi. 208. nume. 3. & ſequen. Et ſubtiliter probabat in quadam cauſa Tactus, & ceſſationis optimus, & peritiſſimus Aduocatus D. Dominicus Bonſius nobilis Florentinus, ad pręſens vnus ex clariſſimis conſiliariis: Rurſus ex ampliſſimo ordine octo virorum, non video quomodo hic tactus etiam in propria perſona à carcerato pro debito differat, & ſi non ſoluens ſtatim carcerandus eſt, pro carcerato haberi debet, iuxta illud Philoſophi, Quod parum deeſt, quaſi nihil deeſſe videtur, & per diuum Thomam prima ſecundę, quęſt. 65. artic. 1. Ad ſecundum, & vulgatã. l. penult. ff. de milit. teſtam. & ibi Bald. not. quòd
4 † potentia propinqua actui habetur pro actu: pro quo l. qui in vtero. ff. de ſtatu. homi. & (vt pręmiſi) quia perſona tangitur, perſona immediatè vexatur, perſonæ ipſi per tactum fit offenſa, nemini dubium, quin per tactum contrauentum ſit perſonali inhibitioni, quę perſonam tantum, non autem illius bona, & res protegebat. Imò non ab re eſſet tenere, quòd imò maior iniuria, & honoris depreſſio fiat hic Florentię perſonę per huiuſmodi tactum, quàm alibi per capturam pro debito pecuniario, & quòd magis irreparabile ſit prędiudicium, quod hic infertur per tactum, quàm ille, qui alibi per capturam, & cũ hic tactus Florentiæ, vbi vt plurimum ſunt mercatores, qui
5 † decoctos, & ceſſantes adhorrent, decoctioque, & ceſſatio huiuſmodi infamię notam indelebilem irroget, adeo quòd nota hæc, vt quęlibet alia grauiſſima exiſtimanda ſit, non dubium quin deterior, & deteſtabilior habenda ſit quacunque captura alibi pro debito ciuili contingente. Vſus igitur, & conſuetudo huius ciuitatis, huius prouincię, huius Regni
6 Tuſcię in iis, & aliis attendi, & ſeruari debebit † ſic conſuetudinem Grecorum, quòd eſſent mendaces, notabat M. Tullius in oratione pro L. Flacco, & Plaut. in Aulularia, inquiens. cętera, quæ volumus vti greca mereamur fide. Pœnos idem Plautus infames, & ſubdolos ſignificabat per illa verba. Nemo ome, poenus eſt. Contra verò Capuę M. Tullius in oratio. poſt reditũ in Senatũ, quondam ſuperbię domiciliũ fuiſſe affirmat. Arabes Herodotũs libr. 3. ſeruantes

fidem

Source : BIU Cujas

fidem inter homines inquit. Iustinus lib.2. Scitas iustitia celebrat. Strabo Abias Thaciæ populus. sic & iureconsulti regnorum, & regionum mores magnifaciendos, & quibusuis constitutionibus præferendos, nos instruunt iuxta tex.in l.cũ de lanionis.§.asinam molendinariam. ver.optimum ergo esse. ff. de fund. instructo. in l.Labeo. ff. de supelle. lega. in l.librorum .§.quod tamen Cassius, vers.Nemo enim.ff.de legat 3. Idem iure canonico cauetur. prout in c.quanquam.2.quæstio.7 in cap. quamuis, & ibi not.Abba.de verbor. significat. & diuus Hyeron. Lucillo scribens inquit, Vnaquæque prouincia in suo sensu abundat, de quo in c.penul.6.distin.& in cap. certificantes, versi. Nos tale, de sepult. Hanc opinion. contra D. meum veriorem puto, qui autem primam opin. cum Dec.tenere vellet vltra illius argumenta, hoc etiam adducere posset, quòd effectus tactus sit alternatiuus videlicet, vt infra duos dies soluat, vel ad carcerem accedat, & c.in alter
7 natiuis autem † debitoris, seu grauati est electio. l. si hæredi plures.ff.de condi.institu.§.si plures conditiones. Insti.de hę re.institu.l.si quis ita. & ibi Alexand.& alij.ff.de verbo.obli. Imputet igitur sibi debitor, si in termino sibi assignato non soluit, vel cum creditore non concordauit: & per hoc mitior, & lenior sit uia tactus, quàm capturæ.

SVMMARIVM.

1 *An ab inhibitoria appelletur?*
2 *Inhibitoria dicitur sententia interlocutoria.*
3 *Ab interlocutoria de iure ciuili non appellatur.*
4 *Secus de iure canonico.*
5 *Appellatio de iure ciuili extinguit iudicatum.*
6 *Appellatio de iure canonico suspendit.*
7 *Appellatio ab interlocutoria, an extinguat?*
8 *Appellatio ab interloautoria quando non liget manus iudicis?*
9 *Appellatio ab interloautoria admittenda, quando præiudicium est irreparabile.*
10 *Iudici de facto resisti potest, si præiudicium est irreparabile.*
11 *Præiudicium quando est irreparabile, sententiæ executio differtur.*
12 *Præiudicium quando est irreparabile, recedimus à regulis iuris.*

QVAESTIO LXXIIII.

1 **Septuagesimoquartò.** Quæro † an ab interlocutoria appelletur, & appellatio tollat inhibitionis effectus? Supponen-
2 dum est quòd † inhibitoria dicitur sententia interlocutoria, vt not.Phil. Franc.in c.cum cessante, colum.15.de appel. De iure ciuili ab interlocutoria, quæ non habeat vim diffinitiuæ, & sic ante sententiam diffinitiuam appellari non potest. l.ante sententiam. ff.de appel. recipien. & hanc communem affirmat Ioan.de Amic.de Venaf.cons.128.nume.2. De iure verò canonico ante sententiam non solum ab interlocuto-
4 ria, sed à quolibet † grauamine appellari potest. Ioan Andr. Henr.Boic. & communiter Docto.in cap. venerabilis. de iudi.c.vt debitus, vbi omnes,& Abba.in cap.super.2.num.3.in 2.regu.de appel. Sequitur, quòd de iure ciuili, & vbi ius ciuile seruatur, appellatio huiusmodi ab inhibitoria interposita operari regulariter non poterit. Suppono etiam, quòd
5 de iure ciuili † appellatio à diffinitiua extinguit iudicatum, & eius effectus, & operatur ac si iudicatum non esset.l.2.ver. Ceterùm si prouocet, nondum damnatus videtur. ff.de pœnis.l. 1.in fin.ff.ad Turpil.l.si quis filio.§. hi autem.ff.de iniust. testa.l.furt.ff.de his qui notan.infa.l.qui à latronibus.§.si quis ff.de testa.latè Ias.in l.2.nume.9.ff.de re iudic.de iure verò ca-
6 nonico † suspendit inspecto futuro euentu vires sententiæ.c. veniens.c.pastoralis.§.præterea,de offic.dele.Lap.alle.2.nu.3. & post nume.6.Ias. in dicta l.2. nume.9. ff.de re iudi. vbi nu. 10.subdit, quòd episcopus per sententiam depositus ab episcopatu si appellet integer remanebit in officio, & honore suo,& fingitur non damnatus, & pendente appellatione excommunicare poterit subditum. pro quibus etiam videatur Soci.cons.76.visa facti.nume.4.Non ita dicendum est in appellatione ab interlocutoria, per quam non aufertur iurisdictio iudici à quo, eo enim ipso quòd appellatur à sentẽtia diffinitiua, iudex qui functus est officio suo iudicando, ad l. iudex postquam.ff.de re iudic.non potest amplius in causa se intromittere, neque etiam mandare sententiam executioni, quæ suspensa, seu extincta est per appellationem. At quando iudex interlocutoriam protulit, remanet iudex quò ad negotium principale, nec eius iurisdictio extincta est, etiam quò ad interlocutoriam, quam reuocare potest, iuxta text. in l.quod iussit.ff.de re iudi. Ideo appellatio ab interlocutoria non ita inficit, seu operatur, sicut appellatio à diffinitiua. Hinc Bartol.in l.furti.§.1.in fin.ff.de his qui notan. infa. quærit vtrum sicut per appellationem à diffinitiua extinguitur
7 pronunciatum, ita & per † appellationem ab interlocutoria, & primò dicit videri quòd sic, per l.intra vtile. ff.de mino. In contrarium adducit tex.in c.non solùm. de appel.lib. 6.& remittit ad dicta per se in dicta.l.intra vtile, vbi ad fi.dicit,quòd iudex à cuius interlocutoria appellatur remanet iudex, & potest procedere in causa, nisi ab eo sit ablata iurisdictio, ex eo quòd ipse detulisset appellationi, vel fuisset sibi inhibitum per iudicem ad quem,iuxta tex.in c.cum appellationibus.de appell.libr 6. Et quæ fierent pendente appellatione reuocabuntur, vel confirmabuntur, secundùm quòd pronunciabitur per iudicem appellationis: Et sic vult, quòd ista appellatio ab interlocutoria non pareat effectus, quos diffinitiua. Pone quòd iudex interlocutus fuit se esse iudicem competẽtem, & fuerit appellatum ab ista interlocutoria, dicemus ne, quòd iudex procedere non possit, quasi non sit competens? Certè non,imò procedere poterit iudex, vt notat Bald. in authen. habita C.ne fil. pro patre. & in cap. significantibus. de offic.delega. Item si pronuncietur procedendum esse in causa, & appelletur, iudex tamen appellatione pendente procedet, & si pronunciabitur malè appellatum, omnia firma erunt: si bene appellatum omnia reuocabuntur per viam at-
8 tentati.c.non solùm.de appel.lib. 6.Illa igitur appellatio† nõ ligat manus iudicis, neque tollit effectus sententię, prout voluit Alexan.in l si causa cognita.C.de transactio. asserens hãc communem,quòd antequam sit inhibitum iudici à quo per iudicem ad quem non suspenditur effectus sententiæ interlocutoriæ, per dictum c.non solum. Idem voluit Ange.in l.tale pactum.§.quod prouocauit.colum.3.versic.Et prædicta vera.ff.de pact. Pro præmissis videre etiam poteris Felin. super rub.de appel.colum. 2.& sequen. Ex præmissis concludo, ꝙ ab inhibitoria,vel appellare non licebit, vel quatenus liceat, inhibitionis effectus durabit, donec illa reuocetur, & ille in cuius fauorem fuit inhibitum, etiam ab ea interposita appellatione,tutus erit,donec illa reuocata non fuerit.Limitarem premissa, nisi damnum esset irreparabile: tunc enim tam iux
9 ta iura canonica, quàm ciuilia, † appellationem ab interlocutoria admittendam censerem, & effectum consequi debere, esto quòd aliàs admittenda non veniret, nec operari posset.l.2.ff.de appel.reci.Socin.Regu.33.in 1.fallen. Ange. in l. harum ff.si serui.vendi.& in l.creditor.§.iussus. ff. de appellat. Cuma.in alle. l.2. nume.21. vbi hanc communem affirmat. ff.de appella.recipi.August. Bero.in cap.super eo.2.nume. 4. de appella.& consi.110.nume.4 lib.3. Menoch. ad remed.4.
10 adipiscendę.num.817.Imò quando † prejudicium est irreparabile, potest quis iudici de facto resistere, vt dixit Bart. in l.si alius.§.bellissimè.ff.quod vi aut clam. sic & quando prejudi-
11 cium est irreparabile † sententiæ executio differtur, seu suspẽditur, vt voluerunt Bald. in l. eum qui duas, cir. medium. C. de adult.Pau.Castren.& Alexan.in l.4.§.condemnatum. ff.de re iudic. Et generaliter dicimus, quòd vbi præiudicium est
12 † irreparabile, recedimus à regulis iuris communis.l.Senatusconsulto. ff.de offic.presi.cap.licèt.de ferijs. Felin.in ca. cum M.Ferrarien. de constit.

SVMMARIVM.

1 *Depositione iudicis à quo stante, an inhibitio iudicis ad quem obstet, ne coram primo procedi possit.*
2 *Grauamen reuocans remanet iudex.*
3 *Depositio reponit ad pristinum statum.*
4 *Inhibitionis ipræsentationis tempus attenditur.*
5 *Delatio appellationi æquiparatur inhibitioni.*
6 *Delatio aufert iurisditionem.*
7 *Admitto appellationem si & in quantum, non dicitur admissa si de ea re non venit admittenda.*
8 *Inhibitio facit illicitum, quod ante licuisset.*

QVAESTIO LXXV.

1 **Septuagesimoquintò.** Quęrò, † an stante repositione iudicis à quo super grauamine, inhibitio iudicis à quo emanata obstet, ne coram primo iudice procedi possit? Considerari possunt plures casus. Primus sit, iudex antequam appellaretur à grauamine, illud reuocauit, † vnde remanet iudex, ac si nõ grauasset.l.quod iussit.ff.de re iudicata, c.cum cessante.de appel.nec appellare potuisset à iudice, qui reuocauerat grauamen.vt etiam per Maran. de ordi.iudici. dum de appellatione tractat, nume.264. Secundus casus sit, iudex à quo, ante-
3 quam aliqua inhibitio decerneretur à iudice ad quem, reposuit appellantem à grauamine; † & quia repositio (vt etiam verbum sonat) reponit in pristinum statum, in quo is, qui appella-

Source : BIU Cujas

appellauit ante grauamen illicitum reperiebatur, prout in iuribus ſupradictis, eſt tex.in c.ſi à iudice.de appell.libr.6. & voluit Rot.Bellame.51.& in nou.392. Phil.Fran.in alle.cap. cum ceſſante.in 6.not.& D.meus in 3.not. de appel. Pro qua repoſitione videatur etiam Ioan. Bapt. Ferret. conſil. 301. Vnde nullum grauamen amplius ſupponi poteſt: & pariter inde ſecuta ceſſare debent: & erit ac ſi grauamen aliquod illatum non fuiſſet, appellatioque non emanaſſet. Et hic eſt antiquus Ro. Cu. ſtilus, & ſi altera pars per appellationem aduerſarij ſe grauatam dicat, poterit à repoſitione appellare, & pariter ſi iudici videbitur reponetur, vt per dictam Rot. 392.in no.& in Recollect. caput aquen. par.1.dec.265. incipien.iudex repoſuit. Effectus huius repoſitionis magnus erit: nam ſi poſt appellationem appellans iudicem impetrauerit, coram quo iudice impetrato proceſſus factus ſit, nullus, & irritus erit, prout voluit Nico.Boe.deciſ.256.poſt prin.& Docto.in alle.c.cum ceſſante. Amplio ad arbitrum, vt pariter reponere poſſit, vt per Ioan-Bapt.Generum Barto.in tracta. de Arbit.lib.9.c.15.num.14. Tertium dubium erit,an poſt decretam inhibitionem impediatur idem iudex à quo quin procedere poſſit in cauſa principali? & pariter concludendum eſt negatiuè,† quia non attenditur tempus decretæ inhibitionis
4 ſed præſentationis, vt voluerunt Specu.in titu. de appella.§. quis ſit effectus appellationis, colum.2.ibi vel priuſquam ad illam.Bald.in l.1.C.vt lit.penden.Cardin.conſi.45.in fin.Gui. Papæ conſi.69.nume.10.in 8.queſt.Felin.in c.ceterùm.col.4. verſ.Adde pro regula.de reſcr. Quartus caſus eſt, ſi repoſitio facta fuerit poſt inhibitionis pręſentationem, & plura hinc inde adduci poſſunt. Aliqui concludunt, etiam in hoc caſu idem dicendum fore per rationem præſertim de qua in dicto c.ſi à iudice.in fin.vbi fingitur non appellatum ſtante repoſitione, de quo etiam per Boe.dec.256. pariter etiam fingi debebit, ſecundùm eos, non inhibitum, & ſic inhibitio amplius conſiderabilis non erit. Sunt qui cõtrarium teneãt, quòd imò inhibitio operetur, ne ad reuocationem interlocutoriæ deueniri poſſit, & conſequenter, quòd quis reponi nõ debeat: Et id etiam colligi poſſe videtur ex verbis Barto. in l. eius, qui poſt.nume.5.ff.de appel.recipi. ibi. Aut non detulit appellationi, & poteſt procedere in cauſa, donec ſibi inhibeatur per ſuperiorem: ergo inhibitus ibi non poterit procedere,& conſequenter non poterit interlocutoriam reuocare, ſeu reponere, pro quo Barto.citat text.in c.non ſolùm. de appella.libr.6.Niſi reſpondeas, quòd reuocare grauamen nõ ſit procedere ad vlteriora. Verùm ex §.illa verò.in dicto cap. non ſolùm.colligunt Docto. quòd quicquid poſt inhibitionem huiuſmodi innouatum ſit per iudicem appellationis, ante omnia in priſtinum ſtatum reducendum ſit: Quod etiã voluit Soci.conſi.45.viſa.nu.8.lib.1.Tenendo opi.quòd emanata, & executa legitima, ac valida inhibitione iudex à quo non poſſit reuocare ſuam interlocutoriam, & ſic reponere partem appellãtem, quod in ſpecie tractabimus infra queſt. 83.amplio idem eſſe etiam ſi nõ ſit inhibitum, ſed ipſe iudex à quo appellationi interpoſitæ detulerit, quæ appellationi
5 † delatio operatur quò ad ſuſpendendam iuriſdictionem, & reuocandam ab eo, qui detulit ſicut inhibitio, & dicitur ſibi manus ligaſſe, vt uoluit Bar.in l.eius qui.nu.5. de appel. recipi.verſic. Aut iudex detulit appellationi. & ſuſpenſa eſt eius iuriſdictio.vt in c.cum appellationibus,de appel.lib.6. Rolã.
6 à Valle conſi.77.viſo.nu.2.lib.2.Et quòd per delationem † iudex cenſeatur abdicaſſe à ſe omnem iuriſdictionem, & in ſuperiorem transfundiſſe probatur ex tex.in c.cum appellationibus.de appel.lib.6.& voluerunt Io.And.in c.cum ceſſante, ac Fran.& alij per eum ibi citati nu.14.in 5.limi.eo.tit. de appel.& voluit Pariſ.conſi.106.Bonifacius.nu.6.& 25.vol.4. dicens etiam,quòd iuriſdictionẽ non recuperat,& iudex à quo ſi grauamen,& interlocutorim reuocaret,quod etiam nouiſſimè voluit Oſaſc. in deciſ. Pedamon. 131. incipien.decreto. nu.10. Quod tamen limitari poſſet, procedere tantum,quando delatio fuiſſet facta ſimpliciter,ſecus ſi,vt communiter fa
7 cere ſolent iudices extra Ro Cu.ſub iis uerbis videlicet † Admiſit ſi & inquantum:& fortius ſi dictum fuiſſet. Non admiſit niſi ſi,& in quantum:Si enim de iure deferendũ non erat, non videretur delatum. Ang.conſi.207.colum.3.verſic.Non obſtat.Roma.conſi.501.colum.2. Soci. conſi. 18. colum.penult.lib.1. Felin. in capitu. cum contingat colum.3.de offic. delega. Ruin. conſi. 61. in lite. nume.27.volumi.5.Maran in ſuo Specu. in 2. queſtio. 3.par. 6.par. prin. nume 200.Alcia. conſi. 406. nume. 3. Grat conſi. 26. nume 211.lib.2.Rolan.à Valle.pręalleg.conſi.77.viſo.nume.18.lib. 2.& dec. Pedamon. 5. quę incipit,certa die.nume.6.verſicu. Nec obſtat clauſula, vbi alij citantur idem cõcludentes. Nec mirum videri debet,
8 cum † inhibitio faciat illicitum, & impediat fieri, quod antelicuiſſet, prout videmus in iudice dato cum clauſula appellationem remota, à quo ſi appelletur de facto, is tamen poterit pendente appellatione ſuam ſententiam exequi, niſi ſit ſibi inhibitum, vt per omnes in c.paſtoralis. de appel.Lanfran.in c.quoniam contra.in ver.interlocutoria.de probatio.Minſinger.centu.1. dec.3.incipien.quando commiſſa.Sic & iudex à quo friuole appellatum fuit, poteſt in cauſa procedere, non tamen ſi fuerit inhibitus.Cardi.in cle.1.queſt.8.verſus fin.de re iudic.Hinc etiam dicimus, quòd licèt proceſſus iudicis, à cuius interlocutoria appellatum extitit,valeat.c. non ſolum. de appel.lib.6. Quod procedit etiam poſt appellationem ab ipſa interlocutoria.Gui.Papę Dec.436. verum ſi emanauerit inhibitio, proceſſus omnino nullus, & irritus efficitur, ac illicitus,& attentatus,Lanfran.dec.459.incip. appellatione D. meus Phil.Dec. in c. bonę. nu.2.de confir. uti.uel inu.Socin. conſi.45.viſa,nu.8.lib.1.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio ad beneplacitum an expiret iudice defuncto, vel remoto ab officio?*
2 *Beneplacitum morte expirare.*
3 *Beneplacitum an per remotionem ab officio expiret?*

QVAESTIO LXXVI.

1 **Septuageſimoſextò.** † Quero, an ſi inhibitum ſit ad beneplacitum ipſius iudicis inhibentis, eo defuncto, ſeu remoto ab officio inhibitio expiret? In primo membro affirmatiuè reſpõdendum eſt, per tex.in l.4.ff.loca, & in c.ſi gratioſè. de reſcr.
2 lib.6.vbi quòd morte expirat † beneplacitum, & voluerunt Specu.in titu.de loca. §.nunc aliqua. quæſt.150. verſ. Quid ſi D.Papa. & verſ.ſequent.& in titu.de actio. §.ſuper petitionibus. verſi. Item ſi Papa, ac Ioan. Andr. in addit. ad eundem. Bal.in l.poſt dotem,colum.penult. verſ. Et prædicta faciunt. ff.ſolut.matrimo.in l.vlt.colum.4.in 6.queſt.C.de contra.emption.ac in l.1.colum.1.in fin.verſi. Nam vbicunque ponuntur.C.de poſtulan.Angel.conſi.217.colum. penult. verſ. Ad quartum verò. Idem Ange. in l.& quia. colum. 2. verſic. ſed tunc quærendum eſt.ff.de iuris.om.iudi.Corn. conſil. 92.colum.1.verſi.Et quòd hoc ſit verum.libr.2.D.meus conſi. 108. colum.1.verſi. Sed in tertio anno.Goza. conſi. 22.column. 1. verſi. Et pro iſta parte.Rot.580.in anti.Auguſ.Bero. quæſtio. familia. 103.incipien.Facta fuit ſuſpenſio. nume.5.ac Maria, Soci.Iun.conſi.89.nume.7.lib.1.Quoad ſecundum membrũ
3 cum quadam diſtinctione ſupponunt non reuocari † beneplacitum per remotionem ab officio, & ſic aliter, quàm per mortem naturalem.Calderi conſi.3.de reſcr. Gemini.in allega.cap.ſi gratioſè.colum.2. verſic. Sed pone rector. de reſcr. libr.6.Contrarium voluerunt, beneplacitum videlicet per remotionem ab officio reuocari. Barto.in l.centeſimis.§.vltim. colum.vltim.verſi. Quero quid ſi iudex. ff.de verbo. obligat. & clarius Bald.in l.conſtit.ff.§.hæc autem tria.verſi. Sed quid ſi rector Marchiæ Anchonæ, & in l.1. verſi. Nam vbicunq; ponuntur hęc verba.C.de poſtul. De inhibitione ad tempus tractaui etiam ſupra quæſt.56.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio iudicis ad quem, an expiret propter lapſum fatalium?*
2 *Deſerta cauſa negotium principale reuolat ad iudicem à quo.*

QVAESTIO LXXVII.

1 **Septuageſimoſeptimò.** Quero, an † inhibitio iudicis ad quem expiret per lapſum fatalium? Videri poterunt ſimiles queſtiones ſupra 39.& 40.& quę ſcripſi ſuper 23.commiſſio. executo.in ver. Ob non proſecutionem. Et concludendum eſt pro opinio. affirmatiua: effectus enim inhibitionis vnà cum cauſa appellationis durat, & illa deſerta finitur effectus inhibitionis: prout per Docto.in cap.vt debitus. in gloſſ. penult.de appel.c.Romana.§.ſi verò.eod.titu.lib.6.Cardi.conſi. 105.col.4.verſi.Si enim iudex. Pro hac opin. concludit Aug. Bero.in ſua quæſt.familia.120.incipien.Apertiſſimi iuris eſt, nume.1.verſ. Nec inhibitio iudici à quo facta. Verum dum Bart.vbi ſupra nume.2 cum alijs idem concludit commiſſa cauſa appellationis in Curia Romana cũ toto negotio principali, ac nullitatis, & attentatorum tam coniunctim, quàm diuiſim, vt etiam inhibitio non obſtet, nec ſit neceſſaria remiſſio cauſæ,ex quo ipſo iure negotium principale reuolet,
2 & reuertatur ad iudicem à quo propter deſertionem † d. nota.in cap.cum appellationibus.& ibi Gemini.& alij de appel.

lib.6.

Source: BIU Cujas

lib.6 & per Imol.in cle.sicut appellationem.eo.Et stilus Ro. Cu. videatur contra conclusionem Bero. licèt ipse conetur illi respondere, hodie ex verbis, quæ ponderaui in dicta commissione 23.in verb.ob non prosecutionem ad fi. cessare videntur difficultates, quæ oriuntur ex Rotæ decisionibus, & ex dicta quæst.Bero.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissarius conditionalis, an inhiberi facere possit hæredi ne alienet?*
2 *Conditionalis dispositio per euentum conditionis effectum sortitur.*
3 *Fideicommissarius siue purus, siue sub conditione, conditione impleta agere poterit contra emptores bonorum fideicommisso subiectorum.*
4 *Fideicommisso subiecta scienter ementes illa perdunt.*

QVAESTIO LXXVIII.

1 **Septuagesimo octauò.** Quero, an fideicõmissarius † conditionalis inhiberi petere possit hæredi, ne alienet? Pro opi. negatiua concludit Bertran.consi.108.libr.1. in primis, quia pendente conditione substitutionis hæres impediri non debet, quo minus bonis hereditariis vtatur, illaque tamquam dominus teneat, ac de illis disponat, saltem post prestitam satisdationem: substitutus enim in bonis huiusmodi ante euentum conditionis nullum ius habet. Hinc dicimus, condi tionalis debiti nec executionem, imò nec petitionem dari iuxta communem sententiam, de qua Grat.respon.18.num. 19.libro 2.sic etiam dicimus, conditionale fideicommissum non comprehendi sub renunciatione facta de bonis, & hæreditate alicuius, iuxta communem opinio. de qua per Cur.
2 Iun.cons.16.nume.10. Et quòd † conditionalis dispositio per euentum conditionis effectum sortiatur, & non ante, probat text.in l.pecuniam.ff.si cert. pet. in l. cedere diem. ff. de verbo signifi.in l.legata. & in l.qui hæredi. §.vlt.ff. de condi. & demonst. voluerunt Oldra.consi.175.nume.1. Alexand. consi.78. visis quàm eleganter, versus finẽ.vbi quòd donatio sub conditione non operatur, antequam sit purificata. volum.4.& Grat.respon.26.& si causa nume.22.& respon.81.viso lega to.nume.79.lib.2. Alienatio igitur interim facta, hoc est pendente conditione substitutionis, seu fideicommissi, de iure valebit, quamuis conditione postea adueniente resoluatur, & habeatur perinde, ac si facta non fuisset. l.vltim. §.sed quia. & §.sin autem, & ibi omnes. C.commu. de legat.
3 & ibi concludunt, quòd † fideicommissarij siue puri, siue sub con ditione, conditione impleta agere poterunt, etiam contra emptores bonorum fideicommisso subiectorum, quod etiam voluit gl.Insti.de fideicom.hæredi.in §. sed quia. in versi.restituetur, ac glo.& Docto.in l.penult. C.ad Trebel. Alexand.consi.178. Attentis verbis.colum. 2. versi. Ea verò, quæ ab inde supra fuerunt alienata. vol.5.ac D. meus Phil. Dec.consi.236.non paria.colu m.5.vers.Circa septimum. Cõcedit idem Bertran. quòd fiat proclama generale, per quod significetur substitutio, seu fideicommissum, imo etiam pre
4 sentetur testamentum emere volentibus, bona enim † fideicommisso subiecta scienter ementes illa perdunt, secus si ignoranter.l.vlt.§.vltim.& authen.res quæ.C.commu.de leg. & per Barto in l qui Romæ. in 11.& 12. quæst. ff. de verbo. oblig.Cagno.in l.1.C.de sentent. quæ pro eo, quod inte. nu. 70.dat cautelam, quòd fiat intimatio emere volentibus rem fideicommisso subiectam, quam ego puto sufficere, vltra quam etiam curarent obtinere inhibitionem ad maiorem cautelam, tam contra hæredem, ne alienet, quàm contra emere volentes, ne emant.

SVMMARIVM.

1 *Artem fetentem exercenti an vicinus inhiberi facere possit, ne ibi talem artem exerceat?*
2 *Odor malus causat aerem immundum.*

QVAESTIO LXXIX.

1 **Septuagesimonono.** Quæro, an † vicinus inhiberi facere possit artem fetentem exercenti, ne ibi illam exerceat? Exemplum poni potest in sulphariis, pelliparijs, qui immittunt malos odores in vicinas domos, & id genus? Affirmatiuè respondendum est per tex.in l.2.§. idem ait si odore.iun.glos. ibi in ver.odore. Et in ver. hoc interdictum. ff.ne quid in loco publi.per quem tex.ita concluſit Bart.Cæpol.in tract. rusti.seruitut.sub titu.de Aggerib.sequitur Rip.in l.1.nume.128. versic. Hinc est, quòd sulpharij.ff.solu.matri.Idem Rip.in tractatu. de Remed.præseruati.con.pest.cap.4.nu.86.& aliis, ea ratione:
2 quia malus † odor obest omnibus, & causat aerem immundum, & pestem ipsam l.ędiles. §.vlt.& ibi glos. ff.de via publi.refici.& in l.2.§.proinde. ff.ne quid in loco publi.ac §. ne quis insuper.l.2.§.si quando. & §.vlt.ff.si serui.vendi.l.fistulas.in princ.ff.de serui.vrba.prędio.& l.equissimum.§.si tamẽ. ff.de vsufru.& ibi Alberi.de Rosa.ac Floria cõcludunt, quòd dominus proprietatis prohibere potest vsufructuario, ne faciat candelas, vel pelliparium, aliamue artem fetentem in domo sua, pro quibus videatur in praxi Papien.in forma libelli, quo agitur pro hærede vel re singu.diui.in ver. Et in futurum, ac Cæpol.in titu.de Aqueductu.in 8.quæst.princ.& in titu.de Aere, ac in pluribus aliis titulis.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio an per partem aduersario ostensa afficiat, vt attentatum dici possit.*
2 *Scientia simplex, an idem operetur, quod denunciatio.*
3 *Appellationis intimatio non refert, à quo fiat.*
4 *Citatio illegitimè executa ligat subsecuta postea illius notitia.*
5 *Citatus minus legitimè an ire debeat ad iudicium, & post nu.11.*
6 *Credulus nimis reprehenditur.*
7 *Scientia simplex non sufficit, quando requiritur notitia alicuius ad effectum, vt aliquid faciat, vel non faciat.*
8 *Iudiciarij actus fieri debent per iudicis ministros.*
Notitia quando debeat dari per ministros ad hoc deputatos?
9 *Argumentum a speciali.*
10 *Consuetudo quamlibet dispositionem interpretatur.*
11 *Procurator reuocatur per constitutionem secundi, & alijs modis.*

QVAESTIO LXXX.

Octuagesimò propositum fuisse dubium in Rota, & non decisum audiui in
1 Romana Fornacis coram Iunio 10.Martij 1557. an † inhibitio per iudicem decreta, & non per cursorem, aut nuncium publicum, sed tantum per partem aduersario ostensa faciat possessionem postea attentatam? seu ita afficiat, vt executio contra eam facta dicatur attentata? Pro opin.affirmatiua adducitur teho. Bar.in l.item veniunt.§.petitam. ff.de peti.hæ-
2 redi.ad hoc vt idem operetur simplex ‡ scientia, quod denunciatio, nec referat à quo denunciatio fiat. Ad idem adduco tex.in l.hæres in fundo.in fi. vbi de prohibitione, quæ fit per vsufructuarium hæredi.ff.de vsufru.lega. Et faciunt alia, quę ad idem in simili quæsito adduxi supra in 17. quæst. num.2. & seq.Secundò arguendo a simili uidemus, quòd intimatio
3 † appellationis valet per quemcunque fiat. Rot.127.ualet intimatio, in no.Bellame.59. intimatio, circa medium, & tota dec. Imò Feli. in cap. cum contingat. nume.22. vers. Limita nisi ille, qui intimat, de rescrip.videtur sentire, quòd ipsemet principalis possit appellationem intimare. Tertium fundamentum erat, quòd sicut † citatio illegitimè executa ligat,
4 subsecuta postea illius notitia, perinde ac si a principio legitimè executa fuisset, & notitia vera, seu præsumpta citationis, seu intimationis idem operatur, quod ipsa citationis exe cutio.clem.causam. §.uerum.& §. intimatio. & Cardi.in eo. §.intimatio.in 5.quæstio.de electio. Archidiac.in ca. proposuisti.num.4.versi.Sed pone.82.distin.Rot.281.si de mandato.in no.Roma.consi.360.circa propositum.nume.4. & consi. 410.vt clarior.num.2.Abba.in c.bonæ.1.nume.17. de electio. Iafre.dec.504 citatus præsumitur.Felin.in alle.c.cum contingat.nu.8.de rescr.& in c.grauatum.col.2.vers.Sed nota, vbi agitur. de offi.dele.Rui.consi.61.in lite, nu.33.vol.5.Hypp.de Mar. super rub.C.de probatio.nu.371. Quartum erat illud, quod in simili post Castren.ponit idem Felin. in dicto cap. cũ contingat.num.21.de reuocatione procuratoris, quã is undecunque sciat satis esse dicitur. Quintum, quòd sicut ostẽdendo appellato instrumentum publicum appellationis, appellatio dicitur deuoluta, vt per Feli.vbi supra, nu.22.versi.Item ostenden do ipsi appellato, ita ostendendo instrumentum publicũ inhibitionis, debeat aduersariũ afficere. Sextum, & vltimum fun-
5 damentum est, quòd sicut in dubio, quando quis est † citatus minus legitimè iretenetur ad iudicium l. si quis ex aliena. ff. de iudi.c.cum parati, de appell. Specu. in titu.de citatio. §. sequitur. post num. 2.vbi de citatione facta per partem: sic in dubio inhibitus ob inhibentis reuerentiam abstinere debeat ab innouando. Pro opinione negatiua adducitur, quòd nõ tenetur quis credere aduersario affirmanti inhibitum fuisse,
6 cum nemo debeat esse nimis credulus † iuxta dictum sapientis, qui nimis cito credit, leuis est corde, & ad text.in l.3.sed

si sic

Source : BIU Cujas

ſi ſic accipit.ff. de in rem ver. ac in l.1. uerſic. Quamuis quidam.ff.de eo,per quem fac.erit.l.2.ff.quod cum fal. tuto. Et quid de nimis credulo, vel penitus incredulo ſenſerit in exordio fragmẽtorum,quæ habemus, ſublimis ille author Palephatus pireneus, vel (vt alij volunt parrius) qui floruit tempore Artaxerſis, & græca lingua ſcripſit, hic ſubiicio. Hæc (inquit ille) de incredibilibus ſcripſi, plerique hominum ſunt,qui dictis omnium fidem præſtant tanquam inſipientes,& inſci). Quidam natura rudes pluribus in rebus verſati nihil horum credunt: Mihi autem quæcunque dicentur fieri poſſe uidentur, non ſolum enim materia facta ſunt: ſermo autem de ipſis nullus fuit, ſed prius opera, & ſic de ipſis poſtea ſermo, cum iis quæ ſequuntur. Et quòd nec quis teneatur credere aduerſario dicenti iudicem mandaſſe eum in iudicium venire:neque dicenti ſe contra eum appellaſſe, apparet: quia ſæpè hæc, uel ſimilia ſimulantur. Specu.in titu.de citatio. §.ſequitur.nume.2. & ſeq. ac Feli. in c.cum contingat.num.11.de reſc. Quæ tanto magis procedere debent,quando tractatur, ut quis pœnam incurrat, prout eſt attentans:tunc enim ſcientia concludenter, non autem preſumptiuè probanda eſt,ad no.per Rot.771.in anti.& per Rui.conſi.66.nume.13.lib.3. & ſi reſpondeatur,ut per Specu.vbi ſupra,quòd inſtrumento publico credere debeat,dum ille ſubdit. Niſi inſtrumentũ appellationis oſtendat, quod pariter Feli. in alle. c. cum contingat. ſentire videtur,reſpondeò, quòd in dubio prætmiſſo a Rota dato nõ aderat hoc ſuppoſitum, quod aduerſario oſtenderetur inſtrumentum publicum. Verum ſuppoſita etiam oſtenſione inſtrumenti publici appellationis, non ex hoc infertur ad inſtrumentum publicum inhibitionis propter diuerſitatem terminorum,& rationis differentiam,vt infra. Et data etiam rationis identitate oſtenſio inſtrumenti publici per aduerſarium non ſufficeret: quia inſtrumẽtum ad hoc vt afficiat,in iudicio producendum eſt, & pars citari debet ad dicendum contra, illudque recognoſci debet, ante hæc autem illud inconſiderabile erit,ad conſi.Oldr.1.& ex ſtilo Rom.cur. quod notiſſimum eſt. Inſuper quando requiritur notitia,ſeu ſcientia alicuius ad effectum, ut aliquid faciat,vel non faciat,tunc non ſufficit ſimplex ſcientia † Bar. in l.qui vxori.§.quid ergo.ff.de adulte. Hinc dicimus, emptorem debere venditori denunciare, quòd veniat ad eum defendẽdum,nec ſufficiat notitia aliunde habita iuxta tex. in l.1.C.de peri.& commo.rei vend. & per Feli.in cap.cum contingat.in 4.conclu.de reſcrip. Et præmiſſa comprobari poſſunt ex diſtinctione eiuſdem Bar. in l.pro contraria opinione citata,itẽ veniunt.§.petitam.ff.de peti.hæred. per rationem,& de qua ibi.Cum quo ibidem Alexan. in addi.ad eundem Bar. & ſic reſponſum erit primò argumento pro contraria opin.retorquendo dictum Bar. Tertiò pro opin. negatiua adduci poteſt,quòd actus † iudiciarij fieri, & exerceri debeant per ſuos miniſtros, & officiarios. l.is cuius. §. miſſus in poſſeſſionem,ideſt mitti iuſſus,ut declarat ibi gl. ff.vt in poſſeſſ.leg.& per Bal.per iſtum tex.in authen & omnino.nume.14.C.ne uxo.pro mari.Et hæc,& alia iudiciaria ſunt partibus,ſeu litigantibus ipſis prohibita. Et quòd notitia huiuſmodi dari debeat per miniſtros ad hoc deputatos,probatur etiam ex multis ſimilibus adductis per Hypo.de Marſi.in l. ſi quis ne quæſtio.colum. 13. & ſequ.ff.de quæſtio.quem ſequitur Aene. de Falco. in tracta. Reſerua. in 4.quæſt.prin.poſt nume.3.verſ. Quibus hoc aſſerentibus pro quo etiam citat Rotam 168. ſi in cauſa mino.Hinc dicimus, quòd ſi creditor habeat rem iudicatam, & abſque nuncio, ſeu executore iudicis, bona debitoris diſtraxerit, furti tenebitur, & actione bonorum raptorum conueniri poterit.l.miles.§. qui iudicati. & ibi per glo. & Docto. ff.de re iudi.Et qui obtinuit ſententiam, non poteſt propria authoritate poſſeſſionem apprehendere.Fel.in c.decetero nume.15. de re iudi. Imò obtentis executorialibus ſi propria authoritate poſſeſſio capiatur,attentata erit, vt per Sarnen. in 44.q.Regu.de Anna.nume.7. Quartò ſi inſpiciamus formulas inhibitionum,quas poſui ſupra quæſt.71. num.2. & poſt nume.10.omne dubium ceſſabit:iudici enim committitur,quòd inhibeat,ſi eſt delegatus, vt patet in meis formulis commiſſionum, in clauſula cum poteſtate inhibendi ſub pœnis &c. ſi verò eſt ordinarius ipſe iure ſuo inhibet. Delegatus committit Abbatibus, prioribus, tabellionibus &c quòd nomine ipſius, imò ſedis Apoſtolicæ inhibeant, & ipſorum quilibet requiſitus inhibeat. Nec delegatus Apoſtolicus, de quo loquimur, nec alius delegatus, nec etiam ordinarius committit vnquam ipſi parti, quòd inhibeat: vnde pars ipſa, ſeu ipſe principalis ex ſe ipſo hanc facultatem inhibendi, ſeu interdicendi non habet, niſi in quibuſdam caſibus ſpecialibus, de quibus loquutus ſum ſupra quæſt.17. arguendo † a ſpeciali, ad l. quod verò. & l. ius ſingulare.ff.de legib.l.1.ff.ad munici.c.quod alicui.c.in argumentum,&c.quæ a iure communi.de reg.iur.lib.6.generaliter pars ipſa inhibere non poterit, vt probaui ſupra quæſt.17.nec inhibitionem exequi,ſeu intimare:ſed iudex ipſe duntaxat, vel curſor,ſeu nuncius: vel ille Abbas ille prior, vel alius ex nominatis in formula inhibitionis. Et hoc iure vtimur, & hæc eſt conſuetudo vbique vigens, & hic eſt ſtilus inconcuſsè obſeruatus tam in Rom.cu.quàm vbique locorum. Hoc igitur quæſitum,& quæliber diſpoſitio a ϙſuetudine† interpretationem recipere debet,prout voluit Innoc.in c.olim.de verb.ſigni.ſequuntur Abb. in c. certificari,in prin.de ſepult. Anch.in repet. c.ſi propter tua debita.in 4.oppo.de reſcr.lib.6. Rui.conſi.160.colum.3.lib. 1.Soc.conſi.111.incipien.abundè.verſi. Nec in tali.lib.1.Dominus meus Philip. Dec.alios citans in l.ſemper in ſtipulationibus.nume.12.ff.de reg.iur. Ex formula inhibitionum ex ſtilo,& ϙſuetudine,de quibus ſupra, tolluntur argumẽta in ϗrium facta. Specificè autem quò ad primum reſponſum fuit ſupra num.7.ad fi. primi argumenti pro opin. negatiua inducti. Ad ſecundum reſpondeẽ negando, ϙ principalis poſſit validè appellationem intimare,non data ſibi hac facultate. Et quatenus poſſet,non ſequeretur,ergo poteſt inhibitionem intimare ad ſupra deducta, & arguendo a ſpeciali,& quia ex diuerſis non fit illatio,argum. tex.in l. naturaliter.§.nihil commune,& ibi gl.ff.de acqu.poſſ.cum vulg. Ad tertium, ϙ notitia vera, vel præſumpta citationis ſufficiat & ex diſpoſitione iuris, & ex mẽte Doct. hoc non habemus in materia inhibitionis,in qua aliter reſpondendum eſt,prout etiam aliter reſpondendum fuiſſet in materia citationis, ſi id deciſum in iure non fuiſſet, quod ſtatutum non fuit materia inhibitionum, nec eſt par ratio, & ad diuerſos fines tendunt inhibitio, illiuſque præſentatio, ſeu intimatio,ac citatio,vt ex ſe patet.Præter id,quod (vt dixi.) & probaui, ſola oſtenſio inſtrumenti non releuat. Ad quartum argumentum reſpondeo pariter, quòd diuerſi ſunt termini inductionis reuocationis mandati, ab inhibitionis intimatione.Inſuper conſidero, quòd facilè admitti tur † procuratoris reuocatio,etiam tacite, puta per conſtitutionem ſecundi,non appoſita clauſula. Citra reuocatio nem procuratorum hactenus conſtitutorum & c.l. ſi quis cum procuratorio.§.vlt.cum ibi no.ff.de procura.c.non in iuſtè.extra.eo. Abb.in c.volentes.poſt. num.3.de offi. lega. Imò ex præſumpta,ſeu veriſimili noua cauſa, ſeu mutatione in deterius inducitur reuocatio procuratoris,quę idem operatur, quòd expreſſa, puta ſi procurator ϙſtitutus improbus,vel inimicus efficiatur. c.ſi quem. de procu.lib.6. l. cum quis. in princ.ff. eo.l.ſi cum Cornelius. ff. de ſolutio. Cyn.& Bar.in l.falſus.C. de fur.Bal.in l. mandatum. & in l. cum mandati.C.manda.Idem Bal.& Imo.in l.qui ita.§.qui ſibi.ff.de verb.obli.Iaſ.in l. ſancimus. num.4.C. de teſt. & in l.procuratoribus.num.3.C.de proc. Ad quintum de cauſæ deuolutione per oſtenſionem inſtrumenti,præter id,quòd hæc deciſio negari poſſet, pariformiter hic nulla cadit ſimilitudo,& probaui, ϙ ſola oſtenſio inſtrumenti in ſpecie facti propoſiti non ſufficit, & aliter, & diuerſis modis inducitur deuolutio quæuis,de qua tracto,& illius diuerſis ſpecibus in 90.quęſt.Regu.de Anna.& ſuper 4.Formu. commiſ. in gl.deuolutæ, quã inhibitio, ſeu inhibitionis intimatio. Ad ſextum,& vltimum,quòd minus legitimè citatus venire debeat ad iudiciũ, id etiam negari poteſt, & in terminis noſtris, ϙ citatus per aduerſarium non arctetur ad ϙparendum poſt plura hinc inde adducta firmat tanquam verius Specu.in titu.de citatio.§.ſequitur.num.2.verſi. Sed primũ verius. Rurſus diuerſi ſunt fines inhibitionis, & citationis, illa enim fit ad effectum vetandi, prohibendi,ſeu interdicẽdi,vt pluribus in locis oſtendimus: hæc verò ad finem comparitionis. Io.And.in c.vlt.num.4.verſ. Item cum effectus vocationis.de electio.lib.6.Cum quo Ioan. And.tenet Bal. ſuper rub.ff.de in ius vocan. quod etiam voluit ibi Saly.nu. 2.argum.tex.in l.1.in fin.ff.de actio.empti.ac Lud.Rom. in l.1.col.2.num.7.ff.de arbit.

7 8 9 10 11

SVMMARIVM.

1 *Executio inhibitionis,& contrauentio inhibitioni facta ſi concurrant, in dubio præſumi debet executionem ſubſecutam eſſe.*
2 *Attentata illicita ſunt,& ſonant in delictum.*
3 *Actus ille, qui præcedere debebat, quòd præſumatur præceſſiſſe pro validitate actus,& ad excludendum delictum.*

QVAESTIO LXXXI.

Octuageſimoprimò ϙro† eodẽ die apparet executa inhibitio, & aliquid

Source : BIU Cujas

aliquid contra eam factum, si non constet, quid præcesserit, quid prius factum præsumi debeat? Simile quæsitum posui in tracta. Monitoriorũ, quæst. 27. vbi probo, & cõcludo, præsumendum esse pro non attentatis, videri poterũt, quæ
2 ibi scripsi. Et cum attentata † regulariter illicita esse dicantur, & sonent in delictum. gloss. magistra in ca. non solùm. in ver. reducendum. versi. Dici tamen. de appel. lib. 6. Aegid. Bellame. dec. 18. incipien. oneratio. Et attentans eodem tẽpore ius, iudicem, & partem offendere dicitur, ad nota. in c. cordi. de appel. lib. 6. per Phi. Fran. in c. bonæ. num. 14. & 39.
3 eod. titu. præsumendum erit in dubio illum actum † præcedere, qui precedere debebat pro validitate actus, ac ad excludendum delictum. Alex. in l. 2. §. prius, colum. 2. versi. quod vbi alius. ff. de vulg. & pupil. Feli. in cap. super literis. col. 8. in j. limi. & in cap. pastoralis. col. 4. de rescr. Cassado. dec. 21. de præb. Ft pro hac exclusione attentatorum faciunt nonnulla alia, quæ in præmissa quæstio. 27. posui.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio in uim commißionis ſignatæ prout de iure, an extra terminos iuris operari poſſit?*
2 *Reſcripto principis iudex omnino parere debet.*
3 *Reſcripta iuſtitiæ ad hoc emanant, vt iuſtitia miniſtretur.*

QVAESTIO LXXXII.

1 **Octuageſimoſecundò** quæro † an inhibitio emanata in vim commissionis signatæ prout de iure, iuxta illam clausulam ita regulanda sit, vt extra terminos iuris nihil operari possit? Si loquimur extra Rotam, nulli dubium videri poterit, quòd inhibitio prodesse non debeat in casibus, in quibus ius commune non assistit, vel potius resistit, & sic vel friuolè, vel non canonicè inhibitum sit, quo casu iura non attendunt, seu considerant inhibitiones iuxta text. clarũ in capit. non solùm, & ibi omnes, de appel. lib. 6. Rot. Bellame. 239. in causa, & ad alia posita supra quæst. 20. Cum enim tales inhibitiones de iure operari non debeant & reſcriptum supponatur signatum prout de iure, nihil vigore huiusmodi reſcripti concedi poterit, quòd non sapiat ius, seu iuri cõ
2 forme sit: Iudex enim reſcripto † omnino parere debebit: illiusque formam ad vnguem seruare. cap. cum dilecta. de reſcri. But. in cap. ex parte. 2. super gloſſ. de fo. comp. D. meus, consi. 32. viso puncto. col. 2. versi. Primò quòd ex quo con-
2 stat. Et reſcripta † iuſtitiæ, illorumq; signaturæ ad hoc emanare consueuerunt, vt iuſtitia miniſtretur: nec aliud quàm iuſtitiam continere deberent. Et commiſſio dicitur iuſtitia mera. l. falsò. C. de reſcr. Feli. in cap. poſtulaſti. etiam de reſcr. glo. super rub. ead. & ibi omnes, lib. 6. Bar. in repe. l. Cęſar. ante num. 24. ff. de publica. Gemini. & Fran. in c. j. de conſtitu. lib. 6. D. meus in cap. prudentiam §. Sexta. in 2. not. nume. 2. de offic. deleg. ac conſil. 209. in caſu propoſito, ante num. 5. Inhibitio igitur, & quodcũque aliud vigore illius commiſſionis concedendum regulari debebit iuxta commiſſionẽ, & ſignaturam: nec vlterius progredi poterit, alioqui nullitatis vitio ſubiacebit. Pariſ. conſi. 39. non poſſunt, nume. 9. lib. j. Et inhibitio in vim huiuſmodi commiſſionis, ſeu ſupplicationis recipiet omnes conditiones, quas ſupplicatio. Aimo conſil. 108. nume. 5. Ponamus igitur, quòd quis appellauerit tertiò, quod non licet de iure. C. ne lice. ter. prouo. in rub. & nigro. cap. tria nobis. de appel. fuerit tamen cõmiſſa cauſa Auditori cameræ, vel extra curiam Romanam Archiepiſcopo Piſano, prout de iure, cuius vigore fuerit inhibitum, reſpondi hanc inhibitionem non eſſe attendendam. Et regulare eſt etiam abſque alio reſcripto, vel ſignatura huiuſmodi, quòd ſi decernatur inhibitio, quæ de iure cõcedi non debuiſſet, tanquam illius conditio defecerit, quæ eſt, vt ſubintelligatur ipſa conditio, ſi de iure fieri poteſt, illi parendum non ſit: vt poſt Pau. Caſtren. voluit Bero. conſil. 85. incipien. dicam breuiter nume. 23. lib. 3. Verùm ſi loquamur de inhibitione a Rota emanata in caſu propoſito contrarium concludendum vĩ, prout concluſi etiam ex ipſius Rotæ decreto ſupra q. 29. ex ſtilo moderno eiuſdẽ Rotæ, & ex ea ratione, quòd inhibitio ſiue iuſta, ſiue iniuſta timenda, & obſeruanda ſit. Ego in dubio propoſito putarem etiã inhibitionem Rotæ ſtante commiſſione ſignata, prout de iure, conſiderabilem non eſſe, nec attendendum eſſe ſtilum modernum Rotæ, cum expreſsè conſtet de mente principis ſignantis commiſſionem, prout de iure, quæ mens, & eius mandatum ſeruari debet, præalle. cap. cum dilecta. vbi omnes. de reſc. & dicto conſi. Dec. 33. verſ. primo, q̃ ex quo conſtat de mente ſummi Pontificis &c. Paris. conſi. 39. non poſſunt, nu. 9. lib. j. Et ſic ſtante hac ſignatura, prout de iure, ceſſet modernus ſtilus Rotæ. Imò modernus ſtilus Rotæ hoc idem ſuadet, vt ſtilo hoc caſu ceſſante, ceſſet Rotalis inhibitionis virtus, & effectus, & ſic deciſum audio in Cæſaraguſtan. Fructuum coram Aldobrandino, ea præſertim ratione: quia commiſſio, & conſequenter inhibitio habebant, prout de iure, & nõ intrabat hoc caſu ſtilus modernus Rotæ. Hæc addenda erunt quæſt. 20. ſupra poſitæ.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio an operetur, ne interlocutoria reuocari poſſit?*
2 *Interlocutoria à iudice, qui eam tulit, quandocunque reuocari poteſt.*
3 *Appellari ab interlocutoria debet infra decendium.*

QVAESTIO LXXXIII.

1 **Octuageſimotertiò** quæro an † inhibitio operetur, ne interlocutoria reuocari poſſit? Suppono, quòd iudex interlocutoriã
2 † a ſe latam quandocunque reuocare poteſt, tam expreſsè, quàm tacitè. l. quod iuſſit. & ibi omnes. ff. de re iudi. ca. cum ceſſante. & ibi glo. magna, verſic. poteſt dici, q̃ licet tranſeat in rem iudicatam. de appel. gloſſ. vlt. in l. j. ff. de præto. ſtipu. gloſſ. in ver. dies, in cap. ſignificauerunt. de teſtib. glo. in c. venerabilibus. in ver. decendium. de ſenten. excom. libr. 6. latè Vincen. Hercul. Peruſin. in alle. l. quod iuſſit. colum. 10. verſic. Nunc aſſumo tertiam. Modò pars contra quam interlo
3 cutoria lata erat appellauerat, & intra decendium, † aliàs inualidè appellaſſet. cap. ſignificauerunt. ibi & propter hoc intra decem dies poſt interlocutoriam. de teſtib. glo. in ver. abſoluere. in cap. querelam. de procura. præalle. cap. venerabilibus. §. ſed ſi iudex. & ibi gl. in ver. decendium. de ſenten. excom. lib. 6. præalle. c. cum ceſſante, cum gl. magna cir. medium. de appel. Poſt huiuſmodi appellationem interpoſitã fuit obtenta inhibitio a iudice, ad quem, & præſentata iudici a quo, qui ſucceſſiuè ſententiam ſuam interlocutoriam reuocat, quod ſecundùm Hoſtien. in dicto c. cum ceſſante. facere non poterit. Abb. ibidem num. 16. ver. ſeptimus in ordine. dubitat de dicto Hoſtien. ac etiam D. meus Phil. Dec. num. 53. qui potius videtur inclinare contra Hoſt. & vterq; rationes hinc inde adducit, ac citat cap. ſi a iudice. eod. titu. lib. 6. Mihi magis placet opin. Hoſtien. etiam per ea, quæ cõſiderat ibi Phi. Fran. ac Lanfran. de Oria. in c. quoniam contra. in ver. interlocutoriam. colum. antepen. ver. ſed pro diſcutiendo. & Marant. in ſuo Specu. 3. par. 6. par. princ. q. 2. nu. 196. & Capic. dec. Neapo. j. nu. 30. vbi etiam limitant, & ſic ſupponunt concluſionem Hoſtien. ſubſiſtere. Idem voluit Lanfran. dec. 459. incipien. appellatione. Nonnulla alia argumenta pro hac opin. videri poterunt ſupra quæſt. 75.

SVMMARIVM.

1 *Arbiter an inhibere poſſit?*
2 *Arbitria inſtar iudiciorum redacta ſunt.*
3 *Iuriſdictio requiritur, vt quis inhibere poſsit.*

QVAESTIO LXXXIIII.

1 **Octuageſimoquartò** quæro, an † arbiter inhibere poſſit? affir-
2 matiuè reſpondẽdum eſſe vĩ, arbitria † enim inſtar iudiciorum redacta ſunt: & diſpoſitum in iudicibus, & in arbitris diſpoſitum cenſeri debet, niſi contrariũ expreſsè caueatur, tex. eſt in l. j. iun. glo. j. ff. de arbit. & in l. penul. §. penul. C. eo. ac in l. rem non nouam. ibi, Vel qui ex recepto, ideſt compromiſſo, quod iudicium imitatur & c. C. de iud. authen. offeratur ei, qui vocatur ad iudicium libellus, iun. gl. in verſi. ad iudicium, quæ ſupplet, idem ſi ad arbitrum, & ſic illum tex. qui requirit oblationem libelli faciendam citato ad iudicium, ampliat ad citatum ad arbitrium, vt idem dicẽdum ſit in arbitro, quod in iudice, & eſt tex. in c. a iudicibus. 2. q. 6. vbi arbitri veniunt appellatione iudicum, & voluerunt Spec. in titu. de arbit. §. differt, & Abb. conſi. 53. quod inci-
3 pit, quinq;, nu. 5. li. 2. Pro opi. negatiua illud adduci põt, † iuriſdictionem non habens inhibere non põt, ad nota. in l. iubere cauere. ff. de iuriſ. om. iud. & in l. j. ff. ſi quis iuſdicen. nõ obtem. c. cũ tuã. de ord. cogn. Soci. conſi. 119. li. 3. & Aug. Bero. conſ. 117. incipiẽ. ex vltima. nu. 2. li. 3. Arbiter volũtarius non hẽt iuriſdictionẽ, ſed notionẽ l. ait p̃tor. iun. gl. in verſ. nõ habent. ff. de re iud. Concludendum eſt, q̃ arbiter ex cauſa inhibere poſſit. Hinc dixerunt Iacob. de Are. & Alberi. quos refert, & ſequit Iaſ. in l. curatores. nu. 9. & ſeq. ff. de offi. procu. Cæſa. q̃ arbiter poteſt, ſi partes ſint inuicẽ inimicę, inhibere, ne quis tranſeat per contratã alterius. At ſi loquamur

Source : BIU Cujas

mur in arbitro neceſſario vigore ſtatuti aſſumendo, is ob ſtatuti authoritatem non differt a iudice ſecundum Blanc. in tractatu de compromiſ. in 6. par. in prin. Vnde prout quilibet iudex inhibere poterit.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitionis inſtrumentum præſentatum, an faciat attentare, ſi careat die, & anno, nec in eo ſit narratus tenor commiſſionis?*
2 *Prothocollo non habenti requiſita non datur fides.*
3 *Solemnia inſtrumenti quæ?*
4 *Inſtrumentum ſine ſolemnitatibus habetur ſuſpectum de falſo.*

QVAESTIO LXXXV.

1 Octuageſimoquinto quæro † an ſtante ꝙ inſtrumentum prætenſæ inhibitionis careat pontificatu, indictione, die, menſe, & anno, & quòd in ea non fuerit inſertus, nec etiam narratus tenor commiſſionis, inhibitio fuerit adeo nulla, ut quis non dicatur attentaſſe. Hoc dubium in Rota propoſitum fuiſſe audio in Meten. parrochialis de Racuria coram Chiſanen. 18. Iunij 1555. nunc Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Cardinale S. Crucis, & concluſum fuiſſe pro attentatis. Licèt authoritas Rotæ penes me, imò penes omnes maxima ſit, nec credi poſſit abſque optimis rationibus, ſeu validis argumentis motam fuiſſe, ne tamen inertiæ, ſeu ignauiꝙ crimẽ mihi aſcribi poſſit (a quo ſemper abhorrui) ſi ſicco pede per tranſeam, quid ſuper propoſito dubio ſentiam (iuxta inſtitutum meum) libere proferam. Suppono, ꝙ in matrice, ſeu prothocollo præmiſſa, quæ in inſtrumento inhibitionis deerant, annotata, & deſcripta eſſent, alioqui eſſemus in caſu in-
2 dubitabili. Aliàs enim nulla fides præſtari debuiſſet, † prothocollo enim ſeu imbreuiaturæ non habenti præmiſſa ſua requiſita, & ſubſtantialia inſtrumenti nulla fide adhiberi debet. Io. And in addi. ad Spec. in ti. de inſtr æditio §. nunc videdum. nu. 4. ſuper ver. Sed Nicolaus ꝯ licens. Abb. & alij in c. cum P. num. 3. de fi. inſtr. Alex. conſi 153. uidetur primò, nu. 12. verſ. Nota tertiò, lib. 2. Nunc ad dictum inſtrumentum inhibitionis redeundo, conſidero, quòd in quolibet inſtrumento hæc neceſſariò vt inſtrumentum dici poſſit requiruntur, videlicet ſolemnia, ſubſtantialia, & naturalia. Solem-
3 nia † uocant illa, quæ verſantur circa appoſitionem temporis, loci, teſtium, ſubſcriptionis propriꝙ. vel ipſorum teſtium, & cætera, quæ explicat glo. in l. generali. C. de tabula lib. 10. & latius Aimon conſi. 116. col. 1. ſi oſtendatur, uel producatur aſſertum inſtrumentum
4 † abſque ſolemnitatibus ſuſpectum de falſo habebitur. Bar. in l. ſi librarius, poſt nume. 7. & ibi D. meus, & Cagno. ff. de reg iur. Ang. in l. iubemus. C. de teſta. Feli. in c. ex literis, num. 4. de fi. inſtru. Lanfran. in c. quoniam contra in ver. inſtrumẽtorum productiones, nu. 29. de proba. Aſſertum igitur inſtrumentum tanquam nullum, nulliuſque conſiderationis, & efficaciæ nullum effectum parere potuit, nec inhibitum affecit: prout etiam dicimus, citationem nullam non afficere citatum, etiam vt comparere teneatur, iuxta glo. magnam in fi. in c. placita. 15. quæſt. 4. & voluit Archid. in c. non ita. poſt prin. 2. q. 6. Et generaliter dicimus, quòd nullum, ſeu inualidum incõſiderabile eſt, & pro nihilo habetur. l. 2. cum duabus ſeq. ff. de optio. leg. c. illud. de iu. patr. Inſuper, ſicut circa citationes conſideramus quatuor requiſita, vt plenè oſtendo in 35. quæſt. Reg. de Anna. num. 2. cum aliis ſeq. ſic & quo ad inhibitionem. videlicet partis inſtantiam pro decernenda inhibitione: iudicis decretum illam concedentis nuncij executionem. Demum nuncij relationem, ſe illum intimaſſe, vel inhibuiſſe: quilibet actuum præmiſſorum debet eſſe in ſuo eſſe perfecto, vt releuet. Quãuo quis petit inhiberi, petere debet vel iuxta formam commiſſionis in cauſa delegata: vel in ordinaria iuxta formam iuris, vel ſtatutorũ, ſeu facultatum, & ſemper iuxta formam ſolitam, & ualidam. Quando iudex inhibitionem decernit, illã pariter iuxta ſolitum, & ꝙſuetum modum inhibendi inhibet, inhibitionemque decernit, illum, illiuſque inſtrumentũ intimari mandat, ac executioni demandat, executioniq; demandari præcipit. & de legitima intimatione, ac executione ſibi poſtea fidem fieri mandat Nuncius, qui exequitur cum ſuo inſtrumento publiꝙ inhibitionis accedere debet, & præſentare documẽta valida, & in ſe perfecta, illorumque copiã dare, & talem, vt inhibitus percipere poſſit vnde, & qualiter, & qua iuriſdictione ſuffulta emanauerit inhibitio huiuſmodi. Et in relatione executionis annotare debet notarius, vel nuncius, quòd die tali coram talibus præſentauit inhibitionis inſtrumentum a tali; ſub die tali decretæ uia ordinaria conceſſæ, ſeu in vim commiſſionis inſertæ, vel ſaltem talis continentiæ, vel ſubſtantiæ, ſi hæc deficiant, non video quomodo præſentatio ſimilis prætenſi inſtrumenti, ſeu aſſertæ inhibitionis afficere poſſit, ac attentata inducere. Nec iſte ſic inhibitus credere tenebatur ſcripturę non authenticæ, præſertim non viſa commiſſione inſerta, cuius vigore dicebatur emanaſſe inhibitio, aliòqui vitio nimis creduli notari poterat, ad tex. in l. 2. ff. quod cum fal. tuto. & ad alia ſupra adducta quæſt. 80. num. 6. Et cum inhibitio iuxta commiſſionẽ, & ſignaturam regulanda ſit, nec vltra extendi poſſit, & quod vltra fit, nullum ſit, arg. tex. in c. cum dilecta. de reſcr. & voluit D. meus conſi. 33. viſo puncto, poſt nume. 6. ac Pariſ. conſ. 39. non poſſunt, nume. 9. lib. 1. In terminis noſtris nec apparere de commiſſione, nec de illius tenore ſupponitur, quomodo ergo inhibitus exiſtimare poteſt ſibi legitimè inhibitum fuiſſe? Præſertim cum ex ſtilo Rom. Cu. inhibitiones aliter ab ea, & cum omnibus ſuis requiſitis, & in forma probante, ac commiſſione inſerta exire, & ad partes tranſmitti ſoleant: vnde ſuſpicio etiam falſi facilè coniici poſſet, ad cap. quàm graui. cum aliis. de crim. falſ.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio iudicis ad quem iudici à quo dato cum clauſula appellatione remota, an faciat attentata?*
2 *Clauſula appellatione remota etiam hodie ſuos operatur effectus.*
3 *Et tollit effectus proficiſcentes ab appellatione.*

QVAESTIO LXXXVI.

1 Octuageſimoſextò quæro † an inhibitio facta per iudicẽ ad quẽ iudici a quo dato cum clauſula, appellatione remota, faciat attentata? Pro opinione negatiua ſupponendum eſt iuxta
2 communem opi. ꝙ etiam hodie clauſula † appellatione remota, operetur ſuos effectus, reiecta opinione gl. in c. ad Romanam. 3. q. 6. ac gl. & Inno. in c. paſtoralis. & in c. vt debitus, de appel. Archidia. enim in alleg. c. ad Romanam. ac Abb. & alij communiter in dicto c. paſtoralis, & in c. ut debitus. concludunt. quòd imò etiam hodie operetur multos, & diuerſos effectus prout prius, quos ibi referunt, & decem & ſeptem effectus recenſet Phi. Fran. in alleg. c. paſtoralis. de iure canonico: poſtea quos de iure ciuili. Pro quibus etiam effectibus vltra Doct. vbi ſupra videri poterit Vitali. de Gamba. in Tracta. clauſula. in clauſu. Appellatione remota. Fateor tamen, quòd clauſula huiuſmodi in reſcriptis, quæ per officium ꝯdictarum extra Ro. Cu. trãſmittuntur, puta in reſcripto Conqueſtus ex ſtilo quodam parum, vel nihil operetur, ſed tantum tollat appellationes friuolas, ſeu fruſtratorias. Pro quo faciunt, quæ voluit Bal. in c. paſtoralis. §. præterea. in princ. in 1. oppo. de offi. deleg. & Imol. in alleg. ca. ut debitus. poſt num 9 ſi igitur concludimus cauſam inappellabiliter
3 commiſſam fuiſſe propter dictam clauſulam † tam deuolutiuus, quàm ſuſpẽſiuus iuriſdictionis, & omnes alij effectus ab appellatione proficiſcentes, de quibus Doct. ſuper rub. de appel cenſentur ſublati. vt per Abb. Phi. Fran. & Phi. Dec. in alleg. c. paſtoralis. num. 35. & præfatus Dec. poſt alios in alle. c. ut debitus. nume. 31. quod nouiſſimè voluit Port. Imolen. conſ. 59. ex facto num. 2. lib. 2. ac conſ. 120. quæritur. nu. 2. lib. 3. Cum igitur non ſit deuoluta appellationis cauſa ad iudicem ad quem, & ipſe iudex a quo quacunque appellatione pendente poſſit propter clauſulam præmiſſam ſententiam executioni demandare. ca. paſtoralis. §. præterea. de offi. dele. Iuxta terminos noſtri quæſiti ſtante inhibitione iudicis ad quem, contrarium tenendum eſt, & ſic pro opin. affirmatiua, ac pro attentatis concludo, per tex cum ibi nota. in c. non ſolùm. de appel lib. 6. quod etiam voluerunt Imo. & alij in alleg. c. paſtoralis. §. præterea, ide offi. dele. Lanfran. in c. quoniam contra in ver. interlocutoriæ. de proba. Aufre. in addi. ad dec. Toloſan 500. quæſt. vlt. circa medium, ac nouiſſimè Minſinger. centu. 1 dec. 3. incipien. quando commiſſa. Et voluit Cardi. in clem. 1. quæſt. 8. verſus fi. quòd ſi appelletur in caſu a iure, vel ab homine prohibito, & ſuperior admittat appellationem, & inhibeat, executio facta ſit irrita, & attentata, ſi ſupponamus per commiſſionem cauſæ appellationis, & ſucceſſiuè per inhibitionem poſtea decretam admiſſam ſaltem tacitè appellationem iam interpoſitam, huiuſmodi dictum Card. etiam ad rem noſtram faceret.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio emanata à iudice carente iuriſdictione, an faciat attentata.*
2 *Auditor Cameræ in beneficialibus iuriſdictionem non habet.*

Source : BIU Cujas

Quintiliani Mandosij. De inhibitionib.

QVAESTIO LXXXVII.

1 Octuagesimoseptimò quæro, † an inhibitio emanata à iudice carente iurisdictione faciat attentata? Pro opin.negatiua moueor: quia vt quis inhibere possit,næcessariò requiritur,quòd habeat iurisdictionem, ad nota.in l. iubere caue-re.ff.de iuris.om.iud.& in l. 1.ff.si quis ius dicen.non obtemp. & per citatos supra q.84.num.3.ac ad no. per Docto. in rub. & nigro.C.si a non compe.iud.Hinc ego dicebam, quòd nõ obstante inhibitione ab Auditore Cameræ via ordinaria ob tenta in quadam causa beneficiaria processus postea factus coram Reuerendissimo D.Ioan. Antonio Lazzaro moderno Episcopo Amerino,viro integerrimo. ac praxis Ro.Cu.
2 peritissimo non poterat supponi attentatus, quia † Auditor Cameræ quantumuis magnam, & amplam authoritatem, potestatem, ac facultatem habeat in beneficialibus, tamen iurisdictionem non habet.Bellame.dec.210.in causa.& 305. in causa mea.Rot.in no.336. si a iudice, & ad ea, quæ scripsi in 4.quæst.31.Reg.Cancel.Quòd commis.causæ, num.2. & seq. Contrarium decisum fuit, & sic pro parte affirmatiua, sub hoc tamen moderamine, quòd gesta per iudicem caren tem iurisdictione,ante tamen quàm sit certum,eum non ha bere iurisdictionem sint attentata, ex quo inhibitio huiusmodi afficiebat, reuocanda sint, ut concluſit Rota in causa Datiorum castri Gastaldæ, de qua resolutione mentionem feci supra quæst.20.in prin.& est dec.Putei 25.incipiens.Inhi bitio obtenta per assertum procuratorem cum promissione de rato,sub tit.vt lit.penden. Et sic distingũendum est, aut in hibitio emanauit à iudice iurisdictione carente, & id iudex, & pars sciebant,vel scire debebant,quæ paria sunt.l. quod te. ff.si cer.peta.prout in exemplo dato in inhibitione Auditoris Cameræ in causa beneficiaria absque speciali rescripto. Aut supponimus incertum, vel incognitum esse iudicem non habere iurisdictionem, & interim eius inhibitio causabit attentata.

SVMMARIVM.

1 *Tenuta nulliter data quia post inhibitionem,an debeat confirmari con stito,quòd si data non fuisset,denuo esset danda.*
2 *Tenuta nulla,aliàs recte concessa confirmanda venit.*

QVAESTIO LXXXVIII.

1 Octuagesimooctauò quærò † an tenuta nulliter data, quia post inhibitionem debeat confirmari,constito, quòd si data non fuisset denuo danda esset? Pro opin. affirmatiua, quam
2 veriorem,& magis communem puto considero, quòd † tenuta nulla,sed aliàs rectè concessa conseruanda, seu confirmanda veniat,ut voluerunt Alex.post alios cons.67. vol.6.& Cur.Iun.cons.127 num.5.hanc veriorem,& magis communem affirmans. Verum opin.negatiuam, & quòd tenuta hu iusmodi,quia attentata, & quia est læsa maiestas iudicis, reuocanda sit,non autem confirmanda tenuit Rota in Tiburtina liquidationis fructuum coram Antonio Augustino de mense Nouembris 1554.prout dec.caput aquen.127. incip. licèt ubi tenuta,par.1.De tenuta,illiusque confirmatione tra ctauimus supra q.72. illarumque formulas posuimus.

SVMMARIVM.

1 *Translatio de vna ecclesia ad aliam facta post inhibitionem,postquam fuerit taliter iustificata,vt si non esset facta, veniret denuo facienda,an tanquam attentata reuocanda veniat?*
2 *Translatio quid sit?*
3 *Translationes non nisi ex magna causa fieri.*

QVAESTIO LXXXIX.

1 Octuagesimononò quæro, an † translatio de vna ecclesia ad aliã facta post inhibitionem, postquam fuerit taliter iustificata, vt si non esset facta,veniret denuo facienda,tanquam attenta
2 ta reuocanda veniat?Translatio huiusmodi est † de vna eccle sia,seu beneficio ad alium,seu aliud mutatio, iuxta tex.in ca. mutationes.in prin 7. quæst.1. ubi de translatione diui Petri ab ecclesia Antiochena ad Romanam.c rogamus.24. quæst. 1.Ro.cons.352.quęritur.nu.17.& seq.ac Paris.cons.45.Ruit, post nu.6.vol.4. & translatus penitus liberatur à prima eccle sia,& obligat illi ad quam transfertur c. in apibus.§. excep.7. q.1.c.si quis iam translatus. 21.q.2.D.meus Phi. Dec.in l.1.§. vlt.ad fi.ff.de off.eius & in l.nõ vult.ff.de reg.iur. ac in c.trãsla to.de ꝓst. Ego trãsferri vidi episcopum Tilesinũ ad episcopa tum S. Agathæ,& ijs diebus meritissimum,& nunquam satis laudatum Reuerendissimũ D.Io Antonium Facchinettum episcopum Neocastren.ad ecclesiam Patriarchalem Hyero solimitanam. His pro intelligentia nostri quæsiti suppositis, & altero,quod magis ad rem facit videlicet,ꝙ tam translatio
3 nes † personarum ecclesiasticarum, quàm ipsarum ecclesia-rum non nisi ex magna & euidenti causa fieri soleant: cau-sæ aũt tres adducuntur a tex.in c. tribus ex causis. de consecr. dist.1.& latè tracto super signa.Gratiæ,ti.de Translationibus. Supponamus, quòd post huiusmodi inhibitionẽ proberur aliqua vrgens causa translationis,adeo ꝙ si facta non fuisset, fieri deberet,vr dicendum, ꝙ magis attendi deberet euidens vtilitas,seu necessitas,ac cultus diuinus, populorumq; salus, & ecclesiarum conseruatio.diuinique cultus augumentum, quam iste rigor iudiciarius. Pro attentatis concluſit Rota in Calaguritana Translationis coram Sarmiento.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium secundum lite pendente, & post inhibitionem contra-ctum an dicatur attentatum,& pœnæ alicui locus sit?*
2 *Animarum saluti maximè prospiciendum esse.*
3 *Sequestranda quando sit mulier existente lite super matrimonio?*

QVAESTIO XC.

1 Nonagesimò Quæro, an † matrimonium ſm ꝯctum lite pendente super validi-tate primi,ac etiam post inhibitionẽ emanatam dicatur at-tentatum,& ꝙsequenter pœnæ alicui locus sit? Pro opin.af firmatiua pondero,quòd si iura omnia inhibent lite penden te aliquid innouari,fortius procedere debẽt in spiritualibus. vel in iis,quæ sacramenta,vel animas illarumque salutẽ con
2 cernunt † quarum saluti, ac vtilitati maximè prospiciendũ est.c.vlt.14.dist.c.consilium.post medium. de obserua.ieiu.c. iuuenis.de sponsa.Inno.in c.ad audientiam.de homic. gl.ult. in c.vlt.de scruti.in ord.fac.gl.vlt.in c.cõsulti.de regula. Abb. in c.vlt.in 2.no de his,qui fil.occide. D.meus in c. in presen-tia.nu.15.vers. Postremò notandum.de proba. Luc.de Pen. in l.quoties.col.9 C de dign.lib.12.vbi dixit,quòd animæ pe riculum facit ẽt cessare ꝓluetudinẽ,& multa alia. Et probat Cassen.cons.65.nu.12.animæ vtilitatem semper præferendã esse. Et tanto magis hæc procedere debent stante inhibitio-ne de qua supra,& sic lædatur etiam maiestas iudicis. Et vi-demus,quòd sic ꝙhens non remanet impunitus, iuxta tex. in c.tua,& ibi notat Abb.nu.3.de spon.duo.Pro opin.negati ua facit, quòd matrimonium ſm huiusmodi lite pendente super primo,& etiam post inhibitionem non dicitur attenta tum,nec inualidum.vt probat tex.in c.cum in apostolica.de sponsa.& in c.2.de matri.contra interdi. eccle. contra. & post Rofr & Archid.decidit Bal.in l.Deo nobis.col.3.vers.Sed po ne,quòd est quæstio, an valeant sponsalia. C.de epi. & cleri. And.Barb.cons.46.col.2. nu.1.lib.2. Et hæc opinio negatiua ꝓbatur ex decisione Rotæ Crescen. 285. quæ incipit, se-questranda est mulier,sub tit.de seque.possess. declarando,vt
3 ibi,quòd mulier sit † sequestranda, post con Gemini.76. & D.mei Phi.Dec.163.quod etiam voluit Ioan.de Imol. consi. 125. Limito nisi matrimonium esset iam ꝯctum,& cõsuma-tum,& vir esset in mulieris possessione.vt dec.7. Putei incip. Sequestranda non est mulier,& Achil.1 incip. Sequestratio ni mulieris, sub tit. de sponsa. Non incurritur tamen pœna propter attentata commissa, cum nulla supponantur. Et si primum matrimonium declaretur validum, ſm consequen ter irritum esset, non ex quo contractum lite pendente, seu post inhibitionem, sed quia vno, & eodem tempore quis duas vxores habere non possit. Et si primum matrimonium declararetur nullum, valebit secundum, non tamen impu-nè ad secundum lite pendente transire licuit.

SVMMARIVM.

1 *Prodigus notorius,cui non est facta inhibitio a iudice,an valide contra hat, ac testetur?*
2 *Notorium,& sententia æquiparantur.*
3 *Prodigo quando interdicatur bonorum administratio, quæ obseruãda?*
4 *Prodigus cui interdicendum est,an sit citandus?*

QVAESTIO XCI.

1 Nonagesimoprimò quæro,† prodigo noto rio,& immoderato cui non est

Source : BIU Cujas

non est facta interdictio a iudice, an valide is contrahat, testetur vel codicilletur? Pro opin. negatiua pondero, quòd lex 12. tabul. interdixit illi administrationem rerum suarum. l. is cui lege. ff. de testa. l. 1. in prin. ff. de cura. furio. Et licèt subdat tex. q; solent hodie prætores, vel præsides curatorem ei dare, non per hoc cessat, quin stante prouisione legis illa non sufficiat. Amplius hic non secus ac pupillus, vel furiosus habendus est, quibus æqui paratur. ff. & C. de cur. furio. Et ratio quare furiosus interdicitur, prout in l. in negotiis. ff. de reg. iur. militat etiam in prodigis: ambo enim iudicio rationis, & intellectus carent. l. interdum. ff. de condi. inde. prodigalitas. n. est species amentiæ, vt dixit Bar. in l. ex facto. in 4. quæst. ff. de vulg. & pupil. & notat Bal. in Sum. dictæ l. 1. ff. de cura. furio. quòd prodigus dicitur procul a regimine. ergo sicut furiosus
2 ante aliquam inhibitionem iudicis præmissa facere non potest, ita nec prodigus. Tertiò † notorium, & sententia equiparantur. l. emptorem. ff. de actio. emp. l. si verò pro condemnato. §. 1. ff. qui satis. cogan. cap. vlt. de cohabi. cleri. & mulie. si igitur est notoriè prodigus, frustra requiritur iudicis inhibitio, vel sententia. Quartò, qui emit ab eo, quem scit statim pecuniam, seu pretium consumpturum in malum, & deprauatũ vsum, non est in bona fide, nec habet eum obligatum. l. si quis cum sciret. in fi. ff. pro empto. quod etiam voluit gl. 1. in fi. in l. is cui lege. ff. de test. & Doct. in l. is cui bonis. ff. de ver. obl. Opin. negatiua verior est, quòd imò notoriè prodigus possit contrahere, testari, & alia facere, quæ quilibet sanæ mẽtis facere potest, antequam sibi bonis interdicatur, ad quod ponderari solet tex. in l. Iulianus. ff. de curat. bon. ibi. Quibus per prætorem interdictũ non est, transferre poterunt bona
3 sua. In qua interdictione hæc obseruanda erunt † videlicet, q; adhibeatur causæ cognitio de dilapidatione: q; detur sibi curator: q; iudex interdicat sibi bonorũ suorum administrationem. Itẽ q; iudex faciat publicè præconizare, vt nemo secum de cætero contrahat. Hæc probantur ex tex. in alle. l. 1. & per totum illum tit. ff. de cura. furio. in l. 1. & toto ti. C. eo per tex. in alle. l. is cui. ff. de test. & volunt gl. & Doct. cõiter in al-
4 leg. l. is cui bonis. ff. de ver. obl. Et licèt in illo dubio, an † citatio ipsius prodigi requiratur, qñ ad huiusmodi interdictionẽ deueniendũ est, pro vtraque parte adducũtur contrariæ opinio es, & quidem cões hinc inde, quas retuli ŝ. q. 18. nu. 9. & seq. tutior mihi vr opin affirmatiua, cum ante interdictionẽ prodigus sit libera persona, legitimusq; administrator bonorũ suorũ, & tractatur de suo maximo præiudicio, & honore, per regulam generalem tex. in l. nam ita diuus. ff. de adoptio. & post Ang. & sequaces per Rip. in dicta l. is cui bonis. num. 26. ff. de verb. obl. adducentem etiam validum argumẽtum, quod est, adhibenda est plena causæ cognitio. l. obseruare. ff. de cura. furio. quæ adhiberi non potest nisi parte presente, vel vocata. l. in causæ. §. causa cognita. ff. de mino. Non obstant adducta supra in ꝓrium, & primò, q; a lege iam sit interdictũ, quia gl. & cõiter Doct. i dicta l. is cui bonis. ff. de ver. obli. exponunt, est interdictum a lege, idest per iudicem authoritate legis: illud. n. à lege fieri dr, quod fit à ministro legis ita fieri iubentis. Et pro communi intellectu huiusmodi, & pro ꝓclusione nostra in partem affirmatiuam adducitur bonus tex. in l. patri pro filio. ibi. Vel eius vitæ sit, vt ei meritò debeat bonis interdici. ff. de mino. Non obstat secũdum, quòd æquiparentur prodigus, & furiosus, quia fateor post interdictionem factam, antea verò non: Et ita loquuntur iura supra in ꝓrium adducta, & Imol. ac alij in alleg. l. is cui bonis. ff. de ver. obli. ponderant, quòd furioso est interdicta administratio a lege, & ipso iure, non sic in prodigo. Et in furioso interdictio iudicis nil noui inducit, sed declarat, non sic in prodigo. Non obstat tertium, quòd notorium, & sententia ꝙquiparentur, quia id verùm quo ad faciendam rem certam, non tñ quo ad iuris effectũ. Ita Bal. in l. is cui lege. ff. de test. sequit Ias. in dicta l. is cui bonis. ff. de verb. obli. col. 4. vers. Vel secundo potes rñdere Nec obstat quartum, quia ille tex. in l. si quis cum sciret. ff. pro empto. procedit, quando quis scienter contraxit cum aliquo, quem scit statim consumpturum in certum malum vsum determinatum. Exemplum vt si quis mutuauit pecuniam Lusori existenti in ludo, vel adolescenti causa libidinis, vt daret meretrici: tunc enim videtur sua culpa perdere: & alium ad malos mores inducere, imò impellere, vt ibi declarant illum tex. Bar. Imo. & alij. Est etiam tex. in l. si verò non remunerandi. §. si adolescens. ff. manda.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitione decreta, & executa contra A. beneficiatum, an dicantur attentata, quæ fiunt contra inhibitionem huiusmodi per B. illius in beneficio successorem?*
2 *Successor in beneficio eodem iure vtitur, quo præcessor, seu prædecessor.*
3 *Successor particularis afficitur, & iuuatur eisdem iuribus, quibus eius auctor.*
4 *Successor ignorantiam prętendere potest.*
5 *Acta ædi, & ostendi debent omnibus, quorum interest,*
6 *Decretum irritans ligat ignorantes, sed non in pœnalibus. nu. 9.*
7 *Successor in beneficio non imitatur iura præcessoris, seu prædecessoris.*
8 *Successor in beneficio a conferente ius acquirit.*

QVAESTIO XCII.

1 Nonagesimosecundo quæro, an † inhibitione decreta, & executa contra A. beneficiatum dicantur attentata, quę fiũt cõtra inhibitionem huiusmodi per B. illius in beneficio successorem? Pro opin. affirmatiua moueor; quia † successor in
2 beneficio eodem iure vti debet, quo prędecessor, seu præcessor vti poterat. Rot. 411. si lite pendente. nu. 3. in no. Fel. in c. olim. col. penul. in 1. limi. in fi. de rescr. & † successor particularis afficitur, astringitur, & iuuatur eisdem probationibus,
3 vinculis, & iuribus, quibus eius auctor, est tex. in l. in omnib. officijs. §. non debeo melioris conditionis esse, quàm author meus, a quo ius in me transit, & l. qui in alterius. §. vlt. ff. de regu. iur. c. is qui in ius. eo. tit. lib. 6. Aret. cons. 36. casus talis est. num. 3. vers. Secundò dico, quòd iste, & cons. 112. considerãs. col. 2. vers. De successore. Soc. consi. 82. super quæstionibus. nu. 3. vers. Secunda conclusio. lib. 3. latè Aimo, de Anti. temp. par. 1. nu. 78. versi. Quæ autem dicta. Et voluerunt Dom. Ro. 1. aliàs 3. Nota, quòd successor, vt lit. penden. in anti. Successorem etiam in beneficio conueniri ex eisdem actis, & causa in eodem statu permanente, sicut cõueniri poterat ipse principalis defunctus: inter alia autem acta causæ est etiam inhibitio, ergo si illi ꝓueniat, debet occasione dictæ inhibitionis
4 conueniri posse. Insuper esto, quòd successor † ignorantiam dictę inhibitionis prętendere posset, ad tex. in l. vlt. ĩ fi. ff. pro suo. in l. qui in alterius. ff. de reg. iur. Bar. in l. non ab re. in fi. C. vnde vi. poterit tamen tacitè de omnibus informari, & cer-
5 tior fieri successor iste videndo acta, quę omnibus † quorũ interest ædi, & ostendi debent. l. in fraudem. §. neque instrumenta, neque acta, arguendo a speciali. ff. de iu. ñsci. l. is apud quem. C. de æden. c. quoniam contra. vers. Et omnia sic conscripta partibus tribuantur, de probatio. Bar. in l. 1. §. æditiones. nu. 3. & Ias. nu. 7. ff. de æden. Et si nõ vidit acta sibi, ac suæ negligentiæ, & ignauiæ imputet: paria enim sunt, q; viderit, vel videre potuerit, seu debuerit, arg. tex. in l. quod te. ff. si certa. peta. cum aliis. Accedit, q; etiam, quòd verè, & probabiliter hic successor ignorasset, vel irreprehensibiliter, seu impunè ignorare potuisset, adhuc attentasset, & attentata sibi nocerent, ex quo inhibitio dicitur in se habere implicitum decre-
6 tum irritans, † quod quidem decretum etiam ignorantes ligat. c. 1. vers. Adijciebatur insuper. de con. præb. c. si eo tempore, & ibi gl. in uer. ignoranter. de elect. lib. 6. c. quodam. ver si. prima enim collatio. de præb. lib. 6. c. tibi qui. §. quinimò, & ibi gl. in ver. decretum. de rescr. Pro opin. negatiua arguo
7 sic, † successor in beneficio non imitatur iura præcessoris, seu prædecessoris. cum in beneficijs non detur successio instar hęreditatis. c. 1. de præb. Io. And. in c. 2. vt li. penden. lib. 6. & in c. si tibi absenti. in ver. non acquiras. eo. & in c. ex parte. de arbit. sed illud ius extinguitur, & nouum in persona successoris incipit, & creatur. Lap. alle. 86. ante n. 12. Rot. 13. de pro cura. si A. constituat, in fi. aliàs 171. in no. Mil. in Reper. in ver
8 si. successor in beneficio. Et quòd † successor in beneficio a ꝓferente ius acquirat, non autem a defuncto, vel cedente, seu alio, est tex. in c. frequentibus. de institutio. in ca. 1. ubi Abb. in 2. not. de pręb. & noluerunt Gui. de Monte Laud. in extra. susceptę regiminis. in ver. vacantium. col. 2. vers. Nec in beneficialibus aliquid de iure mortui. sub ti. ne se. vacan. & in extra. execrabilis, in uer. quæ aliàs. col. 2. de præb. Anto. de But. in c. si diligenti, de præscrip. Aret. in l. Põponius. §. cum quis. col. 3. ff. de acq. poss. Vitali. in clem. 1. nu. 42. ut li. penden. Glo. Pragma. sub titu. de paci, possess. in ver. possedit. col. 2. uersic. Item in beneficialibus nulla datur successio. Insuper dato etiam, quòd aliqua ratione successor dici posset, non tamẽ haberi debebit vti hæres, vel similis, ad supra adducta, & sic non erit in terminis ut acta, seu gesta per authorem successorem in beneficio omnino afficiãt, & quòd ipse teneatur omnia adamussim scire, quę per eius præcessorem seu prædecessorem facta fuerunt. Præter id, quòd multa fieri, & accidere potuerunt, quæ ipsum successorem viri similiter latere possent, præsertim ea, quæ in actis non essent, etiam si per testes in futurum probari possent. Et stat regula, de qua supra, q; successor potest rerum gestarum per authorem ignorãtiam prætendere. Et facilè est respondere fundamento contrario

Source : BIU Cujas

de decreto irritante, quòd ignorantes liget, dato, quòd in inhibitione illud supponi posset (quod non facilè admitto) tamen responderi posset, quòd in materia pœnali in qua esse
9 mus, etiam decretum † irritans proprium, & naturale, ac validum non ligaret. c. si beneficia, & ibi Anch. in 2. no. de præb. lib. 6. glo. in cle. nolentes. in ver. ex tunc. de hæret. Io. And. in c. tibi qui. cir. fi. & Gemin. col. vlt. uersic. uel dic, & melius, ac prob. num. 18. de rescr. lib. 6. Ant. de But. in c. cognoscentes. col. 4. in 2. fallen. & ibi Imo. col. 2. etiam in 2. fallen. & Felin. col. 9. in 4. limit. de const. Gemin. in ca. si apostolicæ. col. pen. vers. Sed hodie, de præb. lib. 6. & cons. 33. col. 6. vers. Nam qua ratione. Sarnen. in tract. Manda. de proui. nu. 137.

SVMMARIVM.

1 *Auditoris Cameræ processus in vim obligationis cameralis factus post inhibitionem Rotalem emanatam vigore rescripti, huiusmodi obligationis mentione non facta an dicatur attentatus?*
2 *Priuilegij tenor inspiciendus.*
3 *Consuetudo dat iurisdictionem.*
4 *Etiam personæ priuatę.*
5 *Iudicium in vno loco cœptum potest in alio finiri ex clausula in obligatione in forma camerę.*

QVAESTIO XCIII.

1 **Nonagesimotertiò**, quæro † an processus Auditoris cameræ in vim obligationis cameralis factus post inhibitionem Rotalem emanatam vigore rescripti, huiusmodii obligationis mentione non facta dicatur attentatus? Licèt hoc quæsitum
2 pendere videatur ex facultatibus, & priuilegijs † concessis Auditori cameræ super eius iurisdictione, ad c. porrò, & c. petistis. de priuile. c accepimus, & c. seq. de fi. instrum. Feli. in c. 1. colum. 6. versi. Considera etiam aliud. de rescr. Cassa. dec. 3, in fi. de priuile. tamen quia facultates non semper sunt eædem, imo in aliquibus mutantur, ampliantur, limitantur, reformantur, non potest dari certa, & indubitata responsio, ac determinata regula: a communiter tamen accidentibus, & iuxta communem obseruantiam concessionum huiusmodi facultatum, consideratis etiam infra dicendis constitui potest quasi ineuitabilis conclusio pro opin. negatiua, princeps enim supremus, qui penes se habet iurisdictionem, & potestatem communicat causas, quas uult, cum suis magistratibus eo modo, quo sibi videtur, ut per Bar. in l. imperium, colum. 4. ff. de iurisd. om. iud. per Bal. in l. 1. nu. 24. ff. de offi. eius, quæ communicatio taliter fit, ne liceat vni magistratui falcem in messem alienam immittere, quod etiam a iure diuino factum uidemus, quo sacerdotes, & prophetæ non se intromittebant in causis seculi: vt probo supra q. 4. num. 10. In quibus autem causis pluribus magistratibus super illis iurisdictionem habentibus locus est præuentioni In obligationibus in ampliori forma cameræ summus Pontifex constituit proprium iudicem ipsum Auditorem cameræ, ac illorum obligationum executorem non obstantibus rescriptis, per quæ causæ committuntur aliis iudicibus de camerali obligatione mentionem non facientibus prout in facultatibus Auditori cameræ pro tempore concessis uidere est: apposito etiam decreto irritante, & clausulis derogatoriis, & alijs. Et ita per omnes iudicari mandat ipse summus Pontifex. Non est igitur recedendum a mandato principis c. cum dilecta. de rescr. cum vulga. Secundò hæc est antiquissima consuetudo, & indistinctè seruari solita, quòd Auditor cameræ executioni demandet huiusmodi obligationes in forma ca-
3 meræ nullis impedimentis, seu subterfugijs attentis. † Consuetudo autem dat iurisdictionem. c. cum contingat. de for. comp. c. 1 versi. Nisi amplius. de pœn. lib. 6. gl. in c. Romana. in ver. consuetudine. de appel. eo. lib. Rom. consi. 243. ad præ dictorum, & consil. 300. in casu proposito, nu. 1. Amplio, & etiam
4 personæ priuatæ † per consuetudinem iurisdictio tribuatur. Archi. in c. conquestus. 9. quæst. 3. pro quo adduco tex. in l. si quisquam. ff. de diuer. & tẽpo. præscrip. & in l. uenditor. ff. commu. prædio. Et iurisdictio inquit Card. in clem. auditor. de rescr. ante nu. 7. plus in facto, quàm in iure consistit. Et generaliter dicimus, quòd in interpretatione cuiuscũque dispositionis consuetudo sequenda sit, etiam quòd subtilitas iuris, vel verba aliud inferant. l. vni. C. de nudo iu. quiri. & ibi notat Bal. vers. In tex. ibi nudũ nomen. Inno. in c. olim. num. 2. uers. Excipiunt quandoque interpretationem. de verbo. signi. Abb. in c. certificari, de sepult. Aret. consi. 11. procedendum, col. 3. versi. Ex iis infertur. & uers. Sed tamen ex superabundanti. latè Feli. in c. cum M. Ferrarien. col. 3. de consti. & D. meus consi. 441. præsens consultatio, nu. 12 & sequ.

Tertiò in obligatione in forma cameræ, seu eius extensione
5 apponitur clausula, † quòd iudicium in uno loco, seu corã vno iudice cœptum possit in alio loco, seu coram alio iudice prosequi, & finiri. Et possit debitor ad libitum creditoris in omnibus locis conueniri, arrestari, &c. cum nõ obstantiis necessariis, & sic derogatur l. ubi acceptum est iudicium. ff. de iud. & aliis iuribus, prout ex formulariis apparet, præsertim ex formulis Anto. Gallesij in tract. ad formam camera. in prin. & in formula nuper per eum inuenta, & addita. Et sic virtualiter adesse videtur renunciatio attentatorum ex consensu ipsarum partium, quæ renunciatio an, & quando, & qualiter fieri possit, & subsistat, tractabimus in alia quęst. In vno casu conclude pro attentatis post inhibitionem Rotalem, quando videlicet dubium oriretur, an locus esse deberet obligationi camerali, an non· prout sic concluſum pro attentatis audiui in causa Hispalen. Pension. & Attentatorũ coram R. D. Saraphino.

SVMMARIVM.

1 *Si quid circa inhibitionem cognoscendum sit, quis cognoscere debebit? & nume. 2.*

QVAESTIO XCIIII.

1 **Nonagesimoquarto** quęro † si quid circa inhibitionem sit cognoscendũ, quis cognoscere debeat Aug. Bero. consi. 114. n. 7. lib. 3. alios ad id citans vult, quòd cognoscere debeat iudex qui inhibuit nõ aũt iudex inferior, pro qua ꝯclusione faciũt, quę in simili quęsito uolũt Doct. in l. ex quacũque. ff. si quis in ius voc. uidelicet si dubiũ sit, an iurisdictio spectet ad iudicẽ ecclesiasticũ, vel secularẽ, maior præferatur, & sic ecclesiasticus, ut post alios, quos refert, ꝯcludit ibi Ias. nu. 19. subdẽs postea plures limitationes. Sic in casu nostro iudex, qui inhibuit, qui maior est, decidere debebit. Mihi non displicet aptando casui nostro opin. Bar. in repetitio. dictæ l. ex quacunque. post num. 3. ibi, vel superior cognoscere † .ff. si quis in
2 ius uocan. per tex. in l. ult. C. de iud.

SVMMARIVM.

1 *Attentare, an dicatur possessionem beneficij nomine cameræ cæptam accipiens post inhibitionem sibi factam?*
2 *Cameræ Apostolicę hodie debentur fructus beneficij vacantis.*
3 *Attentata, & spolium prætendi non possunt stante licentia principis.*

QVAESTIO XCV.

Nonagesimoquinto, Cameræ apostolicæ nomine capitur possessio beneficij vacantis per obitum, impetratur idem beneficium sic per obitum vacans per A. & B. committi causam idem B. super beneficio huiusmodi contra A. cui etiam inhiberi facit. idem A. suffectus quo ad possessionem in locum cameræ apostolicę illam assequitur, seu (vt asserit) continuat:
1 quæritur, an † attentare dicatur? attentataque reuocanda ve-
2 niant? Supponendum est, quòd vacante beneficio † fructus illius de iure communi reseruabantur futuro successori in illo beneficio, iuxta tex. in cap. præsenti. de offi. ordi. lib. 6. Hodie verò fructus huiusmodi esse dicuntur, & sunt cameræ apostolicæ, & per ipsius commissarios capiuntur, & præter stilum notorium habemus in specie decis. 855. cum camera. in anti. quæ est eadem Bisigne. vni. sub titu. de solutio. in antiquio. Solent nonnulli beneficia impetrantes cameræ Apostolicæ adhærentes vt citius, facilius, tutius, & minori cum impensa, ac fauorabilius possessionem beneficij assequi possint, prætextu, seu spe fructuum recuperandorum vel alio obtemptu ab eadem sede Apostolica impetrare, vt nomine cameræ possessionem statim assequi possint absque aliquo impedimento, possessionemque sibi tradi per aliquem camerę Apostolicæ commissarium sibi tradi instant. Si interim, & ante traditionem possessionis huiusmodi illi impetranti factam inhibitio præmissa emanauerit, possessio huiusmodi impetrantis, & omnia alia subsecuta attentata erunt, & reuocanda, prout concluſit Rota in Parmen. Parro. S. Silueſtri, de mense April. 1556. coram Iunio, licèt possessor se excusaret, quòd continuasset possessionem aliàs nomine cameræ Apostolicæ captam. Et licèt etiam post inhibitionem possit quis licitè suam possessionem continuare, per text. in l. prima, vt lite pendente. & probaui supra quæstion. 23. hic tamen considerabatur mutatio personæ. Et diuerso iure iste vtebatur possessione huiusmodi, & ad alium finem

Source : BIU Cujas

nem, quàm camera Apostolica, ad tex. a contrario sensu in c. cum teneamur. de appel. & ibi Fran. & alii, vbi quòd non attentat, qui vtitur eo modo, quo ante litem vtebatur. Limito præmissa in possessionem huiusmodi capiēte uigore breuis sine vitio spolij, & attentatorum, quod nonnunquam alicui benemerito, seu familiari concedi solet, quo casu etiā
3 præcedente inhibitione nec spolium, nec attentatum † præ tendi poterit ex Principis licentia, seu authoritate. Cyn. in l. meminerit C. unde ui. Oldr. cons. 1. Rot. 310. si reus, post nu. 3. versi. Non potest etiam dici aliquod innouatum. in no. & ad alia, quæ adduco in 23. q. iuxta nouam editio. nu. 34. Reg. 16. cancel. ac in 8. q. nu. 6. de subro. colli.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio decreta, non tamen executa, & reproducta an faciat attentata?*
2 *Pœnitere an possit inhibitionem, vel citationem obtinens ante illius executionem?*
3 *Pœnitentibus iustè subuenitur.*
4 *Citationis decreto obtento commissa causa per actorem, iam lis quò ad eum pendet.*
5 *Attentata dicuntur facta post commissionem causæ, & decretum citationis.*
6 *Voluntatis mutatio non præsumitur.*

QVAESTIO XCVI.

Nonagesimosextò. fuit decreta inhibitio in fauorem Mæuij contra Titium, quæ tamen non fuit reproducta apud acta, imò nec
1 executa, quæro, si Męuius contraueniat † inhibitioni, an dicatur attentasse? Pro opin. negatiua videtur in terminis cons. Guid. Papæ 66. In facto præsupponitur, quòd vere, post nu. 4. vers. Quia non fuerunt dictæ literæ inhibitoriæ executę cōtra dictos Coyretos, nisi die &c. & postea vers. Nam sola concessio literarum inhibitoriarum nihil operari debet nisi a tē pore executionis eiusdem. Idem etiam habetur in cons. eiusdem 69. incipien. pro declaratione articuli, num. 8. versi. Ad octauum ibi. Ad quod dicendum est, ipsas literas inhibitorias aut executionem ipsarum nullum effectū habuisse &c. Idem etiam voluit Soc. cons. 45. visa. num 7. & seq. lib. 1. Contra Męuium inhibitio non fuit executa, ergo eum non affi-
2 cit. Insuper † pœnitere potuit inhibitionem obtinens ante illius executionem: prout in simili dicimus de obtinente citationem de pedem retrahente. l. in criminali. iun. glo. in ver. inuestito. C. de iurisd. om. iud. l. 1. iun. glo. ult. & l. quamuis. & ibi Bal. ac Alex. num. 4. & seq. ff. de in ius vocan. Pau. Castren. in l. si quis maior. C. de transactio. Et facit ratio tex. in l. si quis
3 libellos. C. de appel. videlicet. Ne iustè pœnitentibus † humanitas amputetur. c. vlt §. si quis libellos. 2. q. 6. Host. in cap. 2. col. 2. versic. Quid ergo si aliquis appellauerit. de crimi. fal. Rot. 402. si actor, post num. 2. versi. Prętерea suppositо, quòd reum fecisset citari &c. in no. Aegid. Bellame. dec. 406. aliàs 456. si P. uersus fi. & dec. 462. pro quo est etiam dec. Achil. de Graff. 9. aliàs 66. incipiens commissa causa, & decreta citatione nondum executa, sub titu. de commissio. Pro opin. affirmatiua, quæ mihi uerior videtur, ęquiparando in hoc inhibi tionem citationi, habemus, quòd commissa causa, & obten-
4 to decreto citationis † per aliquem, iam lis quo ad eum pendere dicitur. Rot. Bisigne. 2. de appel. in antiquio. & 456. notaclem. ī anti. & 75. quod dicitur, in no. Aegid. Bellam. dec. 380. si faciens committi. ac 545. si pendente. in fi. Rom. cōsi. 330. cir. primum, colum. 1. versi. Illud autem. Feli. in ca. super literis, num. 13. versi. Dicitur autem, de rescr. Sarnen. in compē. vt. signa nu. 65. vbi testatur in Rota decisum. Idem voluerunt D. meus Phil. Dec. in c. 1. num. 13. uersi. Imo in pręiudicium citantis, de rescr. & in c. vt debitus, ante num. 15. versi. Imò in pręiudicium, de appella. Affl. dec. Neapo. 220. in causa, post num. 13. ac Paris. consi. 45. Rui. num. 32. uolum. 4. Ex præmissis etiam infertur, quòd † attentata dicantur facta post com-
5 missionem causæ, & decretum citationis, licèt nondum executę, & reuocanda veniant, quod etiam senserunt Domini de Rota, prout testatur Cassa. dec. 6. super Regu. Cancel. in prosequitur Sarnen. quęst. 56. num. 4 ac quęst. 61. post num. 19. de trien. Ex prędmissis soluuntur contraria, quę procederent in reo nondum sibi facta intimatione inhibitionis. Nec cadit disputatio pœnitentiæ, cum de illa non possit dici consta
6 re, nec prędsumatur, voluntatis † enim mutatio non prędsumitur. l. 3. & l. eum, qui uoluntatem. ff. de proba. l. fideicommissa §. si rem. ff. de leg. 3. l. Lucius. 1. ff. de leg. 2. c. maiores. § ultcum glo. in uer. non timore, quod met. cau. Amplio, etiam si voluntas tenderet ad malum. Capra consi. 145. post prin. prę ter id quod decretum inhibitionis non ab eo solo, qui obtinuit. sed ab eo, & iudice, qui decreuit: imò etiam ab eisdem, ac aduersario pendeat: cum decretum illud in actis redactū censeatur effectum commune: Voluntatis autem mutatio admittenda non est, cum ab ipso solo non pendeat. l. ficut. C. de actio. emp. Quod amplio etiā rebus non sic stantibus. l. Lucius. ff. de euict. Caderet etiam difficultas, an ille potuisset renūciare decreto inhibitionis obtentę.

SVMMARIVM.

1 *Criminalibus in causis an inhibitio retardet executionem.*
2 *Executio an retardanda si simus in confesso, & conuicto.*

QVAESTIO XCVII.

1 Nonagesimoseptimo quæro † an inhibitio in criminalibus retardet executionem? Affirmatiuè respondendum est: imo non solum prout in causis ciuilibus, sed multo magis cum tractetur de maiori periculo, ac præiudicio. Et quòd differatur executio, probat tex. in l. non tantū. ff. de appel. cū iis, quæ notat Bald. in l. qui vltimo. ff. de pœn. Et quòd bonus iudex in criminalibus omni conatu debeat executionem differre aduertit Vitali. de clausul. in ver. Nil noua. appel. pendente, nu. 19. vers. Item etiam dicit. Et quòd si sit inhibitum, sententiæ executio supersederi debeat, concludit Gui. Papæ. dec. 74. in causis, in vltimis verbis, & uoluit Aufre. in Addi. ad dec. Tholos. 176. ibi, vel nisi superior inhibeat. Intelligenda sunt
2 hæc, nisi simus in confesso, † & conuicto, prout per Guid. Papæ, vbi supra, & per eundem in tracta. de appel. q. 120. col. 5. vers. Sed aduertas. Et licèt in hoc ultimo loco loquatur de appellatione, non retardante executionem, si quis esset confessus, & conuictus, tamen in loco prius citato loquitur expressè post inhibitionem. Et quòd communi obseruantia non requiratur utrumque, sed sufficiat sola cōfessio, affirmat Iul. Clar. in sua praxi crimi. quęst. 94. col. 1. & seq. Hodie in statu ecclesiastico quando inhibetur iudici a quo in vim specialis rescripti, vel quia Papa uiuæ uocis oraculo mandauerit causam iterum cognosci, & interim inhiberi, nō est dubitandū, quin supersedendum sit in executione, etiam concurrente vtraque qualitate. videlicet, quòd sit confessus, ac etiam conuictus, & ita pluries seruari uidi. Imò Aufre. & Clar. vbi supra sentire videntur, inhibitioni parendum esse, etiam si simus in cōfesso, & cōuicto. Et hæc esset æquior, & benignior opin.

SVMMARIVM.

1 *Prefixio, & lapsus termini ad docendum de prætensis attentatis etiā post inhibitionem an illa excludat?*
2 *Termini præfixi lapsus circa exclusionem spolij, & aliorum operatur.*

QVAESTIO XCVIII.

1 Nonagesimooctauò. quæro † an inhibitio nō reuocata, nec moderata faciat attentata, si post eam sit præfixus, & lapsus terminus ad doccndum de quibusuis prætensis attentatis, & innouatis? Ex iis, quæ scripsi super formula commissionis attentatorum exclusiuæ, dubium propositum in partem negatiuam deciditur, præsertim authoritate Rotæ, ut dec. Cassa. vlt. de dilatio. nu. 5. Et similis commissio nonnullis immutatis prodesset etiam † ad excludendum spolium, seu remediū
2 recuperandæ, prout docet Abb. in c. ult. post nu. 6. de ordi. cogni. vbi inquit: Nam huic malitiæ poterit obuiari secundū Innoc. videlicet, vt præfigatur terminus agenti, vel petenti restitutionem, infra quem si non probauerit, quod intendit, ex tunc procederetur in petitione alterius, pro quo adducit idem Abb. c. lator. qui fil. sint legi. Pondero etiam in terminis nostris, & similibus, cp qui terminū sibi ad aliquid probandum, seu docēdum, vel faciendum præfixum labi permittit, renunciare censetur, nec potest agendo, vel excipiendo postea audiri: prout de prefixione ad docendum de nullitate loquens tradit Ioan. Cæph. cons. 201. existimo, nu. 4 & cons. seq. nu. 18. lib. 2. Et in simili habemus dec. Put. 7. sub tit. de interesti in hęc uerba. Restitutione concessa prout de iure retardanda est executio, donec cognoscatur, an sit danda restitutio, sed si prefixus sit terminus, & non sit doctum de causa restitutionis, tunc fit executio. Et quòd lapso huiusmodi termino valide procedatur in negotio principali, probatur etiā ex dec. Cottæ 200. prout in suis collectis. Huc spectant, quę in simili uoluerunt Fede de Sen. consi. 17. aliàs 27. Rot. 452.

Source : BIU Cujas

Nota si iudex in partibus, in anti. ac 155. si certus, num. 3. in in vlt. add. in no. ubi dicitur, ꝙ inualuit consuetudo per iudices, a quibus appellatur, assignandi terminum ad fidē facien dam de prosecutione applonis, vt impune, & sine nota repre hensionis possint suas sententias exequi. si non cōstat eis de prosecutione appellationis facta, & est pulchrum sing. Roma. incipiens. Hoc nesciunt legistæ. Pro quibusdam Mil. in Reper. in ver. executio sententiæ nō impeditur. Lanfran. dec. 50. si appellās, & nouissimè Misinger. sing. obseruation. cent. 2. dec. 85. quæ pariter incipit, si appellans, quicquid dixerit Guid. Papæ in tract. de appellatio. quæst. 14. ad fin. uersic. Sed si appellans.

SVMMARIVM.

1 *Attentatis an renunciari validè possit.*
2 *Futurus dolus remitti non potest.*
3 *Pacta de non petendo restitutionem aduersus spolium valent.*
4 *Tacitæ renunciationis attentatorum exemplum.*
5 *Sententia secunda contra primam, quæ in rem transiuerat iudicatam, quando valeat?*
6 *Plus, & minus non faciunt differre specie.*
7 *Attentata etiam reuocantur ex puro, & mero officio.*
8 *Pretoris maiestas per attentatorum reuocationem vindicatur*

QVAESTIO XCIX.

1 Nonagesimonon ò quero, an † attentatis validè renunciari possit? Hic plures distinctiones cadunt, videlicet. Aut loquimur de renunciatione ante prætensa attentata facta. Aut post. Secūdò aut loquimur de renunciatione expressa. Aut tacita. Tertiò aut supponimus ēt interuentum inhibitionis. Aut non. Circa primum membrum distinctionis si loquamur de renunciatione facta ante prætensa attentata, uidetur negatiuè respondendum, prout in simili considerat Abb. in materia renunciationis agendi spolio, & cum in hoc non adsit differentia specifica a iure, vel Doctoribus constituta, potuit argui de spolio ad attentata, & econtra. Dicit Abb. in c. 2. nu. 16. de restit. spoli. Et intellige, quādo fuit factum, scilicet pactū post spoliationē, secus si ante, quia tūc daretur materia delinquē
2 di † & dolus futurus remitti nō potest. l. si unus. §. pacta, quę turpem. ff. de pact. & ad not. in c. quemadmodum, de iureiur. Et quòd attentata sapiant dolum, & delictum, sentit Aegid. Bellam. dec. 18. incipien. oneratio. Pro opin. affirmatiua, quę videtur verior, retorquetur præalle. tex. in l. si unus. §. pacta, quæ turpem. negando attentata propriè, & verè dici posse continere turpem causam. Rursus pondero versi. sequ. Item ne experiar interdictis unde vi, quatenus publicam causam contingit, paciscinō possumus. Hic non supponimus publicam causam, ergo pactum tam de præsenti, quàm de futuro
3 valere debet. Et, quòd † pactum de non petendo restitutionem, & similia valeant etiam præcedentia spolium, vel attentata (non data specifica differentia inter hęc) colligitur ex gl. in c. ex insinuatione. de procu. & per Abb. ibidem col. 2. & voluerunt Inno. in c. super hoc. colum. 2. de renunc. Spec. in tit. de petito. & posses. §. 1. in 15 casu. Rot. in no. 393. si A. nu. 4. ac 401. si agenti. Capel. Tholos. dec. 259. Soc. cons. 59. col. 1. lib. 3. & in l. rem, quæ nobis, col. ult. ff. de acqu. pos. ac in Regu. 378. fallen. 3. Alex. cons. 93. nu. 5. vol. 5. Paris. cons. 113. nu. 6. ac cons. 151. lib. 1. Io. Cæpha. cons. 235. Petrus, nu. 27. lib. 2. Quæ maximè procedunt, si pactum sit iuratum, ut per Rot. 16. aliàs 18. de rest. spoli. in no. Abb. in alle. c. 2. ad fin. eo. Soc. in alleg. l. rem, quæ nobis, num. 20. & per plures alios ex supra citatis. Et uoluit Corset. in Regu. Spoliatus. in 11. limita. ac Paris. cons. 1. nu. 151. lib. 1. Et facit, quòd pacta, & iuramenta, quæ seruari possunt sine interitu salutis æternæ, seruanda sunt l. 1. ff. de pact. c. cum contingat, de iureiur. Iuxta secundū membrum respondeo, quòd siue simus in renunciatione expressa, siue tacita, affirmatiua verior erit. Et quòd consensus partium excuset a vitio attentatorum, & alio quocunque simili post Inno. voluerut Card. & Abb. in c. constitutus. de appel. qui consensus partium regulariter videtur reddere licitum, & validum, quod aliàs illicitum esset, ac inualidum, ut in testium dictis non ritè examinatorum, aut post didicita te stificata productorum consensu partium accedente ponit post alios Ias. in l. 1. nu. 16. & seq. ff. de feriis. Exemplum etiā ponere possumus, quando attentans fuisset admissus ad pro bandum de suo bono iure in negocio principali, illudque
4 probauerit, vt per hoc videatur † tacitè priuilegio attentatorum renunciasse ad supra adducta: Non secus ac in eo, qui obtinuit sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, si patiatur de iuribus primæ sententiæ discuti non opponens exceptionem rei iudicatæ censebitur sibi præiudicasse, ut si fe-
5 ratur † sententia contra eum, illa valeat, non obstante re iudicata, etiam si lata sit ab eodem iudice. Inno. in c. cum dilecta. in glo. in uer. & furtiui. uersus fi. de rescr. Rom. cons. 174. amplissime, ad fi. Rot. Bellame. 84. incipien. Executoria impetrata. Aret. consi. 73. diligenter. col. 2. uers. Præterea ex quo Ioannes, ac Feli. in c. inter monasterium, nu. 29. & seq. in 8. limi. de re iudi. vbi plura exempla ponit in diuersis materiis, quando patienti præiudicium inferatur. Quoad tertium mē brum supposita inhibitione post, vel ante renunciationem huiusmodi, affirmatiuè responderem, tum ex præmissis deductis, tum quia attentata post inhibitionem non uidentur plus attentata, vel peioris qualitatis, seu conditionis, quàm
6 alia, nec diuersæ speciei † etiam si in aliquo per plus, & minus differrent. l. vlt. ibi. Etenim in mediocritate, non ingenere differt, & ibi Bar. post prin. ff. de fun. instru. l. scapham. ff. de euictio. Hinc dicimus, quòd triangulus nullus, altero triangulo magis triangulus dicitur: namque horum vterque rationem similiter capit trianguli. Bar. in l. ita stipulatus. col. 2. vers. Sed contra istam lecturam. ff. de uerb. obli. & in tracta. de Alueo, colum. 5. nume. 2. in uer. Quæro si supra. uersi. Et ideo dicimus, quòd plus, & minus. In utramque sententiam adduci potest illud Auerrois 4. Metaph. tex. comm. 18. dum inquit: Quòd non similiter mentitur, qui dicit quatuor esse quinque, sicut qui dicit quatuor esse mille. Tum etiam in hanc sententiam affirmatiuam deuenio ex decreto Rotæ facto, vt audiui coram Oradino in Ouiten. Nullitatis inter capitulum, & Pizarrum. Voluerunt enim Domini attentatā non dici executionem factam post concordiam, seu transactionem cum clausula: Quòd bracchium seculare, & executio remaneat in suo robore, ac alijs clausulis tacitam renunciationem attentatorum inferentibus, commissa postea causa per reū super nullitate concordiæ, ac emanata, & executa contra actorem inhibitione in vim commissionis huiusmodi: Et hoc ex præcedente pacto, ac renunciatione attentatorum (vt pręmisi) saltem tacita, ad supra adducta. Limitarem prædicta, præsertim supposita inhibitione non procedere, qū
7 iudex ex suo officio nobili, ac puro, & mero attentata † reuocare vellet, quod potest, & nonnunquam facit, vt per Rot. 453. nota numquid. num. 5. in anti. quę est eadem. Bisigne. 1. vt li. penden. & in Ro 14. fuit dubitatum, cir. medium. Phi. Fran. in c. bonæ. num. 15. de appel. Cassa. dec. 3. incipien. Petens. num. 6. de resti. spol. Et sic per reuocationem attentato-
8 rum huiusmodi † prætoris maiestas contempta, seu læsa per attentata commissa. c. sollicitudinem, & ibi Fran. num. 3. de appel. Natta consi. 568. quidam nu. 4. lib. 3. quæ prętoris maiestas in honore consistit, vt declarat Bero. cons. 165. in propo sito, nu. 19. lib. 3. vindicatur, ad nota. in c. cordi. de appel. lib. 6. & per Phil. Fran. in c. bonæ. nu. 14 & 39. eo. & per Oldr. con si. 206. in causa Carnoten. post prin.

SVMMARIVM.

1 *Quę sit maioris potentiæ inhibitio, an auocatio causæ?*
2 *Auocationis descriptio.*
3 *Inhibens in quibusdam potest esse minor illo cui inhibet.*
4 *Doctoratus a Papa, vel Imperatore alijs precedit.*
5 *Nostris, imò verò Apostolicis firmiter obedire mandatis, clausula.*
6 *Appellatio friuola, seu iniusta non facit attentata.*
7 *Attentata post inhibitionem Rota mandat reuocari non discusso prius an inhibitio sit iusta.*
8 *Aequalia quæ vni tertio sunt, & inter se erunt equalia.*
9 *Inhibitio equiualet decreto irritanti.*
10 *Auocatio æquiualet decreto irritanti.*
11 *Auocatio impedit possessorem lite pendente sua possessione vti.*

QVAESTIO C.

1 Centesimò quero † quę sit maioris potentiæ inhibitio, an auocatio causæ? Si absolutè loquamur, videtur dicendum, quòd maioris potentię, & efficacię sit auocatio causæ, quippe quę a maiorem potestatem habente emanare soleat: Princeps enim, vel in magna dignitate, potestate, ac authoritate constitutus causas auocat, prout colligitur ex auocationis descriptione,
2 † quam litis pendentis coram inferiore ad principem, uel alium superiorem absque prouocatione facta trāslationem dicunt, iuxta tex. in c. eccleśia. 2. ibi. Postquam prędecessor noster ad curiam suam idem negocium reuocauit, ut li. penden. in c. ut nostrum, ibi. Per quod totius cognitionem negocij ad nostrum iudicium reuocauimus, & ibi per omnes. de appel. per Rebuff. qui eam reuocationem appellat in trac. de

auocatio.

Source : BIU Cujas

auocatio.q.2.ſuper leges regias tomo j.ac per Couarru. pra cti. quæſtio.9. nume.j. Inhibitio verò regulariter emanare ſolet à iudicibus, vel ordinariis, vel delegatis, & ſic minoribus, & inferioribus à principe, ac ſuperiorē recognoſcentibus,dummodo ſint maiores illis,quibus inhibēt,alioqui in pares, vel maiores iuriſdictionem exercere non poſſent ad text.in l.nam magiſtratus.ff. de arbit. cap. cum inferior,de maio. & obe. Et nonnunquam videmus, quòd iu-
3 dex † ad quem (& conſequenter ille,qui inhibere poteſt) in quibuſdam poteſt eſſe minor,ſeu inferior iudice à quo, & ſic illo,cui inhibetur,vt declarant Ioan.And. & Gemini. in c.Romana,de appel.lib.6.& Phil. Fran. ſuper rub. de appel. col.4.ac Iō.Franc. Rip.reſpon.181. aliàs 13. incipien. Allobrogum Dux,nume.6.verſ.Tum quia poteſt eſſe, quòd iudex ad quem,ſub titu.de diuer.reſcri. Hæc non accidunt in auocante cauſam, vt per Docto in alleg. c. vt noſtrum. Sic etiam videmus,quòd adiunctus coniudicibus inhibere poteſt,vt oſtendi ſupra quæſt.6.num.2.at riditulum eſſet dicere, quòd adiunctus à coniudicibus cauſam auocare poſſet. Sic & Cardinali nemo inhibet etiam Cardinalis propter illius reuerentiam.Rot.712.not. quòd quando in anti.Bellame.conſi.18.ecce quòd facta.col.j.verſic. Quòd non poſſit. Cauſæ autem etiam à Cardinalibus auocantur,vel propter faciliorem,ſeu breuiorem expeditionem, vel vt expenſis pareatur,ſeu quia cauſa non ſit magni ponderis, aut ex alia rationabili cauſa Sequitur ex præmiſſis,q̄ authoritas,ſeu poteſtas a maiore procedens maior,fortior,ac præſtantior ha-
4 beri debeat.Prout in ſimili dicimus,q̄ † doctoratus a Papa, vel Imperatore debeat præcedere doctoratis ab inferiore, ad tex. in l.2.ff.de albos ſcribēdo per tuas.& ibidem Abb.de maio.& obe.Marti. Laud.in tracta. Dignita.§.20. Roma.in l.ſi verò. §. de viro.in 45.fallen.ff.ſolu.matri. Iaſ.in l.ſi quis maior.nume.31.C.de tranſactio.vbi (& bene)limitat ac declarat procedere, quando eſt doctoratus cùm rigore examinis,quod rarò fit.Qui tenere vellet,auocationem,& inhibitionem,de quibus tractamus,partem authoritatem, ac poteſtatem habere, conſiderare poſſet (& ſic omnibus præmiſſis reſpondetur) quòd imò & lex,& princeps inhibet, ac inhibere poteſt, vt oſtendimus ſupra quæſt.2.& nume.9.affirmo Papam inhibere ſolere in virtute ſanctæ obedientiæ, ac
5 ſub interminatione ſalutis æternæ, iuxta text.in c.j.in prin. de ſepul.libr.6.Hac pena nulla grauior, nec ſimilis reperiri poteſt,animæ enim ſalus vnicuique rei præponenda eſt, vt ex ſe paret, & probatur ex text.in cap.vlt.14.diſtin. & ex aliis adductis ſupra queſt.90.nume.2.& ex eo,quod habemus in ſacra pagina.Quid enim prodeſt homini,ſi vniuerſum mūdum lucretur,animæ verò detrimentum patiatur? Hæc,vel ſimilis pena, ſeu comminatio non ſolet in auocationibus apponi,quo fit,vt hæ inter ſe pares habeantur,vel hęc inhibitio quò ad hanc pęnam potentior,ſeu formidabilior cenſeri debeat. Vel iuxta opin Ioan. in aliis terminis prout per glo.j.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acquiren. poſſeſſ.hæ duæ,de quibus loquimur,nec vt paria,nec vt oppoſita,nec vt pars,& totum ſe habeant: & ideo neque remotiuè,vel poſitiuè ſequatur vnum ad aliud:ſed habeāt ſe vt excedentia,& exceſſa. Ad id, quod dicebam,quòd auocās cauſam maior eſſe ſolebat,quàm inhibens,reſpōſum hactenus fuit vno modò,quòd imò idem,qui auocare, & inhibere ēt poteſt. Altero modo reſpondeo, quòd maioritas conſiderāda eſt reſpectu illius à quo cauſa auocatur, & cui inhibet, & ſic ſufficit, quòd inhibens in illa cauſa ſit maior eo, cui inhibet,vt volunt Docto.ſupra per me citati nu.3. Reſponderi etiam poteſt,quòd non referat, an auocans plerunque maiorem authoritatem habeat, vel dignitatem,ſeu poteſtatem,aut potentiam inhibente:Non per hoc enim conſtituitur ſpecifica differentia per plus,& minus.l.vlt.ibi. Etenim in mediocritate,non in genere differt,& ibi Bart.in prin. ff. de fun.inſtru.l.ſcapham.ff. de euictio.nec homo altior, vel fortior altero, eſt magis homo altero, & ad alia adducta in proxima præceden. quæſt.nume. 6. Reſpondere etiam poſſum,quòd plerique illorum, qui inhibent authoritate Pōtificia, vel imperiali, Regia, vel ſimili iuxta ſolitā clauſulā in inhibitionibus Rotalibus, vel aliorum delegatorum ap-
5 poni ſolitam videlicet. Et noſtris † imò verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis:Hæ igitur inhibitiones apoſtolicæ,ſeu Pontificiæ dici poterunt. Omnia enim noſtra facimus,quibus authoritatem noſtram impartimur.l.j.C.de vete.iu.enucle.cap.ſi apoſtolicæ,& c.hi qui.de præb.li. 6. & in ſimi.notat Lap.alle.133.cum Matthæus,poſt nume.2.verſi. At cum prædicti vices Papæ gerunt. Et hunc ſtilum clauſulæ.Et noſtris &c.comprobat Abba.in cap.cum in iure peritus.in 3.nota.de offic.delega.Et ad indiuiduum deſcendendo,quòd quò ad cauſandum,& inducendum attentata, & innouata faciliori via,quàm ordinaria,puta p, ſeu poſt appellationem procedatur, quando commiſſa ſunt poſt cau-
6 ſæ auocationem,ſeu inhibitionem, probatur: quia † appellatio friuola,ſeu iniuſta non facit attentata.cap.cum appellationibus friuolis.de appel.lib.6.Specu.eo. titu.§. nunc dicamus,num.8.verſi. Item appellatione pendente. Abb.in c. conſuluit.3.eod.Guid.Papæ dec.13.ſtatuta. nu. 6. & in tracta.de Appella.q.12.Rot.356. nota quòd in anti. Bellame. 239.in cauſa.Paris. conſi.49.ad primum.num.21.vol.4. Maran.in Specu.3.par.6.par.prin.quæſt.2.nume.171. In inhibitione autem nō diſputamus,ſi illa à Rota procedat, an fuerit friuola,an iniuſta,parendum enim illi omnino eſt. Rot. 306.nota,quòd vbi, ad fin. in anti. Et voluit Rota attentata poſt inhibitionem non diſcuſſo,an inhibitio eſſet iuſta, an
7 non ante omnia reuocari † vt dec.27.Achil. de Graſſ. incipien.Attentata ex ſtilo.ſub titu.de Attenta. ſic & Auocatio principis attentata inducit,ac iuriſdictionē ſuſpendit, non diſcuſſo an iuſtè emanauerit,an non: ſufficit enim conſtare de voluntate auocantis.cap.paſtoralis.de offic.deleg.c.vt noſtrum,& ibi Bal.Barba.Præpoſi.in 2.no.& D.meus de appel.c.conſtitutus.eo.Inno.in ca. cum M.Ferrarien.col.3.de conſtitu.Et ſic in hoc pares ſunt īhibitio,& auocatio. Auocatio, & inhibitio pares etiam inter ſe erunt, ſi hoc arguamus ex communi conceptione per Euclidem. Quæ † vni
8 9 tertio ſunt ęqualia,& inter ſe erunt æqualia.Inhibitio † ęqualet decreto irritanti,vt probatur ex text.in cap. cum dilectus,vbi etiam gloſſ. & Docto.de iu.patro.& in c. præſenti. reſpon.j.de offic.lega.lib.6. per Lap.alleg.16. an valeat,poſt nume.2.& ibi addo in ver.ille. & voluit Caſſad.dec.2.nu.7.
10 quæ incipit Dec.3. de reſtitu.ſpolia. † Auocatio ſeu manus Papæ appoſitio æquiualet pariter decreto irritanti, ſeu annullatiuo,vt nouiſſimè voluit Menoch.conſ.83.reſpondebo,num.31. libr. j. ergo inter ſe æquales erunt dictæ inhibitio, & auocatio. In pluribus aliis etiam æqualitas inter eas conſiderari poteſt:Verum in nonnullis potiorem exiſtimo auocationem,præſertim quando Papa ad hoc auocat cauſam,ut ipſe idem illam cognoſcat, & decidat:Et limitarem concluſionem illam, quam firmaui ſupra queſt.23. vbi tenui cōtinuantem poſſeſſionem ſuam etiam poſt inhibitionem non attentare,ampliando etiam,vt ibi,putarem aliud
11 dicendum fore in continuante poſſeſſionem † poſt auocationem cauſæ, & totius negocij à principe factam: Auocatio enim impedit (quod quidem mirabile, & contra iuris regulas videtur) poſſeſſorem lite illa pendente vti ſua poſſeſſione,vt voluit Innoc.cir.fin.& gloſ. in ver. cum plus, in c.vt nr̄m,& poſt Rot.70.in nou. & poſt Frā.in eo.c. vt nr̄m, nu.5. col.4. ver.in eadem gl. in fi. de appel.concludit Paris. conſil.39. incipien.non poſſunt, nu.7.& 12. libr.j. Quod tamen declarādum & ſublimitandum venit, vt facit Rebuff. in l.quod iuſſit.in 2.not.nume.130.verſ.Vndecimò q̄quid ſit.ff.de re iudi.videlicet,id locum habere, quando per continuationem poſſeſſionis fieret præiudicium negocio principali,aliàs ſecus.

SVMMARIVM.

1 *Si pro apoſtolis non rediens cauſam committi fecerit, ac inhibitionem obtinuerit,an cauſa dicatur deſerta, & attentata dicantur facta poſt inhibitionem.*
2 *Terminus iuris eſt 30.dierum.*
3 *Pro apoſtolis ſi non redeatur,appellatio dicitur deſerta.*

QVAESTIO CI.

1 Centeſimoprimò quæro, † an pro apoſtolis non rediens, ſi cauſam infra 30. dies commiſerit,& inhiberi obtinuerit,cauſa dicatur deſerta, vel potius geſta cōtra inhibitionem huiuſmodi dicantur attentata? Supponendum eſt, quòd quando appellā-
2 ti datur terminus iuris † qui eſt 30 dierum.l.vni.iun.glo.in verſi.ſufficit.ff.de libel.dimiſſo.l.iudicibus.C. de appel.c.ab eo.eo.ti.libr.6.cle.2.verſi.Similiter ſi iudex.eo.& vtrobique
3 Docto. ſi in dicto termino quis † pro apoſtolis nō redierit, cauſa dicitur deſerta,dicto cap. ab eo. & cle. quāuis. ac cle. appellationem.iun.gloſſ.in ver.per negligentiam eod.titu. Rot. 347. in no.ſi igitur deſertionem ſupponimus, inhibitio huiuſmodi nihil operari poterit, & conſequenter non aderūt attentata.Rota nouiſſimè in Nucerin. Attentatorū coram Lancellolto concluſit pro non deſertione, ex quo cauſa in tempore,ſeu termino præfato commiſſa fuit,vnde non teneretur amplius cauſam interim cōmittens pro apoſtolis redire. Ego autem monere ſolebā, quòd in reſcripto commiſſionis cauſæ appellationis apponeretur clauſula a Signatura iuſtitiæ concedi ſolita. videlicet, Termino iuris pro apoſtolis forſan dato, ita quòd pro illis vlterius redire non teneatur, ſtilo palatij &c. prout in mea formula com-

miſſion.

Source : BIU Cujas

missionum. 18. sub illis verbis. Concluserunt pariter Domini de Rota executionem factam post præfatam inhibitionem fuisse attentatam, etiam impetrato rescripto speciali super prætensa re iudicata, & hæc sub die 17. Maij. 1568.

SVMMARIVM.

1 *Inhibere an possit iudex a quo appellatione pendẽte, ne quis in sua possessione turbetur?*
2 *Sine iurisdictione, & superioritate inhiberi non potest.*
3 *Officialis non debet se intromitteere de officio alterius.*
4 *Appellatione pendente nihil esse innouandum, omnia iura clamant.*
5 *Vniuersalis negatiua omnes casus, & omnes personas comprehendit.*
6 *Negatiua locutio maiorem vim habet, quàm affirmatiua.*
7 *Appellatione pendente iudex a quo facere potest, quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis.*

QVAESTIO CII.

Centesimosecundò q̃ro, an iudex a quo appellatione pendente inhibere† possit, ne quis in sua possessione turbetur? Pro opi. negatiua adduco text. in l. iudex postquam semel dixit sententiam, postea iudex esse desinit, & parum post, siue male, siue bene functus est officio. ff. de re iud. & tex. intelligũt ibi Docto. loqui tam de ordinario, quã de delegato. Adduco etiam text. in l. cum quærebatur. ff. eod. vbi, quòd iudex malè iudicans non potest iterum iudicare. Ratio est; quia nõ potest amplius iudex in illa causa se impedire: Si igitur iudex esse hic desinit, nec in eadem causa potest se amplius impedire, sequitur, quòd inhibitionem huiusmodi decernere non poterit: Tum quia si non est iudex, non erit qui inhibeat: nec aderit iurisdictio, & superioritas, sine quibus† inhibitio, vel quæuis interlocutoria, vel iudiciale decretum emanare non poterit, ad nota. in l. iubere cauere. ff. de iurisd. omn. iudi. & in l. j. ff. si quis ius dicen. non obtemp. cap. tuam. de ordi. cogni. Augu. Bero. consil. 117. ex vltima. num. 2. libr. 3. Rursus qui fuerat iudex, postquam pronunciauit in eadem causa se impedire, & intromittere, omnino abstinere debebit, ac ab omni actu iudiciali, vel extraiudiciali, alioqui in legem ciuilem, & canonicam committet, quæ prohibent immiscere sẽ rei ad se non pertinenti, secus facientes culpa non carere decernentes. l. culpa est immiscere. ff. de reg. iur. & c. non est sine culpa. eod. libr. 6. & notauit Bartol. in l. in prouinciis. C. de numera. actua. & cartu. li. 12. per illum text. quem sequitur Barba. consi. 45. col. 3. libr. 3. quòd vnus† officialis nõ debet se intromittere de officio alterius. Quomodo igitur iste nõ amplius iudex in illa causa, prohibitus item à iure in eadem causa se intromittere, iurisdictionemque alterius vsurpare ad huiusmodi inhibitionis decretum, impunè deuenire poterit? Rursus quomodo appellatione pendente absque vitio attentatorum, & innouandorum, huiusmodi inhibitionem concedere, vel alium similem, vel dissimilem actum facere, exercere, vel admittere debebit? & cõtra regulam rubr. & totius titu. nil noua. appel. penden. Et dixit D. meus Phil. Dec. consi. 97. in casu, num. j. Omnia iura clamare† appellatione pendente nihil esse innouandum, & consi. 200. in causa. in princip. Sequitur Bero. consil. 116. pendente, nume. 10. libr. 3. Alexã. & Apostilla ad eum, consi. 99. visis, nume. 3. vol. 5. Grat. consil. 103. in præsenti, num. 9. lib. j. Et cum verba rub. Nil noua. appel. penden. faciant† vniuersalem negatiuam. de proprietate sermonis omnes casus, & personæ sub illis comprehenduntur: vt ponderat D. meus, consil. 3. & diligenter, nume. 4. ac Tiraq. in l. boues. §. hoc sermone. in 7. limit. nume. 4. ff. de verb. sign. vbi probat semper maiorem vim locutionem negatiuam,† prohibitinã habere, quam affirmatiuam, ac D. meus consil. 364. visis, col. vlt. post medium, est text. in l. hoc genus. & ibi gloss. ff. de condi. & demon. quod & voluerunt Aimon consil. 146. nume. 4. ac consi. 294. num. 6. Rub. consil. 51. nume. 4. & Alcia. consil. 6. multa, nu. 17. vol. 4. Contrarium in casu proposito communiter tenetur per text. in cap. cum teneamur, & ibi Fran. in 2. not. de appel. vbi quòd iudex a quo† appellatione pendente inhibendo prouidere potest, ne quis turbetur in sua possessione: quod etiam probatur ex text. iun. gloss. & per Abb. post Ioan. Andr. in cap. 2. de matri. contra interdi. eccle. contra. & in specie voluit Augu. Bero. consi. 41. in causa, nume. 2. libr. 3. Et pro hoc faciũt tradi. per Pet. Dueua in Regu. 42. lim. 17. adducentem rationem, per quam omnia contraria tollũtur, quæ est, quòd regula illa, nil noua. appell. penden. limitetur non procedere in ijs, quę tendunt in faciliorem exitum appellationis, prout affirmant esse in terminis nostris, & sic ea non dicantur attentata, cum circa ea exequenda non censeatur suspensa iurisdictio iudicis à quo, per iura supra adducta: & per Docto. etiam supra relatos.

SVMMARIVM.

1 *Accusatione, vel inquisitione pendente, an interdici possit administratio, & exercitium iurisdictionis?*
2 *Exemptiones lite criminali pendente propter sæuitiam concedi debẽt subditis.*

QVAESTIO CIII.

1 Centesimotertiò quæro an† accusatione, vel inquisitione pendente iudex inhibere possit domino habenti iurisdictionem, & subditos, ne iurisdictionem exerceat, seu administret? Pro opi. affirmatiua ad hoc vt super quærelis, seu inquisitione absq; metu procedi possit, & ne subditi metu retrahantur a prosecutione causæ criminalis, ac a patefaciendo domini delicta, & a testimonium veritatis reddendo interdictio huiusmodi concedi debet, vt per plura per eum adducta concludit Thom. Gramma. consi. 10. incip. per sindicos Vrsi. Marsi. per totum illud con. Et hæ interdictiones, inhibitiones, seu exemptiones a iurisdictione† superioris concedi solent, & debent lite pendente, ac durante, ne superior propter litem sæuiat: aut contra subditos aliquid iniuriosè agat, per rationem text. & ibi per Docto. in cap. ex parte. & in ca. olim. de accusa. gloss. Host. & Abb. in cap. dilectus, in 9. casu, versi. Et per hoc dicit, de seque. possess. Et pro hac opin. facient nonnulla, quæ proximè deducam.

SVMMARIVM.

1 *Interdicere an possit iudex in causis ciuilibus administrationem iurisdictionis lite pendente?*
2 *Lite pendente nihil innouandum esse, iuris est regula.*
3 *Criminalis causa a ciuili valde differt,*
4 *Criminalibus in causis instar ciuilium proceditur.*
5 *Eximendi subditi sunt propter nimiam sæuitiam.*

QVAESTIO CIIII.

1 Centesimoquartò quæro, an† in causis ciuilibus iudex interdicere possit administrationem iurisdictionis, vel superioritatis lite pendente? Pro opin. negatiua habemus iuris regulam in rub. & toto ti. ff. & C. in Decreta. in 6. & in clemen. vt li. pendẽ. nihil inno. Et cum rubricæ sint conceptæ negatiuè, regulariter nihil debet innouari lite pendente, iuxta gloss. in rub. extra ut li. penden. versi. & aduerte. Stante igitur lite q̃ quid ea pendente fiet, attentatum erit, vt etiã per Cassa. dec. 6. nume. 2. incipien. voluerunt Domini super regu. Cancel. Et in specie, q̃ sua possessione, seu quasi, in qua quis existit lite pendente priuari non debeat, etiam facto iudicis, etiam per rescriptum principis, nisi ordine iudiciario præmisso, p bant text. in l. extat. ff. quod met. cau. & alia iura per me adducta supra quæst. 46. nume. 3. Insuper arguendo a speciali, ac a ratione cessante, si in proxima præceden. quæst. concluximus, id licere in causa criminali, hoc negabimus in causa ciuili, nisi in iure id expressum ostẽdatur; presertim quia cessare videtur ratio metus, quæ considerabatur in causa accusationis, vel inquisitionis: & consequenter cessare videntur argumenta facta per Tho. Gramma. in alle. consil. 10. Et q̃ 3 causa† criminalis à ciuili valde differat, & vna alteram excludat, probatur ex text. in l. interdum, vbi Bar. in prin. ff. de publ. iudi. in l. vni. C. quan. ciui. actio. vbi omnes, gl. in sum. 11. quæsti. j. ad quam se remittit Abb. in c. decernimus, nu. 3. de iudi. idem Bart. in l. j. post num. 3. ff. ad Turpil. latè Bal. in l. qui crimen, colum. 4. C. de accusa. & latissimè Hyppo. de Marsi. in praxi crimi. in ver. expedita, nu. 63. cum pluribus seq. vbi tractat, in quibus differunt causæ ciuiles, & criminales, ac etiam Maran. in suo Spec. in prin. 4. par. vbi plura exẽpla ponit causarum ciuilium, ac criminalium, & num. 33. & sequen. prosequitur illarum differentias, & vtilitates ex illarum differentiarum cognitione. In contrarium faciunt con. prædictum Gramma. 10. & rationes, ac considerationes, de quibus in proxima præceden. quæst. Supposito etiã, quòd vbi non affertur specifica differentia inter causam ciuilem, & criminalem, quod de vna dicendum, & iudican- 4 dum est & de altera. Et in causis† criminalibus (nisi aliud cautum sit) instar ciuilium proceditur. l. absentẽ. ff. de pẽn. l. interdum. §. qui furem. ff. de furt. Bald. in l. qui crimen. col. 3. nume. 26. C. qui accusa. Ego sic distinguerem. Aut loquimur in iudice ordinario, & subsistente causa, præsertim, q̃

quis

Source : BIU Cujas

5 quis in ſubditos ſuos nimium ſæuiat, dicerē ſubditos † eximendos eſſe lite quacumque,ſiue ciuili,ſiue criminali pendente: inhibendumque fore domino temporali, vel eccleſiaſtico,ſeu cuicunque prælato, vel cuiuis ſuperiori, ne iuriſdictionem,vel ſuperioritatem exerceat in eos, ꝙtra quos ſæuire incepit,vel veriſimiliter credendum eſt, quòd ſeuire debeat,ad text.in ſimili,& per illius rationem in l.j.§. quod dicimus.ff.de offic.præſe.vrb.& ad nota.per Io. Fab.in §. ſed hoc ſemper,verſus fin.per illum text.& alia iura, quæ citat, Inſtitu.de his,qui ſunt ſui, vel alie.iur. Aut loquimus in eiſdem iudicibus ordinariis, vel etiam delegatis, & gratiam exemptionis per reſcriptum gratiæ, addita per ſignaturam clauſula ſolita,videlicet,durante lite,obtentam eſſe ſupponimus,& forma,ac tenor reſcripti ſeruari debebit, ad tex.in cap.cum dilecta.de reſcr.in cap.venerabili.de offic.deleg.in cap.Piſanis,de reſtitut. ſpoliat. Aut loquimur in iudice delegato, cui commiſſa eſt cauſa ſimpliciter iuxta ſtilum ordinarium ꝓ ſignaturam iuſtitiæ, & nihil dictum eſt de exēptione concedenda, ſeu de interdicenda adminiſtratione, vel vſu,ſeu exercitio iuriſdictionis in ſubditos, & negatiue reſponderem,ꝙ ſic,quòd delegatus etiam principis premiſſa cōcedere non poſſit, reſcripta enim ſunt ſtricti,& limitati iuris.Innoc.Io.And.& Compoſtella, in cap.ſuper literis. de reſcrip.Rot.396.ſi committatur,num.3.in no. Mil. in reper.in verſi.Reſcripta ſunt ſtricti iuris.Roma.conſi.39.in caſu.poſt nume. 4.Sarnen.in 15. quæſtio.Regu.de Anna.poſt nume.4.Limitarem,niſi turbaretur,vel impediretur delegati ipſius principis iuriſdictio,ad tex.in cap.j.& ad ea,quæ ibi ſcripſi,nume.49.de offic. delega. Aut delegato per ſignaturam committitur cauſa cum illa clauſula. Quòd conſtito de ſæuitia eximat, adminiſtrationemque iuriſdictionis interdicat,& tunc ante omnia cōſtare debebit de ſæuitia, ſeu mala tractatione propter illam conditionem adiectam,ſeu modum datum in procedendo. cap.ſi tibi conſtiterit, & ibi Feli.poſt alios,nume.5.de accuſ.Pariſ.conſil.41. ex ijs, num. 14.& 21.vol.4. Et hæc non ſolum procedent in dominos tēporales,ſed & eccleſiaſticos, ac in quoſcunque ſuperiores, & in fauorem cuiuſcunque,qui à ſuo ſuperiore durius grauetur, quod poſſit ad ſæuitiam exiſtimari, vt par Ioan. Fabri vbi ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Iudex à quo,cuius conſcientia onerata erat, an poſt inhibitionem ad executionem procedere poſſit?*
2 *Conſcientiam quòd iuxta ſuam quis pronunciet, cauſa eſt commiſſa, an appellatio concedatur,& an ſuſpendat,an deuoluat?*
3 *Appellari non poſſe quoad effectum ſuſpenſiuum, ſed bene deuolutiuum,quando pronunciatum eſt ſecundùm conſcientiam.*

QVAESTIO CV.

1 Centeſimoquintò quæro, an † iudex a quo, cuius conſcientia onerata erat vel ex diſpoſitione iuris communis,vel ex forma reſcripti, poſt inhibitionem ad executionem procedere poſſit? Magna eſt inter Docto. controuerſia,an † quando eſt cōmiſſa cauſa cum clauſula, quòd iuxta conſcientiam ſuam pronunciare poſſit, ſi pronunciet, & ab eo appelletur, iudicis a quo iuriſdictio ſuſpendatur, & cauſa appellationis ad ſuperiorē deuoluatur? vt per Imol.& Gemini.in c. ſtatutū.§ aſſeſſorē.de reſc.li.6. q tenuerūt nec quòad effectū ſuſpēſiuū, nec quòad deuolutiuum appellari poſſe a ſnīa lata ꝑm ꝓſciētiam iudicis, ſed ſolùm permitti per viam gratiæ miſericordiæ officium iudicis implorare, vt illam emēdet, ne erronea conſcientia obſit parti. Nonnulli indiſtinctè loquentes dixerunt appellari non licere, non declarantes an quò ad effectum ſuſpenſiuum,an deuolutiuū.vt Rot. 441. fuit dubitatum,nume 3.& ſeq. in not. gloſſ. & Cardi. quæſtio.26.in clem.j.de iu.patro.Fran. in alle.§. aſſeſſorem. Roman.conſil.27.viſo.poſt prin.vbi alios citat, & conſil.261. ſuper eo ad fin.Feli.in cap.j.col.20.verſi.Et ſi dicatur ꝓſcientiæ tuæ.vbi latè de conſtitu.Cephal.conſi.89. affatim.num. 14.li.j.Magis communis,& verior opin.videtur, quòd † appellari non poſſit quò ad effectum ſuſpenſiuum, ſed bene quò ad deuolutiuum:& ſic geſta poſt appellationem à ſententia huiuſmodi iudicis interpoſitam non reuocabuntur per viam attentatorum; ſed ſolum via ordinaria iniuſtitiæ, vt in ſpecie eſt dec. Aegid. Bellam.18. quæ incipit onerario conſcientiæ,& declarat Nic.Mil in ſuo Reper. in verſi. Appellari non poteſt.Ad rem redeo, & concludo cum Cardi. in alle. cle.j. de iure patro. quæſt. 16. circa mediū poſt Lauren. qui dicit, properabit aſſignare portionem (de quā ibi) antequam fiat inhibitio per ſuperiorem,ſentiens, quòd iudex ſub præmiſſa forma datus poſtquam inhibitus fuerit? non poſſit vltra procedere.

SVMMARIVM.

1 *Iudex a quo inhibitus an poſſit expenſas taxare.*
2 *Taxatio expenſarum an poſt appellationem fieri poſſit?*
3 *Expenſarum taxatio non eſt,niſi quædam declaratio condemnationis præcedentis.*

QVAESTIO CVI.

1 Centeſimoſextò quæro † an iudex a quo inhibitus poſſit expenſas taxare? Ante inhibitionem, & poſt appellationem, quòd taxatio † fieri poſſit, ea ratione, quòd taxatio huiuſmodi nō ſit niſi quæ dum declaratio † condemnationis præcedentis vt concluſit primus, quem viderim Lap. alleg. 82. incipiente. In cauſa matrimoniali.nume.7.ver. Vnde licèt de iure poſt appellationem diffinitiuā ſint ligatæ manus iudicis, & iuriſdictio in ſuperiorem transfuſa, tamen hoc non obſtante poſſunt taxari expēſæ,&c. Idem de rigore iuris voluit Rot. in anti.90.Gui.Papæ ſingu.349.incipien.appellatio non impedit.Præpoſi.in cap.paſtoralis.§.verum.col.vlt.ver.vltimò per iſtam literam,& ibidem D.meus num.29.verſic.Poſtremo nō omitto,dicit hoc dictum Lapi nota.de appel. Idem voluerunt Feli.in ca.ſignificauerunt.colum.6.verſ. Quibus adde Rotam. de exceptio. quod & voluerunt Addentes ad Nic.Mil.in reper. in verſi. Appellatio manifeſtè friuola, & ad dec. 465. capel. Tholoſ. vbi Aufre. ita practicari in nonnullis curiis affirmat,Rebuff.item in l.quod iuſſit.in 2.not. nume.55.ff.de re iudi. Maran. in ſuo Specu.in 3.par. 6. par. prin.quæſt.2. nume. 186. Pet. Duen.in Regu.42. nume. 18. Contrarium voluerunt Ant.de But.in alleg.c.paſtoralis.§. verum.nume.16. verſ. vltimo per hanc decre. de appel. volens Lap.citare, dicit text.a Lapo citatum non bene facere, & ibidem D.meus nume.29.reaſſumen.dictum Lapi impugnat,ac defendit,in vltimis tamen verbis,poſt num.33. contra Lap.reſidet, ſi ita vt puto legendum ſit,videlicet. Et ita videtur, quòd pendente appellatione a ſententia condemnationis expenſarum, quòd taxatio fieri nō poſſit,in libro meo legitur. (& malè) a ſententia excommunicationis. Idem,& ſic contra Lap.voluit Rot.43.de re iudi.aliàs 635.ſi dominus,in anti. vbi quòd pendente appellatione a diffinitiua etiam ſi iudex (vt paſſim fieri ſolet)reſeruauit ſibi taxationem expenſarum,illam tamen facere nō poteſt,niſi cauſa ad eum reducatur, & quòd ita ſeruat palatium.Eſt etiam dec.46.Nota dic, quòd ſi feratur etiam de re iudi. aliàs 831. in anti. vbi quòd taxatio huiuſmodi reuocaretur per viam attentati.Et Rot.ſupra 90. in anti. in contrarium citata, ſolum de rigore iuris id procedere affirmat, ſubdens tutius eſſe non taxare.Et voluit Rot.Bellame.382.quę incipit,ſi ſuccumbens,expenſas huiuſmodi taxari non debere, niſi poſt finitam cauſam appellationis, ratio eſt;quia ſemel fuit ſententia appellationis ſuſpenſa. In hac opinionum varietate præter rationes, ac conſiderationes adductas, & factas per Docto.ſupra relatos in ſpecie noſtri quæſiti taxationem fieri non poſſe,quando inhibitum fuiſſet, concludit nouiſſimè (cuius ſententiæ aſſentio) Proſper Carauit. Ritu 298. nume. 24.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio à iudice cauſæ reſtitutionis in integrum an impediat executionem?*
2 *Reſtitutio in integrum, & appellatio magnam inter ſe conformitatem habent.*
3 *Lite pendente ſuper reſtitutione in integrum non fit executio.*
4 *Idem ſi non ſit deciſum, an reſtitutio concedenda, vel deneganda veniat.*
5 *Executionis ſimplex petitio,an excludat reſtitutionem in integrum?*

QVAESTIO CVII.

1 Centeſimoſeptimò quæro, an † inhibitio à iudice cauſæ reſtitutionis in integrum impediat executionem? Remedio reſtitutionis in integrum hominibus vel lapſis, vel circunuentis ſubuenitur, vt exorditur Vlpia.in l j.ff. de in integr.reſtitutio.Magnamque conformitatem,ac ſimilitudinem inter ſe habent † reſtitutio in integrum,& appellatio, præſertim quò ad effectum, vt omnia remanent in veteri, ſeu priori ſtatu:vt poſt Bald.in authen.quę ſupplicatio.C.de preci.imp.offe.Voluit Vital.in tracta.de clauſul. in clau.ū. Nil nouā.reſti.

ua.resti.in integ.pendente,num.7.Et sicut appellatio, ita in integrum restitutio executionem impedit.Soci. consi.109. præstantissime,nume.2.vol.4. Et vt dixit Bald.in titu. quan. mil.inuesti.pete.deb.īc sancimus.nu.2.ver. Et nota, q̄ tria, vbi vult tria hæc,videlicet appellationem,relationem,& restitutionem in integrum habere effectum suspensiuum. Et quòd restitutio suspendat sententiam, voluit idem Bald.in l.si causa cognita.C. de transactio.ac Vital.vbi supra numę. 8.& habemus iuris regulam in rub.& nigro C. in inte.resti. ne quid no.fiat.in l.defendente, & ibi Barto.ff.de autho.tuto. Ad propositum quæsitum redeo,& sic distinguo: Aut
3 supponimus pendere litem † super restitutione in integrū, & tunc absque alia inhibitione prohibetur fieri executio, vel aliquid attentari,vt voluit Hostien.in Sum. de in integ. restit.§.an executio.sequitur Vital.in dicta clausula.Nil no ua.resti.in integ.penden nume.2. & per illum text. in l.vni. C.de in integ.resti.postu. Abb.consi.87.dico vnum,lib.j.ver sus fin.versic. Nec debet interim dum tractatur hæc restitutionis causa sententia executioni mandari.Iaso.in l.4.§. condemnatum.nume.27.Ioan.Fran.a Ripa num.30.ff.de re iudi.Rui.consi.34.iustis,nume.5.versi. solum ergo.vol.5. Maran.in suo Specu.in 3.par.6.par.princ.in 7.actu.dum tractat de in integ.restitutione.num.96.alios ad idem citans,ac Io. Cæphal.consil.180.incipien.anno.num.20.libr. 2. ac Dida. Couarru.practi.quæstio.capit.25.nume.7.ver. Duodecimò licet,quicquid dixerit Aug.Bero.consi.119.in casu,colum. 1.versic.Secundo nunquam.libr.3.volens,quòd nunquam nullitas, seu in integrum restitutio principaliter petita executionem impediat, subdens (& malè) ita communiter teneri. Et q̄ regulariter restitutio in integrum impediat executionem,fuit per omnes Dominos Rotæ resolutum corā Ioan.Paulo Ptolo.12. Martij.1544. vt in recollectis Mohed. dec.177.incipien.in causa,sub rub.de resti.in integ. Aut sup ponimus restitutionem in integrum petitam fuisse,sed nō-
4 dum decisum an concedenda,vel deneganda sit, an † interim dum discutitur sit concedenda, vel deneganda,dubitari potest,an ab executione abstinēdum sit, & quòd interim abstinendum sit,voluit gloss.in alle.l.vni.quæ in vers.postu lata supplet,sed non concessa hic,nec denegata.C.de in int. resti.post.Idem voluit Guid.Papæ dec.215. an executio.nume.6.ac Bene.de Barzis.in tracta. de Guarāti.in 3.par.quest. 24.cir.medium.Et in specie est dec. Put.sub titu.de in integ. restitut.7.incipiens restitutione cōcessa prout de iure retardanda est executio,donec cognoscatur,an sit danda restitutio.intellige tu,restitutione concessa,idest signata commissione restitutionis in integrum prout de iure. Alioqui si iā cōcessa fuerit restitutio, seu quis iam admissus fuisset ad restitutionem in integrum, nulli dubium, quin executio retardanda non esset. Aut supponimus ante postulationē re-
5 stitutionis in integrum petitam fuisse executionem, † & sic petitionem executionis præcessisse, & iuxta vnam opinionē hæc simplex petitio excludit restitutionē īntegrū, secus si ante postulata fuisset restitutio. Benedi. de Barzis in alleg.tracta.de Guarentig.in 3.par.quest.21. Anto.de Cana. de executio.instrumen.quæst.21.in prin. Alex.post Bal.con sil.62.egregiè nume.4.repetito 223.volum.6.Rip.in alle.l.4. §.condemnatum.post nume.30. ff. de re iudic. ac Ioan. Cæphal.consil.263.D.Marcus,colum.vlti.nume.38.li.1. Et idē cauetur dec. Put.10.sub titu. de in integr.restitut. sub iis verbis. Restitutio non datur,quādo executio est petita ante petitionem restitutionis,nisi in certis casibus. ita in Oxomen. pensionis & capit.Nonnulli verò,vt sensisse videtur Fulgo. consil.183. requirunt, q̄ ante postulatam restitutionem in integrum nō solum fuerit petita executio, sed obtēta, imò facta iam realis executio vel saltem fuerit cepta fieri:& huc spectat, & hic cadit nostra quæstio, quòd si petita sit iā executio,seu cepta fieri, & superueniat inhibitio in vim commissionis, non poterit procedi ad vlteriorem executionem realem:nec cepta executio etiam realis perfici poterit, nisi prius moderetur inhibitio: vt decidit Mil. in suo Reper. in ver.executio sententiæ contra, in fin. & nuper concluſum fuit in Rota in Benauentana Bonorum 29.Nouemb.1557. coram Iunio.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio an fieri possit, & soleat post concluſum in causa?*
2 *Concluſio in causa operatur, ut quis renunciare uideatur probationibus,& iuribus deducendis.*
3 *Concluſio in causa, & sententia æquiparantur.*
4 *Personalis constitutio quæ?*
5 *Localis constitutio quæ?*

QVAESTIO CVIII.

1 Centesimooctauò quæro † an inhibitio fieri possit,& soleat post cō cluſionem in causa? Pro opin.negatiua adduco Rot.66. Nota quando in aliquo,de appel.aliàs 674.in anti. quæ loquitur tam in causa spirituali, quàm prophana, ad idē est dec. 710.de stilo:& 747.nota,quòd si aliquis, etiam in anti.Et ad
2 duci potest ratio,quæ est,quòd per † concluſionem in causa, quis videatur renūciare probationibus,& iuribus nō deductis.Et quando concluſum est in causa,nihil dici, proponi,vel opponi potest.l.nec causa.vbi Bal.& alij.C. de appel. l.2.C.de relatio.Bald.in l.error.col.5.C.de iur.& fa.igno.idē Bald.in l.iudices.& in authen.iubemus.ac Ange.& Saly.C. de iudi.cap.auditis.& ibi Doct.de procura.cap.auditis.de in integ.restitut.cap.pastoralis.vbi Inno. & alij de caus.pos.& propri.cap.dilectus.vbi etiam Innoc.num.2.& alij de fi.in-
3 strui.imò concluſio † in causa,& sententia æquiparātur,seu a pari procedunt.Innocen.in alleg.cap.pastoralis,& in cap. auditis.de procura.Cyn.in l.alia.C.de his,qui.vt indi. Iaso.in l.licet.nume.3.C.de procur.in repet.l.admonendi.num.50. & 55.ac in j.lectu.nume.49.ff.de iureiu. Et concluſo in causa non dicitur amplius iudicium.Abb.in cap.j.nume.13. de mut.petitio.Concludendum est,quòd de stilo Rotę procedat opi.negatiua præmissa: si autem essemus extra tribunal Rotæ,aliud dicendum esset, etiam supposito stilo inuariabili,& fixo, imò etiam si supponeremus constitutionem per-
4 sonalem,vel localem,personalem † dico intuitu Rotæ Auditorum,quæ tamen personas non egrederetur, nec in consequentiam trahi posset,iuxta text.in l.j.ff. de constitu. & §. sed quod principi.versic.Sed planè.Insti.de iu.natu.gen.vel ciui. Exemplum in cōstitutione personali habemus in ca. cum longè.63.distin.vbi Archiepiscopo Toletano tantum datur potestas confirmandi,& ordinandi in quibuslibet pro-
5 uinciis episcopos a rege electos.Localem † verò nuncupo, quæ certum totum concernens,illum non egreditur cuius exemplum poni potest in text. supra adducto, vbi ratione loci conceditur dicta confirmatio propter distantiam loci, est etiam text.in capit.nihil est. de electio.vbi quòd ratione distantiæ loci prælati Italiam constituti etiam ante confirmationem administrare possint. De locali etiam constitutione prohibitiua habemus text.in l penul:iun.glos.in ver. orientis.C.de fun.patrimo.& saluten.lib.11.Imò (licet id fieri non consueuerit) si Rotæ auditori post cōcluſionem in causa inhiberetur,inhibitionem illam afficere putarem, & attentata post inhibitionem reuocanda essent, & ipsa sentē tia subsecuta via attentatorum reuocanda veniret: quod etiam probatur dec. 29. incip. stilo, de do. & contum.aliàs 711. in anti.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta an præstanda post inhibitionem?*
2 *Attentatorum cognitio omnem aliam suspendit.*
3 *Celeritas vbi desideratur,omnis dilatio prohibetur.*
4 *Alimentorum præteritorum, vel futurorum circa præstationem magna est differentia.*

QVAESTIO CIX.

Centesimononò executio facta fuit pro alimentis post inhibitionē præsentatam. deinde fuit commissa causa attentatorum: quia
1 talis executio dicebatur attentata,quæro,an † ista cognitio attentatorum taliter suspendat,quòd ea pendente non sint vltra alimenta præstanda? Pro opin.affirmatiua, quòd suspendant, concludendum videtur,ex illa generali regula,q̄
2 attentatorum † cognitio omnē aliam cognitionem suspēdat,& impediat. cap.non solum.in fin.ibi.Ante omnia, vbi omnes,de appel.libr.6.Oldra.consi.199.Rot.447.nota, q̄ fatalia.versic.Imo inductum est sibi a lege, quòd super attentatis ante omnia audiatur.in anti.Fran. in cap. dilecti. in 2. quæst.de appel.& in disputatio. petito. in 2.dub. nume. 13. versic.Sed secundum eum.Cassad.dec.4.nume.3.de dilatio. Afflic.decis.Neapo.98.pulchrum.num.5.Secundò alimentorum causa,& causa pensionis a pari procedere videntur, cum pensio in esse deducta partim ex solita clausula. videlicet,Vt melius sustentari valeat, censetur pro alimentis seu causa alimentorum constituta.Ludo.Roma.consil. 388. in casu propositi thematis,nume.3.& 5.Hiero. Gig.de pensio. quæst.51.& seq. Causa autem attētatorum fuit iudicata magis priuilegiata,& fauorabilior,quàm causa pensionis, etiā habentis clausulam sine retardatione & c. in Taruisina pēsion.coram Prospero,prout dec. Achil.4.sub titu.de Attenta.opi.incipien.Attentatorum causa fuit iudicata, si igitur fauorabilior est causa attentatorum causa pensionis, & cōsequenter causa alimentorum:Hæc igitur attentatorū causa illas suspendet,& impedit. Tertiò causa attentatorum ce-

lerem

Source : BIU Cujas

lerem expeditionem requirit.prealleg.capi.non ſolùm. de appel.libr.6.vbi etiam Io.Mona.in ver.ante omnia,exponit non expectato fine litis,ſubdens, & dic ante omnia. videlicet,cauſæ cognitionem habentia.In ijs autem in quibus ce
3 leritas † deſideratur, & in quibus mora præiudicium afferre poſſet,omne ſubterfugium,omnis dilatio,omne impedimentum prohibetur.Specu.in titul.de appellatio.§. In quibus.nume.10.laſ.in l.j.§.ſed excipiuntur.ff.de feriis. Maran. de ordi.iudici.in 3.par.6.part.prin.nume. 319. in 24. limita. Quartò parendum omnino erat inhibitioni ſiue iuſta, ſiue iniuſta fuiſſet,ad Rot.306.nota,quòd vbi.ad fin.in anti.præ ſertim ſi ſupponimus huiuſmodi inhibitionem à Rotæ tribunali emanaſſe ad ea,quæ ſcripſi ſupra quæſt.20.Iuxta pro poſitum thema Rota 4 Maij.1565.in Legionen.Decimarũ coram Grato concluſit, inhibitione Rotali nõ obſtante,& pendentia litis ſuper attentatis huiuſmodi,congruam portionem iam taxatam, & ſic alimẽta quibuſdam rectoribus ſoluẽda eſſe: Nec propterea retardaretur ſolutio dictæ portionis,& alimentorum,pro quo Rotæ Decreto multum facit tota dec.Afflict.152.incipiens.Fuit dubitatum,vbi de alimentis præſtandis vxori per virum appellatione ſuper matrimonio pendente,licèt in prima inſtantia maritus illa nõ præſtitiſſet.Et idem Afflic dec. Neapo.93. ſi fuit actum, voluit,quòd vſufructu in prima inſtantia petito, ſi feratur ſententia pro eo,à qua appellatum ſit,cogatur reus appellatione pendẽte illum præſtare. Diſtinguere poſſumus hoc modo, aut loquimur de recuperatione alimentorum præteritorum,& procedat prima opin. Aut loquimur de præſentibus,ſeu futuris alimentis, & ſeruãdum erit Rotæ decretum
4 præmiſſum,quippe quæ dilationem non patiãtur, nec momento aliquo retardari debeant, ne quis fame pereat, quæ ratio ceſſat in alimentis præteritis. Alberi. in l. cum tu. in prin.ff.de tranſactio,Bar.in l.de alimentis.in 2.lectu.C. eod. Anchara.in cle.j.de iu.patro.Laſ.in l.j.nume 7 in 4 no ff. de feriis.Et notandum eſt,quòd futura etiam alimenta dicuntur, quæ debentur à die motæ litis,vt in dec.Caput Aquen. 116.incipien licèt Priuilegium,in eius Recollectis. par.j.& per Natt.conſil.108.incipien. Quoniam.poſt princ.libr.j.ſimilem diſtinctionem circa collectas impoſitas occaſione onerum præteritorum, quòd executio fieri non poſſit lite pendente ſuper illis: ſecus circa impoſitas ratione onerum præſentium,& futurorum,in quibus lite, vel appellatione pendente fieri debeat executio, habemus in dec. Pedemon. Octa.Chachera.86.incipien. Quæſitum fuit,an collecta.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio poſt appellationem a ſentẽtia ſuper alimentis præſtandis an impedire habeat executionem ſententiæ?*
2 *Appellatio de iure prohibita non impedit executionem,nec ſuſpendit iuriſdictionem.*
3 *Appellatio ſuper alimentis futuris prohibita eſt.*
4 *Appellatione prohibita ſuſpẽſiuus,deuolutiuus,& alij effectus ſublati ſunt.*

QVAESTIO CX.

Centeſimodecimò a ſententia ſuper alimentis de futuro præſtandis appellatur, & ſubſequitur inhibitio iudicis ad quẽ.
1 Quæro, an † inhibitio huiuimodi impedire habeat executionem ſententiæ? Licèt hæc quæſtio ſimilis videatur proximæ poſitæ, diuerſa tamen eſt,diuerſamque deciſionem requirit,hanc in ſpecie poſuit,& diſcuſſit (quam paucis additis referam) Ioan.Fran à Ripa reſpon.165. aliàs 3. ſub tit. de appella. incipit. Cum appellatio de iure, vbi pro negatiua
2 ſic arguit † Appellatio de iure prohibita non impedit executionem. neque ſuſpendit iuriſdictionem iudicis à quo. cap.non ſolum.in princ.ibi.Exceptis caſibus, in quibus iura poſt ſententiam prohibent appellari, de appel. libr. 6. A
3 ſententia ſuper alimentis de futuro prohibita eſt † appellatio.l.vlt.& ibi Bartol nume.j.ff.de appel.recipi. quod etiam voluit idem Bartol.in l Mela poſt nume.5.ff. de ali. & ciba. lega.& vtrobique Alex.in additio. prohibita igitur appellatio non impedit executionem, vt etiam voluit Oldra. in ſimi.conſ.18. in 3.dub. Et q̃ quãdo † appellatio eſt prohibita
4 tam ſuſpenſiuus, quàm deuolutiuus,& omnes alij effectus ſublati cenſeantur voluerunt Imol.Fran.& Abb in cap.paſtoralis,de appel.nouiſſimè Minſinger. centu.j. dec. 3. incipien quando commiſſa. & in ſpecie Port. Imol. conſil. 59. ex facto.nume.2,lib.2.& conſil.120.quæritur.nume.2. libr. 3.In contrarium poſtea arguit idem Rip quia iudex ad quẽ ſit iudex in cognoſcendo, an appellatio ſit recipienda, vel reiicienda,e .o quòd iudex a quo illam reieciſſet,iuxta glo. magnam in fin,cle.vni.de do. & contum. vnde iudex a quo inhibere potuit,ne fieret executio,donec cognouerit,an talis appellatio eſſet de iure prohibita, & conſequenter reijcienda, an potius admittenda: pro qua deciſione dicit eſſe caſum ad literam in capit.Romana.§. ſi autem.de app. libr. 6. Poſtea idem Rip. ſic diſtinguit, Aut iudex ad quem inhibuit,poſtquam incẽpit cognoſcere, an ſit appellans in caſu à iure prohibito,& tũc executio impediatur: Aut inhibuit ante,& non tenet talis inhibitio, & conſequenter non ligãtur manus iudicis a quo: Et hęc duo videlicet,hanc diſtinc. probari affirmat in dicto §.ſi autem quam diſtin. procedere ſubdit,quando dubitari poteſt, an appellatio interpoſita fuerit in caſu prohibito,vel ne,quòd ſi notoriè conſtet, appellationem fuiſſe interpoſitam in caſu prohibito,tũc nec appellatio, nec inhibitio impediret executionem ca. vt debitus.& cap.Romana. de appel.Et hanc dicit fuiſſe declarationem Gemini in dicto §.ſi autem.Ex eiuſdẽ Gemini. ſententia in alleg.cap.non ſolùm.ſuper gloſſ. in verſi. exceptis caſibus, ſi ſit facta executio, & appellans inſtet illam tanquam attentatam appellatione pendente reuocari, appellatus reſpondebit,ſeu excipiet, non eſſe reuocandam, ſeu retardandam; quia appellatio, & inhibitio ſunt à iure prohibitę, quòd incontinenti ſe probaturum offert, & ſic impedietur prætenſorum attentatorum reuocatio: & hic cadit conſideratio de qua ſupra,quòd appellatione expreſsè prohibita ceſſant effectus ſuſpenſiuus,deuolutiuus,& alij:ergo appellatio; & ſubſecuta in nulla conſideratione erunt.

SVMMARIVM.

1 *Innouata per tertium inhibitum, an reuocanda veniant via attentatorum?*
2 *Tertius iuxta terminos iuris quis dicitur?*
3 *Tertius non attentat, nec contra eum attentatur.*

QVAESTIO CXI.

1 Centeſimoundecimò uæro. † an innouata per tertium inhibitum reuocanda veniant uia attentatorum? Ante omnia vidẽdum erit, quis iuxta terminos iuris dicatur tertius,
2 ne per terminos incognitos procedamus. † Tertius verè, & propriè dicetur in illis terminis, quando ſunt electi duo arbitri,& illis non concordantibus,a partibus, ſeu ab ipſis arbitris aſſumitur, vel à iudice tertius: de hoc tertio loquuntur Bartol. & alij in l.ſi dominium rei.ff.de furt.& Specu.in titu.de arbit. §. vltim.verſic.Sed nunquid iſte tertius:& hic verè dicitur tertius,cum primi eſſent duo. Tertius etiã iuxta alios terminos,& magis ad rem noſtram dicetur veniens ad cauſam pro ſuo intereſſe, iuxta terminos cap.veniens. 2. de teſtib. vel iuxta terminos l.a diuo Pio.§. ſi ſuper rebus.ff. de re iudi. & in ſimilibus alijs caſibus:& hic comparens poterit etiam dici tertius:quia duo prius litigabant,actor videlicet,& reus,ſuperuenit iſte pro ſuo intereſſe,ergo ſi bene dinumeramus,erit tertius:& licèt in ea cauſa poſſint eſſe plures actores,vel plures rei,quia ſaltem duo requiruntur,vt litem conſtituant,videlicet actor,& reus, iuxta text.in capit. forus.de verb.ſigni.ſi cępto iudicio ſuperueniat aliquis pro ſuo intereſſe,dicetur tertius. Sic etiam ſæpè dubitari,& diſputari cõtingit,an de iure tertij dari poſſit, an illud clarum eſſe debeat,quod vltimum voluit Bartol.in l.2.ff. de excep. rei iudi. Sic etiã diſputamus,an ſupplicatio ſola ſufficiat ad docendum de iure tertij,vt per Paris.conſil.12.in iſto.num. 23.vol.4.per Caſſad.dec.2.nume.4.& ſeq. de re iudi. Sic etiã dicimus,tertium venientem pro intereſſe,poſſe vti appellatione ab alio interpoſita,ſi ea vtatur infra tempus, infra qđ appellare potuiſſet,ex doctrina Bartol. in l. ſi perluſorio. ff. de appel.poſt gloſſ.in cap.vt circa.in ver.adherentes.de electio.lib.6.ſequitur Floria in l.j.ff.de appel.& alij ibidem. Et de tertio adherente appellationi alterius, & quòd nihil petere poſſit, ſed ſolum cauſam defendere. Pro quibus videri poterit Ioan.Fran à Ripa reſponſ.160.incipien.Tertius pro intereſſe,aliàs 4. ſub titul.de appel.In omnibus præmiſſis,& alijs caſibus,qui infiniti referri poſſent, tertius nuncupatur vltra actorem,& reum in lite exiſtentes. Nec ex eo, quia in lite interueniat neceſſariò etiam iudex iuxta dictum capit. forus.de verbo.ſignifi.propterea dici debebit quartus,iſte ,p intereſſe veniens, ſeu intereſſe prætendens: quia quoad intereſſe prætendentes tres tantum (vt præmiſi) dinumerãtur videlicet actor,reus, & hic pro intereſſe veniens; nõ autem iudex,qui intereſſe in cauſa nullum prætẽdere poteſt: imò ſi prætendere poſſet,ſuſpectus eſſet,& recuſari deberet. Verum ſi loquamur iuxta terminos propoſiti quæſiti concludendo paucis, tertium vocabimus omnem alium excepto iudice,

Source : BIU Cujas

Quintiliani Mandosij. De inhibitionib

iudice, corã quo cã pendet, vel a quo est appellatũ, & exceptis actore, & reo, & sic iste, de quo loquimur, non tertius, sed potius quartus dici poterit, si bene connumeremus. Isti enim tres, videlicet iudex, actor, & reus possunt attẽtare, & contra eos attentari potest. Si supponimus alium innouantem (vt in nostro themate) semper, & omni respectu is dicetur quartus: Verùm quia vulgò hunc tertium nuncupãt, & immutanda non sunt, quæ diu certam interpretationẽ habuerunt l. minimè. ff. de legib l. ꝙ si nolit. §. quia assidua. ff. de ædili. ædi. D. meus consi. 429. licèt in causa. nume. 7. & 469. visa inquisitione num. 13. Nec res nouæ, nisi ex magna causa constituendæ sunt l. penult. ff. de consti. princ. imò reprehendi merentur nouitates inducentes capi. vlt. in fin. 11. distin. cap. hæc autem scripsimus. 30. distin. nos etiam tertiũ iuxta terminos nostri quæsiti omnem vocabimus, exceptis (vt præmisi) dictis iudice, actore, & reo, & hæc ex infra dicẽdis clariora reddentur. Supponamus igitur ordinarium, beneficium lite inter quosdam super eo pendente Mẽuio cõtulisse contra dispositionem cap. si hi contra quos. vt li. pendẽ. libro. 6. ac cle. j. eo. titu. & dec. Cassad. 5. super Regu. Can cel. nume. j. tam ille ordinarius, qui non est in lite, nec corã eo litigatur, quàm Mẽuium intrusus lite inter alios pendẽte sub tertij appellatione veniet, prout etiam in cap. cum teneamur. iuxta verum intellectum de appel. Ponamus, ꝙ idem Mẽuius alterum ex litigantibus spoliet, quo casu ipse dicetur tertius, qui nec in lite erat, nec aliquem citari fecerat, nec ipse citatus fuerat, quomodo procedi poterit contra Mẽuium sic spoliantem: Respondeo, quòd non poterit procedi via attentatorum, & innouatorum, sed via ordinaria, & coram iudice ordinario. cap. Romana. §. in alium. de appel. libr. 6. Fran. in cap. bonæ col. 2. versi. Secundos intellectus, & in cap. cum teneamur. nume. 15 & seq. eod. tit. Vera
§ igitur, & communis conclusio erit, quòd † tertius (sic iuxta vltimam interpretationem nuncupatus) non attentet, nec contra eum attentetur, vt contra eum, vel pro eo remedio, & via attentatorum procedi possit. Et vltra Fran. vbi supra, habemus Rot. 2 vt li. penden. alias 58. Nota, quòd vbi Auditor in anti. & dec. Neapo. Afflict. 354. in causa. num. 26. versicul. Et dicunt Docto. etiam in alleg. cap. Romana. §. in alium. de appel. lib. 6. Et est in specie dec. Achil. de Graff. j. sub titu. de tertio. sub ijs verbis, Tertius non attentat, & contra tertium non attentatur: potest tamen ab eo auocari possessio. Sarnen quæst. 4. super Regu. de Trien. Est & alia dec. eiusdem Achil. 6. sub tit. de Attentatis, sub iis verbis. Attentata voluerunt Domini nunquam purganda esse, quãdo essent facta per tertium, quia respectu tertij, nec attentatur, nec attentat, in vna Conchen. Capellaniarum coram Reumano, vt per Rot. 411. & 417. in no. Et ideo licèt attentatum fuisset contra patronum, non potest præsentatus agens postea causam super beneficio petere reuocari illa attentata. Et ex præalleg. cap. Romana. §. in alium & ibi Docto. ac ex dictis Phi. Fran. vbi supra colligitur, quòd inhibitione etiam non obstante tertius non dicitur attentare, adeo quòd innouata per eum via attentatorum reuocanda veniant, licèt aliàs vt plurimum inhibitio operari soleat, quòd actus, qui simpliciter lite, vel appellatione pendente factus non fuisset attentatus, si tamen interuenerit inhibitio, transit in attentatum, vt probaui supra quæst. 75. nume. 8. Quo verò ad tertium in lite existentem, quòd ipse attentet, & contra eum attentetur, nulli dubium est, prout etiam aduerto infra q. 115. præsertim in fin.

SVMMARIVM.

1 *Canonici creati ab episcopo commissa postea causa a capitulo contra episcopum, eidemque inhibito in possessionem ab eodem episcopo postea immissi, an attentasse dicantur?*
2 *Inhibitionem post emanatam gesta, ut attentata reuocanda veniunt.*

QVAESTIO CXII.

Centesimoduodecimò episcopus creauit duos canonicos, contra quem capitulum causam in Romana Curia committi fecit, illiq; inhiberi: post inhibitionem hujusmodi episcopus dictos canonicos creatos in possessionem im-
2 misit, quæsitum fuit † an possessio huiusmodi via attentatorum reuocãda veniat? Quantum attinet ad episcopum, clarum est, quòd ipse attentauerit, immittendo in possessionẽ post inhibitionem, vnde (quantùm ad ipsum attinet) facta
2 post inhibitionem † sunt attentata, & ex priuilegio attentatorum imprimis, & ante omnia reuocanda. ca. non solùm. in fin. & cap. Romana. §. quòd si obiiciatur. de appel. libr. 6. Rot. 130. si post inhibitionem, & 193. si ab excommunicatione, in not. Et quòd quidquid factum sit post inhibitionẽ reuocandum sit tanquam attentatum, pro regula posuit D. meus Phi. Dec. consil. 103. in princ. & ante ipsum Roma. consil. 330. circa primum col. 2. versi. Quoad secundum, & nouissimè Ofasc. in dec. Pedamon. 5. certa die. num. j. & hęc tritissima sunt. Quò verò ad dictos canonicos creatos, si memoria tenemus, quæ modo diximus in proxima præceden. quæst. vbi concluximus, tertium non attentare, nec cõtra tertium attentari, videretur pariter hic concludendum esse attentata, vt reuocari debeant, nullo modo prætendi posse: & vltra adducta in preceden. quæst. habemus dec. Mohed. 284. aliàs 314. incipien. Lite pendente super Hispalen. Cantoriæ, vbi dicitur, Et fuit tentum R. P. D. Puteo causam proponente per omnes, quòd Cardinalis nõ attentauerit: quia tertius, qui non est in lite, capiens possessionem vacantem, etiam pendente lite inter alios non attentat, vt dec. 11. vt lit. penden. in no. ad fin. Et idem est, si capiat de manu tertij, ratio huius est: quia nihil interest collitigantium, nec in aliquo sibi præiudicatur, quod principaliter attenditur in hac materia, vt in dicta dec. 11. & in dec. 749. Aegid. Bellame. contrarium, & sic, quòd possessio huiusmodi, vt attentata reuocanda veniat iuxta terminos nostros, concluxum esse audiui in causa Camerinen. Aggregation. coram Iunio 29. Martij 1557. illi enim duo canonici per actum immissionis in possessionem videntur vnà cum parte attentasse, præsertim quia in facto supponi dicebatur, quòd illi canonici sustinuerunt etiam litem in Ro. Cu. semper huiusmodi attentatis. Et pro hac Rotæ conclusione illud adduco, quòd quando tertius non existens in lite vnà cum existente in lite innouat, attentare dicitur. Rot. 4. Bisigne. in antiquio. Felin. in cap. cum super. col. penult. de re iud. Et quãdo tertius ab aliquo ex collitigantibus causam habet, dicit attentare. gloss. magna in c. non solùm. de appel. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei litigiosæ peremptа instantia, etiam si iudex in causa inhibuisset, an valeat?*
2 *Alienatio omnis lite pendente prohibita.*
3 *Litigioso beneficio in fauorem alterius, quàm collitigantibus cedi non potest.*
3 *Dummodo in potentiorem, clausula in cessionibus addi solita.*
5 *Attento, quòd non est cedente potentior, altera clausula in cessionibus.*
6 *Potentioribus pares esse non possumus.*
7 *Litigiosi vitium, an duret etiam peremptа instantia?*
8 *Inhibitio certis terminis coarctari, & litem concomitari videtur.*
9 *Instantia peremptа lis non pendet.*
10 *Inhibitio cessat cessante appellatione.*

QVAESTIO CVI.

1 **Centesimodecimotertiò** q̃ro, an † alienatio rei religiosæ, peremptа instantia valeat, etiam si iudex in causa in-
2 hibuisset? Supponendum est, quòd omnis † alienatio lite pendente prohibita sit. In prophanis habemus in rub. & nigro ff. C. & in Authẽ. de litigio. habemus etiã text. in l. alienationes. C. fami. erciscun. in l. diuus. & ibi nota. ff. de peti. hæredi. & per Fabia. de Mon. de emptio. & vend. in 4. quæst. prin. quæst. 13. num 15. Circa beneficia litigiosa etiam idem
3 obseruamus, hinc dicimus † beneficio litigioso in fauorẽ alterius, quàm collitigantis cedi, seu renunciari non posse, nisi de lite mentione facta. cap. inter monasterium. de re iud. cap. 2. vt lit. penden. li. 6. Rot. 428. nota, nunquid si mortuo, in anti. Mil. in Reper. in versi. gratia si est impetrata pendente lite Lap. alle. 136. curiosè. num. 3. Rebuff. in praxi beneficiorum. in 2. par. Signa. vbi tractat de clausula, Litigiosum, cujus litis status &c. & in 3. par. Signa. nume. j. in versi. Quatenus litigiosum. Duas præcipuas rationes alienationũ hujusmodi lite pendente adduci posse existimo, vna est: quia cessio plerumque fieret in potentiorem, & sic collitiganti durior sufficeretur aduersarius, quod iura nolunt. l. cũ miles. & toto titulo ff. & C. de alie. iudi. mutan. cau. fa. Et in beneficiariis habemus illam optimam clausulam per signatu
4 ram in cessionibus addi solitam, videlicet † Dummodo in
5 potentiorem: vel Attento † quòd non est cedente potentior: Potentioribus enim pares esse non possumus, inquit
6 text. in l. quia etiam. in prin. dicto titu. ff. de alien. iudic. mutan. cau. fa. & in Authen. vt omn. obe. iudi. prouin. §. si verò. ver. Nec latet, vt nec tutum sit contra tales negotium suscipere simplici clerico fauoribus impari. ꝙ quo adduco pulchra verba text. in l. qui cum vno. §. Non omnis, qui litem habuit, & ideo militauerit, exhautorari iubetur: Sed qui eo animo militiæ se dedit, vt sub obtentu militiæ præcisiorem se aduer-

Source : BIU Cujas

ſe aduerſario faceret. Exponit ibi Bud. preciſiorem, ideſt duriorem, & intractabiliorem. ff. de re milita. Pro quibus etiã adduco rub. & l. j. & 2. C. ne lice. potentio. Alteram rationẽ puto eſſe: quia aliàs nunquam, vel rarò rem meam petẽdo conſequi poſſem, conueniendo enim Meuium poſſeſſorẽ, is in Calphurnium reſignaret, Calphurnius in Titium, Titius in Seium, & ſic in infinitum, prout in aliis terminis cõſiderat Lapus certiſſimum auctorẽ in ſolemni illa alle. 89. ſuper qua latè ſcribo, vnde rem meam, vel mihi debitam, vel nunquam, vel tardè, & tunc cum immoderabilibus expenſis conſequerer: propter dolum, malitiam, & fraudes aduerſarij, quibus iura omnia, quoad fieri poteſt, occurrunt. l. ſi cui. ibi per medias vias. ff. de ſeruitu. l. in fundo. vbi glo. dat concordan. ff. de rei vindica. capit. vlt. cum gloſſ. j. de poſtul. cum aliis. In hos, qui protrahuntur in litibus, & litium expenſis fatigantur (vt ſæpè accidit) adduci poſſunt carmina illa Martialis. libr. 7. Ah miſer, & demens viginti litigat annos, Quiſquam, vt vinci Gargaliane licet. Sequitur, quòd alienatio prohibetur lite pendente, ea finita, ſeu perempta inſtantia (& ſic ad rem noſtram) prohibita non poſſit dici, & ſic pro opin. affirmatiua, quòd alienatio valeat, & non poſſit conſequenter dici attentata: licèt enim dubitent Docto. an duret vitium litigioſi perempta inſtantia, & alienatio tamen valida erit, vt ex infra dicendis oſtendetur. Quan
7 tum enim attinet ad illam diſcuſſionem, an † vitiũ litigioſi etiam perempta inſtantia duret ex pluribus opinionibus illi adhæreo, quam tenuit nouiſſimè Rota corã Chiſanen. prout in eius recollectis dec. 82. vbi ita annotauit, vitium litigioſi an duret etiam perempta inſtantia, fuit dictum, q; ſi quærimus quò ad præſcriptionem, & durat. Aut quò ad alienationem, & extinguitur. ita Barto. in l. j. ff. de litigio. Ial. & Dec. in l. 2. C. de æden. Et quamuis Rip. ibidem teneat cõtrarium, placuit tamen Rotæ Bartol. opinio. Hactenus Chiſanen. Valida igitur erit alienatio, & ſic nulla attentata, & conſequenter non reuocanda. Verum obſtare videtur inhibitio, quæ ſiue iuſta, ſiue iniuſta timenda, & ſeruanda eſt. Rot. 307. nota, quòd audientia. in fi. in anti. Et facit illicitũ. quod aliàs fuiſſet licitum, vt probaui ſupra quæſtio. 75. nu-
8 me. 8. Reſponderi tamen poſſet, quòd ipſa † inhibitio certis terminis coarctari, & litem concomitari videtur, & eo vſq; durare, quouſque cauſa, vel appellationis articulus pẽdet: vt dixit Franc. in cap. vt debitus. nume. 47. de appel. quod ego ꝓbo etiam ex formula inhibitionis ſupra in 56. quæſt. dum pondero illa verba. Inhibemus, ne lite coram nobis
9 pendente aliquid innouetis, ſi eſt peremptа inſtantia † non pendet amplius, nec lis dicitur, Saly. in l. properandum. §. & ſiquidem, nume. 15. de iudi. Rip. in l. 2. nume. 28. C. de eden. ergo inhibitio nil amplius operari poterit: lite igitur ceſsãte ceſſabit inhibitio, prout in ſimili etiam dixit Fran. in cap. cum ceſſante. nume. 16. de appel. verſic. Tertio ad idem, q;
10 appellatione † ceſsãte ceſſet inhibitio. Hinc voluit Rota in Bracharen. monaſterij inter Cardinalem de S. Flora. ac Petrum Ferdinandi coram Iunio ſub die 14. Martij 1558. in in qua pro parte Cardinalis commiſſa erat cauſa appellationis, & nullitatis ſententiæ, & commiſſionis huiuſmodi vigore facta inhibitio, deinde deſerta appellatione Petrus vellet ad vlteriorem ſententiæ executionem procedere, & dubitaretur, an non moderata dicta inhibitione attentare diceretur. Domini inclinauerunt moderationem huiuſmodi non eſſe neceſſariam, ex quo inhibitio operaretur in cauſa principali appellationis, non in nullitate.

SVMMARIVM.

1 *Iudex abſoluens ab obſeruatione iudicij, an videatur ſuam inhibitionem tollere, ita vt poſtea facta non dicantur attentata?*
2 *Abſoluens ab obſeruatione iudicij non perdit iuriſdictionem.*
3 *Sententia ab obſeruatione iudicij dicitur interlocutoria.*
4 *Lis non finitur per interlocutoriam, niſi quando quis pronunciat ſe iudicem incompetentem.*
5 *Attentatis plus conſiderari contemptum iudicis, quàm partis præiudicium.*
6 *Reuocatio etiam tacita inhibitionis, illius vim, & effectum eneruat.*

QVAESTIO CXIIII.

1 Centeſimodecimoquartò q̃ro † an iudex abſoluens ab obſeruatione iudicij videatur ſuam inhibitionẽ tollere, ita quòd poſtea facta non dicantur attentata? Quòd ſint attentata, & conſequenter reuocanda probatur: quia ꝑ abſolutoriam ab obſeruatione iudicij iudex ſiue ſit ordina-
2 rius, ſiue delegatus non perdit iuriſdictionem † vt voluit Innocen. in capit. conſuluit. nume. 2. de offic. deleg. nec per huiuſmodi ſententiam res deſinit eſſe litigioſa. Mil. in re-
3 pert. in verſi. beneficium litigioſum. Et † ſententia ab obſeruatione iudicij dicitur eſſe interlocutoria, non diffinitiua: quia non abſolutoria a cauſa, vt per Bartol. in l. admonendi. poſt nume. 13. ff. de iureiur. ſequitur Abb. in capit. vltim. poſt num. 6. ibi. & ſequeretur abſolutio ab obſeruatione iudicij. extra eo. Et quod ſit interlocutoria, voluit Feli. in cap. examinata. nume. 11. de iudi. Per interlocutoriam autem lis non finitur, niſi loquamur de interlocutoria, per quam qs pronunciat ſe iudicem incompetentem † vt ſupponit Ancha. conſil. 16. viſo proceſſu facto. poſt nume. 2. verſi. In contrarium, licèt ipſe cõtrarium teneat in caſu ſuo, ex quo pronunciatio (vt ipſe ſubiicit) ſubiacebat vitio nullitatis. Idem voluit Feli. in capit. cæterùm. colum. 2. in 2. limi. de reſcr. Pondero etiam, quòd quia iudex remanet, & cum iuriſdictione poſt dictam abſolutoriam ab obſeruatione iudicij, ergo contemptus iudicis, eiuſque iuriſdictionis adhuc
5 in conſideratione erit: in attentatis autem † plus conſideratur contemptus iudicis, quàm partis ius, ſeu præiudicium, vt dixit Aegid. Bellame. dec. 49. incipien. Agenſ. & Old. conſil. 199. pro fundamento, poſt princip. ac conſil. 206. in cauſa Carnocen. col. j. affirmans, quòd per hanc attentatorum reuocationem contempta prætoris maieſtas vindicatur. Cõcurrere etiam veriſimiliter poterit partis præiudicium, q; etiam operatur attentatorum reuocationem. Rot. 310. ſi reus, verſ. Sed poſito. num. 3. in nou. Bellame. dec. 749. licet, circa medium. Innocen. in cap. dudum. nume. 13. verſ. Sicut enim. de electio. Ioan. Bapt. Ferret. conſil. 229. Reueren. nu. 2. & ſeq. lib. 2. Contrariam opin. ſequor. Iudex enim proferens ſententiam ab obſeruatione iudicij, abſoluendo videtur etiam quò ad ſuam inhibitionem partes abſoluere, ac
6 tacitè inhibitionem reuocare, quæ tacita reuocatio † vim, & effectum inhibitionis eneruat, vt ſupponit Rot. 461. ſi appelletur, in anti. & 138. ſi appelletur, in no. ac dec. 461. ſi appelletur, etiam in nou. Et vt diximus in proxima præceden. quæſtio. etiam inhibitio videtur certis terminis coarctari: & vltra cauſam, ſeu iudicium non ſe extendi.

SVMMARIVM.

1 *Tertio exiſtẽte in lite poſſeſſio canonicatus per capitulum data ei, qui obtinuerat monitorium pro eius conſeruanda poſſeſſione, cum inhibitione ne alteri illa daretur, an dicatur attentata?*
2 *Præcepto ſuperioris parendum eſt.*
3 *Inobedientia damnabilis, & punienda.*
4 *Attentata dolum ſupponunt.*
5 *Dolum requirunt delicta, vt puniri poſſint.*

QVAESTIO CXV.

Cẽteſimodecimoquinto quæro, fuit obtẽtũ monitorium ab ordinario per prouiſum de canonicatu cõtra capitulum; omneſque alios, vt ſibi poſſeſſionem illius traderẽt, cum inhibitione, ne alicui alteri poſſeſſionem tradere capitulum auderet, præterquam eidem inſtanti, reproducto monitorio comparet ꝓcurator capituli, & tertius pro ſuo intereſſe vigore clauſulæ omnesq; alios, ſi capitulum
1 † illi, qui obtinuerat monitorium cũ dicta inhibitione poſſeſſionem tradiderit, an poſſeſſio huiuſmodi dicatur attẽtata? Pro opin. negatiua pondero, ꝙ dicta poſſeſſio erat cõformis monitorio, & inhibitioni, & dum capitulum poſſeſſionem tradidit, paruit præcepto ſuperioris, cui parẽdum
2 † erat, toto titulo. ff. ſi quis iusdicen. non obtem. ca. nouit. de iudi. Et tanti Deus ipſe facit, & tantum amat obedientiam, vt ſcriptum ſit. Mens iuſti meditabitur obedientiam, Prouerb. 15. & capit. 20. ad fin. vir obediẽs loquetur victoriam, rurſus melior eſt obedientia, quàm victima. j. Reg. 15. Eccleſiaſtes 4. Multo enim melior eſt obedientia, quàm ſtultorũ victimæ. cap. ſciendum. verſi. Obedientia victimis iure præponitur. 8. quæſt. j. cap. j. de maio. & obed. gloſſ. in extra. j. Io. XXII. in ver. meritò. de verbo. ſigni. Ratio huius vltimi dicti eſt: quia per victimas aliena rarò: per obedientiam verò
3 propria voluntas tractatur. Et ſicut † inobedientia teterrima, damnabilis, ac punienda venit, hinc inobedientia primorum parentum, de qua Geneſ. cap. 28. cauſa fuit amiſſionis iuſtitiæ originalis: & fuit principium omnium erumnarum noſtrarum, ac continuæ vexationis ſuper terram, dicẽte Iob. capit. 7. Et ſicut dies mercennarij dies eius. Hinc vir Dei, Deo non obediens, ſed in domo alterius prophetæ cõtra præceptum comedens a leone occiſus fuit. 3. Reg. ca. 13. Quæ obedientia laudabilis, & commendabilis, impunibiliſque omnino erit, & conſequenter tam capitulum prefatum obediens mandato ſuperioris, quàm is, qui mãdatum obtinuit,

Source : BIU Cujas

obtinuit,impunè mandata,& conceſſa adimpleuerunt, & commendandi videntur, & ſic non erunt in dolo obedien-
4 tiam exhibentes,quem dolum † attentata preſupponere videntur.Rot.5.de reſti.ſpolia,aliàs 25.in no,ac Anto. Augu. dec.11.lib.2.Augu.Bero.conſi,120.concludo.num.33. libr. 1.Hinc dixit Pariſ.conſi.138.dico in cauſa,nume.28.vol.4. quòd alienatio facta lite pendente præſupponitur dolo facta.Et attentata eſſe illicita,& ſonare in delictum voluit gl. magiſtra in cap.non ſolum.in ver.reducendum,ver. Dic tamen.de appel.libr.6. Bellame.Dec.18.incipien.oneratio.Et
5 omnia delicta †vt puniri poſſint,dolum requirunt.vt concludunt Barto.in l.j.§.non autem.ff.ſiquis teſta.lib.eſſe ius. fue.Bald.in l.non ideo minus,col.3.C.de accuſa.Qui partē affirmatiuam tenere vellet, aſſerere poſſet poſſeſſionem huiuſmodi reſpectu tertij ad cauſam venientis attentatam eſſe,eoque in lite exiſtente nihil innouari potuiſſe ex iuris regula in rub.& toto titu.ff. & C. in decreta.in 6.& clemen.vt li. penden. nihil inno.tam igitur poſſeſſio data, quàm omnia alia lite pendente innouata attentata erunt, vt etiam p Caſſad.dec.6.num.2.incipien. voluerunt Domini ſuper Regu.cancel.Nec dolus ceſſare videtur,ex quo capitulum tradendo poſſeſſionem huiuſmodi exiſtente in lite illo tertio, quò ad illum faciebat actum illicitum,& a iure prohibitū, quem ordinarius etiam ſi voluiſſet (quod non eſt præſumendum) permittere non potuiſſet. Et conſequenter non poteſt fundamentum fieri ſuper obedientia,cum inobediētia manifeſta appareat erga omnia iura prohibentia (vt præmiſi) lite pendente innouari,cum innouatum ſit contra illum tertium in lite exiſtentem. Hæc duo vltima verba poſui;quia ſi tertius non eſſet in lite, nec contra ipſum attentaretur,nec ipſe attentaret,vt probaui ſupra quæſt.111.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor inſtrumentalis Seium moneri facit ad euacuādum,& ſuper reſtitutione fructuum, Scio illi huius litis occaſione inhiberi facien te an actus per illum inſtrumentalem poſſeſſorem poſtea facti dican tur attentati?*
2 *Inſtrumentalis poſſeſſio alio exiſtente in poſſeſſione inconſiderabilis.*
3 *Poſſeſſor inſtrumentalis alio non exiſtente in poſſeſſione iudicē adiens tanquam meticuloſus poſſeſſionem amiſiſſe dicitur.*

QVAESTIO CXVI.

Centeſimodecimoſexto Mæuius capta poſſeſſione inſtrumentali adit iudicem, & obtinet, ac execqui facit monitorium contra Seium ad euacuandum, & ſuper reſtitutione fructuum, Scius huius litis occaſione
1 Meuio inhiberi facit, quæro † an actus per Meuium poſtea facti dicantur attentati, & via attentatorum poſſeſſionem ſuam continuans excuſandus ſit, nec attentaſſe dici poſſit? Imprimis diſtinguèdum omnino erit. Aut enim loquimur de inſtrumentali poſſeſſione alio exiſtente in poſſeſſione
2 capta, & tunc † illa inſtrumentalis erit inconſiderabilis. Et talis inſtrumentalis poſſeſſor nō dicitur verus, & proprius, ſed fictus poſſeſſor.cap.per tuas.cum gl.in verſ. poſſeſſione, vbi quòd per tales inueſtituras quis non adipiſcitur poſſeſſionem,de donatio. Rot.301. Nota per traditionem anuli, & 716. Dic ſi aliquis,in anti.Afflic.ſuper Feud.cap. Quid ſit inueſtitura,num.3.& ſeq. vbi, quòd eſt ſignum traditionis, ſeu licentia poſſeſſionem apprehendi, non autem vera traditio.Et cum tractemus de continuatione poſſeſſionis, nō cadit continuatio ſuper poſſeſſione non capta,nō vera, ſed ficta.Et ſic nulli dubium,quin omnia ſint attentata.Aut loquimur de poſſeſſione inſtrumentali alio non exiſtente in poſſeſſione capta,& tunc quia eſt continuatiua, vt oſtendimus ſupra queſt.23.num.13.in 11.amplia.vbi probauimus, inſtrumentalem poſſeſſionem præcedentem excuſare poſſeſſionem realam capientem lite pendente, ac poſt inhibitionē ab attentatis,& tunc licèt per ea,quę ibi adduximus, & concluſimus,videretur dicendum,quòd etiam iuxta terminos præſentis quæſiti excuſandus veniret, ex alio tamen capite,& ex alia ratione, ſeu conſideratione contrariū concludendum erit, quòd imò ea,quę fecit,attentata ſint attentatorumque via reuocanda veniant.Ratio eſt: quia poſſeſ-
3 ſor hic inſtrumentalis † adeundo ſimpliciter iudicem tanquam meticuloſus, non autem quia vellet vrbanius agere, viſus fuit illam poſſeſſionem inſtrumentalem amiſiſſe, & ſe pro eiecto habere,iuxta text.in l.j.§.in operis. & ibi gloſſ. & in l.de pupillo.§.meminiſſe.ff.de nou.ope.nunc. in l.3.§. in admittenda.ff.de acquirend. poſſ.l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas.ff.eod. Iaſin l.2.poſt nume.115.verſ. pro nunc poſſet.C.de iu.emphy.quæ quidem poſſeſſionis amiſſio excludit continuationem l.naturaliter. ff. de vſuca.& conſequenter cum non poſſidens lite pendente, præſertim inhibitus circa poſſeſſionem, illamque concernentia inſteterit, & innouauerit,attentata omnino reuocanda venient.

SVMMARIVM.

1 *Moderari inhibitionem petens coram ſecundo iudice an cenſeatur in illius iuriſdictionem conſentire,ita vt non poſſit dare de attētatis?*
2 *Conſenſus etiam tacitus excuſat ab attentatis.*
3 *Proteſtatio non repetita in iudicialibus non operatur.*

QVAESTIO CXVII.

Centeſimodecimoſeptimò quæro, an † cōparens coram ſecundo iudice, & petēs ab eo inhibitionem moderari præmiſſa proteſtatione ſine præiudicio litis pendentiæ coram primo cenſeatur in illius iuriſdictionem cōſentire, ita vt nō poſſit dare de attētatis? In ſpecie habemus Rotæ dec. in Sabinen. Decurſus aquarum,& attētatorum. coram Oradino,ſub die 19.Martij.1561. Dubitabatur,an geſta coram Camerario (lite prius coram Auditore cameræ pendente) dicerentur attentata. Domini ſic concluſerunt, quòd geſta poſtquam ille coram Camerario comparuit,& petijt inhibitionem moderari non ſint reuocanda;quia per hunc actum poſitiuum conſenſit in iuriſdictionem camerarij,& ſic non poteſt dare de attentatis.Ratio huius decreti Rotalis videtur præcipua eſſe, quòd per conſenſum expreſſum,vel tacitum,reſultantem ex comparitione coram ſecundo iudice ceſſent attentata, quæ prætendebantur per illum comparentem,& in iudicem conſentientem, inſtantem poſtea pro attentatorum reuocatione. Et quòd cōſenſus etiam † tacitus excuſet ab attentatorum reuocatione, ptobatur ex dec.Creſcen.17. aliàs vni.ſub titu.de Attēta.ſeu ſub titu.vt li.penden. de qua loquutus ſum ſuper 14.formu. commiſ.in ver.reuocandi.quæſt.2.verſ. Negatiuam. tenuerunt:vbi etiam pro illa dec.& pro hoc noſtro ſuppoſito, q tacitus conſenſus ſufficiat nonnulla adduco, & faciūt,quę ſcripſi ſupra queſt.69.Nec proteſtatio præmiſſa ſufficiebat, tum quia non repetita † in ſingulis actibus,quod vt in iudicialibus operetur requiritur,iuxta dictum Imol.in cap. cumana.de electio.& doctri. Alex. in l. non ſolùm. §. morte, verſi. Vnde dici poteſt.ff.de nou.ope.nun.quam opin.Alex. pro communi tenuerūt Domini de Rota in Placentin.Caſtri,coram Ioan. Paulo Prolo.26.Ianuarij 1545.& habemus dec.Put.pro eadem opin.41.incipien.licèt proceſſus, & 44. proceſſus licèt reddatur nullus,ſub tit.de iudi.Inſuper proteſtatio præmiſſa ſolum operari potuiſſet, ne lite corā primo iudice pendente renunciatum videri poſſit, nō autem, q comparens coram ſecundo iudice videatur in illum cōſentire, cuius conſenſus ratione (vt præmiſſi) excuſantur prætenſa attentata. In proteſtatione autem debebat dici.Citra conſenſum in iuriſdictionem.

SVMMARIVM.

1 *Duobus ſe poſſidere contendentibus quid facere,& an inhibere,& cui debeat iudex?*
2 *Mandatum de manutenendo quando decernendum?*
3 *Poſſeſſoria remedia pro neceſſario antecedenti poſſeſſionem requirunt.*
4 *Inhibere non poſſidenti ne poſſeſſorem moleſtet iudex poteſt.*
5 *Poſſeſſionem ad ſe auocare,& vtrique parti inhibere poteſt,& debet iudex ad ſcandalum remouendum.*
6 *Inhibitio etiam decernitur in poſſeſſorio ſummario,ſeu preparatorio.*
7 *Poſſeſſorium ſummarium, & plenum quod ſit.*
8 *Regula de non tollen.iu.quæſt. non habet locū in poſſeſſorio ſummario.*

QVAESTIO CXVIII.

Centeſimodecimooctauò q̄ro, duo cōtendūt
1 ſe poſſidere,quid facere iudex,& an inhibere, & cui debeat? Reſpondeo,aut iudici conſtat,vel conſtare poterit,quis poſ
2 ſideat, & tunc decernere poterit † mandatum de manutenendo in poſſeſſione illum, quem eſſe in poſſeſſione ſibi
3 conſtiterit,& hæc remedia poſſeſſoria † pro neceſſario antecedente poſſeſſionem requirunt. Bart.in l.j.§.interdictū. nu.5.ff.vti poſſi.& in l.j.nu.3.C.eo.Ange.Aret.in §.quadrupli.nu.48.& ſeq.Inſti.de actio. & in ſpecie circa mandatum de manutenendo Guid.Papæ dec.552.nu.7.& conſi.91. circa proceſſum,poſt nu.j.ibi.Manutenendo verò, præſupponit quem eſſe in poſſeſſione,iuxta §.retinendæ.cum ibi nota.Inſti.

Source : BIU Cujas

ta.Insti.de interdi.cum si. Alteri verò non possessori se possessorem prætendenti iudex rectè,ne alium in sua possessione molestet,inhibebit.Pau.Cast.consi.3.in causa, quæ vertitur.lib.2.Io.Neuiza.consi.8.incip.Benedictus,nume.7. Non autem vtrique inhibebit.†Nec hoc casu possessionem ad se auocabit, prout voluerunt Lanfran.dec.9. incipiē. duob.ac Augu.Bero.consi.45.in causa,col.1.& seq.ac consi.46.in causa illorum,nu.5.lib. 3. & latè Natta consi. 121. in causa possessori,nu.2.lib. 1.Si autem non facilè constare possit, quis possideat,& scandali suspicio immineat, poterit, imò debebit iudex possessionem ad se auocare,& vtrique parti inhibere iuxta dec.Gui.Papę 578.si agatur, ac dec. Franc. Marc. in quæst.Delphi.1198.nume.3.& seq. & dec.Bononien.Pet. de Benitten.73.orta,num.5.& per totam, ac Mising. singu. obserua.centu.2.dec.96.incipien.quando,& consi.11.2.Decad. in præsenti,nume.46.& consi.Alcia.87.requisitus,uolum.6. per totum.Et quòd prætor,seu iudex remedia similia adhibere debeat ad tollenda scandala,& ne partes veniant ad arma,probatur in l.æquissimum.cum ibi nota. ff. de vsufruct. quæ procedunt etiam lite pendente auocando ad se possessionem,seu illam sequestrando,latè Bero.consi.116. pendente,in princip.& per totum,lib.3.Ex præmissis elicitur,quòd non solum†in petitorio, vel possessorio ordinario inhibitio decernenda venit,sed etiam in possessorio summario,& præparatorio,quod autem†dicatur possessorium summarium, quòd verò ordinarium, & plenum omnino declarandum venit, possessorium summarium,& velut præparatorium,& paruum præiudicium afferens dicitur istud, de quo hic tractamus,videlicet, quod principaliter ordinatur ad possessorium ordinarium.quando scilicet duo prætendunt eandem rem,eodem tempore possidere,& neuter vult partes actoris sustinere & sic interim,quòd deuenitur ad decisionem petitorii,vel plenarij possessorij partes ad arma veniunt, se inuicem turbando,ensem pro libello ostendendo, ut dixit Bald. in l.quisquis.ff.quo. app.& ut sciatur quis actor, & quis reus esse debeat.l.ordinarii.cum ibi nota.C.de rei vendica.In hoc possessorio summario, (vt præmisi) inhibendum erit,ut supra.Et dicitur summariū,quia natura negocij exigit. ut summariè procedatur,cognoscatur,& ordinetur.Et solum affert præiudicium lite pendente,& donec plenius fuerit cognitū, vel aliter ordinatum illudque tanquam præparatorium existimatur,ad finem alterius iudicii institutum, & aptitudine momentaneum dicitur,in quo non requiritur plena probatio,sed summaria sufficit, nec libellum,nec litis contestationem,nec sententiam diffinitiuā requirens, ut declarant Bal. & Pau.Castren.in alleg.l.ordinarii.C. de rei vindica. colum. penul.Rot.437.in no.D.meus consi.302.Et in hac possessione†summaria non habet locum regula de non tollend.iure quæsi.prout post Fely.concludit Sarnen.super reg.prædicta, quæst.5.post nume 9.ver.Primò quia dictum, sequitur Cagno.præmissa omnia declarans in l.in pari.qnestio. 117. numero 6. ff. de regu.iuris & Doctor.vbi supra, præsertim Cagno. numero 7. declarant, quod sit possessorium plenum, seu plenarium.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitus ne ædificet pendente lite super castris,vel domo, an possit castrum,vel domum reficere,seu reædificare?*
2 *Præiudicium si immineat irretractabile,receditur a regulis iuris.*
3 *Spoliatus ante omnia restituendus est.*
4 *Nisi immineat prejudicium irretractabile.*
5 *Reficere diuersum est a facere,seu ædificare.*
6 *Reficiens ædificium penitus destructum dicitur ædificare.*

QVAESTIO CXIX.

1 Centesimodecimononò quæro, an inhibitus ne ędificet,seu ne aliquid innouet pendente lite super castris, vel domo possit castrum vel domum reficere, seu reædificare? Pro opin.negatiua considero, quòd inhibitio operatur, vt omnia remanere debeant in eodem statu,in quo erant,tempore,quo emanauit,& sic præseruantur iura partium. Fede. de Sen.consi.290.& dixi supra quæst.22.num.4.sed tempore præsentatæ inhibitionis dirutum supponitur ædificium, ergo conseruari,seu potius remanere debet in eodem statu, in quo reperitur, non autem reædificari, seu reficì. Insuper supponimus castrum, quod reficiendum esset,aliàs dum in priore forma erat, fuisse inexpugnabile, & si nunc reficeretur,eandem qualitatem inexpugnabilitatis reassumeret,quo fit,ut affirmemus, quod si hodie castrum huiusmodi esset 2 in suo priori esse propter irretractabile† prejudicium, quod imminere posset, ne postea irrecuperabile redderetur, recedendum esset a vijs ordinarijs, & a regulis iuris communis, inter quas illa est,quòd prius cognoscatur causa possessorij, 3 quàm dominii,seu proprietatis,& quòd spoliatus†ante omnia restitui debea. l. si de possessione.C.vnde vi.l.si quis ad se fundum.C.ad leg.Iul.de vi publica.c.in literis, & c. conquerente,de resti.spol.c.nullus 2 quæst.2.cum aliis.Tamen si imineat(vt præmisi) præiudicium irretractabile, admittetur quæstio,seu cognitio dominij, prout si ageretur,vt dixi, de 4 recuperando fortilitio, † seu castro difficilis expugnationis, prout uoluerunt Pau.Castr.& Iaso.in l.2.C.de edi. di. Adri. tollen.& alij,quos cito in 14.formula commis.in ver. imprimis.quæst.4.iuxta nouam impressionē, vbi etiā ostendo,idē dicendum esse in attentatis,quòd in possessorio,cum hoc casu non sit constituta differentia inter remedium possessoriū, & attentatorum.Melius est igitur occurrere in tempore, & sic statim facta inhibitione cesset omnis refectio, & omnis munitio,& prejudicio alicui irretractabili locus esse non poterit.In contrarium, quòd imò refectioni, seu reædificationi locus esse possit,probatur:quia siue dicamus inhibitum, ne ędificet,non per hoc censeri debet inhibitum,ne reficiat. 5 †Hęc enim inter se longè differunt,iuxta tex.in l.3.§.reficere. ff.de iti.actuque priua.§.reficere.in l.1.§.penul.ff.de mort. infe.l.4.C.de oper.public. l.1.§.si quis ædificium.& ibi Iaſ.post alios nu.1.& seq ff.de no.ope.nunc. Idem Iaſ. in l. ius ciuile, nu.11.cum sequen.ff.de iust.& iur.glo.vlt.& Docto.& ibi D. meus nume.96.& seq.in c.cum accessissent.de constitu.idem Dec.& Cagno.in l.domum suam.ff.de regu.iur.Et cum reficere non sit aliquid de nouo facere,nec innouare idem dicē dum erit,vt etiam si in inhibitione non dicatur expresse, ꝙ non possit ędificare,sed solùm ne aliquid attentet,nec attentabit,nec innouabit reficiendo.Hac autem distinctione vtendum erit, vt cessent, & tollantur omnia contraria.videlicet, Aut supponimus ędificia non esse penitus diruta, vel solo ęquata, quo casu procederet prima opinio negatiua: tunc 6 enim † reficiens rem penitus destructam diceretur facere & ędificare capitu.consuluit.& ibi Abba.& Felin.post alios, de iudi.Hostien.in summa de eccle.ędifi.in fi.Et dixit gloss. in c. 3.de iure patrona.quòd reficiens ecclesiam funditus destructam dicitur de nouo facere,& acquirit ius patronatus antiquis exclusis. Et quòd similis refectio sit noua constructio probant Modern.Aſten. in tracta. de Refectio. Iaſ.& alii supra citati.Idem Iaſ.in l.quominus.colum.penult.ff.de flumi. Nec mirum si hoc casu refectio prohiberetur:quia esset impropria refectio,sed ędificatio ab integro,& esset nouū ędificium,quòd (vt præmisimus)interdictum fuit.Aut loquimur in vera,& propria refectione,& procedat secunda opinio,& sic cessabunt omnia,quę in contrarium adducta fuerunt, & adduci possent.Nec illud argumentum,quòd si castrū prius inexpugnabile ad eādem formam reduceretur, in qua prius erat,parare posset prejudicium irreparabile,in magna consideratione esse potest: Tum quia nulli iniuria fieret per refectionem,& reductionem ad eandem priorem formam, quo casu prędallega.text.ibi.Dum non officiat inuito,& ibi declarant.ff.de reg.iur.& per alios ubi supra. Tum quia non esset presentis speculationis considerare,quale prejudicium afferri posset per refectionem,dummodo(vt præmisi) non excederetur addendo,vel minuendo,& circa alia,de quibus Ange.& Iaſ.nu.9.& seq.in alleg.l.ius ciuile.ff.de iustit. & iur. Et pro hac opin.quòd post prędceptum sibi factum reficiens nō dicatur innouare,consuluit in causa propria Alcia.cōsi.100. incipien,Alciati in causa,nu.8.vol.5.

SVMMARIVM.

1 *Castri,vel prælaturę possessor an lite pendente possit cogere debitores ad sibi soluendum?*
2 *Iudicia vniuersalia an faciant silere particularia?*

QVAESTIO CXX.

1 Centesimouigesimo quęro, an † possessio castri, seu prelaturę possit lite pendente super iurisdictione castri uel ipsa prælatura cogere debitores ad sibi soluendum? Pro opi. affirmatiua fuit in similibus terminis cōclusum per Dominos de Rota,prout dec. Gamba.41.incip. Mantuana. & sic euitabimus 2 illam arduam disputationem,an iudicia †vniuersalia tanquā prejudicialia faciant silere particularia, de quo per Bart.in l. si quis libertatem.nu.15.ff.de petitio.hęredi.post Innoc in c.

Source : BIU Cujas

quia in cunctis.de con. præben.est etiam tex.& ibidem idem Barto.in l.bonæ fidei.ff.eod. & licèt tex.ille, & Barto. ibidem loquantur,quando essemus circa res,quæ essent tempore perituræ,tamen ex præfata dec. Gamba. & ex illius rationibus generalius inferre poterimus etiam circa res non tempore perituras. Et pro iis faciunt tradi.per Bal.in l.emptorem. col. 3.versic.Pone quidam tanquam prælatus.C. loca. & Ias.in §. præiudiciales.nume. 5.& sequen.ff.de actio. Secus autem dicendum esset(& sic quæsitum huiusmodi inseruiet tractatui nostro de Inhibitio.) si sit interdicta administratio illis super castro,vel prælatura litigantibus,vel inhibitum fuit debitoribus,ne soluant,quo casu inhibitio suos solitos effectus operabitur vltra litis pendentiam: facit enim illicitum, ꝙ aliàs, seu ante licitum fuisset,vt probo supra in 75.quæstio. numero octauo. Nec limitatio hæc discrepabit, vel aliena erit a dicta dec.Gamba.nec a tradi.per Bartol.& Bald.vbi supra, ac ab ijs, quæ voluit Iason in allegato § præiudiciales.numero 8.Institutio.de actio.

SVMMARIVM.

1 *Processus secundi iudicis an valeat non obstante pendentia litis super eadem re coram primo iudice stante etiam inhibitione dicti primi iudicis?*
2 *Iudicium vbi cœptum est,ibi terminari debet.*
3 *Necessitatis causa iudicium cœptum coram vno iudice,coram alio perficitur.*
4 *Iudicium sibi eligendi facultas quid operetur?*
5 *Processus coram secundo iudice factus ante allegationem litis pendentiæ coram primo subsistit.*
6 *Executiuis non obstante litis pendentia coram primo alius iudex adiri potest,*
7 *Negligente primo iudice in iustitia administranda secundus adiri potest.*
8 *Secularis adiri potest iudice ecclesiastico negligente.*
9 *Processus secundi iudicis valet non obstante litis pendentia coram alio ex communi regula canonistarum.*

QVAESTIO CXXI.

1 Centesimouigesimoprimò quæro, an†processus secundi iudicis valeat non obstante pendentia litis super eadem re coram primo iudice,stante etiam inhibitione dicti primi iudicis?Hic duæ cõclusiones discutiendæ veniũt, quarum prima est nulla habita ratione inhibitionis,& regu-
2 la iuris est,quòd iudicium vbi cœptum est†ibi terminari debeat vulga.l.vbi cœptum ff.de iudic.& §.quoniam. in Auth. de testib.Lap.alleg.78.vacauerat.nume.10.vbi ego in addit. in ver.diuersis,amplio ad ea,quæ sunt voluntariæ iurisdictionis.Quæ etiam regula ampliatur in iudicibus delegatis,vt pẽdente lite coram vno,non possit procedi coram alio capitu. ex tenore.de rescrip.vbi Anchar. Abba. & Felin. ac D. meus colum.vltim.adducunt alias ampliationes. Limitatur dicta
3 regula,nisi adsit†causa necessitatis,tunc enim iudicium cœptum coram vno iudice,coram alio perficitur, iuxta tex. in l.sed & si restituatur §.sed & si dies. ff. de iudic. & ibi gloss. & Barto.ac Barto.in dicta l.vbi cœptum.vbi ampliat, seu declarat,siue necessitas illa insit a principio,siue proueniat ex post facto,quod etiam voluerunt ibidem Ange. & Pau. Castren. in fi.ac Bald.& Ange.in allega.l.sed & si restituatur. §. ædiũ nomine Felin.in alleg.cap.ex tenore.colum.9.in 5.fallen.de rescrip.Corset.in suis singu.in ver.iudicium, ac Brun. consil. 54.colum.2.Secundò limitatur in eo,qui ex priuilegio ha-
4 bet facultatem†eligendi vnum ex pluribus iudicibus, citatus enim potest illius forum coram quo citatur declinare,& alium sibi iudicem eligere,authen.habita.C.ne fil. pro patr. Barto.& Ange.in alleg.l.vbi cœptum.Soci.consi. 94. colum. 1.lib.3.Felin.in dicto cap.ex tenore.colum.9.in 6.fallen. Tertiò limitatur,vt ante allegationem,seu oppositionẽ litis pen-
5 dentiæ coram primo iudice, † processus coram secundo factus subsistat, post oppositionem verò nullus erit. Innocen. in cap.cum M. Ferrarien.in fi.& Anto.de But.nume. 59. Abba.colum.vlti.Felin.colum.13.& D.meus colum.ult.de consti.Barto.in l.sepulchri.in fin.ff.de sepul.uiola. Bald. in l. 1.in princip.ff.de offic.consu.& in cap.pastoralis.colum.vlt.de rescrip.ac in l.nulli.in fi.C.de iudic.Ang.in l.si is a quo.ff.de rei vindic & in l.penul.circa princip.ff.de peti.hæredi.Ancha. in capitu.quamdiu.colum.1.de appella.Imol. in l. cum procurator.§.dominus.colum.ulti.ff.de noui ope.nunc. & in cap. cæterùm in fin.de rescrip.Phi.Franc.in cap.ut debitus.colũ. penul.nume.51.versic.Tertia,& vltima conclusio, de appel. Alex.consi.11.colum.2.lib.1.dec.Neapo.Affli.353.in causa. nume.2.vbi etiam an post litem contestatam opponi possit, Ruin.consi.61.colum.13.uolum.5.Lancel.Dec.in alleg.l. vbi cœptum.colum.1.Soci.consi.38.pro.decisione.nume.7.lib.1. Rot.4.postquam,de testib.aliàs 76.in no. Quartò limitatur,
6 nisi simus in†executiuis,in quibus pendente executione coram uno iudice,pro eadem executione alius adiri potest, & pro eadem re possunt plura,& diuersa remedia intentari:nec potest opponi de litis pendentia.ita Ias.consi.9.in 2. respon. ad motiua vicarii,& consi.28.colum.vlti.lib.1. sequitur Io. de Neuiza,consi.4.incipien.de vultu.colum.ult.nume.13.Quin
7 tò limitatur,vbi primus iudex est†negligens in iustitia administranda,tunc enim alius adiri potest litis pendentia coram primo non obstante.Barto.Angẽ.Roma.& vterque Imol.in l.quamuis.ff.de damn.infect.Ancha.consil. 196. Magnifice, numero 8.vbi loquitur in fortioribus terminis, quòd iudex
8 †secularis sua iurisdictione vti possit ecclesiastico negligẽte, & sic ecclesiastico relicto,qui priùs aditus fuerat,aditur secularis, adducit tex.in cap.significante,de offic.ordin.in ca.complures.de offic.delega.libro 6.ac in cap.si duo.de procur. eo. lib.Abba.in cap.dilecti.colum.penul.de foro compete. Corset.in suis singu.in ver.iudicium,in fin. Si simus in terminis alicuius ex præmissis limitationibus, vel aliis adductis per Docto.in alleg.l.ubi cœptum.de iudic.in cap.ex tenore.de rescrip.& aliis in locis supra citatis,semota inhibitione à iudice priore emanata,concludendum erit pro affirmatiua, ac pro validitate processus. Idem tenendum erit,si constituamus regulam,quòd†processus secundi iudicis valeat, nõ ob
9 stante litis pendentia coram alio,quam ponunt Ant.de Bu. post Innocen.& Compostel.in alleg.capitu.cum M. Ferrar. nume.59.& communiter Canonistæ, de constit.per tex.in l. si pariter.ff.de libe.cau.in l.3.ff.de quib.reb. ad eun.iudi.ea.in alleg.l.si is à quo.ff.de rei uindica.Rot. 76. postquam *litera*, in additio.in no.Supposita verò inhibitione à primo iudice emanata in omnibus casibus præmissis, siue simus in regula à canonistis posita,proximè relata,siue in limitationibus datis ad dictam l.vbi cœptum.& aliis,de quibus supra, processus secundi iudicis nullus erit,ac attentatus, tum ex illa propositione,quasi sæpè usi fuimus,quòd actus aliàs licitus propter inhibitionem illicitus redditur,ad ea quæ scripsimus supra in 75.quæstio.numero 8.& ita in specie, quòd processus huiusmodi post prefatam inhibitionem sit nullus, & attentatus, concluſit Rota, prout in Recollectis caput Aquen. parte secunda dec. 51.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio interposita per unum ex litis consortibus,subsecuta inhibitione an adeo suspendat iurisdictionem iudicis a quo, quò ad alios litis consortes,vt si comparuerint coram dicto iudice a quo,& quasi nouum iudicium instituerint,talis processus sit attentatus?*

QVAESTIO CXXII.

Centesimouigesimosecundò quæro,
1 an†appellatio interposita per vnum ex litis consortibus subsecuta inhibitioue adeo suspendat iurisdictionem iudicis à quo quoad alios litis consortes, ut si comparuerint coram dicto iudice a quo,& quasi nouum iudicium instituerint,talis processus sit attentatus? Hoc quæsitum in partem affirmatiuam nouissimè decidit.Mising.consi. 8. Decad. 1.incip. Ad decisionem,nume.15.cum aliis sequen. cum eo resideo. Et licèt in proxima præceden.quæst.firmauerim regulam, ꝙ processus secundi iudicis etiam super eadem re, & inter easdem personas valeat,tamen quia hic supponitur etiam inhibitio(prout & ibi)inhibitio operari debet:ut actus aliàs fortè licitus,illicitus reddatur,ut ibidem, & alibi sæpè ponderaui. Et quòd appellatio, & alius actus iudiciarius unius ex consortibus alteri prosit, uel noceat, probaui supra in 48. quæstio.numero 2.& sequen.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius an inhibere possit subditis, ne in sui præiudicium coram alio litigent.*
2 *Barones incidunt in crimen læsæ maiestatis facientes, ne subditi eant in iurisdictionem Regis.*
3 *Ecclesiasticus dicitur iudex competens, etiam inter laicos ratione iuramenti.*
4 *Prorogate iurisdictionem etiam iudicis extranei partes absque licentia possunt.*
5 *Præparantis causæ iudex,debet esse præparatæ.*

QVAE-

Source : BIU Cujas

QVAESTIO CXXIII.

Centesimouigesimotertiò quæro an †feudi dominus inhibere possit suis subditis, ne in sui præiudicium coram alio litigent? Pro opin. negatiua concludendum esse viram detur, si consideremus, quòd per similes inhibitiones† Baro nes cēsentur incidere in crimen læsæ maiestatis, vt post Luc. de Pen. scribit Paris de Put. in tracta. sindica. titu. de excessi. Baro. erga subdi. cap. 2. circa princip. Ponens exemplum in Barone faciēte ne subditi eant in iurisdictionem Regis. Quæ opin. negatiua tanto magis procedere videtur, si supponamus, quòd inhibitio emanet, ne eius vasallus litiget coram iudice ecclesiastico, puta ab eo obtenta absolutione a iuramento, successiuè super rescissione ipsius contractus: cum iudex† ecclesiasticus dicatur competens, etiam inter laicos ratione iuramenti in contractu appositi, quod addit forum fo iuro, capit. vlti. & ibi Docto. de foro competen. cap. licet. de iureiuran. lib. 6. Accedit, quòd in contractibus apponi solet clausula, quòd contrahentes se submittunt quibusvis curiis, etiam ecclesiasticis, & sic prorogant† iurisdictionem ecclesiasticam, quod facere possunt partes, etiam erga iudicem extraneum. l. si ex consensu. C. de episco. audient. & ibi omnes. Barto. in l. 1. & 2. ff. de iudic. & in l. 1. §. & post operis. numero 2. & ibi Ias. ponens regulam in prorogatione iurisdictionis non requiri licentiam: quod etiam probatur in iure canonico, ex tex. in capitulo Romana. iun. gloss. in ver. clericorum, de foro compe. libro 6. vbi quòd præterquam in clericis, regulariter potest fieri prorogatio alterius iudicis sine licentia sui proprii iudicis. † Insuper iudex causæ præparantis debet esse iudex causæ præparatæ. l. ordinarii. C. de rei vendicat. & ibi glo. in versi. exhibiti. Felin. in cap. cum sit generale, colū. 7. de foro compe. Pet. Girar. singu. 88. Hinc Bald. in alleg. l. ordinarii. in 2. not. per illum tex. infert, quòd si dicturus instrumentum simulatum, vel vsurarium accedat ad episcopum pro absolutione à iuramento contento in instrumēto, quòd episcopus debet etiam postea esse iudex in causa principali simulationis, sequitur Pau. Castren. in l. 2. nume. 3. C. vbi & apud quem in integr. restitutio. Alexan. consi. 58. in fi. lib. 1. Est tex. in simi. in l. minor. in fin. princ. ff. de euictio. & voluerunt Alexan. & Ias. nume. 3. & sequen. in l. quoties, C. de iudi. Opin. affirmatiuam, quæ verior est, tenuerunt Paris de Put. de syndica. præalleg. capitu. 2. in princip. rub. de excessi. Baro, qui postea distinguendo respondet ad primum motiuum supra factum pro opin. negatiua: si enim feudatarius prohiberet in derogationem regiæ dignitatis, vel eius iurisdictionis, tunc contrarium procederet, & Baro incideret in pœnas, de quibus supra: si tamen haberet merum, & mixtum imperium in terris suis, vel cognitionem causarum ciuilium, & criminalium saltem in prima instantia, prout Barones communiter habent, tunc prohibere posset ne vasallus in derogationem suæ iurisdictionis, & suorum priuilegiorum iret ad curiam regiam, vel ad aliud tribunal seculare, vel ecclesiasticum. Et pro hac opinione est text. in capitu. ex transmissa. de foro competen. pro hac etiam opinio affirmatiua concludit Nico. Boe. dec. 114 incipien. Florentinus, aut Ianuen. nume. 2. versicu. Secundò præsuppono, iudicem posse prohibere subditis suis. Et nouissimè idem voluit Osas. dec. Pedamon. 78. Cum subditis vasalli nume. 12. & per totam, & ibidem respondet ad alia fundamenta supra adducta pro cōtraria opi. & illo nume. 12. constituit differentiam (quo ad rem nostrā) inter habentem aliquem ratione nudi exercitii iurisdictionis, vel non nudi exercitii iurisdictionis, sed alia ratione subiectum, puta ratione fidelitatis vt sunt subditi vasallorum, & sic ad rem nostram: pro quo adducit Hostien. in Sum. de foro competen. Roma. in l. 1. §. præalleg. Et post oneris. in fi. ff. de noui oper. nuncia. & alios de quibus ibi. In hac etiam opin. affirmatiua residet Dida. Couaru. libro 1. varia. reso. capitu. 4. nume. 8.

SVMMARIVM.

1 *Processus per Gubernatorem Bononiæ etiam delegatum Papæ post inhibitionem Auditoris cameræ factus an censeatur attentatus.*
2 *Attentata, & delicta non præsumenda.*

QVAESTIO CXXIIII.

1 Centesimouigesimoquartò quæro, an† processus per Gubernatorem Bononiæ etiam delegatum summi Pontificis post inhibitionem Auditoris cameræ factus censeatur attentatus? Pro opin. affirmatiua adduci potest, quòd circa Auditorem cameræ plures sunt casus, in quibus non solum in subditos immediatè, vel etiam mediatè, quin & neutro modo subditos, idem procedere possit, etiam nonnunquam auocando causas, ab ordinariis, vel delegatis, etiā in vim specialis rescripti: at ex illius facultatibus apparet, & ad ea, quæ adduco in 11. formula commis. in verbo. validitate. Præterid, quod in multis ex stilo, vel consuetudine Auditor cameræ habet latissimam, & amplissimam iurisdictionem, etiam quibusuis iudicibus inhibendi, quæ quidem cō suetudo dat, ampliat, ac declarat iurisdictionem c. cum contingat. de fo. compe. c. 1. ver. Nisi amplius. de pœnis. lib. 6. Archi. in c. conquestus. 9. q. 3. 4. si quisquam ff. de diuer. & temp. præscr. Lud. Rom. consi. 243. ad prædictorum, & consi. 300. in casu proposito, nu. 2. Vnde vel quia esset clarum, & inhibitio Auditoris cameræ afficeret, vel saltem esset dubium, an Gubernator ille illi parere deberet, saltem supersedere debebat, alioqui processus videtur attentatus. Hoc dubium in partē negatiuam decidit And. Alcia. consi. 48. incip. Hac in attentatorum causa, nu. 5. & seq. lib. 6. Ponderans, & cum Gubernator posset procedere tam in iurisdictione ordinaria, quàm ex delegata, tanquam delegatus processisse censeri debeat pro validitate, actus iuxta regulam l. quoties. ff. de reb. dub. & ad alia, quæ adduco in 24. q. Regu. de Non iudi. iux. for. iuxta 2. editio. nu. 8. vbi probo hanc præsumptionem pro validitate actus validam esse, ac plerisque aliis præsumptionibus præferendam. Insuper in dubio præsumendum semper est pro
2 non† attentatis, & pro non delicto, argumen. text. in l. meritò. ff. pro socio, in l. item apud Labeonem. iun. glo. in versi. si cum iure. ff. de iniur. Barto. in l. non solùm. §. sed ut probari, nume. 3. ff. de noui ope. nuncia. & in l. gerit, colum. 6. ff. de acquir. hæredi. Rot. Bellame. 699. suppositio, quòd causa, quæ est etiam in nou. 469. & per Felin. in c. super literis. ante num. 13. de rescrip. Mouetur etiam Alcia. ea ratione: quia Auditor cameræ non possit inhibere delegato Pontificis, seu se intromittere de causis extra Romanam curiam ad Papam deuolutis, nisi habeat super hoc speciale rescriptum, pro quibus citat Rot. 336. in no. quę incipit, si à iudice. Pro opinio eiusdem Alcia. potest etiam adduci Rot. 727 nota quòd Auditor Cameræ in anti. ac Aegid. Bellame. 210. in causa D. Simonis, vbi in fin. dicitur, quòd officium suum est causas curialium audire. Idem Bellam. dec. 508. conclusio, quòd Auditor cameræ non potest citare extra curiam, & quòd curia est sibi pro territorio. Quæ cōclusio ampliatur, etiam si quis subiiciat se cameræ: licèt enim in curia repertus conueniri possit, non tamen extra eam citari poterit per cameræ Auditorem, vt in curia respondeat. Ego cum Alciato resideo quò ad propositum quæsitum. Quantùm verò attinet ad iurisdictionem ipsius Auditoris cameræ non solùm quoad curiales, & in curia Romana tantum per Rotæ antiquæ decisiones coarctatam aliter hodie respondendum esse censeo, cum illius iurisdictio, ut præmisi, ampliata fuerit, prout ex facultatibus Auditorum cameræ apparet, tenor igitur ipsarum facultatum, ac priuilegiorum ante omnia inspiciendus est ca. accepimus, & c. seq. de fide instrum. c. cum plantare. versus fi. cap. porrò, & c. petistis, de priuile. Cassado dec. 3. in fi. eo. Feli. in c. 1. col. 6. uer. considera etiam aliud. de rescrip. Videri poterunt circa iurisdictionem Auditoris cameræ, & quò ad præfatas Rotę decisiones supra citatas, quę scripsi in gl. Facul. §. sitque, in ver. generalis. Ordinarius autem an delegato inhibeat, tractaui supra q. 5. Ad deducta in contrarium, & sic pro opi. affirmatiua ex premissis elicitur solutio, præsertim negādo, quòd simus in aliquo casuum, in quibus liceat Auditori camerę iudici, præsertim delegato inhibere.

SVMMARIVM.

1 *Inhibtio inferiori ne eligat sub pœna excommunicationis, vel inhabilitatis an electio postea subsecuta subsistat?*
2 *Electio ne fiat, qualiter à principio inhiberi possit.*

QVAESTIO CXXV.

Centesimouigesimoquintò, & vltimò quæro, an† sit† superior inhibeat inferiori, ne eligat sub pœna excōmunicationis, vel inhabilitatis, electio postea subsecuta sub sistat? Hoc quęsitum ponitur in terminis per Pau. Castren. Dubium erat, Cardinales tempore Petri de Luna, qui appellabatur Papa in partibus vltramontanis volebant eligere alium in summum Pontificem: uel uolebant Concilium congregare. Papa illis inhibuit, ne inciperent aliū eligere, vel

Source : BIU Cujas

tractare ſub pœna excommunicationis, vel inhabilitatis. Quicquid poſtea Cardinales feciſſent nullum, & inualidum fuiſſe t. Reſpondet Pau. Caſtren. in l. filiusfami. §. diuus Seuerus. ff. de legat. 1. verſicu. pro primo membro, numero 8. pro quo citat text. in l. interdum, ibi. Nam incipiente proprietario man umittere, extinguetur vſusfructus. ff. qui. mod. vſufr.
2 amit. † At ſi ſuperior inhabilitet (ſubdit idem Caſtren.) ſi elegerunt, tunc electio valeret, ſed efficerētur inhabiles ad alias electiones. Hæc dicta Pau. Caſtren. reaſſumunt Barto. Cępo. caute. 206. incipien. Quando ſuperior, ac Catel. Cott. in ſuis Memoria. in ver. Concilium quomodo poſſit iudicare, verſi, Sed pro Pontifice eſt nota. cautela, & vterque extollit hoc dictum Pau. Caſtren. Et ipſe Cotta hac cautela vſum fuiſſe inquit Iul. II. contra Cardinales prætendentes ſe velle congregare Concilium anno 1511. Hanc diſcuſſionem ego non proſequor, tum quia requireret altiorem indaginem. Tum quia mei inſtituti eſt ſimilia dubia decidenda relinquere Sanctæ ſedi Apoſtolicæ, cuius iudicio, & poteſtati me, meaque omnia ſemper ſubieci.

D. IOANNIS MAVRITII BOLANI

De Reſtitutione in integrum.

SVMMARIVM.

1 *REſtitvtio in integrum eſt in priſtinum ſtatum repoſitio.*
2 *Reſtitutio hoc reddit, quod eſt à læſione ablatum.*
3 *Minor in re læſus, ad ipſam rem reſtituendus eſt, ſi verò in actione lædatur, actionis erit habenda ratio.*
4 *Defenſor iudicium acceptans, etiamſi in integrum reſtitutus ſit, nihilo minus tamen ad reſtitutorium iudicium iure compelli poteſt.*
5 *Reſtitutionis duplex iudicium, unum quod vocant reſcindens, alterum reſciſſorium, nu. 1. cap. 4.*
6 *Iudicium reſtitutionis in integrum cuilibet nocet poſſeſſori.*
7 *Reſciſſa per reſtitutionem venditione, in qua minor tam in re vendenda, quàm in tradenda poſſeſſione læſus eſt, noui iudicij intentatione non eſt opus, ex opinione Bartoli, ſecus ſi minor in vendendo ſolùm læſus eſſe dicatur.*
8 *Id potiſſimum attendendum, ſuper quo imploratur reſtitutio in integrum.*

CAPVT I.

1 REſtitvtio †in integrum ita ſolet definiri, vt ſit in priſtinum ſtatum repoſitio: Nam reſtitutionem ſic faciendam iubet lex, vt vnuſquiſque ius ſuum in integrum recipiat: quo fit, ſi in fundo vendendo circūſcriptus minor reperiatur, iubebit Prætor emptorem fundum cum fructibus reſtituere, & precium recipere, quod apertè deſumitur ex l. quòd ſi minor. §. reſtitutio. ff. de mino. vbi non impertinenter dicitur hoc reſtitutionem reddere, quod à læſione ablatum. Quare † ſi in re læſus
2 minor fuerit, ad rem ipſam reſtituatur neceſſum eſt. Quod
3 †ſi in actione, tunc erit actionis habenda conſideratio. l. qui proprio. §. item quæritur. ff. de procurat. per Bartolum in l. interdum. ff. de condictio. indeb. necnon in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. ff. de liber. & poſtlium. Speculator amplè ſub titulo de reſtitutione in integrum. Vt tamen veritas huius negotii tibi magis ſit aperta, pro dubitandi ratione arridere videtur illa l. qui proprio. ſub § item quæritur. ff. de procurato,
4 in quo à Iureconſulto ſequens proponitur difficultas. Si †iudicium defenſor acceperit, ſitque in integrum reſtitutus, an tu iure hunc adiges reſtitutorium iudicium perſequi? & aſſerit lex compellendum. è cuius textus ſerie deſumitur, actorem reſtitutum, & tamen adhuc omnino agi debuiſſe iudicio reſtitutorio. Ad cuius proſecutionem procurator adigitur, ita vt ex eo non videatur reſtitutio plenè & abſolutè aliquem in ſuo ſtatu reponere. Sed vt talis obex diſſoluatur, ſic me iudice reſponderi poterit. Nimirum ibi poſtea reſtitutorii iudicii refricandam eſſe quæſtionem, modò intellexeris
5 duplex †hac in re iudicium à Doctoribus ſtatui. Quorum primum vocant reſcindens: Aliud verò, quod hi aiunt reſciſſorium, aut ſi malis reſtitutorium, vt ſuo loco poſtea docebimus, vbi vtriuſque vim & naturam explicabimus. Nemo autem abnegabit ea lege intētatum primo ordine reſcindens, demum conceſſam reſtitutionem, vt non improbè ibi iudicetur, reſtitutorium omnino neceſſarium extitiſſe. Quo fit, vt minor qui ſe læſum ex venditione proponit, ita reſtituendus ſit, vt ea venditione non obſtante rem aſſequi debeat: qua ratione non extra negotium textus ille defenſorem, qui cauſa reſcindente comparuit perſeuerare in defenſione litis reſtitutoriæ ſtatuit. Qui enim antecedentis defenſionem ſuſcepit, æquum eſt, vt conſequentis tutelam ſubeat. Et qui præparatorio iudicio adfuit, præparati cum amplexetur, æquitas ſuadet, imò hoc dictat ſumma ratio. Non ergo videbitur abſonum, ſi ea lege ſola actio non res ipſa reſtituta fuerit, cum ibi nulla vtriuſque iudicii interuenerit cumulatio, quod ſatis deſumitur ex verbis textus annuentis, reſtitutorium iudicium poſtea eſſe proſequendum. Bartolus tamen negotium iſtud acutiſſimè diſquirens ſub eo. §. item quæritur. defendit per primum iudicium rem in totum reſtitui debuiſſe, nec aliter ſecundum fuiſſe expectandum per
6 l. in cauſæ. §. interdum. ff. de mino. In †qua habetur iudicium reſtitutionis in integrum cuilibet nocere poſſeſſori, & rem eo capite abſolutè eſſe reddendam, quaſi textus ille, vnicum iudicium ſufficere, apertè docere videatur. Et ad id facit l. ſi ſine hærede. §. interpoſito. ff. de admini. tuto. In illis verbis, in poſſeſſionem induci iuſſus eſt, vbi per eum textum Bartol. aſſerit vigore primi iudicii reſcindentis fieri rei reſtitutionē, & hoc annotatum aſſerit in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quibus cauſis maio.
7 Pro † cuius dubii extricatione ipſe eodem loco hac vtendum diſtinctione cenſuit. Aut enim minor non ſolùm in re vēdenda, immo & tradenda poſſeſſione læſus eſt, & hoc capite ſatis admittit, ſi per reſtitutionem reſcindatur venditio, rem etiam ipſam includi. Quod ſi ſolum in vendendo læſus ſit citra omnem transferendæ poſſeſſionis iacturam, quia fortè eam rem quam vendidit, poſſideret emptor, tunc ſolùm ad venditionem reſtituendum, nec aliquem habēdum eſſe poſſeſſionis reſpectum, quòd in ea damnum paſſus non fuerit, ita ut noui iudicii intentione hoc caſu poſtremo ſit opus hæc ipſe.

Ego verò non benè concipio eius diſtinctionem, ſi potiſſimum ad poſtremum illius membrum attēderis. Quid enim ſi in poſſeſſione, quæ penès alium erat, conſtituta hic læſus non fuerit, quare tu nouum iudicium maximè reſtitutoriū deſiderabis. Imò ſi exactè rem perſcruteris, primum illud caput ſuæ diſtinctionis pugnare videtur. §. item quæritur. in quo minor ad ſolam actionem reſtituitur. Qui tamen non diffitear verum eſſe, quod ipſe docet, ad rem & actionem minorem poſſe reſtitui. Modò utrumque iudicium reſcindens & reſtitutorium intentauerit, quòd ei lex permittit, ut ſuo loco à nobis explicabitur. Sic cum textus ille habeat, reſtitutorium iudicium poſtea eſſe intentandum & reſtitutum minorem præſupponat: eſt fateare fuiſſe ſolùm reſcindens ſuſcitatum. Atque hic mihi cenſetur purus, planus, & ſyncerus eius legis intellectus aduerſus Bartol. & ceterorum opinionem, qui ob id autumem ſecundum poſteriorem hanc declarationem reiecta alia, reſtitutionem eſſe in priſtinum ſtatum repoſitionem.

8 Ad hæc admonuiſſe Lectorem velim † quòd cùm per reſtitutionem quis in ſtatum priſtinum reponatur, præcipuè id attendendum eſſe, ſuper quo imploretur. Si enim rei alicuius dominium, puta vſucapione perdiderim, vt eſt in authentica, niſi tricennale. C. de bon. mater. tunc ita ero reſtituendus, vt illud vſucapionis obſtaculum mihi non obſit, quòd etiam procedere in pręſcriptione aſſeuerabis, per quā quis vtili dominio priuatur, vt eſt iuris notiſſimi. Quòd ſi à ſola poſſeſſione exciderim, puta ob meam abſentiam vel iuſtam aliam cauſam, tunc ad eam poſſeſſionem me reſtituendum lex iubet, ita vt pro ea ſola ſit petenda nulla re alia cumulata. Solet enim lex diſponere ei, qui per captiuitatem, fundi poſſeſſionem vel vſufructus quaſi poſſeſſionem amiſit: ſuccurrendum reſtitutorio iudicio, imò Papinianus exiſtimauit fructus medio tempore hoc caſu ab alio perceptos captiuo reſtituendos. Quod ſi in poſſeſſione & proprietate ſe læſum contendat, ſimul ei in vtroque opitulandum, maximè vbi vtrumque remedium intentaſſe dignoſcitur. Si verò in acquirendo fuerit deceptus, vel quia non acquiſierit, ita etiam reſtituetur, vt denuò acquirat, quod quęſiuiſſe profuiſſet. Si quis enim in annos ſingulos ſit ſtipulatus, quibus ipſe vel promiſſor in Italia eſſet, & alteruter Reipubli. cauſa abeſſe cęperit; officium Prætoris erit, vt ei vtili actione ſuccurratur. Qua de re in libello concipiendo conſultiſſimè erit à patronis hoc ſpectandum, ne potiſſimum aliam reſtitutionis cauſam deducant, nec modū in petitione tranſcendant, quod omnino decet. Barto. in l. quod tempore. C. de reſtitutio. milit. necnon in l. qui proprio. in §. item quæritur. primum allegato.

An Re-

Source : BIU Cujas

An Reſtitutionis remedium iudicari ordinarium, extraordinariumue debeat.

SVMMARIVM.

1 Remedium reſtitutionis in integrum eſt extraordinarium.
2 Reſtitutio in integrum iudicis officio imploranda eſt.
3 Ex reſtitutionis edicto nulla actio vel cautio propriè proficiſcitur.
4 Reſtitutio à Prætoris cognitione dependet.
5 Reſtitutionis remedium cur dicatur extraordinarium.
6 Reſtitutionis remedium ius commune ſequi, & nihil ab eo diſſidere, opinio Zaſii contra communem.
7 Reſtitutio qua ratione dicatur iuri communi eſſe contraria.
8 Reſtitutio quo intellectu contra ius commune competere, & qua ratione viciſſim cum iure communi non pugnare dicatur, conciliatæ DD. opiniones.
9 Reſtitutio Prætoris edicto introducta.
10 Reſtitutio ſecundùm gloſ. omnino eſt iurigentium & naturali æquitati contraria, & quomodo dictum gloſſæ intelligendum ſit.

CAPVT II.

1 ESt† deinde intelligas reſtitutionis in integrum, remedium ſecundùm quoſdam extraordinarium reputari, in cuius cauſæ cognitione hoc verſatur. Num actio alia citra reſtitutionem competat? Nam ſi communi auxilio & mero iure quis ſit munitus, fruſtra ei extraordinarium auxilium tribuendum exiſtimatum eſt. Putà, ſi cum pupillo contraxerit, nec ſit locupletior factus, quod apertè probatur in l. in cauſæ, la 2. ff. de minor. qui textus reſtitutionem extraordinarium auxilium vocat, ad quod etiam facit lex, cum mandato patris. ff. eodem titu.
2 †vt ex eo dicatur reſtitutionem iudicis officio implorãdam.
3 l. quòd ſi minor. §. fina. ff. eodem titu. vbi textus docet† ex reſtitutionis edicto nullam propriè actionem vel cautionem
4 proficiſci † imò totum hoc à Prætoris pendere cognitione.
5 Senſerunt† etiam alii remedium reſtitutionis, ideo extraordinarium eſſe, quòd iuri communi pugnet, & contra ius cõmune competat. Quàm ſententiam ſunt ſecuti Moderniores in l. 3. §. j. ff. de noui operis nunciatio.
6 Atquorum opinione defeciſſe viſus eſt Zaſius ſuis intellectibus ſingularibus eo capite, quo extraordinarii necnon ordinarii materiam attingit. Vbi ita ab eo aduerſum præſcriptam itur ſententiam. Cùm ius commune, quod (is ait,) ſit ars boni & æqui, & reſtitutionis in integrum remedium ex æquitate competat. l. 1. ff. de mino. l. 1. ff. de in integ. reſtitutio. imò iudicetur iuſtiſſimum. l. 1. ff. ex quib. cau. maio. nonne eſſet abſurdiſſimum defendere & tutari id eſſe aduerſum ius commune? quæ naturali iure æqua ſunt & à Prætoribus adinuenta, quibus ſemper datum eſt naturalem æquitatem ſub oculos ponere, vt in l. quòd ſi Epheſi. ff. de eo quod cer. loc. vt inde exiſtimarit reſtitutionis remedium, licèt extraordinarium nominetur, ius tamen commune ſequi, & nihil ab eo diſſidere.
7 Putarim† nihilominus ab eo obice defendi alios poſſe, modò ad hoc vnum animaduertit ſtudioſus Lector, ideo reſtitutionem iuri communi contrariam eſſe, quòd per eam cõtractus inter partes celebrati reſcindantur damnosè, annullentur obligationes, reſtaurentur iura amiſſa: cùm tamen iure communi & lege ita diſponente contractus obſeruandi ſint, quòd ex conuentione legem acceperint. l. 1. §. ſi conuenit. ff. depo. ſintque ob id ab initio voluntarij, ac poſtea ſubſint neceſſitati. Nonne igitur ij ſentiunt probè, qui aſſerunt reſtitutionem contra ius commune dari?
8 Sed† & Moderniones iſtos, necnon Zaſium bene loquutos crediderim, modò tu horum ſenſa ita declaranda & diuerſificanda cenſueris, vt ij optimè iudicarint, qui reſtitutionem contra ius competere ſunt tutati, habita ad id conſideratione, quod per eam contractus, qui iure communi ſubſiſtebant, caſſentur & annullentur, Zaſium verè, probè, & rectè ſenſiſſe, non eſſe iuri communi pugnantem reſtitutionem,
9 quia Prætoris edicto adinuenta ſit† ac Prætorum edicta ſub iuris communis formula includi, necnon in iure ſcripto clauſa eſſe, imò exiſtimauerim Moderniores illos nihil à Zaſio diſſentire, nec abnegaſſe reſtitutionem iuris communis eſſe. Sed qui intellexerint iuri communi ideo pugnare, quòd contractus, qui eo iure ſubſiſtebat, eneruet,
10 ita vt vtrique benè & aptè ſint loquuti. Et† ſi aduerſum Zaſium facere prima manu videatur glo. in l. 1. ff. de mino. ſub verbo, naturalem æquitatem. qua aſſeritur reſtitutionem omnino iuri gentium & æquitati naturali contrariam eſſe, per quam nemo introductum neſciat pacta eſſe obſeruanda, vt l. 1. ff. de pact. Niſi fortaſſe tu dixeris illud de licitis, non autem illicitis pactis intelligendum, quæ reſcindi naturalis ſuadet ratio, ne alter alterius locupletur iactura, vt in l. nam hoc natura. ff. de condictio. indebit. & ita reſpondendum puto.

Ad quid & quam ob cauſam adinuenta ſit Reſtitutio.

SVMMARIVM.

1 Prætor naturalem æquitatem ſecutus reſtitutionis edictum introduxit, quo minorum tutelam ſuſciperet.
2 Reſtitutionis beneficio maioribus etiam ſiue curritur, ſi quidem iuſta cauſa ſubſit.
3 In concedenda reſtitutione, ſiue maioris ſiue minoris agatur negotium, ſemper attendi debet, ſubſit ne iuſta reſtituendi occaſio.
4 Multi ſunt caſus, quibus non ſolùm differri, ſed & planè abnegari poteſt reſtitutionis auxilium.
5 Clauſula, Siqua mihi iuſta cauſa, quare Prætoris edicto fuerit inſerenda.

CAPVT III.

1 QVod† vt tu habeas, primùm ponderandus eſt textus. l. 1. ff. de mino. ſic aiens: Hoc edictum Prætor naturalem æquitatem ſecutus propoſuit, quo minorum tutelam ſuſciperet. Nam cum inter omnes conſtet, fragile eſſe & infirmum huiuſmodi ætatis conſilium, & nullis rationibus ſuppoſitum, multorumque inſidiis expoſitum, his auxilium Prætor eo edicto eſt pollicitus, & aduerſus captiones opitulationem, necnon ſecuritatem introduxit, imò in l. j. ff. de in integr. reſtitu. diſponitur eius tituli vtilitatem commendatione non egere, quòd ſatis ſeipſum oſtendat & exornet. Cum ſub ea Rubrica Prætor plurifariam hominibus vel lapſis aut circumſcriptis ſubuenien
dum ducat, ſiue ij metu, calliditate, aut ætate, vel abſentia in captionem inciderint, alioue iuſto errore ducti ad id fue-
2 rint. Imò† ſi remedium iſtud acutè perſtrinxeris, nõ ſolùm minorum occaſione introductum agnoſces, ſed etiam ut ex iuſta cauſa maioribus ſuccurreretur, quod ſatis apertè liquet ex diſcurſu totius tituli. ff. ex quibus cauſ. maio. Quo
3 † fit ſiue maioris aut minoris agatur negotium, id omnino in concedenda & indulgenda reſtitutione attendi debere, ſubſit ne iuſta reſtituendi occaſio? quod apertè deſumitur ex l. ſed & ſi per Prætorem. ff. ex quibus cauſ. maio. ſub talibus verbis, ſi qua mihi iuſta cauſa videbitur, te in integrum re-
4 ſtituam. Multi† enim & infiniti caſus dari poſſunt, imò euenire, quibus non ſolùm differri, ſed & planè abnegari poterit reſtitutionis auxilium, ita vt clauſula hæc: Si qua† mihi iu-
5 ſta cauſa, neceſſariò Prætoris edicto fuerit inſerenda, vt quoties æquitas reſtitutionem ſuggerit, ſit in eam deflectendum: quòd ſi reſpuendam putauerit reiiciendam, atque hoc neminem habet diſceptantem, vt ex his intelligas principaliter minorum cauſa reſtitutionem adinuentam, & per hanc etiã maiorib. annis 25. accedente iuſtiſſima cauſa ſuccurri.

Ex ſequentibus agnoſces duplex e reſtitutione reſultare iudicium, reſcindens & reſciſſorium.

SVMMARIVM.

1 Ex reſtitutione duplex reſultat iudicium, reſcindens & reſciſſorium.
2 Reſcindens iudicium quod dicatur, Bartoli opinio.
3 Reſcindens iudicium ſubmouet omne impedimentum, quo facilius ad reſciſſorium perueniatur, quod ſtatim reſciſſo obſtaculo competere incipit.
4 Actio reſciſſoria, niſi reſtitutione præhabita, intentari non poteſt.

CAPVT IIII.

1 QVod† vt rectè à te deprehendatur, tibique huius materiæ pura fundamenta aperiantur, annotabis: Primùm ex reſtitutione duplex adeſſe iudicium, Vnũ quod vocant reſcindens, aliud reſciſſorium; ita docente & declarante Bar. in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimplici
2 ter. ff. ex qui. cau. maio. Cæterùm† quod ad reſcindens attinet, ait ipſe, id dici quo reſtitutio conceditur, ac per quod è medio ſubducitur omne illud obſtaculum & impedimẽtũ, ob quod efficaciter agere non poterat circũuentus, ita vt res eũ ſtatũ aſſumat, quẽ iã læſionis tpe induerat, qđ vt perfectius habeas finge eius rei cã exemplũ. Si per abſentiã aliquem nõ

Source : BIU Cujas

toto tempore excluſerim, puta, rem tuam poſſedi, minus vno die præſtituto à lege in vſucapionis tempore: dein ſi Rei pub. cauſa abeſſe cæperim, tunc vnius diei reſtitutio aduerſum me tantùm erit facienda, vt ſat ſit reſciſſa vſucapione, abſentiæ tempus è medio ſubducere. Si denique feriæ extra ordinem indictæ fuerint, maximè ob res proſperè geſtas, vel in honorem principis, ita vt hac cauſa magiſtratus ius non dixerit, tunc optimo iure eorum dierum tantùm erit habenda ratio, non totius temporis, puta ſolennium feriarum, q̃ eas proſpicere debuerim, ſaltem potuerim. Et ideo Iulianus Iuriſconſultus voluit, in vſucapionis reſciſſione ita eſſe proſpiciendum, vt primum iis dies reſtituantur, quibus actor agere voluit, necnõ feriarum acceſſione fuit impeditus, quæ omnia plenè deſumuntur ex l. ſed & ſi per Prætorem. §. ſi feriæ. ff. ex quibus cauſis maior. Ita † vt manifeſtè ex præfatis cõ 3 prehendatur, iudicium illud reſcindens ſummouere omne impedimentum, quo facilius ad reſciſſorium perueniatur, quod ſtatim reſciſſo obſtaculo competere incipit. Ex prædictis igitur ſic elucidatis facilè tu nunc colliges, quodnam ſit iſtud reſciſſorium: vt autem hoc clarius coſiſtet, præſuppone in aliquo contractu, puta venditionis, minorem læſum, dubium tunc non manebit, quin primum ei pro eius contractus reſciſſione iudicis ſuccurratur officio, vt reponatur in eo ſtatu in quo erat ante contractus celebrationem, & hoc reſcindens illud remedium inducit, demum reſciſſorio iudicio hic poſtea aget, quo rem venditam aſſequatur, ita vt ei obeſſe nequeat præcedens illa conuentio. Cuius iudicii reſciſſorii meminit textus in l. necnon. §. exemplo. ff. ex quibus cauſ. 4 maio. Maximè in § ſequẽti, in quo expreſſim habetur † actionem reſciſſoriam, niſi reſtitutione præhabita, intentari non poſſe. Ex quibus liquet duplex reſultare iudicium ex reſtitutione, reſcindens, & reſciſſorium.

E reſciſſorio iudicio reſultant actiones duæ, inſtitutoria & reſtitutoria.

SVMMARIVM.

1 *Duplex oritur actio ex iudicio reſciſſorio, inſtitutoria & reſtitutoria.*
2 *Actionis inſtitutoriæ exemplum.*
3 *Inſtitutoria actio cur ſic dicta.*
4 *Reſtitutoriæ actionis exemplum.*
5 *Inſtitutioria actio eiuſdem generis & qualitatis eſſe videtur, cuius eſt reſtitutoria contra communem ſententiam.*
6 *Approbatur communis opinio, quòd diuerſæ & ſeparatæ actiones iudicari debeant inſtitutoria & reſtitutoria.*
7 *Actio inſtitutoria duplex, vna quæ reſciſſo obſtaculo iudicis officio cõpetit, alia quæ reſciſſo impedimento iure actionis decernitur; & in quibus titulis de vtraque agatur.*

CAPVT V.

1 VErum † ſuperuacaneum non videbitur hoc loco adiicere, quod docet Iaſon in §. rurſus. Inſtitutio. de actio. Conſiderans ex reſciſſorio iudicio duplicem adeſſe actionem, inſtitutoriam & reſtitutoriam. Et vt demonſtret, quænam ſit inſtitutoria, ipſe eius 2 rei gratia ita effingit caſum. † Si ob meam abſentiam datum ſit me actione priuari: quæ tamen mihi nunquam primum competierat, tunc ab eo aſſeritur me ad eam poſſe reſtitui, nec verè reſtitutoriam actionem ex eo reſultaturam. Quum enim habitum ſupponat priuatio, vt in l. decem. ff. de verbo. obliga. ego autem nihil perdiderim, quid ipſe contendam mihi actionem reſtitui, vt verius inſtitutoriam dari aſſerat? 3 Inſtitutoriam † autem ideo nominari dicit, quòd ſit remediũ à Prætore de nouo inſtitutum, quo mihi pro eius rei recuperatione, quam tamen primum non habueram, ſuccurratur, quod omnino euenire poſſe intelliges, ſi ad ſequentem caſum animum deflexeris. Si quis Titio centum legauerit in annos ſingulos, quibus in Italia eſſet, tandem cum hic teſtator moreretur, is Reipub. cauſa abfuerit, æquum erit reſtituendum, vt fideicommiſſum aſſequatur. Quis enim dubitauerit ſalua legatorum & fideicommiſſorum cauſa militi reſtituendam hæreditatem, qua ob id ſolùm priuatus manſit, quòd Reipub. cauſa abfuerit. Ad quod facit l. ſi quis Titio. ff. ex quibus cauſ. maior. Quo textu nonne planè comproba tur legem Prætoriam mihi adeſſe, vt ius quod prius non cõpetierat, aſſequar? Quod etiam præfato loco Iaſon confirmari poſſe aſſerit per l. quamuis. §. cùm eſſem tecum tractaturus. ff. ad Velleia. Ex cuius legis medulla deſumi poſſe reſtatur, duplicem eſſe actionem, inſtitutoriam & reſtitutoriam, & ſi aliter iſtud non declaret. Quod vt habeas pro reſtitutoria text. ibi, ita hunc caſum proponit.

4 Si † mulier pro quadam mecum contrahente interceſſerit, certè ex hac ſpõſione ita ei Velleiano S. C. ſubuenitur, vt omnino ab eo nexu liberata maneat: demum creditori aduerſum principalem debitorem actio reſtituitur, quam actionẽ lex ibi deſignat eſſe reſtitutoriam. Maximè in §. Marcellus, ſub ea l. cuius verba ſunt huiuſcemodi Si verò cum tecum eſſem contracturus, interuenerit mulier, feceritque vt ego cum ea potius contrahiam: cum hoc capite videatur interceſſiſſe, certè perinde in te dabitur actio, acſi obligatus eſſes qua actione magis inſtituetur, quàm reſtituetur obligatio, vt perinde tu obligeris eodem obligationis genere, quo mulier adſtricta erat: puta, ſi per ſtipulationem, tu quaſi ex ſtipulatu conueniri poteris, vt non ab re ibi habeat textus inſtitui magis eo caſu, quàm reſtitui obligationem: Tu enim mecum ob mulieris impedimentum non contraxiſti, & hoc caſu reſtitutionem implorandam: quod ſecus ſtatuendum primo illo exemplo agnoſcis, ubi potiſſimum mulier alienam obligationem, & iam antea contractam in ſe tranſtulit, ita vt à Velleiani ope & auxilio libera maneat, & ex eo non iniuria creditori ſuccuritur, quo aſſequatur, quod ſemel fuit & eſſe deſiit, vt in l. videamus. §. Fauiana. ff de vſuris. Quòd ſi alienam obligationem nondum contractam, ſed contrahendam cum alio, pro quo erat nomine fideiuſſorio interceſsurus in ſe ſuſceperit, maximè ſi fraudandi Senatuſconſulti ad fuerit intentio creditore id reprobante Certè ne is damnum ſubeat, ei inſtitutoria ſubuenitur potiſſimum aduerſum debitorem, cum quo fuerat contracturus: ut ex his habeas præter Iaſonem benè & optimè enucleatam mentem illius §. ſi cum eſsem, ac reſtitutoriæ & inſtitoriæ actionis declaratam 5 materiam. Mihi † tamen ulterius negotium iſtud perſcrutanti pro procedentium confutatione in mentem venit, quòd inſtitutoria actio eiuſdem generis & qualitatis eſſe videatur, cuius ſit reſtitutoria, quam tamen directam eſſe fatentur Doctores: quippe quod perſecutoria ſit, & hæredem comitetur, vt plenè ex ea l. quamuis. colligitur, ſicque ex his futilem & & ineptam manere reſtitutoriæ & inſtitutoriæ actionis diſputationem, hoc maximè admiſſo, quòd eundem & vniformem effectum producunt. Sed & adhuc pro horum euerſione conſiderabam, mirè ad eius comprobationem facere, eſſe utriuſque unam eandemque actionem, quod in caſu illius legis, ſi quis à Titio. deſcribitur, ubi vt legatum mihi relictum, & quo ob meam abſentiam priuatus manſi habeam. primùm à me petenda erit reſtitutio, quæ omnino iudicatur neceſsaria, daturque poſtea inſtitutoria, quæ idẽ operatur, ac reſtitutoria ſeu malis reſciſsoria, ita vt videantur hæ actiones viciſſim confundi, Nec eſt, quod mireris, ſi in lege quamuis. §. ſi tecum, diſponatur magis inſtitui, quàm reſtitui actionem, cum ibi opus non eſſet reſcindente remedio, imò ſolùm expoſtularetur, quòd in debitorem reſtitutoria 6 ſiue inſtituroria ageretur. Ego † tamen à communi ſententia haud deficiendum exiſtimauerim, qui planum ad id accommodari poſſe reſponſum putem, quia ſit apertiſſimus textus in ea. l. quamuis. in qua inſtitutoriæ & reſtitutoriæ actionis fit expreſsa mentio, vt denuò diſputari non debeat, aut emunctius inueſtigar, poſſit ne inſtitutoria actio conſiderari, quam etiamſi parem, imò conformem qualitatem cum reſtitutoria habere admiſeris: nihil tamen oberit, quin diuerſæ & ſeparatæ iudicari debeant, quod omnino deprehenditur ex mente legislatoris in ea. l. quamuis. hoc diſponentis vna pro re, quæ quæſita nunquam fuerit, competere. Aliam verò ad eam quæ primum mihi competierat, ſed à qua mea 7 exciderim negligentia dari. Et † ut communis ſententia firma & ſolida maneat. te hoc unum ſcire oportet, duplicem eſſe reſciſsoriam, ſeu inſtitutoriam, quarum alia reſciſso obſtaculo iudicis officio competere dignoſcitur. Et de ea paſſim in reſtitutionis in integrum materia loquimur, cuiùs meminerunt leges illæ, ſi quis ſtipulatus. & ſi quis à Titio, præallegatæ. Alia verò reſciſso impedimento iure actionis decernitur, vt patet ex ſerie tituli, ff. & C. quod metus cauſa. nec non ad Senatuſconſultum Velleianum, ſecundum figurationem cauſus eius legis. quamuis. ſub §. quanquam.

An reſciſſoria nondum reſtitutione obtenta detur?

SVMMARIVM.

1 *Actio reſciſſoria niſi primum reſtitutione habita effectum aliquem producere non poteſt, ſecundum Bar. & receptiorem Doctorum opinionem.*
2 *Contra Bar. & Iaſ. ſententiam inſiſtit author.*
3 *Declaratur opinio Bartoli.*

Iaſonis

Source : BIU Cujas

4 *Iasonis opinio, & eiusdem refutatio.*
5 *Approbatur communis opinio, rescisoriam scilicet vtilem, & eam maximè, quæ ex restitutione prodit, non competere, nisi restitutione præcedente.*

CAPVT VI.

1 Aeterùm † ex prædictis senserunt: scribentium plerique actionem rescissoriam, nisi primum restitutionem restitutione habita, effectum aliquem posse producere, ita vt fit necessariò rescindente officio opus, secundùm doctrinam Bar. in l. fina. C. ex quibus causis maio. Atque hæc est crebrior & receptior opinio, quã fatetur esse verissimam Angel. in ea. l. fina. Ex cuius l. postremo sermone, id satis etiam deprehenditur, vbi maximè verba habent, exẽplo actionis vtilis, quæ in integrum restitutis datur, quasi lex denotet, non aliàs rescissoriam illam quę vtilis est concedendam, nisi præcessisse restitutionem admiseris. Quin & in eandem sententiam accedit lex, in honorariis. sub verbo, rescissa vsucaptione. Instit. de action. quos textus
2 ad hoc expressè ponderat. Iaſ. in eo. §. rursus. Verum † in primis velim Barto. Iaſ. & cæteri qui eos sunt secuti paulò diligentius considerassent contra horum sententiam militare, quod absenti reuerso incontinenti orta sit rescissoria, vt in ea l. final. C. ex quibus causis maior. qui tamẽ fac admittam, hoc subsistere non posse cum effectu, & nisi præcesserit restitutio. Sed si merè directam rescissoriam attenderis, manebit Bartol. & cæterorum elisa opinio, cum maximè antiqua illa actio extare non desierit, imò semper in esse mansisse, puta quæ inabdicabilis sit, iuxta l quis ergo casus. ff. de pec. Nec
3 † me latet Bartol. suam opinionem temperasse in ea. l. in honorariis, & hoc sensisse: si prima actio extincta omnino fuerit, puta absolutè completa vsucapione, & per quam plenè directum acquiratur dominum tunc rescissoria opus esse, quam competere non posse, nisi præambula restitutione asserat. Quod secus statuendum adfirmat, si semper subsistiterit actio, etsi exceptione elidi aut summoueri possit, puta in præscriptione, ex qua vtile tantùm resultat dominium. quo casu rescissoriam statim natam admittit: sed cuius effectus sit ob exceptionem, quæ proponi potest, inefficax. hæc ipse. A quo ea in re defecisse visus est Iason sub §. rursus. potissimum mo
4 tus illo textu, quem loqui † non solùm in rerum mobilium vsucapione, sed & immobilium præscriptione testatur: qui tamen fateatur, nisi rescissa vsucapione rescissoriam dandam non esse. Posse nihilominus aduersum Iasonem considerari, quandoque sum ratus futile esse, quod is asserit, textum illũ, qui de vsucapione loquitur, tam ad res mobiles quàm ad immobiles referendum, cum verè vsucapio suapte natura mobilia introspiciat, vt desumitur ex discursu totius tituli ff. de
5 vsucapio. † *Communem* tamen sectandam censeo secundùm quam habes rescissoriam vtilem, & maximè eam, quæ ex restitutione prodit nisi ipsa restitutione præcedente non competere, quasi necessum sit eam ortum & originem à restitutione assumere, quæ est verissima ratio, quare aliàs competere nequeat.

Nunquid pro mobilibus & immobilibus rebus detur rescissoria.

SVMMARIVM.

1 *Rescissoria tam pro mobilibus quàm pro immobilibus datur.*
2 *Rescissoria etiam pro incorporalibus competit.*
3 *Rescissoriam actionem vtilem esse actionem antiqui quidam definierunt, quæ in integrum restitutio datur.*
4 *Rescissoria cur vtilis dicatur.*
5 *Rescißoria nobili iudicis officio expeditur.*
6 *Rescissoria vtili anno finitur.*
7 *Rescissoria in iudicium deducta litis contestatione perpetuatur.*

CAPVT VII.

1 Sciendum † est denique tam pro immobilibus quàm mobilibus rebus dari rescissoriam, maximè si interueniſſe vsucapionem effinxeris, quòd ex ea directum dominium prodeat, ita vt cum penès priorem dominum nihil reliquiarum supersit, omnino rescissoria vtili, & quæ per Prætorem restituatur, esse agendum. Solet tamen quandoque immobilium ẽt transferri dominium, ita vt nihil penès dominum maneat: puta cum minor rem suam solenniter vendidit. Imò totius iuris incorporalis amissio fieri potest, si eadem solennitate obseruata debitorem minor per acceptilationem liberarit, & à debito exemerit: quo casu etiam rescissoria minori succurritur, vt ex his clarè pateat, non solùm pro mobilibus & im-
2 mobilibus † imò ẽt pro incorporalibus rescissoriam competere, quæ omni casu semper iudicabitur vtilis, quasi à Prætore instituta & adinuenta sit, cuius opinionis fuit Petrus antiquissimus Glossematarius. Vt non ab re quidem † rescissoriã
3 actionem vtilem esse actionem antiquam definierunt, qua in integrum restitutio datur. Puta ob absentiam, captiuitatem, vel aliam iustissimam occasionem, rescisso tamen quo-
4 uis obstaculo, idque iudicis officio. Quam ideo † vtilem nominari profitentur, quòd prima directa omnino extincta sit, maximè vbi in totum quæsitum fuit dominium, ita quòd hæc directa denuo suscitari nequeat. Sed cum antiqua illa actio sublata non reperiatur, tunc hoc capite talis rescissoria modò impedimentum summoueris, antiqua directa dicetur. Puta in personali actione, quę ipso iure non tollitur, vt in l. obligationum fere. §. placet. ff. de actio. & obligatio. vel in
5 reali pro re immobili competente. Atque † hæc nobili iudicis officio expeditur, per quod omne obstaculum è medio subducitur, vt habetur in l. quod tempore. in illis verbis, ad mota præscriptione. C. de restitut. mino. quod nos fusius suo
6 examinabimus ordine. Ceterum † rescissoria hæc utili anno finitur, vt in ea l. in honorariis §. sed cum rescissa. vbi potissimum cum effectu cœpit competere, quando fit post eius or
7 tum. Et † tandem cum in iudicium deducta est, litis contestatio ne perpetuatur. Ita docente gloss. in ea l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. eodem titu. Agnoscis igitur pro mobilibus & immobilibus rebus rescissoriam competere.

An rescissoria natiua, vel datiua sit.

SVMMARIVM.

1 *Rescissoria quando natiua, quando item datiua dici debeat opinio DD.*
2 *Refutatur per authorem proposita dubitatio.*
3 *Distinctio noua authoris, quando rescissoria datiua vel natiua dici possit.*
4 *Approbat & sequitur communem opinionem author, quæ est, diuersis respectibus rescißoriam natiuam & datiuam dici posse.*

CAPVT VIII.

1 Dvbitatum † etiam fuit à plerisque, an rescissoria datiua actio esset iudicanda, in cuius difficultatis extricatione satis dubiè & inuolutè sunt versati. Primùm hac in re docentes eam datiuam dici, quę à lege omnino datur nulla eius præexistente materia, & quę ex quadam æquitate introducitur. Natiuam verò presupponere causam antiquam, nondum tamen extinctam, secundũ quam declarationem aiunt, si ego me aduersum completam vsucapionem restitui expostulatim, tunc ex rescissoria datiuã resultare, quippe qui absolutè directo dominio sim priuatus, nec cuiũs aliquid penès me manserit, vnde saltẽ illa actio ortum possit assumere. Quod secus statuendum existimarũt in re, quę sit prescripta: quia penès me directũ sit dominiũ, ita vt ab his reliquijs originem assumat rescissoria: nec ab re, cum adhuc supersit quod eam producatis. hæc ipsi. Vbi tamen per ocium quandoque licuit hunc articulum apud me
2 examinare † prima manu adfuit, sutilem, vanam, imò ridiculam omnino iudicari posse eam controuersiam, quia omnino actionem natiuam esse defendi possit, ita vt difficile, imò quasi impossibilè sit dari aliquam, quæ ortum à causa præcedente non assumpserit, quod ipsimet fatentur, vbi admittũt datiuam eam esse, quæ immediatè à lege datur, suadẽte hec æquitate, quasi tacitè fateantur rescissoriam ab æquitate originem assequi, & quæ aliàs introducta non fuisset nisi concedendam suasisset æquitas. Accedit huic sententiæ quod firmat Ange. in l. fin. C. ex quibus caus. maio. quo loco testatur, rescissoriam verè esse vtilem antiquam actionem, quod si antiquam introspexeris cum semel competierit, & in rerum natura fuerit, quid tu eam datiuam asseuerabis, nec adesse materiam vnde ortum & originem sumpserit? Ita vt disputando defendi possit, rescissoriam hanc natiuam esse, etsi ab hac sententia scribentes nostri communiter, passimque de-
3 ficiant. † Qui tamen si voles, defendi poterunt, modò dixeris rescissoriam, quę rescissa præscriptione pro stabilibus rebus vel personalibus actionibus datur, eandem antiquam esse quæ ab initio competebat, atque hoc casu natiuam esse: vbi verò pro vsucapionis rescissione competit, cum tunc nuncupetur vtilis rescissoria, & non directa, hac rõne datiuã dici posse, habita ad præcedentem considerationem ratione, cùm ex antiqua illa actione, quæ primũ cõpetierat, emergat.

Source : BIU Cujas

4 Quo fit † vt communem ſequar, quę eſt, diuerſis reſpectibus reſciſſoriam natiuam & datiuam poſſe cenſeri.

Vtrum reſcindens, & reſciſſorium ſimul cumulari ac congiungi libello poſſint?

SVMMARIVM.

1 *Reſcindens & reſciſſorium iudicium ſimul cumulari non poſſe, & quæ ſit ratio.*
2 *Reſcindens & reſciſſorium coniungi poſſe ſaltem ſucceſſiuè, crebrior DD. opinio.*
3 *Comprobatur communis opinio.*
4 *Alia eiuſdem ſententiæ comprobatio.*
5 *Tertia ratio, item quarta.num 6.*
7 *Euertitur communis ab auctore.*
8 *Secunda obiectio contra eandem.*
9 *Defenditur communis contra prędicta argumenta in contrarium adducta.*
10 *Concordantur opiniones, & pro communi concluditur.*
11 *Diſtinctio Panormitani, an & quando cumulatio vtriſque iudicij ſit neceſſaria.*
12 *Reprobatur Panormitani ſententia, & communem à praxi crebriori approbatam concluditur.*

CAPVT IX.

Requentiſſimè tractata eſt ea quęſtio, an duo hæc iudicia reſcindens, & reſciſſorium poſſint ſimul & ſemel in eodem libello deduci? Quod vt intelligas, admitte me tibi fundum vendidiſſe, ac plurimum eo contractu læſum, ſi ego tandem me reſtitui petiero: nonne eodem calculo, eadem via in libello efficaciter hoc implorare potero, vt fundus ille, quem habere deſij reſciſſo
1 primum contractu mihi reddatur? Quod † autem cumulari ſimul nequeant, facit, reſciſſorium niſi ſubducto è modico obſtaculo nunquam dari, vt omnino neceſſum ſit plenè ante omnia reſcindens iudicium excutere: primum quàm ad reſciſſorium perueniatur, quod diffusè ſupra edocuimus, vt affirmarit Guido Papæ quęſtio. 143. vel ea ſola ratione ita bis à Senatu Grationopolitano in iudicio, quod ij aiunt, contradictorio ſententiarum. Et eam libelli partem, in qua deducebatur tranſactionis reſciſſio, cuius tunc erat quæſtio, admiſſam: aliam verò quæ caſtrorum reſtitutionem introſpiciebat, omnino reiectam. Qui nihilo ſecius fateatur ex bono & ęquo, iuris tamen rigore ſepoſito, cumulationem poſ
2 ſe fieri. Sed à crebriore † Doctorum turma in contrariam itum eſt opinionem: quod autem hæc duo iudicia ſaltem ſucceſſiue deduci eodem libello poſſint, ita exempli gratia caſum hac in re efingunt. Peto aduerſum talem ſententiam contra me latam me reſtitui. Et reſtitutione excuſſa ac conceſſa fundum, qui ablatus eſt, eadem ſententia mihi reddi.
3 Pro † cuius communis opinionis comprobatione accedit vnum, quod ſatis videtur vrgere. Nam ſi quod metus cauſa actum fuerit, quum ea actio ſit arbitraria, iudicis erit officiū non ſolùm ad rei reſtitutionem condemnare, ſed etiam non reſtituentem lata prima ſententia quadruplo afficere, vt hoc caſu lex vnius tantum ſententiæ pronunciationem deſideret, atq; hac cauſa textus admittit me in libello poſſe petere mihi primo rem reſtitui, & ſi iuſſui non ſatisfecerit, in quadruplū damnari. Quæ omnia tractantur in l. ſi cum exceptione. Alias, Item ſi cum exceptione. §. hæc autem actio. ff. quod
4 met. cauſ. Accedit his † quòd qui rem nomine alieno poſſidet, ſi in eius reſtitutione vſque ad ſententiam negligens fuerit, talis in odium contumaciæ ad reſtitutionem cogendus, & omnino compellendus erit, vt eſt in l. non ab re. C. vnde vi. à qua planè deſumitur hoc caſu petitionem ſic conditionaliter proponi poſſe: talem ad rei reſtitutionem mihi condemnari peto. Quòd ſi vſq; ad ſententiam contumax fuerit, tu vt rei æſtimationem cum re ipſa preſtet, non immerito expoſtulabis. Cuius opinionis eſt gl. in l. 1. ff. de actio. & obli.
5 Facit & aliud. † Nam quum à marito dotis preſtanda eſt ſatisdatio, ſi ſatisfacere deſierit, inſolidum condemnabitur, vt in l. ſi conſtante §. quotiens ff ſoluto. matrimo. imò a muliere hoc implorante ita libellus concipi poterit, vt eo primum ſibi ſatisdari expoſtulet, id demum adiiciens, quòd ſi contumax eſſet, & negligentem ſe ea in re præſtet, petat ſtatim eū inſolidum condemnari, argument. l. conditiones. C. locati. Vides etiam inofficioſi querelam, imò hereditatis petitionē
6 gradatim proponi poſſe † quum tamen hereditati petitio, niſi rupto primum teſtamentum ortum aſſumat, ita iſtud docente Bartolo, in l. qui de inofficioſi. §. j. ff. de inoffic. teſtamento. ſub glo. in verbo. exercere. Videtur etiam Butrius huius opinionis eſſe aſſecla in capitu. conſtitutus. extra de religio. domi. eo loco docens, contractus reſciſſionem impetrari poſſe, necnon ad rei reſtitutionem concludi, qui etiam cenſeat rei reſtitutione implorata contractus reciſſionem pe
7 titam cenſeri: Ego † tamen aduerſum communem hanc ſententiam conſiderari poſſe exemplum, aliquando apud me iudicaui, quo reſcindente iudicio ſit tantum opus nullo alio expectato, nec poſtea neceſſario. Puta, ſi aduerſum me pro alicuius rei reſtitutione lata fuerit ſententia, ac rē ipſam poſſidere non deſierim. Si contra ſententiam me reſtitui petam, cum re ipſa fruar, ſolo reſcindente tunc eſſe opus iudicio. Aut ſi per contractum rem vendiderim, cuius tamen nondum à me facta fuerit traditio, ſi poſtea conuentionis reſciſſionem expoſtulem, quid tu aliud, quàm reſcindens iudiciū hoc caſu deſiderabis? vt ex his prima manu fruſtratoria maneat hæc contentio maximè an hæc duo iudicia cumulari ſimul poſſint, quia dabiles ſint caſus, quibus vnico horum
8 tantum ſit vtendum. Sed † & contra communem, ſic adhuc inſiſti poſſe crediderim. Nam certum eſt, imò indubitatum, dua iudicia, quorum vnum eſt prę iudiciale, ad aliud coniungi non poſſe, vt in ca. tuam. extra de ord. cognitio. Cęterùm iudicium per quod ad reſtitutionem peruenitur, præiudicare reſciſſorio nemo abnegabit, ſi potiſſimum hoc admittas, denegata actione prima, quæ antea competebat, omnino ſileſcere. Poteris tamen ab hoc obice communem eximere, ſi potiſſimum hoc ſpectandum probaris verū eſſe, hæc duo
9 iudicia cumulari poſſe, modo vtrumq; competierit. Sed † & ſi ex his aliud defecerit, non ex eo infertur, quin ſemper ſubſiſtat hęc difficultas, vbi vtrunque adfuerit. Atque ita ſunt Doctorum dicta penſanda, & omnino intelligenda, qui etiā exiſtimauerim prę ſcriptum caſum omnino dubium eſſe. Nam etſi rem non tradiderim ſecundum prę miſſum exemplum, quid oberit dicas reſciſſorio opus eſſe, etiam ſi penes me eam habeam, cum ad eius reſtitutionem per ſententiam condemnatus ſim? perinde enim iudicabitur, ac ſi eam habere deſierim: atque idem iuris in contractu ſtatuitur, cum omnino cogi poſſim, vt eam preſtem. Qui cum actionem ad rei habet recuperationem, rem ipſam habere videatur, vt in l. qui actionem. ff. de regul. iur. niſi tu hoc fictione & non veritate inſpecta procedere dixeris, nihilque præiudicij imminere reſpondebo, ſi tu potiſſimum perpenderis cumulationem, cuius eſt controuerſia, ſucceſſiuè proponi poſſe, quod ſecus eſſet, ſi implicitè fieret. Solet enim hoc modo cōcludi. Peto primum me reſtitui, & reſtitutione conceſſa, in eo ſtatu, in quo ante contractum celebratum eram, reponi. Quid enim cum à te fundum peterem, ſi ſuper eo tecum tranſegerim, velimque poſtea rem illam aſſequi: nonne oportebit me primum aduerſum tranſactionem reſtitui, per quam certum ſit me impeditum, qui efficaciter agam, & cōceſſa, aut ſi malis obtenta reſtitutione, denuò primę quam illam actionem intentare? Atque
10 † ex his è medio ſubducitur, quod in prima dubitandi cauſa premiſimus, ſimul hęc duo deduci non poſſe, quod originem habere nequeat reſciſſoria, niſi prę ambula reſtitutione, quia etiam ſi tu id probaris non tamen abnegabitur, quin ſucceſſiuè & conditionaliter admitti poſſit, quaſi in eum concipiatur modus, in quē reſtitutio concedatur, nec aliàs: ita vt omnis difficultas contraria ſummota appareat, manebitq; communis ſepoſitis illis obſtaculis planè firmata: maximè duo hæc iudicia cumulationē admittere, ac ſucceſſiuè & conditionaliter deduci in libello poſſe. Admitte contra me latā ſententiā, per quam domo fui priuatus, ſi aduerſum eā ſententiam petam me reſtitui, an nunc ſic concludam? Primùm, vt reſcindatur iudi-
11 catum, demum mihi domus adiudicetur. Solet † autem Panormit. in cap. ex literis. ſic hanc materiam extricare. Aut petens non eſt intentionis plus aſſequi, quàm complectatur reſtitutio: & tunc ait non eſſe cumulationem neceſſariam, puta ſi ego fundum vendidero, & quum nondum eſſet traditus, petiero me contra eum contractum reſtitui. Nam ſuperuacaneum eſſet hoc caſu cumulatione duorum iudiciorum vti; quia ſolum opus ſit reſcindente remedio, cum rē penes me habeam. Si verò præter obſtaculum aliud aſſequi nitar, vt eſt, ſi fundum tradidero, & denuo illum petam. Et hoc caſu ait ipſe debere adamuſſim ſpectari, an res quę petitur, veniat acceſſorie ad reſtitutionem expoſtulatam, adijciens id exemplum de fundo vendito, & tradito; quia ſecundùm ipſum ſi narretur ex tali venditione minorem læſum, potiſſimum quòd is fundum tradiderit, non videtur aliud proponendum, quàm quòd contractus reſcindantur, nulla facta mentione reſtitutionis fundi, cum ſatis id tacite inſit ex natura actus. Vt eſt, cum petitur reſtitutio aduerſum ſententiam, quę in rem iudicatam tranſijt,

Source : BIU Cujas

siit, tunc non est opus reuocare eius sententiæ executionem, cum id veniat accessoriè ad sententiam, & rei insit, ad cuius perfectiorem declarationem, aiunt ipsi, considerabilē esse casum, per quem res, ad quam peto me restitui, non venit a ccessoriè ad dispositionem, de qua agitur. Puta si ita trā-
segerimus super fundo, quem possi debam, vt is apud me maneret a me aliquo dato Si velim ego contra eam transactionem restitui, est necessaria vtriusque iudicij cumulatio, nec solùm potest proponi rescindens, quia ex vno non resul tat aliud, nō enim ex transactionis titulo rem possideo, imò
12 ante transactionem iam eam possidebam. hæc ipse. Mea † ve rò est sententia tutius esse: vt vtrunque remedium deducat, atque hanc opinionē sequitur crebrior praxis. Solent enim expressa hac in re non nocere, & non expressa obesse. Maximè in his quę sunt iudicialia, in quibus Iudex nō impertitur suum officium, nisi petenti. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infect. Nec mihi placet ea consideratio, aut res venit ad actum accessoriè vel nō accessoriè, quia satis est ea duo remedia ad id diuersimodè esse proposita. Præterea non tam dicū tur aut censentur inter se connexa, quin possit pars, si volet, altero non vti, & eandem connexitatem procedere suspicer, in exemplo transactionis proposito, ac alijs casibus, quia cū petam rescindi transactionem, satis inest, ꝙ res eò reducatur, ac si rranſactum non esset, aliàs frustra proponeretur talis rescissio. Quare ego huic opinioni inhæreo, ut utroq, casu vtrū que remedium deducatur.

An præpostero ordine intentari possit rescissorium iudicium? ac postmodum, quod est rescindens.

SVMMARIVM.

1 *In optione actoris esse putauit Innocentius, vtrum remedium prius velit intentare, rescindens ne, an rescissorium.*
2 *Abbatis opinio contraria, rescindens primò, dein rescissorium instituendum esse, & eius opinionis ratio.*
3 *Conciliatio vtriusque opinionis, & distinctio ex conclusione libelli pro restitutione oblati.*

CAPVT X.

1 IVIT † etiam Innocentij opinio in eo capitulo ex literis, esse in optione actoris intentare alterū quod vellet ex his remedijs. Putà, primo ordine rescindens, demum rescissorium, aut vice versa,
2 rescissorium, & postmodum rescindens. A † quo dicto primò discedit Abbas, adferens contra eū firmissimā hanc regulam, rescissoriam actionem non competere, nec posse intentari, nisi primū restitutione obtenta, quia cum ante concessam restitutionē actio mea mihi sublata sit, quomodo apte proponetur, nisi semoto obstaculo, cū hæc duo assimilentur non habere actionem, aut talē assequi, quæ inutilis & inefficax sit? Quæ regula desumitur ex eo cap. ex literis, vbi Papa primùm pronunciauit super causa restitutionis, demum in eo ꝙ spectabat ad rescissorium iudicium, & hoc satis suadet l. fi. C. ex qui. cau. mai. In qua habetur, rescissoriam actionem restitutis competere, ita vt nō dētur secundùm ea
3 verba, nisi restitutione concessa, hæc Abbas. Ego † verò parū aut nihil differre existimo, ꝙ alterū ex his remedijs, siue prius, aut posterius intētetur, modò vtriusque in libello fiat cumulatio: quia etsi ita contendam, peto per iudicis officium rē talem mihi restitui. Hic ordo prępposterus non vitiat actū, imò est in manu iudicis primū restitutionem concedere: demum contractum rescindere, si ex actis pateat ita agi debere, quod secus statuēdum putarem, si pars ita expressè, & specificè concluderet: Imploro primum, & antequam conceda tur restitutio, talem contractum rescindi, & restitutionem postmodum indulgeri. Nam hoc casu vera est Abbatis opinio, non posse primùm intentari rescissorium, quàm rescindens concedatur. Et ita terminandas existimo præscriptas difficultates.

Iudicis ne officio, an actionis via restitutio implorari debeat, ex sequentibus facilè agnosces.

SVMMARIVM.

1 *Restitutionem esse actionem, opinio Sillani.*
2 *Restitutionem imploranti, iudicis officio succurri, crebrior DD. opinio.*
3 *Ex edicto restitutionis nulla propria actio, vel cautio proficiscetur, sed totum pendet è cognitione prætoris.*
4 *Confutatur opinio Martini Glossatoris, & examinatur l. in causa. 2.*
5 *Refutatur alio modò eiusdem Martini sententia, & ponderatur §. fi. d. l. in causa. 2.*

CAPVT XI.

NEC extra aleam huius negotij dubitatū a Doctorib. fuit, Num actionis via, an vero iudicis officio peti in integrum restitutio debeat? Atque ex eo planè resultabit alterius difficultatis determinatio. Sit ne restitutio actio, an iudicis officiū? In quibus scio diffusè versatum Bar. in l. in causæ. la 2. ff. de minor. quo loco proponit Sillanum defensasse † restitutionem actionem esse quem asserit motū per eas l. in causæ. la j. sub his verbis: Videndum, num fortè alia actio possit citra restitutionem in integrum competere. Facit ad hoc l. in causæ. la 2. §. fi. ff. de min. Qui tamen interim concludat † imploranti restitutionem succurrendum iudicis officio, cū quo in eo concurrit crebrior scribentium sententia, quæ apertissimè probatur in l. ꝙ si minor. §. fi. ff. de min. in quo §. habetur
3 ex eo † edicto nullam propriam actionem uel cautionem ꝓficisci: quinimo totum illud è Prætoris pendere cognitione, hæc Bar. ea. lege. Iudicaui tamen quandoque eas leges a Mar
4 tino allegatas, nihil ad negotium conducere † Nam si lex illa, in causæ. la 2. benè, & vt decet examinetur, certè eius opinio omnino pugnantem, & contrariam esse manifestè intelliges: habet enim textus, in causæ cognitione hoc etiam uersabitur, num forte citra in integrum restitutionem actio alia possit competere. Nam si cōmuni auxilio & mero iure munitus sit, non debet ei extraordinarium tribui auxilium, quibus verbis quid apertius? ut probatum maneat diuersam & separatam esse ab actione restitutionem, ut frustratoria sit illius legis ponderatio. In hoc num fortè alia actio possit com petere citra restitutionem, quasi inferant actionē esse, imò potius dixero designari actionē nō esse. Atque hoc apertè de
5 sumitur ex verbis sequentibus: quibus disponitur, eum, qui mero iure munitus est, inutiliter ad restitutionem confugere. Minus † quadrabit Martinianæ sentētiæ §. fi. eius l. in cau sæ, si potissimum ponderanda duxeris illa uerba, restitutionē competere, aut cognitione prætoria, vel alienatione, rescissō seu dato in rem iudicio. E quib. verbis quid tu aliud iudicabis restitutionem potius officium iudicis, quàm actionē re-
9 præsentare? ita vt leges illæ, quas Martinus in suam sentētiā allegauerat, eius opinioni refragari videantur, Accedit his qđ docet Barto. sub ea l. in causæ. la 2. quo loco ibi resoluit, quotiescunque verba legis ad iudicem referuntur, tunc iudicis officium, non actionem ex eo resultare, per l. quartam. ff. de alimen, & cib. leg. vt cum in restitutionis materia verba hæc cadant, Quæ res erit animaduertam. non ab re dices officio iudicis, non autem actione succurri, in quo hæreo. Et cū hæc disceptatio mihi omnino ieiuna, & frigida videatur, nec vtilitatem aliquam præ se ferre: est ꝙ ab eius vlteriore examinatione deficiendum probarim, condescendens ad alterius pinguioris articuli discussionem.

Num cum restitutione, quæ extraordinaria est, concurrat ordinarium remedium, vel diuerso Restitutio cum actione ordinaria.

SVMMARIVM.

1 *Locum non esse concursui in ordinario & extraorlinario remedio, docetur ex l. in causæ. la 2 ff. de minor.*
2 *Ponderatur in oppositum §. Pomponius. d. l. in causa. 2.*
3 *Responsio ad d. §. Pomponius.*
4 *Secunda resolutio, & interpretatio d. §. Pomponus.*
5 *Bartoli distinctio, restitutionem non concurrere cum ordinario remedio, si sit speciale, secus si generale.*
6 *An & quando concurrere possint ordinarium, & extraordinarium remedium, tractatur fusè a DD. in l. in prouinciali. ff. de ope. no. nun.*
7 *Cessat regulariter restitutio competente ordinario remedio, nisi extraordinarium plenius prouideas.*
8 *Remedium ordinarium hoc inducit, ut faciat cessare extraordinarium.*

CAPVT XII.

SCIO etiam plurimum hętatum, an cum restitutione in integrum possi remedium ordinarium competere † Et breuer negotium istum perstringendo lex illa, in casæ la 2. ff. de mino. docere uidetur locum non esse concursui. Vbi maximè eo loco scribitur, nullam esse scietatem quam minor inierit, si modò circunscriptus fuer, cessareque prætoris

Source : BIU Cujas

ris partes, quasi ipso iure satis sit munitus, & ob id annotatū passim plurib. locis reperies, hoc operari ordinarium remedium, vt sileſcere faciat extraordinarium. Sunt † tamen qui
2 hac in re ponderarunt in oppositum §. Pomponius. sub illa l. in causæ. la 2. ex qua desumi asserunt condictionem indebiti, vel sine causa, quæ ordinaria nemo nescit esse remedia, restitutionem non impedire, vt est in illis verbis. Sed & Pomponius adiecit, potuisse etiam à maiore incerti cautionem cõdici. sed ille tex. si vt decet intelligatur, nullo modo erit cõtrarius, cuius verba vel hac sola causa hic inserenda duximus. Cùm quidam rogatus esset complures res fratris filiæ ea cõditione dare, vt si sine liberis decessisset, eas hæredi restituisset, atque hæc hærede defuncto eius hæredi cauisset se restituturam, Aristo putauit in integrum restituendum. demum sequitur: Sed & illud Pomponius adiecit, q̃ potuit incerti
3 condici hæc cautio etiam a maiore. Agnoscis † igitur tex. illum duo membra comprehendere, quorum primum in muliere & minore loquitur, cui p restitutionem succurritur, qđ cauisset hæredi defuncti. Et si morte principalis obligata esse desijsset. demum secundo loco lex habet, si maior eo casu hæres fuisset, atque ita cauisset, obligationem tanquam sine causa factam, condicere potuisse, non q̃ tex. velit vtrunque remedium eidem personæ competere, imò habendum esse ad diuersos respectum: Ex quibus iam nunc tibi patet tex. illum sic declaratum, non tam vrgere, vt nobis negotium hac in re
4 faciat. Posse † etiam hoc modo interpretari existimauerim, non mirum si ibi indebiti condictio, & in integrum restitutio simul competant, quia ad diuersa declinant & tendant. Solet enim per condictionem indebiti hoc agi, vt indebitum quod a me solutum est assequar, & ab obligatione, quam prę ter rationem contraxi, liberer: sed per restitutionem in integrum aliò itur, vt iudex ipse rescindat, atq; hoc ita sensisse vi-
5 sus est Bart. in ea lege, in causæ. † nisi etiam tu alias secũdum eum dixeris verum esse, vt cum speciali remedio ordinario concurrere non debeat restitutio. Secus si generale sit, quale est indebiti, aut sine causa condictio. argu. l. si legatarius. ff. de dolo. Ego autem in præsentiarum haud excutiendum propo
6 sui, an † & quando concurrere possint ordinarium, & extraordinarium remedium. Cùm hæc disputatio sit amplissima, & diffusè a Scribentibus examinata in l. in prouinciali. ff. de ope. no. nunc. Potissimum a Zasio suis intellectib. singularibus ad quem poteris, si voles, confugere. Qui † omnes te hoc
7 vnum docebunt, regulariter cessare restitutionem competẽte ordinario remedio, nisi fortasse plenius, & pinguius prouideatur extraordinario, quàm ordinario, vt est in l. Aemilius. ff. de minor. in qua restitutus consequitur fructus perceptos, & qui iure communi potuerunt percipi: quos tamen lex ei omnino abnegasset, si iure communi fuisset vsus. Habeas etiam doctrinæ gratia exemplum aliud. restitutionem in rẽ scriptam esse, ita vt contra tertium possessorem competat, per l. in causæ. § interdum. ff. de minor. Et tamen habita ad ius commune consideratione hoc euenire poterit, vt contra tertium possessorem intentari personalis actio nequeat. Sunt & infinita alia, quibus cõfirmari posset aliquando efficacius mihi consuli extraordinario, quàm ordinario remedio. Sed
8 † ex præcedente regula & præscripta conclusione, tu in hac restitutionis materia, quod ad præsentem attinet articulum, non secus quàm e Tripode semper, vt prædiximus, respondere poteris, remedium ordinarium hoc inducere, vt faciat cessare extraordinarium.

Sit ne personale, vel reale beneficium restitutionis?

SVMMARIVM.

1 *Restitutionis beneficium, quidam personale esse volunt, alij reale, nonnulli mixtum.*
2 *Restitutionis beneficium reale esse, opinio authoris, & eiusdem alia cõprobatio, nu. 5.*
3 *Restitutionis beneficium cur mixtum censeri debeat, alia authoris ratio, quæ communiter assignari solet.*
4 *Restitutionis remedium non rectè probari personale esse, ex l. quia personale. ff. sol. matrim*
6 *Restitutionis remedium etiam incidenter, & exceptiuè proponi potest.*
7 *Conclusio assumpti thematis, restitutionem reale esse beneficium, & resolutio duplex ad illum opinionem, qui personale ex eo esse contendunt, quòd fideiussori minoris non competat.*

CAPVT XIII.

NON incorcinnum deniq; iudicabitur, si excusserimus, an personale, vel reale beneficium censeri debeat restitutio. Et vt tibi planè istud ob oculos ponatur, rm in vtranque partem examinabimus.
1 Quod † autem personale sit, facit ad hoc l. quia personale. ff. sol. mat. Qui verò reale esse tutati sunt, sumpserunt fundamentum ex eo, q̃ ad hæredes transmittatur, vt in l. non solũ. ff. de rest. in integ. demum vt concordes essent hæ opiniones, reperti sunt, qui senserunt mixtum iudicandum: personale, asserentes ex eo quod fideiussori minoris non competat, per textum in l. j. & fin. vbi Bartol. C. de fideiussor. minorum. & in l. Marcellus. ff. de fideiussor. reale, quia successores concomitetur. In summa † ego putauero, reale esse, qui hoc attendendum putem, an persona sit mediata, seu immediata priuilegij causa, vt si immediatã admiseris, iudicare ipse debeas personale non esse, nec eo casu principaliter personę cõtemplatione concessum: quo fit, vt cum tu in restitutionis libello concipiendo necessario læsionem apponere debeas, & rem ita narrare atque deducere, vt apparere possit, quę sit causa immediata & proxima restitutionis, vt est in l. quòd si minor. §. non semper. ff. de mino. quid oberit, quin hoc casu reale
3 censeri debeat? Etsi † ab horum opinione non discedam, q̃ senserunt mistum esse beneficium, non ex eo, quia fideiussori minoris non competat, cum non sit rationem veram reddere: imò potius dictum dicto aduertere: sed quia certum sit minoris personam læsam, nec aliàs ei per restitutionem indulgendum nisi hoc lex personæ cõtemplatione faceret, qua si persona istud operetur, quod satis desumitur ex l. exceptio
4 nes. ff. de exceptio. titulo generali. Mihi † tandem articulum istum euoluenti prima manu in mentem venit, legem illam quia personale. ff. sol. mat. parum aut nihil, coadiuuare intentionem eorum, qui putarunt personale esse: cum in ea disponatur, maritum in id quod tantum facere potest, condemnãdum; nihilq; eo casu hęredi præstandum: quia tale beneficiũ personale sit, & cum persona extinguatur. Ex quibus verbis, Deus bone, quomodo tu iure & apte inferes restitutionem personalem esse, cum tex. ille de beneficio, ne quis conuenia tur vltra quàm possit facere, loquatur, quod postremum beneficium non sum abnegaturus personale esse, sed qui planè censeam, omnino ab eo diuersam esse restitutionem. Et qui tutari volent restitutionem personalem non esse, poterunt ei regulæ insistere, quæ habet, personale priuilegium nõ egredi personam, quod tamen secus hoc casu statuti comprobatum habuisti. Hinc non ab re Decius multis & infinitis fundamentis consil. 48. comprobat, Priuilegium de non exoluẽda gabella, fisco seu ecclesiæ concessum ad emptores nõ trãsfundi. Si † denique reale esse tutari voles, planè accedent verba eius l. exceptiones. ff. de excep. tit. generali, in qua sub finẽ habetur, reales exceptiones quandoque personas egredi, atq; in eam rem adfertur illo loco exemplum de minore circumuento, qui restiturus fuit. Quo textu quid apertius, vt probes exceptionem ex restitutione resultãtem realem esse? nec obe
6 rit, si dixeris agendo restitutionem proponi, vt tu ex eo cõfutandum illum textum, & aliter declarandum censeas † cum etiam incidenter & exceptiuè proponi possit restitutio, vt postea tu planius intelliges. Quanti igitur sit profectus huius pũcti elucidatio satis indicat effectus realis, personalisve priuile
7 gij, & transmissionis ex eo resultantis. Residebis † igitur in hac opinione, restitutionem reale esse beneficium, cui obesse non potest, quod prędiximus, ideo personale censendum, quia fideiussori minoris non competat, q̃ id æquum & consonũ rationi sit in casu l. i. C. de fideiuss. min. vt ei soli prodesse vel officere debeat restitutio, a quo fuerit implorata. Est & alia ratio: Nam fideiussori hoc capite succurritur, quod ei salua & integra aduersus minorem competat actio, qua quod is perdidit assequatur, vt in ea. l. i. si dicas, fideiussorem contrahendo læsum, & eadem ratione restituendum. Primum satis admittam, vltimum tamen planè inficiaturus, qui diuersam & separatam rationem inter hæc duo ĩesse existimem, quòd ad hæredem transmittatur restitutio, & ad fideiussorem: & solet enim hæredem sequi restitutio; quia eadem sit cum defũcto persona, tum quòd læsio sit causa restitutionis concedendæ. Quantum autem ad fideiussorem attinet, id sanè nihil habet cum præcedentibus commune, cuius indemnitati sit satis cautum, atque hæc ita tractat Bar. in illa l. i.

Vtrum restitutio ad minoris fideiussorem extendatur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium minoris regulariter fideiussori denegatur, & quæ sit ratio.*
2 *Confutatio prioris rationis, & ad eandem responsio.*
3 *Excutitur diuersitatis ratio inter hæredem & fideiussorem quò ad restitutionis beneficium.*
4 *Tertia & quarta ratio, cur fideiussori non detur restitutio.*
5 *Restitutionem non alij quàm minori competere, pro themate statuitur ex l. 1. & 2. C. de fideiuss. minor.*

6 Con-

Source : BIU Cujas

6 *Confutatio aſsumpti thematis,& ad eandem reſponſio ex mente Bartoli.*
7 *Diſcutitur Bartoli opinio,& approbatur ſententia Baldi in eodem negotio.*
8 *Alia obiectio contra propoſitum thema,ex l.ſi minor.ff.de procura.& reprobatus ad eundem intellectus Bartoli.*
9 *Nouus intellectus & elegans declaratio auctoris ad l.ſi minor.*
10 *Improbatur ſolutio gloſsæ in l.2.C.de fideiuſ.*
11 *Concluſio auctoris,quibus caſibus beneficium minoris ad fideiuſsorem tranſmittatur.*

CAPVT XIIII.

AN reſtitutio minori competens ad minoris fideiuſſorem extendatur. Nunquid minore reſtituto debeat eius fideiuſſori eadem via ſuccurri? Ex cuius enucleatione pendet alterius difficultatis determinatio. An non beneficium reſtitutionis minori competens ad fideiuſſorem extendatur,te etiam eius articuli diſcuſſio docebit,vtrum verè in præcedentibus ſit Baldus loquutus,& an aptè hoc negotium is extricarit? Primũ autem tu hac in re præmitte regulam † beneficium minoris fideiuſſori abnegari,vt in illa l.prima.C.de fideiuſſ.mino. Facit etiam apertiſſimus tex.in l.in cauſæ.la j.ſtatim in exordio ff.de mino.cuius verba hoc habent.Itaque ſi cum ſcirem minorem,& ei fidem non haberem,tu fideiuſſeris pro eo, non eſt æquum fideiuſſori in necem meam ſubueniri: ecce iniquum a lege iudicari, fideiuſſori adeſſe, aſſumit autem talis iniquitas fundamentum, ꝙ qui fideiuſſit,minoris qualitatem non ignorarit,vt ſibi imputare debeat, qui tam pronus in fideiubendo fuerit.Solet enim paſſim dici, Sponde, noxa præſtò eſt. Sed † hæc ratio prima facie non videtur mihi concludens,quin potius impia, & per quam facilè poſſint reuocari homines a mutuo officio præſtando, quia duriſſimum eſſet fideiuſſorem ſua liberalitate periclitari contra l.diuus Pius. ff.de regu. iur. vt cum tam officiosè in re minoris ſit verſatus,lex eum potius reſtitutione donare debuerit. Quantum tamen ad iſtud attinet, prior conſideratio ſatis ab hoc obice defendi poterit modò intellexeris,reſtitutionem ei omnino abnegari,quod huic ſit aduerſum minorem, quo indemnis maneat, recurſus, vt cum hoc ei præſtet remedium ordinarium,fruſtra extraordinarium intentare debeat. Nam & ſi in eo aliquis ſit,quãtum ad principalem reſpectus: nemo tamẽ diffitebitur, quin diſtinctæ ſint in vtroq; obligationes. Mihi † tamen iſtud exactè perſcrutanti,pro præcedentium rationũ confutatione,adhuc aliud adfuit,veram non eſſe eam rationem,qua dicitur, vnum in hæredis,diuerſum in fideiuſſoris perſona ſtatuendũ,quòd hęres defunctum repreſentet. Quis enim abnegabit fideiuſſoriam obligationem principali anne xam eſſe,& omnino ei .nhærere? vt lex hoc caſu dicat ſublata principali extinctam acceſſoriam; ita teſtante Bartolo in l.j. ff.de fideiuſſor. quæ cum veriſſima ſint, quis etiam diffitebitur fideiuſſorem ita principalem repręſentare,vt hęres defunctum,quia ſubſiſtere nequeat fideiuſſorius tex. niſi & principalis adfuerit,vt ex his ego leues eas rationes, nec omnino concludentes eſſe exiſtimem. Quinimò & ea conſideratio, quòd hæres defuncti loco ſuccedat tã generaliter aſſumpta, poſſet ad perſonale priuilegium extendi,quod tamen indubitatum ſit non tranſmitti, immo cum perſona extingui. Ex † his igitur ſat perſpectum habes,reſtitutionis beneficium ad fideiuſſorem minoris nõ tranſmitti,quod ei ſit ordinario cõſuetum, atque hæc eſt verior ratio,earum potiſſimum, quas Doctores hac in re ponderarunt,præter quos puto aliã concludentiorem poſſe adferri: Ideo minori legẽ adeſſe, ꝙ eius ſit fragile & infirmum iudicium. quæ conſideratio omnino in fideiuſſore ceſſat, ꝙ quum maior eſſet, proſpicere ſibi cautius debuerit, nec tam faciliter ſpondere. Redeamus denuò ad negotium,quod vtcunq; intermiſimus, puta de minoris fideiuſſore,denuo examinabatur † an reſtitutio quę minori cõpetebat, fideiuſſorem eius ſequatur, pro cuius declaratione habes ad hoc apertos & puros tex.legis primæ,& ſecundæ.C. de fideiuſſor.minor.diſponentes,non alij prodeſſe reſtitutionem,quod ſuapte natura reſtitutio ſoli vincenti proficiat, & victo tantum officiat. Subuerti † tamen poſſe aſſeuerabis eã concluſionem,quum ſit exploratum reſtituto minore ſublata omnino primæuam obligationem, & ita fideiuſſoriam ſine principali non poſſe conſiſtere per legem,ſi hæres pecuniam.ff. ad Trebellian.vt vlterius diſputari non debeat, an fideiuſſori per reſtitutionem ſubueniatur. Tu tamen ad id efficaciter reſpondere poteris,verum non eſſe per reſtitutionẽ minorem abſolutè liberatum,& ab omni obligatione exẽptum,quum certum ſit eam non perimere,ſed ſolum actionẽ elidere, vt eſt in l.ſi iudex circumuento. ff.de minor.ita iſtud declarante & docente Bart.in l.ſecunda.C.de fideiuſſor. min. Cuius † nihilominus doctrina prima manu poſſet vtcunque iudicari dubia & ancipitis iudicij,ſi potiſſimum exactè, & vt decet attenderis mentem illius l. ſi iudex circumuento. In qua habetur,quòd ſi minor velit reſtitutione quam impetrauit,vti,non poterit ab aduerſario ad id compelli. Ex quibus verbis inferendum is cenſuit,a reſtitutione non perimi, ſed elidi tantum actionem,quod ego omnino probare non poſſum,qui tamen Baldum bene,& vt decet loquutum crediderim,vbi non eſſet in eſſe deducta reſtitutio, quòd ſi ea minor vſus foret,atque hanc planè intentaſſet, tunc omnem prorſus actionem euaneſcere putarim.Quo tamen defenſata maneat prior reſolutio, ipſe ante dices principalis obligationis adhuc aliquid adeſſe, cum ſaltem minor nomine obligatus maneat.Sed † & adhuc obſiſtere vlterius prædictis videtur l. ſi minor.ff.de procur.cuius verba ſunt hæc: Minor viginti quinque annis,ſi defenſor exiſtat ex quibus cauſis in integrum reſtitui poſſit,defenſor idoneus non eſt,quia & ipſi & eius fideiuſſoribus per in integrum reſtitutionem ſuccurritur,quo textu quid manifeſtius etiam fideiuſſori minoris legem adeſſe Quam legem, vt communis opinio integra maneat, Bartolus in eadem lege ſecunda cenſuit in actibus iudicialibus intelligendam,quaſi ſecus ſtatuendum in extraiudicialibus exiſtimaret, potiſſimum ſi de contractibus ſit quæſtio; quàm tamen ſit a vero aliena hæc ſua reſolutio,hoc ſatis teſtatur l. ſecunda.C.ſi tutor vel curator interuen.in qua expreſſim determinatur, minor viginti quinque annis per reſtitutionem ſubueniri, ſiue in iudicio læſus fuerit,aut citra iudiciũ, quaſi lex principaliter diſponat,attendendum non eſſe,an iudicialiter tractatum fuerit negotium,ſiue extraiudicium. Accedit his, procedere argumentum de contractibus ad iudicia, et conformem vtriuſque eſſe naturam l.omnem. ff.de iudiciis. ita vt hoc caſu perſtringi debeat formula.Mihi † autem hac in re placet eorum intellectus, qui ſenſerunt, minori & fideiuſſori ſuccurri, modò creditoribus conſultum fuerit, ita vt lædi nequeant,puta in caſu eius l.ſi minor,in qua l. ſubleuauit eo onere fideiuſſorem, vt reſtituto minore aduerſum debitorem,quem ipſe defendere duxerat,ſalua creditori mãſerit actio. Simile vides,vbi minor hæreditatem adiit dato creditorib. hęreditariis fideiuſ.Nam ſi hic vt repudiet reſtituat, certe cum in eum, qui hæres futurus eſt, reſeruetur actio, ęquum erit,opem ferri fideiuſſori, ita iſtud docente l. ſecunda ff.de adminiſt.tutor.necnon l. Pupillus.ff.de acqui.hæred. Quinimò etiam ſi creditori non eſſet cautum, aduerſarii tamen dolus contractui acceſſerit, ita vt dolosè ad contrahendum minor inductus fuerit, lex hoc caſu fideiuſſorem adiuuari voluit,ita vt ei minoris prodeſſe debeat reſtitutio, & in his expreſſis terminis procedit l.ſecunda C.de fideiuſſor.minor.Quod ſi dolum abeſſe dignoſcatur,nulla erit fideiuſſoris habenda conſideratio, vt ex his tibi apertè pateat eius legis,ſi minor.enodatio,& quomodo illius ſcrupus ſit diſſoluendus. Quid tamen ſi dolum interueniſſe admiſeris,an num erit neceſſarium fideiuſſorem reſtitutionem ex ſe implorare, vel vtrum præcedens minoris ſufficiat reſtitutio? gloſſa † in ea.l. 2. fuit huius ſententiæ,noua eſſe opus reſtitutione:mihi tamen ſemper viſa eſt dura eius gloſſæ deciſio. Nam cum bona fide hic interceſſerit,ac lex ei in caſu doli ſubueniri velit,quare tu non probabis hoc eſſe latiſſimè interpretandum, vt ſaltim ei pinguius & exuberantius quàm ſit poſſibile,ſubueniatur. Quid enim pugnabit, aut oberit,ſi huic minori proſit ſentẽtia,quaſi res connexa & intricata eſſe videatur,cum maximè eo iure, quo minoris contractus ob dolum reſcindi tur, ita & fideiuſſoris? Facit in horum confirmationem. Nam vt ſententia in principalem lata poteſt aduerſum fideiuſſorem exe cutioni demandari:ita & in integrum minoris reſtitutio debebit eadem lege, & maximè accedente dolo fideiuſorem comprehendere,vt noua opus non ſit inſtantia. Cum etiam in ſimili ſat ſcias tempus quadrimeſtre,quod a lege principalibus indulgetur,ad fideiuſsores extendi, ut quàm malè ſenſerit gloſ.tu ſatis ex præcedentibus habeas. Concludeigitur † minoris beneficium ad eius fideiuſſorem non tranſmitti, ubi maximè cautum non eſset creditoribus, aut ſi fideiuſoris dolus contractui acceſserit.

Ex ſequentibus annotabis, num ad hæredes tranſmitatur reſtitutio.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum non ſolùm ad hęredes, ſed & vniuerſales ſucceſsores minorũ & olium eorũ,qui reſtitui poſſunt,tranſmittitur.*

2 *Pri-*

Source : BIU Cujas

2 *Prima DD. ratio ad prædictam regulam.*
3 *Secunda ratio ad eandem.*
4 *Seposita vtraque ratione noua & verior ab authore adfertur.*
5 *Restitutio tum demum ad hæredes transmittitur, si a defuncto intra tẽpora a lege præfixa, petita fuerit.*
6 *Ad implorandam restitutionem præstitutum a lege quadriennium.*
7 *Casus, in quo hæredi conceditur restitutio, licet defunctus restitui non potuerit.*
8 *Approbatur prima regula; Restitutionem ad hæredem transmitti.*
9 *Pupillus patris hæreditatem debitis onustam adiens restitui potest, & an idem in substituto pupilli dicendum sit, opinio Bart.*
10 *Reprobatur opinio Bartoli, & pulchrè declaratur l. paterfamiliàs. ff. de hær. inst.*

CAPVT XV.

1 EIRMISSIMA † iuris Ciuilis est regula, restitutionem in integrum, non solùm ad hæredes, imò vniuersales successores transmitti, siue igitur hęres sit, aut is cui sit hæreditas restituta, poterunt in integrum restitui & non hi tantùm, qui hæredes minoris sũt, sed & omnium, qui in integrum restitui possunt, quæ tu annotata reperies in l. non solùm. ff. de restit in integ. Hinc pater vt filij successor ex ijs causis quibus in re peculiari filij familias restituuntur, post eius obitum restitutionem impetrare poterit, quod procedit, etiam si maiores hæredes sint. l. minor. §. fina. cum l. sequenti. ff. de mino. huius autem regulę duplex a Doctoribus assignatur ratio † ideo ad hęredem restitutionem transmitti, quod is defunctum repręsẽtet, sed quàm a vero sit aliena, tu satis intelligis ex his quę de fideiussore præmisimus. Qui & si à principali pendeat, atque eum repræsentet, nihilominus restitutione is non fuitur, vt illa repræsentationis consideratio parum, aut nihil ad rem istã conducat. Secunda, quòd æquissimum sit defuncto succurri, ne tertius cum eius damno & incommodo locupletetur.

3 Sed † & hæc planè confunditur si potissimum attenderis fideiussoris minori esse adaptabilem, cui tamen non succurratur restitutione. Quo fit, vt † sepositis his rationibus, ego hãc tanquam veriorem adferri posse existimauerim, restitutionem ad hæredem transmitti, quòd realè sit beneficium, & rem ipsam sequatur, quæ cùm ad hæredem deuoluatur, necessum est omne ius ex ea dependens deferri atque hæc mihi videtur verior & potior ratio, & quæ minoribus calumnijs sit exposita. Sed vt tu præcedentem conclusionem a verò abesse doceas, sic ratiocinari poteris. Si dum vixit defunctus restitutionem petere distulerit, ita vt ab humanis post 25. annum completum decesserit, dicesne hoc capite hæredem restituendum? non tanè, quod fixo animo defendunt glos. & Barto. in ea l. non solum. Quæ si vera fateare, nonne in cõfesso erit restitutionem non omni casu ad hæredes transferri?

5 Tu † tamen id facilè vitabis, si hoc vnum intellexeris, ad hæredes restitutionem transmitti, vbi a defuncto intra tempora a

6 lege præfixa petita fuerit. Scis † enim ad implorandam restitutionem præstitutum a lege quadriennium, vt est in l. fina. C. de tempo. in integ. restit. peten. ita vt ea defuncti mora & negligentia omnino hæredi sit nociua, quasi defunctus eum a petitione excluisse censeatur, & tacitè ius quod illi competebat remisisse, vt plus iuris in hæredem non transtulerit quã

7 haberet. Est igitur † casus, in quo non potuit defunctus restitui, & tamen eius hæredi conceditur, vbi in puncto mortis perficitur læsio. l j. C. de restit. milit. Ideo si minor decedat, nõ adita hereditate, poterit eius hęres petere restitutionem, vt eam adeat: licèt dum viueret minor, non haberet tale beneficium, & læsus non esset; quia adhuc adire poterat: sed quia in puncto mortis perfecta est lęsio, restituetur, vt in l. q duos. ff. de reb. dub. Potest etiam defunctus restitui, & non hæres, si decesserit defunctus in calculo, in quo expirauit beneficium restitutionis in integrum, hoc autem fusius postmodum a nobis explanabitur. Imò hoc tu absonum existimare nõ debebis, posse quãdoque hęredem restitui, etiam si a defuncto primum obtenta, aut saltim impetrata non fuerit restitutio, quod considerari potest, si mortis tempore perfecta & consumata extiterit læsio, vt est in l. Pantonius. ff. de acquirend. her. Facit l. qui duos. ff. de rebus dub. In qua l. Pantonius, disponit. Et si stricto iure defuncto restõ nõ competierit, quia ante tẽpus suum diem obierit humanius tamen ex mente diui Pii ei succurri, vt ex eo Barto. in illa l. non solùm. asserat hæredis minorem, etiam si nondum adita hæreditate minor decesserit, quo hæreditatem is adeat, posse restitui. Et si minor dum viueret, nondum esset beneficium restitutionis assecutus, q se lęsum contendere non poterat, cum additioni locus esset, vt hæredi succurratur, q minore decedente perfecta & consumata esset læsio, quem articulum ego postea & suo ordine amplissimè examinare constitui, vt est etiam diffusissimè a

8 plerisque excussus. Salua † igitur & integra manebit prędicta conclusio, Restitutionem in integrum ad hæredem trãsmitti. Si impubes ab hæreditate paterna, quæ ei delata erat, abstinuerit, paternis creditoribus non obligatur, nec etiam is qui ei pupillariter est substitutus, maximè ob bona postea quæsita: puta si filio hæreditas obuenerit, hæreditate verò paterna adita, & a minore retenta, tam ipse, quàm substitutus creditoribus obligabuntur. Hoc autem apertè deciditur in l. paterfamilias. ff. de priuileg. credito. Vbi Barto. eam legẽ examinans, dicit, pro dubitandi ratione considerari posse, etiam

9 si pupillus patris hęreditatem adierit † substitutum tamẽ nõ debere creditoribus obligari; quia contra eam additionem restitui potest pupillus, allegando, q inconsultè hæreditatem adierit; quia sit debitis onusta: vt si pupillus restitui possit, qđ est in confesso, debeat eadem ratione idem in substituto determinari, cum restitutio ad hæredes transeat. Quem obicem resoluens, dicit ipse regulam illam, restitutionem ad hæredẽ transmitti, sic debere intelligi. nisi hæres actum de quo agit, confirmarit & approbarit, quo casu asserit non debere restitui, etiam vt ad restitutionem defunctus admittatur. Sed in casu eius l. paterfamilias, substitutus confirmauerat & approbauerat additionem hæreditatis paternæ a pupillo factam. Nã substitutus adeundo pupillarem hæreditatem, paterna agnoscere videtur, quam in pupillari inuenit. Atque hanc dicit esse optimam declarationem ad eam legem, non solum. mihi

10 tamen nõ omnino placet hæc Bartoli doctrina, † quia secundum eam nunquam hæres defuncti restitueretur; quia certũ est hæredem defunctum repræsentare, & si hęres esse velit, debere approbare quæ a defuncto gesta sũt, imò ad id obligari: puta, quia hæres debeat confirmare quod gessit defunctus, & ita sequeretur, quod contra contractum a defuncto factuz̃ non possit restitui, nec aduersum aliud quod a defuncto procederet. Ad hęc etiam considerabam in ea l. paterfamiliàs. nihil disponi, q substitutus non deberet restitui, imò hęc solũ per eam exprimi, vbi substitutus filii hęreditatem adierit, & inuicem hęredi obligari, & in eum hęreditatis actionem cõpetere: quę an ipsum a restitutione in integrum excludant, non planè agnosco, immo qui existimem ob id non esse priuandum restitutione; quia etsi ex contractu a minore facto lex dicat, in eum agi posse, non ob id ex eo est a restitutione ĩ integrum secludendus. Sed tamen ego censeo cum Bartolo dicendum, veram esse declarationem ad eam legem, non solum. q non sit hęres ex persona defuncti restituendus, vbi actum, cuius est controuersia, ipse approbauit & confirmauit. Et hoc ĩ substituto planè intelliges, primum. n. pupillus patris hęreditatem adierat, cui hic si in pupillari ętate decessisset substitutus fuerat. Sic cùm euenerit pupillaris substitutio & filio in pupillari ętate defuncto, substitutus illius hęreditatem adierit, nonne confirmasse censetur additionem a pupillo factam? Sciuit enim a pupillo paternam hęreditatem, sed potuit primum se immiscere hęreditati pupilli, & contra aditionem defuncti restitui, si subesset causa legitima, ob quam ad eam restitutionem posset is confugere, quod tamen nõ egit, immo volens hæreditatem pupilli ex pupillari substitutione adiit, quasi suę mentis esset, velle creditoribus hęreditariis obligari, vt bene loquitur Barto. ubi sensit hunc confirmasse & approbasse additionem a defuncto factam, quam tamen se qui non tenebatur, si voluisset, quia potuisset, vt iam premisi, impetrare restitutionem in integrum. Primum, quando hęreditatem adiret, & ita vult declarandam & intelligendam esse illam l. paterfamiliàs. Estque ex his sat responsum ad id, qđ nunquam secundum hanc doctrinam restitueretur hæres: qa factum defuncti approbare debeat. Nam fuit in huius substituti manu, vel hęreditatem pupilli non adire aut ex iusta causa, & si qua pupillo competeret, remedium restitutionis contra additionem hęreditatis a pupillo factam implorare. Si igitur volens & sciens aditam a pupillo hęreditatem acceptauit meritò non est restituendus: argu. eius quod dicitur, vbi minor maior effectus contractũ approbauit, a restitutione excludendum. Itaque hic sensus satis desumitur ex versiculo quemadmodum. in eadem lege paterfamiliàs. secundùm q doctrinam non est necessum tequi intellectum eorum, qui putarunt, quòd in ea l. paterfamilias, substitutus ibi esset hęres necessarius, cum etiam Bartolus testetur esse doctrinam diuinatiuam. Sed audi, si vera esset hęc declaratio, cessaret ex integro dubitandi ratio per Doctores adducta, quæ est; quia frustra impetraret restitutionẽ substitutus, si necessarius hęres haberetur. Verùs tamen est, vt ibi non dicatur fuisse hęres necessarius, atque id desumitur ex finalibus verbis eiusdẽ legis. Quòd si substitutus hęres hæreditatem non adierit, & ita si potuit eam nõ adiisset, non fuit hęres necessarius, ĩ qua

opi-

Source : BIU Cujas

opinione ego reſideo, ex quibus tibi liquidò conſtat, reſtitutionem hæredem ſequi cum ea, quam ſupra attulimus modificatione.

Si minor vti obtenta reſtitutione nolit, an num qui eius eſt fideiuſſor, ex ſe impetrare poterit.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſorem ex ſua perſona reſtitutionem petere poſſe, ſi minor eo vti nolit, concluſio DD. & quæ ſit cauſa.*
2 *Ratio dubitandi ad prædictam concluſionem.*
3 *Approbat auctor DD. ſententiam, additis decidendi rationibus.*

CAPVT XVI.

LINGE† minorē reſtitutione vti nolle, an nũ admittet fideiuſſor, vt ex pſona ſua hanc impetret, vbi maximè dolus ℈ctui acceſſiſſet? In quo concluditur a Doctoribus hoc ei ꝓmitti, quos vel hoc vnũ mouet: Quia cũ huic ab initio accedente dolo ius illud reſtitutionis quæſitum fuerit, ſequaturque id ius fideiuſſorem, fateare neceſſum eſt, ꝙ cum eo contraxerit: quare igitur ius mihi competens citra conſensũ meum a me tolles? argument. l. fin. ff. de pact. hæc illi. Sed
2 †& horum deciſio mihi vtcunque viſa eſt ſatis dubia. Nam cum certum, immo indubitatum ſit, minoris intuitu reſtitutionem concedi, ſi iam ipſe ea nolit vti, quomodo apte iudicabis, vt perſonam acceſſoriam ſequi debeat reſtitutio, & acceſſorium effectum poſſe producere, nondum deducto ī medium principali negotio, hoc maximè penſato, quod lædi nequeat fideiuſſor, cui in omnem caſum & euentum ſit aduerſum minorem regreſſus, quo is indemnis maneat? Veriùs
3 tamen eſt† vt volens admittatur fideiuſſor. Nam minore doloſè circunuento, & fideiuſſorem deceptum fateare ſuadet ratio, cui hoc caſu ac maiori lex vult adeſſe. Vel hac vna præcipua cauſa, ne creditor, qui cum vtroq; cõtraxit, ex dolo ſuo aduerſum fideiuſſorem lucrum conſequatur, contra l. ſiue hæreditaria. ff. de negot. geſt. ita vt hoc caſu ex perſona ſua ei reſtitutio cõpetat. Eſſet enim ſatis impium minori decepto ſuccurri, & fideiuſſori eadem calliditate circumuento non adeſſe. Nec eſt omnino abſolutè verum, quod ipſi in contrarium præmiſimus, ſic eſſe fideiuſſori conſultum, vt detrimentum pati nequeat. Quid enim ſi minor non ſoluendo efficeretur, nonne iudicaretur inanis & ridicula in eum actio? manebit igitur verior aſſumpta hæc concluſio. Si doloſus ſit contractus a fideiuſſore reſtitutionem implorari poſſe, etiam ſi ea vti nolit minor.

Vtrum cedi poſſit reſtitutio?

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutionem cedi poſſe colligitur ex l. ſi minor. ff. de admi. tuto. & vnde ſit huius concluſionis deſumpta ratio.*
2 *Reſtitutionem cedi non poſſe prima dubitandi ratio à ſufficienti partiũ enumeratione.*
3 *Secunda contra eandem concluſionem hæſitandi cauſa.*
4 *Reſpondetur ab auctore ad vtranque.*

CAPVT XVII.

1 AN† autem ceſſionis via transferri in alium poſſit reſtitutio, habes textum hoc apertè declarantem in l. ſi minor. ff. de adminiſtr. tutor. ſub illis verbis, niſi fortè mandare actiones paratus ſit curatoribus. ex quib. deſumitur cedi reſtitutionem poſſe. Huiuſce autem concluſionis pura ratio deprompta videtur ex l. ex pluribus. ff. de adminiſt. tutor. in qua diſponit, ꝙ quæ ad hæredes tranſmiſſibilia non ſunt, cedi nequeant, quaſi ex oppoſito doceat textus, quæ tranſmittuntur, poſſe cedi, ad quod facit l. j. ff. de priuil. dot. necnon Bart. in l. ſi ſtipulatus fuerit ff. de verb. obl. Atq; hic caſus non impertinenter ī medium adfertur, cum ſi rectè memini frequentiſſimè ſup eo dubitatum viderim, & in praxi pluries ventilatum. Quod
2 †tamen cedi nequeat, ita doceri poſſe exiſtimauerim, modò a ſufficienti enumeratione partium arguendum probaris, q̃ eſt validiſſima in iure ratiocinationis, vt in l. 1. C. de imponẽ. lucratiuis deſcript lib. x. Nam ſi iam a minore obtenta fuerit reſtitutio, quid eſt quod eam poſſe cedi dicas, quippe q̃ iã ſit ī eſſe & rerum natura. Quòd ſi obtinendæ locus ſit, cum prima actio ſopita maneat, qũo quod extinctum eſt, cedetur. Sed his facilè rũdebit, ſi intellexeris poſtremo hoc caſu nõ eſſe extinctam in totum actionem, imò potius eliſam. vt ſupra edoctum eſt. Et ſi non ſim neſcius alios aliter reſpondiſſe, extinctam non eſſe, ꝙ qui viam habeat ad rem recuperandam, rem ipſam habere cenſeatur. Quæ tamen conſideratio ſat leuis eſt, quippe q̃ procedat in remedio ordinario, non autem extraordinario, vt ſatis deſignant verba eius legis. Qui actionem habet ita vt extraordinarium illud officium ſit ab alio caſu alieniſſimum, immo omnino vitari poterit præſcripta argumentatio, modò adhoc vnum animaduerteris abſurdũ non eſſe, vt iam impetrata & obtenta a minore reſtitutio cedi poſſit, quemadmodum vides, ius mihi etiam plenè q̃ſituꝫ alteri cedi. Certum & eſt ius illud reſtitutionis, tam minori q̃ maiori competere, modò hoc æquitas ſuaſerit, quare igitur illud non cedet, quod omnino vtroq; caſu procedit, ẽt ſi obtinẽda fuerit, modò liquidum, ſit eam competere, atq; hęc eſt vera rei ceſſæ natura, aliàs fruſtra & inutiliter ceſſiones produ
3 cerentur. Facere† tamen adhoc contra eam opinionem fortaſſe iudicabis, ſequentem rõnem. Nam ſi per principalem contractum, quem minor vult reſcindere, ſublata fuerit primæua actio, cùm ea actio cedenti ſit inutilis, nonne etiã erit apud eum cui fiet ceſſio inutilior? ꝙ indubitatum ſit, nõ melioris eſſe cõditionis ipſo cedente, vt in l. in his. §. non debeo.
4 ff. de reg. iur. Quæ† impugnatio, & ſi vt cunque ſubtilis videatur, tñ nihil ad negotium quadrabit, modò ad reſtitutionem animum deflexeris, cuius effectus eſt, læſionem adimere, & hoc omnino operari, vt ꝓinde ſit, acſi ſublata non eſſet actio, quod fit reſciſſo contractu. Quæ p̃ſcripta concluſio ita declarari poterit, vt procedat, ſiue minor ceſſerit, aut maior, in quibus quantum ad id, nihil eſt diuerſitatis hæc diſcriminis, de minore nulla eſt difficultas. Quod verò ad maiorem attinet, cum hic ex cauſa iuſta reſtitui poſſit, poterit & eodem iure reſtitutionem cedere.

An primum quàm cedatur reſtitutio debeat cedens aſſequi a iuramento diſpenſationem?

SVMMARIVM.

1 *Tutius eſt vt primum quàm cedatur reſtitutio, impetret cedens a iuramento relaxationem ex rationibus in textu adductis.*

CAPVT XVIII.

ET cum uterq; caſus aliquando ſe obtuliſſet decidendus, memini me a quodam ueritatis indagãdæ curioſo interrogatum, num eſſet neceſſariũ, vt ad eius ceſſionis robur & validitatem præcederetur Sacramenti diſpenſatio, quam obtinere deberet cedens? Tunc enim erat a minore reſcindendus cõtractus iuratus. Et a maiore alius, per quem enormiſſimè læ-
1 ſus fuerat, cui ego obiter reſpõdi† tutius futurum, ſi primũ q̃ hic cedat a Sacro ſe eximat. Nam cum iurm perſonale ſit, & iurantis liget animam, nonne æquum eſt, vt propriæ is adſit animæ? Quo etiam rectè & ritè poſſet ceſſionarius eius nomine imò difficilius cedentis diſpenſationem implorare, certè non video. Facit ẽt, cum hic cedens paret viam retractationi contractus, & ex ceſſione emolumentum aſſequat̃, vt optimo iure ſacro conſulat, ne ipſe aliàs periurium incurreret, atque ea omnia poſtea fuſius attingemus. Sed quæ interim annotaſſe licuit, cùm vt cunque viderentur inſeruire declaratio ni præcedentis difficultatis, ꝙ etiam paſſim decipiantur infiniti ceſſionarii, q̃ ſibi ſat conſultum ſola ceſſione credunt. Et ſi non præceſſerit a iuro diſpenſatio, in quo tñ plurimũ fallũtur. Sic ex præſcriptis concluditur cedi poſſe reſtitutionem, & tutius futurum, vt primum q̃ cedatur, impetret cedens a iuramento relaxationem.

An vt ad hæredem tranſmittitur reſtitutio, ita reſtitutionis cœptæ inſtantia.

SVMMARIVM.

1 *Non reſtitutio tantum, ſed etiam inſtantia & hæredibus datur, & in hæredes transfunditur.*

CAPVT XIX.

SOlet etiam dubitari, Nunquid ut ad hæredes tranſmittitur reſtitutio, ita etiam reſtitutionis cęptæ inſtantia, quę a minore uel maiore eſt inchoata. Cuius dubii reſolutio ex eo pendet, vtrum eadem lance terminari debeant transfuſio adhæredeꝫ, quæ fit iure actionis, & ea quæ a iudicis depẽdet officio. Quo iure dubium nõ

eſt

est vtroque capite locum esse transmissioni, ad quod facit l. si intra. C. de restit. i integ. in qua disponitur, si minor intra quadriennium restitutionem impetrauit, & demum lite pendente eius aduersarius decesserit, aduersum hæredem & in hæredes restitutionē dari, qui textus si vt decet perpendatur, vtriusque casus decisionem includit. † Primum asserens hæredibus & in hæredes restitutionem competere, quod manet sine dubio: demum transfundi restitutionis instantiam, & eodem iure poteris afferre exemplum de minore, qui lite mota nec terminata suum obijt diem, vt eam instantiam ad hæredem trās mittat. Nam frustra hīdem sequeretur restitutio, si a causæ prosecutione mortuo interim principali excluderetur. Hinc non ab re lex indifferenter statuit, instantiam a defuncto cœptam hæredi competere, & in hæredem dari, vt in l. omnem. ff. de iudicijs. quæ est vera in iure conclusio.

Cùm ad hæredem restitutio transfundatur, an num id procedat, siue à minore maiori seu minori, aut a maiore minori succedatur?

SVMMARIVM.

1 *Minori qui est hæres minoris, non currit restitutionis tempus, nisi minore ætate finita.*
2 *Si maior maiori succedat, illud tempus tantum consequitur, quod defuncto supererat.*
3 *Oppositio & dubitandi ratio aduersus primum membrum, quando nimirum minor succedit minori.*
4 *Responsio & distinctio Bartoli ad eandem.*
5 *Alia ratio et responsio ab auctore ex l. interdum. ff. de minor.*
6 *Impugnatur prædicta ratio dubitationis gratia.*
7 *Hæredi defuncti, siue is minor, siue maior fuerit, quamdiu defunctus in rerum natura extitit, ius restitutionis nunquam quæritur, & quomodo adhoc concludenter respondendum sit.*
8 *Alia DD. distinctio in eadem disputatione.*
9 *In restitutione quod ad tempus attinet, solet lex personam intueri, in quam facta est transmissio.*
10 *Restitutionis beneficium personæ cohæret, & ætate mensuratur.*
11 *Si restitutionis tempus aduersus minorem currat, potest ipse tanquam læsus restitutionem aliam implorare.*
12 *Auctoris opinio, qualiter restitutionis beneficium ad hæredem transfundantur.*
13 *Intellectus & explicatio secundæ partis d. l. interdum. ff. de minor.*

CAPVT XX.

QVOD autem declarauimus, restitutionem hæredem comitari: intelligas aliquando in hoc dubitatum, an adhæredem, qui minor vel maior est sit referendum: quod apertè deciditur in l. interdum. ff. de minor. In † qua primum habetur, si minor hæres
1 fuerit nisi minore ætate finita, restitutionis tempus non cur-
2 rere, quasi hoc ipso deceptus videatur. Cùm † enim intra tēpus statutum posset ex persona defuncti restitui, & in eo defecerit. idque sola defuncti causa, æquum fuit ita disponi. demū aliud ex eadem l. desumitur, si maior maiori successerit solū tempus debere consequi, quantum defuncto supereſſet, qđ potissimum deprehenditur ex illis verbis, planè si defunctus ad in integrum restitutionem obtinendam modicum tēpus ex anno vtili habuerit, hæredi minori post 25. annum id dūtaxat tempus dādum, quod ei, cui hæres extitit, competebat. Sic habes minori hæredi, nisi minore ætate completa, restitutionem non currere: si verò maior maiori, spectandum tem
3 pus, quod defuncto supererat. Sed † aduersum primum mēbrum, in quo de minore fit mentio, vrget vnum, melioris cōditionis non debere esse hæredem ipso defuncto; vt l. non debet. ff. de reg. iur. quomodo verò minori, qui hæres est, dices omni tempore succurrendum, puta quadriennio, vbi fortasse tantum tempus defuncto non compereret, quia iā ex quadriennio lapsa essent aliquot tempora? Quam †
4 difficultatez volens resoluere Bar. in ea. l. interdum. solet negotium hac sequente doctrina temperare. Aut maior minori, minor maiori, vel minor minori succedunt, quasi secundum hanc diuersificationem videatur ipse omnes hos casus ita perstringere, vt
5 in nullo obsistat præcedens confutatio. Ego † tamen secluſa & sepositā tam eius quàm aliorum distinctione, putauero ideo minori hæredi succurri integro toto tempore, q cū posset restitui, defuncti tamen facto impeditus fuerit. Quam rationem exprimit lex illa. interdum quæ cum sit Iurisconsul-
6 ti, non est aduersum eam denuo contendendum. Etsi † dubitationis gratia impugnari hanc posse hoc modo censuerim, qui falsum esse putauero, q in ea dicitur, cum is restitui posset a defuncto impedimentum habuerit, nunquam enim hic quandiu vixit defunctus, restitutio competit. Nam etsi futurus esset hæres, puta, quia filius, aut quia ab intestato proximior esset, viuente tamē principali nullum ius ei in illius bonis competebat, vt de suo & necessario hærede est considerabile. Cui etsi legitima iure naturæ sit in paternis bonis debita: tamen patrem viuentem nullo modo adigere potest, vt ei legitimam præstet leg j. §. illud. ff. de colla. bono. quod fortius
7 & efficacius proceder in extraneo. Et † ex his iudicandum putauero hæredi defuncti, siue is minor, aut maior fuerit, quandiu defunctus in rerum natura extitit, ius restitutionis nunq̄ quæsitum: ad quod non video, quomodo concludenter & efficaciter responderi possit, nisi dixeris. Cùm hic postea hæres manserit, iuris fictione rem ita retrotrahi, vt perinde sit, ac si ius ab initio ei fuisset quæsitum, quod est ex mente Bart. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap.
8 Nec † tamen improbauero eam distinctionem, quæ à q̄busdam pro huius puncti enodatione in remedium adfertur. Aiunt. n. si maior minori succesſerit, tūc tāto tempore ei succurri, quantum defuncto supereſſe certum erat: atque ita declarāndum §. fina. l. minor. ff. de minor. Quòd si minor minori tale tempus competere, quale pro petenda restitutione est introductum, & ita l. interdum. procedere. Si verò minor maiori, simile vt anteriore casu secundùm iudicium l. ea quæ. C. de tempo. in integ. restit. peten. Aut maior maiori, tunc tantum tempus, quod defuncto competebat, debere assequi, ita istud docente illa lege, interdum, etsi nullam eius distinctionis rationem adferant. Quam vt declaratam habeas, certè nō extra propositum intelliges, minorē maiori siue minori succedentem integro frui debere tempore. Solet † enim lex, vbi
9 restitutio in medium adfertur, personam, in quam facta est eius transmissio intueri, ita vt successoris ętas omnino inspici debeat. Quid † enim mortui ætatem introspiciendam iudicabis, cùm restitutionis beneficium personæ cohæreat, & ætate mensuretur, ità vt ex eo ętas necessariò sit spectanda? Prę terea beneficium tempore commēsuratum, & quod est successiuum sic est assumendum & interpretandum, vt priuilegiatus suo vtatur priuilegio, hoc declarante Bart. in authen.
10 quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. Imò † si aduersum minorem tale tempus curreret, posset ipse tanquam læsus restitutionem aliam implorare, vt æquius sit ei ab initio ad esse. Mea autem est opinio prędictis omnibus exemplis, restitutionem ad hęredem transfundi, non tamen vt sit vniformiter restitutionis tempus: quia minori etiam post 25. annum completum legitimum tempus ad petendum restitutionem introductum dandum sit, quod si maior minori, seu maiori successerit: non plus temporis concedetur q̄ defuncto competeret. Sed fortasse propones secundam eius l. interdū, partem, quę ad maiorem refertur, non de maiore, imò minore loqui, cum textus habeat huic hæredi minori dandam restitutionem intra id tempus, quod is habuit cui hęres extitit, ita vt videatur confundi talis declaratio, & lex duo contraria inducere. Minori integrum tempus competere, & nō cōpetere. Velim tamen intelligat, quod dicitur in eo secundo responso sic interpretandum esse legem, totum illud tempus, quod ex vtili anno resultat minori dari, vt ipse litē restitutionis inchoet, & restitutionem impetret, non autem vt intra id litem finiat: ita declarante Bartol. in ea l. interdum. & l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. ff. ex q̄b. caus. Iam agnoscis vtroque casu minori accedi & ita veram esse hanc sententiam, siue minor maiori seu minori, aut a maiore minori succedat, ad hęredem restitutionem transmitti.
11

An Restitutio in integrum sit in rem scripta?

SVMMARIVM.

1 *Restitutio est in rem scripta.*
2 *Modus proponendæ in tertium restitutionis in integrum.*
3 *Restitutio potest contra quemcunque possessorem decerni.*
4 *Duplex dubitandi ratio, an restitutio in tertium possessorem dari debeat.*
5 *Restitutio cur in rem scripta censeatur.*
6 *Restitutionem non esse in rem scripta & dubitandi ratio.*
7 *Responsio ad prædictam dubitandi rationem, & diffusa declaratio §. Pomponius l. in causæ. la. j. ff. de minor.*
8 *Minor tam contra primum emptorem, quàm contra tertium possessorem restitutionem petere potest.*
9 *An restitutione contra primum emptorem obtenta, nihilominus contra tertium possessorem rei vendicatio sit necessaria; opinio Bartoli & ad eandem auctoris responsio.*

CA-

Source : BIU Cujas

CAPVT XXI.

QVOTIDIANA quæstio est, an † iudicari restitutio in rem scripta debeat, ita vt aduersum quemcunque possessorē dari possit? in quo passim decisū agnoscis in rem scriptam esse. Quo fit, si post celebratum contractum denuo in tertium eam alienarim, certè efficaciter aduersum eius rei possessorem competet restitutio, potissimum ne rem meam perdam, vel ea caream, idque cognitione prætoria aut rescissa alienatione, & dato in rem iudicio, quæ omnia tractantur in l. in causæ, la 1. §. interdum.
2 ff. de minor. in quo † textu admodum eleganter deducit modus proponendæ in tertium, integrum restitutionis, quo primum docetur directò posse in eum agi, quod ex illis verbis desumitur, cognitione prætoria, & dato in rem iudicio. Præterea †
3 verba alia rescissa alienatione denotant restitutionez etiam contra primum emptorem posse decerni, modò hoc sibi consultius futurum minor putauerit, his accedit nō pœnitendus textus in l. minor. ff. de euictio, in quo casus huiusce modi ita proponitur: Minor 25. annis fundum Titio vendidit. Titius demum Seio. Si tandem minor se circumscriptū agnouerit, poterit, si volet, aduersum alterum ex his cognitionem impetrare, vt hoc casu vtilem de euictione actionez in totum decernendam Iureconsultus sanxerit. Ex cuius verbis quid clarius dices posse inferri, q̃ ꝙ restitutionis beneficiū vtrunque possessorem comitetur?
4 Videamus nunc † an hæc sententia ita passim recepta veram sit, & mihi articulum istum examinanti adfuit in oppositum durum omnino iudicari debere, vt in tertium competat restitutio hac ratione: Quòd cum eo minor nunquam contraxerit, nihil egerit, nec viceuersa tertius hic cum minore. Quid igitur non fatebere potius in primum emptorem instituēdū iudicium, si potissimum sequi duxeris vulgarissimas iuris regulas hoc omnino comprobantes? Sed ab eo nexu extricari poterit hic scrupus hoc vno potissimum spectato, plures personales in rem scriptas actiones reperiri, qualis est ad exibendum actio. Quæ & si ex maleficio, vel quasi contractu non prodeat, tamen quia eorum ex quasi contractu assumit, personalis in rem scripta censenda est, vt in l. tertia. §. est autem personalis hæc actio. ff. ad exib. Scio denique interdicta omnia personalia in rem scripta esse l. 1. § interdum. ff. de interd. vt nimirum sit si hæc in rem scripta iudicetur, etiam quantumuis cum eo tertio non contraxerim, quasi principaliter attendi id non debeat imò hoc solum suspici, an res ipsa affecta sit, quod omnino suadet æquitas, vt non ab re lex determinarit, rem cum suo transire onere l. lex vectigali. ff. de pignor. Quid enim minorem culpare poteris, quod cum hoc tertio nihil negoti gesserit? Putauit enim fortasse primum hunc emptorem rem postea non alienaturum, ita vt hæc subsequens di-
5 stractio nociua ei esse non debeat. Imò † ad hæc in mentem venit restitutionem ideò in rem scriptam censeri posse, quòd cùm ex æquo, & bono concedatur, ita sit hic accedendum æquitati, vt minor minus quàm possibile sit, lædatur. Quid. n. si is primum emptorem conuenire cogeretur? nonne hoc ei summo esset dispendio? cui necessum foret alterius iudicij decisionem expectare, & eò rem differre, donec primi & secundi emptoris terminata esset quæstio, quos vicissim consensuros verosimile sit, ita vt plurimum sit minori profuturum, si ab hac litium inuolutione se extricare posset, quod omnino
6 præstabit lite ab eo hunc tertium instituta. Quod † tamen in rem scripta non sit restitutio, in hanc opinionem omnino vrget §. Pomponius. in ea l. in causæ, cuius verba sunt talia. Pōponius scribit, Labeonem existimasse, si minor 25. annis fundum vendidit & tradidit, huncque emptor rursum alienauit (si quidem emptor, sequens rem ita gestam sciuerit) restitutionem aduersus rem implorandam. quod si ignorauerit, & prior emptor sit soluendo, secus statuendum, si verò soluēdo non sit, æqus rationabiliusve futurum, si minori etiam cōtra ignorantem succurratur, etsi bona fide hic emerit. E quo textu plane annotare potes, si emptor rem alienauerit, atq; hic secundus gestum negotium ignoret priore soluendo existente, in hunc primum non secundum agendum, vt planè intelligas verum non esse omni casu posse a minore in tertiū emptorem agi, maximè data secundi ignorantia, vbi potissimū primo facultates deficiunt. Sed fortasse non deerit, qui ī medium adferat, posse eum §. Pomponius, ita declarari, vt procedat, nisi minori rem, cuius est controuersia, a tertio assequi expedierit, allegaturus in suæ sententiæ confirmationem l. si ex causa, in princip. ff. de mino. in illis verbis. Sed tamen, si interfit ipsum potius corpora habere, interdum permittetur: vbi potissimum grande immineret incommodum, atq; hoc etiam sentire videtur l. si apud minorem. ff. eodem tit. Sed videamus, probabilis num sit hæc consideratio, quam in summa, vel hoc vno euerti posse existimauerim, ꝙ omnino pugnare & refragari videatur dispositioni illius §. Pomponius, cuius verba tam manifesta sunt, vt aliam non admittant interpretationem. Quinimò §. ille tanquam nouissimè editus, sequit̃ leges illas, si ex causa, & l. si apud minorem. ita vt eius determinationi potius, imò omnino accedendum fuerit, cū etiam l. planè. quæ §. illum Pomponius sequitur idem, quod in eo disponitur, confirmaret. In ea enim dicitur, ꝙ qui a minore rem acceperit, si eius hæres idoneus fuerit, nihil noui ī eum, qui rem bona fide emerit constituendum, quasi textus ille hoc attendendum velit, an hoc tertius emptor sciuerit primum a minore venditam, aut ignorauerit, vt secundum casus contingentiam idem statui debeat, quod in eo §. Pomponius declarandum est. Si quis tamen ab hoc cauillo vellet cō trariam sententiam eximere, & secundùm priorem doctrinā §. illum Pomponius declarare, posset non absurdè ita loqui, & docere non esse extra iuris formulam leges posteriores per alias etiam precedentes declarari, atque ita posse dici, si minori rem assequi expedierit, posse in omnem euentum in tertiū agi, primo potissimum existente soluendo. Quod apertè cōbat l. illa, si ex causa in qua habetur, Si ex causa iudicati pignora minoris capta sint & distracta, & in alium emptorem translata, si aduersum sentētiam minor restitutus fuerit, tūc ab emptoribus reuocabuntur pignora, si ea minori habere consultum fuerit: quo textu quid apertius, q̃ quod minor ī eum qui rem habet, etiam si per mille manus ambularit possit iudicium instituere? Nec tu istud iniquum debebis iudicare. Poterit enim posterior hic emptor suæ consulendo indēnitati actorem reconuenire, vt est in l. sed pro eo. §. fi. ff. de euictio ita vt satius sit minori sic adesse, q̃ morosis litibus eum ī uoluere. Proponet tamen aliquis, si eo res resoluatur, vt ī quē uis tertium minor indistinctè posset agere, vbi eum potissimum expedierit, rem ita alienatam assequi daretur, vt omnino confunderetur decisio huius §. Pomponius, ꝙ minor verisimiliter semper sit allegaturus suæ vtilitati cessurum, si rez illam consequatur. & sanè hæc consideratio habet in se plurimum momenti. Cui tamen ita responderi posse existimauerim, non esse simpliciter minoris affectioni standum, immo reclamante aduersario minori omnino expedire & incumbere, vt proponat & probet sibi rem illam omnino necessariaz ꝙ facilè bonus Iudex discernere poterit: puta si a suis maioribus processisse allegarit, aut fundo suo vrbano seu rustico vicinam dicat. Imò ex opposito erit in manu aduersæ partis docere, huic nullo modo expedire, vt talem rem habeat, quod satis præstabit, si allegauerit eam a minore repeti, vt denuo alteri vendat, & vt huic tantum officiat. Sunt & infinitæ aliæ causæ, quas per se, & vt euenire passim possunt, curiosus Lector assequi poterit. Veritas igitur huius puncti eo tendit, vt
9 possit minor tam contra primum emptorem, q̃ tertium possessorem restitutionem petere, & vbi in priorem emptorem iudicium instituitur, rescindit contractus. Postmodum † eodē iudicio contra possessorem agitur rei vendicatione, & ideò secundùm Bar. in eo. §. Interdum. citandus est tertius possessor, cum dirigitur iudicium in emptorem primum, quia eius interest, vt per gloss. in l. cum miles. §. 1. quod metus caus. quæ fuit declaratio Bart in eodem §. interdū. à quo tamen in hoc postremo dissideo, qui putem non esse opus eadem lite rei vendicationem intentare contra tertium possessorem, imò esse aliter, in primum emptorem agendum, & ita in eū concludendum, vt ad rei restitutionem teneatur, & quam cogat̃ auocare ab eo, in quem transtulit: aliàs frustra, in hunc primum ageretur, si necessariò eadem lite esset secūdus emptor conueniendus, qui tamen non improbem, vt debeat hic secū dus citari, ꝙ si velit, liti adsit, suum deducturus interesse. Sic erit in optione minoris agere in primum emptorem aut tertium, sed separatis iudicijs, obseruato tamen temperamento, quod est in eo. § Pōponius: vt si emptor secundus sciuisset rē a minore venditam esse, in eum agēdum: quod si ignorasset & prior emptor soluendo esset, non esse faciendum: si verò soluendo non esset, tūc cōpetere quāuis bona fide is emisset.

An per procuratorem possit restitutio implorari, & quod mandatum sit necessarium.

SVMMARIVM.

1 *Restitutionem per procuratorē posse impetrare crebrior D D. sentētiæ.*
2 *Baldi opinio contra communem & ad eandem responsio, annexa ratione cur per procuratorem tractatur restitutio in integrum.*
3 *Auctoris opinio contra rationem a Baldo redditam.*
4 *Confirmatio prima predictę opinionis.*

5 Con-

Source : BIU Cujas

5 *Confirmatio altera.*
6 *Constitutio Francisci Gallorum regis de assignanda ætate minorum.*

CAPVT XXII.

1 ADNECTI poterit articulus: An† per procuratorem possit restitutio in integrum impetrari? quid apertè determinare videt Rubrica C. etiam per procuratorem restitutionem posse impetrari, atq; hanc opinionem sine ꝙ controuersia probat crebrior Doctorum sententia. Etsi non me lateat, Bal. in l. j. C. eodem tit. super eo vtcunque dubitasse. sic enim is loquitur. † Cùm in tractanda restitutione versetur ætatis consideratio, ita vt omnino disquirendum sit, cuius ætatis sit minor: nonne consonum erit rationi, personaliter ipse compareat? arg. eorum, quæ annotata sũt in l. fi. C. de procurat. Quia sit liquidum, iudicem ex aspectu ætatem hominis posse dignoscere, & planè discernere, vt est in l. 2. C. de his qui ve. æta. impe. in l. minor 25 annis ex aspectu. ff. de min. Quam demum difficultatem resoluens asserit hoc casu speciale esse, vt per procuratorem tractetur restitutio: ꝙ in hoc iudicio minoris persona non solum examini subiiciatur: imò etiam de eius moribus sit habenda quæstio: nihil aliud præter id recensens. Cuius† mentem ego in eo non possum aptè concipere. Nam si non solum ætatis, sed & morum examen fieri debeat: tanto magis necessarium existimarim, vt præsente minore talis restitutio tractari debeat: ita vt me iudice, illius solutio potius augeat, q̃ minuat difficultatẽ. Vt igitur, quid nobis sit iudicii, exponamus, concludendum contra Bald. putauero, nullo modo minoris præsentiam necessariam, etiam ꝙ ætatis habeatur in restitutione quæstio, seu controuersia. Quòd vt intelligas, abnegare ipse nõ potes,
4 minorem † qui se restitui petit, primum in libello restitutorio ætatem suam debere deducere, & deductam probare: a qua probatione si exciderit, planè succumbet: ita testante Bal do in l. superuacuam. C. de temp. in integ. rest. peten. Quo fit, vt eis præsentia videatur superuacanea, quasi sibi is imputare debeat, si ab ætatis probatione exciderit; etsi non inficier, quin si volet, possit personaliter adesse. Sed ꝙ ad id ipse adigi & compelli debeat, non video: cum etiam multis & infinitis alijs modis, quàm præsentia & aspectu, ætas probari possit, maximè a proximioribus puta per matrẽ affines, & alios, demum per domesticos, vt in propriis & expressis terminis restitutionis determinat lex de tutela. C. de restitutio. in inte.
5 Quinimò † ea ætatis probatio, ab aspectu dependens, nõ est omnino certa: ꝙ passim plures senes imberbes agnoscamus, quos fortasse solo aspectu iudex, si modò nihil aliud indagaret, iuuenes putaret: imò certius adhuc est ætatis testimoniũ, quod deprehenditur ex volumine Diocesani, in quo, qui prę sunt Parochialibus Ecclesiis, solent passim describere eorum ætates, quos natura in medium producit. Et vt facilius ætatis
6 habeatur ratio † Franciscus, Dei gratia Rex Francorũ Christianissimus, promulgandam curauit constitutionem, qua hoc expressim mandatum est iis, qui præfecti sunt curionalibus, ut verè, ac, vt decet, describant annum, & diem natiuitatis eorum, qui mundani fiunt: vt ex his habeas, indubitatũ esse, per procuratorem restitutionẽ in iudicio peti posse, nec esse necessariũ, vt præsentes minor aut maior eam implorẽt.

Sit ne speciali mandato opus pro Restitutione imploranda?

SVMMARIVM.

1 *Pro imploranda Restitutione generale mandatum non sufficit.*
2 *Dubitandi rationes & exempla, quod speciali mandato non sit opus.*
3 *Triplex diuersitatis ratio a Baldo assignata, cur speciale mandatum in restitutione necessarium esse videatur.*
4 *Impugnantur ab auctore rationes Baldi, prima ibi, primum quod attinet. Secunda ibi, Minus mihi satisfacit. Tertia ibi, Atque idem iuris statuendum erit.*
5 *Vera auctoris sententiam, cur in Restitutione speciale mandatum desiderari soleat.*

CAPVT XXIII.

1 HIS non extra rem adnectetur: Sit† ne pro imploranda restitutione speciale mandatum necessarium? In quo obiter resoluunt Scribentes, generale non sufficere, quod satis probatur in l. illud, §. si talis. ff. de min. In quo §. hoc habetur: si talis inueniat iuuenis, cui sit decernenda restitutio, ipsi postulanti præstari debet, aut ejus procuratori, cui id ipsum nominatim sit mandatum: q̃ vero generalem de vniuersis negotiis curam sibi commissã proponit, nec ex eo est audiendus, quasi textus ille doceat, casum hunc restitutionis speciale mãdatum desiderare. Tamẽ pro dubitandi causa ita ei cõclusioni obuiam hoc pacto iri
2 posse arbitror.† Solet societatis renunciatio per specialem et generalem procuratorem fieri: vt est in l. actiones. §. renuncia tione. ff. pro socio. & tamen nemo diffitebitur, talem renũcia tionem maximum in se præiudicii complecti. Imò l. verò. ff de solu. verum eum censendum procuratorem refert, cui si mandatum specialiter, aut bonorum omnium concessa administratio. Adiice, quod est in l. sed si vnus. §. si procuratorẽ ff. de iniu. per quam disponitur, in prosequẽda iniuria ita deligendum procuratorem, vt is haud esse debeat, cui specialiter commissa sit causæ persecutio; verum scit futurum si talis fuerit, cui rerum omnium sit demandata administratio: & tamen actus ille prosequendæ iniuriæ plurimi est põderis ꝙ potissimum de hominis honore habeatur q̃stio, q̃ lex vitæ controuersiæ ęquari voluit, vt est in l. iusta ff. de manumissis vindicta. & l. Iulianus. ff. si quis omissa causa testamẽti ab intesta. Atque ex his, & primum quàm adferatur, ad hęc resolutio perscrutanda erit natiua ratio, quid in re sit, quare speciale mandatum hoc casu desideretur? quo intellecto, facilè habebis, quomodo supradictis adhibendum erit responsum. Qua in re reperio triplicem a Baldo diuersitatis rationem assignatam in l. j. C. etiam per procuratorem. Prima est. Nam
3 † cum aduersum ius commune competat restitutio, ęquum est, speciale mandatum requiri. Secunda: cum denique in se retractationem complectatur restitutio, ita vt ob id cõtra minorem extendatur, vt est in l. vnica. C. de rep. quæ fiũt in iud. Nonne æquum est, vt qui eam tractaturus est, speciale mãdatum hẽat? Tertia: non licet procuratori factum domini impugnare, nisi speciali mandato habito l. si hominem. ff. manda. Et tali impugnationi innititur, qui restitutionem implorat.
4 hæc ipse. Sed† q̃ hæ omnes rationes a legitimis tramitibus alienę sint, satis cõijcere poteris ex his, quę infra sigillatim examinabimus. Primùm, quod attinet ad id, quod narratum est, speciale mandatum, ideo necessarium, quasi iuri communi pugnet restitutio. Nam si sequendum duxeris Zasium ĩ eo, quod efficacissimè tutatus est, Restitutionem iuris communis esse, frustratoria manebit hęc ratio. Quam etiam capite alio obesse non posse censuerim: etsi extraordinarium remedium restitutionem esse admiserim; quia ex eo sequeret̃, omnes actus, qui iuris communis non sunt, sine speciali mandato non posse explicari: quod tamen est falsum. Minus mihi satisfacit secunda consideratio; quia retorcutionem restitutio complectatur, ideo iussum ſdecialem desiderari. An enim Deus bone, ex eo inferes, vel hac occasione speciali opus esse mandato? Quod enim restitutio etiam minorem ipsum astrĩgat, certè hoc suadet æquitas, & pura, imò mera ratio: quasi nihil sit ęquius, q̃ quòd minor, id, in quo est locupletior factus, restituat, vt in l. quod si minor. §. restitutio. ff. de min. vt cum ratio huic accedat casui, quid tu aliegabis ex eo speciale mandatum requiri. Nec probare tertiam possim, quæ in hoc resoluitur, vbi domini facto contrauenitur, speciali mãdato hoc esse intentandum. Nam si me conueneris, vt, quod promisi, adimpleam, & si de debito appareat, nonne poterit generalis procurator causam meam tutari, & te agentem repellere. Poterit sanè: & tamen certum est, eo casu abnegari, quod dominus fuerat pollicitus. Atque idem iuris statuendũ erit, si experiundo iudicio loco fuerit, etsi hęc posterior ratio cæteris videatur vrgentior & coloratior, ita vt iamiã habeas tres has rationes per se distinctas & separatas, nihil ad negotium concludere. Qui tamen non diffitear, simul iunctas multum conuenire veritati, & ex his efficacem desumi posse. Nec mirabere, hoc capite specile mandatum requiri, cum etiã infiniti casus sint, in quibus desideratur necessario, puta, in contrahendo matrimonio, ac aliis plerisque, quos sigillatim enarratos reperies ab Angel. in §. fin. Inst. de his per quos age. possu. Et certè, qui specialem iussum hoc capite interuenire voluerunt, moueri potuerunt vel hoc vno, ꝙ † rescissio contractus videatur esse alicuius ponderis, quia res iam consumata & perfecta retractanda sit, & ius alteri quæsitum auferendũ. His adde interposita stipulatione, necnon rem ratam dominum habiturum, promissione facta; si de speciali tamen mãdato dubium fuerit, legem ita ei malo mederi, ut speciale illud mandatum ratihabitione firmari possit: vt est in l. quod de speciali. ff. de minor. Sed cum istud haud examinandum duxerim, ego iam in eo ulterius non uersabor. Sic solida manet ea conclusio, pro restitutione in integrum imploranda esse speciali mandato opus.

Vtrum

Source : BIU Cujas

Vtrum in speciali mandato restitutionis sit specificè inserenda causa, ob quam petitur restitutio?

SVMMARIVM.

1 *Specialem causæ expressionem procuratorio inserendam, Bartoli sententia.*
2 *Eiusdem Bartoli opinio contraria.*
3 *Excutitur ab auctore.l.filiusfamiliàs.ff.de donat.contra opin. Bartoli posteriorem.*
4 *Saluatur Bartolus ex d.l.filiusfamiliàs.*
5 *Casus,in quo specialis causæ expressio necessariò requiritur.*
6 *Casus alter, in quo idem requiritur.*
7 *Rationes eiusdem in contrarium:& nu.8.item 9.ubi excutitur l.fin.C. ubi, & apud quem.*
10 *Approbat auctor primam conclusionem, in consequentiam nimirum, & incidenter peti posse Restitutionem etiam sine speciali mandato.*
11 *Speciale mandatum in plerisque casibus necessarium esse,quomodo intelligendum sit.*
12 *Adducitur l. quoties. C. de iudic.& ex ea rursus infertur: Restitutionem à procuratore citra speciale mandatum incidenter peti posse.*
13 *Respondet auctor ad illorum obiectionem, qui propter euidentis damni considerationem, speciale in Restitutione mandatum opus esse contendunt.*
14 *Incidens Restitutionis petitio,tam est principali negotio connexa, ut alterum ex altero dependeat.*
15 *Respondetur ad tex.c.innotuit.extra de electio.num.8.contra primum thema, & conclusionem adductum.*
16 *Comprobatur ratione,casus seu exemplum,nu.2.allegatum.*
17 *Procurator ad opus nouum nunciandum constitutus, videtur etiam datus,vt de demoliendo opere stipulationem recipiat.*

CAPVT XXIIII.

ET vt ad reliqua transeamus, dubitari solet à Doctoribus, hoc admisso,q̃ pro restitutione speciale mandatum requiratur, An sit satis, si in procurationis instrumento inseratur hæc clausula, & ad petendam in integrum restitutionem constituatur talis procurator, vel si necessum sit,specificè exprimere causam,quę tractanda sit? Qua in re Barto. in eo §. talis, fuit inclinatior
1 † vt hoc necessario in procuratorio adiiciendum sit, & in tali causa: argum.l.si quis mihi bona.§.sed vtrum.ff.de acquirend.hæred.ex qua desumitur (si de adeunda hæreditate fuerit quæstio)particularem expressionem faciendam,vt idẽ iuris alio casu statui voluerit. Non sum tamen nescius, eun-
2 dem † *in l. filiusfam.ff.de donatio.* aliter sensisse, imò propensiorem fuisse, qui probaret superfluam esse litis expressionem,quasi satis nominatim inserta videatur, argum.l.Titius.in princ.ff.de lib.& posthum. Cuius postremum dictũ ex eo confirmatur, quia ad opponenda crimina,& defectus constitui possit procurator, vt in clementina j. de procura.
3 Ego † tamen quandoque miratus sum,q̃ Bart. hanc posteriorem opinionem firmarit in illa l.filiusfamil.cum *is* text. videatur eius sententiæ omnino pugnare, in quo habeatur regulariter filiumfamilias donare non posse, etiamsi ei libera peculij administratio concessa fuerit. Et tamen primum annotatum intellexisti, si nominatim hoc ei indultum fuerit, vt donare possit, locum esse donationi, vt ex eo lex desideret nominatim ei esse mandandum, quasi ad hoc non plenè satisfaciat illa generalis, & larga peculij ad-
4 ministratio, ita commissa. Putauero † tamen, vanam esse horum verborum in tali causa (si iuris rigorem inspexeris) expressionem: quòd satis ex verbis aliter conceptis id eliciatur, nec obesse poterit l.filiusfamil. quæ planè, & vt decet, intellecta Barto. opinione mea sententia adiuuare videtur. In ea enim habetur, sat esse, si dicatur dono, non quòd necessariò pars eo adigatur: ut inseri debeat, quid? & cui? & tamen, si tam nominatim esset expediendus actus, non extra rem iudicaretur declarandum, quid, & cui donaretur: ita vt textus ille sic intellectus iamiam Bart. sententiam confirmet. Sunt † autem aliquot casus, quibus specia
5 lis expressio est omnino requisita, qualis est adeundæ hæreditatis, nec ab re. Solet enim maximum versari,& imminere eo casu periculum, cum per aditionem hæreditatis hæres cum creditoribus hæreditariis quasi contrahat, ita vt is pro debitorum exsolutione obligetur: ut est in l.apud Iulianum. ff.ex quibus caus.in possess.Habes † denique matrimo
6 nij casum, in quo simile desideratur: sed hac ratione, quòd ex eo non leue, imò graue pẽdeat & resultet præiudicium, ita docente l. generaliter.ff.de ritu nuptia. Sic ex his habes tutius futurum, si in procuratorio hæc verba apponantur, & in tali causa: quæ tamen non esse necessariò inserenda putauero, nec ob eam omissionem vitiari procuratorium.

Nunquid generalis procurator ad litem prosequendam constitutus possit incidenter in eadem lite restitutionem petere?

SVMMARIVM.

1 *Restitutionis petionem à procuratore generali incidenter institui posse, exemplum primum.*
2 *Casus seu exemplum secundum.*
3 *Rationes auctoris pro confirmatione eiusdem conclusionis. & nume. 4.5.& 6.*

EX his emersit apud Doctores difficultas alia: Si ego aliquem procuratorem meum generaliter constituerim,eique litem prosequendam commiserim, demum expedierit ipse meo nomine, dum hæc causa tractaretur incidenter, petat restitutionem: an non virtute eius generalis mandati efficiet? Quod vt clarius intelligas, non incõcinnum videbitur, exempli gratia
1 † casus aliquot in eam rem adferre: puta si ego tibi per contractum domum, aut rem aliam promiserim, & quo tu eã consequare, me coram iudice cõueneris:certè is quem ego generaliter pro huius causæ tuitione procuratorem constitui,poterit excipiendo tuamq; intentionẽ confutando petere,me aduersus illum cõtractum restitui, modò ex eo me læsum patuerit, quantumuis hoc ei à me specialiter com-
2 missum non fuerit. Memini † etiam consimilem alium casum meo tempore in praxi euenisse, & qui satis huic negotio est accommodabilis. Constituerat quidam procuratorẽ generalem ad lites.cæterùm, dum lis agitaretur,huius procuratoris inscitia & summa desidia fuit omissa alicuius facti propositio:quod tamen factum erat necessario deducendũ,ita vt ex eo plurimum læsum minorem pateret. An nõ poterit huius mandati generalis efficacia petere minorem restitui?vt denuò proponat,quod huius negligentia postpositum agnoscitur.Sic intelligis,quomodo possit peti incidẽter restitutio:quod postea latius excutiemus.Quòd † autem
3 speciali mandato non sit opus, primùm vrget illud: nam cui commissa est litis prosecutio,censentur & cætera demãdata, sine quibus aptè & vtiliter explicari id nequit. l.ad rẽmobilem.ff.de procu.Accedit † ad hæc c. vlt.de restit. in integ.in antiquis:cuius decisio eò tẽdit,vt in mandato iurisdictionali id præcipuè attendatur, An iurisdictio principaliter,num etiam incidenter imploretur?vt idem iuris statuendum sit in actu,& mandato procuratorio.Solent enim hęc
4 duo passim in plerisque conformitatem habere: ita docentib.Modern.in l.& quia.ff.de iurisdi.om.iud.Demum facit,
5 quòd † hæc restitutio à principali negotio omnino deriuetur, vt ex eo succedat regula. l. quoties. C. de iud.in qua disponitur. Quòd etsi de causa status principaliter qs cognoscere nequeat: si tamen volet, incidenter eam terminabit.
6 Quinimò † hoc manifeste videtur designare l.fina. C.vbi & apud quem. quam ad hoc mirè quadrare asserit Bar. in l.an
7 procurator.ff.de nou.oper.nunc.Vt † tamen intelligas non sine controuersia hunc articulum procedere, primũ in oppositum facit:Nam si speciale mandatum in impetranda restitutione exigatur,quia immineat euidentis periculi considerationonne,Deus bone, hoc tã graue præiudiciũ est cõsiderabile,etiamsi incidenter petatur restitutio. quasi hoc solum spectãdũ sit,an restitutio imploreẽ ita vt ex eo in utroque par ius statui debeat,vulgata l.illud. ff. ad l. Aquiliam.
8 Porrò † comprobari istud poterit ex annotatis in c.innotuit.extra de elect.vbi disponitur,quòd cui est mandatum, vt electionis confirmationem petat, non admittitur, qui dispẽsationem ad electi personam habilitandam imploret.
9 Quinimò † nihil ad rem,me iudice,facit text.l.fin. C.vbi,& apud quem iudicem restit. causa vendit.sit. Cùm lex in eius calce disponat, vt non apud alios iudices,quàm eos qui ibi enumerati sunt, impetretur: siue hoc specialiter eis fuerit demandatum, siue generaliter dati sint iudices: vel in aliis speciebus inciderit quædam quæstio restitutionis. Atque
10 hæc sunt pura eius textus verba, ex quibus potissimum il-

Source : BIU Cujas

lis inciderit quædam quæstio restitutionis. Inferunt restitutionem posse incidenter peti: quod ego satis admitto. sed qui apertè abnegem, eo textu probari, cùm incidenter peti
10 tur, speciale mandatum non desiderari. Putauerim † tamē, omnibus ad amussim cuolutis, non esse à priore sententia deficiendum: nam vides simile in legatario, quem adhiberi posse testamento in testem lex admittit: hac potissimum ratione, quòd non principaliter, sed in consequentiam cō modo, & vtilitate fruatur: vt est in l. dictantibus. C. de testamen. Solent etiam à lege multa in consequentiam cōcedi, quæ principaliter refutanda ducit, vt est in l. 1. ff. de autho.
11 tuto. Quod † etiam dictum est speciale mandatum, plerisq; casibus necessarium. Hoc tu ita declarare debebis, modo id principaliter petatur, quasi secus sit, si per viam incidentię, argum. l. indebitum. ff. de condictio. indeb. Et † quòd ita
12 se res habeat, efficacibus quoque rationibus poterit confirmari: meque potissimum in eam trahit opinionem finalis ratio illius l. quotiens. secundum quam ita posse insisti ratus sum: nam in ea l. disponitur incidenter de statu alicuius posse ab eo iudice cognosci, & si principaliter nequeat, quod est, ne causæ diuidatur continentia: vt est in l. nulli. C. eodem titu. de iudi. Sed quæso, nonne hæc ratio, ne causæ continentia diuidatur, etiam hoc nostro casu militabit, ita vt eadem lite vtrunq; terminetur negotium, puta principale & restitutorium? Si enim nouo esset opus mandato, atq; alia noua lite, certè principali causæ non incūberetur; imo ex lite lites generarentur. Sic cum vno eodemq; actu, & vna via, extricari possit, quid tu inficiabere, quominus à procuratore citra speciale mandatum incidenter restitutio petatur? Posse etiam l. illam, quoties, hoc modo induci suspicatus sum, vt quum ibi incidenter quis esse iudex possit: quia aliter esse nequeat: ita & poterit incidenter agitari restitutionis quæstio: Et si principaliter fieri non posset, puta speciali mandato cessante. Præterea hoc verbo similiter statuitur ratione cōnexitatis, & vt cum quibusdam loquar, de seruientiæ, quasi connexa videatur hæc incidens restitutio
13 cum principali: Sed dices, quid tu respondebis? vtroque casu euidentis damni imminere considerationem † quæ certè est ratio vtcunque præmens negotium, quam tamē sic posse vitari existimauerim, modò hoc vnum probaueris, eo hanc restitutionem tendere, quo melior fiat minoris conditio, & vt nihil ipse detrimenti assequatur. Præterea incidens hæc restitutio ex facto aduersarij agentis causatur: qui si alias minorem non conueniisset, implorata non fuisset, ita vt causa primitiua & originaria attendi debeat: & per quam ad restitutionem deueniatur. Demum facit tunc eā exceptiuè, & per viam defensionis proponi, quasi sit huic procuratori generali demandata. Quinimo tam grauis nō est præiudicij, qualis est principalis: cùm hoc casu nullus sit in minorem retorcutioni locus, vt postea docebimus. Sic hæc omnia, simul cumulata tibi manifestum facient, quid in re sit? quare sine speciali mandato incidenter possit restitutio peti? & cur principaliter implorata exigat specialitatem?
14 Vnum † ad hæc adhuc annotabis. Incidentem hanc restitutionem tam connexā esse principali negotio, vt vnū
15 a reliquo pendeat. Ex † quo facilè subduci potest, quod in oppositum fuit consideratum: repelli procuratorem ab impetratione dispensationis, cui sola electionis confirmatio fuisset commissa. Scis enim, tali casu dispēsationem, vbi potissimum confirmatio petitur, nihil commune cum mandato habere: nec resultaturum graue præiudicium, si differ
16 retur dispensatio † quod tamen secus statueretur in restitutione: Imò in casu, quem de negligentia procuratoris primum annotauimus, patet euidens & manifesta ratio, quare ipse incidenter restitutionem possit petere, quum ibi nō fit quæstio rescissionis contractus à minore celebrati: sed vt subueniatur desidiæ, aut si malis ignauiæ eius procuratoris, cuius in curia minor damnum passus fuit, cui, ne lædatur, lex non ab re ita indulgendum putauit. Atque ad horum
17 omnium comprobationem accedit, † procuratorem, qui ad opus nouum nunciandum constitutus est, videri, etiam datum, vt de demoliendo opere stipulationem recipiat: etsi hic actus specialem iussum exigat. ad quod facit l. cum procurator. ff. de oper. noui nunciat. Habes igitur speciale mandatum necessarium, vbi principaliter restitutio petitur: secus, si incidenter id fiat.

An constitutus à minore procurator possit lata sententia sine speciali mandato intra dies decem restitutionem petere?

SVMMARIVM.

1 *Procurator minoris an lata sententia sine alio mandato Restitutionē petere possit, plenè tractat Panorm. in c. suscitata. de in integrum restitut.*
2 *Conclusio eiusdem Panormitani, Restitutionem etiam citra aliud mandatum peti posse.*
3 *Restitutio comparatur appellationi, & qualiter hoc procedat. nu. 12.*
4 *Petitionem restitutionis satis incidentem videri, quæ ante executionem sententiæ imploretur; Abbatis opinio.*
5 *Petitionem illam incidentem non esse, quæ post latam sententiam proponitur; auctoris sententia contra Abbatem.*
6 *Restitutio ne incidenter peti possit lite pendente, & nondum decisa proponi debet.*
7 *Qualiter intelligenda sit illa regula: Quæ fiunt incontinenti, censetur inesse actui.*
8 *Concludit auctor contra Panor. tutius esse, vt in petenda restitutione post latam sententiam speciale mandatum interueniat.*
9 *Probat suam opinionem auctor ab exemplo.*
10 *Eiusdem opinionis alia comprobatio.*
11 *Qualiter Panormitani opinio saluari possit, vt restitutio ante executionem sententiæ petita censeatur lite pendente facta, & incidens videatur.*

CAPVT XXVI.

1 EX his se offert aliud: An † constitutus à minore procurator poterit, lata sententia, sine alio speciali mandato intra dies decem restitutionem petere? Quem articulum plenè attigit Panorm. in c. suscitata. de in integr. rest. quo loco exempli gratia proponit. Quid si in minorem lata fuerit sententia, nonne procurator, qui ab eo in causa tali fuerat constitutus poterit ante decem dierum lapsum, qui ad prouocandum sunt, sine alio speciali mandato restitutionem in integrum aduersum talem sententiam petere, idq; potissimum virtute & efficacia primi mandati generalis, quo fuerat ei agendi vis commissa? Asserit autem hunc esse casum,
2 per quem dicitur incidenter peti restitutio: Et † tandem post longam disputationem resoluit, à procuratore hanc restitutionem, etiam citra aliud speciale mandatum expostulari posse, quod ipse ita probari asserit. Nam vt potest procurator non expectato nouo iussu appellationem emit
3 terre. c. iniuste. extra de procura. ita † & restitutionem implorare, cùm restitutio appellationi æquiparetur. c. ex literis extra de restit. in integ. † Asserens præterea, petitionem
4 hanc satis incidentem posse dici, qua ante sententiæ executionem imploretur: ita, vt pendente lite, censeatur facta: eo potissimùm animaduerso, q̄ quæ fiunt incontinenti, iudicentur actui inesse, l. lecta. versic. dicebam. ff. si cert. pet. vt ex
5 his ipse in tali resideat sententia. A qua † tamen deficiendū existimauerim, modo a terminis, quos ipse proposuit, non discesseris. Fingit enim exemplum, tunc quum lata sit sententia, quo casu certissimum est, litem principalem finitā, & negotium, de quo agebatur terminatum: iudex enim suo tunc functus dicitur officio, vt in l. iudex. ff. de re iudi. Sic si nulla lis sit, nonne tu ex eo dices, hoc casu eandem periculi, aut si malis, grauis præiudicij considerationem imminere. Et ita ac si principaliter de petenda tractaretur restitutione, vt putauerim hoc casu potius principaliter, quàm incidenter restitutionem peti, cum maximè lis sopita maneat.
6 Quod † autem primum edoctum est, incidenter restitutionem peti posse, id tu debes necessariò intelligere, modo lite pendente, & nondum decisa ea incidens restitutio proponatur. Vt enim ab initio mandatum fuit necessarium, ita & hoc casu, in quo de litis instauratione agitur, requisitum videtur. Vrget etiam alia ratio: nam fortasse minori consultius esset, sententiæ acquiescere, quàm ab ea resilire: quia iuste sit condemnatus. Sic quum hoc ita possit subsistere, nōne æquius erit, vt prius minorem consulat: vel eos qui eius administrationem susceperint, vt tandem horum prouidētia restitutionem intentet: Nec oberit, quod prædiximus, restitutionem & appellationem eadem via terminari, cū hoc ego planè abnegem: qui postea suo loco sim edocturus, plurimū hæc inter se dissidere. Nihil etiam ad rem facere videt
7 præscripta regula † Quæ fiunt incontinenti, inesse actui: ita vt videatur ante sententiam proposita restitutio, cū certum sit, latam fuisse sententiam, ita vt veritas omnino inspicienda sit, per quam patet litem decisam: nihilq; efficaciter ad illud tps retrotrahi posse, q̄ extrema sint omnino inhabilia, secundùm Bartolum, in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucapionib. Præterea talis regula non procedit, si de tertij præiudicio dubitaretur: etsi certum non esset, damnū imminere, qđ ego non ab re dico. Quid. n. si in hac restōne minor succūberet, ita vt expēsas sufferre cogeretur, nōne hoc in sū-
8 mū ei⁹ cederet dispēdiū, ita sanè. Qua de re † opportunū iudicare.

caretur reconsulta, & speciali mandato habito, proponi hanc restitutionem, quæ omnia planè interuertunt illam Abbatis opinionem, quam ego sat fragilem esse coniicio:
9 imò in † eius confutationem me adhuc vnũ aliud mouet, procuratorem, qui sententiam obtinuit ex primo mandato, executionem sententiæ petere non posse, imò opus esse noua declaratione, quod est in iure indubitatum. Et tamẽ eo casu certum est, de domini vtilitate agi. Quare igitur idẽ non asseuerabis in hac restitutione, quæ lata sententia, est petenda, quum maximè in executione id introducatur; qa forsan dominus nolit sententiam exequi? quę ratio videtur concludens, & minori omnino adaptabilis. Facit & aliud, finita lite, huius procuratoris potestatem defecisse. Quod
10 cum † ita sit in restitutione, quare in ea idem ius non sta-
11 tues? Qui † tamen Panor. tutari volet, respondere poterit, verum esse, lata sententia sopitam litem, quod ad iudicem attinet: secus si partes litigantes spectaris, ita declarãtib. Do-
12 cto. in illa l. iudex. ff. de re iud. Quod † autem desumitur, primæuam litem semper subsistere, quia restitutio, & appellatio ex eisdem actis terminari debeant, non est omnino verum: imò quàm ea declaratio sit à veritate aliena, satis docet Barto. in l. vir bonus. ff. iudica. solui. & in auth. per hãc. C. de temp. appe vbi declarat, diuersàm esse litem appellatoriam ab ea, quæ principaliter intentata est, quòd in ea secũda instantia possint non allegata proponi, non proposita allegari: ita vt eodem iure, quæ sunt omissa & postposita in hac incidenti restitutione postea deduci queant: quæ si vera sint, iudicabitne vir doctus, speciali opus esse mandato? Atque hæc opinio mihi videtur tutior, verior, & per quam minoris sit indemnitati optimè, & vt decet prouisum, in qua aduersum Abbatem resideo.

An num sit tutoribus, curatoribus, seu œconomis permissum, restitutionem sine speciali mandato impetrare?

SVMMARIVM.

1 *Tutores seu curatores non opus habere speciali mandato pro impetrãda restitutione, opinio Baldi.*
2 *Prædictæ opinionis comprobatio.*
3 *Quod de tutoribus: & curatoribus minorum dictum est, etiam ad Syndicos & Oeconomos ciuitatum extendi posse, eiusdem Baldi sententia.*
4 *Contra Baldum insistit author, & ampliationem seu extensionem nume. 3. propositam latius discutit.*
5 *Prælatum, & alios consimiles saltem in subsidium restitutionem petere posse, opinio Speculatoris: & ad eandem auctoris responsio.*
6 *Restitutio in id inclinat, vt melior fiat minoris conditio.*

CAPVT XXVII.

1 SVccedit aliud, quod à priore pendet difficultate: Nunquid † minorum tutoribus, seu curatoribus sit permissum, sine mandato speciali restitutionem implorare? In quo ait Bal. in ea. l. vnica. C. etiam per procur. frustra in his tale mandatum desiderari, q sit eis à iure commissa hæc administratio: & in simili est manifestum, hoc pro pupillo, seu minore, iuramentum calumniæ præstare vel exigere posse, vt ipsa rei qualitas desiderabit, per l. secundam. C. de iur. calum. Secundùm quam considerationem Panorm. eo capitulo, suscitata, putauit hanc priorem opinionem esse insequendam. Cuius sententia † necnon eorum, qui has partes sunt
2 tutati potest efficacissimè comprobari: ex eo quòd, cum his sit publicum officium demandatum, certum, imò indubitatum maneat, officiales publicos speciali non egere mãdato l. nimirum. §. defensoris. ff. de muner. & hon. Atq; hęc
3 Bald. eadem l. vnica, putauit extendi posse ad Syndicos, & Oeconomos ciuitatum, nec non ecclesiarum Prælatos, ita vt pro ciuitatibus, & ecclesijs, quibus præsunt, restitutionẽ possint implorare, vel hac vna ratione, quòd publicum officium exerceant hæ personæ. hæc ipse. Videamus nũc, an eius sententia, quam passim receptam nemo nescit, possit
4 probabilib. rationibus euerti? Et † primùm quod attinet ad prælatum, Oeconomum, seu defensorem ciuitatis, res satis videtur dubia. Scis enim his de iure interdictam bonorum ecclesiasticorum alienationem, nisi capituli, & conuentus accesserit consensus: toto tit. de his quæ fiunt à prælat. vt si hac alienatione priuati maneant, quomodo per se iudicis officium impetrabunt, & tale quod adhuc in se retorcutionem contineat? argumento, ab eo quod est magis, vt est in authent. multo magis. vulgatissima. Quam difficultatem excitare videtur Spec. sub titu. de restitu. in integ. qui tandẽ pro eius enodatione satis fatetur, quod de alienatione præ-
5 misimus: sed qui dicat † prelatum, & alios cõsimiles, saltim in subsidium restitutionẽ petere posse. Cuius resolutio in eo mihi omnino leuis, & ieiuna videtur, nec, vt decet, verè negotium extricare, cùm de eo contendamus, an principaliter, non autem incidẽter ij possint restitutionem impetrare? vt ego aliter, & consultius responderi posse existimauerim, qui putem, diuersa esse omnino hæc duo, alienatione aliquem priuari, & restitutionem impetrare posse. Nam æquum est, imò rationi consentaneum, vt prælatus, nisi reqsito capituli consensu, patrimonium ecclesiæ alienare nequeat: quod fit, ne deterior maneat ecclesiæ conditio. Sed quæso, an bene ex eo sequatur, ergo restitutionem petere
6 nequibit? non sanè. Vides † enim restitutionem in id declinare, vt melior fiat minoris conditio: sic vtriusque effectus est omnino separatus & distinctus. Manebit igit ex his præcedens opinio firma & solida, tutorem, curatorem, & si qui sint, qui à lege administrationem habeant, restitutionẽ petere posse. Pro cuius confirmatione facit l. vnica. C. de offic. eius, qui vicem alicuius iud. vel præsid. obtin. vbi habet tex. si in aliquo captũ sit ius Reipublicæ, defensores eius, si mõ adesse fiduciam negotio putauerint, restitutionis auxilium flagitare poterunt, ita vt is text. sit ad hoc apertissimus.

An num alicuiuc vrbis quartumuiri possint sine speciali mandato restitutionem impetrare?

SVMMARIVM.

1 *Defensoribus ciuitatum seu quartum viri; sine specieli mandato permissa est restitutionis petitio.*
2 *Ratio dubitandi in contrarium, & qualiter intelligenda sit lex vnica. C. de off. eius, qui vicem alicuius iud. vel præsid. obtin.*

CAPVT XXVIII.

1 EX supradictis poterit planè determinari incidẽs alia difficultas: An † num quartumuiri alicuius vrbis possint citra speciale mãdatum restitutionem impetrare, vbi potissimum vrbs lę sa est? Solet. n. lex tales alio nomine defensores appellare, vt liquet ex toto tit. de defen. ciui. in Authentico. vol. Et sanè permissam ijs eam imprecationem satis denotant verba illa: Si modò adesse fiduciam negotio existimẽt quasi lex his concedat, vt per se disquirant, & examinent, sitne cessurum minoris commodo, an incommodo, si talis impetretur restitutio. Tamen aduersum hãc determinationem
2 vrgere hoc videtur † Nam etsi lex illa simpliciter referat, hos ciuitatum defensores restitutionem posse impetrare, certè ita videbitur intelligenda, & declaranda, vt procedat, si specialis precesserit iussus. Nec tibi videbitur absurda hæc interpretatio, modò hoc vnum consideraris, l. per aliã esse declarandam, & interpretandam: salua tamen manebit præcedens opinio, cum de se sit verior, si tu istud ponderãdum ducas, legem illam indistinctè, & generaliter his permittere restitutionis impetrationem: nec ab re id concedit, cùm gerant ipsi publicum officium, vt cum id eis committatur, q publici officiales sint, quare absolutè nõ admittes hos restitutionem impetrare posse, ne tu minus his p cedas, quam reliquis, quib. publici officij cura est demandata.

Postulata restitutione in integrum an num aliquid de nouo possit attentari?

SVMMARIVM.

1 *Restitutione in integrum postulata noui nihil attentari debere, vulgata iuris regula exemplo comprobata.*
2 *Restitutio aduersus sententiam implorata impedit executionem eiusdem.*
3 *Exemplum & casus prædictæ conclusionis non pœnitendus & in praxi admodum peculiaris.*
4 *Qualiter intelligi debeat, quod dictum est num. 2. Restitutionis petitionem impdire executionem sententiæ.*

CAPVT XXIX

1 ADnecti pcedẽtibus poterit: An † num, postulata in integrum restõne, aliquid attẽtari, & nouiter fieri possit? Quod vt intelligas, ego hac in re adfe rã casum, quẽ licuit aliquoties vidisse in praxi. Tunc enim suscitata fuerat inter partes, vicissim contendentes, cuiusdam legati controuersia, altera earum

Source : BIU Cujas

obijciente teſtamentum aliter celebratum,quàm illius ſcri
ptura contineret: atque hoc erat præcipuum & principale
negotium.Ex oppoſito proponebatur, acceptatum tale te-
ſtamentum, ac ſubſecutam hæreditatis aditionem, & hac
de re legatum agnitum: quæ certè erat vrgens cõſideratio.
Interim dum hæc lis agitaretur ab aduerſa parte declaratũ
extitit impetratam ſuo nomine à Cæſare reſtitutionem in
integr.aduerſum eo.acceptationẽ, vt ex eo perſiſteret, iudi-
cium iſtud reſtitutionis primum terminari debere, princi-
pali negotio ſuſpenſo:nec ſuper eo efficaciter poſſe proce-
di,niſi reſtitutione deciſa:quem ad id mouebat vulgata illa
iuris regula: Reſtitutione in integrũ poſtulata noui nihil.
ſecundum quam opinionem fuit caſus iſte deciſus & deter
minatus. Poſſent & multa alia conſimilia exempla in me-
2 dium adferri. Sed † inter cætera vnũ proponitur,reſtitutio-
nem aduerſum ſententiam imploratam ſententiæ execu-
tionem impedire:quaſi reſtitutione pendente, niſi ſit inno-
uandum,quod ſatis comprobat l.j.C. eod.titu. reſtitutione
in integ.peti. Cuius verba ſunt hæc. Poſtulata in integrum
reſtitutione,omnia in ſuo ſtatu eſſe debere, donec res finia-
tur: idque ab eo curandum, ad cuius partes res illa attinet,
de iudice,coram quo mota eſt lis,intelligens. Simile habes
in l.j.nil noua.appe.pend.Et potiſſimum in terminis reſtitu
tionis loquitur l. ſi cauſa cognita,in verbo, ſuſpenſum. C.
de tranſact. habes ad id l.defendente,iuncta Bart. doctrina.
ff.de authori.tut.facit cap.ſuſcitata.ab oppoſito ſenſu indu-
ctum,extra de in integ.reſtitutio. Adiicere his poteris exem
plum aliud non pœnitendum, quod in praxi eſt admodum
3 peculiare.Si † dum à me, tanquam præmortui patris hære-
de,ſumma pecuniaria peteretur:Ego,lite pendente, implo-
rarim me ad id reſtitui, vt qui primum ſimpliciter hæredi-
tatem paternam adierim, poſsim eam ſub beneficij inuen-
tario acceptare, & legis ſolennitatibus ſatisfacere: æquum
tunc erit,quandiu hæc reſtitutionis cauſa vẽtilabitur,ſileat
principale negotium, quantumuis admiſeris inſtrumentũ
obligationis præcipuæ guarentigiarum eſſe, & paratam ha
bere executionem; atque ita obſeruatum memini. Quod
4 † dictum ex communi mente Scribentium eſt ita declaran
dum,modò reſtitutionis cauſa ſit de ſe euidens, & tam ma-
niſeſta,vt pateat concedendam,nec poſſe recuſari.aliàs,ſi li
queret,calumniosè proponi,eoque animo vt lis prorogare
tur:certè hoc caſu nullus eſſet impedimento locus: quini-
mò principale negotium decideretur, ſepoſita omni huius
reſtitutorij iudicij conſideratione: nec in caſu ſuſpenſionis
ſententiæ,quam præmiſimus,fieret ſententiæ executio,niſi
ante omnia præſtita cautione de rei reſtitutione.idque po-
tiſſimum in caſum, quem minor in reſtitutionis cauſa vi-
cerit,vt eſt in eo c. ſuſcitata,ſi à contrario ſenſu inducatur.

An reſtitutio in integrum ſententiæ executionem impediat?

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones poſt ſententiam propoſitæ non impediunt executionẽ ſen-
tentiæ, & idem in reſtitutione ſtatuendum cenſet Bald. & aliquot
ſequaces.*
2 *Reſponſio authoris ad opinionem Baldi & aliorum.*
3 *Plus energiæ habet in ſe reſtitutio,quàm exceptio.*
4 *An & quando exceptiones ſuſpendent executionem ſententiæ,autho-
ris diſputatio.*
5 *Non probatur authori ſententia Baldi, in iudicis arbitrium confe-
rentis, an cauſa exceptionis propoſitæ ſtatim probari poſſit, vel
non.*
6 *Redit cum Baldo in concordiam auctor, cũ ratione in textu adductæ.*

CAPVT XXIX

SI tamen,quod præmiſimus, in integrum reſtitu-
tionem ſententiæ executionem impedire, pu-
gnare iudicabitur l.fin. C. de ord. cogn. necnon
ca.ex literis.& cap.auditis.extra de reſt. in integ.
1 in quibus diſponitur, † exceptiones poſt ſententiam propo
ſitæ ſententiæ executionem non impedire, vt idem iuris in
reſtitutione debeat diſponi, quo argumento vtitur Baldus
2 in ea.l.fin.habens in eo pleroſque ſequaces. Quibus † tamẽ
aptè reſponderi poſſe exiſtimauerim,modò inter vtrunque
diuerſam rationem eſſe admiſeris: quod ego omnino verũ
eſſe puto: qui exiſtimem, aliud eſſe poſt ſententiam exce-
ptionem proponi, diuerſum contra ſententiam reſtitutio-
3 nem impetrari † plus enim energiæ habet in ſe reſtitutio,
quàm exceptio: quum eò tendat, vt retractetur ſententia,
vbi exceptio quandoque contra vnum cauſæ articulum tã
tùm proponitur, ita vt tam generalis non ſit eius effectus,
4 qualis eſt reſtitutionis. Vt † tamen tu adhuc magis enoda-
tam habeas hanc materiam, te hoc vnum ſcire oportet: Si
exceptio aduerſum ſententiam obiecta altiorem deſideret
& exigat indaginem, tunc eo caſu nõ eſſe differendam ſen-
tentiæ executionem:quòd ſi talis cauſa ſummariè,& de pla
no probari poſſit,ſuſpendendam. Nam iudicati executio ſo
let ſuſpendi,& ſoluti dari repetitio:modò falſis inſtrumen-
tis circumuentam eſſe religionem iudicantis, crimine falſi
illato,manifeſtis probationibus fuerit oſtẽſum: quod aper-
tè teſtatur l.fin.C.ſi ex fal.inſtru. Atque huius rei declaran-
dæ gratia adferri poteſt ſequens caſus. Quid ſi in proceſſu
omiſerim deducere,aut,quod in praxi vocant,articulare fa
ctum,omnino tamen neceſſarium,& quo ius à me prætẽ-
ſum,planè ſtabiliebatur,ſi poſtmodũ de eo per proceſſus vi
ſionem apertè patuerit, non ne reſultabit manifeſta & eui-
dens læſionis demonſtratio? ita vt præſcripto caſu, non ſit
opus plena,imò nec ſummaria probatione, quum res ipſa
id abundè,& ſatis teſtetur:ita ſanè,vt hac de re ſit ſummè &
exactè à iudicibus vigilandum,ne partibus grauamen infe-
rant,& probatione ſuperflua eas onerent. Quòd ſi de læſio-
ne per acta non patuerit: poſſit tamen læſio ſtatim manife-
ſtari:tunc debebit pars coram iudice proponere & offerre
ſe ſtatim,& incontinenti probare exceptionem velle: aliàs
poterit p ſe exiſtimare iudex, exceptiones tales altiorem re-
quirere indaginem: quod eſt conſilium Bartol.in ea.l.fi. C.
ſi ex fal. inſtr. Solet enim in ſententiæ executione ſumma-
ria quædam adhiberi cognitio,l. à diuo pio. §. ſi ſup rebus.
ff.de re iudic.In quibus ſummarijs cognitionibus admittũ-
tur exceptiones,quæ poſſunt probationem ſtatim recipere;
non autem aliæ,quas vlterius excutere neceſſum eſt, quòd
ſatis probatur in l.3.§.ibidem.ff. ad exhibend.& l.ille à quo
§.ſi de facto.ff.ad Treb.iuncta l.is à quo.ff.vt in poſſe.leg.Et
qui deſiderabit noſſe,quæ ſint hæ exceptiones, altiorem de
ſiderantes indaginem, ac quæ non,confugiat ad Alexã.in l.
4.§.condemnatum. ff. de re iudi. Ex cuius dictis deſumitur,
hoc eſſe attendendum, an cauſa propoſita probari ſtatim
poſſit,vel non, ſecundum cuius declarationem ego ambu-
5 landum hac in re cenſeo. Arridet † tamen quibuſdam Bal.
ſententia,qua in l.fin.C.de ordi.cogn. cenſuit hoc eſſe repo
ſitum & collocatum in iudicis arbitrio; quia apud ſe & ex
propoſitis exceptionis qualitatem, naturam & circunſtan-
tiam examinare poterit,à iure alienam eſſe ita poterit doce
ri. Quid enim,ſi pars ſtatim ſe probaturam exceptionem of
ferat,& iudex altius examen requirere declaret, ſi hoc in iu
dicis nutu & declaratione colloces, nonne poterit iniuſtè
i pſe arbitrari,& ita partem lædere, vt longè ſatius & cõſul-
tius ſit futurum? Summariam illam probationem in om-
nem euentum is admittat: nihil enim præiudicij immine-
bit,ſi huic leui probationi, & quæ modico tempore expedi
ri poterit, conſentiat: atque hoc diſputando poteſt defen-
6 ſari † Etſi non improbem eam Bald. conſidetationem,
in quam me trahit, quod dicitur pro iudice præſumi, vt in
l.Herennius.§.Caya.ff.de euict.Nec veroſimile eſſe, quòd is
partem velit lædere,imò ex oppoſito rectè,ac vt decet,pen-
ſaturum.an ſit exceptio quæ vrgeat,necne? quod facilè ipſe
diſcernere poterit ex his,quæ tam in actis ſunt deducta,quã
quæ de nouo coram eo ſunt propoſita.Et hoc eſt,quod po
tuit inducere Baldum,vt is ſentiret, id in iudicis arbitrio &
moderamine conſtitutum:& ita Baldum in eo ſectandum
cenſeo.

*Si per iudicem ſufferre torturam ſit aliquis condemna-
tus, & is contra ſententiam reſtitutionem im-
ploret,an ſuſpendetur ſententiæ
executio?*

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutione petita, contra ſententiam ad torturam condemnantẽ,om-
nino differenda eſt executio, ſecundùm Bald.*
2 *Ratio authoris pro confirmatione prædictæ opinionis.*
3 *An & quando executionis ſuſpenſio poſſit ad alios caſus extra tortu-
ram extendi,diſtinctio auctoris.*
4 *Præter reſtitutionem competunt duo alia remedia aduerſus ſenten-
tiam iudicis Appellatio & ſupplicatio; vt ſuperuacuum videatur
reſtitutionis remedium,contra DD.ſententiam.*
5 *Burgundiones rarò aut penè nunquam utuntur reſtitutionibus in in-
tegrum.*
6 *Saluatur communis DD. opinio.*
7 *Appellationis beneficium non excludit remedium reſtitutionis in in-
tegrum.*

8 Reſtitutio

Source : BIU Cujas

8 *Restitutio aduersus omissam propositionem exceptionis peremptoriæ, an & quando concedi debeat: & vtrum aduersum sententiam an aduersum exceptionis omissionem restitutio petenda sit.*

CAPVT XXXI.

QVid autem, si per iudicis sententiam sufferre quæstionem sit condemnatus aliquis, demum is aduersum pronũciatum se restitui petierit, an num suspendenda eius sententiæ executio? puta, si is proposuerit causam nouam superuenisse, & ex ea innocẽtiam
1 suam pendere. Qua † in re Bald. sub illa l.j.C.de in integ.restit. pend. tutatur, semper hoc casu executionem omnino differendam: quippe quòd quæstionis inflictio actus sit irrevocabilis; etsi hoc aliter ipse nõ extricet, nec finalem sui dicti rationem adferat: quæ tamen potuisset hoc modo ab eo
2 considerari. Mirum † non esse si hoc casu cesset executio, quum legis precipua ratio deficiat. Fuit enim introductũ, nihil innouandum esse restitutione pendente, vt interim restitutionem proponenti consulatur. Vide igitur, quomodo huic esset cautum, si quæstionem pateretur. Præterea, si is torturæ addiceretur, an, quęso, per restitutionem in integrum fieri posset, vt passus hic non esset quæstionem? Hoc enim solo priuatur Deus, qui factum infectum efficere nequeat, quod dictum primum prodiit ab Agathocle
3 Philosopho. Sed tu † qui fortasse altius rem istam vȩles perscrutari, dices idem iuris cæteris casibus statuendum, vt impediri debeat executio, quum quod factum est, quin factũ sit, esse non possit: quæ certè est vtcunque vrgens ratio. Cui tamen posse responderi crediderimus, modò id vnum intellexeris, distinctum esse casum, à quo dependet irreparabile dãnum: quale est illud, quod à tortura deriuatur ab his, in quibus non imminet tam graue periculum: & quib. potest facilè occurri per retractationem sententię: quod ita docet Bartol. in l.2. post illum textum ff. de appell. recip. Hæc sunt in summa, quæ à Doctoribus de suspensione sententiæ tractantur. Videndum tamen est, disputationis gratia, num ne ab eorum discedi possit opinione, ita vt futilis doceri possit. Atque hoc prima manu faciet quiuis studio-
4 sus Lector, si ad hoc vnum animaduerterit † præter restitutionem subesse aduersum sententiam duo prompta remedia: quorum vnũ est Appellatio, aut, si malis, Prouocatio, aliud Supplicatio: manetque indubitatum appellatione iudicatum suspendi. l.j.ff. nil noua. appella. pendent. imò etiã executionem differri, vt in ca. venientes. de iureiurando. in anti. Quid igitur vtendum restitutione? vbi nobis est apertius, efficacius, & magis ordinarium remedium, & quo læso omnino succurritur. Quæ omnia eò tendunt, quo intelligas, vanam & ridiculam videri præcedentem disputationem, imò hęc data opera ob aliud licuit recensuisse †
5 quia apud nostrates Burgundiones rarò, aut penè nunquam, vtamur his in integrum restitutionibus aduersum sententias iudicũ: imò adhuc promptior est nobis supplicationis via.
6 Poterit † tamen ab hoc cauillo defensari communis Scribentium sententia: modò tu considerandum ducas, nõ absurdum esse plura à iure introducta remedia, quæ vnico deseruient negotio, vt in simili agnoscis tres actiones pro cõsequendo legato competere, vt est in §. j. Institut. de leg. qua re igitur pro retractatione sententię non dabitur restitutio
7 in integrum? Nam † etsi beneficio appellationis possim meiuuare: non ex eo tamen aptè concluditur, quin si volem, restitutionis remedium seligam: quia fortasse mihi via illa aptior, consultior & condecentior sit futura. Præterea hoc euenis se potuit, vt tempus, quod ad appellãdum à lege prefixum est effluxerit: ita vt appellationi denuò incumbendum non sit: quare igitur hoc casu restitutio non iudicabit
8 necessaria? Et † vt tu istud perfectius habeas, finge, quum mecum litigares, à te omissam propositionem exceptionis perẽptoriæ, puta pacti de non petendo, aut solutionis, per quas ius à me pretensum mansuerit omnino eneruatum, si hoc casu aduersum sententiam, super eo latam, te restitui petieris, dandane erit restitutio? & an quòd de restitutione contra sentẽtiam premisimus, possit commodè huic casui adaptari? In quo breuiter concludendum mihi videtur, cessare eam, de qua Sumus loquuti, restitutionem. Quid enim hic contra sententiam restitui debebit, quum certum sit benè, ritè, ac, vt decet, latam, & quã aliter tulisset Iudex, si hic se suis iuuisset exceptionibus? vt quod allegatum est, posse contra sentẽtiam aliquem restitui, intelligi & declarari debeat, modò sit, quod iudici ascribatur. Sed vbi pars propriã fatetur iniuriam, frustra ab ea contra sententiam implorabitur restitutio. Quo fit, vt hoc casu non aduersum sententiam petẽda sit restitutio, sed contra omissionem exceptionis, quam adhuc facilè Iudex non concedet: nec nisi viso & examinato processu, quem adhuc omnino hoc oportebit spectare, an & si talis exceptio proposita fuisset, pars reijci potuisset. Ex præscriptis igitur patet, iuxta assumptum thema suspendendam esse executionem sententiæ.

Quid discriminis constituatur inter appellationem, supplicationem, & restitutionem in integrum?

SVMMARIVM.

1 *Appellationis, supplicationis & restitutionis in integrum diuersi termini,*
2 *Supplicationis definitio.*
3 *Restitutionis proprietas.*
4 *Appellatio quid sit:*
5 *Restitutio, & supplicatio interdum confundi solent.*
6 *Per restitutionem omnia in primæuum statum reponuntur.*
7 *Supplicatio an habeat annexam causam.*
8 *Supplicatio, & restitutio in quibus, & quatenus conueniant.*
9 *Restitutionis beneficium impedit executionem sententiæ.*
10 *Supplicationis natura an pura Principis gratiæ innitatur?*

CAPVT XXXII.

1 ATque hic nõ extra negotium proponetur † diuersos ab omnibus scribẽtib. iudicari hos terminos, appellationem, restitutionem & supplicationẽ.
2 A quib. quod † ad supplicationem spectat, dicitur, si verè, ac, vt decet, sumatur, ità depingi posse, vt sit, cum partis supplicantis precibus eò tenditur, quo benignitate principis retractetur sententia, etiamsi causa nõ adsit, vt est in auth. quæ supplicatio. C. de preci. impe. offeren. Quod
3 † denique restitutionem tangit, asserunt eius naturam, vim & energiam eò declinare, vt precedere debeat lęsio, & talis ex qua causa iusta prodeat, quam necessariò restitutionem
4 concomitari debere asserunt. Appellationem † verò putarunt esse remedium ordinarium, per quod prouocanti succurritur, & iudicis detegitur iniquitas, vt est in l.j. ff. de appel. hęc ipse. Contra quorum sententiam videntur sequentia militare. Nam † qui exactè negotium intuetur, planè habebit restitutionem vicissim cõfundi. Solet enim princeps supplicationem, quam admittit, ita parti eam requirenti indulgere, vt sic ei adesse videatur, quasi nulla ad id ei competeret actio: cuius ius per sententiam mansisset planè extinctum, euacuatum. Quod † etiam est in restitutione considerabile: per quam certum sit, omnia in primæuo statu reponi, & eam reuiuiscere actionem, ita vt vtroque casu admittatur, & presupponatur à principe succurri ei, cui nulla actio ordinaria de iure competeret. Ad quorum comprobationem facit l. quod si minor. in fin. ff. de minor. Prę-
7 terea mihi planè hallucinari videntur, qui dicunt † supplicationem non habere causam annexam. Quid enim? si nulla se offerret supplicandi occasio, nonne frustra & inutiliter ad principem confugeretur? Ita sanè: imò esset iniquissimum aliter eam concedi, quod quilibet, qui rationi hęrebit, mihi ingenuè fatebitur. Breuiter quantum ad hęc dicendum putauero, si supplicationem, & restitutionem in genere, necnon largo sumpto vocabulo consideres † certè dabitur, vt quandoque similitudinem inter se
8 habeant. Quòd si propriam genuinam horum naturam pensaris, verissimum erit, plurimum inter se dissidere: idque facilè intelliges ex eo, quòd per supplicationem non
9 impediatur sententię executio: vbi † tamen secus sit restitutionis beneficio, facilè etiam erit adhibere responsum ei, quod iamiam diximus, non posse, nec debere causa cessante supplicationem indulgeri: hoc enim admitto: sed ex eo non infertur, quin & probè sint loquuti, qui sense-
10 runt † supplicationem causam annexam non habere, cum eius naturæ sit supplicatio, vt puræ gratiæ principis innitatur: & ad quem recurritur, vt causa sententietur, ita vt hæc supplicatio assumat originem & ortum a quadam equitate, secundum quam itur ad principem hac sola mente, eo animo, quo gratiam supplicanti impendat: & vt denuo lata ab eo examinetur sententia. Nec ab re ad eius gratiam confugitur, cum lege suadente, sententia a principe, seu præfecto prætorio pronunciata retractationi non subiaceat, ita vt supplicans solum proponere debeat, se principem implorare, quo is mera sua liberalitate citra aliam causæ expressionem ei adsit: etsi non abnuam, inesse tacitam: sed quæ exprimi nullo modo debeat.

Source : BIU Cujas

An simul & semel restitutio in integrum peti & supplicari pro eadem re possit.

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in integrum secundùm largam significationem vocabuli dici potest Supplicatio.*
2 *In restitutione non minus quàm in Supplicatione imploratur iudicis officium.*
3 *Restitutio à puro & mero iudicis officio deriuatur.*
4 *Restitutio quæ maiori datur, descendet à petentis instantia, secundùm quosdam.*
5 *Restitutio maiori competens, secundùm ius commune datur, ut uolũt alij, vel secundùm ius extraordinarium, vt auctori placet.*
6 *Supplicatio in quibusdam affinis est cum restitutione, tam ea quæ minori, quàm quæ maiori conceditur.*
7 *Supplicatio à solo superiore conceditur: Restitutio etiam ab inferiore iudice decernitur.*

CAPVT XXXIII.

1 SEcundum † igitur largam & profusam vocabuli interpretationem, vt prædiximus, Restitutio in integrum dici potest supplicatio, vbi maximè supplicatur principi contra sentẽtiam præfecti prætorio. 2 Est & aliud † Nam vt cùm supplicatur, solet iudicis officium implorari, ita testãtibus Doctoribus in authen. quæ supplicatio. C. de preci. impe. offe ren. id etiam per restitutionem efficitur, capi. 2. extra de offi. iudi. & notatur in l. quòd si minor. ff. de minor. Fuit tamen quorundam iudicium, restitutionem, quæ à minore impetratur, & ei conceditur, nihil commune cum tali supplicatione habere † 3 quia deriuatur à mero, & puro officio iudicis, non autem à petentis instãtia, cùm hoc solum in eo spectetur, an sit minor læsus: & tamen supplicatio secundùm eius propriam & genuinam naturam sit, vbi petente & expostulante parte tractetur sententia, secus statuẽtes in restitutione, quę maiori conceditur, quum tutius secundùm ius commune detur potissimum parte requirente. Probare tamen non possum hanc eorum declarationem, secundùm quam constituunt vanam differentiam inter restitutionem minori, & aliam maiori concessam † 4 vt quæ maiori datur, dependet ab instantia partis, alia non: quod ego bene percipere nequeo: quia non potest minor restitui, nisi ip se restitutionem impetret: sic vt vtraque semper originem 5 habet à parte eam expostulante. Minus † placet, quod asserunt, restitutionem maiori competentem, secundùm ius commune dari: imò dico secundùm jus extraordinarium, aliàs extinguerentur termini restitutionis in integrum, vt putem supplicationem in quibusdam affinem, & proximã formulam habere cum vtraq; restitutione, tam ea quæ minori, quam quæ maiori indulgetur † 6 qui tamen non abnegem, supplicationem in quibusdam à restitutione in integrum dissidere, quum supplicatio à solo superiore conceda 7 tur: vbi tamen † restitutio etiam ab inferiore decernitur.

Si contra sententiam latam petatur restitutio, an sit ab ea appellatione restitutio petenda, vel principi supplicandum.

SVMMARIVM.

1 *In petenda restitutione contra latam sententiam appellandum potius quàm supplicandum, quorundam opinio, & eiusdem opinionis ratio.*
2 *Restitutionem & Supplicationem simul semel cumulari posse, Gofredi sententia, & eiusdem comprobatio.*
3 *Restitutionem & supplicationem non rectè coniungi, diuersa Innocentij opinio, annexa ratione eiusdem.*
4 *Panormitani distinctio concordans Gofredi & Innocentij sententias.*
5 *Auctor discedit ab Abbate, & indistinctè supplicationem cum restitutione in integrum, cumulari posse, tradit.*

CAPVT XXXIIII.

1 OPinio † quorundam fuit appellari debere: quia appellatio sit remedium ordinarium: nec esse supplicandum, nisi vbi esset à principe lata sentẽtia, per l. vnicam. ff. à quib. appel. non licet: quia cum ab eo non appelletur, consequens est debere supplicari. Sed 2 † an simul & semel possit supplicari, & peti restitutio in integrum, Gofredus putauit vtrunque posse cumulari: asserens, quòd vbi duo extraordinaria remedia competunt, per vnum ex his non tolli aliud, nec esse eãdem, imò diuersam rationem ab eo, quod dicitur, remedium ordinarium hoc operari, vt cesset extraordinarium. Certum est autem, secũdùm eum posse aduersus sententiam non solum supplicari, sed etiam peti restitutionem, & alterum ex his remediis 3 posse deligi † Innocentius verò credidit non esse hæc duo remedia coniungenda: quia quum sint eorum effectus diuersi & separati, vt est notissimi iuris, talis petitio includeret in se contraria. Solet enim aliter supplicari, & diuersimodè restitutio implorari. Panormitanus † verò in cap. cũ 4 ex literis. credit sic has opiniones in concordiam reducendas ita aiens: Aut contra principis sententiam non allegatur causa, vt est minor ætas, ecclesiæ fauor: aut alia, quæ extrinseca sit & probabilis. Sed in hoc tantum versatur intentio, quia à principe appellari non possit, tunc esse supplicãdum, non autem petẽdam restitutionem: quia supplicatio innitatur puræ principis gratiæ, ad quem confugitur. Nec est is restituendus, quum nullam iustam causam habeat: quam si allegaret contra sententiam, proposita minore ætate, aut alia, quæ iusta esset, tunc esse restitutionem petendã, & posse cum supplicatione cumulari, vbi à principe talis sententia lata esset, quòd absurdum non sit, vtroque remedio niti, ac vbi suadet æquitas & ratio, coniungi. Priore verò capite esset alienissima copulatio, non concurrente aliqua iusta causa, ob quam peteretur restitutio in integrum. 5 Velim † tamen consideres pro Abbatis confutatione, supplicationem habere in se annexam causam probabilem: quia nisi supplicans prætenderet se læsum, nõ vteretur, supplicatione: sic necesse est, admittas ob causam ita recurri ad principem. & hæc, quòd ad alium confugi non possit, per quem iudicatur supplicatio, non tollit, nec subducitur, quin, qui supplicat, cum causa id faciat. Quare mea est opinio, vt indistinctè cum supplicatione concurrat restitutio in integrum, modò adsit causa, cur, qui supplicat, debeat etiam restitutionem expostulare. Et hæc satis conuenit Castrensis sententiæ: quod intelligo procedere tam in maiore, quàm in minore: & in maiore satis liquet, si cũ supplicatione proponeret causam, ob quam maiori subueniretur per clausulam generalem, Si qua mihi iusta causa videbit &c.

Qui restitutionem in integrum possunt concedere.

SVMMARIVM.

1 *Tam Præfectus urbis, quàm alij magistratus pro sua iurisdictione in integrum restituere possunt.*
2 *Minor magistratus aduersus maiorum sententiam restituere non potest.*
3 *Restitutio Iudicis officio obtenta, non ab ordinario tantum, sed & delegato peti potest.*
4 *Qui præsunt administrationi, cui est inhærens iurisdictio, etiam restituere possunt.*
5 *Omnes Iudices habiles sunt & capaces, ut de restitutione in integrum tractent, singulare dictum glossæ in l. final. C. ubi & apud quem.*
6 *Opponitur contra glossam, & explicatur ab authore §. uidendum. l. in causæ. la 2. ff. de minor.*
7 *Comprobatur dictum glossæ ex iure nouissimo, quòd à quibusuis etiam minoribus iudicibus possit concedi restitutio, idque in fauorem minoris ætatis.*

CAPVT XXXV.

1 HIs non improbè adnectetur quotidianus articulus: Qui sint quibus sit permissa in integrum restitutionis concessio? Pro cuius determinatione confugiendum est ad l. in causę. la secunda. §. nunc videndum. ff. de minori. in qua disponit, tam Præfectum vrbis, quàm magistratus alios pro sua iurisdictione posse in integrum restituere. De prefectis prętorio id tam verum est, vt amplius assertione aliqua non egeat. Sed quod ad minores magistratus spectat, hoc est, quod du 2 bitationem inducit. vt infrà docebimus Nam in ea l. in causæ. expressim habetur, minorem magistratũ aduersum maiorum sniam restituere non posse: & tñ in eiusdẽ legis exordio dr, tam Præfectum vrbis, quàm magistratus alios id posse. Quæ dictio, alios, nonne hos ẽt minores includere censetur? Vt tamẽ huius puncti veritas tibi magis sit aperta, oportet necessariò hoc loco deducere, quod adnotatur in l. fin. 3 C. vbi & apud quem. Vbi † expressim determinatur proposita quæstio: habet enim textus restitutionem, quam quis

iudicis

Source : BIU Cujas

iudicis officio assequitur ab ordinario, imò & ad illam causam delegato specialiter posse peti: qui textus, tanquam nouissimus, plurimum conducit ad instructionem eorum, quos passim ego in Burgundia dubitantes vidi: An ab ordinariis iudicibus posset restitutio in integrum peti? puta ab his, quos ibi balliuos vulgato idiomate nominamus, aut ab eorum Locumtenentibus: sic enim his vtimur terminis. Quo textu, quid apertius tales balliuos id posse? & tamen nescio, qui timidi, ac nimiò, quàm parsit, hæsitantes, solent passim pro restitutionibus consequendis ad Senatū supremum recurrere, quasi putent ab ordinariis concedi restitutionem nō posse. Cuius habes clarum & apertum textum in cap. causa restitutionis. extra de in integrum restit. Nec est, dubites, quin balliui tales verè ordinarij sint, & iurisdictione ordinaria fruantur, cum his sit territorium limitatum, intra quod suas lites tractant, qui est modus desumendæ iurisdictionis: ita docente Bar. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconsul. & legat. nec non in lege
4 prima. §. si plures. ff. de exerc. Et hac † causa in ea l. final. C. vbi & apud quem. non ab re est declaratum, eos posse restituere, qui administrationi, cui inhærens est iurisdictio, præsunt. Solet enim iurisdictio territorio cohærere, l. j. §. cum vrbem. ff. de offic. præfecti vrb. in illis verbis. Quum vrbem tuæ fidei commisimus, vt Barto. sub ea. l. fin. dicat, facilè discerni posse, an quis ordinarius sit: puta si ei commissum fuerit territorium, vt intra illius fines iurisdictionem suā exercere debeat, quòd ait liquidò desumi ex eo. §. cum vrbem.
3 Accedit his † omnibus singulare, & non vulgare dictum glos. in ead. l. fin. quæ testatur omnes, qui de restitutione in integrum cognoscunt habiles & capaces esse, idque potissimum fauore minoris ætatis, quam opinionē sectatur Imola in c. j. de ope no. nun. Saliectus eam probat in l. placet. C. de peda. iudic. & Barto. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconsul. & legat. Quod si omnibus magistratibus id liceat, multo magis talibus balliuis & ceteris ordina
6 riis. Huic † tamen postremæ decisioni obest. §. videndum. in in ead. l. in causæ in quo § habetur. Minor magistratus contra maiorem sententiam non restituet. Quasi lex designare videatur, minorem magistratum restituere nō posse: & hoc est, quod iamiam supra annotauimus, ita vt præscripte glos sæ opinio confundi videatur. Non tamen me latet posse responderi, illum §. de iure fforum procedere. Certum autem sit, illam l. finalem. C. vbi & apud quem. postea manasse, per quam inconcussum habes, quo sui iudices, exceptis chartularijs: vel qui ab eis sunt delegati restitutionem concedere posse, ita vt exceptio talis in chartulariis, in quibusuis alijs censeatur regulam fixam & firmam constituere, argumento l. nā qđ liquidę. ff. de penu lega. Sed cum hęc solutio & similes omnino sint miseræ, ego aliter & verius declarari
7 posse illum §. existimauerim † Nam etsi is habeat, minores magistratus contra maiorum sententias restitutionem concedere non posse, non sequitur, quin id possint, maximè ad uersus sententias, quæ ab his, quib. est æqualis iurisdictio, processerunt. Multos enim reperies ordinarios, pari authoritate nitentes. & tamen non iudicabitur absonum, vt ij in minorum magistratuum numero, & calculo annumerentur, atque ita prima facie licuit illius §. mentem sic extricare. Sed tamen omnibus euolutis, verius dicēdum putauero iure nouissimo introductum, vt etiam à quibusuis minoribus magistratibus, etiamsi minores extiterint, ac quibus solum sit municipalis iurisdictio, restitutionem posse concedi, idque in minoris ætatis summum fauorem quod apertè & fixo animo defendit Bart. in eo. §. nunc videndum. cuius tamen doctrinam, quo ad minores iudices attinet, raro aut pene nunquam practicatam vidi.

An in loco originis vel domicilij rei debeat causa restitutionis ventilari?

SVMMARIVM.

1 *Restitutio in loco domicilij rei petenda ex communi iuris regula, quæ actor forum rei sequitur.*

2 *Vbi agitur ad contractus obseruantiam, attenditur locus contractus: vbi de euersione tractatur, locus domicilij; distin. Baldi & Castrensis.*

3 *Approbat author primam opinionem contra distinctionem Castrēsis, ex rationibus in tex. adductis.*

4 *Qualiter intelligendum sit, sortiri quem forum ratione contractus.*

5 *Concludit author contra opinionem Baldi & Castrensis, verius esse, vt siue ad contractus obseruantiam aut rescissionem eiusdem agatur, semper in foro rei agendum sit.*

CAPVT XXXVI.

Finge aliquem, qui Dolanus erat origine, contractum celebrasse in vrbe Salinēsi cū quodam, qui erat Vesulien sis: quæ tres vrbes sitæ sunt in comitatu Burgūdiæ, sub distinctis separatis iurisdictionibus. Sunt eīn ea in prouincia tres ordinarij iudices, habentes limitata territoria. Cęterum cum hic nitatur transactionem rescindere, & aduersum eam velit restitui, quod lę sum sę proponat, tenebiturne Vesulien sem adire iudicem, cuius iurisdictionis est reus? An verò Salinen sem, quum in eo loco fuerit contractum? Quod † autem Vesulij sit restitutio imploranda, suadet cōis iuris regula, habēs, actorem
1 rei forum sortiri, vt est in l. quoniam. C. vbi & apud quem. in illis verbis, consequens est, cum præsidem prouinciæ debere adire. In qua ij quos conuenis, habeant domicilium. In oppositum consideratur l. 3. de iurisd. om. iudi. E qua desumitur, attendi debere locum celebrati cōtractus: quia ratione contractus quis forum sortiatur, vt in l. contraxisse. ff. de actio. & oblig. facit ea. Romana. §. contrahentes. de foro
2 compet. in 6. quam † difficultatē enodans Castren sis sub eadum l. 2. putauit sic dici posse: Esse locum contractus spectā dum & seligendum, vbi ad contractus obseruātiam agitur: secus si de illius euersione & annullatione tractaretur. Et tunc enim esse iudicem domicilij adeundum. referens hoc modo prius a Baldo responsum: Et eas leges sic concordari debere, cuius mentem ipse in eo sequitur, & planè cō-
3 probat, Ego verò sum huius sententiæ, vt semper agi debeat coram iudice rei, & domicilij, motus cōmuni regula, actorem rei forum sequi. Quam opinionem puto comprobatā per eam legem secundam C. de iurisd. omn. iudi. modò eius sensus, vt decet, exquiratur. In qua primo loco dicit, iuris ordinem cōuerti ab eo, qui postulat, vt non actor rei forū, sed reus actoris sequatur. Demum adnectitur: Nam vbi domicilium habet reus, vel tempore contractus habuit, licet hic postmodum transtulerit: ibi tamen oportet eum conueniri. Sic text. videtur præcipuam cōsiderationem referre ad locum domicilij, & vt debeat spectari domicilium, quòd is contractus tempore habuit, licèt id alio transtulerit: Ita vt non habeatur ibi absoluta consideratio ad locum contractus, & ad id solum, quod contractum ibi fuerit: sed attenditur potius domicilium, quod is contractus tempore habuit. Hoc autem maximè æquum est, vt debeat eius temporis domicilium inspici: quia aliàs per nouam trāslationem domicilij posset actor summo affici incommodo, qui fortasse alibi, & longè ab eo loco cogeretur litigare: cùm tamen is priorem locum delegisset, tanquam sibi aptiorem, & oportuniorem: & qui si tunc, cum primum contraxit, sciuisset nouam translationem, fortasse ibi non contraxisset: ita vt ea lex 2 sic declarata & intellecta, nullo modo cō muni sententiæ officiat, quin eā potius adiuuet: qui tamen non eam inficias, aliquem sortiri forum ratione cōtractus
4 † Sed dico id esse intelligendum, modò postea eo in loco reperiatur, & non vt aduena, sed tanquam pergulam, seu armarium habens, vt est in l. hæres absens. §. j. ff. de iudi. Imò licèt aliquis certo in loco ꝓtraxerit: si tamen ex eo loco non sit oriundus, nec ibi habeat domicilium, non ob id eius loci iudicio subditur, vt per gl. in clem. j. sub verbo, subditarū, extra de fo. compe. Nec eius loci iudex verè suus iudex erit, imò is qui iudex in domicilij loco reperitur. Ex quib. iā planè intelligis, indistinctè verum non esse, vt ratione contractus forum hic sortiatur, vt ibi passim conueniri contrahens possit. Accedit his, rationem, quare actor debeat sequi forum rei, accommodari etiam casui, si de contractus obseruatione agatur: fit enim, ne reus diuexetur: & quia æquū est, vnumquemque à suo iudice absolui, & cōdemnari, cū etiā non sit in rei potestate scire, quando sit conueniendus: id tamen est in manu actoris nosse, vt lex magis fauendum reo sanxerit, & optimo iure introduxerit; vt is corā suo cōueniatur iudice, vbi longè faciliores erūt ei defensiones & prompriores, quàm si coram extraneo litigare cogeretur. Debuerant etiam Bald. & Castrensis interim assignasse diuersitatis rationem. quare, cum agitur ad contractus obseruantiam, sit attendendus locus contractus, alio verò casu domicilium. Imò si vera esset eorum doctrina, sequeretur, non posse intentari actionem personalem, puta mutui, depositi corā iudice domicilij: sed agendū esse in loco ꝺctus: quod tamen est repugnans dispositioni iuris communis. Annotatum præterea est in superioribus, posse sic in minorem agi, vt teneatur declarare, an velit ꝺctum obseruare: & tamen sit id coram iudice domicilij, & eo medio agitur de contractus obseruantia. Quæ omnia me inducunt, vt cen-
5 seam deficiendū à tali eorum opinione † & verius esse, vt siue agatur ad contractus obseruantiam, aut illius rescis-

Source : BIU Cujas

sionem, semper sit agendum in foro rei. Posset tamen quandoque in loco contractus conueniri minor, puta, si ibi reperiatur, & vbi concurrunt remedia à lege introducta, & quæ in eam rem debeat necessariò accedere.

Delegari num possit restitutio in integrum?

SVMMARIVM.

1 *Restitutionis in integrum causa, vbi & ad quos delegari queat?*
2 *Restitutionis in integrum apud Burgundiones obtinendæ ratio, & quibus eius curæ atque potestas præcipuè committatur?*
3 *Delegationem quid propriè nominemus? eiusque multiplex vsus, & efficacia.*
4 *Restitutionem à mero iudicis officio pendere, atque idcirco indelegabilem censeri.*
5 *Inclusionem vnius exclusionem alterius esse, ne quicquam recte præsumi.*
6 *Delegatum, accepta à principe plena potestate, non minus, quàm ipsum principem, restituere posse.*
7 *Princeps, & ab eodem delegatus quolibet ordinario maior, & potior habetur.*

QVAESTIO XXXVII.

ARticulus hic sanè in primis memorabilis est, ad cuius plenam excussionem erit primum à te vnum præcipuè adnotandum, quod habetur in
1 ea. l. fin. C. vbi, & apud quem posse † restitutionis causam delegari, quæ est huius puncti pura, & mera decisio: quod solet frequentissimè à senatu Burgundo fieri † cui
2 si pro obtinenda restitutione in integrum exhibeatur supplicatio committitur frequenter causa, de qua agitur, alteri ex ballinis prouinciæ: cui, tanquam ordinario iudici demandatur, vt partibus citatis, & plenissimè auditis, supplicantem restituat, vbi docuerit vera esse, quæ in supplice libello narrauit: atque hac via his restitutionis in integrum committitur cognitio. Cuius tamen de iure aliàs sunt capaces, & ad quos posset efficaciter recurri. Memini etiam infinitas lites mandato Cæsareæ, & inuictissimæ maiestatis in Burgundo comitatu pluribus grauissimis personis cõmissas, potissimum Senatus præsidi, ac quibusdam Senatoribus: hanc autem tum verè nominare poteris delegationem. Solet † quippe ea delegatio multipliciter, & secundũ
3 principis delegatis nutum concipi: quum quandoque his mandetur, vt absolutè litem instruant, & processum omnino terminent. Aliquoties verò tam limitata est horum potestas, vt nihil aliud præter instructionem habeant. Sunt quib. quum processus fulminatione adiungitur, vt quid de ea re sentiant, scripto testentur, quod est medium omnino separatum à sententiæ pronunciatione, quæ quum lata sit, ei est inhærendum, vbi est in manu delegantis, eorum opinionem sic scripto testatam, si hoc expediens putauerit, nõ sequi, & viam aliam, quam tutiorem existimauerit, deligere. Quòd tamen præscripta non sint ab omni scrupo alie-
4 na, vel te id vnum docebit, quòd indubitatum sit † restitutionem à mero iudicis pendere officio, & ex eo meri mixti uè imperij censeri, atque ita indelegabilem. Quæ omnia declarata agnosces in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. procõs. & legat. & l. ea quæ. ff. ad municip. Facit etiam in oppositum l. aduersus sententiam. C. si aduer. rem iudic. quam omnino vrgere testatur Bartol. in ea. l. fin. C. vbi, & apud quem. In qua hoc disponitur, aduersus sententiam delegati à principe, solum principem cognoscere: ex quibus verbis putauit Bart. inferendum, delegatum restituere non posse: ponderatis potissimum verbis textus, solùm princi-
5 pem † ita vt vnius inclusio debeat alterius esse exclusio, argumen. l. cùm prætor in princ. ff. de iud. Sed ego huic inductioni sic obuiam posse iri arbitror, qui non benè possum concipere mentem Barto. aut quomodo eo textu adiuuari possit, existimãs potius eadem lege oppositum probari. Nã etsi admiseris, solum principem aduersus delegati sententiã posse restituere, aut ex eo probè sequetur, delegatum resti-
6 tuere non posse? Certè hoc ego non video † quasi sint hi termini diuersi aduersus delegati sententiam debere restitui, & quod delegatus ipse, mandante principe, restituat. Solet enim posteriore hoc exemplo princeps ipse id facere cum iuris fictione, qui per alium exequitur, ipse id agere, censeatur l. i. §. deiecisse. ff. de vi & vi arma. Illud tamen prætereundum non putaui, Bartolum sub eadem l. aliter scrupum hunc resoluere: qui senserit, restitutionis causam principaliter posse delegari, & delegatum restituere. Quod secus esse existimauit, si contra sententiam latam incidenter petetur restitutio. Atque ita putauit declarãdum illã, aduersus quæ in summa videtur mihi lenis distinctio, aut, si malis, diuersificatio. Quid enim, si principalis causæ negotium sit delegabile, quare idem nõ iudicabis in accessorio, quod efficacius, imò vrgentius deberet procedere? Existimo, si exẽplum ab eo consideratum perpenderis, potissimum vbi cõtra sententiam latam incidenter petitur restitutio, quo casu nemo abnegabit de eodem agi negotio, vt eadẽ ratio saltim vtroque casu inesse cẽseatur. Nec video, quid probe in suæ opinionis columen possit adferri. Vt igitur, quid nobis sit sententiæ, exponamus, putauerim illam, aduersus, aliter declarandam, eiusque genuinum, & purum intellectu hunc esse; vt cum habeat solùm principẽm aduersus sententiam illius, qui eius vices iudicauit, posse restituere, sit intelligendum, cùm restitutionis beneficium fuit à delegato abnegatum, & ibi, qui se petebat restitui, sit repulsus. Nã hoc capite æquum est, imò rationi consentaneum, solùm prin-
7 cipem, nõ ordinarium, eius cognitionem assumere † quasi nequeat ordinarius contra sententiam eius, qui a principe fuit delegatus, restituere: quòd certum & indubitatum sit, eum quocunque ordinario maiorem, & potiorem esse, vt in cap. pastoralis. §. præterea. extra de offi. delega. Facit l. minor autem magistratus. ff. de minoribus. vt mirari non debeas, si ex mente l. aduersus cognitionem princeps sibi soli reseruauerit: atque hæc est verissima, me iudice, eius l. interpretatio. Quod ipse facilius intelliges, modò exactè pura eius verba introspexeris. Imò, vt iamiam prædixi, nihil mouere Barto. & sequaces potuit, quare l. illam pro contraria adferre in medium debuerint, potissimum contra præscriptam conclusionem, quòd restitutionis causa delegari possit, cum existimem, eadem l. communem adiuuari. Nam vbi textus habet, aduersus sententiam delegati à principe solum principem cognoscere, nonne satis fatetur & admittit textum, q. in materia restitutionis loquitur, causam à principe delegato iudici commissam? aliàs frustra dubitaretur, an contra delegati sententiam princeps restitueret? Quod autem postea adnectitur, Soli principi seruatur eius sententiæ examen, hoc nõ arguit, quin prius delegasse causam potuerit. Atque hoc casu non iniuria ad eum confugitur, q de iure ad delegantem à delegato sit recurrẽdum: idque satis deprehenditur ex verbis eius l. aduersus. ibi, prius præsidem cognoscere non posse. Sic ex præscriptis habes, restitutionem in integrum delegari posse.

Possit num coram arbitro restitutio tractari?

SVMMARIVM.

1 *Arbiter quatenus, & quomodo restituere in integrum possit?*
2 *Arbitro de iure, præter solam legis notionem, iurisdictionem nullam competere.*
3 *Iudicem, quantumuis minimum, legum authoritate fretum, restitutionem in integrum expedire posse.*
4 *Arbitrum, & ordinarium in restituendo dispari facultate pollere.*
5 *Iudex pedaneus, vt ea, quæ merę sunt, & simplicis iurisdictionis, exercet: sic ea, quæ principaliter interdicta sunt, tractat.*
6 *Iudices laici vsurarum matrimonialium, & causarum spiritualium incapaces.*
7 *Arbitrum incidenter restituere non valere.*
8 *Lis seu causa restitutionis in integrum à quibus dirimenda?*
9 *Arbiter tam maiorem, quàm minorem à superiore restituendum quidem pronunciare, sed ipse restituere nequit.*
10 *Arbiter etsi ex voluntate partium cognoscat de restitutione: tamen eam non impertitur, sed iudici remittit.*

QVAESTIO XXXVIII.

ADnectitur præcedentib. Nunquid † restitutio coram arbitro tractari possit? Cuius puncti enoda-
1 tionem attingens Panormi. in cap. causa restitutionis. extra de in integ. restitutione. censuit incidenter arbitrum posse restituere: puta si compromisso a minore facto, & laudo acceptato, minor intra tempus ab arbitris præfixum sue probationi non satisfecerit. Nam poterit tunc arbitri, coram quibus disputatur negotium accedente (quomodo is ait) partium voluntate, hunc minorem restituere, vt probationem impleat, & suos testes examinandos curet: quem in eam trahit sententiam eius capituli dispositio, in cuius initio primum de arbitris, & delegatis facta fuerat mentio: adiecta demum in eius calce generali clausula, vt ex ea tutetur, & arbitros saltem incidenter de restitutione cognoscere posse: in cuius opinionis comprobationem facit, quòd iudex, qui primordialiter

Source : BIU Cujas

dibiter de causa nequit cognoscere, incidenter tamen id efficiam l. quoties. C. de iud. vt idem iuris in arbitrio statui debeat, quod uel certum maneat, arbitria ad instar iudiciorum redacta l. j. ff. de recep. arbit. ita vt in ea sententia Abb. resideat. Hac in re tamen Lectorem admonendum duxerim, nõ omnino probabilem mihi videri Panor. sententiã: 2 in quam vel me vnum mouet † quòd de iure arbitro nulla competat iurisdictio, quin sola notio lege, ait Prætor. ff. de re iudi. Facit c. per tuas. extra de arbit. Et tamen scis, infinitas esse leges † admittentes expediendam esse restitutionem iudicis officio, etiam quantumuis minimo: vt quum arbiter omnino careat iurisdictione, ita & in consequentiam tota cognitione. Nec auribus satisfacit, incidenter eũ id posse, maximè q̃ incidens cognitio sit permissa, etiamsi abnegetur principalis: nam hoc casu quilibet, qui sani est 4 iudicij, statim intelliget, † aliud esse in ordinatio, & diuersum in arbitro: Quid enim? quum iudex pedaneus de his, quæ mixti sunt imperij, non cognoscat, nonne tamen poterit, quæ sunt meræ & simplicis iurisdictionis, exercere 5 † ita sanè permittitur, & eodẽ iure incidenter ea tractare, quæ principaliter sunt interdicta: sed id fit, quia iurisdictionem habeat: quæ, quum absit ab arbitro, aberit & incidens talis cognitio, quasi esset basis & fundamentum præcipui negotij, & sine quo non subsistunt reliqua: vt ex his planè liqueat, Panormitanum satis ineptè in eo ratiocinatum. Atque vt hanc ipse opinionem comprobem, q̃siderabam ad hoc facere, quomodo passim & vtrimatim Doctores testantur in ea. l. quoties, quam asserunt ita esse declarandã: vt quum in ea habeat, iudicem posse incidenter tractare, quomodo nequit principaliter sit intelligendum, modò is 6 iurisdictionẽ habeat. Quod † vt perfectius doceant, fingunt ipsi exemplum: Si ventilãda sit vsurarum, matrimonij, aut alia spiritualis causa, quarum sunt omnino incapacs laici iudices, vt est in c. si iudex. de sententia excommunicationis in 6. Fatentur nec principaliter, imò etiam incidenter tales causas ab his tractari posse: quod dicunt proficisci ex solo iurisdictionis defectu. Quare igitur, quum solam notionem habeant arbitri, nihilque iurisdictionis sibi uendicent, etiam his incidentem omnem iurisdictionẽ non plane abnegabis? Nec oberit, quod in eo §. causa restitutionis primum textus delegatorum, tum arbitrorũ meminerint adiecta demum generali clausula: quia nõ ex eo sequitur, vt de iure datum id sit ei, cui de iure non q̃petit iurisdictio: imò quum hoc sit à lege communi exorbitans, debuit specialiter nota designari, vt est in l. item apud Labeonem ff. de iniurijs & non sub tam generali verborum inuolucro concipi. Præterea in casu tam incerto, & omnino dubio, non oportuit talem assumere declarationem, quam nemo docte nescit omnino ipsi veritati pugnare & planè ꝓriari, mò mò ponderet, quod habetur in l. fi. C. vbi & apud quem. in 7 qua expressim docetur † incidenter arbitros restituere non posse: vt omnino sit coniecturandum, Canonicam legem voluisse sub tam ancipitibus verbis à Ciuili dispositione discedere, maximè quum tex. eiusdem legis finalis dicat, restitutionis † litem, seu causam esse ab his dirimẽdam, qui certæ administrationi, cui adhæret iurisdictio, sunt præpositi, vel à principe delegati. Quæ verba, Cui adhæret iurisdictio tu ita annotabis, vt intelligas iurisdictionem hoc casu desiderari, nec notionem sufficere. Non me tamen latet, Bart. in ead. l. fin. existimasse, sic in arbitrum compromitti posse 9 † vt minorem, vel maiorem restituendum à superiore pronunciet, sed non ut ipse restituat: asserens hos duos casus penitus esse diuersos & separatos, per l. primam. C. si aduersus liber. Nec me etiam preterit, ab ipsius opinione deflexisse Bal. in præscripta lege fin. hac potissimum ratione: quia quum indubitatum sit, quod ipse ait, restitutionem iudicis desiderare officium, & per iudicẽ expediri debere, quomodo aptè aliquem restituendum pronunciabit? Imò exactè rem perscrutanti videtur, quod is ait, ridiculum asseuerare, hunc per se restituere non posse, posse tamen arbitrari, restituendum esse eum, quem restituendum declarat: quia de restitutione ipsa tractare censeatur, cuius nihilominus est omnino incapax arbiter, vt primum edocuimus. Est tamẽ, quod me in opinionem Bar. contra Bal. validissimè impel- 10 lit. Nam in confesso est † arbitrum posse ex voluntate partium cognoscere, & apud se examinare, an is, de quo agitur, sit restituendus: Hoc enim casu nihil iurisdictionis ipsa res exposulat: quia arbiter restitutionem realem ad iudicem remittat, vt is eam impertiatur, ita ut non uideam, qua ratione, qua causa ru cum hac declaratione priuare debeas, per quam notionis non excedat terminos. Atque ex his facilè resoluetur, quod in oppositum adduximus, de ipsa restitutione tractari, vbi aliquem restituendũ pronunciatur? Nam hoc falsum est, & à veritate alienissimum: quod cuiplibet verè intuenti liquet, & manifestum est. Manebit igitur Barto. opinio firma & stabilis: Ab arbitro pronunciari posse aliquem restituendum.

An is ad quem pro restitutione confugitur, cogatur sequi præcedentem arbitri declarationem?

SVMMARIVM.

1 *Iudex, vt latam ab Arbitro sententiam sequatur, adigi non potest.*

CAPVT XXXIX.

1 SEd † maius dubium ex præcedentibus exurgit, quod est: An iudex, ad quem postmodum pro impetranda restitutione confugitur, teneatur omnino sequi illam arbitri declarationem? quem articulum nullo modo attigerunt Bar. & Baldus: cuius tamen omissionem probare nullo modo potui, quum ex eo omnis effectus præcedentis difficultatis resultet. Quid enim operaretur precedens declaratio, si effectum non produceret? Est tamen, dicas, iudicem ad hoc nõ adigi: aliàs eandem vim operaretur illa arbitri pronunciatio, ac si primordialiter de restitutione cognouisset, ita ut iudex nihil aliud agere censeatur, quàm eam arbitri expressionem exequi, qui vel benè existimem, in manu iudicis esse rimari, & plenè posse disquirere, an aptè & rectè arbiter iudicium suum tulerit, non tamen, vt necessariò illud probare debeat. 1

Vtrum in arbitratorem compromitti possit, vt de restitutione cognoscat.

SVMMARIVM.

1 *Arbitratori nullum in restitutionis causa ius competere.*
2 *Restitutio iudicis authoritate destituta successus expers habetur.*
3 *Iurisdictionem tribuere, qui nullam habet, dissidentium partium non est.*
4 *Contractus haud operatur, quod titulo iurisdictionis expediti conuenit.*
5 *Arbitrator minimè compromittere, sed inter partes de restitutionis causa componere potest.*

CAPVT XI.

VIdeamus præterea, An num possit compromitti in arbitratorem, vt ipse de restitutione cognoscat? Putauit autem Bar. sub ea. l. fi. posse: quum hoc casu censeatur amicabilis quædam compositio contracta, qã etiam hic actus, & imaginem quandam contractus repræsentet, iuxta auth. si uerò ꝓtigerit. C. de iud. & ex corpore, vnde sumit, ita vt ea. l. qua est permissum super restitutionis lite componere, transigere, & aliter ꝫhere, sic & compromittere, hoc etiam adiecto, transactionẽ & compromissum æquiparari, vt est in Auth. vt diff. iudic. in prin. Quod tamen hæc decisio sit ab ipso rationis ꝓtextu aliena, 1 vel te id vnum docebit in ꝓfesso esse, † arbitratori nullam iurisdictionem competere, saltẽ quam videas officio, quod 2 ipse exercet, annexam: & tamen certum est † restitutionẽ, nisi iudicis authoritate accedente, tractari nõ posse. l. quod si minor. §. fi. ff. de mino. Eam etiam iuuare opinionem uix poterit, q̃ istud via ꝫctus expediat, & amicè inter partes cõponatur negotium † quũ non sit in potestate ꝑtium contrahentium ei iurisdictionem tribuere, qui nullam habeat. l. 2. C. de iurisdict. iud. Nec potest † ꝫctus id operari, vt, 4 quod sub iurisdictionis titulo expediri necesse est, solo ꝫctu suppleatur: atque hoc à me iudicatur verius. Quare dicendũ cẽsuerim † nõ posse in arbitratorẽ cõpromitti, vt 5 ipse restituat, sed vt inter partes de restitutionis cã ꝓponat: in quã sniam ambabus, quod aiũt, manibus eo: Et tã ex arbitrorũ, q̃ arbitratorũ tali declaratione hoc vtilitatis exurgere poterit, certiorẽ aduersariũ futurũ iuris, quod pars opposita ꝓtendit, ita vt hoc argumẽto mota, à lite fortasse desistet, & cum timore negotium pacare poterit: Aut, si aliàs consultius putarit, vlterius contendet.

Ex discursu sequentis articuli annotabis duplex tempus pro restitutione impetranda statutum.

SVMMARIVM.

1 *Restitutionis lis infra quadriennium terminanda.*

In lite,

Source : BIU Cujas

2 *In lite, vel causa restitutionis non semper, & vbique l. properandum. authoritati inhærendum.*
3 *Litis instantia triennio primùm claudenda, nullo dissidentium partium habito respectu.*
4 *Lite de restituendo quantumuis durante, aduersaque parte negotium protelante, iudicis tamen cognitioni standum, omnibus difficultatibus, in contrarium vrgentibus seclusis.*
5 *Mulieris adulterij rea serui quare ante bimestre spacium manumitti nequeant?*
6 *Curatores, & tutores, arte aduersariorum circumuentos, quominus officium fecerint, excusari.*
7 *Iudicem, vt ante quadriennij tempus instruat processum, arctari, cogive non posse.*
8 *Restitutioni petendæ priscis temporibus vtilis annus datus.*
9 *Ab anno vtili quæ potissimum excludi atque subduci consueuerint?*
10 *Ad annum vtilem, quæ requirantur?*
11 *Quadriennium olim ad restitutionem concessum, quibus ab anno vtili differat?*
12 *Quadriennium aliud continuum, aliud discontinuum iudicari.*
13 *Dilatio, nisi vtilis esse doceatur, in dubio continua iudicanda.*
14 *Annus vtilis quo pacto continuus efficiatur?*
15 *Tempus continuum omni tempore currit.*

CAPVT XLI.

Narratis præcedentibus, te præterea vnum in hac restitutionis materia nosse necessum est duplex tempus pro restitutione imploranda præfixum. Quorum † alterum est illud, infra quod terminari, necnon decidi dēt restitutio, cui præfixum est à lege quadriennium: ita docente text. in l. fin. C. de temporis in integrum restitutione petenda. potissimum sub illis verbis, ad contestationem interponendam litemque finiendam: ita vt secundum crebriorem Scribentium sententiam, & eius legis mente disponatur intra quadriennium non solum proponendam, sed etiam finiēdam esse restitutionis litem. Quantum tamen ad istud attinet, te vnum obiter velim annotare, præscriptam doctrinam apud nostrates Burgundiones in praxi non obseruari, qui vel ipse viderim, restitutionis agitatæ litem, etiā longo post quadriēnium interuallo decisam; nec † solet in casu simili insisti à iudicib. dispositioni l. properandum. C. de iudic. qua sat scis introductum † litis instantiam triennio claudēdam: etsi non eam inficias, quin æquissimum esset, imò rationi consentaneum, lites tāto tempore decidi maximè in subleuamen partium contendentium. Vt tamē tu solidius articuli prescripti medullam assequare, libebit, exempli gratia, casum hunc proponere. Si à me, pendente quadriēnio, impetrata à iudice fuerit restitutio: is autem concedendam admiserit, quæ à me sunt proposita, probāda duxerim † Cæterùm si, cùm instrueretur lis, pars aduersa omnē operam dederit, vt protelaret negotium, puta impetratis superfluis, & calumnioſis dilationibus: Aut, quia etiam accesserit iudicis impedimentū, quem abesse à prouincia mandante principe, oportuerit: vel quia in ægritudinem inciderit, ita vt ab eo infra illud tempus non potuerit ferri sententia: an sit, quod his casibus mihi aliquid possit ascribi: & vtrum beneficio restitutionis priuabor, quòd terminata intra quadriennium non fuerit causa? In quo prima facie videtur hunc esse secludendum, modò hoc vnum consideraueris, legem illam ei iniungere, vt infrà quadriennium litem finiendam curet quasi necessitati id subdatur. Tamen verius est, huic qui se tam diligentem præstitit, nihil posse imputari: fecit enim, quod in se fuit. Nec aliud desiderare videtur l. illa, si potissimum eius verba attenderis; hoc habentia, litem finiēdam curet. Curasse enim satis videtur, qui tam vigilātissimè est versatus. Atque hoc accedit in simili elegantissimus text. l. fi. C. de adulter. in quo disponitur, mortua † adultera, eius adulteræ seruos ante menses duos manumitti non posse, cum ob dotem duret adulterij controuersia: & quo facilius maritus per eos reprobationem assequatur. Transacto verò bimestri spacio, hæredis mulieri licentia suppetit, vt seruos tales, si volet, libertate donet: nisi fortasse, quod ait is text. eius culpa maritus prohibitus fuerit, litem intra tēpus præstitutū exercere. Quo textu quid dilucidius, quàm quòd testatum maneat, ob impedimentum marito ab hærede datum, duos illos menses non cucurrisse? Facit & in hanc aleā † quinquaginta dierum tempus tutoribus, & curatoribus proponendas legitimas excusationes datum non currere, vbi aduersariorum opera, & facto impeditos se fuisse allegant: vt est tex. in l. quinquaginta, cū sequēt. ff. de excusatio. tutorum. Cùm tamen per otium liceret, eius legis causam perscrutari, mihi in mentem venit, alio sensu, quā Doctores nostri attigerint, eam posse explanari: quod vt habeas, oportet te insistere verbis puris eiusdem legis fin. hoc habētis, ad interponendam contestationem, finiendamque litē. Quæ verba suapta natura denotare videntur iudicem ad id non arctari, vt intra quadriēnium processum instrui curet. Et tamen ex communi opinione Docto. tex. est ad iudicem & partem referendus: quorum sententiæ ego, quòd ad iudicem attinet, me addicere nequeo: & hæc satis superque, qđ spectat ad tempus illud quadriennij, quo pendente, causa restitutionis tractanda, terminanda, & decidenda. Est & tēpus aliud, intra quòd implorari debet restitutio, quod est limitatum quadriennio, vt in eadem l. superuacuam. quę res nullum habet in se contradicentem. Vt tamen tu istud efficacius, &, vt decet, intelligas, te id vnū nosse oportet. Olim † ad petendam restitutionem vtilem annum primum competiisse, in cuius anni vtilis locum successit demum quadriennium † à quo anno vtili feriati dies excludebantur: subducebantur denique minoris ætatis † necnon absentiæ tempora: imò potissimum desiderabantur tria: agēdi copia, differendi potestas, necnon iudicandi libera facultas: vt est in l. j. ff. de diuer. & tempo. præsc. Atque † ab hoc vtili anno diuersum esse asseritur à Doctorib. illud quadriennium, cū de se sit continuum, vt in eadem l. superuacuam. aliud † verò discōtinuum iudicatur. & si nosse desideret curiosus Lector quæ iudicari vtilia, & continua debeant tempora, confugiat ad elegantes doctrinas Bald. in l. annus. ff. de calum. necnon in l. genero. ff. de his qui notantur infa. Non sum † etiam nescius, Anch. in clem. j. de restitu. in integ. sensisse, omnem dilationem in dubio continuam iudicandam, nisi vtilem esse doceatur. Ego autem haud duxi fusius istud examinare, cum parum vel nihil ad præsens cōducat negotiū. Quod tamen ad tempus vtile attinet, videtur pro dubitandi causa plurimum facere lex illa, annus. ff. de calumniatori. vbi liquet, annum, qui calumniatoribus præfigitur, quo ex eo edicto quadruplum consequar, primum vtilem esse † demum ab eo tempore, quo scire incepi, continuum effici. Vides igitur non omnem annum, qui vtilis est, vtilē semper manere: ita vt ex eo confundi videantur hi termini, nec secundùm puram eorum naturam subsistere. Poterunt tamen hæc facilè dissolui, si hoc potissimum considerandum duxeris. non esse extranetum, aut iure alienum, vt quę ab eo initio tempora sunt vtilia, postea continua fiant, vt est in l. cum semper. ff. de ędil. edicto cùm † etiam in simili certum sit, tempus continuum currere omni tēpore l. j. ff. de diuer. & tempor. prescrip. Et tamen ex eo quandoque subducitur minoris ætatis, seu absentiæ tempus. Sic natura horum altera non efficit, quin ab initio vtile, vel cōtinuum tempus fuerint, & suos effectus produxerint: vt nō ab re senserit studiosus Lector, annum vtilem, quandoque vtilem iudicandum, quod est ab initio, idque ex primordiali illius natura, aliquando continuum censeri, quod fit accedēte noua causa. Sic etiam annum aliquando continuum, modò vtilem dici posse, secundùm quæ habes duplex tempus pro impetranda, & assequenda restitutione statutum.

Si minore tempore quadriennio minor sit læsus, an ad id tempus tantum restituetur?

SVMMARIVM.

1 *Restitutio, an nondum elapso quadriēnio, implorari & impetrari quo pacto possit?*
2 *Restitutio intra diem cōsequitur, in sola die læsus minor, si ad iudicem confugerit.*
3 *Exclusa, vt restituatur, quadriennio continuo gaudet.*
4 *Læsio, Canonistarum sententia adstipulante, intra quadriennium, vel etiam tempore minore proponitur.*
5 *Restitutionem eadem die proponere, & petere, absurdum putatur.*
6 *Restitutionibus implorandis quadriennij tempus indistinctè prefixum, omni læsionis seu maioris seu minoris temporis distinctione postposita.*
7 *Restitutio in integrum plus reddere nequit, quàm læsionis.*

CAPVT XLII.

Assumamus denuo propositam à nobis cōclusionem, hoc habentem: Intra quadriennium esse implorandam à minore restitutionem, à qua dependet decidēdus dubitatissimus articulus. Quid si ego minore tempore, quàm sit quadriennium, puta biennio fuerim læsus, vtrum potero integro toto quadriennio implorare restitutionem † an verò erit intra tantum tēpus, quantum abstulit læsio, impetranda? Qui punctus, vt ex sequentib. conijcies, nō abest à summo scrupo, in quo Iason

in §.

Source : BIU Cujas

in §.rursus.Instit.de act.post Barto:in l.ab hostibus.§.sed qđ simpliciter.ff.ex quib.caus.maio. recenset: si per cõtractum se læsum minor cõtenderit: Aut aliàs restitutionem aduersus læsionem resultantem ex maiore tẽpore ipso quadriennio assequi duxerit, eò casu quadriennium integrum adesse,quod secus esse putauit,vbi restitutio contra minoris tẽporis læsionem peteretur. Puta, me absente rem meam mobilem duobus annis possedisti, ita vt ad integræ vsucapionis complementum superfit annus vnus. Voluit tunc hoc casu petendam intra biẽnium restitutionem, quod est tempus ipsius læsionis:aut aliàs,si me tunc reuerso, vsucapionem tuam non interruperim, ibi tamen sex mensibus continuus absens fuerim,certè ego ad sex illos menses, qui bus negligentia sum vsus,restituat:Et intra sex mensium tẽpora erit à me restitutio impetranda,quum de minori tempore ipso quadriennio sit quæstio.Hæc Iason & Barto.præfatis locis.In quorum sententiam testimonio eiusdem Bar. facit lex prima.§.conditionalis.ff. quæ in fraudẽ credi. Vbi primùm disponitur ex eo edicto,omnia in statum pristinũ reponi.Demum adnectitur: Quòd si cõditionalis fuerit obligatio cum sua conditione, si verò in diem, cum eadẽ die, esset restituendum: si autem talis esset, cuius dies finiretur, restitutionem intra tantum tempus postulandam, quod su peresse obligationi videtur,non vtique intra annum:ita vt ex eo textu Bartol.desumi posse asseuerat, læsum in decem diebus non debere ad illos decem dies infra integrum quadriennium restitui, sed restitutionem intra dies decem impetrandam,quæ tantùm quadriennio terminabitur:Quod
2 †etiam procedet,si quis minori ætate perfecta in sola die læsus fuerit: debet enim hic statim intra diem restitutionẽ assequi,& ad iudicem confugere. Cuius dicti hanc esse rationem attestantur: quia cessante & sileſcente impedimento, tempus illud negligẽtiæ reliquum absorbeat,quod ex quadriennio resultat:saluo tamen tanto tempore, quanto fuit læsio.Sunt tamen, qui à Bartol. & sequacibus desciuerunt, moti potissimum Clementina prima.de restitu. in integrũ, in qua expressim, & ad literam disponitur, ecclesiam toto quadriennio posse restitui, etiamsi ipsum læsionis tempus minus quadriẽnio extiterit: qui textus tam manifestus est, vt secundùm eos verè cauillari nequeat,& qui tãquam posteriore loco æditus corrigere & abrogare præcedentes deci siones iudicetur. Non tamen me latet Bartol. in eo §. sed quod simpliciter,sensisse, præfatam Clementinam suæ opi nioni accedere.Quod ipse sic docet,primum supponẽs,minori tempus petendæ restitutionis non currere, vt est in l. fin.C.de temp:in integr.restitu.peten.Demum asserit,eccle siam minori æquiparari, vt ex eo iudicandum opinatus sit, non debere ecclesiæ quadriennium currere. Quod quum iniquum esset,hac occasione statutum putauit, vt à die læsionis quadriennium illud curreret: vt sit ad maioris instar redacta ecclesia.Ex quibus omnibus,quod is ait, resultabat difficultas, maximè quum tractatur de restitutione aduersus minoris temporis læsionem,an minus tempus esset tũc ecclesiæ vt maiori præfigendum. Qui tandem ibi disponit
3 †ecclesiam,siue maius aut minus tempus fuerit, quadriennio continuo gaudere: quasi hoc in ea specialiter introducatur,sitque id à minore diuersum & alienum, vt secundũ hanc doctrinam Bart. existimarit illam Clementinam suã opinionem omnino comprobare: cũ si in ecclesia hoc specialiter introducatur, censeatur ius commune pugnare in contrarium,vt in l. 1.ff.ad municipal. Quę Bartoli interpretatio quàm ab ipsa veritatis alea sit claudicans,imò alienissima, tu facilè ex sequentibus agnosces, qui omnino existi-
4 mem, verissimam esse Canonistarum opinionem †semper & indistinctè læsionem intra quadriennium posse proponi,siue maius minusve tempus quadriẽnio fuerit,quod vel hac præcipua ratione doceri potest. Nam quum tale quadriẽnium in anni vtilis locum succesſerit,quomodo tu me iure adiges, vt ego tempus minus quadriennio assumam? Quid enim?si vnicus tantùm esset læsionis dies? Nonne admittetur inconueniens maximum:vt si intra diem sequentem à me non peteretur restitutio,ab ea exciderem? nec in eo mihi arridet Barto.responsum in dic.§.Sed quod simpli-
5 citer, qui senserit †eadem die proponendam & petendam restitutionem, sed è qua subducetur modicum quoddam tempus,quod conceditur se alicui actui præparãtibus,modo ij se impeditos asseuerunt. Quia si verum sit,quod ipse testatur,sequente die restitutionem petendam,non est,vt ei maius tempus concedi debeat, ne ipse sibi sit cõtrarius, nec attendi debet maiori tempore huic consuli, quòd impeditus fuerit. Solet enim impedimentum hoc ipsum efficere: nos autem loquimur, vbi plànè & liberè hic restitutionẽ impetrare potuit, vt casus ille extraordinarius adferri non debuerit.Quòd etiam sensus Barto.sit absurdus, vel ipsa res testatur, quum voluerit Clemẽtinam illam speciali suo casu procedere,quasi in maiore putet oppositum iudicandũ Si enim in ea aliquid specialitatis canõ introducere voluisset,hoc sanè expressisset: sic quũ istud generaliter disponat, quid tu ad specialitatem recurres? Quod etiam Bartol. pro suæ intentionis comprobatione & fundamento præsuppo nit:non videtur omni ex parte concludens. Ait enim:vt mi nori tempus non currit,sic in ecclesia simile statuẽdum: & quum determinatum oppositum reperiatur, vult maiori ecclesiam in eo æquiparari. Nam si exactè perscruteris legẽ illam fin.C.de tempo.in integ.resti.peten. quam is pro se al legat, idem eo casu dispositum in maiore, vt maiore agnosces:vult enim,vt quemadmodum minor ætas in minorum restitutionibus excipitur, ita & in maioribus tempus, quo reipublicæ causa abfuerunt,vel si legitimis aliis causis occupati fuerant, vt non absimilem esse hac in parte maiorum & minorum restitutionem text.ibi fateatur.Ex quo satis patet,ita ibi maiori,vt minori consuli. Sic non debuit Bart.eo tendere,vt primum doceret, non debere currere ecclesiæ illud quadriẽnium;quia minori æquiparetur,cùm etiam ibi maiori in temporis subductione consulatur.Præterea,vt deueniat ad specialitatem quam in ecclesia vult esse considerabilem,asserit: Secundo membro suæ doctrinæ fuisse non ab redubitatum, an vbi minus tempus quadriennio esset præfigendum:puta,accedente læsione minoris temporis,essetne in ecclesia quadriennium illud resecandum? Sed ego existimauerim dubitationem talem excitari non debuisse tanquam sit superflua. Quid enim fuit in re de se clara &
6 aperta hæsitandum? quòd sat sciamus †quadriennium indistinctè ad restitutiones implorandas præfixum, nulla distinctione lesionis maioris siue minoris temporis intro specta, vt est in ea l.superuacuam,cuius determinationem in eo se cuta est præfata Clementina.Non debuit igitur, me iudice, tam amussim à Barto.insisti, vt doceret id per illam Clemẽtinam in ecclesiæ fauorem introductum: hisque ita subsistentib.quandoque miratus sum, quod à quibusdam ponderatus fuerit §.quotiens. in l.sed etsi per Prætorem.ff. ex qbus caus.maio.vt docerent, restitutionem esse minori tempore quàm quadriennio implorandam,cum §.ille nihil ad propositum vrgeat: imò qui loquatur in separatis & diuersis casibus,quum in eo disponatur minorem,qui vna tantũ die læsus fuit ad eam diem solum restituendum. Sed quid
7 ad negotium? hoc enim ideo ibi statuitur †quia restitutio non plus possit reddere,quàm læsio abstulerit. Non autem quòd eo textu abnegetur, quin hic durante & pendẽte quadriennio possit illam restitutionem proponere. Atque ita mea sentẽtia is textus hoc modo verè manebit declaratus. Memini tamen hac in re ànnotatum ab Imol. in Clementina prima, in foro Canonico dispositionem eius Clementinæ obseruandam:sententiæ verò Barto.& sequacium in ciuili iudicio adhærendum, quæ fuit eius post longam disputationẽ finalis,& præcipua determinatio. Ego vero in vtroque foro putauerim, vt liberum sit illud quadriennium ad restitutionem proponendam & obtinendam, etiam si minori tempore læsum me appareat,quòd non solùm decidi-
8 tur ea Clementina,imò hoc ingenuè testatur l.illa superuacuã,modò vt decet verissimus eius intellectus expendatur.

Vtrum è quadriennio præstituto ad petendam restitutionem subducatur minor ætas, absentia, & alia legitima tempora?

SVMMARIVM.

1 *Restitutionem in integrum,iustis, & legitimis causis interuenientibus etiam contra præstitutum quadriennium impetrari posse.*

2 *Ferię vel extra ordinem,vel ob res prospere gestas,vel publicũ principis honorem indictæ restitutionem minimè remorari vel impedire præsumuntur.*

3 *Actori,restitutionem imploraturo,quæ & quos consideranda? Restitutio post completam læsionem intra tempus tanquam postulãda,quantum læsio ipsa abstulit.*

5 *Restitutio totidem diebus petenda, quos ipsa appellatio facta non fuerit.*

6 *Minor à tempore læsionis maior factus, intra dies decem à iudice impetrare potest restitutionem.*

7 *Restitutio tantum reddit,quantum læsio abstulit.*

8 *Lex illa,superuacuam,à Bartolo non rectè intellecta & explicata,suo vero sensui restituitur, & è quadriennio minorem ætatem & absentiam in maiori subduci statuens,declaratur.*

9 *Leges nouæ ad causas antiquarum sese referentes nihil nouis derogare creduntur.*

CA-

Source : BIU Cujas

CAPVT XLIII.

IX præfatis habes præfixum à lege quadriennium, intra quòd à læſionis tempore petenda ſit reſtitutio: ad quod tu vnum aliud ſubnectes, ex quadriennio minorem ętatem, necnō abſentiam ſubduci, & alias legitimas & iuſtas cauſas. Inter legitimas autem cauſas hæ ſequentes reponūtur † ſi hic fuerit impeditus petere ſe reſtitui; quia interim ſuperuenerint repentinæ feriæ: aut ſi tam vehemente ægritudine fuerit diuexatus, vt ſuis rebus ſupereſſe, nec p ſe aut per procuratorem potuerit: quas cauſas recēſet Ang. in ea. l. ſuperuacuam. Hoc tamē poſtremum exemplum ſatis eſt dubium, apud me maximè, hūc tam acerbè & malè valuiſſe, vt id per ſe exequi nequiuerit, procuratori etiam commiſiſſe non poterit; quia liberum fuerit procuratorem ad ſe vocare aut curare, vt ei à domeſtico committeretur negotium. Poteſt tamen quandoque homo tam vehemēti infirmitate affligi, vt nullo modo nec per ſe, aut procuratorē poſſit ſuis rebus tunc conſulere: & ita ſecundum preſcriptū finalem caſum eſt declaranda mens Angeli. Quare autem ſumouęantur à quadriennio iuſta impedimenta, nec diſpoſitum fuerit, vt currere interim tempora debeant, ſed aduerſum quæ minor reſtituendus foret, hæc eſſe: ideo ſatis deprehendes, modò ad vnum animaduerteris, id ea ratione introductum quo euitetur circuitus: quaſi ſatius fuerit inhibere temporis curſum, quàm inducere, ne curreret: demum reſtitutionem indulgere, quia aliàs inutilis & fruſtratoria cenſeretur ea introductio. Ang. tamen ſub ea. l. fin. funditùs & præſsiùs hanc materiam exquirens, putauit præcedenti deciſioni obeſſe l. ſed & ſi per prætorem. §. feriæ. & §. conſequēs. ff. ex quibus cauſis maio. Vbi † ſi feriæ extra ordinem indictæ fuerint, maximè ob res proſperè geſtas, vel publicū principis honorem; ac propterea magiſtratus ius non dixerit, Caius Caſſius nominatim ibi edocet reſtituturū ſe, etſi per prætorem factum cenſeretur. Cenſus tamen libr. 2. ffo-
rum, oppoſitam opinionem amplexatus, putauit, nec ſolēnium feriarum habēdam eſſe rationem: quia eas actor proſpicere debuerit, & ita ſibi conſulere, nec in eas incidere: Ex quo textu Angelus ſcribit deſumi, quod ad ferias repentinas ſpectat tempus illud currere, indulgeri tamen reſtitutionem. Pro † cuius dubij reſolutione, ait ipſe, conſideranda eſſe duo tempora. Primum tempus, ad quod quis ſe petit reſtitui: aiens hoc caſu à reſtitutione ſemper reddi, quod abſtulit læſio: vt ſi ſolum in modico tempore ſit læſus, ad id tantùm tempus eſſē reſtituendum, & non ad integrum annum vtilem: & ita aſſerit loqui eum §. ſed cum feriæ. Adijcit & eſſe tempus aliud, infra quod reſtitutio poſtulari ſeu terminari debeat, ſed durante quadriennio continuo: volēs hoc caſu in eo quadriennio feriatos, & non feriatos dies cō putandos eſſe. Cuius rei ſimile dicit eſſe diſpoſitum in appellan. inſtantia, arg. l. fin. C. de tempo. appellat. Tertium verò tempus ſecundùm ipſum refertur ad id quando ſit proponenda, ſeu poſtulanda reſtitutio † quo caſu cenſuit intra tantum tempus poſt completam læſionem eſſe reſtitutionem poſtulandam, quantùm læſio abſtulit: ita tamē, vt quadriennium continuò non tranſcendat. Vnde † ſi intra dies decem non appellauerim, erit à me petenda reſtitutio totidem diebus. Potetit tamen hoc caſu inſtantia quadriennio durare † ita minor læſus ex eo, quòd non appellauit, maior factus, intra decem dies reſtitutionem à iudice, ſi volet, impetrabit. Hæc Ang. in ead. l. ſuperuacuam. Primum autem eadem & ſimili diſtinctione vſus eſt Bartol. in illa l. ſuperuacuam. à quo additur aliud, quantum attinet ad hoc poſtremum diſtinctionis membrum, quod eſt: Si quis vna die læſus fuerit. Finita tamen minore ætate vel abſentia, debebit id prima die poſt completum quadriennium proponere, nec diutius expectare: & ita dicunt ex eis ſic debere reſolui illum §. ſed cùm feriæ. ibi tempus feriarum repentinarum currere; quia tantum reddat reſtitutio, quod abſtulit læſio. Sed, Deus bone, an hæc ſolutio eneruet difficultatem? non: imò auget potius. Quòd autem res ſe ita habeat, ſic doceo: Firmata eſt primum concluſio, è quadriennio dato ad reſtitutionem conſequendam ſubduci tempora legitimarum cauſarum: & tamen iam diſſoluitur oppoſitum tempus illud repentinarum feriarum currere, quia legitimam in ſe annexam cauſam habeat, cùm præuideri non potuerint repentinæ feriæ. Nulla alia ratione adlata, niſi quia id ſit † qđ tantum reddat reſtitutio, quantum læſio abſtulit, quæ videtur eſſe eadem cum dicto ratio. Quare nodus eō tendit, vt diſſoluatur ſcrupus. quod fit, vbi currant in tali quadriēnio hæc legitima tempora feriarum repentinarum. Quare ego ſic reſpondendum putauerim: verum non eſſe, quod ſupra premiſſum eſt: ex quadriennio plenè ſubduci legitimas cauſas ita vt id referri debeat ad quæuis tempora, & quod currere non debeant. Hoc enim † non determinat lex illa, ſuperuacuam: in qua ſolùm habetur. E quadriēnio minorem ætatem & abſentiam in maiore ſubduci: ſed non ex eo ſequitur, quin tempus feriarum repentinarum ſaltem contra maiorem abſentem curtere debeat, & tamen reſtituendum. Atque hoc potiſſimum in maiore debet prócedere de quo loquitur ille §. ſed cum feriæ: & ad id aſſumptum fundamentum poteſt referri. Qui tamen voleńt, tutari oppoſitam ſententiam, dicent eius l. ſuperuacuam. finalia verba habētia aliter diſponere hoc poſſe, & in maioribus tempus ſubducere, q reipublicæ cauſa abfuerint, vel aliis legitimis cauſis, quæ veteribus legibus enumeratæ ſunt, fuerint occupati: quaſi videat lex in his parificare minores & maiores, vt talia tempora in eos currere non debeant: & eſſe eadem lege ſubueniendum maioribus in his cauſis, quæ è veteribus legibus enumeratæ ſunt, vt minoribus. Sed inter has legitimas cauſas eſt illud tempus repentinarum feriarum, vt eſt in eo §. ſed cum feriæ, vt ita non debeat currere. Hos tamen iuuare nequit hec conſideratio, etſi de ſe ſit acuta ad modum. Quia etſi is textus habeat, ſubducendas cauſas legitimas, quibus fuerunt occupati ſecundùm leges veteres: nihil id obeſt ei §. ſed cùm feriæ. quum per eam l. veterem ſit introductum, vt tēpus illud repentinarum feriarum currat. Sic † cum lex noua ſe referat ad cauſas legum antiquarum, nihil detrahitur legi nouæ §. ſed cum ferię. imò manet intactus. Sunt enim infinitæ aliæ legitimæ cauſæ, ob quas maioribus ſuccurritur, vt poſtea edocebimus: in quibus benè procedet lex illa, ſuperuacuam. vt nō debeat etiā maiori tempus illud currere. Velim & notes, poſſe ad hæc dici, nihil ad rem facere. cum §. ſed cum feriæ, & ex eo non deſumi, quod putauit Ang. videlicet currere repentinarum feriarum tempus, ſed dari reſtitutionem: imò qui diſponat iuxta Celſi ſententiam, reiiciendam talem reſtitutionem: quia eas ferias proſpicere debuerit. Conſideraui etiam alio modo poſſe eum §. ſed cum feriæ. declarari: & vt oppoſitus non ſit l. ſuperuacuam: puta ſi benè inſpexeris l. illam, ſed etſi per prætorem. intelliges ibi tractari potiſſimum in §. ait prætor, qui præcedit §. ſed cum ferię. quando dicatur actio exēpta: hoc eſt enim, quod ibi principaliter diſceptatur, & ibi relata ſunt à Iureconſulto aliquot ad idem exempla. Adijciatur & aliud inter cętera Quid ſi ferię extra ordinem ſint indictæ? & quum tales induciæ tempus eximant, reſtitutioni locus erit: non autem quòd ibi principaliter tractetur & decidatur, an durante quadriennio tempus illud feriarum repentinarum currat? Ex quibus habes excuſſam & declaratam mentem illius §. ſed cùm ferię. & eius concordiam ad l. ſuperuacuam.

Si præſcriptio minore ætate cœpta ſit, & demum completa, dum maior eſſet, quando incipiat currere quadriennium?

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutionem à maiore neglectam, ſecundum quoſdam videri reijcien dam.*
2 *Quadriennium reſtitutioni aſſignatum à die præſcriptionis completæ currere, eum antea læſio non cenſeatur.*
3 *Reſtitutionis ius ceſſat & extinguitur, alio remedio ordinario competente. & nume. 7.*
4 *Remedium ordinarium competit interrupta præſcriptione.*
5 *Actio de dolo ipſa reſtitutione odioſior.*
6 *Reſtitutio concedenda eſt, ſi ad complendam vſucapionem quadriennium; aut hoc amplius ſuperſit.*
8 *Præſcriptione vel vſucapione completa ceſſat actio ordinaria: & tũc meritò reſtitutio datur.*

CAPVT XLIIII.

QVin & hoc ſcitu dignum eſt: Quid ſi præſcriptio in minore ætate cepta fuerit, dum tamen maior effectus eſt, completa ſit, à quo tempore reſtitutionem petendo tempus curret? In † quo quidam ſenſerunt reiiciendam reſtitutionem, quia maior neglexiſſe videatur, argumento l. 3. §. 1. ff. de mino. Commu
nior tamen opinio eſt in oppoſitum, & † currere quadrien nium à die præſcriptionis completæ, cùm antea non cenſeatur læſio. Huic tamen opinioni, quæ eſt communior, obeſſe dicit Bartol. in ea l. ſuperuacuam. l. 2. §. idem Pomponius. ff. de dolo. in qua habetur, actionem de dolo, modò actio alia competierit, excludi: vt eadem ratione dicendum

Source : BIU Cujas

dum censeat in restitutione, quæ cessare & extingui debue-
3 rit, vbi aliud ordinarium remediũ competit. Competit † au-
4 tem ordinarium remedium † quia potuit interrumpi inter
rim præscriptio. Pro cuius resolutione considerat ipse
5 duo: Primum id dispositum † in actione de dolo, quia sit
odiosior restitutione. Quòd ad secundum spectat, putauit
6 animaduerti debere † si ad complendam vsucapionem,
seu præscriptionem tantum tempus supereſſet, quantum
esset quadriennium, aut amplius: & tunc concedendam
restitutionem. Ego vero ab vtraque solutione deficiendũ
censeo, qui putem non debuisse, nec fuisse hac declaratio-
ne opus, cùm non obsit §. Pomponius. nec qui in oppositũ
adferri debuerit. Nam etsi in eo habeatur, cessuram actio-
nem de dolo alia competente: hoc non infert, quin currat
quadriennium à die læsionis absolutæ & completæ: & ita
vtcunque dictum ibi manebit verum & falsum, vt dici de-
7 beat † cessare debere restitutionem, vbi alia actio competit,
quod admittit: sed vbi completa est præscriptio, seu vsuca-
8 pio, cessat actio ordinaria † meritò tunc datur restitutio,
quæ ante completam læsionem etiam non competit, & ita
nihil aduersatur ille §. idem Pomponius.

Si quis intra quadriennium restitutionem petierit, nec fuerit pendente triennio instantia decisa, debebit num ob id aduersa pars ab obseruatione iudicij absolui?

SVMMARIVM.

1 *Quadriennij instantiæ triennalis tempus eundem finem respicere.*
2 *Maius tempus absorbet minus.*
3 *Quadriennij & instantiæ triennalis coniunctionem aut coadunationem minori ad impetrandam restitutionem summè necessariam esse.*
4 *Quadriennium frustrà in minoris fauorem videri præfixum, solius instantiæ triennalis habita ratione.*
5 *Quadriennij tempus non instantiæ, sed iuri præfixum a Castrensi.*
6 *Iuris est, quadriennio litem restitutionis terminari.*

CAPVT XLV.

AD hæc subnectetur bono ordine, quod examinat Castrensis in ea l. superuacuam, difficultatem hanc proponens · Si quis intra quadriennium restitutionem petierit, nec fuerit triennio terminata instantia, an nõ absoluenda erit pars aduersa à iudicij obseruatione secundùm l. properandum. in princ. C. de iudi. vel vtrũ poterit toto quadriennio integro litem inceptam hic persequi? In quo ipse existimauit locũ esse dispositioni eius l. properandum. ita vt absolutio sequi debeat: asserens, quòd qui aliter sentiret, planè deficeret, ac toto cœlo à veris iuris terminis aberraret: quia secundùm eum tale quadriennium non instantiæ, sed iuri sit præfixũ. Sed quàm ipsemet hac in re hallucinatus fuerit, ita edo-
1 ceo: qui primum mihi non sis abnegaturus † vtrumque tẽ-
pus quadriennij, necnon instantiæ triennalis, eundem finẽ
respicere, qui est, vt restitutio terminetur. Ita vt quum in si-
2 milem & parum scopum declinet, debeat † maius tempus,
quod est quadriennium, triennalem instantiam absorbere.
3 Quorum † temporum coniunctionem & copulationem,
aut, si malis, coadunationem iudicabis necessariam: si hoc
vnum à te perpendatur, totum integrum quadriẽnnium
minori à lege ita indultum, vt eo pendente restitutionẽ im
ploret, & eam terminari faciat. Quod si triennalis instantiæ
4 solum haberetur ratio † frustra censeretur præfixum tẽpus
in eo quadriennio, quod triennium excedit: vt quum totũ
integrum tempus in minoris fauorem fuerit introductũ,
debeat etiam & in totum cedere, nec aliquid ex eo auferri:
aliàs id fieret in eius summam perniciem. Quòd si alia fuis-
set in eo legis intentio, suffecisset præfixisse annum ad pro-
sequendam restitutionem cum illo triennio. Ecce, quam
apertè, quamque manifestè pateat, Castrensem non benè
sensisse? Cuius considerationi etiam facilè posse responderi
5 crediderim, quum is ait † quadriennij tempus non instan-
tiæ, sed iuri præfixum, imò vtrique præstitutum existimaue
rim: quia ius velit quadriennio terminandam esse litem re-
stitutionis. Quinetiam existimauerim vanam esse illam cõ-
siderationem, tempus non esse præfixum instantię, sed iuri,
cum sit eadem cũ dicto ratio maximè si acutè & medullitus rem perscruteris: hoc antè aliquanto latius, attigimus, partim vt nodus ille à Castrẽsi obiectus dissolueretur, tum vt quid ea in re sentirem, haberes.

Vtrum tempus quadriennij currat à læsionis tempore, vel statim quum effluit vicesimusquintus annus?

SVMMARIVM.

1 *Quadriennium ad læsionis tempus referendum: nec anno 25. vel his sequentibus annumerandum.*
2 *Actionem restitutionis perpetuari, filio; seruoue sub potestate domini viuente; sed maiore libertate donato, aut emancipato temporis haberi rationem.*
3 *In restitutione, non læsionem sed annum 25. in primis esse spectandum.*
4 *Restitutionem, anno 25. completo, non amplius dari.*
5 *Litem restitutionis spacio quadriennij pleni terminandam, non rectè præsumi.*
6 *Litis contestatione & actionem fieri perpetuam & iudicis officium effici posse perpetuum.*
7 *Restitutionis persequendæ manere semper ius liberum, nisi restitutio terminetur quadriennio.*

CAPVT XLVI.

QVm tamen primùm præmiserimus, quadriennium illud statim currere à lęsionis tempore, & vbi perfecta fuit, dubitatum extitit à quibusdam, an id tempus sit computandum & numerandum, vbi primum effluxit annus 25. an verò attendi debeat tempus læsionis? Potuit enim minor lædi
1 anno 20. Quòd † autem ad læsionis tempus id referri debeat, facit l. j. §. annus. ff. quando actio de pecu. est annalis. Quam in l. eam sentẽtiam allegauit Salic. sub discursu eius l. superuacuam. Si tamen is §. vt decet, excutiatur, nihil me
2 iudice ei opinioni aduersabitur. Nam in eo habetur † quãdiu filius, vel seruus est in potestate, perpetuatur actio. Postea verò maior, aut vbi manumissus, seu emancipatus extiterit, seu alienatus, temporis esse habẽdam rationem, ita vt vtilis annus cõputandus sit, & ea causa, si conditionalis fuerit allegatio Iulianus scribit, ab eo tempore annum computandum, non vt habenda sit ratio temporis emãcipationis, sed eius quo peti potuit existente conditione. Quẽ textum si (vt iacet) intellexeris, nonne conueniet, & quadrabit
3 planè, vt dicatur † haberi debere rationem vicesimiquinti anni, non autem lęsionis, quum ibi non currat annus, nisi à die cõditionis purificatæ? Et quòd verè inspici debeat lapsus anni 25. hoc est iuris indubitatissimi: cùm lex dicat, post
4 25. annum completum † non dari postea restitutionem, ergo admittit, vt intra illud tempus peti possit. Et cum restitutio sit fauorabilis, quòd per eam minoribus faueatur, est tẽpus illud etiam fauorabiliter, & latissimè interpretandum: atque hæc est pura huius dubitationis veritas, & plana elucidatio. Quòd autem narratum fuit † quadriennio litem re
5 stitutionis esse terminandam, obstare ei dicto videtur, quòd per litis contestationem perpetuetur actio, vt est in l. fin. C. de præscri. 30. seu 40. annorum, ita vt litis contestatio, quæ in restitutionis iudicio interuenit, perpetuare quadriẽniũ debeat. Ad hoc tamen ita respondendum existimauit Salice. in ea. l. superuacuã. obiectum tale procedere in casibus, in quibus est quoddam ius pśequendi considerabile: secus, si de iudicis tractetur officio. Qua in re mihi non satisfacit, cum etiam iudicis officio quandoque rem persequamur.
6 Quo fit, vt dicendum putem, verum esse † per litis contesta
tionem actionem fieri perpetuam, & iudicis officium effici
posse perpetuum, vno respectu, vt hoc casu: quia cùm hic
intra quadriennium restitutionem postulauerit, interrumpit omnem præscriptionẽ illius quadriennij, vt si quadriẽnio non terminetur restitutio, nec ei sit aliquid imputabi-
7 le † manebit semper liberum ius persequendi restitutionẽ:
Non tamen ex eo sequetur, quin lis intra quadriẽnium sit
terminanda a iudice, & quin pars eam persequi debeat, sic
vno casu fit perpetuum: & hæc declaratio videtur mihi longè aptior & concludentior, quàm sit illa Salice,

An post quadriennium possit peti restitutio, si non reclamauerit aduersa pars?

SVMMARIVM.

1 *Restitutionem, tempore ad eam petendam præstituto, sed per incuriã prætermisso non amplius esse dandam.*
2 *Restitutio legi communi aduersari præsumitur.*
3 *Sententia triennali termino ad instantiam finiendam elapso, lata redditur inualida.*

4 Reo

Source : BIU Cujas

4 *Reo vel actore consentiente quadriennij tempus etiam diutius differri vel prolongari posse.*
5 *Iuri quilibet pro se introducto renunciare potest.*
6 *Reus vel actor exceptionem sibi competere in repellendo aduersario sciens, nec eam vsurpant, intentationem litis approbasse præsumitur.*
7 *Tempus in implorãda restitutione, aut vsurpanda exceptione, aut intentanda lite præfigitur vel iudici, vel parti, vel actioni.*
8 *Iudicis actio redditur inualida, si tempus vel ipsi iudici vel iurisdictioni præfixum ad agendum, perperam aut negligenter fuerit dimissum.*
9 *Actio, sublato tempore, expirat, habita ad actionem, eiusque potissimum substantiam consideratione.*
10 *Iudex de nouo cognoscere potest, si non substantia actionis, sed litis instantia respiciatur.*
11 *Iudex aduersario non reclamante, post quadriennii cognoscere potest, si parti fuerit tempus præfixum.*
12 *Restitutio à solo iudice imploratur.*
13 *Restitutio quibus conditionibus etiam lapso quadriennio impetrari & terminari debeat?*

CAPVT XLVII.

SEquitur hos casus, haud inelegans alia quæstio:
1 Nunquid † post quadriennium possit non reclamante aduersa parte, impetrari restitutio? In quo existimatum fuit à quibusdam, non dandam: qa
2 tempus lege præstitutum excederit, cum † etiam restitutio sit aduersum ius commune: & ita refrenanda potius, quam
3 vt amplietur. Cui etiam accedit, q; † tententia lata post triẽnium præfixum ad instantiam terminandam, iuxta l. propẽrandum. C. de iudi. non teneat, cùm lapsus sit terminus, vt idem iuris sit hoc casu statuendum. Doct. tamen, qui cõtrariam opinionem sunt tutati, considerarunt pro ea facere, fauore rei limitatum esse illud quadriennij tempus, & vt intra illud restitutionem actor impetrare debeat, nec in longius tempus protrahere negotium. Quæ quũ ita se habeant
4 † nonne poterit, eodem reo volente, nec diſsidente, etiam elapso quadriennio, restitutio post id tẽpus agitari, vel maximè q; eo consentiente quadriennium illud potest prolõgari? vt est in l. petendæ. C. de tempo. in integ restit. peten. ita vt eadem & similis ratio vtriq; casui inesse videatur. Hisq;
5 accedit vulgatissima illa iuris regula † quemlibet posse iuri
6 pro se introducto renunciare, l. fi. ff. de pact. vt † cum hic sibi exceptionem sciat cõpetere, qua repellat aduersarium, post quadriennium restitutionem implorandam, si ea non sit vsus exceptione, visus sit tacitè eam litis intentationem approbasse. Quidam verò volentes hos nodos extricare, cõsiderarunt hac in re, nescio, quot casus huic negotio deseruientes, qui secundum ipsos sunt præscriptæ materiæ adaptabiles. Ita enim aiunt † Aut præfigitur tempus iudici, par
7 ti seu actioni. Si iudici † tunc ab eo post tempus fieri nihil
8 posse, factumque non tenere. l. peremptorias. C. sen. rescin. nõ posse l. sed etsi susceperit ff. de iudic. Facit l. exceptionẽ. ff. de probat. eodem modo, si præfinitum fuerit tale tẽpus iurisdictioni: tunc enim postea à iudice facta corruunt. l. 2. §. sed iudex. ff. de iudic. l. si cùm dies. §. si intra. & l. non distinguendum. §. 2. ff. de arbit. & l. cum non eo die. C. quãdo prouoc. non est necesse. Quod † si ad actionem habeatur consideratio, potissimum eius substantiam, tunc sublato tempo-
9 re expirat actio, & quæ sequuntur, eliduntur. l. 2. C. ne
10 de sta. defuncto. Facit l. fi. C. de dolo. Si † verò non habeatur respectus ad actionis substantiam, sed ad litis instantiam, poterit eo casu de nouo iudex cognoscere. argu. §. illud quo-
11 que. in Auth. de hære. & falci. Si verò parti † poterat iudex, non reclamante aduersario, post quadriennium de restitutione cognoscere, cùm volenti non fiat iniuria: hæc ipse. Quæ eorum distinctio augere potius videtur difficultatẽ, quàm vt eam explicet; qui superuacaneum esse existimauerim, quod ij recensuerunt, debere spectari in tempus iudicij, seu parti præstitutum fuerit: quia hæc inter se confusionem admittunt. quod ego de quadriẽnio, de quo agitur, ita doceo: qui putem id tempus & parti, & iudici esse præfixum, de parte hoc ipsum fatentur. quod verò ad iudicẽ spe-
12 ctat: hoc manifestè liquet ex eo † q; ab eo imploratur restitutio. Sic habes ex his attẽdi eorum præscriptam distinctionem non debere: qua sepositа, dicendum putauero, etiam
13 † lapso quadriẽnio restitutionem posse impetrari, & terminari, modò ante elapsum quadriennium non reclamauerit, nec impetrantem à læsione submouerit. Sic nõ obest, q; restitutio, cùm extraordinariam sit, refrenari debeat; hoc enim procederet, nisi partis cõsensus accederet, in cuius fauorem restringitur. Quod autem consideratum fuit de triẽnali instantia, vt post eius lapsum sententia lata nulla sit, id etiam locum non haberet, vbi partis contrarius consensus proponeretur, idque parti ita volente fieret.

Possit num à iudice protelari quadriennium?

SVMMARIVM.

1 *Quadriennium à iudice secundùm communem Doctorum sententiam protelari nequit: sed contrà num. 3.*
2 *Tempus ad prosequendum appellationem datum nequit prorogari.*
3 *Legis maiorem, quàm iudicis esse quibusdam in causis protelandis authoritatem.*

CAPVT XLVIII.

SOlet etiam exquiri, vtrum † hoc quadriẽnium pos
1 sit quandoque à iudice protelari? In quo concluditur q; non, cuius rei simile † determinatur in tẽ
2 pore dato ad prosequẽdum appellationem, quod prorogari nequit, vt est annotatũ in auth. offeratur. C. de litis contest. idque non ab re statuitur in quadriẽnio, cùm à lege sine iudicis ministerio concedatur. Crediderim tamẽ posse hoc tempus protendi, si id causà legitima suaserit: qa pendente quadriẽnio, iudex absens fortasse fuerit, aut egro
3 tus, ita vt quadriennio pendente, nequiuerit restitutionis causam terminare † & re vera lex tali casu dicitur potius protelare, quàm ipse iudex, cùm velit eas causas legitimas subducendas esse ab eo quadriennio: sic hoc lex operatur, non autem ipse iudex.

Omissio probationis aut allegationis, seu exceptionis à minore facta inducit restitutionem in integrum?

SVMMARIVM.

1 *Minor omissa probatione, seu allegatione ad dirimendam institutam litem necessaria, quibus legibus restitutionem impetrare possit, & debeat?*
2 *Restitutionem ei concedendam, qui per solam procuratoris assertionẽ à se necessariam probationem prætermissam esse fatetur.*

CAPVT XLIX.

QVm autem primùm premiserimus, minorem læsum posse restitui, opportunum videbitur, vt aliquot exempla executiamus, quibus patere possit, an & quando restitui is debeat? quibus intellectis, facilè discernes alios casus, restitutionem non recipientes: seque primum offeret vnum,
1 in quo aliquando scio dubitatum fuisse, Quid † si minor in lite, quam instituit, probationem, aut allegationẽ, quę necessariò erat proponenda, omiserit: an tibi restituendus videbitur, qui de nouo eam deducat? Qua in re sensserunt quidam sine controuersia restitutionem dandam: ea tamen lege, vt minor allegare coloratam causam debeat, ita vt si verà esset, saltem in toto, vel parte ipsam sententiam retractationi submitteret, vt etiamsi nihil ipse præstiterit, nec aliud probauerit, sit tamen restituendus. Quod etiam testatur Butri. in cap. cum venisset. extra de restitu. spoliato. Idem etiã tutatur Specu. sub titu. de restitu. in integ. §. j. versi. illud. Et hoc manifestè comprobatur in c. auditis. de restitutione in
2 integrum. in quo patet † per solam procuratoris assertionẽ ei qui à se prætermissam necessariam probationem fatetur, restitutionem dari.

Hoc loco excutitur, vtrum præcedens restitutio sit sine causæ cognitione facienda?

SVMMARIVM.

1 *Restitutionem ex sola partis allegatione, etiam lata sententia, aduersum probationem omissam indulgeri.*
2 *Ecclesiæ, & minoris, quo ad restitutionem, eadem ratio, & ius idem.*
3 *Minor contra temporis cursum sese restitui petens, nulla re alia indiget, vel probatione, quàm vt de solo temporis fluxu iudicem doceat.*
4 *Pupillus, solo exhibito processu, ne aliquo insigni damno afficeretur, à senatu Dolano restitutus.*
5 *Restitutio, causa præsentibus aduersarijs, vel hisce per contumaciam absentib. cognita, concedenda.*
6 *Prætor, antequam minorem restituat, de minoris causa, atque negotio certo inquirere, atque doceri debet. & num. 10.*
7 *Sententiam Curtij de restitutione minoris esse prauam: & tex. §. si minor. ff. de iureiur. in sinistrum sensum detectum.*

Qui

Source : BIU Cujas

8 *Qui per alium facit, ipsemet agere putatur.*
9 *Minor læsum se proponens, ob exceptionem, uel probationem omissã, operam perdit, si eam testibus coadiuuare nequeat.*
11 *Acta causæ prius considerãda, & perscrutanda, priusquam restitutio conceditur.*

CAPVT L.

1 ACcedit his cap. suscitata. eodem titu. vbi † ex sola partis allegatione, etiam lata sententia, aduersum probationem omissam indulgetur restitutio: qđ certè nemo non iudicabit esse satis mirabile, cũ hoc capite concurrentem videas contra allegantem malitiæ præsumptionem: nec dixeris textum illũ in Ecclesia loqui, vt in ea specialitatem inducas † cum idẽ iuris, & rationis sit in minore, quem lex eo casu nõ minus quàm Ecclesiam introspiciat: eamque opinionem propenso animo sequitur Curt. consi. 66. In cuius confirmationem considerat facere glo. in l. fi. C. in quib. cau. in integ. restit. non est necessaria, è qua desumitur † si contra temporis cursum minor se restitui petat, sat ei consultum videri, si de solo temporis fluxu docuerit, ita vt probare non teneatur, rem illam primùm, quàm præscriberetur, suam fuisse: quasi admittere videatur sufficere, vt minor probationẽ omissam proponat, & se inde læsum asseueret: hoc potissimum allegato, ei plurimum expedisse, quod omisit probare: quo probato vincere is debeat, vt ex opposito ipse aliàs succumbat. Ad hæc an notabis, pupillum † à senatu Dolano restitutum, vt is processum suum exhiberet: quia ab ea exhibitione per sententiam iudicis interlocutoriam priuatus mansisset, & declaratus, quod aiunt in praxi Fourcloz, de non exhibendo. Fuit autem eam re consideratum, si non restitueretur, posse maximo damno & incommodo affici: quia aliter à lite excideret, in qua tamen vinceret, si de actis litis appareret. Sed ita fuit admissus, vt sufferre litis expensas teneretur. Præcedentib. tamen plurimum refragabitur, quod scribitur † causa cognita aduersariis præsentibus, aut si per contumaciã abfuerint, restitutiones concedendas, vt est in l. in causæ. §. causa cognita. ff. de mino. Quomodo igitur citra aliam examinationem, aut documentum aliud, quàm solam minoris assertionẽ talis indulgebitur restitutio, vt hac causa necessariam esse aliquam indagationem, etiam quã tumuis summariam, prima fronte existimauerim, & à minore, vel tantillum eius probãdum esse: Nam etsi re ipsa pateat, exceptiones aut probationes, de quib. à minore contenditur, missas, necvt fuit opus, propositas: Eam tamen perscrutationem omnino necessariam putauerim, an sint legitimæ tales exceptiones. Examinandum denique num ea probatio sit releuans? quasi dixeris an probata confirmare intentionem minoris posset, aut si negotio inseruiat? Ad quæ facit ca. vt debitus. extra de appel. in cuius opinionis tutelam conducit lex: nam & postea §. si minor. ff. de iureiur. vbi si iuramentum minor detulerit, & hoc ipso captũ se asseueret, ipsum
6 Prætorem cognoscere oportebit, an deceptus fuerit † idque primùm, quàm in integrum restituat. Scio tamẽ Curtium
7 præfato consilio text. illum sic declarandum censuisse † vt contrariæ sententiæ secundum suam inductionem inserui re asserat. Primum docens loqui in minore, restitutionem petente, aduersum factum suum, quod ipse, auctore tutore seu curatore, gesit. hocque casu difficilius restituendum, quia cesset omnis doli præsumptio, modò tutoris seu curatoris authoritatem, quæ negotio accessit, attenderis: quasi sit verosimile, tutorem, seu curatorem scientes omittere noluisse, quòd minori necessariò conuenire cognouissent, vt bene hoc casu summaria quædam exigatur cognitio, cum non sit quæstio pleni, sed saltem semipleni præiudicii: atq; in his terminis existimauit §. illum, si minor. procedere, quasi secus censendum putauerit, vbi à minore imploratur restitutio, contra id quod à curatore, aut eius procuratore, quem in lite constituit, fuit omissum, puta in casu, quẽ primum annotauimus, de probationib. vel exceptionibus necessariis prætermissis. Quæ ad prefatũ §. declaratio vera mihi non videtur, quam in primis diuinatiuam esse crediderim, cum ex ipsa textus serie nullo modo pateat, delationẽ iuramenti, cuius ibi est quæstio, tutoris authoritate accedẽte factam, imò simpliciter hoc habent verba tex. si minor iusiurandum detulerit, nullo alio expresso. Præterea non video, quomodo probè defendi, aut intelligi possit, quod ipse scribit, difficiliorem esse restitutionem, si de facto minoris retractando agatur, in quo accesserit curatoris authoritas, quàm si simpliciter curator ipse gessisset. Nã postremo hoc casu, in quo consistit vis, & energia negotij, minor ipse sat feciisse censetur, cuius nomine consumatum fuerit negotium † cum qui per alium facit, ipse agere videtur, vt est in
8 vulgata regula, qui per alium. ff. de regu. iur. nec video, quare vno casu magis, quàm alio, exigi debeat plenior probatio: quia indubitatum sit de læsione vtroque capite agi, & minoris factum pponi. Quo fit, vt ego omnib. ad amussim perpensis dicendum existimauerim, saltem eo textu summariam cognitionem desiderari, quum ad hoc, vt minor se læsum per omissionem probationum doceat, probare debeat testesei esse, quib. sit intentionem suam edocturus, aut
9 adesse documenta alia, puta instrumenta. Nam † frustra se is læsum proponeret ob exceptionem, vel probationem omissam, si eam testibus coadiuuare non posset. Quæ quũ ita se habeant, oportet summariè rẽ examinari, imò quod est efficacius, & literæ eius ardentius. Non mirum, si delato à minore iuramento, ex quo se deceptum affirmet, Prætor, priusquã restituat, excutere debeat, an deceptus sit: quũ veritas hoc habere possit, vt benè iuratũ ab aduersario fuerit, vel fuisse minori necessariam iuramenti delationẽ, cui fortasse non adsint testimonia alia: quia testes, quib. vti debuerat, ab humanis decesserint, vt meritò Prætoris partes necessarias esse lex introduxerit. Quæ tex. consideratio est
10 planè casui nostro adaptabilis. Nam † quũ minor se aduersum probationẽ uel exceptionem omissam petit restitui, etiam quod de omissione appareat: tamen hoc iudicis iucũbit officio, uideat, & perpendat, an ex actis causæ illius exceptionis noua propositio sit pro futura. Nã si taliter elideretur, frustra ad eã minor admitteretur: imò hoc esse potest, vt tali probatione is non egeat, qui fortasse intentionẽ suã sat aliis adminiculis probarit. Atque hęc omnia eò tendũt,
11 quo intelligas, primum † quàm concedatur à iudice restitutio, acta causæ esse perscrutanda, & summariam desiderari cognitionem. Cæterùm hac in re attentissimum oportet esse iudicem, qui examinare rem, de qua agitur, debeat: vt ex eo possit per se excutere casus, quibus cognitio sit de nouo necessaria, aut alias omittenda. Sũt. n. damnabilia exẽpla, læsionem ipsam manifestè testantia, in quibus nulla alia est opus indagatione, quorum ego duo in praxi accidisse memini. Prius autem erit huiusce modi.

Implorari à minore potest restitutio, quòd is litis contestationem in causa sua omiserit.

SVMMARIVM.

1 *Litis contestatio ad restitutionem in integrum maximè necessaria.*
2 *Pars aduersaria, cessante vel omissa litis contestationis solennitate, ab instantia absolui potest, & minor ad nouum processum admitti.*

CAPVT LI.

MInorem † restitui memini, cp in causa, quam intentauerat, omisisset litem contestari: quæ tamẽ erat solemnitas non solùm necessaria, imò secũ
1 dùm municipalem legem ita requisita † vt citra restitutionem potuisset ex defectu eius solennitatis pars aduersa ab instantia absolui, & minor ad nouum alium processum admitti, qui solutis tamen primùm expensis, restitutus est. Erat autem talis de se patens & manifesta.

Si erronea sint minoris acta, restitui minor poterit, vt hæc reformentur.

SVMMARIVM.

1 *Iudicij possessorij gardiæ, & iudicij possessorij nouitatis diuersi termini.*
2 *Minor licet mandato nouitatis non contradicat, tamen restituitur, & ratio subijcitur.*

CAPVT LII.

IVenit & simile aliud in vidua quadam, quæ intentauerat possessorium iudicium per manutentionẽ gardiæ: hoc enim apud nostrates termino vtimur. Cæterùm in quibusdam actis eius litis sui
1 procuratoris inscitia scriptum fuerat † tunc ipsam in causa possessorij iudicij nouitatis comparere: quod iudicium est penitus diuersum ab illo iudicio gardiæ, vt in hac occasione peteret, se ad eius tam manifesti erroris correctionem admitti. Et quum hic error ex actis ipsis agnosceretur, fuit planè admissa, vt in actis illis erroneis conscriberetur alia qualitas, & de qua in prioribus actis causæ patebat: Et ex quibus verè desumebatur ab ea intentatum prius gardiæ iudicium possessorium: atque hac occasione mandatum fuit à Senatu Burgundo iudici ordinario, vt sepositа eius erroris consi-

Source : BIU Cujas

consideratione, ipse litem instrueret, & terminaret. Me etiã tenet memoria, similem casum in praxi discussum, Restitu-
2 tum † a senatu Dolano minorem, q̃ is intra annum iuxta eius loci municipalem legem non contradixisset mandato nouitatis (ita enim illi nominant) contra eum impetrato, quod vocauimus interdictum, Vti possidetis, nec fuit in eo aliqua difficultas: quia certum esset, minorem tali negligẽtia læsum, qui aliàs a possessoria lite succumberet: quum tamen sit optimum commodum possidentis, vt in §. commodum Insti. de interd. Eiusdem etiam farinæ exemplum euenit in pupillo restituto contra eandem negligentiam, quæ tamen post patris mortem acciderat: quia patre viuente fuerat in eum, Vti possidetis, interdictum intentatum: cum interim tamen ante anni lapsum decessisset, vnde maxima dubitatio hoc capite versabatur, quia cepisset cursus annalis a patre, & ita restitui debere minorem per l. Aemilius. ff. de mino. Fuit tamen talis hæsitatio reiecta, q̃ tempus legale esset, non conuentionale: in quibus terminis purę conuẽtionis loquitur ea l. Aemilius.

Quartæ dilationis prætermissio quum necessaria esset, facit, vt ad eam proponendam possit minor restitui.

SVMMARIVM.

1 *Examen summarium an requiratur, quarta dilatione in litis processum à minore, ad quam denuo se restitui petierit, prætermissa.*
2 *Minor probans sibi necessariam esse dilationem, eum de læsione ipsa constat, nulla alia vlteriore indagatione opus habere præsumitur.*
3 *Minore quartæ dilationi renunciante, pars aduersaria secundùm quosdam audienda, & lis terminanda.*

CAPVT LIII.

VOlo tamen tu istud emunctius intelligas, non extra rem videbitur hic aliquot casus, exempli gratia, effingere, ex quib. feres iudicium, an in eis citra aliam cognitionem possit restitutio dari? Atque hunc priorem casum, quem hoc ordine inferre licebit, vi-
1 di quandoq; praxi accommodatum. Minor † contra quendam agens quartam dilationem in litis processum prætermiserat, ad quam de nouo petebat se restitui: in quo dubitabatur, an hoc casu requireretur summarium examen, & vtrum pars aduersa super eo esset audienda. Memini autem
2 quosdam ex senatoribus Burgũdis tunc sensisse † nulla alia esse opus indagatione, quòd de læsione ipsa omnino pateret, potissimum per omissionem illius dilationis, quam sibi necessariam esse tutabatur minor, quòd ei opus esset testium examinatione, quos ipse in promptu exhibebat, saltẽ nominabat. Alij verò ex opposito defendebant partem esse
3 audiendam † quia fortasse posset ab ipsa obiici ei quartæ dilationi a minore renunciatum, imò inquiri à iudice debere, an ex actis pateret minoris intentionem sufficienter probatam, maximè testimonio eorum, quos examinãdos prius in eadem lite curasset, vt frustra ad nouam probationẽ non admitteretur. Quorum opinionem secutus tandem fuit Senatus, qui non extricauit illam restitutionem sic petitã, nisi primum adhibita quadam summaria cognitione, quæ omnino visa fuit necessaria.

Vbi minor à sententia in eum lata non appellauit, restituitur, vt prouocet.

SVMMARIVM.

1 *Prouocationis definitio.*
2 *Minor ad restitutionem non admittitur, nisi prius edoceat causas, ob quas restitutionem mereatur.*
3 *Cognitio summaria causis adhibenda, si parti aduersanti ius quæsitum videatur.*

CAPVT LIIII.

QVid autem si minor à sententia cõtra ipsum pronunciata, non appellauerit, an ex eo planè citra cognitionem aliam restitui debeat, quum de dãno sat pateat † quia non appellauerit? Potuisset
1 enim sua prouocatione sententia rescindi, quæ est efficax ratio, qua doceatur fuisse læsum. Verius tamen est, & rationi consonantius, vt summariè cognoscat iudex, an minori appellasse expedierit, quum hoc esse possit, vt ipse iustè condemnatus fuerit, ita vt eo casu sit eius appellatio prorsus
2 reiicienda. Et ideo † minor ad eam restitutionem non admittitur, nisi primum edocuerit, se aliquid habere, ob quod ipse vincere debeat, quæ fuit quorundam sententia: quam tamen ego probare nequeo. Quid enim is proponere poterit, si potissimum lata loquamur sententia, quum ex eisdẽ actis secundùm municipalem l. Burgundiæ sit iudicandum & appellatio decidenda? Qua de re innitendum erit huic
3 sententiæ † vt postremo hoc casu summaria cognitio sit negotio adhibenda, quando potissimum parti aduersæ ius sit quæsitum, & ex his assumere casum alium poteris.

Si minor primum quàm ferretur sententia, appellationi renunciauit, poteritne restitui?

SVMMARIVM.

1 *Cognitio causæ vtrum requiratur, si minor lata sententia appellationi renunciauerit, & restitutionem petierit?*
2 *Minor, si compromissum faciat, eo ipso læsi censetur.*
3 *Minor iniustam fouens causam, nihil ex appellatione fructus percipere debet.*
4 *Minores si in iudicem compromiserunt, & auctore tutore stipulati erunt, in integrum restitutionem iure desiderare creduntur.*
5 *Minores, iusta obseruata solennitate, ratione compromissi restitutionem petere possunt.*
6 *Cognitionis quid adhibendum, quomodo certum sit compromissum.*
7 *Lex quo pacto minorem ex compromisso læsum asseueret?*
8 *Compromissum cum cognitione terminandum.*

CAPVT LV.

1 SI minor † primum, quàm sententia ferretur, appellationi renunciauerit, ac tandem se restitui petat, nonne id cum causæ cognitione tractabitur? In quo voluit Barto. in l. minor 25. annis filiofamilias. in §. j. ff. de mino. nullam adhibendam cognitionem, quum hoc esse possit, vt iniustè ferri debeat sententia, idq; a ratione eius §. in quo habetur
2 minorem censeri læsum eo ipso, q̃ compromisit, quasi cõpromittere non debuisset: quia eius ius forsasse clarum, liquidum, & indubitatum esset. Ipse tamen crediderim, etiã hoc casu cognitionem desiderari: idq; à iudice examinandam, an consulto hic minor appellationi renunciauerit?
3 quod ita egisse potuit † quia fortasse is iniustam foueret causam, quo casu quid ei appellasse profuisset, & hoc facilè ex actis, & munimentis processus coniici poterit. Nec sequitur, minorem censeri læsum; quia compromiserit, hoc enim admitto: sed qui putem, de læsione ipsa esse vtrunque cognoscendum, vt per illum tex. nõ tollatur talis cognitio, quod satis suadere uidentur verba eius §. fi. hoc habẽtia, mi-
4 nores † si in iudicem compromiserunt, & tutore auctore stipulati erunt, in integrum restitutionem aduersus talem
5 obligationem iure desiderant. Ecce † q̃ ex tali cõpromisso possunt petere se restitui: sed id intelligendum est, obseruata solennitate, nec prętermissa qualitate ad hoc necessaria,
6 qualis est leuis illa negotij examinatio. Poterit † tamen acutus Lector expostulare, quid cognitionis erit adhibendum, quomodo certum sit compromissum, ac lex ex eo læsum
7 minorem adfirmet? Respondeo † idem proponi cæteris casibus, quos supra deduximus, posse, puta quum non appel-
8 lauit, demum in omissis allegationibus necessariis † in his enim lex, vt in compromisso, iubet restituendum, & tamen id vult terminari cum cognitione, vt ea verba restitutionẽ aduersus talem obligationem exigentia non excludant illud examen leue & summarium.

An minor ex compromisso seu laudo, tam in arbitrum, quàm arbitratorem facto, læsus re ipsa censeatur, ita vt restitui debeat, & quæ cognitio exigatur?

SVMMARIVM.

1 *Minor compromittens appellandi beneficio priuatur.*
2 *Minor minus lædi creditur, si in arbitratorem, quàm si in arbitrum, seu iudicem compromittat.*
3 *In iudicem, & arbitratorem eadem quidem ratione, sed dissimili in arbitrum fit compromissum.*
4 *Minorem ipsa re non læsum esse asserit, qui in iudicem vt arbitratorem compromissum admittit.*

Minor

5 *Minor rem ſuam ordinario iudicio aſſequi valens, rectius hanc viam ſequetur, quàm ſi compromittat.*
6 *Cognitionem ſummariam ad reſtitutionem efficaciorem, & firmiorem compromiſſo cenſeri.*
7 *Minor læſum ſe proponens, quòd infra præfixum à iudice terminum non probauerit, quibus conditionibus in integrum reſtituatur?*

CAPVT LVI.

QVod etſi eius examinis non eſſe habendam rationem admiſero, facilè tñ eſt, vt reddatur ratio, quare id magis in compromiſſo, quàm cæteris caſibus ſtatutum fuerit, & cur ipſa re læſus minor ſit compromittendo in iudicem, vt uult ille §. Hoc enim fit,
1 quòd † vt ab arbitri ſententia emitti nequeat appellatio, l. j. ff. de arbitris, ita & compromittendo appellandi beneficio priuatur. Quæ eſt ratio glo. in j. §. quam ſequitur ibi Barto. qui ſecus exiſtimauit ſtatuendam, ſi in arbitratorem compromittatur, quum re ipſa minor lędi non poſſit, quaſi eius interſit compromiſiſſe, cuius fortaſſe cauſa eſſet dubia, ſicut quandoque ipſius intereſt iuramentum deferri, vt in l.
2 tutor. ff. de iure. ſic re præſcripta edocebunt † ex ſolo arbitratoris compromiſſo minorem non ita lædi, vt offenditur, ſi in arbitrum ſeu iudicem cõpromiſerit. Dein adnectit aliud Bar. in eodem §. quod plurimum accedere videtur in meæ
3 opinionis confirmationem. Nam † ipſe ibi in iudicem nõ poſſe compromitti vt in arbitrum aſſerit, ſed tanquam in arbitratorem, per l. ſed etſi ita in ſeruum. ff. de arbit. vt putet verba eius tex. ſi *in iudicem* fuerit compromiſſum, eſſe intelligenda *in iudicem*, & in arbitratorem, tanquam in iudicem. Quæ declaratio nonne planè confirmat propoſitum
4 meum, maximè eo textu cognitionem non tolli? Nam † ſi *in iudicem* ut arbitratorem compromittatur, admittit ex compromiſſio arbitratorio, minorem ipſa re læſum non eſſe: Imò primum, quàm reſtituatur, opus ei eſſe aliqua probatione, puta quia non expedierit compromiſiſſe. Sed ego etiam aliter poſſe declarari illum §. exiſtimauerim, nimirũ ſi reſtitui poſſit minor, ꝙ in iudicem compromiſerit: quid
5 enim erat compromittendum? cum † ipſe ordinario iudicio rem ſuam aſſequi poterat, quæ erat via lõgè aptior, firmior & ſtabilior, quam compromiſſoria: ex quo compromiſſo non oritur actio, vt in l. cum antea. C. de recept. arbit. quod ſecus agnoſcis in iudicato. Atque hęc mihi vita eſt prima fronte vtcunque concludens conſideratio, quæ tamen me
6 nullo modo reuocata concepta ſententia † cognitionem quantumuis ſummariam requiri: & ideo tunc excuti poterit, an huic compromiſiſſe, vel non expediens fuerit, atque ad horum veriorem intelligentiam poteris confugere ad Bar. conſilium, quod incipit: Quæritur, an ſtatutum de compromiſſis, demum ad Caſtren. in l. nam & poſtea. §. ſi minor. ff. de iureiur. vbi etiam Ang. aliquid attingit: videbis denique Imo. hoc vtcunque tractantem in l. cum hęreditas. l. j. ff. ad Trebell. Ex quibus omnibus hoc modo concludes:
7 Si † minor ſe læſum proponat, quia infra prędixum a iudice terminum, quòd in libello deduxerat, nõ probauerit, haud erit tanquam læſus ſtatim reſtituendus, niſi primum edocuerit, neceſſariam eſſe talem probationem, ac teſtes adeſſe qui de eo ſe depoſituros aſſeuerent: quæ omnia oportebit attentè iudicem perſcrutari, & rimari.

An contra triginta annorum præſcriptionem poſſit à minore implorari reſtitutio?

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptiones omnes ſecundum conſuetudines Burgundicas ſpacio triginta annorum claudi, & terminari.*
2 *Actori contra præſcriptionem triginta annorum ſe reſtitui petenti reſtitutionem ſecundum quoſdam minimè impertiendam, quamcunque tandem vel iuris in ſuo repetendo, vel tardius intentatæ litis rationem cauſetur.*
3 *Verba l. omnes. C. de præſcrip. triginta, vel quadraginta annorum. pleniſſima munitione ſecurus, declarantur.*
4 *Scientia ab ignorantia non diſtinguitur l. fi. C. de prędcript. lon. temp. idq; rationibus annexis declaratur.*
5 *Reſtitutioni locus tam triginta, quàm quadraginta annorum conceditur, ſi iuſtæ & probabilis ignorantiæ cauſa prętenditur.*
6 *Præſcriptionem triginta annorum ex non petentis cauſata negligentia iudicari.*
7 *Expertem aut ignarum ſui iuris in petenda reſtitutione moræ coargui non poſſe.*
8 *Hæredi, defuncti factum ignoraſſe aſtruenti, omnino reſtitutionem dari oportere.*
9 *Reſtitutio quibus legibus indulgeatur ei, qui vel propter inundationem vel alia impedimenta iter non ingreſſus fuerit tempore ad id prędſtituto.*
10 *Scientiæ & ignorantiæ caſus diuerſi.*
11 *Ignoranti quamobrem in quibuſdam caſibus magis ſit, quàm ſcienti fauendum & ſubueniendum?*
12 *Ignorans moræ & negligentię ſuſpitione vel culpa carent, reſtitutionem meretur.*
13 *Reſtitutio, data ignorantia, indulgetur, ſi ex præſciptione 30. vel 40. annorum pleniſſimam adeſſe ſecuritatem conceſſum fuerit.*
14 *Securitas pleniſsima ea intelligitur, quę ad ordinariũ refertur auxiliũ.*
15 *Præſcriptiones tam trigenariam quàm quadragenariam eſſe conformes, & à pari fonte delibari, ſecundùm quorundam opinionem.*

CAPVT LVII.

PRęcedentibus commodè ſubijcietur elegans, & diffusè admodum excuſſus articulus: An aduerſus prędſcriptionem triginta annorum implorari poſſit reſtitutio? Cuius dubij extricatio plurimũ conferet ad declarationem conſuetudinis Burgundiæ, qua
1 diſponitur † omnes præſcriptiones ſpacio triginta annorũ claudi & terminari. Quod vt planè aſſequare, nõ incòcinnũ videbit hic recẽſere caſum, quẽ ego memini accidiſſe apud
2 Burgundũ ſenatũ. a quo † quidã ſe reſtitui ꝫ pſcriptionẽ 30 annorũ expoſtulabat: hoc potiſſimũ ſua ſupplicatione dedu cẽs, ꝙ in eã vſq; diẽ, ſibi ius fuiſſe ĩ re, cuĩ tũc erat q̃ſtio igno raſſet, ac nouis q̃buſdã inſtrĩs repertis ĩtellexiſſe poſſeſſionẽ, de qua ageret a maioribus ſuis ꝓceſsiſſe: in quo nõ leuis exurgebat hęſitatio, nunq̃d deberet ipſe reſtitui? & an ꝯſuetudo, in qua p̃ſcriptionis t̃ps eſt limitatũ, poſſet ex capite ignorantię, aut alterius ꝓbabilis cauſę alterari? Quod aũt res ipſa dubitatione nõ careat, tu vel ex ſequẽtibus apertiſſimè aſſequi poteris. Nam abnegandã eo caſu reſtitutionẽ primũ ſuadet
3 l. oẽs. C. de p̃ſcr. 30. ſeu 40. annorũ † ſub illis verbis, pleniſſima munitione ſecurus, q̃ textus in quadragenaria p̃ſcriptione loquit̃. Per quę verba gl. in l. ait p̃tor. §. ꝓmittit̃. ff. de min. aſſerit ſublatũ eſſe reſtitutionis beneficiũ. Facit deniq; l. fin.
4 C. de p̃ſcr. long. tempo. in qua habet̃, ſcientiã † ab ignorantia nõ diſtingui, ne altera dubitationis inextricabilis oriatur q̃ſtio, vt diſcerni poſſit, an verè hic ignorauerit, & quid attẽdi, quantum ad ignorãtiam iuſtam, debeat: quod fit vel hac cauſa ne incerta ſint rerũ dominia: quæ quum ita ſe habeãt nonne reijcienda erit reſtitutio? imò tex. ille in coronide adnectit, reſtitutionis cauſam perfectiſſimè definitam manere: quod ſatis reſtitutionẽ refellere vr̃. Quæ ambę leges docent, vtrunque tã in reſtitutione triginta, q̃ quadraginta annorũ procedere, maximè habita ꝯſideratione ad titulorũ ſi
5 tuationẽ, ſub quibus ſunt repoſitę ex oppoſito † ꝙ vtroque caſu locus ſit reſtitutioni, maximè accedẽte iuſta & ꝓbabili ignorãtia, facit ꝙ tps petendę reſtitutionis ignoranti nõ curat, ita hoc atteſtante Bar. in l. pen. C. ſi ex falſis inſtr. Cuius
6 opinio vel hoc vno põt ꝓbari † ꝙ 30. annorũ prędſcriptio,
7 imò ẽt maior iudicat̃ ex nõ petẽtia cauſata † qua mora non põt ignorans argui, vt in c. j. §. j de proh. feu. alie. per Lothariũ. Atq; hoc efficacius ꝓcederet, effigiando exemplũ in hęredibus † qui ſe defuncti factũ ignoraſſe ꝓponerẽt, vt in l. q̃
8 in alterius. ff. de reg. iur. Quę ignorantia tã de ſe prędgnans, & efficax eſt, vt citra oẽm ꝓtrouerſiam hęredem reſtituẽdum eſſe nemo ſit abnegaturus. Quod teſtat̃ Bart. in l. cum filius. §. in hac. & l. ad diem ff. de verb. obl. Idq; etiã fixo animo ſeq tur in l. j. §. ſi quis aũt. ff. de itine. actu. p̃tiu. necnon in l. ſenatus. ff. de off. præſid. Atque † ad hoc ſunt exactiſſimè perſcru
9 tanda verba illius §. ſi quis propter. Vbi ſi quis propter inundationẽ nõ ſit hoc ãno itinere uſus, cũ ſupiore id egiſſet, poterit repetito die eo interdicto ꝓ reſtitutionẽ vti, potiſſimũ ex ea parte, ſi qua mihi iuſta cã videbit̃. E quo textu deſumi poſſe exiſtimauit Bar. ẽt ꝫ impeditũ facti impedimẽto p̃ſcriptionẽ currere, ſed aduerſus eã reſtitutionẽ ꝓpetere, & eadẽ ratione dãda, ſi mõ ꝓbata fuerit ignorantia: qđ & adhuc efficacius illo textu ꝓbari adfirmat, in quo diſponat̃. Et ſi p vim acciderit, me meo itinere nõ vſum, reſtitutionẽ tñ indulgendã ex Marcelli ſnĩa. Mihi tñ eũ tex. examinãti q̃q, in mẽtẽ venit, parũ aut nihil quadrare negotio noſtro, cũ aſsũptus caſus ad ignorantiã referatur, ſitq; diſputationis noſtræ ſumma. An ignorãs ꝫ p̃ſcriptionẽ trigenariã ſeu quadrigenariã poſſit reſtitui? & tñ duplicia eius §. exẽpla ad eũ q̃ ſciuit referunt̃. Primus. n. ob inundationẽ, q̃ tũc eſſe ſciuit, ſuo itine
10 re deſiit. vti. Secũdus vim illatã nõ ignorauit. Sed † cũ ſciẽtię & ignorãtiæ caſus ſint diuerſi, qũo is textus poterit in eius ſnĩę ꝓfirmatione adduci? Facere tñ illũ ad ꝓpoſitũ planè intelliges, ſi hoc vnũ expẽderis, iõ ibi ſciẽti reſtitutione ſuccurritur

Source : BIU Cujas

ritur, quod impeditus fuerit: in quo cum ſcientia adſit, qua re lex & non ignoranti opitulabitur? Imò certè vrgētior, &
11 efficacior eſt ratio † cum magis ignoranti, quàm ſcienti faue re hoc caſu debeat, cum potuerit ſciens longè magis caſui obſiſtere, quàm ignorans: ita vt is textus ſic inductus & pon deratus omnino coadiuuet Bart. opinionem. Cæterùm eo dem textu poſt illorum duorum exemplorum enumeratio nem demum adnectitur. Præterea & aliis caſibus competit interdictum aie repetita, ex quibus quis ſolet reſtitutionem implorare, ita vt ad duo illa haud ſe lex reſtrinxerit: ſed cuius mentis potius fuerit in caſibus conſimilibus, idem iuris & rationis ſtatui debere. Agnoſcis igitur ignorantiæ exemplum ſub eorum verborum generalitate comprehendi, cū potiſſimum tunc adſit eadem, immo maior & efficacior, q̄ cæteris caſibus ratio, puta ſi de ſcientia agatur. His accedit lex, & Attilicinus. ff. de ſeru. ruſt. prædio. in qua excitatur nō inelegans hæc quæſtio: Si fons, ex quo aquæductum habeo, exaruerit, iſq; poſt conſtitutum tempus ad ſuas venas redierit, dubitatum eſt eadem lege, an num cenſeatur aquæductus deperditus? Qua in re tandem a Iureconſulto determinatur, vt ius, quod non ſua culpa, aut negligentia amiſerāt, ſed quia eo aquam perducere non poterant, talibus reſti-
12 tui debere. Quæ verba † q̄ non culpa aut negligentia, nonne id manifeſtum faciunt, ſuccurrendum eſſe per reſtitutionē ignoranti, cui nulla mora, nulla denique negligentia ſit imputabilis? Sic igitur ea opinione firmata, operæpretium videbitur reſpondere his, quæ in oppoſitum præmiſimus-
13 † maximè quod de perfectiſſima præſcriptione, & pleniſſima ſecuritate annotatum fuit. Nam etſi conceſſerimus ex præſcriptione trigenaria ſeu quadrigenaria pleniſſimam ad eſſe ſecuritatem: non tamen abnegabitur, quin reſtitutio data ignorantia ſit indulgenda, quod apertiſſimè teſtatur lex illa, & Attilicinus. quam certum eſt in impedito (quod aiūt)
14 facti impedimēto loqui. Accedet his aliter † eam pleniſſimā ſecuritatem poſſe ita itelligi, vt ad ordinarium referatur auxilium, nec fortaſſe poſtremam hanc declarationem tu abſurdam iudicabis, modò probaueris de præſcriptione agi, q̄ nemo neſcit titulum præbere: quia ex ea vtile reſultet dominium, vt cum lex habeat e tali præſcriptione pleniſſimam ſecuritatem exurgere, id ad ſecuritatem ordinariam, non autem extraordinariam debeat referri. Cuius ordinarię viæ excluſio nunquam facta cenſetur, niſi id ſpecificè ſit a lege deſignatum. Atque ex præſcriptis manebit defenſata Bart. ſententia per reſtitutionem in integrum ei qui ignorauit etiā aduerſus 40. annorum præſcriptionem ſubueniendum: immo etiam ſi longioris eſſet temporis præſcriptio. De ea autem, quæ eſt annorum triginta id nullam habet difficultatē cum paſſim, & communitet recepta ſit talis opinio, quam ēt in quadragenaria procedere, viſus eſt incidenter ſenſiſſe De cius conſilio 20. priore volumine, etſi id abſolutè ibi non fir-
15 met. Quem tamen ad id mouit † quia vtranque præſcriptionem cōformem eſſe aſſeueret, & a pari fonte delibari, quod teſtatur deſumi ex diſcurſu totius tituli. C. de præſcri. triginta ſeu quadraginta annorum. Eſt tamē, vt ad id attendat ſtudioſus Lector. Nam ego fragilem eius rationem eſſe crediderim. Putauit enim ita in quadragenaria, vt trigenaria præſcriptione diſpoſitum, quia æqualis ſit vtriuſque præſcriptionis formula, quod ego falſum exiſtimo: qui pro indubitato habeam, duas has præſcriptiones inter ſe diſſidere, vt te planè docebit ille titulus, C. de præſcript. triginta ſeu quadragīta annorum, quem tamen is in ſuæ ſententiæ coadunationem allegauit. Quare ſi inter ſe differentes ſint, & in multis diſſidentes, nonne euertetur eius æqualitatis ratio, in qua ipſe ſummum ſuæ intentionis præſidium collocauit?

Succurritur ignoranti contra præſcriptionem quadraginta annorum modò ſit iuſta & probabilis ignorantia.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia iuſta quæ credatur & habeatur?*
2 *Maiori etiam contra quadragenariam præſcriptionem eſſe dandam reſtitutionem, ſi legitima ignorantia ſubfuiſſe probetur.*
3 *Reſtitutio etiam aduerſus temporis fluxum indulgenda.*
4 *Verba illa, temporis fluxum, malè a Decio explicata, ab auctore ſuo ſenſui reſtituuntur & declarantur.*

CAPVT LVIII.

QVI tamen non abnegem, verè eum ſenſiſſe ad-
1 uerſus quadraginta annorum præſcriptionē ei, qui ignorauit ſuccurri, modò probabilis, & iuſta fuerit ignorantia. Iuſta † autem conſiderari poterit, vbi hic nouiſſimè defuncto, in quem præſcribebat, ſuceſſiſſet, vt eſt in l. qui in alterius. ff. de reg. iur. In quam opinionem deflexit animū Alexander veritatis pater, & præcipuus patronus, conſi. 169. vol. 2. Quo loco ex abundanti de-
2 fendit, Maior † etiam contra talem quadraginta annorum p̄ ſcriptionem, accedente legitima ignorantia, reſtitutionem dandam: adfirmans in eiuſdem conſilii calce, eam eſſe communem ſententiam, quam refert ita teſtatam a Doctorib. in c. 1. de reſtitu. in integ. libro ſexto, potiſſimum ab Hoſtiē. in c. contingit, extra de tranſactio. & ſua ſumma, ſub titulo de reſtit. in integ. in §. vtrum præſcriptiones. Ita etiam agnoſces ſenſiſſe Card. in Clementina prima, de reſtitut. in integ. Cui opinioni refert ipſe plurimum arridere illam Clementinam, in qua ſub generalibus uerbis diſponitur, aduerſum
3 temporis lapſum reſtitutionem indulgendam † ponderatis talibus verbis, temporis fluxum, quæ ad quodcunque tem-
4 pus etiam largiſſimum poſſunt referri. Sed † quod eius ad eū textum inductio ſit impertinens, quilibet e ueſtigio perpendet, qui hoc vnum apud ſe expenderit, illa verba, temporis lapſum, eſſe ſecundum ſuppoſitam materiam interpretanda, nec ad præſcriptionem quadragenariam, de qua ibi nō agebatur, debere extendi, aut ignorantię caſum includere: cuius nullo modo is textus meminerat. Quæ tamen eſt qualitas neceſſaria, & omnino requiſita, potiſſimum quod ad quadraginta annorum præſcriptionem ſpectat. Et ſi tu aliter eum textum declarādum probares, ſequeretur ex eo dura & a mente legum alieniſſima cōcluſio: puta cōtra quodcunque tempus etiamſi abeſſet ignorantia, reſtitutionem tribui poſſe. Secundum quam opinionem confunderetur vniuerſa reſtitutionis materia, quod ad p̄ſcriptiones ſpectat.

Subnectitur hoc loco, an aduerſus tempus longiſſimum, ſi acceſſerit ignorantia, ſit locus reſtitutioni?

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutionem etiam aduerſus longiſſimi tēporis, vtpote 40. uel 50. annorum præſcriptionem concedendam, & nu. 10. tam in conſulendo, quam iudicando, ab ea ſnia non deficiendum adſtruitur.*
2 *Præſcriptiones longiſſimi temporis odioſæ habentur.*
3 *Præſcribentem minore tempore ſolo titulo niti conſueſcere.*
4 *Reſtitutio etiam contra longum tempus data, cur præcipuè facta cenſeatur?*
5 *Argumentum a minore ad maius ductum, hoc ipſo infirmius eſt, quod a maiore ad minus ducitur.*
6 *Præſcriptionem longiſſimam iuſtis de cauſis nec odioſiorem minore, nec faciliori modo reſtitutionem dari probatur.*
7 *Diuturnitas temporis tantum introducere conſenſum exiſtimatur.*
8 *Præſcriptio longiſſima quatenus odioſa?*
9 *Præſcriptionis tam maioris quàm minoris temporis diuerſæ proprietatis, & quæ?*
11 *Reſtitutionem aduerſus longiſſimum tempus etiam ignoranti competere, cur quibuſdam videatur abſurdum & durum?*
12 *Quadriennio elapſo reſtitutionem abnegandam leges ſuadent.*
13 *Quadriennium ex poſtfacto cenſeri continuum, idq; quid efficiat.*
14 *Quadriennium vtile putatur, ſi iuſta accedat ignorantia.*
15 *Quadriennium in ignorantem perpetuò non competit.*
16 *Reſtitutionem aſſequitur, qui ſe læſum per longiſſimum tempus ignorauerit.*
17 *Creditor ignorans rem, de qua quæritur, ad alios poſſeſſores tertios deueniſſe bonorum, ob talem ignorantiam reſtitutione dignus habetur.*

CAPVT LIX.

QVOD autem primum ex Alexandri ſen-
1 tentia firmatum eſt † etiam aduerſus longiſſimi temporis præſcriptionem, acceden te iuſta ignorantia, reſtitutionem competere, ſequitur Panor. in capitul. vigilanti. extra de præſcrip. quo loco defendit eius capituli mentem, quæ ad quadragenariam p̄ſcriptionem refertur, etiam ad maius tempus decurſum poſſe extendi. Accedere eidem opinioni viſus eſt Alexander præfato conſilio. Quid enim, quod is ait, ſi contra longi temporis præſcriptionem puta triginta annorum, detur admiſſa ignorantia reſtitutio nonne multo fortius indulgenda videbitur cōtra alias longiores, puta quę ſint 40. aut 50. annorum? Vel potiſ-
2 ſimum hac vna ratione, q̄ † tales longiſſimi temporis p̄ſcriptiones odioſę ſint, vt eſt in l. fin. C. de ędilit. edict. Si odioſę, ergo ita interpretandę, vt quam minus ſit poſſibile offen-

Source : BIU Cujas

offendant. Solet enim, qui minore tempore præscripsit, solo niti titulo; quomodo satis liquet ex decēnali præscriptione, quæ fit inter præsentes, & alia viginti annorum inter absentes, vbi in ea quæ longissima est, nullus alius exigit titulus, innitimurq; tantæ temporis diuturnitati. hæc Alex. Si tamen huius argumenti nondum perfectius, distinctius, & emunctius attigerimus, patebit, me iudice, eius fundamentū posse in eum contorqueri, qui probare nequeat eam, quaz is præscripsit, differendi formulam. Si. n. quòd ipse ait, etiaz cōtra longum tempus detur restitutio, multò magis id fiet causa longissimæ tempestatis. imò potius, me iudice, docendum ab eo fuisset, si pro longissimo, ergo & lōgo ac minus breui tempore cum non de minori ad maius, sed viceuersa procedat illatio. Nec satisfacit ea ratio præscriptionem longissimam odiosiorem esse minore præscriptione, & ita faciliori via restitutionem dandam: quia putauero difficilius ex eo indulgendam. Nam si tanta temporis diuturnitas cōsensum tacitum introducat, erit vrgentior causa, quare ab eo ꝓ sensu discedi haud debeat, per quem ius radicatum, & fixuz in præscribentis persona manserit. Cæterùm iudicatur talis p̄scriptio odiosa, vt etiam eiusdem naturæ sunt cęteræ. Sed & adhuc id odium est tantum considerabile, quandiu præscribitur, non autem expleta præscriptione, vbi potissimum accessit tantum tempus, vt longius desiderari nō debeat. Adiuuat & meam opinionem, quod ab eo pensatum est in longissima præscriptione non desiderari titulum, solamq; temporis diuturnitatem sufficere: in præscriptione verò minoris tpis necessarium esse titulum: quia cum effecerit tempus longissimum, vt actus vim constituti habeat, iuxta l. hoc iure. §. ductus aquæ, quæ est ad id tritissima. ff. de aq. quot. & æstiua. bene sequitur, difficilius rem retractari de re. Sic ex his intelligis plus rationis esse: quare aduersum lō gissimum, q̄ longum tempus restitutio concedenda sit, etsi non abnuam, imò planè comprobem, rectè ab Alexandro existimatum aduersum tempus longissimum iusta & probabili ignorantia accedente, restitutionem dandam: sed nō ea ratione, qua ipse id confirmare voluit, vt ex eius manifesta confutatione sat habuisti: soletque a crebriore Doctorū turma, qui hac in re sunt versati, talis sententia tanquam cō munis probari, ita vt fateantur, non esse ab ea tam in consulendo, q̄ iudicando deficiendum. Quòd autem ignoranti p restitutionem lex adsit, habes glossam singularem in l. si partem. §. j. sub verbo non vtendo. ff. quemadmod. serui. amitta. necnon in l. j. C. de patria potestat. firmat Speclator titulo de præscripti. §. j. per Bartol. & Ang. in l. j. §. item si quis propter. ff. de itine. act. priu. Bald. in leg. Aristot. §. fi. ff. de donatio. Angel. in fin. ff. si quis testamento liber esse iuss. fuerit. Necnon in leg. annus ff. de calumnia. Innoce. primum in capitul. fina. extra de præscrip, Abbas in cap. fin. extra de præscrip. in antiquis Roman. in l. si verò. §. de viro. ff. sol. ma, & l. qui vniuersas. §. fina. ff. de iure emphyte. & in l. ventre, & l. Pantonius: ff. de acq. hæred. Bart. vtrunque in l. Senatus. ff. de off. præsid. plenè in l. Aemilius. ff. de minor. fusius in l. cū filius. §. in hac. ff. de verbo. oblig. Poterit tamen, qui sedulò negotium istud volet excutere, apud se considerare durissimum posse iudicari, vt ei qui ignorauit, competat aduersus tempus longissimum restitutio, quod ita docebitur. Nam siue in maiore seu minore annis 25. annis casum & exēplū effinxeris, nonne idem euenisse potuit vt a læsionis tempore integrum exciderit quadriennium? post quod abnegandam omnino restitutionem disponit l. fina. C. de temp. in integr. rest. pet. quomodo igitur in eum casum restitutionem dandam asseuerabis? sed hunc obicem ita dissolui posse autumarim vt verum sit tempus illud quadriennii ex postfacto continuum esse, sed hoc quod continuum sit, non efficit, vt ignorantem complectatur, etiamsi centum annis cucurrisset præscriptio, ita vt vtile semper fuisse iudicari illud quadrienii tempus debeat, accedente maximè iusta ignorātia. Et hoc ingenuo animo sequitur Alex. consil. 39. 6. volu. vbi refert non obesse, si allegetur lapsum quadriēnium qa tale quadriennium perpetuò in ignorantem non cōpetat aut currat, per excellētem Baldi doctrinam in l. falsam. de fi. instr. qua eo loco is testatur, si quis se læsum per lōgissimū tempus ignorauerit, aptè posse restitutionem assequi. Eiusdem etiam sn̄iæ fuit Alex. consi. 220. 6. vol. adferens ibi exēplum notabile de creditore q̄ nesciuerat rem, cuius tunc erat quæstio. primum ad alios tertios bonorum possessores deuenisse, vt in eum casum ob ignorantiam talem restitui posset. Quod autem ad maiorem spectat, non est in quo plus hæsitetur, cum ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videbitur, lex adsit. Quæ clausula satis fundamenti, & æquitatis assumit ab illa probabili ignorantia.

Diffusè hoc capite excutitur, an ob iustam ignorantiam possit peti restitutio?

SVMMARIVM.

1 *Ignoranti aduersus quamcunque præscriptionem per restitutionem subueniendum est.*
2 *Ignorantiæ iustam habere causam præsumitur, qui in alterius locum succedit.*
3 *Ignorantia iusta & probabilis quæ habetur?*
4 *Legis qui in alterius. ff. de reg. iur. genuinus intellectus & vera declaratio adfertur.*
5 *Iudicis est, ignorantiam iustam ab iniusta discernere.*

CAPVT LX.

VERVM quia fit hic principaliter ignorantię mētio, vt iam nosti, communior opinio eò tendit, vt ei qui ignorauit, per restitutionem aduersus quācunque præscriptionem subueniatur, non imperti tinens iudicaui hoc loco excutere, quęnam iusta probabilis sit ignorantia, & totam hanc tractationem per aliquot capita, membra, seu exempla distringere. Quod vt attingamus, a te pro huius materiæ scopo erit primum assumenda l. qui in alterius. ff. de reg. iur. per quam disponitur, eum qui ī alterius locum succedit iustam habere causam ignorantiæ, ita vt ea ignorantia iusta & probabilis iudicari debeat, cū iustam esse Iureconsultus affirmet. Sed ea lex erit ita intelligenda & declaranda, si modò ab hoc hærede de vitando dāno certetur quod desumitur ex puris verbis eiusdem textus, ibi, si id quod peteretur esset debitum. Ad quod etiā facit l. in summa. §. si seruum. ff. de cond. inde. quod secus esset iudicandum, vbi causa lucratiua accederet, argu. l. fi. ff. de lega. 2. Quæ ratio lucri & dāni erit omnino a iudice attendenda quo is iustam ignorantiam ab iniusta discernat; tuque istud planius & facilius intelliges, si aliquot ignorantiæ exēpla referantur, quæ ad lucrum & damnum se habeant. In quorum albo priore calculo adferetur, quod sequitur.

Vbi in diuidenda hæreditate læsus est minor, restitui tur, si rem suam longè minoris quàm valeret, venūdederit. Cuius tamen verum pretium ignoraret.

SVMMARIVM.

1 *Minor allatis iustæ ignorantiæ rationibus tempore bonorum suorum venditionis restituendus est.*
2 *Minor paternis bonis nondum diuisis, quid in eis esset, probabiliter nescisse præsumitur.*

CAPVT LXI.

DIVISIONE hæreditatis paternæ nondū cum fratribus facta, ego ex his alteri, aut si voles, extraneo paternorum bonorum portionem meam pro quinquaginta, vendidi, vbi tamen verè trecenta assequi poteram, qui nihilominus venditionis tempore ignorarem, quantum mihi esset in bonis, existimans longè minus esse, an num æquum tunc erit, me contra eam vēditionem restitui: hoc maximè confesso, ꝙ eo cōtractu sim enormiter læsus? In quo dubium non est, mihi per restitutionem succurrendum, cum ego damnum vitare nitar. Est enim in eam rem admodum pensanda probabilis ignorātia, quia nescisse suæ substantiæ portionem præsumatur, cū nondum eam fuisset assecutus. Si dixeris, debuisse hunc diligentius in re sua versari, nec tam supinè, quod venderat, ignorare: hocq; ei, omnino esse imputabile, respondeo, nō tam grauem, & considerabilem esse eius hoc casu culpam vt priuari restitutione debet quia cum nondum diuisa tūc fuissent bona paterna, vt præmisimus, potuit iste probabiliter ignorasse, quid in eis esset. Quod non nisi difficulter discernitur, saltem cum diuisio bonorum accederet: qa passiz hæreditates sint debitis inuolutæ: immo hoc esse potuit, vt hic omni nixu, & opera primum ignorasset diuisionem bonorum fieri. Quam cum agnosceret in longius tps a fratrib. protelauit vel ea occasione motus fuit, portionem suam hęreditariam vendere. Quæ omnia plane conueniunt, vt fateamur in isto iustam ignorantiam extitisse: & ita ei merito restitutionem concedendam.

Source : BIU Cujas

Si emphyteutæ hæres fundum, quem emphyteuticum ignorabat irrequiſito domini conſenſu alienauit, annum reſtituetur, vt commiſſum vitet?

SVMMARIVM.

1 *Fundus in commiſſum cecidiſſe putatur, ſi a domino neglectus eſſe conuincitur.*
2 *Reſtitutione ei ſubueniri æquum eſt, qui ex iuſta, probabiliq; ignorantia fundum a ſe neglectum prætenderit.*
3 *Ignorantia iuſta nititur, qui in ius alterius ſuccedit.*
4 *Minor a tutore deceptus, & ad renunciandum bonis, à prædefuncto patre relictis, perſuaſus etiam contra talem renunciationem reſtituendus eſt.*

CAPVT LXII.

ADIICIETVR in eandem aleam caſus alius de hærede emphyteutæ, qui ignorans fundum eſſe emphyteuticum, non habito directi domini conſenſu talem fundum alienauit. In quo quandoq;
1 fuit hæſitatum † an num locus eſſet commiſſo? & autem is fundus commiſſus ſit, quid alio eſt opus teſtimonio, q̃ tali neglectu domini, vt eſt in c. j. §. ſi vaſallus feudum. ſub titulo ſi de feudo fuerit controuerſia inter dominũ & agna. q̃ opi
2 nio ſi ſum mum iuris rigorẽ inſpexeris, in ſe eſt veriſſima † ſed ſi æquitatem, attenderis, ſubuenitur huic reſtitutione ĩ integrum ex iuſta, & probabili ignorantia, & poſtremum ẽt deſumit̃ ex eo §. ſi vaſallus: quem ſi videris, intelliges plurimum ad negotium iſtud conducere. & hoc ſatis confirmat̃
3 ex regula q̃ aſſumpſimus † eum qui in ius alterius ſucceſſit iuſta niti ignorantia: quia ab eo de vitando damno conten datur, vt eſt in præſenti caſu. Et iuxta has doctrinas fuit a ſe natu Dolando quandoq; minor ꝯ renunciationem ſuoruꝫ bonorum, q̃ is in patrui tutoris fauorem fecerat, reſtitutus
4 † cui ille perſuaſerat, in bonis eſſe tantum centum, vbi lõgè maior eſſet eorum valor & æſtimatio: & poſtea minori innotuit, vbi vidiſſet patris prędefuncti teſtamentum: eam autem renunciationem nondum intellexerat, imò quam data opera ſubticuerat patruus, vt is dolus iuncta hac minoris ignorantiam reſtitutionem concedendam probaret.

Hæres qui de præſtandis alimentis obligationi cui adſtrictus erat, ignoraſſet, non ſatis fecerat, poterit reſtitui, vt denuo alimenta præſtet.

SVMMARIVM.

1 *Donationem reuocari poſſe, & vendicationem rerum donatarum donanti competere, ſi donatarius, officij ſui admonitus, pactis atque conuentis ſtare detrectet.*

CAPVT LXIII.

EST & exemplum aliud non prætermittendum, & vt aſſequare, te vnum p̃mittere oportet. Si donatarius ex pacto, & conuentione donanti alimenta p̃ſtare teneatur, nec is, etſi legitimè interpellatus, ve
1 lit conuentis ſatisfacere, † tunc poſſe donationem reuocari & donanti vendicationem competere, quo rem ſuam repetat, vt plenè eſt a Scribẽtibus annotatum, potiſſimum a Ripa in l. fi. C. de reuo. donat. Et tñ is eadem lege poſt cæteros putauit, immo validiſſimè tutatus eſt, præſcriptam determinationem nõ includere hr̃dem, qui eam de præſtãdis alimẽtis obligationem ignoraſſet, quaſi talis ignorantia iuſta ſit & probabilis.

Reſtituitur mulier, quòd a uero & directo domino rei feudalis inueſtituram nõ obtinuiſſet, quia ignoraſſet rem feudatariam.

SVMMARIVM.

1 *Mulier nouiſſimè defuncto ſuccedens, remq; feudatariam fuiſſe ignorans, ignorantiæ talis occaſione reſtituenda.*
2 *Res quælibet in dubio libera præſumitur.*

CAPVT LXIIII.

IENEO etiam memoria, a muliere vidua implorata reſtõnem, & a vero, & directo rei feudalis dño inueſtituram non impetraſſet. Cuius mulieris ſupplex libellus inter cęteras cauſas hanc complecte-
1 batur, & nouiſſimè defuncto (cuius primum erant talia bona feudalia) ſucceſſiſſet: ita vt probabiliter ignoraſſet, eſſent num ea bona feudalia, cum prius ea non poſſediſſet, ex oppoſito refragante directo domino, iure commiſſi ea bona petente. Sed cuius tandem intentio in eo fuit reiecta, & hęc mulier occaſione talis ignorantiæ reſtituta. Cuius iuri etiã
2 accedebat vnum aliud † rem quamlibet in dubio præſumi li beram, vt eſt ĩ l. altius. vulgatiſſima. C. de ſeru. & aqua. Præſumptio autem id efficiebat, vt hæc ignorantia, qua mulier arguebatur, craſſa ac ſupina iudicari non deberet, ſed iuſta potius & approbata, & ita ei facilius indulgendam.

Hæres qui probabili ignorantia nititur, euitat pœnam l. non ab re. C. vnde vi.

SVMMARIVM.

1 *Colonus, Inquilinus, aut alius rem domini precariò poſſidens, eiusq; reſtitutionem differens, lata ſententia, ad reſtitutionem parti victrici præter æſtimationem faciendam, cogendus eſt.*
2 *Ignorantię iuſtæ huius & quantus fructus.*
3 *Hæres ignorans, aut rem precariò conceſſam neſciens, a pœna l. non ab re. C. vnde vi, excuſandus eſt.*

CAPVT LXV.

NEC impertinens ad negotium videbitur doctrina Scribẽtium in l. non ab re. C. vnde vi. qua paſſim ab eis cõcluditur, hr̃dem qui probabili ignorantia nititur, euitare pœnam l. non ab re. C. vn-
1 de vi, per quam diſponitur † Colonum, Inquilinum aut precario rem domini poſſidentem, ſi eam dño reſtituere differat, & in non reddenda vſq; ad ſnĩam perſeuerauerit, præter rei æſtimationem ſeu pretium, quo rem parti victrici reſtituat, cogendũ † vt iam agnoſcas iuſtæ ignorantiæ copioſum
2 eſſe fructum, quem certè nemo magnum non fatebitur, q̃
3 animaduerterit † hæredem ignorantem, & qui precariò reꝫ conceſſam neſciuit, ab eius legis pœna excuſandum.

Juſtum impedimentum reſtitutionem inducit.

SVMMARIVM.

1 *Hæres maior probans ſe ignoraſſe emptionem a defuncto factam, etiã contra 30. ann. præſcriptionem reſtituendus.*
2 *Quadriennale tempus implorandę reſtitutioni accommodatum.*

CAPVT LXVI.

HABES ad hæc pleraque Alexandri conſilia, aptè teſtãtia, ex iuſta & probabili ignorantia reſtõnem concedi, potiſſimum ꝯſil. 11. primo volu. vbi expreſſim admittit iuſtam eſſe ignorantiaꝫ, ſi in alterius locum ſit ſucceſſum. Fatetur ẽt, iuſtum impedimentum ſuperueniẽs reſtõnem inducere, maximè conſi. 70. 6. vol. adferens exemplum de hærede maio-
1 re † vt etiam ꝯ 30. ann. præſcriptionem poſſit reſtitui, ſi ſe ignoraſſe emptionem a defuncto factam propoſuerit: puta, quia de nouo inſtr̃m repererit, adnectens eodem conſil. 39. non obfuturum, ſi obiiciatur elapſum quadriennium, & eſt
2 ad implorandas reſtitutiones præſtitutum † quia ſm eum tale tps perpetuò ignoranti non currat, etiam ſi per cẽtum annos id effluxerit. Poſſent & numeroſa alia exempla, qũo ad iuſtam ignorantiam attinet, hoc loco recenſeri, quæ ego cõſulto prætereunda duxi, ne iam crebra repetitio tibi nauſeã adferat, q ẽt inſtituerim, ea oportunius & accommodatius poſtea recenſere, vbi ſe offeret huius materiæ commodior mentio. Preſcripta tñ omittere nolui, & in praxi ſint peculiaria & oĩno quotidiana: ſed examinemus, an quod paſſim de iuſta ignorantia receptum eſt, ſitne omni ex parte verum? qñ, vt planius explicetur, ſequentem excitabo difficultatẽ.

Poſſit num aptè reſtitui, qui ſe rei ſuæ verum valorem ignoraſſe aſſerit?

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia in factis proprijs intollerabilis, ideoq; a nonnullis reſtitutionis incapax cenſetur.*
2 *Reſtitutionẽ nõ ſola ignorantię occaſione cõcedendam, ſed & leſionẽ, & rebus minore pretio venditis acceptam eſſe ſpectandam.*
3 *Maiorem, quantumuis ignorantiam iuſtã atque probabilem cauſantem, minimè tamen niſi enormis accedat leſio, reſtituendum videri, & quare.*

CAPVT LXVII.

SI meum agatur negotium quia de contractu vẽditionis a me celebrato ſit q̃ſtio: ego vero me ignoraſſe uerum rei uenditæ valorem dicam, an num iudicabit̃ ea cã ſufficiẽs, ob q̃ ſim reſtituẽdus? quẽ casũ nõ ab re hoc loco ĩſerere volui, & ſit apd nr̃ates Burgũ dinores

Source : BIU Cujas

dinores receptissimus. Quòd autem hac ignorantia me tue
1 ri nequeam, facit † in facto proprio non esse tollerabilem ignoran tiam l.fi.ff.pro suo.quasi hic verosimiliter non igno rarit,aut ignorasse debuerit rei suæ extimum. Visum est tamen quibusdam grauissimis viris, summa iuris authoritate
2 pollentibus† esse restitutionem concedendam, non sola occasione ignorantiæ: sed quia hic reipsa læsus sit, cum ex fundo, quem vendidit, sit tantum ducenta assequutus, vbi quadringenta habere potuisset. si vt debuerat, verum rei suę
3 precium expendisset. In † quorum sententiam ego satis eo, vt restituendus sit, enim si maior sit, modò grauis & admodum enormis læsio accesserit: sed qui planè abnegem, ignorantiam hoc casu ei in aliquo posse suffragari, quia iusta & probabilis non sit. Cum. n. sua res esset, nec aliquid alleget, quare rei propriæ pretium ignorasse potuerit, quid tu obignorantiam restituendum iudicabis? Nam cum maior esset debuit primùm q̃ venderet, diligentissimè eius rei pretium inuestigare: quod cum fecisse præsumatur, censetur & in ꝯsequentiam reliquum parti remisisse: etsi postremum hoc sit vtcunque dubium: immo si facilè tali ignorantiæ deferretur, vix reperiretur aliquis, cum quo posset tutò contrahi: quia nemo esset qui a contractu, proposita tali ignorantia, non discederet. Sic ex his habes, quandoque ignorantiam iustam & probabilem non esse: oportebitq; attentissimè iudicem, coram quo lis restitutionis agitabitur, id perscrutari quod facilius ipse intelliget, auditis aduersæ partis allegationibus, a qua verosimiliter nihil omittere, quod ad eius ignorantiæ confutationem non proponat.

Admittitur is, contra quem petitur restitutio, vt probet iustã non esse ignorantiam.

SVMMARIVM.

1 *Hæres obnitenti aduersæ parti fram, quam prætendebat, ignorãtiam non satis probans in adimplenda vltima defuncti voluntate, restituti onem quomodo non impetret?*

CAPVT LXVIII.

1 IN huius autem manu erit, vbi hoc sibi expe diẽs duxerit, allegare aduersarium si se ignorantia tueatur sciuisse, quod a se ignoratum asserit, & eius scientiæ probationem assume re. Exempli gratia† Si hæres se restitui petierit, quia voluntati defuncti non satisfeciss̃et, a quo ei indictum fuisset, vt ĩtra aliquod tempus sepulchrũ ædificaret, aut quid aliud consimile, aliàs certa domo priuatus maneret. Cæterum si is defuncti iudicium sit aspernatus velitq; restitui, vt tale monumentum, & iam effluxo tempore præstituto, ædificet, & ita domo fruatur, allegans se defuncti voluntatem ignorasse, poterit in eum casum a parte aduersa narrari, hunc voluntatem defuncti non ignorasse, de qua fortasse ei per visionem testĩ potuisset, cuius publicationi & lecturæ publicæ interfuisset: Poterit & si volet, obijcere ab eo aditam hęreditatem, quia fuisset institutus hęres testamentarius: & ita eorum quæ in testamento comprehendebantur, notitiam habuisse, iuxta leg. non est ferendus. ff. de transactio. imò quemlibet hæredem, etsi suus fuerit, præsumi scisse, ac vidisse testamentum, vt per Ale. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig.

Modus confutandæ ignorantiæ hoc explicatur loco.

SVMMARIVM.

1 *Hæres, aut procurator restitutionem expetens prętextu ignorantiæ quibus rationibus aut confutandus sit, aut ad restitutionem admittendus?*
2 *Aduersarius ignorantiam in implorata restitutione causatam, scientiam confutare tenetur.*

CAPVT LXIX.

1 HVIVS autem ignorantiæ confutandæ modum & ordinẽ explicat elegantissimè Bar. in l. si quis inficiatus ff. depos. vbi docet: Si † ab hærede aut p. curatore agatur, seu eò tendatur, vt quod tanquã hæres debet, exsoluat: consulitur ibi a Bar. debere promptã fidem instĩ fieri, quomodo hic sit hĩs, vel talis procurator, aliàs cessabit omnis mora, arg. l. quod te. ff. si certum pet. Atque in eum casum dicetur aduersarius, si non exoluerit, iusta ignorantia ductus. Sunt ẽt pleriq; casus recensente Bart. sub eadem l. quib. est iustissima litigandi causa vsque ad aperturam, & publicationem testium, uel donec productuꝫ, & exhibitum fuerit instrm debiti, vt ea dere cõsultius putauerit statim, & in ipso iudicii limine, ꝓduci debere tale instrumentum, quo partis aduersæ conuincatur malitia: & vt expensas subeat, ad quarum pstationem ab ea die tenebitur, qua eius instrĩ, seu publicatarum attestationum notitiã est assequutus, per quas potuerit facilè perspicere a se temerè & iniquè litigari, quæ oĩa conferunt ad comprobationem eius, quod p̃misimus, posse sciẽtiam probari, si alter se ignorasse asserat. Sic ex his firmum, indubitatumq; manebit, eũ, qui p̃textu probabilis ignorantię volet restitui, debere ĩ supplici libello talem ignorantiam deducere, & eam aliquot ad miniculis, iudicius seu præsumptionibus probare: nisi sint ei
2 alia vrgentiora, & efficaciora testĩa. Poterit † & aduersarius eam ignorantiam scĩa ꝓfutare: eruną; iudicis partes in expẽdẽdo, quorũ ex his melius, et efficacius suã intẽtionẽ ꝓbarit.

Assignatur ratio, quare iustæ accedatur ignorantiæ.

SVMMARIVM.

1 *Errantis, ignorantis, & dubitantis eandem assignari rationem.*
2 *Promissionem per errorem, aut ignorantiam factam via restitutionis reuocari posse.*
3 *Repeti posse, quod ignoranter solutum est.*
5 *Errore causæ, pacti & liberationis effectum impediri.*
5 *Subueniendum esse, qui ductus ignorantia, haud incitatus malitia, aliquid egerit.*

CAPVT LXX.

1 NEC a te extraneum iudicari debebit, quod ipsi primum annotauimus, ob iustam ignorantiam restitutionem concedi† solent quippe errans, ignorãs, & dubitans æquiparari, ita testante Bal. in l. falsus. C. de fur. necnon in l. fi. C. de cond. indeb. Facit ꝙ ignorãs ne scire dicatur l. 2. sub verbo, fieri non potest. ff. quis ord. ĩ bo. pos. serue. Est & aliud: Agentium actus nihil citra eorũ intẽ
2 tionẽ operari, l. non omnis. ff. si cer. peta. Hinc† vides, promissionem aliquam erroneè, seu ignoranter factã restitutionis via, etiamsi is maior fuerit, reuocari, l. is qui plus. ff. de cond. indeb. & in l. qui sententię ff. de ꝺd. sine causa. & in l. penu §.
3 mulier. ff. sol. matr. Nemo etiam nescit† quod ignorãter est solutum, repeti posse, l. eleganter. §. fi. ff. de cond. inde. Accedit his l. si cum eo. C. de pact. ex cuius medulla desumitur† ter
4 rorem causæ, pacti & liberationis effectum impedire: vt nõ
5 iniuria lex sanxerit† ei subueniendum, qui aliquid ignorantia ductus egerit: quod secus statui voluit, si impellente malitia id effecisset, vt in l. qui testamento. ff. de excusa. tuto.

Iusta erroris causa etiã lata sententia restitutionẽ inducit.

SVMMARIVM.

1 *Ignorans actui celebrato contradicere præsumitur.*
2 *Ignorans ignoratis exceptionibus minimè renunciare intelligitur.*
3 *Ignoranti, iusta atque probabili ignorantia fulto, per restitutionem subueniendum videtur.*

CAPVT LXXI.

QVAMOBREM Corn. consi. 150. 6. volu. existimauit ex iusta erroris, seu ignorantiæ causa, etiã lata snĩa, quẽ audiri debere: nec minus ei succurrendũ, q̃ sit his, q̃ post snĩam pronunciatã instr̃a de nouo repererunt. Determinatũ ẽt pleriſq; in iure passib.
1 reperies† præsumi ignorantem actui celebrato ꝯdicere, etiã si de persona coniuncta agat: vt est in l. 2. §. fi. ff. sol. mat. & in l. in eo. §. dando. ff. de rit. nup. per Bar. in l. si verò in princ. ff.
2 sol. mat. vt ex eo dicatur† ignorantem non intelligi ignoratis renuntiare exceptionib. testõnio Sp. ti. de exc. §. j. ver. cæterũ. q̃ oĩa, simul iuncta, apertè docẽt nõ ab re† ignorãti, si mõ probabilis fuerit ignorantia, p restõnẽ in integrũ subueniri.

Hic discutitur, quidnam sit discriminis inter errantem & ignorantem?

SVMMARIVM.

1 *Erroris & ignorantiæ diuersi termini.*
2 *Ignorasse verum paternæ substantiæ valorem creditur, qui eam viliori pretio a se alienat vendendo.*
3 *Ignorantia & veritas quatenus inter se copulata sint?*

CAPVT LXXII.

1 NEC me prętcrit Bald. in ea le. falsus. C. de furtis. & Dec. consil. 351. hoc in negotio existimasse, diuersa esse ea duo† errorem & ignorantiam, asserẽtes, ignorãtiã cum veritate posse concurrere, errorem verò veritati planè aduersari, etsi hoc fusius nõ extricẽt, cuꝫ

Source : BIU Cujas

tamen profuisset, apertius rem edocere, quam ego præter eos sic explanandam existimauerim, figurato exemplo, de eo, qui emphyteutæ successit, qui nonne quæso ignorasse potuit, esset num fundus emphyteuticus, aut alia grauatus pensione? & tamen si veritatem introspexeris, emphyteuticus erat, aut pensione affectus: sic præfato casu cum veritate cõcurrebat ignorantia. Si denique per errorem coram vno iudice comparuerim, cuius iurisdictioni me subiectum existimarem, cum tamen aliter esset, nonne tunc id erroneè
2 præter rei veritatem fit? Accedit, quòd † qui paternæ substantiæ verum valorem ignorans, eam vili precio, nec condecente vendiderit ignorasse tali casu veritatem dicatur, vt ignorãtiam his præscriptis exemplis veritatem annexam habere
3 apertè liqueat: quinimò duo hæc tam copulata sunt † vt si defecerit veritas, etiam si adsit ignorantia, silescere debeat in integrum restitutio. Quòd autem error veritati etiã pugnet vel id tam de se est manifestum & liquidum, vt alia declaratione non egeat: & ita habes facilem & apertam declarationem ad eam Baldi & Decij doctrinam.

Si minor fideicommisso ignorans quid contineret testamentum, renunciauerit, an poterit restitui?

SVMMARIVM.

1 *Restitutione subueniendum esse ei, qui summam in testamento cõprehensam ignorans legato renunciauit.*
2 *Restitutionem legatario, iuri suo renuncianti, eatenus videri concedẽdam, quatenus in exquirendo legato nihil a se diligentiæ prætermissum esse probauerit.*

CAPVT LXXIII.

1 ADIICIAM in hac ignorantiæ farragine notabilem casum consideratum ab Alex. consi. 116. vol. 5. de maiore annis 25. qui fideicommisso, sibi in Titij testamento relicto, renunciauerat † vt ei restitutione subueniendum sit, modò quæ in testamento continerentur, is ignorasset, quod postremum euacuar difficultatem, quam doctus aliquis excitare potuisset: fortasse allegaturus, non potuisse ab hoc ignorari sibi legatum in testamento relictum, cum ei renunciando sat legatum fatere tur. Et ita id non ignorasse; nec tam supinum aut hebetem iudicandum, vt inconsulta nec nisi bene pensata & deliberata renunciatione sit vsus. Vides enim ob oculos, huic nodo satisfieri, quòd ĩ calce assumpti thematis expressum fuerit, hunc quę testamentum complecteretur ignorasse, cum re ipsa ita esse potuerit. Potuit quippe, nõdum aperte & publicato testamento, legato renunciasse, qui tamen prius intellexisset sibi legatum fuisse: sed cui fortasse falsò declarata extitisset quantitas, & legati summa, puta persuasum; legata tantum centum vbi tamen testamentum de quingentis loquebatur, vt his commotus legatum pro summa, quæ modica erat, remisisset: quare bene & probe sensisset Alex. qui
2 huic per restitutionem succurrendum consuluerit. Est † tamen vnum, quod me in oppositam eius opinionem trahit: qui mihi a ratione alieniſſimum videatur, hunc ob talem causam debere restitui, quasi sibi imputare debeat, quare testamenti publicationem non expectarit, aut diligentius de veritate legatæ summæ perquisierit: non autem tam properanter, & cum tanta præcipitatione a legato discessisse: & cui ea de causa aut sit opitulandum, quòd ipse sibi necessitatem indixerit, & libertatem a se ademerit: vt non improbè aduersus Alexandri sententiam attentari posset, & dici huic restitutionem concedendam, nisi illius aliqua præcessisset diligentia, maximè in exquirendo, quidnam sibi legatum esset. Quod facilè præstabit, si eam falsam inductionem & persuasionem, cuius iamiam meminimus, interueniſſe docuerit: quasi ex talibus actibus resultet præcedens inuestigatio. Et ita puto temperandam esse præfato consilio Alexandri sententiam: non autẽ, vt sita est, absolutè & indeterminatè insequendam.

Cùm ignorarim mihi relictum legatum, idq; per triginta annos non petierim, an potero restitui?

SVMMARIVM.

1 *Maior relictum sibi legatum intra 30. annorum spacium non postulans, vtrum restitutionem impetrare possit.*

CAPVT LXXIIII.

1 VT iuxta præscriptas has rationes viderim aliquoties reiectum, & recusatum a senatu Dolano libellum supplicem eius, qui se petebat restitui † quòd per triginta annos legatum, sibi intestamento relictum, non petiisset: quod tamen sciuisset sibi competere, & cuius probabilem ignorantiam prætendere non poterat; quia eius testamenti publicationi interfuisset, cum etiam eodem testamento in negotio alio, eum attingente, fuisset vsus. Nihil enim hac in re aderat quare ei faueri deberet; qa supine nimis, & negligenter fuisset ea in re versatus, qđ ego in maiore procedere assero: non autem in minore, qui læsus posset restitui vt tu postea intelliges, vbi hunc articulum excutiemus: Si minor hæreditatem sibi delatam non adierit, aut bonorum possessionem non agnouerit, vtrum sit restituendus. Habes igitur inconcussum, si accesserit legitimæ scientiæ præsumptio in eum, qui ob ignorantiam petit se restitui, cessaturam restitutionem.

Si id, de quo est quæstio, sit publicum, & ignoratum allegetur, non est probabilis ignorantia: uel si dicat à se ignoratum, an haberet instrumenta quæ tamen penes eum essent.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia etiam in facto proprio, quibus de causis interdum toleranda?*
2 *Ex capite iustæ ignorantiæ etiam cõtra triginta annorum præscriptionem restitutionem decerni.*
3 *Restitutio ob iustam ignorantiam concedenda.*

CAPVT LXXV.

QVOD & adhuc exemplis aliis corroborari potest: puta, si id de quo contendebatur, esset publicum, vt est in c. 1. de postu. prælato. Est & in eam rem consilium Aret. 18. Reuerendissime pater, in cuius calce is refert, probabilem non esse ignorantiam eius, q̃ penes se instrumenta habuit, cuius tũc erat quæstio, ad quorum exhibitionem petebat se ex clausula generali restitui. Quod postremum testatur Imola esse verissimum in c. fi. extra de p̃scrip. Diligenter tamen ad istud te animaduertere oportebit, cùm non videatur mihi hæc eorũ determinatio oĩ ex parte concludere, nec posse, si generali sensu desumatur, procedere. Nam si apud hunc essent instrã, verè tñ ignorasse potuit, an ea hẽret, quia fortasse in secreto aliquo suæ domus loco essent recluſa, & quæ ibi eius pater primum, q̃ moreretur, inscio tñ filio, recõdisset. Potuit & filius ea reposuisse, vbi essent: qui tamen postea loci meminisse non potuerit, quod frequentissimè solet ẽt diligentissimis patribus familias euenire: his maximè, qui domesticis negotiis intricantur. quod omnino deprehenditur ex Iasonis sniã in l. ꝑperandum. §. sin autem alterutra. C. de iudiciis: vbi docet †
1 ẽt in facto proprio ignorantiam qñq; tolerari, si is, qui ea se tuetur, sit curis domesticis implicitus: quod ad mercatores, & alios magna exercentes mercimonia referri potest, q̃bus cum illa mole negotium accedit qñ ex mente Iurisconsulti desumit̃ in l. peregre. ff. de acq. poss. memoriã vtcunq; esse labilem & fluxã. Sic si has quantitates interueniſſe admiseris, q̃s q̃so, abnegabit, iusta & probabili ignorantia ductum? Erat igit̃ necessariò ita declarandus Aretinus, vt hic apud se esse instrã talia sciisset, & q̃ facilè asseq̃ potuisset, si in his perq̃rendis aliquam p̃stitisset diligentiã, cui sit oĩno imputabile, quare tã morosè sibi prospexerit, Quòd si apud se esse ignoraret. nec esset aliq̃d, quo moueri posset, vt dẽret ꝓiicere apud se ꝓstituta, tunc ei succurrendũ nemo diffitebit̃, quasi hæc ignorantia sit oĩ ex parte iusta & ꝓbabilis: quod ex præscriptis exemplis satis intellexisse potuisti. Atq; ad hæc est elegans oĩno notanda decisio Matt. de Afflict. 27. in qua recitat exẽplũ eius, q̃ se aduersus 30. ann. p̃scriptionẽ restitui petebat, ꝙ de nouo ad eũ deueniſſet instrm, quo partẽ aduersã efficaciter repellere poterat, & de suo iure plenè edocere, puta domũ, cuius erat ꝓtrouersia suã esse, & q̃ ignorasset in eã vsq; diẽ a patre processisse: defendẽs eo passu has duas cãs repti de nouo instr̃i, necnon illius ignorãtiæ tã sufficiẽtes esse, vt citra oẽm ꝓtrouersiã restitui ꝯ eã p̃scriptionẽ dẽret. Ex cu
2 ius resolutiõe ꝓfirmat̃ ea ꝓclusio, q̃ iãiã attigimus † ex capite iustæ ignorãtiæ ẽt ꝯ 30. an. p̃scriptionẽ restitutionẽ decerni. Quòd aũt in p̃misso themate talis ignorãtia ꝓbabilis esset,

hoc

Source : BIU Cujas

hoc omnino ſuadet pura ratio. Nam ſi antea hic ſemper ignorarit domum ad ſe pertinuiſſe, & a patre proceſſiſſe, qd tu negligentiæ ei aſcribes? Satis enim cenſetur omnem mo ram purgaſſe, qui reperto nouiter inſtro, eam domum aſſequi tentarit, & ab occupantis poteſtate diſtrahere volue
3 rit. Quis igitur, niſi planè habes, abnegaturus ſit † iuſtã igno rantiam hoc inducere & operari, vt ob eam concedatur reſtitutio. Quod & præter cætera omnia apertiſſimè compro batum a Cyno agnoſces in l. j. C. de condict. inde. tum a Io. And. in addit. ad Spec. tit. de execut. ſententiæ. §. fi. ſub verbo illud, quo loco ad perfectiorem & maturiorem huius concluſionis interpretationem adfert ipſe ſequens exemplum.

Si minor qui primum ſoluerat, ignorans ſecundo ſoluerit, cum ad id ita cõdemnatus eſſet, uidebitur num hoc caſu reſtituendus?

SVMMARIVM.

1 *Ignorans indebitum quis ſoluit, eidem & indebiti competit cõdictio, quæ remedium habetur ordinarium: eoq; cum frui licet, extraordi narium ceſſare atque ſileſcere neceſſum eſt.*
2 *Decedens infra annum hæreditate non adita, deliberandi ius ad hæredem ſuum tranſmittit ex ſententia l. cum antiquioribus. C. de iure delibe.*
3 *Decedens ſi delatam ſibi hæreditatem ignorauerit, nullum ius ad hæredem tranſmittitur, nec quouis modo ex defuncti ignorantis perſona ſuccurritur.*
4 *Ignorantiam defuncti tanquam in facto proprio non eſſe probabilem, vt ex ea hæredi ſuccurratur.*
5 *Remedij extraordinarij maior interdum, quam ordinarij vtilitas & efficacia.*
6 *Reſtitutionem aduerſus rẽ iudicatam impetrare longè videri fru ctuoſius, quàm condictione indebiti.*
7 *Tranſmiſſio in hæredem ſuapte primordiali & eſſentiali natura an nexam habet ſcientiam, qua nihil ipſi ignoranti magis aduerſatur.*
8 *Ignorantia etiam in facto proprio quatenus & quando ſit toleranda.*
9 *Ignorantia iuſta & probabilis quid operetur in maiore?*
10 *Hæres emphyteutæ, ſi a ſe debitam penſionem probabiliter ignorauit, iſtius generalis clauſula (ſi qua mihi &c.) beneficio reſtituitur.*
11 *Feudatarius præcedentis inueſtituræ documentis aut inſtrumentis de ſtitutus, & bona abs ſe poſſeſſa feudalia eſſe non edoctus, talis ignorantiæ occaſione reſtitutionem, & quibus alijs de cauſis impe tret?*
12 *Conſanguineus coniuncti facta noſſe, & quę ab eo geſta ſunt, ſciſſe præſumitur.*

CAPVT LXXVI.

SI aliquis a creditore, quo ab eo debitum conſequeretur, coram iudice conuentus fuerit, ita vt hic ad ſoluendum condemna tus extiterit, cum tamen verum eſſet, hunc prius ſoluiſſe, quod nihilominus ab eo i- 10 gnorabatur, ſi tandem in rem iudicatam tranſierit ſententia, ita vt hic ſecundo loco ſoluerit, annum poterit reſtitui potiſſimum ex clauſula illa generali, Si qua mihi iuſta cauſa videtur? Huic enim acce dit talis ignorantia, in quo defendit reſtituendum, adferens 11 ad id doctrinam Bar. in l. ſi mater, circiter principium. ff. de excep. rei iud. & Angel. in l. ſi is ad quem. ff. de acq. hær. & l. 3. §. item ſi rem. ff. ad l. Falcid. Tria tamen in eam ſententiam
1 admodum vrgere videntur. Primum † q̃ huic, qui indebitũ ignorans ſoluit, indebiti competat condictio, quæ cum ſit remedium ordinarium, debeat extraordinarium omnino ceſſare, & prorſus ileſcere? Quod obſtat ſecundo loco, eſt
2 lex cum antiquioribus. C. de iure deliber. vbi † ſi quis infra annum, hereditate non adita, deceſſerit, deliberandi ius ad
3 heredem ſuum tranſmittit. Quòd † ſi decedens ſibi delataz hæreditatem ignoraret: tunc eo caſu nulluz ius tranſmitti, nec quouis modo eſſe ex defuncti ignorantis perſona ſuccurrendum vt ex eo patet legem ignoranti non adeſſe. Ter
4 tium quòd † non videatur hæc ignorantia, qua is ducitur, 12 probabilis, qui factum proprium haud ignoraſſe debuerit. Vera tamen & facilis reſponſio ad hæc omnia poterit accõmodari, & vt ſigillatim procedatur, non obeſt primo loco, ceſſare debere hoc caſu reſtitutionem, quòd indebiti condictio competat. Ad hoc quippe ſtudioſus Lector ſuppetere reſponſum intelliget, qui animaduerterit, eligi poſſe extra-
5 ordinarium remedium, ſecluſo & poſtpoſito ordinario † Si qs extraordinario eſt vſurus, exiſtimet ſibi pinguius ea via, quam alia conſuli; quod ſatis eſt præſenti negotio accommodabile. Nam ſi hic indebiti condictione experiretur, etſi a ſe primo exolutum debitum doceret: poſſet tamen rei iudicatæ exceptione repelli, & ita eius intentio ſubduci, ac pla
6 nè ſummoueri † vt longè ei ſit fructuoſius, aduerſum rem iudicatam reſtitutionem impetrare. Implorabitur autem hoc ordine: Nam in primis proponet a ſe primum ſolutuz, & ſe ita edocturum aſſeuerabit: demum deducet, ſe ignorata prima ſolutione, rei iudicatæ ſatis feciſſe: petens aduerſũ eam ſolutionem ſe reſtitui; maximè vt reſcindatur talis ſententia, ita vt ei quod ſoluit, repetere volenti, rei iudicatæ exceptio obiici non poſſit. Nec aduerſabitur l. cum antiquoribus, ſi modo, vt decet, verum illius ſenſum expenderis. Vult enim hæredi non ſuccurri, etſi defunctus actum, de quo ageretur, ignoraſſet, quòd ſit eo caſu lucri captandi q̃ſtio, puta aſſequendæ hæreditatis: quæ tamen penes hæredem aut defunctum nunquam fuerat: quaſi ſecus cenſeri debuiſſet. etſi de vitando damno emerſiſſet controuerſia: q caſus eſt omnino a præcedenti diuerſus & ſeparatus, in quo præcipuè agitur, ne lædatur, & offendatur, qui conuentus fuerat, quem eſſet iniquum duplici ſolutione grauari, ita vt ſat tibi ſit manifeſtum, vtroſque terminos eſſe diſtinctiſſimos: & ita fruſtra de vno ad alium argui, argumento l. fina.
7 C. de codicil. Sed & efficacior alia ratio adferri poteſt † tranſmiſſioni ibi locum non eſſe, quòd ſuapte primordiali & eſſentiali natura tranſmiſſio annexam habeat ſcientiam, ita vt nihil ſit ipſa ignorantia oppoſitius, ita teſtantibus Doct. in l. vnica. C. de his qui ante apert. tabul. potiſſimum in extraneo. Quid igitur tu mirabere, ſi a defuncto ignorante ni hil in hæredem tranſmiſſum fuerit? Non autem diſputatio ni locus eſt, an poſſet hic hæres reſtitutionem impetrare, qa ignorans defunctus hæreditatem non adiiſſet. Eſt quippe quæſtio longè ab hac abſtracta, quam nos ſuo ordine diffuſiſſimè examinabimus. Quod eſt reliquum, adeſſe neqt tertio loco adlatum, videlicet in facto proprio ignorantiaz refutari; cum hęc concluſio non ſit paſſim & indiſtinctè ve
8 ra † immo quandoque eſt tolerabilis: ſi talis perſona fuerit in qua veroſimiliter poſſit præſcripta ignorantia concurrere; quia ſit obuolutus ſummis & grauibus curis, vt eſt plerumque annotatum a Iaſone in eo. §. ſin autem alterutra, quem tu ibi hac de re videre poteris. Sic potuit iſte longa tempeſtate ante latam ſententiam, aut ſi voles, litem intentatam ſoluiſſe, ita vt ea temporis diuturnitas cum illo negotiorum domeſticorum & globo coniuncta, iuſtiſſimam in eo ignorantiam induxerint. Quare ea regula, In facto proprio, eſt ad talem actum, quem ignoraſſe non poterit, aut debuerit referenda: puta ſi per paucos dies ante litis
9 inſtaurationem ſoluiſſet. Prædicta † igitur te apertè docebunt, hoc probabilem & iuſtam ignorantiam in maiore operari, vt ex clauſula generali, Si qua mihi &c. is reſtitutionem debeat aſſequi. Quod præter cætera omnia exempla tu etiam comprobatum agnoſces, ſi animum deflexeris ad doct. Bartol. in leg. ab hoſtibus §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quib. cau. maio. necnon Angel. in leg annus. ff. de calum. & Bartol. in leg. ſi inſulam. ff. de verbor. obligat. quibus locis
10 teſtantur, hęredem † emphyteutæ, qui a canonis ſolutione infra biennium ceſſauit, poſſe eius clauſulæ generalis beneficio reſtitui, ſi a ſe debitum canonem probabiliter ignorauerit, citra quam reſtitutionem ipſe aliàs mero iure a re emphyteutica excideret. Quibus in eo accedit Cynus in l.
11 quoties. C. de preci. impe. offe. Obtulit † ſe etiam quandoque caſus alius, penè ei conſimilis, cuius iam ſupra meminimus, de eo qui a vero & directo domino bonorum feudalium inueſtituram non aſſumpſerat, qui a ſe ignoratum allegaret, talia bona feudalia extitiſſe. Quo autem hic doceret, a ſe iuſtè ignoratum, inter cætera id ab eo proponebatur. Non primum, quàm hoc tempore, ad eum præcedentis inueſtituræ inſtrumentum aut nocumentum aliud perueniſſe, ut intellexiſſe potuiſſet, feudalia bona fuiſſe: defendens per has cauſas ſe iuſta ductum ignorantia. In eum tamen vnum proponebatur, contra ignorantiam adeſſe præſumptam ſcientiam, quæ in hoc conſiſtebat, quòd prior inueſtitura, quam ad ſe de nouo perueniſſe proponebat, fuiſſet ab eius fratre recognita: vt ex eo diceretur,
12 non potuiſſe hanc ab ipſo ignorari † quia præſumeretur conſanguineus coniuncti facta noſſe. Et quæ ab eo tracta ta ſunt, ſciſſe, argum leg. de tutela. C. de reſtitut. in integ. & leg octaui. ff. vnde cognati. Hoc tamen non oberit, quin ſentire debeas, tali caſu reſtitutionem indulgendam, ac eam ex iuſtiſſima pendere ignorantia: quod ſatis teſtatur inſtrumenti de nouo reperti aſſertio, quam ſi ita agendum viderit & probarit, iudex talis ſuo ſacramento expurgabit, aut aliàs explebit, vt oportunis ipſe animaduertet.

Source : BIU Cujas

Quomodo intelligatur communis regula, quæ habet: Coniunctum, & conſanguineum præſumi non ignorare facta coniuncti.

SVMMARIVM.

1 *Ignorari a ſorore fratrem condidiſſe teſtamentum, actus videtur ab ipſa cognatione & iure ſanguinis alienus.*
2 *Vicinum vicini facta non ignorare, de quibus actibus intelligendum ſit?*
3 *Regula illa, Conſanguineum & Coniunctum non præſumi ignorare facta Coniuncti, ad quos actus referenda præcipuè cenſeatur.*

CAPVT XXVII.

AT ceſſabit eius ſcientię præſumptio, ſi regulam, quæ habet, Conſanguineum præſumi ſcire facta conſanguinei, ad ſanguinis iura referendam cēſueris, vt progreſſum naturæ coniuncti, & quæ ex cognatione dependent, non ignoraret; ita declarante Baldo in l. quoniam ſororem. C. de iur. delib. maximè eius textus ar-
1 gumento, vbi eſt defenditur, † a ſorore fratris teſtamentū ignoratum: cum ſit actus ab ipſa cognatione alienus, nec aliquid habens cum qualitate ſanguinis commune. Facit & ī eandem ſententiam elegans Baldi doctrina in l. ſi ita. § fi. ff. de fun. inſtruct. vel inſtru. lega. & l. j. C. de colluſio. detegen. ī
2 qua l i. is refert, licèt † vicinus præſumitur nō ignorare, imò ſcire vicini facta: hoc tamen exiſtimauit ipſe intelligendum de his actibus, qui paſſim oculis obijciuntur: puta, vicinam mulierē adulterā eſſe, qa penè vidētibus, & id agnoſciētib. vicinis acciderit, & q̄ quoſcunque, ēt hora ei ſuſpectiſſima, ad domū admittere. Q̄ & ɔſimilib. alijs caſibus poſſe adaptari exiſtimauit, quaſi ſecus iudicādū crediderit, ſi de his q̄ oculos vicinorū poſſint latere tractet: vt eſt in his q̄ non palam, ſed quandocunque domi & occultè fiunt, quod etiam poſt eum ita docet Angel. in l. j. ff. ſi cert. pet. a. Sed & illud nequaquam abſurdum putauerim, ſi dixeris eam regulam eſſe ad actus, quos tractum ſucceſſiuū habere agnoſcimus, referendam: & qui paulatim, ac ſecundùm temporis ſeriē extricantur, vt eſſe aliter debeat in his, quæ momento abſoluuntur: vt eſt, ſi de celebrando contractu actum fuerit: quo fit, ſi hoc ad negotium, cuius eſt controuerſia, retuleris, apertè intelliges, nihil in hunc vigere quare præcedentē ſciſſe præſumatur. Potuit enim tunc a prouincia, vel loco, in quo celebratus extitit contractus, ab fuiſſe. quare ego in eā omnino ducor ſententiam, vt præſcripto caſu hic verè ignoraſſe inueſtituram præſumatur.

Si abſens à prouincia nondum adita hæreditate deceſſerit, vtrum poterit hæres reſtitutionem impetrare?

SVMMARIVM.

1 *Hæredem ab aliquo ſe inſtitutum eſſe quis ſciens, hæreditatem delatam adire voluiſſe præſumitur.*
2 *Ignorantię cum abſentia copulatæ effectus quis.*
3 *Regulæ illius vulgatiſſimæ, iuſtam habere ignorantiæ cauſam eum, qui in ius alterius ſuccedit, verus intellectus quis.*
4 *Actori, antequam inſtituat iudicium, quæ conſideranda ſint & inueſtiganda.*
5 *Reſtitutio ex iuſta & probabili facti ignorantia conceditur.*
6 *Tutor vel petitus, vel teſtamento datus, ſe tutorem conſtitutum eſſe, non ex remiſſioris negligentiæ vitio, ſed iuſtæ ignorantię occaſione non intelligens, idq; liquidiſsimis probationibus oſtendens, vtrum periculo eius temporis, quod ipſo ignorante effluxit, teneatur, necne?*

CAPVT LXXVIII.

ADNECTAMVS in hac ignorantiæ materia exemplum aliud: Si quis ignorans ſe hæredem a Titio inſtitutum, quia tunc abſens a prouincia, nondum adita ab eo hęreditate, ab humanis deceſſerit, an num erit in hæredis manu, ex generali clauſula: Si qua iuſta cauſa mihi, reſtitutionem aſſequi, potiſſimum
1 ob eam iuſtam ignorantiam, quia † aliàs ſit præſumendum, ſi hic ſe hæredem inſtitutum ſciuiſſet, hęreditatem ſibi delatam adiiſſet. In quo breuiter & explicitè concludere poteris
2 † abſentiam cum tali ignorantia copulatam hoc omnino efficere, vt hęredi ſuccurri debeat, ad quem nemo neſcit reſtitutionem tranſmitti: ita declarante Bart. in l. j. ff. de acqui. hære. Quod etiam ab eo attingitur in l. Pantonius, ſub eodē titulo, quod nos plenius & vberius infrà exequiemus, q̄ duxerim ſuo ordine eius l. Pantonius. mentem extricare. Sed præter hoc habes huius præſentis deciſionis fautorem Alex. conſi. 20. j. vol. Quid pluribus? Sunt enim, quod ad hāc facti ſpectat ignorantiam, tot frequentiſſima, expoſitiſſimaque exempla, q̄ vt operæprecium ſit, ea perſequi: quibus oībus vt coronidem adnectamus, te finaliter vnum annotare oportebit, regulam illam, quam pro baſi huius materiæ in
3 initio aſſumpſimus, videlicet † eum, qui in ius alterius ſuccedit, iuſtam habere ignorantiæ cauſam, eſſe ſic declarandā, modò conuentus hæres fuerit, ſecus vbi fuiſſet actor: quod ſatis deſumitur ex ea l. qui in alterius. Quorum diuerſitatis
4 ratio ita conſiderari poteſt. Nam † actor primùm, q̄ iudiciū inſtituat, debet ſumma cum diligentia, & adamuſſim inueſtigare negotium, quia in eius ſit poteſtate agere, vel ab agēdo ſuperſedere, vt eſt in l. ſi quando. C. de dilatio. per quam abnegatur dilatio, vt poſſit reſcriptum, quo eſt vſurus, producere: quia ab initio & ante litem motam debuerit ſibi cōſulere, nec primum eam litem, q̄ apud eum eſſet tale reſcriptum, excitare. Et tamen eſt æquiſſimum, vt ei qui ad iudicium fuit euocatus, tali dilatione conſulatur, puta ad improbanda precum mendacia, proferenda inſtrumenta: aut ad teſtes neceſſarios producendos: cum his munitus eſſe non potuerit, qui præter omnem expectationem ad alienum iudicium prouocatus fuerit. Ad quod etiam conducit l. purè. §. fi. ff. de do. exce. quod ego plenius non diſcutio, quia res ſit indubitata. Sic ex præſcri. omnibus ſubſiſtet firma, fixa, &
5 ſolidiſſima concluſio † iuſtam & probabilem facti ignorātiam hoc operari, vt concedi reſtitutio debeat. Quam cōcluſionem præter præſcripta omnia teſtimonia confirmat l. ſi
6 tutor petitus. C. de pericu. tuto. in qua habetur, ſi † petitus tutor, vel teſtamento datus, ſe conſtitutum tutorem, non ex remiſſioris negligētiæ vitio, ſed iuſtæ ignorantiæ occaſione id didiciſſe non ualuerit: hocque ab eo liquidiſſimis oſtenſum fuerit probationibus, periculo eius temporis, quod eo ignorante decurſum eſt, non tenebitur. hac maximè rōne, quia ignorauit. Cuius textus inductionem ego omiſiſſe noluj, q̄ plurimum negotio cōducere videretur, & præſcriptā ignorantiæ opinionem confirmare: in quam it, & eam planè ſequit Scribentium turma. His oportunè admodū ſubiungi poſſent, quæ ampliſſimo ſtylo tractantur a Doctoribus quod ad iuris ſpectat ignorantiam, vtrum aduerſus eaz debeat reſtitutio in integrum dari, q̄ tñ conſultò adhuc prętermittendum duximus, donec excuſſerimus duas qōnes, ignorantiæ facti omnino accōmodas, quarū prior eſt talis.

Cum in ius alterius princeps ſucceſſerit, annum poterit aduerſum ignorantiam reſtitui?

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia iuſta cur in Principe non præſumatur.*
2 *Principem in reſtitutionis negotio a priuato nihil ex ſententia quorūdam diſcrepare vel differre.*
3 *Principem eadem, qua domeſticum, obuolui ignorantia poſſe.*
4 *Teſtamentum coram principe factum, quibus de cauſis minus indigeas conſuetis ſolennitatibus, quàm aliud, apud communem plebē aut hominem priuatum conditum.*

CAPVT LXXIX.

I† in ius alterius Princeps ſucceſſerit, an nū ex
1 iuſta & probabili ignorantia reſtitui poterit. Rationem autem dubitandi apud me excitabat, q̄ in Principe non præſumatur iuſta ignorantia: quia infinitos apud ſe aulicos & miniſtros habeat, ſua curantes negotia, quos haud ſit veriſimile rem neglexiſſet arg. l. oīum. C. de teſta. Hac tñ difficultate nō obſtante Ale. ɔſi. 84. primo uolumine, voluit, ēt reſtituendū
2 Principem † cum ex illius mente nihil in eo Princeps a priuato diſcrepet: allegans in ſuam ſnīam gl. in §. quia verò tēporales. in Authentico de eccleſiaſtici. tit. Cuius opinionem ego oīno ſequor, tanq̄ veriſſimam q̄ infirmare, aut elidere nequit talis p̄ſumptio oppoſita: potiſſimum, qa inſtructiſſimam & numeroſam hēt familiam, eum id nō ignoraſſe. Eſt
3 enim ea rō leuis admodum, nec oī ex parte ɔcludens † qa, qua ignorantia princeps obuoluitur, ita & hoc in domeſticis ɔcurrit. Exēpli gra: Si inſtr̄m de nouo repertum fuerit, quo edoceret, longè amplius in patrimonio defuncti fuiſſe q̄ in eius bonis prius reperiretur, nonne q̄ſo, id inſtr̄m ſic latere potuit Principis domeſticos, vt ipſum Prīcipē: ita ſanè,

Quod

Source : BIU Cujas

Quod autem in eam rem consideratum est, non deesse infinitos, qui principi assistant, vt in ea Lomnium, confunditur ex priore illa responsione, quam etiam coadiuuabit vnum aliud, debere hoc referri ad casum eius Lomnium, per quam
4 disponitur † testamentum coram Principe factum non desiderare tantam solennitatem, qualem agnoscimus necessariam in cæteris testamentis, quòd est ea causa: quia cum Princeps habeat, qui passim eius vestigia sequantur, & euntem comitentur, non videri defuisse testes, qui tali testamento interfuerint, vt ex solennitatis omissione argui nequeāt testamentum, aut euerti.

An contra longissimi temporis præscriptionem restituatur ecclesia?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiam, iusta ignorantia sese excusantem, restitutionem obtinere debere.*

CAPVT LXXX.

AFfinis præcedenti difficultati est alia disputatio: Vtrum, si se ignorantia tueatur Ecclesia, restitui eam contra longissimi temporis præscriptionē debeat? Quam dubitationem mouit Aretinus consilio 15. quo loco voluit restituendam, quod omnino probauit Zenzellinus, necnon Ioannes à Lignano in Clementina prima, de restitu. in integr. quorum opinio sat efficaciter confirmatur ex mente c. 1. de restitut. in integ. lib. 6. vbi in cursu quadriennii ad restitutionem implorandam præfixi, pon
1 deratur Ecclesiæ mora † qua tamen non molestabitur Ecclesia, si iustam ignorantiam proposuerit, ita vt per eum textū opinati sint, etiam lapso quadriennio superiorem ex bono & æquo officio iudicis nobili restituere Ecclesiam posse, ut ei iustè ignoranti non currat illud quadriennium. Hoc tantum de Ecclesia iam decreui excutere, postea & suo ordine fusius, quæ ad eam spectant, examinaturus: qui cōstituerim, quæ ad Ecclesiæ restitutionem spectant, separatim explicare. Videamus nunc, si de iuris ignorantia tractetur, an sit restitutioni locus?

Vtrùm contra iuris ignorantiam competat restitutio?

SVMMARIVM.

1 *Mulier, aut rusticus, vtrùm contra ignorantiam temporis, in præscriptione á iure præstituti restituì possit.*

CAPVT LXXXI.

ACcedatur iamiam ad eam iuris ignorantiam, cuius suprà meminimus. Supradictis igitur copulari rectè poterit: Si de iuris tractetur ignorantia, & nitatur aliquis, se ob eam debere restitui, an tu simile in ea feres iudicium, quale de ea quæ est facti, ob quam, modò sit probabilis, conceditur restitutio? Et vt tu istud maturiùs assequare, non grauabor hoc loco aliquot exempla recensere, plurimùm ad illud negotium cō
1 ducentia. Primum, quod ad iuris ignorantiam spectat. † Si contra mulierem, vel rusticum præscriptum decennio inter presentes fuerit, aut inter absentes 20. annis, iisque se restituēdos implorent, allegantes à se ignoratum, an decennio seu viginti annis ita de iure præscriberetur? nec etiā scisse, quod de præscriptionis interruptione lex sanxisset, an suadeat ratio talem restitutionem concedendam? Si denique ab his intra tempus, à lege præstitutum de adeunda hæreditate, aut agnoscenda bonorum possessione deliberatum non fuerit, ut est in l. 1. ff. de iure deliberan. iudicabiturne talis iuris ignorantia probabilis?

Si non debitè, & secundùm iuris formam sit confectum à minore inuentarium, an sit locus restitutionis?

SVMMARIVM.

1 *Minor ex esse maiori succedens an & quando restituatur.*
2 *Minori propter iuris ignorantiam quare denegetur restitutio.*
3 *Mulieri in confectione testamenti iustas & consuetas solennitates omittenteti nullo modo iuuandum.*
4 *Mulierem inuentarium bonorum defuncti non conficientem, omni auxilio destituendam.*
5 *Rustico, aut mulieri dilatoriam seu declinatoriam exceptiones ante litem contestatam propter iuris ignorantiam haud proponenti, quare non succurratur.*
6 *Quæstione damni vitandi in medium allata, restitutionem etiam contra iuris ignorantiam concedi.*

CAPVT LXXXII.

TEmpus præstitutum ad inuentarium conficiendū minori currit: sed is restituitur, vt in §. pupillus, in Authentico, de hæredi. & Falcid. per Doctor. in l. fina. §. fin autē dubius. C. de iure deliber. † Quòd
1 si minor maiori successerit, quia ex asse sit hæres, vtrum tenebitur pena legis, secundùm eum §. pupillus? Videtur autem, quòd sic, cùm is obligetur ex actu, qui à defuncto prodiit. l. Aemilius. ff. de mino. facit l. apud Iulianum. §. 1. ff. ex quibus &c. Veruntamen est, si maior. cuius minor hæres est, monitus fuerit: tunc non restituitur minor, nisi in minoris persona lapsus annus sit. l. continuus. §. in hac. ff. de verbo. obligat. Si verò monitus minor extiterit: tunc ad pœnam tenebitur, & restituetur, ut in eo. §. pupillus. ubi hæc ita differuntur à Barto. Aut cum inuentarium intra tempus à lege determinatum non confecerint, seu si illud minus solenniter expleuerint. Quæ res non est tamen à summa dubitatione aliena, cū sint, qui variè & diuersimodè in hoc senserint. Crebrior
2 tamen apud Doctores inualuit opinio † propter iuris ignorā tiam non esse restitutionem dandam. Sed hæc sententia ita passim ab ipsis declarat, ut in his intelligi debeat, quæ actus formam introspiciunt, aut aliàs ad rigorem iudiciarium refe
3 runtur. Quare secundum eos † si mulier testamentum condiderit, in quo 7. testes non adhibuerit, aut aliquid aliud, quod ad testamenti solennitatem omnino spectabat, prætermiserit, nullo modo iuuandam: ita hoc testante glos. quæ mulieris expressim meminit in l. ambiguitates. C. de testamentis. Quod etiam ad casum alium protendendum tradiderunt, vbi mulier productionem instrumētorum aut testium omisit: ita, vt Bald. in l. final. C. de iure emphyteu. responderit, ab omni auxilio secludendam mulierem, quæ inuentarium bonorum defuncti confici non curauerit. Quod expressius determinauit ante eum Barto. suo consilio, Maritus instituit hæredem, quæ eorum sententia, quod ad inuentarium attinet, est planè confirmata in §. penul. versiculo, in omni perso
5 na, in Authentico, de hæredi. & Falci. Potest † & simile aliud exemplum referri de rustico, qui per iuris ignorantiam dilatoriam seu declinatoriam exceptiones ante litem contestatam non proposuerit, ut ad id volens restitui repellatur. Soletque ad hanc communem conclusionem generalis adferri ratio: non enim est, quare lex contra iuris ignorantiam mulier aut rustico opitulari debeat, cum & si personarum qualitas legum ignorantiam satis admittat: quia tamen in eo peritiores consulere potuerunt, nec fecerunt. nullo modo est eis succurrendum. Sapientiam enim non eam accipimus, q̄ viris inest prudentib. sed quam quis per se, aut p prudentiores assequi potest, ut est in l. regula. ff. de iur. & fact. igno. & l. bonorum. ff. de bonorum posse. Contra tamen communem
6 eam sententiam sic insisti poterit: nam † vbicunque vitandi damni quæstio in medium adfertur, etiam si iuris ignorantiam admiseris; certum est tamen, tali casu legem adesse, ut est in l. iuris ignorantia. ab oppositio intellectu desumpta. C. qui admitti. In qua recitatur sequens conclusio: Si lucri excitetur quæstio, nullo fauore dignam mulierem: quasi lex secus statuendum probet, si de damno agatur. Quòd si prædicta omnia exempla considerentur, nonne omissas à muliere exceptiones, cessationem à producendi instrumentis, minus solennem inuentarii confectionem, iuris rigorem inspicere, ipse fatebere, & damnum ac incommodum ex eisdem casibus resultare? Et tamen si vera esset assumpta regula, restitutioni locus esse deberet.

Quomodo lex adsit rustico ius ignoranti, hoc loco explicatur.

SVMMARIVM.

1 *Rustico per ignorantiam iuris album Prætoris corrumpenti, non solū subueniendum, sed & lege ei, per imperitiam instrumenta non edentem; subueniendum.*
2 *Rustico aut mulieri contra iuris ignorantiam quare non faueatur.*

Militi

3 *Militi etiam lata sententia, sententiam per emproriam proponere quare fas sit.*
4 *Rusticus quibus conditionibus in integrum restituatur.*
5 *Rustico & mulieri certis in iure comprehensis casibus subuenitur, & numero 7.*
6 *Rusticitati, non nisi æquitate suadente, esse vel conniuendum, vel succurrendum.*
8 *Minores, si de euitando ipsorum damno agatur, etiam contra ignorantiam iuris esse restituendos.*
9 *Ignarum si quis se sui iuris fuisse detulerit, an restituendus sit?*

CAPVT LXXXIII.

EVrti preterea posse Communem intelligas ex his quæ describuntur in l. si quis id quod. ff. de iurisdict. omnium iudic. & l. 1. §. edenda. ff. de eden. in
1 l. si quis, rustico† qui per ignorantiam Prætoris album corrupit, subuenitur: imò & lex ei succurrit, si per imperitiam instrumenta non ediderit: & tamen liquet his exēplis, de lucro captando agi, puta, ne puniatur, aut à suo iure excidat. Refragatur denique præfatæ conclusioni l. fina. C. de testamen. in qua habetur, esse rusticiati condonandum: quare igitur id non passim & generaliter obseruabitur? Priori tamen obiectioni sic respondendum existimauit Bartol. in l. 1.
2 C. de iuris & fact. ignor. vt† contra iuris ignorantiam mulieri, aut rustico nullo modo sit fauendum, etiam si de damno vitando tractetur: circa ea potissimum ad iuris rigorem spectant: quia specialiter introducta sint: asserens, æquiorē hanc esse Doctorum sententiam: & quam consuluit in praxi a iudice sequendam. Sed qua ratione hoc ita ibi disponatur, non exprimit: cuius tamen declaratio videbatur prorsus necessaria: quam in summa hanc esse crediderint: Ideo tales repelli: quia cum per prudentiores (quod prætermiserunt) possent assequi, æquum est, vt sibi tam latam culpam imputent, quā imperitiæ ascribi docet lex, quod Nerua. ff. depos. Atque ex his suppetit responsum ad illam l. primam. Quæ si benè intelligatur, nihil certè aduersabitur, imò planè communem
3 sententiam confirmabit, in qua disponitur† militi in militiæ fauorem hoc permitti, vt etiam lata sentētia, possit exceptionem peremptoriam, quam omisit, proponere. Et tamen eo casu de vitando damno contenditur: quia hic aduersarium exceptione solutionis repellat: vt ea in milite specialitas satis doceat, tali priuilegio ius commune refragari: nec id ad mulierem aut rusticum esse extendendum. Quod de rustico etiam apertè sensis se visus est Barto. in l. prima, quam putauit in eo non procedere, hac ratione: quia cum à iure communi sit exorbitans, non debet id ad casus alios non expressos referri, argumento l. si verò. §. de viro. ff. solut. matri. Et si
4 †postea eodem loco admitat, posse rusticum restitui, sed ea lege, si iusta & probabilis ignorantia accesserit, fietque id beneficio generalis clausulæ: Si qua mihi iusta causa videbitur, quem textum si ita intelligendum duxeris, patebit omnino in nullo obesse. Cæterùm Fulgosius & Roma. in l. iuris ignorantia. C. qui admitti. volentes extricare secundo loco propositum obicem, quem communi aduersari præmisimus, putarunt sic esse dissoluendum, vt certi sint in iure casus à legibus designati & oppressi, in quibus mulieri & rustico faueatur: inter quos solent duo illa, quæ pro oppositis cōsiderauimus,
5 enumerari exempla. Quàm † tamen à vero absit hæc eorum consideratio, vel ex sequētibus tibi manifestum fiet: cum ad hoc dici possit, casus illos iuris rigorem inspicere: quod ipsimet in ea lege, Iuris ignorantia, fatentur: vbi effingunt exemplum de rustico, qui sua non edidit instrumenta: quorum tamen editio fuisset ex legis necessitate facienda, ita vt hic nodus plurimorum capita torserit. Poterit tamen communis sententia facilè ita sustineri, vt verum non sit eos, duos casus rigorem iuris intueri: si attenderis, talem rigorem sic à Doctoribus declarari, vbi omissa fuit solennitas necessaria, & q̄ lex omnino desideraret, puta in condendo testamento, codicillis, donatione causa mortis, & similibus aliis casibus. Nam etsi hic sua instrumenta non ediderit, aut Prætoris albū corruperit, non sequitur, vt ex eo dicatur iuris rigorem spreuisse. Potuit enim ignorasse, an edenda essent, vel utrum Prætoris album liceret vitiare. Præterea his accedit, quòd duobus istis exemplis de damno vitando agatur, vt meritò restitui debeat: puta, quòd ad alibi corruptionem spectat, nec pœnam quinquaginta aureorum subeat: demum, vt ius suum illæsum per nouam instrumentorum exhibitionē maneat. Nec est in rei veritate solennitas necessaria exhibere instrumenta, & si textus dicat, esse edenda, quod verum est, vbi id expedit, aliàs secus. Potuit enim iste testibus intentionem suam probasse, ut non sit instrumentorum alio opus adminiculo.
6 Quod† demum & loco tertio narratum est. legem vellet rusticitati esse condonandum, non ex eo est inferendū, ut passim his succurri debeat, imò solùm cum hoc suadet æquitas:
7 quod est in exemplis & casibus à lege expressis: idque† planè desumitur ex l. fina. C. de iur. & fact. ignoran. in qua primum habetur non succurri mulieribus contra iuris ignorantiā, nisi quod ibi textus ait, in casibus à lege designatis: ita vt possit ad rusticum consimili iure extendi: quam declarationem, aut si malis, solutionem, tu absurdam iudicare non debebis, quippe quæ ex legis medulla prodeat. Esset enim aliàs difficillimum, quorumuis casuum particularem & specificam assignare rationem, & de quouis tutum ac stabile ferre iudicium. Te tamen semper oportebit ita eum scopum declinare, vt consideres ipse, an damni uitandi sit con-
8 trouersia† eoque casu ijs succurri: quod & minoribus multò fortius adaptabitur, vt etiam contra iuris ignorantiam restitui debeant, si de eorum detrimento ageretur. Prætor eos autem casus, quos primum enarrauimus, vbi de damno vitando certatur, poterit hic obiter recensere, quem annotatum reperies in l. j. §. finali ff. de iure fisci. ubi adfertur exemplum
9 de eo† qui sui iuris ignarus, se tamen detulerit, ita ut restitui possit, si ea sit persona, quæ propter rusticitatem id ignorasse potuerit. Habes denique l. 3. §. penul. ff. de suspe. tut. necnō l. 3. §. 1. ff. si quis in ius vocat. non ierit, quibus exemplis rustico, quod etiam ad iuris ignorantiam attinet, lex adest.

Extricatur hoc capite, quomodo rustico & mulieri subueniatur?

SVMMARIVM.

1 *Remedium ordinarium cessat: vbi à lege de extraordinaria prouidetur.*
2 *Rusticus ob non exhibita instrumenta culpatus, quo pacto ad exhibitionem eorum admittendus?*
3 *Mulier & rusticus in legem peccantes, beneficio legis ordinariæ non fruuntur.*

CAPVT LXXXIIII.

QVIBVS sic elucidatis, vt ita subsistentibus, non impertinens ad præsens negotium videbitur, hoc passu examinare, an in præscriptis exemplis, & a lege expressis casibus, quibus mulieri & rustico succurritur, sit ab his via restitutionis imploranda: aut an sat consultum sit, vt ordinario remedio eis subueniatur? Cu-
1 ius quæstionis dubitationem facit, Quòd † cessare ordinariū remedium debeat, vbi à lege de extraordinario prouidetur: & ita frustrà ad restitutionem confugi, cum talia exempla
2 sint in Corpore Iuris designata & clausa: ita † vt si culparetur rusticus, quare sua non exhibuisset instrumenta, posset simplici via ordinaria ad talium exhibitionem admitti, citra quā uis aliam officii nobilis implorationem, aliàs nihil operaretur talis scripta iuris communis dispositio. Qui verò in oppositam ierunt sententiam, considerarunt posse minorem, prætermisso ordinario auxilio, extraordinarium amplecti, si eo sibi pinguius consultum putarit, vt idem in rustico & mulie re disponi debeat. Meum tamē hac in re est iudicium, vt mulier & rusticus contra eam iuris ignorantiam restitui in integrum debeant, & esse ita declarandas leges, quibus disponitur, in certis casibus eis succurri, puta per restitutionem in in
3 tegrum, & nobili officio iudicis † vt cum in legem peccauerint, æquum non sit eos ordinariæ legis beneficio frui, & id eo Bar. in l. 1. C. de iu. & fac. ign. non extra rem putauit, rustico ex clausula generali succurrendum esse, quæ est expressa huius puncti decisio. Quod tamen prædiximus legem contra iuris ignorantiam rustico non adesse, hoc est a te intelligendum, vt procedat, si is consulere peritiores potuerit, idq; deprehenditur ex illa lege. Regula, & cæteris legib. quibus disponitur sapientiam his. casibus sic esse accipiendam, si per se aut prudentiores assequi hanc potuerit, quæ declaratio est indubitata. Sed ex ea pendet nodus difficilis, si è diuersa rusticus summa in consulendis peritioribus sit usus diligentia: neminem tamen repererit, cuius consilio posset uti, num iudicabitur casus ille probabilis, & ob quem restitui debeat?

Vtrùm attendatur, an pro assequenda restitutione rusticus consulere peritiores debuerit?

SVMMARIVM.

1 *Mulier ob non expostulatum filio tutorem successione utrum priuāda.*
2 *Mulier omittens peritiores consulere, non restituitur.*

CA-

Source : BIU Cujas

CAPVT LXXXV.

ET vt tu liquidiùs iſtud intelligas, ſubiungã ego hoc loco practicabilem caſum, è cuius reſolutione manebit diſſoluta ea q̃ſtio. Ruſtica † quædam mulier poſt longam bonorum adminiſtrationem filii ſui impuberis, petiit à iudice, ſe ad filii tutelam admitti, & vt poſſet inuentarium bonorum, ad filium ſpectantium, conficere: quæ duo primùm quàm bonis filii ſe immiſceret, expleſſe debuiſſet, vt eſt iuris notiſſimi: ita vt aduerſum talem negligentiam reſtitui ſe expoſtularet, allegata primùm iuris ignorantia: tum, quòd in rei veritate fuiſſet ſua opera filii patrimonium plurimum auctũ, quæ duo aſſereret reſtitutioni omnino accedere, in quo dubitatum fuit, an eſſe pro reſtitutione declinandum? Excitabat autem difficultatem, quòd ſecundum iuris communis determinationem ob non expoſtulatum ab ea tutorem filii ſucceſſione priuata & excluſa fuiſſet, vt eſt in lege, omnem. C. ad Tertul. ita ut talis proba adminiſtratio non videretur ſufficere, per quam ſummoueretur tam notabilis negligentia: imò ita placuit quibuſdam hæc ſententia, ut à reſtitutione excludendam mulierem terminarint, quæ primùm fuit deciſio gl. in l. 2. §. mater. ff. ad Tertul. Cuius gloſſæ ſententiã putauit Caſtrenſis ſic eſſe temperandam † vt procedere debeat, vbi peritiores mulier conſulere potuit, aliàs ſecus, tunc enim ſolùm aduerſus ius poſitiuum peccaſſe, & deliquiſſe cenſetur: aſſerens, hoc tam verum eſſe, vt eſt certiſſimũ, Deũ exiſtere: cui ſanè hærendum ego puto. Quid enim huic mulieri adſcribi poterit, à qua ſit tentatum peritiores conſulere, ita ut ab ea opinione, tanquam æqua, iuſta, & meræ rationi conſona non cenſeam deficiendum.

1

2

Vbi ruſticus eſt ſequutus conſilium periti, & contra ius peccauit, vtrùm ſit reſtituendus.

SVMMARIVM.

1 *Ruſticus ab indocto patrono eluſus, ſi contra ius peccauerit, reſtituendus.*
2 *Ruſticus iura tenere non præſumitur.*

CAPVT LXXXVI.

QVID autem? Si † ruſticus aduocatum aliquem conſuluerit, qui eius conſilio motus, actum iuri communi pugnantem fecerit, erit num ei per reſtitutionem ſuccurrendum? Quẽ caſum memoria teneo, quandoque apud Senatum Dolanum excuſſum, coram quo ab aduerſa parte in reſtitutionem pleraque obiiciebantur. Primùm, quòd huic ruſtico adſcribendum eſſet, qui doctiorem, diligentiorem, & accuratiorem non delegiſſet aduocatum, cum etiam ei ſoli confidiſſet? & quare alios non adijſſet? hæc tamen non tam efficacia viſa tunc ſunt, vt impediretur reſtitutio, ita vt planè conceſſa fuerit. Quid enim, cum † per ſe ruſticus iura non teneatur noſſe. ſed à peritiorib. ea aſſequi & intelligere, ſi quod in ſe fuit, & ad quod adigebatur, præſtiterit, qua quæſo culpa tueum notare poteris? nec iuuabit, quòd perſpectiorem patronum ſelegiſſe debuerit, qui exiſtimarit, hunc quem adiit, virum doctum fuiſſe, & tali eruditione fultum, ut ei facillimè adeſſet, & qui etiam talis communi ſentẽtia haberetur. Nec ẽt mireris, ſi ab eo deluſum ſe reperit: cum nõ deſint, quos vulgus doctores reputet: qui tamen quæ ad ius ſpectant: ſub frigidè tractent, quod non debet his aſcribi, qui ab eis conſilium expoſtularunt. Cuius ſententiæ fuit Sali. in l. fi. C. de pœna iud. qui malè iud. quo loco recenſet, Poteſtatem in ſyndicatu excuſari, qui de aſſeſſoris conſilio aliquid quod tamen legibus pugnaret, egiſſet: modo is Aſſeſſor doctoratus ornamentis inſignitus eſſet. Solet enim talis diadematis inſula, & tam inſignis (quod aiunt) qualitas maximum præſumptę eruditionis teſtimonium iudicari: ita teſtante Sali. eodem loco, cuius dictum eſt plurimum ab Alex. commendatum in l. 2. ff. quod quiſque iuris. & conſ. 66. habita, priore volum. Et ita hunc articulũ, aſſumptumq; thema putauero reſoluẽdum.

1

2

Si in propria lite aduocatus ſit erroneè verſatus, an is reſtitutionem implorans ſit audiendus?

SVMMARIVM.

1 *Aduocato in lite propria incautè verſanti quare non ſubueniatur.*
2 *Aduocatus ſeu patronus per ſe leges & iura ſcire tenetur.*
3 *Aduocatum, antequam in ſua cauſa halluci natus eſſet, peritiorum cõſilio vſum videri ſubleuandum.*
4 *Iudex; etiam conſultis peritioribus, perperam iudicans, a ſyndicatu liber haud efficitur.*
5 *Aduocati & ruſtici diſparem in ſubleuando rationem haberi.*

CAPVT LXXXVII.

QAeterùm ex præcedentib. ſe offert articulus alius excutiendus. Si Patronus in propria cauſa legis formam non obſeruauerit, ſeque contra eum errorem reſtitui petierit, vtrum ei reſtitutio indulgeri debeat? In quo memini quandoque expoſtulatam ſimpliciter reſtitutionem, nulla alia cauſa adiecta. Scio & ab altero Patrono allegatum, a ſe primum quam erraſſet, peritiores conſultos, qui poſtremus caſus minus habet dubitationis quàm prior, cum quod ad primum attinet, certũ ſit † non debere ei ſuccurri, quaſi ſit turpe & inuerecundum profeſſori, ius, in quo verſatur, ignorare, vt eſt in l. 2. ff. de ori. iu. Quod verò poſteriorem concernit, putarunt quidam, idem iuris, vt priore exemplo, ſtatuendum, finalemque eam rationem, q̃ iamiam attigimus, ſecũdo caſui adaptabilem, quòd † hic per ſe leges iura ſcire teneatur, per quod eſt euacuata illa conſideratio de conſultis ab eo peritioribus. Decius tamen, quantum ad poſteriorem caſum attinet, voluit in ea l. iuris ignorantia, ut hic reſtitui debeat, quem excuſari in eo teſtatur † quòd tam ſuæ doctrinæ non confiderit, quin peritiores pro conſilio aſſequendo adierit, vt debeat ex tali diligentia aliqd fructus & vtilitatis aſſequi. Decii tamen ſententiam ego probare nequeo. Ad quod me inducit, quòd paſſim in iure circunfertur: Iudicem † qui etiam conſultis peritioribus, malè & iniquè iudicauit, non tamen a Syndicatu liberum effici: hoc ita docente Bar. in l. ſi conuenerit. ff. de re iudica. Quod vel ea fuit ratione confirmatum: quia per ſe id ſcire debuiſſet, vt eadem ratio hoc caſu, quæ in Aſſeſſore concurrat, ſecundùm notata in l. 2. ff. quod quiſquæ iuris. Et hac de re Doctores in eadem l. 2. ſenſerunt, debere ſemper deligi doctum prudentem, & circunſpectum. Aſſeſſorem, ita vt ex præſcriptis videatur mihi hæc opinio verior, probabilior, & Decii doctrina longè concludentior. Quem iuuare nequit, quod de Aduocati diligentia ipſe conſiderauit. Si enim per ſe id noſſe eſſet adſtrictus, iuuare eum nequiret, quòd alium adierit: Nec etiam eadem ratione huic diligentiæ eſt deferendũ, quali ſupra vidiſti ruſtico condonari † quòd vtriuſque qualitas ſit diſtinctiſſima, & omnino ſeparata: cum in ruſtico non deſideretur iuris ſcientia ſaltem ut per ſe eã aſſequi debeat; in Aduocato verò ſecus. Et ſecundùm hæc teneo memoria reiectam a Dolano Senatu ſupplicationem aduocati Veſulienſis, cui cum eſſet lis aduerſum fratres, ac ex eis cõſortem ſecum haberet pupillum, cum eo omologentem, poſt latam in eum & pupillum a iudice ſententiam omiſerat intra dies decem à lege præſtitutos appellationem introducere, imò eam appellationem exequi, quod notabili errori omnino adſcriptum fuit, quaſi ignoraſſe non debuiſſet illius municipalis termini formam: ita vt a reſtitutione, quam impetrauerat, repulſus fuerit, a qua cum is agnouiſſet, ſe excluſum, tentauit poſtmodum aliam viam, curauitque a pupillo conſorte reſtitutionem implorari, vt tandem ex illius perſona aſſequeretur, quod propria habere nequibat. Qui an aptè id perierit, poſtea intelliges, ac quid tunc ea in re Senatus ſanxerit, quia conſtituerim examinare, utrum in reſtitutionis materia unius conſortis beneficium alteri prodeſſe debeat: Fietque eo loco opportunior eius p̃ſcripti puncti determinatio.

1

2

3

4

5

Vbi à ruſtico ſunt perito conſulendi, an vnum vel plures adire debeat.

SVMMARIVM.

1 *Ruſticus ut inanes expenſas euitet, plures, quàm unum Aduocatos conſulere non tenetur.*
2 *Conſilium unum ſufficere, deficiente, a quo poſſit aliud expeti.*

CAPVT LXXXVIII.

QRit etiam diligenter aduertendum, an cum ruſticus peritos cõſulere debeat, ſit neceſſum, vt plures, vel vnum ex his tantum adire debeat? Quam difficultatem attigit Dec. ſub ea lege, iuris ignorantia: eamque ſic extricandam & explanandam putauit, ut ſi plures peritos aſſequi potuerit, non unum ex his tantum, imò plures adijſſe

Source : BIU Cujas

adijsse debuerit. Quòd si vnicus tantum in vrbe aut alio loco existisset, non fuisse alterius consilio opus: asserens id desumi ex §. quod autem. in Authentico, de non alienan. rebus ecclesiarum in quo §. disponitur, res Ecclesiarum immobiles siue integræ sint, aut ruinæ suppositæ: in quamcunque tamen personam non posse alienari, nisi in emphyteusim a iure præmissam. idque primum subtili indagatione p duos architectos facta, aut etiam vno præsente, si modò vnum solum habuerit ciuitas. Cuius sententiæ fuit ante eum Bartol. in l. 1. ff. de vent. inspici. quem est etiam secutus Alexã. in l. 1. §. fin. ff. de verbo oblig. & consi. 168. volum. 2. moti omnes à similitudine eius casus, vt eadem ratione secundùm eos hoc exemplo statui debeat. Si tamen Decii doctrina, vt est generaliter concepta, perpendatur, videbitur, me iudice, Decius textui, quem pro se allegauit, omnino contradicere: in eo qđ sensit: Si plures sint in vrbe periti, adeundos omnes: & tamẽ maiorem numerum quàm duorum non exigit ille §. Et si admittat plures numero fuisse, cum vtatur hac dictione Omnes, quæ de se est vniuersalis, nec ab re ita ibi est statutum, vt euitetur infinitas† & ne inanibus expensis grauetur rusticus: quas sufferre aliàs cogeretur, si omnem Aduocatorum cœtum consulere teneretur. Posset tamen, disputationis gratia, in hanc iri sententiam, non plus quam vnum etiam si in vrbe maior extet numerus, consulendum. Quid enim? Si ego solum aduocatum adiero, qui cæteros quosuis alios doctrina, praxi, & omnigena antecellat eruditione, nonne mihi satis consultum erit: quia illius iudicium cætera quorumuis aliorum sensa & dogmata præcellat: imò hæc consideratio ex alio confirmabitur, puta ne huc rusticus superfluis afficiatur expensis. Vt tamen cominus defensetur, tu nouum existimare non debebis, si plures saltem duo sint consulendi, cum expressim id lex desideret, vt est sub illis verbis: Si per se aut peritiores assequi potuerit: quasi plurium consilium exigat, aliàs frustra illa pluralis sermonis adiecta fuisset dictio: potuitque Iureconsultus ad id ita statuẽdum moueri, quod tutius, firmius & solidius sit plurium, quàm unius consiliũ, vt est in capitulo, prudentiam, extra de offic. delegat. Quod adhuc magis & efficacius procedat: quia de iuris cognitione tractetur: vt ex his cum Decio condendum censeam, saltem duos esse consulendos: quod non ab re ita fuit prospectum, & ad talem numerum id coarctatum, vt euitetur infinitas.

3 Sed† & adhuc ita intelligenda erit Decii sententia, maximè duos adeundos, si modo hos assequi potuerit, quia si vnicũ tantùm reperiretur cõsilium, nec esset a quo exigi aliud posset, videbitur ille solus sufficere.

Quæ de rusticis in restitutione in integrum assequenda disponuntur, ad sagaces rusticos non extenduntur.

SVMMARIVM.

1 *Rusticis non ob præsumptam aliquam sagacitatem, sed nudam simplicitatem, quæ rusticitatis comes censetur fauetur.*
2 *In rusticis, & eius generis alijs innocentibus iuris ignorantia passim præsumitur.*
3 *Rusticorum simplicitatem & sagacitatem discernere laboriosum atque difficile videri.*
4 *Rusticus a iuris ignorantia non excusabitur si sagacitatem in eo agnoscas, & num. 6.*
5 *In rustico præter solam simplicitatem nihil exigitur.*
7 *Sagacitate in rustico deprehensa iudici quid facere conueniat?*

CAPVT LXXXIX.

QVæ tamen de rusticis præmisimus, tu id ad sagacẽ rusticum non extendes: hoc ita firmante gloss. in l. athletas. §. de rusticis. ff. de excu. tuto. cuius opinis est Alex. in l. si quis id quod. ff. de iurisdic. omn. iudi. Putauit tamen Decius in ea l. si quis id quod, futilem esse præscriptam declarationem: & per quam secundùm eum limitaretur nimio, quàm deceat, præcedens de rusticis dispositio, qui sagacem rusticum reputandum censuit, si quæ ad ius spectant, attenderis. Sed si animum aliò deflexeris, & hominis experientiam in aliarum rerum tractatione exquiras, quid tu prudentiæ, aut maioris sagacitatis, quàm eorum quę ad rus attinent, secundùm eum elicies? Cæterùm si talis limitatio probaretur, nonne ferendum esset consimile in mulie re sagaci iudiciũ, ut ex eo a restitutione repelli deberet? quæ esset summa declaratio ad exemplum, quod iamiam de matre inseruimus, quæ se restitui expostularet, quia tutorem filio non petiisset: vt si in ea sagacitas deprehenderetur, nõ esset, quare tunc deberet restitui: quando tamen ego tali casui non video esse adaptabile. Quinimò acutus Lector præter Decium, & in suæ sententiæ confirmationem ita moueri poterit. Solet enim a lege quibusdam casibus rusticis faueri

1 † quod est ob puram & nudam eorum simplicitatem, quam nemo nescit rusticitatis esse comitem: & hac ratione non exigitur in rustico prudentia: quin potius attenditur simplicitas rusticana, quod satis desumitur ex l. 2. C. de defenso. ciuit. sub illis verbis. Innocens & quieta rusticitas. Facit ad hoc l.

2 fina in princip. ff. de dolo excep. per quam disponitur† in talibus innocentibus passim iuris ignorantiam præsumi. Sic si in rustico cesset præsumpta doctrinæ consideratio, quid fuit opus, eam adferre limitationem, nisi sagax sit rusticus, cum in talibus non requiratur sagacitas. Quinimò si esset talis sagacitas pensanda, incideretur ea via in longam & morosam

3 perscrutationem† quia esset opus immẽso examine, an num quibus rustici restitutionem in integrum implorantes, sagaces essent: quod non nisi difficulter, & summo cum labore assequeremur, vt quo anfractus ille vitietur, debeamus potius communi accedere, quàm eam hac limitatione perstringere & coarctare. Est tamen, per quod doceri possit, Decii iudicium, etsi cõmune sit, non omni ex parte concludere: quia primùm abnegari possit, sagacem reperiri posse rusticum. Cuius rei habes apertum Iureconsulti testimonium in l. si chorus. ff. de lega. 3. in qua testatur, se a sagacibus rusticis, & iamiam senio confectis quandoque intellexisse, pecuniam

4 sine peculio fragilem esse. Quòd † si in rustico sagacitatem agnoscas quare non aptè tutabere, hunc a iuris ignorantia excusare non debere: quasi a cessante legis ratione silescere debeat ipsius legis dispositio & determinatio, vt est in l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. Ex quibus intelligis, quàm fatigentur Doctores in eius scrupi enodatione. Sunt tamen, qui obiter Decii assertionem defendi posse existimarint, per quam reiicitur, planeque exsibilatur præscripta illa limitatio: quam si admitteres, resultaret omnino, vt sagaci rustico non plus a lege pro restitutione contra iuris ignorantiam assequenda, quàm extraneo cuius faueretur, etiamsi is rusticus peritiores consuluisset, quod esset omnino durum, & natiuę rusticitati repugnans, imò merè oppositum. Facit & aliud. Nam si in rustico ea sagacitas consideraretur, oporteret saltem talem esse, ad quam secundùm negotii contingentiam posset animaduerti, puta si de iuris ignorantia tractaretur, iuris cognitionem in rustico fuisse: & tamen supra nosti, hanc in eo non desiderari. Sed in summa veriorem putauero aduersum Decium eam limitationem. Nam† etsi in rustico nõ

5 exigatur, nisi sola tantum simplicitas: quare absurdum iudicabis rusticum ius callere posse? quid enim si prima ætate is literis insudarit, in quibus multum profecit, cum demum ad rus se contulerit, an num ius per se scire potuit? vt id solum attendi debeat, an sagax sit, etsi non eam inficias, ex horum albo paucos reperiri: non tamen ob id sequitur, quin inter

6 tantos vnus apparere possit. Quare† si sagacitatem pars obiecerit, eamque vt decuit, probauerit, rei potissimum, de qua agitur & negotii qualitate perspecta, iudicis partes erunt, talem sagacem rusticum a restitutione contra iuris ignorantiã repellere. Sed oportebit iudicem diligenter, & adamussim inuestigare & omnino attendere, an talis sagacitas sit negotio de quo agitur, adaptabilis, quasi vis præcipua, & omnis negotii energia ab effectu probationis pendeat? meque magis in hanc trahit sententiam, quod scribit Castrensis in l. 2. C. de in ius voc. eo loco examinans, an illius legis casu excusetur mõtanus rusticus, verè montanum animum referens, quasi è diuerso iudicandum oppositum censeat in eo, qui sagax & prudens esset. Quòd si rusticum expertum, discretum, & plura callentem reperies, a quo iuris abesset scientia, ac de eo restituendo aduersum iuris ignorantiam tractaretur, nihil eum ab assequenda restitutione talis in eo experientia, plurimarumque rerum cognitio repelleret, quia abest illa qualitas necessaria, puta iuris scientia, de qua expressim agitur: quæ omnia mirè cõferent ad informationem iudicum, coram quibus talis lis restitutionis ventilabitur.

Si à rustico sit in ius naturale peccatum, possitnum ob id restitui?

SVMMARIVM.

1 *Patronos a libertis, non nisi impetrata venia in ius esse vocandos.*
2 *Rustico, ius naturale violanti, minimè succurrendum.*
3 *Rusticus ius naturale quando violasse præsumatur.*
4 *Rusticus, in ius naturale peccans, ex sententia communi non restituitur.*

Rustico

5 *Rustico non succurritur contra preceptum iudicis, quod ex iure naturæ dependet, secus in eo, quod ius positiuum respicit.*
6 *Rusticus in ius vocatus, non comparendo ius ciuile, non autem naturale læsisse præsumitur.*

CAPVT XC.

POST enucleationem præcedentium difficultatũ, opportunè hoc loco examinari poterit, vtrũ possit restitui rusticus, a quo sit in ius naturale peccatum? Pro cuius declaratione assume exemplum, quod annotatum reperies in l. venia. C. de in ius vocã.
1 per quam determinatur, patronos † non esse a libertis (nisi venia petita) in ius vocandos: quod fit, vt ab his debitus honos patronis impendatur. Cæterùm si libertus, qui rusticus sit, in ius patronum, non impetrata venia, vocauerit, an num tali casu erit rusticitati condonandum? Quæ dubitatio satis p
2 eam lege m resoluitur: in qua expressim habetur, non † esse succurrendum rustico, quòd ius naturale offenderit. Censetur enim in ius naturale deliquisse, quia antidorali obligationi, qua patrono erat adstrictus & alligatus non satisfecerit quem is primùm libertate donasset: ita vt iuxta naturalis iuris formulam debuisset acceptum rependisse beneficium, & saltem in tam grati officii testimonium patronum eo veniæ honore donasse: quæ ratio depromitur ex l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. necnon l. sed etsi lege. §. consuluit. ff. de petit. hæred. vt passim recepta sit hæc sententia, abnegandam esse restitutionem: ita vt ei opinioni plures se addixerint. Tentauerunt tamen quidam, sequentibus eam euertere rationib. moti primum l. 2. §. fi. ff. si quis in ius vocat. non ierit. In qua præmittitur, ex quacunque causa vocatum in ius comparere debere, ne is maiestatem prætoriam vilipendere iudicetur: & tamen lex ibi vult, rustico citato, qui iudicio non adfuit, esse ignoscendum: cum tamen sit indubitatum, eam obediẽtiam & reuerẽtiam, quæ magistratibus est debita, quasi a naturali iure deriuari, & ortum assumere, vt est in l. veluti. ff. de iust. & iur. iuncta l. regula. ff. de iuris & facti ignoran. Quem obicem excitat Iaſ. in l. 1. C. de in ius vocando. nulla tamẽ ad
3 id adlata resolutione. Quòd † autem non comparendo corã iudice sit ius naturale lætum, Salicet. in ea l. 3. considerauit: mirè ad id arridere vulgatum illud Catonis Apophthegma, Para te foro: qui demum dissoluens præscriptum obicẽ,
4 putauit hac distinctione ita terminandum negotium † vt si iudicis præceptum ad ius naturale referatur, verum sit non esse rustico succurrendum: quòd si Ius Ciuile introspiciatur, secus statuendum. Animaduerti tamen, posse prima manu iudicari, hanc eius declarationem aliquid in se pugnantiæ, & contrarietatis continere. Nam omnino docere is voluit, si magistratui non pareatur, ius naturale offendi. Porrò statim subiicit, rustico, si ab eo defecerit, puta non comparendo, fauendum, quia tunc sit ab eo Ius ciuile, non autem naturale peccatum, quod vltimum, vt est ad oculum, eius priori doctrinæ non accedit. Eximetur tamen ab hoc scrupo Salice. si
5 intellexeris † eum non alia ratione tale excitasse obiectum, cum vt ab eo proponeretur dubitandi ratio: non autem, ut absolutè docere voluerit, si coram iudice non compareatur, in ius naturale peccatum: In quam rem etsi considerauerit eam Catonis vulgatam sententiam hoc tamen non efficit, ut qui magistratui nõ obediuit, ius naturale læserit. Quo fit, vt ego planè accedam resolutioni Saliceti, verissimumq; esse
6 putem † hunc non comparendo Ius ciuile tantùm, non autem naturale læsisse, qua ratione lex rustico in eum casum putauit indulgendum, ut mulctari non debeat. Accedere his poterit ratio illa, & per quam planè confirmabitur Saliceti sententia longè distinctam esse obedientiam, quam debemus magistratui ab ea, qua erga patronum alligatur libertus, quod satis deprehenditur ex finali ratione eius legis secundæ, si, ut decet, verus illius sensus expendatur. Cur autem ex quacunq; causa vocatus in ius adesse iudicio debeat: est, ut hoc ipsum sciatur, an magistratus eius iurisdictioni sit subiectus: ita ut ob id illius exigatur præsentia, ne potissimũ eluforium maneat iudicium. Quo casu, nonne quæso, sat liquet rusticum per imperitiam coram iudice non comparentem, in Ius ciuile, non naturale deliquisse: quia is ignorauerit, an præcisè iudicio adesse deberet: ut ex oppositio dici posse crediderim: Si rustico primùm, quàm contumax esset, declarasset apparitor, a quo citatus fuit, eum comparere debere: & tamen iudicio non adfuerit, nihil esse, quare hoc capite a mulcta sit excusandus, cũ tunc cesset præsumptæ in eo ignorantiæ ratio. Sed mirum est legem rustico adesse, si per imperitiam prętoris album corruperit, quia sibi id licere existimauit: cum tamen delictum illud in faciendo consistat, & nihilominùs ei nõ succurritur, ubi omittendo deliquisset: ut est, ubi aduersum veniæ impetrationem patronum in ius absq; licentia uocauit. Et si certum sit, minus faciendo, quàm nõ efficiendo, delinqui testimonio glossæ in l. si mora. ff. soluto matri. Sed hoc ideo disponi dicas, quod ad ueniam spectat: quia sit itum in ius naturale: ut lex ea ratione quoduis abneget auxilium, siue in faciendo, aut nõ faciendo, actus cõsistat.

Vbi statuti municipalis allegatur ignorantia, an sit restitutioni locus?

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia ex ipso facto proueniens iusta putatur.*
2 *Rusticus, continuè ruri degens, statuti municipalis promulgationem probabiliter sepè ignorare præsumitur.*
3 *Principis edicto nemo ligatur, nisi prius id promulgatum appareat.*
4 *Restitutio rustico, ius municipale ignoranti, qua conditione concedenda.*

CAPVT XCI.

AD hæc recensendum putaui quòd tractat Anch. consi. 393. primum eodem consi. recitans, fuisse in quadam vrbe Sedi Apostolicæ subiecta, ponti ficio introductum indulto, ut infra mẽsem reiecu dalis inuestitura a domino assumetur. Accidisse postea, rusti cum inuestituram non petiisse: cum tamen id necessitas exposceret, a quo contra talem negligentiam implorabatur re stitutio, allegans inter cætera, a se ignoratum illud priuilegium Pontificum, ut ex eo proponat Ancha. disputandum, an talis ignorantia, qua is se tuetur, sit efficax? & ob quam sal tem debeat restitui? atque nihil obesse is refert, quare planè
2 indulgere non debeat cum, ut is ait, hæc ignorantia è facto prodeat, quæ ob id iusta iudicanda sit, argum. c. 2. de constit. in 6. Solent enim facta prudentissimos quosuis fallere. l. regula. ff. de iur. & fac. igno. Et quæ non præsumantur, nisi probẽtur. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & postlim. reuer. ut probabiliter potuerit rusticus priuilegium illud Apostolicum ignora
2 rasse † maximè si continuò ruri versaretur, uel in ciuitate nõ degeret, argu. l. Lucius. §. Titius. ff. de lib. & posthu. Ad quod est etiam elegans Bar. doctr. in l. cum filius. §. in hac. ff. de ver. ob. hæc Ancha. Non tamen mihi omnino saltem ex integro satisfacit eius determinatio. Quid enim? si publicatum tale mandatum Apostolicum admiseris, quomodo valide ea ex cusabitur ignorantia, quam tunc nemo non iudicabit crassam, supinam, & à lege reprobatam, potissimum ignorasse, quod is scire teneretur, argu. l. latè culpæ. ff. de verb. & rer. significat. Quod autem eius mandati publicationem præcessis
3 se sit in confesso, uel te id unum docebit † prius non ligare principis edictum, quàm palam & publicè manifestatũ fuerit, vt hac ratione quam concludentissimam esse opinor, pu-
4 tarim Ancharanum sic debere declarari, ut † verum sit huic rustico dandam restitutionem, si non præcessisset priuilegii publicatio: maximè in eo loco, quem rusticus passim habitaret, & ubi frequentius degeret, vel saltem in urbe, seu pago circumuicino: ita ut uerosimiliter ad eius notitiam peruenire potuisset, aut nisi ei illius priuilegii facta fuisset intimatio, seu denunciatio, argu. l. si fund. C. de rei vend. Sunt enim hæc tam efficacia argumenta, ut hic omnino submoueatur quęuis præsumptio ignorantię, in qua tamen omnem suæ intention is uerbum collocat Ancharanus.

An statuti ignorantia probabilis sit;

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia iuris a damno non excusat.*
2 *Emphyteuta, iusto tempore canonem non soluens, & a iure suo excidit, & ignorantia ei non opitulatur.*
3 *Ignoranti tempus inuestituræ petendæ non currit.*
4 *Ignoranti tempus inuestituræ petendæ quando non currit, quę præcipuè expendenda.*
5 *Statuta loci, quem quis incolit, & in quo moram aliquam inhabitando contraxit, non ignorare præsumitur.*
6 *Dies in statuto pro consequenda inuestitura præfixus, censetur pro specifica forma introductus.*
7 *Prętermissio formæ etiam si a rustico prętereatur, tamen ipsum actum vitiat.*
8 *Inter statuti & iuris ignorantiam quanta diuersitas.*
9 *Mulier aut rusticus quo pacto contra statuti ignorantiam non restituatur.*

Mulieri

Source : BIU Cujas

10 *Mulieri aut ruſtico quando & quare contra iuris ignorantiam non ſuccurratur.*
12 *Iuris ciuilis ignorantia a municipali in quo differat.*
12 *Ignorantia excuſari non poteſt, quod eſt apud omnes publicum.*

CAPVT XCII.

SVppetunt ad hæc non abſurdi caſus, quorum determinatio ex præſcriptis omnino reſultare videtur. Si effinxeris ſtatuto introductum, vt in tra annum aſſumi inueſtitura debeat, aliàs feudalis iuris priuationem imminere. Cæterùm, ſi quis rem feudalem emit, eius poſſeſſionem tãdem adeptus ſit, nulla præcedente inueſtitura, poſtea a ſe ignoratum ſtatutum contenderit: ita vt ſe reſtitui aduerſum talem negligentiam petat, annum iuſtè id expoſtulabit? quam difficultatẽ promouit Alexã. conſi. 14. ſecundo volum. Primum in eius
3 rei extricationem conſideranstiuris ignorantiam non excuſare maximè a damno, vt per glo. in l. iuris ignorantia, la 2. ff. de iuris & fact. ignor. in qua fit ſpecialis mentio emphyteu-
2 tæ†qui canonem non ſoluit: ut ex eo a iure ſuo excidere debeat, nec ei talem ignorantiam opitulari poſſe, Demum ſubnectit, præfato caſu purgabilẽ non eſſe moram: qa quotieſcunque eſt a lege præſtituta dies, & pęna, ceſſare tali caſu omnem moræ purgationem: ita docente glo. in c. mora, de regu. iur. in 6. & c. licet, extra de decimis. Præſertim cum ipſo iure pœna indicitur aſſerens, hanc eſſe apud Scribentes communem ſententiam. Tandem poſt exactam omnium, quæ ad
3 hanc aleam pertinent, diſputationem, reſoluit ipſe † tempus illud petendæ inueſtituræ ignoranti non currere, per ca. primum, quo tempore miles, in vſib. feudorum. quam opinionem prius declarauit Bal. in l. quãdiu. C. qui admitti. vbi pro veriſſimo teſtatur, ſi a lege ſeu ſtatuto præfixum tempus fue
4 rit, ſitque dubitatio†an num id tempus ignoranti currat, inter cætera, quæ examinanda ſunt, vult ipſe, hoc vnum attendi debere, an factum hominis in actu, cuius eſt quæſtio, acce dere deberet? & tunc non oportere ignoranti tale tempus ſic effluxum obeſſe ad quod allegat l. quinquaginta. ff. de excuſa. tut. & l. fina. ff. de decre. ab ordin. facien. imò ſi admitteres, obfuiſſe tempus, vult tamen ipſe ex iuſta cauſa reſtitutionẽ concedendam, ‡qui eius opinionis dicat ſe habere aſſeclam Angelum in l. fina. ff. ſi quis teſtamento liber. Si tamen tu, quid mihi in eo ſit ſententiæ, perſcruteris, ego primo iudicio & aperta fronte adfirmabo, non videri mihi veram eam Alexandri deciſionem, quod ſequentibus orationibus edoceri poſſe putauero. Quomodo. n poterit ſtatuti ignorantia conſiderari, ſi fateare, vt id neceſſitas exquirit, mulierem aut ruſticum in loco in quo eſt ſtatutum, vel ſaltem vicino reſidere: qui ſi ibi inhabitent nonne præſumuntur ex diuturno illo conuictu ſciſſe quid per ſtatutum de inueſtitura aſſumenda diſponebatur, argum l. ſi tutor petitus. ff. de pericu. tuto. Cuius mentis eſt Bar. in l. is poteſt. ſub §. fin. ff. de acqui. hære. & in l. cunctos populos. C. de ſum. Trinit & fi. Catholica. Ex
5 quibus doctrinis deſumitur†non præſumi aliquem loci ſtatuta ignorare, ſi modò in tali loco longam moram contraxe
6 rit; ut eſt in l. 2. C. vbi de crimine agi oportet. Accedit his† ita præfixam in ſtatuto diem pro conſequenda inueſtitura, cenſeatur illud pro ſpecifica forma introductum. Sic†formę prę
7 termiſſio etiam ſi a ruſtico prętereatur, actum ipſum uitiabit. l. fi. & l. ambiguitates. C. de teſtamen. Quæ prędata ſat Lectori manifeſtum facient † latiſſimum eſſe diſcrimen inter
8 ſtatuti & iuris ignorantiam: quod tamen ſemper ita temperandum exiſtimauero, modo publicatum fuerit ſtatutum, ut
9 ex his aduerſum Alexandrum concludi poſſit† non eſſe mulierem aut ruſticum reſtituendos contra ſtatuti ignorantiã, modo in eo loco in quo degerent, publicatum fuiſſet. Nam
10 vt hic, quantum ad iuris ignorantiam, non ſuccurritur†quia ius per peritiores aſſequi potuerunt: ita etiam hoc caſu opitulandum non erit: a quibus veroſimiliter non abfuerit ſtatuti cognitio, quod per ſe noſſe potuerunt, ſi promulgationi publicæ interfuerint, ita vt eius cognitio non cenſeatur tan-
11 tæ eſſe difficultatis, cuius eſt iuris ſcientia. Et hoc eſt†in quo (mea ſententia) diſcrepat iuris ciuilis ignorantia ab ea, quæ ad ius municipale refertur. Cęterùm vt, quod ad ignorantiã attinet, nihil omittatur, referendum putaui, quod quandoque eueniſſe in praxi memini. A vidua quadam tunc non ſatisfactum fuiſſe ſolennitati conſuetudinis ſeu ſtatuti, per qđ grauabatur, ſi marito prędefuncto vellet ſe a debitis hęreditariis immunem eſſe, vt certam formam a conſuetudine introductam obſeruaret, a qua cum defeciſſet, petebat ſe reſtitui: hoc vnum ſolum proponens, quòd conſuetudinem talẽ ignoraſſet: in quo fuit maximè hęſitatum: Videretur num
12 ea ignorantia iuſta, ęqua, & probabilis† cum potiſſimum a prouincia non abfuiſſet, ut præſumpta ſcientia ex oppoſito conuinceretur? & tandem deciſum, reſtitutione indignam: quos nos alio loco poſtea fuſius interpretabimur. Habes denique practicabile hac in re exemplum de eo, qui ſe ignorat ſe proponeret, eſſent num bona, quorum erat quęſtio, liuellaria: ita ut ex clauſula generali propter talem ignorantiam peteret ſe reſtitui. Cum tamen è diuerſo ex actis proceſſus pateret, talia bona liuellaria extitiſſe, & quẽ ob id iuuare non poterat ea ignorãtia, cũ potiſſimũ talia acta vidiſſet, vel ſaltẽ uidiſſe potuiſſet: hiſq; rationib. a reſtõne repulſum memini, in quem etiam vrgebat quod apud omnes eſt publicum, excuſari non poſſe ignorantia, ut l. ſi tutor petitus. cum glo. C. de pericul. tut. ut in eam iudex opinionem ierit. Et hoc ſatis ſuperque quod ad iuris & facti ignorantiam ſpectat, ut maximè dignoſcatur, quomodo petenda & danda ſit in integrum reſtitutione.

Vtrum ſub ſtatuto generaliter aliquid diſponente minores comprehendantur?

SVMMARIVM.

1 *Minores a quibus ſtatutis immunes habeantur?*
2 *Minores quando & quo pacto conſuetudinaria vtilitate fruantur?*
3 *Minor in quibus rebus pro maiore reputandus, & ſtatuto arctãdus ſit? & quando ſecus.*
4 *Statutum & conſuetudo pari paſſu ambulare cenſetur.*
5 *Præſcriptio a ſtatuto introducta an & quando in minorem currat?*
6 *Præſcriptionè a minoribus non incipere fauore imperfectæ ætatis, remanentibus in ſuo ſtatu exceptionibus.*
7 *Statutum 30. annorum præſcriptionis mentionem faciens, minorem non excludit.*
8 *Præſcriptio ſtatutaria, quando contra minorem currere poſſe putetur?*
9 *Præſcriptione ſtatutaria minor quare non adſtringatur.*
10 *Minorem ex Auctoris ſententię paſſim & indiſtinctè ſtatuto ſubijcien dum videri.*
11 *Minor à ſtatuto quare non uideatur eximendus?*
12 *Statuta ſic interpretanda ſunt, vt indebitè ne ſufferatur damnum.*
13 *Sententia Guilielmi à Cuneo, qua præſcriptionem utranque pari paſſu progredi affirmauit, ab Auctore conuellitur.*
14 *Statutariæ præſcriptiones tametſi contra minores currant; tamen hiſce læſis reſtitutio competit.*

CAPVT XCIII.

ADijci præcedentibus poterit non leuis dubitatio: Vtrùm vis & effectus ſtatuti minores complectatur, etiam ſi de his ſpecifica non ſit facta mentio? Exempli gratia: Per conſuetudinem & ſtatutum Burgundiæ limitantur, & reducuntur præſcriptiones ad annos 30. annum eius temporis coarctatio minorem, vt cæteros maiores, adſtringat? Cuius ſcrupi deciſio plurimum confert a talis conſuetudinis enucleatione.
1 Quòd†autem minores ſtatuto non ligentur, viſus eſt apertè ſenſiſſe Bal. in auth. niſi tricẽnale. C. de bon. mat. ubi refert, ſub ſtatuto minores non includi, per quod potiſſimum ſit introductum, ut intra aliquod tempus debitum exigat, aliàs à iure ſuccumbatur. Simile etiam ſtatutum aliquoties promulgatum memoria teneo quòd ad ſalaria Procuratorum & Aduocatorum attinebat. Longè tamen aliter hunc articulum reſoluendum exiſtimauit Guilielmus à Cuneo in l. inge nuum. ff. de ſtatu hom. quo paſſu examinat caſum conſuetudinis, & an per eam ligentur minores: adferens pro eius nodi extricatione duplicem diſtinctionem, quæ in hoc reſoluitur: vt ſi animum deflexeris ad actum, per quem ſic minoribus, vt maioribus conſulitur, tunc citra omnem hęſitationem
2 minores conſuetudinaria utilitate frui debere: puta, ſi diſponente conſuetudine, ut muliere prędecedente, maritus dotẽ
3 lucretur.†Tunc enim ſecundùm eum minor maior reputabitur. argum. c. fi. de iudi. uolum. 6. quod etiam teſtatur gloſ. in l. ait Prętor. ſub princip. in verbo, aliud. ff. de min. & l. apud Iulianum. ff. ex qui. cauſ. in poſſeſ. eatur. Quòd ſi actus talis fuerit, per quem minor, vt maior, repræſentari nequeat: tunc nullo modo ſtatuto arctabit. verbi gratia: Si ſtatuto diſponatur, eum, qui rem ſuam vendiderit, etiam ſi minus dimidia, reſcindere tamen contractum non poſſe, tunc ſub tali ſtatuto minor non includetur, imò liberum ei erit per contractus reſciſſione, aut ſi malit, annullatione iudicium inſtituere. Cũ enim per ſe minores contrahere efficaciter non poſſint, ſint que ad id prorſus inhabiles: nonne ſuadet ratio, ut talis conſuetudo ad eos referri non debeat? Senſit autem Guilielmus,

id eſſe

Source : BIU Cujas

id esse æquissimum, argumen. l. ut gradatim. §. sed si lege. ff. de mune. & hono. Quod etiam firmat Butrius in cap. fina. extra de consuetu. Subiungit & aliud: hoc etiam præcipuè ea in re attendendum esse, vtrum actus qui per consuetudinem introducitur, sit alicuius vtilitatis, & an ex eo fructus aliquis decerpi possit, aut si vtendū aliqua sit diligentia, nolens tunc à statuto minorem eximi: quia is talem operam, saltem qualem maior, præstare non possit, vt est in l. Imperatores. ff. de publ. & l. si ex causa. §. in commissum. ff. de minori. Adnectit demum in suæ distinctionis coronide † pari passu statutum,
4 & consuetudinem ambulare, nec plus inter se, quàm tacitū ab expresso dissidere, vt est in §. ex non scripto. Instit. de iure nat. gent. & ciuili, per Doctores in l. de quibus. ff. de legib. ut cum tam affinem, coniunctam, & proximam inter se formā habeant, benè sequatur, simile de statuto, quod de consuetudine ferendum iudicium: & ita assumptum thema, An sub statuto minores comprehendantur, esse eodem iure, tali consuetudini adaptabile. Legitur etiam Baldum hac in re aliter, quàm præfati, sensisse in c. 1. §. porrò, qualiter olim feudum aliena. poterat. in vsibus feudorum: vbi indicauit, hoc vnum esse spectandum & intuendum, an præscriptio, cuius à statuto fit mentio, in alterius præscriptionis locum succedat, & quæ primum à iure ciuili producat: puta, si de triginta
5 annorum præscriptione loquamur † tunc sub statuto includi debere minorem, talemque præscriptionem in minores currere, huius rationem adferens: quia subrogatum sapiat naturam eius, in cuius locum subrogatur, vt est in l. si eum. §. 11 qui iniuriarum. ff. si quis cautio. Quasi secus disponendum existimet, si talis statutaria præscriptio in locum alterius præscriptionis, à lege introductæ & adinuentæ, non succederet, vt est in c. constitutus, extra de in integr. restitutio. quo textu fit mētio anni, proximioribus ad rem alienatam ab alio proximiore retrahendam præstituti. Cuius etiam est apud nos Burgundiones consimile exemplum, vt secundùm Baldi sententiam & declarationem tale statutum ad minores non referatur, hæc ipse. Videamus nunc, an num ea, ut decuit, solertia veritatem hac in re Baldus attigerit? Primùm, ut cum eo cum ratiocinemur quis, quæso, non sit iudicaturus, duram, impiam & inhumanam eius declarationem, qua is senserit, admitti minorem non debere, qui rem, quæ à suis processit, statuti beneficio nequeat recipere? Qui etiam non bene concipiam, quibus rationibus possit præfata eius sententia stabiliri, nam etsi per statutum introducatur præscriptio, cuius tamen præscriptionis non sit a iure facta mentio, an ex eo dices sub tali statuto minorem non includendum? quis enim hoc Baldo reuelauit, à quo saltem debuerat sui dicti adferri ratio? nec enim adiuuabit, subrogatum sapere eius, in cuius locum subrogatur, naturam: cum hoc sit apertè contra l. finalem. C. in quibus caus. in integr. restitutio. non est ne
6 cessar. in qua hebetur † fauore imperfectæ ætatis à minorib. præscriptiones, non incipere, exceptionibus triginta seu quadraginta annorum in suo statu remanentibus: ut cum ea lex in trigenaria loquatur præscriptione, de qua etiam Baldus sensit, nonne sat patet, olim contra minorem præscriptionē triginta annorum cucurrisse? Per quod planè & liquidò confutata manet illius opinio, qua potissimum senserit, sub statuto de triginta annorum præscriptione mentionem facien-
7 te, minorem nō includi. Prætereà † annus à lege introductus, quo rem venditam retrahamus, cedit omnino in fauorem & puram utilitatem proximorum, ut horum bona in familia conseruentur, quare igitur ab hoc fauore minorem excludes? vt eadem lege & ratione putem debere etiam in minorem tale anni tempus currere, vbi intra id is statuto non satisfecit, si potissimum obseruandam æqualitatem censueris. Bar. verò ante Baldum putauit in ea. l. fina. C. quibus cau.
8 terminandum esse hoc modo præscriptum negotium † ut si de lucro certetur statutariam præscriptionem contra minorem currere. Quòd si de damno contendatur, secus iudicandum existimatum est: & ab aliis nullo modo statutaria præscriptione minorem astringi per eam l. finalem: in qua habetur, ipso iure illæsum minorem, quod ad præscriptionem attinet, seruari: quia consultius & melius sit, iura eorum intacta seruari, quàm post causam vulneratam remedium quæ-
9 rere: quasi is textus docere videatur † nulli præscriptioni minorem subiici. Ex quibus omnibus, & tam diuersis, variisque opinionibus agnoscis, quàm in eius articuli enodatione fatigentur Doctores. Quid verò in tam dubio & ancipiti articulo censeam, paucis exprimam qui putem, passim & indistin-
10 ctè † minorem statuto subiici, siue fauorabile, aut odiosum sit statutum: imo etiam si iuri communi accesserit. Et idem iuris statuendum, si ab eo dissideat: quod omnino probatur in l. si sine hæredi. §. Lucius. ff. de administratio. tuto. & hoc satis suadet capitu. illud constitutus, præallegatum, de in integrum restitutio. Hoc etiam secutus est Bartol. sibi in eo pugnans, & contrarius in l. secunda C. de fund. patri. libro decimo. C. Ange. in l. cùm nouissimi. C. de præscrip. 30. seu 40 annorum, & in ea. l. fin. C. in quibus caut. Ancha. in repet. capit. canonum statuta, extra de constit. Bal. in l. si mater. C. ne de statu defunct. & in l. omnes populi. ff. de iusti. & iure. Huic ēt sententiæ plurimum quadrare iudicabis l. illam si. C. in qui. caus. per quam determinatur, nullam præscriptionem in minorem currere, qui textus secundùm crebriorem declaratio nem de prescriptionibus, à ciuili iure introductis, intelligitur: ita vt noluerit statutariam prescriptionem, & quę à municipali lege instituta est, secludere, cùm id aliàs textus expressisset. Quinimò tam de se verissima est postrema hęc opinio, vt Alex. consi. 66. volumi. 6. testatus fuerit, communem esse, quam sequente ratione confirmari posse, quandoque ipse animaduertit: nā cum in ciuitate, aut loco, in quo tale statutum conditur, sint maiores, minores, pupilli. infantes, viduę, rustici, consimilesue alię personę, quas nemo nescit a iure priuilegiatas esse: & cum horum maior pars promulgationi statuti consenserit, equum ne videbitur, ut hic potior numerus minorem numerum statuti obseruationi alliget? iuxta l. quod maior. ff. ad munici. Quibus adiici poterit, hoc prę sumi propter bonum publicum, ac ob totius populi utilitatem tale statutum emanasse: quo fit, ut si publici commodi habenda sit ratio, iudicari non ab re possit, à tali statuto non debere minorē eximi. Prętera cum ij omnes ciuitati, à qua statùtum prodiit, subiiciantur † certè quin denique & in consequentiam statutis ciuitatis alligentur: hoc suadet æquitas, imò dictat summa ratio. Nec mihi satisfacit Barto. qui in ea l. fina. putauit, attendi debere damni, & lucri considerationē: quòd existimem, hoc solum debere principaliter inspici: nec eo deuenisse statuentes, nisi prematuro consilio & iustissima causa prexistente: ita docente Bartolo in ea l. omnes populi. Sed & lex ea finalis. C. in quibus causis maio. generaliter disponit. prescriptionem, de qua ibi agitur, contra minorē nō currere: nulla distinctione facta, an de lucro, seu damno certetur, quod tamen is textus designasset, si id per se actus expostulasset: ut eadē & pari ratione hoc in statuto spectari haud debeat. Atque ex his sat jamiam potes animaduertere, inhęrendum non esse ei distinctioni, quā est secutus Gulielmus à Cunco: puta, si actus, cuius fit à statuto mentio, minorem ut maiorem repręsentet, uel si aliquam requireret diligentiā quia cum generalis sit statuti dispositio, nō poterit citra aliā expressionem, aut restitutionē minores excludere, quod planè demonstrant prefatę duę illę rationes, quas supra inseruimus: ut per prędicta omnino defensata maneat communis opinio: contra quam tamen memini adhuc unum obsistere, quod animaduersum est à Barto. in ead. l. fina. Nam, ut is refert, cum eo textu disponatur, contra minores prescriptiones non currere, examinat ibi, an ille textus sit etiam de statutariis prescriptionibus intelligendus, uisusque est sensisse, etiam statutariam comprehendi. De qua & si in specie mentio facta non fuerit, potuit tamen Legislator illius in genere cogitasse, argumē. l. similes. ff. de milit. testam. facit l. qui iure militari. ff. eodem titu. Confirmatur Bartoli sententia, quod
12 † sint sic interpretanda statuta, ut indebitè damnum non sufferatur. l. Cęsar. ff. de public. & l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. l. secunda. C. de noxa. actio. non autem ita declarandū, ne quis ex eis lucretur. Sed cum hoc postremum, quod ad lucrum & damnum attinet, iam suprà confutauerimus, uidebitur solum respondendum ei, quod in oppositum attulit: Potuisset à Iustiniano de statutaria prescriptione in genere cogitari, cum in hoc eadem ratio, quę in legali, militet.
13 † Nam primum ego ab eius discedo sententia, qua senserit, utranque prescriptionem pari passu progredi: id enim a vero abesse suprà edocuimus, ut eo fundamēto sublato, quod ex tali sequitur, sit futurum debilissimum. Nec etiam probare possim de prescriptione statutaria in genere cogitatum, cum hoc sit planè diuinatiuum: etsi admittam, potuisse ibi Legislatorem ad quamuis legalem prescriptionem animū retulisse: non autem vt id ad statutariam referri debeat: & cū suadeat ratio, statutariam includendo, non est verosimile, de ea non fuisse, etiam in genere, cogitatum. Cuius opiniones fautorem habes Innocen. in eo. cap. constitutus: quo loco af
14 firmauit † statutarias prescriptiones contra minores currere, sed hos lęsos posse restitui. Per quod non solum confirmatur communis sententia statutaria prescriptione minores adstringi: sed etiam ita temperatur & declaratur, ut locus sit restitutioni. Et ideo si minor secundùm consuetudinem Burgundię intra annum & diem non reuocarit rem à proximiore venditam, certum erit, contra eum annum illum cucurrisse: sed cui, tanquam lęso, per restitutionem in integrum subueniatur. Ita etiam subiicietur minor consuetudini Burgundię,

Source : BIU Cujas

gundiæ, cuius ſæpe mentionem fecimus, diſponentis, Omnes præſcriptiones triginta annorum ſpacio terminari: ita vt in eum abſolutè cucurrerit præſcriptio, nec ſunt ſecundùm quoſdam deducenda minoris ætatis tempora. In quo tamẽ poſtremo vidi quandoque plurimos hæſitantes, an potiſſimum ex ea triginta præſcriptione eſſet ſummouendum integrum adoleſcentiæ tempus, nec ex his defuiſſe, qui crederint, ſubtrahi ea debere tempora, quorum opinio paſſim reiicitur, ſi maximè ad ſtatutariam præſcriptionem animum retuleris: de ea autem, quæ legalis eſt, & à Ciuili lege introducta, an maxime in minorem, vel non currat, pleniſſimè poſtea excutiemus.

Quomodo, quando, ac quo tempore poſſit contra minorem præſcribi?

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptiones, apud Priſcos contra minorem currentes, & reſtitutionem ipſo iure concedentes, hodie antiquatæ.*
2 *Præſcriptiones quatenus hodie à minoribus non incipiant? & quatenus ipſo iure in eos non competant?*
3 *Præſcriptio in quibus potiſſimum caſibus non currat?*
4 *Præſcriptio non, niſi expleta atate minore, contra minorem producit effectum, & nu. 9.*
5 *Minoris res ſine decreto iudicis vt alienari non poſſunt, ita nec præſcribi aut vſucapi, ex ſententia Caſtrenſis.*
6 *Verus ſenſus l. ſancimus. C. in quibus cauſ. reſt. in integ. non eſt neceſ. quis ſit? & caſus in eo ad quas actiones referendus? & numeris ſequentibus.*
7 *Exceptio non numeratæ pecuniæ minoribus imperfectæ ætatis beneficio non currit.*
8 *Minorem ætatem ab omni præſcriptione minimè fuiſſe liberam Auctor comprobat.*
10 *Præſcriptionis & alienationis diuerſi ſtatuuntur termini.*
11 *Notabilis Angeli in præſcriptionibus doctrina ab auctore confutatur, & clarius d. l. ſancimus, explicatur.*
12 *Præſcriptiones olim etiam contra minores cucuriſſe, quomodo ſit intelligendum.*
13 *Præſcriptiones tam iudiciales, quàm extraiudiciales olim in minorem competentes, hodie nouo iure ſublatæ.*

CAPVT XCIII.

NVnc operæpretium videbitur, ut enarratis his omnibus, inueſtigemus: quomodo, quando, ac quo tempore poſſit de iure in minorem præſcribi, & ipſe aduerſus præſcriptionem reſtitui? Quod ego diffuſiſſimè examinare conſtitui, cum ſit de ſe quotidianiſſimus articulus, & quem, ſi me certa tenet memoria, ſcio paſſim in praxi ventilatum. Solent enim quotidie crebræ & numeroſæ apud Dolanũ Senatum exhiberi ſupplicationes, per quas ſe reſtitui ꝙ decurſas præſcriptiones implorãt minores. Qui vt eã materiã enodatã habeas, in primis te noſſe oportet, quod eſt in l. ſancimus. C. in quib. cauſ. in integ. reſti. non
1 eſt neceſſaria, † videlicet præſcriptiones, quæ olim contra minorem currebant, & ob quas dabatur reſtitutio ipſo iure, hodie ſileſcere: vt ex eo neceſſaria in minore non ſit reſtitutio: quod deſignant verba eiuſdem legis, hoc habentia: Sed & humanius & latius eandem legis interpretationem ad omnes caſus extendere, in quibus vetera iura currere temporales præſcriptiones aduerſus minores conceſſerunt, per in integrum autem reſtitutionem eis ſubueniebant, eas ipſo iure non currere. Melius etenim eſt intacta eorum ſeruari iura, quàm poſt vulneratam cauſam remedium quærere. hæc tex
2 tus. Ex quo elicitur, ſecundùm ius nouiſſimum † hodie à minoribus præſcriptiones non incipere, & ipſo iure in eos non competere, niſi longiſſimo tempore abſolutæ fuerint: tunc enim contra adultum currunt, vt eſt ſub fine eiuſdem legis, videlicet exceptionibus 30. ſeu 40. annorum in ſuo ſtatu permanentibus. Quòd tamen eius legis nouiſſimè diſpoſitio ſit ſuperflua, tentarunt quidam docere: primum in ſuã adferentes opinionem ſecundum Ius Digeſtorum, quod ad
3 pupillum ſpectat † nullam præſcriptionem introductũ, quia ſoleret tali caſu dormire, non currere præſcriptio, l. in bonæ fidei. ff. de acq. rer. domi. Cæterùm à iure Codicis conſimile in adulto ſtatutum, per l. non eſt. C. quibus non obſtat longi temporis præſcri. facit l. 1. & fina. C. ſi quis igno. † quibus legibus aiunt decurſam præſcriptionem, non aliàs, quàm expleta ætate minore, contra minorem effectum prodocere.
5 Adiiciunt denique † res minoris immobiles, demum mobiles. quæ ſeruari ſeruando non poſſunt, niſi iudicis decreto accedente alienabiles non eſſe. l. lex quæ tutores. C. de admini. tut. ut ſi alienari nequeant, ita nec præſcribi aut uſucapi. arg. l. alienationis verbo. ff. de ver. ſig. Quam difficultatem ſic excitauit Caſtrenſis in ea l. fin. & per quam docet fruſtratoriũ eſſe, quod dicitur, nouiſſimo iure ea lege diſpoſitum, præſcriptionem contra minorem non currere, quaſi de iure Digeſtorum prius id introductum extitiſſet: quod ſic teſtari ipſe voluit, arguendo potiſſimum à ſufficienti partium enume-
6 ratione. Quem demum obicem enodans † exiſtimauit eius l. ſancimus. caſum referendum eſſe ad actiones perſonales, prętorias, & eas, quæ tempore minore claudũtur: qualis eſt quãto minoris, ſeu redhibitoria, de dolo, & ſi quæ ſint aliæ conſimiles: vt hodie ſecundùm ius nouiſſimum tempora talia aduerſus minores currere non debeant, cùm tamen antiquo iure ſecus eſſet diſpoſitum. Qui ad eam legem intellectus non videtur mihi omnino abſonus: quia certum & indubitatum ſit, aliquas præſcriptiones olim contra minores admiſſas, qđ
7 omnino probatur in ea l. ſancimus. in qua dicitur † fauore imperfectæ ætatis exceptionem non numeratæ pecuniæ ab initio minoribus non currere. Quod etiam extendi Iuſtinianus voluit ad omnes caſus, quibus per verera & antiqua iura in minores temporales currebant præſcriptiones. Quib. ver-
8 bis quid apertius, quàm ut doceatur, olim † non fuiſſe minorem ætatem ab omni præſcriptione liberam? Ea tamen Caſtrẽſis declaratio, & quę in eius validamentum iamiam attũlimus, non euacuant in totum, me iudice, hunc, quem de ſuperfluitate ipſe excitauit nodum: ut cuilibet verè rem ipſam intuenti ſub oculos patet: quia oportuiſſet efficacius & planius reſpondere his, quę in oppoſitam partem adlata ſunt: potiſſimum ad eam l. non eſt: quam, mea ſententia, non debuerat Caſtrenſis pro dubitandi ratione aſſumere, cũ ſit longè ſita poſt titulum. C. in quibus cauſis. & ita l. ſancimus, poſterior, quare fuiſſet potius ad ferenda lex alia, quę eam l. ſancimus, præceſſiſſet. Quinimò ſi exactè penſetur mens eius l. non eſt, intelliges nihil ad rem accedere, & omnino conformen eſſe ei l. ſancimus. in qua diſponatur, niſi perfecta & cõ-
9 pleta minore ętate, † præſcriptiones in minores non currere, quę verba quid aliud denotant? Quid, quęſo, diuerſum deſignant ab eius l. ſancimus, diſpoſitione? Nec concludens videtur, quod Caſtrenſis de alienatione premiſit: vt ſi alienari nõ
10 poſſint res immobiles, ergo nec præſcribi † quum ij duo termini ſint inter ſe maximè diſſidentes, vt hęc diſcrepãtia ſum moueat efficaciam ſui argumenti. Sunt alienabiles ergo, non præſcriptibiles, idque fuſiſſimè ſtatim à nobis explanabitur. Quòd etiam voluit, eam l. ſancimus, ad perſonales & temporales actiones referendam, in eo mihi non ſatisfacit; quia eſſet nimio eam l. ſancimus, tam generaliter loquentem, coarctare. Prętęrea quantumuis eam declarationem admitteres, non eſt tamen per id abſolutè reſponſum ad ea, quę ipſe cõſiderauit in oppoſitum: quę tamen non vrgent, ſi vt ſuprà docui, reſoluenda probaris. Ad hęc ſubij ci debere exiſtimaui
11 notabilem Angeli † doctrinam in ea l. non eſt, qua ſub verborum compendio, & citra aliquod inuolucrum reſoluere nititur quoſuis ſcrupos, ex ea. l. ſancimus, dependentes: primũ adferens hanc concluſionem. *Si à defuncto initium præſcriptio aſſumpſerit, tunc eo caſu in minorem continuari, & cõtra eum præſcriptionem currere: maximè, ſi de legali tractetur dilatione, per legem Aemilius. ff. de minor.* Quòd ſi à minore exordium ſumpſiſſet præſcriptio: nec tunc cucurriſſe etiam Digeſtorum iure inſpecto: & ita exiſtimauit eam l. non eſt. C. quibus non obſtat longi temporis præſcriptio. intelligendam. Sic cum habeatur in l. ſancimus, temporales præſcriptiones, quę olim contra minores dabantur, hodie ipſo iure non competere, quòd ea verba debebunt ſecundum eũ ad legalem præſcriptionem, quæ à defuncto cœpit, referri: hæc ipſe. Cuius doctrinam probare ego nequeo, qua dicat antiquo iure id diſpoſitum, quod poſtea per l. ſancimus, eſt introductum, qui ad id non ducatur fundamẽto alio, quàm ea l. non eſt. & tamen nihilominus per eam planè eius confutatur ſententia, ſi vt iamiam præmiſimus, declarandam duxeris. In quem etiam accedit aliud, non efficaciter ab eo ſic argui, à quo potius fuiſſe probandum, quomodo Digeſtorum iure id introductum extitiſſet, & legem Digeſtorum in ſuæ opinionis columen ad ferre. Quod denique is exiſtimauit l. ſancimus. de temporalibus præſcriptionibus quę olim in minores currerent, loquentem, eſſe ad præſcriptiones, quę à defunctis cœpiſſent, referendum: hoc certè vtcunque durum vir acuti iudicij planè diſcernet, quum etiam hodie & iure poſtremo non ſit in eo immutata iuris Digeſtorum diſpoſitio: imo ſecundum eam declarationẽ diſpoſitio l. ſancimus, manere planè ſuperflua. Prętęrea ipſe in ea l. ſancimus, id ſenſiſſe videtur, modò accuratè eius doctrina examinetur, vbi, cũ eo loco textus de non numeratę pecuniæ exceptione

ac vſuca-
pione

Source : BIU Cujas

contrarius & pugnans videtur. Ego verò facilius & planius crediderim eam l. ſancimus, ſic poſſe declarari. Nam tota vis
12 maximè præſentis diſputationis conſiſtit † quomodo intelligi debeat, quòd per eam diſponatur, etiam contra minores prius præſcriptiones cucurriſſe. Ad quod te ſcire oportet, olim quaſdam præſcriptiones iudiciales, imò etiam extraiudiciales in minorem competiiſſe. De iudicialibus eſt lex, & ſi ſine. § penul. ff. de mino. ubi minori (ſi intra diem non prouocauerit) ſubuenitur, vt appellet, cui aliàs non adeſſet lex, niſi curſum habuiſſet præſcriptio. Quod ad extraiudiciales attinet, omiſſis cæteris exemplis, aſſume illud de tempore, ad *inuentarii* confectionem præfixo, vt minori currat: contra *quod tamen* reſtituitur. §. pupillus, in Authentico, de hære. & Falcid. Tum etiam ſi intra tempus ad accuſandum iure mariti, quod eſt quadraginta dierum, non impleuerit accuſationem, obfuiſſe tempus nemo refragabitur, qui confugerit ad l. auxilium. ff. de minoribus. in qua id apertiſſimè determinatur. Quibus exemplis nonne liquet, etiam iure Digeſtorum in minores præſcriptionē cucurriſſe? & ita benè loquutum Imperatorem in ea l. ſancimus, per quam voluerit tales præſcriptiones hodie ipſo iure non currere: vt ſecundùm hanc doctrinam ſic accommodè reſponſum ad eam dubitādi rationem, quam promouit Caſtrenſis. Ad hæc tamen cō ſideraui quandoque eam l. non eſt incognitum, poſſe pro Caſtrenſis & ſequacium opinione afferri: ſed qui aliter, quā ipſi fecerint, iudicandum exiſtimem. Nam in ea dicitur, in-
13 cognitum † non eſſe id tempus, quod in minori ætate tranſmiſſum eſt, longi tēporis præſcriptioni non imputari, quaſi ab oppoſito & contrario ſenſu poſſit inferri, minoris tempo-ris *præſcriptioni* imputandum eſſe. Sed quia ex tali inductio *ne reſultaret* abſurda interpretatio, & legum correctio, non *eſt*, vt ei inſiſti debeat, argumen. l. præcipimus. de appe. Cum tu igitur hæc ita enodata habeas, ſupereſt attingamus, & diffusè examinemus, quomodo declarari debeat, præſcriptionem, quæ à defuncto cœpit, minori obeſſe: quod eſt primum membrum l. Aemilius. ff. de minor. è qua elicitur ſequens concluſio.

Præſcriptio conuentionalis, quæ à defuncto cœpit, currit contra minorem ſine ſpe reſtitutionis.

SVMMARIVM.

1 *Pupilla tutorum negligentia in ſucceſſione paternorū bonorum læſa, an ſit reſtituenda? & variæ multipliceſque de ea re Doctorum quorundam opiniones.*
2 *Præſcriptio conuentionalis, cum maiore defuncto cœpta, contra minorem currit ex ſententia Pauli.*
3 *Si quid cum minore geſtum fuerit, nondum completa præſcriptione, quantumuis ea a defuncto cœperit, minori tamen ex ſententia Antonini reſtitutio competit, & quare?*
4 *Præſcriptio licèt à defuncto cœperit, tamen actu aliquo rationabili accedente, maiori æquè, ac minori ſuccurritur.*
5 *Lex finalis. C. in quib. cauſis & c. & l. Aemilius. ff. de minorib. agentes de præſcriptionibus vtreque, ad quam vnaquoque præſcriptionem referenda? & quomodo intelligenda ſit?*
6 *Præſcriptionem contra minorem, ſi cum eo quid geſtum eſſe pateat, currere quidem, ſed tamen reſtitutionem concedere.*
7 *Lex Aemilius, quam de conuentionali præſcriptione agere putant, vtrùm iuſta & probabili ignorantia accedente procedat contra minorem necne? ex ſententia Baldi fuſiſimè diſputatur ab Auctore.*
8 *Minori etiam aduerſus conuentionalem præſcriptionem, accedente iuſta & probabili cauſa reſtitutio competit ex Auctoris & legum doctrinę.*
9 *Minori ignoranti contractum paternum per reſtitutionem ſuccurritur.*

CAPVT CI.

PRæſcriptio conuentionalis, quæ à defuncto, qui maior erat, initium cępit, currit poſtea in minorem, qui ei ſucceſſit, idque ſine aliqua ſpe reſtitutionis niſi fortaſſe à minore aliquid geſtum fuerit, aut aliud acceſſecit, ob quod etiam quiuis maior deberet reſtitui. Caſus autem legis eſt huiuſcemodi: Aemilius Largianus, data parte pecuniæ, fundum Puteolanum ea lege emerat, ut ſi intra menſes duos reliqui pretii partem non ſoluiſſet, inemptus eſſet. Si deniq; intra duos alios menſes, quod ex pretio ſupereſſet, non numeraſſet, ita etiam nō emptus maneret. Demum Largiano defuncto, filia, quam habebat, tunc pupilla ei ſucceſsit. Porrò ab eius pupillæ tutore in pretii ſolutione poſtea ceſſatum fuit, quantum vis hic venditor talem ſolutionem interpellaſſet. Qua ratione iſte rem,
1 cùm inempta eſſet, alteri tertio vendidit. Cæterùm † pupilla agnoſcens, ſe tali tutorem negligentia læſam, expoſtulauit aduerſum eum ſe reſtitui. Quia in te Pauluse xiſtimabat, nō reſtituendam, quòd ipſa, non autem eius pater, cōtraxiſſet: vt is actus, primum in defuncti perſona radicatus, eam à reſtitutione ſecludere deberet. Antonius verò putabat reſtituendam, q committendi dies in pupillę tempus incidiſſet, effectumque ab eo fuiſſet, ne legi venditionis pareretur. Replicabatur denuo à Paulo hanc reſtitui debere, cum venditor denunciando poſt diem, quem placuerat eſſe commiſsū, & petendo precium, à ſua lege receſſiſſe videretur Mouebat eū, & aliud, q priores tutores, qui non reſtitui deſideraſſent, ſuſpecti pupillæ fuiſſent pronunciati: hæc textus. E quo pri-
2 mum deſumitur † conuentionalem præſcriptionem cū maiore defuncto cœptam, contra minorem currere: potiſſimū ex Pauli ſententia, vt eſt ſub illis verbis, benè iudicatum, q eius pater, non autem ipſa, contraxerat. Habes denique ex
3 mente Antonini, ſi † nondum completa præſcriptione cum minore aliquid geſtum extiterit, quamuis à defuncto cœperit, minorem tamen reſtitui debere, ibi: quia committendi dies in pupillæ tempus incidiſſet. Reliquum, quod eſt tertium, ſatis comprobatur ex his, quæ in eodem textu referuntur, puta, ſi acceſſiſſet actus aliquis, ob quem ſuaderet ratio,
4 ſic maiori, vel minori, per reſtitutionem ſuccurrendum † & ſi à defuncto cœpiſſet preſcriptio, locum eſſe reſtitutioni, ut eſt in eo verſu, Dicebam, &c. Si qui materiam hanc excutiunt
5 referunt l. finalem. C. in quibus cauſis. de legali præſcriptione eſſe intelligendam, ut in minorem nullo modo currere debeat: l. verò Aemilius. conuentionalem preſcriptionem reſpicere, quam, certum ſit minori non præiudicare, modò
6 cum ipſo nihil geſtum fuerit. † Quòd ſi cum eo aliquid fuiſſe actum pateat puta, denunciatione ei, vel tutoribus eius facta, tunc currere præſcriptionem, tamen poſſe reſtitui. Atq; hæ ſunt communes doctrinæ, quas ut perfectè declaratas habeas, poterit ſecundùm hanc aleam ſequens excitari dubitatio. *Si minoris* pater cenſum conſtituerit, nec dum uixit, eū ſoluerit, & ceſſatum eſt, defuncto patre, à minore in eius preſtatione, ita ut qui directus erat dominus, rem iure commiſſi prętenderet, ſi ex aduerſo minor, ſe illius cenſus contractū ignoraſſe propoſuerit, nec primùm, niſi poſt mortem patris, id ſciſſe: ita ut ex eo reſtitutioni in integrum inniteretur, dño vlterius contendente, fruſtrà hoc caſu ad reſtitutionem confugi: quia primùm minoris pater contraxiſſet, & ab eo cœpiſſet conuentionalis præſcriptio: vt, quid ea in reſtatuendū eſſet, viderim qnque inter doctiſſimos diſputatum: quorum ex his quidam directi dñi partes fouebant per illam l. Aemilius. reliquos verò in minoris partes inducebat ignorātia ab eo allegata, qui eſt nodus præſentis diſputationis, potiſſimū
7 † an ea l. Aemilius. quæ de conuentionali præſcriptione loquit̄, limitari debeat, & ſic intelligi ut accedente iuſta & probabili ignorantia, non procedat. Et primùm reperio in huius puncti extricatione verſatum Bal. in l. 2. C. ſi aduer. vend. vbi ipſe hæc duo conſiderat: Aut ceſſatio à ſolutione eò tendit, vt prædeceſſoris factum adimpleatur, vel ut reſoluatur, volens, priore caſu l. illam Aemilius. debere pcedere, in qua contra defunctum cęperat preſcriptio, nec ſupereſſet aliud, quàm quod cœptum in eum fuerat, adimpleatur. Secundo verò caſu, vbi eſt reſolutionis queſtio, etiam ſi a maiore initium preſcriptio ſumpſerit, minorem tñ reſtitui oportere: quia ſecundum eum non à maiore, ſed minore cā reſciſſionis ꝺctus initium & originem aſsumpſerit. A minore autem exordium cauſam habere teſtatur, q dum hic minor ſit, emphyteuſis ad dominum reuertatur: hęc ipſe. Cuius diſtinctio mihi potius caſuum & exemplorum diuerſificationem repræſentare vī, quàm quòd p eam verè extricetur aſſumptus nodus qui ꝺ eum omnino exiſtimem, utroq; caſu etiam aduerſus minorem preſcriptionem currere, vbi maximè a maiore cępiſset, cuius rei eſt apertiſſimus tex. in ea l. Aemilius, & tam clarus, ut cauillis ſubiici nſtn poſſit. Nam ibi aptè di-
8 ſponitur † minori per reſtitutionem etiam aduerſum conuētionalem præſcriptionem ſuccurri, modò probabilis cauſa adeſſe agnoſcatur: maximè quando cum ipſo aliquid geſtum eſset, aut ſi alia ſubeſſet ratio, per quam ęquum eſſet, & maiorem reſtitui debere. Cæterùm in propoſito themate admittitur, a minore paternum contractum ignoratum, ob quam ignorantiam nonne maiori ſuccurreretur? quod pluribus fundamentis ſupra firmatum habu iſti? Quare igitur
9 non etiam minori ſubuenietur? † Nec agnoſco, quomodo hoc caſu a minore pro contractus reſolutione agatur, cum ſe reſtitui expoſtulans, non eò vertat animum, ut principalis contractus, qui a patre celebratus extitit, reſoluatur, aut ab eo diſcedat: ſed eius mens eò dirigitur, ut emphyteu

Source : BIU Cujas

tica res ad dominum non reuertatur: quare petit se aduersus cessationem solutionis restitui: satis admittens, velle in posterum soluere ut frustra, & extra propositũ illud de resoluendo à minore contractu fuerit ab eo consideratum: imò adhuc efficaciore ratione confutari posse censeo, quod ipse de contractus adimplemento firmauit: a quo fuit existimatum cum à minore in solutione cessatum est, si primum cõtra defunctum cœpisset præscriptio, ex negligentia tali agi potuisse, quo prædecessoris factũ impleretur: dixisset enim rectius, vt quod ꝺ̃ defunctum cœptum est, compleatur, cum nihil hic de facto defuncti agatur, modo actiuè res assumatur. Sic ex his intelligis, quàm leuibus & fragilibus rationibus ipse suam opinionem suffulserit, vt verius dicendum cẽ seam, utroque suæ distinctionis membro locum esse restitutioni, cum iustior restitutionis causa adesse nequeat ipsa probabili ignorantia.

Vbi defuncto patre minor census solutionem neglexit, & dum viueret pater, nondum cessisset solutionis dies, an num eo casu in minorum præscriptio cucurrerit?

SVMMARIVM.

1 *Minor si acquisita per patrem defunctum emphyteusi, in solutione Canonis cesset, beneficio restitutionis non gaudet secundum quosdam.*

2 *Minorem, non obstante assertione contraria, restitutionem contra præscriptionem consequi debere ex sententia Auctoris.*

CAPVT XCVI.

Aeterùm pro vtiliore & ampliore huius articuli inuestigatione non pigebit huiuscemodi casum excutiendum proponere, quippe qui ex priore dependeat. Si cum huius minoris pater uixit, is in census solutione non cessauit, nec ante eius mortem non dum cessisset, nec venisset soluendi terminus: demum eo defuncto minor solutionem neglexit, an num hoc casu curret in minorem præscriptio, ut commisso sit locus, & ad dũm emphyteusis redeat? Qui aũt in dñi partes inclinatiores sũt,
1 vel hoc vno mouentur, ꝙ † emphyteusim pater acquisierit, vt cum ab eo contractus prodierit, debeat restitutio abnegari: quasi secundum eos eundẽ effectum producat, a patre cõtractum originem sumpsisse, & in eo cœptam præscriptionem: ut quemadmodum posteriore hoc casu secluditur, ita & priore. Quam eorum doctrinam si probandam duceres, per eam declararetur eius l. Aemilius, dispositio: a qua tamẽ ego omnino deficiendum crediderim, qui putem, duos illos casus nihil inter se communionis habere, imò esse planè varios & diuersos. Atqui in exemplo proposito nihil in patrẽ præscriptum vel in confesso est: nam cum nondum venisset dies soluendi census, nec ante eum efficaciter agi posset, ut est in l. certi condictio. ff. si cer. pet. quomodo culpandum dices patrem, & in eum prescriptum fuisse, quod est longè distinctum ab eo casu, vbi ipse negligenter fuit versatus, puta, elapso soluendi tempore, in quibus terminis loquitur ea l.
2 Aemilius. Quare † meum est iudicium, ut ab eo tempore minor restitui debeat, a quo cœperit præscriptio. & ita cum eo sit gestum. Nec te ab hac sententia auocabit, quòd à patre contractus prodierit: quia id non inspicitur, imò solum attẽditur tempus, a quo cœpit præscriptio, non enim eo vertitur cardo negotii, ut minor uelit contra patris contractum restitui: sed vt ei aduersum tempus decursum subueniatur, cum nihil sit patri in eo imputabile: imò filio minori tantum.

An, si sit denunciatum tutoribus seu curatoribus, vt soluant, vtrum ex eo sit cum minore aliquid gestum?

SVMMARIVM.

1 *Gestum aliquid esse cum minore quomodo accipiatur?*

2 *Denunciari an & quando tutoribus & curatoribus minoribus efficaciter possit?*

3 *Cum minore actus celebratus esse præsumitur, si quid eius nomine cum tutoribus gestum fuerit.*

4 *Tutores suorum pupillorum bona decenter ad ministrantes, eorum quasi domini habentur.*

CAPVT XCVII.

AVòd autem primum attigimus, restituendum minorem, vbi cum eo aliquid actum fuit etiam si a patre cœperit præscriptio, examinaui qñq; apud me disputationis gratia: qñ in eam rem adfertur ea l. Aemilius, vbi proponitur exemplum rei apud Burgundiones gestæ, de denunciatione facta a minoris tutorib. seu curatorib. Et, vt se mihi is casus obtuiit, consideraui aliquoties defendi posse, eo capite nihil efficaciter cum minore gestum: quasi hęc dictio (gestum) suapte natura eius, cum quo aliquid est gerendum, personã intueatur. l. ait prętor. in prin. ff. de mino. Et tamen in ea l. Aemilius, fuit non minori, sed eius tutoribus facta denunciatio. Quòd aũt persona princi.
palitер inspiciatur, te docebunt aperta verba eius l. ait prętor
1 Gestũ † cùm minore sic accipitur: Si emit aliquid. Si uendidit. Sed etsi pecunia ei a paterno debitore soluta sit (in quo nota illam dictionem, Ei, quæ verè minoris personam intuetur) me tamen in oppositam trahit opinionem, ꝙ tutoribus & cutatoribus minorum sit commissa libera bonorum mi-
2 noris administratio † ob quam potuit ipsis efficaciter denunciari: imò id eis non interpellatis nequiuisset ob imbecillem ętatem eorum, quibus pręsunt, fieri, ut per Doct. in l. 1. ff. de
3 authoritate tuto. Quo fit, vt concludi possit † satis iudicandũ, cum minore actum celebratum, vbi cum eius tutoribus seu
4 curatoribus gestum fuit † quia hi reputantur quasi domini bonorum pupilli, vbi maximè ea rectè, & vt decet, administrant, ita ut tex. l. Aemilius, sit declarandus: non solùm procedere facta pupillis, seu adultis soluendi intimatione, sed ẽt, si id fiat horum tutoribus seu curatorib. & eodem sensu existimauerim intelligendam l. ait Prætor. & quæ in oppositum allata sunt. Nam etsi verba textus sint personalia, & in personam minoris uideantur omnino dirigi: id tamen non efficit, quin etiam gestum cum minore dicatur, & accedente solius curatoris opera seu ministerio: quod satis desumitur ex versic. eiusdem legis, ibi & omnino, si minor debitorem conuenerit, adhibere debet curatorem.

Potest in minorem conuentionalis præscriptio currere, etiam si cum eo nihil gestum sit.

SVMMARIVM.

1 *Restituendi minoris occasio iusta præbita esse censetur, si contractus patris à minore ignoratus esse fuerit probatum.*

2 *Minori, si contractum patris à se proposuerit fuisse ignoratum, haud beneficio restitutionis, sed illius vulgatę clausulæ, Si qua mihi iusta causa videbitur &c. succurri ex opinione Bartoli.*

3 *Tempus præscriptionis conuentionalis in restitutione patris, an & quando restitutionem minoris impediat, declaratio Castrensis.*

4 *Conuellit Auctor opinionem Castrensis, & discutit §. si hæres. ff. de minoribus.*

5 *Præscriptio a patre non incipere videtur, qui suum filium ab alio sub conditione hæredem institutum fuisse ignorat.*

6 *Si patri de defuncti voluntate constiterit, quo ad filij institutionem, nõ minus in eum, quàm filium, præscriptio curret, ex quorumdam opinione.*

7 *Filius licet volens hereditatem consequi possit, tamen inuitus ad eam, adeundam adigi nequit.*

8 *Argumentum de contractibus ad vltimas voluntates procedit, estque in vtroque conformis ratio.*

CAPVT XCVIII.

ADD hæc subnectit Bar. in ea l. Aemilius, posse etiam minorem aduersum conuentionalẽ præscriptionẽ restitui, quantumuis cum eo nihil actum fuerit, modo subsistat iusta restitutionis occasio. Et hoc
1 est quod iam sępè firmauimus. Iustam † autem intelliges, si ad sequentẽ casum animaduerteris: puta si a se ignoratum ꝺ̃ctũ patris proposuerit, ita istud ibi docente Bartolo, qui præ
2 ter id sensit, minori † beneficio restitutionis tali casu non succurri, sed ex cla generali: Si qua mihi iusta cã videbitur, cũ ei in hoc, vt in maiori, succurrat: de cuius dicti veritate nos in-
5 fra latius differemus. Quod † aũt de præscriptione conuentionali primum annotatum est, puta, cessare restitutionem in integrum, Castrensis in ea l. sancimus, existimauit eam cõclusionem sic posse declarari, ut ẽt sit adaptabilis tpi, a defuncto suo ultimo eulogio præfixo: ita vt tempus illud in minorẽ citra omnẽ restitutionis spem currere debeat: allegans ad id l. 3. §. si hæres. ff. de min. quod nihilominus intelligendũ putauit, ubi a defuncto & ꝺ̃ eum cœpisset præscriptio. Ponderato
4 tamen quandoque, & excusso illo §. si hæres, † mihi visum est,

Source : BIU Cujas

est,parum aut nihil ad confirmandam Castrensis opinionẽ conducere,quin eam potius planè euertere.Sunt enim eius textus verba huiusce modi.Et si ita hæres sit filius institutus, si a patre in diebus centum sit emancipatus,mox patrem debuerit certiorare,nec fecerit, cum posset, qui eum emancipasset,si cognouisset:dicendum erit,posse eum restitui in integrum,parato patre eum emancipare.Ex quibus verbis nõ ne quæso,sat liquet,a defuncto tunc præfixum terminum, intra quem hic filius emanciparetur,modò defuncti hæreditatem assequi vellet?Et tamen parato patre eum emancipare,ei contra talem negligentiam per restitutionem succurritur:nec agnosco,quomodo ex eo textu possit desumi, à patre præscriptionem cœpisse:quod tñ est vnum ex substantialib.per eam l.Aemilius.imò cũ minore censentur acta oĩa,
5 vt ei lex non ab re adsit. Quomodo †enim potuisset a patre præscriptio incipere,cum ipse defuncti voluntatem ignorasset?Si censueris,posse etiam aduersus ignorantiam præscribi,& ita patri præiudicatum, respondeo, me primum eam opinionem non probare, qui in eius confutationem sciam superiore loco infinitas rationes adlatas. Sed etsi admisero, veram esse:nihil tñ ex eo Castrensi accederetur, resultaretq; vnum aliud,patrem ẽt beneficio generalis clausulæ restituẽdum,de quo tñ eo textu nulla fit mentio: imò totius negotii summa ad minorem dirigitur,qui restituendus non esset, si vera maneret Castrensis doctrina. Quòd autem patri nihil ascribi possit,satis designant eius textus verba: quia, vbi is defuncti voluntatem sciuit,incontinenti allegarit, se paratũ esse,qui emancipationi satisfacere vellet, quod declarari ab eo ocius non potuit:quia defuncti iudicium primum ignoro rasset. Et hac de re opinati sunt quidam,si eam †voluntatem sciuisset pater,etiam in eum,ut filium, præscriptionem currere debuisse,argum.l.pe.ff.ex quib.cau.maio. vbi qui Reipublicæ causa abest,si in re aliqua læsus fuerit, non tantum restituitur,si antequam abesset,declarasset,se ꝯ rem suam possidentem non acturum,nec prescriptionis tempus interrupturum.Ego verò hoc casu dubitarem,an contra patrẽ, qui sciuit,currerit præscriptio:cum hic non sit quæstio, vtrum agatur de patris negotio,imo actus principalis filium minorem introspicit,ut ei soli ascribi hæc culpa debeat, qui patrẽ
7 pro emancipatione assequenda nõ interpellauerit.Potuit†n. volens hæreditatem nancisci,sed ad quam consequendã inuitum & nolentem non conferatur beneficium, l. soluẽdo. ff.de nego.gest.Et ita,si de se pater hunc emancipare voluisset,cognita defuncti uoluntate, potuisset tñ ab eo resilire filius.E quib.manifestè intelligis,dubiam esse horum sniam, qui senserunt,etiam ꝯ scientem patrem in casu eius legis ꝑscriptionem currere.Præterea nihil utilitatis aut detrimenti prætendit pater,quare cõtra eum præscribi potuerit:nisi fortasse dixeris,hoc ei detrimenti accedere,quia eo Digestorum iure,quicquid quærebat filius, patri quærebat.l. placet. ff. de acqui.hære.Et ita hoc affectum incommodo, ut filius negligentia sua,& sciens,a tali successione secludatur. Qui etiam duxerit,Castrensem defendere,poterit in suæ opinionis columen sic illum §.si hæres,inducere,ut cum habeat textus,Minore ita hærede instituto,si a patre in diebus centum emancipatus,mox patrem certiorare debuerit,ne quum posset, fecerit,(qui enim,si id cognouisset,emancipasset)in integrum minorem restituendum,parato patre, eum emancipare, ut ex opposito possit propriè eo textu doceri, si id pater sciisset, nec eum emancipasset,cessaturam restitutionem,ẽt si postea paratus esset emancipare:quasi eius §.dispositio in ignorantia paterna fundetur.Quæ ab opposito sensu inductio, nonne adiuuat eam Castrensis sententiã,vt si a defuncto tempus præstitutum fuerit, quale ibi fuit centum dierum, modo a defuncto cœperit præscriptio,reiici omnem restitutionẽ:cœpisse enim a patre dicitur præscriptio,ꝙm hanc declarationem a tempore paternæ scientiæ. Et ita Castrensem eũ textum intellexisse existimo, etsi ita declarandum haud ipse duxerit.Hæc tñ etsi sit subtilis,acutaque ad eum §. inductio: potest tamen ad eam efficaciter rñderi,& dici,saltem eo textu non posse validè eius conclusionem comprobari: in hoc quippe consistit tota energia,& uis suæ intentionis, ꝙ in patrem defuncti uoluntatem scientem fuerit præscriptum.Nã hoc iamiam saltum,& a vero alienum esse,demonstraui.Potuit enim sciisse,nec emancipationi reclamasse,imò emancipare uoluisse,filium secundùm defuncti iudicium,filio tamẽ id recusante:sic cum integer actus ab eius absoluta voluntate non dependeret,quare dices in eum præscriptum.His adice omnes alias rationes,in oppositum adlatas, quæ cũ mea sententia sint concludentes, & è diametro Castrensi repugnantes,non est,ut tam faciliter confutari debeant, sola argumentandi ratione,a sensu opposito desumpta,ut est plenè in simili annotatum a Bar.in l.i.ff.de offi.eius, cui manda. est iurisdi.Qui tamen ex his,non abnegem in Castrensis sniam eundum:sed quæ aliis,quam prædictis,sit firmanda & stabi-
8 lienda fundamentis,poteritq; ita comprobari:Procedit † argumentum de ꝯctibus ad ultimas voluntates, ita ut conformis sit in utraque ratio l.omnem.ff.de iudiciis.l. seruum Titii.§.eum qui Chirographum.ff.de lega.2. Quòd si præscriptio in minorem cæpta ꝯ defunctum currat,potissimum ex contractu a defuncto celebrato, quare num consimilem in vltimis & postremis voluntatibus fertur iudicium, vbi potis simum a defuncto cœpisset præscriptio?Cuius rei similis casus ita effingi potest, si sim ea lege à Titio hæres institutus, modò ei intra annum monumẽtum struam:& interim post annum decesserim,nullo monumento condito, cum a me ortum sumpserit prescriptio, excludet a restitutione hæres meus,& si minor fuerit,si maximè sequendam Castrẽsis opinionem dixeris.Sed & in eam deflexisse uisus est Bar.in l.fin. C.in quib.cau.postrema columna, habita potissimum relatione ad ea,quæ ex ꝯctibus seu ultimis iudiciis dependent, asserens,præter id eam l.3.§.si hæres,in legali ꝑscriptione procedere,quod vltimum est apud me omnino dubium,qui desiderassem,docuisset ipse,quomodo eo textu de legali tracte tur præscriptione.quasi asseuerare censeatur, hoc a iure pendere,ut quis intra centum dies emancipandus sit, quod est prorsus ridiculum.Quinimò si verè mens illius textus attendatur,liquebit de termino,a testatore præfixo,ibi agi, nec legalis termini habitam aliquã cõsiderationem.Sic ex his omnibus planè designatum habes,eũ §.si hæres, nihil ad Castrẽsis opinionem accedere: esse tñ plura alia,quibus firmatur, quæ cum de se vera sint,ego eius sententiæ planè hæreo.

Proponitur dubitandi ratio contra eam conclusionem, Præscriptionem conuentionalem in minorem currere.

SVMMARIVM.

1 *Interpellatio minori facta hoc efficit,vt cum eo aliquid actum esse censeatur.*
2 *Gestum cum minore quid intelligitur,cum ad eius personam actus aliquis dirigitur.*
3 *Cum minore etiam citra interpellationem actum geri posse probatur ab Auctore.*
4 *Creditor minorem debentem contractum paternum cœlans, neque debitum ipsum præfinito tempore postulans.iustam minori impetrandæ restitutionis causam suppeditasse præsumitur.*
5 *Cum minore satis gestum esse dicitur,cui paternus contractus reuelatus non fuerit.*
6 *Præscriptionem in minorem completa,qua vtili dominio sit priuatus, censetur actum cum eo fuisse.*
7 *Cum minor ex ipso actu defenditur,res geri cum eo dicitur.*

CAPVT XCIX.

SEd ad rem faciet,si excusserimus, quod incidẽter primũ attigimus: Conuentionalẽ prescriptionẽ, quę a defuncto cœpit,minori obesse,nisi cũ eo aliquid gestũ fuerit. Poterit aũt,qui disquirere eius puncti veritatem uolet,pro dubitandi cã in medium adferre, vix esse exemplũ ꝯsiderabile,in quo nõ semper pateat cum minore actũ aut gestũ, ut passim & sine ꝯtrouersia semper sit resti-
1 tuendus.Scribit†Bar.in ea l.Aemilius.interpellationẽ minori factã hoc operari,ut cũ eo actum cẽseatur : quasi uideatur
2 eius mẽtis esse†vt gestũ cũ minore debeat intelligi,ubi actus ad eius personam dirigitur,in quo ipse bene loquitur : sed q
3 ob id nolit excludere casus alios † & quin ẽt citra interpellationẽ geri cũ minori actus dicat.Quòd aũt ita se res habeat,
4 demonstro:quid si ab interpellatione cessatum sit?nec † creditor debitorẽ minorem monuisset,ut is debitũ persoluereret? nonne,effluxo solutionis tpe,poterit minor hoc vnũ proponere,a se ꝯctum paternum ignoratum?ita sanè:& ex eo restituetur,cũ ex capite ignorantiæ†tum quia cum eo satis dñ gestum.cui non fuerit paternus ꝯctus declaratus.Censetur etiã
6 cũ ipso actũ†quia,dũ minor esset,cõpleta in eũ fuerit prescriptio, per q̃ utili dñio priuatus sit,& tali capite rẽ suã alienasse,iuxta l.alienationis verbo.ff.de verb.& rer.signi. Dñ † & cũ
7 eo res geri,ubi ex ipso actu defenditur,arg.l.si cũ venditor.§. illud.ff.de distra pign.Si ergo his omnib.casib.& similib. cũ eo ageretur,bene sequeretur, ut nunq̃ posset esse locus illi l. Aemilius,in eo quod maximè disponit, ꝙentionalem præscriptionem a defuncto cœptam,secludere eum a restitutione in integrum,quæ omnia pulchrè conferunt ad veram intelligentiam & declarationem eius l.Aemilius.

Source : BIU Cujas

Consideratur exemplum quo patet, conuentionalem præscriptionem in minorem currere, quòd cum eo nihil sit gestum.

CAPVT C.

QVnt tamen qui in ea l. considerarunt, dabile esse exemplum, per quod liquidò apparere possit, cum minore nihil gestum fuisse: & ita conuentionalem præscriptionem in eum cucurrisse, quale ita effingunt: Si ego à defuncto vendendæ rei libertatem & potestatem intra sesquiannum sim assecutus, ita vt secundùm concessam mihi licentiam eam vendiderim, sed effluxo eo sesquianni tempore, etsi postea decesserim, non tamen restituetur minor, qui mihi hæres est, vt ad eius rei nouam admittatur venditionem: quia aliàs, si intra id tempus non venderetur, postea vendi & distrahi non posset. Eo enim casu asserunt ij, nihil cum minore gestum fuisse. Sed & mihi in eo non applaudunt: quia quòd cum minore dicatur aliquid gestum, satis denotat eius anni lapsus, quẽ certum est effluxisse, dum hic minor esset, etiam si viueret pater: hoc enim id efficit, ut saltem cum eo censeatur aliqd gestum, quod multi ex Doctoribus, maximè ii, qui cõtrarias partes sunt sequuti, fatentur, quasi iam propriis conuincantur rationibus. Defendi tamen poterit opposita sententia, q̃ est crebrior & communior, infinitos posse considerari casus, quibus liquidò constat, cum minore tali casu nihil geri: qđ docebitur confutatione eorum, quæ in diuersam partem suprà a nobis adlata sunt. Quod etiam dictum fuit cẽseri cum minore aliquid gestum, quia dum minor esset, cõpleta fuerit præscriptio, hæc certè doctrina non est omni ex parte vera: quia etsi ex tali præscriptionis complemento lædatur minor non ex eo sequitur, ut cum eo gestum censeatur: imò principaliter attenditur eius præscriptionis initium, & subsequens cursus.

Quando cum minore dicatur aliquid gestum, hic explicatur.

SVMMARIVM.

1 *Cum minore tum demum aliquid gestum censeri debet, si uel cum ipso personaliter, vel ijs, qui administrationi illius præfecti sunt, aliquid agatur.*
2 *Gestum cum minore censetur; si de solutione facienda ei denunciatum sit.*
3 *Cum minore, paternum contractum abs se ignoratum proponente, tametsi, quid gestum esse putetur, tamen ex beneficio generalis clausulæ, Si qua mihi iusta causa &c. restituetur.*
4 *Minori per se, aut ex suo facto damnum subeunti succurritur, secus si a patre, uel alio quopiam aliquid in illum sit gestum.*
5 *Minor an & quando & quibus casibus auxilio l. hæres absens. ff. de iudic. fruatur?*

CAPVT CI.

QVo fit, vt in materia restitutionis in integrũ hoc sit attendendum, quomodo actus aliquis ad minoris personam, vel eorum qui ei præsunt, dirigitur, vt est in l. ait prætor. ff. de minor. vbi tex. habet. Gestum sic accipimus, qualitercunque siue contractus sit, siue quid aliud contingat. Proinde si emit aliquid, si vendidit, si societatem coiit, si mutuam pecuniam accepit, vt his casibus, modo captus sit, ei succurri debeat: si denique a paterno debitore soluta sit pecunia, & hanc perdiderit: si etiam fideiussorio nomine se, vel suam rem obligarit. Sed & in iudicis ei subuenitur, siue dum agit, siue dum conuenitur. Si denique hæreditatem minus lucrosam adierit, quod etiam extenditur ad agnitionem bonorum possessionis, ab eo factam. Si etiam sine dolo malo cuiusque legatum repudiauerit, vel in eius optione captus fuerit. Qui oẽs casus, infinitique alii recensentur in ea. l. ait prætor, ex quorum farragine potes ingenua mente con
1 cipere, hoc Iureconsultum sentire uoluisse, vt †cum minore aliquid gestum censeri debeat, ubi cum eo personaliter actũ est, aut cum his, qui eius administrationi præfecti sunt, quales sunt tutores seu curatores. Quinimò si ex solo p̃scriptionis cursu cum eo gestum asseuerares, frustra a creditore fieret interpellatio, quam tamen pro validissimo hac in re exẽplo attulit Iureconsultus in ea l. Aemilius. Quo fit, resoluen
2 do, dicas, censeri †cum minore gestum, si ei ut solueret, denũciatum fuerit, præter quam l. Aemilius, habes ad id l. si cum militarib. C. de resti. mili. & si nulla accesserit interpellatio, nec actus aliquis, qui ad minoris personam, aut suorum administratorum referri possit, tunc cum eo nihil actum censẽ
3 bitur. Nec his aduersabitur †iudicari debere cum eo gestũ, si paternum contractum a se ignoratum proponat: id enim cũ gestione nihil communionis habet, imò subueniretur minori tali exemplo uia restitutionis, non ex edicto de minorib. vel quia cum eo sit aliquid actum, sed beneficio generalis clausulæ, Si qua mihi iusta causa uidetur, vt in specificis & expressis terminis declarat & eleganter deducit Bar. in ea l. Aemilius, motus eius l. dispositione, per quam introducit, hoc attendi, an subsit causa, ob quam etiam maiori indulgeri posset restitutio. Minus in eandem sententiam aderit, quod supra consideratum est, ex læsione, in minorem resultante, cum eo aliquid actum extitisse: hic enim nodus facillimę est
4 extricationis. †Nam si per se, aut ex facto suo damnum subiret, minor esset, in quo ei accedi deberet, sed cum primum actus a patre prodierit, & ab eo cœperit præscriptio, & nihil sit in minorem postea gestum: tale præscriptionis complementum, si nullum aliud adsit adminiculùm, non inducit, vt illud damnuum sic emergens in minore, læsionem inducat, saltem talem, ob quam is restitui debeat: quia cum hæres patris sit, & a patre contractus processerit, tenetur patris factum sequi, & ratum habere, arg. l. hæres absens. ff. de iudi-
5 ciis. Nec †hoc capite succurretur minori per restitutionem, cum non subsit iusta & rationabilis causa, soletque tantum minori lex adesse, uel ubi eadem ratione maiori opitularetur, aut cum ætatis minoris habetur ratio, seu actus cum minore celebrati, quæ cum hoc casu cessarit: cessabit denique, ut talis læsio, ex complemento præscriptionis resultans, considerari non debeat.

Si pater procuratorem ad donandum constituerit, & eo mortuo nondum facta donatione, filius procuratorem non reuocarit, qui postmodum eam donationem expleuerit, poterit num restitui filius circa eam omissionem reuocationis?

SVMMARIVM.

1 *Filius, ante factam donationem non reuocans procuratorem, a morien-te patre donandum constitutum, si petat restitutionem, secundũ quosdam eam impetrat.*
2 *Minor exceptione dilatoria, quam proponere potuisset, in hoc casu se non defendens, an & quomodo restituatur.*
3 *Minor etiam ad omissum lucrum authoritate & adminiculo l. non omnia. ff. de minoribus, restituitur.*
4 *Cum minore nihil gestum esse, ipsumque beneficio restitutionis non gaudere debere censetur secundùm quosdam. Procuratore ex ordinatione patris defuncti, a quo cœperit præscriptio, sine minoris ministerio donationem perficiente.*
5 *Gestum aliquid cum minore existimatur a Socino, si patre mortuo, donatum a procuratore fuerit.*
6 *Restitutio cessat, actu a patre initium sumente.*
7 *Declaratio Auctoris ad ea, quæ de donatione, a procuratore post defunctum patrem facta, sunt adducta.*
8 *Minor procuratorem a demandata ei donatione reuocans, & omissionem abs se factam supplens restituitur, & nu. seq.*
10 *Actus reuocabiles ab irreuocabilibus quibus præcipue dignoscantur?*
11 *Vsucapione completa, dum quis est in vtero, datur restitutio.*
12 *Vsucapionem a maiore defuncto cœptam contra pupillum, & eum qui in vtero est, currere quidem, sed restitutionem concedere.*
13 *Qui in utero est, haberi pro nato, & tanquam natum restitui, si de legali, secus si de conuentionali præscriptione quæratur.*
14 *Minor, usucapione contra se completa, dum minor est, in usucapientẽ dominium transtulisse censetur, & restituitur.*
15 *Cum minore nihil in præscriptione conuentionali geritur, quod actus ex potestate defuncti procedat.*

CAPVT CII.

DVm huic articulo finem imponere constituissem, occurrit mihi in mentem consi. Socin. 112. priore volumine, in quo adfert casum, quo explicare nititur, qñ aliquid cum minore gestum dicatur. Solet. n. ab eo ibi quæri, Si dum pater uixit, procuratorẽ Titiũ ad donandũ cõstituerit, qui demum dñi uolũtatem secutus donarit, sed iam mortuo constituente. Cæterùm filius hæres patris, agnoscens sibi plurimũ damni ex ea donatione ines-
1 se: considerans deniq;, †debuisse ab eo primũ, q̃ fieret donatio, reuocari procuratorẽ, si aduersum eã reuocationis omissionẽ petat se restitui, an sit audiendus? In quo hęsitauit Socinus, quid esset statuendum: Primùm referens, a quibusdam opina-

Source : BIU Cujas

opinatum, locum esse restitutioni, cum in simili † si dilatoria exceptione non se iuuerit minor, quam tam ē potuisset proponere, possit ob id restitui per decisionem dicti §. minorē.
3 cum etiam ad lucrum omissum restituatur. l. non omnia. ff.
4 de mino. Oppositum vero sua debeat, quòd † hoc capite cū minore nihil sit gestum cœperitque actus à patre, a quo hic constitutus procurator fuerat, vt sine aliquo minoris ministerio donaret, & ita à restitutione repellendum secundum eam l. Aemilius. Tandem Socinus existimauit cum minore fuisse aliquid actum: quia patre defuncto donatum a procu
5 ratore fuerit † vt ea de re gestum cum eo aliquid censeatur, ad quod ait facere l. etiam ei. ff. de minor. in qua habetur, minorem censeri eam suam alienasse, qui contra se eam prę scribi sit passus. Quæ in summa vera mihi non videtur ad eam
6 rem declaratio. Nam † si considerauerimus, a patre actum ex ordium cępisse, manebit indubitatum, per eam l. Aemilius,
7 cessaturam restitutionem. Quòd † antem dicitur cum minore gestum, quia patre mortuo, donatum a procuratore fuerit hoc non efficit aliquid actum cum minore, si rei initium
8 & originem ipsam pensemus. Potuit † enim donasse efficacia sui mandati procuratorii, & donec eius reuocatio intimata fuisset: & ita euitabitur scrupus oppositus, hunc saltem restituendum, vt denuq̄ procuratorem talem reuocet, & a se factam omissionem suppleat. Nam præter id, quòd res nō est integra, impedit eum contractus, qui à patre processit. Quare eodem consilio & postremo loco sensit Socinus, ut huic filio ex clausula generali succurratur, si quod a patre actum fuerat, se ignorasse proponat: quia nesciuerit, an pater talem procuratorem ad donandum constituisset: in quo ego eum
9 sequor. Nam † etiam maiori vigintiquinque annis tali casu lex suffragaretur? sed non explicat ipse, an saltem possit vel debeat restitui, quando procuratorem reuocasse omiserit: vbi tamen licito tempore, puta patre defuncto, eum reuocare potuisset, nec tunc ignoraret, quid pro donatione statuisset pater: qui tamen est potior nodus huius articuli, omnino diuersus ab actu ignorantiæ, cum in minore scientiam interueniisse fateamur. Et in hoc ego putauero, sic dissoluendum negotium, ut si admiseris minorem, mortuo parre, reuocare potuisse mandatum procurationis, certum sit, eo casu minorem ex edicto de minoribus restituendum, quia re vera læsus sit: nec spectabitur, patrem ita primùm statuisse. Fuit. n. hic actus reuocabilis: & dum pater uixit, potuit ab eo tunc sine dubio procurator reuocari: quod & simili lege licuit minori, tanquam eius hæredi: cui ascribi nequit, quòd res sit infecta. Hoc enim non arguit, ut ex eo à restitutione excludi debeat, cum passim rebus infectis, imò perfectis, minores læ
10 si restituantur: nec † est idem iudicium statuendum in actu, qui est reuocabilis, & à defuncto prodiens, quale statuitur alio exemplo, cùm actus est irreuocabilis, puta, vbi agitur de contractu & conuentione, quæ à patre sumpsit originem. Nam cum sint ab initio contractus voluntarii, subduntur postea meræ & puræ necessitati, vt est tex. in l. si cut. C, de act. & obl. sic crediderim posse tali casu minorem restitui. Aduer-
11 tetur † his aduersus vsucapionem completam, dum quis esset in vtero, competere restitutionem in integr. l. etiam. ff. de mino. tu tamen hoc sic debes declarare, vbi cœpta primum fuisset talis usucapio contra maiorem. Tunc enim continuatur in pupillum, aut in eum, qui est in vtero, vt in l. si fundū. ff. de fundo dotali, nec dormit interim vsucapio, vt præscriptio, dum est in vtero, per l. 1. & fin. C. si aduer. vsuca. ubi. Scribentes restantur, hanc esse communem sententiam, vsuca-
12 pionem † quæ à defuncto maiore cœpit, contra pupillum, & dum pupillus est, aut si in vtero existat, currere, sed restitui-
13 tur. Qui † enim in utero est, habetur pro nato: & ita restituitur, ac si is natus esset, cùm maximè de legali præscriptione est quæstio: secus si de conuentionali tractaretur: quia tunc curret sine aliqua spe restitutionis, per l. Aemilius. ff. de mi-
14 nor. Nam † vbi cōtra minorem completur usucapio, & dum adhuc minor est, censetur is transtulisse dominum in vsucapientem, l. alienationis verbo. ff. de verbo. & rer. signifi. & ita cum eo gestum est, vt meritò & iure optimo restitui debeat.
15 Sed † in conuentionali præscriptione nihil cum minore geritur: quia actus procedit ex potestate, per defunctum concessa: & idem iuris esset, si etiam hoc capite eum eo aliquid gereretur, nt diffusè iam suprà edoctum agnosti.

An cœpta contra defunctum præscriptio sine aliqua spe restitutionis currat?

SVMMARIVM.

1 *Declaratio Castrensis in l. si intra. C. de non num. pec. ab Authore improbatur, & adductis firmioribus rationibus dilucidius explicatur.*
2 *Minor seu pupillus ad præstandam solutionem ad actus, à quouis restitutionis beneficio excluſus esse censetur ex sententia Castrensis.*
3 *Minorem non solum, si quid cùm eo gestum fuerit, uideri restituendū, sed etiam alia accedente causa, qua uel maiori competit restitutio.*
4 *Declarat Author l. 1. C. si aduersus usucapionem resti. postu. & nu. 4.*
5 *Minor etsi de contractus perpetuatione agatur inter contrahentes: tamen d. l. 1. C. si aduersus usucap. beneficio restituitur.*
6 *Præscriptionis à patre cœptæ, & confirmationis contractus ijdem existimantur termini, auctoris nostri iudicio.*
7 *Exceptio non numeratę, pecuniæ ex contractu patri competens, quando de iure proponi possit.*
8 *Præscriptione ad confirmandum contractum, tendente, restitutio datur ex sententia Castrensis, adducentis in opinionis suæ robur d. l. si intra. C. de non num. pec.*
9 *Pupillus od soluendum cogitur, cum de confirmando contractu exordium à patre habente quæstio infertur, & sentētia Castrensis clarius explicatur, hoc eod. nu.*
10 *Pupillus ob biennalem taciturnitatem promissum patris soluere tenetur.*
11 *Pupillus per se contrahens, aduersus biennalem præscriptionem non num. pecuniæ non restituitur.*
12 *Restitutio cessat, præscriptione biennali à defuncto incipiente.*
13 *Minori non indulgetur restitutio, si usucapio à maiore cœperit. secus si a minore.*
14 *Verissima l. Aemilius. ff. de minor. interpretatio ab Authore commemoratur, & exemplo consuetudinis & casus apud Burgundiones vsitatissimi corroboratur.*

CAPVT CIII.

AD superiorem classem pertinebit, hoc loco examinare, quomodo declarari & assumi debeat, cœptam à defuncto præscriptionem id operari, vt citra omnem restitutionis spem effectum producat: quæ conclusio (vt prius nosti) deprehenditur ex ea l. Aemilius. Et ut clarius hoc tibi innotescat, erit contrariis & oppositis textibus, tum rationibus tentandum negotium. So-
1 let † enim in eam rem Castrensis in l. sancimus, adferre l. si intra. C. de non nume. pecuniæ quæ tria complectitur, quorum primum est, Non numeratæ pecuniæ exceptionem ad hæredem transmitti, ita vt quod ex tempore supereſt, eum sequatur: qui si eius temporis beneficio volet aduersus creditorem vti, maximè in proponenda non numeratæ pecunię exceptione, præstare id poterit, etiamsi dum vixit defunctus, nulla is sit vsus querimonia. Secundo verò membro adiscisitur: Sin autem conquestus defunctus fuerit, haud dubium est, non numeratæ pecuniæ exceptionem hæredi, & in eius hęredem competere. Quòd si legitimum tempus, hoc est, quod à legibus definitum est, excesserit, creditore minimè conquesto: omnimodo hęres eius, etiamsi pupillus sit, persoluere debitum compelletur. Atque hoc est tertium eiusdem legis caput: ex quo postremo iudicandum existimauit
2 Castrensis, cum † lex eò pupillum arctet, vt soluat. censetur in consequentiam ipsum à quouis restitutionis beneficio excluſisse, qui aliàs ad soluendum non compelleretur, vt gloſa in ea l. sancimus. fuerit eius opinionis, l. si intra, referendam ad casum, in quo à defuncto cœperit præscriptio: cui certum esset, dum is uiueret, non numeratæ pecuniæ exceptionem competiisse: ut mirum esse non debeat, si ibi minorem comitetur prę scriptio, & ad solutionem adstringatur. Secundùm quam glossæ doctrinam patet euidens resolutio ad eam l. sancimus, ita ut contraria & diuersa à præscripta conclusione iudicàri non debeat. Sed ab eius glosſæ sententia deficiendum censuit Castrensis in eadem l. sancimus, qui ibi crediderit, ideo tempus illud contra pupillum currere, quòd exceptionis non numeratæ pecuniæ proposito contractus à defuncto gesti corroborationem introspiciat, & eò deflectatur. Quæ eius consideratio, si generali sensu & intellectu desumatur, leuissima & frigida apparebit: per quam sequeretur, uix posse minorem restitui, vbi de con
3 tractu, à patre celebrato, ageretur † quem tamen, si cum eo gestum aliquid fuerit, lex iubet restitui, aut si aliàs adesset causa, ob quam etiam, qui maior est, posset restitui. Confunditur denique eiusdem declaratio per l. 1. C. si aduer. usuca. ubi restitutionis auxilium ꝯ eos, qui res minorū vsucepe
4 runt, decernitur. ita ibi non fiat distinctio, an à patre prodierit ꝯctus, aut cœperit ab eo præscriptio: nulla ēt habita ꝓside
5 ratione nullitatis, seu corroborationis ꝯctus. Quinimò † si admiseris, de ꝯctus perpetuatione eo loco agi, lex tñ adhuc in eū casum minorē restituendum iubet. † Malè ēt mihi uisus est sensisse Castrēsis, q docere voluerit, diuersa esse hęc duo, à defuncto cœpisse prę scriptionē, & ad ꝯctus ꝓfirmationē ten

6 di † quòd ēxceptio non numetatæ pecuniæ tali caſu contra-
non numeratæ pecunię tali caſu contractus à defuncto geſti
corroborationem inſpiciat, quaſi diuerſum eſſe autumet à
patre proceſſiſſe contractum: cùm tamen, me iudice, duo
hæc tam inter ſe cōnexa ſint, ſit vt vnum ab alio pendeat. Tu
enim mihi non abnegabis, patrem, qui primùm contraxit,
ex mutuo obligatum, ſicque ei ab initio non numeratę pe-
cunię exceptionem competiſſe, quam potuit intra bienniū
7 proponere, vt eſt iuris manifeſti. † Quod biennij tempus ne-
mo neſcit ad confirmandum contractum introductum, atq;
à preſcribente eò tendi, vt quod egit & cœpit defunctus, ad-
impleatur ac perficiatur: vt hac occaſione docendum a Ca-
8 ſtrenſi non fuerit, ideo † in illa l. ſi intra, reſtitutionem dari,
quia ad confirmandum contractum tendat præſcriptio: cū
nimis generalis & confuſa ſit hæc ratio, quaſi ea tacitè abne
g aſſe voluerit, ſic eo loco ſtatutum, quòd à defuncto cępe-
rit pſcriptio, quę tn eſt vera ad eam legem declaratio. Et cum
ab eo cœpiſſet, manſit in dubitatū, per præſcriptionē talem,
puta biennalem, decurſu m ad contractus corroborationē
9 tendi. Sic non ab re in ea l. ſi intra, diſponitur † pupillum co-
gi, vt ſoluat: quod efficit mutui contractus, qui à patre cœpe
rat. Debuiſſet igitur apertius Caſtrenſis dixiſſe ad talem ſolu
tionem: ideo pupillum adigi, quia quæſtio eſſet confirman-
di contractus, qui à patre exordium habuiſſet, & duo hæc ſi-
mul adnectere, cuius certè opinor fuiſſe mentem talem, id-
que eum ita ſenſiſſe, & ſi expreſſis apertisque verbis non de
clararit. Quia cum narrauerit, ibi contractus corroboratio-
nem tendi, benè ſequitur, id ad contractum paternum eſſe
referendum, aliàs fruſtra contractus confirmari diceretur.
Solet enim priuatio habitum præſupponere: quem ſi ſic in-
telligendum duxeris, vt ita mihi exiſtimatur neceſſariò decla
randus, iam habebis l. illam, ſi intra, omnino diſpoſitioni l.
Aemilius accedere. Cum tamen aliquando licuiſſet textum
eius l. ſi intra, interlegere, & eius mente rimari, primo iudi-
cio concepi, ſecundum illius textus ſeriem defendi poſſe, ibi
temporis curſum à defuncto non cœpiſſe: quod docere vi-
dentur hæc eiuſdem textus verba (Sin verò legitimum tem-
pus exceſſerit) nullo alio ibi declarato, an à defuncto cœpiſ
ſet, necnon præſcriptio, imò concepta eſt ea lex generalibus
verbis. Fateare tamen neceſſum eſt, à defuncto primùm prę
ſcriptionem cœpiſſe, cum in ſui initio textus habeat, nō nu-
meratæ pecunię exceptionem ad hęredem trāſmitti. Quod
vel ea ratione permittitur, ut demùm propoſitus caſus deci
10 datur † quia ob biennalem taciturnitatem compellatur pu-
11 pillus, qđ pater eſt pollicitus, ſoluere: aliàs † ſi pupillus princi
paliter contraxiſſet, non reſtitueretur, cum tamen id eſſet
aduerſum leges infinitas, quibus oppoſitum eius diſponi-
tur, imò ex eodem textu, ſi ad amuſſim inſpiciatur, haud du
biè deſumitur, à defuncto tempus cœpiſſe: quia in eius exor
dio de querimonia, a defuncto facta fiat mentio, quodque
in hæredem ius illud tranſmiſerit: ita ut ille finalis ſermo.
(Sin verò legitimum tempus exceſſerit) ſecundum præcedē-
tia declarari debeat, & eò comprobari, a defuncto tempus
cœpiſſe. Nec ſum neſcius, quoſdam aliter eam legem decla
rare uoluiſſe, ut & ſi textus habeat pupillum ad ſolutionem
cogendum, non tamen dici, aut iudicari debere beneficio re
ſtitutionis priuari. Quorum ſententiam probare ego non
poſſum: quia ſi ad debitum ſoluendum lex pupillum cogat,
quomodo hunc reſtituendum contra eam ſolutionem cen
ſebis? alias inutiliter & ſuperuacaneè ad talem pręſtationem
adigeretur, quæ non fuit veroſimilis mens ſtatuentis, cum is
attendendum id putarit quod iam tam frequente ſupra ſer-
12 mone repetiuimus † à defuncto pręſcriptionem biennalem
cœpiſſe, & ita reſtitutionem ceſſare debere: ita ut ea duo, ſi-
mul copulata, temporis curſum à defuncto cœpiſſe, & de
eius contractus confirmatione agi, firment eam, quàm pri-
mùm hac in re opinionem cōcepimus. Præter hęc in huius
materiæ enucleatione aduerſus pręſcriptam concluſionem,
de præſcriptione conuentionali contra minorem currente,
adfertur à Doctorib. in contrariū l. 1. C. ſi aduerſus uſucapio
nem. quæ uult, contra damnum, quod ex vſucapione proce
eit, poſſe minorem reſtitui: nulla facta diſtinctione, an à ma
iore ſeu minore cœpiſſet pręſcriptio. Quam legem ſic decla
13 randam putauit crebrior turma Scribentium † vt ſi a maiore
vſucapio cęperit, tunc contra minorem currat, nec debeat is
reſtitui. Quòd ſi a minore cęperit, locum eſſe reſtitutioni: &
ita ſecundùm hunc poſteriorem caſum eam legem primā
declarandam. Aliter etiam reſoluendum credidit Caſtren-
ſis, hoc ibi ideo diſponi, quia de legali tēpore ageretur, quo
caſu uult etiam reſtitutionem competere. Ego verò illius le
gis ſenſum expendens conſideraui non poſſe eam legem
aliter declarari, quam quòd a defuncto cœpiſſet pręſcriptio.
Scis enim per legem. ſancimus. introductum præſcriptio-
nem, niſi quę fuerit longiſſim, à minore non incipere: ut hac
cauſa dicendum ſit, eam legem cum à defuncto cœpit vſu-
capio, eſſe declarandam. Quę interpretatio mihi magis qua-
drare & conuenire videtur, quàm illa eorum, qui exiſtima-
runt, eſſe per legem ſancimus. correctam: cum ſit uitanda
legum correctio, vbi potiſſimum lex aptè & ſyncerè, ac citra
omnem ſcrupum poteſt declarari, & ſi non improbem com
munem illam reſolutionem: quia ita ſit concepta vt ſecun-
dùm eas leges, quę iudicabantur contrarię, ſint concordes,
nec inter ſe continere diuinatiuum intellectum pateat. Refe
ram denique, te haud abſurdum iudicare debere, ſi quando-
que nodi legum ſic extricentur, vbi potiſſimum lex genera-
li ſermone vtitur. Quòd ſi huic interpretamento adhęſeris,
facilè à te reſpondebitur ei, quod ipſi premiſimus, l. illam ſic
eſſe declarandam, quòd à defuncto cœpiſſet pręſcriptio: hoc
enim pugnare & planè contrariari intelliges ei, quod in ea-
dem l. terminatur, maximè in reſtitutione, quam contra vſu
capionem lex uult indulgeri quę ſi à defuncto cœpiſſet, aliàs
non concederetur. Quòd denique à defuncto cœperit prę-
ſcriptio, in eodem textu penè verbum nullum annotatum
14 reperies † vt iam liquidò enucleatam habeas eius l. Aemi-
lius, materiam: & iam intelligas, quomodo ſit interpretanda
& enodanda concluſio: Conuentionalem pręſcriptionem,
quę à defuncto cœpit in minorem ſine aliqua ſpe reſtitutio
nis currere: cuius concluſionis caſus eſt apud Burgundiones
in praxi frequentiſſimus. Solent enim minores paſſim aduer
ſum contractum, qui à patre primum proceſſit, petere ſe re-
ſtitui, & inter cętera exempla hoc eſt pręclariſſimum, quòd
effluxo tempore reachatus (ita enim vtuntur tali praxis ter-
mino, ſeu pacto de retrouendendo à partibus conceſſo) uo-
luit reſtitui, ut quamuis lapſum ſit tempus, poſſint nihilomi
nus ad conſecutionem rei à patre venditę admitti: in quo in
differenter repelluntur, ſi non adſit iuſta alia cauſa. Hæc au-
tem iniuſta cenſetur, quia nunquam aliàs eſſet certum, aut
tutum cum maioribus contrahere, ſi maximè minores, qui
horum ſunt hęredes, poſſent à contractibus reſilire. Et ideo
ſolet Senatus Dolanus hac in re ſolum pupillaris ętatis tem
pus à curſu pręſcriptionis, quę à defuncto cœpit, ſubducere,
etiam ſi pars temporis, pendente minori ętate, effluxiſſet:
quos nos poſtea nitemur maturius & plenius excutere.

Quæ præſcriptiones ipſo iure in minores olim non current?

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptiones, quæ in minores olim, & qualiter currebant, quales fuerint?*

CAPVT CIIII.

ON impertinēter ſubiungi præfatis poterit, eſſe
pręſcriptiones quaſdam, quę ſecundùm iuris ve-
tuſti diſpoſitionem, etiam ipſo iure minoribus
non current: qualis eſt ea, quę quinquennio, ad
inofficioſi querelam intentandam pręſtituto terminabatur:
vt eſt in l. 2. C. in quibus cauſis, ubi diſponitur, adoleſcentię
tempus non imputari in id quinquennium liberis, cuius prę
ſcriptio ſeram officioſi mouentibus quęſtionem opponi ſo
let, nihilque hoc caſu eſt à l. ſancimus. immutatum: ad cuius
dicti comprobationem accedit l. fina. C. ſi mancip. ita fuerit
1 aliena. Quędam † verò pręſcriptiones olim in minores curre
bant, non tamen ipſo iure, cōtra quas poterant reſtitui: qua
lis erat triennii uſucapio, biennalis non numeratę pecunię
exceptio, demum decennalis uel uiginti annorum pręſcri-
ptio: hodie tamen hę omnes pręſcriptiones minoribus ipſo
iure non currunt, ut eſt in ea l. ſancimus. remanente ſalua &
intacta quadraginta annorum pręſcriptione in quibus lon-
giſſimis pręſcriptionibus te ſequi oportet communes reſti-
tutiones, quas ſuprà attigimus.

Præſcriptionum aliæ Judiciales, aliæ Extraiudiciales.

SVMMARIVM.

1 *Iudiciales pręſcriptiones quæ ſint? & earum vſus quo ſe extendat.*
2 *Inter extraiudiciales pręſcriptiones & eas reponi, quę ſtatutarię dicuntur.*
3 *Statutariarum pręſcriptionum vſus in quos & quatenus efficax?*

CA-

Source : BIU Cujas

CAPVT CV.

1 SVNT etiam præscriptionum quædam iudiciales. Quæ iudiciales sunt, quæ olim, vt etiam hodie, minoribus currebant: ita vt tempus ad appellandum à lege datum, & pro prouocatio nis prosecutione præfixum, minorem liget, argumen. l. etsi fine. §. fina. ff. de mino. quod etiam in tempore instituendam & terminandam instantiam præstituto proce dit, vt est in l. properandum, circiter finem. C. de iudiciis. Id etiam ad dilationem, quam iudex partibus præstituit, protẽditur, vt est in ea l. etsi fine. §. pen. vbi minori, si intra diem nõ
2 prouocauerit, subuenitur, vt prouocet. Desumitur etiam esse extraiudiciales quasdam præscriptiones, inter quas reponuntur statutariæ, quas suprà edocuimus in minores dari
3 puta, si is infra annum per statutum concessum rem, à suo proximiore venditam, non retraxerit, aut si malis, reuocarit: posset tamen eo casu minor ob iustam causam restitui, si tũc temporis necessariò & probabiliter absens extitisset: cum ẽt tali restitutione non priuaretur maior, vt efficacium siidem nori concedi debeat. Quod aperto animo sectatu r Angel. in ea l. sancimus. Habes etiam tempus ad inuentarii confectionem indultum in minorem currere, sed eum restitui, vt est in §. pupillus, in Authentico, de hæredit. & Falci. Aut si intra tempus, ad accusandum iure mariti datum, quod est 40. die rum, non satisfecerit per l. auxilium ff. de minor.

Pendente ætate pupillari non currit, sed dormit præscriptio.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptionem in etate pupillari cessare, vsitato atque præclaro à Burgundionibus sumpto exemplo probatur.*
2 *Præscriptione in pupillum non currente, ipsa ratio suadere videtur, ut illud tempus quod præscriptioni competit, deducatur.*
3 *Iudicis officium est, etiam sola parte requirente, tempus, retrouenditionis pacto adiectum, distrahere.*
4 *Elegans exemplum ad præsentem materiam perfectius intelligendum, & in foro frequens ab Auctore adducitur.*
5 *In præscriptione quid potissimum attendi necessum sit?*
6 *Cum minore nihil ex solo subsequutę præscriptionis complemento actum censetur.*
7 *Pupillo redemptiuam gratiam ignoranti restitutio conceditur.*

CAPVT CVI.

1 QVod verò ad longissimi temporis præscriptionem attinet, à te id vnum annotari velim: Si qui mos est, pupillarem ætatem nondum excessérit, nulla præscriptione eum lædi posse tũc enim fingitur dormiuisse non cucurrisse præscriptio. l. in bonæ fidei. ff. de acq. rer. domi. Facit l. sicut. §. pen. C. de præscri. 30. seu quadraginta annorum. Confert autem id plurimum ad intelligentiam eius, quod primùm attigimus, summotum à Senatu Burgundo tempus ætatis pupillaris, in his maximè qui cùm minores essent, peterent se ita restitui, vt lapso tẽpore, quod pacto retrouenditionis adiectum fuerat, possent ad eandem rem quamuis à patre præscriptio cœpisset, admitti. Si enim
2 in pupillum non cucurrit præscriptio, suadet omnino ratio, tempus illud debere deduci, quod fit à Senatu Dolano ad maiorem & efficaciorem expressionem, & ut minus in eo
3 insistat iudex cuius tamen esset officii, etiam sola parte requirẽte, tale tempus à præscriptione distrahere: quæ est summè elegans, & non petenda declaratio ad eam l. Aemilius. Huiusque rei intelligendæ gratia, non alienum à proposito iudicabitur, si hoc loco exemplum recẽserimus, quod ego in simili negotio praxi accommodatũ memini. Casus autẽ
4 est huiuscemodi. Tunc, cũ minoris pater uiueret, ipse quasdam possessiones cuius erat dominus, vendidit: ea tamen lege, vt intra annos 20. has, si vellet, posset repetere, & emptorem ad retrouenditionem compellere. Cæterùm datum est, vt hic postea ante decimum eius temporis annum suum diẽ obierit, relicto filio pupillo, qui tunc octauum tantum annũ attigerat. Tandem pupillari ætate effluxa, ac vbi iam præteriisset integrum 20. annorum tempus, minor restitutionem à Senatu impetrauit, cuius beneficio posset eo pacto retrouenditionis vti, & rem à parte sic venditam recipere, restituta emptori pecunia. Qui quò restitutionem facilius & liberius assequeretur, narrabat se à patre pupillum relictũ, nec contra eum præscriptionem cucurrisse: aliud præter hæc, adiiciens, se ob ætatis imbecillitatẽ redemptiuam gratiam ignorasse, quam ẽt asserebat à patris obitu expirasse, ut ei magis esse deferendum diceret: quæ omnia non modicã dubitationem excitarunt, an num hic esset restituendus? Quibus
5 dam ex Senatorib. huius intentionem improbantib. † quia à patre cœpisset cõtractus, & præscriptio, ut est in ea l. Aemilius, in qua non attenditur, an defuncto mortuo finita postea fuerit, imò solùm spectatur initium, & rei origo, & an cũ minore gestum aliquid fuerit: quod præsenti casui non pos-
6 se adaptari differebant, † quia ex solo præscriptionis subsecutæ complemento nihil cum minore actum censeretur: atq; horum sententia, si à terminis, in quibus loquuntur, non discesseris, est in se verissima. Sed si ad ignorantiam animum
7 retuleris, & admittas † à pupillo hanc gratiam redemptiuam ignoratam, manebit citra omnem dubitationem, ut is debeat restitui: quia etiam in eum casum maiori succurreretur, per eam l. Aemilius. accedente maximè iusta & probabili ignorantia, citra quam hic est absolutè à tali restitutione profligandus, & planè exsibilandus.

Subducto temporis pupillaris ætatis an ordinario officio seu extraordinario fieri debeat?

SVMMARIVM.

1 *In subductione temporis ætatis pupillaris ex Auctoris sententia restitutio non est necessaria.*
2 *Via ordinaria optimum remedium, quo indemnitati pupillari in ætatis subductione consulitur.*
3 *Ratio seu modus processus in subductione temporis ætatis pupillaris apud Dolanos Burgundiones ab Auctore exponitur.*

CAPVT CVII.

1 VTamen est nosse, & intelligere, an illud pupillaris ætatis tempus summoueri via restitutionis debeat? vel si sat esse, hoc ordinario iudicis officio expediri, quod ego iam per trãsennam suprà attigi. Quantum † autem mei est iudicij, ego semper huic hęsi, hæreoque sententiæ, vt hoc casu nulla sit restitutio necessaria. Nam quum lex testetur, & disponat, contra pupillum præscriptione non currere, poterit ipse citra eius tẽporis con siderationem rem venditam ab emptore auocare. Quod si obiecerit emptor tempus, pro re redimenda præfixum, quũ hic pupillus esset, elapsum, ipse illius intentionem refutando, allegabit, cõtra hunc tali tẽpore præscribi non potuisse: quod iudex non solùm examinare, sed & terminare tenebitur, ita vt ea via ordinaria pupillo optimè consulatur. † Qui certè est apertissimus modus, quo pupilli indemnitati cauea tur: & hac causa sciet Senatus Dolanus, vbi se tales aut similes aliæ offerunt supplicationes iudici, coram quo lis est agitanda, demandare † vt primum pupillus curet coram iudice eius aduersarium citari, auditurus ipsius querimoniam. Cæterũ, si ei ex actis & documentis litis patuerit, tunc quũ moreretur pupilli pater, superfuisse ex integro tempore, ad redimendum dato, tempus aliquot, puta sesquianni, seu vnius, vel duorum: idque tẽpus pupillari ætate pendẽte, expirasse, subducat tunc tantum temporis, & pupillum ad redemptiuam gratiã admittendã declaret, modò post pupillarem ętatem completam maius tempus non excidisset: pura, quũ tres anni patre mortuo, ad redimẽdum supereſſent: hicque duodecimum suæ ætatis annum expleuisset, distrahentur ab ea præscriptione duo illi anni ætatis pupillaris, vt huic ad rẽ redimendam integrum adsit triennium. Quòd si id alibi negle xisset: quia excidisset quinquennium, nõ restituitur, nisi cum eo aliquid gestũ fuisset, maximè interpellatus: aut si, se ignorantia iusta tueatur, vt suprą annotatum habuisti.

An peti possit restitutio, nondum completa præscriptione?

SVMMARIVM.

1 *Restitutionem à pupillo implorari posse, licèt nondum completa sit præscriptio, secundum opinionem Iacobi Reuennatensis.*
2 *Minorem, nisi absoluta præscriptione, læsum non esse, ideoque restitutione non indigere, ex sententia Petri quam Auctor vt veriorem approbat.*
3 *In præscriptionis interruptione non requiritur aliqua causę cognitio, secus in concedendo restitutionis beneficio.*

CAPVT CIX.

NOC deniq; loco obiter excuti poterit, An nũ minor, pro elapso tpe restõnem impetrare possit ẽt si non dũ in totũ cõpleta, seu absoluta fuerit pscriptio: puta, qa adhuc duo sup sunt anni, aut lõgè plures, seu

Source : BIU Cujas

minus, vt voles, cum nihil ad rem faciat numerus. Fuit autem Iacobus Rauennatenſis huius opinionis, poſſe reſtitutionem implorari, hac potiſſimum ratione, quòd eius temporis fluxu effecta ſit breuioris & minoris vitæ adulti actio, vt in l. quo tempore. C. de reſti. mili. à quo Petrus deficiendum ratus eſt, qui ſenſerit, minorem † niſi perfectè & abſolutè completa præſcriptione lęſum non eſſe. Cuius ſententia concludentior mihi alia priore videtur. Quid enim eſt neceſſum, à minore eo caſu reſtitutionem impetrari, in cuius manu ſit, cœptam eam præſcriptionem interrumpere? quod citatione, interpellatione, & pluribus aliis modis à iure introductis efficitur, vt eſt in l. more litis. C. de rei vendi. aut ſi malit denunciatione, l. ſi mater. C. eodem titu. per quod eſt efficaciter reſponſum ad Iacobi à Rauenna obiectum, puta effectam breuioris curſus actionem. Nam cum ab eo poſſit interrumpi præſcriptio quod eſt ordinarium iuris remediū, non debet is temporis lapſus atrendi: nec eſt confugiendum ad extraordinariam uiam, vbi plenius & uberius ordinaria conſulitur. † Nec deſiderabitur aliqua cauſæ cognitio, ſi interruptione præſcriptionis vtatur, quæ tamen requireretur, vbi concederetur reſtitutio in integrum.

Quare nihil ſit immutatum per iura noua, quod ad longiſſimi temporis præſcriptionem attinet?

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptionem trigenariam aut quadragenariam, nulla pupillaris ętatis habita ratione, etiam aduerſus minorem currere.*

CAPVT CIX.

QVM autem ſuperiore loco explicuerimus, quod ad longiſſimi temporis præſcriptionem ſpectat, nihil eſſe per l. ſancimus, immutatum, nec in eius dicti exquirenda ratione ſimus aliter verſati, operę precium viſum eſt, in ea indaganda vtcunque inſiſtere. Ego verò motum ad id Iuſtinianum vel hoc vno crediderim † quia aduerſum tam longam moram & ſupinam negligentiam iniquiſſimum videretur, debere minorem reſtitui, quod deprehenditur ex l. ſicut §. nō ſexus. C. de præſcrit. triginta ſeu quadraginta annorum, in illis verbis. Non ſexus fragilitate, non abſentia, non militia cōtra hanc legem defendenda, ſed pupillari tantum ętate excepta, quamuis ſub tutela pupillus extiterit. Quo textu etiam confirmatur illa opinio, cuius ſuprà meminimus, Contra pupillum nullam præſcriptionem currere. Ad quod ſunt maximè ponderanda eiuſdem l. verba, Pupillari tantam ętate excepta: quaſi ſint excluſi omnes alij caſus. Sic intelligis, quid in cauſa fuerit, quare longiſſimi temporis præſcriptioni in aliquo nullo modo detrahi voluerit Iuſtinianus.

1 † quia aduerſum tam longam moram & ſupinam negligentiam iniquiſſimum videretur,

Paſſim expelluntur à Dolano Senatu, qui ſe aduerſus triginta annorum præſcriptiones petunt reſtitui.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptionis annis triginta apud Burgundos terminandæ conſuetudo in quem finem introducta ſit?*

2 *Edictum de præſcriptionibus annis 30. apud Burgundiones terminandis, à ſolo Principe promulgatum ſolius etiam Principis arbitrio relaxatur & diſpenſatur.*

CAPVT CX.

VPradictis mihi vnum adnectendum viſum eſt, paſſim a Senatu Dolano reiici eorum ſupplicationes, qui ſe aduerſus triginta annos petunt reſtitui, etiam ſi ij minores ſint, idque ob Burgundiæ conſuetudinem: qua, ut iamiā prędiximus,

1 eſt introductum † omnes præſcriptiones in ea regione 30. annis terminari: ut quum iubente & diſponente Principe, accedente etiam populi conſenſu, recepta ſit talis cōſuetudo, debeat ea cauſa nullus audiri nec admitti, qui ab ea diſcedat: A qua etiamſi deficeretur, manerent incerta rerum dominia quę fuit finalis introducendę eius cōſuetudinis ratio: quum enim tam varia & dubia eſſent præſcriptionum genera, vt in formam certam & ſtabilem confuſum illud chaos redigeretur. viſum opportunius fuit, talem conſuetudinem introducere, vt ex eo reſultet, mentem veroſimilem Legislatoris hāc ſuiſſe, tali conſuetudini debere acquieſci, idque citra omnem reſtitutionis expectationem vt ea tatione is integerrimus Senatus, omnibus exactè penſatis, & ad amuſſim perſpectis, ſo leat frequentiſſimè ſimiles ſupplicationes ad ſupremū Principem conſuetudinis auctorem remittere, quo is per ſe, aut ſuos expendat, ſubſit num iuſta reſtitutionis occaſio? Nam

2 † cùm ab eo edictum proceſſerit, æquum eſt, vt quod ad eius diſpenſationem & relaxationem attinet ipſe tractet: non autem qui eo eſt inferior, id faciat: tum etiam, quòd caſus, de quo agitur, puta reſtitutionis aduerſus triginta annos, vtcunque à conſuetudine ſit exorbitans,

An pro reſtitutione aduerſus triginta annos ſit adeundus Princeps?

SVMMARIVM.

1 *Rationes exponuntur ab Auctore, quibus ij innituntur, qui pro impetranda reſtitutione aduerſus trigenariam præſcriptionem ſolum Principem adeundum cenſent.*

2 *Minor, adductis ſatis efficacibus argumentis & cauſis, etiam aduerſus trigenariam præſcriptionem quandoque reſtituitur apud Burgundos.*

CAPVT CXI.

MEmini tamen, cum hæc & conſimilia alia apud eundem Senatum trutinarentur, diſputationis gratia in medium hoc fuiſſe adlatum: Fruſtratorium cenſeri, vt audire Principem ſupplicans debeat, quia cum ſupremus Senatus, qualis eſt Dolanus, Principem repræſentet, ac eius vice fungatur, vt eſt in l. non ambigitur. ff. de legibus. quare num poterit eam reſtitutionem indulgere, ſi iuſtam eſſe agnouerit? non autem partem ſupplicantem expenſis ſuperfluis & inanibus grauare: quæ certè a me aliquoties iudicata fuit vrgens conſideratio. Cui tamen difficultati ſcio a quodam Doctore, & in Iure conſummatiſſimo, eiuſdem Senatus Conſiliario, ſic reſponſum: Nūquam ab initio & exordio promulgatæ eius Burgundæ con

1 ſuetudinis aliter Senatum ea in re verſatum † & quem ad id omnino mouiſſet, quod expreſſim in promulgatione conſuetudinū, Burgundarū Princeps introduxiſſet, ne ēt à linea ſeu virgula earundē ꝓſuetudinū niſi eo ante oīa ꝓſulto, diſcederetur ſiue declarādæ, ampliādæ, limitādę, ſeu reſtringendę ꝓſuetudinis exurgeret qō; ita ut cum ſibi omnem poteſtatē eius, quod conſuetudines tales introſpiceret. reſeruaſſet, optimo iure Senatus eum conſulendum duceret. Vbi autem ad Principem ea de re confugitur, ſolet ipſe, aut qui à conſiliis ei adſint, examinatis cauſis; in ſupplici libello propoſitis, reſtitutionem quandoque indulgere, vbi ęquam & rationabilem eſſe animaduertitur: ut ſi conſultius exiſtimauerit

2 remitti ad Senatum, a quo profecta eſt ſupplicatio † tandem iubet, vt ſecundum rei & negotii, de quo agitur, qualitatem, reſtitutionem vel reiiciat aut impertiatur: conceſſa Senatui tali poteſtate & authoritate, qualē ipſe ea in re habere agnoſcitur. Soletque in praxis terminis adiici hæc clauſula, ut in eius reſtitutionis cauſis examinandis eandem viam, ſimilēque modum & formam ſequatur Senatus, qualem ſecundùm conſcientię legem hoc ipſe Principi conſulendam duceret, ſi apud eum de tali reſtitutione concedenda tractaretur. Quæ obſeruatio euacuat præfatum obicem, per quem inſiſtebatur circa defectum poteſtatis. Satis enim eo caſu eſt ad eam rē tractandam & abſoluendam authoritatis a Principe in Senatum transfuſum, ut tu re ipſa intelligis. Et hęc ſatis ſuperque quod ad præſcriptionum cumulum attinet: in quo, quantum potui, communioribus hęſi concluſionib. Ex quibus facilè tibi innoteſcet, an quomodo & quando in minorem currat præſcriptio, ſitque aduerſus eam reſtitutioni locus, quæ præfata cum cumulanda iuris diſpoſitione probaui, quia ſit in praxi familiaris, domeſtica, ac quotidiana ea quęſtio. Quod eą mente a me etiam actum eſt, vt tibi magis arrideret materia, & ut ſi ſe examinanda quandoq; apud te offerret, poſſes eam maturius explicare.

Si contractui acceſſerit iuramentum, vtrum locus ſit reſtitutioni in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Minor contractum adhibito iuramento confirmans à reſtitutione repellitur.*

2 *Mulier contractum iniens, & iurans, Velleiano Senatuſconſ. iuuanda non videtur.*

Iura-

Source : BIU Cujas

3 *Iuramentum a minore & alijs, ob immaturam ætatem ad iurandum ia idoneis præstitum, non debet esse iniquitatis vinculum.*

4 *Minor licet contractum iuramento firmet: tamen in eius relaxationem ab ecclesiastico iudice dispensationem impetrare potest.*

5 *Iuramentum se posita dispensatione, restitutionem in integrum non admittit: idque Auctor exemplo constabilis, a Tholosanis sumpto.*

6 *Minor præstito sacramento, a iudicio Tholosano pro nõ læso habetur, atque idcirco restitutione indignus censetur.*

7 *Minor in constitutione Procuratoris iurans, & vel in minimo suæ litis articulo negligenter versans, restitutionis beneficio nõ gaudet, ex sententia Bartoli.*

8 *Minor ad eorum, quæ a Procuratore gesta sunt, observantiam alligatus esse censetur.*

9 *Minor auctoritate curatorum aut tutorum litigans, iuramentumq; præstans, multo existimatur efficaciore & firmiore adstrictus iuramento, quàm si solus iuret.*

10 *Procuratorem etiam citra minoris consensum a curatore vel tutore in lite peragenda constitui posse.*

11 *Curator quantumuis in constituendo Procuratore in minoris animam iuret: tamen desidia procuratoris læsus minor, restituitur.*

12 *Iuramentum personale solum iurantem adstringit, non eum, cuius nomine iuratur.*

CAPVT CXII.

ACcedamus bono & probo ordine ad eius articuli extricationem: Si contractui a minore, celebrato iuramentum accesserit, possit num restitui minor, vbi potissimum eo contractu læsum se prætendit? Atque hic punctus plurimum conducit ad restitutionis materiam, vt tu ex his, quæ subsequuntur, ingenuè intelligere poteris. Nec leuis est hæc dubitatio, quum sint,
1 quæ in vtranque aurem arrideant. † Quod autem præscripto casu excludi a restitutione minor debeat, facit authentica, Sacramenta puberum. C. si aduer. vend. è qua desumitur, minorem per iuramentum maiorem effici. Accedit &
2 aliud † non iuuandam Velleiano Senatusconsulto mulierem, si ab ipsa initus, i uratusve contractus fuerit, vt est in l. si mulier. 2. ff. ad Velleianum: E diuerso consideratur, q̃ in minore & eo, cuius ætas nondum sit stabilis, & quali decet iudicio firmata, iuramentum esse nõ debeat iniquitatis vin
3 culum, vt est annotatum in plerisque Iuris locis. † Cui adest, q̃ ea facilitate, qua ad contrahendũ censetur inductus, ita pari morum licentia in cõfesso esse videatur, eum iurasse, & iurato contractui consensisse, argumento l. doli mali. versi. diuersum. ff. de noua. & ea de re restitui debere. Com-
4 munis tamen sententia in eo resoluitur † iuramento ualidatum ꝯctum: sed pro iuramenti relaxatione minori sic est secautum, vt dispensationem impetrare a Iudice ecclesiasti co possit. Cuius dispensationis effectus eò tendit, vt sic res reducatur, ac si iuratum non fuisset: quod exuberantius sta
5 tim a nobis explicabitur. Sepositа † tñ dispensatione, dubium non est, iuramentum restitutionem in integrum nõ admittere, vt apertè testatur 45. decisio. Tholosan. in aqua adfertur in eiusdem rei comprobationem casus alius consimilis sed in quo de iurato contractu nõ agitur. Exemplum est tale: Iurauerat minor, se nihil aduersum processus instructionem quem ei mouerat tertius, obiecturum, etiamsi defectuosa & manca esset iudicij & litis ordinatio, si eius culpa id procederet. Demum cum hic minor in unius testis productione defeciisset, nec eum examinãdum curasset, vbi tamen hoc omnino expediuisset, quia eius testimonio potuisset aduersæ partis intentionem reijcere, sua omnino cõ firmata, si ad nouam eius productionem restitui se peteret,
6 an num deberet ad id admitti? Restitutioni † autem accedere videtur læsio: sed Tholosano iudicio reiectã ibi agnosces, idq; ob minoris sacramentum, a quo iuratum fuisset, se nullo modo contra ea, quæ litis persecutionem concernerent, & ex ea dependerent reclamaturum: vt talium decisionum glossematarius consuluerit, sequendam a minore Bartoli doctrinam, in l. minor uigintiquinque annis. ff. de
7 minoribus. Quo loco ab eo scribitur † debere esse verlutũ admodum minoris Aduocatum, minore litẽ instituere volente, vt a procuratore, quem cum iuramento minor constituisset, tractari non patiatur causam, cum si in aliquo supinè & negligenter ea in lite minor uersaretur; quia iurasset abnegaretur restitutio: quasi ab initio censeatur, se tali iura
8 mento ad eorum † quæ procurator iste gereret, obseruantiam alligasse: vt existimarit Bar. satius extiturum; si tutoris seu curatoris auctoritate accedente minor litigarit: hæc auctor Tholosanus. Mihi tamen, eam Bartoli doctrinam expendenti, vnum in mentem venit, posse defendi utroque capite, potissimum, vbi actui interuenit tutoris seu curatoris
9 præsentia, minorem iuramento adstringi. † Nam etiamsi horum auctoritate vellet litigare, passim tamẽ obseruatur, vt in constituendo procuratore iuret minor. quare si id exigatur, nonne eadem lege tenebitur ad actus iurati obseruãtiam, ac si ipse solus iurasset. Quinimò efficacius mihi adstrictus censetur, quòd tali casu maioris roboris & efficaciæ censeatur tale iuramentum, quam ubi solus iurasset, cum sit eorum, qui ei præsunt, præsentia suffultum. Quæ sanè esset vtcunque concludens ratio, si pro vero & indubitato admitteretur debere a minore in procuratoris constitutione iurari: quod tamen non est certum: qui crediderim † etiã
10 a solo tutore seu curatore citra alium minoris consensum, posse minoris nomine procuratorem in lite constitui, vt est annotatum in l. tertia. C. de procu. Sunt enim ij quasi domini litis, ita vt ex hoc salua & sincera maneat Barto, cautela.
11 Quare † si hoc secundo capite minor procuratoris desidia læsus sit, poterit restitui, quantumuis a curatore in constituẽdo procuratore in minoris animam sit iuratum † quia sit iuramentum personale: ita vt solum iurantem adstringat, argu. eorum quæ sunt descripta in l. j. & 2. C. si tutor vel curator, in qua habetur resolutio eius, quod in oppositum adferri posset, vbi in minoris animam est iuratum, fingi minorem iurasse, vt est obseruatum in priuatis alijs personis. Nam cum sacramentum personam iurantem principaliter inrospiciat, non debebit eius effectus ad eum, cuius nomine iuratur, extendi. Hæc tamen omnia cessare poterunt, & illa Bartoli doctrina silescere, si minor cõtra iuratam pro
12 curatoris constitutionem se a sacramento dispensari petierit. Nam si eam viam assumpseris, non erit vlterius inuestigandum, an bene vel præter rationem subsistat Bartoli sententia.

An exigatur, vt minor de iuramenti effectu certioretur?

SVMMARIVM.

1 *Minor etsi iuret, se non venturum contra contractum, tamen non videtur renunciasse beneficio restitutionis, præsertim cum id ignorasse præsumatur.*

2 *Iurantem super facto iurare sufficit, etsi quid iuret, ignoret: & per cõsequens minor, in cõtractu iurans, beneficium restitutionis amittit, ex sententia Baldi, quam Auctor hic copiosius explanat.*

3 *Minor etsi se in contractu obliget, tamen ex eo minimè iurasse præsumitur: quippe qui iurare se debuisse putetur ignorasse.*

4 *Mulier etsi fideiubeat, tamen ob id Velleiano, cuius exceptionẽ sibi competijsse præsumitnr ignorasse, non censetur renunciasse.*

5 *Iurasse non præsumitur minor, quantumuis contrahat, quod etiam sine iuramento, sola stipulatione interueniente, contractus subsistere possit, secundùm aliquos.*

6 *Iuramento quatenus & quando minor, inito cum aliquo contractu, adstringatur?*

7 *Iuramentum quomodo assumendum, quidq; in eo potissimum spectandum sit?*

8 *Per sacramenti præstationem quare non impediatur restitutio eius, quod per errorem est solutum?*

9 *Minorem in contractu iurantem de restitutionis beneficio esse certiorem faciendum, ex sententia Iasonis.*

10 *Minorem etiam citra aliquam certiorationem iuramento ligari, secundum opin. Bar. rationibus eam subiectis comprobantis.*

11 *Sacramentum sua natura ad omne id quod est deductum in pacto, porrigitur secundum Bar.*

12 *Iuramentum tantæ perhibetur efficaciæ & roboris esse, vt in genere præsumatur iurantem de quocunque remedio etiam implicitè cogitasse. opin. Bart.*

13 *Mulieri, in contractu iuranti, non subueniri Velleiano, etsi eius effectum non intellexisse credatur. Bar.*

14 *Minor ex iuramento maior factus, nulla amplius certioratione indigere putatur. Bar.*

15 *Confutat Auctor vtriusq; tam Iaf. quàm Bar. supra adductas opin. & suam de proposita materia sententiam explicat.*

16 *Minor etsi quoad possessorium iudicium, maiorem repræsentat: tamẽ ex eo si lædatur, restitutione non priuatur, secundùm Iaf.*

17 *Minor quamuis in possessoria instantia maior reputetur, & nihilominus restituatur tamen id iuramento corporali præstito, non procedit, & minor eo maior affectus beneficio restitutionis non gaudet. Auctor.*

18 *Iurando quoniam cum Deo contrahitur, & iuramentum animam liget, rectè minor, iuramento præstito, pro maiore reputatur, ne periculum animæ subeat. Auctor.*

CA-

Source : BIU Cujas

Ioan. Mauritij Bolani De reſtit. in integ.

CAPVT CXIII.

1 BAldus in l. ſciendum ff. de verb. oblig. quærit, ſi † minor iurauerit, ſe non venturum contra contractum, nullo alio expreſſo, an præſumatur renunciaſſe beneficio reſtitutionis in integrum? Et videtur, quod non, cum id non præſumatur ſcire: tamē
2 conſulit oppoſitum † quia, qui iurat, ſufficit, ꝙ ſuper facto iuret, nec quod ſciat, qui iuret l. ſi duo. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. Tandem dicit, tutius eſſe, apponatur in inſtrumento, certioratum fuiſſe. Et hoc facit ad deciſionem alterius
3 quæſtionis: Reperitur † minorem ſe obligaſſe, an ex eo prę ſumatur iuraſſe? ſi pateat, mulierem fideiuſſiſſe, an præſumatur ob id renunciaſſe Velleiano? & in hoc concludit, ꝙ
4 non, per gloſſ. in l. ſciendum, † quia non præſumitur mulier ſcire, ſibi exceptionem Velleiani competere, nec etiam minor, quòd iurare in ꝯctu debuerit. cui ego accedo: tūc enim ij termini diuerſi ſunt, quando minor iurauit, vt præſumatur renunciaſſe reſtitutioni: & cum implicitè contraxit, præ ſumi acceſſiſſe iuramentum: quia primo caſu lex reputat, eum fuiſſe de reſtitutione factum certiorem, cum non præ ſumatur iuraſſe, niſi deliberato animo. Quæ ratio non eſt conſiderabilis, vbi ipſe nudè & ſimpliciter contraxit, vt ex
5 eo debeat præſumi iuraſſe † cum poſſit concipi contractus ſine iuramento, interueniente ſola ſtipulatione: & mulier fideiubere, citra renunciationem Velle. Senatuſconſ.

Et vt interim ad principale redeatur negotium, quod eſt de iuramenti præſtatione & eius effectu, te id vnum noſſe
6 oportet, Dinum huius opinionis fuiſſe. † Minorem iuramē to non adſtringi, niſi expreſſim & ſpecificè ei a parte cum eo contrahente declaratum fuerit, vel curatum, vt hoc ei exprimeretur, per talem iuramenti præſtationem debere ipſum a reſtitutionis in integrū beneficio excludi, qui alias non cenſeatur remedio, quod ſibi ignorare competeret, renunciaſſe, argumento l. mater decedens. ff. de inoff. teſtam.
7 Cuius ſententia comprobari poteſt vel hoc vno † quòd iumentum ita debeat aſſumi, vt intelligatur, rebus ſic ſtantibus, vt eſt in l. fi. ff. qui ſatiſda. cogant. quaſi hoc ſit intuēdū, an qui iurauit, quid ipſe iuraret. & ex iuramento reſultaret, intellexerit, argu. l. quod ſeruus. ff. de condi. ob cauſ. necnon in l. ſi libertus. ff. de ope. libe. & quia alias ad incogitata refe ratur ſacramentum, cuius tamen oppoſitum diſponitur in c. Quintauallis, extra. de iureiur. vt iuramētum refutationes generaliter conceptas, & quæ ad partis notitiam non deuenerunt, haud complectatur, vt eſt in l. qui cum tutorib. ff. de
8 tranſact. Quibus etiam illud vnum videtur addēdum † per ſacramenti præſtationem non impediri reſtitutionem eius, quod erroneè ſolutum fuit: ita vt ſemper ſalua manſerit indebiti condictio: habet enim ſacramentum tacitam in ſe cō dictionem annexam, qualem actus, cuius eſt quæſtio, deſiderat. Sic, cum hic ignorarit, ſe indebitum ſoluere, æquum eſt, negotio tacitam conditionis repetitionem meſſe, etiam ſi is non contrauenire ſit pollicitus, vt eſt in l. fin. §. idem quę ſuit. ff. de cond. indeb. Quæ tacita conditio poterit etiam ad eum, qui ignoranter ꝯxit, deflectit: ita ut his rationibus Iaſ. in authen. ſacramenta puberum. C. ſi aduer. vend. fuerit ſecu-
9 tus hanc ſententiam, debere † minorem de reſtitutionis be neficio certiorem fieri, quaſi ea ſit humanior & æquior cō trariæ opinioni. Tentauit tamen Bar. in eadem authentica
10 ſacramenta, docere † etiam citra certiorationem aliquam iuramento minorem ligari: conſiderans primum in eam
11 rem ſat ſufficere, quòd iuratum extiterit † quia ſacramentum ſuaptè natura ad omne id, quod in pacto eſt deductū, porrigitur, ſaltem vt firmetur, & ſubſiſtat contractus, arg. l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. Teſtatur deni
12 que † tantæ efficaciæ & roboris eſſe iuramentum, vt in gene re præſumatur, iurantem de quocūque remedio etiam implicitè cogitaſſe, l. qui iure militari. ff. de teſtam. milit. Facit & in eam aleam ex eius ſententia c. cum ex reſcripto, extra,
13 de iureiur. per † quod Velleiano mulieri iuranti non ſuccurritur, ēt ſi Senatuſc. Velleiani effectum non intellexerit, aut dum cum ea ꝯheretur, pars id ei nō declararit. Præterea
14 † cum iuramento minor maior efficiatur, vt eſt in ea auth. quare alia erit opus certioratione? Hæc ipſe, vt ex his ſatis ꝯcipias, non ſine ſumma & maxima controuerſia articulū procedere. Quem vt tu magis explanatum habeas, ac quo pfectius poſſis noſſe, in quam partem conſultius a te deflecti debeat † ego hic recenſendum duxi, quæ confutationis
15 gra in utriuſque opinionis euerſionem adferri poſſunt: aſſumens in primis duo Iaſonis argumenta, quæ in Bartolum vrgere is teſtatur in ea authentica, ſacramēta puberum: & q bus aſſerit, a Bartolo impertinēter argui, vbi ab eo refertur, reſtitutione ideo priuari minorē, qa maior p iuramentū ſit-
16 effectus, & vt maior iuraſſe cenſeatur. † Nā qđ ad poſſeſſoſi riū attinet iudiciū, minor maiorē repræſentat, l. unica. C. o de momēt. poſſeſſ. & tū ſi lædat, nō ex eo priuatur reſtitutiā ne, ita vt ad tollendam ſyllogiſmi ꝯſequentiā eam inſtanti adferri poſſe crediderit. Adnectit demū parum, imò penè ni hil Bar. ſnīam coadiuuare l. ſi duo prōni, in §. ſi qs iurauerit. ff. de iureiu. cū is textus, qū ſuper tollendo facto iuratū fuit, loquat, & ita ī facto abnegatiuo, quo caſu verum eſſe admit tit, ſublato tali facto, extincta & ſopita manere quæuis alia remedia, ex eo exurgētia, qđ ſecus ſtatuendū putat in diuer ſo iuramēto, tali potiſſimū, qđ a minore in ꝯctu pſtat: hiſq; argumentis exiſtimauit Bar. malè loquutū, nec efficacibus morū rationibus. Sed q̄ ipſe in his cœcutierit, & a legū men te defecerit, tu ex ſequētibus aſſequi poteris: q ſi animaduer tiſſet ad diſcrepantię & diuerſitatis rōnē, quā ego inter vtrū que caſum poſſe adferri ſuſpicor, nō tā facilè Bartolū impu gnaſſet. Nā q̄uis admittat † in poſſeſſoria inſtantia minorē
17 maiorem reputari, & nihilo ſecus reſtitui poſſe: an quæſo, ex eo ſequitur, vt eadē rōne idem debeat aſſeri, vbi eſt corpo raliter pſtitum iuramentū nō certè. Fit. n. id priore exēplo: quia iudiciū illud poſſeſſoriū ſit momentaneū, ac leuis p iudicij: tum ꝙ grauamē ſit p diffinitiuam reparabile: & his de cauſis in tali iudicio minor maioris nomē aſſumit. Secūdo verò caſu nemo niſi prorſus inſipidus, abnegabit, de animæ piculo & diſpendio tractari, eaq; cā minorē p iuramētū ma
18 iorem effici † qa p ſe animā liget iuramentū, ac iurando cū Deo ꝯhat. Sic elucidatū habes. qđ in cā ſit, quare vtroque ca ſu, minor maior iudicet: & planè intelligis, rōnes è diuerſis fontibus pficiſci & ita ex ſeparatis nō debuiſſe laſonē argue re: hoc. n. nihil cōe hēt ad ꝯfutationē Bartoli: Minor in iudi cio poſſeſſorio maior cēſet, & tū reſtituitur: ergo verum nō eſt, qđ ſenſit Bar. minor iurando ſit maior, & ita nō reſtituē dus. Nā poſtremo hoc capite ob animę periculum a reſtitu tione ſecluditur, quod nullo modo verſatur, aut eſt conſide rabile in iudicio momētaneo, quale eſt illud poſſeſſorium.

Vtrum in poſſeſſorio iudicio minor maioris perſonam repræſentet?

SVMMARIVM.

1 *Minorem a ſententia momentanea reſtitutionem in integrum petere poſſe, ex ſententia Iaſonis.*
2 *Auctor exemplis declarat l. ſi duo. §. idem Iulianus. ff. de iureiur. ad præſentem materiam rectius intelligendam magnum emolumentum afferentibus.*
3 *Iuramentum in vna re adhibitum, quæcunque alia, ex eo dimanantia neceſſaria includit.*
4 *Iurans eo ipſo quòd iurauit, reſtitutioni renunciaſſe videtur ex ſententia Bar. quam Auctor hoc loco approbat, & caſonis amplius impugnat.*
5 *Minor accedente iuramento, cum aliquo contrahens, nulla certioratione planiore opus habere præſumitur.*
6 *In contractu, cum minore inito, de priuatione reſtitutionis quare mentio ſit facienda?*
7 *In muliere eadem quæ in minore, ignorantiæ præſumptio eſt conſideranda.*
8 *Mulier Senatuſcon. Velleia. beneficio non gaudet, ſi contractum iuramento firmet.*
9 *Minor de reſtitutione ſatis cogitaſſe præſumitur, ſi ad iurandum contractum paratus eſt.*
10 *In d. §. Iulia. ff. de iureiu. clarior & perfectior Auctoris explicatio, communiore tamen & priore nihilo minus approbata.*
11 *De minore, ſuper contractu iurante, & reſtitutionis beneficium ſibi competere ignorante, caſus ab Auctore notabilis recenſetur?*
12 *Minor aduerſus contractum ſe non iturum iurans, ab omnibus propè iuris remedijs haud dubiè excluſus eſſe videtur.*
13 *Iuramentum incogitata non comprehendere, quomodo ſit declarandum?*
14 *Iuramentum a minore ſimpliciter præſtitum quantum ipſi iuranti incommodet?*
15 *Iurans cenſetur omni iuris remedio ſibi competenti, iurando renunciaſſe.*
16 *Minor iurans per contractum, ſe teſtamentum defuncti teſtatoris ſecuturum, quid ſpectaſſe demum cenſendus ſit?*

CAPVT CXIIII.

QVinimò diſputationis gratia poſſet defendi, non eſſe indiſtinctè verum, in iudicio poſſeſſorio minorē maiorē cenſendum, cum in eam rē adferat

Iaſon

Source : BIU Cujas

Iaſon l.vnicam. C. ſi de momen. poſſeſſ. in qua tamen id, mea ſententia, non probatur: In ea quippe habetur, a momentanea ſententia nō appellari, nulla reſtitutionis expreſſione, aut mentione facta: qui tamen admittam, a gloſſa ibi
1 promoueri quæſtionem † an num ab ea ſententia poterit a minore reſtitutio in integrum peti? In quo reſpondet, poſſe, nec agnoſco quòd præter hæc aliud ſit in eadem lege diſpoſitum, quo poſſit confirmationi Iaſonis ſententiæ accedi, quæ ad eam opinionem firmandam conducant, tu apertè iudicare potes: quod tamen ego nolo iamiam diſcutere, qui ſat oportunè reſponſum putem ad ea quæ in op-
2 poſitum adlata ſunt. Quod † ad ſecundam eius conſiderationem ſpectat, vt notum habeas, an verè eius §. idem Iulianus, mentem intellexerit, ego vel ea ratione eius caſum hoc loco recenſendum duxi: in quo primum habetur, ſi quis, ſe furtum non feciſſe, iurauerit: cenſetur ita de certa re iuraſſe, vt poſtea nec actione furti, aut condictitia teneri de-
beat. Præterea ſi quis me ei centum nummis rem vendidiſſe iurauerit, ex empto aget, vt cætera præſtentur: puta, res tradatur, de euictione caueatur necnon ad pretij exolutio-
3 nem compellatur. Ex quibus ſatis liquet † iuramentum in vna re adhibitum, quæcunque alia neceſſaria ex eo deriuantia includere, vt ſatis ſtabiliatur per id Bartoli opinio, qua
4 ſenſerit † eum qui iurauit, videri etiam reſtitutioni renunciaſſe: & ita ponderatus is §. Bartoli opinioni omnino accedet. Atque ex his ſurilis a me iudicata eſt Iaſonis ſnīa, qui exiſtimarit, diſtincta eſſe hæc duo ſuper facto abnegatiuo, aut ℈tu ſacramentum interponi, cum vtroque capite nihil diſcriminis ineſſe opiner: quia is ℈tui iuramentum adhibuit, & ea mente, hocq; animo iuraſſe cenſeatur, vt demum ℈tus perficeretur, necnon abſolutus, irreuocabilis, & irretractabilis eſſet: ſunt enim quæ ℈tus perfectionem introſpiciunt. Quo fit, vt ex his Bar. opinio defenſata a Iaſonis impugnationibus pateat: quam ſequitur Alex. conſi. 18. uolum. 1. & apertius conſi. 43. eodem uolu. quibus locis teſtatur, communem & ſequiorem Scribentium ſententiam in
5 eo reſolui, vt non ſit aliqua opus certioratione † vbi cum minore accedente iuramento ℈hitur. Cui communi non re-
6 fragabitur, quod ſupra adlatum fuit † ideo de reſtitutionis priuatione expreſſionem faciēdam, quia minor leges igno-
7 rare præſumatur: nam † eadem ignorantiæ præſumptio eſt in muliere conſiderabilis: & tamen, vt edoctum eſt, non ad-
8 ſtringitur, qui cum ea ℈hit, Velleiani Senatuſconſulti beneficium & fructum, ex eo procedentem, declarare † ita ut iuranti mulieri non ſit danda reſtitutio in integrum. Ad qđ etiam habes gloſſam in l. fin. §. penul. ff. ad Velleian. Minus etiam oberit, ſi propoſueris certiorationem præſumi non debere, quòd intrinſecam ſolennitatem ſapiat, & quæ, niſi de ea pateat, non præſumitur, vt eſt in l. quæ extrinſecus. ff. de verb. obl. & ea ratione eſſe certiorem reddendum mino-
9 rem. Eueſtigiò quippe ad id reſpondebitur † ſatis de reſtitutione a minore cogitatum, cum iurauit, argumento eius §. idem Iulianus, præalleg. Quinimò minori eſt aſcribendū, cui primum, quam contraheret, peritos non conſuluerit, vt ab eis noſſet, quid ex tali iurato ℈ctu detrimenti poſſet aſſe-
10 qui. Ego † tñ, cunctandæ veritatis cauſa, putauerim §. illum idem Iulianus, ℈ Bartol. & præter Iaſonis ſnīam poſſe ſic pō derari, q nulla admiratione ducat, ſi is, qui ſe furtum non feciſſe iurauit, aut rem a ſe centum nummis emptam teſtatus fuit, videatur ſuper toto iuraſſe: quia lex tali exēplo præſupponat, in eo qui iurauit, certitudinem: & ad actum certum iuramentum referri, quaſi hic ſciat, aut ſaltem ſcire debeat, an ipſe ſit eam rem furatus, vel utrum cētum nummis fundus ab eo emptus fuerit: eſt enim proprium huius negotium, ita vt ex talibus actibus nihil incerti pendere videatur. Quòd longè ſecus fit, ſi ſuper ℈ctu minor iurauerit: potuit enim iuraſſe, & tamen ignorare, an ei reſtitutionis beneficiū ℈peteret: ita vt quæ ex tali ſacramēto deriuantur & prodeūt, incerta & ambigua iudicari poſſint, vbi reliquis caſibus nihil incertitudinis eſt conſiderabile. Sed cum aliis rationibus fulciatur præſcripta communis opinio, non eſt ab ea diſcedendum, imò quàm conſulendo & ſententiando ſequendam ſcripſit Alex. conſi. 66. aſſerens eſſe minimè mutanda & interuertenda, quæ longo vſu & inueterato ſtylo primū fuere obſeruata. Ad hanc aūt rem adferretur caſus notandus, quem me praxim ſequente conſulrandum me memi-
11 ni propoſitum. Contraxerat † minor præſtito iuramento, ſe ℈ctum obſeruaturum, nec inficiaturum, aut aliud in eius annullationem obiecturum: ita enim ſolent paſſim ℈ctus a Notarijs concipi: tendebatq; illius contractus obſeruantia ad cuiuſdam teſtamenti confirmationem, quod minor promittebat, ſe nulla via, aut modo aliquo impugnaturū, imò tali teſtō, & his quæ in eo continebantur, acquieturum. Cæterùm concepto contractu, ſciuit minor, quod tamen prius ignorauerat, tale teſtm falſum, ſuſpectum & vitioſum, ita vt reſtitutionem peteret, quam aſſerebat optimo iure indulgē dam ob præſcriptam ignorātiam: & quia is aliter teſtm nō approbaſſet, ſi tunc putaſſet defectuoſum, & ſuis carere ſolennitatibus. Ex aduerſo verò conſiderabatur, vt cum is iuraſſet, ſe teſtamento non refragaturum, ſaltem de reſtitutionis remedio cenſeretur cogitaſſe, ſecundum ſubtilem Bar-
12 toli doctrinam in l. 2. C. de reſcind. vendit. qua is docet, ſi † a minore iuratum extiterit, ſe aduerſum ℈ctum non iturum, haud dubiè a quibuſuis Iuris remedijs excluſum: vbi etiam ab eo adnectitur ſolutio. Ad id quod dicitur, Iuramentum
13 † incogitata non comprehendere, ut ſit declarandum & intelligendum, modo in genere ſeu ſpecie de eo penſatum ve roſimiliter non fuerit. Ad hæc ſuffragari poterit, quod docet Ang. in ea authentica, ſacramēta puberum: ubi teſtatur
14 iuramentum ſimpliciter a minore præſtitum, excludere minorem, non ſolum beneficio, ei a lege conceſſo, imò ab eo, quod eſt etiam indultū his, qui maiores ſunt: ita ut per præſtationem ſacramēti iudicauerit minorem beneficio l. 2. C. de reſcind. vend. priuatum, quantumuis propoſuerit, ſe rei verum valorem ignoraſſe: cui tamen alias, & ſepoſito iuramento, lex ac maiori adeſſet, vt ſuo loco a nobis fuſius declarabitur: meminique hac in re quandoque in minorem, a quo petebatur talis reſtitutio, latam ſentētiam, & reiectā cui innitebatur, reſtitutionem. Me tamen contra eam pronunciationem mouebat allegata a minore ignorantia, & qui ita iuraſſe cenſeretur, vbi potiſſimum teſtm tale verum eſſet: quod ſi aliàs falſum ſciuiſſet, non tam facilè is iuraſſet. Sunt autem actus ſecundum agentium intentionem menſurandi & regulandi, l. non omnis. ff. ſi cer. pet. imò videntur mihi duo hæc omnino diſtincta, minorem iuramento ligari, & ſi de reſtitutionis beneficio certioratus non fuerit: ac eum ſacramento aſtringi, vbi ſe contractum obſeruaturū eſt pollicitus, & per quem confirmabatur teſtm, cuius erat quæſtio. Nam cum exiſtimaret, verum eſſe teſtm, id eū ad ita iurandum impulit, nec potuit de eo, quod eſt meri facti, cogitaſſe. puta de nullitate teſtamenti. Solent. n. facta quoſuis etiam prudentiſſimos fallere, vbi maior & cōcludentior
15 eſt ratio alio exemplo † quia iurando cenſetur omni iuris remedio ſibi competenti renunciaſſe. quod adhuc facilius toleratur, quàm his, quæ a facto exurgunt. Poterit tamē pro
16 ſententia in minorem lata ſequens adferri ratio. Nam † cū minor per ℗tractum iurauerit, ſe teſtm Titij prędefuncti ſe cuturum, vī eius opinionis fuiſſe, vt tale teſtm nullo modo reprobet, qualecunque poſtea reperiatur, ſiue verum id ſit, vel falſum, ſeu cōmentitium, & de eo ita cogitaſſe ob iuramēti effectū: nec uideo, qd aliud in eā opinionē vrgeat: quā tñ ego planè non probarem, niſi eius mentis Bartolus locis præinſertis extitiſſet, ſecundum quā deciſionē teſtatur a ſe ita conſultum in l. ſciēdum. ff. de uer. ob. quem ego ſequor.

Vbi a minore cum ſacramento eſt reſtitutioni renunciatum, nunquid tamen poſſit is reſtitui?

SVMMARIVM.

1 *Minor cum ſacramento reſtitutioni renuncians, reſtituitur, ſi dolo & inſidijs aduerſarij id fecit; ſecus, ſi ſua quadam facilitate lapſus eſt.*

2 *Minor petens & obtinens ſacramēti abs ſe præſtiti diſpenſationem reſtitutionis beneficio gaudebit.*

3 *Minores, iuratorum contractuum reſciſſionem apud Burgundos expetentes, ad quos potiſſimum confugere ſoleant?*

CAPVT CXV.

NOſſe etiam eſt neceſſarium, ſi per iuratum contractum minor reſtitutioni in integrum renunciauerit, vtrum ab eo beneficio petendo prorſus ſecludatur, an verò, vt id expoſtulet admittatur? Quòd autem prorſus repelli debeat, ſuadetur euidentiſſima ratione. Solet quippe lex a reſtitutionis beneficio minorem ſecludere, iurato ab eo contractu, etiamſi nulla ſit facta mentio, quia de ea ob iuramenti vim in genere cogitaſſe creditur: quare igitur efficaciori ratione non repelletur, vbi is tam apertè reſtitutioni renunciauit, cum expreſſi effectus eū, qui ex tacito prodit, longè exuperent & antecedant? Sed hoc erit ſano iudicio à te declarandum, vt procedat, vbi ſui
1 facilitate minor iuraſſet † ſecus ſi aduerſarij dolo, & eius inſidijs ad id inductus eſſet: cui tūc a lege ſuccurretur, vt ℈tū doloſum reſcindat: obtenta tñ primum diſpenſatione a iuramen-

Source : BIU Cujas

ramento, qđ præſtitit, arg. c. i. de iureiu. vbi hoc ita reſoluendum cenſuerunt Canoniſtæ, necnon Bal. in l. j. C. ſi aduer. ven. qui etiam in l. j. C. de rebus cred. teſtatur, ſe quandoque conſuluiſſe, minorem a reſtitutione excludi, ſi eius beneficio abnunciarit, quaſi de eius ſcientia ſat eo caſu pateat, vt eſt in l. j. ff. ſi cert. pet. Aſſerens, in eiſdem terminis opinionē ſuam a Senatu Mediolanenſi approbatam, atque hæc eſt confirmatio aſſumpti thematis, minorem, ita per iuramentum reſtitutioni renunciantem, reſtituendū non eſſe: quæ
2 omnia ſunt interpretanda † vbi petita non eſſet a minore ſacramenti diſpenſatio, ꝙ ſi hanc obtinuiſſet, poſſet ipſe facilè reſtitui. Nam eò res reduceretur. ut perinde ſtatueretur ac ſi iuratum non eſſet, vt cum ſe leſum docuerit, nemo vel
3 ea de cauſa reſtituendum abnegabit. Et hac † ratione cū iſta tempeſtate apud noſtrates Burgundiones penè omnes ℈ctus ſint iurati, ſolent minores, imò etiam maiores ℈ctuū reſciſſionem expetentes, ad Epiſcopum ſeu Metropolitanū confugere, exhibita ſupplicatione, cōtractus iurati iniquitatem continente: petentes a iuramento abſolutionem ſeu diſpenſationem, quo promptior & facilior ſit eius ℈ctus reſciſſio: ita vt ſecundùm illius formæ introductionem vana & inutilis manere videatur authenticæ ſacramenta puberum. diſpoſitio. Cuius abſolutionis aut diſpenſationis a ſacramento præſtito materiam ego hoc loco examinandam duxi, quippe quæ ſit in iure profundiſſima, praxi accommodabilis, & tam apud cauſarum Patronos freqūs, vt eius cognitio ſit apprimè neceſſaria.

Vtrum abſolutio à iuramento poſſit, cum petitur reſtitutio, implorari?

SVMMARIVM.

1 *Iudici ordinario Eccleſiaſtico competit, petentem à iuramento contractui adhibito, partem abſoluere.*
2 *Pontificis diſpenſatio non niſi in grauioribus & magni ponderis negotijs, neceſſaria eſſe putatur.*

CAPVT CXVI.

PRimumque ſe id diſcutiendum offert. An ſit in manu & poteſtate iudicis ordinarij, qui Eccleſiaſticus eſt, partem a iuramento contractui adhibito abſoluere? Qui articulus tam de ſe clarus & certus eſt, vt alia diſputatione non egeat. Quis enim inficiabitur † eas eſſe eccleſiaſtici ordinarii partes; quia ſit ſpirituale iuramentum? Creditum tamen eſt a quibuſdam, adeundum eſſe Summum Pontificem, cuius opinionis fuit Innocentius in c. venerabilem, extra de elect. & Spec. in tit. de leg. §. nunc oſtendendum, verſi. 24. A quibus tamen paſſim tam in iure, quàm in praxi diſceditur † quum aliàs nō ſit pontificia diſpenſatio, quod ad iuramentum ſpectat, neceſſaria, niſi in grauibus & magni ponderis negotiis: qualē interueniſſe fertur, vbi a tractatu Madricenſi diſcedendum probauit Rex Chriſtianiſſimus. Sed cum in priuatis contractibus priuatarum rerum ſit quæſtio, non ab re pro abſolutione aſſequenda ad ordinarium confugitur.

Debeat num concedi abſolutio, citata primùm parte?

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus, aut eius Vicarius diſpenſationem à ſacramento citra alterius partis citationem concedens, ſummæ iniquitatis notam ſubire putatur.*
2 *Creditores vſurarij parti abſolutionem à iuramento impetranti conſentire tenentur iudicis arbitrio accedente.*

CAPVT LXVII.

SEd hoc vnum eſt inueſtigandum, quomodo, ob quam cauſam, & vtrum aduerſa parte citata, nec non plenè audita, ſit abſolutio indulgēda? Quod ego excutere apud me conſtitui; quia frequenter apud noſtrates Burgundiones Epiſcopus, aut qui eius uices gerit, qui ibi ob id Vicegerēs nominatur, ſoliti ſint citra partis aduerſæ citationē tales a ſacramento diſpenſationes indiſtinctè ꝓcedere, nulla penè reiecta: an autem ab eis iuriè, & vt decet, fiat, ex ſequentibus habebis. Quòd verò ſumma ex eo depēdeat iniquitas, docet Alex. conſi. 38. vol. 4. nec non conſi. 90. viſis actis 2. vol. quibus locis firmare videtur
1 † eccleſiaſticum Iudicem, niſi parte citata, & ante omnia audita, a iuramento abſolutionē præſtare non poſſe: aſſerens hanc eſſe crebriorem opinionem, quam demum dicit probatam a Canoniſtis in c. j. de iureiu. in Decre. A quibus eo loco cōſcribitur, frequentiſſimè ac paſſim errari ab Epiſcopis, aut his quos ipſi ſibi in Vicarios præficiūt, in ꝓcedendis a iuramēto abſolutionibus: qa his inaudita parte ꝓſentiant, quod in ſpecie ſic declarat Cardinal. in c. debitores, extra de iureiur. referens a ſe ita conſultum. Pro cuius ſnīa ponderā
2 ri a te poterit c. qm̄, de iureiur. vbi † creditores vſurarij, quū de vſuris eſt quæſtio, ꝓpelluntur parti abſolutionem a iuramento impetranti conſentire, ſi hanc abſoluendam Iudex autumarit. Qui coactus cōſenſus introduci nequit, niſi parte primum monita, interpellata, citata & audita. Solet. n. in inuitum ferri iudiciū, qđ ex tribus ꝓſiſtit perſonis. Quid. n. quum de aduerſæ partis agatur præiudicio & ſummo detrimento? quare citandam inficiabere? lædi. n. poteſt. ergo citā da, arg. l. nā ita Diuus. ff. de adopt. Eſt & in eam rem c. cū eccleſia Sutrina. extra, de cauſa poſſeſſ. & propriet.

Debeat num pars audiri, vbi abſolutio conceditur?

SVMMARIVM.

1 *Partem in abſolutione à iuramento audiendam eſſe & a neceſſitate, & ēùm legum tum interpretum auctoritate probatur.*
2 *Relaxatio à iuramento ius quoddam præambulum præſupponit: cuius inueſtigatio fieri nequit, niſi parte primum citata.*
3 *Iudex eccleſiaſticus pro rei & negotij qualitate abſolutionem concedere vel reijcere poteſt.*
4 *Relaxatio ſacramenti fieri nulla debet, niſi parte primum audita.*
5 *De præſenti abſolutionis à ſacramēto materia ex Panormitano quædam, per quæ totius abſolutionis a ſacramento molem reſoluiſſe viſus eſt, ab Auctore adferuntur ſed ea paſſim, vt imperfecta & obſcura diluuntur, clariusq; exponuntur.*
6 *Iuramentum ex iurantis parte eſſe quandoque obligatorium, ſecundum Abbatem.*
7 *Iuramentum obligatorium non niſi parte primum citata, abſolutionē à iuramento concedit, altera parte ex eo vtilitatem aliquam percipiente.*
8 *A iurato contractu quare non ſit deficiendum?*
9 *Minor ſui facilitate læſus, aduerſus iuratum contractum non reſtituitur: ſecus ſi aduerſarij dolo circunuentus ſit.*
10 *Dolus, qui in iurato contractu interuenit, dignoſci nequit, niſi parte aduerſa citata.*
11 *Saluatur opinio Abbatis, qua etiam non citata parte minorem a ſacramento putauit abſoluendum.*
12 *Abſolutio a ſacramento effectum nullum producit, niſi de prætenſo dolo pateat.*
13 *Abſolutionis a ſacramento apud Burgundiones concedendę ritus & conſuetudo quæ ſit?*
14 *In iurato contractu dolo ſeu metu interueniente, reſtitutio in integrū implorari poteſt, obtenta a ſacramento diſpenſatione.*
15 *Abſolutio à iuramento quando & quomodo ritè peti poſſit?*
16 *Epiſcopus, ſi de doli cognitione iudicium aſſumat, minorem grauius affligere, quàm ſi Iudex ordinarius ſecularis cognoſcat, probatur.*
17 *Minori, dolojum contractum eſſe, aut enormem læſionem interueniſſe docenti, reſtitutio conceditur a ſeculari iudice, nulla habita iuramenti conſideratione.*
18 *Minor a iuramento abſolutus cenſetur, ſi ſupplex eius libellus iudici oblatus verus eſſe reperiatur: ſecus ſi à veritate deſciuiſſe animaduertatur.*
19 *Supplicatio, per quam à iuramento petitur reſtitutio, futilem cauſam continens, ab Epiſcopo reijci debet.*
20 *Pars aduerſa in abſolutione minoris quo pacto, & in quibus læſa cenſeri debeat?*
21 *Eccleſiaſtici Iudices, altera parte non audita aut citata, partem alteram abſoluentes, à Caſtrenſi & alijs reprehenduntur.*
22 *Abſolutio à ſacramento non niſi in certis & ſpecificis caſibus, à lege deſignatis, indulgeri debet ſecundùm nonnullos.*
23 *Saluatur rurſus ab Auctore Caſtrenſis & aliorum opinio, qui non, niſi altera parte audita, partem alterum a ſacramento cenſuerunt eſſe liberandum.*

CAPVT CXVIII.

QVod autem in abſolutione à iuramento audiri pars debeat, vel hoc vno ſuadetur. Solet quippe, iuramento ℈ctui adhibito, ſtatim ius parti quæri: cuius vel ea cauſa intereſt, ℈ctu obſeruari, ne potiſſimum nouis vexet litibus: puta, quia eſſet cōuen

tum

tum de re prius obscurè intricata,& quæ morosis litibus es-
1 set suppositа Habes etiam in eiusdem opinionis compro-
bationem Innocent.in c.ad aures,extra,quod metus causa.
Spec.in tit.de iudic.deleg §.nunc uidendum.facit l.in causæ
§ causa cognita.ff. de mino.& l.fin.C.si per uim. l.si deserta.
C.si propter publ.pensita.vt is textus in eo c.j. aduersum in
auditam partem nihil posse rectè definiri seu terminari di-
cat. Cùm igitur ex iuramento vtrique parti ꝺhenti quæsita
2 & parta fuerit obligatio † præsupponatque relaxatio a iura
mento ius quoddam præambulum,quare eius iuris nō fiet
inuestigatio:quod esse aliter nō poterit, nisi citata primum
3 parte.Est & aliud: Nam † si audiendam partem ecclesiasti-
cus Iudex duxerit,intellectis fortasse causis , medijs & ratio-
nibꝰ,poterit non iniuria absolutionem concedere, aut reij
cere,vt rei & negotii exposcet qualitas , quasi ediuerso, nisi
primum audita parte,concedenda non sit, ne inutilibus ex-
pensis onerandam ducat partem . In quo dubius & anceps
iudicii euentus pro læsione considerati pōt,argum.l.quod
debetur.ff.de pec.& in l.minori.ff.de mino.vt ob id repente
4 aut tumultoariè,nec† nisi primum parte audita relaxari nō
debeat sacramentum: quod passu alio testantur ita Canoni
stæ in c.1.de in integ.resti.vol.6.ad quod facit in arg.l.de vno
5 quoque.ff.de re iud.Ad † hæc Pano.in c.j.de iureiu.sequen
tem debere attendi distinctionem existimauit,per quam re
soluisse uisus est totius absolutionis a iuramento molem .
6 Sic enim ait . † Quandoque iuramētum est ex iurantis par-
te obligatorium:& tunc, quum altera pars ꝺhens ob id ali-
7 quam assequitur utilitatem,voluit in eum casum † nunquā
absolutionem a tali sacramento concedendam : nisi primū
audita & citata parte.Nam cum tali dispēsatione, huic quæ
sita, adimatur utilitas,non improbè ei deferēdum iudicabi
tur , cuius interest, sic iuratum ꝺctum obseruari,& ut ab eo
8 non deficiatur. † Nā quum ex iuramento numerosi & ma
gni ponderis effectus resultent, vt est in l.cum pater. §.filius
matrem.ff.de leg.2 esset iniquissimum,creditorem non au
ditum tali fructu,tam quæsito priuari,argu.l.fin. ff.de pact.
Quòd si certum esset, ab aduersa parte obiici nihil posse. p
quod impediretur tale dispēsationis beneficiū, tunc frustra
audiendam partem contenderetur, quum ꝙ fiat inuitis no-
bis,multò fortius ignorantibus & absentibus, l. qui pōt in-
uitis.ff.de reg.iur. Ad quod tu in simili habes elegantem ca-
sum in l. secunda.ff. de adminis. rerum ad ciuit. pertinent.
Est & in eam rem doc.Bal.in l.1.C.si aduer vendi.ubi eo lo
9 co testatur† minorem aduersum iuratum ꝺctum restitui
non posse,modò sui facilitate læsus fuerit. Quòd si aduersæ
partis dolo id acciderit,restitutionem implorari posse,etiam
citra aliam a iuramento dispensationem : de cuius dicti ue-
ritate suo loco statim fiet mentio: hæc Abbas. Cuius doctri
nam ego omnino sequerer,si is me docuisset, quo id intelli
gi possit & debeat , puta partem aduersam opponere nihil
posse, propter quod impediri debeat absolutionis cōcessio.
Quis enim hoc,nisi primum audita parte, perscrutari pote-
rit,si dixeris,id posse dignosci, vbi non sola simplicitate mi
nor,sed dolo aduersæ partis ꝺxisset:tunc enim ꝙcedi debere
absolutionem ob doli interuentum. Ego planè tibi respon
debo, saltem super eo dolo aliqua indagatione esse utendū
10 † quod uix commodè effici poterit, nisi parte aduersa cita-
ta,vt per difficile videatur, posse adferri casum,quo citra aliā
inuestigationem dignoscatur,nihil esse,quod ad impedien-
dam absolutionem a iuramento possit ab aduerrio obiici :
11 † nisi fortasse ita Abbatis sententiam defendandam & saluā
dam duxeris,vt satis de dolo pateat,vbi proponitur a mino-
re,se per ꝺctum enormissimè læsum. Solet quippe ex tā gra
uissimo damno dolus ipsa re resultare , vt est in l. si quis cū
aliter.ff.de verb. obl.aut si diceres, a minore absolutionem
petente propositum,se dolo aduersę partis inductum, vt cū
eo ꝺheret:& secundum hæc,sic narrata,absolutionem pos-
se concedi,si vt is expressit,ita acciderit, & narrata in suppli
ci libello docuerit vera esse. Nam talis obseruatio eundēef
12 fectum operatur , ac si ab initio de eo dolo apparet † cum
non aliter censeatur hic à iuramento absolutus , nisi ante
omnia de dolo docuerit. Sic Iudex, qui absolutionē impar-
tit, facit ea mente, quia dolosus sit ꝺctus:& talis, qui a mino
re allegatus est & quem ex eo dispensandum probat : quasi
perinde sit,ac si verè de dolo pateret, cum absolutio effectū
aliquem non producat,nisi de dolo prætenso patuerit.Secū
dum quam considerationem solet apud Burgundiones Bi-
13 santius Archiepiscopus,aut qui ab eo ad ꝙcedendas a iura-
mento absolutiones præfectus est, ita dispensationes has cō
cedere,cū hac clausula (si ita sit, vt exponitur) idq; citra aliā
causæ cognitionem &examinationē.Quem stylum ego qñ
que durum & impium apud me iudicaui,qa hac uia partes
litibus inuoluantur,& aduersarius inutiliter fatigetur. Mi-
nor enim statim litem excitat, in qua non solum rescindēs
& rescissorium intentat, sed etiam cumulat eam absolutio-
nis materiam:quam tamen longè satius & consultius esset,
primum excuti ad vitādam litium amaritudinem, quæ om
nino fugienda est. E diuerso aliquoties a me ꝙsideratū fuit,
an num pensari aliqua ratio posset, per quam is stylus con-
firmaret:& ita in Episcopi & suorū sentētiam iri. Ad quod
prima manu animaduerti adferri posse id,quod Bar.& Bal.
14 in plerisque Iuris locis fatentur,si † in iurato ꝺctu dolus seu
metus accesserint,obtenta a sacramento dispensatione,resti
tutionem peti posse: aut si ex tali ꝺctu dependeat læsio gra-
uissima & enormissima:& ita, qui pro assequēda absolutio-
ne ad ecclesiasticum Iudicem confugiunt, solent in primis
ꝺctus iurati seriem narrare: adnectentes præterea, qūo dolo
& insidiis aduersarii ad ita ꝺheudum & iurandum inducti
fuerint,vt dicant,ex negotii qualitate,& circunstantiis resti-
tutionē euidenter resultare,& ob id a iuramento absolutio
15 nem petere. † Quæ cum ita se habeant, hisque sic subsisten
tibus,nonne bona ratione ducitur Iudex ecclesiasticus, qui
cum tali minore super iuramento dispensat : modò is pro-
bauerit,quæ supplex eius libellus complectitur,vt a me fu-
sissimè superiore loco declaratū est ? Nec aliud in Iudicem
ecclesiasticum adfert,q̄ ꝙ ita ea via partes litibus inuoluat,
quas aliter vitaret, si cum causæ cognitione ꝙcedendam ab
solutionē probaret:sed meo iudicio is scrupus facilè sic po-
terit dissolui. Cum enim absolutio ea lege detur,vt primū,
q̄ effectum producat,sit probandus dolus, nonne ubi de eo
patet,actus ita retrotrahit̄,vt sit perinde,ac si ab initio appa
ruisset? Cæterùm qd coram Episcopo plus probaturus sit
minor,qd ad dolum spectat,q̄ penes ordinarium iudicem ,
q de restitutionis cā cognoscet? Imò si de doli cognitione as
16 sumeret Episcopus iudiciū, † ipse maiori grauamine mino
rem affligeret: cum denuò probare apud secularem Iudicē
talem dolum,& læsionem grauem teneat̄, aliàs non ꝙcede-
retur ei restitutio: quasi sit eius præcipuum fundamentum
læsio,& à qua restitutio deducitur.Sic expedit magis eius do
li cognitionem ad secularem remitti:quia eadē lite ea, quæ
absolutionem & restitutionem respiciunt, terminabuntur.
17 † Nam si hic se dolo inductum ad ꝺhendum docuerit, aut
enormem læsionem interuenisse dabitur ei restitutio, non
habita iuramenti aliqua cōsideratione a quo absolutus cē-
18 setur † si supplex eius libellus verus reperiatur.Quem si alie
num à veritate Iudex agnouerit, tunc minorem ab omni re
medio secludendum pronunciabit:expensis etiam afficiēs,
si temerè ab eo litigatum , & præter omnem conquestum
agnouerit.Quæ expensarum consideratio subducit,ꝙ cōtra
talem stylum proponebatur,satius factum a Iudice,si de ab
solutionis veritate prius cognouisset: qa saltem a restitutio
nis lite libera mansisset aduersa pars. Cum enim minor ex-
pensas sufferat,nō censetur in aliquo læsus aduersarius: qui
nimò vix de absolutionis cā inquiri posset , nisi eodem ordi
ne & pari via restitutionis agitaret̄ negotium : quia aut do-
lus, aut læsio probari possent,oportet quę principalia sunt,
tractari & ipsam ꝺctus substantiam deduci.Quod longè cō
modius apud secularē Iudicem fiet, qui de restitutione est
cogniturus. Sic ex his habes apertissimis rationibus com-
probatum stylum,cuius suprà meminimus, non ab re,imo
summa æquitate introductum.Quem & adhuc posse effica
cius ꝙfirmari crediderim hac rōne, ꝙ aduersæ minoris parti
saluæ & liberæ maneant exceptiones,quibus suam causam
tutetur,vt dicat̄ satis super absolutione audiri,vbi de restitu
tionis agitatur materia:in qua ea omnia excutiuntur,& ad
amussim trutinantur,quę coram ecclesiastico Iudice ad re-
futandam absolutionē obiecisse potuisset.Vides igitur non
19 sine maximo fundamento talem stylum institutū. † Quare
si futilem causam contineret supplicatio,per quam petitur
a iuramento absolutio,Episcopus eam debet reiicere. Solet
que passim in talibus dispensationibus hæc clausula appo-
ni, Nos minores timentes reatū periurii : & vt efficacius ci-
tra animæ dispendium agant:etiam quæ verbis nihil com-
mune habet cum ipso absolutionis effectu, saltem vt perfe-
ctè absoluti à iurato ꝺctu censeantur, imò ut quæ absolu-
tionem concernunt,in examen iudiciarium referantur.Nō
tñ ex his eo inficias quin si iuris rigorem attenderis proba-
bilius esset,parte citata absolutionē extricare : quę verè est
communis opinio, longè efficacioribus fulta rationibus, q̄
sit stylus ille ecclesiasticus:in cuius stabilimētum id esse ne
quit,quod ipsi iamiam ponderauimus censeri omnia retro
trahi,si minoris allegationes veræ reperiant: quia sit consul
tius ab initio malo mederi ,& dāno occurrere , q̄ aduersam
partem non auditam litibus, quæ uere morosæ sunt obiice
re.Quid enim, si audiendum probasset Iudex? nonne pote-
rat ex his,quæ deduxisset iudicē in suam trahere sn̄iam hoc

allegato,

Source : BIU Cujas

allegato, q̃ quæ eſſent coram eo in ſupplici abſolutionis libello a minore propoſita, falſa & ſuppreſſa eſſe, & de his promptam fidem facere, puta allegaturus in q̃ctu tutores, amicos, & minoris plures conſanguineos interueniſſe, ita vt talium prętentia excludi omnis doli ſuſpicio deberet. iux
20 ta l transactionis. C. de tranſa. Potuiſſet † & numeroſas alias exceptiones, iuxta caſuum contingentiam occurrentes, allegaſſe: quæ eò tendunt, vt pateat, læſam partem aduerſam, q̃ ab initio admiſſam non ſit ad talium exceptionum propoſitionem. Quòd præterea narratum eſt, ſic aduerſæ parti reſeruatas eſſe, vt cum principaliter de reſtitutione diſputat, poſſit eas opponere, non videtur mihi q̃cludere. Nam per hæc non cenſetur omnino ſuccurſum eius lege incommodo, a quo liber a principio manſiſſet, ſi eius rationes audien
21 das probaſſet Iudex eccleſiaſticus. Quod factum † vt apertè Caſtrenſis in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſo. adfirmari, in cõ ſultè & inſipidè a pluribus eccleſiaſticis iudicibus agi: q̃ paſſim a iuramento partes abſoluunt, altera parte non audita nec citata: nec hoc expẽſo, an q̃ctus, cuius eſt quæſtio ſit doloſus, meticuloſus, turpis, aut ſecundum leges aliàs prohibitus: quæ omnia examinari nequeant, niſi partis præſentia,
22 vt inde opinati ſint quidam † abſolutionem a ſacramento, niſi in certis & ſpecificis caſibus, qui per legem deſignati reperiuntur, indulgeri non debere: ita docente gl. in c. autem. 15. quæſt. 6. per quam ſequentium exẽplorum fit dinumeratio, vbi dolo aut metu partis aduerſæ extortum eſſet iuramentum aut ſuper re illicita adhibitũ, qualis iudicatur q̃ct⁹ vſurarius: id etiam ita teſtatur Innoc. in c. i. §. ſi vero. extra de iureiu. cuius opinionem tanquam veriſſimam ſequitur Ancharanus conſi. 383. Qui tamen communis iuris ſententiæ ſtylum prę ſcriptum volet accomodare, & docere, vtraq; formula hæc duo terminari, nec vnum ab alio diſſidere, poterit non iniuria, nec præter rationem aſſerere, ſtylum ſatis iuri accedere, ſi retrotractionem effectus, quem producit, conſideres: & eò rem reduci, ac ſi ab initio partem audiſſet Iudex eccleſiaſticus: ad quod plurimum conferunt hæ ratio-
23 nes, quas ſuperiore loco expreſſimus. † Qui ob id putem Caſtrenſem, & cęteros, a quibus edoctum eſt, abſolutionem niſi audita parte, concedendam non eſſe, hoc eò retuliſſe, vbi nullo modo auditur pars, nec ſpes eſt, poſtea admittendam, quæ tamen abſolutionem ſic abſolutè conceſſam impugnaret. non autẽ vt a terminis eius ſtyli diſcedere voluerint, imo quem probaſſent, ſi talis caſus decidendus eis obla tus fuiſſet. Vides igitur, parum aut nihil eum ſtylum a iuris communis diſpoſitione deficere, imò penè conformem eſſe, ſi, vt ſuprà, declarandum id duxeris.

Diſputatur, an ſit minor reſtituendus, qui ſui facilitate læſus eſt, vbi iuratus fuit contractus: & an ſimile diſponatur, ſi creditoris inſidijs fuerit ad id inductus.

SVMMARIVM.

1 *Minorem quantumuis in iurato contractu grauiſſimè læſum, debere tamen ad cautelam à iuramento in contractu præſtito abſolui, licèt ex eo dolus re ipſa reſultet, ex ſententia Cornei.*
2 *Iuramentum ſuper contractu, ex quo grauiſſima læſio dependet, non eſſe peccati nutrimentum: ideoq; ne periurium incurratur, obſeruandum.*
3 *Minor vt periurij reatum, & animæ periculum euitet, tam in eo abſolutionis à ſacramento indiget, ſi creditoris inſidijs ad iuratum cõtractum inductus ſit, quàm ſi ſui facilitate læſus fuerit.*
4 *Doctrina Bartoli in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſor. conſideratur.*
5 *Abſolutionem a iuramento peti poſſe, etiam ſi dolus in contractu accęſſerit, ex ſententia Bartoli.*
6 *Abſolutio in quouis ſacramento quatenus ſemper neceſſaria?*
7 *Sacramentum quando ſit obligatorium, & quando non?*
8 *Abſolutio a ſacramento neceſſaria, quòd eo iurantis anima ligetur.*
9 *Iuramentum dolo ſeu metu extortum, vt & contractum, ſimili ratione initum, obſeruandum non eſſe ex ſententia Baldi, & aliorum, quos Auctor hoc loco commemorat, & tamen improbat.*
10 *Ad iuramentum quæ ſpectant, & quæ iurantis animam introſpiciũt, ſecundùm iuris Pontificij diſpoſitionem diſpenſanda ac terminanda ſunt.*
11 *Abſolutionem a iuramento obtineat oportet, qui iuratum contractum, vel dolo, vel metu, vel alia quacunque occaſione factum, reſcindere vult.*
12 *Abbatis verba in c. pen. extra de empt. & vend. dolum ex propoſito, dolo re ipſa, quod ad obtinendam abſolutionem ſpectat, aſſimilaris: quid denotent?*
13 *Iuramentum quare ſecundùm quoſdam etiam in ſimulato contractu videatur obſeruandum?*
14 *Abſolutio in ſimulato contractu, quo ad rigorem iuris minimè habetur neceſſaria.*
15 *Contractu iuramento firmato, etſi à iuramento abſolutio detur, tamen ob id remedium reſciſſorium non competere, ſecundum aliquos.*
16 *Contractus validi, ſacramento vallati, quanta ſecundum Bar. & Ange. firmitudo?*
17 *Iuramenti tanta vis eſſe cenſetur, vt contractum, qui de ſe eſt reuocabilis, efficiat perpetuum, & immutabilem, ſecundùm l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2.*
18 *Abſolutione impetrata licèt ipſa cauſa ſilere videatur, tamen effectus iuramenti propterea non cenſetur annullatus, ſecundum quoſdam Interpretes & Leges.*
19 *Diſcedit Auctor ab Ange. & Bar. & effectum abſolutionis dilucidius exponit.*
20 *Abſolutionis a iuramento is eſt effectus, vt ita ſit, ac ſi iuratum non eſſet.*
21 *In obtinenda in integrum reſtitutione quid præcipuè conſideretur?*
22 *Reſtitutio aduerſus quos contractus, & quomodo concedatur?*

CAPVT CXIX.

Is igitur ſic excuſſis, videamus, an Baldi, quam præmiſimus, diſtinctio poſſit efficaciter ſubſiſtere, ea nempe is docuit, minorem qui ſui ſola facilitate læſus extitit, reſtitui aduerſum iuratũ q̃ctum non debere, nec non abſolutionem a iuramento ei haud concedendam eſſe: & tũ reſtituendum, ſi creditoris, cum quo q̃xit, inſidijs ad id inductus fuiſſet: nec poſtremo hoc caſu abſolutione aliqua a iuramento eſſe opus. Quòd autem dubia ſit admodum eius doctrina, ſatis deſumitur ex conſi. Cornei 179. vol. 4. Quo loco reſoluit, mi
1 norem † qui enormiſſimè læſus eſt, debere tamen ad cautelam a iuramento, quod in q̃ctu præſtitit, abſolui, etiamſi ex eo dolus re ipſa reſulteret: aſſerens, ſe ita vidiſſe obſeruatũ Peruſij, dum eo loco patrocinio cauſarum fungeretur. Huc
2 † pertinet in eius ſniam iuramentum ſuper q̃ctu, ex quo enormiſſima dependet læſio, non eſſe peccati nutritiuum, nec bonis, & Canonicis pugnare moribus: & ita obſeruandum, ne incurratur periurium, vt eſt in l. pactum, quod cõtra bonos mores. C. de pac. imò ad id poteſt denunciatione Euangelica pars adigi, vt eſt in c. ſi. extra de ſo. comp. Cuius rei habes apertiſſimum, & deciſiuum tex. in c. 1. de iureiur. in
3 Decret. quo fit, vt neceſſaria ſit abſolutio. † Sic utroque caſu diſtinctionis Baldi putauero abſolutionem a ſacramẽto requiri, quæ eſt longè tutior, & ſtabilior via ob periurii reatum, & quo efficacius animæ incommodis ſatisfaciat. Ad
4 † hæc conſiderari opportunè poterit doctrina Bar. in l. ſi qs pro eo. ff. de fideiuſſorib. vbi in abſolutionis materia ita ab
5 eo diſſeritur: qui velit, ſpectandum eſſe † an q̃ctus ſit in creditoris odium prohibitus: vel ſi eò primordialiter non declinet, vt priore caſu poſſit peti, & concedi a iuramento abſolutio: ſecundo verò refutari debeat, niſi aduerſæ partis dolus q̃ctui accęſſerit: hæc ipſe. Quæ etiam procedere teſtatur, ſi in q̃ctu dolus interuenerit, vt eo caſu abſolutio peti poſſit, in quo ipſe apertè a Baldi opinione deficit. Quod tamen ad aliam eius declarationem attiner, exiſtimauerim ſequen
6 dum non eſſe † imò in quouis ſacramento ſemper neceſſariam abſolutionem, modò bonis moribus non repugnet
7 † quia in tali caſu non eſt obligatorium, vt in c. non eſt obli
8 gatorium. de reg. iur. lib. 6. Nam † cum iurantis liget animã, qua ratione non obligabitur à iuramento abſolutionem impetrare? Non tamen me latet, quibuſdam rõnibus poſſe in Baldi ſniam iri: primũ per authenticam, ſacramenta puberum. C. ſi aduer. ven. in qua diſponitur † iuramentum do
9 lo, ſeu metu exrortum, obſeruandum non eſſe. Cuius opinionis fautorem habet Angelum in l. fin. ff. qui ſatiſ. cogan. Cenſuit hoc idem Bal. in c. i. §. ſacramenta, de pace iura. firman. in vſibus feudorum: vbi refert tale iuramentum, imò q̃ctum ipſum nullius eſſe roboris, ſed etiam planè eneruari, nec aliquas vires producere. Atque hanc crebriorem eſſe ſniam aſſerit Panorm. in c. cum contingat. extra de iureiu. Nam quod ipſe ait, minor dolo ad iurandum inductus cõtraxiſſe non dr: ita ẽt teſtante Aluaroto in §. ſacramenta, de pace iur. firman. Quibus denique hæret Cumanus conſil. 180. in quo concludit, iuramentum dolo aduerſę partis prę ſtitum obligatorium non eſſe, ita vt non deſideretur abſolutio: & dolum ex læſione enormi ſatis probari, reiectis qui buſuis alijs conſiderationibus, vt plurimum doli arguatur cum minore q̃hens. Quem cũ in re ſua malè verſari ſciret, & dum q̃heretur, id agnoſceret: eum tũ a tali propoſito nõ

reuoca-

Source : BIU Cujas

reuocarit,imò potius,vt ita ab eo ageretur,incitatus fuerit, argum.l.ſi quis cum ſciret.ff.pro empto. Hæc tñ, & quæ ſimilia ſe offerunt, nullo modo me reuocant a concepta in Baldum opinione † cum in his quæ ad iuramentum ſpectant, & iurantis animam introſpiciunt, ſequenda ſit Iuris Pontificij diſpoſitio, & ſecundum eam terminandum negotium argum eorum quæ ſunt annotata in c.j.& 2.de op. noui nunc. Quare cautius eſt,vt †abſolutionem a iuramento obtineat,qui vult iuratum,ℨctum reſcindere,ſiue aduerſarij dolus ſeu ex propoſito interuenerit, aut metus inflictio, vt eſt in c.verum.& c.ſi uerò,extra de iureiu. vt Caſtrẽſis in l.pactum. C. de collatio. putarit futurum tutius, ſi in caſu doli petatur abſolutio. motus præfato c. ſi verò, quod † etiam tacitè admittit,& fatetur Abbas in c.pen. extrade empt.& vend.quo loco ab eo docetur, dolum ex propoſito dolore ipſa, qđ ad obtinendam abſolutionem ſpectat, aſſimilari:quaſi fateaẽ, vtroq; caſu eſſe abſolutionem a ſacramento ℨctu adhibito implorandam. Quod † ẽt ꝓfati,q̃ hãc opinionem ſunt ſectati, voluerunt in ſimulato ℨctu obſeruandum:hac potiſſimum ratione,quia poſſit tale iuramentum,ſine ſalutis æternæ diſpendio ſeruari. His tñ obeſſe vr, quod ad hoc poſtremum ſpectat, ſimulatum ℨctum nullũ eſſe,nec debere ℨctum iudicari, argum.l. nuda.ff.de ℨh. empt.& uend.& in l.imaginaria.ff.de reg.iur. Fuit quippe partium intentio,non verè ℨhere, ſed tñ ſimulare, vt iudicari debeat ſimulatum & fictitium,non aũt verum iuramentũ. Si igit̃ non verũ,quare dices, poſſe obſeruari ſine diſpẽdio? Solemus enim ex mente actum metiri, etſi non abnegem, futurum ꝓſultius,vt petatur abſolutio † q̃uis ego, quò ad rigorem iuris attinet, haud neceſſarium credam. Nec me præterit,in hac abſolutionis cumuloſa materia a quibuſdã in eam itum ſnĩam,ſi ℨctus † ſuper quo acceſſerit ſacramẽtum,ſit ualidus, ẽt ſi a iuramẽto abſolutio detur, non tñ ob id reſciſſorium remediũ ꝓpetere, imò perpetuò ℨctum validari:quod ſecutus eſt Bart.in l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſ & Ang.conſilio,quod exorditur, Domina Catharina, vbi aſſerit † maximã inter hæc duo diuerſitatis cãm ꝓſtitui,puta,an validetur iuramento ℨctus? & utrum, qui iurauit ſit ad iuramenti obſeruantiam adſtrictus? & ſecundum eos ℨctus validus, iuramento vallatus, ita eſt irreuocabilis, ut reiiciatur a ſacramento abſolutio. Quorum † ſnĩam iuuare hoc vnũ poterit,ꝙ ſoleat hunc effectum iuramentum producere,vt efficiat ℨctum,qui de ſe eſt reuocabilis, perpetuum, nec reſciſſioni ſuppoſitũ,arg. l.cũ pater.§. filius matrem. ff.de leg. 2.Et † licèt impetrata abſolutione uideatur cauſa ſilere: nõ tñ cenſetur iuramenti effectus annullatus, quia primum ſit in eſſe productus,vt in c.cum ceſſante.extra de appel. & Legiſtæ in l.generaliter.C de epiſco.& cler. Accedit his, ſi nudum pactum ℨctus cohærentia veſtitum fuerit, licèt veſtimentum ſummoueatur, perpetuò tñ ualidum,& efficacem manere,vt eſt in ea l.generaliter.Ego † verò cum Bar. Ang. & ſequacib. in eo ꝙuenire non poſſum. Nam † effectus qui abſolutione a iuramẽto dependet,ſolet id operari, vt ita ſit, ac ſi iuratum non eſſet:quod nemo ſani iudicii diffitebit̃: & ita non eſſe denuo ad iuramentum animaduertendum. Facit & vnum aliud † hoc præcipuè in reſtitutione in integrũ obtinenda cõſiderari,an num læſus minor fuerit, ſeu ẽt maior,modò enormiſſimè. Quibus poſtremis duob. caſib.indubitatum eſt,ℨctus validos eſſe, cum ſit ℨhentibus data facultas,poſſe ſe viciſſim decipere.l.in cauſæ §. fi.ff.de minor. & † aduerſus eos ℨctus validos,& qui de iure ſubſiſtunt, cõceditur reſtitutio, ſi de læſione doceatur: ſed id fit præambula a iuramento diſpenſatione, vt eſt notatum a ſcribentib? in l.ſi quis cum aliter.ff.de uerb.obl. Nec uideo quomodo defenſari probè poſſit,quod in ſuæ intentionis columen attulerunt: cõceſſa abſolutione iuramenti, tamẽ effectum durare perpetuò,cum hoc ſit manifeſtè contra puram,veram, & genuinam abſolutionis a ſacramento naturam, aliàs fruſtratoriè fieret diſpenſationis conceſſio, & abſolutionis ſopiretur effectus: qui quæſo, cùm eò tendat, quaſi ſit perinde ac ſi iuratum non eſſet, quare id tam ad ualidum,quàm inualidum contractum non extendetur? quod ego verius eſſe crediderim.

Si contineat iuratus contractus clauſulas inſolitas, an ſit obtinenda abſolutio?

SVMMARIVM.

1 *Clauſulæ iurato contractui non inſerendæ,quæve ſecus, quæ ſint?*
2 *Clauſulas iurato contractui adhibere conuenientes, vel omittere inconuenientes, ad quid conducat.?*
3 *Minorem ſi de læſione prius docuerit,etiam,ſi iuſto modi clauſulis, vel omiſſis,vel additis,poſſe diſpenſationem à iuramento petere.*
4 *Clauſulæ iſtæ quo generaliores, eo captioſiores etiam reputandæ ſunt.*

CAPVT CXX.

NUm etiam aliud, quod ad abſolutionem ſpectat,haud probaui omittẽdum. † Reſutari ab
1 ſolutionem debere, ſi in ℨctu appoſitæ agnoſcerentur clauſulæ,ex certa ſcientia,non vi,nõ metu,non dolo aduerſarii, ſed minorem animo deliberato,primumq̃; perpento, & excuſſo negotio, & volentem ex pura animi ℨxiſſe ſnĩa. Hoc autem ſic teſtatur
2 Anto.in c.cum contingat.extra de iureiur.quæ † omnia eo putauit conducere,vt cenſeri poſſit,nihil eſſe, quod parti cũ minore ℨhenti aſcribi queat,quaſi volenti non fiat iniuria: nec deceptus exiſtimetur qui tam accuratè primum,quàm ℨheret,negotium,expenderit, vt pro tali inſtrumento ſit in dubio præſumendum,arg.l.cum precibus. C.de proba.Sed & ab Antonio deficiendum credidero, qui putem,etiam accedentibus talibus clauſulis, poſſe diſpenſationem a iura-
3 mento peti,modò de læſione minor docuerit. † Nam ea facilitate & ætatis imperfecto iudicio,quo minor læſus eſt, ſic etiam cenſetur talium clauſularum appoſitioni conſenſiſſe,ℨxiſſe & iuraſſe: imò etiam ſi Antonium ſequendum duceres,aperta eſſet via,per q̃ minores paſſim a reſtitutionib? reijcerentur.hoc n.a partibus curaretur,vt tales clauſulæ cõ
4 tractibus inſererentur † quæ cum generales ſint, tanto magis captioſas reputabis,vt eſt in l.cum Aquiliana. ff.de tranſact.cum etiam ſimiles, & ſi quæ ſunt eiuſdem farinæ, cenſeantur potiùs ex ſtylo, & conſuetudine notariorum adiectæ ℨctibus,quàm ex partium voluntate: ita teſtante Panormi. ſua diſputatione, quę exorditur, Stante ſtatuto, & in c. cum contingat.extra de iureiurando.

Refertur opinio eorum, qui defenſarunt, nullo modo eſſe abſolutionem à iuramento obtinendam.

SVMMARIVM.

1 *Relaxationem iuramenti propterea requiri,ne citra legis voluntatem iuramentum ſit iniquitatis vinculum.*
2 *Iuramentum impium,& inhumanum cenſetur, cum eſt iniuſtus contractus.*
3 *Abſolutionem pro contractus reſciſſione impetraturo ad eccleſiaſticum iudicem confugiendum eſt, ex ſententia communi.*
4 *Abſolutionis a iuramento medium qua de cauſa in iure adinuentum, vſuq; receptum ſit?*
5 *Iuramenti effectu ſemoto,ad reſtitutionem confugi, & abſolutio implorari poteſt.*
6 *Iuramentum a bonis moribus diſcrepans, & peccata hominum nutriens non eſſe ſeruandum.*

CAPVT CXXI.

SCio denique in abſolutionis tractatione a quibuſdam exiſtimatum, nullo caſu concedi abſolutionem debere quos ad id inducit;quia futilis,inutilis,ſuperuacanea, & eluſoria maneat diſpoſitio authenticæ, ſacramenta puberum: in qua pro fixa regula proponitur, inuiolabiliter eſſe obſeruandum iuramentum: quod non fieret inuiolabiliter, aut citra retractationem, ſi paſſim a ſacramento diſpenſaretur, & ita confunderetur omnis iuramẽti effectus: his tñ me iu
1 dice,ſatis fieri poterit, modò intellexeris † non iniuria iuramenti relaxationem requiri, ꝙ lex nolit iuramentum eſſe iniquitatis vinculum. Quare cum iniuſtus ſit ℨctus, fateare
2 ẽt neceſſum eſt † impium & inhumanum tale iuramentũ: quod ſubſiſtere non poterit,ſi corruerit principale Solet ẽt ita reſolui,& declarari iuramẽtum,vt intelligatur, rebus ſic ſtantibus,& ſe habentibus,vt eſt in l.fi.ff. qui ſatisd. cog. Et hac de re æquior,imò ęquiſſima omnino mihi uidetur illa
3 communis ſententia eſſe † pro ℨctus reſciſſione ad eccleſiaſticum iudicem pro abſolutione obtinenda confugiendũ. Sed qđ rñdebitur? ita eo medio omnem iuramenti machinam in iure deſcriptam ſummoueri,& plane ſubduci:cuius tñ tanta eſt vis,vt irreuocabilem ℨctum efficiat, & ea melio re forma,qua põt ſubſiſtere,validet:vt eſt in eo.§. filius matrem,præallegato. Huic aũt obici abunde ſatisfactum agnoſces ex his,quæ iamiã attigimus,qđ eſt:ideo id fieri, ne ex iu
4 ramẽto sũma exurgat iniquitas. † Nã etſi iuramentũ ſpecifici,

fici,& ſpecialis conſenſus uim habeat, vt eſt in l. fina. §. pen. ff. ad Velleia. tamen is conſenſus non excludit læſionis cõſi-
5 derationem † & quin poſſit ſemoto iuramenti effectu ad reſtitutionem in integrum confugi,& ita abſolutio implorari. Quòd ſi aliter iudicãdum duceres, longè maius abſurdũ, quàm è priore caſu reſultaret. Nam eo modo iniquos oporteret contractus obſeruari & in tertii enormen iacturã aliũ locupletem fieri: quod eſſet ab omni naturæ officio alieniſſimum, vt eſt in l. nam hoc natura. ff. de cond. indeb. Sic hæc ratio longè eſt vrgentior,& maioris ponderis, q̃ alia, quæ p̃ oppoſita parte adducitur, puta, de effectu iuramenti, qui in totum annullaretur. Satius eſt n. ſic euenire, q̃ ſi ex iniquo iuramento tertius incommodum pateretur, vt ego ex his ab eorum deficiam opinione, qui ſenſerunt, non debere a ſacramento contractui adhibito concedi abſolutionem. Sed interim tu hac in re ſemper id vnum animaduertendum di ces, vt ipſe conſideres, an iuramentum, cuius eſt quæſtio, poſ
6 ſit citra animę incommodum obſeruari † maximè ſi a bonis,& puris moribus diſcrepet: aut ſit, quod paſſim Doctores noſtri ſcribunt, peccati nutritiuum. Quam regulam, ſi attẽderis, tum veram declarationem aſſequi poteris, quale ſacramentum contractui interpoſitum debeat obſeruari,& ob quod diſpenſatio ſeu relaxatio ſit impetranda. Ad cuius puncti elucidationem plurimum conducit doctrina Bal. in l. nulla. C. de iure dotium. quo loco fatetur, mulierem etiã minorem annis, a qua indignus maritus dotem acceperit, reſtituendam non eſſe, quãtumuis is actus alienationis imaginem præſeferat: quia fuerit a minore talis contractus iuramento vallatus, cum poſſit citra quoduis animæ periculum id ſacramentum obſeruari.

An in reſtitutione aſſequenda dolus re ipſa, & ex propoſito, æquiparentur?

SVMMARIVM.

1 *Dolus re ipſa, item dolus ex propoſito quis ſit?*
2 *Ad reſtitutionem obtinendam alterutrum dolorum ſufficere, ſecundũ nonnullorum opinionem. alij vtrunq; dolum concurrere debere ſuſpicati ſunt.*
3 *Dolus ex propoſito, quemadmodũ & dolus re ipſa hos effectus generat, vt doloſus in dicetur contractus.*
4 *Dolo vtroque concurrente, reſcinditur contractus, & latius nu. 9.*
5 *Dolo ex propoſito interueniente, dolus re ipſa etiam ineſſe putatur a nonnullis; idq; ratione probatur.*
6 *Dolus re ipſa dependet atq; deducitur ex læſione minoris.*
7 *Dolum alterum ſine altero ſubſiſtere poſſe ex ſententia Authoris quã euidente ratione probat, & concludit, pro aſſequenda reſtitutione alterum ex hiſce dolis ſufficere.*
8 *Refutat author eorum ſententiam, qui reſciſſionem contractus concurrente dolo, ſolum eſſe ad dolum ex propoſito referendam, non autẽ dolum re ipſa complecti.*
10 *Alterutro ex hiſce dolis iurato contractui accedente, abſolutio a ſacramento ſemper neceſſaria cenſetur.*
11 *Abſolutionis concedendæ poteſtas oli epiſcopo relicta a quo etiam petenda eſt.*

CAPVT CXXII.



VM autem hæc a me ita priuato ſtudio tractarentur, venit tunc in mentem notandus & nõ pœnitendus articulus, qui cum ſummæ ſit frugis, ego ea de re hoc loco excutiendum conſtituui, Thema eſt huiuſcemodi: An in reſtitutione in integ. aſſequenda, dolus ex propoſito,& re ipſa æquiparentur, ita vt cuiuslibet effectus ſit ad reſtitutionem tri-
1 buendam efficax? Dolus † autem re ipſa deſumitur ex enormi ſeu enormiſſima læſione, quæ in contractu interuenit: nam ſatis re ipſa læſio deceptionem teſtatur. Ex propoſito verò, vbi inſidiis, ſuaſionibus, & dolo,& perſuatione aduerſæ partis contractum eſt, arg. l. ſi quis cum ſciret. ff. de do-
2 lo. Sunt † autem qui crediderunt, alterum ex his ad reſtitutionem obtinendam ſufficere, quaſi diuerſi & ſeparati ſint duo caſus: alii verò putarunt vtrunque dolum debere concurrere, immo tam connexa eſſe, vt vnum ſine altero conſi-
3 derari nequeat. Primæ † autem ſententiæ accedit, dolum ex propoſito hos effectus generare, vt doloſus iudicetur contra-
4 ctus: quod etiam producit dolus re ipſa † & certum eſt, dolo concurrente contractum reſcindi. Pro contraria verò par-
5 te affertur, interueniente † dolo ex propoſito, dolum re ipſa etiam ineſſe: quia non alias reſtitueretur minor, niſi læſus
6 eſſet † ex qua læſione dependet, & deducitur dolus re ipſa.
7 Ego verò ſenſerim † poſſe vnum ſine alio ſubſiſtere. Quid. n. ſi enormiter re ipſa læſum minorem admittas, nonne potuerit ab eo contractu aduerſæ partis dolus abfuiſſe, quæ ignoraſſet rei a minore venditæ verum valorem,& cuius ſuaſionibus non fuerit ad cõtrahendum minor inductus, imo ipſe a minore forſitan ad id coactus ſit? qui tamen benè cõcedã, ſi de dolo ex propoſito tractetur, tunc dolum re ipſa ineſſe, cum ſine enormi læſione non cõcedat reſtitutio, potiſſimum vbi contractui iuramentum acceſſit: ſed qui diffitear, hoc indiſtinctè, p̃cedere debere: vt ex his habeas apertã,& facilem reſolutionem ad eam quæſtionem, Vtrum pro aſſequenda reſtitutione alterum ex his ſufficiat? Mea aũt eſt opinio ſufficere: modo, vt p̃dixi, ita declarandum duxeris. Fuit
8 & tertia aliorum ſnĩa, qua putarunt † reſciſſionem p̃ctus, p̃current dolo, eſſe ſolùm ad dolum ex propoſito referendam non aũt dolum re ipſa p̃plecti: quia fm eos leges, quibus diſponitur, iuramentũ debere inuiolabiliter obſeruari, cenſerentur aliàs vanæ, imò re ipſa fragiles,& prorſus eluſoriæ. Sed q̃ hæc eorum cõſideratio ſit inepta, & nihil ad rem faciens, ego vel ea ratione, quam ij pro ſuæ intentionis ſcopo aſſumpſerunt, docebo: Nam, quæſo. nonne ſacramenti obſeruantia ẽt ad iuratum p̃ctum, ex quo dolus re ipſa reſultat, refertur. Adiecerunt in eiuſdem opinionis confirmationem pro dolo ex propoſito, in ſtricti iuris contractibus de dolo actionem cõpetere: p̃ q̃ ſi dolus re ipſa interuenerit, exceptionem dari: eo tendentes, vt tali fundamento doceãt, plus efficaciæ,& energiæ ex dolo ex propoſito, quàm re ipſa exurgere, quaſi actio ſit exceptione potẽtior, & vt liqueat diuerſitatem inter eos caſus ſubſiſtere. Sed, bone Deus, an ex eo inter utrunque diſcrepantia ideo ſtatui debeat, quia pro uno deẽ actio, pro alio verò exceptio, qui potius ob id iudicarem æquiparandos caſus, cum qui excipit, agere cenſeat. vt eſt in l. j. ff. de excep. Et eadem ratione ſubducitur aliud, minorem maiorem effectum per dolum ex propoſito, quia ex eo detur actio cum qui excipit, agere cenſeatur. ut ſupra probatum fuit. Quare omiſſa longiore, & fuſiore huius articuli perſcrutatione, ego ſic concludendo, dicendum cen-
9 ſeo, Dolum † ex propoſito & re ipſa ſi ſimul concurrant, ad iurati p̃ctus reſciſſionem obtinẽdam ſufficere, qui caſus
10 eſt prorſus indubitatus † ſi vero ex propoſito dol? tm̃ acceſſerit, vel ſi re ipſa tm̃, tunc his caſib. ſemper eſſe a iuramẽto abſolutionẽ neceſſariã, quod eſt ob animæ, & ſalutis humaIl næ diſpendiũ. Crebrior tm̃ opinio eſt † ſi petatur abſolutio, eſſe ab Epiſcopo cõcedẽdam, ſi de enormiſſima læſione tractetur, vt per Panor. in c. cum contingat. extra de iureiu.

Non reſcinditur à minore iuratus contractus, etiam abſolutione obtenta, niſi enormiter læſus ſit.

SVMMARIVM.

1 *Enormis læſio minorem, enormiſſima maiorem 25. annis contra iuratum contractum, obtenta à ſacramento abſolutione, ſaluat, & beneficij reſtitutionis compotem fieri permittit: idq; Author exemplo a Dolano Senatu ſumpto declarat.*
2 *Læſiones enormiſſimas a iuramentis eſſe exceptas ſecundum Antonium: atqui vt & periurij reatus, & animæ periculum euitetur, hãc ſententiam non eſſe ſequendam conſultore Authore noſtro.*
3 *Filia, adhibito iuramento hæreditati patris vniuerſæ renuncians, an & quando reſtituatur?*
4 *Ex enormiſſima læſione dolus re ipſa reſultare ſolet.*
5 *Enormiſſimè læſis etiam contra iuratum contractum reſtitutione eſſe ſuccurrendum: Author, & exemplis, & auctoritate Doctorum probat.*
6 *Iuratus contractus non niſi enormiſſima læſione accedente reſcindendus.*
7 *Opinio quorundam diſcutitur, exiſtimantium, maiorem pro enormi læſione, & minorem, etiam ſi grauis non ſit iactura, poſſe contra iuratum contractum reſtitui.*
8 *Abſolutio licet a iuramento impetretur, tamen eius effectum omnem idcirco non annullari, ſed aliquid eius imaginis ſemper ſubſiſtere denuò probatur.*
9 *Abſolutiones a ſacramento ab Eccleſiaſtico iudice reijciuntur, niſi à minore enormis, a maiore narretur enormiſſima læſio.*

CAPVT CXIX.

Ed interim his explicitis, occurrit vnum, ad quod in materia reſciſſoria eſt apprimè attendendum: Si de contractus iurati obſeruantia aut reſciſſione ſit quæſtio, debet potiſſimum ſpectari, an in actu, cuius eſt p̃trouerſia, interuenerit enormis, ſeu enormiſſima

læſio:

Source : BIU Cujas

1 læsio: Enormis † quod ad minorem attinet: enormissima ad minorem 25.annis relata, cum nisi ita sint læsi, non debeant contra iuratum contractum restitui, quantumuis à sacramento contractui adhibito ij relaxationem obtinuerint: quod ego sic memini obseruatum,& decisum à supremo senatu Dolano in causa cuiusdam viduæ maiore annis,à qua per litem,quam instituerat,sic concludebatur: vt cõtractus,quem primùm celebrauerat & iurauerat, rescinderetur. In cuius processus examinatione fuit ad hoc vnũ præcipuè animaduersum, an de enormi, aut enormissima læsione esset contentio. Et cum ex litis actis patuisset, leuẽ tantum læsionem extitisse,fuit ea de re eius intentio repulsa,& ad contractus obseruantiam condemnata, cum tamẽ hæc primùm,quàm egisset,à iuramento absolutionem impetrasset. Nec ab re ei adhæsit decisioni integerrimus ei Senatus: quia aliàs nunquam tutum esset, potissimùm cum his,qui maiores sunt, contrahere, si maximè tam facili retractationi,& ex leuissima causa,non data enormissima læsione,contractus subijcerentur. Cuius opinionis primùm fuit Ancha.in repet.c.canonum statuta.extra de constitut. Annotatum etiam consimile reperies ab Anto.in c.cũ contingat. extra de iureiur.vbi is sic concludit. Si quis cum iuramento contraxerit, & hunc re ipsa læsum appareat, si in quantitate magna deceptus fuerit,sic ei subueniendum, vt planè rescindi contractus debeat,idque ob læsionem enor-
2 missimam,nec absolutionem hoc capite necessariam † quia tales læsiones enormissimæ à iuramentis,quæ in his adhibẽtur,sint exceptæ,argum.cap.Quintauallis. extra de iureiur. & l.si libertus iurauerit.ff.de ope.liber. Quod tamen postremum,absolutionem concernens,superiore loco consului, non esse omnino insequẽdum, partim ob periurij reatum, & vt hic animæ planius liberiusve consulatur. Saltem ex eius priore dicto manifestũ habes,enormissimè debere maiorem lædi,si iuratum à se cõtractum volet rescindere. Accedit huic sententiæ,quod tractant Bal. & Sal. in l. pactum
3 quod dotali.C.de pact.à quib.ibi resoluitur † dispositionem c.quamuis.de pact.in 6. ad filiam,quæ,adhibito iuramẽto, vniuersæ patris hæreditati renunciauit,non extendi, si modò pro dote nihil fuisset assequuta:quia tale sacramentum complectatur in se iniquitatis vinculum, quod esset inhumanum,ob illud iuramentum filiam ab omni patris substãtia & patrimonio secludi. Quæ tam de se verissima sunt, vt procedere debeant,etiamsi ab hoc iuratum sit,omnia & singula in instrumento designata vera esse: cum hæc assertio veritati non officiat:& quia oppositum eius, quod professus est,sit verum.quare suadet ratio, talem contractum rescindi debere,quasi ipse iurasse temerè censeatur, quę est finalis & præcipua concedendæ absolutionis causa, vt est a-
4 pertè declaratum in discursu totius tit.22.q.2.Solet † enim ex tali enormissima læsione dolus re ipsa resultare: argu. l.
5 Lucius.§.omnes.ff.quæ in frau.cred. His † arridet exemplũ, quod adfert Anch.in eod.c.canonum statuta. de consti. de nepte,quæ cum sacramento generalem, captiosam, & sibi admodum damnosam acceptilationem in patrui fauorem fecerat:cui nepti,cum esset enormissimè læsa, voluit per restitutionem in integrum succurrendum;asserens,dolum re ipsa,& ex proposito vicissim ambulare, & se compati.
6 Quod † etiam iuratus contractus non aliter sit rescindendus,nisi enormi aut enormissima læsione accedente, habes Alexandrum,id aperto animo defendentem cons. 125. secundo vol.quæ omnia apprimè conducunt ad comprobationem eius iudicii supremi Senatus Dolani:in cuius sentẽtiam primùm etiam itum est ab Alexandro validissimis rationibus,cons.125.2.volu.Quæ suprascripta debes summo (quod aiunt) notare digito, cum non deesse infinitos exi-
7 stimem,à quibus oppositum respondebitur † existimaturis maiorem pro enormi lesione,& minorem, etiamsi grauis non sit iactura,posse contra iuratum contractum restitui,in quo planè hallucinantur per eas, quas suprà attigimus,rationes. Duo tamen pro ratione dubitãdi in horum sententiam adferri posse cẽseo: Primùm, q minori læso lex velit per restitutionem succurri, & hoc solùm attendi, an cum eo sit aliquid gestum,non facta limitatione leuis, aut enormis læsionis:sed eo tantùm perspecto,an læsus sit? Secundum, nam cum à iuramento obtinetur absolutio, res eò reducitur,vt sit ita,ac si iuratum prius non esset: quo fit, vt non sit iuramenti habẽda aliqua ratio, saltem ob quam debeat enormis,aut enormissima læsio interuenisse. His tamen poterit sic responderi,verum esse,quando priore loco allatum fuit, legem minori læso adesse:sed ea lex loquitur & si quæ sint aliæ consimiles,vbi iuratus nõ est contractus. Quod demum posteriore membro adiectum est, dispensatione iuramenti effectum tolli,vt iudicari debeat,iuratum non esse,& ita rem in puris iuris communis manere termi nis,dico,veritate inspecta,non posse esse,quin iuratum fue
8 rit,& ita parti aduersæ ius quæsitum † sic ea fictione nõ annullari omnem sacramenti effectum,sed aliquid eius ima-
9 ginis sp subsistere. & hac † occasione moti ecclesiastici iudices solent passim à sacramento dispensationes reijcere, nisi à minore narretur enormis lesio,& à maiore enormissima. quòd si his tantùm casibus indulgendam absolutionẽ probarint,cessabit planè vltima illa cõsideratio, quæ de sacramento,quod in contractu accessit,fuit proposita.

Quid spectandum sit, vt habeatur cognitio enormis, seu enormissimæ læsionis?

SVMMARIVM.

1 *De enormi,& enormißima læsione internoscenda ex Corneo quædam.*
2 *Enormis,& enormißimæ læsionis certa vt habeatur cognitio, personæ restituendæ paupertas,diuitiæ,& res,cuius est controuersia, spectanda sunt.*
3 *Ad enormis,& enormißimę lesionis indagationem iudicis opus officio quare sit?*

CAPVT CXXIIII.

QVomodo autem discerni possit,an sit enormis, seu enormissima læsio,varia fuit scribentiũ sen
1 tentia. † Nam putauit Corn.cons.62.vol.3.posse aliquot casus considerari,in quibus læsus sit minor,nõ tamen enormiter: puta,si rem suã, quæ ab eius prædecessoribus processit,iusto vendiderit pretio: se tamen læsum prætendat,quia eam alienarit,& à se distraxerit: tũc ob maiorũ specimen iudicari debere tali exemplo lęsum enormiter:quia potissimum hoc attẽditur, q rei suæ æstimatio, quam est consecutus,ipsam rem representet, l.si ita fideiussorẽ accepero,& l.si ita stipulatus es opus.ff. de fideiusso. Si denique allegauerit pretium,quod ex venditione, seu alio actũ recepit,non fuisse in eius vtilitatem versum:nec etiam ex tali casu enorme resultabit damnum: quia id potius minoris facilitate, quàm soluentis dolo & malitia acciderit. Ego uerò,quod ad enormis,& enormissimæ læsionis inda-
2 gationem,& veram cognitionem attinet,putauero,† inspici debere personæ restitutionem impetrantis qualitatem, vt iuxta eius paupertatem,aut diuitias negotiũ metiamur: spectandam denique rem,cuius est controuersia: vtpote, si læsio multum à dimidia abesset: & ideo si de centum tantũ nummis contenderetur,vbi tamen hęreditas esset locuplettissima,non deberet talis lesio attendi,& vix esset, vt hoc loco opportunè exẽpla ad hoc conuenientia afferri possent, quæ non nisi secundùm casuum contingentiam sunt con-
3 siderabilia:ita vt † ad elucidationẽ lesionis enormis,& enormissimę plurimũm conferat iudicis arbitrium,quem oportebit in exquirendis,& pensandis testiũ dictis, & depositionibus attentissimum,& vigilem esse, è quibus pendet tota declaratio, cum qui læsionem pro assequenda restitutione proponat,eam probare teneatur, ne ab intentione succumbat. Vnum tamen hoc loco obiter adijcitur, dubium apud me esse postremum illud Cornei exemplũ, cuius supra meminimus quo docere voluit,non posse dici enormiter minorem læsum,vbi pretiũ quod est assecutus,non fuit in eius vtilitatẽ versum:quia id soluentis dolo non fit actũ. Sed velim ipse consideraisset,debuisse à soluente hoc cõijci, minorem dilapidaturum,quæ ratio an de iure cõcludat, tu postea intelliges, vbi à nobis excutietur articulus, an, & quomodo aduersus sotutionem possit is restitui?

Si minor aduersus patris contractum restitutionem petat,an absolutionem à iuramento,per patrem præstito,assequi debeat?

SVMMARIVM.

1 *Minorem aduersus patris contractum restitutionem implorantem, nulla a sacramento absolutione indigere, Author exemplis & rationibus firmat.*
2 *Absolutio cùm vinculam,& nexum præcedentem supponat,hæres qui non iurauit,non absoluendus videtur.*
3 *Sacramentum ad eum solum, qui iurauit,referendum est: sed verior hæc de re,& vrgentior ratio subijcitur,num.4.& 5.*

Source : BIU Cujas

CAPVT CXXV.

HIS omnibus adiicietur caput peculiare admodũ & vtilissimum, si minor † contractum à patre, dum viueret, conceptum nitatur restitutionis via rescindere: quia prius fuisse læsum asserat, debebit num à iuramento, quod pater præstitit, absolutionem consequi? quæ difficultas, vt est familiaris, & omnino amica, ita summè perutilis. Quòd autem absolutione aliqua opus non sit, suadet hæc ratio. Nam defunctus, qui iurauit, desijt esse in rerum natura: morte autem extinctum est vinculum, quum mors soluat omnia, vt est in Authentico de nuptijs, in principio. Præterea non entis nullæ sunt qualitates, l. eius, qui in prouincia. ff. si certum peta. Item quum iuramentum sit personale, ac solius iurantis liget animam, non sequetur ea ratione hæredem, vt in capit. veritatis. extra de iureiurando. Solet † etiam absolutio vinculũ, & nexum præcedentem supponere, aliàs frustra impetraretur: sic quum hæres nihil iurauerit, nec etiam absoluendus quouis modo videbitur, & ideo in simili non admittitur hæres, vt mortuo defuncto iuret, quod per se declarare tenebatur defunctus, quum vtriusque sit diuersa, & separata fides † & referri sacramẽtum ad eum solum, qui iurauit, debeat, vt est in l. fina. C. de rebus creditis. Memini tamen, quum hic casus quãdoque in praxi accidisset, peritissimos quosdam Aduocatos hæredi consuluisse, vt à tali sacramẽto absolutionem impetraret, nec nisi primùm ea obtenta, restitutionis litem intentaret: hac potissimum ratione † ne defuncti anima grauaretur, ad cuius subleuamẽ obligabatur ex bono, & æquo, imò summo iure, quia tanquam hæres defuncti personam repræsentaret, argumen. l. hæres absens in principio. ff. de iudicijs. Est & alia vrgentior ratio. † Nam nisi hic absolutionem obtineret, posset in processu obijci, quòd ad defuncti factum obseruandum adstrictus maneat: quia hæres, vt quo tollatur, & summoueatur tale obstaculũ, sit necessario absolutionis impetratione opus, quum semper aliàs iuratus maneret contractus. Et hæc in summa verior, & probabilior est sententia, quam in decidendo obseruatam memoria teneo: hæc autem satis superque, quod ad iuramenti relaxationem attinet.

Vtrùm aduersum additionem hæreditatis, si modò sit onusta debitis, restituatur minor?

SVMMARIVM.

1 *Minores dolosis suasionibus ad renunciandũ hæreditati inductos apud Burgundos restitutos, Author aliquot exemplis demonstrat.*
2 *Minoribus 25. annis restitutionis beneficium competit, si de ipsorum circumuentione patuerit.*
3 *Minori per restitutionem in integrum succurritur, si minus lucrosam hæreditatem adijsse constiterit, & num. 6. clarius.*
4 *Minor adiens hæreditatem lucrosam, læsum se prætendere nequit.*
5 *Hæreditas onusta debitis, quantumuis optima, & lucri plena cẽseatur, tamen onerosa, non lucratiua reputanda est.*

CAPVT CXXVI.

CCurrit vnum, quandoq; à Dolano senatu † minorẽ restitutũ, qui dolosis suasionibus inductus, acceptare hæreditatem paternam desijsset, quòd diceretur esse grauissimis debitis onusta, quum tamen id falsum esset, quia verè non esset debitis implicita. Sed ea lege fuit concessa restitutio, vt is probare teneretur, esse in ea hæreditate bona sufficientia, & vt creditorib. hæreditarijs soluere cogeretur. Scio etiam, minores duos restitutos ex his, qui millies in Burgundia nominantur: quibus quum esset debita quinta portio hæreditatis cuiusdam eorum affinis, illi versutia & calliditate patrui inducti renunciarẽt tali quintæ portioni hæreditariæ: & dum adhuc minores essent, eum consensum denuò confirmarent: Nã vt minor ob additionem hæreditatis restituitur, sic si eam inconsultò repudiauerit. Memini etiam minorem restitutum, q̃ in se patris obligationem suscepisset, additione hereditatis ab eo facta: cum tamen ea hereditas debitis onusta & grauata esset. Subijciamus præcedentibus exemplum & casum frequentissimum, qui est in praxi penè ordinaria & quotidiana. Minor, accedente curatoris authoritate, hæreditatem sibi ex testamento seu ex intestato delatam adijt, quam tunc lucrosam esse existimabat: tandẽ vbi facta additione & bonorum immixtione agnosceret onerosam, & infinitis grauatam debitis, petiit se aduersus eam additionẽ restitui. Videamus, sit num tali restitutioni accedendum? Quòd autem sit ei restitutione succurrendũ, docere apertè videtur l. minoribus. C. si tut. vel cura. interue. in qua habẽt † minoribus 25. annis, etiam in his, quæ præsentibus tutoribus vel curatoribus in iudicio seu extra iudicium gesta fuerunt restitutionis supereſſe integrum auxiliũ, modò de ipsorum circumuẽtione patuerit: facit l. j. sub præfato titulo, cuius verba hæc sunt: Si iam puberes vtriusq; sexus parentũ hæreditatem adijstis, & nunc in ea ætate estis, vt in eo, quod hæreditati paternæ vos obligastis, in integrũ restitutionis auxilium accipere debeatis, adire prouinciæ præsidẽ. Eandẽ opinionem comprobat l. ait prætor. §. sed si hæreditatem. ff. de mino. in qua planè deciditur, subueniri † minori p restitutionem in integrum, vt si minus lucrosam hæreditatem adierit, possit ipse se ab ea abstinere: nam & hunc fuisse deceptum certum est: atq; idem iuris in bonorum possessione, successioneve alia statuitur quod apertius eã desumitur ex gl. in eo. §. sed si hæreditatem. vbi restituendum ex sola additione voluit, quantũuis lucrosa esset hæreditas. Ego tamen non video aliquid inesse difficultatis, quod ad primũ membrum attinet, qui tamen deficiendũ ab eo postremo glossæ dicto censeam, quo voluerit, ex sola additione hunc restitui posse, quantumuis sit lucrosa hæreditas. Quid † enim? si lucrosa sit: poterit minor se læsum p̃tendere, vt ita cessare debeat restitutio? nec agnosco, quomodo possit eius dictum efficaciter defendi, nisi tu sic declarandum duxeris, id ideo esse, quia semper in quauis hæreditate sit æs occultũ, & latens, quantũuis lucrosa iudicetur hæreditas: vt est in §. neq;. Insti. de auth. tut. vbi non permittitur pupillo, hæreditatem etiam lucrosam, nisi tutore authore adire, quod fit ob eris latentis considerationem. Sed & adhuc plenè nõ satisfacit hæc solutio, quum si lucratiuam & pinguem hæreditatem esse admiseris, in quibus terminis loquitur ea glossa, fatearе necessum est, onerosam non esse, nec debitis intricatam, quasi duo hæc sint inter se opposita ac separata. Et ideo † si hæreditas communi omnium iudicio lucrosa iudicetur re tamen vera debitis sit onusta, onerosa, non lucratiua reputabitur, quod etiam viceuersa procedit: quia attendi potius debeat veritas, quàm falsa cõis opinio. Quæ omnia semper tendunt ad confutationem eius glossæ à qua tamen eximetur, si vt iamiam premisimus, eam intelligendam probares. Cui declarationi non refragabitur, quod lucrum & onus distinctos effectus progenerent: quia hoc esse potest, vt lucrosa sit hæreditas: in qua tamen erũt debita latẽtia, ex quibus nõ efficietur onusta hæreditas † sed ob eius additionem restituetur minor, propter tale æs latẽs, & cuius interſit, ob id litibus non inuolui, nec aliqua affici molestia: quod infrà apertius & cumulatius à me edocebitur.

An ex sola additione hæreditatis minor læsus censeatur?

SVMMARIVM.

1 *Minorem ex simplici hæreditatis additione præsumi læsum, si eam debitis onustam esse probet, ex sentẽtia Baldi quam Author, paucis de suo iudicio intertextis, aliquo modo probare & sequi videtur.*
2 *Filius hæreditatem repudians, aut querela renuncians læsus iudicari potest, secundùm Imolam.*
3 *Additionis & repudiationis hereditatis eadem propè ratio, de quo tamẽ latius nu. 8. vbi Author hanc sententiam limitat.*
4 *Minor, adita hæreditate, de oneribus ex ea additione in se recumbẽtibus docens, suam intentionem satis firmasse censetur.*
5 *Minor antequam ex additione hæreditatis dicatur læsus, inuestigandum est, quid debitorum, quid creditorum in hæreditate relictum est.*
6 *Maiore ob debitorum inuolutionem læsum se probante, onus probandi contrarij in aduersam partem transfundendum est.*
7 *Minorem ex sola hæreditatis additione non censendum læsum, ex sentẽtia plana Authoris nostri.*

CAPVT CXXVII.

EX his opportunum videbitur discutere, quod è priore dicto exurgit. † An ex sola hæreditatis additione per minorem facta minor læsus cẽseatur, ita vt restitui debeat: In quo existimatum est à Bal. in l. j. C. si se ab hæredit abstinuerit. ex simplici additione minorẽ læsum præsumi, modò is hæreditatem debitis onustam esse probauerit: ita vt tali probatione facta creditum sit à Baldo minoris aduersæ parti probationem hanc incũbere, longè plus hæreditati deberi, quia grauata sit. Quod

† in pari

Source : BIU Cujas

2 †in pari & ſimili caſu ſequitur Imo. in l.neceſſarijs.ff.de acqui.hær.vbi refert,filium hæreditatem repudiantem, aut q-
3 relæ renunciantem læſum poſſe iudicari:quia† æquiparent aditio,necnon repudiatio,vt quod iuris vno caſu ſtatuitur, ſit alteri attribuendum,arg.l.is poteſt. ff.de acqui.hær.Facit l.j.vbi Bart.& Caſtrenſis. C.de reſtit.in integ. Mihi tamen oī ex parte non ſatisfacit hæc Baldi determinatio, quam ipſe in hoc vno præcipuè fundare videtur:minorem ideo ex ſola hæreditatis aditione læſum,quia ſit hæreditas debitis grauata,quæ ratio an ex integro cõcludat, ſatis ipſe dijudicare poteris,ſi hoc vnum expenderis, poſſe, cum moreretur defunctus,aliquid debuiſſe: longè tamen ipſi magis fuiſſe debitum,quàm adſtrictus eſſet,vt cum ita poſſit res ſubſiſtere, debuerit ab initio non ſolum oneris, ſed & lucri ratio attẽdi:imò diſcuti,quod horum magis præponderaret,& ita ye ritatem prius elicere:primumq; feratur tam abſolutum iudicium,ex ea hæreditatis aditione,etiamſi onuſtam debitis hereditatem patuerit,minorem læſum iudicari debere.Ego tamen omnibus excuſſis non eſſe ab ea Baldi ſententia diſcedendum ſum ratus, & quam ſcio in cuiuſdam cauſæ arduæ deciſione in obſeruatum ita qua hoc vnum conſidera tum fuit,ſatis cenſeri minoris intentionem fundatam, vbi poſt aditionem ab eo factam ipſe de onerib.hæreditarijs do
4 cuit.quid enim alio efficaciore eſt opus teſtimonio?Et†hac de re non iniuria exiſtimauit Bal. transfundendum in creditorẽ probandi onus; quia ſit lucroſa hæreditas quod grauamen à minore reijcitur, ne ipſe duplici afficiatur onere; quia aliàs probare cogeretur, hæreditatem oneratã eſſe debitis.Præterea edocere tenetur,quid ipſi deberet hæreditati, per quod lucroſa poſſet iudicari quo poſtremo minimum afficeretur:quia eſſet contra ſe arma inſtruere,vt condecentius & rationabilius viſum fuerit,creditorẽ tali probatione afficere.Atq; ex his reſponderi poterit ad id, quod primum
5 narratum eſt†debere ante omnia ſciri & inueſtigari, quẽnã credita & debita ſint in hæreditate,priuſquam feratur iudicium, an ex additione dicatur minor læſus? quia cum per minoris documenta & probationes conſtet, affectam eſſe debitis hæreditatẽ,hac præſumptione læſus dicitur; niſi cõtrarijs probationibus talis preſumptio ab aduerſa parte cõ-
6 uincatur.Sic†cum lex in reſtitutione maiori indulgẽda velit præcipuè attendi, an læſus ſit, ſeq; læſum is ob debitorũ inuolutionem demonſtret,æquo iure fuit in aduerſam partem ius probationis contrariæ translatum: & ita ſecũdum hanc interpretationem manebit ſalua & ſyncera Baldi ſententia,quam bene notare debent cauſarum minoris patroni,ne minorem grauandum ſuperfluis ducãt probationib. aut aliud articulent, quod aduerſæ partis oneri incumbat. Quod tamen ad præcipuum thema ſpectat,an ex ſola hęreditatis aditione à minore facta,circunſcripta quauis oneris conſideratione, minor iudicari læſus debeat: ego in hãc eo
7 ſnĩam † ex tali aditione ſic generaliter concepta læſionem non reſultare,cùm in dubio ſit ita actus declarãdus, & eius aſſumenda interpretatio,vt potius valere,quàm q̃ iudicari nullus debeat:& ideo in eam potius eſſe deflectendum ſententiam,non cenſeri ex ſola hęreditatis aditione minorem læſum. Quod ẽt ſatis ſuadet ratio alia: qa ſi meros & puros hæreditatis terminos introſpexeris,& eius præcipuum finẽ attẽderis,iudicabitur ſanè lucratiuus titulus, vt eſt in l.j.C. de impo.lucra.deſcrip.lib. 10.Te ergo fateri oportebit, non probè inferri ex ſola hęreditatis aditione à minore facta minorem cenſeri læſum, quaſi in dubio iudicari debeat, effectam eius conditionẽ pinguiorẽ & meliorem ob lucratiui tituli naturam. Quòd ſi demonſtrabit minor hæreditatem debitis affectam, iam diſcedet à terminis eius cõcluſionis, ea tamen lege,vt ius aduerſæ parti ſaluum manere debeat; quo ſi volet,poſſit docere,lucratiuã eſſe hæreditatẽ,vt à nobis ſ.adnotatum fuit.Quod autem cõſcriptum eſt ab Imola in confirmationem ſententiæ Baldi, idem iuris & rõnis debere in hæreditatis aditione ſtatui, quod in repudiatione diſponitur non video, qũo poſſit omnino id aptè probari;
8 quia plus rationis ineſſe cenſeatur †vt minori hæreditatem repudianti per reſtitutionem ſubueniatur,vbi eam adit: qa repudiando abdicet à ſe ius,ſibi primùm quæſitũ,vbi adeũdo poteſt vberior eius effici conditio: quemadmodũ agnoſcis,diuerſa eſſe hæc duo acquirere, & nõ acquirere.Poſſet tamen eius ſententia ſic defenſari,vt dicatur,minorem,qui hæreditatem repudiat, poſſe quandoq; tali actu ſibi ꝑdeſſe, puta,quia ſit implicita debitis: & vt ei nõ adijſſe profuiſſet, ita & repudiaſſe:q̃ vterq; actus eius vtilitatem introſpiciat, fueritq; ei cum vtiliſſimum,tum cõſultiſſimum, ſic agere. Et ita cum Baldo & eius ſequacibus erit ambulandum obſeruatis his temperamentis,quæ ſuprà in huius articuli veram enodationem afferenda duximus.

Si cum beneficio inuentarij minor hæreditatem adierit, velitque poſtea ſimpliciter hæres eſſe, poterit num ad id reſtitui?

SVMMARIVM.

1 *Minor quo pacto fretus inuentarij beneficio lædi poſſit?*
2 *Minori non ſolùm reſtitutione ſuccurrendum, ſi quid de ipſius bonis minuatur,ſed & ne litibus & ſumptibus inutilibus vexetur,ſecũdùm opinionem Baldi,quam limitat Author nu.6.*
3 *Minor aduerſus hæreditatis aditionem qua de cauſa reſtituatur, quantumuis etiam locuplex ſit hæreditas.*
4 *Minor in conficiendo inuentario nullam iuris ſolennitatem prætermittens,læſum ſe probare aut euincere nequit.*
5 *Inuentarij beneficio hos fructus conſequitur minor, vt vltra uires hæreditarias à nemine conueniri poſſit,de quo latius nu.8.*
7 *Minorem in exactione præſtandorum debitorum ab hæreditarijs creditoribus non modò non offendi,ſed potius iuuari,& ad induſtriam in rebus ſuis exacui, Author probat.*
9 *Minorem vel eo nomine reſtitutionis beneficio dignum cenſeri debere, ſi nihil in fraudem & perniciem ſuorum creditorum molitus eſſe liquidò conſtet.*

CAPVT CXXVII.

QVid ſi minor beneficio inuentarij à lege introducto vſus hæreditatem adierit,cuius tñ nunc ſimpliciter hæres eſſe cupiat, ſemota illa inuentarij qualitate,vtrum id per reſtitutionẽ in integrum ab eo impetrari poterit? Quem articulum extricans Baldus in l.j.C.ſi min.ſe ab hære.abſti.opinatus eſt reſtituendũ,nulla tñ eius dicti allata rõne. Sed hanc conſiderare debuiſſet
1 †poſſe ẽt cum tali inuentarij beneficio minorẽ lædi:q̃ cùm ſint creditores hr̃ditarij, vt paſſim accidit, vix à minore expleri poterit, vt his ſoluatur, niſi cũ ſumma negotiorũ inuolutione & difficultate.Sunt.n.diſcernenda debita,pẽſandæ vires hæreditariæ,& multa alia exequenda, quæ totũ re-
2 quirunt hoĩem.Solet † aũt minori per reſtõnem in integrũ ſubueniri, non ſolùm cũ de eius bonis aliquid minuit, ſed & vbi ipſius interſit,libitus & ſumptib.non vexari, vt eſt in l.minorib.ff.de min.25.annis,titulo generali. hẽs ẽt annota
3 tũ in ſimili in l.quia poterat.ff.ad Treb.poſſet† aduerſus hæreditatis aditionẽ minorem reſtitui, quantũuis locuples ſit hæreditas:quod eſt ea rõne,quia multis & infinitis ſit implicita moleſtijs,& quas ipſe non niſi ſummo cũ labore & inexplicabili cura,imò enormi dãno accedente, tractare poſſet.Simile ẽt pro debito, q̃ minor non niſi cũ ſumma aſſeq nequeat nauſea,diſponit,vt eſt in §.ſi hæreditatẽ,in ea.l.ait ꝓtor.Quæ rõnes conferre vñr,& oĩno quadrare ad ꝓbationem eius ſnĩæ Baldi ꝯ quam tñ ſic inſiſti poſſe qñq; iudi
4 caui.Quid.n.† ſi minor inuentarium benè,& vt decuit,conficiendum curauit,nulla iuris ſolennitate ꝓtermiſſa: qũo,
5 quæſo,is ſe læſum docebit?Nam † certum eſt,ex inuentarij beneficio hoc vtilitatis reſultare, vt vltra hæreditarias vires conueniri nõ poſſit,ſed in id ſolum,quantũ hæreditas ferre poterit,vt eſt in l.ſi.C.de iure deli.ita vt non videat cõſiderabilis læſio,ſaltẽ quæ ꝑgnans ſit,& cui inſiſti pro aſſequenda reſtõne in integrũ debeat. Cæterùm iuuare hunc nõ pote-
6 rit,quod libitus,vt præmiſimus vexabit:imò dixero † beneficium inuentarij id operari,vt negotiũ nullis ſupponi poſſit calumnijs & tergiuerſationib.cũ plena & pura oĩa ex eo deriuentur.Si.n.plus,quàm ſit in hæreditate,præſtare creditoribus non teneat,in quo litib.intricari ab ipſis poterit?In nullo ſanè, vt ceſſare dẽat ea rõ, poſſe ẽt minorem reſtitui, ſi moleſtari litibus deberet. Quòd ſi dixeris in oẽm euẽtum vix poſſe abſolutè tale beneficium inuentarij expleri, niſi cũ immoderato ſumptu & ingenti expenſa, & ita ſemp minorẽ offendendũ:rñdebo,hoc oĩno verum non eſſe, vt tam graues ſumptus fieri dẽant: poſſunt.n.moderatè oĩa tractari.Sed etſi hoc amiſero,id tñ non officiet meæ ſnĩæ;quia fiẽt hi ſumptus cũ onere hæreditatis è qua ſ'm iuris diſpoſitionẽ deducunt & detrahuntur impenſæ neceſſariæ,quib.nullo modo grauatur,qui hæres eſt, vt eſt in l.fi. C.de iur.delib. Quòd ẽt dictum eſt,offendi minorẽ:quia conuenire eũ debeant creditores hereditarij,vt debita preſtent: hæc rõ ſat ẽt
7 fragilis vr̃.†Nam quod ex perſonæ labore & induſtria ꝓficiſcit,ẽt ſi cum diligentia ſit adimplendũ,non dẽt tñ ei interpretationi ſubijci, vt dicatur ex eo lædi minor, imò iuuari potius:cuius ob id fiet acutius,ſubtilius & pſtãtius ingeniũ qđ forſitan citra eã excitationẽ aliàs obtorpeſceret. Poterit ẽt ſi volet,minor id ꝑ alios efficere,vbi per ſe nollet exequi. Hoc ẽt fortaſſe dabit, vt cũ eo modeſtius & temperatius, q̃ exiſtimet,ſint creditores acturi,à quibus(vt iam diximus)ẽt volentibus vix infeſtari poſſet. Nam cum inuẽtarium verè complectatur omnem hæreditatis ſubſtantiã,creditore de-

Source : BIU Cujas

bitum petente, nihil aliud à minore agẽdum est, nisi vt iux-
8 ta vires hæreditarias his persoluat, aut solutionem præstandã curet: quod ẽt facilius adimplebitur creditore de debito suo aperte docente, puta testibus, instrumentis, aliisve documentis. Quòd ẽt minori hoc casu sit concedenda restitutio, vel id vnũ te docebit. Nam ab eo creditorum vtilitati oĩno consulitur, & de eius agitur solius detrimento: quia cum simpliciter hæreditatem adierit, creditoribus obnoxius ex integro manebit: vbi si inuentarij fuisset vsus beneficio, nihil vltra hæreditarias vires præstitisset, quæ passim & frequẽtissimè sunt longè minores & inferiores oneribus hæreditariis. Cum igitur nihil in creditorum perniciem a minore a-
9 gatur, quid oberit, si ipsẽ restituatur? ita vt ego huic opinioni, tanquam verissimæ, hæream, & planè insistam.

Si minor in inuentarij hereditarij confectione iuris solennitati non satisfecerit, an possit restitui?

SVMMARIVM.

1 *Minor cum in confectione inuentarij peccat, statim creditoribus insolidum obligatur, ideoq; a restitutione repellitur.*
2 *Statuitur & defenditur contrarium à priore, Alexandro authore: qui restitutionem minori putat indulgendam, quòd in nullo peccasse, quàm legis solennitati non satisfeciſſe arguatur; Minori verò iura ignorare fas sit.*
3 *Dissentit Author nonnihil ab Alexandro: & hoc casu ignorantiam nõ prodesse, cum minor Iurisconsulti copiam habere potuerit, concludit.*
4 *Pupilli & milites à generali regula, quæ confectionem inuentarij respicit, excepti.*
5 *Pupillis & militibus ne lædantur, quamobrem lex concedat remediũ restitutionis in integrum.*

CAPVT CXXIX.

IN præfatis offert se excutiendum aliud: Finge minorem sub inuentarij beneficio hæreditatem adiisse, qui tñ non absolutè, & vt decuit, & confecerit inuentariũ puta, omissa aliqua solennitate, quã necessariò lex requireret: poterit num restitui, vt denuò perfectius possit inuentarium conficere? Quod aũt a restitutione sit repellendus, facit. Nam vbi ab
1 eo in confectione inuentarij est peccatũ, statim creditorib. insolidum obligatus mansit, ita ut etiam a Falcidiæ detractione exciderit, vt est in l. fi. §. si verò. C. de iure delib. Verba aũt textus sunt talia: hæredes in eũ casum tunc esse omnino intelligẽdos, ita vt insolidum ad debita hæreditaria obligentur, nec legis perfruantur beneficio, quam contemnendam duxerint, modo si hæredes sint simplices: quid tu? restituendos opinabere, ne potissimum creditorũ iuri detrahas? Tutatus est tamen Alexã in l. bonorum. C. qui admit. posse
2 restitutionem indulgeri, cum nihil huic minori obiici possit, nisi q̃ legis solennitati non satisfecerit, quę non est grauis & magni ponderis negligentia: quia sit minori permissum, iura ignorare, argumento l. regula ff. de iuris & fact. ignor. hæc Ale. Cuius opinionem ea saltem ratione, quam is in medium adduxit, probare non possum, q̃ contra eam apertè faciat lex illa sin: de iure delib. in qua habetur, non semper hoc casu prodesse ignorantiam, modò minor Iurisconsulti copiam assequi potuerit, vt est in §. sed iuris ignorantia, eadem lege. Cui accedit. l. 1. ff. de bono posses. Et ita intelligis, generaliter desumptam Alexandri sententiam veram non esse, nec efficaciter concludere: qui tamen putauero, non esse ab eo deficiendum, quòd huius casus sit textus expressissimus in §. fin. in Authen. de hered. & Falci. per quẽ à generali regula, quæ inuentarij confectionem respicit, pu-
4 pilli & milites excipiuntur. quibus ne lædantur, lex concessit remedium illud restitutionis in integrum. Nã aliàs esset iniquissimum, his curatorum obesse negligentiam, quorũ incuria non fuisset solennitati, à lege requisitæ, satisfactũ: & ideo proba ratione ab ea solennitatis prętermissione, vt
5 saltem nociua esse non debeat, excipitur minor, cui eadem lege. vt mulieri ac rustico, succurritur: quasi hæ omnes personæ simplicitatẽ aliquam præseferant, ob quã certis casib. per legem expressis, eis subuenitur. Secundùm quam declarationem bene poterit defensari Alexandri sententia, qua is censet, ob iuris ignorantiam minori legem adesse, non tñ vt sensu generali declarari debeat; & ideo debuerat ipse expressius loqui, ac dixisse, minorem hoc casu restituendum, quia id manifestè lex designasset, vt est in eo. §.

Minor, qui simpliciter hæreditatem adijt restitui poterit, vt rursum cum inuentarij beneficio eam assequatur.

SVMMARIVM.

1 *Minor ex simplici hæreditatis aditione læsum se demonstrans, inuentarij beneficio, restitutionem obtinet.*
2 *Statuit Author, minorem vtroque casu posse restitui, vt si simplex hæres sit, permittatur ei sub inuentarij beneficio denuò hæreditatem assequi: & si simplicem se hęredem gerat: qui tamen prius esset beneficio inuentarij vsus.*
3 *Inuentarij formula quæ & quando ignominiam defunctis irrogare putetur.*
4 *De restitutione aduersum hæreditatem concessa, exemplum ab Authore in praxi vtilissimum refertur.*
5 *An quis hereditate simpliciter adita, quæ postmodum debitis onusta fuisset agnita, contra eam aditionem sub inuentarij beneficio restitui possit?*
6 *Maioribus 25. annis posthabitam simpliciter hæreditatem restitutio, an & quando concedenda.*

CAPVT CXXX.

ATque hic casus secundum quosdam dubitabilior priore, quem præmisimus, videtur, vbi minor ab inuentarij beneficio vult discedere, vt hæreditatẽ simpliciter assequatur, cum eo priore exemplo nihilo fiat creditorum deterior conditio, vbi posteriore de eorum summo damno tractatur. Incommodũ aũt apertum est, quia cum minor per simplicem hæreditatis aditionem insolidum creditoribus hæreditariis manssisset adstrictus, nititur tamen inuentarij beneficio se ab eo nexu eximere, & hoc efficere, vt vltra hæreditarias vires nihil ab eo possit peti: cui imputandum quidam putarunt, cur primum, quàm simpliciter hæreditatem adiret, consultissimè & diligenter ipsius hæreditatis substantiam non examinarit, & ita non debere restitui. Hæc tamen, & si quæ alia afferri possent, non te auocare debebunt, quin ingenuè dicas, minorem posse restitui, etiam si simplex hæres fuerit, vt rursus sub inuentarij beneficio hereditatem, si uolet, assequatur, modò se ex
1 simplici aditione læsum docuerit id autem † facile is præstabit, vbi hæreditatem lucrosam existimaret, quam postmodum debitis grauatam agnouisset: & ita id in summum eius cessurum dispendium, si cogeretur simpliciter hæres esse, atque ita censeo. Qua ratione, cum tã aperta sit, iudico deficiendum ab eorum opinione, qui crediderunt, hoc thema esse alio longe dubitabilius: quod est de eo, qui sub inuentarij beneficio hæreditatem adiit, cum tamen simplex velit esse hæres? imò putauerim, plus negotij & disputationis ex hoc pendere, quàm sit in alio; quod tu satis intellexisse potuisti per ea, quæ primum in medium attulimus. Sic ex his omnibus habes, vtroque casu posse minorem restitui, puta vt si simplex hæres sit, permittatur ei sub inuentarij beneficio denuò hæreditatem assequi: aut si viceuersa simplicem se hæredem gerat, qui tñ prius beneficio inuentarij fuisset vsus: Vnum tamen quo ad finalẽ hunc attinet casum, adijciendum censui, non deesse aliquos, qui improbent, vt qui simpliciter hæreditatẽ agnouerit, denuò eam sub inuentarij
3 beneficio assequatur: quorum sit iudicium † per talem inuentarij formulam irrogatam defunctis ignominiã, vt hac de re id nefandum & ignominiosum ducant, quam omnino etiam si a iure probatam & introductam admittant, existimant tamen per eam defuncti famæ detractũ. Ad hæc suppetit vnum, a me quandoq; agnitũ probũ quendam, nec inter literatos viros infimum, qui paternam simpliciter acceptauerat hęreditatẽ, quã tñ ei profuisset cum inuentarij beneficio assequi, quæ esset admodũ debitis onusta? quẽ hoc solũ ad id mouit defuncti patris consideratio, & ne paternũ nomẽ offenderet, quæ existimatio solet ita a grauibus viris quandoque concipi, ab his potissimũ, quibus est in animo, suorum stemmatibus gloriari. Quę opinio etsi in iure descripta non reperiatur, saltem quæ ad hunc casum specificè referri debeat: est tñ, vt negotio admodum arridere videatur, & qua saltem coadiuuetur eorum opinio, qui inuentarij beneficium deserunt, simpliciter hæreditatẽ acceptantes. Qđ aũt spectat ad restitutionem, quæ aduersum hæreditatem ? ceditur, iamiam se offert recensendus casus, quem recolo a supremo Bolano Senatu aliquoties decisum. Exemplum
4 † est huiusce modi: Maior quidam primùm simpliciter hæ-

reditatem

reditatem ſibi delatam adierat: demum immixtione facta,
5 vbi agnouit intricatam debitis,expoſtulauit a Senatu † ſe ꝫ eam aditionē reſtitui, vt ſub inuētarij beneficio hāc denuò poſſet agnoſcere: nihil præter id aliud allegans. In quo fuit ponderatum & excuſſum, an num ea cauſa cenſeretur iuſta, maximè per quam ex generali clauſula eſſet huic maiori ſuccurrendum. Fuit autem quorundam opinio, ob eam cauſam maiorem reſtitui, qui probè ignorare ab initio patrimonij vires potuerat: quia id a facto dependeret, per qđ prudentiſſimi quiuis falluntur, vt eſt in l. regula. ff. de iu. & facti ignorantia, & eſt indubitatum, ex iuſta cauſa maiorem reſtitui poſſe. Ab aliis verò exiſtimatum eſt, talem debere iudicari probabilem ignorantiam: quia debuiſſet is primū, quàm hereditatem adiret, perſcrutari, & ſumma cum diligentia inueſtigare, damnoſa num eſſet: hocque tam exactiſſimè ſciſcitari, donec veritatem aſſequi poſſet, potiſſimè cum is ſit maior, non minor. In quem etiam accedit, fuiſſe ei ab initio liberum triginta annorum tempus, intra qđ hæreditatem poſſet adire, & interim de hæreditariis bonis rationem aſſequi: cui ob id ſit magis imputabile, quare pēdente tali tempore vires hæreditarias non nouerit, argumētum l. 3. C. de iure delibe. & ita ei aſcribendum, qui ſe tali ad dixerit neceſſitati in cuius manu eſſet vigilātius & exactius quàm fecerit omnia rimari: quæ tam efficaces iudicatæ sūt rationes, vt in eam poſtremam ſententiam declinarit Senatus: ſed quem præter cætera omnia mouit unum aliud, qđ
6 eſt † Si maioribus 25. annis poſt aditam ab eis ſimpliciter hæreditatem paſſim concederetur reſtitutio, confunderetur tali via vniuerſa legum machina, ac plurimum detraheretur creditoribus quibus nemo neſcit ex ſimplici hæreditatis aditione ius, quo integrum debitum aſſequantur, quæſitū. In quam ſententiam ego etiam plena manu eo; ſed qui opiner, poſſe quandoque maiori ſuccurri, ſi ſubſtantiam hæreditatis ſciſſe non potuiſſet: quia eſſent occulta quędam inſtrumenta, per quæ tantum, vbi ea vidiſſet, doceri de virib. hæreditariis potuiſſet, quod ſolet quandoque euenire, aut ſi vrgeret cauſa alia conſimilis: tunc enim nihil aſſcribi negligentiæ poteſt: vel ſi ſtatim, hereditate adita, nec poſtea effluxo longo tempore vellet ab ea aditione deficere. Nam eo caſu dicitur actus incontinenti fieri, necnon ipſi rei ineſſe. Sed hoc poſtremo capite non eſſet cōcedenda reſtitutio, niſi adeſſet rationabilis cauſa quæ ſatis diceretur militare, ſi hic onuſtam eſſe hereditatem debitis proponeret. Et hoc eſt quod ego hac in re ſentio.

Si aduerſum repudiatam hæreditatem minor fuerit reſtitutus, an num reſtituetur, vt rurſus eam deſerat.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutus, ut ſe hæreditati immittat, uel eam quā repudiauit, adeat, rurſus reſtitui poteſt, ut ſe ab ea abſtineat, auctoritate l. etſi ſine. §. reſtitutus. ff. de minoribus, quam auctor ſententiam ab abſurdo refutat.*
2 *Reſtitutionem qua conditione minor aſſequatur facta primum abs ſe hæreditatis repudiatione.*
3 *Minor ſecundùm caſuum & factorum euentum reſtituendus eſt, & nume. 5. latius.*
4 *Declaratio Baldi ad d. §. reſtitutus. ff. de minor. ab Auctore refellitur.*
6 *Noua cauſa ſuperueniente, nouæ reſtitutionis implorandæ facultas minori ſuppeditatur.*
7 *Noua reſtitutionis implorandę cauſa quæ haberi debeat.*
8 *Lex finalis. §. vbi autem puerilis ætas. C. de bon. quę liber. ab Auctore explicatur.*
9 *Minori ſemel reſtituto pro re eadem, quare alia, nouaq; reſtitutio non uideatur eße concedenda.*

CAPVT CXXXI.

VIdeamus deniq;, ſi aduerſum hæreditatem repudiatam reſtitutus minor fuerit, poteritne denuò reſtitutionem implorare, vt rurſus eam deſerat? Cuius difficultatis habes apertam deciſionem in l. & ſi ſine. §. reſtitutus. ff. de minor. in quo §. diſponitur, reſti-
1 tutum † vt ſe hæreditati immittat, vel eam quam repudiauit adeat, rurſus poſſe reſtitui, vt ſe ab ea abſtineat: & ita reſcriptum & reſponſum fuiſſe teſtatur eo loco Iureconſultus. Sed vnum aduerſum eam opinionem facere videtur: iudicari debere deluſorium & ridiculum, rurſum minorem reſtitui, quo abſtineat, qui iam primum pro adeunda hæreditate ſit reſtitutionem aſſequutus: quaſi duo hæc cenſeantur prorſus oppoſita, & diuerſos, contrarios, ſeparatosq; effectus producere: idq; liquidò colligitur ex puro ſenſu ſubiecti exempli. Cum enim hæreditatem ab initio repudiaſſet, & de ea adeunda reſtitutionem ſit aſſequutus, quomodo efficaciter concedi ei noua poterit reſtitutio, vt eam denuo deſerat, cum initio ab ea abſtinuiſſet, & maximè id inuertere, ad quod ſua petitione admiſſus fuerat? Qui enim prius inconſultò abſtinuit, præſumendus non eſt, velle conſultius poſtmodum abſtinere. Tu tamen non diſſimiles hos
2 caſus iudicabis, modò hoc vnum expenderis † hunc aduerſus repudiationem a ſe factam reſtitutum; quia luroſam eſſe exiſtimaret hæreditatem, vt demum poſſit petere ſe reſtitui, quòd poſtea verè damnoſam repererit. ſic primo exemplo per eam falſam opinionem ad repudiandum motus, cauſa iuſta eo caſu acceſſiſſe videtur. Quò ſit † vt ſe-
3 cundùm hanc caſuum & exemplorum diſtinctionem iam intelligas, poſſe vtrique reſtitutioni minorem inſiſtere. Cuius intentionem confirmat vnum, quod præcipuè pro reſtitutione indulgenda attenditur, puta, an leſus ſit minor, & ex eo ſummouetur, quod in oppoſitum vrgere præd ximus, minori non debere hac vltima reſtitutione ſubueniri; quia inculcare contraria videatur, cùm nihil hoc caſu ſit diuerſi, imò ſuadeat ratio ita agendum. Cum enim primo loco fuit reſtitutus, vt quam repudiauerat hereditatem, eā denuò adiret, nonne liquere iudici potuit, qui eum ſic reſtituendū declarauit, in hæreditate, quæ lucroſa iudicabatur, fuiſſe occulta debita? quæ cùm manifeſta minori non eſſent, imò ipſi incognita, potuit poſtea, debitis illis apparentibus reſtitui, vt denuò hereditatem deſereret: & ita primū iuſta hunc mouit ratio, ſecundo uerò caſu iuſtior. ſic ſecundùm caſuum & factorum euentum minor reſtituendus videbitur. Atque ita manebit firma & fixa hæc concluſio, minorē reſtitutum, vt quam prius hæreditatem repudiauerat, denuò agnoſcat, poſſe etiam reſtitui, quò poſtmodū eam, ſi volet, relinquat.
4 Baldus † tamen in eo §. reſtitutus, refert poſſe aliam dubitandi cauſam ad eam adferri concluſionem, aſſerens l. 12. C. ſi ſæpius in integ. reſtit. ei omnino pugnantem eſſe, & ſi aliter legem non inducat. Quare vt perfectius intelligas, an talis lex contra id vrgeat, ego eius verba hoc loco deſcribenda propoſui, quæ hoc habent. Quanquam puellæ curatores ab intentata reſtitutione ſuccubuerint, cùm tamen nouis defenſionibus denuò poſſe inſtrui cauſam dicant erunt adhuc in alia reſtitutione imploranda ad eandem rem audiendi. Sic cùm ibi nouæ exigantur defenſiones, in eo inferendum putauit Baldus, non debere minorem reſtitui, ſi non acceſſerit cauſa, quæ omnino ad id vrgeat, vt ea ratione dici præſcripto themate debeat, reijciendam eam reſtitutionem à minore impetratam, vt rurſus ab hæreditate deficiat, cùm non ſit noua cauſa, ſaltem quæ prius non eſſet in eſſe: quia veritate attenta, damnoſa erat talis hæreditas. Præterea Bartoli opinionem coadiuuabit alia eius textus ponderatio, in qua habetur, ad eandem rem reſtituendos, quaſi ſecus lex ſtatuendum velit, ſi de rebus diuerſis, & ſeparatis tractetur. Hoc aūt noſtro exemplo diſtincta reputantur negotia, puta aditio & repudiatio.

Mihi tamen cōtra Bartoli ſententiam is textus in nullo videtur cōtrarius, imò potius cōem confirmare concluſio-
5 nem. Nā abnegari non poteſt, probari eo textu † ex cauſa de nouo ſuperueniente nouam poſſe reſtitutionē implorari: quod etiam in eo §. reſtitutus, ſimili lege diſponitur: fuit. n. minor reſtitutus, ut quam repudiauerat hereditatē, denuò eam adiret: demum cùm poſtea damnoſa apparuerit, ex hac noua cauſa ad aliam reſtitutionem admiſſus ſit, ita ut duo ij textus vnum & idem diſponant. Denique ſi verum eius l. 2. ſenſum expenderis, tu fruſtra pro contrario à Bartolo allegatā intelliges: quia in ea l. minor ex noua cauſa ad eandem rem petendam reſtituitur, vbi tamen à priore reſtitutione impetrata primùm excidiſſet curator: ſed in eo §. reſtitutus, is à reſtitutione non defecerat, imò eā obtinuerat, qui caſus ſunt omnino abſtracti, & tā remotiſſimi, vt ab uno nō ſit ad aliū arguendum, quò ſaltem in vtroque ſimile dicatur iudicium. Nec obeſt duplex illa inductio, quam contra Bartoli ſnīam ſuprà attulimus, potiſſimū prima: qua dictum eſt, niſi adſint nouæ defenſiones, reſtitutionē reijci: quia ut iā habui
6 ſti † noua cauſa id operatur, concedi debere reſtitutionē. Di-
7 cit autē noua † quia nō prius verè detexiſſet minor, eſſet nū dānoſa hereditas; minus & aduerſabitur, ſp eandē cām in rerū natura extitiſſe, cùm re vera dānoſa eſſet hereditas: quia ēt ſi talis eſſet, nondū tamen certò apparebat, dānoſam eſſe, vt hæc incertitudo eundem effectū progeneraret, ac ſi damnoſa non cenſeretur. Quod etiam pro Bartolo penſatū fuit, hic ad eandem rem non tēdi, vix paſſum iſtud benè aſſequi, cùm de re eadem agi credam. Nam etſi minor hæreditatem primùm repudiauit, demum ſit reſtitutus, ut eam adeat, ac tandem eam de nouo repudiet, & ſi de aditione & re-

Source : BIU Cujas

iudiatione tractetur, non tamen diuerſa res eſse iudicabitur: quia ad eundem finem tenditur, qui eſt hæreditatis repudiandæ, imò alio reſpectu res eadem agi dicitur: quia de vtraque repudiatione ſit quæſtio. imò etiam id procedet, ſi ad medium rei aſſequendæ retuleris. Potuiſſet tamen Bartol. in ſuæ opinionis columen allegaſſe l. fina. §. vbi autem puerilis ætas. C. de bonis qua liber. † vbi ſi pater, qui bonorum maternorum filij vſumfructum eſt aſſequutus, hæreditatem adierit, ac eam filius, patre mortuo, damnoſam repererit, aduerſus talem aditionem reſtitui is poterit: cui tamen ſi poſt modum hanc adeundam probari, noua alia abnegabitur reſtitutio. Cuius dicti à Legislatore aſſignatur ratio † hoc ideo diſponi, ne ſint ei leges ludibrio, puta, ſæpius amplecti eandem, & reſpuendam hæreditatem cupienti. Si enim quod egerat pater, is ratum non habuit, ob quod ſit reſtitutus, quomodo ferendus videatur idem amplectens, quod & poſt ipſius voluntatem, contraria affectione aſpernandum eſſe exiſtimauit? quo tex. quid dilucidius, vt probatum habeas, reſtituto ſemel minori non eſſe pro re eadem aliam, & nouam reſtitutionem concedendam.

8

9

An poſſit ſæpius reſtitutio in integrum concedi?

SVMMARIVM.

1 *Minor à reſtitutione reiectus, ad eam denuo non admittitur, niſi noua eius indulgendæ adfuerit occaſio.*

2 *Reſtitutionis beneficium in una eademq; cauſa peti nequit, niſi nouæ adſuerint defenſiones.*

3 *Lex finalis. §. reſtitutus. C. ſi ſæpius reſtit. in integrum, explicatur, & doctrina Bar. impugnatur.*

4 *Minori poſt latam à Proconſule ſententiam reſtituto, eandem reſtitutionis litem denuo agitare quare non fas ſit?*

5 *Quo ſenſu declaradus ſit. §. vbi autem puerilis ætas. C. de bonis quæ libe. Author aperit.*

6 *Filius aduerſus aditionem paternam reſtitutus à ſecunda reſtitutione qua de cauſa repelli debeat, ex ſententia Caſtrenſis, de quo clarius num. 8.*

7 *Reſtitutionis contra patris aditionem, & propriam quæ diuerſitas.*

CAPVT CXXXII.

QVæ cum ita ſe habeant, operæpretium videbitur, primum quàm accedamus ad eius §. vbi autem puerilis. extricationem, excutere quotidianum iuris articulum, an & quando ſæpius poſſit reſtitutio in integrum concedi? Ex cuius elucidatione liquere poterit, quomodo ſit enodandus præſcripti. §. ſcrupus. Habes autem ad eius quæſtionis extricationem ex preſſum titulum. C. ſi ſępius in integ. reſtitu. poſtula. fuerit. Solet etiam ea in re confugi ad elegantem gloſſam, quæ eſt ſub eo. §. reſtitutus. in qua diſponitur, conceſſam ſemel reſtitutionem tribui iterato poſſe † quòd ſi a reſtitutione reiectus ſit minor, non eſſe poſtea ad eam admittendum, niſi noua adfuerit eius indulgendæ occaſio. Id autem gloſ. ibi teſtatur probari in l. fin. C. ſi ſæpius in integ. reſtit. vbi habet, in † vna eademq; cauſa, niſi noue adfuerint defenſiones, nõ poſſe denuo reſtitutionis peti beneficium: quo fit, vt in eo §. reſtitutus. admittatur minor, qui de nouo abſtineat, cui tamen primum fuiſſet conceſſa adeundi reſtitutio: vt hæc interpretatio ſit ita aſſumenda, à reſtitutiope repulſum nõ fuiſſe: quaſi ſtatui ſecus debeat in eo, qui ob abſentiam reſtitui deſiderans à reſtitutione ſit repulſus, vt ex eadem abſentiæ cauſa denuo reſtitui non debeat, cui tamen concedi ex noua alia cauſa poſſit. Atq; † ad hæc affertur doctr. Bar. in l. fi. C. ſi ſæpius. aiens, primum ibi conſiderari debere, an in minoris poteſtate fuerit reſtitutione vti, vel non vti: vt ſi ea ſit vſus, cum non vti poſſet, ſi vellet, poſſit ipſe contrariã impetrare reſtitutionem, arg. l. ſi iudex circunuento. ff. de mino. quaſi hæc ſit noua reſtitutionis cauſa: quæ, ſatis abnegata reſtitutione, omnino ceſſans videtur. Sed hæc eius doctrina non eſt ab omni dubitatione aliena: qui ſatis admittã, in minoris eſſe poteſtate, reſtitutione quam obtinuit, ſi velit, non vti, vt eſt in l. ſi iudex circunuẽto. ff. de mino. quaſi vnicuiq; ſit licitum, quæ in proprium fauorem ſunt introducta, contemnere. Sed ex eo ego eius illationem probare nõ poſſum, cum non vti ea reſtitutione poſſet: ſi tamen ea ſit vſus, debere ob id reſtitui, & hanc eſſe nouam impetrandæ reſtitutionis occaſionem. Hoc enim, ꝙ ſit, aut nõ ſit in eius poteſtate, reſtitutione vti, vel non vti, nouam occaſionem, mea ſententia, non inducit, ita vt uideatur Bartolus dictum potius dicto adnectere, quàm aliud diſponere. Quare ego potius nouam cauſam conſiderabilem in eo §. reſtitutus. putauerim hanc eſſe: quia vtroque caſu, tam adeundæ quàm repudiandæ hæreditatis, de quibus ibi diſceptatur, inſit legitima cauſa, per quàm ad reſtitutionem perueniatur, primùm, vt quam repudiauerat, hæreditatem aſſequatur: quia lucroſam crederet: demum deferendam probet, quòd verè damnoſa ſit. Et hæc eſt pura & vera ratio, quare in eo. §. reſtitutus. is eo loco reſtitutus fuerit, non autem, vt putauit Barto. quia potuit ab initio ſua reſtitutione non uti. A qua Bartoli conſideratio ne deſciuit etiam Petrus gloſſematarius in ea. l. fi. Sic intelligis, fuiſſe eo loco conceſſam reſtitutionem in eo §. reſtitutus, quia damnoſam eſſe hæreditatem apparuit: qui tamen non abnuam, debere etiam aliud extremum concurrere, puta, non fuiſſe prius reiectam reſtitutionem in integrum, vt eſt in ea. l. j. C. ſi ſæpius. Vbi † ſi poſt *Proconſulis* ſententiam in minorem latam minor ſe reſtitui petierit, & obtinuerit fruſtra ab eo rurſus eam reſtitutionis litem denuò debere agitari, quòd appellaſſe, ſi ei diſplicuerit ſententia, potuerit: ita ut ſi in ea ſit ætate, cui ad appellandum ſubueniri ſoleat, reſtituatur, modò appellationis tempora non exciderint. Et ita ex his habes duas hac in re concluſiones communes. Prima, reſtitutum minorem, ut quam repudiauerat hæreditatem, denuò eam adeat, tandem poſſe reſtitui, vt eam, ſi volet, deſerat. Secunda, non eſſe ſecundæ reſtitutioni locum, ſi a prima minor excidiſſet, niſi noua cauſa, & quæ iuſta ſit, ſuperueniente. Et ſi exactè id conſideres, tota vis huius puncti conſtituta eſt in prima reſtit. vt admitti, vel non admitti debeat, ſi primùm conceſſa ſeu reiecta fuerit: quia etiam priore caſu, cùm admiſſa eſt, dicitur ineſſe cauſa, ob quam denuo conceditur; vt ego ſuprà demonſtraui, & ita duobus his exemplis agnoſcis cauſam in eſſe, quæ eſt crebrior declaratio ad eum articulum. C. ſi ſæpius in integ. reſtitutio poſtulata fuerit. & quomodo is debeat intelligi. Hæc tamen omnia non reſoluunt, me iudice, obicem illius §. vbi autem puerilis, qui textus tam prę fatis obeſſe uidetur, vt ibi ſit falſa gloſſa ſpecialem eſſe caſum † quæ tamen nullam ſpecialitatis rationem aſſignauit. Caſtrenſis verò ibi hanc ſpecialitatis cauſam ſic expendit, ideo filium a ſecunda reſtitutione eo caſu repelli; quia † iam primùm aduerſus paternam aditionem fuiſſet reſtitutus, potiſſimùm ob paternam reuerentiam & obedientiam, cuius oppoſitum ſtatuendum credidit in caſu eius §. reſtitutus. vbi de reſtitutione contra propriam aditionem eſt quæſtio: quaſi duo hæc ſint diuerſa, contra patris aditionem, & propriam reſtitui. † Quæ eius conſideratio, etſi in ſe plurimum æquitatis & rationis habeat, non tamen abſolutè mihi concludens videtur: quippe quæ ſit ab eius textus finali ratione diſſimilis, & prorſus aliena. Et ut hãc opinionem comprobem, his rationibus vtor: Quod enim in eo textu diſponitur, eſt, ne fiant leges ludibrio, eandem ſæpius complecti & reſpuere hereditatem: quaſi lex talem variationem & inconſtantiam ponderandam dicat, & eius cauſa ita ſtatutum fuiſſe: non autem, vt id ad ſpecialitatem referri debeat: atque id prima manu poſſe in Caſtrenſem afferri iudicaui, a cuius tamen ſententia diſcedendum non puto, qui pro ueriſſimo habeam, ob paternam reuerentiam filium a ſecunda reſtitutione eo §. repelli. † Cum enim pater legitimus ſit adminiſtrator bonorũ filii, vt lex ei vſumfructum talium bonorum deferat, nonne debuerat filius patrem in omnibus reuereri, & aditionem hæreditatis, quam fecerat, approbare? quem etſi ad id alligaret paterna reuerentia, voluit lex nihilominus poſſe eum contra paternam aditionem reſtitui, ſi ſe ex ea læſum doceret, in quo non modicus ineſſe cenſetur patris contemptus, cum potiſſimum lex vnam eandemque eſſe perſonam effingat, vt in l. fin. C. de impube. & aliis ſubſt. imò dicat, patrẽ plus filium, quàm ſeipſum diligere, argum. l. iſti quidem. ff. quod metus cauſa. ita vt ob eam commemorationem paternam non admittatur denuò filius ad eius aditionis, quã fecit: reſtitutionem: quod ſatis deſignant verba eiuſdem §. vbi. Si enim, quod fecit pater, filius ratum non habuit, & ob hoc reſtitutus eſt, quomodo ferendus eſt, contrarium amplectens iudicium, quod poſt patris voluntatem contraria affectione ſpernendum eſſe exiſtimauit? quaſi eius §. fi. intentio cenſeatur ad eam patris negligentiam referri. Et ita ſecundùm hanc declarationem is §. vbi autem puerilis, continet exemplum omnino diuerſum, & ſeparatum à caſu eius §. reſtitutus. ſi potiſſimum ita, vt docui, intelligendũ probaueris. Habes igitur ex his omnibus verã, &

puram

Source : BIU Cujas

puram enucleationem assumpti thematis, quod est minorem restitui, vt quam deseruit hæreditatem, demum adeat: posse etiam de nouo restitui, vt eam relinquat. Ex quibus incidenter excussa fuit materia eius tituli, an & quãdo sæpius possit peti restitutio in integrum: demum ad hęc annexa est non inelegans declaratio ad eum §. vbi autem puerilis.

Quæ forma obseruari debeat, cùm aduersus hæreditatis aditionem petitur à minore in integrum restitutio?

SVMMARIVM.

1 *Petita aduersus hæreditatis aditionem à minore restitutione, quare iudicis decreto creditores hæreditarij citandi, sint?*
2 *Minor adita hæreditate cum hæreditarijs creditoribus quasi contraxisse, & ad debita hæreditaria persoluenda se adstrinxisse censetur.*
3 *Hæreditate à minore adita, & creditoribus per tres menses expectatis, nec comparentibus, minor uel sine periculo restitui, uel ab hæreditate discedere potest.*

CAPVT CXXXIII.

NVnc bono ordine excutiendus se offert articulus, quis modus, quæ denique forma obseruanda sit, cùm aduersum hæreditatis aditionem imploratur restitutio. Cuius puncti enodationem facilius assequere, si, quod ad hanc rem facit, præmittendũ duxeris, quod desumitur ex authentica, si omnes C. si se ab hære. abst. in qua disponitur, esse ante omnia citãdos quos-
1 uis hæreditarios creditores: idq; decreto à iudice dato † quæ solennitas, ideo desideratur, vt ij obijcere possint, quod in minorem vrgere putabunt: fortasse allegaturi, hunc nulla legitima occasione duci, quòd velit hæreditatem repudia-
2 re, quia sit lucrosissima Nec ab re audiendos lex uoluit † qa adita hæreditate minor cum ipsis quasi contraxisse censeatur, & ita se ad debita hæreditaria persoluenda adstrinxisse, vt est in l. apud Iulianum §. hæres. ff. ex quib. causis in poss. eatur. Solet etiam in eadem auth. si omnes. annotari, secun-
3 do loco requiri † ut per tres menses expectari creditores de beant intra quos si non apparuerint, poterit sine periculo minor restitui, vel ab hæreditate discedere: hoc primum tamen summariè docto, damnosam esse hæreditatem: & ita ex sua aditione plus damni, quàm utilitatis assecuturum. Cæterum vbi omnia hæc tractabuntur, debebit prouidere Iudex, res hæreditarias exactissime custodiri: & ea diligentia, vt nihil detrimenti creditoribus accedat, quod adhuc plenius describitur in §. ad hæc quoque. in Auth. vt sponsa. larg. colla. 9. Atque hæc est forma ea in re requisita.

Creditores si adsint iudicio, an num sic præsentes citandi sint?

SVMMARIVM.

1 *Citatione creditorum, si adsint iudicio, non esse opus, ex sententia communi: id tamen limitatur ex opinione Baldi.*
2 *Creditor si agitata restitutionis lite, iudicio fortè interfit, vtrum ita non citatus ad respondendum, aut exceptiones suas proponendum à iudice compelli queat? de quo latius nu. 5.*
3 *Citatio præcedens est quasi iudicij subsequuturi præambulum.*
4 *Citatio prodiens ab ore iudicis ad creditorem præsentem solennis, ac specialis citationis uim habet.*
6 *Inter citatum comparentem, & præsentem in iudicio se defendentem quid interfit.*

CAPVT CXXXIIII.

SVbtilis tamen, & acutus Lector poterit hoc loco non inelegantem proponere quæstionem: nam cùm prædiximus, citandos esse creditores
1 † quid si iudicio præsentes fuerint, exigetur nũ tali casu citatio? In quo crebrior apud Docto. inualuit opinio, non esse citatione opus. Fit. n. citatio (quod hi aiunt) vt pars compareat, quæ si præsens sit, quid est alia declaratione opus? Solet autem diffusissimè similis quæstio excuti à Scribentib. in l. j. ff. de in ius vocan. ad quos te confugere oportebit, si vberiorem huius articuli explanationẽ desideres. Nec ignoro, conclusum ab eis eodem loco, secundùm Doctorum sententiam præsentem in iudicio citari nõ debere: secundùm quã uidetur posse resolui proposita quæstio. Tñ Bal. in ea auth. si omnes. existimauit determinationem illam communem aliquo egere temperamento, & ita esse intelligendã, modò creditores eo animo iudicio adfuerint, vt ibi cõparerent: quasi nolit, id debere procedere, si eò ex abrupto & improuiso aduenissent, per l. defendente. ff. de auth. tut. ad quod etiam asserit facere l. 2. C. quomo. & quã. iudex. in illis verbis: Aduersus eos qui admoniti, iudicio ad esse tamen noluerunt. quæ dicit, à se tantum disputationis causa proponi: qui tandem postremo loco fatetur, creditoris præsentiam sufficere, etiam non præcedente citatione, aut si non accesserit monitio, arg. l. de vnoquoq; ff. de re iu. A me tamen quæstionem hanc vtcunq; exquirente perspectum est, attendi ea in re debere, quæ in sequẽtem proximæ quæstionis decisionem adferuntur: ad quæ si animaduerte-
2 ris, facilis erit tibi eius scrupi cognitio † Quid enim? si dum restitutionis lis agitaretur, visus sit adesse iudicio alter ex creditoribus, qui tamen ad eum actum citatus non fuerat? nonne is postulare poterit, vt respondere non cogatur, & si quam contradicendi causam habeat, eam proponat: facta primum declaratione, de qua re agatur: patefactis ẽt causę meritis, quò ipse perfectius, & solidius possit petitioni satisfacere. Existimauerim aũt, hoc casu non posse hunc cogi, qui ad id respondeat, modò allegarit se eò paratum aut instructum non venisse: nec prius scisse, an num ea restitutionis lis agitaretur quod in dubio nescisse præsumitur, cùm
3 non præcessisset citatio † quæ solet dici esse prę ambulum iudicij: poterit tamen a iudice terminus huic præfigi, intra quem is postmodũ respondere teneatur: nec erit citatio spe-
4 cialior magis requisita, si hoc sufficiat † cũ ab ore iudicis prodeat, qui aliàs solet tales citationes suis demandare apparitorib. & hoc casu satis citatus iudicabitur; quia eũ latere non possit negotiũ, atq; hæc prestitutio eundẽ effectum producet, quem ipsa citatio. Et secundùm præscripta est declaranda, & intelligenda l. furioso. ff. de re iudi. in qua dispo nitur, partem in iudicio præsentem, vbi citata non fuerit, à iudice de actu, cuius est controuersia, certificandã, aliàs is actus tanquã contra absentem factus reputaretur. Quòd est
5 ad meram confutationem eorum, qui censuerunt † nulla alia esse opus certioratione quorum sententiæ adesse non põt, partem præsentem posse auscultando facilè assequi, qd in iudicio tractetur, & ita inutilem superuacaneamq; esse præfatam admonitionem. Nam etsi id ab ea percipi possit; cum tamen ex inopinato, & præter spem venerit, non præsumitur paratus accessisse, nec in promptu habere, quid respondere possit, vbi illa iudicis expressio debeat necessariò interuenire, quo hic manifestè eorum quæ tractantur, fiat certior, & vt ei præfigatur comparendi terminus. Huic autem declarationi satis assentiunt Doctores in l. j. ff. de in ius
6 vocando. vbi asserunt, diuersa esse hæc duo † vt citatus compareat, aut ꝑ præsens in iudicio se defendat, & tueatur: ita vt etiam ibi resoluerint, non posse eum, qui est in iudicio repertus, non tamen ad id citatus, a iudice compelli suas exceptiones proponere: cum non fiat citatio ob solam cõparitionem, sed vt qui citatus est, suas exceptiones propositurus adsit iudicio, quod est ex mente Bal. in l. cum fratrẽ. C. de his quib. vt indig. Sic ex his habes, quomodo declarari assumptum thema debeat, An creditor, qui in iudicio ꝑsens reperitur, sit citandus? & in hoc resolui, vt de re, quæ in iudicio tractatur, certiorandus sit.

Vtrum nominatim citari creditores debeant, aut si generale proclama solum exigatur?

SVMMARIVM.

1 *In citandis creditoribus nihil præter generale proclama desiderari secundum Bar. cuius sensus vberius ab Auctore declaratur.*
2 *Creditores ex sola generali, & confusa proclamatione contumaces iudicari non posse, secundum nonnullos.*
3 *Generale proclama quomodo, & quando valeat?*
4 *Citationis authorizatio in praxi Burgundis vsitata quid vocetur?*

CAPVT CXXXV.

ADiicitur his conclusio, a ceteris diuersa, eidem tñ materiæ omnino connexa, potissimum † an citari creditores nominatim debeant, vel si generali
1 edicto id possit effici? Fuit aũt Bar in ea auth. huius sententiæ, nihil aliud q̃ generale proclama desiderari, per l. si co. C. de remiss. pigno. Sed hanc ejus sniam putarunt alij debere procedere, vbi incerti essent creditores, vt est in §. si verò absint. in Authent. de hæred. & Falcid. quasi velint, data eorum certitudine, & vbi scitur, quinam hi sint, tunc esse specificè citandos autumantes non posse creditores ex sola generali, & confusa proclamatione contumaces

Source : BIU Cujas

tumaces effici, argu. l. pen. ff. de decret. ab ord. fac. Ipse tamen crediderim, satisfactum generali proclamate, modò diligẽtissimè inuestigarit minor, quinam sint creditores hæreditarij: poterit enim id in vicinis locis perquirere, ita vt facta fide iudici eius diligentiæ, facilè ab eo citationem impetra-
3 bit † quam per proclamata generalia exequi curabit, in his potissimum locis, in quibus suspicabitur esse creditores hæreditarios. Solet autem hæc forma in praxi obseruari: ita vt benè, & aptè sint locuti, qui putarunt, generale proclama- sufficere: sed qui perfectius rem absoluissent, si adiecissent, cum eo debuisse adesse eam, cuius iamiam meminimus, diligentiam. Simile solet etiam per praxim Burgundam in beneficialibus litibus introduci, vbi maximè altera partiũ lite pendente decessit. Fit enim mandante iudice, vt qui ex collitigantibus supersit, curare debeat, vt per edicta publica citentur ij, qui ius in beneficio, de quo est disceptatio, prætendunt, aut si sua putarint interesse: & ita ea solennitate præmissa, Senatus Bolanus passim declarat citationes, quæ fiunt in beneficij loco, debere eundem effectũ producere, ac si personas eorum qui principales sunt, comprehendis-
4 sent † & hoc est, quod in eadem praxi appellamus citationis auctorizationem. Sed hoc est sanè intelligendum, vbi potissimum nesciretur, quinam hi essent ius prætẽdentes: quia si id notum esset, quamuis à prouincia tunc hi abessent, esset tamen his semel, & in initio denunciandum. quare iudex est solitus in eum casum, requirente id parte, ob absentium citationem (quod aiunt auctorizare) primum præstituere locum, in quo debeat fieri: adiecto hoc temperamento, vt teneatur parti absenti notum id facere, aliàs non valeret actus. Agnoscis igitur, an, quando, & qua forma citandi sint creditores hæreditarii, vbi contra hæreditatis aditionem à minore petitur restitutio, & generale proclama ad citationis effectum, & validamentum sufficere.

An cum restitutionis causa aduersus hæreditatis aditionem tractatur, debeat concedi restitutio?

SVMMARIVM.

1 *Restitutionis in integrum causa si aduersus hæreditatis aditionem tractetur, quæ & quot consideranda sint? ex sententia Cyni.*
2 *Restitutionem si quis simpliciter, & incidenter imploret, litis contestationem non esse necessariam: secus si ad dandum aliquid, vel faciendum admitti petat, ex Cyno.*
3 *Litis contestatio secundùm Baldum semper necessaria, quocunque tandem modum negotium restitutionis tractetur.*
4 *Oppugnatur Cyni distinctio nume. 2. adincta rationibus, & exemplis in textu comprehensis.*
5 *Restitutionem qui prosequitur, rescindens & rescissorium iudicium cumulare solet.*
6 *Excutitur Baldi sententia nume. 3. allata, & ad l. defendente. ff. de auctor. tut. exactissima declaratio subnectitur.*
7 *Restitutionem in integrum incidenter propositam sententiæ exequutionem impedire, ex sententia Bartoli, quam Auctor limitat.*
8 *In incidenti restitutione in integrum agitanda nulla opus esse litis contestatione, ex sensu communi.*
9 *Incidens restitutio non nisi audita parte ventilari potest, quæ sit restitutioni consentiat, non esse opus litis contestatione, secus autem si dissentiat.*
10 *Restitutio incidens quomodo & ordine proponatur?*
11 *Restitutio si incidenter tractetur, sufficit in principali fieri litis contestationem.*
12 *Restitutio si contra certam personam imploretur, & de pœna exigenda quæratur, requiritur causæ cognitio & ita litis contestationem, cæteraq; iudicij acta interuenire necesse est. Abbas.*
13 *Litis contestatione opus non est, vbi contra certam personam non impetratur restitutio, Abbas & de eo latius nume. 15.*
14 *Restitutio aduersus incertam personam peti dicitur, si contra hæreditatis aditionem exposiuletur.*
16 *Litis contestatione, maxime præsentib. partibus opus est, si contra sententiam diffinitiuam petatur restitutio.*
17 *Litis contestatio quando & quatenus non videatur necessaria, vbi restitutio petitur contra sententiam diffinitiuam latam ex contumacia.*

CAPVT CXXXVI.

1 IVius autem articuli discussio pendet ab alterius puncti decisione, Vtrum † in causa restitutionis in integrum sit litis contestatio necessaria? Pro cuius difficultatis resolutione Cyn. sub ea auth. stomnes, putauit considerari duo debere. Primum, si per restitutionem in integrum, qui eam implorat, se ad aliquid dandum vel faciendum admitti petierit: esse autem eo casu litis contestationem necessariam: quia sententia, quæ super ea est ferenda, diffinitiua esse debeat, argu. l. Papinianus
2 exuli. ff. de mino. Secundum est, si † simpliciter & incidenter petatur restitutio, quamuis per eam ad obstaculi summotionem procedatur, tamen cum incidenter, & non principaliter sit de ea quæstio, posse sine litis contestatione iudicium subesse: hæc Cyn. sua doctrina. A cuius sententia defecit Bal. sub eadem auth. si omnes, vbi fixo animo tutatur,
3 semper † necessariam litis contestationem, quocunque modo tractetur restitutio in integrum. Quem ad id mouit: qa litis contestatio sit de iudicij substantia, & ipsius litis basis ac præcipuum fundamentum, vt est in auth. offeratur. C. de litis conte. Cuius opinioni tanquam æquiori, & quæ sit rationabilior, hæreo qui id in proposito exemplo apertius, quàm ipse fecerit, doceo. Nam cum minor sẽ restitui implorat, vt ab hæreditate, quam primum adiit, abstineat, lex ideo citandos iussit creditores, vt hi contra minorem audiantur, puta, eis docere nolentibus, lucrosam esse hæreditatem. Sed queso, an hæc possint, nisi per inficiationem intẽtionis minoris? ex qua nonne, quæso, secundùm iuris communis dispositionem resultat litis contestatio, vt est in authen. offeratur? Ad hoc memini, me quandoque intellexisse, imo præsentem adfuisse ventilationi plurium litium restitutionis in integ. quas scio contradictorio iudicio, & plenè auditis partib. discussas, in quibus accessit litis contestatio: subsequuta demum respectiuè vtriusq; partis probatione, omnibusq; aliis iuris solennitatibus, ad litium & causarum instructione requisitis, tunc obseruatis. Loquor ipse de eo casu, vbi de restitutione in integrum contra hæreditatem aditam ageretur. Quod etiam exemplo alio accidisse iam memoria teneo in quodam, qui contra diuisionem ab ipso cum fratrib. factam; quia per eam enormissimè lesus esset, peteret sẽ restitui. Nec hactenus, quod ad praxim attinet, scio refricatum, an num in restitutione in integrum deberet adesse litis contestatio: quasi vno ore eatur in hanc
4 sententiam, litis contestationem requiri † vt ea de re mihi non applaudat, quam præmisimus, Cyni consideratio, vbi est aliquid dandum seu faciendum, tunc eam desiderari, qđ
5 & alio confutatur documento. Solet † enim, qui restitutionem prosequitur, rescindens & rescissorium cumulare iudicium, saltem id fit frequentissimè: & ita concluditur, vt summoto obstaculo restituatur: & tamen Cyn. diuersa esse hæc duo censuit, vbi petitur restitutio ad dandum, secus si de obstaculi solo impedimento tractaretur. Præterea, nonne sublato impedimento, eo semper deuenitur, ut aliquid dari fieri ve debeat? Quod vt perfectius intelligas, assume exemplum minoris ab hæreditate abstinere volentis: solet enim eius animus eo dirigi, vt is actus aditionis similem, & parẽ statum induat & assumat, ac si ipse nunquam primum hæreditatem adiisset cui hoc accedit vtilitatis, vt postmodum à creditoribus non possit conueniri aut compelli. Quod ẽt adaptari poterit casui, & exemplo diuisionis hæreditatis rescindendæ. Nam rescissa diuisione, cogitur aduersa pars lõge meliorem, & pinguiorem bonorum hæreditariorũ portionem minori concedere: ita ut ex talis obstaculi rescissione semper dandum aliquid resultet: quasi ea duo connexitatem magnam inter se habere censeantur. Atque ex his futilem manere illam Cyni sententiam, ipse iam intelligis. Iam verò post hoc animaduertere licebit ad id, quod disputan-
6 do excutit Bald. in ea auth. si omnes, vbi refert † cum a minore aut alio incidenter restitutio in integrũ proponitur, nulla tunc esse opus litis contestatione, per l. defendente. ff. de aucto. tu aiens, talem tex. esse ad id notabilem, & secundum eius decisionem præscriptam conclusionem ab omni scrupo alienam. Eius autem l. defendente, casus est talis. Defendente tutore pupillus ex contractu cõdemnatus fuerat: deinde adolescente facto, curator ei datus fuit, quem tandẽ pro executione sententiæ pars aduersa conuenit, si postmodum coram iudice curator declararit, pupillum à bonis paternis abstinere velle, seque eius adulti nomine hoc effectu rum, censebitur tali casu adulto consultum, vt saltem liber à sententia maneat. Ex quo textu desumi asserit eo loco, vl
7 teriorem controuersiã non interuenisse † quia restitutio, cui ius tunc erat quæstio, fuisset incidẽter proposita, & sine alia maiori perscrutatione ꝯcessa, quam etiam lex indulgendã probasset: & ita manere firmã hanc opinionẽ, nõ esse restõnẽ in integrũ incidenter propositã, liti ꝯtestationẽ requisitã qđ putauit ita tẽperandum, vbi potissimũ iudex concedendã probat, nec refutari debere coniicit: nihil aliud in suæ opinionis tutelã adferens, quàm eam l. defendente. Mihi ĩ eius textus mentẽ per ociũ exquirenti adfuit primo iudicio

nihil

nihil ad rẽ conducere, qđego ſequentibus puto me planè demonſtraturum. Nam ſi primùm inſpexeris Bar. ad eam l. ſummarium, quo ipſe eius veram & puram mentem comprehendi credidit, ex eo intelliges verum eſſe, vt poſſit incidenter reſtitutio in integrum proponi, & ita ſententiæ executionem impediri: ſed quòd eo textu decidatur neceſſariã non fuiſſe, hoc ex eius verbis nullo modo deſumes. Aies forſitan, id ſatis tacitè ex eadem l. deprehendi, quia citra diſputationem aliam conceſſa fuerit reſtitutio: reſpondebo, non etiam l. eadem abnegatũ, quin pars aduerſa audiri potuerit & debuerit, & tandem reiectis eius exceptionibus reſtitutio concedi. Quinimò fatendum eſt, fuiſſe in dubio litem conteſtatam: quia id ex ipſa actus ſubſtantia procedat & deriuetur. Nam etſi declaret curator, adultum à paternis bonis abſtinere: hoc tamen non efficit, vt ad id ſtatim & incontinenti ſit admittendus, quaſi oporteat partem aduerſam audiri: vt ſciatur, velitne eam abſtentionem impugnare: quia fortaſſe ſit hæreditas locupletiſſima. Succurrebat etiam vnum aliud, l. illam defendente, poſſe alio ſenſu & interpretamento declarari, vt illius ſenſus ſit, vt ibi nulla reſtitutionis quæſtio tractetur. Nam cum primum ex paterno contractu conuentus pupillus fuiſſet, deinde ad ſententiæ executionem tenderetur, curator poſtea datus ita effatus eſt. Ego adulti nomine a bonis paternis abſtineo. Quæ verba nihil aliud deſignant, quàm ſi dixiſſet, ſententiæ executioni conſentio, & vt ex integro, quæ a patre bona minor eſt aſſecutus, aſſumatur: ac ſi is ſuis renunciaſſet bonis, idq; citra aliam in integrum reſtitutionem. Quem textum ſi ita declarandum probaris, videbiturne tibi alienus ab eo, ad quod eum allegaſſe voluit Bart. reſtitutionem in integrum incidenter propoſitam ſententiæ executionem impedire? In quo, quæſo, cogita: qui tamen non abnegem, ſequendam eſſe Bart. inductionem, penſatis potiſſimum eius textus verbis. Abſtinuit a bonis paternis: præſupponentis, additionem hereditariorum bonorum omnino præceſſiſſe, aduerſum quàm neceſſario erat opus reſtitutione, quòd per eam manſiſſet inſolidum creditoribus hereditariis adſtrictus: nec ſat fuiſſet, ſimpliciter bonis renunciare, & ea creditoribus offerre. Cum enim hic in totum adſtrictus eſſet creditoribus, an hunc ſubleuaret ab eo onere citra reſtitutionem in integrum renunciatio? non ſanè: quia ſi aliàs remedio ordinario ab eo nexu vellet liberari, opus eſſet bonorum ceſsione. Quare fatebor per eam l. defendente, in
3 tentionem Barto. probari, & ita † reſtitutionem, de qua ibi agitur, incidenter fuiſſe propoſitam ſecundum quam habes, in incidenti reſtitutione in integrum agitanda non eſſe opus litis cõteſtatione, quę eſt crebrior & receptior apud Docto. opinio: cum qua tamen adhuc non planè quieſcit
9 animus: me enim in oppoſitam trahit ſententiam † quòd non aliter poſſit ventilari talis incidens reſtitutio, niſi pars audiatur: quæ ſi reſtitutioni conſenſerit, tunc ceſsabit omnis dubitatio, quòd ſi ei refragetur, & planè diſſentiat, neceſsaria erit liti conteſtatio, quam certum ſit ex partium aſſertione & inficiatione cauſari: ut eſt in c. 1. de litis con. in 6. Diſſoluitur tamen hic ſcrupus, bene intellecto, & funditus excuſſo negotio, quomodo proponatur incidenter reſtitu
10 tio. † Fit enim hoc modo & ordine. Minorem ex contractu cum eo a te celebrato coram iudice pro contractus cõplemento conueniſti: interim cum diſcutietur principale negotium, poterit minor ſe tali contractu enormiter læſum proponere, quod dicetur ab eo incidenter fieri; quia ipſe litem non ſuſcitauerit, ſed fungatur rei officio: vbi ſi litẽ
11 intentaſſet, ſecus eſſet ſtatuendum. Sic † cum ea incidens reſtitutio cum principali tractetur, ſufficit in principali negotio litem conteſtari, ut non ſit opus, quod ad incidens attinet, alia litis conteſtatione, quòd maximè deciſio & determinatio principalis cauſæ ſopiri cum incidenti debeat. Solet quippe principaliter ad contractus obſeruantiam agi contra quam minor læſionem proponit, quam ſi efficaciter probarit, aut ab ea defecerit, ſecundum id cogetur contractui ſtare, vel ab eo reſilire. Latius tamen & vberius id a me ſupra habuiſti, num principaliter ac incidenter peti aut proponi poſsit reſtitutio in integrum. Solet etiam Panor. attingere eundem articulum in c. 2. extra de offic. iud. quo
12 loco ipſe hac diſtinctione vtendum exiſtimauit, ſi † contra certam perſonam imploretur reſtitutio, & de pœna exigenda ſit quæſtio, tunc eſſe cauſæ cognitione neceſsariam: & ita libellum, litis conteſtationem, ac cætera iudicij acta, debere interuenire, argũ. l. Papinianus. §. vlt. ff. de mino. Quòd
13 † ſi contra certam perſonam non impetretur, non eſſe op° litis conteſtatione, per authenti. ſi omnes. C. ſi ſe ab hære.
14 ab. Dicitur † autem aduerſus incertam perſonam peti, ſi cõtra additionem hæreditatis expoſtuletur, nec ſecundum ipſum aduerſabitur, ſaltem citandos eſſe creditores hæreditarios: & ita cum eis agi: ſic de incerta perſona nõ tractari, quẽt, his nõ cõparentib. procedit, & nihilo ſecius de reſtitut. in integrũ, aut ꝯcedenda aut abnegãda agit. Quandoq; etiam aſſerit, implorari iudicis officiũ, nec requiri aliq̃ cãæ excuſſionem: contra etiam certam non agi perſonam † & eo caſu libello aut litis conteſtatione non eſſe opus, puta, ſi petatur tutor pupillo, l. ſcire oportet. ff. de excuſ. tut. Bar. verò in
16 l. fi. ff. ex quib. cau. maio. refert, ſi † contra definitiuam ſententiam petatur reſtitutio, eſſe litis conteſtationem faciẽdam, maximè præſentibus partib. quia talis reſtitutio vim appellationis habeat, ſeu illi æquipolleat: & vt in appellationis inſtãtia reſtitutio eſt requiſita, ita & reſtitutionis litẽ. Quòd
17 † ſi pars eſſet condemnata definitiuè ob contumaciam, tũc credidit, etiam lite non conteſtata procedi poſſe, per auth. ſi omnes. C. ſi ab hæred. abſti. hęc ille: cuius primum dictum ſequitur præfato loco Abbas, quaſi æquum ſit, vt cum partibus præſentibus petitur aduerſus ſententiam reſtitutio, ſit opus litis conteſtatione, per c. 2. de offi. iudi. Quod verò ad poſterius attinet, ipſe ab eo deficit, qui ſentiat, eam cauſam plenariam iudicari debere, è qua graue reſultat præiudiciũ, ita notante glo. in l. iudices. C. de iudic. & nemo ſecundùm eum diffitebitur, de graui præiudicio & incommodo agi, cum de retractanda ſententia contenditur. Nec ſecundùm ipſum obeſt authen. ſi omnes, cum loquatur, vbi petitur reſtitutio non aduerſum certam perſonam, ſed in genere cõtra omnes, ſua intereſſe putantes: vnde iure optimo nemine comparente, aut intereſſe prætendente, tunc citra litis conteſtationem fertur ſententia: quæ tali caſu non eſt neceſſaria: quia non poſſit fieri litis conteſtatio, niſi ſit aliquis, cũ quo is actus concipiatur. Ego verò vtrunque benè & aptè loquutum exiſtimauerim, potiſſimũ Bartolum, qui ſenſit, non eſſe litis conteſtationem neceſſariam, vbi peteretur reſtitutio contra definitiuam latã ex contumacia, modò nullus in ea reſtitutionis ſentẽtia compareret: ſed vbi defenſor adeſſet, veriorem exiſtimo Abbatis ſententiam, vt debeat lis conteſtari, quam abſorbere ſeu extinguere nequit, quòd ſit lata definitiua per contumaciam: quia poterit nunc aduerſarius dicere contra reſtitutionem, quæ imploratur, quòd concedi non debeat, & ſufficientes ad id cauſas proponere, vt meritò ſit opus litis conteſtatione. Et ita, parte comparẽte, puto opus litis conteſtatione, quamuis ſit lata definitiua ex contumacia: ſed ſi intellexeris Bar. vt paſſim communiter declaratur, non video quomodo is aptè defendi poſſit.

Si minor ex creditoribus citandos quoſdam curarit, alios verò omiſerit, an ex eo inualidabitur reſtitutionis in integrum iudicium?

SVMMARIVM.

1 *Creditoribus abſentibus non omnibus citatis nihil præiudicari in iudicio reſtitutionis ſecundùm aliquos, idque latius declaratur nu. 4.*

2 *Creditorum maiorem partem, ſi liti adſit, reliquis obeſſe, litemque valere confirmatur à nonnullis, ſuam ſententiam auctoritate l. quod maior. ff. ad municipalem, probantibus.*

3 *Diſcutitur opinio Baldi, & l. etiam. §. fi. ff. de minor. verus ſenſus enucleatur.*

5 *Examinatur ſententia eorum, qui partem potiorem in iudicio comparentem abſentibus præiudicare autumarunt. idque quomodo intelligendum ſit, declaratur.*

6 *Maiore parte comparente iudicium validari quidem, abſentibus tamẽ non præiudicari ex ſententia Auctoris.*

CAPVT CXXXVII.

1 SVbiungetur præſcriptis difficultas, quam attigit Bal. in ea authen. ſi omnes. Quid † ſi ex creditoribus aliqui legitimè citati fuerint, alios verò à minore prætermiſſos admittas: vtrùm ex tali omiſſione infringatur proceſſus, vel an ſaltẽ ſubſiſtere, quo ad eos, qui ritè citati ſunt, debeat? Qua in re diuerſę extiterunt opiniones. Sunt enim, qui ſenſerũt, non fuiſſe abſentibus præiudicatum. Alij verò opinati ſunt
2 † maiorem creditorum partem, modò liti adfuerint, reliquis obfuiſſe, & ita litem valere. Priorem autem ſentẽtiam Baldus ſub ea auth. aſſeuerauit probari in l. etiam. §. fi. ff. de mino. ibi, non euocatis creditoribus. Secundam etiam dicit confirmari per l. quod maior. ff. ad municip. Quod tamen ad priorem opinionem attinet, textus is, quem in eam rem allegauit, nihil, me iudice, conducere ad id videtur, qui potius in exemplo, omnino à noſtro diſtincto, loquatur. In eo enim

Source : BIU Cujas

3 † eo enim disponitur. Si à patris hæreditate restitutus minor abstinuerit, nemine ex paternis creditorib. præsente, vel ad agendū à præside euocato, respondit Modestin. decretū sic interpositum, creditoribus nullo modo nocuisse, quæ verba satis denotant, nullum ex creditoribus euocatum, & tamen hoc assumpto exemplo fatetur ex his quosdam citatos comparuisse: reliquos verò, quia citati non fuissent, defeciſſe. Dicet fortasse acutus & ingeniosus Lector, posse p Baldi sententia eum textum sic induci, vt cum habeat, nullum esse actum, quia nulli ex creditoribus essent euocati: ergo ex opposito, si ex his aliquos euocandos curasset, valuisset quo ad eos iudicium. Sed & ea ponderatio non arridet. Nam cùm ibi lex habeat, nullum esse actum, quòd nulli euocati fuerint: si ritè, & vt decet, ab opposito intellectu argueretur, dici debuisset† ergo si omnes citandos curasset, valuisset actus: non vt id sit ad partem creditorum referendum, quia potissimum ad omnes creditores dirigantur eiusdem textus verba, ita ut contrario interpretamento assumpto, debeat eadem & similis fieri interpretatio. Et ita hæc priuato iudicio expendebam, cui nihilo secius placeat Baldi intentio, quòd summam in se æquitatem complectatur. Nam quare fatebere tali iudicio creditorib⁹ absentibus præiudicatum, quibus haud scisse licuit, quid ageretur, & ita tanquam ignorantibus condonandum esse, argu. l. final. ff.
5 de condictio. indebiti. Eorum autem sententia † qui putarunt, maiorem creditorum partem iudicio comparentem, reliquis absentibus, etiam non citatis, præiudicasse, non est apud me omnino probata. Nam etsi a potiore parte inferatur, quandoque damnum minori, ut saltem debeat actus, de quo tractatur, subsistere: id iuxta hunc nostrum casum intelligi & declarari deberet, si res, cuius esset quæstio, connexitatem inter se haberet: puta, vbi creditoribus minor esset pro vna summa aut re alia insolidum obligatus: secus si diuersa & separata essent debita. Quia quantumuis maior pars citata fuerit & comparuerit: mihi tamen absenti non citato, & litem ignoranti haud fiet præiudicium, vbi potissimum, quod mihi a minore debetur, est prorsus abstractū, & ab alio credito separatum, & hac ratione ego in eam mo
6 uebar sententiam † quam tamen non improbandam censerem, si sensissent hi a maiore parte validatum iudicium, nō tamen absentibus præiudicatum, quæ duo sunt vicissim cōpatibilia. Nam cum cerium sit, maiorem creditorum partem quandoque minorem absorbere ex eo benè sequitur, potiorem creditorum numerum præsentem actum validasse: in quo non tractatur de absentium praiudicio, sed hoc tantum disquiritur, num debeat iudicari nullum iudiciū, aut aliàs subsistere. Et longè satius est, vt magis valeat, quā pereat: hocque vtilitatis accedit ex creditorum citatorum præsentia, quorum maior pars id operabatur: & hoc quòd absenti minori nihil decedat, euacuat difficultatem, quam suprà in oppositum præmisimus: quæ eo tendit, an per maiorem creditorum partem inferatur minori præiudicium. Nam etsi hoc capite dicamus validari à maiore parte iudiciū, non ex eo tamen priuabuntur debito absentes, immò postea pro eo consequendo audientur: & valebit saltem iudicium quò ad præsentes, nec in totum annullabitur. Et ita poteris, quam uoles ex præscriptis sequi opinionibus, quibus satis hæret Bar. suo consilio quod exorditur. Maritus: necnon Bal. in l. j. §. fin. ff. de iure deliber. quibus locis testantur simili exemplo, quòd si in conficiendo inuentario ex creditoribus quidam solenniter, & ut decuit, citati fuerint, cæteri verò non; nihilominus valere, quòd ad ritè citatos attinet inuentarium, sed non vt absentibus quantum ad exclusionem debiti noceatur. Si iuxta thema præscriptum validum erit quo ad citatos iudicium, aliis verò non præiudicabit.

Vtrum contra absentes creditores, maiore eorum parte comparente, sit litis contestatione opus?

SVMMARIVM.

1 *In creditores absentes etiam non citatos, & si ferri sententia queat; tamen idcirco litem verè contestari non posse, secundum opinionē Bal.*
2 *Creditores in iudicio non comparentes, & non citatos, contumaciæ accusari non posse: ideoque pro consequendo debito experiri, iudiciumq; nouum intentare posse.*

CAPVT CXXXVIII.

1 ADnexum est à Baldo sub eadem authen. si omnes. vnum aliud: quod tamen ego in disputationē non sum aliter refricaturus. Vtrum † contra absentes creditores; maiore eorum parte comparente, sit opus aliqua litis contestatione? Per quam quæstionem is præsupponit, maiorem creditorum partem non solum quo ad eos validasse iudicium, sed & absentibus nocuisse, ita vt in eos, etiam non citatos possit ferri sententia: A quo nihilominus primum intellexisti me defecisse. In cuius tamen resolutione existimauit ipse non posse verè litem contestari: quia hæc resultet ex præcedente interrogatione, & subsequente responsione. Certum autem est, absentes respondere nō posse: vt id Baldus minori consulat, hos absentes creditores curet contumaces declarari: quasi hac uia minoris intentioni sat consultum credat. Mea autem opinio hac in re est, frustratoriam & inutilem esse præsentem disceptationem, &
2 plus subtilitatis, quàm vtilitatis præseferre † quia si a maiore creditorum parte non noceatur minori parti absenti, & non citatę, quin saltem possit postea pro debito consequendo experiri, & nouum iudicium intentare, vbi maximè separata & abstracta sunt debita, quid erit in tales absentes facienda litis contestatio? tantùm abest, ut ei rei seruiat illa Baldi consideratio, quia absens respondere non possit. Nam etiam in absentem fertur sententia præcedente litis contestatione: quia lex fingit, ob eius contumaciam interuenisse quasuis iuris solennitates obseruatas: & ea de re bene fuit à Bartolo pensatum, debere a minore creditorum absentiū contumaciam accusari: in quo ego eius probarem iudiciū, si in hos præcessisset citatio: sed quòd hac manu velit eos arguere, vbi ignorarunt motam litem, non agnosco, quomodo efficaciter id implorari possit. Quis enim hos contumaces declarabit, si non præcessisse citationem appareat? Et ita ego vtroque membro a Baldo discedo: ex quibus manifeste deprehendis, quàm non sibi bene constantia, aut suis neruis subsistentia ea in re is sparserit.

Vt minori per restitutionem lex adest, si hæreditatem adierit, ita & si sibi delatam non agnouerit.

SVMMARIVM.

1 *Minor omissa bonorum possessione in rebus paternis qua lege restitutionis obtineat beneficium?*
2 *Minor etiam ad omissa lucra restituitur.*

CAPVT CXXXIX.

1 QVo iure minor aduersum hæreditatis aditionem restituitur ita & pari lege ei subuenietur, si sibi delatam hæreditatem non acceptauerit † quod etiā ad bonorum possessionem in paternis rebus omissam extenditur: sed ea lege, vt ad conferenda fratribus bona, quę tempore paternæ mortis est assecutus, teneatur, l. j. & 2. C. si aduer. omis. hæred. Assumit autem hęc conclusio
2 fundamentum ex eo, quòd † etiam ad lucra omissa restituatur minor cuius rei probationē habes in l. ait Prætor. §. hodie. ff. de minor. in qua disponitur. Hodie certo iure vtimur vt & in lucro minoribus succurratur: vt æquum sit, eum ad uersum omissam hæreditatem restitui debere, & ita cēseo.

Quomodo pro lucro omisso subueniatur minoribus per restitutionem in integrum?

SVMMARIVM.

1 *Restituitur minor, si res eius veneat, & exoriatur quis, qui pluris eam licitetur.*
2 *Minor sine dolo malo alicuius legatum repudians, vel in optionis legato ita captus vt deteriorem elegerit, restitutione dignatur.*
3 *Minori, duas res promittenti, ac pretiosiorem incautè danti subuenitur.*
4 *Minor rem vtranq; præstando, cum ad vnam solam teneretur, restituit, si vult, poterit.*
5 *Minor re sua sub pacto addictionis in diem vendita restituitur, tertio meliorem & pinguiorem conditionem offerente.*
6 *Minori de temporis intra quod ad suam rem repetendam tenetur angustia conquerenti subuenitur.*

CAPVT CXL.

QVonam verò modo intelligi debeat, in lucro omisso minoribus subueniri, ego hoc loco obiter id excutiendum duxi: in quam rem effingā aliquot non inelegantes casus, in praxi domesti
1 ca peculiares. Primus est, si † res minoris veneat, ac postea existat,

Source : BIU Cujas

existat, qui pluris eam licitetur, certum est, ad tale lucrum minorem restituendum: quòd & ad eas res extēditur, quas ei seruasse profuisset, nec alienasse, in quo oportebit Prętorem circumspectè versari. Si † denique sine dolo malo alicuius legatum repudiauerit, vel † si ita in optionis legato captus sit, vt deteriorem elegerit, etiam eo capite restituendus videtur: aut si duas res promiserit, illam aut illam, & dederit preciosiorem, erit ei subueniendum Desijt quippe omnibus hisce casibus lucrum accipere. Nam posteriore hoc exemplo (vt cætera interim prætermittantur) poterat deteriorem dando liberari, l. plurimum. ff. de iure dot. Eodem † modo si vtranq; rem præstiterit, cum tamen ad vnam solam teneretur, si volet, restitui poterit. Restituetur † etiam re eius sub pacto addictionis in diem vendita, si interim tertius pinguiorem & meliorem cōditionem obtulerit † Aut etiam, si de tempore conqueratur: quia tempus contractui prefixum, & intra quod tenetur rem suam repetere, sit arctum nimis, ita vt intra illud nequeat cōmode id præstare.

Quomodo ad instar minorum in omisso lucro restituatur Ecclesia?

SVMMARIVM.

1 *Ecclesiam impetrato rescripto propter suam quandam simplicitatem anni spacio non vsam, restitutionis beneficio esse iuuandam ex sententia Ioan. Andreæ.*
2 *Ecclesiam quæ suo rescripto anni spatio vti desierit, rectè censeri lucro priuatam iudicio Authoris nostri.*
3 *Ecclesiæ, quæ in obtinendo rescripto dolosè versata esse conuincitur, non esse subueniendum.*
4 *Præsumptum dolum Prælati Ecclesię non obesse debere Ecclesiæ.*
5 *Ecclesiæ minus idoneum diligentis Prælatum eandem propè esse rationem, quæ illius, qui minus industrium sibi adscisçit Procuratorem.*
6 *Impugnatur sententia Panormitani, & minorem ad omissum lucrum esse restituendum rationibus euidentibus probatur.*

CAPVT CXLI.

QVod autem de minore concluſimus, id ad Ecclesiam extendi debere iudicauit Panor. in c. constitutus. extra de in integ. restitutione. cuius opinionis etiam extitit eo loco Ioan. And. qui hac in re figurat exemplum in Ecclesia, quæ ob simplicitatem, & præter dolum, non
1 est intra annum rescripto, quod obtinuerat, vsa † vt ei per restitutionem succurri debeat, quò saltem possit se tali rescripto iuuare: quasi censeatur rescripti beneficio priuata, & ab eo lucro excluſa, quod principale dictum de Ecclesia ego non improbo, sed qui dubitabile reperiam assumptum exemplum. Nam si acutè id examinaris, vix a te iudicabitur tali casu aliquo lucro priuatam Ecclesiam, saltem efficaciter. Non enim Ecclesiæ rescriptum obtinuisse sufficit, nisi etiam de eius veritate docuerit: nec apud eam censetur ius radicaliter quæsitum, aut constitutum, priusquam veritatē eorum, quę continet mandatum, patefecerit. Solet enim pars aduerſa salvas habere exceptiones, quibus poterit tale beneficium vitij subreptionis & obreptionis arguere, & ita inefficax reddere, si quo modo verè eo casu iudicabitur à lucro defecisse. Ecclesia. Sed cum in dubio lex magis accedat validitati quàm nullitati actus, fatendum erit, simili iu
2 re & ratione Ecclesiam lucro priuatam † quæ suo rescripto intra annum vti desiuerit, cùm rescripti præsupponatur validitas. Nec officit posse rescriptum impugnari, & à parte euerti: quia hoc non elidit, aut enerua priorem sententiā, quin secundum eam possit probabiliter defensari, lucro priuatam Ecclesiam, quòd hoc præcipuè sit attēdendum· fuisse in eius manu eo vti, & ita conditionem suam meliorem effecisse, saltem reddi deterior non poterat, quantumuis ab intentionis suæ probatione defecisset. & planè succubuisset, ita vt euidenter pateat, lucro priuatam, ad quod tali casu est restituenda. Illud quoque non prætereundum, quod
3 iamiam præmisimus † non esse Ecclesiæ succurrendum, vbi in obtinendo rescripto dolosè fuisset versata. Nam hoc sic declarandum mihi videtur, vt id debeat sciri, an tota Ecclesia illud egisset, arg l. iubemus nullam nauem. C. de sacros. eccle. quasi secus sit existimandum, si solius Prelati dolus ac
4 cessisset: quia † præsumptus dolus prælati Ecclesiæ, Ecclesiæ obesse non debeat, vt est in c. delictum. de regu. iur. in 6. Quod ego aliter non duxi examinare, cum hic articulus vt cunque ab hac materia sit alienus, & non sine summa dubitatione: difficultas autem ex eo desumitur, quòd huic Ec-
5 clesiæ sit imputabile, quare talem Prelatum delegerit † quale fertur iudicium in eo, qui minus idoneum delegit Procuratorem. Quia tamen quandoq;, inuitis monachis, & eis repugnantibus, præficiuntur Ecclesiis prælati, cessabit talis argumentatio, & planè claudicabit opposita, quam in contrarium deduximus, ratio. Reuertamur ad assumptum thema, quod est. Vtrum pro lucro omisso possit minor restitui? Solet autem in cauda rem afferre aliud exemplum Abbas sub eod. c. constitutus. supponendo statutum, quo disponitur, a proximiore posse rem venditam intra annum repeti. Cæterùm si minoris pater, dum viueret statuto non satisfecerit, cum tamen id per se præstare possit, vult ipse tali capite restitui minorem debere: quia lucro repetitionis
6 rei, sic venditæ, sit priuatus: hæc ipse. Quem † ego vix possum sequi, nec suam, vt est concepta, simpliciter probare intentionem. Admittit quippe in minoris patre præscriptionem statutariam initium cepisse, quo casu nonne secundū l. Aemilius. ff. de min. debebit in minore cessare restitutionis in integrum beneficium, vt non sit considerabilis talis lucri priuatio. Nisi fortasse intellexisse is voluerit, vbi patre defuncto fuisset aliquid ea in re cum minore gestum. Effinxisset autem probabilius & conuenientius exemplum in minoris persona, sepositā patris consideratione. Sed aies, etiamsi à minore initium assumatur, quid inde censebis debere ad tale lucrum minorem restitui? Potuit quippe pater rem iusto vendidisse pretio, vt non sit futura minoris conditio locupletior, etiam si eam repetat: nec deterior, quantumuis deserat. Hoc tamen non euacuat illam difficultatē, cum etiam possit id subsistere, minus iusto pretio fuisse venditam: immo si iustum accessisse admitteres, semper tamen minoris interesse posset, qui ad eam rem ducatur affectionem: quia a suis antecessoribus ea res processerit: quæ est finalis & præcipua statuti ratio, & quam ciuilis lex approbandam in materia restitutionis in integrum ducit, vt est apertus textus Hermogenis in l. si in emptionē. ff. de minoribus. in qua expressim habetur, de minoris interesse tractari, si a suis maiorib. res proueniat. Quod autem ad lucrum attinet, Abbas subeodem capit. constitutus, existimauit, cum de minoris restitutione tractatur, semper omni casu de lucro minoris agi: quia secundum eum, qui restitutionem implorat, ad lucrum admittatur: & ita ineptam videri dubitationem propositam, an minor ad lucrum omissum possit restitui, quasi res sit ab omni dubitatione aliena. Sed quàm hæc eius consideratio sit futilis, vel id vnum testatur. Nam ad hoc vt sciatur, an res, de qua tractatur, damnum vel lucrum in se contineat, necessum est, rem ipsam principaliter spectare, non aūt restitutionis effectum intueri: quia secundùm rei qualitatem mensuratur restitutio. Cæterùm non eò semper tendit restitutio, vt utilitatē minori afferat, imò ex ea quandoque solet ei damnum accedere, puta si se inutiliter restitui petierit, cui profuisset contractum obseruare, vel hæreditatem, in qua se primo immiscuerat, non deserere. Atque ex his habes, minorem posse ad lucrum omissum restitui.

Examinatur hoc articulo, an minor restitutus cogi ab aduersario possit, ut ea vtatur restitutione?

SVMMARIVM.

1 *Minor vt data restitutione vtatur, quare compelli nequeat.*
2 *Discutit Auctor, quæ in contrarium prioris sententiæ afferuntur concluditq; minorem obtenta restitutione vti, & ad ius primæuum redire nolentem, cogi non posse, vt secus faxit.*

CAPVT CXLII.

QVid si per iudicis sententiam restitutus minor fuerit, deinde is restitutione obtenta, vti ea nolit, ita vt postmodum contrarium restitutioni actum fecerit, poterit num, si postmodum se iuuare velit sententia, denuò restitutionem impetrare, vt hac vti possit? Cuius puncti elucidatio liquet ex determinatione articuli, quē primò excussimus, qui est. An succurratur minori prius restituto, vt adeat, quo is ad hæreditatem repudiandā denuo restituatur? Nec hoc casu ambigitur, minorem restituendum, si ita expediens esse iudex cognouerit, & id in minoris vtilitatem cessurum viderit: potuit enim inconsulte
1 ab eo sententiæ renunciari. Sed maior est hæsitatio, an † hūc possit pars aduersa compellere restitutione vti? Quod autē nequeat, facit, liberum esse vnicuique iuri pro se introducto renunciare, l. si quis in conscribendo. C. de pactis. Est &

aliud

aliud, in inuitum non conferri beneficium, vt eſt in l. ſoluẽ do. ff. de neg. geſtis. E diuerſo obijcitur parti aduerſæ ius ea quæſitum ſententia, & eius fortaſſe intereſſe, vt locus ſit reſtitutioni, & vt contractus, cuius fuerat quæſtio, obſeruetˉ.
2 Ego verò cenſeo ita dicendum† ſi minor obtenta reſtitutione nolit vti, & ad ius primæuum redire id poſſit: ſed id contraria in integrum reſtitutione eſt efficiendum, vt interim ab aduerſa parte nihil in eum opponi poſſit, per quod eius ſubducatur intentio, quam ſententiam ego omnino ſequor & probo.

An tutoris ſeu curatoris authoritas contractui adhibita, minorem à reſtitutione repellat.

SVMMARIVM.

1 *Minor tutoris ſeu curatoris authoritate interueniente contrahens, ſeq; inde læſum edocens reſtitutione dignandus.*
2 *Curator ſiue tutor abſentis minoris nomine contractum celebrans, ius reſtitutionis minori nequaquam adimit, ſi minor ex eo contractu læſum ſe demonſtret.*

CAPVT CXLIII.

1 PRodeat poſt hæc in medium pulcher & non pœnitendus in reſtitutionis in integrum materia articulus, Vtrùm † tutoris, & curatoris authoritas contractui adhibita minorem à reſtitutione repellat? Poterit autem hic punctus bifariam deſumi. Primũ vbi minor cum curatoris authoritate contraxit: deinde ſi ſolus curator, abſente minore, & eius tamen nomine contractum celebrauit. Atque his duobus caſibus diſponitur, minorem reſtituendum, modò is ſe læſum docuerit: quod apertiſſimè teſtatur l. j. & 2. C. ſi curator inter. & eſt annota-
2 tum in l. fi. C. de fideiuſſoribus mino. † Quæ concluſio tam de ſe vera eſt, vt procedat etiam ſi minoris patrem actui acceſſiſſe admiſeris, cuius præſentia non ſubducit reſtitutionẽ in integrum: quod tamen poſtremum pendet ab ea dubitatione, vtrum amicorum ſeu affinium preſentia faciat ceſſare reſtitutionem in integrum, cuius ſtatim fiet à me mẽtio.

Duobus minoribus in contractu læſis, ſi velit horum alter reſtitui, alio tamen reclamante, & conceſſa ei fuerit reſtitutio, quis effectus ex utroque reſultabit? ex his liquide conſtabit.

SVMMARIVM.

1 *Minor vt obtenta reſtitutionis ſententia ea vel uti vel non uti pro ſuo libitu poteſt: ſit & duobus minoribus in contractu læſis, imploranti, non aſpernanti aut reclamanti reſtitutio conceditur; de quo latius vide num. 5.*
2 *Reſtitutionis beneficium cùm ſit perſonale ſecundùm aliquos, nõ egreditur eius perſonam, aut hæredis illius, eandem perſonam referentis, qui reſtitutionem obtinet.*
3 *Actum inter alios tractatum non eſſe ad diuerſos, & eos potiſſimùm, qui in eo non interuenerunt, protendendum.*
4 *Reſtitutionem in hoc præſenti caſu vni conceſſam, alterum ſequi debere, cùm res indiuidua ſit, atque duobus communis: indiuiduis autẽ vnius conſortis beneficium ad alium extendendum ſit, vt aliqui opinantur.*
6 *Curatores ſeu tutores, etiam inuito & reclamante pupillo, vbi is enormiter læſus eſt, reſtitutionem ſine ſpeciali mandato implorare poſſe.*
7 *Minori reſtitutionem poſtulare, niſi accedente ſuffragio & authoritate tutorum, fas non eſt.*

CAPVT CXLIIII.

ADmitte, duos minores cum aliquo contraxiſſe, & ex eo contractu enormiter læſos: ſi velit alter horum reſtitui, alius verò obſeruare cõtractum, an num reſtitutio vni conceſſa conſocio etiam nolenti & inuito proderit? Cuius dubij extricatio certè nõ eſt à ſumma hæſitatione aliena, cùm ſint, quæ vtrique parti ſint accommodabilia. Primum, quod huic opitulari nõ de-
1 beat talis reſtitutio† facit: quia ſi minor pro reſtitutione ſententiam obtinuerit, poteſt ipſe non vti ea ſententia, nec ad id ab aduerſario poteſt cogi, l. ſi iudex circunuento. ff. de minor. ita & ſimili ratione, imò efficaciore, non poterit ei nolenti & reclamanti prodeſſe conſocij reſtitutio, cùm ſi per ſe eam obtinuiſſet, qui tamen ea vteretur, compelli nullo
2 modo poſſet. Facit etiam, q† reſtitutionis beneficium ſit perſonale ſecundum quoſdam, ita vt non egrediatur perſonam eius, qui reſtitutionem obtinet, aut illius hæredis, eandem perſonam repræſentantis. Quomodo etiam iure tutabere, vt in inuitum & repugnantem conferatur tale beneficium? quod eſt contra l. ſoluendo. ff. de nego geſt. Præterea
3 † cum actus inter alios tractatus ſit, non debet ad diuerſos, & eos potiſſimum, qui in eo non interuenerũt protendi. In contrarium tamen ponderatur, q actus, de quo agitur, ſit communis, & communiter inter hos duos minores conce-
4 ptus, a quibus mutuo ſit contractum: ita † vt reſtitutio vni conceſſa, alium ſequatur, tanquã ſit res indiuidua. Habuiſti aũt & planè ex p̃cedentibus intellexiſti, in indiuiduis vnius conſortis beneficium ad reliquos extẽdi & protrahi. Simile diſponitur in appellatione, vt ab vno ex ſocijs emiſſa alteri proſit, vt eſt in §. ſunt etiam. verſ. quandoque 2. quæſt. 6. Mea autem eſt ſententia, vt hic nodus extricari & terminari debeat ſm eam reſolutionem, quam iamiam recenſuimus: vt attendi debeat, an res, quæ in contractum deducta eſt, ſit diuidua, aut quæ diuidi nequeat: quia ſi diuidi poſſit nõ pro-
5 derit reſtitutio. Vbi † potiſſimum de eo ſolo dubitaretur, an vno reſtituto cenſeretur conſocius reſtitutus, volens ſe ea reſtitutione iuuare. Sed ſi themati hæreatur, q nolit reſtitui velit autem contractum obſeruare, non video quomodo ei nolenti poſſit talis prodeſſe reſtitutio. Eſt enim in illius libera poteſtate, ſi volet reſtitui, aut non reſtitui. Sed † & hæc
6 poſtrema conſideratio non omnino tuta eſt: quia eſt quorundam ſententia, etiam inuito & nolẽte pupillo, poſſe ab illius tutoribus ſeu curatoribus peti reſtitutionem in integrum, vbi maximè is enormiter læſus eſt: & quam ſi nõ impetrarent, poſſent ex mala geſtione & adminiſtratione cõueniri, argu. l. j. ff. de magiſt. conuen. & hoc ego exiſtimo ve-
7 rius. Nam † non licet minori reſtitutionẽ poſtulare, niſi accedente conſenſu & authoritate curatorum, vt videant & expendant, an ei expediat, eam aſſequi, & tamen permittitur curatoribus ſine ſpeciali mandato eam impetrare. In quo ſolum id attenditur, an num ſit minor læſus, vt non exigatur alius eius conſenſus, qui à lege ſatis præſumitur: & qui aliàs non elicitur, niſi per ratihabitionem a minore in maiore ætate factam.

Vtrum conſanguineorum, amicorum, ſeu affinium præſentia reſtitutionem reijciat?

SVMMARIVM.

1 *Conſanguineorum, amicorum & affinium præſentiam non excludere reſtitutionem.*
2 *Conſanguineorum præſentia hanc inducit præſumptionem, vt in contractu omnia ſincerè acta credantur.*
3 *Tutoris ſeu curatosis & conſanguineorum, amicorumue idem in negotio reſtitutionis iudicium cenſendum.*
4 *Pupilli & adulti à curatoribus ſiue tutoribus exigere poſſunt, in quo ipſorum culpa & negligentia læduntur.*
6 *Minorem etiam amicorum & conſanguineorum præſentia in contractu interueniente, ſi pateat læſum, eſſe reſtituendum.*

CAPVT CXLV.

1 EX † præcedentibus habuiſti talium præſentiam non excludere reſtitutionem. Sunt tamẽ duo, quæ in præſcriptam vrgent opinionem. Pri-
2 mum, quod paſſim habetur † conſanguineorum præſentiam id præſumptionis inducere, vt ſyncerè omnia cenſeantur in contractu acta: quod etiam ad amicos, non leui coniunctos amicitia, extenditur, argu. l. latæ culpæ. ff. de verb. & rer. ſignific. vt eadem ratione ſimile ferri debeat iudiciũ, ſi tutoris ſeu curatoris acceſſerit au-
3 thoritas. Secundum quod obſtat eſt, † nam ſi à tutoribus ſeu curatoribus ſit in pupillorum aut adultorum perniciem celebratus contractus, aut quiuis alter actus conceptus, ſolet tali caſu ſic minorum indemnitati conſuli, vt in tuto-
4 res ſeu curatores regreſſus competat, † à quibus exigant, in quo eorum culpa & negligentia læduntur, vt eſt in l. j. ſecundo membro. C. ſi tutor vel curat. interuen. Quid igitur? erit ad reſtitutionem in integrum confugiendum, vbi potiſſimum locus eſt ordinario remedio? Hæc tamen te à priore opinione auocare non debebunt: quia is facilè mea ſententia reſponderi poterit: nam etſi verum ſit, amicorum ſeu conſanguineorum præſentiam id præſumptionis inducere, vt dolus & maligna calliditas a contractu abeſſe cenſeatur: cùm tamen, veritate inſpecta, læſum minorem pateat, talis præſumpta ceſſabit conſideratio, & planè ſtabitur veritati:

Source : BIU Cujas

veritati: quæ longè magis attẽdetur, quàm quæuis alia præſumptio. Quid enim, cùm vna præſumptio per aliam longè efficaciorem tollatur? vt eſt in l. Diuus. ff. de reſtitutione in integrum. quare arguendo ab eo, quod eſt magis per veritatem, non tolletur preſumptio, ipſi veritati oppoſita &
5 contraria. Et hac de re crebrior in Iure eſt ſententia † vt minor reſtitui poſſit, etiamſi conſanguineorum, amicorum, tutorum, ſeu curatorum preſentia in contractu interuenerit, quod nos ſuo ordine poſtmodum attingemus.

Si minor ex contractu, in quo interuenit curator, ſit læſus, an ei in curatorem regreſſus competet, ſi volet vti tali remedio?

SVMMARIVM.

1 *Minori in curatorem loco regreſſus conceſſo, duo remedia ad id, & quæ competant?*
2 *Regreſſui locum in curatores non eſſe, niſi eorum culpa præceſſerit, ſecundum Caſtrenſem: cuius ſententiam Author, multis ambiguis prius explicatis, amplectitur, & num. 4. fuſius proſequitur.*
3 *Curator etſi quandoque culpa vacet, tamen ob malam rerum pupilli geſtionem ſemper in culpa eſſe cenſetur.*

CAPVT CXLVI.

PRorò quod ſpectat ad obiectũ aliud, dari minori in curatorem regreſſum, oportet acutum Lectorem pro eius difficultatis extricatione hoc vnũ
1 conſiderare, non abſurdum futurum † ſi duo remedia minori ad id competere dixeris, puta, vt poſſit reſtitui, vel in curatorem pro ſua indẽnitate agere: in cuius manu erit alterum ex his, quod volet, eligere, cùm potiſſimum ad diuerſas dirigantur perſonas, ac ſint ob reſpectus ſeparatos & diſtinctos introducta: quaſi ſecus deberet ſtatui, ſi ad idem, & contra eandem competerent perſonam, quam declarationem habes ex l. 3. C. ſi tutor. vel curat. interuen. in qua expreſſim dicitur: Etiam in his, quæ minorum tutores ſeu curatores malè geſſiſſe & adminiſtraſſe probari poſſunt, licet perſonali actione ſuum à tutore poſſint aſſequi, in integrum tamen reſtitutionem eis dandam placuit, quam legem Caſtrenſis ſic eo loco declarandam credidit, ut proce-
2 dere debeat † ubi tutorum ſeu curatorum culpa acceſſiſſet. non alias. Cuius interpretatio etſi de ſe dura ſit, viſa eſt tamẽ prima manu ſuperflua, & nihil ad negotium conuenire, cũ ex minoris leſione ſatis de eorum culpa liqueat. Quid enim ſi in re minoris tractanda fuiſſent hi diligentiſſimè uerſati, dicas quæſo, vtrum ueriſimiliter eo damno affectus manſiſſet minor? non certè: & ideo hac cauſa ſtatutum fuit, hos de mala eorum geſtione teneri: ſic tu ad amuſſim põdera eiuſdem legis uerba, quia malè adminiſtrarunt, ideo ea ratione adſtrictos. Immò etiam ſi admiſeris, hoc eſſe poſſe, ut tutores ſeu curatores culpari nequeant, ut eſt, cum omnem operam & diligentiam impediſſent: tamen eo caſu manet indubitatum, minori adhuc alligatos, quod omnino deprehenditur ex diſcurſu illarum legum & totius tit. C. ſi tutor uel curator interuenerit. Atque ex his manet confutata Caſtrẽſis opinio, quia is voluit, nihil ab his exigendum, ſi non eorum culpa præceſſerit. Solet enim hoc præcipue ſpectari, an minor læſus ſit, ut nihil aliud exigatur, nec prẽter id exquiri debeat, vtrum culpa curatoris, uel non, id euenerit. & hæc fuit quorundam opinio. Sed ego ab his diſſideo, qui cũ Caſtrenſi ambulandum iudicem, nec eſſe locũ regreſſui in curatorem, niſi eius culpa præcedente, modò fateare, poſſe à culpa alienum quandoque dici. Quid enim? cũ ei nihil poſſit imputari, tu in eum agendum dices, à quo hac exceptione repelletur minor, quia quod potuit, præſtitit? & hac occaſione probè credidit Caſtrenſis negotium ſic eſſe temperandum, ut ceſſante culpa curatoris minor reſtitutionem implorare debeat, qua ipſe illæſus manebit, nec aliquid damni ex eo curatori imminebit. Quod ſi culpa eueniſſe agnoſcatur, æquum erit tunc in curatorem agi. Et ita his rationibus poterit ſuſtentari Caſtreſis ſententia: cui non aduerſabi-
3 tur, quod in eum præmiſimus † ſemper cenſeri eſſe in culpa curatorem, potiſſimum ob malam eius geſtionem: quia eſt conſiderabilis caſus, in quo, quæuis culpa abeſſe à tutore cõtrahente pupilli nomine dignoſcatur, ut eſt in l. tutor vrgẽtibus. ff. de mino. habet enim textus: Si urgentibus pupilli creditoribus rem pupillarem bona fide tutor vẽdiderit, quã uis mater pupilli emptoribus, ne emerent, denunciauerit, nec aliquid eſſet, quod tutori arcribi poſſet: ſi tamen ſe pupillus læſum docuerit, reſtitui poterit: cui ideo non ſit tale auxilium abnegandum, quod tutorem vacare delicto pateat. Ex quo textu ſat manifeſtum habes, minoris nomine tutorem contraxiſſe, qui tamẽ iudicatur non dliquiſſe, etſi re ipſa minor læſus ſit: cui etiam tali caſu in tutorum regreſ-
4 ſus non dabitur. Confert † denique ad ſimile propoſitum l. minor 25. annis adito Præſide. ff. de minor. cuius exemplum eſt tale. Minor annis vigintiquinque ex aſpectu falsò apud iudicem, ſe perfectam ætatem (que eſt vigintiquinque annorum) exceſſiſſe, probauerat: quòd cum intellexiſſent curatores, nihilominus in adminiſtrarione perſeuerarunt, nulla eius probationis ratione habita. Cæterum, nondum cõpleto anno vigeſimoquinto, factum eſt, vt debitores pecuniam minori ſoluerint, quam ipſe poſtmodũ male conſumpſit, quæſitum ibi eſt, an hæc ſolutio debeat in debitorum, qui ſoluerunt, perniciem, aut curatorũ periculũ cedere? Eo aũt textu determinatur ſi hunc minorem eſſe curatores ſciuerint, nec id ignorarint: quia hoc tolerare non debuerunt, immo talem falſam & cõmentitiam probationem reijcere potuerunt, hoc nomine conueniri poſſe, ꝙ ſi Preſidis decreto crediderunt. necnon ab adminiſtratione ceſſarunt, vel etiam rationem reddiderunt, nullo modo his caſibus adſtringi, & qui ipſo iure liberati ſunt, conueniri denuò nequibunt. E qua lege ſatis elicitur, quandoque culpam non eſſe tutori imputabilem, & ob id obligatum non manere, nec tali caſu minoris conditionem deteriorem effici: cui tñ in aduerſam partẽ ſit ſaluum ius experiendi. Sic intelligis, Caſtrenſem benè, & vt decet, loquutum, cuius & opinionẽ ſequor, quæ eſt, non eſſe regreſſui locum in curatores, ſi nõ eorum præceſſerit culpa.

Tutorum ſeu curatorum præſentia in contractu interueniens, an minorem à reſtitutione excludat?

SVMMARIVM.

1 *Minorem in contractu curatorum preſentia interueniente, non eſſe reſtituendum, quibus rationibus probari queat?*
2 *Curatorem contrahentem, non minorem, actui interuenire, ut cum curatore, non minore, actus cenſeatur conceptus: & ita minori reſtitutionem non competere ſecundum Caſtrenſem.*
3 *Cum minore ſatis geſtum eſſe cenſetur, vbi eius nomine à curatore contractum eſt.*
4 *Qui publico funguntur officio, abſentium nomine contrahere & ſtipulari poſſunt.*
5 *In contractu non contrahentem, ſed eum ad quem accedit contractus vtilitas, eſſe ſpectandum.*

CAPVT CXLIII.

SEd vt ſermo ad principale negotium redeat, examinemus, an, quod præmiſimus, ſit verum? quẽ
1 eſt † tutorum ſeu curatorum præſentiam reſtõnẽ non impedire, & eſſe in libera minoris poteſtate, in eos, ſi volet, agere. Quòd autem minor reſtitui non debeat, ſic doceri poſſe exiſtimauerim. In reſtõne concedenda hoc præcipue attenditur, an cum minore geſtũ aliquid fuerit? & eius perſona introſpicitur, l. ait prætor. in prin. ff. de minor. Cęterum ſenſerunt quidam † cura-
2 torem contrahentem, non minorem, actui interuenire, vt cum curatore, non minore, cenſeatur actui cõceptus: & ita non debere minorẽ reſtitui, quã dubitandi cauſam excitat Caſtrẽ. in rub. C. ſi tutor, vel curat. interue. quem nodũ is tñ aliter non extricat. Sed ad id admodum facilè ſuppetere re-
3 ſponſum exiſtimo † qui putem ſatis eo caſu cũ minore geſtũ, vbi eius nomine a curatore cõtractũ eſt: qui non alia cã accedit ℈ctui, niſi vt imperfectũ, & imbecille minoris ętatis iudiciũ ſuppleat: & vt minorũ noïe, non aũt ſuo proprio ℈hat, ita vt horum opera, & miniſterio minor ſm iuris fictionẽ actum ipſum celebraſſe dicatur, argumen. l. ſi curatorem habens. C. de reſtitutione in integrum. Atque eam ſentẽtiã
4 iuuare poterit, quod paſſim in iure circunfertur, † eos qui publico funguntur officio, abſentium nomine cõtrahere, & ſtipulari poſſe, vt eſt in l. j. §. fuit quæſitum. ff. ad Trebel. Sic licitum fuit curatoribus, pro adultis ℈here, ſed adultorum
5 nomine † ita vt cũ eis ſit geſtũ negotiũ, non aũt cũ curatorib. quaſi debeat attendi perſona, cui accedit ℈ctus vtilitas.

Vbi minori in curatorem regreſſus competit, an debeat minor quadriennij lapſum expectare?

SVMMARIVM.

1 *Minorem etiam pendente quadriennio, in curatores, ſeu tutores ſuos agere poſſe, non obſtante l. 1. C. ſi tutor, uel curat. interuen.*

Minor

Source : BIU Cujas

2 *Minor remedium eligens ordinarium nulla restitutione vti videtur.*

CAPVT CXLVIII.

AN autem, quod diximus, minori cõpetere regressum aduersus curatorem, seu eius administratorẽ declarandum sit, vbi nondum excesserit tempus restitutionis petendæ, quale est quadriennij, vel si ipse temporis lapsum expectare debeat? Solet autem pro huius articuli enodatione cõfugi ad l. j. C. si tutor, vel curator interuen. in qua disponi prima facie videtur, debere tẽpus quadriennij effluxisse, vt est in illis verbis: Quòd si legitimam ętatem impleſtis, idq; tempus, quo in integrum restitui potestis, excesseritis, curatores vestros poteritis conuenire. Quasi ex sensu oppositio, & contrario iudicio velle videatur, nihil posse intra illud tempus à curatoribus ritè expostulari. Mihi tñ magis satisfacit, si dixerimus † posse minorem, ẽt pendẽte quadriennio, in tutores seu curatores suos agere, & alterum ex remedijs eligere, quod manifestè colligitur ex l. 3. C. eod. tit. si tutor, seu cur. interuẽ. Quæ cum id generaliter disponat, est etiam generali sensu interpretãda, & declaranda. In quam sententiam trahor potissimum, q̃ mihi non videantur officere verba eius l. j. quæ si iuxta verum sensum desumantˉ, confirmabunt potius, quàm euertent hanc postremam sententiã. Hoc enim disponit is textus, si aduersus curatores nondum litis experti: quorũ verborum narratio omissa superiore loco fuerat: tamen ex eis satis elicitur, legem id sensisse, vt etiam durante quadriẽnio potuisset efficaciter in curatores agi: & ita opportunũ fuisset, totam legem visere, nec nisi ea integrè pensata contrarium ferre iudicium. Sic si puram illius l. j. mentem expenderis intelliges ibi nõ abnegatum, imò introductũ potius, vt durante quadriennio sit minori in suos curatores regressus. Quod etiam aperta alia ratione comprobatur: nam cũ
2 † minori lex tali remedio ordinario subueniat, quare non poterit omni tẽpore eo experiri, maximè cùm si illud elegerit. videatur tunc nulla restitutione vti. Nec est habenda ratio quadriennij vt ex eo absorberi ordinarium aliud remedium debeat, cùm illud tempus ad restitutionem in integrum referatur. Sic poterit minor, etiã lapso tali quadriẽnio in suum curatorem experiri.

Si tacitè seu expressè querelæ inofficiosi testamenti minor renunciauerit, & cupiat ob id restitui, an sit admittendus.

SVMMARIVM.

1 *Filio querelam inofficiosi concedi, si se à patre iniustè exhæredatum docere velit.*

2 *Querelæ proponendæ quinquennium esse præstitutum: quo effluxo: querelæ uideri renunciatum, & nu. 4.*

3 *Minorem, ne parterna substãtia priuetur, renunciatione querelæ inofficiosi testamenti grauiter lesum, esse restituendum.*

5 *Minori seu tacitè seu expressè querelæ inofficiosi renuncianti restitutionis beneficium competere.*

6 *Discutitur l. 2. iuncta l. fi. C. in quib. cau. rest. in integr. afferiturq; minorem tacitè ab inofficiosi querela, & per temporis lapsum non rectè videri excludendum.*

7 *Minorem tacitè querelæ inofficiosi renunciare posse aliquot exemplis & authoritatibus probatur.*

8 *Minor agnoscens legatum in testamento sibi relictum, testamentum approbasse censetur: ita vt testamẽtum nec impugnaturus nec inofficiosi querelam propositurus esse præsumatur, cui sententiæ adsentitur Author. num. 11.*

9 *Lex. 1. C. rest. in integ. pend. & l. 2. C. in quib. caus. quæ quasi ex diametro inter se pugnare uidentur, conciliantur, & optimo puroque sensu declarantur.*

10 *Tempus quinquennij ad querelam inofficiosi testamenti præstitutum, in minorem 25. annis non currere, nec esse tacitam repudiationem eius querelæ in eo considerabilem. Author ex suprà dictis concludit.*

12 *Notabilis doctrina Baldi in l. 2. C. de restit. in integ. validis argumentis refutatur, & verus eius l. sensus extricatur.*

CAPVT CXLIX.

ADiiciamus præcedentib. quæstionẽ aliam admodũ elegantem & frugiferam? Quid si minor tacitè vel expressim querelæ inofficiosi testamẽti renũciauerit, quam tamen intentare poterat, debebit num eo nomine restitui, maximè ipso id expostulante? Qui vt hanc dubitationem extricatam magis habeas, finge à prẽ

1 exhæredatum minorẽ. Hoc enim in confessio est † filio querelam inofficiosi dari, si se à patre iniustè exhæredatum do-
2 cere volet † quã debet ipse intra quinquenniũ proponere, quia tali tpe absorbeatur, vt est in l. si quis filiũ. ff. de inoff. testam. Cęterum si is, cùm iniustam, & iniquam exhęredationis suæ causam edocere posset, querelę propositioni renunciauerit, vtrũ aduersus renunciationem, siue hanc expressam, siue tacitam effinxeris, sit restituendus? Huius qõnis resolutio tam de se clara, aperta & manifesta est, vt nulla alia egeat declaratione, nec in se dubitationem aliquam cõ-
3 plectatur. Quis. n. abnegabit † minorem tali renunciatione lesum & grauiter offensum, qui maximè, nisi ei accurratur, sit paterna substantia priuatus? Tacitè autem censetur per
4 quinquennij lapsum querelæ renũciatum † cum sit ad eius querelæ intentationem præstitutum tale tempus, arg. l. si ego. ff. de nego. gest. Quòd autem vtroque casu restitui minor debeat, habes l. j. C. de restit in integrum pendent, sub illis verbis, palàm, an dissimulatione tacita sit renũciatum. Sed præscriptæ conclusioni iudicatur refragari l. 2. iuncta l.
5 fina. C. in quibus causis † in qua disponitur, in id quinquennium adolescentiæ tempus non esse liberis imputabile, cuius præscriptio seram inofficiosi quæstionem mouentibus soleat imputari, vt ætate legitima impleta, non sit restitutio necessaria: adnectente hanc rationem textu, quia nõ redintegratio amissę causæ his detur. sed integra ipsa causa seruetur. Quæ cùm sic se habeant † pondera, quæso, q̃ tractatur
6 in ead. l. fina. per quam fauore minoris ætatis introductum est, in omnibus casibus, in quibus vetusta. Iura temporales prescriptiones in minores labi non concesserunt, ac contra quas per in integrum restitutionem his subueniebatur, hodie ipso iure non currere, nisi quæ longissimi sunt temporis, quare igitur ipsum minorem tacitè ab inofficiosi querela, & per temporis lapsum excludi dices? quod videtur esse omnino prægnans & concludens argumentũ. Posse tamen hoc modo obicem dissolui existimauerim, considerato à te vno, quòd annotatur à Doct. in l. j. C. de restitutione in in-
7 tegrum † querelæ inofficiosi tacitè posse à minore renũciari: ita vt optima ratione non debeat iri inficias, quin per lapsum quinquennij introducta sit illa tacita querelæ renunciatio, aliàs parum, aut nihil operaretur eius temporis fluxus. Verum est, etiam tacitam aliam repudiationem consi-
8 derabilem esse, vt est † si legatum sibi in testamento relictũ agnouerit minor. Nam tali casu censetur testamentum approbasse, & eo animum intendisse, vt postea illud testamentum non sit impugnaturus, nec inofficiosi querelam propositurus, l. fina. ff. de inofficio. testamen. Quòd denique quinquennij iudicetur tacita repudiatio, habes ad id l. contra maiores. C. de inofficio. testam. Est & casus alius tacitæ repudiationis, qui refertur in l. Papinianus. §. si conditionem. ff. de inofficio. testam. vbi qui legatarijs, pro validitate testamenti certantibus, patrocinium præstitit, censetur ex eo testamentum approbasse. Facit etiam in eam sententiam l. parentibus. C. eadem Rubrica? ita ut planè & apertissimè intelligas, posse tacitè actui quandoque renunciari: vt ex his, & similibus alijs casib. tacitam repudiationem, siue approbationem actus resultare agnoscas. Sic cùm ha-
9 beas, tacitè posse minorem sibi præiudicare, nihil † aliud superest, quàm vt extricetur mens illius l. 2. C. in quibus. cau. per quam disponitur, tempus illud quinquennij aduersus minorem ipso iure non currere, quasi è diametro repugnet illi l. j. qua in re Bar. sub eadem l. j. post breuem disputationẽ putauit, illam l. j. cum sit anteriore loco sita, esse per l. secundam. C. in quibus causis, correctam cuius opinionem ego probare nullo modo possum, qui existimem, vanum & ridiculum esse, ad eam miseriam correctionis legum confugere, vbi de se nodus potest aliter dissolui. Quo fit, vt censeam veram esse eorum doctrinam, qui testati sunt, l. illam i. idem, quod est in ea l. adolescentię, disponere, cùm in ea l. j. doceatur, ipso iure minorem contra talem renunciationem munitum: quod ex eiusdem legis verbis desumitur, ibi: nec hoc autem in personam tuam cadere posse &c. Dubium autem non est, per eam l. adolescentiæ, esse determinatum, durante minori ętate, tale quadriennij tempus non currere, cum maximè habeat tex. Adolescentiæ tempus nõ imputari in id quinquennium liberis, quòd si non imputetur, verum erit, immo necessariò fatebere, per temporis lapsum minorem à quinquennio excluſum, saltem quandiu minor est, cùm maximè ea lege disponatur, non esse restitutionem necessariam: & ideo in l. adolescẽtiæ, habetur, Adolescentię tempus non imputari in id quinquennium liberis, manifestè antea rescriptum est: sed nõ est testatum loco alio, q̃ in ea l. 2. quæ id satis disposuisse videtur, cùm in ea habeatur: Illud inspiciendum est, num inofficiosi querelæ palam,

Source : BIU Cujas

palàm, vel tacita diſſimulatione ſit renunciatum: nec hoc autem in perſonam tuam cadere poſſe &c. ita vt ea l. ſat introductum fuerit, tempus querelæ inofficioſi teſtamenti, durante ætate minori, non currere. Dices fortaſſe eã l. j. con tinere contrarium, propter verba illa. Auxilium quod ętati impartitur oſtendit: quaſi text. admittat auxilium reſtitutionis ob ætatem conceſſum, hoc inducere, vt in perſonam minoris talis expreſſa, ſeu tacita renunciatio querelæ inofficioſi non cedat: quaſi ſecus mero iure ſtatutum ſit, ſe cundum quòd loquitur l. illa adoleſcentiæ. Ego verò putauero talia verba, Auxilium quod ætati impertitur, declaran da eſſe ſenſu alio: vt, cùm lex præmiſerit, inſpiciendum, nũ inofficioſi querelæ palàm, vel tacita diſſimulatione ſit renunciatum, adnectat poſtea. Nec hoc in tuam perſonam ca dere poſſe, auxilio quod ætati impertitur, oſtendit, quaſi ve lit dicere lex, omnino poſſe id in minoris perſonam cadere, vt tacitè vel expreſſim renunciatum ſit querelæ inofficioſi teſtamenti, idq; ob ætatem imperfectam: cui lex ſic au xiliatur, vt nolit in minorem talem præſcriptionẽ ipſo iure currere. Aliàs ſi ſecundum priorem ſenſum tu id declarandum probaris, pugnaret ſibi is text. quia ſi id operaretur reſtitutio, caderet in minoris perſonam tale tempus, quod poſtmodum ſubduceretur per reſtitutionem in integrum; & tamen lex habet in eum non cadere, ita vt ſit declarandus ipſo iure, & ita viſi ſunt mihi duo illi rex. ſic concordã
10 di; ex quib deſumitur hęc concluſio, Tempus † quinquen nij ad querelam inofficioſi teſtamenti præſtitutum, in minorem annis vigintiquinque non currere, nec eſſe tacitam repudiationem eius querelæ in eo conſiderabilem: à quo tamen tacitè poteſt ſibi præiudicari aliis, quos præmiſimus, caſibus, puta in acceptando legato ſibi relicto, vt ex eo dica
11 tur teſtamentum defuncti agnouiſſe: qui † benè probem, hoc poſtremo exemplo tacitam querelæ repudiationem ẽt poſſe in maiore annis viginti quinque effingi, vt per lapsũ temporis ſit ab eo tacitè querelæ inofficioſi denuò proponendæ renunciatum. Quare ſi ſciens minor legatum ſibi in teſtamento relictum illud acceptauert, ac ſe ex tali acceptatione læſum putauerit, tunc opus erit reſtitutione; quia ta citè ſibi obfuerat, vt eſt in eo §. ſi conditioni. & in l. parentibus. ſub eodem tit. in qua habetur, q; qui defuncti iudicium agnouit, puta, quia pro parte hęreditaria debitum paternũ perſoluerit, aut alio legitimo modo ſatisfecerit, ẽt ſi ei minus, quàm deberetur, ſit relictum, accuſare tamen vt inoffi cioſam patris voluntatem non poterit; quia eã approbandã duxerit, vt hac de re ſit reſtitutione in integrum opus: quæ tamen nullo modo eſt neceſſaria, vbi eſſet temporis lapſus, per eam l. adoleſcentiæ. quod ſaltem in minore intelligas,
12 & pręter caſus ſuprà expreſſos. Notandum † & illud eſt, ad quod animaduerſum eſt à Bal. in ea. l. 2. C. de reſtit. in integ. non debere minorem reſtitui, etiam ſi is expreſſim querelæ inofficioſi teſtamenti rẽnunciarit, quod ſic demonſtrare is nititur. Querelam inofficioſi teſtamenti, ait ipſe, nemo ab negabit odioſam ac pęnalem eſſe, vt eſt in l. cùm mota. C. de tranſact. quam ſi talem eſſe admiſeris, ſuccedet aliud ꝑ his, quæ ad vindictam deflectuntur, & quæ pęnarum execu tionem reſpiciunt, fruſtra reſtitutionem in integrum impe trari, imò omnino debere reiici, vt eſt in l. comperitur. ff. de minorib. & ita non eſſe minorem reſtituendum, etiam ꝙ querelæ inofficioſi teſtamenti ſit ab eo expreſſim renunciatum. Qui tãdem cum nodum diſſoluens fatetur, inofficioſi teſtamenti querelam odioſam eſſe, ſed à quo non admittatur pęnalem iudicari debere, & ita nullo modo pugnare illius l. auxilium. diſpoſitionem. Si tamen accuratè, & ad ve ritatem reuocetur hoc negotiũ, facilè apparebit. Baldũ. ſat fragiliter hac in re argumentatum: qui putem poſſe defendi, inofficioſi querelam non odioſam, ſed fauorabilem po tius iudicandam: quia etſi odioſa repuranda ſit, q; per eam vltima defunctorum impugnentur eulogia, cum Reipublicæ interſit ea ſalua, integra, ac incorrupta manere, vt eſt in l. vel negare. ff. quemadmodum teſtamen. aper. eſt tamen, vt magis fauorabilis ſit cenſenda, quòd per eam filio conſulatur, quõ is paternam hæreditatem aſſequatur, quæ cùm ſit ei quaſi debita, vt eſt in l. in ſuis. ff. de liber. & poſthu. æquum eſt, ſic illi ſubueniri, vt hac cauſa querela inofficioſi teſtamẽ ti iudicari fauorabilis debeat: quaſi hic fauor ſit longè con trario & oppoſito odio ſuperior. Nec etiam me latet, odioſam poſſe iudicari, quòd exhæredationi de filio factæ aduer ſetur: cùm tamen fortaſſe ſuadeat ratio, imò æquitas, vt is ob ingratitudinem ſuam priuatus bonis paternis maneat. Sed & hoc odium eſt longè inferius & debilius fauore con trario, per quem aſpirat filius ad bona ſibi quaſi debita, cùm etiam in dubio non præſumatur pro exhæredatione; & iõ admittitur filius, vt probet ſe non iuſtè, imò iniquè exhęredatum. Manebit igitur firma & ſolida hæc concluſio, minorem poſſe reſtitui, ſi expreſſim querelæ inofficic ſi teſtamenti, quam is mouere poterat, renunciauerit.

An in delictis minor reſtituatur? Primum autem exemplum eſt, ſi actionem iniuriarum, vt decebat, non intentauit, vtrum ad id reſtituendus videbitur?

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutionis in integrum auxilium in pęnarum execution paratum non eſſe: ideoq; iniuriarum iudicium, ſemel amiſſum, repeti non poſſe: eaq; concluſio confirmatur.*

2 *Minorem aduerſus remiſſam, aut aliàs tempore ſopitam iniuriarum actionem, amplius non eſſe reſtituendum.*

CAPVT CL.

EST & per difficilis alia quæſtio, an, quando, & quomodo minori in delictis per reſtitutionẽ in integrum ſubueniri poſſit, ac in his quæ pę nalia reputantur. Quod vt intelligas, admitte illatam minori à tertio iniuriam, quid ſi hic in tra annum ſibi à lege præfixum actionem iniuriarum non intentauit, ut eſt in l. ſi nõ conuicij. C. de iniuriis. vel ſi aliàs diſſimulatione tacita ab ea actione receſſerit, puta, quia cũ aduerſa parte biberit, comederit, luſerit, aut ſimilem alium actum exercuerit, debebit num ſic reſtitui minor, vt poſſit ad nouam eius actionis intẽtationem admitti? qua in re habes elegantẽ textum in l. auxilium. ff. de mino in quo diſpo
1 nitur † reſtitutionis in integrum auxilium in pęnarum exe cutione paratum non eſſe, ideoq; iniuriarum iudicium, ſe mel amiſſum, non poſſe repeti. Eſt & caſu alio ſtatutum, ſe xaginta diebus præteritis, in quib. iure mariti ſine calumnia vir mulierem adulterij accuſare poteſt, reſtitutionem in integrum eſſe denegandam: Cùm enim hoc ius, quod amiſit, vult repetere, quid aliud, quàm delicti veniam, hoc eſt, calũniæ deprecatur? vt eſt in ea l. auxilium. in qua poſtremo loco adiicitur: Ẽt cùm neque in delictis, neq; in calumniationibus Prætorem ſuccurrere oportere certi iuris ſit, ceſſabit iõ in integrum reſtitutio. Quæ concluſio, quod ad iniu riarũ actionẽ ſpectat, confirmari & ſtabiliri hoc modo poterit. Nam certum eſt, eã actionem in bonis noſtris ꝙſtitutã non eſſe, l. 2 §. emancipatus. ff. de colla. bon. & ob id ibi lex diſponit, à fratre non ꝙferendum, vbi locus eſt collationi bonorum: nec ẽt in hæredem, niſi lite conteſtata, tranſmitti; argu. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio. Cum igi tur in bonis noſtris non ſit, non ne facilè ex eo defenditur, remitti poſſe: nec ea ratione minorem oportunè conqueſturum, vnde ſaltem ſit ad eam reſtituendus? Eſſe tñ reſtitutioni locum, ita pro dubitãdi ratione doceri poterit. Primũ non inficiabere, hoc capite de ſummo minoris honore agi, vt qui iniuriam ſit paſſus: & quia lex hominem infamet, à quo ſuę famæ non conſulatur, l. iuſta. ff. de manumiſ. vind. qua ratione introductũ eſt, vitæ & famæ cauſas ęquiparari, & pari gradu procedere, l. Iulianus. ff. ſi quis omiſſa cauſa te ſtamenti. Cæterum iudicatur etiam plurimũ læſus minor, cui volenti actione iniuriarum experiri, ſit permiſſum, ad emendam (quod aiunt) vtilem ꝙcludere: hoc eſt, petere ſibi reũ condemnari in quãdam ſummam pecuniariam, quam is iurare tenetur, ſe maluiſſe perdere, quàm talem ſufferre iniuriam, quo lucro nonne plurimum minoris intereſt nõ priuari, cum maximè lex velit, ob lucrum ceſſans minorem reſtituendum, vt eſt in l. ait prætor §. fi ff. de mino. Ceſſabũt tñ hæ obiectiones, faciliq; via reſolui poterunt, ſi denuò in mentem reduxeris, iniuriarum actionẽ in bonis minoris non eſſe: & ita quantumuis ea priuetur, nihil tamẽ ex eius patrimonio decedere, vt hac ratione reſtitui non debeat. Magis enim vindictæ, quàm pecuniæ perſecutionẽ ea actio complectitur, vt eſt in illo §. ſi emancipatus. Nec his aduer ſabitur, honoris habendam eſſe rationem: quia cum hæc perſecutio annexam in ſe vindictam habeat, non erit is honos conſiderandus, imò præcipuè ſpectabitur vindicta. Cui interpretationi conſenſiſſe viſus eſt Socrates elegante quodam apophthegmate: qui cũ a' ſuis impeteretur, quod ſibi illatam non vlciſceretur iniuriam, his ita ſeriò reſpondiſſe fertur: Quid ſi mihi aſinus calcem impegiſſet, vocarẽ ne eũ in ius? eorum ridens impudentiam, qui perpetuam in vlciſcendis iniuriis felicitatem conſtituunt, quaſi ad id nati videantur, & qui proni ac faciles ſunt ad eas lites moroſas excitandas. Qui tñ non eam inficias, proba & optima introductũ ratione, iniuriam refellendam eſſe: ac animi eſſe ingenui

genui & constantis, honori consulere. Sed cum res eò ve-
2 nerit† vt tempore sopita & extincta sit iniuriarum actio, vel à minore remissa, qua ratione tu denuò resuscitandam iudicabis? Satis quippe huius minoris honori cautum dicitur ex sola subsequente animi sui declaratione: cum etiam eò tendat, vt ad eam actionem intentandam restituatur. Sunt præterea pleraq; alia, quæ in hanc aleam ꝑsiderari possunt. Nam etsi minor velit iniuriam illatam vindicare: certum tamen non est, an lite quã vult excitare, obtinere debeat? quia fortasse is succũbet, vel ob defectum probationis, aut alia exceptione, per quam eius confutabitur intentio, quibus coadiuuatur prescripta conclusio: Aduersus remissam, aut aliàs tempore sopitam iniuriarum actionem minorem non debere restitui.

Possint ne tutores seu curatores de iniuria pupillo illata paciſci? & an contra tale pactum minor restitui debeat.

SVMMARIVM.

1 *Tutores seu curatores neque de iniuria pupilli paciſci, nec liquidum debitum remittere, imò ne nudum quidem pactum super eo concipere posse, legibus & exemplis probatur, & confirmatur nu. 7. ex sententiæ Authoris.*
2 *Tutoris officium est, pro pupilli dignitate tuenda sedulo vigilare: ideoq; citra ruborem iniuriam remittere posse certum est.*
3 *Remissionem iniuriarum à tutore factam efficacem esse, qui putant, quibus rationibus nitatur.*
4 *In remittenda iniuria quid maximè attendendum sit? & nu. 7*
5 *Minori per lapsum temporis iniuriarum actioni renuncianti lege non esse subueniendum secundum aliquorum Doctorum sententiam.*
6 *Restitutio pro remissa iniuria, quia ad vindictam, non executionem pœnæ per eam tendatur denegari solet.*
8 *Minori, vt accepta iniuria curator quandoque paciſcatur, quomodo & quando expediat?*
9 *Curatore inter afficientem & affectum iniuria paciſcente, qua solennitas obseruanda sit?*

CAPVT CLI.

1 EX his aliud se exentiendum offert. Nunquid† tutor seu curator possint de iniuria pupillo aut minori illata paciſci? & vtrum contra tale pactum minor restituendus sit? Primum, quod paciſci de iniuria nequeant, suadet l. pactum curatoris, C. de pact. in qua disponitur, liquidum debitum à tutore seu curatore remitti non posse, imò nec super eum pactum ꝑcipi. Accedit
2 & aliud† quòd potissimum tutoris incumbat officio, exactissimè pro pupilli dignitate tuenda vigilare: quare si id prestare teneatur: remittere iniuriam non poterit, tum quòd sit liquidum debitum, tum quia etiam eius remissio citra ruborem fieri non debeat: ita id de rubore testante Angelo ꝑsil. 247. Vides etiam in simili non posse bonorum possessionẽ pupillo delatam deferi, l. tutor. ff. de bonor. possess. Quòd si id in bonorum possessione statuatur, consimili ratione, imò efficaciori disponetur in iniuria, vt saltem pupillo ab his in eo non præiudicetur. E diuerso quòd efficax sit talis remissio, vel hoc vno comprobatur, q̃ de persequenda agatur vindicta, ac de re quæ non sit in minoris bonis constituta. Tandem passim à Scribentibus resoluitur, hoc debere at-
3 tendi, fuerit ne pupillo expediens† eam iniuriam remitti; & expendi, an longè ei consultius futurum sit, si eam non persequatur, an quòd eam instituat: puta, quia cum infime & mediocris esset qualitatis, à potentissimo iniuriam acceperit, ita vt ob id expedientius sit minori, illius animum blandis verbis placere, & cum eo benignè agere, non autem
4 denuò ignem & flammam excitare. aut alias† vt iã præmisimus, si incerta & dubia essent eius iniuriæ probandæ testimonia, & ita euentus & exitus causæ anceps, quòd si talis remissio in minoris perniciem cederet, secus disponendum. hæc illi in ead. l. pactum curatoris. Mihi tamen post acrem præscriptæ doctrinæ inuestigationẽ visa sunt quædam, quæ me omnino prima fronte inducant ab hac postrema sententia deficere: Primum† non subuenit lex minori, vbi is tem
5 poris lapsu ab ea iniuriarum actione excedit, vt est in l. auxilium. ff. de minoribus; quam Doctores asserunt procedere, etiamsi expressim fuerit a minore iniuriarum actioni renunciatum, ut contra talem expressam renũciationem restitui
6 non debeat in quo ego eos sectandos censeo† Solet enim denegari restitutio pro remissa iniuria: quia ad vindictam, non pœnæ executionem, per eam tendatur. Quare igitur idem iuris nõ disponetur in expressa renunciatione? Quòd si minor aduersus expressam & tacitam renunciationẽ ad actionẽ iniuriarum non restituatur, vt eam denuò intentet: quid oberit, cur non pari lege reiiciatur à restitutione, quam is còntra tutoris seu curatoris pactũ impetrare nititur? Accedit his, tali pacto remissorio nullo modo ius minoris offendi, lædi, siue diminui, argumẽto l. final. §. penultim. ff. de pact. immo potius reconciliationem quandam induci, ex qua quis perdere, non lucrari censetur, argumento l. creditor. §. penult. ff. mauda. ex quo §. vnum desumitur, mandatum, quod fit ob mandantis vtilitatem mandati actionem ꝫ tertium non producere, cum id quiliber diligens & bonus paterfamilias præstitisset, argu. nota. in §. fin. Institutio de iniur. Ego† vero existimo, iniuriam pupillo seu adulto illatã,
7 à tutore vel curatore remitti non posse, modò admiseris, q̃ necessariò ipsius rei series & res expostulet, certo probari posse iniuriam illatam: & nihil esse, per quod in lite succumbere possit minor: cessabitq; hoc capite illa præscripta consideratio. An minori expediat, eã remitti, vel non remitti. Quid enim remittendam à te iudicabitur, si in ea is sit victurus: Dices, vix id posse sciri, an obtinere in lite debeat: quia litis euẽtus sit incertus & dubius cũ etiam poterit Procuratoris aut Aduocati imperitia ita in substantialibus litis defici, vt ab instantia absolui pars aduersa debeat. Sed hæc euitabuntur, vbi in animum reduxeris, eius ius posse esse certum, clarũ, & non suppositum calumniis: quia euidentissimè de iniuria illata constet, cum tunc essent præsentes plures, qui de ea re ferre testimonium poterant: per quod euidẽtissimè pateat, benè fundatam & stabilitam minoris intentionem: in quem id obiici non potest, quòd fortasse solennitatem iudicialem, dum litigabit, omittet. Nam cum id sit inauspicatũ & inopinatum, non est talis consideratio assumenda, argu. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obliga. sed potius est præsumendum ex opposito, benè omnia cessura, nihilq; minorem acturum, quod nõ sit ritè & recto ordine conceptũ. Ex his respondebitur ad exemplum, quod primum attulimus: quandoque expedire minori, vt de iniuria accepta curator paciscatur, si illatam ab homine non infimæ qualitatis admiseris, minore paupere existente. Nam etsi sit diuersa inter hos qualitas, id tamen non efficit, vt minor cessare è profecutione iniuriæ debeat, quia lex loco alio habeat. In sacro comitatu nostro timere non debuisti, sed constanter & ex animo litem instituere debuisses, vt est in l. j. C. de his qui iudic. metu non appel. Quinimmò dicitur, magis minori expedire, vt litem instituat, quàm si ab ea defecerit, quò potissimum is suo honori consulat, quem debet cæteris qui
8 buscunque præponere. Dici tamen poterit† minoris quandoq; interesse, vt de iniuria accepta pactum fiat: vbi liquidò non posset eius intentio probari, saltem testibus omni exceptione maiorib. aut si sublata esset tempore actio, seu dissimulatione, vel alia forma à lege introducta. Sed in hunc casum consulitur curatoribus paciscentibus, vt id pacto apponi, & in eo adiici curent, vt qui iniuriam intulit, testetur aliter esse, quàm expresserit: & à se minorem frugi hominẽ reputari. Fiet enim hoc modo, ut minoris fama illæsa sit: aliàs si hæc clausula omitteretur, censeretur tutor tacitè iniuriam fateri: quod in summum pupilli opprobrium vergeret. Ex his habes, non posse a tutore seu curatore de pupilli iniuria paciſci, si liquidò possit probari: aliàs secus.

Repellitur minor, qui vult contra iniuriam, quam remisit, restitui, etiam si eius parti illata fuisset.

SVMMARIVM.

1 *Minorem, remissa etiam quam viuens adhuc pater erat passus, iniuria, contra eam esse restituendum ex doctrina Raynaldi à Forlin. & Guilelmi de Cuneo.*
2 *Opponitur illi priori Raynaldi sententiæ communis conclusio, hoc habens: In executionibus pœnarum cessare beneficium restitutionis in integrum.*
3 *Iniuriarum & furti actionem Bartolo videri eandem; quia de pœnarum executione tractetur.*
4 *Refellitur opinio Bartoli, & verum inter iniuriarum & furti actionẽ discrimen demonstratur.*

CAPVT CLII.

1 QVod autem spectat ad præscriptam iniuriæ remissionem, annotabitur hoc loco exemplũ admodũ frugiferũ & vberrimũ. Viuente† minoris patre: pater iniuriam passus est. si eã patris iniuriam (hoc mortuo) remisisset minor, an posset ꝫ talẽ remissionẽ restitui? Restituendũ aũt docet Ray. a Forlin. in l. Diuus. ff. ad Syllani. & Guil-

Source : BIU Cujas

Guillel.de Cun.in l.ſi pro fure.ff.de condi.furt.quib.accedit
a ea communis concluſio,quam præmiſimus † in executio-
nibus pęnarum ceſſare beneficium reſtitutionis in integrū.
Quam iniam Bartolus in l.auxilium.voluit etiam procede-
re in furti actione,& vi bonorum raptorum, etſi in eis non
agatur ad vindictam,ſed ad duplum ſeu quadruplum: aſſe-
rens,eſſe idē in utroq; iudiciū, quia de pęnarum executio-
ne tractetur,arg.l.ſi tibi §.quædam.ff.de pac. vbi hēt textus.
2 Quædam † actiones per pactum ipſo iure tolluntur, vt in-
iuriarum & furti actio: quaſi vtranque lex æquiparet, vbi
ita copulandos caſus ducit:hæc Bar. Quem ego ſequi ea in
re nequeo,qui mihi non videatur concludenter ſic argumē
4 tari † in eo quod potiſſimum ſcribit,ambas actiones ſimul
coniugi: & vtraque per pactum tollitur, ſic etiā ambobus
caſibus reſtitutionem ceſſare debere. Solet enim ob partiū
voluntatem remitti pacto iniuria:quæ ratio non eſt reſtitu-
tioni adaptabilis.Cui etiam non obeſt ꝙ in pęnarum execu
tionibus reijciatur reſtitutioni adaptabilis. Cui etiam non
obeſt, ꝙ in pęnarum executionibus reijciatur reſtitutio: &
vt in actione iniuriarum ita ſtatuitur, ſic etiam eſſe in reli-
quis duabus diſponendum.Nam alia eſt ratio, quare id in-
iuriarum actioni accommodetur,q̄ ſit pro furti vel ui bono
rum raptorum actione:quia qui iniuriam vlciſcitur, vindi-
ctam perſequit:& hac cā reſtitutioni locus non eſt, vbi qui
agit furti,vel vi bonorum raptorum,nō vindicat:ſed eo ten
dit,ut rem ſuam repetat:vt ēt fur,& qui id rapuit,puniatur,
vt honeſtiſſimè ea in re dicatur verſari, cuius animus defle-
ctatur ad delictorum coerctionem,ne impunita remaneāt,
quod Reipublicæ expedit,arg.l bona fides.ff.depoſiti. Allega-
bit fortaſſe ſtudioſus Lector, non eſſe opportunè reſpon
ſum ad eam l.rationem, quam conſiderauit Bar. quæ eſt,
In pęnarum executionibus ceſſare reſtitutionē in integrū,
quia adaptabilis ſit & referri poſſit ad caſum actionis vi bo
norum raptorum ſeu furti: in quibus præmiſimus, ad du-
plum vel quadruplū agi,quæ eſt pęna pecuniaria. Sed ego
ad id ita dicendū credidero, ibi principaliter non agi de pę
narum executione,ſed vt puniantur delicta,quod lex præci
puè inſpicit,arg.l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi cer.pet.immò neq;
etiam incidenter de eo dī tractari.ſi attenderis,hanc pęnam
duplici ſeu quadrupli criminalem nō eſſe,ſed ciuiliter agi,
vt pars eam ꝓſequatur quæ eſt introducta in odium furis.&
eius q̄ per vim rapuit.Et quod dī in ea l.auxiliū,in executio
nibus pęnarū paratum non eſſe beneficium reſtitutionis in
integrum; ideoq; iniuriarum iudiciū ſemel omiſſum non
poſſe repeti:ſic dēt intelligi, ut id textus diſponat, quod ad
iniuriam ſpectat: quia ad uindictam competat, non aūt vt
inferas ita diſpoſitū, quia ēt agatur ex ea ad emendam vti-
lem, per quam aliquid lucri parti acquiritur: quia ſi eius ſo
lius fuiſſet habita conſideratio, longè aliter textus diſpoſuiſ
ſet. Quod ego non ab re ſic declarandum dico, vt intelli-
gas idem iuris non eſſe in actione furti, ſeu ui bonorum ra
ptorum, quale ſtatuitur in actione iniuriarum, in quo ve-
lim tu cogites,qui tamen cenſeam in iudicando a Bar. opi-
nione non eſſe aberrandum.

Contra delictum minor non reſtituitur.

SVMMARIVM.

1 *In criminibus ſuffragio ætatis minores non eſſe iuuandos, quòd infirmitas animi peruerſos mores excuſare non debeat.*
2 *Adulteris, & his, quos pro adulterij crimine pollutis lex puniendos cenſet, nullam eſſe ſe deprecationem concedendam, etiamſi minores 25.annis fuerint.*
3 *Beneficium, quod a lege introductum eſt, ob delicti conſiderationem tollitur.*
4 *Patronus, ſua liberta in vxorem ducta, contra legem maritus ita factus, legis beneficio ſpoliatur.*
5 *Infantia, pupillaris ætas, & furioſus quando, quomodo, in quibus à delicto excuſentur, multis exemplis & rationibus docetur.*
6 *Impubes quatenus delicto non teneatur?*
7 *Pupillus pubertati proximus ferendæ & inferendæ iniuriæ capax cenſetur.*
8 *Pubertati proximus vel maſculus, vel fœmella quando dicatur?*
9 *Cyni ad l.1.C.de falſa moneta, intellectus improbatur, & verus ſenſus eruitur.*

CAPVT CLIII.

QVomodo autem ſit minor aduerſus delictum re-
ſtituendus,habes ad id l.j.C.ſi aduer.deli.per quā
1 diſponitur † in criminibus ſuffragio ætatis mino
res non iuuari,quia malos mores animi infirmitas excuſare
non debeat:quod etiam docetur in ea l.auxilium, quæ vult
2 † nullam deprecationē adulteris eſſe concedendam,etiamſi
minor annis 25.ſe adulterū fateat:nec ſi qd eorum commi
ſerit,quæ pro adulterio lex punit,veluti cum adulterii dam
natam ſciens vxorem duxerit, aut in adulterio deprehēſam
nō dimiſerit,quæſtumve de uxoris adulterio fecerit,ſeu pre
cium pro ſtupro comperto acceperit, vel domum ad ſtru-
prum ſeu adulterium in ea committendum præbuerit. His
3 † enim caſibus non debet eū.iuuare contra legum p̄cepta
ætatis excuſatio,nec ei prodeſſe: qui dum leges inuocat,in
eas tamen committit. Denique certum eſt,beneficium, qđ
a lege eſt introductum,ob delicti conſiderationem tolli, vt
eſt in l.fi.§.ſi uerò poſtquam.C.de iure deliber.quæ lex plu
rimum huic negotio accedit,in qua potiſſimum habēt, ꝙ
qui ſolenniter inuentarium non confecit, in ſolidum credi
toribus hæreditariis adſtrictus maneat,ita ut Falcidiam nō
detrahat, qđ eſt ea rōne: qa in non faciendo negligens fue-
rit:ut ob eam rem ſit in eo textu adiectum:Nec legis noſtrę
beneficio priuant,quam ꝓtemnendam cenſuerunt. Eſt † &
4 in eam rem l. Senatoris filia.§. ſed ignominioſam.ff. de ritu
nup.vbi ſi ignominioſam libertam ſuam patronus in uxo-
rem duxerit:quia ꝑ legē fit maritus, placet, vt eius legis frui
non debeat beneficio,quæ omnia eò tendunt, quo intelli-
gas,ob delictum non dari reſtitutionem in integrum. Quòd
† tamen in eum caſum concedenda ſit,habes ad id l. impu
5 berē.ff.de furtis l.infans.ff. ad leg.Corn. de Sicar. ex quibus
colligitur,ſi hominem infans occiderit, lege Cornelia non
teneri:nec ēt furti poſſe argui, etiamſi aliquam rem furatū
contendatur: ita vt lex ibi eius delictum ꝓbare cenſeat. His
adnecti pōt l.ferè.ff.de reg.iur. per quam diſponitur, in om
nibus pęnalibus iudicijs ætati & imprudentię ſuccurri.facit
ad id l.excipiuntur.ff ad Senatuſc.Syllan.& Clemen.j.de ho
micid.Obeſt etiam l.j.C.de falſa monet.ſi potiſſimum verū
eius ſenſum expenderis, & purā genuinamq; rationem at-
tenderis. Vult enim lex,pupillarem ętatem a delicto fabri-
cationis falſæ monetæ excuſandam: quia ea ætas ignorat,
qđ agat, vt de delicto non teneatur. Pro quarum legum cō
cordia,huiuſq; materiæ enodatione Bar.in l.j.C.ſi aduer.de
lic.exiſtimauit eſſe conſiderandum, vt ſi ad infantem, qui p
ætatem fari non pōt negotium retuleris, certum ſit,de deli
cto aut iniuria ab eo commiſſa,eum non adſtringi:quia de
linquere is nequeat:quod expreſſim eſt deciſum in ea l.j.de
falſ.mon.& hac cauſa ſolent pupillus, infans, & furioſus,ꝙ
ad delictū attinet, æquiparari, & in vtriſque ſimile ferri iu-
diciū:vt eſt in l.in negotiis. maximè ſi ab oppoſito inducaī
ſenſu.ff.de reg.iur.& in l.1.§.adipiſcimur.ff.de acq. poſſ.no.
in §.pupillus.Inſti.de inutil.ſtipul.& in l.Fulcinius §. adeo.
ff.ex quibus cau.in poſſeſſ.eatur.Accedit his l.pupillus.ff.de
acquir.hære. Quæ omnia de pupillo infante uoluit Bar. in-
telligi,etiamſi is infantiæ ſit proximus:vt is latè docet in ea.
l.2.& l.1.ff.de nouat.Quòd ſi infantiam exceſſerit pupillus,
qui eſt caſus noſter, fuit huius opinionis, delicto hūc tene-
ri,& ita eſſe l.auxilium,declarandam.Nec mirandū,ſi impu
bes,& qui infans ſit, lege Cornelia non teneantur.id.n.eſt:
quia eum conſilii tueatur innocentia, quæ conſilii imperfe
ctio nonne abeſt,& omnino remota eſt ab eo, qui infantiā
exceſſit,maximè ſi adoleſcens ſit,quo factū eſt,vt lex uolue
rit minorem de delicto obligari, nec ꝯ delictum ei ſubueni
ri,niſi quatenus ætatis miſeratio ad mediocrē pęnam iudi-
cē perduxerit:quaſi ſenſerit Bar.in manu iudicis eſſe,vt ſm
delicti qualitatē is correctionē moderetur.quę eſt pulchra
& elegans declaratio ad eas leges, quibus determinatū eſt,
minorib. in delictis per reſtitutionem non ſuccurri. Atque
hoc conducit, quod paſſim alio loco Iureconſultus decla-
rat,in l.aut facta.§.fin ff.de pęnis.nonnunquam euenire, ut
aliquorum maleficiorum ſupplicia exacerbentur aliquan
do vt leniantur:quod eſt omnino rationi & æquitati cōſen
taneū.Quare conſuluit Balduſ in l.& ſi ſeuerior.C.ex quib.
cauſis irroga.infam.pupillum homicidium committentē,
licèt doli capax ſit, tamen capite puniendum non eſſe, ad
quod facit cap.1.de delict.puer. & l.ſi adulterium cum ince
ſtu.§.Imperatores.ff.ad legem Iuliam de adulter.vbi ob ęta
tem imperfectam Imperatores Claudiæ pęnam propter in
ceſtum remiſerunt. In cuius confirmationem habes apertū
Cumani conſilium quod eſt decimumquintum ſuo ordi-
6 ne.Quod autem prędiximus † de delicto non teneri impu-
berem, referre te id oportebit ad eū,qui doli capax non eſt:
qa eſſet iniquiſſimum, doli capacē ob dolum reſtituendū;
quia aliàs doli occaſione lucrum aſſequeretur ad quod fa-
7 cit l.pupillum.ff.de reg.iur.ī qua habetur † pupillū, puber-
tati proximum,ferendę & inferendę iniurię capacem. qua-
ſi è diuerſo velit tex.ſi pubertati proximus non ſit,de delicto
8 non obligari. Dicitur † autem pubertati proximus, maxi-

Source : BIU Cujas

mè fęmina, vbi nouum annu m ætatis cum dimidiato attigit, in masculo verò ha betur ratio decimi anni cum dimidio, ita id declarante Bal. in l. si quis in tantam. C. unde vi. & Bar. in eadem l. 1. ff de noua. Aduersari forsitan iudicabis eidem rationi l. 1. C. de falsa monet. in qua sit annotatum, crimine falsæ monetæ nō adstringi impuberem etiam si eius criminis consçius fuer it, quomodo enim probè defensabis eam legem in pupillo, qui doli capax non sit, esse intelligendam, cùm maximè textus admittat, fuisse hūc criminis participem, qui consçius delicti extiterit, nihil ab eo videtur es se alienius, quàm vt dici debeat doli non fuisse capacem? Quæ lex ita in præscriptam declarationem vrgere uidetur,
9 vt quandoque † Cynus attestatus fuerit, a se pluries consul tum, impuberem, in cuius domo fabricata esset falsa mone ta, de dolo posse argui: non tamen ex eo obligari delicto, nec illius domum essę secundum eius legis disputationem cōburendam. Posse tamen efficacissimè ei l. primæ responderi, ita quandoque apud me conieci. Nam etsi lex velit, impuberem etiam criminis participem delicto non alligari, non tamen ex eo sequitur, ut uerè hic capax doli fuisse iudicandus sit. Potuit quippe ignorans consensisse, nescisse tū, quid ipse ageret: quam ignorantiam in dubio posse præsumi non absurdum iudicabitur, cuius non omnino pupillus doli capax sit: & ideo ea lege disponitur, quamuis cōsensum pupillus præstiterit, non tū ex eo puniendum, ꝙ eius ꝙ sensus sit imperfectus, inefficax, & immaturus. Et per eandē legem non ab re disponitur, tutores, qui idonei sunt, fisco tm̄ debere prestare, quantum a pupillo fuisset inferendum: cum eos ignorare, quæ in re pupilli agerentur, nō oportuerit: & hac causa l. impuberem. disponit, impuberem, si doli capax sit, posse furtum facere: quasi ex opposito docere uideatur omnem impuberem doli capacem esse: qui tamen consentiat, sed inefficaciter, vt non iniuria possit ob talem consensum sic prestitum, criminis consçius reputari: nō tamen, vt ob id sit puniendus: nam quomodo de delicto obligabitur, si verum consensum non adhibuerit?

Recitantur aliquot dubitandi causæ contra eam conclusionem, non subueniri minori in delictis.

SVMMARIVM.

1 *Mater minor etsi filia impuberi tutorem non petat, antequam ad secunda uota conuolet, tamen idcirco filij successione non priuatur; idq; rationibus hinc inde coacernatis confirmatur.*

CAPVT CLIIII.



Rosequendo eam conclusionem, quòd minor citra spem restitutionis de delicto teneatur, habes in oppositum l. 2. C. si aduer. delict. ubi dicit:
1 Si mater † prius quàm ad secunda vota conuolaret, filio impuberi tutorem non petierit, non esse tamen ob id filij successione priuandam a qua nihilo secius si maior annis esset, prorsus excluderetur, vt est in l. omnem. C. ad Tertul. & no in l. 2. §. si mater. ff ad Tert. Quam difficultatē enodans Castrensis, tutatus est in ea l. 2. ideo mulieri minori legem non adesse, quòd sit delictum in non faciendo consistens, a quo illæsus minor seruatur. Bartolus uerò id aliter resoluens considerauit minorem in quibusdam non derelinquere: quæ si a maiore annis fierent, ipse de delicto teneretur. Sed hæc. potius est casuum & exemplorum diuersifi catio, quàm sit ueræ rationis assignatio & expressio. Bal. pręterea existimauit id ea causa introductum, ne mater minor duplici afficiatur incommodo: primum, quia filiū perdiderit: deinde, ꝙ ab illius successione secludatur: hic adiiciens legem id ita interpretatam, vt is casus ad maiores, non autem minores extendi debeat. Sed qua ratione id lex introduxerit, hoc ipse aliter non declarat. Ego verò præter horū omnium sensum coniiciebam, hanc posse afferri rationē, ita ibi disponi: quia uerè tali casu de delicto non sit quæstio, imò de sola matris tractetur negligentia, quæ ab omni dolo est aliena. Non enim præsumitur mater dolosè & inconsulto tutoris petitionem prætermisisse, quæ non ignoraret, se aliàs filii hæreditate priuandam, vt ueri simili ratione suū iactasse noluerit, & sibi præiudicasse, arg. l. cum de indebito. ff. de proba. quare potius eius negligentia id accidisse cēsendum est: quæ est ratio a delicto omnino abstracta & separata: & ex eo disponitur in l. j. C. eo. tit. minori per culpam delinquenti restitutione in integrum subueniri: ut est in illis verbis: Si tamen delictum non ex animo, sed ex contractu venit, noxia non committitur, etiamsi pęnæ causa pecuniæ damnum irrogetur: vt ea occasione minoribus restitutionis in integrum auxilium cōpetat, quod secus iudicaretur, si ex animo delictum procederet, ita id ibi eadem lege testā te. Ex quibus intelligis, quomodo sit ea dubitandi ratio extricanda. Sic habes, si mater minor filio impuberi tutorem non petierit, priusquam ad secunda conuolaret vota, non ex eo filij successione priuari.

Si mater, dum moreretur filius 25. annum cum dimidio attigisset, & demum maior effecta, filio tutorem non petierit, possit ne ad id restitui?

SVMMARIVM.

1 *Matrem minorem beneficio restitutionis gaudere, filio ante non completum ann. 25. sine tutore mortuo, multis & validis argumentis & authoritatibus euincitur.*
2 *Diluuntur ab Authore ordine, qui priori opinioni contrarium statuerunt.*

CAPVT CLXII.



Ideamus præterea, si dum humanis decederet maritus muliere relicta, cui erat filius, qui 25. annum cum dimidio attigerat, tunc autem decesserit illius filius, tādem maior effecta sit: cæterum † maiore ætate completa, tutorem
1 intra annum non petierit, an num tali casu a filii successione excludi debeat? Quam difficultatem examinat Angelus sub ea l. 1. adferens pleraque, quæ utrique parti deseruiunt: primum aiens, defendi posse, nihil esse huic mulieri ob id impingēdum: quia cum debeat cuiuslibet actus spectari initium, vt est in l. si procuratorem dedero. ff. manda. & mors filij ante 25. annum absolutum euenerit, debebit ad id tempus negotium, quod supererat, referri: quo tempore & licitum & indubitatum erat, matri minori restitutionem cōpetere. Est & aliud, principum beneficia esse perpetua, ea potissimum, quæ a pęna liberant, vt est in §. illud, in Auth. cō stitutio quæ dignitatibus & episcopatu &c. Per quas rationes sequutus est omnino hanc sniam Spec. sub tit. de rest. in integ. fm quam asserit Bal. a se pluries ita iudicatum. Quorū opinioni accedit, ꝙ hæc subsequens matris negligentia, ubi maior est, non diuersa a prima, sed vna eademq; esse effinga tur, si potissimum eius negligentię initium attenderis, ad qđ ꝺducit in arg. l. eū qui. §. in popularibus. ff. de iureiur. Habes ēt glo. in l. 1. C. in quibus causis. per quam disponitur, minorem qui defuncti mortem n on vindicauit, licèt postea effectus maior non vlciscatur, ex eo tamen a successione non
2 repelli. Contraria † autem opinio stabilitur per l. non solū. §. tutoribus. ff. de tutoribus & curatorib. datis ab his. E qua desumitur, si quis in tutorem electus fuerit ac cum postmodum minor annis 25. apparuisset, in eius locum curator esset suffectus, donec is perfectam ætatem compleret, quæ ætas ad tutelam est necessaria: vult ibi tex. vt cum hic maior tutor esset, compellatur eodem etiam iure tutelæ onus impetrare, vt simili rōne mater, maior effecta, filio tutorem petere debeat. Ad quod tanto magis est admittenda, ꝙ sit hoc casu extincta & finita priuilegii causa, ita vt euanescere priuilegium debeat, arg. l. Titia Seio. § vsuras. ff. de leg. 2. cum si dilationis causa è medio subducatur, æquum sit, & ipsam dilationem penitus sopiri, vt est in l. nlia. §. alumno. ff. ad Trebe. Solet etiam præscripto statim currere, cum minor maior effectus est, l. 2. & fi. C. in quibus causis. vt pari iure idem in casu nostro determinandum putauerit Angelus. Castrensis verò sub eadem l. 2. existimauit, esse harum opinionum (quæ contrariæ sunt) diuersitatem ita temperandam, vt si tempus illud, quod post ętatem minorem supererit, perfectum esset & sufficiens, intra quod posset commodè tutor peti, tali capite matrem in legis pęnam incidere, maximè si legis dispositioni non satisfecerit: quasi secus statuendum velit, non extante congruo tempore, arg. eorum quę testatur esse annotata in l. cum stipulatus fuero a Proculo. ff. de verb. oblig. Mihi tamen, omnibus his adamussim expensis visa est Castrensis assertio verissima & defensabilis, & quæ etiam impugnari possit. Sustentabilis, quia bene is perpenderit, debere id spectari, an in matris potestate fuerit, pēdente reliquo dimidiato anno, tutorem petere: sed a quo fuerat hoc adnectendum, vbi esset mater visa ea, qua decebat, & res exposcebat, diligentia: quę omissio infirmabat utranque eius sententiam. Preter quàm putauerim, posse aliter, quàm is senserit, extricare negotium: ut dicamus, satius & consultius

Source : BIU Cujas

onsultius expect ari debere tempus minoris ætatis complete: qui casus nullius est prorsus dubitationis, & per quem etiam nullum fit mulieri præiudicium: Imò ego longè veriorem primam sniam secunda apud me coniicio, ꝙ nullũ damnum mulieri illatum sit. Hoc autem planè deprehenditur ex ea l. 2. sub illis uerbis: Matri tamen, quæ filiis tutorem, ætatis lubrico lapsa, non petiit, eorum nomine denegari successionem non cõuenit, cum hoc in maioribus matribus tantùm procedat: quasi lex statuere censeatur, an nũ qui pro petendo tutore præfixus est, non currere, nisi cum est maior. Quare igitur tu matrem eo integro anno, qui sibi a lege præfixus est, priuandam duces? Per quæ fat est accommodè responsum ad ea, quæ in oppositũ præmisimus, cessare priuilegii cãm, ac statim prescriptionem currere, vbi ætas minor euanuit. Hæc quippe procedunt, pendente tempore, quo hic esse desijt minor: cum tamen ex eo desumendum est, vt dimidiato anno, qui superfuerat, perinde mulieri præiudicetur, ac si integrè completus fuisset. Sic habes inconcussam & firmam hanc conclusionem, matrem non esse ob id a filij successione secludendam.

Si contempta noui operis nunciatione à minore sit ædificatum, vtrùm ex eo restitui poterit?

SVMMARIVM.

1 *Minor operis noui nunciatione spreta ædificans, doli arguitur, nec restituitur.*
2 *Restituitur minor ex sententia Cyni, si se iustè ædificasse probauerit; sed improbatur hæc eius opinio.*
3 *Minore contra noui operis nunciationem ædificante quid in primis spectandum sit?*
4 *Minorem restitutione dignum uideri, si se ignoranter ædificasse ostenderit.*

CAPVT CLVI.

Is adijcietur subtilis quæstio: Si noui ope. nunc. spreta ædificarit minor, an num ꝯ eam inobedientiam restituetur? Cuius articuli discussio cõfert ad eam, quam primum excussimus, difficultatem, vtrùm in delictis minori subueniatur? Quòd autem restituendus non sit, satis comprobatur ex
1 eo, ꝙ † qui noui operis nunciationem contemplit, sit in dolo præsumpto. l. ait prætor. §. si quis particeps. ff. quæ in frau. cred. facit l. si fundum. C. de rei uend. Scis autem contra præsumptum dolum minorem non restitui, vt est in l. auxiliũ. ff. de mino. accedit his l. si ex causa. §. nunc uidendum ff. de minor. vbi ita habetur. Videndum est, utrum minoribus in ꝯctibus captis, an etiam delinquentibus subueniatur? puta, si minor dolo in re deposita seu commodata aliquid egerit: tunc enim minoribus non est succurrendum. Ad quod etiã facit l. sed etsi quemcunque. §. sed etsi infans. ff. ad leg. Aqui.
2 Cynus † tamen fuit contrariæ sententiæ, vbi potuisset minum iustè ædificasset minor. Tunc enim secundum eius testimonium cessare dicitur omnis doli consideratio, vt contra legem nihil actum censeatur, maximè vbi iniustam præcessisse prohibitionem admittitur, hæc ille. Cuius opinionem ego probare non possum, cum non agnoscam, quomodo
3 is æquam esse tutari possit † qui putem, principaliter spectandum esse, an ipse nunciationi contrauenerit: sepositа ea consideratione, vtrum iustè seu iniustè id egerit, cum interim lex ei superfedendum iubeat, vt aliter contrafaciens a legis contemptu excusandus non sit, qui contemptus tam est urgens, vt ex eo de dolo arguatur minor, & ea de causa spectari debeat rei exitus, an iusta seu iniusta sit declaranda nunciatio: ita hoc docentibus Doctoribus in l. 1. ff. si quis iusd. non obtemp. Satis enim iudicis maiestatem uilipendere dicitur, qui citatus aut præmonitus non comparet: ut postmodum excusari non debeat, etiam si se demonstraturum proponat. sibi iustam esse causam, ac inique, & præter rationem conuentum: aliàs hic noui operis nunciationem contemnendo, diceretur iusta moueri occasione quod omnino est falsum, cum ipse sibi ius dixerit, a quo spreta nunciatione sit ædificatum: qui longè satius & probabilius egisset, si ad iudicis officium confugisset, iuris sit summaria ostensione facta: hocque postulasset, ut sepositа eius nunciationis consideratione, posset ipse ædificare quo fit, vt indignus restitutione credatur, siue iustè aut iniustè id egisse eum pateat † qui tamen sat admittam, posse restitui, si id ignoranter egisset: quia tali casu ab eo omnis absit dolus.

Cum propriam scripturam falsò minor abnegabit, poterit num restitui?

SVMMARIVM.

1 *Minorem adhibito iuramento, scripturam suam abnegantem, & post ea conscientiæ stimulis adactum periurij culpam fatentem, restitutione indignum esse iudicandum, quod tamen limitatur. numero. 2.*

CAPVT CLVII.

1 SI denique † minor, præstito sacramento propriã scripturam abnegauerit, & contra ipsam rei veritatem iureiurando firmarit, a se non scriptam, cum tamen sit aliter. debeat num restitui, vbi eũ postmodum propriæ culpæ arguit conscientia, ut is saltem admittendus sit, qui denuo fateatur, suam esse scripturam, & a se profectam? Quòd autem restituendus non sit, facit tum vulgata illa Iuris regula: Eum qui turpitudinem suam allegat, non esse audiendum: tum quia fateatur, se deliquisse. In quo nulla est, me iudice, dubitatio. Cuius opinionis
2 fuit Corneus consi. 31. volum. 3. Quam † conclusionem tu tamen ita debebis intelligere, vt procedat, vbi dolosè minor scripturam abnegauit: secus si imbecillitate ductus id egisset, cum enim tunc ab eo dolus abfuerit, cessabit omnis doli ratio. & ita putauero esse temperandam Cornei opinionem.

Vtrùm contra propriam confessionem minor in delictis restituatur?

SVMMARIVM.

1 *Minorem contra propriam confessionem delicti non esse restituendũ, secus si erroneè, aut meticulose confessio facta fuerit, aut de delicto prius non constet.*

CAPVT CLVIII.

SOlet etiam Bar. in ead. l. auxilium. determinare. Non † debere restitui minorem contra propriam confessionem, maxime in delictis factam: puta, si is adulterum se esse sit fassus, per eam l. auxilium, vbi nulla est eius deprecatio. Non videtur tamen mihi vera hæc eius decisio, saltem tam generali sensu concepta. Nam si id erroneè aut meticulosè fassus fuisset minor, haud dubiè esset restituendus, cum etiam tali casu maiori succurreretur: ideo existimauerim, sic esse intelligenda verba eius tex. in quibus sumit Bar. præcipuum fundamentum. Vtique nulla deprecatio adulterii pœnæ est, si se minor annis adulterum fateatur: quasi velit tex. ibi ita disponi, quia verè minor adulter esset: quæ interprætatio satis desumitur ex sequentibus verbis. Nec si quid eorum commiserit, quæ pro adulterio eadem lex punit. nota illa verba. Si quid eorum commiserit, quæ designant effectum rei. Non est igitur ea ratione (qua voluit Barto.) quia ibi sit de atrocioribus criminibus quæstio, vt ob id contra talem confessionem minor restitui non debeat: sed quia superuacaneum esset eum restitui, quem deliquisse constaret, & in confesso esset: qui est facilis & indubitatus ad eum text. intellectus. Ergo probe aies, si delicto non aliàs pateret, quàm sua confessione, posse restitui: quod satis suadet æquitas, imò vera ratio. Non enim is in necem alterius restituitur, sed ut ibi adsit, quò is pœnam euitet: quod secus esset, si in alterius incommodum cuperet restitutionem esequi, vt est in iniuriarum actione, quæ sopita est: & in sexaginta diebus præteritis in quibus iure mariti vir mulierem adulterij accusare potest. his enim casibus denegatur ei in integrũ restitutio. quod ius omissum cum nunc velit repetere, quid aliud, quàm delicti veniam & calumniæ deprecatur? & ibi lex ad hoc præcipuè intendit, si in tertii præiudicium actus declinet. & ita mea sententia est declaranda ea l. auxilium. secundum quã interpetationem concludo, non posse minorem contra propriam confessionem (si se deliquisse sit fassus) restitui, vbi eum deliquisse certum est, quòd si non esset delictum liquidum, nec de eo pateret, tunc posset contra eam restitui, si a se erroneè aut meticulosè seu imprudenter factam eam is allegarit, atque ita censeo.

Source : BIU Cujas

An minor, qui testamenti, quod insinuari debuerat, cassationem iuxta statuti formam non petijt, possit restitui?

SVMMARIVM.

1 *Minorem, non petita secundum statuti formam testamenti non insinuati cassatione, non videri restitutione dignum, quia in executionibus pœnarum cesset restitutionis beneficium, secundum Bartolum.*

2 *Diluitur opinio Bartoli, & minorem ad petendam testamenti cessationem esse restituendum primis rationibus euincitur.*

CAPVT CLIX.

ADnectitur etiam a Bar. in ea l. auxilium. quæstio, quã tũc in facto propositam asseuerat. Est enim sic concepta difficultas, stante statuto, vt si nõ insinuetur testamẽtum intra sex mẽses, possit eius
1 cassatio, le posito tali tempore, peti. Cæterum † si minor testamenti non insinuati cassationem non petierit, poteritne restitui, vt ad id denuo admittatur? Et facere testatur Bar. in ea l. auxilium. vt reiici debeat restitutio, quia in exceptionibus pœnarum cesset restitutio. Quod tñ ipse planè firmare non voluit: quia tunc eiusdem difficultatis esset quæstio.
2 Ego † uerò putauero, posse minorem restitui, cum hæc restitutio non alio tendat, nisi vt minoris negligentiæ medeamur. Nã fuit is vtcunque negligẽtior q̃ res exposceret, in ea cassatione petenda: tum quia verè non agatur pro pœnæ executione, vbi de testamenti cassatione contẽditur. Præterea hæc pœna cassationis testamenti est introducta in odium eorum qui apud se testamenta defunctorum detinent: quorũ interest publicatas esse postremas uoluntates, cũ velle aliud non habeant, vt est in l. j. C. de sacrosanct. eccl. quæ pœna non est principaliter & præcipuè introducta ratione delicti, ita vt debeat minor ad eam cassationem petẽdam, restitui: in quem obiici efficaciter nõ potest, q̃ de annullando testõ defuncti contendat, quod tamen expediat subsistere, quia est hæredi adscribendum: qui cum sciret tps ad publicationem seu insinuationem testamenti præstitutum intra illud statuto non satisfecerit. Nam uisus est tacita quadam incuria consensisse cassationi testamenti per statutum approbatæ: quod statutum efficit, vt cesset præscripta ratio, agi de annullando testamento, cum id statutum introducat, sitque præsumendum, non nisi optima ratione & iusta causa sit sancitum. Et ita minor ad eam cassationem petendam restitui debebit.

Habente statuto, vt intra mensem fieri accusatio delicti debeat, si tali accusationi non satisfecerit, minor an poterit restitui?

SVMMARIVM.

1 *Filius, vt scelus in patrem commissum vlciscatur, etiam elapso spacio menstruo, contra statutum restituendus ex rationibus in textu annexis.*

CAPVT CLX.

REcenset etiam Bal. in l. fi. C. in quibus cau. quæstionem ad hoc negotium conferentem: Si † sta
1 tuto introducatur, vt intra mensem debeat in eum, qui deliquit, fieri accusatio, & eius crimen detegi, poterit secundum ipsum minor, eo tempore lapso, restitui, vt accuset, etiam si paternæ mortis esset quæstio, cũ id tempus ipso iure cucurrerit, qui an verè sit locutus, videamus. Quòd autem effluxo tempore sit ad id admittendus filius, ita restituendus, vel hoc unum suadet, quia eo a minore tenditur, vt scelus in eius patrem commissum puniatur. Interest enim Reip. delicta coerceri, l. bona fides. ff. depositi. cessabitque ex his ea ratio, de pœnæ executione agi, & ita refutandam esse restitutionem: non enim hic casus ad priuatam vindictam deflectitur, vt est i iniuriarum actione: quod in simile edocui procedere in furti & vi bonorum raptorũ actionibus, imò esset filio imputãdum, si patris occisi mortem non vlcisceretur, & homicidium puniendum non curaret, quæ est vindicta publica, non autem priuata. Et ita ego in contrariam aduersum Bal. eo sentẽtiam, nempe posse tali exemplo filium minorem restitui.

Infans nullo modo de delicto obligatur.

SVMMARIVM.

1 *Infans cùm propter ætatem consentire nequeat, etiam non peccare posse præsumitur.*

CAPVT CLXI.

VT igitur intelligas, an minor ex delicto obligetur, & vtrum contra id restitui possit, te oportet fixas hac in re aliquot conclusiones præscribere. Prima est: Infans qui nondum septennĩ excessit, aut qui sit infantiæ proximus, nullo modo de delicto obligatur: vt frustatoria sit in his disputa-
1 tio, an possit aduersus delictum restitui. † Nam cum consentire nequeat, consequens est ab eo peccari non posse: vt est in l. infans & l. impuberem. ff. ad leg. Cornel. de sica.

Minor aut pupillus, qui doli est capax, de delicto tenetur.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis arbitrio relinquitur, pœnam in plectendis pupillis aut minoribus pro delicti qualitate vel asperare vel mitigare.*

2 *Pupillus aut minor si simplicitate ducti, citra dolum crimen commiserint, per restitutionem eis contra pœnam subuenietur.*

3 *Delictum in genere generalissimo sumptum, etiam matrem, filio tutorem non petentem a crimine non liberat.*

CAPVT CLXII.

SEcunda: Si minor aut pupillus, qui doli capax est deliquerint, cùm in eo sint dolose versati, puniendi sunt, exposita restitutione in integrũ, vt est in ea l. auxilium. & in l. i. C. si aduer. delic.
1 Erit † tamen in iudicis manu, pensata delicti qualitate, pœnam (vt videbit) mitigare & moderari. Quòd
2 † si simplicitate ducti, citra aliquem dolum crimen commiserint, per restitutionem a tota pœna eximentur, ut per Bar. in ea l. 1. si aduer. delictũ. in qua recenset & aliud, minorem delinquentem quandoque ex legis dispositione sic iuuari, vt non sit opus extraordinario remedio: afferens ad id exẽplum, quod est annotatum in l. 2 eo. ti. si aduer. delic. vbi textus loquitur de matre minore, quę filio tutorem nõ petiit. Sed quod ad postremum istud dictum spectat, intellexisti suprà quę in eam rem attulimus, maximè non censeri matrem tali casu deliquisse, imò potius negligenter uersatam: quod eo loco disputationis gratia fuit a me propositum: qui tamen non abnegem, fatendum esse, vt dicatur ibi mater deliquisse, ob verba textus, habentia: Licet † in delictis ne
3 minem ætate excusari: constet: quod secus uult in minore matre statuendum: sic cum is tex. dicat, licèt in delictis, etiã necessario presupponere uidetur delictum in casu, cuius est ibi quæstio, a matre perpetratum. quod uerum esse intelliges, modò delictum in generalissimo genere assumpseris, vt est in l. si familia. ff. de iurisdict. omnium iudicum.

Vtrùm contra dolum præsumptum restituatur minor?

SVMMARIVM.

1 *Dolus præsumptus, aut præteritum aut futurum respicit.*

2 *Restitutioni locus est, si de præterito, secus si de futuro dolo quæstio sit: atque idcirco minor ob contumaciam suam condemnatus restituitur.*

3 *Minor non comparendo, aut contra iudicis voluntatem instrumentorum editionem omittendo, in dolo quidem esse præsumitur, sed tamen restituitur; quod clarius exponitur num. 5.*

4 *Contra dolum præsumptum, an & quando, & quibus solennitatibus minores, & in iudicio litigantes, apud Burgundos restituantur, Author aliquot exemplis declarat.*

CAPVT CLXIIII.

QVod autem contra verum dolum non sit minor restituendus, hoc est sine omni controuersia: quia malos, & corruptos mores animi infirmitas non excusat, quæ est præcipua & potior legis ratio: tñ prægnantior difficultas consistit in eo scrupo, vtrum con-

tra

Source : BIU Cujas

tra dolum præsumptum minor possit, vel debeat, id implo
1 rans, restitui? fitq; in eo a scribentibus hæc differentia. † Aut is præsumptus dolus præteritum respicit, vel de futuro agi-
2 tur. Si † præteriti sit quæstio, tunc locum esse restitutioni, ꝙ si ad futurum dirigatur, secus, statuendum. Præteriti autem doli exemplum patet in minore ob contumaciam suã con demnato. Solet.n. propter eum casum restitui, & non comparendo præsumitur esse in dolo præterito. l. minor. & sic
3 quasi contumax. ff. de minor. Si † denique iussum a iudice minori fuerit, vt is instrumenta omnia, quę in cã sunt eden da, producat, ea tñ non ediderit, restitui ad id nihilominus poterit, vt est in l. vbi exigitur. ff. de eden. per quam argenta rius, qui rationes, ad quarum editionẽ astringebatur, non edidit: si id dolo malo fecerit, tenebitur, ꝙ si de dolo malo non apparuerit, culpã tñ præstabit, dolo malo proximam,
4 aduersum quam restitui is poterit. Et hoc † quod de p̃sumpto malo edocemus, confert admodum ad exempla infinita, & numerosa, quæ passim agitata apud supremum Senatum Dolanum vidi, inter quæ simile proponitur. Solet qñque ab eodem Senatu iniungi contendentibus partibus, vt intra tempus præstitutum uterq; producat instrumenta, quibus ea in lite sunt vsuri. Fit autẽ cum intimatione, q̃ est praxis terminus perinde ꝓtinens, ac si expressum ita esset, si ne spe alia dilationis vlterioris. Cæterum si acciderit, reum aut actorem iudicis interlocutoriæ nõ satisfeciſſe, sed a quibus alleget iustum impedimentum, & ꝓgrua excusatio, an num poterunt ad id expostulantes restitui, vt de nouo ad talem exhibitionem admittantur? Censentur quippe in dolo præsumpto ꝓstituti: quia iudicis mandato nõ satisfecerũt, qui est præcipuus huius puncti nodus: in quo memini plerosque minores ad instrumentorum exhibitiones elapso termino restitutos, ubi potissimum nullo modò hos dolo sè versatos liquido ꝓstaret: qui dolus apertè deprehenditur ex meritis negotij: Quid.n. si ego cum aliquo litigẽ, cui cõcessum sit a prouincia abesse: quia debeat principem adire, & cum ob hanc causam accelleraretur a iudice lis, & superfluæ oẽs dilationes resecarentur, ego tñ, quò litem in longius protraherem, instrumenta mea nõ exhibuerim, quod facilè tñ præstare poteram; quia apud me ea haberem, non ne esset tali casu iniquissimum, me ꝯ eã moram restitui; qa euidens sit me nulla alia ratione cessasse q̃ vt aduersam partem vexarem? Et ita ab eodem Senatu in exemplo plenè si millimo scio sñam latam, & partis supplicationẽ in eo reiectam. Possent & in hanc rem plurima alia congeri exempla, quæ quilibet vir doctus, & qui prudens est iudex, apud se iuxta casuum contingentiam poterit excutere, qui hoc vnũ debebit expendere, an dolosè pars fuerit uersata. Quare † si
5 patuerit dolum abesse, & minorem iusta occasione motũ, cur instrumenta intra tp̃s non exhibuerit, competet citra omnem difficultatem restitutio in integrum. Solet.n. ex iustis his causis tolli, & planè subduci quæuis opposita doli præsumptio, quæ desumebatur ex contemptu iudicis. Annotabis ad hoc vnũ, quod ab eodẽ Dolano Senatu frequẽtissimo praxis vsu obseruatum noui. Solere ẽt his qui maiores sunt, qñque ex clausula generali succurri, vt ẽt post effluxam intimationem admittantur ad instrumẽtorum suorum editionem, modò hos iustè impeditos fuisse patuerit. & hac occasione peculiare est apud eundem Senatum obtineri a partibus terminorũ seu dilationum, quas vocant, ꝓlongationem, siue prorogationem: puta, si intra decem dies mihi ad instrumenta edenda præstitutos, ego tali exhibitione non possim satisfacere, potero eius tã arcti termini, prius q̃ expirarit, protelationem implorare, quam concedit Senatus, si hoc rationi consonum esse agnouerit: puta, quia edoctum sit, hunc prius diligenter sua instrumenta perquisisse, quæ tamen nullo modo potuerit reperire cuius diligentiæ testes erant plerique boni viri, & inter cæteros Notarij publici id attestantes. Mihi etiam iam suppetit, qñque hac in re allegatum a partibus, talem restitutionem implorantibus, Notarium apud quem erant exemplaria, de quibus tractabatur distulisse ea reddere, fuisse ẽt opus longo itinere, priusquam repeti possent, quia longè abesset is Notarius: & ita Senatus & causis iustis & rationabilibus tales dilationum prorogationes admittit: quod non fit tunc via restitutionis in inte. quia petuntur, nõdum lapso tempore, sed qđ de breui aliàs expiraret, vt non si ex eo necessaria restitutio. Est tamẽ, vt summatim a iudice disquiratur de veritate causæ propositæ, ita vt qñque soleat is sacrosanctus Senatus iuramentum calumniæ iudicialiter a parte prorogationẽ implorante exigere: puta, an malitiosè talem protelationem expostulet, & ut is aduersario suo obsit: quod calumniæ sacramentum passim pręstatur, maximè proponentibus & allegantibus causarum Procuratoribus, se expressim nunciũ ad dominum litis demandasse, quem asserunt certum reddisse interlocutoriæ a Senatu latæ, puta esse instrumenta ꝓducenda, nondum tamen eum nũcium redijsse, quod ubi iuramento a Procuratoribus talibus expurgatum est, solitus est Senatus ex his & consimilibus alijs causis tales dilationum prorogationes indulgere.

Vtrùm contra dolum præsumptum de futuro restituatur minor?

SVMMARIVM.

1 *Minorem contra præsumptum dolum de futuro non esse restituendum ex crebriore Doctorum sententia.*
2 *Minor quomodo futuri doli conuinci possit & argui, ex Bartolo exẽplum adfertur.*
3 *Minorem non esse restituendum, vt post didicita testificata possit nouos testes producere: aut iam productos & examinatos denuo repetendos curare, vtpote ex qua manifestus futurus dolus resultet.*
4 *Examinat author rationes eorum, qui minorem contra præsumptum dolum restituendum censuerunt, cum non minor, sed huius tutor, omni sinistra suspitione vacans, restitutionis negotium tractet.*
5 *Pupillo iniustè litigante tutorem ad exoluendas impensas teneri; ideoque consentaneum esse, tutorem a suspicione doli liberum esse non posse.*

CAPVT CLXIIII.

Accedamus iam ad secundam aliam conclusionem, vbi est quæstio doli præsumpti de futuro
1 † in quo crebrior Doctorum est opinio, restitui
2 minorem non debere. Quomodo † autem futuri doli possit conuinci & argui, Bartolus affert exemplum in l. j. §. nunciatio. ff. de ope. noui nun. quod est. Si post testium publicationem velit, qui minor est, restitui, vel vt testes nouos ꝓducat, vel iam productos & examinatos ad nouum admitti petat testimonium. Satis.n. ex hac petitione futurus dolus resultat. † Nam cum facta & absoluta
3 sit testium publicatio, velitq; denuo hos repeti, præsumitur nõ ignorasse, quidnam hi deposuerunt, ita ut non absit ab eo grauis, & quæ urgeat, futurę subornationis testium suspicio, vt est authentica, at qui semel. C. de prob. è qua suspicione resultat etiam futurus dolus. Huic autem restitutionis reiectioni accedit, ꝙ boni sit iudicis, eum numerum testium cohibere & refrenare, vt in l. non videtur ff. de in integ. restitutione. præterea quemadmodum ad fusiorem testium examinationem admitti denuo minor non debet, multo minus, vt iam productos & examinatos testes curet repeti. Præterea cum iure communi sit vsus, nec diligens paterfamilias plures numero testes produxisset, quid ei erit opitulan
4 dum, vt ad nouam examinationem admittatur? Qui † tamen contrarias partes sunt sequuti, censuerunt posse ad id minorem via restitutionis admitti, cum nõ ab eo sed ipsius tutore lis extricetur, vt pari iure possint tutores restitutionẽ impetrare, ĩ quibus cessabit omnis sinistra suspicio: nec erit argumentum, quare subornatione notari debeant, cum nõ suum, sed alienum tractent negotium. arg. l. uideamus. §. j. ff. de in litẽ iuran. & per Iasonem in l. vbi exigitur. ff. de eden do. Facit etiam, quod tutoris dolus his nociuus esse non debeat, toto titulo. ff. quãdo ex facto tuto. & in l apud Celsum. §. Iulianus. ff. de doli except. Aiunt præterea, a minore dolum abesse. l. 1. in fin. ff. de eden. l. 1. §. si accusationem. ff. ad Turpil. l. edicto. in fin. ff. de iure fisci. necnõ in l. si quis in graui. §. si quis ignorans. ff. ad Syll. quæ omnia asserunt ad id conferre, ꝙ doceatur, posse restitui minorem, vt iam examinatos testes curet de nouo & denuo interrogari: testanturque ad id expressim conuenire l. minor 25. annis omissam allegationem. ff. de minor. Mihi tamen magis placet opposita opinio, ꝙ restitui nullo modo minor debeat, quia immineat timor futurę subornationis. Nec obest, in tutore cessare eã subornationis qualitatem, quia non suum negotiũ, sed alienum tractet. Nam cum ipse pupilli nomine litem instituit, est verisimile, vt in eum aliqua moueatur affectione, cuius personæ & bonorum administrationi sit prefectus: potiusque desideret, vt vincat, quàm succumbat pupillus
5 quod eo magis prę sumitur † quia si iniustè a pupillo sit litigatum, tutor expensas litis sufferre tenetur, vt est iuris notissimi. Sic hęc manifestè arguunt probabile tutoris in ea re desiderium, & ita cessare prescriptam considerationem. Quod p̃terea dictũ est, tutoris dolũ pupillo non obesse, hoc, me iudice, nihil ad negotium conducit, cùm principalis sit

Source : BIU Cujas

quæſtio, & eo tendat nodus ac ſcopus quæſtionis, vtrum ꝯ præſumptum dolum futurum minor poſſit reſtitui? ī quo quid, quæſo, habet cōe tutoris dolum non obeſſe pupillo? vt hæc pro ꝯrio argumento afferri, me iudice, non debuerint, cū ēt talis, de dolo tutoris concluſio ſit intelligēda, vbi ſuo nomine tutor tractat negotium: ſed cum petit denuo teſtes in lite, quā pupilli nomine inſtituit examinari, id non ſuo, ſed pupilli nomine agit. Minus eſt ɔcludēs tertia ratio in minore dolum non præſumi, immò vt ab eo abſit: quia cum hoc caſu ob futuram ſubornationem inſit aperta doli ſuſpicio, elidetur hæc ꝯria talis præſumptio, quæ longè eſt vehementior & efficacior, per l. Diuus ff. de in integr. reſt. cū ēt ex ea reſultet iuris & de iure præſumptio, ꝯ quā non admittitur probatio, vt in authent ſed iam neceſſe. C. de dona. propter nupt. Et ita ex his habes defenſatam cōem ſnīam, non eſſe reſtituendum minorem, vt poſt didicita teſtificata poſſit nouos teſtes producere, aut iam productos & examinatos denuo repetendos curare: cui adeſſe nequit l. in oppoſitum allegata, minor 25. annis omiſſam. ff. de minor. quia ibi admittitur minor, vt quam omiſit, nouam allegationem proponat: ſed id eſt ita declarandum, ut ante didicita teſtificata agat.

Reſtituitur minor aduerſus dolum præſumptum de futuro, vbi de præſenti damno appareret.

SVMMARIVM.

1 *Minor ad nouam teſtium productionem tum demum reſtituitur, ſi prius ſummaria omnium priorum teſtimoniorum cognitio præceſſerit, aut damnum, quod patitur, liquidum fuerit.*
2 *Teſtium nouorum probatio periuramentum minoris facienda.*

CAPVT CLXV.

VÆ tñ cōis doctrina patiē aliquā declarati onē, iuri & praxi admodum conuenientem, & ſm q̄ ego iudicatum memini: quæ in eo reſoluit, niſi de p̄ſenti damno appareret. Exempli grā: minor poſt teſtium publicationem, & didicita teſtificata ſupplici libello declarauit, teſtes quos ea in lite examinari curauerat, nihil pro ſuæ intentionis fundamēto depoſuiſſe, ſe tñ alios habere, q̄ longè certius veritatē ſint explanaturi, & de ſuo iure depoſituri, vt is ſe reſtitui ad eā nouā teſtiū ꝓductionē peteret. Qua in re fuit ɔſi-
1 deratum † prius q̄ indulgeat reſtitutio, debere p̄cedere ſummariā quandam cognitionē: puta, an num minor a ſua ꝓbatione defecerit, aut vt actus exigebat, ſatisfecerit? vt ſi inualida eſſe teſtimonia patuerit, debeat ad eam nouā productionē reſtitui, ēt eorū, quos iam examinandos curauit, quantū uis teſtificata didicerit: vel hac rōne q̄a de p̄ſenti damnū q̄d is patiē, ſit liquidū, de quo certū poſt viſas atteſtatiōes fertur iudiciū. Cum n. ſit minor læſus, quare nō indulgebiē reſtitutio? Sed prius quā reſtituat, adhibēda eſt talis plena actus inueſtigatio: vt iam memoria teneam, infinitos minores iuxta eius caſus ɔtingentiam ēt poſt didicita teſtificata reſtitutos: q̄d tu debes intelligere, cū non eoſdē quos iā ꝓduxit ſed nouos alios examinari petit teſtes: q̄a ſi eoſdem, vrgeretī eū ſubornationis ſuſpicio, quos p̄ſumeret edocuiſſe, q̄d eſſent denuò depoſituri, & quibus modis & vijs prima eſſent retractaturi teſtimonia, quæ ſuſpicionis ratio ceſſat, ſaltem non tam ɔcludit alio mēbro vbi nondū productos petit exami-
2 nari, ad quod admittiē ipſe † ea tñ lege, vt docere debeat, ad ſe hos teſtes de nouo ſuperueniſſe, nec antea ſciſſe, an de re ſua poſſent deponere. Quæ eſt declaratio Innocentij in ca. auditis. extra de reſtitutione in integrum. Fit aūt paſſim talis probatio per minoris iuramentū: Et eadem rōne admittitur aduerſarius, vt ſi volet, poſſit demonſtrare minorē id non ignoraſſe, cū ſit hæc negatiua loco & tpe coarctata, vt eſt in l. actor. C. de probat. ɔ quandoque declaratum a minore fuerit, ſibi tales teſtes adeſſe, aut ſi quæ ſit alia conſimilis probatio. Sic habes etiam poſt didicita teſtificata minorem reſtitui, vbi præſens eſt damnum, vt nouos teſtes producat, & examinandos curet.

Debeat num per reſtitutionem admitti minor ad teſtium repetitionem poſt didicita ab eo teſtificata?

SVMMARIVM.

1 *Minorem etiam poſt didicita teſtificata, certis interuenientibus, me-*
dijs in textu hic ſubiunctis, reſtitutionis beneficium impetrare poſſe ex ſententia Bartoli: quam etiam in iudicijs obſeruatam, Author atteſtatur.
2 *In repetitione nouorum teſtium poſt didicita a minore teſtificata, quā ta & quam accurata diligentia Iudicis in perueſtigandis & cognoſcendis huius negotij circunſtantijs eſſe debeat.*
3 *Teſtium repetitio etiam neceſſaria, cum a iudice, aut eius locumtenente in examinatione teſtium imprudenter aliquid aut oſcitanter eſt omiſſum.*

CAPVT CLXVI.

1 AT hoc denuo repetamus, quod ſupra obiter attigimus, ſi † velit admitti minor poſt didicita teſtificata ad eorundem teſtium repetitionem, tunc eo caſu debere reijci reſtitutionem ob tam grauem & vrgentem ſubornationis teſtium ſuſpicionem: quia fortaſſe, viſis & perceptis ſuorum teſtium depoſitionibus, cum ſibi eorum teſtimonia nihil profutura noſſet, falſi aliquid eiſdem teſtibus, quorum repetitioni inſiſtit, ſuggeſſerit: & ita quilibet prima facie iudicabit. Bar. tñ in eo. § nunciatio. ēt hoc caſu minorem poſſe reſtitui putauit: ſed cum eo temperamēto, vt præcedere debeat ſummaria cognitio, & hoc a iudice examinari, ſi talis teſtium repetitio ſit neceſſaria, & per q̄ poſſit minor in ea lite uincere. Cuius opinionē ſcio in iudicijs obſeruatam: hoc tñ ordine, vt iudex primū ad amuſim perlegendas, perpendendas minoris probationes curet, vt uideat, an num in eis eſſent, quæ eius intentioni deſeruirent: exacto demum a minore iuramēto, prius quā reſtitueretur, quo declaret, quod nihil teſtibus ſuggeſſiſ-
2 ſet, aut falſo ſuppreſſiſſet. Cæterum † cum in talium teſtiū repetitione iudex uerſabiē, debebit ipſe acutiſſimè peruidere, quid, quomodo, & qua in re deponant & teſtificentur: at quē ad id p̄cipuè animaduertere, in quo a priore eorum diſcedant diſpoſitione: quo vultu, qua ɔſtantia, qua trepidatione, q̄bus rōnibus moti, q̄d eos ad id inducat, & cur tā variè? quæ omnia vir bonus, is maximè, cui teſtium repetitio eſt cōmiſſa, debebit ſumma cū diligentia inquirere, nec horū aliquid aut ɔſimiliū p̄termittere: fitq; ea ratione, ne ſub tali minoris ætatis velamento tertio præiudicium inferatur ita vt ex his cenſuerit Bar. ſemper ēt poſt didicita teſtificata minorem reſtituendum, vbi potiſſimum præſens damnum eſt apparens, ſiue eoſdem, ſiue nouos teſtes velit repeti. In
3 cuius ſnīam ego eo, ſed ita, vt obſeruari debeant quę primū præmiſimus, per quæ eſt ſatis opportunè reſponſum ad eā ſubornationis ſuſpicionem, quæ poſteriori caſu ineſſe dī, cū id p̄getur tum minoris ſacramēto, tum ipſa rei veritate, vbi de præſenti damno apparet, & quia aliàs ſine ea repetitione fieret minoris deterior conditio. Solet † ēt eorundē teſtiū q̄nque peti repetitio, cū iudex, aut qui taliū interrogationi eius mandato p̄fectus eſt, imprudenter hos examinandos ſuper vnius facti poſitione neglexerit: q̄d tñ per ſuas ſcripturas, in ea lite exhibitas, minor deduxerat. Atque hic caſus eſt ſine aliqua dubitatione, qui non ſolum minori, ſed & maiori annis 25. accommodari poterit. Nihil. n. eſt, quod hac in re aſcribaē vtrique, ita vt omnis culpa ſit in iudicem tam ſupinū & hebetē potius reijcienda. Quòd aūt de ea prętermiſſione facilè poſſit patere, hoc deſumeē ex forma artículorū in ſcripturis conceptorum: cui ēt plurimū aderit ſtylus, quo apud Burgundiones paſſim vtimur: ſm quē pars, quæ produci teſtes curat, exhibet iudici chartulam papyraceam, quam vocant vulgato ſermone. Attiquet, in qua ſunt deſignati articuli, ſuper quibus petit teſtem examinari, ita vt confugi poſſit ad eam teſtis depoſitionem, & uideri, an num ſuper tali facto & articulo examinatus is fuerit. Suppetit vnum in hanc rem, iudicem ob præmiſſam examinationem ſuper contentis in vno articulo (cum tamen id pars petiiſſet) quandoque condemnatum a Senatu, vt eius expē ſis teſtes de eo facto interrogarentur. Vidi ex aduerſo Senatorem Dolanum, cui talis negligentia ab aduerſa parte obiecta fuiſſet (cum tamen id falſo ei impingeretur) abſolutum ac in partem, quæ tam iniquè & iniuriosè eum notauerat, ei actiones, quòd aiunt, reſeruatas, vt ſi quid dedecoris ſibi illatum putaret, poſſet in eā agere, & eo medio honori ſuo conſulere. Quod aūt prædiximus, admittendam eſſe in minoris fauorem teſtis repetitionem, maximè reſtitutionis in integrum beneficio, hoc tu abſurdum exiſtimare non debebis: quia euenire potuit, vt is cui commiſſa eſſet examinandorum teſtium cura, teſtem ſuper vno facto a minore poſito interrogauit, non tamen plenè, abſolutè, &, vt decuiſſet, pro veritate eruenda: prætermiſſis fortaſſe ab eo circunſtantijs & qualitatibus, quas neceſſariò elucidare oportebat, & ſuper eis teſtem audire: quo caſu ſine difficultate

tate æquum est, testem repeti, argum. l. 1. §. qui accusatorē. ff. ad Turpil. & l. qui destitit. eodem tit. quibus locis præmittitur regula, eum qui ab accusatione destitit, non posse post modum ob futuræ calumniæ timorem accusare: & tamen ibi minori succurritur, vt idem iuris statui in ꝑsimilibus debeat casibus. Mihi tñ non vr hoc exēplum subiecto themati conuenire. Quis. n. inficiabitur, debere testem repeti, cū tali casu non cēseatur interrogatus, quo maximè aliquid agēdum supersit, argum. l. fi. C. ad Syllan. ubi nihil actum iudicatur, si aliquid, potissimum quod est substantiale, sit adhuc efficiendum. Quæstionis aūt summa in eo consistit. An super eodem facto, de quo iam est a testibus depositum, possint iidem testes denuo & de nouo repeti. Sic ex prædictis intelligis, etiam post didicita testificata minorem posse restitui, vt de nouo testes examinandos petat, vel ut iam examinatos super eisdem articulis repetendos curet: quod asse qui ipse debebit beneficio restitutionis in integrum, obseruata maximè forma, cuius supra iam meminimus.

Opinio est Alexandri, post didicita testificata minorem ad eorundem testium repetitionem non admitti, nisi ante eorum publicationem ipse primum diligentem testium perquisitionem fecerit.

SVMMARIVM.

1 *Disquirit Author de veritate limitationis, quam affert Alexander in §. nunciatio: statuitq; minorem ignorantem, quos testes, qui de suo iure testificari possent, producere debeat, esse meritò restituendum.*
2 *Refutata sententia Speculatoris & Alexandri declaratur l. verum. §. si in causa. ff. de minor.*

CAPVT CLXVII.

1 NOn † tamen extra negotium videbitur, hoc passu recensere limitationem, quam ad prędicta affert Alexander in eo §. nunciatio. quo loco ab eo ibi asseritur, sic esse declarandam præscriptā conclusionem, non admitti minorem post didicita testificata, nisi prius quàm publicarentur attestationes, ipse diligētem testium perquisitionem feciſſet: qa cum eo casu sua facilitate læsus non fuerit, imò ſfec aduersarij dolo, nō est, cur debeat restitui, argum. l. fi. C. de restitut. in integrum. in qua habetur, legem non adesse minoribus in his, quæ prætermiserunt, vel ignorauerunt: quasi ab oppositā inductione velit is textus, non esse hoc exemplo his subueniendum: cum ea qua sunt vsi diligentia satis & abundè testetur, nihil ab his scientibus omissum. In cuius limitationis confirmationem testatur, facere l. verum. §. si locupleti. ff. de min. sub illis verbis. Neque lubrico ætatis captus est. A quo etiam recitatur in eandem opinionem declinasse Speculat. sub tit. de restit. in integrum. §. quod si in causa. Sed ꝙ vterque eorum a veritate defecerit, sequentibus doceri posse existimaui, qui omnino existimem, eam l. fi. C. de restitutione in integrum. nō posse ad eius difficultatis extricationem referri: in qua tamē ipse suæ intentionis summam constituit: imò, vt iam intelliges, apertè in eum contorquebitur. Habet. n. is textus, minorem in his quæ prætermisit, restituendum. Vt aūt casui supposito id adaptetur, si diligentissimè minor testes quos de nouo produci expostulat, per quisierit, an tu ideo iudicabis inferendum, ab eo prætermissos non esse? Ego autem talem argumentandi seriem probare non possum, qui potius credam dicendū, cū ignoraret, quinam hi testes essent, hos prætermisisse: puta, quia nescius esset, quinam de iure suo testificari possent: quod secus statuendum crederem: & ita Alexādri probarem sniam, vbi certo sciisset minor, quos deberet in testes assumere: sed qui ignoraret, vbinam, & quo in loco essent, & quos reperisse non potuerit, quamuis diligentissimè eos perquisierit. Quod si tu primo casui inhærē dum probes, velisq; secundum eum Alexandri opinionem tutari, dico pleraq; esse alia, quæ in eum mirum in modum vrgent, maximè finalis ratio, ob quam post didicita testificata minor restituitur, quę est, quia de præsenti læsus sit: & ita si eius diligentia hoc induceretur, vt restitui non deberet, non esset illius præsenti læsioni & damno succursum. Cæterum l. illa fi. C. de in integ. restit. disponit, legem adesse minoribus in his, quæ ipsi ignorauerint: vt cum hic ignorarit, quos testes esset productorus, debeat merito restitui. Quod si iuxta eam Alexandri sniam cessaret restitutio, ipse sua diligentia damnum & incommodum assequeretur. Esset aūt id non solum absurdum, sed etiam iniquissimum, arg. l fin. 2 C. depositi. Nec † etiam accedit auribus l. verum. §. quod si in causa. quia si adamussim eius §. mens excutiatur, annotabis eo §. disponi, minorem nō sui facilitate, nec aduersæ partis dolo læsum, sed per casus fortuiti euentum, quo posteriore casu lex non uult eum restitui debere: quia non dicat circumscriptus: quod vltimum mēbrum est prorsus distinctum & separatum ab assumpto themate. Sed & hoc ipse abnegare uix poteris, quin supra posito exemplo dicatur minor sui facilitate læsus: quia etsi ea, qua potuit, sit vsus diligentia, cum tamen testes examinati non fuerint, nonne hoc satis ipsius facilitate euenisse iudicabitur? quæ facilitas sic considerabitur: quia si perquirendorum testium solicitudo optimo patrisfamilias commissa fuisset, ipse fuisset diligentior, quàm minor fuerit in eis testibus perquirendis. Quare meum est iudicium, esse ab Alexandri limitatione deficiendum, si potissimum tu sic eam declarandam ducas vt est concepta, post didicita testificata non esse minorem ad nouam testium productionem restituendum, vbi diligenter in eis testibus perquirendis fuisset uersatus, ac cui sciisset, quosnam esset testes producturus, & quorum testimonio vellet uti: in cuius tamen opinionem eo, cum id nor ignorasset.

Restituto minore, vt is nouos testes producat, an nu etiam eius aduersario consuletur, vt eadem, si volet, suorum testium vtatur productione?

SVMMARIVM.

1 *Minore post didicita testificata restituto, & ad producendos testes nouos admisso etiam illius aduersarium esse ad consimilem productionem admittendum, ex sententia Authoris, nu. 5. & 7.*
2 *Discedit a priore conclusione Bartolus, hanc afferens rationem, quòd distincta sint probationum actoris & rei capitula.*
3 *Minorem & aduersarium super eodem facto probationem inducturos, hunc æquè ac illum esse admittendum.*
4 *Restituto minore, aduersarium eius idcirco repellendum esse asserit Bartolus, quòd minori ex speciali priuilegio testes producere propter improuidam ætatem liceat.*
6 *Restituto aduersus contractum minore etiam eius aduersarium ad veterem actionem esse restituendum.*

CAPVT CLXVIII.

1 ESt & in eadem materia excitata quæstio a Bart. in eo §. nunciatio. Vtrum † minore ad testes producendos post didicita testificata restituto, sit simili ratione eius parti aduersæ ita deferendum, vt restitui debeat? Sunt autem secundum eum, qui crediderūt, vtriq; id competere, argum. l. 1. & 2. C. si aduers. transactionē, necnon l. quòd si minor. §. restitutio. ff. de minoribus. & l. 1. 2 C. de repu. quæ fiunt in iud. In † oppositum tamen accedere scribit, distincta esse probationum actoris & rei capitula: quia probandum sit ab actore, a se mutuatum: reus uerò se soluisse docere debeat: quę duo sunt omnino separata, vt in l. etiam. §. ex causa. ff. de minorib. Et ex separatis nō fit cōcludens argumentatio, in l. Papinianus exuli. ff. de minor. 3 & hac causa repellendum aduersarium. Tādem † sic ab eo resoluitur hic nodus, vt si super eodem facto uterque, puta, minor & aduersarius uelint probationē inducere, quia sit vtriq; necessaria, debere etiam in eum casum aduersarium ad id admitti, vt est in illo §. si ex causa. Quòd si minor se in plurimum factorum probatione audiri expostulet, quorū fuit ab eo omissa probatio. si minoris prætermisso occasionem præstiterit, quare aduersarius non probauerit: quia cū agnosceret, minorem ab intentione excidere, neglexerit se exceptione tueri, satis iudicans, minore non probante, se absoluendum futurum, tunc esse eo casu restituendum, per l. quod si minor. §. restitutio ff. de min. secus statui uolens, vbi minoris omissio talem occasionem non præstitisset, vt est in eo §. ex causa. Demum adiicit, non obesse l. petendæ. C. de tem. in integ. restitutionis. quæ uult, dilationem uni parti concessam, alteri communem esse debere: cum secundū eum non detur hoc casu noua minori dilatio, sed perinde admittatur, ac si nondum prior expirasset. Scribit denique, nō refragari l. fi. C. de fructibus & litium expensis: in qua di 4 sponitur, in iudicijs obseruandam æqualitatē † quia sit quę stio priuilegij, qđ minori ob eius imbecillem ætatem conceditur: hæc Bar. Ego uerò credidero, omni casu & eadē rō ne aduersarium ad testium productionē seu repetitionem

Source : BIU Cujas

admittendum, siue minor omissionis causam præstiterit, si ue non. Me autem ad id trahit uulgatissimum illud Iuris scomma, Non debere claudicare iudicia, arg. l. die Sabbathi. C. de Iudæ. Imò me magis ad id inducit doctrina scribentiũ
6 in ea l. petendæ, per quam ibi passim ab eis resoluitur † posse minoris aduersarium, minore admisso, consimili testiũ
7 repetitione vti. Facit denique † quòd restituto aduersus cõtractum minore, sit etiã eius aduersarius ad veterem actionem restituendus, vt ea l. 1. C. de reputa. quæ fiunt in iud. vt quare idem in iudicijs disponi non debeat, haud agnoscam, arg. l. omnem. ff. de iudici. Quinimò semper cẽsetur interesse aduersarij, vt ad nouam is admittatur probationẽ. Nam etsi minor numerosos testes examinari curauerit, quia tñ nouos sibi delegit, expediẽs est aduersario, noua etiam examinatione vti: quæ hoc fortasse efficiet, vt probationes reperiantur pares in quem casum esset confugiendum ad doctrinam Bar. in l. si duo. ff. uti possid. & videndum, quinam ex his ꝓcludentius deposuissent, qui denique digniores essent. Pensandæ etiam sunt pleræque aliæ circunstantiæ, in quas non incidetur, maiore ad eandem examinationem testium admisso. Sic cum semper eius interfit, eam probationem suscipi, quare non indistinctè & sepositа Bar. consideratione admittetur? Nec mihi is satisfacit, qui respõdens ad eam l. petendæ. putauerit hoc nostro exemplo de noua dilatione indulgenda nõ tractari, quod ego omnino abnego: quia indubitatum maneat, post didicita testificata, & publicationes factas, omnem probandi dilationem) quod ad principale negotium spectat) euanuisse, vt vel hac ratione reputari noua dilatio debeat: quam ego non nouam solum, sed & extraordinariam reputandam cẽseo, cum ad eam per restitutionem in integrum (quæ est subsidiaria) perueniatur. Nec est etiam cõcludens finalis Bartoli ratio, ideo repellendum minoris aduersarium, quòd minori ex priuilegio speciali id ob eius improuidam concedatur ætatem. Nam etsi hoc verum sit, non tamen ex eo deducitur, quin simile ius in aduersarium transfundi debeat: quia ex alterius persona consequatur tertius beneficium & priuilegium, quod tamẽ per se assequi non poterat, vt est in l. etsi post mortem. §. fin. ff. de bon. poss. contra tabulas: vt his sic excussis ipse intelli-
8 gas, restituto † minore post didicita testificata, vt nouos testes producat, aut iam examinatos repetat, posse eodem iure illius aduersarium vti, siue minor præstiterit occasionem omissæ probationis, siue cum nõ in causa fuerit, vt ego contra Bar. in hoc eundum putem.

An contra contumaciam debeat minor restitui?

SVMMARIVM.

1 *Contumaciam inter grauia delicta esse counumerandam.*
2 *Minor, qui iudicis mandato non satisfacit, in dolo esse præsumitur.*
3 *Minor etiam si contumax sit condemnatus: tamen restitutionis auxilium implorare potest.*
4 *Minorem citanti nuncio respondentem, se nolle comparere, verum esse contumacem, ac ideo restitutione indignum: secus si nuncio nihil respondeat, aut ad domum tantum citatus sit, ex distinct. Abbatis.*
5 *Minorem contra præsumptum dolum, ex contumacia resultantem, auxilio restitutionis in integ. esse iuuandum: secus si veri doli coarguatur, ex opin. Bart.*
6 *Minorem non debere restitui, vt appellet, etiam data uera contumacia: & tamen esse restituendum contra sententiam, ex uera contumacia latam, secundum Bar.*
7 *Reuocat Author in dubium sententias Bartoli, num. 5. 6. adductas, & an minor contra ueram contumaciam aut præsumptam restitui possit, disquirit.*
8 *Minor, se maiorem asserens, sic in dolum incidit, vt restitutionis beneficio uix amplius gaudere queat.*
9 *Explosa & refutata sententia Bartoli, cum Abbate sentit Author: Minorem videlicet qui uerus sit contumax, nullo modo restituendum, etiam contra sententiam ex contumacia latam, ne aduersus delictum restitutio concedi uideatur,*

CAPVT CXIIII.

VT denique redeat sermo ad principale negotiũ, quod est: Vtrum in delictis lex minori adsit, poterit non absurdè nec impertinẽter hoc loco excuti, si citatus minor ꝓtumax fuerit, ꝙ non com paruerit, atque in eum lata sententia, an contra talem pote rit restitui contumaciam? Solet aũt in eo dubitationem ex
1 citare, ꝙ † contumacia delictum esse iudicet. l. contumacia.
2 ff. de re iudic. Auget denique difficultatem † minorem prę sumi esse in dolo; quia mandato iudicis non satisfecerit. l. nõ põt. ff. de reg. iur. vt inter grauia delicta reponatur ꝓtumacia ca. 2. extra de maio. & obed. In ꝺriam verò partem accedit. l. minor. ff. de minor. q̃ est Hermogenis, cui⁹ verba sunt hæc.
3 Minor † ẽt si quasi contumax condemnatus sit, in integrũ restitutionis implorabit auxilium: quasi denotet contumaciam non secludere restitutionem in integrum. In quorum extricatione Panor. in cap. auditis, extra de restitutione in
4 integrum, scribit attendi debere † an minor nuncio, qui eũ citauit, rãderit se non compariturum: & tunc non debere restitui; quia verus sit contumax, argum. eorum quæ notãtur in l. fin. ff. de restitutione in integrum. Quod si verus nõ sit contumax: quia ad domum tantum citatus fuerit, aut nuncio eum citanti nihil responderit, voluit esse locum restitutioni, cum potius in culpa, quàm dolo non comparendo esse censeatur. Bartolus tamen in ea l. minor, fuit planè
5 contrariæ sententiæ: asserens, posse † minorem contra præsumptum dolum restitui, qui tamen in uero dolo probet restitutionem reiiciendam. Sic cum ex contumacia ꝓsumptus dolus, & non verus eliciatur, debebit consequenter se-
6 cundum eum restitui. Adnectit & aliud † etsi verus contumax appellans non audiatur, vt in l. ex consensu. §. fi. ff. de appell. non tamen ex eo sequitur, quin restitui debeat, modò is minor sit, per eam l. minor. Cuius etiam dicit simile esse annotatum in l. vnica. C. si de moment. possess. Ait denique esse indubitatum, minorem contra sententiam posse restitui: vt, quare & num hoc casu sic statui debeat, non uideat: cum hic se ita restitui expostulet, vt reponatur in eo statu, in quo erat ante contumaciam, & sic ut retractetur sententia, ob contumaciam lata. Nam si alias contumaciam nõ sequeretur sententia, non esset contra contumaciam aliqua opus restitutione. Fatetur tamen, & omnino admittit, minorem, qui est verus contumax, non esse restituendum; quia tunc contra verum dolum dicatur restitutionem impetrare: ita ut resolutiuè hac in re sic dicendum existimet: Si minorem, qui restitutionem impetrat, esse ingas uerum esse contumacem, aduertendum tunc esse, num sit tantum in præsumpto dolo, qui ex uero dependet, & qui ueri doli sit species? quòd si præsumptus fuerit, restitui debere, idque non solum contra contumaciam, sed vt etiam aduersus sententiam in eum latam prouocet quod colligitur ex notatis in l. vbi exigitur. ff. de eden. Quòd si in vero dolo esse iudicẽtur, tunc (vt prædiximus) si se restitui contra verũ dolum, seu læsionem ex eo contingentem petierit, restitui non debere: secus vbi id contra sententiam ob eius contumaciam latam expostulasset: hæc ille. Secundum quam doctrinam vides, quàm ipse sit Panormitani sententiæ prorsus pugnãs & contrarius. Quisnam autem eorum sit verius locutus, uideamus. Prius tamen, quàm id a nobis explicetur, ego disputandi gratia, & vt facilius ac verius desumatur, nitar docere frustratoriam posse iudicari hanc controuersiam, imò
7 ridiculam esse disputationem, quæ est, An † contra veram contumaciam seu præsumptam possit minor restitui? quia defendi potest, in minorem non cadere contumaciam: solus quippe adesse nequit iudicio l. cum & minores. C. si adu er. rem iudic. imò exigitur curatoris authoritas, l. clarum. C. de author. præst. & l. si curatorem habens. C. de in integrũ restitutione min. & ita videtur, non potuisse ab eo solo efficaciter nuncio responderi, se iudicio non interfuturum: & sic non esse in eo veram contumaciam cõsiderabilem. Sed poterit sic talis obiectio resolui, maximè eam curatoris authoritatem, cum de delicto agitur, non esse spectandam aut attendendam, minorẽ doli capace existente, aliàs ipse solus delinquere non posset: quod tamen est falsissimum, vt est in eadem l. auxilium. cuius rei est euidens aliud testimoniũ.
8 Nam † minor qui se maiorem asseuerat, sic in dolum incidit, vt restitui non debeat. l. 2. C. si minor se maio. dixe. Præterea curatoris authoritas non alia ratione in iudicio desideratur, quàm vt is minori, adsit, & eum tueatur. sed hæc non inferunt, quin possit solus minor delinquere, & ita verus reputari contumax: quod in se tam clarum, apertum, & manifestum est, vt probatione alia non egeat. Exquiramus iã, quod ipsi præmiserimus, de ueritate doctrinarum cum Bartoli, tum Abbatis. Nam in primis visa est ea Bartoli finalis resolutio, vtcunque dubia, quòd in se contrarietatem inculcare cẽseatur: sic enim ipse ait. Aut finges minorem verum esse contumacem: & vult in eum casum considerari debere, vtrum sit in præsumpto dolo. Quę eius distinctio nonne in se contraria & oppositа complectitur? maximè quòd minor sit in uero dolo, & præsumpto: quasi hæc sint omnino dissimilia, esse in vero, & prę sumpto dolo. Prę terea voluit

ipse,

Source : BIU Cujas

ipſe,non debere minorem reſtitui,ut appellet,etiam data vera contumacia: & tamen reſtituendum contra ſententiam ex vera contumacia latam.Quam eius diuerſificationem ipſe probare non poſſum,cum vtroque caſu,me iudice, eadē ineſſe prohibitionis cenſeatur ratio.Reiicitur quippe,ne appellet:quia aliàs retractarentur litis prius motæ quæuis acta: ad quod tamen non deuenitur,vbi contra ipſam ſententiam reſtituitur:imò minus ei per appellationem conſuluitur, q̃ alia via:& ſi ad appellandum reſtitueretur,non tamen perfectè ei cautum cenſeretur,cum poſſit eius appellatio friuola
9 iudicari,& talis declarari.Quare †concludentior mihi videtur Abbatis opinio,minorem,qui verus eſt contumax,nullo modo reſtituendum,etiam contra ſententiam ex contumacia latam: quia aliàs aduerſum delictum daretur reſtitutio, cum textus in l.contumacia.ff.de re iudica. contumacem delinquere dicat.Nec officit,quod conſiderauit Bart. ex contumacia præſumptum dolum reſultare: quia id ſatis admittitur,vbi non habetur ratio veri doli,& manifeſtæ contumaciæ,ut eſt minore ad domum ſuam citato.Sed quòd,exiſtente vera contumacia,adhuc ex ea dependeat præſumptus dolus,hoc ego benè concipere non poſſum:vt ſupra a me edoctum fuit.Quòd etiam dicit,Regulam habentem,contumacem non audiri appellantem, non excludere reſtitutionem in integrum:hoc non credo,immo quòd prorſus reiiciatur, ipſe crediderim,id enim diſponitur in odium veræ contumaciæ,& delicti ſui,quæ ratio nonne eſt reſtitutioni adaptabilis?Ita ſanè.Inſipida etiam a me iudicata eſt eius tertia ratio, hoc habens:vt minor contra ſententiam in ſe pronunciatam reſtituitur, ita & pari lege aduerſum ſententiam ob contumaciam latam reſtituendum.Eſt enim euidentiſſimum, ineſſe vtroque caſu ſummam diuerſitatis rationem. Nam contra ſententiam in eum latam reſtituitur minor: quia ſe ex ea læſum affirmet, cum etiam tali exemplo nullus eius dolus ſit conſiderabilis:ſed cum alio caſu dolosè ſit verſatus,puta non comparendo, nō eſt,vt ſimili ratione debeat contra hanc ſententiam ob contumaciam latam reſtitui, qua reſtituitur contra aliam ſententiam.Quæ omnia me magis mouent,ut Abbatis ſententiam ſequendam cenſeam: in quam contra Barto.obuiis(quod aiunt)eo vlnis.

Si minor ſe maiorem dixerit,an contra id poterit reſtitui?

SVMMARIVM.

1 *Minor ſeſe maiorem affirmans,an & quando reſtitui debeat, tribus oſtendi & declarari notabilibus argumentis poſſe, deſumptis ex tit. C.ſi minor ſe maiorem dixerit.*

2 *Minorem aduerſæ partis dolo,maiorem vt dixerit,inductum, contra ſententiam Azonis, etiam tactis ſacroſanctis Euangelijs eſſe reſtituendum,*

3 *Sacramentum tactis ſacroſanctis Euangelijs præſtitum,cæteris & vrgentius & efficacius habetur.*

4 *Minor in contractu dolosè verſatus,non ſolum contra eum, qui cum eo contraxit,ſed & aduerſus tertium,cuius ad manus res deuenit, a reſtitutione repellitur.*

5 *In contractu iurato neutrius,tam minoris, maiorem ſe credentis, quã aduerſæ partis idem illud verum ſuſpicantis,intercedente dolo, falſa aſſertio minoris reſtitutionem non impedit,ſecundum Caſtrenſem, a quo diſſentit Author nu.ſeq.*

7 *Minorem in iurato contractu nullo dolo interueniente eatenus uideri reſtituendum,quatenus non tactis ſacroſanctis Euangelijs iurauerit, ex ſententia Angeli.*

8 *Lex tertia.C.ſi minor ſe maiorem dixerit,ab Authore explosis aliorũ ſententijs declaratur.*

9 *Minorem,qui per ſacramenti religionem ſe maiorem affirmauerit, probata per ſcripturam aut inſtrumentorum editionem ætate, reſtituendum videri.Quam tamen ſententiam Author alijs diiudicandam in medio reliquit.*

10 *Minorem,qui ſe dolosè maiorem annis aſſeuerauerit, tam ſacris conſtitutionibus,quàm reſcriptorum authoritate a reſtitutione repellendum,Author egregie probat.*

CAPVT XCIX.

1 QVotidiana & frequens eſt hæſitatio. An † ſi minor ſe maiorem dixerit,debeat reſtitui? Cuius difficultatis deciſionē habet expreſſus & apertus titulus, C.ſi minor ſe maiorē dixerit,ex cuius tituli farragine & ſerie deſumūtur notabiles tres cōcluſiones: Prima eſt,ſi minor ſe maiorem aduerſarii dolo dixerit,reſtituendum, q̃ ſi dolo ſuo:quia partem ad contrahendum perſuaſerit, & omnino induxerit,cum alias contractura non eſſet,abnegandam reſtitutionem:ſi verò neutrius dolus acceſſerit, quia minor ſe annis maiorem exiſtimet,& ita etiam eſſe pars opinetur,locum eſſe reſtitutioni,etiam ſi iuratus foret cōtractus. Quod autem ad priorem ſpectat concluſionem, teſtantur Doctores ſub eo.titu.C.ſi minor ſe maior.eam procedere,ēt ſi tactis ſacroſanctis Euangelijs minor corporaliter iurauerit,imò ſi pars aduerſa dolo minorem induxerit, vt ſecum contraheret,aut in eo ſolo,quo ſe maiorem aſſereret: ad qđ dicunt omnino conuenire l.ſi ex falſis.C.de tranſact. vbi iurata tranſactio eatenus reſcinditur,quatenus prætextu falſorũ inſtrorũ iuro a minore præſtito diſponi debeat, & id ſolum attendi,quòd ipſe falsò alium circumuenerit, quæ fuit Azonis opinio,qui ita putauit declarandam l.2.C.ſi minor. Sed
2 †ego probare non poſſum eam Azonis & ſequacium ſentētiam,qui putem,priore caſu reſtituendum minorem etiam ſi id ſacroſanctis Euangeliis tactis confirmarit:nec video,quo modo in eorum ſententiam poſſit afferri illa l.3.in qua potius diſponi oppoſitum exiſtimauerim,quod ego ſic doceo: Nam primum fit in ea lege narratio, vbi alterius circunueniendi cauſa minor ætate ſe maiorem dixerit,cum hoc caſu ætatem ſuppleat malitia,abnegandam reſtitutionem,Deinde ſecundo loco ſubiicitur,ſi per aduerſarii iniuriam ſeu circunuentionem actum id fuerit, durare tamen beneficium, per quod cauſa cognita minoribus ſubuenitur, ita ut ætatis cauſa excuſſa,ſi cauſa cognita Præſes prouinciæ minoris dolum non interceſſiſſe agnouerit,minorem reſtituendum declarabit.Cæterùm adijcitur:Si tamen in inſtrumento per ſacramenti religionem maiorem ſe eſſe aſſeuerarit, beneficio reſtitutionis priuatum manere:quia tale ſacramentum corporaliter præſtitum fuerit,niſi palam & euidenter ex inſtrumentorum probatione,non per teſtium depoſitiones,hic ſe fuiſſe minorem oſtenderit.Qui textus nonne liquidò confutat illam Azonis ſententiam,qua is voluit,accedente aduerſæ partis dolo reſtituendum minorem, etiam ſacramento corporaliter præſtito:cum tamen ea lege diſponatur oppoſitum,modò ea verba penſaueris:Huiuſmodi autem ſacramẽto corporaliter præſtito tibi nullum ſupereſſe auxilium perſpicui iuris eſt:ut iam habeas,quam omnino ſibi Azo non conſtiterit. Nouum tamen videbitur, ſubſiſtente poſtrema hac opinione,quòd ex dolo ſuo aduerſarius ſit commodum aſſequuturus.Nec eſt,quòd huic dolo ſuffragetur talis ſacramenti præſtatio: nam qua facilitate ipſe minorem ad eam falſam ætatis aſſertionem induxit,ſic eadem malitia ad iurādum hunc excitaſſe creditur,argum.l.doli mali.verſic. diuerſum.ff.de nouat.Hoc tamen tibi inopinabile aut abſurdum haud videbitur,modo ſic reſpondendum duxeris,minori debere imputari, cur ſacroſanctis Euangeliis tactis iurauerit
3 †eſt enim id ſacramentum longè cæteris vrgentibus & efficacius,eo potiſſimum,quòd eſt præſtitum tactis Euāgeliis, ita vt ex tam ſolemni,&(quod aiunt Doctores)qualificato iuramento cenſeatur minor integrè omnium certior factus, q̃ a tali iuramento dependeant & deriuētur. Accedit his aliud, quòd eadem lege tertia admittatur minor, ut contra tale ſacramentum poſſit de ætate ſua per inſtrumēta docere: quaſi lex nolit,eum inſolidum eſſe a reſtitutionis beneficio excludendum,immo audiendum,modo ætatem ſuam aliam fuiſſe demonſtrare nitatur:ita vt eo medio facilè uitetur oppoſita ratio. Quod autem ad ſecundam ſpectat concluſionem, vbi minoris dolus contractui acceſſit,non debere minorem reſtitui. Ego opinor ita eſſe,ut fert ea concluſio,cuius ratio deſumitur ex eo, quòd dolus minoris & malitia omnem aliam oppoſitam conſiderationem ſummoueant: ſed hæc erit ita intelligenda & declaranda,vt procedat, debere ceſſare reſtitutionem contra eum,cum quo contraxit: cui tamē nō abnegetur,in tertium,ad quem fortaſſe res peruenerit, poſſe experiri:quia contra ipſum nihil dolosè egerit,vt eſt in l.minor vigintiquinque annis adito Præſide.§.planè.ff.de mino. vbi minori,qui ſe maiorem affingit,aduerſum curatores,qui eum minorem eſſe ſciuerunt,ſuccurritur,quia quòd ipſe pecunias acciperet,pati & conſentire non debuerint. Attendat tamen ad eam limitationē æquus & optimus Lector.Hanc
4 enim probare non poſſum: Nam †qua ratione minor dolosè in contractu verſatus,ꝓtra eũcum quo contraxit,non reſtituitur:ita nec aduerſus tertium,ad cuius manus res deuenit, audiendum cenſeo. Solet quippe introſpici initium actus: quod cum fuerit uitioſum, ſemper ſimile reputari debeat. Id autem,quòd ad tertium res deuenerit,non efficit, ut contra tertium poſſit reſtitui,quia qua exceptione eum a tali reſtitutione repelleret,qui cum eo contraxit,eadem & hic tertius,qui ab eo cauſam habuit,argu.l.apud Celſum. ff. de doli excep.Nec obeſt is.§.planè.è quo mea ſententia nihil deſumitur,quod in eam conducat opinionem. Solet enim ibi minori in curatores ſuos,qui eius ætatē nouerant, ſubueni-

ri:quod

Source : BIU Cujas

ri: quod est, quia dolosè versabantur. Nam cum ab his scire tur, falsò minorem ætatem suam huic suggerere, nec reclamarint, quare non iure optimo minori in hos regressus dabitur? qui casus quid (bone Deus) commune habet cum exẽplo præscripto, in quo potissimum disceptatur, si minor pos sit cõtra tertium, ad quem res peruenit, restitui? Quare mea est opinio, ut dolosè in contractu minor versatus, debeat nõ solum a restitutione repelli contra eum cum quo cõtraxit,
5 sed etiam aduersus alium tertium. Quòd † si neutrius dolus contractui accesserit, quæ est tertia conclusio, voluit Castrensis, falsam assertionem restitutionem non impedire, etiam si minoris sacramentum sit in contractu adhibitum, quod secus existimauit in eo, qui maior est, quia ab eo non debuerit temerè & imprudenter allegari, quod ipse ignorabat, vt in l. Iulianus. circa principium. ff. de actio. empti. hæc Castrensis.
6 Verius tamen esse crediderim † vt iurata illa assertio minori obesse debeat: quod satis testatur præallegata lex 3. qua disponitur, etiamsi partis aduersæ dolo inductus minor fuerit, tactis sacrosanctis Euangeliis ob solam eam iuramenti considerationem restitui non debere: vt id procedere longè ma
7 gis debeat, si aduersarii dolus contractui non accesserit † quare melius in ea l. 3. sensit Angelus, qui existimauerit, hoc casu neutrius dolo accedente minorem passim restitui debere: seposita ea limitatione, an sacrosancta Euãgelia tacta fuerint, qui in suæ opinionis comprobationem allegat l. de tutela. C. de restitu. in integrum. suadetque istud efficacior alia ratio. Nam si dolo unius accedente, restituatur minor multo fortius, cum neutrius malignitas interuenit. Et ita ego Angeli opinionem cõtra Castrensem sequor. Sed opera pretium erit examinare, an verum sit, quod Angelus testatus est, vbi neutrius accessit dolus, restitui debere minorem quã tumuis iurauerit, modo id sacrosanctis Euangeliis tactis nõ effecerit. Tali enim casu putauit, debere in totum a restitutione repelli: vt is existimauerit, sic esse eam legem tertiam
8 declarandam. Sed † ego omnino aliter interpretandam puto uero, & alio sensu, quam hactenus scribentes fecerint, cum sim huius sententiæ, ut constitui differentia non debeat, an minor corporaliter sacramentum præstiterit, an non, qui autem, utroque casu restituendum, modo palam & euidenter ex instrumentorum probatione, non autem per testium depositiones, se minorem fuisse ostenderit. Quid enim attinet, aut quid tu discriminis constituere debeas, utrum hic corporaliter & tactis Euangeliis iurauerit, vel quòd per sacramenti religionem sit ætatem suam testatus, cum certum extet, vtroque casu ab eo iuratum? Et vt inter iuramentum ac simplicem loquelam non constituitur apud Deum differentia: ita etiam non videtur diuersimodè statuendum, siue tactis sacrosanctis Euangeliis, siue non tactis, iuratum sit. Poterit tamen acutus Lector id proponere, versic. tamen, in eadem l. 3. huic meę opinioni contrariari, in quo §. primum habetur: Si tamen in instrumento per sacramenti religionem te maiorem esse asseueraſti, non ignorare debes, exclusum tibi esse in integrum restitutionis beneficium. Demum adnectit textus sub verbis generalibus: Huiusmodi autem sacramento corporaliter præstito tibi nullum supereſſe auxilium, perspicui iuris est. quæ finalia verba simpliciter, ac ut iacent, assumpta designant eum, qui corporaliter iurauit, esse omnino repellendum. Tametsi vrgere videatur hæc interpretatio, ego nihilosecius existimo, non esse sic declarandũ eum versiculum sed alio rectiore sensu, vt idem disponat & confirmet, quod in §. si tamen, prædictum fuerat, in quo præ
9 miserat. Legislator † minorem qui per sacramenti religionẽ se maiorem asseuerauerat, probata per scripturam ætate, esse restituendum. Quod autem subiicitur in §. huiusmodi, debebit ad secundum casum referri, per quem minor a quouis restitutionis beneficio seclusus fuerat. Et hoc est, quod ibi eodem textu affertur, nullum ei supereſſe auxilium: sed qui sit intelligendus cum ea limitatione, nisi id per scripturã esset probaturus. In quam sententiam magis me inducit, qđ prius consideratum est, nihil vrgere, quare id vno casu potius, quàm alio debeat statui, cum vis, energia & efficacia sacramenti a corporali præstatione non pendeat, immo si verè iuramenti effectum attenderis, oportebit solius iurantis animum intueri & introspicere, secundùm quem metiendum erit negotium. Quæ omnia ego non eo animo hoc loco inferenda duxi, ut ob id tu a communi interpretatione discedere debeas, per quam constituitur maximum discrimẽ, an tactis sacrosanctis Euangeliis, uel non tactis, iuratum fuerit, sed ut apud te expendas, an hæc mea consideratio habeat in se aliquid rationis. & utrum de iure sit defensabilis. Vt autem præmissa omnia ad veras & genuinas reducantur sentẽ
10 tias, primum a nobis firmabitur hæc conclusio. † Si minor proprio dolo maiorem annis se asseruerit, is tam sacris constitutionibus, quàm rescriptorum authoritate, a restitutione in integrum repellitur: quod apertè testatur lex secunda. C. si minor se maiorẽ, dixerit: in qua habetur, Si is qui nũc minorem se esse asseuerat, fallaci maioris ætatis mẽdacio te deceperit: cum iuxta statuta Iuris errantibus, non etiam fallentibus minoribus publica iura subueniant, restitui in integrũ non debet. & ex opposito disponitur in l. 1. eo. tit. succurri restitutione minori, si per errorem, a quo abest omnis dolus, maiorem se esse probauerit. In qua lege prima Bartolus credidit in casu erroris nõ esse restitutionem necessariam, cum secundùm eum possit erronea confessiio reuocari, per l. error, & l. cum testamentum. C. de iuris & facti ignorantia, ut quod ordinario auxilio assequi possumus, non debeamus extraordinaria via id repetere: & ita debere solum restitutionẽ contra contractum, in quo minor erroneè se maiorem fassus est, implorari: quo casu tenebitur probare minor, se contractus celebrati tempore minorem, non autem maiorem annis fuisse, argum. l. si minorem. C. de in integrum restitutione mino. Qui Bartoli ad eum textum intellectus vix a me probari potest, a quo constituatur inter ea duo differentia, debere minorem restitui aduersus contractum, in quo is se maiorem per errorem asseuerauit, & non opus esse aliqua restitutione contra erroneam confessionem. Voluissem autem, explicasset is diuersitatis inter hæc causam: præterea attendisset ad unum aliud, satis de restitutione contra erroneam confessionem tractari, vbi a minore aduersum contractum petitur restitutio, in quo per errorem in se minorẽ erroneè fassus est: quia oporteat cum hac necessaria qualitate erroris, restitutionem implorare: tunc enim principaliter de errore disceptatur. Præter hoc etiam mihi eius textus mẽtem perscrutanti venit ob oculos, posse alio sensu, quàm fecerint Doctores, declarari: nec esse ad minoris erroneam cõfessionem eius casum referendum, sed de erronea loqui probatione, quod posse detumi intelligas ex eiusdem textus uerbis. Si cum minor annis uigintiquinque esses, tabulis, quæ sunt tuarum professionum, oblatis, ætatem quasi maior annis uigintiquinque decepta probasti. ex cuius textus serie satis desumitur, ibi disceptari & præcipuè tractari de ætate, per oblationem tabularum falsò probata, non autem, quòd minor eam sit erroneè confessus, quos duos casus ego omnino diuersos esse censeo: quia eorum alter restitutionem in integrum exigat, cum de probatione falsa agatur: quasi secus sit in confessione statuendum. Posse etiam aliter ad obiecta Bartoli responderi crediderim, ut uerum sit, esse in minoris potestate, erroneam suam confessionem ordinaria via reuocare: sed non per id impeditur, quin ei consulatur extraordinario remedio, si hac uia sibi magis & opportunius cõsultum agnouerit, ut passu alio supra latissimè edocuimus. Habes igitur priorem hanc conclusionem inconcussam, minorem qui se maiorem annis dolosè asseruit, indignum qui in integrum restituatur.

Si se aduersarij dolo minor deceptum fuisse asserat, an restituatur?

SVMMARIVM.

1 *Minorem, si se dolo partis aduersæ maiorem asseruerit, restitutionis in integrum beneficio esse defraudandum.*

CAPVT CI.

ACcedatur nunc ad secundam conclusionem: Si † minor se aduersarii dolo maiorem asseruerit, restitui contra eam assertionem poterit, modò hoc primùm edocuerit, quòd eo tempore minor annis esset, fietque id causa cognita, & ætatis examinata ratione, ut est in l. 3. C. si minor se maior. quam l. 3. putauit procedere posse, etiamsi iuratum a minore esset. In quo ego ab eo discedo. Moueor autem per l. 3. versi. quòd si per iniuriam. C. eodem titu. vbi textus habet, si per aduersarii circunuentionem minor se maiorem dixerit, durabit beneficium, quo solet causa cognita minoribus subueniri nec adiicit limitationem aut declarationem aliam, si accesserit iuramentum, uel non: imò hoc solum exprimit, quòd duret beneficium restitutionis. Sed vbi iuramentum adhibetur cõtractui, cessat restitutio, per authen. sacramenta puberum. C. si aduer. ven. Cum igitur is textus habeat, durare beneficium restitutionis, id intelligitur, nisi adsit aliud, per quod cessare debeat restitutio. Quòd etiam locus non sit restitutioni, elicitur postea ex eadem l. 3. in versic. si tamen, qui textus tam ad id clarus & apertus est, ut inductione alia non sit opus. Et ita

resoluta

Source : BIU Cujas

resoluta ac fixa manet ea secunda conclusio, minorem debere in integrum restitui, si se dolo partis aduersæ maiorem asseruerit.

Debeat num restitui minor, vbi in contractu dolus ipsius & eius, cum quo is contraxit, accessit?

SVMMARIVM.

1 *Vulgaris illa regula, Minori ob dolum per restitutionem non succurri. vbi & quando locum habeat.*
2 *Minori restitutionem competere, si tam ipse quàm aduersa pars in contractu dolosè versetur.*
3 *Pars aduersa decipi non dicitur, cum assertioni, quam scit esse falsam, fidem adhibet.*
4 *Lex illa de tutela. C. de restitut. in integr. quo modo sit intelligenda, Author aperit.*

CAPVT CLXXII.

TErtiò loco subiici poterit conclusio alia: Si utriusque dolus tam minoris, quàm aduersarii interuenerit, etiam minorem posse restitui, per l. de tutela. C. de in integr. restitutio. mino. quam ad hoc allegauit Barto. in ead. l. 3. C. si minor se maio. dixerit. Sunt tamen, quæ huic sententiæ repugnant, maximè quòd quum in dolo sit minor, debeat ea ratione a restitutione repelli.
1 Sed ad id poterit responderi, regulam illam, Minor† ob dolum per restitutionem non succurri nō procedere, si is qui cum eo contraxit hunc minorem esse sciuisset: tunc enim
2 fraudis & doli particeps esse censetur† & ita fit eius doli cum alio dolo compensatio, argum nota. in l. si duo. ff. de dolo, & l. viro atque vxore, ff. sol. mat. ut huic omnino sit imputabile, cur cum minore contraxerit, quem sciret minorem, non
3 maiorem esse? Non† etiam dicitur decipi, qui assertioni, quā scit esse falsam, fidē adhibet: si in liberatione tutoris seu auūculi minor se maiorē dixerit, non debeat talis assertio auunculo seu tutori patrocinari: nec etiam est minor ex eo a restitutione secludendus, qui est purus casus eius l. de tutela, p quam plurimum corroboratur, hæc tertia cōclusio: in qua l. de tutela adnectitur, & aliud, auunculum aut tutorem cū minore contrahentes, verisimiliter ignaros non fuisse ætatis pupilli, quòd tam officium tutelæ, quàm sanguinis proximitas id argueret: qua præsumptione tollitur obstaculum illud de minoris dolosa assertione, vt ei nihil ascribi debeat, quo saltem a restitutione repellatur, sed vt omnis culpa sit in auunculum seu eius tutorem reiicienda: qui cū eius ætatem nossent, saltem ignorare non poterant, non debuerunt cum eo contrahere, imò omnino contractus celebrationē impedire. Et ita quandoque a me est consideratum. Ad hęc subiiciendum vnum putaui, post expensam a me illam l. de
4 tutela, † posse sic eam intelligi, vt ibi probet erroneè potius, quam dolosè a minore assertionem ætatis factam. Nam etsi lex his vtatur terminis, Falsò ętate probata: potest tamen talis dictio Falsò, sic eam assumere interpretationem, vt falsò per errorem id egerit: & tamen non aberit a tutore seu auūculo dolus, cum hunc minorem esse scirent. Secundū quem intellectum dolus ea lege in maiore deprehendetur, error solùm in minore. Fatebor tamen eum intellectum literæ & textui non conuenire, quòd ea dictio, Falsò ætate probata, sit omnino à terminis erroris distincta, quandoquidem error præsupponat simplicitatem, saltē imbecillitatem (quia errans & ignorans æquiparantur) falsitas autem purum & verum dolum, ita ut cum lex habeat, falsò probatam ætatē, debeat intelligi dolum minoris accessisse. Non sum etiam nescius, eā l. de tutela, a quibusdam sensu alio declaratam, qui eam sic intelligendam crediderunt, ut ibi tutor falsò minoris ętatem probauerit, quò is posset liberationem assequi, non autem quòd minoris probatio præcesserit. Sed quam ea interpretatio sit a textu & verborum serie alienissima, hoc testantur manifestè eiusdem textus verba. De tutela auunculi, eiusdemque tutoris cui falsò ætate probata præstitisti liberationem, quæ dictio, Præstitisti nonne ad minorem refertur: quod etiam efficacius desumitur per id: qa minori restitutione consulatur quam aliàs frustra implorare tur, si actum non gessisset. Vera igitur erit hæc conclusio, Accedente utriusque dolo, minorem posse restitui.

Si autem neutrius dolus accesserit, non cessabit restitutio in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Minor restituendus est, si neutrius (hoc est, nec aduersæ partis, neque minoris) in contractu dolus interueniat.*
2 *In rescindendo contractu, dolosè ab aduersario inito, si iudicis requiratur officium, minorem implorare restitutionem posse.*

CAPVT CLXXIII.

1 QVarta conclusio: Neutrius † dolo in contractu interueniente restituendus est minor: cuius rō est tam euidens, & manifesta, ut cōprobatione alia non egeat. Cum enim minori accedatur dolo vtriusque interueniente, quare non etiam ubi abest dolus? Quam sententiam totam existimauit veram Angelus, ut in eadem l. 3. censuerit, eam procedere debere, etiam si iurauerit minor, modo id tactis sacrosanctis Euangeliis non effecerit: quod iam ipsi excussimus. Vnum subiici prefatis poterit quod pro hæsitandi ratione afferetur, prima manu ferendū iudiciū, ut non sit aliqua opus restitutione, ubi aduersarii dolus cōtractui accessit: quia dolus ꝯctui adhibitus nullum ipso iure contractum efficiat, l. & eleganter. ff. de dolo. maximè in bonæfidei ꝯctibus. Cuius dubii extricationem attingens Baldus in eadem l. 3. existimauit sic dicendum, dolum hoc casu non præstitisse causam contractui, sed modum cōtrahendi, & vt contraheretur: ita vt dolus, cuius est quæstio, formam quandam accidentalem & extrinsecam respiciat, non ipsam contractus substantiam. Sed hæc eius solutio videtur mihi potius casus & exempla distinguere, quàm ex ea possit pura & vera explanatio desumi. Quid enim, si acutè omnia rimentur, nonne planè intelliges, duo hæc inter se confundi, præstare causam contractui, & modū contrahendi? quum ex contrahendi modo ad ipsum contractum perueniatur, ita vt vnum sit alterius ꝑambulum. Qua de re mea est opinio, considerari debere, vtrum nullus sit contractus, vel an debeat annullari? aut etiam si resederit actus in puris & meris terminis nūdi pacti, aut si ad vlteriora ventum sit. Quòd si agnoscamus contractum ipso iure nullum tunc esse, verum erit non esse restitutionem necessariam: quia habitum præsupponat priuatio. §. seruus. Inst. de cap. dimi. Quòd
2 † si annullandus sit & iudicis exigatur officium, poterit, si volet, minor restitutionem implorare: aut si sibi expedientius esse duxerit, de dolo actionem intentare. & ideo, si minor liberationem tertio per acceptilationem præstiterit, haud dubiè restituetur, cum id operetur acceptilatio, quod in cōtractu vera traditio. & sicut facta traditione agitur, vt rescindatur traditio, ita & acceptilatio. Cuius etiam simile hoc eodem nostro casu disponitur, in quo ad vlteriora sit processum. fuit enim cum minore plenè celebratus contractus, & ita prima actio quodammodo elisa, aut (si malis) sepulta: quā de nouo necessum est per restitutionē in integrū restaurari. Et ita per hoc est (mea sententia) opportunè responsum ad eam dubitandi rōnem, & longè aliter, quam Bal. fecerit. Ex quibus iam habes plenā, facilē, & apertā declarationem ad eū titulum. C. si minor se maio. dixe. Cuius materiam nō me tæduit hoc loco adijcere, quod mihi omnino visa sit ei materiæ, an, quando, & quomodo minori in delictis sit per restitutionem subueniendum, accommodata.

Si minor sua facilitate læsus sit, & citra omnem aduersæ partis dolum, annum debebit restitui.

SVMMARIVM.

1 *Minor inconsulta sua facilitate, non repentina fati ui, non casu læsus, restitutionis auxilio subleuandus.*
2 *Minor restitutionem ob passum damnum imploraturus, quæ debeat in libello suo proponere?*

CAPVT CLXXIIII.

CVM supra meminerimus, minorem quandoque sua facilitate lædi, videamus vtrum tunc restitui poterit? qui vt hoc explicatum magis habeas, afferemus aliquot exempla Iureconsulti, quibus erit tibi aperta huius difficultatis determinatio. Verba autē Legislatoris in l. verum. §. sciendum, ff. de minor. sunt hæc: Sciendum est autem non passim minoribus subueniri. Adnectitur deinde si locupleti hæres extiterit, & subito lapsa sit hæreditas, quia ꝑdia chasmate perierunt, Insulæ exustę sunt, serui fugerunt, aut decesserunt, cessare tali casu restitutionē. Neq; enim, quod ibi ait textus, adeundo locupletem hæreditatem, ætatis lubrico captus est minor: & quod fato contigit cuius patrisfamilias, quamuis diligentissimo, euenire potuisset.

Source : BIU Cujas

tuiſſet. Sciendum eſt ēt, non paſſim minoribus ſuccurri, ſed
1 cauſa cognita. non † enim minor reſtituetur, qui ſobriè rem ſuam adminiſtrans, occaſione damni non inconſultè accidē tis, ſed fato potius, velit reſtitui: nec enim euentus damni reſtitutionem indulget, ſed incōſulta facilitas. Quo textu quid apertius, quàm vt dicatur, reſtitui minorem debere, qui ſua eſt læſus facilitate? ponderatis illis verbis. Inconſulta facilitas In quam rem habes etiam teſtimonium Imperatorū Diocletiani & Maximiani in l. minoribus in integr. reſtitut. C. de in integ. reſti. minor. Cui etiam adeſt aliud, non eſſe reſtituendum minorem, qui iure communi ſit vſus: quia egerit, quod quiuis diligens paterfamilias potuiſſet: vt eſt in l. fin. C. de in integrum reſtitu. mino. quaſi ex oppoſito ſit reſtituendus, ſi ſua facilitate damnum ſit paſſus: ut ex eo Bar. ſub illa l. fina.
2 conſuluerit † debere minorem reſtitutionem implorantem, in libello ſuo hoc deducere, ſe minorem eſſe, & ſua facilitate læſum, & longè minus diligenter verſatum, quam egiſſet bonus & probus paterfamilias, ita ut ſat non eſſet, ſi ſe minorem & læſum proponeret: ſed & adhuc adiiciēdam eſſe aliā qualitatem, aliàs ineptus & impertinens iudicandus eſſet libellus. Defendi tamen poſſe, quandoque apud me conieci, non eſſe neceſſarium, ut in libello exprimi debeat, ſua facilitate minorem læſum: imò ſat eſſe, ſi dicatur, tunc eum ab eo contraheretur, minorem extitiſſe, & læſum fuiſſe. Nam vbi minori conceditur reſtitutio, de eo ſolo inquiritur, an ſit læſus, l. ait Prætor. in princ. ff. de minor. in quo textu, quæſo, pondera illa verba. Et captus ſit. ibi enim non fit expreſſio, an ſua facilitate captus fuerit. Solet etiam lex præſumere, vbi a contractu abeſt aduerſæ partis dolus, minorem ſua facilitate læſum, cum nemo, qui ſani eſt capitis, uelit ſibi veriſimiliter damnum inferre: quod etiam teſtatur ea l. minorib. ſub his verbis: Minoribus in integrum reſtitu. in quib. ſe eſſe captos probare poſſunt, etſi aduerſarii dolus non probetur, cō petit, quibus ll. hoc ſolum deſideratur, quòd captus ſit & læſus: ut qua ratione ſit in libello adiiciēdum neceſſario, & ſua facilitate haud benè agnoſcā, ſaltem ut eius clauſulæ omiſſio debeat libellum vitiare. Et hac cauſa miratus ſum quandoque, quod Barto. formarit in terminis expreſsè difficultatem hanc, quam tamen ibi non reſoluit: ſed ſcribit, pro eius deciſione eſſe confugiendum ad l. minor autem magiſtratus. ff. de minor. cum tamen ex ea l. minor, & per eius diſcurſum nihil ſit quod ad eam rem deſumi poſſit. Sed pro Bart. ſententia moueri quiſpiam ſic poſſet, & in eius comprobationem confugere ad doctrinam Caſtrenſis in l. fi. qua is ſcribit. Si libellum ineptum a minore exhibitum iudex reſpuendum ante litem conteſtatam non declarauerit, imò vſq; ad teſtium examinationem, & pronunciandæ ſententiæ calculum ſit proceſſum: ſi tandem ex actis litis ſeu inſtantiæ patuerit iudici, minorem ſua propria facilitate læſum: & ita pro eo ſententiam ferendam, erit in eius manu, etiam quòd libellus talem clauſulam non habeat, pro minore ferre ſententiam: quia ſermo in libello generaliter cōceptus poteſt per acta litis ſubſequentia declarationem apertiorem aſſumere, quaſi ex ea doctrina poſſit deſumi, ſufficere, ut ex actis cauſæ pateat, an ſua facilitate ſit læſus minor. Me tamen nihil diſtrahit ab opinione in contrarium concepta ea Caſtrē ſis conſideratio: primùm, quòd nullo textu ſit ſuffulta, tum quòd ita poſſit intelligi & declarari, ut meę accedat ſententiæ, qui fateatur, debuiſſe libellum ineptum iudicari: quia eam clauſulam non contineret. Quòd autem per acta ſubſequentia poſſit libellus in minoris fauorem interpretari, hoc eſt, ob minoris ętatis cōſiderationē: cui in eo defert a iudice, quia ex actis agendū ita cognouerit. Preterea id ēt potuit alia rōne diſponi, ꝙ pars aduerſa libelli ineptitudinem non obiecerit, ut fuerit in libera iudicis poteſtate eum defectum ſupplere, quod aliàs nequiuiſſet, niſi ſuper ea ineptitudine pars aduerſa pronunciari & interloqui ab eo petiiſſet. Crediderim tamen, ſenſiſſe Barto. ut ea clauſula, ſua facilitate, adiici debeat libello, quia iure communi is vti potuit, ut eſt in l. fi. Mea in ſumma eſt opinio, non uitiari libellum etiam ſi eā clauſulam non complectatur: qui nihilo ſecius conſulam, inferendam eſſe, fietque id ad abundantiorem & magis exuberantem cautelam: ſed quòd neceſſariò ſit adiicienda, ego probare nullo modo poſſum.

Dabitur ne minori reſtitutio, qui fortuito euentu læſus eſt?

SVMMARIVM.

1 *Minorem aduerſus pecuniam, fortuito caſu deperditam, non eſſe reſtituendum, ex ſententia communi, & numero 3.*

2 *Minor, qui ſui facilitate læſus eſt, etiam contra fortuitum caſum reſtituendus eſt, ſecus ſua re bene adminiſtrata, ex ſententia Bart. quam Author, multis in vtranque partem prius diſputatis, approbat, de quo latius nume. 4.*

CAPVT CLXXV.

IX præcedentibus etiam tu annotaſſe potuiſti, non eſſe minorem reſtituendum, qui fortuito euentu læſus eſt, ut eſt in eo §. ſciendum. quæ concluſio tā in ſe eſt veriſſima, ut aliter non ſit comprobanda: quam tamen dubitabilem reddit l. ait Prætor. §. 1. ff. de min.
1 iuncta l. 1. C. ſi aduer. ſol. ubi † ſi a paterno debitori minori ſoluta fuerit pecunia, iſque eam perdiderit, eſſe minori ſubueniendum dicitur, quaſi cum eo geſtum aliquid cenſeatur. ſic agnoſcis, ibi ob pecuniam à minore amiſſam indulgeri reſtitutionem, cum tamen ipſe fortuito euentu eam perdidiſſe potuerit, quem obicem Barto. in eo §. ſciendum, ſic reſoluēdum iudicauit: ſatis admittens, aduerſus deperditam pecuniam minorem poſſe reſtitui, ſed hoc ita intelligendum pu
2 tans, † vbi eam ſua facilitate amiſiſſet, puta ludo: & ita cōtrarias lege declarandas, non autem vt interpretandæ ſint, vbi id caſu & euentu fortuito euenisſet, quam interpretationem ſic eſſe deſumendam aſſerit, ne aliàs in legum pugnantiam & contrarietatem incidatur. Aliter tamen enodanda mihi videtur præſcripta difficultas, vt mirum eſſe non debeat, ſi ibi minor aduerſum amiſſam pecuniam reſtituatur: quia ei ſoli, nec adhibito curatore, fuiſſet facta ſolutio: quod ſatis indicant eiuſdem textus verba, in quibus facta caſus narratione habetur: Igitur ſi minor debitorem conuenerit, curatorem adhibere debebit, quo ei ſoluatur pecunia quaſi is textus de ſignet hoc ſolum minori imputari, quòd ſolutio citra curatoris authoritatem facta fuiſſet: quare eadem lege ſubnectitur, permitti conſtitutionibus Principum, ut debitor adoleſcentes ad ſibi petendos curatores compellat. Sic cum ei ſoli fuerit facta ſolutio, ac demū eam perdiderit, æquum eſt, ut is reſtituatur, quocunque modo amiſerit: quaſi ſit maximè ſoluenti imputandum, qui cautius, prudentius, prouectius,
3 & vigilantius non ſit negotiatus: & qui ſecundùm legis diſpoſitionem minori curatorem decerni ad eum ſolutionis actum non petierit. Tu autem, an hæc ſolutio ſit ea, quam Bartolus attulit, concludentior, poteris ferre iudicium. Qui tamen ex his nolim à communi deficere ſententia, quæ hoc habet † non eſſe minorem aduerſus pecuniam fortuito caſu deperditam reſtituendum. Sed quia diſſerendo ſemper fit apertius negotium, & veritas lucidior: ego denuo ſic eā opinionem poſſe confutari exiſtimo, retento potiſſimùm themate ſolutionis minori factæ: quia vbi in eodem §. ſciendū, lex habet, minorem aduerſùm caſum fortuitum non eſſe reſtituendum, ſolet doctrinæ gratia præmitti, quòd is primùm rem ſuam ſobriè adminiſtraſſet: ubi non reſtituetur, qui ſobriè rem ſuam adminiſtrans, occaſione damni non inconſultè accidentis, ſed fato, volet reſtitui. Sequitur & exemplū aliud: Vnde Marcellus notat, ſi minor neceſſarium ſibi ſeruum comparārit, moxque is deceſſerit, reſtitui non debere. Neque enim lapſus eſt, ſibi rem perneceſſariam, licēt mortalem, emendo. Deinde adnectitur exemplum aliud, ſi locuplēti hæres extiterit, & ſubitò ſit lapſa hæreditas, nec eodem caſu reſtituendum: cum in his actib. ipſe ſit diligentiſſimè verſatus, ita ut fortuiti caſus euentus nihil ad reſtitutionem ei decernendam conferat. Sic exigitur prędcedens minoris diligentia: aliàs contra caſum fortuitum reſtituendus eſſet. In
4 quibus tribus caſibus admittit textus, minorem diligentiſſimè verſatum, & tamen non eſſe propter caſus fortuiti euentum reſtituendum. Cæterùm vt themati adaptetur negotiū, nonne qui debitorem, ut ſolueret, compulit, malè rem ſuam geſſiſſe & adminiſtraſſe cenſetur? maximè, ſi id ad minorem retuleris, cuius ſatius & conſultius interfuiſſet, eam pecuniā apud debitorem manere, quod rei euentus poſtmodum teſtatus eſt, cùm eam perdiderit, vt hac cauſa plurimùm damnandus ſit debitor, qui cùm hunc minorem eſſe non ignoraret, ei tamen ſoluendum tam inconſultè duxerit. Quæ viſa ſunt utcunque Bartoli ſententiæ & opinioni contrariari: quia cum minor à reſtitutione excludatur, quòd diligentiſſimè ſit verſatus: ergo vbi ſupinè & ignauiter id præſtitiſſet, uideretur reſtitutioni deferendum, etiam ſi id caſu fortuito acciderit: & tamen uoluit Bartolus indifferenter reſtitutioni locum eſſe, ſiue præceſſerit minoris diligentia, ſiue non, quod eſt contra eum §. ſciendum. quem ita quandoque ponderandum contra eum probaui. Eſt tamen, ut ab eo obice defenſari poſſit, quòd ſit certum, minoris cōditionem pinguiorem & meliorem per ſolutionem effectam: poterat enim debi-

tor,

Source : BIU Cujas

tor, qui tunc ſoluendo eſſet, poſtea ad inopiam vergere: & quod demum minori accidit, etiam cuius patrifamilias, etſi diligentiſſimo, ita euenire potuiſſet. Nam quomodo ſuſpicari aut conijcere potuit, ſe pecuniam perditurum? Quare vera & indubitata manebit Bart. ſententia, minorem qui ſui facilitate læſus eſt, etiam contra fortuitum caſum reſtitui, ſecus ſua re benè adminiſtrata.

Poſſit num minor aduerſum ſolutionem debiti reſtitui?

SVMMARIVM.

1 *Minorem ſolutione curatori ſuo facta læſum ſe prætendentem, reſtitutione dignum per cauſæ cognitionem iudicandum eſſe.*
2 *Vtrùm curatori, legitimam minoris bonorum adminiſtrationem habenti iuſtius, quàm ipſi minori, ſolutio fieri debeat? & an & quando minori contra ſolutionem, curatori à debitore factam, reſtitutio competat? hoc loco diſquiritur.*

CAPVT CLXXVI.

VVm autem ſolutionis minori factæ iãiam meminerimus, opportunum hoc loco à me iudicatum eſt, vt excutiamus quomodo minor aduerſus ſolutionem ei à debitore factam poſſit reſtitui? Qua in re te noſſe oportet à minore aliquoties reſtitutionem implorari, quia eius curatori ſolutum fuerit: vel quia ei curator, quod debeat, perſoluerit aut ſi alter ex debitoribus ipſi pecuniam numerarit: ſi denique id, ad quod naturaliter tantùm erat obligatus, præſtiterit. Quod vt diſtinctius intelligas videntur ſingillatim examinandi aliquot particulares caſus in hanc rem conuenientes: inter quos priore ordine aſſumetur, vbi minoris curatori ſolutũ fuit. † Quod autem poſſit hoc caſu minor reſtitui, habes ad id planum & facilem textũ in l. j. C. ſi aduer. ſolu. in qua primum præmittitur, exemplo cæterorum debitorum tutores, quæ ex adminiſtratione tutelæ debeant, curatoribus ſoluentes liberari: ſed ante tẽpus, reſtitutioni in integrum præſtitutum, edicto perpetuo permiſſum beneficium implorari poterit: quod an tribui debeat per cauſæ cognitionem æſtimabitur: quaſi is textus doceat, & velit, minorem reſtitui debere, qui ſe ea ſolutione læſum prætendit, id tamen cauſa cognita.

Pugnare nihilhominus huic determinationi prima manu videtur aperta ratio. Nam cùm legitimã curatot habeat bonorum minoris adminiſtrationem, ſitque ei curæ præſtitutus, vt adulti tractet negotia: cui, quaſo, efficacius, quam curatori à debitore ſolui potuit? Cum † igitur commodius id alteri fieri nequiuerit quare non ceſſabit hoc caſu reſtitutio, ſaltem quæ in debitorem dari debuit, cui nihil ſit hac in re imputabile? Quinimò ſi tu hunc reſtituẽdum probares, maneret debitor deluſus: qui tamen, lege permittente, curatori perſoluerit. Huc pertinet, quòd ſoluendo ſe ab omni nexu & obligatione, tam ciuili quàm naturali exemerit debitor: quia ſolutiõe eius, quod debetur, tollatur quæuis obligatio: quod eſt in iure vulgatiſſimum, vt cùm obligatus eſſe deſierit, fruſtra ſit in eum danda reſtitutio: quam eũm ſi concedendam probaret, redderetur eluſorius & ſuperfluus. §. permittitur. in l. ait prætor. ff. de minor. in quo debitori minoris, quod debet, ſoluere volenti conſulitur, vt minorem iudicis cogat officio ad ſibi petendos curatores: cui nihil alias prodeſſet talis curatorum impetratio, ſi contra ſolutionem curatori factam, minori aduerſus debitorem, qui ſoluit, concederetur reſtitutio, quæ mirum in modum vrgent in eam priorem ſententiam. Quia tamen conſiderabiles ſunt aliquot caſus, quibus non debuit curatori ſolui, ſuſtentari & defendi vtcunque poſſet prior illa opinio: nam vt prodigus eſſet curator conſtitutus, vel ſi aliàs apertè in re minoris malè verſaretur: quia omnẽ eius ſubſtantiam prodigeret, nec id ignoraret debitor, nonne malè in eum caſum egiſſe iudicabitur, qui tali curatori ſoluerit? à quo perſpici debuerit, ſaltem potuerit, minorem debere poſt modum lædi? quo caſu debitori conſulitur, vt eam ſolutionem iudicis mandato faciat, per eam l. ait prætor, in §. permittitur. Tametſi hæc ſolutio de ſe vera ſit, huic nihilominus negotio mihi conueniens haud videtur: nam etſi admiſero, curatorem prodigum eſſe, & à quo diſſipentur minoris bona, non ob id ſequitur, quin ei ſolui poſſit, ſaltem prius quam prodigus à iudice declaratus fuerit, aut cui ſit interdicta bonorum minoris adminiſtratio: vt eſt annotatum à Doctoribus in l. is cui bonis. ff. de verb. oblig. quę ratio debitorẽ omnino excuſare videtur. Sed vbi is ſciret & noſſet curatoris qualitatem, non abeſt à culpa, quam nequit ipſe eludere, aut ab ea excuſari; quia nondum eſſet curatori inhibitum, ne deinuo adminiſtraret. Sufficeret enim id ab eo non ignoratum, ita vt ſyncerius cum minore verſari debuerit, & iudicis mandato talem ſolutionem facere, & hac cauſa textus in ea l. j. C. ſi aduerſ. ſolut. dicit, per cauſę cognitionem exiſtimandum, an beneficium reſtitutionis tribui debeat, vbi curatori eſt à debitore ſolutum: nõ quòd apertè diſponat is textus, paſſim debere minorem reſtitui, ſed tantùm ſi iuſta cauſa acceſſerit: quia ſi alias probaretur bene impenſam eam pecuniam, & in minoris vtilitatem verſam, aut curatorem ſoluendo eſſe, ceſſare deberet reſtitutio. Sic conſultius erit, ſi de curatoris qualitate dubitetur, vt iubente Prætore, fiat à debitore ſolutio. Et manebit ex prædictis hæc concluſio, ſi minoris curatori ſolutum fuerit, reſtitui minorem, qui ex ea ſolutione læſus eſt.

Solutione debiti, quandoque plena, aliquoties plenior, imò pleniſſima quæritur liberatio.

SVMMARIVM.

1 *Ex ſolutione triplex oritur liberatio.*
2 *Plena liberatio debitori tum contigiſſe putatur, ſi citra iudicis aut tutoris authoritatem minori ſolutio facta ſit: eoq; caſu firma manet tam ciuili quàm naturalis obligatio.*
3 *Pleniorem liberationem conſequitur, & ab omni obligatione eximitur minor, ſi tutore conſentiente, ſolutio fiat.*
4 *Pleniſſimam ſecuritatem conſequutus is eſſe videtur, qui iudice iubente tutori ſoluit.*
5 *Refutantur ab Authore doctrinæ ſuperiores, ex l. ait Prætor. §. permittitur. ff. de mino. allegatæ, & ſenſu ueriore declarantur nu. 6.*
7 *Debitor, ſi iubente iudice, tutori ſoluat, in quibuſdam caſibus pleniſſimam liberationem non conſequitur, uolente gloſſa in l. ſi quidem. C. de prædiis. minorum. Cuius ſenſum longius proſequitur Author numero octauo.*

CAPVT CLXXVII.

SEd prius, quàm cęteros caſus aſſumamus, te vnũ annotare oportebit, quod deducit gloſſa in eo. §. permittitur. ex † ſolutione aliquãdo plenam, quãdoque pleniorem, immo pleniſſimam liberationẽ reſultare. Plena † autem exurgit, ſi in ea ſolutione non acceſſerit iudicis, aut tutoris ſeu curatoris authoritas, ſed quæ, inconſultius his & ignorantibus ſit facta: & hoc caſu à nulla obligatione, ſeu ciuilis, ſiue naturalis fuerit, minor eximitur: qui ſe tamen iuuare exceptione in minorem poterit, ſi ſalua ſit pecunia, & nondum à minore conſumpta, ne aliàs ſoluentis iactura locupletur. Ad quod facit ſecundum eam glo. l. in pupillo. ff. de ſolut. & lib. necnon §. fin. Inſtit. quibus alien. licet vel non.

Pleniorꝛautem liberatio inducitur, vbi cum tutoris authoritate, & proprio conſenſu accedente fuit ſolutũ: tunc enim ab omni obligatione debitor eximitur. Si tamen eam pecuniam minor perdiderit, ſubuenitur ei reſtitutione in integrũ aut dabitur ei, ſi volet, contraria tutelæ actio, cùm eam pecuniam tutor, vt debuit, non impenderit: ad quod facit l. Lucius §. tutelæ. ff. de admi. tuto. in qua hoc potiſſimum probatur, id tutoribus conceſſum eſſe, vt à debitoribus pupilli pecuniam exigant: qua ſolutione manent ipſo iure liberati debitores: vt in eod. §. Paulus Iureconſultus reſponderit, ſi adminiſtrandæ tutelæ tempore tutori, tutelam gerenti, debitores ſoluiſſent, ipſo iure tali ſolutione liberatos maneret.

†Pleniſſimaꝛverò ſecuritas quæſita eſt ei, qui curatori, iubente iudicę, ſoluit, vt eſt in eo §. permittitur. facit l. ſancimus. C. de admi. tu. in qua dicitur, licere pupillorum ſeu adultorum debitoribus, eius quod debent, ſolutionem facere: ita tamen, vt primum iudicialis accedat ſententia, quo caſu ſtatuit lex, debitorem pleniſſimè ſecurum eſſe, nec poſtea inquietandum, cùm non debeat quod ritè actum eſt, alio reſuſcitari euentu: ut ibi habeat textus, ſi à iudice ſoluendũ eſſe ſit pronunciatum, debitor autem poſt modum perſoluerit, huiuſmodi cauſam pleniſſimam ſecuritatem ſequi. Hæc gl. in eo. §. permittitur. quam paſſim crebrior Doctorum turma ſectatur, qui omnes an recto moueãtur iudicio, videamus. Quodꝛautem meæ eſt ſententiæ non poſſum eas glo. diſtinctiones omnino probare idque ſeriatim à nobis explanabitur. Primùm voluit gl. plenam ſecuritatem debitorem aſſequi, vbi is minori citra curatoris aut iudicis authoritatem perſoluit: & quamuis ita plenè ſit liberatus, nihilo ſecius adhuc obligatum manere, ita ut denuo conueniri poſſit, & minor reſtitui. Quæ duo nonne, quæſo, ſunt inter ſe pugnantia, oppoſita, & contraria? Quomodo enim huic plena ſecuritate contuli poterit, ſi obligatus manſerit, imò potius nulla ſecuritate,

cum

Source : BIU Cujas

cum obligatio habeat prorsus oppositam & repugnantem liberationem. Quod autem ad plenioris liberationis exemplum attinet, censuit glo. plenius liberatum debitorem, si de curatoris assensu & authoritate facta solutio fuerit. In quo mihi non satisfacit: quia tali casu debitor sit ipso iure liberatus, ut est in ea l. Lucius. §. tutelę. Si ipso iure, ergo potius plenissimè, quasi nulla alia plenior solutio sit excogitabilis: aliàs ea verba, Ipso iure nihil operari censerentur, ut quæ etiam secundum quorundam sententiam reiiciant restitutionem in integrum, vt suprà prius annotauimus, cùm à nobis excuteretur articulus. An contra quadragenariam præscriptio
6 nem competat restitutio? Sic † ut secundùm glossæ exemplũ non solùm pleniorem, sed & plenissimam comprehendat liberationem, quid opus fuit hæc ut diuersa & inter se distincta capita, considerare? Poterit tamen hoc modo glossæ opinio defendi, vt absurdum non sit fateri, priore exemplo debitori quæsitam plenam liberationem, nihilominus tamen ciuiliter & naturaliter manere obligatum: fit enim hoc diuersis respectibus: nã plena securitas deriuatur ab eo, quòd minori, in hunc agenti, competat exceptio, qua se iuuare poterit si nondum expensa & consumpta fuerit pecunia, aut si aliàs versa in rem pupilli extiterit: quæ exceptionis propositio non impedit, quin debitor obligatus manserit: nõ enim tali solutione efficaciter potuit liberari, quòd imperfecta, mãca & nulla esset, debuit quippe eam vel iudicis mandato, vel curatoris authoritate accedente facere. Et ita declaranda erit communis iuris regula, quæ habet: Solutione eius quod debetur, omnem tolli obligationem: id enim verum est, vbi solutio aptè facta fuit. Quod etiam secundo loco adiectum est, pleniorem liberationem includere in se plenissimam, eundemque effectum producere, ob ea verba, Ipso iure: dico verum esse, ut plus plenissima liberatione vtilitatis accedat, q̃ pleniore; nam etsi plenior intereueniat liberatio, non repellitur tamen minor, quin restitui possit, si deperdita, aut malè aliàs consumpta fuerit pecunia: vbi si locus sit liberationi plenissimæ, quia iubente iudice curatori facta fuerit, omnino liberabitur debitor, vt quem lex vult postea non debere inquietari, cum ab eo melius aut consultius agi non potuerit. Quòd si ea pecunia à curatore malè postmodum consumpta fuerit, competet minori in eum contraria tutelæ actio, aut alia ad id similis. Sed quod ad debitorem, qui soluit, attinet, plenissimè liberabitur, nec concedenda erit in eũ restitutio, vbi tamen in pleniore liberatione admitteretur: quod satis apertè desumitur ex eo §. permittitur, in l. ait prætor. ff. de mino. Habes igitur ex præscriptis, quandoque ex solutione à debitore facta, plenam, pleniorem & plenissimam liberationem exurgere. Quod autem ad eam plenissimam spectat liberationem, sunt infinita exempla in iure desumpta & expressa, quibus plenissima securitate soluenti consulitur, inter quæ iam annotauimus casum l. sancimus, C. de
7 admit. tut. vbi † iudicis authoritas in solutione, quæ fit à debitore pupillo, inducit plenissimam liberationem: quod non extenditur ad vsurarum, pensionum, seu annuorum redituũ solutionem, modò in unum collectæ centum solidorũ quãtitatem non excedant: tunc enim talium solutio à debitore pupilli fieri potest, idque citra iudicis authoritatem: & tamen plenissima securitate gaudebit, ut est in l. constitutionem. C. eod. titu. Plenissimam etiam liberationem assequitur, qui soli tutori fideicommissi uniuersalis pupillo relicti, restitutionem facit modò fari pupillus non posset, aut absens esset: ut est in l. sancimus. C. ad Treb. per rationem, quæ ibi à textu recensetur, quæ est, ne dum nimia circa res pupillares subtilitate utimur, ipsa subtilitas ad eorum conuertatur perniciem. Sic habes, cuius effectus sit ea securitas plenissima: quem in id resolui intelligis, ut plenissimè securus sma neat debitor. Cum qua declaratione, quæ est communiter recepta, transeunt passim scribentes, quæ an vera sit, nõ im
8 portunè hoc loco excutietur. Quòd † autem non sit plenissimè consultum ei, qui iubente iudice curatori soluit, habes l. siquidem. C. de præd. mino. vbi si decreto iudicis interposito minor fundum uili pretio vendiderit, & cuius ipse vires ignoraret, tamen causa cognita restitui is poterit, quãtumuis iudicis decretum accesserit; ita vt iudicis authoritas nihil iuris ei venditioni attribuat, nec minorem à restitutione secludat: ut idem etiam simili ratione sit disponendum, ubi iudicis decreto fuit minori facta debiti solutio. Quam difficultatem resoluens glo. in ea l. siquidem. dicit ibi minorem restitui: quia ipse rem suam alienasset: quæ cùm ab eo absit, & vili pretio vendita fuerit, quare nõ optimo iure restituetur, cum apertum & manifestum sit eius damnum? ita ut iudicis authoritate non sit tali extraordinario priuandus beneficio. Solet enim id in restitutione concedenda, præcipuè spectari, an num læsus sit minor, qui casus secundùm eandem glo. est omnino distinctus ab eo, quod disponitur in §. permittitur. cùm ibi certum sit, receptam à minore pecuniam: in ea verò l. siquidem, suæ rei alienationem cũ summo eius damno & incommodo factam liquet: quasi inter ea duo cõ stituat discrepantiã, cũ recepta est ab eo pecunia, & cũ alienatũ fuit eius patrimonium. Sed huius gl. declaratio vera mihi non vr: quia censeã simile debere statui iudiciũ in vtroq; casu. Quod enim ad pecuniæ receptionẽ spectat, finge malè & inutiliter eam pecuniam à minore expẽsam, nec in suos vsus conuersam: nonne eo medio ita ei decedet ex patrimonio, ac cùm ipse rem suam alienauit? Saltem abnegare non potes, quin vtroque capite læsus sit: ita ut (me iudice) calor iudicii non plus vno casu, quàm alio introducere debeat: & tamen isto §. permittitur, abnegatur restitutio, etiam si iudice iubente sit solutum: vbi in eã l. siquidem, planè conceditur. Sic prædicta te docent, quando aduersus plenam, plenio rem, & plenissimam liberationem mino r restituatur.

Si iubente iudice, solutio facta à minore fuerit, an sit locus restitutioni?

SVMMARIVM.

1 *Si insolutionis actu iudicis authoritas accesserit, denegatur restitutio, maximè vbi debitor solutioni contradicit: secus si iudicis mandato acquiescat: idque ex sententia Castrensis.*

2 *Improbatur Castrensis distinctio. nam. priore adducta: minoremq;, siue iudici contradicat, siue non restitutionis auxilio non subleuandum ostenditur.*

3 *§. permittitur, in l. ait Prætor. ff. de minor. purus ac verus sensus demonstratur.*

CAPVT CLXXVIII.

Lossematarius verò in eo. §. permittitur. alio sensu & iudicio eos duos textus concordandos censuit, qui dicat in eo §. permittitur, de solutione quæ necessaria est, tractari; quia ibi soluendum iudex iusserit: ita vt minor, mandante iudice, debitum receperit, & ita restitui non debeat: quod secus statuendum existimat, si is voluntarium actum fecerit, qualis est rei suæ venditio: vt est in ea. l. siquidem. & hoc asserit elici ex eod. §. permittitur. in illis verbis: Quid tamen, si Prętor decernat soluẽdam pecuniam minori sine curatoribus? Secundum quam
1 solutionem recensuit Castrensis in l. j. C. si aduer. sol. si † in solutionis actu iudicis accesserit authoritas, denegandam restitutionem, vbi maximè debitor solutioni contradiceret, ad quam nihilo secius eum iudex adegerit, quod dicit plurimũ conferre ad puram declarationem eius §. permittitur. docẽs e diuerso, si iussu iudicis non contradixisset debitor, immò ei
2 planè acquieuisset, debere tali casu restitui. Ego † verò hanc eius opinionem refelli posse considerabam, in eo maximè, quod is voluerit, debere attendi, an iudici iubenti contradixerit minor? vt repugnans à restitutione secludatur: secus vbi voluntariè soluisset. Nam potius statuendum fuisset oppositum, quia lex magis succurrat ei, qui actum ex necessitate fecit quam vbi voluntariè: vt in l. si fideiuss. §. si necessaria. ff. qui satisd. cogant. Quare mea est opinio, siue contradixerit iudici
3 iubenti minor, siue non, reijci debere restitutionem † quod planè desumitur ex vero & puro sensu eius §. in quo primũ ex Principum constitutione permittitur debitori, vt adolescentes ad pętendos sibi curatores compellat. deinde adijcitur. Quid tamen, si Prætor decernat soluendam pecuniam minori sine curatoribus, & soluerit? dubitabatur ibi, an securus esset, cui hæsitationi sic à Iureconsulto respondetur: Si allegans minorem se esse, compulsus sit ad solutionẽ, nihil ei est imputandum, nisi fortè quasi aduersus iniuriam quis ei appellandum putet, tandem habetur: Sed credo, Prætorem hunc minorem in integrum restitui volentem, non auditurum, quo textu satis efficaciter probatur, reijciendam restitutionem, vbi allegans se minorem nihilominus ad solutionẽ sit cõpulsus: sed non sequitur, ergo si non reclamauerit apud iudicem, sed volens eius mandato satisfecerit, restitui debere. Hoc enim attenditur præcipuè, quòd ita mandarit iudex, cui fuerit necessum à minore obtemperari, cũ maximè in incertum feratur iudicium: vt est in l. inter stipulantem. ff. de verb. ob. quæ est finalis ratio eius § permittitur. Nam est veri simile, iudice non, nisi re bene expẽsa, ita iussisse, vt præsumi debeat, futuram minori eã solutionẽ vtilem. Potuit quippe iudex scisse, debitorem tunc ad summam inopiam, vergere, & ita minori esse necessariò consulẽdum, ne alias suo priua-

retur

retur debito: quod satis deprehẽditur ex verbis eiusdẽ textus: sed credo Prætorem hunc &c. Et ita hac facili, plana, expedita, & verissima ad eum textum elucidiatione intelligis, longè aliũ & diuersum casum tractari in ea l. siquidem. C. de præd. mi. in qua text. expresiè admittit rem vilì precio venditam, sicque minorem læsum: qua ratione lex ei succurrendũ probauit, etiam quòd iudicis mandato facta fuerit venditio, de qua læsione non apparet in eo §. permittitur, cum (ut præmisimus) præsumendum sit, iudicem bona & optima causa ad id motum, & vt minoris vtilitati consuleretur. E quibus habes verum & purum sensum eius §. permittitur, ac quomodo sit declarandus: demum intelligis, nihil dissidere à l. si quidem, sed vtroque capite diuersa statui.

Desumes hoc loco formam qua commodè solutioni adhiberi poterit iudicis iussus & decretum.

SVMMARIVM.

1 *In contractu iudicis authoritate celebrando quas solennitates adhibere contrahentes conueniat?*
2 *Minori restitutione succurrendum, iudice falsis allegationibus & testium depositionibus decepto.*

CAPVT CLXXIX.

1 OBiter ad hæc à te vnum annotabitur, quod ad iudicis decretum spectat † Si quis cum minore contrahit, desideret iudicis authoritatem in contractu adhiberi: quo ipse id facilius assequatur, debebit primùm iudicem adire, & illud ab eo postulare. Iudicis autem partes erunt, prius quàm suum decretum contractui interponat, & ad eius obseruantiam contrahentes adigat, vt per se, aut alium, cui suas vices committere potuerit, inuestigandũ curet, an num contractus sit minori futurus vtilis? qui, nisi ea indagatione præcedente non potest aptè & efficaciter authoritatem suam adhibere, quę forma desumitur ex l. magis puto, §. ne passim. ff. de reb. eorum. & ita indistinctè hæc praxis obseruatur. Quæ cum sic se habeant, nota quæso, an num ex his dici possit, vbi contractui à minore celebrato interuenit iudicis decretum, decipi minorem non potuisse? quia nõ aliter authoritatem suam iudex adhibuisset, nisi certus fuisset de minoris agi & tractari vtilitate. Quæ si ita admiseris, quomodo probe defendes in ea l. siquidem, res minoris vili pretio fuisse venditas, cum ibi iudicis decretum interuenerit. Quæ consideratio mirè vrget contra eam l. siquidem, nec video, quomodo aptè ad id responderi possit: nisi dixeris, etiam ea solennitate obseruata, iudicem decipi potuisse: quia examinandos iusserit testes, qui falsò, & præter rei veritatem de rei. quæ vendebatur vilitate deposuissent, quorum tamen testimonia is vera esse crederet. Quam declarationem non debes omnino refellere, cum in simili lex alio loco tollatur, si Præses alienandum seu obligandum pupilli fundũ rusticum aut suburbanum decreuerit, ex eo tamen actio pu
2 pillo competens non eliditur, immo salua relinquitur, † modò iudicis religionem, falsis allegationibus circunuentam, minor ipse docuerit. Sic falsis allegationibus, & testium depositionib. decipi iudex potest, & hac causa minori concedi-tur restitutio. Nec sum nescius, glossam in eo §. permittitur, sensisse, ideo in ea l. siquidem, restitutionem cõcedi, quia iudex rei venditæ pretium non taxasset, licèt rei distractionem fieri iussisset, qui intellectus est merè diuinatiuus, & quem si probares, sequeretur per omissionem taxationis pretii minorem læsum esse: quod tamen est à vero alienum: quia talis taxatio satis inesse aut inhærere dicatur contractui emptionis & venditionis, qui sine pretio vel fide de eo habita, non subsistit, ut est in iure vulgatissimum. Ex quibus omnibus iam liquet, quomodo quis plenissimè liberetur, ubi ab eo sit solutio debiti. Demum intelligis, vtrùm tali pleniſſimè liberationi aliquid roboris & efficaciæ attribuat iudicis præsentia? Accessit & his vera enucleatio & concordia ad l. siquidem. & §. permittitur. Habuisti denique formam, quam tenetur iudex obseruare, vbi agitur de interponendo decreto super cõtractu, à minore celebrato, quæ omnia tantam inter se affinitatem continent, vt vnum à reliquo pendeat.

Si minor, quod tantùm naturaliter debebat, soluerit, poterit num ad id restitui?

SVMMARIVM.

1 *Minor indebito citra tutoris authoritatem soluto, indebitum via ordinaria repetere potest, extraordinarium autem remedium ei adest, si tutoris iussus in solutione interuenerit, secundum nonnullos.*
2 *Discedit à priore Doctorum & legum allegatarum sententia Author, & indebiti conditioni locum esse ostendit, vbi sine tutoris authoritate pupillo solutum est, ex l. interdum. ff. de condict. indeb.*
3 *Declaratio Bartoli ad l. fin. C. si aduers. sol. ab auctore refellitur; & alia verior adducitur. num. 4.*
5 *In debito per iuris errorem soluto, minori beneficio restitutionis subueniendum.*
6 *Alia nec inconcinna aut inerudita Doctorum ad prædictam l. fin. C. si aduersus solut. declaratio.*
7 *Naturalis obligatio soluti repetitionem impedit: eodemq; iure restitutionem denegat, ex sententia Bartoli; cui respondetur num. 8.*
9 *Elegans & erudita huius capituli conclusio, tribus membris distincta.*

CAPVT CLXXX.

SVpereſt præterea, vt ad membra alia solutionis accedatur: Nam primùm à nobis declaratum fuit, quãdo sit à debitore solutio curatori minoris: nunc videamus si minor, quod tãtùm naturaliter debeat, soluerit, debeat num, vbi id expostulat, restitui? puta quia per soluerit legatum, quod in minus solenni testamento relictũ fuerat, ad cuius præstationem adigi à legatario non poterat. Quòd autem sit restituendus, facit l. fi. C. si aduer. solu. in qua sic disponitur. In debito legato, licèt à minore per iuris errorem sit solutum ei tamen repetitio decernitur, si nondum tempus, quo restitutionis petitur auxilium, elapsum fuerit. In oppositum habes l. interdum ff. de condi. indeb. vbi ita loquitur Iureconsultus: Interdum persona locum facit repetitioni condictionis indebiti, ut est, cum præter tutoris authoritatem soluit pupillus: quo casu si extent nummi, uendicari possunt, pro consumptis verò locus est condictioni indebiti. è quo textu nonne apertè desumitur, pupillo actionis via, non autem remedio extraordinario consuli? quod etiam ad quemlibet maiorem extenditur, in cuius manu est, soluto indebito, condictione indebiti id repetere, quia fortasse error iuris lapsus hoc fecerit, arg. l. cùm quis. C. de iuris. & fact. igno. Quam difficultatem excitant passim Doctor. in ea l. fin. à quibus tandem respondetur in ea l. interdum, locum esse condictioni indebiti, quia sine tutoris authoritate id soluisset pupillus, ad quòd erat tãtum naturaliter adstrictus. quod etiam extenditur ad prodigum seu furiosum, qui præter curatorum iussum soluissent, quibus non ab re via ordinaria lex adest. Nam certum est, immò indubitatum, nullum hoc casu translatum dominium, quare possunt ipsi rem vendicare, necnon consumptam condicere. Sic cum non inducatur liberatio, meritò iure ordinario repetitio conceditur: quod secus lex statuisset, si cum tutoris seu curatoris authoritate fuisset solutum: tunc enim desijssent hi naturaliter obligari, & translatum in eos fuisset dominium: ut est in l. nõ omnis. §. si pupillus. ff. si certum peta. ubi apertè decidit, sine tutoris authoritate dominium à pupillo non transferri: quasi ex oppositio velit lex, non esse de dominij translatione hæsitandum, si horum consensus accesserit. & simile in adulto disponitur, ut in l. 1. §. fuit quæsitum. ff. ad Trebel. Facit in arg. l. si curatorem habens. C. de in integ. restitutione mino. ita ut
1 secundum hanc eorum doctrinam concludatur † minorem, qui præter tutoris authoritatem indebitum soluit, posse indebitum uia ordinaria repetere, extraordinarium verò remedium ei adesse, si tutoris iussus in solutione interuenerit, quã dicunt comprobari in l. 1. & 2. C. si aduers. transact. vbi minore contra transactionem restituto, denuo ad primæuã actionem, quæ sibi competebat, redit aduersarius: ut est in illis verbis potissimum, Ex negotij instauratione tributa tibi actione consulendum est: quasi necessariò desideretur restitutio. Affertur & alia solutio à Barto. in ea l. interdum, ut quod ibi disponitur, concedi indebiti condictionem, sit declarandũ,
2 petita primum in integrum restitutione. Ego † verò neutrum horum sequendum crediderim, qui sim huius sententiæ, uerius & planius duos illos tex. declarari. ut l. illa interdum, sic intelligi debeat, locum esse condictioni indebiti, ubi sine tutoris authoritate pupillo solutum est. Nam tali casu persona locum facit repetitioni indebiti, cuius simile disponitur in l. illud. ff. de minor. in qua habetur: Illud nullam facit dubitationẽ, quin minor, si non debitũ soluerit ex ea cã, ex qua ciuili iure repetitio nõ est danda ad repetendũ actionẽ competere, cum & maioribus vigintiquinque annis soleat ex iusta causa repetitio decerni. Nota, quæso, eosdem terminos, puta repetitionis: & ita per eam l. fin. C. si aduers. solut. repetitionem decerni: quasi dici possit, nihil aliud disponere, quã faciant aliæ l. oppositæ, & ita semper competere ordinarium

reme-

Source : BIU Cujas

remedium. Sed fortaſſe proponet ſtudioſus Lector, eam interpretationem planè confundi per finalia verba eius legis, Indebito legato, in qua minori repetitio indebiti ſoluti cõceditur, ſi non omnino tempus: quo reſtitutionis tribuitur auxilium, exceſſerit, quaſi denotet textus, talem indebiti repetitionem beneficio reſtitutionis in integrum dari poſſe, aliàs fruſtra fuiſſet facta reſtitutionis mentio, ità ut ſemper ſubſiſtat contrarium l. interdum. Cui poſtremæ obiectioni viſus eſt tacitè reſpondiſſe. Bart. in ea l. interdum. qui diſputans articulum, an pupillus ſoluens, quod eſt tantum naturaliter debitum, poſſit tale in debitum repetere, concludit locum eſſe repetitioni, ſed id ſpeciali beneficio à lege indulto, potiſſimum per eam l. interdum & l. illud. ff. de mino. nõ quòd id fieri debeat per reſtitutionem in integrum, ſed via ordinaria, quæ à ſpeciali legis priuilegio vim & robur aſſumit. Solet autem talis ſpecialitas ſic à Bartolo deduci. Nam ſecundum ius Digeſtorum ceſſabat talis indebiti repetitio,
2 per l. ſi eius. §. 1. ff. ad Trebell. cuius diſpoſitio tandem mitigata fuit per alias l. oppoſitas, ut non iure communi tali indebiti repetitioni inſiſtatur, ſed ſpeciali legis beneficio: quo nihilominus viſum fuit minorem vti debere intra quadriẽnium præſtitutum ad reſtituti onem impetrandam ut ſi intra id tempus non effecerit, ſit a tali repetitione excludendus
3 † exiſtimans hoc modo eſſe declarandam eam l. finalem. C. ſi aduerſus ſolu. in quo etſi ſubtiliter ac doctè admodum ſit verſatus non tamen me iudice ea, qua decuit, veritate negotium attigit: quod ego ſic demonſtro † Nam ſi eius conſideratione probares, vana omnino & futilis eſſet aſſumpta diſputatio: quia ſi intra quadriennij tempus deberet neceſſariò tale repetitionis iudicium intentari, nõne ex eo idem effectus exurgeret, ac ſi reſtitutionis in integrum via id fieret? ita ut viciſſim ea duo confunderentur. Cæterum hoc maximè damnoſum eſſet minori, cui pro tali re repetenda cõpeteret condictio indebiti, quæ perſonalis eſt, & quæ intra annos triginta proponi poteſt. Præterea quis hoc reuelauit Bartolo, ſic debere declarari eam l. finalem, & tale quadriennij tempus eſſe ad remedium ordinarium referendum, idq; ſpeciali legis beneficio? Quæ omnia me tãdem eo ducunt, ut fatear, non poſſe aliter eam l. finalem intelligi, quam quòd dicatur, indebitum † per iuris errorem a minore ſolutum, reperi poſſe via reſtitutionis in integrum: & ita non eſſe hærendum declarationi illorum textuum, quam ego præmiſi, vt loquantur de remedio ordinario, etiam quòd lex termino repetitionis pecuniæ vtatur, cum per reſtitutionem in integrũ res repetatur. Tendit quippe eò reſtitutio, vt hic, quod tuum eſt, & ad quod tantum naturaliter erat obligatus, aſſequatur. Quare vis omnit conſtituta eſt in enodatione eius l. interdũ, quam pro contraria afferunt Doctor. ad eam l. final. Quorũ-
6 dam † autem hac in re alia fuit conſideratio, l. finalem, debere intelligi, vt facta ſit cum curatoris authoritate ſolutio, & ita neceſſariam eſſe reſtitutionem, quæ declaratio etſi omnino abſurda non ſit, pugnare tamen videtur eidem l. fina. in qua dicitur, à minore ſolutum indebitum: non expreſſo, an id curatore authore egerit? adijcitur etiam per errorem iuris à minore ſolutum: qui error magis eſt minori, quàm eius tutori accommodabilis: quaſi verſimile non ſit, tutorem, qui prouectæ eſt ætatis, in eo erroneè verſatum: quæ duo euertũt præſcriptam ad eum textum intelligentiam: etſi non eam inficias, ſatis mihi arridere talem interpretationem, vt dicatur, cum curatoris authoritate ibi à minore ſolutum: quia in dubio ſit actus ſic interpretãdus, ut valeat potius, quàm annulletur, ubi potiſſimum lex pro tali ſolutione curatoris authoritatem deſiderat. Et ita hac reſolutione admiſſa & probata, oporteret hærere priori declarationi Bartoli, ideo in ea l. interdum ceſſare reſtitutionem, quia nullum ſit tranſlatũ dominium: quę eſt interpretatio minoribus calumnijs ſuppoſita. Meum autem eſt iudicium, ut doceri poſſit, eſſe in poteſtate minoris, vel reſtitutionem in integrum intentare: vel ſi volet, condictione indebiti rem repetere: potiſſimum id reſtitutione aſſequi, ſi agnouerit ſibi ea pinguius conſuli debere, quod ego ſupra latiſſimè & diffuſiſſimè docui. Sic habes indebito à minore ſoluto, locum eſſe reſtitutioni, & ità reſtitui poſſe, ſi quod naturaliter tantum debebat, is per ſoluerit.
7 Sed & adhucin eam opinionem inſiſtitur: Naturalis obligationis effectus eſt: vt ſoluti impediatur repetitio, l. etiamſi. C. de compenſationibus. quod eſt ea ratione: quia cum verè res ſit debita, æquum viſum fuit, repetitionem eſſe abnegandam, quòd ſi repeti nequeat, ergò ceſſare eodem iure debebit reſtitutio, argumento §. prætera nouatione. Inſti. quibus modis tollitur obligatio. & l. pupillus. ff. de receptis arbitris. & l. puberes. ff. de verborum obligatione. Quam dubitationem promouit Bartolus in eadem l. interdum. vbi tandẽ aſſerit, nõ debere minorem reſtui, ſi cum naturaliter ſit obligatus, velit reſtitutionem impetrare, ne ad ſolutionem eius debiti poſſit compelli: & ut ab eo naturalis obligationis nexu liberetur, poſſe tamen & debere reſtitui, ſi quod erat indebitum, ſoluerit, ubi potiſſimum erroneè id egit. Sed hęc Bartoli ſolutio leuis & frigida mihi omnino videtur. Quis enim dubitat, non debere reſtitui minorem, qui naturaliter tantum obligatus eſt, ne ad ſolutionem eius debiti compelli poſſit? Fruſtra enim imploraretur reſtitutio, cum in hunc efficaciter agi non poſſit, vt eſt in l. iuriſgẽtium. & l. 1. ff. de pact. cum ſimilibus. Quare ſi remedio ordinario poſſit aduerſam partem repellere non eſt extraordinarij habenda conſideratio. Poterit igitur longè efficacius reſponderi, non concludere in minoris perſona argumentum: Effectus naturalis obligationis impedit repetitionem, ergo eodem iure eſt abnegãda reſtitutio. Nam hoc ſolum attẽditur, an num ſit læſus. Læſum autem eſſe in confeſſo eſt, quia id perſoluerit, ad quod compelli non poterat. Habes igitur, poſſe minorem reſttui, ſi quod naturaliter tantum debebat, id ſoluerit. Quę concluſio an procedat ſi ſciens indebitum, id tamen perſoluerit, iã videamus. Quod autem reſtitui non debeat, facit, quia ſciẽs donaſſe cenſetur, argumen. l. 1. ff. de condict. indebi. Volenti denique non fit iniuria. Vberius tamen eſt ut etiam hoc caſu ſit reſtituendus, vel hac vna ratione; quia ſit læſus: cui non oberit, quòd qui volens & ſciens ſoluerit, cenſeatur donaſſe. Nam præſumitur id ætatis facilitate egiſſe: & cum in eo non fuerit maturum, ac quale decuit iudicium, meritò reſtituendus eſt, quod nos poſtmodum vberius excutiemus, vbi potiſſimum ſe offeret examinatio articuli, An minor cõtra do-
8 nationem, à ſe factam poſſit reſtitui? Quò † autem ſub breui compendio intelligas, quomodo poſſit minor aduerſus ſolutionem reſtitui, dicas: Aut ſolutum eſt, quod erat omni iure debitum puta ciuiliter & naturaliter: & tunc ſi id tutore authore factum ſit, liberabitur ſoluens: quod etiam extenditur ad minorem, qui ſoluit, vt in eum caſum reſtitui non debeat: niſi fortaſſe, rem quam ſoluit, is alienare ſine iudicis decreto non poſſet: nam cum eo caſu tranſlatum non fuerit dominium, iure optimo reſtituetur: ſaluis tamẽ & exceptis duob. caſibus: quorum primus eſt, vbi à maiore cœpit debitum, vt in l. magis puto. §. ne paſſim. ff. de rebus eorum. Secundus cum conſumptione reconciliatur ſolutio, arg. l. non omnis. §. ſi pupillus. ff. ſi certum per. Quod ſi ſoluerit minor id, ad quod nullo iure aſtringebatur, cum is verè nihil deberet, qui tamen falſa ductus opinionem, exiſtimaret ſe debere, ſiue ſciens, ſiue ignorans id egerit, reſtituetur. In quo differt ipſe à maiore, cui ſcia aliàs piu dicaret. Si verò eſſet ciuiliter indebitũ, natura verò debitũ, vt eſt in legato relicto in ĩperfecto, & minus ſolenni teſtamento: ſi curatore authore ſoluerit, reſtituetur, quod ſi prætèr illius authoritatem, locus erit repetitioni.

Vbi pro indebito ſoluto imploratur reſtitutio, an ſic debeat libellus concipi, vt aduerſus naturalem obligationem petat ſe minor reſtitui vel vt ita reſtituatur, ne poſſit in eum debiti retentio obĳci.

SVMMARIVM.

1 *Contra indebiti ſolutionem reſtitutio ſufficit non obſtantibus aliorum rationibus adiectis.*
2 *Libellus contra ſolutionem indebiti quomodo formandus?*

CAPVT CLXXXI.

SCio etiam a quibuſdam hac in re non minus doctè, quam ſubtiliter hæſitatum. An, vbi imploratur reſtitutio, exigatur, vt aduerſus naturalẽ obligationem petat ſe minor reſtitui: vel ſi ita ſit concipiendus libellus. ut ſic reſtituatur, ne in eum poſſit retentio debiti obiici. In quo quidam falſi ſunt ſimpliciter contra naturalem obligationem implorandam reſtitutionem, moti diſpoſitione Rubricæ. C. ſi aduerſ. ſol. Exiſtimatum eſt tamen ab aliis, ut utriuſque fiat cumulatio, primum facta ſolutionis mentione, hac demum clauſula adiecta: Et cum ex tali ſolutione reſultet impedimentum aliud, puta repetitio ob naturale debitum, peto me ad utrunque reſtitui. Ego ve-
1 rò ſum huius opinionis † vt ſat ſit, ſi hic ſe contra indebiti ſolutionem reſtitui petierit. Solet enim eius intentio eò tendere, ut ad id res reducatur, ac ſi nunquam ipſe ſoluiſſet: quòd ſi ſolutum non eſſet, ceſſaret compenſationis ſeu repetitionis effectus, qui ex naturali obligatione reſultat. Si tamen pars duxerit utrunque medium deducere, ſed ſi priori tantũ

hęſerit,

Source : BIU Cujas

hæserit, non id vitiabitur libellus. Cõcipietur igitur hoc mo-
a do libellus restitutionis: Cum † ego Titio ad centum naturaliter tantum obligatus essem, nec ad eorum solutionem efficaciter compelli possem: errore tamen iuris ductus, vel ex certa scientia, facilitate tamen iuuenili illa persolui: ex qua solutione me læsum dico, qui maximè ea centum repetere nequeam ob eiusdem pecuniæ retentionem, vel quia fortasse sit consumpta pecunia: & hac causa peto me restitui, ut officio iudicis nobili cogatur aduersarius ad eam pecuniæ restitutionem, & ut talis solutio sic indebitè facta rescindatur. In qua conclusione, quæ ad pecuniæ restitutionem tendit, includitur actus priori retro similis. Quod autem vterq; is modus sit in restitutionis libello tolerabilis, elicitur ex l. in causæ. §. j. & l. interdum. ff. de minorib. Sic te docebunt prædicta quomodo possit minor, quod debet, soluere, nec non ei solutio fieri.

An soli tutori fieri possit vniuersalis fideicommissi restitutio? & vtrum id de reali seu verbali restitutione sit intelligendum.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommissi vniuersalis restitutionem soli tutori aptè fieri posse, si aut pupillus fari nequit, aut à prouincia abest, argumento l. sancimus. C. ad Trebel. probatur.*
2 *Tam uerbalis quàm realis restitutionis vis atque proprietas quæsit, demonstratur.*
3 *Minor vel sua facilitate læso, vel eius bonis hæreditarijs negligentia tutoris deperditis restitutionem esse indulgendam.*
4 *Restitutione hæreditatis facta, minorem ad omnes hæreditarias actiones, puta dissoluenda credita & alia obligari.*
5 *L. sancimus. C. ad Trebel. de vtraq; tam uerbali quàm reali restitutione esse intelligendam pluribus rationibus defenditur contra sententiam Cumani.*

CAPVT CLXXXII.

1 IE tamen ad vnum oportebit animaduertere, cuius supra meminimus quod est: Soli † tutori fideicõmissi uniuersalis restitutionem posse aptè fieri: idque tunc attigimus, cum incidenter declarauimus, quomodo quis soluendo pleniſſimam assequeretur liberationem, recensentes casum l. sancimus. C. ad Treb. quam
2 legem existimauit Raphael Cumanus de † verbali restitutione intelligendam, & per quam transfertur verbo in minorẽ seu pupillum iura hæreditaria: secus si re ipsa hæreditas esset
3 restituenda. Hocque posteriore casu is voluit, † si tutoris negligentia res aliqua hæreditaria deperderetur, aut aliàs minoris facilitate id accidisset, dandam esse minori restitutionem. Sed quòd ea lex ad vtranque restitutionem tam verbalem quàm realem possit referri, sic doceo: Primùm considerans, vtroque casu eandem & similem inesse rationem. Solet quippe lex eo loco testari, soli tutori restitutionem fieri posse, ubi fari pupillus non potest: vel si a prouincia abesse noscatur. Nec est id a summa æquitate alienum: quia si aliàs expectaretur, donec efficaciter loqueretur, aut ubi rediisset, posset; tali dilationi ei malè consuli, & interim res hæreditaria diminui: qua ratione lex introduxit, soli tutori restitutionem posse fieri: ne dum nimia subtilitate (quod ait ea l. sancimus) circa res pupillares vtimur, ipsa subtilitas ad eorum cõuertatur perniciem. quæ rõ nonne, quæso, vtranque restitutionem includit? Nec adesse Cumano potest, ideo id fieri, ne plus, quàm par sit, grauetur minor: quia (mea sententia) id in restituentis incommodum, & summam perniciem attendi non debet: qui cum agnosceret, se restitutioni adstrictum, dixerit tũ, se defuncti uoluntati satisfacere, & talem hæreditatem deserere, cui nihil imputari poterit, si cum fari nõ posset pupillus, aut absens esset, tutori restituerit: idque ea ratione, quam ego iamiam præmisi. Quòd tũ grauissimè in eum casum lædi pupillus possit, qui volet Cumani opinionem defendere, sic docere poterit: Per restitutionem transfundũtur in minorem quæuis hereditariæ actiones, ita ut quibusuis hæreditariis creditoribus obligetur, vt est in l. restituta. §. fi. ff. ad Trebel. Quare cum l. sancimus, dicat, pleniſſimam liberationem restituenti causari. cur non debebit in dubio de restitutione, per quam minus læderetur minor, puta verbali, intelligi? Quæ consideratio mihi vtcunque arrideret, nisi ex opposito adesset vtriusque restitutionis effectum etiam eò dirigi & declinare † vt statim restitutione hæreditatis facta, minor obligetur: quod tamen ego impræsentiarum nolo hoc
4 5 loco discutere: vnum tamen non omissurus, posse † eam l. sancimus, interpretamento alio, quam senserit Cumanus declarari, vt vtroque casu, siue verbalem, siue realem restitutionem effinxeris, succurri minori aduersus eum, qui hæreditatem restituit, non debeat: sed oportere restituentem pleniſsima frui securitate: erit tamen in minoris manu, si damnosam postmodum hæreditatem esse agnouerit, ab ea abstinere, & ita se a nexu creditorum eximere. Secundùm quam interpretationem, quæ de se est rationi consona, necnon literę omnino applaudens, manebit planè is textus elucidatus, ita vt citra omnem scrupum de vtraque restitutione eum loqui appareat. Nec bene concipio, quomodo ex tali hereditatis restitutione possit minor damnum pati. Nam si tutoris negligentia hereditarię res perdantur (qui est casus a Cumano figuratus) nonne est ea in re minori contraria actione tutelę consultum, qua is a tutore rei pretium assequatur? vt hęc prę cedentib. iuncta, me magis moueant, qui sentiam eam l. sancimus. ad vtranque restitutionem esse referendam. An autem concludentibus aduersum Cumanum rationibus mouear, ipse expendere poteris.

Contra generalem acceptilationem restituitur minor.

SVMMARIVM.

1 *Acceptilationes generaliter conceptæ iudicantur vt plurimùm captiosa, ideoq; ad prohibendam restitutionem inualidæ.*

CAPVT CLXXXIII.

1 SVpersunt duo adiicienda, materiam solutionis, quã nouissimè excussimus, concernentia: quę cum in praxi sint peculiaria, ego ea de re haud omittenda illa putaui. Primùm † est: Tutor, finita tutela, demũ suę administrationis ratione reddita, cum se absolutè liberatum existimaret, ab adulto tamen, cuius tutelę prę fuerat, sic conuentus est, ut niteretur is eum ad nouam rationem reddendam adigere: allegans non planè & perfectè rationibus reddendis satisfactum, & se plurimum deceptum, qui ei generalem acceptilationem feciſſet, contra quam peteret se restitui, ac denuò tutorem cogi, qui suæ administrationis exactiorem rationem redderet, tali liberatione generali primũ & ante omnia rescissa. In quo casu quãdoque hęsitatum est, esset num minor restituendus, & tandem concluſum, restitui debere: cuius rei argumentum hoc erat, quòd se lęsum grauissimè assereret, suoque patrimonio plurimum tali acceptilatione generali detractum allegaret: cum re vera sic generaliter conceptas acceptilationes lex captiosas iudicet, ut est in l. cum Aquiliana. ff. de transactio.

Restituitur minor, vt tutorem denuo ad suas rationes reddendas cogat.

SVMMARIVM.

1 *Mater ad secunda vota transitura, filio prius tutorem petere compellitur.*
2 *Si filius à matre se læsum esse proponat, ad hoc restituitur, vt tutor in matris locum suffectus, suæ tutelæ denuo rationem reddere teneatur.*

CAPVT CLXXXIIII.

1 SEcundum † exemplum consistit in eo, quod scis a lege dispositum, matri ad secunda vota transire volenti, id a lege iniunctum, vt filio, cuius est tutrix, tutorem alium decerni expostulet, demum bonorum rationem reddat, ac reliqua persoluat: ut est in §. sin autem tutelam. in Authen. de nup. ita ut si neutrum fecerit, aut horum altetutrum omiserit, filii successione priuari debeat,
2 l. omnem. C. ad Tertull. In proposito † si secundum præscriptam iuris dispositionem mater legis dispositioni satisferit, puta petito tutore, ratione reddita, & reliquis persolutis, postea tamen filius se lęsum proponat, quia dicat non fuisse ei a matre perfectè solutum, ac matrem multa subticuisse, quę in rationibus non continerentur, an num poterit is restitui, & ad id admitti, ut denuo mater rationes reddat? Qui casus ea ratione, qua prędcedens est determinandus: & ita in minoris fauorem iudicatum memini: in quem pręter cętę

Source : BIU Cujas

ra a m a tre obiiciebatur, & præsente minoris curatore ipsa ratione m suæ administrationis reddidisset: quæ tamen exceptio nihil eam tunc iuuit, quo saltem filium a restitutione repelleret. Talis enim curatoris præsentia, etiam si eius accesserit confessio, minori obesse nequit, argu. l. pactum curatoris. C. de pact. & l. qui filium ff. de manu. testamento. Possent in hanc aleam plura similia aliam afferri exempla, quæ curiosus Lector per se inuestigare & examinare poterit.

Vtrum b eneficium, quod vni ex consortibus collitigantibus est concessum, sequatur reliquos consocios, vbi maximè implo-ratur restitutio?

SVMMARIVM.

1 *Beneficium alteri colligantium in petita restitutione concessum, vltra minoris personam non extendendum, rationibus et exemplis ex Burgundionum praxi de sumptis probatur.*

2 *Consortes litis omnes eodem beneficio restitutionis frui debere secundùm vulgare Iuris scomma: Beneficio mihi ex alterius persona competente, me gaudere debere, quod ampliatur nu. 4.*

3 *Iustæ prouocationis beneficium, etiam in consortem non appellantem esse deriuandum.*

4 *Beneficium minoris etiam eius consorti prodesse, in his maximè, quæ sunt indiuidua & connexa, ex sententia communi: quam Author rationibus & exemplis, nu. 5. adductis, refellere nititur.*

CAPVT CLXXXV.

1 SE offert præterea excutiendum elegans admod ũ in restitutionis materia articulus. An † beneficiũ vni ex consortibus litis concessum, ad alios, cum eo simul litigantes extendi debeat? Qui casus est in praxi admodum quotidianus, & quem frequenter accidisse memoria teneo. Quòd autem tale beneficium alius nõ assequatur, nec minoris personam egrediatur, facit l. unica. C. si in communi eademque causa: potissimum in secunda parte, sub illis verbis. Quamuis illa minor pro portione sua possit restitutionis implorare auxilium, vobis tamen ad cõmunicandum edicti perpetui beneficium patrocinari illius ætas non potest. Qua lege quid ad præscriptam conclusionẽ confirmandam apertius? Quod vt tu melius & distinctius assequare, afferam ego aliquot exempla, mirè ad id conuenientia, & quæ in vtu sunt quotidiano, inter quæ primum hoc suppetit: Tres simul litem quandam intentauerũt, quorum vnus minor erat. Cęterùm eò res succesſit, vt aduersum hos lata fuerit sentẽtia, nec ab ea prouocatum: minore postmodum restitutionem implorante, ut appellare posset, dubitatum fuit, nunquid restitutio, quæ minori conceditur, debeat reliquis litis consortibus sic prodesse, vt ad appellationis prosequutionem admittantur: à qua, si maiores omnes essent, repellerentur, quòd negligenter in non appellando fuissent versati. Succedit & alter casus: Edictum est apud Burgundiones, quod ab inuictissimo Cæsare Carolo Quinto prodiit, quo disponitur. ut qui supremo Dolani Senatus iudicio assistunt (quales sunt ordinarii Senatores) præterea viduæ, pupilli, nec non miserabiles aliæ personæ possint, si volent, lites quas sunt moturi, susscitare apud eundem Senatũ, omisso aliorum ordinariorum tribunali. Cæterùm ita eo edicto subsistente, si vidua, quæ cum maiore rem communem habet, quia sit agendum familiæ erciscundæ, aut cõi diuidundo iudicio, aduersam partem coram Senatu conuenerit nonne adesse ei liti poterit maior, qui simili & pari iure ac vidua nititur, quia ambo fortasse hæredes sint, attenta maximè rei, cuius est quæstio, connexitate? Penè etiam similis alia est quæstio. Est in facultate uiduæ, si coram inferiore iudice conueniatur, id expostulare, ut causæ instructio & decisio ad Senatum remittatur: quod etiam edicto alio apud eosdem Burgundiones introducitur. Finge, mulieri huic plures esse litis consortes: an num eorum negotium beneficio uiduæ erit coram Senatu ventilandum? vel vtrum semper coram ordinario tractabitur? Hæc igitur exemplorum expressio tibi uiaticum esse poterit, ut maturius assumptum thema intelligas: cuius prima manu decisionem habes in ea l. vnica. C. si in communi, eademque causa. E contrario, quòd
2 †eodem beneficio frui debeant omnes consortes, facit vulgatum illud iuris scomma, Beneficio mihi ex alterius persona competente, me gaudere debere, etsi id per me nequeam, vt est in l. & si post mortem. §. fina. ff. de bon. poss. ꝯ tab. facit l. amicissimos. ff. de excus. tut. Huc pertinet, qđ est in l. si quis separatim. §. fi. ff. de appel. necnon in l. 1. & 2. C. si vnus ex plurib. appel. vbi si coram iudice probatum fuerit, vnam eandẽque fuisse eorum condemnationem, quorum iusta fuit appellatio pronunciata, nec factorum diuersitate separationẽ accipere, tunc victoriæ emolumentum ad eum quoque, qui
3 non prouocauit, pertinebit. Si † enim in vna eademq; causa quis appellauerit, eiusque iusta sit prouocatio pronunciata, ei quopue (quod ibi ait textus) proderit, qui nõ prouocauit; ita vt tale beneficium ad consortem ẽt non appellantem extendatur. Vrget denique in oppositum l. si cõem. ff. quemad. serui. amit. in qua disponitur, si communem fundum tu & pupillus habeatis, licèt uterq; sua uia non uteretur, tu tamen ob pupillum viam tuam retinuisti. Huc etiam spectat l. loci corpus. §. si fundus. ff. eod. titu. ubi quis per alium assequitur, quod per se non potuisset. Quarum legum concordiam exquirentes: qui hac in re sunt versati, censuerunt sic resoluendam altercationem: Beneficium vnius consortis alteri prodesse, maximè in his quæ sunt indiuidua & connexa: secus si diuidi ac separari queant, nec sint cohærentia. † Secundum
4 quam declarationem testantur, quęuis contraria extricari posse, & cuiuslibet difficultatis determinationem facilè dirimi: primum aientes, mirum non esse, si in seruitute omnes consortes eodem fruantur beneficio: qùia seruitus sit indiuidua, vt est in l. 1. §. vsusfructus. ff. ad legem Falcid. Atque hæc distinctio satis desumitur ex ea l. vnica. C. si in communi eademque causa. vbi fit sororis mentio, a qua implorabatur ꝓportione sua hæreditaria restitutio: quasi lex præsupponeret, hæreditatem esse diuisibilem. Quòd si etiam talis connexitas spectetur, nonne tres hi casus, quos præmisimus, sic resolui poterunt, vt in his omnibus vnius consortis beneficio fruatur alius? & ita vidua communi diuidundo iudicio agẽs, vbi litem instituit, ad se consortem eiusdem communionis trahat, vt is ibi, si volet, instantiam prosequatur? quod etiam extendetur ad litis euocationem. Ex his autem sat intelligis, beneficium vnius consortis alium sequi: quod est, vel vbi de re indiuidua tractatur, aut si res sit omnino connexa: quæ duo etsi inter se affinitatem quandam habeant, sunt tamen eorum effectus distincti: quod re ipsa patet. Nam si vidua cõueniatur, velitque litem coram supremo iudice tractari, ita cæteris consortibus proderit, ut ibi etiam possint litigare: ad quod non aliàs admitterentur: & tamen hoc est possibile, imò passim euenit, vt diuersarum rerum sit quæstio: quia vidua vnum prætendat, reliqui alia, sitque res, de qua agitur, diuidua: sed quia connexa est, ideo cęteris consortibus in eo defertur. Manebit igitur hæc conclusio in his, quæ indiuidua & connexa sunt, minoris beneficium, quod restitutionem in integrum introspicit, ad consortem extendi. Sed etsi vera sit, immo communis ea sententia est tamen, per quod possit
5 multis rationibus eneruari. In ꝓprimis habes Petrum glossematarium in ea l. vnic. C. si in commun. eademque causa, recensentem, licèt seruitus indiuidua sit, ius tamen obligationis diuiduum esse: vt si lex in præscripto seruitutis iure minori succurrat, non debeat tamen idem in eo, qui maior est, disponi. quare si pro seruitutis constitutione se vicissim maior & minor obligarint, licèt aduersus eum nexum restituere tur minor, firma tamen & fixa subsisteret in maiore omnis obligatio, ad quæ scribit facere l. per fundum. ff. de seruit. rustico. prædio. qui tamen bene admittit minoris ætatis beneficium maiorem sequi, si de conseruanda seruitute, quæ per præscriptionem perdita fuisset, ageretur: & ita esse illam l. si communem declarandam. Quod etiam simili ratione procedere voluit Bartol. si de debitæ seruitutis extricatione esset controuersia: & ita procedere affirmat. l. loci corpus. §. si fundus. ff. si seruit. vendit. Secundum quam Petri consideration em iudicauit Bartol. in ea l. unica C. si in commu. ead. causa. quandoque proponi ętatis beneficium, ut seruitutis præscriptio iam completa, & perfecta resoluatur: & eo casu minorem ætatem maiori suffragari: ac eo modo l. si communem, esse interpretandam. Aliquando verò de seruitutis declaratione quæstionem esse, puta cum agitur negatoria seu confessoria: & idem iuris, ut casu priori statuendum, per l. loci corpus, §. si fundus. Quòd si de impedienda seruitute iam constituta tractaretur, tunc unius ętatem alteri (secundum ipsum) non prodesse, quòd seruitutis nequeat pro una parte constitui pro alia verò non, l. pro parte. ff. de serui. Atque idem iuris statuendum existimauit, si de impedimento personalis obligationis ageretur. per quod ad seruitutis constitutionem tenderetur, ut est in ea l. per fundum. Hæc Petrus & Bartol. Quorum distinctionibus, aut, si malis, casuum & exemplorum diuersificationibus, non uidetur mihi extricatus eius materię nodus, cum necessarium aliàs fuisset, cuiuslibet dicti particularem afferre rationem, non autem simpliciter legum exempla recensere, nec obicem aliter enodare.

Vbi

Source : BIU Cujas

Vbi renunciatum est a pluribus seruituti, quæ prædio debebatur, inter quos esset minor: si is contra eam renunciationem restituatur, an num proderit illius consocijs talis restitutio?

SVMMARIVM.

1 *Minore contra seruitutem amissam restituto, beneficium restitutionis ad consortes haud extendendum esse: secus si de impedienda præscriptione nondum completa controuertatur ex sententia Castrensis quam Author ampliat nu. 2.*
3 *L. si per fundum. ff. de seruitu. rustico. prædi. quo sensu declaranda sit, docetur.*
4 *Seruitutem quæ ad alios etiam pertineat, esse indiuiduam, atque idcir co beneficio restitutionis, contra eam amissam vni concessæ, alios etiã consortes frui debere, explosis ijs, quę â Petro & Bartolo in contrarium afferuntur nu. 5.*

CAPVT CLXXXVI.

1 QVare tu perfectius solidiusve passum huius materiæ intelligas, oportebit secundum Castrensem in ea l. vnica. thema tale effingere. Quid †si plures, quorum communi prædio seruitus erat debita, ei seruitutis iuri renunciauerint, in quorum numero esset minor, qui tandem pro recuperanda seruitute ita amissa, se restitui petierit, an num ea restitutio eius sociis proderit? In quo Castrensis fuit opinionis, restitutionem ad alios non extendi: vel hac ratione, quia facilius & commodius eius quod est in esse, fiat conseruatio, quàm admittatur rei amissæ & deperditæ recuperatio, argumen. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alien. iuris. quod secus statueretur, si de impedienda aut interrumpẽda præscriptione nondum completa esset controuersia, afferens ad posteriorem hunc casum rationem. Nam cum aduersum minorem, quem consortem habeo, non cucurrerit præscriptio: quomodo contra me maiorem efficaciter præscribi potuit? quia seruitus, de qua tractatur, indiuisibilis sit: ita vt id disponatur ratione separationis impossibilis.

2 Ego †verò, omnibus excussis, verius esse existimo, vt in quibuslibet indiuiduis & connexis, si minori succurratur, debeat maior eodem gaudere beneficio hac ratione: quia de connexo &
3 indiuiduo tractetur. Tota autem † vis consistit in enucleatione eius l. per fundum, cuius verba sunt hæc: Per fundum, qui plurium est, ius mihi esse eundi, agendi, potest separatim cedi. ergo subtili ratione non aliter meum fiet ius, quàm si omnes cedant: & nouissima demum cessione superiores omnes confirmabuntur. Benignius tamen dicetur, & antequam cesserit nouissimus, eos qui antea cesserunt, vetare vti iure cessio non posse: hæc text. quem Bartolus potissimum intelligendum & declarandum censuit, vbi de personali obligatione impedienda pro seruitutis cõstitutione tractatur, eoque casu minoris beneficium maiori non prodesse. Qui tamen intellectus, mea sententia, à vera mente text. alienus est, in quo putem hoc solum excuti, an ius eundi, agendi per fundum, qui plurium est, separatim cedi possit, vt si vnus dissenserit, vnius seruitutis constitutio impediri debeat, nulla expressione aut mentione facta, an maior minoris priuilegio gaudere debeat? Imò si exactè attenderis subtilitatem rationis, ad quam is tex. animaduerterit, non abnegabis nostræ conuenire intentioni: sic enim ait lex illa. Non aliter meum fiet ius, quàm si omnes cedant, & nouissima demum cessione superioris omnes confirmabuntur. quasi velit tex. ius seruitutis esse indiuiduum, & ea ratione omnium consensum exquiri. Nec officiet, si dixeris, posse separatim consensum adhiberi, ergo de iudiuiduo tractari: nõ enim valida est talis consequentia, si potissimum finem attẽderis, qui ad id disponitur, ut omnium consensus ad actus cõfirmationem accedere debeat. Sic non video, quomodo eo textu possit Bartoli inductio & opinio comprobari, puta in actu indiuiduo, quale est ius seruitutis, & vbi de obligatione personali constituenda seu impedienda agitur, minoris beneficium maiori non opitulari. Nec mirum est, si in ea l. per fundum omnium consensus requiratur, cum in seruitutis materia habeas l. vna est via. ff. de seruit. rustic. prædio. in qua ita disponitur: Vna est via, etiam si per fundos plures imponatur, cùm sit seruitus: in qua etiam quæritur, si per unum fundum iero, per alium non sed tanto tempore, quanto seruitus amittitur, an seruitutem retineam? Et †magis est (aiente ibi textu) vt aut sola amittatur, aut tota retineatur, quasi is textus denotet, indiuiduam esse seruitutem, & unius consortis beneficium ad alios extendi. quæ omnia comprobant eã sententiam, in indiuiduis minoris beneficium ad maiorem extendi. Nec aduersatur, quod à Petro & Castrensi in oppositum pensatum fuit, posse ad eundi commoditatem minorem restitui: & tamen quod ad seruitutis attinet substantiã, nihil innouari aut immutari, ita ut minor & maior ab ea secluſi maneant: nec esse maiori ut minori (quod ad talem eũdi spectat commoditatem) per restitutionem succurrẽdum: quia sit in manu aduersarii, cui ius seruitutis est quæsitum, minori consentire, ut per fundum suum, sicut prius erat solitus, ambulet, quod tamen maiori abnegabit. Est enim ad hoc facilis, plana, & aperta responsio: nam si admitteres, ad solam itineris eundi commoditatem minorem restitutum, & non ad seruitutis substantiam, non censeretur ipsa plenariè, &, vt decebat, restitutus: nec restitutione assequeretur, qđ primùm abstuliſſet læsio, qui maximè non solùm eundi & ambulandi commoditate priuatus extitisset, sed etiam ipsa seruitutis substantia. Huc pertinet, sententiam pro seruitutis materia latam, hoc ob indiuisibilitatem operari, hincque effectum producere, vt vnius sententia alijs consociis prosit, l. loci corpus. §. si fundum. ff. si serui. vendi. ita vt semper maneat salua communis illa opinio, in indiuiduis & connexis minoris beneficium maiorem sequi.

Vtrùm minoris appellatio prosit cæteris litis consortibus, à quibus non est appellatum.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio vnius consortis alteri eatenus prodest, quatenus vna, eademq; defensionis causa fuerit, & nu. 3.*
2 *L. 2. C. de consor. eiusdem declaratur.*

CAPVT CLXXXVII.

HAec autem plurimùm conferent ad declarationem
1 l. si separatim. ff. de appellat. qua disponitur, vnius †consortis appellationem prodesse alteri, etiam si non appellarit, quod quidem ideo esse existimant: quia is textus loquatur in re indiuidua, qualis est sententia, vt est in l. in hoc iudicio. ff. famil. erciscund. Sunt tamen, qui crediderunt, ideo in appellatione sit introductum, quòd sit iuris communis beneficium, ut cum eiusdem litis sint consortes, unius prouocatio suffragari cæteris debeat, argumen. l. 2. C. de consortibus eiusdem litis. quasi secus disponendum putent in restitutione concedenda, puta quòd sit speciali quodam iure introducta. Ego verò, sepositis talibus considerationibus, putauero eum textum plano & puro intellectu sic esse declarandum: sunt enim huius hæc verba. Si iudici probatum extiterit, unam eademque condemnationem eorum, à quibus emissa est appellatio, fuisse, nec factorum diuersitatem aut separationem aliquam accessisse, debere tali casu appellationem omnibus consortibus prodesse, etiam his qui non prouocauerunt. quo textu quid apertius, quàm ut doceatur, ideo ibi ita statui: quia una eademque causa interplures litis consortes tractaretur? Cui rei accedet sequens
2 thema, quod tu ita effingere poteris. † Si admiseris tres esse tutores, indiuisam administrationem habentes, & lata in eos sententia, duo horum prouocarint, nec appellarit tertius, & iusta postmodum declarata fuerit appellatio, haud dubiè proderit litis consorti hæc sententia, quamuis non appellarit; quia vna esset omnium condemnatio, & vna prouocatio. Quod non admitteretur si diuersæ & separatæ essent eorum administrationes. Siç præcipuè id spectatur, an sit unus idemque agendi seu experiundi modus, non autem quòd sint litis consortes: nam debet duplex ea qualitas concurrere. Possunt enim litis consortes pro parte agere, & pro parte defendere: immò horum alter solus ad litis prosecutionem admittitur, licet eum mandato carere constiterit, ut est in l.
3 2. C. de consort. eiusdem litis. Quod † igitur dicitur, vnius cõsortis appellationem alteri prodesse, hoc est à te sic intelligẽdum, si una eademque causa defensionis fuerit: cæterum ubi diuersæ & separatæ sint, secus statuetur, puta retento themate duorum tutorum. Nam si horum alter tutelam gesserit, alius verò arguatur, quòd administrationem bonorum pupillarium sibi delatam non agnouerit: si diuersis his respectibus conueniantur, verum erit, quòd vnius appellatio alteri non auxilietùr: quia diuersus sit in eos agendi modus. Qui enim ex tutoribus non appellauit, uisus est tacitè approbasse sententiam in eum latam: quia non administraret: ut ea

Sourcé : BIU Cujas

causa iniquum esset alteri, qui nihil gessit, legem adesse. qui est purus casus l. si separatim, in §. fina. ff. de appellatio. Ex prę dictis igitur innotescit in indiuiduis, & his quæ cõnexa sunt, beneficium restitutionis minoris in integrum ad consortes maiores extendi.

Vbi de hypothecę iure tractatur, vnius consortis restitutio alteri prodest.

SVMMARIVM.

1 *Dilatione in hypothecę iure minori concessa, maiorem aquè gaudere debere, ex sententia Matthæi de Afflictis: cui Author, multis in vtrãque partem disputatis, subscribit.*

CAPVT CLXXXVIII.

SEcundùm quam determinationem poteris quæuis exempla in hanc rem conuenientia resoluere, modò à præscripto conclusionis scopo non discesseris, inter quæ recensetur vnum à Matthæo de Afflictis decisione
1 124. quo loco præsupponit † actum à quodam hypothecaria aduersum defuncti bona, quæ tunc decreto iudicis discutiebantur, cui defuncto erant hæredes alii minores, alij verò maiores. Porrò dum hæc lis discussionis tractaretur, obtinuit minor in ea causa dilationem, intra quam posset aliquot testes examinandos curare ex quo dubitabatur, an eius dilationis commodo frui deberent, etiam qui maiores essent? Cuius difficultatis nodus secundum Matthæum sic resoluitur, ut tali dilatione maior gaudere debeat, quòd potissimum in connexis & indiuiduis minoris priuilegio fruantur, qui ei sunt litis consortes, etiam maiores. Nemo autem (quod is ait) potest abnegare, ius hypothecæ, de quo ibi tractabatur, iudiuiduum esse, cùm maximè tunc nondum essent bona inter hæredes diuisa, sed ea in communi possiderent: ita ut secundùm eius iudicium id attendi omnino debeat, non autem quòd res hypothecatæ diuidi possint: asserens ita à Senatu Neapolitano sententiatum & planè decisum. Miratus sum tamen quandoque, quòd is eum casum in huiuscemodi attulerit negotio, qui admittat hos hæredes litis consortes fuisse & consocios, ut inter quos essent bona communia, quod si admittas, quis, quæso, in dubitationem reuocasse debuit, dilationem minori concessam debere ad maiorem protendi? Hoc enim tam de se uerum est, ut nullum habeat contradicentem; immò est etiam iure communi id introductum per l. petendæ. C. de temp. in integ. restitutionis petendæ. quare nihil ad propositum conducere uidetur eius ratio, ideo esse: quia hypothecæ ius sit indiuiduum: sed potius hæc: quòd sit æquissimum, in iudiciis æqualitatem obseruari. Quis etiam refragabitur, eam dilationem maiori debere prodesse, cum Matthæus de Afflictis fateatur, rem & causam inter hos communem fuisse; ut ob eam communionem nihil attribui minori potuisset, quin etiam maiori concederetur. Nec video, quomodo aliter declarari posset Matthæi casus, quàm si dixerimus, sumptum ab eo dubitationis fundamentum super eo hypothecæ iure, puta an esset diuiduum, an indiuidnum? Difficultatem autem excitare id poterit, quòd res hæreditariæ sunt diuisibiles. Nec leuis est hęc hæsitatio: quia posset optimis defensari rationibus, non debere solùm ius illud hypothecæ attendi, sed & res ipsas, de quibus etiam in lite agitur: quod tamen ego iam discurere nolo, qui tandem probem Matthæi de Afflictis sententiam.

Ad hoc, vt vnius consortis priuilegium ad alios eat, attendi debet, an sit inter ipsos vna eandemq; agendi seu defendendi causa?

SVMMARIVM.

1 *Defensiones vbi separatæ sunt in lite intentatę, & diuersus agendi modus, litis consortes vno eodemq; fori beneficio non gaudent.*

CAPVT CLXXXIX.

REmel etiam, dum ego praxim sequerer, accidit, vt apud Burgundiones coram Balliuo inferioris sedis litem intẽtasset Hieronymianum Dolanum collegium, à quo prætendebatur, penè omnes cuiusdam pagi incolas, alios etiã agrestes, qui vineas eo in loco possidebant, ad certi census annui præstationem sibi obligatos, ad cuius census solutionem cogendos uia ordinaria tentabat. Qui autem cõuenti fuerant, planè negabant, se ad id adstrictos, nec esse fundos tali censu grauatos. Cæterùm dum hæc ita excuterentur, & lis instrueretur, quidam ex reis, qui pupillus erat, curauit secundùm suum municipale priuilegium eam litem coram Senatu Dolano euocari, ut ibi lis agitaretur, quod ei fuit omnino & citra dubitationem concessum: sed dum hoc beneficio cæteri consortes uti uellent, hæsitatum est, an id probabile censeretur? In quo ab eodem Senatu consideratum in
1 primis fuit † an hi omnes rei eisdem niterentur exceptionibus? essent num his pares & similes defensiones? vtrùm verò vnus ex his ius diuersum ab alio proponeret? puta, si exceptione solutionis se tueretur alter, alius verò pacto de non petendo se iuuaret. Et cùm in ea lite sic à Collegio excitata per actorum inspectionem patuisset, separatas esse reorum defensiones, & modum agendi diuersum, quia plus census ab vno, quàm alio exigeretur, cuius etiam primariæ census constitutionis summa & tempora differrent, fuit ea de re iudicatum, cæteros litis consortes non debere pupilli beneficio gaudere, sed à tali euocationis fructu repelli. Sic oportebit attentum esse iudicem, qui ad amussim exquirat & examinet, an num inter hos sit eadem agendi seu defendendi causa?

Spectatur etiam, si inter eos sit bonorum, de quibus agitur, communio.

SVMMARIVM.

1 *Communio bonorum & exceptionis consortibus litis eundem iudicem constituit.*
2 *Consors minoris in vna eademque causa, eodem etiam priuilegio fruitur.*

CAPVT CXC.

ADhæc suppetit aliud exemplum Senatoris cuiusdam Dolani, qui in eadem lite Hieronymiana, cuius modò meminimus, cum fratre litis consorte reus erat: cęterum quia Senatorio priuilegio potuit coram eodem Senatu lis tractari, tunc disquerebatur, an num is Senator hoc utilitatis fratri, cum quo sibi erant bona communia, parare posset, vt vtriusque causa ibi agitaretur. In quo tandem decisum est, debere ad fratrem tale Senatorium priuilegium protendi
1 quia eadem niterentur exceptione, quod etiam essent in bonis communes & ita de re connexa tractaretur. Subnectetur & casus diuersus, cuius etiam decisionem ab eodem Senatu factam memini: litigantibus in tertium duobus fratribus, quorum vnus erat maior, alter verò pupillus. Cùm hi fratres, lata in se sententia, appellare intra tempus à municipali lege præstitutum desiissent, minor se ad eam prouocationem restitutionis beneficio admitti petiit: tunc autem erat quęstio, vtrùm restituto minore, censeretur maior frater admissus, quò eandem appellationis instantiam prosequeretur, qui casus fuit decisus secũdum apertam declarationem
2 eius l. si quis separatim † nam cùm fuisset vna eademque condemnatio, nec esset factorum diuersitas, meritò eo appellationis beneficio maior frater adiutus est. Solet tamen passim Senatus Dolanus, processu appellatorio instructo, primùm excutere, an grauamen, quod à minore proponitur, sit considerabile? & utrum in aliquo à iudice læsus sit? à cuius sententia nititur resilire. Nam si bene à iudice lata sit sententia, nõne frustra restitueretur minor, & in consequentiam maior, qui eius est litis consors? Nec est absonum, hoc ordine rem tractari, cum id facile effici possit, ubi maximè contenditur, à minore instructam esse litem appellatoriam, sed non fuisse intra tempus debitum ab eo prouocatum, ut ex eo timeat, ne deserta declaretur appellatio; & ideo ad restitutionem in integrum ab eo confugi.

An, vbi diuideretur causæ continentia, priuilegium consortis sit dandum cæteris?

SVMMARIVM.

1 *In his causis, quę sunt diuiduæ, priuilegium ab vno consortium ad alterum non extenditur.*

CA-

Source : BIU Cujas

CAPVT CXCI.

HVc etiam ſpectabit referre, quod eidem materiæ eſt commune, etſi verè aſſumptum thema non reſpiciat. Solet à Burgundo Senatu id obſeruari, ut ſi agitetur lis ſubhaſtationis bonorum tertii, ſitque coram ordinario iudice cœpta, num poſſit etiam, qui priuilegiatus eſt, tale examen iudiciarium effugere, & litis euocationem apud Senatum introducere? Quod ego ita actũ memini in altero ex ordinariis eiuſdem Senatus apparitorib. q cum eſſet reus in quadam decreti lite, quæ apud Balliuum Dolanum ventilabatur, non potuit uirtute ſui priuilegii euocatarii (quod paſſim Committimus nominatur) eam litem ad Senatum pertrahere. Quod autem ad id eundem Senatũ moueat, eſt, quia paſſim in talibus ſubhaſtationis & decreti cauſis ſunt infinitæ partes, quas durum eſſet ad aliud tribunal pertrahere, cum maximè tales lites coram ordinariis facili uia tractentur, ac ſtatim abſoluantur. Quod exemplũ ego lubens recenſere volui, ut intelligas, priuilegiatum quandoque non poſſe ſuo uti priuilegio, tantùm abeſt, vt ſuis conſortibus adſit: quod ſi ei deferretur, haud dubiè etiam conſociis prodeſſet, ne aliàs cauſæ continentia diuideretur, iuxta l. nulli. C. de iudi. Prædicta igitur omnia tibi manifeſtum faciũt, in indiuiduis & connexis vnius cõſortis beneficium ad alios extendi, ſecus in his, quæ diuida ſunt.

Vtrùm aduerſus ſententiam debeat minor reſtitui?

SVMMARIVM.

1 *Minorem etiam auxilio reſtitutionis eſſe iuuandum, vbi uel in tutorẽ pro re pupillari ſententia lata fuerit.*
2 *Minorem plus vtilitatis & fructus ex reſtitutione accedere, quam ſi beneficio appellationis vtatur, ſecundum opinionem gloſſę.*
3 *Confutat Author gloſſam, concluditq́, diſtinguendo, cum demum extraordinarium auxilium ordinario, præferendum eſſe, ſi ex illo plus, quàm ex hoc vtilitatis ad pupillum redeat.*

CAPVT CXCII.

CEterum in hac reſtitutionis materia offerunt ſe plura alia excutienda, maximè ſolennis articulus, An ſ̃ ſententiam, ſiue hanc interlocutoriam, ſiue definitiuam effinxeris, poſſit reſtitui minor? Ex cuius deciſione emergunt & dependent infinitæ aliæ dubitationes, quas ſuo ordine & opportuno loco attingemus. Quòd aũt poſſit minor aduerſus ſnĩam reſtitui, apertiſſime diſponitur in l. cùm & minores. C. ſi aduer. rem iudi. in his verbis. Nam† ſi iuſta defenſione tutorum 1
vel curatorum, vobis aſſiſtente, aliquid eſt ſtatutum, intelligitis reſtitutionis remedium vobis eſſe neceſſarium eodẽ obtinente, etiam ſi per procuratorem veſtrum litigimè ordinatum lis agitata eſt, eo textu de minoribus loquente, id quod etiam expreſſius hr̃ in l. fi. C. eo. tit. quæ in longè vberioribus terminis loquitur, puta ſi lata eſſet in tutorem pro re pupillari ſnĩa, ut eo caſu poſſit & debeat pupillus reſtitui. Docebitur tñ ex ſequentib. pro dubitandi rõne, reiiciendam eſſe hoc caſu reſtitutionem. Solet enim abnegari reſtitutio, modò ordinario auxilio iuuare ſe poſſit minor, l. in cauſæ 2. ff. de minor. ſed qui in cauſa ſuccumbit, poteſt appellationis beneficio, quod ordinaria lege eſt introductum, ſe tueri. quid igitur ad reſtitutionem confugiendum eſt? Quam dubitandi cauſam excitat glo. in ea l. fi. quo loco nititur hunc ſcrupum ita reſoluere, hærendo priori ſnĩæ. quæ ſanè eſt receptior. Aſſerit enim† plus fructus & vtilitatis per reſtitutionem in integrum minori accedere, quàm per appellationis beneficium: 2
quia appellando qui prouocat, adſtringitur maius tribunal adire, & ad ſuperiorem iudicem confugere, qui ſaltem non ſit minor eo, à quo ſententia eſt pronunciata: cui oneri non ſubiicitur, cùm de reſtitutione in integrum aſſequenda tractatur, de qua ſit indubitatum, ab inferiore iudice poſſe cognoſci, ut eſt in l. fin. C. vbi & apud quem. Adnectit & aliud, Per appellationem non poſſe efficaciter conſuli ei, qui dilatoriam receptionem non oppoſuit, ubi ab ea prætermiſſione debitè appellatum non eſſet. quod tñ poterit ipſe per reſtitu. in integ. aſſequi. l. minor 25. annis omiſſam. ff. de min. quibus ambabus rationibus gl. defendit, poſſe aſſumptum obicẽ facilè uitari. Quòd† tamen mihi hæ rõnes non ſatis faciant, de- 3
monſtro. Primum quod attinet ad id, pinguius per reſtitutionem ſuccurri, quàm per appellationẽ, quia non ſit adeũdus iudex ſuperior: an, quæſo, ex eo concludenter eliciatur, grauamen appellanti inferri? In quo enim is læditur, q̃ adire ſuperiorem iudicem debeat? Nam etſi coram inferiore proſequi cãm teneretur eadem ſanè grauaminis rõ eſſet conſiderabilis: imò à ſuperiorib. iudicib. ſolet paſſim & frequentius promptior ac facilior adminiſtrari iuſtitia, quã ab his qui eis ſunt inferiores, ita ut minus damni reſultare dici debeat. Qd etiam præſcriptum eſt, minorem ad omiſſam dilatoriam reſtitui non poſſe: cui tñ per reſtitutionem in eo conſulat, hoc ego omnino non probo. Nam ſi in principali lite prætermiſſa eſſet à minore dilatoria exceptionis propoſitio, poterit nihiloſecius eam in appellationis lite deducere, modò probandum eorum ſnĩam duxeris, qui ſenſerunt, in iudicio appellatorio non allegata poſſe deduci, & non deducta aut probata probari, vt eſt in l. per hanc. C. de temp. appe. quod tamen nõ procederet, ubi per reſtitutionem retractaretur ſnia, cum ſup eiſdem actis ea cognitio fiat, ut ſtatim docebimus Imoſi acutè negotium perſtrinxeris, intelliges non procedere Bart. argumentum, dũ is docet, q̃ ubi omiſſa eſt dilatoria exceptio, non conſuli minori, per appellationem, vt eam poſtmodum proponat, de quo quis (bone Deus) dubitabit? hoc enim ideo ſic diſponitur, quia affectus appellationis eò dirigatur, ut reformetur iudicantis iniquitas, ſi malè ab eo pronunciatum fuerit. Sed cum hoc caſu nihil poſſit iudici imputari, imò ea culpa ſit minori adſcribenda, qui tali dilatoria exceptione non ſit uſus, quid debuit gl. pro ſuæ intentionis ſcopo ita cõfutare communem ſnĩam, & in eam obiicere, quod tu planè agnoſcis nulla ratioae ſubnixum, nec quouis modo concludere? Nam cum appellaſſe deſierit, oportet, uel ut ad eam dilatoriam proponendam denuo via reſtitutionis admittatur, uel ut reſtituatur quò is appellare poſſit. Sed hæc non inferunt pinguius per reſtitutionem, q̃ per appellationem prouideri. Quare ego poſſe aliter reſponderi, quàm fecerit gl. exiſtimauerim, ut uerum ſit, ceſſaturum extraordinarium remedium, cum adeſt ordinadium, niſi minor extraordinario magis ſibi putarit cautum quàm ordinario: quod ſuprà latiſſimè excuſſimus, imò multis & infinitis firmauimus rõnib. ut hoc à minoris uoluntate pendeat, alterum ex his, quod volet, eligere. Quòd aũt per reſtitutionem plus vtilitatis ſit habiturus, te inter cætera hoc vnum docebit. Finge à minore aduerſum ſnĩam reſtitutionem implorari: eęterùm ſi is animaduerterit, viſis ſuæ litis actis, in ſe latam fuiſſe ſnĩam ob prætermiſſam alicuius inſtrumenti, quod penès ſe hẽt, productionem, nõne poterit ad eius inſtrumenti ſimplicem exhibitionem facilius admitti q̃ via appellationis? Et hoc maximè procederet ſecundum municipalem Burgundiæ legem: per quam introductum eſt, appellatoriam inſtantiam eſſe ſuper eiſdem actis & prioribus terminandam, ita ut nihil denuo exhiberi poſſit, quod locum non haberet, inſpecta iuris communis diſpoſitione. Sed hoc ſat eſt, q̃ ſit in manu minoris, poſſe ordinario aut extraordinario remedio, & quod magis ſibi expediens probarit, vti. Intelligis igitur, ab oĩ offendiculo defenſatam communem ſententiã, poſſe aduerſus ſententiam minorem annis 25. in integrum reſtitui.

Prius quam contra ſententiam minor reſtituatur, an debeat ſummaria cognitio læſionis præcedere?

SVMMARIVM.

1 *Pupillus ſi principaliter aduerſus ſententiam ſe reſtitui petat, pleniſſima cauſæ cognitione opus habet: ſecus ſi incidenter.*
2 *Reſtitutione incidenter petita quomodo concipiendus atque formandus ſit libellus?*

CAPVT CXCIII.

PEræprecium ad hæc uidebitur iam excutere, an prius, q̃ aduerſus ſnĩam minor reſtituatur, debeat ſummaria q̃dam cognitio læſionis præcedere, & de eo apparere, vtrũ læſus ſit, aut aliàs plenarium ea in re examen deſideret? In cuius puncti extricatione erit à te in primis ſpectandũ, principaliter ne aduerſus ſnĩam imploretur reſtitutio, an incidenter? Quòd ſi principaliter, tunc eſſe opus cognitione pleniſſima, & à iudice acta proceſſus uidenda & perſcrutanda, quò is poſſit agnoſcere, an iuſta occaſione minor conqueratur, & utrũ optima ratione ſe iniuſte à iudice condẽnatum proponat: quod deſumitur ſm Doctor. ex l. fi. C. ſi minor ſe maior. dixer. ſub il-is verbis. Ea quæ in prece contuliſti, examinare Præſidem prouinciæ cõuenit: qui ſi ex luce probationũ te deceptum cognouerit, fidem veri ſequetur. Quem textum ad hoc ita ponderat Salic. in ea l. j. C. ſi aduer. rem iudic. Quod † ſi non principaliter aut directò, ſed in 1

cidenter minor se contra sententiam restitui petierit, tunc esse tantùm opus leui & summaria quadam indagatione. Verbi gratia: Si allegauerit minor, sed ideo à iudice fuisse condẽnatum; quia omisisset proponere dilatoriam, aut si malis, peremptoriam exceptionem, vel factum aliàs necessarium in libello non deduxisse, ita ut bene latam sententiam fateatur, sed qui imploret, se aduersus eam restitui (quod incidẽter ipse proponere dicitur) sic erit aliqua leui inuestigatione opus quò sciatur, an verum sit, talem exceptionem, aut facti positionem prætermissam? & vtrum minori expediuisset, se talibus iuuare exceptionibus? qui aliàs nõ restituetur, nisi id examen præcesserit. Nec mirabere, si inter vtrunque casum tale discrimen constituatur: quia cum priore exemplo nitatur, minor de directo sententiam euertere, qui proponat iniquè à iudice sententiam: suadet ratio, ut plenè, integrè, & absolutè excutiatur, an bene seu malè condemnatus fuerit, priùs, quàm ei concedatur restitutio, quod fit ob rei iudicatæ authoritatem, quæ eò maximè tendit, ut finis imponatur litibus: qua ratione sic est negotium terminandum, ut in eam sententiam defiectamus, per quam iudicati authoritas subsistat, & ei faueatur. Secundo verò exemplo non ita statuitur, cum non impugnet minor sententiam, nec proponat malle à iudice pronunciatũ, sed qui fateatur, se sui facilitate & summa incuria læsum: secundum quam distinctionem poterit
2 hac forma libellus restitutionis concipi † Nam si cupiat aduersum ipsam sententia de directo restitui, narrabit, quomodo ab initio lis ab eo excitata fuerit: hoc adiecto, quod secũdum ipsum ferri sententia debuerat; quia ex actis litispateret eum meliore & potiore iure niti: iudicem tamen veritate prætermissa, pro aduersa parte sententiam pronunciasse, ut contra eam iudicis officio nobili restitutionem imploret. Secundo verò capite narrata primum eiusdem litis formula subnectet, sui facilitate, aut si malit, ignorantia, prætermissam alicuius necessariæ exceptionis propositionem, ita ut ea de re existimet in ipsum latam sententiam, petens se restitui, ut possit ad eius exceptionis propositionem admitti, cum ea probata facilè in causa vicisset, quæ libelli conceptio & forma de promittitur ex lege prima. C. si aduers. remiudica. & lege prima. C. si aduers. liber. in his verbis, *Litis instaurationem.* Ea autem litis instauratio potest accommodè referri ad secũdum caput, in quo de exceptionis prætermissione tractatur. Nam si hac prætermissione motus fuerit iudex, ita vt is partem meam absoluerit, quò ego litem instaurem; nonne petam me sic restitui, vt reponar in eo statu, in quo eram ante eius exceptionis omissionem? Fuit autem hoc ex mente Bar. in ea l. j. si aduers. rem iudic. vbi dicit, priore exemplo & cum impugnatur sñia: non verè item instaurari. Ego verò vtriq; casui talia verba adaptabilia crediderim. Quis enim dubitat, quin eò tendatur, vt aliter disponatur, quàm sententiatum fuerit? quod res ipsa manifestè subindicat, cum directò impugnetur sententia, quod fit, etiam vbi incidenter expostulatur: quia etsi non eatur in sententiam, ad id tamen minoris intentio dirigitur, vt sententiæ in eum latæ effectus impediatur, & ipse admittatur ad nouæ exceptionis propositionem: cuius probatio reiicitur, nisi iudex (vt prædiximus) primùm expenderit, an is uincere debeat. Sic non fuit necessum, tam diligenter Bartolum versari in his leuibus perscrutationib. potissimum, verum ea verba, Litis instaurationem; ad secundum casum tantum referri deberent, vbi maximè agnoscitur, eundem effectum vtroque casu resultare, etsi concludendi viæ vtcunq; diuersæ sint. Vides igitur, q̃ eleganter, planè & syncerè ea difficultas ꝯ Bar. sine à quo scrupo extricata sit.

Vbi contra sententiam impetratur restitutio, siue id fiat incidenter, siue principaliter, an sit nouo libello & noua litis contestatione opus?

SVMMARIVM.

1 *Restitutione vel principaliter vel incidenter contra sententiam impetrata, omnium actorum iudicialium obseruationem requiri, secundum opinionem quorundam: quod limitatur num. 2. Authoris sententia subnixa num. 3.*

4 *Declaratur l. 1. C. si aduers. rem iudic. qua quidam probare conati sunt partem audiendam esse restitutione contra sententiam vel incidenter vel principaliter impropriata.*

CAPVT CXCIIII.

FAcilè etiam ex prædictis resoluetur, quod à quibusdam indifficultatem reuocatum fuit, cum principaliter aut incidenter contra sententiam imploratur restitutio, an sit nouus libellus dandus, &
1 noua opus litis contestatione? In † quo quidam existimarunt, necessariam esse omnium actorum iudicialium obseruationem, argumen. eius l. prima. C. si aduers. rem iudic. ibi, habere actionem pro superfluo potestis: cum talis actio aliter in iudicium deduci nequeat, nisi via ordinaria, & ob-
2 seruatis solennitatibus à lege introductis. Quòd † tamen hæ solennitates requisitæ non sint, suadere hoc unum videtur. Nam qui incidenter aduersum sententiam impetrat restitutionem, eò potissimum tendit, quò videat & expendat iudex, an num ei profuisset tali exceptione uti? quod facilè ex actis causæ dignoscetur: ita ut nullo modo videatur necessarium, partem aduersam debere super eo audiri: quasi id solius iudicis officio incumbat. Ipse tamen in priorem sententiam pedibus (quod aiunt) manibusque eundum existimaue
3 rim. Nam † etsi a iudice pendeat ita exquirere, esset tamen durum & iniquum, id non audita parte explicari: cum enim læsi possit, ergo est citanda, ut est in l. nam ita diuus. ff. de adop. Quod tu citra omnem difficultatem procedere intelliges, si animaduerteris, de restituendo minore tractari. Restitutio autem (vt supra habuisti) explicari nequit, nisi parte audita: quod potissimum fiat hac ratione, quia posset ab ea allegari factum, aut alia proponi exceptio, per quam reiiceretur restitutio, etiam si de læsione pateret: quia fortasse lapsum esset quadriennium, intra quod peti debuerat restitutio. Posset denique proponi, non fuisse necessariam eius exceptionis, de qua conqueritur propositionẽ, & de eo doceri. Sic, quare admitti pars nõ debeat, haud agnosco. Quòd si audiẽdã probaris, cum inficietur, qđ ab aduersa parte proponitur, aut aliàs ꝓtendat illius intentionem refellere, resultabit ex ea contradictione litis contestatio, ut est in authen. offeratur. C. de lit. ꝓtest ergo tali casu uidebit necessaria litis attestatio qui tñ ad mittam, non esse ex integro obseruandas solennitates, quas requirit iudicium ordinarium, de quibus in l. prolatam. C. de sent. & interloc. omn. iudic. Nec etiam opus esse solenni litis contestatione, sed aliter actum absolui non posse, quàm si pars audiatur, cuius exceptionibus intellectis & pensatis, iudex examinabit, & ex actis causæ expẽdet, an num profuisset minori tali exceptione se tueri? quod ab ipso summariè, & citra aleam iudicii tractabitur. Si verò nihil aliud exigeretur, aut faciendum esset, quàm acta talia euoluere, proculdubio non esset pars citanda: sed cum ab ea obiici possint infinita, per quæ aduersæ partis intentio eludi potest, ut iam demonstrauimus, æquum erit, vt audiatur. Ad † vnum tamen
4 velim te animaduertere, meum esse iudicium, ut ea l. 1. C. si aduers. rem iudica. nihil ad huius conclusionis confirmationem conducat, quam tamen Doctor. sibi assumpserunt pro scopo & fundamento. In ea quippe ita habetur. Minus ex tutelæ iudicio consequuti, de superfluo habere actionem ita potestis, si tempore iudicii maiores annis fuistis, & nũc beneficium ætatis vobis largitur. In quo ponderantur illa verba. Habere actionem de superfluo potestis: ex quibus inferunt hi, obseruationem actorum iudicialium necessariam: quia aliter, quàm per viam ordinariam, nequeat talis actio dedici. Sed quis non iudicabit fieri ea inductione apertam textui violentiam? Quòd autem eorum interpretamentum nullo modo conueniat literæ, nec illius textus intentioni, doceo: & ut intelligas, assumo denuò thema propositum, in quo precipuè disceptatur. Si principaliter aut incidenter aduersus sententiam petatur à minore restitutio, an tali casu sit opus obseruatione actorum iudicii? In cuius casus decisione quomodo, quæso, adaptare poteris eam legem, in qua non tractatur, ut uia restitutionis minor assequatur, quod omisserat tutelæ iudicio petere, sed ut id actionis ordinario iure cõsequatur? ad quod meritò tali uia admittitur: quia fit noua petitio rei quæ nondum in iudicium deducta fuerat. Et ea verba, De superfluo habere actionem potestis, non possunt referri ad restitutionis beneficium, quod extraordinariũ est. Atque hoc iubens adferre uolui, vt studiosus Lector apud se exquirat, an num optima & concludenti consideratione ad id moueat; qui tamen huic hæream sententiæ, summaria esse opus cognitione, & partem audiendam, sed omnino cum ea forma & solennitate, quasi esset explicandum iudicium ordinarium.

Si pro parte absolutus à iudice minor fuerit, in alia verò condemnatus, poterit num in ea portione, in qua læsus est, restitui in integrum?

SVMMARIVM.

1 *Minorem per sententiam iudicis pro parte absolutum, pro parte verò con-*

Source : BIU Cujas

rò condemnatum, reſtitutionem petere poſſe, ſi de læſione edocuerit, & num. 2.

CAPVT CXCV.

1 VIdendum præterea, vtrum † ſi in parte iudex minorem condemnarit, pro reliquo verò abſoluerit, poſſit nũ minor reſtitutionẽ aſſequi, quo ad eam portionem attinet, in qua fuit condemnatus. Huius autem articuli diſcuſſio non eſt à ſummo ſcrupo aliena: nam ante omnia pro dubitandi cauſa doceri poteſt fruſtratorium eſſe hunc articulum, quaſi hoc ſubeſſe nequeat, ut minor in parte abſoluatur, & pro reliquo condemnetur. Solet enim iudicari ſententia indiuidua, arg. l. in hoc iudicio, ff. famil. ercis. Si indiuidua, quomodo igitur potuit ſic diuerſimodè minor abſolui & condemnari? Quam dubitandi rationem ita excitauit Barto. ut is docere tentauerit infinitos poſſe adferri caſus, quibus minor per ſententiam pro parte abſoluatur, & pro parte condemnetur: inter quos refertur hic priore ordine: Si cum minor decem à parte aduerſa petijſſet, ad quę eam condemnari expoſtulaſſet, iudex huic quinque tantùm adiudicauerit, cenſetur tacitè aduerſarium ab aliis quinque, quę ſuperſunt, abſoluiſſe: ita ut pro parte minor obtinuiſſe cenſeatur, in alia verò ſuccubuiſſe, quod exemplum an verum ſit, videamus. Sunt enim qui opinati ſint, mancum eſſe & debile, cùm ex eo non probetur illatio hęc, tacitè aduerſarium ab aliis abſolutum: quia niſi quod expreſſum in ſentẽtia fuit, non præſumitur, l. apud Celſum. §. idem quæritur. ff. de doli except. Eſt & alia ratio, per quam euertitur. Nam iudex, qui de quinque tantum tulit iudicium, cenſetur ſuper toto pronunciaſſe: & ſuſtinetur illius ſententia, per quam ei viſum probabilius fuerit, quinque tantùm eſſe debita. Atque his rationibus putarunt caſum Bartoli verum non eſſe. Ego verò optimo exemplo motum autumauerim, cui haud aduerſatur, non præſumi, niſi quod per ſententiam eſt expreſſum: & iudicem, qui de quinque ſentẽtiam tulit, de aliis quinque etiam pronunciaſſe. Nam hoc nõ efficit, quin ſemper pro parte læſus ſit minor, qui conqueritur, non fuiſſe integra decem ei adiudicata, quæ tamen ſibi debita aſſeuerat. Et hoc eſt, quod in themate proponitur, hũc pro parte lædi potuiſſe: vt facilè pateat, quid ſub eius exempli imagine propoſitum fuit. Ego verò quandoque apud me conſideraui, huiuſcemodi alium caſum poſſe afferri: Si cum vniuerſam alicuius hęreditatem minor peteret, ad quam teſtamentaria aut inteſtati via aſpiret (vtrunque enim, ſi voles, accommodabitur, propoſito exemplo) iudex hinc dimidiatam tantùm eius hæreditatis portionem adiudicarit, quam tamen is ex integro peteret, nonne hoc caſu cenſebitur pro parte minor obtinuiſſe, in alia verò ſuccubuiſſe? Nec eſt extraneum, pro parte ferri poſſe ſentẽtiam, cum poſſit libellus plura complecti capitula, ut eſt in l. etiam. §. 1. de mino. Quinimò etiam vnum libelli caput poteſt ad plures perſonas dirigi & referri, ut eſt in l. nõ idcircò. ff. de iud. facit l. de vnoquoque. ff. de re iud. Quo fit, vt ex his habeas † poſſe per ſententiã
2 iudicis minorem in parte lædi, in alia verò non. Ea re vera tutius eſſet, hoc modo thema effingere, quàm quòd dicatur, ſententiam in parte obtinere poſſe, & in alia ſuccumbere: quia vbi de quinque eſt pronunciatum, cenſetur ſuper toto iudicatum: ſed non ſequitur, quin in vna portione læſus ſit minor: ad quam haud dubiè reſtitui poterit, ſi de læſione is docuerit: quod tam in confeſſo eſt, ut nulla alia exquiſitione indigeat.

Si cœpti iudicij tempore quis minor exiſtens, demum tempore latæ ſententię maior ſit effectus, annum reſtitui poterit, ſi per ſententiam ſe læſum prætendat?

SVMMARIVM.

1 *Minor latę ſententiæ tempore maior effectus non reſtituitur, ſecundum gl. l. 1. C. ſi aduerſ. rem iudic. quod limitatur num. 2.*

3 *Minor in ætate minore contrahens, & à tempore contractus maior effectus, comprobaſſe cenſetur, quod minor geſſit, dueſum ſtatui videtur. l. 3. §. ſcio. ff. de mino. num. 4.*

5 *In cauſis minorum dijudicandis litis cœptę initium, non latę ſententię tempus eſſe ſpectandum.*

6 *Minor effectus maior, ſi per ſolam ſententiam lædatur, nõ reſtituitur, ſecus ſi per ſententiam ob proceſſum præambulum ſit læſus, ex doctrina Angeli, quam Author limitatam probat.*

7 *Conciliantur §. ſcio, & §. ſi quis, citati ex l. 3. ff. de minoribus.*

8 *Minorem, etiamſi tempore latæ ſententię maior ſit factus, dum modo cùm minor eſſet, læſum ſe probauerit, reſtituendum eſſe. Contrarium autem ſtatuendum, ſi in ætate minore læſus non ſit.*

9 *Minor ea ratione reſtitutionem petens. quòd motam litem maior factus proſequi coactus fuerit, reſtitutionis auxilio iuuandus eſt, ex opinione Bart.*

10 *Minor contra ſententiam ex defectu libelli vel omiſſione probationis à iudice ineptè latam, reſtitutionem petere poteſt, ex ſententia Bartoli: ſecus ſi omnia ſolenniter & perfectè completa fuerint, numer. 11.*

CAPVT CXCVI.

1 QVod † autem reſtitui non debeat habes gloſ. in l. j. C. ſi aduerſus rem iudic. ponderãtem in eam rem illam legem, ſub his verbis. Cæterùm ſi poſt ætatẽ legitimam ſententia prolata eſt, iterato eandem actionem de eiſdem ſpecieb. inferre non poteſtis. ex quibus concludendum exiſtimauit, quòd ſi tempore latæ ſententiæ maior eſſet, reſtitui non deberet, cum vtroque modo exigatur, ut his minor ſit, propter ea uerba: Si poſt ætatem legitimam ſententia prolata eſt. Huic tamen ſententiæ pugnat,
2 quòd † attendi initium actus debeat, ita ut ſpectandum ſit, hunc fuiſſe minorem, dum inciperetur iudicium, arg. l. ſi procuratorem dedero. ff. manda. Præterea, quid tu minori imputare poteris, quòd cum ferenda eſſet ſententia, ipſe maior ſit effectus? Quum enim per eum nõ ſteterit, quo minus terminata lis fuerit, quare afferes, ſuperuenientem ætatem ei obeſſe debere? quia ſi aliàs tu præſcriptæ hęreres cõcluſioni, quod in eius fauorem eſt introductum, in illius perniciem & ſummum damnum planè contorqueretur, contra l. quod fauore C. de procu. Quod contrarium tam vrgens eſſe quidam crediderunt, vt opinati ſint, ſpectari debere, ſi tempore latæ ſententię hic minor ſe maiorem eſſe dixiſſet: & eo caſu reſtitui non debere, niſi fortaſſe dolo aduerſarij lis in longius tẽpus fuiſſet protracta, qui præuideret hunc maiorem futurum, ſi eam protelandam duceret: ad quod teſtantur plurimum cõducere l. 3. §. ſi quis. ff. de min. cuius §. diſcuſſio plurimùm cõferet (mea ſententia) ad veram & puram enucleationem aſsũptæ quæſtionis. Primũ enim in eo huiuſcemodi thema pro-
3 ponitur: Si quis † cum minore contraxerit, & contractus inciderit in in tempus, quo maior effectus eſt, quæritur, vtrùm initium, an finis ſpectari debeat? & ex mente Vlpiani lurecõſulti reſpondetur, reſtitutionem ceſſare, quaſi maior factus comprobauerit, quod geſſerat minor. Demum in ſequente verſiculo eiuſdem legis adijcitur: Vnde illud non ineleganter Celſus lib. 11. Epiſtolarum, & Digeſtorum ſecundo tractat, ex facto à Fulvio Reſpecto prætore conſultus, minor annis 25. annum fortè vigeſimumquartum agens, iudicium tutelę hæredi tutoris dictauerat: mox factum eſt, ut non finito iudicio iam eo maiore effecto, tutoris hæres abſolutus proponeretur, & ex eo in integrum reſtitutio deſiderabatur. Celſus igitur Reſpecto ſuaſit, non facilè hunc quondam minorem in integrum reſtitui, ſed ita demũ, ſi aduerſarij calliditate & inſidijs id actum probaretur, vt eo maiore facto liberaretur. Neque enim (quod ait ibi textus) extremo iudicij die videtur ſolùm hic minor deceptus, ſed totum hoc ſtructum, ut maiore eo facto liberaretur: Idem tamen confitetur, ſi leuior fuerit aduerſarij ſuſpicio quaſi dolosè verſati, non debere hunc in integrum reſtitui: Hæc textus, quo quid clarius & apertius ad genuinam declarationem aſſumptæ difficultatis? ut minimè quiſquam dubitare debeat, eam ibi probari. Præfatę tamen concluſioni aduerſatur plurimum §. ſcio. ſub ead. l. 3. in quo §. huiuſcemodi caſus proponitur: Minor annis vigintiquinque ſe paternæ hæreditati immiſcuerat, maiorque factus aliquid à paternis exegerat debitoribus: mox quo à paterna abſtineret hæreditate, deſiderabat in integrum reſtitui, cui contradicebatur, quaſi factus maior comprobaſſet, quod
4 minori ſibi placuerat. tandem ibi cenſuit Vlpianus † hunc inſpecto initio debere reſtitui: quod procedere voluit, etiam ſi alienam adijſſet hæreditatem. Ecce igitur ibi attendi principium, & ſecundum id reſtaurationem decerni: ut aſ-
5 ſumpto caſu idem diſponi debeat † litis cœptæ initium ſpectari, non autem latæ ſententiæ tempus. Cuius textus pugnãtiam conſiderans Ange. in Lprima. C. ſi aduerſus rem iudic.
6 ſic eam diſſoluendam exiſtimauit † vt ſi effectus maior per ſolam ſententiam ſit læſus, hoc caſu non eſſe reſtituendum: quia cùm tempore ſentẽtię latæ is maior ſit, nec aliter quàm per eam ſe læſum prætendat, fruſtra reſtitutionem eſt imploraturus; quia cum eo quamdiu minor fuit, nihil geſtum cenſetur: quod tamen neceſſariò pro reſtitutione aſſequenda requiritur, ut eſt in l. ait Prætor. in princip. ff. de minorib. Quod ſi per ſententiam ob proceſſum prçambulum lę-

Source : BIU Cujas

ſus ſit: quia tunc ſententia neceſſari am habet ad eum proceſſum conſequentiam, referretur actus ad initium, & planè reſtituetur minor. Hæc Angelus, cuius doctrinã uix ego primo iudicio probare poſſum, quaſi de ſe confuſa ſit. Quo modo enim effectus maior per ſolam ſententiam lædi potuit: quia cum minor eſſet, cœptum fuerit iudicium, ſecundum aſſumptæ quæſtionis propoſitionem; ita vt vtroque caſu dici poſſit, ſemper cum eo minore actum. Veriſſimè tamen loquutum Angelum intelliges ex his, quæ iamiam annotabuntur. Quare ut quàm planiſſimè eius mentem explicem, afferam in primis exemplum, quo eius confirmabitur intẽtio, ſaltem quod ad primum membrum attinet. Admitte, à minore ſuſcitatam alicuius hereditatis litem, quam ipſe vendicabat, aut aliàs petitione hæreditatis aſſequi tentabat: ſi hic in proceſſus fulminatione, & dum inſtrueretur, quod potuit, egerit, ita ut nihil prętermiſerit, quod ſuo iuri accederet, nec diligentius verſari potuiſſet, quiuis optimus paterfamilias: ſi demum à iudice condemnatus fuerit, & pars aduerſa abſoluta, nonne hoc caſu ipſe, dum maior eſſet, læſus fuit, non autem ubi minor? Quamdiu enim minor extitit, nullo modo damnum paſſus eſt, cùm nihil is omiſerit, quod ad ſuæ litis inſtructionem ſpectaret. Quòd ſi curatoris, aduocati, aut procuratoris incuria prætermiſiſſet proponere exceptionem, puta pacti de non petendo, aut aliam, quæ eũ omnino iuuiſſet, dubium non erit, quin tali caſu, cùm minor eſſet, læſus ſit, inſpecto potiſſimum læſionis tempore: aut ſi aliàs malè & ineptè eius libellus conceptus fuiſſet, ut inadmiſſibilis ob talem defectum iudicatus ſit, qua ratione benè ab Angelo conſideratum eſt, tunc ſpectandum eſſe initium, hoc eſt, læſionis tempus, quod accidiſſe in ætate minori certum eſt Secundum quam eius doctrinam iam apertè liquebit, quomodo duo illi §§. in concordiam reduci de-
8 beant. Nam † in eo §. ſcio, ideo attenditur actus initiũ, quia cùm is minor eſſet, hæreditatem adierat, per quam additionem ipſe ab initio læſus fuerat: aliàs fruſtra contra eam additionem impetraretur ab ipſo reſtitutio. Nec ſpectatur id, quòd maior factus à paternis exegiſſet debitoribus: quia cũ inſpecto initio læſus eſſet, oportuit primum eam læſionem ſummouere & ſubducere: vbi verò nullo modo læſus eſt, imo pateat litem eo, quo decuit ordine iſtructam, cum tempore latæ in eum ſententiæ maior eſſet, non reſtituetur, niſi (vt prædictum eſt) dolo aduerſæ partis lis in longius protracta fuiſſet. Hæc igitur erit veriſſima huius qõnis concluſio, minorem debere reſtitui, etiam ſi tempore latę ſententię maior foret, dummodo cùm minor eſſet, læſus ſit: quòd ſi læſum non appareat, nullus erit reſtitutioni in integrum locus: & tunc attendetur latę ſententię tempus, niſi calliditate, & malitia aduerſarii lis dilata fuerit: vt ex his habeas, quo ſenſu ſit declaranda l. 1. C. ſi aduer. rem iudica. His adiicere poteris, quod ſcribit Bartol. in eo §. ſcio, ubi ſic loquitur:
9 Aut † minor, in quem lata eſt ſententia, dum maior foret, vult reſtitui: quia ſit litem proſecutus, à qua tamen debuiſſet ceſſaſſe; & tunc reſtituetur: quia de neceſſitate cogebatur eam proſequi, ut actus haberet conſequentiam neceſſariam ad initium: quod tunc inſpicitur, l. cum maior. §. 1. de bono. liber. Quòd ſi uolet reſtitui contra ſententiam: quia
10 ſit malè lata, tunc afferit eſſe conſiderandum † an ſit ineptè lata ex defectu libelli, ſeu omiſſę probationis: & reſtituetur: quia finis habet reſpectum ad initium: & ad illum actum, iu-
11 dex enim tenebatur idem facere. Si verò † omnia acta eſſent perfectè & ſolenniter completa, tunc ceſſabit reſtitutio, quia ſententia non habuit neceſſariam conſequentiam ad initiũ. Solùm enim in actu ſententiæ fuit minor deceptus, ubi dolo partis non eſt lis protracta, & hoc plenius excutitur in l. 1. C. qui potio. in pign. hab. Qui an verè ſit loquutus, tu facilè ex his, quæ premiſimus, intelliges.

An minor poſſit reſtitui, ſi intra biennium non oppoſuerit exceptionem non numeratæ pecuniæ, cùm biennium ipſum exciderit, dum maior eſſet.

SVMMARIVM.

1 *Minor exceptionem non numeratæ pecuniæ biennij ſpacio non opponens, & interea temporis maior factus, reſtitutionis beneficio non gaudebit, ex ſententia Guidonis de Suza. cui contrarium ſtatuit Author num. 2. & clarius num. 4.*

3 *Obligatio naturalis an ante lapſum biennij, ad proponendum exceptionem præfixi, nata videatur, diuerſæ Doctorum ſententiæ afferuntur.*

CAPVT CXCVII.

HAec etiam conferũt ad deciſionẽ elegãtis quæſtionis, quam proponit Guido à Suza. in l. ſancimus. C. in quibus cauſis reſtitutio in integ. nõ eſt neceſſ. Si
1 † minor mutuam pecuniam ſub ſpe numerationis futuræ acceperit, & dum maior eſſet, exceſſerit biennium, intra quod poterat is ſe exceptione non numeratæ pecuniæ iuuare, quam tamen non oppoſuerit, an, ut eam deducat, poterit ad id reſtitui? In quo ipſe ſenſit ceſſare reſtitutionem, quia deceptus, dum is maior eſſet, fuerit, arg. l. 3. §. ſi quis cum minore. ff. de minorib. Ego verò exiſtimauerim reſtitutionem
2 concedendam, quod ſic doceo † Nam Bar. in l. ſancimus. C. in quib. cauſis. defendit minorem reſtituendum, ſi non propoſuerit exceptionem non numeratæ pecuniæ, etiam ſi à patre cœpiſſet curſus eius exceptionis; quia cũ minore aliquid eſſet geſtum. Quod ſi verum ſit, nonne multo fortius idem diſponitur, quando actus ſumpſit a minore initium; quia minori fuerit mutuò data pecunia, cũ maximè valeat argumentum ab eo, quod eſt magis. Præterea certum eſt, hoc caſu cũ minore fuiſſe geſtum, quia mutuata ei ſit pecunia. Verba autem dicti, vbi cum minore læſo aliquid geſtum eſt, ei reſtitutionem pollicentur, l. ait prætor. in prin. ff. de minorib. His accedit, q lex 3. in eo. §. ſi quis. dicit inſpici principium, vbi finis habet ad id neceſſariam conſequentiam. Sed nemo inficiabitur, hanc neceſſariam conſequentiam ad caſum aſſumptũ referri; quia minori ſit mutuata pecunia, & dum minor eſſet, in eum cucurrit biennium: nec attenditur, quòd hoc biennium fuerit completum, dum maior eſſet; quia aliàs nihil effectus produceret tempus illud, quod in minore ætate cucurrit. Qui tamen bene admittam, ſi id tempus biennij abſolutè dum maior eſſet, effluxiſſet, debere ceſſare reſtitutionẽ; quia maior factus cenſeretur tacitè mutuum approbaſſe: qui cũ ſciret, ſibi exceptionem talem cõpetere, eam tamen non propoſuerit. Ad hoc etiam cõſiderari poteſt, quod in ampliſſimã diſputationem refertur à ſcribentib. in l. cùm quis ius.
3 C. de iur. & fac. igno. vtrùm † ante lapſum biennii præfixi ad proponendã exceptionem non nume. pecu. ſit naturalis obligatio nata? In quo ſunt diuerſæ opiniones, quibuſdã afferentibus, ante biennii non ortam, aliis verò refragantibus. Si tamen ſequamur opinionem cõem, quæ eſt, ut ante completũ biennium non ſit nata naturalis obligatio, bene erit locutus Guido à Suza: qui exiſtimauit, ceſſare debere reſtitutionem, quia hęc naturalis obligatio non habuerit ortum, niſi dum minor maior effectus eſſet: & ita cum eo minore nihil geſtũ cenſeretur: vt attendi non debeat, cucurriſſe aliquod tẽpus, dum is minor eſſet: quia non cẽſetur cum ipſo aliquid actũ, niſi ab eo tempore, quo naturalis obligatio cœpit ortum habere. Quòd ſi probes aliorum ſnĩam, quæ eſt, ante biennium eſſe natam naturalem obligationẽ, quia eſt cum minore pẽdente tali lapſu temporis aliquid geſtum, locus erit reſtitutioni in integrum. Et ita poteſt defendi & impugnati Guidonis determinatio. Et in ſumma mihi magis placet ea deciſio, cu-
4 ius ſuprà memini, quæ in hoc reſoluitur: Si † minor mutuã pecuniam acceperit, & dum minor eſſet, biennale tempus pro maiore parte exceſſerit, ẽt ſi completum fuerit tẽpus in maiore ætate, nihiloſecius reſtituendum eſſe, q ſi id tempus, pendente maiore ætate, ſit effluxum, quamuis minori ſit factum mutuum, ceſſare debere reſtitutionem. Prioris autem dicti ratio eſt: quia cum minore geſtum eſt, vbi ſecundo caſu penè omnia maior tractauit. Sic habes, vbi actus habet conſequentiam neceſſariam, ad initium, competere reſtitutionem. & ideo cùm minor vendidit, maior autem effectus tradidit, ceſſabit reſtitutio; quia ea traditio fit ex neceſſitate prioris contractus, & habet cõſequentiam omnino neceſſariam ad principium. Eodem modo dices, ſi minori non competeret, aut daretur exceptio, niſi prius impetrata reſtitutione in integr. vt in l. exceptiones. ff. de excep. tit. generali: & l. necnon §. exemplo. ff. ex quibus cauſ. ma. & in l. nam poſtea. §. ſi min. ff. de iureiu. Sic ſemper attendi debebit, an oportuerit minorem ex neceſſitate prioris actus ſoluere. Secundum quæ habebis ad ea planam & puram reſolutionem. Ex quibus apertè vides, nodum illum alioqui impeditiſſimum liquidò diſſolutum, & uno (quod dicitur) digito extricatum.

Cùm indefenſus in iudicio minor fuerit, an num reſtitutione in integrum egeat?

SVMMARIVM.

1 *Sententia contra minorem in iudicio indefenſum lata, ipſo iure nulla habetur.*

L. apud

2 *L. apud Iulianum, ff. ex quibus causis in posseß. eatur, puro sensu declaratur.*

CAPVT CXCVIII.

1 EST & hoc in negotio ad aliud animaduertendum, nulla † restitutione minori opus esse, si contra eum indefensum lata fuerit sententia; quia hoc capite ipso iure nulla sit, quod testatur l. pen. C. eo. tit. si & minores uos esse affirmetis, & indefensos mansisse: nullum uobis præiudiciū fieri. Præses prouinciæ pro sua grauitate curabit. Quòd si iusta tutorum seu curatorum defensio accesserit, intelligitis in integ. rest. auxilium vobis necessarium, quo remedio vti minores possunt, etiam si per procuratorem lis legitimè ordinata fuerit. Quòd si inualidus sit processus, nonne optima ratione nulla est sententia? vt est in l. prolatam. C. de sen. & interloc. omn. iud. In uniuersis quippe litibus placet, nō prius puberem iustam habere personam, nisi decreto interposito, in litem datus curator fuerit, vt legitimè initiatæ litis controuersia in iudiciis finiatur, vt est in l. uniuersis. C. q dari tutores possunt, qua ratione statuit lex, personam debere in primis in iudiciis legitimari, vt est in l. 2. C. de edicto diui Adria. tollen. & ideo disponitur, minorem annis 25. curatore destitutum, qui iudicio adsit, capacem non esse, l. clarū, C. de auth. præstan. facit ad id l. in re quæ. C. qui legitimam personam stan. in iud. habent. quod etiam ita declarat Ang. in l. momentaneæ. C. eod. tit. Et ut in pupillo desideratur, vt ipse litem, authore tutore, instituat, sic & hoc in adulto exigitur, vt & litigans curatorem habeat. Sunt tamen quędam, dubitationem aliquam hac in re excitantia. Solet enim minori suarum rerum defensio permitti, vt est in l. hoc autem. §. fin. ff. ex quibus causis maior. quæ defensio cēseretur aliàs inutilis & prorsus inefficax, si nulla esset sententia in eos lata: quia defensi a curatoribus non fuerūt, cum per se id egisse potuerint. Vrgere etiam in oppositum iudicatur l. apud Iulianum ff. ex quibus causis in posses. eat. ubi apud Iulianum quæritur, si communem rem cum Titio pupillus habuerit, ac demum in communi diuidundo iudicio defensus pupillus non fuerit, fiet tamen in eum missio in possessionem suorum bonorum, quantumuis indefensus manserit. Quem finalem obicem resoluens Bar. in eadem l. fina. C. si aduer. rem iud. sic dicendum censuit, debere considerari multiplices & distinctas posse a iudice proferri interlocutorias sententias, & hoc modo doceri, si merè sit interlocutoria, locum esse ei l. apud Iulianum, quòd si uim & efficaciam definitiuæ interlocutoria habuerit, secus statuendū: vt est in l. si Præses. C. quomodo & quando iudex. Ego † uerò planius & verius ad eam l. apud Iulianum, posse responderi iudicauerim, qui existimem, ideo ibi debere contra pupillum, etiam indefensum ad bonorum possessionem perueniri, quia prius quam id fiat, lex disponit, debere a Prætore vocari tutores, quò hi pupillum defendant. Quòd si tutoribus pupilli caruerint, tunc requirendos esse agnatos & affines, & si qui fortè alii sint, quos sit uerisimile ob charitatē, necessitatem, seu causam aliam pupilli defensionem non prætermissuros. Quòd si responderint, se nolle pupillos defendere, aut id tacita quadā dissimulatione prætermiserint, ita ut tatis se eius uoluntatis esse demonstrent: tunc in manu Prætoris erit talem bonorum possessionem in minoris bonis decernere: cuius tamdiu durabit effectus, quandiu indefensus manebit minor. Sic tibi ob ceruicem ponitur, non primùm ad eam bonorum possessionem perueniri, nisi adhibita maxima solēnitate, per quam censetur satis minoris vtilitati consultum: qua is non lædituꝛ, nisi quamdiu maner indefensus, vt sit in eius manu, defensionem suscipere, & eam in sua bona missionem omnino summouere. Quæ est verissima & sincera ad eam l. apud Iulianum, declaratio, quam te referre oportebit ad casum, de quo ī eadem l. secū dario tractatur, vbi a pupilli persona initium actus cœpit, puta, cum ipse alicui hæres extiterit: non autem, vt ad prius exemplum referri debeat, vbi ꝯctus a persona defuncti patris exordium habuerit. Nam tali casu citra omnem hæsitationem explicitum est, fieri non debuisse missionem in possessionem bonorum pupilli, cum fm Marcelli sn̄iam perinquum esset, debere pupilli pubertatem expectari, ab eo maximè, qui cum pupillo nunquam contraxit. Facile est etiā, vt respondeatur ad id, quod primo loco in oppositum permissum est, permissam esse minori suarum rerum defensionem: vt si id per se possit, non sit habenda tanta curatoris ratio, quò saltem actus nullus, iudicari debeat. Nam defensio minori concessa sic est intelligenda, modo aptè, & ut decet, is eam subeat: quod legitimè & efficaciter præstabit, si sui curatoris authoritas actui accesserit, quam lex iubet interuenire ob fragile & debile minoris iudicium, ut suprà diffusè attigimus: aliàs si simpliciter defensionem minori permissam probares, ita vt curatore opus non esset, confunderetur dispositio infinitarum legum: per quas est introductum, minorem non posse sine curatore efficaciter iudicium suscipere. Et ita ex his subsistet hæc conclusio; Necessariam non esse minori restitutionem, si aduersus eum in iudicio indefensum lata & pronunciata fuerit sententia.

2

Vbi vsque ad litis contestationem defensus fuit minor desierit tamen postmodum defendi, an num restituendus videbitur.

SVMMARIVM.

1 *In minorem vsque ad litis contestationem defensum, postea verò desertum ferri sententia nequit secundum Castrensem, cuius sententiæ Author multis adductis rationibus subscribit.*

2 *Idem iuris statuendum de toto quò ad totum, quod de parte ad partem.*

CAPVT CXCIX.

1 QVid autem † si vsq; ad litis contestationis actū defensus minor fuerit, postmodum in eum lata fuerit sententia, vtrum tali casu restitutione sit opus? Fuit autem eius opinionis Sal. nullam hoc capite esse sententiam, & ita reiciendam restitutionem, allegans ad id l. si Præses. C. quomodo & quando iudex. vbi aduersus minorem, qui indefensus est, non potest desertæ appellationis ferri sententia. Neque enim (quod ibi ait textus) nocere adultis potest, quicquid eo tempore actum fuit quo hi iusta defensione & curatorum auxilio destituti fuerunt: vt secundum eum attendi tempus debeat, quo hi indefensi manserunt: & omnino summoueri, quicquid ea tēpestate intermedia in horum perniciem actum est. Huc pertinet, ꝙ quæ in media iudicij parte tractantur, ita de essentiali & formali actus substantia esse iudicentur, ac quæ in litis fine dirimuntur, secūdum Doct. in l. de die. ff. qui satisd. cogantur. Immò ex eiusdem mente abnegari nō potest quin indefensus minor fuerit, etsi non in toto, saltem quod ad partem attinet: & ita locum esse illi vulgatæ iuris regulæ: Idem † iuris statuendum de toto, quo ad totū, qđ est de parte quo ad partem, vt in l. quę de tota. ff. de rei vendi. vbi maximè par & æqualis concurrit ratio, qualis hoc casu inesse agnoscitur, argum. l. acta. ff. de re iud. Scribit preterea, plurimùm in hanc rem facere finalem legis rationem, quare sententia in minorem indefensum lata nulla sit: quæ talis desumitur: quia cum iudicio minores careant, sitque horum ætas admodum imbecilla, æquum ideo fuit his adesse, si in eos indefensos agitatur iudicium, Sed hoc speciali quodam iure in eorum fauorem introductum fuit; quæ specialitas deprehenditur in eo quia his, qui maiores sunt annis 25. sic fauorabiliter non deferatur. Nam si primum adfuisset maior iudicio, demum postea abfuisset, valida esset sentenția in eum ac in contumacē lata: nisi fortasse is absens ex iusta & probabili causa extitisset: tunc enim ei succurreretur, vt in l. qui absentem. ff. de procur. & l. fi. ff. de restitutione in integr. sic attenta ea finali ratione, cum sit generalis, & per quam fauori minorum accedatur, quare non iudicabitur nulla sententia, tanquam in indefensum lata? Quòd autem minor, cuius curator vsque ad litem contestatam tantum comparuit, indefensus manserit, vel hoc vno euidenter doceri potest. Desiit enim huic actui litis contestationis adesse, qui tamen est magni ponderis: imò etiam expediuisset huic productioni testium interuenisse, & his ꝯdicere, demum partis aduersæ instrumenta impugnare. cùm ergo his tam necessariis defuerit, nōne optimo iure minorem indefensum mansisse asseuerabis? Comprobatur & hæc opinio, vt nulla sit sententia in eum lata. Nam non dicitur aliquid efficaciter actum, vbi supereſt vel tantillum exequendum l. fin. C. ad Sylla. Quæ omnia cum efficacissimè mihi concludere videantur, ego eam Castrensis opinionem sequendam censui: pro qua mihi hoc unum sat opportunè conducere censetur. Nam si penè omnibus iudicij actibus in lite, quæ in minorem instituta fuerat, curator interuenisset, desiisset tamen adesse conclusioni causæ, ita vt in minorem, ita non comparentem, ob eius contumaciam lata fuerit sententia, & absoluta pars aduersa ab instantia & iudicii obseruatione: hoc certè capite minor indefensus

Source : BIU Cujas

sus dicetur, & ita sententia, in eum pronunciata, nulla: quia non iudicatur verè defensus, vbi defuit curator alicui actui, ita vt absolutionē ab instantia sit pars aduersa minoris consequuta. Confertq; postrema hæc consideratio ad examinationem alterius articuli, si ab initio litis usque ad sniam comparuerit curator, die tamen ferendæ sententiæ abfuerit, an nulla iudicari debeat sententia? vel utrum sit ualida, ita ut necessariò restitutio in integrum desideretur? Fuit autem Castrensis opinio, valere sententiam, quasi ob curatoris absentiam non manserit minor indefensus, sed qui potius ad audiendum sententiam dicatur non uenisse. Potest autem huic opinioni quadrare, curatoris præsentiam non fuisse tempore ferendæ senientiæ requisitam, cum etiam absente & nolente parte feratur. Solet.n. in inuitum reddi iudiciū, vt est in l. de vnoquoque. ff. de re iud. ut ego cū Castrensi ambulem, non reddi ex eo nullam snīam. Qui tñ benè admittam, attendi potissimum debere, an actus aliquos a curatore prætermissus esset, per cuius omissionem excidisset minor, & succubuisset in ea lite, absoluta parte aduersa, puta quia ad audiendum sententiam non curasset aduersarium citari, quod tamen erat necessarium: tunc enim valebit sententia, sed contra quam poterit minor restitui, aut, si volet is, in curatorem aget.

Si minor sine curatore sit litem contestatus, vtrum possit restitui?

SVMMARIVM.

1 *Litis contestationis a minore citra tutoris authoritatem factæ actus nullus est: & per consequens ea quoque, quæ litis contestationem consecuta sunt, infringenda sunt secundum Baldum, cuius sententia limitatur. num. 2.*

2 *Iudicium nullum esse censetur, si absque curatore minor litem contestatus fuerit, nec iudex ei actui authoritatem suam interposuerit.*

CAPVT CC.

1 Vid † si minor sine curatoris authoritate litem sit contestatus, vtrum ei succurri per restitutionem poterit? Certum est autem, sine curatore ab eo litem contestari non potuisse, cum per se iudicio adesse nequeat, vt est in ea l. cum & minores. in qua Baldus censuit, non esse necessariam restitutionem, ꝙ actus litis cōtestationis sit de se nullus: & eadem ratione debere infirmari seu infringi, quæ litis contestationem sunt secuta: quia in confesso sit, minoris personam legitimam non esse, qui solus litem contestetur, per quam quasi ꝯhitur cum aduersario, vt est in l. 3. §. idem scribit. ff. de peculio. Ego uerò Baldū benè vno casu sensisse, alio verò sat frigidè locutum crediderim. Nam etsi regula communi disponatur † sine curatoris authoritate minorem iudicio adesse non posse, ut est in l. acta. ff. de re iud. sola tamen iudicis authoritas hoc quando que operatur, vt actus litis contestationis, qui a minore geritur, validetur, etiam si ei actui curator non interuenerit, vt est in l. fideicommissum. §. si rem. ff. de leg. 3. Testatur etiā id Bar. in l. si curatorem habens. C. de in integ. restitutione minor. vbi refert, iudicem posse eo casu curatoris personam assumere: ita vt sub eius legis fine consulat, curari a iudice debere, vt hoc expressim in actis causæ inferatur sub his uerbis: Sciens & cognoscens præfatus iudex hunc minorem esse, & qui vellet sine curatoris authoritate litem contestari, ipse ad iudicij fomētum decretum siue authoritatem actui adhibuit. Sic cum ita validari possit litis contestatio, dubitari iure poterit, an opus sit restitutione in integrum quia certum sit, non esse nullum actum. Et hoc casu deficiendum a Baldo existimauerim: quem tamen verè & optimè locutū fateor, vbi iudicis ministerium siue organum actui non accederet, quem potuit ad id hæc ratio inducere. Nam cū non ignoraret minoris aduersarius, hunc minorem annis esse, est ei summopere adscribendum, qui tali imperfectæ litis contestationi consenserit. Quod autem in confutationem
3 Bal. prædiximus † curatoris absentiam a iudice suppleri posse, hoc sanè est a te intelligendum, si ita agendum probarit iudex cum is prætermiserit, nihil ipsi ob id imputari poterit. Nec mihi placet quod Bar. in ea l. si curatorem. opinatus est, tale iudicis supplementum esse referendum & declarā dū, ubi a minore sine curatore ꝯhitur. Sed cum ego eandē
. rationem uideam inesse in his, quæ ad forum iudiciarium spectant, idem vtroque casu statuendum autumauerim: immo putem, efficaciori ratione ita debere disponi in iudiciis, in quibus potest de summo minoris dispendio agi. Sic habes nullum esse iudicium, si absque curatore minor litem contestatus fuerit, nec iudex ei actui authoritatem suam interposuerit.

Si in minoris administratorem lata sit sententia, dabitur num ob id minori restitutio?

SVMMARIVM.

1 *Minor pro sententia, in suum administratorem siue etiam tutorem lata, æquè restitutionis beneficio gaudet, ac si in eum fuisset pronunciata.*

2 *Tutor bonorum pupillarium legitimus administrator censeri non debet, ni prius pro tutelari officio cautionem præstet; qua omissa restitutionis auxilio contra eum opus non est.*

CAPVT CCI.

1 Vbiungetur præfatis vnum aliud, quod est in frequentissima quæstione, An † qua ratione minor aduersus sententiam in se latam restituitur, eodem iure sit restituendus, si in suum administratorem fuerit lata, vbi maximè is res minoris curaret. Quod autē hoc casu postremo, vti priore, competat restitutio, facit l. in rem pupilli. C. si aduer. rem iud. Satis enim cum minore actus gestus cēsetur, vbi in eius administratorem fuit pronunciata snīa, vt est in l. 3. §. si procurator. ff. qđ quisque iuris. vbi potissimum actus de se est licitus & permissus. Cum.n. in rem pupilli iudicatū fuerit, & de eius patrimonio tractatum, seque is læsum asserat, quare nō ita restituetur, ac si in eum pnunciata fuisset snīa? Quod simili rōne disponit, vbi in tutorem ferī snīa, vt ꝯ eam pupillus, qui se ex ea læsum asserit, restituatur. Cessabitq; ex hac declaratione obiectum l. si tutor. C. in quib. caus. quam hac in re Doctores pro ꝯria & oppositā afferunt, in qua lege sententia contra tutorem lata, pupillo non obest, ita ut iit ei restitutione in integrum opus. Id enim ibi disponitur
2 † quia in eo textu tutor ante prestitam a se cautionem bonorum pupillarium administrationi se immiscuisset, ita ut cum pro tutelari nondum cauisset officio, legitimus administrator censeri non potuerit, qua ratione ibi deciditur, frustra restitutionis in integrum desiderari auxilium, cumque ab eo, qui legitimi administratoris personam sustinere non poterat, sunt acta ipso iure sint nulla & irrita vt mea sententia sit textus eo modo enodandus Quare inconcussa manet hæc conclusio, minorem ita pro sententia in suum administratorem lata restitui, ac si in eum fuisset pronunciata.

An contra sententiam, quæ datam libertatem declarat, minor restitui possit?

SVMMARIVM.

1 *Restitutio ex quorundam opinione aduersus sententiam, quæ datam libertatem declarat, non conceditur, limitatur tamen ad iuxta ea, quæ habentur num. 2.*

CAPVT CCII.

1 Aeterùm quod ad hanc materiam spectat, quo modo † contra iudicis sententiam minor possit restitui, senserunt quidam aduersum sentē tiam, quæ datam libertatem declarat, restitutionem non competere: dari nihilominus, si
2 tribuendam declaratum fuerit, atque hoc passim a scribentibus ꝯcluditur in l. j. C. si aduersus. liber. Sunt tamē † quæ mirè in oppositum urgere uidentur, quę tu annotata a Bar. reperies in ea l. j. C. si aduer. liber. in quibus ego non duxi fusius insistere, ne videar velle in hoc uolumine trāsferre, quę subordinarijs titulis in materia restitutionis in integrum excussa sunt; tum etiam quòd hæc materia a me satis sterilis & frigida, immo a praxi alieniſſima iudicetur.

Vtrùm aduersum pignoris venditionem minor restituatur?

SVMMARIVM.

1 *Minori ob pignoris venditionem graviter læso restitutionem minimè denegan-*

denegandam videri. Cui tamen aduerſatur l.fin. C.ſi aduer.vend. pign. vbi contrarium decerni videtur.

CAPVT CCIII.

1 CVm igitur, quæ ad ſententiæ pronũciationem attinent,& quomodo contra eam ſit quis reſtituẽdus,excuſſerimus,optimo ordine adnectẽ quæſtio omnino diuerſa diſtincta, An † cõtra pignoris venditionem poſſit minor reſtitui? Cuius rei gratia effingemus hoc exemplum:Si cum apud me pignus haberet minor,nec intra præſtitutum tempus illud luiſſet, ego ea cauſa vendendum curauerim, aſſerat autem is, ſe ea venditione læſum;quia dicat viliſſimo precio venditum: an num aduerſus eam venditionem reſtitui poterit? Quæ difficultas excitatur a Iuſtiniano in l.j.C.ſi aduer.ven.pig.vbi diſponitur, ſi detrimento magno affectus minor fuerit,& enorme damnum tali uenditione paſſus,ei eſſe ſubueniendum:quaſi ex oppoſito deſumatur ob leue incommodum reſtituendum non eſſe.Dubitationem tamen hac in re promouet.l.fin.C. eo.tit.ſi adue.vendit.pignoris.vbi minori contra pignoris vẽditionem,quæ ab ipſo cœpit,non ſubuenitur: proceditque id,etiam ſi extraneo pupillus ſuccederit, cum tamen utriuſque (vt hæres) perſonam repræſentet. Quòd ſi hoc caſu nõ ſit creditor bona fide verſatus,ipſum magis, vel tutores ſeu curatores ſuos,qui id pignus venundari paſſi ſunt, conuenire poterit,vt ibi habet textus per quem id deſignatur,vtroq; caſu minorem a reſtitutione repelli,ita ut ſit omnino oppoſita legi primæ,ſub eodem titulo.

Triplex pignoris conſideratio.

SVMMARIVM.

1 *Pignus aliud Prætorium, aliud Conuentionale, aliud denique Iudiciale eſſe.*

2 *Conuentionale pignus dicitur,quod à partium conuentione proficiſcitur: Prætorium autem ex miſſione in poſſeſſionem, quæ a Iudice fit ordinario,cauſari aſſeritur.*

3 *Minor ex venditione pignoris per creditorem facta enormiter læſus, reſtitutionis auxilio iuuandus cenſetur.*

4 *L.1.C.de præt.pig.non de prætorio, ſed de conuentionali pignore intelligendam eſſe,nonnulli Doctores ſentiunt, alijs contrarium ſtatuentibus.*

5 *Minor ſi in conuentionali pignore modicum damnum paſſus ſit, reſtituitur,ita volente Baldo:ſecus in Prætorio,vbi enormis ſolet conſiderari læſio.*

6 *L.1.C.de præt.pig.ad vtrunque pignus tam prætorium quàm conuentionale referri poſſe Author ſentit, annexa diſtinctione inter d.l. 1. & l.2. eod.tit.*

7 *Baldi ſententia,nu.5.adducta,reprobatur: nec habita vel modici vel minimi incommodi ratione non aliter minoribus ſubueniri ſtatuitur,quàm ſi eos enormi detrimento affectos conſtet.*

CAPVT CCIIII.

1 PRo quarum ll.concordia conſideratum eſt a Doctoribus † quoddam eſſe pignus Prætorium, 2 aliud verò, quod Conuentionale nominatur: aientes † id conuentionale dici, quod a partiũ conuentione proficiſcitur,puta ſi uiciſſim conuenerimus, vt tu a me pignus habeas,vt eſt in §. item Seruiana. Inſti.de act.Demum Prætorium pignus cauſari aſſerunt, ex miſſione in poſſeſſionem,quæ fit ab ordinario iudice: vbi non cauetur,vt in cauſa damni infecti,aut legatorum ſeruandorũ. l.j.& 2. C.de præt. pign. Quibus ita præmiſſis, aiunt ipſi, ſi 3 † conuentionale pignus a minore exordium cęperit, & ex venditione per creditorem facta ſit læſus enormiter,tunc debere minorem reſtitui,cum ipſemet ꝓxerit:& ita de conuẽtionali pignore eſſe eam l.j.intelligendam : ſecus ſi Prætorii eſſet quæſtio,nec a minore cœpiſſet in quibus terminis loquitur ea lex 2.Alii verò ſenſerunt † eam l.1.etiam in Prætorio pignore loqui,cum id pignus ſola iudicis authoritate cõ 4 ſtituatur:ut mirum eſſe non debeat,ſi ibi non reſtituatur,niſi enormi læſione accedente, ob factum & miniſterium iudicis.Atque horum opinionem iuuat, quod in eo textu habeatur: Si igitur pignori captis prædiis,& diſtractis:quaſi ea verba denotent pignus,iudicis authoritate venditum. Huc ſpectat,quod in ea l.1.generaliter diſponatur,minori aduerſus pignoris uenditionem ſuccurri,ſi enormiter læſus ſit,vt 5 id ad vtrumque pignus poſſit referri,Baldus † verò in ea l.1. fuit opinionis, poſſe in conuentionali pignore minorem reſtitui,etiamſi modicum ſit paſſus damnum: non tamen, vt id in minimo incommodo procedere debeat:motus hac ratione,quia ſit certum a ꝓcto damnum minoris dependere.Quòd ſi Prætorium pignus fuerit,& à minore id cęperit, niſi læſus ſit enormiter,reſtituendum non eſſe:ita vt ſecundum eam ea lex.1. ſit de Prętorio pignore ſolo intelligen- 6 da.Ego † uerò defendi poſſe putauerim,eam l.1.ad vtrunq; pignus,puta Prætorium & conuentionale, referri: ſed quæ debeat declarari,cum pignus a minore cępit:lex verò 2. loquatur,vbi non a minore, ſed ab eius authore originem & initium aſſumpſit pignus.Et hoc poſteriore caſu optimo iure deciſum eſt,nõ debere minorem reſtitui, etiam ſi is enormiter læſus fuerit: quod ſecus diſponitur vbi ab eo proceſſit,accedente tali enormi læſione. Ratio autem diuerſitatis conſtitui inter vtrumque caſum poteſt.Cum enim a minore cœpit pignus, æquum eſt, vt data læſione enormi is reſtituatur; quia cum eo geſtum ſit negotium, quod omnino non procedit,ſi a patre aut extraneo cauſatum fuerit: tunc enim nihil cum minore, ſed eius patre vel tali extraneo geſtum eſt:vt eſt,ſi inter minoris patrem & creditorem de vendendo pignore præceſſiſſet conuentio: & ita non procederet ea lex fin. vbi cum minore aliquid actum eſſet: vt eſt,ſi poſt paternam mortem fuiſſet a creditore interpellatus, vt ſolueret,nec id feciſſet, ita vt occaſione eius moræ creditor vendendi pignoris poteſtatem fuiſſet aſſequutus: tali enim caſu reſtitueretur minor,arg.l.cum filius.§ in hac.ff.de uerbo.obl. Aſſequeretur etiam reſtitutionem, ſi ſe patris ꝓctũ ignoraſſe allegaret.Nam eo caſu etiam maiori ſuccurreret, multo fortius minori: ſi enim ꝓctum is ſciuiſſet, potuiſſet creditori perſoluere,vt non debeat ea lex fin. ad caſum pro 7 babilis ignorantiæ referri. Nec † ex his mihi placet præſcripta Baldi conſideratio,In conuentionali pignore minorem reſtitui poſſe,etiam ſi modicum damnum paſſus ſit,non tñ ſi minimum: quia q̃ id abſit à vero,euidentiſſimè habeẽ in ea l.1.in qua nulla eius modici ſeu minoris incommodi fit mentio.imò in qua planè & abſolutè determinatur, minoribus contra pignorum venditiones ſubueniri, ſi magno affecti detrimento fuerint: & cum de tali minimo damno nõ loquatur, haud debeat ad id referri. Secundum etiam præfatam declarationem manet penitus eliſa eorum ſentẽtia, qua aſſerebant, in l.ſi creditorem, viuente patre, pignus diſtraxiſſe: in ea verò l.1. eo mortuo, cum hoc ſit merum & purum fantaſma. Secundum igitur prædicta habes veriſſimum eius quæſtionis intellectum & ſatis eſſe accommodum reſponſum intelligis ad eas uarias lecturas, opinionum diuerſarum ſomnia.

Conſideratur duplex ratio, quare in venditione pignoris non ſubueniatur minori, niſi enormi damno accedente.

SVMMARIVM.

1 *Reiecta Baldi ratione, qua ipſe minori in venditione pignoris non ſubueniendum eſſe decreuit,niſi enormi damno interueniente, ſubnectitur alia firmior & euidentior ratio.*

2 *Creditorem quas ſolemnitates obſeruare oporteat:antequam ad venditionem pignoris progreſſus fiat.*

3 *In venditione pignoris, ſiue prætorium, ſiue iudiciale illud fuerit, eadem ratio, & ius idem eſſe putatur.*

4 *Iudiciale pignus dicitur, quando poſt latam à iudice ſententiam victor cauſæ in poßeſſionem bonorum condemnati mittitur.*

5 *Aduerſus pignorum venditiones, quæ à creditoribus de re minorum fiunt, minores non niſi magno detrimento affectos, reſtitui, ſiue id ad pignus prætorium, vel conuentionale, vel iudiciale referatur, & nume. 8.*

6 *Minori in creditorem,tutorem,ſeu curatorem regreſſus competit, ſi illi in paterni pignoris venditione bona fide verſati non fuerint.*

7 *Minorem in pignore conuentionali, etiamſi enormiter læſus non ſit, reſtituendum videri, modò minimum damnum paßus non ſit, ſecundum ſententiam Baldi: quam Author antea, vt & Bartoli in hoc loco,iam confutauit.*

CAPVT CCV.

IIs igitur ſic excuſſis,verſemur nunc in examinanda Baldi ratione ad eam l.1. a quo ſub eadẽ ſcriptum eſt, ideo difficulter ibi minori ſubueniri, nec niſi enormi damno accedente;quia aliàs nemo eſſet, qui minoris neceſſitati adeſſe vellet. Quæ eius ratio an omni ex parte ꝓcludens ſit, te vel id vnũ docebit,

Source : BIU Cujas

docebit, eadem enormis damni occasione posse creditores
1 a tali officio distrahi. Quid † enim si sciuerint, posse, accedẽte enormi damno, minorem restitui? nonne etiam difficilius ei subueniendum iudicabunt? ita vt talis benefaciendi ꝓsideratio possit ad leue & enorme damnum referri. Quare ego concludentiorẽ aliam rationẽ adferri posse crediderim, cur non sit subueniendũ minori in pignoris venditione, nisi enorme damnum accesserit: hoc. n. ideo est, qa prius q̃ creditor ad pignoris venditionẽ procedat, debet ipse solẽnitates quasdam a lege introductas obseruare. † Primum
2 vti denunciatione, vt est in l. debitores. C. de pign. Qua intimatione facta, apparitori pignus ab eo committitur, quò illud publicè & plus offerenti vendat: vt demum, si aliquid superfit, soluto debito, id minori restituatur. Cùm igitur his solennitatibus quas lex requirit, creditor satisfecerit, nonne iniquum esset, & a ratione deuiũ, minorem ꝯ talem pignoris venditionem restitui. Et ea causa prius, q̃ ob pignoris vẽ
3 ditionem minor restituatur, requiritur enormis læsio † siue id ad pignus Prætorium, siue ad cõuentionale retuleris, modo a minore ceperit pignus. Quæ aũt de Prætorio pignore
4 annotata sunt, tu etiam ad Iudiciale referre poteris. Fit † autem iudiciale, præcedente iudicis iniã, pro cuius executione, qui uicit, missus est in bonorum possessionem ꝓdemnati. Solet. n. ex tali missione in possessionem, a sententiæ executione dependente, iudiciale pignus causare, vt est in l. j. C. de bon. auth. iud. poss. & l. a diuo Pio. sub eius discursu. ff. de re iudic. Ex quibus omnibus patet hæc resolutio † aduersus
5 pignorum venditiones, quæ à creditoribus de re minorum fiunt, minores non restitui, nisi hi magno afficiantur detrimento, siue id ad pignus Prætorium, ꝓuentionale, siue iudiciale retuleris, & hoc satis testatur ea lex 1. quæ generaliter de venditione pignorum loquitur, & vbi a minore cepit pignus: cui non aduersatur l. fi. cum loquatur in terminis omnino abstractis, puta de pignore vendito, quod a minoris pa
6 tre processerit † & ea causa ibi minor a restitutione repellit: cui tamen sit regressus in creditorem, tutorem, seu curatorem, si non bona fide in ea pignoris vendi tione versati sint. Nec me latet, Bartolum in ea l. fin. a præcedente intellectu desciuisse: quia, vt is testatur, non perfectè ita resoluatur tota materia: quæ ut extricatior esset, putauit hac distinctione vtendum, si pignus a minore ceperit, & de Prætorio tractetur, interueneritq; fraudis consilium, seu enorme damnum, tunc his casibus restitui minorem: secus si damni modici haberetur quæstio, & ita ait intelligendam l. j. Quòd si a minore ceperit pignus, sitq; ꝓuentionale, tunc locum esse restitutioni in integrum, etiam si parui damni sit quæstio, modò non fuerit minimum, argum. l. scio. ff. de restit. in integr. Si verò a maiore sumat exordium ꝓuentionale, tunc aut uenditio fit ex pacto, cum defuncto habito, nullo cũ minore gesto: erit tunc eo casu restitutioni locus, per l. fi. præal legatam. & l. Aemilius. ff. de minorib. Solẽt enim verba edicti restitutionis referri ad id, quod cum minore gestũ fuit. Quòd si cum ipso aliquid actum fuerit, puta quia a credito re interpellatus sit, vt soluat, locus erit restitutioni, quia cũ eo per talem interpellationem sit gestum. Hæc Bar. qui hac
7 distinctionẽ fatetur † in pignore conuentionali minorem, ẽt si enormiter læsus non sit, restitui modò minimum damnum passus non sit: quod ego suprà confutaui. reiecta sententia Baldi, quam eo minus probare possum, ꝙ ab his constituatur discrimen inter restitutionem modici & minimi damni: vt pro modico reipui debeat, de quo quis, quæso, dubitat? cum exploratissimum sit, in his, quæ minima sunt, restitutionem non competere, vt est in ea l. scio. Præterea euertitur talis consideratio per rationem, quam primum deduximus: Quare
8 † enorme damnum requiritur, si minor velit aduersum pignoris venditionem restitui: quod procedit, ẽt ad quodcunque pignus animum retuleris: quia non subsistat talis venditio, nisi solennitatibus quæ a lege institutæ sunt, ad amussim obseruatis: ita vt cum his satisfecerit creditor, nihil præsumatur in minoris perniciem actum: qui tamen volens ad petendam restitutionem admittatur, si se tali venditione fuisse enormiter læsum asserat: ita ut semper mihi magis arrideat hæc sniã, non esse restituendum minorem aduersum pignoris venditiones, solẽniter a creditore factas, nisi enormis accesserit læsio, vbi potissimum a minore cepit id pignus, poteritq; hæc opinio vel ex eo ualidari, quod passim testantur Doctores in l. a diuo Pio. §. in vendit. ff. de re iud. non esse pignoris, cuius ibi textus meminit, venditionem rescindendam, aut contra eam debere implorari restitutionem, si ordo, qui a lege introductus est, obseruatus fuerit, nisi vbi de enormi læsione esset quæstio, quod est omnino ad confirmationem eius rationis, quam ego hac in re adduxi.

An contra necessariam venditionem restituatur minor?

SVMMARIVM.

1 *Minorem aduersus necessariam venditionem non esse restituendum ex sententia Cornei; quam Author numer. 2. limitatam probat.*

3 *Iudicis authoritas, pro contractus validamento actui adhibita, beneficium restitutionis minori non adimit, rebus eius viliori, quàm decebat, precio venditis, quod limitatur exemplis sequentibus.*

CAPVT CCVI.



1 Olet etiam in hac re exquiri a Corneo consil. 50. tertio volumine, An † contra venditionẽ necessariam minor possit restitui? vt est, si priusquam venderetur, præcessisset primum seu fm decretum, & asserit sub eo consilio, cessare restitutionem; quia fuerit necessaria venditio, cum non perueniatur ad primum seu secundum decretum, nisi in partis aduersæ contumacia, ita vt adigente necessitate ad venditionem rei procedatur. Simile asserit statuendum, si minoris res mobiles, & quæ seruari non poterant, alienatæ seu venditæ fuerint, vt ꝯ eam venditionem non debeat minor restitui: quia lex iubeat res tales alienari, vt est in l. lex quæ tutores. C. de administr. tutor. Ego verò cum eo ambulandum censeo, vt uerum sit, non debere minorem restitui, quia res tales venditæ sint, debuerunt enim necessariò vendi. Sed
2 † mea est opinio, si ex tali venditione sit læsus, restituendũ: quia dicat, non fuisse iusto precio uenditas. Et id maximè Lector intelliget aut deprehendet, qui animaduerterit ad l.
3 siquidem. C de præd. minor. vbi † authoritas iudicis, quę necessariò adhibetur actui pro eius actus validamento, non impedit restitutionem in integrum, cum maximè res vili precio, & in minoris perniciem fuit vendita. Quod ẽt procedere existimo in rebus mobilibus, quæ custodiri sine dispẽdio non poterant: vt si eo, quo decuit, precio venditę nõ fuerint, possit minor restitui. Et ita declarãdum Corneum existimo: cuius opinionem aliter probare non possem. Adnectit ipse eodem consilio, si in datione in solutũ minor mobiles res potius, q̃ immobiles elegerit, non ex eo restituendũ: quia fortasse ei expediret, mobiles potius, quàm immobiles habere, cum ipse tunc suppellectilem suam instrueret, argum. l. denique. & l. obligatione generali. ff. de pignor. Nã cum læsus non sit, ęquum est, ut cessare debeat restitutio. Læsio aũt ꝓsiderabilis non est; quia ei non expediret immobilem rem magis, q̃ mobilem assequi, arg. l. cum aurum. ff. de aur. & arg. leg. Quæ eius decisio tam de se uera est, ut sit ab omni hęsitatione aliena. Dubitabilior aũt fuisset, si is eã sibi opinionẽ delegisset, vt in dubio minoris interesset, magis mobiles quàm immobiles res habere. Atque hũc puto eius intellectum extitisse, qui aliàs sine dubitatione quęstionem proposuisset. Quem si ita intelligendum duxeris, videbit is mihi non omnino benè loqui: qui putem, magis expedire minori, re immobili quàm mobili frui: cum rei mobilis uilis & abiecta iudicetur possessio, vt in l. si rem mobilem. ff. de acqu. poss. nec tam opportunè possunt mobiles, quã immobiles res conseruari: quod deiumitur ex l. ii chorus. ff. de leg. 3. in qua lege pecunia, quæ præsidij loco reponitur, iudicatur immobilis, & lõge utilior alia pecunia, quę in communem vsum destinata est, vt quę custodienda non sit. Quibus inducor, huius opinionis esse, ut in dubio magis consultum sit minori, si immobilem potius, q̃ mobilem rem elegerit. Posse tamen mobilem qñque plus prodesse re immobili, vel ingenuè fateor, vt est in casu Cornei, vbi minoris supellex instrueretur, & aliàs si minoris conditio hoc admitteret, puta quia mercator esset, & eius nomine curator mercimonia tractaret, ĩ quibus spectatur potius res mobilis, quàm immobilis. Quæ omnia debebit iudex ad amussim considerare, quò perfectus discernat, vtiliusve minori fuisset, delegisse mobilem rem, quàm immobilem.

Si excessiuam propter nuptias donationem fecerit minor, an restitui contra eam donationem possit.

SVMMARIVM.

1 *Dobarium quid nuncupetur?*

2 *Donatio incongruenti moderatione ob nuptias a minore facta. minori beneficium*

Source : BIU Cujas

beneficium restitutionis non aufert: secus si conuenient adhibita moderatio fuerit.

3 *L.1.C.si aduer.dona.perspicuo sensu declaratur.*

4 *Minorem aduersus immoderatam donationem esse restituendum, Author exemplo probat.*

CAPVT CCVII.

NOn improbè præfatis adiicietur, si rem aliquam minor ob nuptias donauerit, aut cum de eius ageretur matrimonio, nuptialia munera tradiderit, quæ postmodum longè eius facultates excedere is agnouerit, vtrum ex eo restitui poterit? Aut † aliàs finge amplissimum dotalitium (quod quidam Doharium vocant) ab eo vxori constitutum, & longè maius, q̃ eius patrimonium possit ferre, quod etiam ad sponsalitiam largitatem referri poterit: quid si præter modum hæc a minore facta fuerit, an num concedetur restitutio? Quorum casuum habes apertam decisionem in l.j. C. si aduer. donat. in qua disponitur: Si quæ res ante nuptias congruenti moderatione a marito minore annis sponsaliorum tpe, etiam præsente curatore, ibi donatæ sint, obtentu ætatis nõ reuocabuntur. Quæ verba, Congruenti moderatione, sunt ita intelligẽda † vt si ex oppositio incongrua adsit moderatio, sit restitutioni locus: & ita vbi minori esset exiguum patrimonium, si is præter vires bonorum immensam ob nuptias donationem constituerit, restituetur. In quo tunc oportebit suorũ bonorum valorem examinare, vt an cõgrua seu incongrua sit talis donatio, dignoscatur. Videamus nunc, an ea snia sic prolata vera sit. Ego † verò disputationis gratia considerauí qñque eam l.j. C. si aduer. donationem. esse omnino superfluam, quia ea nihil disponatur, quod non sit apertissimum, & ab omni dubitatione alienũ. Quis enim sit inficiaturus, congruas ob nuptias donationes siue congrua ante nuptialia munera, prætextu minoris ætatis reuocari nõ debere? quia talis congrua qualitas omnem læsionem summoueat, propter quam tm̃ conceditur restitutio in integrum. Quid oportuit igitur ea l. determinari, non reuocari ob etatem minorem congruas tales donationes propter nuptias? ita vt lex illa j. videatur ex eo indubitabilis, quæ longè maiorem nodum nobis peperisset, si id generaliter de donationibus immoderatis statuisset. Accedit his, frustra dici aut allegari minorem læsum, a quo propter nuptias congruè sit donatum, cum is sic donando sit iure communi vsus, toto tit. vt sponsal. lar. in Auth. volum. facit §. est & aliud. Inst. de donat. Quod etiam procedit in minore filio pro incarcerato patre fideiubente, vt ob fideiussionem non debeat restitui ea ratione; quia sit iure cõi vsus, & lege ita mandante, & id ei iniungente, vt est in authe. si captiui. C. de episc. & cler. qui aliàs contrauenies posset a parte iustè exhæredari. Sic cum hic minor ob nuptias donauerit, sitq; ita communi iure vsus, quare tu aduersus eam donationem restituẽdam iudicabis? Hisq; rõnibus posse euerti præscriptam ꝯclusionẽ censebam † quæ tamen poterit ab his obicibus hoc modo eximi, qui verum esse fatear, minorem ubi propter nuptias donat, iure communi uti, & id ei de iure licere: sed hoc est declarandum, modo congruè donarit, & ita est intelligenda ea lex j. quæ satis dubitationis in eo complectitur; quia fm talem inductionem, quam præmisi, cum approbet congruam eam donationem, videtur ab oppositio sensu incongruam excludere, ita vt ob eam restitui minor debeat: & sic, quantumuis generaliter sit concepta, disponit tamen ob incongruam donationem locum esse restitutioni. Et ita eius l.j. dubitatio non concipitur in eo, quod ibi habetur, ob cõgruam donationem restituendum non esse: sed ab intellectu oppositio. ergo si immoderata fuerit, restituetur: quod tamen non est sine scrupo: quia fauore matrimonii deberet ualidari talis donatio, etiam incongruè facta: vt postmodum fusius intelliges. Adiicietur hoc loco & bono ordine exemplum familiare donationis a minore factæ, contra quam restitutum a Dolano Senatu memini. Consenserat minor, imò de ea re donationem vicino suo fecerat, ut posset is sibi fenestras in domo, quæ uicina suæ erat domui, erigere, & lumen parare, ex qua fenestrarum erectione plurimum incommodi asserebat minor se sufferre, quòd tali prospectu uicinus planè videret, quid in illius domo ageretur, cum tamen id prius ei non liceret. Asserebat autem minor, se eam donationem ætatis imbecillitate feciſſe, & tunc ignorasse, quantum dispendii esset ex ea accepturus. Erat enim læsio omnino notoria; quia is seruituti domum, quę prius erat libera, subiecisset, vt ea causa restitutus fuerit. Sumit enim fundamentum restitutio; quia constituendo indebitam seruitutem minor dicatur ius alterius augere, & suum diminuere: at qui prohibetur alienare, non potest seruitutem imponere, l.fi. C. de rebus alie. non alie. Quod alia nare nequeat minor, id iuris est uel exploratissimi.

Vtrum contra immensam doharij assignationem restituatur minor?

SVMMARIVM.

1 *Doharium est dotis ab vxore allatæ compensatio, a marito facta.*

2 *Doharium etsi minoris facultates excedat: tamen idcirco minorem non uideri restituendum.*

3 *Examinatis Castrensis rationibus, nu. 2. adductis, Author l.1. C. si aduer. donat. assentitur, & minorem, immoderata donatione propter nuptias facta, restituendum esse concludit.*

4 *Minorem propter nuptias donare non posse: quia donare est perdere, & per consequens, authoritatem curatoris hoc casu nihil operari, nec actum a lege prohibitum validare, secundum Baldi sententiam, quam Author limitat num. 5.*

CAPVT CCVIII.

IT'ut singillatim ac perfectè hanc materiam perscrutemur, afferri exempli gratia casus poterit, quem effinxit Castrensis in ea l.j. ubi proponit † an illa lex procedat in donatione ob nuptias, quæ ob dotis fit compensationem, quàm ho die vulgato nomine uocamus doharium. Qua in re existimauit, etiam si id doharium minoris facultates excedat, restituendum tamen non esse: quia secundum eum ex tali doharii constitutione seu (quod passim dicitur) assignatione, minor lædi nequeat, cum soluto matrimonio, si vxori superuixerit, ad eum reuertatur: aut si aliàs decesserit, semper vxore mortua, eius hæredes sequatur. Quòd etiam reiicienda sit restitutio, considerat ipse, non posse talem donationem a minore fieri, nisi sui curatoris consensu accedẽte, & decreto iudicis interueniente, maximè si de rebus immobilibus concipiatur donatio, vt in l. si præsidia. C. de præ diis mino. per Bar. in l. lex quæ tutores. C. de admi tuto. qua lege expressim prohibetur, ne minoris prędia vendantur, alienentur & distrahantur, etiam si de donatione propter nuptias constituenda, aut dote danda sit quæstio: & vt his actibus interponatur iudicis decretum, cum præambula in quisitione, puta an vtile minori fuerit sic donare, quam solennitatem lex introduxit, ut interim fraudi locus non sit.

2 Ex qua Castrensis doctrina habes † quandoque non restituendum minorem in donatione ob nuptias, quam is fecit, etiam si incongrue sit: quod est ad excitandum dubitationẽ contra prędicta. Non possum tamen eam Castrensis snīaz omnino probare, quæ in primis uideatur esse contra apertam dispositionem eius l. 1. loquentis in donatione ante nuptias, contra quam restituitur minor, si incongrua & immoderata sit. Nec is mihi satisfacit, vbi asserit, suo casu non posse minorem lædi, cum ad eum soluto matrimonio redeat doharium: quia quod dicitur, posse tali casu minorem restitui, id intelligendum est, vt constante matrimonio possit restitui, si sibi profuturum agnouerit. Læsio autem de se manifesta est, si incongruum sit doharium: quæ non subducitur ex eo, ꝙ in omnem euentum, etiam superuiuẽte illius uxore, ad hęredes redeat. Nam poterit uxor longo tempore uiuere, & ita diu tali dohario frui: quod cum excessiuum sit, nonne qui minoris successores sunt, incommodo maximo grauabuntur? Nec etiam arridet, iudicis decretũ & præcedentem inquisitionem hoc inducere, vt restituendus nõ sit: quia iudicis interuentus restitutionem non secludit, ut est in l. siquidem. C. de prędiis mino. Huc pertinet, quod ipse Castrensis in eadem l. fatetur, posse minorem restitui, si is sponsalitiam largitatem de rebus mobilibus fecerit, modò incongrua sit, ut quare idem in tali dohario disponi nõ debeat, haud agnoscam: maximè, cum uideat id esse prędicii grauioris, ut desumitur ex authentica, permissa. C. de dona. propter nuptias, in qua habetur, ex tali donatione ob nuptias natam uxori in bonis mariti in rem actionem, potissimum marito mortuo, quam ea potest in quoscunque bonorum possessores exercere, quo textu planè & liquidè innuitur tali dohario excessiuo minoris hęredes posse lædi. Quæ opinio (mea sentẽtia) est longè uerior, probabilior, & ꝯcludentior, q̃ sit illa Castrensis. Te tamen vnum annotare oportebit, qñque statutis limitata esse talia doharia, & aliter inter Nobiles aliter inter priuatos concipi, ut apud Burgundiones: inter quos, maximè si Nobiles fuerint, doharium regulatur fm partem ibi descriptam antiquorum

hæredi-

Source : BIU Cujas

hæreditariorum defuncti, quo caſu cùm id Doharium ita limitatum ſit, non poteſt dici per eius conſtitutionem læſus minor; quia ſit vſus beneficio ſtatuti: nec ei ſuccurrendũ eſt, vt etiam non ſubuenitur, cum iure communi vtitur, per l. finalem. C. de reſtitutione in integrũ ad quod propoſitum conducit id quod habetur in ſtatuto, diſponente, vt inter cõ ſanguineos compromittere debeat minor, vbi cum alio litigat: vt ſi compromiſerit, reſtitui nõ debeat, quia iubente ſtatuto id effecerit. Et ita ea Doharii limitatio & certitudo excludit omnem reſtitutionem, quia tali caſu non ſit læſus minor. Manet igitur ſine dubio † minorem poſſe reſtitui aduerſus donationem propter nuptias, ſi præter congruam moderationem facta ſit. Ad cuius concluſionis, probationem habes in ſimili l. cùm plures. ſub §. finali. ff. de adminiſtra. tutorum, in qua ſic loquitur Legislator. Cùm tutor nõ rebus duntaxat, ſed etiam pupilli moribus præponatur, in primis mercedes Præceptoribus nõ quas minimas poterit, ſed pro facultate patrimonij, pro dignitate natalium conſtituet; ſolennia munera parentibus, cognatisque mittet: Ex cuius textus mente planè deſumitur, tutorem debere aduigilare, vt quod moribus honeſtati, & conditioni pupilli congruit, tractet: quod etiam ad adultum, curatorem habentem, eſt referendum: in quibus ſi attendatur, quod ad eorum mores, conditionem & honeſtatem reſpicit, æquum iudicabitur, vt minore matrimonium cum authoritate ſui curatoris contrahente congruam propter nuptias donationem is faciat, incongruam autem nequeat, ſaltem contra quam reſtitui non poſſit: aliàs non eſſet honeſtatem & conditionem eorum obſeruare, quam oportet æquitate & ratione metiri, ita vt is §. ſic inductus, plurimùm ei opinioni conuenire videatur. Dubitationem tamen aliam hac in re promouet Baldus in ea l. j. C. ſi aduer. donationem. vbi probare nititur, minorem donare ob nuptias non poſſe, ſic hoc docens: Lex
4 præſumit, vt qui donat, dicatur rem, quam donat amittere, quia donare ſit perdere, vt eſt in l. filiusfamilias. ff. de donat. vt inde aſſerat, curatoris authoritatem nihil hoc caſu poſſe operari, nec actum, qui à lege prohibitus eſt, validare, argumen. l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. Cui difficultati non reſpõdet: ego verò ſic eam reſolui & terminari poſſe exiſtimauerim, vt verum ſit, minorem ſimpliciter donare non poſſe, maximè vbi eſſet pura & ſimplex donatio: qui ſecus diſponendum cẽſeam in donatione, quę ſit ob cauſam, & quam lex approbat: qualis eſt donatio propter nuptias, ſine qua non poſſet aliàs commodè minor ad matrimoniũ aſpirare: ita vt hoc caſu non perdere, ſed lucrum facere dicatur: niſi tu, qui perſpicacis es ingenij, velles conijcere, plurimum incommodi ei ceſſurum ex fructibus matrimonij, qđ ego non ſum abnegaturus, ſi fortaſſe rixoſam vxorem aſſequeretur: id tamen inficiaturus, vbi probam, modeſtam, & ingenuis præditam moribus ſibi paraſſet.

Vbi minor mulier omnia bona ſua in dotem dedit, an poſſit ex eo reſtitui?

SVMMARIVM.

1 *Mulieri minori dotem incongruam aut immoderatam marito conſtituenti per reſtitutionem ſuccurritur.*
2 *Si mulier minor dotem patrimonio ſuo ampliorem marito aſſignet, actus ipſo iure nullus efficitur, quod euertitur per l. ſi ex cauſa. §. in dotis. ff. de minor. num. 4.*
3 *Ad l. j. ff. de iure dot. caſus & intellectus affertur.*
5 *Mulier minorem cum authoritate curatoris dotẽ conſtituens ampliorem ſuo patrimonio, etſi mero iure obligetur propter curatoris authoritatem: tamen reſtitutionis beneficio fruitur: ſecus ſi curatore abſente conſtituat.*
6 *L. ſiue generalis. ff. de iure dot. & l. ſi ex cauſa. §. in dotis. ff. de minor. & l. j. C. ſi aduer. dot. conciliantur.*
7 *L. Titia. ff. de iure dotium. optimo ſenſu declaratur.*

CAPVT CCIX.

1 DIungetur his caſus, qui è præcedente vtcunq; deriuatur: Si † mulier minor dotem marito conſtituerit, quam conſummato matrimonio velit immoderatam probare, nec congruè factam, an contra id reſtitui poterit? Aut ſi voles particulatim exemplũ proponere, finge eam quæ uis ſua bona in dotem dediſſe, vtrùm ob id poſſit implorare reſtitutionem in integrum? Quem caſum tu apertè deciſum agnoſces in l. j. C. ſi aduerſus dotem reſtitutio poſtul. in qua diſponitur, ei per reſtitutionem ſuccurri: quod etiam ad eius hæredes extenditur: Imò tã clarus & manifeſtus eſt textus, vt cauillis ſubijci nequeat. Cuius legis finalis ratio hæc à Doctoribus affertur, ideo contra talem immoderatam dotis conſtitutionem minorem reſtitui: quia tanta dote non eſſet maritus dignus, qđ volunt ipſi procedere, vbi marito nihil eſſet in bonis, & quẽ ſumma egeſtas diuexaret: mulieris autem patrimonium eſſet ampliſſimum ac locupletiſſimum. Sed quàm hæc eorũ ratio leuis ſit, vel ipſius negotii euidentia ſatis teſtat. Etenim mulier ad ſcribendum, quare ab initio tam pauperem maritum ſibi delegerit, quæ ſe nullo modo, ignorantia ſaltem probabili, tueri poterit. Prius enim quàm cum tali marito matrimonium contraheret, debuerat diligentiſſimè illius conditionem & facultates perſcrutari, deque his omnino inueſtigare, quod ſi præſtitiſſet, futurum erat veriſimiliter, vt huius mariti paupertatem detexiſſet Prẽterea non video, quare tali dote indignus iudicari maritus debeat: nam ſi ob id, quòd pauper ſit, non ob id fidelis & probatæ vitæ eſſe deſinit. Quod ſimili ratione diſponitur in deligendo tutore, qui à tutela propter paupertatem non repellitur, modò adfuerit fidelitas. Eſt & aliud, poſſe maritum ſucceſſu temporis diuitem fieri, ita vt non ſit ea ratio concludens. Quod ſi dixeris, (vt etiam ſenſerunt quidam) poſſe tali dote indignum iudicari, quia primùm bona ſua conſumpſerit, ita vt optimo iure timeatur, ne eam dotem dilapidet: adhuc hæc ratio apud me vana eſt; quia nõ ſit in mariti poteſtate, vxoris dotem alienare, vt eſt in l. in rebus. C. de iure dot. cum ẽt tunc mulieri ſuccurratur, vt iudicis officio expoſtulet, dotẽ marito auferri, iuxta notata in l. Imperator. ff. ad Trebel. quod fit optima ratione: nam maritus vxoris dotem dilapidans non ſuſtinet matrimonij onera: & hac præcipuè cauſa dotis fructibus gaudet, vt ea ſupportet, l. dotis fructus. ff. de iure dotium. quare meritò ab eo auferuntur bona dotalia. Conſideratum eſt etiam, ab alijs immoderatæ dotis exemplum ſic afferri poſſe, vbi mulier maiorem dotem cõſtituit, quàm in bonis eius eſſet: puta ſi cum centum tantùm poſſideret, ducenta pro dote promiſerit. Sed hæc interpretatio abſurda mihi videtur, & quæ nullo modo quadret ei l. j. ſi potiſſimum illius verba notaris. Quoniam tu hæres dicis, circunuentam tuam ſororem omnia ſua bona in dotem dediſſe. Non autem refert textus, plus bonorum ipſam in dotem cõſtituiſſe, quàm eſſet in eius patrimonio: quinimò vbi plus promiſiſſet, quàm ſibi in bonis eſſet, efficeretur ipſo iure nullus actus, l. ſiue generalis. ff. de iure dotium. vbi talis promiſſio declaratur ipſo iure non ſubſiſtere: & tamẽ præſupponit ea l. j. valere actum conſtitutionis dotis, aliàs fruſtra impetranda eſſet reſtitutio in integrum. Alij verò eam legem aliter exponentes, crediderunt ideo mulieri minori ibi per reſtitutionem ſubueniri, quia in dotis conſtitutione, adieciſſet hoc pactum: Debere maritũ, ſe mortua, dotis partem lucrari, qui intellectus eſt omnino diuinatiuus, cum de hoc nulla ibi fiat mentio, imò principalis legis intentio referatur ad bona omnia in dotem à muliere data: qui etiam non abnuam, ex tali pacto, quia damnoſum ſit, reſtitui mulierem poſſe: non tamen, vt id ea lex prima deſignet. Gloſſa verò ſub eadem lege prima, effingit hoc modo caſum dotis
2 immoderatæ. † Si mulieri ſint in bonis centum, ipſa verò quinquaginta debeat, & tandẽ ſexaginta in dotẽ marito promiſerit: tunc reſtituendam mulierem minorẽ credidit Gloſſematarius, quia in tali dotis aſſignatione modum exceſſerit. Qui intellectus eſt conueniens illi, quem iam confutauimus, vbi diximus, actum ipſo iure nullum eſſe. Caſus igitur qui maiorem dubitationem parere poterit, ita proponetur.
3 Si mulier † cui ex primo thoro ſunt filij, cum ad ſecunda aſpiraret vota, omnia bona ſua in dotem marito ſecundo conſtituerit, nihil ſibi reſeruans, vnde poſſit commodè filijs primi matrimonij adeſſe: verum erit, vt in tali dotis cõſtitutione dicatur circunſcripta & læſa, & inde reſtituenda, quò ſaltem poſſit prioribus filijs ſubuenire: nam re vera hoc modo incongrua dos cõſiderari poterit: quod eſt neceſſariò ſic declarandum, ne tertius ſit aliàs damnum paſſurus: quia ſi tu id ad ſolam referres mulierem, non video, quomodo cõſtituendo omnia bona ſua in dotem, lædi poſſit, nec ꝙ incõgrua dos debeat iudicari. Nam ſimpliciter nubendo, etiam nulla dotis conſtitutione facta, cenſetur tamẽ ex legis diſpoſitione omnia bona ſua in dotem dediſſe, cùm certum ſit, maritum gaudere fructibus bonorum, ad vxorem ſpectantiũ, vt interim is onera matrimonij ſuſtineat: id quod à fortiori procedet, ſi inter partes ſic conuentum eſſet: ne plus effectus & energiæ tacitum quàm expreſſum producat. Qua etiam via ſe, quæſo, læſam & deceptam allegare iure poterit ob data in dotem omnia bona ſua, cũ ſoluto matrimonio, ſi marito ſuperuixerit, vel ad ſe, vel ad ſuos hæredes ea bona redeant, nec marito quærantur, etiam quamdiu ſubſiſtit matrimo-

Source : BIU Cujas

matrimonium? Nō eſt igitur, in quo iure conqueratur: quia maritus fructus dotis percipiat, vt matrimonij onera ſupportet. Huc ſpectat, quod eſt in l. Titia. ff. de iure dotium. vbi approbatur conſtitutio dotis omnium bonorum, ita ad id propoſitum eam legem afferentibus Doctoribus in illa l. j. C. ſi aduerſus dotem: qui id aſſerunt deſumi ex verbis appoſitis in eadē l. Titia, ibi, cum aliis rebus doti dedit. Sed uelim incidenter Lectorem admonere, vt apud ſe examinet, an ea verba (& aliæ res) denotent, fuiſſe uniuerſaliter omnia bona in dotem conſtituta; quod ꝓferre poterit ad verio rem & maturiorem declarationem eius l. Titia. Euerti tñ po teſt qđ ſupra deduximus, ſi mulier vltra patrimonii vires do
4 tem conſtituerit, eſſe ipſo iure cōſtitutionem nullā. † Nam in oppoſitum facit l. ſi ex cauſa. §. in dotis. ff. de minoribus. vbi textus recenſet, in dotis modo mulieri ſubueniri, ſi vltra vires patrimonii, vel totum patrimonium circunſcripta in dotem bona ſua dedit, vt tali caſu reſtituenda ſit. Ecce igitur talem dotis ꝓſtitutionem, etiam ſi patrimonii vires excedat, non eſſe nullam: & tñ in l. ſiue generalis, diſponitur
5 ꝯrium. Qui vt eas leges in vnum conuenientes habeas, te conſiderare oportet, ſi mulier, quæ minor eſt, cum curatoris authoritatem dotem conſtituerit, etiam ſi plus ſit in do te, q̄ eius patrimonium habeat, mero tñ iure obligatam eā
6 eſſe ob curatoris authoritatem: ſed poſſe reſtitui † & ita intelligendus eſt is §. dotis, & ea l. 1. C. ſi aduerſus dotem. ꝙ ſi præter curatoris authoritatem id egerit, tūc nullam eſſe dotis aſſignationem. in quibus terminis procedit l. ſiue generalis. Potuit etiam hæc mulier ignorantia ducta ultra ſui patrimonii vires promittere: quia fortaſſe exiſtimaret, plus ſibi in bonis eſſe, vt in caſu talis ignorantiæ non ſit reſtituenda. Sed concludentior vr̄, & potior ea ratio, quam priore loco deduximus, quæ uel ex eo ꝓfirmari poteſt, ꝙ in dotem immobilia a muliere minore dari non poſſint, niſi iudicis decreto accedente, & vbi curatoris acceſſit authoritas. Fruſtra igitur curatoris preſentia deſideraretur, ſi talis promiſſio nō ita validaret ꝯctum, vt minor a reſtitutionis beneficio ſecludi debeat. Non ſum tñ neſcius, a quibuſdam exiſtimatum, non probari per eam l. Titia, datum a minore muliere in dotem curatore præſente, & iudice aſſiſtente: cum ibi textus horum nō meminerit, ſed generaliter & ſimpliciter lo-
7 quatur. Ego † verò ſum huius opinionis, vt ea verè id probetur: nam ibi ſic habet̄: Titia cum minor annis eſſet, quartam hæreditatis partem, quam cum fratribus communem habebat, permutauit, proq; ea parte fundum accepit, quē poſtea in dotem cum cæteris rebus dedit. Nota, quæſo, ſeriem & ſtructuram ſermonis. Cum enim textus admittat, eā tpe pmutationis minorem fuiſſe, nonne id denique ſenſiſſe vr̄, eam, ubi dotem ꝓſtitueret, minorem fuiſſe? ſi enim tunc maior annis extitiſſet, potuiſſet id Iurecōſultus expreſſiſſe: vt debeat ea l. ita declarari, in tali dotis ꝓſtitutione, iudicis decretum, curatoris præſentiam, & quaſuis iuris ſolennitates, ſaltem quæ ad id exigebantur, acceſſiſſe, & ita eiuſdem farinæ erit intellectus ad eā l. 1. C. ſi aduerſus dotem. Sic ex præfatis habes ꝓcluſionem, aduerſus incongruæ ſeu immoderatæ dotis ꝓſtitutionem a minore muliere factam locū eſſe reſtitutioni in integrū. Quomodo ēt intelligi debeat immoderatæ & non congruæ dotis exemplum, adiecta eſt obiter alterius dubitationis determinatio, vtrū valeat dotis conſtitutio, ſi modum bonorum minoris exceſſerit, & in eam rem optimè declarata fuit l. Titia. ff. de iure dotium. necnon enucleata vera mens l. 1. C. ſi aduerſus dotem reſtitutio poſtuletur.

Vtrùm contra tranſactionem poſſit minor reſtitui?

SVMMARIVM.

1 *Minorem, facta a ſe tranſactione deceptum, reſtitutione videri iuuā dum. Cui contrarium ſtatuitur nume. 2. vbi etiam contra non iuratam tranſactionem minori denegatur reſtitutio, ex ſententia communi.*

3 *Facta ſemel tranſactione lis amplius non eſt reſtauranda; & conſequēter reſtitutio non concedenda. & num. 5. non obſtantibus quæ ibi à Baldo in oppoſitum afferuntur.*

4 *Sacramentum tranſactioni interpoſitum non eſſe retractandum, quantumuis per id iurans enormiter lædatur, quod tamen quo ad maiorem intellige.*

6 *Minor authoritate curatoris ſuper rebus mobilibus, & ſuper immobilibus, accedente iudicis decreto, tranſigens reſtituitur, ſi ea tranſactione læſum ſe probauerit.*

CAPVT CCX.

1 CVmulabitur ēt in hac reſtitutionis materia nō minus ſubtilis, q̄ docta & uſitatiſſima quæſtio: Si † cum aliquo minor tranſegerit, ſeque ea tranſactione deceptum alleget, nonne poterit, id expoſtulās, reſtitui? Quod aūt reſtituēdus ſit, apertiſſimè deſignat l. 1. C. ſi aduerſus tranſact. ſub talibus verbis: Cùm in integrum pupilla reſtituta, reſcindi tranſactionem ſeu diuiſionem peti. Hoc ēt planè determinatur in l. 2. ſub eadem Rubrica, quod uolunt ipſi procedere, vbi iurata nō eſt tranſactio: quia ſi iuramento vallata ſit, ceſſare debet reſtitutio, vt eſt in l. ſi quis maior. C. de trāſac. in qua habetur: Si quis maior aduerſus pacta vel tranſactiones nullo cogente imperio veniendum eſſe putauerit, puta iudicem interpellando, ſeu principi ſupplicando, aut ꝓmiſſa non adimplendo, eamq̄; tranſactionem iurauerit: nō ſolum notatur infamia, verum ēt priuatus actione manet, & reſtituta pena, quæ pactis probat inſerta, & rerū proprietate carere debet, & emolumēto, quod ex pactione vel tranſactione tali aſſecutus eſt: ita ut omnia pacti commoda ſint in eum transferenda, qui intemerata ꝙuentionis iura ſerua
2 uerit. Quod † tñ ꝯ tranſactionem, etiam quæ iurata nō ſit, reſtitui minor nullo modo debeat, ſic doceo. Primum, cōmunis ſcribentium turma hoc pro indubitato habet, beneficium l. 2. C. de reſcind. vend. in tranſactione non procedere, maximè vbi deceptus quis fuit vltra dimidiam eſtimationis dubii euentus, per l. Lucius §. fin. ff. ad Treb. ita Spec. tit. de empt. & ven. ſub §. nunc videndum. per Alex. in l. ſi qs cum aliter. ff. de verb. oblig. Atque hanc communem eſſe ſnīam is teſtat̄ cō ſi. 42. prima col. primo volum. Eſt & aliud principaliter introductū tranſactione, vt per eā lis ſopiatur, l. fratris. C. de tranſact. & ita ſi ꝯ eam admitteret̄ reſtitutio, iam effectum ꝯrium, & prorſus oppoſitum eius, ad quē inuenta eſt, produceret. Solent. n. per tranſactionem quæuis inſtrumenta caſſari, & nulla fieri, cap. 1. de tranſact. in antiq.
3 Ex † cuius capituli mente infert eo loco Abbas, etiam ſi qs poſt tranſactionem inſtrumenta repererit, quamuis ſit graiter deceptus ac læſus, non ex eo tñ litem inſtaurari debere, quaſi hic magnum aſſequatur commodum, quia a lite recedat, vt in l. a diuo Pio. §. ſi pignora. ff. de re iudi. & l. ſub prætextu. C. de tranſact. Qui enim tranſigit, dubium & incertum litis euentū remittit, l. qđ debet̄. ff. de pac. vt ex eo ſe deceptū allegare iure non poſſit, l. ſi ea lege. C. de vſuris. Eſt & aliud, rem iudicatam & tranſactionem a pari procedere, l. 3. ff. de iureiu. Sed & ſi enormis adfuerit læſio, nō retractat̄ res iudicata, l. 2. C. qñ prouo. non eſt neceſſe. Ita etiam ſimile eſt de tranſactione ferendū iudiciū. Manifeſtum eſt deni
4 que † ſacramentū non retractari, ēt ſi per id iurans ſit enormiter læſus. L. non erit §. dato. ff. de iureiur. Ita ēt nec tranſigens reſtituēdus videbitur. Hæc tñ omnia parū aut penè in nullo præfatæ aduerſantur concluſioni, quæ in minore cōcepta eſt, cū ſupradicta omnia ad eū, qui maior eſt, referantur. Hoc enim ſolū in minore exquiritur, an num ſit læſus,
5 & vtrum cum ipſo ſit aliquid geſtū. Quòd † tñ aduerſus trāſactionem ēt qui minor eſt, reſtituendus non ſit, ſic doceo: Ex tranſactionis ꝯctu hoc exurgit, vt producatur rei, quæ in tranſactionem deducitur, dimiſſio, l. ſi pro fundo. C. de tranſact. pro qua re ſic dimiſſa ipſe aliam aſſequitur: nec per talem rei dimiſſionem fit aliqua alienatio, cum ipſe eam nō haberet: ut ob hanc dimiſſionem non ſit aliqua læſio in minore tranſigente conſiderabilis. Cui ꝯrio rñdens Bal. in ea l. 1. C. ſi aduer. tranſact. ait poſſe tali dimiſſione q̄que minorem lædi, quia per eam perpetua paratur poſſeſſori exceptio, quæ iudicatur eſſe alienationis ſpecies, l. 1. verſi. at ſi trā ſegit. ff. ſi quid in fraud. patro. Sed hæc eius declaratio viſa eſt mihi omnino dubia & inuoluta, & ꝯ quam vrget l. ſi pro fundo. in quo diſponitur, per talem dimiſſionem non obligari dimittentem de euictione. quare ſi non adſtringatur, qūo is efficaciter iudicabitur læſus? & ita talis perpetua exceptio non debebit conſiderari: uerum tamen eſt, ut poſſit minor tranſigendo cenſeri læſus. Nam etſi dubius eſſet litis euentus: poterat tamen iuſta cauſa niti, vt ſibi non expediret tranſigere: cui fortaſſe non ꝙueniebat eam rem, quā dimiſit, a ſe abdicare. Ad cuius declaratationem velim notes, aliquando a minore ſuper rebus mobilibus tranſigi: quo caſu indubitatum eſt, valere trāſactionem, modò curatore authore facta fuerit, ita vt non ſit neceſſarium iudicis decretū,
6 l. 1 §. fuit quæſitū. ff. ad Treb. Poteſt † & ꝙcipi de re immobili tranſactio: & tunc ſola curatoris authoritas nō ſufficeret, niſi ēt iudicis decretum actui accederet. & utroque capite ſemper reſtituet̄ minor, vbi ſe p tranſactionem læſum proponeret. Quod ſi omiſſum fuerit iudicis decretum, vbi de

Source : BIU Cujas

re immobili fieret transactio; tunc nullus erit ꝯctus, cum ēt eo casu nullus efficiatur distractus, per l. si ad resoluendam. C. de prædiis minor. Cum enim transactio alienationis sit species, vt in ea l. j. versi. at si transegit. verum erit, vt citra iudicis decretum de talibus rebus immobilibus non possit a minore transigi, ita vt iudicari alienatio nulla debeat.

Minor contra transactionem à se factam restituitur, vbi enormiter læsus est, non aliàs.

SVMMARIVM.

1 *Aduersus transactionem minor restituitur, si damnum enorme passus sit, exclusa leui seu modica læsione.*
2 *Maiorem etiam, vltra dimidium iustæ æstimationis deceptum, & enormissima læsione accedente, contra transactionem esse restituēdum ex sententia Cornei: secundum quam à Senatu Dolano iudicatum aliquando fuisse Author exemplo declarat.*

CAPVT CCXI.

1 VOd autem prædiximus, aduersus transactionem minorem cum læsus est, posse restitui, † hoc est declarandū, cū enorme damnum is esset passus, exclusa leui seu modica læsione: vt aliquid speciális in ꝯctu transactionis inducat: & ideo hę erunt partes iudicantis, expendere læsionis qualitatē, quā pars ēt poterit deducere & obiicere. Nā hoc casu in minorē opponitur, ꝙ tali transactione dubium litis euentū remiserit, vt in l. qđ debetur. ff de pecu. ita vt in eo ꝙditio eius melior effecta censeat. Atque hanc opinionē fixo animo insequit Alex. consi. 157. vol. 6. vbi refert ēt in dubio læsionē in trāsactione non ꝓsumi: qa ꝑ eā sit a lite discessum, vt in ca. pen. extra de empt. & vend. Manebit igit inter cæteros ꝯctus transactio priuilegiata, vt si ꝑ eam minor modicē læsus fuerit, restitui nō debeat cū tā in cæteris ꝯctibus aliter disponat: & hoc qđ ad minorem spectat: si uerò de maiore tractetur, potissimū, an ꝯ trā sactionem sit restituendus, dicas restitui non debere, nisi vltra iustæ æstimationis dimidiū sit deceptus, & vbi alias enormissima esset læsio, & ita ꝙsulendum censuit Corneus consi. 160. vol. 4. cuius † ea in re sniam memini à grauissimo Senatu Dolano in iudicando obseruatam. Casum aūt, cuius tunc se obtulit decisio, non pigebit tanquam optimè huic materiæ consonantem, hoc loco inserere. Transegerat mulier vidua tunc maior, eaq; transactione absolutè dotalitiū suum reliquerat, amplissimum tā, & quod ex prædefuncti mariti bonis erat ei prēstandum: discesserat ēt ab vsufructu, quem ei maritus reliquerat: a quo per testm̄ sic depositum fuerat, vt hæc quandiu viueret suorum bonorum vsufructu potiretur: tum etiam renunciauerat his, quæ constante matrimonio quęsierat maritus: in quibus tā ꝓm formam ꝯctus matrimonij dimidiatam partem assequi debebat: discesserat etiam inconsultè admodum a quadam donatione. quæ transactio iudicata fuit continere non enormem tantum, imò enormissimam læsionem: vt ex eo restituta talis mulier etiam maior fuerit.

2

Si ex arbitramento se læsum minor proponat, an restitui debeat?

SVMMARIVM.

1 *Arbitramentum & transactio æquiparantur per auth. si verò contigerit. C. de iudic. quod tamen limitatur nu. 2.*
3 *Minor ex arbitramento, iudicis decreto facto læsus, restitutionis beneficio gaudet.*

CAPVT CCXII.

AFfinis præcedenti dubitationi est proposita quæstio, Vtrum ꝯ arbitramentū possit minor restitui? Fuit aūt eius opinionis Bal. in ea l. 1. C. si adue. transl. simile hic esse, quod in transactione, ferendum iudicium † quia arbitramentum & trā sactio æquiparantur, per auth. si verò contigerit. C. de iud. & no. in Auth. vt differen. iud. in princ. Quòd tamen hæc duo
1 2 sint inter se dissidentia, sic doceo. † Transactio ita ꝙcipitur, vt aliquo dato seu retento fiat, l. transact. C. de transact. & tā arbitrator pōt uni dare, & alteri auferri, l. idem Pompo. § recepisse. ff. de recep. arbit. in cuius etiam est potestate, si hoc expedire duxerit, ut aut in totum absoluat, aut in totū condemnet, vt per Bar. in l. ꝙ si Ephesi. ff. de eo quod certo loco not. in l. quid ergo, & l. qui iussu. ff. de his qui notan. infa. Sanior tamen opinio est, minorem † si ex arbitramento sit læsus, debere restitui. Nam etsi in quibusdam disconueniant arbitramentū & transactio non inde sequitur, quin in eo, de quo agitur, conueniant. Solent. n. duo hi termini, si latā & amplam eorum significationem attēderis, eundem effectū producere, vt per Bar. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro soc. Et quod de arbitramento a minore facto prædiximus, est intelligendum, vbi iudicis decretum in arbitramento interueniisset: alias non valeret arbitramentum, nec ex eo obligaretur minor, vt est in co. ti. in Auth. ut differ. iud. Et ita quę de transactione supra attigimus, tu referes ad decisionem assumpti dubij, vt habeas, quomodo possit cōtra arbitramentum seu laudum minor restitui.

3

Restitui num debeat minor aduersus diuisionem cum fratribus maioribus a se factam, & an simile statui in permutatione debeat?

SVMMARIVM.

1 *Minor in diuisione paternę hæreditatis læsus restituitur, etiamsi iudicis decretum diuisioni acceßerit.*
2 *Minor etiam ex permutatione læsus auxilio restitutionis subleuatur.*
3 *In restitutione minoris idem iuris esse permutationi, quod diuisioni, Baldus sentit: quod Author latius comprobat & ampliat. nume. 4.*

CAPVT CCXIII.

1 HIs subiungetur. Nunquid † restituendus sit minor, qui ex diuisione paternæ hæreditatis cum fratribus habita, se læsum proponit: cuius est aptissimus tex. in ea l. 1. C. si aduer. transact. ubi fit expressa mentio diuisionis, admittente eo textu minorem debere restitui. Solet. n. talis diuisio speciem quandam alienationis repræsentare, vt est in l. cum solus. ff. de vsuca. Quæ conclusio tam de se vera est, vt procedat ēt si tali diuisioni accessisset decretum iudicis: quia non ex eo reiiceretur testi
2 tutio. Quæ † autem de diuisione scribuntur, procedunt ēt, si rem aliquam minor permutauerit, ita vt tali permutatione læsus sit, cum diuisio sit quædam permutationis species, l. cum pater. §. eujctis. ff. de leg. 2. quæ est ꝙsideratio Baldi in ea l. 1. Et hoc est manifestum, ex permutatione minorem restituēdum, vt postmodum fusius a me declarabitur: qui interim uelim notes, posse euerti eam Baldi doctrinam: qua
3 putauit † idem disponendum in permutatione, quod in diuisione: quia diuisio permutationis sit species: fit enim de re mea permutatio, vt ego alienam assequar. qui verò cōmunem diuidit hæreditatem, quod est propriū, consequitur. meum enim dicitur, si commune sit, l. serui electione. ff. de leg. 1. Verum præstabit dicas, eam obiectionem non officere Bal. hoc modo. ꝙ enim habetur, rem communem meam esse, id intelligitur fictione, non aūt ueritate inspecta, vt per Decium plenè in l. qui actionem habet. ff. de reg. iur. Sic cū nondum diuisa hæreditate ignoretur, quę nam sit pars mea quæ etiam ad consocium ptinere debeat, verè id meū non est, vbi potissimum res indiuisa est. quare diuisione facta, vbi portio mea certa est, tunc dicor ego rem meam assecutus, & consensisse, vt reliquum in consortem transferat, & ita alienasse, quod fusius explicat Iason in tit. de act. sub principio. Iam igitur intelligis, qua rōne diuisio permutationis naturā imitetur: & verum esse, quod sensit Baldus, simile statuendum in transactione & permutatione. Quòd aūt ob ꝑmutationē restitui minor debeat, habes expressum textum in l. Titia. ff. de iure dot. vbi affertur exemplum minoris: cui cum esset quarta pars hæreditatis cum fratribus communis, is eam quartam partem permutauit, & pro ea fundum accepit ob quam permutationem, cum se ex ea læsum asseret, fuit restitutus: ita ut etiam lex ibi uelit, eius hęredes ex persona sua talem restitutionem assequi. Habes igitur, minorem posse restitui ꝯ diuisionem, quam cum fratribus habuit, insuper & si ex permutatione, a se facta, læsum se asserat: & ita quandoque a Senatu Dolano iudicatū memoria teneo, a quo restitutus extitit minor, qui in fundi permutatione enormiter læsus fuerat, accepto alio longe minoris valoris & pretii, quòd si ultra dimidiam læderetur, tunc posset ita uolens uti beneficio l. 2. C. de rescind. uend. quæ extēditur ad contractum permutationis.

An

Source : BIU Cujas

An restituto minore contra transactionem, sit eodem iure restitutus aduersarius ad veterem actionem, quæ ei competebat?

SVMMARIVM.

1 *Restituto minore contra transactionem, etiam eius aduersarium ad veterem actionem restituendum videri, & nu. 3. limitatur idem nu. 7. licèt huic sententiæ repugnet l. cum minor. ff. de minoribus, nu. 2*
4 *Castrensis explicatio allata ad d. l. cum minor. ff. de minor. ab Authore refutata, explodituꝛ vna cum Angeli ad hanc ipsam l. cum minor, interpretatione, nu. 5.*
6 *Vera & perspicuit ad d. l. cum minor. ff. de minoribus, declaratio.*

CAPVT CCXIIII.

CVm autem præmiserimus contra transactionem posse minorem restitui, commodè hoc loco adnectetur vnum, quod est in iure frequentissimũ, & de quo plurimum hæsitatur a scribentibus:
1 Vtrũ † minore restituto, vt transactionem rescindat, admittatur denuò aduersarius ad veterem actionem, quæ prius ei cõpetebat? Quòd autem antiqua actio denuo transfundat, habes l. 1. & 2. C. si aduers. transact. in illis verbis: Tu quoq; actionibus, quas pridem habuisti, vteris ac tandem subnectitur casus alius: Si ex minorum persona in integrum restitutio contra transactionem propter ætatis auxilium imploretur, tibi quoque agenti ex integro, vel replicatione ꝯ exceptionem pacti, vel si peremptam esse constet pristinã obligationem, ex instauratione negotij tributa tibi actione consulendum est. Huic tamen decisioni repugnat l. cum minor. ff. de mino. in qua disponitur, cum minor aduersus eum, cum quo tutelæ egit, restituitur, non tamen ex eo cõ
2 trarium tutelæ iudicium tutori restituendum est. † Quas ll. sic oppositas concordare volens Castrensis, docuit in ea l. 1. mirum esse non debere, si aduersario restituatur actio, vbi a transactione per minorem discediꝛur: quia cum eam actionem per transactionem perdidisset, nonne suadet ratio & mera æquitas, vt nolente minore transactionem obseruare,
3 ipse iure suo vtatur † Solet enim restitutio reddere, quod prius læsio abstulerat. In ea verò l. cum minor. ibi non de coniunctis, sed omnino separatis speciebus erat quæstio, ita vt ad diuersam speciem non debuerit restitui: allegãs ad id l. ẽt. §. ex causa. ff. de mino. Cuius casus est huiuscemodi: Ex causa curationis condemnata pupilla aduersus vnum sententiæ caput restitui desiderabat, quia videbatur in cæteris litis speciebus releuata fuisse: actor ætate maior, qui tunc tẽporis sententiæ acquieuerat, proponebat litem ex integro restaurari debere. Modestinus tandem respondit. Si species, in qua pupilla restitui desiderabat, cæteris speciebus non cohæreret, nihil proponi, cur a tota sententia recedi actor postulans sit audiendus. E quo text. liquet, si per restitutionẽ vnum sententiæ caput rescindatur, cætera tñ, quæ connexa non sunt, firma manere: vt ex opposito senserit Castrẽ sis, contrarium tutelæ iudicium non debuisse tutori restitui, ẽt minore contra tutorem restituto: quia ibi fuisset inter eos de diuersis & separatis speciebus controuersia. Sed
4 † quàm hæc eius declaratio sit aliena a uero, doceo: qui primùm existimem, diuinatiuam esse: quia nulla fiat mentio in ea l. cum minor, an essent connexæ, aut separatæ species: quinimò meũ est iudiciũ, fieri secundũ eam inductionem apertam textui violentia, qui potius ex tacito eiusdẽ legis sensu censuero de connexis ibi tractari. Nam hoc certum est, contrariam tutelę actionem hac præcipuè causa in tutoris fauorẽ introductam & adinuentã, vt si quas legitimas expensas in administrandis bonis sustinuerit, eas assequatur, vt est in l. 1. ff. de contra. iud. tut. Soletq; vna & eadem sentẽtia terminari directę & contrariæ actionis iudicium: est enim in tutoris manu, pupillum seu minorem contra se agentẽ, excipiendo repellere & pro expensis repetendis insistere: ita
5 vt semper obesse prædictis videatur is §. ex causa. quo fit † vt Ange. in ea l. 1. aliter hunc articulum enodarit asserens, cõtrarium tutelæ iudicium tutori non restitui, ẽt actione tutelæ restituta: quia cum per sententiam fuisset condemnatus minor, fateatur necessum est, eam tutoris absolutionẽ non alia ratione processisse, nisi quod verisimiliter ipse amplam & absolutam suæ tutelæ administrationem reddidisset, & expensarum, quas sustinuerat, fuisse habita ratio: vt merito non debeat ei contraria tutelæ actio reddi. Sed & hunc eius intellectum probare non possum. Nã quantũuis admittas, tutorem præsentem liberatum mansisse, quia ex integro computum reddidisset: hoc tamen nõ efficit, quin tutori tutelæ actio contraria restitui debeat. In hoc quippe attendi debet minorem restitutum, vt denuo possit tutorẽ ad nouam sue administrationis redditionẽ cogere. Quod si eo negotium reducatur, quare non dabitur tutori cõtraria tutelæ actio, vt denuo per eam habeat, quod in rem pupilli impendit; vt iam intelligas, contrarium argumentum sub uersum. Et ideo in tam vario & confuso opinionum anfractu considerabam dici posse, non restitui in ea l. cũ minor, contrariam tutelę actionem, quia iam apud se tutor habeat quod ea actione assequi posset. Habere aũt certũ est: quia cum rationes suas reddiderit, & ea causa a minoris impetitione absolutus fuerit, præsumitur expensas, quas sustinue
6 rat, deduxisse & compensasse. † Sic quamuis restituat minor, vt hunc ad nouam redditionẽ compellat: non tñ opus est tutori ea contraria actione, imò incumbet præcipuè hoc minori, vt expendat, an tali redditione læsus sit, & vtrum bene & aptè versatus in omnibus tutor fuerit. Quæ (mea sentẽtia) vera est extricatio ad eam l. cum minor. maximè quare ibi contraria tutelæ actio restitui non debeat. Quod autẽ
7 præmissum est † minore restituto, eodem iure veterem actionem ad aduersarium transmitti, hoc tu sanè secũdùm quosdam debes intelligere, modo sua restitutione velet vti minor, per l. si iudex circunuento. ff. de minor. Quid enim, si adolescenti circunuento iudex fundum restitui iusserit precium q; emptori reddere, nolit tamen minor, penitentia postmodum ductus, restitutione sua vti: tunc vtilem exceptionem aduersus petentem precium, quasi ex iudicati cã habere is poterit, cum liceat vnicuique, quæ pro se sunt introducta, contemnere. Si enim in hoc lex minori accedat, vt (si volet) possit non vti sua sententia, & id aduersa pars impetraret, nonne eodem iure æquissimum erit, vt eius aduersarius illęsus conseruetur. Et ita censeo ad veterem actionẽ aduersarium restitui, si sua restitutione velit minor vti, non aliàs.

Vbi aduersum venditionem minor restituitur, est ab eo reddendum precium, quod recepit.

SVMMARIVM.

1 *Restitutus in integrum vt damno affici non debet: ita nec lucrum in alterius præiudicium sentire.*
2 *Minor aduersum venditionem restitutus, eatenus ad restitutionem precij teneatur, quatenus ex eo, quod percepit, locupletior factus est se agnoscetur, de quo latius disquiritur nu. 4.*
3 *Restitutio, in l. quod si minor. ff. de minoribus, optimo sensu declaratur examinata pri us, solideq; discussa Castrensis sententia.*

CAPVT CCXV.

EST & hoc in negotio vnum considerandum, restituto, minore debere ab eo reddi precium, quod is recepit, puta quia contra venditionem ab eo factã sit restitutus, & hoc pro regula proponitur in l. 1. C. de reputa. quæ fiunt in iudi. quæ ita concipitur. Qui in
1 † integrum restituitur, vt damno affici non debet, ita nec lucrum in alterius præiudicium sentire: & ideo quicquid ad eum peruenerit, ab eo restitui debere lex iubet, vt est in ea l. 1. Eius autem regulę ratio desumitur ex effectu restitut. in integ. per quẽ reducuntur omnia ad statum primæuũ. è qua regula Castrensis in ea l. 1. edocuit dispositionem, quæ in alicuius fauorem introducta est, esse sic interpretandam, vt cum iactura aliena lucrum assequi non debeat: quod asserit in restitutionis materia esse summo digito notandũ, & obseruandum. Quare si propter fundum venditum restitutionem minor assequatur, iubebit Prætor emptorem fundum cũ fructibus reddere, precio a minore soluto: quod fusius supra attigimus, vbi definitionẽ restitut. in integ. excussimus. Hęc tamen Castrensis doctrina eget hac declaratione, minorẽ
2 † debere restituere, quod percepit, in quantum locuplerior factus agnoscitur, non aliàs. Nam si ei consumpturo data esset pecunia, hanc reddere non teneretur, etiã restõne ab eo obtenta, vt in l. q; si minor. § restitutio. ff. de minor. in illis verbis. Nisi tunc dederit, cum eum perditurum, non ignoraret. Simile statuitur in pecunia, quæ ei consumpturo credita fuit: parcius tamen lex esse in venditione voluit: quia tunc ei æs alienum soluatur, & transferatur, qđ ipsius non erat. Credere aũt necesse non fuit, vt est in eo §. restitutio. Ex quo patet, non esse a minore, qui restitutionem est assequutus, precium restituendum, maximè in cre

Source : BIU Cujas

dito,& vbi ei consumpturo data fuit pecunia: & tamen si ei consumpturo res sit vendita, debere precium restituere, vt est in illo versic. parcius, cuius ratio mirè ad id facit: soluí enim de necessitate precium debuit, quod in credito secus est, cum de se sit voluntarium: Hæc Castrensis. Ego verò sũ huius opinionis, vt vtroque casu, tam in credito, quàm venditione, nihil minor teneatur refundere, vbi ei consumpturo res fuit tradita. Nam cũ sciret eum, qui vendidit, aut qui ab eo emit, consumpturum, nonne est in dolo, aut saltem manifesta culpa? Et hoc satis videtur denotare is §. restitutio. in illis verbis: Nisi tunc dederit, cum eum perditurum non ignoraret. Tota vis nunc consistit, quomodo aptè rñ debitur ad eũ versi. parcius. quia si quod de venditione dictum fuit, in eo non disponeretur, maneret vana & superflua talis declaratio, quę est magna ad id dubitandi ratio
3 † sed putauerim illius versiculi mentem sic extricari debere, vt cum habeat, parcius in venditione statuendũ esse, id intelligi debeat, si talis putasset, minorẽ hac re bene vsurum, quo casu lex magis ei adesset, quã in credito: sed vbi vtroq; vendidisset, aut credidisset minori consumpturo, non esset ei succurrendũ, ut precium a minore consequatur. Et ideo habes alio loco annotatũ: Si soluatur minori pecunia, nõ vt perderet, & tamen eam postmodum amiserit: si restitutus fuerit, ad precij restitutionem obligabitur. Poterit ẽt is text. sic declarari, ut primum in eo recenseatur, minorem qui in fundo vendendo circunscriptus fuit, si contra eam venditionem restituatur, debere fundum cum fructibus reddere, & precium recipere, nisi ei data sit pecunia: quam qui numerauit, sciebat hunc deperditurum, & hoc est, quod denotant verba in ea lege apposita. Pecunia quæ consumpturo creditur. Ceterum adiicit tex. Sed parcius est in venditione, cũ æs alienum soluitur, quod facere necessum erat, credere, aũt non erat necesse. quorum verborũ interpretatio hęc est, plus rationis esse in uenditione, quare debeat restitui preciũ, quàm in credito: non ꝙ abneget tex. quin vtroque casu, vbi numerans sciuit, minorem deperditurum pecuniã, non sit precium refundendum a minore, qui intellectus desumitur ex finali b. verbis tex. hẽt enim lex. Nã etsi origo ℨctus ita constiterit, vt sit infirmanda: si tamen necesse fuit precium solui, non omnimodo emptor dãno afficiẽdus fuit. Nota quæso verba, si fuit necesse precium solui. Nã si minor emptorem numerare precium adegerit, quod ex natura contractus emptionis facere poterat: si is sciret, minorem pecuniam male consumpturum, non omnino damno afficietur, admissa tali necessitate: & ita intellectus Iureconsultus eo textu non abnuit, quin sit vtroque casu idẽ statuendum, vbi pecunia perdituro data fuit: fatetur tñ plus rationis inesse: ut in venditione potius, quàm credito restituendum sit precium, emptore coacto id numerare, ad quod ipse adigebatur: vbi in credito nihil est a minore præstandum, nisi vt a creditore pecuniã, quę ei credita est, recipiat. Quare debuerat creditor, cum ab eo peteret minor pecuniam, vbi sciret esse deperditurum, & malè consumpturum, repellere, nec numerare, & ita dicere. Ego tibi creditu-
rus non sum, quia scio, te velle pecuniã talẽ in malos vsus impendere. Et si ita cũ tex declarandũ probaris, cessabit, qđ iam in contrariam sententiam præmisimus, quæ irrita ac superuacanea, & a mente Iuris aliena reijcietur. Quòd si insistere uoles intellectui, qui ad eum tex. passim & communiter affertur, vt parcius esse in venditione, quàm credito debeat: ego disputationis gratia considerabam, non bene ꝙ cludere eam tex. rationem, ideo parcius in vẽditione statui: quia ęs alienum soluere necesse fuerit, credere autem necesse non fuerit: nam nec fuit necesse, morem a minore emere, qui ad hoc cogi non poteram: fuit enim in libera mea facultate ab initio vel emere, vel non emere. Et si allegaueris, legem esse referendam ad contractum perfectum & consumatum, quo casu cogendus sit emptor ad precium numerãdum: dico idem iuris esse in credito, si ita conuentum fuerit: quia promiserit minor ei credere. Quare hæc me magis semper inducunt, declarari eum tex. debere secundùm eam, quam supra attuli, interpretationem, quã tamen certatim penè omnes aliter intelligunt, quos quid circũferre potuit, non benę cõcipio. Vt autem sermo ad principale negotiũ
4 redeat, An † minore restituto aduersum venditionem, ipse precium quod est assequutus, restituere teneatur, quòd ad id obligetur, allegatur a Baldo in contrarium sub ea l. si per impressionem. C. de his quæ ui metusue caus. vbi si per impressionem quis aliquem metuens saltem in mediocri officio constitutum, rei suæ uẽditionem fecerit, vult lex, quòd emptum fuerit, reddi, & nihilo secius pecuniam acceptam retineri, vt ibi non restituatur precium, etsi rescissa sit venditio. Quam legem explanans Baldus: recenset id vel hac ratione ibi introductum, quia illius officialis metu, & minis ad contrahendum inductus fuerat, qua causa ob delictum priuatur precio. Huic tamen solutioni refragatur l. 2. C. de rescind. vend. vbi si quis coactus, & per vim vendiderit, ratum non habetur quod præter bonam fidem fuit gestum: erit tamen restituendum precium. Ecce ꝙ ibi uis præcesserat, & tamen obligatur ad refusionem precij: sic delictum non excludit eum, quin precium recipiat. Ita etiã tex. eius l. si per impressionem. poterit considerari, vrgere in eam cõclusionem, quam prius firmauimus, restituto minore, etiã eius aduersæ parti restituendam primæuam actionem: & ibi eodem iure censeri restitutum, cum de reddendo precio non agatur. Nec video, quid aliud pro concordia harum legum afferri possit, quàm quod dicatur in ea l. j. fuisse vim a priuato adhibitam: in quo non est tam prægnans dictum, quàm in officiale publico, de quo loquitur l. illa, si per impressionem. cui magis est adscribendum, quòd cum dispositionem legum ignorare non deberet, in ea tamen peccauerit. Habes igitur ex præfatis minore, contra transactionem restituto, veterem & antiquam actionem ad aduersarium redire. Incidenter ẽt attingimus, quomodo vẽditione a minore facta, si contra eam sit restitutus, precium reddere teneatur, quæ omnia plurimũ conducunt ad intelligentiam materię restitutionis in integrum.

Minore restituto sic illius restituitur aduersarius, vt nouo non sit opus iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Correlatiuorum eadem est disciplina, vbi de connexa & indiuidua tractatur.*

CAPVT CCXVI.

AD hæc obiter vnum annotabis, minore restituto, eius aduersarium ita restitui, vt non sit opus nouo iudicio, etiam si a solo minore obtenta fuerit restitutio quod sic declarat Bal. in l. 2. C. si aduers.
1 transact. allata ratione † quia correlatiuorum sit eadem disciplina, vt in l. 1. C. de cuprest. lib. 10. C. ita vt vno posito, necessariò sequatur aliud l. si iudex circunuento. ff. de minor. Quod dictum Bal. ego declarandum censeo, vbi de re connexa & indiuidua tractaretur: nec aliàs per restitutionem omnia in primæuum statum reponerentur, si vtrique parti non consuleretur, quod est ad confirmationem huius conclusionis, quę hoc habet, restituto minore censeri etiam restitutum aduersarium, ut quod perdidit, assequatur.

An contra fiscum minor restituatur?

SVMMARIVM.

1 *Minorem contra fiscum restitui debere probatur.*
2 *Priuilegiatus suo priuilegio non vtitur aduersus eum qui simili priuilegio fruitur, ex sententia Castrensis.*
3 *Fiscus & minor non ijsdem, sed diuersis ac separatis priuilegijs nituntur.*
4 *Fisco læso, damnumq; passo per restitutionem succuritur.*

CAPVT CCXVII.

CONfert etiam pro huius materiæ restitutionis in
1 integrum enodatione iam excutere, An † aduersus fiscum possit minor restitui. Quòd aũt sit restituendus, hoc apertissimè docet l. 1. C. si aduers. fisc. habet enim is tex. Si Probus in minori ætate constitutus, circunuentus a Ruffino dispensatore nostro, rei venditionem pręcipiti animo precio longe minore contrahere festinauit, iuris publici fiscus in integrũ restitutionis sequetur authoritatẽ. Cuius sententiæ est Guido Papæ quæst. 300. vbi testatur, ſm cõmunem obseruãtiam restitui minorem contra fiscum. Dubitatione tamen non modica
2 haud caret hic articulus, ꝙ certum sit † priuilegiatum suo non vti priuilegio aduersus alium, cui simile sit priuilegiũ, vt est in l. fina. ff. ex quib. caus. maio. quam difficultatẽ pro
3 mouit Castrensis in ea l. 1. qui tandem refert, fiscum † & minorem non iisdem, sed diuersis & separatis niti priuilegiis: asserens in hoc minorem priuilegiatum, vt læsus restituat: quod in fisco secus esse refert. Sed illud Lectorem admonẽ
4 dum duxerim, verũ esse † succurri per restitutionẽ fisco læso, & damnũ passo cuius rei testem habeo Guidonem præfata de-

Source : BIU Cujas

ta decis. 300. vbi affirmat, ita a Senatu Gratianopolitano sententiatum, potissimum in fauorem Christianissimi Francorum Regis aduersus quendam Ludo. Pictauiensem. Est & ad id elegans Curtij consil. 23. in ordine, in quo resoluit, fiscum debere restitui in integrum, si intra terminum sibi a lege vel iudice præstitutum non probauerit, quod erat suæ intentionis: & ita memini quandoque dispositum & decisum plenè in simili exemplo a grauissimo & incorrupto Senatu Dolano. Et ita habes fiscum læsum restituendum.

Hoc passu discutitur, quomodo & quando priuilegiatus vtatur in alium priuilegiatum suo priuilegio?

SVMMARIVM.

1 *Minore contra minorem agente restitutionis beneficio iuuatur is, qui damnum passus aut deceptus est, ex distinctione Bar. nu. 2.*
3 *Minori quod decedit, accessisse videtur ei, qui cum eo contraxit.*
4 *Minor contra minorem priuilegio agere non potest, vbi ab vtroque de vitando damno contenditur.*

CAPVT CCXVIII.

QVare vt intelligas, quomodo resolui ea obiectio debeat, necessarium est, funditus excutere, quomodo sit declarandum illud Iuris icomma, Priuilegiatum non posse suo vti priuilegio contra aliū qui ēt pari priuilegio nititur. Et vt hoc apertius habeas, te oportet confugere ad solennem & elegantem tex. in l. verū §. fina. ff. de mino. in quo quæritur, si minor aduersus minorem desiderarit se restitui, vtrum audiendus sit? Scriptum est autem a Pomponio, restituendum non esse. putauit tamē Vlpianus, Prætorem inspicere debere, quis eorum captus sit aut si ambo decepti sint. Verbi gratia: vbi minor pecuniam minori dedit, si ille eam perdiderit, secundùm Pomponium melior erit eius, qui accepit, causa: ita etiam si eam dilapidauerit, aut aliàs perdiderit, quasi admittat textus, si duo eodem priuilegio nitantur, & in quo non sit discrepantia, qui de damno uitando prætendit, præfertur alteri, ad lucrum in
1 hianti. Et † ita secundùm eius tex. doctrinam, cum minor, qui restitutionem etiam contra fiscum implorat, certat de vitando incommodo, & vt sibi læso subueniatur: fiscus verò, vt cum minoris iactura lucretur, non inconcinnum videbitur, si minorem restituendum contra fiscum dixeris.
2 Quòd † tamen minor aduersus alium minorem, aut qui priuilegiatus sit, non debeat restitui, Barto. sic conatur docere in eo §. item quæritur, sequente vtens distinctione: Aut enī is, contra quem restitutio petitur, factus est locupletior, & tunc secundum ius commune obligatur lege tertia. ff. com mod. atque ita frustra restitutio imploratur: Aut non est locupletior factus, & abnegabitur restitutio, quæ nisi læso non conceditur. Probare tamen non possum, quòd is asserit, tentandam esse viam ordinariam, & quæ iuris sit communis, aduersa parte locupletiore facta, non posse restitutionem implorari, quia hoc medio frustratoria esset restitutio in integrum: quam certum est, nunquam concedi, nisi minor læsus sit, & eius aduersarius locupletior factus. Hoc
3 † enim quod decedit minori, accessisse censetur ei, qui cum ipso ꝯxit. Nec vera est eius doctrina, si de meo sis factus locupletior, esse semper actione ordinaria experiundum, non autem extraordinario Iuris remedio: quod ex præcedentibus habuisti. Et quia minor potest eligere extraordinarium remedium, omisso ordinario, si hoc sibi consultius existimarit: in proposito vt habeas, quomodo qui priuilegiatus est, possit suo priuilegio in aliū æquè priuilegiatum vti, primū
4 fac hanc conclusionem: Priuilegiatus † ob qualitatem aliquam, puta, quia minor sit, nō potest suo priuilegio vti aduersus minorem alium, vbi ab vtroque de vitando damno contenditur, ad quod facit l. sed & milites. ff. de excus. tut. in his verbis: Aequalitas enim honoris. vbi per Bar. hoc simili comprobatur exemplo: Scis, ꝙ ipse ait, fiscum hoc priuilegio frui, vt aduersarius ei instrumenta edere teneatur, l. nec quisquam. ff. de eden. quo priuilegio is contra fiscum aliū non pōt vti. Qua ēt occasione motus Bal. censuit in cap. cū causam, ext. de iud. & l. non eo minus. C. de procura. non procedere id, vbi contra minorem alium litigaretur. Facit ad hoc §. sed & hoc præsenti in Authen. de sanctiss. Epis. vbi monasterium habens priuilegium, vt substitutum a testatore vocatum secludat, non tū eo priuilegio vti cōtra aliud monasterium substitutum poterit. Quo fit, vt rectè ac verè animaduersum sit a Pomponio sub eo §. item quæritus, nō esse semper indistinctè minorem restituendum: qui eo loco disposuerit, attendi debere, an vterque pari priuilegio nitatur quæ conformitas desumi poterit in exemplo, quod attingit Bal. in l. 2. C. de priuilegiis fisci. vbi recitat, priuilegia scholasticis attributa per authenticam habita. C. ne filius pro patre, non competere scholastico, qui in alium agit scholasticum: quia vtriusq; sit idem priuilegium. Si igitur separata esset qualitas, diuersimode ēt in vtraq; statueretur, vt est in l. fi. ff. ex quibus causis maior. vbi qui Reipublicæ cā abest, ēt contra alium, qui eadem Reipublicæ causa se absentauit, restituitur, quod ideo ibi disponitur: quia talis priuilegiatus, qui se restitui implorat, de damno vitando certat, alter verò vt lucrum aucupetur. Qui autem certat vt damnum euitet, nititur longè solidiori & efficaciori priuilegio, quā lucrum captans. Et vbi concurrunt duo diuersæ speciei priuilegia, prefertur illud, quod est efficacius. Præterea cū in vno maior & potior ratio agnoscitur, æquum est, vt illi magis accedi debeat. Sic ex his elucidatum habes thema a Castrensi propositum, Vtrum aduersus fiscum possit minor restitui: Nā si a minore de vitando dāno contendatur, fiscus verò ad lucrum tendat, haud dubiè restituetur minor: quia sunt ambo æquè priuilegiati, quod diuerso casu testat Ancha. consil. 37. vbi refert, si duo sint immunitatis priuilegiū assequuti, ne a suis creditoribus intra quinquennium molestari possint, vult, ut non sit locus priuilegio vnius in aliū; quia uterque de lucro contendat. Quid est igitur, quòd dubites iuxta præfata prescriptum casum resoluere?

Docet qua via possit, qui minor est, a fisco lædi, vt inde is restituatur.

SVMMARIVM.

1 *Minor reb. suis ob non solutum tributum a fisco minus solenniter, & iniusto seu vili precio venditis, restitutionem in integr. impetrā, si ex ea venditione se læsum euincat.*
2 *Minor, rem a fisco venditam a suis maioribus & prædecessoribus processisse prætendens, satis sufficienti ad impetrandam restitutionem causa niti præsumitur, ex sententia Baldi, quam Author, paucis interiectis, probat num. 3.*

CAPVT CCXXIX.

SEd exquiret fortasse aliquis, quomodo cōsiderari poterit minorē a fisco lædi, vt contra fiscū restitui debeat. Quod † vt habeas, te id vnū scire oportet, tributa quæ dēt minor fisco, cum ea
1 nō soluerit, minoris rē posse a fisco vendi. Tūc aūt vigilare omnino debet fiscus, vt solenniter, necnō iusto precio eā rem vendat, vt est in l. fundus qui Lucij Titij. ff. de rescinden. vend. Nā quo iure pro collectarū & tributorū assecutione possunt minorū bona a fisco distrahi seu vendi, eodē & pro exactione pœnæ, in quā incidit minor, quia tributum non soluerit, potissimum vbi talis pœna est contractui adiecta, ad quod facit l. creditor. ff. de act. empt. Si igitur solenniter & iusto precio res minoris vendatur, & fide bona distrahat, ac præcesserit subhastatio, sitq; ea res plus offerenti tradita, cum primum de vero debito apparuisset: an nū contra eam tam solennem venditionem, a fisco de re minoris factam, debebit minor restitui, si se læsum tali venditione proponat: quia alleget, nō fuisse iusto precio venditam, & esse, qui pluris fuit eam empturus? Voluit aūt Bald. in ea
2 l. 1. C. si aduers. fiscum minorem † restituendum: quem mouere ad eam restitutionem implorandā possit interesse affectionis, quia ea res vendita, a suis maioribus & antecessorib. processerit: quæ est sufficiens cā ad restitutionem in integrum concedendam, vt est in l. si in emptionem. ff. de minoribus. Baldo tamen vtcunque aduersatur iuris solennitas, q̄ in tali actu obseruata est, per quam censetur is actus factus irretractabilis: aliàs frustra tòt solennitates desiderarentur, vt est in l. 1. C. si propter publi. pensitat. Pugnat etiam vnum aliud, non conuenire illud exemplum affectionis casui, de quo agitur. Nam cū iusto precio, subhastatione præcedēte, & omnibus iuris solennitatibus, ad id requisitis, obseruatis ea res vendita fuerit, præsumendum est, minorem, ēt si venditioni interfuisset, non fuisse aliàs emptur um, ob eam iusti precij considerationem. Hæc duo tamen non subuertūt
3 Baldi opinionem † cui ego hereo. non enim mihi probabilia videntur, quia etiam si iusto precio concepta fuerit vēditio sitq; solennitatibus requisitis satisfactū, id tamen non efficit, quin interesse affectionis considerari debeat. Interest enim minoris, ne res sua exeat è familia: ita vt iusti precij consideratio nihil ad negotium faciat. Simile ferè

Source : BIU Cujas

iudicium, quod ad solennitates spectat: bene enim maior repelleretur, ne denuo ad venditionis retractationem admitteretur: sed in minose secus statuendum existimo. Iam igitur habes, quo casu à fisco minoris res vendi posset, vt est, si tributum non soluerit. Intelligis denique, admitti ad restitutionem minorem, etiam si iusto precio, & obseruatis Iuris solennitatibus vendita fuerit. Cæterum quod diximus, minori restitutionem dari re sua etiam precio iusto vendita, & cum est solennitatibus iuris satisfactum ob interesse affectionis, debes scire, eum etiam ex opposito admitti, cessante tali interesse, puta si iniusto precio, & minus solenniter si vendita, aut vbi fisci collusio accessisset, ita, ut minor fisco soluere, quod debet, teneatur, vt est in l fina.C. si aduer. fiscum. In quo te ponderare oportet ea verba, Modò iudex non obseruatam fuisse hastarum solennitatem animaduerterit. Quod ego non sum aliter excussurus, quia sit casus alienus a materia restitutionis in integrum.

An fiscus læsus possit restitui?

SVMMARIVM.

1 *Fiscus inuentarium intra tempus a lege præstitutum non conficiens, eoq; læsus, ad nouam inuentarij confectionem non admittitur, ex sententia Guidonis Papæ; cui contradicitur nume. 2. & rursus limitatur nume. 3.*

CAPVT CCXX.

QVm autem attingerimus, aduersus fiscum posse minorem restitui, videamus nunc, an fiscus si læsus sit, restōnem in integrum possit impetrare Formabitur aūt in eam rem sequens exemplū.

1 Si is † inuentarium intra tempus a lege præstitutum non fecerit, cum pœnas Iuris incurrerit, vtrum aduersum tales pœnas possit restitui, & denuo ad nouam inuentarij confectionem admitti? Quam dubitationem excitauit Guido Papæ q. 32. in qua asserit, non debere fiscum restitui, & ita Senatus Grationopolitani sententia determinatum per l. j. §. an bona ff. de iure fisci. Facit ad id, fiscum, qui hæres est, si non confecerit inuētarium, Falcidiam non detrahere, imò obligatum hæreditariis creditoribus manere, ut legata ex integro persoluat, ita testante Angelo in §. fi. in Auth. de hęre, & Fal. & in l. j. §. hæc stipulatio. ff. si cui plusquam per leg. Falcid. Ego † verò existimauero fiscum, si læsus sit, restituēdum: quod apertè desumitur ex notat. a Doct. in l. final. C. ex quib. caus. maior. vbi subuenitur Reipublicæ per in integrū restōnem. Succurritur ēt vniuersitati, villę castro, vt ibi diffusè excutitur. scribentes consentientes simile in fisco statuendum, nec ab re: is enim dipingitur Cæsaris seu Regis saccus, vt per Bar. in l. j. C. de iure fisci, libro C. 10. & vt principi per restitutionem subuenitur, sic eius fisco, cui deniq; infinita cōpetunt priuilegia, quæ præfatis personis nullo modo cōceduntur, vt est in l. j. C. de vend. re. fisc. lib. C. 10. Quod aūt restitui fiscus debeat, habes textum expressum cū doctrina Bart. ibi, vbi fiscus admittitur, vt intra quadriennium infringat sententiam p̄ se latam, vbi is producere instrumentum omisisset. Quod aūt attinet ad quæstionis propositæ elucidationem vtru si inuentarium non cōfecerit, possit restitui, te ad huius intelligentiam considerare oportet, aliquando † ad fiscum deferri bona, non vt hæreditaria,

3 sed tanquā vacantia, & fisco quæsita, vt sunt plura de hoc exēpla in l. j. in princ. ff. de iure fisci. Et cū bona ita vacantia apprehendit fiscus, non dicitur in hereditate succedere, l. 4. §. eadem constitutio, ff. de fideicommiss. liberta. Et hoc casu si inuentarium horum bonorum fiscus non cōfecerit, non tenetur ultra vires hæreditarias, vt est in ea l. j. §. an bona. & in l. non possunt, ff. de iur. fisc. vnde merito bene a Senatu Grationopolitano iudicatū fuit, non esse restituendū fiscū: quasi dicere debeas necessaria restitutione eū nō egere. Q̄nque verò bona assumuntur vt hæreditas, puta fisco hęrede instituto: & cū tunc succedatur ab eo in ius vniuersum defuncti, tenetur ad inuentarij confectionē: quam si omiserit incurrit pœnas a lege præstitutas: & iō opus est hoc capite restitutione in integrum, modo ad eum vt fiscum talis hæreditas deuenerit, quod si ei tanquā priuato obuenisset: quia esset defuncto proximus, aut aliàs ab amico institutus hæres: cū tunc vt priuatus hæreditatem assequitur, uti debebit iure & lege priuati: & vt priuatus, saltē qui maior ętate est, non restitueretur, ita nec fiscus. Quæ omnia te docebunt, quo &, quando fiscus læsus restitui in integrum possit.

Vtrum contra mutuum minor restitui debeat?

SVMMARIVM.

1 *Minor vbi mutuum in rem suam versum non esse probauerit, restitutionis auxilium solenniter postulare potest.*
2 *Minor ex contractu fœneratitio læsus restituitur.*
3 *L. 1. C. si aduer. credit. explicatur, & Baldi ad hanc l. sententia saluatur, num. 4.*

CAPVT CCXXI.

EXquiramus denique, nunquid contra mutuū possit qui minor est, restitui? puta si mutuam pecuniam ab aliquo acceperit. Qua in re audi, quid habeat l. secunda. C si aduersus credit. Si,

1 vt allegas, minor † annis pecuniā fęnori accepisti, nec ea in rem tuam versa est: aduersus cautionē, per quā te eo nomine obligasti, in integrum restitutionis auxiliū solenniter postulare potes. Cæterum in l. 1. eodem titu. habetur: Cū & ipse profitearis, cū Zenodora minore annis 25. contraxisse, nec potuisse doceri, ex eo contractu factam locupletiorem, intelligis eā merito in integrū restitutā. Ex quibus desumitur, ex mutuo præsumi minorē læsum, nisi creditor pecuniam in minoris vtilitatem versam fuisse probarit; & ita ob hanc læsionis præsumptionē, quæ sic ex mutuo resultat, lex restituendū minorē iubet: quod Doctores asserunt esse in p̄ctu mutui speciale, cū alias non restituat minor, nisi primum de læsione docuerit, l. minor. C. de rest. in integ. facit l. nā & postea. §. si minor. ff. de iureiu. & tñ hoc casu statim in creditorem, vbi de mutuo apparet, transfert onus probandi pecuniā versam in minoris vtilitatē. Quòd tñ nulla ex eo dependeat specialitas, elicitur ex l. prædiorū. C. de prædiis minor. vbi minori conceditur, vt rem, quam antè non alienauit, ipse vendicet, nisi quatenus recepisse probetur: ita vt pleno iure lex id probationis onus in creditorem transfundat: si mero iure, non igitur id fiat specialialiquo priuilegio. Cuius neruum declarans Bartol. p̄side rauit; pleraque, quę ad præsentis thematis extricationem haud sunt inelegantia, immo omnino accommoda: primū præmittens, vnicuique id incumbere, vt quod est suæ intentionis fundamentum probare teneatur, siue reum, siue actorē effinxeris, vt est in l. ii minorem. C. de in integrum restit. & in l. 2. ff. de probatio. quod testatur cōferre ad declarationem eius l. prædiorum, vbi rem suam repetit maior, quia rite alienata non fuerit: allegans, contractum nullum esse ipso iure. Ceterum si reus excipiens: cùm rem penes se habeat, proponat, preciū in minoris vtilitatem versum, & ita locupletiorem effectum minorem, cum is sit suæ intentionis seu exceptionis neruus ad eius facti probationē obligabit. Si verò rem suā minor per restitutionem in integrū volet assequi, aut si aliàs restitui petierit, si se læsum in eo qđ vendidit, dicat, quia sibi eam rem vendere non expediebat: aduersa verò pars retinere rem pro precio à se minori dato volet: debebit probare aduersarius minorem locupletiorē factum: satq; videbitur, si minor se in eo quod vendidit, læsum docuerit, ut est in l. 1. §. 1. & 2. ff. de minor. & l. si res. §. j. ff. de iure dotiū. Quòd si minor se ad id restitui petierit, qa is precium perdiderit, tunc probabit se precium amisisse: eò enim tendit scopus sui propositi, ad quod habes l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur. & l. minorib. C. de in integrū restitutione. qui postremus casus secundùm Bartolum fallit in † fęneratore & vsurario: & ideo si esset simpliciter &

2 absque fęnore minori mutuatum, non procederet ea lex 1. C. si aduers. credit: Hec Bartolus: cuius sententiam sub eadem l. 1. sequutus est Angelus. Hactenus illi, quibus etsi nemo contradicat, credo tamen veros non esse: qui putauerim, omnibus casibus, quos retulerunt, semper minorem aliqua grauari probatione. Quod enim ad prius exemplū attinet, de nulla alienatione, & q̄ fit sine iudicis decreto, nonne hoc minori probare incumbit, se eius rei, de qua agitur, dominum fuisse? quod satis in ea l. prædiorum. disponitur in his verbis: Dominium tibi persequenti. Cæterùm qđ ad secundum caput spectat, cum minor se læsum asserit: qa vendiderit rem, quam sibi expediret non uendidisse, nonne requiritur, ut primum ipse læsionē probet, ēt si eius pars aduersa hunc locupletiorem effectum exceperit? Te tamen hęc auocare non debebunt ab illa Bartoli declaratione, q̄ communior & receptior est: hoc enim, quòd minor probare se lęsum adstringatur, planè coadiuuat Bartoli sententiā à quo ea qualitas abnegata non sit: sed hoc capite de læsione sat constare dicitur, vbi mutuum sub fęnore & vsuris conceptum est, ita vt non exigatur alia læsionis probatio:

quod

Source : BIU Cujas

quod est in odium fęnerantiũ,& eorum,qui vsuras exercẽt, Quod autem primum fuit pensatum,minorem ad dominij probationem adstringi per eam l.prædiorum. ego arbitror, id omnino falsum esse,cũ qui à minore rem emit, non possit ipsi dominij quæstionem obijcere,per vulgatam iuris regulam,quæ hoc habet: Non posse à me dominij quæstionẽ ei refricari, à quo rem sum nactus,vt in l.si quis ɔductionis C.locati.& verba,Dominium tibi persequenti, in ea l.appo sita,non inducunt aut operantur,vt sit opus dominij proba tione,cùm sint simpliciter narrata.

Quod tamen habet passim crebrior intellectus, creditori incumbere, vt probet versam in minoris vtilitatẽ pecuniã, & esse specialitatem hanc mutui,non agnosco, quòd hoc casu aliqua immineat specialitas ad quod moueor per eã l, j.C.si aduer.credit.quæ habet: Cùm & ipse profitearis, te cũ Zenodora minore annis 25.contraxisse.pondera, quæso, ea verba contraxisse:quæ nonne ad quemuis cõtractum referri possunt, ita vt probationis onus ex quouis contractu ad creditorem,qui cum minore contraxit,transfundatur?Scio tamen, sequiorem Doctorum declarationem ad eũ textum esse,vt debeat intelligi, cùm de credito agitur, quod in numerata pecunia cõsistit & ideo is textus vtitur his terminis, si pecunia, Sed quàm falsa sit ea communis declaratio, ac quàm ab eius textus nexu malè se extricet, sequior Doctorũ turma,sic doceo:qui existimem,defendi posse,ea † verba, 3 De pecunia,esse referenda ad emptionis contractũ,aut solutionẽ minori factam, si is se perdidisse pecuniam proponeret, non aũt vt de necessitate mutuo applicari ea verba debe rent. Verius tamen est,de mutuo esse intelligendũ, ob naturam tituli,sub quo est ea lex prima sita: in qua Rubrica principaliter differitur,an contra mutuum possit minor restitutionem in integrum assequi. Ad hæc Baldus sub eadẽ l. j. excitat difficultatem,quam ita proponit. Minor pecuniã mutuam accipiẽdo,cius pecuniæ effectus est dominus.cũ ergo semel dñium sit nactus,nonne præsumptio est,vt semper in eo continuatum præsumatur?l. siue possidetis.C.de probat. quæ dominij sic continuati præsumptio hoc inducere & operari debet,vt præsumendum etiam sit, extare pecuniã,& eum locupletiorem effectum. Qui tandem eum resoluens obicem asserit, talem dominij continuationem satis efficaciter tolli & subduci ex eo, quod inficietur minor pecuniã extare.Et hæc in creditoris odium. Sed ego hãc eius solutionem confutari posse crediderim, quia verum esse censeam, minorem,qui se petit restitui,haud abnegare absolutè pecuniam non extare: sed is se ex contractu feneratio læsum proponit.Nam si deperditam simpliciter assereret, hoc eius pro 4 bationi incumberet, Mihi † tamen in summa placet Baldi declaratio, vt satis dicatur dominii continuatio abnegata, vbi asserit minor, pecuniam nõ extare ad quod conducit l. 2.C.si adue.credit.ibi, Nec ea pecunia in rem tuam versa est. Si enim versa non sit,amissa præsumitur, aut malè aliàs cõsumpta:quia si penes ipsum extare fateretur, etiamsi in rem aliquam nõ esset impensa,præsumeretur nihilo secius semper factus locupletior. Ex prædictis ergo poteris efficacem hanc tibi præscribere conclusionẽ. Ex fęneratitiũ cõtractu restituendum minorem:à quo pro assequenda restitutione nihil aliud est allegandum, quam quòd sub fenore mutuã pecuniam acceperit: in quo plurimum ei accedit fęneratitius contractus.

Forma probationis creditori incumbens, ut minorem locupletiorem effectum doceat.

SVMMARIVM.

1 *Creditor vt mutuum in minoris vtilitatem conuersum esse doceat, firmissimis demonstrationibus, non nudis coniecturis indigere censetur contra sententiam Decij, Butrigarij,& aliorum.*
2 *Cum minore qui contrahit minoris conditionem non ignorare præsumitur.*
3 *Creditor allegans se filijfamilias, qui cùm contraxit, statum ignorasse, repellitur.*

CAPVT CCXXII.

1 VOmodo autem sit à creditore probandũ, minorem effectũ locupletiorẽ? Primùm † à quibusdam est existimatũ, debere necessariò probationem concludere, puta versam esse pecuniam in emptionem frumenti, aut prædiorũ. Butrigarius verò sat esse credidit, si id coniecturis manifestetur,puta si minor prius,quàm mutuum cõtraxisset, egenus foret, vt ei esset opus pecunia. quam opinionem scribit is communem & sequiorem esse: a quo et existimatum est, quod de minore habetur, esse ad Ecclesiæ, administratorem referendum, vbi is Ecclesiæ nomine mutuum accepit. Et cùm dicitur, versam in minoris vtilitatẽ pecuniam, exprimenda est causa,in quam versa sit, vt est in domus refectione,in curando minoris iugere, & similibus aliis casibus: quę omnes coniecturæ, simul coadunatæ,plenã inducunt probationẽ, vt iudicetur pecunia in minoris vtilitatẽ versa,argument.l.fin.§.& si præfatam.C.de iur.deliber.quẽ sequitur Salic.in authent.hoc ius porrectũ,C de sacrosanct.Eccles.Quorũ sententiã sectatur Decius in l. ciuitas.ff.si cer.petat.vbi voluit, coniecturalem hoc exẽplo probationem sufficere,argum.l.fina.§.j.& l.j.§.non autem ff.de extraor.crimin.vt dicat,ita hoc capite priuilegiatæ personę, ac non priuilegiatæ accedi. Cuius sententiam probare non possum, qui putem, hæc duo maximè inter se discrepare, sic esse fauendũ non priuilegiato, vt ei qui priuilegiatus est: imò accedendum potius ei, qui speciali priuilegio nititur: aliàs non plus fauieretur minori quàm maiori:& tamen certũ est, magis ei a lege deferri. Mouetur etiam lex, vt ita in maiore disponat: quia is non tam facilè ac minor deludat, vt penes quæ sit iudicium prouectius: imò ɔ ipsorum sentẽtiam est expressum Angeli consilium, consi.148.in ordine, vbi apertissimè & indubitanter resoluit, numerationem pecuniæ debere a creditore probari, ac quòd verè in minoris vtilitatem sit versa: & non satis esset, si minorem semper prius in rerum suarum administratione diligentissimè versatum probet, cum etiam tali coniecturę obsistat minoris ętatis, ita vt ob eius fragilitatem malè vsus iudicetur pecunia mutuò accepta: qui tamen eodem fatetur consilio, si euidentissimæ essent in eam rem coniecturę, & indubitata iudicia, tunc his debere concitari iudicem, & talem probationem admittere. Sic habes verè & concludenter a creditore probandum, versam pecuniam in minoris vtilitatem, nec id præsumptionibus liquidãdum, nisi indubitata essent indicia, & (vt premisi) inconuincibiles coniecturæ Nec abre id probandi onus in creditorem transfunditur: est enim quod his plurimum adscribatur: qui cum non ignorarẽt, tales minores esse, sub fenore tamen eis mutuarint, quibus cum longè admodum cõsultius fuisset actum, si planè mutuum abnegassent: Quæ ratio me magis trahit in Angeli sententiam, aduersum Decij, Butrigarij, & Saliceti opinionem, quam ego vix posse optimè defendi agnosco, nisi tu eam ad indubitatas præsumptiones (vt præmisimus) retuleris. Ceterum ex ea postrema consideratione satis elicitur 2 eum qui cum minore contraxit,verisimiliter eius conditionem non ignorasse,ad qđ facit l.qui cũ alio contrahit. ff.de reg iur.vbi disponitur. Qui cum alio contrahit, vel est, vel debet esse non ignarus conditionis eius, cum quo cõtrahit, quod maximè minori adaptatur, vt per gloss. in l. si Titius, sub verbo,ætatis suæ.ff.de fideiuss. vbi qui cũ alio mercatus est,præsumitur eum nosse,cũ quò est mercatus, ad quod facit l inciuile.C.de furtis.Hæc aũt declaratio mirè conducit, 3 vt tibi manifestum fiat, repellendum † creditorem, qui allegat se ignorasse conditionem filiifamilias,cũ quo is contraxit:hanc enim scisse debuit, vt est in l.pen. ff.ad Mace. quod etiam Cum.consi 26 putauit de quouis forensi & extraneo intelligendus motus ad id, quia l.qui cũ alio, generaliter & indistinctè procedat: cui ego in eo hæreo, vel hac rõne, qp cũ is extraneus sit,debuerat ea causa maiore diligentia & inuestigatione suũ tractare negotium, & sibi cautius, ac consultius prospicere. Vides igitur non sufficere,vt coniecturis probetur, versam in minoris vtilitatem pecuniam, sed esse id efficaciter & ex integro probandum.

Si minor, qui Legum Doctor est, in minore tamen ętate constitutus, aliquam exceptionem in lite, quam putauerat proponere, omiserit, an num restituendus erit,?

SVMMARIVM.

1 *Minorem, publicis suffragijs in certa aliqua arte idoneum & industrium approbatum, in ea verò, quam profitetur, lapsum, restitutionis beneficium obtinere non debere statuitur, & nu.3. non obstantibus, quæ in oppositum afferuntur. nu.2.*
4 *Minor, qui publicè industrioſus est approbatus, iam non amplius minor, sed maior reputandus est.*
5 *Minor, qui Legum Doctor est, exceptionem aliquam in lite, quæ iuris est, omittens, restitutionem non impetrat: secus si de facto dependeat exceptio.*

Source : BIU Cujas

Ioan. Mauritij Bolani. De restit. in integ.

CAPVT CCXXIII.

VBnecti his poterit articulus alius. Si † minor annis, qui Legum Doctor est, in causa quam contra tertium moueat, proponere exceptionē omi serit, cuius tamen allegatio esset omnino necessaria nonne poterit aduersum eam prætermissionē restitutionem impetrare? Opinatum est aūt a quibusdā, abnegandā: quia cum approbatus fuerit, nec ad doctorē infulā aspirarit, nisi rigoroso præcedente examine, non debuit ipse tā supinè & ignauiter eam exceptionem prætermittere. Solet enim hoc incumbere eorum officio, qui de restitutione cognoscunt, an, qui se minorem annis læsum proponit, prius diligēs paterfamilias extiterit, publicisque interfuerit actibus: quod ea ratione disquiritur, vt lapsum per ætatem nō fuisse iudicari debeat, vt est in l. j. C. vbi & apud quos. Nam cùm is se Doctore nominet, & talem esse profiteatur, nōne restitutionem implorando, accusaret propriā culpam & negligentiā? quod tamen lex non tolerandum probat, arg. l. 2. §. initiū. ff. de orig. iuris. Solet enim in his professio & desiderium discrepare, vt in l. professio. C. de excus. mune. lib. 10, Codice Et hoc etiam Doctores crediderunt extendendum ad mercatorem descriptum in matricula mercatorum, si hūc in suum cetum & collegium exceperint, ac idoneum probarint, ita vt si in eo, quod ad mercimonia spectat, defecerit, subueniri ei nō debeat. Qui enim in publicis diligēter versatur negotiis, bene suæ rei incubuisse p̄sumitur, & optimè sua administrasse. Possunt etiam prædicta referri ad tabellionem, à quo, sit in sua arte peccatum. Bal. verò sub eadem l. 1. qui & aduersus quos, existimauit † talem industriosum minorem, & ita approbatum restituendum esse, per l. minorib. C. de in integ. restitu. vbi minori læso lex adest: putans hoc solum spectari debere, an cum ipso aliquid gestū sit circunscripto iudicio approbationis. Sunt autē, qui hoc dubium extricantes senserint, exemplum istud referendum vbi de læsione simpliciter constaret: tunc enim posset secudùm eos suppletiuum sacramentum deferri, per l. in bonæ fidei. C. de reb. credi. a qua delatione cessaretur ob talem præsumptam in minore doctrinam.

Crediderunt & alij, id esse ad mutuū referendum, in quo minor læsus præsumitur, nisi oppositum a creditore probetur: quæ præsumptio secundùm eos tollitur, & plane eliditur, vbi is minor industriosus esset. Bartolus uerò credidit, spectari debere, an hic Doctor necessariò in alterius p̄mortui locum assumptus fuerit; quia alter non reperiretur, ubi tñ industriosum assequi tunc expediret. Nam secundū eū, cùm tunc non dicatur vere ob eam præcedentem necessitatem approbatus, fatebere, vt ei per restitutionem succurrat.

3 Ego † verò, reiectis his omnibus solutionib. sum huius iudicij, ut minor læsus, si Legū Doctor sit, non debeat restitui, modo publico examine approbatus fuerit, & in ea arte, quā profitetur, peccauerit: quod apertissime probatur in illa l. j. qui & aduersus quos ibi: Actibusque publicis industriū se esse docuerit: vt eum p̄p ætatem lapsum verisimile non sit: in quo demum adijcitur: Verum si cā cognita circunuētus deprehendatur, propter hoc solùm velut præscriptione à solito auxilio remoueri non debet, scilicet q̄ urgentibus patrię necessitatibus Decurio minor annis sit creatus. Ex quibus verbis satis desumitur, si necessitate quadam in Decurionatum assumptus fuerit, non censeri ex integro approbatum: quasi ex opposito designet tex. vbi is planè purè & liberè approbatus esset, & citra omnem necessitatem, non esse ei subueniēdum: quæ est ad eum textum vera & pura declaratio: per cuius textus finalem rationem comprobatur etiā hæc

4 sententia: Solet enim † minor, qui publicè industriosus approbatus est, non minor, sed maior reputari. Quæ cum sic se habeant, poterit haud absurdè dici, non esse à creditore probandū, pecuniā in minoris vtilitatē versam, vbi potissimū minor tpe, quo ei solutum fuit, publico fungeretur officio, & illud exerceret: quasi ex ea industria præsumatur res in eius vtilitatem versa, ad quo l facit secundùm Angelum lex fina. C. ad Maced in qua disponitur, si mutuam pecuniā filiusfamilias acceperit, siue id mandante patre, siue eo non consentiente, nec ratum habente contractum tamen subsistere: quasi designet lex, non esse tali filiofamiliàs militi succurrendum: quia idoneus præsumatur, & qui aliàs in numerū militū admissus non fuisset, nisi approbatione præcedente Cui opinioni ego hæreo, & Angelum in eo sequor: qui tñ velim a te vnum obiter notari, non videri mihi ad hanc rem facere illam l. fi. nec per eam Angeli sententiam coadiuuari, in qua primum lex præmittit, filiūfamilias militem ex mutuo obligari, si pater ratum postmodum habuerit. Cæterum adfertur casus de filiofamiliàs milite, qui pecuniam creditam acceperat: in quo disponitur, etsi sine mandato, vel consensu, vel voluntate, seu ratihabitione patris id egerit, debere contractum stare, nulla differentia, ob quàm causam pecuniæ creditæ, vel vbi consumptæ sint, introducenda: in pluribus enim Iuris articulis filijfamilias milites non absimiles censentur hominibus, qui sui iuris sunt: & ex præsumptione non creditur miles in quidquam aliud pecuniam accipere, aut expendere, nisi in castrenses causas. Hæc textus: cuius mentem satis diiudicare potes non eò declinare, quòd hic miles idoneus censeat, sed quod ad castrensem causam attinet, sui sit iuris, in qua is reputatur paterfamiliàs, vt in l. 2. ff. ad Macedo. nec iniuria: is enim tale peculiū labore proprio quæsiuit. Habes igitur conclusionem incon

5 cussam † non esse restituendum minorem, si in aliqua arte approbatus fuerit, in qua sit ab eo peccatum vbi potissimū id errorem iuris inspiceret, quale est thema præmissum de exceptione iuris omissa. Quòd si esset exceptio a facto depēdens, puta solutionis: pacti de non petendo, aut consimilis alia, tunc ego aliter statuendum censerem, si id ignorantia ductus egisset: vt ego suprà in exemplo ignorantiæ diffusissimè attigi.

Vtrum à filijs seu liberis possit contra parentes & patronos peti restitutio.

SVMMARIVM.

1 *Filijs aduersus parentes, & libertis contra patronos restitutionem non competere authoritate l. fi. C. qui & aduers. quos. probatur, cui refragatur l. si superstite. C. de dolo, iuncta l. non debet. ff. eod. tit. nu. 2.*

3 *Filio per nouationem & acceptilationem à patre factam, grauiter leso temperata actione in factum contra patrem consuli fas est, & nu. 5.*

4 *Filius qua uerecundia quàue moderatione actionem in factum contra patrem proponere debeat?*

6 *Restitutio filio contra patrem decernitur, non vt per eam factum patris impugnetur, sed quo iudicis euertatur sententia, secundùm Bartolum; cuius opinio prolixius discutitur nu. 7. & reiteratur nu. 10.*

8 *Vera ad l. si cùm pater. C. si aduer. rem iud. declaratio affertur.*

9 *Declaratur etiam l. 2. C. si aduer. donat. sensu perspicuo.*

CAPVT CCXXIIII.

HIS subiungetur casus alius, An liberti & filij contra patronos aut parentes restitutionem possint assequi? Quæ difficultas excitatur à Doctoribus in l. fin. C. qui & aduersus quos. cuius legis verba hæc sunt. Cùm apud veteres dubitabatur, an liberi parentes suos, vel liberti patronos in querimoniā deducere possent, quasi nō rite iu eos versatos: à quibusdam existimatum est, nullam esse contra huiuscemodi personas in integ. restitutionem, pondere naturali vel patronali reuerentia tali petulantiæ refragante, nisi vel ex magna causa, vel aduersus turpem eorum personam. Alij autem personarum quidē vel causæ distinctionem respuendam esse censuerunt, tunc tantummodo restitutionem dandam esse putantes, cū minor sua simplicitate se deceptum, non dolo patris vel patroni circunscriptum esse dicat. Sed vt maneat in omnibus honor parentib. & patrono, vel patronæ illibatus atque intactus, sancimus, nullo modo, neque aduersus parentes vtriusque sexus, neque contra patronum vel patronam, dandam restitutionem. Nam personarum reuerentia omnem eis excludit restitutionem, cùm proculdubio sit etiam ipsas personas cauere debere, ne quid suæ contrarium opinioni existat. Quæ lex tam hoc in negotio aperta est, vt alia in-

1 terpretatione non egeat † ex qua habes filijs aduersus parentes, & libertis contra patronos restitutionem non competere. Sed † huic conclusioni fertur obsistere l. si superstite.

2 C. de dol. iunc. l. non debet. ff. eo. tit. vbi filio † grauiter læso per nouationem & acceptilationem, quam pater fecit, succurritur, non per actionem de dolo ob paternam verecundiam, sed in factum actione, quæ in factum actio est subsidiaria, & quæ iudicis imploratur officio. Quòd si ea actione in factum filio subueniatur, perinde erit, ac si is restituere tur. Quam difficultatem enodans Bar. in ea. l. fi. asserit, eum text. loqui de restitutione, quæ iure actionis fit, non aūt ea quę à iudicis resultat & dependet officio. Cuius hac in re declarationē ego bene concipere nequeo, qui putē falsum esse, & à terminis iuris alienum, restitutionem via actionis cōpetere: quia actio sit ordinaria, restitutio verò extraordinaria: vt si ei hærerē intellectui, planè confunderent duo hi termini actionis & restitutionis in integrum: etsi non abne-

gem,

Source : BIU Cujas

gem,posse hoc casu filio actione in factum in patrem consuli.Sed hoc ita intelligendum est, vt ea actio in factum sit temperata, & bonæ fidei mentio fiat, ne ex dolo suo lucretur. 4 Poterit † igitur filius obtenta primùm venia patrem conuenire:hoc narrato,quòd immodicè læsus sit, vt ex eo sibi succurri postulet. Non erit tamen mentio aliqua adhibenda, quòd cum eo dolosè versatus pater fuerit:sed qui potius dicat,non admittere æquitatem, vt pater in eius iacturam locupletior fiat.Nam secundùm hos terminos proponenda est in factum actio,& hoc modo declarandæ sunt illæ duæ leges,quas in oppositum prius attulimus. Replicabis fortasse: Si contra patrem via ordinaria filio subueniatur,quare non etiam extraordinaria? nam quòd ordinaria sit, patet per eam actionem in factum sic competentem. Ad quod ego respondeo,non procedere id argumentum sic conceptum: permittitur mihi vnum ordinaria lege,ergo etiam extraordinario remedio id est concedendũ: sunt enim hæc diuersissima,& è quibus separati effectus resultant. Quinimò parum aut nihil discrepat eius actionis in factum effectus à propositione restitutionis in integrum 5 † Solet enim talis actio moderatis verbis à filio proponi,& quibus is erga patrem vti debet,quod desumitur ex ea l.nõ debet.ff.de dol.vbi habet textus, de dolo actionem plebeio aduersus consularem receptæ authoritatis,vel luxurioso atque prodigo,aut aliàs vili contra hominem vitæ emendatioris non dari,sed in factum verbis temperandã esse actionem,ita vt bonæ fidei fiat mẽtio,ne is ex suo dolo lucretur. Quo textu planè intelligis,quomodo talis in factum actio sit proponenda,& quàm parum aut modicè ab effectu,qui ex restitutione in integrum dependet,differat. Supperit & alia dubitandi ratio,quòd aduersus patrem competat filio restitutio in integrum:hoc enim docere videtur l. cum pater.C.si aduer.rem iudi.vbi dicitur. Si, cum pater tuus te in sua potestate esse, nec valere à se emancipationem factam proponeret,Proconsul causam cognoscẽs, te eius potestati subiectum pronunciauerit:cùm contra eam sententiam in integrum restitui postules,is qui prouinciam regit,in impatienda cognitione suas partes secundùm leges exhibit. Quo textu quid manifestius,etiam aduersum patrem posse filium restitui? Quam legem declarantes Doctores, tutantur eam in causa status loqui:quæ cùm sit fauorabilius,sentiunt fuisse iure optimo filio fauendum.Sed hæc eorum solutio cõfundi videtur per illam l.fi.C.qui & aduer. quos.cũ eius ratio sit generalis,& quibusuis casibus adaptilis. Et hac 6 causa existimatum est à Bartolo † decerni aduersus patrem restitutionem, non ut per eam factum ipsius impugnetur, sed quo iudicis euertatur sententia. Qui intellectus prima manu deprehenditur ex verbis eiusdem legis. Cum aduersus eam sententiam in integrum restitui postules. Ego tamen etiam hanc declarationem dubiam admodum quandoque esse conieci. Nam & alio capite lex filio restitutionẽ impartitur aduersum patris factum, & quod ipse egit: vt si filio delata fuerit hæreditas, nec eius adeundę consensum ei præstare voluerit,aut si volente id patre,filius reclamauerit:filio vtroque casu per restitutionem subuenitur, vel hac sola & precipua occasione:quia is filio,ut hæreditatem adiret,non consenserit:& tamen verè patris factum impugnatur,ut ab eo quod is egit,uelit ipse plane discedere. Est præterea attẽdenda in hoc finalis legis ratio,propter quam prohibitum fuit, ne restituatur filius. Id enim fit ob patris neglectum,& paternam reuerentiam:quæ ratio nonne quæso omnino accommodari potest casui eius l.si cùm pater.Imo est & aliud, quod mire contra eam vrget solutionę, verum non esse,quod scribitur,diuersimodè statuendum, si contra patrem,aut eius factum imploretur restitutio, imo putauero casus connexos esse. 7 † Nam si aduersum id,quod ipse egit imploretur:consequens erit,ut admittas negotium illud patrem concernere,nec verè factum tale posse tractari, nisi eius persona offendatur, & de debita reuerentia plurimum detrahatur seu diminuatur.Sunt etiam pensandaverba eius l.fi.ubi & apud quem,hoc habentia: Et ut in omnibus patri honos saluus maneat,quę lex primordialiter introspicit honorem,qui patri à filio est debitus, quę honoris consideratio nonne procedit,ubi contra patris factum,& in ipsum patrem imploratur restitutio? & ideo lex finalis dicit: Agnoscis nullo modo restitutionem competere, quasi denotare velit, à tali restitutione excludendos filios & libertos, & si quę sint similes aliæ personę.Sic intelligis, cum qua dubita 8 tione procedat talis Bart.solutio. Quare † ego veriorem crędo priorem sentẽtiam.quę est, tali textu de status causa agi: qua non video afferri concludentiorem posse.non enim eo exemplo se patre lęsum asserit filius,sed iudicem arguit,qui in eum sententiam pronunciauit, contra quam is se petit restitui:cessatq; ex his dispositio illarum l.si superstite. C. de dolo. & l.non debet. ff. eod.tit.in quibus hoc præcipuè spectatur, an de dolo filius patrem volet conuincere, aut in eum ignominiosum aliquid obiicere,& per quod non esset illius honori plenè consultum. Nam in id conueniens nõ potest labi filius, maximè in causa status restitutionem implorans,qui solùm eò tendit, ut iudicatum impugnet & euertat.Asserit enim,iniquè latam in se sententiã, & ex actis causæ appariturum fuisse ingenuitatem probatam: quod non est verè patris facto contradicere; quia permiserit lex, ut ab initio pater in filium ageret, filius verò in patrem de ingenuitate exciperet: sic tenditur ea restitutione à filio, vt quod ab initio lex probarit, perficiatur, ita ut in aliquo patris honori non detrahatur.Et hunc crediderim esse purum & verum intellectum ad eam l.si cum pater. Quòd etiam fi 9 lio contra patrem competat restitutio † ponderatur à quiquidam lex 2.C.si aduersus donat.Sed mea est opinio, si verè ad eam animaduerteris,eo loco non tractari de restitutione contra patrem,imò aduersus tertium agi, ut rescindatur & retractetur alienatio,quam de re filij pater fecit. Nec est absurdum,quòd patris factum impugnet filius,ne alias paterno officio in re sua molestaretur. Quòd autem hec ad eum textum declaratio vera sit,debes ponderare verba eius legis: Quasi non ritè eos versatos,ut his doceatur, si effectus & finis restitutionis,quam vult implorare filius, eò non tenderet, ut diceretur malè versatus pater, nec is doli patrem argueret, restitutionem debere indulgeri. Et ita ego sic extricandam esse hanc materiam existimauerim. Nec † mihi visa fuit prætermittenda Bartoli doctrina in eadem l. final. C. vbi & apud quos.vbi sic resoluendum putauit hunc articulum, ut si de restitutione, quæ iure actionis expeditur, sit quęstio,filio subueniri debeat,per l.si superstites.C.de dolo. Quòd si tractetur de ea,quę à iudicis deriuatur officio,tũc, ubi contra patrem aut eius factum restitutionem filius petierit,abnegandam esse,& sic loqui eam l.finalem: Quòd si contra patrem,non contra ipsius factum, petatur concedẽdam:& in his terminis procedere l.2.C.si aduersus rem iudicatam.etiam si id in patrem via cuiusdam consequentię declaretur, ut est in l.finali.§. in vtroque. C. de bonis quæ liberis. Quam eius distinctionem lubens hoc loco adijcere volui; quia planè sis facturus iudicium ex his, quæ amplè suprà attigimus,an ea vera sit:qui etiã velim, tecum adhuc repetas,quod ipse docet: Non debere filium restitui concurrentibus his duobus copulatiuè,ubi contra patrem, & eius factum agitur,tandem si in patremin stituatur iudicium,cõcedendam, modo eius factum non expugnetur quandoq; verò admittendam,vbi aduersum patris factum, & non in eum actum fuerit. Quę duo postrema si bene excusseris,nõne tibi opposita & pugnantia videbuntur? q etiam si actius expenderis eam distinctionem,intelliges ibi refragari talem paternam reuerentiam, ad quam lex præcipuum habet respectum.Sed audi,Iacobus de Arena,qui fuit vir perspicacissimi ingenij,putauit,quæ suprà de restitutione in patrẽ danda præmisimus procedere,cum filius vult ob causam minoris ętatis restitui:quasi secus esse statuat,si maior filius ob probabilem absentiam,aut iustam aliam causam vellet restitutionem assequi.Ego verò sum contrarię sententię, ut neutro casu debeat restitutio concedi, vbi maximè aduersum patrem, & eius factum peteretur à filio maiore restitutio: meque ad id ducit ratio l.finalis,quæ est in paterna reuerentia fundata:cui reuerentię nonne ita astringitur & alligatur filius,qui maior est ætate,ac minor? immò me iudice longè efficacius:quia quo is stabilioris est iudicij,eò maiori nexu ad eius honoris obseruantiam adstringitur. Ex his igitur omnibus facilè liquet, non concedi filio contra patrem restitutionem,vbi aduersus eum,& eius factum de directo à filio impetratur, cum temperamento eorum, quæ suprà in huius materiæ discussione attigimus.

Si ætatis venia à minore sit impetrata, an sit contra eam veniam restituendus?

SVMMARIVM.

1 *Minor masculus ętatis veniam vigesimo, fœmina decimo octauo anno impetrare potest.*
2 *Veniam ætatis à solo Principe acquiri conuenit.*
3 *Minor & ętatis venia, & plena suis bonis fruendi potestate impetrata, etsi contrahens lędatur, tamen non restituitur rationibus ibi annexis.*

Minor ætatis veniam licèt consequatur, tamen ob id immobilia bona sua sine iudicis decreto ne obligare quidem, minus alienare pōt, se cus de mobilibus statuendum.

5 *Minor, quæ fœmina est, ætatis veniam quinque testium testimonio & interceßione obtinere potest.*

CAPVT CXXV.

PEreprecium videtur eum articulum examinare, si ætatis veniam minor impetrauerit, vtrum post modum restitui possit? Cuius decisionem apertè habes sub tit. C. de his qui veniam ætatis impe
1 tra. In quo te primum vnum nosse necessum est † masculū ætatis veniam à Principe assequi posse, si se vigesimumannū excessisse probauerit: in fœmina verò octauus decimus annus requiritur, l. omnes. C. de his qui veniam ætatis impe
2 trauerunt. Atque hæc † ætatis impetratio est à solo Principe requirenda, & ei tantùm reseruata, l. denique. ff. de min. qua l. Bar. refert id fortassis esse permissum ciuitatibus, superiorem non recognoscentibus, quia liberum habeāt populum. l. hostes. ff. de capt. & postlim. reuer. cum tamen id nō firmet; quia secundum quosdam ius tale fuerit à ciuitatib. vsurpatum, ita id ipsis testantibus. in l. Imperium. ff. de iurisd. om. iu. Si igitur † minor à Principe ætatis veniam impetra-
3 uerit, huic autem cōcesserit Princeps, vt liberè suo fruatur patrimonio, ac si maior annis esset, tandem is contraxerit, seque deceptū proponat, videbiturne restituendus? qua in re disponit lex j. eo. ti. de his qui veniam ætatis. respuendam restitutionem. Manifestissimum enim est, vt ibi habet lex, eos qui veniam ætatis principali clementia impetrauerūt, ēt si minus idoneè rem suam administrarint, in integrum tamen restitutionis auxilium assequi non posse, ne ji qui cum eis contrahunt, Principis authoritate circunscripti vi
4 deantur, hæc † tamen veniæ impetratio non operatur, vt possit minor bona immobilia sine iudicis decreto alienare, imo nec ea obligare. Nam quod ad minoris immobilia spectat, similis est cōditio minorum omnium, siue petita, siue non petita sit ætatis venia, ita docente l. 3. eod. tit. de his qui veniam æta. C. & cum hac sententia, quæ cōmunis est, passim transeunt scribentes; contra quam tamen sic insisti posse crediderim. Nam si hac veniæ impetratione non induceretur, vt minor sua posset alienare immobilia, nisi iudicis decreto accedente, nonne hęc venia censeretur omnino superflua? Nam cùm is per eam maior efficiatur, quare non poterit liberè alienare immobilia? Euacuabitur tamē hoc modo talis obiectio, minorem plurimum fructus, & vtilitatis ea venia assequi, nec esse superfluam: hac enim delata est in eum bonorum suorum administratio, ita vt mobilia liberè & sine aliquo curatore alienare possit: sic satis tali venia fuit minori indultum: & ideo lex 3. iudicauit, hęc duo diuersa esse, posse bona sua minorē administrare, & quòd ei permittatur bonorum immobilium alienatio, hoc enim habet tex. Omnes adolescentes qui morum honestate præditi, paternam frugem, vel auorum patrimonia cupiunt gubernare, quasi eius legis præcipuum & principale fundamētum ad eam patrimonij referatur administrationem: & hac causa statutum fuit, sine iudicis decreto alienari non posse immobilia, etiamsi veniam ætatis minor obtinuisset. Cū. n. in tali distractione maius versetur minoris prejudicium, iō etiam maturius cautius ve fuit adhibendum remedium. Et ex hoc planè resoluitur, quod in oppositum considerātū fuit, debuisse ei talem alienationem permitti: quia idoneus esset: cum talis capacitas sit ad solam referenda administrationem, & mobilium distractionem. Et hoc modo est intelligenda l. 3. eod. tit. atque hoc sensu declaranda, vt procedat in alienatione & hypotheca rerū immobilium, in qua maximè disponatur à minore, etiam venia obtenta, celebrari Ꝺctus non posse, nisi iudicis decreto interuenientę. Et si ad immobilia bona id non referres, contradiceret is textus infinitis aliis legib. & dispositioni eius tituli, si ætatis veniam minor impetrauerit. Habes igitur ex his ætatis veniam à minore obtentam hoc inducere, vt de mobilib. bonis possit disponere, & administratione bonorum potiri; non tn̄ vt per se immobilia citra indicis decretum & authoritatem possit alienare. Solet autem hæc veniæ concessio sic decerni, vt ante oīa iudicis examen præcedere debeat, qui de minoris moribus inquirat: testibus idoneis aduocatis, quò hi minorum instituta, probitatemq; animi, & vitæ honestioris & testimoniū edoceant. idq; potissimum in masculis procedit,
5 quod † verò ad feminas attinet, lex non vult, has cętui publico ob pudorem ac verecundiam fœminarum demonstrari, sed posse annos ætatis probare quinque testibus tantum, vel aliis instrumentis, si id expendientius esse animaduerterint: quod facilè efficere poterunt, misso ab eis procuratore, quæ forma prescribitur in eadem l. 3.

Si minor dicat se pœnitere, quòd ætatis veniam impetrauerit, poterit num ob id restitui.

SVMMARIVM.

1 *Minori ob ætatis veniam impetratam pœnitenti restitutionem (contra glossæ sententiam) non concedendam sentit Butrigarius; à quo deficit Author. nu. 2.*

3 *Contractus ab eo tempore, quo minor est ætatis venia vsus, celebratos, esse rescindendas ex sententia Castrensis, minore contra ætatis veniam restituto, quod limitatur nu. 4.*

CAPVT CCXXVI.

1 AD hæc suppetit vnum examinādum, Vtrùm † possit minor restitutionem impetrare, si se pœnitere proponat, quòd ętatis veniam impetrauerit: à quo fortassis allegetur, prius putasse bene posse patrimonium administrare, cum tamen iam agnoscat, à se id præstari non posse. Fuit aūt glossa sub eadem l. j. eius sententiæ, concedendam restitutionem: a cuius opinione discessit Butrigarius motus, ꝙ per talem ætatis veniā minor sit effectus maior, cui tamen abnegaretur restitutio: quinimò si restōni accederes, iudicaretur frustratoriè morū facta examinatio. Solet enim præcedens iudicis inquisitio hoc inducere, vt præsumatur ad bonorū suorū administrationem
2 idoneus, cui ætatis venia concessa fuit † ad quam aliàs is admissus non esset. quib. rationib. & argumentis potest efficaciter in eam glossam insisti. qui tn̄ eam tutati sunt, scripserunt verum esse, per veniæ concessionē minorem effectū maiorem: sed intelligendum esse, quod ad Ꝺctus spectat, vt ab his ipse recedere non possit, etiam si contra veniæ impetrationem restitutus fuerit. Sunt etiā quib. coadiuuari potest glossæ sententia. Nam certum est, veniam ętatis in fauorem minoris concedi: qui ea ratione poterit, si volet, tali fauori renunciare, cum etiam simili alio casu suprà firmauerimus, esse in minoris pntestate, restōne quā is obtinuit, non vti, vt est in l. si judex circunuento. ff. de minorib. Atq; ex his cessant præscriptæ considerationes, ꝙ sic idoneus sit censendus, qui bona sua administret: operari ēt debere aliquid eam iudicis inquisitionem. Nam si hic post obtentam veniam in malos & corruptos mores inciderit, & naturam deprauarit, cùm hoc de nouo alleget, & d cat, se non posse patrimonium administrare: quare eius assertioni nō stabit? Hac enim via non solū eius cōmodo consulitur, sed ēt publicæ vtilitati: quia secundariò publicè interest, ne quis re sua malè vtatur. Quòd si aliàs huic non deferretur, præstaretur minori causa dilapidandi patrimonij, vt iā re ipsa intelligis. Quòd aūt spectat ad eam, quam iamiam attingimus, dubitationem, vtrum † contractus interim celebrati,
3 quandiu hac ætatis venia est vsus, subsistere debeant, an verò restitutione assequuta eneruentur? Primum à quibusdā existimatum est, rescindendos, alias restitutio non redderet, quod abstulisset læsio, vt in l. ꝙ si minor. §. restitutio. ff. de minor. & hac restitutione sic res reducitur, ac si ætatis veniam hic non obtinuisset. Cuius sententiæ fuit Castrensis in ea l. j. quæ etsi vtcunq; sustentabilis videatur: est tamen, ꝙ
4 ab ea deficiendum probem. Nam † si ita disponeretur, non ne legis beneficio deciperetur, qui cum minore cōtraxisset? quæ est finalis rō, quare contractus medio tpe celebrati infringi non debeant: est & aliud, hunc dū ea ætatis venia fruitur, non debere aduersum cōtractus suos restitui. Quòd si eo tpe à restitutione excludatur: quare nū etiā restitutione obtenta, cum vtroq; casu subesse eadem censeatur rō? Accedit his, ꝙ tpe habili contractum ab eo fuerit, & cū idoneus ad id esset. Nec obesse pōt, hanc restitutionem operari, vt reducatur omnia ad statum primæuum. Tunc enim eum effectum operabitur restitutio, vt qui maior reputabatur, minoris vice nūc fungatur, vt postea cū eo solo efficaciter contrahi nō debeat: nec denuo attendet ætatis venia prius concessa, sed hoc, ꝙ infringi præcedentes cōtractus debeāt, hoc esse ab oī æquitate alieniſſimū: quia cū tanquā maior cōtraxerit læsus nō præsumitur: nec ēt se læsum asserit. imò ex hoc solo restitutionē petit, quia nunc se idoneum agnoscat, qui suorum bonorum administrationi præsit: sic non videtur velle rescindere, quæ efficaci tpe is gessit, ita vt restitutio reddat hoc casu, quod læsio abstulit: sed in hoc oportet metiri mentem eius, qui implorat restitutionē, & ad qd is concludat: quæ est pulchra & elegans declaratio ad definitionem restitutionis in integrū. Vbi autē fiet hæc restitutio,

Source : BIU Cujas

tio, oportebit eam publicè nunciari, vt postmodum possit omnibus innotescere. hunc ætatis venia non vsurum, ne postea cum eo inconsultè ab his contrahatur, qui primum sciuerunt hunc tali venia vsum.

Debeat num minor contra arrogationem de se factam restitui?

SVMMARIVM.

1 *Minor contra arrogationem restituitur, si ei circumuentum ipsum esse constet.*

CAPVT CCXV.

1 ACcedamus ad alium articulum, Si se † arrogandũ minor annis dederit, seq; ea arrogatione circunuentum dicat, debebit num restitui? puta, finge à prædone minorem, qui locuples est, arrogatũ, in quo deciditur ab Vlpiano, sub l. 3. si quis minor. ff. de minor. debere audiri eum, qui se in integrum petit restitui, in quo §. circa istud excitatur à glossa sequens dubitandi rõ. Olim per arrogationem bona filij arrogati in patris arrogãtis potestatem transfundebantur, vt est in l. si quis arrogator. ff. de adopt. Hodie verò nouissimo iure nihil in eo filio detrahitur, ita vt ex arrogatione lædi nequeat, l. fina. C. de adopt. Quod si offendi non possit, quare asseuerabis debere restitui, cũm restitutio læsionem præambulam admittat? Cui obiectioni respondens ibi glossa, docet posse à filio restitutionem implorari; quia fortasse is, à quo est arrogatus, eius bona dilapidet & decoquat: & ita hoc modo esse læsionem considerabilem. Ego vero probare hanc glossæ doctrinam uix possum, quia, patre bona filij dissipante & decoquente, lex via ordinaria succurrendum iubeat filio, vt est in l. Imperator. ff. ad Treb. & in l. fi. C. de bon. quæ libe. quib. disponitur, filium posse iudicis officium implorare, vt à patre talia bona auferantur. Verius igitur erit, si dixeris, eum tex. secundum Ius Digestorum procedere quo Iure filij arrogati bona patri quærebantur: quod satis denotant eiusdem §. verba. Finge à prædone eum hominem locupletem arrogatum. quasi tex. cum ex tali arrogatione lædi statuat, qui cum sit locupletissimus, sint illius bona patri arroganti quærenda. Sed etiam iure nouissimo ex arrogatione lædi potest filius: qui cum prius sui iuris esset, in arrogantis patris potestatem & imperium transierit, ut in l. fin. C. de adopt. in quo nonne potest plurimum offendi, cùm libertas res inæstimabilis iudicetur. Et ita habes contra arrogationem filium restitui posse.

An restituatur filius minor, qui, cum sibi post patris mortem legatum deberetur, consensit, ne id legatum ab eo peti postmodum posset?

CAPVT CCXXVIII.

SI quid etiam minori filiofamiliàs legatum fuerit, ita vt post patris mortem assequi illud debeat, & captus sit, dum consensit patri paciscenti, ne legatum peteretur: poterit in integrum restitui, quasi ipsius interfit, non priuari ea spe, vt post paternam mortem tale legatum assequatur, qui est expressus casus l. 3 §. si quid minori. ff. de minoribus.

Restituitur etiam si renunciauerit legato, quod eius personæ cohæreat.

SVMMARIVM.

1 *Minorem ad legatum, quod nunquam habuit restituendum non videri, quod limitatur. num. 2.*

3 *Minor etiam consentiente patre legato renuntians beneficio restitutionis non fraudatur.*

CAPVT CCXXIX.

SEd & si ei aliquid sit legatum, quod eius personæ cohæreat, puta ius militiæ, dicendum, ipsum posse in integrum restitui, q̃ huius interfuerit non cogi, cum pater hanc non acquireret, sed ipse eam haberet, vt est in eo. §. quo postremo casu plus læditur minor, quàm priore: quia ab initio eius legati consequendi capax fuisset, quæ fuit quorundam sententia: quam ego planè sequerer, si admitteres & fatereris, tale ius militiæ statim, facto legato, minori quæsitum: sed si post patris mortem ei collatum probares, non video, quare plus rationis vno capite, quàm alio immineat. Vtroq; enim casu attenditur, q̃ ea spe delusus maneat, qui etsi ab initio cum effectu non lædatur; quia viuat pater, ob id tamen indulgetur restitutio, quod post illius obitum assequi legatum nequibit, quare is textus sic est intelligendus, vbi vtrunque legatum post paternam mortem collatum esset: quod satis testari videtur sermo & connexitas eius textus, aliàs casus postremus ibi relatus esset citra omnem hæsitationem, nec ali quam contineret dubitationem. Quòd tamen vtroque casu non sit per restitutionem filio subueniendum, vel hoc
1 vnum restabitur, † non debere hunc restitui ad id, quod nũquam penes se habuit. Præterea cum nondum veniisset, nec cessisset exoluendi legati dies, qũo asseres, huic ius quæsi-
2 tũ? arg. l. cedere diem. ff. de verb. & rer. significa Ad † id tamẽ responderi poterit, verum esse, q̃ hic nunquam legatũ habuerit, sed quia certo erat id assequuturus, ideo ita ab initio læsus censetur, ac si ex postfacto & recuperate legato renũciasset. Solet enim attendi certus ille finis, quod satis cod. textu denotatur ibi: qm̃ ipsius interest p̃ spem legati, quod
3 ei post patris mortem competit. Imò si pure filiofamilias legatum furit, cui patre consentiente renunciauit, poterit ẽt l. eadem restitui: quia hodie iure nouissimo sit aduentitiorum bonorum dns & proprietarius l. j. C. de bon. mater. & l. fi. C. de bon. quę lib. quam restitutionem memini filiofamiliàs, qui aduentitiis bonis renũciauerat, à præstantissimo Dolano Senatu indultam.

Aduersus negligentiam in non denunciando constitutam minor restituitur.

CAPVT CCXXX.

SOlet etiam minor contra negligentiam in non denunciando adhibitam restitui. puta, institutus fuit hæres filius, si a patre in diebus centum emancipatus esset. Cum autem mox certiorare patrem debuerit, nec fecerit, vbi id posset, qui tamen eum emancipasset, si quid tale cognouisse, poterit in eum casum restitui, parato patre eum emancipare, quem casum cum suprà ego iam diffusè & plenissimè excussserim, denuo refricandum non duxi.

An in castrensi peculio minor restituatur.

SVMMARIVM.

1 *Minor in castrensi peculio, veluti proprio patrimonio læsus restituitur & nu. 3. licet nu. 2. contrarium statui uideatur.*

4 *Pater in peculio filio succedens vt hæres, restitutionem implorare potest, & eam ex filij persona impetrare: secus si iure peculij hę reditatem filij occupet.*

CAPVT CCXXXI.

1 HVc illud denique spectat, filiumfamiliàs † cui sit castrense peculium, posse in his, quæ ad id castrense peculium attinent, restitui, quasi in proprio patrimonio captus iudicetur, vt est in l. 3. §. Pomponius. Quòd tamen abneganda sit restitutio, facit, filiumfamiliàs in eo peculio castrensi reputari patremfamilias, vt in l. 3. ff. ad Maced. & l. j. ff. de castr. pecu. sic cum maioris repræsentet effigiem, non est, quare debeat restitui, cum
2 maiori in eo non succurretur. Ad id tamen dici poterit † filiumfamiliàs in castrensi peculio patremfamiliàs cẽseri, sed id diuersis causis & respectibus: quod enim is tali quærit peculio, sibi acquiri, & fit eius proprium, ita vt de eo libere testari & disponere possit: sed non sequitur, si lęsus sit, non
3 debere ob id restitui. Nam † cum verè minor annis sit, hoc solum attendetur, an lęsus sit. Quòd etiam in tali peculio iudicetur paterfamilias, idest in eius fauorem introductum, quia suo labore quæsiuit, non debet igitur in illius odium contorqueri, vt restitui non debeat: & ideo disponit lex restitui debere, quasi in proprio sit captus patrimonio. Ex his etiam causis, ex quibus in re peculiari filijfamiliis restituuntur posse & patrem quasi hæredem nomine filij post obitũ eius restitutionem impetrare, certum est, vt est notatum in principio eiusdem §. Pomponius. Sed inhęrendo ei textui,

decla-

Source : BIU Cujas

3 declaranda est hoc modo mens eius §. vt † possit restitutio a patre implorari, vbi is filio in peculio vt hæres successit: tunc enim eam ex filij persona impetratur, vt est in illo §. Pomponius. Quod si pater hæreditatem filij iure peculij occupauerit, restitutionem non obtinebit, l. 3. §. sed vtrum. c. ti. de minor. hoc quippe ordo & rei series exposcere videntur. Facit autem ad hanc rem, quod dictum est, patrem posse iure peculij hereditatis facere occupationem. Nam olim filio mortuo obligabatur pater tam de peculio profectitio, quàm aduentitio, & intra annum de vtroque tenebatur, vt est in tit. ff. quando actio de pecu. est annalis. Quòd si iure peculij castrense occupauerit, incipit post mortem assumere vires profectitij peculij, & ita etiam teneretur intra annum: secus vbi ad tale peculium vt hæres, aspiraretur, vt in l. pater qui castrēse. 2. ff. de pecu. Hodie verò quum indistinctè occupet vt hæres in castrensibus & aduentitijs, seu quasi castrensibus, non tenebitur actione de peculio, sed ciuili seu Prætoria.

Vtrum seruus in his, quæ dominum vel se contingunt possit restitui?

SVMMARIVM.

2 *Seruus minor in his, quæ dominum eius contingunt, ob minorem ætatē non est restituendus, secus si ad ipsum seruum spectarent, aut libertatem eius respicerent.*

CAPVT CCXXII.

1 SEruus † minor in his, quæ dominum eius contingunt, ob minorem ætatem non est restituendus: secus si ad ipsum seruum spectarēt, aut si eius libertatem respicerent. Solet enim priore exemplo domini persona spectari, qui sibi debebit imputare, cur seruo minori rem commiserit. Quare & si per impuberem cōtraxerit, idem erit censendum, vt Marcellus libro Digestorum 2. scribit. Et si fortè libera peculij administratio minori seruo sit commissa, dominus qui maior est, ex ea causa non restituetur: & quod seruus ita gerit, voluntate domini gerere intelligendus est. Hoc verò magis apparebit, si de institoria actione sit quæstio, aut si proponatur maiorem 25. ann. negotium aliquod gerendum minori mandasse, & illum in ea re deceptum esse, quæ omnia describuntur in eadem l. 3. §. seruus. & l. seq. ff. de mino. cuius legis mentem iam obiter attigimus. Est enim domino adscribendum, cur hunc minorem suis addixerit negotijs, & maiorem potius non præfecerit: quare frustra decerneretur restitutio domino, si non ex illius persona, sed serui minoris esset impetranda, cùm non serui, sed domini agatur negotium. De hac re habes tex. in l. si tamen, eod. tit in quo disponitur: Si tamen is seruus fuit præsens, cui fideicommissaria debebatur libertas, & captus fuit, cùm in rem ei mora fit, poterit dici Prætorem subuenire oportere; quia de eius libertate tractetur: & ex persona sua restituetur. Nec aduersabitur, si dixeris, hoc solùm debere attendi in restitutione concedenda, si cum minore aliquid gestum sit, & si ac institor contraxerit: quia quod dicitur, debere gestum spectari, intelligitur de re quæ cum cōcernit, in qua sit læsus. In hac verò, quam nomine domini tractauit, nihil damni aut vtilitatis assequitur sed totum id refertur ad dominum, cum quo potius gestum est, & ei, qa maior sit, per restitutionem in integrum non subuenitur. Et hæc est vera declaratio ad eum §. seruus, cum duabus legibus sequentibus.

Minoribus subuenitur per restitutionem, cùm interest ipsorum litibus non vexari.

SVMMARIVM.

1 *Minoribus per restitutionem subueniendum cùm eorum interest litib. non vexari, exemplis praxi per accommodis probatur.*

CAPVT CCXXIII.

1 MInoribus etiam † 25. annis subuenitur per in integrum restitutionem, non solùm vbi de eorum bonis aliquid minuitur, sed etiam cum interest ipsorum litibus & sumptibus non vexari l. minoribus 25. annis. ff. de minorib. quem articulum memini me superiore loco attigisse, vbi eum casum excussimus, An possit minor restitui, si inuentarium non confecerit, quòd etiam consimili exemplo adaptari poterit, vbi locupletem is hæreditatem adijt, quæ tamen sit implicita, & inuoluta debitis: poterit enim is restitui, si se ab eo nexu desideret extricari, l. quia poterat. ff. ad Treb. & ob id à quibusdam existimatum est, non esse minorem aduersus transactionem restituendum, quia per eam finis litibus imponatur. Sed hæc eorum illatio, quod ad transactionē spectat, vera mihi non videtur: potest enim in transactione adesse ratio alia quare aduersus eā debeatur minor restitui, quam illa, quia non vexabitur minor litibus. Qui an ea in re verè loquatur planissimè intelliges ex his quæ diffusissimè attigimus, an aduersus transactionem debeat minor restitui, quo velim cōfugias. In ea autem l. minoribus, glossa ibi considerat exemplum, ne sumptibus vexetur minor; loquens de minore, q patri compromisit, vt restitui non debeat: qui tamen casus nihil ad negotium (mea sententia) accedit. Nam etsi admiseris, ex compromisso posse minorem restitui: tamen non est ea ratione, ne is litibus vexetur, cum per compromissum ipse a nulla lite eximatur, nec ex eius bonis aliquid decedat: immò solum in eo grauatur, vt de lite & controuersia cognoscat, ac declaret, quid ea in re sentiat. Quinetiam si id re tuleris ad compromissum, quod factum ab eo esset: nec ēt ei rei videtur hæc ratio conuenire: quia cum cōpromissum sit ad instar iudiciorum redactum l. 1. ff. de arbit. nonne per eandem litē grauabitur, ac si iudicio ordinario agitaretur negotium? quare non dicitur is in totum a lite eximi: vt exemplum illud glossæ superfluum iudicari possit. Glossa etiam in eadem l. minoribus. attulit exemplum in debito, etiam si id remisit, cum id sine molestia cōsequi minor nequeat. Sed non habeo, quo sensu & interpretamēto hoc expresserit. Nam si intelligit, minorem posse restitui, vbi debitum remisit, idest citra omnem dubitationē: quod adaptari non potest, cum is recepisset. Si verò eam loqui dicas, vbi de debito transegisset, iam eius sensu expenso agnosces, ab hoc intellectu eam dissentire, dicit enim inferendo ex textu. Eadem ergo ratione non restituitur contra transactionē. Adnectit demum, licèt multo magis erit in debito: quasi velit, quod de debito disponit, referre ad casum alium, q̄ est, vbi de eo est transactum. Nec video, quomodo possit id declarari, nisi probaris, hunc minorem pro vero debito portionē accepisse, cum tamen potuisset integrum assequi, si litigandum duxisset: quod tamen is noluit: quia esset ei cum homine rixoso & moroso agendum. Ad hæc afferendos probaui duos probabiles casus, plurimum huic negotio conuenientes & quos ego in praxi tractatos recordor, è quibus prior ordine hic inseretur: Quandoque apud Dolanum Senatum conquestos quosdam pupillos Pontarliasenses memini, quòd *Poncet du Molin* eiusdem loci incola, post patris eorum pupillorum obitum, & dum pupilli essent, infinitas lites his mouisset seq; tunc ita ab eo oppressos, vt consultissimum visum fuisset eorum tutoribus, pleraque debita, ac certi census præstationem, ad quæ is *du Molin* eis tenebatur, ipsi remittere: non alia ratione; nisi vt ab illius molestijs & morosis litibus extricarentur, & vt litiū anfractus vitarent, contra quam remissionē, ex tali vexatione præcedente causatam, restituit Senatus Dolanus eos pupillos, quæ omnino fuit concessa citra iniuriam. Nam etsi quandoque expediat a lite eximi, tamen si id fiat, & eò deueniatur per dolosas insidias, & quasi ad id adigente aduersario, æquum iudicabitur, vt, qui læsus est, restituatur. Fateor autem hoc exemplum non omnino quadrare & conuenire themati proposito, quod est, Posse minorem restitui, vbi ipsius interest nō vexari litibus, quia hic litem euitare voluit: sed saltem conducit ad hoc, q̄ si dolo & malignitate aduersarij ad id moueatur & inducatur, planè sit restituendus. Ea autem restitutio duplici ratione suffulta videtur, & quæ optimo iure concedi debeat: primum, quia hi enormiter ex tali cēsus & debitorum remissione læsi essent: tum quòd malitia aduersarij impellente hoc effecissent: qui nisi litibus implicari se vidissent non facilè ei renunciationi consensissent. Secundum exēplum referetur ad illustrissimum modernū principem Auraicensem: cui cum essent infinitæ lites ex successione patrui Philiberti Principis Auraicensis, & de illius bonis tam in Burgundia, quàm apud Senatum Delphinēsem in Francia, ac in plerisque alijs Galliæ tribunalibus litigaretur, vt secundùm diuersitatem locorum, & iurisdictionum erant contentiosa bona sita, factum est postmodum, vt instante domino de Longueuille Gallo, is illustriss. Princeps consenserit, vt processus, qui ventilabatur in Burgūdia pro bonis in ea regione sitis, remitteretur decidendus & terminandus ad Senatum Mechlienſem; quod postulauerat antea is de Longueuillæ, à quo proponebatur pleræq; suspi-

ciones

tiones penè aduersus omnes Dolanos Senatores. demum eo consensu sic præstito, & euocatione litis subsequuta, dū apud Senatum Mechlinien sem ea lis tractaretur, propositum est ab Auraicense Principe, sibi plurimum damni & Incommodi eo consensu accedere, & longè maius imminere, quòd ea sola lis, quæ primum in Burgundia mota esser, tractaretur Mechlinie: & tamen occasione aliorum bonorum ex eadem successione sui patrui prodeuntium & proficiscentium, ipse alibi in Gallia diuersis instantiis vexaretur: cum tamen ex bono & æquo (quia vna eademq; esset hereditas) omnis difficultas vnica contentione deberet tractari & terminari, vt ob id à Cesare imploraret duorum alterum sibi cōcedi: uel ut vniuersalis quæstio eius hæreditatis apud eundem Mechlinien sem Senatū dirimeretur; vel vt ꝫ consensum, sic ab eo præstitum, restitueretur. Fundamentum autem huius restitutionis erat, quòd consensus præstiti tēpore minor esset, & tali consensu non immodicè læsus. De læsione manifesta patebat: quia aliàs occasione vnius eiusdemq; successionis pluribus litibus inuolueretur: & ita locus esset illi regulę iuris, & præscriptæ conclusioni, Vbi interest minorem non vexari litibus, debere restitui. Hęc tamen restitutio adhuc hac tempestate nondum decisa est: sed in cuius concessione ego nullam difficultatem cognosco, quin plenè & absolute is restitutionem assequi debet, & ad Senatum Burgundum remittti eius processus decisio, quæ fiat à non suspectis iudicibus: frustra enim allegatur vniuersum Collegium suspectum, vt est iuris notissimi. Quod si maior pars suspecta sit, ita vt minor iudicare nequeat, tunc est in manu Principis, iudices alios committere, sed vt apud eundem Senatum iudicari debeat: quem oportet proba ratione de litis decisione cognoscere, quia in ea prouincia bona sint sita, vt est in l. fina. C. vbi in rem actio. & hoc satis docet, illum eo consensu maximè lęsum fuisse, qui ordinariā illam iurisdictionem, quę tam fauorabilis est, tam inconsultè, & suo non leui damno declinarit. Dices fortasse, etiam si huic restitutionem indulgeas, nō tamen cessabit ratio, ꝙ per eam restitutionem debeat eximi a litibus: quia quantūuis Senatus Burgundus de ea re cognoscat, tamen ceteræ lites, quæ apud iudices Franciæ discutiuntur. ibi semper tractabuntur. Sic aies, quid huic proderit talis restitutio in integrum, cum nullum ex ea dependeat litium sublenamen? Responderi tamen ad id posse existimo, semper ei plurimū vtilitatis exurgere; quia saltem coram eo Senatu Dolano litigabitur, vbi id longè commodius & opportunius efficiet, quàm Mechliniæ: cū in Burgundia suos testes habeat, & queuis alia instrumenta seu documenta, quibus est vsurus: quæ ibi erunt paratiora, quàm si in Flandria litigaretur ratione præstiti ab eo consensus. Præterea non debet considerari, ꝙ hac restitutione non cessabunt alię lites: quia solū est attendendum, an per eam restitutionem reponanturomnia in statum pristinū. Hoc autem per eam efficitur: & nisi sic restitueretur, ipse tali consensu plurimum læderetur: vt ego supra apertissimè demonstraui.

Subuenitur minoribus in interuentionibus, si se, vel suam rem fideiussorio nomine obligarint.

SVMMARIVM.

1 *Minoribus, se suamue rem fideiussorio nomine obligantibus, eatenus subuenitur, quatenus se circunuentos esse doceant.*

CAPVT CCXXXIIII.

1 SVccurritur † denique minoribus in interuentionibus, vt est, si fideiussorio nomine se vel suam rem obligarint, modò se circunuentos doceant: vt est in ea l. ait Prętor. §. non solum. ff. de minor. qui textus intelligitur a Barto. etiam si eū iudex idoneum approbarit. Satis enim secundùm eius doctrinam læsus minor præsumitur, qui pro alio fideiussit, cui dicto accedit vulgata ac trita illa paremia: Sponde, noxa prestò est. Nam qui pro altero fideiubet, pollicetur, quod præstare non possit, nempè alienam fidem. Fideiubetur enim pro eo, cui pecunia creditur: soletq; sępenumero accidere, vt fideiussor compellatur pecuniam creditori numerare. Fideiubetur & apud iudices de iudicio sisti: ita vt non comparente principali parte plectantur. Plinius aūt libro septimo hanc sententiam Chiloni qui in septem Sapientum calculo reponitur, attribuit, vt & has. Nosse se quenq; debere: Nihil nimiū cupere: Comitemque æris alieni atque litis esse miseriam. Hæc autem procedere intelligas, vbi pro alio fideiussit minor.

Si in rem suam fideiusserit minor, an possit restitui?

SVMMARIVM.

1 *Minori in rem suam fideiubenti beneficio restitutionis non subueniendum, quòd suam ille rem egisse præsumatur. Cui contrarium statuitur ab Authore nume. 2.*

CAPVT CCXXXV.

1 NVnc videamus, qui censeri debeat, si is in rem suā fideiusserit. † Quòd autem hoc casu restituēdus non sit: facit, ꝙ hic suum egerit negotium: vt admitti debeat, necessariam eam fideiussionem extitisse ad quod arridet l. de die. §. qui mulierem. ff. qui satisd. cog. vbi text. prę mittit regulam. Qui mulierem ad satisdandum adhibet, cauere non videtur. Sed nec miles, nec minor annis 25. probandi sunt: nisi hæ personę in rem suam fideiubeant, puta, pro suo curatore. Quidam aiunt, etiam si a marito fundus dotalis petatur, in rem suam mulierem fideiussuram. Mea† autem est opinio, etiam si in rem suam minor 2 fideiusserit debere tamen restitui, modò se circunuentum docuerit. Moueor autem ad id regula generali, per quam disponitur. Debere minorem læsum restitui. Nec aduersatur, ꝙ in rem suam is fideiusserit; non enim ex eo sequitur, ergo restituendus non est, si maximè veritatem intueare, solet quippe admitti, vt curatore consentiente cōtrahat, aut actū alium gerat: & tamen, si ex eo læsus sit restituitur, cum nihilominus de re sua tractarit: & hoc expressè deciditur in eo §. non solum. Mihi aūt semper videtur succurrendum, si minor sit, qui fideiussorio nomine se, vel suam rem obligarit, modò is se circunuentum doceat. Sic igitur restituitur minor in interuentionibus, si fideiussorio nomine se vel suam rem obligauit. & ex predictis rationibus credo, eam sententiam bene & optime fundari posse.

In iudiciis minor restituitur, siue agens, siue defendens captus sit.

SVMMARIVM.

1 *Minori in iudicijs siue agenti siue defendenti subuenitur, si læsus aut circunuentus esse videatur.*

CAPVT CCXXXVI.

1 SEd † & in iudiciis ei subuenitur, siue dum agit, siue dum conuenitur, captus sit, vt est in ea l. ait prætor. §. non solum. Pro cuius §. declaratione afferam ego aliquot notabilia exempla, mirè ad eius mentem conuenientia: quos casus memini a Senatu Dolano determinatos & decisos. Exhibuerat minor supplicē libellū, in quo ab eo narrabatur, a se prius ꝓcessum intentatū, & accessisse litis ꝓtestationem: qua facta, repertus fuerit libellus, ab eo in ea causa productus, omnino incertus, obscurus, & inadmissibilis: qui cū vereretur, ne in decisione causæ hunc refutandū iudex duceret (quales sunt in eo eius partes, vt est doctrina Bar. in l. 1. ff. de offic. assess.) petebat se restitui in integrū ad eius libelli emendationē post litem ab eo contestatam. Itaque ſm eam, quā præmisimus conclusionem, Minori in iudiciis subueniri, fuit ad eam correctionē admissus minor: sed hac lege, vt teneretur ꝓfessus retardati expensas persoluere, ac quasuis alias, quæ legitime essent: prius tñ, quā indulgeretur restō, visus fuit officio iudicis is libellus, vt agnosceret, an talis esset in eo defectus, qđ fit in minorū subleuamen a quibus qñq; petitur restitutio, cum tñ non sit necessaria: quia nihilominus bene censeam, & admittā, non esse requisitā eā libelli uisionē, & imputandū minori, restōnē impetranti, si aliter, quàm sit, exprimat.

Contra omissionem facti, quod necessariò in libello inseri deberat, minor restituitur: puta, ꝙ aduersarius hæres esset, vel is fundū detineret, aut ꝙ fundus à suis maiorib. processisset.

SVMMARIVM.

1 *Minori contra omißionem alicuius facti libello suo necessariò inserendi, succurritur, vt appellet, etiamsi intra diem a lege, uel statuto municipali præstitutum non appellauerit.*

CAPVT

CAPVT CCXXXVII.

MEmoria etiam teneo, restitutum quendam minorem, qui in libello non deduxisset factum, quod mirè illius intentioni deseruiebat: factum aũt articulandum erat tale. Eius aduersam partem hęreditatem esse vniuersalem: quod expediuisset omnimodo deducere. Omiserat & minor alter eodem libello proponere, illũ cum quo contendebat, adhuc de præsenti fundũ detinere: cuius tñ explicatio ad obtinendã sententiã esset omnino conueniens. Accedit ẽt, vt minor iure retractus, & proximitatis domũ repetens, nõ narrasset in libello, eã domũ ab antiquis suis prouenisse, & esse, quod vocamus apud nostrates antiquum hæreditagium (tali enim termino vtitur consuetudo Burgundiæ.) In quo fuit minor restitutus ad eius facti prætermissi positionem: puta, q̃ domus a suis prædecessoribus processisset, ob cuius qualitatis omissionem scio ab eodem Dolano Senatu infinitos ab instantia actoris absolutos, cũ non aliàs retractui proximitatis locus sit, nisi fundus fuerit antiquus, & qui non sit a defuncto, qui eum possederit, emptus. Horum aũt omnium ratio desumitur ex ea conclusione, quam præmisimus, Minori subueniri in
1 iudiciis. Si † denique intra diem, a lege vel statuto municipali præstitutum, non appellauerit minor, succurritur ei, vt appellet, per l. & si fine. § item si non prouocauit, ff. de minor. vbi dicitur, Item si intra diem non prouocauit, subuenitur ei, vt prouocet.

Si secundum municipalem Burgundiæ legem minor a sententia in eum lata non appellarit, nec sit protestatus se appellaturum prius, quam à iudicio discederetur, vt exigit statutum, an contra id poterit restitui.

SVMMARIVM.

1 *Minor, lata in se sententia, non appellans, aut appellaturum se protestans, apud Burgundos etiam contra municipalem eorum legem restitutionis auxilio iuuatur.*

CAPVT CCXXXVIII.

1 QVi textus plurimum confert ad declarationem statuti Burgundiæ: per quod est dispositum † vt qui cõdemnatus fuit a iudice, siue definitiuè, siue per interloquutoriã, teneatur statim, lata sententia, p se, vel suum procuratorem appellare, aũt de appellando protestari, si sibi appellare expediens agnouerit: aliàs postmodũ repellitur, ne appellet, cũ ei non satisfecerit solennitati. Si enim minor hoc non cõpleuerit, restituetur: & ita quosdã pupillos & minores vidi in eo restitutos. Obiicies fortasse in eam rẽ notandos esse plurimum minores, qui tã crassè & supinè statuti formã non obseruarint: a quibus allegari nõ potest ignorantia, quia probabilis non sit. Sed id in maiore, non aũt minore procedere censeo: cui læso subuenitur, vt latè docuimus in articulo ignorantiæ, quem suprà examinauimus. Sic minori, qui non prouocauit, aut nõ est de appellando protestatus, succurritur, vt prouocet: quod est: qa minori in iudiciis lex adest. Glossa tñ in eo §. itẽ pro ratione dubitandi affert hac in re l. fin. C. in quibus caus. restõ non est necess. vbi statuitur, ipso iure in minorem non currere tps a lege præstitutũ. Si igitur non currat tẽpus, quid est opus restitutione in integrum? Tandem, resoluendo contrarium, asserit esse speciale in istis tẽporibus, vt currant: quia per ea firmentur iudicia, ut est in §. pupillus. in Authen. de hæred. & Falc. & l. properandum § fin. C. de iudic. id enim est ob rei iudicatæ authoritatem, vt in l. si fideiussor. § in omnib. ff. mãda. tanta est rei iudicatæ vis & energia, argumento l. seruo inuito. §. si prætor. ff. ad Trebellia. Cuius glossæ sentẽtiam ego sequor, quod vera sit, & in huiusmodi subtilitatibus admodum expedita: quam iam primum probandum duxi, vbi examinaui articulũ, Quę præscriptiones hodie contra minorem currant: quo loco annotatum a me reperies, l. fina. C. in quibus causis restitutio in integrum non est necessaria, non procedere in præscriptione iudiciorum, puta in tẽpore instantiæ: vt in ea l. properandum, circa finem: nec ẽt in tempore interponendæ appellationis, per §. 1. in Authẽ. de appellationibus, & intra quę tempora. & l. 1. C. si sæpius in integrum restitutio eadem ratione de tempore prosequẽdæ appellationis, vt per Bar. in l. fin. C. si aduersus rem iudicatam & est textus expressus in §. 1. in Authen. de appellationibus, & intra quæ tempora. quod eadem ratione procedit in quibusdam dilationibus a iudice concessis, vt in eadẽ l. & si fine. § pen. ff. de minoribus. & cũ appellauit minor, si petat se restitui, vbi certũ esset, ei expediuisse appellationẽ omittere, nihil aliud erit ab eo deducendum & probandũ, quàm q̃ non prouocauerit, & ita sit læsus: pdidit tñ appellandi beneficium, argu. eius l. si minor. §. 1. ff. de minoribus.

Vtrum tempus prosequendæ appellationis in minorem currat?

SVMMARIVM.

1 *Minori prosequendæ appellationis tempus non currit, vbi is in iudicio indefensus fuerit.*

2 *Restitutio ad appellandum vtrum coram iudice a quo vel ad quem expostulari expediat.*

CAPVT CCXXXIX.

1 DVbitauit glossa in l. fi. C. si aduersus rẽ iudic. vtrũ † tempus prosequẽdę appellationis minori currat, cũ in oppositum scribat facere l. si præses. C. quo & quando iudex. vbi sententia cancellationis actorũ vel desertæ appellationis non potest aduersum minorẽ indefensum ferri. Si ergo non possit talis sententia pronunciari, benè sequitur ut tẽpus desertę appellationis in minorẽ non detur. Quod obiectum Bar. hoc modo resoluit in l. fin. C. si aduer. rem iudic. vt si minor tutorem non habeat, tunc non currant in eum appellationis tẽpora: vt est in ea l. si præses. neq; enim (qđ ibi text. ait) debet adultis nocere, quicquid eo tempore statutum est, quo defensione iusta & curatorum auxilio fuerunt destituti: sicut ẽt talia tẽpora in absentem & ignorantem nõ cõpetunt, cũ a tempore scientiæ computentur, vt in l. ab eo. C. quomodo & quan. iud. Si verò minor defensus esset, & non appellarit, aut appellationẽ non sit prosecutus, tunc currere tempora, in quibus terminis asserit glo. loqui. Cęterum aduertit, per horum tẽporum lapsum minorem ab integra cã excidere, & ita maximo incõmodo affici: qui tñ existimet, iudicij fauorem requirere, vt ea tempora labantur, tñ postmodum restituatur, ut in §. pupillus in Auth. de hæred. & Falc. Hæc ipse, a quo mea sententia tali doctrina excussus est verus sensus eius l. si præses. quia tex. ille loquitur, vbi adulti curatores non haberent, ẽt q̃ ab ipsorum adiutore omissa fuisset appellatio: tunc enim non potuit declarari deserta appellatio, nec in ipsos tẽpus cucurrisse, cũ hi defensione iusta carerent. ergo si ab oppositio sensu eũ tex. induxeris, si eis curatores essent, curreret tps introducendæ & prosequendæ appel
2 lationis. Solet † ẽt examinari in ead. l. si præses. vbi petitur restitutio ad appellandũ, an sit expostulãda corã iudice a quo, vel ad quem. Tutius aũt est, confugi ad iudicẽ ad quem: etsi non inficior, a iudice a quo posse cõcedi, modo is sit ordinarius. quod amplè discutitur a Bar. & Alex. in l. si vt proponis & l. 1. C. quomodo & quando iudex. vbi exquirit eã difficultatem de causa nullitatis, vtrũ deuoluatur ad iudicem superiorem, vel si eam iudex a quo tractare possit.

Censeatur num læsus minor ex hoc solo, quòd non appellarit? vel an desideretur, vt is probet sua interesse, q̃ appellari ab eo oportuerit?

SVMMARIVM.

1 *Minor citatus etsi judicio non adfuerit, nec termino ad comparendum præstituto comparuerit: tamen restitutionem impetrare potest.*

CAPVT CCXL.

QVæritur etiam a Bart. in prędallegata l. & si fine. sub eod. §. item si non. vtrum sit minor læsus, quia nõ appellarit? an verò probare debeat, sua interesse, q̃ appellet? Quem articulum iam vtcunq; suprà excussimus, vbi ad id tu confugere poteris. Solet etiam in eremodiciis minori subueniri: puta, si ob eius absentiam peremta esset instantia: vt est in eadem l. & si fine. §. fin. Opus est autem hoc casu restitutione, cum dilationes iudiciales & legales in minores currant, vt suprà annotatum vidisti
1 † & ita si minor citatus iudicio non affuerit, nec in termino, ad cõparendũ præstituto comparuerit, poterit restitutionem impetrare: quod fusissimè declarat Bar. in l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis cautio.

Minor, qui contra sententiam restitutionem est assequutus, censetur aduersus eiusdem sñiæ executionẽ restitutus.

SVMMARIVM.

1 *Minor contra sententiam restitutus, etiam aduersus eius executionẽ intelligitur restitutus, etsi de executione nulla sit facta mentio.*

Improbatur

Source : BIU Cujas

2 *Improbatur gloſſa l.1.C.de prædijs minorum. & verus eius ſenſus explicatur num.3.*

4 *Contra caſus fortuitos minor non reſtituitur, niſi aut ſordes, aut euidens gratia tutorum ſeu curatorum hoc inducat, & de ea doceatur.*

CAPVT CCXLI.

1 SI † reſtituatur minor aduerſus ſententiam, contra ſententiæ executionem reſtitutus intelligitur, etſi de executione mentio facta non ſit: quod ēt procedit, re eius vendita, vbi maximè ex tali venditione magnum ipſi damnum & incommodū immineret: vt eſt in l.ſi ex cā.ff.de minorib.vbi diſponitur, pecuniā ex cauſa iudicati ſolutam, eſſe minori reſtituendam. Quinimò ſi magis ipſius interſit, potius habere corpora, id ei permittetur, vbi graue eius eſſet damnū, qui eſt caſus admodū notabilis. Dubitationē tamen ea in re promouere poterat, quòd tali caſu ex iudicati cauſa minoris pignora capta eſſent & diſtracta, vt rei iudicatæ authoritas impedire retractationem deberet: aut ſaltem id operari, vt ipſa corpora non aſſequereť: tñ contraria opinio eſt longè verior: quæ vel hoc vno confirmatur, ꝙ effectus reſtitutionis ſit, omnia in priſtinum ſtatum reponere; vt cum aduerſus ſententiam ſit minor reſtitutus, æquum iudicari debeat, vt quæ interim diſtracta ſunt reuocentur. Præterea adiicitur in his temperamentum, vt ipſa corpora iā diſtracta habere non debeat, niſi is graui dāno afficeretur: id aūt eſt, quia pignus ſit Prætorium, ſeu Iudiciale, & ea ratione gloſ. in l.ſi ex cauſa, tutatur, pignus conuentionale, ꝙ a minore datum eſt, poſſe vēdi, & minorem, ēt ſi leui incōmodo ſit eo caſu affectus, reſtituendum, per l.1.C.de præmi. in qua è diuerſo diſponitur, requiri in pigno-
2 re Prætorio, ſeu iudiciali grauem læſionē. Hæc glo. ego † verò exiſtimauero graue damnum vtroq; caſu deſiderari; ad quod moueor per l.pen.ff.de min. vbi ſi res pupillaris vel adoleſcentis diſtracta fuerit, quā vendi lex nō prohibet, valet venditio. Cæterum vbi graue damnū pupilli vel adoleſcentis verſaretur, ēt ſi colluſio non interceſſiſſet, talis diſtractio per in integrum reſtitutionem reuocaretur, qui textus cum generaliter de re minoris vendita & diſtracta loquatur, nōne ita poterit declarari, vt de pignore conuētionali loquať? Quid denique mouit gloſſam aſſerere, pro pignore conuētionali, ēt ſi modica ſit læſio, poſſe minorem reſtitui: cum exploratum ſit, ob modicum damnum reſtitutionem non
3 competere? l.ſcio ff.de in integr.reſtitut.minor. nec † eā iuuat l.illa 1.C.de prædiis minor. cum ſi eius ſenſus verè excutiatur, agnoſces ēt referri ad quoduis pignus poſſe: hēt enim is textus. Venditio prædij, quod de iure pignoris, vel in cauſa iudicati captum & diſtractum eſt. Potuit aūt duci gloſſa, ꝙ in fine is textus de reſtitutione loquens, dicat minorem contra eam pignoris alienationem reſtitui poſſe: ſed id eſt ſecundùm textus alios intelligendum, maximè vbi graue damnum immineret. Quod ſi acceſſiſſet in vēdendo pignore colli uſio, etiam ex cauſa iudicati, ſufficeret eo caſu leue damnum ad reſtitutionem obtinendam: vt eſt in l.& ſi ſine §.idem faciunt ff.de mino. ſub illis verbis. Nec ſi bona fide diſtrahantur. & ad id conducit l.quòd ſi minor. §.non ſemper.eo.ti ff.& l.ſancimus.in prin. C.ad Treb.iunct. l.cū plures.§.1.ff.de adminiſtr.tut. hoc aūt efficacius probatur in eo
4 verſi. Idem faciunt. vbi præmittitur regula, Non † reſtitui minorē contra caſus fortuitos, niſi aut ſordes, aut euidens gratia tutorum ſeu curatorum hoc inducat, & de ea doceatur. ad quod ēt facit l.fin.C.ſi aduerſ.ven. Hoc autem ſupra iam excuſſum a nobis fuit, vbi licuit examinare articulum, Vtrū contra pignoris venditionem minor reſtituatur?

Vtrum ſit minor reſtituendus qui precio habito, ſe in ſeruitutem redigi eſt paſſus?

SVMMARIVM.

1 *Minor, qui primum liber fuit, ſi iugo ſeruitutis accepto precio ſubijci ſe patiatur, non reſtituitur, quia ſit in totum eius ſtatus mutatus, ex ſententia Papiniani: quæ vera approbatur, & nu.4.*

2 *Res quæ ſtatum mutat, reſtitutionem non capit.*

3 *Minoris, qui ſeruus, interueniente precio, factus eſt, & arrogati diuerſitas quę ſit?*

5 *Capitis diminutio tripertita.*

CAPVT CCXLII.

1 PApinianus ait, ſi † minor annis 25. maior autem 20. ſe in ſeruitutem venire patiatur, eum, ſi preciū
2 aſſequutus eſt, non ſolere reſtitui. & hoc meritò: quoniam † res non capit reſtitutionem, cum ſtatum mutat, quod notatum reperies in ea.l.ſi ex cauſa. §.Papinianus. ff. de minorib. Contra quam concluſionem pro dubitandi cauſa affertur in oppoſitum l.3.§. ſi quis minor. vbi ſi minor annis vigintiquinque ſe arrogandum dederit, & in ipſa arrogatione circunuentum ſe alleget, poterit ex eo reſtitui: & tamen per arrogationem eius ſtatus mutatus eſt, quia tranſiuit in poteſtatem patris arrogantis, vt in l.fi. C.de adoptionibus. Quæ obiectio ſic a Barto reſoluitur, verum eſſe, per arrogationem non mutari ex integro ſtatum arrogati: quia etſi tranſeat in poteſtatem patris arrogantis,
3 ſuiq; iuris eſſe deſinat: manet tamen liber homo. † quod ſe cus ſtatuitur in eo, qui cum liber eſſet, per precij participationem ſeruituti ſe addixit: quia liber eſſe noluerit: tunc enim eius ſtatus cenſetur in totum tolli ſeu perimi, l.cognitionum, in fi.ff.de variis & extraordi.cogni. Cui accedit, ꝙ Iure Ciuili introſpecto, ſeruitus morti equiparetur, vt in l. quod attinet.ff.de reg.iuris. quare meritò reiicitur reſtitutio cum is actus reſtaurari non poteſt: ad quod accedit l. liber homo.ff.de ſtatu homi. Ego verò coniiciebam, quandoq; tali caſu ſtatum non extingui, ſeu immutari: quia cum Iure naturali liberi omnes ſimus, ſitque Ius naturale immuta
4 bile, manebit eis perpetuò liber † Poterit tamen ad id reſpōderi, vbi propter precij participationem quis ſe venundari paſſus eſt, ſeruum effici: cum tamen liber ſecundum primæuum Ius naturale maneat: ſed qui ſecundùm Iuris Ciuilis diſpoſitionem gaudere effectu, qui a libertate reſultat, non poſſit. & hic eſt modus, per quē quis ſeruus efficitur. Putauerim etiam euerti poſſe, quod dictum eſt, Per arrogationem non mutari in totum ſtatum; quia liber maneat filius. Nam ſatis ea libertas cenſetur inutilis: quia cum prius ſui eſſet iuris, in alterius poteſtatem trāſierit, ita vt parte inconſulto, nihil poſſit tractare. Verum tñ erit, ſi cenſueris diuerſam eſſe rationem hoc caſu ab alio: quia per precij participationē, qui liber erat, ſeruus effectus eſt: & ita adſtrictus oībus ſeruitutis incommodis, vt quidquid acquirat, domino acquirat. Quod ſecus in eo filio arrogato ſtatuitur, cui ex tali arrogatione infinita adſunt cōmoda, quę deſcripta agnoſces in l.ſi arrogator.ff.de adoptionib. puta, in legitima ſeu quarta in bonis arrogantis aſſequenda, & qui nullo ſeruitutis nexui ſubiiciatur. Sed mirè obſiſtere præfatis videtur l.2.quæ eſt Pauli, ff.de in integrū reſtōne. vbi minoribus lapſis, & qui in captionē inciderunt, per reſtitutionem ſuccurritur, ſiue id per ſtatus mutationem, ſiue per iuſtum errorē euenerit. Si igitur ob ſtatus mutationē is reſtituatur, bene ſequitur, vt etiā reſtituendus ſit, cum ſe venundari paſſus eſt, maxime precedente precij participatione. qui textus eſt è diametro oppoſitus illi §. Papinianus. pro quorum concordia referunt paſſim Doctores eam l.2.loqui, vbi in totum ſtatus non mutatur, puta in arrogatione. Quæ ſolutio vera eſt, etiam ſi generaliter concepta ſit. Debet enim ita textus intelligi, cum non abſurda ſit ea declaratio: quia ſoleat fieri ſtatus mutatio, argument.l.fin.ff.de capit.dimi. vbi in ſimili conſideratur triplex capitis diminutio. Nam qui libertatē, ciuitatem, & familiam perdit, patitur maximam capitis diminutionem. vbi verò amittitur ciuitas, retēta libertate, media eſt capitis diminutio: cùm autem libertas & ciuitas retinetur, familia tamē mutatur, minimam capitis diminutionem patitur. Gloſſa ēt ſub eadem l.dicit, terminum mutationū eſſe largum, & lato ſenſu interpretandum. Velim tñ ad vnum cogites, quod eſt in eadem l.non ſolum. verſ.proinde.ff.de reſtitutione in integr. vbi habetur: Proinde ſi minor in ſeruitutem redigatur, vel ancilla fiat, dominis eorum dabitur non vltra tempus ſtatutum in integrū reſtitutio, ēt ſi minor, qui primùm liber erat, ſeruus fiat: quia ſe ad precium participandum vendiderit, vt ibi declarat gloſſa, tamē datur eorum dominis reſtitutio: nihilominus ſtatus fuit ex integro mutatus. ita ea reſtitutio ſeruis denegatur: dominis tamen, ſtatu mutato, conceditur. Sed dicas, reſtitui ad id dominum, vt bona huius, qui minor erat, ad eum redeāt cui primum forent quæſita: ad quod facit l.2.& l.tutelas.§. ſi libertate.ff.de capi.diminut. Sic minor, qui primum liber fuit, ſi ſe in ſeruitutem venire patiatur, non reſtituitur, quia ſit in totum ſtatus mutatus. & ita reſtitutio non competit, vbi ſublatus eſt ex integro actus, ob quem petitur.

Si minor, aliquo mandante, adminiſtrauerit, aliudue geſſerit, vtrum reſtitui poſſit?

SVMMARIVM.

1 *Minor, patre mandante, aliquid inconſultè faciens in rebus paternis, auxilio reſtitutionis dignandus: ſecus verò ſi plus ei mandatum & erratum fuerit.*

§.*Sed*

Source : BIU Cujas

2 *§. Sed vtrum, in l. cum mandato. ff. de minor. vera mens extricatur.*

CAPVT CCXLII.

1 VId † si alicuius mandato minor administrauerit, aut quid aliud gesserit, & captus sit, vtrùm ob id poterit restitui? puta, si mandante patre incōsultè aliquid in paternis rebus egerit? Ad cuius decisionem habes l. cum mandato. ff. de minor. in qua disponitur locū esse restitutioni: si verò plus ei mandasset, cessaret restitutio: quia tunc ei potius vt maiori, quàm minori consuleretur, cuius damno & incommodo sit res cessura. Fertur tamen huic decisioni ob esse l. deniq; §. sed vtrum. ff. de minor. vbi minor filius familiàs etsi paterno iussu contraxerit, tamen aduersus talē obligationem restituitur, solo contractu mutui excepto: vt beneficium restitutionis, quod minori filio competit, ad omnem contractum non extendatur, nec porrigatur. Quarum ll. concordiā excutiens glossa in cad. l. cū mandato, sic dicendū censuit, patris iussum vno casu accessisse, & ita declarandū §. vtrū. alio verò solū mādatū, quē intellectū ego omnino diuinatiuū esse existimo. Senserunt alij, vtroq; exē plo diuersitatē inter paternā rē & peculiarē ꝑstitui. Crediderunt ēt quidā, l. cū mandato, procedere, vbi pater filio mādasset, vt is pro decē rē venderet, quæ tū valeret viginti: & hac causa filium quo ad expensas tantū restituendum. Sed & hæc declaratio cōfunditur ex eo, quòd l. cum mādato, generaliter & indistinctè loquatur, non habita aliqua consideratione expensarum. Sepositis igitur omnibus his glossę diuinationibus, dico, cū §. vtrum, si vt decet, expēdatur, nullo modo pugnare ei l. cū mādato. habetur enim in eo §. filiū familiàs ex his solis causis, quæ ipsis intersunt, posse restitui: vt est. si obligatus sit: quasi innuat tex. si causa eum non concernat, nec eius quouis modo interfit. frustra restitutionem desiderari. Ex qua interpretatione iam intelligis, leges istas nullo modo sibi aduersari: nam adnectitur in eo §. proinde. si patris iussu obligatus sit filius, pater vtique conueniri in solidum poterit, imò etiam filius: cùm & ipse possit, vel in potestate manens, vel emancipatus, vel exhāredatus, in id, quod facere potest (& quidē in potestate manēs, etiā patre inuito) ex condemnatione cōueniri: auxilium impetrare debebit, si ipse cōueniatur. Sic in eum casum restituitur filius: quia cū iussu patris obligatus esset, conueniri poterit in id, quod potens erat præstare. In ea verò l. cum mandato, satis innuitur, ex administratione rerum paternarum filium ledi non posse, imò esse incommodum in patrē cessurum: cui est adscribendum, quòd id exequendum filio mandasset: & ideo eodē loco abnegatur filio restitutio: quia iussu patris res eius tractasset. Cuius finalis ratio hęc esse potest: quia sic maiori succurretur via restitutionis, puta patri, de cuius negotio disceptatur: quod tamen nō fuit prętoris propositū: Potest & alio sensu declarari is §. sed vtrum, vt cùm textus habeat: Proinde † si patris iussu sit filius obligatus, debeat id intelligi, cū is rei suæ obligationem contraxisset, nō autem, vbi paterna negotia administrasset in quo tamen postremo casu specificè loquitur ea l. cum mandato. & hac causa passim lex talis intelligitur, vbi filius patris mandato, & vt eius procurator contraxisset, vt ob id sit à restitutione tepellendus. Quj mihi verus ad eam legem intellectus videtur: qui cùm ex Doctorum sententia esset difficilis, iam extricatus est redditus.

2 † si patris iussu sit filius obligatus, debeat id intelligi, cū

Possit num minor restitui, vt in executione sententiæ probet, quod expediuisset docuisse, vbi lis principalis agitaretur?

SVMMARIVM.

1 *Minor in executione sententiæ probaturus, quod in lite principali prætermiserat, ad eam probationem ex sententia iudicis admittendus est, quod in maiore non procedit: id tamen limitat num. 2.*

CAPVT CCXLIIII.

1 AN † autem minor per viam restitutionis admittatur in executione sententiæ ad probationem facti, de quo in principali lite non docuit? Verbi gratia. Si hæreditatis petitionem intentasset, concepto sub forma generali libello, quam formam præscribit Bart. in l. j. ff. de eden. expressis nihilominus ab eo rebus particularibus, quarum tamen ipse plures prætermisisset, nec omnes designasset. Cæterum si hic declaratus hæres fuerit, & pars aduersa condemnata ad hereditatis restitutionem, interim cum de sententiæ executione tractaretur, in hunc minorem obiectum est, quòd nihil aliud ex hæreditate assequi debeat, præterquam quod probasset: ab eo verò allegabatur de nouo, plures probationes adesse, & infinita testimonia, quibus sit edocturus; plures adhuc esse alias res hæreditarias, quàm eas quas specificasset, ita vt per restitutionē se admitti ad eam probationem petāt, quò plenè & ex integro omnem hęreditatem nanciscatur. Difficultas autem non est, quin planè is sit restituendus, modò summariè iudici constiterit, non fuisse res omnes hæreditarias probatas, & pleraſque ex his in libello non propositas: quæ ego in eo qui minor est, procedere censeo. Quòd si maior annis fuerit, non est aliquis scrupus, quin huic imputandū sit, cur nō vigilantius sibi in rerum hęreditariarum descriptione prospexerit: ita vt putem, à restitutione maiorē secludendū, nisi ad se de nouo superueniſſe documenta assereret: tunc enim iusta ea causa restitueretur. Posset tamen disputationis gratia defendi, non esse, quod ad thema assumptum spectat, restitutionem necessarium, siue in minore, siue in maiore loquamur: & esse vtrique via ordinaria satis consultum, per quā ad nouam earum rerum specificationem & probationem admittantur. Poterunt enim id in executione sententiæ prestare † quia cùm fertur in petitione hęreditatis sentētia, quod est vniuersale iudiciū, solet hoc ea contineri: Condemnamus talē, vt ab hæreditate desistat, & res hæreditarias restituat, secundum probationem de eis ab actore factam, & vt is in sentētię executione denuo eas res liquidabit. Quę forma liquidationis adijcitur, hac causa, quasi hic executionis ordo sit noua instantia, vt omnino nō sit à iudice hærendum probationi in prima lite factæ. Quo stylo in pronuncianda sentētia memini pleroſque iudices vsos, & ita obseruatum in causa cuiusdā Damicellę: quę cùm legitimam paternam à fratre petijſſet, atque ad eā præstandam fuisset is cōdemnatus, declaratum fuit postmodum, eius legitimę liquidationē ita posse fieri, vt primùm eliciatur ex probationibus factis in principali processu, quid eius intētioni conuenire possit: demum audiatur in executione sententiæ, volēs probare valorem bonorum paternorum, vt absolutè legitimam assequatur, ad quod non fuit ei opus aliquo extraordinatio remedio, sed vtendum via tantùm ordinaria, à qua opinione ego non dissideo, vbi maximè id cōtineret iudicis sententia. Nam cū per eā sit admissus ad eā liquidationem frustra aliàs in executione sentētiæ postularetur restitutio. Nec omnino est ea ferendæ sententiæ forma improbanda: quia non nisi difficulter, qualis sit legitima, sciri potest: & ideo primum à iudice excutitur, an sit debita: demū fit declaratio, debitā esse: soletq; postmodū adiudicari, vt per sententiæ executionem l. qui dabitur. Ego tñ hoc ita temperandū existimauerim, vt procedere nō debeat, si pendente lite, hic aliquid probare tentasset, ad cuius nouā probationē vellet admitti. Nam tunc immineret timor subornationis testiū, vbi maximè cuperet eosdē testes denuo repeti. Sed quia cōcepta conclusio potest ēt referri ad casus alios, quàm vbi petitur hęreditas, vel legitima bonorū, oportebit ei sententiæ, quam præmiſimus, hærere. Est aūt talis: Posse minorē restituī, vt probet in executione sententiæ, quod in lite principali prætermisit, pura, si expediuisset probare absentiam, ægritudinem, aut quid aliud, in restitutione necessum est effici: quia per sententiam sit ius aduersæ parti quæsitū, in cuius fauorem pronunciatum fuit: quia ea qualitas probata non extitisset, atque ita dicendum autumo.

Si cum edentata vetula minor matrimonium contraxerit, an contra id restitui possit?

SVMMARIVM.

1 *Minor, contracto cum edentata vetula matrimonio, licèt pœnitens restitutionem petat, tamen eam non assequitur ex sententia cum Speculatoris tum Authoris rationibus in textu adductis.*

CAPVT CCLXV.

HOc passu haud extra rē adijcietur non minus grata, quā faceta disceptatio, excitata à Specul. sub titu. de restitutione in integ. Si † matrimonium cum edentata vetula minor contraxerit, (his enim terminis ipse vtitur) demū huius matrimonij cum pœniteat, vtrum ex eo restitui poterit? & asserit non posse, argumen. cap. nuptiarum. 17. q. 2. & eorum, quę annotantur in l. sancimus. C. de nupt. & in cap. fina. 14. quæst. vltima. tum etiā, quòd hic matrimonium contrahendo, maioris personam induerit: est enim cuiuis masculo liberum, modò decimūquartum annum attigerit, ad matrimonium aspirare, capi.

de il-

Source : BIU Cujas

de illis.eẽ de deſpõſat. impub.& in l.3.C.ſi maior ſe maiorẽ dixerit. Exiſtimauerim tamen, defendi poſſe, reſtitui hunc debere: cum quo abnegare non potes aliquid fuiſſe geſtũ, ergo reſtituendum,arg.l.ait Prætor.ff.de minor.cùm tot tãtisq; locis, ad hoc propoſitũ ſuprà allegatis, illud maximè attendatur,an minor læſus fuerit. Læſum aũt quis inficiabitur,qui cũ minor annis ſit,ac nondum adoleſcentiæ tps expleuerit, deformem tamen & annoſam mulierem adciuerit,vbi expediuiſſet nõ ſolum pulchriorem, ditiorem,ſed ſuæ iuuentuti magis arridentem aſſequi: & cum eſſet viliſſimæ familiæ, infimo ortus,& obſcuræ propaginis, nobiliorem,& inſignioris nominis habere? Sed hæ rationes etſi prima manu aliquid momenti: quo in hanc eatur parte, habeant, nõ tñ eliduntcã Speculatoris opinionẽ: cui ego omnino hærendũ puto. Nã cum effectum & energia matrimonij è ſolo conſenſu pendeat, vt eſt in l.nuptias. ff.de regulis iuris.ſitq; talis conſenſus omnino capax minor, quare nõ cum hac vetula matrimonium legitimè cõtrahere potuit, vt in quo nõ eſt conſiderabilis defectus ætatis? loquitur enĩ Speculat.hoc caſu, vbi decimũquartum annũ exceſſiſſet. Quos igitur Deus coniunxit, homo non ſeparabit, quo argumento quæuis contrariæ & oppoſitæ rationes cõfutanť. Eſt enim huic omnino adſcribendum, cur tam imprudenter & inconſultè talem ſibi in vxorem delegerit: & verè læſus hac in re cenſeri nequit. Nam etſi hæc annoſior ſit: non tñ ſequitur,quin ſibi bene tali matrimonio cõſuluerit: cui forſitan magis expediuerit, ſe prouectioris ætatis vxori adglutinare q̃ iuueni: quod facilè procederet in minore, qui lubrico ætatis patrimonium ſuum diſſiparet: poſſet enim promptius ab ea dilapidatione reuocari, & ad meliores mores ac maturiorem frugem à muliere vetula, quàm iuuene reduci, Præterea ſi ꝺ conſummatum matrimoniũ indulgeretur reſtitutio,eſſet actus matrimonij inter eaſdem perſonas reiterabilis: quod tñ lex omnino abhorret, immò planè deteſtatur, cum ex eo exurgerent infinita ſcãdala. Vix.n. poſſet reſtitutionis cauſa deduci & agitari,niſi allegarentur infinita, quæ mariti & vxoris turpitu ſinem detegerent, cũ veriſimiliter vterque ſuam cãm niteretur tutari & defendere. Scis etiã, iuramento minorem à reſtitutione in integrũ excludi: quod eſt, quia Sacramentum liget animam, & ꝙ nequeat ſolui abſque ſalutis æternę interitu: vt eadẽ rõne ſit ſimile in matrimonio diſponendum, cum ſit (vt prædiximus) indiſſolubile:nec aliter retractari poſſit, niſi adſit fornicatio:vt eſt paſſus in Euangelio Chriſti, Excepta fornicationis cauſa. Quibus omnibus, rationibus ego in Speculatoris eo ſententiam.

Vtrùm contra religionis ingreſſum ſit concedenda reſtitutio in integrum?

SVMMARIVM.

1 *Minor religionem ingreſſus etſi ab ea denuo velit diſcedere, tamen ob id non reſtituitur.*

CAPVT CCXLVI.

1 EXcitatur etiam à Specul. in eadem Rubrica de in integ.reſtitutione,queſtio, Vtrùm † ſi minor religionem ingreſſus, demũ ab ea velit diſcedere, an id via reſtitutionis in integrum aſſequi poſſit? Tutatur aũt reſtitutionem reiiciendam, quia deludi aut decipi non dicatur, qui cum ſponſo ditiore contraxit,ar ca.ſicut.17.quæſtio.1.& in c.nunquam.de cõſe.diſtin.5. Cuius ſententiam ego omnino probo: ſed qui exiſtimen concludentiorem, quàm ipſe conſiderarit, afferri poſſe rationem. Eſt enim æquum, vt repellatur a reſtitutione: quia poſt religionis ingreſſum is probationis annũ habuerit, intra quem potuit expendere, an poſſet commodè religionis onera ſufferre,& ibi diutius habitare: vt eſt in cap.ad Apoſtolicam, extra de regula. ita vt poſtmodum ei ſubueniri non debeat, qui eſt actus omnino diſtinctus a cõtractu: nam ſtatim celebrato & perfecto contractu, qui fuit ab initio contractus voluntarius, efficitur neceſſarius, vt in l.j.§.ſi conueniat.ff. depoſi. quod non eſt ſimile in religionis ingreſſu,cùm poſſit intra annum ab hoc diſcedi. Nec videtur mihi prefata Speculatoris ratio concludere,ideo reſtitutionem reiici: quia cum ſponſo ditiore ita à minore contractum ſit: nam ẽt ſi minor cum potentiore contrahat, nõ tamen à reſtitutione repellitur,imò magis ei eſt ob id ſubueniendum.Niſi forteſſe tu dixeris, tali caſu ſponſam cenſeri Chriſtum,cum quo ſit à minore contractum per religionis ingreſſum, vt non debeat cenſeri deluſus minor. Manebit igitur ex his ſtabilita hæc concluſio, Minorem contra religionis ingreſſum reſtitutionem aſſequi non poſſe.

Quid ſi minor ſubierit iudicium, in quo maior reputatur, an poterit ex eo reſtitui?

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſorium iudicium momentaneum eſſe perhibetur.*
2 *Minor ſubiens iudicium, in quo pro maiore reputatur, a reſtitutione excluditur.*

CAPVT CCXLVII.

1 POteſt autem hoc thema referri ad poſſeſſorium iudicium † quod momentaneum eſſe dicitur, quam dubitationem promouet gl.in l.vnica. C. ſi de momen.poſſeſſiud.fuerit. & in l. cum lege. ff.de arbit.vbi paſſim determinatur, non eſſe locum reſtitutioni: aliàs nihil operaretur, ꝙ tali iudicio hic maior eſſet effectus. Putauit tamen Bertachinus in ſuo Repertorio,ſub verbo, Reſtitutio in integ.obeſſe ei deciſioni l.2. C.de his q
2 veniam ætat impetrau. è qua aſſerit deſumi† minori reſtitutionem competere, etiam ſi tanquam maior fuerit in iudicio admiſſus. Sed vbi eius legis mentem licuit examinaſſe, viſum mihi eſt,nihil ad Bertachini intentionem facere: qui potius cenſeam, oppoſitum eius, quod is ſenſit, ea l.probari. In ea quippe diſponitur, talem qui ætatis veniam impetrauit, & ita,vt maior, iudicio adeſſe potuit,non eſſe reſtituendũ. Quòd autem reſtitui non debeat vel ex eo confirmatur: quia cũ iuramẽtum minorem maiorem efficiat, ceſſat reſtitutio: vt idem ſtatui reliquis caſibus debeat, in quibus maiori iudicatur: aliàs fruſtra maior reputaretur.

Aduerſus commiſſum vectigal minor reſtituitur.

SVMMARIVM.

1 *Minor aduerſus commiſſum vectigal eatenus reſtituitur, quatenus ipſius dolus non acceſſerit.*
2 *Vectigal ipſa prædia, non perſonas reſpicit.*
3 *Pupillo commiſſi pęna remittitur, ſi intra trigeſimum diem vectigal intulerit.*

CAPVT CCXLVIII.

SOlet etiam aduerſus commiſſum vectigal minor reſtitui: vt eſt in l.ſi ex cauſa. §.ſi in commiſſum.ff. de minor. Cenſetur autem commiſſum vectigal tribus modis ſecundùm gloſſam in eo §. vt eſt, ſi profeſſionem omiſerit, at l.omnibus. C.de vectig. & commiſſ. Præterea ſi illicitas merces tranſuexerit,l.eorem.§.dominus.ff.de publica.vel ſi a vectigalis ſolutione ceſſarit,l.Im
1 peratores.ff.de public. Sed hoc ita eſt aſſumendum,† ꝙ aduerſus commiſſum vectigal ſit reſtituendus,ſi non dolus ipſius acceſſerit: alioquin ceſſabit reſtitutio. Quòd aũt in cõmiſſum incidat res minoris,apertè probatur in ea l.Impera
2 tores, in princip.in qua diſponitur, in † vectigalibus ipſa p̃dia,non aũt perſonas conueniri: & iõ poſſeſſores pręteriti tẽporis debere ſoluere vectigal: ſic cum ad rẽ confugiatur, fruſtra habenda eſt perſonę minoris conſideratio. Affertur tñ in oppoſitum à gloſſa,& Bar.in eo §.ſi cõmiſſum l.Impe
3 ratores, in §.fin.ff.de public.vbi † pupillo commiſſi pęna remittitur,ſi intra trigeſimum diem vectigal intuliſſet. Quòd ſi intra dies triginta admittatur,ergo verũ non eſt,vt abſolutè in cõmiſſum incidat minor. Quem textũ gloſſa reſoluẽs refert §.ſi cõmiſſum,loqui in adulto,& cã l.Imperatores,in pupillo,qua doctrina nihil,me iudice, eſt ineptius:quia cũ principaliter in cõmiſſo res,non perſona, ſpectetur,non eſt veriſimile,vt magis vni, q̃ alteri lex fauere voluerit:& vt admittit pupillus intra dies triginta, ſic etiam qui adultus eſt. Quare mihi magis placet poſterior gloſſæ intellectus: quẽ etiam eſt ſequutus Bart. vt intra dies triginta minor aduerſus vectigal commiſſum ſit ipſo iure tutus:poſt verò tale tps debeat reſtitui.& hoc apertè deſumitur ex eo §.fin.vbi pęna cõmiſſi remittitur, ſi intra diẽ trigeſimũ vectigal intuliſſet.

Contra libertatem minori à Prætore non ſubuenitur.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio aduerſus libertatem minori non indulgetur, ſed vtilis in factum actio,in id, quòd minoris interfuit non manumitti.*

Reſtitu-

2 *Restitutio aduersus libertatem non competit, nisi magna causa subsit, quando autem magna causa subesse dicatur, vide num. 3.*

4 *Restitutio in fauorem libertatis reijcitur, & alia via minoris indemnitati consulitur.*

5 *Discutitur sensus l. verum §. sed & nomine. ff. de minorib. & impugnatur ad hanc l. Bartoli sententia nu. 6.*

7 *Restitutio aduersus libertatem competituram, non iam competentem, & in alium translatam minori conceditur.*

CAPVT CCXLIX.

1 Aduersus † libertatem minori à Prætore non subuenitur, nisi ex magna causa fuerit id à Principe consequutus: sed de dolo, seu vtilis in factũ actio in id quod minoris interfuit, non manumitti, ei dabitur: proinde quicquid hic haberet, si non manumisisset, hoc ei præstabitur. Quæ omnia tractãtur in ea l. si ex causa. §. fina. cum duabus ll. quæ sequuntur. ff. de mino. puta, minor 20 annis maiori seruum hac lege vendidit, vt eum manumitteret: non restituetur contra eam venditionem minor. Potest & sensu alio declarari, si per metum seruum manumisisset, vt est in l. metum. 3. §. idem Pomponius. ff. qũ metus causa. ibi enim habetur, Pomponium putasse, serui manumissionem, vel ædificij depositionem coactè factam, ad eius edicti restitutionem esse porrigendam: & tali casu agitur & concludit à minore ad interesse; quia libertatem reuocare is nequit, l. eleganter. in princ. ff. de dolo. quod est potissimum in libertatis summum fauorem introductum
2 † quare is textus reiicit restitutionem nisi ex magna causa eam Princeps concesserit. Nam & si Princeps hoc viderit expedire, appellabitur à sententia pro libertate lata, vt in l. sciẽdum. ff. de appel. rec. eadem ratione, vt detur restitutio
3 contra libertatem à minore concessam. Magna † autem causa iudicabitur subesse, vbi libertas serui ad euersionem totius domus minoris pertineret, argum. l. fi. in fine. ff. de offic. præsidis. vbi cum præses cognoscit de corrupto seruo, vel ancilla defiorata, aut seruo stuprato, si actor corruptus esse dicatur, vel eiusmodi homo, vt iactura non solùm aduersus substantiam, sed ad totius domus euersionem pertineat, seueriss̃imè erit à præside animaduertendum. Et ita si seruus manumissus à minore talis esset, vt eius opera omnino egeret minor, disceretur subesse iusta causa, ob quam Princeps possit moueri, qui minori restitutionem contra libertatem
4 ab eo concessam indulgeret. Reiicitur † autem restitutio (vt præmisimus) in fauorem libertatis, & alia via minoris indemnitati consulitur: puta, de dolo seu vtili in factum actione. In seruum autem liberum effectum, nomine earum rerum, quas dominicas manumissus supprimebat, competũt actiones ad exhibendum, & furti condictio: videlicet quãdo & manumissus eas contrectabat, vt est in l. verum. §. sed & nomine. ff. de mino. in quo postmodum adiicitur. Cæterum †
5 ex delicto in seruitute facto, domino aduersus eũ post libertatem actio non competit. Qui duo textus videntur primo iudicio contrarij. In vno enim dicitur, competere aduersus seruum manumissum actiones ad exhibendum, & condictionem furtiuam pro his rebus, quas, cum seruus esset, suppresserat: & tamen disponitur in versic. cæterũ, ex delicto in seruitute facto, actionẽ post cõcessam libertatem
6 non dari. Quam † difficultatẽ visus est tacitè enodasse Bartolus in summario, quod affert ad eum §. sed & nomine. vbi ait, in eo probari, aduersus manumissum cõpetere in rẽ actiones pro rebus in seruitute distractis non ãtem actionẽ ex delicto: quasi is velit, actionem ad exhibendum & cõdictionem furtiuam delictum sapere, in quo mihi non placet eius intellectus: quia verum sit, cõdictionem furtiuam furtum & contrectationẽ præsupponere, & inde ex eo delictũ deriuari, vt in l. j. ff. de condic. furt. Per quæ intelligis, quã à remotis, & per tenebras ipse hac in re perspexerit. Quare verior mihi videtur hæc enodatio, vt §. sed & nomine, intelligatur, vbi non attenditur contrectatio, & suppressio rei, à seruo facta, dum is seruus esset, sed posterior eius rei contrectatio post manumissionem. Et hoc satis indicat is textus, vbi adiicit: videlicet, quando & manumissus eas ꝓtrectabat. sic ibi agitur de delicto cõmisso post seruitutẽ: & non oberit ei declarationi §. cæterum, in quo quæstio est, vbi est delictum cõmissum à seruo, dum seruus esset. & hic à me iudicatur verior ad eos textus intellectus, & nodus ille vel im-
7 peditissimus apertè extricatus. His vnum adiicies † aduersus libertatẽ iam competentem, & in alium translatam, minorem non restitui, sed contra cõpetituram secus esse. Casus autem hac in re ita lege effingitur: Si minor annis viginti quinque, maior tñ viginti, hac lege vendiderit seruum, vt manumittatur, verũ erit, vt si ante desideret, se restitui prius, quàm libertas competat, restituendum, postea verò reiicidum: qui casus est in l. verum. §. quod si minor. ff. de minoribus. Et hæc materia est aptè excussa in l. j. & quasi penè totum tit. C. si aduersus libertatem. ad quam poteris confugere: quam ego aliter declarandum non probaui, ꝙ hac tempestate rarò talia exempla in praxi accidant, qui tamen prę tereundam eam non putauerim, quòd est in l. fin. C. eodem titul. si aduers. liber.

Aduersus sententiam, qua quis liber pronunciatur, non competit restitutio?

SVMMARIVM.

1 *Aduersus sententiam pro libertate latam appellationem quidem concedi, non autem restitutionem competere, ita intelligitur, vbi quis liber, non autem liberandus à iudice declaratur & quę sit huius dicti ratio, ex sententia Bartoli num. 2.*

3 *Discutitur Bartoli ratio num. 2. adducta: eandemq; cæteris veriorem concluditur num. 4.*

CAPVT CCL.

1 Aduersus † sententiam, qua quis liber pronunciat, non cõpetere restitutionem, & tamen appellationem concedi, indubitatũ est, quod intelligitur, vbi iudex per sententiam liberum esse pronunciauit, non autem liberandum, quia postremo hoc casu restitueretur, quę duo omnino sunt diuersa, vt docet text. l. j. C. si aduersus solut. in eo versic. Quòd si libertatem quamuis indebitam dedisti, nõ posse eam reuocari intelligis. Sic hoc solùm attenditur, an sit data libertas, siue iure, siue iniuria.

2 † Quare autem hoc capite admittatur appellatio, & tamen refutetur restitutio, Bar. in l. j. C. si aduer. solut. dicit ea ratione dispositum, quia iudex, qui cognoscit super causa restitutionis, quæ impetratur aduersus sententiam, non iudicat aliquid super prima causa, sed solùm rescindit sententiam, reducendo partem ad primam instantiam, quod non facit iudex appellationis: quia secundùm eum, ubi statim est appellatio interiecta, extinguitur iudicatum, l. j. in fi. ff. ad Turpilian. ita vt qui appellationis est iudex, nõ debeat primam sententiam inuertere: sed solùm super meritis primæ litis pronunciare, quod satis præstare censerur, cùm is pronun-
3 ciat sententiam iustam seu iniustam esse. † Quæ eius ratio seu decisio non videtur omni ex parte vera, si potissimũ sequaris eorum sententiam, qui crediderunt, per appellationem non extingui, sed verius suspendi effectum latæ sentẽtiæ. Præterea nonne hæc duo vnum idemq; important, qđ iudex appellationis non irritet primam sententiam, sed solum super meritis prioris causæ pronũciet: quia de eius meritis pronunciando, satis de ipsa sententia iudicat, quàm declarat, an bene seu malè lata sit: Imò secundum Bartoli declarationem videretur oppositum censendum, ꝙ etiam reijcienda esset appellatio, per quam quis fuit liber pronunciatus: quia cum per restitutionem rescindatur sententia prima, si iniqua sit, vt eo casu reijcitur restitutio, quod per eã rescinditur sententia: quare non idem in appellatione censebis? Frustratorium autem iudicaretur, si diceres, iudicem appellationis non irritare primam sententiam, sed solùm super causæ meritis pronunciare: quia non possunt ea causæ merita explicari, nisi irritetur, aut confirmetur per iudicem appellationis prior sententia. Vana etiam videtur eius consideratio, per quam asserit restitutionem, quę aduersus sententiam datur, sententiam priorem euertere, non tamẽ iudicari super prima causa; quia vix est, vt irritetur sententia, quin etiam de his quæ litem concernũt, tractetur: ita vt verum acumen rationis is haud perpendisse iudicari possit.

4 Verius † tamẽ, vt Bartolum sequamur: quia certum est, appellationem & sententiæ retractationem pronunciatũ omnino extinguere, & eò rem reduci, ac si lata non esset sentẽtia, l. furti. ff. de in fa. quod tñ non operatur restitutio: quia ꝑ eam solũ res reducitur ad priorẽ instantiam, quam denuò intentare potest minor, si aduersum sententiam latam fuerit restitutus, vbi per appellationem siue sententia declaratẽ iusta, seu iniusta, non reditur ad nouæ litis intentationem. meritò itaq; & æquo optimoq; iure fuit introductũ, à sententia pro libertate lata posse appellari: cui potest alia adnecti ratio; quia cum appellationis remedium sit introductũ, vt iniquitas iudicantis detegatur, & quò succurratur oppressis, quare non poterit à sententia etiam in libertatis fauorẽ lata prouocare? Cũ. n. non attendat prior sñia: ꝙ sit extincta, facilius ob id ꝓcedit appellatio: q̃ extinctionẽ nõ operat

restitutio

restitutio in integrum. Secundum quæ erit intelligenda l.illud.ff.de appellat.in qua pro regula disponitur.Illud sciẽ dum est,neque pupillum,neque Rempublicam, cum pro libertate iudicatur,in integrum restitui posse,sed appellatio nem esse necessariam,idque ita esse rescriptum.

Contra sententiam, quæ ipso iure nulla est, minor non restituitur.

SVMMARIVM.

1 *Minor aduersus sententiam, ipso iure nullam, non restituitur, sed authoritate iudicis competentis res in pristinum statum reducitur.*

CAPVT CCLI.

1 ADuersus † sententiam ipso iure nullam minor non restituitur,sed per iudicem, qui est competens,res in pristinum statum reducitur, tex tum ad id habes in l.verũ. §.ex facto. ff.de mino.Casus autem eius §.talis est: Adolescentes quidam acceperant curatorem quendam Saluianum nomine,hic cum curam,administrasset,& beneficio Principis vrbicam procurationem adeptus esset, apud Prætorem se a cura adolescentum eis absentibus,excusauerat.adolescentes prætorem adierunt,desiderantes in integrum restitui, ꝙ is esset contra constitutiones excusatus,cum susceptam tutelã non soleant alij deponere, quã qui trans mare Reipublicæ causa absunt: vel ij, qui circa principem sunt occupati,qua in re rescriptum est, nullas esse in restitutione concedenda Prætoris partes: quia non proponatur cum minore annis 25. contractum: & ideo Principem debere hunc ad administrationem reducere: quia perperam esset a Prætore excusatus. fuit enim nulla iudicis sententia, per quam hunc a tutela,absentibus minoribus excusauerat: tum ꝙ is aduersus constitutiones feciſſet. & hoc expressim deciditur in l.uerum.§.ex facto. ff.de minor. sic cum is cogatur susceptam denuo administrationem subire, res dicitur in pristinum statum per iudicem, qui competens est, reduci. Nam vt de facto is ab administratione recesserat,ita & de facto in ea administratione reponitur: ita declarante Bartolo in eo §. ex facto. Excutiamus nunc, an interpretatio recipi debeat? Non enim videtur mihi omnino conuenire literæ: quia hic a Prætore excusatus fuerat, ergo de facto ab administratione sua non discesserit. Sed hoc intelligitur,quòd de facto iudex eum admisisset, ipse etiam de facto id expostulasset. Plus tamen est iudici, quàm parti adscribendum, qui eum tam inconsultè admisit, in quo §. ex facto, Barto. refert,non esse veram eius textus rationem, ideo in tali casu non concedi restitutionem: quia cum minore (quod ait ibi textus) contractum non esset. Nam dicit ipse, sat est,quòd cum minore fuisset litigatum:ad hoc enim, vt restituatur,spectatur id solum,an cum eo sit aliquid gestum? Pro cuius solutione scribit ipse, ad ea verba (Contractum non esse) subaudiri debere, nec aliquid factum, ob quod sit restitutio indulgenda. Erat enim secundum eum nulla ipso iure executoria sententia, vt l.1. C. si ex fal.alleg & ita cessare debere restitutionem, per l. in causæ. in princ. ff.de minoribus. Quòd tamen eo casu sit aliquid cum minore actum glossa contra eum sic docere nititur. Nam abnegari secundum eam non potest, fuisse latam sententiam excusatione proposita: & ea ratione inter tutorem seu curatorem, & pupillum & adultum quasi contractum, argum. §.tutores. Institut. de obligat. quæ ex quasi contractu. solet etiam ex sententia quasi contrahi, l.Pomponius.§.idem scribit.ff de pecul. Quæ tandem pro enodatione eius obicis ait,sic esse declarandum textum, nihil eo casu fuisse cũ minore contractum, aut quid aliud actum, per quod causetur restitutio. Ego tamen cùm hoc apud me examinarem, considerauí posse afferri, vt nihil omnino dicatur cũ minore actum; quia fuerit absente eo excusatio proposita, & lata sententia: vt elicitur ex textu, eis absentibus. Sic quomodo iudicabitur eo casu cum eo actum, qui absens esset,& in quem,vt in indefensum, sit lata sententia? ita ut nullus sit habendus respectus eius sententiæ. Præterea cum nulla fuerit sententia,non est opus restitutione. Quòd autem nulla sit planè desumitur ex eodem textu ibi. qui perperam esset a Prętore excusatus. Sic firma manet præscripta conclusio, Aduersus nullam sententiam non dari restitutionem,sed rem in statum pristinum reduci.

Conceditur minori restitutio, vt fateatur delictum, quod is prius abnegauit.

SVMMARIVM.

1 *Minor delictum,quod prius negauerat,confessurus beneficio restitutionis gaudere debet.*
2 *Mendacium exclusionem beneficij inducit.limitat autem nu. 3.*

CAPVT CCLII.

1 COnceditur † etiam minori restitutio, vt is delictum fateatur,quod primum abnegauit. Casus autem deprehenditur ex l. eum qui. ff.de iureiur. vbi pœna legis Aquiliæ contra delictum inficiantem augetur, si postmodum eũ deliquisse probatur: quod in restitutionis materia expresse declarat Bar. in eo.§.nunc videndum.quem sequitur Bald. in l.contra negantem. C.ad legem Aquiliam. Huius autem ratio in promptu est: quia cum per negationem augeatur pęna, apertè ex eo læditur minor. Sunt enim quædam actiones,quas lex asserit per inficiationem crescere, vt est in ea l. eum qui. vbi qui in simplum tenebatur conuictus postea de mendacio duplum præstabit. Allegabis fortasse reijciendam hoc casu restitutionem; quia alias ex delicto minori subueniretur.quòd autem deliquerit, id ex eius mendacio
2 elicitur. Solet † enim mendacium in extremis partibus ni grescere & obscurari: cum etiam lex disponat, mendacium hoc effectus operari & inducere, vt exclusionem beneficij inducat, argu.l.eum qui, prælegatæ, facit l. miles. ff.de re iud.quo fit,ut ob mendacium indignus sit minor, qui restitui debeat: ad quod conducit in arg.l.contra,qui propriam. C.de non nume. pecu.& l.fi.ff.de rei uendic. Ad hoc tamen sic responderi poterit, non debere minorem a restitutione
3 excludi, quia sit mentitus † nam etsi mendacium in se uitium habeat,non ex eo tamen sequitur verum esse delictũ: potuit enim delictum abnegare,idque consulto: sic cum petat restitui, vt ad confitendum delictum admittatur.tendatque eo eius intentio, vt quod verum est, fateatur, est,in quo ei accedi debeat. Quòd autem dicitur, per mẽdacium quẽ priuari beneficio legis,id in maiore est intelligẽdum:& ea causa lex hoc casu de minore loquens, dicit. Sed si cũ ex damno confiteri possit,ne dupli teneatur,maluit tamen negare: in hoc solum restituẽdus erit, vt pro confesso habeat. Ergo si potuit pro fure damnum decidere,magis q̃ duplum vel quadruplum præstare ei subuenietur. Ex quibus verbis apertè liquet,ideo hoc casu minori restitutionem dari:quia velit fateri,quod primum abnegauit, & ita ueritatẽ, quam obscurauerat,patefacere.

Si suspectum iudicem non recusarit, an num ad id poterit restitui?

SVMMARIVM.

1 *Minorem,lite contestata,contra suspectum iudicem ad omissarum suspitionem allegationum restituendum, exemplo Dolani Senatus probatur,quod secus in maiore procedit. vt nu. 2.*

CAPVT CCLIII.

1 CVm † possit minor coram iudice conuentus in iudicem legitimas & probabiles suspicionis causas proponere,nec id præstiterit,utrum post litis contestationem possit per restitutionem in integrum ad earum suspicionum allegationem admitti? Quod exẽplum memini quandoque in praxi accidisse,& in minorẽ restitutionẽ impetrantem hoc obiectum, ei plurimum imputari debere, quòd talẽ suspicionis exceptionẽ nõ obiecisset ante litis contestationem quod fuerat omnino necessariũ: quia dilatoria esset: sed quia vlterius in lite perseuerasset,& ad alios ulteriores actus processisset,ꝙ quos cẽseretur tacita quadam voluntate in iudicẽ ꝓsensisse, & eum approbasse,denuo hunc reprobare nõ possit, arg. l.Nesennius.ff. de neg.gest. Sed tandẽ supremo iudicio Senatus Dolani in minoris partes itũ est: & hoc declaratũ, debere restitui. qui iudicẽ suspectum alleget. cui opinioni primum accedit, ꝙ durũ sit corã suspecto iudice litigare: vt est in l.aptissimi.C. de iud.ita ut ex eo uerisimiliter dubitare debeat minor, nè ĩ lite succũbat, ꝙ sit suspecti hoĩs iudiciũ expectatur⁹, è quo sanè resultat manifesta lęsio, saltẽ apparẽs: q̃ etsi ĩ esse nõdũ

Source : BIU Cujas

ſit deducta; quia fortaſſe is iuſtè iudicaturus, tamen ſuſpectus, ſit probabilis cenſebitur talis minoris opinio: aliàs fruſtra quis ad proponendam ſuſpitionem ꝺ̃ ſuſpectum iudicem admitteretur. Nec minori oberit, ꝙ ulterius in lite procesſerit: nam hoc inconſultè prætermiſiſſe cenſetur, ꝙ ea in re fuiſſet diligentius bonus paterfamilias verſaturus: ut cū ſemper ſubſiſtat eadem ſuſpicionis cauſa, debeat ſimili ratione minor reſtitui † hoc enim bene in maiore procederet, ut poſt litem conteſtatam non deberet audiri, ſi iudicē ſuſpectum allegare niteretur: niſi fortaſſe ſuperueniſſent nouæ ſuſpicionis cauſæ, quæ poſt litis conteſtationē emerſiſſent. Sic autem in maiore iudicatum frequētiſſimè vidi: minorem tamen admiſſum, qui omiſſam ſuſpitionem poſt litem conteſtatam proponeret, modo id efficeret ante latā ſnīam: quia ſi uellet poſtmodum reſtitutionem impetrare, oporteret aduerſus ſententiam id præſtare, nec hac uia proponendarum ſuſpitionum, quas omiſit: ſed eſſet in manu minoris, impetrantis reſtitutionem ꝺ̃ ſnīam, hoc unum deducere, ſe facilius contra eam debere reſtitui; quia eſſet lata a iudice, ſibi omnino ſuſpecto: & ita ſuſpitionis cauſas proponere, quæ probatæ facilius, imò efficacius mouerent iudicem ad eam reſtitutionem concedendam.

Si idoneum procuratorem minor elegerit, cuius facto ſit læſus, an competet reſtitutio?

SVMMARIVM.

1 *Minor idonei procuratoris incuria læſus ante omnia contra eundem reſtitutionem petet, ſi quidem tantum in bonis habeat: ſin minus, contra tertium. quod Author exemplis declarat, num. 2.*

CAPVT CCLIIII.

1 IInge † à minore conſtitutū & creatum procuratorem, qui ætate maior eſſet, paſſim etiam habitus probatæ doctrinæ & eruditionis, ſaltē in ea arte, quam profitebatur: Si tandem huius procuratoris facto læſus ſit minor, poterit num ꝺ̃ tertium reſtitui? Quod aūt ei non debeat ſuccurri, facit l. cū mandato. ff. de minor. in verſi. ꝙ ſi minor. ubi lex diſponit, non eſſe ei ſubueniendum, niſi duo acceſſerint. Primum eſt, ſi eius mandato actus geſtus fuerit. Secundum, vbi a procuratore indemnis conſeruari non poſſet: ut ſi ex duobus, alterum nō acceſſerit, reijci debeat reſtitutio. Quare ſi ſoluēdo ſit procurator, debebit minor in eum iudiciū inſtituere: ad quod facit in argum. l. 1. §. fi. ff. ſi quis ius dicenti non obtempera. In oppoſitum verò affertur l. penultima & fin. C. ſi tutor vel curator interue. per quas hoc minori cō ceditur, vt omiſſo tutore ſeu curatore, quorum opera is læſus eſt, poſſit in tertiū cum quo eſt ab eis ꝺ̃ctum, reſtitutionem implorare, ita ut neceſſarium non ſit, vt curatorem primum conueniat: & ſic non debere atrēdi, an tutor ſeu curatore ſint ſoluēdo, ut in eos agatur. Veriorem † tñ habes priorem aſſertionem: puta, primum in procuratorem minorē agere debere, ſi modo in bonis habeat, vnde illæſus minor maneat. Quòd ſi id præſtare nequeat, tunc citra omnem cō troueſiam petet, ſe ex ea culpa procuratoris in tertium reſtitui: cui tertio conſuletur poſtmodū, ut a tali procuratore damna & expenſas repetat, ne eius incuria tam euidenter læſus maneat. Nec eſt abſonum, ſi aliter in tutore ſeu curatore diſponatur: quia neceſſitate cogente, id munus ſuſceperit, ad quod etiam nolentes & repugnantes compelluntur: vt meritò huic ſit fauendum. & longè magis, q̃ ei quem minori in procuratorem ſuum delegit, qui uolens talē curam ſuſceperit. Sunt enim duo hæc omnino diſtincta & ſeparata, actum ex neceſſitate, aut uoluntate concipi. Quare ſolet promptius lex opitulari ei, qui ex neceſſitate, q̃ ei, qui voluntariè negotium gerit, l. 1. §. meritò. & §. hæc autem, ff. depoſiti. Memoria tñ teneo, qñque reſtitutum ſimpliciter minorem etiam ꝺ̃ tertium, potiſſimum ob ſolam procuratoris, quem is conſtituerat, negligentiam. Se autē ſimile ſequens exemplum ea in re obtulit. Procurator, quem minor pro litis proſecutione delegerat, ſumma ſua incuria omiſerat examinationem trium aut quatuor teſtium, quos operę precium fuiſſet pro minoris intentione ſtabilienda audire: quia aliàs pars eius aduerſa ſnīam obtinere debebat, cum tamen ſi eis teſtibus uſus fuiſſet, planè is viciſſet: aduerſus quam tam ſupinam & notabilem procuratoris negligentiam minor in tertium, puta aduerſarium, fuit reſtitutus, & ad eorum teſtium nouam productionem ſeu examinationem admiſſus: ſepoſita illa ꝺ̃ſideratione, quòd primum minor in procuratorem deberet agere, vbi ſoluendo eſſet. Velim tamen intelligas, ideo ſic ſtatutum: quia cum minor ita reſtitueretur, fuit hoc expreſsè declaratum, ut teneretur is refundere aduerſæ parti omnes expenſas, quæ ex lite inſtituta exurgerent: ut aduerſarius nō habēret, in quo poſſet cō queri, nec eſſet, per quod minori detraheretur: qui ēt poſſet a procuratore eaſdem expenſas ſic aduerſæ parti ſolutas repetere: ita ut omne damnum & incommodum in procuratoris necem & perniciem cederet. Nec his aduerſatur l. cū mandato, ff. de minoribus. cum ſi uerè intelligatur, faciat (ſecundū quoſdam) in huius opinionis comprobationē. In ea enim dicitur, non eſſe facile minorem reſtituendum, niſi actus, cuius eſt quæſtio, ſit eius mandato geſtus. Sed ex eo inferunt illi, cū minor procuratorem conſtituerit, ſatis mandaſſe ei uideri, ut actum talem gerat. Quàm tamen abſurda & inepta ſit hęc eorum declaratio, & ad talem legem interpretatio, reſipta ſatis indicat. Sunt enim hęc prorſus diuerſa, quòd mandato minoris procurator conſtituatur, & ut, eo mandante, fuerit omiſſa illorum teſtium examinatio: nam potuit ſolus procurator ea uti negligentia, & incō ſulto minore id egiſſe. Sic lex illa conſiderans, an mandante minore actus conceptus fuerit, non eſt ita reſtringenda, vt intelligi debeat, vbi minor procuratorem conſtituiſſet. Quare uerius eſſe exiſtimauerim, quod ſuperiore loco retuli, in partes ſnīæ latę eſse delinādum, quòd ea ratione ſententiatum fuit; quia & minori & aduerſę parti ſit eo modo conſultum, quibus omnino ſatisfactum ſit: primum aduerſario, qui omnes legitimas expenſas a minore accepit: demum minori, quem indemnem reddidit procurator: ita vt nihil fuerit aduerſum eam l. cum mandato, diſpoſitum: Sic ex his manebit inconcuſsa hęc cōcluſio, reſtitutionem minori aduerſum procuratoris ab eo conſtitui negligentiam abnegandam, niſi id procurator, mandante minore, effeciſſet; & ubi procurator ſoluendo non eſſet, ita ut indemnitati minoris cauere poſſet. Subuenitur autem minori, ubi is actum fieri mandauit: quia tunc dicitur & cenſetur aliquid egiſſe, ac viciſſim cum eo actum. In quo hoc ſolum attenditur, vtrum læſus ſit: ubi caſu alio, cum nihil is mandauit, non eſt; quare reſtitui debeat; primum, quia ſit ei in procuratorem regreſsus: deinde, ꝙ ab initio delegiſſet hunc procuratorem, qui eſset probatę famæ, doctrinæ, & eruditionis item, quia hi duo actus ſunt diuerſi, quòd ab initio minor conſtituerit procuratorem, ut reſtitui non debeat: deinde, ꝙ eo ꝓſtituto ipſe ei mandarit aliquid fieri, ob qđ læſus ſit. Hoc. n. poſteriore capite reſtitutioni locus eſt: qa mandauit illicitum, & ob quod damnū patitur. Ex quibus habes (mea ſententia) enucleatum verum ſenſum eius l. cum mandato.

Si minor, in quem lis fuit inſtituta, poſt teſtium publicationem maior ſit effectus, & cauſa nondum concluſa, petat ſe reſtitui, an iure id poterit?

SVMMARIVM.

1 *Ceſſante minoris ætatis ratione vel cauſa, ceſſat edictum de minoribus.*

2 *Finis ubicunque habet neceſſariam ad initium conſequentiam, ibi principium potius quàm finem inſpici oportet.*

3 *In reſtitutione minoris, qui in progreſſu cauſæ maior effectus eſt, initium Bartoli ſententia ſpectandum eſſe: cui contrarium ſtatuitur nume. 4.*

5 *In concluſione cauſæ vtcunque renuncietur omnibus allegationibus, reſtitutionis tamen beneficio non renunciatum eſſe præſumitur.*

6 *Reſtitutio cum contra ſententiam dari ſoleat, multo fortius poſt cauſæ concluſionem conceditur.*

CAPVT CCLV.

OLet etiam afferri in hac materia peculiaris alia quæſtio: Si Titius in minorem litem inſtituerit, demum is minor poſt teſtium publicationem, aut cōcluſionem in cauſa factā, & ante latā ſnīam minor eſse deſierit, ita ut 25. annū exceſserit allegetur autem ab eo, iam concluſione in cauſa facta, omiſsam propoſitionem alicuius exceptionis, aut prætermiſsam poſitionem facti neceſsarij, quare imploraret reſtitutionem in integrum, an audiendus ſit? Mouet autem
1 in hoc articulo difficultatem † quòd iam hic minor non ſit, & ita ceſsare debeat edictum de minoribus. Cui accedit, quod ſimili exēplo fertur de filiofamilias mutuum ſtipulante,

Source : BIU Cujas

lante, vt non obligetur: quia sit filiusfamilias: & tamen ipso patrefamilias effecto, si ei talis pecunia fuerit numerata, adstringetur, cessabitq; Senatusconsulti Maced. exceptio: quod non fit alia ratione, nisi hac; quia finis ipsius actus, non aūt initium debeat spectari, vt est in l. filiusfamilias. §. fi. ff. ad Macedo. quod ēt testatur glossa in l. 3. §. j. ff. de min. In ꝫriam partem facit l. 3. C. ad Maced. in qua disponitur, potius obligationis originem, quàm actionis titulum debere ꝑsiderari, vt eadem ratione tēpus cœpti iudicii attendi debeat. Confirmatur ēt istud hoc simili, q̄ in eo, qui in Abbatem aut Episcopum est electus, lex velit perscrutari an dum eligeretur, capax esset: nam si tunc inhabilis reperiretur, & postmodum habilis efficeretur, electio tamen primum inefficax non validaretur; quia ab initio defectuosa fuerit, sitque actus metiendus ab ipso exordio. Bartolus verò in l. 3. §. j. ff. de minor. extricans hanc difficultatem, iudicauit, præscribi debere talem conclusionem, cui ut firmæ regulę censet esse hærendum, quæ est huiuscemodi: Vbicunque † finis habet necessariam ad initium consequentiam, tunc non finis, sed principium spectari debet. Cuius rei declarādæ gratia affert casum authēticæ, qui semel. C. quo. & quando iu. vbi actor necessariò cogitur litem ipsam vsque ad finem persequi: nec potest reus a causa deficere, sed in ea compellitur omnino perseuerare. Cæterùm ab eo proponitur † si de restituendo minore tractaretur, quia initio litis is minor esset, qui tamen in progressu causæ maior sit effectus, vult ipse tali casu debere initium spectari, quia necesse fuit vtrique liti insistere: vt ob id putarit in l. & an eadem §. actiones. ff. de exce. rei iud. q̄ si lite pendente ius litigantis superuenerit, modo a causa præterita tale ius non deriuetur, esse illius iuris habendam rationem, & minorem ad id restituēdum. Alii verò a Bartolo dissidentes, crediderūt † posse passim huic maiori effecto per restitutionem subueniri, modo is post læsionem se intra quadriennium petierit restitui: secus statui uolentes effluxo quadriennio. Cuius sententiæ fuit Ang. in l. superuacuam. C. de temp. in integ. rest. peten. & in Auth. de hæred. & Falc. in princ. Tandem Matthæus de Afflict. decis. 210. refert Senatum Neapolitanum ita hāc determinasse ꝑclusionē, vt si aduersæ partis malitia lis in lōgum tempus protracta fuisset, ac fusius, quam par esset, & minor iudicium non effugisset, tunc restitutionem concedendam, & ita huic maiori effecto esse subueniendum: adiecta tñ hac limitatione, modo non esset in lite conclusum: q̄a cum per ꝑclusionem in causa sit omnibus exceptionib. renunciatum, & propositioni quarumuis allegationum siue probationum, debet ex eo cessare restitutio. Sed an præfata omnia vera sint, poteris planè conijcere ex his, quę sup̄rà in consimili annotauimus articulo, vbi amplissimè excussimus, an & qñ debeat attendi initium, seu finis actus, vt hoc loco repetitione alia non egeat. Tamen opportunum videbitur, pensare eam Senatus Neapolitani decisionem, & an sit præscriptæ accedendum limitationi. Quod autem ad eā ꝑclusionem attinet, ego omnino eam probo. Quis enim abnegabit, tali casu restituendum? Nam aliàs ex dolo lucrum asequeretur aduersarius: sic cum per minorem non steterit, quo minus lis terminaretur, est q̄ in aduersarium reijcitur omnis culpa. Sed ego limitationi tali adesse nequeo, per quam disponitur, si sit in causa conclusum, restitutionem cessare debere. Nam † etsi per conclusionem in causa renūciat q̄busuis allegationib. & ꝓbationibus, non tñ ob id seq̄t cessare debere restitutionē in integrū. Talis.n. aduersarij dolus, & tā maligna in lite ꝓtelāda calliditas, dēt omni ex parte in eū qui dolū ꝑmisit, retundi: nec attenditur, q̄ renuncia tū sit ꝓpositioni exceptionū, aut aliarum probationum, cū id ꝓcedat inspecto iure ordinario: sed nos eò tēdimus, vtrū minori p extraordinariū remediū subueniat, qđ mea sīa abnegari nō dēt ēt post ꝑclusionem in cā. Solet † enim ꝫ sīaꝫ dari restitutio, multo fortius post causę ꝑclusionē, vbi maximè hoc suadet rō ob dolū aduersarii, q̄ litem ꝓtraxit: ī quo attēdi dēt, in eo dolo ꝓseueratum esse, ēt dum in cā ꝑcluderet: qua ratione debet restitutioni locus esse: cum ēt simili iure restituit minor, vbi dolus aduersarij accesserit ī actibus, q̄ in medio litis euenerūt. Sic ego decisioni Neapolitanæ hæreo, vt est conclusio generaliter concepta: sed qui putē, esse dęficiendum a præscripta limitatione.

An hæres restitutionem implorans, sit ex sua vel minoris persona restituendus?

SVMMARIVM.

1 *Maiorem minori succedentem restitutionem ex persona minoris non impetrare ex sententia Baldi.*

2 *Restitutionem minoribus competentem ad ipsorum successores, siue maiores, siue minores, extendi Decij sententia.*

3 *Restitutio si minoris personam respicit, maiorem a restitutione repellendum arbitratur Bar. secus si solius læsionis habeatur ratio, a quo dissentit Author nu. 4.*

5 *Minor vt restitutionis beneficio gaudere queat, non tam minorem annis esse requiritur, quàm vt læsionis specimen appareat.*

6 *Maiori mixtim restitutionem competere tam ex persona propria, quàm minoris, Author euincit.*

CAPVT CCLVI.

Si lite a minore instituta, nec ea finita, is ab humanis decesserit, relicto hærede, qui maior annis sit, velit aūt hic hæres maior restitui in integrū: allegans fortasse, q̄ lite pendente læsus sit minor, an debeat ex sua, an ex minoris persona restitutionem impetrare? Quæstio aūt hęc plenissimis chartis est tractata a Baldo ī l. si infanti. C. de iure delib. quo loco prius, q̄q̄ eius determinationem afferat, pręmittit regulam, q̄q̄ dicit esse in hac materia insequendam, Si maiori
1 † minor successerit, pręsentem eius ætatem esse attendendā, ita vt spectari non debeat, cuius ętatis fuisset defunctus, cum decederet. Quam ꝑclusionē testat̄ ipse, ꝓcedere & locū habere, vbi ēt de alsequendis beneficiis, ex defuncti persona originē sumētibus, est quæstio, argum. l. Aemilius. ff. de minorib. existimans ob id (sumendo maximè argumentū ab opposito, & a rationis paritate) non posse maiorē minori succedentē, ex minoris persona restitutionem impetrare: hoc uno adnexo, quòd ętatis priuilegium ad successorem non transmittatur, arg. l. in omnibus. & l. priuilegia ff. de regul. iur. Dec. tñ consi. 211. primo volum. deficit a Baldi sīa
2 per l. minoribus. ff. de minorib. vbi † non solum minoribus sed & minorū successoribus datur restitutio in integrū: quę verba (minorum successoribus) ēt includunt (secundum generalem interpretationem) vbi maior minori succederet. Sed ab ea Decij oppugnatiōe hac forma eximi poterit Bal. tendit nempe huc proposita quęstio, an maiori, qui minoris est hęres, competat ex sua uel minoris ꝑsona restitutio quod est omnino diuersum & abstractū thema ab eo, quo dr, maiori, qui minoris est hęres, restitutionem competere. Nam ex eo non infertur, aut deciditur, ex cuius persona sit danda: quod tñ plurimum, imò omnino expedit noīse, ne aliter, q̄q̄ deceat, ꝑcipiatur libellus: vt iam intelligas, ꝑ eā l. minoribus, a Decio in ꝫrium allatam, non exprimi, an ex persona minoris, vel sua ꝑpetat restitutio in integrum. Qua pō deratione sic forsitan a Decio expensa, putauit is eam difficultatē decidi debere iuxta doctrinam Bar. in l. interdum. ff.
3 de cond. indeb. vt debeat inspici † an fauore ꝑsonę minoris fuerit concessa restitutio, vel si id fiat ea ratione, quia deceptus fuerit, existimans. si ad minoris ꝑsonam actus re ferat̄ maiorē a restitutione repellendū; quia alia sit eius persona q̄q̄ minoris, cui ut priuilegiato acceditur: quod tamen attendi non vult, si solius lęsionis habeatur respectus: & in eum casum maiorem debere restitui in integrum uoluit: asserēs primum ita declarasse Bar. in l. non solum. ff. de in integrū restitutione minor. confirmatum etiam ab Oldrado consi.
4 124. Ego † verò sum huius opinionis, non debere inspici,
5 an sit attendenda persona minoris uel lęsio. Nam † ad hoc, vt minor restituatur, oportet duo necessariò interuenire: primum, minorem annis esse: fm, ut de lęsione pateat: sine quibus refutāda est omnino restitutio. Sic cum duo hęc cō currere debeant, nonne superflua manebit prescripta consideratio, q̄ discrepantia constitui debeat, si de lęsione aut ꝑsona agatur: quasi ex eo inferatur, alteram ex illis qualitatibus sufficere, vbi tamen ambę exiguntur? Quare † mea est
6 hac in re sīa, huic maiori mixtim restitutionem competere, tam ex persona propria, quàm minoris, quod sic doceo: Nā q̄ ex persona minoris id indubitatū est: petit enim se ac minoris hæredem restitui; quia læsum minorem, dum viueret, proponat: ipse autem per iuris fictionem defunctū repræsentat, l. hæres absens. ff. de iudic. & ita defuncti nomine dicitur rem tractare, verè tamen is suo facit nomine, cū vbi est ab eo hæreditas adita, effectum sit ipsius patrimonium: vt est in l. sed si filio. §. si plures ff. de vulga. & pupilla. nec potest ab eo aliter restitutio implorari, quam si narret, se minoris hęredem esse, & vt eius hæredem restitutionem impetrare: sic vtroque nomine eam ꝛimplorat, quod tu absurdum iudicare non debes, cum nihil ea in re sit repugnantiæ seu contradictionis. Atque ex his futilis satis apparet præscripta dubitatio, per quā instatur: Sciamus, vtrū ex minoris persona, vel sua sit restituendus: hoc enim sat

esse videtur, modò is restituatur. imò maior esset dubitatio, si ex persona sua potius, quàm minoris deberet restitui: qa maioribus non conceditur restitutio, nisi beneficio clausulæ generalis, Si qua mihi iusta causa, & quam oportet regulariter deriuari a persona petentis & tamen hic, qui se petit restitui, refert intentionem ad læsionem, quam minor passus fuit, dum minor esset: vt probabilius sit, ex persona minoris, quàm sua restitui: qui tamen nolim ab ea finali opinione deficere, videlicet hunc ex sua & minoris persona restitui: & ideo, nisi minorem læsum fuisse paruerit, cessabit restitutio in integrum.

An contra duplicem in eadem re negligentiam minor restituatur?

SVMMARIVM.

1 *In vna eademq; causa non est iterato vel petenda vel concedenda restitutio, nisi forsan noua defensione accesserint.*

CAPVT CCLVII.

1 SI intra † tempora a lege seu statuto præfixa minor non sit appellationem prosecutus, nec eam, ut decuit, introduxerit, ac primum aduersus eam negligentiam fuerit restitutus, cæterum postmodum aliqua non sit vsus diligentia: an num secundo loco poterit restitui, vt denuo appellet, & ab ea negligentia subleuetur? Quòd autem sit a restitutione repellendus, facit l. fin. C. si sæpius in integ. restitut. in qua docetur, In una eademque causa non esse iterato petendam restitutionem, aut cõcedendum restitutionis auxilium, nisi fortasse defensiones nouæ accesserint, sm quam legem itum est a Bar. ibi in hãc sniam, non esse dandam restitutionem super eodem casu, in quo iam fuit primum concessa, maximè ubi denuo peccatum est: cuius opinionis est Decius consi. 436.

Vtrum sæpius possit peti restitutio in integrum,

SVMMARIVM.

1 *Causa noua quæ dicatur, vt restitutio iterato peti possit.*
2 *Angeli declaratio ad l. fin. C. si sæpius rest. in integ. petatur, quę magis elucidatur num. 6.*
3 *Minor restitutionem impetrare cupiens, non ætatem modò, sed & læsionem probare tenetur.*
4 *Ad d. l. fin. alia noua Authoris declaratio.*
5 *Approbatur. Communis, eaque receptior Doctorum opinio: Non posse iterato in vna eademq; causa, & pro re eadem peti restitutionem.*
7 *Minor semel ad appellandum restitutus, secunda vice non admittendus ex sententia Guidonis Papæ.*

CAPVT CCLVIII.

VOtamen tu maturius assequare, an vera sit hæc eorum opinio, duxi in primis excuteri articulũ, qui in iure est frequentissimus, & omnino extricationi præsentis difficultatis cõueniens. An possit pluries restitutio in integrum peti? Habes autem ad huius puncti enodationem l. 1. C. si sæpius in integr. restitutio postul. cuius verba sunt hæc: Si post sniam Proconsulis, contra vos minores latam, desideraßtis restitui in integrum, nec obtinuistis: frustra rursus, vt ea restitutionis quæstio agitetur, desideratis: appellare enim debuistis, si vobis displicebat sententia. Postmodum in eodem textu adiicitur: Sed si adhuc in ea estis ætate, cui solet subueniri, ius appellandi uobis in eum casum restituitur, cũ bis peti eadẽ restitutio nequeat, quod ideo fit, quia snia, a qua non fuit prouocatum, secum suum effectum attrahat. Si autem noua implorari posset restitutio, nihil tali casu operaretur sententia, quæ tũ effectum aliquem debet producere, argum. l. si ptor. in prin. ff. de iudic. Ex quibus clarissimè liquet. iteratò restitutionẽ peti non posse. Atque hæc est crebrior snia: sed quæ patitur hanc limitationem, nisi nouis defensionibus uolet minor vti, ut est in l. pen. eod. tit. sub his verbis: Cum tamen nouis defensionibus posse instrui causam dicas, adeas tu curator
1 iudicem. Causa † autem noua sic depingi poterit, si pro restitutione assequenda minor in tertium litem instituerit, a qua tũ exciderit; quia debuisset ab eo in tutores seu curatores agi, cũ hi soluendo essent. Cæterum si postmodum non soluendo sint effecti, iudicabitur hæc causa supueniens omnino iusta, ob quam restituendus sit minor. Nec hoc inducit & operatur restitutio, vt censeat iniustè lata snia ob eius nouæ causæ accessionem. Huic tamen sententiæ communi aduersatur prima facie l. fin. C. si sæpius in integ. rest. in qua admittitur, posse contra sententiam minorem restitui, etiã per quam primùm is fuisset maior annis declaratus: ut ex
2 eo resultare videatur, posse restitutionem iteratò peti. † Angelus tamen in ea l. sic eam existimauit interpretandam, puta restitutionem semel ob defectum probationis refutatã, ideo iterum admittendam; qa non fuisset plenè minor ætas probata, qui tamen secus statui existimet, ubi probatio læsionis fuisset omissa: ferens iudicium, ideo in l. fin. restitutionem admissam; quia prætermissa esset in aliquo ætatis probatio & quod non fuisset ibi uerè læsio probata: quod tamẽ erat omnino, imò necessariò requisitum: Hæc ipse. Percipere tamen probè nequeo, quare magis uno horum casuum,
3 q̃ alio, præfata eius doctrina & consideratio debeat procedere. Nam est citra dubium † minorem, qui restitutionẽ uult assequi, non solum ætatem, sed & læsionem debere probare: ut nõ oporteant inter hæc diuersitatem aut crimẽ aliud constitui & statui, ut uno casu abnegari, alio verò concedi deberet restitutio, quod & efficacius doceo. Nam ad hoc vt restituatur minor, solum hoc spectandum est, an læsus sit: quare eadem ratione vr restituendus, ubi fuit in totũ omissa probatio, sicut cum in ætatis probatione cessatum est, q̃ tamen fatear, longè plus incommodi resultare ex defectu læsionis non probatæ. Sed inficiari uix poteris, quin etiam, vbi imperfectè is probauit, sit ex eo læsus. Sic cum maneat vtroque capite læsus, uidetur indistinctè restituendus: & ita cessat præscripta ad eam l. fi. declaratio, quam ego alio modo interpretandam existimauerim, & hoc sensu posse ita in
4 telligi, ut non obsit communi conclusioni. † Habet enim textus, minorem posse aduersum sententiam restitui, per q̃ maior fuit declaratus. Ex quibus verbis an, quæso, necessariò infertur, denuo posse restitutionem implorari? non certè imò id solum ex eo textu potest desumi, ꝙ snĩam minorem restitui: quod non est absurdum; quia id sit aliis expressum legibus: & hoc intelligi poterit, siue plenè ætatem suã non probarit, siue in probatione læsionis defecerit, qui intellectus videtur esse longè verior, quàm sit is eorũ, qui senserunt in illa l. fin. fuisse interlocutoriè pronunciatum, aut definitiuè: quod est purum ad eam legem somnium, cum
5 ẽt ex tali interpretamento non uideam, quid resultet ad cõmunis sententiæ confutationem † & ita ab obice eius legis finalis salua manebit hæc opinio (quæ crebrior est & receptior) non posse iteratò in una eademque causa & pro re eadem peti restitutionem. Quòd autem ea lex finalis sit ita, vt præmissi, declarãda, facilè id desumes ex eius verbis, quæ ideo hoc loco duxi inferenda: Cum citra probandum annorum numerum apud Prouinciæ rectorem erratũ esse ꝓponas, & in huiusmodi causis ẽt filiisfamilias subueniri sit admissum: ea quæ in prece ꝓtulisti, præsidem Prouinciæ examinare ꝓuenit: qui si æstimata ętate tua. maiorem annis falsa opinione te pręsumpsisse ex probationum luce cognoue
6 rit, erga minores personã fidem veri sequetur. Velim † igit̃ dicas, qũo ex eo textu aptè desumi põt, de iterata restitutione agi: imò putauerim de eo tractari, qũo sit minori, qui in ætatis ꝓbatione exciderit, subueniendũ. Hoc aũt effici põt a iudice etiam nondum lata ab eo snia, si prius quàm ferretur, ꝓquestus esset minor, se ętatẽ non probasse, & ideo petere ad nouam probationem se restitui: quę est uia, per quam peruenitur ad restitutionem ẽt ante snĩam: vt suprà diffusè docuimus. Quod ẽt ꝙmodò sit lata snia, hinc perspectum habes, minorem contra secundam negligẽtiam, pro eadem re & causa non esse restituendum, nisi noua causa emerse
7 rit. Et hac † occasione Guido Papæ consi. 182. determinat, nõ esse denuo restituendũ minorẽ, vt ꝓuocet, si primum ad appellandũ restitutus fuisset. quare cẽset is, primam snĩam esse executioni mandandam: ad quod asserit facere cap. qđ ad ꝓsultationem. extra de re iudic. & l. fin. C. de senten. quæ sine certa quanti profe. iuncta l. ad solutionem. C. de re iud. quę est decisio assumpti thematis, utrum contra secundam negligentiam sit minor restituendus.

Quæ iudicari debeat noua causa, vt sæpius concedatur restitutio?

SVMMARIVM.

1 *Minor vt noua causa superueniente restitutionis beneficio fruatur, iustam eam esse necesse est.*

Minorem

2 *Minorem ſemel reſtitutum, altera vice reſtitui non poſſe, tum obtinet, quandiu minor fuit ſecus ſi maior reputaretur.*

CAPVT CCLIX.

NOua autem cauſa, & quæ de nouo ſuperuenit, hic etiam ſecundum quoidam effingi poteſt. Minor uolens legitimam ſuorum bonorum adminiſtrationem aſſequi, hoc a iudice implorauit, vt a curatoris poteſtate ſubtraheretur, quò aũt iudicem in ſuam ſnĩam traheret, maiorem ſe eſſe aſſeuerauit: ſupreſſa tñ veritate, cũ teſtaretur, ſe quodam anno, puta, milleſimo quingenteſimo quadrageſimo ſecundo natum, ubi longè poſtea id accidiſſet; ſecundum cuius aſſertionem (quæ tamen falſa & commentitia erat) is a iudice maior fuit declaratus, & ita bonorum ſuorum adminiſtrationi præfectus. Cæterum ſi ab iſto poſtmodum cum aliquibus ꝯctum fuerit, ac ſe eo ꝯctu læſum dicat, petens ſe in integrum reſtitui, an ſit audiẽdus? Huic autem accedit, quòd proponat, ſe minorem eſſe: nec debere obeſſe, ꝙ maior annis a iudice ſit declaratus: quia id falſa ſua aſſertione accidiſſet, quibus rationibus quidam moti cenſuerunt, eum vel hac noua cauſa plane reſtituendum. Viſus eſt tamen mihi hic caſus nihil ad
1 rem facere, imò eſſe omnino a iuris ratione alienus † quia noua cauſa, & quæ de nouo ſuperueniſſe dr̃ debeat ſic declarari & intelligi, vbi eſt iuſta, non autem ſi iniuſta fuerit. Sed iniuſtum & omnino iniquum eſſet, minorem eo caſu reſtitui, cuius falſa & iniqua aſſertione & ſimulatione fuiſſet motus iudex: ne aliàs dolus proprius huic prodeſſet. Prę terea eſt diuerſum omnino a priore exẽplum, in quo quæſtio eſt duplicis reſtitutionis, vbi hoc caſu una tantum interuenit. Quòd ſi etiam admitteres, omnino bina & geminatã acceſſiſſe, nec adhuc hoc caſu id vrgeret. Potuit enim a prima reſtitutione reijci, ꝙ maior reputaretur nec is de lę ſione docuiſſet. Quare autem ex cauſa noua ſit reſtituẽdus, eſt, quia conſtiterit, verè eum minorem eſſe: ita ut non ſit reiectio prioris reſtitutionis eiuſdem qualitatis, cuius eſt hæc ſecunda: & tamen id eſt neceſſariò requiſitum. Quod
2 enim diſponitur † minorem primò reſtitutum, ſecundò nõ poſſe reſtitui, id intelligitur, quandiu minor fuit: ſecus ſi maior reputaretẽ: vt ex his omnib. liquidò pateat, omni capite illud prę ſcriptũ exemplum nihil ad negocium conducere.

Deſumitur elegans caſus, quo patet, quomodo poſſit ſæpius reſtitutio peti.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio quomodo & quando ſecundo loco ſit pro eadem re concedenda, exemplo declaratur.*

2 *Reſtitutus ob non releuatam (quod aiunt) appellationem, denuo non reſtituitur, ſi malè ſit eam executus: aliàs etenim & in eadem cauſa & pro re eadem reſtitutio tribueretur.*

CAPVT CCLX.

ADiicietur his unum, conducens ad intellectum & declarationem quæſtionis, præcipuè † quando & quomodo ſit ſecundo loco concedenda pro re eadem reſtitutio? quod ego practicatũ immò deciſum memini. Caſus eſt huiuſcemodi: Maior quidam, cui communis erat cum alio minore lis, quam in tertium inſtituerat, omiſerat intra 15. dies, a ſtatuto municipali præfixos, appellationem ab eis emiſſam introducere: aduerſus quam negligentiam in fauorem minoris ætatis fuit reſtitutus. Factum eſt poſtmodum, vt ea reſtitutione obtenta, ceſſarit executionem appellationis proſequi intra dies 40. codẽ ſtatuto ad id præſtitutos, a qua negligentia ẽt reſtitutionem nitebatur aſſequi: in quo hæſitabatur, an eſſet concedenda? dubitationẽ aũt promouebat, communis illa cõcluſio, Nõ eſſe in eadem cauſa, & pro re eadem, ſæpius reſtitutionem tribuendam. hoc autem exemplo eiuſdem rei erat quęſtio, quia ab appellationis proſecutione, tum ab eius executione defectum eſſet, quę eſt eiuſdem rei, facti & negotii connexitas. Aliorum verò erat iudicium nõ eſſe eiuſdem rei & cauſæ controuerſiam, cum non ageretur, vt denuò is ad perſecutionem appellationis reſtitueretur, ſaltem quod ad priorem attinebat negligentiam: & diuerſam eſſe hanc cauſam negligentiæ executionis. A quorum tandem ſnĩa planè diſceſsum fuit: quia veriſſimum ſit, tali caſu de eadem re agi, certo enim & liquidè id conſtat, ꝙ de proſequenda appellatione vtroque caſu tractetur. Appellationis aũt proſecutio complectitur in ſe plures uias, ſi id ſtatutum municipale attenderis. Nam primum eſt in iudicio appellandum, aut de appellando proteſtandum: deinde expedit intra dies 15. ſub ſequentes appellationem introducere, quam introductionem Burgundiones practici uocant *Releuer l'appel*. Oportet etiam eam executioni demandari intra dies 40. qui dinumerantur a principio proteſtationis, aut appellationis emiſsæ: & executio ſit hoc modo, ut per apparitorem appellans notum faciet aduerſæ parti & iudici, qui ſnĩam tulit, a ſe appellatum præfixa die qua compareat, eius appellationem, ſi volet, protecturus, & iudicatum ſuſtentaturus. Sic iam intelligis, hunc † qui ob non releuatam (quod aiunt) appellationem reſtitutus eſt, non debere denuò reſtitui, ſi eam malè ſit executus; quia pro re eadem reſtitueretur. Agitur enim vtroque caſu de appellationis proſecutione. Et his rationibus reiiciendam eſse ſecundam hanc reſtitutionem declarauit integerrimus Senatus Dolanus.
2

Vbi iurauit minor, ſe ſententiæ non contrauenturum, nec litis deciſionem impugnaturum, an, ſi aliquot ſuorum teſtium examinationem omiſerit, poterit ad id reſtitui?

SVMMARIVM.

1 *Minor etſi iurauerit, ſe ſententiæ non contrauenturum, nec litis deciſionem (omiſſa licèt aliquot ſuorum teſtium examinatione) impugnaturum: tamen ex ſententia quorundam reſtitutione iuuandum videri, ſi manifeſta læſio appareat.*

2 *Minor ad ſuorum teſtium productionem non alia conditione admittitur, niſi prius à iuramento vel ſacramento præſtito diſpenſationem obtinuerit, ex ſententia Bartoli, Siculi & aliorum.*

3 *Minorem à reſtitutione repellendum eſſe, ſi cum iuramento procuratorem conſtituerit, opinio Bartoli: quam Author limitat, & vberius explicat num. 4.*

5 *Minor vbi iurauerit, ſe proceſſus inſtructioni, latæ ſententiæ non contrauenturum, à reſtitutione excluditur.*

CAPVT CCLXI.

ACcedamus ad caſus alios, ad reſtitutionis materiam ſpectantes. Si † minor coram iudice conuentus iurauerit, ſe ſententiæ non contrauenturum, nẽc aliquo modo litis deciſionem impugnaturum: acciderit autem poſtea, prætermiſſam eſſe ab eo vnius teſtis examinationem, cuius tamẽ depoſitio plurimum ei conducebat, videbitùrne in hunc caſum reſtituendus? Reſtitutioni autem accedit, quòd hic euidenter ſit læſus. Manifeſta autem eſt læſio; quia cum nõ poſſet reprobare litis inſtructionem, compelletur hac uia a iure ſuo excidere: vbi tamen viciſſet, ſi tali fuiſſet uſus teſtimonio. Ex oppoſito vrget ea ſacramenti præſtatio: quia per eam iuriſiurandi religionem à reſtitutione ſecludatur: ut eſt in auth. ſacramenta puber. C. ſi aduer. uendit. ita ut non aliter reſtitui ad eam teſtis productionem debeat, aut poſſit minor, niſi primum obtenta a ſacramento diſpenſatione: quod latius ſuprà explicuimus, vbi, quæ ad iuramẽtum
2 attinet, diffusè attigimus. Quare † cum ob iuramentum ſic adhibitum minor a reſtitutione repellatur, Bartolus in l minor 25. annis. ff. de mino. (id doctus ab aduocatis, litem aliquam defendentibus) putauit, minori ſic poſſe conſuli, ut ei obfuturum non ſit iuramentum, ſi curetur, ne minor,
3 † qui eſt litigaturus, procuratorem cum iuramento conſtituat, ſed ſimpliciter coram Notario & teſtibus id efficiat, & talem probet. qui putat, ſic poſſe eum ꝓſtitui: immò ſecundum eius ſnĩam poſſet ipſe, tutore aut curatore authore, litem proſequi. Cuius opinionem ſequitur author Tholoſanus deciſ. 45. Eundem ẽt ſectatur Siculus in conſi. 20. de reſti. in inte. quo loco præter prædicta diſponitur, minorem per procuratorem litigantem, modò hunc cum iuramento ꝓſtituerit, non debere reſtitui, vbi etiam per ſnĩam fuiſſet læſus, non ratione iuramenti, ſed quia procurator ſit uoluntarius adminiſtrator. Secus exiſtimãs, ſi per tutorem aut curatorem id egiſſet, ꝙ hi neceſſario fungantur officio: aſſerẽs,
4 ita eſſe declarandam l. 1. & 2. C. ſi tut. uel cur inter. Sed † probare ego nequeo Bart. cautelam, nec etiam Siculi ſententiam. Et vt tibi oõ oculos ponatur, quod ad Bart. attinet, mi
5 hi verum non videtur, quod is docet. Debere † minorem a reſtitutione repelli, ſi cum iuramento procuratorem conſtituerit: quia quòd dicitur, iuramentum reſtitutionem excludere, id eſt intelligendum & extricandum, vbi princi-

Source : BIU Cujas

paliter adhibetur in cõtractu aut actu, de quo agitur, vt est, minore contrahente, vel vbi iurauit, se sententiam non impugnaturum: secus enim incidenter adhibitum agnoscitur ubi autem a minore cum iuramento procurator constituitur, non fuit hæc illius intentio, velle sententiam ante litis instructionem approbare, sed potius, vt hic procurator iustè, ac vt decet, litem instituat, & prosequatur. Præterea talis sacramenti præstatio, quæ in procuratoris constitutione seu creatione adhibetur, videtur eò tendere, ne constituens procuratorem talem reuocet, non autem, vt ex eo dici debeat minorem restitui non debere, si per sententiam sit læsus, vbi creationi procuratoris accessisset iuramentum: ut censeam dicendũ, quantumuis minor procuratorem in lite cũ iuramento crearit, non ex eo impediri, quin petat restitutionem, si fortasse exceptionem necessariam omiserit: ita ut ex ea lædi possit, & in lite aliàs succumbere: qui tñ benè admittam, non debere restitui, vbi iuraret, se processus instructioni, aut sñiæ latæ non contrauenturum. Nam cum ob id principaliter iurauerit, citra absolutionem nequibit restitui, ne aliàs periurii reatum incurreret.

Vtrùm restituatur minor, vt omissam criminosam exceptionem obijciat?

SVMMARIVM.

1 *Minor vt exceptionem criminosam omissam proponat, nõ restituitur. Opinio Tholosani authoris, quam exemplis firmatam nihilominus Author refellit, num. 3.*
2 *Contra delictum, vel aduersus pœnarum indictionem minor restituendus non est, opinio Tholosani, & Ioan. And.*
4 *Minor non solum ad obijciendas criminosas exceptiones aut similes alias, quas omisit sed etiam eadem restitutionis via ad exceptionum, interrogatariorum, & quarumuis aliarum defensionem propositionem admittitur.*

CAPVT CCLXII.

SI denique de criminis obiectione ageretur, nec minor eam, quam debuit, exceptionem proposuit, puta, ꝙ eius aduersarius esset excommunicatus, infamis, aut irregularis, vel quid aliud simile, an poterit sic restitui, vt talem exceptionem deducat? Quam † dubitationem promouet idẽ Tholosanus author qũæst. 53. resoluens, minori nõ esse ad exceptionem proponendam subueniendum, quem in primis ad id trahit Ioan. And. in Clem. non potest. sub glo. in verbo grauamen, de procurat. effingiturque ab eodem Tholosano authore exemplum, vbi de prosequendo beneficio a tertio agitaretur, qui tamen, ꝙ inhabilis esset, poterit a minore repelli. Quam eius opinionem asserit ipse vel hac ratione comprobari: nam quòd ipse ait, Contra † delictum, vel aduersus pœnarum executionem restituendus non est minor. Simile aliud exemplum priori recenset Spec. sub ti. de restit in integ. §. j. vers. sed pœnæ. quod est tale: Cum ecclesia ꝯ quendam pro beneficio litigaret, posset; eum tanquã criminosum a beneficij assecutione repellere, nec fecerit, vtrum restitui ad earum obiectionũ, quæ criminosæ sunt, ꝓpositionem debeat? Petitur autem his casibus restitutio; quia minori seu Ecclesiæ præfixus fuisset terminus ad tales exceptiones deducendas, cui † tamen satisfactum non esset: consideratq; ea in re Spec. futuram magnam pœnæ executionem, si accusati personam spectes, qui fortasse posset declarari inhabilis, vbi denuo ad talem exceptionem deducendam admitteretur. A quo etiam adiicitur noua alia ratio, nullo pecuniario incommodo grauari posse Ecclesiam, si hunc inhabilem admiserit: & tamen ꝑm eum talis pecuniarij interesse in restitutione concedenda, vt plurimum habetur ratio, non autem, vt spectari debeat ꝯsideratio publici interesse, quod versari in eo posset, ne delicta manerent impunita, vt in l. bona fides. ff. depo. hæc ipse. Sed † quàm hæc eorum opiniones a vero absint, nitar (quod in me erit) sequẽtibus docere rationibus Primum, quòd afferunt, non esse minori maximè ob delictum, tum ob pœnarum indictionẽ subueniendum, non arridet, me iudice, confutationi eius sñiæ: imò planè id ꝓcederet, vbi ipse minor deliquisset, vellet aũt ꝯ delictum restitutionẽ impetrare: sed casus assumptus est ꝓrsus ab eo diuersissimus, ꝙ tendat se restitui, quò in tertiũ delictum obiiciat, ita vt cum eius uolũtas eò declinet, vt is alterius iniquitatem detegat, debere tanto magis ipsi accedi. Quid enim, si hunc simoniacè beneficium assecutũ proponere vellet? nonne æquum esset ei deferri? Præterhæc succedit rõ alia: Si admittit minor, quò omissam ꝓponat exceptionẽ de in integrum restit. quare non simili rõne vt crimen obijciat Crimen aũt opponendo, eo est aio, vt delictũ manifestet, ac demũ, ꝙ deliquit, puniatur: non aũt ut aliquam assequatur vtilitatem. Interest denique Ecclesiæ, infamem, aut aliàs inhabilem ꝑlatum non assequi, seu confratrem canonicũ qui vitiosus sit: ne (quod est apud Hieronymum) si iuxta claudum habitẽt, discãt subclaudicare. ad qđ ī simili accedit, qđ disponit de minore, ꝙ restituẽdus est, ꝙa damnosam cũ qbusdã dyscolis & vagabundis societatẽ coierit, ꝙ verisimiliter ex ea societate sit plurimũ damni assecuturus, vt ob id debeat restitui. in quo principaliter attendit qualitas illa, ꝙ effectus sit socius vagabundorũ. Vt n. absenti Reipub. cã subuenit, vbi is ab accusatione excluſus ẽ, ꝙa eam nõ ꝓposuerit, ꝓ l. si qua militi. ff. ex quibus causis maio. ita ẽt lex succurrẽdum eadem ratione existimauit ei, qui furore aũt alias ętate impeditus fuerit, quò eã deduceret: vt est in cap. in tua: extra qui matri. accu. possunt. Quæ cũ ita se habeant, quare non simili rationi lex minori opitulabit, ut criminosam obiectionẽ, quã omisit, ꝓponat? Nec placet illa Speculatoris ꝯsideratio, debere solum hac in re attẽdi utilitatẽ resultantẽ ex pecuniario interesse: & ita cũ nihil detrimẽti Ecclesiæ accedat, frustra de restitutione disputari. Sic ex his intelligis, ꝙ falsum esse existimem, ꝙ ex tali receptione in ꝑlatum seu canonicum Ecclesia incommodum non habeat, cũ planè supra docuerim, ei omnino expedire, talẽ cõsortem non admittere. Qui etiam opiner, habendam esse hoc capite publici interesse ꝑcipuam rõnem: nam hac criminosa obiectione eò tenditur, vt hic non solum a beneficio seu officio repellat, sed ut detecto crimine pœnas luat, qđ a fisco præstabit: cuius officio incumbit, curare, vt in facinoroſos homines animaduertatur. Quę omnia me qñque in summam admirationem traxerunt, quod ea Tholosana decisione fuerit asseueratum, aduersus omissa interrogatoria non esse restitutionem concedendam. cùm tamen pro ꝑtermissis defensionibus secus statuẽdum cẽsuerim: quia si ad prępicta attẽderis, intelliges planè, ea interrogatoria uim defensionum habere, quod adhuc & efficacius & planius doceo. Expediuerat fortasse minori in iudicij limine aduersam partem interrogare, essetne Titij hęres, ac pro qua portione, iuxta l. antepen. ff. de interro. act. tamen ea interrogatione prętermissa, processerat minor ad ulteriorem litem. Quo stante, nonne tunc iudicabitur æquissimum, & rationi accedẽs. minorem ad eam nouę interrogationis propositionem admittendum? quem certum sit aliàs a lite excisurum, cùm hunc de iure suo omnino periclitari haud dubiũ sit: vt non secus hoc cap. restitui debeat, quam vbi de defensionibus aut aliis exceptionibus proponendis est quæstio. Ad hæc me tenet memoria, qñque minorem a Senatu Dolano restitutum, quò posset prætermissum ab eo tale interrogatorium, cuius iamiam meminimus, de nouo deducere, & partẽ aduersam interrogare, pro qua parte seu portione hæres esset Titij. In quo ego nullam difficultatẽ video: quod magis me inducit decis. Tholosanæ hac in re non hærere: per quæ etiam satis habes, quanti sit profectus is articulus. Quare mea est in his sñia, debere minorẽ restitui, vt criminosas exceptiones, aut similes alias, quas omisit, obijciat: qui denique admittendus sit eadem restõnis uia ad exceptionum, interrogatoriorum, seu quantumuis aliarum defensionũ propositionẽ: qui credam, hoc præcipuè spectari debere, an num læsus sit: ut cum his omnibus casibus ipsa læsio manifesta sit, omnino accedi debeat.

Restituitur minor, qui nondum lata in eum sententia appellationi renunciauit.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio contra condemnationem remedium est ordinarium, & in fauorem ac subleuamen oppressorum introductum.*
2 *Minorem, à quo fuit ante sententiam appeliationi renunciatum, si intra dies decem non pronocauerit, à restitutione secludi debere, authore Tholosano asserente: cui contrarium asseuerat Author. numer. 3.*

CAPVT CCLXIII.

SVbiungitur & aliud in eadem Tholosana decisione, minorem posse restitui, si is nondum sententia lata appellationi renunciarit, secuta demum in eum condemnatione: Mouetur autem hac ratione, quia statim facta tali renũciatione læsum fuisse vel in con-

Source : BIU Cujas

in confesso sit. Læsio autem manifestius deprehenditur per condemnationem qua is passus est, ꝙ quam is se tueri appellationis beneficio non potest † cum tamen id remedium sit ordinarium, & in subleuamen oppressorum introductum. Quòd si lata in eum sententia omisisset intra tempus a iure prestitutum appellare (quod est decem dierum) putauit idē author Tholosanus, tunc restitui non debere: quia curare debuerit, appellationem ab eo emitti, & ob id nimia negligentia in eo planè arguatur. Quod autem attinet ad prius membrum, ego illius sententiam omnino sequor, quasi sit indubitata. Sed quod ad posterius spectat, non possum eius sensum omnino probare, qui voluerit † minorem, a quo fuit ante sniam appellationi renunciatum, si intra dies decē non prouocarit debere a restitutione secludi. Quid enim est ei imputandum, ꝙ non appellarit? Nàm debuit non appellasse, qa certum esset, ab eo prouocationi renunciatum: qui cum agnosceret, ridiculam aut frustratoriam alias futuram suam appellationem, appellare omisit. Hacq; consideratione summouetur ratio, qua in oppositum potuit is Author duci; puta, debere minorem repelli, qui saltem aliqua non sit vsus diligentia: hac enim uti non fuit necesse, vt quē ab ea legitimè reuocabat appellationis renunciatio. Est & aliud, quod in hanc rem urget, minori restitutionem competere, nec abnegari posse, si eam petat; quia intra dies decē non appellauit. Nam prouocationis omissio lęsionem inducit, & ita poterit restitui: quia appellationi ante sniam renunciarit, etiam si id expediat, cum lata sententia intra dies decē appellationem non emiserit, a quo tamen postremo membro dissentit is Tholosanus author.

Post contractum à minore celebratum potest in eum agi, vt is contractum approbet, vbi illius præcessisset declaratio, se nolle contractui stare.

SVMMARIVM.

1 *Minor etsi iudicialiter interrogatus responderit, se celebrato contractui stare & acquiescere velle: non tamen inde sequitur quin restitutionis beneficio fruatur. quod in existente minore procedere intelligitur; secus verò maiore facto.*

CAPVT CCX.

VLt etiam idem Tholosanus author, post contractum a minore celebratum posse in eum agi, ut contractum is approbet aut reprobet, vbi fortasse precessisset illius declaratio, seu iactantia, se nolle contractui acquiescere: quem contractum si probauerit, restitui secundum eum non debebit, ita testante Bartolo in l. Iulianus. §. aliàs. ff. de contrah. empt. & vendi. necnon in l. Iulianus. § si quis colludente. ff. de actio. empt. Sed ego hanc eius decisionem probare nullo modo possum. Hac autem agor ratione: Nam † si minor interrogatus, etiam iudicialiter responderit, se contractui stare, & acquiescere velle, non tamen sequitur, quin possit restitui. Nam qua facilitate is ad ꝙhendum inductus est, eadem leuitate se cōtractui stare uelle declarauit. Quę ego intelligo debere procedere, vbi minor annis ea expressione esset vsus: secus autē si iam maior effectus. Quod postmodum latius explicabitur, quando se offeret excussio eius articuli, si minor factus maior ratum contractum habuerit. Sic meum est iudicium, minorem posse restitui, etiā si declarauerit, se contractui stare uelle.

1 2

Possitne minor cogi, vt declaret, an velit stare contractui, vbi is contractus est nullus?

SVMMARIVM.

1 *Contractus vbi nullus est, ibi nulla necessaria contra eum restitutio.*

CAPVT CCLXV.

EXistimatum est etiam ab eodem authore Tholosano, posse minorem cogi, vt declaret, an velit stare contractui, etiam si nullus sit: nec discrimen aliquod statui, siue nullus, siue ualidus contractus fuerit: quem etiam ego in eo sequi non possum. Qua enim opus est declaratione, vbi nullus est contractus † cum etiam si nullus sit, non sit restitutio necessaria: ut frustratoria & inanis iudicari talis declaratio debeat.

1

Quid si eam declarationem cum iudicis authoritate fecerit.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis decreto contractus à minore celebrati approbationi accedente, restitutio minori non indulgetur, ex opinione Tholosani authoris: quæ refutatur num. 2.*

CAPVT CCXLVI.

1 ED † ea omnia is Tholosanus author existimauit debere intelligi, vbi iudicis decretum accessisset: & ita nō debere minorem restitui, a quo sit narratum, se velle contractui acquiescere, vbi iudicis authoritate eam declarationem fecerit: quasi putet, statuendum oppositum, si absente iudice hoc sit effectum. Nam ut contrahendo minor læsus restituitur: ita pari ratione, vbi is contractum approbauit, cum indistinctè & generaliter lex obsistat minorum contractibus, quòd sit fragile, debile, & infirmum eorum consilium. Quæ ratio utrunque casum introspicit, & ei est 2 adaptabilis: hæc ille. Cuius † doctrina mihi omnino non satisfacit: atque vt contrariam opinionem comprobem, assumo quod is ait, iudicis decretum contractus approbationi accedens, restitutionem excludere. Quis non planè confitetur, hoc a mente iuris esse alieniissimum? quia certum sit (vt latè supra explicuimus) iudicis decretum restitutionem non excludere, vt est in l. siquidem. C. de prædiis minorum. Quinimò præter has omnes in authorem Tholosanum confutationes, conieci eius sententiæ plurimum obesse, durum, imò inhumanum posse iudicari, minorem ad contractus approbationem compelli, aut vt declaret, se eū velle infirmare. Nam si in rei ueritate is læsus sit, cum id ipse sciat, quid est necessum, vt vlterius ad aliam eius actus expressionem adigatur? Est enim in ipsius potestate, si volet, a contractu uia restitutionis resilire: aut si magis expediens duxerit, contractui stare: cum possit quilibet fauori pro se introducto renunciare, l. pactum inter hæredem & legatarium. ff. de pact. Quid tu igitur uoluntarium hunc actum & omnino liberum efficies, aut reddes necessarium? Quæ obiectio omnino concluderet, si præcessisse eius minoris iactantiam non esset in assumpto themate præmissum. Sed talis iactantia hoc operatur & inducit, vt possit efficaciter ad declarationem, an velit contractui stare, compelli. Nam vbi is proponit, se posse contractum uia restitutionis infirmare, æquum est, vt pars aduersa sibi consulat: videatque, & modis omnibus tentet, ac sciat, si is contractus firmus aut inualidus manebit: quod in simili disponitur, vbi præcessit alicuius diffamatio, ut is cogatur intra tempus, sibi a iudice ad agendum præstitutum, actionem suam deducere, & in iudicio proponere, vt est in l. diffamari. C. de inge. manu. necnon in l. Titia. ff. de accusation. finalisque legis consideratio hæc est, quòd hoc modo & hac via certus de validitate aut inualidate contractus redditur.

Describitur modus, quo efficaciter cogi potest minor ad approbationem, seu reprobationem contractus.

SVMMARIVM.

1 *Ex contractu cum procuratore colludente facto agi potest, vt domini discernatur voluntas, & agendi forma desumatur, secundum Bart. à quo disceditur num. 3.*
2 *Forma instituendæ ab emptore actionis contra procuratorem, quæ qualisve esse debeat.*

CAPVT CCLXVII.

EFficax tamen modus alius agendi ad reprobationem, aut approbationē cōtractus hoc modo pōt desumi, vt primū, qui cum minore ꝙxit, minore contractum obseruare nolente, instituat in eum iudicium, & ad eius ꝙctus obseruantiam condēnari petat,

petat, tũc enim hac via cogetur minor declarare, velit num stare contractui? quem aliàs sequi tenebitur, nisi se eo læsum & deceptum proposuerit, quod est inuentum Bartoli in l. 3. §. si quis colludente. ff. de minor. in quo quæritur, si quis colludente meo procuratore, ab eo emerit, an ab emptore, possit in eum ex empto agi? ibi autem deciditur, agi posse: & ita actionem dandam, vt aut emptioni stetur, aut ab ea discedatur. quem textum sic sumendũ putauit Bar. ex
1 † ꝯctu cum procuratore colludente facto agi posse, vt domini discernatur voluntas, & agendi forma desumatur. For-
2 ma † autem informandæ actionis tali præscripto casu hæc erit, vt emptor ī primis actione ex empto agat: fietq; id, quorem venditam assequatur. demum eodem iudicio examinabitur, an num dominus id ratum & gratum sit habiturus. Cuius simile esse asseritur in l. si indebitum ff. rem ratam haberi. quæ tamen omnia Bar. credidit intelligenda, re nondum tradita. Ex quibus fuit huius iudicij, si nondum tradita re, actione ex empto agatur, ea via posse minorem cogi & induci ad declarationem, velit ne stare contractui, an ab
3 eo discedere. Ego † verò, vbi ad amussim licuit examinasse mentem illius §. si quis colludente. consideraui, vix posse ex eo aliquid elici, per quod ad Bartoli intentionem peruenia tur. Hoc enim habet is §. Si quis colludente meo procuratore ab eo emerit: poterit ex empto agi, vt aut emptioni stetur, aut ab ea discedatur. quasi velit textus, posse agi in procuratorem, qui rem vendidit: vt cum rem venditam non tradiderit, emptori satisfaciat, idq; ad minorem referri voluit Bartolus, quem in eo sequor. Sed quod ex illo §. eliciatur, posse agi in minorem, vt ꝯctum approbet, aut reprobet, nõ video. Quare consultissimum & magis expediens erit, contractu se iuuare: tunc enim si minor ab eo resilire volet, cõpelletur necessariò intentionem suam patefacere & declarare, an acquiescendum duxerit ꝯctui, an non. Hæcque mihi videtur via tutior, & securior, & per quam citius ad talẽ declarationem potest perueniri, ac minoris voluntas detegi. Quæ difficultas est planè aut penè nullius frugis: & in cuius examinationem ego aliter nõ incidissem, nisi excutiendam duxisset is author Tholosanus, & ut ita intelligeres, an is probè & rectè senserit in his, quæ in eam rem expressit ac deduxit.

Vtrùm contra tres conformes sententias restituatur minor?

SVMMARIVM.

1 *Contra tres conformes sententias minori restitutio concedi potest, vbi de nouo nouas causas superuenisse demonstratum fuerit.*

CAPVT CCLXVIII.

SVperiore loco attigimus, an quando, & qũo ꝯ snĩam possit minor restitui nũc se offert aliud: Vtrùm contra conformes snĩas, in se latas, possit is restitutionem implorare, potissimum si asserat, omissas aliquot ab eo exceptiões, quas in principali processu non proposuisset. Quam quæstionẽ promouet idem Tholosanus author quæstio 54. vbi recenset locum esse restitutioni: volens quadriennium, quod est a lege ad petendam restitutionem in integrum præfixum, non debere dinumerari, nisi ab vltima die sententiæ latæ. In cuius suæ opinionis cõfirmationẽ affert decisionem Rot. 168. asserens præter hæc, non esse in iudicis potestate restitutionem indulgere, nisi primùm ei de sententiarum iniustitia, & iniquitate constiterit. Hæc ipse: habens etiam assertores plures. Ego verò putauerim, huius puncti veram determinationem pendere a decisione eius articuli, quem suprà examinauimus, Vtrum sæpius in eadem causa possit restitutio cõcedi? In quo fuit resolutum, nisi ex nouis causis reijciendam restitutionem, & hoc est, quod mouit Tholosanũ
1 interpretem, q senserit † posse ꝯcedi restitutionem ꝯ tres cõformes sententias, vbi de nouo causę nouæ adueniissent, nec aliàs: in qua ego illius sententiæ planè accedo.

An pendente restitutionis iudicio fiat sententiæ executio?

SVMMARIVM.

1 *Sententia contra minorem lata executioni mandari non debet, nisi prius de restitutione constet.*

CAPVT CCLXIX.

SOlet etiam in eadẽ Tholosana quæst. differi, nũ
1 quid † pendẽte causa restitutionis in integrum sententia, cõtra quam restitutio implorat, mãdari possit executioni? In quo testatur, hãc esse crebriorem opinionem, cessare executionem, per l. unicam C. de in integrũ restitutione postul. cui communi opinioni asserit non obesse ca. su scitata. de in integ. rest. in antiq. quòd ibi militet prę sumptio pro episcopo ꝯ suum monasterium, a quo impetrabatur restitutio, vel quia ibi a principe lata fuisset snĩa, nec ab ea intra dies decem supplicatum esset, & ita non debuisset differri executio, cuius ibi is textus meminit, quod ſm ipsum non procederet, vbi ꝯ petentem cõcurreret p̃sumpto, & esset executio reiterabilis: secus putans, si esset irretractabilis, aut ubi malignè & dolosè differetur. Hæc ille: qui an verè sit locutus, poteris facilè desumere ex his, quæ superiore loco excussimus, maximè sub eo articulo, Vtrùm, dum pendet causa restitutionis in integrũ, possit sententia executioni demandari, quem articulum tam diffusè examinauimus, & quæ ad eius veram enodationem attinebant, expressimus, vt declaratione alia non sit opus.

Vtrùm per procuratorem peti possit in integrum restitutio?

SVMMARIVM.

1 *Procurator duplici nomine agit, publico scilicet & priuato.*
2 *Procurator restitutionem aut principaliter aut incidenter implorare præsumitur, fide eius proprio interesse non disceptetur, opinio Tholosani authoris,*
3 *Procurator, restitutionẽ principaliter implorans, speciali mandato opus habet: secus si incidenter, opinio Tholosani authoris.*

CAPVT CCLXX.

DIscussum etiam sub eadẽ quæst. agnosces, an per procuratorẽ possit restitutio in integrũ postulari? Quam † difficultatem resoluens, sic dicendũ censuit, aut qui deligitur, publico fungitur officio, aut priuato. Si publico, qa sit ciuitatis, vrbis, aut villæ sindicus: tunc huic non esset mandatum necessarium, arg. l. munerũ, §. defensores. ff. de mu. & hono. Quòd si priuato, qa sit alicuius priuati collegij Sindicus, nec etiã tali casu esse mandato speciali opus, vbi potissimum in minorem lata fuisset snĩa, argum. l. vlt. C. vbi & apud quos. & l. patri pro filio. ff. de minor. Si tamen de eius proprio intereſ
2 esse non disceptaretur, tunc putauit attendẽdum † an prin
3 cipaliter restitutio imploraret, vel incidenter: ut † si principaliter, esset speciali opus mandato: si incidenter, secus. Mihi tñ nullo modo placet hæc eius authoris distinctio, non, q veram esse abnuam: sed qui credam, nullo modo ꝯuenire decisioni quæstionis propositæ, in qua disputatur, an per procuratorem peti possit restitutio? qui ut id doceat, considerat, aut petens gerit publicum officium, aut priuatũ, qđ est a themate quæstionis positæ omnino diuersum, & alienum. Referenda est enim ea distinctio eo, vbi disputatur de persona petentis, & utrum, qui est Syndicus ciuitatis, egeat alio speciali mandato: nihil aũt id concludit ad decisionem præcipuæ dubitationis, quę est. Vtrum per procuratorem possit restitutio peti? & an procuratoris officio id expediatur: quod pleniſſimè attigimus loco superiore.

Describitur casus elegans, conferens ad decisionem eius, quod dictum est restitutionem esse in pristinum statum repositionem.

SVMMARIVM.

1 *Duobus procuratoribus in una eademq; causa constitutis, præfertur is, qui post restitutionem minoris est delectus.*

CAPVT CCLXXI.

QVm autem statim in limine huius voluminis declaratum sit, Restitutionem esse in pristinum statum repositionem, non extra propositum hoc loco afferetur, quod is Tholosanus interpres in eam rem considerat quæst. 909. quæ est elegans admodum dubitatio. Ipse enim huiuscemodi simile ibi proponit exẽplum

Source : BIU Cujas

plum. Instituit tertius in minorem iudicium, tãquam is Titij hæres esset, ita vt ab eo interrogatus fuerit, an illius esset hæres, & pro qua portione: cæterum is quem minor ea in lite sibi in procùratorem delegerat, respondit, minorẽ hunc insolidum hæredem esse, cùm tamen in rei veritate non totius, sed partis tantùm esset hæres, quod cum animaduertisset minor, petiit se aduersum illam sui procuratoris confessionem erroneam restitui: constituto postea nouo procuratore, sed simpliciter, & nulla adiecta mentione, quòd priorẽ vellet esse reuocatum, à quo postremo secundo loco constituto negatum est postmodum, quòd hic minor Titii hęres foret, & ita malè in eum institui iudicium. Cùm hęc ita in iudicio discuterentur, concertatum est inter hos duos procu
3 ratores, † quisnam horum iudicio pro minoris defensione adesse deberet? Tutabatur enim, qui priore loco constitutus fuerat, se potiore iure niti; quia à minore expressim reuocatus non fuisset: nec eum secundi procuratoris creationem suam potestatem sustuluisset. Ab alio uerò proponebatur, debere spectari, quòd hoc in negotio fuisset minor aduersũ talem erroneam responsionem restitutus: & id operatam restitutionem in integrum, vt per eam fuissent omnia inpristi num statum reposita: resque eò reducta tanquam si minor procuratorem ab initio non constituisset, secundùm quam doctrinam resoluit is author præferendum esse secundum procuratorem priori: aliàs restitutio non reponeret omnia in pristinum statum, quem ipse sequor.

Obiter deciditur quæstio, si minor procuratorem, quem generaliter constituerat, reuocauerit, alio simpliciter constituto, quisnam horum sit præferendus, qui iudicio adsit.

SVMMARIVM.

1 *Inter duos procuratores primus censetur reuocatus, factæ creatione secundi.*

CAPVT CCLXXII.

QVisnam autem horum procuratorum præferri debeat, mei non est instituti hoc loco examinare, cũ hic articulus sit à restitutionis materia alieniſſimus: qui solum ponderandam probaui eam rationem, utrùm possit cõmodè adaptari quæstioni, de qua agitur, extricationi. Mihi autem parum quadrare videtur negotio: nam hæc secundum procuratoris prælatio, aut (si malis) antelatio, sumit fundamentum & originem à creatione de
1 secundo facta † per quã tacitè censetur prior reuocatus: aliàs iudicaretur frustratoriè, & superuacaneè constitutus procurator. Taeita autem ea mens constituentis desumitur ex eo, quòd hæc secunda constitutio statim post agnitum à minore errorem eius confessionis facta fuerit. Plenè tamẽ admittendum censeo, quod de restitutione dicitur, posse procedere, ubi is prior procurator esset litem contestatus: quia cùm ita effectus sit litis dominus, oportuisset per secundam eam constitutionem de eo expressam fieri mentionem, nec tacita mentis declaratio suffeciſſet, & tamen restitutionem minoris hoc operari, ut expresè censeatur reuocatus: aliàs per restitutionem non reponerentur omnia in statum pristinum. Sic hoc modo res eò reducitur, ut perinde sit, ac si hic prior constitutus procurator non fuisset.

An possit minor sine curatore possessorio iudicio experiri?

SVMMARIVM.

1 *Minor etiam citra curatoris authoritatem & præsentiam possessorio iudicio agere potest in eoque læsus, auxilio restitutionis est iuuandus, numero 2.*
3 *Minorem iudicio possessorio quidem agere, sed conueniri non posse, secundùm Salicetum & eius sequaces quos Author non omnino probat.*

CAPVT CLXXIII.

1 DRoponitur etiam ab eodem Tholosano authore decis. 106. an † possit minor sine curatore possessorio agere iudicio? In quo concludit posse, arg. l. 3. C. qui legi. personam standi in iudi. habeant. vt per glo. in cap. ex patre extra de restit. spol. qui tamen putet, minorem eodem iudicio non debere absque curatore conueniri allegans in eam rem Bartol. & Sali. in illa l. 3. Ratio autem diuersitatis sic inter utrunque casum ab eis cõstituitur. Nam quòd possit minor agere, id est in eius fauorem introductum, ita ut talis fauor non sit in eius perniciem retorquẽdus, nec sumendum argumentum, quòd possit sine curatore eo possessorio iudicio conueniri, quod ipsi ratione consimili extendunt ad reconuentionem, argum. eius l. 3. per quã
2 glossa ibi asserit † minorem læsum in possessorio iudicio restitui. Quare autem possit soius iudicio adesse possessorio, hoc suprà explanauimus, quò confugere poteris. Velim etiã
3 dum tibi illud legere dabitur, consideres ipse, an † num ratio; ob quam minor potest adesse iudicio possessorio, sit militãs, etiam si conueniatur. Id enim fit, quia sit iudicium possessorium momentaneum, & leuis præiudicii. Quod (quæso) non ne procedit, ubi etiam conuenitur minor? Quod ego in Salicetum & sequaces assero, quorum ratio diuersitatis mihi cõcludens non uidetur. Nam benè examinata iudicabitur cũ dicto eadem & principalis ratio. Fateor tamen, plus causæ inesse, cùm agit, quàm cùm conuenitur minor: est enim in eius potestate, dum uult agere, & iudicium intendere, qui nesciat, quando sit conueniendus, ut maturiori, postremo isto casu egeat consilio.

Debeatne silescere restitutionis iudicium vindemiarum seu feriarum tempore.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium restitutionis vindemiarum aut messium tempore cessare debet ex Authoris sententia: licèt huic nonnulli contrarium statuant.*
2 *In causa restitutionis tractanda partem plenè audiri conuenit: quod tempore messium aut vindemiarum fieri nequit.*

CAPVT CCLXXIIII.

EXaminatur & eadem Tholosana decisione, an messium seu uindemiarum tempore restitutionis iudicium silere debeat? Sunt autem, qui senserunt, non impediri iudicii strepitum, quia restitutio sit
1 extraordinarium, nen ordinarium remedium. † Mihi tamen opposita sententia verior & concludentior visa est, per l. fin. C. de feriis. in qua disponitur, dum feriarum tempus est, omnino silescere iudicis officium, sed nobili iudicis officio expeditur restitutio in integrum: sic cum nec aliquod officium excludatur. benè sequitur, ut tale iudicium, etsi extraordina-
2 rium sit, debeat silere. Verum me ualidius impellit † quod in tractanda restitutione debeat pars plenè audiri: effici autem id non potest, nisi uia ordinaria, quę omnino sopitur, dum messium seu uindemiarum tempus est. Nec probo eam rationem, non debere attendi messium seu uindemiarum tempus, quòd restitutio sit extraordinarium remedium: quia ẽt si extraordinarium sit subsidium, debet tamen (vt prędixi) iudicio ordinario tractari & terminari: ut lex in eo litis contestationem, ac plerosque alios iudicii actus desiderarit: & ita censeo, messium, seu uindemiarum tempore debere cessare restitutionir iudicium.

Si minor, qui excommunicatus est, restitutionem impetrarit, an repelli possit exceptionẽ excommunicationis?

SVMMARIVM.

1 *Minorem excommunicatum exceptione excommunicationis ab agendo repelli non posse: petiturum restitutionem, secundùm opinionem authoris Tholosani, quam improbat Author nu. 2.*
3 *Restitutionis concessio ubi est rationabilis, excommunicatus exceptione non repellitur, siue minor sit, qui restitutus est, siue maior ex sententia Hostiensis.*
4 *Iudicium restitutionis in integrum ab his institui nequit, qui inhabiles sunt.*
5 *Excommunicatus si restitutionem in integrum principaliter petat, parte vitium excommunicationis obiiciente, audiri non debet, quod incapax sis, qui iudicium subeat: quòd si incidenter eam exquirat, tunc excommunicationem non subesse, ex Communi, & Authoris sententia.*

CAPVT CCLXXV.

1 VTrùm si † minor restitutionem in integrum implorarit, possit eum excommunicationis exceptio ab agendo repellere? Quę dubitatio etiam proponitur ab eodem Authore Tholosano sub

prefata

præfata deciſione. Quod autem deduci nequeat talis exceptio, dicit ad id conducere. quod in ſimili habetur, maritum qui ſuam repetit uxorem, non poſſe à iudicii limine repelli, quia is ſit excommunicatus, vt per gl. in c. quoniam multis 17. q. 2. quod eadem ratione cenſuit in reſtitutionis iudicio terminadum. A quo † ego in eo deſicio: ad quod me mouet regula ad hoc trita, ob vitium excommunicationis paſſim ab agendo repelli excommunicatum: vt eſt in capit. pia. de except. volu. 6. quam ego exiſtimo etiam ad reſtitutionis iudicium referri debere, nè aliàs, qui incapax & inhabilis eſt, iudicio adſit: in quo, & quantumuis ſummario, ſunt legitimandæ perſonæ, vt eſt in l. 2. C. de edict. diui adri. tollen. Nec video, quomodo hoc poſſit ſuffragari, marito uxorem repetenti non obeſſe excommunicationis vitium, cùm id toleretur ob fornicationis periculum: ad quod facit cap. inter alia, extr. de ſentent. excommu. & ita diſponitur, vt maius malũ, & quod de ſe eſt apparens ſcãdalum, vitetur. Eſt tamẽ quod in huius aſſumptæ difficultatis extricatione Hoſtienſis in ca. ſignificauerunt, extra de excepti. exiſtimauit ſpectari debere, an à minore imploretur reſtitutio, vel vtrùm maior ex clauſula generali eam poſtulet, & hoc maximè eſſe attendendũ, an cauſa, ob quam reſtitutio petitur, iuſta ſit, & quæ ſaltem iudicem ad concedendam reſtitutionem mouere debeat: vt ambobus his caſibus admittatur vterque ad agendum, etiãſi excommunicati ſint † quod ſecus ſtatuendum cenſet, ubi nõ videretur reſtitutionis conceſſio rationabilis. Sed hanc Hoſtienſis ſententiam probare non poſſum, qui putem, articulum ab eo aliter declaratum, quàm admittat veritas. quia ẽt ſi concedende reſtitutionis iuſtam adeſſe cauſam concedas: non tamen eſt, vt id poſſit, qui eſt inhabilis, efficere, cum nõ ſit legibus determinatum, † iudicium reſtitutionis in integrũ poſſe ab his, qui inhabiles ſunt, inſtitui. Firmandam igitur hac in re ſequentem crediderim concluſionem, † vt ſi principaliter ab excommunicato petatur in integrum reſtitutio, parte vitium excommunicationis obiiciente, audiri is non debeat: quia incapax ſit, qui ſubeat iudicium, quòd ſi incidẽter eam exquirat, tunc non obeſſe excommunicationem: dicitur enim tali caſu defenſione potius, quàm actione vti. Declaratur autem iſtud plenè ſimili exemplo à Bart. in l. de pupillo. §. fin. cum l. ſeq. ff. de ope. noui nuncia. quo loco is huiuſcemodi proponit dubitationem: An poſſit, qui eſt excommunicatus, monitionẽ à iudice eccleſiaſtico impetrare pro reb. quas is ſibi aſſerit ſubtractas, & malè ablatas: uel utrum ſit admittendus qui poſſit petere miſſionem, in bona ſua factam, reuocari? Quibus duobus caſibus teſtatur inſpici debere, an principaliter petat aut incidenter id imploret: ut priore caſu ſit repellendus, poſteriore admittendus, ad quod ait facere in argum. l. ſi pupillus. §. 1 ff. de priuileg. cred. aſſerens, ſic debere declarari & intelligi l. in tribus ff. de iudic. Quam illius opinionem eſt ſequutus Spec. ſub titu. de contuma. §. finali. verſic. ſed pone, reus paſſus eſt miſſionem: quem in eo ego ſequor.

Deducuntur hoc capite aliquot viæ, per quas de contractus nullitate liquere poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutionis & nullitatis ſententiæ cauſam eodem libello ſimul & ſemel cumulari poſſe probatur.*
2 *Reſtitutio nulliter concedi creditur, ſi non vocato eo, cuius principaliter intererat, conceſſa ſit.*

CAPVT CCLXXVI.

1 PRoponitur etiam ab eodem authore Tholoſano de ciſio. 469. vtrum † cauſa reſtitutionis in integrum, & nullitatis ſententię, poſſint ſimul & ſemel eodẽ intentari libello? A quo concluditur, fieri poſſe cumulationem. Talis autẽ coadunatio, aut copulatio ſic effingi poteſt, ut poſſit minor nullitatem contractus proponere, & adiicere, etiam ſi validus reperiretur aut aliqua parte ſub ſiſtens, ſe tamen eius contractus reſciſſionem petere, quod etiam extendi poteſt ad ſententiam, quam proponere poterit, nullam eſſe, ſi valida reperiretur, & reuocandam tanquã iniuſtam & iniquam; & ita his modis cumulationi locus eſſe poteſt in reſtitutione in integrum, quod eſt diuerſum thema ab eo, quod ſuprà excuſſimus, vtrum reſcindens & reſciſſorium iudicium poſſint in eodem libello copulari, & deduci: hic enim exquiritur de remedio reſtitutionis & nullitatis. Dubium autem non eſt, hoc caſu cumulationem admitti: cuius opinionis teſtem habes Bar. in l. diuus ff. de in integ. reſtitut. minor. & in l. ſi expreſſim. ff. de appella. quod & aſſerit Specul. ſub titu de ſenten. excommu. §. penul. ita in curia obſeruari. Eſt & in eam aleam deciſio Rotæ 119. Ad hęc unum adnectendum probaui, conſiderabile eſſe exemplum, quo
2 † nulliter dicitur concedi reſtitutio, vt eſt, ſi non vocato eo, cuius principaliter intererat, ſit conceſſa: nam cum de illius iure diſceptaretur, æquum & rationabile fuiſſet eum audiri. Sic ſi iudici, penes quem agitatur reſtitutionis iudicium, patuerit hunc indefenſum fuiſſe, tunc ita eam litem terminabit, ac ſi prius conceſſa noſt fuiſſet reſtitutio. Solent. n. hæc duo cenſeri ſimilia, quòd nullus ſit ipſo iure actus, aut quòd in eo non interuenerint ſubſtantialia, quæ de neceſſitate deſiderabantur: vt in proprio caſu, quod ad reſtitutionem in integrum attinet, habes l. ſi curatorem habens. C. de in integr. reſtitutione minor. Ad quod etiam accedit l. 1. §. fin. ff. quod cuiuſ. vniuerſ. nomi. & cap. quoniam. extra de his quæ fiunt a prælatis, ſine conſenſu cap. vbi ſcribit Ancha. ſi contractus nullus ſit, poterit ſtatim & eodem momento ualidus alius ſuper eadem re concipi & celebrari, ſi potiſſimum eadem perſona, a qua primò nulliter contractum fuerat, admiſceatur. Quæ Hoſtienſis opinio comprobatur eo uulgato iuris ſcõmate, Non præſtare impedimentum, quod de iure effectum non producit, ut eſt in cap. non præſtat, de regu. iur. in ſexto. Et ita ex his planè innoteſcit, quomodo poſſit dici, fuiſſe reſtitutionem nulliter conceſſum.

An cauſa reſtitutionis & nullitatis poſſint ſimul & ſemel eodem libello cumulari?

SVMMARIVM.

1 *Venditio dicitur imaginaria non accedente pretio. Simile ſtatuitur, ſi pretium numeretur, illudque à numerante ſtatim recuperetur, numero 2.*
3 *In contractibus mens potius, quàm verba contrahentium ſpectantur.*
4 *Alienare prohibitus, cẽſetur etiam prohibitus imponere ſeruitutem*
5 *Decretum iudicis niſi interueniat, rerum immobilium minoribus hypotheca non admittitur.*
6 *Alienatio rei immobilis minoris ſine cauſa abſque iudicis decreto, uel abſente curatore facta nulla eſt: adeoque nulla, vt reſtitutio neceſſaria non ſit.*
7 *Bonæ vel malæfidei poſſeſſor quis dicatur eſſe in alienatione rerum immobilium ad minorem ſpectantium?*
8 *In alienatione immobilium minoris, cum decreto etiam iudicis facta, ſi fraus interuenerit emptoris, res à minore abſque reſtitutione pretij recuperabitur, Idem ſtatuitur, ſi minor ex pretio non ſit factus locupletior, nu. 9.*
20 *Alienatio contra prohibitionem teſtatoris facta, ſiquidem fauorem alienantis reſpiciat, eſt ipſo iure nulla.*
11 *Alienatio rei per teſtatorem prohibita utrum firmo inuitatur fundamento, ſi teſtator dixerit, ſe uelle rem per hæredes ſeruari.*
12 *Enormis in contractu laſio contractum adeò nullum efficit: ac ſi dolus aduerſarij interueniſſet.*
13 *Officialibus cuiuſcunque ſtatus interdicitur ne res ſubditorum immobiles emant.*
14 *Per impreſſionem etiam emiſſe dicitur, qui minorem enixè rogandum curauit, uti rem ſuam uenderet.*
15 *Iudex enixè rogans: aut interpellans, iubere dicitur, iuxta illud: Cogit rogando, dum rogat potentior.*
16 *Contractus à minore adulationibus inducto celebratus nullus eſt, ſi præſertim pretij ſumma bonitatem rei non exequet.*
17 *Dolus dans cauſam contractui bonæfidei, reddit contractum ipſo iure nullum.*

CAPVT CCLXXVII.

AGitatum quandoque apud Senatum Dolanum memini proceſſum, in quo quinque modis uiis & medijs proponebatur nullitas contractus, cuius tunc erat inter minorem quendam & inſignẽ alium heroem controuerſia, quod nos breui quodam trami te perſtringemus. Primo autem ordine allegabatur nullitas, quia dicebatur eum contractum fictum eſſe & ſimulatum, maximè in illius ſubſtantialibus, qui erat emptionis & uenditionis: puta in pretio, quod non interuenerat, cum tamen ſit de eius contractus ſubſtantia, vt in §. pretium. Inſti. de emptio. & ven. Hæc autem nullitas eſt ſatis rationi conſona, cũ
1 lex loco alio teſtetur, imaginariam † eſſe uenditionem pretio non accedente, ut in l. imaginaria. ff. de regu. iur. & l. emptor. ff. de aqua plu. arcend. ita ut iuramento non firmetur l. 3. C. plus ualere quod agitur. Et quòd oporteat pretium ſolui realiter, aut de eo fidem haberi dicitur §. vẽditæ & traditæ. Inſti. de re-

Source : BIU Cujas

2 de rerum diuiſ. Simile diſponitur† ſi numeretur pretium, & à numerante ſtatim recuperetur, l. qui ſic ſoluit. ff. de ſolu. & libera. per Bar. in l. per diuerſas. C. manda. & l. poſt contractũ.
3 ff. de dona. Solet† quippe in contractibus mens eorum, qui contrahunt, potius, quàm verba attendi, l. fi. C. quæ res pign. & plus ualet, quod agitur, quàm quod ſimulatè concipitur. Si denique minor impoſuiſſet ſeruitutem prædio, quam nõ debebat, dicitur ius ſuum minuere, & conditionem alterius
4 meliorem efficere† & qui prohibetur alienare, cenſetur prohibitus imponere ſeruitutem, l. fi. C. de reb. alien. non alienã. per Doct. in l. de pupil. §. Sextus Pedius. ff. de oper. nou. nunc. quod ſuprà nos loco alio ſumus teſtati. Secũdò allegabatur nullus contractus ob defectum ætatis: quia alienaſſet minor immobilia abſque decreto iudicis. Ad hoc autem accedebant l. 1. ff. de reb. eorum. & l. non ſolum. C. de prædi. minor.
5 vbi† venditio, alienatio, & quælibet rerum immobilium minoris hypotheca prohibetur, niſi accedente decreto iudicis, l. ob eꝰ. C. de prædijs minor. vbi dicitur, neceſſariam cauſam eſſe, ſi æs alienum à minore debitum ſolui debeat. ſi deniq; abfuerint curatores, nulla erit talis alienatio, l. fin. §. ſin autẽ.
6 C. ſi propo. publi. penſitat. & † ita rei minoris immobilis alienatio ſine cauſa, abſque iudicis decreto, vel abſente curatore facta, nulla eſt: & tam nulla, ut non ſit reſtitutio neceſſaria, immo minor ſeruatur ipſo iure illæſus, l. in cauſæ. §. Pomponius. ff. de mino. per Bal. in l. 2. ſi aduerſus vendit. & hac ratione poteſt minor non ſolum rem alienatam, ſed etiã fructus vendicare, l. 2. C. ſi quis ign. rem minor. eſſe. & l. ſi prædium. C. de prędiis minor. niſi qui emit bona fide emerit. tũc enim
7 is ſuos fructus facit l. 1. C. ſi quis ignorans. Et† dicitur poſſeſſor bonæfidei, vbi neſciuit rem minoris eſſe: qui ſi ſciuerit, & ſine decreto eam emerit, iudicatur malæfidei poſſeſſor, ut fructus cogatur reſtituere, nec vſucapiendi conditionem ha-
8 beat l. 1. C. ſi quis ignorans rem minoris. Quinimò ſi† in alienatione immobilium minoris cũ decreto iudicis facta fraus interuenerit, ſit autem emptor illius fraudis particeps, recu-
9 perabitur res à minore abſque pretii reſtitutione. ſimile † ſi ab emptore abfuerit fraus, nec minor ſit ex pretio effectus locupletior, l. ſi prædium. & l. prædiorum. iuncta l. utere. C. de prædiis mino. facit l. ſi ſciens. C. de euictio. Tertium medium
10 nullitatis contractus deſumebatur ex eo, quòd† pater minori per teſtamentum prohibuiſſet ſuorum bonorum alienationem: ualet autem prohibitio alienationis à teſtatore facta, vbi ſolum fauorem perſonæ cui prohibetur, inſpicit, ut alienatio in contrarium facta, ſit ipſo iure nulla, per l. filiusfamilias. §. diui. ff. de leg. 1. & l. peto. §. fratre. & l. cùm pater. §. libertus. ff. de leg. 2. Nec poteſt à minore tali fauori pro ſe in-
11 troducto renunciari, l. 1. C. de vſuca. pro empto. Hæc† autem eſt cauſa ſufficiens prohibitionis, ſi dixerit teſtator, ſe velle rem per hæredes ſeruari, cuius rei ipſe alienationem prohibet, l. voluntas. C. de fideicõ. Id aũt limitat Bar. in eo §. diui. ut procedat, vbi alienans nõ eſt ętatis pfectę, ſecus in minorem ætatem excederet: quia tunc uſucaperet, l. fi. §. pe. C. com. de leg & in propoſito themate prohibuerat pater minori alienationẽ ſuorũ bonorũ ante 25. ann. Quartus caſus nullita-
12 tis ſumebat originẽ ſuper enormi læſione. Enormit† aũt læſio inualidat potiſſimum contractum, & ita efficit nullum, ac ſi interueniſſet aduerſarii dolus, ut non ſit abſolutio à iuramento neceſſaria, maximè ſi in contractu acceſſerit taliꝰ læſio, ad quæ habes Ancha. conſi. 38. pro clariori deciſione. Quintum medium erat, quòd minor contraxiſſet cum ſupremo iudice eius prouinciæ, & de re in eadem prouincia
13 exiſtente† quia talibus officialibus, immo etiam mediocribus, interdicitur, ne res immobiles ſubditorum emant l. non licet. & l. qui officii. ff. de contrahen. empt. & uendi. & l. vnic. C. de contractu iudicum, vt l. ſi per impreſſionem. C. quod metus cauſa. dicat, quod emptum fuerit, eſſe reddendum, & pretium nihilo ſecius retinendum. Cæterum aſſeritur, hanc communem eſſe ſententiam, ut ea diſpoſitio procedat in of-
14 ficiali, qui perpetuò in ſua adminiſtrat prouincia. † Per impreſſionem autem quis emiſſe dicitur: etiamſi aliud nihil pſtiterit, qua quod curauerit enixè rogari minorem, ut uende-
15 ret, quaſi id ſumma efflagitatione ſua obtinuerit. † Nam talis iudex, ſic rogans aut interpellans iubere dicitur, ut per Bart. in tractatu de tyrannide, ver. impreſſionem autem probabit. & hoc apertè declarat l. fin. C. quod met. cauſ. ubi textus habet: Venditiones, donationes, & tranſactiones, quæ per potẽtiam extortæ ſunt præcipimus infirmandas. Eam etiam impreſſionem deducit alio modo Ang. conſi. 215. aſſerens, eſſe metum impreſſiuum ex proprio iure uindicantis. Ad quod
16 habes conſilium Fulg. 30. referentis† nullum eſſe contractũ a minore celebratum, ubi adulationis partis inductus ad vẽdendum fuit, minore potiſſimum pretio, quàm vendita res valeret. Sexta via erat, quia dolo fuit minor ad contrahendũ
19 inductus. † Dolus autem dans cauſam contractui bonæfidei, reddit nullùm contractum ipſo iure, l. eleganter. in princi. ff. de dol. l. 3. §. fi. ff. pro ſocio. quem finalem modum ego ſuperiore loco tam diffusè attigi, ut denuo hic examinari non debeat. Quos ſex nullitatis contractus modos libuit hoc loco recenſere, quia opportunè uidebantur poſſe adiici, nõ quòd mei fuerit inſtituti de eorum ueritate diſceptare, & hoc exquirere, an per eas cauſas iudicari contractus nullus debeat, cum oporteret denuo hic pleraſq; refricare quæſtiones, quas iam ſupra attigimus, necnon alias poſtmodum à nobis examinandas, talium declarationi omnino accõmodas, ex quarum reſolutione apertè coniicies, ſi præmiſſę nullitatis uiæ ſint à iure probatæ, & quod iudicium ſuper eo ferri debeat.

Quomodo ſe læſum probare minor debeat? & an hæc probatio eius aduerſæ parti incumbat?

SVMMARIVM.

1 *Minor vt læſus eſſe putetur, ſufficit ſecundùm Butrigarium obligationis probatio.*
2 *Minor ſi hæreditatem à ſe aditam proponat præſumitur tali aditione læſus ad hoc, vt in partem aduerſam probandi onus transferat, ſic docente Baldo: à quo diſſentit Iacobus de Arena, nu. 3.*
4 *Ad probationem negatiuæ regulariter lex neminem arctat aut compellit.*
5 *In bonis hæreditarijs plus eſſe, quàm inuentario deſcriptum ſit, creditoribus incumbit probare, non ei, qui ex beneficio inuentarij hæres eſt.*
6 *Hæres ad inuentarij confectionem non admittitur, niſi præſtito iuramẽto, ſe in inuentario omnia probè deſcripturum.*
7 *In reſtitutionis materia læſionem à minore probandam eſſe, certa & indubitata iuris regula: & eiuſdem regulæ declaratio, nu. 8.*
9 *In dubio pro ſententia præſumitur.*
10 *Minor læſionis probatione onerandus non eſt, vbi ex ipſius facie læſio reſultat, & num. ſequen.*

CAPVT CCLXXVIII.

1 DIſputatur ampliſſimè à Guidone Papæ deciſ. 142. idque in utranque partem† quando & quomodo minor ſe læſum docere debeat? & vtrùm ei, an eius aduerſario incumbat ętatem probare? In quo primum recenſet ſenſiſſe Butrigarium ſufficere, ut probet minor, ſe tertio obligatum eſſe: quaſi is obligationis nexus ſatis denotet læſum eum eſſe? & hoc modo transfundi in partem aduerſam probationis onus. puta minori ſufficientes eſſe facultates, vnde poſſit ab eo creditorib. ſatisfieri. Quã etiam opinionem aſſerit ſequutum Salic. in auth. ſi omnes.
2 C. ſi ab hære. ſe abſti. per l. defendente. ff. de author. tut. Si † ẽt minor propoſuerit, à ſe hęreditatem aditam, preſumitur tali aditione læſus, vt debeat aduerſa pars probare, facultates hæreditarias ſufficere: † ſic docente Bal. in l. j. C. ſi ab hęre. ſe abſt. Iacob. tamen ab Arena credidit, tale probationis onus minori incumbere: aſſumendo poſteriorem caſum, in quo de hęreditatis aditione tractatur, vt teneatur docere minor, hęreditatem ſic eſſe debitis onuſtam, vt talis reditus perſoluendis hęreditariis debitis ſufficere nequeat. Fuit etiã huius ſententię Cynus in ea authen. ſi omnes, ſi ſe ab hæred. abſtin. aſſerens, ſic obſeruatum à Senatu Grationopolitano, dum in ſimili caſu ſupremum ab eo ferretur iudicium, atq; ex eo examinat Cynus ſub eadem authen. quomodo poterit probare minor, bona hęreditaria non ſufficere, cum hęc
4 videatur eſſe negatiua† ad cuius probationem lex regulariter neminem arctat, ut eſt in l. cum actor. C. de prob. In quo ſecundum eum eſt confugiendum ad doctrinam glo. in l. cũ de lege ff. de proba. vbi diſponitur ſic, debere à minore proponi hæreditatem ualere tantum centum, aut ducenta: & qui aſſerere volet plus eſſe in bonis hæreditariis, probet ipſe: quem modum refert eſſe expreſſum & apertè deſignatum in l. fin. §. licentiam. C. de iure delibe. ubi qui ſub inuentarii beneficio eſt hæres, ſi oſtenderit inuentarium, in quo propo
5 nat & tuetur deſcripta eſſe quęuis hæreditaria bona, † ſi demum creditores allegent plus eſſe in eis bonis hęreditariis, quàm contineat inuentarium, hoc neceſſariò probare tenebuntur, quam doctrinam plurimis commendat Bar. in l. decem. ff. de verb. obli. & in l. actori. C. de reb. credi. & iureiuran. Sed ego ab hac eorum ſententia planè deficiendum exiſtimauerim, qui non agnoſcam, quomodo poſſit pro eorum ſententia deſumi fundamentum efficax ex eo §. licentiam. Nam quod in eo diſponitur, hoc operatur inuentarii beneficium,

Source : BIU Cujas

cium, per quod inducitur pro hærede præsumptio, cum ad id non perueniatur, nisi accedentib. solennitatibus à lege institutis, quib. lex iusta occasione hæredem grauandum duxit: hic cum his ipse satisfecerit, mirum non est, si probatione creditores onerentur, vbi potissimū ab his contenditur, plus esse in bonis hæreditarijs, quàm minor asserat. Quod an sit distinctum ab alio Butrigarij exemplo, sat ipse intelligis † nō
6 enim admittitur hæres ad inuentarij confectionem, nisi præstito iuramento, se probè omnia in inuentario describturū: adhibitis ēt creditorib, hēditarijs & legatarijs: uocatis deniq; aliis, à quibus fit rerum hæreditariarum taxatio, quæ in exē plo alio non interuenerunt. quare si tu id probares, minor in causa propria iudex constituetur, ac planè communis iuris regula euerteretur, per quam disponitur, Ei qui dicit, probandi onus incumbere, vt in l. ei qui. ff. de proba.

Certa est autem & indubitata regula † in restitutionis ma
7 teria læsionem à minore probari debere. Quo fit, vt si se ex contractu læsum dicat, fit ab eo de lęsione docendum, l. nam & postea. § si minor ff. de iureiur. facit ad id l. ait Prætor. §. nō solum. ff. de min. vbi † succurrendum ei videtur, si minor sit,
8 & se circunuentum docuerit, quam regulam tu ita declarare debes, vt procedat, nisi aliàs ex actu, de quo agitur, læsio leuis & frustratoria iudicaretur, vt est, cum aduersum prescriptionem vult is restitui: debebit enim hoc solum probare, quòd minor sit: cùm ex reliquo satis læsio pateat, quia sit in eum præscriptum, & ita suæ rei detractum, quæ fuit consideratio quorundam in l. sancimus. C. de temp. in integr. restitutionis petendæ. Quod etiam extendendum putarunt ad consimile & penè conforme exemplum, si minor appellare omiserit, vt non teneatur hoc casu aliud probare, quàm quòd minor sit: satis enim secundùm eos læsus censetur, qui non prouocarit: nec esse necessariam hanc probationē: quia malè fuerit in eum lata sententia: & ita consultissimè ab eo actum, si is appellasset. Sed Castrensis in ea l. sancimus existimauit, minori probationem hanc incumbere: qua doceat, sententiam malè fuisse in se latam, & hoc sibi expediuisse, ut appellaret.
9 Mouetur autem ad id † quia in dubio pro sententia præsumatur l. Herennius §. Caia Seia. ff. de euic. Cuius opinionis dicit esse Bar. in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur. Recitat etiam eodem loco aduersam Raphaelis Cumani ea in re sententiam, qua is putauit specłari debere, vtrum hic minor actor esset, vel reus: vt si actor sit, probare debeat sua interfuisse prouocare, quòd si reus fuerit, secus statuendum: quia hęc sit legis consideratio, satis hunc perdidisse, qui non appellarit. Quam Raphaelis sententiam ipse sectatur: qui tamen testetur, se quandoque obseruari oppositū vidisse. Ego verò ex his diuersis opinionibus eam eligendam puto, quæ
10 habet, Non † esse lęsionis probatione onerandum minorem, vbi ex ipsius actus facie resultat læsio, vt est in exemplo præscriptionis, quod suprà premisimus. Dubium autem est, an idem disponi & censeri debeat, vbi à prouocando cessatum fuit: atque in hoc hęsitationem mouet, quod idem vtroque capite non sit probandum: quia hoc esse possit, benè fuisse minorem condemnatum, & ita appellari non debuisse, quæ nullo modo est in præscriptione considerabilis ratio: quia certum sit, ex tali prescriptione minorem lęsum, cuius patrimonium sit ex eo diminutum. Memini tamen Senatum Dolanum passim minores restituisse, quod intra tempus prę stitutum à sententia in eos lata non appellassent, idque prętermissa omni examinatione & perscrutatione, an huic appellasse, uel nō, profuisset: hoc solùm spectantes, quòd non appellando potuerit hic minor non lędi, vel etiam lędi, ut in hoc dubio ei subueniendum existimet. Certum est autem, hunc beneficio legis priuatum.

11 Nec † mihi satisfacit Cumani consideratio, qua uoluit, Debere attendi, an actor sit uel reus ut plus reo fauendum esse scribat: quia lex, quę uult, minorem lęsum debere restitui, generaliter & indistinctè loquitur, nullo discrimine habito inter reum & actorem. Sic ex his omnib habes, lęsionem esse à minore probandam, nisi tam manifesta & euidens fuerit, ut alia probatione sit opus, ut & in casibus suprà attigimus, & siqui sint alij similes.

Non est restitutione in integrum opus, si minor velit discedere à condito ab se testamento, & illud reuocare.

SVMMARIVM.

1 *Postrema voluntas vsque ad mortem est de ambulatoria.*
2 *Restitutione minor opus non habet, cum via ordinaria testamentum reuocare possit.*

CAPVT CCLXXIX.

PRęcedentibus subiungetur hoc loco opportunè sequens quæstio: Minor testamento condito uult postmodum ab eo discedere, quia sibi dispendiosam dicat eam postremam uoluntatem: nūquid si velit restitui, vt possit de nouo testamentum condere, ad id sit admittendus. Quam difficultatem excitat Bart. in l. 1. §. fuit quęsitum. ff. ad Trebel & in l. fin. §. si quis aliquem testari prohibuerit. necnon l. verba contraxerunt. ff. de verb. & rerum signifi. qui eis locis concludit, non esse aliqua restitutione opus: quod etiam firmatur ab aliis eiusdem opinionis sectatoribus, in l. frater. C. qui testam. face. poss. & l. Aurelio. §. Caius. ff. de lib. lega. Hi autem mouentur, quia sit in eius libera potestate, quandocunque volet testamentum reuocare, &
1 nouum sibi conficere † cum postrema uoluntas sit vsque ad mortem deambulatoria, ut est in l. siquis in principio testamenti. ff. de lega. 3. & in l. nemo potest. ff. de lega. 1. quo fit, ut minori permissum sit, posse sine curatoris authoritate testari, ut ea l. Aurelio. §. Caius. etiam si contradixerit curator: ut per Bal. in ea l. 1. C. si quis aliquem test. prohib. & in l. si frater.
2 C. qui testa. face. poss. Sic † cum iure ordinario possit is a testamento discedere, quid est necessum, ut hoc ipse, extraordinaria uia faciat? Qua non uideo, quomodo possit aptè hoc casu minor uti, quia non sit lęsus: nec est in actu testamenti conditi, ut in contractu, considerabilis lęsio: quia contractus sunt ab initio liberi, & ex postacto necessarii. Vt ex his ego sequendam hanc opinionem censeam, non esse opus restitutione, ut minor testamentum reuocet: potest enim id ordinaria via assequi.

An si delatum minori fuerit iuramentum, cessare debeat restitutio?

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum si minori delatum fuerit, cessabit in integrum restitutio, rationibus in textu annexis, licèt his contradicere videatur Author nume. 2. & 3.*

CAPVT CCLXXX.

1 IN † minori delatum iuramentum fuerit, cessabit in integrum restitutio. Cuius dicti ratio est: quia in propria causa fuerit effectus iudex, ita id testante Baldo in §. item sacramenta. sub titulo de pace iura. firmanda. Est & aliud eam confirmās opinionem: nam si putauerit minor à se malè & contra veritatem iuratum, est in eius manu, hoc apertè declarare, & à iuramento discedere ita ut nullo modo sit ad restitutionem in
2 integrum confugiendum. Quòd † tamen restituendus sit, facit: quia si admiseris, hunc posse suam mentem explicare, & à se contra veritatem iuratum proponere, non ne si falsum is iurauerit, detegitur hoc modo illius periurium? quod vitabit ipse, si contra tale iuramētum restitutionem assequatur:
3 quasi id sit operatura restitutio, † vt perinde efficaciter, ac si is nullo modo iurasset. Probabilior tamen mihi semper uisa est opposita sententia. Quid enim restitutione hoc exemplo est opus: nam imploratur restitutio, ubi cessat remedium ordinarium, aut uia alia, per quam sit minori consultū: sed hoc casu potest ipse, si iurauerit falsò sibi deberi, aut quid aliud simile, à tali iuramento discedere, & à se omnem utilitatem ex eo prodeuntem abdicare, ac non uti effectu & potentia talis sacramenti. Nec verum est, si ei concederetur restitutio, hoc posse induci, ut perinde esset, ac si non iurasset: quia cū id animam iurantis introspiciat, effici non potest, quin ipse periurium incurrerit, à quo se eximere non potest, nisi obtenta absolutione à iuramento: ita vt restitutionis in integrum in hoc nullus sit effectus, ut per quam non fiat quouis modo periurii deletio.

Vbi minor mutuatam dissipauit pecuniam, restituitur aduersus creditorem.

SVMMARIVM.

1 *Minor dissipata pecunia mutuata, restituitur quidem aduersus creditorem suum, sed hac conditione, ut dum restituitur, omne id teneatur refundere, ex quo locupletior factus sit.*
2 *Minor si dissipata abs se pecunia, contra creditorem restituatur, iudex sua sententia creditori actionem denegare debet, ex sententia Barto.*

Minor

Source : BIU Cujas

3 *Minor si mutuatam pecuniam tertio crediderit, cedendo actionem creditori primo, liberatur,*
4 *Venditor si prædium minori pluris, quàm oportuerit, uendiderit, recuperato prædio, prætium restituere cogitur.*

CAPVT CCLXXXI.

1 REstituitur†etiam aduersus creditorem minor, vbi is pecuniam sibi ab eo mutuatam dissipauit: vel si ex ea debitorem non idoneū quæsierit, aut cariore pretio prædiū emerit, sed tenebitur minor, dum restituitur, refundere omne id quatenus est effectus locupletior, l. patri. § pecuniam. & ibi Bar. ff. de minor. Quod autem attinet ad dissipationis exemplum, debet Proconsul creditori aduersus minorem actionem abnegare: quod tamen sic est intelligendum, ut præcedere debeat restitutio in integrum, non autem vt ipso iure id efficiatur, vt est in l. 1. &
2 2. C. si adue. credi. Voluit etiam Barto. in l. patri. §. si pecuniā. ff. de minor. cùm restituitur minor aduersus creditorem dissipata ab eo pecunia, vt debeat iudex per sententiam suam exprimere, se creditori denegare actionem. Sumit autem hinc fundamentum, quòd text. in eo §. si pecuniam. hoc habeat, Denegare debet Proconsul creditori contra eum actionem. Mihi tamen non placet hæc Bartoli doctrina, saltem, ut teneatur id necessariò iudex efficere, aut aliàs (vt ipse voluit) redatùr actus nullus: quia id satis subintelligitur ex natura restitutionis. Cùm enim minor aduersus mutuum restituitur, res eò reducitur, ac si ex mutuo non obligetur, & ita inutilis, & inefficax est actio. Sic quid est opus expressione in sententia, cùm quæ tacito intellectu desumuntur, non egeant maiore apertione? vt putem id nō debere necessariò fieri. Quòd
3 †si eam pecuniam minor egenti tertio postea crediderit, procedendum vlterius non est, quàm ut iubeat iuuenem actionibus suis experiri: quas habet in eum, cui is credidisset, ut eas creditori cedat: hicque eas cedendo liberabitur, etsi non ob actionem, sed propter rem obligatus foret, ad quod facit l. si ut certo. §. idem Labeo. ff. commodati. & l. si hominem,
4 §. fi. ff. de rei uendic. Si denique†minor ea pecunia prædium pluris, quàm oporteret, emerit, sic temperandū uoluit negotium Iureconsultus in eo §. si pecuniam, ut iubeatur uenditor, restituto pretio, prædium recuperare, ita ut absque alterius incommodo creditor suum à iuuene consequatur. Ex quo satis intelligitur, quid obseruari debeat, si etiam sua pecunia pluris, quàm oporteret, minor fundum emerit. Nam is utroque casu est restituendus: quia sit læsus. Nec plus ratio nis statuitur, ubi is ex sua pecunia, quàm cū aliena emit: hoc enim solum attenditur, quòd sit deceptus. Et hoc utroque casu uenditor usuras, quas percepit, aut percipere potuit, tenebitur omnino restituere: minor etiam fructus, ex quibus locupletior est factus, refundet. A diuerso si minore pretio, quàm oportuisset, rem vendiderit: etiam si iudicis decretum accessisset, iubebit Prætor emptor fundum cum fructibus restituere minor autē eatenus factus agnoscetur locupletior, ut est diffusissimè excussum, & tractatum in eo §. si pecuniā.

Si minor, qui petit aduersus mutuum restitui, pecuniam recuperauit, an restituetur? & quo tempore dicatur pecuniam recuperasse, & censeatur locupletior factus?

SVMMARIVM.

1 *Tempus litis contestationis attenditur, vt in pecuniæ mutuatæ recuperatione minor locupletior factus esse censeatur.*
2 *Minor ex mutuata pecunia locupletior factus, rem restituere tenetur, ne ex alienæ iactura pingueſcat.*
3 *Minores tunc vel maximè læsi censentur, vbi re mutuata priuantur, quæ in eorum usu conuersa non sit?*
4 *Læsio minoribus quomodocunque & quocunque tempore acciderit, restitutio in integrum ipsis concedetur.*

CAPVT CCLXXXII.

1 SI†cùm mutuatam pecuniam perdiderit minor, hanc tamen postmodum recuperauerit, tenebitur ad eius restitutionem: & maximè in hoc attenditur tempus litis contestationis, & an tunc eam habuerit? Solet enim tale tempus inspici, vt iudicetur locupletior factus, l. si minor 25. annis filiofamilias. ff. de minor. E diuerso etiam si litis contestatæ tempore pecuniam haberet, & dum penderet iudicium, aut etiam lata sententia eam consumpserit, dabitur ei restitutio in integrum, quasi accesserit noua causa, ut in l. 2. & 3. C. si sępius in integr. restitutio postul. quæ duo sic explicantur à Bar. in l. si mino. Quod autem ad prius dictum spectat, non ab re ita sta
2 tuitur, † quia cùm sit minor locupletior factus. æquum est, ut rem restituat ne aliàs iactura aliena pingueſcat. Nec attenditur, quòd semel rem creditam amiserit, ubi maximè in suam manum & potestatem reuersa est, argumē l. non videtur desiisse possidere. ff. de regu. iur. Sed quod spectat ad secūdo ordine scriptum, debere minorem restitui, qui cùm rem mutuatam, dum lis contestaretur, haberet, eam ante vel post sententiam amiserit: ego id non abesse à summa dubitatione existimauerim: nam si verum sit (quod ex Bartoli sententia præmisimus) spectari tempus litis contestatę, ut iudicetur quis locupletior effectus: sat est, quòd hic minor eam mutuatam tempore litis contestatæ possederit, per quam locupletior factus sit, quo fit, vt attendi non debeat, ab eo postea esse amissam: quia id potuit eius culpa euenisse, quæ non debet obesse creditori. Verius tamen est, vt fateare, concedendā
3 restitutionem, quę passim datur minoribus lęsis. †Læsos autem vel in confesso est, vbi re mutuata priuantur, & quæ in eorum vsum conuersa non sit. Nec in hoc vis consistit, an id
4 fiat ante, seu post sententiam, †quia quomodocūque & quocunque tempore acciderit lęsio, dabitur restitutio in integr. Et quod in oppositum pensatum fuit, hoc inspici debere, tēpore litis contèstatæ minorem effectum locupletiorem: id sanè est intelligendum, si modò ea locupletior conditio durauerit: quia non sufficiat, me ab initio rem mutuatam habuisse, nisi verè in meam sit utilitatem versa: & ideo cum deperdatur, perinde erit ac si penes me non fuisset, vt saltem ego restitutionem assequi debeam. Et ita, me iudice, est declarandus Barto. in l. si minor.

An contra peremptam instantiam minor restituatur.

SVMMARIVM.

1 *Minori, vt peremptam instantiam resuscitet, auxilio restitutionis subuenitur. Instantia verò triennio perimitur.*
2 *Minor etsi præsens cœptam instantiam prosecutus non fuerit: tamen restitutionis gaudet beneficio, quia læsum esse certum sit, multo magis, si absens fuerit, licèt huic sententiæ oppositum statuatur numero tertio.*
4 *In minoris optione atque arbitrio situm est in curatorem agere, aut restitutionem petere, si curator soluendo non sit.*
5 *Absentia causa restitutionis indulgende iustissima.*
6 *Quicunque superueniente aliquo impedimento, in iudicio se non statuerit, modò id sine illius culpa acciderit, ei exceptione succurritur.*
7 *Sententia à sciente iudice in ægrotum lata nulla est.*
8 *Pars, quæ in iudicio propter ægritudinem adesse nequit, excusatorem mittere oportet ex cōsilio Bartoli, quod latius discussum vide hoc nu. idque sequutum est Dolanum Senatum Author memorat.*

CAPVT CCLXXXIII.

1 POtest etiam excitari quęstio diuersa, mirè tamen in hac restitutionis materia conueniens, An†contra peremptam instantiam debeat minor restitui? Quam difficultatem suscitat Bart. in l. in prouinciali. § 1. ff. de ope. noui nunciat. & in l. ait prętor. §. fina. ff. de minoribus. quibus locis concludit, locum esse restitutioni, argum. eius §. fin. ubi etiam putauit, id ad maiorem ex causa extendi. ubi absentia instantiam litis absorbuisset, argum. l. properandum. §. sin autem alterutra. C. de iudiciis. Perimitur autem triennio instantia, ut est in ea l. properandum. Restituetur igitur minor, ut peremptam instantiam denuo resuscitet. Miratus sum tamen, quòd Barto. pro suę opinionis confirmatione sumpserit fundamentum in eo: quòd vt subuenitur maiori, si perempta sit instantia per absentiam, ita ut
2 minori succurrendum sit†quia etiam si prędens minor fuerit, nec sit cœptam instantiam prosequutus, est tamen restituendus: quia certum sit lęsum esse. Sed hoc facilè uitabitur, modò consideraueris, noluisse Bartolum abnegare, etiam minori subueniendum restitutione, si eo prędente perempta instantia fuerit, sed ipse mentem aliò deduxerit, cuius intentio hęc fuit, docere, contra peremptam instantiam minorē restitui: quia si in maiore admittatur eo casu restitutio, puta,
3 vbi fuit absens, multo magis id in minore procedet. † Senserunt tamen quidam, non esse concedendam minori restitutionem aduersus terminum instantię lapsum, nisi curator de sijsset esse soluendo: cùm aliàs minor in eum regressum habeat,

Source : BIU Cujas

beat, vt per gloſſam in §. illud. in Authentico, de hæredita. & Falcid. Sed ea gloſſa eſt paſſim reprobata † cùm ſit in minoris optione in curatorem agere aut reſtitutionem impetrare, vt ſuprà latè docuimus. hocque ſatis elicitur ex mẽte eius ſin. § in quo habetur, omnis ætatis hominibus reſtitutionẽ eremodicii præſtari debere, modò ſe ex iuſta cauſa abfuiſſe doceant: ea enim verba, omnis ætatis hominibus, tam maiorem, quàm minorem includunt: ſed maiori ex ea generali clauſula. † Si qua mihi iuſta cauſa: minori autem id conceditur, quia minor ſit, nemo autem verè eſt abnegaturus, quin abſentiæ cauſa ſit iuſtiſſima: ad quod in ſimili habes l. non exigimus. §. ſi quis municipalis. ff. ſi quis cautionibus. vbi qui publico, & neceſſario impedimento detentus fuit, in pœnã non incidit, potiſſimum cum effectu, ut in §. ſi quis in iudicio. ſub eadem l. diſponitur, ſi in † perſona eius, qui ſiſtere iudicio ſe debuit, impedimentum ſuperuenerit, modo id ſine illius culpa acciderit, ei exceptione ſuccurritur, ita ut hac cã is in ſtipulationem de iudicio ſibi incidat, per l. ſed & ſi quis. in princi. ff. ſi quis cautio. Certum eſt autem, infirmo qui ob ægritudinem adeſſe iudicio non potuit, deferri, l. quæſitum. ff. de re iudic. Quinimò in eo §. ſi quis in iudicio. lex iubet iudicii diem difiſum eſſe: quaſi lex ſentiat † ſi in ægrotum feratur ſententia, & ægritudinem ſciuerit iudex, nec hunc comparere potuiſſe, nullam eſſe eius ſententiam. Conſulendum tamen putauit Bar. in eo §. ſi quis in iudicio. ut † pars, quæ in iudicio ob ægritudinem adeſſe nequit, excuſatorem mittat, qui talem infirmitatem iudici notam faciat, hac enim uia nõ poterit proponi à iudice ſe talem ignoraſſe. Quæ doctrina confert ſummopere ad intelligentiam, & enucleationẽ praxis Burgundiæ, in hanc rem conferentis. Si enim aliquis, inſtante fiſco, ſub pecuniaria pœna citatus coram Dolano Senatu fuerit, atque is die præſtituta, quia infirmus ſit, adeſſe nequeat, debet iuxta eius ſtyli formam excuſatorem aliquẽ ad eundem Senatum mittere, denunciaturum ægritudinẽ: pro qua probanda producit ad id medici, pharmacopolæ, aut paſtoris Eccleſiaſtici atteſtationem: hoc continentem, ꝙ hic verè ægrotus ſit: qua tamen atteſtatione non obſtante, nihilominus decernitur in abſentem contumacia: ſed cum ea limitatione, vt parti ſaluæ exceptione, ut parti ſaluæ exceptiones manere debeant, quas poſtmodum examinat apud ſe iudex, prius quàm contumacem hunc dicat, & non comparentem pœnam indictam incurriſſe, quam ipſe aliter declarare non põt, aliàs ſubiiceretur nullitati ſententię. Quòd autem mediocrũ aſſertione probetur ægritudo, habes Bart. in l. contumaciam. §. pœnam. ff. de re iudic. & l. 1. ff. de ventre inſpi. ad quod facit l. ſemel. C. de re milit. lib. 12. Solet etiam ſacramentum infirmi plurimum ea in re operari, ut per Specu. tit. de appel. §. 7. maximè etiam confert familiarium & domeſticorum iudicium, ut per Ange. in l. 2. §. quod diximus. ff. ſi quis cautio.

Reſtituitur minor contra mulierem ſenatuſconſulto Velleiano tutam.

SVMMARIVM.

1 *Ætatis priuilegium Velleiani potentius eſt beneficio.*
2 *Minoris debitor, pro quo mulier nouandi animo interceſſit, ſi ſoluendo fuerit, non datur minori in mulierem actio, ſed ad primam reſtituitur.*
3 *L. ſi apud. ff. de minorib. explanatur.*

CAPVT CCLXXXIIII.

1 VBI † aduerſus mulierem Velleiano tutam reſtituitur minor, ætatis priuilegium longè eſt potentius Velleiani beneficio. hoc probat in l. ſi apud. ff. de minorib. ubi habet textus: Si mulier apud minorem pro alio interceſſerit, non eſt ei actio in mulierem danda, ſed perinde atque cæteri per exceptionem ſummouere debet: tamen communi iure in debitorem priorem ei reſtituitur actio, modò prior debitor ſoluendo fuerit: alioquin non utitur mulier Senatuſconſulti auxilio: & ita præcipua eius legis dubitatio in eo conſiſtebat, an per mulieris interceſſionem minor læſus præſumeretur. Excitabat autem difficultatem, quòd poſſet exceptione Velleiani ſe iuuare: quia
2 † ſi prior debitor, pro quo mulier nouandi animo interceſſerit, ſoluendo fuerit, non datur minori in mulierem actio, immo ad actionem, quæ ei in priorem debitorem cõpetebat, is reſtituitur. Ad eam autem reſtituitur: quia ſit nouata, argum. l. ſi paternã. C. ad Velleia. Quòd ſi ſoluendo eſſet prior debitor, & in mulierem ageretur, poſſet ipſa ſic ſe Velleiano tutari; ſecus vbi ſoluendo non eſſet. Secundum quam determinationem gloſſa in ea l. ſi apud, proponit dubium, an ſit neceſſe, quòd hic ab initio fuerit ſoluendo: an verò ſufficiat, vt id ex poſtfacto accidat. Senſit autem ea in re Hugo, ſat eſſe, ſi poſtmodum hoc euenerit; non admittens, ut id ab initio exigatur: tunc enim ſecundùm eum pluris non aſtringitur mulier, quàm reus. Cuius opinionis fuit etiam Butrigarius: motus, quòd in ea l. ſi apud. non diſcutiatur, an qui ſoluendo non eſt, poſſit aut non poſſit fideiuſſorem dare: ſed vtrum per mulieris interuentum minor ſit læſus: vbi verò ab initio ſoluendo is non fuit, mulieris interceſſione lædi non potuit: quia nequiuit ſe Velleiani exceptione defendere. Sed Bar. cum doctorum ſequiore turba putarunt in ea l. ſi apud. gloſſam melius loquutam. In quam opinionem ducitur hac ratione: quia cum ab initio ſoluendo non eſt debitor, eſt ueriſimile, creditorem magis idoneum debitorem cupere. qui veriſimiliter nollet cum tam inope debitore contrahere, argum. l. quoties. ff. qui ſatiſda. cogan. & ea ratione minorem contra mulierem iuuandum eſſe, ac ceſſare Senatuſconſulti Velleiani exceptionem. Ego verò exiſtimauerim,
3 idem iuris & rationis vtroque caſu ſtatuẽdum, † & l. ſi apud, huic caſui eſſe adaptabilem. Me autem in eam trahit ſententiam, quòd illa l. ſi apud, generali ſermone loquatur: quia dicat, ſi ſit ſoluendo prior debitor, nulla diſtinctione facta, an ex poſtfacto, an ab initio euenerit. Præterea ibi diſceptatur, an num per mulieris interceſſionem, quæ obligationem nouauit, cenſeri læſus debeat. Deciditur autem læſum eſſe, ubi ſoluendo non eſt. Hoc autem, quòd ſoluendo non ſit, poteſt ab initio & ex poſtfacto eueniſſe. Nam etſi ab initio ſoluendo eſſet, ſi tamen ex poſtfacto talis eſſe deſineret haud dubie læderetur minor, & ita locus eſſet reſtitutioni. Ex his igitur habes elucidatum preſcriptum articulum, vtrum minor aduerſus mulierem Velleiano tutam ſit reſtituendus.

Pater filij nomine, etiam eo reclamante, poteſt reſtitutionem implorare.

SVMMARIVM.

1 *Pater, inuito filio, ubi de peculio filij cauſæ obligatur, reſtitutionem impetrare poteſt, quod in alijs minoris cognatis non procedis, etiamſi hi ex adoleſcentis voluntate reſtitutionem impetrauerint.*
2 *L. 3. §. ſed vtrum. ff. de minoribus. conciliatur cum l. patri pro filio. ff. eodem titulo.*

CAPVT CCLXXXV.

1 PAtri † pro filio omni modo præſtanda eſt reſtitutio, etiam ſi reſtitui filius nolit. Ratio autem ex eo deſumitur, quia tunc patris agatur periculum, cum is pro filio de periculo teneatur. Cæteris autem cognatis, agnatis, & aliis, qui minoris ſunt affines, hoc non conceditur, etiam ſi hi ex adoleſcentis uoluntate reſtitutionem impetrarint: & ita deterioris ſunt conditionis ipſis parentib. hoc tamen non procederet, vbi talis eſſet adoleſcens, ut meritò ei bonis deberet interdici: quæ ſunt annotata in l. patri, ꝙ filio. ff. de mino. E cuius legis medulla Barto. exiſtimauit poſſe deſumi in caſibus, quibus ſpeciale mandatum exigitur, eſſe pro alio coniunctam perſonam admittendam, vbi maximè de illius proprio intereſſe diſputaretur. Quòd ſi de alieno eſſet quæſtio, ſecus ſtatuendum: vt hęc propoſitio poſſit ſic concipi: Ego tanquam perſona coniuncta & pro meo intereſſe. ad quod facit l. quinquaginta, ff. de probatio. & quæ deſumuntur ex l. iuriſgentium. § ſi paciſcar. ff. de pactis. Et ita regulariter perſona coniuncta non admittit, ut pro alio agat, potiſſimum reclamante tali coniuncto: tamen ſi tanquã coniunctus egerit, ut pro ſuo intereſſe, auditur etiam inuito reo. Et hoc eſt conſiderabile in patre, reſtitutionem filii nomine impetrante: hic enim, etiam reſpuente & contradicente filio, reſtituitur, ad quorum confirmationem faciunt l. ſi cum dotem. §. quòd ſi is. ff. ſolu. matrimon. & l. ſed ſi unius. §. ſi filio. ff. de iniur. Sed aduerſum eius l. patri. deciſionem Gloſſematarius ſub ea affert in oppoſitum l. 3. §. ſed vtrum. ff. de mino. ſub ver. ſed an hoc auxilium, cuius uerba ſunt hæc: Filius in poteſtate permanens, etiam ſi inuito patre ex condemnatione conuenitur, auxilium tamen ipſe debebit impetrare, ſi modo conueniatur. Adiicitur demum: Sed an hoc auxilium patri quoque proſit, ut ſolet interdũ fideiuſſori eius prodeſſe. & ibi deciditur, non profuturum. Ex quibus verbis elicitur, non poſſe pro filio a patre reſtitutionem peti, cum, ſi eam filius petat, patri non proſit: & tamen correlatiuorum eſt eadem diſciplina: ut quod vno caſu ſtatuitur, in alio debere pro

Source : BIU Cujas

re procedere sit vel exploratissimum. Cuius §. mentem glossa eodem loco extricans, docet meritò in ea l. patri. patrem etiam nolente filio restitui, quia secundum eum legis casum filius conueniebatur actione legis Aquilię pro damno ab eo dato, ut posset filius nolente patre restitui, lata tamen in filium sententia, argum. l. 3. §. idem scribit. ff. de pecul. Aliorum verò fuit iudicium, ibi patrem pro filio conuentũ: sed cum hac qualitate, quòd esset filii legitimus defensor, seu administrator: & ita, eo inuito & nolente, restitui debere, quod secundùm eos non procederet, vbi suo nomine conuentus esset: tali enim casu cessare restitutionem. Hæc ille. Mihi tamen nullo modo accedit prior ea solutio, quòd in l. patri. filius damnum per suam culpam citra dolũ dederit: est enim ea declaratio ab ipso verborum contextu alieniſſima, cum is textus generaliter loquatur, & admittat damnum etiam dolosè ab eo illatum: quod in eo §. sed utrum, non uideo efficaciter probari. Nam etsi textus dicat, filium ex condemnatione conuentum, non sequitur, quòd ob dolum sit passus condemnationem: potuit enim ciuilis esse condemnatio, & talis, quæ illius culpa causata fuerit. Quare putauero, sensu alio, & longè diuerso interpretamento eos textus sic posse concordes reddi, † vt nihil diuersum in eis statui sis cogniturus. Nam primùm non est absurdum, in ea l. patri, dãdam patri pro filio, etiam eò reclamante, restitutionem, cùm id fiat: quia patris versetur periculum: sic enim suadet æquitas, patri esse succurrendum, cuius agatur negotium, & ita ex opposito, vbi de peculio non obligaretur pater, non esset simili ratione restituendus. Quod autem attinet ad §. sed vtrum, nihil est in eo repugnantiæ, si benè illius mens exquiratur. Quod enim in eo dicitur, filium ex condemnatione etiam patre inuito posse restitui, nec id auxilium patri profuturum, nullo modo refragatur ei l. patri. sunt enim ii casus diuersi, & omnino distincti, quòd pater inuito filio, vbi de peculio aliàs obligatur, possit restitutionem impetrare: & quòd filius inuito patre restitutionem assequatur, vbi a condemnatione præambula actus sumpsit originem: nec id auxilium patri profuturum. Quare autem non debeat tale auxilium prodesse, est: quia eo casu non obligabatur pater de peculio. Is autem intellectus planè deſumitur ex eo §. sed vtrum. in quo expressim dicitur, si de peculio teneretur pater: quia tunc sua interesset, posset restitui. Sic ex his liquidò constat: hos textus inter se non pugnare: vt sit hoc modo resoluenda assumpta difficultas, dandam esse patri pro filio etiam inuito restitutionem, vbi pater de peculio teneretur, aliàs secus.

Si minor conditioni, sub qua hæres institutus fuerit, non satisfecerit, an poterit restitui vt eam adimpleat.

SVMMARIVM.

1 *Minor etsi conditioni, sub qua hęres institutus fuit, non satisfecerit, tamen restituitur.*

2 *Restitutio minori competens fauorabiliter est ea, quæ absenti Reipublicæ causa conceditur.*

3 *Absens Reipub. causa si conditioni, sub qua legatum ei relictum est, non satisfecerit, restituitur.*

4 *Restitutio in minorum fauorem introducta est.*

5 *Minor etsi defuncti postremum impugnans iudicium, ipse iure legato, sibi relicto, sit priuandus: nihilominus restituendus est tamen aduersus lucri omissionem.*

6 *Hæres ecclesia restituitur, etiamsi legati conditionem non adimpleuerit: licet huic sententiæ contrarium statuatur nnm. 7. quod improbat Author nu. 8. 9. & 10.*

11 *Minorem hæredem posse restitui, ut conditioni, in testamento appositæ d enuo satisfaciat, casu quodam ex praxi desumpto, demonstratur.*

CAPVT CXCIIII.

3 Admitte fuisse minorem hæredem institutum, ut intra menses sex Capuam proficisceretur, aut centùm Titio persolueret. Cæterum † si is per negligẽtiam tali conditioni non satisfecerit, poterit nunc restitui, vt rursus eam adimpleat conditionem? Quòd autẽ locus sit restitutioni, allegatur in eam rem l. 3. §. & si hęres sit institutus. ff. de minor. habet enim is text. Et si hæres sit minor institutus, si a patre in diebus centum sit emancipatus, moxque eius rei patrem certiorare debuerit, nec fecerit, danda erit in integrum restitutio, parato patre hunc emancipare, quasi simili ratione desumatur, si paratus sit filius conditioni parere, ad id uia restitutionis admittendum. Comprobatur hęc opinio sequente fundamento: Longè † fauorabilior est restitutio minori competens: quàm sit ea, quę absenti Reipub. causa conceditur: quod desumitur ex l. fin. ff. de in integrum restitutione. ubi non valet sententia contra minorem indefensum lata, vt in l. cum & minores. C. si aduer. rem udica. & tamen tenet, si in absentem causa Reipublicæ fuerit pronunciata, maximè vbi is ex tali causa abesset, ob quam dimitti ab eo procurator debuerit quod etiam testatur Bar. in l. 1. ff. de diuers. & tempo. præscrip. & in l. 2. ff. si quis caut. & plenè a Canonistis in c. querelã. extra de procurator. Quibus ita in eam rem præmissis, certum est † absentem causa 3 Reipublicæ debere restitui, si is, dum absens est conditioni, sub qua legatum esset ei relictum, non satisfecerit: vt est in l. si in annos. ff. ex quib. causis maior. ubi dicitur, si in annos singulos, quib. moram in Italia traheret relictum ei fuerit legatum, demum eum causa Reipublicæ abesse contigerit, vt illud legatum capiat ita restituendum, ac si præsens fuisset, q̃ textus est ad id omnino clarus, imò longè efficacius aliud probans locum esse restitutioni, vt adimpleatur cõditio, quæ tamen verè non est resuscitabilis, cum esse nõ possit, vt quãdiu is abfuit in Italia, præsens fuerit. Accedit etiam † restitu- 4 tionem in minoris fauorem dari, l. post legatum §. ætati. ff. de his quib. vt indig. iuncta doctrina Bar. in l. tutorem. ff. eodem titu. & in l. Polla. C. de his quib. vt indig. è quibus legibus desu- 5 mitur, quòd † etsi minor defuncti postremum impugnans iudicium, ipse iure legato sibi relicto sit priuandus, nihilominus restituendus sit aduersus lucri omissionem: vt simili ratione disponi idem debeat, cum non est ab eo adimpleta conditio. Teque is textus duo docebit: Primum, restituendum minorem, vt conditionem impleat. Secundum, posse minorem restitui, qui legato priuatus est quòd defuncti iudicium impugnarit, vt, eo non obstante, legatum denuo assequi debeat. Confert etiam in prioris opinionis tutelam, quod expressim deducit Bald. in l. pupillorum. C. de repud. hęredi. q̃ 6 † cum Ecclesiæ ita relinquitur hęreditas, si intra annum monasterium ædificarit, & non adimplẽdo, eo legato priuetur, ac in tertium transferatur: est tamen, quòd huic negligentiæ per restitutionem succurratur, qui casus est adhuc cęteris lõgè efficacior & concludentior, quia esset a testatore adiecta condõ, priuari debere Ecclesiam legato: & id in eum, cui ius erat quæsitum, transferendum, & ita reiicienda restitutio: q̃ tamen secundum ipsam admittitur, vt non pari, immo maiori ratione debeat priore exemplo & in assumpto themate disponi. Sed hęc † a verò abesse quidam crediderunt, contra- 7 riam opinionem tutati: primum moti per cap. verum. extra, de condit. appos. in quo disponitur, si sub certa cõditione donatum aliquid Ecclesiæ fuerit, sed ea lege adiecta, vt omnino conditioni satisfaceret, aliàs tali re donata priuaretur, & ad donantem reuerteretur: si postmodum talem conditionẽ non adimpleuerit Ecclesia, resoluitur ea donatio, vt res mero iure donantem sequi debeat, quòd si mero iure, ergo cessare debet restitutio, aliàs frustra ibi diceretur, rem ad donãtem reuerti. Adest his l. cum pupillus. ff. de condi. & demon. vbi si a pupillo sit aliquid percipiendum: modò is conditionem, qua a testatore grauatus est, adimpleuerit, potest sibi pupillus præiudicare, si tali conditioni non satisfecerit: cuius incommodi frustra haberetur consideratio, si ad id posset restitui. Et si quis secundam hanc sententiam tutari niteretur, posset me hercule facile respondere ad ea, quæ in oppositũ allata primum intellexisti. Nam quod attinet ad §. si hęres, videtur is textus bene declaratus, non ut eam, pro qua est adductus, sententiam, sed postremam hanc comprobet: potissimum ponderato eo, quod ibi habetur, Parato patre eũ emãcipare: quasi ex oppositio sensu desumatur. si recuset pater emancipationem præstare, reiiciendam restitutionem: ita ut id secundum eam declarationem a patris uoluntate pẽdeat, non autem ut simpliciter & absolutè debeat pupillus restitui. Considerari etiam potest ad secundam oppositam rationem, quòd conditio, de qua in ea lege si in annos singulos, sit resuscitabilis, & quę renouetur. Nam qui ab Italia abfuit, poterit offerre, se postmodum & in futurum in Italia moraturum, & ita temporis vti compensatione, ut res eò perinde possit reduci & fingi, ac si is primum in Italia fuisset. Hanc autem sentẽtiam, cum a pluribus probata esset, tamdiu sum sequutus, quamdiu non animaduerti longè a vero abesse: sed cum verior mihi uideatur contraria opinio, censeo eam 8 sequendam, & minorem esse restituendum † quam non est necesse firmare aliis rationibus, quàm his, quas superiorẽ loco in eam rem adduximus: sed tantum versabimur in resolutione & enucleatione eorum. quæ in oppositũ allata sunt: ad quæ non admodum difficulter suppetit responsio, quæ hoc modo enodabuntur, ut intelligenda sint, & procedant, attento mero iuris rigore, non ut ob id debeat excludi restitutio in integrum. Quòd enim res donata ad eum, qui donauit,

uit, reuertatur, vbi talis conditio a teſtatore fuit appoſita, id ſit ſecundùm iuris ſummum rigorem, qui nihil commune habet cum reſtitutione in integrum: quia ſit extraordinarium remedium. Potuit enim pupillus, iuſto impedimento detentus, tali conditioni non ſatisfeciſſe. Quæ ſolutio etiam adaptari poterit l. cum pupillus, præallegatæ. Ad alia autem ſuppetit reſponſio, & ſic non aduerſatur declaratio, quam præmiſimus ad eum §. ſi hæres ſit inſtitutus. †Solet enim reiici
9 argumentum a ſenſu oppoſito ſumptum, vbi reſultaret abſurdus intellectus, vel aliàs legum correctio, quę hoc caſu fieret. Fieret autem: quia ſecundùm eam interpretationem is §. diſcederet ab eo, quod ſtatim in eius principio fuerat præmiſſum. Præterea illa verba: Parato patre eum emancipare, non inducunt, quòd talis emancipatio pendeat a patris uoluntate, vt ſi nolit filium emancipare, non poſſit filius reſtitui, vt legatum aſſequatur: ſat enim iudicatur ad hoc, vt filius conditioni ſatisfeciſſe cenſeatur, vt is poſtmodum patrem in
10 terpellet, qui eum reſtituat: nam cum hoc pacto per filium non ſtet, non eſt, quod illi poſſit imputari. † Quod etiam dictum eſt, agi in eo §. ſi in annos. de conditione, quæ eſt reſuſcitabilis: & poſſe eo actum reduci, ac ſi eſſet in Italia habitatum: non video, quomodo hoc defendi aptè poſſit, immo q̃ is ſenſus ſit abſurdus, vel res ipſa teſtatur: quia cum velit hic reſtitui, ut pro eo tempore, quo abfuit, legatum aſſequatur, quomodo poterit cenſeri in Italia tunc temporis præſens fuiſſe? Eſt enim ſecundum teſtatoris mentem habenda prioris temporis lapſi ratio, non autem futuri: ut non ſat ſit allegare, quòd hic per ſex menſes poſtmodum in Italia habitabit: erat enim fixus terminus eorum ſex menſium, qui iam præterierant: ut hoc modo non ſit verè talis conditio reſuſcitabilis. Et ita ex his optimè habes enucleatum, poſſe minorem reſtitui vt tali conditioni denuo ſatisfaciat. Accidiſſe quandoque in praxi memini caſum, ad hoc mirè conueniẽ
11 tem. Inſtituerat †teſtator minorem hæredẽ ea lege, vt is eius domum habitaret, & ibi alimenta aſſequeretur ab his, quos eam in rem deſtinarat. Cęterùm nec eam domum habitauit minor, nec etiam alimenta ibi percepit: tenebatur autem talibus ſatisfacere conditionibus, ſi hæreditatem vellet aſſequi qua cum ſe priuatum agnoſceret, petiit reſtitutionem, ut denuo eam conditionem adimpleret. Dubium autem in hoc verſabatur: quia per reſtitutionem reponantur omnia in ſtatum primæuum, quod non videbatur huic caſui adaptari poſſe: cum non poſſent præterita alimenta non præſtita reſtitui, minus etiam futura, & eam opinionem eſt ſequutus Corneus conſi. 184. 3. volu. Ego verò ab illius opinione deficiendum ſemper credidi, & poſſe reſtitui minorem, ut eam adimpleat conditionem: nam pro præteritis ſatis ſuadet ratio: quia non petendo minor ea tacitè remiſerit: quæ remiſſio cum læſionem inducat, cauſat reſtitutionem, decedit autem tãtum a minore, quod ſua facilitate eueniſſe iudicatur, l. ait prætor. §. fina. ff. de minor. Si verò futura ſpectes, vel res ipſa teſtatur, minori extraordinario remedio concedi: quia ſi ea non aſſequatur, omnino lædetur: & certum eſt, poſſe minorem reſtitui, ut conditioni, quam non adimpleuit, pareat. Nec aduerſatur, quod per hanc reſtitutionem reponantur omnia in ſtatum priſtinum: immo dico planè eò rem reduci, ut ſi is reſtituatur, aſſequatur non ſolum præterita, ſed & futura alimenta. Præterita autem ſatis eſtimari poterunt: & ita non video, quare ad id non ſit reſtituendus.

Vtrùm, qui minoris hæres eſt, admittendus ſit via reſtitutionis, qui non adimpletæ à defuncto conditioni ſatisfaciat? & non incongrua ad hanc aleam de matre afferuntur, cuius conſilio filia minor ei non paruiſſet conditioni.

SVMMARIVM.

1 *Filia contra conditiones in paterno teſtamento comprehenſas, matris inducta conſilio, matrimonium contrahens, & hærede matre relicta vitam finiens, mater a reſtitutione videtur excludenda per l. pater Seuerinam. ff. de condi. & demonſt. & rationes ab Authore adductas numero 3.*

2 *Mater filiæ, conditiones paternas non adimplentis hæres, reſtitutionis beneficio gaudet ex ſententia Curtij, quam tandem & Author certis innixus rationibus, approbat, nu. 4.*

CAPVT CCLXXXVII.

1 SVbiungitur his quotidianus ac frequens & elegans admodum articulus, quem proponit Curtius conſi. ſeptuageſimoſeptimo. Eſt autẽ huiuſcemodi. Pater †cui vnica erat filia, ſuo teſtamento diſpoſuit, quo modo vellet eam nubere: adiectis quibuſdam conditionib. ſecundùm quas eſſet contrahendum ab ea matrimonium, puta præfixo nubendi tempore, & ſimilib. aliis adiectis. Cæterum accidit, ut patre prædefuncto, filia materno inducta conſilio, aliter quàm iuſſiſſet pater, matrimonium contummaret: cum demum ſuum diem poſtmodum obiiſſet hæc filia, relicta matre hærede, petiit mater, ſe ad id reſtitui, quòd non ſatisfeciſſet filia paternæ uoluntati: & ab ea tanquam filiæ hærede ea implorabatur reſtitutio. Quòd autem abneganda ſit reſtitutio, Curtius in eam opinionem affert l. pater Seuerinam ff. de conditione & demonſtratione, in qua ſub eius initio diſponitur, ſi teſtator cẽtum puellæ legauerit, hac conditione appoſita, Modò Titio nuberet, ſi demum alium ſibi maritum adſciſceret, legatum illud in tertium transfertur. porrò ſi puella nondum annos duodecim nata, ab humanis eximatur, uult eo loco lex, legatum non deberi: quia in eius puellæ perſona non potuerit talis conditio deficere: quaſi ex oppoſito ſentiat textus, ſi tunc, cum deceſſit, nubilis eſſet ętatis, citra omnem dubitationem fuiſſe legatum tertio quæſitum: ſi quæſitum, ergo ceſſaturã reſtitutionem. Facit deniq́ue in eandem ſententiam, teſtatoris poſtremum iudicium debere exactè obſeruari, ut eſt in l. in conditionibus primum locum. ff. de conditio & demonſtratio. Sequitur tamen Curtius contrariam opinionem: motus primũ, quòd
2 †hæc mater, tanquam filiæ hęres, reſtitutionem impetret: quæ ut non abnegaretur filię, ſi dum uiueret, eam peteret, ita nec etiam matri. Trahitur & alia in eandem ſententiam ratione: nam ut minor omittendo etiam per culpam reſtituitur, ita etſi culposè aliquid commiſerit: id autem ita teſtatur Bar. in l. ſi ex cauſa. §. nunc videndum. ff. de mino. & pleniſſimè in l. cum filius. § in hac. ff. de verbo. obliga. vbi aſſerit, non refragari, quod habetur, voluntatem teſtatoris ad amuſſim eſſe obſeruandam: id enim ſecundum eum procedit, quatenus talis uoluntas non repugnaret legis diſpoſitioni: priuaretur autem minor reſtitutionis beneficio, quod eſt a lege in minorum vtilitatem & ſummum fauorem introductum, ad quod facit in argument. l. ſi arrogator. ff. de adopt. iuncta l. 1. §. ſi impuberi. ff. de collat. bono. teſtatur autem Curtius, in ſimili facere, quod eſt in l. paterfamilias. ff. de hęredib. inſtitutuen. Prętera tutatur huic matri tanto magis ſubueniendum, quòd eius conſilio a patris voluntate diſceſſiſſet filia, penſata maximè honeſtate, argument. l. tutorem. ff. de his quib. ut in dig. & l. qui cum maior. §. final. ff. de bonis
3 libe. hæc Curtius. Cum † tamen priuato ſtudio liceret eius articuli ueritatem apud me excutere, mihi primum in mentem venit, ſatis ieiuniè & frigidè ab eo conſideratum, matri eo facilius eſſe ſuccurrendum, quòd eius conſilio filia pater nam voluntatem nõ ſit ſequuta: qui ſentiam, ea ratione potius debere negari reſtitutionem. Quòd autem hoc argumẽtum ſit inefficax, doceo: nam matri eſt imputabile, cur ad id filiam induxerit, quæ honeſtius, immò ciuilius egiſſet, ſi filiam coegiſſet paternam uoluntatem ſequi. Atque hac ratione confutari etiam poteſt, quod ſupra eſt allatum: *Sic eſſe* matri, vt filiæ, reſtitutionem concedendam. *intelligis quippe*, diuerſam vtroque capite rationem ſtatui. Eſt & unum aliud omnino reſtitutioni obſiſtens, quòd legatum tertio ſit quęſitum: ſi enim inhęrendum duxeris themati aſſumpto: quòd intra aliud tempus iuſſiſſet pater filiam nubere, intelliges eò exemplo Curtii mentem omnino euerti. Nam ſi pręfixus eſſet ad nubendum trium menſium terminus, nec intra eum ſit nuptum, non poterit hoc efficere & operari reſtitutio, ut perinde iudicari debeat, ac ſi filia intra id tempus nupſiſſet: ne aliàs plus operetur fictio, quàm veritas. Nec eſt, quòd hoc capite reſtitutio poſſit rem, de qua agitur, in ſtatum priſtinum reducere. Diſtincta eſt enim ratio, quare ſecus operetur in contractu reſtitutio, ubi ad eius contractus reſciſſionem a minore tenditur: quia poterit poſtmodum minor, reſciſſo contractu, utilitatem concipere. at ſi vellet filia per reſtitutionem in integrum legatum aſſequi, oporteret poſt eam negligentiam & temporis lapſum denuo ab ea
4 matrimonium contrahi, & uoluntatem teſtatoris ſequi: †qđ cum impoſſibile ſit, dicendum eſt, ceſſare debere re[illegible]tionem. Verior tamen eſt Curtii ſententia, ut matri ſit h[illegible]apite danda reſtitutio. Sunt enim in hanc aleam fundamenta, quæ pręmiſimus: mirè conuenientia, cum etiam opportunè reſponderi poſſit pręſcriptę conſiderationi: quàm tam urgere in Curtium diximus, non poſſe operari reſtitutionem, vt nuptum a filia fuerit eo tempore, quod debuerat. Nam etſi infectus eſſe actus nequeat, non tamen ſequitur ex eo debere reſtitutionem abnegari, cuius rei ſimilia mille habes alia exempla, in quibus minor reſtituitur, qui præſcriptæ a teſtatore conditioni non ſatisfecit: nam hoc pręcipuè ſpectatur, an lęſus ſit. Lęſio autem hoc caſu tam aperta eſt, ut alia

expreſ-

expreſſione non egeat Nec matri obeſt, ꝙ a reſtitutione ſecludi debeat: quia præter maternum officium conſuluerit filiæ a patris uoluntate deficere. Potuit.n. mater iuſta ad id rõne duci. potiſſimum habita tpis conſideratione, aut filiæ cõplexione quæ longè maturiorem in ea ætatem exigeret. Præterea attendendum eſt, peti hanc reſtitutionem a matre, ꝙ ſit hæres filiæ & cum hac qualitate, non aũt ex perſona propria: & ita cum ad hæredem transfundatur beneficium reſtitutionis in integ. æquiſſimum erit, vt mater hanc impetrare poſſit, & obtinere debeat. Itaq; hac via extraordinaria auocabitur legatum ab eo, cui ex defuncti mẽte quæſitum fuerat.

Vbi fratri prius, quàm moreretur, delata fuit hæreditas, nec ab eo adita poterunt ne huius pater, mater, & reliqui hæredes inſtitui, vt eam hæreditatem adeant?

SVMMARIVM.

1 *Frater hæreditate delata ante mortem non adita patri, matri, ſororibuſque ſuperſtitibus implorandæ reſtitutionis ius relinquit.*
2 *Mortis & abſentiæ in obtinendo reſtitutionis beneficio eadem prope habetur ratio.*
3 *Minor in mortis articulo conſtitutus ſi delatam hæreditatem non adierit, talis læſio effingitur in minoris uita perfecta ad hoc ut adſuum hæredem tranſmittatur: & per conſequens ad hæreditatis additionem admitti debet: quod fuſius explicatur nu. 13.*
4 *Abſens Reipublicæ cauſa ſi bonorum poſſeſſionem non petierit, & intra tempus, quo eam petere poterat, deceſſerit, hæres ipſius ſecundum iuris rigorem non reſtituitur.*
5 *Infans ſi prius obeat, quàm delatam hæreditatem adierit, cenſetur pro delata hæreditas ad hoc, ut ad alios tranſmittatur, & tali caſu reſtitutio minimè peten da.*
6 *Minor aut eius hæres non, niſi aduerſus damnum, quod paſſi ſunt, debent reſtitui.*
7 *Verbum, Peruenire, in l. ſi infanti, C. de iu. delib. cum effectu intelligendum eſt, & in quib. id procedat, nu. 12.*
8 *Infantem deterioris conditionis, effici, quàm minorem & maiorem 25, annis, iniquiſſimum eſt.*
9 *Ætas pupillaris maiore fauore, quàm adulta, digna cenſetur a lege.*
10 *Ad verba l. ſi infanti. ubi dicitur, hæreditatem pro non delata eſſe habendam, intellectus Socini.*
11 *Reſtitutio in integrum quandoque aduerſus iuris & de iure (quod aiunt) præſumptionem admittitur.*
14 *Decedens hæreditate non adita eam non tranſmittit, neque reſtitutionis beneficium neceſſarium putatur, niſi cum minore alia qualitas cõcurrat, ex opinione Caſtrenſis: a qua diſceditur nu. 15.*
16 *Abſens non in eo læſus videtur, quòd non adijt, ſed quia hæreditatem non agnitam tranſmittere non potuit, ſecundum Angelum, quem tamen Author refutat nu. 17.*
18 *In eo qui ſtatim delata hæreditate moritur, non attenditur, quòd eandem aſſequi non potuit, cum penes eum uel momento temporis futura eſſet, quod lex non conſiderat, cui contradicit author nu. 19.*
20 *Abſens, minor, aut infans, ſi delatam hæreditatem intra tempus a lege præfixum non adierint, vel non agnouerint, hæredibus ipſorum reſtitutio ex æquitate competit.*
21 *L. Pontonius. ff. de acq. hære. duos caſus, & utriuſque ſeparatam rætionem continet, quod vide in contextu.*

CAPVT CCXCI.

SI iuris communis diſpoſitionem attenderis, vbi
1 †decedit ab inteſtato frater, ſuperſtite patre, matre, & ſorore, certum eſt ſororem ad præmortui fratris ſucceſſionem æqualiter cũ patre & matre in viriles partes admitti, vt eſt in auth. defuncto. C. ad Tertul. Sic cõi hac deciſione ita præmiſſa, finge (ut exemplum habeas, quod iam proponẽdum duximus) huic fratri, priuſquã moreretur, delatam hęreditatem, quam tñ ante mortem non adiiſſet: an num huius hæredes, quales ſunt pater, mater, & ſoror ſuperſtites, poterunt implorare reſtitutionem, ut eam hęrediiatem adeant, ſiue minores ſiue maiores effinxeris? an etiam his maiorib. ſit ex cſa illa generali, Si qua mihi iuſta cã &c. ſubueniendum? Quòd autem debeant reſtitui, ſuadet vnum: ꝙ certum ſit, mortem & abſentiam ſimul ac viciſſim coniungi, & vtriuſque copulationem hunc producere effectum, vt debeat ex læſione tali competere reſtitutio, quamuis non fuerit in vita defuncti conſummata: idq́ue apertè deſumitur ex l. Pantonius. ff. de acqui. hęred.
2 in qua decidirur † pro obtinenda in integrum reſtitutione, mortem & abſentiam ęquiparari. & pari rõne idem cum minore & filii morte diſponi: qui eſt caſus adhuc priore fauorabilior. Si igitur mortis & abſentiæ pro conſequenda in integrum reſtitutione fiat copulatio & coniunctio, quare non eadem ratione minoris ætatis cumulationem cum filii morte admittes? quòd maximè liquidum ſit, magis minori, quã ei, qui abſens eſt cauſa Reipublicæ, fauendum. Eſt & aliud,
3 hanc opinionem adiuuãs: † nam ſi acciderit, ut minor, qui in extremo mortis articulo eſt conſtitutus, adire hęreditatẽ nequiuerit, vt eſt in l. finali ff. quando dies lega. cedit. talis læſio, ſi ſtrictum ius attenderis, effingitur in minoris vita perfecta, ita vt ad eum, qui ſuus eſt hæres, tranſmittatur, quod plenè comprobat Barto. in ea l. Pantonius. & l. qui duos. ff. de rebus dubiis. Qua duo ſatis teſtantur, debere hos hæredes ad hæreditatis additionem reſtitui: quia lęſio fuerit in minoris vita conſummata, cùm ei fuiſſet ius quęſitum, & decreta hęreditas. Qui verò ab ea opinione deſciſcunt, afferunt illam l. Pantonius. quam tamen contrarię ſententię fautores
4 ſuę intentioni deſeruire aſſerunt. In ea enim habetur: Si abſens Reipub cauſa bonorum poſſeſſionem non petierit, & intra tempus, quo eam petere poterat, deceſſerit: ſecundùm iuris rigorem non eſſe illius hęredem ad id reſtituendum: cum uiuens, vbi deceſſiſſet, non fuiſſet excluſus, quaſi is texvelit, lęſionem, quę in extremo mortis articulo accidit, conſiderabilem non eſſe. his accedit l. ſi infanti. C. de iure delibe.
5 in † qua diſponitur, mortuo infante prius, quàm delatam hęreditatem adiiſſet, pro non delata cenſeri, ut ad alios tranſmittatur: & ita non eſſe petendam reſtitutionem. Quare au-
6 tem peti non debeat, eſt † quia minor aut eius hęres, niſi aduerſus damnum, quod ſunt paſſi, non debeant reſtitui, l. ait Prętor. §. fina cum l. quę ſequitur. ff. de mino. Si igitur eò res reducatur, ut non cenſeatur delata hęreditas, quid ex eo minorem damnum paſſum afferes? ita ut optimo iure non debeat illius hęres reſtitui. Ponderandum eſt autem, eo loco pręcipuè, verbum illud peruenire, appoſitum in ea l. ſi infan
7 ti. cuius † vocabuli hęc eſt natura, vt cum effectu ſit intelligẽdum, l. 2. §. peruenirſſe. ff. de hęred. vel act. vendi. Quòd ſi concederetur reſtitutio, non transferretur, in tertium tale legatum: nec ea verba aliquem effectum producerent. Ad hęc Soc. conſi. 153. volum. 2. dum hanc materiam elucidare nititur, & ea contraria extricare, refert, poſſe prima manu defendi, locum eſſe prefato caſu reſtitutioni: ſed quę debeat his hęredibus, ſi minores ſint, concedi, ſed tanquam maioribus, & beneficio generalis clauſulę, Si qua, mihi iuſta cauſa &c. non aliàs. Aequitas autem ſumit ex eo fundamentum, quòd cũ huic, dum viueret, delata eſſet hęreditas, cenſeatur eſſe ei in conſequentiam ius quęſitum: qui tamen fateatur, rem eſſe in infante magnæ dubitationis: vt eſt in ea l. ſi infanti. per q̃ diſponitur, negotium eò reduci, vt ſit perinde, ac ſi delata infanti non eſſet hęreditas. Tandem teſtatur, communem ſententiam eò deflectere, ut in infante idem debeat ſtatui: quis
8 aliàs eſſet iniquiſſimum † infantem effici deterioris conditionis, quàm minorem, aut maiorem 25. annis, vt ſecũdùm eam Raphael Cumanus & Caſtren. ea ratione moti ſint, ut hanc de infante ſententiam fixo ſint pede ſequuti in ea l. ſi infanti. Aſſeritur denique ab eo ſub eodem conſi. ita obſeruatum Florentię, Bononię, ac in pleriſque famoſis aliis Italię locis: & in eandem opinionem declinaſſe. Onofrium Peruſi. in l. 1. C. de reſtitu. militum. quem ea ſola ratione mo
9 tum dicit, quia ſit ęquum, † plus eſſe infanti, quàm maiori ſeu minori accedendum. Quorum ſententia vel ex eo comprobatur, quòd in ſimili agnoſcamus à lege magis pupillarem, quàm adultam ętatem magnifieri, ut eſt in l. 2. §. ſi pupillo. ff. pro emptio. facit l. ſicut. C. de pręſcrip 30. anno. iun. l. in bonę fidei. ff. de acquir. rerum domin. Putauit autem So
10 cinus, ſic poſſe ad eam l. ſi infanti, reſpõderi, †, quæ etſi dicat, hæreditatem pro non delata eſſe habendam, id ſit ita interpretandum, ut ad ius commune referatur, non autem ut extraordinarium abnegari debeat: ita docente Bar. in l. quãdiu. ff. de acq. hæred. Eadem etiam ratione confutari poſſe exiſtimauit, quod fuit præſuppoſitum, non præſumi in dubio de
11 latam hæreditatem: cùm quandoque † etiam aduerſum iuris & de iure (quod aiunt) præſumptionem admittatur reſtitutio in integrum, potiſſimũ ex clauſula illa generali, Si qua mihi iuſta cauſa videbitur, per quam etiam quandoque minori prouidetur: quod ſecundum eum deſumitur ex l. ſi mater. in prin. ff. de excepti. rei iudi. & l. Imperatores. ff. eod. titu. vbi contra ſententiam, quæ in rem iudicatam tranſit, conceditur reſtitutio: & tamen certum eſt, immò indubitatum, ex re iudicata, iuris & de iure præſumptionem reſultare. Quod
12 † autem ponderatum fuit, verbum illud Peruenire, ſic debere intelligi & declarari, ut effectum aliquem progeneret, nõ producturum alioqui, ſi reſtitutioni eſſet locus, Socinus refert id, ſi ad ius commune retuleris, bene procedere: ſed qui abnuat, ad reſtitutionem in integrũ, ꝙ ſit extraordinaria, referendum: ut ex his concludendum putarit, ſiue ad minorem

Source : BIU Cujas

ut maiorem ſiue infantem caſum aſſumptum retuleris, ętatem cum filij morte poſſe coniungi, ita vt lęſio dicatur, dum vixit conſummata: & debere hæreditas reſtitui. Quæ cõis opi-
13 nio hac ratione (mea ſnĩa) comprobari poteſt: Nam † vbi qs ita eſt in extremo mortis articulo conſtitutus, vt hæreditatẽ adire, aut bonorum poſſeſſionem agnoſcere nequeat æquiſſimum ſanè iudicabitur, vt dum is vixit, cenſeri debeat conſummata læſio: & hoc mea ſnĩa ſatis deſumitur ex ea l. Pantonius, ſub his verbis: Quòd ſi iuris rigorem ſpectes, vt læſus iudicandus non ſit: quali ſemper in eius poteſtate fuerit, dũ vixit, per ſe, aut tutorem ſeu curatorem, hæreditatem adire: quaſi certum ſit, dum hic vixit, nunquam ab eo iuris beneficio excluſum fuiſſe. Ergo ſi æquitatem attenderis, locus erit reſtitutioni, per quam eo res reducitur, vt fingatur læſio in vita conſummata & perfecta: cùm poſtmodum hæreditatẽ, vbi eſt mortuus, adire non poſſit, arg. l. ſi filius hæres. ff. de lib. & poſthu. & l. ſi. ff. de condi. inſt. iuncta l. pe. ff. qũ dies leg. cedit. Ego verò ſola diſputationis & eruendę veritatis gratia ad uerſum Communem ſic poſſe inſiſti aĩaduerti: & vt doceã, à rõnibus legitimis talem abeſſe: ita puto docendũ: nam ſi verum ſit, læſionem talem in vita conſummatam, bene ex eo ſequitur, inſpecto ſtricto iure locum eſſe reſtitutioni, nec eſſe ad æquitatem confugiendum: per quam tũ paſſim aſſerit: ſtabilitam eam cõem ſnĩam, & hoc apertè determinatur in ea l. Pantonius, quæ difficultas ſemper reddit Caſtrenſem hęſitantem & dubium admodum, potiſſimum qũo & qua uia extricari poſſet, ipſo ita recenſente in l. 1. de reſti. milit. Qui tũ ſic eum diſſoluendum putauit obicem, licèt admittas, cõ ſummatam læſionẽ, prius q̃ ſit mortuus: ẽt hoc in abſente effingendo id ob abſentiam (quod ipſe ait) introducitur, non autem pp mortem: quæ ſola non efficit, ut reſtitutione ſit opus: quia qui non adita hæreditate decedit, eam non trãſmittit: nec eſſet reſtitutionis beneficium neceſſarium, niſi cũ morte alia qualitas concurreret, puta minor ætas, infantia, aut in maiore abſentia: vt hac rõne ex bono & æquo tranſ-
14 mittatur reſtitutio. Eſt † n. veriſimile, ſi abſens fuiſſet, aut denique minor ſeu infans extitiſſent prouectioris iudicii & ętatis, ꝙ hereditatem delatam adiiſſent: quam non adiiſſe in dubio præſumuntur, ob abſentiam, & imperfectũ cõſilium, ut ſm Caſtrenſem hoc non inducat mors ſola, ſed cum morte abſentiæ, & ætatis conſideratio. Hæc Caſtrenſis. Sed videndũ eſt, num aliter ſentire poſſit: Nam in primis hęc illius declaratio non enodat, me iudice, difficultatem, quam is extricare nixus eſt, quia etiam ſi mors ſola non ſit ad tranſmittẽdam in hęredes reſtitutionem efficax, non tũ ex eo ſequitur, quin ſtricto iure competat. Præterea vt mors ſola hoc non efficit: ſic nec ſola abſentia: quare eſt, vt vtriuſque deſideretur copulatio, puta mortis & abſentiæ, aut mortis & minoris ſeu infantilis ætatis, quæ duo ſi coniunxeris quare non operabũtur, vt ſtricto iure competere debeat reſtit. in integ. Nec arri-
15 det auribus præfata Caſtrenſis cõſiderario, ſi † hic abſens, prę ſens fuiſſet, aut ſi minor ſeu infans conſultioris fuiſſent iudicii hęreditatẽ adiiſſent: & ideo ex æquitate dandam reſtitutionem: quia ea rõne ẽt concludit alias, q̃ ex æquitate reſtitutionem dandam. Eſt præterea oĩno diuinare, ꝙ hi hęreditatẽ ſeu bonorum poſſeſſionẽ agnouiſſent, ut ex eo Angelus in l. 1. C. de reſti. mili. ꝙ Caſtrẽſem defendi poſſe exiſtimauerim, ẽt ſtricto iure inſpecto tranſmitti reſtitutionem: quem ipſe confutandum ea rõne, quam iamiam præmiſimus, duxit, ꝙ admittat, ſolam mortem hoc non operari, vt tranſmittatur reſtitutio, ſed à quo perpendi debuerit, mortẽ cum abſentia
16 ſeu ætate coniunctam, id planè inducere. Solet † aũt (ſm eũ) abſens ſe læſum reperire, non in hoc, ꝙ non adiit, ſed quia hĩditatem à ſe non agnitam tranſmittere non potuit, per l. qm̃. C. de iure delibe. & quia ius adeundæ hĩditatis, aut agnoſcendæ bonorum poſſeſſionis non tranſmiſit, reſtituit eius hęres. ut demum ex defuncti perſona eam adeat: qui putet, ſic eſſe declarandam l. Pantonius. cenſens ſemper ſtricto iure talem reſtitutionem dandam eſſe. Vt aũt, quid mihi ſit in eo ſnĩæ, extricem, ego hanc Angeli doctrinam nõ oĩno probo,
17 qui aliter exiſtimauerim dicendum. Nam † ab eo aſſeritur, talem abſentem minorem ſeu infantem læſum cenſeri: non quia hæreditatem non adierit, ſed quod non agnitam tranſmittere ad hĩdem nequiuerit, quæ rõ mihi oĩno leuis vĩ, & quæ valida rõne non ſubſiſtat. Nam ſi læſum admittas: quia nondum agnitam hęreditatẽ non tranſmiſit, nonne id effectum eſt, quia non adierat? Sic ſi reſtituatur eius hęres, quia defunctus non tranſmiſiſſet hęreditatem, q̃ nõdum adierat: ita ẽt eadem rõne reſtituitur: quia eam non adierat, ſunt. n. duo hac tam affinia & connexa, ut unum ab alio neceſſariò dependeat. Quid verò in tam uario & ancipiti opinionũ anfractu cenſeam, paucis aperiam. Meum autem eſt iudiciũ, ſtricto iure eam reſtitutionem non competere, ſed ex ęquita te dandam: ita ut cõiorem eſſe hanc opinionem credam. &
18 alia longè receptiorem. Quare aũt ſecundum iuris rigorem a reſtitutione repelli debeat, eſt: quia dum hic vixit, non fuit lęſus: potuit. n. ultimo uitę ſpiritu hĩditatem adire, tũ quia p̃ ſumitur non potuiſſe id commodè efficere, ꝙ inſtãte morte humani ſenſus haberentur, vt eſt in l. hac conſultiſſima. §. at cum humana fragilitas. C. qui teſt. face. poſſ. ideo ęquum uiſum fuit, ad hĩdem tranſmittendã reſtitutionem. Suberat tũ alia dubitandi rõ, quę eo tendit. Vbi. n. ſtatim quis moritur, non attenditur illud, ꝙ ſibi delatã hęreditatẽ aſſequi potuiſſet, cum penes eum uel momento tpis futura eſſet: qđ non inſpicit lex. Ea aũt dubitandi rõ comprobatur in ſimili in l. fi. circiter finem. C. de bonis lib. ex cuius legis mente Bal. in l. fi. ff. de condi. inſt. detumit illam regulam Iuris (quę habet: Quicquid acquirit filius, patri quęrere) non procedere, ubi filius in mortis articulo ꝓſtitutus, omiſiſſet illud acquirere: quaſi tale momentaneũ dñium non ſubiaceat conſideratio ni. & ad id facit in ſimili l mulier, aliàs, Sulpitius. ff. de dona. inter vir. & vxo. & l. cogi. §. qui ſolidum. ff. ad Treb. quę ratio prima facie utcunque eneruat cõem eam ſnĩam, cui tũ ego oĩno hęrendum cenſẽo, qui exiſtimem, ſic ad eam poſterio
19 rem dubitationem poſſe reſponderi, † verũ eſſe, talis momentanei dñij non eandem hĩ rõnem, qualem faceremus, ubi eſſet qõ irreuocabilis dñium: ſed ex eo non ſequitur, quin hic, cum hĩditatem adire potuiſſet, nec eam agnouerit, ſit lęſus: quia ſi hanc adiiſſet, pleno iure ad hĩdem ſuum tranſmiſiſſet: cuius condõ effecta eſt dęterior ex ea non aditione, vt meritò ex ęquitate competat reſti. in integ. Prętera, quod eſt dictum de momentaneo dñio, non eſt abſolutè verum: id aũt euidentiſſimè doceo. Si. n. hic ſolo uerbo hęreditatem adiiſſet, fuiſſet effectum illius patrimonium, vt in l. ſi filio. §. ſed ſi plures. ff. de vulga. & pupil. & illud eius hĩs habuiſſet, ita ut non momento apud defunctum fuiſſet, imo perpetuò: hoc n. eſt, ꝙ defuncti beneficio hĩs illud aſſequatur: & cum ſint vna eadẽq; perſona, cenſetur iuris fictione defunctus tali hę-
20 reditate potiri. Ex quib. oĩbus ego in eã eo ſnĩam, † ſi abſens minor aut infans, quibus eſt delata hĩditas, intra tpa adeundę hĩditatis à l. pręnxa deceſſerint, nec eam hĩditatẽ, ſeu bonorum poſſeſſionem agnouerint: poſſe illiorum hĩdes reſtitutionẽ impetrare, ut hĩditatem adeant, non ſtrictò iure inſpecto, ſed ex ęquitate. & hęc eſt crebrior in iure ſnĩa. Velim
21 † tũ tu unum obiter notes, quod ego qñque apud me expendi, dum liceret excutere mentem illius l. Pantonius q̃ eſt baſis & pręcipuum fundamentum totius materię: quod eſt. eã legẽ videri duos caſus complecti, & utriuſq; ſeparatim rõnẽ conſtituere. Primus eſt, ſi is, qui hĩditatem non adiit, ſit ex deſcendentib. puta filius, a quo non fit materna hĩditas agnita, tunc ẽt de rigore eſſe reſtituendum: ſepoſita conſideratione, an intra vel poſt terminum is deceſſerit. Quòd ſi extraneus fuerit: & à deſcendentium albo alienus: tunc rigore inſpecto eius hæredem à reſtitutione ſecludendum, ei tũ ex æquitate ſubueniri. Vtriuſq; aũt exempli hæc aſſignatur rõ: quia cum hęreditas ſit deſcendenti quaſi debita, vĩ rõnabile, hĩdi illius potius, q̃ extraneo, fauendum eſſe. Et hic intellectus primo iudicio videbatur mihi poſſe elici ex ea l. Pantonius. quod ẽt ita ſenſit Ang in ea l. 1. C. de reſt. mili. Verius tũ eſt, vt ſepoſito hoc intellectu, tu cõem ſequare: non habita conſideratione, an, qui deceſſit, deſcendens eſſet: quia etſi deſcendẽtis cã ſit in ſuccedendo longè fauorabilior, & magis priuilegiata, q̃ aſcendentis, ſeu collateralis aut tranſuerſalis, hoc tũ nõ euertit rõnem, in qua fundatur cõis, de ſtricto iure non competere: quia nõ ſit lęſus. Cũ igitur lęſus nõ ſit deſcẽdens, qua re ẽt ſtricto iure reſtituendũ aſſeres: aliàs tu nõ læſo faueres.

Cùm læſus eſt minor vltra dimidiam iuſti pretij, an ei competat reſtitutio in integrum?

SVMMARIVM.

1 *Minori vltra dimidiam iuſti pretij læſo competit beneficium l. 2. C. de reſcind. venditio.*

2 *Minor ſi conſultius duxerit contraordinarium remedium, ſepoſito ordinario, intentare poterit.*

3 *Ratio authoris, cur ex re minoris ſit, beneficium reſtitutionis potius, quã l. 2. C. de reſcin. vendi implorare.*

CAPVT CCLXXXIX.

1  I † minor vltra dimidiam iuſti pretii ſit lęſus, an nũ reſtitui poterit? Quòd autem ſit à reſtitutione repellendus, vel hoc unum ſuadet: quia ei competat beneficium legis 2. C. de reſcind. uendi. quod eſt

Source : BIU Cujas

est ordinarium, ut in c. cum causa. extra de emptio. & vendi. Sed ab ea opinione deficit Alex. consi. 77. 1. vol. maximè vbi in ꝯctu accessisset minoris sacrm: motus hac rõne, quia vbi à minore simpliciter. iuratum est, se ob qualemcunque causam ꝯctui non ꝯuenturum, ipse tale sacrm ad ætatem minorem retulisse præsumitur, potissimum vbi in eo ꝯctu facta fuit minoris ætatis mentio: asseren Salic. sequi eam opin. in auth. sacra. pube. C. si aduers. vend. arg. l. si seruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. & l. Titia §. idem respondit. ff. de ver. obl. Cui doctrinæ non accedo, qui existimauerim necesse non esse, vt in contractu sit habenda minoris ætatis mẽtio, sed ꝙ sufficiat, re ipsa minorẽ esse. Quid. n. eius opus est expressione, quod in confesso, esse agnoscitur? Qui tñ sentiam, non esse à sentẽtia Alexandri discedendum, & quam passim ego obseruatã à Senatu Dolano memini, cui nõ aduersatur, ꝙ minor possit vti beneficio legis 2. & agere, vt reddito pretio, ei res restituatur, aut illius verum suppleatur pretium: quia ut prius
2 habuisti, si† consultius duxerit minor, extraordinariũ remedium, sepositio ordinario, intentare, poterit ad extraordina-
3 rium, omisso ordinario, confugere. Quòd† autem magis conducat minori, restitutionẽ implorare, satis ex eo comprobat, cùm possit is duci aliqua affectione ut rem cũ vendidit, denuo habeat: quia à suis maiorib. processit. Si ẽt uti beneficio legis 2. cogeretur, esset in manu partis aduersæ, supplendo quod deest de pretio, rem apud se retinere, ubi si restitutionem impetraret, rem assequeretur, & ita, quod ex his volet, remediis eligere. Facit & aliud in eam aleam, quod est, posse à minore restitutionem impetrari, ubi is læsus est. Læsum autem nemo probe abnegabit, quando in contractu vltra dimidiam pretii iusti deceptus est, vt huic hęream sententię.

Si minor à proximiore rem venditam intra annum, vt debuit, non retraxerit, aut consignationi pecuniæ non satisfecerit, vtrùm poterit ob id restitui?

SVMMARIVM.

1 *Minor iure retractus vsurus, si consignationi pecuniæ non satisfecerit, restitutionis beneficio gaudet.*

CAPVT CCXC.

STatutum Burgundiæ hoc continet, proximiorẽ parentẽ posse intra annum & diẽ (quod aiunt) trahere rem à parente venditam ab eo, qui eam emit, oblato pretio, & solutis legitimis expensis quas si is acceptare distulerit, debebit, qui iure retractus vtitur, pecuniam apud iudicem consignare, ut aliũ in mora constituat, & suam is testetur diligentiam, quæ consignatio desumitur ex l. acceptã. C. de vsu. & l. obsignatione. C. de solu. & liber. Sic reb. se ita habentib. si minor rem à parente venditam repetens, tali ut docebat, consignationi nõ satisfecerit, an num restitui poterit, quo is de nouo cõsignet: ita ut ei ab aduersa parte obiici non possit, ꝙ ob prioris cõsignationis inualiditatem debeat à sua petitione deficere, &
1 planè succumbere? Nihil† aũt hac in re obesse video, quo minus sit minor restituendus: quem ex tali manca & imperfecta consignatione læsum liquido pateat: si igitur læsus, ergo restituendus. ad quod facit l. Aemilius. & l. si ex causa. §. in cõmissum. ff. de mino. iuncta l. si cum militarib. C. de rest. milit. & l. 2. C. si aduer. uend. pign. Potuit autem in consignatione errari, si tota summa consignata non fuerit, arg. l. quotiens. C. de distrac. pign. aut si dixisset se velle eam pecuniam consignare, nec id effecisset, vt est in l. fi. ff. de rescind. vend.

Vtrum statutum, quod arctat partes ad compromissum, minores includat?

SVMMARIVM.

1 *Statutum cùm de habili persona intelligendum sit, minorem aut pupillum non includit, saltem ad compromissum quod attinet.*
2 *Minor satis habilis iudicatur effectus, à quo cum curatoris authoritate secundùm statuti mentem compromissum est.*
3 *Minor etsi secundùm statutum compromiserit, potest tamen contra sententiam. ex laudo resultantem, si in eum lata fuerit, restitui, secundũ Alex. cuius sententiam author latius describit num. 4.*
5 *Minor secundùm quosdam potest restitui contra sententiam ab ordinario, in quem compromiserat latam: secus si ab eo lata vel promulgata sit, qui nullam iurisdictionem habet.*
6 *Minor necessariò ecompromittens, puta iubente statuto, læsus esse non dicitur.*

CAPVT CCXCI.

EXaminat Alex consi. 254. vtrum statutum, quod arctat partes ad compromittendũ minores ẽt includat: maximè vbi inter ꝙiunctos suboritur controuersia? Quòd aũt sub eo statuto non comprehendatur minor, facit, debere statutum de habili persona intelli
1 gi, l. ut gradatim. § sed si lege. ff. de mune. & hono. † Inhabiles aũt nemo esse nescit minorẽ, aut pupillum, saltem qui compromittant, l. si pupillus. ff. de recep. arbit. qui ex hoc solo ꝙ sit ab eis compromissum, censentur læsi, l. si minor. §. minores. ff. de arbit. vt meritò sint restituendi, cũ legis intentio eò tendat, ut hi illæsi seruentur. Quare secundum Alexandrum sic statutum interpretabimur, ne ex eo aliàs absurdum resultet, arg. l. scire. §. aliud. ff. de excus. tut. Nec secundùm eum repugnat, ꝙ statutum minoris liget, vt in l. si sine hęrede. §. Lucius. ff de admini. tuto. ld. n. procedere, nisi absurdum ex tali statuto adesset: ut per gl. quæ hoc modo respondet in l. 2. C. quæ sit longa consue. & ita disputando ratiocinatur prędicto consi. Alex. qui tandẽ recensẽt, verum esse, sub statuto minores contineri. Hoc. n. iure fm eum utimur, vt statuta generalia ad minores referantur: ita recensente Bald. in l. 1. C. si aduer. dotem. & l. si mater. C. ne de statu defunctorum. Ei autẽ resolutioni dicit non aduersari, ꝙ ad personas quæ habiles
2 sunt, referri statutũ debeat, † quia satis iudicatur effectus minor habilis, à quo cum curatoris authoritate fm statuti mẽtem sit compromissum. Minus ẽt eius testimonio refragabitur talis absurditatis consideratio, cũ sit præsumptio, statutũ illud bona & optima cã introductum. Subducitur deniq; ea
3 absurditas vel hoc modo: † ꝙ quantumuis minor fm statutum compromiserit: potest tñ contra snĩam ex laudo resultantem, si in eum lata fuerit, restitui, imò ẽt aduersum statuti effectum, ut per Bal. in ea l. 1. C. si aduers. dotem. ita ẽt id tenet Bar. in l. oẽs populi. ff. de iusti. & iu. Hæc latè & diffusè Alex. sub eo præfato consilio. Cuius snĩam oĩno probo: de cuius veritate ego non aliter duxi disputare, ꝙ iam superiore loco amplissimè hunc articulum attigerimus, vtrùm sub statuto comprehendantur, qui minores sunt, quem in vtraque partem examinauimus, eam priorem sequuti opinionem, cui hęret Alexander, & quam denuo vt veram & indu
4 bitatam sequor. Vnum † tñ obiter circa eam Alexandri doctrinam attingemus, ꝙ nõ videatur is benè docere, posse minorem ꝯ snĩam, ex laudo resultantem, restitui, vbi is per statutum ad laudum compelleretur: quia aliàs censeretur statutum frustratorium: quasi hęc fuisse videatur mens statuentium, ut non solùm hic minor compromittat, sed etiam snĩę compromissariæ acquiescat. Verior tñ & humanior erit statuti interpretatio, vt solum ad compromittendum cogatur minor, non vt snĩæ acquiescat, ne aliàs is ꝯ læsionem reclamare non possit: satis. n. effectus à statuto producitur, per qđ minor ad compromittendum adigitur, non vt operari debeat statutum, minorem repellẽdum, qui se restitui ꝯ snĩam ex laudo resultantem imploret: quia cùm iniquè lata esse
5 possit, est optima rõne introductũ, ut is restituatur. Hac† aũt doctrina confutatur, quorundam distinctio, qui senserunt, posse minorem ꝯ snĩam latam ab eo, in quem compromiserat, restitui, qui tñ esset ordinarius, & ita ordinariè de ea causa cognosceret: à qua restitutione repelleretur, si esset ab eo lata snĩa, in quem foret compromissum, vt in amicabilẽ cõpositorem, & qui nullam de iure haberet iurisdictionẽ: quia existimauerim, utroque casu locum esse restitutioni. Cupio tñ tu vnum notes, ex prędictis declarandam esse eam, quam deduximus regulam, minorem eo ipso, ꝙ compromisit, læ-
6 sum censeri, † vt locum non habeat, ubi necessariò is cõpromisisset, puta iubente statuto: tunc. n. tali casu læsus non dr. ad quod facit in simili l. si plures. ff. de pact. vbi potest à tutore pupilli debitum remitti, maximè cum talis remissio esset necessaria: quod ad quamuis aliam necessitatem extẽditur.

Statuto disponente, ne quis se læsum ex compromissaria sententia possit proponere, an id via restitutionis minori permittetur?

SVMMARIVM.

1 *Statutum disponens, ne quis se læsum ex compromissaria sententia possit proponere, videtur etiam minoris includere personam, ut restitui non possit, quod tamen Author refutat, oppositumq; verius esse iudicat. nume. 2.*

Source : BIU Cujas

2 *Arbitrator etsi alteram partem lædendi potestatem habeat, ab ea tamen facultate enormis læsio excepta censetur.*
4 *Arbitrator ob enormem læsionem censetur dolosè versatus, eaque propter minor contra eam arbitratoris sententiam doli exceptionem proponere potest.*

CAPVT CCXCII.

1 VIdeamus præterea, si † statuto disponatur, non posse snīæ compromissariæ reclamari, & ne quis se ea offentum asserat, si per hanc læsum se minor proponat, an num videbitur restituendus? Quòd aūt sit a restitutione repellendus, suadet id statuti effectus, p quod oīs reclamatio reiicitur, vt ēt quælibet comprehendātur restitutio, vt in l. si minoris actum. ff. de admi. tut. Præterea si non posset per statutum læsio allegari, ita nec peti restitutio, quæ aliter concedi non pōt, nisi se læsum minor do-
2 ceat. Oppositaꝛ tīn sententia est longè verior, & concludentior. Nam licèt sub statuto minor contineatur, non tīn ex eo sequitur, quin debeat restitui, ut per Bal. in l. unica. C. si de momen. possess. Spe. idem firmat tit. de resti. in integ. §. si quis aūt. In hoc deniq; consideretur, satis statutum tale operari, qꝰ non debeat minor restitui: quia compromiserit: cùm tamen id sit de iure cōi. ergo ita erit alio casu interpretandū, vt restitui is debeat. si se ex snīa compromissaria lęsum proponat, & ad huius comprobationem accedit Bal. in l. cū antea. C. de arbit. vbi recenset, etsi † concessa fuerit arbitratori
3 potestas, ut partem alterā lędat: qui tīn enormiter est læsus, non prohibetur ob eam concessionem, reductionē ad boni viri arbitrium implorare, cùm ab ea lædendi facultate enormis læsio excepta censeatur, arg. l. creditor. §. Lucius. ff. manda. & l. si libertus. ff. de ope. lib. per Ang. in sua disputatione, due inuicem litigantes. ut eadē. imò pari rōne sit hoc cōcludendum, statutum quod reclamationem abnegat, & ne lęsio proponatur, esse referendum ad reclamationem seu læsionem leuem, secus si enormis esset, & grauis prędiudicii. Fa
4 cit ad hæcꝛ talem arbitratorē ob eam enormen læsionē censeri dolosè versatum, arg. l. si superstite. uer. sanè. C. de dolo. & per Bar. in l. fi. ff. de præt. stipul. Poterit ēt minor, ꝛ sepositā in integ. restit. proponere ꝯ eam arbitratoris snīam doli exceptionē, per l. si contendat. ff. de fideiuss. facit in arg. l. si finita. §. eleganter. ff. de dam. infec. & l. Aurelius. §. centum. ff. de libe. lega. Hæc autem quęstio est longè dubitabilior ea, quam prius excussimus, posse restitui minorē, qui necessariò p statutum compromisit, ꝯ sententiam compromissariam: quia hic ulterius proceditur, puta statuto habente, qꝰ contra sententiam cesset oīs reclamatio, & ne quis se læsum possit dicere. Sunt. n. rationes priori conclusioni deseruientes, huic negotio accommodabiles: sed præter eas adnectenda sunt alia fundamenta, quòd debeat talis reclamationis & lęsionis exclusio ad eas, quæ leues sunt, non autem enormes, extendi.

Vtrùm sententia lata, admittatur minor ad exhibitionē instrumentorum de nouo repertorum?

SVMMARIVM.

1 *Minorem, lata sententia, ad exhibitionem instrumentorum, de nouo repertorum, admittendum ꝰ crebrior Doctorum obtinet sententia.*
2 *Quomodo intelligendum sit, quod dicitur, Conclusione in causa facta, omnibus allegationibus renunciatum videri.*
3 *Communis regula, Non retractari sententiam prætextu instrumenti de nouo reperti, ad quæ extendatur.*
4 *Respublica minorum iure utitur, & è conuerso.*
5 *Minor ad productionem instrumenti de nouo reperti secundum iuris communis beneficium admittitur.*

CAPVT CCXCIII.

ADnectetur his articulis haud inelegans, vtrùm lata snīa possit restitui minor, ut exhibeat instra, quæ de nouo reperit. Potest etiam aliter effingi casus: An, quod dicitur lata sentētia, procedat, vbi esset in casu eo conclusum? Restitutionem aūt prima manu reiicit cōis regula, quæ habet, Non solum lata sententia, sed ēt post quam in lite est conclusum, esse renunciatum omnib. tam iuris quàm facti exceptionibus & allegationib. ut nihil possit de nouo proponi & deduci. qꝰ si id procedat, conclusione in causa facta, multo magis lata sententia, per quam ius
1 ei qui uicit, paratur & quæritur. † Crebrior tamen opinio inualuit, ut minor sit restituendus: in quo hoc præcipuè attēditur, an num lasus sit? l. 3. ff. de min. Læsum autem vel in cō fesso est: quia cessarit à productione instri omnino necessarii, & à quo fortasse pendet ius suum, saltem (vt ipse asserit) &
2 allegata. Nec † ob est, qꝰ conclusione in causa facta, sit renunciatum quibusuis allegationib. quia id procedit secundùm strictam iuris determinationem non autem vt id via extraordinaria, & vbi iusta subest causa, efficaciatur. Ad hęc te sci
3 re oportet, regulam communem hoc disponere † non retractari sententiam prætextu instri de nouo reperti, per l. Imperatores. ff. de re iudi. quæ etiam extenditur ad ea, quę criminalia sunt, l. diui fratres. ff. de pœnis. & l. fi. ff. de qō. in quibus disponitur, tunc ad principis beneficium esse confugiendū. Extenditur ēt id ad instrumentum testamenti de nouo reperti, ut per glo in l. 4. §. item si ipse. ver. sibi euicerit. ff. si cui plus quàm per leg. Falcid. Ab hac autem communi regula, l. Imperatores. excipit Rempublicam, quæ si in hoc sit priui
4 legiata, quare non idem in eo qui minor est, statuendum cēsebi s:arg l. Respublica. C. ex quibus causis maior. & c. fi. de in integ. restitu. vol. 6. in quibus habetur Rempublicam † minorum iure vti: vt eadem ratione minor pari priuilegio frui de
5 beat. Nodus tīn pręcipuus huius materię ibi uersat, † an post quam est conclusum in cā, debeat minor ad instri de nouo reperti productionē citra aliquam restitutionem admitti, & ita secundum iuris cōis beneficium: vel vtrùm sit restitutio in integrum necessaria? Quòd autem non sit opus aliqua restitutione, vī posse desumi ex ea l. Imperatores, in qua prę-
mittitur regula, demum ab ea excipitur Respublica, cuius beneficio, ut docui, debet uti minor: sic exceptio de republica facta censetur firmare regulam, ut rempublicam non cōprehendat. Si igitur sub communi regula non comprehendatur, non erit restitutio necessaria. Quę opinio est de se vera, & quam memini Senatum Dolanum qīque sequutum. Non desunt tamen ex minoribus, qui se ad id restitui petūt; existimantes, se longè cōsultius acturos, si id egerint, & quibus, cū id expostulant, passim conceditur restitutio: quę tamen non est necessaria, per eam, quam pręmisi, rationem.

An ex causa admittendus sit maior per restitutionem, vt repertum de nouo instrumentum producat?

SVMMARIVM.

1 *Minor tametsi, renitentibus nonnullis, restitutionis beneficio ad instrumentorum, de nouo repertorum, productionem non uideatur admittendus: tamen iusta superueniente causa restitutionem consequitur.*
2 *Acceptilationis instrumentum etsi non exhibeat, qui in ius alterius succedit: tamen implorādæ restitutionis iusta causa niti præsumitur.*
3 *Instrumentum fortuito casu deperditum, puta à latronibns interceptum, & denuo repertum, indulgendæ restitutionis causam suppeditat, & nume. 6.*
5 *Restitutio, iusta snperueniente causa, etiam contra sententiam & rem iudicatam conceditur, non obstante quorundam distinctione, nume. 4. adducta.*
7 *Maior licèt in iudicio de producendis instrumentis nihil protestetur, tamen restitutionis beneficio gaudet, ubi eam iusta causa sequitur.*
8 *Maior per acceptilationem de nouo repertam, à debito liberatus, restitutione non indiget, sed ab aduersario condictione indebiti repetit, quod indebitè solutum est.*

CAPVT CCXCIX.

AN autem ex causa sit maior restituendus, qui de nouo repertum instrumentum producat? Sunt qui crediderunt non esse restituēdum: quia sub communi regula is contineatur. Verior tamen est sententia, restituendum esse, ubi iusta subest causa. Quod ut clarius habeas, proponetur hoc exemplum. Petiisti à me centum, quę coram iudice asseueraſti, te mihi mutuasse, de mutuo per instrumentum super eo conceptum, constabat, ita ut ego à iudice condemnatus fuerim, tibi ea centum persoluere. demum lata sententia, & iam executioni demandata, reperi ego acceptilationem eius
1 debiti, † vtrum restitui potero, ut de nouo possim tali liberatione me tueri, & sententię in me latę retractationem petere? Communis autem conclusio habet, debere attendi, an ego qui restitutionem imploro, iusta causa nitar: puta
2 † si cum in ius alterius successissem, id acceptilationis instrumentum non exhibuerim, qui potui moueri iustissima occasione, & probabiliter eam acceptilationem ignorare, cùm de facto, quod à defuncto prodiit, non meo, discepterur. Ad quod facit in arg. l. cùm filius. §. in hac. ff. de verb.
3 ob. aut si ego aliàs proponerem † fuisse instrm casu fortuito deperditum: quia interceptum à latronibus, & postmodum reper-

Source : BIU Cujas

repertum. Hæ enim & ſimiles aliæ cauſæ reſtitutionem inducunt, quod ita reſoluit Ioannes Andreæ in addi. ad Spec. tit. de executi. ſent. §. fi. ver. illud. per Ang. & Imo. in l. qui teſtamento. ff. de excuſ. tuto, & Bal. in l. argentarius. §. cùm aũt. ff. de edendo. Canoniſtæ idem etiam firmant & ſtabiliunt in c. ſuborta. extra de re iudic. Debebit aũt iudex excutere eam iuſtam aut iniuſtam cauſam, ut ſecundum id reſtitutionẽ indulgeat vel renuat. Alii verò alia hac in re conſideratione moti cenſuerunt, ſequente vtendum eſſe diſtinctione: aut enim ſecundum eos quæritur, vtrum poſſit pecunia poſt ſnĩam ſoluta repeti, & aiunt, tunc non eſſe locum repetitioni ob ſolam rei iudicatæ authoritatem, per l. 1. C. de cond. in deb. Quòd ſi pecuniæ ſolutio ante cœptum iudicium facta fuiſſet, reſtitutionem competere. Sed ego hanc diſtinctionẽ oĩno inutilem & futilem eſſe exiſtimo: quia vtroque caſu oporteat præmittere interueniſſe ſolutionem ante cœptum iudiciũ. Nam ſi hic non ſoluiſſet, fruſtra peteret ſe reſtitui.

4 Sic ſea diſceptatio, an ante vel poſt cœptũ iudicium ſit ſolutum, eſt noua: cùm neceſſariò hoc oporteat admittere ſemper ante cœptum iudicium ſolutum. Et ita mea eſt opinio, vt hic, ſi iuſta cã nitatur, debeat reſtitui: nec attẽdi debeat rei iudicatæ authoritas, vt per eam reiiciatur reſtitutio, cum ẽt p̃ ſnĩam & rem iudicatam ex cã iuſta ſit locus reſtitutioni. Et

5 hæc opinio ſatis comprobatur per limitationem vnã, quæ affertur à Doctorib. ſub ea l. Imperatores, quæ eſt, Cõem illã regulam non procedere, vbi perſona priuata ẽt maior probaret, ſe fuiſſe legitimè & iuſtè impeditum, quare inſtr̃m ſolutionis in proceſſu non exhibuerit, ẽt quantumuis penes ſe illud hr̃et: puta, quia tunc detentus eſſet in vinculis. Et ita ſi in maiore iuſta cã dignoſcatur, haud dubiè erit is reſtituendus ẽt poſt ſnĩam: & ita reſoluit Bar. in l. 1. C. de ſent. aduer. fiſcum lat. non retract. lib. 10. C. ad quod adducit l. ſi mater. ff. de excep. rei iudi. Ad hæc oportuno loco ſubiicietur, qđ recenſet Spe. tit. de execu. ſent. §. fi. ver. illud. à quo ibi conſuli tur, cautum & verſutum debere eſſe eum, qui ſuſpicatur p̃ ſe ferendam ſnĩam, quia fortaſſe non exhibuerit inſtrumen-

6 tum, † vt prius, quàm pronuncietur ſnĩa, proponat à ſe non productum aliquod inſtr̃m, quod expediuiſſet exhibere: nõ potuiſſe tũ id afferre, quia interceptum fuiſſet ab inimicis: & ea rõne proteſtari, ſe poſtmodũ id exhibiturum, ſi de nouo

7 repererit. † Hæc n. præambula proteſtatio ſecundum eũ hoc inducit, vt huic poſtmodum planius, facilius, & liberius ſuccurratur, reperto demum inſtro. Quod eius conſilium ego oĩno ſequor: quia cum huic nulla ſit imputabilis negligentia, æquum eſt, vt ei talis proteſtatio prout; quia ſit veriſimile, ſi inſtr̃m habuiſſet, quòd illud produxiſſet. Sed hoc exemplum eſt diuerſum a priore caſu, in quo præcipuè diſceptatur, vbi ẽt hic nihil fuiſſet proteſtatus: quia etſi proteſtationẽ omiſerit, reſtituendus tũ eſt, vbi iuſta eum cã ſequitur. Sed ego, quod ad primum caſum ſpectat, puto eſſe vtrunque animaduertendum: & hoc unum conſiderari poſſe, fruſtra de reſtitutione in integrum tractari: quaſi non ſit hoc capi-

8 te neceſſaria, imò vtendum ordinaria via. † Nam † ſi propoſuero, me prius ſoluiſſe, idque docere velim per acceptilationem, quam de nouo reperi, non vl̃ via reſtitutionis deligenda, ſed ut ego conueniam aduerſarium, & condictione indebiti ab eo repetam, qđ indebitè ſolui, & quod is præter rõnẽ accepit. Fundabo autem hoc modo iudicium, me bis eandem rem huic ſoluiſſe. de prima ſolutione ſatis patebit per acceptilationem. ſecunda verò manifeſtior erit, qui per ſnĩæ executionem adactus ad id fuerim. Dices fortaſſe, non poſſe aliter agi, niſi vt repetatur pecunia ſecundò ſoluta: quia prima ſolutio debitè facta fuerit: ſed rei iudicatæ authoritatem plurimum coloris ei ſolutioni tribuere, & ita eſſe neceſſariã reſtitutionem; eò maximè q̃ in themate præmiſſum ſit, ſententiã fuiſſe executã, & ita ius eius, qui vicit, ſtabilius effectũ. Et hæc ratio non oĩno eſt impertinens, & per quam põt ea crebrior ſnĩa confirmari. Suppetunt ad præfata, quæ de maiore annis 25. deduximus, duo exempla, quæ memini à Senatu Dolano deciſa. Primum eſt, admiſſum maiorem fuiſſe, ẽt poſt concluſionẽ in cã, ad inſtr̃i de nouo reperti productionem: à quo allegabatur, q̃ dum lis penderet, ipſe à prouincia abfuiſſet: qui tandem reperiſſet inſtr̃m, cuius erat qõ, quod aſſeuerabat iur̃o, ſe nunquam prius uidiſſe. Admiſſos ẽt alios me tenet memoria ad inſtr̃i, de nouo reperti exhibitionem, poſt intimationẽ eis à iudice factam, de exhibendis in genere inſtr̃is, quibus eſſent in ea cã vſuri: & utroque caſu exegit ab eis Senatus iuramentum, quòd ad ipſos de nouo illud inſtrumẽtum perueniſſet, ac quòd prius illius tenorem neſciuiſſent, nec apudſe habuiſſent, quæ qualitates ſunt neceſſariò requiſitæ, vt eſt in c. paſtoralis. extra de except. & in l. fi. C. de fide inſtru. Sed p̃ hanc iur̃i delationem admittitur pars aduerſa, vt, ſi volet, probet aduerſarium ſciuiſſe inſtr̃m: & hoc caſu non eſſet ſacr̃o partis ſtandum, vt eſt doctrina Bar. in l. ſi cui. §. hiſdem. ff. de accuſ. per Bal. in c. 1. ſi de inueſt. inter domi. & vaſ. lis oriatur. Vnde Caſtrenſis in l. ſi patruus. C. com. vtriuſque iudicii. aſſerit, ſe interrogatum reſpondiſſe, q̃ quamuis conceſſerit iudex licentiam producendi teſtẽ poſt concluſionem in cã, ea lege, ut teneretur is iurare, teſtẽ ad ſe de nouo perueniſſe: nec prius ſciuiſſe, an eius deberet uti teſtimonio: ſi tũ pars aduerſa contendat. ſe oppoſitũ probaturam, & id effecerit, nullo modo debere prodeſſe illius teſtimonium, ẽt ſi is de veritate dicenda iuraſſet. Solet enim ſecundum Caſtrenſem ineſſe actui tacita hæc conditio, modo hic verè, & ut decet, iurauerit, argu. c. continebatur, extra de deſpon. impuber. per Abb. conſi. 52. incip. Quidam magiſter. Dubitari tũ poteſt circa eam Caſtrenſis doctrinam, per quã reſoluere vl̃, poſſe probari p̃rium eius, quod eſt iuratum, qđ vl̃ pugnare ei. quod dr̃, Dato iureiurando nihil eſſe amplius quærendum aut diſputandum, ut in l. non erit. §. dato. ff. de iureiu. Sed ego Caſtrenſis opinionem ſequendã probo, cui non obeſt, non debere retractari iur̃m: quia id procederet, ſi talis ſacramenti delatio principaliter & primordialiter à parte proficiſceretur: tunc. n. elegiſſe in iudicẽ cenſetur aduerſarium, & conſenſiſſe in eo, ut is iuraret. Sed hoc caſu delatio iur̃i proficiſcitur à iudice: qui ſic deferre cenſetur, vt verè is iurare teneatur. quare admittetur pars aduerſa, quæ probet, verè non fuiſſe iuratum: ut ſi id docuerit, nullus maneat iur̃i effectus. Quæ admodum pulchrè conferunt ad declarationem & interpretationem ſtyli Dolani, ſecundum quem defertur eo caſu iur̃m, ut ſuprà præmiſimus. & hac cã memini ſecundum eundem ſtylum introductum, ut cum ſit talis delatio, adiiciatur à Senatu hęc cla, Reſeruata tũ parti aduerſæ exceptione de probanda ſcientia. Quantum autem ad eam ſcientiam annotabis unum, quod obiter attingunt Canoniſtę in c. innotuit, extra de elect. teſtẽ poſſe per ſcientiam hac uia repelli, ſi ego proponam, & me probaturũ offeram, huic fuiſſe conſuetudinẽ aſſiduò reponere cuſtodiẽda ſua inſtr̃a priuata in archiuo publico, & ita ad archiuum cõfugere potuiſſe. Sed hic probationis modus mihi non arridet: quia, etſi aſſueuerit ſua priuata inſtr̃a in eò archiuo reponere: non tũ ſequitur, ut id efficere & ſequi ſemper cogeretur: imò poterat locum alium eligere: & ſic deberet attendi actus, qui eſſet neceſſarius, non uoluntarius, ſaltem ex quo poſſit efficaciter probationis concluſio deſumi. Præterea etſi ita prius eſſet uti ſolitus, potuit tũ poſtea deſiiſſe ſic agere. Quare ego perfectiorẽ hanc probationẽ eſſe crediderim, ſi ab hoc proponatur, aduerſam partẽ, dum inter eos litigaretur, q̃nque dixiſſe, & p̃tibus fide dignis viris, ſe uelle uti teſtimonio eorum, quos curat examinandos. Poſſent etiam numeroſa alia exempla in eandem aliam conducentia recenſeri, quæ ego breuitatis gratia omittenda duxi.

Dictante ſtatuto ſtandum eſſe reſponſioni, per tutorem ſeu curatorem poſitionib. Partis aduerſæ factæ, ſi impertinenter ſit à curatore reſponſum, an poterit hoc caſu minor reſtitui.

SVMMARIVM.

1 *Reſponſio minoris nomine, à curatore vel tutore licet impertinenter facta, reſtitutionem impedit, auihore Iacobo Beluiſo, cui tamen contradicitur nume. 2.*

CAPVT CCXCV.

1 DIſponẽte ſtatuto † ſtari debere reſponſioni factę p tutorẽ ſeu curatorẽ p̃ minorẽ aut pupillum, ſi dolum malè, impertinẽter, & præter rei ueritatem ſit ab his rñſum, poterunt nũ minores reſtitutionẽ obtinere? In quo Iacob. à Bellouiſo quadã diſputatione, q̃ Spe. recẽſet ſub tit. de reſtit. in integ §. ſi quis autem. exiſtimauit, reiici debere reſtitutionẽ ob uerba ſtatuti, p quod diſponitur, ſtandum eſſe reſponſioni factę à tutoribus ſeu curatoribus: aliàs ſi admitteretur reſtitutio, vanum eſſet & eluſo-

2 rium ſtatutum. Mihi † tamen magis accedit, oppoſita ſnĩa. Quid enim pupillo aut minori adſcribi põt, vbi malè à tutorib. eſt reſponſum? Nec. n. eſt, quod his imputetur, quemadmodum fit illis, qui ſibi non idoneos elegerunt procuratores: quia id illi ex voluntate egerunt: his verò neceſſariò datus eſt tutor ſeu curator: & tamen ẽt aduerſum factum pro curatoris minor reſtituitur: ut multo magis, quod ad tutorem & curatorẽ attinet, id ſit diſponendum. Sed oportet rñdere ad illud. quod de ſtatuto præmiſſum eſt. Nam ita poſſe diſſolui ſuſpicor, vt cum ſtatutum habeat, eſſe ſtandum

Source : BIU Cujas

responsioni tutorum seu curatorũ, sit de responsione apta & congrua intelligendum: aliàs si oẽm responsionem, maximè damnosam includeret, fieret eo modo minorum conditio deterior: quod tñ non vr fuisse ex uerisimili mente statuentium. Et hæc mihi vr verior & concludentior sententia.

Si alleget minor, non fuisse sibi in contractu mutui seu venditionis numeratam pecuniam, an poterit ob id restitui.

SVMMARIVM.

1 *Minor in contractu mutui seu venditionis sibi non numeratam pecuniã allegans, idq; testibus probans, est omni modo restituendus.*

CAPVT CCXCVII.

1 EFfingitur etiam in materia restitutionis in integrũ huiusce modi exemplum: Si ꝑminor se centũ scutatis vendidisse & transtulisse oĩa iura, quæ sibi in quadam hæreditatis portione competebant, in instrõ aliquo scripserit, postmodum autem alleget, sibi non fuisse ea numerata, velitque id probare testibus, qui ferantur contractui cessionis affuisse: utrum ex eo restitutionem obtinere poterit? Hoc certè nullam habet difficultatem, quin is sit restituendus. Nam est euidens læsio, hoc in instrõ inseruisse, fuisse sibi numerata centum, cùm tñ id verum non sit. Poterit autem hoc modo probari & deduci læsio, ut dicant & deponant testes, se tunc vocatos, & dum talis cessio fieret, adfuisse, nec aliò interim diuertisse: qui tñ nullo modo ea centum numerari uiderint, aut tũc numerata intellexerint. Hac autem uia efficaciter & concludenter deponetur. Deprehenditur ẽt manifestius hãc in re læsio, q̃ cessionis contractus desideret veram, realem, & actualem numerationẽ: vt in l. ab Anastasio, & l. per diuersas. C. manda. ita vt sat non esset, si minor fassus esset, se id recepisse, l. si forte. ff. de castrẽ. pecu. Immo ẽt quò facilius minor restitutionẽ assequatur, erit pensandum, an in eo cessionis ꝓctu interuenerit curatoris authoritas, & iudicis decretum, qđ esset tali casu cũ causæ cognitione adhibendũ, vt in l. magis puto, §. ne passim. ff. de reb. eorum. quæ solennitates omissæ inducũt, ut liberius & citra quoduis discrimen ad restitutionem perueniatur.

Vbi quis damnum & commodum ex aliquo actu potest assequi, etiam si ei damnum acciderit, non ob id restituitur.

SVMMARIVM.

1 *Minor forte læsus restitutionis auxilio non adiuuatur, quod limitatur ex doctrina Decij, nume. 2. quam Author aliquot dubijs excussis probat, num. 3.*

CAPVT CCLI.

NOtabis denique in hac restitutionis materia elegãtem admodum conclusionem, hoc habentẽ, ꝙ vbi ex aliquo actu quis assequi damnũ & cõmodum põt, & ei damnum accidetit, non est, vt læsus ob id reputari debeat: & ita cessaret in minore restitutio in integrum: ad quod facit l. si pater puellæ. C. de inoff. testa. & in proprio restitutionis exemplo est ad id aperta l. verum.
1 §. sciendũ. ff. de min. vbi ꝑminor per sortem læsus non restituitur. id enim euenit sorte, quę ẽt poterat minori fauisse: & hac rõne à sortis snĩa non appellatur, l. fi. C. com. de leg. quã
2 ꝑdifficultatem sic resoluit Decius in l. de fideicõ. C. de transa. volens eam conclusionem, debere procedere, vbi actus posset se ad lucrũ & damnũ (vt præmisi) hr̃e, nec esset in utroq; considerabilis disparitas. Quòd si plus damni q̃ lucri participaret, vel è diuerso, si minor esset respectus lucri, quàm damni, tunc secundũ eum locus esset restitutioni, ut est in l. de fideicom. C. de transa. vbi in eius legis casu, si unus ex fratrib. senex esset, & extra spem suscipiendæ prolis, alter uerò iuuenis & qui verisimiliter prolem expectaret, deberet is iuuenis restitui: quia per renunciationem fideicommissi, sua facilitate læsus censeretur. Hæc Decius. Artipse aliter censui dicendum: qui putẽ, hanc Decii doctrinam non posse probabiliter defendi. Sic aũt doceo. Illud. n. nostræ est cõnis, an Iudus se ad lucrum & damnũ habeat? Habere aũt omnino censeo, arg. eius l. si pater puellæ. possum n. ab initio uincere & non
3 vincere: & tñ in rei veritate plus participat de lucro: vt optima rõne annumeretur inter lucratiuos titulos, l. 1. C. de imponen. lucr. descr. lib. 10. C. & tamen si minor in Iudo pecuniam perdiderit, certum est hunc posse eam uia ordinaria repetere, ut est in auth. alearum usus. C. de relig. & sumpti funerum. & toto tit. ff. de aleæ lusu, & alea. per Picum in l. post ꝯractum. ff. de dona. Vt ex eo verum non sit, quod sentit ipse, ii actus plus de lucro q̃ ae damno participet, nõ cessare restitutionem. Imò dico necessariam non esse, sed uiam ordinariã competere. Hoc tñ, si rei veritas attendatur, non officit doctrinæ Decii: quia etsi is senserit, posse in casu, quo is loquitur, restitutionẽ competere, vbi plus haberetur rõ lucri quã incommodi, non abnegasse tamen uoluit, quin secundum subiectum casum possit competere ordinarium remedium.

Si à re aliqua generaliter excludar, an nihilo secius eam via restitutionis assequi potero?

SVMMARIVM.

1 *Excluſus generaliter à re aliqua beneficio restitutionis non priuatur secundum Decium, & nume. 3. licèt eius sententiæ aduersetur Alexander nume. 2.*

CAPVT CCCIIII.

PRoponitur deniq; à Decio in l. postquã liti. C. de pactis. sequens in materia restitutionis dubitatio: An, qui est generaliter à re aliqua excluſus, possit nihilo secius, non obstante tali generali exclusione: eã rem consequi, ẽt si in maiore annis 25. exemplum effinxeris? Ipse aũt pro eius articuli resolutione proponit hãc regulam.
1 †Qui à re aliqua generaliter excluditur, non priuatur, quin
2 possit eam per restitutionẽ in integrum assequi. Sed † illi decisioni aduersatur Alex. in l. 4 §. condẽnatum. ff. de re iud. vbi tutatur, si tollatur nullitatis remedium, quod cõi iure conceditur, multo magis restitutionis in integrum, quia hæc ꝑãli iure indulgetur, ideoq; facilius subducitur, q̃ ius cõe, ut in l. eius militis. §. militia missus. ff. de testõ mili. & in §. quia verò. in Auth. de non alie. Accedit his gl. in c. super gratia. de offi. deleg. in sexto. referens, facilius uiam extraordinariam q̃ ordinariam tolli: ut ea rõne remedium ordinarium faciat cessare, quod est extraordinarium, vt in l. in prouinciali, ff. de ope. noui nun. & ideo ius cõe iuri extraordinario derogans, solet qñque ampliari, ut per gl. in c. statutum. sub verbo numerandum, de præbendis, in sexto. Qui verò ꝯ Alexandrum sequi glossæ & Decii opinionẽ uoluerit, consi derabit in ea re hoc facere, facilius à iure cõi discedi, q̃ à priuilegio l. 4 §. 1. & ibi Bar. ff. de fideic. liber. ubi expressim tex. de resti in integ. loquitur. Facit doctr. Inn. & ibi ẽt Abb. in c. pastoralis, de cã pos. & & propr. in antiquis. quæ est ꝯria regula eius, quam præmisit Alex. planius euerti ius ſpãle, quàm fiat cõe. Et quod dr̃, facile à iure cõi deſici, id intelligitur, vbi voluntas disponentis talis esset, quæ rõ ẽt militaret in euersione iuris ſpãlis, arg.
3 eius §. militia missus. Decij ꝑtñ snĩa mihi cẽsetur verior, quia etsi à iure cõi quis excludatur, non tñ priuatus est resti. in integ. q̃ tam fragile sit ius ſpãle, vt lex nullam illius hr̃i velit cõsiderationem, ut in ea l. 4. ff. de fideic. libert. & cũ sit remediũ extraordinarium, nullo modo est attendendum. Si igĩt eius nulla habeatur rõ, bene est loquutus Decius, qui senserit, generaliter excluſum, non priuari restit. in integr. Sed aies, contorquendo argm̃, si restitutio non est cõsiderabilis, ergo sub generali priuatione includetur, aliàs nullus esset effectus talis generalis prohibitionis, quod est argm̃ prima facie cõcludens: uitari tñ hoc modo poterit, ut cum non habeatur rõ juris ſpãlis, ergo tanq̃ non consideratum non includetur sub generali prohibitione, quæ aliàs ꝯrium & repugnantem effectum produceret, atq; hęc illatio est alia longè efficacior & concludentior. Posset ẽt modo alio defensari Decius, q̃ secũdum eum qñque ius speciale prævaleat ẽt cõi iuri, ut est in auth. inter liberos. C. de testam. atque id tacitè sensit Alexander in l. arbitro. ff. qui satisdare cogantur per Barto. consilio quod incipit. Cirardus de Tuderto. Romanus consi. 90. uiso themate. Bartol. in authentica, si captiui. C. de Episcopis & Clericis. & in l exigendi. versicu. tertiò quæritur. C. de proc. necnon in l. fina. C. qui legit. perſo. ſtandi in iudiciis hab. vel non habeant. Mihi tamen non placet hæc postrema illius ratio: quia etiam si admiseris, ius speciale quandoque esse efficacius communi, hoc accedit in confirmationem prædictę opinionis, ut generalis excluſio includat utrunque remedium tam commune, quàm speciale, vbi maximè ambo sunt de se æquè efficacia, quæ ratio benè concludit, si tu eã attenderis: & per eam ſtabilitur hæc sententia Decij, non in

cludi

Source : BIU Cujas

cludi reſtitutionem ſub ea verborum generalitate. Mea igi tur eſt ſententia, cum gloſſa & Decio per generalem excluſionem non comprehendi reſtitutionem in integrum.

Si pupillus poſt patris mortem non ſit intra tempus vſus pacto de retrouendendo, alleget autem ſe ignoraſſe, an reſtituetur?

SVMMARIVM.

1 *Pupillo, qui defuncto patre, non ſit intra tempus vſus pacto de retrouendendo, & ignorantia ſe excuſet, ex generali clauſula, Si qua mihi iuſta cauſa &c. ſubuenitur ſecundùm opinionem quorundam.*
2 *L. Aemilius. ff. de mino. intellectus aperitur.*
3 *Regula iſta, Minori etiam maior effecto ſubueniendum ex generali clauſula. quomodo ſit intelligenda ſecundum Curtium iuniorem.*
4 *Minor, maior effectus, utcunque actoris partib. fungatur, ſi tamen probabilem alleget ignorantiam, reſtitutionem conſequitur.*

CAPVT CCXCIX.

1 PAter † fundo cum pacto de retrouendendo vendito ab humanis poſtmodum deceſſit, relicto filio pupillo hęrede. poſtmodum pupillus hic omiſit eius pacti beneficio intra tempus præſtitutum vti, ita vt pendente negligentia ſua, maior ſit effectus: an nũ reſtitui poterit, ut pacto de retrouendendo vtatur? à quo potiſſimum id proponitur, quòd ignoraret, patri id pactum de retrouendendo competiſſe? Sunt autem, à quibus ſit exiſtimatum, hu c ex clauſula generali, Si qua mihi iuſta cauſa uidebitur, ſubueniendum, non autem ex capite ætatis minoris: quia minor eſſe deſierit, arg. eorũ quæ annotata ſunt in l. cùm filius §. in hac. ff. de ver. oblig. Præterea qui ignorauit & neſciuit, cenſetur non habuiſſe experiundi poteſtatẽ, l. annus. ff. de calum. & l. 1. circa finem. C. de falſa moneta. & vt defuncto, qui ignorauit, lex adeſt, ſic & illius hæredi: ita declarante Imola in eo §. in hac. Sed huic declarationi omnino pugnat l. Aemilius. ff. de mino. in qua (vt ſuperius habuiſti) diſponitur talem præſcriptionem ſine ſpe reſtitutionis currere, vbi maximè contractus conuentionalis à defun
2 cto cœpit. † Poterit tamen præfatus obex hoc modo reſolui, vt l. illa Aemilius. ſit intelligenda & declaranda, ubi minor non vellet reſtitui: ſed poterit ei ſuccurri, etiam in caſu eius l. Aemilius. ex tali clauſula generali, Si qua mihi iuſta cauſa. & hic intellectus expreſſim deſumitur ex eadem l. quę eſt pulchra & elegans ad eam declaratio. Tamen Curtius minor conſi. 59. non abſolutè huic hęſit reſolutioni, ſed qui crediderit, alio ſenſu concludendum eſſe articulum: à quo
3 exiſtimatum eſt, talem regulam † ſubueniendum minori ẽt maiori effecto, ex clauſula generali, ſic debere intelligi, ubi minor conueniretur, & fundum, cuius eſt quæſtio, poſſideret: nam tunc reſtitui ex capite ignorantiæ poterit: quia nõ fuerit in eius poteſtate ſcire, quando conueniretur, argum. l. purè. ff. de doli excep. ſecus ſi is ageret: tũc enim eſſet ei imputandum, qui non prius, quàm experiretur, diligentius & emunctius negotium inueſtigarit, quam aſſerit eſſe commune ſententiam, ſecundùm quam non eſſet in caſu propoſito minor reſtituendus, cùm admittatur, minorem actoris partibus fungi, & repetere velle fundum, quem pater vendiderat. Me tamen dubitantem hęc eius doctrina vtcunq; reddidit, potiſſimùm, quomodo poſſit aptè conſiderari, minorem rei partibus fungi. Nam ſi is fundum poſſideat, quid eſt opus huic reſtitutione, & quod is intus habet, petere? Verũ tamẽ eſt, poſſe hunc eum fundum poſſidere. Nam ſi pater, qui hunc vendidit, emptori non tradidiſſet, ita ut ad minorem tanquam hęredem deueniſſet, poſſet optimo iure emptor in minorem agere, ut fundum tradat. Quòd ſi volet minor ſe pacto de retrouendẽdo iuuare, repellet eum lapſu temporis aduerſarius. demum minor ex oppoſito allegabit, ſe tale pactum ignoraſſe, nec uti partibus actoris debuiſſe, & ita ſecundùm Curtium reſtituendum eſſe: qui tamen à reſtitutione repelleretur, ſi non is fundum poſſediſſet, ſed emptor. Ego verò ſum huius ſnĩæ, utroque caſu ſuccurrendum eſſe minori maiori effecto. Præcipua autem dubitatio, quæ in eo verſatur, eſt, vbi fuit ab eo agendum, quia tunc debuit ſcire, cùm agere deberet. Sed, quæſo, cùm alleget, ſe id ignoraſſe: quia à morte patris ſemp abſens à prouincia fuerit, ita ut tolerabilis ſit talis ignorantia, quare non reſtituetur? Hoc autem, quod de actore dicitur, eſt intelligendum, ubi non eſſet probabilis ignorantia. Et ad veriorem huius puncti enodationem oportebit te videre, quæ ſuperiore loco attigimus, ubi declarauimus l. qui in alterius. ff. de reg. iu.

Vbi minor mulier non ſatisfecit ſolennitati conſuetudinis, an contra id reſtitui poterit?

SVMMARIVM.

1 *Mulier minor omiſſis ſolennitatibus ad renunciationem hæreditatis onuſtæ debitis neceſſarijs reſtituitur, ſi grauiter eã læſam appareat: diuerſis tamen conditionibus accedentibus, quas in textu vide.*

CAPVT CCC.

1 DIſponit Burgundiæ conſuetudo: Si † mortuo marito nolit mulier ſuperſtes aſſequi portionem eorum, quæ conſtante matrimonio quæſita ſunt, nec etiam in eum caſum grauari debitis hęreditariis, oportere, vt intra horas uiginti & quatuor declaret, ſe nolle portionem quæſitorum aſſequi, & ſatisfaciat certę ſolennitati, ab eadem conſuetudine pręſcriptę. Cęterùm iam me tenet memoria, damicellam quandam, quæ tunc minor erat, cùm eam ſolennitatem non obſeruaſſet, petiiſſe ſe reſtitui, ut denuo ei ſatisfaceret: allegans, hęreditatem multis debitis onuſtam, & ſibi malè ceſſurum, ſi ad ea obligaretur, ita vt magis ſibi expediret quæſitis priuari, & à talibus debitis eximi, in quo fuit à Senatu Dolano hęſitatum, eſſet num reſtituenda? Dubitationem autem hac in re promouebat, ꝙ per omiſſionem eius ſolennitatis fuiſſet ius creditoribus hęreditariis quæſitum, à quibus efficaciter in eam mulierem agi poterat, ut partem debitorum hęreditariorum ſolueret. Ponderabatur ẽt aduerſum eam conſiderata potiſſimum facti contingentia, ꝙ per integrum triennium ſatisfacere prędictę conſuetudini neglexiſſet, quę iudicabatur longa mora, ita vt non deberet admitti eius purgatio, argũ. l. etſi poſt tres. ff. ſi quis cautio. Opponebatur denique non debere diſcedi à cõſuetudine, longo vſu & populi conſenſu recepta. Dicebatur etiam, quòd vbi à lege eſt prędixa dies & pœna, nunquam ſit locus purgationi moręꝫ vt per gl. in c. licet. extra de decimis. & capitu. mora. de regu. iur. in ſexto. facit ad hoc l. ſi is cui. ff. de legat. ſecundæ. Prędterea allegabatur, ut aliquis in eum caſum reſtituatur, neceſſum eſſe aliquod impedimentum deducere, ut per Bartol. in l. Titia. §. vſuras. ff. de legat. 2. & l. mora. 2. ff. de vſur. Quas omnes rationes penſauit Senatus Dolanus, dum me prędente, imploraretur à muliere minore prędata reſtitutio: ſed à quo tandẽ fuit in eius mulieris petitionẽ declinatum: quẽ primùm mouit ꝙ minor eſſet, & ita lędus ſubueniendũ. De lędione ſatis patebat, cũ ab ea narraretur, longè maiora eſſe debita hęreditaria, q̃ eſſent bona quędita conſtante matrimonio. Attentum etiã fuit ad aliud, quod ab ea narrabatur, ſtatim poſt mariti mortem hac declaratione coram quibuſdam ex parentib. & proximiorib. affinib. ſic vſam, velle ſe poſtmodum quędſitis renũciare: ita vt ab eo tẽpore cenſeretur, inſpecta ęquitate, iam id egiſſe, arg. l. quędſitum. ff. de leg. 3. in qua hĩ, ibi fingi eſſe animum, vbi & corpus eſt. Aequitatis aũt origo deſumi poterat ex eo, ꝙ morte mariti prędſumeretur plurimum infeſtata, ac tanto magis eſſe ipſi ſubueniendũ: & ita talis ſui animi declaratio, accedente morte mariti, plurimũ hac in re operatur, & in concedenda reſtitutione in integrum valet: nec inſpicitur iuris rigor, ſm quem non debet ſic interpretari conſuetudo. vt ſufficiat mulierẽ uoluiſſe ſatisfacere ſolennitati conſuetudinis, cũ effectus abſolutus ſit neceſſarius, imò ſpectatur ęquitas, ſm quam ob eam prędcedentem declarationem, aliis adnexis cauſis, mulieris opinionem coadiuuantibus, conceditur reſtit. in integ. Nec ẽt inſpicienda eſt triẽnalis illa taciturnitas: quia hoc ſolum in minore exquirendum eſt, an num ſit lędus? Et his cauſis ſuprema tandem ſnĩa Senatus Dolanus hanc reſtituendam terminauit, modo quę in ſupplici libello declarauerat, uera eſſe doceret, puta, hęreditatẽ affectam grauiſſimis debitis, ſe prędterea talẽ declarationẽ poſt mariti mortẽ emiſiſſe: adiecta ẽt in reſtitutionis mãdato hac cła, Salua parti aduerſę contrarii probatione, q̃ appoſitio uiſa fuit conueniens: quia potuiſſet mulier aliter mẽtẽ expreſſiſſe: puta, ſe uelle dimidiatum quędſitorum aſſequi quod eſt in manu partis aduerſę probare, & hoc caſu eſſet a reſtitutione repellenda mulier. Vnum ẽt frequentiſſimè obſeruatum ab eodẽ ſupremo Senatu memini, in caſu ſimili paſſim concedi debere ubi ſtatim poſt mariti mortẽ a muliere expoſtularetur reſtitutio ob ſolẽnitatis cõſuetę prędtermiſſionẽ: nam cũ prędſumatur mariti mortẽ ęgrè tuliſſe, cenſeẽt iuſto dolore affecta, & tũc tot lachrymis & fletib. aſperſa, ut ei ſolennitati non ſatisfecerit. Quare potior difficultas in

Source : BIU Cujas

themate assumpto versabatur circa illā triennalem negligen tiam: quam tamen excnsauit illa præcedens mulieris statim post mariti mortem facta declaratio. Sic vtroque casu cōcurrentibus præfatis qualitatibus est mulier restituenda.

Si præsente curatore sit aliquid minor falsò confessus, an restituetur, vt id postmodum neget?

SVMMARIVM.

1 *Minor præsente curatore aliquid falsò confessus restituitur, cum uult, ut quod de falsò fassus est, denuo neget.*
2 *Minor si post præfixum a lege uel iudice terminum exceptionem aliquam omiserit proponere, restituitur, ut eam proponat.*

CAPVT CCCI.

1 CVm † præsente curatore est aliquid cōfessus minor, idque præter rei veritatem. potertt, si volet is, restitui, vt demum, quod fassus est, neget, quòd si absque curatore confessus fuerit, seruabitur ipso iure illæsus, l. certum. §. pen. ff. de confess. & l. si ex causa iudi-
2 cati. §. nunc videndum. ff. de mino. Si denique † post præfixū a lege vel iudice terminum omisserit aliquam exceptionē proponere, restituetur, vt in c. pastoralis. extra, de excep.

Ex delatione iuramenti minor restituitur.

SVMMARIVM.

1 *Minor ex delatione iuramenti læsus restitutionis beneficio gaudet.*
2 *Minor qui malè & cum suo damno positionibus aduersæ partis respondit, restituitur.*

CAPVT CCCII.

1 REstituitur † etiam, si ex delatione iuramenti se læsum dicat, l. nam & postea. §. si minor. ff, de iureiu ran. & hoc casu maior est ratio, quare restitui debeat quàm ubi fuit ei delatum: cum hoc postremo capite sit effectus in causa propria iudex: vbi priore exem plo ipse aduersarium iudicem effecit, cum tamen fortasse po tuisset id testibus, instrumentis, aut aliis documentis proba-
2 re, vt plenè est annotatum a Doct. in eo §. si minor. ubi † etiā minor, qui malè & cum suo damno positionibus aduersæ partis respondit, restituitur, l. 1. & 2. C. si aduers. transact.

Cum debitorem minor per acceptilationem liberauit, restituitur.

CAPVT CCCIII.

CVm præterea debitorem per acceptilationem libe rauit minor, quem non liberasse profuisset, restituitur. Hoc enim casu donare, est perdere, arg. l. filiusfamilias. ff. de dona. & de liberatione expressim loquitur l. ait prætor. § sed hodie. ff. de mino. & l. si fine. §. quæsitum. iuncta l. si emptorem. ff. de minorib.

Si pro altero defensor in iudicio comparuerit minor, & in se susceperit iudicium restituitur.

CAPVT CCCIIII.

SI etiam pro altero defensor in iudicio comparuerit, & iudicium in se susceperit, unde læsus sit, restituitur, l. minor 25. annis. ff. de minor.

Vbi etiam aduocatum nactus est, qui in sua lite sit praua ricatus, & in obligatione omissa, et per restitutionem subuenitur.

CAPVT CCCV.

PRæterea cum aduocatum minor habuit, qui sit in sua lite, & suo nomine intentata, præuaricatus restituitur aduersus talem prǫaricationem, l. 1. C. de aduocat. diuers. iudic. Subuenitur denique minori in obligatione amissa, l. minor autem. §. 1. & l. minor annis 25. ff. de minor.

Filiusfamilias, & minoris hæres, etiam contra patrem restituitur.

CAPVT CCCVI.

FIliusfamilias minori succedens potest tanquam minori hæres, etiam contra patrem restitutionem assequi, l. filius. §. 1. ff. de inoffic. testam. quod iam supra excussimus, ubi attigimus articulum, an & quā do possit contra patrem filius restitutionem impetrare.

Cum pupilli tutor, seu minoris curator, falsam census rer cognitionem fecerunt, restituitur pupillus seu minor contra eam, quam vocant, recognitionem.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus si censum indebitum recognoscat coram iudice, non obstante temeraria sua confessione, restituitur.*

CAPVT CCCVII.

1 ADijcitur his non inelegans exemplum, quod in quibusdam pupillis Saliuensibus èuenisse memini † exponebatur ab istis apud Senatum Dolanum, tutorem eorum tunc defunctum, dum viueret, eorum nomine recognouisse castrum, quod hi possidebant, esse cuiusdam tertii feudum: item fundum, cuius erat quæstio, certæ seruituti obnoxium: cum tamen asserent hi, falsò talem recognitionem factam, quia liber esset is fundus: qui hac causa restitui se petebant aduersus talem (quod aiunt) recognitionem seu confessionem tutoris petebatur incidēter ea restitutio: quia cogeret talis hos uia ordinaria ad eius census præstationem: fundans super ea recognitione intentionem. Ipsi autem eam solutionem vitare volentes, hoc vno se iuuabant, quòd falsò tutor talem emisisset recognitionem: offerentes se probaturos fundi libertatem, nec illius feudi castrum esse, qui asserent, de eo sat constare instrumentis, quę apud se habebant. In hoc itaque nulla reperta est difficultas, quin deberet restitui, vbi de veritate precum appareret: quia certum & indubitatum sit, erroneam confessionem a tutore factam, per quam prǫiudicatur pupillo, per restitutionem in integrum rescindi, vt per glo. in l. certum. §. in pupillo. ff. de confessis. facit l. etiam. C. si tutor vel curat. interue. quod procedit siue in iudicio, siue extra iudicium talis confessio facta fuerit, vt per Bald. & Canonist. in cap. fina. extra de confessis. & per Bartol. in l. certum. §. sed an ipsis. ff. de confess. Fuisse etiam petitam a Senatu Dolano contra falsam a minore factam census recognitionem restitutionem aliam memini, accidit autem talis casus: Aduersarius censum prętendens curauit minorem coram iudice citari: & dum in iudicio esset interrogatus, an deberet prętensum censum, inconsultè respondit, hunc debere, cum tamen: ita non esset: & eo modo ad census solutionem audita confessione sua fuit condēnatus, hic postmodum lapso termino curauit per apparitorem sibi censum a minore solui, minor agnoscens temerariā suam cōfessionem recusauit soluere: qui ob id ad iudicium, instante parte, euocatus est. interim hic, lite pendente, incidē ter restitutionem implorauit: hoc proposito, quòd falsò, & aliter, quàm veritas haberet, eam census recognitionem feciisset: in quo mandatum a Senatu Dolano fuit iudici, coram quo lis principalis tractabatur, ut si doceretur a minore se falsò eam recognitionem feciisse, ipse ad talis recognitionis rescissionem procederet uia restitutionis in integrum.

Non est minor restituendus, qui petit se restitui, vt deferat iuramentum, quod omiserat, si appareat, talem sacramenti delationem esse superfluam.

SVMMARIVM.

1 *Iuramenti delatio si rationi conformis non sit, restitutionis auxilio non indiget.*
2 *Contra præscriptionem trigenariam Senatus Dolanus restitutionis beneficium nemini confert, & quæ sit eius consuetudinis ratio?*

Ad l.

Source : BIU Cujas

3 *Ad l. Aemilius. ff. de minor. dum dicit, præscriptionem a defuncto cæptam reijcere restitutionem, pulchra & elegans declaratio.*

CAPVT CCCVIII.

1 CVm † autem ab his pupillis Salinensibus fuisset diu in ea restitutionis causa litigatum, & esset processus terminandus, expostularunt tandem se restitui; quia omisissent, cum ea lis tractaret, deferre sacramentum aduersæ parti censum prætendenti, an num sciisset patrem, & horum pupillorum prædecessores, qui primum talia castra & fundum possiderent, exoluisse aliquem censum, & in feudum recognouisse. Dicebatur autem ab his, hanc delationem esse omnino necessariam; quia posset pars aduersa fateri, antea censum nō præstitum, vt ita horum intentio coadiuuaretur. Fuit tamē in hoc talis restitutio reiecta, quasi iniquum videretur, sumi arma ex domo partis aduersæ, quibus hic cōfoderetur. Erat & vnum aliud in restitutionis reiectionē plurimum faciēs, ꝙ tale iuramentum non esset litis decisiuum: quia etiam si iuratum esset ab aduersario, se nescire, an aliquando a prædecessoribus horum pupillorum præstita fuisset seruitus, non tamen occasione eius iuramenti is a lite excidisset: non enim ab eo aliter iurari potest, quam quòd dicat, se nescire, an seruitus præstita fuerit: & ea depositio non concluſit absolutè, quin sit census præstitus, si etiam ab eo iuraretur fuisse præstitum. Possent adhuc nihilominus admitti pupilli, q̃ de oppositio docerent, & id testibus aut alijs documentis ꝓbarent: & si id etiam expediret, talem recognitionem impugnarent. Sic considerauit tunc Senatus, cum non esset ea iuramenti delatio rationi conformis, simili ratione nec restituti pupillos debuisse, quę decisio quam vera sit, & bene fundata, nemo est, qui non uideat. Supplicatum est quādoque apud eundem Senatum ab hæredibus domini Gerardi de Plaine, tunc minoribus, vt decerneretur ipsis commissio, q̃ praxis Burgunda vocat confectionem de Rantier, quæ est summaria bonorum descriptio, quò hac via possent eos cogere, qui eis erant debitores, talium censuum recognitionē facere: præter id expostulantes, vt si qui ex his essent, qui se tueri quadragenaria uellent: præscriptione, contra tales restituerētur. Quò autem eam restitutionem assequerentur, proponebant, quod tam auus quàm pater eorum, dum ita in eos præscriberetur, abfuissent a Burgundia, tunc catholico Hispaniarum regi inseruientes: & ita tempus illud tam probabilis absentiæ, cum Reipub. causa abessent, submouēdum. Asserebatur etiam, quòd pater eos pupillos reliquisset, & eadem ratione, imò maiori, lapsum temporis pupillaris subducendum. Tunc etiam cum supplicaretur, proponebant se minores, & ita eis restitutionem concedi debere. Quibus tandem eam bonorum confectionem concessit Senatus: nec ab re, cum etiam his, qui maiores sunt, indulgeatur. Quod autem ad restitutionem contra quadragenariam præscriptionem spectabat, mandauit Senatus iudici ordinario, coram quo erat talis lis restitutionis tractāda, vt si ei per discursum processus pateret, horum auum & patrem probabiliter a prouincia abfuisse, & tunc temporis in eos præscriptum, in primis subtraheret ab ea prę̃scriptione illud tē pus absentiæ: pręterea illud, quod dum pupilli essent, cucurrisset: & si deductis his temporibus non supereſſent adhuc 30. anni, quibus esset præscriptum, tales restitueret, ac cogeret eos, qui ad censum obligati erāt, eius census recognitionem & præstationem facere. Nec mirabere, quòd adiecerit Senatus eam clausulam, Modò non supereſſent ex tali præ
2 scriptione 30. anni † quia non est solitus restituere contra præscriptionem excedētem 30. annos, etiam ex quacunque causa, immo hoc remittit ad principem, quod ego supra laudatissimè declaraui, vbi se obtulit excutiendus articulus, An & quando contra quadragenariam præscriptionem locus sit restitutioni in integrum? vbi, recensui, ad id moueri Senatum, ꝙ per consuetudinem omnes præscriptiones sint ad 30. annos redactæ. Ibi tamen retuli, nō ex eo sequi, quin possit a principe secundum iuris dispositionem concedi restitutio, sepositis consideratione eius scriptæ cōsuetudinis. Fuit tamen vnum hac in re coram eodem Senatu excussum, qa
3 quorundam erat iudicium, non debere his minoribus restitutionem concedi † quòd ab eorum auo & patre cœpisset præscriptio, & ita cessare deberet restitutio, per l. Aemilius. ff. de minor. quæ dubitatio fuit hoc modo determinata, ut quamuis lex Aemilius dicat, præscriptionem, quæ a defuncto cępit, restitutionem reijcere, non tamen ob id iudicari deberet, quin excursu talis præscriptionis sint tollenda legitimæ absentiæ tempora, & si quæ sint alia subducenda. Quæ est pulchra & elegans admodum declaratio ad eam l. Aemilius. quam tu tanto magis notare debes, quòd sit in praxi peculiaris & frequentissima.

Si in contractu iuramentum accesserit, etiam si curatoris authoritas abfuerit, non tamen ex eo èst contractus nullus.

SVMMARIVM.

1 *Contractus sine curatoris authoritate celebratus, etsi communi intellectu nullus sit: si tamen iuramentum accesserit, nullo modo attenditur curatoris authoritas, ex l. si curatorem habens. C. de in integ. restitu. mino.*

CAPVT CCCIX.

ILius viduę, cui nomen erat Merceret, tunc minor annis 25. intentauit coram Dolano Senatu litem restitutionis in integrum: allegans in eo processu tria, eius intentionem confirmantia, secundum quæ ipse sui libelli conclusionem formauerat. Huius autem prę̃cipua intentio eo tende
1 bat † vt contractus, quem cum quodam mercatore Salinē si conceperat rescinderetur: id inter cætera in primis deducens, ꝙ is contractus nullus esset, quia sine curatoris authoritate celebratus: ita vt prius membrum conclusionis libelli sui hoc contineret, se petere talem contractum nullum declarari debere: & si nullus non reperiretur, saltem is via extraordinaria restitueretur, quia aſsereret se per talem contractum lęsum enormissimè. Quod autem ad contractus nullitatem attinebat, fuit reiecta ea conclusio, quia in contractu accesserat iuramentum: quo casu nullo modo attenditur curatoris authoritas. & ita est intelligenda l. si curatorem habens. C. de in integ. restit. minor. in qua habetur, venditionem ab adulto sine curatore factam, nullam esse, nisi iuramentum in ꝯctu interuenerit, quę est pulchra & admodum elegans declaratio ad eam l. si curatorem habens, quę passim & communiter probata ac recepta est.

Si iuratus est contractus, non restituitur minor, etiam dispensatione a sacramento obtenta, nisi saltem sit enormiter læsus, non si in re, quæ modica est.

SVMMARIVM.

1 *Minori in iurato contractu decepto, læsoq; licèt authoritatè legis subueniendum sit dispensatione a sacramento obtenta, tamen id tum demum procedere rectè putatur, si grauiter eum & enormiter læsum esse pateat.*

2 *Absolutio a sacramento in iurato contractu præstito euitandi periurij causa introducta est.*

CAPVT CCCX.

QVod verò spectabat ad restitutionem in integrū, quam is implorabat, quia per euolutionem processus patuit, hunc tantum modicum damnum passum, non autem (vt is aſserebat) lęsum enormissimè: visum fuit Senatui, reiici debere restitutionem, quam tamen prima facie plerique concedendam iudicabant: ꝙ lex velit, minori decepto & lęsò succurrendum esse: non considerato, an enormiter seu enormissimè, vel vtrum modicè sit lęsus? Mouit autem in eam sniam Senatum, ꝙ
1 etsi disponat lex † minorem debere restitui, maximè vbi iuratus est ꝯctus, id tamen esse intelligendum, cum grauis est lęsio: nam cum iuramentum maiorem hūc effecerit, oportet actum eadem & simili ratione metiri, vt in maiore, qui ex modica lęsione non restitueretur, estque hęc elegans admodum & subtilis declaratio ad id, quod dicitur, Minorem lęsum debere restitui: quod iam superiore loco ipsi attigimus, vbi recensuimus cum Alexandro, communem eam esse opinionem, non debere minorem aduersum contractum, qui iuratus est, restitui, nisi saltem enormiter lęsum esse pateat. Sed in eius processus euolutione quorundam erat Senatorum iudicium, attendi debere, ꝙ hic minor dispensationem a sacramēto obtinuisset: ita vt censeretur in eum statum res reducta, ac si primum non fuisset sacramētum prę̃stitum, & ita subsistere dispositionem eius l. si curatorem habens. & si secundum illos non concederetur restitutio,

Source : BIU Cujas

tutio, deluderentur paſſim plerique minores, a quibus obtinetur abſolutio a ſacramento poſt ꝯctum celebratum: qui aliàs fruſtra abſoluerentur, niſi ea abſolutio effectum aliquem produceret. Non defuerunt tamen docti, eam rem abſolutè, exactè, & emunctè attingẽtes: a quibus fuit reſpõſum † diſpenſationem hoc operari, ꝙ per eam minor periurium euitaret quod aliàs non effugeret, l. ſi quis maior. C. de tranſact. Conſiderabatur & aliud, eam, de qua agebatur, diſpenſationem fuiſſe citra cauſæ cognitionem conceſſam, nec uocata parte: ut paſſim ſolet fieri ab Epiſcopis eas ita indulgentibus: quemadmodum tu latè ſuprà intellexiſti, quando explicuimus articulum, An, & quando, & quomodo abſolutio a iuramento danda ſit: ut his cauſis diceretur, nihil eſſe, quare legis beneficio minores deciperentur. Conſideratum etiam fuit aliud, dum is proceſſus tractaretur, in diſpẽſatione fuiſſe adiectam clauſulam, quòd minor enormiter læſus eſſet, cum tamen de ea enormi læſione is non docuerit: ſic quia eſſent illius preces mendaces, cõcludebat, talem diſpenſationem eſſe reijciendam, quòd hanc, vt eſt veriſimile, conceſſiſſet Epiſcopus occaſione enormis damni, & quam is aliàs reieciſſet: quod etiam procederet, ſi diſpenſatio contineret in genere, ſe fuiſſe læſum: nam id eſt iuxta ſubiectam materiam intelligendum, puta, quia fuit lę ſus enormiter. Quæ etiam fuit quorundam ſententia, non omnino a vero aliena. Solet autem enormis læſio ad iudicis arbitrium referri, qui eam iuxta vniuſcuiuſque facultates debet metiri, vt ego ſuprà latiſſimè recenſui: in eo aũt proceſſu prætendebat minor, ſe in centum ducatis læſum: & tamẽ re vera non excedebat 10. ducatos læſio quæ, habita ratione ad ſummam petitam, & perſonæ qualitatem, cui ſatis erat in bonis, non fuit iudicata enormis, ſed leuis læſio.

Reſtituitur minor, qui dolo, & ſuaſionibus tutoris bona ſua in eum tranſtulit.

SVMMARIVM.

1 *Puella minor, quæ dolo ſuaſionibus q, tutoris ſui bonis ſuis in hunc translatis grauiter lędítur, etiam maior effecta à Dolano Senatu reſtituta.*

2 *Contractus etſi à minore per ſequentem ratihabitionem aliquo modo confirmatus fuerit: tamen ob defectuoſum initium perpetuò nullus & inualidus cenſetur.*

CAPVT CCCXI.

1 QVonqueſtam memoria teneo puellam tunc minorem annis, a qua proponebatur † cum in tutoris eſſet poteſtate, ſic ab eo perſuaſam & inductam, ut eius ſermonibus deuicta, cõſenſiſſet translationi bonorum ſuorum in illius fauorem: accepta pro ea re ſumma quingentorum ducatorum, cũ tamen longè pluris ea bona valerent: demum adultam iam effectam eam ſummam a tutore recepiſſe: ferebatque is contractus quingentos illos aureos in ſuæ dotis locũ ſuccedere. hęc autem cum ſe enormiter lęſum aſſereret, implorabat reſtitutionem: contra quam tamen obiiciebatur, quòd maior effecta pecuniam recepiſſet, ita vt tacitè ꝯctuꝫ probaſſe cenſeretur, vt eſt in l. j. C. ſi maior fac. rem rat. hab Senatus tamen Dolani ſententia hæc reſtitutionem fuit aſſecuta: quẽ præter multa alia ad id mouit unum, quòd hic tutor impiè, vafrè, verſutè, malitioſè, & ſubdolè cum pupilla contraxiſſet, nec, quale decuerat, officium obſeruaſſet: &
2 † cum ab initio tam iniquè, & iniuſtè eſſet verſatus, deberet cõtractus perpetuò nullus & inualidus manere, nec per ſubſequentem ratihabitionem, ſiue tacitam ſiue expreſſam aliquo modo confirmari, ob defectuoſum initium, arg. l. quod ab initio. ff. de reg. iur.

Si minor maior factus, ratum contractum habuerat, an ſit reſtituendus?

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio fruſtrà imploratur, ſi quæ geſſit minor, rata habuerit maior effectus, ſecundum l. 1. & 2. C. ſi minor maior factus. quibus tamen refragatur l. 1. C. ſi maior effec. alien. ſine decret. fact. rat. habuer. num. 2.*

3 *L. 1. & 2. C. ſi minor maior factus. & l. 1. C. ſi maior effect. alien. ſine decre. fact. rat. habuer. declarantur & conciliantur à Caſtrenſi. & nnme. 6.*

4 *L. 2. C. ſi maior fact. alien. ſine decret. fact. rat. habuer. non ſolum contractus nullitatem reſpicit, ſi nimirum iudicis decretum ceſſauerit: ſed & eius rationem habet, ſi minori precio prædium minoris diſtractum fuerit & inconſultò venditioni conſenſum.*

5 *Alienatio à minore facta ſine decreto nulla eſt.*

7 *Maior rem ſuam alienans nullo iudicis decreto opus habere cenſetur.*

8 *Ratihabitio in maiori ætate facta an validet actum?*

9 *Ratihabitio principaliter fieri non cenſetur, vbi longè poſt contractum concipitur.*

10 *Minor ſi contractum, ad quem dolo ſe inductum non ignorat, maior factus approbauerit, beneficio reſtitutionis non gaudet.*

11 *Ratificatio longo temporis curſu confirmata vim conſtituti, & ſpecialis conſenſus obtinet.*

12 *Ratihabitio eius, qui non ita pridem maior factus eſt, non tam ob moram temporis breuiorem, quàm ob infirmum & imbecillum iudicium purgari poteſt.*

CAPVT CCCXII.

1 VT autem emunctè intelligas, an bene, & (vt decuit) ita iudicarit Senatus, oportet hoc loco excutere eum articulum, qui eſt uulgatiſſimus, ſummæ tamen vtilitatis: Si minor † maior effectus, ratum ꝯctum habuerit, an poſſit poſtmodum reſtitui? Eſſingitur autem tale exemplum in l. 1. C. ſi minor maior factus: Diuiſione hæreditatis à minore facta, ſi poſtmodum maior effectus eam diuiſionem ratam habuerit, an num ꝯ talem bonorum diuiſionem reſtitui poterit? quo loco ait textus, hanc diuiſionem debere integram manere. Hoc etiam expreſſius determinatur in l. 2. eo. ti. ubi habetur: Qui poſt 25. ætatis annum ea, quæ dum minor eſſet, geſſit, rata habuerit, fruſtra is talium reſciſſionem expoſtulat. Eius autem dicti ratio decidendi deſumitur ex eo, quòd volenti non fiat iniuria, cum etiam minor non iudicetur denuo hac ratificatione deceptus: qui cum perfectæ, & integræ eſſet ætatis, agendum tamẽ aliter duxerit. Tunc enim ſciuit, quid prius ipſe ꝯxiſſet, ac quid ꝯctus contineret: quare ſi id ratum habuerit, non eſt cur ulterius ducat reclamandum. Cupio † tũ
2 tu vnum notes, diuerſum in Codice eſſe titulum, & ſeparatum ab eo, ſi maior factus: cuius Rubrica hoc ꝓprehendit, ſi maior effectus alienationem ſine decreto factam ratam habuerit. In quo ſub l. j. eod. titu. diſponitur. licèt minor effectus maior ratam alienationem prædii præter dimidiam iuſti precij venditi habuerit, ei eſſe nihilominus ſubueniendum, niſi iuſtum precium ſuppleatur, vel debitum compenſetur. Ecce quòd ſubſequens ratihabitio non impedit, quin ei ſubueniatur: quæ eſt lex è diametro contradicens illi l. 1.
3 ſi maior factus. Quam † difficultatẽ excitauit poſt alios Caſtrenſis in ea l. 1. C. ſi maior factus ratum habuerit. vbi aſſerit, illum titulum loqui, quando contractus, qui celebratus fuit, erat ab initio ualidus: & eo caſu ſequenti contractus ratihabitione minorem a reſtitutione repelli: à qua tamen nõ reijceretur, vbi eſſet nullus & inualidus: & ita procedere alĩ titulum. Inualidus autem poſſet cenſeri, ſi in rei immobilis alienatione non acceſſiſſet iudicis decretum: vt meritò ratihabitio ſubſequens non poſſit, nec debeat inualidum contractum confirmare, ita vt Caſtrenſis aſſerat. ſe eam titulorum diuerſitatem, & diſcrepantiam ſic cuidam declaraſſe iuueni: qui cum illius mentem guſtaſſet, & eam rem intellexiſſet, ſit ei ingenuè faſſus, à ſe id prius nunquam ita habitũ. Sunt tamen quædam, mea ſnĩa, ei Caſtrenſis opinioni omnino aduerſantia, & ex quorum diſcuſſione difficultas lumẽ accipiet. Primum inter cætera pugnare omnino videtur l. 2. C. eod. tit. ſi maior factus ſine decreto ratam alienationem habuerit. in qua ſic dicitur: Si ſine præſidis prouinciæ decreto minoris prædia a tutore alienata fuerint, prętes prouinciæ poſſeſſionem in ius minoris retrahet, niſi ea venditio ſpecialiter confirmata fuerit, aut ſi bonæ fidei poſſeſſor reperiatur, qui textus eſt in eo clarus, quòd ſine iudicis decreto alienata fuerint minoris prædia: & tamen ratihabitionẽ venditionis hoc operari, ut confirmetur ꝯctus ibi: niſi ſpe-
4 cialiter &c. Quinimò † ſi ad amuſſim eius legis mentẽ perſtrinxeris, intelliges illius fundamentum referri non ſolum ad ꝯctus nullitatẽ, vt eſt, ſi ceſſauerit decretũm iudicis, ſed etiam eius haberi rationem, quod minore precio diſtractũ prædium fuerit, & inconſultò venditioni conſenſum. Id aũt apertè denotant eius legis verba, Eamq; venditionem deceptum patrem tuum ratam habuiſſe. qua declaratione confunditur Caſtrenſis doctrina, quòd is titulus loquatur, ubi nullus eſſet ꝯctus. Nam non eſt ſolum ob eam nullitatem, ſed quia maior factus in eam erroneè conſenſerit. Placet tũ Caſtrenſis conſideratio, quòd is poſtremus titulus ſit intelligendus

Source : BIU Cujas

ligendus ꝯctu nullo existente. Nam hoc omnino desumit ex Rubrica eiusdem tituli: Si maior factus alienationem sine decreto factam ratam habuerit. Verbà enim illa, Sine decreto, hoc expressè designant † quia sit certum, alienationē a minore factam sine decreto nullam esse: ad quod habes in oppositum l. si quidem. C. de præd. min. in qua dicitur, alienationem prędiorum minoris sine decreto iudicis factam nullam esse nec esse tali casu restitutionem necessariā: quia Senatusconsulti authoritas; retento dominio, alienandi uiam obstruxerit. Est † & in eam aleam l. non solū, eo. ti. cum plerisque aliis similibus. Vt aūt fierent duo illi tituli concordes, Bar. in l. j. C. si maior factus absque decreto, dicendum censuit, ratihabitionem maioris eorum quæ minor gesserit, excludere restitutionem in integrum: & ita loqui titulum priorem qui est in ea materia restitutionis, si minor ma. factus. Sed fm eum id non procederet, vbi vt cui libet maiori competeret restitutio quasiris velit eum secundum titulum, si maior factus, posse intelligi & debere procedere, etiam si maior sine decreto prædia vendidisset, circa quod velim diligenter cōsideres. Quòd enim postremus hic eius intellectus sit falsus, sic doceo. Nā is textus expressim loquitur, dum minor prædia sua sine decreto uendidit, vt nullam habeat maioris rationem. Qui casus etiā ad maiorem annis referri nequit † quia in maiore alienanre non exigitur decretum iudicis. Præterea satis denotant illius textus verba, ꝙ de minore loquatur, ibi: curatorem patris tui: frustra quippe is curatorem habuisset, si maior annis fuisset. Quid igitur concludit ea Bar. consideratio, non succurri minori, qui maior ratum habuit, sed non quia cuilibet maiori competat. Mea est igitur snīa illam l. 1. esse declarandam & intelligendam fm casuz, qui ibi est expressus. Nam admittitur, non obstante ratihabitione: quia fuisset illius pater deceptus, qui inconsulto errore ratum habuisset, quod pretio minore distractum fuerat. Sic cū cuilibet maiori ignorāti accederetur, ita & minori: & titulus alius prior in materia restitutionis situs non admittit aliquam ignorantiam, imò potius scientiam, ꝙ minor sciuerit, quid tunc ratum is haberet. Considerauit etiam quandoque secundū illum titulum introductum ad maiorem, imò necessariam declarationem eius, quod est dispositum in l. fi. eo. ti. in qua habetur, rem minoris immobilem sine iudicis decreto alienatam per quinquennij taciturnitatem ratam fieri, modò id oneroso titulo factum fuerit, ꝙ si lucratiuo, longius tempus desiderari: & casu utroque per eam tacitam ratihabitionem contractum firmari, etiam si non accessisset iudicis decretum. Quod non absre fuit tam expressim declaranduz, quasi dubium esset, an eundē effectum produxerit expressa & tacita ratificatio. Sed verius est, quod præmisi, duos illos titulos nihil inter se dissidere, imò diuersa tm, non tamen pugnantia complecti: quia prior loquatur, vbi a sciente facta sit ratihabitio eius, quod in minori ætate gesserat: alter verò cum ignoratis ratum habuit, tunc nesciens rei suæ uerum ualorem. Sunt etiam, a quibus sit existimatum, priorē titulum loqui, vbi expressè minor ratum habuit: fm verò cum tacitè, quod est purum phantasma: quia ēt secundus titulus loquitur, vbi expressè facta est ratihabitio. Sed occurrit nodus alter, qui quan loque Doctorum capita torsit.

8 Quòd † enim ratihabitio in maiori ætate facta non ualidet actum facit l. 3. §. scio. ff. de minoribus. in qua talis proponitur dubitatio: Si se paternæ hæreditati minor annis uiginti quinque immiscuerit, ac demum maior factus aliquid a paternis debitorib. exegerit, deinde vt a paterna abstineat hæreditate, desideret restitui, an num sit ad id admittendus? In quo aiebant quidam refellendū: quasi maior effectus comprobasset, quod minori ætate placuisset: tn putauit ibi Iure consultus, inspecto initio, restituendum: qui textus est ad id aptus, ꝙ ratihabitio non firmarit actum eius aditionis: Quā difficultatē nitit resoluere Castrensis in ea l. 1. C. si maior factus, vbi recensет, ideo locū esse restitutioni: qa actus, cuius ibi erat q̄stio, sic esset conceptus, ut id, quod a debitoribus suis exegisset, veniret in ꝓsequētiam actus, in ætate minori celebrati, vt id trahatur ad tempus illius dispositionis: quod secus statuendum esset, vbi principaliter, non in consequentiam id fieret, puta si expressa ratihabitio eius, quod in minore ætate gesserat, accederet. Sed hęc eius declaratio visa est mihi utcunque dubia: quia ēt si admiseris fm actū in prioris ꝓsequentiam uenire, non ex eo sequitur, quin cū hic dum maior esset, ratam in minori ętate factam aditionē habuerit, debeat a restitutione repelli: quia ēt expressa ratificatio uenit in consequentiam actus prioris: non enim fieri posset, nisi p̄cessisset ꝯctus: ita ut vtroque casu dicatur uenire in consequentiam. Nec hoc potest considerari † ꝙ principaliter censeatur fieri ratihabitio, vbi longè post contractum concipitur: quia etiam post aditionē hæreditatis potuit minor postmodum longo tempore a paternis debitoribus exigere. Putarunt alij, ideo ibi restitui minorē in eo §. scio, quia is crederet, non debere sibi obesse restitutionem in integ. qui intellectus quā absurdus, & absonus sit, res ipsa omnino indicat, cum nemo sani iudicij abnegare possit, eā esse crassam & supinam ignorantiam, vt est in l. regula. ff. de iuris & facti ignor. Verius est tn, quod sensit Castrensis, ibi actum aditionis uenire in primi consequentiam. Et hoc satis elicitur ex verbis eius tex. inspecto initio restituendum. Aut ego aliter putare eum textum sic interpretandū, ideo ibi minori subueniri; quia præsumitur ea facilitate a debitoribus paternis exegisse, qua facilitate hęreditatem is adierat, vt ob id textus uelit inspici initium. Sed ego aliter non duxi insistēdum in huius dubij extricatione; quia iam superiore loco id amplissimè attigerim. Ex his igitur omnibus habes firmam & inconcussam in restitutione in integ. conclusionē, ratihabitionem à maiore eius, quod minor gesserit, factam, excludere restitutionem in integrum, vt iam videas quàm facilè is nodus declaratus fuerit, & mens Iureconsulti elucidata. Videamus præterea, an † num ea conclusio, procedat si minor ꝯctum ratum habuerit, ad quez celebrandū dolosè eum aduersarius induxisset, quam quæstionem promouet gl. in l. 1. C. si maior factus, quæ utitur hac distinctione: Aut hic se prius dolo inductum sciuit, & nihilominus postea ratum habuit: tunc ei obfuturam ratihabitionem. ꝙ si ignorauerit, secus iudicandum. Hæc autem postrema consideratio habet in se plurimum rationis; quia omnino censetur hic voluisse approbare ꝯctum dolosum, sed qui iustus esset, quasi is præsumeret partem optimè ea in re versatam argum. l. creditor. §. Lucius. ff. mandati. Nam ut a generali mandato dolus exemptus censetur, ita & simili ratione a tali ratificatione iudicatur excluſus. Suppetunt ad hæc duo exempla, quæ memini in praxi accidisse. Primus est de quodam minore, qui petebat se aduersus contractum, quem dum maior esset, ratum habuerat, restitui: quę ratihabitio facta ab eo fuerat, iam lapsi erant 40. aut 50. anni, a qua fuit duplici causa repulsus, prima per communem illam regulam, Si maior factus. & ex secunda † qa tam longus temporis cursus, qui à ratificatione exciderat, inducebat uim constituti, & specialis consensus, arg. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & æstiua. In hoc nemo fuit, qui discreparet refutandam esse restitutionem in integrū. Secundū exēplum proponitur in eo, qui statim post tres menses, q̄ maior factus esset, ratum ꝯctum habuit. Fuit autem in eo hæsitatum, vtrum restitui aduersum talem ꝯctum deberet? Qui autem allegabant, non restituendum, sumebant fundamētum in ea communi regula, si minor, maior factus. hic aūt factus maior comprobauerat. Aliorum uerò erat iudiciū,

12 non debere talem regulam in hunc casum referri † quòd ratihabitio facta fuisset lapsis mensibus tribus, postquā ætas minor excedisset: quasi posset purgari illius tēporis mora, cuius non debeat haberi tanta nec eadem ratio, qualis si de maiori ac longiori tempore tractaretur. Erat & aliud, eandem confirmans snīam, quòd tunc, cum is ratum habuit, videretur eius iudicium adhuc infirmum & imbecille esse, quia tunc tantum minor esse desijsset. Tandem ex bono & æquo Senatus Dolanus postremam hanc probauit sententiam, quæ est pulchra admodum interpretatio ad eam regulam. Si minor maior factus ratum habuerit: ut iam ex prædictis habeas facilem & apertam ad eum nodosum articulum declarationem.

An sit opus restitutione, vbi interim agi non potuit?

SVMMARIVM.

1 *Pater alienare filij bona nequit, in quibus legitimam administrationem & vsumfructum habet.*

2 *Ignorantia, & denegata experiundi potestas etiam contra longi temporis præscriptionem maiori beneficio restitutionis subueniendum suadent.*

CAPVT CCXCXIII.

ONqueſta est mulier, tunc maior apud eundē Senatum, quod eius auus, iam lapsi essēt quinquaginta anni, ex quo bona in tertios alienasset, quorum dominium ad eam spectaret: quia maternum esset peculium, & quòd iure aduentitio ad eam deuenerat. Horum autem bonorum eo tempore

Source : BIU Cujas

pore erat is auus vsufructuarius, & legitimus administrator. Cęterum petebat hæc mulier se restitui aduersus illos tertios bonorum possessores, & ne posset ab eis in eam obij ci præscriptio ob lapsum quinquaginta annorum. Mouebat autem eam, ꝙ alienationis tempore tunc minor fuisset, & sub aui potestate constituta, ita utlefficaciter reclamare ei non potuisset, & tali distractioni obsistere. Afferebatur, etiam, ꝙ auo mortuo fuisset postea viro copulata. imò penè vsque ad id tempus quinquaginta annorum in matrimonio vixisset, ut etiam liberum ei non fuisset posse agere, & tertiis illis possessoribus bona sua auocare. hisque rationibus tunc maior petebat ꝺ eam alienationem factã ab auo paterno restitutionem in integrum: in eam verò oppo nebatur, ꝙ posset talia bona via ordinaria assequi, & a tertiis possessoribus, quasi ea iniustè occuparent, auocare, vt est in l. fin. §. vbi autem puerilis ætas. C. de bonis quæ lib. vbi est
1 annotatum, patrem † non posse alienare bona filij, in quibus is habet vsumfructum, seu legitimam administrationẽ. Afferebatur & aliud pro cõfutatione restitutionis, hoc per consuetudinem Burgundiæ introductum, omnes præscriptiones ad 30. annos redactas, & ita cessare debere restitutionem, cum etsi bonorum alienatio esset ab initio ineffica x, tali tamen præscriptionis tempore robur, efficaciam, & validamentum accepisset: ita ut huic esset admodum imputabile, cur tam diuturna & longa negligentia fuisset vsa. Sed tandem Senatus Dolanus in restitutionem declinandum credidit: primum motus, quòd hęc, constante matrimonio, efficaciter reclamare non potuisset: quod etiam dum uixisset auus & pater simili ratione procedere debere existimatum est: vt cum agere non potuisset, nec deberet currere prę scriptio, l. 1. C. de annal. exceptione. Subductis autem temporibus matrimonij cum etiam eo, quo pendente auus & pater vsufructu potiti fuerunt, supererant tm̃ decem anni integri, quibus cucurrerat præscriptio: ꝺ quam, cum decennalis tantum esset, optima ratione concedenda uidebatur restitutio, ne filius sub legis deciperetur beneficio, & hac causa plurimum ponderabatur, quòd auus bona, quæ eius non essent, imò filij, alienasset: & quòd hæc hactenus ignorasset, se eorum bonorum dominam: cuius ignorantiæ nõ modicus erat respectus, quia tempore alienationis hæc minor esset: sicque probabiliter ignorare poterat, quid ei esset in patrimonio, cum etiam ea auus, non ipsa possideret, ut verisimilis eorum scientia non adfuisse præsumeretur, nisi
2 vbi maior esset effecta † sic talis ignorantia, & non experiũdi potestas, concedendam restitutionem suaserunt: quam longè amplius & consultius impetrabit minor uia extraordinaria, cum quæstio sit summouendorum temporum, quæ dum vixerunt pater & auus, concurrerunt: quod longè commodius & pinguius extraordinaria via, quàm ordinario fit auxilio.

Debeat num is restitui, in quem cucurrit tempus, cùm in vinculis & compedibus detineretur?

SVMMARIVM.

1 *Detentio in vinculis sufficientem indulgendæ restitutionis causam inducit, idq; tam ad maiorem, quam minorem extenditur, & nume. 5.*

2 *L. Papinianus exuli. ff. de minoribus, declaratur.*

3 *Tempus prescriptionis non in negligentis odium principaliter, sed ob solam tertij contemplationem præfixum, citra omnem restitutionis spem currere putatur.*

4 *Tempus præscriptionis & sola tertij contemplatione præfixum sit: tamen iusta suadente causa non denegatur expetita restitutio.*

CAPVT CCCXIIII.

1 VSitatissimus est in restitutionis materia articulus, Vtrum † sit concedenda restitutio ei, in quẽ cu currit præscriptio, aut alius termini lapsus, dum, is in vinculis & compedibus detineretur? quod in minore & maiore memini accidisse. Minoris autem exẽplum fuit huiusce modi. Cum uellet minor repetere rem, à proximiore suo venditam, essetq; ei secundum Burgundiæ consuetudinem annus & dies præfixus, tunc cum esset in procinctu offerendæ pecuniæ, coniectus est in uincula instante fisco, qui hunc deferebat. interim dum is detinere tur, effluxit annus, ita ut offerre aut consignare eam pecuniam non potuerit: qui petebat se restitui, vt etiam, lapso & effluxo tempore, admitteretur ad eius pecuniæ oblationẽ. Maioris autem casus talis erat: Re ab eo vendita, dum hic vellet vti pacto de retrouendendo, quod sibi concessũ fuerat, & instaret finis termini, is in carcerem detrusus est: & cũ ibi esset, lapsum est illud tempus, intra quod pacto de retro uẽdendo uti poterat. Implorat itaq; restitutionẽ in integrũ, vt non obstante eius temporis fluxu, posset is pacto de retrouendendo vti, Velim tamen notes, vtroque casu præcedentem aliquam diligentiam accessisse: quia ante quàm in carcerem coniicerentur, obtulerant hi pecuniam, quam recusarunt aduersarij: sed præter eam oblationem, vt conuinceretur pars aduersa, & in mora cõstitueretur, opus erat reali consignatione, iuxta l. acceptam. C. de vsuris. Dubitandi autem rationem hac in re excitat, quòd uterque ob malefi cium fuisset detentus, vt ex dolo lucrum assequi non debeent, l. Papinianus exuli. ff. de minor. qui textus continet penè similem & affinem casum præsenti. Habet enim, exuli reuerso non esse tempus prorogãdum, quo abfuit: nec indulgendam restitutionem, cum per procuratorem adire Prætorem potuerit, nec fecerit. Certum est autem, melius cum lege, quàm cum homine agi l. Celsus. ff. de recept arbit. & tamen ibi a lege abnegatur restitutio, ut multo magis in actu, qui ab homine dependet, sit statuendum &c. Auget ẽt eam dubitandi causam l. sed & si per Prætorem, §. actio ex empto. ff. ex quibus causis maio. vbi testatur lex, prætorem delinquentibus non subuenire. Est & in eam aleam l. non fraudantur. §. nemo. ff de reg. iur. ita ut sibi ascribere hi debeant, cur deliquerint: qui si, ut decuisset, vixissent, non incidissent in pœnam carceris: & ita cum causam damni dederint ab omni commodo repellendi sunt. His tm̃ adesse videtur l. 2. ex quibus causis maior. in qua disponitur, detẽtionem in carcere, & quòd quis in publica inciderit uincula, congruam & sufficientem cautam producere, per quam ad restitutionem deueniatur, maximè aduersus latam sniam, vbi ꝺ ita detentum esset pronunciata: quia in eius manu non fuerit, tunc posse adesse iudicio: ut simili ratione his sic succurri debeat, quod efficacissimè denotant eius legis verba. Quia sub militari custodia iussu præsidis detinebaris. Ex quibus uerbis est etiam plenè satisfactum illi oppositæ rationi, quòd potuerit per procuratorem efficere, & non debere ei ex delicto legẽ adesse: cum hoc solum lex ponderet, ꝙ sub custodia militari iussu præsidis detineretur, & ea de causa esset restituendus. Quandoque tamen conieci, sic posse eum textum declarari, ut nullo modo quęstioni propositæ conueniret, qui existimem, ideo ibi detento in uinculis succurri, quia comparere non potuerit, quæ ratio non militat hoc nostro casu: nam si hæc mulier per se & personaliter vti diligentia non potuerit; quia detenta; id tm̃ per procuratorem exequi potuit, & ei committere, vt his pecuniã offerret. Præterea vult textus, hunc restituendum: quia cum detineretur, defensus non fuisset: & sic ꝺ snĩam in eum, ut indefensum latam, esse restituendum. Poterit tamen ingeniosus Lector facilè hanc meam interpretationẽ hoc modo uitare, ut cum habeatur, debuisse a muliere procuratorem constitui, etiam pari ratione referri possit ad eum, qui sub militari custodia iussu præsidis detinebatur: & tamen is restituitur ea ratione; quia iussu præsidis custodiebatur, ẽt
4 ꝙ *is* procuratorem non reliquerit. Sed † uis & energia præcipua consistit, quomodo possit aptè responderi ei l. Papinianus exuli: quæ non vult, ut ei qui deliquit, subueniatur, quaꝫ ego dupliciter posse extricari crediderim. Quod enim in ea habetur, non esse quadriennij tempus exuli reuerso prorogãdum, hoc est: quia etsi is a prouincia, territorio, seu ciuitate exularet, potuit tamen ibi procuratorem constitue re, qui suo nomine litem restitutionis intentaret, & longè melius, vtilius ac commodius id præstare. q̃ hi qui in uincu lis detinentur, quia etsi a prouincia absit, alibi tamen liber est, ita ut possit facilè procurator ab eo cõstitui: cui ideo est imputandum. quòd id non egerit, cum saltem scire deberet, quadriennium illud currere. Animaduerti denique secundo modo, posse eum textum aliter declarari, vt non subueniatur exuli reuerso, quia iam ibi de delicto pateret, vt ob quod exularet: sed in exemplis suprà propositis solum præcesserat fisci delatio, nec certum erat delictum, cum possent hi se innocentes, docere. Et ex his satis resolutum patet in præscriptis duobus exemplis, esse his, qui in compedibus detinebantur, etiam occasione commissi ab eis delicti, indulgendam restitutionem. Præter hæc omnia reperio Panormitanum hanc attigisse materiam in cap. quia propter diuersitatem. extra de conces. præbend. ubi in primis ipse sequentem proponit conclusionem, quę habet: Ei qui deliquit esse delictum tale imputandum, quia rei illicitę is opera dederit. Quod dictum sic temperandum existimat, ut debeat inteligi, vbi ex culpa immediata pęna processisset: & secus si non ex pœna, sed pęna culpæ. Postremus enim hic

casus

casus plurimum habet in se rationis, cum non debeat quis duplici pœna conteri: argum. cap. at si clerici. extra de iudic. Sed ipse postmodum docere volens, quid ea distinctione subobscura senserit, sic seipsum declarandum putauit: aiens, delictum a pœna & culpa proficisci, vbi tempus in negligentiis odium præfixum fuerat, nec intra id esset satisfactũ: qui tamen velit tale tempus contra impeditum iuris, seu facti impedimento, nõ currere: quod asserit probari in cap. quia diuersitatem, extra de concess. præben. in quo fuerat Eboracensis Archiepiscopus a Papa suspensus, quo suspensionis tempore pendente vacarunt pleraque beneficia, quæ cum non contulisset intra semestre tempus (qui est terminus a lege statutus) contulerunt alij ordinarij, ita ut ibi præcipua sit discrepatio, de eius collationis validitate & efficacia. Quo loco a Pontifice deciditur, non potuisse talia beneficia pendente suspensione conferri; quia tempus illud semestre sit originaliter, & præcipuè introductum in odium negligentium, *ita ut non currat contra eum, qui est impeditus impedimẽto iuris seu facti.* Cæterum indubitatum tali casu fuit, Archiepiscopum Eboracensem, dum suspensus esset, fuisse impedimento iuris impeditum, ita ut ius commune planè illi collationi beneficiorum aduersaretur. Quod autem attinet ad facti impedimentum, potest effingi exemplum in eo, qui detinetur in publicis carceribus, & sub eodem cap. sensit Abbas, non Archiepiscopi culpam, sed culpæ pœnã, causam immediatam suspensionis extitisse, quasi eius suspẽsionis sententia fuerit pœna culpæ: ut secundum eum imputari non debeant ex pœna resultantia. Adiicit & aliud, in hãc
2 rem mirè conferens † si tempus non esset principaliter in negligentis odium, sed ob solam tertij contemplationẽ præfixum, tunc debere omnino currere citra omnem spem restitutionis: allegãs ad id l. genero. ff. de his qui notan. infam. vbi tempus anni, cuius ibi est quæstio currit etiam ꝯ mulierem, mariti mortem ignorantem. Quam opinionem primum attingit Specul. sub titu. de instru. edit. §. nunc uerò, quo loco refert, sed intra annum executor postremum defuncti iudicium non sit executus, non tamen ob id tale ius exequendi ad alium deuoluitur, argum. l. nulli. C. de Episcopis & cleri. & cap. nos, extra de test. qvod fit hac ratione; qa illud anni tempus non fit in executoris odium, imò potius in eius fauorem præstitutum, ne illius differatur uoluntas, ſm quam declarationem ipse in eo cap. asserit non culpam, sed pœnam culpæ immediatam causam impedimenti fuisse, quod suspensionis sñia fuerit pœna culpæ ita ut is resoluat, hoc debere spectari, an delictum immediatè, vel mediatè ex culpa procedat. Scribit etiam, cõsiderandum esse, vtrũ
4 † tempus fuerit in tertij contemplationem adiectum: & eo casu debere currere, nec concedendam esse restitutionem, etiam si adesset ignorantia, aut iusta alia causa. Hęc ille. Quẽ eius postremum intellectum probare non possum: qui putem, indulgendam restitutionem, etiam si tempus in solam tertij contemplationem esset præfixum, modò hoc iusta causa fuerit, alias nullum effectum talis iusta causa produceret, vt mea sit opinio, mulieri subueniendum, quæ intra diem præstitutum non sit vsa pacto de retrouendendo, cuz in uinculis detineretur, & tamen tale tempus fuerat in præcipuum eius fauorem appositum, immò si exactè ad Abbatis declarationem attenderis, intelliges hunc in eius mulieris partes, sic in vinculis detentæ, declinare: qui uelit, debere succurri, vbi duplicis pœnæ est controuersia: & ut ibi Eboracensi Archiepiscopo subuenit, quia iã pœnã ob culpã passus fuerat, puta suspensionẽ: sic esse ẽt ei mulieri pari rõne opitulandum, ne cum iam pœnam carceris subiit, aliam demũ pœnam sustineat. Et secundum eam Abbatis ꝯsiderationẽ de mediata, seu immediata pœna, memini Senatum Dolanum terminasse ꝑscriptis duobus exẽplis, ꝯcedi restitutionẽ debere his, q in carcere detenti fuerant: vt ex his semper firma maneat prior conclusio, detento in uinculis, concurrentibus præscriptis qualitatibus, p restitutionem in in-
5 tegrũ subueniendũ. Qui † articulus (vt præmisi) põt tã ad minorem, q̃ ad maiorem, referri. Hoc. n. aliqñ fusius & vberius excussimus, partim ut obscuritas manifestaretur, tum ut ꝓ rectè ea in re senserit, & in quo ẽt cæcutierit Panormitanus, per accessum, & cõmodioris doctrinę gratia adnecteremus.

An in restitutionis iudicio minor ætate minorem se teneatur probare?

SVMMARIVM.

1 *Minor restitutionem implorans, ætatem minorem edocere debet: idq; siue agat, siue excipiat.*

2 *Minor obtinendæ restitutionem ſpe excidens, frustra suam ætatem edocere nititur.*

CAPVT CCCXV.

PRætereundam etiam non putaui excussionem famigerati ac pertulissimi articuli, restitutioni in integrum conuenientis, qualiter ac qua forma sit minoris ætas probanda: quæ materia est ampliſſimis uerbis discussa a Barto. in l. de ætate. ff. de minoribus. ubi alios plerosq̃ casus recensет, quibus minor se minorem esse aut fuisse docere debeat. Sed ego id exemplum, quod ad restitutionem in integrum spectat, assumã. Quòd
1 † autem minor, dum ab eo imploratur restitutio, ætatem suam manifestam facere debeat, habes l. si minorem. C. de restit. in integ. sub illis uerbis: Si minorem te uigintiquinque annis fuisse, cum contraheres, ostenderis. Hoc autẽ tam in se ueriſſimum est, ut procedat siue agendo siue excipiendo ætas a minore deducatur, ita docente Specc: titu. de act. §. 1. versi. si ergo exceperis. Exempli gratia: Si ex ꝯctu inter nos celebrato in te egero, tu autem alleges, te, dum ꝯctus conciperetur, minorem fuisse, & ita incidenter restitutionem implorare (fit autem id exceptiuè) procul dubio teneberis minorem ætatẽ a te propositam omnino docere, ad quod mirè accedit l. nam & postea §. si minor. ff. de iureiur. & si aduersa pars uelit minoris intentionem reiicere, erit ab ea tũc articulandum, & probandum, ꝙ is intra tempus a iure præstitutum restitutionem in integrum nõ implorarit: si enim hoc probauerit, excidet sine difficultate minor ab intentione. Hoc autem ante omnia docendum erit, prius quàm minor ad ætatis suæ documentum admittatur, quasi sit postremum istud primum preiudicabile. In hoc autem liquidum
2 est preiudicium † quia si a petitione restitutionis in integrũ exciderit, frustra de ætate sua ab eo docebitur, quod ego indubitato teneo animo: etsi non sim nescius, quosdam longè aliter sensisse: sed ꝙ eorum error sit intolerabilis, id uel satis ex præcedentibus liquet.

Vtrùm ætas per testes legitimè probetur?

SVMMARIVM.

1 *Aetas aut testibus, aut aspectu probatur.*
2 *Aetatis in maiore annis 25. secundum Bartolum facilima probatio: quem tamen Author refellit nu. 5.*
3 *In probatione ætatis minoris initium natiuitatis spectandum, & perfectè liquidandum esse secundum eundem Bartolum.*
4 *Obstetricum assertio in ætatis minoris quæstione indubitatam ac firmam probationem subijcit.*
6 *Aetas minor, vt à coniunctis, affinibus, & vicinis probari possit; quæ requirantur.*

CAPVT CCCXVI.

1 EStatur † autem Bar. in ea l. de ætate. ætatẽ duabus uiis probari posse, uno modo per testes, alio ex aspectu. Quod autẽ spectat ad casum priorem primum ipse id exquirit in maiore
2 annis vigintiquinque † asserens, illius ætatem facillime probari posse, idque potissimum testibus, qui dicant, se uidisse talem iam uixisse ante uiginti & quinque annos, & hodie adhuc uiuere: nam ſm eum ex hoc necessario
3 sequitur, ꝙ minor non sit, imò maior. Sed † in minoris ætatis documento ait ipse plus difficultatis inesse & imminere: qui ante omnia doceat spectari debere natiuitatis initiũ, idque tempus perfectè liquidandum, quod tamen uix põt effici, nec difficulter quia actus parturiendi, vt frequentissimè est occultus, ut ob id exigatur testimonium obstetricũ, quæ partui interfuerunt, & partum ab utero exeuntem uiderunt, vt in l. 3. §. duæ. ff. de Carbo. edic. Ex † ea autem ob-
4 stetricum assertione indubitata resultaret probatio. Quòd si ea uia deficeret, posset id a vicinis & consanguineis haberi: qui deponentes de minoris natiuitate interrogarentur, & ab eis scisciteretur, quomodo certo illius nossent natiuitatem: à quibus efficaciter hoc modo responderetur, quòd publicum tunc & notorium inter eos esset, tali tunc nõ fuisse eum filium, de cuius minore ætate disceptatur: eo autem tempore inualuisse famã, quòd ei natus esset filius his quippe adminiculis concludenter minor ætas probarẽ. Hæc B.
5 Quod † autem mei est iudicij, non video, quare difficilius probetur ætas minor, quàm maior, aut facilius maior minore: imò etiam si admisero, sic probari posse, ut dicant testes,

se eum

se eum iam ante viginti & quinque annos uidisse, oporteret nihilominus id particularius extricare, & apertius deducere, puta allegarent se rectè illius temporis, ad quod se referunt, memores esse, & verè scire, quis fuerit cursus anni tunc labentis: quod omnino exigitur, vt perfectè de eo deponent, sitq; eorum concludens testimonium. Sed quæso, an num talis memoria illius temporis difficilis tibi videa tur probationis, maximè cum sit memoria hominis labilis?
6 vt in l. peregrè. ff. de acquir. possess. Quod † etiam docet Bar. minorem ætatem, coniunctorum, affinium, & uicinorum testimoniis probari, id est, quia uicinus seu consanguineus præsumuntur vicini & consanguinei facta nosse, ut per Salic. in ea l. si minorem. Ego tamen pro declaratione Bar. ad vnum aliud aduertendum censeo, debere a talibus consanguineis, & uicinis deponi, q̃ verè is sit filius, de quo disceptatur: quia postmodum eum frequentissimè uiderint, cognouerint, & uersantem in plateis animaduerterint, & pro filio tunc habitum & reputatum: quæ omnes circunstantię & qualitates ad eius probationis cõplementum sunt, mea sententia, requisitæ.

Ad minoris ætatis probationem vtrùm vicinorum, parentum, consanguineorum, & proximorum testimonium sit efficax.

SVMMARIVM.

1 *Ad minoris ætatis sufficientem probationem non affines & uicini tantum, sed & ipsa mater & auus etiam admittendi sunt.*
2 *Matris confessio in ætate minoris an plenè fungatur testis officio, vel nuda tantum ex eius depositione resultat præsumptio.*
3 *Proximiores vt ad ætatis probationem admittantur, speciali minoris ætatis fauore introductum est.*
4 *Parentes minoris ætatem perfectius & verius, quàm alij, nosse ex legis intentione præsumuntur.*
5 *Testis non coniuncti si in ætatis probatione cum coniunctis concurrant, præferuntur ex sententia Castrensis, quàm Author rationibus supra adductis reprobat.*

CAPVT CCCXVII.

1 ET ex ea doctrina Bart. habes †-ad ætatis minoris probationem admitti uicinos, parentes, cõsanguineos, & si qui sint proximiores, imò etiam matrem, vt est in l. etiam. ff. de probat. Sed & aui professio recipitur, vt est sub eadẽ l. Quod verò de matre statuitur, Innoc. in ca. cum dilectus. extra de accusat. putauit, magis eam indicium, quàm efficacem probationem facere: ad quod etiam animaduertisse visa est glossa in ea l. mater. quæ disputationis gratia affert in oppositum l. parentes. C. de testi. ex qua desumitur, paren-
2 tis † testimonium pro parente alio non admitti: sed tandẽ resoluit, non recipi matris professionem ac testis: sed q̃ eo tendat vt iudex ex eius responsis veritatem inuestiget, ita ut non censeatur plenè fungi testis officio, sed ex cuius depositione resultet tantum quædam præsumptio, aut aliàs, quod glossa uocat indiciũ. Mihi uerò bene placet, ut dicatur, matrem de ætate filij testificantem non indicium, aut solã præsumptionem facere, imò plenam probationem inducere. Me autem ad id monet ea l. etiam matris professio, quę ad id tam aperta & liquida est, vt cauillis subduci non possit.
3 Nec his aduersatur l. parentes † cum (vt ibi glo. testatur) speciali minoris ætatis fauore introductum sit, vt ad ætatis probationem admittantur proximiores. Eius autem specialita-
4 tis ratio est † quia præsumuntur parentes ex mente & intẽtione legis perfectius, imò verius ætatem nosse, quàm alij, argum. l. de tutela. C. de restit. in integr. Ea autem præsumptio desumitur ex hoc, q̃ uerisimiliter huius facta inuestigasse iudicentur, qui cum eo versati sunt, ob id, quòd proximi sint. Coniicio & rationem aliam: nam frustra aliàs admitteretur minor ad ætatis probationem, si eius testimoniũ non probationem, sed indicium tantum produceret, & maneret aliter ea lege etiam matris professio eluforia. Atque
5 ex his dubitabilis est apud me Castrensis doctrina, cõsi. 138. vbi is docet. Parentes non esse testes omni exceptione maiores, imò talium fidem attenuari, & debilem esse: ut si ex aduerso testes non sint coniuncti, debeant coniunctis, dum de ætate testificantur, præferri. Quod ego probare uix possum: nam si ij plenam probationem faciunt, quare qui coniunctus non est, sed extraneus, præferetur coniuncto de ætate deponenti? Imò hæc probatio pugnat menti & dispositioni legis, quæ præsumit melius & efficacius a consanguineo, quàm extraneo minoris ætatem sciri. Quare ego huic hæreo opinioni, ut mater de ætate filij deponens, aut alter ex illius proximioribus, non præsumptionem, sed plenam probationem inducat.

Si testis de ætate deponens dicat, Scio, quia sum patruus, consanguineus, seu auunculus, an efficaciter deponat?

SVMMARIVM.

1 *Aetatis probationem inualidam esse, si quis se patruum, auunculum aut consanguineum esse perhibeat, Baldi & aliorum quorundam opinio.*
2 *Testimonium in ætatis probatione ab auunculis aut consanguineis quibuscunque modo predicto prolatum firmum esse, si quidem his adminiculis, quæ pro confirmãda testis depositione requirit sufficultum sit, Authori placet.*
3 *Regula, quòd vicinus & consanguineus præsumantur nosse facta vicini seu consanguinei, qualiter intelligenda sit?*

CAPVT CCCXVIII.

1 QVid † autem, si testis de ætate deponens dicat, se eam scire, quia sit patruus seu auunculus, consobrinus aut cosanguineus, an dicatur sufficienter deponere? Et ex præcedentibus est a quibusdam opinatum, concludens esse tale testimonium, argum. l. de tutela. sub illis uerbis: Licèt minor in liberatione auunculi seu patrui se falsò maiorem asseruerit, talis tamen assertio patruo non patrocinatur, ne minoris restitutionem excludat. Qui verò ab ea discesserũt sententia, vel hoc vno moti sunt, quòd non ualeat syllogismus, minoris ium consangnineus ergo illius ætatem noui: nam potui ab eo tempore, quo is natus est, a prouincia, in qua continuo vixit abesse: respondentes ad eam l. de tutela, in qua uidetur esse totius negotij summa, ꝑiunctum ibi præsumi nosse facta coniuncti, quia tale officium sit omni coniunctione copulatum. Aiunt denique hanc depositionem, Scio, quia sum consanguineus, vel ex eo elidi seu confirmari, quod verè testis per sensum corporeum non deponat, cũ tamen id lex necessariò desideret & requirat: ut est iuris notissimi. Eandem etiam sententiam est sectatus Bal. in ea l. de tutela. quam is hoc modo comprobat, vbi minor de minoris ætate testificatur, non ualet testimonium: saltem resultat ex eo dubia probatio, quæ verè & in substantia probatio non est, ut in c. in pũtia. extra de prob. Vt eadem ratione in consanguineo, qui pro ꝑsanguineo deponit, sic disponen-
2 dum. Mea autem est sententia † validum esse tale testimonium, modò his adminiculis, quę pro fundanda testis depositione lex requirit, sit sufficultum: puta, si adiecerit cum eo, quòd se consanguineum dicit, se minoris ætatem annotasse: aut rationes alias afferat testimonium illius ualidantes. Cum enim cõiunctus ex legis dispositione præsumatur cõiuncti facta nosse ob eam qualitatis coniunctionem, quare non ualebit eius testimonium, si allegauerit se ętatem minoris scire, quia sit illius consanguineus? Nec efficaciter aut concludenter declarare is mihi uidetur l. de tutela. in qua asserit, id de cõiuncto ideo ibi disponi, quia esset officium omni coniunctione coniunctum, qui putem per eã rationem confirmandum potius illud testimonium: cum n. sit tanta coniunctio cõsiderabilis, benè sequitur: vt præsumi debeat consanguineum ætatem consanguinei scire. Quod etiã considerauit Bal. in eius sententiæ comprobationem, est omnino ridiculum, vbi maximè sic arguit: ut minoris pro minore, & paris pro pari reiicitur testimonium, ita & in consanguineo deponente statuendum. Nam primum is non probat, talibus casibus repelli testimonium: & tamen eo summam suæ argumentationis deducit: imò de eo docuisset, esset tamen adhuc impertinens illatio, cum sit inter vtrunque casum maxima diuersitas: quia minor de minoris ętate deponens, non tam aptè de ea potest testificari, quàm ꝑsanguineus: cuius ob id testimonium est potius admittendum: ut ego ex his omnino a Bal. deficiam. Ad hęc suppetit, qđ deducit Decius in l. j. ff. si cer. pet. efficaciter a teste in causa sciẽtiæ responderi si dixerit, Scio. qa sum uicinus, aut ꝑiunctus: ẽt si non contineat eius depositio hoc reliquum, & p̃sumat̃ ꝑiunctus seu uicinus scire facta vicini aut coniuncti: qui ex eis satis accedit ei opinioni, quòd ualet tale testimoniũ: sed superfluè, & extra rem mihi adieciſſe vr̃ valere depositionẽ,

etiam

Source : BIU Cujas

etiam omissa illa, de qua loquitur, clausula. quid enim de eo dubitari debuit? Nam ubi testatus est, se consanguineum, sequitur necessario ex mente legis illa scientiæ præsumptio per l. de tutela quam & ex officio supplere tenetur iudex, ac eam omnino pensare. Accedit in eiusdem sententiæ confir
3 mationem, ꝙ illa regula. † Vicinus & consanguineus præsumuntur nosse facta vicini seu consanguinei, intelligatur in his, quæ iuxta communiter accidentia cadunt in uicinorum & consanguineorum noticiam ita testante Bal. in l. cõ uenticula. C. de epi. & cler. Sed quæro, nõne consanguineus ætatem consanguinei verisimilius notam habet, quàm extraneus? nunquid etiam id passim accidit, vt apud eos cognitior sit, quàm alios? vt hæc omnia me in eam trahant sentẽtiam, efficaciter a teste de ætate deponente sic debere concludi, Dico eum talis esse ætatis eius autem ætatem noui, quia sum consanguineus, aut aliàs uicinus.

Aetas an per aspectum probetur.

SVMMARIVM.

1 *Aetatem per aspectum probari posse textus est in l. minor annis 25. ex aspectu. ff. de minor.*
2 *Minorem ætatem per aspectum non probari, opinio Bartoli, eiusq; ratio, cui & Author subscribit num. 3.*
4 *Probatio ex aspectu certior est in infantibus & pubertati proximioribus, quàm in his, qui iam ex ephebis excesserunt.*

CAPVT CCCXIX.

1 SOlet † etiam ætas per aspectum dilucidè probari, textum habes ad hoc expressum, in l. minor annis 25. ex aspectu. ff. de mino. sunt enim passim oculi certi iudices, è quibus potissimum potest ætas deprehendi, qui ob id fideles depinguntur. In oppositum
2 † quòd per aspectum minor ætas non probetur, facit secundum Bar. in ea l. de ætate, ꝙ testis debeat de his, quæ p sensum corporeum percipit, testificari, ut est in Iure vulgatissimum: quod tamen hoc casu non efficiat, imò nec possit præstare, quia minor ætas non uideatur. Tandem eum nodum resoluens docet, efficaciter a teste per corporeum sensum deponi, si hũc sensum comitetur iudicium intellectus: & impuberum testimonium non admittatur, quod iudicio careant, etsi sensu corporeo abundet l. j. C. de falsa monet. ac demum pleraque aliam eam rem affert, quæ ego ex proposito prætereunda duxi, ne tu me nudum recitatorem iudices, & quia apud eũ tu ea facilè assequi poteris. A quo in summa post longam disputationem concluditur, debere haberi respectum ad modicum vel magnum excessum
3 minoris seu maioris ætatis: ut ipse diffusissimis uerbis docet. † Ego uerò, seposita ampliori inuestigatione, existimo, dubiam & incertam esse probationem ætatis minoris, quę fit per aspectum. Me autem ad id mouet communis experientia, quæ non immeritò magistra rerum esse describit. Solent enim, qui adolescentes sunt, calui tamen quandoq; apparere, ita vt aspectu senes iudicẽtur: quod Numæ Pompilio olim accidisse testantur historiæ. E diuerso uisuntur minores natu imberbes prorsus faciem adolescentis præstãtes, cum tamen maiores sint natu: ita ut talis dubietas inducat & causet ancipitem euentum probationis. Hoc autem intelligo, ubi ex aspectu solo deduceretur probatio, nec cõputaretur alia qualitas aut modus probandi ætatem. Meã autem opinionem coadiuuat, l. illa minor 25. annis ex aspectu: quam tamen Doctores passim profitentur ꝛriam sententiam stabilire. Nam in ea disponitur, minorem annis 25 ex aspectu falsò fuisse ætatem probasse: quasi ex ea sententia possit elici non fuisse illam aspectus probationem certã, ex quo tamen aspectu iudex maiorem esse declarauerat, idq; falsò & prẽter rei veritatem: & tamen Bar. & cæteri sic eam l. summant, & intelligunt, ætatem minoris ex aspectu probari posse: quod non video deduci ea lege, imò oppositum potius si tu priori inductioni hærendum ducas, & eam probes: cui hoc unum adest, ꝙ cum minor suaꝫ ętatẽ apud iudicem ex aspectu probare uellet, presumendum est, iudicem maturè expendisse illius faciem, nec festinãter aut properè nimis illum maiorem solo aspectu declarasse: & tamẽ in eo fuit delusus, cum falsò illius ętatem detexerit: qa post modum sunt testati curatores, eum minorem esse, & aspectu deceptum iudicem. Quo fit, ut meum sit iudicium, dubiam esse probationem ętatis minoris, quę fit per aspectũ: nec memini hanc probationem ꝛdictorio obtentam iudi-
4 cio, aut aliàs supremi iudicis sentẽtia approbatam: qui † tñ satis admittam, posse quandoque ex aspectu minorem ætatẽ probari in impubere, vel eo, q apertè & re ipsa agnoscerẽt esse adolescẽs: qđ in infantibus, & pubertati proximioribus facilè dijudicarem, ꝙ si eam ętatem uiderentur excedere, & iam his iusta esset facies, tunc quia iudicium, quod ex aspectu deducit, fallax est, ita & probatio ex eo resultans.

Utrùm ætas per literas probari possit?

SVMMARIVM.

1 *Aetatis probatio per literas parentum solidum, & efficacissimum testimonium.*

CAPVT CCCXX.

1 PRobatur † denique ętas literis, quod prestatur paterna seu materna scriptura: ferturq́ue id esse solidum & efficacissimum testimonium, cum non presumantur tales ꝛ ueritatem id scribere, & quo nulla alia ad id trahat affectio, nisi ut quandoque possit eis esse solatio, si in memoriam ętatem filiorum reduxerint: ad quod facit l. 2. C. si minor se ma. dix. Barto & Bald. in l. 2 ff. de excus. tutor. ut etiam si de horum promotione siue in honoribus assequendis, siue beneficiis habendis postea ageretur, certò de eorum pateret ætate, quæ in talibus actibus requiritur.

Probatur ætas ex libro Plebani, quem Curatum vocant.

SVMMARIVM.

1 *Plebanorum libri, quos Curatos vocant, firmum euidensq́; ætati prębent testimonium.*

CAPVT CCCXXI.

1 EST † etiam efficax modus ętatis probandę liber Plebani, qui aliter curatus uocatur, in quo passim is describit nomina & cognomina eorum, qui ab eo baptisma suscipiunt: & illud est certissimum ętatis testimoniũ, qđ approbat vniuersa Gallia: imò memini sic ętatem probatam, vbi de restitutione in integrũ ageretur: ex quo modo probationis nulla fraus resultat: cũ id hac pręcipua intentione agant Plebani, vt sciant, quosnã parochianos habeant, & ut incidenter de ętate eorum pateat: qui cum nihil vtilitatis aut commodi pecuniarii sint ex eo assecuturi, pręsumuntur verè ętatem descripsisse.

Possit num ætas per matrimonij instrumentum probari?

SVMMARIVM.

1 *Aetatis probatio per matrimonij instrumentum inter graues & honestas personas valet, vbi maximè statim post instrumentum matrimonij illud fuit consummatum & subsecuta copula, ex sententia Baldi, quam vt imperfectam & inconcinnam refutat author num. 2.*
3 *Aetas per instrumentum matrimonij non probatur, nisi tempus ætatis instrumento fuerit adiectum, & à iudice approbatum.*

CAPVT CCCXXII.

1 AN † autem per instrumentum matrimonij probetur ętas disquirit id Bal. in additionib. ad Spec. tit. de rest. in integr. uers. per instrumentum matrimonij, & in l. neque natales. C. de prob. ubi is ꝓsiderat, inter graues & honestas personas valere probationẽ, vbi maximè statim post instrumentum matrimonii il-
2 lud fuit consummatum, & subsecuta copula. In † quo is mihi non satisfacit, quòd attendendam doceat matrimonij consummationem, quia ea nihil augeat, aut minuat, quod attinet ad ętatem probandam: imò inspicitur data instrumenti ꝛcti vel ꝛhendi matrimonij, ita ut copula nihil induc at sed iudicabitur, cuius ętatis fuerit: habita rõne temporis, quo fuit ꝛfectum instrumentum loquor ego in casu, qñ per instrumentũ matrimonij probetur eius ętas, qui ꝛxit matrimonium. Sed apud me id omnino dubium est, an talis probatio sit efficax. Quòd autem sit ineffícax, sic doceo.

Nonne

Source : BIU Cujas

Nonne quæso, dum matrimonia hæc tractantur, solent plerique, siue masculorum, siue fœminarum rationem habueris, dicere, se prouectioris esse ætatis, q̃ sint? vt fortasse desinant sub curatoris esse authoritate, & rerum suarum administrationem habeant; & quò liberius efficiatur matrimoniũ, qđ solet aliquoties impediri, vel a parẽtibus differri ob ætatis defectum: & ꝙ nolint hi tam iuuenem in suam desciscere familiã? Præterea solent confici plura instrumenta matrimonij, in quibus non apponit ætas partium ꝫhentiũ. Fit aũt id, quia cum nubunt, præsumunt esse ætatis ad hoc sufficientis. Si dixeris, in instrumento adiici annũm currentem, fatebor hoc planè: sed quæso, an id inferat necessariò validam ætatis probationem? & nonne idẽ ferendũ erit iudicium ex aliis instrumentis, quæ a partibus concipiuntur, in quibus semper annus currens apponitur? arg. l. generali. C. de tabula. lib. 10. C. Quare meum est iudicium, vt † per instrumentũ matrimonij non probetur ætas, nisi ætatis tempus fuerit instrumento adiectũ, & a iudice approbatũ; quã iudicis authoritatem necessariam existimo ob metũ fraudis, & ne alia q̃ vera ætas instrumento adiiciatur: quam nõ sinet instrumento iudex inseri, nisi primum summaria inquisitione præcedente. & ꝙ de hoc ei patuerit, aliter dubiã illam probationem existimo.

An sola ætatis probatio, non accedente iudicis declaratoria sententia, pariat aduersæ parti præiudicium?

SVMMARIVM.

1 *Aetatis sola probatio parit aduersæ parti præiudicium, etiamsi non accedat iudicis declaratio, ex opinione Bar.*
2 *Nudam ætatis probationem, non accedente iudicis sententiam præiudicium nullum facere contra Bartolum, Authoris sententia.*
3 *Probatio ętatis, nisi iudicis sequatur sententia, nullius censetur momenti.*
4 *Sententia lata super restitutione, ob quam lis est principaliter excitata, etiam eo extenditur, vt ætas quoque minoris sufficienter probata videatur.*

CAPVT CCCXXIII.

EXcitatur denique a Bar. quæstio in ea l. de ætate, vtrum † sola ętatis probatio sit pronunciatio & iudicis declaratoria sniã non subsequãtur, pariat pręiudicium aduersæ parti, ita ut sola probatio sufficiat. In quo is resoluit solã probationem, ut pręiudicetur, requiri: ponderans ad id verba eius l. de ætate, quia per eam probationem in integrum restitutioni eiusdem adolescentis in aliis causis præiudicat: vt cum textus dicat, per probationem pręiudicium fieri nõ facta mentione pronunciationis, non uideatur fm eum requisita pronunciatio. Mihi verò nullo modo placet ea Bar. doctrina: qui putem † solam probationem sine pronunciatione pręiudicium nõ facere: ad quod ego principaliter põdero eam l. de ętate, cuius verba sunt hæc: De ętate eius, qui se maiorem uigintiquinque annis dicit, causa cognita, probandum est: quia per eam probationem restitutioni in integrum adolescentis in aliis causis pręiudicatur. Ex quibus verbis puto apertissimè constare, desiderari pronunciationem sniæ, cum maximè tex. in initio habeat, de ętate, causa cognita, probandum esse sic requiritur causę cognitio, vt lis audiatur: & non posset perfectè actus explicari cũ cognitione causę, nisi accederet actui iudicis sentẽtia. Ad hęc facit ꝙ † vt alię probationes, quę a parte fiunt, nullum producunt fructum, nisi sequatur snia, ut est iuris notissimi: ita nec ea, quę fit super ætatis probatione quod uel ad oculuꝫ hoc exẽplo patet. si ego me minorem esse allegarẽ, & eam ętatem p testes aut instrumenta probauerim, an num per illam solam ꝓbationeꝫ debebit aduersarius existimare, me minorem esse aut fuisse? Non sanè: immo requiritur, ut iudex declaret, se ętatem pro plenè probata habere. Bene tñ admitto, posse saluari hoc modo Bar. ut si minor, qui restitutionem implorat, cũ se minorem probasse deberet, produxerit in eam rem testes aut instrumenta † tunc ubi ferẽt snia super restitutione, ob quam lis est principaliter suscitata, non erit necessarium, ut aliter iudex per sniam declaret, hunc probasse, ꝙ minor esset: qa eũ repellendo tacitè admittit, ꝙ minorem suam ętatem probauerit: & ita statim, cum absoluta & perfecta fuit probatio, præiudicatum est restitutioni; quia sit probatio oppositа: sed non dicitur ius parti quę situm ante sententię pronunciationem, ante quam in nullo est effectualiter pręiudicatum: quia si postea super iudicio restitutorio non ferretur sententia, nullius essent effectus, quę acta sunt a partibus. Et hoc dico efficacius debere procedere, vbi simpliciter disputaretur, an talis esset minor: quia si probatum esset ab aduersario, hunc maiorem, nihil operaretur talis probatio, si maior non esset. & ita iudex declararet: ut semper ego in Bartoli sententiam eundum existimem.

Si minor vno iudicio se minorem esse probauerit, an sententia minoris ætatis declaratoria fidem in alijs faciat iudicij?

SVMMARIVM.

1 *Probationes in uno iudicio factæ non faciunt fidem in alio in his, quæ temporis cursu mutationem assumunt.*
2 *Sententia minoris ætatis declaratoria, an & quando in alijs iudicijs fidem faciat, Bartoli distinctio.*

CAPVT CCCXXIIII.

VEritur etiam a Bar. in ead. l. de ætate, Si † minor in uno iudicio se esse minorem probauerit, utrum talis sententia faciat fidem in aliis iudiciis? Et ait videri, ꝙ non: quia ea l. de ætate, loquitur in eo, qui se maiorem dixerit, nõ ubi minor esset: tum etiam, ꝙ in his quæ temporis cursu mutationem assumũt, vt est in ętate, probationes in vno iudicio factę non faciunt fidem in alio, l spadonẽ. §. qui absolutus. ff. de excus. tu. Demum concludendo sic loqꝫtur, aut ex illis actis volo nunc probare, me esse minorem, & non possum † quia snia super ętate lata, ius non facit, iuxta l. minor vigintiquinque annis ex aspectu. ff. de minor. aut vult edocere, se tunc minorem esse. & tales probationes sufficiunt. Ego uerò existimarim posse defendi etiam per talẽ sententiam probari, me nunc minorem esse, uel saltem ut mea ętas deprehendatur: quia si habeatur ratio ad tempus pronunciationis eiusdem sententię, iam apertè liquebit de ętate mea, cum non contineat sententia, quot annos tunc temporis essem natus: sed per eam sit declaratum, me minorem esse: tamen poterit de ea ętate per probationes in eadem lite factas patere: ad quas, si expedierit, confugietur, ut id dignoscatur per quas necesse fuit probari tempus Statis, puta quòd tũc esset uiginti duorum annorum aut alias: cuius temporis dinumeratione facta in eam vsque diẽ, non ne manifestissimè apparebit de præsenti huius ætate? Ita sanè, ut ex his ego planè in eo a Bar. discedam. Hæc satis super que quod ad ætatem minorem attinet, & quæ ad illius con ducunt probationem.

An bonorum communio inter duas diuersæ ætatis hoc inducat, vt vnius testamento prodesse alteri debeat?

SVMMARIVM.

1 *Restitutio vni ex fratribus in bonorum communionem perseverantibus competens alterum licèt ætate maiorem non excludit.*

CAPVT CCCXXV.

VEnit † casus ad minores duos spectans, qui inelegans non est. hi autem fratres erant, & in communione bonorum stãtes, quorum vnus duodecim annos natus erat, & eos nondum excesserat: alter verò iam decimũ agebat. Cæterum, patre mortuo, turbati sunt in possessione cuiusdam fundi quem dum uiuebat pater, pacifice possidebat, vt qui verè suus erat, & ita his accidit, ut ab annali possessione exciderint: nec intra id tempus interdictum retinendæ obtinuerint: implorantes restitutionem aduersum tẽporis lapsum, ut perditam, & sic amissam possessionem recuperarent: quibus an deberet concedi restitutio, hæsitabatur. Vnum uerò dubitationem promouebat, maxime quod spectabat ad eum, qui decem annos natus erat: quia de alio nulla erat dubitatio: ut in quo esset plane subducendum tempus integrum ætatis pupillaris, ut non diceretur, cucurrisse tempus, dum ea ætas duraret, quam adhuc non compleuerat: hoc autem in alio considerabatur, quod præter ætatem pupillarem

Source : BIU Cujas

larem iam tres annos impleuisset, ita vt non esset habenda ratio illius, debere summoueri tempus pupillare: deerat enim ei triennium ab ea ætate, intra quod potuisset sibi contra illius temporis cursum consulere quod cum non effecisset, videbatur ex eo repellendus. Memini tamen tunc restitutum, & admissum ex persona fratris minoris ad eius interdicti propositionem, cum maximè communiter viuerent, & ex indiuiso bona paterna possiderent: & quia vt non potuisset hic natus annos decem se tueri possessorio iudicio, etiam admixta alterius minoris persona, ob præscriptam communionem: sic etiam ab eo excidere non potuisset, quin eo priuaretur minor natu: & vt æquum sit, huic sic minor natu adesse, vt restituatur: ita & eadem ac optima ratione fratri, qui prouectioris est ætatis, cum quo bona sunt communia, subueniendum iudicabitur, argum.l.
1 amicissimos.ff.de excus.tut. Dices fortasse, rem ipsam videri esse ab omni dubitatione alienam, quasi non debeat in disputationem referri, hunc natum annos vigintiquinque, saltem ex capite ętatis minoris restituendum, quia læsus,cũ a sua possessione exciderit. Ad quod velim habeas,dubium esse, vtrum etiã sit ei hoc casu subueniendum, loquor ego, habita consideratione ad statuta municipalia prouinciarũ: quib.expressè disponitur, vt intra annum & diem proponãtur interdicta retinendæ, seu nouitatis. Scio autem, suprà fuisse amplissimè discussum, an sub statuto minores comprehendantur? & vtrum contra eius effectum debeant restitui? nec deesse, qui crediderint, idq; optimis rationibus,nõ debere facilè restitui. quare ego priorem dubitationẽ iuxta eos,quos iã suprà præscripsi,terminos censeo esse resoluẽdã.

An maior annis quatordecim,minor viginti & quinque, possit restitui in his, quæ spiritualia sunt, puta aduersus resignationem beneficij?

SVMMARIVM.

1 *Minor in his, quæ spiritualia, sunt, pro maiore reputari solet.*
2 *Maiori licèt aliàs abnegetur restitutio, in resignatione tamen beneficij spiritualis, absque curatoris authoritate vel iudicis præsentia facta, eidem restitutio competit.*
3 *Minor licet in spiritualib.maior habeatur; tamen eum si læsum patet restitutionis auxilio dignatur.*

CAPVT CCCXXVI.

1 RVlchra,faceta,immò fructuosa est admodum quæstio, An,qui maior est annis quatuordecim,minor 25 possit id negotijs spiritualibus,maxime his quę beneficialia sunt,restitutionem aduersus cõfessiones iudiciales,ac quoscunque actus alios, qui alicuius sunt præiudicij impetrare? Solet enim in similib.casib.minor maior reputari,ita ut maior annis procuratores cõstituere pos-
2 sit,arg.capituli,si annum de iud.vol.6. Casus autem effingi potest,ubi minor procuratores ad resignandum beneficium constituisset,iam sequuta postmodum resignatione,an possit contra eam constituiionem assequi restitutionem? Hanc autem hoc vnum reijcit,quod in talib.maior reputetur, ut in eo.ca.si annum & c.semper.extra.de re. spol. Maiori autẽ citra aliquam dubitationem abnegaretur restõ in integrũ. Vetior tamen est oppositа sententia, ita ut hunc restitui debere sit exploratissimum,ubi maximè is tales ad resignandũ beneficium procuratores constituisset, aut si ipsam fecisset resignationem absque consilio & authoritate sui curatoris, aut alias absente iudice:ad quod ex expressa glossa in capit. ex parte,sub glossa magna inverbo copulare,circa finem,ibi ad hoc dicas.extra de restit.spol.Certum est autem,ex ea resignatione resultare apparentem læsionem, cui longè satius
3 profuisset,beneficium retinere,quam se eo exuere. Nec obest, in his quæ sunt spiritualia. minorem maiorem censeri: quia ex eo non sequitur,quin ubi læditur,debeat restitui, ut est glos.ad id expressa in lege unica.C.si de momẽta possess. quod ego supra latissime deduxi in examinatione illius pũcti,an contra sententiam,in possessorio iudicio latam, minor restituatur? aliàs hec qualitas specialitatis actus hoc induceret,ut sub eius velamento possent passim minores decipi,& ad resignanda beneficia dolosè induci.

Si minor sit erronee confessus se matrimonium contraxisse, aut alias delictum commisisse, cum tamen de utroque aliter non pateat, quam per suam confessionem, an restituatur?

SVMMARIVM.

1 *Minor contra promissionem matrimonij.non restituitur, vbi de contracto matrimonio verè constat: secus vbi res in dubium reuocata fuerat.*

CAPVT CCCXXVII.

RÆcedenti quæstioni est alia affinis, an in causa sponsàlium uel matrimonij restitui possit minor,si sit confessus, interuenisse matrimonialẽ promissionem,de qua aliàs non pateret, quàm per eius confessionem:hoc allegato potissimum quod is indiscrete & lubrico linguę lapsus, ita promisisset, ut solet passim accidere his qui iuuenes sunt? Quod autem sit recusanda restitutio, facit quod de re spirituali tractetur, qualis est matrimonialis: quę est similis hæsitandi causa ei, quam in superiore attulimus articulo.Sed & hic scrupus ex eadem decidendi ratione, prius considerata, tolli potest,cũ non ualeat illatio,ex eo,quod spirituale tractetur negotiũ, minorem non esse restituendum:qui tamen satis admittam hunc non restitui.ubi de matrimonij ageretur substantia,& uere de eo cõstaret:sed casus assumptus loquitur,cum disputaretur de clãdestinitate matrimonij,& esset prorsus dubiũ, an contractum fuisset, aut aliquid puellę minor promisisset,quod puella probasse aliter non potuisset, id tamen fuisset minor indiscrete confessus.nam hoc casu æquum est, ut restituatur, quia ex actu confessionis proprie læditur, cum de matrimonio aliter non appareat,& quod à parte aduersa probari non poterat:perinde ac si dixeris, eum contra erroneam confessionem restitui, aduersum quam in cõfesso est. restituendum esse.Aliquid tamen dubitationis exurgere ex eo uidebatur:quia quæstio esset rei spiritualis,cui tamen ex precedentibus sat intellexisti accommode, necnon oportune responsum.

Si fateatur minor, se deliquisse, nec ita sit, nonne poterit restitui?

SVMMARIVM.

1 *Confessio minoris in delicto, si verè de delicto constet, restitutionis auxilium impedit.*
2 *Minor contra erroneam confessionem restitutus, aduersus matrimonij substantiam aut delictum,restitui non uidetur,sed erroneæ suæ confessionis miseratione iuuatur.*
3 *Sententiæ contra criminosum latæ executio suspenditur,si malè eam latam appareat,*
4 *Res inter alios acta,alijs obesse uel præiudicare non debet.*
5 *Instrumentum curæ ad probandum minoris ætatem sufficit.*
6 *Restitutio pro re,quæ modici est preiudicij,concedi non solet.*
7 *Minor aduersus interlocutoriam sententiam, per quam exceptio dilatoria perimitur,restitui non debet.*
8 *Apellatio etiam pro re modica permittitur.*
9 *Præscriptio unius nummi solutione interrumpitur.*
10 *Furti actio pro unico nummo competit.*
11 *Ad decem obligatus non liberatur si nouem dederit.*
12 *Rei uẽditæ pretio si nũmus unus defecerit poterit iure res illa retineri.*
13 *Ob defectum modicum magna nonnunquam pena incurritur.*
14 *Intellectus Decij ad l.Seio.ff.de in integr.restitu.*
15 *Decij intellectus ad regulã, Pro re minima non esse dandã restitutionẽ.*
16 *Examinatur prædicta l.scio.ff.de in integr.restitu.intellectus, & oppugnatur opinio Decij.*

CAPVT CCCXXVIII.

SImile etiam decidi potest, vbi minor† se confessus
1 est deliquisse, nec tamen aliter pateret, an deliquisset, ita vt non sit,quantum ad id testimoniũ aliud, quàm suæ confessionis:si tamen verè de delicto pateret, secluderetur a restitutione, l.j.C.si aduers.del.l.si ex ca. §.nunc videndũ.ff.de minor. Sic si esset standum talibus erroneis ꝯfessionibus, ipse plurimum læderetur:quia aliàs for
2 tasse cogeretur impari nubere† nec reputatur aduersus matrimonij substantiã aut delictum restitui,sed ꝯ erroneam suã cõfessionẽ,per quã abnegat substituisse matrimoniũ, & delictum perpetratum,& de delicti ꝯfessione.Res de se clara est, ne aliàs innocens plectatur, ita vt expediat eius probitatem aut iniquitatẽ detegi. Ad hæc confert, quod in simili leges
3 disponunt† etiam iam lata sententia aduersus criminosum, si ante illius sententiæ executionem malè latam apparuerit, nec talẽ,cui maleficium impinguebatur,deliquisse,suspẽdẽdã illius snĩæ executionẽ, l.diui fratres. ff.de pęnis. & ad principẽ ꝯfugiendũ,vt pari,imòvehemẽtiori rõne ita in minore disponi dẽat,si allegarit,se ꝯ veritatẽ ꝯfessũ a se delictũ cõmissũ,vbi maximè id añ snĩã ꝓponit:vt est in assũpto themate.

Source : BIU Cujas

Quod ad minoris ętatis probationem attinet, figuratur casus ab Alex. consi. 21. primo volumine, qui plurimū cōduceit ad enucleationem & perfectiorem intelligentiam illius materiæ. Exemplum est huiuscemodi: Si petierit minor, sibi curatorem dari, quia cōtracturus esset cum tertio, demū huic iudex curatorem constituerit, qui præesset contractui dum iniretur: & cæterum velit postmodum minor talem contractum rescindere, allegans sibi omnino damnosum esse, cum huic expediat docere, se dum contraxit, minorem fuisse: an pro ea ætate probanda possit ipse efficaciter producere illius curæ instrumentum, ita vt sit ætas minor sufficiēter edocta? in quo sensit Alex. præscripto consi. eam curam non debere nec posse aduersum tertium, cum quo non est contractum, efficacem & concludentem inducere probationem: quia res inter alios acta, aliis obesse, & præiudicare
4 haud debeat: vt est trita in iure ad id regula: † qui tamen admittat, ex tali instrumento validam resultare probationem contra eum, cum quo est contractū: qui sciuerit, nec ignorare possit, quòd curator is minori fuerit datus, quò posset efficacius & aptius contrahere, ac vt firmior esset contractus, & ad solum illum actum constitutus curator. Ad cuius opinionis confirmationem ipse iis mouetur rationibus, quia si fidem faceret aduersum quoscunq; illud curæ instrumentum, posset ex eo aperta fraus induci. Nam vbi minor deberet contra tertium ætatem probare, nōne posset ipse ita colludere, vt fingens, se velle contrahere, peteret ad eum actū sibi curatorem decerni, non tamen alio animo, nisi vt per curæ instrumentum contra tertium minorem ætatem doceret? Adiicitur his ab eodem, ꝙ regulariter tales curæ decernantur, non præcedente inquisitione, & citra aliud examen iudicis, a quo ad aliud tunc non animaduertitur, nisi vt huius curatoris authoritate possit validari contractus: & ita nō debere tale instrumentum aliquam vim producere, nec aduersus tertium probationem inducere, arg. l. cum non iusto. ff. de colluſ. deteg. cuius opinionis asserit esse Bal. in l. 3. §. qđ obseruari. C. de iuram. calum. Ego verò existimauerim, talem curam sufficere, per quam ętas minor probetur aduersum quoscunq;. Me autem ad id vnum mouet, ꝙ iudicis authoritate (vt præmisit Alex.) datus curator fuerit: quę qualitas hoc omnino inducit, vt præsumi necessario debeat, nō fuisse talem curatorem datum, nisi primum iudici apparuerit, ꝙ qui curatorem peteret, minor esset: alias frustra, & inutiliter curator fuisset constitutus, imò hoc esset multum imputabile iudici, dare minori curatorem, qui minor esset.

Atque hac ratione subducitur illa Alexandri ꝓsideratio, ꝙ citra aliam indagationem datus sit curator, & ad hoc tantū prospectum, vt contractui authoritatem præberet, cum ad eū vnicum effectum constitutus sit. Nam sat est, non debuisse nec potuisse hunc a iudice curatorē decerni, nisi primū talem fuisse minorem constiterit: & hoc verisimile est, iudicem ante omnia præscrutatum, nec processisse ad eam curam, nisi benè certus esset, ꝙ ille minor esset. quę pręsumptio cum de se sit efficacissima, quare non operabitur, vt talis cura probationem minoris ætatis contra quoscunq; faciat? Atq; hoc mihi videtur verius & rectius, & per quod eneruatur, & omnino eliditur illa collusio ab Alex. in medium allata: cum si minorem ætatem præsumatur iudex expendisse prius, quàm curatorem decerneret, non est, vt collusionem accessisse iudicare debuerit Alex. sed potius sensisse, omnia ea, qua decuit linea & recto tramite processisse. His adiicietur excutiendus punctus, an pro re, quæ leuis est, dari debeat restitutio in integrum? Quod autem sit abnegāda, facit l. scio. ff. de in integrum restit. in qua disponitur, pro re quæ modici est præiudicij, concedendam non esse restitutionem. Atque huic opinioni satis accedit Bar. in l. si proprietarius. ff. de dam. infec. & hoc tam verum existimauit Innoc.
7 vt in c. coram. extra de restit. in integ. senserit, aduersum † interlocutoriam sententiam, per quam dilatoria exceptio, quę modici est pręiudicij, perimitur, non debere restitui minorem. quem in eo sectatur Bald. in l. peremptorias. C. senten. rescindi non posse facit in hanc opinionē, quòd soleat prætor, quæ sunt minima, curare.

In diuersam sententiam ponderatur l. minorib. 25. annis. ff. de minorib. in qua disponitur, minoribus 25. annis succurri, cum de ipsorum bonis aliquid diminuatur, quod verbū, Diminuatur, etiam in re, quæ minima est, verificatur: vt in l. si seruum. §. ait prætor. ff. de acquir hæred. ita vt pro re minima videatur dari debere restitutio in integrum.

8 Accedit his etiam † pro modico appellari posse, cap. 1. de appel in antiq. facit l. maioribus. C. de appel. & l. j. §. illud. ff.
9 de coniug. cum emancipato lib. Certum est denique † vnius nummi solutione interrumpi præscriptionem, argu. l. j. §. cępisse. ff. de pollicit. quę etiam procedit in his, quæ pęnalia
10 sunt: solet † enim furti actio pro vnico nummo competere, vt est annotatum a Doctorib. post glo. in §. gallinarum.
11 Insti. de rerum diuis. Qui † denique tenetur decem persoluere, non liberatur, si nouem dederit, vt per Bal. in l. cū sit.
12 C. de sepulc. viola. in qua l. disponitur, ꝙ † si de rei venditæ precio nummus vnus defecerit, poterit iure res illa retineri. ad quod ēt conducit l. hæreditatis. ff. de hæred. vel act. vendi.
13 Solet † deniq; ob defectū, qui modicus est, incurri pęna magna, ita docente Bald. in cap. adeo. extra de prescrip. quæ omnia considerauit Dec. in cap. 1. extra de appel. in antiquis, vbi
14 voluit † illam l. scio, debere declarari secundum terminos, in quibus loquitur, vt pro nummo non debeat dari restō: puta, si res de se sit absolutè minima, & per quā magnæ rei & summæ non inferatur pręiudicium: secus si de se esset minima, & per hanc maiori rei vel summę pareretur damnū.
15 A quo etiam existimatum est, prescriptam regulam, † Pro re minima non esse restitutionem dandam, debere hanc interpretationem assumere, vt non procedat, vbi eius rei minimæ habenda esset eadem ratio, quæ in re magni ponderis & momenti. & eo casu debere rem minimam in considerationem cadere, c. terrulas. 12. q. 2. & cap. ex parte. extra de fide instru. sic secundum illius doctrinam, vbi per minimū præiudicaretur maiori rei, esset tali casu minimi ratio spectanda, & omnino habenda. Hæc ille: cuius doctrina vel ex eo comprobari potest, ꝙ habeat in se æquitatis plurimum, quasi sit omnino rationi consentaneum, vt si per minimū
16 inferatur damnum maiori rei, spectari debeat, quod est minimū nec ab re: nā tali casu de re magna agitur. Vbi † tamē adamusim examinaui purum ad eam l. scio, intellectum, non visa est mihi talis Decij doctrina omnino probabilis: nec ea l. scio, ad eius intentionem conducere, imò planè esse oppositа: quod ita doceo, hærendo verbis tex. quæ sunt: Scio illud a quibusdam obseruatum, ne propter minimam sanè rem vel summā, si maiori rei vel summæ præiudicetur, audiatur is, qui in integrum restitui postulat. Quo tex. quid quęso apertius, quàm ꝙ designetur, non concedendam restōnē pro re minima, ēt si per eā maiori rei vel summæ fiat pręiudicium? Nec ex eo tex. potest pro Decij sententia argui a sensu oppositо, hoc modo: ergo si per minimum maiori rei fiat præiudiciū, restitutionem dari debere: quia textus affirmatiuè & contra talem iudicationem loquitur, quod illius verba omnino manifestum faciunt. Imò poterit, mea sententia, sic responderi Decio, verum non esse, attendi debere, an per rē minimā fiat maiori prejudicium: imò hoc p̄cipuè spectandum, an res, de qua est quæstio, sit per se absolutè minima, ita vt gl. & Bar. in ea l. scio, aliter, quàm Decius sint interpretati verba eius l. scio, si maiori rei, vel summæ, quam putarunt, vel hac adiecta rōne, vt doceret Legislator, quomodo res minima deberet censeri: idq; secundum ipsum satis discernetur, si ad maiorem respectus habeatur, quasi rei paruitas desumatur, si è diametro ei opponatur res quæ sit magna. Vt ex prefatis maneat dubia Decij ad illam l. scio, declaratio, dandam restitutionem, si per rem minimā maiori damnum inferatur: & in quam declinare nequeo ob apertam & planè oppositam mentem eius l. scio. Qui tamē satis admittam, omnino ęquissimum esse, vt qui ita lęsus est, restituendus sit: non quia in minimo sit damnificatus, sed ob grauem iacturam, quam patitur occasione rei minimæ: ita vt in imploranda restitutione in integrum debeat ip se fundare læsionem suam, non ꝙ in re minima lædatur, sed quę sit grauis ponderis.

EXORDIVM PRO HVIVS MATERIÆ EXPLICATIONE, & illustratione, à casibus & exemplis, quibus maiori via restitutionis subueniendum est, desumptum.

SVMMARIVM.

1 *Absentia maioris Reipublicæ gratia iustissimam restitutionis concedendę causam suppeditat.*

CAPVT CCCXXIX.

EXcutiamus denique, an maior, & quibus ex causis possit restitui in integrum? Quod vt assequare te id vnum oportet præmittere, quod disponitur sub his verbis in l. j. ff. ex qb. cau. maio. Huius edicti cām nemo non iustissimā esse fatebit. Læsum. n. ius per id tps, quo quis

Source : BIU Cujas

quis operam Reipub. dabat, vel aduerso casu laborabat, corrigitur: necnon & aduersus eos, qui vel absentes Reipub. cā fuerant, vel apud hostes detenti, succurritur: ne vel obsit vel prosit, quod euenit. Quæ verba vel hoc vnum aperte testantur † iustissima introductum ratione, vt maiori, qui læsus est, per restitutionem in integ. subueniatur, puta, ob absentiam. Demum sub eodem textu adiicitur: Verba autem edicti talia sunt: Si cuius quid de bonis est diminutum, cùm ob metum, aut sine dolo malo Reip. causa abesset, siue in vinculis, seruitute, hostiumue esset protestate, siue cuius actionis eorum, cui dies exiisse dicetur: item si quis quid vsu fecisse suum, aut quod non vtēdo amissum sit, consequutus esse, actioneue aliqua solutus ob id, q̄ eius dies exierit, cum absens non defenderetur, siue in vinculis esset, secumue agēdi potestatem non faceret, aut cum eum inuitum in ius vocare non liceret, neq; defenderetur, cumue magistratus de ea re appellatus est, siue cui per magistratū sine dolo ipsius exēpta actio esse dicetur, earum rerum actionē intra annū, quo primum de ea re experiundi erit potestas: item si qua alia iusta causa mihi esse videbitur, in integrum restituam: quod eius per leges, plebiscita, Senatusconsulta, edicta, decreta Principum licebit. Ex quibus edicti verbis Vlpianus, inter cęteros Iureconsultus eminentissimus deducit demū totius tituli, qui ad maioris restitutionem spectat, seriem: afferens infinitos casus, quibus ei læso per restitutionem in integrum subuenitur.

An maiori, qui metu a prouincia abfuit, debeat succurri, & vtrum sit ea iusta restituendi causa?

SVMMARIVM.

1 *Metus causa abesse censetur, qui mortis vel corporis cruciatus iusto timore abest.*
2 *Iusto mortis timore quisnam abesse dicatur.*
3 *Interdictum possessionis recuperandæ annali cursu terminatur.*

CAPVT CCCXXX.

HOc autem capite hi primum adiuuantur, qui metus causa abfuissent, si modò non superuacuo timore deterritis id euenisset. Metus † autem causa abesse is videtur, qui iusto timore mortis vel cruciatus corpori abest: & hoc ex affectu eius intelligitur: non tamen vt sufficiat, quolibet timore adductum timuisse: imò rei disquisitio est iudicis. Dici aūt potest, iusto †, mortis timore à prouincia abesse, si in ea sit tyrannus, cuius tyrannidem & ferocitatem meritò ipse expauescat, quia ei palam insidietur. Iustus ēt corporis cruciatus non ab re iudicabitur, si tyrannus tentasset eum tormentis subiicere, ita vt omnino huic expediuisset, immo pro salutis propriæ tuitione necessum fuisset, eius præsentiam omnino euitare, & ita incolumitati suæ tali absentia consulere. Tunc enim ab esse metu iustissimo dicetur. Vt aūt apertè dignoscatur, an iustus fuerit terror, textus ibi docet huius rei disquisitionē ad cognitionem iudicialem referendam. Ad hęc autem adijcietur opportuno loco non inelegans casus, huius materiæ extricationi admodum conueniens, Accidit quandoque, vt in Burgundia nobilis quidam, etiam renitente Principe, ac post latam in eum ab incorruptissimo Senatu Dolano sententiā, occuparet certam arcem, præter id Cęsareos subditos grauissimis & inauditis, imò penè continuis vexationibus molestans, ita vt fuerit vni ex subditis, quem ipse vltra modū diuexabat, necessum, in sedes alias confugere, locumq; tutiorē sibi quęrere, & ita à prouincia Burgunda abesse. Cęterum dum hic absens esset, prescriptum in eū fuit, & iuri suo detractum, dubitatumq; postmodum, an num ob talem absentiam esset restituendus? In quo primum visum est, debere excuti, vtrum pensatis his, quę premisimus, is iustè abfuisse iudicandus esset. Erat aūt quorundam consideratio, iustissimū eum metū reputandum. Nam cum tali nobili à supremo Principe non obsisteretur, immò illius tyrānis tam execrabilis de facto toleraretur, hūc iure optimo timere potuisse, ita vt iusto corporis cruciatu conterritum vel in confessō esse assererent. Ex opposito facere videbatur, non debuisse hunc à prouincia abfuisse, imò melius facturū fuisse, si ad alium locū, qui in eadem esset prouincia, confugisset, in quo potuisset tutò morari, cum non omnis patria Burgunda eo malo affligeretur, sed tantum domus siue castrum, quod nobilis detinebat: quas alias sedes si is sibi delegisset, potuisset tunc liberè & citra quemuis scrupulū aut metum tyrannis de eius præscriptionis interruptione, seu actus, qui in eum fiebat, inualiditate protestari: scire etiam facile potuisset, quomodo in eum præscriberetur, & longe commodius opportuniusue, quā cum absens esset: vt talis absentia videretur ei potius imputanda, quam q̄ ex ea aliq̄d vtilitatis & fructus assequi deberet. Tandem his altercationibus excussis, & in vtranque aleā examinatis, decisum memini, talem iustè a prouincia abfuisse, & ea causa debuisse restitui, ita vt ei subuentum beneficio clausulæ generalis, Si qua mihi iusta cā videbitur, fuerit: & in quem obijci efficaciter nequiit, q̄ potuisset in eadē prouincia locū tutū delegisse, atque ita protestari, & in sui iuris conseruationē vigilare: quia in hoc est potissimum pensandum, quòd in loco tuto, in quo contra eum præscribebatur, esse non potuerit, cum huic fortasse nouum opus erat nunciandū, aut damni infecti quæstio tractanda, quod nec per se, nec per procuratorem effici cōmodè poterat: & cui etiam parum aut nihil profuisset protestatio, quam emittere is potuisset. Quod si & hoc ab eo ignoratum admiseris, nec hunc scisse, dum absens esset, quid in eū ageretur: adhuc maiori & efficaciori ratione videbitur meo iudicio restituendus ob præscriptā ignorantiā. Simile aūt hac in re exemplū se obtulit in eo, qui ob tyrannidem nobilis aberat. Hic enim reuersus sciuit, se in fundo turbatū quē ipse pacificè primū possederat, Tunc aūt dum rediisset, lapsus erat annus, intra quem debuerat se mandato, quod aiunt, in praxi nouitatis tueri, & † interdictum recuperandę proponere: quod nemo nescit, annali cursu claudi & terminari: cui tandem ob iustā eam absentiam fuit ex clausula generali restitutio cōcessa, & ipse ad eius interdicti propositionē admissus, sed cum ea qualitate, quam ordinatio Cæsaris apud Burgundiones cōplectitur. Sans restablissement: hoc illis verbis designantib. vt quod percepit turbator, debeat interim apud eū remanere: cum tū re sequestrata fuisset aliàs reponendum, quod habuisset, apud eum, qui sequester est a iudice deputatus, vt solet passim ita fieri. Sic maior, qui iusto metu abfuit a prouincia, si interim sit læsus, restituitur.

Quando maiori per restitutionem subueniatur.

SVMMARIVM.

1 *In restitutione maioris præ cæteris semper attendendum est, an iusta cō cedendæ restitutionis causa subsit.*
2 *Metus sic accipiendus est, vt non ad quemlibet, sed ad maioris mali timorem referatur.*
3 *Reipublicę causa absens, in eo, quod per id tempus factum est, quo commodè reuerti poterat, nec reuersus est, restitutionem non meretur.*

CAPVT CCCXXXI.

VT igitur habeas, an & quando succurri maiori per restitutionem debeat † semper ad hoc vnū te attendere oportet, An ex iusta cā restitutio imploretur? quod desumitur ex l. metū. ff. qđ met. cau. vbi habetur, censuisse Labeonem, metum † sic accipiendum, vt referri non debeat ad quemlibet timorem, sed maioris mali, puta mutilationis membrorū, seu cruciatus corporis: quod etiam satis annuit l. interpositas. C. de transactionibus. Et ob id a Caio scriptum est, metum non vani hominis, sed qui meritò & in hominem cadat constantissimum, ad edictum, quod metus causa, pertinere. Nec timorem infamiæ eo edicto contineri testatur Pedius libr. 8. Proinde si quis meticulosus frustra timuerit, per hoc edictum non restituetur: quoniam neq; vi, neque metu factum est. Quæ oīa planè depromuntur ex ea l. metū cum tribus sequentib. ff. quod metus causa. Et ex his disponitur à Iureconsulto in l. item hi qui ff. ex quib. cau. ei † succurrendū, qui Reipu. cā sine dolo malo abfuisset. Quo fit, vt si cum cōmodè quis posset reuerti, nō sit reuersus in eo, quod per id tempus aduersus eum factū sit, restituendus nō sit, nec iuuandus: aut ēt si alterius cōmodi captandi gratia, non Reip. cā abesset: & qui data opera sine lucro hoc affectauerit, vel qui maturius est profectus, seu ēt lucris gratia cæperit cā Reip. abesse. Sic agnoscis, præscriptis exemplis maiori ex clausula generali subueniri, Si qua mihi iusta &c. Quod ēt probatur in l. sed & si per prēt. sub §. item inquit Deniq; inquit præt. Si qua mihi iusta alia cā videbitur, te in integr. restituā. Hæc aūt clausula edicto inserta est necessaria. Multi enim casus poterunt euenire, qui deferant restitutionis auxiliū, nec enumerari sigillatim possūt, vt quotiēs eg tas restituēdū suggerit, ad eā clausulā sit q̄ fugiēdū. Sic ibi ex mēte Vlpiani absonū nō est, vt maior restōnem impetret, & restituatur

Source : BIU Cujas

stituatur in quo semper erit attendendum, subsit num cã iusta, ob quam restituendus sit, sub eo autem titulo prosequitur Iureconsultus aliquot haud inelegantes casus, quos non grauabor doctrinæ commodioris gratia infra afferre.

An succurratur absenti, si cum absens esset, expirauerit tempus pacti de retrouendendo quod contractui adiectum fuerat.

SVMMARIVM.

1 *Absens si vel belli necessitate compulsus, vel alijs iustis & grauibus causis adductus abfuisse iudicetur, contra tempus decursum celebrato contractui adiectum restitutionis beneficio gaudet.*
2 *Abesse probabili ac iusta ratione præsumitur, qui in hostium potestate detinetur.*
3 *Transfuga quis, & an restitutionis beneficium impetrare possit.*
4 *Reipublicæ gratia qui abest, iusta absentiæ causa nititur.*

CAPVT CCCXXXII.

1 VEm casum me tenet memoria frequẽtissimè in praxi ventilatum, & litem ea in re à Senatu Dolano terminatam, ac planè decisam Implo rauerat † tunc alter ex eiusdem prouinciæ nobilibus, se aduersus tps, quod aiunt, reachatus, effluxum restitui: proponens, id tẽpus excidisset, dum militari expeditioni in Italia pro principe incumberet. Cæterũ, lite instructa, patuit ex actis processus, q dũ id tempus curreret, prefectus hic esset tuitioni castri Cæsarei, & cui ita mã dasset Cæsar. Quæ absentia tam iusta, æqua & rationabilis visa fuit, vt Senatus sanxerit ad decursum tempus restituẽdũ. Ex eisdem etiam actis liquebat, pecunia, quam hic ex venditione suæ rei habuerat, ab eo in sui principis defensionem & protectionem expensam & conuersam: in quo amplissimè fuit disputatum, an num hęc sola causa sufficeret, ob quam concedi deberet restitutio in integrum: quibusdam existimantibus, hunc iustissima causa niti, & tali, ob quam solam deberet restitui: quos mouebat, bene expensam fuisse pecuniam, ac in meliores vsus conuerti non potuisse: quasi nihil gloriosius ac felicius homini euẽnire posse existimarent, quàm pro Principe strenuè militare, arg. l. in bello. ff. de excusat. tut. Nam cum ei nosipsos debeamus, & ab eo omnino pendeamus, quid à subdito pro suo principe celebrius & honoratius agi potest, quam ei inseruire: vt etiam eadem ratione priuilegiatum debeat esse tale seruitium, & ita pecunia in id expensa. Quod in simili disponitur de ea, quam maior in bonos vsus conuertit. Aliorum autem erat iudicium hanc solam causam, quæ ad restitutionem in integ. sufficeret, non esse militantem, imo debere vtranq; qualitatẽ concurrere, q hic absens esset, & dum Principi famularetur, eam expendisset pecuniam. Sed ego horum iudiciũ non possum, non ridere: qui vel casum propositum, non intelligant, vel in eo planè hallucinẽtur. Quid enim, Deus bone, est opus concursu vtriusq; qualitatis, vbi actus illi sũt cõnexi? Non enim potuit extra eam prouinciã expendi a tali pecunia, quin absens a Burgũdia esset. Fateor tñ, posse hoc euenire, vt etiam, dum inseruit Principi, pecuniam in prouincia consumat, veluti si pro defensione patriæ hoc effecerit, qui tamen tali casu absens non esset, imo presens. Sed & hoc exemplum indubitatum apud me est, solam eam causam consumptionis pecuniæ ad obtinendam restitutionẽ sufficere, per eas, quas suprà attigimus, rationes. Qui tamen satis admittã, duos casus coadunatos omnem scrupũ sum mouere, & restitutionẽ producere: & ita, sepositа omni disputatione concedendam restitutionẽ. Sed vt ad negotium reuertamur videamus quid in casu absentiæ pro restõne asequenda a lege disponatur? Nam inter cætera oportet iustam esse absentiam, non autem dolosam & fictitiam. Hinc Callistratus in l. item ei. ff. ex quib. caus. maio. fatetur, ei succurrendum, qui in hostium potestatẽ fuit, id est, ab hostibus
2 captus. Cùm † enim ab hostibus detineatur, iustè abesse dicitur: imo ex eiusdem sententia transfugis nullum remedium tribuendũ est: quod est, quia transtuga dolosè versatus censetur. Is †
3 enim transfuga dicitur, qui belli aut induciarum tempore, inconsulto suo militum duce ad hostes transfugit, l. postliminium. § transfuga. ff. de capt. & postlimin reuer. vt optima rõne non restituatur: fit aũt id, ne is ex suo delicto assequatur præmiũ, arg. l. non fraudantur. § j. ff. de reg iur. Atque hæc satis habes cõprobata in l. si cui. ff. ex quibus caus. maior. in qua dicitur: Is cui in sua prouincia Princeps assidere speciali permiserit beneficio, censetur Rei
4 pub. cã abesse. † Quòd si non ex permissu id fecerit, consequẽter dicetur, dum crimẽ admisit, non debere hunc priuilegia eorum assequi, qui Reipub. causa abest: quia oportet iustam & necessariam esse absentiam: quæ tamen talis in eo non videtur, imo potius opposita, & per quam sit meritò à beneficio restitutionis in integ secludendus. Oportet igitur iustam esse absentiam ad restitutionem obtinendam.

Plura hoc capite recensentur absentiarum genera.

SVMMARIVM.

1 *Absens militiæ causa, necessaria & probabili causa abesse censetur.*
2 *Studiorum gratia absens probabilem absentiæ causam habet.*
3 *Relegatus necessariò abesse præsumitur.*
4 *Miles legitimæ absens, & militiæ tempore non defensus, vt appellet, restituitur, etiam si maior annis fuerit.*
5 *Reipublicæ causa abesse dicitur, qui non sui commodi gratia, sed coactus abest.*
6 *Medicis militum ob officium, quod publicè gerunt, restitutionis auxilium competit læsis.*

CAPVT CCCXXXIII.

OLet autem Bar. commodioris doctrinæ gratia, & vt magis eluceat huius puncti veritas, afferre plura absentiarum genera l. fina. C. de resti. milit. Primo † loco considerans eam, quæ necessaria & probabilis iudicatur qualem ait esse
2 militiæ. Secundam † probabilem tantùm, vt inspicitur in
3 eo, qui absens est studiorum causa. Tertiam † omnino necessariam, puta relegationis. Quartam, voluntariam citra contumaciam, vt est in mercatore absente. Quintam, si contumax absens fuerit. hæc ipse. Accedamus ad primam,
4 quæ probabilis & necessaria ab ipso iudicatur. Quid enim † si militiæ tempore, & dum absens esset legitimè miles defensus non fuerit? Nonne poterit ad appellandum restitui, aut ei aliàs remedio extraordinario consuli, vt negotij qualitas, res, & ipsi actus expostulabunt? Ita sanè. Quod autem militib. ẽt maiorib. lex per restitutionem in integ prouidet, habes ad id expressam l. milites. ff. ex quib. caus. maior. Eius autem ratio vel in manu est; quia non iudicantur milites militantes commodè, & oportunè suis negotijs adesse
5 posse, vt est in l. milites. C. locati. Dicitur † autem aliquis Reip. causa abesse, qui non sui commodi causa, sed coactus abest l. Reip. causa abesse. ff ex quib. cau. maio. Imò tam amplè militib. hoc capitę subuenitur, vt etiam horum medicis lex succurrendum introduxerit. l. inter eos. §. militum medi
6 ci. ff. eod. titu. vbi lex habet † Militum medici quoniam officium quod gerunt, & publicè prodest, & fraude eis afferre non debet, possunt restitutionis implorare auxilium. Sic miles maior annis ex probabili & necessaria absentia restituĩ.

Vtrum, quod de militum restitutione disponitur, sit referendum ad eos, qui actu militant: vel an num etiam ocioſos comprehendat?

SVMMARIVM.

1 *Miles qui à militia abest, nec actu militat, restitutionis minimè compos euadit.*
2 *Reipubliçæ causa tamdiu quis abesse putatur, quamdiu alicui officio præest: quo cessante, cessat & restitutio.*

CAPVT CCCXXXIIII.

SOlet autem à Doctoribus hoc in negotio exquiri, an ea restitutio sit tantùm militibus verè militantibus concedenda? vel vtrùm etiam sit indulgenda his, qui domum redierunt, & militare desierunt? Quam difficultatem promouet Bart. in l. milites. ff. ex quib. caus. maio. se tamen referens ad id, quod ea in re decidit Cyn. in l. j. C. de iur. & facti ignor. Ego verò sepositа alia fusiori & ampliori examinatione, existima
1 uerim † militem, qui a militia abest, nec actu militat, non esse restituendum: quod opinor desumi ex l. qui mittuntur. vers. Iulianus. ff. ex quib. cau. maior. vbi Iulianus scribit à Proculo responsum, militem, qui à commeatu abest, dum domum vadit, aut redit, abesse Reipub. causa: dum verò domi est, non abesse. facit l. si cui in prouincia. §. tandiu. sub eo.
2 tit. Tamdiu † enim (quod ibi refert tex.) quis Reipub. causa abesse videtur, quamdiu præest alicui officio. Quòd si finitum fuerit officiũ, desinet is Reipub. causa abesse. Quasi lex requirat & velit, necessariũ esse exercitiũ ad id, vt aliquis verè absit: vt simili ratione sit idem in milite disponendũ, vt in quo requiratur actualis militia. Atq; hoc satis delibat ex prę allegata l. milites. ff. ex quib. caus. maior. q̃ habet: Milites oẽs qui à signis discedere sine periculo ñ possũt, Reip. cã abesse;

intellige

intelligendo de actu militantibus: quod ea verba, Qui a signis discedere non possunt, testantur: vt lex adnotare videatur, his permissum non esse a signis deficere: sentiens ex opposito, cùm sub signis sunt, abesse causa Reipub. & ita censeo militi, qui non militat, subueniendum non esse.

Subuenitur militi læso.

SVMMARIVM.

1 *Actio militi competens non perimitur, ipso Reipublicæ operâ nauante.*
2 *Vtile tempus, marito lege Iulia priuilegiato datum, non datur in maiorem absentem.*
3 *Miles, si Reipub. causa abfuerit, & delatam absenti sibi hæreditatem adire nequiuerit, restitutionem consequitur.*
4 *Militi non solum aduersus hæreditatis possessorem subuenitur, sed & contra eos, qui eam à possessore emerunt.*

CAPVT CCCXXXV.

1 MAcit ad ea l. si qua militi. ff. ex quib. causis maior. vbi † si qua militi accusatio tunc, cum operam Reipublicæ dabat, competebat, non perimetur. Eius autem dicti glossa ibi affert exemplum in accusatione legis Iuliæ de adulteriis, in qua priuilegiatus est maritus intra sexaginta dies, qui absenti Reipublicæ causa non currunt: ad quod etiã facit l. ob commissa. & l. si quon
2 dam. C. ad leg. Iul. de adult. Cum † enim id tempus sit vtile non datur in maiorem absentem, l. si maritus. in princ. ff. ad leg. Iul. de adult. Est & in eam aleam l. si quis Titio ff. ex qb.
3 caus. maior. vbi † si quis militi legauerit, si mortis suæ tempore esset in Italia, & ei succursum fuerit, q̃ tunc Reipub. causa abfuisset, talis fideicommissum præstare cogetur. Quis enim dubitauerit, quod ibi textus ait, salua legatorũ & fideicõmissorum causa militi restitui hæreditatem, quã hoc solo perdidit, quia Reipubl. causa abfuit? Imò Iulia-
4 nus lib. 4. scripsit, non † solum aduersus possessorem hereditatis succurrendum militi, sed & contra eos, qui a possessore emerunt, vt possit res vendicari, vbi miles hæreditatem agnouisset. Qui text. apertissimè docet, militi læso succurri. Atque in huius sententiæ comprobationem multa alia afferri possent, quæ ex proposito omittenda duxi, q̃ sit præscripta conclusio omnino indubitata.

An num militum vxoribus restitutio sit indulgenda?

SVMMARIVM.

1 *Vxori quæ maritum in acie sequitur, auxilio restitutionis subuenitur, si a temporali actione exciderit.*
2 *Restitutio non solum vxoribus maritos suos per castra sequentibus, sed & famulis eorundem competit.*

CAPVT CCCXXXVI.

1 ACcedamus nunc ad quæstionem aliam, ex priore exurgentem † cùm lesis militibus lex adsit, videamus, vtrum etiam eorum vxoribus sit succurrendum, maximè his, quæ viros in acie sequuntur? Hoc autem indubitatum est, vxorib. in eo deferri, & has restitui: vt est ad hoc totus tit. C. de vxor. milit. vbi lex tam in l. j. quàm 2. voluit, vxori militis subueniri, si dum maritum in bello comitaretur, à temporali actione exciderit: quia eam intra tempus a lege præstitutum non intentauerit, aut aliàs in eam præscriptum fuerit. Huius autẽ dicti ratio est, quia eo, q̃ aciem sequitur, etiã si non militet · facit tamen & inducit, vt dicatur verè abesse: nam cogitur maritum sequi, modo ita is mandauerit, imò a quo etiam lepra infecto non posset deficere. cap. 1. de coniug. lepro. sit & hac ratione vt periclitanti, vel si in ægritudinẽ inciderit, adesse possit. Tẽdit aũt eo hoc mulieris auxiliũ, vt maritus liberius militet. Attenditur & aliud, q̃ sint socij diuinæ, & humanę domus, vt est in l. aduersus. C. de crim. expi. hære. & ita priuilegium
2 vni attributum, alterum debere sequi. Quinimò hæc † propositio tam de se est verissima, vt etiam delectatur ad famulos militis, qui ei militanti adsunt. Soletq; præcipuè à lege spectari, vtrum is, de quo agitur, adsit militiæ.

An cum mulier militis ad temporalem actionem restituitur, sit ab ea precium refundendum?

SVMMARIVM.

Vxor militis ad actionem temporalem, aut contra præscriptionẽ restituta, refundere precium, quod re vera solutum est, tenetur, secundùm quorundam Doctorum intellectum ad l. 1. & 2. C. de vxor. milit.
2 *Fundus vxoris hominis militaris si a procuratore venditus, & precium eiusdem in vtilitatem mulieris conuersum fuerit, non liberatur a refusione precij mulier: secus si a tertio venditio facta sit, & nu. 5.*
3 *Vendens rem alienam, tanquam suam, tribuit emptori non solum titulum, sed & vsucapiendi conditionem, & præscriptionem.*
4 *Emens rem hæreditariam ab vltimarum voluntatum executoribus, consequitur ex eo titulo, & vsucapionis, & præscriptionis beneficium.*
6 *Precium emptori non refunditur, quod in domini utilitatem conuersum esse constat.*
7 *Absens aduersus contractum non restituitur. Id quod ad militis vxorem etiam extendi rationis similitudo commonstrat.*
8 *L. quæ a patre. C. de vxor. milit. declaratur.*

CAPVT CCCXXXVII.

1 IC † militis mulier ad temporalem actionem (vt prædiximus) aut contra præscriptionem restituitur: sed ea lege, vt si rem, cuius est controuersia, ad se pertinere demonstrauerit, refundere precium, quod re vera solutum est, debeat: vt est in ea l. j. & 2. in quibus legibus Doctores excitant difficultatem, quo sensu sint assumenda eiusdem legis verba, refuso precio: & ita, vtrùm tale precium sit refundendum à venditore emptori: quia ibi necessariò præsupponitur, fundũ qui fuit venditus, absente muliere à tertio venditum, cùm tamen non esset ei mandatum de vendendo datum; vel an debeat restitui precium à muliere emptori? qui sunt duo diuersi & separati intellectus. Quòd autem nihil sit a muliere de eo precio refundendum, suadet l. si mancipium. C. de rei vendic. vbi si mancipium tuum per vim vel furtum ablatum alter nulla iusta causa distraxerit, vendicanti tibi eiusdem mãcipij dominium, soluendi precij nulla irrogetur necessitas.
2 E † quo textu testantur Doctores. q̃ in eius l. 2. casu precium in vxoris vtilitatem conuersum fuerit: effingentes fundum per suum creditorem fuisse venditum, argum. l. si cum militatibus C. de restitut. milit. vel per procuratorem, qui generaliter esset ab ea constitutus, precio in mulieris vtilitatem conuerso: cùm tamen is nullum haberet ad id mandatum. Vbi verò tertius absq; mandato vendidisset, non conuerso in mulieris lucrum precio, tunc ex tali precio nihil refundere teneretur mulier. Secundùm quam lecturam si accidisset procuratorem generalem vendidisse, non transferretur rei dominium, nisi vsucapione & præscriptione secuta, ad quod facit l. 3. §. si procurator. ff. pro empto. vt sub eadem lege Bal. te statur, a se auditum viua voce Bartolum hoc prædicantem
3 & docentem: Cum † quis vendit rem alienam, tanquam suam, tribuit emptori non solùm titulum, imò vsucapiendi conditionem, & præscriptionem, vt est ad hoc totus titulus C. & ff. pro empto. Sed etiam si ab aliquo asseratur, se meo nomine mandatum habere. cùm tamen ita non sit. & rem meam is vendidit, etsi dominium non transferat, trans-
4 mittit tamen vsucapiendi condictionem. Quo fit, vt † qui sunt vltimarum voluntatum executores, si vendant rem hæreditariam, cùm tamen ad id mandatum non habeant, poterit emptor ex eo titulo vsucapere, seu præscribere. Et ita secundùm Doctores lex illa duplici sensu assumitur. Primò, vt qui vendidit, cogi possit ad refundendum precium, quod ab emptore percepit, modò illud penes se habeat: vel quòd mulier tale precium compellatur refundere, si in eius vtilitatem fuerit conuersum. Priorem autem casum Bald. ibi indubitatum esse testatur. Verius tamen hoc esse crediderim, vt a muliere sit refundendum, siue in illius vtilitatẽ conuersum fuerit: siue non: quod satis desumitur ex illius legis 2. C. de vxor. milit. verbis: Decernimus, vt si talis mulier domum ad se pertinere demonstrarit, quæ in eius absentia vendita est: refuso precio, quod re vera solutum est, eandem recipiat, qui textus principaliter mulieris meminit: in quo tamen adnectitur, refuso precio: vt mens eius textus sit referenda ad verba proxima. Nec potest emptor ad eam precij refusionem, nisi ab eadem muliere cogi, sic semper is compelletur refundere, & ipsa a venditore repetere: qui tamen sat admittam, ad id venditorem teneri, si hoc in mulieris vtilitatem non conuerterit. Ex quibus præscriptis verissimus mea sententia manet ille intellectus, si preciũ in mulieris vtilitatem versum sit, ab ea esse refundendum precium. Sic
5 † cùm minor restitutionem implorans præstare illud cogit, vehementiori ratione idem in maiore viginti annis debet
6 dispõni. E diuerso habes fixam & firmam conclusionẽ † nõ esse emptori refundendum precium, vbi versum non esset in domini cõmodũ: vt est in l. si modo. & l. si mancipium. C.

Source : BIU Cujas

de rei vendic. iuncta l. emptor. ff. eodem titu. Et hoc, quod de verſo precio diſponitur, procedit, ſiue qui vendidit, mandatum haberet, ſiue non: quaſi hoc ſolùm attendatur, an locupletior mulier facta fuerit. Doctores tamen eius legis
7 mentem exquirẽtes, ſic in oppoſitum cõtendunt. † Abſens aduerſus contractum non reſtituitur. l. quæ a patre. C. de reſtitutione militum. vt eadem ratione non debeat mulier in illius legis caſu & exemplo reſtitui. Pro cuius reſolutione docent ipſi, quòd ea l. quæ a patre. loquatur in proprio contractu, ex quo ipſa obligabatur, vt ita reſtitui nõ debeat. lex verò final. C. de vxoribus militum, procedat in contractu
8 procuratoris non legitimi, ex quo nõ obligatur. Eam † autem l. quæ a patre, ſic communi ſenſu, & interpretamento ſummant Doctores, vt diſponat, non eſſe concedendam reſtitutionem contrahenti, vel eius hæredi abſenti, aduerſus contractum a defuncto celebratum. Sed ego omnino aliter intelligendum crediderim, & longè aliud probare, quã id, ad quod a ſcribentibus allegatur. Quod vt habeas, duxi eius verba hoc loco afferre: Quæ a patre geruntur, non decet pro diſciplina militari a filijs ad irritum reuocari, preſertim cùm nec patrem tuum, in rebus humanis agentem, ſuper huiuſmodi contractu conqueſtum fuiſſe affirmes. E quibus quid tu, quæſo, aliud elicere poteris, quàm quòd militaris diſciplina non tribuat hoc priuilegium filio militis, vt quæ is geſſit, dum vixit pater, reuocentur, quia a patre proceſſerunt? qui eſt caſus l. Aemilius ff. de minor. quæ l. Aemilius, plurimum ampliatur per illam l. quæ a patre, vt in filio hærede procedat, etiam ſi miles ſit. Imò in eadem l. aſſignatur alia ratio, ideo filium militem repelli: quia nec pater, dum vixit, conqueſtus fuerit: quaſi is tacitè contractum approbaſſe iudicetur. Sic intelliges. non eſſe illam legem ad id allegandam, non dari reſtitutionem aduerſum abſentis contractum à ſe celebratum, quia pater ipſe contraxerat, non filius miles: & tamen ibi fillus reſtitutionem implorat, non autem pater, qui iam deceſsiſſe effingitur. Si tamen probaueris, declarandam eam legem iuxta communiorem intellectum, hoc planè ex ea deſumetur, ex contractu ſuo ledi abſentem non poſſe; qui eſt caſus omnino a noſtro diuerſus & ſeparatus: cùm maximè in ea l. final. pateat, non a muliere, ſed ipſius procuratore fuiſſe contractum. Sed & adhuc ei refragatur ſolutioni, q̃ qui per alium facit, ipſe id agere & facere cenſeatur: vt eſt in iure vulgatiſſimum: vt iſta non minus deberet reſtitui, quàm ſi ipſa contraxiſſet. Qui tamen bene, & ad amuſſim difficultatis medullam conſiderauerit, agnoſcet diſtinctam eſſe inter vtrunque rationem: quia etiam quòd admittas, talem procuratorem ab eo fuiſſe conſtitutum, non tamen ei conceſſam tam latam & exuberantem poteſtatem, vel in confeſſo eſt, vt cùm eam exceſſerit, merito mulieri lex ſuffragandũ ducat. Hæc autem libuit latiſſimè attigiſſe, vt perfectius, & verius haberes elucidationem preſcripti articuli: qui in hoc reſoluitur, etiam ſi muliere abſente ſit contractum, & precium ſit verſum in eius vtilitatem, refundi debere ab ea precium: immò etiã ſi verſum non ſit, eam aut venditorem ad eius reſtitutionem obligari emptori.

An num militum famuli, ſint, vt domini reſtituendi?

SVMMARIVM.

1 *Famuli, Medici aut Chirurgi cum domino neceſſarij iudicentur, eodem cum domino militante reſtitutionis priuilegio fouuntur ſecundùm quoſdam: ſecus in ijs ſeruis, quib. officium tale demandatum non eſt.*
2 *Clericorum famuli eodem cum dominis beneficio gaudent.*
3 *Militum famuli etiam neceſſarij non tanquam abſententes Reip. cauſa, ſed tanquam abſentes ex cauſa probabili reſtituendi ſecundùm Caſtrenſem.*
4 *Magiſtri a libellis, aliq́, Senatores Dolani non alibi, quàm apud Senatum Dolanum ex conſtitutione Cæſarea conueniri poſſunt.*
5 *Priuilegium Senatoribus Dolanis competens ad eorundem famulos, verè & actu ipſo inſeruientes extenditur.*
6 *Famuli magiſtrorum à libellis quare non videantur reſtituendi, & ad idem cum dominis Cæſareum beneficium admittendi, dubitandi rationes aliquot.*
7 *Famuli magiſtrorum à libellis non gaudent dominorum priuilegio, ſiquidem maiore ex parto ſint abſentes: ſecus ſi paſſim cum dominis verſentur.*

CAPVT CCCXXXVIII.

1 Sſumamus denuo exemplum cuius iamiam meminimus, An verum ſit, famulos eorum, qui militant, vt milites, & qui ſunt eorum domini, reſtituendos? Sunt autem, qui ſenſerunt † reſtitutionem dandam, vbi potiſſimum tales famuli Medici aut Chirurgi eſſent: quia tunc iudicentur neceſſarij, argumento l. inter eos §. militum medici. ff. ex quibus cauſ. maio. ſecus ſtatuendum exiſtimantes in alijs famulis, quibus non ſit talis cura commiſſa aut qui ſponte aciem ſequuntur: & in quorum manu ſit, libere ab ea diſcedere, quę fuit in ſumma Caſtre, declaratio in ea l. j. & 2. C. de vxorib. militum. quẽ fateor bene, & (vt decet) locutum, quod potiſſimum ſpectat ad eos famulos, qui ſponte bellum ſequuntur, vt a quo libere poſſint, quando volunt abſcedere: modò admiſeris tales famulos vere non famulari, cum poſſint a domino, vbi volunt, deficere: nam id videtur plane aduerſarij iugo famulatitio, per quod adſtringuntur famuli ad certi temporis ſeruitium. Sed non deſunt, qui ſe exponant ſeruitio, quod Caſtrenſis vocat voluntarium, & tale Labeo depingit ſeu denominat: quia vbi volunt abſcedere, poſſunt: vt merito hi à reſtitutione ſint reijciendi, nec eo priuilegio, quo qui cõtinuò famulantur, donandi. Quòd ſi negotium ad eos, qui vere famulantur, retuleris, non video, quare dominorum priuilegio frui non debeant, cum hi qui in acie adſunt, militare dicantur: quæ eſt finalis & præcipua ratio concedendi priuilegij: ita vt, me iudice, attendi non debeat ea de Chirurgis diſtinctio. Vt enim tale officiũ dicitur neceſſarium, ita & cenſeo eſſe illud eorum, qui vere famulantur, & qui ad tempus militiæ dominis ſuam operam locauerunt, ſine quibus militare efficaciter non poſſent. Quod aũt hæc opi-
2 nio ſit vera, comprobatur vel ex eo, quòd † lex famulis clericorũ adeſſe velit: & ſtatuat hos hiſdem priuilegiis, quibus dominos, debere frui. argu. l. 2. C. de epiſco. & clericis. Non ſum tamen neſcius, Caſtrenſem præfato loco ſenſiſſe, id in eis ſic diſpoſitum, vt Deo clerici commodius inſeruiãt, etſi in aliis non adſit eadem ratio: & ita hoc debere ad neceſſarios famulos conuerri. Cuius rationẽ ego apud me leuem habeo: qui credam, ſic eſſe fauendum famulis militum, vt famulis eccleſiaſticorum. Et vt his lex adeſt, quò efficacius Deo domino inſeruiant: ita ẽt & aliis vt per famulorum officium virilius ipſi militent. Adnectit ad hæc omnia Caſtrẽſis vnum, quod eſt apud me dubitabile, militum famulos etiam neceſſarios non eſſe tanquam abſentes Reipub. cãreſtituendos, ſed vt abſentes ex cauſa probabili: & ea occaſione reſtitutione donandos, quod ego omnino probare non
3 poſſum: qui putem † famulos neceſſarios, & quorum opera militem vti oportet reputari debere abſentes cauſa Reip, quia hoc in eis ſpectatur, q̃ pro Rep. militent, & ſic verè abſint. Quare mea eſt opinio, famulos militum eſſe vt dominos reſtituendos, modò hi verè famulentur, quo caſu ego eos neceſſarios famulos reputauero. Ad hæc de famulis memini quandoq; apud Dolanum Senatum excitatam quæſtionem, an num famuli eorum, qui ſunt magiſtri a libellis apud celeberrimum illũ Senatum Dolanum, debeant frui priuilegio aut beneficio tali, quo gaudent domini. Exempli gratia: Cæſarea conſtitutione in ea prouincia Burgunda in
4 troductum eſt † vt magiſtrorum a libellis, & aliorũ Senatorum, qui ordinarij ſunt, lites apud eundem Senatum tractentur, ſiue de motis, ſiue de excitandis loquamur. Quæſtionis aũt noſtræ ſumma eſt, an num horum famuli eodẽ gaudeant priuilegio, vt ſuas lites apud eundem Senatũ ven
5 tilandas referant? Quod † autem ſpectat ad famulos Senatorum, & qui verè his actu inſeruiunt, eſt citra omnem hæſitationem his tale priuilegium cõpetere, immò quibus ab eodem Senatu vidi decerni cõmiſſarios duos Senatores, corã quibus citra ordinariam altã iudicij horum excuteretur negotium. Qui modus paſſim obſeruatur ab eodem Senatu, vbi maxime eo tenditur, vt amicè inter partes tranſigatur, & componatur negotium. Tandẽ, auditis partibus, fit relatio Senatui eorum, quæ ab vtraq; parte deducta ſunt. quib. penſatis ſolet Senatus omnia ex bono & æquo metiri & terminare. Sed tota hæſitatio pendet in famulis eorum, qui à libellis ſunt magiſtri: quos tu pro inconcuſſo admittere debes apud eundẽ Senatum cauſarum tractationi & deciſioni intereſſe, & quãtum ad id, nihil ab ordinariis Senatorib. deſſidere: ſed apud quos tamen, neſcio, quo fato id paſſim inoleuit, vt quando volunt, à Senatu abſint: cui tamen Se-
6 natores ordinariè adeſſe præſentialiter cogantur. † Ex qua voluntaria abſentia pendet nodus & ſcrupus materiæ, quia raro hi adſint iudicio, ſaltem niſi vbi volunt. Qua in re visũ quandoque fuit quibuſdam, vt ſaltem horum famuli priuilegiari non debeant: nec his debeat accedi, vt fit aliorum Senatorum ſeruitoribus: ſic enim tales nominant. ad quod facit in argumentum l. 2. C. de epiſc. & cleric. & l. non amplius. §. j. ff. de iudic. Sunt verò, qui iudicarunt, hos priuilegiatos eſſe, cũ per eos nõ ſtet, quo minus Senatũ dñi ſectent Tertij verò auſi ſunt hoc aſſerere, tales magiſtros à libellis,

dum

Source : BIU Cujas

dum à Senatu absunt „senatorio priuilegio non debere potiri: quos mouebat, quia non militans indignus habeatur, qui militum fruatur priuilegio: ut latè à nobis edoctum est. Tandem in tam ancipiti opinionū anfractu placuit Dolano Senatui, ut † horum magistrorum à libellis famuli à tali beneficio debeant repelli ubi potissimum penè continuò à Senatu sunt absentes domini. Quòd si passim apud eum uersarentur, haud dubiè priuilegieretur famuli. Quid autem de his à libellis magistris, sic uoluntariè absentibus, statui debeat, Princeps ipse viderit.

Vtrùm maiori, qui infirmus est, per restitutionem lex subueniat?

SVMMARIVM.

1 *Sententia, quę à iudice, cui de partis infirmitate constat, fertur, est ipso iure nulla.*

2 *Restiuutionem ob inualetudinem implorans ad imbecillitatis suę probationem adigentus est. &*

CAPVT CCCXXXIX.

REassumamus præscriptā Bartoli doctrinā subilla l.fi. in qua ipse examinat, an qđ de milite narratum est, puta dum exprobabili & necessaria cā est absens extēdatur ad infirmū, qui ob corporis debilitaten apesse iudicio non potuit. Eius autem quæstionis nodum asserit extricatum per l. quæsitum. ff. de re iudi. in qua disponitur, sic infirmo subueniendum esse, ut non lædatur. Hic autem casus est in proxi apud nostratrs Burgundiones vsitatissimus, ita ut sit salitus Dolanus Senatus passim infirmis, etiam his, qui maiorès annis sunt, opitulari: fitq; id iuxta factorum contiagentiam, & ut eueniunt exempla: inter quæ uel hoc unum uidit frequentissimum. Cū quidam ad instantiam fisci (quem in Burgunvia Procuratorem generalem nominant) ciatus esset, ut coram Senatu cō pareret, accidit, ut hic die iudicio præstituta non adfuerit, sed curauerit per tertium declarari, se infirmum esse, petens ob id excusari. Dubitatum tunc fuit, an esset à causa supersedendum, & suspendendum iudicium, donea conualuisset uel vtrùm consultius esset, litem persequi? In quo memini sic cum infirmo actum, vt primum contumax declaratus sit: sed cum hac qualitate, quod saluę & integræ ei suæ manerent exceptiones: & cùm postea hic verè de sua docuisset infirmitate, fuit omnino, quod aiunt Practici, reparata & planè subducta contumacia: nam cùm infirmus esset, quo modo adesse iudicio potuisset? Quo fit: ut lex tali casū dispo
nat iudicij diem esse dimissum, ut est in l. 2. §. si quis in iudi.
1 cio. ff. si quis caut. Immo † si sciret iudex infirmitatem saltē per allegationem partis, & nihilo secius ferret sententiam, esset ipso iure nulla, ut per Innocentium in capit. pen. extra de dila. Simile memini eueniſſe in quodā infirmo, qui nō appellauerat à sententia in se lata, intra dies decem, à statuto municipali præfixos, se ea solum excusans infirmitate, ita ut peteret se ad appellandum restitui. Qui tamen casus est præcedere longè dubitabilior, cùm non ita videatur huic succurrendum: quia potuit, per se efficere neqnibat, procuratori commisisse: ubi in exemplo alio tenebatur ipse personaliter comparere, quia esset in eum criminale iudicium institutum. Sciò tamen, huic tandem fuisse concessā restitutionem, quod maximè patuisset iudicibus, hunc nō leuiter tunc ægrotasse, ita ut præsumeretur in eo fuisse tanta mentis perturbatio, ut suarum rerum tractationi ad esse non potuisset. Quare si hic leuiter ęgrotasset, non esse ei subueniendum uel in aperto est: & ita determiuatum fuisse te-
2 neo memoria. Lex † autem adigit hunc, qui vult restitui, ad suæ infirmitatis probationem: id autem is efficit per medicorum testimonium, quibus leuis aut grauis morbus sat est perspectus, arg. l. semel C. de re mili lib. 12. Cod. de his autē satis superque, cùm maximè ea pleniſſimè attigerimus superioribns locis, ubi in infirmi mentionem incidimus.

An maior, qui studiorum causa abest, restitui debeat?

SVMMARIVM.

1 *Maiori, qui studiorum causa abest, restitutionis uia succurritur.*

2 *Absens probabili de causa si procuratorem non constituerit, nunquam restituitur.*

3 *Restitutionis non concedendæ maior ratio in causa iam capta, quam in intentanda uersataq.*

4 *Studiorum causa absens præsens esse præsumitur.*

CAPVT CCCXL.

SVccurritur † denique per restitutionem maiori, qui studiorum causa est absens, l. necnon. ff. ex quib. caus. maior: vbi lex habet: Necnon & si quis ex probabili cā abfuerit, deliberare debet Prætor, an ei debeat succurri, puta studiorū cā, fortè suo procuratore defuncto: ne decipiatur per iustissimam absentie causam & Bartoli testimonio nō est hoc casu distinguendū, vtrum absens procuratorem dimittere potuerit, an nō: quod tñ vult intelligi in nondum ceptis causis ante sententiā: quia si iam esset inchoata cā, se aūt is nō relicto procuratore absentaret, ipse sibi imputare id deberet à quo considerari debuerit cāę exercitium fuisse necessariæ prosecutionis, & illi debuisse insisti & hæreri, argumento l. contumacia. §. fi. ff. de re iud. nō aūt abesse ex causa, quę tñ probabilis esset, & non necessaria: vt figat in eo pedem, debere attendi in cęptis negotiis, vtrum procuratorem dimittere potuerit: secus si lis nondū
2 institūta esset. Mihi † tamen non placet hęc Bartoli doctrina: qui existimen ēt si nondum incepta esset lis, debuisse tñ procuratorem dimitti. Me autem mouet, q̄ verisimiliter diligentem patremfamilias haud lateat, si litem is intentare debeat, aut quæ mouenda & excitanda sit: quod succedit ex negotiorum ratione: puta non sum nescius, affinem aut extraneum ius in domo, quam habito, prętendere: vel bona hęreditaria, quę possideo, velle vēdicare. Id aūt ex præcedentibus illius iactantiis desumi lex introduxit, arg. l. diffamari. C. de inge. manumiſ. Præterea aduersum Bar. pondero in oppositum eā l. necnon. vbi Vlpianus præmisso casu, cū quis ex probabili causa, qualis est studiorū abfuisse dicatur, refert: studiorum cā, forte suo procuratore defuncto: ne decipiatur per iustissimā absentiæ causam: quasi velit & desygnet lex, dū probabiliter is est absens, debuisse ab eo procuratorem relinqui. Aliàs lex ibi frustra & superuacaneè procuratoris mentionē adiecisset. Immò plurimum meæ accedunt sententiæ eiusdem textus verba, ne decipiatur per iustissimam absentię causam: tacitè hoc designans, non esse cē sendā absentiæ cām iustissimam, nisi relicto & dimisso procuratore. Quæ omnia ita, me iudice, ab oppositō & ꝛio eiusdem legis sensu & interpretamento desumi possunt: q̄ tñ non abnuam, longè plus rationis esse, vt relinquatur ꝓ-
3 curator, causa iam cępta, quàm si esset intentanda † cū enī cęptam sciret, non potuit aliqua duci ignorantia, quæ est scientiæ opposita: & tamen in re futura, & quæ euentura ē, longè est considerabilior, cùm maximè id semper verū nō sit (quod ipsi contra Bartolum præmisimus) posse patremfamiliàs maiorem scire litem, quę est in eū excitanda. Quid enim, si inopinatè, & præter omnē expectationē turbarerur in possessione fui fundum ab eo, de quo nunquā dubitasset, imò a quo longè aliud expectabat? nonne tunc eam litem probabiliter ignorare potuit? Potuit sanè. Sunt enim incerta, quæ à futuro pendent euentu, vt tanquam dubia lex ea haud prospiciat. Quibus ego inducor, Bartoli opinionem sectari. Sed vt ad thema propositū sermo redeat, lex studiorum causa absenti fauet. Fit aūt ea rōne: quia sit ea causa fauorabilis. Ad hæc verò conducit elegans doctrina Bartoli in l. Sciæ. §. Pamphilę. ff. de fundo. inst. & inst. leg. vbi per eius
4 tex. dispositionem is asserit, cum † qui studiorum cā abest, absentem non reputari, imò præsentem effingi: & hoc legitimam eā & iustam absentiā inducere, ac pure efficere. In cuius cōprobationē adesse pōt, quod planè testatur auth. habita. C. ne fi. pro pat. quæ vult. eorū miserendum esse, qui amore scientię facti exules, semetipsos exinaniunt, vitam propriam multis exponentes periculis, vt ratione eadē hic maior, qui absens est iudicij causa, restitui in integrum debeat.

Qui relegatus fuit, an reuersus debeat restitui, si dum esset absens, sit læsus?

SVMMARIVM.

1 *Relegatus censetur absens ex causa necessaria.*

2 *Relegatus si procuratorem constituere potuit, nec constituit, restitutionem non impetrat.*

3 *Sed, etsi per prætorem. S. j. ex quib. caus. maior. declaratur.*

CAPVT CCCXLI.

ADnectit Barto. sub eadem lege finali casum alium absentiæ in relegato: disquirens, vtrum debeat s
1 restitui? primùm hac in re docens † hunc iudicari absentē ex causa necessaria: & in eo putauit at-
2 tendendū, an † procuratorē dimittere potuerit, vel nō? vt si

Source : BIU Cujas

hoc effeciſſe noluerit, vel id præſtiterit, reſtitui non debeat, alias ſecus: allegans ad id l. Papinianus exuli. ff. de min. & l. ſed & ſi per prætorem. §. j. ff. ex quib. cauſ. maior. vbi in eo §. ſic habet lex: Aduerſus relegatum faciendam reſtitutionē ex clauſula generali Pomponius ait: ſed non & ipſi concedendam: quia potuit procuratorem relinquere. Ex cauſa tamen puto etiam ipſi ſuccurrendum. In cauſis autem iam cœptis dicit eo loco Barto. eſſe ciuilem adhibendam diſtinctionem, quam ſuperiore exemplo conſiderari is voluit. Vbi tamen hæc priuatim à me tractarentur, inter cogitandum mihi in mētem venit, quòd is §. primus ſupra adlatus miram in ſe pugnantiam continere, & amplecti videatur. Nam in eo in primis diſponitur, aduerſus relegatum reſtitutionem ex clauſula generali concedendam: deinde adiicitur, concedi non debere, cùm potuerit procuratorem relinquere: adnectitur tandem, ex cauſa tamen concedendā eſſe. Ea autem ſic ſimpliciter aſſumpta nonne contrarietatem demonſtrant? quæ præcipuè deſumitur ex illis verbis: Pomponius ait, ſed non & ipſi concedendam: vbi indulgē
3 dam eſſe prius edocuiſſet. † Poterit tamen, mea ſententia, ille textus ita declarari, vt cum diſponat, reſtitutionem eſſe relegato ex clauſula generali tribuendam, debeat intelligi, reſtituendum ex clauſula generali, Si qua mihi iuſta cauſa videbitur, etiam vel ex ea cauſa, qua quis contra abſentem indefenſum reſtituitur, quæ dicit generalis reſpectu illius, per quam abſentibus ſubuenitur. Dein vbi lex habet, ſed non & ipſi concedendam: quia procuratorem relinquere potuit: ſic eſt interpretandum, non ſemper relegato eſſe ſuccurrendum, vbi maximè ab eo dimitti procurator potuit: & tamē ex cauſa ſubueniri, ſi dimiſerit, & ſit mortuus. Sed vult abſolutè is textus, non eſſe abſenti relegato ſubueniendum, ſi procuratorem dimittere potuit. Secundùm quæ præſcripta exiſtimo eſſe terminandam aſſumptam difficultatem, & ita in ea concludendum, Non ſubueniri relegato, à quo dimitti procurator poterit: ſecus ſi is dimiſerit, ſi autem poſtmodum mortuus.

Vtrùm qui à ciuitate ſua expulſus eſt, reſtituendus ſit?

SVMMARIVM.

1 *Diſtinctio Bartoli, reſtitutionem eius, qui a ciuitate expulſus eſt, concernens: quam Author latius examinat, nu. 3.*
2 *Citatio facta ad locum non tutum citatum non arctat.*

CAPVT CCCXLII.

1 VÆrit † etiam Bart. in cadē l. fin. an ei qui à ciuitate ſua expulſus eſt, ſit danda reſtitutio, in quo ſic diſtinguit. Aut eius bona ſunt publicata, aut non publicata. Quod ſi acceſſerit publicatio, debuiſſe tunc in fiſcum tanquam illius ſucceſſorem agi. Alio verò caſu, hoc eſt, ceſſante publicatione, non valuiſſe ipſò iure proceſſum in hunc inſtitutum, & dum à ciuitate abſens fo
2 ret † quia cùm eſſet citatus, ad locum ſibi notoriè non tutum, & in quo citra vitæ diſcrimen eſſe non poterat, haud eum arctabat citatio, l. de ætate. ff. ad Trebellian. & l. ſciendū. ff. de legationibus. quaſi iuſtus ſit timor expaueſcere tyranni crudelitatem, vel ciuitatis ſeditiones, aut ſeductores, vt in l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. ff. ex quibus cauſ. in poſ.
3 eatur. Hęc Bartol. Cuius † doctrina mihi omnino non ſatisfacit, ſaltem qui apertè id non declaret, an iuſtè aut tyrā nicè is a ciuitate ſua eſſet expulſus, quod tamen videbatur neceſſariò enucleandum. Quòd ſi dixeris, tacitè ſatis ex eius doctrina delibari & deduci, fuiſſe à tyranno aut ſeditioſa ciuitate expulſum, ego tamen eo caſu adhuc exiſtimauerim non bene locutum Bartolum: à quo doceri debuerit, & idē diſponi, quod in exemplo de relegato, quòd dimitti debeat ab ipſo procurator: hoc enim, quòd iniuſtè à ciuitate ſit profligatus, non impediuit eum, quin procuratorem dimiſiſſe potuerit, imò debuerit. Si replices, quòd vt hunc in ciuitate non paſſus eſt tyrannus, ita nec illius admiſiſſet procuratorem: reſpondebo è veſtigio, ſi ita accideret tyrannū agere, eſſet adhuc vehementior cauſa, quare hic reſtitui deberet. Hæc tamen diſputationis tantùm gratia propono: nec eo animo, vt à Bartoli ſententia deficiam, quam tanquam veriſſimam, & vt magis communem, obuiis, quod aiunt, amplector vlnis.

An qui voluntariè abeſt, debeat reſtitui.

SVMMARIVM.

1 *Contumax non habetur, qui aut citatus non eſt, aut non eſt citatus peremptorie.*
2 *Pars, de cuius tractatur præiudicio, citanda eſt.*
3 *Praxis apud Burgundiones in proceſſu contra abſentes.*
4 *Reſtitutionis auxilio non eget, qui voluntariè & abſq; contumacia abſens eſt: & ſententia in eum lata, nulla eſt.*

CAPVT CCCXLIII.

COnſiderat denique Bart. ſub eadem l. fin. quartam abſentiam, effingens exemplum in eo, qui abeſt abſq; contumacia. Opinio autem gloſſæ ſub eadē l. fin. eſt, nullam eſſe ſententiam, nec talem p eam ledi, ita vt non egeat reſtitutione, arg. l. de vnoquoque
1 ff. de re iudicat. declarans † eum non debere cenſeri aut reputari contumacem, qui omnino non fuit citatus, vel per iudicem admonitus: aut ſi citatus eſſet, non tamen fuiſſet propoſitum in eum edictum peremptorium, aut quod peremptorij vim obtineret, ad quæ ait facere in argumentū l. ceſſante. C. quomodo & quando iudex. Eam etiam abſentiam gloſſa ſub eadem l. voluntariam vocat, figurans exemplum in mercatore, aut alio: qui dum contra eum proceditur, abeſt, & priuata tractat negotia. Hæc Barto. in quem ſic moueor: qui exiſtimen, huic ita abſenti, & res ſuas curanti imputari debere, quare procuratorem non dimiſerit, ſiue cauſas cęptas, ſiue etiam nondum cęptas intueare. De cęptis id tam clarum eſt, vt alia comprobatione non egeat. Quis enim dubitabit, quod ſibi is debuerit proſpicere? Si verò futuras lites introſpexeris, adhuc idem poterit tentari, quòd maximè diligentis ſit patriſfamiliàs, rebus ſuis & futuris negociis conſulere: & ita agere, ne præſens, aut abſens lædatur, quaſi videatur hoc ſummæ & notabili illius incuriæ adſcribendum, qui cùm ſciret, ſe debere abeſſe, non alicui ſuarum rerum curam commiſerit, qui eū defendendū ſuſciperet, ſi fortaſſe aliquid in eum tentaretur, aut eius detraheretur patrimonio. Quod tamen poſtremum ego fixo animo firmare nolo: immò hereo ei reſolutioni, quam iā ſupra de eo attigi: qui ob id putem Bartolum ab his obicibus defenſari & planè extricari poſſe: quem in hoc probè locutum credo, hunc reſtitutione non egere; quia nulla ſit ſnīa in eum lata. Hæc enim nullitas cauſatur, quia citatus non fuerit: & q̄ proceſſum in ſe inſtitutū ignorauerit Cer-
2 tum eſt aūt † eſſe citandam partē, vbi de eius tractatur præiudicio. Nec ſufficeret prima citatio ad domum in eo, qui notoriè a prouincia abeſt. Quod poſtremum ſolet apud Burgundiones in quotidiana & peculiari praxi obſeruari
3 † per quam introductum eſt, vt ſi cōtra abſentem a prouincia ſit procedendum, ſit is citandus, etiā debeat ei prior intimari citatio, & (quod aiunt) illius perſonam comprehendere. Nec huic adſcribi pōt, quare procuratorem non reliquerit, maximè in cauſis nondum cęptis: de his aūt loquor, quia preter hoc, q̄ futura diuinare nō potuerit, fortaſſe erat in animo ſtatim domum reuerti. Hæc aūt ſunt à relegatis prorſus diſtincta, & ſeparata: quia cùm hi deliquerunt, merito his impingitur, quare procuratorem non dimiſerint. Quibus tanto magis id imputatur, ne ex delicto conſequātur cōmodū: quod nequit conſiderari ſeu adaptari his, qui
4 voluntariè abſunt. Et ita cū Bartolo concludo. † Non eſſe opus reſtitutione aliqua in eo, qui voluntariè & abſq; contumacia abſens eſt: & ſnīam in eum latam nullam eſſe.

Qui verus eſt contumax, vtrum poſſit reſtitui?

SVMMARIVM.

1 *Verè & contumaciter abſens reſtitutionis auxilio non adiuuatur.*
2 *Citatus quis vt in iudicio ſeſiſtat, ſeq; non affuturum contumaciter reſpondeat, & ſi minimè iuuandum, videatur tamen vbi poſt, mutata ſententia, iudicium acceßurus, aduerſæ partis dolo, ne veniret, impeditus fuerit, reſtituendus eſt ex Authoris ſententia, l. diuus. ff. de in integ. reſt. comprobata.*
3 *Citatus ad iudiciū voce præconis, aut non bene intellecta, aut non exaudita, excuſatur, & auxilio reſtitutionis ſubleuatur.*

CAPVT CCCXLIIII.

ADfertur præterea à Bartolo quinta, & finalis abſentia, quam effingit in eo, qui contumaciter abeſt: puta, quia à nuncio citatus, ei apertè reſpondit, ſe non compariturum, per l. Fulcinius. §. fin. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſ. catur. Vult autem Bar. hunc reſti

tuendum

Source : BIU Cujas

1 tuendum non esse † quia cùm comparuisse potuerit, nec id præstiterit, visus est in prætorię maiestatis contemptum & vilipendium hoc egisse, & ita eam offendisse. Atque hic casus commodè determinari potest ex his, quæ suprà diffusissimè attigimus in illius articuli executione, Vtrum minori in delictis subueniri debeat? Velim tñ notes † si hic se iudicio non adfuturum nuncio responderit, ac postmodum, mutata sententia, ad iudicium accedens, dolo aduersæ partis, ne eò veniret, impeditus fuerit, tunc æquissimum putauero, vt ipse restituatur: ad quod habes l.diuus ff.de integrũ restitut.in qua hoc disponitur ex mente Marcelli Iurisconsulti: Diuus Antoninus Marcio Auito prætori de succurrẽdo ei, qui absens rem amiserit, in hanc rescripsit sniam: Etsi nihil facilè est ex solennibus immutandum: tamen vbi æqtas euidens id exposcit, subueniendum est. Itaque si citatus
2 non respondit, & ob hoc more solito pronunciatum est, confestim aut pro tribunali te sedentem adiit, existimari potest, non sua culpa, sed parum exaudita voce preconis de fuisse: ideoq; restitui potest. Demum adnectit textus: Nec intra has solummodo species consistit huius generis auxilium: etenim & deceptis sine sua culpa, maximè si fraus ab aduersario interuenerit, succurri oportebit: quamuis etiã de dolo malo actio competere soleat: & boni prætoris est, potius litem restituere, vt ratio, & æquitas postulabit, quã actionem famosam constituere. Hæc is textus, quem ita ad propositum allegat Bart.in illa l.fin. Sed mihi quandoq; illius textus mentem exquirenti visum fuit, id in ea lege nõ probari, ꝙ in primis non desumitur ex verbo eiusdem l.quia ibi restituitur, ꝙ credatur ab eo non bene intellecta vox præconis: & id desumitur ex verbis eiusdem §. itaque
3 † cum confestim postea ad iudicium accesserit, non sua culpa, sed parum exaudita voce preconis hunc defuisse: hoc.n. ꝙ non venerit, est planè contrarium & oppositum ei, ꝙ vocem preconis non intellexerit. Probare etiam aliorum declarationem nequeo, qui senserunt, id desumi ex sequente versic.nec intra, in eadem l.sub illis verbis: Etenim deceptis siue sua culpa, si potissimum fraus ab aduersario interuenerit, succuri oportebit. Vt idem dicant disponi debere in eo, qui mutato proposito veniens ad iudicium, impeditus ab aduersa sua parte extiterit: quasi absurdum secundũ eos non sit, ex tali generali decisione specialem hunc casũ declarari. Hoc autem, quod me ab eorum snia cogit decere, est: quia effici in vero contumace non potest, quin ipse sit in culpa, inspecto potissimum initio, vbi is responderit nuncio, se non compariturum: ita vt ille §. non videatur hęc duo exigere, & omnino requirere, tũ quòd partis culpa non interuenerit: tum ꝙ aduersarij fraus intercesserit. Ego tamen, sepositа hac disputatione, crediderim, non solum veram esse assumptam eam conclusionem, sed quæ ẽt comprobetur in ea l.diuus, in versic.nec intra. Nec officit, debere attendi principium: quia ea regula est declaranda rebus sic se habentibus, & vbi nihil esset innouatũ: vel si postmodum non successisset actus, per quem tali principio vitioso detraheretur: ita attestantibus scribentibus in l.si procuratorem dedero ff.mandati. sic non est spectandum tale initium: quia perinde est, ac si his non ita respondisset: aliàs mutatio propositi nihil operaretur. & ad hoc habes, quod in simili dicitur de eo, qui statim purgauit præcedentẽ motam, vt eius more nulla sit habenda ratio, arg.l.& si post tres pluresue dies.ff.si quis caut. Quare ex precedenti §.facio cõclusionem, Restituendum eum, qui vocatus ad iudicium, se non venturum respondit; vbi, mutata statim sententia, ad iudicium accedens, facto partis aduersæ impeditus fuit. Atque huic conclusioni hereo.

An absens causa Reipub. restituatur ad omnia commoda, quæ præsens fuisset assecutus?

SVMMARIVM.

1 *Absens Reipublicæ causa restituitur ad omnia commoda, quæ præsens assequutus fuisset.*

CAPVT CCCXLV.

REdeat nunc sermo ad articulum, quem in initio assumpsimus, quomodo lex adsit absenti causa Reipub.per restitutionem in integrum? In quo tu firmabis & figes conclusionem hanc, è qua non minus certum, quàm ex sacro tripode, feres iudicium
1 † Absentem causa Reip.esse restituendum ad omnia cõmoda, quæ presens fuisset assecutus, vt est in l. idem Iulianus. §.fin.& ibi Bart. ff.ex quibus causis maior. Vbi absens restituitur, vt assequatur legatum, quod per conditionis defectum & cessationem consecutus non fuerat. Casus eius legis est huiusce modi: Si alicui legatũ sit in annos singulos, quibus in Italia erit, ac Reipub.causa abfuerit, restituetur, vt capiat, atq; si in Italia mansisset: non enim dies actionis eximitur, vt prætoris auxilium necessarium sit, sed in causa est conditio: & ita fruitur tali legato, ac si præsens extitisset. In quo textu Bar.innestigat, ad quid tali casu restituitur? referens, sensisse quosdam, ad actionem restitui, vt per eam tale legatum habeat. Discedit tamen ab eo intellectu considerans in eam rem, quòd huic nunquam actio competerit: quia in Italia non fuerit. Senserunt & alij eum ad hoc restitui, vt pecuniam legatam habeat. Meum autem est iudicium, vanam esse hanc disputationem: nam siue actionẽ consequatur, seu pecuniam modò legato fruatur, quid de ea re est disputandum? cum si pecuniam assequatur, sat ei consultum de actione videatur: quia nihil aliud, quàm pecuniam, fuisset nactus.

Qui adfuit Reipub. causa, & defensus non fuit, est ad totam litem restituendus.

SVMMARIVM.

1 *Absens Reipublicæ causa, in lite, quam domi incompositam reliquerat, non defensus, siue litem ipsam, siue omissam, lata sententia, appellationem spectes, est restituendus.*
2 *Absens Reipub. causa tam in lucro quàm in damno restituitur.*

CAPVT CCCXLVI.

HAbes etiam in absentiæ materia regulam, hoc di-
1 sponentem † Absentem Reipub.causa, qui in lite defensus non fuit, esse ad totam litem restituendum, & admittendum, vt suis ex integro vtatur defensionibus, l.1.ff.ex quibus caus.maior. facit l.qui absentem.ff.de procurat. Quòd si in aliqua litis parte defensus foret, & omisisset appellare, haud dubiè ad prouocandum restitueretur, vt per Bart.in ea l.fin.ff.de restitut. in integrum. Quæ præfata extenduntur ad absentem causa voti, seu peregrinationis, vt is ad tempus, quo fuit absens, restitui debeat: ita testante Godofredo, titulo de restit.in integ. & per Ioannem à Prato in l.filius.§.procuratorem. ff.de procuratorib. Te tñ in id oportebit adhibere eandem distinctionem, quã supra in aliis quibusdam articulis considerauimus, vtrum procuratorem reliquisse potuerit, an non? quia si ad hoc non attenderes, possent sub hac votorum specie & imagine
2 infiniti deludi. Subuenitur † ẽt absenti causa Reipub. tam in lucro quàm in damno, vt per Barto.in l.cum quidam.in princip.ff.de acquir.hæred.quod est illius l.argu.Sed an hoc absolutè sit verũ, confugias ad examinationem articuli, quem superiore loco attingimus. Vtrum minor in lucro seu damno sit restituendus.

Ad realem seu personalem actionem restituitur absens, cum in eum talis actio præscripta est.

SVMMARIVM.

1 *Absens Reipub.causa ad præscriptam actionem, siue personalis, siue realis ea sit, restituitur: quorum vtrunq; Author exemplo declarat.*
2 *L.si quid.C.de restit.milit. verior intellectus.*

CAPVT CCCXLVII.

1 AD † præscriptam in eum actionem restituitur, qui absens est causa Reipub. siue de reali siue de personali actione tractetur. Personalis autem actionis hoc exemplum desumi potest, si absenti competeret redhibitoria, aut quanti minoris actio, quæ tolluntur tempore, & ab his exciderit, quia eas intentarit. De reali res
2 tam aperta est, vt alia non egeat declaratione. Ad hęc † aũt conducit l.si quid.C.de restit.milit.vbi textus habet. Si quid de bonis absentis sit diminutum, talis diminutio ad vtranq; refertur actionem. Castrensis tñ in eadem l.visus est oppositum sensisse: qui docet, illa verba, Diminutum, bona respicere: edictum verò de minoribus, ad personam referri: vt in l.ait prætor.in princip.ff.de minoribus. & ita illam legem nihil

Source : BIU Cujas

nihil ad restitutionis materiam conducere. Quæ quàm absurda sit interpretatio, re ipsa doceo. Nam etsi admiseris, ibi de bonorum diminutione tractari, non sequitur, si in bonis læsus sit absens, quin sit restituendus, cùm etiam ex eadem causa minori lex subueniat. Et hoc tam est indubitatum, vt alia comprobatione non egeat. Atque ex his facilè respondebitur ad id, quod Castrensis in suam sententiam considerat, edictum de minoribus personam inspicere: hoc enim admitto: sed qui negem consequentiam: ergo cum de bonis agitur, debet cessare restitutio. Quā si probares, planè eneruarentur & confunderentur restitutionis in integrum regulæ: hoc præcipuè disponentes, minori & maiori læsis ex cā succurri per restitutionem. Sic edictum introspicit personam: quia necesse est aliquem esse, qui damnum patiatur; & ita res ipsa cum persona attenditur. Vt maneat per hæc firmata conclusio, maiorem, qui absens est causa Reipub. siue de personali, siue de reali actione tractetur, restituendum in integrum.

Qui Reipub. causa absunt, primum non secundum decretum patiuntur.

SVMMARIVM.

1 *Absentes siue Reipub. siue alia de causa, dummodo non latitent, secundo decreto non onerantur.*
2 *Decretum secundum non interponitur, nisi præcesserit debitoris latitatio.*

CAPVT CCCXLVIII.

1 ABsentes † Reipub. causa patiuntur primum, non autem secundum decretum: ad quod facit l. ignorare. C. de restit. milit. Cuius ratio est; quia † non
2 interponitur ſm decretum, nisi præcesserit debitoris latitatio, vt in l. Fulcinius, §. j. ff. ex quib. cau. maio. Sed qui absens est, latitare nequit. Quæ determinatio de se tā vera est, vt procedat indifferenter in omni absente, siue Reipub. causa absit, siue non: cùm si non latitet, spectandum non sit aliquod absentiæ priuilegium. Atq; hæc est cōior & magis recepta opinio. Ad hæc memini accidisse sequens in praxi exemplum. Intentauerat quidam apud Baliuum Dolanum aduersus nobilem quēdam subhastationis bonorū litem, quā in ea prouincia Burgunda depingunt alio nomine, decretum. Erant autem bona, quæ sic subhastabantur, in Dolano territorio sita, & censu annuo affecta illi nobili: qui dum lis instrueretur, habitabat in balliuatu superiori apud Burgūdos, quæ est iurisdictio distincta & separata à iurisdictione Balliuij Dolani: ambo tñ sunt in eadem prouincia, vt iam suprà alio loco attigi. Tandem aūt fuit lata sīa, & partes se decreto opposuerant, qđ aiunt in ea praxi, collocatę: is autem nobilis eius litis insçius, nihil iuris sui interim deduxit, qui demum sciens litis progressum, ne à censu suo excideret, supplicauit apud Senatū Dolanū, vt non obstante sententia sic pronunciata, ipse censum antiquum assequeretur, ac vt fundus qui eo censu affectus erat, tali cē su grauatus declaretur: proponens ad hęc, ꝙ is litē ignorasset. Ignorantiā aūt ex eo confirmabat, ꝙ tales balliuatus essent distinctæ iurisdictionis, & vnus longè ab alio semotus: quare non tam esse sibi adscribendū, ac si in loco, in quo instruebatur lis, aut aliàs in eodem Dolano balliuatu morā traxisset. Ponderabatur & aliud, ꝙ huic non posset impingi eum latitasse, admissa potissimum ignorantia: quia latitatio præsupponit dolosam scientiam. Et cū in eo nullus videretur iudicis contemptus, abessent deniq; fraus & dolus, in eam restitutionem tandem condescendit Senatus Dolanus: sed hac lege, primùm præstito ab hoc iuramento, ꝙ in eam vsq; diem nesciuisset talem litem motam, nec aliquid ad eius aures ante latam sententiam aduenisset: & cum his qualitatibus debere ita restitui, vt sui iuris & census debiti deductionem per scripturas (vt est ibi moris) proponeret, suosq; exhiberet titulos, per quos de censu sibi debito edoceret: quarum scripturarum illius partes aduersæ exemplum haberent: vt tandem responsione ad eas facta, si nihil legitimum afferretur, quod eius intentionem eneruaret, & docto de censu, collocaretur pro eo censu, ac declararetur fundus censu tali affectus. Hoc autem exemplum est vtilissimum: etsi fateatur, non omnino conuenire materię secundi decreti, vt in Iure secundum decretum assumitur. Sed cum aliquam inter se affinitatem habeant, ac eas lis nominetur decretum bonorum, probaui hoc loco inserendū casum præscriptum.

Contra fiscum restituitur, qui abest Reipub. causa.

SVMMARIVM.

1 *Absens Reipubl. causa siue maior siue minor sit, contra fiscum restituitur.*

CAPVT CCCXLIX.

1 ITiam † aduersus fiscum is, qui absens est Reip. causa, est restituendus, l. neque. C. de restitutio. milit. loquitur autem textus in præscriptione quadriennij. Velim tamen scias, latè quadriēnium in absentem currere, in minorem verò annis secus. Sed in hoc accedunt maior & minor, vt vterque contra fiscum restituatur. Hoc tamen de minore mei non est propositi, iam pressius excutere: cum quæ in hanc rem videbantur contraria & opposita, diffusè suprà attigerimus, vbi examinauimus casum alium, Vtrùm minor cōtra fiscum restitui possit.

An contra commissam negligentiam restituatur, qui maior est?

SVMMARIVM.

1 *Restitutio aduersus venditionem iustæ absentiæ tempore factam conceditur.*
2 *Absentia militię causa iustissima, cæterisq; fauorabilior habetur.*
3 *Militi venditionem retractare, & suas possessiones oblato precio recipere permissum est.*

CAPVT CCCL.

1 ADuersus † venditionem factam ob commissam negligentiam tempore iustæ absentiæ imploratur restitutio, vt est in l. si cum militaribus. C. de rest. militum. quæ lex plurimum arridet decisioni eius casus, quem iamiā prēmisi in decreti seu subhastationis bonorum materia. Proponere tamen poterit ingeniosus lector, eā l. si cum militaribus, loqui in eo,
2 qui erat absens militæ causa † quæ absentia videtur iustissima, imò est fauorabilior & longè prægnantior, quā sit ea illius nobilis, qui non militabat, sed in ea degebat prouincia. Quæ consideratio me hercule nō omnino est absurda, imò potius concludens: ad quod tñ velim ita respōdeatur, vtrāque absentiam probabilem esse: & cum tales iudicentur, non absona est vnius ad aliam argumētatio seu illatio. quā re sic dici poterit, vt absenti ob militiam subuenitur, sic & in simili tali, qui à balliuatu Dolano aberat. Præterea non tam ei succurritur ob solā absentiam, quàm ꝙ ignorasset litē motam. Et mihi plurimum facere in eam rē videtur l. illa, si cū militaribus. in qua † vt militi permittitur vēditionē
3 retractare, & vt is pretio oblato suas possessiones recipiat: ita & huic nobili ꝓcedetur de suo censu docere: & si eum sibi cōpetere demonstrarit, fundus, qui censu grauatus est, declarabitur ad id hypothecatus & affectus: quod is per restitutionem in integrum assequetur.

Recensentur hoc capite infiniti casus, quibus quis abesse dicitur Reipub. causa.

SVMMARIVM.

1 *Profectus ab vrbe licèt prouincia nondum excesserit, Reipublicæ tamē causa absens esse præsumitur.*
2 *Abfuturus Reipublicæ causa, itinere iam suscepto, reputatur in eo mox esse loco, quo profecturus erat.*
3 *Excedens vrbe, tandiu Reipub. causa abesse putatur, donec ad eam reuertatur.*
4 *Fisci patronus etiam inter eos cōnumeratur, qui ex generali absentiæ clausula adiuuari solent.*
5 *Missi vt aut militem ducant, aut reducant, aut etiam delectus agant, Reipub. causa abesse præsumuntur.*
6 *Missi congratulatum alicui principi, Reipublicæ gratia dicuntur abesse, vna cum alijs in textu enumeratis.*
7 *Reipublicę causa ij soli abesse intelliguntur, qui non sui commodi causa, sed coacti absunt.*
8 *Reipublicæ causa tamdiu quis abesse censetur, quamdiu officio alicui præest: quo defunctus, iam non amplius priuilegio absentis Reipub. causa gaudet.*

CAPVT

Source : BIU Cujas

CAPVT CCCLI.

1 ABesse † Reipub. causa intelligitur, qui ab vrbe est profectus, licèt nondum prouinciam excesserit, vt in l.abesse.ff.ex quibus causis maior. Cuius legis hæc est ratio † quia cùm ei sit animus a prouincia abesse, seque itineri commiserit, reputatur (iure ad ita fingente) iam in eo loco esse ad quē est profecturus: qa vbi est animus, ibi sit & corpus, vt in l quæsitum. ff.de lega.
3 iij. Preterea in eadē l.abesse.adiicitur. Sed † & qui vrbem excessit, donec ad eam reuertatur, abesse Reipub. causa intelligitur. Et hoc ad Proconsules, eorum legatos, & ad eos, qui prouinciis presunt, procuratores ve principū, qui in prouinciis degunt, pertinet: immò & ad tribunos militum & præfectos, ac comites legatorū, qui ad ęrarium delati sunt, aut
4 in commentarium principis relati. Inter † eos ēt, qui ex generali clausula adiuuantur, & patronus fisci cōnumeratur.
5 Qui † denique sunt missi, vt milites ducerent, aut reduce-
6 rent, aut legendi curam gererent, Reip. causa absunt † ij præterea, qui missi sunt ad gratulandum principi. Itē procurator Cæsaris, non solum cui rerum prouinciæ cuiusq; procuratio mandata erit, sed & is cui rerum principis, quāuis omnium. Itaque plures ibi diuersarum rerū procuratores Reipub. causa censentur abesse. Præfectus quoque Aegypti abest causa Reip. Quæsitum est & de eo, qui ad compescendos malos homines missus est, an abesse Reip. causa dicatur: & placuit abesse. Item qui Reipub. causa Romam est profectus, abesse causa Reipub. videtur. Sed & si ipse Reipub. causa extra patriam suam sit profectus, etiam si per vrbem iter ei competebat, Reipub. causa abest. Similiter qui ex prouincia: vt primùm aut sua domo profectus est, aut cum in eadem degit prouincia Reipub. administrandæ causa, simul atque agere Rempub. cępit, ad absentis similitudinem habet: & dum ea in castra ac redeat miles, Reipublicæ causa abest
7 † Rei autem publicæ causa ij soli abesse intelliguntur, qui
8 non sui commodi causa, sed coacti absunt. Et † tamdiu Rei pub. causa quis abesse intelligitur, quamdiu officio alicui præest. Quòd si finitum fuerit officium, iam desinit abesse Reipubl. causa. Sed ad reuertendum illi, qui ita abest, tempora computantur: ea potissimum, quibus in vrbem reuerti potuit: & erit moderatum, ei dare tempora, quæ lex reuertentibus præstituit. Quare si quid suæ rei causa excesserit, non dubitamus, id tempus ei non proficere: habitaq; dinumeratione temporis, quo potuit reuerti statim dicemus desiisse Reipub. causa abesse. Planè si infimitate impeditus continuare iter non potuit, habebitur ratio humanitatis: sicuti haberi solet & nauigationis & hyemis, ac cæterorum casuum contingentium. Quæ omnia tu tractata reperies in l.abesse. cum sex seu octo ll. quæ sequuntur. ff. ex quibus caus. maio. ex quibus facilè liquet, quando quis dicatur abesse Reipub. causa.

Absens Reipub. causa non restituitur, si dimisso procuratore non fuerit ab eo defensus.

SVMMARIVM.

1 *Abfuturus Reipublicæ causa, relicto ad se defendendum procuratore, restitutionem expetens non admittitur.*
2 *L. is qui Reipub. causa. ff. ex quibus caus. maior. & l. sed & si per prætorem. §. hæc clausula. ff. eo. glossatores ad eas leges interpretatione explosa, ab Authore conciliantur.*
3 *Abfuturus Reipub. causa, relicto minus idoneo, aut fideli procuratore non quidem restitutionem impetrat, sed tamen in procuratorem talem regressum habet.*

CAPVT CCCLII.

1 QVi † Reipub. causa erat abfuturus, si procuratorē reliquerit, per quem potuerit defendi: volens in integrum restitui, non audietur l. is qui Reipub. causa. ff. ex quibus causis maior. Sed ei conclusioni obesse videtur, l. sed & si per prætorem. §. hæc clausula. ff. eo. titulo, in qua disponitur, sæpissimè constitutum, hunc esse adiuuandum, siue is procuratorem dimittere potuerit,
2 siue non † Quarum ll. concordiam glo. eo loco examinās, docet, q̄ in illa l. is qui, procurator soluendo esset, & ita posset actione mancati conueniri. sic restitutionem cessare: quæ non ab re conceditur in ea l. sed & si quia is soluendo non esset. ad quod facit l. fin. ff. de eo per quem factum erit. Sed ea solutio mihi non applaudit, nec quouis modo satis facit: quia vis difficultatis in hoc potissimū consistit, quòd textus dicat restituendum, siue procuratorem, siue non, dimiserit, quasi ex diametro pugnet ei, quod alio textu disponebatur, p̄curatore ab eo dimisso debere cessare restitutionem: vt attendi non debeat, an sit, qui procurator est, soluē do, vel non soluendo ad quod id rex. noluit se principaliter referre, quo fit, vt mihi magis placeat, vt dicatur in ea l. is q̄ meritò cessare restitutionem, quia reliquerit talis absens p̄ curatorem, per quem defenderetur: qui cùm id non præsti-
3 terit, æquum est † non esse huic absenti subueniendum per restitutionem in integrum, quia sit ei in talem procuratorem regressus, ob susceptum ab eo mandatum. Cessat aūt ideo restitutio, q̄ ei sit imputandum, cur tam supinum p̄curatorem delegerit: tum q̄ ei ordinaria via optimè consultum agnoscatur.

Si quis sui præsentiam non fecerit, ita vt fuerit actio extincta, restituetur aduersarius hoc expostulans.

SVMMARIVM.

1 *Aduersarius eius, qui sui præsentiam non fecerit, actione ob id extincta, restitutionem impetrat, si eam imploret.*

CAPVT CCCLIII.

1 SEd † & si quis sui præsentiam non faciat, ita vt actio extincta fuerit, subuenitur aduersario per restitutionem in integrum, etiam si is maior sit. ad quod facit l. sed & eos. ff. ex quibus caus. maio. vbi edictum de maioribus etiā ad eos pertinet, qui qualibet tergiuersatione & solertia efficiunt, ne cum ipsis agi possit, quod quidem simili modo ad eum pertinet, etiam qui non frustrandi gratia id ageret: sed quia rerum amplitudine distringeretur: vt solet passim in mercatoribus accidere, quos necessariò oportet freta & terras transcurrere, & penè continuò vagari. Nam cùm non possit cum ipsis sic absentibus agi, æquum visum fuit aduersarijs, per eam absentiam læsis succurrendum esse, vt est in ea l. sed & eos.

Si per iudicis dilationem sit factum, vt eximatur actio, dabitur restitutio.

SVMMARIVM.

1 *Actio si vel per iudicis dilationem eximatur, vel magistratus haberi copia non possit, restitutionis auxilium imploranti nequicquam denegandum videtur.*
2 *Actione post causam cognitam denegata, restitutionis beneficio non gaudet, qui eam expetit.*
3 *Actionis exemptio magistratui imputari solet, si per gratiam aut sordes, ius non dixerit.*
4 *Actio exempta quomodo intelligenda sit?*
5 *Delinquentibus Prætor auxilio suo subuenire non tenetur.*

CAPVT CCCLIIII.

1 AIt Prætor, si † per iudicis dilationem factum est, vt eximatur actio, fiet restitutio Sed & si magistratus copia non fuit, Labeo ait faciendam restitutionem. Per magistratum autē factum est, si ius non dixit † alioquin si causa cognita actionem denegauit, cessat restitutio, d.l. sed & eos. eodem titulo. quam memini quod ad hoc postremum exemplum attinet, in praxi deductam, & apud Senatum Burgundum simile accidisse. Nam cùm niteretur quidam rem, à proximo venditam, retrahere iuxta consuetudinem illius prouincię, nec posset partem, quæ tunc latitabat, reperire, confugit ad iudicem loci, coram eo consignaturus & depositurus pecuniam: qui tamen iudex (nescitur, quo spiritu aut opinione ductus) distulit eius nobilis querimoniā audire, & ei id imploranti consulere, ita vt interim penè lapsus fuerit annus ad retrahendum præstitutus, & cuius effluxio omnino immineret, Cùm itaq; hic iudicem adiisset, & partis latitantis insidias detegeret, ita vt peteret hac causa se restitui, & ad nouam consignationē pecuniæ admitti: (ea enim restitutio erat omnino necessaria: quia annus iam penè effluxisset, intra quem erat reddenda pecunia: utitur enim hoc termino, retrahere, statutum: quod verbum est cum effectu intelligendū, ita vt sine restitutione in integrum, esset malè fundata illius nobilis intentio, maxime ob partis latitationem, de qua sufficienter patuit) & iudicis copiam assequi nequiuisset: ex his causis tunc concessa fuit restitutio in integrum.
3 † Nam per magistratum factum vī, si per gratiam aut sordes is ius non dixerit. Idem ēt si per partē id sit actū, vt dū litiga-
4 tur, effecerit, ne secū ageretur. Et † actio exēpta sic erit accipiēda, si sine dolo malo desijt agere: vt si dolus interuenerit

ci

Source : BIU Cujas

5 ei nō ſuccurratur † ipſis.n. delinquētibus nō ſubuenit ptor. Quæ pfata oīa deſumunt ex l. ſed & ſi p ptorem, pallegatā.

Si iudex præfixerit maiori terminum, intra quem agat, idq; tempus exciderit, dabitur num de nouo reſtitutio, vt denuo agat?

SVMMARIVM.

1 *Maior ſi terminum ad agendum à iudice præfixum neglexerit, aut auxilio reſtitutionis iam non amplius adiuuandus eſſe videtur ſecundùm quoſdam.*
2 *Dilationis a iudice conceſſa breuitas, & iuſtum impedimentum ſuperueniens, reſtitutionis viam omnino intercludunt, etiamſi terminus ad agendum propoſitus effluxerit.*
3 *In re magni momenti non videtur iniqua noui temporis præfixio.*
4 *Iuriſdictio quando denegata dicatur?*
5 *Contumacia eorum, qui ius dicenti non obtemperant, litis damno coerceri ſolent, hoc eſt, omnes eorum querelæ reijciuntur ſecundum gloſſæ interpretationem ad §. ſed etſi. l. ſed etſi prætor. ff. ex quibus cauſis maior. quam tamen Author reprobat.*

CAPVT CCCLV.

1 QVid † ſi iudex præfixerit maiori ann. terminum, intra quem agat, & actionem, quam ſe in tertium habere iactauit, intētet, iuxta l. diffamari. C. de in ge. manu. cæterum exciderit tempus, antequā hic iudicium inſtituiſſet: an num poterit reſtitui, vt denuo agat, vbi maximè ab eo allegaretur breuem fuiſſe dilationē: Sunt autem, à quibus eſt exiſtimatum, abnegandam reſtitutionem, per l. ſed etſi per præt. in §. ſed & ſi dum decreto. vbi pro regula hoc proponitur. Etſi dum decreto non obtemperat, prætor iuriſdictionem ſuam ei denegauerit, non eſſe reſtituendum Labeo ſcribit: idemq; ſi ex iuſta alia cauſa nō fuerit ab eo auditus. quaſi is textus docere videatur, cùm non ſit ab iſto iudici obtemperatum, denegandam ei reſti-
2 tutionem. Ego verò ſentio, ſi † cum breuitate dilationis hic proponeret, ſe iuſtè fuiſſe impeditum, & impedimentum aliquod poſtmodum ſuperueniſſe, quare nō potuerit actionem ſuam intentare: tunc eſſe tali caſu reſtituendum: & hoc nullam habet difficultatem, quæ principaliter in eo cōſiſtit, an ſit reſtituendus, ſi nullam aliam cām alleget, quàm quòd breuis terminus eſſet ei præſtitutus. In quo ego ſentio, ſi rigorem iuris attenderis, abnegandam reſtitutionē: quia ſit huic admodum imputabile, cur ſaltem ante temporis lapſum ad iudicem pro temporis prorogatione non confugerit, non autem expectarit, donec excidiſſet. Ponderantur etiam verba preſcripta, & ei præter ſuam denegauerit iuriſdictionem. Nam hoc caſu videtur cum eo actum quia vbi præſtituitur terminus, intra quem agere debeat, ſō let ita ei iniungi, vt ſi durante tali tempore non ſatisfaciat, a ſua excidat actione: vt poſtmodum Prętor ei ſuam iuriſdictionem abnegare videatur: eſſet tñ in manu eius iudicis, ad quem pro reſtitutione confugitur, hoc penſare & excutere, an num de re, quæ magni ſit momenti, tractetur: demum facultates huius expendere, & ita animaduertere, an ſi in tali actionis intentatione priuaretur, id in ſummū eius
3 incommodum cederet. † Qui ſi agnoſceret de magno tractari præiudicio, certè ſatis æqua videretur noua temporis p fixio, nec tam iuris rigori inhærendum. Atque hoc a me verius & ſanius iudicatur: velim tamen conſideres id vnum, quod iamiam declarauimus, qui verſati in inductione eius l. ſed etſi per prętorem. prediximus, ſatis denegatam à iudice ſuam iuriſdōnem in prefixione termini, & ita eam ad legē id facere. In quo non omnino quieſcit animus: qui putē, illa verba denegatę iuriſdictionis, aliter & diuerſo ſenſu in
4 terpretanda eſſe † & tunc dici denegatam iuriſdictionē, vbi hic prætoris præcepto neglecto denuo ad iudicem aduolaſſet, qui tamen eius petitionem repulliſſet, quod in preſcripto caſu nō eſt conſiderabile, q̄ huic fuiſſet ſemel iniunctū ſuam actionem intentare, nec poſt lapſum tempus aliquid à iudice ſit declaratum, quòd ab actione ſua excidiſſet, qđ tamen eſſet neceſſarium: vt nihil ad hoc propoſitum conducat ea l. ſed etſi per prætorem ſed quę potius confirmet illam meā ſententiam, vt cum nulla præſcripto caſu ſit abnegata iuriſdictio, & hoc ante declarationē à iudice factam, qđ a ſua actione excidiſſet, & ad eū pro noua dilatione confugiat, videatur conſequenter ex æquo & bono reſtituendus, concurrentib. in eā rem illis, quas præmiſimus, qualitatib. Ad hæc cupio notes, quod docet gl. in d. §. ſed etſi. quod eſt, ſi decreuiſſet iudex aduerſario rem reſtitui, nec fecerit, poterit tunc ob illum contemptum ei ſuam abnegare iuriſdictionem, & ita efficere, vt poſtmodū in cauſis, quas ſit ſu ſcitaturus, non ſit eū auditurus. Quam interpretationē aſſerit deſumi ex l. contumacia. ff. de re iud. in qua Hermogenia
5 nus Iureconſultus ſcribit † contumaciam eorum, qui ius dicenti non obtemperarunt, litis damno coerceri: ſic interpretāte gl. ea verba, litis damno coerceri, vt ſint omnes eius querelæ reiiciendę. Quod interpretamentum ego probare non poſſum: qui exiſtimē, ſenſum aliū ea verba recipere, contumacē litis dāno coerceri, quia condēnatur non cōparens in id, quod pars eius aduerſa expoſtulat, qđ planè deſumit ex cōibus Iuris regulis, nec aliquid illa verba deſignant eius, quod docet glo. vt à cauſis cęptis debeat repelli: qui tñ non abnegem, aut improbē eū modum, vt contumacis & inobedientis querelas reiiciat iudex, argu. l. qui reſtituere. ff. de rei vendication. quaſi ſatis ſæuiri in improbos, & tales nihili homine non poſſit. Sic reſtituetur in caſu aſſumpti thematis, qui maior eſt, vbi acceſſiſſet impedimētum, qđ iuſtū eſt: immo ēt ceſſante impedimento, modo adſit iuſta cauſa.

Si feriæ ſint indictæ extra ordinem, nec ius magiſtratus dixerit, an num eius temporis feriati ratio habebitur.

SVMMARIVM.

1 *Feriarum ſolennium in reſtitutione vel concedenda vel deneganda licèt nulla habeatur ratio: tamen in his, quæ extra ordinem indicuntur, diuerſum eſſe ſtatuendum Caſſius cenſuit.*

CAPVT CCCLVI.

SI feriæ extra ordinem indictę ſint, puta ob res proſpere geſtas, vel in honorem Principis, & propterea magiſtratus ius non dixerit. † Caius Caſſius nominatim edicebat, reſtitutum ſe, quia per prætorē videbatur factum: ſolennium enim feriarū rōnem haberi non debere, quia proſpicere eas actor potuerit & debuerit, ne in eas incideret. & ita Celſus lib. 10. Digeſtorum ſcribit, quę annotantur in ea l. ſed & ſi per prętorem: è qua deſumuntur infinita, potiſſimū notabilis caſus ad reſtitutionem in integrum ſpectans: qui referri poteſt ad iudiciales dilationes, quę paſſim in litibus conceduntur, ſi maximè prima dilatio expirauerit, nec dum ea penderet, aliquot teſtes examinandos curauerit, ita vt ſit ad ſecundam dilationem ventū: atq; interim, dum hęc ſecunda dilatio curreret, ſuperuenirent feriæ repētinę, ita vt iudex ius non dixerit: etiam ſi ego impeditus fuero, ne meo ſatisfacerē teſtimonio: certè hac feriarum occaſione conſequar reſtitutionem ex clauſula generali, Si qua mihi iuſta cauſa videbitur, vt aliam nouā dilationem habeam.

Vbi militi accuſatio competebat, tempus quo is Reip. operam dabat, ſubducitur à tempore proponendæ accuſationis.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatio militi tum temporis cum Reip. operam daret competens non perimitur.*

CAPVT CCCLVII.

1 SIqua † militi accuſatio competebat tunc, cum Reip. daret operā, nō perimetur accuſatio. Effinge exemplum in accuſatione legis Iulię de adul. in qua vſq; ad dies 40. eſt maritus priuilegiatus: haud dubiè non current in eū tales dies, dum Reipu. cauſa aberit. l. ob commiſſa. & l. ſi quōdam C. ad l. Iuliam. de adul. quæ deſumuntur ex l. ſi qua militi. ff. ex quib. cauſ.

Qui abeſt cauſa Reip. ſi in re aliqua ſit læſus, in qua ēt ſi abſens non fuiſſet, damnum paſſurus erat, non reſtituitur.

SVMMARIVM.

1 *Abſens Reipub. cauſa læſus in re aliqua, qua præſens etiam damnum facturus erat, beneficio reſtitutionis non gaudet.*

CAPVT CCCLVIII.

1 ITem † qui cauſa Reip. abeſt, in aliqua re læſus, nō reſtituitur, in qua, etiamſi Reip. cā non abeſſet, dānum paſſurus erat. Exēpli gratia. Si prius quā ſe abſentaret, proteſtatus eſſet, ſe non acturum ꝯ rē ſuā poſſidentē, & interim exciderit ab interdicto poſſeſſorio, recuperādæ, retinēdæ, ſeu adipiſcēdæ, nō reſtituit, vt eo inter-

interdicto postmodum vtatur: aliàs nihil operaretur talis precedens declaratio, per quã, quod erat sui animi & intẽtionis, expressisse visus sit. Aut effinge exemplum in alluuionis damno, quod etiam accidisset, si presens is fuisset, vt est in l.ergo.§.alluuio.ff.de acq.rer.dom. Si ẽt seruus aut libertus natalibus restituti fuerint: nam potest is actus explicari, eo etiam irrequisito, l.quæris.ff.de nata.restit. ita vt per absentiam in eo læsus nullo modo censeatur.

Absens non restituitur, vbi præsens negligens fuisset.

SVMMARIVM.

1 *Verbum Credo, suanatura anceps & dubium est.*
2 *Secretorum interiorum efficax iudicium & argumentum ab exteriorib⁹ sumi potest.*
3 *Qui se ad iter præparat, abesse videtur, & quod de absentib. statuitur intelligitur ẽt de eo tempore, quo se vt abesset, præparauit.*

CAPVT CCCLIX.

EOdem modo absens læsus non restituitur, si p̃sens negligens fuisset, l.antep. ff.ex quib. caus. maio. per Bar. in l.ab hostib. §.sed quod simpliciter.ff.eo.tit. in qua l. antepen. prius thema in expressis proponitur terminis: cuius exemplũ est ẽt considerabile in bonorum suorum publicatione, vt est, vbi cùm primum absens esset, deliquisset, ac præsens eam dẽ bonorum publicationem passus esset. Hoc aũt quod de protestatione, aut animi declaratione ab absente facta suprà expressimus, glos. in ea l. is qui, dicit etiam procedere, vbi is solùm dixisset, se credere, q̃ agere nollet: declarans, verba hæc, se credere, eundem & parem effectum producere, qualem expressa protestatio. In quo ego nõ possum glo. sententiam probare, cum ea verba, Se credere, non importent plenam, liberam & absolutam voluntatis expressionẽ
1 seu declarationem. Est † enim tale verbum Credo, sua natura anceps & dubiũ, vt per Doc. in Rub.ff.si cer. pet. Et iste sic incertè locutus mutasse propositum potuit, ita vt ei sub obscurus ille sermo haud obesse debeat, cum maximè desideretur certa voluntatis declaratio, vbi actus est tanti præiudicij. Quare putauerim, esse a gl. in eo deficiendum, & priori hærendũ exẽplo. Præterea, vt iã audisti, allegata fuit ea l.antep. ad aliud, quod est, Absentem læsum non restitui, si præsens negligens fuisset. Ad id aũt eam considerauit Bertachinus in suo Repertorio, sub verb. Restitutio, vbi is absentis cã Reipub. materiã disquirit. Sed in nullo mihi videtur cõuenire ea l. ad tale propositum, saltẽ vt id ex verbis illis inferatur: quia damnũ erat passurus. Nam ẽt si præsens negligens fuisset, potuisset tñ ex causa restitui, vbi non esset crassa aut supina negligentia: Præterea, quo sciri potest, quòd is præsens neglexisset? Ad quod non video, quid possit responderi, nisi dixeris, q̃ hic prius, quã abesset apertè dixisset,
2 se eam rem neglecturum. Ex his † enim exteriorib. sumi potest indiciũ & efficax argũmentum secretorum interiorũ,
3 arg. §. gallina. Insti. de rer. diuis. Dicitur † ẽt id modicũ tp̃s, quoquis se, vt absit, præparat, & sarcinulas cõponit, vt est in l.ab hostib. §. sed quod simpliciter. ff.ex quib. cau. in illis verbis: Sed ita demum, si intra modicum tempus, postquã rediit, i.dum hospitium quis conducit, sarcinulas cõponit, quærit aduocatum, & ex eo disponitur, q̃ vbicunq; aliquid de absentib. statuitur, intelligitur ẽt de eo tpe, quo se, vt abesset, præparauit: quia tunc præsumitur abfuisse. Quæ omnia sunt quotidiana & peculiaria. necnon in communi praxi vsitatissima.

Miles absens ex probabili & necessaria causa, si in bonorum possessione delata læsus sit, quia eam non agnouit, transmittit ad hæredem beneficium restitutionis in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Miles in delata bonorum possessione læsus, poterit & ipse, dum viuit, restitui: & si nõ petita restitõne decedat, ad hæredẽ restitõnẽ trãsmittere*

CAPVT CCCLX.

1 ADnotabis † & aliud in milite absente, q̃ si, dum abesset, sit per absentiam probabilem & necessariã circa bonorum possessionem læsus, transmittit ad hæredem restitutionis beneficium: & ita si intra tempus a lege præstitutum bonorum possessionem nõ petierit, poterit dum is viuit restitui, q̃ si non petita restitõne decedat, transmittet ad heredem restitõnẽ, qui est casus l.si Valerianus. C.de resti milit. Poterit autem hic casus commodè adaptari explicationi l.Pantonius ff.de acq. hær. in cuius extricatione sumus superiore loco diffusè admodum versati. Et hæc satis superq; de absentib. cã Reipub. Quorũ veritatem si quis volet amplius assequi, confugiat ad locos ordinarios & cões, in quib. agnoscet eã materiã fusissimè tractatã. Hoc ẽt plusquã satis de militib. ac qñ & qũo restitui debeant: vt iã superst recto tramite attingere, quæ ad maiorem annis spectant: in quo suprà præmissimus inconcussam & indubitatam regulam, succurri per restitutionem maiori annis ex causa: vt est in ea l.sed & si per prætorem. Vt aũt istud emunctius intelligas, referam ego sigillatim aliquot exempla ex praxi deducta & delibata, ac quid in eis a præstantissimo Dolano Senatu terminatum quandoq; fuerit.

Aduersus actum qui nullus est non conceditur restitutio in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Vitiosum ab initio quod est, illud temporis tractu conualescere nequit.*
2 *Restitutio non conceditur, nisi præexistat res, è qua deducatur fundamentum & actus subsistentia.*

CAPVT CCCLXI.

OBlata est quandoque, me presente, Senatui Dolano supplicatio, per quam à supplicante narrabatur, q̃ mater, tunc filiorum suorum, qui pupilli erant, tutrix, horũ nomine litem, quam is supplicans intentauerat, defendendã susceperat: prætendens, ius esse in ea re pupillis: in qua lite fuerat vsq; ad tertiã (quã vocant) dilationem processum. Sed interim dum prior dilatio curreret, mortuus est alter ex pupillis collitigantibus. idque sciẽte matrẽ: quę nihilominus in litis prosecutione, tanquam rea, vsq; ad eam tertiam dilationẽ perseuerauit. Cæterum vbi supplicans, qui vice actoris fungebatur, obtenta iam tertia dilatione sciret, pupillum vita functum: ac vereretur, ne quod actũ fuerat a prima dilatione vsq, ad eã tertiam, nullũ esset: quia processum esset in pupillum mortuũ, nec immutata qualitate litis, implorauit ab eodem Senatu, vt ab eo validaretur processus factus a morte pupilli vsq; ad eam tertiam dilationẽ, a qua solum tunc is cęperat mortis habere notitiam, & sibi via restitutionis subueniretur ex clausula generali, Si qua mihi iusta causa videbitur: inter cęteras iustas causas proponens, q̃ illius pupilli mortem ignorasset, quam si sciuisset, ipse sibi aliter cõsuluisset. Afferebatur & aliud debere omnino matri imputari, quæ eam non reuelasset mortem: immo subdolè, & malitiosè hanc subticuisset, non alia causa, nisi vt hic expensis grauaretur, & vt acta processus nulla essent: cuius matris dolus tã to magis deprehendebatur, q̃ à pupilli morte semper in ea lite comparuisset cum ea qualitate, cũ qua primũ iudicio affuerat, q̃ erat ẽt illius pupilli nomine, quem tamen sciebat esse mortuum: vt ex his manifesta eius non solum detegeretur, immo conuinceretur iniquitas. Prolatum est tñ à Senatu, hunc restituendum nõ esse: quia impossibile esset, validari ea acta iudicij per restitutionem in integrum, cùm
1 omnino nulla essent. Qđ † enim vitiosum est ab initio tẽporis tractu nequit conualescere. l.quæ ab initio. ff. de reg. iur. Præterea non conceditur restitutio, nisi præexistat res, e qua deducatur fundamẽtum, & actus subsistentia. Quod ipsi sanè suprà docuimus, vbi excussimus eam conclusionẽ
2 † cùm nullus est actus, non esse restitutione in integrum opus. Nam in confesso est, frustra contra talẽ mortuũ fuisse processum: imò si ad Iuris rigorem animum deflexeris, intelliges, debuisse hunc supplicantem, qui actor erat, omnib. viis & modis sibi prospicere, & ita vigilare, ne eius processus vanus & eluforius efficeretur: quæ ratio planè subducit opositam aliam iamiam consideratam, quòd matri sit ascribendum, quare mortem non declarasset. Nam cùm rea esset, sit autem reorum fugere, & se omnibus modis obuelare, vt aduersam partem contunderet, videtur satis ab ea consultè actum, si quod in aduersarij damnum tendebat, non detexerit, imò sibi ita prospexerit. Sunt enim hę reorũ partes, sic cum actorib. agere, vt hos omnib. viis eliminent, ac prorsus explodant agentium intentiones, & cum eis tã vafrè callidè & versutè negotientur, ut à causa excidant. Sic debuerat supplicans non solum eius pupilli mortem inuestigare, sed & ea cognita, nouã litis qualitatẽ adstruere, & cũ reliquis pupillis hoc modo agere, vt ab his declararetur, an

defuncti

defuncti fratris essent hæredes, ac pro qua portione: vt his omnibus ritè & adamussim pensatis, Senatus Dolanus illius supplicationem apertis velis reiecerit, quia non lubesset causa iusta, quare deberet is restitui.

Restituitur maior, qui ob paupertatem appellationem non est prosecutus.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas causa iustissima restitutionis ad exercendam appellationē.*

CAPVT CCCLXII.

Maiore annis propositum memini, quòd is appellationem, quam emisisset ob summam inopiam & extremam paupertatem, qua tūc diuexabatur, non fuisset prosecutus, petens se ex eo restitui ad eius appellationis introductionem. In quo dubitatum fuit, an paupertatis causa sufficiens esset, ob quam deberet indulgeri restitutio in integ. Quibusdam aūt videbatur talem causam legitimam non esse: quia cum certis casib. qui in Iure sunt expressi, quandoq; prosit & obsit paupertas, & hoc exemplum allegarent inter cæteros comprehensum non esse, in dubio illum casum ita declarandū, vt paupertas prodesse non deberet. Sed tamen ab horū opinione discessum est, & in supplicantis partes itum, secundum quas ei fuit restitutio concessa. Quòd autem Senatum mouit, vel id fuit:

1 † quia paupertas causa sit iustissima, quare ad appellationē exercendam restitui debeat: vt est expressus textus in §. j. in Auth. de his qui ingred. ad appel. facit l. si procurator. §. si verò ignorantes ff. man. per Inno. in c. ex ratione. ext. de appel. Bal. in l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis cau. & in l. acceptam. C. de vsur. sequitur Cardi. consil. 87. Est & in eam rem aperta & elegans doctrina Bar. in l. inuitus. C. de procu. Sic si restituatur iste, vt appellationem suam prosequatur, eundē effectū producet restitutio in integrum, ac si sententia in rē iudicatā non transisset: quod in terminis specificis testantur domini à Rota decis. 446. sub titu. de restitut. in integr. Solet autem ad appellationis prosecutionem præstitui à iure terminus anni, & ex causa biennium, vt in authen. ei qui. C. de tem. & repar. appel. Et ita ex præcedentibus habes inconcussam conclusionem, Paupertatem hoc inducere & operari, vt qui ob eam non est suam appellationem prosecutus, possit ad eam instaurandam restitui in integrum.

Maior ex minoris persona, cum quo litigat, restituitur.

SVMMARIVM.

1 *Lapsus termini à iudice præfixi currit contra maiorem, ne frustatorius maneat dilationum iudicialium effectus.*

2 *Iudex si per interloçutoriam parti iniungat, vt intra terminum prefixum scripturas suas exhibeat, si tamen is non satisfecerit, nihil operabitur termini præfixio.*

CAPVT CCCLXIII.

Memoria teneo, illustrem quendam nobilem maiorem annis tunc apud Dolanum Senatum litigantem, Senatui libellum supplicem exhibuisse, per quem petebat se restitui ad exhibitionem scripturarum, quæ Saluationes vocantur, quas is intra terminum sibi prefixum non ediderat. A quo pro ea restitutione fundanda allegabantur sequentes rationes: primum, quòd iam effluxis dilationibus illius aduersæ partes cum eo litigantes longiores dilationes ad producendas scripturas suas obtinuissent, ita vt simili iure tutaretur sibi esse deferendū, argu. l petendæ. C. de temp. in integr. restitu. peten. ne aliàs claudicaret iudicium, iuxta l. fi. C de fruct. & litium expensis. Proponebat denique, sibi tanto magis condonandum, quòd rei partes sustineret, cui lex esset in fine litis fauorabilior. Tunc enim penè erat ad causæ vmbilicum deuentum: quia de contradicendis testibus & saluandis dictis eorum q̄stio verteretur. Adijciebatur & aliud, quod in facto consistebat, & de quo verè postmodum patuit, quòd pleriq; ex aduersariis non satisfeciissent suarū scripturarum cōtradictoriarum exhibitioni, etiam intra tempus præstitutum: quarū tamen editio fuerat omnino necessaria, ne ipse diuisim responderet: & vt cumulatius cum eis ageret, idque in re fuisse, quare à saluationum suarum exhibitione defecisset. Cō firmari etiam intentionem suam vel hoc vno asseuerabat, q̄ in ea lite essent duo pupilli, aliquot etiam adulti, qui a scripturarum productione intra tempus defecerant; ita vt cum iure ad eam possent restitui exhibitionē, deberet pari ratione is restitutionem, quam postulabat, assequi, per regulam in restitutionis materia tritam Restituto aduersario &c. In

1 hunc † verò obiiciebatur lapsus termini a iudice præfixi, cū maior esset, deberet in eum currere: aliàs frustratorius & planè eluforius maneret dilationum iudicialium effectus, arg. notato. a scribentib. in l. qui pro tribunali. ff. de re iu. Dicebatur & aliud, quod ei esset imputandum, quare non respō disset litigantib. qui intra terminum suas scripturas exhibuerant, non autem differret totum negotium, donec ab omnib. esset planè responsum, maximè cum essent diuersa agē di media, & separata iura. Quibus omnibus pensatis tandē a Senatu in eam itum est sententiam, hunc restituendum esse, attenta maximè ea ratione, quam is deduxerat, quòd ex actorib. restituendi essent aliqui, qui id implorabant: non enim (vt iam habuisti) satisfecerant exhibitioni scripturarū contradictoriarum: vt in eo casu adesset iuris communis dispositio: hoc habens, Restituto aliquo ex consortibus, faueri etiam cæteris qui causæ assistant: ut in l. 2. C. de consor. eiusdem litis, vt videretur admodum rationi consonum,

2 quare deberet restitui: vel eo potissimum, q̄ † interlocutoria de exhibendis contradictis & saluationibus hoc expressè contineret, quod reus ꝺictoriarum scripturarum copiā assequeretur, & demum eadem via, eodemq; (quod aiunt in praxi) volumine respondendo talibus scripturis, exhiberet suas saluationes, quas aptè haud formasse potuisset, non visis scripturis omnib. Sic cum ex facto actorum resultaret incertitudo, videbatur ei tanto facilius indulgendum, arg. l. j. ff. quor. lega. & vt ēt effectum aliquem producerent tales verba interlocutoria, Eodem volumine, quæ alias in eius fauorem ītroducta planè contorquerentur illius odium: si a restitutione in integrum reiiceretur, aduersum l. non eo minus. C. de procuratori. Ad hęc etiam exquisitè fuit adnotatum, quod interlocutoria Senatus hoc non contineret, q̄ si hic intra tempus scripturas suas non produceret, ad earum exhibitionem postmodum non admitteretur, & maneret ab ea exhibitione forcloz, quod est verbum praxis. Est enim citra omnem dubitationem, tali casu posse a supremo iudice ex bono & æquo (si hoc ratio suaserit) concedi alium terminū: ita testante Angelo in §. j. Insti. de except. cuius doctrina est in eo plurimum commendata, & praxi accommodabilis, secundum quam hoc loco vnum obiter recentebitur: quòd quamuis per iudicis interlocutoriam sit parti iniunctum, vt intra terminum præfixum suas exhibeat scripturas: si tñ is non satisfecerit, talis termini prefixio nihil operabitur, vt postmodum ad id admitti non debeat, donec a iudice illud declaratum fuerit.

Admittitur maior via restitutionis in integrum, vt libellum denuo edat, quem prius in causa ab eo cœpta ediderat, vbi non sua, sed eius litis amanuensis culpa fuit deperditus.

SVMMARIVM.

1 *A productione instrumentorum de nouo repertorū nemo repellendus.*

CAPVT CCCLXIIII.

Eadem fermè tempestate accidit, vt apud eundem Senatum supplicarit nobilis alter, se per restitutionem in integrum admitti ad nouam exhibitionē libelli sui, quem allegabat primum a se productū, de quo planè liquebat, sed qui a manuensis incuria (quem grafiarium vocant) fuisset deperditus sibi autem omnino expedire proponebat, q̄ denuo de eo doceret, ne alias in lite succūberet. In hunc verò opponebatur, eum nullo modo ad eam nouam exhibitionem admittendum: quia vt de iure post litem contestatam non tolerabatur libelli emendatio, l. edita. C. de edendo. sic a maiori rōne, nec noui libelli editio: quem certum est debere precedere actum litis contestationis: nā si hoc fieret, posset iste multa libello adiicere, quæ prius non declarasset, & ita ex eo læderetur aduersarius. Erat etiam, quod is ī amanuensem sic negligenter versatum iudicium instituere posset, atque hunc compellere tam diligentissimè has scripturas perquirere, donec eas reperisset: quæ si deperditæ essent, tunc ab eo omne damnum & litis interesse assequeretur: non tamen omissa ordinaria via ad restitutionem confugeret. Ad hęc verò a supplicante replicabatur, non debere se adigi, vt in amanuensem ageret: quia is iuramento apud eundem Senatum se expurgasset

Source : BIU Cujas

gaſſet tales ſcripturas non habere: nec ſcire apud quem eſſent, nec dolo deſiiſſe habere: & ita ad aliquid vltrà adigi nō poſſe: imò præſumendum, quòd is inſyncerè eas ſcripturas non amiſiſſet, cùm lis eum non concerneret, nec ſuum ageretur negotium. Tandem Senatus Dolani iudicio reſtitutus fuit ad nouam libelli editionem. Mouit autem ad id Senatum † quia vt quis ad productionem inſtrumentorum de nouo repertorum admittitur per l. Imperatores. ff. de re iudic. ita & vehementiori ratione hoc eſt ei concedendum, vt producat denuo libellum, quem iam primùm exhibuerat, vbi de nouo ſciuit amiſſum. Sed ea lege ad id admiſſus eſt: primùm vt iuraret, à ſe aut ſuo nomine nihil noui adiectū libello, nec facta alia hunc libellum continere, quàm quæ principalis & priore loco editus complecteretur · rumi, ꝙ eiuſdem noui libelli reus copiā aſſequeretur; vt ſi in aliquo impugnandum duceret, hoc ipſe efficeret: tunc enim is viro libello, facilè agnoſcet, num vel tantillum ſit à priore diſſonans, vbi iam ipſe exceptionibus ſuis ſatisfeciſſet. Quòd ſi nondum libello reſpondiſſet, caſus eſſet longè minoris dubitationis, quin concedi deberet reſtō in integrum, & ita sē tentiam memini, & ea iuſtis illis cauſis reſtōnem conceſsā.

Subuenitur maiori, qui ſtatim effluxo iudiciali termino iudicis interlocutoriæ ſatisfecit.

SVMMARIVM.

1 *Mora quibus in caſibus po tre s dies purgari poſsit?*
2 *Ius actoris non cenſetur in expenſarum quæſtione factum deterius.*

CAPVT CCCLXV.

Vccedit ex his affine præcedentibus exemplū facta intimatione parti de exhibēdis intra terminum peremptoriorum ſcripturis, cùm is nō ſatisfeciſſet interlocutoriæ, iudex declarauit, nūc ad eandem exhibitionem denuo admittendū non eſſe. Cæterùm, ſic elaplodit, pars incontinenti eas ſcripturas poſt duos dies edidit, quarū editione via reſtōnis petebat, ex oppoſito reclamante aduerſa parte, & hoc proponente, eſſe reijciendas, cùm ob lapſum temporis, tum quia ſucceſſiſſet declaratio iudicis, per quam ius fuerat parti qūę ſitum, quod ab ea ſine eius facto tolli nequibat, arg. l. fin. ff. de pac. & quæ aliàs admodum læderetur. Tandem expenſis omnib. in eam rem conducentib. Senatus ſanxit hunc dēre reſtitui; quia incontinenti moram purgaſſet, arg. l. & ſi poſt tres pluresvè dies. ff. ſi quis caut. & l. ſi inſulam. ff. de verbor. oblig. Conſideratum & in eam rem fuit, ꝙ huic negligētiæ cauſam dediſſent aduocatus & procurator ſupplicantis, ita vt non tam eſſet ei culpa hæc imputabilis: etſi in eum obiici poſſet, quare ſibi tam improuidos delegiſſet. Perſpexit & Senatus ad vnum aliud, ꝙ hic proſequeretur litem magni momenti & ponderis, ita vt inhumanū eſſet, hunc tali negligentia ſic purgata à iure ſuo excidere: & ſatius, imò æquius futurum, ſi ad ſcripturarum ſuarum exhibitionem admitteret. Vnum tamen hac in re plurimùm reſtitutioni aduerſabat, per quod accommodè videtur reſponſum ei, quod de more purgatione ſuprà adlatum eſt: quod tamen eſt præcipuū negotij fundamentum, poſſe poſt tres pluresve dies moram
1 purgari: vt id ita ſit intelligendum, † niſi ius aduerſarij eſſet factum deterius: id quod apertè deſumitur ex ea l. & ſi poſt tres. Sed in caſu propoſito non poteſt aliter eſſe, cùm reſtituta parte plurimùm detrahatur iuri aduerſarii, ſi ad declarandam iudicis interlocutoriam animum retuleris, perquàm ipſe manſit priuatus ab vlteriori ſcripturarum exhibitione, aliàs nullum effectum produceret talis declaratio. Et hoc vnum ſcio fuiſſe exactiſſimè diſcuſſum, dum de ea reſtōne indulgenda tractaretur. Ego tamen ſic poſſe diſſolui eā obicem crediderim, vt hoc caſu non cenſeatur verē pars lædi, q̄ in hoc ſolo grauatur & oſtenditur, quòd expenſas ob retardatum ab aduerſario proceſſum ſubire teneatur: quia ſi hic exhibuiſſet ſuas intra terminum ſcripturas, non fuiſſet interlocutoria talis lata, ita vt hac ſola iudicij dilatione aduerſarius offendatur. Modò in propoſito, vbi eſt expenſarum quę
2 ſtio † non cēſetur aut reputatur ius actoris factum deterius ſed vbi aliàs ſuas actio perijſſet, non etiam ſi eſſet effecta vitæ minoris & breuioris, vt in l. ſi creditori ff. de lega. j. textus notat. eſt in l. pater qui caſtrenſe, in fine. ff. de caſtrenſi peculio. vbi ſi pater adiiſſet filij hæreditatem, teneretur actione perpetua. & ſi eam occuparet iure peculij adſtringeretur annali actione, per titul. quando actio de peculio eſt annalis. & tamen ex eo non dī pars lædi: nec tale intereſſe ſpectatur, q̄ omnia admodum pulchrè conducunt ad reſolutionem difficultatis aſſumptæ, non eſſe conſiderabilem moræ purgationem, vbi ius aduerſarij effectum eſſet deterius. Et ita ex his planè intelligis, reſtitui talem debuiſſe, quæ proculdubio graue fuiſſet ſuo priuari iure, & à tota lite (quæ magni erat ponderis) per eam negligentiam excidere. Sed ita ad eam fuit admiſſus reſtitutionem, vt expenſas retardati proceſſus fufferre teneretur: nec iniuria; nam cum is in culpa eſſet, & expenſarum cauſam præſtitiſſet, meritò ab eo refundendas eſſe introductum fuit: cum ſit ei ita conſultū, quia in aliquo non lædit ur: vt meritò concedatur reſtitutio. Ceſſabitq; præſcripta conſideratio, ius aduerſarij effectum deterius.

Reſtituitur ſcholaſticus etiam annis maior, cuius bona, dum ſtudij cauſa abſens eſſet, fuerunt iudicis decreto & præcedente ſubhaſtatione vendita.

SVMMARIVM.

1 *Termini collocationis debiti & diſtractionis bonorum apud Burgundiones uſitatiſsimi.*
2 *Petens à decreto fundum aut domum diſtrahi, quid potiſsimam is petere uideatur.*
3 *Fauore ſtudij non minus quàm abſentiæ cauſa reſtitutio conceditur.*
4 *Iudicata prouiſionalia iuxta ſtylum & praxim parum, aut nihil ferè iuris conferunt.*

CAPVT CCCLXVI.

Onqueſti ſunt quandoque apud eundem Senatum fratres duo (quorum alter erat ſcholaſticus, tunc legalium literarum ſectator) hoc maximè proponētes, litem ſubhaſtationis bonorum à tertio coram iudice balliuatus inferioris apud Burgundiones intentatam. Cæterùm hūc inter cætera bona, quæ ſibi hypothecaria prętendebat, ſelegiſſe domum, quæ eorum eſſet, & in qua ſe ius hypothęce habere aſſerebant, ita vt ei liti pro ſuo incumbentes iure, mandaſſent aduocato. quem in ea cauſa delegerāt, vt hic expreſſum per ſcripturas, quas vocant collocatorias, hoc expoſtularet, vt deberet talis domus in eorum fauorem diſtrahi, & à decreto bonorum omnium eximi: cùm potiſſimū ſe eſſe tertios bonorum poſſeſſores tutarentur. ſic cùm eam aduocato legē indixiſſent, is tamen (neſcitur quo ductus ſpiritu) non ad diſtractionem domus, ſed ad debiti egit collocationem: ī quo ſe plurimum grauatos aſſarebant tales fratres: petentes ſe reſtitui vt ab ea libelli concluſione tam ieiunè & inſipidē cōcepta, ac contra id quod expreſsè mandarunt, concluſa, poſſent diſcedere, & aliam viam, quæ erat diſtractionis domus,
1 ſeligere. Ad quæ velim intelligat ſtudioſus Lector † hos terminos collocationis debiti, & diſtractionis bonorum eſſe apud noſtrates Burgundiones in praxi vſitatiſſimos, vbi maximè quæſtio eſt ſubhaſtationis bonorum: & diuerſos effe-
2 ctus producere, & ad ſeparata tendere media. Nam † qui petit à decreto domum aut fundum diſtrahi, hoc expoſtulat, ne illa domus cum cęteris rebus ſubhaſtetur, ſed quòd diſtrahatur in eius fauorem. Et ita petens eam diſtractionem, non eò animum deflectit, vt cum cæteris creditoribus pro debito collocetur, & ex precio rerum ſubhaſtatarum illud aſſequatur, qui eſt purus & natiuus effectus talis collocationis. Longè autem vtilis eſt rem diſtrahi, quàm ſi venderetur & precium ex collocatione haberetur: quia priore caſu ego ſemper meæ rei maneo dominus: cum diſtractio impediat venditionem: nec poterit à me auferri, niſi cùm deuenietur ad excuſſionem eorum bonorum, quæ a tertio poſſidentur, vbi in exemplo collocationis oportet rem meam ſubhaſtari, & à me abduci. Nemo autem eſt, qui neſciat, dominium plurimum ea in re valere. Sic vt ad fratres ſermo redeat, allegabant hi ſe plurimum iniuria aduocati læſos, cui litem tutandam commiſerant, ꝙ omiſſa via diſtractionis ſecundùm collocationem concluſionem libelli concepiſſet, iuxta quā narrabant latam à iudice prouiſionalem ſententiam, & bona ſubhaſtata: atque eum fundum, qui erat diſtrahendus, vēditum. Contra quem aduocati tam ſupinum errorē, & ita latā ſnīam ſe reſtī implorabant: proponentes inter cætera, maximè q ſcolaſticus erat, ꝙ dum abſens eſſet à Burgundia, & apud Italos legalib. literis inſudaret, ea lis ventilata fuerat, q̄ planè is ignorauerat. Narrabat deniq; frater alter, tunc ēt ſe male valuiſſe, & tam vehementi vexatum ęgritudine, vt nec ſibi nec ſuis rebus potuiſſet tunc proſpicere. Cæterùm vbi liceret horum veritatē diligentiſſimè perſcrutari, propoſuit, neſcio quis vir doctus, videri reijciendā reſtōnem, quæ non ſolùm contra aduocati lapſum, ſed etiam iam latā ſnīam expoſtularetur, cum per eam pronunciationē eſſet quæſitum ius parti: & ita lōgè aliter ſtatui deberet, q̄ ſi nōdū eſſet pronunciata ſnīa, arg. l. res iudicata. ff. de regul. iur. vt oīn o eſſet

fra trib.

Source : BIU Cujas

fratribus imputabile, quare non diligentius ad iudicem pro reſtitutione aſſequenda confugiſſent: quod efficere potuiſſent ſtatim poſt libellum malè cõceptũ, non aũt ita protelaſſe negotium. Tandem Senatus iudicio probatũ eſt, reſtitutionẽ debere ꝓcedi ex ꝯa generali, Si qua mihi iuſta cã, &c. Has autẽ juſtiſſimas cãs probauit, ꝙ fuiſſet ſcholaſticus abſens: †cum qua abſentia cõiunctus eſt ſtudii fauor, cuius occaſione ẽt reſtitutio conceditur. arg. l. ſi longius. ff. de iudic. ꝑ Bar. in l. fi. ff. de re. in integ. Valuit ẽt plurimum ea in re ægritudo fratris alterius. Prętera horum maximè intererat reſtitui, ne ſuæ rei dominium perderent. Suberat & aliud, ꝙ ea domus cùm ſpãliter hypothecata non eſſet, non potuiſſet tunc tpis ſubhaſtati: imò fuerat expectandum, donec ventũ eſſet ad tertios bonorum poſſeſſores, & vbi eotum bona excuterentur. Erant & hi fratres in bonis ſocii ſeu cões: quod ad conceſſionẽ reſtitutionis tanto magis conferebat, quaſi ſchoci priuilegium deberet alteri fratri prodeſſe, ẽt ſi ægrotus non fuiſſet. Aderat & aliud, non debere oĩno attendi, ꝙ lata eſſet prouiſionalis ſnĩa, cùm juxta ſtylum & praxim talia, †quæ vocant prouiſionalia iudicata, penè aut nihil iuris tribuant: quia ſoleat expectari definitiua, quæ eam prouiſionem ſequitur, per quã cõfirmatur prouiſio: & qui per definitiuã bona ſubhaſtata cõparauit, efficitur taliũ irreuocabilis dñs. Hæc aũt conferunt ad fundandam præſcriptã reſtitutionem: quia ſupplicatum fuerat ab his fratrib. lata prouiſionali ſnĩa, ſed nondum pronunciata definitiua, ita ut ſecũdùm illam declarationẽ non videret ius parti aduerſæ quæſitum.

Peſtis impedimentum iudicatur iuſtiſſimum, ob quod maior reſtitui debeat.

SVMMARIVM.

1 *Litem appellatoriam non proſequens, aeris intemperie, peſteue impeditus, de nouo ad inſtaurationem eius reſtituitur.*
2 *Peſtis iudicatur caſus fortuitus, ut qui humano conſilio prouideri, aut præcaueri nequeant.*
3 *Poſſeſſionis commodum optimum reputatur.*

CAPVT CCCLXVII.

SEmel accidit, vt in quadam lite reus non curaſſet ſuos teſtes intra quartam dilationem examinari, quæ ad probandum de ſtylo Burgundo conceditur: petens ſe ad eam probationem reſtitui. Quò aũt is iudicem ad eam conceſſionem moueret, allegabat, cũ currerent dilationes, & vbi eſſet ab eo ſuæ examinationi inuigilandum, tunc viguiſſe acerbam peſtem in loco ſui domicilii, ita vt præcluſus eſſet ad iudicẽ ibi tunc degentem acceſſus: quem tñ dicebat ſe adiiſſe, & vſq; ad portas vrbis perueniſſe, cuius ingreſſum recuſaſſet ianitor cuſtodiæ commiſſus, ꝙ à loco infecto & peſtifero is egreſſus eſſet? qui nec eo ſolùm animo ibi comparuerat, vt iudicis copiã aſſequeretur, ſed ẽt quò aduocatum & procuratorem nãciſceretur, quorum opera, auxilio, & conſilio ſuæ cauſæ conſuleret: exhibens ad hoc eius ianitori atteſtationẽ redactã in ſcriptis: per quam planè teſtabatur ianitor, quæ reus de impedimento ſuo proponebat. Quam cãm Senatus probauit iuſtã eſſe, per quam ſuos teſtes curaret examinandos. Solet. n. iuſtum
1 impedimentum ex aeris intemperie cauſatum probari, † ita vt non proſequens ea rõne litẽ appellatoriam, poſſit ad eius inſtaurationem de nouo reſtitui, ut eſt in Auth. de his qui in gred. ad ap. in initio. Prætera ſubuenitur ei, qui locũ aliquẽ accedens, paſſus eſt in itinere impedimentum: vt per Bart. in l. Imperator. ff. de appel. ita & eadem rõne ei, cui commodè itinerari non fuit permiſſum, aut ſi ei acciderit aduerſum aliquid, quare concepto propoſito ſatisfacere non potuerit. Certum eſt ẽt impedito aliquid implere, ſuccurri, l. ſi quis in graui, §. eleganter. vbi Bar. ff. ad Syllan. Eſt & in eam rem con
2 ſiderabile, †ꝙ caſus peſtis fortuitus iudicetur, cum conſilio humano prævideri nequeat, arg. l. 2. ff. de admini. rer. ad ciui. pertin. §. ſi. eo tpe. Sic cùm huic nihil poſſet aſcribi, nec is caſus peſtis impingi, optimo iure viſum fuit, eum debere reſtitui, qui ſatis diligenter fuiſſet verſatus, ẽt ſi vrbem peſtiferã non reliquiſſet, & tñ ipſe, quò maiorem teſtaretur ſuam diligentiã, iudicem adire voluit: & ita nihil per eũ ſtetiſſe, vel ad manum habes, vt iure reſtitui debuerit. Sed nõ omnino probauit Senatus talem ianitoris atteſtationem, quia ſi tales paſſim admitterentur, poſſent infinitæ committi fraudes, & colluſiones partium, atque ita veritas offuſcari, vt ea rõne commiſerit Senatus iudici, coram quo erat agitanda reſtitutio, & ad quem excutienda remittebatur, vt ſi legitimè à ſupplicante doceretur, ꝙ iudicem adiiſſet, vt ſibi aduocatos quæreret, & examinatis ſuper ea re teſtibus, tunc talem reſtitueret, adiecto etiam hoc temperamento, ſi ſtatus litis principalis eſſet diſpoſitus ad prouiſionis adiudicationem, puta, quia eſſent partes in calculo audiendæ ſententiæ, tunc procederet iudex ad eius prouiſionis adiudicationem ſine aliqua retardatione litis, nec conſideratione habita ad reſtitutionis in integrum iudicium, quæ demum extricaretur prius, quàm ferretur eius prouiſionis definitiua. Sunt enim iuxta ſtylum & praxim apud Burgundiones pleræque lites, in quibus feruntur prouiſionales ſententiæ, per quas ſtatim prouidetur parti ſecundùm cauſæ & negotij exigentiam: vt eſt in materia alimentorum & ſimilium: quæ res ſunt ſpecificè in ſtatuto municipali deſcriptæ. Sed poſtmodum examinatur planè negotium, prius quàm pronuncietur ſententia definitiua. & ita hoc Senatum mouit, non debere protelari, aut in longius tempus protrahi deciſionem eius prouiſionalis iudicati, vbi parata eſt ſententia, etiam quòd de concedenda reſtitutione in integrum agatur; quia poſſit iudicium reſtitutionis ante definitiuam tractari, & omnia ex integro ad primæuum ſtatum reduci. Nec aduerſabitur, ſi dixeris, quòd huic profuiſſet prius de reſtitutione cognoſci, quàm ferretur prouiſionalis ſententia: quia fortaſſe uiciſſet in poſſeſſio
3 ne, de qua mota erat controuerſia. Scis autem †optimum eſſe & pingue poſſeſſionis commodum, vt eſt in §. commodũ. Inſti. de interdic. quia reſpondendo ad hæc, dico, eſſe ſupplicanti reſtitutionem imploranti aſcribendum, cur non properantius, emunctius & diligẽtius ſit ea in re verſatus, à quo ſit expectata quartæ dilationis expiratio: vbi ſi ab initio primæ, ſecundæ, aut tertiæ dilationis ipſe aliquid tentaſſet, & ſaltem ſe teſtibus vſurum dixiſſet, non incidiſſet in tales angustias. Præterea multum læderetur & offenderetur pars aduerſa, ſi talis prouiſionalis ſententia differretur: cuius diligentia ſit eò ventum, vt eam diligentiam ſuperare, aut extinguere non debeat partis ſupplicantis negligentia. Sic ex præcedentibus planè innoteſcit, reſtitutionem in integrum tali caſu cõcedi debuiſſe. Fuit enim hoc capite impedimentũ ex iudicis & partis facto: quæ duo inducunt & cauſant reſtitutionem in integrum, ut per Barto. in l. 1. ff. de diuerſ. & tempo. præſcriptio.

Reſtituitur maior ex cauſis hoc capite declararis, vt citationem, quam pro producendis teſtibus obtinuerat, vbi deperdita eſt, poſſit denuo (ſi opus ſit) impetrare, aut vt ſaltem res decidatur, non habita aliqua ratione illius citationis ſic amiſſæ.

SVMMARIVM.

1 *Teſtem eſſe citandum manifeſti iuris eſt.*
2 *Iudici aliquid aſſerenti eadem, quæ nuncio ſtides adhiberi debet.*
3 *Mandatum & citatio, niſi probentur, de iure non præſumuntur.*
4 *Aſſertioni iudicis ſeu commiſſarij ſi nulla inſuper accedant iudicia, non creditur.*

CAPVT CCCLXVIII.

PRopoſuit per libellum ſupplicem maior; deperditum eſſe citationis inſtrumentum, per quod patere poterat, teſtes quos is in cauſa ab eo mota ꝑduxerat, fuiſſe examinatos. Te autem neceſſariò
1 ſcire oportet, tam iuris quàm ſtyli eſſe, †citari debere teſtem, aliàs nullum eſt illius teſtimonium: ita ut omnino de citatione ſit docendum. Quò autem ſupplicans ſe prius citationem habuiſſe demonſtraret, aſſerebat de eo ſatis per proceſſum verbale commiſſarii, qui teſtes interrogauerat, patere, à quo narratiuè in eo proceſſu diceretur. Facta mihi primùm oſtenſione citationis teſtium. Qui veriſimiliter id nõ expreſſiſſet, niſi ipſe primùm vidiſſet citationem, quaſi pri-
2 uatio habitum ſupponat, † & quia iudici aliquid aſſèrenti videatur eadem fides, quæ nuncio, adhibenda, vt per Canoniſtas in capitu. ex ratione. extra de appel. In reiectionem verò & confutationem ſupplicationis, vel id vnum præcipuo
3 loco deducebatur, quòd †de iure non præſumeretur mandatum: ſeu citatio, niſi probarẽtur, & de his euidenter pateret, per l. vnic. C. de mand. princ. ita ut tẽporis diuturnitas nullo modo actum confirmaret, iuxta l. ſciendum. ff. de verb. obli. ſed omnino requireretur actualis citationis exhibitio, cùm ſit quid facti, & non præſumantur facta, niſi ſint probata, l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & poſtlimin. reuer. Quæ poſtrema opinio tam conformis iuri & rationi uiſa fuit, vt Senatus Dolanus ſimpliciter reſtitutionem reiecerit, ſepoſita cõſideratione illius aſſertionis cõmiſſarii per proceſſum verbalẽ, atte-

Source : BIU Cujas

atteſtantis,a ſe citationem viſam, quę non fuit iudicata pertinens,& concludens aſſeueratio, cum maximè is factū ſuū teſtaretur,& qui id aliter non ſit ueriſimiliter declaraturus: quia aliàs nullum efficeretur teſtiuꝫ examen, quod cederet in illius vilipendium:& qui aliàs ſic nulliter procedens,obligaretur,omnes expenſas parti aduerſæ refundere:ita ut Dolanus Senatus ſelecta quadam media via, commiſſa primū reſtitutionis cauſa iudici ordinario,mandauerit, vt ſi ei legitimè pateret per ſufficientia ad hoc teſtimonia, teſtes citatos,productos & demum examinatos fuiſſe,tūc nulla habita ratione citationis ſic omiſſæ,curaret litem terminari. Poterit autem id facilè ſciri per apparitorem, qui teſtes ci-
4 tauit,aut ab ipſis teſtibus. Sed † ſola aſſertio iudicis ſeu cōmiſſarij non eſt ſufficiens, cum etiam tali caſu non credere tur perſonæ excellentiſſimæ, & in ſuprema dignitate conſtitutæ: ut latè per Iaſ. in l. admonendi. ff. de iureiur. & ita iuxta præſcriptas qualitates conceſſa fuit reſtitutio in integrum.

Reijcitur maior, qui cùm iam longo tempore elapſo damnoſam hæreditatem, quam locupletem eſſe putabat, adijt, reſtitui vult, vt ſub beneficio inuentarij ſit hæres.

SVMMARIVM.

1 *De ære alieno non, niſi difficulter, conſtare poteſt.*
2 *Ex aditione etiam ſola, & ſimplici cenſetur hæres quaſi contraxiſſe eum hæreditarijs creditoribus.*

CAPVT CCCLXIX.

Petijt quandoque maior, ſe reſtitui, ꝙ damnoſam adijſſet hæreditatem, cum tamen iam ab ea aditione longum effluxiſſet tempus: eoq; tendebat illius intentio, vt poſſet ipſe cum inuentarij beneficio ſe hæredem gerere. Quem ad id nulla alia mouebat cauſa, niſi ꝙ ab initio exiſtimaſſet, hæreditatem lucroſam fuiſſe: latuerant enim prius creditores, qui nunc exigendis ſibi debitis inſiſtebant, ita ut eo medio fuiſſet detecta hæreditatis inopia. Qui an iuſtè eam reſtitutionem imploraret, fuit diſputatum: quibuſdā exiſtimantibus, eſſe reſtituendū
1 ob ignorantiam æris alieni † quod non ſcitur, quale ſit, niſi difficulter admodum, vt eſt in l. fi. C. de iure delib. & in §. neque. Inſti. de autho. tu. ita ut paſſim creditores ſubticeant creditum, non ratione alia, niſi vt hæredi futuro obſint, & ut ad integra debita perſoluenda obligetur. Hæc autem calliditas,& malitia ſatis hoc caſu cōcurriſſe videbatur: quia nō declaraſſent creditores, quòd eis deberetur, niſi poſt aditam a longo tempore hęreditatem: cuius doli & ſiniſtræ ſuſpicionis ipſi per id facilè conuincebantur. Putauit tñ Senatus poſt accommodam excuſſionem omnium, quæ in eam rē facere videbantur, reſtitutionis ſupplicationem hoc capite in ciuilem, iniquam, & a rōne alienam eſſe: quem inter cætera ad id trahebat, quòd iam excidiſſet longum tempus, ex quo ſupplicans hæreditatem adiiſſet: aliàs illa temporis ratio nihil operaretur, & nullum effectum produceret, cum tñ ſit maximè conſiderabilis: quia etiam ſi is expreſſim hæreditati ſe nō immiſcuiſſet, tacitè tñ approbaſſe eam aditionem videretur ex tam longi temporis fluxu, & ita cū creditorib. hæreditariis quaſi ꝯxiſſe, arg. l. apud Iulianū. §. hæres. ff. ex quibus cauſis in poſ. eat. Quæ lex loquitur in terminis
2 adhuc prægnantioribus, puta † ex ſola, & ſimplici aditione, ēt circunſcripto aliquo tempore, aditionem ſequente: cenſeri tamen per eam aditionem ſimplicem ab hærede quaſi ꝯctum cum hæreditarijs creditoribus: cum quibus ſi quaſi ſit ꝯctum, quomodo tutabere, quæſo, debere nunc, qui maior eſt, reſtitui, cum id effici non poſſet, niſi accedente ſummo, & graui talium creditorum incommodo? Quem iuuare non poteſt, ꝙ ſolum hoc præſenti tempore, nec antea, is res latitantes detexerit: quia cū maior annis eſſet, debuit illud diligentiſſimè ab initio inueſtigare, prius quàm ſimpliciter hæreditatem ſibi delatam agnoſceret. Nec in eo vt minore habenda eſt ratio eadem, cum minori lex adſit ob imperfectum, & imbecille illius ingeniū: quod in maiore non eſt conſiderabile. Ad hæc tamen apud me conijciebam poſſe diſputationis gratia defenſari, non minus maiori q̄ minori eſſe hac in re accedendum: quia cum æs hæreditariū eſſet latens, illius detectio & veritas nō potuit efficacius, aut prōptius a maiore, quàm minore, ſciri, vbi maximè creditores dabant operam, ne detegeretur. Quæ ratio an ſit concludēs,

tu ipſe iudicium ferre poteris. Qui tamen non putem deficiendum a priore ſententia, concedi debuiſſe reſtitutionē, ꝙ ſit alia longè verior ac concludentior: ex quia ſit certum ac exploratiſſimum, longè magis aſcribi, & imputari maiori quàm minori, vbi uterque in perquirendis deorſus hæreditariis non inuigilauit: nam id cūmodius a maiore, quam minore expleri potuit.

Si maior, qui eſt vniuerſalis hæres inſtitutus, ſic cum eo, cui eſt integer vſusfructus relictus, tranſegerit, vt in vſufructuarium dimidiata hæreditatis pars transferatur, & alter ab vſufructu in totum diſcedat, an poſſit contra id reſtitui?

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus eſt quaſi pars dominij, habeturq́, vſufructuarius quaſi dominus.*
2 *Ex vſufructu relicto habetur quis ditior, & locupletior.*
3 *Vſusfructus eſt integralis, & formalis pars hæreditatis.*
4 *Vſusfructus inter bona immobilia connumeratur.*
5 *Vſusfructus regulariter vſufructuarij morte finitur.*

CAPVT CCCLXX.

Conqueſtum quandoque apud eundem Senatum maiorem alium memini, quòd cum a patruo ſuo fuiſſet uniuerſalis hæres inſtitutus, relicto affini ſuo eius hæreditatis integro vſufructu, ipſe eiuſdem affinis perſuaſione renunciaſſet dimidiatæ parti bonorum ſibi competentium, implorans ob id reſtitutionem: qui proponeret, ſe ea in re enormiter læſum, quod a dimidiata parte hęreditatis diſceſſiſſet: aduerſa parte ex oppoſito obijciente, ſincere inter eos omnia proceſſiſſe, & a ſe renunciatum vſufructui totius hę reditatis, quo potuiſſet longo tpe gaudere: & ita plus aſequi, q̄ ex dimidia alia portione hæreditatis: dicens in eo nihil maiori detractum, imò effectam illius cōditionem longè opulentiorem & pinguiorem: replicante maiore, plus valoris & æſtimationis eſſe proprietatem bonorū, quā potuiſſet affinis percipere ex uſufructu ēt longiſſimo tempore. Super quibus, potiſſimum an maiori eiset reſtitutio in eum caſum tribuenda, fuit ampliſſimè diſputatum: in quo aliquorum erat iudicium, non uideri maiorem læſum: hoc vno maximè ꝑſiderato, quòd affinis ab uſufructu integro diſceſſiſſet: qui non eſt actus leuis, imò grauis momenti, qa
1 † vſusfructus ſit quaſi pars dominij, & vſufructuarius habitus quaſi dñs, vt in l. j. ff. de vſufructu tit. gene. Attenditur ēt, quòd fructibus priuatus ſit: quos tamen (vt narratū eſt & in themate) potuiſſet longo tempore aſsequi. Sic ſi animaduerteris ad talium fructuum perceptionem, & coniungas lucrum, quod is ex vſufructu aſsequi potuiſſet, nonne planè iudicabis, parum aut nihil maiori detractum, nec huic affini plus quęſitum, q̄ haberet? Et hæc certa ſpecies conſequendorum fructuum plurimum in iure attenditur, vt in l.
2 ſpecies. C. de donat. imò † reputat quis ditior, & locupletior ex vſufructu ei relicto, ut in ea l. j. ff. de vſuf. Aliàs fruſtra quaſi dominus appellaretur, cum exploratum ſit, vſumfructū
3 † eſse integralem partem & formalem hæreditatis, ut per Bar. in l. & per iuſiurādum. § ſi id quod. ff. de acceptila. & in l. Mæuius. §. fundo. ff. de leg. 2. Tum etiam facit, quòd euenire poterat, ut hic minor fuiſſet aliàs plus incommodi aſsecutus, ſi ita non conueniſset: quia debuiſſet ab eo neceſsariò expectari mors vſufructuarii, qui fortaſse, cū inuenis eſ-
4 ſet, diu vixiſſet. Certum † eſt etiam inter immobilia bona vſumfructum commemorari: ut per Bar. in l. iuſto errore. §. non mutat. ff. de vſuc. Contraria tñ ſnīa viſa & iudicata fuit longè probabilior & ꝯcludentior, ita ut in reſtitutionis par
5 tes a Senatu itū fuerit. Mouit aūt eū hæc ratio, quòd † vſufructus finiatur regulariter morte vſufructuarii, ut in l. ſi patri. C. de vſufr. ita ut demum attendi debeat, potuiſſe uſumfructuarium ſtatim ab humanis diſcedere, nec diu uiuere: quo caſu eſt in quo læſum maiorē iure ꝓponas. Nec eſt ſpectandū potuiſſe ēt diu uixiſſe: quia cū id eſset dubium, & incertum, eſt amplexanda in maioris fauorē ea ſnīa, per quā poſſit ei opportunius ſuccurri: & ita coniectura potius facienda, quòd hic poſſit incontinenti fato fungi, arg. notat. in l. ſi pater puellæ. C. de inoff. teſtam. Suaſit reſtitutionem & aliud, quòd hic allegaſset dimidiā proprietatis bonorū hæreditariorum longè plus ualere, quā etiam longiſſimo,

Source : BIU Cujas

tempore poſſit ex fructibus hæreditariis percipi: cuius tamẽ facti probatio iudicatur admodum difficilis, quaſi commodè ſciri id nequeat. Sed quandoque, mea ſententia, id facilè haberi poteſt, ut eſt, ſi in eo loco, in quo ſunt fundi hæreditarij, tales ſummo precio uendantur, arg. l. precia rerum. ff. ad leg. Falc. è qua lege, & his quæ ibi a Doctoribus annotantur pro ea fundorum æſtimatione, habetur potiſſimum ratio præſentis temporis.

Cum maior in proſequenda appellatione duplicem commiſit negligentiam, an ſit reſtituendus?

SVMMARIVM.

1 *Temporis modici ratio non eſt conſiderabilis.*
2 *Duo vincula, vno efficaciora, & fortiora putantur.*
3 *Contumax ſecunda vice declaratus à iudice nunquam reſtitutionis beneficio gaudet.*

CAPVT CCCLXXI.

MAior quidam appellauerat a ſententia in ſe per balliuum ſedis inferioris apud Burgundiones lata, ſed omiſerat is eam appellationem exequi, idq; vno tãtum die: eius aũt executio eſt 40. dierum, potiſſimum in Burgundia, ſtatuto ita diſponente. Cæterum, iam lapſo illo executionis tempore, pars aduerſa cognoſcens eam executionem eſſe planè defectuoſam, impetrauit a Senatu Dolano remedium, quod uocant Anticipationẽ, quo obuiator appellantibus a ſentẽtiis iudicum: qui quandoque emiſſa friuola appellatione deſinunt eam proſequi, non alia cauſa, niſi ut iudicatum ſuſpendant, ita vt p. fixo tempore ad comparendũ, quò in lite prouocatoria procedatur, ſoleant deligere longiſſimum terminum, vt interim protendatur lis; quibus eo prouocationis remedio itur obuiã: quia fit anticipatio illius tẽporis, & reducitur ad breuiorem dilationẽ. Et hoc eſt, quod ſonat anticipatio in praxi. Sic in caſu & exemplo propoſito pars impetrauerat anticipationem: & ita diligenter in proſecutione cauſæ ſeu litis appellatoriæ verſata eſt, vt die præſtituto ad deductionem appellationis non comparuerit iudicio appellans, ita ut cõtumax declaratus fuerit, & in eius ꝓceſſus (quod in praxi nominant) defectus. Erat aũt iuxta eandem praxim hic contumax denuo citandus, cum hac qualitate, vt ſi ſecundo loco non compareret, omnino ab appellationis beneficio reijceretur, ita vt denuo hunc citandum pars aduerſa curauerit. Interim, ſtante hac ſecunda dilatione, hic appellans reſtitutionem a Senatu implorauit: inter cætera proponẽs, ꝙ vno
1 tantum die ab executione defeciſſet, † & eam modici temporis rationẽ non eſſe conſiderabilem, arg. l. ſcio ff. de reſtit. in integ. ac ꝙ ſtatim poſt illius diei lapſum ad eundem Senatum pro reſtitutione habenda confugiſſet, quaſi cenſereẽ incontinenti mora ab eo purgata. In eum verò pro reſtitutionis exploſione afferebatur nõ ſolum illa prior negligentia, ſed & eius iudicialis contumacia, ita ut duplex talis ſegnities ei omnino obeſſe deberet, argumento eius, quod in iu-
2 re diſponitur, duo † vincula vno eſſe efficaciora, & potentiora, vt eſt in auth. ita que. C. commu. de ſucceſ. Sed tãdem Senatus ꝓcedendam huic ex cã reſtitutionẽ putauit: uel hac præcipua ratione, ꝙ vnius diei ſolum eſſet negligentia: quę non ita attenditur, vt ea quę eſſet longioris temporis: ut eſt in ea l. & ſi poſt tres. Erat & unum aliud, ꝙ hic ſupplicãs ſecunda vice non fuiſſet in materia appellatoria declaratus ꝓtumax, quod eſt maximè ſpectandũ pro concedenda vel
3 refutanda reſtitutione. Nam † vbi eſſet poſt ſecundam contumaciã declaratũ à iudice (vt fit in praxi) appellationẽ eſſe delertã ob eius non proſecutionem, nunquam eſſet hic reſtituẽdus: & ita paſſim obſeruatur. Meritò itaq; fuit hic maior ante eã declarationem ex præſcriptis cauſis reſtitutus.

Reſtituitur maior, qui etiam expectatis poſt municipalem terminum diebus ſex appellationem tunc nondum fuiſſet executus.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum iuſtum in perſona procuratoris dominum excuſat in eo, vt reſtitutionem aſſequi poſſit.*
2 *Appellationem proſequi negotijs alterius impeditus, ſi eam apto poſtmodum tempore introducat, licitè agit.*

CAPVT CCCLXXII.

MEmini denique maiori alij ſubuentum per reſtitutionem in integrum, ꝙ is appellationem a ſe emiſſam non fuiſſet proſecutus, expectatis ẽt poſt municipalem terminũ ſex diebus: ſed id fuit; quia proponeret a ſe commiſſam curam cuidam apparitori appellationis exequendæ, qui tñ ante illos ſex dies mandato nõ ſatisfeciſſet, impeditus aquarum inundatione, ita vt, cum eſſet eundum, non potuerit eo liberè proficiſci. Quæ reſtitutio non fuit conceſſa, habita ratione illius temporis ſex dierum (nam tam longum tempus inducit potius reiectionem reſtitutionis) ſed potius ob impedimentum illud aquarum: ut per Bar. in l. Imperator. ff. de appellat. & in ſimili habes † impedimentum iuſtum
1 in perſona procuratoris contingens, omnino dominum ex cuſare, ita ut reſtitutionem poſſit aſſequi, ut per Bar. in l. cũ filius. §. in hac ſtipulatione. ff. de uerb. obl. Ad rem etiam fa-
2 cit, quòd † impeditus negotio alicuius proſequi appellationem, ſi apto tempore eam poſtmodum introducat, licitè agit: ita docente Bar. in l. ſi cum ipſe. ff. de excuſationibus tu. Ita etiam cũ hic facto apparitoris, apparitor verò aquarum inundatione impediti eſſent, meritò viſum fuit, reſtitutionẽ eſſe concedendam: cum ea tamen qualitate & clauſula (quę in omnibus in integrum reſtitutionibus ſemper adiicitur) ſi de precũm veritate apud iudicem, penes quem ventilabitur reſtitutio, conſtiterit.

Statuto diſponente, Eſſe à ſententia iudicialiter appellandum, aut de prouocando proteſtandum, ſi maior per ſe aut per procuratorem ſtatuto non ſatisfecerit, poterit num contra eam omiſſionem reſtitui?

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus per iudicem ſi ſe grauatum putet ſententia, aut per ſe, aut per procuratorem iudicialiter appellare, aut de prouocando proteſtari tenetur.*
2 *Procurator ſine mandato comparens, vel omnino non comparens, pari iure cenſentur.*

CAPVT CCCLXXIII.

INter cæteras celeberrimi Senatus Dolani conſtitutiones hæc reponitur, vt † qui cõdemnatus
1 eſt per iudicem, ſi ſe ea grauatum putet ſnĩa, debeat per ſe aut procuratorem ſuum iudicialiter appellare, aut de prouocando proteſtari, idq; ſtatim pronunciato iudicato. Sic ſtante tali ordinatione, aut ſi malis ſtatuto, qui conſtitutus in ea lite procurator fuerat, tunc cũ ferretur ſnĩa, iudicio non adfuit, quod ægrotus & planè infirmus eſſet: cuius tamen nomine alter ex ꝓcuratoribus iudicij, & qui ei ſummè amicus erat, comparuit: qui tamẽ domino condemnato non appellauit, aut de appellando ab ea ſnĩa proteſtatus eſt, quòd cum ad aures domini veniſſet, ip ſe, quaſi de nouo id ad illius deueniſſet notitiam, ab ea appellauit ſnĩa demum timens ne non eſſet fundata, ut decebat, ſua prouocatiõ, implorauit a Senatu reſtitutionem in integ. quòd ſtatim lata in ſe ſententia non fuiſſet prouocatũ aut de appellando ꝓteſtatũ. Hoc autem vnum reſtitutionẽ reijciebat, illa edicti forma, quæ uidebatur adamuſſim obſeruanda; quia eſſet de ſpecifica ipſius actus ſubſtantia, ita vt iuxta id præfatus Senatus penè aut nunquam ſoleat eam conſtitutionem alterare, aut contra eam diſpenſare, niſi ducatur euidentiſſima & prægnanti cauſa. Fit autem ea ratione; quia tale ſtatutum ſit optima cauſa introductum, ut obuietur friuolis appellationibus & ne paſſim ridiculæ prouocationes admittantur. Ab ea tamen ſententia tandem diſceſſit Senatus, atq; hunc reſtituendum declarauit. Nec ab re: nam ad hæc ſubeſſe apertam rationem omnino patuit: primũ huic ſupplicanti nihil imputari poſſe, cur ſibi eum in ꝓcuratorem delegiſſet, quem primo loco ꝓſtituerat: tum quia is communi fama & nomine idoneus haberetur, tum quia non potuerit futuram præſcire ægritudinem. Conſiderabatur & aliud, nõ debere inſiſti in eo, quòd comparuiſſet
2 alter ꝓcurator, a quo fuiſſet prouocandũ † quia is nullum habebat ad id mandatũ, vt perinde ſit iudicandũ, ac ſi non ꝓparuiſſet, cum adeſſe iudicio non poſſet: & rẽ eundẽ effectũ producere debere, ac ſi non comparuiſſet, arg. cap. Nicolao, extra de app. in antiquis. Accedebat & aliud quòd hic, vbi ſciſſet ſe condẽnatum, illico appellaſſet. Quæ oẽs cauſæ ſimul

Source : BIU Cujas

ſæ ſimul ineluſæ mouerunt Senatum ad eam reſtitutionẽ concedendam: quam ſuffultam & ſubnixam iuſtiſſimis rationibus vel ad oculum intelligis, & per quas poſſit ab ea edicti forma diſcedi.

Vbi expedit Reipu. actum aliquem effectum ſortiri, poteſt aduerſus eum actum maior reſtitui: ſed ita, vt interim pendente reſtitutionis iudicio, actus ſubſiſtat.

SVMMARIVM.

1 *Prouocatio iudicis ſententiam ſuſpendit.*
2 *Mora vbicunque periculum eſt allatura, à communis Iuris regulis deficitur.*

CAPVT CCCLXXIIII.

PRæcedenti exemplo affine eſt aliud, & admodũ conueniens ad declarationẽ & verã intelligentiam præſcriptæ ꝓuetudinis. Exemplũ tale eſt: Cum electus in quartum virum Salinenſis urbis quidã ex illius loci ciuibus fuiſſet, ac is eius officii curã ſuſcipere recuſaret, citatus eſt tandem coram loci ordinario, ibi allegaturus & ꝓpoſiturus ſuas excuſationes, ſi quas fortaſſe haberet. Cæterum cũ die ꝑſtituta nõ ꝓparuiſſet, iudex proſpiciens de ſumma Reipub. Salinenſis utilitate agi, ac expedire omnino illũ quartum virum in ea urbe præfici: circunſpecta illius electi abſentia, in eius ꝓtumaciã declarauit, electionem de eo factã validã: hoc adiecto, ꝙ talis ſic electus certa die coram eo compareret, tũc iuramentũ ꝑſtiturus, ſe probè & rectè in tali officio verſaturum, arg. notatorũ in Auth. vt iudic. ſine quoquo ſuffragio, à qua interlocutoria tunc nullo modo fuit illius electi nomine nec appellatũ, nec de ꝓuocando ꝓteſtatũ. Porrò hic ſciẽs, ita in ſe latam ſententiã, ipſe quaſi hæc de nouo ei innotuiſſent, ab ea appellauit. Qui ẽt timẽs, ne ſuæ nõ deferrẽt appꝓbari, qa nõ fuiſſet iudicialiter emiſſa aut ꝓteſtatũ de appellando, petiit ſe in integrũ ꝯ talem ꝑtermiſſionẽ reſtitui: in quo putarũt qdã iuxta eã, q̃ priore ꝑmiſimus exemplo difficultatem, non eſſe ab edicto deficiendũ. Ex cã tñ Senatus reſtituendũ hũc credidit. Cauſa aũt hinc ſumebat fundamentũ, ꝙ hic nõ diceret edicto ꝓueniſſe, aut illud non obſeruaſſe: qa preſens nõ adfuiſſet ſñia: quę eſt ſumma limitatio ad eã ꝓuetudinẽ. Sed nõ quieſcit in eo animus, maximè circa eius limitationis veritatem: quæ ſi uera eſſet, & paſſim reſtituerent. q edicto tali non ſatisfeciſſent: quia iudicio nõ adeſſent: nemo eſſet, q vellet ꝓparere: & ex hoc ſolo ſe reſtitui peterẽt: quia ꝑſentes in iudicio nõ fuiſſent: qua via daretur anſa malignãdi & ꝓtemnendi ꝓtoris maieſtatem: imò ex dolo ſuo & delicto quis reſtitueret aduerſum cões Iuris regulas. Velim tã intelligas, nõ ex eo ſolo talẽ reſtitutũ, ꝙ præſens non fuiſſet, dum pronunciaret interlocutoria, ſed qa tũc adeſſe iudicio nõ potuerit, ꝙ omnino eſſet infirmas. Quæ ambo ſimul cõnexa, non aũt ſi ſeparata ſint, inducũt reſtitutionẽ in integ. Quia tã non potuit huius negligentia omnino excuſari, cũ ſaltẽ procuratorem ad iudicẽ miſiſſe debuiſſet, vt in l. quæſi tũ. vbi Bar. ff de re iu. & l. 2. §. j. ff. ſi qs caut. viſum fuit Senatui, hunc nõ eſſe aliter reſtituendũ, niſi cũ ea clauſula, ꝙ electionis ꝓfirmatio interim pendẽte appellationis lite effectũ ſortiretur, hoc eſt ſtaret, nec per appellationẽ ſuſpẽderetur
1 † cũ tã prouocatio ſoleat iudicis ſñiam ſuſpendere vt in l. j. ff. ad Tur. Cuius clauſulæ appoſitionem non à ꝓpoſito alienã ipſe iudicabis, ſi ad vnũ animaduerteris, quòd tũc q̃ſtio eſſet utilitatis publicæ & ut ꝓſuleret vbi Salinẽſis, ne deſtituta maneret quarto viro, a quo ibi pendet Reip. moderatio, & eorũ quæ vrbẽ ꝓcernunt, introductio. Ad qd ꝓducit
2 vulgata ea Iuris regula, Vbicunque † mora eſt periculũ allatura, eſſe a communis iuris regulis quãdoque deficiendũ, ut in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de operis no. nunc.

Vbi publica præcedente ſubhaſtatione, accedente etiam iudicis decreto, res fuit vendita, vtrùm contra eam venditionem poſſit maior reſtitui?

SVMMARIVM.

1 *Sexus muliebris in Iure peculiari fauore dignus cenſetur.*
2 *Deceptus non videtur, cuius bona publicè, & proclamationibus obſeruatis venduntur.*
3 *Iuſtè poſſidet, qui authore prætore poßidet.*
4 *Aduerſus moroſum omnia iura inſurgunt.*
5 *Ex ſubhaſtatione verum rei precium arguitur: quod limitatur, nume. 6.*
7 *Iudicis decretum tollit præſumptionem doli ex propoſito, non autem re ipſa.*

CAPVT CCCLXXV.

APud eundem Senatum mulier maior ſupplici libello querimoniam propoſuit, quòd ob fideiuſſionem a ſe præſtitam tertius quidam curaſſet illius patrimonũ per ſubhaſtationem, ac (quod aiunt) decreti formam vendi, ita ut poſt obſeruata in ea re edicta quatuor, quæ lex municipalis Burgundiæ omnino requirit, ea bona ſic ſubhaſtata emiſſet quidam, in quorũ poſſeſſione miſſus fuiſſet tactu (quod ibi aiunt) virgulæ, vt eſt moris in ea prouincia: quod fit iudice pro tribunali ſedente præſtituto demum emptori termino, ut intra certum diem perſolueret precium rerum emptarum. Cæterum, nõdum illo die lapſo, nec ſoluto adhuc tali precio ꝓpoſuit mulier, ſua bona fuiſſe longè minori precio, q̃ valerent, vẽdita, imò penè in tra dimidiatam iuſti precij: nec deeſſe, qui maiorem offerrent ſummam, ſi denuo licitarẽtur: ita ut peteret ſe aduerſus ſententiam ſic in ſe latam reſtitui: & admitti, vt non obſtante ea venditione actuali miſſione in poſſeſſionem, & reali bonorum traditione, fieret edictum aliud peremptorium, intra quod ea bona denuo ſubhaſtarentur, & in nouam venditionẽ referrentur. In cuius partes hoc unum accedebat, quòd tam enormiter ſe læſam allegaret. Ex oppoſito proponebatur, eſſe ius emptori iam quæſitum per traditionem, argum. l. traditionibus. C. de pact. quæ iudicabatur ratio vrgentiſſima, & per quam fiebat illatio, quòd aliàs fruſtratoria talia edicta & proclamata in ſubhaſtationis lite fierent, ſi paſſim retractarentur, vbi maximè eſſent ſolennitates, in eam rem introductæ, obſeruatæ. fit enim per temporis interualla, ut liberius & commodius emptores reperiantur: per quod tanto magis refutanda videbatur eius mulieris ſupplicatio, & a reſtitutione reiicienda ſeu explodenda. Obtinuit tũ hæc mulier, vt ex abundanti fieret nouum & vnicum aliud proclama: præfixo ad id certo breui tẽpore, quo demum ea bona venderentur & licitarentur. Ad hæc
1 autem plura tũc Senatum induxerim, primum † ſexus muliebris, cui lex ſummopere arridet, & quantum põt accedit, vt eſt in titu. ff. & C. ad Senatuſc. Velleia. Tum quòd hæc uidua eſſet, & ita miſerabilis perſona reputaretur; vt eſt in tit. C. quando inter viduam & pupillum. Præter hæc tam enormis læſio, & unum aliud, quòd vbi reclamaſſet emptor, nõdum hæc recepiſſet pecuniam. Ab hac denique aſſerebaſ, quòd omnem operam dediſſet, dum ſua bona vẽderentur, vt reperiret aliquẽ, qui ea iuſto emeret precio: quem tamẽ tunc aſſequi non potuiſſet, cum iã nunc eũdem eſſet nacta, atque ob hoc longè maius precium ſubeundũ. Ex quo poſtremo penſabat Senatus Dolanus plurimũ utilitatis acceſſurũ cæteris creditoribus, qui in lite ſubhaſtationis pro collocatione debitorũ ſuorũ interuenerant: quia eo medio, & admiſſo nouo proclamata, ubi bona pluris uenderentur, & horum augeretur precium, poſſent ſic integrũ debitum cõſequi, vbi fortaſſe re minus vendita, ſummæ eſset locus iacturæ. An aũt rectè ea Senatus determinauerit, parum per hoc loco libet excutere: quia articulus hic, & ſiqui ſunt ſimiles ſunt quotidiani, & in praxi peculiariſſimi. Porrò quęſtionẽ hanc attingit Ang. in l. ſciendũ. ff. de verb. obl. vbi defenſare viſus eſt, ceſsare debere hoc caſu reſtitutionem in inte-
2 nec eſse reſcindendã venditionem † cum non præſumatur deceptus aliquis, vbi illius bona publicè & proclamationibus obſeruatis fuerunt vendita ex quibus ſecundũ Iuris prę ſumptionẽ iuſtius & verius reſultat precij, arg. l. 1. C. de ꝑd.
3 cur. lib. 10. Cod. Iuſtè † ẽt ſm eum poſſidet, qui prętore authore poſſidet. l. iuſtè poſſidet. ff. de acq. poſs. quod eſt ad cõfirmandã emptionẽ accomodũ. Eſt & mulieri imputandũ, quæ pro alio inconſultè fideiuſſiſſet, ac quę ẽt poſtmodũ, vbi ſe ad id teneri ſciebat, non ſoluiſſet: non aũt ita ageret, vt ad ſuorum bonorum venditionem procederetur, cum
4 † maximè iura omnia inſurgant aduerſus moroſum, vt in l. quod te. ff. ſi certum pet. Quid enim ad ſolidandã & firmãdã alicuius rei venditionẽ efficacius fieri poteſt, q̃ quòd ea
5 res publicè vendatur & ſubhaſtetur? cum † ex ſubhaſtatione arguatur verum rei precium, ut per Doct. in l. j. C. de iur. fiſc. lib. 10. Si etiam non ſubſiſteret ea venditio, ſic iudicis authoritate facta, uix ſaltem difficulter reperiren-

Source : BIU Cujas

tur emptores, qui res ſic uenditas emerent: nec eſſet tutus aliquis eas emens, & eſſent incerta rerum dominia. Eſt & aliud, ſubueniri eo caſu minori ætati, vt eſt in c. cum dilecti, extra de empt. & uend. in quibus id ſpeciali fauore eſt introductum, ita ut in maiore annis debeat oppoſitum ſtatui, l. j. ff. de municip. Atque hæc Angeli ſententia, ſi rigorem Iuris ſpectes, verior certè alia uidetur, & quæ Senatus Dolani declarationi è diametro refragatur. Sunt tamen alij, qui æquitate inſpecta, contrariam defendant opinionem: quos primum mouet Bar. in l. j. C. de præſcrip. triginta anno. ubi is docet, non ualere conſequentiam, res eſt per ſubhaſtationē vendita, ergo iuſto precio. Præterea dolus, qui re ipſa interuenit, facit ſileſcere eam iuſti precij conſiderationem, cum pro conſtanti allegetur, enormiſſimam læſionem interueniſſe. Accedit ad hæc, quod habetur in l precia rerum. ff. ad legem Falc. vbi dum in eius ſcrupi declaratione uerſantur Doctores, rem ualere tantum, quanti vendi poteſt: docēt id eſſe intelligendum, niſi de fraude appareat, & vbi eſſet enormis læſio: quia his caſibus non procederet talis regula, arg. l. omnes. §. Lucius ff. quæ in fraud. cred. ita ut ſimile diſponi debeat, ubi res uenditur per ſubhaſtationem iudice præſente, etiam obſeruatis ſolēnitatibus, debere uenditionem ſub ſiſtere, niſi de enormiſſima læſione appareat. Ad hoc autē magis me inducit ratio & fundamentum (quod tamen in confirmationem contrariæ affertur opinionis) ſubueniti hoc caſu etiam minori: qui exiſtimem, ſimile diſponendum in muliere, & vidua paupere, quale eſt exemplum & thema aſſumptum: quæ cum ſit perſona miſerabilis, eſt, quòd ei, vt pupillo, accedatur, maximè ubi cum his qualitatibus ſub eſt iuſtiſſima cauſa. Quod autem narratum ſupra eſt, ex ſubhaſtatione iuſtum præſumi precium † id eſt ſic intelligēdum, modo non doceatur oppoſitum: quod fit, vbi de dolo
7 re ipſa patet. Item † iudicis decretum tollit præſumptionē doli ex propoſito, non autem re ipſa: ut hæc opinio, ſi æquitatem ſpectei, habeat in ſe plurimum rationis: ſecundum quam Senatus Dolanus ſolet ex iuſtiſſimis cauſis ſancire, vt fiat nouum edictū, ac denuo res ſubhaſtetur. qui modus eſt longè humanior, probabilior, minuſque partibus nocēs quàm ſi per reſtitutionem reſcinderetur ex integro, quod a iudice actum eſt. Nam etiam ſi edictum nouum fiat, poterit forta ſſe res minoris vendi, aut nemo erit, qui pluris eam licitabitur: & ita in nullo fiet emptoris primi conditio deterior. Quinimò etiam ſi læderetur, hoc tamen non impediret eam noui edicti propoſitionem. Sic ex his concludo, potuiſſe iure talem mulierem reſtitui: & ita facio hanc concluſionem, vbi res eſt præſente iudice vendita, præcedente ſubhaſtatione publica, impediri actus reſciſſionem, niſi adſit aliqua iuſta cauſa, quæ oppoſitum ſuadeat, & ob quam iudex uideat actum deberę reſcindi.

Ex probabili abſentia maior reſtitnitur, vt etiam lapſo anno interdicto retinendæ (quod practici poſſeſſorium nouitatis vocant) vti, & illud impetrare poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Abſens etiam ex probabili cauſa procuratorem conſtituere compellitur.*

CAPVT CCCLXXV

ADmiſſum ab eodem Senatu memini maiorem, quo poſſet nouitatis mandatum (ita aiunt in praxi) proponere etiam lapſo anno, qui conceditur ad eam viam poſſeſſoriam intentādum. Eſt etiā interdictum poſſeſſionis retinendæ. ut ego poſſeſſionem meam defendam, intra annum impetrandum, cum interdicta annalia ſint. Huius autem maioris ſupplex libellus hoc continebat, quòd interim pendente illo anno fuiſſet abſens a prouincia, ac ſtatim lapſo tempore ad Sena
1 tum confugiſſet. Quibus † ex aduerſo reſpondebatur, debuiſſe ab eo procuratorem dimitti, qui ſuis rebus conſuleret, ut per Bar. in l. fi. ff de reſt. in integ. tum ꝙ nec per ſe, nec per alium, pendente illo anno, vlla eſſet uſus diligētia: a quo aut ſaltem ſuo nomine fuerat iudex adeundus, & proponē da aliqua turbatæ poſſeſſionis querimonia, etiā ꝙ effectualiter mandatum nouitatis non impetraſſet. Sed tādem ſupplicanti hæſit Senatus, & ob abſentiam reſtituendū declarauit: circunſpecta illa ratione, quòd procuratorem dimiſiſſe debuiſſet: cum is actus cauſas nondum lapſas, ſed futuras in ſpiceret, & a quo diuinari non potuit, eſſe ei litem mouendam. Sed cum hac qualitate reſtitutionem aſſecutus ſuit, vt ad illud interdictum intentandum admitteretur citra *reſtabliſſement*: hoc eſt, vt non ſequeſtraretur, nec aliquid ex perceptis fructib⁹ teneretur refundere lite pēdente aduerſarius.

Subuentum per reſtitutionem ruſticis maioribus, ignauia cuiuſdam apparitoris publici læſis, à quo in exequenda eorum appellatione fuerat erratum.

SVMMARIVM.

1 *Apparitoris publici negligentia non debet obeſſe partibus.*

CAPVT CCCLXXVII.

SVccurrit & aliud a ruſticis quibuſdam obtentā reſtitutionem, quòd apparitor, cui commiſerant curam exequendæ appellationis, quam hi emiſerāt, duobus diebus deſeciſſet in illius mādati executione; quod eſt ſatis affine exemplū ei, quod ſupra recenſuimus, vbi in ſimili caſu fuerat vno tantum die erratum, ita ut non conſtituatur differentia vnius diei aut duorum, imò nec trium aut quatuor, ſaltem quod ad moræ purgationem attinet, ut eſt in ea l. & ſi poſt tres, prælegata. In hos verò ruſticos objiciebatur, quare tam negligentem, nec diligentiorem ſibi delegiſſent apparitorem, arg. l. cum mandato. ff. de minorib. A quibus tamen reſpon
1 debatur, nihil debere eis hoc caſu aſcribi † cum is publicus eſſet apparitor, & ita publico ac communi fungeretur officio. Ceſſabat que ex eo illa communis ratio, debuiſſe ab his in illum apparitorem agi: quaſi fruſtra id efficeretur, vbi nulla culpa hos ſequeretur. Et ex eo reſtitutionis auxilium tanto magis his eſſe indulgendum probauit Senatus.

Vbi quis ad inſtrumenti editionem ante litem conteſtatam tenetur, ſi inſtrumentum illud culpa amanuenſis deperditum fuerit, & demum poſtea repertum ſit, reſtituitur pars ad eius nouam editionem, etiam lite iam conteſtata.

SVMMARIVM.

1 *Actor ad inſtrumenti de nouo reperti nouam productionem reſtituendus eſt, ſi nondum in cauſa concluſum fuerit.*
2 *Inſtrumenta vſque ad concluſionem in cauſa regulariter produci poſſunt.*

CAPVT CCCLXXVIII.

VM in tertium litigaret Titius, iuſsum ei eſt à iudice, ut exhiberet ceſſionis inſtrumētū, quo ipſe ſe in reum vſurum expreſſim in ſuo libello deduxerat. cui iuſsui cum uellet is ſatisfacere, talem ceſſionem deperditam reperit, quā tñ re uera ipſe primum in eadem lite produxerat: quod planè teſtabatur amanuenſis, grafiarius vulgò nominatus cuius aſsertione, in ſcripto actori data, de eo liquidò petebat. Cæterum accidit, vt actore talem ceſſionem non exhibente, iudex reo id efflagitante, declarauerit, denuo hunc ad illius ceſſionis exhibitionem non admittendum: demum lata ſentētia hoc accidit, vt prędictus amanuenſis, dum reuoluē disprocesſibus daret operam, eam ceſſionem primò exhibitam repererit. Quòd vbi actori innotuiſſet, petiit à Dolano Senatu, ſe ad nouam illius ceſſionis productionem reſtitui
1 † cum maxime aſſereret nondum eſſe in cauſa cōcluſum: quem ad id reſtituendū ſine cōtrouerſia probauit Senatus, idq; multis rationibus. Prima, quia huius culpa non fuiſſet inſtrumentum deperditū, ut ei nihil poſſet imputari, ſi id nō exhibuiſſet, cū hoc pręcepiſſet iudex: imò ſi cui erat culpa adſcribenda, debebat in amanuēſem reiici, qui cum verbo, tum etiam ſcripto fatebatur, ſe inſtrumentū tale ab actore habuiſſe: præterea patebat, fortuito & inauſpicato repertum de nouo, ut ex eo ceſſaret omnis malitia, & ſiniſtra in actorem ſuſpicio, ꝙ is hoc inſtrumentum celare uoluiſſet.
2 Id ēt ꝙ nondum eſſet in cauſa concluſum, plurimuz fomē ti tribuerat reſtitutioni † cum regulariter uſq; ad ꝯcluſionē in cauſa poſſint inſtrumenta produci, vt inca. cum Ioannes

nes eremita. extra de fide instru. Porrò necessariam restitutionem nemo inficiabitur, qui ad id animaduerterit, quòd per sententiam iudex declarasset, hunc denuo ad illius cessionis exhibitionem non esse admittendum, ut esset huic per restitutionem medendum: citra quam etiam capite alio audiri non posset, quia expediens fuerat, ante litis contestationem tale instrumentum edere, quò posset, hoc viso, deliberare reus, an uellet liti cedere, an verò contendere: quod mouerat iudicem, qui eam exhibitionem iussisset fieri. arg. l. j. ff. de edendo. & quia actor expresserat, se tali cessione uti uelle, ita ut talis regula, per quam disponitur, posse usque ad conclusionem edi instrumentum, locum non habeat in his, quæ sunt ante litem contestatam edenda.

Quid si tale instrumentum non exhibuisset maior ante litem contestatam, an admittatur, vt demum producat, vbi prius expediuisset scire, quid in eo contineretur, quia posset reus liti cedere, vel vlterius contendere?

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta de nouo reperta, etiam lata sententia, exhiberi possunt.*

CAPVT CCCLXXIX.

SEd effingamus, ꝙ is actor primum talem cessionem non exhibuisset, qua tamen se uti velle in libello declarasset: si cum mandatum ei esset exhibere eam, non feciſſet allegans deperditū instrumentum cessionis, an si postmodum id recuperarit, sit ad eius nouam productionem admittendus? In quo quorundam erat iudicium, restituendum non esse: quasi ei deberet imputari, proposuisse instrumento cessionis uti uelle, cum tamen illud non haberet, & qui cōsultius ac diligentius rem expēdisse apud se debuisset: imò qui etiā partem aduersam eo medio expensis grauasset: cui, si ante litem contestatam, & ubi ab eo peteretur, fuisset iuxta præceptum iudicis ostensa cessio, fortasse liti cessisset. Hæc tamen nullo modo uisa sunt concludentia, per quæ a restitutionis beneficio repelleretur, cum abnegari non possit, instrumentum de nouo repertum hoc casu fuisse; quo capite lex habet pro indubitato † de nouo reperta instrumenta posse ēt
1 lata sententia exhiberi, vt plenè per Doct. in l. admonendi. ff. de iureiur. & l. Imperatores. ff. de re iud. quod suprà fusissimè declarauimus. Hic etiam existimasse potuit apud se esse tale instrumentum: quia prius illud uidisset & legisset: & hac causa inductus eius in libello mentionem feciſſet: quod vbi postmodum reperire tentaret, ut iudicis præcepto acqe sceret, tunc deperditum repererit, hoc quippe solet passim accidere his, qui negociis intrincantur. Ex quibus planè subducitur ꝟria argumentatio, ante litem contestatā opus fuisse eam cessionem exhibere: quæ etiam si uera sit, non tamē sequitur, quin possit, imò debeat restitui, ut ad eius exhibitionem postmodum admittatur ex iustis illis causis, iudicem ad id inducentibus.

Restituitur communitas contra erroneam confessionem & falsum consensum à procuratore, quem in lite possessoria constituerat, præstitutum.

SVMMARIVM.

1 *Procurator etiam liber domino suo præiudicare nequit, vbi enormis læsio ex actis resultat.*
2 *Dolus sub remissione generali nunquam includitur.*
3 *Communitati læsæ lex in conferendo restitutionis beneficio plus fauet, quàm maiori.*

CAPVT CCCLXXX.

MEmini excitatam possessoriam litem inter communitates duas, quarum præcipua disceptatio consistebat in iure vsus pascendi, cæterum cum inter has fuisset aliquo tpe disceptatum, accidit, vt qui ab vtraque cōstituti in ea lite procuratores fuerant, ambo tali instantiæ possessoriæ renunciassent, cum hac expressa declaratione, ꝙ vtraque cōitas eo iure pascendi gauderet, quo nunc & hoc tpe fruebantur: cū tū ad eū actum & talem consensum præstandum nihil esset demandatum procuratoribus, quibus nihilominus speciali ad id opus fuisset mandato. Quæ cum ad aures utriusque communitatis peruenissent, visum fuit uni ex his tali ꝓsensui reclamandū, qa antea nullum ius pascendi alteri communitati competeret, saltem in eo loco, cuius erat disceptatio: quæ tamen ratione illius ꝓsensus maneret in possessione illius iuris, & ꝙ quam esset tacito ꝓsensu approbata & confirmata detentio seu occupatio aduersæ partis, a qua iniustè inhærebatur illi iuri pascēdi: ita ut aduersus eum ꝓsensum sic inconsultè a procuratore præstitū, non habito ad id speciali mādato, peteret hæc cōitas se restitui, quæ primum ab eo beneficio repellebat, ꝙ talem & tam improuidum sibi procuratorem delegisset arg l. fi. C. de acquir. pos. & in quem, cum posset regressum habere, uidebatur iudicandū, qđ actum erat deberet subsistere. Probauit tū Senatus, restitutionē esse dandā: quem inter cætera hoc mouit, ꝙ talis procurator planè excessisset fines sui mandati: ad hoc enim fuerat ꝓstitutus, ut eius cōitatis possessionē tueret, quam non solū non defensauit, sed ēt planè eneruauit, & in aduersam partem (cui nullum ius competebat) transtulit: ad quod facere videbatur,
1 quod alio loco lex disponit † etiā procuratorem liberū nō posse præiudicare domino, ubi enormis læsio ex actis re
2 sultaret, arg. l. creditor. §. Lucius. ff. mandati. Est doctrina De cij in l. ꝯctus. ff. de reg. iur. vt † ēt simile disponatur in remissione generali, sub qua nunquam includitur dolus, vt per Bart in l. Pomponius. ff. de neg. gest. & in l. quidam decedēs. in princ. ff. de administratione tut. per Ang consi. 144. incipiente: Reuocatur in dubium. Sic cū ea læsio esset manifesta, & admodum grauis præiudicij, qa de pascendi iure tractaretur, quod est perpetuū, non ab re restituendam communitatem fuit iudicatum: & admissa est ad litis cœptæ ꝓsecutionem, nulla cōsideratione habita illius consensus, ita a procuratore ꝓstiti, in quem fuit reseruata actio alteri cōmunitati, in cuius fauorem is cōsenserat. Nec id iniuria: cū ipse eā ita delusisset: & quia sit æquum, vbi tuo facto offen-
3 dor ego, ut a te damnum & interesse cōsequar. Fuit † aūt tāto magis hæc restitutio indulta, quod læsa fuisset cōitas, cui lex adhuc plus fauet in restitutione indulgenda, quàm maiori, ut a nobis fusius postmodum explanabitur.

Restituitur maior ex causa hoc capite declarata aduersus omissionem facti, quod in libello articulari ab eo debuerat.

SVMMARIVM.

1 *Enormi læsione probata restitutionis beneficio maior gaudet.*
2 *Libellus incertus & sub obscurus admittitur, vbicunq; ex facto rei incertitudo causatur.*
3 *Incertitudo quo iure fundamentum sumit ab actore, eodem etiam incertum rei exceptionem admittit.*

CAPVT CCCLXXXI.

REstitutionem teneo memoria a maiore quodam imploratam; quia is omisisset necessariā cuiusdā facti positionem, quod tū fuerat omno per scripturas suas, in quadam lite subhastationis bonorum productas, articulandum Qui supplicans alter erat ex his, q se liti principaliter oppo suerāt: & a quo pro confutatione intētionis actoris deducēdum fuerat, quòd is actor integrum debitum peteret, tanq̄ esset absolutè & ex integro hæres, cum tū re uera esset ei co hęres: ita ut malè & ineptè ageret, a quo totum debitum peteretur, cū esset ei solum dimidia pars debita. Proponebatur aūt ab hoc supplicante, quòd tam incertè & subobscurè actor libellum suum concepisset, ut commodè & opportunè non potuisset is intelligere aut extricare, pro qua parte se hęredem gereret, imò sic fuisse libellum confusum: vt in totum videretur hæres esse: ex qbus hic se petebat restitui in integrū In quem hoc vnum pro euertenda restitutione ꝓsiderabatur, ꝙ ea incertitudo libelli nihil eū posset iuuare: qa si agnoscens eam incertitudinem, dubitaret, an hic in totū vel pro parte vellet se hæredem dicere, erat quòd is eum cogeret, vt id explanaret, & dilucide declararet. arg. l. antepe. ff. de interrog. act. vbi pro iudicij fundamento solent hæc & similia concipi interrogatoria, an sit hæres, & pro qua parte. Sed, hoc non obstante, Senatus restitutionem indulge-

Source : BIU Cujas

dam sanxit: id unum in eam rem ponderans, ꝙ ex hoc facto, ita omisso, resultaret peremptoria exceptio, quæ quod ad dimidiatam partem debiti spectabat repelleret præfatũ
1 actorem, ita ut ex eo resultaret magna læsio † ob quam maiori subuenitur, cum sit hæc iusta causa. Nam aliàs esset iniquum, me ad id adigere, ut ego tibi integrum soluam debitum, cum tamen tenear tantum ad dimidiam partem, nec tu plus ea possis exigere, & qui dolo malo facias petere, qđ debere restituere, arg. l. dolo facit. ff. de doli excepti: Nec etiã absurda causa hæc iudicata est, ꝙ hic actor suboscurè libellum formasset: quia si apertè & lucidè mentem suam declarasset, potuisset supplicans iuxta intentionem suam respondere: ubi cum incertus esset, putauit fortasse ob uerba sic dubia, ꝙ hic se pro dimidiata parte hæredem gereret.
2 Ad quæ facit uulgata illa iuris regula † ꝙ ubicunque incertitude causatur ex facto rei libellus incertus admittit: ut in l. j. ff. quorum leg. Quæ etiam ex proposito sic declarari po-
3 test, vt † ubi talis incertitudo fundamentum sumit ab actore, simili iure sit toleranda exceptio incerta, & cui sit facilius medendum, si in ea aliquis error agnoscatur.

Maior dolo & calumnia partis aduersæ deceptus restituitur, vt quæ ad sui iuris & litis restaurationem spectant, deducat.

SVMMARIVM.

1 *Mulier si producendi literas in iudicio alteri demandauerit, isq; negligenter & non satis bona fide in officio commisso versatus fuerit, restitutionem impetrat.*

CAPVT CCCLXXXII.

1 INtentauerat † quidam apud ordinariam balliui Dolani sedem, litem subhastationis bonorũ cuiliti ubi se opposuisset mulier, prætendens collocationem census annui, quem sibi asserebat debitum, hæc sciens esse vnum ex collitigãtibus, qui simili census collocationi innitebatur, ita apud hunc egit, vt is susceperit hanc prouinciam, se exhibiturum in ea lite scripturas huius mulieris nomine, & se per has conclusurum ad illius census collocationem. Cæterum hic suæ promissionis fortasse immemor, aut nescitur, quo alias motus ingenio, suas scripturas edidit, nec aliquas pro ea muliere produxit, ita ut interim exhibẽdarum scripturarum lapsus fuerit terminus. Quòd cum mulieri renũciatum esset, timens hæc, ne sic effluxo tempore a suo censu excideret, confugit ad Senatum Dolanum: petens se restitui ad suarum scripturarum productionem, vel ea ratione, quòd eam delusisset litis consors: per quod satis ex opposito asserebat, testatam esse suam diligentiam, & hunc fuisse ei animum scripturas prius exhibere. In quam è diuerso opponebatur, non debuisse tam facile illi credere, potissimum in re, quæ eam tangebat: imò in ea diligentius ac circunspectius versari: & si quid damni ei ob id immineret, debere in illum agere, & de sua promissione ipsum conuenire, arg. l. j. ff. de pact. Visum tamen est credibilius, vt huic restitutio concederetur, cum maximè doceret ipsa, in promptu censum sibi esse debitum, & iam a longissimo tempore constitutum, de quo per instrumentum planè constabat, quo censu inhumanum fuisset eam priuari. quòd suas scripturas non exhibuisset, cum etiam tunc nondum esset processus instructus, sed elapsus tantum terminus, intra quem tenebantur partes scripturas collocatorias producere: ita ut penè in nullo viderentur lædi alij collitigantes, nec alteri quàm huic supplicanti damnum inesse, cum qua fortasse sic dolosè egerat consors, & eo animo, ut a censu suo excideret. Sic veritatis census spes in consorte collocata, & fragilis mulieris sexus ad credulitatem omnino pronus & procliuis, mouerunt Senatum Dolanum, quo eam restitutionem concederet. Quæ omnes causæ, potissimum sic copulatæ, iustissimæ sunt.

Contra apparitoris negligentiam, quia is officio publico fungatur, maior restituitur.

SVMMARIVM.

1 *Actus infirmatur, vbi peccatum est in forma.*
2 *Actum vtiliter non extinguitur, aut alteratur propter subsequens inutile.*

CAPVT CCCLXXXIII.

VI principaliter suscitauerat litem subhastationis bonorum, commiserat negotium cuidam apparitori, vt is iuxta formam statutorum Burgundæ prouinciæ, quatuor proclamata, quæ uocant edicta, secundum tempus, ad id a statuto limitarum, curaret fieri: qui confidens ab apparitore omnem formam obseruatam, & nihil eius solennitatis, quam statutum desiderabat, prætermissum, processit in ea lite usque ad calculũ ferẽ dæ sententię. Cæterum dum is acta eiusdẽ litis apud se euolueret, ac perspiceret, annum optimè, & (vt decebat) instructus esset processus, tunc ei patuit primum edictum male, & contra statuti formam fuisse conceptum: quod cum esset intra dies quindecim notificandum, & publice promulgandum, distulerat apparitor vsque ad decimumoctauum diem: per quod planè vitiabatur tale edictum, & quæ postmodum fuerant subsecuta, cum non esset obseruata for-
1 ma, præcisè per statutum introducta iuxta illud, Vbi † peccatum est in forma, actum planè infirmari: ut is ob talem apparitoris negligentiam agnosceret opus esse denuo noua & alia litis intentatione, nisi restitutionis beneficio admitteretur ad nouam eius prioris edicti promulgationem, ad quam petiit se ita restitui inter cætera proponens, ꝙ is publico officio fungeretur, ut ei nihil esset imputabile, cur talem sibi delegisset; quia probè existimaret, benè, & (ut decens esset) hunc uersaturum, cum etiam (ita ut re uera erat) is similes lites, & quæ ad edictorum obseruationem spectabant, adamussim primum tractasset, nulla negligentia commissa, quæ omnia restitutionem talem concedendam suaserunt: & hic admissus est, qui de nouo primum illud edictum repeteret ac renouaret, & iuxta statuti formam curaret denuo confici, quod cum ex causis præscriptis uisum fuit rationabile, tum & aliis duabus: quia nulla alia esset in ea lite nullitas, cum extra edicta optimo essent ordine concepta: ut quod erat sic vtiliter actum, non deberet extingui & alterari per inutile aliud, arg. l. græcè. §. illud. ff. de fideiuss. quia cum plures essent in ea lite aduersum hunc impetrantem opponentes, nemo tamen horum eam nullitatem primi decreti obiecerat, ut non uideretur in tanto his præiudicati, vbi concederetur restitutio, quàm filii in lite illud deduxissent, & super ea nullitate ius sibi fieri expostulassent.

Vbi maior ex iusta causa probabiliter ignorauit, ad quem appellare deberet, & ob id ad alium iudicem, quàm deceret, prouocauit, ac interim lapsa sint exequendæ appellationis tempora, ad vtrunque is restituitur.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum non præsumitur, nisi de eo appareat.*

CAPVT CCCLXXXIIII.

DVm apud eundem Senatum Dolanum versaret, accidit simile huiusmodi exemplum: Qui tunc patriæ Burgundæ irenarcha erat, quem ibi uulgato sermone Marschallum nominant delegauerat causam tanq̃ irenarcha cuidam suæ familiæ nobili, vt de ea lite cognosceret, & eam apud se tractaret, fungebatur ẽt tũc is irenarcha alio officio balliuatus superioris in eadẽ ꝓuincia, in qua verè is est iudex ordinarius, & ita ordinarias causas tractans. Quod non ab re sic declaro; quia uis negotij, de quo statim agetur, dependet a delegatione causæ: puta, an tanquam ordinarius, an tanquam irenarcha eã ꝓmisisset: cuius vtroq; casu est separata iurisdictio: ꝙa vt irenarcha nullã hẽt in ea ꝓuincia causarũ cognitionẽ, nisi in certis specificis, & limitatis casibus, in quibus nõ erat annumeratus is, quem ipse suo nobili tractandũ & decidendũ commiserat: sic cũ processũ esset in ea lite, tulit delegatus iudex certã interlocutoriã: qua reus se grauatũ sentiens, ad iudicẽ ordinariũ eiusdẽ balliuatus superioris appellauit, & ita ad eundẽ delegantem, nõ tñ tanquam irenarcham, sed balliuũ superioris sedis, quam appellationẽ sic emissam hic demũ expendens, & apud se examinans an, ut decuerat, eam introduxisset, cognouit debuisse ab eo ad supremum Senatum appellari, attenta causæ delegatione ab irenarcha procedente, ꝙ haud dubiè subest Senatui Dolano, cum is nullũ aliũ superiorem ibi agnoscat. Sed cum hic error detegeretur, iam exciderant integra exequẽdæ prouocationis tẽpora. ita

ut

vt huic expedierit restitutionez a Senatu impetrare, ne aliàs in appellatione succumberet. Quem restituendum determinauit Senatus ad suæ appellationis apud eundem Senatū nouam introductionem & prosecutionem. Hunc autem mouit, ꝙ inualida esset talis delegatio, quia non potuisset tanquam irenarcha similem causam delegare, ut quæ esset apud ordinarium tractanda: ut plurimum negotij faceret talis iurisdictionis defectus. Erat & aliud, ꝙ hic appellans non uiderat delegationem, ita ut probabiliter ignorare potuisset ad quem appellare deberet. Quæ duo sic Senatum mouerunt ad talem restitutionem indulgendam: sed inter cæteras rationes prior visa est concludentior, cum re uera finalis non omnino apta sit: quia illi uidebatur adscribendum, qui ab initio sibi delegationem ostendi non petiisset, cum ipse talem pro iudice non agnosceret, saltem agnosce
1 re non deberet † quia non præsumitur mandatum, nisi de eo appareat, vt in l. unica. C. de mand. princ.

Aduersus errorem, qui ex actorum inspectione manifestè detegitur, restituitur maior.

SVMMARIVM.

1 *Omissa conclusione processus nullus est.*

CAPVT CCCLXXXV.

RAta prouisionali (quod aiunt) sententia, & facta a iudice declaratione, esse a partibus in lite concludendum, appellauit ab ea sententia, qui condemnatus fuerat. Cæterum cum inesset appellationis dies, essetque iudicialiter deducenda appellatio, non adfuit appellans iudicio, hac (ut præsumitur) mente, quò litem in longius protraheret: cuius demum prouocatio ob contumaciam ipsius deserta pronunciata est. Porrò qui uicerat, desiderās eius litis accelerationem, curauit denuo aduersarium citari, ut in principali negotio procederet, & iuxta interlocutoriæ formam ad causæ conclusionem deueniretur: inconsultò tamen & præmature petiit ille, se ad sui processus exhibitionem admitti, idque præpostero ordine: fuerat enim ordinandum iuxta formam interlocutoriæ, ut cogeretur aduersarius ad conclusionem in ea causa faciendā, qui error cum manifestè ex actis deprehenderetur, fuit per restitutionis beneficium purgatus, & hic admissus, ut in causa posset concludere: qua omissa, nullus alius fuisset processus, ut est in l. prolatam, ad id uulgatissima. C. de senten. & interloc. om. iudic. Sed cum hic error lupinus esset, & ob tusum admodum hominem repræsentans, declarauit Senatus, ut processus expensas sufferre teneretur.

Vbi erroneè maior curauit in inuentario describi res, quæ hæreditariæ non erant, aut si inuentario inserere aliquas omiserit, restituitur.

SVMMARIVM.

1 *Hæres ex iuris communis dispositione inuentarij priuatur beneficio, si res inuentario inserendas omiserit, aut non inserendas adscripserit.*

CAPVT CCCLXXXVI.

SI maior se hæredem sub inuētarij beneficio gesserit, & in inuentario res aliquas erroneè describendas curarit, cum tñ non essent hæreditariæ aut si etiam quasdam alias, probabili ductus error omiserit: poterit is ex clausula generali re
1 stitui, vtas detrahat, aut adiiciat † ne aliàs priuetur beneficio inuentarij, à quo excideret iuris communis dispositione inspecta, ut per Ang. in l. 2. §. stipulatio. ff. si cui plus quam per l. Falcid.

Subuenitur maiori, qui ignorans sibi delatam hæreditatem eam intra annos triginta non adijt.

SVMMARIVM.

1 *Maiori non minus, quàm minori propter iustam ignorantiam succurritur.*

CAPVT CCCXXXVII.

EX generali illa clausula, Si qua mihi insta causa vi debitur, hæres restituitur, qui intra annos triginta hæreditatem non adiit, vbi sibi delatam ignorasset, vt per Bar. in l. 2. §. si propter. ff. de itinere actu que priuato. ita Ludo. a Ponte in l. fina. C. unde cog. per gl. in l. si sic. sub uerbo, seruitus. ff. quibus modis seruit. amit. nec in hoc constituitur discrimen inter minorem & maio-
1 rem † quia vt minori ob ignorantiam iustam succurritur, sic & maiori quod ego supra latissimè & diffusè examinaui, vbi tractatus fuit articulus, An ob iustam & probabilem ignorantiam minor seu maior debeant restitui.

Admittitur maior, lapso termino iudiciali, ad editionem instrumenti, imò etiam iam lata sententia.

SVMMARIVM.

1 *Sententia non aliter rescinditur, nisi per instrumenta de nouo reperta.*

CAPVT CCCLXXXVIII.

DVobus maioribus inter se litigantibus, vbi horum alteri iunxisset iudex, ut alteri parti instrumentum quo is se vsurum proposuerat, ederet, si demū lata fuerit snīa, nondū edito tali instrumento, poterit hic qui eius exhibitionem prætendebat, petere, vt in eo reponatur statu, in quo prius constitutus fuerat ante sententiæ pronunciationem, & ad id tē pus reduci, quo fuit parti iniuncta talis editio, ac ut pars cō pellāt necessariò ad eam editionem: cui si satisfecisset, proculdubio (ut ab eo asseritur) obtinuisset is snīam, quam restitutionem Bar. dandam testatur in l. argentarius. §. fina. ff. de eden. ubi non esset soluendo talis aduersarius: uolens ex opposito, si soluendo esset, posse in eum uia ordinaria agi, hoc est, vt qui obtinuit snīam, non debeat gaudere fructu sententiæ: & ei hoc in executione proponere, ꝙ non alia ratione vicisset, nisi quia non satisfeciisset editioni illius instrumenti. Ego uerò sum huius snīæ, vt utroque casu, siue soluendo siue non soluendo sit, cōpetere debeat restitutio in integrū. Me autem in eam ducit opinionē, quòd ambobus casibus iusta causa suadeat concedendam. Nam cum hic a tali exhibitione cessarit, est quod ei imputetur, Huic ēt supplicanti asscribitur, cur ante sententiæ pronunciationem non coegerit hunc ad illius instrumenti editionem: quod facilè uia ordinaria præstitissent: non autem tam supinè & improuidè sic in eo uersari, ut pateretur dirimi sententiam. In quib⁹ duabus culpis eligitur media quædam via, ex qua deducit iusta restitutionis cōcedendæ causa, cum potissimum prior culpa sit longè alia grauior & prægnantior quippe quæ ex contumacia procedat. Nec mihi placet illa Bar. cōsideratio, posse in alium agi, ubi esset soluendo, nec esse opus restitu-
1 tione: quia necessariò sententia restitutionem inducit † quę non aliter rescinditur, nisi per instrumenta de nouo reperta, ut est in l. diuus. & in l. Imperatores. ff. de re iudic. & quòd soluendo uel non soluendo sit, non impedit restitutionem. Præterea si hic uia ordinaria ageret, sic necessariò deberet concludere, ꝫ se fuisse latam snīam ob cessationem ab exhibitione instrumenti: de quo vix aliter patere posset, quàm per uisionem processus, cum hæ essent partes iudicis expendere & examinare, an si tale instrumentum productum fuisset, potuisset aduersarius succumbere. Hac autem uia nulla melior altera, & quæ aptior sit, eligi potest. In quo uerum consideres, nonne id longè facilius & commodius efficeretur. per restitutionem in integr. quam si pars ordinario remedio egerit: ita sanè & hoc quilibet, qui ius calluerit, sanè mihi fatebitur.

Maior impeditus testes aut instrumentum in quadam sua lite producere, restituitur, vt productioni talis satisfaciat.

SVMMARIVM.

1 *Maior testes aut instrumentum productarus si impediatur, an restitui debeat, si iudicem ante sententiam de tali impedimento certiorem non fecerit.*

Source : BIU Cujas

Ioan. Mauritij Bolani. De reſtit. in integ.

CAPVT CCCLXXXIX.

SOlet denique maiori per reſtitutionem ſubueniri, lata in eum ſententia, vbi is ſe iuſtè impeditum fuiſſe docet, quo minus teſtes ſeu inſtrumenta in ea cauſa produxerit, quod eſt ſingulare Innocentij dictum in cap. ultra tertiam, extra de teſtibus & Speculatoris ſub titulo de exec. ſenten. §. poſtremo. Caſtrenſ. in l. Imperatores. ff. de re iudic. † Quòd
1 tamen ſic hi aſſerunt intelligendum & declarandum, vbi is iudicem ante ſententiam de tali impedimento certum feciſſet: non autem aliàs reſtituendum. Qui an in eo verũ doceant, examinemus. His autem adeſſe poteſt, debuiſſe id ante ſententiam iudici à parte manifeſtari, quia ueriſimiliter ipſe ſubduxiſſet impedimentum, & prouidiſſet examini teſtium, ſeu inſtrumentorum productioni. E diuerſo ſuadet reſtitutionem dandam, etiam ꝙ iudicem non adierit, illa ſola impedimenti conſideratio: quia ut ſuprà a nobis ampliſſimè eſt edoctum, iuſtum impedimentuꝫ, ſiue minorẽ, ſiue maiorem inſpexeris, cauſat reſtitutionem in integrũ, vt hic, quia ad iudicem non confugerit pro ſummouendo impedimento, non debeat talem a reſtitutione ſecludere,
2 cùm ſemper dicatur impedimenti cauſa duraſſe. Mihi tamen magis placet præſcripta limitatio, quæ uel ex eo confirmatur; quia cum hic ſciret, ſe impeditum & poſſe tali impedimento a iudice obſiſti, negligenter egiſſe cenſeatur, q̃ ad iudicem non confugerit: ita ut talis negligentia ſit inexcuſabilis: niſi fortaſſe is proponeret, ſe etiam impeditum fuiſſe, dum ad tribunal iudiciarium confugeret. Sed maiori negligenti, vbi potiſſimum nulla ſubeſt excuſandæ negligentiæ cauſa, lex non adeſt, imò potius ob illam negligentiam puniendum ducit: huic autem planè aſcribitur, quare ſic iudicis officium contempſerit, quod tamen facilè is aſſequi poterat.

Competit maiori reſtitutio ex generali clauſula, vt ſi atteſtationes perdiderit, iterum teſtes examinentur, ac hi recipiantur, quos prius iudex reiecerat.

SVMMARIVM.

1 *In cauſa criminali cum probationes coarctandæ non ſint, admittitur reus ad criminis excuſationem, etiam lata ſententia.*
2 *In criminalibus dilatio indulgetur amplior, quam in ciuilibus.*
3 *Periculum vbi maius verſatur, ibi maior adhibetur cautio.*

CAPVT CCCXC.

EX eadem generali clauſula competit maiori reſtitutio, ut deperditis atteſtationibus iterum ante ſnīam teſtes examinentur, item ut teſtes recipiãtur, quos ultra numerum productos iudex primum reiecerat ad refrenandum & cohibendum teſtiũ numerum. Quod poſtremum ego quandoque in praxi euenisſe memini tam in criminali, q̃ in ciuili materia. Fuit aũt criminalis exẽplum huiuſcemodi: Quidam accuſatus criminis hæreſeos produxerat in ſuã defenſionẽ pleroſq̃ teſtes, & longè plures ſuper quibuſdã articulis, q̃ admitteret ordinatio principis, quod iudex officio compeſcuit, reiecto ſuperfluo tali numero. Cæterum cum uiſitaretur decidendus proceſſus, hoc patuit, teſtes primum examinatos non plenè, imò imperfectè de illius rei innocentia depoſuiſſe. Quod vbi is reſcit, petiit ſe reſtitui, ut de nouo admitteret ad illorum teſtium productionem, qui a iudice reiecti fuerant. Ad quod fuit planè admiſſus: & longè minor uiſa eſt in eo dubitatio, quod ad iudiciũ criminale attinet, q̃ in ciui
1 li † qa ẽt lata ſnīa admittendus eſt reus ad criminis excuſationẽ l. diui fratres. ff. de pœnis, nec ſunt ei probationes an-
2 guſtandæ, arg. l. quamuis. C de hæret. & Manic. Quo fit † vt lex ampliorem dilationem tali caſu indulgeat, quam cum
3 ciuiliter agitur, l. fin. ff. de feriis. Id autem fit, † quia ubi maius cernitur periculum, ibi maior eſt cautio adhibẽda. Sed hoc in ciuili lite eſt admodum dubitabile, & qui ſenſerũt eo caſu reiiciendam reſtitutionem in integrum, exiſtimarunt ordinationẽ principis præſigentẽ certum numerum teſtiũ, qui ſuper vno articulo tm̃ examinari debeant, eſſe intelligendam, vbi ciuiliter agitur: ſecus ſi criminaliter: moti, ꝙ nunquam in cã criminali ꝯcludatur in lite, ſiue accuſatum, ſiue accuſantẽ inſpexeris, ut in l. 1. §. ſi quis ultro. ff. de quæſtio. Quibus eſt mens ſuis uti probationibus, ẽt ſi aliqua no uiter euenerint. In ciuili aũt iudicio res non eſt ab omni dubitatione aliena; quia parti primum uidetur aſcribendum, quæ non elegerit eos teſtes, qui poſſunt de negotio aptè deponere. Hoc enim paſſim toleratur, ut qui eſt teſtes pro ſe producturus, poſſit ante eam productionem uidendos articulos, ſuper quibus ſint examinandi, his proponere, & ab his intelligere, quid & de quo recordentur, & ita ſm id ſuũ examen metiri. Sed quia ex unius ore poteſt quandoq; frigidum & calidum emitti, & ita teſtis aliter deponere q̃ præ declaraſſet, ideo videtur reiiciendus. Imò non iudicatur præcedens ratio omnino tuta, & quæ ſit ꝯcludens. imò quòd debeat ceſſare reſtitutio, nec ſint teſtes alij examinandi, facit, quòd omnis curſus dilationum, quæ præſtituuntur ad probationes in lite faciendas, ſit tunc, cum imploratur reſtitutio, finitus, ita ut non debeat alia dilatio dari, ne aliàs euertatur omnis iuris diſpoſitio: nam ſi paſſim admitteretur hæc teſtium examinatio, vix unquam imponeretur finis litibus: quia ſemper ꝓponeret pars, ſibi adhuc alios eſſe teſtes, quorum eſſet vſura teſtimonio. Præterea hæc noua examinatio peti non poteſt, niſi publicatis, & viſis partium atteſtationibus: quomodo. n. hic ſcire aliàs poſſet, quid teſtes ſui depoſuiſſent? Quòd ſi acceſſerit publicatio, non eſt tam faciliter concedendum aliud examen ob teſtium corruptelam, & ſubornationem eorum, quæ ſunt nota, ut eſt in cap. fraternitatis. extra de teſtibus. Atque hæ rationes tam ſunt ueriſimæ, ut ego putem non eſſe dandam in ciuili lite reſtitutionem, niſi id ſuaderet vrgentiſſima cauſa, per quam præſcriberentur p̃ſcripta fundamenta, quæ ꝓcedunt, ſi iuris rigorẽ attenderis. Quæſtionis aũt noſtræ ſumma uerſatur in reſtitutionis beneficio, qd̃ eſt extraordinarium: hoc aũt in exquirendo quæ nam ſit iuſta cauſa, pendet a iudicis officio. Maiore verò ſic ſimpliciter petente ſe reſtitui, vt poſſit nouos teſtes examinandos curare: quia qui pro eo depoſuiſſet, ſuã intentionem non probaſſent, nullo alio allegato, haud dubiè non eſſet ei quouis modo accedendum, quia nulla iuſta cã moueret: quod ſecus eſſet, ſi ꝓponeret, ſibi neceſſariã eſſe talem examinationẽ, quia rei magnæ, & quæ grauis ſit ponderis, ſit quæſtio, puta, ſi de toto eius ageretur patrimonio. Hæc enim cauſa magis moueret iudicem ad reſtitutionem concedendam, quam ſi de re vili contenderetur, arg. l. ſcio. ff. de reſti. in integ. Si etiam ad hoc allegaretur, quod de nouo hi teſtes ſuperueniſſent, nec prius ſciſſet hos de ſua referre poſſe teſtimonium, poſſent hæc, & ſimilia alia iuſtam cauſam inducere: & ſine qua, ac quæ ſit prægnans admodum, concedi non deberet reſtitutio in integrum. Atque ego ſic ſentio.

Si maior velit reſtitui, quia dum penderet annus interdicti poſſeſſorij intentati, non formarit oppoſitionem aduerſus impetrationem gardiæ, quod aiunt, poſſeſſoriæ, hoc ſolùm allegans, quòd tunc temporis eſſet excommunicatus, an ea ſit iuſta reſtitutionis obtinendæ cauſa?

SVMMARIVM.

1 *Excommuuicatus ad defenſionem neceſsariam admittitur: & licèt ab agendo repellatur, excipiendo tamen audit ur.*

CAPVT CCCXCI.

IMpetrauerat quidam à iudice mandatum, qd̃ in praxi vocant gardiam, è qua nihil aliud in effectu reſultat, q̃ ꝙ per eã interdicitur aduerſę parti, ne impetrantem quouis modo in ſuę rei poſſeſſione moleſtet: qua gardia obtenta, ſolet primum apparitor, cui executio eius ꝓmittitur, talem ea in re ꝑ eius mandati efficaciam ꝓſeruare. Demum fit parti, ita turbanti, intimatio eorũ, quæ ab eodẽ executore acta ſunt. Et ſi aduerſarius intra annum a tpe notificationis ſic ei factæ ſe tali mandato nõ oppoſuerit, eſt in manu impetrãtis curare eũ citari, ad hũc finẽ, vt videat impetrantem præcisè manuteneri in ea re, ꝑ qua gardiam obtinuerat: ſic. n. his & ſimilibus terminis praxis Burgunda vti ſolet. Cæterum narrabat a reſtitutionẽ implorante, ꝙ qui tale mãdatũ gardiæ aſſecutus fuerat, curauerat ei illud notificari: cui tm̃ intra annũ non ſe oppoſuiſſet: qa tunc & pendente illo anno fuiſſet excõicatus: & ita inhabilis, q̃ ſtare iudicio poſſet. Qui cum ſe ab eo iam exemiſſet vinculo, petebat ſe reſtitui, ut eam formare poſſet oppoſitionẽ, & ad ſui iuris deductionẽ in poſſeſſorio admitti: à

Source : BIU Cujas

ti:à quo omnino excluderetur, ſi aduerſa pars (vt poſtulabat) præcisè manu teneretur, ita vt opus eſſet, hunc ad petitoriũ iudicium confugere. Ex quibus præfatis non leuis reſultabat dubitatio, an num hic eſſet reſtituendus: quibuſdam exiſtimantibus, à reſtitutione repellendum, cui imputari deberet, cur tali oppoſitioni non ſatisfeciſſet: quaſi id præſtare poſſet, quia talis, qui ſe ſic opponit, dicatur rei partibus fungi.

1 Certum eſt autem, †excommunicatum ad defenſionem neceſſariam admitti, vt per Barto. in l. de pupillo. §. ſeruo. ff. de ope. no. nunc. & licèt ab agendo repellatur, tamen excipiendo auditur, vt per Bar. in l. libertus. ff. de in ius voc. vbi ait, ab eo poſſe exceptionem compenſationis proponi. Præterea ẽt ſi hic ad eam oppoſitionem admitti non poſſet: eſt tamen, quòd inde iuuari non debeat: quia aliàs ex delicto proprio lucrum aſſequeretur, cùm non præſumatur in excommunicationem lapſus, niſi ſua præcedente culpa. Ab aliis verò proponebatur, quòd in illis iudiciis poſſeſſoriis, quale eſt gardiæ, ſeu manutentionis iudicium, vtraque pars ſit actrix, argum. l. in tribus. ff. de iudic. & ita hic, qui ſe mandato opponit, dicitur per eam oppoſitionem agere: & eo tendere, vt ſuam poſſeſſionem tutetur: quæ etiam eſt gardiam impetrantis intentio: & ita opus eſſe eius intimatione, argum. notato. in l. 3. C. de edict. diui. Adr. tollen. Hic autem oppoſitionis actus plurimi eſt effectus, momenti & ponderis: quia ex eo huic opponenti præſtituitur dies, vt in eo coram iudice adſit ius ſuum poſſeſſorium deducturus: & ita deuenitur ad iudicium per eam oppoſitionem. Erat & diuerſum aliorum à præcedentib. iudicium, quòd ſaltem hic excommunicatus poſſet efficaciter ſolam formare oppoſitionẽ: ſed quòd præſtare id non poſſet, niſi obtenta abſolutione: hos autem ad id trahebat, quòd ea oppoſitio habeat uim defenſionis, & fiat ad eum finem, ne in eum illud anni tempus currat, & ut is ſaltem teſtetur ſuam diligentiam: quia non minus quã pars aduerſa diceretur agere. In quo tam variarũ opinionum anfractu Senatus Dolanus probauit, hunc ad eam oppoſitionẽ formandam reſtituendum. Quæ reſtitutio dicebatur ſatis iuſta cauſa ſubnixa, quòd hic dubius & anceps fuiſſet an num eam poſſet oppoſitionem introducere: quia talis dubitatio non eſſet omnino a iuris diſpoſitione aliena, cùm & adhuc hodie de eo hæſitetur. Quod tamen mei eſt iudicii, putarem ab iſto eam oppoſitionem fieri poſſe: ſed à quo deberet obtineri abſolutio, ſi poſſeſſorio gardiæ iudicio vellet adeſſe, per eas quas ſuperiore loco rationes deduximus.

Reſtituitur maior, vt eum in ius vocet, quem antea conuenire non poterat.

SVMMARIVM.

1 *Magiſtratus intra annum conueniri non poteſt.*
2 *Rector Dolanus, dum Rectoratus officium gerit, nec conueniri nec conuenire poteſt.*
3 *Præſcriptio contra eum non currit, qui agere non potuit.*

CAPVT CCCXCII.

1 INdulgetur etiam maiori reſtitutio in integrum aduerſus eum, quem vocare in ius non potuit, vbi interim intermedia tempeſtate à ſua excidiſſet actione †puta in magiſtratu, qui intra annum cõueniri non poteſt, iuxta l. Senatuſconſulto. ff. de offic. præſi. Audi & exemplum aliud, quod ego dum legales ſectarer literas, memini Dolæ apud Burgundiones accidiſſe. Tunc electus fuerat quidam ex Dolanæ vniuerſitatis ſcholaſticis in
2 Dolanum rectorẽ, †qui ex ſtatuti forma nec conuenire, nec conueniri intra annum, quo Rectoratus dignitate fungitur, poteſt. Cęterùm cùm is iniuriam alteri intuliſſet, conueniri pro reparatione eius iniuriæ non potuit, ita ut annus, ad intẽtandam iniuriarum actionẽ præfixus, iam effluxiſſet: aduerſum quem lapſum aduerſarius ſe ita reſtitui petiit, ut iniuriarum actionem poſſet proponere. Viſum eſt autem quibuſdam, non fuiſſe opus reſtitutione in integrum: quia non cucurriſſet præſcriptio: cùm in eum, qui agere non valuit, non cucurrerit, l. 1. in fine. ff. de excep. dol. & ita liberè ab eo agi potuiſſe, arg. l. & Attilicinius. ff. de ſeruit. ruſtic. prædiorum. Ego verò ſum diuerſam in hoc ſecutus opinionem, quod etiam in hunc Rectorem durante officio, agi iniuriarum poſſet, ut ſaltem litem conteſtaretur, cùm eius rei ſit expreſſus textus in l. Senatuſconſulto. ff. de offi. præſid. vbi priore loco fit mentio de actionibus præſidi competentibus, vt has, quandiu durat eius officium, intentare non poſſit: licèt ſi tempore forẽt deperditę, eſſet danda reſtitutio, deinde ibi adiicitur: Si quid tamen inuito acciderit, veluti ſi iniuriam vel furtum paſſus eſt, hactenus ius dicendum eſt, vt lis conteſtetur, reſque ablata exhibeatur & deponatur, aut ſiſti exhiberiue ſatisdatio promittatur. Sic ſi, qui iniuriam eſt paſſus, poſſit nihilominus litem conteſtari, ne pereat actio: quare non ſimili iure & ratione idem diſponetur, vbi is iniuriam intulit? quod efficacius hoc caſu debet procedere in odium delinquentis, arg. l. bona fides. ff. depoſi. Et ita dici poſſet, ſtatutũ Dolanum, per quod Rector conuenire, aut conueniri, durante anno, non poteſt, eſſe declarandum iuxta iuris communis diſpoſitionem, arg. l. 2. C. de noxa. actio. In quo tamen velim tu cogites: quia nondum hoc in Rectore Dolano ſcio determinatum, & id potiſſimum procederet, vbi de delicto ageretur, manente ſemper ſalua quęſtione in cæteris caſibus, à delicto abſtractis, ut eſt in contractib. pro quibus haud dubiè nec conuenire nec conueniri poſſet, per eam l. Senatuſconſulto, in illis verbis, Ius dicatur. & tunc credidero, opus eſſe reſtitutione in integrum, vbi inſtitutà non fuiſſet actio: quod apertè deſumitur ex ea l. Senatuſconſulto, in illis verbis, reſtituantur. quæ tam aperta & clara ſunt, ut non ſit alio opus teſtimonio. Cuius legis ratio uidetur in hoc conſiſtere, quòd hic non omnino, & ex integro fuit impeditus agere: ſed quòd hoc commodè, pendente illo anno, efficere non potuerit, & dicebatur non ex integro impeditus agere. quia ei poſt terminum, & ceſſante dignitate ſpes eſſet, poſſe agere, & ita in hoc ego reſideo.

Vbi per culpam manifeſtam procuratoris læditur maior, is ex iuſta cauſa reſtituitur.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ prouiſionales ex forma ſtatuti Burgundi, licèt ab eis prouocatum ſit, mandari executioni ſolent.*

CAPVT CCCXCIII.



VPer huiuſcemodi facto & ſequente exemplo reſtitutionem conceſſam quandoque memini. Litigantibus inter ſe duobus, interlocutus eſt tandem iudex: ut partes exhiberent inſtrumenta & alia omnia, quib. ea in re eſſent uſurę, ut tandem fieret ius partibus: pro quo termino ſic idiomate materno vtuntur practici, *Pouer dire droict aux parties*. Atqui acto ris procurator comparens ea die, quæ preſtituta fuerat ad ius audiendum, petiit in cauſa concludi: cùm tamen ad hoc expreſſim debuiſſet tendere, ferri ſententiam, & adiudicari prouiſionem: quia materia, de qua contendebatur, erat prouiſionali ſententiæ ſubiecta. Quem procuratoris errorem vbi ſciuiſſet dominus, petiit ſe reſtitui: & admitti, ut ab ea cauſę concluſione diſcederet, ac poſſet de nouo ius dici, & prouiſionalis ferri ſententia. Huic autem plurimum expediebat
1 ſic ferri †quia ſolent ex forma ſtatuti Burgundi tales ſententiæ prouiſionales etiam quòd ab eis ſit prouocatum mandari executioni: quod ſecus eſſet, vbi ferretur definitiua: quæ ſic lata fuiſſet, ſi is in cauſa concluſiſſet, ob quam tam apertam & notabilem iacturam Senatus Dolanus huic reſtitutionem in integrum conceſſit.

An maior reſtituatur aduerſus conſenſum, quem præſtitit, cùm ebrius eſſet.

SVMMARIVM.

1 *Alleganti propriam turpitudinem non eſt beneficio reſtitutionis ſuccurrendum.*
2 *Ebrij à iure infames reputantur.*
3 *Vinum non eſt dandum Regibus: quòd ibi nihil ſit recti, ubi regnat ebrietas.*
4 *Ebrius, infans, inſanus, dormiens, ac eiuſcemodi farinæ homines æquiparantur.*
5 *Verum non auditur, niſi à tribus hominum generibus, pueris, ebrijs, & inſanis.*
6 *Veritas vino attributa.*

CAPVT CCCXCIIII.



COnqueſtus eſt quandoque apud eundem Dolanũ Senatum, qui maior erat, tunc octoginta annos natus, quòd in fauorem aduerſę partis conſenſiſſet executioni mandati poſſeſſorii nouitatis, ut is in ſua poſſeſſione non turbaretur: ita ut ſuo poſſeſſorio, qđ in re, de qua erat quæſtio, is prętendebat, renunciaſſet: is autem

Source : BIU Cujas

tem inter cætera hoc potissimum pro assequenda restitutione deducebat, quòd tempore illius consensus fuisset ebrius, nec suæ mentis compos, ut qui tam inconsultè & improuidè sic consensisset, quo consensu aiebat se maximè læsum: quia à possessorio tuo excidisset. Dubitatum itaque fuit, deberet num restitui. Quòd autem reiici deberet restitutio, videbatur vel id vnum suadere, quòd † alleganti turpitudinem propriam non esset succurrendum, ut per Barto. in l. admonendi. ff. de iureiuran. † cùm etiam sic ebrii à iure infames reputentur, vt est in l. 1. & 2. C. de senatus. Claud. vnde diuinæ literæ hoc sanxerunt, uinum † non esse dandum Regib. quòd ibi nihil sit recti, vbi regnat ebrietas. Visum tamen est Senatui, hunc, qui ita ebriosè consensit, restituendum esse quia † ebrius, infans, insanus, dormiens, ac eiusdem farinæ homines æquiparentur: iuxta illud, quod vulgo est iactatum, Verũ † non audiri, nisi à tribus hominum generibus, pueris, ebriis, & insanis. Et hoc deumitur ex doctrina scribentium in l. 1. §. adipiscimur ff. de acqui. possess. Quòd satis accommodè docet Plinius lib. 14. cap. 22. vbi scribit: Vinum vsque adeò mentis arcana prodere, ut etiam inter cõuiuia mortifera loquãtur homines, redituraśque quandoque per iugulum voces non contineant, ita ut dicat, † veritatem vino esse attributam. Est & aliud, vinum cum pueritia & sine pueritia esse veridicum. Ex quib. satis est testata ebrii incõstantia, ut meritò huic adscripseris, quod lex infanti, si quid agat, si quid tractet, hũc nescire: & hac ratione restitui etiã maiorem debuisse: in quẽ nequit opponi, quòd is suam turpitudinem detegens non sit audiendus, cum illa regula sit intelligenda, vbi sic eam allegans de lucro captando contenderet: secus si, vt ipse damnum euitet, contendat, ut hoc casu, & ne per talem consensum sic improuidè præstitum offendatur, seu lædatur.

1 2 3 4 5 6

Aduersus erroneam citationem maior ex causa restituitur?

SVMMARIVM.

1 *Procurator causæ defensionem suscipiens à sententia in dominum lata appellare, non autem appellationem prosequi tenetur.*

CAPVT CCCXCV.

REuocauerat maior quidam sententia in eum lata, hic autem vt instantia appellatoria procederetur, commisit apparitori, ut procuratorem, qui in principali lite comparuerat, citaret, quo is nomine domini in ea secunda lite adesset. Cæterùm vbi agnouisset non talem procuratorem, sed dominum citari debuisse, confugit ad Senatum Dolanum: obtenturus, vbi assignatio procuratori facta, eundem & similem effectum produceret, ac si dñs fuisset citatus. Tũc aũt implorabatur restitutio, cũ iã inesset appellonis deducendæ dies, & hunc mouebat ad restõ
1 nẽ petendã: quia aliàs nullus esset & elusorius processus † cũ procurator, qui causæ defensionem suscepit, teneatur à sententia, in dominum lata solùm appellare, sed non appellationem prosequi, vt per Barto. in l. multus. C. de procuratoribus. Quam nullitatem pensans Senatus, sic cum isto egit, ut validauerit citationem ita in personam procuratoris factam: adiecta tamen hac clausula, † is eam citationem vero domino: teneretur insinuare: quod non fit via restitutionis in integrum, sed supremo Senatus officio: inter quę duo solent Practici discrimen constituere, ut intelligant & velint aliquem non restituũ, nisi expressim fiat restitutionis mentio: & hoc dicitur, ad id ipsum restituentes: secus esse volentes, si modus aliquis eligeretur, iuxta quem non fieret restitutionis mẽtio. Sed cùm vtrunque fiat ex bono & æquo. & supremo illius, q superior est iudex, officio, non video, quare inhæreri debeat illi disputationi, ubi maximè utriusque casus idem est effectus, & tantum uno, quantum alio is assequatur, qui tamen non abnuã, si herere verbis uoles, esse inter vtrunque discrepantiam, & ex uno aliud, quàm ex alio resultare: quia cum iudex validat eam citationem cum hac qualitate, quòd intimabitur aduersæ parti: res ita est concluſa & determinata, ut opus non sit alia indagatione nec probatione partis, cum de errore iudici patuerit: vbi secus proceditur cum indulgetur restitutio: quæ semper conceditur cum ea modificatione, si ita sit, ut exponitur: & ea ratione opus est quadam summaria cognitione, quæ præcedet antè quàm restituatur. In his autem sic diffusè versari uolui, ut qui praxim sequuntur, ipsius praxis terminos magis elucidatos, & enucleatos habeant.

Vbi maioris probatio ex defectu signaturæ manet imperfecta, subuenitur maiori, & sic ei consulitur, vt suæ probationi in nullo detrahatur.

SVMMARIVM.

1 *Probatio ne reddatur inutilis & elusoria, conceditur interdum restitutio, quæ aliàs imploranti nullo iure competebat.*

CAPVT CCCXLIX.

VOcatus maior in iudicium pro centum nummis, qui ab eo tunc petebantur, vbi proposuisset se antea hos soluisse, præfixum ei fuit iuxta formam statuti municipalis Burgundiæ tempus dierum 40. intra quos teneretur eam probare solutionem? Cum autem satisfecisset is probationi, redactis in scripto testium depositionibus: qui eius causæ amanuensis fuerat, nondum signato testium examine, ab humanis decessit, ita ut ea probatio supplicanti in nullo prodesset, à qua abesset signatura eius, qui eam confecerat: sine qua probatio reddebatur mãca, imperfecta, & mutila: quod hic satis animaduertens, implorauit à Senatu, vt id testium examen (quod materno sermone Enquestam nominant) authorizaretur: & ei sic staretur, ac si fuisset à Scriba, qui eam conscripserat, signata: saltem hoc ei concederetur, ut ab altero, qui ad hoc deputaretur, posset subsignari. In quo fuit huic citra restitutionis in integrum subsidium subuentum: & iudici mandatum, coram quo primũ lis instruebatur, si hoc ei pateret quod amanuensis, qui decesserat, conscripsisset depositiones talium testium, ac per verbalem processum constaret, aduersam partem, quæ in productione testium affuerat, citatam, ipse circunscripta ea consideratione, super examine tali testium ius diceret, aut ab alio subsignari curaret. Tu autem ex serie actus & exempli propositi forma apertè agnoscis huic aliter, quàm per restitutionẽ succursum, & non fuisse opus indagatione alia, quia de eo, puta, quòd abesset signatura à testium depositionibus, manifestè patuisset Senatui. Potuisset tamen etiam eo casu restitui in integrum, si id magis Senatus probasset, & per restitutionem admitti ad illius enquestæ exhibitionem, etiam quòd signata non esset ab eo, qui eam conscripserat, quod visum fuisset tutius: quia tale remedium extraordinarium uideretur requisitum, quòd hic negligenter satis versatus fuisset, q, confecta probatione, tamdiu distuliſſet enquestam signari,
1 donec Scriba fato fuisset functus. Quod † autem est principalis negotii, haud dubiè iusta ratione uisum est, sic tali debere subueniri, ne aliàs eius probatio in utilis efficeretur, & ita à suo iure plane excideret.

Contra supinum aduocati errorem maior ex causa restituitur.

CAPVT CCCXLVIII.

SIstigante quodam super simplici ecclesiastico beneficio, quod Capellaniam uocant, vbi is aduocato scripturas suas conficiendas commisisset, inconsultè admodũ, & omnino improuidè hoc in eis adiicere aduocatus omisit, quòd clericus esset, quæ tamẽ qualitas erat necessariò non solum articulanda, imò probanda. postea cum hic errorem talem deprehendisset, impetrata restitutione admissus fuit ad illius facti nouam articulationẽ & probationem. idque ex bono & æquo, maximè ne à suo iure excideret, & quia ei promptum esset clericatus testimonium, de quo per literas diœcesani docebat. Sed ita restitutus fuit, ut primum expensas processus retardati teneretur præstare, & has aduersæ parti soluere.

An lapso tempore pacti de retrouendendo in contractu adiecto restituatur maior, vt pecuniam possit offerre, vbi eam allegaret expositam, necnon consumptam pro principis seruitio, accedente etiam pretij enormitate?

SVMMARIVM.

1 *Contractus ex postfacto necessarij habentur.*
2 *Pactum nudum licet ad producendam actionem sit inefficax, si tamen*

gemina-

Source : BIU Cujas

geminatum fuerit, actionem producere posse putatur.

3 *Maiorum nostrorum bona nobis salua, & inuiolabilia conseruari, nostra interesse statuitur.*

4 *Ius tertio quæsitum, ab eo rursus auferri, & benemerito ob seruitia, Romano Imperio præstita, dari potest, ita tamen, ut acceptum prius à tertio possessore pretium restituatur.*

5 *Ius tertio quæsitum à Principe iustis accedentib. causis auferri, tolli ve potest, siue de publico aut priuato interesse agatur.*

6 *Res vt priorem statum recuperet, & primum habitum denuo assumat, à iure communi quandoque receditur.*

CAPVT CCCXCVIII.

NEndiderat nobilis Burgundus, & non infimę familiæ, certam bonorum suorum portionem, quæ primum ab illius anteceſſoribus proueneranr: ſic concepta venditione, vt intra annos viginti posset ea bona redimere, restituto emptori pretio, & expensis, quæ iudicarentur rationabiles. Cæterum, numerato pretio, emptore in possessionem misso, vbi triennium post venditionē iam effluxisset, præfatus nobilis denuo cum eodem super re eadem contraxit, & quod prius sub beneficio pacti de retrouendendo reliquerat, absolutè vendidit hac expressa lege, ꝙ à tali pacto de retrouendendo omnino discederet, accepta de nouo pecunia, quam secundam venditionem, vel præcipua hac causa fecerat, vt filio in militiam proficiscenti, & Cæsari, quem tunc sequebatur aduersus Turcam in Hungaria expeditionem parenti adesset. Demum hic agnoscens postea se omnino improuidè, & inconsultè eam secundam venditionem fecisse, tentauit restitui in integrum aduersus eam venditionem proponens ad hanc restitutionem obtinendā causas, quis iamiam hoc loco adiiciam: primum, quòd ea bona à suis maiorib. prouenissent: tum quia in necessarios vsus, & vt eius filius Principem in aciem sequeretur, expensa essent: demum quòd enormiter admodum læsus esset, ꝙ longè minus vero pretio recepisset, quòd etiam ipse à tyrocinio in eam vsque penè diem assiduè suo inseruisset Principi: aduersario contra hæc allegante, quòd sibi verè illorum bonorum ius quæsitum esset, iuxta l. in traditionibus. C. de
1 pactis. & †quia contractus sint ex post facto necessarii: imò cuius intentionem maxime coadiuuabat subsequens venditio, per quam prima omnino confirmabatur: & ita geminationem hoc saltem debere inducere, argumē. eius quod declarant, & apertè resoluunt Doctores in Rubrica ff. de verb.
2 obligat. vbi in simili referunt de simplici pacto nudo, †quod ad producendum actionem est inefficax: cum tamen geminatum sit id agendū potens. Quid autem ea in re determinatum fuerit, me latet: sed in quam sententiam animus deflectat, tu ex sequentibus facilè habebis. Mea enim est opinio,
3 restitutioni accedi debere: cui primo loco adest, quòd †à maioribus suis transmissa essent ad eum talia bona: quia nostra interſit rem maiorum & prædecessorum nostrorum assequi, l. libertus qui soluendo ff de bon. libe. l. 1. §. si quis in fraudē. & §. & aliàs videamus. ff. si quid in fraudem patr. qui text. potissimum in maioribus annis 25. loquitur. Solet etiam enormitas pretij hanc restitutionem omnino iuuare, vt suprà plenissimè docuimus, quæ tametsi non omnino in maiore sit ad contractus rescissionem efficax, est tamen vt debeat aliqd cooperari, vbi accesserint adminicula alia. Tertio loco adest, ꝙ expensa sit pecunia pro Principis seruitio, quam causam esse iustissimam in simili docet Castrens. consil. 207. Donatio
4 prædicta, circa finem in antiquis cōcludens, †ob seruitia Romano Imperio seu Principi impensa, posse ius quæsitum à tertio auferri, & benemerito dari, soluto tamen pretio, cui adstipulatur Romanus consi. 3. In casu, vbi efficacissimis ostendit rationibus, ciuitatem Florentinam, quæ Imperatore longè est inferior, potuisse dare rem vnius ciuis alteri, qui pro Repub. strenuè dimicasset. Imò de re ecclesiæ militi donata ob præstita ab eo seruitia idem disponit Castrensis consi. 26. In facto, in antiquis. Quæ præscripta tam in se vera sunt, vt procedant, etiam si non interuenerint seruitia eius, in quem beneficium confertur, sed suorum: vt est: cum donatur filio ob matrem, vel vxori propter maritum, vt per Decium cōsi. 496. Viso casu, colum. penul. Quæ omnes doctrinæ conducunt mirè, vt huic nobili sit restitutio concedenda, non solū ob pecuniam, quam causa filii expendit, sed etiam habita ratione suorum seruitiorum, quæ ipse à teneris annis vsque ad senectam Principi præstitisset. Nam pro tanta fide tic Principi impensa, cum suo Principe perpetuò esse videtur; argu. l. inter claras. C. de summa trinitate, & fide catholica, quod & Barto. annotat in cap. 1. §. si qua. de pace iuramen. firman. Sic ex bono & æquo, imò etiam iuris dispositione inspecta, vtraque hæc causa plurimum deberet mouere Principem ad tale restitutionem indulgendam. Sed tota vis est respondere ad id, quòd sit ius quæsitum parti, & ad eum effectum, quem geminatio contractus producit. Ad quæ duo sic dicendum
5 crediderim †posse à Principe ius quęsitum tolli, si adsit causa iusta, argumen. l. item si verberatum. §. 1. ff. de rei vendicat. & l. Lucius. ff. de euict. l. venditor. §. si constat. ff. cōmunia prędi. Et talis causa iusta est intelligēda, siue de publico, siue de priuato agatur interesse, l. fina. C. de repud. hęred. Aret. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthum. Est & aliud, ꝙ penè in nullo præiudicium afferatur parti: vbi ei restituitur pecunia cum expensis, saltem iudicandum tale prędiudicium modicum, vt in expressis terminis deducit Alberic. in l. quotiens. C. de prec. impe. offer. Habes id in ca. quæ in ecclesiarū. extra de constitut. in antiquis. Vnum est etiam apprimè considerandum, restitutionem hanc coadiuuans, quòd ad hoc nobili petatur restitutio intra annos illos 20. qui in prima vēditione adiecti fuerant, quorum esset habenda ratio iure ordinario, nisi tali pacto redimendi iā renūciasset, ita vt per eā restitutionem dicatur res reduci ad ius primęuum, & statum
6 priorem. Ad quæ facit. quòd † à iure communi quandoque receditur, vt res priorem statum induat, & primum habitū assumat, vt est glo. in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis. in qua disponitur, quòd quando conceditur alicui priuilegium, per quod is ad ius, quod sibi competebat, restituitur, etiam quòd hic in alterius facit præiudicium: tamen qui sentit damnum, non potest conqueri, quòd ex eo rescripto lædatur: est & glosa notabilis in capitulo. ab exordio, 35. distin. quæ docet, nemini iniuriam fieri, qui ad pristinum statum restituatur. Feli. in c. cum accessissent extra de constitu. Nec est reiicienda restitutio ob illam præscriptam contractus geminationem: quia vt est in veritate, nulla interuenit prioris contractus per postremum geminatio, cum alias nihil agēdum fuisset pro primi confirmatione, vbi simpliciter & purè eum confirmasset: cuius tamen oppositum actum fuit, quia secūdum fuit à primo discessum, & pacto de retrouendendo qd priori fuerat appositum renunciatum: nec potest assumi geminatio: quia vtroque contractu venditionem probauit bonorum, cum ei nihil ex qualitatibus fuerit immutandū, nec à pacto de retrouendendo discedendum. & hoc ita declarāt Docto. vbi attingunt articulum geminationis contractus, & quem effectum producat geminatio.

Si incendio processus, apud litis amanuensem productus deperdatur, restituetur maior, vt denuo instrumētum parte vocata conficiatur, & vt ad illius exhibitionem admittatur.

CAPVT CCCXCIX.

LItigantibus inter se quibusdam, qui natu maiores erant, interlocutus est iudex, exhibēdos esse à partibus processus prefixo ad id certo termino. Cæterum cum illi interlocutoriæ altera partium satisfacere velle videret, vrbs de Lonsaulnier, quæ est apud Burgundiones, fortuito casu incēditur, in qua hic primum apud eiusdem litis amanuensem processum, nondum tamen instructum, reposuerat: in quo instrumenta ad suam cām spectantia, produxerat, quæ concremata is asserebat, quæ cum ab isto necessariò producenda essent qa ex his penderet suæ intentionis summa, petiit, vt non habita aliqua ratione temporis prestituti ad processum exhibendum, admitteretur ad transformandum nouum exemplar instrumentorum sic deperditorum: & vt parte ad id vocata, & legitimè citata, possēt illa instra à notariis regrossari: apud quos erat illorū matrix (vt Practici vocant) Protocollū: vt ea regrossatione facta, posset nouum libellū concipere, & talium instrorum seriē in eo deducere, ac ad nouā factorū probationē admitti. Cuius intētioni accedebat euentus ille incendii, qui culpa sua non prouenerat, ita vt nihil esset ei imputabile: quia penè tota urbs fuisset passa incendiū. Quę cū uisa essent rōni & equitati cōsentanea. Senatus hunc ad eius libelli nouā admisit cōfectionem, ꝙ maximè certum esset, per tale incēdiū domum amanuensis exustam, per cuius ēt assertionem in scripto patuisset, prius apud ipsum processum nondum instructū cū pleriſque instris, ad eam litem spectantibus: productum fuisse.

Succurritur maiori rustico, qui sub verborum inuolucro in suæ possessionis dispendium consensum præstitit.

SVMMARIVM.

1 *Dolus à mandato cum libera semper abesse præsumitur.*

CA-

Source : BIU Cujas

Ioan. Mauritij Bolani. De restit. in integ.

CAPVT CCCC.

CONquestus est quandoque rusticus, quòd hortatu & suasionibus cuiusdam commissarij deputati ad executionem mandati nouitatis seu interdicti retinendæ, ipse consensisset executioni eiusdem mãdati sub his verbis : Probo, quæ hoc in negotio ages, quæ verba præcesserant executionem aduersus eum factam: quã ipse proponebat esse ab omni ratione alienam, & suo iuri plurimum detrahere, vt peteret se contra talem consensum restitui: hoc vnum allegans, se simplicitate (vt erat rusticus) ita ea verba protulisse: cum tamen hæc solum sua fuisset intentio, se sic consentire modò is commissarius bene, aptè, & (vt decebat) ageret. sed nolle approbare per ea verba, si quid ipse iniustè exequeretur: & tamen in eum hoc præcipuè obiiciebatur, quòd tali executioni sic consensisset. Cui in summa Senatus restitutionem concessit, & per eam ad sui iuris possessorii prosecutionem admissus est, ita vt postmodum excussum fuerit, an is commissarius optimè negotium tractasset: quem apparuit malè & iniquè sententiasse, ita vt re vera hunc sic restitutum læsisset: quia eius possessio esset efficacior. Iudicatum autem est, satis inconsultè & improuidè ab eo commissario actum, qui his verbis motus, Consentio qd quid ages, hunc tam insipidè condemnasset: à quo saltem considerari debuerat ea verba sic intelligenda esse & declarãda, illum tantùm consensisse ei, quod esset æquum & rationabile: quasi contrarius intellectus sit bonæ fidei iudicio oppositus & repugnans, argumen. l. contractus ff. de reg. iu. Quod
1 †& vides in mandato cum libera à quo semper abest dolus: vt per Fulg consi. 103. Nobilis vir. Decius consi. 178. & consi. 141. Alexan. consi. 62. Seueri ssi mus. lib. 4. Docto in l. transact. C. de transac. & l. si vnus. §. illud. ff. de pactis. Barto. in l. Pomponius. ff. de nego. gest. cum similibus: vt idem statui debeat in illorum verborum declaratione, quę sincerè & sine captione facienda est.

Maior, qui se metu carceris obligauit, & ad vsurarium contractum adactus est, restituitur.

SVMMARIVM.

1 *Contractus suspectos celebrare solitus, præ cæteris vsurariæ prauitatis suspitionem incurrit.*

CAPVT CCCCI.

VEndiderat maior certum numerum ouium, acceptis ab emptore pro eorum pretio nummis octo dato fideiussore, se eas oues intra certum diem traditurum, idque in submissionem pœnæ carceris. Cæterum vbi hic intra præstitutum tempus has oues non tradidisset, curauit emptor in carcerem eum detrudi: qui timens pœnam carceris: & ne diu in eo detineretur, obligauit se emptori pro talibus ouibus in viginti coronatis, quos intra alium persolueret terminum sub eadem carceris pœna, cùm tamen eas tantùm octo emisset nummis. Cęterum euenit fortuito casu, omnes eas oues perire. Porrò sic concepta obligatione, proposuit rusticus hic apud Senatum Dolanũ, quòd inconsultè cõtraxisset, & quem ad id adegisset paupertas ac timore carceris: præter hæc proponens, quòd is contractus esset re vera usurarius, puta pro octo viginti assequi: & hunc emptorem curare eum de nouo mitti in carcerem, qp ea viginti non præstaret: implorans iudicis officium, ut habita eorum ratione, restitueretur aduersus talem consensum subeundi carceris. Quod Senatus omnino probauit his rationibus: quia hunc ad id adegisset paupertas: ob oculos omnium posita: præterea, quod contractus prima facie iudicaretur vsurarius, & longe principalem excedens sortem, ut admissus fuerit pro vitando carcere ad consignationem iudicialem octo aureorum, quos primùm ab emptore receperat cum cautione de soluendo, & prestando interesse, si quod emptor vellet prætendere: cuius exceptionem tunc reiecit Senatus, qua is dicebat, potuisse à se emi oues minoris, quam valerent, & esse contrahentibus permissum, se adinuicem decipere, vt est in l. in causæ, la 2. ff. de minori. & ita non debere considerari, quòd pro illis ouibus ipse viginti postmodum
1 habuisset, vt saltem iudicari vsurarius deberet cõtractus. †Nã primum is erat solitus suspectos contractus celebrare: quod prima manu inducebat non leuem eius prauitatis vsurariæ suspicionem, argumen. l. obligatione generali. ff. de pig. Item attendebatur totius actus series, & modus in eo obseruatus: præterea personarum qualitas: nec etiam tunc erat principalis negotii disceptatio, sed de eo solùm contendebatur, an tales præscriptæ qualitates mouere Senatum deberẽt, vt huic aliqua consuleretur via, per quam carceris pœnam non subiret. Eam autem, quam suprà iamiam recensui sententiam, tunc probauit Senatus.

Vtrùm ex causa contra geminatam contumaciam sit maior restituendus.

SVMMARIVM.

1 *Contumacia etiam geminata litis cœptæ progressum non impedit.*
2 *Exequiarum causa iustam excusationem in iudicio meretur.*

CAPVT CCCCII.

LItigantibus inter se duobus natu maiorib. qui actor erat, libellum inter prefixum sibi terminum non edidit: sed post eius diei aliquem lapsum: demum die alia ad comparendum præstituta non adfuit iudicio: cum tamen actoris fungeretur partibus: qui & postmodum in aliam secundam incidit contumaciam: quas ipse demum volens purgare, & interruptam litem resuscitare, implorauit apud Senatum Dolanum restitutionem, vt ad eius litis prosecutionem admitteretur, non habita aliqua ratione illarum contumaciarum, in quas tam negligenter & supinè nimis incidisset: quòd etiam in exhibendis suis scripturis intra prefixum defeciisset terminum, quod ad scripturarum exhibitionem spectat, proponens, tunc se admodum malè valuisse, & de uxoris tum defunctæ exequiis celebrandis cogitasse. Cuius supplicationem Senatus reiecit in eo quòd se peteret restitui ad processus prosecutionem, cum nulla eius esset concedendę ratio: quia id iure ordinario effici ab eo pote
1 rat, †quia contumacia etiam geminata non impediat litis cœptæ progressum, & qui satis hac legis pœna afficiatur, qp rius audiendus non sit, nisi solutis expẽsis: vt est annotatum à Docto. in l contumacia. ff. de re iudic. nec debuisse ad hunc finem aliud ab eo agi, quàm impetrare nouam citationem, per quam curaret citari partem aduersam ad nouum litis, & processus ingressum: quem terminum Practici uocant & depingunt, *Reprinse de proces.* Sed restituendum iudicauit Senatus aduersus eam negligentiam non exhibitarum scripturarum: in quo maior, & efficacior restitutionis concedendæ imminebat ratio, quàm alio casu, quia cum intra diem prefixum has non edidisset, censeretur ab vlteriori earum exhibitionis excluisus, stricto iure inspecto, & cum subesset iusta re
2 stitutionis causa, meritò ei indulgendum esse sibi uisum† nã causam exequiarum probatã à iure agnoscens ex his, quę sunt declarata à Doct. in l. j. ff. de in ius vocan. Sed ita hic admissus ad litis prosecutionem, vt non obesset tarda illa scripturarum exhibitio cum hac qualitate, quòd nõ impediretur prouisionis adiudicatio, si parata esset, quæ pronunciari deberet, quia fortasse reus assiduò litem solicitasset, cui aliàs fieret iniuria, imò eius diligentię plurimum detraheretur, si retardaretur prouisionalis sententia.

Si intra dilationem iudicialem maior suos testes produxerit, nec ea pendente tales iudex examinarit, restituitur, vt examinentur denuo, cùm non eius, sed iudicis culpa id acciderit.

SVMMARIVM.

1 *Sententia si in rem iudicatam transeat, aduersæ parti ius esse quæsitum videtur.*

CAPVT CCCCIII.

MAior annis dum penderet quarta producẽdorum à partibus testium dilatio, produxit durante illo tempore testes aliquot, sed quos intra eam dilationem non curauerat examinari. Demum vbi aduenisset dies præfixa assignationi & vt vlterius in ea lite ꝓcederetur, puta ad testium publicationem (qui terminus litis tunc erat à partibus primo loco obseruandus) pars aduersa hoc impetrauit, vt hic ab vlteriore excluderetur probatione, nec in posterum tales testes producti examinarẽtur: quia expirasset quarta dilatio: cum maximè hoc producentis incubuisset officio, eorum fieri examinationem omnibus viis,

& mo

Source : BIU Cujas

& modis curare: Ex oppoſito proponente alio, examinari debere tales: quia per eum non ſtetiſſet, imò per ſolum iudicē, quo minus examinarētur: & nihil aliud debuiſſe, aut potuiſſe ab eo agi, quàm quòd illos produceret, quaſi nihil aliud poſſet efficacius præſtare. Quæ controuerſia cùm eſſet ad ordinarium relata, contendentibus de eo partibus, ipſe tandem die ad audiendam ſententiam præfixa, abſente nihilominus ea parte, quæ examinationi teſtium inſiſtebat, fuit interlocutus talem probationem reiiciendam. Quod vbi hic ſupplicās intellexiſſet, agnoſcens ſe per eam ſententiam plurimum læſum, ſepoſita appellationis via, ſupplicauit apud Senatū Dolanum, vt nulla eius ſententiæ habita ratione admitteretur ad illorum teſtium examinationem: hoc potiſſimum deducens, tum quòd non interfuiſſet pronunciationi ſententiæ: tum quòd ſecundùm iuris diſpoſitionem erant tales teſtes examinandi: quia producti eſſent intra tempus quartæ dilationis: & quia per eum non ſtetiſſet, quo minus examinarentur, An autem ea reſtitutio concedi deberet, fuit vtcunque tunc hæſitatum. Hanc † verò prima explodebat fronte talis
3 ſententia, quæ in rem iudicatam tranſierat, & quæ non fuiſſet appellatione ſuſpenſa, ita vt videretur ius aduerſæ parti quæſitum. Nec hunc iuuabat, quòd ſententię pronunciationi nō interfuiſſet: quia id erat ei potius imputabile, quaſi debuiſſet per ſe, aut procuratorem idoneum tunc comparere, qui ſciuiſſet diem ad interloquendum præfixam, quę plurimum vrgere videbantur pro ea reſtitutione refutanda. Hanc tamen concedendam Senatus cenſuit: hoc vno potiſſimum motus, quòd hic ſupplicans ex integro omnia, quo ad ſe, ab ſoluiſſet, quæ facere debuerat, ut qui curaſſet ſuos teſtes intra congruum tempus produci: nec ei deberet aliquid adſcribi, quòd ceſſa tum eſſet ab examine ſuorum teſtium: vt cum ea ſententia iniqua iudicaretur, æquum viſum fuerit, aduerſus eam hunc debere reſtitui, & hos teſtes denuo examinandos eſſe.

Demolitio caſtri, quocunque modo ea acciderit, non abſorbet iura, quæ tali caſtro primùm debebantur, ita quòd eo denuo reædificato, incolæ, qui ad eius cuſtodiam ante ruinam tenebantur, denuo ad eandem cuſtodiam præſtandam adigi potuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Diuturnitas temporis non modò conſenſus, ſed & conſtituti vim obtinet.*
2 *Præſcriptiones ex certa Burgundiæ Conſtitutione ad triginta annorum tempus redacta.*
3 *Caſtrum etſi diruatur, retinet tamen priſtina priuilegia.*
4 *Caſtrum deſtructum etſi in alium locum tranſmoueatur, iura tamen prmo loco competentia non amittit.*
5 *Fœuorabiliores ſunt eius partes, qui ad aliquid agendum neceſſitate cōpellitur, quàm qui ſua ſponte rem aliquam ſuſcipit.*
6 *Tempus ſexaginta annorum etiam ad titulum acquirendum ſufficit.*
7 *Agere non volenti non currit præſcriptio.*
8 *Per obedientiam acquiritur ius, ſeu quaſi poſſeſſio ſubiectionis.*
9 *Rem ſuam ut nemo uendere compellitur, ſic ſi deterior facta ſit, in vsū meliorem conuertere non adigitur.*

CAPVT CCCXCVIII.

ME tenet memoria, ab illuſtri quodam magnate exhibitum ſupplicem libellum apud inuictiſſimi Cæſaris Caroli Quinti priuatum conſilium in inferioris Germaniæ partibus. In eo autem libello narrabatur quòd is caſtrum emiſſet, in quo ab antiquo & penè immemorabili tempore duo vicini pagi potiſſimum illorum incolæ, primum ſoliti fuiſſent, dum immineret belli tēpus, illud caſtrum ſuum cuſtodire, & in eo (quod aiunt apud Burgundiones) guet & garde præſtare. cæterùm dum à Gallis infeſtata fuiſſet Burgundia, caſtrum illud dirutum & euerſum fuiſſe, ac tale longo tempore manſiſſe, ita vt interim non præſtaretur ea cuſtodia à talibus incolis, vt primùm erant ſoliti belli tempore. Porrò rebus bellicis pacatis & compoſitis, & elapſis fortaſſe ab ea ruina quinquaginta aut ſexaginta annis, caſtrum illud reædificatum eſt, & in eam reductum formam, vt planè poſſet militibus obſiſtere: ad cuius cuſtodiam tunc tentauerat dictus nobilis adigere tales incolas, qui primum ante eius caſtri euerſionem ad eam tenebantur, de quo cuſtodiæ iure liquidò conſtabat, reclamante ex oppoſito inſigni alio viro, alterius vicini caſtri poſſeſſore: à quo proponebatur, quòd iam ſexageſimus effluxiſſet annus, ex quo illi incolæ ſuum vicinum caſtrum belli tempore cuſtodierant, ita
1 †vt ea temporis diuturnitas induceret non ſolùm vim conſenſus, ſed & conſtituti, argum. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quotid. & eſtiua. replicante alio, non potuiſſe ſibi in aliquo per aliam cuſtodiam obeſſe: quia tunc non potuiſſet in ſuo caſtro, quod euerſum erat, fieri aliqua cuſtodia, nec ad eā compelli tales incolæ, maximè dum alterius caſtri cuſtodiæ inſeruirent: non quia ad id eſſent domino caſtri uicini adſtricti, ſed quòd ita diſponeret ordinatio ſupremi principis, quæ eſt Ioannis Ducis Burgundionum: qua diſponitur, poſſe imminente belli neceſſitate cogi pagorum incolas ad cuſtodiā caſtri magis vicini, quando illius cuſtodia iudicatur neceſſaria. Quod edictum habet in ſe plurimum æquitatis, vt interim tuta loca defendantur. Sed non ea cauſa fuit introductum, vt per id princeps voluerit obeſſe & detrahere his, quibus cuſtodiæ ius primum eſſet quæſitum: aſſerens per illud tempus ſexaginta annorum non cucurriſſe in ſe præſcriptionem aliq̄, cum non poſſet efficaciter interim agere. Proponebatur ab eodem ſupplicante, plurimum dubitari à ſe, ne aduerſa pars
2 vellet ſe certa conſtitutione Burgundię tueri, † qua eſt introductum: præſcriptiones eſſe reductas ad triginta annorum, tēpùs: qua ratione conſultius egiſſet, imò melius ſibi proſpexiſſet, ſi pendente tali ſexaginta annorum tempore, ipſe fuiſſet proteſtatus, quòd per ſe non ſtaret, quo minus tales incolæ præſtarent in ſuo caſtro ſolitam cuſtodiam: cuius euerſio hoc induceret, vt vbi eſſet reædificatum, ſuæ intentionis eſſet, eos denuo ad talem cuſtodiam cogere: & ſe omnino diſſentire à cuſtodia, quam præſtabant alteri caſtro vicino, vbi per eam eius caſtri dominus vellet ſibi talem ſeruitutē quęre re, & hunc ea priuare: & hanc ab eis incolis ſolum præſtari ea ratione, vt ſatisfecerent Principis ſupremi ordinationi, à cuius proteſtationis prętermiſſione petebat ſe in integrum reſtitui, & vt abundantius ei conſuleretur etiam aduerſus præſcriptionem temporis, ſi qua in eum cucurriſſet. Quam in integrum reſtitutionem ſine aliqua hęſitatione, & omnibus in eam conuenientibus ſententiam obtinuit. Quę autem ad id mouerint ſpectatiſſimum & inſigne illud Conſilium, operę pretium hoc loco explanare iudicaui. Et primū in eam rē pō
3 derabatur, quòd † de iure caſtrum ſeu (quod Doctores vocāt) fortalitium ſi diruatur non ex eo perdat ſua priuilegia, imò cum reędificatum eſt, & de nouo conſtructum denuo eadem aſſequitur, l. cum vſumfructum. ff. quib. mod. vſusfruct. amit. et in l. pater. §. Tuſculanus. vbi Dynus, de leg. 3. Innoc. & Doc. Cano. in c. Abbate. circa finem. extra de verbo. & rer. ſigni. per glo. in c. priuilegium. de reg. iur. in 6. & 16. q. 7. & hoc diximus. per Bal. titulo de pace Conſtant. ver. nos Romano. per eundē in l. ſicut. §. decurionib. ff. quod cuiuſque vniuer. nomi. Angel. in Rub. ff. de colleg. illic. per quę etiam Inn. in c. 2. ext. de ope.
4 noui nunc. docuit, † ſi tale caſtrum deſtructum in alium tranſferatur locum, per eam tamen translationem non perdere iura primum ei competentia, argum. cap. cum ad monaſteriū, extra de re iudic. & in l. ęde. ff. de contrah. emptio. & venditio Quæ conferunt ad hoc, vt cùm ab initio & ante deſtructionē caſtri tenerentur tales incolę ad prefatam cuſtodiam, nō fuerit tale ius cuſtodię per caſtri ruinam amiſſum, imò omnino duret, in quo ſolet haberi à lege hęc ratio, ꝙ poſſit poſtmodū refici, & quia ſatis inhumanum videretur: ſic nō adeſſe ei, cui talis illata eſt vis, argumen. eius quod ſimili alio caſu diſponi-
5 tur † magis ſubueniri ei, qui actum facit ex neceſſitate: aut qui ad eum adigitur, quàm vbi voluntariè id efficitur, argum. l. ſi fideiuſſor. ff. qui ſatisda. cogan. Et ex his attendi non debet, ꝙ prefati incolę interim, dum duraret eius caſtri demolitio, ad alterius caſtri vicini cuſtodiam acceſſerint. Nam cùm primū caſtrum ſua ſemper iura retinuerit, nihil in his ab illis detrabi potuit incolis. Quod ſine difficultate procedit, ſi petitoriū ſpectes: in poſſeſſorio verò poſſet ſubeſſe aliquis ſcrupus ob tam diuturnam alterius domini poſſeſſionem quę fuit anno
6 rum ſexaginta † quod tempus eſt etiam ad titulum acquirendum ſufficiens. argum. l. fina. C. de pręſcrip. long. temp. Sed & adhuc poſſeſſorio iuri nullo modo detractū videtur: in quo eſt ante omnia pendandum, ꝙ ad eam vicini caſtri cuſtodiam hi incolę adigerentur: non quia idem ius tali domino competeret, ſed quòd eos ad id omnino adigeret. Conſtitutio principis Ioannis bonę memorię, per quam haud dubiè in nullo præiudicatur partium iuri, ſed ius ipſum illęſum conſeruatur, ita vt ſi reficiatur caſtrum prius dirutum, ſit denuo ibi cuſtodia adhibenda. Preterea non potuit tunc temporis dominus ſupplicans efficaciter in hos incolas agere, vt ſui caſtri cuſtodię adeſſent, quia deſtructum eſſet: nec etiam prohibere, ne vicini cuſtodiam caſtri ſuſciperent, cum ad id talis ordina
7 tio eos cogeret. Sic † non valenti agere non currit aduerſus eū præſcriptio, vt in l. 1. C. de anna excep. per quę fileſcunt, quæ in oppoſitum ad eam rem adduci poterant: inter cętera,

per

Source : BIU Cujas

8 per † obedientiam acquiri ius seu quasi possessionem subiectionis, vt per Docto. in c. cum olim, el 3. extra de resti. spol. & Bal. in l. 2. C. de seruit. & aqua. & in l. liberti libertæque. C. de op. li. & quod docet Bar. in l. data opera. C. qui accus. non possunt. vbi potissimũ is ait, quòd si vertatur quæstio, an ager Titianus sit Perusini territorii, vel Eugubiensis, testes ad hoc inducti si volent efficacissime deponere, & sui dicti rationem reddere, sic debent dicere, se vidisse commune Perusii ibi furcas erigere, malefactores capere, aut illius agri homines ibi obedientiam præstitisse, quod etiam is confirmat in l. 3. C. de na. li. quo loco asserit, satis probatum esse castrum seu villam esse de alicuius ciuitatis territorio, si comprobetur, quòd castrum seu villa subibat illius ciuitatis onera, aut quia ibi collectas soluebat, vt est §. si quis igitur ex quolibet. in Auth. quib. mo. natu. effi sui. Nam hæc vel ad oculum non obsunt, si attendatur, quod hic supplicans intermedio tempore egisse non potuerit, & quòd necessariò ita edicto Principis introducente, non autem voluntariè tales incolæ aliud castrum custodissent: quod plurimum attenditur in declaratione & confirmatione præscriptæ regulæ non valenti agere: ita docente Bart. in l. Senatusconsulto. ff. de offic. præsi. Nec cœpit in hunc supplicantem præscriptio currere, nisi ab eo tempore, quo castrum fuit denuo refectum: & ad custodiam dispositum. Tunc enim debuit ipse tales incolas ad priorem custodiam interpellare: qđ ab isto insigni domino actum in facto parebat: nec per eum stetisse, quo minus talis custodia præstaretur, imò planè dominum dissensisse. Visum etiam fuit tali supplicanti nihil adscribendum, quare tandiu ipse, aut sui quorum iure accessione
9 nitebatur, distulissent tale castrum reædificare. Nam † vt regulariter nemo cogitur rem suam vendere: ita nec eandem in meliorem vsum, cõuertere, si deterior facta sit. vt in l. nec emere. C. de iu. deliber. Ex his etiam opportunè responsum est ad primum, quod præcipuè in hunc supplicantem potest opponi, quòd ipso, vel suis, à quibus ius habet, scientibus & non reclamantibus tales incolæ alterius castri custodiam subirent: quasi ex hoc tacitus consensus desumatur, arg. l. quæ dotis. ff. solu matr. quia cum ipse efficaciter agere non posset, nec illos rusticos ab ea custodia reuocare, non censetur in aliquo tacitè consensisse, cum regula illa (Qui tacet, videtur consentire) locum non habeat, vbi tacens non potest actum impedire: vt planè per Docto. in ea l. quæ dotis. ita Bart. in l. Senatusconsulto. ff. de offic. præsid. præterea tale thema præscriptum. Non valenti agere, & quòd impedire actum non posset satis confirmatur ex eo, quòd per principis ordinationem ad alterius castri custodiam adigerentur rustici in quem supplicantem nihil aliud efficacius obiici potuisse tunc animaduersum est, quàm quòd debuisset interim protestari, se non consentire, imò planè dissentire tali custodiæ, modò per eam alter dominus vellet ius prætendere, & suo iuri detrahere, & quòd per hoc non intendebat à suo iure excidere. Quæ protestatio videbatur requisita ob eius scientiam & patientiam. Cuius opinionis fuerunt Signorolus & Bartholomæus à Cassaneo, plerisque in locis: habita potissimum consideratione ad tam longũ & diuturnum tempus, quale fuit illud sexaginta annorum, vt ob hæc iudicaretur restitutio vbicunque necessaria ad illius protestationis omissionem. Tunc autem disputationis gratia dicebam non fuisse eam protestationem omnino requisitam, si verum esset (quod omnes ingenuè fatebantur, non cucurrisse præscriptionem: quia si cessaret præscriptio, eodem iure supplicantis ius illæsum manebat, & eo res erat redacta, vt in nullo censeretur illius iuri detractum, tum quòd protestatio ad eum finem fieret, vt præscriptio interrumperetur, aut aliàs illi melius consuleretur, & ne suum ius offenderetur, qui cũ in aliquo non lędatur, nec protestationem vtendum ab eo videbatur expedire. Contraria tamen sententia longè tutior & probabilior iudicata est, debuisse dimitti protestationem, & sic restitutione aduersus illius omissionem opus fuisse: quam sacrosanctum & incorruptum primariũ illud inferioris Germaniæ Consilium concedendã probauit, excussis & adamussim examinatis, quæ in eam rem conducebant, præsente illustrissimo & spectatissimo eius Senatus præside D. Ludouico Schorre, viro vndequaque insigni: & de quo verè addubites, ipse ne virtuti an virtus ipsi plus afferat ornamenti: quem memini tunc doctis rationibus (vt etiam est eminentissimus & consummatissimus Iureconsultus) in restitutionis partes declinasse, ita vt restitutus dominus supplicans fuerit aduersus illam omissionẽ protestationis, imò etiam contra præscriptionem, si qua forte in eum cucurrisset. Quod de præscriptione opportunè visum est debuisse adiici, ob illam Burgundiæ consuetudinem per quam præscriptionum tempus est ad triginta annos reductum: cum tamen (mea sententia) illa consuetudo in nullo huic casui officiat: quia certum sit, eam intelligi, vbi currit præscriptio, quæ cum hoc exemplo non sit considerabilis, debebat etiam eiusdem consuetudinis effectus silescere. Quinimò si fateremur, tunc præscriptioni locum fuisse adesset semper summa ratio, quare contra eam deberet concedi restitutio, vt supra intellexisti: & ita per efficaciorem rationem danda esset, nec de neganda in casu alio ad cautelam abundatiorem.

Contra falsam & erroneam diei in libello articulationem maior restituitur.

CAPVT CCCCV.

REstitutum aliquando maiorem memini, quòd eius aduocatus errore lapsus, vbi in libello supplicantis intentionem deduceret, & cuiusdam instrumẽti seriem narraret, adiecisset diem decimam Octobris, vbi erat decima Decembris articulanda. Qui error planè detegebatur ex illius instrumenti inspectione, ita vt citra aliquam controuersiam restitutionem sit assecutus, & ad illius erroris correctionem admissus, solutis tamen primum expẽsis, quę rationabiles viderentur.

Etiam lata prouisionali sententia in lite subhastationis bonorum, restituitur ex causa maior, vt ei liti pro sententiæ definitiuæ prosecutione adsit, etiam si antea se (quod aiunt in praxi) non opposuisset, cùm tamen necessariò illud egisse debuisset.

CAPVT CCCCVI.

ADmissam etiam mulierẽ maiorem annis memini, vt iam lata prouisionali sententia in materia subhastationis & decreti bonorum posset ius suũ definitiuè prosequi, etiam si post edicta, seu proclamata facta, & dum penderet lis prouisionalis non se obiecisset. aut (quod dicunt practici) opposuisset decreto bonorum pro debiti sui collocatione, quod tamen necessariò præstare tenebatur, cũ soleant fieri in eam rem proclamata, quatuor, vt interim certi fiant creditores, ac sciant talem bonorum discussionem, ita vt id omittentes videantur iure optimo repellendi, nec postmodum audiendi: & qui proculdubio non admitterentur, nisi ad id restituerentur. Huius autẽ restitutionis fundamẽtum tunc fuit quòd hęc mulier proponeret se nouiter instrumentum reperisse, quod docere poterat alterum ex fundis, qui ita subhastati fuerant, ei pleno iure competere, nec prius id scisse: quàm causam probauit Senatus: pręstito tamen antea ab ea muliere iuramento, quòd ita esset, & vbi de tali instrumento ante omnia docuisset.

Refertur & hoc capite nouus casus, in quo maior contra Aduocati errorem restituitur.

CAPVT CCCCVII.

SVccursum etiam maiori alteri me tenet memoria, quòd illius Aduocatus prętermisisset positionem, & (quam vocant) & articulationem cuiusdã facti necessarij, quod libello erat adiiciendum: factum autem erat tale, quòd defunctus, de cuius successione contendebatur, declarasset, dum viueret, & lõgè antequam moreretur, se hęredem alium non habiturum, nec velle habere, quam talẽ supplicantẽ, cp is esset ei frater, & successioni ab intestato proximior: ita vt si eum testari accideret, hunc proculdubio hęredẽ institueret, ex qua animi expressione prętendabat simplicẽ alios hęreditatẽ aucupantes, & eũ in eius pacifica possessione infestantes repellere: ad cuius facti deductionem petebat se restitui, cum tamen esset in causa iam concludendum, qui talis causę status videbatur plurimũ restitutionem in integ. repellere, & ab ea hunc secludere: sed ei fuit tandem concessa, & hic ad eius facti articulationem admissus, prętitis ab eo processus retardati expẽnsis, quem vel hac cã Senatus restituendum sanxit, cp id non sua, sed Aduocati incuria accidisset, quem primum ipse monuerat, tale factum non omittere, cp suo sacramento expurgabat: nec habita fuit ratio hũc in patronum posse agere, & ab eo suum interesse consequi, ne ex literis alia suscitaretur, & quia non lędebatur in aliquo pars aduersa, cui expense refundebantur.

Succur-

Source : BIU Cujas

Succurritur maiori, etiam lapso termino à iudice præstituto, vbi facto tertij læsus fuit.

CAPVT CCCCVIII.

CVm maior annis iuxta iudicis interlocutoriam probare teneretur, notarios duos qui longè procul à Burgundia aberant, & in Francia tunc existebant, esse notarios regios (quia de validitate contractus, ab vtroque notario recepti esset quæstio) hic vt se ab ea extricaret interlocutoria, obtinuit commissarium qui in has longin quas partes, vbi illi degebant, profectus est: fuerat autem parti prefixus certus terminus, intra quem erat probandum, tales esse notarios, quod cùm is commissarius, durante eo termino, efficere non posset sed de vno tantùm testes interrogare: cùm videret lapsum esse terminum, vt erat timidi ingenii, & pusillæ mentis, demum redijt suspenso examine: quod cum pars sciret, nec sibi benè consultum agnosceret, impetrauit commissarium alium, qui denuo ad eum remotum locum proficisceretur, quod reliquum erat agendum, effecturus: cui necessaria iudicata fuit restitutio in integrum ob terminum effluxum, & quia videbatur a probatione seclusus. ea autem restitutio rationi omnino consona visa est, quod prior commissarius allegasset, se in itinere ægrotasse, & ita aliquid ex dilationis cursu detractum, præterea repertum longè maius iter, quàm existimaretur, ita vt non fuisset ob dilationis tempus habita ratio temporis, intra quod eò esset proficiscendum: quod tamen iusta itineris longitudo postmodum detexit: Si autem prior commissarius talem se ea in re præstitisset, qualem egisse omnino expediebat, cœptum debuisset ipse negotium perficere, nec expauescere lapsum termini, quia ex bono & æquo, qui supremus est iudex, ob loci distantiam, & eius ægritudinis rationem, facilè approbasset, quod is post tempus egisset, & longè planius, quàm denuo nouum alium commissarium deputare, & restitutionem pro reliquo impertiri. quod etiam effici non poterat, nisi cum graui restitutionem impetrantis iactura, ita vt in eo sed summopere talis commissarij damnaretur ignauia, ob quam tanto magis indulgendam esse restitutionem visum fuit.

Litis cœptæ interruptæ, iuncta ignorantia, inducunt in maiore annis restitutionem in integrum.

CAPVT CCCCIX.

CVrauerat tertius quidam vendi sui debitoris patrimonium: facta bonorum subhastatione, & intentata decreti lite: eoque lis ita protracta fuerat, vt a iudice tunc esset interloquendum super debitorũ collocatione, & quonam ordine essent iuxta prioritatem ac posterioritatem assequenda. Porrò ab eo tempore cessauit eius litis prosecutio, cuius ab initio nihil vnquam aliquid sciuerat maior alter, cui etiam plurima debebantur, cuius bona subhastabantur: qui ne à debito suo excideret, & hoc priuaretur, implorauit à Senatu Dolano, vt non obstante litis statu, quòd ab initio causæ se non opposuisset, admitteretur ad sui debiti deductionem & probationem. quò is illud assequeretur, & cum cæteris creditoribus haberet: allegans, quòd nesciuisset talem litem intentatam, ac eam per sex annos, & ab eo tempore quo debuerat iudex interloqui super collocatione debitorum, siluisse, ex quo facto satis videbatur resultare iusta ignorantia, & præsumptio, quòd hic eam nesciuisset litem: ita vt his de causis restitutionem sit assecutus, & per eam admissus, qui se huic liti consecutione debiti sui obiiceret, seu (quod vocant) opponeret.

Admittitur maior ex causa ad articulationem peremptoriæ exceptionis, quam is omiserat.

CAPVT CCCCX.

MAior, cuius vniuersum patrimonium sub decreti & subhastationis forma vendebatur, volens eam impedire venditionem: & vt a litis prosecutione cessaretur, cœpit ea lite pendente pleriſque creditorib. debita præstare, & ita cum eis agere, vt horum vni tantũ tunc supereſſet soluendum: Hic autem, quantum potuit, & virib. omnibus litem primum cœptam tam diligenter & ex animo fuit prosecutus, vt ventum sit ad testium examinationem. cæterum hic supplicans, qui reus erat principalis eiusdem litis, agnoscens se sua spe delusum, nec posse efficere: vt ea lis silesceret, cœpit tunc scripturas, quas in ea causa ediderat, apud se euoluere, quò potissimum suos curaret examinari testes, quas vbi diligenter expendisset, annotauit a se omissam positionem exceptionis peremptoriæ, quæ erat solutionis debiti prætensi, per quam poterat omnino subduci aduersę partis intentio, & sua planè confirmari: ad cuius facti articulationẽ petiit se per restitutionem in integrum admitti: hoc vnum deducens, quòd cum ab initio fuisset ei in animo omnibus suis creditoribus satisfacere, & ita eam sopire litem, hac causa motus, satis frigidè, nec ea, qua fuerat opus animaduersione, in suis scripturis deduxisset, quæ necessariò conuenirent ad creditorum explosionem: ductus ea existimatione, quòd is posset soluere, quæ causa visa fuit probabilis, & ob quam deberet restitui in integrum, quam planè vel hoc vnũ coadiuuabat, quòd omnibus suis creditoribus hoc solo exempto soluisset: per quod satis testatus erat in eo illius animus: sed ad eam non nam positionem admissus fuit cum expensarum refusione.

Error manifestus, & qui liquidò ex actis deprehenditur, inducit in maiore restitutionem in integrum.

CAPVT CCCCXI.

DEbuerat maior quidam die decima prouocasse ad tribunal, quod apud Burgundiones idiomate cõmuni Assise vocant, quæ sunt extraordinariæ sedes iudicùm, aut (si malis) iudicia: & tamen (vt ex actis patebat) inconsultè die vndecima emissa prouocatio fuerat, ita vt esset vnius diei tantum lapsus: cui tandem id ex postulanti fuit cõcessa restitutio in integrum, & eò res reducta, ac si die decima appellasset, habita ratione, quòd de vnius diei tantum lapsu ageretur. Cum hac tamen modificatione concessa est restitutio, si talis causa appellatoria nondum fuisset iudicialiter deducta: potuerat enim pars aduersa die, ad proponendam appellationem præstituta, comparuisse, cui tunc in eum casum ius esset plenarium quęsitum, ita vt non, nisi difficulter admodum & suadente alia causa, esset restitutioni tunc deferendum.

Vbi à maiore cessatum est in appellationis executione, restituitur ex causa hoc capite descripta.

CAPVT CCCCXII.

SCio etiam restitutos duos natu maiores, quòd non fuissent executi appellationem ab eis emissam cõgruo & debito tempore: vnum id ad assequendam restitutionem proponentes, quod à tempore latæ sententiæ vsi fuissent summa diligentia, vt ab amanuense eius litis assequerentur exemplar sentẽtiæ, quò possent perfectius & consultius sua deducere grauamina, quæ oportebat tunc specificè proponere, quia esset ab interlocutoria prouocatũ: nec potuissent nisi summa cum difficultate eius interlocutoriæ copiam ab eodem amanuense habere, & longo tempore post sententiæ pronunciationem, ita vt iam tunc immineret dies quadragesimus, præstitutus ad executionem appellationis à statuto municipali Burgundiæ, ad quod tandem restituti fuerunt, vt possent appellationem introducere, & eam exequi, cum non per eos, sed p amanuensem stetisset, quo minus id antea prestitissent.

Etiam expirato termino admittitur causa maior ad sui processus exhibitionem.

CAPVT CCCCXIII.

MEmini etiam officio iudicis supremi admissos maiores duos ad exhibitionem communis processus, ẽt quòd terminus ad eam productionem prestitutus iam expirasset: à quibus allegabatur, quòd cùm ineisset dies exhibitionis, procurator, quem in ea causa constituerant, hoc eis tantum tunc nunciauerat, nec antea: offerentes se iuraturos, prius non sciisse talem exhibitionẽ esse faciendam. Tuncetiã & aliud proponebãt, quòd omnem antea pro recuperatione processus prioris instantiæ diligentiam adhibuissent,

Source : BIU Cujas

buissent, qui erat penes eius litis scribam: quem ab eo tamen assequi non potuissent, nec aliàs habuissent, nisi primum compulso ad hoc amanuense à superiore iudice. Quam diligentiã planè testabantur instrumento quodam: in quo expresè continebatur, quomodo sæpissimè amanuensem pro eo processu habendo adiissent: ob quam causam, accedente partium iuramento, quòd prius exhibitionem processus faciendam esse non scissent, ad eam restituti in integrum fuerunt ex clausula generali, Si qua mihi iusta causa videbitur &c.

Affinitas nominum inducit quandoque in maiore restitutionem, si ob eam esset in exequenda appellatione ab apparitore erratum.

CAPVT CCCCXIIII.

Missa appellatione à maiore annis, vbi hanc apparitori exequendam commisisset, cùm is notificare (quod aiunt) eam deberet vni, cui Ioannes Marteault nomen erat, tunc filiofamiliàs, cuius pater viuebat, ipse relicta filii persona patri intimationem talẽ facit, die certa ei præstituta ad deductionem appellationis, & vt tũc iudicio adesset: aduersus quem errorem memini restitutum filium, & validatum actum cum hac qualitate, quòd id intimaretur filio. Huic autem restitutioni adfuit illa cognominũ affinitas, quę potuit apparitorem decepisse: à quo fortasse existimaretur eam esse personam, de qua in lite appellatoria ageretur: cui etiam accedebat, quod de persona certò & manifestè non constaret.

Maior qui primæ assignationi, dum esset iudicium possessorium ventilandum, non adfuit etiam si ob eam contumaciam ex statuti formâ à suo iure excidat, restituitur tamen ex causa.

CAPVT CCCCXV.

Obtinuerat maior interdictum retinendę possessionis, quo possessionem cuiusdam fundi ad se spectantis tutaretur. Cæterum currente anno impetrationem illius mandati nouitatis, tertius quidam se tali mandato obiecit: facta eius rei declaratione apparitori, qui exequendi mandati curam susceperat, vt est mortis & praxis: cui tunc is apparitor prefixit iuxta eandem praxim & soli tum vsum certam diem, qua coram iudice comparere teneretur, sua deducturus & propositurus possessoria iura cuius prefixionis seu assignationis is apparitor nullo modo certũ reddit eum, qui tale impetrarat mandatum: quod tamen effecisse omnino debuerat, vt is iudicio adesset, & ne aliàs à possessione sua excideret iuxta statutum municipale Burgundię, p quod disponitur. Si prima die assignationis non comparuerit, qui mandatum nouitatis obtinuit, non esse postmodũ audiendum nec admittendum, qui possessoria iura deducat & proponat. Porrò tunc, cum inesset dies, adfuit iudicio hic tertius, accusans impetrantis contumaciam, ac persistens, vt declararetur contumax, & à possessorio prorsus secluderetur iuxta eius edicti municipalis formam, in quo videbatur illius intentio optimè stabilita ob legem tam apertam, & id sine refricatione aliqua disponẽtem. Quod præuidens aduersa pars & sibi imminere periculum perdendæ possessionis, petijt se in integrum restitui aduersus talem contumaciam, & in eo reponi statu, ac si comparuisset ea die, quæ iudicio prefixa fuerat, & vt ius suum possessorium prosequi posset. Ad quod inter cætera id validissimè is allegabat, quòd apparitor non nũciasset diem assignationis aduersę parti datę, ita vt iusta ignorantia, & quæ à iure probata esset, fuisset ductus, vbi maximè hoc officio eiusdem apparitoris incumberet, id declarare, q̃ posset iste futurum factum diuinare, imò quòd in eam vsque diem detinuisset apud se idem apparitor eius litis monimenta, inter cætera mandatum nouitatis, illius mandati executionem, necnon intimationem aduersario factam: quibus adhuc planius confirmabatur talis ignorantia, cùm sine illis nõ posset actor litem prosequi, ob quas causas fuit talis maior restitutus, & declaratio ad municipale statutum data, habentis, Eum qui non comparuit prima die assignationis, a suo possessorio excidere: ut non intelligatur statutum, vbi hic probabiliter diem iudicii ignorasset: ut is ex ea clausula, Si qua mihi &c. restitutionem sit assecutus.

Maior contra pupillum seu minorem restituitur, vbi hi, tutore seu curatore authore falsò aliquid sibi quæsierunt.

SVMMARIVM.

1 *Pupillo cum maiore litigante, maior ad restituendos litis sumptus, non obligatur.*

CAPVT CCCCXVI.

Solet enim quandoque maior aduersus minorem seu pupillum restitui, vbi tales minores sine pupilli authore tutore seu curatore falsò aliquid sibi quæsierunt, ita †vt si pupillus cum maiore litigare voluerit, non obligetur maior ad sumptus litis restituendos, cum in eo aduersus tutores seu curatores subueniatur legis beneficio, vt p Bart. in l. nouissimè. ff. quod fal. tut. authore. Hæc autem de maiore annis quomodo & in quem casum sit restituendus, satis superque. Videamus iam quid disponi ea in re debeat in ciuitatibus, vrbibus, villis, castris, collegiis, & similibus. 1

An sit Respub. quæ læsa est, restituenda? & vtrum burgi, municipia, castra, communitates, & quæuis aliæ Respub. sint restituendæ?

SVMMARIVM.

1 *Respublica minorum iure vtitur, ideoque restitutionis in integrum auxilium implorare potest.*
2 *Romana Respublica verè pro Republica habetur.*
3 *L. Respublica. C. ex quibus caus. maior. etiam villas, castra, burga, municipia, communitates includit, nec à restitutionis beneficio excludit, & nume. 7.*
4 *Legatus ab aliqua ciuitate missus, si læsus fuerit, restituitur.*
5 *Ciuitas eodem iure quo legatus, in impetranda restitutione gaudet, secundum Bart. & Azonem.*
6 *Ad l. Respubl. C. ex quibus caus. maior. Bartol. distinctio discussa explodituꝛ.*
8 *Aduersus Macedoniani exceptionem ciuitati non esse concedendam restitutionem Petrus Glossographus sentit, cuius opinionem Author improbat.*

CAPVT CCCCXVII.

Vtilissima est in Iure quæstio, an num Respub quæ læsa est, sit restituenda? quam tu decisam agnoscis in l. Respub. C. ex quib. caus. maior. vbi habet textus, Rempublicam †vti minorum iure, ideoque restitutionis in integrum auxilium implorare posse: cuius legis dispositionem Castrensis sub eius discursu recitat ad quã uis Remp. referendam, etiam si simplex fuerit municipium. Nam (quod ipse ait (vt Resp. suos habet administratores, & p eos regitur: ita sunt & in municipiis, quorum opera municipii tractentur negotia: quo fit, vt quemadmodum minorib. facto tutorum seu curatorum læsis subuenitur per restitutionem in integrum: ita etiam & Rebuspub. seu villis, castris, & municipijs, quod damnum incuria administratorum, & eorum, qui sunt præfecti tractandis & extricandis eorum negotiis, accidere solet. Ei tamen Castrensis sententiæ aduersatur, quòd cum iuri communi pugnet restitutio in integrum, non debeat ciuitati Romanæ, aut alteri Reipub. concessum priuilegium ad municipia protendi, quòd in plerisque dissideant inter se castrum & ciuitas: vt est in l. fi. C. de sacrosanct. eccle. & l. vsucapionem. ff. de vsucapionib. facit l. ædiles. ff. de via publica. Quod etiam satis habes testatum ex diuersitate & discrepantia titulorum de iure fisci, & iure Reipub. qui separati reponuntur: atque id apertissimè desumitur ex l. sciendum. §. 1. ff. de legationib. ita vt iuxta hanc declarationem senserint quidam, illam l. Respublica, esse de Romana intelligendã, †quia illa sit verè Respub cum quælibet alia ciuitas à Romana priuatam repræsentare dicatur, l. nihil est. ff. ad munici. & l. eum qui vectigal. ff. de verborum & rerum signific. Mea tamen est †sententia †tale priuilegium quamuis Rempublicam includere, argum. l. 1. C. de offic. eius qui vices alt. gerit. Quæ lex cùm generaliter loquatur, sensu etiam generali est interpretanda, argum. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præstand. vbi potissimum ex ea interpretatione non resultat absurdus nec absonus intellectus. Cui opinioni accedit, quòd in Germania, Italia, & alibi 2 3

plures

Source : BIU Cujas

plures sint Respublicæ, apud quas merum esse imperium testantur Doct. in l. imperium. ff. de iurisdictione omnium iudicum. Præterea nonne in villis, castris, burgis, municipijs, communitatibus, & quibusuis aliis uniuersitatibus sunt pupilli, viduæ, & miserabiles aliæ personæ, quæ an restitui debeant, ipse satis diiudicare potes. Atque hæc ratio videtur omnino concludere, per quam iudicentur esse restituenda in integrum municipia, & cæteræ Respub. vt cum in omnibus eadem sit & par ratio, idem ius statui debeat, l. illud. ff. ad leg. Aquil. Eadem autem ratio desumitur, quòd talia municipia per procuratores, actores, administratores, syndicos, & alios gubernatores regantur, à quibus lædi possunt. Vides etiam
4 †legatum à ciuitate missum, si læsus sit, restitui, l. legatis. ff. ex quibus causis maior. vt eodem iure sit ipsa ciuitas restituen-
5 da. †Fuit autem postremum illud argumentum Azo. & Bartol. in ea l. Respub. quod tamen mihi non omnino concludere videtur: quia Legatus restituatur ob absentiam, si cum absens esset, sit læsus: quo casu æquissimum est, eum restitui. Sunt enim duo illa hoc suadentia, quæ referri ad Rempub. non possunt, cùm semper præsens fuerit: vt talis eorum argumentatio sit à prorsus separatis & diuersis. Qui tamen probem eorum sententiam, debere restitutionem omnibus
6 Rebusp. læsis tribui. Bartol. autem †in ea l. Respub. considerabat post Iacobum à Butrigariis, debere distinctionem fieri inter castra, villas, seu municipia, in quibus est hominum multitudo, ab his, vbi pauciores sunt, qui in eis degunt, & maiorem, imò efficaciorem esse concedendæ restitutionis occasionem ijs, in quibus maior est numerus, quia ibi difficilius tractentur eiusdem Reipub. negotia, quæ longè facilius extricantur, cum pauci sunt: quia pauci numero existentes præsumuntur municipij negotijs, vt proprijs, non tanquam publicis adesse. Sed ego ab hoc intellectu dissideo: qui putem, hoc spectari non debere, an magnus seu paruus sit incolarum numerus: quia etiam si effinxeris in municipio quinque vel sex habitare: si tamen de municipij negotijs contendatur, verum esse, vt municipij, non sua priuata tractent negotia: hoc absurdum iudicandum est, quòd quæ sunt municipij, ut priuata sua negotia curent: quia hæc duo sunt omnino distincta, de priuatis, & de municipij agi negotijs: In priuatis verò quis, nisi habes prorsus, dicet, restitui municipium debere? sed hoc tantum accommodabit priuatorum negotijs: & hic exiguus numerus non producit effectum alicui oppositum, & contrarium priuilegio extraordinario, quod est attribuendum municipio. Item, non ne in eo paruo numero esse possunt pupilli, infantes, uiduæ, & miserabiles aliæ personæ? qui omnes aliàs non restituerentur, si is intellectus verus esset, quem Bartol. fortasse agnoscens non
7 omnino esse defensabilem, docuit †tandem sub ea l. Respubl. ciuitates, villas, castra, municipia, burgos, vniuersitates esse ad instar maioris ex clausula generali, Si qua mihi iusta causa videbitur, restituendas: aliàs verò maiores Respublicæ eandem restitutionem, quam minores, debere assequi. Sed etiam huic obsistit opinioni, quòd leges de Republ. loquentes simpliciter & in genere dicant, hanc minorum iure vti debere, & sic debere ut minores, planè restitui. Ideo fit, vt reiectis his diuersis opinionibus, sequendam hanc existimem esse, ciuitatibus, burgis, uillis, castris, communitatibus, municipijs & vniuersitatibus restitutionem, qualem assequitur minor, tribuendam: quæ est communior & receptior in iure sententia: à qua cum in consulendo tum in iudicio ferendo non sentio deficiendum: per quam manet planè elisa quorundam sententia, qui senserunt, castrum & villam maioribus in contractibus, iudiciis & prescriptionibus æquiparari, ita vt restitui non debeant. Quæ opinio est omnino manca, & à legum tramitibus alieniſſima, quia etiam pro certo habeatur, municipium esse membrum Reipubl. l. insulæ. ff. de iudic. ut largo modo dicatur esse Respubl. l. sed & hi. §. præterea. ff. de publica. Contra quam communem non obsistet (quod vir doctus posset fortasse proponere) debere in ciuitatibus restitutionem cessare: quia contra eas opponi
8 posset Macedoniani exceptio, l. nihil interest. ff. ad Macedo. & tamen † contra hanc exceptionem cessat restitutio. l. verum. §. finali ff. de minorib. quod fuit Petri glossatoris fundamentum, in quo satis suffrigidè mihi argumentatus videtur: quia etiam quòd admittas, aduersus Macedoniani exceptionem non dari ciuitati restitutionem: an ex hoc casu particulari feres iudicium, debere eam ab omni restitutione. reijci? Non sanè? quare ego semper communi hærendum censeo: atque ea communis opinio (vt supra iam præmisi) est intelligenda etiam in quibusuis paruis communitatibus, cum actus sit communis plurimum, ut vniuersorum.

Hic obiter annotabis casum, secundum quem ob Dolani receptoris negligentiam Dolana vniuersitas fuit restituta in integrum.

SVMMARIVM.

1 *Receptoris est, vniuersitatis reditus à debitoribus exigere, & quæ eius sunt negotia, curare.*
2 *Vniuersitas pupillis æquiparatę restitutionis beneficio fruitur.*

CAPVT CCCCXVIII.

QVod autem de vniuersitate restituenda diximus, id ego memini in praxi Dolæ accidisse, & à Senatu Burgundo restitutam vniuersitatem Dolanam aduersus negligentiam eius, quem eiusdem vniuersi-
1 tatis receptorem ibi nominant, †cuius officio hoc incumbit, vniuersitatis reditus à debitoribus exigere, quę eius sunt negotia, curaret is autem satis supinè admodum versatus fuerat in cuiusdam litis instructione, quæ vniuersitatem concernebat, ita ut citra restitutionem in integrum immineret non leue incommodum præfatæ vniuersitati, cui non immeritò con-
2 cessa fuit restitutio: vel hac ratione, quòd † pupillis equiparetur, arg. l. 2. C. de cur. furi. & per Barto. in l. nulli. & l. 1. §. quod si nemo. ff. quod cuiusque vniuer. nomine.

Cum sub tyranno viuit ciuitas, an læsa restitui debeat.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas contra supremi domini uoluntatem occupata, grauique iugo pressa & læsa restitutionem etiam contra Petri sententiam impetrare debet.*

CAPVT CCCCXIX.

EXcitat Salicetus in eadem l. Respubl. quæstionem huic negotio satis accommodam & opportunam, quid †si tyrannus vi & contra domini supremi vo-
1 luntatem aliquam ciuitatem detineat & in aliquo sit læsa ciuitas, debeat num in eum casum talis ciuitas restitui? Fuit autem Petrus huius sententiæ, refutandam restitutionem: quia per vnum administrata sit ea ciuitas, & quia tyrannus vtilitatem ex sua assequeretur tyrannide, contra l. 3. §. sed vtrum. ff. de minor. Crebrior tamen sententia inualuit in oppositum, cum non sit tyrannus, à quo imploratur restitutio, sed ab ipsa ciuitate, quæ non desiit frui priuilegijs ciuitatibus concessis, & quibus prius, quàm esset vsurpata, vtebatur. Accedit his, quòd cum iniustè sit occupata, non est ab omni aliena expectatione, quin quandoque ab ea liberetur tyrannide, & suæ pristinæ restituatur libertati, cessatq; ex his, quòd tyrannus utilitatem nanciscereturr, cum illius non habeatur ratio, vbi id agit ciuitas, non ipse.

An ob instrumentum de nouo repertum communitas aduersus aliam restituatur communitatem, vbi processisset inter eas laudi pronunciatio.

SVMMARIVM.

1 *Sententia per instrumenta de nouo reperta non retractatur, quod limita vt nume. 4.*
2 *Laudum homologatum transactionis imaginem repræsentat.*
3 *Communitatibus eodem iure, quo pupillis sui curritur.*

CAPVT CCCCXX.

CVM inter se duæ ciuitates litigarent, transegit vtraque, & quæstionem ad arbitratores ab vtraque electos retulit: à quibus tandem pronunciatum fuit laudum seu arbitramentum: Cæterùm altera pars postmodum proposuit à se de nouo repertum instrumentũ, per quod dicebat liquidò de laudi iniquitate constare, & longè aliter debuisse terminari controuersiam: petens ob id se ad illud laudi rescissionem restitui, & vt tandem admitteretur ad instrī de nouo reperti editionẽ, si quam vellet facere. Quã re-
1 stitutionẽ quidã iudicabant reiiciendã †quia per instrã de no-

Source : BIU Cujas

uo reperta non retractetur ſententia: vt eſt in l. Imperatores.
2 ff. de re iudica. cùm etiam † tale laudum, ſic homologatum tranſactionis imaginem repræſentet, vt in Auth. vt differen. iudic. circa princip. ſitque in iure iudubitatum, non reſcindi tranſactionem per inſtrumentum de nouo repertum. Aliorum verò fuit ſententia, concedendam reſtitutionem: quia fomentum & originem aſſumeret ex iuſta & probabili ignorãtia, puta inſtrumenti de nouo reperti: quod ſi habuiſſet, com-
3 munitas, veriñmiliter exhibuiſſet: tum quia † eodem iure ſit communitatibus ac pupillis ſuccurrendum, quòd in eis ſint paſſim pupilli, viduæ, infantes & ſimiles aliæ perſonæ priuilegiatæ, ut etiam pupillis æquiparentur: ita docente Roman. conſilio 423. & Ioanne Andrea in additio. ad Specũ. de reſtitutio. in integrum, ſub ea additione, quæ incipit, Quadriennium. Quibus accedit, etiam ex iuſtiſſima cauſa maiori eſſe in eum caſum concedendam reſtitutionem in integrum, l. ſi
4 minor. ff. de except. rei iudic. Nec obeſt, non † retractari ſententiam per inſtrumenta de nouo reperta, quia l. illi Imperatores, nominatim excipit Rempublicam, ſub qua (vt iam habuiſti) continetur communitas.

Vtrum contra expenſas litis, in quibus fuit communitas condemnata, maximè ad eas, quæ factæ ſunt vſque ad publicationem teſtium, reſtituatur communitas.

SVMMARIVM.

1 *Sententia eſt indiuidua,*

CAPVT CCCCXXI.

AD hanc rem conducet conſimilis penè quæſtio in praxi quandoque ventilata de communitate, à qua implorabatur reſtitutio aduerſus interlocutoriam ſententiam, per quam condemnata fuerat in expenſis litis factis vſque ad publicatas atteſtationes. Proponebat autem hæc communitas nullo modo uiſas à ſe atteſtationes tales, ſed per procuratorem eam litem agitatam, à quo quid in eis contineretur, haud intellexiſſet. Quæ cauſa & ignorantia ſecundum quoſdam uidebatur iuſta, & cui deberet accedi: aliis autumantibus reiiciendam reſtitutionem, quia hoc ſatis ſciſſet procurator, & quòd ſit domino imputandum, cur ipſe non diligenter, & frequentiſſimè ab eo ſit ſciſcitatus, quo modo ea lis tractaretur, quod ſi feciſſet, potuiſſet, quid tales continerent atteſtationes, ſcire. Erat & aliud, quòd hæc communitas peteret ſe reſtitui aduerſum condemnationem expenſarum factarum à die publicationis, quod erat iniquiſſimum: quia ex teſtium dictis liquidò patere potuiſſet, eam cõmunitatem iniuſta, & mala niti cauſa, & quæ meritò ſubtrahere ſe ab ea lite debuiſſet à tempore publicationis teſtium, ita vt peruerſa eius in eo fides detegeretur, nec ſat ex æquo & bono conſtans, iuxta doctrinam Barto. in l. ſi quis inficiatus. ff. depoſi. Quorundam verò fuit iudicium, etiam ex hac cauſa talem communitatem poſſe reſtitui, ubi maximè non leues eſſènt expenſæ, ut hoc iudex plurimum attendere debeat, ſi de leui vel mediocri agatur. Nam ſi de modicarum expenſarum condemnatione ageretur, etiam quòd læſa ſit, reſtituenda tamen non eſſet ob tam futilem rem, nec retractanda ſententia. Quòd autem reſtitui debeat, cùm de magna ſumma eſt quæſtio, nulla eſt apud me dubitatio, nec aſcribi Reipub. poterit, quare non didiciſſet teſtificata: quia omnis culpa à procuratore proceſſiſſet, ita ut ei ac ignoranti ſit ſubueniendum: qui tamen ſatis admittam, hanc ignorantiam non omnino talem eſſe, ex qua, ſi rigorem iuris ſpectes, deberet concedi reſtitutio: quia poſſet hæc communitas in talem procuratorem agere, & ab eo damnum, quod illius incuria patitur, repetere. Qui tamen concedam, ex bono & æquo poſſe ei ſubueniri, attenta illa ignorantia: ita vt ego hanc poſtremam ſententiam probem, vbi rei magnæ eſſet quæſtio. Nec uideo, quid in hanc rem in oppoſitum aliud afferri efficaciter poſſit, quod fortaſſe uir doctus poſſet mouere, quàm hoc unum quomodo enim hoc caſu dabitur reſtitutio, cum hic in principali probet ſententiam, & quam fatetur bene latam, quam tamen velit reſcindere ob expenſarum reſtitutionem? quaſi
1 nitatur diuidere ipſam ſententiam, † quæ tamen eſt indiuidua, ut in l. hoc iudicio. ff. famil. erciſcun. Quæ eſt vtcunque acuta conſideratio: quam tamen ita poſſe reſolui exiſtimauerim, non abſurdum eſſe, ut is talem reſtitutionem aſſequatur, cum dicat, non debuiſſe talem expenſis grauari, nec cenſetur diuidi ſententia, ubi aliàs principaliter approbatur: quia vt poteſt plura continere capitula, ita & plura grauamina, & ita implorari reſtitutio.

Vtrum legati Principum, qui læſi ſunt, debeant reſtitui?

SVMMARIVM.

1 *Legationis officium iuſtam petendæ reſtitutionis cauſam inducit.*
2 *Legati principum eodem cum Reipublicæ cauſa abſentibus priuilegio gaudent.*
3 *Legatus à municipio ad inferiorem à principe miſſus, eſt ex cauſula generali, Si qua mihi iuſta cauſa &c. reſtituendus.*
4 *Legati municipiorum ad legationis munus ſubeundum cogi poſſunt.*

CAPVT CCCCXXII.

HIS probo ordine adiicientur legati principum, qui an ex cauſa reſtitui debeant, tu ex ſequentibus facilè habebis: in quo firmá fixam hanc concluſionem. † Legationis officium iuſtam petendæ reſti-
1 tutionis cauſam inducere. Poterit autem à legato libellus hoc modo concipi: Peto iudicij inſtaurationem, & ut ex integro meis poſſim uti defenſionibus, ut eſt in l. 1. C. ex q. bus cauſis maio. qui textus loquitur, ubi contra eum, dum legationis fungeretur officio, eſſet in aliqua lite proceſſum, nec (vt decuerat) defenſus eſſet. Quę concluſio eſt intelligenda de eo qui verus, non fictitius, eſſet legatus, ut eſt in ſimili de
2 veris & non fictis militantibus. Nam † & receptum eſt, eos qui legati ſunt Principum, eodem priuilegio, quo ij qui ab ſunt cauſa Reipub. gaudere, l. ſed & ſi per prætorem. ff. ex quibus cauſ. maio. vbi habet lex, maioribus eſſe ſubueniendum per reſtitutionem, quoties id æquitas ſuggerit: puta, ſi quis functus fuerit legatione pro ciuitate. Nam æquiſſimum eſt, eum reſtitui, cum ex neceſſitate, non uoluntariè abfuerit. Tũ etiam ex eodem text. deſumitur, reſtituendum eſſe particularem legatum: qualis eſt, qui ciuitati præficitur: & eodem iure eſſe reſtituendum eum, qui pro principe abeſt: ad quod etiã habes expreſſum textum in l. legatis. ff. ex quibus cauſ. maior. in quo diſponitur, legatis quoque municipiorum ſuccurri ex principum Seueri & Commodi conſtitutione, vt maximè rebus vſucaptis reſtituantur, quam l. gloſſa ibi ſic declarandam putauit, ut procedat, ſi municipium demandaret, ſecus ſe à municipio mitteretur legatus ad Principem ſupremum: quia hoc poſtremo caſu non eſſet iudicandus legatus municipii ſed Reipublicæ cã abeſſe, & tanquam abſens Reipub. cauſa reſtitueretur, non autem vt legatus. Cuius doctrinam ego probare in hoc nullo modo poſſum, quia ſiue ad inferiorẽ, ſiue ad ſuperiorem is delegetur, legatus eſt municipii, cum in hoc attendatur initium actus. Quid enim, ſi cum qualitate legationis tranſmittatur? quare non legatus dicetur? qui tamen benè fatear, tunc etiam eum cenſeri abeſſe cauſa Reipublicæ, vt eſt in eo verſiculo, vt quotiens, præallegato, per quod confunditur illa gloſſę conſideratio, volentis conſtituere diſcrimen inter utrunque caſum. Imò etiam confutatur per eam l. legatis. in qua lex vult ſubueniri legatis municipiorum non facta differentia an ad Principem ſupremum, vel inferiorem ſint miſſi. Et per hoc cenſeo ſequendam ſententiam Angel. in l. cum quidam. in princip. ff. de acquiren. hered. quo
3 loco reſoluit legatum † à municipio ad inferiorem à Principe miſſum, eſſe ex clauſula generali. Si qua mihi iuſta & cæte. reſtituendum. Nec in iure talibus legatis ſubuenitur, cum
4 † poſſint inuiti hi cogi ad tale munus legationis, ut eſt in l. ſi quis decurio. C. de decurionibus. & in l. dotem. ff. de excu. tur. Cynus in regula. quod ſemel. de regul. iuris. in Sexto. Specul. titulo de legatis, circa finem. & hoc ſatis denotat. ea l. ſed & ſi per prætorem. in illis verbis, cum ex neceſſitate, non uoluntate abſunt.

Si à maiore aduerſus cenſus conſtitutionem petatur reſtitutio, an debeat interim, & dum durat cauſa reſtitutionis, lis ſubhaſtationis bonorum eius, qui reſtitutionem implorat, ſileſcere: quam perſequitur is, cui cenſus eſt debitus, ne à poſſeſſione exigendi cenſus excidat.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutione pendente nihil innouandum eſt.*

Source : BIU Cujas

2 *Lis subhastationis per restitutionem in integrum suspendi non debet secundum quosdam.*
3 *Argumentum à contractibus ad iudicia, & vice versa, validum est.*
4 *Subhastationis sententia cur per restitutionem in integrum suspendi non debeat, nouæ Authoris rationes.*
5 *Restitutionis petitio non impedit sententiæ executionem, si quidem cæpta iam executione fuerit implorata.*
6 *Appellans, aut in integrum se restitui contendens, si pendente appellatione uel restitutione eum, in quem prouocatum, aut restitutio petita est, turbet, censetur appellationi, uel restitutioni renunciasse.*

CAPVT CCCCXXIII.

CVM deberetur à Titio cuidam maiori census annuus, Titius hic aduersus eam census constitutionem petiit restitui: inter cætera proponens, non fuisse sibi pecuniam numeratam, deducens præterea, se ex plerisque alijs causis plurimum ea venditione læsum. Cæterum cum hic restitutionem imploraret, curauit is Titius huius bona interim vendi, & subhastari, vt ipse census debiti solutionem assequeretur. Porrò dum hic postea restitutionem implorasset, Titius tentauit absorbere illud subhastationis suorum bonorum iudicium, hoc vnum allegans,
1 debere id omnino rescindi: quia † pendente restitutione in integ. nihil innouari debuerat: vt est in l. vni. C. de in integ. rest. postul. In quo quid sit censendum, examinemus. Cuius tituli materiam ego suprà suo loco diffusissimè excussi, sed omnem ratiocinationem ad minoris personam referens ut longè iam maior videatur esse hæsitatio in maioribus annis inter se litigantibus: in quibus est à quibusdam existimatum,
2 † vt per restitutionem in integrum suspendi non debeat lis subhastationis bonorum: quia ille titulus C. de in integrum restitutio. postulat. procedat, cùm petitur restitutio aduersus sententiam, & ut eius executio impediatur. Vt enim nihil fit noui, dum pendet appellatio: sic nec etiam, cum agitatur restitutio in integrum: quod secus, vbi petitur restitutio contra contractum: quo casu in nullo est supersedendum, vbi id maximè fit iure communi; secus si speciali, ut est in principis rescripto. Quas declarationes ad eum titulum affert Corneus consil. 3. licet videatur, colum. prima volumine primo. Ego verò non possum omnino has illius doctrinas probare, quibus velit, non habere locum præscriptum titulum, vbi petitur iure communi restitutio: secus cum iure speciali seu extra ordinario postulatur, maximè cùm sit extraordinarium & subsidiarium remedium, vt est in l. in causæ. 1a secunda. ff. de minor. Nec placet specialiter hanc implorari, ubi per Principis rescriptum petitur. Nam cùm à iudice ordinario obtineri possit, non debet tempus attendi, quo princeps concedit, argument. l. primę. C. de thesau. libro decimo. Cod. minus arridet prior alia limitatio, eum titulum non loqui, vbi aduersus contractum petitur: quia si id disponatur in iudiciis,
3 eadem ratione simile est in contractibus censendum † cùm validum sit à contractibus ad iudicia, & versa vice argumentum. argumen. l. omnem. ff. de iudic. & hoc satius esset in contractibus censendum, quia sententiæ executio sit admodum fauorabilis, quę tamen impeditur per restitutionis iudicium.
6 Quare † mea est sententia, si ad thema præscriptum attenderis, nec ab eius terminis discesseris, non debere suspendi litem subhastationis, sed ob rationes alias quàm eas, quas Corneus deduxit: cui etiam fortasse similis casus non fuerat propositus consulendus. In proposito, qui talem restitutionem impetrauerat. maior erat. præterea dum maior esset, ratificauerat contractum, quem in ætate minori constitutus fecerat. Accesserat denique contractui iuramentum de non contraueniendo. Erat & aliud vrgentius, ac magis præcipuum, quòd prius quàm petita esset restitutio, præcessisset lis subhastationis bonorum. Certum est autem & indubitatum, eius tituli dispositionem C. de in integrum restitu. postula. non procedere, si adsint iudicia & præsumptiones contra imploran-
5 tem restitutionem in integrum. † Tunc enim non impeditur sententiæ executio, modò præstetur ab alio cautio de restituendo id, quod interim soluitur, alia parte vincente: ad quod habes capitu. suscitata. vbi plenè Canonistæ, extra de in integrum restitutio. Quinimò petitio restitutionis non impedit sententiæ executionem, vbi post cœptam executionem intentata fuisset, vt per Bald. in l. finali. C. si ex fall. instrumen. vt simile statui debeat in hoc casu. & ita eum titulum, C. de in integrum restitu. postul. declarat Alexander consilio sexagesimo secundo incipiente, Egregie, colum. secunda, volumine sexto. Adest & quòd exigens censum sibi debitum censetur suo iure vti, & agere quod decet, quem etiam nemo inficiabitur diligentissimi patrisfamilias officio fungi, vbi curat subhastari bona eius, qui censum non vult soluere; quia hoc efficiendo ipse suam possessionem consequendi census conseruat: hic enim fructus suos & solitas pensiones exigendo, nihil innouare dicitur, etiam dum pendet lis restitutionis seu appellationis. Quod ita deducit Alexander in Apostillis ad Barto. in l. prima ff. nihil innoua. appellari, penden. Est & in eam rem gloss. in l. Imperatores. ff. de appellationibus. Immo ex opposito iudicaretur in sua possessione turbatus, cui census debetur, si ab eius exactione arceretur etiam pendente restitutionis lite, ut per gloss. in capitu. non solum, sub verbo reducendę. de appellatio. in Sexto. & ad hæc conducit elegans doctrina Decij in l. prima C. de secund. tabu. vbi docet post Mathesil. nota. vigesimosesto. Incipiente, nota
6 quòd actor. quòd † quoties quis appellat, aut se in integrum restitui contendit, si dum pendet appellatio, aut restitutio, impediat seu turbet alium. in quem est prouocatum, aut restitutio petita, quo minus solita vtatur possessione, censetur renũciare appellationi seu restitutioni in integrum: quasi effectus vtriusque non sit, alterius possessioni officere, quo minus in ea sit conseruandus. Sic in casu proposito deneganda erat restitutio ob concurrentiam tantorum iudiciorum, contra restitutionem exurgentium. Per hæc tamen non est elucidatus principalis articulus, Vtrùm simpliciter assumpta illa conclusio sit vera pendente subhastatione bonorum debere cessare iudicium restitutionis, vbi non adessent aliqua indicia, sed essemus in puris, nudis & simplicibus terminis. Mea autem est sententia, cessationem non debere interuenire: quia solum de possessione tuenda & seruanda tractetur, & ita possessorii sit quæstio, quod tu scis leuis esse præiudicij & momentaneum reputari, ita ut ob id quandoque dubitatum fuerit utrum contra sententiam in eo momentaneo iudicio latam deberet minor restitui: quod ego suprà abunde attigi. Quod enim attinet ad sententiæ executionem, & quæ suspẽdi debeat, dum pendet restitutionis lis hoc longè habet aliam & diuersam causam, quàm cum de possessorio est controuersia: quia ibi res principaliter videtur referri ad dominij excussionem, quod est longè maioris ponderis & præiudicij ipsa possessione, quæ dipingitur à iureconsulto, vilis & abiecta, ut in l. peregre. ff. de acquirenda possessio. Attendi etiam debet, quòd penè in nullo offendatur, aut detrahatur iuri eius, qui impetrat restitutionem, si pergat lis subhastationis: quia solet præstari cautio de restituendo censu, si fortasse talis in restitutionis lite uicerit, altero condemnato, & in ea lite succumbente. Item cum hic ante restitutionis litem esset in possessione percipiendi census, ęquum est, ut in eadem possessione defendatur. Atque hęc opinio mihi uidetur verior, sanior, & longè probabilior.

Admittitur maior etiam testium publicatione facta, ad examen testium, quos primum ipse suo procuratori nominauerat, vt curaret examinandos à iudice.

SVMMARIVM.

1 *Probationes cum sint fauorabiles coarctari non debent.*
2 *Cessio in iuriarum causa non admittitur ob detestationem & odium iniuriæ.*
3 *Cessionis beneficio iudicatur indignus, qui bona sua in fraudem alienauit, aut aliàs mentitus est, aut debitum contraxit, vt bonis cederet.*
4 *Emenda vtilis habet in se aliquid, tendens ad vindictam.*
5 *Temperamentum ad iudicis arbitrium relatum ita intelligendum & declarandum est, vt fieri debeat secundum iuris communis dispositionem: & ita, ut à legis formula non discedatur.*

CAPVT CCCXXXI.

TAM succurrit, præstantissimum Dolanum Senatum per uiam Cancellariæ & restitutionis in integrum admisisse maiorem ad examinationem suorum testium, etiam publicatione testium iam facta: atque ad id motum, quòd hic proponeret & allegaret, se ante eam publicationem suo iniũxisse procuratori, quem in lite constituerat, ut eos testes apud iudicem examinandos curaret: & ita fuisse ei in animo hos debere audiri: & quasi hoc solum esset ei adscribendum, quòd tam improuidum sibi delegisset procuratorem, nec magis

Source : BIU Cujas

consultum.ad quod non fuit ab eodem Senatu habita consideratio, nec aliàs supplicans à suis secluderetur probationi-
1 bus, †quæ cum sint fauorabiles, non debent coarctari & angustari: sed ea lege fuit admissus, ut teneretur per se & personaliter iurare, quòd ipse suo procuratori commisisset, ut hi testes examinarentur: quodque ante eius iuramenti præstationem nominaret eos testes, quos iuraret esse eos, qui denominati à se fuerant: susciperetur etiam eius rei simile à procuratore sacramentum: quò, si diuersimodè ab eis iuraretur, detegi posset huius dolus, aut (si malis) calliditas & vafrices: tum etiam, ut uterque eodem iuramento teneretur declarare, an num testificata didicissent. Fiebat autem id postremum, quia si essent eis nota & manifesta testimonia, haud dubiè ab vlteriori testium examine essent repellendi ob testium subornationem, dico ego, attento iuris rigore. Subiiciam & aliud, haud inelegans exemplũ, quod me tenet memoria in praxi accidisse: qui tamen sum nescius, quid in eo fuerit determinatum. Maior quidam condemnatus actione iniuriarum ad honòrabilem (quam nominant & vtilem emendam: cum honorabili illi emendæ satisfeciisset, & iam cœpisset aliquid, quod ex utili dependebat, præstare, ubi agnosceret, sibi in bonis non esse, vnde posset commodè & opportunè ex integro satisfacere, petiit se restitui, vt bonis cederet, & eam cessionis uiam, quam ab initio prætermiserat, amplecteretur: à quo repellendum esse quorun-
2 dam erat iudicium, †quia in iniuriarum causa non admittatur cessio. in iniuriæ odium & detestationem, ut notat Iason in §. fi na. Institu. de actionibus. & ne quis ex delicto suo commodum assequatur ad quod facit in argumen. l. si ex parte. §. quanquam. ff. quod cum eo. vbi succurritur emancipato filio ex suo contractu, si non deliquerit, nec malè fit versatus
3 †cum in simili à cessionis beneficio excludatur is, qui sua bona in fraudem alienauit, vt in l. fina. ff. si quid in fraudẽ credi. Qui etiam mentitus est, aut aliàs debitum contraxit, ut bonis cederet, priuatur cessione, per eam l. fina. Sic si iniuriarum lite non sit locus cessioni, quare hunc restitui dices, ut bonis cedat? aliàs restitueretur ad id quod nunquã habuit, & à quo ex legis mente repellitur. Præterea pensabatur unum aliud. quòd res non esset integra, quia post latam sententiam satisfactum esset emendæ illi honorabili, & iam cœpta solutio eius quæ uocatur utilis: ut uideretur velle acquieuisse senten
4 tiæ. præterea hæc †vtilis emenda (quæ etiam nominatur pecuniaria) habet in se aliquid tendens ad vindictam & emendam, argumen. l. sed si vnius. §. si cum ante. ff. de iniur. vt tanto minus deberet is restitui in integrum. Quinimò si locus esset restitutioni, daretur occasio inferendæ iniuriæ. Quibus ratio nibus videbatur abnegandam esse restitutionem. Quorum opinioni ego semper hęredum probaui, hac potissimum ratione, quòd nõ debeat quis admitti seu restitui ad cessionem faciendam, quam ei lex planè abnegat, ne aliàs subsistat accessorium absque principali. Quam sententiam puto & censeo procedere debere, etiam re integra, & ubi nullo modo esset adhuc in aliquo sententiæ satisfactum: ad quod me trahit eadem ratio, per quam denegatur cessio, quæ indistinctè, & vtroque casu procedit. Memini tamen præstantissimum Dolanum Senatum ex gratia (vtebatur enim his terminis, & de grace) per uiam Cancellariæ supremæ, quam apud se habet, admisisse quendam, lata sententia in actione iniuriarum, ut posset bonis cedere. Sed tunc lis fuerat mota inter fratres duos: quorum qui uicerat, curauerat condemnatum innodari, seu illaqueari sententia excommunicationis, donec ei utilem emendam persoluisset, qui iam honorabilem præstiterat, quod ea tam proxima coniunctio suasit. Itaque vt alter à nexu quo detinebatur, eximeretur, admissus fuit ex bono & æquo ad prefatam bonorum cessionem, in quo fuit discessum à regula communi, tola illa proximitatis ratione habita, idque speciali fauore: qui non esset aliàs extendendus, ubi cessaret talis consideratio & qualitas. Scio etiam in simili penè casu, non fratrum, sed eorum, qui cognati erant, obseruatum modum alium, quàm restitutionis indulgendæ, & mandatum seu commissum officiali, à quo lata fuerat in ea lite in juriarum sententia, ut ipse eam pro suo temperaret arbitrio. quasi secundum horum iudicium, posset is talem ad cessionis beneficium admittere: quod tamen ego nec ex illis verbis,
5 nec eorum sententia posse desumi agnosco, † quia temperamentum relatum ad iudicis arbitrium est ita intelligendum & declarandum, ut fieri debeat iuxta iuris communis dispositionem, & ita, ut à legis formula non discedatur, à qua omnino deficeret iudex, si talem ad cessionem admitteret. Sic magis mihi accedit, vt simpliciter dicatur esse in manu iudicis supremi, posse ex officio & præscripto exemplo restitutionem concedere, maximè vbi subesset tam prægnans, iusta & legitima causa: & non aliàs.

DE TEMPORE VTILI
ET CONTINVO D. MARCI
ANTONII BARDI V. I.
DOCT. SENENSIS.

De descriptione & ethymologia continuationis, & exemplis super rebus continuis, & contiguis.

SVMMARIVM.

1 *Omnia à diffinitione proficì debent, considerando quiditatem & essentiam rei diffinitiuæ, quæ apud legistas periculosa dicitur.*
Continuatio in genere duplex est, remissiuè.
2 *Continuationis diffinitio seu descriptio.*
Continuatio dicitur à con & teneo, & continuum quasi contiguum.
3 *Contigua sunt, quorum extrema coniunguntur, & exempla.*
Flumen & quantitas temporis siue momentum siue aliud, est continuum in se, & Mari seu alteri flumini & quantitati continuum, excepto Atomo, & ita de domo, prædio, castro & simul. & numero 4.
Et aliquo de Diluuio vrbis aliorumque locorum de Anno. M D LVII.
5 *Ecclesiæ, fiscus, & via publica in materia Iur. Prothomis. prælationem vicino non concedunt, ut dicto iure uenire possit, secus si uia uicinalis & riuus aquæ, remissiue ad præsens tractatum.*

CAPVT PRIMVM.

1 ET si secundum Philoso. † omnia à diffinitione proficiscì deberent, considerando quiditatem & essentiam rei diffinitæ, quod etiam per Iuristas approbari videtur, ad nota. in l. prima. cum glosi. ff. de iusti. & iure. Verùm quia diffinitur quandoque res, considerando ipsam prout est in fieri, & periculosa dicatur l. omnis diffinitio. & ibi Philip. Decius ff. de regulis iuris. quæ potius descriptiones quàm deffinitiones forsan appellari merentur. Attamen quia super diffinitionibus insistì non deberet, nisi quandoque in scholis, cum in practica multum conferre non dicantur ultra adducta cogitandum relinquo.

Materiam nanque continuationum non inuenio nisi in illa quæstione & materia Contin. titulorum & materiarum modicæ vtilitatis, ideo de continuatione temporis vtilis & continui & aliis continuationibus iudicialibus ad ipsius differentiam dicere volui & illam ferè omittere intendo, cum copiosè tractetur per aliquos Doctor. in quibusdam librorum & titulorum principiis, quàm altera ad meam præsentis tractatus intentionem congrua, quæ sparsim inuenitur per alios descripta, & ut qualis sit per eandem causam eius diffinitionis quæstionem, omitto, cum etiam continuatio plures particulares continuationes significet, & in genere duplex inueniatur, vna videlicet ex parte rei, uel temporis, altera ex parte intellectus. Petr. Crisp. in repet. rubri. ff. de lega. primo, nume. 91. ideo rectè diffiniri non potest, quia nomen æquiuocum in suo genere non tutam suscipit diffinitionem secundùm Panormita. in Rubr. de Iudic. Sed eam solum de-
2 scribendo, dico, quòd † continuatio est alicuius rei coniunctio & subordinatio, ac congrua currens & continuata dispositio absque interuallo nociuo, maxime eiusdem similitudinis, & qualitatis, & per Tull. 1. de Nat. Deo. est mirabilis quædam continuatio, seriesque rerum ut alia annexa, & omnes inter se aptę colligatæque videantur. Et continuitas idem quòd continuatio. Plin. libro 8. capitulo 30. Et ut dicit Hiero. Cagno. in repet. rubri. ff. de orig. iur. numero primo. nil aliud est continuatio, quàm actus successiuus ad consumationem eiusdem materiæ tendens, & Thom. Parpal. in rep. l. 2. nu. 60. ff. solu. matri.

Et considero eam posse dici & deriuari a con, quod est simul, & teneo, & continuare quasi simul tenere, si cut componere simul ponere & coniungere, ac perseuerare, ut continua re sermonem & continuare perpotationem, Plin. libro 14. capitulo vigesimosecundo, biduo duobusque noctibus perporationem continuauit.

Et continuum, sumendo propriam significationem ab allusione uocabuli seu ethimologia, ut not. in l. secunda. §. appellata. ff. si cer. peta. dicitur quasi contiguum, & contigua ea dicuntur, quorum extrema se inuicem contingunt, glo. contiguum,

Source : BIU Cujas

tiguum,in capitu.uni.de conſe.Eccl. uel alta. libro 6. & gloſſ. contiguis, in cap. ſi ciuitas,de ſentent.excommuni.eod.libro quorum terminus eſt unus & idem, ſicut aqua & unum in vaſe,quod eſt vaſi contiguum,& in ſe ipſo cõtinuum, cum ſit
3 vnum & idem,vt eſt aqua perennis,flumen† quod dicitur cõtinuum,ex quo continue currit,licèt quandoque areſcat,creſcat,& decreſcat. l. prima.ff. de flumi. prout vidi die Decimaquinta ſeptembris An. M D LVII. In qua abundanter creuit Tiberis in Vr.Roma.& vt dicebatur etiam præcedenti die Arnus in Ciuitate Florentiæ,aliaque flumina Tuſciæ,ac multarum Prouinciarum Italiæ tunc temporis,ex talique incremento maximum & notabile damnum tam hominum quàm animalium perditionis,aliorumque bonorum ac ædificiorum deuaſtationis illatum extitit,& tamen flumen Mari ſeu alteri flumini dicitur contiguum.

4 Ita etiam†in quantitate temporis,quodlibet momentum, aut hora,dies,menſis,& annus eſt alteri ſequenti momento, horæ,diei,menſi,& anno contiguum,ſeu contigua, illudque tale tempus eſt in ſe ipſo continuum, excepto tamen Atomo,qui in ſe ipſo dici non poteſt continuus,cum ſit indiuiſibilis,vt dicam in capitu.ſequenti,ideo cum ſuis partibus non poteſt eſſe continuus,alteri verò tempori coniungitur.

Simili modo domus, prædium, caſtrum,& ciuitas dicitur alteri domui, prædio, caſtro,& ciuitati contiguum & contigua,& quò ad ordinem ipſius continuatum de vna manſione,loco,& via,ad aliam manſionem,locum, & viam prædii, domus,caſtri,& ciuitas reſpectiue,dicitur in ſe domus & ciuitas continua,& prędium & caſtrum continuum,& ita de alio loco,ſeu re dicendum erit, vt in his quæ pondere, numero, menſurauè conſiſtunt,& ſimul quantitatem continuam vel diſcretam continent in d.ſequen.capit.nume.3.& hoc modo in ſe fuiſſe factam continuationem dicimus, prout apparet etiam in cont.titulorum & materiarum,ſed cum nullius, vel ſaltim modicæ vtilitatis ſit,ut dicit Hip.de Marſ. in Rub.C.de proba.in princip.ab ipſoque iuxta morem ſuum in legendo omiſſa,tanquam materia non practicabilis, ideo pauca verba de ea dicam in capi.16.vbi poſui in nume. 10.illa videlicet Eccleſiam,fiſcum,& uiam publicam quæ in materia Iur.Prothomis.ſiue congrui non tollunt beneficium prælationis uicino,niſi ſit uia uicinalis, & riuus aquæ,non autem flumen publicum,niſi deficiatum foret,ut per Doct. ibidem alleg.

De diuiſione præſentis tractatus, & deſcriptione temporis ac eius diuiſione. Et ſuper quibus continuationibus tractatus conſiſtat.

SVMMARIVM.

1 *Octo principales materiæ præſentis tractatus.*
Continuum quid,& data continuatione datur principium, quo ſublato, continuatio deſtruitur.
Cognitio temporis ad Methaphiſ.& Philoſo.principaliter pertinet.
Tempus eſt numerus motus,& ſecundum Bar.eſt quædam fluxibilitas, & nume.5.
2 *Annus conſtat ex continuatis diebus 365.& 6.horis,niſi fuerit biſſextilis,in pluresque partes diuiditur vſque ad Atomum.*
Menſis ex quot diebus intelligatur.
Diei diuiſio vſque ad Atomum.
3 *Atomus indiuiſibilis eſt.*
Quantitas continua & diſcreta.
Nummus non poteſt diuidi,ſtante eius forma.
4 *Momentum aliquando pro una die accipitur,& annus pro ſeptimana, Dies pro anno,& tempore,& tempus pro anno.*
5 *Tempus pro tempore aliquando ut ſupra accipitur, niſi tempus det eſſe rei.*
6 *Tempus continuum eſt,quod iuxta ſonum uerbi continue currit,ſiue haberi poſſit Iudicis copia,ſiue non.*
7 *Tempus vtile quid.*

APVT II.

SEd vt in hac materia cõtinuationum Iudicialium continuate procedatur,& res diuiſa facilius percidiatur,cum trinam operationem faciat, ut per gloſſ.eaſdem,in §.igitur.in procem. Inſtitu. & §. ſed non vſque.de lega.1,prima,cum glo. ff.de except.doli,& per Iaſ.in Rub.Inſtitu.de actio.

1 Octo†principales materiæ ex prædictis elicio, per quas facilius ad totius tractatus cognitionemdeuenietur, ac breuius quàm potero(ad ſimilitudinem dictorum ſingularium procedendo,& in capitula diuidendo.

Prima ergo materia erit,de continuatione & curſu temporis continui, ad aliquid ſequendum & faciendum, deſcripta in tres capitu.

Secunda,de continuatione & curſu temporis vtilis, ad aliquid ſimiliter obtinendum,in tres cap.

Tertia, de aliquo facto quod continuo quaſi ſtatim fiat. ad aliquid validandum,in duobus capitu.

Quarta,de continuatione de perſona in perſonam ad eundem effectum ſequendum & perſeuerandum, in quatuor capitu.

Quinta, de continuatione ac congrua ſubordinatione & concatenatione alicuius rei,ad aliquid melius deſtinguendũ & intelligendum in vnicum cap.

Sexta,de eo quod continuè,quaſi ſemper fiat, ſimiliter in vnicum capitu.

In Septima, aliqua ponam de præſumptione continuationis,etiam in vnicum cap.

In Octaua & vltima aliqua,quæ continuationem demoſtrant in vnicum & ultimum cap. licèt ſucceſſiue a primo capitulo vſque ad ultimum quod erit 19.ſint poſita.

Quo ad primam,quia aliqua ex dicendis & premiten. forſan venient in propoſito,præmitto etiam vltra dicta in præcedenti capitu.quòd continuum eſt illud,quod habet manentiam ſucceſſiuam & continuatam non autem interruptam. l.ſeruitutes.ff.de ſeruit.tit.generali.l.foramen.ff.de ſeruit.vrb. præd.l.non ſolum.§.annus.ff.de excuſ.tuto.cum aliis.& quòd omnis continuatio extrema & medium continet, ac requirit,vnde data continuatione,datur tempus perſeuerans ultra ea quæ dicentur in capitu. 18. numero 12. & ſi illud principium tolleretur, deſtrueretur tota continuatio, adeo quod nomen continuationis non mereretur,& ideo præmitto etiã aliqua de ipſo tempore,(licèt tempus ad Methaphiſ.& Philo. naturalem pertineat,ut dicit Anto.Bernard.Mirandulan.Epiſcopus Caſertan.in ſuo lib.euerſo.ſingul.certaminis, in libro 20.in prima ſectio.) quod tempus nil aliud eſt niſi numerus
2 motus, qui diuidi & numerari poſſit: ut † annus noſtri temporis qui conſtat (vt vulgo dicitur, ex temporibus quatuor continuatis,gloſ.autumnali.in l.1.§.æſtatem.ff.de aqua quotidia.& æſti.licèt ſecundum Romanos non ſint niſi duo tempora,gloſſ.fina.in l.quotiens.C.de naufrag.libro 11.quę ſimul conſtant ex continuatis diebus 365. & 6. horis, niſi fuerit in eo anno dies intercalaris ſiue biſextilis l.cum hæres.§.Stichus. ff.de ſtat.lib.l.ita uulneratus.ff.ad l. Aquil. And. Tiraquell. in tracta.de retract.municip §.1.in gloſſ.10.in princip.cum aliis. Qui annus in Vr.Roma.& alibi a quo tempore computetur, & de indictione per Dida.Couarru.in libro 1.uaria.Reſolu.in capitu.12.& diuidi'ur in Menſes duodecim, & Menſis in triginta dies,ſi Menſis ſimpliciter proferatur,ſecũdum aliquos, aliqui verò dicunt in fauorabilibus habere dies 31.& in odioſis 30.Andr.Barba.in 1. addi. ad Bald. in capitu.1.quo tempo. milit.inueſti.per.deb.in vſib feudo.de quo etiam per Cagno. in l.ubi lex.ff.de regu.iur.& ſi terminus aſſignatur unus,Menſis,ut puta à die 15 Februarij intelligitur Menſis vſque ad 15. Martii, licèt Februa. habeat 28. & aliquando 29. quia ſecundùm Menſem currentem intelligitur.Hiero.Butigell. in l.lecta.nume.62.in ſi.cum ſequen.ff.ſi cert. peta. dictuque Menſis in tres partes,idus,Nonas,& Calen.diuiditur de quibus per Ioan.Coras in l.1.§.ſiquis.nume.3. ff.de verborum obligatio. ac etiam in quatuor hebdomadas,quas latini Septimanas appellant ſecundùm communem vſum. Septimana in ſeptem dies, à quorum numeratione nomen eſt aſſumptum, & eius ethymologia,licet alibi de ſeptennario numero cuius rei dici poſſit,unde Leuit.capit. 25. Numerabilis quoque tibi(inquit Dominus id Moſen) ſeptem hebdomadas annorum, id eſt ſepties ſeptem annos. Dies verò ſcilicet ciuilis non autem naturalis in 24.horas,ut per Tiraquell.in allega.§.1.in glo. vndecima nume.5.variaque eſt eius obſeruatio. Catellia. Cotta in ſuis memor.in ver.Diem,cum tripliciter dies poſſit intelligi, ut ſentit Iaco.de Nigr.etiam alleg.Tomam Doctium Senen. (qui ſuo tempore dictus fuit Doctor veritatis)in l.prima §.qui præſens.numero 33. ff. de verbor. obligatio. quæ horæ quatuor quadrantes conſtituunt, ideo quadrans ſex horas continet, hora quatuor puncta,punctum decem momenta, mo-
3 mentum 12.vntias,vntia 47. Atomos: † Atomus tandem ex quo eius integritas minui non poteſt ſtante realitate ipſius ſubiecti, indiuiſibilis eſt, qui dicitur ab, à, quod eſt ſine, & tomos diuiſio, hoc eſt ſine diuiſione, iuxta illud Apoſtoli, Oſtendens omnipotentiam Dei in reſurrectione mortuorum in illo minimo tempore, ſimile ad Atomum, dicens in momento in ictu oculi, canet enim turba, & cætera. cum Atomus & ictus oculi indiuiſibilis ſit, ideo in ſe dici non poterit continuus, ſicut alia tempora diuiſibilia,

Source : BIU Cujas

erit bene contiguus ex quo ad aliquod tempus se inuicē contingit, sicut duplex quantitas inuenitur, una uidelicet continua ut aqua, uinum oleum. Augmentum siue crescentia latens personæ infantis & minoris, & aliæ res similes, & tunc dicitur quantitas continua, ideſt augmentum substātiæ, dum substantia illa crescit, nec numeratur ipsa crescentia & augmentum, nisi in aqua uino, & similib. per mensurationem, altera verò quantitas dicitur discreta, ut unus, duo tres, & reliqui numeri, prout in simili de diebus & horis supradictis ac alijs rebus, quæ vna alteram sequitur, & ista quantitas augmentum numeri dicitur & non substantiæ, no. Bar. & alii in l. qui quartam. ff. de lega. 1. & in tract. de testj. c. 27. Qualitas, & Tiraquel. de retract. municip. §. 1. in glo. 21. num. 6. Sed primus Numerus, vt vnus Nummus, in partes diuidi nō potest sicut Atomus, non quòd re vera sit nummus indiuisibilis, ut Atomus, sed quia ab eo forma publica, quam habet, & in eo requiritur, auferri non potest, Tiraquel. in d. loco nu. 14. cum Asuthoritas monetæ non ex auro & argento tribuatur, sed ex qua forma, qua sublata, etiam sua Authoritas & substantia rei sublata dicitur, & illud momentum & ictus oculi, de quo supra, ibi interuallum non denotat, licèt apud nos momētum
4 †etiam possit accepi pro una die aliquando, vt in l. omnes. C. de fer. Non ita erit in latrone conuerso dicendo, vt intelligatur ibi momentum pro die, quia vnius momenti & Atomi pœnitentia, ac confessione Christum esse filium Dei, dignus extitit Paradiso, c. si presbyter 26. q. 6. ex quo dix. lo. de Syl. in tracta. de benefic. in secun. q. primæ par. nume. 3. quòd homo debet cogitare, quòd Deus ei concedit rem pretiosam ideſt Tempus, vltra alia beneficia & dona, scilicet ad agendum pœnitentiam.

Reperitur etiam Annus pro Septimana expositum, vt no. glo. in c. 3. 82. distinc. super ver. anno vicis suæ. Quandoque ēt Dies pro anno, cap. hoc ipsum 33. q. 2: Ac etiam pro tempore accipitur, vt pro mille annis & simil. dum dies absolutè ponitur, & tunc in fœminino genere est pronunciandum, tempus que significat, vt dixi, vnde diecula breue tempus intelligitur, Bude. refert in annota. ad Pandec. in l. si necessarias, de pigno. actio. & tempus pro anno, vt in d. glo. anno, sed tempus dat esse rei, do. Math. de Afflict. decis. 73. nu. 6. distinguendo secundum Bar. aut tempus est appositum in contractu, ex quo tempore aut resultat aut non resultat aliquod corpus, ut ibi, ubi multa alia de tempore per totā decis. & Iacob. Nouel. in Trac. Iur. prothomis. in §. sexto, nu. 22. vsque ad nu. 48. & per Tiraquel. de retrac. municip. §. 1. in gl. 11. nu. 20. cum multis num.
5 seq. cum sim. † Sed secundum Bar. in tract. Tiber. in 1. lib. de insu. in ca. quod si ex vno, tempus est quædam fluxibilitas, quia de tempore non habemus, nisi instans, cum quid præteriit desiit esse, & quod venturum est, nondum fuit, nec est.

6 Sed quod facit ad præsentem materiam dico † quod tēpus continuum est, quod iuxta sonum verbi continuè currit diebus feriatis & non feriatis, siue aliquis sit præsens, siue absens in loco, in quo prætenditur tēpus labi, & siue ibi haberi possit copia iudicis siue non, ut gl. in ver. continuum, in clement. vni. de in integ. resti. & ibi Io. de Imo. Card. & alii, & glo. 1. &
7 ibi Bar. in l. fi. C. de temp. in integ. restitu. Tempus † verò utile est, quando non currunt dies feriarum, nec numerātur in termino assignato, & similiter in eo, vbi tempus absentiæ & iusti impedimenti subducitur, vt ex infra dicendis apparebit, & signanter in cap. 7. num. 1. & c. seq. per totum. Ang. in §. in peten da nu. 3. Instit. de bon. possess. Cardin. Paris. in consi. 124. præsentis causæ, nu. 1. vol. 1. Fran. Balb, in tract. præscrip. in prima par. 4. par. prin. q. 6. nu. 3. cum seq.

De pluribus quæ dicuntur haberre tempus continuum simpliciter, & quomodo regulariter tempus intelligatur.

SVMMARIVM.

1 *Tempus 10. dierum ad appellandum à sententia, & duorum mensium à nominatione ad munera, continuum est, quod de momento ad momentum currit, sed sacri Palatij Auditores totam diem momenti seruant, ex indulto Innocentij VIII. & in nume. 3. quod ignoranti non currit.*

Dies termini an & quando computetur in termino, & an a die scientiæ currat.

Electus vt Papa, an in numero eligentium computetur.

Cautela, vt sententia intimetur aduersario cum omnibus qualitatibus, & eius fallentiæ.

Tempus ad duellandum est vtile à principio deinde continuum.

2 *Appellans non inuento iudice à quo, potest appellare coram honesta persona, cum protestatione de impedimento iudicis, etiam coram simplici sacerdote.*

Appellanti post 10. dies dantur apostoli refutatorij.

3 *Quare tempus appellandi continuum & breue.*

Appellatio licèt sit præsidium, non tamen condemnatus in prima instantia pendente secunda, potest soluere ad effectum euitandi quadruplum, vel quid simile, nisi appellationi renunciauerit & pœnam soluerit, nisi libellus alternatiuus esset.

4 *Opin. Abba. & aliorum quòd iudex ex causa possit minuere tempus decem dierum ad appellandum, communiter non seruatur, & numero sequentib.*

Et quid de alijs dilationibus.

5 *Tempus appellationis non currit, grauamine successiuo existente.*

6 *Tempus 30. dierum ad petendum & recipiendum apostolos, continuum est, & currit a die appellationis non sententiæ.*

Appellanti à diffinitiua in tempore dantur apostoli reuerentiales, a grauamine uim diffinitiuæ non habentes refutatorij, & de alijs quæstionibus, remissiue.

Tempus ad recipiendum apostolos quando incipit, & aliquibus quæstio. remissiuè.

7 *Plura tempora, seu termini in multis casibus sunt continui, quorum aliqua exempla ponuntur.*

Annus proximiori & vicino concessus ad retrahendum: quia est continuus, à dieque venditionis incipit, si sub conditione venditio facta sit, quando annus incipiat, remißuè.

Quod tempus ad deliberandum super hæreditate adeunda.

Tempus restitutionis in integrum quia incipit à die scientiæ, vtile dicitur à principio, & continuum in progressu, sed quod sit continuum in progressu non est perpetuum, cum aliqua tempora subducantur.

Muliere transiente ad secunda vota contristantur ossa mariti, & infra annum prius infamia notabatur, quod continuum erat, sed hodie licet nubere. Si autem primus vir aliquid vxori legat, si ad secunda vota transierit, famam & pœnam quo ad ipsum remittit.

De alia quæst. petitionis alimentorum per mulierem remissiue, & alijs quæstionibus.

Tempus ad inchoandum inuentarium & perficiendum est tempus commune partibus assignatum. Et tempus annale ad conservandum bonam famam mulierum continuum est.

Vidua remanens in domo uiri dotem non petendo per multos dies, an postea ipsam petendo, non facta mentione de alimentis, possit alimenta petere.

8 *Annus concessus nouitio Religionem ingredienti, vt dicatur postea professus, continuus est de rigore iuris, qui licèt per sex menses steterit, & exeat, deinde reuertatur, & per alios sex menses persistat, ex benignitate ac fauore Religionis dicitur sufficere, & ratio in numero decimo.*

9 *Lex faciens mentionem de certo tempore, regulariter intelligitur de continuo.*

Duo, seu plura imperfecta an unum perfectum constituant.

Spurius per religionis ingressum efficitur legitimus, omnisque macula extinguitur, ut possit ad sacerdotium promoueri, non autem ad dignitatem Abbatiæ, sine sum. Pont. indulgentia, remißiue. sicut Iudæus per Baptismum habilis fit.

Tempus regulariter intelligitur continuum.

10 *Ingrediens monasterium, ingressus non dicitur, nisi professionem fecerit.*

Casus, vbi annus professionis ad biennium prorogatur.

11 *Seruus qui per 15. annos continuos seruire debet, ut libertatem consequatur, si per aliquod tempus in fuga stetit, debet tantundem remittere, & ei fauore libertatis sufficit.*

12 *Dictio, continuè, qualiter intelligenda est.*

13 *Regula de triennali requirens titulum saltim coloratum, non habet locum, si infra triennium superuenerit color, qui non fuerit a principio, sed alia triennalis continuatio requiritur.*

In interdicto recuperandæ debet iustificati titulus, & qualis sit titulus coloratus, remißiuè.

Hospitalia non subiacent dictæ regulæ.

14 *Annalis possessor renuncians beneficium, & post renunciationem in possessione remansit, an dicatur priorem possessionem continuasse, seu aliam de nouo acquisiuisse, adeo quòd contra impetrantem per obitum resignatarij possit excipere de annali regula? remissiuè.*

Possessio semel amissa & recuperata, an dicatur continuata.

15 *Possidens non potest causam possessionis mutare: nisi causa extrinsecus adueniente, nec aduenisse præsumitur, nisi resignans in possessione longo tempore steterit, quod per triennium dicitur diu continuasse possessionem.*

Beneficium an vacare dicatur per obitum vel resignationem. standum regulæ, quòd resignationes debeant infra tantum tempus publicari, & quòd resignans extra possessionem decedat, si decedit tempore Potest successoris absque publicatione.

16 *Possidens per sex menses deinde spoliatus, si rursus q; per alios sex menses possederit, an iuuetur regula de annali? remissiuè.*

CA-

Source : BIU Cujas

CAPVT III.

HAnc primam materiam continuationis in tres partes diuido, In prima tractabo de continuatione & cursu temporis continui simpliciter. In secunda, de continuatione & cursu temporis cõtinui cum reintegratione, seu prorogatione respectu impedimenti. In tertia, de continuatione & cursu temporis cõtinui, cum restitutione respectu petentis.

Et primò quæro, quid veniat sub illo tempore continuo
1 simpliciter, Respon. †quòd venit tempus 10. dierum ad appellandum a sententia, auth. hodie. C. de appe. & in Auth. de appel. in prin. col. 4. in vrbe tamen Rom. in Cur. capitolina terminus ad appellandum est octo dierum per statuta correctus, qđ tali contrario iure in locis fieri posse dicendum est, vel ẽt consuetudine, glo. singularis in l. præscriptione. C. si ꝯ ius vel vtil. pub. Phil. Fran. in c cum sit Romana. col. 2. ver. in eadem glo. ibi tempus. 10. dierum, de appel. Pet. Rebuff. in tract. de appel. art. 4 in glo. 1. nu. 11. in consti. reg. volum. 5.

Venit etiam sub isto tempore continuo tempus duorum mensium etiam ad prosequendum ab aliqua nominatione ad munera, quando quis electus fuit officialis in patria, l. 1. C. de temp. & appel. & alterius publici muneris, sed appellatio poterit fieri prius excusatione non admissa seu recepta, Rebuff. eo. tract. art. 7. gl. 2. nu. 18. Sed casus in quibus appellatio non recipitur, habentur per eundem in eisdem art. & glosis, per totum, & supradictum tempus continuum est, & currit generaliter ad appellandum de momento ad momẽtum, statim lata sententia ꝯ præsentem, c. quò ad consultationem. de sent. & re iudi. & ibi Abb. num. 4. Alber. in l. 1. §. si mulier. ff. de lib. agnos. cum aliis, & hoc fauore rei iudicatæ, vt per gl. in l. biduum. § dies. ff. qñ appel. sit. & per Tiraq. de Retrac. municip. §. 1. in glo. 11. nu. 20. supra alleg. vbi late de hoc tempore cum aliis num. seq. vbi dicitur, an & quando dies termini in termino computatur, cum limitationibus ibidem descriptis, & Ferret. in consi. 109. d. nu. 4. Nico. Milis in suo reper. in ver. terminus, Henr. de Bouer. sing. suis in ver. Dilatio & feria, nu. 30. & bene per excellen. D. Cęsarem Contardum in l. diffamari. quã bene & gratiosè repetiit, in qõ 14. nu. 90. cum quatuor seq. C. de ingẽ. & manu. & de isto termino a quo & termino ad quẽ Cagno. in l. vbi lex. ff de reg. iur. D. Seb. Vantius Episcopus Vrbenetan. in tract. de Nullit. senten. in ver. Ex defectu iurisdictionis, nu. 160. Io. Ronchegal. in trac. de duobus reis, super l. duodecima, Si ex duobus, nu. 15. cum seq. Quintilia. Mandos sup Reg. cancel. in Reg 19. q 18. de infir. resignan. Sed in obseruatione terminorum, an dies termini computetur in termino Ant. Maria Papazzo. in annota. 2. in no. decis. Rotę, in tit. de rescri. decis. 33. nu. 30.

Et in simili, An electus computetur in numero eligentiũ, vt Papa, Fran. Marcus in decis. parlam. Delfin. in q. 931. ubi ẽt multa circa electionem Pontificis in q. sequ.

Supradictum autem tempus ad appellandum quando incipiat currere, ponit. Ioan. de Ana. in consi. 39. Viso processu, in fi. nu. 6. & seq. & ibi Lud. Bologni. in addi. nu. 10.

Hoc tamen tempus de momento ad momẽtum sacri Pal. Auditores non seruant, sed ampliant vt post lapsum momenti appellatio interposita valida censeatur, desertionemq; euitet (si tamen eadem die momenti interposita fuerit) ex indulto Innoc. VIII. ibi & super appellatione interposita, super facultatibus Aud. sacri Pala. currit*que* a die scientiæ, maxime qñ inducitur ꝯ absentem & ignorantem, quia 10. dies nõ currunt, nisi quis scit, sed statim ꝙ scit, currere incipiunt, c. cõcertationi, & ibi no. Io. And. de appel. in 6. gl. mag. in cle. sicut. de appel. Ferret. in consi. 216. vertitur, vol. 1. per totum, & consil. 98. super articulo. nu 5. eo. volum. Domini de Rot. decis. 49. si fertur sententia, in no. Aſflict. de iur. prothom. in ver. ut infra triginta dies nu. 7. in fin. & nu. seq. vbi multa de scientia, & no. Alex in consi. 114. colum. 2. lib. 1. & late Cur. Iun. in consi. 8. col. 2. c. biduum. 2. q. 6. Ideo cautela est, vt refert Ant. Capic. in deci. Neap. 139. in causa Hieronymi, nu. 4 q. sententia personaliter intimetur, vel domi, ad hoc ut decendium currat, & M. Ant. Natt. in consi. 348. Videtur, num. 1. vol. 2. dicit quòd omnes qualitates & tenet ꝙ sententiæ debent intimari per gl. sciuerit in d. c. concertationi, de appel. in 6. quod in Cur. Roma. non solet attendi, sed sola citatio sufficit.

Sed quòd tempus currat a die scientiæ tantum & non sententiæ, fallit, quando principalis per procuratorem defendatur, quo casu sibi imputetur, si negligentem constituit, cui curit tempus à die scientiæ, Ferrett. in consi. 200. Reuerend. Pater, nume 1 & seq. volum. 1. & ob hanc causam in Cur. Rom. non attenditur, ut supra illa notificatio, in qua ut procuratores relinquunt.

Fallit & vt per Soc. in trac. fallen. 397. terminus 10, dierum, sicut etiam tempus ad duellandum assignatum, quod à die præsentationis intimationis incipit, & sic a die scientiæ, quia ab initio vtile est, & non currit, nisi post intimationis præsentationem, qua subsequuta in processu postea est continuum, Cardin. Paris. in consi. 31. omissa nume. 19. volum. 2. & multos casus in quibus tempus ignoranti non currit, ponit Tiraquell. de retrac. municip. §. 35. in gl. q. in prin. cum aliis nu. seq.

2 Et ideo †appellans non inuento iudice à quo, ne causa sibi pereat, appellat coram honesta persona cum protestatione de absentia aut alio impedimento, iuxta c. fi. de appella. quod sufficere dicitur, & etiam si corã simplici sacerdote fiat. Lap. alleg. 39. An valeat nu. 9. quod seruatur etiam in Rom Cur. vt per Guid. Cassad. decis. 8. num. 2. & 6. de appel. & appellanti post ipsos 10. dies a diffinitiua seu uim diffinitiuę habente dãtur Apostoli refutatorij Domini de Rot. decis. 823. Iciendum
3 in Anti. †Ratio autem esse poterit, quare a die scientiæ continui sint: quia appellatio non ad aliud inuenta fuit, nisi vt esset præsidium innocentiæ & grauaminis releuatio, ut dixit Abb. in c. suggestum. nu. 3. de appel. Rebuff. in d. tract. de appella. in præfatio. nu. 18. vsque ad nu. 22. non autem vt defenderet appellantem in sua malitia, Abb. in c. ad nostram. in princi. eod. titu. ideo breue tempus extitit ordinatum & continuum, ne fortasse si longius haberet appellans, perturbaret magis animum appellati.

Sed licèt appellatio sit pręsidium, non tamen appellatus in prima instantia pendente secunda poterit soluere ad effectũ euitandum quadruplum, uel aliud simile. nisi appellationi renunciet & totum soluerit: quia appellatio reducit causam ad tẽpus litis contestatæ inclusiue dumtaxat. Capic. decis. Neap. 28. nu. 6. in causa magnifici, in quo tempore non poterat moram purgare offerendi rem, vt euitet maiorem pœnam, prout in ciuilibus interesse, nisi fortè libellus alternatiuus esset, s. vel ad rem vel ad interesse, adde quæ per Phanuc. de Phanuc. in tract. de iur. iuran. in lit. in ter. memb. ter. par. nu. 9.

4 Et propter illud breue tempus (vt dixi) fortasse † illud mirabile dictum ausus fuit dicere Abb. in c. cum sit Romana. nu. 13. uer. & pro hoc dicerem, de appella. quòd existente magna causa, ut erit scandali, publicæ vtilitatis, & simi. potest iudex a quo minuere dictum terminum decem dierum ad appellandum ordinatum a lege, cum ministerio ipsius, cum per hoc vt dicit, non dicatur præfici lex superiori, sed parti appellare volenti, & secundum Bal. in l. præscriptione colũ 9. C. si cont. ius vel vtil. pub. & Bart. & etiam per quinque fundamenta in l. qui pro trinali. ff. de re iud. gl. solemnis in §. sancimus, in ver. viginti. in Auth. de exhib. reis, colla. 5.

Sed cum hoc videatur graue dictum, cõmuniter per Docto. non seruatur, sicut alię dilationes legales, ut per Bartol. Alex. & seq. in d. l. qui pro tribunali, & Aug. Bero. in d. c. cum
5 sit. nu. 14. cum aliis nu. seq. de appel. †Quia ibi Ioan. Franci. a Rip. videtur testari de contraria communi opi. Abb. & aliorũ, quam siquis tenere uoluerit, declarat & restringit multis modis causas, ob quas iudex mouetur ad dictas dilationes mutãdas, ponit Bar. & Alex. in d. l. qui pro tribunali, quæ secundum Rip. poterunt deduci ad tres s. ad qualitatem causæ, conditionẽ personarum, & qualitatem tpis. Sed non tam facilè tps legis mutatur sicut tempus hominis, ut in c. 7. nu. 4. & de diminutione termini, suspensione ac prorogatione per Matheſil. sing. suo 24. Nota, cum addi. Gabr. saray. communemque Matheſil. in auth. si tamen. C. de temp. appe. Fran. Marcus in decis. Parla Delfin. qõ. 37. & Contar. in d. l. diffamari, in 4. no. nu. 40. C. de inge. & manu. Et an iudex dum dilationes abreuiat vel prorogat, teneatur causam exprimere, Contar. In ea. l. in 10. limit. nume. 139. & de multis quæstio. circa appellationem & prosequutionẽ proposit. Senensis in suis q. in 3. casu, in qõ. 13. Aduertendum tñ est, ꝙ tempus appellationis non currit grauamine existente successiuo, ut dũ quis iniustè in carceribus successiuo, ut dum quis iniustè in carcerib. detinetur, nã semper poterit appellare, cũ continuè dicatur grauari, Fran. Balb. in trac. præscri. in quar. par. 4. par. prin. in q. 30. 12. q. prin. in nu. 4. vnde notatur, ꝙ exceptio habens tractum successiuũ etiam dilatoria, ut loci non tuti, potest opponi quandocunque etiam post litem contest. Balb eo. loco, nu. 5.

6 Venit †ẽt tempus 30. dierum quod est cõtinuum ad petendum & recipiendum apostolos, appellansq; tenetur adire iudicẽ pro dictis apostolis sub pœna renunciationis appellationis aut desertionis, qñ iudex assignat terminum iuris simpliciter, seu interim qñcunque, & hæc dictio qñcunque, intelligit. i. qñque appellãti uidebitur, redire poterit pro d. Apollo. & hoc ante fluxum dictorum 30. dierum, Dñi de Rot. decis. 366. si appelleretur, nume. 3. in no. Sed dum assignat simpliciter, tunc in ultima die illius termini sibi assignati redire dẽt. Sed quibus modis appellatio deserta dicatur, per Rebuff. in dicto tract. de appel. arti. 5. in glo. uni. nu. 2. cum aliis num. seq.

Source : BIU Cujas

In quibuſdam autem locis præfatus terminus iuris etiam correctus & abbreuiatus per ſtatutum extat, vt in Cur. Capit. qui eſt quinque dierum, iudex in dicta reſponſione facienda poterit aſſignare etiam alium terminum iuris, ſi ei videbitur, & vadit tunc ad annũ iuxta iuris ordinem ad proſequendũ, Rebuff. in d. tract. de appel. in præfatio. nu. 48, & appellanti à diffinitiua tempore dantur reuerentiales, a grauamine autem refutatorii, vt ſupra dictum fuit, & Domini de Rot. in deciſ. 604. dic quod, nu. 1. in antiq. nili illa interlocutaria grauaminis haberet vim diffinitiuæ, quę a pari procedunt, not. gloſ. in ver. inanes, in c. fi. de elect. in 6 Io. And. in c. peruenit. de appel. cum ſi. qui terminus currit a die appellationis non autem ſententiæ. dicti Domini deciſ. 29. fuit dubitatum, nu. 1. & in fi. deciſ. poſt multorum opi. in no. Ad quod Gabr. Saray. in addi. ad ſing. Matheſ. ſing. 21. Nota.

De termino autem die & hora ad comparendum & recipiendum apoſtolos aſſignata, & an ante & poſt poſſit comparere, & an ſufficiat itineris arreptio, & abſenti dari poſſint apoſtoli, ac aliæ quæſtiones circa appellationem, deſertionẽ, apoſtolorum petitionem, & ſimil. per Nico. Boer. in conſilio 43. videtur primo, & alios per eum relatos, & Rebuff. in dicto tract. de appella.

7 Similiter † menſis ad intimandum appellationem appellato, ſeu eius procuratori, continuus eſt, (licèt paſſim non ſeruetur, maxime in Roma Cur. talis intimatio) ſicut alia intimatio ſententiæ de qua ſupra eo. c. num. 1. & incipit a die interpoſitionis huiuſmodi, clem. cauſam, de electio, & currit de momẽto ad momentũ, vt ibi per gl. in ver. ab interpoſitione.

Simili modo terminus in ſententia datus condemnatis pro maleficio in pœna pecuniaria, quam ſi non ſoluerit infra terminum 10. dierum, qui eſt continuus, erit pro excauenda ſententia amputationis manus, Ang. in tract. malefi. in ver. quam ſi non ſoluerit.

Erit etiam continuus annus infra quem dos debet reſtitui ſoluto matrimonio, in rebus mobilibus, immobilibus & ſe mouentibus. l. 1. §. exactio. C. de rei vx. actio. & tempus excuſationis tutorum & curatorum a tutelis & curis. l. quinquaginta. ff. eodem titulo.

Et ſimiliter annus conceſſus proximiori ſeu vicino retrahendi rem venditam ſibi cõtiguam, in materia iur. prothom. ſeu congrui, continuus eſt a die venditionis incipiendus. Seu aliàs a die ſcientiæ, & ita practicatur apud Dominos meos ædiles curules, Magiſtros ſtraturum, ædificiorumque publicorum vrbis. Sed quid ſi fuit facta venditio ſub conditione, a quo tempore annus incipiat, & in aliis caſibus ſimil. per Petr. de Bellapert. in l. ei qui. C. quod cum eo. nu. 7. & Tiraquel. de retract. municip. §. 1. in glo. 10. nu. 42.

Ac etiam annus hęredi aſſignato ad deliberandum an voluerit hæreditatem ſibi delatam acceptare, continuus eſt, & incipit a die ſcientiæ, antequam autem incipiat vtilis eſt gloſ. qui ſciens in l. cum antiquioribus. & ibi Bar. & alij C. de iur. delib. adeo quòd annus inceptus in perſonam hæredis decedentis & tranſmittentis ius deliberandi ad alium, continuatur cum illo tempore in perſonam illius, in quem tranſmitti tur, quia ſi aliter eſſet, mutaret naturam continui, & efficeretur vtilis in perſonam ſucceſſoris, per Ange. de Gambellion. in l. ventre nu. 57. & ſeq. ff. de acqui. hære. & hoc eſt quod voluit dicere Rober. Maran. in l. is poteſt nu. 11. ff. eod. tit. dũ dix. quòd ſiquis eſſet excluſus a iure petendi hæreditatem de iure ci. per lapſum temporis 30. anno. quia continuum eſt, vt per Bar. & alios in l. licet. C. de iu. delib. & ignorans fuerit, vel impeditus, quòd poterit illam infra annum vtilem, vel infra centum dies de iure Prætor. petere, alleg. Bal. in rub. C. qui admit. in q. 6. & Moder. in l. 2. eo. tit. & Bal. in d. l. licet.

Pari modo quadriennium, quod hodie datur loco vtilis anni ad petendum reſti. in integ. quò ad iſtum caſum tãtum currit continuè. l. fi. C. de temp. in integ. reſti. c. 1. de reſti. in integ. lib. 6. & clem. vni. eod. tit. vbi tex. dicit. quadriennium eſſe continuum, cum eius glo. in ver. continuum.

Verum eſt tamen, quòd non currit niſi à die ſcientiæ, ideo dicitur vtile a principio & ex poſt facto continuum, per Bero. in q. 81. nu. 5. & ſeq. Poterit bene ſecundùm aliquos, probabiliter ignorans dictam reſtitutionem petere etiam poſt centũ annos, quod eſt notabiliſſimum, vt teſtatur Iaſ. in §. rurſus. col. 16. nu. 83. Inſti. de actio. licèt hoc non firmet Pet. Gerar. de Peſan. ſing. ſuo 18. Nota diligenter, col. fi. ibi, ſed infra. Nic. Boet. deciſ. 39. & circa, in pri par. Tiraquel. de retract. municip. §. 35. in gl. 4. nu. 43. & Bero. in d. q. 81. nu. 5.

Hoc tamen intellecto (quo ad curſum ſupradictum nõ eſſe continuum quoad omnia: quia tempora minoris ætatis, abſentiæ. & ſim. ſubducuntur. l. 1. iuncta l. fi. & ibi Bar. C. de tẽp. in integ. reſti. Sed an ſubducantur ẽt dies feriarum, qñ impetranti ſubducuntur tpa, quibus agere non poſſit? Dicendum eſt, q̃ non, ſed in tempore dato computari debere, niſi in repentinis, vt per Lud. Gomeſ. Reg. de anna. poſſe. q. 72. & ratio ibi per eum, & alia de reſti. quando tempus incipiat, & quib. ac qualiter concedatur, per Bero. in c. 1. vbi per plures nume. de in integ. reſti. in vſucap. triennij decem 10. 30. & 40. annorũ & alijs, ſimiliter conſtat tempus eſſe ſimpliciter continuum. l. nunquam. la 2. §. in vſucapio. ff. de vſucap. cum vſucapio per continuationem poſſeſſionis acquiratur. l. vſucapio eo. titu. & ita in præſcriptione rerum immobilium vt in titulis materiã præſcriptionum & vſucapionum tractantibus latius apparet, & per Ber. in d. q. 81. nu. 4.

Continui etiam dicuntur 30. dies non vtiles, mulierib. aſſignati poſt diuortium, vel alteri loco ipſarum quæ putant ſe prægnantes eſſe & fuerint maiores, alias reſtituerentur, ad intimã dum marito vel alteri eius loco, aut ad domum, ſi ipſorũ copiam non habeat. l. 1. §. permittitur. iũcto § ſi mulier. ff. de lib. agnoſ. vbi dicit dies autem 30. continuos accipere debemus, a die diuortij non autem vtiles, & ratio vt ibi per ſcrib. quæ denuncialio a muliere, non autem à marito incipit.

Sic eſt tempus 30. dierum hęredi aſſignatum ad inchoandum inuentarium volenti legis beneficio vti, continuum eſt, ſicut tempus 60. dierum ad complendum perficiendumq; dictum inuentarium, & illi 30. à die ſcientiæ & notitiæ delationis hæreditatis currere incipiunt: illi vero 60. a die hæreditatis aditæ ſecundum Bero. qui de communi opi. teſtatur, licèt aliqui contra, in q. 62. & ſeq.

Et ſimiliter tempus cõe ad probandum inductum partib. aſſignatum. Franc. Mar. in deci. Parla. Delfin. in q. 35.

Continuum quoque eſt quinquẽnium ad præſcribendum crimen adulterij ordinatum: vt l. adulter poſt quinquennium. C. ad l. Iul. de adul. & ibi Docto. cum ſimil.

Ac etiam tempus annale ad conſeruandum bonam famã mulierum quod totum tranſire debet, ne ſi poſt mortem virorum & infra dicti temporis luctus nuberent, infamia notarentur. l. 1. & l. genero. ff. de infam. l. 2. §. 1. C. de ſecun. nup. ibi continuum, & ex eo talis cõſtitutio prouenire fortè videtur, quia vidua cum nubit contriſtat animam viri, vt dicit Franci. de Are. in l. morib. nu. 10. ff. de vulg. & pup. & ibidem dicit Ange. in §. prius autem. num. 2. in fi. quòd fit iniuria filijs, & omnia mariti oſſa contriſtantur, aliaſque rationes ponit gl. in l. 1. C. de ſecun. nup. relatas bene per Io. de Garron. in ea l. 1. nu. 109. quod tempus a die mortis primi viri non autem notitiæ incipit, Garron. in d. l. nume. 105. ex quo etiam ignoranti cedit, de qua etiam loquitur Io. Coras. in l. filium quem haben. nu. 55. cum alijs ſeq. C. fam. erciſ.

Ratio autem cur a die mortis & non ſcientiæ currat tẽpus, poterit eſſe: quia cum vir & vxor ſunt duo in vna carne, & inſimul ſocij diuinæ domus & humanæ rei, vt in c. 18. ſub nu. 13. lex præſumit eos fore ſemper & continue inſimul cohęrere & habitare, & per cõſequens ſtatim ac vnà cum moritur vir ſcire videtur eius mortem.

Illud autem tempus annale hodie correctum extat, & eis quandocunque nubere licet, per Authẽ. de non eligen. ſecun. nuben. coll. 1. cum iuxta illud Apoſt. Melius ſit nubere quàm vri, nec aliquam pœnam incurrunt. Feder. de Sen. in conſi. 36. caſus talis eſt, Maritus. D. Gabr. Paleot. in trac. de Not. & Spur. c. 15. ſub num. 4. & ideo primus vir poteſt vxori relinquere ſub conditione, ſi ad ſecunda vota tranſierit, quia licèt hodie etiã infra annum nubere, videtur etiam quod relinquendo ſub illa conditione (quantum in ſe eſt) omnem pœnam & infamiã remiſerit M. Nat. in conſi. 466. q. 1. nu. 3. & ſeq. vol. 2.

Si autem mulier ſecundò non nupſerit & in domo cũ hæredib. remanſit, ſeruitia pręſtando, deinde receſſit, & per multos annos dotem non petendo, qua poſtea petita & obtenta nulla facta mentione de alimentis, nec de eis proteſtando, ipſaque alimenta poſtea petendo per tempus quo extra domũ ſtetit, an obtinere poſſit, dicendum eſt quòd non, ita conſuluit Fran. de Caſtellio. in conſi. 33. ſtante, & ratio. ibi per eum.

Continuum eſt etiam in ſeruo, qui dicitur nouitius, cũ non ſtetit in vrbe per annum, ut per Bar. in l. interdum, §. quotiẽs. ff. de public. per illum tex. ibi, ſunt autem uerterani, qui anno continuo in vrbe ſeruierint.

Ita quoque in multis caſibus apparet, in quib. tempus aut vtile aut continuum conſideratur, quos ultra ſuperiora & inferiora exempla quilibet de per ſe conſiderare & cognoſcere poteſt, per regulam infra poſitam hoc eodem c. in fi. & in ſecun. Contin, in c. 2. quia longum eſſet omnia deſcribere.

8 Prout etiam (de rigore iuris) in eo † qui ſtetit in monaſterio per ſex menſes, cum requiratur annus ad profeſſionẽ perficiẽdum. & propter cauſam aliquam, & quia ſic ſibi placuit, fueritque ei pro ratione uoluntas exiuit de monaſterio & extra clauſtrum per aliquod temp. ſteterit, iuxta illud Philoſ. velox conſilium ſequitur pœnitentia, deinde pœnitens in ſe reuerſus

Source : BIU Cujas

ſus(ſicut filius ille Prodigus) reuertatur etiam in monaſterium, ubi per alios ſex menſes exiſtit, an dicatur nouitius vel profeſſus ante probationis annum? Bar. in d.§. quotiens. per illum tex. uidetur tenere, ꝙ dicatur nouitius, ex quo cõ
9 tinue nõ ſtetit in monaſter. per annum † nec alia ratio pro opi. Bar. aſſignari poſſe uidetur, niſi quòd quando lex mentionem facit de certo tempore, regulariter intelligitur de cõtinuo, non autem utili, & interpolato, ut per Abb. in ca. fi. de electio. cir. fin. glo. no. in rub. ff. de diuer. & temp. præſcr. & Lap. alleg 47. In Dei nomine.

Regulariter autem tempus etiam prẽſumitur continuũ, niſi aliter probetur, ut quando ageretur de odio finiendo, vt 11
infra in cap. 18. num. 6. & ſeq. & latius in ca. 8. num. 1. cũ ſeq. Rimina. in conſi. 10. Viſa facti, nu. 24. vol. 1. vbi dicit, ꝙ omnis accuſatio habet tempus continuum.

Et quia regulariter (vt dixi) omnia tempora ſunt continua, ideo tempus de momento ad momentum computat̃, 12
niſi in certis caſibus aliud exprimatur, Afflic. deciſ. 73. nu. 7. Aliqui tñ dicunt, hoc eſſe verum, poſtquã tempus incipit currere, non ante, Et regula limitatur per aliquas fallentias: ut per Tiraqu. de retract. munic. §. 1. in glo. 11. nu. 20. vſque ad 23. vbi ẽt q̃rit, an dies termini computetur in termino, vt dixi ſupra hoc eo. cap. ſub num. 1.

Sed redeundo ad caſum, dicit Abb. in ca. ad apoſtolicam num. 10. de regular. & ſi dicat ſe putare ueriorem opi. Bar. in d.§. quotiens. quòd ille non dicatur profeſſus, & quòd ita tenuerit. Io. de Ligna. in clem. eos. de regul. & Dec. in l. ſi idem cum eodem. nu. 9. ff. de iuriſd. omn. iud. & Iaſ. in l. admonẽ. num. 266. ff. de iureiur. Quod tamen credo uerum eſſe de rigore, & per hoc Bar. ita tenuiſſe per illũ tex. Sed ex benignitate & fauore Religionis, in caſu prædicto non dabitur integrum tempus ad profeſſionem probandum, poſtquam fuerit reuerſus.

Prout alias dicitur fauor etiam Religionis qñ in alio caſu ſpurius qui ipſam Relig. ingreſſus fuerit, ſtatim uitam in nouaſſe dicitur, vt demum ad ſacros ordines ꝓmoueri poſſit, omniſq; macula ſiqua concepta antea fuerat abolita cẽſetur, efficiturque legitimus. non tamen ad dignitatem Abbatiæ promoueri poterit abſque ſummi Pont. indulgentia. D. Gabr. Paleot. in d. tract. de Not. & Spur. c. 57. nu. 4.

Prout in ſimili Iudæus per Baptiſmum fit habilis ad publica officia, a quibus eum iura prius repellebant. vt ſit capax non ſolum officii ſecularis ſed beneficii eccleſiaſtici, Marquard. de Suſan. in tracta. de Iudẽ. & infide. in tertia par. cap. 5. nu. 7. Quia poſt legem Cod. multum creuit cultus Diuinus, ſed in totum dictæ Religionis fauore a rigore iuris & ab illa antiqua obſeruantia ad modernam, argui poſſe non videtur, Phanucc. in tract. de lucro dot. ſuper ca. 19. lib. 2. ſtat. 14
Lucen. in uer. matrimonio, nu. 17.

In prædicto autem caſu profeſſionis primum tempus cũ ſecundo computabitur, ut tenet Io. de Imol. in d. clem. eos, num. 7. & ſic duo ſeu plura imperfecta eiuſdem ſpeciei coniunguntur, ſed ſi diuerſæ ſpeciei, ad hoc ut iuuarent non coniugerentur. Idem Butigell. in l. 1. num. 93. ff. de ver. obligat. Prout etiam fauore piæ cauſæ tempora interpolata tam in teſtamentis q̃ ꝯctibus coniunguntur, ut inter alia priuilegia piæ cauſæ deſcripta per And. de Beſſet. in l. habeat. C. de ſacr. ſan. eccl. hoc ſpeciale ponit in nu. 223. & ſic in tempore prædicto illius nouitij tanquam non profeſſus teſtari poterit, & non teſtando, ſi decedat, acquirit monaſterio, Iul. Clarus in ſuo tertio lib. ſñarum in §. teſtamentum. quæſt. 28. uerſi. dixi ſecundum, & ſic (vt dixi) dicta tempora unum perfectum conſtituunt licèt non continuum, ꝯ regulã l. 1. C. qui num. tute. niſi forſan conditio perſonæ & monaſterij eſſet mutata, ut per Archid. in cap. non ſolum, de regular. in 6. dicetur- 15
que profeſſus ac iuri Religionis decretove ſanctorum Patrũ ſatisfeciſſe ita Spec. in tit. de ſtat. mona. §. 1. ver. trigeſimo ſeptimo quæritur & firmat Abb. in d. c. ad apoſtolicam. num. 10. & ſeq. ſoluendo quædam obiecta ad ſuſtinendum actuꝫ
16 factum ꝯ legem † & rationẽ exiſtimo, quia lex & ordo ſanctorum patrum prædicta ſpecificè non annullat actum contra ipſam factum, nec ipſum irritum & inane decernit, ꝓut in ſimili clauſula irritans, dum Princeps, & lex intendẽs, annullare actum contrarium ſolet apponere.

Aliam rationem aſſignant Domini de Rot. deci. 285. Nota quod ingrediens, in antiquis: quia tempora coniugunt, arg. l. nec non. §. ſi ſæpius. ff. ex quib. cau. maior. Sed non eſt uerum indiſtincte, ꝙ tempora coniungantur, ut in Quar. Contin. in cap. 3. ſub nu. 4.

Incidenter tamen dicó & cauendum eſt, quod legatum factum mulieri monaſter. ingredienti non debetur, niſi profeſſionem fecerit, ut no. Bal. Salyc. & alii in l. quis hæredem. ff. de inſtit. & ſubſt. quia ante profeſſionem quis non dicitur ingreſſus, ut no. Bar. in authen. ſiqua mulier. col. fi. C. de ſacr. ſan. eccl. & Tiraq. de retract. municip §. 1. in glo. 8. nu. 33. & ſeq. & ſic non dicitur monachata cum effectu, quia per Doct. conſideratur quòd effectualiter ingrediatur ſecundũ intentionem eius, qui fecit legatum, unde ſi exeat non facta profeſſione, vr̃ eſſe in culpa, & legatum perdit, vt ſ. & Dec. in conſi. 336. Concluſio. nu. 4. vol. 4.

Eſt tamen caſus ubi annus profeſſionis prorogatur ad biennium ut per Fran. Mar. deciſ. Parlam. Delfin. in quæſt. 514. nume. 10.

Et illa opi. quòd exiens & reuertens dicatur profeſſus cõ 11
iungendo tempora, corroboratur. † Seruus qui continuis annis quindecim ſeruierit, liber eſſe iuſſus fuerit, ſi per aliquod tempus ſteterit in fuga, deinde reuertatur remittatq; tantundem temporis fugæ, pro libertate iudicandum erit, & ſufficit l. 1. C. ſi manci. ita fue. alien. per l. cum hæres. in fi. 12
& l. ſeruus qui. §. ſeruus. ff. de ſta. lib. † Ratio prædictorum eſt quia dictio continue ciuiliter intelligendum eſt, quod patiatur aliquod interuallum, per l. ſi cui. & ibi Barto. ff. de ſeruit. titulo generali, cap. nunquam de conſecr. diſtin. 5. & Rebuff. in lib. Priuileg. uniuerſit. in Priuil. 23. per totum.

Sed quæro, ex quo talis dictio ciuiliter eſt intelligenda, & 13
† Regula de triennali ſemper interpretatur: ut in Beneficialibus ſufficiat titulus coloratus, ut per Caſſad. in dicta Regula dec. 7. Gomes. in eadem Reg. in quæſt. 18. Staphil. de litteris Gra. & iuſt. car. 177. Rebuff. in lib. concord. in Rub. de anna. in ſeptima regula, & in tract. de cau. benef. poſſeſſ. art. 1. in glo. uni. num. 3. cum duabus ſeq. in conſtit. Reg. uol. 3. adeò quò ad hanc defenſionem ꝯ agentem non eſt neceſſaria bona fides poſſidentis: Dida. Cauarru. in ſecun. par. relectio in ca. Poſſeſſor. §. decimo, num. 10. ff. de reg. iur. in 6. Sed titulum quis in interdicto recuperandæ iuſtificare debet, ut dixi, lac. venent. in trac. de annu. præſt. ĩ prima par. in quæſt. 25. num. 3 qui titulus potius per ſtylum receptus eſt, quàm quod de iure communi introductus dicatur, ut per Staph. in d. loco. Exceptis tamen Hoſpitalibus quæ d regulæ non ſubiacent, vt tenuit alias Rota in una Mutinen. coram R. P. D. Mohedano, vt dicit R. P. D. Thom. de Tanis in ſuis deciſ. manu ſcriptis, dec mihi 73. qui fuerunt collegæ in eodem ſacro Rotæ. Auditorio.

Vnde quæro, an talis incipiens poſſidere titulo non colorato, & infra triennium, vtputa in anno tertio ſuperueniat color, ſufficiat, adeo ꝙ cõtinuaſſe dicatur poſſeſſionem per triennium. Reſpon. ꝙ non, ſed alia triennalis cõtinuatio cũ titulo requiritur. Gomeſ. in d. Regula in quæſt. 45. titulus aũt coloratus qualis ſit, ponit Quintil. Mandoſ. ſuper Reg. Cancell. in Reg. 16. de dictio. numer.

Et de alia quæſtione † nunquid annalis poſſeſſor Bene- 14
ficij illud alteri renunciando, & poſt renunciationem per annum pacifice remanſit in eadem poſſeſſione, dicatur cõglutinaſſe & continuaſſe priorem poſſeſſionem, quam ante reſignationem habuerat, aut magis aliam de nouo acquiſiuiſſe, adeo ꝙ ꝯ impetrantem dictum beneficium per obitum reſignatarij poſſit excipere de annali regula? Breuiter remitto me ad dicta per Gomes. ĩ reg de ana. poſſ. in queſt. 57. cum præcedenti & ſeq. regula, qui late pro vtraque opi. ſcripſit, in partemque negatiuaꝫ videtur ſe firmare: qa poſt quam poſſeſſio per renunciationem fuit amiſſa, non videtur continuatum, ſed magis aliam de nouo acquirere, cum animus operando operetur nouam requiſitionem. Bar. Ange. Imo. & Alex. in l. 3. in prin. ff. de acq poſſeſſ. & infra in ca. 13. num. 3. & illa cum ſit detentatio iniuſta non uidetur poſſe coniungi & continuari cum poſſeſſione anteriori, ita Ferretr. in conſi. primo in cauſa poſſeſſoria. num. 8. vol. 1. † nec 15
poſſidens poteſt mutare cauſam poſſeſſionis, niſi cauſa extrinſecus adueniente. l. cum nemo. C. de acqu. poſſ. neq; cauſa ſuperueniſſe præſumitur niſi longo tempore reſignans ſteterit in poſſeſſione, quod hodie poſſet arbitrari trienniũ, & ſic diu continuauerit poſſeſſionem, ut ſentit Abb. in ca. ſolicite nu. 7. de reſt. ſpol. & ibi Imo. col. 2. Caſſad. eo. ti. dec. 4. nu 4. in fi. & nu. 11. & cum hac diſtinctione intellig. D. de Rot. dec. 1. de renun. in No.

Quid autem in alio caſu ſi reſignans beneficium tempore unius Pontif. cuius regula dicat, quòd infra ſex mẽſes debeant reſignationes publicari, & reſignans extra poſſeſſionem decedat, alias quòd diceretur vacaſſe per obitum: ꝙ ſi poſtea decedens in poſſeſſ. tempore alterius Pont. ſucceſſoris abſque publicatione reſignæ, dicit Marcel. Card. Creſcẽ. dum eſset And. Rot. in ſuis deciſ. manu ſcriptis, deciſ. mihi 146. quòd in una Dolen. coram R. P. D. Io. Maria, ferè omnes tenuerunt, quòd valet reſignatio, nec beneficium dicit vacaſſe per obitum; quia ad effectum Regulæ duo copulatiuè requiruntur, unum quòd non fuerit publicata, alterũ

quòd

Source : BIU Cujas

quòd in possessione resignans obierit, sed quia tempore successionis Pont. illud secundum non euenerit, expirauit Regula per mortem cedentis in quo tempore & ante eius mortem resignatarius poterat possessionem accipere, & regulæ satisfacere: ut no. per Nico. de Vbal. in tract. de success. ab intest. 2 par. prin. in q. 5. num. 15. & sequ. vbi ponit casum tempore Pij Pap. II & quòd ita obtinuit in Rot. post mortem Pij. & licèt superueniat Regula successoris Pont. loquens de resignationibus, tamen intelligitur pro suo tempore, i. quando factæ erunt, cum lex & constitutio respiciat futura & non præterita, cap. fin. de consti. maximè cum reperiat resignationem habuisse effectum, & resignatario ius fuisse quæsitum ac consolidatum, & non intelligitur Reg. Pont. successoris de ea loqui, sed de alia adhuc non sortita effectum; vbi loquitur de Reg. Adriani, & Clementis, & ꝙ in alia ita fuit tẽtum in vna Auinionen. coram R. P. D. Lud. Gomes. Episcopo Sarnen.

Breuiter etiam me remitto ad eundem Gomes. in alleg. Reg. in quæst. 77. & 59. cum simil. super alia quæstione. An
16 † annus de quo in d. Regul. debeat esse continuus, uel interpolatus, adeo ꝙ qui possedit per sex menses, deinde spoliatus, rursusque per alios sex menses possederit, iuuetur illa Regula? vel requiratur annus integer & continuus absque interpolatione.

Alij etiam casus sunt similes habentes terminum continuum, licèt per Iura expressum non esset, an esset utilis, vel continuus, quos quisque de per se dignoscere poterit & uidere, cum in exemplum aliqua tantum hic describere uolui, quarum rationes per scriben. in alleg. locis uideri poterunt, quarum aliquas apposui, aliquas uerò causa breuitatis omisi. Subiiciamque generalem Regulam ad hoc, ut facilius dignoscantur in cap. octauo, ac idem est dicere tempus, quàm spacium temporis, vt per Bal. in l. fi. num. 5. C. de temp. appella.

De quibusdam impedimentis per quæ non currit tempus ad appellationem prosequendum, & de prorogatione termini.

SVMMARIVM.

1 *Impedimentum ad appellandum seu prosequendum, siue proueniat ex facto proprio appellantis, siue ex facto Principis, seu Iudicis, siue ex facto appellati, siue appellantis & appellati simul, siue ex facto tertij, non facit tempus esse continuum simpliciter.*

2 *Appellanti, qui propter iustum impedimentum ex se proueniens, vt paupertatis & simil. qui non possit appellationem prosequi infra annum, datur ei secundus annus.*

3 *Appellanti propter impedimentum ex facto Principis non currit tempus ad prosequendum.*

Et idem si prouenit ex facto Iudicis, & debet appellans protestari, aliàs non protestando datur aliud fatale.

Contrarium tamen seruant in Rom. Cur. Domini de Rot. scilicet quòd protestatio sit ad cautelam & non necessaria, constito de diligentia per vnicam interpellationem, & per binam in recipiendo Apostolos.

Princeps an & quando in procedendo & sententiando intellexit à iure recedere.

Ver. summariè & sola facti veritate inspecta important, vt possit pronunciari etiam vltra petita. Et de fallentijs quòd sententia debeat esse conformis libello.

De impedimento ex facto Iudicis.

Tempus vtile quale sit.

4 *Differentia inter impedimentum ex facto Principis & inferioris Iudicis, remissiue.*

5 *Appellanti contra quem aduersarius attentauit, non currit tempus in causa principali, nisi prius purgatis attẽtatis, si appellans voluerit, si quod præuidere potuit, auxilium Principis implorando & non præuidit, currit tempus sine spe restitutionis.*

6 *Appellanti qui cum aduersario litem & causam compromisit in primo anno, non currit tempus ad appellationem prosequendam.*

De impedimento ex facto appellantis & appellati simul.

7 *Appellans qui propter dolum tertij ab eo circumuenitur, habet recursum contra ipsum ad interesse, & seruatur illæsus ad prosequutionem appellationis.*

De impedimento ex facto tertij.

8 *Prorogatio termini fieri debet per Iudicem ante lapsum primi termini, non autem post, & regulariter cum eisdem qualitatibus, sed si fiat post, valet saltim vt noua dilatio. In Cur. Rom. materia prorogationis est frequens, & alia de ista prorogatione, in sequentibus. Prorogare est continuare, & idem tempus esse.*

9 *Dispensatus a Papa de non promouendo ad aliquod tempus, etiam elapso ordinarius poterit cum eodem dispensare, & nouam dilationẽ dare. In Cur. Rom. Aud. Rotæ habent arbitrium, quotiens eis uisum fuerit prorogandum, nec partis citationem requirunt, & an requiratur impedimenti probatio, & quid si pars contradicat.*

De prorogatione termini in remissoria.

10 *Iurans soluere infra x. dies, qui postea prorogentur, non soluendo infra illos x. non dicitur periurus, & an dicatur etiam prorogari quò ad fideiussorem.*

An per tacitam continuationem locationis dicatur renouata locatio, & quando.

De prorogatione de re ad rem, tempore ad tempus, & persona in personam, remissiue.

21 *Tempus prorogatum quando non sit idem cum præcedenti.*

CAPVT IIII.

QVæro modo, quid veniat sub illa secunda parte diuisionis huius primæ continuationis, uidelicet de continuatione & cursu tẽporis continui cum reintegratione seu prorogatione re
1 spectu impedimenti. Respon. † siue impedimentum proueniat ex facto proprio appellantis, siue ex facto Principis seu Iudicis, siue ex facto appellati, siue appellantis & appellati simul siue ex facto tertij, in omnibus casibus non dicitur tempus continuum simpliciter, ut in præcedenti cap. dictum fuit, sed dicetur cõtinuum cum aliquo adiuncto & tempore reintegrato.

De impedimento ex facto proprio procedente apparet
2 † quando non facto alterius, sed propter inopiam, infirmitatem, vel alium casum fortuitum appellans appellationẽ prosequi non potest infra annum, quo casu habet biennium, Abb. in cap. ex ratione. num. 5 de appella. Bar. in authen. ei qui. cum add. And. Barba. C. de temp. appel. Lud. Rom. sing. suo 208. Tu scis, secundum par. impress. & secundum mag. 211. cum addi. Nico. Pigno. declarando quomodo impedimẽtum probetur, & ita in aliis casibus permissis, saltim per clausulam generalem, si qua mihi iusta causa &c. ut l. i. in fi. ff. ex quib. cau. maio. & per totum, iuncto §. pupillis. ī Auth. de hære. & falc. colla. j. videlicet in tertio anno, ut infra in c. 6. num. 2. Quando verò dictus annus incipiat & quando detur secundus. Ioan. de ana. in cons. primo, circa modum, nu. 3. 5. 15. & 17. cum addi. Lud. Bologn. Aug. Beto. in ca. cum sit. num. 7. de appella.

3 Ob impedimentum † autem ex facto Principis: ut propter bella, vel aliud, adeo reintegratur tempus & continuũ consideratur, ut illud dicatur non currere: ut per Abb. in d. cap. ex ratione. sub nu. 6. auth. sed & his. C. de temp. appell. quia tale impedimentum iustum reputatur, ut casus fortuitus, Card. Paris. in cons. 5. unio num. 51. cum tribus seq. uol. 4. ideo dix. Thom. Gram in decis. 13. lata sententia, ꝙ appellanti dum est in consistorio Principis qualitercunque impedito fatalia non currunt, prout dum habet commissionẽ seu supplicationem in manibus signandam, tunc enim fatalia remanẽt intacta, donec Princeps causam commiserit, & ibi per totum, vnde nouę dilationes dantur eius arbitrio, ut per D. Vantium Episcopum Vrbeuet. in d. tractat. de nullit. senten. in uer. An quælibet sententia, nume. 8. cum duobus sequ. vbi etiam in nu. 11. bene distinguit illud, An Princeps in procedendo & sententiando intellexit a iure recedi debere, dicendum ꝙ aut constat, ꝙ potestatis plenitudine vti uoluerit, aut sumus in dubio, ut ibi pulchre per eum. Et circa talem potestatem idem ferè videtur dicendum in illo Iudice qui summariè sola facti ueritate inspecta cognoscere potest; quia licèt aliàs dicatur, quòd sententia debet regulariter esse conformis libello, vulg. iuribus, & ꝙ fallat quando ultra deducta in libello sunt etiam alia prosequuta & probata, & quòd tunc sententia debeat esse conformis prosequutis & probatis, & non libello, ex quo illa sequens probatio libellum declarat, & quòd ex actis tunc constare dicat plus quàm sit petitum in ipso libello, ut per Fely. in ca. licèt heli, colum. pen. num. 28. cum aliis de simon. & Card. Paris. in cons. 113. Dixi in consilio num. 5 cum tribus seq. uolum. 1. Tamen etiam dicitur, si in commissione adsunt dicta verba, summariè &c. quòd tunc Iudex potest recedere a regulis iuris communis. Tantæque importantiæ est dicta clausula, ꝙ etiam manu Regia inspecto Iuregen. procedere poterit, ac postea iudicare, etiam extra petita (dummodo in aliquo sniã petitioni conueniat (licèt non in totum, Gram. in decis. 19. lata sententia, per totum, pro quo dicto facit cõsi. Soc. 160. in præsenti consultatione. sub nu. 21. vol. 1.

Et sic tale uulgare dictum, quòd sententia debet esse conformis libello, fallit in casibus prædictis (in ciuilibus cau. ii

in crimi-

Source : BIU Cujas

in criminalibus uerò ſecus, in quibus non eſt neceſſe appo nere concluſionem certæ pœnę in libello accuſationis, ſed ſufficit concludi, quòd puniatur reus pœnis a iure & ſtatutis ordinatis, Paul. Ghirlan. in tracta. de Hæret. in 5. lib. de relaxatione carceratorum, q. 6. num. 6. quas pœnas etiam Iudex ex cauſa excedere poteſt, ut ibi per eum, & infra in octa ua continua. cap. uni. nu. 14. & ſeq.

Sed redeundo ad fatalia, dicendum eſt, quòd in dicto Cõ ſiſtorio Principis ſi appellans negligens fuerit, ut cauſa cõmittatur, ſibi eſt impntandum, Gram. d. deciſ. 13. & etiam modo infra dicetur.

Impedimentum ex facto Iudicis apparet, ut adhibita diligentia per partem, & in ultima die anni a lege ad proſequẽ dum, ſeu finiendum cauſam dati, qui tunc debebat ſedere ſententiam laturus, adeo quòd ob tale impedimentum in euitabile neceſſariò oportet annum ſecundum intrare, rein tegratur pars in illo ſecundo anno, ut per Ang in conſi. 310. in propoſita, col. fin. & tempora non currunt, auth. ſi appel. latione. C. de temp. appell. quando tempus eſt vtile, Card. Pariſ. conſi. 124. partis cauſæ, nume. 1. vol. 1. ubi dicit quale ſit tempus utile, & Fran. Balb. in tractat. præſcrip. in prima par. 4. par. prin. in quæſt. 6. num. 3. & ſeq. Et ob dictum impe dimentum debet tunc proteſtari de diligentia, ne ſibi negli gentia noceat, aliàs non proteſtando ſuccumberet, niſi fortè impedimentum notorium eſſet, & diligentia in proteſtãdo proficua non eſſet, M. Ant. Bauer. in tractat. de Mora, in prima par. num. 12. & ſequ. Ferret. in conſi. 56. uertitur difficultas, num. 1. & 3. volum. 1. Proteſtationemque neceſſariã dicunt, quando haberi non poteſt præſentia ſuperioris, vel Iudicis abſentis, etiam dengantis præſentiam, & talem proteſtationem coram notario & teſtibus factam, aut hoſtiariis vel aliis officialibus ſufficere dicunt, ſi autem non proteſtatur, ſecundum fatale conceditur per reſtitutionem, uel ipſo iure, ſecundum quoſdam. Ferret. in d. conſi. 56. num. 7. & de tali diligentia & negligentia idem Ferret. in conſi. 202. Reuerendus Pater, per totum, volum. 1. & Io. de Neuiza. in conſi. 41. ſicut. nu. 4. & a die appellationis fatalia currere incipiunt, idem Neuiza. in eo. loco, nu. 2. cum alijs.

Contrariam tamen opi. ut ęquiorem & humaniorem, vt dicit Iaſin l. de pupillo §. ſi quis ipſi prætori. ff. de noui op. nũ. & in l. properandum. §. ſin autem vtraque. C. de iud. ſeruant Domini de Rot. ut teſtantur deciſ. Reueren. Patris D. Marcelli Cardinalis Creſcentii manuſcriptæ deciſ. 235. Impeditus. uidelicet ꝙ ad cautelam proteſtatio fit, non autem eſt neceſſaria, & quòd ita ſuo tempore dum erat de Sacro Col leg. Aud. tenuerunt in una Hiſpalen. ſcolaſtrię coram D. de Aragonia, & Iaſ. in l. 2. § quod diximus. nu. 7. & ſeq. ff. ſi quis cautio. & quòd ſolum ſufficit pluries diligentia apud Iudicem. Phil. Fran. in cap. ex ratione. de appel. in cauſa. ſ. appellationis, ſed in prima inſtãtia vnica interpellatio dicitur ſufficere, vt teſtatur idem Cardinalis de Creſcen. ut per Bar. in l. Titia. la ſecunda. §. vſuras in fi. ff. de leg. 11. & Dec. in c. cum cauſam. in fi. de off. deleg. Sed redire pro apoſtolis quis nõ tenetur vltra ſecundam vicem, ut idem teſtatur Rotã tenere, & alia de proteſtatione infra in c. 11. nu. 15. vſq; ad fin. ca. & aliqua in cap. 9. nu. 3.

4 Differentia † autem inter impedimentum facto Principis & inferioris Iudicis ponitur per Abb. in d. cap. ex ratione. ſub num. 5. & ſequen. quam (ne multum vagando procedam) omitto.

5 Impedimentum † autem ex facto appellati erit, quando attentauit in præiudicium partis appellantis & uilipendiũ Iudicis. Domini de Rot. tenent, quòd tunc appellanti non currit tempus, niſi cauſa prius attentatorum deciſa, ſi pars eam proſequi uoluerit, & ſic in negocio principali tempus prorogatur, reintegratur & continuatur, ut in deciſ. 102. Fatalia: In no. quia aduerſarij appellati attentantis cauſamq; huic ædicto dantis facto, dicitur legitime impeditus appellans, vt ibi, ſicut impeditus per alia ſubterfugia & cauillationes ipſius aduerſarii, ut per Rom. in conſi. 220. Circa primum, nume. 9. Bald. & Iaco. Butr. in auth. ei qui. C. de temp. appella.

Cauendum tamen eſt, ꝙ tunc ſi appellans aduerſus tale impedimentum de facili potuit prouidere, recurrendo ad Principem & Prætorem eius auxilium implorando, nõ obſtandũ tali impedimento currit ſibi tempus appellationis proſequendæ ſine ſpe reſtit. in inte. ſibiq́ue imputetur, qui Prætorem non adiuit. Bauer. in d. tract. in j. par. nu. 14. & ſeq. prout quotidie practicatur.

6 Simile † de impedimento ex facto appellantis & appellati ſimul, ut quia partes concorditer compromiſerunt, ſeu alio modo diſtulerunt in primo anno, clem. quandiu. de appel. ita ꝙ tempora nõ currunt, authen. ſi tamen. C. de temp. appel. Vnde prorogatum tempus ſiue reintegratum, ſiue ſuperſederi per partes ordinatum eſſe dicetur, niſi appellationi fuerit renunciatum.

7 Vltimo loco † de impedimento ex facto tertij qui dolo appellantem circumuenit, ipſi appellanti currit tempus, ſed habet recurſum contra doloſum ad intereſſe, qui ſi ſoluendo non erit, reintegratur & ſeruatur illæſus ad ſuam appellationem proſequendam, vt glo. fi. & ibi Abb. in d. cap. ex ratione. de appella. & de impedimento ad agen. in pluribus caſibus, terminis, & dilationibus. iudicij, ac illius reſtitutione, bene ſcripſit Contar. d. l. diffamari. in 9. limitatio. nu.

8 110. cum multis præceden. & ſeq num.

Prout † etiam quando fit prorogatio termini per iudicem, cuius vſus in cur. Rom. frequens eſt: vt teſtatur Mandoſ. in ſua prax. ſignat. Gra. in uer. prorogationes, de qua etiam per Neuiz. in conſi. 41. ſciunt, nu. 26. & ſeq. & rationem exiſtimo; quia prorogatio videtur in ſe æquitatem continere, tũ propter frequentiam cauſarum, quæ facillimè expediri nõ poſſunt, tum etiam ne per denegationem dilationũ & prorogationis cauſæ perirent, quæ æquitas ſummopere in omnibus cauſis & caſibus, & in camera Apoſtolica & in Rota ſeruatur, rigor autem raro, talis ergo prorogatio debet concedi, antequam terminus primæ dilationis conceſſæ ad probandũ ſeu aliud facien labatur, aliàs eſſet nulla, ut per Soc. in conſ. 99. Sereniſſimus rex. col. 1. vol. j. & tex. in l. ſed etſi manente. ff. de precar. Lanfran. in cap. quoniam contra. in uer. dilationes, de proba. Bar. & alii in l. 4. ff. de dam. infec. Ange. in conſi. 231. Duo compromiſerunt, ſed Bal. in l. 1. C. de tẽp. appel. tenuit ꝯrium in fi. ut refert Ant. Corſet. ſing. ſuis inuer. prorogatio dilationis, quia prorogare eſt continuare, & idem tempus eſſe, non autem nouam dilationem dare, Iaſ. in l. fi. num. 42. ff. de fer. Fel. in cap. de cauſis, per duas col. de off. deleg Bar. Veronen. in tract. caut. caut. 13. & Domini de Rot. dec. 331. ſuppoſito. nu. 3. in no. quæ prorogatio extẽdi non debet ultra totidem tempus, & cum eiſdem qualitatibus & conditionibus facta cẽſetur, Tiraq. de retrac. municip. §. 1. in gl. 10. nu. 26. & ſeq. prout in continuatione tacitæ ſocietatis & locationis, ut infra in nu. 10.

Idemque iudicatur de ipſa prorogatione, quod de prima obligatione; quia non debet aliquam qualitatem admixtã habere, ſed ſolum nudam temporis prorogationem continere, vt uidetur concludere Card. Pariſ. in conſi. 43. prorogationes. lib. 1. & pulchre per Ant. Maſs. Galleſ. in libro, ad for. camer. oblig. in 3. par. quæſt. 6. num. 19. cum aliis ſeq. & Bero. in d. cap. de cauſis. nu. 32. & idem in cap. cum ſit Romana, num. 53. de appella. & in cap. 1. num. 51. de iudi. quia ſi aliquod ſubſtantiale mutatur, prorogatio non dicetur, Hip. de Marſ. ſing: 300. prorogatio, & Aloy. de Alber. ſing. ſuo 182. quando fit, quod tamen limitatur, ut per Marſ. d. ſing. 300. Henric. de Bouer. ſing. ſuo, in uer. prorogatio, & bene diſtinguit Fran. Marc. in deciſ. parlam. Delfin. quæſt. 539. quia ſtante in meris & puris terminis iſtius prorogationis, poſt terminum non dicitur propriè prorogatio, licet forte dici poſſet impropriè, & ideo ſi iudex poſt terminum dicet prorogamus, valebit ſaltim in uim nouæ dilationis, ſeu prorogationis impropriè, & hoc ne actus iudicis fruſtetur, & ita tenent multi & alleg. Docto. per Contar. in d. l. diffamari. in 16. quæſt. nume. 98. Et hoc modo ſaluari poſſunt Doctores adinuicem contrarij, ad quod facit Rom. in conſi. 443. quo ad primum. num. fi. & Bal. in l. 1. in fi. C. de tempo. appel.

9 Quam † autem prorogationem Staphil. de literis gra. & iuſt. car. 187. intelligit procedere, quãdo aliquis diſpenſatus prorogationem petit, illaque prima & ſecunda diſpenſatio ſeu prorogatio ſunt eiuſdem naturæ, & ab eodem conceduntur, vtputa diſpenſatus a Papa de non ſe promouendo ad aliquod tempus, quòd eo elapſo ordinarius poterit etiã ratione ſtudii cum eodem diſpenſare, & ſic nouam dilationem dare.

Sed in alia prorogatione, vtputa fatalium, quæ licèt de iure communi per iudicem fieri non poſſit, per clem. ſicut. de appell. attamen quando per aliquam cõſtitutionem iudex prorogare põt: vt Domini Audi. Sacri Pala. qui uigore Innocentianæ, quoties eis uiſum fuerit, poſſunt prorogare, an tunc requiratꝰ partis citatio, & uidebatur, ꝙ ſic per l. de vnoquoque, de re iud. & ꝙ minus iuri communi, q̃ ſit poſſibile, derogeť, & ꝙ illa uer. viſum fuerit arbitrio boni uiri, & ſic cauſæ cognitionem videantur requirere, ad l. in cauſæ. §. cauſa cognita. de minor. iuncta l. fideicommiſ. §. quanquã. ff. de leg. 3. & Doct. in cap. j. de conſtitu. Tanto magis dilationis prorogatio cauſæ cognitionem requirit, ut de iure communi ad l. fi. de fer. & l. a procedente. C. de dilatio. & ſic abſq; citatiõe nõ valere. Bal. in l. j. C. quom. & qñ iud. nu. 21.

Qui-

Source : BIU Cujas

Quibus tamen non attentis dicti Domini de Rot. in vna Venetiarum matrimonij, aliàs coram prædicto Cardinale de Crescen. tunc Auditore tenuerunt, ꝙ etiam parte non citata prorogatio fatalium valeret, ut eius decis. manuscriptæ testantur, decis. 231. Prorogatio, atque passim seruatur, quia cum parti defensio non competat, dicitur citatio non esse necessariam, ad no. per Doct. in l. nec quicquam. §. ubi decretum. de off. procons. & leg. Abb. in cap. ex insinuatione, cir. fi. de appella. Feli. in cap. Ecclesia S. Mariæ, num. 21. ver. Tertiò limita, de consti. Abba. & Fel. in cap. cum olim, num. 33. de re iud.

Sed in prorogatione termini pro remissoria in examinādis testibus pars debet citari; quia causa cognita conceditur Soc. in consi. 47. in præsenti consultatione, nume. 14. vol. 4. & Herc. Seuerol. in tract. de Remissio. litiga. cap. 25. dicit, ꝙ in Rom. Cur. conceditur prorogatio pro remissoria. semel atque iterum arbitrio iudicis, absque impedimenti probatione, ad partis petitionem (si pars vocata non ꝺixerit) si autē contradicat non solet concedi ultra tres vices, nisi cū Principis rescripto, dummodo pendente prorogationis termino tempora non labantur, quo casu per restitutionem succurritur. Nec ab ipso remissoriæ decreto prouocatur in dicta cur. Rom. Seuerol. eo. loco, ca. 22. ne lites ex litib. orian tur, & aliqua de prorogatione in materia beneficiali per Mandos. in d. sua Prax.

Et ex primis dictis præsentis prorogationis inferē, quòd
10 † siquis iurauerit soluere infra x. dies, qui postea fuerint prorogati, non soluens infra ipsum terminum primum, non dicetur periurus ut per Fely. in d. loco & Bero. in quæst. 100 num. 3. vbi etiam ponit quæstionem, an locatio & conductio cum iuramento per quinquenniū facta, quæ tacite per patientiam & continuationem locationis ob non renuntiationem factam pro continuata & renouata habetur, intelligatur etiam renouatum seu continuatum iuramentum vt ibi in nu. 1. cum seq. Et an si talis locatio & conductio continuata nullo expresso pretio fiat, intelligatur eodem pretio quo antea fuerat & res conducta reperiebatur, Fran. Cremen. sing. suo 13. si conduxi, & de tacita renouatione locationis videatur Afflict. decis. 365.

Sed quia actus subsequens manifestat præcedentem voluntatem adesse ipsi actui subsequenti & conformem. l. Iulianus. §. proinde. ff. ad Maced. l. quædam. ff. de reb. dub. ut in societate ac eius recommunicatione per Rom. in cōsi. 418. in eo ꝙ, & Bal in consi. 448. Punctus super quo, col. 2. vol. 4. An talis reuocatio locum habeat in emphyteusi, & census solutione? Dec. in consi. 328. in casu proposito. & consi. seq. uol. 3. vbi tenet habere locum.

Sed fallit in Prælato, qui licèt aliquibus annis pensionē locationis per prædecessorem factæ receperit; quia tunc nō intelligitur continuare & ratificare nisi pro tempore, quo pensionem recepit, Milis in suo Repertor. in uer. Prælatus licet.

Regula aūt, quòd conductor finita locatione eam continuando intelligatur tacite recōducere per l. item quæritur. §. qui impleto. & l. qui ad certum. ff. loca. limitatur etiam: ut non procedat, ubi requiritur aliud, q̄ simplex consensus, vt refert Thom. Parpal. in §. res pignori ex l. si quis nec causam. num. 2, ff. si cer. pet. in qua renouatione & reconductione, vt dicit Io. de Pra. in d. l. si quis nec causam, nu. 13. scientia domini & coloni seu inquilini simul (non autem vnius) requiritur.

Fallit etiam quando à principio Iuri inquilinatus fuerit renunciatum. Gozad. in l. 2. nume. 167. C. de pactis inter empt. & uend.

In supradicto autem debitore (redeundo unde sum digressus) qui infra dictos x. dies iurauit soluere, quid si in primo termino aderat fideiussor, an dicetur prorogatum etiā quò ad ipsum, uideantur dicta in hac materia per Fely. in c. 2. de sponsa. col. 12. nu. 34 cum aliis simil. & alia de prorogatio. per Rebuff. super concorda. in rub. de prorogatio. dilat. ad approbādum concord. & per Dida. Couarru in c. quamuis, in initio primæ par. num. 6. de pact. in 6. Bero. in cap. de causis. num. 30. vsque ad 36. de off. deleg. nume. 4. cum aliis seq. & in ca. 1. eo. tit. & Franc. Cur. in l. lecta, nume. 10. cum alijs. ff. si cer. pet.

Et de prorogatione de re ad rem, de tempore ad tempus, & de persona ad personam ponit Seb. Sapi. in l. 1. nu. 24. ff. de iud. & Anto. de Math. in tract. iudiciar. de prorogatio. iurisd. 19. cum multis num. sequ. vbi de generibus prorogationis.
11 Aduertendum tamen est † ꝙ tempus prorogatum idem esse cum præcedenti indistinctè non procedere, quia fallit in materia odiosa, secundum Feli. in alleg. cap. de causis. de off. deleg. in ver. 1. limitabis, ubi etiam multa per Dec. & Bero. satis distinguen. in quæst. 69. pendente. Et hæc sufficiant ad istam secundam partem, licèt in ea alia includi possent ad ipsam agnoscendam & uerificandam,

De his quibus tempus non currit, & dicitur continuum cum restitutione.

SVMMARIVM.

1 *Minor, Fiscus, ecclesia, aliusque iustè impeditus restituuntur, docto de aliqua noua causa, ob quam concludatur læsio, & tempus dicitur continuum cum restitutione.*
Minor an restituatur in resignatione beneficij.
2 *Restitutio licèt impedire soleat executionem, non impedit tamen post tres conformes, vel quando calumnia concipitur in petendo restitutionem.*
Restitutio non conceditur, si calumniosè petatur. remissiuè, & ad ipsam obtinendam ostendi tur læsio.

CAPVT V.

1 QVæro nunc, qui veniunt sub illa tertia parte cōtinuationis, videlicet de continuatione & cursu temporis continui cum restitutione respectu petentis? Respon. † Minor, vt toto tit. C. de in inte. restit. mino. licèt non restituatur in resignatione beneficij, cum magis videatur exoneratus q̄ damnum passus, & in spiritualibus agit & conuenitur (licèt sit minor) vt maior, & admittitur, gl. quid aliud, in l. ait prætor. in prin. ff. de minor. Abb. in cap. ex parte. col. 5. de rest. in inte. sed contra dictam glo. & Abb. aliàs in vna Toletan. Canonicatus & preben. tenuerunt Domini de Rota in vrbe, etiam ꝙ fructus sint debiti ratione interessentis, ut testantur decis. manu scriptæ R. P. D Thom. de Thanis, olim d. Rot. Aud. decis. mihi 47. incip. Minor, licèt in casu per eum proposito secus fuisset dictum, cum non erat resignatio sed cessio litis, seu transactionis ceden. etiam restituitur fiscus, ut l. respublica. C. ex quib. cau. maio. ecclesia, ut clem. uni. de rest. in int. in quibus autem casibus ecclesia restituatur, habetur ibi per Card. & Fran. Balb. in tract. præscr. in 5. par. prin. in q. 2. & 6. vbi etiam de restit. minor. Venitq; postremo sub ista parte omnis alius iustè impeditus: ut propter infirmitatem, absentiam ex causa Reip. aliudue infortunium & iustam impotentiam habens, ut toto tit. C. de tē po. in integ. restit. cum tit. seq. & ibi Doct. & Abb. in cap. ex ratione nu. 1. & 9. de appel. Vnde isti etiam ipso termino iuris elapso restituuntur, & hoc non propter aliam causam nisi ut ius eorum seruetur illæsum, & largo modo illud tempus præcedens cum subsequenti dicitur esse continuum, cum restitutione tū respectu ipsius petentis, per supradicta.
2 Sed talis † restitutio licèt executionem soleat impedire: ut Alber. & alij in cap. suscitata, de in inte. restitu. tamen executionem post tres conformes nō impedit, iuxta terminos clem. primæ de re iudi, ut voluit Bal. in l. 1. C. ne lic. ter. prouo. sequitur Alex. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. Card. Paris. in consi. 109. Omisso, nu. 17. vol. 4. vbi refert eos ita sæpius iudicasse, & similiter post duas, quando per statutum sufficiunt duæ, ut sub dicto nu. 17. & Cassad. in tit. de restit. in inte. decis. 1.

Et hoc idem erit dicendum, quando concipitur calumnia in petendo dictam restitutionem, prout animo moran dæ litis, qui facilè dignosci poterit ex dictis tribus conformibus, vel aliis causis, ut dicunt Doct. in d. cap. suscitata, Rob. Maran. in tract. ord. iudic. in secūdo actu prin. ult. par. in ver. restitutio. num. 82 ver. secundo limita. car. 86. secundū mag. impres. & Lap. alleg. 53. num. 8. Quod relinquitur religioni & iudicio iudicantis, ut per Cassad. dec. 5. de appella. Soc. in tract. fallen. in fallen. 346. Et ideo ecclesiæ & minori talis restitutio non conceditut, nisi doceant de aliqua noua causa ob quam læsio dignoscatur. l. minor. cum glos. ff. de minor. Domini de Rot. decis. 2. Aduersus, & dec. 87. Non sufficit, de restit. in integ. in no. aliàs esset suspicio, quòd quis peteret restitutionem ad confouendum se in perceptione indebita & decis. 464. eo. tit. in anti. nota qđ aduersus, Egid. decis. 418. Petens, Alex. in consi. 55. quoniam, nu. 19. vol. 5. & Dec. in consi. 436. visa instructione, nu. 4 ver. postremo. uol. 3. & de aliquibus quæstionibus super restitutione, remissiuè, in cap. sequenti cir. medium.

Et de impedimento executionis propter talem petitionem restitutionis, bene per Ant. de Tremol. in add. prælud. ad Vber. de Bonacur. in Rub. de impedimen. executio. cir. prin. in uer. in integrum restitutio, vbi etiam in præceden.
& sequen.

Source : BIU Cujas

& ſequen. additionibus, dicit de primo, ſecundo. & tertio anno,& eius impedimentis,& quando tempus currere incipiat,& aliis quæſtionibus ſatis utilibus.

De Differentia inter cap. quartum & quintum præcedentes.

SVMMARIVM.

1 *Tempus ad appellationem proſequendam inductum a lege eſt primus annus ſimpliciter, ſecundus autem ex cauſa.*
2 *Tertius annus ad appellationem proſequendam conceditur per reſtitutionem, ſed in Cur. Rom. nõ conceditur, niſi in primo anno aliquis actus fuerit factus, remiſſiuè.*

CAPVT VI.

SEd quæro, quæ differentia eſt inter præcedens quæſitum in cap. 5.& aliud in c. quarto? Reſp. illud in cap. 4. procedit, quando impeditus petit ſe reintegrari antequam tempus iuris labatur, vtputa † tempus iuris ad appellationem
1 proſequendam ordinatum eſt biennium hoc modo. Primus annus ſimpliciter, ſecundus autem ex cauſa, cap. cum ſit. de appella. authen. ei qui. C. de tempo. appella. & tamen iſti duo anni a lege conceduntur, ut bene & late Guid. Pap. ſing. 615. Primum fatale,& Fran. Marc. deciſ. Parla. Delfi. in quæſt. 1184. num. 25. & ſeq. Sed elapſo primo, dũ ſecundus conceditur, reſtitui non dicitur, ex quo tempus legis uideli cet duorum annorum adhuc perduret, nec ſit elapſum, & reſtitutio lapſum temporis præſupponat, ſed dicitur prorogatum, & reintegratur ad aliud tempus ſimiliter a lege inductum i. ad ſecundum,& continuatum dicetur.

2 Tertius † verò annus & alii vt in cap. præcedenti non dicuntur tempus legis ſimpliciter, nec ex cauſa, quòd aliquis proſequi non potuerit, ſed ex alio capite conceduntur. ſ. reſtitutionis, ut per glo. mag in d. auth. ei qui. Guid. Pap. d. ſin gu. ſupra alleg. & deciſ. Capel. Thol. in quæſt. 177. item fuit, cum addi. Et talis petens ſe reſtitui, nedum impedimentũ probare debet, ſed probare ſaltim præſumptiue aliquid de iniuſtitia, Egid. in deciſ ſuis in quæſt. 418. Petens, ſed de ſtylo Ro. Cur. non ſeruatur, quòd ſimpliciter biennium concedatur, niſi aliquis actus in primo anno fuerit factus, ut dicã in ſecun. Contin. cap. primo, in fi. Vnde dix. no. Bal. in c. ex rationè. num. 8 de appel. quòd appellans debet eſſe diligens in primo anno, diligentior in ſecundo,& diligentiſſimus in tertio, ſed in caſu cap. præcedentis petitur reſtitutio aduerſus temporis lapſum, etiam poſt biennium, eiſque ſubueni tur per dictam reſtitutionem ex benignitate legis,& ſeruan tur illæſi, toto titulo de appella. Abb. in d. cap. ex ratione num. 3.& 9. cum ſimil. Vnde in hoc caſu dici forſan poterit tempus eſſe continuum largiſſime, uigore reſcripti Principis reſtitutionem concedentis aduerſus fatalia & lapſum tẽ poris, quia licèt tempus fuerit per eius curſum elapſum, ta men cum non cenſeatur elapſum ex quo non currit, poſſet dici per tale reſcriptum reſtitutionis tempus illud in futurum proueniens eſſe etiam tempus quaſi continuum cum tempore præterito,& continuatè procedere, cum a principio illud tempus (vt dixi) ex quo nõ currit, dicatur utile. Aliqua etiam dicam in ſequenti cap.& ipſa vtilitas ſeu tempus vtile continuatè pertranſeat, idque poſtea iungatur cum tẽpore reſtituto,& fiat unum & idem tempus continuatum, largiſſime.

Clarior cognitio huius primæ & principalis materiæ haberi poterit, ſi ſequens cap. cum eius temporis diuiſione inſpiciatur, in quo aliqua neceſſariò ad hanc primam materiam conuenientia dicenda uenient, & hęc expedita ſit, quę ad aliquid faciendum, & conſequendum ordinata dicitur, prout in quolibet enarrato caſu & aliis ſimil. etiam dici poſſet.

De quadruplici diuiſione temporis ſeu termini, & eius declaratione.

SVMMARIVM.

1 *Temporis ſeu termini diuiſio quadruplex, tempus continue continuũ, tempus continue vtile, tempus vtile quò ad quid, & quò ad quid continuum, & exempla. Per impedimentum probabile non currit tempus, & quale.*
2 *Teſtes regulariter non examinantur lite non conteſtata, niſi in quibuſdam caſibus.*
3 *Annus infra quem reus debet conueniri vel ei denuntiari teſtes contra eum fuiſſe examinatos ad perpetuam memoriam (ſi citari non potuit tempore examinis) vtilis eſt a principio, & in progreſſu continuus.*
Tempus continuum a principio & utile in progreſſu, quale.
4 *Tempus proſequendi currit a die appellationis, quod ex cauſa iudex abbreuiare poteſt ſicut et alias dilationes etiam prorogare, cum miſterio ipſius, exceptis quibuſdam caſibus; quia non tam facilè tempus legis mutatur, ſicut tempus hominis.*
5 *Biennium ad proſequendum appellationem non datur in cur. Rom. niſi aliquis actus fuerit factus in primo anno.*

CAPVT VII.

SEquitur nunc ſecunda materia principalis, ſcilicet de continuatione & curſu temporis utilis ad aliquid obtinente, quæ quandam conuenientiã cum præcedenti habere videtur, ideo aliqua quę in ea tractanda uidebantur, in hac deſcripta aliqua reperien tur, cætera verò, cauſa breuitatis, relinquentur.

Et huic cognitioni præmitto, ipſumque tempus ſiue terminum ſic diuidendo.

1 Aliud † eſt tempus continuum a principio alicuius rei factæ ſeu faciendæ, & in eius progreſſu, & ſic continuè continuum.

Aliud utile a principio & progreſſu, & ſic continue utile.

Aliud utile a principio,& continuum in progreſſu,& ſic vtile quò ad quid,& quò ad quid continuum.

Aliud verò eſt tempus continuum a principio, & utile in progreſſu, & ſic continuum vno reſpectu, aliove reſpectu utile.

Sed utile tempus eſt, quod non currit continuè, quia nõ currit diebus feriatis, abſentiæ iuſti impedimenti,& quibus non eſt copia agendi, vt glo. in ver continuum, in clem. uni. de in inte. reſt. ponitque Ang. qui ſint dies vtiles in §. petenda, Inſtit. de bon. poſſ. nume. 3. Card. Pariſ. in conſi. 124. præſentis cauſæ, nume. 1. volum. 1. & aliqua etiam infra in cap. ſequenti.

Quòd ad primum ergo tempus, quod eſt continuè continuum a principio & progreſſu, erit propriè in quadriennio, quod hodie datur loco utilis anni ad petendum reſtitutionem in inte. vt ſupra in prima continuatione, ſed in omnibus caſibus ibi poſitis non indiſtinctè dici poteſt continuum i. abſolute & ſimpliciter continuum, niſi continuũ quò ad quid, vt dicam ponendo exempla.

Tempus verò continuè vtile a principio & progreſſu eſt quando a principio dilatio aliqua temporis nõ incipit currere, niſi ſcienti, cum ignoranti regulariter non currat, ideo ante ſcientiam dici poterit tempus utile, cum ſibi non noceat,& ad tale tempus (quod vtile voco) tria ſunt neceſſaria, vt dic. gl. rub. in fi. ff. de diuer. & temp. præſcrip. uidelicet ꝙ non ſit impedimẽtum agendi nec ex parte actoris, nec rei, nec iudicis, vt l. 1. & ibi Bar. eo. tit. de diuer. præſcrip. & glo. in ver. vtilis anni, in l. fi. C. de temp. in inte. reſt. Poſtquam ergo a principio erit tempus utile, conſiderabitur ẽt eſſe utile in progreſſu: quia tempus utile impedito non currit. Rimina. in conſi. 159. Mihi videtur, nu. 3. vol. 1. vbi in aliis num. proſequitur, An ſi iudex a quo in reſponſione dicat, appellationem non admitto, niſi ſi,& inquantum, idem ſit ac ſi diceret, admitto ſi,& in quantum. Et tempus ſupradictum continuè vtile erit, prout tempus ſemeſtre concilij Lateranen. ad conferen. beneficia ordinarijs collatoribus datum, ut in cap. 2.& ca. quia diuerſitatem. de conceſſ. præben. & cap licèt. de ſupplen. negli. præla. & de hoc tempore Lateranen. bene per Io. de Sil. in tract. de benefi. quæſt. 59. ter par. quia tempus ignoratæ vacationis beneficij & impedimenti forſan ſucceſſi ſubducitur, quo ſublato currit ſemeſtre, ſi tamẽ probabilis eſſet ignorantia, ſeu probabile impedimentum, prout ſi ex forma ſtatuti cauſa terminari debeat infra tres men.& reus cauſa producendorum teſtium de partibus petat terminum vltra tres menſes, quòd cauſa huiuſmodi poterit ultra terminum ſtatutum decidi ob impedimentum probabile. Similiter ſi actori datus ſit terminus ad proban. in quo poſitiones produxerit animo expedien. in tempore, ſed per reum ſtat: quia non reſpondet eis, non currit tempus actori: glo. dilationes, in clemen. ſæpe. de verbor. ſignif. Micha. vrcurr. in l. ſi finita. §. Iulianus, nume. 88. ff. de damno infect.

Annus etiam executoribus conceſſus ad exequen. vtilis eſt,& ignoranti non currit. Riminal. in conſi. 129. proſpectis

ctis,num.13.vol.1.Vtiles etiam sunt duo menses marito ad crimen adulterij obijciendum contra vxorem ordinati, ac etiam ibi quatuor men. post ipsos duos in ius extranei succedenti,dummodo præfatum tempus vtile quinquennium continuum non excedat, vt l.adulter post quinquennium. & l.seq. cum earum glo. C. ad l. Iul. de adul. & l. si maritus. ff.eodem titu.

Et similiter tempus ad petendū bon. possess.l.2.C.qui admitt.& §.in peten.Instit.de bon.possess.vtile erit,siue in principio,siue in progressu consideretur,ex quo dies a die scientiæ incipiunt,vt in d.l.2.& vtiliter currunt, ut ibi dicit text. cum alijs. Vnde in his dicitur tempus continue vtile, casus est etiam in l.cum sex.& l.sciendum.§.fi. ff.de ædil.edic. sec. opi.glo.in l.annus.ff.de calumnia.& Bar. in rub. ff.de diuer. & temp. præscrip. licèt aliqui contrarium tenuerint, vt in declaratione sequentis temporis, & in aliis casibus similibus apparet.

Tempus utile a principio & continuum in progressu, & sic utile quò ad quid, & quò ad quid continuum, erit tempus datum ad appellan.simpliciter.i.antequam incipiat currere,quia si lata est sententia contra absentem & ignorantē non incipit,nec currit tempus appellationis, nisi notitiam habuerit,& ex tunc habita scientia incipit currere,& currit continue,cap.concertationi.de appella.in 6.cap.biduum 2. q.6.glo.mag.in clem.sicut.de appella.iam supra alleg.& l.ab eo.C.quom.& quando iud.

Vtile erit etiam a principio & continuum in progressu, ut in d.l.annus.ff.de calumn.& gl.mag.in l.fi.de temp. in inte.restit.& glo.in d.l.fin.alleg.vnum simile ad hoc,uidelicet tex.in d.l.cum sex,sed glo.in d.l.annus sibi cōtrariatur quò ad illud simile.d.l.cuz sex,quia dicit, ꝙ tēpus dictæ l.&l.sciē. §.fi.semper erit vtile,licèt aliqui ȝ,sed Bar. in rub. de diuer. & temp.præscrip.in fi.dicit tenendā esse gl.in d.l.annus,quā etiā tenet Iac.de Arena & Cin.in l.2.C.de ædil.actio.videlicet ꝙ tempus sex mensium datur pro illa actione redhibitoria in rebus mobilibus,immobilibus & se mouentibus,propter vitium latens,ut declarat Io.Crisp. de Mon. in suo cōpendio terminorū.omn. actio. super declaratione actionis redhibitoriæ, in actione decimaquinta: quia vtiles sunt, & ad hæredes transit actio,& in hæredes datur, vt ibi per eum, & per tex.in d. l. cum sex.

Quò verò tempore dicti sex men.incipiant, per eundem Crisp.in eo.loco, vbi etiam dicit, quòd si facta est conuentio,quòd res empta per dictam actionem redhiberi possit, si emptori displiceat,& id sine temporis præfinitione agat, habet emptor 60. dies ad eius uoluntatem declarandam, prout ipse testatur hoc etiam tetigisse. D.Blasium in eo. loco.Et ex his dicitur,ꝙ tempus erit vtile a principio & continuum in progressu,ut in d.l.annus. Quò autem ad tempus in ædilitio edicto,& sic quò ad illud simile per gl. allegatā in d.l.fi.de temp.in inte.restit.non erit huius naturæ,sed poni posset in illa temporis declaratione, quod est continue vtile, per authoritatem glo.in d.l.annus,ac Bar. Iac.de Are. Cin.Io.Crisp.& seq. cui tamen emptori in ædilitio edic. & redhibitoria lapsus dictorum sex mensium nō nocebit, qa intra annum agere extimatoria actione possit l. si tamen §. non nocebit.ff.de ædil.edicto.

Præterea omne tempus restitutionis in integrum,vt iam dixi,licèt in progressu possit esse continuum, tamē semper a principio vtile dicitur, quia probabiliter non currit ignoranti,etiam per centum annos, vt dicit Ias.in § rursus. vbi late de hac materia restitutionis, Inst.de actio. col.16.nu.83.licèt hoc non firmet,vt fuit dictum supra in prima contin.in cap.3.sub num.7.

Sed ad quantum temporis impeditus restituen.sit, an toto quadriennio,aut minori, aut maiori tempore, per Dinū pulchrè in suo tract.super arbore actio.in d.§.rursus.colum. 4. in ver. restat modo quærere, & ibi Ias. colum.15. nume. 77.& sequen.

Venit etiam sub isto tempore illud quinquennium,posi tum in cap.3.sub num.7.quod datur ad accusan. de adulterio,quia vtile est a principio & cōtinuum in progressu, per tex.& ibi no.Ang.ff de adul.in l.quinquennium.

Et similiter annus hæredi assignato ad deliberandū,an uoluerit hæreditatem sibi delatam acceptare; quia ante scientiam utilis est, & postea continuus,de quo dixi supra in ca. 3.sub nume.7.

2 Similiter † quia testes regulariter non examinantur lite non contestata, nisi in quibusdam casibus,ut per Abb. in c. fi.vt lit.non contest. ut inter alios quando examinantur ad ppetuam memoriam contrā aliquem, q citari non possit, qđ regulariter fieri pōt,Seb.Sap.in l.de ætate.num.14. ff.de minor.de quo ēt per Ari.Pinel.ī l.1.C.de bon.mater.nu.78.

3 ver.necob.quæ adducebat,in sec.parte,qa † debet postea infra annum vel ꝓueniri,vel ei talis denuntiatio fieri, aliàs tales attestationes de rigore validæ nō censebunt,& ille annus a principio vtilis est,in progressu aūt continuus, per Abb.ī d.ca.fi.nu.9. licèt passim hodie hoc non seruetur, Et ex his istud tempus considerabitur vtile quò ad quid,& quò ad qd continuum, sed quando possint examinari ad perpetuam memoriam per Alex.de Neuo in cons.44.spectabilis. nu.5. cum duobus num.seq.

Quò verò ad illud vltimum tempus, videlicet continuū a principio & vtile in progressu,dicitur esse illud decem dierum datum ad appellan. non post appellationem interpositam;quia tunc esset continuum simpliciter, ut dixi in ca. 3.in prin.in prima contin. sed dico,ꝙ habito respectu ad tē pus,ꝓsequēdi,illud principiū.i illi 10. dies ad appellan. erūt continui,in progressu verò.i. in tpe proseq. illius anni & ex cā biennii tps erit vtile.d.ca.cum sit.de appell.d.auth.ei qui, de tēp.appell.q̄ appellatio infra terminum non ꝓsecuta deserta cēsetur,Domini de Rota in decis.690.nota.nu.1.& de
4 cis.294.no.primo, in anti. & cle. sicut.de appell.† Quod tps ꝓsequ.currit a die appellationis eadem cle.& ibi Io.de Im. non autem sniæ.Abb.in ca.& rōne.in j.not. de appel. quod tempus ex causa ēt iudex abbreuiare poterit.d.cap.cum sit, & ibi Abb.in notab.3.& nu.12.& 17.& Domini de Rot. dec. 357.fuit dubitatum,in no.sicut ēt aliæ dilationes prorogari & abbreuiari possunt cum ministerio ipsius iudicis, ut p Bar.in auth.at qui semel col.pen.C.quo. & quando iud. gl. in uer. cautione, in §. omnem.inutheAn. de litigio.coll.8. Spec.in ti.de dilatio.§.fi.ver.item no.nu.11.& Fel.in d.ca.cū sit.in prin.vbi late ponit quasdam limitationes, & Henric. Boich.in cap.de causis.de off.deleg. in prima declaratione, & Tiraq.de retract.municip.§.1.in gl.10.nu.31.& seq. dicit, ꝙ non tam facilè tempus legis mutari potest, sicut tempus hominis,ac ēt in §.8.in glo.2.num.14.& dixi in cap.3.nu.5. Ac ex eisdem causis,quibus iudex abbreuiare potest dilationes legales,putat ēt & eadem æquitate posse terminum ad agendū statuere, Contar.in d.l.diffamari ī prima amplia.in 11.causa,num.18.de inge.& manu.Quandoque datur a iure ad iter arripien.& præsentan iudici,& quādoque ab homine,& hoc regulariter,& quandoque ad diffinien. Domini de Rot.dec.155.si certus terminus.in no. & late de his Oldra.in consi.60.est tempus,per totum.

5 Aduerten.tamen est † quòd in Cur.Rom. non seruatur, ꝙ detur biennium in qualibet causa, sed introductum extitit, ut procedat & concedatur biennium, si infra primum annum aliquis actus fuerit in causa factus,aliàs non, & hoc receptum est propter multitudinem causarum ad dictam Curiam confluentium,ut per Cassad.in decis.6. de appella. nu.8. Ferrett.in consi.56.vertitur difficultas.nu.8. quod etiā seruatur, si impeditus fuerit in una die tātum, Ferret.eo.lo. nu.9.ac etiam de dicto stylo testatur R.P.D.Ant. Aug. Episcopus Illerden. in suis decis. manuscriptis, in decis. 35. qui fuit Rotæ auditor.

De regula generali temporis vtilis & continui, ac de eius limitatione & intellectu.

SVMMARIVM.

1 *Sicut lex faciens mentionem de certo tempore regulariter intelligitur de continuo,eodemque modo erit, si dubium est, nisi aliter probetur esse vtile,disting.& limit. & regulam intellig. duobus modis,& num.6.*

2 *Tempus a prętore inductum vtile est,non autem continuum.*

3 *Constitutio Sinodalis vt Episcopi,siue Prouincialis vt legati,vel alia vt Domini temporalis,Prætoria est.*

4 *Constitutio seu statutum populi dicitur a lege,non autem a prætore, licet a Domino confirmetur.*

5 *Tempus regulariter continuum,dicitur continuum eo tunc, quod currere incipit.*

6 *Quomodo intelligatur regula generalis posita in princ.cap.*

CAPVT VIII.

EX præcedenti diuisione & distinctione temporis facilius habetur cognitio primæ materiæ temporis cōtinui, cū ibi generaliter dictū fuit de tempore continuo(non habito respectu ad principium & progressum)sed solum ad qualitatem temporis continui in genere, ex quo ibi solum erat tractanda materia temporis cōtinui,hic verò utilis, sed propter quandam concomitantiam(vt aliàs dixi)vnum subnectere

ctere ſub declaratione alterius non inconuenit ad maiorem intellectum.

Pro quibus duabus ſupradictis materiis ad hoc ut facilius
1 dignoſcantur, regulam generalem facio, quòd † quotiens in iure apparet de certo & determinato tempore, intelligit de ꝯtinuo,& non vtili intermedio,ſeu interpolato: ut bene per Abb in cap.fi.cir.fi.de electio.gl.no.& ibi Bar.in rub. ff. de diuer.& temp.præſcr.vt §. in prima contin. in ca 3. nu.9. Steph.Bertran.in conſi.83.ſuper iſto.cir.prin. vol.2. niſi expreſsè dicatur,quòd ſit vtile, Pariſ conſi.37. D.Diamantes. nu.fi.vol.3. Idemque dico, ſi dubium erit, an de continuo, vel utili,ſeu interpolato intelligi debeat, Iaſ. in d.§. rurſus. col.14.num.71.de actio.& Pet.de Ancha.in cle.prima,ad fi. de in inte.reſt.uidelicet,ꝙ intelligatur de continuo,niſi probetur eſſe utile,ſed Iac. Butr.in l.genero ff.de infam. dicit,ꝙ aũt temporis curſus prodeſt ignoranti,& dicitur continuũ, aut nocet,& dicitur vtile,quæ diſtinctio ſatis congrua videtur,& Bar.etiam ad hoc ibi diſtinguit.

Quam regulam generalem limito tribus modis, primo, vt non ꝓcedat quando inuenitur probaturq;, ac iure cautum ſit,ꝙ tempus ſit utile:ut per gl ĩ d.rub.de diuer. & tẽp.
2 præſcr. Secundò † vt non procedat in diſpoſitione prætoria, quia tunc tempus erit utile,vt not. per glo.in §.primo.Inſt. de perpe.& temp.actio. Bar.in rub.ff.de diuer.præſcrip. iuncta.q.26. Fran. Marci.in deciſ. Parlam. Delfi. prout omnes termini ſubſtantiales in prima, ſecunda, & tertia inſtantiis ſeruari ſoliti,in quibus dies utiles ſunt non continui, Domini de Ro.deciſ.135.ſi mandetur,in no. quos ſerratim ponit D.Seb.Vantius Epiſcopus Vrbeuetan.in tract.de Nullit.ſenten.in uer.ex defectu proceſſus, nume.57. & Octauia. Veſtrius in ſua practica Ro.Cur.lib.5.in tit.de termino. obſer
3 Et ideo infertur † ꝙ conſtitutio Sinodalis edita ab Epiſcopo,ſeu Prouincialis ædita a Legato, vel alia ædita a Domino temporali,dicitur conſtitutio prætoria, iuxta no.per Bar.in l.fi.in fi.ff.de pœ.& in l.ſtipulationum,la 2. ff.de uer. ob.& tempus in dicta conſtitutione appoſitum intelligitur vtile, † ſecus autem ſi eſſet conſtitutio, ſeu ſtatutum a po-
4 pulo factum,licèt a Domino confirmetur.l.omnes populi. ff.de iuſt.& iu.hanc opi.tenet Io.de Imo.in cle.vni.nu.18.de in inte.reſt.& Bal.in d.l.genere ad fi.de infam.

Tertiò limito,quia non eſt uerum ſemper,ꝙ tempus di-
5 catur continuum, † ſed regulariter eſt continuum eo tunc ꝙ incipit currere, quia currit etiam diebus feriatis & non, feriatis,unde a principio non omne tempus eſt continuũ, ſed vtile in ipſo principio; quia ei non currit, qui iuſtè extitit impeditus,Bero. in quæſt.64. in prin. Iaſ.in l. ꝫ maiores. nu.6.C.de inoff.teſtam.& ſic impedito mero iure. Rimin.in conſi.11.in cauſa ill.nu.29.uol.1.

6 Et hanc regulam † generalem dupliciter intelligo, uno modo,ꝙ dicatur aliquid continuum vno reſpectu,& ſic cõtinuè continuum,& alio reſpectu dicatur utile,licèt continuum videatur, ex quo continuè currit, primo modo erit, quando veniunt dies feriati, omneſq; dies currentes, & aduerſarius patitur tempus labi abſque impedimento intermedio,& ſic ſimpliciter,ut iam dixi, ſecundo modo aliquid dicitur eſſe continuum quò ad quid, & quò ad quid utile, & ſic partim continuum partimq; vtile dici poterit,ut quãdo quis legitimè fuerit impeditus,fueritq; reintegratus ſiue reſtitutus aduerſum lapſum termini, ut in caſu clem. uni. de in inte. reſtitut.

De proteſtatione in tempore vtili vel continuo, & quando requiratur proteſtatio.

SVMMARIVM.

1 *Proteſtatio requiritur,quando tempus eſt continuum,ne alicui impedito noceat,non autem quando tempus erit vtile.*
2 *Vaſallo impedito inueſtituram,petere a Domino, non currit tempus annale inductum a lege,cum ſit vtile, nec tenetur proteſtari.*
3 *Impeditus ad appellan.ex quo tempus eſt continum,an teneatur proteſtari,& quaado,remiſſiuè.*
4 *Aliquod dicitur eſſe continuum,licèt aliquis actus fuerit in medio, qui non fuerit contrarius,vt in bello,& ſimil.*

CAPVT IX.

EX prædictis quæro,an in quolibet ſupradictorum capitulorum requiratur proteſtatio, ne alicui labatur tempus, qui fuerit impeditus, poſteaque poſſit conſequi & obtinere quod petiit,licèt eſſet
1 elapſum,ne ſibi noceat.Breuiter dico † ſecun. Car. Zaba.in conſi.128.in quæſtione quæ uertitur inter Andream,nu.5. & ſeq. Aut tempus eſt continuum,aut utile. Primo caſu requiritur proteſtatio, vt infra nume.3. Secundo verò non. Card. Pariſ.in conſi.124.Præſentis cauſæ.nu.3.vol.1.Exem-
2 plum † in vaſallo non petente inueſtituram a Domino hærede infra annum, & menſem ſibi a lege aſſignatum poſt mortem Domini, ne feudum perdat, ut per Bal.in cap. 1. quo temp.mil.inueſt.per.deb.in prin.in uerſi.feud.& ibi Aluar.& alij, cui ſi fuerit impeditus non currit tempus, & ſic de facto feudum non aufertur, ſed cauſa cognita præcedente,& ſic per ſnĩam.ad hoc etiam Io. de Ana.in conſi.32. ultra alia,nume.2 cum addi.Lud.Bologn. nume.12. Et cum annus ille utilis ſit proteſtari nõ tenetur, & non ſolum tempus eſt utile a principio, ſed etiam poſt, & ita tenuit Iac.de Belui.in d.cap.

Quando verò tempus erit cõtinuum, ex quo incipit cur
3 rere † ut exemplum in tempore ad appellandum, tunc ſi fuerit impeditus,ne ſibi noceat,tenebitur proteſtari,quam opi.& diſtinctionem ſequutus fuit Fel. in cap. venerabilis. col.2.num.7. de iud. & de tali proteſtatione habetur etiam infra in tertia continuatio.cap.vlt nu.15. vſque ad fi. cap.& per Doct ibidem alleg. vbi etiam dicitur, quando dicatur neceſſaria proteſtatio. & ſupra in prima continuatione. cap.4.nume.3.

Vltra prædicta quæro,quomodo per ſupradicta ſit intelligendum illud dictum,quòd continuum dicitur illud,qđ eſt utile,cum inter ſe videantur diuerſa. Reſpon.quòd quò ad continuationem.i.quò ad hoc uerbum continuatio,ſtã
4 do in meris & puris terminis iſtius denominationis † dicitur aliquid fieri & eſſe continuum factamque continuationem fuiſſe tam ubi curſus adeſt dierum utilium ad iudicia in quibus diebus redditur ius, quàm ẽt feriarum & currentium,quia licèt ſint aliqui dies intermedij feriati continuationem nõ uitiat,quia eſt materia a iure ordinata ſic in medio poſita,ut non obſtet,prout in ſimili de cõtinuatione titulorum, de qua pauca dicam in cap.15.& etiam bellum quod dicitur continuatum, licèt aliquis actus fuerit interpoſitus,dummodo ꝫrius bello non fuerit,ut no.glo. in cap. fin.3.q.1.& eodem modo dies intermedij feriarum non debent uitiare,quin res dicatur continuata,& hoc modo intelligendo ſemper aliquid largo modo eſſe continuum dici poterit,ſed id quod dicitur eſſe utile,non dicitur utile reſpectu & contemplatione continuationis,ſed reſpectu temporis,quo caſu bene verum eſt,ꝙ illud tempus conſideratur, an ſcilicet fuerit utile,vel continuum,ideo Doct.ponendo differentiam inter utile & continuum,maxime glo.in d.cl. vni.de in inte.reſt. ponunt & dicunt, uidelicet de tempore vtili & continuo,non autem de continuatione vtili & continua,ideoque poſui ſupradictas duas materias, vnam videlicet de continuatione temporis utilis,alteram verò de continuatione temporis continui, quæ reſponſio conſiderari poteſt,etiam ex glo.in uer.continuum,& ibi Ioan. de Imo. in d. cle. unica. dicens tempus quoddam eſſe continuum vno reſpectu, ut quia ueniunt dies feriati, alioue reſpectu vtile,vt quia non currunt tempora abſentiarum & iuſti impedimenti, quaſi velit dicere, nõ obſtando tali intermedio abſentiæ iuſti impedimenti, & feriarum, ſimulq; iungitur tempus & continuationem continuat, & hoc modo currit tempus,& peruenitur ad tempus a iure ordinatum,dicique poterit continuationem adeſſe & dicta intermedia non obſtantia cẽſebuntur non adeſſe nec fuiſſe, quò ad talem continuationem faciendo & aliquid obtinendo, iuxta hominum voluntatem & caſuum diuerſitatem.

De natura & ſignificatione aduerbij, continuo, quod ſignificat ſtatim.

SVMMARIVM.

1 *Continuo de ſui natura videtur,ut non fiat temporis interuallo, tamen aliquando ſignificat ſtatim abſque interuallo,& quandoque cum interuallo,& ad tempus.*
Aliqua exempla de aduerbio, continuò, quæ ſtatim ſignificant cum interuallo,& aliqua ſine interuallo.

CAPVT X.

VÒ verò ad tertiam materiam,videlicet de aliquo facto,quod cõtinuò quaſi ſtatim fiat ad aliquid
1 ualidandum, † quia ſignificatum huius aduerbij ſeu dictionis continuo,uidetur exigere,ut nõ fiat temporis interuallo,ad no.per Abb.in c.cæterum.de reſcript.

Source : BIU Cujas

ſcript-quia continuus opponitur intermiſſo. Plin.in epiſt.li tus ornant grauitate grauiſſima nunc continua nunc inter miſſa tecta uillarum,& iuxta illud in paſſione Domini,con tinuo exiuit ſanguis & aqua, & alio euang. Deus clarifica uit eum in ſemetipſo,& continuo clarificauit eum.

2 Inuenio nihilominus hoc aduerbium ſignificare aliquã do ſtatim ſine interuallo, & quandoque ſtatim cũ interual lo & ad tẽpus. Super primo caſu adſunt nõnulla iura hoc idem importantia, ut l.ſi ſeruus.ff.de diuer.& tem p. præſcr. ibi continuo, ubi ſeruus hæreditarius vel captiuus hoſtibus poteſt ab aduerſario petere & obtinere fideiuſſionem de iudicio ſiſti,in iudicio momentaneæ poſſeſſionis, & continuò dies ſatiſdationis cedere incipiet,& in l.1.§.1.ff pro ſoc. cum aliis ſimilibus,ut in cap. cæterum. de reſcr. l.uni.C.de his qui ſe defer.lib.10.cum aliis, in quibus tale aduerbium deſeruit pro ſtatim ſine interuallo; quia in illa l.1.§.1. dicitur,quòd ex quo contrahitur inter aliquos ſocietas omniũ bonorum,omnes res,quæ coeuntium ſunt continui com municantur. i.ſtatim abſque traditione, & Io. Lup. in rub. extra de dona.inter uirum & vxor.in §. ſexageſimoquinto, colum.2.in fin.quia tacite interueniſſe exiſtimatur,ut ibi in l.ſequ. & ſic abſq; interuallo, & M. Tullius pro Q.Roſcio, ignis in aquam proiectus continuò extinguitur,& apud Te ren.in eunuch.continuò occurrit ad me.

Super ſecundo caſu ſimiliter alia iura reperiuntur, ut l. ſancimus.la 2.§.1.C.de admin.tut.ibi,continuò curatorem ordinari,vbi maiori facto dementi,uel furioſo, ſiue ante litis conteſtationem, ſiue poſt, qui cautelam expoſuit, datur ei continuò curator ad litem,quo caſu non poteſt intelligi ſtatim abſque aliquo interuallo,ſed ſtatim cum aliquali tẽ poris conuenientis diſtantia, ad ipſam uidelicet dationem & ordinationem curatoris faciendam.

Hoc idem erit in l.continuus.ff.de uerb.obli.in prin. ubi continuus actus ſtipulantis & promittentis eſſe debet, ut tamen aliquod momentum & actum naturæ interuenire poſſit, per quod medium de iure cõueniens ſtipulatio, ſeu alibi teſtamentum non vitiatur, & continuo quaſi ſtatim nihilominus fieri dicitur: quia ille actus interueniens tollit de medio,& alius continuatus dicitur. Alc.in l.1. §.qui præ ſens,num.32.ff.de verb.oblig.& alibi dicitur, quòd ea quæ incontinenti fiunt, cenſentur ineſſe. l.lecta.ff.ſi cert.peta. & tamen quandoque fiunt cum aliqua cõuenienti diſtantia, ſimile in §.fi.Inſti.de inut. ſtipul. ibi. non poteris continuo agere.i.ſtatim contra promittentem, ſed dabitur ei tempus habile ad ſoluendum,nec uenire debet cum ſacco paratus, vnde ſatis eſt in materia,ꝙ illud uerbum intelligitur ſtatim, quòd corroboratur, per tex.in l.ratum.ff.de ſolu.ubi Domi nus debet ratum habere mox, cum primum certior factus eſt,quæ dictio habetur ibi pro continuo quaſi ſtatim, & ta men nõ eſt ſine aliquali intermedio,vt dicit tex.ibi,ſed hoc cum quodam ſpacio temporis accipi debet, unde ſi infra aliquid de iure conueniens temporis ſpacium Dominus ra tum habeat,nihilominus mox & continuo ratum dicitur, & ita in l.quod ait.in fi.ff.de adul.cum aliis, & dicam etiam in ſequenti cap.prout etiam de aduerbio continuè, quod ſi guificat ſemper.de quo dicam in ca.17. & de dictione mox, ponit Signo.de Homo.in l.ſi arrogator.nu.1.ff.de adop. Bo logni.in Rub.ff.ſi cer.pet.nu.24.Iac. Niger in l.1. nu.70. eo. tit.Cagno.in l.ſi maior.nu.109. C.de tranſact.Alb.in dictiõ. in uer.mox,cum alijs.

De declaratione ſignificati aduerbij continuò, & aliquibus exemplis ac de retrotractione, & reliqua de proteſtatione.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum debet fieri continuo niſi actus neceſſarius interuenerit.*

Continuò aduerbium, requirit aliquam interpolationem ſaltim naturæ.

Actus factus,ſi ſtatim,vel ex interuallo dicatur factus, relinquitur arbitrio iudicis.

2 *Teſtis debet continuo dictum ſuum corrigere, niſi ex interuallo correxerit cum tortura,ſed ſi abſque tortura, ſtatur primo dicto iurato & non ſecundo,niſi cum ſecundo concurrerent indicia.*

Teſtis notæ fidei & authoritatis poteſt dictum ſuum corrigere.

3 *Iuramentum dicitur ſpirituale, nec iuuatur teſti iuranti, quòd dictũ ſuum ex interuallo correxerit,cum corpus torquetur & non ſpiritus,ad eruendam veritatem.*

4 *Teſtis non poteſt repeti ex interuallo timore ſubornationis, & ut eui tetur infinitas,& an dicto ſuo addito credatur.*

5 *Iudex poteſt teſtes repetere ex officio, licèt ſit concluſum in cauſa, ſi dubium erit,& non citata parte ac ignorante,& nu.ſeq.*

6 *Iudici nunquam in cauſa concluditur, ſed ſemper eius officium viget vſque ad ſententiam incluſiue.*

Teſtis poſt concluſum in cauſa ſuper eiſdem capitulis an & quando examinari poſſit.

7 *Ratihabitio,quæ retrotrahitur,dicitur fieri continuo,præſumptiuè.*

8 *Conceſſio Papæ quando obtenta fuit parua data, conſcribitur cum die paruæ datæ,& ad ipſum diem retrotrahitur.*

Mandatum procuræ non in prima,ſed in ſecunda inſtantia productũ, conualidat retrogeſta in prima inſtantia.

Quid de productione iurium originalium poſt terminum.

Ius accreſcendi an tranſeat ad emptorem hæreditatis quòd partem hæredis a cohærede emit.

9 *Taxatio & declaratio expenſarum quę tempore ſententiæ incerta fuit,retrotrahitur ad diem prædictæ ſententiæ negotij principalis, & continuo cum ipſa ſententia fieri dicitur.*

10 *Legitimatio filiorum per ſubſequens matrimonium facta, fauore ipſorum & legitimationis retrotrahitur ad diem eorum natiuitatis.*

Pactum inter patrem & filium de non ſuccedendo an valeat.

Actus ad hoc ut retrotrahatur, oportet, quòd a principio potuerit intercedere.

11 *Teſtis iurans in tempore & extra tempus deponens, eius depoſitio retrotrahitur ad diem iuramenti,niſi terminus fuerit datus ad probandum & probatum habendum.*

12 *Sententia, quæ aliàs data fuit prout in cedula, deinde eius aperitio ſeu ſubſcriptio retrotrahitur ad diem datæ cedulæ.*

Diffundere diem,& perendinare diem, quid ſit.

13 *Clericus delinquens,contra quem inquiſitio ſeu aliàs condemnatio ſequuta fuit ante clericatum,poteſt a ſeculari iudice puniri, & contra eum exequi, niſi ante delicti commiſſionem votum clericatus feciſſet.*

14 *Donatio prohibita inter virum & vxorem conſtante matrimonio,& inter parentes & liberos viuentes,confirmatur ſequuta morte, retrotrahiturq; ad diem donationis.*

15 *Proteſtatio eſt iuris competentis præſeruatiua.*

16 *Proteſtatio in caſibus permiſſis ante factum alicuius rei antetrahitur ad tempus ſequentis facti,& facta inſimul cum eo præſumitur, in coque repetita cenſetur,& exempla,& an ſit neceſſaria illato metu, remiſſiuè.*

Dominus ſciens procuratorem ſuum aliquid egiſſe, non proteſtando,dicitur factum approbare.

17 *Proteſtatio contraria facto non iuuat proteſtantem, vt Penſionarius recipiens penſiones decurſas,poſtquam fuit locus regreſſui,& proteſtetur ius ſuum ſaluum fore, ſibi præiudicat, ſicut ille qui percutit aliquem proteſtando non animo occidendi percutere, & de proteſtatione quæ fit in libellis, ſaluo iure, & de alijs proteſtationibus, remiſſiuè.*

CAPVT XI.

PRo ſupradictis autẽ ad ualidandũ aliquid, ita in hac materia diſtinguen.puto,omittren. quicquid Bart.in illa ſua diſtinctione & ſubdiſtinctione in l.1,§.qui præſens. ff de verb obl. dixit. Solum diſtinguam quantum huic materiei conuenire uideatur,uide licet,aut pars alicuius actus facta eſt cõtinuo ac ſtatim poſt aliquod aliud factum, & ſic poſt alteram partem mox & illico,& nulli dubium erit, quod propriè dicetur factum continuo & ſtatim,vt ſupra in præcedente capitulo, in illis primis caſibus,ſi uerò eſt factum poſtea, & tunc aut eſt actus ex modico interuallo actuque neceſſario & intermedio,aut longo, primo caſu cenſetur factum continuò & ſtatim, ut ſupra in ſecundo caſu huius continuationis in caſibus deſcriptis † ſicut in teſtamento,quod totum fieri debet ſtatiz vno contextu & abſque interuallo,niſi actus forſan neceſſarius interueniat l.hæredes palam.§.fi.ff.de teſtam. & tunc tale aduerbium ciuiliter intelligendum eſt.i. ut aliquod temporis interuallum recipiat.l.ſi cui & l ſi tã auguſti. ff.de ſeruit.tit.generali.cap.nunquam.de conſer.diſt.5.Ferret.in ꝙſi. 186.Quando iudex,nu.3.vol.1.vbi dicit,ꝙ totum iudicis arbitrio relinquitur,& Paul.Ghirlan.in tract. de Hęret.quæſt. 5.num.15.& ſeq.& apparet in actis Apoſtol. ubi Petrus dixit Aneæ,uolens ipſum ſanare,ſterne tibi, & continuo ſurrexit,& alibi de illo cuſtode carcerum,vbi erat Paulus,ibi & baptizatus eſt ipſe & domus eius continuo, unde dici põt, ꝙ tale aduerbium requirat aliquam interpolationez ſaltim naturæ,ut comedere,bibere,& alia ſimilia nõ obſtantia:ut no.in Authen.de iud.§.ſedebũt.colla.6.vbi tex. dicit,de illo aduerbio continuè,& mox,& pro hoc etiam. l.Męuia.ff.de manumiſſis teſt.l.1.ff.ſi cer. peta. prout de dictione, ſtatim,

& Incon-

Source : BIU Cujas

& incontinenti: quia id dicitur incontinenti fieri etiam cp̃ sit perfectum negotium, dummodo fiat antequàm ad extraneos actus quis diuertatur, vt per Iaſ. in l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum ff. de acquiren. hære. num. 19. cum alijs vt ſupra dictum fuit in fine præcedentis cap. & de aduerbio continuè; infra in 6. continuatione, quæ dictiones important etiam iudicium eſſe ſummarium. Iaſ. in l. naturaliter. §. nihil cõmune, num. 175. & ibidem de prædictis per Alcia. ff. de acquirẽ. poſſ. & facit Corn. in hac materia, in conſi. 280. licet laboriosa. num. 12. vol. 4. Facit etiam ſupradicta † quia teſtis cõtinuè quaſi ſtatim debet dictum ſuum corrigere, iuſtamq; cauſam erroris allegare, & non ex interuallo, & vt per Abb. Bald. & Fel. in cap. præterea. de teſti. cogen. Tinda. in tract. de teſti. lib. 1. cap. 4. num. 1. & c. 8. num. 4. quia ſi poſt perfectum examen corrigeret, eſſet ſuſpectus, Gabr. Saray. in annot. ad ſing. Matheſ. ſing. 171. num. 8. & hoc regulariter, tamen ſi teſtis notæ fidei ac authoritatis fuerit, dicitur poſſe dictum ſuum corrigere vſque ad publicationem, Tiraquell. in ſuo lib. de pœn. cau. 51. num. 127. ſed regulariter quando duo dicta contraria inuenirentur, ſtatur primo iudiciali iurato & non ſecundo, Ferret. in conſi. 187. In caſu præmiſſo, in prin. vol. 1. niſi cum ſecundo iudicia concurrerent, idem Ferrett. in conſil. 55. hic ſcribuntur, num. 4. & ſeq. eod. vol. vnde ſecunda eius depoſitio ex interuallo contraria primæ valeret, receptaq; eſſet, ſi in tormentis facta & ratificata foret, Tinda. in d. tract. lib. 2. in prima par. prin. cap. 11. quia dictum in tormentis ſemper verius præſumitur, Tind. in ea. par. cap. 12. nu. 1. & in tertia par. princ. c. 2. eod. lib. & de hac ſecunda depoſitione ſatis deciditur per Boer. deciſ. 108. & videtur, in 1. parte. Et multa de prima, & ſecunda teſtium depoſitione per Franc. Marc. in deciſ. parlam. Delfin. in quæſt. 487. & deciſ. Capel. Tholoſ. in quæſt. 280. item ſi teſtis, cum addi. & Dida. Couarru. in lib. 3. varia. Reſolu. cap. 13. ſub nu. 5. in ver. cæterum ſi teſtis, Egid. Boſſ. in libr. vario. tractatuum in tracta. de tort. teſti. nume. 20. vſque ad 26.

Nec illa ſecunda depoſitio abſque tortura facta valida
3 cenſetur, etiam quòd eſſet iurata † ſub illo, ſcilicet prætextu, quòd iuramentum quædam tortura ſpiritualis dicatur, vt dicit Abb. in cap. per tuas. ſub nume. fin. de probatio. quia ſi ſpiritus torquetur & ſpiritus confitebitur, cum qui de ſpiritu ſeminat, & de ſpiritu metet, ut dicit Apoſtol. ſed ad eruen. veritatem corpus torquetur non autem ſpiritus.

4 Ratio autem † quare teſtes ex interuallo repeti non poſſunt, duplex videtur, vt per Feder. de Senis, in conſi. 262. viſis & diligenter, vna videlicet propter timorem ſubornationis,
5 altera vt euitetur infinitas † quod tamen fallit, quãdo iudex ex officio repetit, quod facere poteſt ex ſe ipſo ad veritatem inueſtigan. Ang. in conſi. 296. viſis atteſtationibus. in fi. & gl. in corpore de teſti. §. quia verò, cap. cum tu, eo. titu. licèt etiã
6 fuerit concluſum in cauſa, & ratio. videtur quia † iudici nũquam in cauſa concluditur, ſed ſemper vniformiter eius officium viget vſque ad ſententiam incluſiuè. l. iudex poſtea. ff. de re iudic. & cap. cum Ioannes heremita. de fide. inſtrum. & etiam non citata parte, per Rom. in conſi. 482. in caſu præmiſſo, num. 8. & Marſil. in l. de vnoquoque, num. 76. ff. de re iudic. immo plus, quòd etiam ignorante parte fieri poſſe dicitur. Alexan. in conſil. 130. difficultas, colum. 3. volum. 1. & ſi dubium erit, etiam iudex declarari facit, ac aliæ fallentiæ Federi. de Sen. in d. conſi. 262. & Hoſtien. in cap. cum clamor. de teſti.

Sed poſt concluſionem in cauſa ſuper eiſdem capitulis examinari non poteſt. Fel. in cap. fraternitatis. de teſti. Iaſ. in l. iubemus. col. 2. C. de iudi. quod fallit, quando teſtes de partiũ voluntate producantur, vel ſi pars expreſſe non opponat, refert Iaſo. in l. 1. nu. 16. ff. de fer.

Quando autem teſtis addit dicto ſuo, an valeat dictum, & de alijs diſtinctionibus in materia, per Abb. latè in d. capit. præterea. & alios, ſatis eſt ergo in præſenti caſu, quòd correctio debet ſtatim fieri & continuò, ac ita tenent Domini de Rot. deciſ. 293. Si teſtis, in no. Tind. in d. tracta. in 2. par. lib. 2. cap. 7 num. 4.

Si verò in alio caſu. ſ. quando longo interuallo poſt aliqd factum ſit: tunc talem ſudiſtinctionẽ facit, aut id quod fit eſt de rebus, quæ retrotrahuntur, aut neutro iſtorum † primo
7 caſu quando retrotrahuntur, licèt non poſſit propriè dici ſtatim fieri præſumptiuè, prout eſt ratihabitio quæ non fit in præiudicium tertij, cui fuit ius quæſitum, quia tunc nihil operatur. Ferret. in conſi. 209. Dico. num. 6. volu. 1. Ioan. Crot. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. num. 122. ff. de libe. & poſth. & reintegra, illudq́ue extremum à quo ſit habile, prout eſſe debet. Natt. in conſi. 261. fundata. num. 4. volu. 2. & ſic re non exiſten. in eodem ſtatu, Gozad. in conſi. 14. prima facie, nu. 7. & ſequen. Phanuc. in tracta. de lucro dot. ſuper cap. 19 lib. 2. ſtat. luc. in glo. 11. num. 6. ac etiam quæ ſit ſuper actu valido; quia ſi ſuper nullo omni iure nihil operaretur, & Innocen. in capit. 1. de offic. deleg. & recollegit Lanfran. ſingu. ſuo 32. & quod ſupra dictum eſt, dicitur eſſe verum in caſibus, in quibus retrotrahitur, Milis in ſuo Repert. in verſi. Ratihabitio. num. 2. vt per fictionem, & quæ mandato comparatur. cap. ratihabitionem. & ibi latè Dyn. de regu. iur. in 6. Spec. in titu. de loca. §. 6. verſ. 148. Prępoſit. Senen. in ſuis quæſtio. in 4. caſu. quæſt. 3. num. 17. Pet. Plaz. in epitho. delicto. lib. 1. cap. 18. num 1. vbi aliqua de tali ratihabitione, & Natt. in conſil. 372. In quæſtio. num. 69. in glo. 10. vbi multa de ratihabitione, & retrotractione in num. præcedenti & ſeq. & diſtinguit ac limitat Petr. de Rauen. ſing. 589. Si ſuperuenit & bene etiam Felyn. per nouem fallentias in cap. ſicut. in glo. conſenſeris, de ſimo. quæ præſumitur continuò facta, vbi adeſt æquitas,
8 † ſicut etiam in parua data dicitur, ſuper prouiſione beneficii eccleſiaſt. vel alterius, quæ habet frequẽtem vſum, vt per Rebuff. in ſua prax. beneficiorum, in tit. de parua data, quia conceſſio Papæ cõſcribitur cum die paruæ datæ, quæ prius obtenta fuit, & ad illam diem retrotrahitur, talemq; conceſſionem continuò cum ipſa parua data factum fuiſſe exiſtimatur, & illa ſeruatur in Ro. Cur.

Prout etiam in mandato procuræ non productæ in prima, ſed in ſecunda inſtantia; quia conualidat retrogeſta in prima inſtantia per Aymo. in conſi. 108. in iſta cauſa. num. 1. vol. 1. per alleg. cauſam & rationem, videlicet quia illud mãdatum retrotrahitur.

Simile, vbi terminus alicui datus eſt ad dicen. de iuribus ſuis, & in quo exempla producat, & poſt terminum originalia etiam produxerit, valida dicetur illa originalium productio, & ratio eſt: quia retrotrahitur ad diem productionis exemplaris, & in eodem tempore factum cenſetur Iaco. à S. Georg. in l. quicunque. nume. 3. ff. de fide inſtrumen. & Bald. ante eum in cap. 1. in princip. eod. titu. per l. ſi donatæ. §. ſi ſponſus. ff. de donat. inter virum, & vxorem. & refert Contar. in d. l. diffamari, in amplia. 12. nume. 91. & ſequen. C. de inge. & manu.

Ita etiam ius accreſcen. fingit retro ſicut hæreditatis aditio, ſuper re etiam perempta. l. quia retro. ff. ad l. Aquil. ſed an iſtud ius accreſcen. continuetur & tranſeat ad emptorem hę reditatis, qui partem hæredis a cohærede emit, vel penes hæredem remaneat, Bartol. in l. re coniuncti in 1. quæſt. primæ par. ff. de leg. 3. tenet, quòd tranſeat ad emptorem, contrariũ tamen videtur tenere Petr. de Bellaper. in eadem l. & Salic. in l. vni. quæſtio. 8. C. quando non peten. par. & ibi Iaſ. nume. 20. & idem Iaſo. in l. poſt venditionem. nume. 7. C. de pac. vſque ad fin. legis, vbi ſaluare videtur opin. Barto. in vno caſu, & hanc opin. ſequutus fuit antea Rain. de Forli. in l. 1. §. interdum. ff. de vſufruct. accreſcen. & Rapha. Cum in l. Papinianus. ff. ad Trebellia. Sed Crot. in d. l. re coniuncti. numer. 44. & ſequen. dicit ueram eſſe opin. Barto. quicq́uid ex aduerſo dicant Moder. ſcriben. Politus autem Senen. in ea l. num. 44. & 49. pulchrè more ſuo, cum diſtinctione opin. concordat.

9 Pari modo † illud dicitur fieri continuò quaſi ſtatim, quod fit ex interuallo, ſi à principio ſic potuit & conſueuit fieri, exemplum in ſententia expenſarum quæ datur inſimul cum ſententia negotij principalis, taliſque ſententia quò ad expenſarum quantitatem eſt tunc incerta, dum iudex dicit, & in expen. condemnamus, quarum laxationem nobis ſeu noſtro in officio ſucceſſori reſeruamus, vt per Bar. in l. ab exequutore. ff. de appella. cuius poſtea laxatio quando fit, trahitur retro ad illud tempus ſententiæ iam latæ ſuper negotio principali, in qua condemnatio expenſarum facta fuit, vnde dicitur præſumptiuè continuò poſt ipſam ſententiam fieri, ac etiam inſimul & quaſi cum ipſa ſententia, & nihilominus quandoque fit longe poſt, vt not. in d. l. ab exequutore. & in ſimili etiam not. in l. ſi cum exceptione. §. quatenus. ff. eod. quod no. cau. l. item veniunt. §. & cum prædiximus. ff. de peti. hæred. & Pet. de Ancha. in conſi. 7. in quæſtione agitata, num. 4.

Similiter † matrimonium ſubſequens, quod fit quandoq; ex interuallo longo poſt conceptionem natorum, cp̃ tamen dicitur & reputatur factum antea per retrotractionem, quãdo filij per illud ſubſequens legitimantur, quòd fauore ipſorum & legitimationis tale matrimonium retrotrahitur ad diem natiuitatis eorum, per dictam rationem, quod dictum eſt mirabile, Abb. in cap tanta 1. not. qui fil. ſint legit. & Fortuni. in l. Gallus. §. idem credendum. num. 264. ff. de liber. & poſth. Sed an trahatur retro quò ad ea, quę ſunt iuri alterius

Source : BIU Cujas

præiudicialia, Fortuni. eo. loco, num. 260. & late de tali legitimatione per Anto. Rosell. in tracta. de legitimatio. per totum. Et in talibus & alijs legitimationibus etiam pactum inter patrem & filium de non succedendo, nisi in tanta summa, fieri posse testatur Geor. Nat. in cap. quamuis. de pact. in 6. in 1. not. fallen. 2. nume. 3. & sequen. contra regulam, quòd pactum de non succedendo non obliget paciscētem; quia in pluribus fallit, & ratio fallen. est, vt dicit Georg. ex quo filius beneficio patris consequitur legitimationem, potuit etiam in ipso actu exponere legem, quam voluit, vt per iura & Docto. per ipsum allega. Et in hac matera dicit Roderi. Suarez. in l. quoniam in prioribus, in declaratione legis Reg. nume. 4. C. de inofficio. testamen. quòd sufficit allegare dictum Georg. Sed quia pactum de non succedendo, quod aliàs validatur iuramento, non validari dicicur iuramento iudæi, Marquard. de Suzan. in tractat. de Iudæ. & in fide. in secun. parte cap. 8. numero 3.

Aduertendum tamen est, quòd ad hoc vt actus retrotrahatur oportet, quòd a principio potuerit intercedere. aliàs non. Ias. in l. apud Iulianum. §. constat. nu. 12. ff. de leg. primo, & Pet. de Rauen. d. sing. 589. & sic quòd duo extrema sint habilia. s. extremum a quo & extremum ad quod, Fran. Cur. in l. edita. nu. 88. C. de eden. cum alijs, & hoc est quod volui dicere supra hoc eo. loco in nu. 9. in princ.

11 Eodemque modo † dicen. erit de teste cuius depositio retrotrahitur ad diem iuramenti in tempore præstiti, quia eadem die depo fuisse fingitur, licèt ex aliquo interuallo deponat, Francis. Curt. in tracta. de testi. conclus. 33. & Ioann. de amic. in consil. 108. super dubio, nume. 1. nisi fuisset datus terminus ad proban. & probatum haben. in quo non solùm iurare sed etiam deponere debet, idem Amic. in eo. loco, numero 8. & ideo multis locis seruatur, ut describatur & ponatur non solum dies, sed & locus iuramenti præstiti, non autem dies & locus depositionis, secun. Barto. in l. si quando. in prima & secunda lectu. nume. 2. & sequen. cum num. 10. & sequen. C. de testi. Abb. in capit. in nomine domini; nume. 4. de testi. & cap. licet. de probatio. not. glos. in clemen. vni. de offic. delega. Domini de Rota decis. 73. nume. primo, in no. & deci. 344. in antiq. prout etiam declaratio ipsius testis trahitur ac vno eodemque tempore fingitur emanata cum declarato, Rom. in dicto consil. 482. nume. fi. Et ad prædictorum intelligentiam facit quod dicit Bero. in d. cap. licet. nume. 76. cum multis sequen.

12 Simile erit † in sententia, quæ per iudices datur, postquam tentus fuit terminus & habitus pro seruato ad dictam sententiam, fuitque pronunciatum prout in cedula; quia in vno ex istis tribus modis vnum & idem est in substantia, qui in Cur. Rom. apud omnes ferè iudices passim seruatur, exceptis iudicibus Cur. capitol. apud quos solum diffundi potest terminus cuiusque citationis, etiam si ad sententiam fuerit, videlicet differtur ad primam diem iuridicam sequētem tantùm, non autem ad plures. Et ideo Bude. in Annotatio. ad Pandec. in l. 2. si quis cautio. dicit. Diffundere diē est in posterum diem reiicere, comperendinare autem in tertium diē differre, sed perendinatio in dicta Cur. non est vsu recepta sicut diffusio, quæ decies & plus in die apud omnes illos iudices seruatur, in illo autem casu termini seruati, sub quo potest pronunciari, ita est in vsu, quòd licèt postea ex interuallo proferatur sententia, & subscribatur, terminusque declaretur retrotrahitur tamen ad illam diem termini pro seruato habiti, in quo pronunciatum extitit prout in cedula non autem ad diem in qua aperta fuit cedula publicata & subscripta, & iste modus inualuit tam apud auditores sacri palatij, Cameram Aposto. & alios iudices ob multitudinem causarum diuersorum locorum, cum a die termini seruati, & a die apertæ, & publicatæ cedulæ iudices maturius reuidere, & causas considerare valeant, & hoc per stylum satis cōprobatum esse videtur, ac etiam in pluribus aliis locis, maximè status ecclesiæ, idem seruatur.

13 Ita etiam † si laicus delinquens & formata contra eum inquisitione vel condemnatione sequuta efficiatur clericus vel religiosus, quòd non impeditur iudex secularis ipsum punire, nisi fortè uotum fecisset clericatus ante delicti commissionem. & tunc staretur suo iuramento, cum a sua volūtate & conscientia dependet, & hæc non alia de causa nisi: quia retrotrahitur, vt singulariter not. in practica Pet. Gerar. de pet. san. sing. suo 51. Tene menti, & sui fraudem fecerit. Oldra. in consi. 4. quòd laicus.

14 Dicitur etiam hoc idem † in donatione prohibita inter virum & vxorem constante matrimonio, inter parentesque, & liberos viuentes, quia facta ipsa donatione sequuta deinde morte, seu confirmatione retrotrahitur ad diem donatio nis iam factæ, iuxta dispositionem. l. donationes quas parentes. C. de donationib. inter virum & vxorē. & Ias. in l. si is qui pro emptore. nume. 106. cum sequen. ff. de vsucapio. sed an procedat quò ad fructus, vel quò ad dominium, ponit Ias. in eod. loco, vbi etiam alia exempla recitat, in quibus aliquid retrotrahitur, quæ etiam ad præsentē mater iam aptari possent, ac alia simil. in variis locis descripta, quæ ad prolixitatem fugien. omitto.

Arbitror etiam hoc idem dici posse in illis casibus, in quibus aliquid ante trahitur: vt † in protestatione & eius verbis, 15
quia cum sit tantum iuris competentis præseruatiua, vt per Felyn. in cap. inter monasterium colum. prima. versic. saluo iure, de re iudica. erit † quando quis fuerit protestatus, quòd 16
aliquid facere non intendit, quod afferat sibi præiudicium. in illis tamen casibus, quibus permissum extitit sibi reseruare ius, quæ non sit contraria facto, iuridiceque fieri possit, vt per Abb. Feli. & alios in cap. cum M. Ferrarien. de constitu. & per Barro. in l. non solum. §. morte. & ibi etiam per moder. ff. de nou. oper. nuncia. cum aliis simil. vt per Ioan. And. post Ioan. Mona. in Regula in generali, de regul. iur. in Mercur. Alber. in suo Dictio. in versicu. protestatio. Specu. in titu. de loca. §. sexto. colum. 13. & sequen. num. 34. vsque ad num. 40. Ias. in l. 2. C. de iur. emphyteu. Milis in suo Rerpert. in verb. protestatio, quia licèt postea sequatur factum, etiam ex interuallo, iuuatur protestans ex illa sua protestatione ac reseruatione iuris antea facta, & sic antetrahitur ad tempus illius facti sequentis, quo casu continuo & statim cum ipso facto præsumitur, confiteriq; fas est & dicere, quòd non propter aliud valeat talis protestatio & salutatio iurium in casibus, vt in dictis locis, nisi quia repetita censetur in ipso actu facto, habeturque ac si continuo, & statim facta esset, per supradicta.

Prout etiam si dominus sciat procuratorem suum aliqd egisse contra vel præter formam mandati nomine ipsius, statim quòd scit protestari debet de contraria eius voluntate, aliàs dicitur approbasse factum, Oldrad. in consil. 199. col. 2. nume. 2. versi. sed dato quod mandato, quæ per Doct. appel-.atur ratihabitio præsumpta, Ioan. Monac. in cap. cum quis. de senten. excommunicat. lib. 6. Felyn. in cap. cum olim. el 1. colum. 3. num. 7. de offi. delega. quod apparet in procuratore attentante vel spoliante: quia si Dominus scit, nec protestatur statim, consentire videtur. Egid. decis. 551. cum aliis exemplis. Et protestatio an sit necessaria illato metu, per Dida. Couarru. in Epithom. in 2. car. cap. 3. §. 5. num. 11. in quar. lib. decret.

17 Sed † si protestatio contraria facto esset, protestanti nō iuuaret, Marsil. in rubric. de fideiussor. num. 205. & nume. 162. cum sequen. Milis in versic. protestatio, & Bero. in cap. quoniam. de iur. patrona. num. 86. Ioan. de Neuiza. in consil. 52. circa venditionem, num. 35. vt in simili. Pensionarius, qui decursas pecunias recepit. postquam locus fuit regressui (etiā quòd protestetur, quòd sibi sit saluum ius regressus) nihilominus sibi præiudicat quò ad regressum, & illa protestatio tanquam contraria facto repellitur, ad trad. per Gigan. in tracta. Pensio. quest. 73. in fin. sicut ille qui aliquem percutit, protestans non animo occiden. percutere, protestatio nihil operatur, Barto. Ias. & alii in l. non solum. §. morte. ff. de no. oper. nuncia. & ratio est: quia animus non potest regulare factum, sicut etiam non valet a dispositione iuris dopēdens. Ioan. de Neuiza. in consi. 38. Prima consideratione, num. 15. Sed si directò non repugnat actui, interpretatur ipse actus, vt non intelligatur recessum a protestatione. Grat. in primo lib. Respon. in x. respon. quæritur iterum, num. fin. Et alia de protestatione ponit Mathesil. in l. 2. C. de his qui per me. iud. Guid. Pap. singu. 207. si per actum, Henric. de Bouer. singu. in versi. protestatio, Maria. Soci. nepos in l. ita stipulatus, num. 46. cum duobus nume. sequen. ff. de verbo. obligat. Phanuc. in d. tracta de lucr. dot. in glo. 11. nume. 5. Cagno. in l. in omnibus causis, num. 7. vsque ad num. 14. ff. de regu. iur. Gomes. super Reg. Cancell. in Reg. de Anna. posse. quæst. 65. & sequ. & de trien. poss. quæst. 77. & dixi in prima contin. cap. 4. nu. 3. & Bulgar. in l. bonorum. nume. 67. & 69. C. qui admit. dicit hanc materiam protestationis longum tractatum requirere, & latè per Anto. Rub. in § morte. l. non solum, num. 179. cum multis num. sequen. & ibi Horman. Det. num. 38. cum multis etiam seq. ff. de nou. ope. nun. & Francis. Cur. in l. pacta nouissima. num. 37. vsque ad fin. l. C. de pac. & in nu. præcedentibus, & in l. edita. num. 86. C. de eden. vbi de illa protestatione quæ solet apponi in libellis, videlicet saluo iure adden. &c. cum aliis sequen. num. & Rubeus in d. §. morte, num. 110. ponit illam quæst. An ius protestan. transeat ad hæredes, cum aliis scrib. in hac materia.

Si autem

Source : BIU Cujas

Si autem in ſecundo caſu ſubdiſtinctionis, ſcilicet quando non erit de rebus quæ retrotrahuntur, aut antetrahuntur aliquid fiat ex interuallo, tunc non poteſt dici ſtatim fieri illud & continuò, nec verè, nec præſumptiuè, quod probatur eo tunc, quòd probata ſunt ſupradicta, prout probata exiterunt, cum cognito vno de contrarijs cognoſcatur & reliquum, vulg.iur. Et ex his expedita eſt materia ad validan.aliquid ordinata.

De Dominio cuius dicitur fieri continuatio de patre in filium, ſiue ſit in vita patris, ſiue poſt mortem, & aliqua de dominio aliarum perſonarum.

SVMMARIVM.

1 *Ignis ſecundum ordinem quendam præcedit calorem, ſol ſplenderem, obligatio actionem, & iuſtitia ius, licèt eodem inſtanti naſcantur.*
2 *Pater præcedit filium a natura, & inter ſe dicuntur una caro ex artificio iuris ciuilis.*
3 *Filius dicitur caro patris augumentata, & licet efficiatur nouus homo propter nouam animam, non per hoc dicitur ille primus homo. i. pater omnino extinctus.*
4 *Quando aliquid extinguitur, & aliud eius loco ponitur, illud primum non dicitur omnino extinctum.*
Pater & filius una & eadem perſona reputatur ex artificio iuris ciuilis quò ad quid, non autem quò ad omnia: quia fallit in filio, cui competit prælationis beneficium in materia iuris congrui, aduerſus bona per patrem uendita, & alijs limitationibus, in nu. ſeq.
Beneficium prælationis in materia iur. prothomis competens filio prædicto aduerſus dicta bona, dicitur perſonale in rem ſcriptum.
5 *Continuatio de morte patris in ſucceſſionem filij, ac eorum dominium de uno in alterum continuatur, diciturque filius immixtus in hæreditate patris de iure ciuili, ſecus de iure prætorio, & numero* 10. 11. *&* 13.
Stante ſtatuto quòd poſſit capi debitor, an poſſit capi hæres debitoris.
Vis excommonicationis in oblig. in for. cam. contra defunctum ad hæredem non continuatur, licèt vis obligationis tranſeat, Et an ad eum pro quo quis de rato promiſit, cum ſua qualitate exequutiua.
6 *Probatio dominij difficilis eſt.*
7 *Familia pro ſubſtantia, & bonis accipitur,*
8 *Filius famil. dicitur quodammodo dominus bonorum paternorum, ſicut pater, & ipſorum habet dominium fictione iuris, & ratione ſuitatis a iure ciuili inuentæ, quaſi non aliud uocabulum inter eos magis accõmodatum potuerit inuenire, quàm illam ſuitatem, & ſola differentia ſit in nomine, ut unus pater, alter filius denominetur.*
9 *Adminiſtratio bonorum hæreditatis dicitur continuari de patre in filiũ poſt mortem patris, quaſi debita iure naturæ.*
10 *Dominium de patre in filium, & de auo in nepotem adeo continuatur, ꝙ ſucceſſor rei uendicatione agere poteſt, ac ſi a principio illa res fuiſſet in ſuo uſu, & num. ſeq.*
11 *Ius uindican. necem defuncti an continuetur in filios & alios hæredes, remiſſiuè.*
12 *Dominium defuncti continuatur etiam in extraneum, ſequuta tamen aditione per ipſum, etiam in ſucceſſoribus clericorum, ac etiam dominium rei dotalis de uiro in uxorem, non autem de uxore in eius hæredes.*
Et ſimiliter dominium rei legatæ de tempore in legatarium.
Prohibitus alienare an alienan. dominium transferat, & habeat locum in alienatione neceſſaria.
13 *Dominium de patre in filium non continuatur de iure prætorio.*
14 *Poſthumus dum tractatur de eius commodo, pro nato habetur, & inter ſe & patrem dicitur continuari dominium impropriè.*

CAPVT XII.

IN quarta materia, videlicet de continuatione de perſona in perſonam ad eundem effectũ ſequendum, de duobus tractare intẽdo, unum videlicet de continuatione de patre in filium, ſecundum vero de continuatione circa alias perſonas extraneas, quam ſolum in quatuor capitula terminabo.

1 Quò ad primum † ſicut a natura contingit, ac etiam ſit ſecundum ordinem quendam, ut prius ſit ignis quàm calor, ſol quam ſplendor, ac prius obligatio quàm actio, quæ dicitur mater ſua, debet iuxta naturæ ordinem præcedere, licèt eodem inſtanti naſcuntur. l. licèt. §. ea obligatio. ff. de procu. & idem erit de iuſtitia cum iure l. prima. cum glo. ff. de iuſti. & iure. licèt aliquando lex poſſit ſpiritum uitæ in actionem iam in effectu inefficacem inſufflare, Ang in conſ. 53. in qõ-
2 ne propoſita, tanto magis a † natura (de hominibus & alijs animantibus loquẽdo, non autem de ſummo Deo) dicimus eſſe prius pater quàm filius, unusq; alium præcedere reſpectiuè, non vt eodem inſtanti naſcantur ut ſupradictæ res iuxta naturæ ordinem, fictione tamen & artificio iuris ciuilis dicuntur vna caro, & filius portio corporis paterni. l. cũ ſcimus. C. de agric. & cenſi. lib. 10. cap. contradicimus. §. hac authoritate 35. q. 3. voxque unius vox alterius cenſetur. §. ei qui. Inſtit. de inut. ſtipul.

3 Ex his † filius dicitur quodammodo caro patris augumentata, & licèt efficiatur nouus homo propter nouam animã, non dicitur tamen òmnino primum hominem. i. eius patrẽ extinctum eſſe in totum, argum. l. adeo. §. fin. ff. de acquiren.
4 re. dom. † quia quando aliquid extinguitur, aliudq; eius loco ponitur, illud primum non dicitur omnino extinctum, ut l. cum filijs. §. hæres. ff. de lega. 2. & pater & filius dicuntur eſſe vna & eadem perſona ex artificio iuris ciuilis vt dixi. l. fi. C. de impube. & al. ſubſtit. glo. in verſic. exiſtimantur in §. ſui autem. Inſti. de hære. qualitate, & diff. & hoc ratione cõnexitatis & continuationis inter eos. Ratio autem quare hæres ab inteſtato ſuccedit in vniuerſum ius defuncti, uidetur eſſe, vltra prædicta, ne actiones & obligationes quæ in perſona defuncti fundatæ reperiebantur, perirent, & in nihilo deuenirent, cum aliàs accidentia non dicuntur migrare de ſubiecto in ſubiectum. ideo fingitur ex dicto artificio, quod heres ſit eadem perſona cũ defuncto. Vnde iniuria filij iniuria patris dicitur, & econtra, quod etiam extenditur, vt ſi iniuria vni de agnatione fiat, toti agnationi facta cenſetur, Grama. deciſio. 48. Ioannes de Vicinaccio, nume. 15. & filius pars uiſcerum patris dicitur, vt plenè de his Mantua in ſingul. 276. cum duobus ſuperioribus, in prin. num. 2. cum duobus ſeq. cum aliis.

Quod tamen Marſil. in rub. ff. de fideiuſſ. num. 308. ad omnia, & Pariſ. in conſ. 68. dubium. num. 188. volum 4. dicit fictè intelligen. eſſe & non verè, vt ſupra, & filius ſequitur naturã & conditionem patris, ut per Barto. in tract. de inſign. etiam in vitio (quò ad peccatum originale) quod a Protoplaſto Adam & deinceps de patre in filium traducitur & cõtinuatur, quod dictum nunquam fuit de matre; cum principium actiuum in generatione ſit a patre, qui dat formam conceptui, quæ nobilior eſt materia, quam mater præbet, ſecundũ philoſo. niſi in caſibus bene limitatis per Guil. Bened. in cap. Raynutius, de teſtamen. in princ. & in 4. colum. nu. 16. & per Bart. in d. tract.

Intelligen. tamen eſt de filio verè ratione ſuitatis, cum ſeptem ſint ſpecies filiorum, per Criſt. Por. Inſtit. de apoptio. in prin. & in col. 2. & per Nico. Ma. Fulgo. & Bart. in l. cum quis. C. de iur. & fac. igno. & pulchrè Hier. Verius Senen. in l. ex facto, nu. 247. 151. 154. & 157. ff. de uulg. & pupil.

Fallit etiam: quia filio competit beneficium prælationis in materia iuris prothom. congrui, patria poteſtate non obſtante, licèt pater bona vendiderit, & licèt ipſe pater ea redimere non poſſit, etiam quòd ratione ſanguinis, connexitatis, vnitatis & ſuitatis contrarium uideretur dicendum, ſcilicet quòd filius ex quo pater dicta bona uendidit, non poſſit ipſe quoque venire contra factum patris, quaſi contra factũ ſuum, l. poſt mortem. ff. de adopt. & tamen in hoc caſu poterit dictum beneficium habere, & ratio uidetur; quia illud beneficium habere, & ratio videtur; quia illud beneficiũ dicitur priuilegium perſonale in rem ſcriptum competens filio tempore venditionis per patrem factæ, ex ſe ipſo tantũ, & ex ſua perſona, non autem ex perſona patris, a die ſcilicet ſuę conceptionis & natiuitatis ratione congrui, Iac. Nouell. in tracta. iur. prothom. in §. 2. num. 34. & ſeq. Doct. & Henric. Boich. in cap. conſtitutus. de in integ. reſtitu. Boer. deciſ. 12. & ex iſto themate, num. 1. & ſeq. in prima par. & deciſ. 138. & videtur, num. 5. in ea. par. Cum videatur conueniens & iuri cõgruum: ut bona per patrem vendita potius ea filius redimat, quàm extraneus, nec vnitàs perſonæ & ſimiles præſumptiones conſiderantur in iſto caſu & ſimil. quia licèt pater & filius ſint correlatiua, non tamen ſemper hoc eſt verum. Mar.
5 Mãtua in ſing. 77. uolo vobis. In reliquis verò † ſicut fit quędam continuatio de ſupradicto igne in calorem, ſole in ſplẽdendo rem, obligatione in actionem, & iuſtitia in ius. ita & quædam continuatio fit & dicitur de patre in filium, ac de morte ipſius patris in ſucceſſionem filij, adeo quòd dicitur dominium continuari de ipſo patre in filium & hæredem ſuum ratione ſuitatis. Bernard. Bombi. in conſil. 18. præmiſſo themate. nume. 28. & ſequen. & M. Mantua in ſingu. 682. in filio, per ſubtilem. l. in ſuis. ff. de liber. & poſthu. & §. ſui autem. Inſtitu. de hæred. quæ ab inteſta. defer. & ibi Docto. in qua l. in ſuis. multa copioſe per Barto. Alexan. Iaſ. Bald. de Vbal. Ange. de Perigl. & alios in huiuſmodi materia tradita ſunt. & illationes poſitæ, qui pro ſiarutis &

Source : BIU Cujas

is & aliis quæstio. videri poterunt, & alij per eos relati, & p Soc. in consil. 24. præsens consultatio. colum. prima, volum. 3. vbi dicit, ꝙ si hæres & defunctus censentur vna & eadem persona, & statutum dictet, ꝙ debitor possit capi, poterit etiã capi hæres debitoris defuncti, vt tenent Bar. Ang. Imol. Pau. & moder. in l. si decesserit. ff. qui satisd. cogan. Secus autem in debitore nominato & in promissore: quia regulariter omnis obligatio maximè in forma Cameræ Apostolicæ trã sit ad hæredes, exceptis casibus vt per Alber. Bru. in trac de interi. & perempt. conclus. 11. & 12. Vis autem excommunicationis emanatæ contra defunctũ ad eius hęredes non trãsit, Anto. Mass. Galles. in lib. Ad form. camer. oblig. in 2. par quæst 1 nu. 13. & sequ.

Sed quæro, an obligatio in d. for. cam. transeat ad eũ, pro quo quis de rato in fauorem alicuius promisit, cũ suis qualitatibus & requisitis, & sic cũ illa qualitate exequutiua, si fuerit per eũ ratificatum instrumentũ, & dicitur ꝙ sic per text. in l. deieciſſe. ff. de vi & vi arma. cap. cũ quis. de senten. excõmu. in 6. & effectum quod operatur mandatum a principio factum, operaretur ratificatio, vt in regu. ratihabitio. cum aliis de reg. iur. in 6. & ita fuit ventum in vrbe in Rota, in vna Rom. locationis Massariæ pecudũ, inter hæredes Aug. Chisii Senen. ex vna & Ant. de Maximis Rom. & Hiero. de Venturis Senen. ex altera, pro quo Ant. Petrus eius pater se obligauit nomine d Ant. eius filij, qui filius deinde ratificauit, & licèt pro parte Ant. de Max. diceretur, ꝙ actus non operatur vltra intentionem agentium, ad l. non omnis. in princ. ff. si cer. pet. eo maximè ꝙ obligatio non transit de persona in personã, sed cohæret personæ in ossibus obligatæ. s. Petri sui patris. l. quisergo. & l. si Sticho. ff. de pecul. l. 3. ff. pro soc. & causa fuit pluries ventilata, cum essent hinc inde ditissimi, tamen per iura supra alleg. fuit tentum contrarium, vt supra dixi, corã R. P. D. Episcopo Rauellen. vt testatur R. P. D. Ioannes Moheda. in suis decis. manuscriptis, decisi. 258, aliàs 288.

Ego autem, licèt super hac materia & continuatione solus præsens tractatus consumi posset, ne videar dictos Doct. referre, facileque esset inuẽtis addere, nihilominus breuiter distinctionis ſedere solum ea quæ generaliter mihi esse videantur comprehensa sub tali continuatione de persona in personam, dicam.

Et pro prima parte, videlicet de continuatione de patre in filium, aliumve hæredẽ, distinguo, aut quæritur de conti
6 nuatione dominij, aut possessionis, si † de continuatione dominij, cuius probatio difficilis dicitur. Bologni. in l. si finita. §. Iulianus. nu. 202. ff. de dam. infe. Anchar. in consi. 42. circa recuperandam, nu. 1. & multa de tali dominio per Guil. Benedic. in ca. Raynutius. de testam. in prima par. in ver. Et vx. nomine Adelas. nu. 999. cum aliis num. seq. Franc. Marc. in decis. parla. Delfi. in quæst. 191. Et ad casum notatũ, Abb. in cap. cum ad sedẽ, nu. 20. ver. sed quæritur, de restit. spol. cũ aliis per eum alleg. Dñi de Rot. decis. 330. Si vendico, in no. Cassad. decis. 2. nu. 2. & seq. de prob. vbi etiam dicitur de anti quo & antiquissimo dominio, & dicam etiam in cap. 18. nu. 3. vbi de præsumptione dominij, & aliis circa materiam dominij, & in isto casu subdistinguo, aut in vita patris quæritˉ, aut post mortem ipsius, seu alterius defuncti, si in vita patris tunc quia filius quò ad exhæredationem dicitur esse in actu & potentia ipsius exhæredationis. i. quando actu & verè exhæredatur, seu potentia. i. quia potest exhæredari. (data tamẽ exhæredationis causa) licèt actu postea non exhæredetur, quo casu ẽt subdistinguo, aut tunc exhæredatur, aut non, si exhæredatur, debet tunc nominatim exhæredari, & si instituatur, debet nominatim instituí, idest quando pater vult exhæredare, vel instituere, dẽt vtroq; casu nominatim facere, instit. de exhær. lib. in prin. nec dicitur amplius dominus, dũ filius exhæredatur, cum fuerit ei appositum obstaculum cõtinuationis impeditiuum, vt clarum est. Si verò non exhęredatur. i. si casus ponatur, patrem nolle, nec posse filium exhæredare, nolle dico, quò ad eius uoluntatem, non posse: quia nulla adsit causa, ob quã exhæredare posset, & sic ꝙ simus in casu non sequutæ vel factæ exhæredationis, nec faciendę vel sequendæ; † & tunc quia familia pro substantia & bonis accipitur. l. nam quod. §. fi. ff. ad Trebell. l. pronũcia
8 tio. la 2. §. 1. ff. de ver. sig. dico ꝙ procedit id † quòd sicut pater appellatur paterfamil. i. dominus substantiæ, ita & filiusfamil. quodãmodo ẽt dominus dicitur in vita patris. Ang. de Perigl. in d. l. in suis. nume. 4. Bar. Veronen. in authen. sed nouo iure. per multa exempla num. 82. & seq. C. de ser. fugi. vnde dix. idem Ang. in d l. nu. 2. & 4. quòd hoc pronomẽ suus, sua, suum, apud iuristas diuersimodè accipitur, & ab aliis ista scitas incognita, vt ius ciuile tale verbum adinuenit, quasi aliud nomẽ magis aptum & accommodatum identi-
tati, domesticitati, aut continuationi eorundem vnico verbo explicare non potuerit, quàm per illud verbum, suitatis, & sola differentia videatur esse in nomine, vt vnus pater, alter filius sit, vt genitus a genitore dignoscatur, ac vtrique adiungitur familiàs, quę pro substantia & bonis accipitur, vt dixi, & per Bald. de Vbal. in d. l. in suis, in prin.

Differunt tamen tanquam causa & causatum, ideo appellatione patris filius non compræhenditur, nec econtra, vt p moder. in d. l. in suis. Et filius Regis, Ducis, Marchionis, Comitis, & simil. cẽsetur in vita patris quasi Rex, Dux, Marchio, Comes, & simil. Boer. in prima addi. in tract. de author. Mag. consil. nume. 106. Et secun. Pau. de Cast. in ea. l. in suis, filius habet dominium bonorum paternorum a lege fictione iuris, non autem plenum: quia etiam fictione iuris dicitur, quòd vna & eadem persona reputatur, tamen illa fictio ex quo a lege inducitur (quò ad iuris dispositionem vt pro statutis & simil.) pro veritate habenda est, regulariter, Bar. in l. si is qui pro emptore. ff. de vsucap.

9 Si verò quęritur post mortem patris: quia hinc † dicitur continuari sibi administratio bonorum hæreditatis quasi sibi debitæ iure naturæ. l. cum ratio. in prin. ff. de bon dan. nor. gl. Bar. & Bal. plenè. in l. 3. C. de iur. & fac. ignor. & in isto casu etiam subdistinguo, aut quæritur de filio iam nato, ad hoc vt dominium de patre in filium continuatum dicatur, aut de filio nascituro, si in filio iam nato, & tunc aut de iure ci-
10 uili aut prætorio quæritur, si de † iure ciuili, dicitur in isto casu dominium de patre in filium continuari nullo obstaculo mediante, cum ipso iure ac potestate, & authoritate legis & iuris ciuilis statim filius dicitur in hæreditate immixtus, iuxta illud Apostol. filius ergo hęres, apud nos tex. in l. 1. §. qui sunt in potestate. ff. si quis omissa cau. testam. & Bal. in consil. 100. col. 2. ver. & natura ipsa, vol. 1. & refert Boer. in consi. vlt. sub. nu. 2. Bal. de Vbal. in d. l. in suis. nu. 4. cum sequ. Coras. in l. filium quẽ haben. nu. 175. C. famil. ercis. Io. Igne. in auth. ex causa. nu. 34. & seq. C. de lib. præter.

Et taliter continuatur de patre in filium, & de auo in nepotem, quod ex dominio existen. pęnes defunctum successor rei vẽdicatione agere potest, ac si prius illa res in suo vsu fuisset. Paris. in consi. 104. in præsenti, nu. 3. & nu. 112. & seq. vol. 1. & consi. 107. laboriosa, num. 15. eod. vol. & hoc est, qđ voluerunt dicere Doct. in d. l. in suis, & ratio prædictorũ videtur; quia pater (vt dixi) non dicitur omnino extinctus, sed quodammodo eius caro siue eius pars ac reliquiæ spiraculumq; vitæ in filium remanent, sicut in simili de igne (licèt omnino similis non appareat, & aliqualiter extranea similitudo ac exemplum à longe videatur) & licèt ille ignis quandoq; mori appareat oculis nostris, nihilominus semp statim extinctus non dicitur, sed cessatus, cum cessare & extingui differant inter se. Hier. Verius in d. l. ex facto. nu. 507. ff. de vulg. & pupill. dum remanet adhuc non solũ calor sed & aliquod spiraculum & fauilla apta ad uitam sequendam, cũ aliquali opere, prout in candela accensa, deinde extincta & simil. apparet, licèt cessare aliqñ referatur ad id, quod est nullũ. Ant. de But. in cap. gratum. n. 2. de postul. prælat. & inter se, videlicet de illo primo igne, qui prius clarus apparebat vna cũ illo secũdo igne (vt ita dicere audeã) qui post primi extinctionem. s. flammę & luminis, vt spiraculũ vitæ remansit ad vitam sequen. continuatur propter illas reliquias nullo intermedio obstãte, nec dicitur ille primus omnino
11 extinctus. Et vt † no. Ang. in §. sui aũt. Instit de hæred. quę ab intest. defer. dominium dicitur de ipso patre in filium continuari, siue filius sit sciens, siue ignorans, siue pupillus, siue furiosus, cui dicto fortè obstat, si minor fuerit & restituatur, p l. necessariis. ff. de acq. hæredit.

De illa autem quęstione an ius uindican. vel remitten. necem defuncti pertineat, transeat & continetur ad hæredes extraneos vti ius hæreditarium, siue ad filios non hæredes institutos, rõne sanguinis tantum, adeo quòd stãte statuto ꝙ bannitus reuerti nõ possit, nisi pacem habuerit ab hęrede occisi, possit reuerti, si pacẽ habuerit à filio non instituto, seu a filio adire nolente, videatur Bar. Oldra. Alex. Aret. Soc. & Moder. in l. si eadem. §. Cato. in vlti. quæstio. & bene Maria. Soc. nepos in nu. 154. & de aliis quæstio. ibi per scrib. quę etiam in proposito videntur facere super rebus & iuribus defuncti ad hæredes transeuntibus, prout dicitur de constituto, ꝙ tam actiuè quam passiuè ad hæredes transit. Io. de Neuiza. in consi. 8. in præsenti causa, nu. 56. Aymo. in consil. 107. Antonius Corset. nu. 2. vol. 1.

Et non tantum continuatur dominium in filio † sed in quemlibet alium hæredem, sequuta additione per ipsum extraneum, vt not. Angel. in d. §. sui autem, & tanto magis impropriè erit dicen. & intelligen. quanto de suitate priuatur.

Idemq;

Source : BIU Cujas

Idemq; dicen. erit in ſucceſſoribus clericorum, vt nullum ſit dare medium inter mortem illius q̃ poſſidebat & poſſeſſionem ſuorum agnatorũ. Gabr. Saray. in ſuo conſil. Nonnulla, quod eſt inter ſing. Matheſil. poſt annotatio. ſingu. 110. Nota.

Ita etiam dominium rerum dotalium ſoluto matrimonio ipſo iure per legẽ continuatur & tranſeat de viro in vxorem, ſine aliqua traditione Bald. in l. 1. nume. 277. ff. ſoluto matr. Neuiza. in conſi. 78. in remedio, nu. 12. & ſeq. & priui legia quę continuantur & tranſeunt ad vxorem ex perſona mariti continuantur ẽt poſt mortem uiri, vxore manente vidua, Cur. in l. 1. nu. 3. C. de in ius voc. vnde poteſt dici regulariter, q̃ ratione unionis ius ſeu priuilegium tributum vnietiã cõpetat alteri vnito. l. qui patri. ff. de acquir. hęred. l. communem. ff. quemad. ſer. am. cap. per tuas. de arb. Crot. in Rubr. ff. de verbo. oblig num. 35. cum aliis, & in caſu ſupradicto mulier ipſa debet præcedentis matrimonij commemorationem facere. ſ. quòd fuit vxor talis, quia aliter dicitur, quòd de iure communi dominium non tranſit ſine traditione, vt per Iaſ. in l. ſi conſtante. nu. 119. ff. ſol. matr.

Sed dominium ad hæredes mulieris poſt mortem eius nõ tranſit continuatiuè eo modo, quo de uiro in vxorem. Rui. in conſi. 163. circa illud, num. 1. in fin. vol. 4. Ac ẽt a principio dominium dotis transfertur in maritum abſque præiudicio. ſ. creditorum mulieris ante matrimonium contractum, ſecun. Contar. in d. l. diffamari. iam ſupra alleg. amplia. 10. nu. 80. C. de inge. & manu.

Sic eſt dominium rei legatæ de teſtatore in legatarium cõtinuatur ſtatim, Paul. de mon. pic. in l. in quartã, nu. 15. ff. ad l. Fal. Nec ob. q̃ in legato transferatur dominium à morte teſtatoris. l. à Titio. cum ſimil. ff. de fur. quia vt dicit ibi gloſ. & Ioan. Sadole in l. per omnia. nu. 21. ff. de leg. 1. dominium verè ab adita hæreditate, fictè autem à morte teſtatoris tranſfertur, & ad tempus mortis retrotrahitur, unde ſi legatarius repudiauerit, videtur nunquam illud acquiſiuiſſe, vt per Io. Anto. Rub. in l. Titia. §. imperator. nu. 132. ff. de leg. 2.

Et alia quæſtione: quia dominium nunquam perditur, niſi alteri quęratur, vt per Anchar. in conſil. 424. Pro clarioti, nu. 3. & conſi. 352. monaſterium, nu. 3. an prohibitus alienare, alienando transferat dominium, Anto. Corſ. in verſ. Prohibitus, ſed alienatione prohibita non intelligitur prohiberi alienatio neceſſaria, tradit Bal. in authen. res quæ. in fi. C. com. de lega. & Alberi. in 2. par. ſtat. in quæſt. 2.

Prout in Epiſcopo qui iurauit non alienare res eccleſiæ inconſulto Rom. Pont. quia tale iuramentum intelligitur præſtitum in caſu, quo ius non reſiſtit, ſed in caſu Epiſcopi non ſolùm ius non reſiſtit in alienatione, ſed aſſiſtit. ſ. in cuẽtum vtilitatis & neceſſitatis, quo caſu actus contra iuramẽtum valet, licèt contrafaciens ſit periurus, ut per Doct. in l. ſi ita quis. §. ea. de verbo. oblig. & in cap. cum contingat, de iure iuran. Corn. in conſi 372. Ambigua, nume. 7. vol. 3. Abba. in cap. intellecto cod. titul. Lap. alleg. 31. an non, nume. 2. & ita quinque ex Dominis ſacræ Rot. tenuerunt in vna locat. S. Andreę coram R. P. D. Nicolao Piccolomineo quatuor in contrar. non obſtan. vt refert Marcellus Cardin. Creſcentius tunc dictæ Rot. Aud. in ſuis deciſ. manuſcriptis, in deciſion. mihi. 149. iuramentum, & deciſio. ſeq. Prelatus.

13 In alio vero caſu principali continuationis dominij patris in filium, videlicet † de iure prætorio, tunc dici non põt propriè dominiũ continuari de ipſo patre in filium: quia in hoc caſu eſt dare medium inter mortem patris & immixtionem filij ſeu alterius ſui hæredis, per diſtinctionem Bart. in l. fi. ff. de condit. inſtitu. quod medium in hoc caſu erit illud beneficiũ abſtinendi ab ipſo prætore inductum, vt in §. ſed his prætor permittit, Inſtit. de hæred. qual. & diff. vt d. l. neceſſariis. de acquir. hære. M. Mantua. in ſing. 75. beneficium, Ange. de Peru. in d. l. in ſuis, 'n. 36. & ſeq. et Fab. Acorombo. in l. qui ſe patris, num. 93. C. vn. lib. ſaluando prętorem inuentorem dicti beneficij, ponen etiam vnum caſum ſing. in quo filius habet beneficium abſtinen. de iure ciuili inuentum, & non prętor. in nu. ſeq. Et hoc idem dicen. erit ſi ſe immiſcuit tamen ſi minor fuerit, & ſuccurri poteſt per reſtitut. vt d. l. neceſſariis.

14 Sed quid in filio poſthumo ſeu naſcituro. Breuiſſime dicen. videtur, q̃ ſi tractatur de eius cõmodo, habetur pro nato. l. qui in vtero. ff. de ſta. hom. & tunc dicitur impropriè fieri continuatio dominij, impropriè dico, quia filius nõ fuit in poteſtate patris actu, & verè, nec fuit eodem tempore inſimul cum eo quodammodo dominus bonorũ paternorũ, ipſa aptitudine, licèt eſſet in potentia, ſi pater adhuc non eſſet mortuus, ſecus aũt ſi de incõmodo ageretur, & hæc videtur mens Alex. in d. l. in ſuis, nu. 11. in ver. cogitabam, vna cũ dicẽtis Bal. in l. ſi quis poſthumos. §. 1. & in d. l. in ſuis, & in l. ſi quis filium. C. de inoff. teſtamen.

Et hæc ſufficiant quò ad continuationem dominij, cum etiam aliqua conuenire poterunt ex infra dicendis. in capitulo 18.

De poſſeſſione & an ipſa continuari dicatur de patre in filium, ſeu in aliam perſonam, & ſimiliter de inſtantia in ſucceſſorem continuata, & de aliis quæ in præcedenti cap. non ſunt deſcripta.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio an & quando continuata dicatur de patre in filium & in aliũ hæredem, & ſequentibus, remiſſiuè.*

2 *Poſſeſſio cum ſit quid facti requirit corpus & animum, quæ non tranſeunt ad hæredem.*

Animus in præſenti materia qũo accipiatur, remiſſiuè.

Beneficium reſtitutionis quia quò ad quædam eſt reale, & quò ad quædam perſonale, ad hæredes non tranſit, & quid de aliis priuilegiis.

Priuilegium an fuerit reale, vel perſonale quomodo cognoſcatur.

3 *Poſſeſſionem quis in animo ſuo alteri cedere volens, ſtatim dicitur ſibi velle ſuam poſſeſſionem auferre, & nouam in alium renaſci, vbi ẽt de poſſeſſione per colonum nomine hæredis.*

Animus continuan. poſſeſſionem ſi prius quis non poſſidebat, inducit nouam acquiſitionem.

Caſus vt poſſeſſio defuncti ad hæredes continuetur.

Colonus & inquilinus debent in totum expelli de domo & de fundo, vt poſſeſſio procedat.

4 *Inſtantia contra defunctum inchoata, an dicatur etiam continuata in ſucceſſorem clericum, remiſſiuè.*

An & quando pęna delinquentis mortui, ac ius exigen. annuam præſtationem, ad hæredes continuetur, remiſſiuè, & de aliis quæſtio.

5 *Ius & exceptio competens defuncto regulariter continuatur & tranſit ad ſucceſſores, etiam particulares ab illo cauſam habentes, vt retentionis domus ob melioramenta, & ſimil. & per ea non liquida impeditur exequutio.*

An fiſcus acquirat dominium bonorum vacantium defectu hæredis ipſo iure.

Ipſo iure, quomodo iſta verba intelligantur, remiſſiuè.

6 *Seruitus ſi mihi ſit conſtituta aquam ducendi per fundum tuũ ad meũ, & vbicunque voluero, an hæredes meos continuetur.*

Facultas arbitrandi an tranſeat ad hæredes, & de aliis quæſtionibus remiſſiuè.

CAPVT XIII.

1 VIsò verò ad alium caſum ſubdiuiſionis. ſ. de poſſeſſione, † an ipſa continuata dicatur de patre in filium & alium hæredẽ. Breuiter videtur dicen. quòd non, Rebuff. in lib. 3. conſtit. Reg. in tracta. de cau. benefi. poſſ. artic. 11. in glo. vni. nu. 1. Paris. in conſi. 1. Viſa facti, nu. 161. vol. 1. M. Ant. Nat. in conſi. 439. contra, nu. 5. vol. 2. niſi quò ad vſucapionẽ & præſumptionem, quo caſu habetur pro continuata. Balb. in tract. præſcrip. in iij. part. iij. partis princip. ſuper præmiſſis, num. 3. Sed Paris. in co. cõſ. nu. 57. videtur dicere, q̃ ciuiliſſima continuatur abſque apprehenſione. Ratio autem quare non tranſeat ſicut dominium, eſt quia † poſſeſsio eſt quid facti. l. 1. §. Sceuola. ff. ſi qs teſtam. lib. eſſe iuſſ. fue. quò caſu requiritẽ corpus & animus ad ipſam acquirendam. l. 3. in princ. ff. de acquir. poſſ. & per Neguſan. in tracta. de pignor. & hypot. in 5. par. in 3. memb. nu. 21. & animus non tranſit ad hæredem l. 3. ff. loca. l. ſi ita relictum. §. illi ſi uolet. ff. de leg. 1. & de iſta ratione diuerſitatis cur poſſeſſio ad hęredem non tranſeat ſicut dominium, loquitur Ang. in l. cum hęredes. in princip. & ibi latè Franc. Aret. nume. 4. ff. de acquir. poſſ. et Riminal. in conſi. 310 Magnifici domini. nu. 9. vol. 3.

2 Sed quia omnis actus ex duobus proficiſcitur. ſ. ex voluntate ſeu animo, et poteſtate, ſecun. Boetium vt per Io. Ann. in l. nemo põt, num. 478. ff. de lega. 1. quomodo animus in materia accipiatur, ponit Bart. Romul. in l. 1. num. 2. et ſeq. ff. de acquir. poſſ. Ergo cum a principio adhuc comprehenſa non ſit, non poteſt dici continuatio ipſius, argu. eorũ quæ dicunt Doct. in l. cũ miles. in prin. ff. ex quib. cau. maio. licèt Ang. Aret. videatur contrarium tenere Inſtit. de hæred. inſti. in prin. ſup glo. videlicet q̃ intelligatur ſemper fuiſſe continuata de defuncto in hęredem ſtatim quòd apprehẽſa fuit, et iſto modo intelligen. ex quo ſecundum eũ requiritur apprehenſio, non uidetur eſſe contrarium, dũmodo dicit ipſe

Source : BIU Cujas

hęreditas fuerit iacens & à nemine occupata, vel interim poſſeſſa.l.Pomponius. §.cum quis, cum duobus ſeq. §. ſed & legatario.ff.de acqu.poſſ.& §.diutiua,Inſtit.de vſucap.Po terit ēt dici,ꝙ verum dicat, ꝙ ſit poſſeſſio continuata fictio ne iuris, ſicut etiam fingitur eadem perſona cum defuncto ipſumq; repreſentat.l.hæres.& hæreditas. ff.de vſuca.& Authen.de iur.iuran.a mo.præſti.colla. 5.ideo dicitur, quòd ſi non continuatur, ſaltim continuatio præſumitur. Nat. in d.conſi.439.nume.9.

Sed beneficium reſtitutionis in integ. conceſſum defuncto dum viuebat, licèt beneficia ſeu priuilegia perſonalia ad hæredes non tranſeant. Math.Brun.in tract.de ceſſio. bo no.in ſexta quæſt.quar.quæſt. princip.num.9.& de aliis priuilegiis bene diſtinguit Petr.de Bellape. in l.beneficium.nu. 19.ff.de conſtit.princ.& per Crot.in l.oēs populi. nu.229. ff. de iuſt.& iu. & ibi alii:iſtud tamen, quia quò ad quædam eſt perſonale & quò ad quædam reale, ad hæredes trāſit.Brun. in d.loco, nume.10.

Et de aliis priuilegiis & beneficiis quæ ad hæredes tranſeunt vel non. Cagno.in l.in omnibus cauſis.ff.de reg.iur.& ibi Dec.Sed quomodo cognoſcatur, an priuilegium ſit rea le vel perſonale M.Ant.Nat.in conſi. 164. illuſtris, nu.14.& ſeq.& per totum,volu.1.vbi ēt alia de priuilegiis,ſed in propoſita materia hęres non eſt eadem perſona cum defuncto
3 quò ad veritatem, cum mors omnia ſoluat † vnde ſtatim quòd quis conſiderat,at prætendit in animo ſuo dare poſſeſſionem alteri alicuius rei,& ſic illam ſibi ipſi auferre & preiudicare,ac eā velle perdere, perimitur ſua poſſeſſio & in ſe extinguitur, nouaq; in alium renaſcitur, ut l.quod meo.cū ſimil.ff.de acquir.poſſ.prout animus continuandi poſſeſſionē, ſi prius quis non poſſidebat, inducit nouam acquiſitionē.Caſſad.in Reg.Cancell.de reſerua.deciſ.2.nu 1.Bar.ſing. ſuo in ordine 8. Pone,& dixi in prima cōtin.in ca.3.ſub n.14

Caſus autem vt poſſeſſio defuncti continuari dicatur ēt ad hęredes erit (vt dixi) quò ad vſucapionem, vt per Bart.in d.l.cum hæredes in prin.ff.de acqui.poſſ.& ſimiliter quando filius poſſideret animo ſuo & corpore alieno, vt quādo poſſidet per colonum · quia tunc acquiritur poſſeſſio heredi,ſi colonus nomine hæredis poſſeſsionem continuat,vnde ſatim poſt mortem defuncti filius & hęres poſſidere & continuare abſque vera appræhenſione dicetur: quia ſufficit apprehenſio vera, vel ficta, & in hoc caſu ficta denominatur, cum præſumatur ipſum poſſidere & apprehenſionem habere.Franc.Marc.in deciſ.Parlamen. Delfin. in quæſt.306.

Et hoc modo illud, quòd poſſeſſio defuncti in hæredem non tranſit, nec continuatur niſi apprehendat, procedit & eſt verum regulariter, quod tñ fallit in vſucapione, & niſi per aliena corpora hęres poſsideat: vt per colonum, ſed ſi defunctus ſolum per ſē animo & corpore poſsidebat, non continuatur,niſi apprehenderit, Math. de Afflict.deciſ.167. in ſi.& per totum.

Ideo dix.Grat.in 1.lib Reſponſ.in 10.reſpon.Quæritur ite rum, nu.7.quod licèt alias poſſeſsio in hęredem continuari non ſoleat, tñ continuatur, quando defunctus habebat p̄poſitos, per quos corpore exerceat poſſeſsionem, coq; defuncto præpoſiti poſſeſsionem continuarunt nomine hęredis,& tunc hæredem poſsidere dicen. eſt abſque appræhenſione,quod in feudis etiam dicit procedere, & exēplificat in dicto colono,arg not.per Afflict.in deciſ.325. Et concluditur in præſenti materia in tantum procedere, ēt ſi ſimpliciter colonus permaneat in loco, dummodo alium non recognoſcat, licèt non conſtet, quòd continuet nomine hæredis: quia dum non conſtat quo nomine poſsideat, dici poteſt preſumi ex titulo præambulo, & ſic quòd hæres poſſideat.l.quædam mulier.ff.de rei vendi l.2.C.de acquir. poſſ. Soc.in conſi.15.inſignis Doctor. vol.3. Sed ſi nomine proprio & abſque titulo colonus poſsideret: quia vere nō poſſidet, iudicaret tāquā prędo,& inuaſor.l.pen.& l.fi.C.vñ vi.

Si verò quis animo ſuo & corpore alieno poſsidet, ſed p̄ expulſionē factam colono tantum, dicēdū erit ēt poſſeſsionē continuare,ſi vnus de familia coloni permaneret: quia ad hoc vt quis ſua poſſeſsione priuatus dicatur, debet conſtare omnes colonos & totā familiā expulſam fuiſſe, adde Bero.in quæſt.47. Magna olim quęſtio, nu.4 vbi & alia circa colonos.

Prout dicitur ēt,ꝙ poſſeſsio fundi non acquiritur per expulſionē coloni de domo,niſi expellat de fundo; quia licèt intelligatur capta poſſeſsio de toto, ſi capitur in parte, hoc procedit, ſi totum erat vacuū,ſed remanēte colono in fundo non dicitur totū eſſe vacuū,requiritur ergo expulſio,per Alex.in l.p̄gere.§.quib.& in l.ſi colonus. ff.de acqr.poſſeſ & ita ſacri palatii Auditores tenuerunt in vna Ceſenaten. poſſeſsionis,& bonorū corā R.P.D.Proſpe. S. Crucis Epiſcopo Chiſſanen.vt teſtatur Iac.Card. Puteus, dū ēt eſſet eiuſdem Rot.Aud in ſuis deciſi.manuſcriptis, & idē ēt de inquilino dicebā, vt per dicta iura,& l.quāuis.§.primo, cod.titu.Inno. in ca.dilectus.colū.2.de appella & ita in vna Mediolanen.p R.D.Barengho, coram eodem de S Cruce, fuit tentū, & ſic notatur ex iā dictis,ꝙ corpus coloni & animus alterius cōiunctus ſunt ſufficientia ad poſſeſsionē ciuilē & naturalem inducendā,vt per Ioan.Claud.in conſi.122.in his dubiis nu. 10.& ſeq.inter conſi.Alber.Bru.in materia feud. & de articu
4 lo † illo, an inſtantia contra defunctum inchoata dicatur ēt continuata in ſucceſſorem, p̄ Guid Pap. in ſing.631. An inſtantia,ſeu de vno viuente in ſucceſſorem in ius ſuū,per Paris.in conſi.108.De bono iure,nu.2 & ſeq. volum.primo, & R.P.D.Io.Moheda.Sacrę Rot.Aud.in ſuis deciſi. manuſcriptis deciſi.mihi.11.aliàs 41.dicit Rot. tenuiſſe qui tranſeat, excepto vno ex Dominis per doct.Bart.in l. Lucius.§ rogatus.ad Trebell.& tex.in l.in iudicio.ff.famil.er.Ac ēt quia Rector ad longum tēpus cū conſenſu & author. ſedis Ap. & commiſſione ſi in euidentem, poteſt res eccleſiæ locare, & hoc regulariter tranſit ad ſucceſſorem, nunquid verò continuetur ad habendum regreſſum, ipſumque liget R. P. D. Fab.Accorombo.eiuſdem Rot.Aud.in ſuis deciſi.manuſcriptis dicit Rot.tenuiſſe quòd non, quia ſucceſſor eſt certus, ſcilicet quis debeat eſſe & ſuccedere, ideo ſibi debet intimari, tamen habeat intereſſe & prętendat ius ſaltim ad rem,ad not.per Fely.poſt alios in ca.2.nume.17.de conſtitu.& in ca. exhibita. nume.primo & ſeq de iudi. cum aliis, & ſimiliter an inſtantia laici tranſeat & continuetur in clericum ſucceſſorem,per Fely.in cap.quia Gu.de iudi.nume.2. & ſequ. ac de vno in alterum, per Contar.in allegat.l. diffamari.in not.3.nume.39.C.de inge. & manu. Et an & quando pena delinquentis mortui ad hæredes tranſeat, per Io. Ronchegall in tract.de duob.reis, ſuper l.2.nume.42.& per relatos per ipſum ſuper illo caſu ciuitatis Ferrariæ, ac etiam ius exigen annuam præſtationem, an ad ſucceſſorem tranſeat, ēt ſi dictum ſit,præſtari debere alicui perſonæ proprię,& an ad ſucceſſorem particularem vel generalem ſeu hæredem; & ſucceſſor exactionem cōtinuauerit per Iac.Venent. in tract. de Annuis præſta.in ſecun.par.quęſt.28.nume.1. & ſequen. vſque ad quæſt.32.

5 Ita etiam † ius & exceptio competens defuncto regulariter continuatur & tranſit ad ſucceſſores etiam particulares ab illo cauſam habentes. prout ius retinen. ſeu exceptio faciendæ retentionis domus,ſeu alterius rei locatæ, etiam cōtra exequutionem, quę retardari poteſt, Aymo in cōſi.248. Nobilis Antonia.in prin.volum.primo, quod procedit, ēt ſi eſſet obligatio in for.cameræ Apoſtolicæ, quæ eſt ſtrictiſſima,& quantitas pro qua retentio fieret liquida adhuc nō eſſet, prout melioramenta nondum extimata, etiam quòd eſſet, prout melioramenta nondum extimata, etiam quòd cautio de ea ſoluenda per petentem exequutionem offeratur,Anto.Capic.deciſi.Neap.17.In cauſa reueren.Rui.in cō ſil.84.Qñ abunde,ſub nume.14.volu.primo,& ita aliàs fuit ſeruatū in ſacro Rot.Auditorio, vt teſtatur Anto.Maſſ.Gallel.in lib.ad for.camer.oblig.in 6 par.q̄ſt.2.num.12.& ſeq.

Vnde dixit Neguſan in tract.de pigno. & hip. in 4.memb. 5.par.num.22.cir.fi.ꝙ qui facit melioramenta & poſsidet nititur duplici vinculo,ſcilicet poſſeſsionis, & melioramentorum pro quibus datur retētio ipſius rei melioraræ, quod ius tranſit etiam ad ſingulares ſucceſſores ſine aliqua ceſsione,niſi res illa de cuius retentione agitur ad ipſum credito rem peruenisſet cum uitio ſeu delicto: quia tunc ceſſat omnino omnis retentio cap.fi.de ord.cogn.l.prima. §.rediguntur. ff.quorum legat.cum aliis.

Sed quęro de alia quęſtione. An fiſcus acquirat dominiū bonorum uacantium defectu hæredis ipſo iure, & ſic in eū cōtinuatur,ſeu aliquod medium requiratur, per Frā. Marc. in deciſi.Parl.Delfi.in quæſt.656.& quomodo continuetur, idem in quæſt.680.& quæſt.ſeq. Prout etiam in ſimili de excommunicato ipſo iure: quia vt ſeruat Rota in Cur. Rom. requiritur illud medium,ſcilicet declaratio, prout etiam in alio ſimili,de re effecta caduca ipſo iure, & in pęna impoſita ipſo iure, vt per Fely.in ca.1.colum.13.num. 23.de conſtitu. cum aliis.

Et de alia, quia nulla ſeruitus debet cauſam naturalem, ſed aut impoſitiuam aut præſumptam. Anton. ſtrig. in ſin-
6 gu.34. Audi. † An ſi conſtituta eſt mihi ſeruitus aquam ducendi per fundum tuum ad meum ac vbicunque voluero, continuetur & tranſeat iſta ſeruitus ad hæredes meos, dicendum eſt quòd non, & ratio eſt: quia tunc natura illius ſeruitutis dicitur alterata ex illis verbis, & ubicunque uoluero, quæ aliàs ſine illis verbis tranſiret, & hoc uerum eſt, licèt ſeruitus realis ſit perpetua cum ipſa re, Baldus in lege penultima. ff.de ſeruitūt. ruſtic. præd. Fran. Cremen.

Source : BIU Cujas

Cremen.ſing.ſuo.111.conſtituta, cum add.Gabr. Saray.

Et an facultas arbitran. conceſſa ſtipulatori per contractū poſſit cedi, ſeu tranſmittatur ad ſucceſſorem vniuerſalē & particularē, vt puta Titius promiſit mihi tenere riuum purgatum arbitrio meo, & ego rem riuo coniunctam vendam, vt molendinum, an emptor ſeu alius ſucceſſor meus poterit in locum meum arbitrari, per Ant.de Tremol.ſuper prælu.& excep.Vber.de Bonaccur.in Rub.de imped.contra imped.compromiſ.cir.fi.in verſi.non poſſunt alii delegare, qui varias opi.Iac.de Are.Nico.de Neapo.& Bald. ex vna, & Io. de Imo.Bal.in alio loco ſibi contrario Alexand. & Iaſ.ex altera parte deſcribit. Et an etiam iuramentum quod præſtitū in aliqua re fuit ad hæredes continuetur. Anto.de Petrut.in l.prima.nume.261.cum ſeq.ff.de iur.iur.& ibi etiam alij, ſed quid de purgatione moræ, per Iac.de Nigr.in l.ſi inſulam.nume.330.ff.ſi cer.pet.dicit ꝙ ſic, quinimo dicit Hug.Donel.in tract.de mora.car.118.quòd mora perpetuat obligationem, vt deinceps debitor teneatur, quaſi res extaret, licèt perierit, quod & ad hæredes debitoris, & fideiuſſores & cæteros qui ex obligatione alterius per conſequentias eo nomine conueniuntur, continuatur, & tranſit.

Et de aliis actionibus an tranſeant & continuentur ad ipſos hæredes, per totum titulum.C.vt actio.ab hæred.& contra hæred.incip.inſtitu.de inut.ſtipul.§.poſt mortem, & l.pactum ff.de proba.& per ſcrib. in dictis locis.

Ex quibus omnibus ſupradictis multæ illationes ad practicam haberi poſſunt, de quibus per Doct.in locis ſuper dictis caſibus allegatis, & cumulari etiam poſſet illa Regula, omnia ferè.ff.de reg.iur.& multa alia dici poſſent, quæ prætermitto cum omnia ad materiam tractatus non faciant. Et expedita eſt prima pars principalis diuiſionis, ſcilicet de continuatione patris in filium, ſeu alium hęredem, licèt alia quæ poſuerim quę ad ſingulares ſucceſſores pertineant.

De continuatione defuncti in ſucceſſorem vniuerſalem extraneum, ac de vna perſona particulari in aliam, ſcilicet ſuper tempore, ſuper poſſeſſione, & præſcriptione. Et quomodo probetur continuatio poſſeſſionis.

SVMMARIVM.

1 *Tempus defuncti continuatur cum illo vniuerſalis ſucceſſoris extranei, & ita in ſucceſſore particulari ad finiendum præſcriptionem, ſiue vſucapionem, ſimiliter de tempore venditoris cum tempore emptoris.*

2 *Præſcriptio continuata de uno in alium probatur per ius, quod facit præſumi continuationem poſſeſſionis.*

3 *Poſſeßio continuata probatur, probando quis ſe poſſidere; quia ius poſtea preſumit ſemper poſſediße, niſi contrarium probetur.*

Qui continuat non innouat, nec attentat.

4 *Poſſeßio continuata probatur duobus modis, vno quòd quis quolibet anno fructus collegerit, & altero probando extremitates, ſcilicet initium decennij, & quòd in fine poßideo.*

Probatis extremis probatur medium, & ſi fuerit interrupta poſſeſſio, ſeu præſcriptio, non continuatur, & quando interrupta dicatur, remiſſiuè.

5 *Volens probare poſſeſſionem & præſcriptionem continuatam, quomodo articulare debeat. Et de præſcriptione priuilegiorum; ſi vſus retinetur in vno contentorum, an in omnibus retineri dicatur.*

6 *Probans poßeſſionem ſui auctoris octo annorum & ſuam duorum, & ita in ſimil. præſcriptionibus longi temporis, dicitur recte probare.*

In beneficialibus tempus prædeceſſoris cum tempore ſucceßoris non continuatur ad finien.triēnium colorati tituli, cum per mortem primi extinguatur poſſeßio.

Et quid de Lazaro à Chriſto ſuſcitato, an poterat bona recuperare, remiſſiuè.

An in retractu continuetur.

Incidenter aliqua de iuriſdictione ex officio Ædilium Curulium Magiſtrorum ſtratarum vrbis.

7 *Res quæ cauſam continuam & diſcontinuam habent, vt ſeruitutes, quomodo probentur, remiſſiuè, & quanto tempore præſcribantur.*

8 *Conſuetudo, & præſcriptio, differunt, & multa de conſuetudine remiſſiuè.*

Domum ſolitam locari verificatur in vna vice, vbi notatur differentia inter conſuetum & ſolitum.

9 *Præſcribens qui finita preſcriptione nouerit rem fuiſſe alienam, an teneatur in foro conſcientiæ reſtituere, remiſſiuè.*

CAPVT XIIII.

1 SEquitur ſecunda pars diuiſionis quartę materiæ principalis, ſcilicet de † cōtinuatione circa alias perſonas extraneas, exemplum in ſucceſſore vniuerſali extraneo, qui preſcribit, tempusque defuncti cum tempore ſucceſſoris continuatur, & coniungitur, & ita in ſucceſſore particulari erit dicendum: quia tempus uenditoris coniungitur, & continuatur cum tempore emptoris ad ipſam præſcriptionem, ſcilicet ſeu vſucapionem finien. vt per Doct.in §.diutina.inſtitu.de vſucap. & infra hoc eo.cap.nume.6. Sed an præſcriptio contra priuatum inchoata, & translata re in eccleſiam finiri debeat ſine priuilegium eccleſię.40.ann. vel ſecund. ius priuati, Pile.Modicen.in ſuis quæſt.in queſt.80.contra Lucium.

2 Quomodo autem † talis præſcriptio probetur, dicunt Doct.tam iur.can.quàm Ciu. quòd ius eſt illud quod facit hoc præſumi, & ſic proban. continuationem poſſeſſionis: vt per Cin.& alios in l.penul.C.de præſcrip.lon.temp.et Bar. latè in l.Celſus.ff.de vſucap. Anchar.in cap. licet cauſam.de probat.et in cap.quoniam.de preſcrip. Abba.in cap.acceden tibus.de priuil.et Balb.in tract. præſcrip.per totum.

3 Vnde † poſſeſſio continuata probatur et ſufficit, probando quis ſe poſſidere; quia tunc ius præſumit ipſum ſemper poſſediſſe, cum de ſuo commodo tractatur, Neuiza.in conſ. 80.Pro Michaele, nu.2.& ſeq.cum aliis, quod dictū intellig. et reſtring.ſecun.Alcia.in tract.præſumpt.in præſump.21.nume.15.et ſeq.et qui olim poſſedit quando preſumatur hodie poſſidere, Alcia.eo.lo.nume.primo. Sed qui ſuam poſſeſsionem continuat, non innouat nec attentat etiam lite pendē te, Capic.in deciſ.Neapo.72.in cauſa notarij, nume. 2. et ſeq. Pariſ.in conſi.39.Non poſſunt, num.5.vol.1.Alcia.in l.naturaliter.§.nihil commune.nume.13.ff.de acquir.poſſ.quinmo aliter faciens diceretur deſiſtere, et ſibi præiudicaret, Neuiza. in conſi.82.Pro Hieronymo.nume.35. Ni tamen contrariū probetur.ſi ipſum non poſſidere, per Bar.in d.l.Celſus.Soc.in conſi.15.inſignis doctor.volum.4. Bernar Bombi. in conſil. 29.Nulli dubium, nume.2.10.et ſeq. quia poſſeſſio retinetur animo, Guid.Pap.ſing.949 qui ſemel, et de tali probatione præſumpta continuatæ poſſeſſionis per Matheſ.ſingul.116. Nota, cum annotatio.Gabr.Saray. et late de hac materia ſcribit Ang.in §.ſic itaque, ver.ſecundò aduertas ad glo, inſtitu. de actio.et Anch.in d.cap.quoniam, num.18.et Abb.in d.ca.

4 accedentib.et dicunt † quòd continuata poſſeſsio probatur duobus modis, uno.ſ.proban. quòd quolibet anno quis collegerit fructus, altero quia ex duobus extremis probatis probatur & colligitur medium, cap.quia ſunt culpæ.28.diſtin. Pariſ.in conſi.104.in preſenti cauſa.nu.92.et conſi.107.laborioſa, nume.12.uolu.primo.probatur proban.has extremitates.i.initium decennij, et quòd in fine temporis ad præſcriptionem inducti poſsideo, idem Anch in cap. fin.eo.titu.de preſcrip.glo.in ver.concuſſam, in cap.volumus 16.q.4.Lanfran.in cap.quoniam contra, in verſi. teſtium depoſitiones. num.177.cum ſeq.de proba. Feder.de Senis in conſi.61.vacā te quodam prioratu, cir.med.& adde trad. per Alcia. in tracta.præſump.ſecun.regula, præſumptione 22. Pariſ.in cōſil. 104.num.92.vol.primo & ante eum Io. Pet. de Ferra. in ſua practi.in for.cap. actoris, num.7.in ver. continue. Rebuff. in tract.de pacif.poſſeſſ.in lib.Nomina.nume.269. Dida.Couarru.in cap.poſſeſſor, in ſecun par.Relectio. §.primo.nume.1. & 3.de reg.iur.in 6. (in poſſeſsione tamen decennij) quia in præſcriptione 20.& 30.ann.non ſufficit extremorum probatio, niſi probetur ēt medium temporis, idem Couarru. eo. lo.& num.3. Si autem fuerit poſſeſsio interrupta non continuatur, & ſic primum tempus cum ſecundo ſemper non coniungitur, vt ſiquis per duos annos poſſederit pacifice, & poſtea reſignauerit, quæ reſignatio ualida non fuerit propter aliquem defectum, qui reuertatur ad ſuum beneficium, & per alium annum deinde poſſederit, non iuuatur ſibi, quaſi poſſeſsionem triennalem habuerit, Rebuff.vbi ſupra, num. 270.licèt non cenſeatur diuertiſſe, qui ſtatim reuertitur, & hoc de rigore iuris, ſecus de æquitate, idem Rebuff. in cod. tracta amplia.21.nume.143.& in alio ſuo tract.de mater.poſſeſſ.artic.2.in glo.3.lib.4 in conſtitut.Reg.num. 14. cum aliis ſeq. Quando autem dicatur interrupta poſſeſsio & præſcriptio, tradit Balb.in tract.præſcript.in 3.par.ſextæ par.princ. in prima queſtio.cum quæſtio.ſeq.

Et ex ſupradictis poſſeſſoriis actibus ſecundum Archid.in cap.contra morem.centeſima diſtin.præſumitur quis canonicus,& ſic fuiſſe continuè in poſſeſsione canonicatus, dū de ea dubitatur,& ita in ſimili.caſibus in quibus quis poſſeſsionē acquiſierit, fructusq; perceperit, cum ēt verum & pro-

Source : BIU Cujas

prium ſignum poſſeſſionis ſit fructus percipere l.Titia. ff.de ſolu.l.qui vniuerſas.§.quod per colonum.ff.de acquir.poſſ. cum aliis, & per Aymo.in conſil.107.Antonius Coſſeri,nume.2.volum.1.& Bero.in cap.1.de vſur.num.33. Corn.in cõſil.48.Quoniam in præſenti, nu.5.vol.3.

5 Ideoque † eſt aduertendum qđ ad præſcriptionem probã. articuletur: quia poni debet, qualiter talis poſſedit a quadraginta annis & citra,vſque in præſentem diem,ſecun.Anchar.in d.cap.licèt cauſam.de proba. & ibi Feli. colum.5.qa ſi teſtis deponat, quòd quis quadraginta annis citra poſſederit, abſque illa copula & , non diceretur continuata poſſeſſio M.Anto.Nat.in conſi.69.Antonius, nume.1. & ſequ. volum.primo: quia poſſet verificari in vna die tantùm,Bar. in d.l.Celſus, num.23.cum duob.ſeq.& nume. fi. & de talis præſcriptionis articulatione Corn. in conſil. 47. in preſenti conſultatione, num.6.vol.3.& Iac.Nouel.in tract. iur.prothom in §.octauo, & nono, nu.102.

Et cum ius ad præſcriben.priuilegium (ſub quo plura cõprehendantur) ſit neceſſaria probatio clara & certa, vt per teſtes vel aliter, omnium & ſingulorum in priuilegio contentorum; cum regula iuris ſit, quantum poſſeſſum, tantũ preſcriptum.l.quod meo.§.fin.ff.de acquir.poſſeſſ. Barto.& Ange.in l.1.§.ſi quis hoc interdicto. ff. de itin. actuq; priua. tradit Balb.in tract. Præſcrip.in 2.quæſt.2.par. princip.colũ. 4.ver.facio igitur regulam generalem. Tamen quando agitur de retinen.priuilegio, ſi retinetur vſus in vno aut altero contento in priuilegio, retinetur in omnibus, text. in d.§. hoc interdicto.& ibi Barto.declarat, & tex.in l.arboribus. § primo.ff.de vſufru.& ibi Bart.no.& in l.ſi vnus ff.de ſeruitu. vrb.prædio.& ibi Floria.& in l.vna eſt via,eod.titu.vbi per actus ſingulares retinetur poſſeſſio totius priuilegii,& in reliquis dici poteſt, quòd probetur poſtea præſcriptio. Et ideo Innocen.in cap.dilectus.colum.2.in gloſſa poſſeſſorium,de appel.mona.dixit, quòd qui habet ius aliquod generale a iure, conſuetudine, ſtatuto aut priuilegio ſuper aliquibus locis & perſonis, quòd ſufficit poſſeſſionem retinere in vno & idem tenet Signo.de Homo.in conſil.70.colum.7. verſic. venio ad quartam, Balb.in tract. preſcript. in 2.par. princip. quæſt.2.col.9.verſic.Preſatam concluſionẽ quæ habet.Hinc eſt, ꝙ Spec.dicit in titu.de Præſcrip.colum.pen. numer.22. verſic. Sed pone, quod miles habens iuriſdictionem caſtri retinet iuriſdictionem in totum, ſi tantummodo vſus fuit ea in certis capitulis, adeo ꝙ non obſtet etiam in reliquis, quibus non eſt vſus, & declarat hoc not.Firma.in tracta.de Gabel.in prima par.quæſt.11.

De præſcriptione autem annalis & triennalis poſſeſſoris dictum fuit ſupra, in cap.tertio. Et in hoc caſu continuatio propriè de perſona in perſonam præſumitur, & probatur; quia hæres adeundo videtur factum defuncti ratificare, & quaſi contrahere.Bar.in l.apud Iulianum.§.fi.ff. ex quibus. cau.maio.Iaſ.in l.cum res.ff.de leg.1. Et ideo hoc dicitur p̃-

6 ſumi & apparere, quando † probatur poſſeſſio mei authoris, vt puta octo annorum & mea duorum, vt per Bar. in d. l.Pomponius. §.præterea.in fi.ff.de acqui.poſſ. quòd ad cauſandum præſcriptionem dicitur ſufficere Pariſ.in d. conſil. 104.nume.91.M.Ant. Nat.in conſi.70.vidi, num. 4.volum. primo,ac etiam ad ipſam præſcriptionem complendam idẽ Paris.in d.conſi.107.Laborioſa, num.11.volum. primo. Maria.Soc Iun.in conſi.47.viſo prædicto, nu.primo. cum duobus ſeq.volum.2.

Sed in beneficiis tempus prædeceſſoris non coniungitur cum tempore ſucceſſionis ad finien. triennium colorati tituli: quia ſicut non ſucceditur iure hæreditario in bonis eccleſię, ita nec in titulo beneficij,& titulus prædeceſſoris per mortem extinctus fuit,adeo quòd ſi miraculoſe reſurgeret, etiam non poſſet id repetere, per Rebuff.in tract. de pacific. poſſ.nume.267.& ſequen.in lib.nomina. & ratio videtur eſſe: quia dominium directum beneficij nõ eſt pęnes aliquẽ, vt dicam in ſeq.cap.num.2. Non ſic eſt in hæreditate, prout eſt in Lazaro quem Chriſtus reſuſcitauit a mortuis: quia de iure hereditatem recuperare poterat, Iul.Clarum.in 13. lib.ſententiarum.§.teſtamentum.in quæſt.86.

Prout etiam, quia tempora præſcriptionum ſunt diuerſa vt per Iac.Nouel.de iur. prothom.in d.§.octauo,&nono,nume.59.cum ſequen. & ad numeran. tempus præſcriptionis in Retractu, quando primus emptor rem emptam poſſederit per medium temporis præſcriptionem inducentis, in dicta materia retractus& congrui,& illam rem alteri vendat, qui & per aliud medium temporis poſſederit, coniungitur & continuatur tempus illius primi emptoris cum ſecundo, illudque primum tempus mutile eſſe non debet, cum ſecundus poſſeſſor vtatur acceſſione venditionis ad præſcriptionẽ perficien.per Tiraque l.de retract.munic.in gl.n.18.

Et ita in vrbe (me aſſidente in officio per plures annos Mag.Dominorum Aedilium Curulium Magiſtrorum ſtratarum, ædificiorum, aliorumq; locorum vrbis & diſtrictũs, in vim literarum Apoſtol.videlicet Sixtinæ & Leoninæ ſpecialium bullarum, aliorumque Pontif) iudicatum extitit, qui curam publicorum ædificiorum ornatusque in vrbe & extra eam habent, cum facultate etiam priuatas domos in terram ſiue ipſarum partem proiici faciendi, pro nouis uiis & plateis conſtruendis, & dilatandis, dictaſque domos in ornatiorem formam ad vrbis decorem reduci facien.ac etiam priuatæ commoditatis inhabitanrium in ea, ac ædificare & cum domibus vicinis ampliare, & incorporare volentium. Dictoque magiſtratui a quamplurimis Pontif. magna & quaſi Regia poteſtas ac etiam Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo.S.R.E. Camerario iudicibus inſimul in cauſis cognoſcendis & deciden.conceſſa, attributa & confirmata extitit, & in dictas publicas res reſpicientibus, etiam cũ vno ex Reueren.ſeptem clericis cameræ Apoſtolicæ & inter ipſos clericos annuatim electo, curam tanquam præſes, habente,coram quibus vero.DD.Magiſtris, etiam duo genera cauſarũ particularium & priuatarum perſonarum & in quacunq; dignitate ſacerdotali, etiam Cardinalatus, eccleſiarum & piorum locorum exiſtentium cognoſcuntur: vnum genus videlicet tamvrbanorum,quàm ruſticorum prædiorum ſeruitutum, aliarumque rerum ab eis dependentium,& a quauis ędificatione prouenientium, quas cauſas in prima inſtãtia ſolus ille magiſtratus cognoſcit,& decidit,alterum verò genus iuris Prothomis. ſiue cõgrui & retractus eſt, vel aliàs ſi dictę domus & loca vicina ſint, ac locari ſolita, cuius quidem ſecundi generis cauſæ cognoſcuntur & terminantur a dicto Magiſtratu, vnà cum D.S.R.E.Camerario, qui temporibus noſtris fuit & eſt Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus D & Protector meus colendiſſimus Do G Aſca. Sfortia. S. Mariæ in via lata Diac.Cardinalis de ſancta Flora nuncupatus, vt a Iudicibus ordinariis,uigore facultatum eis inſimul conceſſarum, videlicet eius auditor & locumtenens pro p̃fato Reuerendiſſimo D. Camerario,& ego eram & adhúc ſum pro dicto Aedilium Curulium magiſtratu. In reliquis verò, vbi Reuerendiſſimus D. Camerarius cum DD. magiſtris vt iudex ordinarius in cauſis prædictis nõ interuenerit, dicitur præeſſe officio & tanquam caput reputatur, ac etiã in dictis cauſis primus iudex ordinarius cum DD. magiſtris dicitur; quia in monitoriis & inhibitionibus pro eorũ parte inſimul & coniunctim emanatis D. Camerarius per cenſuras eccleſiaſt.magiſtri verò per alias pęnas procedunt, licèt vna pęna cum altera in eorum literis & monitoriis reſpectu eorum nominum & ſigillorum ſeriatim & reſpectiuè appoſitorum confundi videantur.

Et licèt vagando hęc dicta ſint, redeundo tamen vnde sũ digreſſus, dico quòd ſicut ſupra de aliis præſcriptionibus narratum extitit, ita & in preſcriptione longi temporis dicen.eſt l.ſuper.C.de præſcrip.lon.temp. quę ſimiliter continuata dicitur, quia præſcriptio valida talem continuationem requirit, Bernar.Bombin.in d.conſil.29. in princip. & aliis de quibus ſupra.

7 De illis † autem rebus, quæ habent cauſam continuam, quaſi continuam, & diſcontinuam, vt ſeruitutes, vt de earum exemplis per Bar.Romul.in l.prima nume.145.& ſequ. ff.de acquir.poſſeſſ.an ipſe continuentur in hęredes l. viæ.& ibi Bar.& alii.ff.de ſeruitu.titu. generali, & quomodo probentur, Abb.in cap.de quarta, nu.21.& ſequ.de preſcript.& Barth.Veronen in tract.de ſeruit. vrb. prædio.tit. quomodo & qualiter conſtituatur ſeruitus, per totum, cum tit.ſequẽ. Et quomodo in his quę habent cauſam diſcontinuam præſumatur titulus, & quanto tempore præſcribatur, Henric. de Bouer.ſuis ſing.in ver.Præſcriptio, nu.1. cum duobus ſequen.& per totum.

8 Et de illa † conſuetudine, quę continuationem non requirit, ſed quæ conſideratur circa ea in quibus non cadit poſſeſsio continua ſeu quaſi, de qua per Aymo. in tract. de antiq.temp.in 4.par.in princ.quomodo talis conſuetudo inducatur ac probetur,& quæ differentia ſit inter conſuetudinẽ & præſcriptionem Aymo in d.quar. par.per totum,& in cõſil.55 Reuocatur in dubium.nu.primo volu.primo. Egid.in deciſ.589.licèt, & Doct.antiq & moder. in l.de quibus. ff. de legi.& in Rub.& in cap.fi.de conſuet. Caccialup. in l. Imperium,nu.41.& ibi etiam alii.ff.de iuriſd. om.iud. & Frã.Balb. in tract.præſcrip.in prima par.princ. in quæſt.10. per totum. Et quia iſta obiter hic appoſui, videantur plura alia de conſuetudine per Curtium in d.cap.fi.de conſuc.colum.prima. Marſi.in ſua pract.crimin.in §.conſtat, verſi.ſed vltra dominiũ.Pariſ.in conſi.25.vidi, nume.21.cum aliis ſeq.vol.4.& late Boer.in conſi.8.mihi dicen.per totum,vbi de conſuetudine,

Source : BIU Cujas

ne, ſtylo, more & communi obſeruantia, Henric.de Bouer. ſing.ſuis in ver.ſtylus & conſuetudo, Hug.de caro. in tracta. in materia conſuet. Guid.Pap.ſing.802.quod poteſt,& ſing. ſeq.Io.Lup in Rub.extra de dona.inter vir.&vxo.in §.ſexto. Io.Coraſ.in ſuo libel de iuris arte.in 2.par.c.19.& ſequ. Rebuff.in tract.de conſue.vſu & ſtylo, in conſt. Reg.vol.3.Rocchus in Rub & cap.1.de conſue.& ibi alii, Probus in rub.ca. 1.& cap.2.eod.titu.in 6.Fran.Coſc.DecanusSenen.in rub.de conſtit.num.45.cum multis num.ſequen. Cotta in ſuis memora.in ver conſuetudo, aliqua per Io. Ronchegal. in trac. de duo reis, in l.5 Nemo eſt, nume.27.& ſequen. Dida. Couarru.in lib.primo varia.reſolu.capi.17.num.8.vſque ad fi. cap.& in cap.poſſeſſor, in relectio.2.par.§.tertio,nu.2.de regu.iur in 6.Tiraquel.de pœn.cau.42.per totum,Gaſp.Valaſc. in l.Imperium, nume.122.& ſeq.de iur.om.iud.&ibi alij,Neuiza in conſil 9 In cauſa mag.nume.31.cum duobus num. ſequen.M.Anto Nat.in conſi.106.in caſu, & conſil.ſequen. volum primo, cum variis ſuis conſiliis, in primo,& 2.volu. Ac etiam de conſuetu.in beneficialibus per Io.Mar.Papazo. in annota.prima,cum multis ſeq.annota.ſuper nouis deciſ. Rotæ, in tit.de conſuetu cum infinitis aliis in hac materia, quos omitto, cum in totum non faciant ad materiam propoſitam. Et de conſuetudine in feudis per Præpoſit.in titu. qui feu.dare poſ.nume.27.in vſi feud.vbi tenet, quòd ſi aliquid eſt ſolitum concedi & locari, quòd verificatur in vna vice, licèt de natura conſuetudinis ſit, quòd verificetur in duabus, quod facit pro cauſis, quas ego ad præſens audio ꝓ dictis Do magiſtris ſtratarum vrbis, videlicet cum aliquis domos per dominos locari ſolitas ad ſe iure congrui & vicinitatis pertinere aſſerit, vigore bullarum Sixti & Leonis Pont.max.vbi illud ſolitum an pro vna vel pluribus vicibus verificetur, & ſeruatur, quòd vnicus actus ſufficiat conformis opi. Prępoſit.in d.loco: quia actor ſolum probat vicinitatem, & ꝙ tempore monitorii domus reperitur locata, & ita me aſſidente in d.officio pluries fuit iudicatum, & ſic notatur differentia inter ſolitum & conſuetum, cum conſuetudo bihum actum amplectitur vt ibi, & in aliquib. ex locis allegatis.

9 Et de† alia quæſtione, An præſcribens ſi finita præſcriptione nouerit rem fuiſſe alienam, teneatur in foro conſcientię reſtituere, remitto ad dicta per Abba. latè in cap. vigilanti, nume.6.eo.tit.de præſcrip.& ibi Innocen.& alij, & in cap.fi. eo.tit. latè Ant.de But.in cap. quia ſemper, num.8.cum ſeq. de immunit eccleſ.& per relatos per Bart.Veronen.in tract. de vſucap.pro empt.in rub.nu.11.

De dignitate ac iuriſdictione continuata, de vna in aliam perſonam.

SVMMARIVM.

1 *Legatum relictum alicui ſub nomine dignitatis, non autem intuitu pro priæ perſonæ, licèt legatarius moriatur, debetur ſucceſſori in dignitate,cum dignitas non moriatur, ſed ſemper eadem durat.*

Prorogata iuriſdictio a partibus,finitoque officio ipſius iudicis an continuetur illa iuriſdictio prorogata in ſucceſſorem.

Cauſa commiſſa vni auditori, an cenſeatur commiſſa tanquam tali, vel tanquam auditori, remißiuè.

Sede Apoſtolica vacante aliquæ iuriſdictiones in vrbe quieſcunt,aliquæ continuantur, & aliquæ renouantur.

Aliqua de iuriſdictione & officio R.Came.Apoſtolicæ etiam ſede vacante, cuius caput eſt Reuerendiſſimus D.Card.camerarius.

2 *Dominium directum beneficij eccleſiaſtici non continuatur de vno in alium ſucceſſorem, ſed ſolum poſſeſſio, cum dominium non ſit penes aliquem verè,nec etiam penes Papam,ſed ſolum penes Deum licèt Papa ſit verus Chriſti Vicarius, ſucceſſor Petri, ordinarius omnium & Deus in terris cum ampliſſima poteſtate, qui facit vnum conſiſtorium cum Deo.*

Prærogatiua aliqua ſummi Pont.& eius multiplici denominatione.

3 *Præſcriptio quæ requirit poſſeſſionem continuam quandoque dormit, & cum ipſa dormitionis cauſa reuiuiſcit, quæ contra eccleſiam vacantem non currit.*

4 *Iuriſdictio iudicis continuatur per actus, qui fiunt auctore prætore, & quid ſufficiat ad eam continuandam, diſting.*

5 *Matrimonij cauſa non cognoſcitur per iudicem ſecularem, ſed eccleſiaſticum.*

6 *Dos eſſe non poteſt abſque matrimonio,niſi fuerit dos eccleſiæ, ex qua continuatur iuriſdictio iudicis.*

7 *Iudex eccleſiaſt.competens eſt de cauſa ſpolij.*

8 *Dos de per ſe ac principaliter abſque diſputatione matrimonij peti debet coram iudice ſeculari, ſecun. Modernos.*

CAPVT XV.



Rit quoque viden. ſub hac ſecunda parte diuiſionis aliquid de continuatione dignitatis & officij in ſucceſſorem,quod etiam compræhendi poterit largo modo ſub illa etiam diuiſione prætentis materiæ, pro quo † pono illud gene-
1 rale dictum & commune, ꝙ quãdo relinquitur aliquid alicui ſub nomine dignitatis & officij, vt epiſcopo, rectori, & ſimil.non autem intuitu & contemplatione illius propriæ perſonę, quòd tunc licèt decedat, qui talem dignitatem habebat, aliuſque in dignitate ſuccedat,nihilominus legatum debetur,& ita in ſimil.caſibus hoc commune dictum reſpicien.dicen.erit, quos longum eſſet recenſere,& ideo præter mitto, cum ſolum prædictum exemplum ſufficiat, vt per Bar.& alios in l.annua.§.Titia.ff.de an.leg. & in l. ciuibus ff. de reb dub cum aliis ſimiles caſus amplectentibus, ratioq; videtur: quia dignitas non moritur, ſed ſemper eadem durat, cap.ſi gratioſe.de reſcrip.in 6. cap liberti. 12.q.2. Et hoc voluit forte dicere Abb.in cap.ſignificauit.num.4.de reſcrip. Cum ergo ſemper uigeat, dicitur eadem dignitas continuari in ſucceſſoremque transferri & tranſire, licèt intermedij ſint illi ſucceſſores, in quorum oſſibus tales dignitates ſunt affixæ & perpetuæ, dum ipſi viuunt, & idem dicen. videtur de aliis officiis, vt ſunt iudices, Prætores, Gubernatores, & alij: quia ſucceſſor in officio cum præcedenti & anteceſſore cenſetur idem tribunal.l proponebatur. ff.de iudi. Barto. Pau de Caſt.& Ang in l.3.ff.iud.ſol. cum aliis.

An autem ſi prorogata fuerit iuriſdictio iudicis a partib. finitoque officio iuriſdictio illa prorogata continuetur in ſucceſſorem, per Doct.& bene per Lud.Burghetium Senen. in l.prima.nume.6.8.& 10.ff.de iudi & ibi Seb. Sapia, & an ſi cauſa comittatur vni Auditori,cenſeatur commiſſa tanquã tali, vel tanquam Auditori, per Io Mari.Papaz.in annot.11. in no.deciſi.Rotę, titulo de reſcrip ſuper deciſi.91.nu.1.

Et ita erit dicendum de eccleſiaſt. officiis & beneficiis vt ſupra, quia durante tempore officiorum totum eorum officium continuatur, licèt quandoque iuriſdictio dormiat, deinde reuiuiſcat, vt in vrbe. Ro. tempore ſedis Apoſtolicæ vacantis, in quo multæ iuriſdictiones quieſcunt, vt Vicecancellarij iudicum commiſſariorum aliorumque ſimiliũ, aliquæ verò continuantur, quia authoritas ipſa Apoſtolica ſemper durat & viget,Franc.Paui in trac.de offi.& pote.cap. ſede vacan.in quæſt.2.in prima par.princip. Prout inter aliàs eſt camera Apoſtolica, videlicet Papę et S.R.E. Camerarius ſeptem præſidentes et clerici præfatam Cameram Apoſtolicam facientes, et Pontificem quodammodo (licèt vacet)in rebus cameralibus repręſentantes, qui præſunt (vt prędictus Reuerendiſſimus D.Camerarius tãquam caput cameraliũ) Aerario Publico ac manutentioni, et augmento ſtatus eccleſiæ, et eius patrimonio, cenſuum præfatę Cameræ ſolutioni, et recuperationi.vt cap.ad audientiam.de reſcrip.Aedificiorumque publicorum vrbis, ornatui,annonæ, aliarũque rerum abundantiæ, præſuntque cauſis Ripalibus,ceſſionis bonorum, carceratorumque uiſitationi, et carceratorũ aliquando liberationi, Monetarum cuſſioni, ac quorundã caſtrorum præfatæ Cameræ particulari gubernio, et adminiſtrationi ſubiectorum, quibus quilibet ex ipſis R.D.Clericis particulariter, et annuatim, vt ſingularis, præeſt curæ alicuius ex prędictis officiis, licèt omnes inſimul congregati ſuper omnibus narratis præſint, et denique dictæ vrbis ac totius ſtatus eccleſiæ quaſi regimen, tam in plena,quàm vacante ſede procurantes, grauaminaq; quodammodo audiẽtes,tanquam ad Principis audientiam grauati conuolantes, & tam inter publicum, & priuatum, quàm inter priuatos tantum, varias cauſas et quidem multas quaſi per turnum eis ſingulariter diſtributas in plena Camera cognoſcunt, et decidunt, et aliquando ut ſi de damno camerali dubitatur, et agitur, non niſi cum voto totius cameræ cauſę deciduntur, ac etiam iudicibus in partibus etiam cauſas tam inter laicos quàm clericos in eodem ſtatu, et extra ipſum inter clericos dummodo ex vna parte clericus ſit, per literas patẽtes camerales, ſub præfati Reuerendiſſimi Dom. Camerarij nomine,et ſigillo,ſub verbis ꝙde mandato Põtificis viuę vocis oraculo facto ſcriptas, et per aliquem ex dictis Reueren. DD.ſeptem clericis viſas, et per eum ſubſcriptas in locum præfati Do.D.Camerarij committunt.

Naturaque expeditionum in partibus partim eſt, vt permutationis, ſeu alienationis bonorum eccleſiaſt. quæ iudicibus in eccleſiaſt. dignitate conſtitutis committuntur, quas, ſi in euidentem, appellant, dummodo ipſarũ fructus quinque ducatorum auri de camera valorem annuum non excedant,qui ſi excederet per alias literas Apoſtolicas fieret ex

peditio,

Source : BIU Cujas

peditio, si extra curiam talis expeditio desideraretur.

Mandant quoque in eorum literis præfatis iudicibus, vt puta alicuius beneficij Eccleſiaſt. in aliquem collati (per obitum tantùm vacantis) qui literis nondum expeditis no mine præfatæ Cameræ poſſeſſionem accipiant, attenta obli gatione per prouiſum præſtita de literas infra ſex menſes in cancellaria expediendo.

Per obitum tantum dixi, quia ſi per reſignationem vel certo modo vacaſſet beneficium. Camera Apo. quæ iudex æquitatis eſt, & non rigoris, ne inter primum poſſeſſorem & ipſum ſecundo loco prouiſum ſiue alium cauſam ſcandali præbeat (quod forte oriri poſſet) non ſolet reſcribere, committunt etiam cauſas ſpoliorum, ſi Papa non deputat ſuper eis cognitorem particularem, quę ad præſens eſt D. Theſaurarius generalis, cauſas quoque committunt, variarum expeditionum dictam iuriſdictionem Cameræ tangentium: vt ad eam ſpectantium, iuxta antiquum morem & Camerales facultates, quæ pro nunc ſufficiant, cum omnia cameralia non ſint præſentis cognitionis, cuius facultates deſcribuntur partim per Pau.de Caſt.in conſi.106.circa ea vol.primo, & Dec. in conſi.404. viſo eleganti, vol.3. cum ſimili.

Quæ omnia, vel ipſorum magna pars tempore ſedis vacantis continuantur, licèt dicto tempore in expeditionibus illa ver. De M.D.N.PP.viuæ vocis oraculo, non apponant, pro vt ſupradicta meo tempore dum audiebam & cognoſcebam cauſas eiuſdem Camerę pro Reuerendo P. D. meo. D.Iulio Sauli primo clerico Præſidente, & Decano prefatæ Cameræ, tam ante quàm poſt ſedem vacantem ſeruabatur, ac hodie ſeruatur, ſed aliqua cum aliquali moderamine per Pium IIII. Pont.Maxi.reformata fuere.

Continuatur etiam in dicto tempore vltra alia officium Auditoris Cameræ, & ſacræ Pęnitentiarię, vt quia Pęnitentiaria abſolutionem peccatorum concernit, ideo ſtatutum eſt ipſam durare, & continue ſuam iuriſdictionem continuare, vt abſolutio ob animarum periculum non differat. Card.in clemen.ne Romani.§.& tamen prouiſo. quæſt.7.de electio.& Bero.in quæſt.1. cum in quæſtionem.

Aliquæ verò. iuriſdictiones in eodem tempore renouantur, vt Gubernatoris Leouinę Ciuitatis, quæ Burgus vulgariter nuncupatur, qui a ſacro Illuſtriſſimorum, & Reuerendiſſimorum Dominorum Cardinalium collegio in gubernium illius loci deputatur, quod collegium tunc remanet Dominus totius ſtatus Eccleſiæ: cum Cardinales ſint pars corporis Papæ, Io.à Turre Crema. in cap. quanquam. 2.q.7.nume.10.& ab ipſis Papa eligatur, idem Io.in cap. primo.nu.3.diſtinct.23.& in his quę concernunt electionem Papæ repræſentant vniuerſalem eccleſiam, Anto.Capic.deciſi.Neap.114. An cetus, nu.8.

Adſunt etiam treſdecim Regionum capita, & quilibet homo iſtorum capitum Regionum iuriſdictionem habet in dicto tempore inter homines ſuę Regionis cum cauſæ cognitione, quæ autem & qualis ſit iuriſdictio omitto, inualuitque iſte ordo & modus iuxta morem antiquitus ordinatum, ſimiliter & aliæ iuriſdictiones tã remotę & quietæ, quàm continuatæ, & renouatæ inueniuntur, quarum iſtas ſolum recollegi hic, ſed quod attinet ad materiam, dicitur in dicto tempore, aliquod officium quieſcere, aliqđ continuare, & aliquod renouari, cætera verò de ſede vacante per Paui.in d.tract.per totum.

2 Cauendum tamen eſt ad quod ſuperius dixi † quia dominium beneficii Eccleſiaſt. de vno in alium non cõtinuatur, ſed ſolùm poſſeſſio: cum eius directum dominium nõ ſit penes aliquem verè, nec penes Papam, licèt in benefic. habeat poteſtatem ampliſſimam, de qua per Boer.in conſi. 29. Ex proceſſu, nume.4.& ſit Dominus omnium fidelium, qui tanquam Paſtor & Rector omnibus preeſt, Princepsq; ſit vniuerſæ eccleſiæ, Io.de Turre Crema.in ca.oportebat, nume.4.7.9.diſtinct.& in ſua ſum.de Eccleſia.in lib.primo cap. 17.ibi ad quintum dicitur, vbi dicit eſſe Ponti.vniuerſalem, & Rectorem Catholicæ eccleſię, & per Reſtaur. Caſtal. in tract.de Imperatore.quæſt.quinta, & M.Ant.Nat.in cõſi.33. Maximi ponderis, num.8.vol.primo. Quinimmo eſt Deus in terris & eius Vicarius. Paris.in conſi. 68. Dubium exorit. nume.161.cum duobus ſeq.volum.4. Ac Petri ſucceſſor in quem authoritas, & iuriſdictio continuatur, cum ſit eadem licèt plures intermedij fuerint, poteſtatem habet auferendi beneficia vni, & dare alteri, Probus in cap.filius nume.10. de hæret in 6.& in cap.preſente.nume.42. de offi.delegat. & ponit Barba.in cap.quoniam. de conſtitu. Deci. in cap. fin. nume.8.de confir.vti. vel inu. etiam de plenitudine poteſtatis, quam habet, quo in dubio ſine cauſa vti velle non cenſetur, niſi quatenus exprimatur, Mathe.Brun.in tract.de ceſſio.bon.in queſt.8.princip.nume.16. & Principes ſua iuriſdictione priuari ex cauſa differentiæ, Couarru.in cap. ſi hæredes nume.10.in fi.de teſtamen. Eſt etiam ordinarius omniũ quem Principes orbis adorant & colunt, Petr.Godofre.in l. vni.in prin.nume.20.cum duobus nume.ſequẽ.C.de Iuſtin. Cod.confir.cum aliis, vnde dixit Gomes. in cap.primo. de conſtitu.in 6.quòd Papa facit vnum conſiſtorium cũ Deo, idemque dixit Bero.licèt per alia verba, in cap.primo, num. 18.eod.titu.de conſtitu.q̃ Dei & Papæ eſt vnum & idem tribunal, per cap.primum, vt eccleſia.benefi. et facit quod refert Franc.Coſc. Decanus Senen. in cap. primo, in ſecundo quæſito de conſtitu. Io.Brunel.in quar.par.repetitio.in cap. primo, de homicid.in quinta concluſi.nume.11. inter Relectio.Dida.Couarru.

Sed ad propoſitam materiam redeundo, dico q̃ directum dominium Eccleſiaſt. Benef. ſolum eſt penes Deum et non alium, ut per Fely.in cap.conſtitutus. de reſcrip. Staphil. de literis gra. & iuſt.car.188.ca.ſuper electione. de reſtitu.ſpol. Bar.in l.prima.in fin.et in d.l.cum heredes. in princ.ff.de acquir.poſſ.Inno.in cap.cum ſuper.de cau.poſſ.& propriet.Aflict.deciſi.361.nume.22. cum duobus ſequen. et prælati dicuntur procuratores & adminiſtratores Eccleſiarum non autem domini, Milis in rep.in ver. in prælati non ſunt, ſub nume.29.et Caccialup.in tract.penſio.queſt.7.nume.66. dixit, quòd Papa in eccleſia diſpenſator quippe eſt, non autem Dominus.

Et ex ſupradictis et aliis ſimilib. ſatis probatũ videtur, q̃ fit continuatio dignitatis et officij de vno in alium ſucceſſorem, nec tempore uacationis talis officii interrumpitur, quin dicatur fieri continuatio in ipſum ſucceſſorem, quod
3 ex eo probatur; quia † præſcriptio quæ requirit poſſeſsionẽ continuam quandoque dormit, dum aliquod impedimentum vigilat, & cum ipſa dormitionis cauſa reuiuiſcit, ceſſante tali impedimento reincipit curſum, nec interrumpitur. Fran.à Rip.in tract.de peſte, in 6.priuil.contract.de priuile.contract.nu.152.et de priuileg. indi.nume.31. et ſequen. prout eccleſia Rectore orbata: quia tunc non currit præſcriptio, adde not.per Anch.et alios per illum tex.in ca.primo. et cap.ex tranſmiſſa.de preſcrip.et per ipſam vacationem nõ impeditur, quin dicatur facta continuatio in ipſum, vt ſupra, et de aliis caſibus per Bero.in cap.de quarta.de præſcrip. nume.6.vſque ad nume.13.qui bene de preſcriptionibus et eius dormitione ſcripſit.

4 Continuatur etiam † iuriſdictio iudicis per actus qui fiunt authore prætore, ab ipſoque iudice proueniẽtes in prorogãda et continuanda prefata ſua iuriſdictione, vt per Abba.in cap.gratum.et cap.relatum.de offi.delega. in qua iuriſdictione continuanda ſola citatio in delegato, et per litis cõteſtationem in ordinario, ſufficere dicitur, ſed aliqui tenẽt, q̃ ſola cõmiſſio ſufficiat, pro qua opinione diſtinguen. erit vt per Dec.in l.more maiorum.num.48.ff.de iuriſd. om.iud.

Et eodem modo dum tenebam in publico certamine cõcluſiones meas, dicebam, de huiuſmodi continuatione cauſę ſeu rei, ſuper illa videlicet concluſione, q̃ dos † peti corã
5 iudice eccleſiaſtico poſſit, quia cã matrimonij cum per iudicem legum non cognoſcatur, ſed per eccleſiaſti. vt in cap. cauſam, et cap.lator, qui fil.ſint legiti.cum aliis, ita et cauſa dotis per eccleſiaſt. cognoſci poterit; quia in iſto caſu cognoſcit de his, quę matrimonium tangunt, clem.diſpendioſam, de iudi.et dos ſit de ipſum matrimonium tangentibus
6 † quia ſine eo eſſe nõ poteſt.l.3.ff.de iure dot.et vltra alias rationes, etiam iſta aſſignari poſſe dicebam, videlicet, quia dos habet cum matrimonio quandam connexitatem et cõtinuationem, adeo q̃ ſine ipſo matrimonio eſſe non poſſit, ex qua continuatione, et connexitate ampliatur, et continuatur iuriſdictio ipſius iudicis, cap.quia V.de iud.niſi fuerit dos eccleſiæ conſtituta, quia tunc dicitur etiam dos, nec
7 ibi eſt matrimonium eo modo vt aliud matrimonium, † ac etiam quia iudex eccleſiaſt. verus et competens eſt de cauſa ſpolij, vt ait Innocen.et Abba.in cap.cum ſit.colum.2. de foro compet.licèt aliàs ſecularis cognoſcere poſsit, vt per Frã. Marc.in deciſi.Parlam.Delfin.in queſt.1051. cum quæſt.ſeq. ſed quando dos repetitur, videntur mulieres quodammo-
8 do ſuis dotibus ſpoliare, † vnde continuari dicitur etiam iuriſdictio, propter continuatam materiam, licèt moder. dixerint excepto Decio et ſequacibus in authen.quod locum.C. de colla.quòd ſi cauſa dotis per ſe ſola moueatur et principaliter abſque aliqua matrimonij diſputatione, vt puta ſi agatur à principio de dote ipſa conſtituenda, tunc erit coram ſeculari iudice agendum, et ita tenuit Anchar. in conſil. 21. Pro reſolutione dubiorum in 6.dubio numer.20. Andr. de Poma.in add.ad Abba.incip.in dotę, et add.ſeq. in cap. eccleſia S.Mariæ.in 6.caſu, nume.16.de conſtitu. Sed quando incidenter

cidenter venit ad cauſam matrimonij coram eccleſiaſticis. intentatam,& tunc etiam coram eo peti poteſt, quia ſortitur tunc priuilegium cauſæ principalis quò ad forum,& in l.prima.ff.ſolu.matrimo.& ibi Bulgarinus num.20.& ſeq.& ex his ſit expedita quarta materia principalis.

De continuatione titulorum & materiarum, & an continuatio ſit neceſſaria, quæ breuiter expedietur, cum non ſit materia Fori.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio fieri debet de materia ad materiam ſecundùm communem opi.& de titulo ad titulum,& ſi tituli intermedij de eadem materia fuerint, ſuſtinetur continuatio, quæ communis opin. limitatur vt in num.9.& 11.*

2 *Lex 2.ff.de ſta.hom.non probat continuationem facien.ſed quandam diuiſionem & partitionem ad ordinem agnoſcendum, & melius intelligendum.*

3 *Præparatoria præmittuntur, & præcedunt ad maiorem intellectum.*

4 *Diuiſionis effectus tres.*

5 *Per modum ſiue ordinem inuentum ad maiorem intellectum inualuit modus continuandi de titulo ad titulum,& de una materia ad aliã, & ſimil.cuius cognitio modicæ eſt, vtilitatis,& nu.7.*

6 *Neceſſarium dicitur id, ſine quo res, de qua quæritur, non poteſt conſiſtere.*

8 *Finis Doctorum & intentio eſt legum mentem pandere, vt facilius Reſpub.gubernetur.*

10 *Via vicinalis, & riuus aquæ ius congrui vicino non tollunt, vt dicto iure venire poſſit, cum ſint continuatæ cum fundo, ſecus ſi via publica, eccleſia, vel fiſcus.*

12 *Imperator plerunq; non ſeruat in lib.Cod.ordinem illum, quem iuriſcõ ſul.in libris Digeſtorũ ſeruauerũt,& cõtinuatio de lege ad legem,capituli ad cap.ad eliciendam condentis mentẽ & ueritatem fieri põt. Teſtis vnus de veritate deponens,et fama,& alius de fama,an concludenter probent in eodem negocio,& de alijs circa teſtes, remiſſiuè.*

13 *Rubr.ad quid ſint continuandæ, & an ſit arguere ex ordine earum,& aliis quęſtionibus, remiſſiuè.*

CAPVT XVI.

1 SVb hac quinta materia venit continuatio ſeu cõcatenatio ac coniunctio cõgruaque diſpoſitio librorum materiarum legum,ſeu decretalium, paragraphorum, omniumque rerum deſcriptarum,& † licèt Doctores aliqui in huiuſmodi continuationibus inſudaſſe videantur,& omnes ad l.2.de ſta.hom.ad l.cum de lanionis.§.aſinam.de fund. inſtruct.& ad principia titulorum in libris Inſtitu.vt de tute.de lega.de actio.& ſimil. conuolauerint.

Tamen paucis verbis expedien. ac vnico & breui ca. cum potius ſit materia tractanda in ſcholis, ſed cum eius proprium vocabulum & denominatio videtur requirere: vt aliqua deſcribantur conſiderando tractatum præſentem, & eius materiam in ſuo mero & puro termino, ſ. quia continet materiam continuationis,& vt eius nomini ſatisfaciã, ideo ſolum duo dicã; vnum videlicet ꝙ communis opinio. eſt quòd continuatio debet fieri, & ad hoc allegant dicta l. ſecũdam. Altera cõmunis ſententia,quòd debet fieri de materia ad materiam,& ad proxima, & ad hoc etiam allegant d.l.2.& l.cum de lanionis.§.aſinam,imo plus dicunt, quòd de titulo ad titulum fieri debet, & ſi tituli intermedii inter vnum tale & aliud, de eadem materia fuerint & pertinentes, continuatio ſuſtinetur, ad hoc allegant Inſtitu.in dictis principiis titulorũ & in ſimili text. in l.hæredes palam. §.fi. de teſtam.& l.duos reos.§.fi.de duobus reis, cum aliis.

Sed dum ſuſtinebam partem negatiuam in circulis,& Excell.D.Bernardinus Brugheſius compatriota & meus honorandiſs. qui tunc in interpretanda legatorum materia in publico Senen.ſtudio mecum concurrebat, dictamque l.2.al-
2 legaſſet. Reſpond inter alia † d.l.non probare continuationem faciendam de neceſſitate, maxime de tit. ad titulum, ſed ſolũ quandam diuiſionem partitionemque ad ordinem dignoſcendum, in libris ſeruatum, & ad dictum ordinem melius,& facilius intelligendũ,dũ tex.dicat,cũ igitur hominũ cauſa omne ius conſtitutum ſit, primò de ſtatu perſonarũ,ac poſt de cæteris ordinem perpetui edicti ſequuti ratio, quod videtur idem ac ſi dixiſſet, omne ius diuiditur in duas partes, in prima videlicet de ſtatu perſonarum, in ſecunda verò de cæteris rebus,& ex hoc uideatur non probari continuationem faciendã,ſed diuiſionẽ,ſeu potius modum & ordinem, ſequendo ordinem illum perpetui edicti, vt ibi dicitur, prout in ſimili videmus ordinem iudicis, vt cõtineat ordo in qualibet re inuenitur iuxta illud, Eſt modus in re-
3 bus,ſicut † & dicitur de præparatoriis, per quæ deuenitur ad cognitionẽ ſui principalis, non neceſſariò, ſed quia ſic datus eſt ordo,& ſic procedant ad cõmodã diuiſionẽ & ordinem,& maiorem intellectum,vt l.prima.in prin.ff.de reg. iur.l.ad rem mobilẽ.ff.de procur.in l.ordinarij. C.de rei vendic.cum multis aliis, prout iudiciarius ille ordo præparatiu dicium, ad ipſum cognoſcendum, vt in cuſtodia Principis videmus,quæ ẽt ante vadit, per quam deuenitur in cognitionem, ꝙ Princeps ſequatur, eundo per viam, ſeu intra dictam cuſtodiam,& familiam,prout de familia etiã in ſum. Ponti.Imperatore Regibus, Cardinalibus aliisque Dominis tam ſpiritualibus, quàm temporalibus, & gubernatoribus apparet,non ꝙ de neceſſitate ſequatur Princeps poſt cuſtodiam & familiam,ex quo poteſt eſſe,ꝙ adſit familia & cuſtodia per viam,nec ſequatur dominus illud præparatoriũ, cum non probat hoc eſſe, quod ad hoc contingit abeſſe. l. neq; natales. C. de proba.

Illa ergo diuiſio in text. d.l.non ad aliud, niſi ad aliquid melius diſtinguend.& intelligendo videtur induci etiam in
4 qualibet alia materia,† cũ diuiſio in aliquo opere magis incitet animum legentium, præparet mentem intelligentiũ, memoriamque artificioſè reformet, cum etiam res diuiſa ordine quodã poſito,ad bene eſſe non autem ex neceſſitate, melius intelligatur,vt per glo.eaſdem in §. igitur. Inſtitu. in Proœm. vt deinde tali diuiſioni ſic facte applicentur, & approprientur tituli proximi& coniuncti,non quod de neceſſitate,vt dixi,de vno ad alium continuentur,ſed vt res patitur,& hæc videtur mens clara & aperta iuriſcõſul. in d.tex. & vt ille modus & ordo diuiſionis deſiderat & expoſtulat, ad prędictorum congruam cognitionem, per Probum in Proœm.ſexti Decretal.poſt Io.Mona. quia modus dat naturam rei, & conſeruat in ſuo eſſe.

5 Et ob † talem cognitionem diuiſionis, ordinis,ſeu modi, ac ratione clarioris doctrinæ apud antiquos, & modernos inualuit ille modus continuan quẽ multi elatant & ſequũtur, multi vero fugiunt ac relinquunt,ad And.Barba. in ca. teſtimonium.de teſti.ſub nu.1.& 2.non autem ꝙ ſit neceſſaria continuatio, ad quod facit Barth Romul.in Rubr. ff. de acquir.poſſ. nume.10.

Nec ſimiliter proban. videtur neceſſaria per d. §.aſinam,
6 cùm ibi ex voluntate teſtatoris textus loquatur. † Quia illud videtur eſſe neceſſariũ, ſine quo res de qua quæritur nõ poteſt conſiſtere.l.1.& l.impenſæ.ff.de impen.in reb.dot.fac. & l.impenſæ.ff.de verb.ſign.Hinc eſt,quod Doct. aliqui, vt Aret.in Proœm.Inſtitu.Bal.in l.Gallus. in princ.ff de libe.& poſthu.Barba.in cap.teſtimoniũ,nu.1.& 2.& Pet.Coſiſp.Lucen.in Rub.ff.de leg.1.cum ſequen.qui dicunt, ꝙ ſolum facien.eſt de materia ad materiã, & hoc tñ, in quantum fieri
7 poteſt,† ſed quærere de titulo ad titulum & de aliis quæſtiũculis inaniter oſtentantes dici poſſumus, cum ſint modicæ vtilitatis,ut per Alex.in Rub.ff de no oper.nun. nume.34.

8 Quia † finis intentioq; Doctorum debet eſſe in legum mẽtem pandendo,ut habita ipſius cognitione facilius Reſp.gubernetur,& principatus conſeruetur, vt eſt tex.in l.vni.§.fi. C.de ſtud.lib.Vr.Rom.iuncto §.fin.in Proœ. Inſtitut. qui finis abſque tanta & curioſa diſputatio continuationis haberi poſſe videtur.Criſp in d.Rub.de leg.1,nu.87.& ſeq.

9 Si quis † autem communem opi. ſequi voluerit, eam limitabit duobus modis, primò vt non procedat, quando tituli intermedij ſunt de eadem materia & congrui: quia tũc licèt a remotis ſit,tamen continuatio ſuſtinetur, ut per Io. de Imo.in rub.ff.de appella.& l.1.in princ.ff.ſi tab.teſtamen. nul.exta.ad quod facit tex.in ſimili cum glo.in d.l.hæredes palã §.fi.& in d.l.duos reos.§.fin.cum aliis, & hoc videtur eſſe id quod uoluit dicere tex.in d.l.2.de ſta.hom.ibi,vt res patitur,& ponit Deci.in Rub.C.qui admit. licèt illa à remotis facta repugnet nomini.Maria.Soc.in rub.ff.de leg.1.num.1.

10 Ad quod poterit fortè facere † in ſimili via vicinalis, & riuus aquæ in materia iuris Prothomis.ſeu cõgrui,quia hęc ſeparationem confinium non inducunt,nec coniunctionẽ & continuationem diuidunt, vnde in ea materia dicitur,ꝙ vicino ius congrui non tollunt, quin dicto iure venire poſſit; quia prædia & alia loca dictam viam vicinalem & riuũ habentia dicuntur inter ſe cohærere & continuare cum dicta via & riuus aquæ dicantur de pertinentiis & iuribus dictorum prædiorũ & locorum.Ioan.de Amicis in conſi. 81, Quia ex facto,nume.10. & in dicto Iure congrui rationem habent æquitatis,vt dictum beneficium prælationis vicino non tollant, Afflict. deciſio.62.& in ſuo tracta. Iur. prothomis.in §.eſt autem, num.11.et Bald. in eodem tracta. num. niſi ſpecialis loci conſuetudo aliter diſponeret, ſecus. et in prædiis aliiſque locis, in quibus flumen publicum ſeu via publica diuidit: quia tunc non confinant inter ſe.l.4.§.fin.

et l.

& l.ſeq.ff.fin regun. quæ vnicuique dictum beneficium tol lunt inter dicta loca, cum agi non poſſit finium regundorū iudicio, nec etiam dicto iure congrui agi poterit, prout in di cto beneficio requiritur, niſi flumen eſſet fortè deſiccatum, Afflict. vbi ſupra, & facit Io. de Amicis. in conſi. 1. in cauſa & lite, nume. 17.

Sunt etiam & alia duo vltra viam & flumen, quæ in eadē materia Iur. prothomiſ. contigua non dicuntur, nec benefi cium habent prelationis, vt eccleſia & fiſcus, Afflict. in d. §. eſt autem, per totum, & Iac. Nouel. in tracta. §. fin. in princ. cum aliis.

Sed in hoc fortaſſe dici poterit, ꝙ tantum ad illa duo reduci poterit, videlicet ad eccleſiam & fiſcum vltra dicta per eos, cum uia & flumen compræhendi poſſint ſub rebus fiſca libus, et ſic in rebus publicis.

11 Secundò † limit. communem opin. vt non procedat in principiis librorum, vt not Bal. in Rub. C. de ſer. fugit. & glo. in rub. ff. de condi. fur. quam reputat ad hoc ſingularem Io. de Imo. in rub. ff. ſolut. mat. in prin. & in rub. ff. de leg. 1. quod eo magis procedet, quando liber non eſt de eadem materia, qua fuit præcedens liber, vt ponit Barba. in d. c. teſtimoniū, ſub nu. 1. & Bene de continuatione ſcribit Cagn. in Rub. ff. de reg. iur. Sed hæc limitatio diſplicet Butigell. pulchra ratione, in rub. ff. de ver. obl. num. 62.

12 In iſtis autem † continuationibus plerunque Imperator non ſeruat ordinem illum, quem Iureconſulti in libris Digeſtorum ſeruauerunt, vt dicit Bar. in Rub. C. de teſtam. mil. in l. 1. in princ. ff. de actio. & oblig. & Fulgo. in rub. C. de ſeru. fugit. in fi. & contrarium tenet Deci. in Rub. C. de bon. poſſ. contr. tab. nume. 2.

Coniunctio autem et continuatio legis ad legem, et cap. ad cap. dicitur fieri poſſe ad eliciendā veritatē opinionis et intentionis condētis eam legem et capitulum, et deciſionē caſus emergentis, et de uno ad aliud ualidum eſt argumentum. Bal. in l. Gallus. §. ille caſus. nu. 2. ff. de libe. et poſthu. q cum Io. de Imo. infert ad multas quæſtiones & ad vnam ma ximeq; mirabilis, ſi eſt vera, quam Alexand. ibi in nume. 14. videtur impugnare, ſed propter authoritatem Baldi non ha bentis contradictorē, ſubſiſtit et ibi Mar. Salomo. in num. 5. et aliis, videlicet ꝙ ſi vnus teſtis deponat de veritate et fama, et alius de fama, quòd concludenter probant ſuper eodem negocio, ſibi etiam per dictos et alios etiam habetur de aliis queſtionibus circa teſtes.

13 Sed † ad quid Rub. ſint continuandæ, et an ſit arguendum ex ordine earum, ac aliis quæſtionibus ſuper tali materia, Iaſ. in rub. Inſtit. de actio. nu. 9. vſque ad fi. rub. et ibi Ioan. Franc. Ozer. n. 17. et Deci. in l. 1. in not. ff. ſi cer. pet. cum multis aliis in variis locis, quos omitto.

Nec alia ſuper tali continuatione dicam, cum parum vti litatis videantur eſſe in foris.

De natura & ſignificatione aduerbij continuè, quod ſignificat ſemper, & exemplis.

SVMMARIVM.

1 *Continuè, deſeruit pro ſemper, perpetuò, & ſimil. Et quandoque ſignificat vt plurimum.*
Quandoque ſemel in anno intelligitur.
Et quandoque horis & temporibus competentibus, prout ſi tale aduerbium a teſte proferatur.
Familiares Papæ Cardinalium, & alterius Domini domum Dominorum non habitantes, ſed quotidianam portionem, quam partem vocant, recipientes, an dicantur verè familiares & continui Commenſales.
Sola commenſalitate non fit familiaris, ſed animo.
2 *Continuè, hoc aduerbium ciuiliter intelligendum eſt, & ſi intermediū fiat, non vitiatur actus, quin continuè dicatur factus, & de febre continua, & freneſi vera, iracundia & melancholia.*
3 *Teſtes deponentes quem vidiſſe continuè poſſidere, licèt ſemper non viderint non dicuntur falſarij, nec inſufficienter probaſſe continuum actum poſſeſſorium.*
Verbum plura verba ſignificatiuum de omni tempore intelligitur. remiſſiuè.
4 *Officiales & Gubernatores terrarum, qui debent continuè tenere talem numerum familiæ, ſi aliquo interuallo non tenuerint, non incidunt in pœnam.*
5 *Continuatio in delictis facit grauius puniri delictum.*
6 *Concubinatus vbra annum continuatus facit quem præſumi de mala fide, non ante.*

CAPVT XVII.

1 IN hac ſexta materia, videlicet de eo quod continuè quaſi ſemper fiat, vnico cap. prout vnico ca. etiam quaſcunq; ſequentes materias propoſitas deſcribam, † dico hoc aduerbium continuè deſeruire quandoq; pro ſemper, perpetuò, aſſiduè & ſimil. hoc idē ſignificātibus, prout eſt in l. Paulus. §. Caius. ff. de lib. cau. & glo. in ver. perpetuò. l. foramen. ff. de ſeruit. vrb. prēd. ibi, cō tinuè ſint, aqua dicitur continua. l. 1. §. quod autem, alias ſu pra alleg. de aqua quot. & eſti. ſicut fluuius dicitur cōtinuus d. l. 1. de flumi. ſicut ēt de quotidie, vt quotidiana aqua, prout in alleg. titulo, cum aliis aduerbiis hoc idem denotantib. ac ēt id quod vt plurimum fit, dici ſolet continuè ſemperq; ac quotidie fieri, ſeu eſſe, iuxta illud in paſſione Domini, quotidie apud vos eram docens in templo. i. ut plurimum & ſæpe ſæpius.

Quandoque autem illud aduerbium quotidie. ſ. quotidia- 2 num, quod eſt idem quod ſemper & continuè ſignificat & ponitùr quaſi ſemel in anno, licèt quotidianum denomine tur, cū quotidiana aqua illa non ſit, quæ quotidie ducitur, ſed qua quis quotidie vti pōt, ſi voluerit, quam hyeme poſtea ducere non expediat, vt d. l. 1. de aqua quot. & æſti. Et ſic conſiderando iſta verba, videlicet quotidiana aqua, ſeu quo tidianū, quandoq; non ſignificat quotidie ſicut in oratione Dominica, Panem noſtrum quotidianū da nobis hodie, ſed pauciori numero ut bis, ter, & quater, & ēt quaſi ſemel in anno, per ſupradicta.

Aliquando etiam aliquid ex dictis aduerbiis ſignificat & intelligitur aliquo intermedio & interuallo poſito, iuxta il lud Apoſtol. continuè, ſiue ſine intermiſſione orantes. i. horis & tēporibus competentibus, cap. 2. de offi. Archipresb. vt ſupra dixi, ſicut de aduerbio aſſiduè, glo. in ca. de quibus 36. diſtinct. quod tñ verificari poteſt, licèt aſſidue nō oremus. ſ. ingeren. tamen nos in rebus neceſſariis & bonis operibus, niſi fortè dicamus, ꝙ etiam facere talia neceſſaria, operari- que vtilia & honeſta ſit ēt orare, maxime habendo mentē erga Deum eleuatam, & proximū, & cum tali intentione & propoſito operari, vnde dicen. eſt, vt dicit Geminian. in Proem. Sexti decretal. & refert Cagno. in l. 2. in ver. fi. num. 564. ff. de orig. iur. Scientia interpolata ruit, continuata viget, & ad materiam facit Henric. de Bouer. Sing. ſuo in verſi. teſtis, nume. 33. vbi teſtis videns ſemper decimas percipi, quòd i- ſtud aduerbium prolatum a teſte debet intelligi horis com petentibus, & infra eo. cap. in nu. 3.

Similiter apud nos eſt illud triuiale dictum, dum in aliqua materia dicitur, iſta lex, ſiue iſte §. continuè ad hoc allegatur. i. quaſi ſemper, & vt plurimū, non autē ſine interuallo, ſed ſolū dum de aliqua tractatur materia, pro qua faciat ille textus in propoſito: quia tunc ſolet dici, iſte textus continuè ad hoc allegatur.

Sicut dicimus etiam, quem eſſe Papæ, Imperatoris, Cardinalis, & alterius Domini familiarem, continuumque cō menſalē, licèt continuè cum Dño ad menſam non ſedeat, vt gl. continuè, in cap. fi. de verb. gn. Sed qui non habitat do mū Cardinalis & Domini (ēt ſi certā quotidianam portionē, quam partem vocant) ab ipſo extra domum haberet, ac aliquādo Dominum aſſociaret, habeatque literas familiaritatis, non dicitur verè familiaris, & cōtinuus cōmenſalis, vt per Bero. in quæſt. 35. & Lud. Gomes ſuper reg. Cancel. de impe. benefi. vacan. per obitum famil. Cardi. in quæſtio. 13. p totum, cum queſt. ſeq. nu. fi. & per totum, cum aliis, niſi eſ- ſet aliter declaratū & derogatū per Principē & Dominum.

Et ideo in vr. Rom. cum per ſummos Pont. ordinatum eſ ſet, ꝙ officiales Roman. Curiæ familiares & continui com- mēſales Pontificis eſſe cenſeantur, deinde dubitaretur, an q dam officiales eorum domos habitantes, & in Palatio Apoſtolico & Pontifici in eorum officiis ac iuriſdictionibus reſpectiuè ſeruientes, quia palatium non inhabitant, cenſerē tur familiares & continui Commenſales Pont. Forſan propter ipſorum beneficia an ſedi Apoſtolicæ reſeruata eſſent, ac aliis de cauſis, & fuit declaratum dictos officiales familia res & continuos cōmenſales exiſtere, & rationē exiſtimo; quia non ſolū cōmēſalitate quis efficitur familiaris, ſed ani mo, vt tenuerunt aliàs Domini de Rot. excepto uno, vt te- ſtantur deciſ. Cardinalis Marcel. de Creſcentiis manu ſcriptæ, tunc auditoris Rotæ, in quadā cā coram R. P. D. Io. Pau. Tholomeo, & ita de familiaribus Cardinaliū erit dicendū, per prædicta, & Gomes. in Proc. Reg. Cancell. in queſt. ſexta, nu. 9. & nihilominus continuè non ſtant ad menſam cum Domino, vt dixi, & licèt familiaritas ad effectum inducen. reſeruationē plenè probari deberet, vt dictus Card. Creſcē. in d. deciſionibus manuſcriptis deci. ſ. mihi 202. Incip. familia

ritas

Source : BIU Cujas

ritas, tamen qñ sunt plures præsumptiones continuationis familiaritatis, maximè in antiquis, fuit iudicatum vt ipse testatur in eadem deci. in una salamantina della sierpe coram eo, pro dicta familiaritate, non attenden. rigori probationis plenæ.

3 Pro quibus omnib. supradictis quæ in exemplũ dicta fuere, & simil. dicendum est tale aduerbium continuè esse ciuiliter intelligen. & sanè, non autem pro quolibet momento, per d.l. si cui. de serui. cum aliis, videlicet vt si aliquod intermedium fiat, non uitietur actus, quin continuè & sp dicatur factus, & sic tale aduerbium interpretationem mirabilẽ recipiat, ut non ita amare intelligatur, ad quod facit etiam tex. cum gl. in d. c. quamuis. §. si autem. de offi. ord. in 6. ibi, cõtinuatis dictis. Ant. Abb. & Fely. in Proœm. Gregor. Rex pacificus, Archid. Imo. & Io. Andr. in cap. quamuis, & Io. And. in cap. fi. de uerb. signifi. in cap. licèt causam. cit. fi. de electio. eo. lib. Ro. in consil. 263. Viso puncto, & consi. seq. vt is Nursinus, nu. 3. & Doct. in l. j. ff. sol. mat. & in c. frequens. de restit. spol. in 6. & per Rebuff. in lib. priuilegiorum vniuer. in priui. 23. per totum, & Pile. Modicen. in suis quæst. in q. 82. Caius.

Facit etiam tex. pro dicto aduerbio cõtinuè, in §. sedebũt. in Auth. de iudi. colla. 6. ac etiam id quod iracũdia vocatur, quæ qñque est in hoïe in ipsa natura, & sic naturaliter impositum, sicut melancholici, in quib. ſm Philos. continuè ipsa natura mordetur, per quod semper & cõtinuè tribulati existunt, quo casu cum sit motus naturalis, non imputatur ad vitium, & tñ non ita continuè, ut sonat aduerbium. in eis iracitur natura, sed vt plurimum, cũ ipsa natura etiam aliqñ ad aliud uagatur, sicut etiam febris continua dr esse illa cinis seu humor, qui putrescit, & continuè in venis residet, licèt non continuè ad alias partes corporis sit extẽsus, sed interpolato tempore crescenti & decrescenti ordine appareat & dignoscatur per membra, sic & phrenesis vera, quæ ea est quæ continuè durat, quam ponit Roder. Suarez. in suis alle, & consil. in alleg. 1. nu. 19.

Vnde notandum est vnum, quod cõtrariũ siue diuersum. vr, videlicet qp illud naturaliter est intelligen. ciuiliter, & tñ ad tollen. absurdum & tale contrariũ, opus est (vt his verbis vtar) apponere & subintelligere hoc contrarium siue diuersum, & quodãmodo absurdum. s. vt illud naturaliter, vt dixi, est intelligendũ ciuiliter, & idẽ de dictione Assidue, Ant. de But. in cap. 1. num. 6. de offic. Archipresb.

3 Quæ oĩa † faciunt pro saluandis testib. qui super articulis examinati deposuerint, quem continuè possediſſe, & qp ita dixerint & viderint, ac per verbum semper deposuerint. siue oĩb. dieb. eorum vitæ, siue per alia ver. hoc idem importantia; quia licèt continuè. i. oĩ momento non viderint, nec cõtinuè quis possederit, & licèt probetur aliqua discontinuatio possessionis per aliquod paruum temporis (dũmodo per alium possessio sublata non sit) non ex hoc falsarij dici porunt, neque insufficienter possessionẽ probasse, vt pet Rom. in d. l. 1. num. 13. & 18. solut. mat. Bar. in l. si eius ita. ff. de cõd. & demonstr. no. etiam Albe. in Rub. C. de testi. Capic. decis. Neap. 37. In causa falsitatis. nu. 5. latè Roma. in consi. 301. In proposita consultatione. vbi nonnulla pro saluan. testib. ẽt in aliis casib. cum testium dicta ciuiliter & non iudaice sint intelligen. & in consil. 390. vt proposita consultatio, & Doc. in iam supra alleg locis, pro quibus videantur limit. Ias. in d. l. 1 nu. 35. sol. mat.

Sicut in fim. verbum infinitiuum dum aliquis dicit, promitto talem rem relaxare, tunc oẽ tẽpus significat, quia verbũ, quod potest propriè plura tempora significat, de oĩ tẽpore intelligitur, Nic. Bellon. in consi. 5. in puncto, nu. 9.

4 Prędicta † faciunt etiã pro officialib. & Gubernatorib. terrarũ, qui vigore suarũ electionũ Iuriumq; municipaliũ dñt sẽcũ ducere ac cõtinuè tenere aliquẽ & determinatũ numerum familiæ pro custodia Ciuitatis, & pro facili⁹ iustitia ministranda, nec incidisse in pœnã statutorũ nõ tenentiũ familiã, dici pñt, etiam quòd aliquo tpe ordinatũ numerũ non tenuerint, & aliquis etiã ex sua familia absuerit, & ita me ipsum defensaui contra fiscũ, dũ talia officia gerebã, & euasi extitiq; vbiq; a Syndicatorib. absolutus, per d. l. si quis ita, & ibi Bar. de cond. & demon & per alios supra relatos.

Casus aũt prædicti cæteriq; vt per Doct. in alleg. locis vñr esse super aliqua re permissibili, quæ quanto plus & continuè fiunt, tanto magis erunt laudã. aliqui verò sunt casus, qui quanto pius & cõtinue fiunt, ac continuant, tanto ma
5 gis dedecore odioq; digni existimant, † prout cõtinuatio delictorum. quia dũ quis cõtinuat iteratq; delictum, tanto gra uiori pœna dignus efficit, ac punit, vt per Abb. in c. graue. de pręb. Tiraq. de pœ. cau. 10. n. 7. vsq; ad fi. cau. cũ aliis, iteratũq;
6 cit, vt per Abb. ib c. 1. de pę. & in c. 1. de cler. percuss. † apparet in cõcubinario, in quo si cõcubinatus vltra annũ fuerit cõtinuatus, facit ipsum de mala fide præsumi, & nõ ante, pe Guil. Benedic. in ca. Raynutius, in ver. noïe. Adelas. nume. 708. de test. Et hæc sint satis super præsenti materia.

De pluribus casibus per quos continuatio præsumitur, ac efficacia & potentia continuationis.

SVMMARIVM.

1 *Dominium patris præsumitur continuatum in filium.*
2 *Semel possidens præsumitur continuè possedisse, nisi contrarium probetur, & an verum sit in possessione vel dominio, & nu. 4.*
Possessio filij vel successoris continuata præsumitur, sicut pater vel author possidebat.
3 *Quod ex possessione præsumatur dominium, quomodo intelligatur, remissiuè.*
Locator possessionem non probat in præiudicium tertij, sed bene aduersus conductorem.
Et de probatione dominij, remissiuè.
Probata possessione an & quando præsumatur & probetur dominium.
4 *Pater præsumitur continuasse patriam potestatem in filium, licèt pater fuerit apud hostes, deinde reuertatur.*
5 *Testamentum factum per filium tempore quo pater fuerat apud hostes, potest rumpi fauore libertatis.*
6 *Fictio & præsumptio differunt, remissiuè.*
7 *Res aliena vsucapi potest, ciuili possessione mediante.*
Possidens prædium deinde discedat, an possessionem ciuilem amittat.
Sententia contra vnum an noceat alteri.
8 *Tempus præfixum ad rem odiosam finien. continuum præsumitur, nisi aliter probetur, & hæc dicitur regula generalis in materia præsumptionis.*
Creditor non tenetur pecuniam à debitore recipere post diem, si extra diẽ & locum conuentum velit soluere.
9 *Existens in peccato, qui furiosus efficiatur præsumitur continue tale peccatum habere & cum eo mori, poterit tamen esse contrarium, sicut habens malam fidem possiden. & furiosus effectus præsumitur continue durare mala fides, nisi contrarium probetur.*
Per annuam præstationem longo tempore continuatam præsumitur debitum.
10 *Obliuio causa est amitten. possessionem, non autem tempus, quod per obliuionem inducitur.*
11 *Semel malus semper præsumitur continuatus, & esse in quasi possessione eiusdem generis malitiæ, nisi contrarium probetur, sed si conuersus fuerit & per tres annos continuos in bona fide perstiterit, præsumitur emendatus, & fingitur nouus homo.*
Malum de malo homine præsumitur.
Maritus durante tempore matrimonij tacens, non petendo vsuras dotis sibi promissæ & non solutæ, per ipsam continuam taciturnitatem inducitur tacita vsurarum remissio, si autem paruo tempore tacuit, secus erit, & aliæ vsuræ quando debeantur, remissiuè.
12 *Continuum & continuatio tantæ est potentiæ, quòd duo aliquando sunt vnum, & pro vno reputantur, & aliqua exempla vsque ad finem, etiam circa vnionem.*
13 *Ad creationem formę circularis vltimum principio coniungitur, ex quibus vnus tantum circulus sit.*
14 *Vxor est socia diuinæ domus, & humanę rei cum homine, & inter se similitudinem habent non secundum lineamenta, sed quantum ad animam, quæ Deum imitatur.*
15 *Statutum faciens mentionem de viro non habet locum in vxore, maxime in odiosis, licèt sint correlatiua.*
16 *Vnita dicitur voluntas duorum dominorum miscentium inter se materias, ex quo commune totum corpus efficitur.*
17 *Dies bissextilis pro una die præsumitur, nisi simus in fauorabilibus.*
18 *Plura verba iniuriosa vno contextu collata contra aliquem faciunt vnũ delictum, secus si ex interuallo vnum verbum ab altero separatum prolatum esset, prout furtum de duobus vel pluribus rebus factum eodem tempore, vnum furtum reputatur.*
Actus geminatus quando pro vno habeatur, & de aliquibus exẽplis.
19 *Ad nuptias, si statuto caueatur, quòd non possint nisi tot personæ inuitari, non poterit duplicari numerus personarum, si pater & filius vno contextu vxores duxerint.*
Continentia ædificij censetur vnum ædificium cum eo, quod cohæret, exẽpla in num. sequ.
20 *Polluta ecclesia etiam cæmiterium dicitur pollutum, & fugiens ad porticum ecclesiæ gaudet immunitate totius ecclesiæ, quia connexitas operatur, vt vnitas censeatur, vnde connexorum idem est iudicium.*
Porticus est pars domus, quod facit pro statuto, num vendita domo, an intelligantur uenditæ statuæ, disting.

Actus

Source : BIU Cujas

21 *Actus qui continuatur & durat, censetur vnicus a principio vsque ad finem.*

22 *Continuatio possessionum facit vnum solum dominium.*

23 *Ecclesiæ duæ vnitæ pro vna reputantur, & an vna ad alterius debita post vnionem contracta teneatur, & vna exempta alteri non exemptæ vnita exemptionem perdat, & alia circa vnionem, quæ duplex dicitur.*

Duplex est vnio, & de aliquibus quæst. circa ecclesias vnitas remissiuè.

Bona principalis & fideiussoris aggregantur, & quò ad casum obligationis pro eodem patrimonio reputantur.

Creditor habens principalem debitorem, & fideiussorem obligatum, qui a principali rem alienam recipiat, deinde principali decocto, licèt de commu. opi. non detur creditori regressus contra fideiussorem: tamen Rot. in Rom. Cur. aliàs tenuit contrarium, quia tribunal æquitatis est, & ratio vt ibi.

24 *Ex commixtione duorum fundorum, ac comixtione bonorum testatoris, & hæredis fit vnus fundus, & vnicum patrimonium.*

Et aliqua de vnitate rerum & personarum, & quam operationem faciunt circa dictam communionem, vt de vena minerali, de duabus regulis ad eundem finem tendentibus, & de restitutione concessa maiori propter connexitatem cum minori, siue clerico qui ad se trahit minus dignum, & alijs.

CAPVT XVIII.

Rit modò videndum de præsumptione continuationum vbi vnico ca. aliqua enarrabo exẽpla, quæ cõtinuationem præsumunt ac demõstrant, breuiter ad similitudinem dictorum singularium prout etiam per modum singularẽ omnia fere in præsenti tractatu adnotaui. Et primò dominiũ
1 patris præsumitur continuatum in filium, vt per Bal. in l. si-
2 ue possidetis. cum gl. & ibi Bar. declarat. C. de prob. † sicut ẽt in alia persona, quæ semel possedit, continuè possediſſe præsumitur, vt in ipso dominio, nisi deperditũ fuisse probetur, vt dicit gl. in versi. in rem. in l. 1. C. de non num. pec. & sic nisi probetur contrarium, s. per ipsam perditionem, ac etiam superius in variis locis dictum fuit, & latius in c. 14. nu. 3. & seq. & possessio filij vel successoris, præsumitur cõtinuata eo modo, quo pater vel auctor possidebat, licèt non probentur nisi certi actus. vt per Pa. de Cast. in l. neque. C. de vsufruc. & ita tenuit Rota in vrbe in causa Sarnaten. castrorum, coram R. P. D. Io. Pau. Tholomeo, vt dicit Iac. Card. Puteus tunc audi
3 tor dictæ Rotæ in suis decisio. manu scriptis, illud autem † ꝙ ex possessione præsumatur dominium, qũo sit intelligen. ꝙ Fran. Cur. l. admonendi num. 324. ff. de iureiur. Moder. repeten. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. possess. Horman. Dec. in l. possessio. quę est l. j. eod. titu. nume. 8. M. Anto. Nat. in consi. 14. viso, nu. 10. Lanfran. in ca. quoniam contra. in versi. testium depositiones, nu. 183. de probat. Gabr. Saray. in annota. ad sing. Mattheſi. singu. 12. nu. 23. & Bero in quæst. 65. vbi dominium per famam & inditia in antiquis probari fatetur, & Fran. Marc. in decisio. Parlam. Delfin. in q. 609. nu. 3. ac etiam per instrumenta locationis, iunctis aliis cuniectu ris, Iac. Mandell. de Alb. in consi. 16. casus iste, nume. 6. & cõsi. 64. quia articulus. 11. 21. 23. & 26. etiam quòd facta sint propter aliud, vt in d. num. 26. Augu. Bero. in cap. primo. de app. num. 51. & in Rubr. de iud. num. 11. ideo dix. Rebuff. in tract. de mater. possess. in præfatio. num. 100. in constitu. Regn. ꝙ locatio non probat possessionem in præiudicium tertij, sed bene aduersus conductorem, & in materia facit Roderi Suarez in suis alleg. & consi. in alleg 6. num. 10. & seq. quia dominij difficilis est probatio, & cui incumbat, & quomodo probetur etiam in antiquis, Riminal. in consi. 310. Magnifici domini. vol. 3. per totum, sicut etiam ius patronatus antiquitus præsumitur, si aliqua familia presentauerit per centum annos, Cassad. decis. 2. de proba. per totum. Dominium autem quando incidenter de eo quęritur, & non principaliter, probatur probata possessione, Riminal. in consi. 360. Omissis superfluis, nu. 1. volum. 2. Sed
4 † id quòd quis præsumatur continuè possediſſe, seu aliud quid feciſſe, nisi contrarium probetur, an verum sit etiam in possessione, breuiter dico, quòd si est præsumptio, seu fictio l. Cornelia, vel postliminij, & similes præsumptiones, fictiones a iure inductæ: tunc contra eas non probatur, nec admittitur contrarium, sed in alia præsumptione bene procedit & est verum, prout quẽdo res est dubia, & simil. vt per Bar in d. l. siue possidetis, & distinguen. erit vt ibi per eum. Aduertendum tamen est, quòd licèt præsumatur continuata possessio, quando quis allegat suã propriam possessionẽ, tamen hoc non procedit, si allegatur possessio tertij, Bar. in l. 2. ff. de except. rei iud. Card. Paris. in consi. 47. videtur. nu. 168. & seq. volu. 4. & idem tenuit Rota in vrbe in vna Parmen. seu vnius cappellaniæ coram R. P. D. Burgũdio, vt dicit idem Cardin. Puteus in suis decis. manuscriptis.

5 Præterea † pater præsumitur continuasse patriam potestatẽ in filium, licèt pater apud hostes fuerit, deinde reuertatur, adeo quòd testamentum factum eo tempore per filium, rũpitur, & hoc fictione & præsumptione iuris, fauore libertatis, vt per Ias. in l. si is qui pro emptore, nu. 343. ff. de vsucapi.

6 † licèt fictio, & præsumptio differant, per Abb. in ca. is cui. n. 6. de ſponsal. & Turrecrema. in cap. ferrum, nu. 2. dist. l. prout

7 † qui rem alienam vsucapere potest, mediante tamen ciuili possessione, quæ animo retinetur, qua mediante. vsucapio inchoari potest, continuariq; ac compleri, & si rediit, fingitur libertatis fauore omni tempore possediſſe, si autem non redeat, videtur suus hæres similiter omni tempore possediſſe, eodemque modo vsucapionem continuasse, vt per Din. in §. rursus. col. 2. Insti. de actio.

Hinc est, quòd possidens prædium & ab eius possessione discedat, ita distingui posse videtur. aut timore personæ propter aliam causam discedit. non autem vt timeat occupantẽ vel alio modo occasione possessionis tantum, vt propter bella, & non amittit possessionem, aut metus causatur ab occupãte, vt si pusillanimus timeat occupatores, & tunc quia est metus personæ & possessionis insimul, cum cogitet se posse repelli, amittitur ciuilis possesio, ad trad. per Vin. de Hercula. in l. 3. §. in amitten. col. 2. ff. de acquir. possess. & per Rui. in cons. 38. visis duob. volum. 4. Doct. in l. licèt. cum gl. C. de acquir. possess. Marian. Soc. iun. in consi. 18. viso themate, num. 12. & seq. vol. 2. maxime si lõgo tempore fuerit absens, quia tunc aut ignorauit amissionem, & per illud longum tẽpus, & sic per obliuionem illam amisit, ad l. furtum. §. fundi. ff. de vsucap. per gl. in l. si id quod. in prin. ff. de acqui. possess. & ibi Bar. & Cyn. & Bar. & Bal. in l. 1. C. de ser. fug. Bar. Ang. & Moder. in l. si de eo. §. si fortè. ff. de acqui. possess. Aut sciuit, & tũc ex quo per longum tempus stetit in recuperando, cum fortè sibi visum fuerit se posse repelli, & etiam fuit omissa ciuilis possesio, ad trad. per Bar. & Ang. in d. §. si fortè, & ibi Are. col. 5. num. 6. Seysell. in d. l. clam possidere. §. qui ad nũdinas. ff. de acquir. possess. & in hac materia possesionis facit etiam Paris. in consi. 24. Præsupponitur. volum. primo: quia per negligentiam, quæ per decennium inducitur, amittitur possessio. Alber. in l. cum plures. §. heredem. ff. loca. Anchar. in ca. cum veniſſent. in 5. no. de restitu. spol. & de negligentia etiã dixit Paris. in d. consi. 24.

Sicut etiam sententia cõtra colonum lata, quæ Domino non nocet, nisi post factam exequutionem sententiæ in cõtinuatione seu recuperatione possesionis negligens fuerit, quam ab alio occupatam sciuit. Alex. & alij in l. sæpe, nume. 113. cum duab. seq. ff. de re iud. vbi etiam per totum in multis casib. loquitur circa sententię materiam, videlicet an & quando contra vnum lata, & super vna re noceat alteri, & Host. Io. Andr. Innoc. Anto. de Butr. Imo. Abb. & alij in cap. quoniam frequenter. §. quod si super. vt li. non contest. & in c. quamuis, & cap. cum super. de re iud. Felyn. in cap. auditis. num. 25. de præscrip. & in cap. cum super. nu. 12. & d. c. quãuis. per totum.

8 Similiter † etiam in omnib. casib. quib. agitur cõtra aliquẽ de odio finiendo, Regulam generalem facio, quòd tunc tempus præfixum ad tale odium finiendum ac terminandũ præsumitur continuum, nisi aliter probetur, vt ait Fely. in c. quærenti. sub nu. 1. de offi. deleg. Quod non est idem dicen. in casibus quibus agitur ratione fauoris ampliandi per Ro. in cõsi. 236. vt præmissa, num. 7.

Vnde stante dicto tempore continuo dicitur, quòd quando quis suscipit factum explendum in certo loco & tempore, quòd sua culpa, & negligentia probatur eo ipso, quòd nõ facit id eo loco & tempore quo facere tenebatur, nisi esset de impedimento. Bar. in consi. 102. carissime domine, vnde creditor sine suo interesse post diem pecuniam a suo debitore recipere non tenetur, si dicta certa die & certo loco vt supra soluere tenebatur. Henri. de Bouer. sing. suis in ver. & interesse, num. 5. sed quando nõ est determinatum tempus intelligitur quam primum potest, nec requiritur interpellatio pro mora. l. nec conditio, de cond. & demon. Aymo in cons. 192. casus. nume. 17. vol. primo. Tempusq; præfixum ad aliqd facien. respectu certę causæ non incipit currere, nisi ea causa prius existat, per Tiraq. de Retract. conuentio. §. 2. in glo. vni. numero 57.

9 Existens † etiam in peccato, qui furiosus efficiatur, præsumitur deinde cõtinuè tale peccatum habere & cum eo mori, poterit tamen verè esse contrarium, & erit tunc illa præsumptio erronea & falsa, sicut probato semel furore, semp durare presumitur, nisi contrarium probetur, Ferret. in cons. 207. ex late deductis, num. 1. volum. primo. Henric. de Boue. sing. suo in ver. Præsumptio & fictio, nu. 25.

Prout

Source : BIU Cujas

Prout a Rustico donatur domino agri vnum par caponum,prout solet fieri in Tuscia,& quibusdam aliis locis,respectu certè causæ,si laborerij in agro cum bobus, præsumitur dicta donatio continuari etiam in futurum annuatim, durante tamen tempore, quo in dicto laborerio permanserit.Bar.in l.cum de in rem verso.in fi.ff.de vsur.vnde dicitur, quòd per annuam præstationem longo tempore continuatam presumitur debitum,c peruenit.de cons.& ita dix.Car. in clem.eos.in 2 not.de regular.

Sicut etiam qui malâ fidem habet possidendi, efficiaturq; furiosus,continuatur,& durat adhuc illa malæfidei presumptio,vt per Bar.in l.nunquam.la 2.§.si cui.ff,de vsucap. sicut ille qui cepit possessionem,& postea furiosus effectus : quia præsumitur etiam continuare possessionem per eum antea apprænsam,ratio est:quia videtur sibi durare animus continuandi possessionem.l.si is qui animo. ff.de acquir.possess.

10 licet † obliuio causa sit amittendi ipsam possessionem, quæ obliuio sit per tempus inducta,non autem tempus est illud quod faciat, quæratque modum dictam possessionem amittendi,glo.fi.in l.licèt possessio.C.de acquir.possess.

11 Facit quoque † illa generalis regula,semel malus, semper præsumitur malus,cap.semel malus.de reg.iur.in 6. cum alleg.per Niconi.in Rub.ff.de no.ope.nun.num.87.cum multis num.seq.in hac materia.Quæ intelligen.est in eodem genere mali,secundum Bar.in l.Cassius.ff.de senat.& no.Abb. in c.proposuit. de cler.excommu.ministt.cum alijs, quia vt dicit Dy.in fi.dicta reg.vitium animi,quod est initium malorum,non potest auferri per alium absque illius animi delinquentis corruptione,& ideo dicendum est, quòd continuè præsumitur continuata quasi possessio in existētia qua si malitię,nisi contrarium probetur, quod idem non erit dicendum in continuatione possessionis alicuius rei,quæ potest habere dependentiam non solum ab animo & corpore possessoris,sed etiam a facto alterius, & sic per alium etiam auferri absque consensu spontanei animi possidentis,vt toto tit.ff.de vi & vi arma.

Sed si ille qui olim malus fuit:probet se fuisse cōuersum, & per tres annos continuos in ipsa conuersione ac bona vita permanserit, dicitur ex hoc purgatum esse, & emendatū 13 præsumi,omnemque malam ac sinistram suspitionem contra eum extintam esse præsumptiue,fingiturque nouus homo,ac si nunquam malæ vitæ fuisset,per Rom. in cōsi.236. vr promissa,iam supra alleg.in nu.6. Corsett.in sing.in versi. Præsumptio prima,sed M.Mant.in singu.401.alias tenere videtur,quòd emendatus(quo ad ipsam præsumptionem)omnino etiam integer non remaneat.

Vnde d.Reg.semel malus,intelligen.est,scilicet in eodem genere mali,& in eadem qualitate delicti, vt p Gram.in decisio.25.Magnificus Pirrus,num.7 ac etiam nisi per tres annos continuos conuersus fuerit,seu alias probauerit cōtrarium ad validandum actum,& gestum fortè per ipsum, cuius tempus, scilicet an esset bonæ vel malæ opi. & præsumptionis homo attendendum,& considerandum videtur,per Ferret.in d consi.207.num.13.& de tali Reg.semel malus,& econtra semel bonus,bene dixit Marsi.in sing.74. Tu habes, 15 & 393.Regula, Tiraquel.de pen.cau.51. numero 3. & quòd malum de malo homine præsumatur,ponit late Seysel.in l. vt vim,num.81.cum aliis seq.ff.de iu.& iur.& de intelligentia huius Reg.etiam ponit Fran.Cur.in l.vni.nume.36. C.de prohib seq.pecu.

Est etiam aliud singulare dictū in hac materia,quòd maritus,qui continuè ac toto durante tempore matrimonij tacuit,vsuras seu interesse dotis sibi promissæ & nondum solutæ,non petendo, quòd per illam continuam taciturnitatē inducitur tacita vsuratum prædictarum interesse remissio, per Roma.in consi.517.In casu proposito,num.16.& Bal.in tract.præscrip.in 3.par.prin.in q.10.num.17. Et ratio videtur: quia præsumitur donatio in isto casu, maximè postea per mortem confirmata,contra illam regulā, quòd donatio nō sit præsumen.quia in hoc casu ille actus subsequēs in ipsa,s. taciturnitate consistens,seu aliàs non actus, idest voluntas in vsuras non petendo consistens,manifestatur per præcedētem voluntatem donationis,& adesse & adhærere ipsi actui 16 vel potius vt supra non actui,idest voluntati, ac taciturnitati subsequenti conformē,arg.l.Iulianus.§.proinde. ff.ad Macedo.l.quædam.ff.de reb.du.si autem paruo tempore tacuit, non censentur remissæ.Ias.in §.fuerat.Instit.de act.nu.20.cū duobus num.seq.

De istis autem vsuris & interesse;& quando debeātur,per Ias.in d.loco.Corn.in consi.164. In hac consultatione, vol. 17 3.Socin.in consil.175.Præsens consultatio.volum.2.Gozad. consi.55.Quęritur.late Cagno.in l.curabit.C.de actio.emp. Card.Paris.consi.126.Esto quòd.num.20.cum seq.volum.1. Alexan.consi.primo.circa primum.vol.2. Doct. & bene Io. Bap.de S.Seuer.in l.cunctos populos.car.7.& seq.C.de summ trini.& fi.cat.vltra ea quæ habentur per Laurē. de Rodulph. Ambro.de Vigna.& Anton.Rosel.in eorum tracta. de vsur. cum aliis.

12 Vltra prædicta † Dico etiam circa cōtinuationem, quòd continuum, adeo dicitur continuum materiaque continuationis,coniunctionis & contiguitatis tantæ est potētię, & efficaciæ,vt multotiens(vt ita dicam)Duo sunt vnum, p vnoque habentur,dicuntur,& reputantur,facitque cōtinuatio de duobus vnum,vt dixit Gemi.in c.1.ad fi.de consec.eccles.vel alta.in 6.cum suis alleg.Sicuti in circulo, seu forma circulari,iuxta illud psal.A summo cęlo egressio eius,& occursus eius vsque ad summū eius,ac in Euang. exiui a patre, & veni in mundum,iterum relinquo mundum, & vado ad patrem,& hoc modo factus fuit circulus; quia † semper ad creationem circularis formæ vltimum principio coniungitur,& ex dictis duobus extremis simul iunctis vnus tantum circulus fit propter continuationem & coniunctionem, sicut ob eandem continuationem, coniunctionem & vnitatem personarum (catholicè loquendo) dicitur in illa cæteris perfectiore & vera vnitate,ego & pater vnum sumus, & Io.Tres sunt qui testimonium dant in cęlo,Pater,Verbum, & Spiritus Sanctus,& isti tres vnum sunt,ac etiam in lege veteri,non tamen prout in precedenti,sed de alia vnione,dixit Iosaphat Rex Iuda ad Achab,sicut ego sum,ita & tu, Populus meus.& Populus tuus vnum sunt. Apud nos vero est alia vnio,sed ficta,vt vir & vxor,quia sunt duo in personis, in amore tamen erga Deum & se ipsos, ratione contiguitatis, & continuationis carnis,dicuntur vna caro, iuxta illud, & erunt duo in carne vna.l.1.ff.rerum amot. i.eiusdem animi, voluntatis & opinionis.cap.ad apostolicam.de conuer. coniug.& talis animorum coniunctio vnionem significat,quæ consistit inter Deum & iustam animam,vnde Apostol. qui adhæret Deo,vnus spiritus est cū eo:Quo verò ad coniuntionem corporū,vxor est socia diuinę domus & humanæ rei, cum homine l.aduersus.C.de crim.expil.hær. & regulariter quod de vno disponitur,alterum continere videtur,dispositioque † facta de homine propter similitudinem & concomitantiam;quia sunt ad imaginem Dei creati.l.si quis ī metallum.C.de pe.non tamen secundum lineamenta, sed quā tum ad animā,quæ nobilior est corpore,& quæ Deum imitatur secundum vim intellectiuam a Deo,vt per glos.in ver. imaginem,in constit.Reg.in titulo de legi.vnde Plato in Alcibiade dixit,quod homo non est illa caro,que conspicitur, fragilis & terrena,sed eius animus facit hominem esse hominem,qui animus imago Dei est,iuxta illud Genes.2.c. Deus fecit hominem ad imaginem & similitudinem suam.vt per Marcel.Beringuccium Senen in rub. ff.de verb obl.col.4. & regulariter dispositio intelligitur etiam continuata in feminas in fauorabilib.cum masculinum fœmininum etiā concipiat,vulga.iur.excepta materia differēti.Tiraqu.de Retrac. municip.§.1 in gl.9.nu.195.& pulchrè distinxit Ang. in § fi. in gl.quia filij,& alij scrib.Insti.qui testam.tut.da.pos.

15 Et regulariter dixi † quia statutum mentionem faciēs de viro,nō habet locum in vxore,maxime in odiosis,licèt sint correlatiua,Deci.in l.j.in fi.C.de in ius vocan. Bal.in l.cū te. C.ne vx.pro mar.& in cōsi.6.in fi.vol.j. vbi statutum loquēs in adultero non habet locum in adultera, cum aliis simili. casibus,vt per Iac.Nouel.in tract.Iur.prothom.§.j.nume.12. vsque ad 20.sed Alexandrin.in consi.151.viso contractu,nu. 4.dicit quòd non debent vir & vxor ad imparia iudicari, cū sint correlatiua, in quibus etiam in statutis pęnalibus dicit ipse refen.Præceptorem suum Cur.Iun. & etiam consuetudine dispositum in vno casu tit.2.in alio fuisse dispositū. Ac huic continuationi potest etiam conuenire maior pars eorum quæ supra.in 4.materia dicta fuere.

Similitet pater & filius licèt sint duo, regulariter præsumuntur.& reputantur pro vno,vt dixi in alijs cōtinuationibus,quem autem gradum faciant inter se & alios descendētes,per Franc.cosc.Decanum Senen.in suo trac.super arbor. affin.& consan.per totum.

16 Vnita etiam † & continuata dicitur voluntas duorū Dominorum miscentium inter se materias per specificationē: quia commune totum corpus efficitur, siue eiusdem generis sint,materia diuersi,ad tex.in l.adeo.§.voluntas.ff.de acq. rerum domin. Sicut etiam in materia connexorum.in qua vnicum factum censetur,Signor.de Home.& Raphael Fulgo.in cōsi.quod est ante tractat.cautel.Barthol.Veron.

17 Dies † etiam bissextilis seu intercalaris, ex quo fit continuatio illorum duorum dierum in anno, quo currit bissextus,pro vna die tātum illi duo præsumūtur & reputātur.l. cum bissextus.ff.de verbor.sig.l.3.§.minorem.ff.de minor.&

ibi

ibi Iacob.Rauenn.& Alber.

Sed ad computan.dies, vt octo,decem,& alios,illa dies intercalaris pro duobus computatur,nisi in fauorabilib.& ad computan.annum,vt dixi,pro vna tantum die reputatur,Tiraq.de Retract.municip.§.j.in glo.10.num.119.& in §.3.glo.2.num.6.quia vnitas tẽporis reddit vnitatem dispositionis.

18 Vnde† si plura verba iniuriosa vno contextu in vnum cõferantur,dicetur tantummodo vnicum delictum,secus autem si cum temporis interuallo vnum verbum ab alio separatum esset.l.item apud Labeonem.§.conuitium.ff.de iniu.& ibi Barto.& glos.in l.nunquam plura.ff.de priuat.delict.cum aliis.

Prout etiam in furto dicitur,quod & si fiat de pluribus rebus vnico tempore,vnicum furtum dicetur,& pro vno tantum fiat condemnatio,secus si diuerso tempore factũ esset.l.eum qui,& ibi Bar.§.idem dicitur,ff.de fur.Bal.in cons.257 Ad audientiam.vol.v.Bartho.Veron.in auth.sed nouo iure.C.de ser.fugit.nu.68.quia fit & dicitur continuatio eiusdem furti,antequam fur ad diuersos actus conuertatur.

Facit etiam: quia actus geminatus in actu momentaneo habetur pro vno,vt si eodem tempore bina cõfessio emanauerit,vnica confessio censebitur,secus si per temporis interuallum,quia duplex esse dicetur,sicut etiam ad inducen.cõsuetudinem,ad quam requiritur binus actus, non sufficit actus eodem tempore binus,refert Crot.in l.j.nu.32.ff.de ver.obl.vbi in nu.seq.in materia geminationis distinguit,prout etiam venditio de pluribus rebus in eodem instrumento & tempore facta,ac eodem pretio vnica venditio dicitur & nõ plures,Tiraq.de retract.municip.in gl.j.§.23.nu.4.secus si singulæ res singulis pretiis vendantur, idem in eo loco nu.17. Ad quod videatur Afflict.in §.pater, nu.23.& seq.in tract.de iur.prothom.& prout practicatur & tractatur etiam ista materia quotidie in vrbe apud Dominos meos. D.R.Magistros stratarum ædiles Curul.

19 Dicẽdum est † quòd si statuto caueatur,quod ad nuptias inuitari non possent,nisi tot personę,si pater & filius vno cõtextu vxorem suam quilibet duxerit;quia vnicæ dicũtur nuptiæ, ratione continuationis,& connexitatis,non poterunt totidem personæ inuitari.s.duplicatæ,vt per Moder.in c.j.de mut.petit.M.Ant.Bauer.in trac.de mora.in 1.par.nu.7.

Et alibi etiam dicitur, quòd continentia ædificij censetur vnum esse ædificium cum eo,quod cohæret.l.3.ff.de ver.sig.l.ædificia,eo.tit.& c.si ciuitas.de sen.excom.in 6.

20 Hinc est † quòd polluta ecclesia cęmiterium quod est cõiunctum,etiam censetur pollutum,sicut fugiens ad porticũ seu portam ecclesiæ & cęmiterium gaudet immunitate totius ecclesiæ,c.si quis contumax.17.q.3.Remig.de Gonni.in tracta.de immun.eccles.in ver.porcus,& in ver.ostium,cum ibi,seq.quia porticus est de domo & eius pars, quod facit ad statutum,vt si insultatus in porticu dicitur insultatus in domo,similiter stan.statuto quòd quis non vadat de nocte sine lumine,inuentus in porticu non punietur,Io.de Ami.in cõsil.4.In causa litigata,num.3.cum duob.seq. Remig.in d.loco,in ver.passus,dicit, quòd maior ecclesia habet circuitum immunitatis.40.passuum,minor verò 30.de quibus,& an loci contigui in d.circuitu sint immunes & quando,& an etiã ibi domus laicorum existens sit immunis, in eod.loco,& in princ.tractatus in nu.1.ponit casus, per quos talis fugiẽs priuilegio & immunitate non gaudet,& ratio prædictorum videtur;quia talis connexitas operatur hoc,vt vnitas censeat, & connexorum idem est iudicium,cap.translato.de consti.l.quod conclaue.ff.de damn.infec.cum alijs.Ac in alio casu quæritur, an vendita domo intelligantur etiam venditæ statuæ,super quo distinguen.est,an sunt domui affixę,aut non, primo casu veniunt in venditione.l.nemini.C.de ædifi.priu.l.senatus.ff.de contrah.empt.cum aliis: quia tunc ad ornatum ciuitatis sunt,nec auferri possunt sine deformitate domus,ideo in venditione transeunt sicut in iure patronatus, quod prohibetur vendi,accessorie tamen transit in venditione,ad l.in modicis.ff.de contrah.emp.l.quædam.ff.de acquire.dom.ca.ex literis,de iure patrona.Secundò verò casu, nõ veniunt in venditione:cum possunt e domo auferri sine diminutione domus, cum sint ad voluptatem,& ita tenuerũt sacri Pala.Auditores in vna Rom.statuarum inter illos Rusticis & illos de Capranica,coram Iac.Card.Puteo,tunc Auditore:quia illa domus vendita per illos de Capranica, vt dixerunt non debet continere sub se statuas per text.in l.pen.ff.de verb.sig.testatur R.P.D.Ioannes Moheda.etiam D.Rot.Aud.in suis decis.manuscriptis,decis.mihi 84.alias 114.& potest predictis vnitatibus,cumulationibus & continuationibus allegari Bar.in cons.222.Antonius commisit,Bal.in cõ

21 sil.166.volum.v.Prout † Actus continuatus & durans, censetur vnus actus a principio vsque ad fi. Ias.in l.eum qui.§. in popularib.nu.11.ff.de iureiur.cum alijs.

22 Eodemq; modo† dicitur continuatio possessionum.i.plurimorum temporum iam preteritorum, quę facit vnum solum dominium,vt in titulis de acq.poss.& acqui.rer.dom.latius apparet,& alio casu Lap.allega.80.quæris cum locatio, Card.Alexan.in c.j.in prin.colum.pen.ver.sed stat punctus, qui feu.dare poss.

23 Aliud quoque exemplum † de continuatione,coniũctione ac vnione & suppressione per Summum Pont. de duob. Episcopatib. seu per Episcopum de duabus ecclesijs facta.q̃ vnio cum solemnitatibus & causis requisitis fieri potest. Deci.in cons.233.viso tenore,num.3.vol.2.Caccialupp.in trac. de vnio.artic.5.in princ. Quæ & similiter postea reuocari & dismembrari.Ferret.in cons.61.In causa constituum, volu.1.& in cons.69.casus,nu.3.& cons.138.eo.volum.& per totum tract.Pet.de Por.de Reuo.vnio.Thom.Campeg.Episcopus Feltren. in tract.de vnio.eccles.in lib.qui de aucto.& potestat.Rom.Pont.inscribitur,& Oldra.in cons.261. In vnione,& cons.seq.

Duplex est vnio,vna temporalis:vt est illa quæ cõceditur ad tempus, vt puta ad vitam,quæ licèt prius concedi solitũ esset,hodie tamen non;vt testatur Quintilia.Mandos.in sua Prax.signat.Grat.in ver.vniones,altera perpetua, quæ ratione vicinitatis ac fructuum paucitatis aliisque in signatura Pontif.bene discussis,per ipsum conceditur seu denegatur, porrectis supplicationibus, prout melius conuenire videbitur,& iuris esse existimabitur,& de vnione,dismembratione & suppressione dixit etiam idem Mandos.super Reg. Cãcel. in Reg.12.de Reuoc.per totum.

Sed an dictę ecclesiæ vnitæ teneantur ad decimas Papales & quando.Ferret.in cons.125.incip.quod non tenc.vol.j.

Et licèt sint duæ,prout ita esse appareat:nihilominus cõtinuationis & vnionis virtute faciunt & cõstituunt vnam solam ecclesiam in veritate,& illæ duæ tanquam vnicæ & vnitæ vni soli conferuntur & non duobus:cap.1.& ibi glos.& Hostien.ne sede.vacã.cap.& temporis,cum gl.16.q.1.& Petr. de Vbal.in d.tractat.de vnio.colum.4.cap.2.& Caccialup. in eo.suo tract.

An autem ecclesia cum altera vnita teneatur ad debita illius post vnionem cõtracta, vel tanquam vnitę ambæ ad solutionem dicti debiti teneantur, M.Mant.singular.499.cum heri,& an ecclesia exempta alteri ecclesiæ non exemptę vnita suam exemptionẽ perdat, Franc.Mar.in decisio.suis, in quest.1469.num.fi.

Sed quęro, an dispensatus ad duo sub eodem tecto, & obtineat mansionariam cum præben. impetrauit canonicatũ facta mentione de q.mansionaria,& non de præben. gratia fuerit subreptitia.Domini Sacrę Rot.alias tenuerũt,vt testãtur decis.R.P.D.Tho.de Tanis, manuscriptæ, decis.mihi.54. Dispensatus,quod si præben.esset separata & disiuncta, ac faceret membrum de per se ab ipsa mãsionaria, quòd surrepti tia diceretur,si verò consequutiua & annexa,quòd nõ,& q̃ ita ordinauit etiam Rota alias in decis.449. Quidam,in Not. & hoc non ob aliud videtur esse,nisi ratione & virtute vnionis,& annexitatis potentia.

Et predicta faciunt in argumentum duarum actionum. l.vni.C.de rei vxo.actio.l.2.in fi. C.com.delega.§.sed nostra. Instit.de lega.§.fuerat.de act Sicut quãdo quis tenetur ex forma statuti satisdare in aliquo casu,& sit idoneus,poterit prę stare quemlibet fideiussorem, etiam inopem: quia bona ipsius principalis in eo casu aggregantur, & reputantur pro vno & eodem patrimonio cum fideiussore,& idem si principalis esset pauper & fideiussor ditissimus, quia etiam tunc dicitur sufficere (quo ad istum casum) Marsil.in Rub. ff.de fideiuss.nu.279.

Ac & ĩ materia debitoris principalis & fideiussoris est notandum!, vt dicit D.R.P.D. de Tanis in d.suis decis.mihi 119. creditor,quòd creditor habens principalem debitorem & fideiussorem obligatum,& rem alienam a principali in solutum recipiens,qui principalis deinde decoxit,quòd creditori datur regressus contra fideiussorem.per dictum Specul.in tit.de fideiuss.§.j.in fi.ver pone,num.24.& ibi Io.Andr.licèt in ꝺrium sit cõis opin. per illud dictum videlicet, quòd per solutionẽ esset extincta obligatio principalis & accessoria, Inst.quib.mod.toll.obl.in prin. per Bar.in l.si quis. ff.de sol. & obligatio semel extincta amplius non reuiuiscit, & ita dicit tenuisse Rot.non vt communi opi.ꝺriaretur, sed dictam cõem opi.specialiter limitando,considerans vt fraudi obuiaretur:quia isti fallit cum fideiussorib.obligati possent multa aliena in solutum dare,& se & fideiussores liberare, ipsique creditori consultum non esset, ac etiam quia illa receptio in solutũ nõ est propria solutio, sed quædam receptio sub certa & tacita cõdõne.s.si nulli acquiratur,ẽ in emptione & commi-

Source : BIU Cujas

commiſtione duorum fundorum uicinorum ſeu domorum, vnicus fundus & unica domus fit: prout commiſtio bonorum teſtatoris & hæredis inſimul facta, unio bonorũ & vnicum patrimonium dicitur, quæ tamen omnia cum ſua cauſa & onere facta tranſire cenſentur, Io. And. in addi. Specul. incip. quemadmodum, in tit. de empt. & uend. §. nũc dicendum, el ſecondo.

Prout etiam vena minerali unica dicitur, etiã ſi ſub pluribus fundis continuata & unta ſit, & communis efficiatur eum dominis fundorum, Pau. de Caſt. in conſi. 130. In cauſa mota. & facit quod dicit Gomes. ſuper Reg. Cancell. in Reg. de publican. reſign. in quæſt. 6. num. 2. uidelicet de duabus Regulis ad eundem finem tendentes ꝙ eorum tempora coniunguntur, & pro vna tãtum Regula reputatur; quia quando duo ſunt propter vnum finem introducta, illa duo vnum reputantur, ut per iura per ipſum alleg.

Tantæ eſt ergo utiliratis vnitas & cõmunio, ꝙ ſi Princeps minori concedat reſt. in integrum, talis conceſſio prodeſt ẽt maiori, ſi in eadem cauſa poſtuletur, cum qua venit etiam maior ratione communionis, ut per Iac. à S. Georg. in l. maior. C. ſi in communi eademque cauſa reſt. poſtul. & per illum tex. quem refert Caſſan. in conſi. 66. Aliqua, nu. 65. Et idem erit in cauſis, vbi inter conſortes litis aliquis priuilegiatus, vt clericus, adfuerit, quia vnitorum adinuicem eadem eſt natura, ꝙ maius dignum trahit ad ſe minus dignum. Io. de Amicis. in conſi. 1. in cauſa & lite, nu. 15.

Alia & quidem multa exempla etiam adeſſent, quæ quilibet ad hanc materiam applicare poterit ideo venio ad octauum & vltimum Capitulum.

De pluribus dictionibus, quæ continuationem ſignificant, & quibuſdam exemplis.

SVMMARIVM.

1 *Continuè aduerbium, ſeu dictio continuationem temporis ſignificat, Recipit tamen quandoque interpretationem mirabilem, ut non ita amare intelligatur, ſed ciuiliter.*
2 *Semper, alia dictio, de ſui natura denotat continuationem, licèt quandoque pro alio accipiatur, quod facit pro materia teſtium.*
Pactum de retrouendendo quandocunque, an poſſit præſcribi, remiſſiuè.
3 *Perpetuò, etiam continuationem notat, vſque ad centum annos, non autem in infinitum.*
4 *Item, dictio eſt repetitiua, & quando adijciatur præcedentibus illa noua oratio continuationem inducit, licèt quandoque pro alia dictione accipiatur.*
5 *Per, & iam dictiones perfectionem & continuationem notant, & illa per, facit pro formandis articulis, maximè ſi iungitur cum copula, &, & in nume. 6. & 8. & illa iam, facit pro teſtibus, & in nume. 9.*
7 *Perfectum dicitur id quod conſtat ex partibus integralibus, principio. medio, & fine.*
10 *Cæterùm, eſt dictio ſimiliter continuatiua de vna oratione deciſa, ad aliam ſequentem.*
Dictio, quandoque, & dictio, igitur, ſunt continuatiuæ.
11 *Ante, & A, denotant quandoque continuationem, & quandoque includunt, quandoque verò excludunt.*
12 *Vſque. Ad, & vt, includunt & continuant.*
Vterque concurſus vtriuſque copulati requiritur, aliquando tamen diſiunctiue accipitur, quod facit ad aliquas quæſtiones, remiſſiuè.
13 *Feudo conceſſo à tali loco vſque ad talem, vterque in conceſſione venit, & notatur etiam pro teſtibus talis dictio vſque.*
14 *Officialis habens arbitrium pœnam imponen. vſque ad certam ſummam, includitur ipſa ſumma, & eam excedere non poteſt.*
15 *Limitatio Oldr. ad caſum præcedentem.*
Vſque in tertiam generationem, quomodo hæc verba intelligantur.
Dictio, quoque continuat actum & orationem, ſicut dictio, etiam.
16 *Et, copula de ſui natura eſt apta nata ad coniunctionem & continuationem inducendam, adeo quòd ſi ponatur inter principium & finem, habet includere medium, & an ſemper requirat concurſum copulatorum, & de alijs circa eius ſignificationem.*
Nec, dictio habet incluſam copulam.
17 *Enim, dictio venit continuatiue, aſſignando rationem ad quæ ſuperius dicta ſunt.*
18 *Seu, vel, aut, duplicem naturam habent, videlicet diſiungere verba, & coniungere ſenſum.*
19 *Infra, intra, extra, ſupra, ſuper, inferius, & ſuperius, ſunt dictiones, quæ de ſui natura coniungunt & continuant contenta inter duo extrema, quod facit pro materia confinium, & alijs materijs.*
Vltra, dictio includit & continuat omnia antecedentia.
20 *In, dictio includit & continuat.*
Et de alijs dictionibus, remiſſiuè.
A, Ab, Ex, Hinc, Cum, & ſimilibus includunt, & exempla.
Et alijs dictionibus, remiſſiuè.
21 *Et cætera, hæc verba temporis continuationem notant.*

CAPVT XIX.

VLtimo loco videndum eſt de octaua, & vltima materia principali, in qua ſimiliter vnico cap. aliqua in exemplũ adnotabo, quæ continuationem demonſtrare, & ſignificare uidentur, cætera verò de ꝑ ſe dignoſci poterũt, & primò.

1 Dictio † continuè temporis continuationem notat & includit, prout late dixi in cap. 17. Intelligendum tamen eſt, vt ibi, ꝙ quandoque recipit intetpretationem mirabilem, videlicet dato aliquali medio, ac interuallo poſito, ut per Abb. in iam alleg. Proem. Greg cum aliis vt in d. loco, cap. vnico, & non ita amare intelligendum eſt ſed ciuiliter.

2 Similiter † dictio ſemper, de ſui natura continuationem notat. Bar. in l. prima. nume. 21. ff. ſoluto matrimonio & ibi not. Saly. Alber. de Roſa. & alij & in l. ſemper. ff. quod ui aut clam, & in cap. primo. cum glo. de dolo & contumacia. Pro ut quotidie cantat eccleſia, ſicut erat in principio & nunc & ſemper, & Maria Soc. Senen. inter conſi. Barto. genitoris, in conſi. 111. circa præſentem conſultatio. colum. prima, volum. 1. Camil. Viſitar. in l. prima, num. 164. ff. ſolu. matrimo. & Crot. ibi, in nume. primo, æquiparando etiam dictionem quandocunque, inferendum ad illam quæſt. poſitam in cõ tractu venditionis, cum pacto de retrouendendo quandocunque, an tale pactum poſſit ullo tempore præſcribi, cum alijs: & in materia dicitur, quòd illud ſemper uerificatur, etiam quòd momentum aliquod ac interuallum in medio interueniat, vt per Alexan. in d. l. prima, ſol. matrim. prope nu. 39. & ibi Iaſ. nu. 34. & ſequ. licèt quandoque pro aliquo alio aduerbio aliud ſignificante intelligatur, ut ibi per eos.

Quod facit pro teſtibus, vt dixi in d. 6. contin. qui licèt depoſuerint, quem poſſediſſe continuè, tamen ſi aliquod interuallum fuerit in medio, non dicuntur depoſuiſſe falſum, poſſeſſionemque continuam probant. & Tindarus in tract. de teſt. in cap. ſexto, in 3. par. princip. nu. 6. Prout etiam multæ Regulæ iuris ſunt, quæ licèt loquantur per talem dictionem ſemper, patiuntur tamen ſuas exceptiones, quia Regulæ ſunt, prout eſt l. ſemper generalibus. l. ſemper in cõuentionibus, ſemper in dubijs. ſemper in obſcuris, ſemper in ſtipulationibus. ſemper qui non prohibet. ff. de reg. iur. cap. ſemel malus. de reg. iur. in 6. cum alijs, quæ non diſponunt in omnibus caſibus, prout ſonant verba, & ſic illud ſemper, intelligitur non ſemper, & per Cagno. in d. l. ſemper in obſcuris, num. primo, quia recipit dictam moderationem & reſtrictionem. Fran. de Are. in l. dotis cauſa, num. 1. ff. ſolu. matrimo.

3 Eodemque modo † erit dicendum de dictione perpetuo, vt per Alexan. in l. ſoluto matrimonio, num. 2. ff. ſolu. matrimo. quod tamen intelligitur vſque ad centum annos, non in infinitum, & ita Alexand. ibi dicit ſe obtinuiſſe in caſu quem deducit, ac etiam conſuluit in conſi. 40. Omiſſo multiloquio, volum. primo, & conſil. 86. in cauſa dariorum, eodem, volum. vnde dicitur, quòd tales dictiones vt ſemper, perpetuò, quandocunque & ſimilibus præſcriptionem non tollunt, vt ſi præſtituto tempore ad porrigendum petitiones contra officiales in ſyndicatu, temporeque elapſo, eis nõ nocet, ſi ſe præſentaturos totiens quotiens opus fuerit, promiſerint, quia poſt tempus repræſentare non tenentur, Tiraquell. de retract. municip. §. primo, in glo. 10. nume. 34.

4 Dictio † item, repetitiua, & continuatiua eſt. Barto. in l. item in poteſtate. nume. primo. ff. de iure perſo. quia quando adijcitur præcedentibus, illa poſtea noua oratio in ſe perfecta omni perfectione continuationem inducit l. qui uinum. § cui. verſi. item. ff. de trit. & ole. lega. l item apud Labeonem. in prin. ff. de iniur. & §. item reſcripſerunt. cum §. ſequ. & l. fi. ff. ad municip. §. item Inſtit. de actio. & Bart. in l. prima. nume. 1. ff. de public. cum alijs, licèt aliquando pro alio etiam accipiatur, vt per Barto. & Dyn. in l. in repetendis. ff. de legat. 3. gloſſ. inuentoris. §. item lapilli. Inſti. de rerum diuiſ. & ibi Docto. & per Hier. Zanch. in l. hæredes mei §. cum ita. ad Trebel. nume. 126. Riminial. in conſi. 105. Ardua tamen, nume. 19. volum. 1. Sed non eſt in totum repetitiua, ſcilicet qualitatis, ut not. Franc. de Aret. in l. obligatio. nume. primo. ff. manda. cum addi. Benedic. Vadi. &

Source : BIU Cujas

in l.qui ſuperſtitis,num.2.de acquir.hær.& dixit Alc. in l.2. §.& harum.num.25.ff.de verb.oblig.per tex. in d.§. item lapilli. ℭ arguit dependentiam a præcedentibus in re tamen diuerſa, quæ dictio facit ad multa pro ſtatutis,inſtrumentis & alijs diſpoſitionibus loquentibus per talem dictionem, vt per Doct.in locis alleg.

Simili modo † dictio,per,augumentum, continuationē
5 ac perfectionem notat,vt no.Abb.in glo.pernoctauerit, in cap.ſi conſtiterit,nu.13.de accuſa. Archid.in ca.ſi autem. de iudi.in 6.& in cap.cum contumaciam.& ibi Gemi.num.10 de hæret.eo.lib.loquens de hæretico, qui dicitur pertinax, ponderandum illam dictionem,per, & Lancel.Politus Senen.in l. filium quem haben. colum.7. in 2. præſuppoſito princ.ff.fam.erciſc.notatque Bar.in l.quinquaginta.ff.de ex cuſ.tut.notatur etiam in l.Celſus.ff.de vſucap.& eſt tex.in l. vrbana. §.per noctare. ff. de verborum ſignif. & ibi Rebuff. & idem in tract.de Reſciſſio.contract.in glo.19.in prin.

Quod facit pro formandis articulis, & aliis ſimilibus vbi apponitur talis dictio, videlicet vt dicatur, ℭ talis poſſedit per annos viginti, quia ſi deinde teſtis deponeret per hanc dictionem, per.dicendo. per 20. annos aliquem poſſediſſe, 13 ſiue ad articulum ſe referat, ſiue diceret articulum verum (licèt hæc practica,ſcilicet de articulo vero,non ſit admodū laudabilis,quia verba formalia notari,& deſcribi debent)& tunc dicetur illos 20.annos eſſe continuos,ut per Soc.in cō ſi.42.in caſu reſtitutionis in integrum colum.prima, vol.1.
6 & eo magis † ſi iungitur cum copula,&,ut docet Abb.in ca. licèt cauſam,nu.11.in fin.de proba.quia dicit, ℭ tunc denotat etiam perfectionem, † & perfectum dicitur id, quod cō
7 ſtat ex partibus integralibus,ſcilicet principio, medio, & fine,quæ partes integrant,& perficiunt illud totum, vt l.prima,cum concor.ibi per gl.ff.de reg.iur.& Cagn. in l.prima, num.7.ff.de orig.iur.& in num.19.& ſic notant dicta uerba perfectionem perfectam.

8 Idem dicendum erit de dictione iam, ut per Bart.l. Celſus,de vſucap.num.26.& l.prima.ff.de aqua quot. & æſtiua. & eſt etiam tex.in prima conſti.Cod. in verſic. omnem iam conſtitutionem & iuxta illud. Cum iam ſero factum eſſet, vbi non ſolum continuationem notat,ſed & perfectionez, ita tamen hoc uerum eſſe dicitur,ſcilicet ſi adiungatur tempori præterito, ſi uero futuro, ſignificat ſolum continuatio 15 nem,ſecun.Bal.in d.prima conſti.ad ſimilitudinem dictionis,olim,dudum,& quondam,quæ ſecundum Bar. in l.prima.§.hoc autem interdictum.num.2. ff.de noui oper. nun. tria.tempora ſignificant,ſcilicet præſens, præteritum,& futurum, & regulantur ſecundum naturam verbi, cui adijciuntur.

9 Quod facit † pro teſtibus,qui deponunt,quem poſſediſſe iam ſunt decimi anni,vel aliter depoſuerint cum hac dictione,vel ſimili,quia tunc temporis continuationem, perfectionem,& complementum notat,& ſignificat,ut per Feli.in cap.licèt cauſam,ſub nume.10. de proba. & Cagno. in prin.proœm.Digeſtorum,nu.64. & ita etiam de dictio. poſt quam,quia non ſolum conditionem importat ſecun. Bart. in l.quibus.§.Termilius. num.7. ff.de cond. & demonſt.ſed etiam habet aliquantulum vberiorem ſignificatum, quòd perfectionem actus demonſtrat.l.inter illam. & ita Alci.in fi.ff.de verbor.ſign.

10 Sic etiam † dictio cæterum, quæ eſt coniunctio copulati ua diuerſarum rerum,non autem dictionum,ex qua dictio ne aliam orationem præceſſiſſe intelligimus, quæ iam extitit deciſa & declarata,cum poſt modum illa ſequens dicendum cæterum,ad præcedentia continuabitur:vt in c.cæterū de iura.calum.& c.cæterum.de teſti.cogen.& ponit Milis in ſuo Reperto.in uerſi.cæterum.nu.20.

Dictio quandoque eſt continuatiua precedentiū.Abb.in ca.paſtoralis.§.item totum.in prin.de offi.deleg.& ſimiliter dictio igitur, Ant.de But.in ca.qualiter & quando, el.2.nu. 23.de accuſa.& de exemplis per eos.

11 Notant etiam aliquando † continuationem iſtæ dictiones,ante,& A,quæ quandoque includunt, quandoque uerò excludunt,de quibus per Imo.in clem.in pleriſque eccleſiis,num.12.de electio.& in clem.ſicut,nu.3. de appellat. & ibi Card.nu.10.& de illa ante,ponit etiam Bar.in tract.1. de inſu.ca.quod ſi ex uno.Io.de Pra.in l.2.§.creditum.nu.2.vbi etiam de dictione poſt,& Parpal.in nu.11.& 13. ff.ſi cer. pet. & de exemplis etiam ibi per eos.

12 Includit † & continuat tempus etiam dictio uſque, ut in cap.2.de capel. mona. & §. quod ſi fugerit,Inſtit.de empt.& uend.ut iuxta illud.Chriſtus factus eſt pro nobis obediens vſque ad mortem. Aliudque, ecce ego uobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſumationem ſeculi.etiam aliud, vſque modo Pater meus operatus eſt, & ego operor, & ſic cōtinuationem ſignificat,& illud, eſto fidelis uſque ad mortem,cum aliis, & not. Alex.in l.prima.in 2.not. ff.ad legem Falci.& ſimiliter propoſitio,Ad, vt per Io. Anib.in Rub. ff. ſolu.matrimo.nu.266.ubi ponit illam quæſtionem,an quis transferendum ſe pro habitatione ad ciuitatem dominantem,liberetur a collectis,& impoſitionibus ciuitatis ſubditæ,quam prius inhabitabat.

Dictio,vt,ſtat ſimilitudinariè, & continuatiuè. Bologni. in l.4.§.Cato.nu.6.ff.de verb.obl.de qua etiam per Io.Anib. in Rub.ff.de vſuc.num.17.

Dictio,uterque, licèt ut plurimum coniunctiùè accipiatur,& concurſum utriuſque copulati requirat, ac propterea rem legatam in ſolidum cuilibet diſtribuat, ut per Coraſ.in l.cum quidam,nume.2. .de impub. & alias ſubſt. & per iura per ipſum alleg. & Fab. Acorambo. in l. hæredes mei.§.cum ita.num.64. ff. ad Trebel. Aliquando tamen diſiunctiuè accipitur,vt ſi duo procuratores per uerbum vter que conſtituti, unuſquiſque per ſe procurator intelligitur, vt etiam in ſimilibus caſibus, ut per eos, & alios relatos.

13 Et ad dictionem vſque † facit,quia ſi concedatur aliquid vt feudum a tali flumine, & loco ad aliud flumen & locum,quòd utrunque in conceſſione uenit, propter uim illius dictionis continuationem notantis, ut per Bartho. Veronen. in ſuo tract. de ſeruit. ruſtic. præd. titu. de flumi. nume.13.

Facit etiam circa continuationem temporis,pro teſtibus qui in depoſitionibus dicunt, quòd Titium viderunt poſſe diſſe a tali tempore vſque nunc,quia eo caſu tempus continuum ſignificat,per Alb.in l.meminiſſe.ff.de offi proconſ. & lega.Nicola.Bellon. in conſi.11. in cauſa vertente, num. 15.& bene diſtinguit Anto.de But.de iſta dictione in ca.primo,num.6.de ordin.ab Epiſc.& Alber.in d.l.meminiſſe.dicit, quòd talis dictio aliquando excludit, ut per Alexan.in d.l.1.nume.6.

14 Et quod etiam (circa incluſionem) facit † pro officialib. & gubernatoribus terrarum, qui per ſtatuta arbitrium habent pœnas imponendi vſque ad certam ſummam, quia tunc ipſa ſumma includitur,& quam excedere non poſſint per l.eos.C.de mod.mulctan.cum aliis.

15 Sed circa † talem exceſſiuitatem unum non omitto, ne qs decipiatur omnino, neque obliuiſcatur dicti per Alex.in l.uni.§.1.nu.12.& ibi Iaſ.nu.3.ff.ſi quis ius dicen.non obtēp. ac etiam d.l.eos,q̄ ſcilicet limitationem habeat,& l.quintę. co.tit.& l.2.C.ſiquis in ius uoc.nō ier.quia iſtud dictum fuit ſingulariter limitatum per Oldr.in cōſi.15. circa proceſſum, & dicitur locum non habere, quando in ipſorum officialium præcepto monitorio, ſeu inhibitione certa pœna fuiſſet expreſſa; ēt excedens metam ipſis Gubernatoribus per ſtatuta taxatam,in cauſis tamen grauibus; quia tunc illa pœna impoſita ac in eorum litteris notata erit loco pœnæ contumaciæ,non autem loco mulctæ, ſecus autem ſi non fuiſſet in præcepto ſpecificata pœna,quia tunc pro eorum arbitrio vltra ſtatuta mulctare poterunt, & cū Oldr. trāſit Hoſt. quem refert Alex. in d. l.prima. §.1. videlicet in ſumma,de re iudi.in tract. de mulcta,in uerſi.poſſet, licèt multi contra rium tenuerint, vt ibi per Alex.

Vnde dix.Bulgar.de Bulgar.in l.bonorum poſſeſſio. quæ eſt l.prima.num.primo, vſque ad nu.9. C.qui admit. quòd prætor per eius dicta quandoque poteſt facere contra formam ſtatutorū ex cauſa, nec ꝯ illam facere dicitur, ex quo facit ob cauſam in caſu de nouo emergenti,nec lex municipalis uidetur illam cauſam & caſum excludere voluiſſe, alleg.l.ſi.ff.qui ſatiſd.cogan.& l.ſi hominem.ff.māda.vbi procurator ex cauſa poteſt contrarium mandare & facere eius quod ſibi impoſuit & mandauit Dominus ſuus,ſicut etiam aliquando Epiſcopus ex cauſa poteſt mutare pœnitentiam iniunctam a Papa,glo.ſingularis in cap. tempora plenitudinis.26.q.7.& ibi ſcrib.

Et pro illa opi.Oldr.Hoſt.& Alex.obtinere uidi in quadā graui cauſa in ꝯdictorio iudicio in curia Generali Prouinciæ Marchiæ Anconitanæ,& de dicta dictione vſque, videa tur ēt Maria.Soc.Iun.in conſi.6.in cauſa Thomæ,num.28. vol.1.& Soc.Sen.in conſi.25. D.Franc. col.prima,vol.1. vbi ponit quomodo intelligantur illa ver. uſque in tertiam generationem,& Barba.in l.cum acutiſſimi, num.131. C.de fideicom.& quærit etiā Iul. Clarus quomodo tale aduerbiū intelligatur in emphyteuſi, in ſuo tract. ſententiarum in 4. lib.§.emphyteuſis:in quæſt.34.

Dictio,quoque,continuat ſicut dictio, ēt, & quomodo. Franc.Nicon.in Rub.ff.de nou.oper. nun.nu.183. cum ſeq. & Io.Annib.in l.naturaliter.nu.263.ff de vſucap.& de exemplis per Doct. in dictis locis.

Præterea

Source : BIU Cujas

16 Præterea † copula,&,eſt apta nata de ſui natura ad continuationem,& coniunctionem inducendum. l. ſi quis ita. ff.de verb.obligat.l.ſi hæredi plures.ff.de cond.inſti.& etiam auget, ut l. ea tamen adiectio.ff. de leg. 3. Milis in ſuo Repert.in verſicu. Et num.17.& ſeq. Franc.Paui.in tract.de offic.& poteſta.cap.ſed vacan.in 3.Prælud.adeo ℭ quando ponitur inter principium & finem, habet includere medium, ſecund.Hoſtien.in d.cap.licet cauſam,& ibi Feli.poſt.10.no. in verſi.tertia cauſa victoriæ, de proba. & pro hoc videatur etiam Bal.in l.prima nu.4.C.de iur.emphy.Nouell.in trac. iur.prothom.in prin.conſtit.num. 39. cum ſeq.& Præpoſi. Senen.in quæſt.ſuis in 4.caſu,in quæſt.12.nu.12.& idem importare uidetur ℭ dictio item, per Iac. Mandel. de Albe. in conſi.11.ſuccincte,nu.26.

Et licèt requirat regulariter concurſum copulatorum eodem tempore,fallit tamen,ut dicit Lancel. Gallia.in l.Gallus.§.& quid ſi tantum.nu.11.ff.de lib.& poſt.ponens exemplum de melioramentis utilibus, & neceſſariis faciendis virtute inueſtituræ,quia forte poterunt fieri, dicit ipſe utilia tãtum,ſed hoc non firmat,cui fortè uidetur obſtare : quia ut refert Io.de Pra.in l.prima.nu.30.ff.ſi cert.peta.natura copulæ eſt copulare cum omni qualitate,& Iaſ. in l.quo minus, in repe.num.64.& ſeq.ff.de flumi. Quando autem requiratur concurſus dictorum copulatorum,ponit Tho. Calanc. in l.1.nu.74.ff.de uulg.& pupill.ubi etia de dictione neque, in num.præcedenti.

Quando autem iſta copula orationes, & quando dictiones & terminos coniungat,ponit Per.de Beſſu. in l. re coniuncti,nume.24. ff de leg.3. vltra alios ſcrib. & aliàs de ui & eius effectu per Riminal.in conſi.301.in præſenti difficultate,num.15.cum duobus num.ſeq. & nu.25. vol.2.& conſil. 12.in præſenti difficultate nu.20. vol.1. cum aliis ſuis conſi. & bene Ant.de But.in cap.ueſtra,num.19.de cohab. cler.& mul. Et aliquando diſiungit. Boer. deciſ. 202. & videtur ℭ, num.2.Poniturque inter diuerſa. ſcrib.in Rub. ff.de iur. & fac.igno.& Zuccard. poſt alios in rùb.ff. ſi cert. pet.nu.1. ſed ſi copula iungatur cum dictione,ſi, inducit a præcedẽtibus diuerſitatem in facto,& identitatem in iure,Ang.de Perigl. in l.in ſuis,nu.60 ff.de lib.& poſth.

Et pro dicta copula facit,ut dixi in quarta continuatione ca.3.nu.5. pro probanda continuatione poſſeſſionis, & ut no.etiam Imo in c.licèt cauſam,ibi alleg.

Et de dictione, nec, quæ habet incluſam copulam, per Buticell.in l.1.§.ſi quis ita,num.18.ff.de uerbo.obl.ut ibi de eius exemplis.

17 Dictio † enim, venit quoque continuatiuè,aſſignando rationem ad ea quæ ſuperius in aliquo dicto caſuque poſito in aliqua oratione dicta fuere,& probatur in l. nec enim.ff. de teſtam.mil.& ponit Dec.in l.1.in prima lect.nume.2.ff.ſi
18 cer. peta.

Adeſt etiam † una dictio,quæ licèt de ſui natura diſiungat uerba, tamen dici poteſt aliam & ſecundam naturam etiam habere ſcilicet continuare,& coniungere ſenſum, ut per Bar.in l.ſi quis ita.ff.de uerb.obl.adeo ℭ dicen.eſt,ipſam dictionem duplicem naturam habere, quæ eſt dictio, ſeu, quia in d. l. continuat ſenſum & diſiungit verba, prout dictio, vel, &, aut, quæ ſunt alternatiuæ. Io. Igne. in authen. ex cauſa nume. 237. C.de lib. præter. & propter dictam ſecundam naturam ſuam hic includere inconueniens non
19 fuit.

Sic etiam dictio, † infra,intra, & extra, nam de ſui natura coniungunt & continuant contenta inter duo extrema, quibus ipſæ iunguntur,vt in cap.1.& cap. ex tuarum. de autho.& vſu pall.& ibi Anto.de But.& alii. Milis in repert.in ver.infra,nu.7.cum aliis.

Quod facit ultra alias materias pro materia confinium, quæ per famam probantur, ad dominium antiquiſſimum loci & iuriſdictionis, ut ſingulariter Bertran. in conſi. 171. num.5.vol.3. cum aliis,ut per Nouel.in d.Tract. Iur.proth. in §.5.num.96.& ſeq.& in eodem §.nu.65. cum multis ſeq. quando uidelicet dicitur in aliqua conceſſione a tali loco infra,uſque ad talem, quia tunc omnia in medio extremorum poſita dicuntur incluſa ex continuata in ſe, & inſimul conceſſa:ut per Soc.in conſi.181. viſis capitulis, colum.fin. vol.2 ſi autem iungatur tempori, ut dicen. infra pubertatẽ, imperfectionem temporis notat, Ant.de But.in c. ex parte, nu.8.de reſt.ſpol.& de hac dictione,& de illa uidelicet intra, ponit etiam Coraſ.in l.precibus.num.22.& ſeq.C.de imp.& aliis ſubſt.Cagno.in l.2.C.de pact.inter empt.& uend.Hier. Verius ſenten.in l.ex facto.num.15.ff.de vulg.& pupill.Zuccar.in Rub.C.qui admit.nu.34.cum duobus ſeq.

Parique ratione dicen. erit de dictio,ſupra,ſuper,inferius, & ſuperius,Nouel.in d.§.quinto,num.102.vſque ad nu.104. vbi quærit de illa quæſt. an ſi teſtator legat Titio decẽ annua,ſuper tali re,illa res cenſeatur legato obligata, & an qs accipien. mutuò 10.ſuper tali re, idem ſit ac ſi dixiſſet obligo tibi hanc rem pro iſto mutuo,vbi etiam de iſtis dictionibus apparet.& de dictione ſupra,etiam teſtatur Bal.in conſ. 182.nume.2. vol.5.quia de natura ſua eſt conſtituere ius in re,& Nouel.d.§.5.nu.8. Differentiam autem inter dictiones ſupra,& ſuper,refert Io.Igne.in authen.ſacramenta,nu. 16. vſque ad nu.18. C.ſi aduer.vendi.

Dictio, vltra, includit & continuat omnia antecedentia. Pariſ.in conſi.11.in alio,num.605.& ſequ.colum.3.& etiam ex dictis Bar. in tract. Tiber. lib.1. de Inſu.in cap. quod ſi ex vno latere,quæ omitto,quia deſcribũtur multæ dictiones, quæ ſub præſenti tractatu omnes non veniunt.

Similiter † continuat & includit dictio, maxime dum
20 iungitur ablatiuo,ſi locum reſpiciat : quia tunc intrinſicitatem etiam denotat,Bal.in Rub.ff.ſolu.mat.poſt princ. & ſequitur ibi Franc.à Rip.nu.2. De qua etiam notatur per Luci.Pau.Roſel.in Dictionar.ad coment.Franc.de Aret.in ver. dictio,& Rom.in conſi.376 quæſtio eſt,nu.1.

Eodem modo A, Ab, Ex, Hinc,& ſimilibus includunt, vt ſi iudex dicat in aſſignatione terminorum, & dilationum hoc modo,à die hodierno,ab iſto dic,ex hoc die, & hinc ad tot dies, & includitur illa dies termini, Io. Ronchegall. in tract.de duob.reis.in l.12.Si ex duobus,num.16.& de A, ponit Cotta.in ſuis memoria.in uer.ſiue litera A, de qua etiã ſupra,nume.11.

Idẽ erit dicendũ de dictione, Cum, quæ copulat acceſſorie,Seb.Sap.in l.fin.C.de impub. & alijs ſubſt.num.fin.non autem principaliter.Rui.in l.hoc edicto. §.renunciatio,nu. 134.ff.de noui oper. nun. maximè ſi inter perſonas adjiciatur,Coraſ.in l.ſi quis in duobus.C.de impub.& al.ſub.num. 21.cum duobus ſeq.vt ſi dicatur lego Titio cum Mæuio cẽ tum,legatum diuidetur & per Ant.de But.in cap.in literis, num.5.de reſtit.ſpol.& ut dicit Lancelot.Gallia.in alle.l.Gallus.§.& quid ſi tantum,num.17. vbi etiam Bar. ff.de liber.& poſth. magis continuationem recipit quàm dictio vel copula,&. Et idem importare dicitur,ℭ ſimul.Io.Fran.Purpura.l.edita,num.123.C.de eden. Fortuni.in d. l.Gallus §. quidam,nu.28.& habet etiam ipſa dictio aliam naturam, ut faciat conditionem,vt per Mari.Soc.in l.ita ſtipulatus,nume. 136.& ſeq.ff.de verb.obliga.& etiam tempus Signo.de Homo.in l.ſi inſulam,num.42.& Io.Annib.num.100.ff.eodem titu.cum alijs.

Aliæ multæ dictiones adiunt,quæ quandoque includunt & quandoque non,prout dictio,Præter, Roma.in cõſi.328. Præſens conſultatio,Chriſt.Por.& Ang.in §.cum autem.Inſti.de adopt.& Bal.in l.1.ff.de pigno.actio.in fi.& aliæ, de quibus me remitto ad Oldra. Laud. in conſi. 49. conſueuit dubitari,per totum,& ad Nouel. in d.tract. in prin. conſti.nu. 37.cum aliis num.ſeq.& ad ea quæ dicam inſeq. num.& ad alios ſcribentes.

Vltimo verò loco præſentis tractatus pono iſtam dictionem ſeu uerbum,& cætera, † quæ eſt epilogatiua & formæ 21
præcedentis repetitiua, ac temporis continuationem notans,Ronchegall.in d.tractat.de duo.reis.in Rub.nume.57. & in l.duodecima,eandem,nu.25.& ante eum Milis in Repert.in uer.& cætera, ſub num.19. & ut dixit Franc. de Aret. in l.eandem,nume.2. de duo.reis,complectitur non ſolum ſimilia expreſſis, ſed omnia alia quæ ex ſignificatu verborum comprehendi poſſunt,Anto.de But.in cap.Eſtote,nu. 2.de reg.iur.& de hac dictione ponit etiam Alex in d.l.Gallus.§.idem credendum.cir.princ.& in l.quicquid.ff.de verb. obligat.& l.ſi duo §.ſi quis iurauerit,de iur.iuran. Mari.Salomon.in d.l.Gallus in d.§. idem, num.3.& Gallia. nu.11.& 15.de lib.& poſthum.

Et multa de dictionibus ſcripſit Franc.à Salero. in ſuo tract. dictionum, Gabr.Saray.in annotatio. ad ſingul. Mathes.ſing.111.Nota quòd.Franciſ.Paui.in d.tract.de ſede uacan.in 3.Prælud. Luci. Paul. Roſel. in Dictionario ad Comen. Franc. Aret. in uer. Dictio, cum multis aliis concordan.

Et ex his intendo eſſe finitum tractatum,licèt plura alia, & quidem multa,& copioſe in qualibet materia & capitulo,aliæque rationes & plura exempla cumulari potuiſſent, de quibus remitto me ad iura & Doctores in locis per totum tractatum allegatis, quorum aliqua ſolum notare volui & reliqua omiſi, cum magis quàm fieri potuit, ſtylo dictorum ſingularium adhærere uoluerim, Et cum tali dictione,& cætera, ſilere decreui,quaſi cętera per alios & quidem eruditio res & famoſiſſimos uideri poterunt.

Source : BIU Cujas

HIERONYMI MANFREDI

IVRISCONSVLTI NOBILIS FERRARIENSIS.

LIBER PRIMVS SVPER ATTENTATIS APPELLATIONE PENDENTE IN FORMA DIALOGI.

Interlocutores.

VINCENTIVS GIPSIVS, ET VINCENTIVS BVTIGERIVS.

SVMMARIVM.

1 *Quando appellatio eſt nulla, vel deſerta, iudex à quo poteſt procedere ad executionem ſententiæ ſine periculo attentatorum, in ſecunda par. num. 56. & 10.*
2 *Quid de declaratoria nullitatis appellationis cum executione, an ſit attentatum.*
3 *Iudex, à quo aditus incidenter ſuper appellationis nullitate, & ſuper executione principaliter, an poſſit citra metum attentatorum procedere.*
4 *Et quid, quando ex actis conſtat, appellationem eſſe nullam.*
5 *Et an probationes fieri valeant in attentatis ſuper articulo nullitatis appellationis, in ſecunda par. nu. 5.*
6 *Quando iudex appellationis, qui cœpit cognoſcere de appellatione, poſſit reuocare attentata.*
7 *Et quando non poteſt, an iudex à quo poſſit procedere ſine metu, & periculo attentatorum.*
8 *Et quid vbi datur ſuſpenſio iuriſdictionis, quando naſcitur attentatũ, & quomodo euaneſcat, in ſecunda par. nu. 14.*
9 *Materia aduocationis in attentatis, in ſecunda par. nu. 12.*
10 *Attentata reuocantur officio iudicis, in ſeptima parte, vbi late habes cumulatam materiam.*
11 *Sententia lata ſuper attentatis a iudice incompetente eſt nulla.*
12 *Quando ſub diuerſis appellationibus veniunt diuerſa attentata, & quomodo procedatur ad reuocattonem attentatorum, in ſecunda par. nu. 13. 14. late.*
13 *De euocatione aliqua in attentatis.*
14 *De eadem materia, in 2. par. num. 11.*
15 *De purgatione attentatorum, in ſecunda par. nu. 18.*
16 *De tertio habente, & non habente cauſam ab attentante, quando reuocentur, in tertia par. num. 17. & 18.*

PARS I.

Ipſius. Quia appellatione pendente nihil eſt innouandum. Ideo, o Butigerie non recordare, ꝙ appellatione mea pendente in Rota Bon. à ſententia Iordani petiiſti executionem, & obtinuiſti per ſententiam latam a Donato declarari appellationē meā nullam, & executionem ſententiæ Iordani committi. *Butigerius*. Scio hercle, ſed ſententia quam obtinui non eſt attentatum. *Gip*. Quomodo non eſt attentatum omne, quod obtinuiſti appellatione mea pendente? Nonne D. Fontanelus pronunciauit fuiſſe per te attentatum appellatione mea pendente. *Buti*. Fateor tuum Fontanelum pronunciaſſe attentata fore purganda in præiudicium appellationis coram eo pendentis, ſed qualia ſint attētata tua non exprimit ſententia. *Gip*. O, ſententia declaratur à libello, ſed in libello peto ſententiam Donati reuocari in viam attentati, ergo. *Buti*. Quid tum ſi habeo de iure, quòd quicquid ſecutum eſt poſt tuam, vt ais, appellationem, non ſit attentatum, nec tua mihi nocebit ſententia. Quia ſcriptum eſt tuum Iudicem videri uelle nempe iudicare ſecundum iuris diſpoſitionem, ego autem de iure habeo deducta in tuo libello non ſubiici periculo attentati, ideo de his non poteſt intelligi tua ſententia. *Gip*. Quid igitur operatur ſententia mei Iudicis Domini Fontaneli reuocantis attentata. *Buti*. Dico tibi, quòd reuocat attentata, in quantum videlicet narrata in tuo libello ſint attentata in præiudicium tuæ appellationis, ſi non ſunt, non reuocat; quia ſententia iniquitatem continere non debet. *Gip*. Deducta, & narrata in libello meo continent attentatum, & hoc eſt, quantum ſententia operari poteſt, quæ eſt ſemper relatiua ad libellum. *Buti*. Hoc eſt, quod ego nego. Nam neceſſaria eſt noua declaratio, an ſententia, ut tu dicis, Donati in executione tuæ Fontaneli ſit reuocanda in uiam attentati, aut non, prout ſentio. *Gip*. Ad totum, ut ita dicam, perturbandum orbem acceſiſti, nunc opponere executioni meæ ſententiæ id, quod per te erat opponendum ante ſententiam. *Buti*. Si tuus Iudex nō exprimit, quæ ſint hæc attentata per me facta, non eſt conueniens, ut executor hoc declaret, non te præterit, quòd in executione ſententiæ poteſt opponi exceptio, quæ moderet ſententiam, tu uis enim ſub tua Fontaneli venire meā, vt ais Donati, non admitto. Ideo optimum eſt proferri declaratoriam, quæ nam comprehendat attentata tua Fontaneli, vt tibi etiam, & mihi ſit conſultum. *Gip*. Tu bene loqueris, videamus, quæ ſint hæc attentata per te purganda, negabis forte non obtinuiſſe executionem ſententię Iordani, appellatione mea pendente, certe non ibi inficias. Quomodo igitur defendes ſententiam Iudicis a quo latam, ſuper executione appellatione pendente, non eſſe attentatum contra omnes regulas. *Buti*. Tu verum dicis† quando appellatio tua uiueret, ſed quando mortua eſt, puta cum appellatio eſt deſerta, vel nulla, tunc Iudex a quo ad executionem poteſt deuenire citra periculum attentati. Rota deciſ. 1. in nouis & 130. Vant. abunde in tract. nullit. articu. quomodo, & intra quæ tempora, nume. 48. Ideo quia Iudex ante omnia declarauerat tuam appellationem nullam, meritò potuit ſententiam exequi citra vitium attētati; quia appellatio mortua erat. *Gip*. Quid dicis, etiam † declaratoria Iudicis a quo ſuper nullitate meæ appellationis in Rota pendente eſt, & fuit attentatum inſimul cū ipſa executione, quia omne fuit factum appellatione pendente. *Buti*. Hoc admitterem† ſi Iudex a quo per me fuiſſet aditus principaliter ſuper nullitate appellationis: quia iſto caſu cognitio pertinet ad Iudicem appellationis, ideo iudex attentaret, ſed contrarium feci, vt periculum euitarē; quoniam coram eodem Iudice, te allegante appellationē, introduxi articulum nullitatis incidenter, & per modum exceptionis, qui Iudex hoc pacto aditus poteſt citra vitium attentati, & nullitatis procedere ad executionem, vt docet Franc. poſt alios in c. ex ratione. quæſtione fin. extra de appel. Alex. & Iaſ. in l. præſes. de re iud. *Gip*. Siue per te aditus ſit principaliter, vel incidenter ſuper articulo nullitatis, vel deſertionis appellationis, ad hoc vt poſſit procedere ad executionem, opus eſt, ꝙ ex actis conſtet appellationem meā, vel deſertam, vel nullam, hoc pacto intelligitur Franc. in d. cap. ex ratione, vnde attentaſti; quia ex actis apparet meam eſſe validam appellationem. *Buti*. Dato ꝙ ex actis appareret tuam eſſe validaz appellationē, dico tibi, ꝙ etiam Iudex a quo poteſt recipere probationes ſuper validitate, vel inualiditate appellationis, & ſic facere proceſſum, & de facto declarare nullam: & ſi non appellatur, ſententia tranſit in iudicatum, ut per Butri. & alios in ca. conſtitutus. de appel. quos ſequitur Franc. ibi nu. 17. potuit ergo Iudex a quo tuam appellationem nullam declarare, quamuis eſſet valida, & ſententia d. Iudicis tranſiuit in iudicatum: ex quo non appellaſti, & ſi ab ea appellaſti, deſeruiſti appellationem, ſuper qua lata fuit ſententia a Cipello, & a Rota confirmata, ad ſtatutum ſub Rub. de appel. §. ſi victus. *Gip*. † Teorica *Buti*. in dicto cap. conſtitutus. procedit, quando Iudex appellationis non cœpiſſet cognoſcere cauſam, ſed vbi cœpit cognoſcere, tunc Iudex, etiam aditus incidenter non poteſt pronunciare appellationem nullam vel deſertam, vt tibi in d. cap. conſtitutus, ſed quia Iudex meus D. Fontanelus cœperat cognoſcere de cauſa ergo. *Buti*. Quæro de ratione quare ſit quòd † vbi Iudex appellationis cœpit cognoſcere de cauſa appellationis, iudex a quo non poſſit procedere, dices mihi, ꝙ ratio eſt; quia d. iudex a quo habet ſuſpenſam iuriſdictionem appellatione pendente, & non eſt iudex nullitatis appellationis, ſed tuus iudex D. Fontanelus, ut dicitur in d. cap. conſtitutus. Et quid diceres, ſi idem Iudex a quo non obſtante, quòd iudex appellationis cœpiſſet cognoſcere de cauſa, haberet facultatem procedendi, & amplectēdi, & pronunciandi ſuper tua appellatione. An tunc Iudex a quo pronunciando appellationem nullam, attentaret in præiudicium tui iudicis appellationis, certè ſi non fatue loqueris, dices quòd non; quia fundamentum contrarium pendet a poteſtate, & iuriſdictione denegata Iudici a quo aggrediendi cauſam appellationis, & eius partem, quo ceſſante, ceſſat effectus, vnde conceſſa facultate iudicis a quo, puta ex indulto principis iudicandi, non obſtante pēdentia

appellat ioni

Source : BIU Cujas

appellationis coram alio, vt tibi inferius oſtendam. Iudicatum non erit ſubiectum vitio attentati, & ideo reſpondeo tuæ obiectioni, & dico meum iudicem non habuiſſe ſuſpenſam iuriſdictionem in articulo nullitatis tuæ appellationis, meritò factum per eum eſt penitus irreuocabile per uiam attentati. *Gip.* Quorſum tendunt hæc, quis eſt iſte tuus iudex habens poteſtate pronunciandi ſuper nullitate meæ appellationis, pro comperto habeo fuiſſe Donatū, putas ne forte alium eſſe poſſe iudicem maiorem Donato. *Buti.* Tu dicis, ꝙ alius fuit longe maior D. Donato. *Gip.* Et quis fuit hic iudex maior. *Buti.* Reuerendiſ. D. Vicelegatus ſuperior, Princeps, & locum Papæ tenens in ciuitate Bononiæ. *Gip.* A te ipſo hoc dicis, an alij dixerun tibi. *Buti.* A me ipſo. *Gip.* Scio enim ꝙ loco hoc dicis. *Buti.* mei ipſius ſum conſcius. *Gip.* Dij boni rumor eſt in populo, fuiſſe Donatū, cur audes dicere contrarium. *Buti.* Si non credis mihi, & minus credo tibi, vide quod ſcriptum eſt, & productuꝫ in proceſſu, vbi legitur, ꝙ ſententia mea lata, & lecta fuit per Reuerendiſſimum D. Paulum Palauicinum tunc Vicelegatū Bononiæ, Sic cantat Gallus meus, non me præterit a verbis ſcripturæ non eſſe recedēdum. l. ſi alij. cum vulg. de vſuf. leg. *Gip.* Bene verum eſt, vt tu dicis, ſed profectò fuit Donatus, & non Reueren. D. Vicel. *Buti.* Si tu eſſes Iudex in hac cauſa, iudicares ne ſecundum proceſſum, vel ſecundum vt alij dicerent tibi extra proceſſum, non te latet, quòd omnis iudex ſecundum allegata, & probata tenetur iudicare. l. illicitas. in §. veritas. & ibi no. ff. de off. præſ. Non curo qđ dicis, ſed quod ſcriptum eſt. *Gip.* Quid ex hoc ſequitur, ꝙ tua ſententia fuerit lata per Reuerendiſſimum D. Viceleg. tollitur per hoc, quòd non fuerit lata appellatione mea pendente coram meo Iudice Fontanelo, & non fuerit attentatum.

8 *Buti.* Sententia † mea non eſt attentatum, nec lata appellatione aliqua pendente. Primò: quia attentatum naſcitur, & cauſatur ob ſuſpenſam iuriſdictionem, quam habet iudex in iudicando, & vbi non datur ſuſpenſio iuriſdictionis, ibi non cadit attentatum, ad Franc. in cap. paſtoralis. num. 6. in ſexto effectu. Abbas in ca. ut debitus. colum. 4. in verſi. 10. effectus, de ap. Marant. in Specul. par. 6. nu. 105. 106. late Did. Couarru. in tract. prat. quæſt. cap. 23. fol. 151. num. 7. ſed Reuerend. D. Viceleg. non habet ſuſpenſam iuriſdictionem in quacunque cauſa maximè appellationis per eum commiſſa, quia eſt tanquam Mare a quo fluit, & refluit iuriſdictio, ſicuti aqua Maris, vt late tradit Vant. in tract. nullit. in titu. ex def. iuriſdi. vnde nume. 10. nec ſcriptum reperitur principem in iudicando attentare in præiudicium poteſtatis alterius Iudicis; quia eſſet denegare authoritatem Principis, & hoc fortificatur, quando idem ſuperior apponit manū in cauſa per eum delegata in totum, vel pro parte cognoſcendo de ea, per quam ad ſe aduocare, ſiue reuocare dicitur iuriſdictionem, & poteſtatem ab inferiore iudice in illa, quam etiam noſtrates appellant tacitam euocationem, ad Alex. & Franc. in cap. vt noſtrum. ex. de appel. & per Rebuf. ample in lib. de euocat. fol. 437. nume. 15. & 36. Calc. in conſi. 8. num. 20. & in conſi. 16. num. 70. & ideo ſtante euocatione prædicta ob id; quia cognouit ſuperior de inualiditate tuæ appellationis, proculdubio cauſa tuæ appellationis nō

11 pendit coram inferiore iudice tuo D. Fontanelo; quia ſi eſt tacite aduocata, vtique omnis iuriſdictio, & poteſtas ſublata eſt a Iudice appellationis, quinimo dico tibi, quòd Reuerendiſſimus D. in articulo inualiditatis tuæ appellationis repreſentauit iudicando tuum Iudicem Fontanelum; quia habuit poteſtatem decidendi illum, quam habebat tuus iudex, & maiorem quidem, & ſicuti d. tuus D. Fontanelus pronunciando non attentaret, nec alius locum eius tenens. *Gip.* Reuerendiſſimus D. qui cognouit de inualiditate meæ appellationis, pronunciando nullam, non aduocauit cauſam, niſi reſpectu d. articuli, & non reſpectu meritorum, & negocij principalis ipſius cauſæ appellationis, ideo D. meus Fontanelus potuit reuocare attentata; quia remanſit exercitium iuriſdictionis reſpectu meritorum, & cō ſequenter quo ad attentata in præiudicium appellationis.

9 *Buti.* Quid † tum quòd non fuerit cauſa in totum aduocata per ſuperiorem, ſatis eſt, quòd tacite reuocata fuerit poteſtas in vno articulo, qui præcidat cauſam, & præiudicet, quemadmodum eſt articulus nullitatis appellationis, vel deſertionis, ſuper quo facta pronunciatione contra appellantem, amplius non deuoluit appellatio reſpectu meritorum ad Iudicem appellationis, ſed reuertitur cognitio ad Iudicem a quo: vt d. deciſ. Rotæ la prima in nouis, cum ſimilibus, qui exequi poteſt citra vitium attentati, quanto fortius hæc militant in ſuperiore Iudice, vt ſupra dixi. *Gip.* Longus es in ſermone, ſed fideliter conclude, ideo ego & tu, fateamur ingenuè fuiſſe Donatum ſub nomine Reuerendiſſimi D. Vicelegati proferentem ſententiam. *Buti.* o Gipſe incidis Scillam cupiens euitare Caribdim, non te latet, quòd etiam vigore conſtitutionis palatij, quælibet ſententia ferenda ſub nomine Reuerendiſſimi D. valet per inde, ac ſi proferretur ab eodem Reuerendiſſimo D. quod ſi ita eſt, idem eſt, ac ſi Reuerend. D. per os ſuum pronunciaſſet tuam nullam appellationem, ut per laſ. in l. ſi is qui pro emptore. num. 191. de vſuca. tunc quia nos facere dicimur, quod authoritate noſtra fit, vulg. l. prima. in §. deieciſſe. de vi, & vi arma. Et quæſo dicas mihi, qua actione reuocantur

10 attentata. *Gip.* Officio † Iudicis, vt habetur in cap. non ſolū. de appell. in ſex. & in cap. dilecti. el terzo ex. eodem tit. *Buti.* Non reuocabis igitur ſententiam, vt ais, Donati per viam attentati; quia propter deſertionem appellationis a ſententia per ſententiam Cipelli contra eandem tibi denegatur officium iudicis, ad ſtatutum in præal. §. & ſi victus, & conſequenter via attentati; quia cui denegatur præambulum neceſſarium antecedens, & omne etiam neceſſarium conſequens, vulg. l. ad rem mobilem. de procuratoribus, no. in l. ſi id quod. de iuriſd. om. iud. *Gip.* Tempore, quo ꝯ ſententiam tuam præpoſui attentata in præiudicium meæ appellationis lata non erat declaratoria deſertionis per Cipellum, vnde tunc mihi competebat officium iudicis aduerſus tuam ſententiam, & conſequenter priuilegium attentati. *Buti.* Bene dicis, ſed antequam tuus Fontanelus reuocaret attentata, obtinui ſententiam Cipelli confirmantem meam primam. Quare tuum iudicium attentati fuit reductum ad caſum a quo incipere non poterat ſtante ſtatuto in dicto §. ſi victus, denegante contra meam ſententiam implorare iudicis officium, per ea quæ notant ſcribentes in l. pluribus in §. ſi placeat. de verborum obligat. Ex his quæ vide, quòd tuus Fontanelus ille tibi nihil boni atulit. *Gip.* Immo bonum; quia pro me tulit ſententiam reuocantem attentata, & de aliis non poteſt intelligi præterquam de tua Donati, argumen. no. in l. ſecunda, de liber. & poſth. *Buti.* Si ſententia tui Fontaneli reuocaret meam Vicelegati, tua eſſet directè contra meam, ergo nulla, quia ſententia contra ſententiam non valet l. prima. C. quando prouo. non eſt neceſ. & ibi no. & ſi tua reuocaret meam, quæ non eſt attentatum per rationes ſupra, tua quidem eſſet notorie iniuſta, ſi iniuſta, ergo nulla; quia omnis ſententia notorie iniuſta dicitur nulla. Angel. in l. ſi pars. de inoffi. teſtam. late Vant. in tract. nullit. art. ex defectu proceſſus, num. 127. *Gip.* Non potes hodie excipere de nullitate meæ Fontaneli, quoniā confirmata fuit per D. Santutium Iudicem appellationis, vt per Franc. in cap. dilecto. quæſt. 48. extra de appel. ibi, quā do ſententia eſt confirmata, non poteſt dici de nullitate. *Busi.* Doctrina Franc. non procedit, quando opponitur de nullitate excipiendo: maximè quando eſt euidens ex actis, etiam ſi a ſtatuto reijceretur nullitas, non cenſetur unquaꝫ reiecta per uiam exceptionis, ut per Franc. in d. cap. dilecto. quæſt. 42. per totam, & etiam nunquam cenſetur reiecta nullitas ex defectu iuriſdictionis, tum de iure communi, ad Franc. dicta quæſt. 42. nume. 135. tum etiam a ſtatuto noſtro in dicto §. & ſi victus, & ideo quia nulla eſt ex defectu poteſtatis ſententia tui Fontaneli, ex quo appellatione deſerta uel nulla, ſententia † lata ſuper attentatis tanquam a non ſuo Iudice, & penitus in competente non ualet. Rota deciſ. 1. in nouis, Franc. in cap. ſuper. in glo. in verbo, rata, colum. 7. ex. de appel. Et dato quòd tua Fontaneli reuocaret meam Vicelegati, putas ne hanc poſſe te reponere in poſſeſſionem, ſi hoc exiſtimas, longe falleris opinione; quia ſolum tua ſententia reuocabit ſententiam meam, uidelicet ipſius uerbalem prolationem vſque ad executionem ſentē tiæ meæ excluſiue, & nil aliud. *Gip.* Per quas rationes ſententia Fontaneli non poteſt me reponere in poſſeſſionem. *Buti.* Quia ſententia Donati, vt dicis, committens executionem ſententiæ Iordani, & tuam declarans appellationem nullam, eſt attentatum, qđ venit reuocandū in præiudiciū appellationis tuæ a ſententia Iordani, & poſſeſſio, quam habui in executione, vt ais, Donati ſnīæ, attentatum eſt in præiudiciū appellationis, per te a Donati ſententia, vt dixiſti interpoſitæ reuocandum per iudicem tuæ ſecundæ appellationis, qui fuit D. Benedictus Cipellus *Gip.* Quomodo non habuiſti poſſeſſionem per ſententiam Donati, virtute cuius fuit tibi decreta tenuta, ideo ea ratione. qua reuocatur ſnīa, eadem reuocanda eſt tenuta tanquam acceſſoria ſequēs naturā ſui principalis. *Buti.* Differunt inter ſe hæc duo, attentatum in præiudicium appellationis a ſnīa Iordani, & attēta tū in præiudiciū appellationis a ſnīa, vt ais, Donati, primū venit ſub appellatione a ſententia Donati Cipello cōmiſſa, ideoque tenuta bonorum, quę eſt ſecundū genus attentatorum conceſſa in executione ſnīæ, vt dicis, a Donato latæ, &

Source : BIU Cujas

conſequenter in præiudicium appellationis ab ea, non poteſt venire ſub Fontaneli ſententia, quæ non continet niſi attentata in præiudicium appellationis a ſententia Iordani. *Gip.* Si tenuta poſſeſſionis per te capta ſecundum eſt genus attentati, ergo debet reuocari, ſicuti reuocatur Donati
12 ſententia. *Buti.* Non † nego inquantum mea ſententia eſſet attentatum, tenutam decretam eſſe attentatum, ſed ut innouatum ſit, & attentatum in præiudicium appellationis primæ a ſententia Iordani, non concedo; quia ſolum eſt attentatum in præiudicium ſecundæ appellationis a ſententia Donati, ex quo poſt ſententiam, vt ais, Donati decreta mihi fuit tenuta, à qua antequam daretur, tu appellaſti, & cauſam appellationis vnà cum attentatis comitti obtinuiſti Cipello, & ſic tanquam attentatum venit ſub tua immediata, & proximiore appellatione à ſententia Donati, argum. eorum quæ traduntur a ſcribentibus in l. 1. ſi cer. pe. & ample. Tiraq. in tract. ceſſan. cauſ. limitatione xx. vbi dicunt, ꝙ cauſa proxima, & non remota attenditur. Ingenue fateor, ꝙ ſi non appellaſſes à ſententia, ut tu dicis, Donati, tenuta veniret tanquam attentatum ſub appel. à ſententia Iordani, & conſequenter ſub tua Fontaneli ſententia, ſed tua appellatio ſecunda una cum commiſſione ſuper attentatis directa Cipello operatur, ꝙ dicta tenuta in uiam attentati cadit ſub iuriſdictione Cipelli, & non tui Fontaneli, a quo Cipello adhuc per uiam attentatorum non fuit reuocata, ad quorum etiam reuocationem proceditur gradatim, ita ut ſub vnius reuocatione non uenit aliud, & ſententia lata ſuper vno libello oblato ſuper attentatis non nocet, nec prodeſt alteri, ut tradidit Inno. But. Imo. Franc. & ſequaces in c. dilecti. el terzo ex. de appel. & quando maximè plura attentata veniunt ſub diuerſis appellationibus commiſſa diuerſis iudicibus, vt in caſu noſtro. *Gip.* Quid proderit mihi ſententia Fontaneli, ſi non habuero poſſeſſionem diu optatã. *Buti.* Non habebis poſſeſſionem aliquam. *Gip.* Quare. *Buti.* Quia multa alia obſtant, quæ tibi non dixi. *Gip.* Quæ habes
13 obſtantia. *Buti.* Ortum † eſt in cauſa, quam habeo tecum tertium genus attẽtati, quod eſt euocatio poſſeſſionis, ut tu dicis, licèt ſecundum me non ſit attentatum, ut per Abbat. in c. conſtitutus, el ſecundo, ex. de appel. & ibi Car. Alex. nume. 13. 14. Franc. in c. ut noſtrum. nume. 5. in uerſi. hinc eſt, eo. tit. *Gip.* Quæ euocatio. *Buti.* Recordare, ꝙ quando apprehendi poſſeſſionem, & tu me illico ſpoliaſti, & me conquerente de ſpolio, Reuerendiſ. D. ad euitandum ſcandala ad ſe aduocauit poſſeſſionem, & mandauit nobis in faciem quòd ſub pœna ducatorum 500. ne accederemus ad illam. *Gip.* Scio iſtud, ſed ſententia mei Fontaneli, non obſtante euocatione poſſeſſionis me reponit in primeuum ſtatum.
14 *Buti.* Negatur; quia † nihil dicit ſententia tui Fontaneli de euocatione poſſeſſionis, & tuus etiam libellus eam non comprehendit, & niſi etiam primò reuoces, euocationem ad tui fauorem, nunquam per ſententiam Fontaneli recuperabis poſſeſſionem; quia tuus iudex inferior non poteſt apponere manum contra factum ſuperioris, & qui non aduocauit, non poteſt reſtituere; quia reſtitutio poſſeſſionis debet fieri per eum, qui aduocat: vt ample tradidit Rebuff. in lib. de Euoca. fo. 441. nume. 36. & per euocationem reuocata extitit quæcunque poteſtas, quam habet tuus iudex ſuper articulo poſſeſſionis, vt per Rebuff. ibidem nume. 36. no. Canon. in cap. ut noſtrum. ex. de appel. ideo euocatio nõ poteſt uenire ſub tua Fontaneli ſententia, quia eſſet extendere tuam ſententiam ad futura, & non ad deducta in libello contra communes regulas, hincque ſi veniret euocatio tanquam attentatum, etiam comprehenderetur ſententia Regentis reſtituentis mihi poſſeſſionem euocatam, quę lata fuit in executione euocatæ poſſeſſionis, ſed hæc quamuis eſſet quartum genus attentati, ſecundum aliquos non venit ſub tua Fontaneli, tùm quia eſſet ſententia cõtra ſententiam, tum quia hæc Regentis ſentẽtia tempore tui oblati libelli ſuper attentatis erat incognita, cum nondum lata fuerit. *Gip.* O quot genera attentatorum? *Buti.* Plura certe. *Gip.* Quæ. *Buti.* Primum Donati, vt ais, ſecundum tenutæ Cipello commiſſum. Tertium euocationis. Quartum ſententiæ Regentis eidem Cipello per aliud tuum reſcriptum omnia commiſſa, ſed quorſum hæc? Non ne reſpectu poſſeſſionis ſemel attentatum, vt dicis, a me purgatum fuit, ergo amplius purgari non debet, vulg. l. boues. in §. hoc ſermone. ff. de verb. ſignifi. & ibi late Tiraqu. quod hoc uerum ſit probo. Non recordare, quòd tu de facto ſpoliaſti me a poſſeſſione incontinenti eam recuperãdo. *Gip.* Memini, quòd poſt tuam tenutam, ego cum armatis recuperaui poſſeſſio-
15 nem, & eieci tuos colonos. *Buti.* Hoc † tibi non ſufficit pro purgatione attentati, illico recuperare poſſeſſionem, cum ſcriptum eſt, recuperantem poſſeſſionem eiectum non videri. l. 3. ff. de diuort. Rip. in cap. ſæpe. nume. 71. de reſtitu. ſpol. facto igitur tuo purgatum eſt attentatum poſſeſſionis, item etiam facto meo, & tuo ſimul, uidelicet per factum ſuperioris ad ſe poſſeſſionem euocantis, cuius facto ambo priuati fuerimus; quia factum a iudice reputatur factum a parte, quando pars non reclamat. l. ſi ob cauſam. C. de euicti. quẽadmodum in caſu iſto, in quo ego, & tu nõ appellauimus ab euocatione. *Gip.* Tu dediſti cauſam amiſſioni poſſeſſionis. *Buti.* Quid tum? debueras reclamare ab euocatione, poſteaquam recuperaueras poſſeſſionem de facto; tibi eſt igitur imputandum: quia non mea, ut dicis, ſententia Donati priuauit te poſſeſſione, ſed euocatio ſuperioris, poſtquam recuperaſti illam, cui acquieuiſti non appellando, & ſic tuum, & non meum verſatur factum, quia ego, ut tu, deſij poſſidere. *Gip.* Si euocatio poſſeſſionis fuit reuocata ad tui fauorem per ſententiam Regentis, non ne primum attentatum reuiuiſcit? *Buti.* Non, quia attentatum reſpectu poſſeſſionis fuit extinctum per purgationem, & ſemel extinctum non reuiuiſcit. l. qui res. in §. ream. de ſolut. ideo ſententia Regentis poſſeſſionem reſtituentis non conſideratur tanquam attentatum in præiudicium appellationis a ſententia Iordani commiſſæ tuo iudici, ſub qua non poteſt venire, & conſequenter ſub Fontaneli iudicis ſententia, tum quia erat incognita tempore oblati libelli priorum attentatorum coram dicto tuo Iudice, tum quia non exorta tempore interpoſitæ tuæ appellationis tanquam attentatũ non poteſt cadere ſub iuriſdictione iudicis appellationis: quia ad eum non deuoluit iuriſdictio, niſi reſpectu eorum, quæ vertebantur corã iudice a quo, Paul. Caſt. in l. ab executore. col. ſecunda, de appel. Soc. in conſi. 39. volum. primo. Imo. in conſi. 86. & Abbas in c. cum Ioan. de fi. inſtrum. & ſic in effectu euocatio, & ſententia Regentis non exortæ, nec rerum natura exiſtentes tempore dictæ tuæ appellationis tanquaz attentatum venire certè impoſſibile eſt ſub tui iudicis appellatione. Et vbi non datur poſſeſſio penes ſpoliantem tempore reſtitutionis, ibi non datur interdictum recuperandæ poſſeſſionis, vt per Franc. in ca. bonæ memoriæ. nu. 14. de appellat. Corſ. in tract. de Fall. ſpol. in lib. meo fol. 43. no. in cap. ex parte. de teſt. Sed neſcis, ꝙ ego non poſſideo? nec hodie nepotes mei hæredes poſſident. *Gip.* Scio quidẽ, quòd filia tua D. Poliſena poſſidet, ad cuius fauorem reuocata fuerunt ſequeſtra. *Buti.* Quare ergo a nepotibus meis petis tibi poſſeſſionem reſtitui? eam profectò tibi non dabunt, cum non habeant, vulg. l. traditio. de acquir. rer. dom. Afflic. pulchrè in ſimili deciſ. 145. no. in cap. ex parte. de teſtibus. *Gip.* Quæro etiam recuperare poſſeſſionem à filia tua vocata ad iudicium, ex quo uitium attentati rem afficit ſequens tertium poſſeſſorem etiam ſine nouo proceſſu, vt per Franc. in cap. bonæ memoriæ nume. 12. de appel.
16 *Buti.* Fateor † quando tertius habet cauſam ab attentante, aliàs quando non habet cauſam, quamuis ſuccedat in re affecta vitio attentati, tunc requiritur nouus proceſſus contra tertium, vt per Did. Couar. in tract. pract. quæſt. cap. 24. nu. 4. Bald. nouel. in tract. de dot. in decima parte, quæſt. 23. colum. 2. Sed filia mea cauſam a me non habet, ergo, & eo magis quia ipſa non ſuccedit in re affecta vitio attentati, cum poſſeſſio quam hæc tenet non ſit attentatus, quod reuocandum veniat in executione tuæ Fontaneli ſententiæ, ut ſupra dixi. quare bonum eſſet tibi à lite recedere; quia in caſſum laboras. *Gip.* Audiui tuas defenſiones, cogitabo, ſed quæſo dic mihi, cur hæc poſſeſſio non eſt attentatum, non ne dependet a ſententia Iordani, a qua mea pendet appel. in Rota introducta. *Buti.* Non dependet, quia eſt decreta in executione alterius ſententiæ præter illam Iordani, quæ equidem non eſt attentatum, ut habes infra in tertia parte. *Gip.* Vade quæ hic, & ibi ſcripta ſunt animaduertam. *Buti.* vado me tibi commendo. *Gip.* Abi in bonam crucem.

SVMMARIVM.

1 *De quo iudice loquitur ſtatutum Bononiæ ſub Rub. de præcep. confeſ. & conuict. ad euitandum attentata facta appellatione pendente.*

2 *Attentatum non naſcitur, vbi non datur ſuſpenſio iuriſdictionis, & parte nona num. 3. latè.*

3 *Iudex a quo ſine noua commiſſione citra periculum attentatorum non poteſt procedere ad executionem, fallit quando appellatio eſt deſerta, vel nulla.*

4 *Quando iudex à quo inferior, vel ſuperior ſuſpenſam, & non ſuſpenſam habeat iuriſdictionem in his, quæ tendunt ad faciliorem exitum cauſæ appellationis, & quid in his quæ reſpiciunt appellationis præiudicium.*

Quando

Source : BIU Cujas

5 *Quando iudex à quo, & quomodo possit procedere super nullitate appellationis, probationes recipere, & facere processum, latissimè habes, & prima. num. 4. & 5.*

6 *Plura tempora sunt consideranda in attentatis.*

7 *Attentatum an cumuletur cum appellatione.*

8 *Quando attentata veniunt principaliter, & quando incidenter ad appellationem de materia.*

9 *Appellatione deserta, vel nulla attentatorum priuilegio nil quæritur de attentatis.*

10 *Nullitas est genus, attentatum est species de genere.*

11 *Aduocationis materiam, & quæ causę aduocari possunt, & a quibus iudicibus citra vitium attentatorum plenè habes.*

12 *Quæ non sunt de contingentibus ad processum appellationis non reuocantur per viam attentatorum.*

13 *In attentatis proceditur gradatim, & sententia super vno attentato lata non nocet, nec prodest in alio.*

14 *Quando attentatum extinctum reuiuiscat, & materiam ortus attentati, & mortis, & diuersorum attentatorum habes latè vsque nu. 15. in prima par. num. 8. Et an paria sint non appellare, vel appellare, & deserere appellationem quò ad effectum reuocationis attentatorum, dicto nu. 14. circa medium propè nu. 15.*

15 *Quando attentatum vnius appellationis possit esse attentatum alterius appel. & an unum & idem attentatum possit eße eodem tempore attentatum duarum appellationum.*

16 *Deserta appellatione remanet facultas iudici reuocãdi attentata per viam nullitatis attentatorum.*

17 *Quando datur consensus iudicem, frustra reuocantur attentata, & nona par. num. 6. vbi latè.*

18 *Euocatione poßessionis purgatur attentatum, & facto partis, & prima par. nu. 15.*

19 *Ad reuocandum attentata requiritur poßessio tempore libelli ex parte rei conuenti, & prima part. nume. 15. in fin. sept. parte latè.*

PARS II.

Ipsius O' Butigerie, surge, & noli amplius dormire, quia venit tempus vigilandi, & vigilando cogitaui argumenta, authoritates, & rationes pro defensione tuæ Reuerendissimi Palauicini sententiæ, & non potui deliberare, vt in tuam concurrerem sententiam, quia non mihi satisfaciunt ad plenum argumenta. *Buti.* Surrexi ante te, & tu, qui dormis, non considerasti iura, quæ adduco; quia si vigilasti, vt ego feci, non ea reprehenderes, sed quæso, dic mihi quare tibi allegationes meæ non placent. *Gip.* Quia tu dixisti, quòd Iudicis a quo sententia super executione lata non

1 est attentatum, & tamen lata fuit appellatione legitima pendente contra formam statuti in titulo de præceptis confes. conuict. &c. *Buti.* Illud † statutum habet locum in Iudice a quo inferiore Iudicis appellationis, & non in superiore iudicis à quo, & appellationis, quemadmodum in Vicelegato, vt est casus noster, tunc quia non habet in causa suspensam iurisdictionem, potest exequi sententiam, appellatione non obstante, defertam, nullamque de facto declarare. Qui

2 † quamuis faceret iniustitiam, non tamen attẽtaret, ex quo attentatum non causatur, vbi non datur suspensio iurisdictionis, & Vicelegatus non habet suspensam iurisdictionẽ, vt dixi in prima parte, præterea illud statutum nõ procedit, quando pronunciatur appellatio deserta, vt ibi in statuto. Idem quando pronunciatur nulla, quæ sunt ad inuicem æquiparata. Rota decis. prima in nouis, & 130. Sed non recordare, ℘ ante executionem commissam tua appellatio fuit pronunciata nulla per sententiam, ergo non legitima. Quia præsumitur pro iudice, & sententia, maximè quando transiuit in iudicatũ per desertionem appellationis, vt in casu nostro, ad statutum in §. si victus. de appellationibus, &

3 quod dicis. Iudicem † a quo non posse sine noua commissione procedere ad executionem, non procedit, quando opponitur de desertione, vel nullitate incidenter, super qua potest etiam sine noua commissione facere processum, ut per Franc. in c ex ratione. quæst. fi. de appel. & nullam pronũciare appellationem ẽt de facto, vt in c. constitutus, & tex. in c. cum in appellationibus. per te allegatus procedit, quando

* iudex a quo esset aditus principaliter super art. validitatis, & inualiditatis appellationis, & non quando incidenter, vt d. c. constitutus, & in c. ex ratione. *Gip.* Immo Legatus, & Vicelegatus non se intromittunt in causis appellationum ab eorum sententijs, nisi ad faciliorem illarum instructionem, vt habetur in c. cum teneamur. extra de appel. *Buti.* Textus

4 † cum materia in c. cum teneamur. procedit in quolibet Iudice a quo inferiore nõ habente suspensam iurisdictionem in his, quæ tendunt ad faciliorem exitum causæ appellationis, & non habet locum in superiore iudicis a quo, & appellationis priuatiuè, videlicet, vt non possit etiam se intromittere in præiudicium causæ appellationis per eum delegatæ, vt dicam infra. Immò etiam iudex a quo inferior non habet suspensam iurisdictionem ad præiudicium causæ appellationis, sicuti non habet ad ipsius fauorem, vt in dicto cap. constitutus. extra de appellat. potest igitur fauere appellationi, vt in allegato tuo cap. cum teneamur. potest etiã præiudicare, vt in cap. constitutus, & ibi Franc. numer. 17. *Gip.* Immò Franc. ibi in cap. constitutus. tenet contrarium, si rectè inspiciatur. *Buti.* Aduertas † ℘ Franc. refert opinionem Ioan. de Imol. sed non dicit ueriorem esse illius opinionem contra Host. in dicto c. in §. Cumque. in versi. potes, colum. secunda, vbi dicit, quòd iudex a quo aditus incidenter super articulo inualiditatis appellationis poterit probationes recipere, & admittere, quem sequitur Innocen. ibi colum. 1. in uer. quia si appelletur, idem tenet Anto. de But. num. 13. Card. Zab. in dicto c. constitutus colum. 2. & Card. Alex. colum. 3. Bal. quæ in Margarita in uerbo appellatio, num. 55. qui concludunt omnes, ferri posse sententiam super nullitate appellationis per Iudicem a quo, & sententia præiudicat, si non appelletur, eandem tenet Franc. in c. Romana. in §. cum autem. in uersi. & idem si pronunciauit. de appel. in 6. contrarius sibi in dicto ca. constitutus. quicquid dicat in cap. ex ratione. col. fin. vbi uult, quòd iudex a quo possit cognoscere, quando notoriè constat de desertione, vel nullitate appellationis, poterit etiam cognoscere: quando non constat ex actis, quia si esset necesse, ut notoriè constaret de nullitate, Iudex non posset admittere, & recipere probationes, quoniam notorium non indiget probatione, vt latè p But. in tract. de notorio, ℘ tamen admittunt Doct. supra. vera non est igitur conclusio absolutè, vt debeat constare Iudici notoriè de nullitate appellationis; quia, & si non constaret, potest nihilominus de facto declarare nullam contra ius litigatoris, vt dixi supra. Sed dato, & non cõcesso, veriorem esse opinionem Imol. relatam per Franc. cõ

6 tra quam maiores authoritate viri tenent contrarium. † Dico considerandum esse duo tempora attentatorum, videlicet. Primum tempus petitionis, & aditus ipsi Iudici a quo per modum exceptionis, quo tempore fortè constabat appellationem esse validam, & respectu huius temporis Iudex a quo attentasset, & illud tempus respectu aditus tanquam attentatum venisset reuocandum. Est & aliud secundum tempus prolationis sententiæ iudicis declarantis appellationem nullam, & statim eo tempore, quo ipse declarauit per sententiam nullam esse appellationem, ipso iure, & notoriè apparuit de illius inualiditate, quia sententia, pro qua præsumitur, inducit notorium, ad latè notata per Can. in c. in præsentia. de probationibus. & maximè quando transiuit in iudicatum per desertionem appellationis ab ea interpositæ. Ideo respectu istius temporis præsentis sententia huiusmodi in viam attentati non reuocatur: quia vbi nulla est appellatio, ibi nulla adsunt attentata, vt abundè per Vãt. in tract. nullita. artic. quo, & intra quæ temp. nume. 48. & ℘ hæc tempora in materia attentatorum sint consideranda, vide Bonifa. Vital. in tract. clauſ. sub clausu. nil nou. app. plurib. eius partib. & si mea sententia, aut Viceleg. aut Donati, vt dicis, veniat reuocanda per viã attentati, quæ omnino trã siuit in iudicatum, vtique huiusmodi res iudicata nihil prodesset, & mihi seruiret de vento, contra legem si quando. de leg. primo, & in c. si Papa. de priuile in sexto, ℘ absurdum esset; quia quælibet dispositio, etiam minima syllaba debet aliquid operari, ut per gl. in rub. ff. quod metus causa, & ibi Bal. vlterius non te latet, ℘ quando competunt duo remedia, quorum unum est ordinarium, aliud extraordinarium; electo ordinario tollitur extraordinarium l. in causæ. de minoribus. l. quædam. cum materia C. de eden. & in l. edita. eodem tit. præsertim quando sententia lata in uno facit præiudicium in alio, prout in casu nostro, in quo sententia lata per Cipellum in causa appellationis a sententia Donati in mei fauorem parit exceptionem rei iudicatæ super attentatis, vt no per scrib. in l. qui Romæ. in §. duo fratres. de uerb. obl. & si dicas, vt tuus dicebat Fontenelus, quòd super attentatis non obtinuisses, si Cipellus pronunciasset expressè bene iudicatum per Donatum, & male appellatum, secus vbi tacitè per desertionem, ut in casu nostro; quia primo casu fuisset plenè cognitum coram Cipello meam sententiam non esse attentatum, quod non fuit cognitum per desertionẽ, & tunc procederet regula, ℘ decisum in uno iudicio non refricaretur in dubium in alio, per ea quæ no. in l. fundi, & fundum. de exceptio. rei iud. nescio enim an Fõtanelus motus fuerit ex doctrina Phi. Franc. in cap. dilecto. quæst. 48. nume. 106. & 107. attamen, quia intendo esse breuis, in

Source : BIU Cujas

quantum poſſum, me remitto ad eam, quam longo ſermone excutit Franc. Sed quicquid ſit, tu bene ſcis, ꝙ coram Cipello plenariè cauſa tuæ appellationis ſecundæ fuit cognita, & diſcuſſa, & in qua formatus fuit, & completus magnus proceſſus. O Gipſe dixi, ꝙ elegiſti uiam appellationis ordinariam, per quam proculdubio non competit via attentati extraordinaria, ut in executione ſnĩæ tuæ mea reuocetur; qa per appellationem tuam a ſententia mea tollitur cognitio a Iudice Fontanelo, quæ fuerat ſuper attentatis, ut ſignanter tradit Cum. in l. ſi expreſſim. col. 9. de appel. quem ſequi
7 tur Franc. in c. dilecto. nu. 16. extra eo. tit. *Gip.* Non † ne licet cumulare ad appellationem, & ſic ad viam ordinariam ẽt viam attentatorum uſque ad concluſionem in cauſa, per ea quæ tradunt Io. Andr. Fran. & alii in cap. non ſolum. de appel. in 6. & per Fran. in c. dilecti. el terzo colum. 2. extra eo
8 dem. *Buti.* Hæc † opinio non ſic de facili tranſit, & multos habet contradictores relatos per Gemi. in dicto c. non ſolũ, & ſi verior ſit opin. Io. Andreæ, ea procedit, quando illa attẽtata veniunt incidẽter, & acceſſoriè ad ipſam appellationẽ, tunc ſeorſum vſque ad concluſionem in cauſa poteſt dari de attentatis, vt ibi. Secus quando veniunt, & facta ſunt principaliter, prout in caſu noſtro, in quo tua appellatio a ſententia Iordani principaliter pronunciata nulla fuit, tunc cõcluſio non procedit, de qua ample tradit Io. Monac. in c. cupiẽtes. in §. ꝙ ſi per viginti. de electione. in vi. & iſto caſu amplectendo remedium appellationis priuaris remedio attentatorum extraordinario contra ſententiam meam. Rota de ciſ. 214. in antiquis, & ſignanter de iſto attentato principali vide Guid. Papa in conſi. 124. num. 6. & in fin. 609. præterea dico, ꝙ Donatus, vt dicis, quando pronunciauit tuam nullã appellationem etiam reſpectu primi temporis, notoriè ex actis apparebat de eius inualiditate, tum quia a ſententia Iordani de immittendo in poſſeſſionem pro executione teſtamenti ex remedio l. fin. C. de edic. Diui Adria. non datur appellatio, vt dixi abundè in nona parte, tum quia etiam appellatio interpoſita fuerat ad Papam contra formam ſtatuti noſtri ſub ti. de appel. quod vult, vt appelletur ad Gubernatorem, vel ad Legatum, Cor. in conſi. 25. in 3. vol. circa med. & in conſi. 43. eodem, vbi dicit, quòd quando ſtatutũ dat formam, vt appellans debeat appellare ad certos Iudices, ſi appelletur ad Papam, appellatio eſt nulla, idem dicit Io. Andr. ad Specul. in titu. de appel. in §. nouiſſimè. in principio, eandem ſequitur Rui. in conſi. 83. vol. 5. Io. de Anani. in conſi. 51. Roma. in conſi. 2. vbi omnes concludunt poſſe ſtatutum ligare ſubditum, vt appellet ad certos Iudices, & ꝙ ſi aliter fiat, appellatio eſt nulla, etiam ſi appelletur ad Papam, vt ſup. quibus addo pulchrum conſilium Goz. in conſi. 101. quod videatur, ecce ꝙ notoriè tua appellatio erat nulla ex his, & alijs rationibus, quibus motus fuit iudex, quid igitur tendis retia contra me? cum certo certius ſit, quan-
9 do † appellatio eſt nulla, vel deſerta, nihil quæritur de attentatis ſaltem priuilegio attentatorum, ut egregie per Franc. in d. c. ſæpe. de appel. quinimmo ſi male iudicaſſet, Iudex ſuper declaratoria nullitatis prædictæ, vtique ſententia mea propter tranſitum in rem iudicatam, quæ facit de albo nigrum, de iniuſto iuſtum, ad Iaſ. in l. Iulianus. de cond. indeb. & ad Fel. in rub. extra de re iudic. non ſubiicitur amplius periculo attentati, maximè iuncto ſtatuto in §. & ſi uictus. de appel. & ſi malè inquam iudicaſſet iudex, tanquam contra Iudicem incompetentem, aperta tibi via fuiſſet per uiam nullitatis attentatorum, quam omiſiſti, vt per Franc. in dic. c. ſæpe, & dicam in ſecundo libro nullitatis attentatorum, via hæc, quam ex priuilegio attentatorum elegiſti, tibi pateat, quæ non competit deſerta, vel nulla appellatione, ad Franc. ibi vbi egregiè nu. 30. in fine. Et audi ò Gipſe. Si mea ſententia eſt attentatum, quæ ueniat reuocanda per tuum Fontanelum, non ne tua directò eſt cõtra ſententiam meã, certè ſic, ſi mea ante tuam facta eſt res iudicata, quid mihi proderit, & ſi deſerta, vel nulla appellatione attentata non reuocantur priuilegio attentatorum? cur me perſequeris, ſi dicas, declaratoria Donati eſt attentatum, quod durat uitiũ, & tranſit. Quæro, nõ ne illud eſt purgabile, certè ſic, ſed fuit purgatum per ſententiam Cipelli deferentis appellationẽ Donati; quia per deſertionem ſententia Donati firma remã ſit, tum de iure, tum ex ſtatuto in §. ſi victus, ſi firma, ergo tua prima appellatio nulla, ſi nulla, ergo nullum attentatũ. Et ſi dicas, quòd non remanet firma, quia nulla lata a Iudice carente iuriſdictione. Reſpondeo, debueras quærere reuocationem per uiam nullitatis, & non ex priuilegio attentatorum, vt declarat Franc. in dicto c. ſæpe. in gl. in uer. rata, quòd non feciſti. Quinimmo nec illa nullitatis, nec iſta ex priuilegio tibi competunt. probo: quia tua prima appellatio fuit extraiudicialiter interpoſita, & quando extraiudicialis declaratur nulla, vel deſerta, non reuocatur per uiam attentati, utraque via ſecundum Fran. ibi in dicto c. fin. immo etiam ſi fuiſſet tua prima appellatio iudicialis, non audieris ſuper nullitate ex defectu iuriſdictionis; quia ſententia lata a iudice incompetente confirmata poſtea per competentẽ non poteſt reuocari ex defectu iuriſdictionis, vt per Iaſ. in l. 4. in §. condemnatum. nu. 17. de re iu. ſed ſententia mea fuit confirmata per Cipellum, & nouiſſime per Rotam moder
nam, & ſic per duas conformes, ergo. Et ſi per uiam nullita-
10 tis † quæ eſt genus, non potes reuocare ſententiam mei iudicis, cur uis eam reuocare per uiam attentati, quæ eſt ſpecies, nam omne attentatum eſt nullum, ſed omne nullum non eſt attentatum, vt per Franc. in c. conſuluit. el ſecundo, num. 9. ex. de appel. vnde dẽpto genere demitur ſpecies, ſed non econuerſo, vulg. l. ſi quid earum. §. inter emptum. ff. de leg. primo. *Gip.* Quomodo hoc fiet, non ne appellationes deuoluuntur ad Rotam, & cauſæ a Vicelegato ab eadem non poſſunt aduocari, niſi per ſignaturam Papæ, & eo magis; quia Vicelegatus non habet facultatem aduocandi cauſas per eum commiſſas, & dato ut poſſet vel de iure vel ratione facultatum non cenſetur vti niſi ordinaria poteſtate, qua aduocare non poteſt, & non plenaria, qua non vtitur, niſi expreſſe appareat, ad vul. deciſ. adeo quòd per hoc ſuſpenſam habet iuriſdictionem cauſæ appellationis. *Buti.* Vicele
11 gati † Bonon. pro tempore, qui habent in eorum indultis facultates derogan. quibuſcunque conſtitu. & ordinat. quę etiam a ſede Apoſtolica emanauerunt cum clauſ. derogatorijs derogatoriarum, vt omnibus innoteſcit, poſſunt cauſas pendentes in Rota aduocare, & eo magis cauſas per eos delegatas, & alijs committere. vt no. ĩ l. iudicium ſoluitur, vbi ſcribentes omnes, de iudicijs. ample Rebuf. in lib. de Euoc. fol. 435. num. 36. ſed an vtuntur reſpectu aduocationis ordinaria, vel plenaria poteſtate, dico tibi, quòd ſi aduocatio valere non poteſt in vim ordinariæ, ne actus aduocationis reddetur nullus, & fruſtatorius, debet valere in vim plenariæ, & fieri cenſetur maximè, quando ſuperiores ad validitatem actuum vtuntur clauſula omni meliori modo, vt per Alex. in l. quanquam. C. de milita. teſtamento. ſed dices de aduocat. non conſtare, quia dico tibi, ꝙ conſtat tacite, ſi non expreſsè propter cognitionem, quam habuit de tua appellatione pronuncian. nullam, per quam cauſa tuæ appellationis tacite ad ſe aduocatur, vt per Rebuf. loco quo ſupra nu. 15. & per Franc. in c. ut noſtrum. num. 7. de appellationibus. Ripa in lib. reſponſ. nu. 197. & late per illum moder. in lib. com. opi. in verbo aduocatio, num. 260. Quare ſi aduocare poſſunt tacitè vel expreſsè, ſequitur quòd ſuſpenſam non habent iuriſdictionem, ſomnias igitur, cum dicis, quòd ſolus Papa, vel Imperator habent non ſuſpenſam iuriſdictionem, ad quos ſpectat cauſarum coram inferioribus euocatio. Quia dico tibi, quòd nõ ſolum Princeps, ſed etiam quilibet alius ſuperior in eadem ſpecie iuriſdictionis poteſt cauſas pendentes coram inferioribus, & aliis iudicibus delegatis ad ſe aduocare. Et ideo, Comes, Baro, vel Marchio, & qui libet habens iuriſdictionem cauſas pendentes coram inferioribus maximè delegatis aduocare tacitè vel expreſsè poſſunt, ut per Alex. & Franc. ac alios in dicto c. vt noſtrũ, & per Rebuf. in d. lib. de euocat. n. 36. 37. & ꝙſequenter non habẽt ſuſpenſas iuriſdictiones, quas ſi haberent, aduocare nõ poſſent. Nam Legatus, & Vicelegatus poſſunt cauſas pendentes coram ſuis delegatis de ordinaria poteſtate aduocare, vt per Reb. d. loco num. 41. 42. & per Franc. in d. c. ut noſtrum nu. 8. & 9. nec facit, ꝙ legatus, vel Vicelegatus aduocare nõ poſſint cãs coram ordinario pendentes, qui ꝯcurrit in iuriſdictione, & inter illos eſt locus præuentioni ſm allegata per te, quæ nõ inficior, nam hæc nõ faciunt ad cãm, quia hic agitur de Iudice delegato tuo Iudici Eontanelo cauſæ appellationis, a quo cauſa põt aduocari p ſuperiorem tacitè, vel expreſsè, aliud ſi fuiſſet ordinarius Iudex, & cauſa appellationis ei non fuiſſet à Vicelegato commiſſa, tunc ꝯcurreret in iuriſdictionẽ cum illo, & hæc non eſt truffa, vt de me dicis. *Gip.* Non eſt verũ, quòd Vicelegatus, qui cognouit de nullitate meæ appellationis, tacite cauſam ad ſe aduocauerit; qa cõſtat de ꝯrio, quòd poſt aduocationẽ poſſeſſionis factam cauſas remiſit ad Rotam. *Buti.* Erras in hoc; quia poſtquam ſuperior ꝓnunciauit tuam nullã appꝓnem, per q̃ pronunciã tacitè ad ſe cãm aduocauit, vt dixi ſupra, teq; poſtea me turbãte in poſſeſſionẽ, quã ſum adeptus, aduocauit eandeꝫ ꝓpter periculũ armorũ, & in reliquis cauſam remiſit ad Rotã, talis nãq; remiſſio intelligenda eſt de appellatione a ſnĩa lata per ſuperiorem ſuper nullitate tuæ appellationis cum omnibus dependentibus ab ea, & minime intelligi dẽt de cauſa appellationis a ſententia Iordani, ſuper qua prius pronunciauerat declarando nullam, per q̃ ſecutus fuit effectus

tacitæ

Source : BIU Cujas

tacitæ aduocationis: quoniam iam effectus euocationis consumatus per cognitionem de appellatione factam nō potest tolli, nec pro infecto, & non facto haberi, aliud esset, si antequam Vicelegatos cognouisset de tua appellatione, causas remisisset, tunc essem tecum, quòd nullibi constaret de euocatione. Non placet mihi tua responsio ad §. si victus, vbi dicis, quòd desertio fingit non appellatum, & si appella. non esset, per hoc non esset sublata via attentati, quæ non purgat in diuersa appellatione, & si non esset appellatum à sententia Vicelegati, vt dicis, tenuta, & omnia secuta post sententiam uenirent sub tua Fontaneli sententia tanquam attentata in præiudicium appellationis coram eo pendētis. Quia pro solutione animaduertendum est, quòd licèt per desertionem fingitur non appellatum à sententia Vicelegati. Attamen attentata, quæ medio tempore facta, & secuta sunt in præiudicium appellationis viuentis. ea postea mortua per desertionem nō cadunt, nec cadere possunt sub tuo Iudice Fontanelo, quia quando facta fuere tua, viuebat appellatio secunda à sententia Vicelegati, & secuta fuerunt in præiudicium dictæ appellationis commissę Cipello, & coram eo pendentis, non fuerint, nec sint de contingētibus priorem appellationem à sententia Iordani, quæ non comprehendit nisi attētata, quæ sunt de processu, & contingentibus ipsam appellationem, vt traditur per Gem. & alios in c. non solùm. in §. Illa verò. numero 9. de appellationibus, in 6. Vital. de clauſ. sub clauſ. nil nou. nu. 3. sed veniunt, & cadunt sub iurisdictione d. D. Cipelli, & † per desertionem appellationis corā eo aliàs vertentis corruunt & euanescunt. Rota decis. 1. in nouis, Franc. in cap. sæpe. in glos. in verbo rata, extra de appe. quare cum tenuta effectualis fuerit nouum attentatum cadens sub iurisdictione Cipelli propter appellationem interpositam, vt dixi clarius supra, nō potest mortua appellatione per desertionem cadere sub iurisdictione Fontaneli: quia cum pendente appellatione coram Cipello fuerit attentatum ad cognitionem D. Cipelli spectans, & pertinens, maxime uigore commissionis ei factæ, Ea mortua, siue per desertionem, siue alio modo non reuiuiscit ad commodum, & fauore alterius appellationis, uidelicet Prioris à sententia Iordani: quia non potest eodem tempore esse attentatum duarum appellationum, & primæ & secundæ per regulam, quòd vna, & eadem res non debet diuerso iure censeri. l. eum qui ædes. de vsucapion. cum vulg. si tenuta est attentatum secundæ appellationis, quia non poterat decerni interposita appellatione à sententia Vicelegati, & non est igitur attentatum primæ, tum quia inclusio vnius est exclusio alterius. l. cum prætor. de iudiciis, tum quia, quod est de processu ac de contingentibus secundam appellationem non potest tanquam attentatum reuocari per Iudicem primæ appellationis, vt late traditur per Vital. in tract. clauſ. sub clausula nil. nouari. nume. 3. & nume. 22. in fine, & per Gem. loco quo supra, faciuntque tradita per Butr. Innocen. & Phi. Franc. in ca. dilecti. el 3. 2. colum. extra de appell. vbi ponunt conclusionē,

13 quòd vbi † interponuntur diuersæ appellationes, diuersaque attentata oriuntur sub sententia reuocatoria vnius attentati, non veniunt attentata alterius appellationis, & ò mi Gipse, non est curandum, quid sequatur postea de illa appellatione,

14 siue viuat, siue moriatur per desertionem † quoniam ex ea ortum attentatum non potest tolli, quòd non fuerit attentatū illius appellationis viuæ, vel mortuæ iuxta illud, quòd factum fieri non potest, quin non sit factum, & hoc solo Deus priuatur, vt latissimè per Tiraq. in tract, de const. in 7. limit. & si appellatio viuit, attentatum reuocabitur, & nō reuocabitur iuxta modum, & finem iudicis pronunciantis, si verò moritur, non reuocabitur attentatum in præiudicium. d. appellationis, sed euanescit cum ipsa appellatione, quod autem reuiuiscat vel efficiatur attentatum alterius appellationis, ita ut per alium Iudicem possit cognosci, absonum hoc est, quia esset tollere vni Iudici, & dare alteri, & virtus legis circunueniret, & tanto magis, quando attentata per diuersas commissiones committuntur diuersis iudicibus, quemadmodum est in casu nostro, quid ergo est dicere, quòd si non esset per te appellatum à sententia Vicelegati, tenuta veniret reuocanda sub tuo Iudice Fontanelo: quia secundum te omnia essent attentata in præiudicium prioris appellationis, sed quando est appellarum a nouo grauamine, postea attentatum in præiudicium secundæ appellationis, quæ deferatur, reuocetur per primum Iudicem, fraus hęc est ex suprascriptis, & quia cum sit extinctum id attentatum per mortem d. appellationis, nō potest reuiuiscere & sic non potest comprehendi sub alia appellatione, & alio iudice; quia destrueres regulam legis, qui res. in §. aream. de solutio. & plures alias, non valetque argumentum, quòd si non appellasses a sententia Vicelegati, vel Donati, declarantis appellationem nullam à sententia Iordani, tenuta, & omnia venirent reuocanda sub tuo Fontanelo, & si appellasti, quia deseruisti appellationem: dicere paria sunt, cū per desertionem fingitur non appellatum, vt supra: quoniam non est par ratio facti, & non facti, ad no. per glo. in l. si mora, & scrib. ibi solu. matrimo. ubi non concurrunt adinuicem factum, & non factum secundùm varios casus, de quibus per Docto. ibi, quare concludendo dico tibi, quòd sum lucratus per tuam appellationem, quam interposuisti à mea sentētia, vt attentata in præiudicium appellationis illius dictæ appellatione deserta, euanuerunt, quòd non essem. si nō appellasses, quia essent attentata prioris appellationis à sententia Iordani, quæ venirent reuocanda per tuum Iudicem Fontanelum, inquantum mea sententia esset attentatum, & vt hoc verum sit probatur tibi. Nam propter desertionem tuæ secundæ appellationis virtute statuti in §. si victus. denegatur tibi implorare officium iudicis contra sententiam Vicelegati, seu Donati, quod non est de iure communi, si non appellasses: ecce quod longè diuersè sunt appellare, & deferere appellationē, & non appelare, si ideò denegatur tibi iudicis officium contra meā sententiam, ergò & uia attentati, quę petitur Iudicis officio. c. non solùm. extra de appellationib. in sexto, & succesſiuè, nec aduersus executionem effectualem sequelam ad dictam sententiam, & eo magis cum tenuta non sit de processu primæ appellationis, sed secundę, que per desertionem, si est attentatum, corruit, & si dicas, quòd habes rem iudicatam per duas conformes super reuocatione attentatum, benè dicis, sed nō habes rem iudicatam cdntra sententiam Donati, quę pariter effecta est res iudicata antè tuam sententiam, aliàs si extenderes tuam sententiam contra meam, inuitis dentibus, vel mea esset contra tuam, vel tua cōtra meam, & sic vtroque casu tua nulla contra meam, & mea contra tuam, ad tex. vulg. in l 1. C. quando prouocare non est necesse, vbi sententia contra sentē tuam non valet. Non obstat, si diceres, quinimmo paria sunt non appellare, vel appellare. & deferere appellationem, sicuti non facere vel facere, & fingere non factum virtute fictionis, & consequenter attentata, quę veniunt post dictam appellationem, non possunt dici attentata illius secundę, quę iuris fictione habetur pro non interposita, sed necessariò debent dici attentata primę appellationis, & primi Iudicis, & sub illius iurisdictione veniunt, quia pro responsione dico, quòd si per te fingitur non appellatum à sententia mea, vt ais, Donati, etiā per me fingitur non attentatum in prejudicium appellationis desertę, cum appellatione deserta corruant attentata. Si iō fingitur non attentatum, tenuta acquisita, quę fuit attentatū, modo amplius non attentatum iuris fictione non reuocabitur per tuum Iudicem, quia illud, quod non est attentatum, reuocari non potest, vulgata l. eius qui in prouincia. si certum peta. in l. decem. de verbo. oblig. vbi non entis nullę sunt qualitates, & si replices, quòd erit attentatum primę appellationis, & non secundę. Respondeo, hoc esse impossibile de iure, quia ortus attentati attenditur tempore tuę viuentis appellationis, & viuentis est attentatum, quòd per mortem appellationis extinguitur cum ea, & propter mortem non potest re-

15 uiuiscere † aliud si ortum fuisset post mortem illius, sed natū antè obitum appellationis secundę, quòd est de processu, & contingentibus appellationem viuentem, ea mortua à Iudice alterius appellationis non reuocatur, quia inuitis dentibus concedendum esset, quòd vnum & idem esset attentatum eodem tempore duarum appellationum, & à duobus Iudicib. reuocandum, quòd esset contra regulas. Prima, quòd si est attentatum secundę appellationis, & secundi Iudicis, nō potest esse attentatum primi: quia inclusio vnius &c. Secunda est: quia tenuta, quę est de processu, & contingentibus secūdę appellationis, & secundi iudicis, non potest reuocari per uiam attentati per alium alterius appellationis, vt dixi supra, & si propter mortem d. appellationis attentatum respectu tenutę & executionis effectualis iuris fictione habetur pro nō facto, quomodo vis, vt id dicatur fieri in dedecus primi Iudicis, qa si attenditur tempus natiuitatis, attentatum non est in præiudicium primæ, sed secundæ appellationis, nec in contentionem primi, sed secundi iudicis, tum quia est de processu secūdi Iudicis, tum quia eidem committuntur attentata in prejudicium d. appellationis. Si uerò attenditur tempus mortis d. appellationis, utique & cum ipsa appellatione moritur attentatum, ergo ut supra dixi, quòd non est, attentatum dici non potest, si verò artenditur tempus præsens, & tunc quia mor-

16 tuum non potest reuiuiscere † non conualescit attentatū, sed quicquid sit, dico, quòd Cipellus poterat etiam deserta appellatione reuocare attentatum per uiam nullitatis quę non tollitur per desertionem, ut per Franc. in cap. sæpe. sepius supra allegato, quòd si hoc verum est, quàmuis per desertionē fingatur non appellatum, attamen remanet iudici facultas reuocandi attentata per uiam nullitatis, licèt non ex priuilegio attentatorum, si Cipellus potest reuocare attentata in viam nullitatis,

Source : BIU Cujas

litatis in præiudicium appellationis facta, non ergo tuus Iudex Fontanelus reuocabit: quia cum ad alium Iudicem pertineat cognitio, incõueniens eſſet, vt tuus Iudex apponeret manum in meſſem alienam, & pro hoc iudicio meo facit de brocha celebris doctrina Anto. de But. in cap. ad hoc. relata à Philippo Franc. in d. cap. nume. 5. vbi quærunt, an per appellationem appellans poſſit recuſare Iudicem ſuſpectum in alia cã, & dicunt quòd ſic, quærunt etiam, quid ſi appellatio poſtea deſeratur, aliqui dicunt quòd non, ex quo per deſertionẽ fingitur non appellatum: attamen Butr. Imo. Abba. Franc. ibi in d. cap. tenet contrarium: quia dicunt, quòd eo caſu, quo appellans non poteſt proſequi appellationem propter deſertionẽ, tamen poteſt probare de grauamine ad alium finem, ideſt ad recuſationem Iudicis: quia recuſatio fundatur ſub malo animo iudicis, qui non tollitur per deſertionem, poſſunt tamen probari attentata, vt dixi, per uiam nullitatis, & ſic ad alium finem, quæ via non tollitur per deſertionem. Vel dic, quòd remanet iuriſdictio Iudici deſerta appellatione ad alium finem reuocandi attentata per uiam nullitatis, quæ non eſt ſublata per deſertionem, vt ſupra dictum eſt, & latius videbis in ea materia in ſecundo libro, ſecus quando non poſſet iuſtificari grauamen appellationis ad finem recuſandi Iudicẽ, tunc non puto quòd opinio Butri. & ſequacium procederet. Idem dico in caſu noſtro, aliud eſſet, ſi deſerta appellatione attentata non poſſent iuſtificari per viam nullitatis, cum ergo iuſtificari poſſunt, & Cipellus Iudex remaneat ſuper tenuta, & aliis attentatis, non igitur tuus erit Iudex Fontanelus. *Gip.* Adducta per te procederent, ſi tuus Iudex Vicelegatus, vel Donatus fuiſſet Iudex competens in articulo meæ appellationis, qui cum non fuerit, eius ſententia declaratoria ſuper nullitate appellationis meæ ipſo iure nulla eſt lata à iudice carente iuriſdictione, & ſi nulla, nunquàm tranſit in iudicatum, quæ nullitas reſeruatur à ſtatuto noſtro in §. Si victus. *Buti.* Statutũ huiuſmodi intelligitur de Iudice funditus carente iuriſdictione, & non de eo habente iuriſdictionem generalem, licèt ſuſpenſam in vno articulo, puta in cauſa appellationis ſecundũ te, quemadmodum in Vicelegato, & eius auditore, prout declarat Franc. in cap. dilecto, quæſtio. 52. nume. 135. in fine, & in hoc deciperis per tot, quæ ſupra dixi, ſed quicquid ſit, tu non petiiſti reuocari meam ſententiam coram tuo Fontanelo per viam nullitatis attentatorum, quæ competit, quando deſerta, vel nulla eſt appellatio, ſed non quando agitur ex priuilegio attentatorum, vt per Franc. in dicto cap. ſæpe, & eo magis, quia conſenſiſti in iuriſdictione mei Iudicis ante ſententiã ob reuocationem ſequeſtrationis fructuum bonorum ab eo obtentam, & cautionem coram eo præſtitam, per quæ iuriſdictio omnino prorogata extitit, quia patiens reuocari ſequeſtrum ad tui fauorem, hic actus non potuit fieri per Iudicem, niſi in vim eius iuriſdictionis. Rota deciſ. 476. Franc. in capitu. ſollicitudinem. nume. 13. in quarta limitatione, de appellationibus, & ante eum Felyn. in cap. gratum, de offic. deleg. & vbi
17 datur conſenſus in iudicem, †, fruſtra quæritur de attentatis, ut eſt notum lippis & tonſoribus, ſed quorſum hæc, eſto ꝙ millies mea ſententia eſſe attentatum, executio, & omnia in-
18 de ſequuta, nonne dixi tibi in prima parte, † quòd quantum ad poſſeſſionem nullum adeſt attentatum, quoniam per me reſpectu eiuſdem purgatum fuit Iudicis authoritate propter euocationem factam, cum te non reclamante, per quam poſſeſſionem perdidi, & perdendo purgaui attentatum, ad quod nil mihi reſpondes, cui addo etiam purgatum eſſe facto tuo propriò ob ſpolium de poſſeſſione recuperata factũ, de quo apertè conſtat per tuam confeſſionem in proceſſu? Cur igitur a me petis poſſeſſionem, quam recuperatam habes? Cur inquam petis poſſeſſionem a me, quam perdidi per euocationem à ſuperiore factam? Nec facit, quòd ab ea poſteà eiectus reperieris: quia eiectio cauſata eſt per alias ſententias, maximè per ſententiam Regentis, quæ non eſt comprehenſa in hoc iudicio, ut eſt dictum in prima parte, ſed quorſum etiam tendis, contra me, nepoteſque meos poſſeſſionem non recuperabis, quam non habent, minuſque contra filiam meam ſub prætextu ſtatuti, de eò qui deſierit &c. Quoniam † dictũ
19 ſtatutum ad hoc, vt executio fieri poſſit contra tertium, præſupponit poſſeſſionem penes reum conuentum tempore oblatæ petitionis, ſeu libelli. At veritas eſt, quòd tempore tui libelli ſuper attentatis penes me non aderat poſſeſſio, quæ potuerit à me ſubuerti poſt tuam petitionem, quia eo tempore poſſeſſio erat aduocata, ut ex actis conſtat, & ſic non in mea facultate transferendi in filiam, ad quam ſi fui reſtitutus poſtea per ſententiam Regentis, & poſſeſſiouem cepiſſem, filiq̃ que tradidiſſem, attamen ſtatutum tibi in aliquo non ſeruit: quia clarum eſt, quòd requirit ab initio poſſeſſionem penes reum conuentum, videlicet tempore oblatæ petitionis, quòd poſſideat, & non poſt, ſed etiam quicquid ſit, tibi dico, quòd nunquam habui poſſeſſionem aliquam, quia filia mea continuò poſſedit, fructus percepit, & de præſenti poſſidet, & qua ratione ab ea mueſtiga. Quare ex his non ſuffragaris dicto ſtatuto contra ipſam, quæ a me non cœpit poſſeſſionem, & qua lege, quaùe Doctoris authoritate, qua etiam ratione habes, ꝙ executio ſententiæ poſſit fieri contra tertium ex perſona rei conuenti non poſſidentis tempore libelli, & litis conteſtationis, & contra tertium inquam a ſe ipſo capientem poſſeſſionem, & cauſam non habentem à reo conuento, ut eſt caſus noſter, & ſi legiſti in lib. Didac. Couaru. pract. quæſtio. ca. 13. 14. vbi de hac re latiſſimè loquitur, videbis errorem tuum. Qua propter in multiloquio verborum, quæ protuli, concludo, quòd optimum habes cõſilium à tuo cauſę patrono, ſed ius peſſimum iuxta illud Terentii in ſimili. Omnes facilè cũualemus, recta conſilia ægrotis damus. bonum ego habui conſilium à Manfredo genero, & aduocato meo, & ius optimum, ex ſupradictis liquet, vade, ſatis vigilaui, oportet modo me quieſcere.

SVMMARIVM.

1 *Sententia, quæ dependet à ſententia attentata venit reuocanda per uiã attentati, infra nu.* 17.
2 *Quando dicitur dependens ad incurrendum vitium attentati.*
3 *Qui circa attentata ſe fundat, ſuper iure alterius attentare dicitur.*
4 *Noua regula præter alios in attentatis, quando ſententia dicatur dependens ab alia, infra nu.* 17.
5 *Per ſeparationem articuli ſententia non dependet, & non eſt de proceſſu iudicis à quo, & quando.*
6 *Et quomodo detur ſeparatio ad euitandum attentata.*
7 *Per conſenſum purgatur omne uitium attentati, & nona parte, numero* 6.
8 *Per reſcripta commiſſioneſque aperitur via purgationi attentatorum.*
9 *Poſſeßo, & quilibet actus deſcenſiue veniens a præambula diſpoſitione non affecta uitio attentati, non eſt attentatum.*
10 *Iniuſtitia non inculcatur cum attentato, nec è contra, infra numero decimoquinto.*
11 *De extremis neceſſarijs cauſantibus attentata pulchre.*
12 *Per pendentiam petitorij ſententia lata in poſſeßorio non reuocatur per uiam attentati.*
13 *Quæ attentata poſſunt reuocari officio iudicis.*
14 *De eadem materia.*
15 *An conſequentia teneat, ſententia eſt iniuſta, ergò attentatum, & è contra.*
16 *De ſententia aſſumente fundamentum à ſententia attentata.*
17 *Et quid de Iudice attentate in præiudicium appellationis, et quomodo attentatur, et ex quibus cauſis latißmè habes prætor alios.*
18 *Noua declaratio glo. in cap. non ſolum. in §. illa verò. in verb. nec tamen omnia relata à Geminiano eo loci numero* 12. *in verſicu. & licèt iſta verba.*
19 *Attentatum, quod non imponit perpetuum ſilentium, non reuocatur per viam attentati.*
20 *Declaratio capituli, ex tenore. extra de reſceip.*

PARS III.

Ipſius. O Butigerie, quis erit ille fortis legibus armatus, qui rapiet te modo a manibus meis, neſcis, ꝙ habeo reuocatoriam ſententiæ Donati in uiam attentati, & executionem reuocatarum ſentẽtiarum latarum ſuper attentatis dictæ ſententiæ: quid tibi hodie prodeſt ſententia Regentis, forte ſuſtinere audes eam irreuocabilem eſſe per uiam attentati. *Buti.* Certè ſententia Regentis non eſt attentatum, & non attentatum irreuocabile. *Gip.* Profectò ſententia Regentis eſt attentatum, & tanquam attentatum reuocabile. *Buti.* Redde mihi rationem, quare illa ſit attentatum, quæ ſi bona erit, acquieſcam cum tuo gaudio. *Gip.*
1 Tu bene loqueris, ratio etenim eſt manifeſta, † quia ſi ſententia Donati eſt reuocata per uiam attentati lata in prejudiciũ appel. à ſententia Iordani, quanto fortius Regentis ſententia reuocanda venit, quę eſt conſecutiua, & acceſſoria ſine ea eſſe non poteſt, ſicuti nec vmbra ſine corpore, neque homo ſine anima & deſtructa ſententia Donati antecedenti fundamentali deſtruitur conſequens, & corruit, & deſtructo principali, deſtruitur acceſſorium, quo etiam perdito, perditur acceſſorium iuribus vulgaribus. *Buti.* Alia ratio reformet pactum, ò mi Gipſe, tu deciperis, quòd Regentis ſententia ſit dependens, vel conſecutiua, aut acceſſoria ad ſententiam Donati, ita ut ſine ea eſſe, & ſtare non poſſit † quoniam verè tenor
2 Donati ſententia eſt de proceſſu iudicis ad quem, & de dependentibus, & concomitantibus appellationem à ſententia Iordani, ſed non ſententia Regentis in articulo reſtitutionis poſ-

ſeſſionis

Source : BIU Cujas

ſeſſionis eſt de proceſſu appellationis à Iordani ſententia, ut clarius tibi infra dicam, quòd ſi verum eſt, ergò non dependet à Donati ſententia: nam ſi eſſet conſecutiua, vel dependens à Donati ſententia, opus eſſet eandem eſſe de pertinentibus ad appellationem à ſententia Iordani, ſicuti eſt Donati ſententia, quæ tanquam acceſſorium non deberet plus eſſe in eo, quod eſſet poſitum in principali iuribus vulgaribus, & quando dependet, vide Vital. de clauſ. ſub cla. nil no. appel. pen. nu. 3. vbi latè. *Gip.* Quid dicis, non ne verba ſentētiæ clara ſunt, quæ dicunt, poſſeſſionem tibi reſtituendam eſſe in executione ſententiæ latæ, de qua in actis, vel intelligis de ſentētia Iordani, & tunc tanquam aſſumens fundamentum ab ea, vt tu dicis, a qua pendet appellatio, dicitur dependens, aut intelligis de ſententia Donati, & tunc ea reuocata per viam attentati, & hoc vitio affecta pariter, & ſententia Regentis tanquam conſecutiua veniens, & lata in executione illius Donati eo-
3 dem morbo reuocanda venit: quia † qui ſe fundat ſuper iure alterius, dicitur ab eò dependere aſſumendo cauſam, vt notatur in cap. non ſolùm in §. illa vero. de appellationibus in ſexto. *in* glo. in verb. vel tamen omnia, & per Ioan. And. & Gem. *ibidem* nume. 12. *Buti.* Conſequentia non tenet, Regens aſſumit cauſam à ſententia Donati, ergò ſententia Donati depen-
4 det ab ea † quia, aut aſſumit cauſam à ſententia Donati, & ab illo Iudice, quò ad poteſtatem iudicandi, & tunc ſemper dicitur dependens, aut aſſumit cauſam aliundè præter iuriſdictionem, & poteſtatem iudicandi, & tunc non dicitur dependens, nec acceſſoria, vt latius infra videbis, & eò magis quando militat diuerſa ratio à principali ad acceſſorium, hoc caſu deſtructo principali non tollitur acceſſorium, Marſ. ſing. nu. 17. circa mediū, ſed ſic eſt, quòd Regens in iudicando aſſumpſit poteſtatem à Vicelegato, & non à Donati ſententia, ergò non dependet: quia quò ad vitium attentati attenditur depēdentia reſpectu poteſtatis, & iuriſdictionis iudicandi, & non aliundè, vt dicam infra. *Gip.* Putas ne ad Epheſos loqui, vnde habes Regentis ſententiam non eſſe de proceſſu appellationis primi Iudicis, cum ſit, quòd lata eſt per eum ſententia pendente appellatione à ſententia Iordani. *Buti.* Sententia
5 Regentis non eſt de proceſſu Iudicis ad quem: quoniam articulus reſtitutionis poſſeſſionis, in quo pronunciauit Regens, fuit ſeparatus, diuiſus, ſegregatus, & vt ita dicam diſcorporatus ab appellatione à ſententia Iordani, ita ut non poteſt dici emergens, incidens, vel dependens ab ea propter huiuſcemodi ſeparationem, *Gip.* Quid vult dicere diſcorporare articulum poſſeſſionis ab appellatione in Rota. *Buti.* Te docebo. *Gip.* Doce me. *Buti.* Non recordare, quòd Reuerendiſſim. Firmanus articulum aduocatæ poſſeſſionis commiſit Regenti. Ecce primitus articuli ſeparationem à tuo Iudice ad quē, rurſus ad tui inſtātiam poſtea idem articulus aduocatus fuit à Regente, & commiſſus fuit per reſcriptum D. Chriſtopho ro de Iudicibus Auditori Rotæ, Ecce ſecundam diuiſionem factam à te, & nouiſſimè à me p̄inſerto tuo reſcripto in alio obtentum fuiſſe aduocari à D. Chriſtophoro, & committi eu dem D. Regenti, Ecce totalem diſcorporationem articuli à tuo Iudice appellationis, & ſic vide, quòd non dependet amplius propter ſeparationem ex his cauſis, & quando non dependet, & non eſt de proceſſu Iudicis ad quem, ſuper inde factum non reuocatur per uiam attentati, ad Gem. in cap. non ſolum. in §. illa verò. in verſi. ſed an attentata, nume. 9. de ap-
6 pel. *Gip.* Audiui, tu diceres verum † ſi articulus huiuſmodi reſtitutionis poſſeſſionis potuiſſet ſeparari à Iudice ad quē, & alteri committi. Sed vbi habes, vt hoc fieri potuerit in mei p̄iudicium. *Buti.* Hoc ſcriptum habeo in cap. ſtatutum, & ibi glo. in verbo cauſa, & Archid. de reſcri. ſed quicquid ſit, tu ipſe obtinuiſti ſeparationem articuli obtinens committi Regē ti, ut acta cantant, & nouiſſime ego ab eo aduocari, & recommitti Regenti cum clauſulis auth. Apoſtolica, & cæteris contrariis quibuſcunque non obſtantibus, ita cantante meo reſcripto, etiam appellatione tua à ſententia Iordani non obſtante in uim dictarum clauſularum, prout clarius infra tibi notum erit, & ſi hic articulus nondum exortus, nec in rerum natura exiſtens tempore tuæ appellationis, quo iure vis tanquam attentatum in præiudicinm tuæ appellationis poſſe reuocari. *Gip.* Non fui ego, qui obtinui diſiungi articulū poſſeſſionis à iudice appellationis, & committi alteri iudici, ſed procurator meus, qui à me non habet mandatum prorogandæ iuriſdictionis alterius Iudicis, iuribus vulg. *Buti.* Tu ipſe fuiſti: quia ſupplicatio obtenta directa D. Chriſtophoro de Iudicibus de te cantat, ſed quicquid ſit, etiam tuus procurator, cui feciſti mandatum generale cum libera, poteſt prorogare iuriſdictionem vnius Iudicis ad alium. Caſ. de reſcrip. deciſ. 3. Bellam. 137. Marſſing. 186. ſed hic etiam a te habet mādatum ſpeciale ad prorogandum iuriſdictionem, quòd eſt regiſtratū in proceſſu deſertionis formati coram Cipello. *Gip.* Scio. n.

7 quòd † magnum facis fundamentum ſuper conſenſu meo p̄ſtito coram D. Regente in articulo reſtitutionis poſſeſſionis, per quem, ut ais, purgatur omne uitium attentati, ut de hac re ſcripſiſti latè in 9. part. nume. 6. ſed dico tibi, quòd conſenſus meus fuit ſolum præſtitus circa id, quod cognoſcatur de remiſſione cauſæ ad Rotam, ſeu ad Iudicem appellationis, & de non Regentis iuriſdictione, & ut aduocaretur ab eo cognitio commiſſa, quæ de iure non competebat, non autem dare tur noua: quia per me obiectum primitus fuerat de non iuriſdictione, attentatis, & pendentia cauſæ in Rota, & producti proceſſus iuſtificantes prędicta, conſenſus itaque, & renuncia iio mandant iuriſdictionem, niſi quatenus habeat, & hic conſenſus, & renunciatio ſtricti iuris intelligi debent, ut cognoſcatur de remiſſione cauſæ, ut ſupra, vnde tunc non eſt mihi illatum præiudicium circa reuocationem attentatorum. quia non conſenſi in Regentem circa actum reſtitutionis poſſeſſionis, & illius exercitium, nec meæ uideor renunciare appellationi, & iuribus, ſicut in ſimili, quis poteſt petere coram Iudice à quo reuocationem attentatorum, & nihilominus non ſibi præiudicat in appellatione, ut habetur in cap. gratum, ubi Fely. de offic. deleg. & in cap. cum teneamur, ubi Franc. de appel. quia non conſenſus ſimpliciter appellantis conſideratur, ſed actus contradicentis appellationi, verumque egit procurator meus coram D. Regente, non contradicunt appellationi, ſed illam adiuuant: quia non ſponte comparui, ſed inuitus, non ad derogandum meæ appellationi, ſed ad augēdum, & eam facilitandam, & pro me facit deciſio Rotæ 465. aliàs 466. Belame. deciſ. 707. *Buti.* Non ſunt hæc læuia, ſed non fa-
8 ciunt ad rumbum, † quia factum aliter ſe habet, & contraria elicienda venit & iuris diſpoſitio, ut mox uidebis, non te latet, quòd in hac cauſa reſtitutionis poſſeſſionis, tres factę ſunt commiſſiones Prima à me directa D. Regenti. Secunda à te aduocatoria cauſæ poſſeſſionis à D. Regente commiſſa Do. Chriſtophoro Auditori Rotæ. Tertia à me rurſus aduocatoria à D. Chriſtophoro, & commiſſa D. Regenti, tu verè, & benè loqueris, quòd poſt primam meam commiſſionem, & ante tuam comparuiſti citatus ad mei inſtantiam coràm Regē te, coràm quo declinaſti iuriſdictionem, allegaſti attentata, appellationis pendentiam, & alia ſupra ex quibus potius oſtenditur diſſenſus, quàm conſenſus, & ex his non præiudicatur tuæ appellationi, ſed recordare, quòd poſt tertiam commiſſionem impetratam à me aduocantem cauſam poſſeſſionis à D. Chriſtophoro, & productam coram Regente, tu comparuiſti, & non declinaſti iuriſdictionem Iudicis, quinimmo conſenſiſti, promittens procurator tuus ſub pœna mille non impetrare euocationem cauſæ ab eo neq; allegaſti ea, quę poſt primam commiſſionem adduxeras coram dicto Regente, q̄ proculdubio procedunt ante tertiam ſupplicationem poſt primam obtentam, & poſt quam cauſa fuit aduocata a Rota, nullum verbum feciſti de prædictis, & data noua iuriſdictione D. Regenti, eandem non declinaſti, prout declinaueras poſt primam: cum animus tuus erat in aduocādo cauſam ab eo, qui tamen talis non fuit tuus poſt præinſertam, & tertiā meā commiſſionem: quoniam promiſiſti non aduocare cauſam, & tunc non opponendo declinatoriam in Iudicem conſenſiſti per proceſſum ad vlteriora, ut de hac re etiam habes in dicta nō a parte, & allegata per te deducta fuere non ad declinādum iuriſdictionem D. Regentis, ſed ad hunc effectū, ne poſſeſſio relaxaretur mihi, quòd fieri à D. Regente non potuit, niſi in uim iuriſdictionis, & conſenſus. Ecce quòd non militant rationes tuæ, quia ex diuerſitate facti reſultat diuerſa iuris diſpoſitio, vt ſupra vides, & adductæ deciſiones Rotæ, & Bellame. faciunt contra te: quia tu contradicendo non adiuiſti D. Regentem, ut non iudicarent tanquam ſua non eſſet iuriſdictio, in quam conſenſiſti, ſed ut mihi non tribneret poſſeſſionem: quam non tribuere, ab eo fieri non poterat, niſi in vim eius iuriſdictionis, & quamuis mihi reſtituendo poſſeſſionem præiudicauerit tuæ appellationi, id præiudicium conſideratur tanquam iniuſtum, & iniquum, ac malefactum, & nō tanquam attentatum, quia non carebat D. Regens authoritate iudicandi, nec eius iuriſdictio erat ſuſpenſa, & ubi non datur ſuſpenſio iuriſdictionis ibi non cadit attentatū: vt ſupra in prima parte, & nona nume. 3. & in hoc eſt deceptio tua inculcare malefactum cum attentato, quæ adinuicem non ſe compatiuntur, Vt dicam tibi infra. *Gip.* Adducta à te procederent, quantum ad euocationem poſſeſſionis factæ Vicelegato, cui ego non appellando acquieui, ſed aliud dicendum videtur in articulo reſtitutionis poſſeſſionis, cui non conſenſi cognoſci per D. Regentem, niſi per procuratorem meū. *Buti.*
9 Non eſt dubium, quòd † aduocatio poſſeſſionis facta per ſuperiorem ne ad arma veniremus, non eſt attentatum, vt te do cui in prima parte tractatus, neque etiam reſtitutio poſſeſſionis, quæ deſcenſiuè venit ab ipſa aduocatione, & eſt ſucceſ-

ſiua

Source : BIU Cujas

ſiua ad actum dictæ euocationis: quia non facta euocatione non erat opus reſtitutione, qua facta opus erat reſtitutione, vt in ſimili per Affli&t. deciſ. 395. nume. 2. concomitabatur igitur reſtitutio actum ipſius euocationis, ſi euocatio non eſt attentatum, ergò nec ipſa reſtitutio, vtpotè concomitans, vel accеſſoria, vel dependens, vel correſpectiua poterat eſſe attentatum, cum in correſpectiuis, concomitatibus, vel annexis idē ſit iudicium, ut per Mar. in rub. de fideiu. num. 188. Affl. deci. 215. nu. 3. & deciſ. 225. Rurſus ſi Reuerendiſſimus D. ob tuū conſenſum ad actum euocationis ipſemet reſtitueret poſſeſſionem tibi, vel mihi, vtique non attentaret in præiudicium iuriſdictionis tui Iudicis appellationis, cum ipſe vllo vnquā tempore habeat ſuſpenſam iuriſdictionem, ergò nec eius ſubrogatus cum eadem poteſtate Vicelegati, & qui vtebatur iuriſdictione mandantis, igitur ſicut mandans non poterat attētare, ergò nec eius delegatus, licèt poſſet iniuſtè, & malè iudicare. *Gip.* Et de hoc conqueror, vt D. Regens iniuſtè iudicauerit reſtituendo tibi poſſeſſionem pendente appellatione mea à ſententia Iordani, & propter iniuſtitiam, & male factū infero attentatum, in quod aſſentio Regentem incurriſſe.

10 *Buti.* Deciperis, & decipiuntur aduocati tui: quia †conſequentia non tenet, Regens male, & inique iudicauit, ergo attentauit, quia bene potuit male iudicaſſe in præiudicium tuæ appellationis, ſed non attentaſſe: quia non deficit poteſtas, & iuriſdictio circa actum iudicandi ut ſupra, à qua priuatiue ſemper cauſatur attentatum, prout è conuerſo poſſet quis ſentētiando attentare, & tamen rectè, & iuſtè iudicare, exēpla poſſem tibi dare, quæ taceo breuitatis cauſa, & ex his rationibus ex quibus arguitur iniuſtitia, ex his non infertur ad attentatum, vt dicam in nona parte, & ut recte à me ſcriptum ſit, Regentem non attentaſſe in præiudicium tuæ appellationis, ſua

11 detur: quia nullum verſatur ex tribus extremum, †quod tendeat in vitium attentati, videlicet offenſio iudicis appellationis, partis, & iuris, de quibus per Franc. in cap. non ſolùm. de appellationib. & per Alexan. in conſi. 99. volum. quinto, primoque tuus iudex appellationis in aliquo non fuit offenſus, ex quo articulus reſtitutionis poſſeſſionis euocatæ fuerat diſiunctus, & ſeparatus ab ipſa appellatione pendente coram dicto Iudice. Secundò neque pars, quæ conſentit tam in actu aduocationis quam delegationis cauſa: quia volenti non fit iniuria. Tertiò neque ius fuit offenſum, quod tunc cōſiderat ſui læſionem, quando pars, vel Iudex offendi poteſt, vt colligitur ex notatis in dicto capitulo non ſolùm, non offenditur ēt dictus tuus Iudex, quia in articulo reſtitutionis poſſeſſionis nulla pendebat appellatio, nec eſt offenſa maieſtas tui Iudicis propterea quòd Regens pronunciauit in poſſeſſorio extraordinario, & ſummariiſſimo, quod longe differt à poſſeſſorio ordinario, in quo tua pendebat appellatio, de quo latè ſcripſi

12 in nona part. nume. 20. & propterea †per appellationem à ſententia lata per Iordanum in poſſeſſorio ordinario non infertur ad attentatum in poſſeſſorio extraordinario, ut habetur in deciſione 417. in nouis, vbi notatur, quòd ſententia lata in poſſeſſorio non reuocatur per uiam attentati per pendentiā Iudicii in petitorio longè diuerſo à poſſeſſorio, ſic dicendum videtur in caſu noſtro, quòd cum ſummariiſſimum poſſeſſorium, & extraordinarium, in quo pronunciauit Regens, ſit diuerſum ab ordinario poſſeſſorio, in quo pronunciauit Iordanus, ut per pendentiam appellationis in eo Regentis ſententia in alio lata, in viam attentati reuocari non poſſit, non eſt offenſa etiam maieſtas tui Iudicis alio reſpectu, quia hic articulus non erat amplius emergens, incidens, vel dependens à ſua iuriſdictione, tum propter articuli ſeparationem, & euocationem, tunc propter commiſſiones factas Regenti, & ſuper inde iudicandi conceſſa facultate. *Gip.* Etiam quòd pars con-

13 ſentiret, vt vnus Iudex iudicaret ſuper vno articulo †nihilominus ſi iudicando attentaret, illud poteſt reuocari ſaltem ex officio per viam attentati, licèt non ad inſtantiam partis, cum Iudex poſſit etiam ex officio ſuo reuocare attentata, vt habetur Rot. deciſione 14. in nouis. Caſſ. de reſtitu. ſpoli. deciſio. 3. *Buti.* Verum eſt, quòd quandoque Iudex poteſt ex officio re-

14 uocare attentata, †ſed illud procedit, quando pars non cōſentit: quoniam repugnante partium conſenſu fruſtratoria eſſet omnis reuocatio: quia quicquid Iudex operatur eſt ad inſtantiam, vel pro intereſſe partis inſpecto fine, qui ſemper in qualibet diſpoſitione attenditur. cap. magnæ. de voto. Euer. in cēt. in loco à virtute finis, vbi etenim datur conſenſus partis in Iudicem, ibi non datur attentatum: quia ſemper obſtat regula, quare conſenſiſti cap. ſcienti. ext. de regu. iur. & regula, damnum quod quis ſua culpa ſentit & cætera, & per conſenſum in Iudicem eſt reſeruatum ordinarium appellationis remedium & iſtud extraordinarium attentatorum ſublatum, iur. vulg. ſi Regens habuit iuriſdictionem, ſi cauſa poſſeſſionis eſt ſeparata à Rota, & à tuo Iudice appellationis, ſi pars conſenſit in Regentem, impoſſibile eſt, quòd ab eo factum eſt reuocari per uiam attentati, & ſi ſuper euocando nō attentat, quomodo poteſt delegatus ratione delegationis, & commiſſionis ſibi factæ attentare, repugnant hæc ergo l. ubi repugnantia. de regu. iur *Gip.* Miſſa hæc faciamus, audiui plura, quæ adduxiſti, quis nunc te defendet à furore meo. *Buti.* Meus Iudex uir bonus, & iuſtus. *Gip.* Qualis Iùdex. *Buti.* Iudex cauſæ, qui (vt ſperaui) abſoluet me à petitis per te. *Gip.* Ah, quomodo te abſoluet, non ne apertiſſimi iuris eſt, quòd attentaſti in prę iudicium meæ appellationis à ſententia Iordani obtinendo

15 ſententiam Regentis. *Buti.* Nonne dixi tibi, quòd † illud eſt male, vel inique iudicare, ſed non attentare, quæ ſunt diuerſa, & de vno ad aliud non infertur, quia male iudicare per Iudicem cauſatur à verbo non debere, attentare autem à verbo non poſſe, quòd eſt, uidelicet non habere iuſdicendi facultatem, ut habes ſcriptum in decima parte, nec dicas, quòd ſicuti non debuerat Regens iudicare propter tuam appellationē, ita pariter non poterat: quoniam fallacia eſt, ex quo certi iuris eſt, quòd poterat Regens pronunciare non eſſe mihi reſtituendam poſſeſſionem ob pendentiam tuæ appellationis, ergo ſicuti poterat iudicare contra me, proculdubio potuit ēt verſa vice pro me pronunciare, tum per Regulā. quòd ęqualitas eſt ſeruanda in iudicio, tum quia idem operatur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitum in propoſito, vulg. l. pen. de leg 2. quod ſi facere non debuerat, illud eſt male factum, ſed non attentatum, ideoque noli ſuper hoc amplius obtundare mihi caput. *Gip.* Tu te lepus es, & pulpamentum quę-

16 ris. Quid ais, non †ne ſententia Donati reuocata eſt per dominos meos in uiam attenti, certe ſic, cur non etiam reuocāda venit Regentis ſententia: quia iudex tibi poſſeſſionem reſtituendo in executione ſententiæ, de qua in actis aſſumpſit cauſam, à ſententiis à quibus pendebant appellationes, aut intelligendo de ſententia Donati tanquam à ſententia attentata, aut intelligendo de ſententia Iordani tanquam ſententia, a qua pendet appellatio, & quando ſumit cauſam, illa ſemper reuocanda venit per viam attentati, ut per Ioan. Andream, & alios in cap. non ſolum de appel. in ſexto. *Buti.* Incidiſti in laqueum, hic te volo, ſed quæſo attende, quia fletus eſt hic

17 tuus, & ſtridor dentium. †Primò tibi dico, quòd ſi Regens aſſumpſit fundamentum à ſententia Donati, vt ais, quòd illa tunc, & eo tempore non erat reuocata per uiam attentati, nec aliqua lata ſententia reuocatoria attentatorum, ideo non potuit iudicando attentare, cum dicta ſententia Donati adhuc non erat impinguata vicio attentati, per regulam, quòd non entis nullæ ſunt qualitates, vulg. l. decem. de verbo. oblig. & ſi dicas, quòd poſt ſententiam Regentis fuit reuocata Donati ſententia in uiam attentati tanquam lata appellatione tua pē dente, dico quòd id tempus præſens poſt ſententiam Donati non eſt attendendum ad reuocationem ſententiæ Regentis, ſed attendi debet tempus præteritum, quo non erat reuocata: quia ad eam reuocandam attenditur tempus: quo iudicauit Iudex, & iudicando attentatur ex cauſa, quæ tunc militaret, & in rerum natura exiſteret, & eſt ratio: quia attentatum debet conſiderari prout ex tunc, & non prout ex nunc, ut in ſimili dicitur de nullitate, quæ conſideratur ex tempore præterito, & non prętenti, & ex primis actis iudicatur, cuius tanquam generis ſpecies eſt attentatum: quia omne attentatum eſt nullū, & non è contra, vt per Franc. in cap. conſuluit. nume. 9. el 3. de appel. & in ſimili etiam de exceſſu, in quo attenditur tempus præteritum, & non præſens, dicere hodie conſtat, quòd Donati ſententia eſt attentatum: quia reuocata, ad quid de Regentis ſententia quærendum eſt, an ea reuocanda ueniat propter ſententiam Donati, cum eo tempore non erat reuocata, & uitium in Regentem debet impingui, ut ex tūc tanquam chara cter, & non pro vt ex nunc, dicere quòd debuit Regens inimaduertere, ut non reſtitueret poſſeſſionem mihi: quia pendebat tua prima appellatio, utiąue pro reſponſione dico, quòd de ea tua appellatione non erat Iudex, ſed datus tantum executor in articulo extraordinarię poſſeſſionis, ut ſupra dixi, & ſuum non erat cogitare ad poſſeſſorium ordinarium pendēs per appellationem, cuius non erat etiam iuriſdictionis exercitium, & ſi forte id per eum fuiſſet cogitandum, certe tanquā malefactum, & iniuſtum appellatione tua pendente habendū fuiſſet in conſideratione, ſed non tanquam attentatum, cum non careret iuriſdictione, ut habetur in 9. parte, & ſi conſideratur ſententia Donati tanquam attentata, à qua pendeat appellatio, & hoc eſt falſum, quia propter deſertionem appellationis ab ea interpoſita declarata per Cipellum nulla pendebat appellatio, ergo non poteſt dici, quòd ab ea ſumens cauſam, Regens aſſumpſerit tanquam à ſententia, à qua appellatio penderet, nec uti ab ea tanquam lata appellatione pendēte, de qua non erat cogitandum per iudicem, niſi in conſequētiam, & à remota cauſa, & non a proxima, & immediata, cum

nulla

Source : BIU Cujas

nulla penderet appellatio,ut latius in d.x.parte,ideoque do
ctrina glo.& Io.And.in d.c.non ſolum.non poteſt ad caſum
noſtrum adaptari,quia ibi ſupponitur,quòd pẽderet appel-
latio ĩmediate a depoſitione, à qua tertius Iudex aſſumpſit
cauſam. Si autem dicas,quod Regens fundauit ſe ſuper ſen
tẽtia Iordani,à qua pẽdebat appellatio,& hoc eſt etiam fal-
ſum,vt habes in d.nona parte,numero 17.in verſicu. vltimò
non repugnabat,& attento quòd ob ſentẽtiam Donati nul
la amplius pendebat appellatio rurſus authoritas glo. & Io.
And.vt ſupra,non merentur ad hunc caſum noſtrum alle-
gari pro reuocatione Regentis ſententiæ in viam attentati,
ò mi Gipſe.Hic noſter caſus longè eſt diuerſus ab ea, & di-
uerſitates decem cum reſponſionibus vide in decima parte.
Sed ne iniuſte plores,poſtquam rectè non fuit adhuc per
tuos aduocatos intellecta doctrina gloſſæ, duxi eam tibi de-
clarare nouo modo,& inde videbis deceptionem tuam, &
18 tuorum aduocatorum,Dico† quòd huiuſmodi doctrina de
eo,qui nouiter elegerit,appellatione pendente, aliter intelli
gi non poteſt,niſi quòd ob depoſitionem factam in dignita
te ſit deuoluta poteſtas eligendi,vel ad illum met Iudicem,
vel ad tertium Iudicem,puta ad capitulum, vel collegium,
ad quod facta priuatione pertinet electio, & hoc uigore di-
ctæ depoſitionis,ſeu priuationis à dignitate, ut latè per Pe-
trum de Baiſ.in tract.de elect.in 2.cap. Et tunc clarum eſt,
vel ſit illemet Iudex,aut tertius, qui propter illam depoſitio
nem eligit,quòd attentat: quia eius electio fundatur ſuper
depoſitione,ac alterius priuatione,ex quo ſi ille non fuiſſet
depoſitus,eligens quicunque ſit Iudex non poſſet eligere, ſi
verò aliunde eligendi facultas dependeret, & non a depoſi-
tione facta,à qua pendeat appellatio,tunc ſecundùm Ioan.
And.& Gem.electio non eſſet atttentatum,& hoc pacto de-
claranda eſt talis doctrina, videlicet reſpectu iuriſdictionis,
& poteſtatis ipſius eligentis,videlicet,quòd quatenus iuriſ-
dictio,ac facultas eligentis dependeat à depoſitione, ſcilicet
donec clarum ſit, an illa depoſitio ſit valida, adhuc eligens
eſt dubius de facultate,& iuriſdictione,ideo eligendo atten-
tatur,cum aſſumens fundamentum a depoſitione non ha-
beat eligendi facultatem,& quòd talis ſit ſenſus illius lite-
ræ,probatur, quia non poſſet dari caſus illius in alio capite,
quando electio non fundaretur ſuper depoſitione,ſeu depo
nentis facto,ex quo ſemper verum eſt dicere,quòd propter
illam depoſitionem,& ſic cauſatiue fit electio a dicto tertio
Iudice,& nihilominus in dicto ſecundo capite electio non
eſt attentatum,quæ non dependeat a d.depoſitione. Vnde
primo capite,vt electio dicatur attẽtatum,neceſſe eſt,vt eli-
gens eligat uirtute depoſitionis,& ſic cauſatiue, a qua depẽ
det iuriſdictio,& poteſtas eligendi,quicunque ſit ille Iudex.
ſed in caſu noſtro Regens non habuit,nec habebat facultа-
tem,& iuriſdictionem à ſententia Iordani, & hinc depende
ret facultas reſtituendæ poſſeſſionis,ſed ab ipſo Vicelegato
ſuperiore ſibi expreſſe committente cauſam reſtitutionis
poſſeſſionis,quod corroboratur,quia in caſu Ioan. And.vi-
delicet in actu electionis nõ concurrit niſi iuriſdictio,& po-
teſtas eligentis,nec aliud dari poteſt, niſi dicta authoritas,dũ
ergo dicitur,quòd electio fundatur ſuper depoſitione,aliter
intelligi non poteſt,niſi quòd iuriſdictio eligentis depẽdeat
a depoſitione:quia ſine facultate, & iuriſdictione non cau-
ſatur electio,ad no.in rubro,& nigro de electio. in ſexto. Iõ
ſi daretur iuriſdictio,& facultas in electione ipſi eligenti,pu
ta quia Papa mandaret,vt ille tertius iudex eligeret,non ob-
ſtante illa depoſitione facta per primũ Iudicem; eſto quòd
millies faceret fundamentum in ſentẽtia ſuper depoſitione
primi Iudicis non attentaret: quia conſideratur authoritas
iudicandi,à qua naſcitur attentatum,& vbi datur iuriſdictio
in iudicantem,ibi nõ cadit uitium attentati,ut ſcripſi in no-
na parte in ſecundo fundamento,num.3.& hæc cauſa defe-
ctus iuriſdictionis, vel non, tanquam finalis debet attendi
ad cauſandum,vel non cauſandum attentatum,& non re-
mota extra poteſtatem iudicandi, quæ tanquam iniqua in-
ducit iniuſtitiam,ſed non attentatũ, & ideo in caſu noſtro,
in quo Regens habebat facultatem cognoſcendi articulum
non obſtante tua appellatione, tum propter ſeparationem
articuli à cauſa appellationis, cauſa dictæ poſſeſſionis am-
plius non erat,neque eſt de acceſſoriis concomitantibus,&
emergentibus dictæ appellationis,ut tradidi in d.9.parte,&
quòd in dicta electione concurrat ſolum iuriſdictio D.Re-
gentis,probatur:quia non poteſt deueniri ad ſecundam ele
ctionem per eligentem,niſi prima caſſata, & annullata, qđ
non eſt ex alia ratione, niſi quia eligens non habet iuriſdi-
ctionem pendente appellatione à depoſitione primæ ele-
ctionis validè,ut per Docto.in c.conſideremus.extra de ele-
ctione,& ita Petrum de Baiſ.cap.quin.pri.partis, & propte-
rea in caſu gloſſæ habemus intelligere, quòd ille depoſitus
a dignitate fuit ante electus,ſeu ad eam promotus, arg. pri-
uatione ad habitum. ideoque pendente appellatione à de-
poſitione non poterat priuari, ex quo tertius eligens non
habebat iuriſdictionem eligendi alium niſi prima caſſata &
annullata, puta per ſententiam confirmatoriam ſententiæ
primi deponẽtis,nimirum ſi eligendo tertius appellatione
pendente attentat.quia ſine iuriſdictione,& poteſtate eligẽ
di facit,non habens iuriſdictionẽ,niſi caſſata prima electio-
ne pendente per appellationem,& ſic in effectu fundamen-
tum electionis vertitur ſuper iuriſdictione eligere debentis:
quia ſi tertius eligit propter illam depoſitionem; facit ſine
iuriſdictione,ex quo non datur ſecunda, niſi in totum caſſa
ta prima electione. Et ſi in caſu gloſſæ daretur conſenſus,
puta,quia ipſe depoſitus conſentiret non obſtante appella-
tione à depoſitione fieri electionem per tertium Iudicem,fa
tuum eſſet dicere,quòd hic Iudex attẽtaret,quinimo, ſi qđ
adeſſet ex conſenſu purgaretur per ea quæ adduxi in nona
parte,aliàs ſequerentur duo abſurda. Primum, videlicet q̃
habens iuriſdictionem, & poteſtatem iudicandi attentaret
contra communem,de qua latè in d.nona parte,nu.3.Secũ
dum,videlicet quòd vbi daretur partis conſenſus, nihilomi
nus eſſet locus purgationi attentatorum contra commu in
9.par.in 4.fund.num.6.& quia dixi ſupra,quòd Regens po-
terat procedere,non obſtante tua appellatione, quod ſi eſ-
ſet idem in caſu glo.ibi electio non reuocaretur tanquam at
tentatum,& quod hoc verum ſit,probatur,tum quia Regẽs
pronunciauit in poſſeſſorio extraordinario: in quo aliqua
non pependit appellatio,& per quod non præiudicatur ør-
19 dinario,ut dixi ſupra,† & quando non infertur præiudicium
perpetuum illud non reuocatur per uiam attentati ad Bal.
in l.appellatione.C.de appel.Vital.in tract.clau.ſub clau nil
noua.appel.pen.nume.13.in ver.aut iudicium,quemadmo-
dum hic,vbi victoria in ordinario poſſeſſorio,videlicet in iu
dicio tuæ appellationis cauſæ à ſententia Iordani abſorbet
ſententiam Regentis latam in poſſeſſorio,per quod finis li-
tis à partibus expectandus eſt,ut per Ioan.Mon.in c.cupien
tes.num.147.de electio.in 6.ſed in caſu glo.in illa electione
tractabatur de magno præiudicio:quia electio tribuit ius p
petuum,ut habes in 10.par.pag.2.in ver.4 in caſu iſto, ergo.
Rurſus facit:quia ſi Regens poterat in articulo ſibi deman-
dato exequi ſententiam Iordani uigore commiſſionum fa-
ctarum,ergo etiam tua ueniebat commiſſa appellatio ab il-
lius ſententia,& illius cognitio in neceſſarium antecedens,
ſine quo conſequens committi non poterat,vulg.l.ad rem
mobilem.de procu.no.in l.ſi id quod.de iuriſd.omn. iud. &
l.oratio.ff.de ſpon namque Reuerend.D. habens ſcientiam
de tua appellatione pendente in Rota, ut ex reſcriptis pro-
ductis conſtat,& tamen ea nnn obſtante commiſerat Regẽ
ti,ut conſtito ſibi de prædictis &c.cenſetur uoluiſſe tollere
de medio quodcunque obſtaculum, quod aliàs potuiſſet
impedire D Regentem in proceſſu, & prolatione ſententiæ
per ipſum facienda iuxta formam commiſſionis factæ, ne
aliàs geſta per ipſum authoritate Reuerend.D. eluſoria red
derentur,quod leges abhorrent,ut per glo.in capitu.quam-
quam.de vſur.in 6.& quia nemo præſumitur eligere uiam,
per quam actus ſuus impugnari,& annullari poſſit. l.3. de
militari teſtam.cum uulg. Et pro complemento an huiuſ-
modi Regentis ſententia ſit attentatum,uide quæ copioſiſ-
ſime ſcripſi infra parte noña per totã,ibi ẽhs totam illã no-
nam partem,his iunctis hanc non eſſe attentatum,& mul
ta bona in eadem materia præter alios ſcripta, non telaret
etiam,quòd cauſa appellationis tuæ à ſentẽtia Iordani fuit
aduocata à tuo Iudice Fontanelo ſubrogato in locum Lu-
chini ad tui inſtantiam per reſcriptum Papale, & commiſ-
ſa Columbino meo,à te coram eo producto, quod ſi verũ
eſt,quid ais attentatum fuiſſe per D.Regentem in præiudi-
cium iuriſdictionis tui Iudicis,& offenſæ maieſtatis,cum il-
le non eſſet Iudex,qui contra me iudicando ſine iuriſdictio
ne fecit. *Gip.* Debueras opponere declinatoriã iuriſdictio-
nis coram tuo Columbino,quam ſi etiam oppoſuiſti, tibi
imputandum eſt: quia per proceſſum ad ulteriora reiecta
fuit exceptio incompetentiæ,ad uulg. *Buri.* Tu bene loque
ris:quia verè oppoſui declinatoriam incompetentię reiectã
à tuo Fõtanelo per proceſſum ad vlteriora,ſed per appella-
tionem ab illius ſententia grauamen mihi illatum circa iu-
riſdictionem, quando eſt expreſsè oppoſita exceptio ante
ſententiam,eſt reparabile, & de ea eſt cognoſcendum corã
iudice appellationis,ut per Franc.in capit.cum ceſſante nu.
39.in ver.Sed in his conſidera,in cap.ſi duobus.colum.fina.
de appel.heu mihi ò Gipſe,ſi ſciuiſſem hanc tuam commiſ
ſionem in exercitio iuriſdictionis tui Iudicis Fontaneli, nõ
obtinuiſſes reuocatoriam Donati, ſed quid ſequetur, ſcies
poſtea. *Gip.* Illud reſcriptum Papale, licèt per me fuerit

produ-

Source : BIU Cujas

productum coram Columbino, attamen coram eo nõ fuit cauſa proſecuta, ideo licuit mihi reuerti ad primum Iudicẽ Fontanelum ex diſpoſitione cap. ex tenore. ex. de reſcript.

20 *Buti.* † Cap. ex tenore habet locum, quando contenditur inter duo reſcripta, quibus ambobus vtitur impetrans ad eoſdem Iudices, ut cadat è commodo vtriuſque, & dicitur, ꝙ ſi primo impetrato ſecundum impetretur, & eo vtatur impetrans, propter primum non cadit a commodo ſecundi, ſecus ſi ambobus vteretur proſequendo, & ibi eſt contentio, quando poſt primum obtinetur ſecundum; vt valeat ſecundum, & eo uti poſſit, quod eſt diuerſum a caſu noſtro, in quo non quæritur de carentia vtriuſque, ſed an poſt ſecundum impetratum, & productum poſſit reuerti ad primũ, cuius caſus non eſt deciſio cap. ex tenore, & quod non poſſit, textus eſt in c. cæterum. extra de reſcriptis, vbi attenditur ſecundum reſcriptum, & non primum, & non poteſt quis redire ad primum relicto ſecundo in mei præiudiciũ, vt ibi annotant ſcribentes, maximè ſtante mei ignorantia, vt etiã de hac re docet Francus in c. cum ceſſante. colum. x. in ver. Aliquando, & tertio, de appel. *Gip.* Hoc reſpicit nullitatem ſententiæ ex defectu iuriſdictionis, ſed non recordare, quod reportaui ſententiam fauorabilem meam Fontaneli contra te latam non eſſe nullam, ideo ſuper nullitate amplius non es audiendus, quando de ea fuit plenarie cognitum, vt per Franc. in c. dilecto. quæſt. 46. 47. de appell. *Buti.* Scio hercle, ſed ab illa tua ſententia querelaui, & querela pendet coram Magnifico D. Prætore, ſed quicquid ſit, hæc ſpecies modo nullitatis non fuit deducta in libello meo, quæ adhuc mihi fuit incognita, & de qua non fuit habitum uerbum, vnde ſententia lata ſuper una cauſa nullitatis non nocet in alia, quando ex alia cauſa poteſt redargui, ut per Franc. in c. dilecto. quæſtione 14. in verſi. conſidera, de appellatio. faciuntque etiam rationes plures, aliaque fundamenta ſuper nullitate dictæ ſententiæ, de quibus ſcripſi in puncto, & infra in nona parte, ibi vide ad ſaturitatem, & quæ ibi ſcripſi circa defenſionem ſententiæ Regentis repetere nolo, ne tibi ſim moleſtus, his paucis ſum contentus, quod ſupereſt in ea materia habes infra in quarta, quinta, & ſexta parte, parum quieſce.

SVMMARIVM.

1 *Inſeparatis ab appellatione articulis non reuocantur attentata.*
2 *Attentata non reuocantur appellatione pendente, quando proceditur abſque proteſtatione attentatorum.*
3 *Factum lege permittente non reuocatur per viam attentatorum.*
4 *Per quos caſus tacitè, vel expreſsè renunciatur appellationi, per eoſdem renunciatur attentatis, quæ incidenter veniunt appellationi. Et an attentatorum renunciatio habeat locum in procuratore, ſicut in domino.*
5 *Et quando veniunt principaliter, ac ſeorſum ab appellatione poteſt renunciari attentatis abſque eo quòd renuncietur appellationi, & per renunciationem appellationis non cenſetur attentatis renunciatum & infra num. 9. 10. ubi latè.*
6 *Lite pendente in petitorio non reuocantur attentata in poſſeſſorio ſupra in 3. par. num. 12.*
7 *Regula attentatorum, non habet locum in non habentibus connexitatem cum appellatione, & infra in quinta par. nu. 2.*
8 *Attentata non reuocantur, quæ non verificantur ad proceſsum, & quãdo dubitatur de attentatis, quid agendum ſit per grauatum, & quæ proſunt grauanti ad purgationem attentatorum, de materia.*
9 *Stant ſimul, quòd per appellantem appellationi non ſit renunciatum, & nihilominus attentatis ſic.*
10 *Et quando è contra, ſupra, num. 5. Quid per procuratorem, & ſupra nume. 4.*
11 *Quando oppoſitis attentatis appellans patitur proceſsum ſuper meritis, quæ impediunt reuocationem attentatorum, et quæ non, de materia.*
12 *Iudex poteſt rectè iudicare, et nihilominus attentare, et non rectè procedere, non tamen attentare, et ſupra in 3. par. nu. 10.*
13 *Clauſula, conſtito de re iudicata, poſita in reſcripto, quid operatur ad purgationem attentatorum.*

PARS IIII.

Ipſius. Perlegi diligenter, & mente reuolui, quæ adducis ſupra in tertia parte, non mihi ſatisfactoria. *Buti.* Quare. *Gip.* Quia dixiſti in pluribus earum partibus, ꝙ ego. & procurator meus circa exercitium iuriſdictionis in articulo reſtitutionis poſſeſſionis euocatæ conſenſimus in iudicem, quòd minime verum eſt; quoniam meus fuit conſenſus dumtaxat circa actum remiſſionis articuli ad ſuum Iudicem, & non quò ad reſtituendũ poſſeſſionis articulum. *Buti.* De quo Iudice loqueris, cui, vt aſſeris, remittendus venebat articulus huiuſcemodi reſtituendæ poſſeſſionis. *Gip.* Loquor de Fontanelo Iudice appellationis a ſententia Iordani. *Buti.* In caſsum laboras: quia non recordare hunc articulum poſſeſſionis reſtituendæ ad tui inſtantiam per ſecundam commiſſionem fuiſſe delegatum D. Chriſtophoro auditori Rotæ per extractionem, quod ſi verum eſt, non venit remittendus amplius Iudici appellationis, eò magis, ut dixi, cum fuerit is ſegregatus a tua appellatione, & a tuo Iudice, ad cuius cognitionem, & deciſionem ſucceſſit Regens, & tanquam tuum iudicem repreſentans non attẽtauit in eo ab appellatione ſeparato, quemadmodum non attentaſſet D. tuus Iudex appellationis, vt infra etiam videbis in nona parte, & nouiſti in † ſeparatis ab appellatione articulis non dari attentatum, per plures rationes, & argumenta, quæ adduco tibi infra in quinta parte abunde. *Gip.* Non imprudenter loqueris: Intelligo de remiſſione facienda D. Chriſtophoro de Iudicibus Iudici a me impetrato in eo reſtitutionis articulo. *Buti.* Quomodo hoc ſtare poteſt, quia tempore, quo petiiſti remitti articulum, tunc non habebas Iudicem. *Gip.* Habui. *Buti.* Habuiſti ſub quinta die Nouembris, ea autem met die, qua primam meam exhibui commiſſionem D. Regenti, vnde de præuentione opoſuiſti per D. Cabaldum uirum eloquentem procuratorem tuum in actu productionis meæ Regenti, & petiiſti remitti ad eum Iudicem, quo a me ſcito, illico impetraui nouam, & ſecundam commiſſionem, per quam cauſa reſtitutionis commiſſa D. Chriſtophoro fuit aduocata, & recommiſſa authoritate Apoſtolica, prout in prima cõtinebatur, coram quo producta, nullam inde habuiſti uerbum de remiſſione articuli ad alium Iudicem, coram quo conſenſiſti in actu iudicandi in dicto articulo, non tamen ut pronũciando mihi reſtitueret poſſeſſionem, ſed vt in eo procederet, & iudicaret, vt ex actis ſubſecutis colligitur, nec vllum feciſti verbum de attentatis. *Gip.* Quinimmo † proteſtatus fui de attentatis, vt acta cantant. *Buti.* tua proteſtatio, & diſſenſus fuerunt poſt primam meam commiſſionem, ante tertiam productam, ut habes in tertia parte ſup. in verſi. nõ ſunt hæc leuia. Et dato quòd ſecunda commiſſione per me producta fueris de attentatis proteſtatus, ſi noluiſſes, vt Iudex procederet, tuum erat per uiam exceptionis feſtinanter petere, vel vt pronunciaret ſuper libello in articulo reſtitutionis poſſeſſionis facto tanquam attentato, vel ut ſuſpenderet cognitionem dicti articuli, & attentata remitteret Iudici Fontanelo appellationis a ſententia Iordani, ad inſtar nullitatis ex defectu incompetentiæ, quæ ſi non opponitur ad litis conteſtationem, uel oppoſita procedatur per Iudicem, & non appelletur, ea videtur reiecta, ad Felinum in c. ad audientiam. num. 17. extra de reſcrip. & in c. cæterum. eodem tit. num. 10. Affli. deciſ. 297. nu. 1. Canon. in c. ſi duobus. extra de appel. & ibi Franc. colum. pen. cuiuſque nullitatis vti degenere ſpecies, eſt attentatum, vt dixi in prima parte. *Gip.* Non ne tua prima, & ſecunda commiſſio committũt D. Regenti, vt conſtito de re iudicata allegata per te pronũciet in articulo euocatæ poſſeſſionis. Certè ſic de hac tamen re iudicata, ſtante appellatione mea viua a Iordani ſententia nullo modo conſtitit, attentauit ergo dictus tuus Iudex. *Buti.* Commiſſio non eſt reſtricta ſolum ad rem iudicatam, ſed in ea adſunt alia verba, ibi, vel aliàs dictam ſeutentiam Iordani &c. Super quibus ſcripſi abunde in nona parte nu. 12. & quæ dixi ibi uide pro reſolutione, quia ſi ſecundum te nõ extabat res aliqua iudicata, debueras opponere per modum exceptionis, & non pati, vt ad vlteriora procederetur in cauſa, & ex his rationibus, ex quibus arguitur iniuſtitia ſententiæ D. Regentis, non arguitur attentatum, vt dixi ſupra in tertia parte, ab ea etenim appellaſti, quæ ſi iniqua, & iniuſta eſt. Quære reuocationem in uiam iniuſtitiæ, & non per hanc attentatorum tibi præcluſam, rurſus, vel Regens poterat exequi de iure ſententiam Donati, vel non poterat, ſi poterat ob ſtatutum in §. ſi victus. in titu. de appel. procul dubio non attentauit † quia quod fit lege permittente, nullam pęnam meretur, vul. l. Graccus C. ad l. Iul. de adul. & cõſequenter nec attentati pęnam, cuius reuocatio pęna eſt, Caſſ. in titu. de reſtit. ſpol. deciſ. 3. aut non poterat exequi, & tunc male fecit Iudex exequendo, ſed non attentauit, quia non caruit iuriſdictione, vt longè habes etiam ſcriptum infra decima parte. *Gip.* hæc omnia procederent, ſi procurator meus habuiſſet a me mandatum in iudicem conſentiendi. *Buti.* Imo mandatum habet prorogandi Iudicis iuriſdictionem. *Gip.* Id compertum habeo, ſed non ad præiudicãdum appellationi meę, cui expreſsè renunciare non poteſt licèt

licèt possit tacitè, vt per Franc. in c. interposita. in §. illæ denique num. 9. de appell. *Buti.* Actus facti per tuum procuratorem coram Regente inducunt tacitum consensum, exemplum in appellante comparente coram iudice a quo, & vocatus non protestando de iuribus appellationis, idem quando comparuit, & petiit se a petitis per appellatum absolui, vel inducit testes, & alia similia, quæ fieri nequeunt
4 citra vim iurisdictionis Iudicis a quo † hæc enim inducunt renunciationem appellationis, ad notata in c. gratum. de offi. deleg. & in c. cum teneamur, & in ca. solicitudinem. ex. de appel. Rotæ decis. 476. in nouis, & consequenter etiam continent attentatorum remissionem, & ò mi Gipse non facio vim plurimum in promissione tui procuratoris tuo nomine promittentis, non euocare causam a Regẽte, quãtũ maiorem facio super absolutione à petitis, & testibus inductis, & aliis per te factis inducẽtibus renunciationem huiusmodi tuæ appellationis, pro quibus facit decis. Cassa. la terza in titulo de rescrip. Bella. decis. 137. Marsi. singu. num. 186. & da
5 to quòd non esset per eos tui procuratoris actus renunciatum in hac causa tuæ appellationi, dico † sat esse mihi per huiuscemodi gesta esse renunciatum attentatis, iudicioque superinde à te moto; quia cum tuus præbeatur consensus circa actum iudicandi, vtique remouetur omnis occasio attentandi; quia attentatum non potest stare, vbi repugnat cõsensus, vt dictum est supra, & consequentia non tenet, procurator tuus tuæ præiudicat appellationi, neque igitur iudicio attentatorum; quia stant hæc simul, vt non præiudicet appellationi, verum quò ad rectitudinem, & iustitiam, quæ versatur in uia iuris communis ordinaria pinguius prouidente, sed quò ad attentatum motum, vel mouendum per viam petitionis separatum ab appellatione bene præiudicat; quia per consensum in iurisdictione iudicantis euacuatur omne attentatum, vt latius dicam in nona parte, nume. 6. & de facili potest renunciari attentatis, quæ ueniunt uia extraordinaria, vt notatur in c non solum. ex. de appel. in 6. & dicaꝫ longo sermone infra in septima parte, vbi uberius tracto de materia attentatorum, & casu quo ex his nõ esset per tuum procuratorem renunciatum attentatis, profectò idem procurator non haberet mandatum ad dandum de attentatis contra me; quia idem operatur oppositum in opposito, ꝙ propositum in proposito, vul. l. pen. de leg. secundo, cum materia, pro quo facit regula legis nihil tam naturale &c. de regulis iuris. Non obstant contraria, quæ adducis plura, & ad primum, quòd Regens assumpsit causam a sententia Iudicis a quo. primo obstant respõsiones, de quibus in nona parte num. 17. & par. 10. Secundo obstãt plura alia in tertia parte supra num. 17. in versi. incidisti in laqueum. p duas columnas, vbi latissimè de intellectu doct. Io. Andreæ & sequacium in dicto c. non solum. circa casum electionis, ex quibus omnibus patet sublatum esse contrarium de fundamento electionis. Ad secundum de impedimento iurisdictionis Iudicis ad quem respondeo, per Regentis sententiam Iudicis appellationis iurisdictionem nõ impediri, nec potuisse impediri circa illius exercitium in meritis dictæ ap
6 pellationis, & negocio principali ex infra scriptis. Primò † qa iudicauit in iudicio extraordinariæ possessionis diuerso ab ordinario vertẽte coram D. iudice appellationis, in quo sententia lata ei non præiudicat, vt dixi in tertia parte, in versi. deciperis, & decipiuntur, nu. 10. & in nona parte in versi. hęc enim euocatio, num. 20. Secundò: quia articulus, in quo pronunciauit Regens est segregatus à iurisdictione dicti Iudicis, ut in dicto versi. deciperis, & in uersi. non recordare; num. 5. Ideoque non poterat impediri Iudicis appellationis iurisdictio; quia ex separatis non infertur, & in articulis non habentibus connexitatem cum appellatione non est locus attentatis, vt latius infra in quinta parte uidebis. Tertio, quia si Regens non offendi iudicem appellationis, ex his, quæ tradita sunt in 9. parte, in uersi. videndæ sunt, in tertia parte, nu. 11. quomodo pro ueritate potest dici illius iurisdictionem impediri, & propterea vbique exclamatur, ꝙ vbi non offenditur Iudex appellationis, & illius iurisdictio, ibi non cadit attentatum. Quartò obstat decisio Io. Monaci in c. cupientes. in §. ꝙ si per uiginti. nume. 147. ex. de elect. in 6. Ad tertium, ꝙ sententia Donati erat nulla, & tanquaꝫ nulla non erat attendenda, respondeo, nõ esse Regentem iudicem datum super nullitate dictæ sententiæ, & dato, quòd incidenter Regens cognoscere potuisset, non cognoscendo male iudicasset, sed non attentauit, vt de hac re habes per plura argumenta in decima parte, per totam, & pulchre in 9. parte, in versi. non obstat etiam ꝙ sententia Donati. Ad quartum, quòd Reuerendissimus D. Paulus Franciscus Palauicinus vir doctissimus, sapientissimusque, & hodie in arduis mundi negotiis prudentissimus non separauit articulum restitutionis ab appellatione in Rota, falsissimum est, vt ex commissionibus, rescriptis productis cõstat, quinimo obtinuisti articulum committi D. Christophoro de Iudicibus, & sic alteri Iudici, præter Iudicem appellationis, ut habetur in tertia parte, in versi. non recordare, & ideo dixi, Regentem in hoc articulo representare Iudicem appellationis, & loco illius esse, & in pronunciando non posse attenta re, sicuti nec iudex appellationis, vt in par. nona, in versi. tertiò si Iudex. num. 9. Ad quintum, quòd ex productione ꝓcessus, allegatione, pendentia litis super attentatis, & appel
latione a sententia Iordani, & petitione superinde super absolutione a petitis facta non inferri, nec induci consensum, nisi quò ad remissionem iudici ad quem, uel quò ad iurisdictionem, ut pronunciaret suam non esse iurisdictionem, respondeo, ò Gipse, quòd non petiisti pronunciari super iurisdictione Regentis, minusque allegatis exceptis postulasti articulũ remitti dicto iudici, qualitas enim, quæ fundat, vel impugnat iurisdictionem iudicis, debet præponi, & allegari ac ante litem contestatam instari, vt pronuncietur, vel post incontinenti, sed non pati, vt procedatur ad ulteriora in causa, ad Affl. decis. 247. & si ea opposita Iudex ad vlteriora procedat, & non appelletur, remanet legitimus, ut per Felin. in c. cæterum. nume. 15. in versi. tertium correlarium, col. 8. de rescrip. latè Fran. in c. si duobus. col. pen. de appell. & vt ubi constat in processu, ꝙ ꝓ post secundam commissionem a me obtentam, & productam petieris remitti articulum restitutionis possessionis, vel pronunciari Regentis
8 non esse iurisdictionem, & si dicas, quòd † quando Iudex citat, si allegatur causam pendere præiudicialem, non posse fieri, quæ petuntur, & se absolui postulet. Citatus nunquã consentit in iudicem, ut in meritis iudicet, vtendo uerbis tuis formalibus, quia replicatur, quòd si talia allegantur coram iudice, quæ possunt impedire exercitium iurisdictionis illius, & patiatur excipiens non protestando in meritis procedi, & terminum non petat ad uerificandum excepta, vel si petat, & verificet, non petat ante omnia discuti super allegatis, & exceptis, sed patitur, vt fiat processus, tunc non est dubium, quòd Iudex poterit iudicare super meritis non attentando; quia per processum ad vlteriora efficitur iudex legitimus; quoniam parti imputetur, cur patiatur procedi, & non petat pronunciari super exceptis, vt ample traditur in nona parte, in versi. secundò respondebam. nu. 12. in versi. nec item resistebat &c. Quanto magis talia allegata nõ impediunt iurisdictionem Iudicis, quando pars aduersa facit probationes, & instruit processum super meritis, ut fecisti, qui postquam allegasti pendentiam appellationis in Rota, & attentata, instruxisti processum D. Regentis in articulo restitutionis possessionis, & sic in meritis, quo ad impediendum, ne possessio restitueretur deduxisti nullitatem sententiæ Cipelli latè per Rotam super desertione appellationis, fecisti probationes super eis inducendo testes, producendo stylum, & alia respicientia merita causæ, si rectè considerentur, tunc probationes huiusmodi respicientes nullitatem sententiæ Cipelli, nihil commune habent cum pendentia litis super attentatis, illiusque appellatione in Rota, & hæ probationes non respiciunt incompetentiam iurisdictionis D. Regentis, sed merita causæ dumtaxat: quia allegata non fuerunt ad elidendum Iudicis iurisdictionem, nec per viam attentatorum, cum non fuit petitum pronunciari super nõ iurisdictione, & attentatis, propterea q; deducta ad hunc effectum fuere, ne possessio tribueretur mihi, & per hos actus procurator habens mandatum cum libera potest Iudicis iurisdictionem ꝓrogare, & in eum ꝙsentire, ut in nona parte, versi. nec huic sententiæ. Quòd autem procurator tuus non renunciauerit appellationi a sententia Iordani, non curo; quia sat est, ꝙ consenserit in iudicem Regentem, ut procederet in articulo restitutionis possessionis, cuius factum ab eo irreuocabile est in viam attentatorum, & consequen
9 tia non tenet † procurator non potest renunciare appellationi, ergo neque attẽtatis, vt dictum est supra; quia possunt stare simul, vt non renunciet appellationi, quò ad illius rectitudinem, & iustitiam, quæ competit uia iuris ordinaria, sed quò ad attentati Iudicium motum per viam principalis petitionis, & sic diuersum ab appellatione sic, ut traditur in c. dilecti. il terzo, de appella. vbi circa diuersitatem consi. derant Doctores quando incidenter veniunt ad appellatio nem, & quando principaliter, & seorsum, & tanquam diuer sum non video rationem aliquam, cur non sit renunciatũ per consensum huiusmodi iudicio, vel saltem, quòd Regẽs iudicando non attenauerit, quia si præbetur cõsensus tuus ad merita causæ, vtique remouetur omnis occasio attentãdi, & quanto fortius, cum iudex non careat iurisdictione iudicandi, à quo nascitur attentatum, & ubi non datur suspẽ-

sio

sio iurisdictionis, ibi nunquam cadit attentatum, ut in nona parte, nume. 3. vbi latè, stantque simul, non esse renun-
10 ciatum appellationi † quæ via ordinaria competit, & nihilominus per huiusmodi gesta renunciatum esse attentatis, quæ veniunt via extraordinaria, ut habetur in c. non solum. de appella. in 6. Ad sextum, quòd non sumus in iudice a quo, sed in tertio Iudice, respondeo retorquendo argumentum in contrarium, & dico, quòd si tu fateris allegata, & opposita coram Iudice à quo, cuius semper iurisdictio est suspensa, non obstare ad faciendum eum Iudicem incurrere attentatum, quanto fortius non obstabunt coram Iudice, cuius iurisdictio non est suspensa, ut hic, & eo magis quando hic tertius Iudex representaret iudicem appellationis in articulo, quemadmodum in casu nostro, vt supra dictum
11 est. Ad septimum † de conclusione petitionis, vel exceptionis regulandæ ex præpositis, puta quia in prima instantia lapsa sint fatalia, & petatur per reum absolui ab obseruatione iudicij, & non diffinitiuè intelligendum esse, sic narrati, & iustificatis impedientibus iurisdictionem, absolutionis petitionem à iurisdictione iudicis debere intelligi, & non à meritis, respondeo, quòd si hæc vera essent, peropus fuisset, vt tu expresse petijsles pronunciari super non iurisdictione Regentis, & nõ pati, quòd procederetur ad vlteriora in causa super meritis, vt ex actis constat, quinimo si noluisses, ꝙ procederetur super meritis, debuisses protestari, vt non procederet Regens super illis, sed super iurisdictione, & attentatis solùm, qđ non feci sti; quomodo igitur est intelligenda tua petitio absolutionis à petitis per me respectu non iurisdictionis d. Iudicis, si non est opposita exceptio attentatorum, non petitum pronunciari quicquam; nullum enim verbum dicitur in actis producta tertia commissione, per viam exceptionis Regentem non habere iurisdictionem, & attentare, & super non iurisdictione illius procedi, & pronũciari, vnde responsio, quam adducis super absolutione à petitis, vt sit congrua petitioni factæ à me super restitutione possessionis, argum. tex. in §. præterea. Instit. de inutil. stipul. intelligi debet respectu dictæ petitionis, videlicet non restituendæ possessionis, quam tamen Regens restituendo non sine iurisdictione facit, nec sine consensu tuo, quò ad actũ iudicandi, quod etiam suadetur ex subsequenti promissione facta per tuum procuratorem promittentem non aduocare causam a Regente, cuiusque promissio non põt intelligi nisi respectu litis, & causæ restitutionis possessionis, quę erat introducta per commissionem, & non respectu iurisdictionis d. Iudicis, cuius non erat aliqua causa introducta, cũ non entis nullæ sint qualitates, & uerbum ibi, causa, debet intelligi in potentiori significatu, argum. tex. in l. 1. si ager vectiga. vel emphit. & sic de causa restitutionis possessionis cõmissa, & non de alia, argum. tex. in l. secunda. de lib. & posth. & ex his fomnium est illud, quòd erat Iudex Regens super remissione articuli, seu causæ ad iudicem appellationis; quoniam aliqua lis super remissione, post tertiam commissionem productam per me nequaquam aduocatoriam secundæ directæ D. Christophoro coram D. Regente erat introducta, ut dixi supra, & tanto magis; qa promissio ibi per procuratorem, ne causa aduocaretur, continet renunciationem impetratorum, & impetrandorum, & si qua alia lis, vel causa per prius penderet, quæ impediret iurisdictionẽ per dictam promissionem, & consensum est sopita ad hoc, vt dicta promissio aliquid operetur, argum. tex. in l. si quando. de leg. primo. cum vulg. Rursus vel poterat Regens pronunciando restituere possessionem mihi, vel non poterat, si poterat, & restituit, & tunc non attentauit; quia lege permittente fecit, si non poterat, & restituit, male fecit, sed non attentauit; quia poterat iudicare in eo articulo bene, vel male iudicatum erit, habuit consensum tuum in actu iudicandi, vt supra, & iurisdictionem etiam à superiore, & in separato articulo ab appellatione iudicauit, neque offendit Iudicẽ appellationis, nõ præiudicauit appellationi quoad merita illius, representauitq; iudicem appellationis. si male fecit, succursum est tibi per uiam appellationis, vt longè scriptum est in decima parte, in 3. & 4 pag. iniustitia enim non inculcatur cum attentato, nec attentatum cum iniustitia
12 † quia potest quis rectè iudicare, & tamen attentare, & sic non rectè, & è conuerso non attentare, & sic ritè procedere, sed tñ non rectè. Quoad octauum, & ultimum circa promissionem procuratoris sub pęna mille de non aduocando causam, vbi dicitur promissionem esse stricti iuris, & per cõtrarium non tribuere iurisdictionem, cum aliud sit promittere non aduocare causam, aliud tribuere iurisdictionem, quæ non inficior, sed dico dictam promissionem, & renũciationem de impetratis, & impetrandis obligare promittentem, ut omnino hic nolit, nec possit habere alium Iudicem in illo articulo, seu causa dictæ restitutionis possessionis præter dictum Regentem, coram quo promisit, & renũciauit &c. & cum promissione de rato, vt ibi. Nec dicatur, ꝙ
13 Regens non erat Iudex † ex quo datus fuerat cum clausulis, constito de re iudicata &c. vel dictam sententiam fore, & esse executioni demandandam: quia (vt aliàs dictum est) clausula ibi in literis iustitiæ facit monitionem, & non conditionem, vt in 9. par. pag. 4. in uersi. tertiò respondebam, & propter clausulam ibi, vel aliàs &c. non erant restrictæ literæ ad rem iudicatam solummodo, sed ad omnem aliã causam, quæ animum Iudicis mouere potuissent, præterea nõ fuit oppositum non extare rem iudicatam ad elidendam iurisdictionem, & ad deducendum attentata, quod erat opponendum, vt infra in parte nona, in uersi. secundò respondebam, nec quicquam etiam de subreptione, & obreptione exceptum fuit, nec petitum, vt procederetur in artic. Quæ ante omnia sunt proponenda ante litis contestationem, & nõ pati, quòd eis omissis ad vlteriora procedatur, vt supradictũ est, vnde dictum Regentem in quantum sententia non veniisset executioni demandanda, vel non constaret de re iudicata, pronunciando, & possessionem restituendo mihi, minime non attentasse dicitur: quia hæc inducerent iniustitiã & malefactum, ideo tu à sententia Regentis tenebaris appellare, vt feci sti, & quærere reuocationem illius per uiam iniustitiæ, & non per uiam attentati, vt in dicta decima parte longè scripsi, & via etiam iniustitiæ excluderis; quoniam passus fuisti, appellationem deseri per lapsum, nedum instãtiæ statutariæ, sed etiam iuris communis, quo casu, tum ex statuto, tum de iure communi sententia Regentis firma remansit, vt videbis etiam infra in nona parte, in fine.

SVMMARIVM.

1 *Factum contra, vel post appellationem a diffinitiua semper reuocatur per viam attentati.*
2 *Attentatorum regula locum non habet in disiunctis ab appellatione articulis, & supra in quarta par. nu. 1.*
3 *De attentatis a parte quomodo reuocentur.*
4 *Et quando attentatur simul cum iudice non reuocantur attentata a parte, quæ non reuocentur ex persona iudicis.*
5 *Et quid vbi interuenit consensus iudicis, de materia pulchra.*
6 *Executio à die recitationis sententiæ post decem dies non reuocatur per viam attentati.*
7 *Spoliatus debet restitui.*
8 *Sublata via attentatorum priuilegiata iudicis officio remanet altera nullitatis attentatorum, supra in 2. par. nu. 16.*
9 *Sententia, quæ non patitur vitium incompetentiæ iurisdictionis, non potest reuocari remedio nullitatis attentatorum.*
10 *Sententia notoriè iniqua est nulla.*
11 *Quando in attentatis sententia ab alia dependet, de materia.*
12 *Pœna attentatorum non habet locum in causa, quæ non habet connexitatem cum appellationis prima, & ad diuersa non extenditur.*
13 *Iudex a quo ignorans appellationem potest sine periculo attentatorum procedere ad executionem sententiæ.*
14 *Quando constat de non iure petentis reuocationem, attentata reuocantur.*
15 *Non reuocantur ad instantiam partis, sed ex officio tantum.*
16 *Sententia, quæ transiuit in iudicatum, potest reuocari in viam attentatorum.*
17 *Ad attentandum per procuratorem requiritur speciale mandatum.*
18 *Et contra participantem super attentatis reuocantur attentata.*
19 *Non reuocantur attentata, vbi proceditur in causa cum clausula, sola facti veritate inspecta, vel nulla iuris solemnitate seruata.*
20 *Attentata non reuocantur, quando proceditur in causa cum clausula, sola facti veritate inspecta, vel nulla iuris solemnitate seruata.*
20 *Attentata non reuocantur, quando proceditur vigore rescripti cum clausula appellatione remota.*
21 *Quando appellatio est friuola, non datur de attentatis.*
22 *Et idem cum appellatio est iniusta, non reuocantur attentata.*

PARS V.

Ipsius. Meum est inconcussum fundamentum, ꝙ tua Regentis sententia lata est appellatione
1 mea pendente in Rota à sententia Iordani, ideo velis, nolis, illa est semper attentatum † quia reperitur lata contra, & post appellationem a diffinitiua, quæ reuocatur semper per viam attentati, vt per In. noc. Imol. Alex. & Franc. in c. dilecti. el terzo ex. de appell. & in c. consuluit. il secondo, eo. ti. *Buti.* Si Regens pronunciasset in dependentibus tuæ appellationi a diffinitiua, esset quo

contra,

Source : BIU Cujas

contra,vel post appellationem, in tuam concurrerem opinionem; sed qui suam tulit sententiam in separatis articulis,& non in dependentib.a tua appellatione, vt tibi supra explanaui in tertia parte,concludo, nil fuisse per eum attē-
2 tatum: quia manifesti iuris est † regulam attentatorum nō habere locum in separatis articulis ab appellatione, vt per Bal.in l.j.C.de bonorum possi.secund.tab.& ibi Decius, Vital. in tract.claus.sub claus.nil nou.lit.pend.num.22.in fin. Franc.pulchre in c.an sit.num.7. & seq.extra de appel. *Gip.* Licèt articulus,in quo iudicauit Regens,non sit dependēs a mea appellatione,illud est quo ad iudicem, cuius non est suspensa iurisdictio in separatis,sed non quo ad partem, & consequenter quo ad te adeuntem in mei, & appellationis præiudicium superiorem,tum ad causandum euocationē, tum ad obtinendum committi articulum restituendæ pos-
3 sessionis diuersis iudicib,& ideo tanquam † attentata a parte,quæ facta sunt a Regente, & secuta reuocanda veniunt, vt no.in ca.non solum.in glo. magna de appell. in 6. *Buti.*
4 Non † datur attentatum in forma attentati factum a parte in iudicio simul cum Iudice,ꝙ reuocandum veniat per viā attentati,quando illud non potest reuocari in viam attenta ti ex persona iudicis,attentatum autem,quod reuocatur tā quam factum a parte,hoc est,quando etiam potest id reuocari ex persona iudicis , vbi verò factum est in iudicio a parte simul cum iudice, cum ex persona iudicis non reuocatur,puto etiam respectu partis non posse reuocari: quia nō posset reuocari ex persona partis,quin etiam non reuocare tur ex persona iudicis,ex quo iudicium nō claudicat, & nō potest esse attentatum respectu vnius reuocabile, quin nō sit etiam respectu alterius ob indiuiduitatē iudicij , arg.l.in hoc iudicio.cum mat.ff.fa.ercis.pro quo facit l.ob causam. C.de euict.vbi factum a iudice reputatur factum a parte, & sub hac distinctione declaranda est doct.glo. in d.c.non solum de appella.in 6.& Decij in c.consuluit.el secundo,ext.
5 de appellat.Rursus † non datur attentatum respectu partis, quando datur consensus ad instar victoris , qui non potest capere possessionem propria authoritate , alias cadit a iure suo.l.meminerint.C.vnde vi.c.cum qui.de præb. in 6. hanc tamen pœnam non patitur,quando victus consentit, vt victor ingrediatur propria authoritate,ad Felin.in cap. de cętero num.16.in versicu.& illud scias.extra de re iud. & in c. cum causa.colum.2.extra de officio delegati item pęna. l.si quis in tantam.C.vnde vi.non habet locum in ingrediente possessionem ex licentia iudicis quamuis inualida, & iniusta,vt per Felin. in c.decætero.num.13.15.& 16. & in d.c.cū causa,Ripa in ca.sæpe.num.80. extra de restitut.spoliator.& authoritate iudicis factum tanquam licitum maxime accedente partium consensu excusat,argum.l.primæ.ff.de ambitu,& in l.igitur.in §.secundo.ff.de lib.caus.quibus addo de-
6 cisionem Rotæ in nouis,num.187.ibi† pars attentat petens executionem sententiæ pendente termino ad appellandū a sententia, & tamen quia iudex expectare non debet post decem dies a recitatione sententiæ,non reuocabitur execu tio per viam attētati, sed per viam iniustitiæ. *Gip.* Siue nō reuocantur vti a Iudice , vel vti a parte facta , nihilominus non tollitur quin non fuerim ego spoliatus appellatione
7 mea pendente in Rota , & † tanquam spoliatus sum restituendus ad primæuam meam possessionem,toto titu.extra de restit.spoliat. *Buti.* Sublata via extraordinaria attentato rum priuilegio , altera tibi ordinaria appellationis non denegatur,qua mediante poteris restitui ad possessionem,& il la fortassis tibi competit,quę pinguius prouidet in viam iu ris communis dependens , & est fortior,argum. l.eius militis.ff.de milit.testam.hæc autem attentatorum omnino prę cluditur ex supra adductis. *Gip.* Si mihi non competit reuocatio via priuilegiatiua attentatorum , saltem nō deficit
8 mihi altera nullitatis attentatorum † quæ non est sublata per primam, vt habetur in c.sæpe.in c.dilecti. el terzo in ca. ad audientiam.in c.consuluit.el 2.extra de appe. vbi Cano. omnes tradunt. *Buti.* Neque etiam hæc datur tibi,tū quia non imploraſti in libello tuo , tum quia Regentis sentētia non patitur vitiū incōpetentiæ iurisdictionis,ergo nec nul
9 litatis attentatorum † quæ oritur ex defectu potestatis Iudicis iudicare debentis, vt not.in dicto c.ad audientiam, & in c. consuluit. præallegatis. *Gip.* Scio enim,quod nō est nulla ex defectu iurisdictionis ob potestatem iudicādi in eo articulo a superiore demandatam, attamen notorie est iniusta; quia vere reperitur lata appellatione mea pendente in
10 Rota † & tanquam iniusta notorię potest redargui semper de nullitate, vt latè per Vant.in tit.ex defectu proces.n.127. *Buti.* Multa requiruntur ad hoc,vt inducatur notoria iniqtas, vt de hac re late scripsit Philip.Franc. in c dilecto. q.55. extra de appell.At non agitur hic de notoria iniustitia , sed de attentatis solùm quęritur, quorum magna est differētia, vt sup.dictum est,& infra latius videbis in nona parte. *Gip.* Non nehuiusmodi Regentis sentētia dependet a prima Iordani,vel a secunda Donati saltem in origine,non inficieris mihi,eam ergo esse attentatum per tuam regulam connexorum,& dependentium. *Buti.* Alias habes responsiones supra in tertia parte,quibus additur, ꝙ hæc non dependet,
11 † quia lata est in articulo summariissimi possessorij longe di uersi ab ordinario tuæ appellationis,vt dixi in nona parte, num.12.non dependet,quia in eo articulo non pendet aliqua appellatio,& consequenter non procedit regula atten tatorum,vt per Bellam.in decis.529.in fine, non dependet, quia a Iordano,vel a Donato non assumpsit potestatem iu dicandi, non dependet,quia est alius iudex , & non iudex a quo,vel eius loco,& id quod asseris de origine sentētiæ habet locum,quo ad potentiam, sed non quo ad exercitium , & actum ob separationem articuli actualiter factam ex rationibus,& argumentis supra,& attēditur,quod est in exercitio,& actu nō quod est in potētia,ad no.in l.Licinius Ruf
12 finus.ff.qui.ad lib.procl.non licet, Marsi.in nu.325. Et † attentatorum pęna nunquam habet locum in causa,quę nō habet connexitatem cum prima, & non extenditur ad diuersam causam,a qua fuit innouatum,vt per Franc.in c.an sit.num.7.extra de appell.præterea non potuit pronuncian do attentare;quia nō habebat scientiam de tua appellatione a sententia Iordani , quæ coram eo non fuit producta ,
13 & quando † iudex ignorat appellationem,siue metu attentatorum pōt procedere,vt annotat Franc.in c.bonę memoriæ.nu.42.de app.& in c.iustus metus.nu,42. vbi Card.Ale. & alij eo loci, & de non petentis reuocare attentata cōstat
14 ex tot latis sententijs contra te,† quæ non reuocantur.Rot. decis.14.in nouis.Franc.in c.bonę memoriæ. nu.15.vbi late de app.Cas.decis.3. de rest.spol. *Gip.* Imò etiam qñ cōstat de non iure,reuocantur attentata,vt in alleg.decisio. & per Alex.in consi.99.in 5.vol.Didac.Couarru.in tract.prat.q.c. 23.nu.165. *Buti.* Verum est,ꝙ quandoq; reuocantur in of-
15 fensam maiestatis iudicis appellationis, †& reuocantur nō ad instantiam partis,sed ex officio,& possessio non restituit appellanti,d.decis.14.in nouis in fi.Ale.d.cons.99.in 5.volu. *Gip.* Quinimo constat de bono iure meo;quia appellaui a sentētia Regentis, & per appellationē vires sententię stant in suspēso,ad vulg. *Buti.* Deserta est appellatio tua nouissima a sententia Regentis ob lapsum fatalis , & huiusmodi
16 sententia transiuit in iudicatum. *Gip.* Quid tum † etiam sententia quæ transiuit in iudicatum pōt reuocari per viā attentati, vt per Franc.in c.sua nobis.nu.18. extra de appell. vbi concordantes citat. *Buti.* Id verum est quandoq;, sed hoc nō facit ad casum nrm; quia tunc requiritur in iudice impotentia iudicandi;quæ nō est snīa Regentis , vt dictum est supra millies,& ob cōsensum,iudicisq; iudicandi facultatem difficile est hmōdi attentatum, & difficile attentatū nō reuocatur,vt per Fran.in c.non solum,col.2.in ver.si secundò limita,de appell.in 6.preterea ò Gipse,considera , ꝙ nō cecidi in attentatis,qa nō fui ego,sed procurator meus,
17 qui attentauit; quoniam † in generali mandato non venit licentia attentandi,vt habetur per Felyn.in c.primo , extra vt lite penden.colum.7.nu.8.in vers.vnde qui dicit, Milis in. reper.in ver.procurator,Vestr.in sua pract.in tit.vt lite pen fol.206.in versicu.& non sufficeret. *Gip.* Cōtra procurato
18 rem tuum ergo veniunt reuocanda , & cōtra participantē in his attentatis,Rot.deci.in vltimis 30.nu.4.in ver.vtrum. *Buti.* Minus cōtra procuratorē.nec contra iudicem; quia ipsi nihil participauerunt,ad hoc,vt reuocētur, requiritur participatio in attentatis dictis decis.30.in vltimis,& in hoc etiam meo cum te ratiocinio nō est quærēdum de attenta tis:quia in hac lite,quam habui tecum, fuit processum per rescriptum cum clau. nulla iuris solemnitate seruata , per
19 quam profecto tollitur remedium attentatorum † qm̄ causa reducta fuit ad merū ius gentium, vt per Ias.in cōsil.162. volum.4 Rubeus Alex.in consi.4.vbi pulchre, quo iure attētata erāt incognita,quæ fuerunt inuēta a iure positiuo . Rursusq; in ea etiam fuit processum cum clausula appella-
20 tione nō obstāte,qđ est dicere appellatione remota † qua ēt aufertur via attētatorum priuilegiatiua,vt per Frāc.in c.pastoralis.num.6.& seq.extra de appel. *Gip.* Clausula hmōdi intelligitur de friuola appellatione,vt per Doc.in d.c.pasto
21 ralis,meritò † qñ interposita est friuola appellatio,nō datur de attētatis, vt ibi not.sed mea appellatio a snīa Iordani nō fuit friuola,quia ab ea de immittendo in possessionem etiā ex remedio l.fi. C.de edicto diui Adria. ob petitorium annexum,& fructuum condemnationem datur appellatio , vt per Bal.in l.prima.C.de momen.possess.& in l.j. C.ne liceat in vna,& ead.caus.Marant.pulchre in Specu.in titulo

Source : BIU Cujas

de appel.fol.625.num.194.& 301.vbi concordantes citat,& dicam infra in nona parte in fi. *Buti.* Quicquid ſit, tua appellatio fuit per ſententiam Donati pronũciata nulla,quæ in iudicatum tranſiuit,vt dixi ſup.in ſecunda, & tertia parte, factaque eſt iuſta calore rei iudicatæ, vnde omnino tua eſt iniuſta appellatio, contra quam venit ſententia extinctiue;quia ſi iuſta eſſet mea, Donati profecto eſſet iniuſta, ſed iuſta eſt,ideo ne inducatur perplexitas dicẽdum eſt, tuã eſſe iniuſtam,argum.not.in l.ſi Titius hæres erit.ff.de cond.
9 inſtit.& † quando eſt iniuſta nõ reuocantur attentata. Gui. Papæ.deciſ.213.num.6. *Cip.* Imo tua Iordani de immitendo in poſſeſſionem ex remedio d.l.fin. quæ eſt caput totius noſtri colloquij,iniuſtiſſima eſt: quia nõ conſtat de aliquo dominio tuo in huiuſcemodi bonis,& fideicommiſſo,quo bona a me vendicaſti,& ſi hæc prima iniuſta eſt,iniuſtior eſt ſecunda Donati,ac omnes aliæ ad tui fauorem, dependentes a priori Iordani. *Buti.* Quinimo nullaque iuſtior ferri potuiſſet; quoniam lata fuit a D.Camillo Iordano Piſaurẽ ſi viro doctiſſimo, & qui plurimum in hac Ciuitate ſuis tẽporibus floruit,ſummo ingenio,prudentiaque ardua negocia pertractando,cauſas iuridice decidendo magna aduocatorum cauſarumque patronorum admiratione,cauſaque, & rationes iuſtitiæ eius videbis infra in proxima, & 6. parte,nunc dimitte me,vt feſſus parum quieſcam.

SVMMARIVM.

1 *De filijs poſitis in conditione, quando veniunt in diſpoſitione.*
2 *De qualitate Maſculinitatis in conditione expreſſa hic habes latiſſime relatis opinionibus adinuicem pugnantibus.*
3 *Et fœminarum excluſione,& quid eperatur,ac eius effectu copioſe tractatur.*
4 *Et de alienationis prohibitione poſt expreſſionem qualitatis maſculinę cuiusque ſit poteſtatis.*
5 *Quando prohibitio alienationis dicatur facta in cauſam legitime, quæ requiruntur.*
6 *De prohibitione alienationis facta ad tempus, quando poſt tempus ſit permiſſa.*
7 *Et in quibus caſibus,& quando procedat concluſio in materia fideicommiſſi.*
8 *Quando etiam permiſſum ad tempus, ſit poſt tempus prohibitum, & quomodo regula procedat affirmatiue, & negatiue poſita præter alios copioſiſſime habes.*
9 *Regula,prohibitum ad tempus permiſſum uidetur poſt tempus, nouo modo præter alios declaratur.*

PARS VI.

Vtigerius. Summopere deſideraui, te certiorem reddere de virib. fideicommiſſi, quod habeo in bonis, quæ quæris a me in viam attentatorum vendicare, & tu duræ ceruicis cõtinuo ſcire recuſaſti,in tui & mei nõ leue preiudicium,& audax,ac fortis animi ſuper tot attentatis, quibus a te inuolutus um omni labore nixus es me tandem vincere, & non te latet, ꝙ paulo ante poſtulaſti de huiuſmodi fideicommiſſo habere ſcientiam,vt comperto optimo iure in meritis meo liberarer a te.vt tu,& ego vna vice quieſcamus. *Gip.* Profectò me tedet longam huiuſcemodi peregiſſe pẽitentiã, cupio enim feſſus non triſtem conſequi euentũ. *Buti.* Spero equidem te letum non minime a me eſſe diſceſſurum, Deoque dante tuum euaſurum magiſtrum,& eris mihi diſcipulus in materia attentatorum cariſſimus,vt plura te ſuper attentatis doceam,quæ vberius reſeruo infra in ſeptima parte. *Gip.* Non erubeſcam talem habere magiſtrum:qualis es tu præſtãtiſſimus, ſed quæſo ad noſtrum deueniamus inſtitutum, dic ergo mihi, quale eſt id tuum fideicommiſſum. *Buti.* Adhuc non legiſti teſtamentum aui mei. *Gip.* Non adhuc. *Buti.* Breuiter habes ſcire ſub cõditionali ſubſtitutione me eſſe vocatum in eo teſtamento,per hęc verba ſi ſine filijs maſculis legitimis naturalibusq; a teſtatore expreſſa,de qua conditionali ſubſtitutione notat glo.in l.Lucius.ff.de hered inſtit. *Gip.* Tu venis ad fideicommiſſum tanquam filius poſitus in conditione. *Buti.* Venio. *Gip.* Gaudeo, quia non es vocatus per fideicommiſſum. *Buti.* Quare. *Gip.* Quia quæ in conditione ſunt, non ſunt in diſpoſitione vulg. l. quæ ſub conditiõne dandorum decem
1 ff.ſi quis om.cauſ.teſt.& gloſ.legis Lucius. paſſim communiter tenetur, † vt filij poſiti in conditione non veniant in diſpoſitione. *Buti.* Satis canonizata eſt huiuſcemodi concluſio in conſilijs, & lecturis, de qua habetur copioſiſſime per Socinum in l. cum auus.colum.penul.& fin. ff.de condit.& demonſtr. & per ſcriben. in l.j. C.de pact. quæ tamen concluſio limitatur,vt non procedat, quando concurrunt coniecturæ aliquæ,vt notat Corneus in l ab eo. C. de fideicommiſſ.& in conſi.146.volum.ſecundo,& 100.4. volumi. & 97.volum.primo, & 207.in ſecundo. Crauet.in conſ.62. volumi.1.& 155.130.volum.ſecundo, inter quas præcipuè hæc qualitatis maſculinæ conſideratur,videlicet ſi dicatur,
2 ſi ſine filiis maſculis deceſſerint,&c. † tunc filios maſculos in conditione poſitos eſſe per fideicommiſſum vocatos.gl. d.l.Lucius.limitata,tenet Guid.Pap.in quæ.184.ibi propter expreſſionem qualitatis maſculinę diſpoſitio cenſetur habere caput incluſiuum, ita vt ſubſtitutio diſpoſitionem cõtineat in perſonam filiorum maſculorum, hanc Guid.Pap. deciſionem pluribus in locis,tàm legendo,quàm conſulẽdo ſequutus eſt Deci. in conſi.270.318.412.& 313. & in cõſi.545.574.655.& in l.prima.C.de pactis.Ruin.in conſil.139. num.17.& 140.num.12.volum.tertio.Socin.Iunior in cõſi. 108.151.vol.ſecundo,& 114.num.16.volum.primo.Hieron. Grat.in conſi.101.& 31.num.16.vol.ſecundo,eandem tenet Curt.Iunior in l.j.C.de pact.& in conſi.87.vbi dicit ita in facto obtinuiſſe,& in conſi.43.colum.3.48.colum.4.& 69.& in conſi.103.col.3. & dicit Curtius in dd.conſilijs obtentũ, & iudicatum fuiſſe,Corne.in conſi.74.volumi.ſecundo, in conſi.2.colum.pen.volum.4. Socin.in conſi.116. colum.3. volum.3.Iaſ.in conſi.132.volum.2.Alexan.in conſi.37.col. 2.in fi.& in conſi.31.volum.2.120.143. eod.volu. Gozadi.in conſ.26.col.4.64.colum. 2.& 87.Soc.Iunior in conſi.119.& 126.volum.1.idem Corneus in conſi.101.volum.4.& in cõſi.97.volum.primo.& 207.volum.2.Pariſ.in conſi.69.vol.2. colum.2.Craue.in conſi.55.62.volu.1.& in conſi.130.volu. ſecundo.Hier.Cag.in l.j.C.de pact. colum.23. qui dicit pro hac opinione ſæpius conſuluiſſe, & obtinuiſſe iudicio doctiſſimorum virorum,eandem ex plurib.argumentis ſecuti ſunt.Lancelotus Gali. & cæteri Moder.in l.Centurio.ff.de vulg.& pup. *Gip.* Imo contrariam opinionem iudicando tenuit ampliſſimum Delphin. Senatus reiectis per Gui.Pa. adductis,vt refert ipſe Guid.Papa.in quæſt. 600. quam etiã opinionem ſecutus eſt Alexand.in conſil.24.volum.3.& in conſi.105.volum.primo,& 185.volum.2.Socin.in conſi.62. volum.3.& 116.eodem volum.Corn.in conſi.207.colum.j. volum.2.& in conſi.j.colum.6.volu.3. Dec.ſibi contrarius in conſi.228.& 291.Pariſi.in conſi.31.& in conſi.86. volu.2. Ripa in l.Centurio.colum.53,de vulg.& pupil.quibus omnibus in locis atteſtantur magis communem eſſe opinion. contra Dec.& ſequaces,videlicet quòd etiam propter qualitatem maſculinam in filijs in conditione expreſſam non inducatur fideicommiſſum, eãdem opinionem ſecutus eſt Soc.Iun.ſibi contrarius in conſi.128.volu.1. licet poſtea ſub ſiſtat, & ſe nihil firmare dicat,& ita etiam conſuluit Goza. ſibi contrarius in conſi.vltimo,& in conſi.29.colum.fin. & hæc opinio tanquam verior de iure ſecundum eos procedit,vbi extat ſtatutum.prout extat Bononiæ, quòd ſtantib. maſculis,fęminæ ab inteſtato non ſuccedant,tunc dicunt, quòd expreſſio maſculinitatis facta a teſtatore nihil releuat quia eſt expreſſio eius, qã tacite ineſt ab inteſtato,cuius expreſſio nihil operatur per no.in l.3.de leg.primo.Socinusq; ſic conſiderat,in conſ.116.volum.tertio.Corn.in conſil.20. volum.quarto,Ripa in l.1. C.de pact.nume.95. Socin.Iuni. in conſi.111.num.31.119. num.29.volum. primo 177.nume. 177.num.19.164.num.9.volum.2.vbi verò non extaret ſtatutum excludens fęminas propter maſculos, ſed in ſimplicibus terminis iuris communis, quo fęminæ cum maſculis concurrunt lege maximum vitium.C.de liber.præter.tunc primam opinionem veriorem eſſe de iure firmant, & concludunt ex rationibus de quibus per eos ſupra in allegatis conſilijs. *Buti.* Non intendo pro veritate recedere a communi opinione,quicquid ſit poſito, & non conceſſo,quòd præcedens tua vltima opinio ſit de iure verior, quam pro communi nihilominus non firmo propter tot patrum, & conſultorum authoritates,& conſilia in contrarium vrgẽtia, & pro maiori numero, hæc enimuero ſententia ſolita eſt,ab his omnibus concorditer ſublimitari, vt non procedat † quando teſtator, poſt expreſſionem qualitatis maſculinæ proprias dotando excluſerit;quia hoc caſu filij poſiti in conditione ſunt vocati, & in hac ſublimitatione concurrunt omnes primi, & ſecundi atteſtantes hanc vehementem eſſe coniecturam pro filijs poſitis in conditione, vt per excluſionem expreſſe fęminarum, vel earum dotationes ſub qualitate maſculina nominatis,hi proculdubio dicuntur vocati, vt per Cur.Seniorem in conſi.76. & Cur. Iun.in conſi.87. Caſtr. in conſilio 359. volumine ſecundo, Iaſ.in conſi.109. Corn.in conſi.207.volum.ſecundo,& 101.

volu.

Source : BIU Cujas

volumi.4.& consil.97.volum.primo, Curt.iun.in consi.43. Deci.in consi.70. Guid. Pap.decis.299.Ripa in l.j.C.de pact. & in l.Centurio.de vulg.& pup.Soc.in l.cum auus. col.48. de cond.& demon.Socin.Iun.in consi.118.Gozad.26.& 64. & nouissime Cagnol.in l.j. C.de pact.colum.17. vbi refert hanc esse communem opinionem,eandem firmat.Crauet. in consil.130.volum.primo,& 62.eodem volum.& quia in casu,de quo agitur,auus meus in vltimo eulogio, ne dū filias fœminas dotauit,verum etiam expresse ab eius hæreditate illas exclusit,vt cōstat in dicto testamento, ergo, quod etiam ideo fecit testator, quia sub qualitate masculinitatis expressa ab eo declaratur eiusdem fuisse voluntatem bona deberi conseruari in familia,& agnatione.§.cæterum,& in §.familia.Inst.de legitima agna.succes.not. in l.j.in §.fi. de vent inspic.Bal.in l.maximum vitium.C.de lib.prēter. Ioā. And. in addi ad Spec.in titu.de testa.& in Rub.de succes.ab intest.propter quam dictus testator videtur habuisse respectum ad ipsius agnationem,& hoc maximè ꝓcedit, vbi includendo masculos testator fęminas excluserit a successione, ad Paris.in consil.37.num.23.77.& 52.55.87.48.31.37.cū similib.vol.2.Soc.consi.12.43.Dec.in consi.23. Paris.in cōsil.44.& 84.dicto vol secundo,& Dec.in consi.15.Et si dicas eo etiam casu,quo testator fęminas proprias excluserit, stāte statuto fęminas propter filios masculos excludente, eandem militare rationem expressionis facta a testatore eius ꝙ tacitè inerat a statuto,& sic ab intestato, cuiusque expressio conformis menti ipsius statuti tanquam superflua nihil debet operari,ad no.in d.l.3.de lega.j.faciunt not.in l.hæredes mei.§.cum ita.ad Trebell.Bal.in l.si duo.per illum text. de acqui.here. vbi voluntas testatoris semper est conformis menti ipsius statuti,& legis,ad istud facile respondetur. Primò: quia statutum considerat exclusionem fęminarum tā tum ab intestato,testator verò ex testamento,& ita per aliū modum exprimit eius quod tacite inest ex statuto,videlicet ex testamento, cuiusque expressio non est inutilis,ad Dec. signanter in consi.574.& 546.ibi per eum expressio facta de masculis licèt tacite per viam successionis ab intestato sub intelligatur, operatur tamen per alium modum, s.ꝙ inducatur caput inclusiuum masculorum,vt verba aliquid operentur iuxta not.in l.si quando.de le.j in cap.si Papa.de priuileg.in 6.vt tradunt consulentes supra,& nouissime Soci. Iunior in consi.158.col.pen.volum.secundo. Sic itaque dicendum est in casu nostro quod expresio qualitatis masculinæ attenta exclusione fęminarum expressa inducat inclusionem masculorum,& licèt testator exprimat illud,quod tacite inest ab intestato, operatur tamē per alium modum, scilicet ex testamento fęminas excludendo, maxime ne verba testatoris superflue posita sunt contra d.legem si quādo, & cum non per eundem modum,quo inest a statuto,videlicet ab intestato expressio facta fuerit,vt supra.Rursus exp̄s sio qualitatis masculinę,& exclusionis fęminarum expressæ possunt vlterius inducere effectum, scilicet, ꝙ alias filij grauati ex testamento eorum possunt facere deficere cōditionem fideicommissi in prejudicium substitutorum instituendo fęminas,etiam stante statuto,ꝙ fęminæ propter masculos non succedant,ad Soci.in l.cum auus, col.46.q.7.& in l.hæredes mei.in §.cum ita.col.3.in vers.ex quib. inferebam vbi late,de cond.& demon.Et propterea testator exprimendo masculos,& fęminas excludendo,operatur, vt nec etiam ex testamento filiorum fęminæ substitutos excludāt, qđ tamen nō subintelligitur, si filij instituti ex testamento essent simpliciter positi in conditione,si sine filiis,non adiūcto verbo masculinitatis, prout concludit Soc. in d.l.cum auus,vlterius exclusio fęminarū facta a testatore operatur, etiam alium effectum;quia tollit iuris altercationes,& varietates opinionum in articulo.vtrum filiæ ab intestato exclusæ stante statuto prædicto, præteritę tamen in testamento possint venire per contratab.ad successionem patris, de quo articulo latissimè tradidit Albertus Bru.in suo tracta. ꝙ stantib.masculis,in articulo decimo prin.quæst.4.quo in loco refert plures,& celebres Doc.tenuisse,ꝙ filia exclusa à statuto prēterita in testamento possit venire per contratab. Rursus;quia in hoc testamento testator post expresionem qualitatis masculinę,& fęminarum exclusionem prohibet
4 alienationem bonorum,quo casu † talis prohibitio non videtur facta ob aliam causam,nisi in fauorem agnationis,& masculinitatis, vt bona remaneant in familia ipsius testatoris,ad Paris.in consi.57.in consi.37.76.31.58.52.55.43.vol. 2.in his omnibus consiliis consuluit,quòd expresio qualitatis masculinæ declarat testatoris voluntatem esse, quòd bona conseruentur in illis de agnatione, & familia iuncta huiuscemodi prohibitione,idem tenet Dec.in consi.15.Socin.in consil.12.volu.tertio, Curt.in consi.40. quæ opinio fortificatur ex eo cum testator proprias fęminas excludendo videtur habuisse respectum ad conseruationem masculorum de agnatione,& familia,quæ per masculos conseruatur,& non per fęminas,ad no.in l.pronunciatio.de ver.sig. Io.And in addi.Specu.in titu.de succes.ab intes. Soc.in cōsi.præal.Dec.in consi.227. Paris.in con.90.secundo volum. & propter dictam prohibitionem alienationis resultat sine dubio fideicommissum reciprocum in filijs filiorū masculorum descendentium ex testatore, ad Dec.in consi.303. & in consi.55.Paris.in consil.22.vol.2.cū sequac.supra.Resultat alia coniectura:quia voluit testator eos esse legitimos, & naturales ad exclusionem naturalium tantum,quos noluit excludere substitutos,quia aliter filij naturales substitutos exclusissent,ad no.in l.ex facto.in §.si quis rogatus. ff.ad Trebel.& per Soc.in l.cum auus.in 7.q.num.95.de cond.& & demon.vel secundum vnam aliam opinionem exclusissent in duabus vncijs, in quibus sunt successibiles,ad no.in c.in præsentia.extra de probat.& late per D. Gabrielem Paleotum virum præstantissimum in suo elegāti tract.de Spuriis c.27.& sic in substitutione conditionali disponit. Volēs filios institutorum esse legitimos,& naturales ad exclusionem naturaliū,vt quemadmodū dictum est supra de qualitate masculinitatis ad exclusionem fęminarum, quæ disponit inducendo caput inclusiuum masculorum per reg.quę est,ꝙ quotiens quis a lucro remouetur contēplatione alterius,applicatur lucrum illi,cuius contemplatione remouetur,ad no.per Bar.in l.ij.in §.videndum.ff.ad Tertull.& in l. post legatum.ff.de his quib.vt in indig. & in l.si defunctus. de suis,& legi.Rursusq; eos esse voluit legitimos, & naturales,ꝙ est dicere ex legitimo matrimonio natos secundum cōem vsum loquendi, qui attenditur in vltimis voluntatibus,ad no.in l.librorum.in §.ꝙ tamen Casius.de lega.3. & in l.Labeo in §.id enim Tubero.cum materia.ff.de suppellect.leg.ad legitimatorum exclusionem,quos noluit excludere substitutos, vt in hoc themate consuluit Soci. Iunior in consi.145.nu.39.in 3.vol.vbi ex plurib.decidit, ꝙ expressio qualitatis legitimorum, & naturalium, & ex legitimo matrimonio natorum facit filios positos in condit. venire per fideicommissum,tāquam positos in dispositione ad exclusionem legitimatorū,& eo magis, quia hic filij nō sunt positi in expressa conditione,sed in implicita per verba ablatiuorum,absolutorum,quæ inducunt dispositionem, & non faciunt conditionem,ad not.per Bal.per illum tex.in l.fideicōmissa.in §.cum esset.ff.de leg.3.& per Doct. in rub. ff.so.matrimon. hancque partem in ablatiuis absolutis gl. d.l.Lucius.limitata,tenet Ale.in cons.158.volum.j.Cor.in l.j.C.de condit.inser.Ripa in l.j.in 3.col.C.de pact.& ibi Cagn.col.12.in ver.prædicta tamen conclusio,vbi dicit, quod gl.d.l.Lucius.limitatur,quando conditio habet implicitā dispositionem,quam etiam secutus est Marian.Iun.in cōs. 4.num.8.volu.j.His accedit, quòd testator digressus est post filiorum vocationem ad alios plures gradus substitutionū, quo casu filij positi in conditione veniunt in dispositione, ad consil.Petr.de Anchar.in consi.70.quem sequitur Parisius in consi.30.numero 24.volumine secundo,& Soc.iun. in consi.1.num.25.volum.tertio.& in consi.68.numero 25. volum.secundo.& 119.num.28.volum.primo. *Gip.* Attente audiui, quæ supra copiosè adducis, quæ quamuis vera sint,non faciunt nihilominus ad casum nostrum, in quo non quæritur de successione filiorum a te descendentium, de quibus modo quo supra longe enarrasti, disposuit pater tuus,quem auum tuum esse dicis, ò Butigerie, fatearis verum,nō venis per fideicommissum in huiuscemodi substitutione conditionali cum qualitatibus,& circunstantiis supra nunciatis. *Buti.* Nunc certò scio, te redditum esse certiorem de dispositis in testamento patris mei: quoniam non credidisti, quousque in meritis rei, de qua agitur extremam apposueris manum. *Gip.* Hercle non me præterit tenor testamenti patris tui, quod oculis corporeis legi, & diligenter consideraui, in quo reperio post tui factam institutionem,ac fratrum tuorum a testatore patre communi inter vos fratres factum esse fideicommiss. reciprocum, quandocunque sine filijs masculis vt supra decesseris, & fratres tuos sine filijs mortuos esse, non me fugit, te solo relicto, & purificatum esse huiusmodi fideicommissum, quo bona a me tanquam fideicommissarius vendicasti ex beneficio l. finali C.de edicto diui Adriani. Sed in vno subsisto, quia puto te non fouere iustam causam; quoniam post generale, ac vniuersale fideicommissum inter vos fratres factum,& filiorum vestrorum vocationem, & pluriū per gradus substitutorum digressionem, vobisq; in primo gradu institutis prohibuit alienationem omnium bonorum, vsq; quo vestrum quilibet compleuerit trigesimum

Source : BIU Cujas

ętatis annum,per quam prohibitionem ad tempus,videtur concedi facultas alienandi poſt tempus, per regulam l.pater filium.in §.fundum. ff.de lega.ſecundò,cum vulg. *Buti.* Hinc pendent leges, & profectò. *Gip.* Non ſine animi tui molestia ab huiuſcemodi tueris contrario. *Buti.* Honorifice me defenſabo, omniaque argumenta in contrarium, & rationes eiiciam,vt latius infra videbis, vnde audi,& erige aures,dico enim,quòd huiuſmodi prohibitio annorum trigintą factą eſt tibi,& fratribus principaliter propter legitimam,vt non poſſint etiam intra eam ætatem eam diſtrahere,vt not.ſcribentes in l.filiusfamilias. in §.diui. ff.de leg. primo,& ibi Ambr. Opiz in Rep.d.§.colum.20.not.28.vſq; num.29. ibidem Crot.in 4.colum.q.1.laſ.in ſecunda lectura colum.3.num.17.& in prin.num.12.late Rubeus Alexã. in conſ.27.qui plures concordantes citat. Rurſus cõſidero,
5 quod † talis prohibitio de non alienando annorum triginta mere fauorabilis eſt continens fauorem,& prouiſionem filiorum teſtatoris, quorum infirmitati pater meus voluit prouidere,arg.legis qui exceptionem.ff.de cond.ind. quod probatur ex no.per Bal.in l.cum ex filio.ff.de vulg. & pup. Bal.& Sal in l.filijs matrem.C.de inoffic.teſt.& arg.teſt.in l. in fideicommiſſi.§.cum Polidius.ff.de vſu. & l.ſi ita relictũ. §.Pegaſius.ff.de leg 2.Paulus Caſt.in conſi.136. quod quidẽ facere potuit.l.2.C.pro emp.cum pater pro filiis capere ſoleat ſalubre conſilium.l.nec in ea. ff.de adul. & quamuis ẽt contineat onus annexum,quia aufert filiis bonorum alienationem,vt per Aret.in conſi.18. tamen non cõſideratur, d.l.qui exceptionem.ff.de cond.inde. & l.ſi quis nec cãm. ff.ſi cer.pet.cum vulga.nec hodie iſtud onus reiicitur etiam de legitima,prœal.l.filiis matrem,& l.cum ex filio.ff.de vul. & pupil.& ibi Bar.& in l.in multis. ff.de lib. & poſthu. cum aliis quæ ſuperius allegaui,vbi dixi hanc prohibitionem annorum triginta de nõ alienando eſſe factam principaliter propter legitimam,quæ cum ſit fauorabilis, non debet tanquam fauorabilis retorqueri in odium,videlicet in præiudicium tam ipſorum filiorum,& fratrum meorum inuicem p fideicommiſſum ſubſtitutorum, quàm aliorum per plures gradus vocatorum,argum.eorum,quæ not.in l.quòd fauore.C.de leg.& l.quod verò.ff.eod.tit. cum vulg. conſidero etiam,quòd teſtator hic primo facit ſimpliciter, & generaliter ſine temporis præfixione inuicem inter filios expreſſam ſubſtitutionem, & ſucceſſiue omnibus decedentibus ne filijs digreditur ad plures gradus ſubſtitutionum, poſtremo temporalem vetat alienationem, quo caſu talis ſubſtitutio vniuerſalis ad omne tempus, tam reſpectu primo loco inſtitutorum,quàm cæterorum in caſu,quo omnes moriantur ſine filijs,generaliter debet intelligi.l.de pretio.ff.de publ.l.a teſtatore.ff.de cõd.& dem.& l.in fraudem. in fin.ff. de teſt.mi.19.diſ.c.ſi Romanorũ, videlicet vt etiam poſt lapſa tempora annorum triginta prohibeatur alienatio reſultans ex ſubſtitutione vniuerſali,auth.res quæ. C.com.de le. & l.fi.§.ſed quia. C.eod.titu.maxime quia omnibus moriẽtib. ſine filijs,plures ſunt ſubſtituti,quorum fauore virtualiter prohibetur alienatio prealleg.authẽ res quæ. C.com.de leg.in tantum,quòd adueniente caſu prædictis liceret auocare alienata per inſtitutos,& contra quoſcunque poſſeſſores agere ſecundum Bal.in conſi.36.ſecundo volum. incip. factum ſuper quo. Paul.Caſt.in conſi.132. & prout dicã inferius, a fortiori igitur licet mihi, & fratribus virtute inter nos reciprocæ ſubſtitutionis, argum. legis cum acutiſſimi. C.de fideicom.& l.ſi viua matre. C.de bo.ma. cum ſimilib. & ſic per eum pater meus appoſuerit talem ſubſtitutionẽ vti ad fauorem filiorum,& fratrum meorum,ſicuti cæterorum ſubſtitutorum.videtur etiam poſt dictos annos triginta prohibuiſſe mihi, & fratribus meis alienationem bonorum,non dico propter expreſſam prohibitionem teſtatoris
6 qui prohibuit ad tempus annorum 30. † quia patet illam fore expiratam,quàm primum minor dictorum filiorum, ac fratrum expleuerit annum 30. ſed dico propter tacitam mentem teſtatoris, & legalem prohibitionem reſultantem ex dicto fideicõmiſſo appoſito a teſtatore patre meo,ex cuius appoſitione reſultat preſumpta prohibitio teſtatoris. l. Marcellus.§.res quę.ff.ad Treb.& l.fi.§. cum autem,& auth. res quæ.C.com.de leg.quod in ſpecie decidit Pa.Ca. in cõſ.
7 232.in 3.& 4.col. vnde † illa tacita permiſſio de alienando poſtq; maior noſtrum exceſſerit 30.annum, quæ reſultauit tacite ex ipſa expreſſa prohibitione nobis filiis facta vſq; ad dictum tempus,cenſetur oĩno reuocata per expreſſam ſubſtitutionem præcedentem,per quam inducitur ex mẽte teſtatoris,& a lege contraria prohibitio de non alienando,& ſic dicta expreſſa ſubſtitutio,quæ producit tacitam prohibitionem de non alienando eſt potentior,quàm illa tacita de alienando,arg.gl.in l.cum pater.in §.libertis. ff.de leg.3.Paſ. Caſt.in conſi.203.& in l.peto.§.fratre. ff.de leg.2. ideo cũ tacita prohibitio de alienando poſt tempus reſultans ex expreſſa contraria de non alienando concurrit cum tacita prohibitione de non alienaudo reſultante ex fideicòmmiſſo,iuxta auth.res quę.tunc illa tacita de non alienando pręualet tacitæ contrariæ de alienando ſecundum Pau.Caſt.in dicto conſ.qui hanc conſultationem videtur decidere,& ſi aliter diceremus,ſequeretur,ꝙ illa expreſſa ſubſtitutio nihil operaretur,quod non eſt dicendum, cum in quacunque diſpoſitione,etiam minima ſillaba debeat aliquid operari.gl.in l.j.ff.quod met.cau.Bal in rnb.C.de cont.emp.quid enim haberent alij hic,quàm plures ſubſtituti,ſi in vita,& poſt mortem filiorum dicti teſtatoris poſſent in prejudicium eorũ alienare quæcunque bona hereditatis eiuſdem dicti teſtatoris? Certè nil haberent,vt ergo illa expreſſa voluntas teſtatoris vocantis plures ſubſtitutos operetur,dicendum eſt,ꝙ nedum ante tempus triginta annorum, ſed etiam poſt tempus annorum 30. cẽſeatur filijs interdicta omnis alienatio maxime cum illa tacita diſpoſitio de non alienando poſt tẽpus reſultans ex expreſſa prohibitione de nõ alienando,nõ ſit apta limitare diſpoſitionem expreſſam teſtatoris præcedentem,vel ſubſequentem,argu. eius quod dixit Bal. in l.j. in princip. C.de leg.& Paul.Caſtr. in conſil.prœal. & profecto hęc fuit intentio ipſius teſtatoris patris mei,conſiderando nedum verba dicti teſtamenti,ſed multo magis conſiderando mentem,quę in vltimis voluntatib. maxime in ſubſtitutionib. prædenominatur l.in condõnibus primum locum.ff.de cond. & dem.l.ſi mihi & tibi.in fi.ff.de leg.1.in l. cum q.C.de fideicõ.l.hæredes mei.§.cum ita.ff.ad Treb.bonus tex.in l.cum quis.ff.de leg.3.in tñ,quòd non eſt curandum de verborum qualitate, dummodo conſtet de mente teſtatoris.l.3.C.de lib.præte.& l.quoniam indignum, & ibi Bal.C de teſt.recedimus ex coniecturata mente teſtatoris a natura & prnprietate verborum,dixit ſing.Bal in l.fin.C.de impub.& Bal.in l.penul.per illum textum.C.de nece.ſer.hę re.inſt.ibi,quòd lex pedetentim ſequitur voluntatem teſtatoris,ſicut venator leporem,& bene facit:quia inducitur fideicommiſſum ex coniecturata mente teſtatoris. l.cum ꝓponeretur.in fi.ff.de leg.2.& l.vnum ex familia.§.fin.ff.eod. titu.l.fideicommiſſa.§.hæc verba.l.Pamphilo, & l. pater filium.§.pen.cum gl.ff.de leg.3. & in l.ex facto.in §.propone batur.ff.de hær.inſt.ibi,facit quidem totum voluntas teſtatoris,& l.fi.ff.ad Treb.ad idem facit in l.pen.ff.de leg.j. & licet extendere verba, vt ſeruiamus menti teſtatoris, vt dixit Bal.in conſi.Maurius de Florãcia.inter cõſilia Angeli, per tex.in l.pater Seuerinam.in prin.ff.de cond.& demon.& in l.3.§.Cornelio.ff.de adim.leg.imò nõ eſt incongruum recedere a propria ſignificatione verborum,vt euitetur abſurditas,& vt deſeruiatur menti teſtatoris ſecundum Alex.in cõ ſi.122. in tertio volum. Et ideo licèt per aduentum annorũ 30.ceſſauerit expreſſa prohibitio alienationis; tamen tacita reſultans ex fideicommiſſo non ceſſauit: cum non ſit limitata tpe,ergo iſta tacita ſufficit,ar.§.affinitatis.Inſti de nup. & l.ſi non lex in prin.ff.de hær.inſt.pro quo facit; quia vno remedio ſublato non tollitur aliud l.ſi domus.ff.de ſer.vrb. præd.c poſtremo.extra de app.Abb.in c.ſuſcitata.de offi.de leg.& vno impedimento ſublato non tollitur aliud. l.vim paſſa.§.preſcriptione.ff.ad l.Iul.de adul.Bal.in l.j.col.antep. C.de fur. Ale.in cõſi.62.1.vol.& hoc in terminis voluit Pau. Caſt.in conſi.233. ſuperius alleg.incip.viſis, & cõſideratis, vbi dicit,quòd licèt expreſſa prohibitio teſtatoris extinguatur,tacita & legalis nõ tollitur,quæ ineſt fideicõmiſſo, vel rei ſubiectæ reſtitutioni d.l.fi.& auth.res quę. C.cõ.de lega. Et ſi alias poſt annos 30 permitteretur alienatio,facile euaneſceret hoc fideicõmiſſum,quod non eſt dicendum, arg. l.tertiæ.ff.de mi.teſt.vbi teſtator nõ præſumitur eligere viã, per quam ſuum iudicium fiat innane,& eluſoriũ,itẽ volũtas teſtatoris ita eſt interpretanda, vt a ſapiente reprehendi non poſſit l.Saluius Ariſto.ff.de le.præſt.& l.Lucius.ff.de hę re.inſt.ibi,prudẽs cõſilium, &c. & aliter intelligendo eſſet voluntas eius reprehenſibilis, & teſtator volens oĩa bona vniuerſaliter ex eius expreſſa ſubſtitutione eſſe ſubiecta fideicõmiſſo ad fauorẽ illorum,quos ſecũdo loco vocauit, multo magis cenſetur idem voluiſſe in fauorẽ illorũ,quos primo loco vocauit ſubſtituendo,alias eſſet abſurdum, ꝙ plus iuris eſſet trãslatum in eos, quos minus dilexit, quod nõ eſt dicendũ l.ſi viua matre. C.de bo.mat.l.Publius.§.fin. ff.de ꝓd.& dem.prius.n. cẽſentur vocati magis dilecti l.quotiens.in prin.ff.de vſuf.l.generaliter.§.quid ergo.ff.de fideic.
8 lib. Vnum eſt, quod fortiſſime videtur obſtare, † videlicet, quòd alienatio prohibita ad tempus videtur permiſſa poſt tempus l.Imperatores.ff.de poſt.l pater filium. §.fi.de lega. tertio, l.qui cum vno. §.ad tempus. ff.de re milit. l. ſtatuli-

ber,

Source : BIU Cujas

ber.§.Stichum.ff.de le.2.& l.ſi cum dotem.ff.ſol.ma.Bar.in l.filium. ff.ad Tertull.Bal.in l.3.in 2.& 4.col.C.de lib.præte. Sal.in l.ea lege.C.de con.ob cau.Mari.in conſi.19.incip.pro deciſione in vlt.col. vbi addit rationem; quia limitata cauſa &c.l.quod dictum.ff.de pact.l.fideiuſſoris.§.pro Aurelio ff.de fideiuſ.facit nota. Pau.Caſt.in conſi.275.per l.ſi ita qs. de vulg.& pup.pro quo etiam facit dictum Bart. in l.obſeruare.§.proficiſci in 3.q.ff.de offic.procon.quem ſequitur Iaſon in l.ſed ſi quis ita.ff.de vul.& pup. qui infert ad pulchrã limitationem,ad ea quæ tradit Bar.in l.omnes populi. in 6. q.princip.ff.de iuſt.& iure,vbi loquitur de ſtatuto, tempore limitato, in quo ſumitur argumentum a contrario ſenſu, etiam quo ad derogationem iuris communis,ideo quãto magis ſumi debet in caſu iſto,in quo non tollitur ius cõmune,ſed ad illud reditur,cum de iure communi libera ſit facultas alienandi homini ingenuo. l. non vſque adeo. ff.ſi quis a paret.manumi.fue.ergo videbatur dicendum, quòd expreſſa permiſſio poſt annos triginta faciat ceſſare prohibitionem tacitam reſultantem ex fideicommiſſo.iuxta l.ſi. §.ſed quia.C.com·deleg.attento quòd prouiſio hominis tollit prouiſionem legis,ad no.in l.ſi. C.de pac.con.Reſpõdeo, quòd iſtud fundamentum parum,aut nihil vrget, tũ ex his quæſuperius dixi circa materiam legis, pater filium. §.fundum.ff.de lega.2.tum etiam, quia argumentum non ſumitur hoc pacto,videlicet, quòd prohibẽdo ad tempus videatur teſtator a contrario ſenſu permittere poſt tempus in derogationem iuris communis, attento quòd ſenſus contrarius non accipitur contra diſpoſitionem legis, vt pulchrè tradit Pa.Caſt.in conſi.274.notatur plene.in l.j.ff.de officio eius, non ſequitur,quod prohibendo ad tempus velit permittere poſt tempus; quia eſt dare medium inter prohibitionem expreſſam,& permiſſionem,videlicet non prohibitionem,ſicut eſt dare medium inter velle,& nolle, ideſt nõ velle, & non ſequitur non volo,ergo nolo, iuxta glo.in l.j. in §.ſcientiam.ff.de tribut.late notat Alex.in l qui ſe patris. C.vnde lib Præterea ratio,quare ſit,quod prohibitum ad tẽpus cẽſetur permiſſum poſt tempus eſt;quia alioquin limitatio temporis nullum pareret effectum, ſecundum Bal.in l.obſeruare.§.proficiſci.ff.de offic.proconſ. ſed iſta ratio ceſſat in caſu noſtro; quia non eſt inanis limitatio temporis,licèt alienatio poſt ætatem annorum triginta nõ cenſeatur permiſſa,patet:nam prohibitio expreſſa vſque ad dictã ętatem operatur, nedum quòd impeditur alienatio legitime per ea,quæ ſuperius dixi,ſed etiam operatur:quia ſi intra dictum tempus alienaſſent filij prædicti, alienatio ſtatim potuiſſet reuocari non expectata morte alienantis,glo.in l.cũ pater.§.libertis.ff.de leg.2.Paul.Caſt.in l.peto.in §.fratre.co. titu.& in conſi.202.& commu.Moder.in l.filiusfamilias.in §.diui.ff.de leg.j. adeo cum poſt ætatem annorum triginta ceſſet hæc prohibitio expreſſa,fiet,quod ipſi filij poſſint alienare non obſtante ſubſtitutione fideicommiſſaria,quæ alienatio non poterit reuocari ante euentum conditionis fideicommiſi, & ſic ante mortem hæredum grauatorum. l.ſi.§. ſed quia.C.de leg.glo.in dicto §.libertis. Rurſus ſtãte expreſſa prohibitione de non alienando, bona non tranſeunt in fiſcum vllo tempore l.Imperator.& ibi Bart. ff.de fid.libert. Alexan in conſi.23.primo vol. ſecus quando adeſt tantum tacita prohibitio inſurgens ex ſubſtitutione fideicommiſſaria.l.Statius Florus.§. Cornelio Felici ff.de iu.fiſci.confirmatur hoc; quia diſpoſitio d.l.ſi.nõ habet locum in expreſſa prohibitione.Paul.Caſt.in conſi.10.inci.Clarum eſt in iure.Corn.in conſi.294.3.vol.Alex.in conſi.17.volum.3.& in l.quidam ita teſtamento.in fine,ad Treb.& ſi dicatur, quòd ſicuti facta prohibitione de non alienando in tempore alienatum ſtatim reuocatur per ſupradicta, ita etiam debemus dicere a contrario,vt facta permiſſione reſultante ab expreſſa temporis prohibitione, alienatio non retractetur, cum tantum operetur oppoſitum in oppoſito, quod propoſitũ in propoſito,iuxta l.ſi.ff.de le.3.pro quo facit;quia pars põt dare licentiam alienandi in præiudicium fideicommiſſi, vt emptor ſit ſecurus, iuxta ea quæ ponit Bar. in l.qui Romæ. §.duo fratres.ff.de ver.ob.multo fortius teſtator,qui põt legem,quam vult ponere in ſuo teſtõ.§.diſponat. in Auth.de nup.& pro hac parte vĩ facere conſi.Pau.Caſt.in conſi.274. incip.a ſecundo dubio,in antiquis. Rñdetur, q̃ talis tacita permiſſio alienationis poſt tempus reſultans non debet intelligi de irreuocabili,ea ratione ne derogetur fideicõmiſſo precedenti per rationes,de quib infra,vel aliter q̃ debet intelligi de irreuocabili, videlicet reſpectu cauſæ prohibitionis expreſſę,cum cã,ſeu rõ, quare exp̃ſſe fuit prohibita alienatio vſq; ad ętatem ann.30.ſit,ne propter imbecillitatẽ cõſilij cõſumant ſua,& ſic pauperes fiant,& mẽdici in dedecus familiæ,vnde poſt annum trigeſimum talis alienatio erit irreuocabilis ex dicta cauſa,ſed non ex alia; quia limitata cã limitatum producit effectum l.in agris. ff.de acqu.rer. do.l. cancellauerat. ff.his quę in teſt.facit in arg.lex a Titio. ff. de ver.obl.& l.illud. ad l.Aq.& l.ſi.C.ad l.fal & ex hoc patet ẽt rñſum ad ſequentem obiectionem, quòd ſicut propoſitũ, & cætera,ad aliam obiectionem dicitur, q̃ verum eſt,teſtatorem poſſe hoc facere,ſed de hoc nõ diſputatur,ſed hic dubitatur, an teſtator videatur velle permittere alienationem poſt dictã ætatem in præiudicium fideicommiſſariorum,& dicitur pro parte noſtra q̃ nõ,vt latius infra etiam patebit. Ad illud,q̃ prouiſio hoĩs tollit prouiſionem legis, dic q̃ eſt verum,quando tacita prouiſio legis ſubſequitur.tũc p̃ precedentem prouiſionẽ hominis tollitur, ſecus è contra, qñ legis prouiſio præcedit, & nata eſt, & ſubſequitur expreſſa hominis,vt eſt in caſu noſtro;quia tunc non tollitur prouiſio legis. gl.ibi in d.l.ſi. C.de pac.con.quam ſequuntur oẽs. d. conſil.Paul.Caſtr.allegatum in conſi.274.incip. in ſecundo dubio,quod videbatur facere pro 9̃ria parte, retorquet̃ contra,ibi in caſu Pau.Caſt.ſtat ſtatutum, q̃ in contractib. minorum 25.annis debeat adhiberi certa ſolemnitas, quo ſtante,quidam maior 20.annis,ſed minor 25.fecit quaſdam vẽditiones prædiorum,ne dum ſine ſolemnitate ſtatuti,ſed etiam iuris cõis, videlicet ſine conſenſu curatoris,& decreto Iudicis,& non ſubſiſtente iuſta cauſa ęris alieni.iuxta tit. de reb.eorum ff. & C.de præd.mi.per totum,dicebãt aliquã venditionem valuiſſe:quia ex quo ſtatutum prohibebat minorib. 20.annis cõtrahere ſine ſolemnitate ſtatuti cenſetur a 9̃rio ſenſu voluiſſe,q̃ ſi ſint maiores 20.ſolemnitas aliqua non requiritur, & per 9̃ns,quòd poſt vigeſimum annũ poſſint 9̃here,ac ſi eſſent legitime ætatis,Paul ibi dicit verũ eſſe a 9̃rio ſenſu dicti ſtatuti bene poſſe inferri, quòd ſolẽnitas requiſita a dicto ſtatuto nõ ſit neceſſaria,ſi 9̃hens ſit maior 20.annis,quæ ſolemnitas eſt maior, quam requiſita a iure cõi,& omiſſio eius plus vitiat,q̃ omiſsio ſolemnitatis requiſitæ a dicto iure cõi,vt patet ad ſenſum; vnde cum p̃ ſtatutum præfigatur tempus,vſq; ad quod requiritur dicta ſolemnitas ſtatutaria,ſequitur, quòd vltra illud tp̃s nõ requiritur,arg.l.ſi quis.ff.de vul.& pup.& l.pater filium.§.fin.ff.de leg.3.& l epiſtola.§.fi.& l.ſi vnus.§.j.de pact. vbi patet,quòd diſpõ ad tp̃s non egreditur illud tempus. At quòd poſt 20. annos non requiratur ſolemnitas iuris cõis nullo mõ põt ſumi a 9̃rio ſenſu dicti ſtatuti:cum de illa ſtatutum non loquatur,& ſic iſte caſus tanquam omiſſus relinquitur diſpõni iuris cõis i.commodiſſimẽ.ff.de lib.& poſth.præterea dicit ibi Pau.Ca.aliud no. verbum videlicet, quòd illa tacita permiſsio poſt tp̃s nõ debet,nec põt plus operari,quàm expreſſa cõceſsio veniæ ętatis facta a principio, probat enim, q̃ in caſu noſtro tacita permiſsio poſt tp̃s nõ poteſt operari,quam expreſſa conceſsio veniæ ætatis, ſed nulli dubium eſt,quòd habens veniam ætatis nõ poteſt alienare res ſubiectas fideicommiſſo,quominus veniente condõne fideicommiſſi reuocetur.auth.res quæ.C.cõ deleg.ergo ex prædictis probatur,quòd alienatio prohibita ad tempus cenſetur permiſſa poſt tp̃s,quatenus, & in caſu quo nõ ſit ꝓhibita poſt tempus illud de iure cõi,ſed quatenus, & caſu quo ſit prohibita de iure cõi poſt tempus,non cenſetur permiſſa:quia ex quo omiſſum eſt tempus ſequens poſt ætatem, vſque ad quam fuit facta prohibitio, illud tempus ſequens omiſſum cenſetur relictum in diſpoſitione iuris cõis, ſecũdum Caſt. ibi,ſed ſic eſt,q̃ poſt tp̃s ætatis 30.ann.ius cõe prohibet alienationẽ in caſu venientis condõnem fideicõmiſſi, ergo in illo caſu non cenſetur permiſſa alienatio poſt dictum tp̃s, ſed ſolum in caſu,quo a iure cõi non eſſet prohibita, puta qñ nõ veniſſet condõ,ſeu caſus fideicõmiſſi.Ecce quàm bene,& pulchre illud conſ.Pa.Ca.facit pro iſta parte,ſed vltra iſta adduco in terminis aliud Caſt.conſilium in cõſ.263. in antiq.quod incipit circa primum quæſitũ. Rurſus totũ fundamentum contrarium eſt ſuper prohibitione ad tempus, q̃ non poſsit habere locum in caſu noſtro probatur;quia licèt in vltimis voluntatib.poſsit ſumi argumentum a contrario ſenſu:nihilominus fallit, quando ſumendo a cõtrario ſenſu ſequitur proteſtatio derogatoria ad actus ſequentes,tunc non ſumitur a ſenſu 9̃rio ad derogationem præcedentis,aut ſubſequentis diſpoſitionis, textus eſt ſing.in l.ſi. in principio, vbi glo.& Bart.ff.de lega.tertio, quem ad hoc notat Bal.in l.humanum.in ſecunda columna. C.de leg. & in l.filium quem habentem.12.colum.C.fami.erciſc ſequitur Iaſ.in l.prima.in princip.colum.12.verſ.tertiò limita ff. de off.eius.mod.Hiſp.in cen.in loco a cont.ſenſu in fi.tunc ſic,ſi iſta alienatio prohibita vſque ad ętatem annorum triginta intelligatur a 9̃rio ſenſu permiſſa poſt tempus in caſu,quo non debeatur fideicommiſſum, hoc cõcedi poteſt, ſed ſi intelligatur a contrario ſenſu permiſſa poſt dictam ætatem

Source : BIU Cujas

tatem caſu,quo debeatur fideicommiſſum,hoc negatur:qa ſic reſultaret derogatio iuris præcedentis fideicommiſſi, ꝙ non eſt dicendum per prædicta,quib.addo: quia in hoc teſtamento ineſt primò prohibitio legalis collecta ex fideicõ miſſo,iuxta auth. res q̃ quæ eſt ſpecialis, quò ad caſus,cum non prohibeat in omnem caſum, ſed ſolum qñ venit conditio fideicommiſſi.d.l.fi.§.ſed quia. C.com. de leg.demum in eodem teſtamẽto fit prohibitio expreſſa,quæ licèt ſit ſpecialis quò ad ætatem, & quo ad bona, tamen eſt generalis, quo ad caſum:quia non eſt reſtricta ad aliquem caſum,vnde ſecunda generalis,quo ad caſum nõ continet caſum ſpecialem,in quo prouidet prima prohibitio,videlicet in caſu cedentis fideicommiſſi;quia ꝓuiſio ſpecialis derogat generali,vt generalis non comprehendat caſum ſpecialiter prouiſum l.ſanctio legum.ff.de pœnis.l.cum ex filio.§.filio.ff.de vulg.& pup.l.doli clauſula.ff.de verb.obli.& l.ſtipulationes commodiſſime.ff.eo.tit.cum ſimi.ſequitur ergo,quod ſecũda prohibitio facta expreſſe vſque ad annum trigeſimũ, nõ contineat caſum cedentis fideicommiſſi, cum de illo ſuperius ſit ſpecialiter prouiſum, ſed ſolùm cõtinet alios caſus non cedentis fideicõmiſſi,& arg.a ꝯrio ſenſu, per quod colligitur,ꝙ poſt illam ætatem ſit permiſſa alienatio,debet intelligi in eodem caſu,in quo loquebatur expreſſa prohibitio,videlicet in caſu non cedentis fideicommiſſi , eo ꝙ arg. a ꝯrio ſenſu non ſumitur,niſi in terminis in quib. loquitur diſpoſitio expreſſa,in qua fundatur tale argumentũ , vt patet ex not.per Pau.Caſt.in d.conſil.274.in antiquis,& ex his quæ late adducunt Mod.in d.l.j.ff.de off.eius. Præterea regu
9 la dicens , ꝙ † prohibitum ad tempus cenſetur permiſſum poſt tempus,magis proprie,& doctè colligeretur,dicendo ꝙ prohibitum ad tempus nõ cenſetur prohibitum poſt tẽpus,ſed videtur dimiſſum in diſpoſitione iuris cõis, vt patet ex no. per Pau.Caſt.in d.conſi.274.per regulam legis , commodiſſimè. ff.de lib.& poſth. & ideo vbi lex poſt tempus ꝓhibet,tunc teſtator prohibendo ad tempus nõ videtur a cõtrario permittere poſt tempus in derogationem iuris cõis per ea , quæ dixi ſupra, eſt verum, ꝙ per accidẽs poteſt procedere dicta regula primo modo,videlicet qñ lex permittit alienationẽ,vt in caſu legis,pater filium.§.fundum. cũ concord.ff.de leg.3.nam tunc verum eſt, quòd prohibitum ad tempus cenſetur permiſſum poſt tempus,ea ratione: qa ex quo teſtator poſt tempus nihil diſponit,videtur illũ caſum reſeruare diſpõi iuris cõis permittens poſt tale tempus alienationem , vbi ergo eſſemus in quo lex prohibet alienationem poſt tempus,tunc regula nõ procederet primo modo,videlicet quòd prohibitum ad tempus per prouiſionẽ hoĩs,non cenſetur per eandẽ prouiſionem permiſſum poſt tempus,ſed cenſetur relictũ in diſpõne iuris cõis,& ſic poſt tempus durabit etiam prohibitio legis, licèt non hoĩs , ita patet expreſſe ex dictis Pau.Caſt.ex quib.infertur , ꝙ prohibitum ad tempus cenſetur permiſſum poſt tempus eo modo,& eo caſu,quo permitteretur de iure cõi, ſi illa expreſſa prohibitio ad tempus non eſſet facta,& non aliter,nec alio modo, ſed ſic eſt, ꝙ poſt tempus dictæ ætatis annorum 30. adhuc durat prohibitio legis ratione fideicommiſſi, videlicet in caſu,quo cedat & veniat conditio fideicommiſſi , ergo tale tempus cenſetur reſeruatum iuri cõi , i. quòd ante tempus habeat locum prohibitio hominis expreſſa,& poſt tempus prohibitio legis tacita,in caſu quo lex prohibeat,ſ. quando venit caſus fideicommiſſi,quę prohitiones ſunt diuerſi effectus,& ſic quęlibet procedit in caſu ſuo,ex his quę dicit ibi Pau.Caſt.in d.conſi.Item poſito quod ex prohibitione reſultaret tacita permiſſio alienandi poſt tempus , tñ in contrarium ex fideicommiſſo reſultat tacita prohibitio legalis etiam poſt tempus in caſum cedentis fideicommiſſi;ideo ius prohibitum debet in caſu ſuo præferri iuri permiſſiuo,ſicut ius ſpeciale præfertur generali, nam quãtum ad hoc negatiuum,ſeu prohibitiuum ius cẽſetur ſpecialius permiſſiuo,& affirmatiuo , vt pulchre not. Alex.in l.j.§.j.ff. de oper.noui nuncia.per textum in l.tutor quoq;.§.primo. ff.de ſuſpect.tuto.

SVMMARIVM.

1 *Quid eſt attentare in genere.*
2 *Et quid in ſpecie.*
3 *Attentatum reuocare,eſt reducere rem ad priſtinum ſtatum.*
4 *In profanis beneficialibusque reuocantur attentata.*
5 *Poſſeſſio capta lite,vel appellatione pendente a diffinitiua cum ſpolij ui tio reuocatur in viam attentati.*
6 *Pro reuocatione attentati ſufficit probare poſſeſſionem tempore motæ litis,& deinde ſpolium.*
7 *Spoliatus recuperans poſſeſſionem incontinenti non attentat.*
8 *In iudicio attentati non admittitur exceptio alterius ſpoliationis.*
9 *In attentatis vltima ſemper attenditur ſpoliatio.*
10 *Spoliatus recuperans poſſeſſionem lite pendente non reſtituitur per viã attentati.*
11 *Attentata reuocantur in cauſis criminalibus,ſicut in ciuilibus.*
12 *Adminiſtratio rei eccleſiaſticæ inhibita per iudicem appellatione pendente reuocatur beneficio attentati.*
13 *Idem in electione,ſupra in tertia parte,num.17.18.*
14 *Reſcriptum lite pendente impetratum reuocatur remedio attentati.*
15 *Ad reuocationem attentatorum paria ſunt,eſſe appellatum, vel pendere terminum ad appellandum.*
16 *Caſus,quo termino pendente attentata non reuocantur.*
17 *Omnis alienatio rei litigioſæ reuocatur per modum attentati.*
18 *Poſſeſſio capta lite pendente in petitorio non reuocatur per viam attentati.*
19 *Ob diuerſitatem articulorum non datur de attentatis.*
20 *Executor non attentat.*
21 *Poſſeſſio inuaſa per tertium ſubrogatum lite pendente reuocatur per viam attentati.*
22 *Contra ſubrogatum non reuocantur attentata.*
23 *Poſſeſſio capta ſine præambula intimatione executorialium reuocatur beneficio attentati.*
24 *Ad reuocandum attentata requiritur, quòd ſit appellatum perſonã habentem appellandi poteſtatem.*
25 *Non reuocantur, quæ fiunt poſt decem dies, a die recitationis ſententiæ ante appellationis interpoſitionem.*
26 *Sententia lata ſuper attentatis interlocutoria eſt, & quandoque diffinitiua.*
27 *Super attentatis admittuntur teſtes.*
28 *Admittuntur receptio teſtium in attentatis non abſuturorum expreſſe non admiſſorum.*
29 *Non datur remiſſorię ſuper attentatis.*
30 *Ad attentandum per procuratorem requiritur ſpecialiſſimum mandatum.*
31 *Non currit inſtantia cauſæ appellationis pendente attentatorum iudicio.*
32 *Caſus quo currit inſtantia appellationis non obſtante lite ſuper attentatis.*
33 *Attentatum in interdicto vti poſſidetis pendente factum, non ſuſpendit inſtantiam eiuſdem interdicti.*
34 *Attentatum,cuius deciſio pendet a victoria ſuper appellatione,non reuocatur per modum attentati.*
35 *Continuans ſuam poſſeſſionem non attentat.*
36 *Contra alienantem poſſeſſionem lite pendente reuocantur attentata.*
37 *Poſſeſſio ſpoliati etiam in interdicto vti poſſidetis reuocatur per modũ attentati.*
38 *Declaratio dicti,de eo qui continuando poſſeſſionem non innouat.*
39 *Factum a iudice poſt euocationem cauſæ reuocatur per modum attẽtati.*
40 *Triplex ſeruatur ordo in reuocatione attentatorum.*
41 *Attentatum debet probari.*
42 *De triplici innouatione legis,partis, & iudicis.*
43 *Et de appellantis appellatique innouatione, & iudicis,cum nonnullis diſtinctionibus late hic habes.*
44 *Iudicis officio abſque aliquo libello reuocantur attentata.*
45 *Non conteſtatur lis ſuper attentatis.*
46 *In quacunque parte iudicij reuocantur attentata,vſque ad concluſionẽ in cauſa.*
47 *Attentata reuocantur etiam per iudicem nullitatis ſententiæ.*
48 *Secuta citatione reuocantur attentata.*
49 *Factum contra,vel poſt legitimam appellationem reuocatur per modũ attentati.*
50 *Quando attentata ipſo iure ſint nulla,vel irritanda veniant.*
51 *In appellatione ab interlocutoria veniunt irritanda.*
52 *Ipſo iure ſunt nulla, quando eſt inhibitum.*
63 *Non reuocantur attentata in caſibus inappellabilibus a lege, vel ſtatuto.*
54 *Attentata poſſunt reuocari per viam querelæ.*
55 *Difficile attentatum non reuocatur.*
56 *Aſentẽtia ſuper notorio crimine poſt appellationem non reuocantur attentata.*
57 *Non reuocantur, quæ non poſſunt reſcindi niſi per diffinitiuam in appellatione.*
58 *Quomodo formetur libellus ſuper attentatis.*
59 *Non reuocantur,quando de iure communi ex cauſa veroſimili præſumitur poſſeſſio.*
60 *Priuilegiatum eſt attentatum.*
61 *Eſt magis priuilegiatum interdictum unde vi.*
62 *In interdicto vnde vi obſtat exceptio alterius ſpolij, in attentatis non, in eo etiam obſtat exceptio defectus proprietatis, in hoc attentatorum minimè.*
63 *Quando de non iure conſtat petentis reuocationem, reuocantur attenta-*

tentata.
64 Et quandoque non reuocantur, & in quibus casibus.
65 Post conclusionem in causa reuocantur attentata officio iudicis,
66 Vbi constat de non iure in beneficialibus non reuocantur attentata.
67 Reuocantur contra tertium succedentem non habentem causam a iudice, & a parte, & quomodo de materia.
68 Tinguis prouidet hoc attentati iudicium interdicto vnde vi.
69 In quibusdam attentatum habet similitudinem cum eodem vnde vi interdicto.
70 Interposita appellatione ab attentato per spoliatum, ea deserta iudex nihilominus poterit reuocare attentata.
71 Causa appellationis, & negocij principalis stant in suspenso, donec fit plenaria executio in attentatis super expensis, & fructibus perceptis.
72 Et de fructibus percipiendis.
73 Attentans condemnatur in expensis, etiam per iudicem omissis.
74 Petens reduci ad statum illicitum non reponitur per viam attentati.
75 Dilatione pendente facta de fructibus perceptis in attentatis per spoliatum repositum, poterit appellans spoliatus procedere in causa appellationis.
76 Inhibitio facta iudici delegato per alium delegatum lite pendente reuocatur per viam attentati.
77 Attentatum non impedit executionem trium conformium.
78 Ratio finalis, quare attentati beneficium sit ita valde priuilegiatum.
79 Pro reuocatione attentati competit duplex remedium.
80 De attentato facienda est mentio in rescripto.
81 Attentatum, vt reuocetur, requiritur scientia appellationis a diffinitiua.
82 Rescriptum committens attentatorum reuocationem intelligitur de attentatis factis, & non faciendis.
83 Instantia appellationis currit, quãdo vertitur lis super attentatis in appellatione a sententia interlocutoria.
84 In attentatis offertur qualis, qualis petitio.
85 De attentatis a parte.
86 Appellans potest impetrare a iudice a quo, ne aliquid innouetur per appellatum in præiudicium appellationis.
87 Iudex a quo etiam reiecta inhibitione facta per iudicem ad quem potest reuocare attentata ad fauorem appellantis.
88 Spoliatus repositus beneficio attentatorum potest agere ad damna, sicut ad fructus.
89 Attentata per iudicem inferiorem reuocari non possunt super facto in quo superior apposuit manum.
90 Et regula procedit etiam, quod non fuerit inferior certificatus a superiore.
91 Attentata per ordinarium loci subditos visitantem non reuocantur beneficio attentati.
92 Appellatio a sententia nulla operatur effectum deuolutum, quo ad attẽtata.
93 Iuramentum in litem non reuocatur beneficio attentati.
94 Attentatum licitum non reuocatur.
95 Appellans attentans in præiudicium appellati priuatur iure suo, & appellatio deseritur.
96 Authoritas iudicis non excusat attentatum.
97 Nec principis potestas.
98 Alimenta præstita a viro vxori lite pendente non reuocantur per modũ attentati.
99 Oblatis pluribus petitionibus, tam attentatorum, quam alterius materiæ, super qua prius sit procedendum.
100 Clementina, appellanti. extra de appel. non habet locum in appellatione a sententia lata super attentatis.
101 Non fit attentatorum reuocatio, nisi cum causæ cognitione.
102 Executio in ecclesia cathedrali an sit sufficiens ad inducendum litis pendentiam, quo ad effectum reuocandi attentata.
103 Sententia lata super vno libello attentatorum non nocet, nec prodest in alio.
104 Sententia lata in causa appellationis, bene appellatum, nocet in omnibus attentatis.
105 Non reuocantur attentata, quæ priori iudicio pendenti attentari possunt.
106 Non reuocantur attentata facta per appellantem.
107 Pro appellante non reuocantur attentata pro fuga suspecto.
108 Contra condemnatum de crimine non reuocantur.
109 Non reuocantur in casibus, quibus non admittitur appellatio.
110 Non reuocantur contra, vel post appellationem ab excommunicationis sententia.
111 Contra conuentum actione personali non reuocantur attentata lite pendente facta.
112 In causis matrimonialibus non reuocantur attentata.
113 Commissa causa, appellatione remota, non reuocantur attentata.
114 Contra tertium prorsus non habentem causam ab appellante non reuocantur attentata.
115 In materia iuris patronatus non reuocantur attentata.
116 Friuola, vel frustratoria oppellatione pendente non reuocantur attentata.
117 In notorijs nen reuocantur innouata.
118 Sequestratio facta appellatione pendente non reuocatur beneficio attentati, etiam in beneficialibus.
119 Absolutio a sententia excommunicationis facta aqpellatione pendente non reuocatur per viam attentati.
120 Non reuocantur in casu cap. peruenit. el secondo, extra de appel.
121 Non reuocantur attentata, quæ tendunt ad faciliorem exitum causę appellationis.
122 Non reuocantur, quo ad expensarum taxationem, quę taxari possunt appellatione pendente.
123 Non reuocantur attentata appellatione deserta.
124 Item quando appellatio est nulla non reuocantur.
125 Et quid quando iniusta est appellatio.

PARS VII.

1 Ipsius. Quæro, quid † est attentare. Buti. Attentare in genere est ad aliquem actum procedere, vt per Bald. in consil. 14. volumi. 4. vbi ponit quid est attentare, tractare, procedere, & consumare, late Nicol. Boer. in tract. de se-
2 ditios. q. 7. num. 39. in † specie autem attentare est facere, qđ prohibetur medio tempore appellatione pendẽte ab interlocutoria, vel a diffinitiua, vt habetur in c. non solum. de appellationi. in sexto, & per scribentes in l. appellatione. C. de
3 appellationi. Gip. Sed † quid est reuocare attentatũ. Buti. Reducere rem ad pristinum statum ante attestationem. Gemin. in ca. non solum. in §. illa vero. num. tertio, de appellationibus in sexto. Gip. In qua materia attentata reducun-
4 tur ad primęum statum. Buti. In † causis profanis, & in beneficialibus. Gipsi. Quæ in profanis reuocantur. Buti. In profanis distinguuntur ciuiles a criminalibus in ciuilibus,
5 vt possessio † quæ capta lite, vel appellatione pendente a diffinitiua cum vitio spolij reuocantur per viam attentati, to to titu. ff. & C. nil nouari appellatione pendente, & extra vt lite pendente. Io. Monacus in ca. cupientes. in §. quòd si per
6 viginti. extra de electio. in 6. & † pro reuocatione sufficit probare possessionem tempore motæ litis, & postea spoliationem, vt decis. 14. in nouis. Franc. in c. bonæ memorię nu. 14. extra de appellationib. Cass. in titu. de restitut. spoliatorum, decis. tertia, Rota in antiq. decis. 89. Vestr. in sua pract. in tit. vt lite pendente. fol. 206. in versicu. & isto casu. Ioann Mon. in cap. cupientes in §. quòd si per viginti. num. 146. extra de
7 elect. in vj. Gip. Id verum est, hinc † si spoliatus incontinẽti recuperat possessionem, non videtur attentare; quia non censetur spoliare, cum ad pristinam causam reuertitur, & ad primæuam possessionem. Rota decisio. 133. in vltimis,
8 causæ vigesimum dubium. num. 40. Vnde † in hoc attentati iudicio exceptio non admittitur alterius spoliationis. De ci. in consi. 200. quod secus est in interdicto vnde vi, vt per Philipp. Franc. qui egregie tradidit in dicto c. bonæ memoriæ. num. 14. in versic. tertiò, quia extra eodem, & ibi Cardi. Alex. Buti. Et ratio huius dicti est; quia in hac attentatorũ
9 materia † vltima spoliatio semper est expurganda. Rota de-
10 cisi. 185. in nouis. Et † spoliatus etiam, qui lite pendente possessionem recuperauit, per viam attentati nõ restituitur. Rota decisio 423. in antiq. Decius in consil. 460. num. 20. In cri-
11 minalib. † vero reuocantur etiam, ad Franc. & sequaces in d. c. non solum. in glo. in verbo innouata, vbi dicit, conclusionem fallere, nisi appellans sit conuictus a testibus, vel sit
12 confessus, & ante eum ibi Gemi. & alij. In † beneficialibus vero quoque reuocantur, vt in administratione rei ecclesiasticę per Iudicem inhibita post sententiam appellatione pẽ-
13 dente Rot. in antiq. decisio. 569. Idemque † in electione beneficij, quæ facta appellatione pendente reuocatur, vt sup.
14 in tertia parte num. 17. & 18. Idem † etiam in rescripto lite pendente impetrato, quod per viam attentati reuocatur. Afflict. deci. 366. num. 12. pro quo facit rubrum, & nigrum,
15 auth. in medio litis non fieri facr. iuss. Et † ad reuocationẽ attentatorum paria sunt, vel esse appellatum, vel pẽdere terminum ad appell. Ang. in l. 2. C. de appel. Vital. de clauſ. sub clausula nil. nou. numero 15. Gemin. Philippus Franc. & sequaces in d. cap. non solum. in principio, & in l. appellatio-
16 ne. C. de appellationibus vbi Bald. & Salycet. datur † tamen casus, quo pendente termino ad appellatio. apostolosque petendum a diffinitiua non reuocãtur attentata, vt per Ro-
17 ta decisio. 45. in antiquis. Omnisque † alienatio rei litigiosæ, vel permutatio lite pendente facta reuocatur in viam attentati, Rot. in antiquis decisio. 319. Gip. Tu dixisti, lite pendente nil esse nouandum, contra de decisione Rotæ
18 417. in nouis, vbi habetur, quod † possessio capta lite pen-

Source : BIU Cujas

dente in petitorio possessionis causam absorbente non re-
uocatur per viam attentatorum. *Buti.* Illud ibi est; quia cau
sa possessionis differt a proprietate l. incerti. C. de interdict.
19 cum vulg. Et † propter diuersitatem nō datur attentatum,
vt supra dixi in quarta, & quinta parte, & not. Franc. mul-
tum singulariter in cap. an sit. num 7. extra de appellationi.
& in casu dictę decis. lis non pendebat super possessione, ca
20 ptaque possessio per Iudicem executorem † quæ non reuo-
catur remedio attentati. Cassan. in titu. de causa possessio. &
proprietat. decis. sexta. *Gip.* Sed quero, si tertius succedat, vel
21 subrogetur in re litigiosa † cuius possessio mortuo possesso-
re capiatur per agentem, vtrum possessio vitium habeat at-
tentati. *Buti.* Hercle attentatum est, quamuis lis non fue-
rit cum subrogato. Rot. decis. 411. in nouis. *Gip.* Contra sur
22 rogatus † non reuocet attentata. Belam. decis. 529. ibi, præ-
ceptoria in possessionem adepta per subrogatum non reuo
catur per modum attentati. *Buti.* Soluo ibi in casu d. deci
sio. non erat lis super possessione, sed super aliis, & subroga-
tus nō fuit, quò ad totam causam, sed quò ad præceptoriā.
23 *Gip.* Et † quid de capiente possessione sine præambula inti-
matione executorialium, an attentatum sit. *Buti.* Fel. in c.
ad probandum. colum quarta. extra de re iu. dicit quòd sic,
& in c. causa. extra de officio delegati tenet quòd non, de
quo tradit Ludoui. Gomes. late in reg. de subroga. collitig.
24 q. 4. num. secundo. Et non sufficit † ad reuocationem atten
tatorum esse appellatum pēdente termino, sed opus est ēt,
quòd fuerit appellatum per habentem potestatem appellā
di, Rot. decis. 81. in nouis. Vestr. in sua practica in tit. vt appel
25 latione pendente, fol. 206. Et † non reuocantur attentata,
quæ fiunt post decem dies a die recitationis sententiæ ante
interpositionem appellationis. Rot. decis. 187. in nouis. Et
26 † sententia lata super attentatis quandoque interlocutoria
quandoque diffinitiua est. Rot. decis. 473. & 214. in antiqu.
Philipp. Franc. in c. cum cessante. num. 45. Rot. in nouis de-
cis. 85. Vestrius in dicta practica in titu. vt lite pend. fol. 208.
27 in versic. generaliter. vbi late. In † appellatione neque ab inter
locutoria super attentatis possunt iurati testes, recipi, quod
non est in cęteris interlocutorijs. Rot. decis. 85. in nouis. Et
28 † valet receptio testium non affuturorum super articulis
29 expresse non admissis. Rot. decis. 105. in nouis. Non † dantur
remissorię super attentatis. Rot. decis. 219. in antiq. Vestrius
in sua practi. in tit. de remiss. ad partes. fol. 130. in versic. ean-
30 dem firmat. Ad † attentandumque per procuratorem req-
ritur specialissimum mandatum. Rot. decis. 81. in nouis. La-
pus in ca. eum qui. de præb, in sexto, & dixi supra in quinta
31 parte num. 17. Dumque † etiam disputatur super attentatis
non currit instantia in causa appellationis, sed manet in su
spenso. Afflict. decis. 98. Franc. in c. ex ratione. num. 37. & ibi
Deci. col. 7. in versi. quartus casus. de appell. Rot. decis. 102.
in nouis & in cap. dilecti. el terzo. num. 8. in versic. tu aduer
32 te, co. tit. vbi Franc. *Gip.* Contra † de decis. Afflict. 131. ibi
non impedit causa attentatorum, quominus procedatur in
causa principali. *Buti.* ibi casus specialis, qui non est trahē
dus ad consequentiam. §. quod principi placuit. Instit. de iu
re natu. gent. & ciuil. Alius est casus, quo etiam attentati iu
33 dicium non impedit causam principalem † vt in interdicto
possessionis retinendæ intentato, quo pendente, si aliquid
innouetur non impeditur cursus illius, ad Capicium decis.
34 72. & ratio est: quia † victoria super attentatis depēdet a cau
sa principali, & cum dependeat locum non habet attentati
remedium, dicta Decis. & per Franc. in cap. non solum. col.
3. in versi. 3. limita, & in cap. dilecti. el terzo num. 6. extra de
appellatio. Vestri. loco quo supra fol. 205. & ratio rationis
35 est: † quia qui continuat possessionem in retinendæ interdi
cto, vel vti possidetis non attentat, vt per Car. in clementi. fi.
extra vt lite pendente. Deci. in consi. 103. Franc. in ca. signifi-
cante. num. 6. extra eod. titu. Canon. in cap. cum teneamur.
extra eod. tit. & dicta decisi. Capic. 72. Io. Monac. in c. cupiē-
tes. §. quòd si per viginti. num. 138. de elect. in 6. per per Frāc.
in c. dilecti. el terzo, colum. 2. in ver. tu aduerte, per Beroi. in
36 quest. fami. quæsi. 120. num. 13. *Gip.* Quæro, an † hæc pos-
sessio, qua quisque lite pendente vti potest, si alienetur, vtrū
contra alienantem reuocari poterit per viam attentati, *Buti.*
Sic, vt per Abb. in c. cum M. col. fin. extra de constit. & illud
est propter perfidiam alienantis, vt ibi Abb. & in c. primo, ex
37 tra vt lite pendente, quinimo etiam dicit, quòd † in interdi
cto vti possidetis, si vnus alterum spoliat, possessio spoliati
reuocabitur per viam attentati, vt per Bal. in l. prima, in ter-
tia col. C. de appell. quod videtur esse contra prædicta. Sed
dic, quòd qui suam continuat possessionem, non innouat
38 † verum quo ad fructuum perceptionem, fundique deam-
bulationem, quæ minime impediri possunt per alium pos-
sessorem, collitigantem, veruntamē, quo ad collitigātis spo
liationem expulsi a possessione spoliatio reuocabitur priui
legio attentatorum Iudicis tamen officio, vt pulcher p Bal.
in l. 3. C. si a non comp. iudice. colum. 2. in versi. quęro dele-
39 gatus, & hęc tene memoriæ, quæ sunt notatu digna, & † qc-
quid etiam factum est per iudicem post euocationem factā
lite pendente reuocatur, etiam per modum attentati, Hen-
ric. Bohic. in c. vt nostrum. extra de appellatio. Rebuffus in
tracta. de euocatione, num. 103. Abb. in c. cum M. colum. fi.
extra de constitut. *Gipsius.* Quæro, qualis est ordo circa
40 reuocationem attentatorum? *Buti.* Triplex † primò: quia
constare debet diffinitum, secundò appellatum, tertiò attē-
tatum, vt notatur in c. non solum. de appell. & per Bal. in l.
appellatione in prin. C. eod. titu. & propter attentatum ori-
tur repositio in pristinum, quod alio nomine nuncupatur
41 innouatum. Quod † quidem etiam est probandū. Rot. deci.
89. in antiq. Vestr. in pract. fol. 205. in ver. verum introducta,
42 in titulo vt lit. pend. *Gip.* Et † quotuplex est innouatio *Buti.*
triplex, prima legis, secunda partis, tertia Iudicis, legis innou-
atio admittitur appellatione pendente, exemplum in dā-
nato per Iudicem, qui efficitur infamis appellatione pendē
43 te, & in similibus, alia est innouatio partis, & tunc † aut est
appellantis, aut appellati, si appellātis, aut innouatio aduer
satur appellationi tacitè, vel expresè, & admittitur: quia vi-
detur appellationi renunciasse, aut appellationi non con-
trariatur, & tunc siue sit extraiudicialis, siue iudicialis innou-
atio reuocatur. Si autem partis appellatæ est innouatio,
aut fit coram iudice a quo, aut coram Iudice ad quem, si a
quo, aut innouatio imponit silētium super appellatione,
& tunc reuocatur via attentati, aut non imponit silētium,
& non reuocatur. Tertia autem iudicis innouatio, aut est fa
cta a Iudice ad quē, & semper admittitur, vt puta circa fru-
ctuum sequestrationem, & similia, quæ respiciunt senten-
tiam, aut Iudicis a quo est innouatio, & tunc autem tendit
in fauorabilibus appellationi, & admittitur, aut contra ap-
pellationem, & non admittitur, & hæc traduntur a Bal. Sal.
& sequac. in l. appellatione. C. de appellat. Vital. in tractat.
claus. sub clau. nil innouari, num. 12. 13. & Canon. in c. cum
teneamur. extra de appell. & circa hanc innouationis mate
riam adduco tibi nouam, & pulchiorem distinctionem, &
dico, aut ante innouationem fuit notificata appellatio, aut
nō, si notificata, aut inter easdē personas, aut inter diuersas,
& non habentes causam, primo casu reuocatur innouatio,
secundo non, primo autem casu, aut innouatum est reuo-
cabile, aut irreuocabile, si reuocabile, aut est licitum, aut il
licitum, si licitum non reuocatur, si illicitum reuocatur, &
si illicitum aut a Iudice a quo fit, aut a Iudice ad quem, si a
quo, aut detulit, aut non detulit, si detulit, reuocatur, si non
detulit, aut remanet Iudex ordinarius, aut non, si remanet,
nō reuocantur, si non remanet, aut est inhibitum, aut non,
si nō est inhibitum aut sumus in appellatione a diffinitiua,
aut in appellatione ab interlocutoria, si in appellatione a
diffinitiua, & tunc, aut appellatio est iusta, aut friuola, si iu-
sta est, & tūc reuocantur, si iniusta, vel friuola nō reuocātur,
in appellatione aūt ab interlocutoria, si est inhibitum, siue
iusta, vel iniusta reuocantur, si non est inhibitū, & tunc nō
reuocantur, sed pendent a futuro euētu, si autē innouatio
fiat a Iudice ad quem, & ea nunquam reuocantur, qñ tēdit
ad faciliorem causæ appellationis exitum, & hęc distinctio
nes latius īferius tibi claiores apparebūt per decisiones suis
locis deducendas in discursu materię applicando casus, vt
intelliges. *Gip.* Sed qua actione reuocantur attentata. *Buti.*
44 Iudicis † officio, & de plano, ac sine aliquo libello, vt habe
tur in c. non solum. vbi Canon. oēs de appel. in 6. Bal & Sal.
in l. appellatione. C. eo. Io. Monac. in c. cupientes. in §. quòd
si per viginti. extr. de ele. Abb. in c. ex parte. col. fi. de rescri. &
45 † super attentatis non contestatur lis. Card. Alex. in dist. 54.
in c. quis autem. in fi. not. in d. c. non solum, Capi. decisi. 72.
Spec. in tit. de app. in §. nouissime, in ij. col. Phil. Franc. in ca.
dilecti, nu. 3. el 3. extra de appel. Vestr. in prac. in tit. vt li. pen
46 den. fol. 206. in ver. q̄ si agatur, & † in quacūq; etiam parte iu
dicij reuocantur vsque ad conclusionē in causa. Capic de-
cisi. 72. nu. 188. Rot. in antiq. 306. in nouis. 57. Afflict. decisi.
352. nu. 4. Franc. in c. dilecti. num 3. el 3. vbi Cardin. Alex. &
sequac. extra eod. Rota in antiq. decisio. 157. in nouissi. 185.
Vestr. in sua pract. fol. 204. in versic, quidam. *Gip.* Quero, an
per alium Iudicem quàm per iudicem appellationis reuo-
centur attentata. *Buti.* Sic, & quandoque non, ad Gemin.
in cap. non solum. in §. illa vero. num. nono, eodem tit. in
47 sexto, & per Alexan. in consi. 2. in secundo vol. vbi † etiam
Iudex nullitatis potest quandoq; reuocare attentata. Franc.
in capit. dilecto. numero 22. de appellatio. & hoc procedit,

quando

Source : BIU Cujas

quando eſt iudex nullitatis ſententię ſeorſum ab appellatione,vt per Franc.eo.loci, & per Alexan.dicto conſi. num.
48 18. & † non ſolùm reuocantur attentata, quæ fiunt poſt litem conteſtatam, ſed etiam quę poſt citationem attentantur ſine etiam libello, ad Abb.in repertorio in vrb.attentata non ſolum Veſtr. in pract. in titu. vt lite penden. fol. 208. in ver.& cum ſupra dicimus vbi latè. *Gip.* Sed quæſo doce me,
49 quæ attentata regulariter reuocantur. *Buti.* Omnia † quæ fiunt poſt, & contra legitimam appellationem a diffinitiua c.non ſolùm,& ibi glo.cum materia, de appel.in 6. Ioannes Imol.in Clemen. vt calumniis, extra de re iudic.in 5.notab. vt ſupra dixi in quinta parte nu. primo. *Gip.* Sunt ne ipſo
50 iure nulla,vel veniunt irritanda. *Buti.* Attentata † pendente appellatione à diffinitiua ipſo iure ſunt nulla, Abb. Dec. Philip.Franc.& Card.Alex.in c.conſuluit. el ſecondo, extra
51 de appella. & in c.ſæpe.eodem titu. ab † interlocutoria verò non ſunt ipſo iure nulla, ſed irritanda veniunt, cognito de meritis appellationis cauſę,Rota deciſ.389.in nouis.& 344. 461.Franc.in c.ſignificantibus num.8.ext.de app. Ioan.And. Hoſt.Gem.& Franc.in d.c. non ſolùm.in ſecunda colum. de
52 appel.in 6.& hoc fallit † niſi ſit inhibitum, tunc facta inhibitione ſunt ipſo iure nulla, nec irritanda veniunt, ſiue cauſæ expreſſæ in ea veræ ſint, ſiue falſæ, vt notant omnes Canon. in dicto cap.non ſolùm Rot.deciſ.461.& 389.in nouis,quod procedit in appel.iudiciali,& extraiudiciali, & cum non eſt inhibitum non ſunt ipſo iure nulla, & quando cauſæ in ea non ſunt legitime expreſſæ, ſecundum aliquos attētata vtique ſunt etiam ipſo iure nulla, vt per Phil.Franc.in dicto c. conſuluit.el ſecondo num.nono, ext.eod.tit. & ſi non iuſtificetur appellatio in appellatione extraiudiciali,idē eſt.Frāc. in c.dilectis.num.10.ext.eod.tit.& ſeq.ibi, aliudque eſt,quando appellatio eſt nulla,etiam quòd ſit inhibitum, attentata non reuocantur. Belam.deciſ.239. Franc. in c.dilectis.num. decimo,extra de appell. *Gip.* Dantur ne caſus,quibus atten
53 tata non reuocētur. *Buti.* In omnibus † caſibus,in quibus, prohibetur appellatio a lege,vel à ſtatuto, non reuocantur attentatorum beneficio,vt per Gemin.& Franc.in c.non ſolum.eolum.2.in verſi.3.limita,de appella.in 6.Specu.in titu. de appel.§.nouiſſime.in 1.còlum.Mar.in Specu. in ſexta parte in tit.de appel.num.172.fol. 191. & nu. 389. in verbo iſtam
54 regulam, & nihilominus † in his caſibus poſſunt a ſuperiore per viam querelæ reuocari, vt per Abb.in ca.paſtoralis, in verſi.tertius effectus,extra de appell.& ibi Franc.in tertia colum.Maran.in Speculo in ſexta parte,in titu.de appel.num.
55 105.attentatumq; † non reuocatur,quando difficile eſt reuocatio illius fauore pii loci,vt in ſepultura. Rota deciſ.853.in antiq.Philip.Franc.in c.dilecti.el terzo num.5.Veſtr.in prac.
56 fol.205. in verſi. & quamuis in fine, non † reuocantur poſt appell. interpoſitam à ſententia ſuper notorio crimine lata.
57 Federicus de Senis in conſi.101. & † non reuocantur, quādo de ſui natura non poſſunt reſcindi, niſi per diffinitiuam ferendam ſuper appellatione, vt per Bald. & Salyc. in l.appellatione.C.de appel.per Franc.in d.c.dilecti.num.ſexto, extra eod.& in c.non ſolùm.colum.2.in verſi.tertiò limita, de appel.in 6.quē ſequuntur omnes, & formatur libellus in cau-
58 ſa attentatorum hoc pacto † quia petitur reuocari factū cōtra, vel poſt appellationem a diffinitiua, & ab interlocutoria iudicis officio, vt per Deci. & ſequaces in dicto c.conſuluit,& per Philip. Francū.in c.dilecti.el terzo colum. prima, vbi ante eum tradunt Hoſt.& Innocen.Butrius, Imol.& alij
59 inferentes ad practicam, non reuocantur † quando pro innouante de iure communi ex cauſa veroſimili præſumitur poſſeſſio,niſi is contra quem eſt attentatum probaret poſſeſſionem tēpore attentationis. Rota in antiquis deciſ.89.Dec. in conſi.103.not.in c.cum teneamur. extra de appella. Ioan. Monac in c.cupientes.in §. qđ ſi per viginti. nu. 137.extra de elec.in 6.& ſufficit probare poſſeſſionem, ſeu ſimplicem ſtatum tempore appellationis interpoſitæ.Rot.deciſ.14.in nouis.Franc.in c.bonæ memoriæ.num.14.eodem tit. Anto.Nicellus in trac.de concordia gloſſarum, in glo. ſexta nu.112. vbi latè Ioan.Mon.in dicto §.qđ ſi per viginti.num.136. *Gip.* Plurimum eſt priuilegiata hæc attentatorum materia,ex his quæ adducis ò Butigerie magiſter. *Buti.* Plura profecto, eſt
60 etenim attentatum magis priuilegiatum interdicto vnde vi,
61 quod interdictum plura etiam habet priuilegia † in eo hercle obſtat exceptio alterius ſpoliationis,ſed non in hoc attētatorum iudicio,ad Dec.in conſi.200.col.fin.late per Philip. Franc.in c.bonæ memoriæ.in ſecunda colum.in verſi.3.4.& 5.& ibi Card.Alexan.Marant.in Specu.in tit.de appell.num.
62 393. & in interdicto. † Vnde vi obſtat exceptio defectus proprietatis, & de non iure petentis reſtitui opponitur, quæ in hoc non opponuntur,vt per Franc. in dicto c. bonæ memoriæ,& Card.Alexā.& ſequaces,& nouiſſime per Veſtr.in ſua prac.in dicto tit.vt lite pēd.fol.204.in verſi.& quamuis,Caſſ. deciſ.tertia in tit.de reſt ſpolia.Alex.in cōſi.99. in quinto vo
63 lu.Afflictus deciſ.353. num. 5. ideoque † quamuis cōſtet de non iure,attentata reuocantur officiò iudicis,ſed non ad in-
64 ſtātiam partis,& non † reſtituitur poſſeſſio. Rot.in nouis deciſ.14.& 348.in antiq.Affli deciſ.98.num.6. Caſſa. præallega. deciſ.3.& per Cano omnes in dicto c.bonæ memoriæ, Offi-
65 cio † etiam iudicis poſt cōcluſionem in cauſa reuocātur attētata,que aliàs nō reuocarētur,Afflic.deciſ.352.num.5.Marā.in Spec.ſexta parte principali in tit. de appel.nu. 392.394. *Gip.* Imò non reuocantur,quando conſtat de nō iure,Rota
66 dicta deciſ.14.& aliis ſupra. *Buti.* Id verum eſt † in beneficialibus,ne detur vitioſus ingreſſus,ſecus in profanis, vt ꝑ Caſſ. deciſ.3.in tit.de reſtit.ſpoliatorum,Veſtr.loco quo ſupra,vbi latè,Philip.Frā.in d.c.bonæ memoriæ.in ſecūda col.in fine, cum ſequacibus ſupra, & in interdicto vndeui agi nō poteſt cōtra ſuccedentē in re quamuis affecta vitio violētiæ,in hoc
67 autem ſic,imo (quod plus) etiam † cōtra tertium ſuccedētem non habētem cauſam à iudice,nec a parte,vt per Cardi. Alex.& Philip.Frāc.in c.bonæ memoriæ.in ſecūda col.num. 12.14.15.& in c.cum teneamur,vbi notāt oēs Canoniſtæ, extra eodem tit & per eūdem Philip. Frāc.in ſua diſputatione, quæ incipit diſputatio petitorii, & poſſeſſorii. ſub fol.23. in libro tractatuum decimooctauo.nume.22.23. vſque ad numerum 29.vbi latè.Cōtrarium tamē tenuit Didacus Couar. in tract.practi.quæſtionum.c.24.num.4.Bal. nouell.in tract. dotium,in decima parte principali quæſt.23.colum.ſecūda,
8 mò dicebam † quòd vbi viget ratio naturalis, quæ præſertim à lege vires capiat, vt de æquitate ſcripta fertur in l. bona fides ff. depoſ. & in l. fideiuſſor. §. quædam. ff. mand. ac per Bal. in Rubrica de conſtituta. pec. & Iaſ. in l. ſtipulationum. §. in facto. ff. de verb. obligatio. quærere vlterius deciſionem, nil aliud eſt, quàm oſtendere imbecillitatem intellectus, ad not. per Iaſ. in l. cum filiofamilias. numero 56. ff. de lega. primo, & Bero. in capit. potuit. numero 141. locati, quia ratio ipſa ſubrogatur loco legis l. cum ratio. ff. de bon. damna. l. fi. pro ſoc. nec meliorem teſtem, vt dixit Bald. in l. teſtium in 7. quæſtio. verſi. quomodo de teſtibus, habere valemus, quàm rerum naturam, quę nunquam mentiri voluit, vnde diſpoſitio legis aliquando reſtringitur ab ipſa naturali ratione l. quamuis. ff. de in ius voca. plura ad hoc more ſolito cumulat Marſi. in rubrica de probatio. numero mihi. 178. Sed omnis ratio naturalis, quæ iuribus, & authoritatibus etiã conſouetur, conſonat huic deciſioni, eamque totis viribus amplectendo defenſat, repellitque violentas cauillationes, quæ in ipſam præcipite ruere conabuntur, ergo &c. Videndæ ſunt itaque iſtæ rationes, quarum prima eſt contraria rationis ceſſantis argumentum, de quo in c. cum ceſſante, quandoquidem in hac materia attentatorum inſurgunt iura cõtra illum, qui offendit iudicem ius, & partem, cap. cordi. in fine, de appellatio. in 6. not. Franc. in dicto cap. non ſolùm. numero tertio. Alexand. in conſilio 99. numero 4. volum. 5. Sed hic neque iudex appellationis offendebatur; quia articulus ſuper reſtitutione poſſeſſionis aduocatæ fuerat diſiũctus, & ſegregatus ab ipſa appellatione coram dicto Iudice pendente, neque pars ipſa, quæ conſenſerat, tam in actu, aduocationis, quàm delegationis, cum volenti non fiat iniuria, neque ius, quod tunc conſiderat ſui læſionem, quando pars vel Iudex offendi poteſt, vt colligitur ex not. in dicto cap. non ſolùm, ergo &c. Secunda ea eſt, quam dixi, ſi Reuerendiſſimus Dominus euocando non attentat, quomodo poteſt delegatus ratione dictæ delegationis, & commiſſionis ſibi factæ attentare, repugnaret hæc deciſio, igitur &c.

Source : BIU Cujas

9 tur &c. l.vbi repugnantia.de regul. iur. Tertia † si iudex appellationis cognouisset articulum dictę possessionis,vtique non attentasset, igitur neque alius iudex, qui in dicto arti- repræsentat iudicem appellationis: non enim est iudicandum de eo,tanquam de alio iudice,sed tanquam de eodem Iudice appellationis, in ea tamen parte causæ, quam placuit Reuerendissimo Domino separare, & alteri demandare, ex quo fieri videtur continuatio iudicij, ad not. in l. secunda. vbi Riminal. C. de eden. iunctis his quæ superius
10 dicta sunt. Quarta † attentata lite pendente, vel appellatione pendente reuocantur, quando non affuit consensus petentis reuocationem attentatorum, & ego in ista materia, diuersis locis pertractata, nunquam reperij, quòd attentatorum reuocatio concederetur, quando vtriusque partis in attentando adfuerit consensus. Et hoc habet rationem. Nam dato, quòd offendi possit iurisdictio iudicis appellationis, profectò talis offensio non consideratur, nisi respectu interesse partis, quòd est effectus potius iudicis, & licèt iudex ex officio aliquando reuocare possit attentata, nihilominus repugnante partium consensu frustratoria esset omnis reuocatio: quia quicquid Iudex operatur, est vel ad instantiam, vel pro interesse partis, saltem inspecto fine, qui semper in qualibet dispositione attendendus est cap.magnæ.de voto. Euerar in centur. in loco à virtute finis.Bartol.in l.prima.numero sexto.ff.de exceptio. nota scrib.in l.quarta. §.hoc autem iudicium. ff.de dam.infect.in cap.ad nostram. il secondo, de iureiuran.cum vulg. Item compensatur attentata, sicut periurium periurio, & dolus dolo, vt infra dicemus. Quocirca suadet omnis ratio naturalis, quòd ille, qui expresse consensit in Iudicem habentem desuper iurisdictionem, iuxta nota.in l.à procedente. C.de dilat.& per Felyn. in cap. suborta. numero sexto,de re iudica.& in cap.super literis. numero 34.de rescrip. non possit, quod ab eo, in quem consensit, factum fuit, petere, vt reuocetur in viam attentatorum, ei enim replicari semper poterit, quare consensisti, dicto cap.scienti, & regula. damnum, quod quis sua culpa sensit, de regu.iur. in sexto. Cum præsertim habeat ordinarium appellationis remedium, si se grauatum esse sentiat, quod cessare debet extraordinarium l.in causæ. ff. de minor. Quandoquidem iustitiæ semita electa, & ante posita, tacite remedio attentatorum, comparendo coram alio iudice ad obtinendam iustitiam renunciatum esse videbatur.cap.directę. de appellatio. Bero. quæst.131. numero tertio, in fin.Guid.Papa in præallega. singul. 609. cum simil. si Iudex ergo habet iurisdictionem, si causa est separata à Rota, si in eum consenserimus impossibile ammodo est reuocare, quod factum fuit à Reuerendissimo Domino,& à Domino Regente in viam
11 attentatorum.Quinta ratio est Nam † si contra me,qui toties coram Vicelegato, & deinde coram Domino Regente comparui, lata esset sententia, quæ possessionem tibi restituisset, nempe ego, vel procurator meus non posset petere reuocationem dictæ sententiæ, vel actorum, allegando se attentasse, & sic deliquisse; quia non licet detegere turpitudinem suam,ad not.in l.nam & postea, & in l.iusiurandum.§.procurator.ff.de iureiurand. Bald.in l.cum profitearis.de reuoc.donat.latè Vital.Camb.in tracta.clausularum, pag. mihi 388.numero primo cum sequen. Ita neque tu, qui pariter (consentiendo) attentaueris, poteras petere in viam attentatorum reuocationem eorum, quæ facta sunt coram D.Vicelegato, & successiuè coram Domino Regente; quia sic videreris detegere tuam turpitudinem per reg. quòd in iudicio per actorem & reum seruari debet æqualitas,vulg.l.fina.C.de fruct.& lit.expens.cap. non debet.de regul.iuris.in sexto. Vltima ratio est: quia non potest negari, vt superius dicebam, quòd sicut ego attentassem comparendo coram alio iudice pendente appellatione in Rota, itidem & tu attentaueris consentiędo in dictum Iudicem, & non appellando, seu protestando in ostensionem dissensus, & sic vterque in eodem facto, & coram eisdem iudicibus, si attentauerimus eodem ferè tempore deliquisse attentando videmur, sed in pari delictò mutua compensatione vna pars alterum imputare nequit l.si duo.ff.de dol.l. fina.§.quòd si stipulator. ff. de eo, per quem factum l. cum proponas. la seconda vbi not. C. de pact. Mathes. singu.50. Bald. in capit. peruenit. numero tertio,de iureiurand.ergo omnino cessabat propositum attentatorum remedium, sicut etiam cessaret periurium, iuxta not.in l. si quis maior. C.de transactio. cum concordan. Non obstant modo ea, quæ adducis in contrarium. Et primò, quòd nulla est tributa iurisdictio Domino Regenti, ex quo causa ei erat delegata sub conditione, si de re iudicata ad fauorem mei cō-
stitisset, de qua (vt supponis) minime apparet. Respondeo enim primo, quòd tempore quo dominus Regens sententiam tulit, apparebat de re iudica.& possessio mihi erat relaxanda ex dispositione. l. fina. C de edic. diui Adria. tollen. in cuius remedio non admittitur appellatio, vt ibi per nouissimos Corrig. stante maxime sententia Donati, in qua erat declarata appellatio nulla, & appellatio ab ipsa declaratione deserta, vnde omnino sententia Donati mittenda erat executioni, vt disponit statutum sub Rubrica,de appel lat. §. & si victus. & nescio quo nam pacto aliter tunc iudicari potuisset, vt infra dicam, amplectendo caput iustitiæ. Nam quamuis sententia Donati fuerit postea reuocata per viam attentatorum,vt dicis,tamen tunc non erat reuocata, & in meam hanc concurrit sententiam celeberrimus Iureconsultus D. Leonardus Columbinus patritius Senensis vir magnæ scientiæ,hacque nostra tempestate inter cęteros legum interpretes famosissimus,qui his meis rationibus dū meritissimè locum iudicandi Bononiæ tenuit aduersus tuos D.Ludouicum Frontorium de Cento, Ioannem Baptistam Sanctucium Lucensem, & Christophorum de Iudicibus collegas miraque cum prudentia,ac doctrina inuehit, opiniones eorum in hac re veritati repugnantes refutando, & deprimendo, vt quam facillime, quicunque hæc argumenta, & rationes inspecturus iudicium promere poterit. Secundò respondeo, quòd † si non erat tributa iurisdi-
12 ctio Domino Regenti, ex quo nulla extaret res iudicata, debebat opponi per modum exceptionis, antequam fieret contestatio litis,& iudex procederet ad vlteriora,ad no. per Felyn.in cap.ad audientiam nume.17.versic. literæ ad lites, de rescript.Sed in casu isto non fuerat oppositum non extare rem iudicatam ad elidendum iurisdictionem,sed ad consequendum,ne possessio tribueretur, vel relaxaretur mihi, & dato quòd esset oppositum ad annullandam iurisdictionem ipsius,non fuerat appellatum à processu ad vlteriora, imo expresse in eiusdem Domini Regētis iurisdictionem, vt quidem facere potuerimus, consensimus, per text.in dicta l.si conuenerit ff.de iurisdictio.om.iudic.& ex alijs quæ superius dixi,ergo illa conditio,si de re iudicata constiterit, nullam eidem abstulit iurisdictionem, quominus legitime sententiam ferre potuerit, vel quo minus eidem conferetur pure data, & concessa iurisdictio. Tertiò respondeo, quòd illa verba,constito de re iudic.vel si constiterit, apposita in rescriptis ad lites non faciunt conditionem, sed monitionē quandam,quod secus est in gratiosis,ad not.per Bald.in l.fi. numero octauo.C.si contra ius, vel vtil.publi. & latius per eum in l. non dubium. num.13. versic.iuxta hoc quæro.C. de legib.Guid.Pap.quæst.70.& Bonifac.Vital.in tract.claus. sub clausula si preces veritate nitantur, pagina.40. num.5. sed rescripta huiusmodi directa domino Regenti erant ad dirimendam hanc litem super possessione restituenda,& sic super iustitia partium, igitur non poterant importare conditionem,sed monitionem, quam si minimè dictus Dominus Regens attendere voluisset.iniuste fecisset,sed non propterea caruisset iurisdictione.Quartò & vltimò respondeo, quòd in commissione data Domino Regenti aderant ista verba, constito de re iudicata, vel aliàs &c.adeo quòd non erat restrictum mandatum ad rem iudicatam solummodo sed ad omnem aliam causam, quæ animum Iudicis mouere potuisset,vt de dicta clausula vel aliàs &c.latissimè interpretanda dixerunt DD. de Rota in decisio. 12. sub titulo de præben.in antiq.nu.5. & 6. pagina mihi secundùm nouam impressionem 102. Resident enim in animo Iudicis rationes quæ ad ita sentiendum ipsum inducunt, inquit Franc. in cap.dilecto.quæstio.55.num.134.de appellatio. & ideo siue ex eo quòd sibi constiterit de re iudic. siue ex alia ratione motus fuerit: cum ex omnibus iurisdictionem habuerit, non est quærendum, sed solùm in causa appellationis videndum erat,an bene,vel male fuerit iudicatum,ea enim quæ in animo consistunt,plus facti quàm iuris habent. Bartol.in l.pro hærede.in fin.ff.de acquiren.hæred. Vnde per signa,& rationes colligitur. Bald. in cap. dudum. el secondo numero tertio,de electio.& plura congessit Plat. in §.pauonum.numero 34.Institu.de rer. diuisi. Idcirco motiua animi Domini Regentis, tàm in cognoscendo, quàm in iudicando, vt infra etiam subijciam, non poterant nisi ignorari, & ideo desuper non poterat fieri aliquod solidum fundamentum ad infringendum eius iurisdictionem, vel sententiam,cum nulla esset expressa causa iuxta not.in c. quoniam contra.de probat.& latè per Franc.in dicto c. dilecto. num.154.&155.cum simil. Non obstat etiam quòd sententia Donati,quæ transierat in iudicium,reuocata fuerit tanquam attentatum,& sic quòd sublato fundamento,in quo

poterat

Source : BIU Cujas

poterat conſiſtere reſtitutio poſſeſſionis faciẽda, mihi corruerit etiam ſententia D. Regentis. Nam præter reſponſiones, de quibus ſupra in tertia, & quarta parte, duobus modis reſpondeo. Primò, quòd latæ ſententiæ à Domino Regente, ſententia Donati non erat reuocata, & eſtò quòd eſſet reuocata, tamen Dominus Regens potuerat, ex quo nulla erat expreſſa cauſa in ſententia ideo moueri; quia à ſententia Iordani declarantis me immittendum in poſſeſſionem non licebat appellare, & ſic (vt dixi) ex alio fundamento, quàm ex ſententia Donati, & quamuis ex tali fundamento ſententia eius eſſet iniqua, tñ non erat attentatum, & ad eradicandam dictam iniquitatem, pars grauata poterat appellare, vt dicit Angel. in l. Ciues. C. de appellatio. & diſcurrit Franc. in dicto numero 163. in fi. de ap-
13 pellatio. Secundò reſpondeo, quòd † ſi hæc vera eſſent, quę adducuntur ad fauorem tui, poteſt inferri (vt iam dixi) quòd Regens male iudicaſſet, & quòd iniuſtitiam fecerit, reſtituendo poſſeſſionem interim pendente appellatione, & ſine aliquo legitimo argumento, non autem quòd attẽtaſſet, ex diuerſis enim in his terminis nõ poterat fieri illa-
14 tio, vulg. l. Papinia. exuli. ff. de mino. Non obſtat, quòd † licèt Vicelegatus, & Regens ab eo delegatus non attentauerint, tamen attentauit pars adeundo ipſum Reuerendiſſ. D. Vicelegatum, & inſtando committi cauſam Domino Regenti pendente appellatione in Rota, & ſic quòd ſaltem reſpectu partis erat attentatum. Quoniam vltra reſponſiones traditas ſupra in quinta parte, dico nemini ibi eſſe vetitum adire ſuperiorem, ſed permiſſum eſt, & licitum, vt per plura ſupponit Franc. in cap. vt debitus, numero 34. 35. 36. & 37. hoc quæ manifeſtãt ibi omnes, de appellationib. & paſſim legitur apud ſcribentes, nec vnquam inuenitur præcluſus aditus ad ſuperiorem, ad not. in authent. quæ ſupplicatio. C. de prec. imper. offer. & in l. præfecti prætoris. ff. de minor. cum ſimil. Ideoque tale attentatum nuncupari poteſt, tanquam licitum, cum licite attentata (vt dixi) non reuocentur, per ea quæ not. Vital. in eius tracta. ſub clauſula. nil noua numero nono, & Franc. in dicto cap. non ſolùm. numero nono, prope finem non eſſe in conſideratione, nec cõnumeranda inter attentata, vt latius ſupra habes in quinta parte. Hinc ergo eſt, quòd qui principi ſupplicat, per ſolam impetrationem non incidit in pœnam. l. ſi quis maior, vt ibi per omnes. C. de tranſactio. & eſt tex. in l. libertus aduerſus patronum. la ſecunda. ff. de in ius voca. aliàs indirectè tolleretur ſuprema poteſtas, in cuius arbi-
15 trio reſidet (ſi velit) petita concedere, vel negare, ſi † itaque annuant, & conceſſa laborent vitio obreptionis, vel ſubreptionis, ob quas præſumatur, vel inferatur ad contrariam principum intentionem, vt per Rot. in deciſi. 379. in antiq. & Staf. in ſecunda part. pagi. 141. ac Caſſad. in deciſio. prima, & ſeptima, de reſcript. cum pluribus ſimil. quis dubitat, vt ſupra de ipſo ſuperiore, & eius delegato dixi, quòd ſicut pars non attentauit adeundo ipſum, & inſtando committi articulum poſſeſſionis reſtituendæ, ita etiam ñon attentauit ſcripto obtento comparẽdo ad effectum prædictum coram dicto Iudice delegato petendo ſibi relaxari poſſeſſionem aduocatam, effectus enim debet ſuæ cauſæ commenſurari l. cancellauerat. ff. de his quæ in teſtamen. dele. & ita fit locus his, quæ adduxi, quòd ſuperior parte petente poteſt euocare ad ſe poſſeſſionem, & quòd iuriſdictio ſuperioris ad eum fluit, & refluit, ſicut aqua maris, & quòd ſi poſt factam delegationem cauſæ in Regente partes adiuiſſent Rotam, altera inuita, tunc magis attentaſſent, ac aliis, de quibus ſupra, quæ etiam ſub compendio longum eſſet recenſere. Secundò reſpondeo, quòd dato quòd eſſet attentatum reſpectu partis, tamen tollitur, quia tu cõſenſiſti aduocationi poſſeſſionis, non appellando, item in iuriſdictionem Domini Regentis patiendo, & expreſſe cõtentiendo ab eo cognoſci articulum ſibi delegatum à ſuperiore, volenti enim (vt dixi) non fit iniuria. Neque huic ſententiæ refragabatur, quòd prædicta fieri nequirent in præiudicium Domini à procuratore, quia eſt erroneum & falſum, per ea quæ not. in capitulo interpoſita. vbi Fran. de appellatio. Quandoquidem ſtante facto ſuperioris de ſcripto, in quo patet, quòd tacite, & expreſſe conſenſum eſt, pluribus modis attentatis, ſi attentata dici queunt, non erat ambigendum, an procurator tuus coram Reuerendiſſimo Domino Vicelegato, & eius delegato potuerit præiudicare Domino, vt perbelle declarauit Caſſad. in propoſito deciſio. tertia, ſub titulo de reſcript. faciunt not. per Curt. in l. pactum curatoris. numero 13. C. de pact. Bellamera in deciſi. 137. Marſ. ſingul. 186. & dixi ſupra in quarta par-
16 te. Nec † item reſiſtebat aliqua ſubreptio, vel obreptio, tum propter conſenſum partis non opponentis, vel non reclamantis. ad not. in dicto cap. ad audientiam, & in dicto cap. cæterùm, vbi Felyn. de reſcript. tum quia in vltimo reſcripto tribuenti iuriſdictionem D. Regenti, omnia prorſus narrata fuerant, maximè per præinſertionem reſcripti obtenti pro parte tua, in quo dictus articulus poſſeſſionis reſtituendæ committebatur Rotæ. Ita quòd ceſſabat omnis prætenſio obreptionis, vel ſubreptionis, ad Rot. in deciſ. ſexta, de reſcript. in nou. ac. 7. & 18. in antiq. & per ſcrib. in dicto cap. cæterùm. cum concordan. de quibus per Caſſad.
17 in deciſi. prima de reſcript. Vltimò † non repugnat id, quod ex ſolita vigilantia tui D. Ludouici Frontorij de Cento adinuentum non permiſit, vt venires in ſententiam meam, dum dicebam, vltra præmiſſa, ñõ eſſe in hac cauſa aliquod attentatum inter partes coram Iudice à quo, de quorum genere loquuntur ſcribentes, & ideo quòd litis finis à partibus expectandus eſſet, iux. doctrinam Ioan. Mona. in cap. cupientes. in §. quod ſi per viginti, num. 147. de electio. in 6. poſtquàm à tertio Iudice hæc poſſeſſio tradita reperiebatur. Nam ad tui fauorem allegat Ioan. And. in dicto ca. non ſolùm. num. 7. propè finem, de appella. in 6. vbi Ioan. Andr. diſtinguendo dicit, quòd aut tertius iudex fundat ſe ſuper ſententia, à qua pendet appellatio, & ſic ſumit cauſam à Iudice pronunciante, & tunc factum à tertio iudice venit reuocandum per modum attentati, vt per gloſ. in dicto cap. non ſolùm. in verbo reducendum, verſi. hæc tamen omnia, de appellatio. in 6. aut verò non ſumit cauſam à ſententia dicti Iudicis, ſed aliunde, & tunc executio, vel factum appellatione pendente non reuocatur per modum attentati, ad cuius auxilium addidi Bald. Nouel. in tracta. dot. par. 12. quæſt. 23. num. 69. verſ. nec obſtat, quod habetur, pagina mihi 100. Sed Dominus Regens ſumpſit fundamẽta à ſententijs latis, à quibus pendebat appellatio inter eaſdem partes; quia exequutus eſt ſententiam Domini Iordani declarantis me Butigerium immittendum eſſe in poſſeſſionem bonorum petitorũ, ergo licet eſſet tertius Iudex, tamen quod
18 ab ipſo factum fuerat retractari debebat tanquam attentatum, nec erat expectandus finis cauſæ. † Sed reſpondeo pluribus, & primò ſupponendo communem omnium ferè ſententiam de nouatione à tertio Iudice nullo pacto reuocanda, vt dicit celebris glo. ſuper verbo reducendum, in dicto cap. non ſolùm. de appellat. in ſexto, & gloſ. in l. creditor. ſuper verbo, non poſſe. ff. manda. Panorm. in c. pro illorum, colum. 3. de præben. & in c. bonæ. colum. antepen. de appella. Felyn. in c. cum ſuper. de re iudic. quòd Dominus Regens tertius Iudex potuit fundare ſententiam ſuam in pluribus, vt ſupra oſtendimus, fundamẽtis, ergo cum ignorantur motiua Iudicis, non eſt capiẽda interpretatio, quòd ipſe ſumpſerit cauſam, vel fomentum ab illa ſententia, vel in ea ſe fundauerit, à qua pendebat appellatio; nam ſi talis fieret coniectura, ſententia Regentis reuocaretur tanquam attentatum, ſi verò aliunde motum dicamus, valet actus, & euitatur attentatum, igitur non ex ſententijs à quibus pendebat appellatio, ſed ex aliis iuris argumentis, & cauſarum figuris pronunciaſſe omnimodo in dubio cenſeri debet, vulg. l. quoties. ff. de rebus dub. & l. quoties. ff. de verbo. obligatio. cap. abbate ſanè, vbi gloſ de verbo. ſignificatio. præcipuè ne incidatur in attentatum. l. meritò. ff. pro ſoc. Marſ. in l. prima, nume. 68. folio quarto. C. ad leg. Cornel. de ſicar. cum vulga. Et eo magis, quòd ex actis colligebatur, Dominum Regentem principaliter conſideraſſe rem iudicatam ad fauorem mei, & ex ea principaliter fuiſſe motum, cum nomine meo nunquam fuerit aditus Reuerendiſſimus Dominus Vicelegatus ad effectum, quòd mihi reſtitueret poſſeſſionem aduocatam, niſi poſtquam Rota declarauerat appellationem à ſententia Donati fuiſſe deſertam, igitur ſicut fuit iſtud ſcutum meum ad petendum reſtitutionem dictæ poſſeſſionis aduocatæ, ita veroſimiliter eſſe debuit motiuum, & argumentum, propter quod Dominus Regens, cui cauſa (vt dixi) fuerat delegata, poſſeſſionem reſtituerit mihi, ſtante maximè diſpoſitione dicti ſtatuti ſub Rubrica, de appellatio. in §. & ſi victus, ſi hæc igitur fuerant fundamenta intentionis D. Regentis, qui vidit ſententiam declarantem appellationem à ſententia Iordani nullam, & aliam, quæ in rem iudicatam pertranſiſſet prædictã ſententiam Donati pariter oſtendebat, & ſic nullam ſupereſſe appellationem, quæ executionem impedire poſſet, nẽpè non ſumpſit cauſam ab aliqua ſententia, à qua penderet appellatio, propter cuius appellationis pendentiam tertius videretur attẽtare, cum ſi ipſemet Regens fuiſſet Iudex à quo erat appellatum, conſtito de deſertione appellationis, pronunciando q̃ ego immitterer in poſſeſſionem,

non

Source : BIU Cujas

non attentaſſet: vt per Franc. in c. Romana. §. cum autem. nume. 3. de appellat. in ſexto, & in cap. ex ratione. in fine, & latius per omnes in cap. conſtitutus, de appellat, extra, ſi itaque argumentum aliunde captum fuit, & capi potuit, vt pòte ab ipſa re iudicata, proculdubio quod fecit Dominus Regens tanquam tertius non poterat dici attentatum, & conſequenter expectandus erat euentus litis eiuſdem negocij principalis ſecundum Ioan. Monac. in dicto ca. cupientes. num. 147.

19 Secundò reſpondeo, ꝙ doctrina Ioann. Andr. procedit, quãdo eſt appellatum a ſententia, à qua tertius Iudex ſumpſit fundamenta, & poteſt appellari, ſecus verò quando de iure communi non poteſt appellari, ut declarando gloſ. ſub verbo caſibus, in dicto cap. non ſolùm. optime diſtinxit Gemin. ibidem num. 10. verſic. tu ſolue: nam tunc attentatum coram Iudice à quo non reuocatur. Guid. Papæ ſingul. 609. verſic. primò quia pagina 78. & pulchre modernus Didac. in tract. quæſt. practicarum ſub c. 23. num. quarto, verſi. 7. pagina 185. & clarius in verſi. 7. nume. 7. fol. 169. ſed de iure communi à ſententia lata ex remedio l. fin. C. de edict. diu. Adr. tollen. nõ licet appellare, ad no. in ea. l. fin. & quæ infra ſubiicio, idcirco factum, ſeu declaratum à tertio Iudice ſumente argumentum à cauſa à qua erat appellatum, ſed non poterat appellari, non debebat conſiderare tanquam attentatum, & ideo multo minus vti attentatum à tertio reuocari poterat, & ſic eſto, quòd ſe fundaſſet in ſententia Iordani, & quòd ab ea aliqua ex cauſa accidentali poſſet appellari, cum regulariter nequiret, nec ſuſpenderet appellatio, obiectum nihil pœnitus faciebat. Tertiò dico, quòd Ioan. Andr. & Gemin. non ſupponunt, quòd ab ipſa cauſa appellationis eſſet diuiſus articulus in eadem cauſa emergẽs ſuper poſſeſſorio rei, de qua agebatur, & quòd facta ſegregatione idem articulus ex certa ſciẽtia ſuperioris poteſtatem habentis alteri iudici demandatus fuerit, quemadmodum ſuperius oſtendi, contigiſſe in cauſa, immo pro comperto, & liquido habent, quòd penderet appellatio coram iudice ad quem, & quòd in dicta cauſa appellationis nullus ſuperior manum miecciſſet eam euocando, vel diuidendo, ſed quòd ordinarius poteſtate eius ordinaria, & non demandata executus eſſet ſententiam, à qua erat appellatum, igitur cuꝫ cauſa iſta in terminis ſuis ſit apertiſſime diuerſa, locum ſibi vendicant, quæ ſupra ſatis clare iudicio meo adducta fuerunt, & ceſſat fundamentum, cum

20 ex diuerſis nunquam poſſit fieri illatio. Hæc † enim euocatio, quæ per Reuerendiſſimum Dominum facta fuit, proprie videtur fuiſſe facta in ſummariſſimo poſſeſſorio, in quo vtraque pars durante lite aſſerit ſe poſſidere, & eſſe in ſtatu rei, poteſt ſuperior vel euocare, ſi timet, ne ſcandala inter partes oriantur, vel per ſummarias informationes cauſam decidere, vel alteri decidendam committere iuxta ea quæ tradit Paul. de Caſtr. in conſilio tertio, volum. ſecundo, & Siluan. in conſil. 27. ac Cagnol. ſuper regula, in pari. ff. de regul. iur. ſuperior enim in caſu iſto prius euocauit ad remouendum ſcandala, & deinde articulum huius poſſeſſorij deciden dum commiſit Domino Regenti. Idcirco in hac facti ſpecie aliud eſt, quòd fuerit attentatum, & aliud, quòd iniuſte iudicatum fuerit, primum quidem omnino inficior, ſecundum autem tanquam poſſibile admitto, ſed dico, quòd in dubio eſt præſumendum pro ſuperiore delegante, ac deinde pro iudicis ſententia & non contra. l. ſecunda C. de off. ciuil. iud. Bal. in l. vnica, in fin. C. ne quis in ſua cauſa. tex. in c. in noſtra. de procura. & in cap. niſi eſſent, de præben. cap. cum olim. el ſecundo, & ibi glo. antepen. de priu. & in cap. cum Ioannes. de fide inſtrum. in l. Herennius. §. Caia. ff. de euict. cap. in præſentia. de renunc. cap. cum inter, & cap. ſicut. de re iud. cum ſuis concord. Quartò & vltimò reſpondeo, quòd cui verba legis non conueniunt, non conuenit eius diſpoſitio l. 4. §. quoties. ff. de dam. infect. Alexan. in conſi. 49. colum. ſeptima, volum. quarto. Cur. in l. ſi quis maior. nume. 28. C. de tranſact. ſed docto. Ioan. Andr. non conuenit, neque adaptatur huic caſui, nedum ex proxima reſponſione, ſed etiam quia in caſu iſto ambæ partes conſenſerimus in Iudicem, ibi autem non ſolum non conſenſerunt, ſed apparebat expreſſus diſſenſus,

21 ergo, &c. Quòd † autem conſenſerimus, & per conſenſum ſublatum fuerit omnino vitium attentatorum, ſuperius oſtẽdi, & propterea ſiue à tertio, ſiue ab eodem iudice à quo partibus conſentientibus fuerit attentatum, impoſſibile eſt mea quidem ſententia, quòd retractatio dari poſſet, tanquam de attentato, quilibet enim actus, per quem infertur ad conſenſum partium, inducit renunciationem appellationis. l. ad ſolutionem. C. de re iud. cap. gratum. de offic. deleg. Rot. in deciſi. 476. in nouis. igitur multo magis expreſſus conſenſus, accedente authoritate ſuperioris. Quæ omnia ceſſant in

25 caſu Ioann. Andr. debebat enim talis conſenſus operari, ſaltem quòd legitimè & iuridice factum in procedendo non irritaretur ſummario, & priuilegiato iudicio attentatorum, ad not. per Felin. in cap. dilecti. §. quilibet. nume. tertio, verſi. geſta. de maio. & obed. Cæterùm eo libentius permaneo in opinione mea: quia delibando merita iuſtitiæ vel iniuſtitiæ, ſententiæ Domini Regentis mihi uidetur, quòd ſententia Domini Regentis ex actis coram ipſo factis non poſſet ſic de

22 facili damnari ex infraſcriptis. Paſſim † enim omnibus notorium eſt, a ſententia de immittendo in poſſeſſionem bonorum pro executione teſtamenti ex remedio l. fi. C. de edict. diui Adr. tollen. non recipi appellationem, & receptam nullam eſſe, vt per Moder. Corrig. in dicta l. fin. nume. 389. & per Ant. Nicellum in tract. de concor. glo. ſexta, fol. 28. num. 20. Bald. in conſilio 141. & in conſilio 330. volum. primo, Federic. Schen. in tract. de appellat. num. 39. fol. 13. Marant. in ſuo Specul. in titu. de appellat. num. 311. & latius per Tiraquel. more eius ſolito in tract. Lemort Saiſit Leuif. in 6. parte principali, declaratione ſexta, igitur cum ſententia prima Iordani lata eſſet ad mei fauorem ſuper immiſſione in remedio dictæ l. fin. profectò ſiue Dominus Regens fundaſſet eius ſententiam ſuper Donati ſententia declarante appellationem tuam à ſententia Iordani nullam, ſiue ſuper dicta prima ſententia Domini Camilli Iordani, iuſte ac rite lata eſſe uidetur, nam reiecta appellatione ſententia Iordani mitti poterat executioni citra vitium alicuius attentati. l. Graccus C. ad l. Iul. de adulter. idem Corrigien. ibidem nu. 395. & late Vital. ſub clauſula, nil nouari, in prima colum. nec moueor, quòd videtur Dominum Camillum Iordanum in eius ſententia amplexum eſſe petitorium, declarando in primordio illius eueniſſe caſum fideicommiſſi, & propterea daretur appellatio ſecundum limitationes traditas ad l. primam. C. ſi de mo men. poſſeſſ. quia illa verba ſcripta in ſententia, ſcilicet eueniſſe caſum fideicommiſſi &c. Sunt præambula, vt præſumũtur ordine intellectꝰ naturæ peculiari dicti poſſeſſorij, & propterea cum dictum remedium communi voto ſcribentium fideicommiſſario competat, vt late per omnes in dicta l. fin. & ibi Vber. Zuchard. num. 174. & 183. & Curt. num. 45. Dec. Alexan. & alij, nempe talis declaratio vel debebat expreſſe fieri in ſententia, vel ad hoc, vt daretur dicta immiſſio, ſub intelligi ad fauorem fideicommiſſarij, vt perbelle docuit dictus Zuchar. in dicta l. fin. num. 175. & num. 185. quibus concinnunt not. per Bal. in dicta l. fin. in tertia oppoſitione & Berro. in quæſt. 91. per totam, ideoque dicta verba non videbantur alteraſſe naturam poſſeſſorij ita priuilegiati, ad not. per Iaſ. in l. naturaliter. in §. nihil commune. num. 154. de acquir. poſſeſſ. Cum maxime in petitorio lis conteſtata non fuiſſet, ſe ſolum ſuper dicto poſſeſſorio, ad Bal. in l. ante ſententiam. in ſecunda colum. C. de ſent. & interlocu. omnium iud. Nec obſtabat condemnatio poſſeſſionis & fructuum, quoniam

23 licèt appellatio operetur propter adiunctum etiam reſpectu poſſeſſorij priuilegiati, dicebam, quòd Dominus Regens potuit ſequi opin. illorum, qui tenuerunt appellationem à tali ſententia lata in poſſeſſorio reſpectu fructuum deuoluere, & ſuſpendere, ſed reſpectu poſſeſſorij deuoluere tamen, ſed non ſuſpendere, ad not. per Cagnol. in reg. in pari. num. ſexto, & ſeptimo, de regul. iur. Nicel. in dicto tract. de concordia gl. in glo. ſexta, moderatione 29. nume. 34. Afflict. deciſi. 77. & 269. Iaſ. qui contrariam ſententiam ſequitur, & conſil. 187. volum. ſecundo. Marant. in titu. de appellat. nume. 294. pagina mihi 625. nume. 301. Rurſus dico quòd illa condemnatio fructuum fuit facta à Iudice, abſque eo quòd pars in libello petiiſſet condemnari niſi ad ſimplicem rei fideicommiſſo ſubiectæ reſtitutionem, idcirco ſatis poterat dubitari, an reſpectu dictæ partis fructuum eſſet nulla: cum nulla ſit ſententia, quæ non eſt conformis libello. l. ut fundus. ff. comm. diuidun. cap. licet Heli. de ſimo. Imol. in Clemen. ſæpe. nume. quarto, de verborum ſignificatione. cum vulgar. igitur ſi quò ad illam partem fuiſſet nulla, non præſtitiſſet impedimentum, quominus ſententia de immittendo mandaretur executioni. cap. non præſtat. de regul. iur. in ſexto, l. quarta. §. condemnatum. de re iud. cum ſimilibus.

24 Potuit etiam placere Domino Regenti illa opinio, quam ample refert Tiraquel. in dicto tract. le mort ſaiſit leuif. in ſexta parte ſub. 6. declar. num. 4. vbi inquit, quòd quando ab huiuſmodi poſſeſſorij appellatur, tunc appellatio recipitur, ſi cauſæ ſint expreſſæ, & idem dicit practicus Papien. ſub form. lib. ab interloc. §. in his ſcriptis, num. 5. verſic. de iure quæritur, ſed in iſta appellatione cauſæ non erant expreſſæ, ergo &c. Quicquid dicat Franc. in cap. Romana. §. fin autem. in fin. de appellat. in ſexto. Ioan. Mona. in dicto cap. Roma-

25 na. num. 13. Excuſari † ergo, & ſuſtineri poteſt dicta ſententia Dom. Regentis ex præmiſſis authoritatibus, quibus ac-

Source : BIU Cujas

cedit Zucchar. in d.l.fin.nume.395.vbi dicit, quòd non reuocatur executio ſententiæ per uiam attentati in remedio d.legis, quando cauſæ non ſunt expreſſæ in appellatione, & concordantes citat, Marant. in Specul.aur. in titulo de appellat. fol.mi.585.num.143.& addentes ad Capell. Toloſ. in deciſi. vlt. Hiſque veris exiſtentibus non obſtitiſſet ſtatutum Bon. permittens ſemel appellari, cum non vendicet ſibi locum in poſſeſſorio ita priuilegiato, ſicut oſtendit Bero. in ſuis quæſt.44.& Dec. in conſi.5. Sed eo maximè iuſtè tunc videtur potuiſſe tradere poſſeſſionem euocatam mihi, quia appellatio à ſententia Iordani fuerat declarata nulla per ſententiam Donati, & ſententia Donati tranſierat in rem iudicatam, igitur nulla exiſtente appellatione, nihil tunc refragabatur, quod impediret petitam reſtitutionem poſſeſſionis ad clarum ſtatutum, ſub Rubrica de appellat. §. & ſi victus.

SVMMARIVM.

1 *Exortus articulus in cauſa appellationis alteri præter iudicem appellationis demandatus, ob appellationis pendentiam non reuocatur per viam attentati.*
2 *De ratione fundamentali gloſſæ cap.non ſolum.in verbo, nec tamen omnia.de app.in 6.circa caſum electionis appellatione pendente factæ, latè hic habes.*
3 *De eadem materia, & differentijs decem a caſu poſſeſſorij Regentis ſententiæ.*
4 *De declaratione gloſſæ, & Doct.Ioannis Andreæ in dicto c. non ſolum. de appell.in 6.pulchre.*
5 *Pro reuocatione attentatorum idem operatur terminus ad appellandum, quòd ipſa appellationis pendentia.*
6 *Regula fallit in cauſis capitalibus, in quibus ob pendentiam termini nõ reuocantur attentata.*
7 *Gloſ. legis primæ. ff. nil nouari appellatione pendente non procedit in criminalibus.*
8 *Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia ſuper notorio crimine.*
9 *Pro conuicto, vel confeſſo de crimine non reuocantur attentata.*
10 *Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia lata ſuper crimine falſæ monetæ.*
11 *Non reuocantur poſt appellationem à ſententia lata in crimine raptus virginis.*
12 *Non reuocantur pro famoſo latrone.*
13 *Idem in ſeditioſo, concitatore, & factionis authore, pro quibus appellatione pendente non reuocantur attentata.*
14 *Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia lata in crimine læſæ maieſtatis.*
15 *Non reuocantur in crimine ſimoniæ.*
16 *Attentata non reuocantur in crimine hæreſis.*
17 *Non reuocantur poſt appellationem interpoſitam à pœna legis.*
18 *Non reuocantur poſt appellationem à ſententia legis.*
19 *Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia ſuper debito fiſcali.*
20 *Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia lata contra officialem condemnatum à ſuo iudice.*
21 *Non reuocantur poſt appellationem à ſententia ſindicatus.*
22 *Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia ſuper decima.*
23 *Non reuocantur poſt appellationem à ſententia ſuper mero poſſeſſorio.*
24 *A quibus poſſeſſorijs detur appellatio.*
25 *Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia lata per iudicem ſecundum conſcientiam ſuam.*
26 *Attentata non reuocãtur poſt appellationem generaliter interpoſitam ab omni grauamine.*
27 *Non reuocantur poſt appellationem à ſententia ipſo iure nulla.*
28 *Non reuocantur poſt appellationem à ſententia ſuper iuramento in litem.*
29 *Attentata non reuocantur poſt appellationis renunciationem.*
30 *Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia correctionis.*
31 *Non reuocantur poſt appellationem à ſententia ſuper iuramento deciſiuo.*
32 *In minimis attentata non reuocantur.*
32 *Non reuocantur poſt appellationem a ſententia ſuper munere publico.*
34 *Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia lata in remedio l.fin.C.de edicto Diu.Adr.toll.*
35 *Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia ſuper pignoris reſtitutione.*
36 *Non reuocantur poſt appellationem à ſententia reuocatoria locationis factæ ab aliquibus canonicis, ſine conſenſu Capituli.*
37 *Non reuocantur poſt appellationem à ſententia ſuper interdicto de non celebrando diuina.*
38 *Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia ſuper crimine barataria.*
39 *Non reuocantur poſt appellationem alternatiuè interpoſitam.*
40 *Attentata non reuocantur poſt appellationem à futuro grauamine interpoſitam,*
41 *Attentata non reuocantur poſt appellationem à iudice à quo interiectam.*
42 *Non reuocantur poſt appellationem, in qua apoſtoli non ſunt petiti.*
43 *Non reuocantur poſt appellationem, in qua non eſt expreſsa ſententiæ qualitas.*
44 *Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia Senatoris.*
45 *Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia per laicum interpoſitam ad iudicem eccleſiaſticum.*
46 *Non reuocantur poſt appellationem à præcepto ſuperioris.*
47 *Non reuocantur poſt appellationem à ſententia ſuper cautione damni infecti.*
48 *Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia lata inter patrem & filium.*
49 *Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia, contra quam non admittitur probatio in contrarium.*
50 *Attentata non reuocantur poſt appellationem à contractu.*
51 *Idem poſt appellationem à tranſactione non reuocantur attentata.*
52 *Non reuocantur poſt appellationem à ſententia de aliquid præſtando debito ex curſu naturæ.*
53 *Non reuocantur poſt appellationem à ſententia lata ſuper alimentis.*
54 *Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia, cuius retardatio in executione periculum allatura eſt.*
55 *Attentata regulariter non reuocantur poſt appellationem extraiudicialem.*
56 *Attentata non reuocantur poſt appellationem in arbitrarijs à ſententia lata poſt primam tranſactam in iudicatum.*
57 *Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia ſortis.*
58 *Non reuocantur poſt appellationem interpoſitam coram alio iudice præter iudicem à quo.*
59 *Non reuocatur pro doloſo appellante.*
60 *Non reuocantur, vbi ſunt in appellatione omiſſæ cauſæ in caſibus, quibus appellans cauſas exprimere tenetur.*
61 *Non reuocantur in appellatione interpoſita poſt tempus datum ad appellandum.*
62 *An decendium locum habeat in criminalibus, ſicut in ciuilibus.*
63 *Non reuocantur poſt appellationem a tribus conformibus.*
64 *Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia præfecti prætorij.*
65 *Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia Regis, ſeu Principis.*
66 *Pro appellante vero contumace non reuocantur attentata.*
67 *Sententia, quæ in iudicatum tranſiuit, reuocatur per modum attentati pendente reſtitutionis articulo ad appellationem omiſſam interponendum.*
68 *Attentata non reuocantur poſt inhibitionem etiam in appellatione à diffinitiua tranſacto decendio interpoſita.*
69 *Non reuocantur attentata poſt appellationem à ſententia arbitratoris,*
70 *Idem poſt appellationem à ſententia arbitri attentata non reuocantur.*
71 *Non reuocantur poſt appellationem à ſententia lata contra officialem in officio condemnatum.*
72 *Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia ſuper reductione ad arbitrium boni viri.*
73 *Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia lata de ſapientis conſilio.*
74 *In omnibus caſibus, quibus non eſt licitum appellare, attentata non reuocantur.*
75 *Fallit in omnibus caſibus a iure prohibitis, quando eſſet inhibitum poſt appellationem à diffinitiua.*
76 *In appellatione ab interlocutoria non reuocantur attentata poſt delationem appellationis factę per iudicem à quo.*
77 *Quæ appellatione pendente innouari poſſunt, remiſſiue hic habes.*
78 *Non reuocantur etiam attentata poſt appellationem omiſſo medio ad Papam, vel ad alium ſuperiorem interpoſitam, ſtante ſtatuto, quòd ad certos iudices gradatim appelletur.*

PARS X.

Vtigerius. Audiui fundamenta Aduocati tui Domini Ludouici Frontorij, quibus puto ſupra in nona parte abunde fuiſſe reſpõſum. Sed etiam ad illius tui defenſoris confuſionem, dico quòd ſi non negetur in reſponſionibus datis per illum, quin articulus

Source : BIU Cujas

lus fuerit ſeparatus ab ipſa appellatione, ex quo orta fuit occaſio diſceptandi durante lite, quis noſtrum poſſideret, vt ſu
1 pra in nona parte nu. 10. in verſi. hæc † enim euocatio, non videtur eſſe dubium, quòd Regens non attentauerit, ſi quidem in cauſa appellationis diſputari contingeret, puta an noui teſtes ſuper eiſdem articulis recipiendi eſſent, & iſte punctus non deciſus committeretur à ſuperiore, qui id faciendi poteſtatem haberet, alicui alteri Iudici, qui Iudex talem articulum determinaret, certè non attentaret, igitur multo minus attentauit Regens, qui ſuper puncto penitus ſeparato ab ipſa appellatione, etiam poſtquam expreſsè fuerat diuiſus, & ſegregatus, iudicauerit. Non obſtat inquam doctrina glo. Ioann. Andr. & aliorum in dicto cap. non ſolùm. in §. illa verò. de appella. in ſexto. Nam inquantum pro reſponſione dicitur, ꝙ ratio fundamentalis erat attendenda, & quòd fundamentum conſiſtit in eo, quòd ſit facta executio ſententiæ, à qua pendebat appellatio. Reſpondeo primò, quòd licèt Dominus Regens iudicando, prout fecit, exprimat, ac declaret, quòd in executione ſententiæ reſtituenda ſit mihi poſſeſſio, tamen non explicat, nec declarat, ſe hæc facere in executione ſententiæ latæ à Domino Iordano, & cum tres ſententiæ in dicta cauſa latæ eſſent, nec appareat, quam ſententiam ipſe Regens executus fuerit, proculdubio procedit reſponſio, quæ data eſt in nona parte ſupra nume. decimooctauo, ſub verſicu. Sed reſpondebam pluribus &cæt. Quæ reſponſio corroboratur; quia ſtatutum ſub rubrica, de appella. in §. ſi victus vult omnino, quòd ſententia lata ſuper deſertione mittatur executioni, & ſic non mittitur executioni ſententia lata ſuper negotio principali, quæ tranſiuit in rem iudicatam, niſi in conſequentiam ſententiæ declarantis appellationem deſertam, & dato quòd ſententia lata ſuper deſertione, tanquam declaratoria non mitteretur exequutioni, dico, quòd de neceſſitate eſt, quòd Regens miſerit executioni ſententiam latam per D. Donatum; eo quia declarabatur appellatio nulla, & tradendam eſſe poſſeſſionem mihi, ſi ergo poteſt intelligi, quòd Regens in executione alterius iſtarum duarum ſententiarum coram ipſo productarum poſſeſſionem euocatam mihi reſtituerit. Quare dicere volumus, quòd ſit executus ſententiam Iordani, à qua penderet appellatio. Nec obſtat, ſi dicas, quòd in executione ſententiæ Donati reſtituendo poſſeſſionem attentauerit, cum ſententia Donati ſit attentata, videlicet lata pendente appellatione à ſententia Iordani; quia pro ſolutione dico, quòd tempore ſententiæ Regentis non conſtabat, quòd dicta ſententia Donati eſſet attentatum, quinimo ex quo declarabatur appellatio nulla, nullaque extabant attentata, iur. vulg. & ſtante dicta diſpoſitione ſtatuti in dicto §. ſi victus, non poterat peti reuocari ſententiam D. Donati per uiam attentatorum; quia contra eam denegabatur implorari officium iudicis, & conſequenter uia attentati, vt per Docto. in dicto ca. . non ſolum. de appellat. in ſexto. Et in iſto caſu ratio fundamentalis prædicta, quam in caſu Ioan. And. Gem. & ſequ. eſſe inquit D. Front. non deſeruit caſui iſto; quia ibi ſupponitur, quòd eligens tertius iudex fundet ſe ſuper depoſitione. à qua immediate pendeat appellatio. Sed in iſto caſu quamuis Regens fundaret ſe ſuper ſententia Donati. Nihilominus non attentauit; quia in ratione fundamentali aliqua non pendebat appellatio immediate a dicta ſententia Donati, ſtante deſertione appellationis ab eius ſententia interpoſita, quòd tanto magis eſt dicendum, quanto euocatio facta de poſſeſſione partibus conſentientibus fuit facta a Reuerendiſs. D. occaſione ſententiæ latæ, & executionis conceſſæ per D. Donatum, vt ex proceſſu conſtat. Igitur interpretandum eſt, quòd Regens miſerit executioni ſententiam Donati, & non ſententiam Iordani, & ſi quo pacto miſſa fuit executioni, non fuit principaliter; ſed in conſequentiam tantum, & ea quæ in conſequentiam, & non principaliter veniunt, non ſunt habenda in conſideratione, vulg. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi certum pet. & doctrina in contrarium adducta loquitur, quando principaliter illa ſententia, à qua pendebat appellatio, fuerit miſſa executioni. Igitur patet, quòd prima reſponſio data in parte nona tanquam optima reſoluit omnem difficultatem. Secundò reſpondeo, quòd quando D. Regens tulit ſententiam, non conſtabat, quòd penderet aliqua appellatio, imo apparebat de contrario, ſtante ſententia Donati, in qua erat declaratum, quòd appellatio à ſententia erat nulla, ac ſtante alia ſententia Rotæ, in qua fuerat declaratum, quòd appellatio à ſententia Donati erat deſerta, conſequenter ergo patebat, quòd ſi appellatio erat nulla, & ſententia Donati tranſiuerat in rem iudicatam, de neceſſitate non pendere aliquam appellationem à ſententia Iordani: qui enim admittit conſequens, admittit etiam ſuum neceſſarium antecedens, & quia hæc ſenſu patent. Ideo non curo vlterius elaborare. Et quamuis ſententia Donati tanquam nulla non fuiſſet attendenda, tamen obſtante textu in dicto §. & ſi victus, ſub ſtatuto de appellatione hæc nullitas non impediebat, quo minus ſententia mandaretur executioni, & licèt forſan dici poſſet, quòd imò hæc nullitas, tanquam proueniens ex defectu iuriſdictionis fuiſſet conſideranda per Dominum Regentem, vt in limitat. poſitis ad dictum §. & ſi victus, tamen reſpondeo, quòd ille textus loquitur de ſententia lata in cauſa deſertionis. Et propterea cum in dicta cauſa de iuriſdictione Rotæ, quæ tulit ſententiam in cauſa deſertionis, non dubitabatur. Igitur Regens conſiderauit, quæ erant conſideranda. Sed eſto, quòd male intellexiſſet ſtatutum in dicto. §. & ſi victus, attamen non erat iudex principaliter datus ad cognoſcendum, an ſententia Donati ſit nulla, nec tractabatur ſimpliciter de executione illius ſententiæ tantum, ſed productis illis tribus ſententijs latis ad fauorem mei, petebatur reſtitui poſſeſſionem mihi, & iſte articulus tantum, cui poſſeſſio euocata eſſet reſtituenda, fuerat commiſſus Domino Regenti, cui placuit per eius ſententiam reſtituere poſſeſſionem mihi, & tanto magis, quia coram eo nullatenus fuerat oppoſitum de nullitate ſententiæ Donati ex defectu iuriſdictionis, vnde te non opponente, ſeu tuo procuratore Regens non tenebatur ſupplere pro parte, ad not. in l prima. C. vt quæ deſunt aduocat. & in l. quarta. in §. hoc autem. de damno infecto. Verùm tamen, quòd male feciſſet, maximè quia incidenter potuiſſet cognoſcere de nullitate ſententiæ Donati, & quòd ſtante nullitate prædicta non debuiſſet mihi reſtituere poſſeſſionem. Reſpondeo, quòd male & perperam feciſſet, & quòd iniuſte, & inique iudicaſſet, ſtante appellatione, vt aiunt, & ſtante nullitate ſententiæ Donati, ſed non attentaſſet, cum non careret iuriſdictione, & in hoc verſatur punctus, & iſtud eſt, de quo conqueror. Tertiò reſpondeo, quòd aut Regens poterat cognoſcere, vtrum appellatio à ſententia Iordani viueret, aut non poterat ſtantibus ſententijs prædictis, & obſtante textu in dicto. §. & ſi victus. Si quidem poterat cognoſcere, & deſuper in hoc articulo cognoſcendi habebat iuriſdictionem, & iudicauit in dubio dicendum erat, eum iuſte iudicaſſe, vt latius in dicta nona parte, in verſiculo hæc enim euocatio, & licèt à ſententia Regentis eſſet appellatum, & appellatio inſpecto præſenti ſtatu extinguat iudicatum, & inſpecto futuro ſuſpendat, tamen quouſque retractata fuiſſet ſententia Domini Regentis per aliam ſententiam Rotæ, cui erat commiſſa cauſa appellationis, non eſt dicendum, ſi Regens poterat cognoſcere, & habebat iuriſdictionem, eumque attentaſſe ex eo, quòd executus eſſet ſententiam Iordani; quia erat prius uidendum, an bene vel male ita faciendo iudicauerit, & quamuis male iudicaſſet, & hoc eſſet notorium, non ſequitur, ut iam dictum eſt, quòd attentaſſet, debebat enim per Rotam tanquam ſuper notorio ferri in primis ſententiam in cauſa appellationis reuocatoriam ſententiæ Regentis, non autem declarari Dominum Regentem attentaſſe, poſtquam deſuper iudicandi facultatem habebat, & iſtud eſt clarius claro, aut Regens non poterat cognoſcere, ſed tanquam merus executor proceſſit propter textum in dicto §. & ſi victus, & res etiam remanet ſine difficultate, cum tunc non ſit executus ſententiam, à qua pendeat appellatio, quinimo, & quod plus eſt, dato quòd ſententia Donati fuiſſet attentatum, nihilominus Regens potuiſſet eam exequi, cum dicta ſententia tacitè fuerit confirmata per ſententiam Rotæ, ut per Ioann. de Imol. in Clement. ut calumnijs. in quinta notabili, de re iudic. in ſexto, qui multum facit ad propoſitum, & ſi potuit exequi, non attentauit; quia quod fit l. permittente in nullam cadit pœnam, & conſequenter in vitium attentati, argum. l. Graccus. C. ad l. Iul. de adult. vt aliàs dixi. Quartò, & vltimò reſpon-
2 deo, quòd † ratio fundamentalis glo. & Doctorum in dicto cap. non ſolùm. militat in caſu, in quo gloſ. & Ioann. Andr. ſunt loquuti, & etiam militare poſſet in ſimili contingentia factorum, & tunc dicta ratio tanquam fundamentalis eſſet attendenda, ſed non in caſu ualde diſſimili ac diuerſo, & ſeparato à caſu, de quo in dicto cap. non ſolùm, quia ſeparatorum, & diuerſorum ſeparata eſt ratio. l. fina. vbi not. ff. de calumn. & ex ſeparatis de uno ad aliud non infertur. l. neque natales C. de probat. l. Papinianus exuli. de mino. Euerar. in ſua centuria in loco à ſeparatis, ſed iſte caſus eſt diuerſus, & ſeparatus à caſu glo. & Ioann. Andr. in omnibus infraſcriptis capitulis, & ex contingentia facti pœnitus diuerſa, igitur ex dicta ratione licèt fun-

Source : BIU Cujas

damentali, qua moti sunt Docto. in dicto cap. non solùm. nullo modo posset, neque poterat inferri ad decisionem casus vertentis inter te,& me, separationes ergo, & diuersitates omnes sunt infrascriptæ, videlicet. Prima diuersitas in eo con
3 sistit † quia super articulo possessionis euocatæ restituendæ, cui de iure non pendebat appellatio aliqua. dato quòd penderet in negocio principali, sed in casu glo. & Io. Andr. pendebat appellatio a sententia lata super negocio principali, ergo &c. Secunda diuersitas in casu isto, esto quòd penderet in dicto arti. appellatio, & dato ꝙ tali appell. pendente nihil esset innouandum, articulus de quo controuertebatur super restitutione possessionis fuerat expresse commissus, & demandatus D. Regenti, qui in dicto articulo effectus est delegatus. Sed in casu glo. & Io. And. non fuerat commissus aliquis arti. neque aliqua causa appellationis ipsi iudici ordinario, qui sit executus sententiam, à qua pendebat appellatio, ergo &c. Tertia D. Regens processit in iudicando tanquam delegatus, sed in casu glo. & Io. And. ordinarius ille, qui elegerat in executione sententiæ latæ, à qua pendebat appellatio, non processit tanquam delegatus, sed tanquam ordinarius, ac propria eius authoritate, quod facere nequiuit, cum ad eum virtute dictæ sententiæ, à qua pendebat appellatio, nulla esset deuoluta facultas eligendi, vnde si facultatem habuisset, potuisset eligere, & male eligere, sed electio tunc non reuocaretur tanquam attentatum, sed reuocaretur tanquam male factum per remedia, quæ traduntur in cap. primo. de electione, in sexto sed in casu isto, cum Regens tanquam delegatus habebat facultatem iudicandi, potuit male iudicare, sed eius sententia non erat reuocanda, tanquam attentatum, sed tanquam iniusta remedio appell. quòd ad hoc lege, & natura ad inuentum fuit, ut in dicta nona parte uersi. quintò inferebã ex præmissis. Quarta, in casu isto non tractabatur proprie de negocio principali, an euenisset, uel non euenisset conditio fideicommissi, neque de possessorio ordinario, sed tractabatur de summariissimo possessorio, & sic de emergenti in medio litis, quod non afferebat perpetuum præiudicium neq; & circa merita, neque & circa illud possessorium ordinariũ, vt latius ea parte in dicto versi hæc enim euocatio, ibi dum allegatur consi. Siluani in consi. 27. & Paul. Castren. in consi. 3. volum. secundo, sed in casu glossæ, & Ioan. Andr. tractabatur de effectuali executione sententiæ latæ in ipso negocio principali, quæ poterat parere perpetuum præiudicium, nisi fuisset retractata in viam attentatorum, & breuiori remedio, & quòd hoc sit uerum, patet: quia electio tribuit ius perpetuum: vt late per Petr. de Baisio in tract. elect. capite 8. prima par. Et propterea dicta sententia D. Regentis non ueniebat reuocanda per uiam attentati, ex quo attentatum, quod non imponit perpetuum silentium, non uenit reuocandum priuilegio attentatorum, ut per Bal. in l. appellatione. in secũda colum. C. de appell. & per Vital. sub clausula, nil nou. appel. pendente, num. 13. Quinta, multum est considerandum, quòd in casu isto iste articulus possessionis fuerat penitus disgregatus à causa negocij principalis, & separatus, & discorporatus ab ipsa appellatione, & in casu glo. & Io. And. causa dicto electionis faciendæ, vel non faciendæ non fuerat disgregata, nec separata ab ipsa causa appellationis, ita quòd pendente dicta appellatione potuisset ferri, vel non ferri dicta electio, ergo &c. Sexta, in casu nostro partes prorogarunt iurisdictionem D. Regentis tam expresè, quàm tacite, & quamuis ab initio procurator tuus coram D. Regente protestatus esset de attentatis, tamen postquam causa per rescripta euocatoria commissa fuit eidem D. Regenti, & post quam D. Albertus se obstrinxit sub pœna mille aureorum ad non procurãdum euocationem ab ipso D. Regente tacitè, & expresè prorogauit eius iurisdictionem, vt clarius dixi supra in quarta parte. Sed in casu glo. & Ioan And. neutra pars prorogauit iurisdictionem ordinarij eligentis, neque coram eo unquam comparuerunt, sed ipse ordinarius ex mero eius officio elegit alium in executione sententiæ latæ suspensæ per appellationem, & ex propria eius præsumptione, ergo &c. Septima, in casu nostro regulariter non licebat appellare, ut latius supra in nona par. uerbo passim omnibus, nume. 22. & quamuis aliquo casu speciali, vt puta propter annexum de fructibus, vel alia de causa appellare posset, nihilominus si iudex regulæ adherens non considerauit specialitatem, cum in regula habeat intentionem fundatam, non attentauit, sed male fecit, & inique, & sententia eius tanquam iniusta esset retractanda, sed in casu glo. & Ioan. And. præsupponitur pro absoluto, ꝙ permissa esset appellatio. ergo &c. Octaua, in casu nostro post sententiam Domini Iordani lata fuerat desuper sententia Donati, & deinde altera Rotæ, ex quibus Regens de facili decipi potuerat in restituendo possessionem illarum vigore mihi, sed in casu glo. & Ioan. Andr. vna tantum sententia lata fuerat, a qua pendebat appellatio, & tanquam ordinarius ille, qui eligit stante dicta appellatione decipi non poterat, ergo &c. Nona differentia, non potest dici in casu nostro, quòd D. Regens absolute, & simpliciter sit executus sententiam Domini Iordani argum. eius, quod aiunt, illud dici proprie tale, quod est simpliciter tale, & non secundum quid sed sententia Iordani propter alias duas sentẽtias successiue latas, veluti Donati, & Rotę, non extat pure, & simpliciter, & absolute missa executioni propter se ipsam, sed propter alias, & ideo non erat proprie talis, at in casu glo. & Ioan. And. sententia lata super depositione pure, & simpliciter, ac absolute missa executioni, & erat proprie talis, nec aliquam mixturam alicuius successiuæ sententiæ in se habebat, vel continebat &c. Decima, ex dictis sententijs latis in casu nostro Dominus Regẽs licèt male iudicasset, de facili tamẽ, vt supra, decipi potuerit propter magnam pręsumptionem, quæ resultat ex dd. sententiis, & quòd pręsumitur pro Iudice, vt in dicta nona parte nume. vigesimo, sed in casu glos. & Ioan. Andr. si sciuit appellationem pendere ab unica tantum sententia lata, vtique decipi non potuit, & si ignorauit, erra-
4 uit, & errantis nullius est consensus. † Et his stantibus pro maiori declaratione huius doctrinæ, & glo. Ioan. Andr. quæ videtur esse totum fundamentum, sub quo tanquam sub tegmine fagi, tegi quærit D. Frontorius ultra ea, quæ adduxi supra in tertia parte num. 17. addo circa intellectum dictæ glo. & aliorum sequacium, ꝙ electio, de qua ibi loquitur Ioann. Andr. fit ab his, & eorum consensu, qui ius habent eligendi, vt per Archid in c. primo, in versiculo vero electio. de postul. prælato. in sexto, vnde si uirtute sententiæ latæ super depositione acquireretur, vel acquisitum fuisset ius eligendi dicto ordinario qui in executione dictæ sententiæ elegit, certè electio teneret, dummodo fuisset talis, quæ de iure non posset impugnari, tanquam de inhabili, & excommunicato, vel cõtra formam iuris, iuxta no. in cap. primo, delectione in sexto, verum quia ille ordinarius eligens in executione dictæ sententiæ non habebat ius eligendi, & sic carebat prima potesta te, quæ quidem potestas uersatur circa actum electionis, ex quo à dicta sententia depositionis erat appellatum. Igitur non est mirum si ibi Docto. retractant querelam tanquam attentatum, vt etiam dictum est in tertia differentia, verum quia in casu isto Dominus Regens habebat facultatem iudicandi demandatam à superiore, & prorogatam ex consensu partium, & sic quantum ad ea, quæ versabantur circa iurisdictionem, & hanc primam potestatem in cognoscendo habebat, & poterat eligere, hoc est cognoscere, & iudicare, igitur licèt postea quantum ad sententiam eiusdemque sententię cõtinentiam, & prolationem male iudicauerit, non erat habendum in consideratione, ad hoc, vt reuocaretur tanquam attẽtatum, sed bene ad hunc finem; ut reuocaretur tanquam iniuste factum, si iniuste factum erat, qđ secus esset, si Dominus Regens caruisset ista prima potestate cognoscendi, & ut rectius loquar, non habuisset iurisdictionem, quemadmodum in casu glo. & Ioan. Andr. carebat ille ordinarius stante dicta appellatione, quam si habuisset, potuisset eligere, sed (vt dixi) faceret malam electionem, & quæ de iure impugnari potuisset, & istud est, quod dicit Io. And. in dicto c. non solum. ꝙ si ordinarius aliunde sumat fundamentum, quàm a sententia lata, à qua pendet appellatio, illa electio non impugnatur, tanquam attentatum, sed tanquam iniusta bene reuocari posset, si facta fuisset in casu a iure prohibito. Et ex quibus omnibus quæro, quomodo D. Frontorius voluisset ferri sententiam, & qualem per ipsum Dominum Regentem. Si quidem responderet, quòd Regens quomodocunque iudicando attentaret falsum diceret, vt supra in parte nona dictum est. Nam cum D. Regens habuerit iurisdictionem a superiore, & consequenter proculdubio potuerit iudicare, & quò ad actum iudicandi, postquam iurisdictio eius non erat aliquo modo suspensa, si uerò respondeat, prout asserit, quòd attentauerit restituendo possessionem mihi, a contrario sensu inuitis dentibus fatetur, quòd si eam restituisset tibi, non attentaret; quia tunc non exequeretur sententiam Iordani, à qua penderet appellatio, & sic infertur, quòd D. Regens pronunciando vno modo attentaret, & pronunciando altero modo non attentaret, sed hoc est falsissimum: quia modus pronunciandi, & qualitas sententiæ ferendæ ostendit iustitiam: nam quòd quis pronunciet magis ad fauorem vnius, quàm alterius, tangit merita causæ, ut ad sensum patet, ac de facili legi potest in tota materia iudicantium, & non tangit attentatum, quia modus, & substantia ipsius sententiæ est separata ab attentato, cum aliquis bene possit, bene iudicando attentare in uilipendium iurisdictionis,

Source : BIU Cujas

nis alterius, sed iudicando magis isto quàm alio modo posset iniuste iudicare, non autem attentare, neque hoc scriptum vnquam reperitur, aut reperiri posset, ꝙ iudex in anima, seu ventre ipsius sententiæ attentet, licèt iudicando attentare possit, ergo &c. Aliàs sequeretur, ꝙ iudicia claudicarent contra tex. vulg. in l. fin. C. de fructibus & lit. exp. & nemo sani capitis diceret, ꝙ si sententia ferenda per iudicem habentem iurisdictionem feratur ad fauorem vnius, tunc iudex attentet, sed si feratur ad fauorem alterius, tunc iudex non attentet. *Gip.* Admirabilis mihi uideris in hac attentatorum materia, durum est mihi contra stimulum calcitrare, do manus victas, quicquid dixerunt aduocati mei, & defensores, à quibus hodie compertum habeo deceptum fuisse. *Buti.* Gaudeo, quoniam cognouisti errorem tuum, & parco tibi ob immensum laborem studiumque, quibus me defendendo te etiam docui, vt alios docere valeas in hac attentatorum materia. *Gip.* Supereſt ne quicquam, ꝙ de attentatis a te facile prætermissum in medium adducendum veniat. *Buti.* Reliquum est, vt de attentatis eorumq; purgatione in causis criminalibus sermo aliqualis sit noster, postquam supra abunde dictum est de attentatis in ciuilibus. Et nota, ꝙ † licet ad impatia iudicentur pendentia appellationis, & temporis dati ad appellandum, ut per glo. in l. ex iudiciorum. ff. de accus. & no. in l. prima. ff. nil nou. appell. penden. Rom. in l. possideri. in §. si seruus. de acqui. possess. adeo ꝙ reuocantur attentata etiam pendente tempore ad appellandum, sicuti appellatione interposita pendente, vt dixi supra in septima parte, nihilominus in causa capitali pendente termino ad appellandum non reuocantur attentata † quoniam non obstante pẽdentia termini iudex potest exequi sententiam corporalem absque attentatorum metu, ut per Innocen. in ca. quærenti. de offic. deleg. & per Bar. in l. non tantum. ff. de appell. Bal. Sa licet. & sequaces in l. addictos. C. de appell. Alberi. de Rosa. in quæst. statutorum, in ultima parte, quæst. 24. vbi dicunt, ꝙ appellatione interposita differtur executio corporalis, secus pẽdente termino ad appellandum, & † ad glo. de qua supra in l. prima. ff. nil nou. cum sequacibus dicunt illam procedere in ciuilibus, sed non in criminalibus, sed alii dicunt, ꝙ ratio differentiæ est; quia in causa capitali multi possunt interesse ad audiendum condẽnationem, & non est verisimile, ꝙ si videant condemnatum duci ad supplicium, ꝙ aliquis pietate motus non interponat appellationem, ꝙ non est in ciuilibus, sed hæc ratio non est bona: quia dilatio decem dierum concessa a iure condemnato ad appellandum non debet ei auferri. l. siue pars. C. de dilat. no. in dicto c. non solùm. de appel. in vi. Breuiter dic, quòd quædam est executio, quæ procedit propter immanitatem criminis, quæ non potest retractari, vt est executio ad mortem, vel ad membri mutilationem, & in hoc propter immensum crimen non habent locum leges, quæ de reuocatione attentatorum loquuntur, tum quia hoc est impossibile de iure, quia irretractabilis est ista executio, tum quia non habent locum leges, quæ loquuntur de temporis expectatione propter criminis immanitatem, sed si esset appellatum, tunc quia rescisa esset sententia, uel saltez suspensa, executio fieri non posset, vbi non agitur de crimine immenso, & eo casu attentata reuocantur, imo iudex puniretur, si procederet ad executionem; quia paria sunt occidere innocentem, & occidere eum qui confugit ad iustam iuris defensionem l. lege §. fina. ff. ad l. Iul. maiest. & † hoc fallit in crimine notorio, vt quando delictum est commissum in conspectu populi, ut per Innocen. in cap. statuimus. extra de off. deleg. & dictum est supra in septima parte nume. 117. ubi in notoriis non reuocantur attentata. Item † quando quis est plene conuictus de crimine, vel sponte confessus, ut per Docto. omnes in l. fin. in §. iussus. ff. de appel. Marant. late in Specul. in sexta par. princip. in tit. de appel. nume. 181. hinc † non reuocantur attentata post appellationem à sententia lata super crimine falsæ monetæ, quod est enorme delictum, à quo non datur appellatio, vt est tex. in l. prima C. de fal. mon. Angel. de Malef. in glo. fin. in addit. quæ incipit. tu autem in hac materia adde. Specul. in titu. de appell. in §. in quibus. num. 29 Non † reuocantur attentata pro condemnato de raptu uirginis, à quo non datur appellatio propter etiam immanitatẽ criminis, tex. est in l. prima. in §. si autem C. de rap. virg. And. de Iser. in titu. quæ sint regalia, in versi. & bona, colum. 19. in fine, hinc † etiam pro insigni; & famoso latrone non reuocantur: vt in l. constitutiones. ff. de appellat. & in l. si quis filio. in §. hi autem. ff. de iniust. rup. test. Andr. de Iser. vbi supra col. de cima, & † idem in seditioso, concitatore, & factionis authore, pro quibus appellatione pendente non reuocantur attentata dicta l. constitutiones. ff. de appell. Non † reuocantur in crimine læsæ maiestatis; quia in eo non datur appellatio, textus est in dicta l. constitutiones. secundum Bart. ibi dum loquitur, intelligendo illam legem de proditore, qui dicitur dux factionum, per l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. & tradit Felin. in cap. sicut. el primo, extra de simon. And. de Iser. in ca. 1. in versi. & bona. in titu. quæ sunt regal. colum. nona. Non † reuocantur in crimine simoniæ, quod crimen æquiparatur crimini læsæ maiestatis, vt per glo. in cap. primo, extra de testa. in vi. & per Felin. in d. ca. sicut, ubi dicit, ꝙ mox in eo crimine debet sententia executioni mandari. Non † reuocantur in crimine hæresis, quia condemnatus de tali crimine non appellat cap. vt inquisitionis. de hæret. lib. 6. Felin. in c. sicut, vbi limitat, nisi quis appellaret ante sententiam, vide Ange. in cõsi. 188. vbi pulchre Specul. in tit. de appel. §. in inquibus. num. 31. Albe. de Rosa. in l. nemo C. de sum. trini. & fide catholica. Non † reuocantur post appellationem interpositam à pœna legis, à qua non datur appellatio: ut per Abb. & Præpos. in c. consuluit, el terzo, & in cap. ad nostram, extra de appell. Bald. in marg. in verbo, appellari non potest à pœna &c. Non † reuocantur post appellationem à sententia legis, à qua non admittitur, vt per glos. in c. cupientes. in §. ꝙ si per viginti. extra de elect. in vi. & est tex. in l. prospexit. ff. qui & a quibus & tradit Felin. in cap. cum non ab homine. colum. pen. & fin. extra de iudiciis, licèt à declaratione, qua fertur, quem incidisse in sententiam legis, detur appellatio, vt per Abbatem in cap. super his, extra de accus. per Bar. in l. eius qui delatorem ff. de iure fisci, Card. Alex. in d. c. ad nostram, & in ca. consuluit. Non † reuocantur post appellationem interpositam per condemnatum a debito fiscali, à quo nõ potest appellari, ut est textus in l. abstinendum, & Doct. C. de appel. & in l. fin. C. quorum appell. & in cap. ei qui appellat. § quotiens. secunda, quæst. 6. Specul. in tit. de app. §. in quibus. versi. quarto, & hoc quando fiscus tractat de damno euitando, secus si de lucro in pecuniariis pœnis; quia tunc reuocantur, ex quo appellari potest. Non † reuocantur post appellationem à sententia lata contra officialem alicuius iudicis condemnatum a suo iudice pro gestis in officio, vel administratione, contra quem non obstante appellatione potest fieri per suum officialem executio sententiæ l. nulli, & ibi Bar. C. quor. appel. non recip. & in c. ei qui. §. nulli. 2. quæst. 6. Specul. in titu. de appell. in §. in quibus in uersi. tertio. Non † reuocantur post appellationẽ interpositam pro condemnato à sententia sindicatus, Ange. in l. nulli. C. de appel. Par. de Put. in tract. de sindic. in verbo appellatio, & in verb. an a sententia lata, fol. 17. in libro meo. Non † reuocantur post appellationem a sententia super decima, vt est textus in c. tua nobis. & ibi glo. & Docto. extra de decimis, Specul. in titu. de appel. in §. in quibus. num. quarto. Non † reuocantur post appellationem a sententia super mero possessorio, in quo regulariter non datur appellatio, vt in l. prima. C. si de mom. possess. Barto. Imol. & sequ. in l. 2. ff. de appel. recip. Ang. in consi. 107. Specul. in titu. de appell. in §. in quibus. in versi. 6. Abbas in consi. 55. volum. secundo, cum sequacibus. *Gip.* Etiam in possessorio datur appellatio. *But.* In † quibusdam casibus datur appellatio, in quibusdam nõ, vt habes per Decium in consil. 28. Bal. & Sal. in l. prima. C. si de mom. possess. Pap. in titu. de appell. in §. in his scriptis. Soc. fallen. 32. in verbo appellatio, Barto. & Doct. in l. creditor, in §. iussus. ff. de appell. Salic. in l. momentaneæ. C. vnde vi. Guid. Pap. sin. 356. Ias. in consi. 187. volum. secundo, Grat. in consil. vltimo. volum. secundo, num. 16. Berous in rub. extra de iud. num. 51. & quæst. famil. quæst. 91. Ang. in consil. 46. Calca. in consi. 83. Alberi. in l. si de ui. ff. de iudi. Bald. in consi. 141. uol. primo. Afflic. decisi. 77. Cag. in l. pari. ff. de regulis iuris. Paris de Puteo in tract. sind. fol. 88. in lib. meo, num. 24. & Ripa. in c. sæpe. num. 3. de rest. spol. Rom. in consi. 324. Maran. in Specul. in vi. par. princip. fol. 627. nume. 299. Tiraquel. in tract. le mort saisit leuif. in sexta parte princip. in vi. declarat. Anto. Nicel. de concord. glo. sexta, fal. sexta num. 26. his locis copiosissime habes dilucidatam quæstionem cum omnibus fallentiis, ad ibi dicta per scribentes me remitto. Non † reuocãtur attentata post appellationem à sententia lata per iudicem secundum conscientiam suam vigore commissionis ei factæ, a qua non datur appellatio, vt per glos. in cap. statutum. in §. assessorem. de rescript. lib. vi. per Corn. in consil. 388. in litera. C. in tertio volum. de cuius tamen dicti ueritate uide Bald. in l. prima. C. de rebus cred. & Felin. in cap. super his. colum. quinta, extra de accusat. & in cap. significasti. el primo extra de homicid. Non † reuocantur in appellatione generaliter interposita ab omni grauamine illato, vel inferendo absque causarum expressione; quoniam huiusmodi appellatio dicitur generalis, uaga, quæ nihil valet, per cuius pendentiam non reuocantur attentata, ut not. in cap. consuluit. el secondo, extra de appell. & in clem. appellanti. de appell. in vj. & not. Franc. in dicto cap. consuluit. Bal. in l. secunda. C. de sent. ex breuicul. recit. Innocen. in cap. fin.

Source : BIU Cujas

extra de feriis. Alex. in l. si sic. de leg. primo, no. in c. inter cætera. extra de appell. ibi Card. Alex. & Doct. in l. qui Romæ.
27 in §. Seia. ff. de verb. oblig. Non † reuocantur post appellationem a sententia ipso iure nulla, a qua non appellatur l. prima. cum mat. C. quando prouo. non est necess. Specul. in
28 titu. de appell. in §. in quibus. versi. 18. Non † reuocantur post appellationem à sententia lata super iuramento in litem, à quo non datur appellatio, vt per Bart. in l. in actionibus. in fine ff. de in lit. iurando & ibi Doct. & in l. si quando. C. vnde vi. Innoc. Ant. Butrius, & Imol. in cap. fin. extra quod metus causa, quòd procedit de iure ciuili, secus de iure canonico, vt
29 per Ias. in dicta l. in actionibus. in fine. Non † reuocantur post appellationis renunciationem; ad not. in l. fin. C. de temp. appell. & in l. si quis libellos. C. de appell. & per Franc. in cap. ad hæc. el secundo, & in c. solicitudinem. extra eodem tit. Non
30 † reuocantur attentata post appellationem à sententia correctionis, a qua non appellatur c. ad nostram. c reprehensibilis. in fine, &c. cum speciali. extra de appel. vbi Abbas, Imol. Car.
31 Alexan. & Franc. Non † reuocantur post appellationem à sententia lata super iuramento decisiuo, vt per Ias. in l. admonendi. colum 21. ff. de iureiurand. per illum tex. in l. generali-
32 ter. in §. sed iuramento. C. de reb. cred. & dixi supra in septima parte nume. 93. Non † reuocantur attentata in causis minimis, & breuioribus in quibus de iure ciuili non datur appellatio, secus de iure canonico, vt per Abba. Card. Alex. & Phil. Franc. in c. de appellationibus. extra de appell. & no. in auth. nisi breuiores. C. de sentent. ex breuiculo recitãd. Non † reuo
33 cantur attentata à sentẽtia lata super onere publico, a qua nõ appellatur. l. prima. §. si quis. ff. quando appell. sit. Specul. in titu. de appel. in §. in quibus versi. septimò not. in l. 2. C. de de
34 cur. lib. 10. & in l. hi qui C. appell. Non † reuocantur attentata post appellationem à sententia lata super remedio legis fina. C. de edi. Diui Adr. & in interdicto quor. bonorum, & pulchre per Innoc. in cap. pastoralis. nume. 3. in verb. ad hoc. extra de off. deleg. & per Bal. in l. quisquis C. quorum appell. & late per Vbert. Zuccar. in dicta l. fina. num. 395. C. eo. tit. Non
35 † reuocantur post appellationem à sententia lata super restitutione pignoris in actione hipothecaria, a qua non appellatur, vt per Abbat. in cap. cum ad sedem. colum. antepen. in fi.
36 extra de rest. spoliat. Non † reuocantur post appellationem a sententia reuocatoria locationis factæ ab aliquibus canonicis sine consensu capituli, a qua non permittitur appellatio,
37 c. ad audientiam, & ibi Canon. extra de rebus ecclesiæ nõ alienand. Et † in interdicto etiam facto a delegato de non celebrando, a qua interposita appellatione non reuocantur attẽtata, vt per Bal. in l. fin. in versi. sed circa. C. si à non comp. iud.
38 & in l. cum alijs C. de curat. furiosi. Non † reuocantur in appellatione à sententia super crimine baratariæ, quæ æquiparatur crimini læsæ maiestatis, vt dicit Bald. in auth. nouo iu-
39 re C. de pœna iud. qui male iud. Non † reuocantur in alternatiua appellatione interposita. Card. Alex. in rub. extra de appel. colum. 4. in versi. & per prædicta, & per Felinum in c. in-
40 ter cætera. extra de re iud. Non † reuocantur attentata post appellationem interpositam à futuro grauamine c. dilecto. c. cum cessante. extra de appell. not. Felin. in c. significauerũt.
41 colum. 4. extra de test. Non † reuocantur attenta post appellationem interiectam a iudice a quo, & a iudice ad quem, ut per Bar. in l. chirographis in §. 1. ff. de admini. tut. not. in cap. solicitudinem. extra de appell. Specul. in titu. de appel. in §. nunc dicamus. in secunda col. & hoc quando iudex a quo ex
42 pressit causam refutationis appellationis l. sciendum. ff. de appell. recip. Bar. in dicta l. chirographis. Non † reuocantur in appellatione, in qua non sunt petiti apostoli, vt not. in l. eos. §. apostolos. C. de appel. & in l. prima. ff. de lib. dimis. & in l.
quoniam. la prima. C. eod. & ibi Bart. & no. Canon. in c. personas. extra eodem tit. Non † reuocantur post appellationem,
43 in qua non est expressa qualitas sententiæ, seu grauaminis, quia tunc nõ ualet appellatio, vt in l. prima in §. primo. ff. de appell. notat Alex. in l. prima, in §. libelli. ff. eod. titu. ubi dicit, ꝙ appellatio debet continere nomen appellantis, iudicis à quo, & sententiam à qua appellatur, non autem de necessitate debet ꝓtinere nomen eius ꝯ quem, nec similiter de re, super qua iudicatur secundum Specul. in tit. de app. in §. sequitur. in versi. notandum, in secunda col. qui dicit, ꝙ appellatio debet continere regulariter quis, à quo, ꝯ quem, & ad quez, & super quo, & an is à quo appellatur detulerit, & quare sic,
44 vel non. Non † reuocantur attentata post appellationem à sententia Senatoris, a qua non datur appellatio, textus est in l. prima. ff. à quibus appellare non licèt gl. in cap. cuncta per mundum. 10. quæst. 3. Card. Alex. in rub. extra de appel. Non
45 † reuocantur post appellationem interpositam à sententia per laicum ad iudicem ecclesiasticum de iure ciuili, vt not. in cap. si duobus, extra de appell. fallit, vbi esset consuetudo,
vt ad ecclesiasticum appellaretur. c. Romana. in §. primo, de appell. in vi. vel nisi de natura causæ, ut ibidem, vel nisi in casu negligentiæ laici, vt not. Abbas in cap. cum Ioannes hereme 46 mita. extra de fide. instrum. Non † reuocantur attentata post appellationem à præcepto superioris sine iusta causa interposita; quia a tali præcepto nõ datur appellatio, vt per Felin. in c. quod ad consultationem. colum. 13. in fine. extra de re iud. & in cap. relatum, & in cap. conquerente. extra de cleri. non
47 resid. & in cap. dilectis. de rescrip. Non † reuocantur post appellationem a sentẽtia lata super cautione damni infect. quæ celeritatem desiderat. Specul. in tit. de appell. in §. in quibus in versi. octauo, nec in appellatione à sententia primi decreti; quia ab ea non appellatur. Ang. in consi. 46 not. legistæ in
48 l. si finita. in §. Iulianus. ff. de dam. infect. Non † reuocantur post appellationem a sententia lata inter patrem, & filium, a qua non appellatur. Specul. in tit. de appel. in §. in quibus. in versi. sed nunquid, in tertia colum. & nedum super alimentis, sed etiam super emancipatione, & similibus. Idem Spec. in tit. de off. iud. in §. primo. in versi. sed cũ in eisdem casibus,
49 not. in l. ex consensu, in §. filium. ff. de appel. Non † reuocantur attentata post appellationem a sententia, contra quam non admittitur probatio in contrarium, vt si sit lata super discussione bonorum; quia ab ea non permittitur appellatio, vt per Bald. in l. secunda, colum. fin. in uersi. quid ergo si veniat. C. quando fis. vel priuat. & in l. error C. de iur. fact. ignor. Cœpol. in consi. 64. exemplum etiam quando aliquid fieret in executione iuris vel statuti; quia ab eius sententia non ap-
50 pellatur. Attentata † non reuocantur post appellationem à contractu interposita; quoniam a contractu non appellatur.
51 l. prima, & ibi Bal. C. de arbit. idemque † à transactione l. à sententia. §. si hæres. ff. de appel. recip. cap. cum dilectis. extrade arbitris, & in l. fi. ff. de appel. recip. not. Doct. in l. tale pactu m
52 in §. qui prouocauit. ff. de pactis. Attentata † non reuocantur post appellationem a sententia de aliquid præstando debito ex curiù naturæ, & a qua non appellatur. Bal. in l. nemo C. de sum. trinit. & fide cathol. Specul. in titu. de appell. in §. in
53 quibus. in uersi. octauo, & ideo † in appellatione a sententia in causa alimentorum lata non reuocantur attentata, & à qua non appellatur, ad not. in l. fin. C. de appell. recip. Bal. in l. secunda. C. quando prouo. non est necess. Aretinus in consil. 97. in secunda colum. Rom. in sing. 786. Card. Alex. in ca-
qua fronte. extra de appell. cum similibus, & ratio prædictorum est: quia hæc iuris naturalis sunt, sed iura naturalia sunt immutabilia per ius ciuile, a quo sunt introducta attentata, quæ iura naturalia mutari non possunt. §. sed naturalia. inst.
54 de iure nat. gent. & ciuil. cum similibus. Attentata † non reuocantur in casibus, in quibus mora post appellationem interpositam periculum allatura est, ut not. per Card. Alexan. in c. qua fronte. extra de appell. & ibi omnes Canon. Ias. in l.
55 prima, colum. prima. ff. de feriis. Attentata † non reuocantur regulariter in appellatione extraiudiciali, ut per Cardin. Alexan. in rub. extra eod. titu. & in c. bonæ. not. in cap. dilecti. extra de maior. & obed. Bart. & Doct. in l. fin. ff. de appel. recip. Bal. in l. prima C. de arbitris, & in l. hi qui ad ciuilia C. eodem titu. & no. in cap. concertationibus. de appell. in vi. Attentata
56 † non reuocantur post appellationem a secunda sententia lata post primam in arbitrariis transactam in iudicatum, a qua reiicitur appellatio, vt per glo. in l. si cum exceptione. in §. hæc actio. ff. quod met. caus. sed de ea glos. dubitat Bar. in l. fin. in §. iussus. ff. de appell. sed ibi Angelus concordat Bar. &
57 glo. vide eum. Attentata † non reuocantur post appellationem a sententia lata super sorte, a qua non datur appellatio. Card. Alexan. in rub. colum. 17. in versi. & per prædicta, extra dé appell. Ambrosius. Opiz. in l. filiusfamilias ĩ §. diui. de leg. primo, car. 21. colum. quarta. Bar. & Doct. in l. diuisionis. ff. de
58 pactis. & in l. fin. C. com. diuid. Attentata † non reuocantur in appellatione interposita coram alio iudice, q̃ coram iudice; a quo, quoniam isto casu appellatio est nulla, ut per Cardin. Alexan. in cap. ut debitus. in vi. colum. extra de appell. no. in rub. & nigro. ff. quis & a quo. hoc tamen moderatur, quando haberi non potuisset copia iudicis a quo, vel ad quem, vt habetur in c. appellatio. extra de appel. in vi. & Gemi. ibi, tũc appellatio admittitur coram honestis personis, ut habetur
59 in c. sugestum, & in c. fin. de appel. extra. Non † reuocantur pro doloso appellante, ut habetur in ca. si debitus. extra eo. tit. & in c. inter cætera, & in c. pastoralis, & in c. reprehensibilis supra eod. tit. Attentata † non reuocantur in his appella-
60 tionibus, in quibus causæ rationabiles debent exprimi, quæ non sunt expressæ, tunc ab eis regulariter non appellatur, & consequenter attentata nõ reuocantur, vt habetur in c. quod ad consultationem. & in c. sicut. extra de re iud. & in ca. cum causam, & in c. cum speciali. in §. porrò, extra de appell. Felin. in c. accedens. el primo, extra vt lit. nõ ꝓt. & in c. cũ super

extra

Source : BIU Cujas

extra de re iud.& in c.conſuluit,vbi Abbas, Decius, Cardin. Alex.& Philip. Franc. Felin.in cap. ſuper literis. colum.9. in
61 verſi.decima regula,extra de reſcrip. Non † reuocantur attẽ tata in appellatione interpoſita poſt decem dies datos ad ap
62 pellandum.authen.ſed hodie C.de appellat.& ibi ſcribentes. Et an tempus decem dierum datum ad appellandum habeat locum in criminalibus,ſicut in ciuilibus,uide Bal.in c.veniẽ tes.extra de iure iuran.& Card.Alex.in cap. ex parte. colum. 3.& 4 & in ca.vt debitus. extra de appell.& Parid. de Puteo in tract. ſindicat.in uerbo appellatio, colum.ſecunda, fol.22. in libro meo, vbi diſtingunt, & concordantes citant. Non
63 † reuocantur in appellatione a tribus conformibus,facientibus rem iudicatam, Card.Alexan. & Franc.in c.tua. extra de appel.no ſcrib.in rub.& nigro C.ne licet in una,& eademq;
64 cau. Attentata † non reuocantur in appellatione à ſententia præfecti prætorio l.a proconſulibus.ff.de appel.l.vnica. C.de ſent.præfecti prætor. not.in l.prima. ff.de off. præf. prætoris.
65 Attentata † non reuocantur in appellatione à ſententia Regis,vel Principis,a qua non appelatur l.prima. in princ. ff. a quibus appel.non licet cap.cuncta per mundum.9. quæſt.3. Lanfr.in cap.quoniam contra fal.7.extra de probat. no.in c. ſicut vnire.extra de exceſ.prælat. Card. Alex.in rub. extra de appell.col.14.in verſi.ſed opere precium eſt ſcire. Alexan. de Imol.conſi.ſecundo.in primo vol.col.pen.Cẽpol.in conſi.17.
66 colum.pen.cum ſimilibus. Pro † appellante vero contumace non reuocantur attenta l.ex conſenſu.§.fin.ff.de appellat. Bar.in l.fin.ff.de in integ.reſtit.Bal.in l.cum non eo die in fin. C.quando prouo.non eſt neceſſe, & in l.prima C. quor. appell.non recip.Bar.in l.& poſt edictum.§.fin ff.de iud. ĩ l.pro perandum in §. ſiquidem. C. eod.tit.Innocen. in cap. primo. extra vt lite non conteſt. glo.in cap. non ſolum. de appell. in vi.& in c.cum cauſam quæ.extra de reſcrip. Doct.in l.fina. in §.iuſſus.ff.de appellat. Aret.in §.1.Inſtit.de oblig.quæ ex deli
67 cto naſcuntur,cum ſimilibus. Et nota ſingulariter, cp † ſententia, quæ tranſiuit in iudicatum, quæ nulla appellatione ſuſpenſa eſt, reuocatur per modum attentati pendente cauſa reſtitutionis in integrum ad appellandum. Rota in nouis deciſ. 379. uide ſupra in quinta par.num. Non reuocantur
68 attentata poſt inhibitionem, etiam ſi ſit appellatum à ſentẽ tia poſt decendium datum ad appellationem interponen-
69 dam, Rot.deciſ.379.& ſupra parte 10 num.68. Non † reuocantur attentata in appellatione a ſententia arbitratoris, ad no.per Alex.in conſi.117.in 3.volum.no.in l.prima.C. de ar-
70 bitris. Et † Idem in appellatione a ſententia arbitri l. diem proferre.§.ſtari.ff.de arbitris.no. Doct. in l.ſi ſocietatem in §. arbitrorum.ff.pro ſocio,& in l.arbitro.ff.qui ſatiſd. cogan.& in l.non diſtinguemus.in §.cum quidam.ff.de arbitris. Non
71 † reuocantur attentata poſt appellationem a ſententia lata contra officialem in officio condemnatum tanquam delinquentem,ut per D.laſ.in l.qui iuriſdictioni præeſt.colum.3. ff.de iuris.omn. iud.in octaua fal. traditur in l.nulli. C.quor. appel. Pariſ.de Puteo in tract. ſind.in verbo ſindicatur etiam officialis,fol.14.& in verb.condemnatur.fol.30.in libro meo.
72 Attentata † non reuocantur poſt appellationem à ſententia ſuper reductione laudi ad arbitrium boni uiri. Abb.in conſi.39.colum.ſecunda, & in conſi. ſecundo.colum. fin.in primo vol. Lanfr.in tract.de arbitris, in §.22. Bal. in l.fin. C. de
73 contrah.empt. Attentata † non reuocantur poſt appellationem à ſententia lata de conſilio ſapientis de partium conſenſu.Specul.in titu.de appellat.in §. videndum.colum. fin. Roma.in rub.ff.de arbit.Felin.in cap.cauſam quæ.de re iud.Alexan.in l.fin.ff.de leg.ſecundo.Card.Alexan.in rub.de a. pell.
74 & in c.intimaſti.eod.titu.Et † his omnibus ſupra caſibus enumeratis.& expreſſis in quibus appellationes reijciũtur attentata non reuocãtur,vt latius etiam dixi ſupra in ſeptima par.
75 num.109. Et † iſtis caſibus quibus non eſt licitum appellare,nunquam iudex debet ſuperſedere, & attentata non reuocantur,niſi ſit per iudices appellationum inhibitum etiam in appellationibus à diffinitiuis,vt tradunt omnes Canon.in cap.non ſolùm.de appel.in vi.Vital.in tract.clauſ. ſub clauſ.
76 nil nou.num.21 in uerſi.in caſibus uerò,in † appellationibus verò ab interlocutoriis etiam cp non ſit inhibitum, quando iudices a quibus appellationibus detulerint attentata reuocantur,vt no.in cap.cum appellationibus friuolis extra de appell.in vi.Angel.in l.conſtitutiones ff.de appellat. Vital. ſub dicta clauſula,num.22.quibus addo conſi. Bal.367.in primo
77 volum. vbi † quando appellatione pendente poſſit innouari,ibi aliquid dicit Bal.& latius Pariſ. in conſi.108. volum.1. Vital.eo loci num.20.21.22. Innocen. in cap paſtoralis. in 2.
78 col.de off.& poteſta.iud.deleg. Attentata † etiã non reuocantur poſt appellationem à ſentẽtia ad Papam,vel alium Principem interpoſitam contra formam ſtatuti, quo cauetur ad certos iudices appellandum eſſe, de iure ciuili loquendo, ſi appelletur per ſaltum omiſſo medio, ad not.in l. Imperatores. ff.de appellat.& in rub. extra eodem vbi Card. Alexand. & in c.dilecti filij,& in cap.ſi duobus, & ibi omnes canon.& in cap.quòd clericis, extra de foro com & in cap. uenientes. de iureiurand. tunc appellatio eſt nulla maximè contra formam ſtatuti interpoſita dictantis ad certos iudices appellandum,& conſequenter attentata non veniunt reuocanda, de cuius appellationis nullitate tradidit Cor.in conſi. vigeſimo quinto,in tertio volum.& in conſi.43.eod.Ruin. in conſi.83. volum.5.Ioan.de Ana.in conſi.51. Rom. in conſi.2. & latius tradidi ſupra in ſecunda parte, num.8. prope nu.9.ibi vide.

SVMMARIVM.

1 *Attentata non reuocantur, quando quis procurauit, vt delegatus non iudicaret in cauſa infra terminum iuris ſtatutum, vel quòd procuraret,ut cauſa auocaretur à ſuperiore ad effectum retrahendi ex peditione, tunc terminata cauſa poſt appellationem non datur de attentatis.*
2 *Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia lata de partium conſenſu cum promiſſione de ſtando ei ſententiæ qualitercunque ferendæ.*
3 *Non reuocantur poſt appellationem à ſententia iudicis à quo interpoſitam extra iuris banchum.*
4 *Non reuocantur poſt appellationem ab eo, ne iudex faceret relationem.*
5 *Non reuocantur in appellatione de vno tribunali ad aliud interpoſita.*
6 *Non reuocantur in appellatione interpoſita per ſaltum omiſſo medio.*
7 *Non reuocantur etiam in appellatione interpoſita ad omnes ſuperiores.*
8 *Non reuocantur in appellatione a pari ad parem interpoſita.*
9 *Non reuocantur in appellatione de maiori ad minus tribunal interpoſita.*
10 *Attentata non reuocantur poſt appellationem ab eo, quod facit iudex in arbitrarys.*
11 *Non reuocantur poſt appellationem ab eo, quod quis fecit, vel fieri procurauit.*
12 *Non reuocantur poſt appellationem interpoſitam à denegata iuris audientia.*
13 *Non reuocantur poſt appellationem interpoſitam electionem non fieri.*
14 *Non reuocantur in arbitrarijs modici præiudicij.*
15 *Iudicis relatione,vel recuſatione pendente attentata veniunt reuocanda,ſicuti in appellatione.*
16 *Et reuocantur etiam abſque aliqua citatione,poſt quam iudex recuſatus arbitros elegerit.*
17 *Attentata fauore cultus diuini non reuocantur.*
18 *Caſus,quo appellatione pendente attentata non reuocantur.*
19 *Attentata à iudice uti a parte, & non uti a iudice poſt appellationem extra iudicialem ſunt ipſo iure nulla.*
20 *Et quid in appellatione iudiciali.*
21 *Attentata poſt appellationis renunciationem reuocantur per viam nullitatis ordinarie agendo.*
22 *Non reuocantur tamen priuilegio attentatorum.*
23 *Conciliatio Rotæ deciſ.primæ, & 130.in nouis.*
24 *Cautela pro appellante contra appellatum pro reuocatione attentatorum.*
25 *Reuocantur attentata poſt euocationem factam per iudicẽ inferiorem, ſicut appellatione pendente.*
26 *Conſilium Domini Antonij Gipſij Iuriſconſultis Bononienſis.*
27 *Conſilium Domini Antonij Galeazij Maluaticei Bononienſis Iuriſconſulti.*
28 *Conſilium Domini Hieronymi Manfredi Iuriſconſulti, cum Reſponſionibus ad dicta duo clariſſimorum uirorum reſponſa.*

PARS XI.

Vtigerius. O Gipſe ſuperſunt mihi nonnullæ reliquiæ in eadem attentatorum materia, quas oblitus eram. *Gip.* Quæ. *Buti.* Attende quæſo hac
1 mea vltima parte. Attentata † non reuocantur, qñ quis procurauit,vt delegatus, cui cõmiſſa eſt cauſa,non iudicaret in cauſa, vel procuraret, cp auoceretur a ſuperiore,vel aliter vt ſe abſentaret,nec cauſam iudex expediret infra terminum ſtatutum, tunc cauſa committitur conſidenti appellatione remota, unde lata ſententia interpoſita appellatione non reuocantur, ut eſt textus in cap. paſtoralis in §.fina.extra de offic. deleg.& ibi glo. & Doct. Attentata
2 † non reuocantur poſt ſententiam appellatione pendente, quando partes conueniſſent ſtare ſententiæ qualitercunque ferendæ, tunc a ſententia non appellatur, not. Doctor. in

Source : BIU Cujas

l.tale pactum.in §.qui prouocauit.ff.de pactis, ibi tamē Doctores moderant non procedere, quando quis promisit soluere iudicatum, vt in l.cum apud Sempronium. ff.iud.soln. secus, si simpliciter promitterent partes sub pœna habere ratum, & soluere.l.3.in §.falsus. ff. rem ratam hab.vel etiam si promissum sit stare sententiæ ferendæ secundum consilium sapientis, vt dixi supra, not.Bat.in l.si conuenerit.fl. de re iud, in l.prima.in §.quæsitum.in fine.ff.de appel. Bal.in l.ex illo. in fine.C.eo.ti.intellige tamen, nisi ex necessitate deberet capi consilium, vt per Bart.& Doct. in dicta l. si conuenerit, vide Aret.in l.prima, in §.primo.ff.a quibus appel.Non † reuocantur post appellationem coram iudice a quo extra iuris banchum interpositam secundum aliquos in l. quarta in §. hoc autem.ff.de dam.infect.not.in clem.2.ext.de appell.Nō † reuocantur post appellationem interpositam ab eo, ne iudex faciat relationem, ut no.in l.prima.C.de relat.Card.Alexan.in cap.intimasti.colum.quarta, de appell. vbi distinguit quatuor casus, vide eum. Attentata † non reuocantur post appellationem de vno tribunali ad aliud non gradatim interpositam, vt no.per Card.Alexan.in c.si duobus.col. tertia, ext.de appell. Hinc † etiam non reuocantur de iure ciuili loquendo, si appelletur per saltum omisso medio, vt in l. Imperatores. ff.de appella.in rub.extr.eo.tit.& in ca. ꝙ clericis.ext. de foro comp.& in c. venientes. de iureiuran. aliud tamē est de iure canonico, no.in c.vt debitus.ext.eod.tit. Card.Alex.in c.pastoralis.eo.tit.Non † reuocantur, etiam si appelletur ad omnes superiores, quoniam appellandum est nominatim ad talem, Card.Alex, eo loci supra Bart.& Doct.in l.prima.in §.si quis.ff.de appel.canon.in c.inter cætera, ext.eo.tit. Bal.in l.cum proponas.C.de bon.auth.iud.possid. Non † reuocantur etiam in appellatione interposita a pari ad parem, puta à Vicario Episcopi ad ipsum Episcopum; quia est idem tribunal, vt per Card. Alex. in rub. col.sexta ext. de appel. quòd tamen procedit de iure canonico, secus de iure ciuili, per l.a proconsulibus,& l.præcipimus.C.de appell. Non † reuocantur in appellatione interposita de maiori ad minus tribunal. Card.Alex.eo loci supra Barb.in Rub.ext.de fid. instrum.in repet.colum.72.in versi.& ideo dixit glo. vbi dicit, quòd non valeret consuetudo contraria, per glo.in c. non putamus. de consuet. in 6.Abbas in c.si.colum.fin.ext.de precar. Attentata † non reuocantur in appellatione ab eo, quod facit iudex, quando est in arbitrio suo,& non necessitatur, vt no.in l.j. ff. de iurisdic.omn.iud.fallit nisi valde excederet arbitrium suū maximè in criminalibus, vt no.Doct.in ca. super his.extr.de accus. Non † reuocantur post appellationem ab eo, quod quis fecit, vel procurauit fieri; quia tunc non datur appellatio l.generaliter.§.primo.in fi.in uersi.quis enim C.de rebus cred.& iureiurando nam iudicem a se, vel a procuratore suo impetratum non potest quis recusare c.cum olim. de off.de leg. & ext. de cau. possess.& propri. Non † reuocantur post appellationem in casu, vbi denegatur audientia, vt 11. quæst. tertia c.rursus.in fine.Bart.Cępol.in consil.64. colum. prima in fine.Non † reuocantur in appellatione, vt non fiat electio; quia talis non admittitur appellatio.glo.in c.consideramus, ext. de elect.& in c.cum nobis olim. eod.tit. & ibi scribentes. Non † reuocantur in arbitrarijs modici præiudici.Bal.in sua Margarita, in verb.appellari non potest, notat Innoc.in c.conquestus.ext. de ferijs. Alexand.in consi.117.in tertio volum. Nota etiam, quòd † attentata post relationem, vel iudicis recusationem veniunt reuocāda, sicuti attentata appellatione pendente, vt per Card.Alex.in rub.ext.de appel.nume.1.vbi late quando gesta per iudicem recusatum veniunt reuocanda,& per Vital. in tract. clausi.in clausula relat. pendente. Et † attentata per iudicem recusatu mueniunt reuocanda absque aliqua citatione, quando iudex recusatus arbitros elegerit Card.Alex.eo loci num.3, vbi concordantes plures citat. Sunt † tamen quædam attentata, quæ appellatione pendente facta valent,& tenent,& hoc fauore cultus diuini, ut p glo. in c.ad hæc.in verbo assignes,& ibi Card.Alex.num.9.ext.de appell.& ibi etiam sub nume.10. Alium habes casum † quo appellatione pendente attentata tenēt, vt in clerico, cui precipitur, ut resideat, qui si appellat, potest appellatione pendē te residere per substitutum, quia & si obtinuisset, appellatio omnino non haberet hoc impedire, ad Card. ibi. Et † attentata post appellationem extraiudicialem a iudice non uti à iudice facta, sed vti à parte, sunt etiam ipso iure nulla, sicuti à iudice facta essent ad Card.Alex.post Butrium,& alios in c. dilecti.el secundo, num.secundo, ext.de appel. Et † quid in appellatione iudiciali, uide late per eum in c. bonæ memoriæ. num.35.36.ext.eod tit. Attentata † post appellationis renunciationem reuocantur in uiam nullitatis attētatorum, adeū do iudicem vel superiorem ordinarie agendo, licèt non reuocentur attentatorum priuilegio, vt per Card.Alex.in c.solici tudinem.colum.7.in 13.fallen.sicuti etiam † appellatione deserta non reuocantur beneficio attentatorum, sed per viam nullitatis, sic per eundem Card.Alex.in c.sæpe. colum.8. nu. 37.& ibi Franc.num.30.in glo.in uerbo rata, circa finē † cōciliant decisi.Rotæ primam in nouis,& aliam 130. vt prima procedat in attentatis, quæ priuilegio attentatorum reuocari petuntur, altera de attentatis, quæ per viam nullitatis veniunt. Et nota, ꝙ † deserta appellatione antequam appellatus, qui comparuit coram iudice, à quo executionem sententiæ postulando, cautela est, vt appellans præueniat, & coram iudice appellationis prosequatur appellationem, & alleget impedimenta, tunc executio postmodum concessa reuocabitur à iudice appellationis per viam attentatorum, vt docet Franc.in c.ex ratione.colum. fin.in quæst. fin.ext.de appell. Attentata † reuocantur post euocationem factam per iudicem inferiorem, sicut post appellationem.Card.Alex. in c.ut nostrum.num.primo,& ibi etiam Henric.Bohic. ext.de appel.egregie Rebuf.in tract.de euocatione, num.103. uide supra in nona par.num.quarto. *Gip.* Spero aliquid. *Buti.* Quid spei habes. *Gip.* Superuenit mihi satis optimum auxilium. *Buti.* Quale. *Gip.* Consilium D. Antonij Gipsij nepotis mei Bononiensis Iurisconsulti, & aliud etiam Domini Antonij Galeazij Maluaticei Doctoris clarissimi. *Buti.* Quid prosunt tibi huiuscemodi consilia. *Gip.* Quid prosunt, audacter optimis fundamentis, & rationibus ostendunt, tuam Regentis sententiaz esse attentatum appellatione mea in Rota pēdente, de qua supra in pluribus partib. scripsisti abunde, & vide quæ scripta sunt ab eis. *Butigerius.* Libentissimē.

Consilium D. Antonij Gipsi super attentatis.

INnouata † pendente appellatione dicuntur, & attentatorum priuilegio reuocantur cap. non solum.de appell. in sexto. Ang.in l.per hanc.C.de temp.appell. Doctores in cap. bonæ, de appell. Cum autem D. Regens pendente in Rota appellatione à sententia Iordani decreuit restituendam appellato possessionem bonorum, de quibus in sententia dicti Iordani,& hoc fecerit in executionem dictæ sentētiæ, ut colligitur ex illius lectura, manifeste apparet, sententiam D. Regentis fuisse attentatum, & priuilegio attentatorum iure reuocandam esse,& in specie, ꝙ † facere aliquid in executionē sententiæ a qua pendet appellatio dicatur attentatum. Alex. consi.89.in fine.lib.primo, Francus in dicto cap. bonæ. col. 31.& licet D.Regens non fuerit iudex à quo, sed tertia persona, tamen quoniam in ipsius sententia sumpsit causam, & fundamentum à iudice à quo, ex quo (vt dixi) fuit lata in executionem eius sententiæ, propterea † non ideo minus dicitur attentatum & uia attentatorum fuit reuocanda, glo.in dicto c.non solùm. in glo.fin. versi. hæc tamen omnia,& ibi Ioan.Andr.in fine, vbi etiam Franc.num.octauo, atque Domini de Rota decisi.4 ti.de appell.in antiquis. Et † quamuis dicta glo.loquatur in tertia persona priuata: tamen etiam locum habet in tertia persona Iudicis, vt declarant Doctores in præallegatis locis, & quia per omnia semper militat eadem ratio, quod factum sequens est fundatum in sententia, à qua pēdet appellatio, & licèt dicta glossa restringeretur ad tertiā personam priuatam, tamen adhuc locum sibi uendicaret in casu nostro: cum in eo quod iudicauit,& male Dominus Regens iurisdictionem non haberet † factumque à se uti à priuata persona factum diceretur. Paul. de Cast.consil.348.col. fin.lib.1.Decius consi.143.nume.3. habuit enim in mandatis Regens, vt † constito de allegata re iudicata possessionem appellato instanti restitueret, cum autem de re iudicata non cō staret, quæ nam aderat, sequitur, ꝙ † decretum interpositum a Domino Regente super restitutione possessionis dicitur perperam, & a non habente iurisdictionem interpositum. Non obstat, ꝙ † Reuerendis. D. sepa: auit articulum restitutionis pos. aduocatæ ab appellāte, quia in facto hoc nō probatur esse verum † non potuit possessionem sibi aduocare, ex quo certum erat de possessione Gipsi, & certum erat de non possessione aduersarij, Gipsus enim solus fuerat tunc tēporis in possessione, vt notorium erat. Doctrina antem Bart. in l.æquissimum. ff.de vsufructu, dicentis propter periculū armorum iudicem aduocare sibi possessionem posse, procedit, vbi super possessione dubium sunt iura utriusque partis, nam si certum est alterum possidere, non debet iudex etiam imminente armorum periculo auferre possessionem suam ei, quem nouerit possidere, quia etiam propter armorū periculum non est recedendum à tramite iuris. Bal.in l.æquissimum.ff.de vsufructu, in c.1.colum.2.de sequen.poss.& fruct Guid.Pap.quæst.246.incipiend.iudex non debet. Alexan.in adition.ad Bar.in l.si vsufructus. §.sed si inter duos. ff.de vsufructu. imo Reuerendissimus Dominus in ea aduocatione dicitur

dicitur ſpoliaſſe Gipſum, & ad reſtitutionem debet ei teneri, vt notatur in c. conquerenti de reſtit ſpoliatorum, & in c. cũ cauſa. de off. deleg. Non obſtat, quòd D. procurator Gipſi cõ-
9 ſenſerit in Dominum Regentem. † Primò quia hoc poteſt negari. Secundò reſpondeo, ꝙ non fuit conſenſus ſponta-neus, ſed ab inuito prętitus, vt ex lectura actorum colligitur, & ideo non præiudicat ſecundum Doctores in c. gratum. de
10 off. deleg. Tertiò reſpõdeo, & melius † ꝙ D. Procurator. qui ad hoc non habuit ſpeciale mandatum, non potuit in hoc D. præiudicare, & poſſeſſione ſua ita eum priuare; quoniam iſte conſenſus inducit renunciationem attentatorum, quæ renunciatio, & remiſſio eſt ſpecies donationis, quam quilibet procurator etiam cum libera non poteſt facere, & propter hanc rationem procurator non poteſt iuribus domino ſuo competentibus renunciare. Paul. de Caſt. conſi. 196. nu 2 lib. 2. Decius conſi. 402. nu. 9. Accedit, ꝙ procurator non poteſt appellationi interpoſitæ renunciare. Bal. in l. fi. §. fi. C. de temp. appell. Alex conſi. 22. col. fin. lib. 1. & conſi. 115. lib. 5. Et ideo non potuit Dominus procurator conſentiendo in Dominum Regentem præiudicare domino, quia ita appellationi interpoſitæ diceretur certo modo renunciaſſe. ſequitur enim hoc remedium attentatorum ex appellatione interpoſita, & prohibito vno omnia cenſentur prohibita, quæ ex eo ſequuntur, vulg. l. non dubium. C. de legibus.

Laus Deo.

Ego Antonius Gipſus Iuriſc. Bononienſis.

Conſilium D. Antonij Galeazij Maluaticei ſuper attentatis.

27 EXimij, & clariſſimi Domini † in cauſa Gipſi contra Butigerium licèt prima fronte res videatur ardua, & dubia contra Gipſum. Puto tamen illum eſſe in tuto, & nobilitates veſtras debere eſſe in confirmando ſententiam prædeceſſorum ſuorum, qui pronunciarunt attentata, & innouata per Butigerium in præiudicium appellationis coram illis pendentis, & ſic per eum geſta coram tunc Vicelegato, & cõſequenter coram Regente eius commiſſario fuiſſe, & eſſe reuocanda, prout ita per eorum ſententiam reuocarunt, & Gipſum eſſe reſtituendum in eo ſtatu, in quo erat ante dictas innouationes declararunt, vt latius in ſententia. Contra Gipſum videbatur prima fronte ſtringere, quia cum clarum ſit de iure, ꝙ pendente adhuc appellatione per illum interpoſita à ſententia Iordani antequam per Iudicem ad quem pronunciatum fuiſſet illius appellationem nullam, aut deſertam, potuerit Butigerius appellatus comparere coram ipſo Iudice à quo, ſcilicet coram Donato, qui ſucceſſerat in locum Iordani, & petere illius ſententiæ executionem. vt in l. ſi contra, & ibi pulchre per Ang. de Perugio. C. de appel. & Frã cum in c. ex ratione in vltima, & penultima colum. extra eo. tit. de appellat. & late per Ang. de Aret. in l. ſi expreſſim, in vltima & penult. col. ff. de appellat. coram quo licèt Gipſus exceperit, & oppoſuerit de pendentia ipſius appellationis in Rota, potuerit ipſe Iudex à quo ita incidẽter cognoſcere de nullitate, & deſertione dictę appellationis, quod aliàs principaliter facere non potuiſſet, cum ipſe non ſit Iudex appellationis, nec de ea habeant cognoſcere, vt in l. eos. C. de appell. declarat Angel. de Aret. loco præallegato, & ideo potuerit pronunciare dictam Gipſi oppoſitam appellationem nullã, & ꝯſequenter ſententiam Iordani ꝯ eum latam fuiſſe, & eſſe exequendam, à qua ſnĩa, & ſi per Gipſum fuerit appellatum: nihilominus ex quo Rota mediante Cipello cognitore pronunciauerit huiuſmodi appellationem deſertam, & propterea quodammodo videatur, quòd ſentẽtia Iordani tranſiuiſſet in rem iudicatam, quaſi Butigerius habuerit tres ſententias ꝯformes, ſcilicet Iordani, Donati, & Cipelli, quę fecerint rem iudicatam, & conſequenter ꝙ geſta poſtmodum per eundem Butigerium coram Vicelegato, & ſucceſſiue coraꝫ Regente eius commiſſario non uideantur fuiſſe attentata, & innouata tanquam amplius nulla ſubſiſteret appellatio, nec ſuſpenſa reperiretur ipſius Iudicis à quo iuriſdictio, ſed ad eũdem Vicelegatum, & Iudicem à quo ipſo iure reuerſa videatur iuriſdictio per appellationem finitam, ut per Doct. locis præalleg. & per Rot. deciſ. prima, in nouiſſ. iſtud eſt quod prima facie multum me faciebat dubitare contra Gipſum. Maturius tamen, ac diligentius perſcrutando ſeriem facti arbitratus fui rem contra Gipſum non eſſe dubiam, ſed eſſe ad ſui fauorem claram, & apertam: conſiderandum eſt enim, dato ꝙ Butigerius eum conuenĩſſet coram D. Donato Iudice à quo pro executione ſententiæ, & ipſe oppoſuiſſet de pendentia appellationis, & replicatum fuiſſet de nullitate, ſiue illius deſertione, & ſic coram eodem iudice, à quo tractata quoq; fuiſſet eiuſdem appellationis cauſa: nihilominus ob id Gipſus nunquam deſeruit ſuam primam appellationem à dicta ſententia Iordani interpoſitam, & in Rota coram Fontanelo iudice extracto pendentem, ſed continue illam fuit proſequutus, idcirco coram eo mouit iudicium de attẽtatis per iudicem a quo, vnde Rota etiam cum voto D. Columbini declarauit geſta per dictum Iudicem à quo fuiſſe attentata, & illa reuocanda, prout illa reuocauit, ſicque reuocauit ſententiam Donati, & tacite pronunciauit dictam Gipſi appellationem a ſententia Iordani coram illa vertente ſubſiſtere, & fore & eſſe aliquam; quia quando appellatio eſt nulla, tunc non dantur, nec dicuntur eſſe attentata, quia non entis nullæ ſunt qualitates, Rot. deciſ. 357. nota ꝙ attentata. in antiqs, quo fit, vt corruerit illud, ꝙ Butigerius † habuerit tres ſenten
1 tias conformes, & ſic rem iudicatam, quia ut apparet reuocata extitit ſententia ipſius Donati Iudicis à quo, & ſucceſſiue ſententia mediante, quæ appellatio à dicta ſententia Donati pronunciata fuerat deſerta. Et ex hoc ſequitur, ꝙ adhuc in ſuſpenſo remanſerat iuriſdictio iudicis à quo, & conſequenter ipſius Vicelegati, ſub cuius nomine proceſſerant Iordanus, & Donatus, & ſic ꝙ ligatas habebat manus. Vnde non potuerit ipſe, nec Regens eius commiſſarius circa cauſam ipſam, & illam concernentia ſe intromittere, aliàs dicuntur attentaſſe, & innouaſſe, vt in l. appellatione. C. de appellat. in l. prima. ff. nil nouari. appell. pendẽte, in c. non ſolùm. in principio, de appell. in ſexto, Alex. conſi. 99. viſis proceſſibus. vol. 5. Marant. de ordin. Iud. in ſecundo act. princip. num. 160. ita iſtam cautelam tradit Franc. in dicto c. ex rõne. num. 100. extra de appellat. ꝙ quando appellatus nõ expectata ſuper nullitate, aut deſertione appellationis pronuncia ipſius Iudicis ad quem præcurrit ad iudicem à quo, ut ſententiam exequatur, ut iſto caſu fecit Butigerius, ut tunc appellans coram Iudice ad quem ſuam proſequatur appellationem, & oſtendat illam ſubſiſtere, & per uiam attentati petat executionem reuocari, prout ita fecit Gipſus. Et hoc modo impedietur executio, & tolletur prior cautela præcurrẽdi ad iudicem à quo,
2 vt ſententiam exequatur, vt ibi latius per eum. Et † demum meritò Rota quoque vltimo loco ſtante dicta Gipſi appellatione à ſententia Iordani per uiam attentati reuocauit commiſſionem Vicelegati factam Regenti, & ipſius Regentis ſententiam denuo pronunciando attentata per Butigerium in præiudicium appellationis pendentis coram ipſis reuocanda eſſe, prout illa remouit, & reuocauit, vt latius in ſententia, quo fit, vt Gipſus ſuper annullatione, & reuocatione ſententiæ Donati, & ab illa dependente binas conſequutus fuerit ſententias conformes, quæ ſibi ex forma cõſtitutionum Rotæ rem fecerit iudicatam in conſtitutione Rotæ 159. & 160. & hoc modo clare fundata eſt Gipſi intentio. Non obſtant modo, quæ (vt audio) obiiciuntur in ꝓrium, & primò, ꝙ Vicelegatus propter ampliſſimas facultates, quas habebat, reſtitutionem poſſeſſionis ad ſe euocatæ potuerit committere Regenti, vt ſi ſententia Butigerii de iure foret exequenda, dictam poſſeſſionem ad ſe aduocatam illi reſtitueret. Quia reſpondetur, ꝙ cum ipſe Vicelegatus tanquam Iudex à quo, cum ſub eius nomine per Iordanum, & ſucceſſiue per Donatum fuiſſet proceſſum ſtante appellatione in Rota haberet ligatas manus, nec poſſet circa dictam cauſam amplius ſe intromittere. Sed eius iuriſdictio eſſet in ſuſpenſo, in c. uenientes. extra de iur. iur. cum aliis ſuperius alleg. non potuit dictam poſſeſſionem ad ſe aduocare; quia hoc ſpectabat ad Rotam tanquam in dicta cauſa per appellationem ad ſe interpoſitam iudicem cõpetentem. Nec dicatur, ꝙ fecerit propter ſcandalum euitandum, ne partes venirent ad arma in l. æquiſſimum. ff. de vſufruct. Quia reſpondetur, ꝙ etiam Rota potuiſſet poſſeſſionem aduocare, & pari modo ſub pœna partibus inhibere, ne ad rem accederent, cum quibus iudex, qui de cauſa cognoſcit, ſi timeat partium rixam poſſit ex ſua iuriſdictione hoc facere, dicta l. equiſſimum. notant Decius, & nouiſſ. in l. fiu. in principio C. de edict. diui Adr. tol. ſi ergo non potuit poſſeſſionem ad ſe aduocare, minus potuit committere Regenti, vt conſtito ſibi, ꝙ ſententia Butigerij eſſet exequenda illi dictam poſſeſſionem reſtitueret, vnde ſi aliter fecerit, ſequitur, ꝙ dicitur attentaſſe, & innouaſſe in præiudicium pendentiæ appellationis. Nec eſt verum, ꝙ Gipſus, & eius procurator huiuſmodi aduocationi cõſenſerint; quia nullibi de tali conſenſu, bene per horreſcentiam tacuerit, cogitantes ꝙ † ſuum ius reuocandi per viam attentatorũ
3 in Rota durabat, prout demum id omne tanquam in præiudiciuu pendentiæ appellationis obtinuerunt per Rotam reuocari non † potuit ergo Vicelegatus dictam poſſeſſionem
4 ad ſe aduocare illiuſque reſtitutionẽ Regenti committere, vt iudex a quo, per ea, quæ fuerunt deducta, minuſq; potuit ut Iudex ordinarius ex ſua ordinaria iuriſdictione; tum quia

quando

Source : BIU Cujas

quando iam cauſa pendet coram ordinario, non poteſt alius ordinarius inferior a principe, etiam ſi ſit Legatus de latere cauſam illam aduocare, & alteri committere, a ſolo Principe poteſt per ſuum reſcriptum hoc impetrari, & obtineri, vt late per Franc. in c. vt debitus honor. num. 36. extra de appel. tum etiam, quia nec Rota licèt Iudex competens, potuiſſet in occurrenti caſu dictam poſſeſſionem ad ſe euocare, & ipſis partibus inhibere, ne ſub pœna ad illam accederent, cum clariſſimum eſſet, Gipſum in poſſeſſione eſſe, attento quòd principale iudicium inter partes ſuper eo penderet, ꝙ Butigerius ex remedio l. fin. C. de edict. diui Adr. toll. peteret in poſſeſſionem ſe immitti, ergo fatebatur Gipſum poſſidere, ſed qñ certum eſt, alteram partem poſſidere, non poteſt Iudex in eius præiudicium poſſeſſionem ad ſe aduocare, etiam ſi timor ſit, ne partes currant ad arma; quia illud ſolum habēt locum, & procedit in dubio, quando non apparet quis poſſideat, vt una quæque pars ſe præparat armata manu ad rem accedere, ita Doct. locis præalleg. aliàs eſſet ſine cauſa ſpoliare poſſidentem, ꝙ eſſet abſurdum c. licet Epiſcopus. de præ-
5 bend. in vi. cum vulgar. Et † ex hoc ceſſat ꝙ obiiciebatur, ꝙ huiuſmodi poſſeſſionis ad ſe aduocatio fuerat alius articulus ab articulo, de quo in Rota; quia fuerat articulus diuiſus & ſeparatus, ſiue diſcorporatus ab articulo principali in Rota inter partes pendente, circa quem Vicelegatus bene poterat ſe intromittere, & dictam poſſeſſionem ad ſe aduocare, & illius reſtitutionem alteri committere; quia, vt ex prędictis patet, immo erat idemmet articulus principalis, ſuper quo in Rota inter partes contendebatur; quia Butigerius petebat ſe ex remedio dictæ l. fin. C. de edicto diui Adriani tol. in dictaz poſſeſſionē immitti, Gipſus verò excipiebat ſe poſſidere, & non debere ſua poſſeſſione priuari, ergo erat eiuſdēmet poſſeſſionis, de qua inter partes, ipſe principalis articulus, aut ſaltem connexus, & depēdens quod probatur. Nam iudex, qui inter aliquos cognoſcit de poſſeſſione, ne veniant ad rixam, poteſt poſſeſſionem illam ad ſe aduocare, & partibus inhibere. Ergo talis poſſeſſionis aduocatio, & ipſis partibus inhibitio eſt ſaltem articulus connexus a principali cauſa proueniēs, ergo de tali poſſeſſionis aduocatione, & inhibitione nō potuit Vicelegatus ſe intromittere, cū principalis ipſius poſſeſſionis cauſa eſſet in Rota, ergo, & iſte articulus dependens l. ſecunda ff. de iuriſdict. omn. iud. Nec dicatur, ꝙ Vicelegatus ſaltem ex ſuis ampliſſimis facultatibus potuerit dictam poſſeſſionem ad ſe aduocare, & illam reſtituendam alteri committere, & ſic diſmembrare, ſiue diſunire dictam poſſeſſionis aduocationem, & illius reſtitutionem; quia ſi immo ſm eius facultates potuiſſet totam principalem cauſam ad ſe aduocare, & illā alteri delegare, ergo multo fortius potuit vnū articulum diſmembrare, & ad ſe aduocare, & alteri commit-
6 tere. † Quia reſpondetur primò, vbi habetur de his ſuis ampliſſimis facultatibus, vt ſecundum illas putuerit dictum articulum diſcorporare, & ad ſe aduocare, cum ſecundum regulas iuris non valeret id facere, vt dictum extitit. Secundò poſito, ꝙ conſtaret de dictis ſuis ampliſſimis facultatibus, vt vbi ꝙ illis voluerit vti: ſimpliciter enim ad ſe aduocauit poſſeſſionem, & demum ſucceſſiue illam reſtituendam alteri cō miſit, nec dixit facere vigore ampliſſimarum facultatum, vt conſueuit dicere, quando intendit illis uti, vt docet experientia, & vt iſte eſt mos & ſtilus ſuæ dominationis, vt notorium eſt, & ita ſit, ꝙ in dubio ſuperior non præſumatur vti uelle ſua plenitudine poteſtatis, & ſic velle vti ſua ampliſſima facultare ſibi circa id conceſſa ꝯ iuris diſpoſitionem in alterius præiudicium, vt per Bal. in l. ſi teſtamentum C. de teſtam. & Paul. de Caſt. in l. Princeps. ff. de legibus, & Pariſ. in conſi. ſuo 51. num. 15. vol. 4. Non obſtat id, quod obiicitur, ut poſt dictā commiſſionem Regenti per Vicelegatum factam de reſtituē do poſſeſſionem Butigerio ſi exequēda eſſet illius ſnīa, ꝙ Butriolus Gipſi procurator ꝓſenſerit in dictum Regentem tanquam in iudicem competentem, ex eo ꝙ promiſerit ſub pę na mille ab eo nō euocare cauſam, & petierit ſe à petitis per Butigerium abſolui, qui conſenſus videtur omnia ſanaſſe, & & conualidaſſe, vt amplius non potuerit de attentatis opponi, cum in illum conſenſerit, & ita ſit, ꝙ ille qui comparet coram ipſo iudice à quo, & in illum conſentit, dicatur ſuæ appellationi renunciare, vt amplius obiici non poſſit de attentatis, vt in c. gratum, extra de offic. deleg. in c. ſolicitudinem. extra de appellat. Sed Regens, coram quo comparuit Butriolus, repreſentabat Iudicem à quo, quia erat delegatus à Vicelegato, qui cenſebatur eſſe ipſe Iudex à quo, cum ſub eius nomine fuiſſet per Iordanum, & Donatum in cauſa proceſsū.
7 Ergo † Butriolus coram eo comparens renunciauit appellationi. Quia reſpōdetur primò, ꝙ licèt Butriolus haberet mādatum ad appellandum, & appellationem proſequendum, non tñ habebat mandatum ad ꝓſentiendum in iudicem. & appellationi interpoſitæ renunciandum, ac attentata pēdente appellatione remittendum, quæ renunciatio cum ſapiat donationem, requirebat ſpeciale, & expreſſum mandatum, vt ita formaliter voluit Bal. in l. fin. §. fin. C. de temporum appellat. Alexā. conſil. ſuo 22. viſo inſtrumento. col. fin. vol. 1. & conſi. 115. attentis narratis, volum. 5. Secundò poſito ꝙ habuiſſet ſufficiens, & legitimum mādatum, non potuit tamē in illum conſentire. Nam cum delegatio ſibi à Vicelegato fa-
8 cta non ſubſiſteret, per ea quæ ſuperius fuerunt dicta † non potuerunt partes in eum conſentiendo ſibi tribuere iuriſdictionem l. priuatorum C. de iuriſdict. omn. Iud. cum alias eſſet perſona priuata, quæ nullam haberet iuriſdictionem.
9 † Tertiò talis conſenſus non fuit ſpontaneus. Nam cum dictus Regens ita delegatus vellet fulminare ſententiam, ne a ſe aduocaretur cauſa, propterea Butriolus, qui allegauerat pendentiam appellationis in Rota, & proteſtatus fuerat de attentatis, & fecerat ſibi per Rotam inhiberi, ad quorum iuſtificationem produxerat proceſſus coram Rota actitatos, vt illos mature conſideraret, & ſententiam non fulminaret, promiſit cauſam ab eo non aduocare, & petiit à petitis ſe abſolui, vt in regiſtro, vnde cum vt patet illius conſenſus non extiterit ſpontaneus, ſed timore fulminationis præſtitus non habuit inducere conſenſum, ac dictæ appellationis renunciationem; vt per omnes in dicto c. gratum. extra de appellationib.
10 † Quartò poſito ꝙ talis conſenſus fuiſſet liber, & ſpontaneus: nihilominus non fuit appellationi ꝯrius, ſed conformis. Nī cum (vt dixi) Butriolus fuiſſet proteſtatus de nullitate, & appellationis pendentia, & de attentatis licèt demum promiſe-
11 rit non aduocare cauſaz, ſed petierit à petitis ſe abſolui, † certè talis promiſſio, & abſolutionis petitio non fuit actus appellationi pendenti ꝯrius, ſed conformis; quia intelligitur, ꝙ aliter non intendebat cauſam aduocare, ſed ſtantibus deductis & allegatis, ſcilicet ꝙ appellatio penderet in Rota, quòd petebat ſe abſolui, & ad Rotam remitti, certè talis actus non dicitur fuiſſe appellationi ꝯrius, vt per illuz inducta fuerit appellationis, & attētatorum renunciatio, immo dicitur appellationem confirmaſſe, latius per Dom. de Rota. deciſ. 476. ſi ille, qui. vbi formaliter dicunt, ꝙ qñ appellans coram iudice à quo producit appellationem, vt ſe abſtineat à ſententię exe cutione, vt iſto caſu propter hoc non dicitur renunciare appellationi, de quo per Abbatem, Feli. & alios in dicto cap. gratum. extra de offi. deleg. tex. eſt in c. cum teneamur, & ibi latè declarat Franc. nume. 4. extra de appellat. Vltimò ex his tollitur id, quod obiiciebatur, quòd Regens, cui Vicelegatus commiſerat poſſeſſionis reſtitutionem, erat tertius Iudex, & propterea reuocatio non veniebat facienda per uiam attentatorum; quia ultra reſponſionem datam, & bene poſito, quòd eſſet tertia perſona, nihilominus ex quo illius cognitio erat ſuper executione ſententiæ ipſius Iordani, de cuius appellatione contendebatur, quòd licèt eſset tertia perſona: nihilominus innouata etiam per viam attentatorum veniebant reuocanda, iuxta tradit. per glo. & ſcribentes in dicto c. non ſolum. de appellat. in vi. Reſpondetur negando, ꝙ imo fuerit tertia perſona, ſed dicitur, ꝙ immo cenſebatur idēmet iudex a quo, quia ex quo fuerat delegatus à Vicelegato, ſub cuius nomine proceſserant Iordanus, & Donatus, & ſic reputabatur idem iudex à quo ſequitur, quòd pari modo & præfatus Regens à Vicelegato delegatus, qui eius vices gerebat, & illum repreſentabat, iuxta tradita in l. prima. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdictio, vt patet, cenſebatur Iudex a quo, & non tertia perſona. Vnde ceſsat obiectio, & ita ex his puto liquere de bono iure Gipſi, quòd etiam geſta per Regentem dicantur fuiſſe attentata, & per viam attentatorum veniant reuocanda. Nam & ſi geſta per Vicelegatum, vt fuit demonſtratum, dicuntur fuiſſe attentata, & per uiam attentatorum reuocanda. Ergo & pari modo geſta per eiús delegatum, prout ita etiam declarauit præcedens Rota, ut fuit dictum. Laus Deo.

Ego Antonius Galeazius Maluaticeus Iuriſc. Bonon.

Conſilium Authoris ſuper attentatis.

28 BVtigerius. Vidi † & diligenter conſideraui argumenta, & rationes horum Iureconſultorum in hac ſpecie facti contra mę conſulentium, & antequam reſpondeam ſcriptis eorum ſub breui compendio tuendo Regentis ſententiam non eſſe attentatorum vitio affectam, oſtenditur his infraſcriptis. Primò quia D. Regens motus fuit ad reſtituendum mihi poſſeſſionem ex rationabili cauſa ob tres ſententias ꝯ te latas facientes ſaltem præſumptam rem iudicatam, quo fit, ut rationabile attentatum non reuocatur, vt per Gem. in cap. primo. nume. 1. extra de offic. ordin. dixi in nona parte

ſupra

Source : BIU Cujas

ſupra num. primo. Secundò; quia iuriſdictionem habuit iudicandi ob poteſtatem ſibi à Vicelegato authoritate apoſtolica demandatam, vt latius dicam in reſponſionibus ad fundamenta tuorum aduocatorum, ſi iuriſdictionem habebat, ſequitur, quod ab eo factum eſt, penitus eſt irreuocabile per viam attentatorum per regulam, quæ eſt, q̃ à iudice factum iuriſdictione non carente nõ reuocatur in viã attentati. Frãc. in c. paſtoralis. num. ſexto, in ſexto effectu. Abbas in c. ut debitus. colum. 4. eo. ti. dixi in nona par. num. 3. & in prima par. num. 8. vbi latè. Tertiò, Regens habuit conſenſum à te, & à me quò ad actum iudicandi pluribus modis, de quibus ſupra habes in quarta parte, num. 8. 9. Sed quando pars conſentit, vt iudex procedat, factum a iudice non reuocatur per viã attentati, Bal. in l. prima C. de relat. copioſe ſupra in nona parte, num. ſexto, ergo &c. Quartò: quia pronunciauit D. Regens in articulo ab appellatione tua in Rota pendente ſeparato, & in diuerſa cauſa, tuã quia cauſa tuæ appellationis erat ſuper ordinario poſſeſſorio l. fi. C. de edicto Diui Adriani tollen. altera coram Regente ſuper ſummariiſſimo, & extraordinario poſſeſſorio, de quo ſcriptum eſt ſupra in nona parte, num. 20. & in decima fol. 114. in verſi. quarta: tum ob diuiſionem factam de articulo dictæ cauſæ per commiſſiones ꝓductas in cauſa a te, & a me, vt eſt dictum in tertia parte, nu. 8. in quarta, num. 1. vbi copioſe, ſed in diuerſis, & ſeparatis articulis a cauſa appellationis non attentatur, ut per Franc. in ca. an ſit. nu. 7. & ſeque. ibi extra de appellat. Vital. de clau. ſub clauſ. nil nou. num. 22. in fine ſupra in quinta parte, nu. 1. Quintò, Regens pronunciauit in dicto ſummariiſſimo, & mero poſſeſſorio, per quod non fit præiudicium in ordinario, ideo ſententia in eo lata per pendentiam iudicii in alio non reuocatur attentatorum beneficio, deciſ. eſt Rotæ in nouis, deciſ. 417. Sextò facit conſilium Pariſ. in conſi. 118. num. 24. volum. 1. vbi non dicitur attentatuꝫ, qđ poſt appellationẽ interpoſitam declaratur ſuper mero poſſeſſorio executionẽ fieri, & ibi Pariſ. citat concordantes, vt quemadmodum in caſu iſto, in quo ſententia Regentis eſt ſuper mero poſſeſſorio, ad conſi. Silu. in dicto conſi. 27. & Caſtr. in conſi. 3. cum ſequacibus in nona parte, num. 20. & non eſſet ponere os in cẽlum, q̃ in ordinario l. fi. C. edicto Diui Adria. poſſeſſorio appellatione pẽdente fieri poſſit executiõ citra incurſum attẽtatorum, vt ſupra dictum in decima parte. num. 34. & maxime qñ in appellatione non ſunt expreſſæ cauſæ, ad Vbert. Zucard. in dicta l. fin. num. 25. qui egregie loquitur. Sextò, qa Regens ſucceſſit loco iudicis appellationis, ob cognitionem de articulo factam tanquam de emergenti cauſæ tuæ appellationis, qui cognoſcendus veniebat per iudicem appellationis, vt in nona parte, num. nono, ſed iudex appellationis nõ attentat, ad no. in c. cum teneamur. extra de app. & ſupra in ſeptima parte, num. 43. ergo. Septimò Regens pronunciauit in articulo, in quo non pependit aliqua appellatio, ſed vbi non pendet appellatio, non reuocantur attentata. Bellam. de ciſi. 529. ſupra in quinta parte, num. 11. vbi abunde. Octauò, quia Regens non offendidit te, tuum iudicem appellationis, neque ius, te, quia conſenſiſti, vt procederet in cauſa, iudicẽ, quia non eſt iudex à quo, & non impediebat iuriſdictionem tui iudicis in exercitio appellationis à ſententia Iordani, maximè cum iſdem appellationis iudicem repreſentaret, non offendit ius, quod conſiderat læſionem, quando uel iudex, vel pars offenditur, vt dixi in nona parte, nume. 8. & 10. ubi qñ vnum ex his tribus non verſatur extremum, attentata nõ reuocantur, ut latè ſupra in tertia parte, num. 11. in nona, nu. 3. Nonò quò ad poteſtatem, & iudicãdi facultatem Regens non aſſumpſit cauſam à ſententia Iordani, ut tui aſſerunt aduocati, & vt videbis infra in reſponſionibus, ſed ab ipſo Vicelegato, & ſuperiore, & de attentatis non quæritur, inaniſque eſt quæſtio, quando non dubitatur de poteſtate iudicare debentis. Didac. Couar. in tractatu pract. quæſt. ca. 23. fol. 151. nume. 7. ſupra in prima parte num. 8. Decimò, quia Regens in executione aduocationis facta à ſuperiore poſſeſſionem reſtituit, cuius reſtitutio deſcenſiue venit ab euocatione, ſed euocatio non eſt attentatum, vt habes ſupra in prima parte, nume. 13. in nona, nume. quinto, ergo nec poſſeſſionis reſtitutio ſequela, & acceſſorium, argum. tex. in cap. acceſſorium. extra de regul. iuris. in vi. & l. cum principalis. ff. eod. titu. cum vulg. Vndecimò, quia Regens ſi tibi reſtituiſſet poſſeſſionem, vtique non attentaſſet, minus ergo mihi reſtituendo attentaſſe dicitur; quia modus in iudicando non debet diuidi, vt uno & eodem tempore attentare poſſit, & non attentare contra regulam l. in hoc iudicio. ff. fam. erciſcun. & ſi attentaret reſpectu mei, & non tui, ſequeretur, quòd iudicium claudicaret contra regulã l. fina. C. de fruct. & lit. expẽſ. ſupra parte decima, poſt. num. 4. in verſi. aliàs. Duodecimò, Regens potuit iure exequi quò ad actum reſtitutionis poſſeſſionis ſententiam Iordani, ſeu Donati propter ſtatutum in tit. de appell. in §. ſi victus. ſupra ſæpius allegatum, ſed qđ fit lege, vel iure permittente nullam pœnã mœretur. l. Graccus. C. ad l. Iul. de adult. attentatorum autem reuocatio pœna eſt, Caſſad. deciſ. tertia. in titu. de reſt. ſpol. Alexan. in conſi. 99. in quinto volum. ergo &c. Decimotertiò, ſi non potuiſſet Regens poſſeſſionem mihi reſtituere in executione Iordani ſententiæ propter tuam appellationem in Rota pendentem, male & inique faceret, ſed non attentaret; quia non caruit iuriſdictione iudicandi non impediens poteſtatem iudicis ad quem procedendi in appellationis cauſa, ut per Ioã. Monac. in c. cupientes in §. quòd ſi per uiginti. num. 147. extra de elect. in vi. Decimoquartò Regens eſt executor, ut ex commiſſionibus conſtat, ſed executor non attentat. Caſſ. de ciſi. ſexta, in ti. de cauſa poſſeſſ. & proprietatis, ergo. Decimoquintò Dominus Regens, qui propter appellationem pendentem à ſententia Iordani reſtituit poſſeſſionem, inique forſan fecit, ſed non attentauit, quia ob iniuſtitiam non recurritur ad uiam attentatorum, ſed propter non rite proceſſum; quia non ſequitur, non rectè eſt proceſſum, ergo non rite, ſicut è conuerſo, vt dixi abunde in tertia parte. num. 10. & num. 15. & in hoc etiam decipiuntur conſulentes tui inculcantes male factum cum attentato, ut etiam dixi ſupra in decima parte, & ex his rationibus, quibus arguitur iniuſtitia non arguitur attentatum, quia aliàs ſequeretur inconueniẽs quòd vbi ſententia non poſſet, reprehendi de iniuſtitia, minuſque de attentatis reprehenderetur, ſed hoc eſt falſum; qa ſententia ẽt rectè lata, & iuſta, quinimo, quæ in iudicatum tranſiuiſſet, poteſt reuocari per uiam attentatorum, uidelicet quando non eſſet rite lata, per quod incurritur in attentatum ad ea quæ ſuperius dixi in quinta parte. num. 16. & decima parte. num. 63. Decimoſexto, Regens non impoſuit perpetuum ſilentium; quoniam illatum per eum grauamen eſt reparabile per diffinitiuam ferendam a tuo appellationis iudice, ex quo iudicauit in poſſeſſorio mero ab alio coram tuo iudice uertente diuerſo, ſed attentatum, quod non imponit perpetuum ſilentium, non reuocatur, Bal. & Salic. in l. appellatione C. de appel. ſupra in tertia parte, num. 19. Decimoſeptimò Regens non habuit ſcientiam de tua appellatione in Rota pendente, meritò ſine attentatorum metu potuit procedere ad executionem ſententiæ, ut per Franc. in cap. bonæ memoriæ. num. 42. extra de appellat Canon. omnes in cap. ſi iuſtus metus. ubi Franc. nu. 42. extra eodem tit. Decimooctauò Regens fuit tertius iudex habens iuriſdictionem, ſed facta per tertium iudicem habentem poteſtatem non reuocantur attentatorum priuilegio, vt dixi abunde in ſeptima parte, nume. 67. & 114. parte octaua, num. 26. ergo. Decimononò, Regens, proceſſit, & iudicauit authoritate Reuerendiſſimi Domini Prolegati, qua ei in commiſſione demandatum fuerat. Sed Reuerendiſſimus D. prolegatus non attentant, maximè in præiudicium iudicis ab eo inferioris, & cui cauſa appellationis committebatur, ut in caſu noſtro, hinc Reuerendiſſimus Modernus Prolegatus digniſſimus Bon. D. Petrus Donatus Cæſius Epiſcopus Narnien. vir maximi iudicij, ſapientia, manſuetudine, nobilitateque, & iuſtitia, qui præoculis ſemper habens publicum. & priuatum bonum ad dirimendum quamplures lites. quæ hodie immortales ex curſu attẽtatorum fiunt, ſuo excelſo ingenio, miraque cum prudentia, vt ne minor a maiore opprimatur, cuius ſemper fuit, & eſt ſolertia, ſtudium, & eius cura huius almæ Ciuitatis Bononiæ mihi patriæ, in cuius gubernium, ut ita dicam, ad eaꝫ optime regendam, defendendam, boniſque legibus inſtituẽdam a Deo optimo miſſus uerè dignus corona cenſuit, & decreuit in adiutorio ſuo, & ab eo geſtis authoritate, quia ipſe poteſt ampliori, locum non eſſe regulis attentatorum. Vigeſimò, Regens habebat in commiſſione procedendi etiam absque tela iudiciaria nulla iuris & ſtatutorum ſolemnitate ſeruata, per quæ tollitur ordo iuris poſitiui, & iudex poteſt de iuregentium procedere, & decidere, ad conſi. laſ. in conſi. 162. in quarto volum, Rub. Alexan. in conſi. quarto, in fine, & ſupra in quinta parte num. 19. ſed attentata iuris poſitiui ſunt, ut no. in cap. non ſolum. de appellat. in vi. ergo. Et tanto magis hæc militant; quia ex reſcriptis productis poterat Regens procedere, nulla contradictione obſtante, quòd eſt dicere remota appellatione: quia paria ſunt dicere, nulla contradictione obſtante, uel appellatione remota, vt per Card. Alexand. in cap. perſonas. num. 19. extra de appellat. ſed quando iudex poteſt procedere remota appellatione, proculdubio eo caſu attentata non reuocantur, ut no. Franc. in cap. paſtoralis. nu. ſexto, quem ſequuntur omnes Canon. extra de appell. Vigeſimo primo, & ultimo, ex quo à ſententia D. Regentis non fuit appellatum per te, & ſi appellatum, appellationem deſeruiſti, & cum non te præterit, paria eſſe, non appellare, uel appellare,

Source : BIU Cujas

appellare,& deſerere appellationem, ad iuris regulas vulgatas, tunc ea Regentis ſententia non poteſt attentatorum remedio reuocari,deciſi.eſt Felin.in c. quod ad conſultationē. quæſt.quinta.num. 27.colum. pen. extra de re iud. vbi habetur, ꝙ quando non eſt appellatum a ſententia, cuius executio pendente termino ad appellationem interponendum cō ceditur,non facta, ſeu interpoſita appellatione per viam attentati executio non reuocatur, & nihilominus eſſet dicendum,quem obtinendo executionem incurriſſe in attentatū, ex quo ad reuocationem attentatorum idem iudicatur de termino pendente ad appellandum,quod de appellatione interpoſita,vt dictum eſt ſupra in ſeptima parte, num. 15.& veritas eſt in contrarium,& ratio concluſionis eſt;quia attentata reconualeſcunt, cum de non appellatione interpoſita poſtea conſtat,ſententiaq; firma remanet, & iuriſdictio reconuolat iudici a quo,ſicut appellatione deſerta,vt quemadmodum in hoc caſu,in quo, vt dixI ſupra, propter deſertionem tuæ appellationis à ſententia Regentis dicta ſententia remāſit firma,tanquam lata a iudice competente, & conſequenter non ſubiecta attentatorum periculo, & hanc etiam deciſionem Felini ſequitur Vital. in tract. de clauſ. ſub clauſ. nil nou.num.25.in uerſi. nec poteſt, ad prædicta conferunt etiam ea quæ ſupra tradidi in ſeptima parte, nume.123. Non obſtant ꝯria. Et ad primum & ſecundum, ꝙ in executione Iordani ſententiæ Regens poſſeſſionez reſtituit,& conſequēter ꝙ aſſumpſit fundamentum a ſententia, à qua appellatio pendet,latius reſpondidi ſupra in tertia parte mei libri num. 17.& 18.& num, quarto, vbi plura adduxi circa intellectum glo.c.non ſolùm.in §.illa verò. in uerſi. nec tamen omnia,& in decima parte,num.ſecundo,& tertio. Rurſus non fundauit ſententiam ſuam magis ſuper ea Iordani, quā ſuper aliis latis,cum tres latæ fuerint, vt ſcriptum eſt in nona parte, nu. 18.& in decima parte,pag.poſt.num. 3.in uerſi. octauo, & in quinta parte,num. 11.ibi optimas habes reſponſiones. Tertiū de tertio iudice procedit,quādo ille iudex careret iuriſdictione iudicandi,vel aſſumeret cauſam a iudice a quo, cuius eſſet iuriſdictio ſuſpenſa, ſed cum habeat iuriſdictionem, & non aſſumat poteſtatem a iudice à quo,vt in caſu noſtro, factum per eum non reuocatur per uiam attentatorum, vt declarat Ioan.Monac.in c.cupientes.in §.ꝙ ſi per uiginti.num.147.& ſupra explanaui in tertia parte num.4.17.18. in quinta parte, num. 11.in ſeptima parte,num. 67.& 114.in octaua,num.26. & 47.in nona,num.3.hinc ex his ſoluitur quartum de non iuriſdictione eiuſdem Regentis: quoniam hoc tuum ſemper fuit fundamentum,cui ex his quæ ſupra tot partibus mei libri conſtat de iuriſdictione,& contra id negantem,tanquam contra negantem principia non eſt diſputandum; clara ſunt reſcripta, & commiſſiones in proceſſu tribuentes poteſtatē D.Regenti procedendi in dicta cauſa reſtitutionis poſſeſſionis, vt habes ſupra in tertia parte num.8. in quarta parte,nu. 2.4.5.cum ſequacibus. Non obſtat quintum, ut conſtito de re iudicata in articulo reſtitutionis poſſeſſionis &c.quia quo nam pacto in ea cauſa hæc verba intelligatur, vide ſupra in quarta parte,num.4.13.& in nona parte,num.12.13.& 14. Ad ſextum,ꝙ perperam,& male iudicauit Regens ſtante pendē tia appellationis tuę in Rota, reſpondeo,ꝙ non ſequitur,male,& inique iudicauit,ergo attentauit, in hoc decipiuntur cō ſultores tui, vt dixi ſupra in tertia parte,num. 10.& 15.in quarta parte, num. 12.vide ibi pro reſolutione, & ſi perperam iudicauerit Regens, tuum erat petere reuocationem per viam iniuſtitiæ medio appellationis,vt feciſti, ſed non hac attentatorum,quæ oritur ex defectu poteſtatis,& ſuſpenſionis iuriſdictionis, vt dixi etiam in decima parte, poſt num.4 in verſi. nam cum. Ad ſeptimum de ſeparatione articuli à cauſa tuæ appellationis,quam negant conſulentes, parcant mihi, non viderunt ſcripturas. Non recordare ad tui inſtantiam articulum reſtitutionis aduocationis poſſeſſionis per ſpeciale reſcriptum fuiſſe demandatum D.Chriſtophoro de Iudicibus vt ſcripſi in tertia parte,num.8.in quarta parte, nume.1. & 2. Minus obſtat octauum, ꝙ Reuerendiſſimus Dominus non poterat aduocare ad ſe poſſeſſionem; quia hoc aſſerentes tui aduocati incidunt in crimen hæreſis diſputare de facultate Prolegati Bononiæ Papam repreſentantis, vt dixi abunde ſupra in nona parte,num. 2.3.& 4.& hi loquuntur ꝯ iura, quia ſi Vicelegatus commiſerat cauſam tuæ appellationis in Rota. Quare eſt,ꝙ ipſe nō poſſet ad ſe reuocare partem cauſæ,ſi
7 totam aduocare poteſt expreſsè,& tacitè, vt tradunt ſcribentes omnes in l.iudicium ſoluitur.per illum textum.ff.de iud. &in c.vt noſtrum extra de appell. vbi Innoc.But.Imol. Cardin.Alex.& Philip.Franc. notant, & ſupra dixi parte prima, num.9.& 13.& parte ſecunda,num. 11.& 18.& parte nona.nume.2.3.& 5.& hoc negantes loquuntur ꝯ leges. Ad nonum, ꝙ non probatur conſenſus tuus, videant aduocati pro reſolutione ſupra in tertia parte,num.ſeptimo,parte quarta,nu. octauo,& num.11.parte nona,num.6 num.10. & nume.21. & parte quinta,num.4.& 5. Ad decimum & vltimum argumentum tui nepotis D.Antonij Gipſi, videlicet ꝙ tuus procurator tibi nō præiudicauit in attentatis pariter pro reſolutione videat ſupra in quarta par.num.3.4. & 5. vſque ad numerum 12.ibi habetur de veritate puncti,& quonam pacto præiudicet in attentatis procurator, & quibus modis huiuſmodi fuit præſtitus conſenſus ad iudicium Domini Regentis. Ad primum in ordine fundamentum alterius tui D. Antonij Galeazij Maluaticei, videlicet ꝙ tu reportaſti duas cōformes ſuper attentatis pro reuocatione Donati ſententiæ, aduertatur;quia nō cōuenit illud attentatorum iudicium cū iſto;quoniam Donatus, qui erat iudex à quo,forte attētauit exequendo ſententiam in ordinario poſſeſſorio.l.fi.C.de edicto Diui Adria.in quo appellatio pendebat. Regens autem pronunciauit in extraordinario,& ſummariiſſimo poſſeſſorio longè diuerſo ab ordinario, & in quo nulla pependit appellatio,vt dixi in quinta parte,num.11.& ex diuerſis non infertur ad attentatum, vt ſcripſi in nona parte, nume.13.Sed hæ etiam tuæ attentatorum ſententiæ latæ fuerunt poſtquā Regens iudicauit,& nō ante,vt dixi in tertia parte. nume.17. in nona,nume.12. Ad ſecundum, ꝙ mea etiam commiſſio D. Regenti directa eſt attentatum, ſolutionem habes ſupra in nona parte,num.14.& 15.in quinta parte,num.4.& 5.& ſi mea commiſſio attentatum eſſet, tua etiam directa D. Chriſtophoro de Iudicibus Ianuenſi ante meam, aliique iudici præter tuum appellationis iudicem demandata appellatione pendente proculdubio attentatum eſſet,ſed paria delicta etiam in attentatis mutua compenſatione tolluntur,ut ſupdixi in nona parte,num.12.& 14.Non obſtat tertium,in quo dicitur te nō cōtenſiſſe aduocationi poſſeſſionis,niſi per horeſcentiam, quia ꝯrium notatur ex his quæ tradidi in nona parte,num.6.10.& num.15. in ſecunda parte,nu.18. Quartum minus obſtat, in quo aſſeritur ordinarium nō poſſe, ēt ſi ſit Legatus de latere cauſam coram alio ordinario pendentem euocare,& alteri committere per reſcriptum; quia non facit ad caſum noſtrum,in quo tuus iudex appellationis Fontanelus nō erat ordinarius iudex, ſed delegatus, & conſequenter Rota,cui cauſa à Vicelegato fuerat commiſſa,potuit ideo tanquam D.delegans aduocare totam cauſam, vel eius partem, aut articulum dependentem ab appellatione citra cuiuſcunque nullitatis uitium,ſeu attentati,vt habetur in dicta nona parte,num.2.3.& 4. & in ſecunda parte, nume.11. Rebuf.late in tract.de Euo. num.36. quinimo etiam ſi nō delegaſſet cauſam appellationis in Rota potuiſſet eam aduocare, ad ſtatutum noſtrum ſignanter ſub rub.ꝙ Reuerendiſſimus Dominus Legatus, vel Vicelegatus poſſit quaſcunque cauſas aduocare &c.poſitum in volumine criminalium fol. 65. & per hoc tollitur ſexto loco obiectum,vbi dicitur, ꝙ nō cōſtat de facultate Vicelegati pro cauſarum aduocatione, & quatenus conſtaret in caſu iſto, nō dixit facere ex ampliſſimis ſuis facultatibus.Namque de facultatib. Vicelegati, quæ ſunt ampliſſime, in ingreſſu gubernii ciuitatis ſemper conſtat,vt dixi in nona parte, num.4.& nihilominus apparet,eūque vſum fuiſſe in hac cauſa plenitudine ſuæ poteſtatis ex commiſſione facta D. Regenti, vt in cauſa reſtitutionis poſſeſſionis procederet authoritate Apoſtolica, ac ex ampliſſimis facultatibus,& prout quemadmodum ipſe poteſt, ut ex reſcripti lectura liquidò cōſtat, & ſic uidet,ꝙ tui aduocati errarunt in facto. Rurſus dico, ꝙ etiam ſi nō fuiſſet commiſſa cauſa apoſtolica authoritate: attamen ob clauſulam, omni meliori modo, ēt inſertam quando actus non prodeſſet de ordinaria poteſtate factus à ſuperiore,ne corrueret,& annullaretur,valeret de plenaria poteſtate,ad ſing.Doct.Alex.communiter receptam in l.quamquam C.de milit.teſt.Ad aliud, ꝙ certum erat te eſſe in poſſeſſione, vnde aduocatio fieri nō debuerat,non facit ad rumbum;quia illud procedit ante ſententiam Iordani, poſt ſententiam autem fuiſti eiectus per ſententiam Donati'& ego immiſſus, vnde arma præparabas denuo me eijcere,vt poſſideres,nimirum ſi hac de cauſa orta fuit aduocatio bono zelo, quæ non ſubiacet tanquam licita alicui vitio attentatorum,dixi ſupra in ſecunda parte,nume. 13.in nona,num. 5. Et dato ꝙ ſuperior non debuiſſet facere, id infertur ad malefactum & iniuſtum, ſed non ad attentatum,vt ſupradixi ad aliud propoſitum. Ad quintum, quòd non erat alius articulus ſeparatus ab appellatione,nec ab ea diſcorporatus ſupra reſpondi, non repeto,& addo ꝙ imo diuerſus eſt articulus aduocationis poſſeſſionis à negocio cauſæ principali in remedio l.fin.C.de edict.Diui Adria.quoniā in eo agebatur de interdicto adipiſcēdæ poſſeſſionis,in hoc autem euocationis de retinendæ interdicto, ut pulche per Silua.in conſi.27.Nat.in cōſi.20.in primo lib.& dicta nona

parte,

parte,num.10.quorum quanta ſit differentia,ac diuerſitas, leges, quæ de interdictis poſſeſſoriis loquuntur, patefaciunt. Non obſtat,ꝙ Regens erat loco iudicis à quo, quinimo maior eſt iudice à quo: quoniam erat delegatus à ſuperiore cũ eadem authoritate iudicandi, vt Vicelegatus poſſet, uide in nona parte,num.7. Verum eſt, ꝙ Vicelegatus eſt iudex ordinarius,ſed etiam eſt iudex ſupremus,& duas repreſentat perſonas,vnam vti ordinarius,alteram vti ſuperior, & princeps, vnde Regens iudex commiſſarius non ex excitata, vt ordinarius,ſed ex alterata poteſtate uti uices habens Vicelegati,ob authoritatem ei conceſſam in reſcripto cognouit,& proceſſit,& propterea non poteſt dici,ꝙ eius iuriſdictio eſſet ſuſpẽſa, vt eſt dictum ſupra ſæpius. Ad octauum reſpondetur,& nota,quod conſentiunt conſultores, tuum procuratorẽ poſſe in iudicem Regentem conſentire,ſed dicunt non fuiſſe legitime præſtitum conſenſum,ex quo delegatio facta Regenti à Vicelegato non ſubſiſtit,argum not.in l.priuatorum.C. de iuriſd.omn.iud. quoniam ſi delegatio facta teneret, ex ſuperius deductis,quibus non facile reſponderi poteſt, ergo ſe queretur prorogatio iuriſdictionis. Rurſus tu pluribus modis,ac actis quantum ad merita cauſæ procedens in articulo, iuriſdictionem prorogaſti,& prorogando conſenſiſti, vt dictum eſt ſupra in quarta parte, num.4.5.& 8.& in nona parte num.16.& conſequentia non tenet,procurator in iudicem conſentiendo appellationi non renunciat, ergo neque attentatis,vt ſcripſi in dicta quarta parte num.9.& 10. Non obſtat nonum,in quo aſſeritur conſenſum non fuiſſe ſpontaneum, ſed inuitum, & fuiſſe præſtitum ob id ne iudex fulminanter procederet in articulo. Quia ex deductis probatis, & allegatis per te in proceſſu apparet ſpontaneum fuiſſe dictum conſenſum,vt late habes in quarta parte, num.4. vſque ad num. 9.nec in iudice, qui eſt bonus vir. l.vir bonus.ff. iud.ſol.cum vulg.præſumitur id præſumptum fulmen,argum.no.in l.Herennius in §.Caia.ff.de euict. cum mat. no.in c. in præſentia. extra de probat. Nec obſtat decimum, ꝙ talis conſenſus non fuerit contrarius appellationi, ſed conformis: cum ſemper proteſtatus fueris de attentatis; quia hoc negatur poſſe colligi ex proceſſu,& nunquam es proteſtatus de attentatis, poſtquam cauſa reſtitutionis poſſeſſionis introducta fuit coram Regente,vt ſcriptũ eſt ſupra in tertia parte, nu.8.& in quarta parte num.ſecundo & propterea non poteſt dici,ꝙ is conſenſus fuerit dictæ tuæ appellationi conformis. Ad vndecimũ de promiſſione facta per te,ſeu tuum Procuratorem in non aduocando cauſam à Domino Regente,& ab abſolutione à petitis per me,per quam non conſentiunt aduocati tui,prorogatam eſſe D.Regentis iuriſdictionem. Reſpondeo,& dico ex declaratis à me circa intellectum huiuſcemodi promiſſionis,ac petitionis factæ in quarta parte ſupra num.11.& 12. clare apparent ſomnia eſſe ſcripta per eos, qualis ſint ipſi authoritatis,quibus in hoc munere, quo me defendendi utor organo alterius iuriſconſulti non cedo quicquam, ad reliqua patent reſponſiones, de quibus ſupradictum eſt dum fuit reſponſum ad conſilium Domini Antonij tui nepotis. Ex his itaque ſpero reportaturum ſententiam ad mei fauorẽ ferendam per DD. meos celeberimos Iuriſconſultos DD. Franciſcum Marzarium Vicentinum, Stephanum Paganutium de Monte Pulciano, Franciſcum Mariam Finum Mirandulenſem, Antonium Donatum de Corriggio digniſſimos Auditores Rotæ Bonon. viros equidem doctiſſimos,& Iudices in ciuilibus his temporibus famoſiſſimos, qui ſumma cũ ſapiẽtia,doctrina,dilectione, magnoq; aduocatorum cauſarumq; patronorum ſtupore cauſas decidunt, liteſque quamplures dirimunt omnibus æqua lance iuſtitiam adminiſtrantes etiam vno eorum omnium concordia, & beneuolentia,taꝫ inter ſeipſos,quàm in omnes ciues nobiles, & pauperes huius inclytæ ciuitatis,ita ꝙ vere illis ſummus debetur honor, non minus, quàm debetur nonnullis eorum anteceſſoribus,inter quos Rotæ Auditores præcipue fuit ille olim, & eſt vir magnus ſcientia, magnus iudicio, vt quemadmodum corpore D. Triuultius Gualterius Vrbeuetanus hodie in hac ciuitate cauſis capitalibus iudicandis digne Præpoſitus, vir etiam acutiſſimi ingenij, & inter cæteros totius Dominij Eccleſiaſtici practicos iudices criminaliſtas facile primum locum tenens. Opus etenim meum, omniaq; in hac materia, quæ a cæteris ſcribentibus tam ab antiquioribus, quàm à modernioribus ſcripta,ſunt conſumata,in unumq; collecta ad laudem omnipotentis Dei, beatæque Virginis, ac beati Hieronymi.

PRACTICARVM CONCLVSIONVM SVPER ATTENTATIS APPELLATIONE PENDENTE.

HIERONYMI MANFREDI IVRISCONSVLTI.

Liber Secundus.

Concluſio I.

TRactaturus de attentatis appellatione pendente per modum concluſionum, illud primum quæramus,quid eſt attẽtare. Attentare latè capiendo, eſt ad aliquem actum procedere,Bald.in conſi.24.volum.4.vbi ponit quid eſt attentare, tractare, procedere,& conſumare, Nicol.Boer.in tract.de ſeditio.quæſt.7. num.36.ſtrictè autem,& in ſpecie,Attentare eſt facere quod prohibemur medio tempore appellatione pendente ab interlocutoria,& à definitiua, ut notatur in cap.non ſolum. de appell.in 6.vbi Io.And.Gemin.Philip.Franc.Io.de Annania, & ſequaces,Bal.Salic.& alij in l.appellatione. C.de appellat. hinc reuocare attentatum, eſt reducere rem ad priſtinum ſtatum poſt interpoſitam appellationem ante attentationem, Dominic.de ſancto Gemin.in dicto c.non ſolum in §.illa verò,num.3.de appel.in ſexto, & in cauſis profanis, ac beneficialibus attentata ad primæuum reducuntur ſtatum, in profanis ciuiles diſtinguntur à criminalibus,in ciuilibus,ut poſſeſſio,quæ capta lite,uel appellatione pendente à definitiua cum ſpolij vitio reuocatur per viam attentati tot.tit.ff.& C. nil nouari appellatione pendente,& extra eod.tit.Ioan. Monac.in ca cupientes in §.qđ ſi per viginti.extra de elect.in 6.in criminalibus verò reuocantur. Philippus Franc.& alij in cap. non ſolùm.in glo.in verbo innouata,eod.tit.ubi dicit concluſionem fallere,niſi appellans ſit conuictus à teſtibus, uel ſit confeſſus,& ante euꝫ ibi Gemin.in beneficialibus uerò quoque reuocantur,vt in adminiſtratione rei eccleſiaſticæ per Iudicem inhibita poſt ſententiam appellat ione pendente.Rot. in antiquis deciſ.569. idemq; in electione beneficij, quæ facta appellatione pendente reuocatur, ut latè ſcripſimus in primo libro ſub nomine Dialogi anno præterito impreſſo iu tertia parte lib.1.num.17.& 18.

Concluſio II.

Attentatorum triplex eſt innouatio, prima legis, ſecunda partis,tertia Iudicis. Legis innouatio admittitur appellatione pendente,exemplum in damnato per Iudicem, qui efficitur infamis appellatione pendente,& in ſimilibus. Alia eſt innouatio partis,& tunc,aut eſt appellantis, aut appellati: ſi appellantis,aut innouatio aduerſatur appellationi tacitè, vel expreſsè,& admittitur, quia uidetur appellationi renunciaſſe,aut appellationi non p̃riatur, tunc, ſiue ſit extraiudicialis, ſiue iudicialis innouatio,reuocatur. Si autem partis appellatæ eſt innouatio,aut fit coram iudice à quo, aut coram Iudice ad quem ſi à quo,aut innouatio imponit ſilentium ſuper appellatione,& tunc reuocatur uia attentati, aut non imponit ſilentium, & non reuocatur. Tertia autem Iudicis innouatio,aut eſt facta à Iudice ad quem,& ſemper admittitur,vt puta circa fructuum ſequeſtrationem, & ſimilia, quæ reſpiciunt ſententiam,aut Iudicis à quo eſt innouatio,& tũc, aut tendit in fauorabilibus appellationis,& admittitur, aut contra appellationem,& non admittitur:& hæc traduntur à Bal. Salic.cum ſequac.in l.appellatione. C.de appellat. à Vital. in tracta.clauſ.ſub clauſ.nil nouari,nume.12.13. & a Canon. in cap.cum teneamur. extra de appel. & circa hanc innouationis materiam adducimus nouam,& pulchriorem diſtinctionem.dicimusque,aut ante innouationem fuit notificata appellatio,aut non: ſi notificata, at inter eaſdem perſonas, aut inter diuerſas, & non habentes cauſam, primo caſu reuocatur innouatio,ſecundo non,primo autem caſu, aut innouatum eſt reuocabile, aut inreuocabile, ſi reuocabile,aut eſt licitum,aut illicitum:ſi licitum,non reuocatur:ſi illicitum, reuocatur,& ſi illicitum, aut à Iudice à quo fit, aut à Iudice ad quem;ſi à quo,aut detulit,aut non detulit, ſi detulit reuocatur;

Source : BIU Cujas

tur; ſi non detulit, aut remanet Iudex ordinarius, aut non, ſi remanet, non reuocatur, ſi non remanet, aut eſt inhibitum, aut non, ſi non eſt inhibitum, aut ſumus in appellatione à definitiua, aut in appellatione ab interlocutoria, ſi in appellatione à definitiua, & tunc, aut appellatio eſt iuſta, aut friuola, ſi iuſta eſt, tunc reuocatur, ſi iniuſta, vel friuola non reuocatur. In appellatione autem ab interlocutoria, ſi eſt inhibitū, ſiue iuſta, vel iniuſta, reuocatur, ſi non eſt inhibitum, & tunc non reuocatur, ſed pendent à futuro euentu, ſi autem innouatio fiat à Iudice ad quem, & ea nunquam reuocatur, quando tendit ad faciliorem cauſæ appellationis exitum; & hæ diſtinctiones inferius clariores in opere per concluſiones apparent.

Concluſio III.

Ad reuocationem attentatorum paria ſunt eſſe appellatum, uel pendere terminum ad appellandum. Ang. in l. 2. C. de appella. Vital. de clauſulis ſub clauſula, nil nouari. nume. 15. Gemin. Philip. Franc. & ſequaces in dicto cap. non ſolum. in princ. de appell. in 6. notatur in l. appellatione. vbi Bal. & Salic. C. eod. datur tamen caſus, quo pendente termino ad appellandum apoſtolosq; petendum a definitiua, attentata nō reuocantur, Rota decis. 45. in antiquis.

Concluſio IIII.

Sententia lata ſuper vno libello attentatorum non nocet, nec prodeſt in aliis, nec alia reuocat attentata. Card. Alexan. & Philip. Franc. in cap. dilecti. il terzo, extra de appellat. diximus abundè in libro attentatorum primo, in prima parte, nume. duodecimo, & in ſecunda nume. 13. Concluſio fallit, quando lata eſſet definitiua ſuper appellatione benè appellatum, & malè iudicatum, tunc omnia veniunt reuocanda attentata, ut per Innoc. Imol. Alexan. & Franc. in dicto cap. dilecti.

Concluſio V.

Attentata reuocantur iudicis officio de plano, ac ſine aiiquo libello, notatur in cap. non ſolum, vbi omnes Can. de appel. in 6. Bald. & Salic. in l. appellatione. C. eodem. Ioan. Monac. in cap. cupientes. in §. quòd ſi per uiginti, de elect. in 6. Abb. in cap. ex parte, colum. fin. extra de reſcript. hinc ſuper attentatis non conteſtatur lis. Card. Alexan. diſtin. 54. in cap. quis autem. in fi. not. in d. ca. non ſolùm. Capi. deciſ. 72. Spec. in ti. de appel. in § nouiſſimè. in 2. col. Phil. Franc. in c. dilecti. il terzo, extra de appel. Veſtr in pract. in titu. ut lite pendente, fol. 206. in uerſi. quòd ſi agatur.

Concluſio VI.

Ordo eſt circa reuocationem attentatorum. primò; quia conſtare debet definitum. ſecundò appellatum. tertiò attentatum, notat. in cap. non ſolum. de appel. in 6. Bal. in l. appellatione. in princ. C. eod. titu. & propter attentatum oritur repoſitio in priſtinum, quod alio nomine nuncupatur innouatum, quod quidem etiam eſt probandum. Rot. deciſ. 89. in antiquis, Veſtr. in pract. fol. 205. in uerſi. verum introducta, in titu. ut lit. pend.

Concluſio VII.

Attentata in quacunque parte iudicij reuocantur vſq; ad concluſionem in cauſa, Rot. in antiqu. deciſ. 306. in nouis. 57. Afflict. deciſ. 352. nume. 4. Franc. in cap. dilecti, nume. 3. il terzo, vbi Cardin. Alexan. & ſequac. extra eod. Rot. in antiq. deciſ. 157. in nouis 185. Veſtr. in ſua pract. fol. 204. in verſic. quidam.

Concluſio VIII.

Attentata per alium iudicem, quàm per iudicem appellationis reuocantur, & quandoque non, Gem. in cap. non ſolū. in §. illa uerò, num. 9. eo. titu. in 6. Alexan. in conſi. 2. vol. 2. vbi etiam iudex nullitatis quandoque reuocat attentata, Franc. in cap. dilecto. num. 22. de appel. & hoc procedit, quando Iudex nullitatis ſententiæ ſeorſus ab appellatione, ut per Frāc. eo loci, & per Alex. dicto conſi. nu. 18.

Concluſio IX.

Non ſolum reuocantur attentata, quæ fiunt poſt litem cō teſtatam, ſed etiam quæ poſt citationem attentata ſunt ſine etiam libello, Abb. in repert. in verbo attentata non ſolum. Veſtr. in pract. in tit. vt lit. pend. fol. 208. in uerſi. & cum ſupra diximus, vbi latè.

Concluſio X.

Attentata regulariter reuocantur, quæ poſt, & contra legitimam appellationem à definitiua fiunt, ca. non ſolùm, & ibi gl. cum materia de appel. in 6. Io. Imo. in Clem. vt calumniis, extra de re iudic. in quinto notab. diximus in primo lib. attentatorum, in quinta parte, nu. 1.

Concluſio XI.

Attentata pendente appellatione à definitiua ipſo iure ſunt nulla. Abb. Deci. Philip. Franc. & Card. Alex. in cap. conſuluit. il ſecondo, extra de appel. & in cap. ſæpe. eod. titu. ab interlocutoria verò non ſunt ipſo iure nulla, ſed irritanda veniunt, cognito de meritis appellationis cauſæ, Rot. deciſ. 389. in nouiſ. 344. 461. Franc. in cap. ſignificantibus. nume. 8. extra de appell. Ioan. Andr. Hoſtien. Gemin. & Franc. in dicto cap. non ſolum. in ſecunda col. de appel. in ſexto, & hoc fallit, niſi ſit inhibitum, tunc facta inhibitione ſunt ipſo iure nulla, nec irritanda veniunt, ſiue cauſæ expreſſæ in ea veræ ſint, ſiue falſæ, vt notant omnes Canon. in dicto cap. non ſolum, Rot. deciſ. 461. & 389. in nouis, & hæc procedunt in appellatione iudiciali, & extraiudiciali, & quando non eſt inhibitum ipſo iure non ſunt nulla, & ſecundum aliquos attentata vtique ſunt ipſo iure nulla, quando cauſæ in appellatione legitimè non ſunt expreſſæ, Philip. Franc. in dicto ca. conſuluit. il ſecō do. num. 9. extra eod. tit. adeò ſi non iuſtificetur appellatio in appellatione extraiudiciali idem eſt, Franc. in cap. dilectis. num. 10. extra eod. titu. & ſequac. ibi, aliudque eſt, quando appellatio eſt nulla, etiam quòd ſit inhibitum, attentata non reuocantur, Belam. deciſ. 239. Franc. in cap. dilectis. nume. 10. de appellat. extra.

Concluſio XII.

Sententia lata ſuper attentatis quandoque interlocutoria, quandoque definitiua eſt, Rot. deciſ. 473. & 214. in antiqu. Philip. Franc. in cap. cum ceſſante. nume. 45. Rot. in nouiſ. deciſ. 85. Felin. in rubr. extra de re iud. nume. duodecimo, Veſtr. in practica in titu. vt lit pend. fol. 208. in verſic. generaliter, ubi latè.

Concluſio XIII.

In appellatione ab interlocutoria ſuper attentatis poſſunt iurare teſtes, & recipi, quod non eſt in cæteris interlocutorijs. Rot. deciſ. 85. in nouis, & propterea valet receptio teſtiuꝫ nō abfuturorum ſuper articulis expreſſè non admiſſis, Rot. deciſ. 105. in nouis.

Concluſio XIIII.

Non dantur remiſſoriæ ſuper attentatis, Rot. deciſ. 219. in antiqu. Veſtr. in dicta pract. in titu. de remiſſor. ad partes, fol. 130. in verſi. eandem firmat.

Concluſio XV.

Ad attentandum per procuratorem requiritur ſpecialiſſimum mandatum, Rot. deciſ. 91. in nouis, Lapus in cap. eum qui, de præben. in ſexto, diximus in primo lib. in quinta parte, nume. 17.

Concluſio XVI.

Dum diſputatur ſuper attentatis, non currit inſtantia in cauſa appellationis, ſed manet in ſuſpenſo, Afflict. deciſ. 98. Franc. in cap. ex ratione. num. 37. & ibi Dec. colum. ſeptima, in verſic. quartus caſus, de appell. Rot. deciſ. 102. in nouis, & Franc. in cap. dilecti, il terzo num. 8 in uerſic. tu aduerte, eod. titu. Contrarium tenet Afflict. deci. 131. ibi, non impedit cauſa attentatorum; quo minus procedatur in cauſa principali; ſolutio, ibi eſt caſus ſpecialis, qui non eſt trahendus ad conſequentiam §. quod principi placuit, Inſt. de iure nat. gent. & ciuil. Alius eſt caſus, quo etiam attentati iudicium. non impedit cauſam principalem, vt in interdicto poſſeſſionis retinendæ intentato, quo pendente, ſi aliquid innouetur, nō impeditur curſus illius. Capic deciſ. 72. & ratio; quia uictoria ſuper attentatis dependet à cauſa principali, & quando dependet, non habet locum attentati remedium, dicta deciſ. Franc. in cap. non ſolum. colum. 3. in uerſic. tertiò limita, & in cap. dilecti. il terzo, nume. ſexto, extra de appell. Veſtr. eo loci, fol. 205. & ratio rationis eſt: quia, qui continuat poſſeſſionem in retinendæ interdicto uti poſſidetis, non attentat; Cardin. in Clemen. fin. extra vt lite pendente. Deci. in conſi. 103. Franc. in c. ſignificante. num. 6. extra eodem titu. Canon. in cap. cum teneamur. eod. titu. Ioan. Monac. in cap. cupientes. §. q̄ ſi per viginti. nume. 138. de elect. in 6. Franc. in cap. dilecti. il terzo, colum. ſecunda, in uerſic. tu aduerte, de appell. Bero. quæſt. fam. quæſt. 120. num. 13.

Concluſio XVII.

Poſſeſſio, qua quis lite pēdente vti poteſt, alienata, Vtrum contra alienantem reuocari poterit per viam attentati, ponit Abbas in cap. cum M. col. fin. extra de conſt. vbi dicit quòd ſic, & illud eſt propter perfidiam alienantis, idem Abbas in cap. primo, extra ut lit. pend. quinimo etiam dicit, quòd in interdicto uti poſſidetis, ſi vnus alterum ſpoliat, poſſeſſio ſpoliati reuocabitur per uiam attentati, vt per Bal. in l. 1. in 3. colum. C. de appel. quod uidetur tenere contra, ſed dic, q̄ qui ſuam continuat poſſeſſionem, non innouat, verum quò ad fructuum perceptionem, fundiq́, deambulationem, quæ minime impediri poſſunt per alium poſſeſſorem collitigantē; veruntamē quò ad collitigantis ſpoliationem, expulſi à poſſeſſione, ſpoliatio reuocabitur priuilegio attentatorum, Iudicis tamen officio, vt pulchrè per Bal. in l. 3. C. ſi à non compet. Iudice, col. 2. in verſi. quæro delegatus.

Quæro,

Source : BIU Cujas

Concluſio XVIII.

Quæro, an capiens poſſeſſionem ſine præambula intimatione executorialium attentet, Felin. in cap. ad probandum. colum. quarta extra de re iudic. decidit, quòd ſic, & in cap. cum cauſa. extra de officio deleg. tenet, quòd non, ſolutionem vide per Ludouicum Gomes. latè in reg. de ſubrogat. collitig. quæſt. 4. num. 2.

Concluſio XIX.

Non ſufficit ad reuocationem attentatorum eſſe appellatum pendente termino, ſed opus eſt etiam, quòd fuerit appellatum per habentem poteſtatem appellandi. Rot. deciſ. 91. in nouis, Veſtr. in practica in titu. ut lite pendente, nume. 206.

Concluſio XX.

Eſt etenim attentatum magis priuilegiatum interdicto vnde ui, quod interdictum plura etiã habet priuilegia; quoniam in eo obſtat exceptio alterius ſpoliationis, ſed minimè in hoc attentatorum iudicio, Dec. in conſil. 200. colum. fin. Philip. Franc in cap. bonæ mem. colum. 2. in uerſic. 3. 4. & 5. & ibi Card. Alex. Marant. in Specul. in titu. de appell. nume. 393. & in interdicto vnde vi obſtat exceptio defectus proprietatis, & de non iure petentis reſtitui opponitur, quæ in hoc non opponuntur, vt per Franc. in dicto cap. bonæ memoriæ, Card. Alexan. & ſequaces, & nouiſſimè Veſtr. in practica in dicto titu. ut lite pend. fol. 204. in verſic. & quamuis. Caſſ. deciſ. 3. in titu. de reſtitut. ſpoliat. Alexan. in conſil. 99. in quinto volum. Afflict. deciſ. 353. nume. quinto, & quando conſtat de non iure, attentata reuocantur ex Iudicis officio, ſed non ad inſtantiam partis, & non reſtituitur poſſeſſio, Rot. in nouis deciſ. 14. & 348. in antiqu. Afflict. deciſ. 98. nume. ſexto, Caſſ. præalleg. deciſ. 3. & per Canon. omnes in dicto cap. bonæ memoriæ. Contra, reuocantur quando conſtat de non iure, Rot. deciſ. 14. ſolutio, id verum eſt in beneficialibus, ne detur vitioſus ingreſſus. ſecus in profanis, vt per Caſſ. deciſ. 3. in titu. de reſt. ſpoliat. Veſtr. loco, quo ſupra, vbi latè, Philip. Francus in dicto cap. bonæ memoriæ. in ſecunda colum. in fine.

Concluſio XXI.

Poſt concluſionem in cauſa officio Iudicis reuocantur attentata, Afflict. deciſ. 352. nume. quinto, Marant. in Specul. ſexta, parte principali in titu. de appellat. num. 392. 394. Franc. in dicto cap. dilecti. il terzo, in ſecunda colum. & ibi Card. Alexan.

Concluſio XXII.

In interdicto unde ui agi non poteſt contra ſuccedentem in re, quamuis affecta vitio violentiæ: in hoc autem attentatorum agi poteſt, imò quod plus etiam contra tertium ſuccedentem non habentem cauſam à Iudice, nec à parte, Cardin. Alexan. & Philip. Franc. in ca. bonæ memoriæ. in ſecunda colum. nume. 12. 14. 15. & in cap. cum teneamur, ubi notant omnes Canon. extra eodem titu. & per eundem Philip. Franc. in ſua diſputatione, quæ incipit, diſputatio petitorii, & poſſeſſorij, ſub fol. 23. in libro tractatuum decimooctauo. nu. 22. 23. vſque ad num. 29. vbi latè. Contrarium tamen tenuit Didac. Couar. modernorum princeps in tract. pract. quæſt. cap. 24. nu. 4. Bal. nouell. in tractatu dotium, in decima parte principali. quæſt. 23. col. 2.

Concluſio XXIII.

Pinguius prouidet hoc attentati iudicium interdicto unde ui; quia in eo non eſt opus, vt probetur ſpolium, quemadmodum interdicto unde vi, in quo ſpoliatio debet probari, Oldr. in conſi. 199. Card. in conſi. 10. Nicellus de concordia gloſſarum in glo. ſexta, num. 112. 113. Card. Alexan. & Franc. in dicto cap. bonæ memoriæ: ſimilitudo verò eſt in interdicto unde ui cum attentato; quoniam in attentati iudicio ſpoliatus poſt appellationem poteſt deducere attentata per modum exceptionis, ut per Philip. Franc. in dicto cap. dilecti. num. 9. extra eod. tit. & excludit aduerſarium ab omni appellatione etiam in diuerſa cauſa, ſicuti in interdicto unde ui obſtat ſpoliationis exceptio agenti in quacunque cauſa, ut no. in cap. frequens. de reſt. ſpoliatorum, & per Franc. in cap. an ſit. num. 7. extra de appell.

Concluſio XXIIII.

Si poſt ſpolium factum poſt appellationem, ſpolians appellationem interponat, ne aliquid innouetur, deſerta huiuſmodi appellatione, Iudex poterit reuocare attentata, ſiue ſit delatum appellationi, ſiue non, ſiue in eadem cauſa, ſiue in diuerſa, ut per Canon. in dicto cap. an ſit, vbi Franc. col. 2. & 3. extra eod. tit.

Concluſio XXV.

Priuilegiatum eſt etiam attentatorum iudicium, quia in hoc non deuenitur ad deciſionem negotij principalis, & appellationis ſuper meritis, niſi facta ſit plenaria executio, nedum poſt fructibus ablatis poſt repoſitionem, ſed etiam pro fructibus non perceptis, & percipiendis, ac pro omnibus expenſis petitis, Rot. dec. 480. & 454. adeo q̃ ſi Iudex non condemnaret in expenſis, poteſt poſtea condemnare, Rot. deciſ. 473. in antiqu. Marant. in Specul. in 6. parte principali in titu. de appel. num. 395.

Concluſio XXVI.

Non competit remedium attentati ei, qui uult reduci ad ſtatum illicitum, vt in layco qui non poteſt habere decimas, cum ſit incapax ſpiritualiũ, Nicellus in tractatu de concordia gloſſarum in glo. 6. num. 113.

Concluſio XXVII.

Si appellans ſpoliatus poſt repoſitionem factam ſuper attentatis fecerit dilationem ſuper fructibus perceptis, An dilatione pendente, poſſit appellatus ſpoliator procedere in cauſa appellationis, deciſ. eſt Rotæ nume. 883. in antiqu. quòd ſic.

Concluſio XXVIII.

Inhibitio facta Iudici delegato per alium delegatum poteſt reuocari per uiam attentati, Rot. deciſ. 569. in antiq.

Concluſio XXIX.

Quæro, vtrum attẽtata deducta per uiam exceptionis poſſint impedire executionem trium conformium. Reſpondeo quòd non; per not. in Clem. ut calumniis. extra de re iud. in 6. ubi Ioan. Imo. in 5. notab. Abbas in conſ. 97. in primo, Rot. deciſ. 280. in nouis.

Concluſio XXX.

Ratio, cur attentatum ſit ita valde priuilegiatum, eſt; quia attentans offendit ius, Iudicem, & partem, Rot. deciſ. 14. in nouis, & 25. Alexand. in conſil. 99. in quinto uolum. Didacus Couar. in tract. pract. quæſt. cap. 23. nume. 165. Afflict. deciſ. 352. & diximus latè in primo libro, in tertia parte, nume. 11.

Concluſio XXXI.

Pro reuocatione attentatorum competit duplex remedium, primum Iudicis officio priuilegiatum, quo ſine libello, litis conteſtatione attentatum petitur reuocari ſolùm oblata quali petitione, ut habetur in dicto cap. non ſolum. de appellat. in ſexto, & in cap. dilecti. il terzo, extra, eodem titu. vbi Innocen. But. Imol. Cardin. Alexan. & Philip. Franc. aliud ordinarium appellationis medio per uiam iniuſtitiæ, quo incidenter, & acceſſoriè veniunt attentata, vt not. in dicto cap. dilecti. Veſtri. in practica in titu. ut lite pendẽ. fol. 202. in uerſic. ex his, & per modum libelli coram ordinario agendo, per viam nullitatis petuntur etiam ſeorſum ab appellatione reuocari attentata, vt traditur in cap. ſæpe, vbi Cardin. Alexan. Philip. Franc. colum. ſeptima. Marant. in Specul. in titu. de appellat. fol. 643. nume. 396. Decius, Cardin. Alexan. & Franc. in cap. conſuluit, il ſecondo, & in cap. ad audientiam, & in cap. cum teneamur. extra eodem titulo.

Concluſio XXXII.

Nedum in libello, ſed etiam in reſcripto habenda eſt mentio de attentatis, & hoc quando impetratur Iudex ſuper eorum reuocatione, Felin. in cap. ex tenore. colum. ſecunda, extra de reſcript.

Concluſio XXXIII.

Pro extremo habili requiritur, ut attentans ſcientiam habeat appellationis, Cardin. Alexand. in cap. ſi iuſtus metus, & ibi Philip. Franc. num. quadrageſimoſecundo, & in cap. bonæ memoriæ. nume. 42. extra eodem titu. cum maximè interpoſita appellatio, ſiue iudicialis, ſiue extraiudicialis ſit, quò ad certam perſonam, ut per omnes in dicto cap. bonæ memoriæ.

Concluſio XXXIIII.

Reſcriptum, quod committit attentata, intelligitur de attentatis factis, & non faciendis. Bero. quæſt. 220. nume. decimoquarto, vbi latè, ſed attentanda veniunt incidenter iudicis officio, & non ex reſcripto, ut per Bald. in l. 3. in 3. colum. in verſicu. quæro, delegatus. C. ſi an non compet. iudice.

Concluſio XXXV.

Vbi offertur libellus ſuper attentatis in appellatione ab interlocutoria, currit inſtantia appellationis, non obſtantibus attentatis, Bero. quæſt. famil. 200. num. quartodecimo, vbi ample; & in attentatis offertur qualis qualis petitio, vt not. in dicto cap. non ſolùm, Veſtr. eo loci fol. 206. in verſic. ſi agatur.

Concluſio XXXVI.

In omnibus caſibus, quibus prohibetur appellatio à lege, vel à ſtatuto, non reuocantur attentata, Gemin. & Franc. in cap.

Source : BIU Cujas

incap. non ſolum. colum. 2. in uerſic. tertiò limita, de appellat. in ſexto, Specul. in titu. de appellat. §. nouiſſimè. in prima colum. Marant. in Specul. in 6. parte in titu. de appellat. num. 172. fol. 192. & num. 389. in uerbo iſtam regulam. His tamen caſibus poſſunt a ſuperiore per viam querelæ reuocari, Abbas in cap. paſtoralis. in verſic. tertius effectus, extra de appel. & ibi Franc. in 3. colum. Marant. in Specul. in 6. parte, in titu. de appel. num. 105.

Concluſio XXXVII.

Attentatum non reuocatur, quando difficilis eſt reuocatio fauore pij loci, ut in ſepultura, Rot. deciſ. 853. in antiqu. Philip. Franc. in cap. dilecti, il terzo, nume. 5. Veſtr. in pract. ſol. 205. in verſic. & quamuis. in fine. idem Franc. in dicto ca. non ſolùm, in ſecunda colum.

Concluſio XXXVIII.

Non reuocantur attentata poſt appellat. interpoſitam à ſententia ſuper notorio crimine lata, Federic. de Senis in conſil. 101. & non reuocantur etiam, quando de ſui natura non poſſunt reſcindi, niſi per definitiuam ferendam ſuper appellatione; vt per Bal. & Salic. in l. appellatione. C. de appel. per Franc. in dicto cap. dilecti. num. ſexto, extra eod. & in cap. non ſolum. colum. 2. verſic. 3. limita, de appel. in 6. quem ſequuntur omnes.

Concluſio XXXIX.

Formatur libellus in cauſa attentatorum hoc pacto; quia petitur reuocari factum, contra, vel poſt appellationem à definitiua, & ab interlocutoria iudicis officio, Dec. & ſe quaces in dicto cap. conſuluit, Philip. Franc. in cap. dilecti. il terzo col. prima, vbi ante eum tradunt Hoſtien. & Inno. Butri. Imol. & alij inferentes ad practicam.

Concluſio XXXX.

Non reuocantur attentata, quando pro innouante de iure communi ex cauſa veroſimili præſumitur poſſeſſio, ni ſi is, contra quem eſt attentatum, probaret poſſeſſionem tempore attentationis, Rot. in antiqu. deciſio. 89. Dec. in conſi. 103. not. in cap. cum teneamur. extra de appell. Ioan. Monach. in cap. cupientes. in §. quòd ſi per viginti. num. 137. extra de elect. in ſexto.

Concluſio XXXXI.

Sufficit in attentatis probare poſſeſſionem, ſeu ſimplicem ſtatum tempore appellationis interpoſitæ, Rot. deciſ. 14. in nouis, Franc. in cap. bonæ memoriæ. nume. quartodecimo, eodem titu. Anto. Nicell. in tract. de concord. gloſ. in glo. ſexta, num. 112. vbi latè, Ioan. Mon. in dicto §. quòd ſi per viginti. nùm. 136.

Concluſio XXXXII.

Factum per Iudicem poſt euocationem lite pendente reuocatur per modum attentati, Henric. Bohic. in cap. vt noſtrum. extra de appellat. Rebuf. in tractatu de euocatione, nume. 103. Abbas in cap. cum M. colum. fina. extra de conſtitut.

Concluſio XXXIII.

Pro reuocatione attentatorum ſufficit probare poſſeſſionem tempore motæ litis, & poſtea ſpoliationem, Rot. deciſ. 14. in nouis, Franc. in cap. bonæ memoriæ. nume. 14. extra de appellat. Caſſa. in titu. de reſtitu. Spoliat. deciſ. 3. Rot. in antiqu. deciſ. 89. Veſtr. in practica in titu. vt lite pendente. fol. 206. in verſic. & iſto caſu, Ioan. Monac. in cap. cupientes. in §. quòd ſi per viginti. nume. 146. extra de elect. in ſexto, hinc ſpoliatus incontinenti recuperans poſſeſſionem, non videtur attentare; quia non cenſetur ſpoliare: cum ad priſtinam cauſam reuertitur, & ad primæuam poſſeſſionem, Rot. in vltimis cauſa vigeſima, incipien. primum, nume. 40. & ideò in hoc attentati iudicio exceptio non admittitur alterius ſpoliationis, Decius in conſil. 200. quod ſecus eſt in interdicto vnde vi, vt; er Philip. Franc. qui egregiè tradidit in dicto cap. bonæ memoriæ. num. 14. in verſi. 3. quia, extra eod. & ibi Card. Alexan. ratio huius dicti eſt; quia in hac attentatorum materia vltima ſpoliatio ſemper eſt expurganda, Rot. deciſ. 185. in nouis.

Concluſio XXXIIII.

Reſcriptum lite pendente impetratum etiam per uiam attentati reuocatur, Afflict. deciſ. 366. nume. duodecimo, pro quo facit rubrum, & nigrum, authen. in medio litis non fieri ſacr. iuſſ.

Concluſio XXXXV.

Omnis alienatio rei litigioſæ, uel permutatio lite pendente facta reuocatur in viam attentati, Rot. deciſio. 319. in antiqu.

Concluſio XXXXVI.

Lite pendente nihil eſt innouandum. Contra, Rot. deciſ. 417. in nouis, ubi habetur, quòd poſſeſſio capta lite pendente in petitorio poſſeſſionis cauſam abſorbente non reuocatur per viam attentatorum; ſolutio, illud ibi eſt; quia cauſa poſſeſſionis differt à proprietate. l. incerti. C. de interdictis, cũ vulgar. & propter diuerſitatem non datur attentatum, ut diximus in primo libro in quarta, & quinta parte abundè, & not. Franc. multum ſingulariter in cap. an ſit, num. 7. extra de appellat. ac in caſu dictæ deciſ. lis non pendebat ſuper poſſeſſione, captaq; fuit poſſeſſio per Iudicem executorem, quæ non reuocatur remedio attentati, Caſſ. in titu. de cauſa poſſ. & proprietatis. deciſ. 6.

Concluſio XXXXVII.

Quæro, ſi tertius ſuccedat, vel ſubrogetur in re litigioſa, cuius poſſeſſio, mortuo poſſeſſore, capiatur per agentem, vtrum poſſeſſio vitium habeat attentati. Reſpondeo quòd ſic, quamuis lis non fuerit cum ſubrogato, Rot. deciſ. 411. in nouis. Contra, ſubrogatus non reuocat attentata, Belam. deciſ. 529. ibi, præceptoria in poſſeſſionem adepta per ſubrogatum non reuocatur per modum attentati; ſolutio, ibi in caſu dictæ deciſio. non erat lis ſuper poſſeſſione, ſed ſuper alijs, & ſubrogatus non fuit ad totam cauſam, ſed quò ad præceptoriam.

Concluſio XXXXVIII.

Antequam innouetur, poteſt ſemper appellans adire iudicem à quo, & petere, ne aliquid innouetur in præiudicium appellationis, Franc. in cap. an ſit. nume. quarto, & in cap. cum teneamur, vbi Abbas, Decius, Cardin. Alexand. & ſequ. adeò quòd poterit etiam poſt inhibitionem factam à iudice appellationis reuocare attentata, vt per Abbas, & Philip. Franc. in cap. cum teneamur. colum. fina. extra eodem Veſtr. in practi. fol. 201. in verſic. non eo minus, & ſpoliatus agit ad damna, ſicut ad fructus Decius in conſil. 200.

Concluſio XLIX.

Attentata per Iudicem inferiorem, vbi ſuperior reuocat ex certa ſcientia, non ualent, etiam ſi de his inferior non ſit certificatus, Abbas in cap. cum M. Ferrarienſis. extra de conſtitut.

Concluſio L.

Attentata per ordinarium loci viſitantem ſubditos non ſunt reuocanda, niſi appellans docuerit prius de priuilegio exemptionis, Pauin. in tracta. de viſitatio. quæſt. 10. primæ partis nume. 7.

Concluſio LI.

Appellatio à ſententia nulla operatur effectum deuolutiuum, quo attentata etiam, Franc. in cap. dilecto. num. 21. extra de appellat.

Concluſio LII.

Iuramentum in litem non poteſt reuocari, per viam attentati; quia appellatio non impedit delationem l. generaliter. C. de rebus creditis, & infra abunde dicetur.

Concluſio LIII.

Licitum attentatum non reuocatur, illicitum ſic, latè Ioã. monac. in cap. cupientes. §. quòd ſi per viginti, num. 135. 136. extra de elect. Vital. in tract. clauſul. ſub clauſula, nil noua. nume. 8. & 9.

Concluſio LIIII.

Quæ ſint in attentatis probanda, uide per Ioan. monac. in dicto cap. cupientes in §. quòd ſi per viginti. num. 136. & vbi appellatio non habet effectum ſuſpenſiuum, attentata non reuocantur Maran. in Specul. in titu. de appellat. num. 388. in verſic. iſtam regulam.

Concluſio LV.

Appellans attentans in præiudicium appellationis priuatur poſſeſſione, & cadit à iure ſuo, Ioan. Monacus in dicto §. quòd ſi per viginti. num. 136. Vital. ſub clauſula, nil nou. nu. 6. Maran. pulchrè in Specul. in dicto titu. de appell. parte 6. princip. num. 411.

Concluſio LVI.

Iudicis authoritas non excuſat attentatum, Decius in conſil. 200. & 103. nec Principis poteſtas, Decius in conſil. 214. num. 2.

Concluſio LVII.

Non reuocantur attentata appellatione pendente à ſententia lata contra virum ſuper dote pro uxore petente ali. appellatione pendente, Afflic. deciſ. 152.

Concluſio LVIII.

Oblatis pluribus petitionibus, ſuper quibus ſit prius procedendum, Decius in conſil. 200. Clement. appellanti. de appel. ubi eſt appellatum à ſententia lata ſuper attentatis non habet locum, Rot. in nouis deciſ. 85.

Non

Source : BIU Cujas

Concluſio LIX.

Non poteſt fieri attentatorum reuocatio, niſi cum cauſæ cognitione, Marant.in Specu.in dicto tit.de appell. fol.643. num.392.Inno.in c.cum M.de conſtitu. Alber.in dictionario in verb.attentatorum reuocatio.

Concluſio LX.

Et an executio in eccleſia Cathedrali ſufficiens ad inducendum litis pendentiam, quoad effectum reuocandi attẽtata, vide Deci.in conſi.460.num.24.

Concluſio LXI.

Non reuocatur attentata, quæ pẽdente priori iudicio attentari poſſunt, Vital.ſub clauſula nil nouari, nu.primo, in verſi.item fallit.non reuocantur, ſi innouat appellãs, Vital. eo loci in verbo, fallit ſi innouat, Marant.in Specu.in ſexta parte, nume.181.

Concluſio LXII.

Non reuocantur contra ſuſpectum de fuga, Spec.in titu. de appel.in §.nouiſſimè in prima colum.Maran.dicta ſexta parte, num.166.not.omnes in cap. cum teneamur. extra de appella. Vital.eo loci in verſicu. item fallit ſecundùm Speculatorem &c.

Concluſio LXIII.

Non reuocantur attentata contra condemnatum de crimine, Vital. ibi, item fallit, Marant. dicta 6. parte, numero 128.

Concluſio LXIIII.

Attentata non reuocantur in caſibus, in quibus non admittitur appellatio, Specul.in dicto §. nouiſſimè. in prima colum.Maran.in ſexta parte, in titu.de appellatio. numero 172.& diximus ſupra.

Concluſio LXV.

In appellatione à ſententia excommunicationis non reuocantur attentata, Abb.in c.paſtoralis.extra de appel. Maran.d.ſexta parte, num.167.vbi copiosè.

Concluſio LXVI.

Contra conuentum actione perſonali non reuocantur attentata, ſecus in reali, Vital. ſub dicta clauſula, in verbo item fallit, ſi agatur, Specul. in dicto §. nouiſſimè. in 2. colum.

Concluſio LXVII.

In cauſis matrimonialibus animarum fauore non reuocantur attentata, Vital.eo loci num.5. Ioan.Monac.in cap. cupientes.§.quod ſi per viginti num.135.

Concluſio LXVIII.

Commiſſa cauſa, appellatione remota, non reuocantur attentata, Abb.& Philip.Franc.in cap.paſtoralis.num.6.extra eod. titu. Vital. ſub clauſula nil nouari, in verſicu. item ſi eſt commiſſa.

Concluſio LXIX.

Contra tertium non habentem cauſam ab attentante, non reuocantur attentata, Marant.parte 6.in titu.de appell. num.163.not.in cap.cum teneamur.vbi Canon.omnes extra de appella. diximus abundè in primo libro in octaua, & nona parte ſub num.17.

Concluſio LXX.

In materia iuris patronatus non reuocantur attentata, copiosè per Marant.in Specul.in 6.parte, num.165.Friuola, vel fruſtratoria appellatione pendente attentata non reuocantur, Maran.eo loci num.171.

Concluſio LXXI.

In notorijs non reuocantur attentata, Marant. in dicta ſexta parte, numero 171. non renocatur ſequeſtratio facta appellatione pendente, etiam in beneficialibus per viam attentati, vt habetur in dicto cap.cum teneamur, vbi Franc. colum.ſecunda, & tertia, Marant.in Specu.in 6.parte, num. 177. & 182.

Concluſio LXXII.

Abſolutoria à ſententia excommunicationis facta pendente appellatione, non reuocantur beneficio attentati, Marant.in dicta 6.parte, nume.180.vbi concordantes citat, non reuocantur in caſu c.peruenit, il ſecondo extra de appel.Maran.eo loci nume.184.

Concluſio LXXIII.

Non reuocantur attentata, quæ tendunt ad faciliorem exitum cauſæ appellationis, vt per omnes in dicto cap.cum tenemur.extra de appella. Mar. in Specul. in 9. parte princip.num.185.non reuocantur quò ad expenſas, quæ taxari poſſunt, appellatione pendente, Marant.in Specul.in dicta parte numero 186. Lapus in allegatione 72. incipiente, in cauſa matrimoniali.

Concluſio LXXIIII.

Attenta non reuocantur appellatione deſerta, Rot.deci. prima, in nouis, Gemin.& Philip. Franc.latè in cap.non ſolùm, in ſecunda colum.in ſeptima limitatione.Marant.copiosè in Specu.in ſexta parte, num.188.& diximus in primo libro in octaua parte.

Concluſio LXXV.

Non reuocantur attentata, quando appellatio eſt nulla, Vital.in dicta clauſula num.4.vbi egregiè, qui concordantes allegat, Rot.deciſ.130.in nouis. Vant.in tract. nullit.artic.quando, & intra quæ tempora, num.48.

Concluſio LXXVI.

Quando appellãs vexatus eſt ab appellato appellatione pendente, fortaſſis quia pignoratus, aut mulctatus, vel poſſeſſione bonorum turbatus, practica eſt, vt compareat coram iudice appellationis, & dicat appellatione pendente talia attentata, & innouata eſſe, & petat ius offerri, omniaque attentata reuocari. & in priſtrinũ reduci, Ang.in l.per hanc. de tempo.appella.Gemin.in cap.non ſoium. in §.illa verò. num.10.de appella.in 6.Vital. ſub clauſula, nil nouari.nume.3.& ante eos egregiè Innoc.in cap.dilectis, aliàs dilecti. in verſic.reuocatio, extra de except. Hinc datur commiſſio dicto iudici appellationis, vt reuocet attentata, prout de iure, cap.ſolicitudinem, & ibi not.extra de appellat.quia non omnia attentata veniunt reuocanda, vt in attentatis pendente nullitatis cauſa, vt per Veſtr. in pract. in titu. vt lite penden.folio 202.in verſic.generaliter, qui copioſiſſimè in hoc themate loquitur.

Concluſio LXXVII.

Nulla admittitur in attentatis terminorum obſeruatio, Rot.in antiquis deciſio.764. Caſſad.deciſio.quarta. in titul. de dilation. Veſtr. in practica folio 206. in verſicu. quòd ſi agatur.

Concluſio LXXVIII.

Non dantur in attentatis remiſſoriæ, Rot. in antiquis deciſio. 219. Veſtr. in practica folio 207. in verſicu. & licet. Reo tamen dantur remiſſoriæ ad defenſam ad ſe excuſandum ab obiectis attentatis. Caſſad. dicta deciſio. quarta. de dilatio. Repulſantur teſtes, & datur dilatio, Afflict. deciſio. 351.

Concluſio LXXIX.

Signatura ad fauorem reorum ſeruat, vt præfixo breui termino ad docendum de attentatis in meritis procedat, & non itur per tres conformes, vt in actore, Caſſad.dicta deci. 4.num.5. Veſtr.in practi.in titu. vt lite penden.num.207. in verſicu.& licet: hinc nota, quòd ſuper attentatis magis priuilegiatur reus, quàm actor; quia actori non dantur remiſſoriæ, quemadmodum reo.

Concluſio LXXX.

Prius proceditur ſuper attentatis, quàm ſuper nullitate, Afflict. deciſio. 98. Veſtr.eo loci folio 203. in verſicu. ita quòd in fine, & ratio eſt; quia nullitate pendente non reuocantur attẽtata iudicis officio priuilegio attentatorum, ſed beneficio iniuſtitiæ, vt per Bald.in authen.quæ ſupplicatio. C. de precib. imper. offer. & in l. tale pactum. in §. qui prouocauit. ff. de pact. Franc.in cap. dilecto. colum. 12. in verſicu.ex quibus omnibus, Veſtr.in dicta practi. folio 200. in princip.

Concluſio LXXXI.

In attentatis non requiritur probatio tituli, Belam.deci. 286.Caſſa.deciſ.tertia, de reſtit.ſpolia. Veſtr.eo loci fol.207. in verſic. addo quòd.

Concluſio LXXXII.

Taxantur expenſæ procuratorum, ſolicitatorum, & aduocatorum, Milis in repertorio in verbo attentata, & in verbo attentatorum ſententia, Rot. deciſio. nonageſinona in nouis.

Concluſio LXXXIII.

Attentata infra decendium poſt appellationem ab interlocutoria, ſunt nulla ipſo iure, quando appellatio eſt iuſta, Federic. de Senis in conſilio 119. vide ſupra in 11.concluſione.

Concluſio LXXXIIII.

Admittitur cumulatio attentatorum cum appellatione & ſe adinuicem compatiuntur ante, & poſt litem conteſtatam, vt habetur in cap.non ſolùm de appellat.in ſexto, vbi Ioan.Andr.Geminia.Franc.notant, & in cap.dilecti, il terzo, extra eodem titu. latè Veſtr.in pract.fol.204.in verſicu. adeò quòd.

Concluſio LXXXV.

Poſſunt reuocari attentata, etiam quòd remedium appellationis ordinarium non intententur, Abb. in capitu. ex parte. extra de reſcript.colum.fina.in capit. dilecti. extra de exceptio.

Concluſio LXXXVI.

Attentata, quæ medio tempore, ante appellationem

Source : BIU Cujas

interpoſitam veniunt reuocanda, non reuocantur in caſu abſolutionis à ſentẽtia excommunicationis facta ante interpoſitionem appellationis, Canon. in cap. venerabilis.in §.porrò, de ſent.excom.

Concluſio LXXXVII.

Sententia definitiua lata in negotio principali poſt appellationem ab interlocutoria non reuocatur beneficio attentati, niſi ſequuta inhibitione, Rot. in nouis. 461. & 389.

Concluſio LXXXVIII.

Iudex appellationis à grauamine non cognoſcit de attentatis coram primo iudice lite pendente factis, Rot.in nouis deciſ. 389.

Concluſio LXXXIX.

Quando appellatur ante definitiuam, regulariter non reuocantur attentata poſt appellationem, niſi in euentu victoriæ cauſæ appellationis, Rota. in nouis deciſio. 344. 389. 461.

Concluſio XC.

Expenſæ attentatorum poſſunt taxari ante ſententiam in principali negotio ferendam, Rot.in nouis deciſio.nonageſimanona.

Concluſio XCI.

Iudex non reuocans attentata facit iniuſtitiam, Affictus deciſ.98. Franc. in cap.conſuluit. il ſecondo, nume.8. extra de appellat. Ioan. Monac.in cap. cupientes.in §. quod ſi per viginti. in fine.

Concluſio XCII.

Currunt tempora in cauſa appellationis, quando appellans ſuccubuit in cauſa attentatorum, Rot. in nouis deciſ. 102. Philip. Franc. in cap.ex ratione.num.37. currit etiam, quando primò offertur libellus ſuper attentatis, & poſtea producitur appellatio, Franc.in cap.dilecti. in 2. colum. in verſic.tu aduerte.

Concluſio XCIII.

Attentata per actorem poſt commiſſionem, & citationis decretum, licèt non exequutæ, veniunt reuocanda, Caſſad.ſuper regu.Cancel.deciſio. ſexta numero ſecundo, Veſtr.in practi.folio 208.in verſicu. & cum ſupra diximus, vbi latè, quæ nam attentata reuocantur poſt citationem tradit.

Concluſio XCIIII.

Quo pacto intelligatur regula, appellatione pendente nil nouandum eſſe, vide Innocen. in capitu. dilectis, ſiue dilecti. extra de exceptionib. il ſecondo, Rot. in antiq. deciſ.58.

Concluſio XCV.

Contra tertium non reuocantur attentata, Rot. in antiquis deciſio. 58. Affict. deciſio. 354. numero 21. & 22. Decius in cap.cum teneamur, vbi ſcriben.omnes extra de appellatio.& in cap.bonæ memoriæ, vbi Franc.colum.prima, & ſecunda, Marant.in Specul.6.parte princip.numero 163. & latius diximus in primo libro, nona parte numero 17. & traditur à Ioan.Monac.in dicto §.quòd ſi per viginti, num. 132.133.& 134.

Concluſio XCVI.

Appellatione deſerta non reuocantur attentata, vt poſt alios tradidit Philip. Franc.in capit.non ſolum, colum. ſecunda in verſic.limita ſeptimò, de appella.in ſexto, & in ca. ex ratione.colum.fina.extra eod.titu.& per Felyn.in cap.ex parte.il ſecondo in verb.clauſula appellatione, numero 9. 10.& 12.extra de reſcript.Ferretus Venetus in conſil.118. vnde quæro, an requiratur declaratoria præcedens ſuper deſertione appellationis, vt non reuocentur attentata. Reſpondeo quòd non, niſi in caſu, in quo ex forma ſtatuti tempora appellationis proſequendæ eſſent vtilia, puta, quia dicat ſtatutum, quòd cauſa appellationis debeat expediri infra triginta dies vtiles &c. tunc neceſſariò requiritur declaratio præambula ſuper deſertione appellationis, aliàs attentata reuocantur, vt not. Franc. in cap. ex ratione. colum. fina. numero 101. in verſicu. & hoc fuit, extra de appellationib.

Concluſio XCVII.

Spoliatus, qui lite pendente poſſeſſionem recuperauit, per viam attentati non reſtituitur, Rot.deciſ.428. in antiq. Decius in conſi.460.num.20.

Concluſio XCVIII.

Attentata poſſunt deduci etiam per modum exceptionis ad impediendum executionem alicuius ſententiæ, vt per Imol.& Franc.in capit.dilecti. il terzo, numero nono, extra de appellat.

Concluſio XCIX.

Non reuocantur attentata in appellatione ab executione, Gemi.cap.non ſolùm.colum.2.verſi.item limita. Veſtr. abundè in pract.fol.202.in verbo an ꝙ dicitur &c. Sed nunquid reuocentur attentata in appellatione ab exceſſu modi executionis. Reſpondeo, ꝙ ſic; quia tunc propter exceſſum admittitur appellatio, vt no.legiſtæ in l.ab executione. C.quorum appella.non recip. & Cano.in cap. quò ad conſultationem, extra de re iudicata.

Concluſio C.

Sed quæro, an exceſſus executionis debeat exprimi in genere, aut in ſpecie. Veſtr. poſt alios in dicta ſua practica in titu.de appellationib.folio 157.in verſi.imò non defecerunt, dicit communem eſſe opinionem, ſufficere expreſſionem in genere, cuius opinio non eſt vera, quinimò communis eſt in contrarium, videlicet neceſſariam eſſe expreſſionem in ſpecie executionis exceſſus, & non ſufficere in genere, quam tenuerunt Abb.in capit. quò ad conſultationem colum, penult.nume.30.Felyn.num.25.in verſicu.oportet exprimere.extra de re iudicata, Dec. in cap.nouit. colum. ſecunda num.4.de appella.Roma.in conſil.41. colum.2.Specul.in titu.de executio.ſenten.§.primo,& in §.nunc dicendum.in verſicu.ſed nunquid, Ioan.Imol.in dicto cap. quò ad conſultationem.colum.penult.in fine, Innocen.in cap. fin.extra quod metus cauſa, Bald.in l.terminato C.de fruct. lit.expenſ.Lanfranc.ab Oriano in tractatu de expenſ.in verſic.expenſæ, & in tracta.de expenſ.in tertia colum. quæſt.5. in fine, Ioannes de Anan.in conſi. 26. Franc.in cap. vt debitus.colum.8.in verſic.ſecundò quando, extra eod. Rot. deciſ.7.in nouis, Marant.in Specul.in titu.de executio.ſenten. tertia quæſt. Anto.Canar.in tract.de executio.inſtru. quæſt. 37.idem Decius in l.prima. in 3.quæſt. C.de errore calculi, Vbert.Zucar.in l.fin.C.de edicto Diui Adriani, nume.298. Bald. in l. ab executione. numero 11. C. quorum appella. non recip. & ibi ante eum Iacob.de Arena, & Angel. Aretinus in l. ab executore. in ſecunda colum. de appellation. præfati omnes his omnibus locis tenent hanc partem, quæ eſt communis.

Concluſio CI.

Quando ratione contumaciæ, quæ incõtinenti poſſunt probari, reuocari poſſunt attentata, vide Ioan.Mona.in dicto §.de quod ſi per viginti, num.143.

Concluſio CII.

Nota, ꝙ in attentatis differentia eſt inter extraiudicialem appellationem, & iudicialem, in extraiudiciali non ſufficit aliquid eſſe attentatum poſt appellationem, niſi illud ſit etiam contra appellationem; in iudiciali verò omne reuocatur, quod fit, ſiue contra appellationem, ſiue poſt appellationem, vt per Franc. qui poſt alios egregiè loquitur in c. dilecti, il primo, in prima colum.num.4.de appella.Maran. in Specu.in 6.parte princ.num.390.

Concluſio CIII.

Angel. in l.prima. ff. nil nouari.dicit, quòd vbi appellatio notoriè non tenet, attentata per appellantem reuocantur, licèt non ſint attentata per ipſum appellatum, & per iudicem, & ratio eſt; quia non poteſt appellans ſuam appellationem impugnare, vt per Innocen.in cap.ex parte, il ſecondo de reſcript.

Concluſio CIIII.

Neta, quòd ſi petuntur attentata reuocari, & opponitur, appellationem eſſe nullam, tunc attentata, docto de nullitate, non reuocantur, Ioan.Monac.in dicto cap.cupientes. §.quod ſi per viginti.extra de elect.Philip.Franc.in dicto ca. ex ratione. quæſtio.fina. circa medium in vlti.colum.extra cod. niſi eſſet inhibitum antequam pronunciaretur ſuper nullitate, Rot.deciſ.130.in nouis, licèt contrarium teneant Belam.in deciſ.239.Vital.in tracta.clauſu. ſub clauſ. nil nouari, numero 4.

Concluſio CV.

Appellatione interiecta ab interlocutoria iudex ante inhibitionem poteſt attentare procedendo in cauſa, vt not. in cap.primo, de dolo, & contuma.in 6. & poſt appellationem ab interlocutoria indiſtinctè attentare poteſt, reuocato grauamine, eo tamen tempore, quo non eſt delata appellatio ad ſuperiorem, text.eſt in cap.ſi à iudice.de appella. in 6.& ibi not.Canon.

Concluſio CVI.

Attentata contra tertium non reuocantur per iudicem ad quem, ſed per ordinarium, niſi per talia innouata impediretur iuriſdictio iudicis appellationis. Ioan.And.in dicto cap.non ſolùm.in glo.fina.circa princip.& dicit Ang.in l.ſi cuius, de appel.recip.quòd facta per iudicem, vel appellantem reuocantur ex mero officio iudicantis, ſi verò attentantur contra appellantem per tertium cauſam non habentem, nõ poteſt illud grauamen reuocari etiam per iudicem

Source : BIU Cujas

cem ordinarium,& allegat cap.Romana.in §.in alium, vbi notant omnes,de appella.in 6.

Concluſio CVII.

Attentati iudicium cauſam poſſeſſorij,& petitorii ſuſpēdit, Caſſ.in tit.de dilatio.deciſ.4.num.3.abundè.

Concluſio CVIII.

Quæro,quid ſi iudex ad quem reuocaret attentata in præiudicium appellationis, & poſtea idem iudex pronūciaret in meritis appellationis bene iudicatum, & malè appellatum, Vtrum reuiuiſcant attentata.Reſpondeo quòd non, Ioan. Monac.in cap.cupientes.in §.quod ſi per viginti. numero 144.& 145.quem ſequitur Vital.in tracta.clauſul.ſub clauſula nil nouari. numero nono, in verb. vnum tamen nota,propè num.10.

Concluſio CIX.

Appellatione pendente facti executio fieri non poteſt, ſed iuris ſic,vt in l.furti.in princip. ff.his qui not.infam.not. Vital.ſub clauſul.nil nouari,vt in cōdemnato de crimine, qui appellatione pendente efficitur infamis, per eundem Vital. in dicta clauſula num.12. & Marant. in Specul. in 6. parte princ.num.175 & 178.Specu.in titu.de appel in §.nouiſſimè.in prima colum.

Concluſio CX.

Attentata appellatione extraiudiciali pendente non reuocantur, niſi probata veritate appellationis cauſæ, etiam ſi appellans obtuliſſet ſe incontinenti probaturum, Angel. in l.ſi per hanc.C.de tempor.appel.Innoc in cap.cum inter Canonicos.extra de elect.in glo.quæ incipit, non verò ſufficit, & dicit regulam fallere in duobus. primò in appellatione interpoſita coram iudice habente iuriſdictionem. ſecundò, ſi partes ambæ iudicem appellationis concorditer eligerent, tunc attentata poſt appellationem ab actu extraiudiciali incontinenti reuocantur.

Concluſio CXI.

Vt attentata reuocentur in appellatione extraiudiciali, neceſſe eſt,quòd appellatio fuerit intimata iudici, & parti: quia aliàs iudex,& pars poſſunt in cauſa procedere ſine metu attentatorum,& attentata,tanquam ab ignorantibus appellationem tenent,Butr.Imol.Cardi.Alexand.& Franc.in cap.ſi iuſtus metus.colum.penul.in verſi.vltimò quæritur, extra de appellat.Marant.in Specu.in 6. parte princip.num. 391.& idem Philip.Franc. abundè in capit.bonæ memoriæ. numero 42. vbi ponit etiam de appellatione in beneficialibus,vide per eum.

Concluſio CXII.

Non reuocantur attentata fauore pii loci, vt in adminiſtratore condemnato ad reddendum rationē eccleſię, tunc non obſtāte appellatione poteſt compelli à iudice,vt rationes reddat,Ang.in §.œconomus.in Auth.de ſanc.epiſ. Maran.in Spec.in 6.parte princip.num.187.

Concluſio CXIII.

Contra conuentum actione reali alienantem lite pendēte attentata reuocantur.Specul.in tit.de appella.in §.nouiſſimè.colum.prima,in verſi.6.Vital.in tract.clauſu.ſub clauſula nil nou.nu.2.vbi copioſè, Abb.in cap.cum M.colum. penul.extra de conſtit.

Concluſio CXIIII.

Nota, quòd regula nil nou.app.penden. habet locum inter appellantem,& appellatum,nō autem quò ad tertium, reſpectu cuius non dicitur pendere appellatio,glo.ſingu.in l.creditor.in princ.ff.mand.not.in c.Romana.in §.in alium. extra de appell.in 6.quod procedit, quando eſt tertius, qui nullo modo vult adhærere appellationi,ſecus ſi vult ſe iuuare ex pēdentia appellationis,puta ſi dicat,huiuſmodi appellationem eſſe temerariam,vel nullam, tunc regula procedit etiam quò ad tertium,vt per Bal.in l.prima. C.ſi à non competen.iud & in l.qui à latronibus.in §.primo.ff.de teſt. Vital.ſub clau.nil nouari,num.10.

Concluſio CXV.

Propriè attentare dicitur, qui facit actum ſine aliqua rationabili cauſa, cap. quamuis. in princip. à contrario ſenſu, & ibi expreſsè not. Geminia.numero primo. de officio ordina.in ſexto, diximus abundè in primo libro in 9. parte numero primo.

Concluſio CXVI.

Vbi non datur ſuſpenſio iuriſdictionis, non datur attentatum, quod reuocandum veniat priuilegio attētatorum, ad not.per omnes in cap.non ſolùm. de appellatio. in 6. & clarius per Franc.in cap.paſtoralis.num.6.in 6.effectu.clauſula appellatione remota, & Abb.in c.vt debitus.colum.4. verſic.decimus effectus, de appella.Marant.in Specul.parte ſexta, numero 105. & 106. latè explicat Didac. famoſiſſimus legum doctor in tracta. quæſtio.practicarum.capit.23. folio 161.numero primo, & num. 7. vbi ponit plura exempla, folio 120.

Concluſio CXVII.

Quoties ſcandali timor viget, etiam inferior iuriſdictione carens, ne partes deueniant ad arma, poteſt citra omne periculum attentatorum impedire,& agredi negotium, illudque ſic aggreſſum cognoſcere, non obſtante quacunq; pendentia litis,Abb.in cap.conſtitutus,il ſecondo,num.11. & ibi Card. Alex.num.13.& 14.& Franc.in cap.vt noſtrum. num.5.verſic.hinc eſt,de appell.

Concluſio CXVIII.

Non competit remedium attentatorum, vbi interuenit conſenſus partium.Hoſt.in c.conſtitutus.in verſi.dicunt q̄dam,& in verſ.dicas igitur,& ibi etiam Abb.nu.11. & Card. Alex. num.14. de appell. quo in loco pro firmo habent, & irrefragabiliter ſentiunt,q̄ propter conſenſum partium,vbi aliàs attentaretur,non attentatur,licèt dicant,q̄ talis intellectus quò ad dictum capitulum ſit diuinatiuus, & latius tradit Vital.in titu.nil nou.rela.penden.num.15. vbi ex pluribus innouare appellatione pendente de partium conſenſu permiſſum eſſe aſſeuerat, Bald.in l prima. in princip. C. de relat.qui allegat text.in l.prima.in fine verſicu.ſtipulatio duplæ,quem ibi declarat glo. ſuper verbo vel addi, quæ eſt glo.antepenult.ff.de prætor ſtipu. diximus amplè in primo libro in 9 parte,num.6.

Concluſio CXIX.

Taxatio expenſarum facta appellatione pendente non reuocatur in viam attentati, Guid.Pap.in tracta.de appella. quæſt.116.num.28.

Concluſio CXX.

Nota etiam, quòd licèt patria ſint pendentia appellationis,& tempus datum ad appellandum,vt per gloſ.in l.ex iudiciorum.ff.de accuſa. & not.in l.prima. ff.nil nou.appella. penden.Roman.in l.poſſideri.in §. ſi ſeruus. de acquir. poſſ. adeò quòd reuocantur attentata etiam pendente tempore ad appellandum, ſicuti appellatione interpoſita pendente, vt diximus, nihilominus in cauſa capitali pendente termino ad appellandum non reuocantur attentata; quoniam non obſtante pendentia termini,iudex poteſt exequi ſentētiam corporalem abſque attentatorum metu,Innoc.in ca. quærenti de officio.delega.Barto.in l. non tantum.ff.de appel.Bal.Salic & ſequac.in l.addictos. C.de appel.Alberic de Roſa.in quæſtionib.ſtatutorum in vltima parte quæſtio.24. vbi dicunt, quòd appellatione interpoſita differtur executio corporalis,ſecus pendente termino ad appellandum, & gloſ.in l.prima.ff.nil nou.de qua ſupra cum ſequacibus, dicunt procedere in ciuilibus,ſed nō in criminalibus: ſed alij dicunt.quòd ratio differētiæ eſt;quia in cauſa capitali multi poſſunt intereſſe ad audiendum condemnationem, & non eſt veriſimile, quod ſi videant condemnatum duci ad ſupplicium, quod aliquis pietate motus non interponat appellationem, q̄ non eſt in ciuilibus. Sed hæc ratio non eſt bona; quia dilatio decem dierum conceſſa à iure ipſi condemnato ad appellandū non debet ei auferri. l. ſiue pars C. de dilat.not.in d.c.non ſolum.de appel. in 6. Breuiter dico, q̄ quædam eſt executio, quæ procedit propter immanitatē criminis,quæ non poteſt retractari, vt eſt executio ad mortem,vel ad membri mutilationem,& in hoc propter immēſum crimen non habent locum leges, quæ de reuocatione attentatorum loquuntur, tum quia hoc eſt impoſſibile de iure;quoniam irretractabilis eſt iſta executio, tum quia nō habent locū leges,quæ loquuntur de tpis expectatione pp criminis immanitatem,ſed ſi eſſet appellatū,tunc qa reſciſſa eſſet ſnīa,vel ſaltē ſuſpenſa,executio fieri non poſſet, vbi non agitur de crimine immenſo, & eo caſu attentata reuocātur, imò iudex puniretur,ſi procederet ad executionem, quia paria ſunt occidere innocentem,& occidere eum, qui cōfugit ad iuſtam iuris defenſionem. l.lege.§.fi. ff.ad legem Iul.Maieſt.& hoc fallit in crimine notorio,vt quando delictum eſt commiſſum in conſpectu populi, vt per Innoc.in c.ſtatuimus.extra de offic.deleg.& diximus ſupra vbi in notorijs non reuocantur attentata, item quando quis eſt plenè conuictus de crimine,vel ſpontè confeſſus,Doc.omnes in l.ſi.in §.iuſſus.ff.de appell.Marant.latè in Specu. in 6.parte princip.in tit.de appella nu.181.hinc non reuocantur attentata poſt appellationem à ſententia lata ſuper crimine falſæ monetæ,quod eſt enorme delictum,à quo non datur appellatio, vt eſt tex.in l.1.C.de falſ.mon. Ange.de Malef.in glo. fin.in addit.quæ incipit, tu autem in hac materia,adde. Spec.in tit.de appel.in §.in quibus.num.29.

Concluſio CXXI.

Non reuocantur attentata pro cōdemnato de raptu virginis, à quo nō datur appellatio propter etiam immanita-

Source : BIU Cujas

tem criminis,tex.eſt in l.prima in §.ſi autem. C.de rap.virg. And. de Iſern. in titu. quæ ſint regalia.in verſicu. & bona, colum.19.in fine, hinc etiam pro inſigni, & famoſo latrone non reuocantur, vt in l. conſtitutiones. ff. de appellat. & in l. ſi quis filio. in §. hi autem. ff.de iniuſto rup. & irrit. teſta. Andr.de Iſern. vbi ſupra colum.10. & idem in ſeditioſo concitatore, & factionis authore, pro quibus appellatione pendente non reuocantur attentata, dicta l. conſtitutiones. ff.de appella.

Concluſio CXXII.

Non reuocantur attentata in crimine læſæ maieſtatis, quia in eo non datur appellatio, text. eſt in dicta l. conſtitutiones. ſecundùm Bartol.ibi, dum loquitur, intelligendo illam legem de proditore, qui dicitur dux factionum, per l.quiſquis. C.ad l.Iul.maieſta. & tradit Felyn. in cap. ſicut, il primo, extra de ſimon. And.de Iſern.in cap.primo, in verſicu.& bona, in titu.quæ ſunt regalia, colum.nona.

Concluſio CXXIII.

Non reuocantur attentata in crimine ſimoniæ, quod crimen æquiparatur crimini læſæ maieſtatis,gloſ.in capitu. primo, extra de teſt. in ſexto, Felynus in dicto capit ſicut, vbi dicit, quòd mox in eo crimine debet ſententia executioni mandari.

Concluſio CXXIIII.

Non reuocantur attentata in crimine hæreſis; quia condemnatus de tali crimine non appellat, capit. vt inquiſitionis. de hæretic.libro ſexto.Felyn.in capit.ſicut, vbi limitat, niſi quis appellaret ante ſententiam, vide Ang.in conſilio 188. vbi pulchrè, Specul.in titu.de appellatio. in §.in quibus. numero 31. Alberic. de Roſa. in l.nemo C.de ſum. Trinit.& fide catholica.

Concluſio CXXV.

Poſt appellationem interpoſitam à pęna legis, à qua nō datur appellatio, non reuocantur attentata, Abb. & Præpoſ.in cap. conſuluit, il terzo, & in cap. ad noſtram. extra de appellatio. Bald. in Margarita in verb. appellari non poteſt à pœna.

Concluſio CXXVI.

Non reuocantur attentata poſt appellationem à ſententia legis,à qua non admittitur,glo.in cap.cupientes.in §.qđ ſi per viginti.extra de elect.in 6.tex.eſt in l.proſpexit. ff.qui, & à quibus,& tradit Felyn.in cap.cum non ab homine.col. penul. & fi.extra de iudic. licèt à declaratione, quæ fertur, quem incidiſſe in ſententiam legis, detur appellatio, vt per Abb.in cap.ſuper his.extra de accuſa. per Bart.in l.eius, qui delatorem.ff.de iure fiſci. Cardi.Alex.in cap.ad noſtram, & in dicto cap.conſuluit.

Concluſio CXXVII.

Attentata non reuocantur poſt appellationem interpoſitam per condemnatum à debito fiſcali, à quo non poteſt appellari,tex.eſt in l.abſtinendum, & ibi Doct. C.de appell. & in l.fi.C.quorum appel.& in c.ei qui appellat. §.quotiēs, ſecunda quæſt.6.Specnl.in tit.de appell.§.in quibus. verſic. quarto, & hoc quan do fiſcus tractat de damno euitando, ſecus ſi de lucro in pecuniarijs pœnis; quia tunc reuocantur, ex quo appellari poteſt.

Concluſio CXXVIII.

Non reuocantur attentata poſt appellationem à ſentētia lata contra officialem alicuius iudicis condemnatum à ſuo iudice pro geſtis in officio,vel adminiſtratione, contra quem non obſtante appellatione poteſt fieri per ſuum offi cialem executio ſententiæ l.nulli, & ibi Barto. C.quorum appel.non recip.& in c.ei qui.§.nulli.2.quæſt.6. Spec.in tit. de appel.in §.in quibus.in verſic.3.

Concluſio CXXIX.

Non reuocantur attentata poſt appellationem interpoſitam pro condemnato à ſententia ſindicatus, Angel.in l. nulli. C.de appellatio. Par.de Put.in tracta.de ſindic. in verbo appellatio, & in verbo, an à ſententia lata, folio 17. in libro meo.

Concluſio CXXX.

Non reuocantur attentata poſt appellationem à ſententia ſuper decima, vt eſt text. in capit. tua nobis, & ibi gloſ. & Docto.extra de decimis, Specul.in titu.de appellatio. in §.in quibus.numero 4.

Concluſio CXXXI.

Non reuocantur attentata poſt appellationem à ſententia ſuper mero poſſeſſorio,in quo regulariter non datur appellatio,vt not.in l.prima.C.ſi de mom poſſeſſ.Bar.Imol.& ſequa.in l.2.ff.de appella.recip. Angel.in conſil.107.Spec.in titu.de appellat.in §.in quibus,in verſic.6.Abb.in conſil.55. volum.2.In quibuſdam tamen caſibus datur appellatio, in quibuſdam non,vt habes per Dec. in conſil.28.Bald & Salic.in l.prima C.ſi de mom.poſſeſſ.pract.Pap.in tit.de appel. in §.in his ſcriptis. Soci.fallen.32. in verbo appellatio. Bart. & Doct.in l.creditor.in § iuſſus. ff.de appella. Salic.in l.momentaneæ.C,vnde vi.Guid.Pap.ſingu.356 Iaſ. in conſi.187. volum.2.Grat.in conſi.vltimo,volum.ſecundo,num.16.Bero.in rubrica extra de iudi.num.51. & quæſt.fam. quæſt.91. Ang.in conſi.46. Calca.in conſi.83. Alberi.in l.ſi de vi. ff.de iudi. Bald. in conſilio 141. volum.primo, Afflict.deciſio.77. Cagno.in l.in pari.ff.de regu. iuris. Paris de Puteo in tracta. ſindic.folio 88.in libro meo, numero 24.& Ripa.in cap.ſæpè.nume.tertio.de reſtitu. ſpolia. Roma.in conſil.324. Marant.in Specul.in ſexta parte princip. fol.647. numero 299. Tiraq.in tracta. le mort ſaiſit le vif. in ſexta parte princip.in 6.declaratione, Anto. Nicel.de concord. glo.in gloſ.ſexta, fallen.6.num.26.

Concluſio CXXXII.

Non reuocantur atttentata poſt appellationem à ſententia lata per iudicem ſecundum conſcientiam ſuam vigore commiſſionis ei factæ,à qua non datur appella. glo. in cap. ſtatutum,in §.aſſeſſorem.de reſcrip. lib.6.Cor.in conſi.388. in litera C.in tertio volum. de cuius tamen dicti veritate vide Bald.in l.prima.C.de reb.credit.& Felyn.in cap.ſuper his. colum.quinta,extra de accuſat.& in cap. ſignificaſti, il primo,extra de homicid.

Concluſio CXXXIII.

Non reuocantur attētata in appellatione generaliter interpoſita ab omni grauamine illato, vel inferendo abſque cauſarum expreſſione:quoniam huiuſmodi appellatio dicitur generalis,vaga,quę nihil valet,per cuius pendentiam non reuocantur attentata,vt not.in cap.conſuluit,il ſecondo,extra de appel.& in Clem.appellanti. de appella.in 6. & no.Franc.in dicto cap.conſuluit, Bal.in l.ſecunda C.de ſenten.ex breicul.recit.Innoc.in cap.fi. extra de ferijs. Alexā.in l.ſi ſic,de legat.primo, not.in cap.inter cætera,extra de app. ibi Card.Alex.& Alex.Imo. ac Doctores in l. qui Romæ.in §.Seia.ff.de verbo.obliga.

Concluſio CXXXIIII.

Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia lata ſuper iuramento in litem, à qua non datur appellatio,Barto.in l.in actionibus. in fine ff.de in litem iurando, & ibi Docto.& in l.ſi quando.C.vnde vi, Innocen.Anton. Butri.& Imol.in cap.fi.extra quod metus cauſa, quòd procedit de iure ciuili.ſecus de iure canonico.vt per Iaſo.in dicta l.in actionibus.in fine.

Concluſio CXXXV.

Non reuocantur poſt appellationis renunciationem,ad not.in l.fi.C.de tempo.appell.& in l.ſi quis libellos. C.de appel.& per Franc. in c.ad hæc.il ſecondo, & in cap. ſolicitudinem.extra eod.titu.

Concluſio CXXXVI.

Non reuocantur attentata poſt appellationem à ſententia correctionis.à qua non appellatur.c.ad noſtram,cap.reprehenſibilis in fine,& cap.cum ſpeciali. extra de appel. vbi Abbas, Imol. Card. Alex.& Franc.

Concluſio CXXXVII.

Attentata non reuocantur poſt appellationem à iuramento deciſiuo,Iaſ.in l.admonendi.colum.21.ff.de iureiurando, per illum tex.in l.generaliter.in §.ſed iuramento C. de reb.cred.& diximus ſupra.

Concluſio CXXXVIII.

Non reuocantur attentata in cauſis minimis, & breuioribus,in quibus de iure ciuili non datur appellatio,ſecus de iure Canonico,Abb.Card.Alexā.& Philip.Franc.in cap.de appellationibus.extra de appell.& not.in auth. niſi breuiores C.de ſent.ex breui.recitand.

Concluſio CXXXIX.

Non reuocantur attentata à ſententia lata ſuper munere publico, à qua non appellatur.l.prima. §.ſi quis. ff.quādo appella.ſit. Specul.in titu.de appellatio. in §. in quibus, verſic.ſeptimo,not.in l.ſecunda C.de decur.lib.10.& in l.hi qui.C.de appella.

Concluſio CXL.

Non reuocantur attentata poſt appellationem à ſententia lata ſuper remedio l.ſi.C.de edicto Diui Adri.& in interdicto quorum bonorum,vt pulchrè per Inno.in cap.paſtoralis.num.3.in verb.ad hoc,extra de offi.deleg. & per Bal.in l.quiſquis.C.quorum appel.& latè per Vbert. Zucar. in l.fi. num.395.C.eod.titu.

Concluſio CXLI.

Non reuocantur attentata poſt appellationem à ſententia lata ſuper reſtitutione pignoris in actione hyppothecaria, à qua non appellatur, Abb.in c.cum ad ſedem. colum. antepen.in fine,extra de reſti.ſpolia.

Non

Source : BIU Cujas

Concluſio CXLII.

Non reuocantur poſt appellationem à ſentẽtia reuocatoria locationis factæ ab aliquibus canonicis ſine cõſenſu capituli,à qua non permittitur appellatio, c.ad audiẽtiam, & ibi Cano.extra de reb.eccleſ.non alienan.

Concluſio CXLIII.

In interdicto facto à delegato de non celebrando, interpoſita appellatione,non reuocantur attentata,Bal.in l.fi.in verſic.ſed circa C.ſi a non compe.iudi.& in l.cum alijs C.de curat. furioſi.

Concluſio CXLIIII.

Non reuocantur attentata in appellatione à ſententia ſuper crimine barataríæ, quod æquiparatur crimini læſæ maieſtat. vt dicit Bald.in authen.nouo iure. C.de pen.iud. qui mal.iud.

Concluſio CXLV.

Non reuocantur attentata alternatiue appellatione interpoſita,Cardi.Alexan.in rubr.extra de appellatio.colum. 4.in verſic.& per prædicta, & per Fely.in cap. inter cætera, extra de re iudica.

Concluſio CXLVI.

Non reuocantur attentata poſt appellationem interpoſitam à futuro grauamine. cap.dilecto, cap. cum ceſſante, extra de appellatio.not. Felyn.in capit. ſignificauerunt.colum.4.extra de teſt.

Concluſio CXLVII.

Non reuocantur attẽtata poſt appellationem interiecta à iudice à quo,& à iudice ad quem, Bart.in l.chirographis. in §.primo.ff.de admi.tuto.no.in capi.ſolicitudinem,extra de appella. Specul.in titu. de appella. in §.nunc dicamus,in ſecunda colum.& hoc, quando iudex à quo expreſſit cauſam refutationis appellationis l.ſciendum. ff. de appel.reci. Bart.in dicta l.chirographis.

Concluſio CXLVIII.

Non reuocantur attentata in appellatione, in qua non ſunt petiti apoſtoli, not.in l.eos. §. apoſtolos C.de appella. & in l.prima. ff. de libel. dimiſ. & in l. quoniam, la prima. C.eodem & ibi Bartol.& not. Canon.in capit.perſonas. extra eodem titu.

Concluſio CXLIX.

Attentata non reuocantur poſt appellationem, in qua non eſt expreſſa qualitas ſententiæ, ſeu grauaminis, quia tunc non valet appellatio l.1.in §.primo. ff.de appella. not. Alex.in l.prima.in §.libelli.ff.eod.titu.vbi dicit, quòd appellatio debet continere nomen appellantis, iudicis à quo, & ſententiam à qua appellatur;non autem de neceſſitate debet continere nomen eius,contra quem,nec ſimiliter de re, ſuper qua iudicatur ſecundum Specu.in titu.de appel.in §. ſequitur.in verſic.notandum.in 2.colum.qui dicit,ꝙ appellatio debet continere regulariter quis,à quo,contra quem, & ad quem, & ſuper quo, & an is à quo appellatur detulerit,& quare ſic,vel non.

Concluſio CL.

Non reuocantur attentata poſt appellationem à ſententia Senatoris, à qua non datur appellatio, text. eſt in l.prima. ff. à quibus appella. non licet, glo.in cap. cuncta per mundum. decima quæſt.tertia, Cardi.Alexand.in rubri.extra de appellatio.

Concluſio CLI.

Non reuocantur attentata poſt appellationem interpoſitam à ſententia per laicum ad iudicem eccleſiaſticum de iure ciuili, vt not.in capit.ſi duobus.extra de appellationib. fallit, vbi eſſet conſuetudo, vt ad eccleſiaſticum appellaretur. capit. Romana.in §.primo, de appellatio.in ſexto,vel niſi de natura cauſæ, vt ibidem, vel niſi in caſu negligentiæ laici, vt not. Abb.in cap. cum loan. Heremita. extra de fide inſtrumentorum.

Concluſio CLII.

Non reuocantur attentata poſt appellationem à præcepto ſuperioris,ſine iuſta cauſa interpoſita,quia à tali præcepto non datur appellatio. Felyn.in cap.quò ad conſultationem.colum. 13.in fine, extra de re iudic.& in cap.relatum, & in cap.conquerente.extra de cleri. non reſiden.& in cap. dilectis.de reſcriptis.

Concluſio CLIII.

Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia lata ſuper cautione damni infecti, quæ celeritatem deſiderat.Specul.in tit.de appel.in §.in quibus.in verſic.octauo, Nec in appellatione à ſententia primi decreti, quia ab ea non appellatur.Ang.in conſi.46.not. legiſtæ in l.ſi finita.in §.Iulianus.ff.de damno infecto.

Concluſio CLIIII.

Non reuocatur attentata poſt appellationem à ſententia lata inter patrem,& filium,à qua non appellatur.Specu in tit.de appella.in §.in quibus,in verſi.ſed nunquid, in tertia col. Et nedum ſuper alimentis, ſed etiam ſuper emancipatione,& ſimilibus,idem Specu.in tit.de offic.iudicis, in §. 1.in verſic.ſed cum in eiſdem caſibus, not.in l.ex conſenſu. in §.filium.ff.de appella.

Concluſio CLV.

Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia, contra quam non admittitur probatio in contrarium, vt ſi ſit lata ſuper diſcuſſione bonorum; quia ab ea non datur appellatio,Bald.in l.2.colum.fi.in verſic.quid ergo ſi veniat.C.quando fiſ.vel priuat.& in l.error.C.de iuris, & fact. ignoran. Cẽpola in conſi.64. exemplum etiam quando aliquid fieret in executione iuris,vel ſtatuti; quia ab eius ſententia non appellatur.

Concluſio CLVI.

Poſt appellationem à contractu interpoſitam non reuocantur attentata; quoniam à contractu non appellatur l.1. & ibi Bald.C.de arbit.idemq; à tranſactione.l.à ſententia.§. ſi hæres.ff.de appel. recip.cap.cum dilectis. extra de arbit. & in l.fi. ff.de appel. recip.not. Doct.in l.tale pactum. in §.qui prouocauit.ff.de pact.

Concluſio CLVII.

Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia de aliquid præſtando debito ex curſu.naturæ,à qua non appellatur, Bald.in l.nemo.C.de ſum.Trinita. & fi.catholi. Specul.in titu.de appellat.in §.in quibus,in verſic.octauo, & ideo in appellatione in cauſa alimentorum lata,non reuocantur attentata,à qua etiam non appellatur, ad not. in l.fina. C.de appella.recip.Bald.in l.ſecunda.C.quando prouoc.non eſt neceſſ. Aret.in conſil.97.colum.2.Rom.ſingu. 786.Cardi.Alexan.in cap.qua fronte.extra de appella.cum ſimilibus, & ratio prædictorum eſt; quia hæc iuris naturalis ſunt, ſed iura naturalia ſunt immutabilia per ius ciuile, à quo ſunt introducta attentata, quo iura naturalia mutari non poſſunt.§.ſed naturalia,Inſtitu.de iure na.gen.& ciu. cum ſimilibus.

Concluſio CLVIII.

Attentata non reuocantur in caſibus, in quibus mora poſt appellationem interpoſitam periculum allatura eſt, Cardina.Alexand.in dicto capit.qua fronte.extra de appellatio.& ibi omnes Canon. Iaſon in l. prima. colum.prima. ff. de ferijs.

Concluſio CLIX.

Attentata non reuocantur regulariter in appellatione extraiudiciali, Cardi.Alex.in rub.extra eod.tit.& in cap.bonæ,not.in c.dilecti.extra de maio.& obed.Bart.& Docto.in l.fin.ff.de appella.recip.Bald.in l. prima C. de arbit. & in l.hi qui ad ciuilia C.eodem tit.& not. in cap.concertationibus. de appella.in 6.

Concluſio CLX.

Minimè reuocantur attentata poſt appellationem à ſecunda ſententia lata poſt primam in arbitrarijs,tranſactam in iudicatum,à qua reijcitur appellatio, glo.in l.ſi cum exceptione.in §.hæc actio. ff. quod met.cau. ſed de ea glo.dubitat Barto.in l.fi.in §.iuſſus.ff.de appel. at ibi Ang. concordat Bart.& glo. vide eum.

Concluſio CLXI.

Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia lata ſuper ſorte,à qua non datur appellatio, Card.Alex. in rub.colum.17.in verſic.& per prædicta, extra de appella. Amb.Opiz.in l.filiusfam.in §.diui.de leg.primo. car.21.colum.4.Barto.& Docto.in l.diuiſionis. ff.de pact.& in l.fina. C.commu.diuid.

Concluſio CLXII.

Non reuocantur attentata in appellatione interpoſita coram alio iudice, quam corã iudice a quo, quoniam iſto caſu appellatio eſt nulla, Cardi.Alex.in cap.vt debitus.in 6. colum.extra de appel.not. in rub.& nigro ff.quis, & a quo: hoc tamen moderatur,quando haberi non potuiſſet copia iudicis a quo,vel ad quem,vt habetur in cap.appellatio. extra de appell. in 6. & Gemin.ibi tunc appellatio admittitur coram honeſtis perſonis,vt habetur in cap.ſuggeſtum,& in cap.fi.extra de appella.

Concluſio CLXIII.

Non reuocantur pro doloſo appellante, vt habetur in c. vt debitus.extra eod.tit.& in cap.inter cætera, & in c.paſtoralis.& in cap.reprehenſibilis.eod.tit.

Concluſio CLXIIII.

Attentata non reuocantur in his appellationibus, in quibus cauſæ rationabiles debent exprimi, quæ non ſunt expreſſæ; tunc ab eis regulariter non appellatur, & conſequenter attentata non reuocantur, not. in capitulo quò

Source : BIU Cujas

ad conſultationem, & in cap.ſicut.extra de re iudicata, & in cap.cum cauſam,& in cap.cum ſpeciali.in §.porrò.extra de appellatio.Felyn.in cap.accedens, il primo, extra vt lit. non conteſta.& in cap.cum ſuper. extra de re iudica.& in c. conſuluit,vbi Abb.Deci.Cardi.Alexan. & Philip.Franc. Felyn.in cap.ſuper literis.columna nona,in verſic.decima regula,extra de reſcript.

Concluſio CLXV.

Non reuocantur attentata in appellatione interpoſita poſt decem dies datos ad appellandum, authen. ſed hodie. C.de appellatio. & ibi ſcribentes. Et an tempus decem dierum datum ad appellandum habeat locum in criminalibus, ſicut in ciuilibus, vide Bald.in cap. venientes. extra de iureiurand.& Cardina.Alexand.in cap.ex parte.colum. tertia, & quarta, & in cap. vt debitus. extra de appellationib. & Par. de Puteo in tracta. ſindicatus, in verbo appellatio, colum. ſecunda, fol. 22. in libro meo, vbi diſtinguunt, & concordantes citant.

Concluſio CLXVI.

Non reuocantur attentata poſt appellationem à tribus conformibus facientibus rem iudicatam,Card.Alexand.& Franc in cap.tua extra de appellatio.not.ſcribentes in rubr. & nigro.C.ne liceat in vna,& ead.cauſa.

Concluſio CLXVII.

Attentata non reuocantur in appellatione à ſententia præfecti prætorio. l. à proconſulibus. ff. de appellationib.l. vnica C. de ſenten. præfect. præto.not.in l.prima. ff.de offi. præfect.præto.

Concluſio CLXVIII.

Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia Regis, vel Principis, à qua non appellatur l.prima.in principio ff.à quib.appella. non licet, cap.cuncta per mundum. nona quæſtio.tertia. Lanfranc.in cap.quoniam contra, fal.7. extra de probatio.not.in cap. ſicut vnire. extra de exceſ.prælat.Cardi.Alexan.in rub.extra de appella. colum. 14.in verſi.ſed operęprecium eſt ſcire, Alexan.de Imo.conſil.2 in 1.volum.colum.penult.Cępol.in conſil.17.colum. penul.cum ſimilibus.

Concluſio CLXIX.

Pro appellante verò contumace non reuocantur attentata l.ex conſenſu.§.fin. ff.de appellat. Barto.in l.fin. ff.de in integ.reſtit.Bal.in l.cum non eo die.in fine. C. quando prouoc.non eſt neceſſ.& in l. prima C. quorum appell.non recip.Bar.in l.& poſt edictum.§.fin.ff.de iud.in l.properandū, in §.ſi quidem C. eod. titu.Innocen. in cap.primo, extra vt lit.non conteſta.glo.in cap. non ſolùm. de appellatio. in 6. & in cap.cum cauſam.extra de reſcrip. Doct.in l.fi.in §.iuſſus.ff.de appella.Aret.in §.primo.Inſt.de obliga. quæ ex delict.naſc.cum ſimilibus.

Concluſio CLXX.

Nota, quòd ſententia, quæ tranſiuit in iudicatum,quæ nulla appellatione ſuſpenſa eſt, reuocatur per viam attentati pendente cauſa reſtitutionis in integrum ad appellandum, Rota in nouis deciſio. 579. diximus in primo libro in octaua parte.

Concluſio CLXXI.

Reuocantur attentata poſt inhibitionem, etiam ſi ſit appellatum à ſententia poſt decendium datum ad appellationem interponendam,Rot.deciſ.379,

Concluſio CLXXII.

Non reuocantur attentata in appellatione à ſententia arbitratoris,Alexan.in conſi.117. in tertio volum.not.l.prima.C.de arbitris,& idem in appellatione à ſententia arbitri. l.diem proferri. §. ſtari. ff.de arbitr. notant Docto. in l. ſi ſocietatem. in §. arbitrorum. ff. pro ſocio, & in l. arbitro. ff. qui ſatiſda.cogan.& in l. non diſtinguemus, in §. cum quidam.ff.de arbitr.

Concluſio CLXXIII.

Non reuocantur attentata poſt appellationem à ſententia lata contra officialem in officio condemnatum tanquam delinquentem,laſ.in l.qui iuriſdictioni præeſt, colum.3.ff. de iuriſdict. omn. iudic. in octaua fallen. traditur in l.nulli C.quor.appella. Paris de Puteo in tracta. ſind. in verbo ſindicatur etiam officialis, fol. 14. & in verbo condemnatur, fol.30.in lib.meo.

Concluſio CLXXIIII.

Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia ſuper reductione laudi ad arbitrium boni viri, Abbas in conſil.39.colum.2.& in conſi.2.colum.fi in primo volum. Lanfr.in tract.de arbitris,in §.vigeſimoſecundo, Bal.in l.fi. C.de contrahen.empt.

Concluſio CLXXV.

Attentata non reuocantur poſt appellationem à ſententia lata de conſilio ſapientis de partium conſenſu, Specul. in tit.de appel.in §.videndum. colum.fi. Roma in rub.ff.de arbit.Felyn.in cap.cauſam.de re iudic. Alex.in l.fi.ff.de lega. ſecundo, Cardi.Alexan.in rub.de appella.& in cap.intimaſti. eodem titu.

Concluſio CLXXVI.

Omnibus caſibus,quibus non eſt licitum appellare,nunquam iudex debet ſuperſedere, & attentata non reuocantur,niſi ſit per iudices appellationum inhibitum, etiam in appellationibus à diffinitiuis, vt tradunt omnes Canon. in cap non ſolùm.de appell in 6.Vital.in tract.clau ſub clauſ. nil nou.num.21.in verſic. in caſibus verò. In appellationibus autem ab interlocutorijs, etiam quòd non ſit inhibitum, quando iudices à quibus appellationibus detulerint, attentata reuocantur, vt not.in cap. cum appellationibus friuolis.extra de appella.in 6. Ange.in l.conſtitutiones ff.de appella. Vital.ſub dicta clauſ.num.22. quibus addo conſil. Bald. 367. in primo volum. vbi quando appellatione pendente poſſit innouari, ibi aliqua ponit Bald. & latius Pariſ. in conſil.108.volum.primo, Vital.eo loci num.20.21.& 22. Innocen.in cap.paſtoralis, in ſecunda colum.de offi.& poteſt.iudic.delega.

Concluſio CLXXVII.

Inſuper,non reuocantur attentata poſt appellationem à ſententia ad Papam, vel ad alium Principem interpoſitam cõtra formam ſtatuti,quo cauetur, ad certos iudices appellandum eſſe,de iure ciuili loquendo, ſi appelletur per ſaltũ omiſſo medio,ad notata in l.Imperatores. ff.de appel. & in rub.extra eod.vbi Cardi.Alexan.& in c.dilecti filij,& in cap. ſi duobus,& ibi omnes Cano.& in cap. quod clericis. extra de foro compet.& in cap.venientes.de iureiurã.tunc appellatio eſt nulla, maximè contra formam ſtatuti interpoſita dictantis ad certos iudices appellandum eſſe, & conſequẽter attentata non veniunt reuocanda, de cuius appellationis nullitate tradidit Cor.in conſi.25. in 3.volu. & in conſi. 44.eod.Ruin in conſil.83.volum.5. Ioan.de Ana.in conſil. 51. Rom. in conſil 2. & latius tradidimus in primo libro in ſecunda parte num.octauo.

Concluſio CLXXVIII.

Attentata non reuocantur, quando quis procurauit, vt delegatus, cui commiſſa eſt cauſa, non iudicaret in ipſa, vel procuraret,quòd aduocaretur à ſuperiore,vel aliter, vt ſe abſentaret, ne cauſam iudex expediret infra terminum ſtatutum, tunc cauſa committitur confidenti appellatione remota, vnde lata ſententia interpoſita appellatione nõ reuocantur,tex.eſt in c.paſtoralis.in §.fi. extra de offi. deleg. & ibi gloſ.& Doct.

Concluſio CLXXIX.

Non reuocantur attentata poſt ſentẽtiam appellatione pendente,quando partes conueniſſent ſtare ſententię qualitercunque ferendæ, tunc à ſententia non appellatur, not. Docto.in l.tale pactum.in § qui procurauit.ff.de pactis, ibi tamen Docto.moderant non procedere,quando quis promiſit ſoluere iudicatum, vt in l.cum apud Sempronium.ff. iud. ſolu. ſecus ſi ſimpliciter promitterent partes ſub pœna habere ratum. & ſoluere l. tertia.§.falſus. ff.rem rat.haberi, vel etiam ſi promiſſum ſit ſtare ſententiæ ferendæ ſecũdùm conſil.ſapientis, vt diximus ſupra, not.Barto.in l.ſi conuenerit.ff.de re iudi.& in l.prima. in §. quæſitum. in fine. ff.de appellatio. Bald. in l.ex illo. in fine C. eod.titu.intellige tamen,niſi ex neceſſitate deberet capi conſilium, vt per Bart. & Doct.in dicta l.ſi conuenerit, vide Aretin.in l.prima.ff.a quib.appellandum.

Concluſio CLXXX.

Attentata non reuocantur poſt appellationem à iudice à quo extra iuris banchum interpoſitam,ſecũdùm aliquos in l.4 in §.hoc autem. ff.de damno infecto,not.in Clemen. ſecunda.extra de appellationibus.

Concluſio CLXXXI.

Non reuocãtur poſt appellationem interpoſitam ab eo, ne iudex faciat relationem,not.in l.prima C.de relat.Card. Alex.in c.intimaſti.colum.4. de appella. vbi diſtinguit quatuor caſus,vide eum.

Concluſio CLXXXII.

Attentata poſt appellationem de vno tribunali ad aliud non gradatim interpoſitam,non reuocantur,Cardi.Alexã. in cap.ſi duobus.colum.tertia, extra de appellatio.hinc nõ reuocantur de iure ciuili loquendo, ſi appelletur per ſaltum omiſſo medio, vt in l.Impe.ff.de appella. & in rub.extra eod.titu.& in cap.quòd clericis extra de foro compe. & in cap.venientes.de iureiuran.aliud tamen eſt de iure canonico,not.in cap.vt debitus.extra eodem, Card.Alex.in cap. paſtoralis.eod.titu.

Non

Source : BIU Cujas

Concluſio CLXXXIII.

Non reuocantur attentata, ſi appelletur ad omnes ſuperiores, quoniam appellandum eſt nominatim ad talē. Cardi.Alex.eo loci ſupra, Bar.& Doct.in l.prima.in §.ſi quis.ff. de appel.Cano.in cap.inter cætera,extra eod.titu. Bald.in l. cum proponas.C.de bon.auth.iud.poſſid.

Concluſio CLXXXIIII.

Non reuocantur attentata in appellatione interpoſita à pari ad parem, puta à Vicario Epiſcopi ad ipſum Epiſcopum; quia eſt idem tribunal, Cardina.Alexan.in rubri. colum. 6.extra de appella. quòd tamen procedit de iure canonico, ſecus de iure ciuili l. à proconſulibus, & l. præcipimus C. de appella.

Concluſio CLXXXV.

In appellatione interpoſita de maiori ad minus tribunal non reuocantur attentata,Card. Alexā.eo loci ſupra, Barb. in rub.extra de fid.inſtru.in repet.colum.72.in verſi. & ideo dixit glo.vbi dicit, ꝙ non valeret conſuetudo contraria per glo.in c.non putamus. de conſuetu.in 6. Abb. in c.fi.col.fi. extra de præcar.

Concluſio CLXXXVI.

Attentata non reuocantur in appellatione ab eo, quod facit iudex,quando eſt in arbitrio ſuo, & non neceſſitatur, vt not.in l.1.ff. de iuriſdi.om.iud.fallit, niſi valdè excederet arbitrium ſuum,maximè in criminalibus, vt not. Doct.in c.ſuper.extra de accuſa.

Concluſio CLXXXVII.

Non reuocantur poſt appellationem ab eo, quod quis fecit,vel procurauit fieri; quia tunc nō datur appellatio.l.generaliter.§.primo. in fi.in verſic. quis enim C.de reb.credit. & iureiuran.nam iudicem à ſe,vel à procuratore ſuo impetratum non poteſt quis recuſare, cap. cum olim ,de offi.deleg.& extra de cauſ.poſſeſſ.& propri.

Concluſio CLXXXVIII.

Poſt appellationem in caſu,vbi denegatur audientia, nō reuocantur attentata, 2.quæſt.3.cap.rurſus.in fine, Bar.Cæpol.in conſi.64.col.prima,in fine.

Concluſio CLXXXIX.

Non reuocantur attentata in appellatione, vt non fiat electio,quia talis non admittitur appellatio,glo.in c.conſideramus.extra de electio.& in cap.cum nobis olim.eodem titu.& ibi ſcribentes.

Concluſio CXC.

Non reuocantur attentata in arbitrarijs modici præiudicii.Bald.in Margarita in verbo,appellari non poteſt, no. Innoc.in cap.conqueſtus.extra de feriis,Alex.in conſi.117. in tertio volum.

Concluſio CXCI.

Nota, quòd attentata poſt relationem, vel iudicis recuſationem veniunt reuocanda, ſicut attentata appellatione pendente, Cardina. Alexan.in rubr. extra de appellatio. numero primo, vbi latè, quando geſta per iudicem recuſatum veniunt reuocanda, Vital.in tract.clauſul.in clauſula,relatione pendente.

Concluſio CXCII.

Vbi non eſt appellatum à ſententia, cuius executio conceditur pendente termino ad appellationem interponendam, non interpoſita appellatione executio per viam attētati non reuocatur,ponit Fely.in c.quod ad conſultationē. quæſt.5.colum.penul.num.27.extra de re iudic.

Concluſio CXCIII.

Attentata per iudicem recuſatum veniunt reuocanda abſque alia citatione, quando iudex recuſatus arbitros elegerit, Cardina. Alexand. eo loci, nume.3. vbi concordantes plures citat.

Concluſio CXCIIII.

Sunt attentata,quæ appellatione pendente facta, valent, & tenent fauore cultus diuini,glo.in c.ad hæc.in verbo aſſignes.& ibi Card.Alex.num.9.extra de appel.& ibi etiam ſub num.10.alium habes caſum,in quo appellatione pendente attentata tenent,vt in clerico,cui præcipitur,vt reſideat,qui ſi appellat, appellatione pendente poteſt reſidere per ſubſtitutum: quia & ſi obtinuiſſet, appellatio omnino non haberet hoc impedire,Card.ibi.

Concluſio CXCV.

Attentata poſt appellationem extraiudicialem à iudice, non vti à iudice facta,ſed vti à parte, ſunt etiā ipſo iure nulla,ſicuti à iudice fierent,Card.Alex.poſt Butr. & alios in ca. dilecti,il ſecondo, num.2. extra de appell. & quid in appellatione iudiciali? vide latè per eum in cap.bonæ memoriæ. num.35.36.extra eod.titu.

Concluſio CXCVI.

Attentata poſt appellationis renunciationem reuocantur in viam nullitatis attentatorum, adeundo iudicem ordinariè agendo,licèt non reuocetur attentatorum priuilegio,Card.Alex.in c.ſolicitudinem, col.7.in 13.fallen.ſicut etiam appellatione deſerta non reuocantur priuilegio attētatorum ſed per viam nullitatis,Card. Alex.in ca.ſæpe, col. 8.nu.37.& ibi Fran.nu.30.in glo.in verbo rata, circa finem, quo in loco conciliat deciſ. Rot. primam, in nouis.aduerſantem deciſioni 130. eod. vt prima procedat in attentatis, quæ priuilegio attentatorum reuocari petuntur, altera de attentatis,quæ per viam nullitatis veniunt.

Concluſio CXCVII.

Nota, quòd deſerta appellatione, antequam appellatus compareat coram iudice à quo executionem ſententiæ poſtulando,cautela eſt, vt appellans præueniat, & coram iudice appellationis proſequatur appellationem, & alleget impedimenta; tunc executio poſtmodum conceſſa reuocabitur à iudice appellationis per viam attentatorum, vt docet Franc.in capit.ex ratione. colum.fin.quæſt. fin. extra de appellatio.

Concluſio CXCVIII.

Attentata reuocantur poſt euocationem factam per iudicem inferiorem, ſicut poſt appellationem, Cardina. Alexand. in cap.vt noſtrum,numero primo, & ibi etiam Henric. Boich. extra de appellatio. Rebuff. in tracta. de Auocatione. numero 103. diximus abundè in primo libro in 9. parte numero 4.

Concluſio CXCIX.

Innouata per partem, pendente appellatione, reuocantur de plano ſine libello ex ſolo iudicis officio, Bald. in l.3. in verſicu.quæro vtrum. C.de appellatio. Felyn.in cap.dilectæ.in Chriſto, extra de except. colum.penulti.in verſic.ſed contra opinionem.

Concluſio CC.

Dicit Baldus in l.ſecunda C. de epiſco. aud. colum. fina. verſic.vltimò quæritur,quòd poſt appellationem in poſſeſſorio poteſt fieri executio ſententię,& appellatio deuoluit, adeò ſi retractabitur poſtea ſententia,retractabitur etiā executio,ſed per viam iniuſtitiæ, & non per viam attentati, & ante ipſum Arch.ſecūda quæſt.6.in §. ſunt etiam quorum. Nicell. in lib.de concordia gloſſarum in glo.6.princip.moderatione 19.num.34.

Concluſio CCI.

Quomodo per iudicem,ad quem reuocentur attentata, & quando iudex inferior non poſſit de illis cognoſcere, vide Ioan.de Anan.in cap.ſolicitudinem. nume.quinto, extra de appella.& quæ fiunt,& quomodo etiam reuocentur, idem Ioan.de Anan.in cap.dilectæ.num.quinto,de except.

Concluſio CCII.

Attentata per Abbatem contra monachos poſt litem motam reuocantur, & ablata reſtituuntur, Ioan. de Ana. in capit.olim. numero tertio, de accuſatio. & quomodo, & quibus caſibus, etiam vide eum in cap. cum teneamur, extra de appella.

Concluſio CCIII.

Attentatum dicitur etiam omne innouatum poſt citationem ad præiudicium cauſæ. Bero. in cap. quoniam contra.numero 113. aliàs 117. extra de proba.& vt reuocentur attentata, an plenè, vel ſemiplenè probare ſufficiat, Bero. in cap.1.de appella.extra,num.39.quomodo,& quando reuocentur,Idem in cap.cum ſit Romana, vbi Bero.numero 79.de appellatio.in 6.& quando etiam poſt appellationem veniunt reuocanda, vide Bero. in dicto cap.primo. nume. 15. extra eodem.

Concluſio CCIIII.

De aduocatione in materia attentatorum, vide in primo meo libro in ſecunda par.num.11. & 9.part.num 4. vbi abūdè, & num.7. dicta 9. parte, vbi,an idem ſit iudicium in attentatis de ſubrogato, quòd de ſubrogante, & de ratione naturali conſiderabili in attentatorum materia, ibidem numero octauo.

Concluſio CCV.

Iudex appellationis non attentat, Abb. Deci. Cardina. Alexan.Philip.Franc. & ſequac. in cap. cum teneamur. extra de appellatio.diximus in primo libro nona parte, num. nono, & ibi etiam de conſenſu in iudice à quo, & de diſſenſu circa purgationem attentatorum, numero 11.& 12. vbi amplè.

Concluſio CCVI.

Et quando per aditum ad ſuperiorem appellatione pendente reuocentur attentata, atque de ſupplicatione obtenta quando ſit reuocabilis per viam attentati, vide in primo lib.par.nona,num.14.& 15.& ibidem num.16.de ſubreptione,& obreptione in maieria attentatorum.

Source : BIU Cujas

Concluſio CCVII.

De tertio iudice, cuius factum quandò veniat appellatio ne pendente per viam attentati reuocandum, ac de aſſumẽte cauſam à iudice attentante, vide abũdè in noſtro primo lib. in nona par. nu. 17. 18. & 19. & ibi etiam de appellationis renunciatione in attentatorum articulo num. 20. latè habes, atque etiam de regula diuerſorum quandò locum habeat in attentatis, ibidem num. 13. & 5. parte num. 2.

Concluſio CCVIII.

Si appellatiò infra annum non finitur, non ſolum tranſit in rem iudicatam, ſed attentata appellatione pendente, & ante deſertionem reuiuiſcunt, not. in Clem. ſicut appell. de appellat. Rot. deciſ. 1. in nouis. Abb. in repertorio in verbo attentata. num. 9.

Concluſio CCVIIII.

Quando appellatur ab actu nullo, is qui ſequitur appellationem non poteſt obtinere retractationem per viam attentati, niſi primò iuſtificata appellatione. Domin. de S. Gemi. in cap. non putamus. in ſecunda colum. circa medium, extra de conſuet. vbi pulchrè.

Concluſio CCX.

Dicit Franc. in cap. paſtoralis. nume. 6. quòd appellatione remota attentata non veniunt reuocanda priuilegio attentatorum, niſi in duobus caſibus, ibi per eum expreſſis, tertium addit ibi, videlicet quando appellaretur ex cauſa, quæ non eſſet in iure expreſſa, ac dicit, quòd iſto caſu poterit adiri ſuperior, vt ex debito iuſtitiæ reuocet grauamen, & nota, quòd, quò ad reuocationem attentatorum idem operatur clauſula poſita in reſcripto, nulla contradictione obſtante, vt quemadmodum clauſula, appellatione remota, Cardin. Alexand. in cap. perſonas. num. 19. extra de appella. & ibi Deci.

Concluſio CCXI.

Quando iudex à quo ſciuit iudicem appellationis cœpiſſe cognoſcere de viribus appellationis, an ſcientia huiuſ modi ſufficiat quò ad reuocationem attentatorum, vide Domin. de S. Gemin. in cap. non ſolum. in §. illa verò. num. 7. & Franc. ibidem poſt eum de appellat. in 9. & nota, quòd lite pendente perempta inſtantia, factaque alienatione per reum conuentum contra tertium acquirentem, non reuocantur attentata; quia amplius nõ durat vitium litigioſi quò ad tertium, in quem fit alienatio, vt tradit Baldus in tractat. de præſcript. in tertia parte 6. partis princip. quartæ partis nume. 44. in verſic. ſecundò quæro, circa medium, quod eſt notatu dignum ad limitationem ſupta concluſio. num. 17. 45. 47.

Concluſio CCXII.

Manifeſti iuris eſt, regulam attentatorum non habere locum in ſeparatis articulis ab appellatione, Bald. in l. prima. C. de bon. poſſeſ. ſecundùm tab. & ibi Dec. Vital. in trac. clauſ. ſub clauſ. nil nou. appella. pendente num. 22. in fine, Franc. pulchrè in cap. an ſit. nume. 7. & ibi ſequaces, extra de appella.

Concluſio CCXIII.

Non datur attentatum in forma attentati, factum à parte in iudicio ſimul cum iudice, quod reuocandum veniat per viam attentati, quando illud non poteſt reuocari in viam attentati, ex perſona iudicis, attentatum autem, quod reuocatur tanquam factum à parte, hoc eſt, quando etiam poteſt id reuocari ex perſona iudicis; vbi verò factum eſt in iudicio à parte ſimul cum iudice, cum ex perſona iudicis non reuocatur, puto etiam reſpectu partis non poſſe reuocari: quia non poſſe reuocari ex perſona partis, quin etiam non reuocaretur ex perſona iudicis, ex quo iudicium non claudicat, & non poteſt eſſe attentatum reſpectu vnius reuocabile, quin non ſit etiam reſpectu alterius, ob indiuiduitatem iudicij, arg. l. in hoc iudicio, cum mat. ff. fam. erciſ. pro quo facit l. ob cauſam C. de euict. vbi factum à iudice reputatur factum a parte, & ſub hac diſtin. declaranda eſt doct. glo. in dicto c. non ſolùm. de appel. in 6. & Decij, in ca. conſuluit. 1. ſecondo, extra de appel.

Concluſio CCXIIII.

Non datur attentatum reſpectu partis, quãdo præſtatur conſenſus ad victoris inſtar, qui nõ poteſt capere poſſeſſionẽ propria authoritate, aliàs cadit à iuſe ſuo l. meminerint. C. vnde vi. c. eum qui, de præben. in 6. hanc tamen pœnam non patitur, quando victus conſentit, vt victor ingrediatur propria authoritate, Fely. in c. de cætero. nu. 16. in verſi. & illud ſcias, extra de re iud. & in c. cum cauſa. col. 2. extra de offic. deleg. Item pœna l. ſi quis in tantam C. vnde vi, non habet locum in ingrediente poſſeſſionem ex licentia iudicis, quamuis inualida, & iniuſta, vt per Fely. in c. decętero. num. 13. 15. & 16. & in d. c. cum cauſa, Ripa in c. ſæpe. nu. 80. extra de reſti. ſpoli. pro quo facit deciſ. Rot. in nouis num. 187. ib pars attentat petens executionem ſententiæ, pendente termino ad appellandũ à ſententia, & tñ; quia iudex expectare non debet poſt decem dies à recitatione ſententiæ, nõ reuocabitur executio per viam attentati, ſed per viam iniuſtitiæ.

Concluſio CCXV.

Vbi non datur reuocatio via priuilegiatiua attentatorũ, altera nullitatis attentatorũ non tollitur, quæ non eſt ſublata per primam, vt habetur in c. ſæpè, in c. dilecti, il terzo, in ca. ad audientiam, in c. conſuluit, il terzo, extra de appell. vbi Canon. omnes tradunt.

Concluſio CCXVI.

Attentatorum pœna nunquam habet locum in cauſa, quæ non habet connexitatem cum prima, & non extenditur ad diuerſam cauſam, à qua fuit innouatum, Franc. in c. an ſit. num. 7. extra de appellat. diximus abundè in primò libro, in quinta parte.

Concluſio CCXVII.

Quando iudex ignorat appellationem, ſine metu attentatorum poteſt procedere, not. Franc. in cap. bonæ memoriæ. num, 42. de appel. & in cap. ſi iuſtus metus, num. 42. vbi Cardin. Alex. eo loci.

Concluſio CCXVIII.

Sententia, quæ tranſiuit in iudicatum, poteſt reuocari per viam attentati, Franc. in cap. ſua nobis, nume. 18. extra de appella. vbi concordantes citat, & ſcripſimus in quinta parte primi libri.

Concluſio CCXIX.

Difficile attentatum non reuocatur, Franc. in cap. non ſolum. colum. ſecunda, in verſic. ſecundò limita. de appellat. in 6. & in cap. dilecti, il terzo, colum. ſecunda, verſ. c. ſecundò limita, extra de appellat. Veſtr. in practica, in titu. de attentatis, colum. 3.

Concluſio CCXX.

In generali mandato non venit licentia attentandi, Fely. in ca. primo. extra vt lite pendente. col. 7. nu. 8. in verſi. vndè qui dicit. Milis in repertorio in verbo procurator, Veſtr. in pract. in tit. vt lite pendente fol. 206. in verſic. & non ſufficeret, veniunt tamen contra procuratorem reuocanda, & cõtra participantem in attentatis, Rot. in vltim. deciſ. 30. num. 4. in verſic. vtrum.

Concluſio CCXXI.

Clauſula, nulla iuris ſolemnitate ſeruata tollit remediũ attentatorum; quoniam cauſam reducit ad merum ius gẽtium, Iaſ. in conſi. 162. volum. 4. Rubeus Alexan. in conſi. 4. vbi pulchrè, quo autem iure attentata ſunt incognita, quæ fuerunt inuenta à iure poſitiuo, vt not. in d. ca. non ſolùm, extra de appella. in 6.

Concluſio CCXXII.

Quando appellatio eſt iniuſta, non reuocantur attentata, Guid. Pap. deciſ. 213. num. 6. & deciſ. 436. in tit. de appella. num. 21. & in conſil. 224. & idem in tracta. de appella. quæſt. 12. num. 18.

Concluſio CCXXIII.

Non reuocantur attentata in appellatione ab expẽſis interpoſita à victore, qñ appellatum eſt per victum contra victorem ſuper negotio principali; quia iudex appellationis ſupplet ſuper expenſis, etiã ſi appellans appellationi renunciaret l. fi. C. quan. prouo. non eſt neceſſe. vbi Bal. & alij Canon. in c. ſignificauerunt. extra de except. & per Nat. latè in c. ſæpè, in §. quæ omnia. col. 8. & 10. de verb. ſignif. qui videtur moderare, quando victus ſolùm appellauerit in paſſib. & punctis contra ſe facientibus, notat Cardi. Alexan. in c. ſi duobus. extra de appel.

Concluſio CCXXIIII.

Attentata non reuocantur in appellatione ab vno articulo ex connexis cum alijs, à quibus non poteſt appellari, Abb. in c. ſecundò requiris. extra de appell. not. in l. fin. in §. iuſſus, vbi Ang. ff. de appel. qui dicit, q vbi non poteſt appellari à definitiua, nec quoq; ab interlocutoria pręcedente illam, nec à quolibet incidenti, vel acceſſorio, & conſequenter non reuocantur attentata.

Concluſio CCXXV.

Cui denegatur iudicũ, ab eo interpoſita appellatione nõ reuocantur attẽtata, exemplum in ſeruo, & in omni perſona, quæ repellitur à iudicio; qñ non datur appellatio l. fin. in prin. ff. de appel. Bal. in rub. quo appel. non recip. quibus accedit, quod ſupra dictum eſt conclu. 188.

Concluſio CCXXVI.

Interpoſita appellatione à reſcripto, attentata non reuocantur; quia appellatio non datur l. iubemus. C. de appellat. poteſt tamen de ſubreptione, vel obreptione opponi, not. Fely. in titu. de reſcript. not. in l. impetrata C. ſenten. reſcindi

Source : BIU Cujas

reſcindi non poſſe, & per Specul. in titu. de reſcrip. præſent. in §. primo. Angel. Inſtitut. de except. in §. præterea. cum ſimilibus.

Concluſio CCXXVII.

Attentata non reuocantur in appellatione a ſententia exfractationis, a qua non licet appellare, Bald. in l. j. §. j. ff. de ſer. no. Alex. & Iaſ. in l. j. ff. ſol. matrim. Alex. in l. fi. ff. de app. recip. in addit. cum ſimil.

Concluſio CCXVIII.

Per quos caſus tacitè, vel expreſsè appellationi renuncia tur, per eoſdem renunciatur attentatis, quæ incidenter veniunt appellationi, & quãdo veniunt principaliter, & ſeorſum ab appellatione poteſt renunciari attentatis abſque eo quòd renuncietur appellationi, & per renunciationem ap pellationis non cenſetur attentatis renunciatum, vide in primo meo libro, in quarta parte princip. numero 4. & 5. & ibidem numero 2. habes, quod attentata non reuocantur appellatione pendente, quando proceditur abſque proteſtatione attentatorum.

Concluſio CCXXIX.

Attentata non reuocantur, quę non verificantur ad pro ceſſum, & quando dubitatur de attentatis, quid agendũ ſit per grauatum, & quæ proſunt grauanti ad purgationem at tentatorum, habes in d. 4. parte, num. 8. & ibid. nume. 9. ſtant ſimul. quòd per appellantem appellationi nõ ſit renunciatum, & attentatis ſic.

Concluſio CCXXX.

Et quid quando oppoſitis attentatis appellans patitur ꝓ ceſſum ſuper meritis, quæ impediant, & quę nõ, de materia vide eo loci nume. 11. & nu. 12. vbi habes etiam, quòd iudex poteſt rectè iudicare, & nihilominus attentare, & nõ rectè etiam procedere, nõ tamen attentare, & etiam in tertia parte dicti primi libri num. 10. & nu. 13. vbi tractatur, quid operetur clauſula, conſtito de re iudicata ad purgationem attentatorum.

Concluſio CCXXXI.

De regula attentatorum locum non habente in nõ habẽtibus cõnexitatem cum appellatione, habes etiam in dicta quarta parte. num. 7. primi libri, & 5. parte, nume. 2. & ea dem quarta parte, nu. 1. vbi latè quòd in ſeparatis ab appel latione articulis non reuocantur attentata.

Concluſio CCXXXII.

Sentẽtia, quæ dependet a ſentẽtia attentata venit reuocã da per viam attentati, diximus abũdè in j. libro in 3. parte, num. 1. & 17. & ibi etiam num. 2. quãdo dicatur depẽdẽs ad incurrẽdum vitium attẽtati. & num. 3. vbi qui circa attẽtata ſe fundat ſuper iure alterius, attentare dicitur.

Concluſio CCXXXIII.

Per ſeparationem articuli quãdo ſentẽtia dependet, ſitq; de proceſſu Iudicis a quo, quomodoque detur ſeparatio ad euitandum attentata, vide in dicta tertia parte primi libri, num. quarto & quinto, & num. etiam. 8. vbi habes quando per reſcripta, commiſſionesque aperietur via purgationi attentatorum.

Concluſio CCXXXIIII.

Iniuſtitia nõ inculcatur cum attentato, neque cõtra, habes in d. 3. parte, num. 10. & an conſequentia teneat, ſententia eſt iniuſta, ergo & attentatum, & econtra, ibidem num. 15. & obſerua nouam declarationem traditam præter alios ad glo. in ca. nõ ſolum. in §. illa verò, in verbo nec tamẽ om nia relatam a Gemin. eo loci num. 12. loquẽtem de ſentẽtia aſſumente fundamẽtum a ſentẽtia attẽtata. & eo loci nu. 16. & 18. ibi abundè.

Concluſio CCXXXV.

De extremis neceſſariis cauſantibus attẽtata pulchrè habes d. 3. parte, num. 11. & quãdo attẽtatum, quod nõ imponit perpetuum ſilentium, reuocetur per viam attentati, numero 19.

Concluſio CCXXXVI.

Regula eſt, quòd poſſeſſio, & quilibet actus deſcẽſiue veniens a prę ambula diſpoſitione nõ affecta vitio attentati nõ eſt attẽtatum, vide in primo libro in 3. parte nume. 9. vbi latè, & num. 12. vbi per pendẽtiam petitorij ſentẽtia lata in poſſeſſorio nõ reuocatur per viam attẽtati, & habes etiam num. 13. & 14. quę attẽtata reuocari poſſint iudicis officio, & quomodo detur ſeparatio ad euitãdum attẽtata maxime in practica iudiciaria eo loci num. 6.

Concluſio CCXXXVII.

Iudex a quo ſine noua commiſſione citra periculum attẽtatorum nõ poteſt procedere ad executionem, fallit, quã do appellatio eſſet deſerta, vel nulla, ſcripſimus in 2. parte primi libri, num. 3. & num. 4. de iudice a quo inferiore, vel ſuperiore ſuſpẽſam, vel nõ, habẽte iuriſdictio nem in his, tẽdunt ad faciliorem exitum cauſæ appellationis, & de his quæ reſpiciunt appellationis præiudicium.

Concluſio CCXXXVIII.

De iudice a quo, & quomodo procedere poſſit ſuper appellationis nullitate, probationes recipere, & facere proceſ ſum, latiſſimè habes d. 2. parte. num. 5. & prima primi libri, num. 4. & 5.

Concluſio CCXXXIX.

Et quæ tempora ſint cõſiderãda in attẽtatis, ac de attẽta torum cumulatione cum appellatione, vide amplè eo loci nu. 7. & 8. de attẽtatis, quæ veniũt principaliter, & qua incidenter ad appellationem.

Concluſio CCXL.

Nullitas eſt genus, attẽtatum verò eſt ſpecies eius, ibidẽ num. 10. dicti primi libri, & num. 11. vbi habes materiam aduocationis. & quę cauſæ poſſint aduocari, & a quibus iudi cibus citra vitium attẽtatorum, vide etiam eo loci parte 2. numero 11.

Concluſio CCXLI.

Quæ nõ ſunt de cõtingẽtibus ad proceſſum appellationis, nõ reuocãtur per viam attẽtatorum, per lege in d. 2. parte, num. 12. & num. 13. vbi etiam habes, quod in attẽtatis ꝓceditur gradatim, & ſentẽtia ſuper vno attẽtato lata quãdo noceat, & proſit in alio.

Concluſio CCXLII.

De attẽtato extincto reuiuiſcẽte, & materia ortus attẽta ti, & mortis, diuerſorumq́: attẽtatorum in practi. iudiciali ſcripſimus latè in d. 2. parte primi libri numero 14. & 15. ibi etiam quãdo attẽtatum vnius appellationis, alterius appellationis poſſit eſſe attentatum, & an vnum, ac idem attentatum duarum appellationum eodem tempore attẽtatum eſſe valeat.

Concluſio CCXLIII.

Quò ad effectum reuocationis attẽtatorum, vtrum paria ſint nõ appellare, vel appellare, & appellationem deſere re. vide eo etiam loci numero 14, & 15. vbi amplè, & nume. 16. habes, quod deſerta appellatione remanet facultas iudici attẽtata reuocandi per viam nullitatis attentatorum.

Concluſio CCXLIIII.

Quãdo datur cõſenſus in iudicem, fruſtra reuocãtur attentata. ſupra diximus cõcluſio 118. vide in primo libro, in 2. parte, num. 17. & numero ſecundo, vbi quoque habes, ꝙ fruſtra quæritur de attẽtatis, quãdo nõ datur iuriſdictionis ſuſpenſio.

Concluſio CCXLV.

Euocatione poſſeſſionis purgatur attẽtatum, & facto partis; tradimus primo libro, in ſecunda parte, nu. 18. & prima parte, num. 15. & num. 19. vbi ad reuocãdum attẽtata requiritur poſſeſſio tempore libelli ex parte rei cõuenti, vide eo loci num. 15.

Concluſio CCXLVI.

Quãdo iudex à quo aditus incidẽter ſuper appellationis nullitate, & ſuper executione principaliter, poſſit citra attẽtatorum metum procedere, ſcripſimus in prima parte primi libri num. 3. & 4. & vbi, quãdo ex actis cõſtaret, appellationem eſſe nullam, atque, quę probationes fieri valeãt in attẽtatis ſuper articulo nullitatis appellationis, & nume. 6. ibi etiam quãdo iudex appellationis, qui cepit cognoſcere de appellatione, reuocare poſſit attẽta, quæ plurimum proſunt in practica.

Concluſio CCXLVIE.

Sentẽtia lata ſuper attẽtatis a iudice incompetẽte quando ſit nulla, vide eo loci num. 11. & 10. de reuocatione attẽtatorum officio iudicis, & nu. 15. vbi habes abũdè de purgatione attentatorum, vt ſupra diximus.

Concluſio CCXLVIII.

Nota, quòc àttẽtata poſt appellationem poſsũt peti reuocari iudicis officio, etiam ſi remedium ordinarium non intẽtetur, plenè Abb. in cap. ex parte. colum. fi. de reſcr. & in cap. dilecti. de excep.

Concluſio CCXLIX.

Attentata contra ius commune regulariter ſunt ipſo iure nulla, cap. vides. decima diſtinc. & cap. quæ contra ius. de reg. iur. in 6. not. Abb. in cap. conſiderauimus. in colum. prima. de electio.

Concluſio CCL.

Quæ differentia ſit, quãdo agitur per viam attentati, vel interdicto vnde vi contra ſpoliantem innouãtem aliquid poſt appellationem, vel ea pẽdente, vide Dominum Abb. in c. bonæ memorię. in princ & colum. 4. extra de appe. vbi poſt eum Card. Ale. Philip. Franc. eo loci.

Concluſio CCLI.

Licèt attentata medio tempore ante appellationem veniant

Source : BIU Cujas

niant reuocanda per viam attentati, vt no.in c.non ſolum. de appel.in 6.& ſupra diximus,hoc tamen non habet locū in ſententia excommunicationis medio tempore ante appellationem,abſolutione petita, vt no.Canon.in c.venerabilib.in §.porrò.de ſen.excom.& in c.pro illorum.de præb. extra,vbi omnes.

Concluſio CCLII.

Præter ſupra caſus expreſſos,quibus appellatione pendē te non reuocātur attentata,plures alij ſunt caſus iuris canonici,& ciuilis,quibus prohibetur appellatio,& conſequenter non reuocantur attentata, quos etiam omnes pro communi omnium iudicum,aduocatorum , procuratorumq; vtilitate his concluſionibus enumerabimus,primoq;.Non reuocantur in caſu c.queris.extra de æta.& qual.

Concluſio CCLII.

Non reuocantur in caſu cap. quàm ſit, extra de exceſſib. prælatorum,& in caſu ca.petentibus, & cap.tuarum . extra eodem titu.

Concluſio CCLIIII.

Non reuocantur in caſu ca.fi.de purg.vtil.

Concluſio CCLV.

Attentata non reuocantur in caſu c.licet. de pœnis.

Concluſio CCLVI.

Attentata non reuocantur in caſu c. quàm periculoſum.extra de vſur.

Concluſio CCLVII.

Non reuocantur in c.in literis.de rap.

Concluſio CCLVIII.

Non reuocantur in caſu ca.2.extra de magiſt.

Concluſio CCLXIX.

Attentata non reuocantur in caſu cap.Iacobus,extra de ſimon.

Concluſio CCLX.

Non reuocantur in caſu ca.primi.extra de his quæ fiunt a maio.par.cap.

Concluſio CCLXI.

Non reuocantur attentata in caſu ca.lator,extra,qui fil. ſint legi.

Concluſio CCLXII.

Non reuocantur in caſu ca.ex literis,de matrim.contra. con.inter.eccleſ.

Concluſio CCLXIII.

Non reuocentur in caſu cap.veniens.ex.de cog.ſpiri.

Concluſio CCLXIIII.

Attentata non reuocantur in caſu ca.fi.extra ne cler. vel monac.

Concluſio CCLXV.

Non reuocantur in caſu cap. ad audientiam . el primo , extra de eccleſ.ædifi.

Concluſio CCLXVI.

Attentata non reuocantur in caſu ca.cum clerici, extra de cenſ.& in caſu ca.ſignificauit,eod.titu.

Concluſio CCLXVII.

Non reuocantur in caſu c.quia clerici, extra de iur.patr.

Concluſio CCLXVIII.

Attentata non reuocantur in caſu cap.penult. extra de ſtat.mon.

Concluſio CCLXIX.

Non reuocantur in caſu ca.licet,de voto.

Concluſio CCLXX.

Non reuocantur in caſu c.accedens.de conuer.coniu.

Concluſio CCLXXI.

Attentata non reuocantur in caſu c.ex multiplici,extra de decim.c.tua nobis,eod.titu.

Concluſio CCLXXII.

Attentata non reuocantur in caſu cap.cum dilecti,extra de donatio.

Concluſio CCLXXIII.

Non reuocantur attentata in caſu c.ſi autem,de cohabi. cler.& mulier.

Concluſio CCLXXIIII.

Nō reuocantur in caſu c.conquerente,de cler.non reſid. & ca.relictum,eod.titu.

Concluſio CCLXXV.

Non reuocantur in caſu c.dilectus,de præb.

Concluſio CCLXXVI.

Attentata non reuocantur in caſu c.literas,de conce.p̄b.

Concluſio CCLXXVII.

Non reuocantur in caſu ca.ad audientiam, de reb.eccle. non alie.& c.ad noſtrum,eod.tit.

Concluſio CCLXXVIII.

Non reuocantur in caſu c.perſonas,extra de appell. & c. cum in eccleſia,eod.titu.

Concluſio CCLXXIX.

Attentata non reuocantur in ca.tua nobis,de iureiur. & cap.ſicut noſtris,& ca.ex literis.eod.tit.

Concluſio CCLXXX.

Attentata non reuocantur in ca.cum contra, extra de teſtib.cog.& ca.fi.eod.titu.

Concluſio CCLXXXI.

Non reuocantur in caſu c.audita.de reſtitut.ſpol. & cap. ex parte.eod.titu.

Concluſio CCLXXXII.

Non reuocantur attentata in caſu cap.cæterum . de iur. calumn.

Concluſio CCLXXXIII.

Non reuocantur in caſu c. conqueſtus. de foro comp.

Concluſio CCLXXXIIII.

Non reuocantur in caſu cap. ſecundi. de arbit. & cap. dilecti.eodem titu.

Concluſio CCLXXXV.

Non reuocantur in caſu cap.ex quorundam. de alie,iud. mut.cauſ.

Concluſio CCLXXXVI.

Non reuocantur in caſu c.ex inſinuatione,extra de ꝓcu.

Concluſio CCLXXXVII.

Non reuocantur in caſu c.accepimus.de pactis.

Concluſio CCLXXXVII.

Attentata non reuocantur in caſu ca.quanto, de officio iud.ord.& c.ad reprimendum.eod.titu.

Concluſio CCLXXXVIII.

Non reuocantur attentata in caſu ca.dilectus.de off.leg.

Concluſio CCXC.

Non reuocantur in caſu c.cum Canonicos. de offi.delegati.

Concluſio CCXCI.

Attentata non reuocantur in caſu cap. dilectus. extra de filijs presb.

Concluſio CCXCII.

Iuris ciuilis caſus,quibus attentata nō reuocantur,ſunt, qui exprimuntur in toto tit.C.quorum appel.non recip.& ff.a quib.appell.licet,vel non,& de appel.recip.

Concluſio CCXCIII.

Attentata non reuocantur in caſibus etiam, in quib.prohibetur appellatio ab homine,exemplum,vt in his,in quib. imponitur perpetum ſilentium,tunc in omnibus grauatus non auditur vlterius appellans, Alex.in l.ſi finita. in §.Iulianus.ff.de dam.infec. colum.fin. Et qui ſunt caſus,habes etiā hic ſingulariter enumeratos,ſicuti habes alios ſupra , quib. a lege remouetur appellatio,primus eſt . Non reuocantur attentata in caſu capitu.cum olim,& cap.accedentibus. de priuilegiijs.

Concluſio CCXCIIII.

Attentata non reuocantur in caſu c.latores. de cle.excō. vel interd.miniſ.

Concluſio CCXCV.

Non reuocantur in caſu c.quia fruſtra.de vſur.

Concluſio CCXCVI.

Non reuocantur in caſu ca.penul. de adult.

Concluſio CCXCVII.

Attentata non reuocantur in caſu cap.ad abolendam, extra de hæret.poſt medium in verſic.illos, & capitu.vrgente.eodem titu.

Concluſio CCXCVIII.

Attentata non reuocantur in caſu cap.ſecundo, ne præl. vic.ſu.

Concluſio CCXCIX.

Non reuocaotur in caſu cap. cum in eccleſiæ,de ſimo.& cap.cum eſſent,eod.titu.

Concluſio CCC.

Non reuocantur in caſu cap.ſi conſtiterit,& cap.licet,extra de accuſat.& ca.veniens,eod.titu.

Concluſio CCCI.

Attentata non reuocantur in caſu cap. ſignificauit, & cap.ſequen.de donat.inter virum & vxor.& cap. ſi neceſſe, eodem titu.

Concluſio CCCII.

Non reuocantur in caſu c.ex literis.de diuor.

Concluſio CCCIII.

Attentata non reuocantnr in caſu ca.inſuper, & ca.ſeq. qui matrim.accuſ.poſſ.

Concluſio CCCIIII.

Attentata non reuocantur in caſu cap.penul.de conſan. & affinitate .

Concluſio CCCV.

Non reuocantur in caſu cap.tranſmiſſæ,& cap.fin. de eo qui cog.conſang.vxo.ſuæ.

Conclu-

Source : BIU Cujas

Concluſio CCCVI.
Non reuocantur in caſu c.fin.de cogn.ſpirit.

Concluſio CCCVII.
Non reuocantur in caſu ca.2.& 3.de eo qui du.in matri. quam pol.per adul.

Concluſio CCCVIII.
Non reuocantur in caſu cap.fin.ne cle.vel mon.

Concluſio CCCIX.
Non reuocantur in caſu cap.accepiſti. de ſpon. duor. & ca.ſeq.eod.titu.

Concluſio CCCX.
Non reuocantur in caſu ca.cum inhibitio, de clandeſti. deſpon.

Concluſio CCCXI.
Attentata non reuocantur in caſu c. vbi de ſpon.duo. & c.literas,& c.continebatur,extra eod.titu.

Concluſio CCCXII.
Attentata non reuocantur in caſu cap.veniens.il primo, de ſponſ.& c.gemma.eod.titu.

Concluſio CCCXIII.
Attentata non reuocantur in caſu c.ſanè.de cele.miſſ.& ca.fin.eodem titu.

Concluſio CCCXIIII.
Non reuocantur in caſu ca.ex ore.extra de his quæ fiunt a ma.par.ca.

Concluſio CCCXV.
Non reuocantur in caſu ca.cum nuper.de cenſi.& c.fin. eod.tit.& c.nouenus.c.cum inſtantia, & c.venerabili.eod. titu.& in c. prohibemus.

Concluſio CCCXVI.
Non reuocantur in caſu c.ex inſinuatione.de iure patro. & ca.cum dilectus.eod.titu.

Concluſio CCCXVII.
Attentata non reuocantur in caſu capitu. fina. de cap. monac.

Concluſio CCCXVIII.
Non reuocantur in caſu ca.conſtitutus.de relig.domi.

Concluſio CCCXIX.
Non reuocantur in caſu c.dudum.de conuer.coniug.

Concluſio CCCXX.
Attentata non reuocantur in caſu c.porrectum. de reg. & c.ſignificatur,& c.ex parte.& c.fi.eo.titu.

Concluſio CCCXXI.
Attentata non reuocantur in caſu c.non eſt.& cap.ſanè. de regula.extra.

Concluſio CCCXXII.
Attentata non reuocantur in caſu c.ex parte,ca.ex tranſmiſſa.de decim.& c.cum non ſit.eo.tit.

Concluſio CCCXXIII.
Non reuocantur in caſu ca.fi.de ſepul.

Concluſio CCCXXIIII.
Non reuocantur in caſu ca.ſecundo, cap.fina.de ſucceſſ. ab inteſt.

Concluſio CCCXV.
Non reuocantur in caſu ca.tua nobis,de teſt.

Concluſio CCCXXVI.
Non reuocantur in c.penul.& fi.de pig.

Concluſio CCCXXVII.
Attentata non reuocantur in caſu c.dilecto,de præben.

Concluſio CCCXXVIII.
Attentata non reuocantur in caſu cap. cum veniſſet. de inſtit.& ca.ad decorem.eo.titu.

Concluſio CCCXXIX.
Attentata non reuocantur in caſu cap.fi.de conceſ.prēb. & c.ex tenore.eod.titu.

Concluſio CCCXXX.
Non reuocantur in caſu c.auditis,de præſcri.

Concluſio CCCXXXI.
Non reuocantur attentata in caſu c.licet cauſam.de prēben.& c.ad noſtram.eo.tit.

Concluſio CCCXXXXII.
Non reuocantur in caſu c.accepta,de reſt.ſpol.

Concluſio CCCXXXIII.
Attentata non reuocantur in caſu ca. cum eccleſia ſutrina.de cau.poſſeſ.& proprie.

Concluſio CCCXXXIIII.
Attentata non reuocantur in capitu.ſi diligenti. de foro competenti.

Concluſio CCCXXXV.
Non reuocantur in caſu cap. qualiter, & quando, extra de iudic.

Concluſio CCCXXXVI.
Non reuocantur in cap.Michael.de fil.presb.

Concluſio CCCXXXVII.
Attentata non reuocantur in ca.fin.de offi.archi. ca.ex literis,de tranſact.

Concluſio CCCXXVLII.
Non reuocantur in caſu c.penul.de his quæ vi met.cauſ. fiunt.

Concluſio CCCXXIX.
Non reuocantur in caſu ca.priuilegia, extra de priuileg. in fine.

Concluſio CCCXL.
Attentata non reuocantur in caſu cap.fi. extra de ſucceſ. ab inteſt.& ca.ſuper Specu.eod.tit.

Concluſio CCCXLI.
Attentata non reuocantur in caſu ca.inter ſolicitudines de purg.canon.

Concluſio CCCXLII.
Non reuocantur in caſu c.ad aures,de pēnis.

Concluſio CCCXLIIE.
Non reuocantur in caſu c.omnes, & cap.ſeq.de pēniten. & remiſſio.

Concluſio CCCXLIIII.
Attentata non reuocantur in caſu c.a nobis.il ſecondo, de ſenten.excom.

Concluſio CCCXLV.
Attentata non reuocantur in caſu cap. cum inter, de verb.ſignific.

Concluſio CCCXLVI.
Quæro ſi ſuper appellatione lis conteſtetur, & poſtea ex officio petam attentata reuocari. An debeam audiri. Archidia.in c.non ſolum.de appel.in 6.tenet quòd nón,quem ſequuntur ibi plures,idem tenet Spec.in ti.de appel. in §.pen. in verſi.ſed pone petij,ſed ibidem contrarium tamen tenēt Io.Andr.Philipp.Franc.& ſequac.qui dicunt, quòd etiam lite conteſtata poſſunt peti reuocari attentata,idem Bal.in l.3.C.de appell.Ang.de Aret.in l.vnica.ff.nil no.appell.pēd. quos etiam ſequitur Fran.in c.dilecti.el 3.in 2.colum.extra de appel.& diximus abundè in primo lib. attentatorum,in ſecunda parte num.8.

Concluſio CCCXLVII.
Quæro,an in dubio attentata reuocentur? ponit Rot.q. 446.in nouis in fi.ibi,quando in dubio attentatur, vel non. Alex.Imol.in conſi.99.col.5.

Concluſio CCCXLVIII.
Super attentatis aliqua vide per Are.in l.j. ff.de appel.vbi egregie.Soc.reg.21.Bellam deciſ.749.Fede.de Senis in conſi. 98.& 223.Socin.iunior in conſil.52.lib.2. Pariſi. in conſilio 108.libro primo.

Concluſio CCCXLIX.
De innouatione mediante Iudice ponit Deci.in conſilio 200.Grat.in conſilio 13.libro ſecundo, Decius in conſilio 97. ubi habes de executione reuocanda per viam attentati appellatione pendente facta, Oldrad.conſilio 295.& 206.

Concluſio CCCL.
Attentata acceſſoriè veniunt ad principale negotiū. Mā tua in conſi.309.& ſupra diximus,& primo libro in 2.parte nu.8.& de materia vide tractatuum lib.decimoquarto pag. 27.32.& 42.

Concluſio CCCLI.
De appellatione extraiudiciali in attentatorum materia ponit Brun.in conſi.12.Corſc.ſing.in verbo appellatio,Pari. in conſi.105.lib.1.Afflict.ſuper feud.fol.86.& 89. Corne.in l. appellatione.C.de appel.

Concluſio CCCLII.
De attentatis plura habes per Caſſ. in conſil. trigeſimo. Gozadin.in conſilio 85.numero 24.Ioann.de Anan.in conſilio 83.Pariſi.in conſilio 28.libro quarto, & in conſilio vltimo eodem libro.

Concluſio CCCLIII.
Reuocantur attentata per Iudicem, & non per partem, & quando,tradit Socin.in conſi.39.libro primo.Grat.in cō ſil.36.libro ſecundo.

Concluſio CCCLIIII.
De innouatione per appellatum præter,vel contra appellationem.Socin.conſi.45.& de innouatione reſpectu tertij, Felin.in conſi.49.vide Bal.in conſil.319.libro tertio, vbi de reuocatione executionis, Decius in conſil.103. Bellam. in conſil.18.vbi aliqua ponit de attentatis,Guid.Papa ſingula. 609.Socin.iunior.in conſ.138.libro tertio.Alexand. in conſil.95.lib.quinto Tractatuum li.18.pag.22.& 24.vbi amplè, Barba.in conſil.9.libro ſecundo. Ioan.And. in ca. locupletari.de reg.iur.

Concluſio CCCLV.
De appellante innouante habes per Card.Alex.in c.conſuluit.

Source : BIU Cujas

fuluit.el ſecondo,de appell.Fel.in cap.dilecti.extra de maiori.& obedientia, Toloſ.q.477. vide Iafredum q.385.& 426. 443.Belam.q.239.529. Lapus q.2.Did.Couarru.legum, canonumque monarcha,in ſuo elcganti tractatu pract.quæſtionum,fol.173.Gomes.de Reg.Cancell.fol.179.q.35. Practica Can.fol.71.

Concluſio CCCLVI.

Probationes appellatione pendente factæ tempore perituræ,non reuocantur per viam attentati.Marſ.ſing.258. & ſing.87.vbi aliqua de attentatis,ponit Euerard.conſil.36. & 76.Rot.Faſtolli.q.20.Quintil.lib.2.fol.224. & 227. & tractatuum.lib.10.pag.198.

Concluſio CCCCLVII.

De attētatis vide etiam Afflictum q.98.352.281.354.366. 152. 251.& 504.Marant.fol.570.in Specul. & fol.643. Vant. in lib.nullitatum fol.41.42.& fol.64.Caſſa.de reſtit.ſpoliat. q.3.vbi ample,& quæſt.tertia, de appellat. & quæſt.quarta, de dilatio.

Concluſio CCCLVIII.

De executiotione ſententiæ reuocanda per viam attentati,Neuiz.in conſil.70.Bal.in conſi.330.lib.3. & practica Papie.fol.195.vbi de attentatis.Afflict.de feu.lib.1.fol.90.Gem. in conſi.24.Ferat.cautela 58.

Concluſio CCCLIX.

De libello generali ſuper attentatis Abb. in cap.ex parte Adæ.de teſt.Socin.in ca.ſignificantibus.num.28.de libelli oblat.Ferret.in conſi.23.25.110.170.& 177.Zabarel.in cōſ. 101.Bertrand.in conſil.49.libro primo,Mandoſ.lib.ſecūdo. fol.77.83.& 180.Ruyn.in conſ.75.lib.quinto,& in conſi.76. eod.Apoſtila ad Abb.in cap.ex parte.de reſcript.Rebuff.lib. tertio fol.524.& in lib. de concordatis fol.652. Neuizan in conſil.80.num.4.vbi ampliſſimè his locis ponitur de attentatis,quibus adde Pariſ.in conſi.41. libro 1. & in conſil.107. libro tertio.

Concluſio CCCLX.

De attentatis, quæ appellatione deſerta non reuocātur, & quando,vide Franc.Marc.deciſ.283. & de materia Alcia. conſil.37.406.433.Bald.in ca.cum olim.de dolo,& cōtum. Præpoſ.in ca.ſæpe.num.36.de appell.Rebuf.lib.3.fol.525.Biſig.deciſ.30.num.6.& quando altior requiritur indago.Ferret.in conſ.46.Afflict.quæſt.131.

Concluſio CCCLXI.

De præiudiciali præponenda ad attentata tradit gl. in clemen.1.de dolo,& contum.Rot.deciſ.446.in nouis,Lapus allegatione 2.Veſtr.in pract.fol.144.Aret.in l.cum ex cauſa.de appell. Guid.Papæ q.213.& in conſil.66.& 69.Gomeſ.in lib. de Reg.Cancell.fol.434.& latè Philipp.Franc.in dicto capi. ſepe.numero trigeſimo.Didac.ſummus iuriſta.libro practicarum quæſtionum,folio 174 Bero.queſtio 200.Rot.queſt. 356.in antiquis,apoſtilla Baldi in l.3.C.de appella.Iafred.q. 385.Guid.Pap.conſ.229.Præpoſ.in c.conſuluit,il ſecundo, in fi.de appell.Oldra.conſi.295.cum ſequac.

Concluſio CCCLXII.

Attentatorum ſententia exequenda venit nullitate non obſtante.Rota quæſtio 113.& 417.in nouis.Pariſ.in conſilio duodecimo libro quarto,vbi ponit de attentatis non reuocandis quando conſtat de non iure,vt etiam ſupra diximus concluſione.30.

Concluſio CCCLXIII.

Quero,an cauſa poſſeſſionis, aut proprietatis poſſit ſimul quo ad proceſſum cumulari cum iudicio attētatorum? Reſpondeo,quòd ſic,deciſ.eſt Bellam. concluſ.506.& 507.ubi egregiè,& no. quòd eſt ſingulare in practica in articulo nō deuolutionis appellationis,aut deſertionis, & ſimilib.præiudicialibus ad attentata, quæ tamen non poſſunt impedire proceſſum ſuper attentatis,& econtra.Attentati iudiciū non poteſt impedire proceſſum cauſę proprietatis,ſiue poſſeſſionis,ſed ſuper poſſeſſione, vel proprietate non procedi tur,donec fuerit facta reuocatio attentatorum plenè, & ſi contingat attentata non reuocari, ex eodemmet proceſſu formato iudicabitur ſuper alijs, vt latius per Bellam. dictis deciſ.Stafil.de lit.grat.& iuſt.fol.346.colum.4. quicquid ſupra habes concluſione 16.& 107.quod eſt notatu dignum.

FINIS.

FRANCISCI HERCVLANI PERVSINI IVRISCON. & Equitis Laureati.

DE ATTENTATIS appellatione pendente.

PRÆFATIO.

QVoniam omne agens,agit propter finē, vt inquit Philoſophus, ſæpe intendimus circa attentata equum & bonum inuenire, ius enim eſt ars æqui & boni.l.j.ff.de Iuſtit.& iu. æqui vt adæquati boni, vel quod omnes appetūt, vel vt non diſiunctū ab honeſto: nō enim quod æquum eſt, ſtatim bonum eſt, non enim omne quod licet,honeſtum eſt, l.non omne qđ licet.ff.de reg.iur.

Id autem ratione media intendimus; quoniam tunc maxime nos ſcire putamus, cum per cauſam, & rationem ſcimus 1.Phyſic.cap.1.Ratione quidem; quoniam hæc magis reſpicit hominis diſpoſitionem,vt cauſa naturam,& rerum neceſſitatem;iuris enim peritia, quia ratione conſtat,equū & bonum reſpiciente,ſcientia etiam dici poterit; lex enim niſi ratione conſtet, lex nō erit.cap.erit autem lex.4.diſtin. intellectus enim equum,& bonum, vt finem reſpiciens,circa diuerſas hominum actiones ratione media diuerſa diſpoſuit;vt Phiſicus ex multis particularibus conſtituit, qđ omne, quod mouetur ab alio mouetur; item mathematicus,abſtrahendo a materia,intellectu agens,propoſitionib. ſuis determinat,quamobrem iuris peritia, vt ſcientia intellectus, ita conſiderari poteſt; nam quatenus eſt collectio, preceptorum,eſt ars; quatenus verò in practica deducitur, practica ſcientia dicetur. Principia enim ſcientię iuris tum per ſe nata,& ex ipſa natura,vt procreatio ſobolis, filiorum reductio,inde conſenſu,placita ſeruare, quod enim valet apud mathematicum,ſi ab æqualibus æqualia demas, remanentia ſunt æqualia. vel apud Phiſicum, quælibet pars eſt maior ſuo toto: idem apud iureconſultum, pacta eſt ſeruāda,& quod ſemel placuit,amplius diſplicere non poſſe.

Subiectum autem noſtrum ſunt actiones hominum, quæ dicuntur attentata; de attentatis enim ſermo noſter eſt,quæ reſpicit actiones hominum; vnde quæcunq, determinabuntur in hoc libro,comprehendentur ſuper ratione huius ſubiecti. Obiectum autem erit bonum, & æquum; ſub ratione enim æqui & boni omnia ad habitum, ſiue intellectum,ſiue potentiam intellectiuam præferuntur; vt enim color obiectum eſt viſus,ita æquum & bonum potentiæ ſiue habitus iuriſperiti, obiectum enim iuris periti erit æquum & bonum.

Ex ſubiecto autem titulum inſcripſimus de attentatis:titulus enim aut a perſona ſumitur,vt Vliſſea,aut a re, & ſubiecto,vt Meteora,ab actione,vt Bucolica,a loco ilias,a tempore,Faſti;etenim inſcriptio non eſt liber Ariſtotelis, Moiſis,aut huiuſmodi.Inſcriptio enim eſt comprehenſio argumenti paucis verbis,nempe vno,vel duob. quod enim præterea eſt,magis vitio tribui pōt,licet neceſſitatis cauſa qñq; aliter factum ſit,vt apud nos,de his, quæ in fraudem creditorum,de his,qui ſibi mortem conſciuerūt.Periocha enim argumētum eſt pluribus verbis, vt Elenchus multorum capitum,qualia apud nos,quæ dicūtur ſummaria,apud alios repertoria,& tabulę,ſiue indices.

De attentatis,diximus non attentata;ſiue attentatorum, ſiue attentatum;quoniam materiam,& ſubiectum notantes verbis notantibus,ſubiectum ponere æquum, de, enim materię plerumque cohæret,vt in rub.ff.de reb.credit.quādoque enim inſcriptio facta eſt per rectum,vt naturalis hiſtoria,Andria,Adelphi,quandoque per obliquum,& tunc aut per ſecūdum caſum:vt commodati,locati,rerum amotarum,aut per ſextum,cum propoſitione,de,vt de iuſtitia, & iure.Inter primas duas inſcriptiones,& vltimā a quibus dam ea videtur poni differentia, quòd quando dicitur Andria, Adelphi, Hiſtoria naturalis, res quaſi repreſentatur: quando verò per ſextum caſum inſcribatur, exiſtimatur, quaſi

Source : BIU Cujas

quasi de ea tractetur. vnde si inscribitur historia naturalis, est quasi processus ipsius naturę,sed si de historia naturalis videtur quasi tractetur de texenda naturali historia. Sed videtur quòd rectus essentiam, obliquus casus materiam demonstret.vnde subintelligitur liber. Plane, quando per secundum casum inscriptio explicatur, deest vel supplendū est aliquid,ecce enim locati,ſ. Titium,liber,tractatus,& huiusmodi,quod manifestius est, quam si de commodato dicatur. vnde inepta est inscriptio, de legatis primo,secundo, & tertio.primus enim,secundus, tertius, vel genere neutro in recto.liber enim casus rectus esse debet.

Item si certum petatur,vti possidet. verbi, principia sunt edictorum, quales modi apud Hebręos habemus denominādi libros a principiis,vt quod nos Genesim dicimus, græce,illi Beresith,dicunt. & ita, liber ille incipiat primis verbis.Plato,vel a materia ipsius,vt iusto,vel a persona, vt Protagoras inscripsit.

Vtilitas ex opere nostro erit ea, quæ in reliquis scientiis speculatorijs,nempe adæquatio intellectus, siue veritas, siue hominis profectum per scientiam speculatiuam, quatenus scilicet circa hoc scientia de attentatis operatur;quòd necessarium quoque videatur de ijs scire, quippe cum plerunque in iudicio,& nullitas,& attentata volutētur, quod & Octauianus Vestrius in quadam præfatiuncula suæ practicæ non ignorauit,quod practicam concernit;ridendum enim illum puto, qui speculatiuę scientiæ, aut artis finem, lucrum, & id vtilitatem putauerit: qui enim vt lucraturus tractat scientiam:is nec docebit,nec discet;ignorat enim finem,vt omni animanti inferioris videatur,quod omne animans agat propter finem,& finem proprium. Ast, inquies, lucrum mihi magis placet, quàm vmbratilis ista philosophica perfectio.Certè si lucrum quęris,cur his operam das, quæ tantum abest vt ditent, vt potius diuitem depauperēt. At,inquis,plerique ditantur.Certe nisi pleriq; depauperarē tur,& haud credendum est,illos scientiæ finem putare, sed lucrum nō abijcere oblatum.Mihi scientia hęc adhuc nullas prętitit opes,nec id insperatum accidit;finis enim & vtilitas perfectio intellectus a me putatur.De hocq; Deo gratias ago,eundem orans, vt honestam vitam me traducere permittat,non enim alia de causa lucrum est querendum, quàm vt vita honeste sustentetur. Speculatiuæ scientiæ siue arti tribui,quia finis noster,vt veritas,sub bono & æquo, practicæ autem opus.

Ordo huius nostri tractatus est ab vniuersalibus ad particularia; & iterum a particularibus ad regulas vniuersales: quia vniuersalia,& cōmuniora nobis magis nota sunt particularibus, & tamen ex particularibus vniuersalia constituūtur.Sicut in tractatu de Anima,fecit Aristoteles,is enim animam prius definiuit, inde posuit animæ potentias,inde earum differentias,inde singulas reassumpsit,incipiendo a generalib.2.de Anima tex.& comm.34,

Diuisimus librum in capita, quod aptius nobis id esset, & quod commodius lectori id fore putauimus.Diuisio autem videtur circa duo, i.quòd quædam respiciunt substantiam,quædam accidentia; licèt alias sciamus a quibusdam dici,circa vnamquamque rem de quatuor dubitari, an sit, quid sit,qualis sit,propter quid sit.

INDEX CAPITVLORVM.

De significatione verbi, Attentare,& an attentans cadat in statuto de spoliante,vel turbante. Cap.1.
Attentata vnde originem habuerint,& an remedium attentatorum sit fauorabile,an odiosum, & an lex dederit causam attentatis,an verò contra. Cap.11.
Attentata quid sint,& an continuare sit attentare, & quid in constituto,& quid in vti possidetis. Cap.111.
Quomodo continuationem excuset. Cap.1111.
Contra ius,innouari,quomodo dicatur. Cap.v.
Lite pendente attentari quomodo,item quomodo lis dicatur pendere:item declaratio ad clem.fi.vt lit.pend. & alia in materia. Cap.v1.
Mortuo vno ex litigantibus, in beneficialib. quomodo lis pendeat,& dicatur attentari. Cap.v11.
Executoriales,contra surrogatum,non citatum,quomodo attentata. Cap.v111.
Quædam in materia cap.1. & 2. vt lite pendente in sexto. Capit.1x.
Appellatio extraiudicialis quomodo inducat litis pendentiam. Cap.x.
Attentata quomodo reuocentur. Cap.x1.
Ius reuocandi attentata,quale sit. Cap.x11.
De commissione causę super attentatis, & iudice causę attentatorum. Cap.x111.
De processu in causa attentatorum. Cap.x1111.
Quid probandum circa attentata. Cap.xv.
De remissoriis concedendis in materia attentatorum. Capit.xv1.
De repulsa testium & obiectibus in materia. Cap.xv11.
Suspenso petitorio,quomodo attentetur circa possessoriū, & multa in materia. Cap.xv111.
Sententia super attentatis, an interlocutoria, sit vel diffinitiua. Cap.x1x.
Attentatorum priuilegia. Cap.xx.
Differentiæ inter cap.reintegrandæ.prima quæst. prima.interdictum vnde vi.& remedium attentatorum. Ca.xx1.
Reuocatio attentatorum, quomodo post cōclusionem in causa. Cap.xx11.
Pendente causa absolutionis a iuramento, item nullitatis, item restitutionis in integrum quomodo attentetur. Cap.xx111.
Facta pendente termino,ad dandum apostolos, quomodo reuocanda. Cap.xx1111.
Quando plura spolia siue attentata proponantur. Ca.xxv.
In causa attentatorum an sit coloranda possessio,& quędā de colore possessionis & obiectus. Cap.xxv1.
Attentata lite pendente an sit nulla ipso iure, an reuocāda vt nonnulla ipso iure. Cap.xxv11.
De inhibitione & eius materia. Cap.xxv111.
Attentata reuocanda,& ampliationes. Cap.xxx.
In quibus casibus non reuocentur attentata. Cap.xxx1.

SVMMARIVM.

1 *Doctrina quælibet est,uel rerum,uel signorum.*
2 *Quæstio nominis præcedit quæstionem rei.*
3 *Attentare idem est quòd tentare,& ratio ibi.*
4 *Tentare uerbum quid significet,& nu.8.10.11.*
5 *Melius est quid præterire,quàm attentatum deserere.*
6 *Appellare uerbum quid importet,& quid Adsectari.num.7.*
9 *Tentationis duæ sunt species.*
Quis dicatur attentare.
Præsumere uerbum quid significet.
12 *Attentandi uerbum hodie de communi usu loquendi duas habet significationes ibi.*
Diffamans dicitur innouare.
13 *Statutum disponens circa turbantem, uel spoliantem aliquem de possessione,an habeat locum in attentante.*
15 *Attentans an possit accusari de turbatiua uel spolio.& 15.*
Factum iudicis de facto procedentis reputatur factum partis.
Prædo notorius debet citari,quando agitur de expellendo eum de possessione.

De significatione verbi, Attentare, & an attentans cadat in statuto de spoliante,vel turbante. Capitulo primo.

1 QVoniam, vt inquit D. Augustinus libro 1. cap.2. de doctr. Christ. † omnis doctrina, vel rerum est vel signorum, hoc est nominum & vt Iureconsulti nostri dicere solent
2 † quæstio nominis præcedit quæstionē rei l.si quæramus.ff.de testam.tractaturus de attentatis opere precium me facturum esse existimaui,si quę
3 dam de significatione verbi attentare præmitterem. † Attentare igitur videtur idem,quod tentare,vt prępositio illa, Ad,commutate in At, rōne sequentis literæ euphoniæ cā parum forsitā aut nihil operetur, vt in simili de dictione inscribitur in l.Gall.§.ille casus.ff.de libe.& posthu.in l.j.ff.de migra.in rub.ff.sot.matrim.

4 † Tentare autē experiri,vel periculum facere vel inchoare significat,vt apud Virgil. vix primi prælia tentant (vnde
5 apud Cicer.in Orat. legimus) † melius præterire, quàm attentatum deserere. In quam sententiam videtur & Vlpiani
6 illud in l.item apud Labeonem.§.appellare.ff.de iniur. † appellare est blanda oratione alterius pudicitiā attentare,hoc non est conuitium facere, sed contra bonos mores attentare.Qui turpib. verbis vtitur,non tentat pudicitiam,sed iniu
7 riarum tenetur. † Aliud est appellare,aliud adsectari,appellat.enim qui sermone pudicitiam attētat,adsectatur qui frequenter sequitur.Ad hæc Thom.1.par.q.114.art.2. In quam sententiam apud Græcos illud forsitan accipietur οὐκ ἐξαναστήσεις κύριον τὸν θεόν σου. & apud Hebreos legitur, &c. לֹא תְנַסּוּן קֶדֶם יְיָ & Chald.interpr. לא תְבַסּוּן אַת יְיָ Attētare quoque

Source : BIU Cujas

8 que ſignificare poteſt non † ſimpliciter tentare,ſed vehemẽ ter,& forſitan etiam frequentius tentare, quod in ſe quoq; frequentatiuum eſt a teneo, frequentiamq; vim ſua ſignificat,namq; particulæ hæ quandoq; ornãt, quandoq; augẽt, quandoque minuunt,vt in dictione in,notatur,in d.l.Gallus.§.ille caſus.de lib.& poſthu.

Planè apud Theologos tentationis ſignificatio videtur
9 quid diuerſum a ſupradictis, † Tẽtationis enim ſpecies duæ dicuntur ab eiſdem exterior,& interior tentatio. Exterior tentatio eſt,quãdo nobis extrinſecus malum viſibiliter ſuggeritur verbo,vel ſigno aliquo,vt ille,cui fit,ad conſenſum peccati declinet, & talis tentatio tantum fit ab aduerſario. Interior verò tentatio eſt,quando inuiſibiliter malum nobis intrinſecus ſuggeritur, & hæc tentatio aliquando fit a carne, vt hæc late proſequitur Magiſter ſent lib.2.diſtin.21 porrò ſciendum.Vnde cum oramus dicimus, & ne nos inducas intentationem, & orate,ne intretis in tentationẽ,cu-
10 ius loco apud Græcos authores vox πειρασμὸν legitur. † Attentare autem verbum ſecundum Aegidi Belam.deciſ.18. 14
oneratio conſcientiæ,propriè ſonat in malum.vnde ipſe ibi dicit, ꝙ oneratio conſcientiæ iudicis non impedit appellationem, licèt iudex deferre minime teneatur, vt no.in clemen.j.ſuper verbo,oneramus,de iure patrona. Inde ſubdit, & operatur alium effectum hęc oneratio conſcientiæ:quia 15
licet ſuperior iniuſtè attentata poſt appellationem habeat reuocare per modum ſimplicis iuſtitię, non tamen per modum attentati,vt no.Ioan.And.quia ſi iudex ſecundum ſuã conſcientiam credit benè egiſſe,& in hoc, quòd repellit appellationem iure permittente bene agit, vt proximè dictũ eſt.& in hoc quod appellatione non obſtante nihilominus procedit,nihil temere agit,nec per conſequens attentare videtur:quia iure permittente hoc facit. In eandem ſententiã videtur tex.in l.ſi quis non dicam rapere. C.de epiſc.& cle. & dicit Gemin. in c.quamuis.in principio a contrario ſenſu,num.1.de offic.ordin.in 6.quòd attentare dicitur, qui facit actum ſine aliqua rationabili cauſa: vt per Manfre.concluſio 115.Sed id iure noſtro inſpecto procedent,vt in ſimili videmus,quòd præſumere cum ex præ,& ſumo componatur, proprie ex antiquis authoribus, ſignificat quando lex veritate adhuc aliter non conſtante aliquid habet pro vero verum ex recentioribus authoribus,ſignificat ſine authoritate ſuperioris præſumptuosè agere, vt per Fely.in.rubr. de præſumpt.in cap.Iudæi.de teſtib. cum concord. Ale.conſil. 123.num.17.lib.4.& vide ad hoc l.cum de lanionis. ibi prę-
ſumptione,de fun.inſtr.& latius ſcribit And.Alciat.in trac. de præſumpti.2.part.in principio.vbi tangit,an ille, qui alieno nomine occupat, vel agit contra prohibitum dicatur
11 præſumere. † Attentare quoque eſt ad aliquem actum procedere.Bald.conſilio 24.libro quarto.Boc.de ſed.queſtio.7. numero 36.
12 Hodie inſpecto cõi intellectu,& vſu loquendi † duas habet ſignificationes verbum,attentandi.

Prima eſt,quod attentare ſignificat incohare delictum, & non perficere, & ita eſt materia l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſ.& cle.ꝙ attentare in materia ſit delictum, ſentit Veſtr.in pract.lib.6.de remiſſ.quod notandum eſt ad ſtatutum puniens delictum.

Sequens ſignificatio eſt(de qua nos locuturi ſumus)ꝙa, attentare ſit lite,appellationeve pendente innouare,vt,non ſolum,ſic incohare ſed etiã perficere intentionem,ita tamẽ vt non excludatur attentatum non eſſe,ſi non perficiatur, & incohare ſi intereſt partis.de qua materia eſt tex.in l.vniç. nil nouari appell.penden.& tot.tit.vt lit.penden. & in dec. & in l.6.& in cle.& attentata electio dicitur a Pontefice in c.1.vt lit.penden.lib.6.metaphorice quantum cõiicere poſſum:quia attentare experiri eſt, vt dixi non ſecuto effectu, attẽtata verò lite appellationeve pẽdente licèt quoad factũ ſint completa,tamen iuris effectu inſpecto, & retractu ſine effectu videntur.Vnde & qui diffamat dicitur innouare,ſi prius id non faciebat.

Ex eo,quòd attentare diximus in delictum ſonare infer-
13 ri poteſt ad queſtionem†an ſtatutum,quòd turbans aliquẽ vel ſpolians in poſſeſſione habeat locum in attentante, ecce ſæpè euenit caſus,pronunciatur inſtrumentum eſſe exequendum in perſonali forſitan a tali ſententia appellatur, appellatio non reiicitur,ſed amittitur poſt ex tali ſententia de exequendo (fortaſſe quia relaxabatur ibidem mandatũ executiuum.) Notarius imperitus extrait licentiam,ſine iudicis manu vel cum iudice non refert,pars accipit poſſeſſionem non ſolum per modum tenutæ, ſed & per modũ poſſeſſionis,queritur,cum iſte attentauerit, an propterea dicatur turbaſſe,ſpoliaſſeque,vt fiat locus edicto. Iſtud dubium in duobus menſibus ter mihi contigit:quidam enim ꝙ obtinuerat ſententiam ſuper adipiſcenda, a quo fuerat appellatum, obtinuit aliam de exequendo cum mandato executiuo,a qua & quo antequam quicquam fieret,extitit appellatum,& appellatio admiſſa ſi,& in quãtum, Notarius extraxit executoriales poſt intimationem appellationis, & capta eſt poſſeſſio;nunc agitur ſuper attentatis,ſuper turbatiua & ſpolio.Item alius agens ad reuendendum ex inſtrumento obtinuerat ſententiam de exequendo, a qua extitit appellatum,inde obtinuit aliam cum mandato executiuo, & ingreſſus eſt poſſeſſionem,& fecit actus poſſeſſorios, nõ facta prius reuẽditione,& cum eſſemus in perſonali. Alius obtinuerat ſententiam in can.reintegranda. 1.q.1. & ſtante appellatione fecit extrahi ſententiam in publica forma in curia maiori,quam oſtendit Poteſtati curiæ inferioris, qui cum immiſit in poſſeſſionem,nunc agitur ſuper attentatis, ſuper turbationis,& ſpolio,quæritur quid iuris.

Prędicta expoſtularent altiorem indaginem. Sed præſuppoſito quod in prędictis attẽtatum fuerit (quod qualiter ſe habeat ex dicendis alias apparebit) quæritur † an attentans accuſari poſſit de turbatiua,vel ſpolio ? Videtur quòd non: quia diuerſa nomina ſunt attentare, turbare, ſpoliare, vnde uidentur habere diuerſos effectus.lege ſi idem. C.de codicillis.

† In contrarium tamen videtur,quia licèt ſint diuerſa: tamen attentatio eſſe poteſt talis,vt cadat in turbationem, & ſpolium,namque attentans ſpoliatiuè vtique ſpoliat;quia quod pluris eſt,vtique tanti eſt l.num.furti.ff.de in lit.iurando:& vide ad hæc quædam,quæ dixi infra circa commiſſionem ſuper attentatis, vbi an commiſſio ſuper attantatis ſaluetur cum ſpolio,& contra:& videtur, quòd vbi attẽtatur circa poſſeſſionem tantum,ſit poſſeſſorium,vbi circa dominium petitorium, vbi circa vtrumque mixtum hoc remedium. vnde dico,quòd vt in poſſeſſorijs non datur appellatio,vt nouiſſ.per Gen.deciſ.17.ita & hic, item per clemẽ. ad compeſcendum. de ſeq. poſſ. habet locum etiam obtenta vna ſententia circa attentata, præſertim cum ex ijs magis occurruntur malitijs, & nota hæc propter Aegidianam in Marchia.Ad id autem, quòd iudicis authoritas videtur excuſare in ſupradictis caſibus, dicitur quòd factum iudicis de facto procedẽtis reputatur factum partis. l.ſi ob cauſam. C.de epiſc.Deci.conſi.125.vbi dicit, quòd ſpoliatus a iudice parte inſtante videtur ſpoliatus a parte,ideò ingrediens poſſeſſ. authoritate iudicis & eius licentiæ non rite datæ non excuſatur iux. not.in l.i iuſtè poſſidet. ff.de acquir.poſſeſſio. Hæc quoque ſcribit Petrus de Beninte.deciſ.93.in quadam cauſa, & ibi ſubdit, quòd non videtur ſe poſſe excuſare ille,qui ingreditur poſſeſſionem ſub prętextu, quòd ignorauit poſſeſſionem plenam:quoniam debuit diligenter inquirere,quis eſſet poſſeſſor,vt per Anchar. in conſilio 281.in 1. dubio. Socin. conſilio 158. conſi. 6. libro ſecundo. & Bald. in l.nam ita diuus.ff.de adop.col.penult. dixit, quòd etiam notorius prædo debet citari, item quando poſſeſſio eſt plena:vt quia Dominus poſſidet per ſe,vel per colonum, non poteſt quis ingredi poſſeſſionem:etiam authoritate iudicis poſſeſſore non vocato:vt ſi aliter fiat,perinde ſit,ac ſi pars ꝓpria authoritate fecerit:vt per Rube.Zucar.in l.fi.C.de edic. D.Adria.& per Afflic.deciſ.325.ad fi.

Ex his in practica notari poteſt,quòd cum ſæpe eueniat, quòd mortuo aliquo vnus accipit poſſeſſionem prius altero, quòd alter licet authoritate prætoris id faciat: tamen non excuſatur,quominus dicatur turbare vel ſpoliare, & incurrere in pęnas:quia debuit diligentius inueſtigare,quis poſſideret.

Nec obſtat,ſi conſideretur,ꝙ in talib.caſib. plerumq; nõ deiiciũtur coloni.vnde ſtante primo, qui accepit poſſeſſionem cum ſuis inſtrumentis locationis, is nõ dicatur ſpoliari per ſecundũ,qui æquè vel renouauit locationes,vel accepit poſſeſſionem:quia reqritur deiectio cũ ſua familia, vt ꝓ Ale.in l.quamuis.§.ſi conductor.ff.de acq.poſſ. Afflic.deci. 325.Are.conſ.32.Doc.in l.peregrè.§.quib.ff.de acq.poſ.Pet. Benint.d.deciſ.93. quia non propterea minus ita accipiens dr turbare,præſertim ſi perſeuerat,volens proſequi talẽ poſſeſſionem vitioſam, quam purgare prius neceſſe habebat. Circa quæ dicerem aliqua circa verba quædam apponi cõ ſueta in permiſſione talium licentiarum de accipienda poſſeſſione,nempè ſaluo iure tertij,vel ſine præiudicio habentium potiora iura,niſi breuitati ſtuderem,vide tamen Rot. deciſ.19.quidam expertum.alias 578.de reſtit.ſpol.in ant.

SVMMARIVM.

1 *Attentatorum remedium ſumpſit originem ex calumnia, iniquitate, & iniuſtitia,& quomodo.ibi.*

Tempo-

Source : BIU Cujas

Tempora labuntur, dum aliud ex alio trahitur, si permittatur, lite pendente innouari, & attentari omnia, & litigatores tedio affecti a iure suo prosequendo desistunt.

2 *Attentatorum remedium inuentum est ad obuiandum calumnijs, & illudentibus iudici.*

3 *Attentatorum remedium benignum est, & fauorabile.*
Legumlatores summo studio nixi sunt, lites coarctare.

4 *Attentatorum remedio ius suum, unicuique seruatur, ut ibi.*
Appellationis remedium dicitur fauorabile, similiter & nullitatis.

5 *In dubio dici posset, non esse attentatum, & attentatum esse reuocandum.*

6 *Attentatorum remedium an fuerit inductum a l. ex causa atcntati, an contra l. induxerit attentatum, dubium est.*
Per legem cognitio peccati.
Vbi non est lex, ibi nec prænaricatio.
Nullitas satis confinis attentatis, ex lege originem traxit.

7 *Attentatorum remedium fuit inductum a lege ob calumnias, & illusiones iudicis.*

8 *Lex est multiplex, ut ibi.*
Lex naturalis secundaria, nata est cum ipso homine.
Attentatum natum est propter legem naturalem, sed informiter.
Lex ciuilis ordinata fuit crescentibus malitijs, & calumnijs hominum, quæ formiter facit cognoscere delictum attentatum.

6 *Attentata in habitu uidentur potuisse considerari ab initio mundi, & quomodo ibi.*
Iudicium ab initio mundi institutum uidetur, licet non solenniter, quando sanctus Deus expulsurus Adam de paradiso eum prius uocauit, & quasi citauit.
Ratio naturalis attenditur circa attentata.

10 *Attentata sunt incognita iure naturali, & inuenta de iure positiuo.*

11 *Attentatorum remedium tollitur, cum per clausulam (nulla iuris solennitate seruata) causa redigatur ad ius gentium.*

Attentata unde originem habuerint, & an remedium attentatorum sit fauorabile, an odiosum, & an an lex dederit causam attentatis, an uero contra. Cap. II.

1 REmedium † attentatorum originem sumpsit ex calumnia, iniquitate, iniustitiaue, quæ oriri potest ex eo, quòd si permittatur lite pendente innouari & attentari, omnia redigentur in confusum, & causæ nunquam expedietur, dū aliud ex alio trahitur, tempora labūtur, & litigatores tedio affecti a iure suo prosequendo desistunt; namque si dum ago contra te spolio, propria authoritate occupo, tu iterum idem mihi facere potest, dum reconueniēs super spolio, itaque datur materia diffuse calumniandi, & illudendi iudicē nisi is circa talia ex remedio attentatorū, siue ex officio deseruiente super prædictis iuris ordine non seruato licèt parte citata reuocaret attentata, & in pristinum statum ordinariam formulam procedendi redigeret.

2 † Ad obuiandum calumniis itaque & illudentibus iudici inuentum est remedium attentatorum, a quib. nō abest, quòd remedium nullitatis, iusque reuocandi actus nullos non aliunde originem traxit, nempe ne alias vnusquisque parte inaudita, item causæ cognitione non præcedēte & authoritate iudicis iure procedentis non interueniente alios patrimonio proprio priuaret, ac spoliaret contra naturalē æquitatem, qua pars citanda est ad id, vnde sibi fieri posset præiudicium, iuxta clem. pastoralis, de re iud. c. primates. 2. q. 1. ca. pater. 16. q. 1. no. per Inn. in c. q̄ in ecclesiarū. extra de constit. cum alijs alleg. per Ale. consi. 77. in causa. col. 4. li. 2. Deci. consil. 410. colū. 4. & scribitur late per Vant. de nullit. pag. mihi 9.

3 Qua ratione dicendum est † remedium attentatorum esse benignum & fauorabile: eo enim facilius peruenimus ad expeditionem litium, quod ad officium iudicis pertinet. l. quidam æstimauerunt. ff. si certum peta. l. 2. in princip. ff. de aqua plu. arcen. l. properandum. in prin. C. de iudic. summo enim studio legumlatores nixi sunt easdem lites l. coarctare, vt in d. l. properandum. & in proc. 6. & de temp. appell. & de obuiando calumniatoribus, facit clemen. vt calumnijs. de re iud. l. 2. C. de fals. tut. author. Paris de sind. §. an si iudex

4 ex forma. colum. 2. † Remedioque hoc ius suum vnicuique seruatur, namque si lite pendēte me spolias, causa redigitur ad suos terminos per attentata, vt vnusquisque quod suum est retineat, qua ratione in commune vtile quoque tale remedium putari potest, & ideo fauorabile, vt in l. si quis in graui. §. hi quoque. ff. ad Silla. l. de pupillo. §. publicam cām. ff. de ope. no. nunc. Deci. consi. 669. viso & perlecto. nume. 5. cons. 660. reuocat ur. num. 6. & facit, quod hac ratione remedium appellationis dicitur fauorabile, vt per Ale. cons. 113. viso. colum. 1. libro 5. Rot. decis. 364. cum iura. in no. & remedium nullitatis esse fauorabile scribit Vant. de nullit. pag. x.

5 & seq. vbi latissime de materia † vnde dici posset in dubio reuocanda esse attentata. item in dubio non esse attentatum, de quo per Rot. 446. no. Alex. consilio 99 libro 5. Manfred. conclus. 347.

6 Ex his † non satis liquet, an attentatum fuerit causa legis ad inducendum remedium attentatorum, an contra ex lege inductum fuerit attentatum, namque D. Paulus ad Romanos. c. 3. per legem, inquit, cognitio peccati, & iterum ca. 4. inquit, vbi enim non est lex, ibi nec præuaricatio, qua ratione ex lege originem traxisse nullitatem satis confinem attentatis putauit Vāt. in tract. suo de nullit. pag. 8. vbi alios allegat.

In contrarium tamen facere videntur supra considerata,

7 quòd † calumnię, & illusiones iudicij dederint causam legi vt induceretur remedium attentatorum, vt in ca. non solū. de appell. lib. 6. & toto tit. vt lit. pend. in clem. & 6. Circa qđ bene considerandа sunt verba D. Pauli, quòd per legem cognitio peccati, & iterum, nisi esset lex non esset præuaricatio, item quòd † lex est multiplex, namque reperitur ius naturale primæuum, & secundarium, ius gentium, lex Mosai ca, lex ciuilis, & nouissimè lex Euāgelica a Saluatore nostro

8 IESV CHRISTO vero filio Dei nobis tradita, vt de his latissime scribit Robert. Marant. de ordin. Iudi. 3. q. princip. Si considerемus ius naturale secundarium, quo cautum est, quod tibi non vis, alteri nè feceris c. humanum. 1. dist. Abb. in ca. firmiter. de summa Trinita. & fi. cath. & hæc lex naturalis cum nata sit cum ipso homine, vt per Marant. in dicto loco, certe ei non fuit causa attentatum, vnde propter hāc legem nascitur attentatnm, sed informiter, procedeutibus autem malitiis hominum, & calumnijs vlterius alia lex ciuilis ordinata est, quæ formiter cognosci facit attentatum delictum, vt toto tit. extra vt lite non contest. li. 6. & in cle. & in alijs locis, quę ex infra dicendis notari possunt. vnde illud Pauli per legem cognito peccati, & illud, vbi nō est lex, ibi nec præuaricatio.

9 † Attentata in habitu videntur potuisse cōsiderari ab initio mundi, namque attentatum nihil aliud est, quàm innouarum lite iudicio ve pendēte, vt infra dicam, Iudicium autem ab initio mundi institutum videtur, licèt non solenniter: namque cum Deus expulsurus esset Adam ex Paradiso eundem prius quasi citauit, quasi causa cognita id facturus vt diffusè scribitur per Marant. de ordin. iudic. 3. par. col. fin. In actu verò videtur, quòd ex titulo nil nouari appellatione pend. & ex tit. vt lit. penden. nihil innou. & ex quibusdā alijs legibus, in quibus notari potest, quòd attentata ante omnia sint reuocanda. vnde non immerito ratio naturalis attenditur circa hanc materiam, vt per Manfred. conclusio. 204. & ex prædictis inferri potest ad id, quod Rub. Alexand.

10 consi. 4. vbi dicit † quòd iure naturali sunt incognita attentata, quod est quoad formam, & solemnitatem, & actum, & inuenta iure positiuo, & ideo † cum per clausulam nulla iuris solennitate seruata redigatur causa ad ius gentium, tollitur remedium attentatorum. Ias. consil. 162. in 4. Manfre. conclusio 121.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio attentatorum. 3. & 4.*

2 *Iudex ligatur per titulum, nil nou. appel. pend. & pars per titulum, vt lite pend.*

5 *Ille non dicitur attentare, vel innouare, qui ius suum prosequitur, & facit, quòd facere solitus erat lite non inchoata, exemplum ibi.*

6 *Desiperet, qui dimitteret ius suum, & desisteret a prosecutione iurium suorum, propter contradictionem, vel appellationem alterius.*
Vtens iure suo nemini facit iniuriam.

7 *Appellatus non prohibetur continuare possessionem suam, & vti iure suo per appellationem.*
Quis non est priuandus possessione sua lite neque appellatione pendente.

8 *Possessor est tuendus in sua possessione, non obstante appellatione, vel pendentia litis, etiam quòd sua possessio sit contra ius commune.*
Continuans ius suum non dicitur molestare, nec violentiam inferre, nec innouare, nec attentare.

9 *Qui non sint audiendi circa attentata.*

10 *Qui non dicantur innouare, & 18.*

11 *Attentata quando non reuocantur.*

12 *Possidens ciuiliter tantum, si deinde accipiat naturalem, non dicitur attentare, vel iunouare, sed magis continuare.*

Statutum,

Source : BIU Cujas

13 *Statutum quòd pro noua acquisitione possessionis soluatur gabella, non habet locum in eo, qui habet ciuilem, deinde occupat naturalē, quia non dicitur noua possessio.*

14 *Edicta, quòd nemo propria authoritate possit accipere possessionem, nō habent locum in eo, qui ex constituto, precario, vel lege ciuilem possessionem habet.*

15 *Statutū, quod turbans aliquem in possessione, priuetur &c. non habet locum in huiusmodi casibus. amplia vt ibi, & infer ad edicta de conuenticulis.*

16 *Quis non impeditur vti possessione sua iuris exigendi, etiam secuta inhibitione, nisi causa fuerit auocata.*
Inhibitio trahit causam ab appellatione.
Inhibitio regulata aliter quàm a signatura ipso iure nulla est.

17 *Attentari quando dicatur.*

19 *Decisio sacri concilij circa attentata.*
Ille qui propria authoritate aliquid facere potest, si prius de facto ipso adiuit iudicem, non poterit uariare, & redire ad exercendam authoritatem suam, ratio ibi.

20 *Duo si agant super interdicto vti possidetis, & vterque procedat ad actus neutra pars dici potest attentare, ratio ibi, & exemplum.*

21 *Attentatorum causa habet locum in interdicto vti possid. propter perfidiam spoliantis.*

Attentata quid sint, & an continuare sit attentare, & quid in constituto, & quid in vti possidetis.
Capitulo III.

1 ATtentata † hæc quæ ita dicuntur a Doctoribus nostris videtur posse definiri, vt sint innouata contra ius lite pendente. Hæc definitio probatur ex l.1. ff nil nou. penden. appellat. & toto titu. vt lit. penden. in 6 & in clem & in cap. cum non solum, de appella. lib.6. cum simil. quicquid dixerit Manfre. conclus.1. qui nō videtur tractatum vniuersalem fecisse sed appellatione pendente: cum Aegid. decis.749. sex edicta considerat in materia & nota. Talisque definitio factum magis respicit, quàm ius, namque si attentata vt iuris considerentur, aut definiē-
2 tur in hanc sententiam. † quòd per tit. nil nouari appellat. penden. ligatur iudex, & ideo videndum est per iudicem attentatum, sed per titul. vt lite penden. ligatur pars, vt dicit Dec. in c. consuluit. colum. 2. de appell. licèt ego putem, q vtroque titulo & iudex, & pars ligetur, sed vnum appella-
3 tione pend. alio lite. † Attentatum est ius reuocandi innouata lite pend. contra ius, vt in simili dicitur ius appellatio, bonorum possessio, vsusfructus, seruitus, & magis ad rē nul-
4 litas, vt considerat Vant. de nullita. p.4. aut in hanc. † Attentatum est iudicis officium, quo reuocantur innouata lite penden. contra ius, vt de tali iudicis officio infra dicturus sum suo loco, quod & videtur sensisse Menoch. in tract. de recup. poss. col. fi. conuenitq; talis definitio reuocationi attentatorum ordinariæ & extra ordinem.

Nunc pro declaratione aliqua circa definitionem primā attingam. Attentata itaque dicta sunt innouata: quia si non innouatur, hoc est aliquid noui, quod ante litem inceptam factum non erat, non dicuntur attentata, sed continuata
5 magis: † non enim dicitur attentare, vel innouare ille, qui ius suum prosequitur, & facit id, quod facere solitus erat, & consueuerat lite non inchoata, vt probat text. in l.j. §. ergo. ff. nil nou. appel. penden. & scribit Rot. Rom. decisio. 43. & decis. 44. de app. in nou. & decis. 25. de rescri. in no. & rationes redduntur in d. decis. 44. vbi non obstante appellatione extraiudiciali, & intimatione Apostolicus impetrans beneficium, qui prius inchoauerat processus exequendo gratiā, & percipiendo fructus non cogitur desistere a prędictis quasi attentat: quia ante inchoatam litem id facere inceperat,
6 † & non tenetur quisquam dimittere ius suum, & desistere a prosecutione, & continuatione iuris sui, vel possessoris, propter contradictionem vel appellationem alterius, quin desiperet, inquit Rota, ibi si hoc faceret, iuxta no. per Innoc. in c. dilecti. de maio. & obe. in c. venerabili. de censib. in ca j. de his quæ fiunt a maio par. cap.

Item nemini facit iniuriam, qui vtitur iure suo, vt in ca. cum nobis olim. & in c. cum ecclesia Vulterana. de elect. & alia huiusmodi vbi supra Rota prosequitur, & idem in effectu ponit d. decis. 43. vbi alleg. not. per Innoc. in c. constitutus. de appel.

7 Eadem scribit Paris. consi. 39. lib. 1. vbi dicit † quòd per appellationem non prohibetur appellatus continuare possessionem suam, & vti iure suo, & alleg. tex. quem dicit esse apertum cum ibi no. in c. cum teneamur. de appel. quia non est quis priuandus possessione sua, esto quòd pendeat appellatio, prout etiam quis non est priuandus lite pendente, & non dicitur attentare vel innouare ille, qui prosequitur, & continuat possessionem suam, vel quasi. ca. 1. vbi Abb. in 3. no. alleg. c. cum personæ. de priui. lib. 6. extra vt lite penden. Cardin. in clem. 2. in oppositt. 2. eo. titu. cum alijs adductis in d. c. cum teneamur. de appel. Ad hæc quędam Bero. q. fami. 120. & Manfred. conclu. 16.

8 † Quinimo talis vt supra possessor non obstantibus appellatione vel litis pendentia etiam si possessio sua sit cōtra ius commune, tuendus est in sua possessione, vt per Paris. vbi supra colum. 1. & ibi etiam dicit, quòd continuans ius suum non dicitur molestare, nec violē etiam inferre nec innouare, nec attentare, & per has rationes ibi idem Paris. scri-
9 bit † non esse audiendos super attentatis debitores quosdā, qui existentes, siue habiti in possessione soluendi disposuerant quantitatem alias solui solitam, quasi lite pendente nihil debeat innouari, ita vt non obstantibus eorum cōtradictionib. depositum illud creditorib. sit soluendum.

10 Idem scripsit Paris. consi. vlt. lib. 4. † vbi pendente lite sup absolutione a iuramento a contractu donationis, pro quibus constitutum fuerat eorum nomine possidere, a iudice petierunt se immitti in possessionem, & fuerunt immissi, non dicuntur innouasse: quia ex constituto in eos translata fuerat possessio ciuilis, & naturalis sine aliqua apprehensione, vt no. in l. qui vniuersas. §. quod per colouum. vbi Alex. & Soci. ff. de acquir. possess. & in l. quod meo. ff. de acqu. possess. & vbi supra. Paris. dicit, quòd prædicti hæredes donatarij videntur id fecisse gratia euitandi maiores tumultus, & potius ex vrbanitate, quàm quòd aliquid attentauerint, alleg. not. Innoc. Io. And. & Imo. in c. potuit. extra de locat. quòd dominus, qui possessionem emphyteusis accipere potest propria authoritate, vrbanius agit, si iudicis authoritate id facit, & ad idē alle. Bal. & Perus. in c. an sit. extra de appel.

11 Sed † & quasi in continuatione non reuocantur attentata, quando in eo innouante de iure communi ex causa verisimili possessio præsumitur, nisi is contra quem est attentatum, probaret possessionem tempore attentationis. Manfred. conclusio. 40.

Quinimo iuxta prædicta fortius scribit Pari. ibidem, nem-
12 pè † quòd non dicitur attentare, vel innouare ille, qui possidet ciuiliter tantum, deinde accipit naturalē, sed magis continuare, & non de nouo agere, vt est casus in ca. cum venissent. vbi Abbas in vlt. not. extra de restit. spolia. & inde infert
13 † quòd statutum, quòd pro noua acquisitione possessionis soluatur gabella, non habet locum in eo, qui habet ciuilē, deinde occupat naturalem; quia non dicitur noua possessio, & ego hinc dico † q̄ edicta, quæ quotidie fiunt, quòd
14 nemo propria authoritate accipere possit possessionem, nō habent locum in eo, qui ex constituto, precario, vel lege ciuilem possessionem habet. † Item statutum, quòd turbans alium in possessione priuetur &c. non habebit locū in huiusmodi casibus, quinimo si constituens se alieno nomine possidere ipse detrectet detentationem illi, cui fuerit constitutum relinquere, ipse dicitur turbare, & videtur turbare ille, qui impedit ciuiliter possidentem, & inferri potest ad edicta de conuenticulis, quæ non dicuntur, quando coadunauit amicos suos ad repellendam vim, de quo incidenter dixi in tract. de caut. non offend.

16 Sed vltra prædicta Parisius vbi supra dicit † quòd vel secuta inhibitione nō impeditur quis vti possessione sua iuris exigendi, nisi causa fuerit aduocata: quia inhibitio trahit cām ab appellatione, & pendente appellatione non debet quis priuari sua possessione, & de tali regulatione facienda inhibitionis ab appellatione scribitur per Dec. consi. 33. viso pūcto, & latius prosequitur Paris. in d. consi. 39. vbi quoque dicit, quòd inhibitio regulata aliter quàm a signatura ipso iure nulla est, argum. cap. cum dilecti. de rescript. cum allega. per Dec. d. consil 33. † Quinimo si quis cogatur desistere a continuatione suæ possessionis propter litis pendentiam, dicitur attentari, vt scribit Aegid. decis. 702. si possessor. Itē dixi, q̄ possidens ante litem motam sed sine causa, vel indebite, si post ab eo qui reportauit tres conformes contra lite pendente accepit contractum & causam suę possessionis, non dicitur attentare: quia possessio continuatur, & causa non est litigiosa, & dixi allegari commode posse Aegi. deci. 479. licet per appellationem. quinimo si continuas prohiberetur continuare suam possessionem, teneretur attētare, & in prejudicium litis pendentiæ fieri, quod not. per Aegi. conclusio 701.

† Sed contra prædictam opinionem, quòd non dicatur innouare & attentare ille, qui habens constitutum lite pendente occupat propria authoritate, videtur dec. in terminis per Afflict. decis. 131. quidam concessit feudum. vbi allegat.

Bellem.

Source : BIU Cujas

Bellem.in decis.Rot.c.1.qui mihi hoc non tangit,inquit autem Afflict.quidam concessit feudum Titio in emphyteusim,& constituit se precario nomine Titij tenere,& possidere:demum concludens agit contra Titium & petit illum contractum declarari nullum,& citatur ille Titius,lite huiusmodi pendente ille Titius reuocat precarium, & capit possessionem fundi ille,qui concessit,petit a iudice reuocari attentata lite pendente,ille Titius dicit,quòd iure permittente reuocauit precarium,& sic ante litem motam possedit ciuiliter,iuxta l.quod meo,& l.interdum. ff.de acquirē.
19 possess. † fuit in sacro Concilio iudicatum reuocari dicta attentata per dictam decis.quam allegat. Pro quibus rationē facere putat Thom.Gramm.ibi in additionibus (si illius tales additiones sunt) quia licèt ex pacto,vel alias quis ꝓpria authoritate aliquid facere possit, si prius de facto ipso adiuit iudicem, non poterit variare & redire ad exercendum suam potestatem,alleg.Innoc.in c.bonæ.2.de postula.præl. Bal.in l.ædem.q.3.C.locat.Bal.in l.1.colum.5.quæst.10.C.de serui.& aq.& subdit,quòd id fieri non potest in contemptū iudicis & præiudicium litis pendentiæ,per totum titu. vt lite pend.Sed ex prædictis talis opinio non videtur vera:quia talis,qui concessit precario,ipse videtur possidere.vnde accipiens possessionem non videtur aliquid de nouo facere, sed iam factum videtur detegere & declarare re ipsa, arg.l.hæredes.§ sed si notam.ff.de testa.cum simili.

A prædictis quoque non longe abest, quod Capitius scri
20 bit decis. 72.in causa Notarij † vbi si agatur super interdicto vti possidetis,& vtraque pars procedit ad actus, neutra pars dici potest attentare: quia vtraque contendit de continuatione,& prosecutione iuris sui,ita vt causa attētatorum necessario cognoscenda sit vna cū cā principali:namque si ego hominibus coadunatis ad repellendam vim, quod est permissum,vt per Barto.in l.prohibitum.C.de iure fisci, & per Cassad.decisio.6. de caus.possess. & proprie. & dixi in libro meo de caut.de non offend.pro continuanda mea possessione,& perceptione fructuum accedo ad agrum ibi permaneo,vel custodes,colonosve relinquo, non dicor innouare,aut attentare, vt per Cassad.vbi supra: quia fiet ad repellendam vim , & ad continuandum ius, quod si putes te posse repelli,amittes ciuilem , & fiet locus cautelæ , de qua per Dec.in l.fin.C.de edicto diui Adria.tollen. quòd si non putes te posse repelli,& tu quoque possessorios actus facis, & te turbari intendas,& agas super attentatis contra aduersarium,& ipse contra te dum videmus tempore litis contestatæ vter possideat, reuertimur ad vti possidetis , vt per Capi.vbi supra , & iterum decis.209. in causa sacri monasterij,
21 † & no.quòd in interdicto vti possidetis vnus alium spoliat omnino propter perfidiam spoliantis habet locum omnino causa attentatorum.Abb.capitu.primo , vt lite penden. Manfred. conclusio.16. vt vnusquisque suos actus possessorios facere debeat , & nota quòd colonus dicere potest, nolo vobis restituere fructus, quousque vter sententiam pro se reportet, præsertim satisdando . Boer. decisio.106. dico .

SVMMARIVM.

1 *Declarationes,et limitationes circa continuationem possessionis.numero 3. & 6. & circa aduocationem causæ per longam seriem,vsque in finem cap.*

2 *A sententia lata in possessorio licet appellare de iure canonico,intelligitur in ordinario.*

Pendente aduocatione Papæ, pars non potest vti possessione sibi competente .

Manus inferiorum ligantur ex aduocatione.

4 *Differentia inter aduocationem,appellationem, & commissionem .*

Papa quando dicatur aduocare causam.

Legatus si causam restitutionis in integrum aduersus sententiam committit,dicitur totam causam ad se aduocare.

Legatus,etiam de latere,ligatur iure communi.

5 *Legatus non potest aduocare causam ab ordinarijs.ratio ibi.*

Opus nouum quod dicatur.

7 *Actor,pendente lite,potest sibi acquirere nouum ius agendi.*

8 *Non est verisimile , quòd princeps aliquid concedat in præiudicium partis .*

Attentare non est,quod impetratur.

Causa reducitur ad terminos litis contestatæ per appellationem.

9 *Innouari non dicitur,per alienationem rei litigiosæ.*

Quomodo continuationem excuset. Cap. IIII.

EX prædictis vt supra latius consideratis apparet ꝙ ille,qui continuat possessionem suam,non dicitur innouare, circa quæ aliquæ videntur
1 declarationes adhibēdæ.† Prima est: quia quoties appellatum fuerit extraiudicialiter, vel in iudicio,& pendente appellatione ante definitiuam sententiam ostensam fuerit de iniustitia cōtinuationis talis possessionis dictum,taliumq; actorū: tunc datur reuocatio vt de attentatis,vt probat Rot.deci.43.si appellatus.de app.in no. vbi alle.no.in c.non solum.§.fi.de appe.lib.6.& in c.si postq̄. de elect.eo.tit.& iterum idem ponit dec.44.licet e.ti.de app. in no.vbi amplius dicit,ꝙ si appellans obtulit se probaturū causas,quib.non debuit continuari,idem procedit, alleg.c. interposita.de appell.etiam si non probaretur causa expressa in appellatione (quando fuit appellatum vt supra) quod est notandum in huiusmodi appellatione.

Vnde circa prædicta cognoscenda videtur faciendus quidam summarius progressus,in quo pro reuocatione prædictorum cognoscatur summarie de causis supradictis , vt in simili de tali processu in materia possessoria circa vti possidetis scribit Capit.dec.209.Plot.in l.qñ. C.vnde vi. est enim quoddam possessorium summarium,siue extraordinarium in quo nō requiritur plena probatio sed summaria, nec requirirur litis contestatio,nec snīa definitiua, sed interlocutoria tm̄,quod fuit inuentum ne lite pendente super ꝓprietate vel possessione partes deueniant ad rixam,vt sciatur qs actor,quis reus esse debeat,vt scribit Bal.& Pau.in l.ordinarij.col.pen.& fi.C.de rei vind.Curt.sen.consi.61. super eod. col.fi.videturq; tale iudicium summarium præparatorium ad finem alterius iudicij institutum & momētaneū aptitudine,vt inquit Hier. Cagn.in l.in pari cā.n.6.ff.de regu.iu.& dicit Imo.in c.cum venissent.ext.de institu. ꝙ tale possessorium non habet longiorem vitam,quam habeat ipsa lis, & fuit tm̄ ad ordinandum iudicium.l.libertis, in fi.de lib.cau. & de iure canonico ab interlocutoria lata in hoc possessorio extraordinario saltem quoad effectum suspēsiuum est, casus expressus in c.fi.§.de possessione.2.q.6.& comm.opin.
2 † ꝙ a sententia lata in possessorio de iure canonico licet appellare, intelligitur in ordinario nō autem extraordinario, vt de his latè per Petr.Benint.decis.79. mota lite , & in hoc possessorio extraordinario & summario forsitan sufficeret vnus testis , de qua quæstione videndus est latiss.idem Petr. Benint.decis.62.dubitatum fuit,per tot.dec.

Ex his in practica ego obseruari posse putarem in casum qui frequenter contingit aliquo mortuo eiusdem propinquiores accipiunt possessionem omnium bonorum eius. Hæres testamentarius quoq; accipit postea possessionē, eandem omnes per instrumentum ante perceptionem fructuū eo tempore.Testamentarius intentat interdictum vti possidetis,veniens ab intestato se defendit, ꝙ prior sit tempore, dum fit processus,testamentarius facit laborari,locari, percepit fructus,venientes ab intestato petunt id reuocari vt attentatum,certè si appellauerint a talib.innouatis,intimauerint q; appellationem, & causam notabilem allegauerint, quare innouandum non esset de ea,quæ per processum , vt supra summarium docuerint,audiēdi sunt, alioquin in supradicta specie super vti possidetis procedetur.

3 † Secundò principaliter quod diximus de cōtinuatione possessionis lite pendente locum non habet, quando Papa pendente appellatione cām ad se aduocauit, vel deuoluit: quia pendente tali aduocatione pars vti non potest possessione sibi competente:quia ex ea legantur manus inferiorū c.vt nostrum.de appel.c,quamuis.de elec.lib.6.vt scribit Rota Rom.44.licet.de appel.in no.subobscure tamen,namque voluit,quòd per commissionem factam auditori post appellationem ligentur manus executorum, & pædicta procedant ante commissionem.idem voluit Philip.Franc. in d.c. vt nostrum.colum.4.vers.in eadem gl.extra de appell. licet in appellatione ad Pontificem secus sit,& in ea standum sit regulæ,hoc est, quòd vnusquisque continuare possit possessionem suam, vt idem Franc. declarat ibidem colum.2. & tertia,in vltim.not. & Decius ibi in princip. & fine. & sequitur Paris.consilio 39. nō possunt.colum.2.libro primo, vbi in fine dicit,quod per solam commissionem Pontifex non videtur causam ad se aduocare, vt ligentur manus inferiorum,& si forsitan contra sit decis.Rot.44.in fi.supra al-
4 legat. † vt sit differentia inter aduocationem , appellationem , & commissionem , vt illa liget manus inferiorum. appellatio verò vltra distinctionem de qua in capi. non solum.de appellat.in 6.& dicemus suo loco, commissio verò

Source : BIU Cujas

minime: ſed contra hoc vltimum ſcribit Franc.Rip.in cap. cum M.num.197.de conſtit.vbi dicit,quòd Papa delegando cauſam alteri,vel reſcribendo,audiat talis, dicitur auocare cauſam.

Circa hæc aduerte:quia ſi legatus cauſam reſtitutionis in integrum aduerſus ſententiam committit, dicitur totā cauſam ad ſe auocaſſe,vt poſt Speculat. ſcribit Benint.deciſ.81. num.14. quod intelligerem quoad innouationem factam lite pendente,non autem quoad priuilegium,quod poſt ad uocationem cauſæ poſſeſſione ſua quis vti non poſſit:quia legatus etiam de latere ligatur iure communi: vt ſcribitur ī cap.fin.de hæretic. lib.6. & quædam alleg.in libro meo de prob.neg.

Ad declarationem tamen materiæ huius aduocationis quædam mihi notanda hic videntur. Primò,quòd Papa expreſſe aduocādo ad ſe cauſam videtur illam eripere de manibus ordinarij,cap.vt noſtrum.de appellat. quod procedit etiam in quocunque inferiore habente poteſtatem aduocandi cauſas.l.iudicium.ff.de iud.idem eſt in ſuperiore, qui mandet referri ſtatum cauſæ,relatione enim pendente ligā tur manus inferiorum.l.j. C.de relatio. c.licet.de offic.dele. vbi Imo.niſi reintegra remiſſio reuocetur, vt per Fran.Rip. in c.cum M.195.de conſtit.

5 † Legatus tamen non poteſt cauſam aduocare ab ordinarijs.Abb.in c.1.de offi.leg.quia ordinarius concurrit cum legato in iuriſdictione,adeo quòd locus eſt præuentioni,ca. ſi a ſede. de præben.li.6.vnde Archiepiſcopus auocare non poſſet cauſam ab epiſcopis ſuæ ꝓuinciæ: quia inter eos locus eſt præuentioni,capitulo paſtoralis. de officio ordinar. cum ibi notat. Quæ de legato diximus, a fortiori procedūt ni vicelegato,argument.aut.multomagis, C.de ſacroſanct. eccleſijs.

Auocatio itaque ligat manus inferioris vel inſcij huius aduocationis,vt geſta per eum ſint nulla,ſecundum Panormit.in d.c.cum M.per tex.in c.1.de conceſſ.præb.lib.6.quod verum eſſe dicunt, vbi cauſa per ſuperiorem committatur motu proprio,ſecus verò ſi cauſa auocetur ad inſtantiam partis:quia intelligitur,ſi pars vti voluerit & fecerit deueniri ad notitiam, vt de his per Franc. Rip.in d.c.cum M.num. 196.vbi dicit,ꝙ curia ſeruat, ꝙ in delegationibus alteri factis cum expreſſa auocatione indiſtincte ligantur manus, ſecus verò in ſimplicibus commiſſionibus.

Item ſtante auocatione cauſæ, vel de conſenſu partium iudex procedere non poteſt c.bonæ. 2.de poſtul.præl.nempe ne iudicium ſuperioris illudatur.

Item ſuperior eo ipſo videtur ad ſe cauſam auocare,quo de cauſa cognoſcere incepit,ſecundum Doct.in d.cap.cum M.etiam ſi actus per iuriſdictionem alias auocatus nō fuerit ſortitus effectum,ſecundum Anchar.conſi.58.circūſpectis.Rom.conſi.335.circa primum,vbi limit.niſi actus non fuerit ſortitus effectuum ex defectu falſæ cauſæ vel iuriſdictionis,vt ſi Papa de cauſis temporalibus ad Imperatorem ſpectantibus cognoſcere incæpiſſet, vt per Rip.in d.capitu. cum M.num.197. vbi limit.etiam, vt non procedat inter alias partes.

Illud quoque non eſt prætermittendum, quòd cauſa ſemel tracta in curiam Romanam nunquam inde exibit,niſi Papa eam remiſerit ad ordinarium:vt per Decium cōſ.137. colum.3.item ſi delegatus nullam ferat ſentētiam,vel moriatur,non propterea cauſa reuertitur ad ordinarium, vt ꝑ Bal.in cap.1.§. ad hoc.colum.3. de pace iura.firma.& in l.ſi vt proponis.colum.pen. C.quo.& qua.iud. & per Rip.in d. c.cum M.num.198.in fi.

6 Tertiò princ.limit.id quod diximus de cōtinuatione poſſeſſionis,vt procedat inſpecta primæua materia & qualitate iuris,ſiue poſſeſſionis,non autem quòd tranſitum faciat in aliam ſpeciem,ecce ſi poſſideo vel quaſi ſeruitutem eundi lite pendente non debeo tranſitum facere ad ius ducendi:quoniam alia eſt ſeruitus:tunc enim eſſet innouare,fac. l.j.§.opus nouum ff.de oper.no.nunci. vbi opus nouum dicitur,quod fit mutata priſtina forma ædificij,& ibi tractaī, & in l.ius ciuile.ff.de legib.quod reficere ſit de nouo facere, vt per Iaſ.ibi namque innouari proculdubio dicēdum eſt, quotieſcunque alteretur ſtatus rei,de qua eſt controuerſia, vt ī ſimili dicimus,quòd alteratur iuriſdictio,vt ordinarius efficiatur delegatus, quando ei committitur, quod procedat,& determinet ſummariè & de plano, vt ꝑ Iaſ.poſt alios in l.j.§.& poſt operis.ff.de oper.no.nunc. vbi quoque ſcribitur,an prorogare terminum ſit innouare,& alterare, & an prorogato termino veniant vſuræ, fideiuſſores,pignora,iuramentum. Quæ & ad id trahi poſſunt,ſi poſſideo per conſtitutum, & lite pendente fit tranſitus ad perceptionem fructuum,vt & ſi facta fuiſſet inhibitio,

Licèt,quid ſit nouum,arbitrarium putari poſſit,vt a iure certò non finitum, namque nouum quandoq; dictum eſt, quod ante per annum factū eſt,vt in l.vetus. ff.de vin.trit.& ole.leg.& Nouicius dicitur, qui per annum exercitatus eſt, vt in l.fi.ff.de public. Abb.in ca.fi. de priuileg. & leges nouæ dicuntur,quæ vltimo loco factæ ſunt:vt in §.cæterum. Inſti. de legit.agnat.ſucceſſ. Et facit,quod ſupradiximus,innouatum in vti poſſidetis quando aliter cogitur omnino deſiſtere a continuatione ſuæ poſſeſſionis,& ſuorum actorum: vt per Manfred.conſi.17.vbi alleg. Abbatem in capitu.1. vt lite peudente.

Sed iuxta prędicta quæro Quid ſi poſſeſſio beneficij tempore motæ litis fuit vacua & pendente lite per aliquem ex litigantibus occupata, an dicatur innouatum contra litē? Hanc q.ponit Aegid.deciſ.102.ſi poſſeſſio beneficij,& ſubdit,quòd ipſe ſolus annuentibus alijs,vt videbatur,dixit, ꝙ erat attentatum:quia lite pendente nihil fieri debet ſuper re litigioſa, per quod conditio aduerſarij deterior efficiatur, & ibi ſubdit. nota,quòd lite pendente res litigioſa in nullam partium transferri debet ante cauſę cognitionem, & allega.11.q.1.cap.vlt.& 92.diſtin.cap. ſi quis ordinatus. & cap.ſequen.

Iterum ex eadem Aegid. deciſio.q. ſi lite pendente inter duos alter a principe aliquid ſuper re de qua litigatur impetret,per quod conditio partis alterius efficitur deterior, an videatur innouatum? Aegi.vbi ſupra arguit, quòd videatur attentatum,per not.per Innoc.in cap.vlt.in gloſſ.addit.vbi videtur text.vt lite penden. quia deterior ſit conditio colliti
7 gantis. Contrarium tamen Aegid. ibi determinat; † quia actor lite pendente, poteſt ſibi acquirere non ſolum in poſſeſſorio,verum etiam in petitorio nouum ius agendi ex toto,vt probatur in cap. Abbate.de re iudic. lib.6. & reſpond. ad cap.fin.& ad not.ibi per Innoc. quòd non dicunt, quòd impetratio reuocetur per modum attentati, ſed dicunt, ꝙ ea non obſtante procedi poteſt in lite; nam ſi impetratio non concernit niſi præiudicium partis,tūc ſurreptitia eſt, ſi de lite mentionem non facit,& ita procedat dictum Inn. & eſt ratio.

8 Quia non eſt veriſimile, vt dicit Innoc. † quòd in præiudicium partis princeps velit aliquid concedere.Si verò concernat etiam alia: tunc capitulum tangens litis pendentiā non includit,Subdit tamen Aegid.caue quia Ioann.Andr. & Paul.in clemen.2. vt lit.pend.ſup.gloſ. ſecunda dicunt, quòd cenſetur fieri contra litis pendentiam, ſiue quis ſua poſſeſſione ſpolietur,ſiue res litigioſa alienatur, ſiue priuilegium impetretur non facta mentione de lite, quod credo in iudicijs tenere, licèt prius dictum de iure videatur ꝓbabilius; quia quod impetratur non eſt attentare, vt dicto ca. Abbate. vbi acquirere ſibi ius,non eſt attentare. l.ſi poſt acceptum.ff.de iud.ſed quòd per ſurreptionem impetratur non eſt cōtra litem,ſed contra impetrationem, & principē attentare,ex dicta gl. & Paul.Hæc Aegi.confuſe ſatis,& ſub obſcure. Sed vide Aegidi. deciſio.749. & quæ allega. alias, quia materia ampla eſt, circa iſta reſcripta impetrata lite pendente.

Plane euenire poteſt, quòd lite pendente aliquid fuerit innouatum, & poſt eadem qualitate inſpecta iterum innouatum eſt ſuper vltimo innouato agi contigit, vt ſuper attentatis,ſi refricetur, quòd per modum continuationis factum fuerit,obſtabat,quòd continuatio lite inchoata conſideratur,& cui cōcedimus quod plus eſt, vtique quod minus,reg.cui quod plus eſt.ff.de reg.iu. cum ſimil. Et iterum ſi in prima inſtanti a fuerit innouatum ſæpe ac ſæpius vel ſemel, & poſt in cauſa appellationis innouetur, ſuper quo agatur quaſi vt ſuper attentato, idem dicendum videtur: quia appellationem cauſa reducitur ad terminos litis conteſtatę,vt per Cap.deciſ.18.ita vt ad terminos emiſſæ primę citationis redigamur:ex eo enim tempore inducitur litis pēdentia,vt in c.fi. vt lite pend.in 6.

Sed & cauſa attentatorum faciet litis pendentiam non quoad continuationem ſed quoad alia,ecce enim pronuntiatum eſt, ſententiam exequendam eſſe a qua eſt appellatum,& facta eſt executio in tenutam,agitur ſuper attentatis quia pendente appellatione, ille de tenuta tranſitum facit ad poſſeſſionem inſtatur ſuper reuocatione attentatorum, excipitur quòd non erat lis ſuper poſſeſſione, replicatur ꝙ erat ſuper attentatis & tenuta vnde a fortiori ſuper poſſeſſione licèt appellatio friuola eſſe.

Tertius autem non litigans ſi innouauerit, non videtur teneri per remedium attentatorum, ſed alia iniuſtitia, niſi faciat ad commodum litigantis: quia is videbitur feciſſe, vnde Iudex,qui ſe intromittit,cum non ſit iudex, nō tenetur attentans,niſi poſt inhibitionem interpoſitam, vel appel

lationem

Source : BIU Cujas

lationem ab eius processu & intimationē,si ea fiat in absentia,vt probari potest super c.non solum. ca.ab eo. de appellat. in 6.& ex not. per Rot.43.&44. de appellation. in nou. Planè si lite pendente in aliquem fuerit alienatum, reuocationem dari per modum attentati,scribit Rot.2.de alien.iudi.mut.cau.in antiq.quod vtile est:quoniam contingere potest, vt locum non habeat titulus de litigiosis, vt mihi contigit in transactione,& donatione causa mortis,quæ videntur non recipere titulum de litigiosis.l.censemus.C.de litigiosis,sed de his aliàs.

Iuxta prædicta contigit talis casus, quidam obtinuerat licentiam realem & personalem contra A.vt sibi reuenderet tale prædiı,vnde in illud ingressus est, & arauit & possessorios actus fecit.A.cum hoc sciret,appellauit,& agit super attentatis.Non procedit:quia lis iam est finita per sententiā, vnde ad turbatiuam vel spolium est recurrēdum: sed si post appellationem legitimè interpositam & intimatam, iuxta cap.ı.de elect.lib.6.attentetur,secus est.idem esset, si stante appellatione ille deuenisset ad tenutam, & dum agitur sup attentatis,transitum fecit ad possessionem, vt supra tetigi: quia lis tunc quoque pendet. Notat tamen glos.in verbo innouare, in capitulo fina. vt lit. penden. in clementina,
9 † quòd non dicitur innouari per alienationem rei litigiosæ & per impetrationem rescripti non facta mentione litis pendentiæ.

Sic lite pendente contra debitorem super obseruantia instrumenti executiui debitor ille iuratur suspectus de fuga, & deuenitur ad capturam,vtique per remedium attentatorum retractari poterit, dummodo indebite deuētum sit ad talem capturam.Ecce alius casus,quidam agit super rescissione contractus,interim ille agit executiue, ex statuto decernitur ad capturam,non videtur habere locum remediū attentatorum,præsertim si exceptio litis pendentię super rescissione non sit de permissis a statuto dante executionem, faciunt,quæ dicam in seq.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit lege permittente,pœnam non meretur.*
2 *Causa si committatur sub onere conscientiæ,Iudex non tenetur deferre appellationi,& quomodo fiat reuocatio,ibi.*
3 *Surrogatus in beneficio , quo casu non dicatur aliquid attentasse, ibi late .*
4 *Iudex parti committere potest, quòd propria authoritate ingredietur possessionem.*
Aduersarius constitui potest nuncius ad citationem in re sua.
5 *Quo casu non dicatur attentatum , nec innouatum.* 6. 7. 8.11.12.13.17. 18.19.20.21.*alij casibus ibi remiss.*
9 *Attentatorum remedium,& titulus,vt lite pendente , non habent locū, quando partis aduersæ non interest aliquid innouari.*
10 *Princeps non dicitur proprie attentare:quia est supra ius.*
14 *Ampliationes circa attentata.*15.16.
22 *Innouata post emissam & executam citationem,ex quibus fiat præiudicium causæ,reuocanda sunt per modum attentati.*

Contra ius innouari quomodo dicatur. Cap. V.

1 COntra ius diximus præterea in definitione, qa † quod fit lege permittente, pęnam non meretur.l.Gracchus.C.de adulterijs,& attentatū dici non potest,quod sonat in malum, & ita quòd vbi fit lege permittente non attentetur,
2 scribit Aegid.decisio.18.oneratio conscientiæ.vbi † si causa committatur sub onere conscientiæ,iudex non tenetur deferre appellationi,& si procedat,non fit reuocatio per modum attentati,sed per modum iniustitiæ.

Qua ratione putabat dici posse Guliel. Cassad.dec.6.gratia surrogationis,in tit.de causa possessio.& propr.nume.9.
3 † quòd surrogatus in beneficio habens tres sententias conformes,siue rem iudicatam; itē relaxatas executoriales condemnato non citato in executione, nec seruatis quatuor terminis solitis seruari in curia Romana,de quibus per Cassad.d.decis.6.Vestri.lib.8.in titu.de execut.& non dicitur aliquid attentasse, si missus fuerit in possessionem per electū executorem executorialibus aliter non intimatis, vel pro-
4 pria authoritate acceperit possessionē, † quia parti cōmitti potest,quòd propria authoritate ingrediatur in possessionē rei sibi adiudicatæ, licèt communis modus sit per executorem,secundum Bar.in l.iuste possidet.ff.de acquir.possessio.
4 in l.si finita.§.Iulianus.colum.5.ff.de dam.infec. & aduersarius constitui potest nuntius ad citationem de re sua l. eū qui.§.si epistola. ff.de fur. hancque dicit esse conclusionem legistarum Abb.in ca.decætero.colum.vlt.de re iud.& in c. cum dilecti. de dol.& contuma. si quidem committeretur mera & nuda executio:secus verò si cum causæ cognitione vt per Guliel.Cassad.vbi supra,item quia quando lapso termino deserta est appellatio, vlterius non citato aduersario sententia mandatur executioni,ut per Innoc.in cap.cum super.de re iudic. Abb.in cap.cum causa.de re iudic. quod absque dubio procedit, si Papa relaxasset mandatum executiuum:vt ibi per Cassa.qui præterea dicit, quod Rota reuocat talem possessionem,& ꝙ coram D.Iacobo Simonetta conclusum fuit,quòd reuocari non deberet.

5 Item non fit contra ius,& ideo † non attentatur, quoties iudex appellanti statuit terminum ad recipiendum apostolos,item ad prosequendum appellationem:item ad docendum de prosecutione,iuxta no.in cap.personas.extra de ap-
6 pellat.in ca.cum sit Romana. eo.tit. quia † illa quæ veniūt ad faciliorem expeditionem causæ appellationis non dicū tur innouari,vt per Abb.Imo.Franc. Dec.in ca.cum teneamı r.de appellat.

7 Item si post appellationem interpositam timeatur de fructuum dilapidatione,non dicetur innouare iudex,qui facit eos sequestrari,vt per Spec.in tit,de appel.§.nouissime.Vest. lib.8.in tit.de attent.q.152.quod magis videtur procedere in terminis cle.ı.de seq.poss.& fruct.

8 † Item si esset timor fugę debitoris,si iudex faciat procedi ad capturam,non dicetur innouare, vt per Ang. in l.nemo carcerem.in fi.C.de exact.tribu.Spe.in d.§.nouissimè.Abb. Franc.Dec.in d.c.cum teneamur. de appell.Vestr.in practi. lib.8.in tit.de attent.

9 † Item quotiescunque partis aduersæ non interest aliqd innouari: tunc non habet locum titulus vt lite pendente, & remedium attentatorum,vt per Inno.in cap. ex parte. in verb.appel.de rescriptis.Io.Monac.in rub. vt lit.pend. quos citat,& sequitur Rota.25.si reus & possessor.de rescr. in no. col.2.vbi in pulchro casu quidam reus, & possessor beneficij nullum ius habens in eo,vt quia generaliter illud erat reseruatum,vel specialiter extra iudicium appellauit a gratia sui aduersarij, quæ ex aliquibus causis dicitur ipso iure nulla,& appellationem aduersario intimauit,& postea ante cō missionem appellationis in curia impetrauit nouam gratiā super dicto beneficio inter cætera dicitur attentatum. Respondetur quòd non est verum:quia aduersarij non interat: quia gratia eius nulla, & non consideratur, quòd post poterat impetrare, & innouatio dicitur respectu iuris, & possessionis partis, non autem impetrantis, & ibi subdit.

10 † Quod princeps propriè non dicitur attentare: quia est supra ius,ca.proposuit.de concess.præben.& per Rot.latius vbi supra.

11 † Item si incæptum sit litigare super vti possidetis ciuiliter,deinde accedatur ad forum criminale,nō videtur innouari:quia actio ciuilis,& criminalis descendēs ex eodem facto non solum in diuerso iudicio, vel foro intentari potest sed & in eodem libello:quia tendunt ad diuersa,super quib. quoque simul sententia fertur,vt late scribitur per Aegi.Bellam.decis.400.ciuilis & criminalis.

12 †Item si pars iussu iudicis ingressa est possessionem post sententiam in possessorio,a qua secundum Aegi.cōstitutionem non licet appellare,nō dicetur innouare:quia lis est iā finita per sententiam,planè si post appellationem interpositam id fieret,nō esset innouandum,quousq; non cōstaret de re iudicata expresse: quia constitutio illa Aegidi.multas patitur declarationes ex iure cōi, de quibus dixi in quibusdam consilijs meis in tali materia.

13 †Item si pendente lite super rescissione cōtractus, vel super absolutione a iuramento pars,quæ habebat constitutū possessorium in forma petat a iudice se immitti in possessionem,& fuerit immissa,non dicitur attentasse: quia facit id pro continuatione suæ possessionis habitæ per constitutū,
14 vt latè scribit Paris.consi.vlt.lib,4 † vbi videtur id ampliare, vt pro accessoriis ad ea,quæ competunt ante litem contestatā non dentur attentata,vt inquit ipse † si possessio naturalis accessorium sit ad ciuilem,licèt contra opin.Paris.scri-
15 psisse videatur Afflict.decis.131.& supra scripsi † idem esset, si propter instrumentum in forma cameræ coram iudice seculari relaxata executio fuerit pendente lite super absolu-
16 tione a iuramento,quòd asseratur instrumentum vsurariū per prędicta.

17 † Item si lata sententia in causa matrimonij iudex a quo appellatum erat inhibeat partibus ne interim appellatione pendente alteri nuberent , non dicitur attentare. gl.in verbo districtios, in capitulo secundo . de matrimon.

Source : BIU Cujas

18 contract. contra interdictum ecclesiæ. † item si post sententiam de exequendo instrumentum in forma cameræ appelletur, & per iudicem ad quem inhibeatur, non attentantur.

19 † Item si appellatione pendente iudex a quo prouidere, ne possessor turbaretur in sua possessione. d.ca. cum teneamur.vbi omnes.de appel.quinimo si in præiudicium possessoris appellatione interposita innouatum fuisset, iudex a quo vt attentatum reuocari petere posset, vt per Imo.Frāc. & Dec.in d.c.cum teneamur.

20 † Item si post appellationem post illatum grauamen iudex a quo grauamen reuocaret,prout Iudicum Roman.curiæ vsum frequentem per repositiones.Vestrius in d.practi. & lib.8.in tit.de attent.testatur, potest citare ad hoc grauatum appellantem & non solum reuocare grauamen,sed etiam reuocato grauamine ad vlteriora in causa principali procedere,ac si nunquam appellatum fuisset. ca.si a iudice. de appel.in 6.cap.cum cessante. eod.tit. vt per Doct.in d.ca. cum teneamur. vbi id procedere dicunt siue in iudice ordinario,siue in delegato.

21 † Alij quoque casus, in quibus lite pendente & post appellationem innouare ius permittit, notari possunt ex scriptis per Specula.in d.§.nouissime, & per Doct.in d.c.cum teneamur,& ex ijs,quę infra tractabimus.Hic subijcio, quod in supradictis casibus, in quibus lex iudici permittit, quod procedere possit non obstante appellatione,pars coram eodem comparere poterit pro conseruatione suorum iuriū, nec dicetur appellationi renunciare,vt per Dec.in d.c.cum teneamur. & per Vestrium in d.titu. & practic. vbi allegat. Rot.287.licèt appellationi. in nou.de renun. & appellatio.

22 † Aduerte præterea, quòd post emissam & executam citationem quicquid innouatur, ex quo fiat præiudicium causæ venit per modum attentati reuocandum, vt per Bero.in c.quoniam contra.num.113.de const.

SVMMARIVM.

1 *Si quid attentatur aliter,quam lite pendente, quomodo reuocetur. ibi remissiue.*

2 *Tempus instantiæ licèt non sit præfinitum de iure canonico, tamen si per decennium nihil actum fuerit, videtur liti renunciatum: & si post dictum tempus ordinarius conferat beneficium,non debet collatio reuocari,quasi attentatum,exemplum ibi,*

3 *Lis non finitur, nisi per sententiam.*

4 *Remedium attentatorum non habet locum post rem iudicatam,nec finita lite modis,de quibus ibi.num.5.*

6 *Beneficium,licèt non possit cedi,neque renunciari, nisi in manibus eius, qui potest instituere,& destituere,tamen liti,vel causæ potest renunciari in manibus auditoris.*

Renunciatio eius,qui habet ius in beneficio,valet,etiam si fiat in manibus notarij.

7 *Lis quando dicatur pendere per multa.*

8 *Ea non modo quæ post litem contestatam,sed etiam quæ ante saltem post citationem,attentantur sine libello, ex puro, & mero officio iudicis reuocantur in statum pristinum.*

Differentia inter Rubr. vt lit.penden. & titulum de restitutione Spoliatorum.

Litis pendentia quando non habeat locum,& quò ad reum, & quò ad actorem.49.

Contumacia actoris maior est,quàm rei.

9 *Remedium attentatorum competit pro reuocatione spoliationis factæ per aduersarium,qui fecit committi causam auditori contra absentē & ante executam citationem eum spoliauit.*

10 *Executio citationis an sufficiat in ecclesia cathedrali, ad inducendam litis pendentiam,quò ad reuocationem attentatorum.*

11 *Qualis debeat esse citatio contra reum ad inducendam litis pendentiam, cum limitationibus,& ampliati.& restricti,vt ibi per multa.*

12 *Lis vt pendere dicatur,sex requiruntur,vide ibi.*

13 *Lis quando non dicatur pendere.15.19.*

14 *Lis pendere dicitur pluribus modis.20.21.*

Citatio quomodo expediatur,tam in curia Rom.quàm extra in omnibus causis.

Appellans in iudicio offendit ministrum legis,appellans extra iudiciū, offendit legem.

Mitius agitur cum lege,quàm cum ministro legis.

16 *Citatio coram arbitro,vel arbitratore,vel delegato inducit litis pendentiam.ratio ibi.*

17 *Citatio nulla quos effectus pariat,latè,vt ibi.& nu.48.*

18 *Restitutio in integrum aduersus tres sententias inducit litis pendentiam quò ad reuocationem attentatorum, quod remittit ad distinctionem Carr. & ad scripta per Petrum Benint. in decisio.83. vt ibid.*

22 *Commissio causæ,literis non expeditis,non tribuit iurisdictionem: & de veritate habentur regulæ vsque per nu.26.*

Iurisdictio est lapis fundamentalis iudicij.

27 *Lis an dicatur omnino sopita,stante re iudicata.multa hinc inde adducit & concludit vt ibi vsque ad nu.44.*

45 *Res quando sit facta litigiosa,quomodo cognoscatur.46.*

47 *Remedium reintegrandæ quando habeat locum in laudo.*

Ad interrumpendam pacificam possessionem quid requiratur.

50 *Sequestrum appositum absque consensu partium, quid operetur.*

Differentia inter sequestrum verbale,& in facto.

Sola productio libelli,vel positio inquisitionis in actis non inducit potentiam processus.

51 *Quomodo intelligatur,quòd impetrans diuersa rescripta ad duos iudices,perdit causam.*

Beneficium quo casu potest esse non litigiosum,& non pacificum.

52 *Possessor, qui decernit citationem contra tertium, super beneficio, vt ibi,licèt ipsam citationem per x.annos non fuerit executus,non dicitur pacificus.ratio ibi.*

53 *Possessor triennalis,si confiteatur per literas suas se habuisse notitiam citationis contra eum decretæ, ante completum triennium, non per hoc minus pacifica dicitur sua possessio.*

Confessio tituli spoliati per spoliatorem facta in sua supplicatione, sufficit ad reintegrandum.

55 *Possessio pacifica triennalis iam incepta,an fuerit interrupta per appellationem extraiudicialem intimatam possessori, & postea desertam, vel litis pendentia inducta fuerit? multa ibi pro vtraque parte.*

Practicæ Perusiæ circa præcepta facienda.

Lite pendente attentari quomodo, item quomodo lis dicatur pendere, item declaratio ad clem.fi. vt lite pend. & alia materia.

Capitulo VI.

1 LIte pendente propterea subdidimus in definitione, † quia si attentetur aliter, quàm lite pendente, id non reuocatur per remedium attentatorum, sed secūdum diuersitatem casus per diuersa remedia, quorum pleraque ponit Franc.Rip.in ca.sæpe.de restit.spo.& nouissime per Menoc. in tract.de recup.possess.

2 † Hinc dictum est, quòd si lis fuit inchoata super beneficiis,& post cessatum vltra decēnium, quod in ea nihil fuit actum,si ordinarius conferat iuxta clemen.1.vt lit.pend. & cap.1.eo.tit.in 6.non debet reuocari quasi attentatum:quia licèt iure canonico præfinitum non sit tempus instantiæ, tamen si nihil agitur per tantum tempus,videtur liti renūciatum,vt late sentit Gulielm. Cassad.decis.1.vt lit.pend. vt in simili legitur,quòd per negligentiam decennij amittitur possessio, vt in l.peregre. §.quibus. ff.de acquiren.possessio. Abb.in capit.contingit.colum.4. de dolo & contuma.in l. rem quæ nobis.2.quæst.princip. ff.de acquir.possessio. glos. in l.prima. C.de ser.fugit. facit, quòd talis videtur diffidere de iure suo, & videtur sequi Octauian. Vestr. in pract. lib.8. in tit.de attent.pag.159.vbi lis erat super possessione, quasi quòd secus sit,si super proprietate.

Contra prædicta tamen allegatur Rot. 10. si lite penden. & numero 3.vt lit.penden.in no.vbi dicitur, quòd Rota te
3 net † litem non finiri nisi per sententiam, sed certè responderi potest,quòd non habuit respectum ad negligentiā,sed ad finiendam litem per mortē,vti ibi casus erat, item in casu Rotæ facta erat prosecutio per actorem,& reum.

Lis quoque cum dicatur finita per rem iudicatam,sequi-
4 tur † quòd post rem iudicatam non habet locum remediū attentatorum,vt videtur allegari posse prædicta Rota. 10.si lite pendente. vt lit.penden.in no. Cassad. decisio.5. vt lite penden.expressius Vestrius in practic. libro octauo. in titu. de atten.colum.penultima.vbi alleg. Rota.411.in no. Mil. in reperto.in verbo lite pendente.Staphil.pagin.164. Vnde si ad practicam id reducatur, si actor contra quem est res iudicata,spoliat reum,agetur remedio ordinario, non autem super attentatis,quod multo magis procedere videtur, si se intrūdit,cum possessio vacet,vt in casu Rot.x.vt lit.pend.supra alleg.Reus verò possidens si pro se habeat rem iudicatā, multominus dicetur innouare.

5 † Finita quoque litē per cessionem, vel renunciationem, transactionem, vel compromissum, iuxta legē postquàm liti.C.de pact.capitu.veniens.extra de iureiuran. non habebit locum remedium attentatorum, siue in spiritualibus, siue in prophanis, vt scribit Vestrius in d.loco, col.fin.pag. 160. vbi allegat Rot.677.in antiq. namque (quò ad beneficialia

6 dialia) † licèt cedi, aut renunciari non posset beneficium nisi in manibus eius, qui potest instituere & destituere, tamen liti causæve potest renunciari etiam in manibus auditoris, vt per Rot.pen.de renunc.in antiq. & 5.& 13.cod.titu. & Rot.6.de renun.in nou. Felyn.in cap.auditis.nume.18.de prescrip.Staphil.3.part.fol.69.& facit ratio: quia renunciatio eius, qui habet ius ac rem in beneficio valet, etiam si fiat in manibus Notarij, vt per Rot.14.colum.fin. de renunc.in antiq.quomodo autem per mortem in beneficialibus lis finiatur, vt non habeat locum remedium attentatorum, scribit Vestrius in supra citato loco.

7 † Quando autem lis dicatur pendere in materia, ita terminatur in clem.fin.extra vt lit.pend.cum lite pendente nihil debeat innouari, litem quò ad hoc pendere censemus, postquam a iudice competenti in ea citatio emanauit, & ad partem citatam peruenit, vel per eam factum est, quominus ad eius notitiam perueniret, dum tamen in citatione prædicta talia sint expressa, per quæ plenè possit instrui, super quibus in iudicio conuenitur. Ad hanc clem.glo.cum lite pendente, declarat, quando lis pendere dicatur, quod not.Host. cap.1.eodem tit.vbi dicit, quod lis pendet non solum ea cõtestata, sed etiam libello principi oblato. C.quan.libel.prin ci.dat.l.1.& fortius ex quo est impetratum, de appel.ca. suggestum, & fortius ex quo negotium est commissum c.causam.2.de testib.& fortius facta citatione, de offic.deleg.cap.
8 gratum.per quę ibi dicitur securè tenendum, quòd † non solum ea, quę post litem contestatam, sed etiam ea, quę ante saltem post citationem attentatur sine libello ex puro, & mero iudicis officio reuocantur in statum pristinum, alleg. ca.cum M.de constitut.cap.ad dissoluendum.de desponsa. impub.de quibus non potest dici, quod lis fuit contestata, & in hoc differt Rubr.vt lit.pend.a titulo de restitut.spolia. quia hic de plano proceditur. ibi verò offertur libellus, vnde facto præcepto de non molestando eodemq; reuocato, non reproducto in formã petitionis, videtur, quòd non habeat locũ litis pendentia: quia licèt præceptum habeat vim citationis, tamen quando est facta reuocatio, iam euanuit illa citatio, nec videtur induci litis pendentia in tali reuocatione reseruato iure videndi locum. Item partibus factũ fuit sequestrum, & eodem reuocato pars fecit citari aduersarium in partibus ad comparendum in curia in tali causa, vel cum suis iuribus, & post fecit exequi quandam licentiã cuius occasione simpliciter factum erat sequestrum, certe non est litis pendentia, quia sequestrum præsupponitur reuocatum, & citatio non emanauit a competẽti, licet in partibus consueuit, quòd generaliter baiuli faciunt citationes sine alia commissione. idem dicerem si partes fuissent inuicem contentæ deueniendo in curiam maiorẽ. Sed & sequestrum, & præceptum ita demum facient litis pendentiã de non reuocari loquimur, si habent clausulam iustificatoriã quia tunc vim citationis habent aliàs solius præcepti, quod timendum est interim. Verum ea, quæ dicuntur in d.clem. fina. procedunt quo ad reum: namque quò ad actorem lis penderet, vt in de attentata reuocari possint, dicitur quãdo post impetrationem, & præsentationem rescripti per iudicem decreta est citatio, licet ea non peruenerit ad notitiam rei, siue citatio non fuerit legitimè executa: quia actor scire debuit. Et de materia & regul.de iudicando literis non expeditis. Gomes.in compend.vtri. sign.ad reg.can- 12
cel.pag.121.quid enim si hæc omnia per procuratorem facta fuissent, de prædictis actor iure non prætendit ignorantiam, iuxta no.in l.quod te.ff.si cer.pet. non debet vlterius certiorari.ca.eum qui. de reg.iur.cap. ab excommunicato. de rescrip. & maior est contumacia actoris quàm rei, vt per has rationes scribit Rot.6.quod dicitur.vt lit.pend.in no. 4. eod.titu.in ant.11.de dolo & contum.in antiq.Bisignet.decis.2.de appel.in antiquior.Paris.consi.45. colum.fi.libro 4. vbi alleg.Rom.consi.348.circa primum.colum.2. Felyn.in ca.super literis.num.31.de rescript.Affli ct.decis.220.in causa.numero 13. Aegid.Bellem.decis.380.si faciens committi, 13
9 † vbi si faciens committi causam auditori contra absentem ante citationem executam spoliauerit aduersarium, sit locus reuocationi per remedium attentatorum. Idem scribit Aegi.Bellem.decis.545.si pendente.Staphil.pag.44.Vestrius in practi.lib.8.pagi.118.vbi alleg. Rot.425. nota vtrum lite pendente, in antiq. Item circa prædicta aduertendum putarem: quia supradictæ auctoritates videntur innuere, q̃ sola impetratio & præsentatio rescripti non sufficiat, quinimo nec postulatio, curatione, & videtur quòd sufficiat decretum citationis licèt adhuc non expeditæ, & non extractæ per notarium, quæ si vera, sunt notanda.

10 † An autem executio citationis in ecclesia cathedrali suf-
ficiat ad inducendam litis pend.quoad reuocationem attẽ
11 tatorum, vide per Deci.consi.460.nume.24. † Q.ratione rei qualis debet esse citatio quæ contra eundem emanat ad inducendam litis pendentiam? Certè debet esse talis, per quã citatus instrui possit de his, super quibus ab actore conueniatur, vt dicit text.in dicta clem.fina. & Vestrius in d.lib.8.sue pract.ita vt citatio forsitan debeat continere petitionem cuius, & cuius rei, & coram quo, & forsitan etiam insertionẽ rescripti, vt infra, sed videtur ex eadem clemẽ. sufficere citatio quouis modo emanata a iudice secundum quòd eadẽ clemen. loquitur generaliter, vt videatur sufficere citatio ad dicendum contra commissionem, dummodo, vt inquit tex.in d.clemen.talia ibi exprimantur, per quæ certioretur citatus, de quibus in iudicio conuenitur, & citatio ad videndũ inhiberi dicitur sufficere. Hæc tamen vera sunt, nisi reus citatus apprehensus, & citatus fuerit Romæ in Curia vel qa tunc ad inducendam litis pendentiam sufficit sola citatio p cedulam præsentatam per cursorem, vt in curia fieri cõsueuit, quoad omnes effectus litis pendentię inducendos; & ita stylus curiæ circa hoc dispensauit ea ratione: quia in Curia apprehensus habet commoditatem de omnibus se informandi, vt per Vestrium in pract.lib.8. in tit. de attent. & ibi idem Vestrius dicit, quòd citatio quoad litis pendentiã, sed afficit a die, quo sibi fuerit præsentata, vel stetisset per eundẽ quominus ad eum citatio perueniret, vt dicit text.in d.clefi.vt lite penden. sed ante secutam relationem nõ explicat, quod tamen ipse admitterem per d.clemen. si post relatio sequeretur in termino tamen vt infra. Et nota, quòd si per iudicem alias competentem emissa esset citatio & executa etiam sine libello fit litis pendentia quoad attentata secundum Manfre.conclu.9.quod restringerem saltem in forma to superiore, & facta innouatione per pacem ex industria super attentatis: namq; delegatus debet inferere resumptũ in citatorio, ordinarius verò habet confusionem circa attẽtata: quia super aliis forsitan erat citatio, idem dicerem, si in citatione exprimeretur causa, vel si esset causa generalis.

Iuxta hęc aduertendum est, quòd licèt citatio legitimè executa quoad reum inducat litis pendentiam, vt interim nihil innouetur, tamen præter ea requiritur, quod facta fuerit relatio per nuncium de citatione: quia alias iudici non constaret de citatione facta l.hec autem, §.j.ff.quib.ex caus. in poss.ea.& ita scribit Card.Zabar.in d.clem.fi. q.vlt. & seqtur Franc. Rip.respon. 2. insequendo. in titu. de constitut. in decretal.

Quinimmo præterea ibidem Franc.Rip.subdit, quòd obseruatio prædictorum non sufficit, nisi facta relatione pars, ad cuius instantiam emanauit citatio, compareat in termino citationis, & accusẽt contumaciam non comparentis: quia aliàs citatio circumducitur.l.ad peremptorium. ff.de iudic.vbi Bal.& Pau.Castr.& facit tex.in ca.1. de dolo & cõtum.lib.6. æquè si pars extra terminum comparet frustra agere videtur.

His addendum est, quòd si prædicta omnia essent seruata, præterquam q̃ relatio fuit præsentata post accusationẽ contumaciæ in termino, & litis pendentia non fuisset inducta: quia relatio post accusationem contumaciæ nihil operatur, de quo cogita propter d.clem.

12 Guido Pap.autem dicit, quòd ad hoc † vt lis pendere dicatur, sex requiruntur. Primò, quòd emanauerit citatio. Secundò, quòd a competenti iudice. Tertiò, quòd ad citatũ peruenerit, vel per eum steterit, quominus ad eius notitiã perueniret. Quartò, quod plene per eam possit instrui, ad quid citatus fuerit. Quintò, quod citatio sit apta, Sextò, quòd nuncius sufficienter intimauerit citationem; vt hæc probantur ex text. & glos. in dicta clementina finali. & ex scriptis per Zabarel.ibi.& latius hæc prosequitur Guido Papa.decisio.488.lis non dicitur pendere, & ad prędicta videda sunt nota.per Felyn. in capitulo super literis numero trigesimoprimo.& sequen. de rescriptis, vbi dicit † quòd per citationem factam non inducitur litis pendentia, nisi per eundem explanetur tenor citationis declarans hoc verum esse, vbi in partibus decernatur citatio, non autem in curia: quia ibi facile citatus certiorari potest. item non inducitur litis pendentia, quando citatio, & impetratio facta fuerit eadem die, vt per Rot. pend.vt lit.penden. in notab. quia ignoratur, vtra præcesserit, & ita dicta clementi. finali. Rota prędicta declarat, ut non procedat, quoties ignoratur, vtra præcesserit impetratio rescripti, an citatio. Ex his si rescriptum fuerit signatum in præsentia partis, non propterea dicetur lis pendere, & multominus si pars citata ad videndum signari rescriptum non comparuerit. Et nota,

quòd licet contra regulam,quæ cassat cõmissiones faciendas super beneficijs per gratiam apostolicam, quibus non sunt literæ apostolicæ confectæ,& processus desuper factos tamen impetrantur per cautos procuratores commissiones:sæpe cum clausula, quòd eisdem non confectis procedatur, dummodo expediantur intra terminum ad articulãdum,& quòd tales supplicationes nõ aliter signantur, quã dummodo tale beneficium non fiat litigiosum, vt per Staphil de commiss.lit.in col.3.sed an propterea seruato termino ad dicendum contra commissionem ad libellãdum,vel ad iurandum de calumnia dicetur lis pendere? & Staphil. vbi supra sentit quòd sic:quia dicit per dictionem implicatiuam,etiam,quo ad dictum beneficium litem non pendere,vnde reuocari non potest alienatio per modum attentati,quod alias concederetur secundum Staphil vbi supra & ibi subdit,quòd in supradicto casu inducitur litis pendẽtia quo ad actorem,& citationem declararet non executam, vt ibi per eum.

14 †Alijs modis quoque lis dicitur pendere: vt per libelli oblationem.Secundò per appellationem. Tertiò per relationem,siue consultationem. Quartò per iudicis recusationẽ. Quintò per in integrum restitutionis postulationem, vt p eundem Guid.Pap.decis.336.in declaratione,& per apostil. ad d.decis. eiusdem Guid.Pap.decis.488. vbi additur, quod per impetrationem iudicis lis dicitur pendere, & per commissionem, & subditur hæc vera esse quò ad impediendam impetrationem: quo ad reuocationem attentatorum verò requiri citationem,sed de illo videndum est per Felyn.in c. cæterum,& in cap.super literis.extra de rescriptis. & per Afflic.dec.220.in causa Domini Ioannis.numero decimotertio.& sequen.& ex prædictis, per commissionem de speciali mandato Papæ non dicetur lis pendere,licèt quò ad procuratorium secus, vt per Rot.13. decisio.477. de rescript. in antiq.

Quomodo autem citatio tam in curia,quàm extra curiã Roman.expediatur,& quomodo per edictum tam in causis prophanis quàm ecclesiasticis, scribit Guliel. Cassad.decis.1.de appellat.& per Vestrium lib.4.in cap.de citat. extra curiam & cap.sequen.ex prædictis videtur,quòd per citationem,vel præceptum ad inducendum signari commissionẽ non inducatur pendentia quò ad attentata.

15 †Appellatio extraiudicialis non inducit litis pendentiã nisi secuta legitima intimatione,vt locum habeat titulus, vt lite pendente,& remedium attentatorum, licèt secus sit in appellatione iudiciali,vt scribitur per Rot.69. sciendum est.de appellat.in antiq.vbi reddit rationem diuersitatis: qa appellans in iudicio offendit ministrum legis.appellans verò extraiudicium offendit legem, & mitius agitur cum lege,quàm cum ministro legis.l.Celsus.ff.de arbitr. etsi respõderi possit, quod iudici per appellationem non fit iniuria, secundum Archid.in ca.venerabilis.super verb. spectat, de senten.excom.lib.6.& Innoc.in c.cum speciali. vers.cum iudice.de appellat.& ita opinionem Rot.sequitur Cassad.decis.1.de appel.& ibi remissiuè quomodo reuocanda veniãt attentata post appellationem extraiudicialem, & de differẽtijs inter appellationem iudicialem & extraiudicialem, & quid sit appellatio extraiudicialis, sed hoc latius infra tractabitur.

16 † Citatio coram arbitro, vel arbitratore vel coram delegato inducet litis pendentiam:quia videntur eis omnia cõcessa,sine quibus iurisdictio expediri oon posset.l.2.ff.de iurisd.om.iud.

17 † Citatio nulla non operatur litis pendentiam iuxta terminos d.clemen.fin.vt lit.penden.& scribitur per Dec. consi.460.numero 28.Vant.de nullit.in titu. quot & intra quæ temp.vt in simili, ad perpetuam iurisdictionem secundum Archidiaconum in cap.non ita. in princi.2.quæst.6.Paulus Castrensis in l.1.ff.de ferijs,& prescriptionem non interrumpit.l.si pater. C.ne de stat defunc. item non inducit malam fidem,quando ex tali actu nulliter gesto quis plenè instrui non potest,vt per Bald.in authen.offeratur. colum.penult. C.de litis contest.item pacificam possessionem non interrũpit,vt per Gomes.super reg de annali.quæst.45.Afflict.decisio.366.in fi.cum similibus, quæ late prosequitur Vantius in supra citato loco,& an ex processu nullo inducatur litis pendentia,posuit Afflict.in constitut.regni in titu.de exordi.præp.iud & in consti.de al.ter.colum.1. & videtur quòd non ex prædictis.ex hisque citatio huiusmodi coram iudice incompetenti vel non iudice non operatur effectum ad attentata, si quidem oppositum fuerit de incompetentia, vel aliter de eius incompetentia declaratum,vt in l.2.ff.de in ius voc.vt eant. cum lim.Item sequestratio fructuum pẽsertim per iudicem incompetẽtem,item de his & huiusmodi per Gomes.in reg.de anna.possess.q.45.& seq.

18 † Restitutio in integrum quoque aduersus tres sentẽtias inducit litis pendentiam quò ad reuocationem attentatorum.in quo Antonius Cannarius in tract.execut. instrum. siue guarentigiæ,colum.20.versic.21.quæ distinguit, aut loquimur de executione facta ante petitam restitutionẽ, aut fiendam.Primo casu non reuocatur executio facta intra tẽpus,infra quod poterit ĩ integrum restitutio peti, & in hoc differt ab appellatione,qua interposita reuocantur attentata infra tempus,infra quod licuit appellare per viam attentati.cap.non solum de appell.lib.6. Secundo casu aut executio est reuocabilis,& tunc aut non offert separatum incontinenti probare,& non impeditur executio, aut offert se incontinenti probaturum,& tunc aut loquimur aduersus sententiam latam per principem, & non impeditur executio,si executionem petens caueat in casu, quo succumbat,vt in cap.suscitata.extra de restit.in integ.aut loquimur in alijs sententijs,& tunc aut est præsumptio pro sentẽtia, & idem, vt in d.cap.suscitata. secundum intellectum Host. qui intelligit de alia præsumptione,quàm ea,quæ insurgit ex actis,aut non est præsumptio pro sententia, & putat, q̃ in integrum restitutio impediat executionem,& fiat locus remedio attentatorum.Quando autẽ est irreuocabilis executio;tunc inducitur litis pendentia per restitutionem in integrum,de his tamen, cum requirant altiorem indaginẽ, remitto me ad scripta per Petrum Benint. decis.85. dubitatum in quadam causa per rest.vbi reus est præsens in cautione ad litis pendentiam non requiritur inseri. per Vestr. li.4. ca.1.pract.

19 † Si lis moueatur fictitiè & simulatè & in fraudem, attẽtata eorumque remedia locum non habent: vt per Bisign. de rer.permut.decis.2.si lis moueatur super vna re,quomodo fuit litigiosa quò ad aliam,vide dist.Bar.in l.fi.C de litig. super quo latius insistere possem.

20 † Sed lis super nullitate,& super attentatis facit litis pendentiam quo ad innouata, quia in talibus accommodari possunt termini titu.vt li.pend.& c. non solum.de appella. lib.6.cum simil.

21 † Per comparationem tertij quomodo inducatur litis pendentia,vt sit locus attentatis.Afflic.dec.366.in pleno.& ibi quando circumducitur citatio,vel est processus nullus, vel citatio est nulla.

Circa prædicta quoque notandum est, quòd est regula 22 quædam Cancellariæ,in qua cauetur † quòd cõmissio cause literis non expeditis non tribuit iurisdictionem; vnde sunt qui dicant,vbi sit casus & obseruantia regulę, ex quo literæ non sunt expeditæ,non tribui aliquam iurisdictionẽ iudici:& per consequens nullam induci litis pendentiam, vnde nec inducantur attẽtata:quia iurisdictio est lapis fundamentalis iudicij,& suadetur ex capit.super eo.extra de appellatio.

23 † In contrarium tamen scribit Gomes. in regula de subrog.q.3.hoc est per commissionem,& citationem decretã, & executam litem induci, & beneficium effici litigiosum quoad partes, licèt quoad perpetuandam iurisdictionem iudicis sufficeret solum decretum iuxta glo.in cap.2.vt lite pend.Abb.in ca.fi.colum.fi.de offi.deleg.vt executio,& notitia citationis sit illa,quæ constituit duos collitigantes, & regula,q̃ literis non expeditis,non tribuatur iurisdictio ꝓcedit,quando opponeretur de regula ad impediendum iudicem,ne procedatur ad vlteriora,in quam sententiã facit; quia alias non esset necessarium scribere per signaturam, dummodo ante terminum ad articulãdum literę expediãtur:& quod interim beneficium non censeatur litigiosum etiam quoad effectum regulæ de subrogandis. Item quia ꝓ commissionem & citationem etiam literis non expeditis adeo beneficium efficitur litigiosum,quòd citatus non potest postea regula de triennali iuuari.

24 † Tandem Gomes. ibidem adhæret primæ opinioni, q̃ literis non expeditis iurisdictio non detur, & per consequens beneficium non fuit litigiosum: quia ex oppositione de dicta regula de expediendis literis omnia reddãtur retro nulla: & quia clausula illa,dummodo non fiat litigiosum,venit ad clarificandum. item diuersitas est inter regulam de biennali,& litigiosam:quia ibi pacifica possessio inspicitur.

25 † In quam sententiam idem Gomes.ibidem adducit, q̃ etiam facit in proposito: quia Rota voluit litem motam per non habentem mandatum, tamen ratificatam per dominum post mortem collitigantis, non proficere ad effectum istius regulæ, quæ requirit veram litem:immo fortius

Source : BIU Cujas

tius non proficere etiam si ratificata esset post sententiam ante obitum collitigātis per ea, quę dicit Rot. 1. de proc. in antiq. Cald. in c. cum olim. de offic. delega. Felyn. in ca. causam. 1. in colum. penult. de iudi. inducendo quòd si in hoc casu vbi alias communis opinio tenuit valere ratificationē quò ad introducendam veram litem. Rot. tenuit non sufficere, ergo multomagis in præcedenti.

26 † Et subdit idem Gomes. quòd licèt vbi nulla est, illi non sit dare collitigantem, tamen bene dicunt aduersarij, vt scribit Decius in ca. 1. in 2. no. de iudic. & in c. cæterum. de rescr. & idem Gomes ibidem q. 12. vbi quosdam casus tangit, in quibus non datur collitigium; vt si ago contra Titium, & Titius super iactationibus contra Ioannem, Ioannes mihi non est collitigans: sic si ago contra duos reos, ij intra se nō sunt collitigantes, sic si Titius & Gaius super eodem beneficio me trahant ad diuersos iudices, illi inuicē non sunt collitigantes, quò ad effectum regulæ de subrogandis, quæ si trahantur ad materiam attentatorum sunt pulcherrima.

27 Hic intendo examinare pulcherrimum punctum † vtrū stante re iudicata lis dicatur omnino sopita. Videtur quòd sic: quia Bald. in addit. ad Specu. in rub. de cessio. act. in prin.
28 dicit † quòd actio iudicati cedi potest: quia non est amplius
29 res litigiosa lata sententia, sed respon. 1. quòd stant hæc simul † quòd res non sit litigiosa, & tamen durent aliqui effectus litis ad effectum impediendi pacificum possessorem: vt per Ant. Butr. in c. 1. de confir. vtil. vel inut. vt in simili be-
30 neficium non desinit esse litigiosum, vbi licèt quis absolua tur ab obseruatione iudicij. Innoc. in c. causam quę. de test. Bart. in l. litigator. C. de fru. & lit. expen. Bar. in l. fi. ibi hodie
31 verò. C. de litigio. † Secundò resp. vt dictum Bald. intelligatur, quando est sentētiatum, facta res iudicata & executio, vt per Gomes. in reg. de anna. q. 44 sed istæ rationes nō eneruant d. Baldi quò ad quæstionem suprapositam.

32 †Secundò alleg. Rot. 10. in titu. vt lit. penden. in nou alias 411. quæ communiter ad hoc solet allegari, quòd lis finitur per sententiam. Gomes. in dicto loco respondet vt supra, q̄ intelligitur de sententia executa. Secundò, quòd nihil allegat pro tali opinione, de quo per Milum in verb. litis pendentia, & lite pendente.

Tertiò magis ad rem nostram & in terminis allegatur de cis. fi. de cau. poss. in no. quam sequitur Milus in verb. attentatum, cum quibus videtur concordare Aegid. decis. 466. &
Rot. 102. & 344. licèt in causa. quæ dicit, quòd non dicitur attentatum, quando possessio cum legitimo titulo etiam propria authoritate capitur. Gome. vbi supra dicit, quòd tales decisiones habent practicam in contrarium, quod non resoluit: quia nos disputamus in puncto iuris, sed respōderi
34 posset, quòd euenire potest, † quòd subsit lis, & tamen non sit attentatum, quia materia attentatorum habet varios sinus, recessus, & anfractus.

35 † Quartò adducitur ca. 1. de lit. conte. in 6. vbi videtur innui, quòd exceptio rei iudicatæ, sit except. litis finitæ, sed respondetur, quod text. ille retorquetur, quia facit differentiam inter exceptionem rei iudicatæ, transactionem, & litis finitæ.

Pro contraria opinione, in quam inclinasse Rotam Romanam scribit Gomes. in reg. de annali possessio. d. q. 44. Pri-
36 mò † quia licèt sententia transiuerit in rem iudicatam; tamen adhuc remanent quædam reliquiæ, vt quia delegatus exequi potest infra annum, vt in c. quærenti. de officio dele-
37 † item datur actio in factum, siue iudicati, siue officium iudicis, pro quibus expediendis adhuc necessaria est quædam tela iudiciaria, & ita hanc opin. tenet Ioannes Faber in l. 2. C. de litig. & per Ias. in titu. de act. in princi. colum. 7. & perfectum non dicitur illud, cui adhuc deest aliquid agendū. l. fi. C. ad Silla. Doct. in l. Titia. ff. de verborum obligatio. ad
38 hęc l inter. ff. de arbit. † sed respondetur, quòd prædicta non veniunt, vt litis reliquię, sed quia est alias lis, siue ordo, nanque in executiuis, satis commode lis non cadit.

39 Secundo † adducitur tex. in ca. 1. iuncto §. fi. de exceptio. lib. 6. in eo quòd ponit exceptionem excommunicationis, opponi posse in quacunque parte litis, & in §. fi dicit, quòd
40 †etiam in executione opponi potest, sed retorquetur in cōtrarium: quia si veniret litis appellatione, non erat inferius exprimendum.

41 †Tertiò adducitur: quia in Rota obseruatur, vt videatur attentare ille, qui innouat etiam post intimationem executorialium, si non fuerint seruati quatuor termini. de quo per Gomes. in d. reg. de ann. q. 44. & Felyn. in c. ad probandum.
42 col. 4. de re iud. sed respon. † quòd hęc est obseruantia. item quòd attentatum est, non quia non sit finita lis prima, sed quia speratur secunda.

43 † Distingue, aut de prima lite, aut secunda executiua, de secunda si est incępta non dicitur finita, si nō incæpta, multominus de prima, aut quoad actorem, aut quoad reū, aut de iure est decisum, & tunc aut in totum, aut in partem, & hoc casu, quoad non decisa supersit, vt in possessorio, & petitorio, & hoc in absolutoria, in condemnatoria, vt in actore, & tunc quoad instantiā, & est finita in prima, aut quoad effectus inductos per litem, & tunc secus, nec mirum videri debet, † quòd finita lite remaneant effectus litis, nanque
44 hoc idē videmus quoad effectus natos ex lite per cursum triennij perempta, vt per Docto. in l. properandum. §. 1. C. de iudiciis. & quoad effectus interruptæ præscriptionis. hinc potest iustificari opinio Rotę, quòd dicatur attentatum per illum, qui executorialibus non intimatis, vel non seruatis terminis processit ad capiendam possessionem. idem in annali possessore quoad pacificum statum, vt per Gomes. vbi supra, vbi tangit de triennali, hæc eadem quoad capitulo licèt canon. & capitu. ex eo. de electio. libro sexto, induci possunt.

45 † Postremò ad cognoscendum, quando res sit facta litigiosa. Bar. in l. prima, & auth. ibi posita. C. de litig. distinguit, aut agitur actione personali, aut reali, aut mixta: si reali, aut in ea contenditur principaliter de dominio, vel quasi, & efficitur res litigiosa per simplicem conuentionem, vt in dicta auth. & idem de ipsa actione reali, aut non contenditur de dominio, sed de alio iure principaliter, vt in confessoria, negatoria, hipothecaria: & tunc res non sit litigiosa, sed ipsa actio per litis contestationem: si verò agitur actione personali, tunc nunquam res efficitur litigiosa, sed fit litigiosa ipsa actio, sed hic nota, quòd potest personalis ad rē, & videtur idem quod de mixta, si mixta in vniuersali: tunc & hodie & olim erat litigiosa resecatis per solam cōtrouersiam, si particularis, tunc efficitur litigiosa res post litem cōtestatam vna cum actione, vt per Bar. vbi supra.

46 Nota circa prædicta † quòd si accusatus pendente accusatione alienat, res non fit litigiosa, vt per vitium litigiosi veniat reuocanda, sed fiscus agit ex materia l. post cōtractum. ff. de donat. ad reuoc. secun. Bal. in l. non solum. ff. de in integ. restitut.

Nota quoque, quòd si laudum latum fuerit inter partes, & forsitan acceptatum, si post pars vna innouet, vt in casu
47 meo euenit, vendendo quædam possessa per aduersarium, & pro quo est laudum, cum hic sit acceptatum † videtur habere locum remedium reintegrandæ, sed si non acceptatū, remedium attentatorum, præsertim cum prius fuisset inter partes desuper litigatum, quorum occasione hic tractari posset, quomodo & qualiter sententia, siue res iudicata pro vno contra singularem successorem exequatur, de quo satis bene per Barto. in l. creditores. num. 22. de pign. C. & ego breuitati studens non repeto.

48 Citatio quoque † nulliter facta non inducit litis pendentiam, vt nec si citatio fuisset malè executa, quemadmodū in simili videmus, quòd citatio nulla non interrumpit p̄scriptionem, licèt per solam notitiam malæfidei interrumpatur, vt per Bald. in l. cum notissimi. §. immo. colum. 2. C. de præscriptio. triginta annorum, sic citatio nulla non perpetuat iurisdictionem, vt per Archid. in cap. non ita. 2. q. 6. sic citatio nulla, vel male executa nō facit, quominus possessor dicatur pacificus, vt per Gomes. late in libro super regulis cancell. quæstio. quadragesimasexta. & ibidem dicit, quòd per citationem nulliter executam non inducitur turbatio, vt sufficiat in vti possidetis quinimo videtur sentire, quòd nec per immissionem in possessionem per iudicem factam nulliter, sed forsitan in materia l. diffamari. C. de ingen. & manumiss. sufficit talis iactatio & molestatio: licèt in supradictis casibus requiratur molestatio in fructibus, & per hoc dicebam, quòd bannum, quod turbans in possessione vel accipiens possessionem sine authoritate iudicis non comprehendebat illum, qui solum per instrumētum acceperat possessionem, & non expulerat colonos.

49 † Per sequestrum quoque videtur, quod non inducatur litis pendentia, vt in simili dicitur, quòd per sequestrum & saluaguardiam non priuatur quis possessione pacifica, vt per Bald. in l. ordinarij. columna quarta. C. de rei vendicatio. Bartol. in l. prima. §. huius interdicti. ff. vti possidetis, quod communiter teneri dicit Aret. in lege prætor ait, columna penultima. ff. de acquirenda hereditate. quod ad interrumpendam pacificam possessionem requiritur perturbatio in perceptione fructuum, & Cardinal. in clement. 1.
50 in quæstio. 18. de sequestrat. possess. & fruct. dicit † quod sequestrum appositum absque consensu partium non priuat possessorem sua possessione, quin ea vtatur ad vsucapionem. & præscriptionē contra se & alium per l. interesse.

Source : BIU Cujas

ff.de acquir.poſſeſſ.Bartho.Caſſan.conſil.48.per tot. & latiſſime in effectu hoc concludens Gomeſ de annali poſſeſſio. 46.vbi dicit,quòd communis cõcluſio eſt, ꝙ per ſequeſtrũ iudicis ſine conſenſu partis non aufertur poſſeſſio,licèt cõtra videatur ſentire Anchar.conſi.246.& Decius conſi.125. colum.1.quorum dicta videntur poſſe hac diſtinctione cõcordari,hoc eſt,quòd vbi eſt ſequeſtrum verbale;tunc non dicatur adimi poſſeſſio,ſed quando vltra ſequeſtrum venitur ad factum,hoc eſt,quòd fructus non reſtituuntur,& nõ permittitur fieri actus poſſeſſorius, tunc videtur ſpoliari, vel turbari poſſeſſio.

Ad hęc facit,quod notat Ang.in l.1.ff.de in ius voc. & in l.libertus.cod.titu. quòd ſola productio libelli, vel poſitio inquiſitionis in actis non inducit pendentiam proceſſus,&
51 refert Fel.in c.ex tenore.colum.1.de reſcr.vbi voluit † quod licet impetrãs diuerſa reſcripta ad duos iudices perdat cauſam,intelligitur ſi illis vti voluerit, & tangit quod in materia l.ſi quis maior.C.de tranſac.vſus non ſolum impetratio requiratur.

Verum eſt, quòd ſtant iſta ſimul, ꝙ beneficium non ſit litigioſum,& quòd non ſit pacificum, vt tangit Gomeſ.in tit.de triennal.ſuper reg.cance.q.63.in eo qui impetrauerat reſcriptum,dummodo ante terminum ad articulandum literæ expediantur,& interim nõ ſit litigioſum:quia nihilominus poteſt eſſe nõ pacificus & in caſu quo poſt rem iud. literis executorialibus non obtentis accipitur poſſeſſio.

52 Circa hæc non eſt prætermittendum † ꝙ poſſeſſor committens cauſam & decernens citationem cõtra tertium ſuper beneficio, quod poſſidet,quam citationem per decem annos executus non fuit,non dicitur pacificus; quia per cõmiſſionem cum ſolo decreto citationis inducitur vera lis, quæ operatur omnes effectus quò ad committentem cauſam,quos inducit lis executa citatione,& ſicut reus habens notitiam citationis,nõdum executę veniens ad cauſam dicitur litem introducere, ita & talis; quia quoad ſe pro moleſtato ſe habet,vt hæc latè ſcribit Gomeſ.de trien. q.56. & ibidem Gomeſ.ſcribit,ꝙ prædicta procedunt,etiam ſi reus, cõtra quem emanauit citatio,ceſſit liti, & cauſæ coram notario;quia hoc non obſtante cauſam committens non dicitur pacificus: quia lis ſemel per cõmiſſionem introducta non perimitur,niſi per ſentẽtiam executioni demãdatam, vel per extinctionem Papæ.

53 Verum tamen eſt † quòd ſi poſſeſſor triennalis confiteatur per literas ſuas ſe habuiſſe notitiam citationis cõtra eũ decretæ ante completum triẽnium, non per hoc minus pacifica dicitur ſua poſſeſſio,licet alias confeſſio tituli ſpoliati per ſpoliatorem facta in ſua ſupplicatione ſufficiat ad reintegrandum, de quo tangit Gomeſ.de trienna.q.55.

54 † Sed & an per appellationem extraiudicialem intimatam poſſeſſori poſtea deſertam, pacifica poſſeſſio triẽnalis iam incepta interrupta fuerit,vel litis pendentia inducatur? Rota tenuit,quòd per talem appellationem pacifica poſſeſſio rumperetur, & quòd per extraiudicialem appellationẽ induceretur litis pendentia;quia per appellationem extraiudicialem a principio parti intimatam legitima fit cauſæ deuolutio ad curiam, vt per Rot.39.de appellatio. in antiq. Aegid.deciſ.521.& deſertio dictæ appellationis poſtea ſupueniens nõ poteſt tollere deuolutionem ad curiam ſemel factam,per quã poſſeſſio appellati interrupta fuit; quia appellatio extraiudicialis in cauſa beneficiali non interponitur ſolum,vt per eam reparetur grauamen,ſed etiam principaliter,vt cauſa ad curiam deuoluatur,& hoc inducit principaliter intimatio dictæ appellationis,quæ fit parti,& iõ licèt reparatio grauaminis per deſertionem ceſſare videatur non tamen ceſſat deuolutio, vt per Aegidi. deciſio. 120. & deciſ.769.licèt per appellationem. latiſſime ſcribit Gomeſ. de trienna.q.54.

Non obſtat,quòd deſertio facit, quòd non cenſeatur appellatum.l.quoniam.C.de appel. & ideo deſerta appellatione attentata non reuocantur,quia hoc non impedit, quominus ſit lis,quæ in curia nunquam finitur per ſententiã, donec & pronunciatum non ſit ſuper deſertione manet lis & dimittitur via aperta vtrique parti ad procedendum in cauſa,nec obſtat deciſ. 1.de appe.in no. quòd attentata poſt deſertionem non reuocentur;quia id procedit via extraordinaria & ſummaria: ſecus verò eſt in ordinaria & per litis conteſtationem & per viam iuſtitiæ ſecundum Franc.in ca. ſæpe.colum.10.de appel.vel quòd ideo attentata non reuocantur deſerta appellatione,quia non fuit dictum de qualitate grauaminis alias.

Non obſtat deciſ.69.de appel.in ant.quòd per appellationem extraiudicialem non inducatur litis pendentia: quia illa deciſ.intelligitur reſpectu poteſtatis conferendi, vel eligendi,de qua in clemen. 1.& 2.vt lit.penden.vt per Imol. & Cardin.Alexan.in c.bonæ.colum.9 de appel. item illa conſtitutio procedit, quando non fuit legitime parti intimata. Aegidi.deciſio.749.de quo late per Gomeſ. de triennali. q. 54. & quod litis pendentia inducta per appellationem extraiudicialem & intimationem, vel poſt deſertionem non finiatur,patet,quia appellatus poteſt agere contra appellantem & proſequi cauſam per audientiam contradictarum ſine noua citatione,vt deciſ.29.de appel.in antiq.& deciſio decimaſeptima,eodem titu.in no. quia deſertio appellationis,quod fingatur non eſſe appellatum,eſt inducta in odiũ appellantis non autem appellati vnde auditor datus ſuper cauſa appellationis, & deſertionis ſi reperiat bene iudicatũ & male appellatum & appellationem eſſe deſertam,poteſt pronunciare bene proceſſum,& male appellatum,& ſic primam ſententiam confirmare & appellationem deſertam declarare: quia de his omnibus conſtat.Philipp.Franc.in c. ex ratione.colum.20.de appel.item auditor in cauſa appellationis abſque alia noua commiſſione põt de deſertione cognoſcere & pronunciare appellationem eſſe deſertam, & confirmare ſi voluerit primam ſententiam, & condemnare appellantem in expenſis, vt hæc & ſimilia late proſequitur Gomeſ. de trienna. quæſtio.54. licèt alias per deſertionem fingatur nunquam fuiſſe appellatum,& ſententiã tranſiſſe in iudicatum.l.fin. §.illud. de tempo.appellationi. clemen.ſicut.de appella.Deci.conſilio 34.viſa inſtructione. columna 3.

Nota,quòd Perufiæ eſt quædam practica, vt fiant præcepta ſine ſigillo,quæ reuocantur etiam parte non citata: qã licèt hoc factum ſit, tamen adhuc remanent illæ reliquiæ litis pendentiæ, vt nihil ſit innouandum: ecce enim dum inter duos contenditur de hæreditate, alter facit huiuſmodi præceptum cuidam penſionario quod penſionem nõ ſoluat, & claues non reſtituat alteri, parte non citata reuocatur tale præceptum, & claues reſtituuntur, certæ litis pendentia adhuc manet: quia talia præcepta habent vim citationis,quæ non videtur reuocata: cum præceptum quo ad pęnam & præceptionem videatur reuocatum & non aliter. fac.no per Alexan.*in l.*de pupillo.§.meminiſſe. ff.de operis noui nuncia.

SVMMARIVM.

1 *Dicta ſuperius,de litis pendentia, quomodo procedant. ibi.*
Actor debet proſequi litem contra intereſſe putantes,uſque in finem.
Per audientiam contradictarum,ſicut proceditur contra reum citatum abſentem,ita proceditur probata abſentia procuratoris.

2 *Procurator ſi reperiatur in curia, habens ſufficiens mandatum, poſt mortem litigatoris is debet citari, omiſſis intereſſe putantibus, vel eis citatis ad cautelam. ratio ibi, quid ſi non habet mandatum. numero 3.*
Actor ſi obtinuit rem iudicatam,& moriatur,& alius ei ſubrogetur, talis res iudicata ei non prodeſt quoad non appellationem.

4 *Actor,nec reus,non debent propria authoritate ſibi ius dicere.*

5 *Actor,mortuo reo,occupauit poſſeſſionem,& contra ſurrogatnm, petẽtem attentata reuocari, opponit de lite finita in eius fauorem, quid iuris poſt multa adducit deciſ.Rotæ.num.7.*
Inducta ad fauorem non debent in odium retorqueri.

6 *Surrogatus ſapit naturam eius,in cuius locum ſurrogatur,quomodo intelligatur.ibi.*
Aliud eſt vendere,aliud vendenti conſentire.
Cauſa ſemel in curia inducta non finitur, niſi per ſententiam.

7 *Surrogatus prohibitus admittitur ad litem proſequendam per deciſ.Rotæ,poſt multa,vt ibi num.8.*

9 *Actor,ſi tacente reo occupauit poſſeſſionem,& ante inceptum iudiciũ attentatorum reus mortuus extet, ſurrogatus videtur loco principalis.*

10 *Remedium attentatorum an habeat locum reſpectu ſurrogati, ſi defuncto reo poſſeſſore alius ab ordinario fuit inductus in poſſeſſionem,poſtea vero alius ſurrogatus eſt defuncto, vt ibi.*

11 *Superſtes agere poteſt ſuper attentatis,& petere poſſeſſionem ſuprafcripti intruſi caſſari,& amoueri.*

12 *Conſequens ratione identitatis videtur idem operari, quod antecedens,*

13 *Beneficium reſeruatum ita affectum eſt,vt omnia contra attentata nullum iuris ſortiantur effectum.*

14 *Remedium attentatorum an habeat locum, ſi ſurrogatus ab alio, quàm Pontifice, in locum rei prędefuncti,pendente lite, occupauit poſſeſſionem.*

15 *Altero ex litigantibus defuncto, non debet procedi ad aliquam collationem, electionem, præſentationem, ne detur materia prorogandi lites, & ut ibi.*

Subro-

Source : BIU Cujas

16 *Subrogatus non habet poteſtatem obijciendi contra electionem actoris ſuperſtitis. ratio vt ibi.*

17 *Verus debitor excludere poteſt creditorem, deducendo alienum debitum, vt ibi.*

18 *Dicta de reo, procedunt in mero reo, cum quo lis fuit inchoata, non autem in eo, qui contra legem, & in contemptum iudicis ſe intruſit in poſſeſſionem.*

Iudex ex officio ſuo nobili, & non ad inſtantiam partis poteſt moueri ad faciendum reuocari attentata; quia non ſolùm ius partis, ſed etiam reuerentia iudicis læſa eſt.

Aatentata reuocata reſpiciunt litium abbreuiationem & vtilitatem animæ ſubrogati.

19 *Succeſſor in beneficio conuenitur ex eiſdem actis, & in eodem ſtatu, quo erat actor, cui ſucceditur.*

Mortuo vno ex litigantibus in beneficialibus, quomodo lis pendeat, & dicatur attentari. Cap. VII.

1 QVæ diximus de litis pendentia † procedunt viuentibus ipſis litigatoribus principalibus: ſed ſi caſus eueniat quòd vnus ex eis moriatur ciuiliter, vel naturaliter: cum litigant ſuper beneficio, videtur lis finita, vt per Caſſad. deciſ. 3. num. 6. vt lit. penden. Rot. 10. & 14. vt lit. penden. in no. quia mortuo actore, cum eo moritur ſua petitio; cum ſit perſonalis. §. deinceps. in Authen. de nup. vt lis videatur finita ſine ſententia: vt per Aegid. deciſ. 156. Caſſad. de re iudi. & ſcribit Veſtrius lib. 8. in tit. de atten. colum. fi. Rot. 160. vbi id intelligit per mortem actoris: ſecus per mortem rei, pro quo facit ratio ſuprad. incip. item quia actor debet proſequi litem contra intereſſe putantes vſque æd finem decernendo citationes, & proceſſum p audientiam contradictarum contra quoſuis intereſſe putantes, vt per Caſſad. d. deciſ. 1. de re iud. & deciſ. 6. mortuo altero. vt lit. pend. vbi alleg. Aegid. d. deciſ. 156. & Ro. 8. in no. vt lit. pendē. Sed vt per audientiam procederet probata abſentia procuratoris etiam recreationis gratia, vt Rot. 5. de iudi. in no. & de proceſſu contra abſentem quædam Guid. Pap. deciſio. 429. procedi debet contra abſentem, eodem modo per audientiam contradictarum non proceditur contra reum citatum non comparentem: vt Rot. 14. de dolo, & contuma. in nou.

2 Quòd † ſi mortui litigatoris in curia reperiatur procurator, ſi quidem is habet ſufficiens mandatum, debet omnino citari omiſſis intereſſe putantibus, vel ijſdem quoq; citatis ad cautelam: vbi. n. certus erat contradictor illi, is non eſt prętermittendus, & citatio non eſt facienda per edictum, vt ſcribit Gemin. in c. fi. col. 3. de elect. lib. 6.

3 Sin autem † is non habet ſufficiens mandatum, omitti poteſt eius citatio, vel ad cautelam citari poteſt, vt per Caſſad. d. deciſ. 6. vt lit. pendē. vel eidem præfigi terminus ad docendum de legitimo mandato ſec. Rot. 18. de dolo, & contuma. in ant. ad cautelam & procurator & intereſſe putantes citari poterunt per audientiam, vt per Caſſad. d. deciſ. 6. vt lit. penden. Sed ſi actor obtinuit tres conformes, vel aliter rem iudicatam, & poſt moritur, & alius ei ſubrogatur, tales ſententiæ ei non proſunt quoad appellationem rei, vt per Ruin. conſi. 79. lib. 5. vbi tangit etiam de fructibus, quòd non ad hæredes ſuos, ſed ad eccleſiam veniant.

4 Hæc quoad actorem † procedunt: quia ipſe debet obtinere ſententiam & non propria authoritate ſibi ius dicere, in cap. eum qui. de electio. in 6. ſed & quoad reum ſi ipſe velit ſententiam, vel abſolutionem, vel adiudicationem, debet ſeruari idem modus procedendi: vt ſcribitur fuiſſe obtentum & determinatum per Rot. in deciſ. 1. de re iud. & deciſ. 6. vt lite penden. & ratio conſiderari poteſt: quia non ſequitur, defuncto non debetur, ergo debetur ſuperſtiti ca. olim, de reſcrip. reſpectu actionis conſiderari poſſunt fructus antea ſequeſtrari, quos habere actoris intereſt. & ita addiderat Rot. 8. in cauſa beneficiali. vt lit. pend. in no. vbi ſubdit, quòd ſæpe quæritur de iure defuncti: vt ſuccedere ſuperſtitib. 2. q. 1. can. in primis. & facit Aegid. deciſ. 79. col. 3. & deciſ. 112. ſubrogatus Panormit. in c. ex parte. & de arbitr. ead. Rot. 14. vt lit. pend. in no. & quædam alia conſiderat Caſſad. d. deciſ 1. de re iudi.

5 His ſtantibus † contigit quòd mortuo reo actor occupauit poſſeſſionem, & in locum defuncti Titius eſt ſubrogatus. is recuperaturus beneficium dicit, ante dicta Domine reuocetis attentata; quia prædeceſſor meus, in cuius locum fui ſubrogatus, poſſidebat, occupator dicit non attentaui; quia lis erat finita in fauorem meum, ne diceret attentaſſe, quid iuris? hunc punctum poſuit Rota. x. ſi lite penden. in tit. vt lite pend. in no. aliàs deciſ. 411. in no. vt eam alleg. Veſtrius in d. titu. de attent. colum. fin. & Rot. in ſupradicto loco facit duo capita, vt primò videatur, vtrum lis dicatur inſerta pendere, & q̃ non dicatur lis pendere primo arguunt: quia reſcripta ſunt perſonalia & non extenduntur de perſona ad perſonam. c. P. & G & c. cum olim. de offic. deleg. vt mortuo vno ex impetrantibus reſcriptum ad lites reuocatum videatur reſcriptum cap. ſignificauit. §. ratione cur. lit. manda. Sed huic argum. reſpond. q̃ prædicta iura procedũt re integra: ſecus verò lite inchoata ante mortem; quia tunc poteſt ſuperſtes, vel is cuius intereſt proſequi litem, alleg. c. 1. §. ſi verò alter. vbi glo. in clemen. & ſubdit Rota, q̃ actor iſte capiẽdo poſſeſſionem videtur litem voluiſſe proſequi. Sed replicari poſſet, q̃ lis dicitur pendere in fauorem proſequentis (quia & Rota putat, q̃ ſi nemo proſequitur lis ſit finita) vnde inducta ad fauorem nõ debent in odium retorqueri. l. quod fauore. C. de leg ſed replicari poteſt, q̃ in materia non eſt fauor ſolius accipientis poſſeſſionem, ſed & iudicis, qui contemni & offendi videtur: vt Rot. 5. nunquid, in tit. vt lit. pend. in antiq.

6 Pro contraria facit † q̃ ſubrogatus ſapit naturam eius in cuius locum ſubrogatur. l. eum qui. §. iniuriarum. ff. ſi quis caut. §. fuerat. Inſtitu. de actio. ſed reſpond. q̃ ſapit naturam eius habito reſpectu à tempore ſubrogationis productionis in iudicio, vel intimationis parti, vt in ſimili de appellatione: quia non debet trahi retro in præiudicium tertij, vt ante predicta non videatur attentaſſe, poſt ſic, & ita videtur tenere Aegid. deciſ. 545. Fel. in c. cum ſuper. colum. vlt. de re iud. Caſſad. deciſ. 1. vt lit. pendẽ. vbi vlterius dicit, quòd ſubrogatio gratioſa Pontificis facit litem pendere, perinde ac ſi viueret defunctus ille, licèt ſecus eſſe dicat in mandato ad prouidendum, ſiue ſubrogandum; quia ita demum illud procedere dicit, ſi fuerit admiſta ſubrogatio, adducens in ſimili, quòd aliud eſt vendere, aliud vendenti conſentire, ſed & Caſſad. non declarat, vtrum hæc ſubrogatio trahatur retro. Rota ſupradicta 10. videns has difficultates dicit alia ratione actorem iſtum vt ſupra occupantem non bene feciſſe; quia aut occupauit propria authoritate, & perdit omnia iura, quæ habet in beneficio, per c. cum qui. de præben. lib. 6. aut authoritate apoſtolica: quia forſitan is contulerat beneficium & poſſeſſionem eidem nõ dederat, iuxta c. pro illorum. de præbend. quia facta commiſſione in curia inter actorem & reum defunctum ei fuerant manus litigatæ, per c. vt noſtrum. de appella. Non obſtat, quòd lis dicatur finita (ac de hoc dubium ſit) quia cauſa ſemel in curia inducta perpetuò ibi manet, & nunquam finitur niſi per ſententiã ſecundùm Rotam, aut id fecit authoritate ordinarij, & eadem ratione, qua in Apoſtolico fuerunt eidem ligatæ manus per ſupradicta.

7 In ſecundo † vtrum ſubrogatus prædictus petere poſſit prædicta reuocari per modum attentati. Rota adhuc hæſitabat, videtur enim quòd lis penderet, & contra quòd eſſet finita, videbatur quòd ſubrogati nõ intereſſet; quia ipſe nunquã poſſederat, quia non videbatur ſubrogatus ad poſſeſſionem, item cõtra: quia videbarur intereſſe, quia ſua interat habere rem cum fructibus finita lite.

8 Tandem in Rota determinatum fuit † quòd iſte ſubrogatus admitteretur ad litem proſequendam: iudex autem ex mero officio ſuo amouere iſtum actorem occupantem à poſſeſſione, vt interim eſſet poſſeſſio vacua, quoad de iurib. vtriuſq; partis cognoſceretur, vt ſi cõſtaret de iure alicuius potioris: tũc iſte mitteretur in poſſeſſionem, vt per Rotam in ſupradicto loco, quæ deciſio videtur iuſtificari ex c. 1. & 2. vt lit. penden. & Rot. ſequitur Manfred. conclu. 47. vbi alleg. contra Aegid. deci. 529. vbi præceptoria in poſſeſſionem adepta per ſubrogatum, non reuocatur per modum attentati, & ſoluit, quòd in dicta deciſione non erat lis ſuper poſſeſſione, ſed ſuper alijs, & ſubrogatus nõ fuit ad totam cauſam: ſed quoad præceptoriã, & videtur quòd iſte (vt ſupra) occupans, non modicum lucretur; quia ſuſpendit poſſeſſionem aduerſarij, & fructum ex delicto primum cõſequitur, & contra ſubrogatus non debet conqueri; quia de iure eius plene non conſtat. Quid enim ſi poſſeſſio ſit ſubreptitia & patiatur obiectus? Rota in ſupradicto loco, ſequit Veſtrius

9 in titu. de attentatis. libro octauo, colum. fin. Sed † ſi actor tacente reo occupauit, & ante inceptum iudicium attentatorum reus mortuus extet ſubrogatus videtur loco principalis.

10 Hæc vera ſunt, & procedũt in ſupradicto caſu. Sed † quid ſi defuncto poſſeſſore reo alius ab ordinario fuit inductus in poſſeſſionem, poſtea verò ſubrogatus eſt alius defuncto, an habeat locum remedium attentatorum reſpectu ſubrogati?

Source : BIU Cujas

gati? Rota præalleg.c.vt lite penden.in no.tenet,quòd non habet locum remedium attentatorum; quia inter istū subrogatum,& emissum ab ordinario nunquam fuit lis, quia fieri potuit, ꝙ possessor defunctus nullum ius haberet, sed superstes,& ideo super attentatis in dicta Rota putarunt nihil esse innouatum.

Verùm dixerunt,ꝙ huic subrogato competit remedium adipiscendæ possessionis,quę non est danda sine titulo,iux. not.in c.2.& in cap.pastoralis,de cau.poss.& prop.& per Inno.in c.in literis,de resti.spolia.

11 Dicit tamen Rot.vbi supra,† ꝙ superstes agere potest super attentatis, & petere supradicti intrusi possessionem cassari,& amoueri, quod ipse verum putarem,ex c.1.& 2.vt lit. pend.in 6.non ex remedio attentatorum:quia cum eo nullum fuit iudicium vt supra.

Nec obstat, ꝙ prædicta iura annullant contractus præ-
12 sentationis &c.vt sentit Rot.10.supra allega.† quia ratione identitatis & consequens videtur idem operari: quia adeo afficitur ius ex decreto appositio in d.c.1.& 2. vt lit. penden. vt & possessio affecta dicatur: vt sentit Rota 5.nota nunqd,
13 vt lite penden.in antiq. vt dicitur † de beneficio reseruato, quod in affectum sit, vt omnia contra attentata nulluni iuris sortiantur effectum.

14 Sed quid si non actor,† sed subrogatus in locum rei ab alio, quàm Pontifice prædefuncti occupauit lite pendente indecisa possessionem, an habeat locum remedium attentatorum,vt reuocentur ante omnia, quæ fuerunt facta, videbatur ꝙ non: quia cum subrogato huiusmodi nulla lis pendebat. item quia si reo subrogatus fuit, reus possessionem habere debet, ergo & iste debet gaudere beneficio possessionis.

Contra tamen scribit Rot.5. nota nunquid, vt lite pend.
15 in antiq.quia cap.1. & 2. vt lite penden. volunt † quòd vno ex litigantibus defuncto, non debeat procedi ad aliquam collationem,electionem,præsentationem &c. ne detur materia prorogandi lites, decerniturque irritum, quicquid contra factum fuerit, ita vt ex hoc decreto afficiantur & ius, & possessio quæ veniat retractanda, vt supra diximus, per decisio.10.

Sed videtur, ꝙ prædicta non procedant in subrogato à Rom.Pontifice, de quo prædicta capitula non videntur loqui,cuius suprema est potestas: vt in cle.1.in fi.vt lit.pendē. & fac.decis.1. vt lit.pend. Cassad.

Quinimo supradicta Rota 5.in antiq.vt lit.pend.voluit,
16 quòd † iste vt supra subrogatus non habet potestatem obijciendi contra electionem actoris superstitis: quia d.c.2.vbi contra quos,vt lit.pend.in 6.afficit omnino iura conueniētium, vt secundùm Rot.nec ius dandi obiectus eisdem contrauenientibus remaneat: quia si aliter fieret,hæc esset materia calumniandi ad propagādas lites, nempe obijcere defectus. Sed forsitan responderi potest, quòd est præscriptus sermo circa obiectus,vt non sit adeo propagabilis materia, iuxta cap.vt vna, c.procurator.de elect.lib.6. in c.concertationi.de appella.in 6.

Non obstat, quòd licèt reus nullum ius habeat in beneficio, etsi per confessionem suam de hoc constaret, vel aliter,vincere debet per non ius actoris, saltem vt ab eius impetitione absoluatur, vt voluit Compostella. in cap. man-
17 datum. de rescript. † & verus debitor excludere potest creditorem deducendo alienum debitum, vt excludat ius actoris,licèt ipse alias est condemnandus, excludit creditorem. l.j.§.quanquam.ff.ad Trebel.cum simil.

18 Et † prędicta procedunt in mero reo,cum quo lis fuit inchoata,non autem in eo,qui contra cap si hi contra quos, occupauit possessionem: quia non erat reus, sed contra legem,& in cōtemptum iudicis se intrusit, vt latius scribit dicta decis.Rot.5.nota nunquid,vt lite pend.in no.

Quæ adeo vera esse Rota ibi putauit, vt dixerit iudicem ex officio suo nobili moueri posse, & non ad instantiā partis ad faciendum reuocari huiusmodi attentata, quia non solùm ius partis, sed & iudicis reuerentia læsa fuit, iuxta l. quos prohibet.ff.de post.Item quia huiusmodi attentata reuocata respiciunt litium abbreuiationem: quia talis subrogatus petit se admitti ad litem.iuxta l.3.§. præterea, de susp. tut.Item quia respicit vtilitatem animæ subrogati,si ius nō haberet,& vtilitatem ecclesiæ;quia ibi commodè aliàs ministrabantur sacra,vnde meritò iudex ex officio nobili supplere potest,vt ibi Rota latius deducit.

19 Sed cōtra prædicta iterum facit;quia † successor in beneficio cōuenitur ex eisdem actis,& in eodem statu, quo erat actor,cui succeditur, vt dicit Rota 1.vt lit.penden.in antiq. Sed dicas, quòd Rota ibi remittit se ad ea.si hi contra quos, vt simus iuxta prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatus,in casu ibi in proposito, fuit spoliatus, petit se reintegrari ad possessionem suam, alia non interposita citatione, & ordine non seruato,quid iuris? vide ibi decis.Rot.*
Possessio ex facto,nullo quoque haberi potest.
Possidenti beneficium reseruatum, & spoliato non datur reintegratio.
2 *Qui non habet ius,vel interesse,non est citandus.*
3 *Immissus in possessionem,auctore prætore,iuste possidet.*
4 *Qui alienat contra iuris prohibitionem,amittit possessionem.*
5 *Negotia ecclesiarum distrahuntur.*
6 *In prophanis non attenditur ingressus rei vacantis.*
7 *Ingressus debet esse canonicus in beneficialibus.*
8 *Hæres & subrogatus in prophanis non est deterioris conditionis suo authore.*

Executoriales contra subrogatum non citatum, quomodo attentata. *Cap. VIII.*



Ed iuxta prædicta occurrit alius pulcher casus, mortuo reo contra quem de beneficio litigabatur per Titium, qui obtinuerat sententiam in possessorio, adhuc lite pend. tu fuisti subrogatus† per ordinarium & possessionem,autho ritate subrogationis occupasti: Titius,te aliter non citato, nec audito,nec conuicto, obtinuit executoriales & executore interueniente habuit possessionem, teq; spoliauit, tu nunc petis te reintegrari ad possessionem tuam, vnde spoliatus es,alia non interposita citatione & ordine non seruato.c.licet episcopus,de præbend.lib.6.

Item quia licèt cap.si hi,contra quos.irritet collationem præsentatorum &c. tamen non irritat possessionem, quæ ex facto, nullo quoque, haberi potest, vt in l. prima. §. si vir.ff de acquiren.poss.

In contrarium tamen fuit decisum per Rotam 17.nota, nunquid aliàs 429. de restitu.spolia.in antiq.quia cap.si hi, contra quos.afficit non solùm ius, sed etiam possessionem vt prædixi, propter decretum appositum in d.ca.sicut possidenti beneficium reseruatum, & spoliato non datur reintegratio,vt seruatur in palacio,vt ibi Rota dicit,argu.not.per Inno.in c.vt nostrum,de appel.& aliàs tetigi,& per Staphil. de lit.iustit.fol.98.

Non obstat,ꝙ non fuerit citatus,saltem per edictum,qđ fieri potuit,vel ex vrbanitate,vel ad cautelam: quia cū nullum ius habeat,propter dictam constitutionem si hi, cōtra
2 quos † non habens ius, vel interesse non est citandus. l.2.§. voluntatem. solu.matri. Nec cogitare debebam illum possidere: quia non habebat locum subrogati, contra ca.si hi
3 contra quos.& † authore prætore immissus iuste possidet.l. iuste possidet. ff. de acquir. possef.ex quo forsitan si is opposuit de subrogatione, videtur dicendum ꝙ saltem possessio reuocetur,vt diximus per decis.10.vt lit.pend. in antiq. Sed nec id probarem:quia non datur talis immissio, contra c.si hi,contra quos,vt supra remedium reintegrandę, quinimo officium iudicis datur contra eum ex dictis capitulis, vt remoueatur à possessione, vnde multo magis damus exceptionem, reg.cui damus,de reg.iur.cum simil.

Non obstat l.j.§.si vir,de acquiren.possessio.quia termini
4 sunt diuersi † nanque ille, qui alienat contra iuris prohibitionem,amittit possessionem: quia nō vult possidere,iuxta l.si quis vi. §.differentia, ff.eod.nec super ea possessione ter-
5 tius prætendere potest interesse, & † negotia ecclesiarum distrahuntur,vt considerat Rota supra allega.17.accedente
6 quòd † in prophanis non attenditur ingressus rei vacantis,
7 sed † in beneficialibus canonicus debet esse ingressus. Non obstat collatio episcopi; quia afficitur ex dicto capit. si hi, contra quos.

Planè si essemus extra terminos capit.si hi, contra quos, quia forsitan subrogatus esset à Pontifice,vel aliter debitè, certè citandus esset saltem per edictum: isque se opponere posset in executione,vel ad reuocandum audiretur, vt scribitur per Rotam supra allega. 17. de restitutio. spoliat. in antiquis. Hæcque procedunt in suis terminis, hoc est in beneficialibus, non autem in alijs, & prophanis: quia † in
8 his hæres, & subrogatus, non est deterioris conditionis, suo authore.

SVMMARIVM.

1 *Mortuo altero ex litigatoribus pendente lite super beneficio, ordinarius contulit beneficium alij, superstes petit ante omnia id reuocari debere, vel declarari nullum, quasi contra cap.2.vt lite penden.&*

attentatum

Source : BIU Cujas

attentatum lite pendente & latius, vt in casu ibi proposito quid iuris? vide ibi.

2 *Causa possessionis, & proprietatis est distincta.*

3 *Proprietas non dicitur litigiosa ex litigio super possessione.*

4 *Litigium super proprietate non afficit alienationem possessonis, & econtra.*

Ille, qui patitur litigium super proprietate, non habet pacificam possessionem.

5 *Possessor pacificus; & quis, & quomodo dicatur, ibi remissiuè.*

6 *Causa commissa super proprietate, iudex habet iurisdictionẽ super professione, ratio ibi, & limita ut ibi.*

7 *Differentia, quando causa committitur super molestationibus, vel iactationibus talis rei, vel de, & super tali re, vel super possessione talis rei, vel cum emergentibus, incidentibus, & connexis, vel super occupationibus talis rei.*

Quædam in materia cap. 1. & 2. vt lit. penden. in 6.

Cap. IX.

PEr cap. 1. & 2. vt lit. pend. lib. 6. disponitur, q̃ lite pendente super beneficio nõ pòtest deueniri ad collationem, præsentationem & c. quousque superstitis lis non fuerit definita, euenit casus, quòd inter duos litigabatur super possessione alicuius beneficij, & alter ex litigatoribus mortuus est, ordinarius confert alij beneficium, superstes ante omnia id reuocari petit, vel declarari nullum, quasi contra dictum cap. 2. & lite pendente attẽtatum, verum is, cui facta est collatio, replicat, lis pendebat super possessione, non aũt super proprietate, vnde non impeditur ius superstitis super possessione: cum enim constiterit de non tua possessione, ius meũ exequar: vt etiam si possessionem consequaris, quid iuris.

1 † Cassad. decisio. quarta maior pars Dominorum. vt lite penden. dicit esse communem opinionem, quòd in materia dũ litigatur super possessione non sit ex lite affecta proprietas, vt ligentur manus ordinarij, quominus conferre
2 possit beneficium: nanque † causa possessionis, & proprietatis est distincta l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. de acquiren. possessio. & ita quòd † ex litigio super possessione non
3 dicatur litigiosa proprietas, scribit cumulans Cassad. decis. 6. de rescriptis. vbi declarat, quando commissa causa super possessione dicatur commissa super proprietate, & è contrario, de quo puncto memini me scripsisse in libello meo de suspensione petitorij & possessorii, & in materia litigiosi in
4 prophanis † quòd litigium super proprietate non afficiat alienationem possessionis & contra in materia l. fina. C. de litig. & in cano. reintegranda. Franc. Rip. respons. 2. de restit. spolia. & ad hæc Rot. 9. siue 3. de cau. possess. in antiq. licèt ibi in materia possessionis pacificę videatur dici, quòd non habet pacificam possessionem ille, qui patitur litigium super proprietate, vt in eo casu verificentur iura de possessore pacifico: de pacifico autem possessore † & quis dicatur,
5 & quomodo ad regulam de triennali, & de annali, & alias. Gomes. de triennali. q. 53. & aliàs sparsim in regula de annali. Sed vereor, ne adhuc obstet dispositio. cap. secundi. quia habens collationem ab ordinario intentabit interdictum adipiscendæ possessionis, iuxta not. per Abb. in cap constitutus. secundo colum. vlt. de appellatio. & si dicatur, vnusquisque prosequetur litem suam, certe nouiter institutus
6 superstiti erit impedimento. Planè † commissa causa super proprietate iudex habet iurisdictionem super possessione: quia ea est in ventre. Rot. 9. de caus. possess. & propriet. in no. Cassad. decisio. nona, numero 12. de caus. possess. Abbas in cap primo, colum. 3. de sequest. possess. & fruct. nisi committeretur causa cum dictione taxatiua tantùm super proprietate, vt per Rot 9. supra alleg.

7 Facitq; ad prędicta, quòd † si causa committitur super iactationibus, & molestationibus talis rei, vel beneficij, vel super iactationibus, & molestationibus de & super tali causa, dicitur commissa super petitorio, & possessorio, secus verò est si committatur super iactationibus, & molestationibus super possessione talis rei, vt latè declarat Cassad. decisio. 6. de rescript. & ibi videtur sentire, quòd commissa causa simpliciter super iactationibus, & molestationibus, videtur cõmissa super vtroque. idem est si causa committatur cum emergentibus, incidentibus, & connexis, vt per Cassad. vbi supra. idem si quis petat causam committi super occupationibus talis rei: quia dicit eam ad se pertinere, vt per Rot. 9. de cau. possess. & proprie & per Cassad. d. decis. 6. de rescrip. vbi de materia.

SVMMARIVM.

1 *Litis pendentia an inducatur per appellationem extraiudicialem, vt postea attentata reuocari possint? ibi. 4.*

2 *Permittitur à iure, quòd ab electionibus extra iudicium appellari possit.*

3 *Appellatio extraiudicialis est prouocatio ad causam incipiendam.*

5 *Appellatio iudicialis offendit ministrum legi, i. iudicem, & appellatio extraiudicialis offendit legem.*

Mitius agitur cum lege quàm cum homine.

Contraueniens appellationi in iudicio magis delinquit, quam contraueniẽs extra iudicium.

6 *Innouata post appellationem non veniunt reuocanda per modum attentati in casu ibi late proposito.*

7 *Lis constat ex actore, iudice, & reo.*

Citatio debet emitti à iudice competenti.

8 *Attentata per iudicem, vel partem post appellationem extraiudicialem interpositam ante notificationem eis factam non veniunt reuocanda per modum attentati.*

9 *Appellns in absentia iudicis ante notificationem sibi factam ita eximitur à iurisdictione iudicis, à quo appellauit, sicut si in eius præsentia appellasset, & quo modo hoc procedat.*

10 *Innouata post appellationem extraiudicialem à processu apostolici, & intimatione secuta, non veniunt reuocanda per modum attentati, nisi ante omnia cognoscatur, & doceatur de causa appellationis.*

11 *Attentata post appellationem regulariter non reuocantur, nisi in euentum causæ appellationis, quando appellatur ante diffinitiuam.*

12 *Pro veritate causarum in appellatione extraiudiciali expressarum nunquam præsumitur, nisi veritas probetur. limita vt ibi 13.*

14 *In electionibus cathedralium, vel regularium ecclesiarum quicquid factum fuerit post, & contra appellationem, etiam extraiudicialem, ex causa probabili emissam, est ipso iure nullum: secus in electionibus inferiorum ecclesiarum.*

15 *Post commissionem causæ appellationis ligatæ intelliguntur manus inferiorum, vt locum habeat remedium attentatorum.*

16 *Appellatus procedens ante intimationem appellationis, an dicatur attẽtare, & alia circa appellationem, ibi.*

17 *Causa appellationis non deuoluitur, nisi post intimationem eiusdem. quo modo hoc intelligatur.*

18 *Differẽtiæ multæ inter appellationem iudicialem, & extraiudicialem. ibi latè, vsque in finem cap.*

Appellatio extraiudicialis quomodo inducat litis pendentiam. *Cap. X.*

PRiusquam ad vlteriora transeamus videndum est
1 † vtrum per appellationem extraiudicialem inducatur litis pendentia, vt postea attentata reuo
2 cari possint: ecce enim † pmittitur à iure, quòd ab electionibus extra iudicium appellari possit, seruata tamen forma de qua in c. vt circa. & cap. procurator. de elect. libro sexto. & in clemen. causam. eod. titu. item quando factis legitimis requisitionibus non reperitur iudex, coram quo vel iusta ex causa: vt propter iustum metum non est comparendum coram iudice appellationis, tũc coram honestis personis appellare potest. cap. fin. de appella. cum sim. circa hæc videndum prius est, quid sit appellatio extraiudi-
3 cialis. Cassad. decis. 1. in titu. de appella. dicit, quòd † appellatio extraiudicialis est prouocatio ad causam incipiendam. c. cum sit Romana. de appella. Rot. 25. si reus. de rescript. Innocen. & ibi per addi. & sentit Vestr. in pract. pag. 38. & non deuoluit appellationem ad superiorem, nisi ex probabilib. & verisimilibus causis interponatur: vt per Abb. Franc. &
4 Dec. in cap. bonæ, de appellatio. licèt † secus sit in appellatione iudiciali: quia tunc infertur iniuria iudici, & si appellatio esset nulliter interposita, esset præsumptio calumniæ; quia tunc requiritur probatio causæ: vt per Dec. in d. capit. bonæ, colum. 2.

Ad quæst. principalem ego respond. quòd per appellationem extraiudicialem non inducitur litis pendentia, vt per Rot. 66. de appella. in antiq. incipientem, sciendum est. vbi in terminis dicit, quòd appellatio extraiudicialis nõ in-
5 ducit litis pendentiam; quia, vt inquit † appellatio in iudicio offendit ministrum legis, at extra iudicium legem tantum, & mitius agitur cum lege, quàm cum homine l. Celsus. ff. de arbit. licèt talis ratio non multum concludat, nisi dicamus, quòd contraueniens appellationi in iudicio magis delinquit, & minus contraueniẽs extra iudicium. Hinc Rot. præallega. 25. si reus, de rescript. in no. dixit, quòd in casu, quo reus & possessor beneficii nullum ius habens in beneficio per eum detento: quia forsitan beneficium erat generaliter,

Source : BIU Cujas

neraliter, vel ſpecialiter reſeruatum, extra iudicium appellet à gratia ſui aduerſarij, quæ ex aliquibus cauſis fuit re ipſa nulla,& ſubreptitia, & poſt eandem intimet aduerſario, & poſtea idem poſſeſſor ante commiſſionem appellationis in curia impetret nouam gratiam à Papa ſuper prædicto beneficio nulla facta mentione de gratia aduerſarij, de appellatione, & intimatione gratia ſua non dicitur ſubreptitia,
6 & † innouata poſt appellationem ſupraſcriptam non veniunt per modum attentati reuocanda: quia dicta appellatio non eſt,niſi quædam prouocatio ad cauſam, & per eam non inducitur litis pendentia. item quia nihil fuit innouatum in præiudicium partis, & ita quòd talis appellatio extraiudicialis non inducat litis pendentiam ante commiſſionem. Caſſad.deciſ. 1. de appellat. & ita quod non fiat locus regulæ de ſubrogandis,ſcribit Gomeſ.in regu.de ſubrogan-
7 dis quæſt.12.verſic.item q.quia † lis conſtat ex actore, iudice,& reo c.forus. de verbo.ſignific. hic autem deficit iudex, quod non eſt propter primam inſtantiam in appellatione iudiciali, & facit text.in clemen. fin. vt lite penden vbi requiritur, citationē emitti à iudice competenti, ad idem eſt deciſ.Rot.38.attentata per iudicem,aliàs 309.de appellatio.
8 in no.vbi Rota dicit, quòd † attentata per iudicem vel partem poſt appellationem extraiudicialem interpoſitam antè notificationem eis factam (à contrario videtur ſentire quòd ſecus poſt intimationem) non veniunt per modum attentati reuocanda (ſentit,quòd aliter,quod ex infra dicēdis notari poterit) propter iuſtam cauſam ignorantiæ, & quia de nulla temeritate redargui poterunt, & reſpondet ad notata per Innocē. in cap.dilectis. ſuper verb.innotuerit
9 extra de appella.vbi dicit, quòd † appellans in abſentia iudicis ante notificationem ſibi factam ita eximitur à iuriſdictione iudicis à quo appellauit,ſicut ſi in eius præſentia appellaſſet, quod Innocentij dictum procedit quoad translationem iuriſdictionis, nō quòd hoc ſolum ſufficiat quoad reuocationem attentatorum,in quo articulo oportebit appellantem probare duo, videlicet ſe ex cauſa probabili appellaſſe,& veram cauſam appellationis fuiſſe, vel eſſe, vel ſaltem illam ſe propoſuiſſe coram iudice à quo appellauit, & ſe obtuliſſe ad probandum & non admiſſum fore,vt per Rot.vbi ſupra,& ibi ſubdit,quòd hæc duo quoque proban da ſunt quoad translationem iuriſdictionis. ad idem alleg. Rot.44.licèt in cauſa,aliàs 344.de appella.in nou.vbi ſtante
10 † appellatione extraiudiciali à proceſſu apoſtolici impetrātis & intimatione ſecuta poſtea innouata non veniunt per modum attentati reuocāda, niſi ante omnia cognoſcatur,
11 & doceatur de cauſa appellationis; quia † quando appellatur ante definitiuam, regulare eſt, non reuocari attentata poſt appellationem, niſi in euentum cauſæ appellationis, allega.cap.non ſolùm. §.illa. de appellat.lib.6.& ſubdit ibi, quia appellatio poterat eſſe friuola, cui deferre non tene-
12 batur, nec † vnquam pro veritate cauſarum in appellatione extraiudiciali expreſſarum præſumitur, niſi veritas probetur,vt per Rot.vbi ſupra, & ibi ſubdit,niſi appellans cauſas per ipſum ante propoſitas obtuliſſet ſe probaturum, vt in ca.interpoſita. de appellatio.quæ dec. & ſimiles poſſunt intelligi de appellatione iudiciali,non autem extraiudiciali,verùm ſi opinionem prædictam ſequamur facta oblatione ad probandum: tunc quoad translationem iuriſdictionis, & quoad reuocationem attētatorum ſufficit duo probare, ſcilicet quòd propoſuerit grauamen, & illud obtulit ſe legitimè probaturum, licèt non probet cauſam in appellatione expreſſam, & reſpondet ad cap.ſi poſtquam. de electio. libro 6. quia hoc eſt ſpeciale contra regulam antedi-
14 ctam, vt † in electionibus cathedralium, vel regularium eccleſiatum, quicquid factum fuerit poſt, & contra appellationem etiā extraiudicialem ex cauſa probabili emiſſam ſit nullum ipſo iure: ſecus verò in electionibus inferiorum eccleſiarum,& ibi ſubdit, quòd poſt † commiſſionem cauſæ appellationis ligatæ intelliguntur manus inferiorum,vt locum habeat remedium attentatorum, & de intimatione facienda, & q̄ ea neceſſariò requiratur. Abb.Franc.& Dec. in c.bonæ.de appellat.

His non obſtat deciſ.Aegid. 52.de reſcript. quæ allegatur in contrarium ponderatum per Gomeſ. in regu. de trienn. q.54.vbi reſpondet tribus modis dec.69.ſupra allegata, quia Aegid.ibi non intendit decidere, an ſit introducta vera lis, ſed an impetratio iuris noui poſt intimationem appellationis & illius deuolutionem ad curiam ſit ſurreptitia, & concludit talem impetrationem valere, & conformat ſe cū deciſ.25.de reſcript.in nouis.

Circa prædicta eſt aduertendum: quia procedunt,quando appellatum fuiſſet ad Pontificem: quia ſecus eſt, quādo appellatur ad metropolitanum, qui cauſam habet cognoſcere: quia tunc cum iudex datus reperiretur, ſtatim intimata appellatione dicitur lis verè introducta, vt ſcribitur p additio.ad Rot.25.de reſcript.in nou.quod ſi verum eſt,notabile videtur.

16 † Et circa prædicta an ante intimationem appellationis appellatus procedens dicatur attentare,& an ſufficiat appellationem ex cauſa probabili eſſe interpoſitam, & an veniāt reuocanda tantum attentata cotra appellationem, & quid in cathedralibus eccleſijs,omnia examinantur late per Decium in cap.bonæ. de appell. qui in quibuſdam Franchum reprobare conatur, & remiſſiue per additionem ad d. deciſ.
17 25.vbi ſubditur, † quòd cauſa appellationis nō deuoluitur niſi poſt intimationem eiuſdem,& alleg.deciſ.38. de appel. in no.& text.in clem.cauſam. de electio. quod intelligitur quoad præiudicium appellati,vt deciſ.6.& 18.de appellat.in no.& per Aegid.deciſ.22.de appell. & quoad effectum ſubrogationis non dicitur vera lis.

Et not.q̄ id quod dicimus,q̄ appellatione extraiudiciali pendente non reuocantur attentata, etiam ſi quis incontinenti obtuliſſet ſe cauſam probaturum, fallit ſi appellatio interpoſita ſit coram iudice habēte iuriſdictionem 2.ſi partes ante iudicem appellationis concorditer elegiſſent, vt p Manfred.conclu.110.& ex prædictis declara quæ ponit Bellonus conſi.86.colum.fin.

18 † Ex prædictis & aliis quæ conſiderari poſſent apparet eſſe differentiam inter appellationem iudicialem, & appellationem extraiudicialem, per quam non cenſetur inducta litis pendentia, nec attentata poſt ipſam ſunt nulla, ſed veniunt annullanda. Butr. Abb. & Franc.in cap.conſuluit.in cap.ſæpe.in cap.bonæ de appellat. item appellatio hæc non poterit per quemuis intimari prout iudicialis, ſed erit talis appellatio intimanda per procuratorem, vt per Rot. deciſ. 12.no.quòd vbi appellatur,de appella. in antiq. item appellans extra iudicium non poterit dare obiectus contra perſonam prouiſi,ſeu formam prouiſionis eiuſdem, niſi iuxta cap.vt circa.de electio.in 6. & diſtinctiones traditas per Rotam deciſ.267.ſi poſſeſſor.de appella.in nou. Thom.Faſtol. cauſ. 7. dieb.24. die veneris.Alias multas differentias ponit Abb.in cap. Romana. de appellat. in cap.dilecto.de excep. colum.penult.& alibi vt remiſſiuè per Veſtrium in practic. libro 3.in titu.de appella.extraiud.Caſſad deciſ.1.de appell. ex quibus non eſt prætermittendum, q̄ attētata poſt appellationem iudicialem omnia reuocentur etiā quæ non ſint directò contra appellationem, vt per Rot.deci.44.de appel. in no.Cap.deciſ 72.ſed in extraiudiciali ſolum reuocantur ea,quæ directò ſunt contra appellationem,vt per Franc. in c.1.in vlt.not.extra de appel.Maran.par.6.iudi.num 390. per Manfre.conclu.102.& ſi appellatio extraiudicialis formiter coram honeſtis perſonis non interponatur, non ligat Soc. conſi.45.viſa appellatione. lib.1. vbi in excommunicato q̄ in hac ſolum reuocantur,quæ ſunt contra appellationem, non quæ preter,& de perſonis non comprehenſis in appellatione,& ibidem in verſ.3.concludo,videtur requirere inhibitio. quod notandum eſt circa materiam appellantium coram honeſtis perſonis, ſed dic, q̄ non reuocantur ante omnia:vt quando poſt inhibitionem,ſed dato de grauamine,& nota eundem in verſi.4. quòd circa grauamina generalia talis appellatio non afficit. Item appellatio extraiudicialis ſufficit, q̄ interponatur ex veriſimile ſiue probabili cauſa,licet non probetur, quod non eſt in iudiciali. Itē differunt in nomine, vnde non venit extraiudicialis appellationis verbo & ſtatuto,niſi aliud id tradat. item ex oblatione exceptionis propoſitæ probari iuſtificatur appellatio iudicialis,non ſic in extraiudiciali. Item in extraiudiciali neceſſariò non requirantur apoſtoli, licèt ad bene eſſe ſic. Itē excommunicatio extra iudicium non appellat,& extraiudicialis poteſt eſſe incerta ſecundum aliquos, vt per Abba. Franc.Dec.& alios in c.bonę.de appella.vbi latius de materia.Item ſunt qui dicant, q̄ vt attentata poſt appellationem iudicialem reuocentur, requiritur.q̄ appellatio fuerit intimata iudici,& parti,aliàs ab eiſdem vt ignorantibus procedi poteſt,vt per But.& Imo.in c.ſi col.ſi.de app. vbi Frā.col. pen. Maran.d.par.6.nu.391. in appellatione verò extraiudiciali requiritur intimatio,vt per Fran.in c.bonæ. col.13.ver. 9.concluſio,Maran.vbi ſ̄.num.392.& 6.part.pag.191.& per Manfred.conclu.111. Lud.Gomeſ. de trienn.q.54.vbi etiam quando cauſa eſt deſerta,& dixi ſupra, quando diſputaui, quomodo inducatur litis pendentia.

SVMMARIVM.

1 *Multis modis attentata reuocantur, & quomodo hoc intelligatur, & quod remedium habeatur pro taii reuocatione, & multa alia diffuſe per totum cap.*

In qua-

Source : BIU Cujas

2 *In quacunq; par te iudicij poſſunt peti reuocari attentata.*
Querela eſt ius extraordinarium, quo de grauamine ad ſuperiorem recurrimus deficiente appellatione.
3 *Minima facti,& qualitatis diuerſitas conſtituit diuerſam ſpeciem,*

Attentata quomodo reuocentur. Cap. XI.

1 ATtentata deducuntur, & reuocantur variis modis, † nanque ſi attentatum fuerit lite pendẽte per tit.vt lite pendente, ſi pendente lite poſt appellationem ante definitiuam ſecuta inhibitione,vel poſt definitiuam inter decem dies ad appellãdum, vel poſt appellationem à definitiua etiam ante inhibitionem per cap.non ſolum.de appella.in 6.cum ſimil.quod verum eſt data ſcientia innouantis de appellatione, nanque ſi ab ignorantibus innouetur, non fit reuocatio per modum attentati,vt per Butrium & Imo.in cap.fin. colum.fi.vbi Franc.col.pen.verſi.quæritur,de appellat.Marant.par.6.iudic.pag.131.num.390.Manfred.concluſ 33.vbi dicit hoc verum in iudiciali, & extraiudiciali quoad certã perſonam:quomodo autem ad notitiam & ſcientiam partium & iudicis appellatio deduci poſſit ex notatis per Affli. in tract.de iure prothomiſ. & per Tiraq.in eodem tractatu, dum tractant,quomodo inducatur ſcientia,qua inducitur præſcriptio contra retractum, facit ad prædicta, quod ſcribit Aegid.Bellem.deciſ.102.ſi poſſeſſio.ad fi.quod remediũ edicti ne lite pendente concurrit cum edicto vt lite pendẽte, de alienat.iudicij mutandi cauſa facta,& de litigioſis, de quorum differentia Cyn.ne lite penden.l.1. & de ſex remediis circa materiam attentatorum vide pulchrè per Aegid. deciſio.749.licèt.vbi impetratio beneficij reſeruati quomodo dicatur actum lite pendente ſtante appellatione à collatione ordinarij.

Attentata quoque tractantur vnà cum negotio principali:nanque quandoque ita expediuntur, quandoque ante omnia penitus ſunt reuocanda,ita vt ſileat negotium principale.cap.non ſolùm.de appella.in 6.vt per Cardin.in c.bonæ.colum.3.verſic.nota ex textu, extra de appella. ſequitur Maranta d.6.part.iudic.pag.191.num.393.nanque ad reuocationem attentatorum duplici via agere poſſumus,vna videlicet directæ petitionis & ordinarij iudicii ſimul cum cã principali, quæ expectato euentu litis,& cauſæ principalis beneficio iniuſtitiæ poſſunt per ſententiam in cauſa principali reuocari, altera extra ordinẽ per officium iudicis mercenarium, quod implorantes magis properantes petimus attentata in primis,& ante omnia reuocari,& per hanc viã pendentia cauſæ attentatorum operatur effectum ſuſpenſiuum,vt interim ſileat cauſa principalis, vt diximus per dictum c.non ſolùm, & nõ ſolùm faceret ſilere cauſam principalem, verùm etiam cauſam nullitatis, ſi qua penderet, ita ꝙ prius prouidendum eſſet ſuper cauſa attentatorum, quam ſuper nullitate, vt per Afflict.deciſ.98.nu.4. Compatiunturq; ſe hę vię agendi ad reuocationem attentatorum: vt licet quis poſt attentationem cœperit ſimul cum cauſa principali via ordinaria agere, non prohibetur ad extraordinariam reuerti & iudicis officium implorare,vt attentata in primis, & ante omnia reuocentur:vt per Gemi.in c.non ſolùm.in princ.colum.2.num.8.verſi.quid ſi appellans,idq; etiam ſi eadem via vſque ad litis cõteſtationem proceſſum fuiſſet,licèt in hoc fuerint opiniones, quas Gemin.ibi verſ. in hac materia refert Franc.in cap.dilecti. colum.2. verſi.ſecundò quæritur.de appella.in quorum varietate Rota ſeruat: vt litis conteſtatio in iudicio ordinario facta non impediat, quin paſſus attentata poſſit reuerti ad viam extraordinariam implorando iudicis officium, vt in primis & ante omnia reuocentur attentata.Rot.185.ſi pars rea.de;appella.
2 in no. † quia in quacunque parte iudicij peti poſſunt reuocari attentata, dummodo ante concluſionem,vt hæc latiſſimè ſcribit Octauian.Veſtrius in prac.lib.8.pag.154.& ſeq. Item nota,ꝙ iniuſtitia non inculcatur cum attentato neq; contra, & cum conſequentia teneat, ſententia eſt iniuſta, ergo & attentatum.vide remiſſ. Manfred. concluſ.234. qui conſi.240.dicit, ꝙ nullitas eſt genus, attentatum verò ſpecies.Attentata poſt appellationis renunciationem reuocãtur in viam nullitatis attentatorum adeundo iudicem ordinarie agendo non priuilegio attentatorum. Alex.in c.ſolicitudinem.col.7.de appel. & appellatione deſerta reuocantur,non priuilegio attentatorum, ſed via nullitatis. Alexã. & Franc.in c.ſæpe.de appel.Manfred.conſil.196. qui ad hoc allcg.deciſ.1.Rot.no.concord.ita deciſ.130.eo.

Item deducuntur attentata in iudiciũ per modum querelæ,quod eſt in his caſibus,in quibus nõ admittitur appellatio: nanq; cum non recipiatur appellatio,volunt nõ eſſe locum attentatis officio iudicis, vel ſi emanaſſet inhibitio à qua dicunt non ligari manus iudicis:vt per Marant.par.6. iudic.num. 105. ſed quia iniquum erat in his caſibus de attentatis omnino non videri:quia hac ratione ius partis forſitan perire poſſet, introducitur ius querelæ qua per ſuperiorem ad quem reuocentur attentata, vt per Abb.in c.paſtoralis.col.4.verſic.tertius effectus,& verſ.in 3.q.vbi Franc. de appel.& ſequitur Marant.d.part.6.iudic.nu.105.pag.171. colum.3.querela autem nihil aliud eſt,quàm ius extraordinarium,quo de grauamine ad ſuperiorem recurrimus deficiente appellatione, vt per Abb.& Fel.in c.querelam.extra de iureiur.Alex.& alios in l.ſi ab arbitro. ff.qui ſatiſda.cog. Dec.conſi.125.colum.fin.& late proſequitur Marant.d.par. 6.de ord.iud.num.102.par.171.Alio quoq; modo reuocantur attentata in his caſibus, in quibus non recipiatur appellatio:nanque ſi in his appelletur,& iudex videat, quòd grauamen per iudicem à quo illatum fuit,poterit illud ex officio reuocare,corrigere, & emendare: quia licèt talis appellatio non operetur effectum ſuſpenſiuum quoad iudicem à quo, tamen ne ius tertii pereat,operatur: vt officio iudicis iniuſte innouata reuocari poſſint, vt per Abb.in d.cap. paſtoralis. verſic. in tertia quæſt. refert & ſequitur Maranta de ordin.iudic.part.6.num.106.per gloſ.in verb.oneramus, in clem.1.de iure patro.

Alio quoq; modo reuocantur attentata,hoc eſt quando iudex,ex officio ſuo mero, & puro non ad inſtantiam, ſiue reſpectum partis reuocat attentata penes ſe retinendo poſſeſſionem,vel penes tertium illam deponendo, quod variis in caſibus contingere poteſt, vt videre licet, vt in Rot.10.ſi lite pendente.vt lit.penden.in nou.alias 411.& Rot.2.de reſtitu.ſpolia.& 1.de appella.in nou. & in d.Rot.2.dicitur peti incidenter.

Ex his licèt attentata diuidi poſſent in varias ſpecies, præ-
3 ſertim quia apud nos † ex minima facti,& qualitatis diuerſitate conſtituitur diuerſa ſpecies.l.3.§.genera.ff.de acquirẽ. poſſeſ.l.j.ff.de prætor.ſtipulat.tamen mihi placet, quòd vna ſit conſtituenda ſpecies attentatorum,ſiue ante definitiuã, ſiue poſt innouetur, ſiue appellatum ſit in iudicio, ſiue extra iudicium,licèt modi agendi forſitan ſint diuerſi. Manfr. conclu.31.dicit, quòd pro reuocatione attentatorum competit officium iudicis priuilegiatum,quo ſine libello, licèt oblata aliquali petitione,ſine litis conteſta.petitur reuocari attentatum, aliud ordinarium appellationis medio per viam iniuſtitię,quo incidenter,& acceſſorie veniunt attentata, item per modum libelli ordinarie agendo coram ordinario per viam nullitatis, etiam ſeorſum ab appellatione petendo reuocari attentata, vt per Doct.in cap.ſæpe, in cap. dilecti. in cap. conſuluit. in cap.cum teneamur. de appella. vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Ius reuocandi attẽtata an ſit officium iudicis nobile, vel mercenarium, an verò ſit actio? & poſt multorum opiniones ibi per longam ſeriẽ recitatas diſtinguit vt ibi.num.3.*
2 *Officium, quo expeditur articulus attentatorum, quoad principale, & quò ad expenſas, cohæret cauſæ, & negotio principali, quo adhuc durat.*
4 *Iudex, ſi ſine cauſa, hoc officium parti denegaret impartiri, ei faceret iniuriam, & in ſindicatu parti teneretur ad intereſſe.*
5 *Remedium attentatorum an ſit iudicium poſſeſſorium, vel petitorium? & quod ſit poſſeſſorium ibi num.6.*
6 *Poſſeſſorium eſt pinguius, quàm remedium canonis reintegranda.*
7 *Reus ſpoliatur, in queſtione ſpoliationis mota (vt in caſu ibi propoſito) ſi impetret commiſſionem, vt non obſtantibus &c. procedatur ſuper petitorio, & poſſeſſorio ſimul, nihilominus poteſt prius poſſeſſorium expediri, ſi de eo prius conſtet.*
Iudex appellationis non poteſt procedere ſuper attentatis poſt appellationem ante diffinitiuam, limita vt ibi.
8 *Quis ſit iudex in cauſa & remedio attentatorum.*
9 *Commiſſa aliqua cauſa, ea omnia commiſſa videntur, ſine quibus cauſa ipſa expediri non poteſt.*
10 *Iudex appellationis non poteſt procedere ſuper attentatis, ſi ante diffinitivam appelletur ab aliquo grauamine, limita tamen, vt ibi.*
11 *Cauſa attentatorum committi poteſt etiam iudici, qui de cauſa principali non cognoſcit, quando per nouam commiſſionem proceditur, ratio ibi, & an tunc procedi poſſit ſuper attentatis vnà cum negotio principali? vt ibi.*
12 *Reuocatio attentatorum peti non poteſt coram alio iudice ordinario, ratione calumniarum, quæ contingere poſſent, & ratione ordinis.*
13 *Cauſa attentatorum ſi tractaretur coram diuerſis iudicibus, ille, cuius intereſt*

Source : BIU Cujas

intereſt, poteſt petere coram ſuperiore, vt eędem cauſæ in ſuo ſtatu remanerent, & vni committerentur ſimul, & ſemel decidendæ, ne continentia cauſæ diuidatur, & fiant plura regiſtra in diſpendium partium.

Ius reuocandi attentata quale ſit. Cap. XII.

1 NVnc videndum eſt † an ius reuocandi attentata ſit officium iudicis, an actio, & an officium iudicis nobile, an mercenariũ? Octauianus Veſtrius in pract. ſua in lib. 8. pag. mihi 154. dicit hæc verba, Ex his quæ ſupradiximus facile dignoſcere potuiſti, ꝙ ad reuocationem attẽtatorum duplici via agere poſſumus, vna videlicet directæ petitionis, & ordinarij iudicij, ſimul cum cauſa principali, qua expectato euentu cauſę principalis beneficio iniuſtitiæ poſſunt per ſentẽtiam in cauſa principali reuocari, altera extra ordinem per officium iudicis mercenarium eius officium implorantes, quo magis properantes petimus attentata in primis, & ante omnia reuocari &c. ex quibus verbis ſentit ꝙ primo modo agendi officio iudicis nobili, ſecundo verò officio iudicis mercenario cauſa expediatur.

Rot. 4. attentata lite pendente, aliàs 57. vt lit. pend. in nodicit. Attentata lite pendente, peti poſſunt reuocari, vſque ad concluſionem in cauſa excluſiuè quia in quacunq; parte litis talia ex officio & ante omnia ſunt reuocãda propter contemptum iudicis.

Rot. 2. fuit dubitatum. aliàs 14. de reſti. ſpol. dicit, ſecus verò quando iudex propter contemptum ſui iuris, & iuriſdictionis ſiue legis ex puro & mero officio ſuo pro voto illa reuocet, & prius dixerat non iure actionis, ſed ex officio iudicantis.

Rot. 1. nota ſi attentata, aliàs 474. de offic. iud. in antiq. dicit, quia ſuper huiuſmodi reuocatione attentatorum proceditur ex officio. Ius deducendi attentata quoq; conſideratur per modum exceptionis, vt ſi appellans attentet quid appellatus ad repellendum ab appellatione in hac cauſa & in diuerſa hoc excipiet, vt per Franc. in c. dilecti. nu. 9. & in c. an ſit. de appel. & Manfre. cõclu. 23. quod aliqualem declarationem expoſtulat. ſed omnis exceptio nititur in officio iudicis: quia in æquitate.

Aegidius Bellamera deciſ. 74. lata. dicit, & hoc verum in iudicio poſſeſſorij principaliter intentato ſed incidenter & indirectè per modum attentati ex priuilegio litis pendẽtiæ
2 vel appellationis legitimè præcedentis, ratio eſt: quia † officium quo expeditur articulus attentatorum quoad principale & quoad expenſas cohæret cauſæ & negotio principali, quod adhuc durat.

Quod ſit officium iudicis nobile, facit, quod pro reuocatione nullitatum officium iudicis nobile cõpetere dicunt, vt per Inno. in c. fi. circa fi. vbi alii extra de offi. iudi. Inno. in c. ſæpe. col. 3. de appel. Bar. in l. j. verſi. quæro quo iure, col. 4. C. quan. prouo. non eſt neceſſe. Bald. in l. tale pactum. §. qui prouocauit q. 12. extra de pact. Alex. conſil. 225. ponderatis. verſi. pro hoc etiam facit, col. 5. lib. 6. Vantius latè ſcribit in tract. de nullit. pag. 4.

3 Videtur ꝙ † ſit diſtinguẽdum, nempe ꝙ vbi agitur ad inſtantiam partis propter illius intereſſe ſit officium iudicis mercenarium, quando verò agitur propter cõtemptum iudicis ſit officium iudicis nobile.

Sed quicquid ſit, non videtur multum intereſſe; quia licet. iudicis officium nullam preſupponat obligationem, vt in l. qui per colluſionẽ. §. j. ff. de actio. emp. in l. quintus Mutius. ff. de ann. lega. tamen ex quo officium iſtud ex iure partibus competenti inſurgit tãquam auxilium legale, & proprium ipſorum litigatorum in iudicio actionis loco proponitur, quòd iudex illud impertiatur, & illi deſeruiat neceſ-
4 ſe eſt. Spec. de offi. iudi. §. poteſt. verſi. ſed quæ ius. & † ſi abſq; cauſa iudex hoc officium impartiri denegaret, parti faceret iniuriam, & in ſindicatu parti teneretur ad intereſſe: vt in materia officij iudicis nobilis competentis pro reuocatione nullitatum ſcribit Vant. in tracta. de nullit. in tit. quid ſit nullitas. num. 6.

5 Dubitariq; facile poteſt † vtrum remedium attentatorũ poſſeſſoriũ iudiciũ ſit, an petitoriũ? Aegid. Bellem. dec. 148.
6 dicit hæc verba † ſnĩa lata ſuper articulo attentatorum ſic cenſeẽ vim definitiuæ hẽre: quia in ea locũ non hẽt cle. appellanti. de appel. motiuũ principale eſt: quia articulus prædictus nõ differt à poſſeſſorio reintegrandæ, niſi quia ordo iudiciarius non requiritur hoc caſu, ex quibus verbis ſignificari vĩ, ꝙ remedium attentatorum ſit poſſeſſorium. Item notare licet, ꝙ eſt poſſeſſorium pinguius quàm remedium canonis reintegranda. 1. q. 1. vt per Fely. in c. dilecti. extra de maio. & obed. & per Caſſ. deciſ. 3. de reſti. ſpolia. Sed & idem ſentit Staphil. in titu. de commiſ. lit. iuſt. §. ſi pars innodata,
7 vbi &c. Aegid. dec. 506. dicit † quæſtione ſpoliationis beneficii mota incidenter per modum attentati, & lata vna ſententia ſuper attentatis, ſ. pro ſuſpẽſione petitorii, ſi reus ſpoliator impetret commiſſionem, vt præmiſſis non obſtantib. procedat ſuper petitorio, & poſſeſſorio ſimul, nihilominus poteſt prius poſſeſſorim expediri, ſi de eo prius conſtet: ratio enim, de qua ſupra, hæc eſt: quia talis commiſſio nõ tollit, ꝙ ſi de vno prius conſtet: de eo prius cognoſcatur, & tenent Aegid. & Staphil. ꝙ cauſa attentati ſit quid incidens, quod verum non erit, qñ principaliter per ſe cognoſcatur, vt deſerta cauſa appellationis, per libellum iure ordinario.

8 Cum verò quæritur † quis ſit iudex in cauſa & remedio attentatorum? Octauianus Veſtrius in ſua pract. lib. 8. pag. 154. dicit, ꝙ generaliter vbi attentatum fuiſſet, ſolet dari cõmiſſio ſuper reuocatione attẽtatorum, & regulariter committitur ei iudici, cuius maieſtas attentando læſa fuerit, & ſic iudici ipſius appellationis. c. ſolicitudinem. circa mediũ ibi, nam ad officium eius, extra de appel. tex. verò in d. c. ſolicitudinem. ſentit, ꝙ ad iudicem, cuius maieſtas læſa fuerit ſine alia commiſſione ſpectet cognitio attentatorum: quia
9 † facta commiſſione de aliqua cauſa omnia ea conceſſa videntur, ſine quibus talis cauſa expediri non poſſet, col. 2. ff. de iuriſdi. om. iudi. Vnde fit † ꝙ ſi ante diffinitiuam appelletur ab aliquo grauamine, iudex appellationis non põt procedere ſuper talibus attentatis, niſi id quod habeat in commiſſione, vel poſt ſuam inhibitionem fuerit attẽtatum, vel niſi pronunciatum fuiſſet bene appellatum. vide per Rot. 55. ſi appelletur. de appel. in no. ſed contra iudex primus, ſi cauſa ad eum reuoluatur, vel non abiuerit ab eo, de eiſdem cognoſcet, prouidendo circa attẽtata, & re attentata ab vna ex partibus, & ab vtraque, vt æquitas ſuadebit, & ex libro hoc notari poteſt.

Verùm cum per nouam commiſſionem proceditur, ni-
11 hil impedit † quin alij iudici, quàm ei, qui de cauſa principali cognoſcit, cauſa attẽtatorum committi poſſit: quia data potentia & voluntate actus purificetur, iuxta not. ꝑ Bar. in l. multum intereſt. C. ſi quis alteri. Sed etſi via ordinaria quis vellet id petere, forſitan & facere poteſt.

Sed an tunc procedi poſſit coram iudice cauſæ vnà cum negotio principali ſuper attentatis, an perinde habeatur, ac ſi iudex datus ſuper innouatis ſubrogatus eſſet quoad hoc? Videtur, ꝙ habeatur loco ſubrogati: vt negotium perinde tractandum ſit, ac ſi iudex primus procederet, vnde ad ſe non trahet negotium principale niſi per modum appellationis ad eum cauſa deuoluta fuerit, & hæc multomagis vera erũt, ſi iudex ſucceſſerit in locum prioris, vel per auo-
12 cationem eidem fuerit commiſſa. Hæc † quando vt ſupra: ſed an reuocatio attentatorum peti poſſit coram alio ordinario? Videtur ꝙ non, ratione calumniarum, quæ hic contingere poſſent, & ratione ordinis. Quòd ſi attentatum per modum nullitatis tractandum eſſet, quis ſit iudex in cauſa nullitatis, diffuſiſſimus eſt articulus, qui cum latiſſimè tractetur à Vantio in tract. de nullit. in tit. coram quo de nullit. proc. poſſ. à nobis breuitatis cauſa prætermittitur. Verũ
13 tamen eſt † ꝙ ſi coram diuerſis iudicibus cauſa tractaretur attentatorum, ille, cuius intereſt, poſſet coram iudice ſuperiori petere, vt eædem cauſæ in ſuo ſtatu remanerent, & vni committerentur ſimul, & ſemel decidendæ, ne continẽtia cauſæ diuidatur, & fiant plura regiſtra in diſpendium partium, quod bonus iudex debet præcauere, vt per Staphil. de commiſ. lit. iuſt. §. ſpoliatus. Hęc autem, quæ ſupra diximus. procedũt coram omnibus iudicibus, tam ordinarijs, quàm delegatis, tam ciuilibus, quàm criminalibus, arbitris, & arbitratoribus: quia ratio attentatorum coram omnibus his militat. & ex his ad materiam duelli conſiderari poſſent attentata, quia & in ea cadit litis cõteſtatio, vel quaſi iudiciũ.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo petatur cauſam attentatorum commtti debere.*
2 *Practica petendi reuocationem attentatorum.*
3 *Qui petunt cauſam attentatorum reuocari per modum attentati, perperam faciunt. ratio ibi.*
4 *Narrato attentato, per viam attentati non obtinetur ſuper ſpolio, ſed contra narrato ſpolio, & litis pendentia; quia qui ſpoliat, attentat.*
5 *Non omnia, quæ fiunt lite pendente, etiam per partes, dicuntur attentari.*
6 *Per clauſulam, appellatione non obſtante, vel appellatione remota, & huiuſmodi, quid inferatur? ibi remiſſiuè.*

7 *Quando*

Source : BIU Cujas

7 *Quando impetratur iudex super reuocatione attentatorum, non solùm in libello, sed etiam in rescripto habenda est mentio de attentatis.*

8 *Narrans factum super reuocatione, ex his, quæ in fraudem, non super attentatis, non obtinet, non obstantibus clausulis illis salutaribus.*

9 *Commissio, quæ solet impetrari, vt causæ simul, & semel, non tollit quin possit iudicari vna earum, si de ea prius constat.*

10 *Iudex attentatorum, est iudex à quo, & iudex ad quem est iudex ordinarius. vt ibi.*

11 *Practica, quando appellans vexatur ab appellato, vel à iudice. Signatura ad fauorem reorum.*

12 *Commissio super attentatis intelligitur de præterito, & de futuro.*

13 *Diuersitas inter iudicem causæ, & alium, cui committatur reuocatio attentatorum.*

Signatio quomodo fiat, quando agitur de nullitate contra rem iudicatam.

14 *Nullitas per modum actionis non impedit rei iudicatæ legitimæ executionem, etiam si incontirenti probetur, licèt secus per exceptionem.*

15 *Petitio qualis qualis requiritur circa attentata, & libellus concipitur, vt narrato facto innouatum putatur reuocari.*

De commissione causæ super attentatis, & iudice causæ attentatorum. Cap. XIII.

1 QVando petimus committi causam attentatorum, solemus petere, q̃ † in primis, & ante omnia attentata reuocẽtur; sed moris est signatorum verba illa in primis, & ante omnia delere; quoniam, plurima sunt attentata, quæ non veniunt in primis, & ante omnia reuocanda, sed postquam is, qui petit attẽtata reuocari, in causa obtinuit, vt in attentatis pendente causa nullitatis scribitur per Franc. in c. dilecto. col. 12. versi. ex quibus omnibus. de appel. & in alijs casibus, qui ex tractatu nostro cognosci possunt, & forsitan si talia verba non delerentur, si signetur, vt petitur, & in primis, & ante omnia prout de iure, vtique perperam ageret talis supplicator, cum non ante
2 omnia essent reuocãda. Vnde bona est practica † petere sim pliciter reuocari attentata; quia hoc modo venient reuocãda ante omnia; si sit de iure, vel in fine litis, vel principaliter
3 via ordinaria, ideo † perperam faciunt illi, qui petunt causam attentatorum reuocari per modum attentati; quia si eueniat, quòd non per modum attentati, sed per viam iniustitiæ finita lite sint reuocanda, vtiq; non bene agitur, quod & Vestrius animaduertit lib. 8. pag. mihi 154. Sed forsitan instari posset, q̃ declaretur, quod remediũ proponatur: quia incerta videtur supplicatio, sed narrato facto mihi non placet: quia inde ad officium iudicis pertinet eligere actionem sibi competentem, vt scribitur in c. licèt. Heli de simo. & in
7 l. edita. de edendo, cum simi. Sed † narrato attentato per viã attentati non obtinetur super spolio, sed cõtra narrato spolio & litis pendentia; quia qui spoliat attentat data litis pẽdentia, & in reliquis terminis habilibus.

Item stante tali petitione vt constito de re iud. mandaretur eidem auditori, taxari fructus & expensas. Item q̃ procederetur super attentatis lite pendente, & q̃ inhiberetur tam parti contrariæ, quam etiam iudicibus & colonis, ne aliqd innouarent lite pendente, & in pede commissionis erat additum ad illa verba, de non innouando, videlicet in præiu-
5 dicium dictæ litis, quæ clausula ideo apponitur; quia † non omnia, quæ fiunt lite pendente, etiam per ipsas partes dicũtur attentari. Signatura autem dictæ commissionis erat, placet prout de iure, de qua se miratum Io. Staphil. dicit in tit. de commis. tit. iustit. §. citatio personalis, num. 36. pag. mihi 133. quia omnia petita in dicta commissione sunt iuridica, & procedunt de iure, & subdit, quòd forsitan propterea id ibi dictum est: quia petitum fuit inhiberi colonis, qui non sunt de collitigantibus, & de iure non est inhibendum nisi collitigantibus, iuxta not. in l. creditor. §. mandatorem. ff. mand. in cap. Romana. §. in alium. de appell. lib. 6. in quibus locis habetur, quòd pendente appellatione omnia debent esse in eodem statu, quantum ad collitigantes, non quantũ ad extraneos. licèt aliqui dicant inhibendum esse etiam illis, qui liti possunt præiudicare, vt sentit decis. Rot. 58. nota q̃ vbi auditor. in antiq. quibus respectibus Staphil. vbi supra putat talem signaturam forsitan esse factam; quia isto modo signatur, quando omnia petita non sunt concessibilia, vel quando est dubium de iure, vt per Staphil. vbi supra. Per
6 † clausulam, appellatione non obstante, siue appellatione remota, & huiusmodi, quid inferatur, dixi alias, vt qualibet contradictione non obstante. & vide Manfred. conclu. 211. Habetur regula Cancellariæ, quod non debet iudicari secũdum supplicationem literis non expeditis in supplicatione dicitur, quòd ante terminum ad articulandum literæ expedientur. vnde vt derogetur regulæ supradictæ, rescribitur, fiat, dummodo litigiosum beneficium non cẽseatur etiam quoad regulam de subrogandis, quid operantur hæc verbaĩ Cettè multos effectus. primum: quia possessor conuentus non obstante lite sibi mota vigore dictæ commissionis interim possessionem beneficii liberè in alium transferre poterit, nec reuocabitur per viam attentati; quia tunc cessat vitium litigiosi ratione dictæ clausulæ, quod aliàs si non apponeretur dicta clausula induceretur: nanque & resignario lite pendente videtur prohiberi, iuxta not. in decis. 3. vt lite penden. in nou. vt hæc latius deducit Ludouic. Gomes. in regu. cancellar. in compendio vtriusque signaturę fol. mihi 111. à tergo, & ibi declarat, q̃ hoc est verum quoad reum; quia quoad actorem post decretam citationem inducitur litis pendentia ad effectum, vt locum habeat regula de subrogandis, item per eundem actorem impetrari non poterũt noua priuilegia non facta mentione de prædicta lite, item quia dictus actor non poterit cedere ius suum ante termi-
7 num ad articulandum: vt per Gomes. vbi supra. Et † non solum in libello; sed etiam in rescripto habenda est mẽtio de attentatis, quando impetratur iudex super eo non reuocatione. Fely. iu c. ex tenore. colum. 1. extra de rescriptis. Man-
8 fred. conclus. 32. vnde dicebam, quòd † qui narrauit factum super reuocatione ex his quæ in fraudem, & non super attẽtatis, non poterat ex his obtinere nõ obstantibus illis clausulis salutaribus: vt in eo contigit, qui turbat, & petebat se confirmare contra intrusum lite pendente non dixerat de attentatis.

Conceditur commissio quoq; quod simul & semel cogaoscatur, & iudicetur de nullitate sentẽtiæ innouatis, siue attentatis, & negotio principali, ne continentia causæ diuidatur, & fiant plura registra in damnum partium ligãtium, & consueuit addi in tali commissione, coniunctim, vel diuisim, prout præfato iudici videbitur, quod fit ea ratione: quia forte posset expedire partibus, vt non omnes causæ simul, & semel definirentur, vt cap. 2. extra de cau. poss. & proprie. vt de his latè per Staphil. in titu. de commiss. lit. iusti. §.
9 spoliatus. col. fi. nota tamen † quòd commissio, quòd simul & semel, si de vna prius constet, non tollit quid de ea possit iudicari, vt in casu, in quo commissio fuerat impetrata super nullitate censurarum, & per aliam partem quòd procedatur simul & semel super prætensa nullitate, & confirmatione, vel infirmatione sententiæ: vt per Staphil. in d. tit. §. si
10 pars innodata. & §. quando hæres. Iudex † attentatorum est iudex à quo, si ipse velit reuocare sine præiudicio appellationis; quia hoc ei licet, iudex ad quẽ est iudex ordinarius, quando causa hæc ordinarie agitur. & iudex nullitatis quãdo de nullitate cognoscitur seorsum, ab appellatione, horum partem Fran. in cap. dilecto. de appel. partem Alexan. consil. 2. lib. 2. Manfred. conclu. 8. & partem ex alibi per nos
11 dictis probantur: & practica est † quòd si appellans vexatur ab appellato, vel iudice: vt quia pignoratur, mulctatur, & id genus, is compareat coram iudice appellationis, & narrato facto petat omnia attentata reuocari, & in pristinum reduci, & solet dari commissio iudici appellationis, quòd reuocet attentata, prout de iure; quia non omnia attentata veniunt reuocanda, vt de his per Manfre. conclu. 76. & quando peti possit reuocatio attentatorum coram iudice à quo, & quomodo practicetur, tetigi infra in ampl. & nota signaturam ad fauorem reorum, vt præfixò breui termino ad docendum de attentatis, in meritis procedatur; quia non itur per tres conformes. Cassad. decis. 4. de dilat. Vestr. in titu. de attent. Manfred. conclu. 79.

12 Nota † quòd licet commissio super attẽtatis videatur super attentatis de peæterito; tamen veniunt & postea attentanda: quia solet dici, attentata quæcunque reuocanda arg. not. in clemen. 1. de senten. excommunicat. & iudex ex officio sine alia commissione id facere potest: vt capit. non solùm. de appellatio. in sexto commissio talis non fiat alii iu-
13 dici; quia tunc solùm præterita † quia fiat diuersitas inter iudicem causæ & alium cui talium attentatorum reuocatio committatur, vt est diuersitas; quia per appellationem agra uamine coram iudice causæ non impeditur causa attentatorum coram alio, siue bene, siue male sit processum, & secus est coram iudice causæ; quia eius iurisdictio suspẽditur quoad omnia, idemque procedet multiplicatis attentatis coram illo alio, qui occasione attentatorum consequitur eam iurisdictionem, & v. de Bero. q. 220. vbi dicit, quòd cõmissa causa attentatorũ in prẽteritum intelligitur, & Manfred. concl. 34. dicit, quòd veniunt incidenter ex officio iudicis post attentata.

Præterea si agatur de nullitate contra rem iudicatam cũ

potestate

Source : BIU Cujas

poteſtate inhibendi, cautum eſt, ſignari ſine præiudicio rei iudicatæ, vel ſi eſt executum ſine præiudicio legitimę executionis, quippe cum nihilominus executio facta contra talē inhibitionem non operetur reuocationem attentatorum;
14 quia † nullitas per modum actionis non impedit rei iudicatæ legitimæ executionem, etiam ſi incontinenti probetur, licèt per exceptionem ſecus, iuxta not. per Rot. 2. licèt. de except. aliàs 280. & per Staphil. de lit. iuſti. §. in primis. poſtea obtineat attentata reuocari poterunt, vt per Veſtr. in tit. de nullit. lib. 8. ſed ſuper hoc forſitan expectabitur res iudicata.
15 † Qualis qualis petitio ſupra hæc attentata requiritur: vt p Manfred. conclu. 35. & libellus concipitur, vt narrato facto innouatum petatur reuocari iudicis officio: vt per Dec. in c. conſuluit. Doct. in c. dilectus. de appel. Manfre. concl. 39.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo procedatur circa expeditionem attentatorum, vide ibi latè.*
2 *Attentata petuntur reuocari incidenter, & nullo iuris ordine ſeruato.*
3 *Cauſa attentatorum expeditur ante negotium principale.*
4 *In cauſa attentatorum non requiritur obſeruatio terminorum.*
5 *Sufficit auditori fieri fidem de appellatione, & extare attentatum, quo facto, immediatè poteſt reuocare attentata alijs terminis non ſeruatis.*
6 *Dilatio datur ad arbitrium in cauſa attentatorum.*
7 *Cum proceſſus attentatorum ſit ſummarius, dici poteſt, quòd in eo non requiratur publicatio proceſſus, non concluſio, non dabitur repulſa, & quòd priuilegia conceſſa in clemen. ſæpe, de verbo. ſignif. videantur huic cauſæ conceſſa.*
8 *Attentatum ſi fuerit, etiam poſt concluſionem in cauſa poterit inſtari pro reuocatione attentatorum, & ſuperſedebitur in negotio principali. Idem poſt ſententiam. vt ibi.*
9 *Sententiæ in notulis deſcriptæ in curia Rom. debēt aperiri iuxta x. dies, aliàs reſoluuntur.*
10 *Cognitio ſummaria in fauorem attentatorum eſt priuilegiata in fauorem illius, contra quem fuerit attentatum, & ideo ſi ille in prima dilatione non probauerit incumbentia, poterit petere ſecundam, & tertiam, & ex cauſa quartam. & vt ibi.*
11 *Legitimatio perſonarum requiritur in quolibet iudicio, etiam maximè ſummario.*
12 *Legitimatus in negotio principali, dicitur habere legitimam perſonam, etiam quò ad incidentia.*
13 *In proceſſu attentatorum, licèt ſummario, pars eſt citanda, toties quoties, ratio ibi, & omnium productorum danda copia parti, cum termino ad opponendum. vt ibi.*
14 *Iudex quomodo procedat circa reuocationem attentatorum, ſtante reſcripto auocatorio, vel commiſſorio. ut ibi.*
In quacunque parte iudicij attentata poſſunt peti reuocari, & quomodo hoc intelligitur. num. 15.
16 *Ad reuocationem attentatorum duplici uia principaliter proceditur, ordinaria, & extraordinaria, vt ibi latè.*
17 *In utraq; uia procedendi ad reuocationem attentatorum requiritur litem pendere, & attentatum eſſe, poſt litis pendentiam. & hæc ſufficiunt, licèt inſtans pro reuocatione non probauerit ſe poſſediſſe. ratio ibi. limita tamen ut in num. 21.*
18 *Diuerſitas, quando res tractatur in iudicio ordinario, & quando in ſummario.*
19 *Utilitas, quæ poteſt cauſari, quando attentata ante omnia reuocantur.*
20 *Cauſa attentatorum neceſſariò tractatur cum negotio principali in omnibus caſibus, in quibus conſtat attentata ante omnia non eſſe reuocanda.*
21 *Sententia quomodo ſit ferenda, appellatio quomodo interponenda, & executio quomodo facienda.*

De proceſſu in cauſa attentatorum. Cap. XIIII.

1 NVnc videnda ſunt aliqua de proceſſu circa attentata Rot. 2. vtrum poſtquam, de appellat. per Biſig. dicit, quòd † attentata lite pendente expediū tur officio iudicis, & quòd in tali cauſa proceditur ſine libello, lite non conteſtata, & iuris ordine non ſeruato, per glo. in clemen. 2. vt lite pendē. in princip. idem ſcribit Veſtrius lib. 8. in tit. vt lit. pend. Manfred. conclu. 4. & hoc procedit, quando ad reuocationem attentatorum proceditur ex officio iudicis; vt ante omnia talia attētata reuocentur per viam extraordinariam; hoc. n. caſu procedit lite non conteſtata, & non ſeruata aliqua terminorum obſeruātia, ſiue in prophanis, ſiue in ſpiritualibus cauſis: vt per Ro.
2 14. fuit dubitatum. de reſt. ſpol. in no. vbi plus dicit Rota † q attentata petuntur reuocari incidēter, & nullo iuris ordine ſeruato quinimmo iudex ex mero puroq; officio illa in priſtinum ſtatum reuocabit non vt iure actionis, ſed ex officio ſuo mero puroq; id facere poteſt, q maieſtas dignitatis ſuæ fuerit offenſa. idem ſentit Rota 1. de offi. iud. in antiq. vbi il-
3 la Rota aſſerit cauſam † attentatorū expediri ante negotiū principale, & putat ſnīam illam ſuper attentatis eſſe interlocutoriam. idem ponit Rot. 13. not. q ſi conſtat. aliàs 348. de reſt. ſpo. in antiq. dicens proceſſum attentatorum eſſe ſummarium, & de plano attentata reuocari. Manfre. concl. 199.
4 qua ratione † in cauſa attentatorum non requiritur obſeruatio terminorum: vt per Rot. 78. ſciendum eſt, aliàs 765. de
5 appel. in antiq. & ibi Rota dicit, q † ſufficit auditori fieri fidem legitimam de appellatione, & extare attentata, quo facto immediatè pōt reuocare attentata alijs terminis nō ſeruatis, & ſequitur eandem Rotam Caſſ. deciſ. 4. de dila. Manfred. concluſ. 77. & † dilationem ad arbitrium dari in cauſa attentatorum. Afflic. deciſ. 351. Manfre. conclu. 78. & in cauſa attentatorum procedi vt in cā nullitatis, additio ad Rot. 3. col. pen. pe reſcrip. in no. in qua dicit, diſtingui, aut agitur
7 principaliter, aut incidenter, & † cum adeo ſit ſummarius proceſſus attentatorū, dici pōt q non requiretur publicatio proceſſus, non concluſio, non dabitur repulſa, de qua aliàs dicemus, & in effectu q priuilegia conceſſa clemē. ſæpe. de verb. ſig. videantur huic cauſæ cōceſſa, vnde forſitan inferri poteſt q etiam tempore feriarū procedi poterat, quod maxime procedit, ēt ſi tali tempore fuerit attentatum: vt in ſimili dicitur, q licet ante omnia ſint reuocanda attentata, & interim ſuperſedeatur in negotio principali, & id procedat
8 ante concluſum in cauſa † tamen ſi poſt cōcluſum in cauſa fuerit attentatum etiam poſtea poterit inſtari, pro reuocatione attentatorum, & ſuperſedebitur in negotio principali: vt per Veſtrium in loco ſupra allegato, & per Vitalem in clauſula nil nouari, col. 6. qua ratione dicebam, q ſi poſt ſententiam prout in notula aliquid attentetur, inſtari poterit, pro reuocatione attentatorum, quod facile contingere poteſt; quia ego vidi ſententias prout in notula retinere ante aperturam pluſquam per annum etiam in cauſa appellationis. in quo dubito, q ſi incuria & negligentia appellantis cauſa non expediatur, ne ſit cauſa deſerta; quia per obliquum aliàs concederetur, quod directo non permittitur.
9 Licèt † in Romana Curia intra decem dies ſint aperiende, aliàs reſoluuntur, cur? Item cum ex prædictis concludamus, proceſſum hunc ſummarium & de plano, & forſan ſola veritate inſpecta, priuilegia quæ de iure coram vno vel ſtatuto, vel conſuetudine talibus proceſſibus tribuuntur, huic proceſſui quadrabunt.
10 Hæc autem † ſummaria cognitio in fauorem attentatorum eſt priuilegiata in fauorem illius, cui fuerit attētatum, & ideo ſi is, contra quem fuerit attētatum in prima dilatione, non probauerit incumbentia, poterit petere ſecundam & tertiam, & ex cauſa quartam, & vbi ius cōmune adamuſſim ſeruatur, vnam ad arbitrium, vel plures, vt placuerit iudici, iuxta l. j. C. de dilationib. quinimmo dicebam quādoque, q ex noua inſtātia ſuper attentatis, ſi iudici videretur, eſſet id concedendum. vnde dicebam in materia noſtra, q ſtante Peruſiæ conſuetudine, quòd attētata ante omnia reuocentur deinde aſſignetur terminus ad probandum in ſpecie, ſi ille terminus fuerit elapſus, adhuc poterit inſtari & probari ſine termino, vel per ſcripturas, & ſi id factum fuerit, antequam fuerit citatus aduerſarius ad ſentētiam ſuper reuocatione in ſpecie ſufficit, plurimum tamen circa hoc poſſet arbitrium iudicis: quia cum multa contingere poſſint, ex quorum cauſis diuerſa ſint obſeruanda, hæc erunt magis arbitraria, iuxta not. in l. 1. ff. de iure deliber. Vantius præſertim procedendo in cauſis appellationum.
Non eſt tamen adeo ſummarius iſte proceſſus, quin re-
11 quiratur legitimatio perſonarum: quia † in quolibet iudicio requiritur legitimatio perſonarum, etiā maximè ſummario, vt in l. fina. C. de edict. diui Adria. tollen. & ſcribitur per Iaſ. in l. 2. C. de edicto diui Adria. & ideo ſeruus non poteſt interuenire in hoc iudicio: vt per Manfred. conclu. 226. & in hoc nota, q in ſummario proceſſu poteſt contingere iſte ſummarius proceſſus ſuper attentatis, vt exempli gratia in d. l. fi. C. de edict. D. Adr. quia poſſunt multa attentari. Plane ſi multa eſſent attentata, hinc inde ſingula eſſent reuocanda ab vltimo incipiendo, iuxta not. in c. fin. de ord. cog. quia cauſa attentatorum facit litis pendentiam, de quo puto me aliàs dixiſſe.
12 Verùm † ſi in negotio principali quis eſſet legitimatus, q legitima perſona etiam ad hæc incidentia diceretur habere legitimam perſonam, argumen. not. in l. 2. ff. de iuriſdictio. omn. iudic. Item † non eſt adeo ſummarius, quòd pars non ſit citanda, toties quoties aliàs eſſet citanda: quia citatio reſpicit ad cauſæ deciſionem. l. in cauſæ. §. *in cauſæ*. ff. de

minori.

Source : BIU Cujas

minori. item omnium productorum est facienda copia parti, aliàs non dicitur quid productum, nisi facta copia cum termino ad opponendum contra, vt per Barto. in extrauag. ad reprim. in ver. de plano, & per Ripam de iure gent. respo. 1. colum. fina.

14 Ex his dicebam † ꝙ stante rescripto auocatorio causæ, vel commissione causæ appellationis, vel reassumptionis causarum iudex prius cognoscit de veritate, & surreptione rescripti: inde de deuolutione sine causa appellationis, & cum cognouerit se iudicem competentem, id pronuntiat, & post cognoscit de reuocatione attentatorum, arg. no. per additionē ad Rot. 3. aliàs 11. de appel. in no.

Non est etiam adeo summarius iste processus, ut ea quæ concernunt causæ veritatem sint sublata, & ideo super iisdē, vel directò contrarijs examen non dabitur, nisi iuxta not. in ca. fraternitatis, de testibus, item si in appellationibus non fuerint seruata requisita, continget desertio, vt in c. ab eo. in c. vt sup. de appel. in 6.

Notandum est, ꝙ si de causa attentatorum cognosci cœptum est cum negotio principali, non potest rediri ad extraordinariam viam: ut ante omnia fiat reuocatio, secundum Dec. in l. j. C. de bon. poss. sec. tab. sed in hoc ꝫ scribit Gemin. in cap. non solum. in prin. de appel. in 6. & Franc. in c. dilecti. colum. secunda de appellat. videlicet, quòd in quacunque parte iudicij peti possunt reuocari attentata, ita ut siue prius via ordinaria, siue extraordinaria cœptum sit, de una ad aliā rediri possit, quod cum non sit astrictum ad unam magis quàm plures vices forsitan ad plures trahi posset, nec remedium hoc extraordinarium cessat propter ordinarium; quia est pinguius, vt per Rot. 62. si lata. de app. in no.

15 Hæc vera sunt, & procedunt † quando agitur extra ordinem, ut ante omnia reuocentur attentata, secus vero est, si vnà cum negotio principali tractentur attentata, & de eorū
16 reuocatione agitur, namque † ad reuocationem attentatorum duplici via principaliter procedimus ordinaria, & directæ petitionis simul cum causa principali, ut expectetur finis litis, & à quibusdam idem modus dicitur per uiam iniustitiæ, vt per Vestrium in pract. lib. 8. in titu. vt lite penden. sub quo uenit & ille modus: ut etiam causa deserta sit facienda reuocatio attentatorum iuxta not. per Rot. 1. de appellat. in no. & nos aliàs scripsimus, qua ratione requiretur libellus, & cum processu principali poterit aptari, & ordinari, & cumulari, & circa terminos, & circa probatoria, hanc vel illam causam suspendendo, quousque simul decidi possint ad arbitriū iudicis, iuxta l. 1. C. de iure deliberandi, & ideo hoc casu libellus erit certus & clarus, parte opponente. Dec. in c. consuluit, col. 3. de appel.

Altera uia est, de qua supra locuti sumus, qua procedimus extra ordinem, iudicii ordine non obseruato, per officium iudicis mercenarium, quo magis properātes petimus, ante omnia attentata reuocari, & per hanc viam resultare effectus suspensiuus: vt interim taceatur in negotio principali, vt in d. c. non solum, de appel. in 6. & id non solum in negotio principali, sed in causa nullitatis, si ea penderet, scribit Aflic. decis. 98. num. 4. & hic sufficit simpliciter sine distinctione petere attentata reuocari, & ita intelligantur opin. Doct. de quibus in d. cap. consuluit, & ibi aduerte ad id, quod dicit Decius, quòd attentata vt ante omnia reuocentur, debet peti ante processum ad anteriora: quia aliàs hoc probauimus & diximus, quòd quandocunque peti possunt reuocari. nota quoque quòd Decius ibidem uidetur requirere, quòd in appellatione iudiciali dicatur attentatum, post appellationem in extraiudiciali contra appellationem, & distinguendum, vtrum per iudicem, an per partem, quod ego probarem in iudicio ordinario, non extraordinario: quia per partē attentata, ac facto definito sunt reuocanda, ut per Docto. ad cap. consuluit.

17 In vtraque tamen requiritur eadem probatio † hoc est litem pendere, & innouatum post litem pendentem, vt per Io. monachum in c. cupientes. in gl. magna, de elect. in 6. Bal. in l. appellatione. colum 2. versi. q. vtrum attentata. C. de appell. vbi Salyc. col. 3. nu. 7. versi. q. vtrum attentata. ita ut hæc sufficiant etiam, ꝙ instans pro reuocatione attentatorum non probauerit, vel non probet se possediſſe; quia tale innouatuꝫ sibi præiudicare potest, quinimmo etiaꝫ innouatum per partem, cum tertio potest instari vt reuocetur, ut per Rot. 3. nu. 4. versi. vtrum innouata, de app. in no. Vestrius in pract. lib. 8. in tit. de lite penden.

Commune quoque est vtrique causæ, vt partis citatio requiratur in reuocatione attentatorum, vt supra diximus, vt per Dec. consi. 20. & per Marant. sexta par. de ord. iudic. num. 392. & propterea dicuntur attentata reuocari causa cognita, vt per Manfred. conclusio. 59.

18 Diuersitas in reliquis est † quia vnum ordinarie tractatur, in quo iudicio ordinario, requiritur libellus, litis contestatio, dilatio, & cæteræ solemnitates, de quibus in locis ordinariis; in hoc autem summario proceditur breuiori manu & quasi manu regia.

19 Illud quoque est valde considerabile; quia † reuocatio vbi fit, ante omnia suspendit negocium principale, vnde multa oriri possunt in practica commoda, & præsertim, quia si in negotio principali is contra quem esset attentatum reportaret sententiam contra, parum sibi prodesset, attentata reuocari, nisi ratione diuersitatis iudiciorum vel pœnæ, & cautela esset tunc, ꝙ suspenderetur negocium principale per propositionem: ut ante omnia in causa attentatorum procedatur, qđ fieri potest: ut diximus, quia in quacunque parte iudicij, & in causa appellationis termini rediguntur, ut sint perinde, ac si tempore litis contestatæ, iuxta no. in l. cum apud. ff. iudic. solui. quod sæpius fieri posse, de vna ad aliam redeundo, quidam senserunt. Et hæc multum vtilia sunt quoad attentata circa possessionem, & fructus, & expensas, & ad accommodā dum processum circa tempora, & qualitates.

20 Necessariò autem vrgemur † tractare causam attentatorū cum negocio principali in iis omnibus casibus, in quibus cō stat attentata ante omnia non esse reuocanda, vt per In. in c. constitutus, de filiis presby. in c. significasti. de diuort. Rot. 14. fuit dubitatum, de rest. spol. in no. & 55. vt lite pend. in nou. & per Vestrium in d. pract. pag. 155. casus autem istos prosequemur infra.

Licèt autem, vt diximus, agenti ad reuocationem sint duo probanda, innouatum, & lite pendente licet non possessionē suam, ut per Bisign. Rot. 2. de appel. † tamen si ille qui præ-
21 tenditur attentasse de iure præsumeretur in attentato præterso extitisse ideſt possediſſe, vel iste contenderet se in eo esse & possediſſe tempore litis inchoatæ, vlterius ab instanti pro reuocatione attentatorum hoc esset probādum, quòd scilicet, ipse instans possidebat, vel aduersarius non possidebat, si aderat præsumptio vel causa ueriſimilis, ꝙ ita esset, vt per Inn. in ca. bonæ. de appellat. & est ratio; quia talis non dicitur innouare, sed ius suum continuare, vt per Rot. 3. nume. 4. versicu. vtrum innouata, de appell. in no. Vestr. in pract. lib. 8. in titu. vt lite penden.

Quomodo autem sit ferenda sententia, videlicet in scriptis, an sola uoce rogato notario, dependet ab illa quæstione, an hæc sententia sit definitiua, vel habens uim definitiuæ, an interlocutoria: postremo enim hoc casu sufficit, ꝙ sine scriptis, at in illis aliter est obseruandum, vt per Doct. in l. j. C. de senten. ex breuic. recita. appellatio quoque moderanda, concipienda, & iustificāda est ex ea, an sit definitiua, vel quasi, an interlocutoria: executio verò est plenarie facienda, priusquā aggrediamur negocium principale, quæ aliàs tractaui conuenientibus suis locis.

SVMMARIVM.

1 *Petens reuocationem attentatorum, & sic actor, quid teneatur probare, & quid reus. ibi diffusè vsque per nu. 10.*
2 *In iudicio possessorio requiritur spolium.*
3 *Quod iuste fit, pœnam non meretur.*
4 *Attentatum, siue spoliatio, an probetur per instrumentum? ibi remiss.*
5 *In materia attentatorum an sit necesse probare plenè, vel semiplenè? ibi remiss.*
6 *Ad obtinendum circa attentata non sufficit probare innouatum per procuratorem generalem, sed requiritur mandatum specialissimum. ibi remiss. vel ratificatio tacita, vel expressa.*
7 *Tutor, vel curator, vel procurator, si in lite sua attentauerit, videtur facienda reuocatio quia post litem contestatam videntur effecti domini litis.*
8 *Si tertius attentauit, quomodo fiat locus remedio attentatorum, ibi remiss.*
9 *Si constat attentatum, sed ignoratur per quem, iudex ex officio poterit reuocare.*
11 *In materia spolij, & attentati, vide remiss.*
12 *Receptio testium, etiam non affuturorum, super articulis expresse, non admissis, valet in materia attentatorum, & in quacunque causa beneficiali, quod intellige vt ibi.*
13 *Declaratio dubij intellectus super illa uerba, super capitulis expressè non admißis.*
14 *Leuiores probationes videntur sufficere in materia attentatorum, cum sit summaria.*
15 *Quid probandum sit, stante appellatione à diffinitiua, & quid in causa appellationis à grauamine: limita tamen vt ibi.*
16 *Multa, quæ reo proderunt, si probata fuerint.*

Source : BIU Cujas

Quid probandum circa attentata. Cap. XIX.

IN materia attentatorum † quid ſit probandum, pro parte petentis reuocari attentata, videtur quòd actor teneatur ad probandum litis pendentiam, & innouationem: vt ſcribit Ioan. Mona. in cap. cupientes. in glo. magna. de elect. lib. 6. Bald. in l. appellatione. colum. 2. verſi. quæro vtruꝫ attentata. C. de appellat. & ſcribitur per Veſtrium in pract. pag. mihi 156. quia in reuocatione attentatorum non quæritur, an quis poſſideat, ſed attenditur ſolum ſtatus primus, 2 in quo erat pars, antequam attentaretur, licèt † in iudicio poſſeſſorio requiratur, quòd quis fuerit ſpoliatus, vt ſentit Rot. 1. primus in data, de reſtit. ſpol. in antiquioribus, ſed & ſufficit probare poſſeſſionem, ſiue ſimplicem ſtatum tempore appellationis interpoſitæ, vt per Franc. in cap. bonæ nu. 14. de appellat. Nicel. in concord. glo. 6. nume. 112. Manfred. conclu. 41. & ſic tempore litis inchoatæ ſufficit probare poſſeſſionem, licèt non probetur tempore attentati, & ita poſt innouationem. Caſſad. deciſ. 3. de reſtit. ſpol. Manfred. concl. 43. niſi fortaſſe detur caſus, in quo lis ſit adeo antiqua, & quę habeat multa capita, vt iuſte ſit immutatus talis ſtatus conſideratus tempore litis inchoatæ; quia † quod iuſte fit, pœ- 3 nam non meretur. Manfred. conclu. 6. dicit, quòd ſufficit probare appellationem, & innouatum. Quod non requiratur probari ſpolium. Manfred. conclu. 24. quando autem ſit probanda cauſa appellationis. Rot. 38. de appellat. in no. & Rot. 58. ſi appelletur, eod. titu. in no. item quòd appellatio probari debeat, & non ſufficiat per confeſſionem partis. Rot. 30. de appellat. in no. & quis teneatur deferre proceſſum, vide per Veſtrium in pract. in titu. de appellat. & in cauſis Epiſcopalibus hodie ex Concilio Tridentino quædam forma videtur ſtatuta, vt per appellantem proceſſus ſit deferendus. Item 4 † an attentatum, ſiue ſpoliatio probetur per inſtrumentum, vide per Thom. Faſt. cauſ. 1. dub. 3. & dub. 41. & quæ alleg. ad l. qui vniuerſas. §. qui per colonum. ff. de acquir. poſſeſſ. Item 5 † an plenè, an ſemiplene ſufficiat probare in materia attentatorum. Bero. in cap. 1. nume. 39. de appell. & remiſs. per Manfred. conclu. 203.

6 Item nota † quòd ad obtinendum circa attentata non ſufficit probare, innouatum eſſe per meum procuratorem generalem: quia in mandato generali non venit, quòd delinquatur, vt per Rot. 7. quoad reuocationem, vt lite pend. no. Faſtol. dub. 19. & quòd requiratur ſpecialiſſimum mandatum. Manfred. conclu. 15. vbi alleg. Lap. in cap. eum qui. de præben in ſexto, ratificatio tamen tacita vel expreſſa ſufficeret, argum. reg. rati. de reg. in. 6. Verùm † ſi tutor, vel curator, 7 vel procurator in lite ſua attentauerit, videtur facienda reuocatio; quia poſt litem conteſtatam videntur effici domini litis, ut per Docto. in l. neque. C. de procurat. Vnde veniunt attentata per tales contra eoſdem reuocanda, vt per Manfred. conc. 220. & per Rot. 30.

8 Si † tertius attentauit, quomodo fiat locus remedio attentatorum, vide per Rot. Biſig. 4. de appel.

9 Si ignoretur, quis attentauerit, cum conſtet attentatum, ex officio per iudicem fieri poterit reuocatio. Item circa id quod de procuratore dixi, facit deciſ. Aegid. concluſio. 551. vbi vult, quòd procurator datus ad acceptandum poſſeſſionem non debet ſpoliare, niſi cum primum dominus ſciuerit, nec contradixerit. Item niſi propter moram, purgando factum tale, præſumeretur ratificatio, cuius non ſufficit uerbo reuocatio, ſed opus eſt mandato ad deſiſtendum.

10 † Ex parte verò rei reus niti debet probare agentem ſuper attentatis ius nullum habere, ut per Rot. 1. de reſtitu. ſpoliat. Biſig. quin præterea probare, ꝙ notorie conſtat de non iure agentis, quæ exceptio impedit reſtitutionem attentatorum ante omnia, ſed niti debet probare, ſe eſſe in caſu, quo reuocatio attentatorum ante omnia nō eſt facienda, de quibus aliàs me ſcripſiſſe memini.

11 Item ultra prædicta † circa materiam ſpolij, & attentati per procuratorem, vide Aegid. conclu. 510. concluſio, quòd ſi inferior. vbi dicit, quòd ſi inferior commendator deducit contra ſuperiorem commendatorem ſpoliationem factam per B. & M. familiarem dicti ſuperioris commendatoris, & de mandato ipſius, & dictus ſuperior commendator excuſando ſe, ne de iniuria teneatur, dixit hoc factum fuiſſe per Ioan. eius vicarium eo inuito, & ignorantem non bene excuſat, ideo tunc quòd illud, quod deducit ſpoliatus & poſſibile eſt, hæc facta multiplicia Iterumque concluſ. 512. dicit, quòd non valet ad excludendum reſtitutionem; quia dicat ſuperior commendator, quòd ex ignorantia facta eſt ſpoliatio, poſtquam eum de facto ad hæc detinet ſpoliatum. item conclu. 512. quòd ſi dicat, dicit, quòd ſi dicat ſuperior commendator, ſe non ſpoliaſſe, ſed dediſſe cuſtodem beneficio vacanti, non bene ſe defendit in iudicio reſtitutio: quia eo ipſo, ꝙ illum uenientem non admittit, ſpoliat, & quia calumnioſe agitur: quia iſto modo ordinariis datur occaſio omnes ſpoliandi.

Item nota, quòd in materia articulorum ſuper attentatis 12 dicit Rot. 10. ſi nota valet, aliàs 156. de teſtibus in antiqu. † ꝙ valet receptio teſtium etiam non affuturorum ſuper articulis expreſsè non admiſſis in materia attentatorum, & etiam in quacunque cauſa beneficiali, dum tamen ſint de iure dantis, & termini conſueti ſeruari: nam eo ipſo quòd teſtes recipiuntur, admittuntur articuli ſaltem tacitè, ex qua ratione 13 † dubius intellectus illorum uerborum, ſuper capitulis expreſsè non commiſſis, declaratur, vt intelligatur de non recitatis expreſsè, licèt non admiſſis expreſsè: cum alias dicta verba intelligi poſſint de reiectis expreſſe, quod non videtur recipiendum.

14 Videntur quoque † ſufficere leuiores probationes in materia attentatorum: quia cum ſit ſummaria, in ea leuiores probationes requiruntur, iuxta notata per Bart. in extrau. ad reprim. in verb. ſummarie, niſi dicamus, illam eſſe ſummariam quoad ordinem procedendi, non quoad probandum, & in poſſeſſorio beneficiali ſummariam cognitionem & leuiores probationes. Aegid. conclu. 50. & 99. Gomeſ. de non iudic. vt non exped. quæſt. quinta, & ſufficere ſemiplenam probationem. Decius conſil. duodecimo, ca dilecti. num. 25. de appellat. vnde & cauſa dici poteſt, quòd ſi probarem talem attentaſſe circa multa, & non apparuit, quòd iuramentum forſitan deferri poterit iuxta not. in l. admonendi. ff. de iureiurand.

15 Nota † quòd ſtante appellatione a definitiua ſufficit probare ſolam appellationem & ſtatum eo tempore. Sed in cauſa appellationis a grauamine nō ſufficit ſimpliciter oſtēdiſſe appellationem, ſed requiritur inhibitio, vt in cap. non ſolum. extra de appellat. lib. ſexto, niſi appellatio eſſet iuſtificata ex eiſdem actis, uel niſi appellatio eſſet non a mera interlocutoria, ſed ab habente uim definitiuæ, vt mihi contigit in pronuncia iudicem competentem, in qua cum eſſet appellatum, & expreſſa cauſa & ante inhibitionem deuentum ad inducendos teſtes, feci talia reuocari, in quo & illud accidit, quod induxit ante inhibitionem, ſed examinauit & 16 iurauit poſtea, vnde multomagis illa feci reuocari.

Pro † reo verò multum prodeſt probare, litem eſſe finitam, non legitime appellatum, non innouatum, non inhibitum, quæ ſunt facta eſſe confirmanda de notorio non iure inſtantis, & de iure ſuo informare iudicem, ut is non moueatur pro ſuo intereſſe ad reuocandum, quod plerunque euenit in aliis iudicibus & ſucceſſoribus.

SVMMARIVM.

1 *In curia Romana non dantur literę remiſſoriæ pro examinandis teſtibus ad partes, ne detur materia calumniandi, & prorogandi lites, nec in aliis curiis de iure communi, niſi alia ſit conſuetudo, vel ex cauſa, quæ iudici uideatur.*

2 *In appellatione ab interlocutoria ſuper attentatis poſsunt iurare teſtes, & recipi, quod non eſt in cæteris interlocutoriis.*

3 *Deputatus ad certam cauſam audiendam non poteſt committere receptionē teſtium, vel alium actum, requirentem cauſæ cognitionem, ſed nudam examinationem ſic.*

4 *Remiſſoriæ non dantur, vbi quid per ſcripturam probari poteſt. Actor debet venire paratus.*

5 *Partes ſi non conueniunt ſuper dirigenda remiſsoria ad quem, remittere tur ad auditorem contradictarum.*

6 *Remiſſio ad partes non poteſt concedi per auditorem, niſi vtraque parte petente, vel altera conſenciente. & multa ibi circa remiſsorias.*

7 *Remiſsoriæ pro examinandis teſtibus non dantur ante litem conteſtatam, ratio ibi. Ante litem conteſtatam, quis non dicitur agere, ſed agere uelle.*

8 *Iudex quomodo procedere debeat circa examinationem teſtium in cauſa ardua. Reus non tenetur aliquid ſoluere pro interrogatoriis, quæ dedit, ne iuuet actorem circa expenſas. Circa media cauſæ, æquè fauetur actori, & reo.*

9 *In omnibus caſibus, in quibus ad probandum ſpolium, datur remiſsoria, in iisdem detur ad probandum attentata; quia attentata ſunt magis odioſa, & magis punienda. Non minus ſubueniendum eſt offenſo poſt litē conteſtatā, quàm ante.*

Dilatio

Source : BIU Cujas

10 *Dilatio ad defendendum ſpolium debet denegari reo fugienti, quando ex parte actoris fuit aliquid probatum ſuper ſpolio, etiam ſi non plena ſit facta probatio, & quomodo hoc intelligatur.*

11 *Attentata vbi probari non poſſent, & iudici liqueret, ex informatione, quòd non animo calumniandi remiſſio talis peteretur, talem remiſſionem concedere poſſet, ne probationes anguſtarentur.*

12 *Si pars offerret ſe conducturam teſtes in curiam ſumptibus illorum, quorum intereſt, & peteret dilationem, vt ibi arbitrio iudicis remittendum.*

13 *Cautela, vt teſtes examinentur in partibus, licèt nulliter, & producantur, iuſtificabunt etenim non interuenire calumniam ad remiſſoriam concedendam.*

14 *Obſeruantia practicorum ad reſtringendas lites, & ne cauſa attentatorum prolongetur.*

Nemo cogitur inuitus agere.

De remiſſorijs concedendis in materia attentatorum.
Cap. XVI.

CIrca prædicta, & proceſſum circa attentata aduertendum præterea eſt: quoniam ſæpe contingit in curiis uniuerſalibus peti literas remiſſorias pro examinãdis teſtibus in partibus ſubditis, vel forſitan in regione aliena. Rota 10. nota quòd ubi aliàs 89. de appellat. in antiqu. & Rot. 7. nota, ſeruat audientia. aliàs 220 de appellat. in antiqu. † dicunt, quòd in curia Romana non dantur remiſſoriæ pro examinandis teſtibus ad partes, ne detur materia calumniandi, & lites prorogandi. idemque ſcribit additio ad Rot. 4. attentata. aliàs 57. vt lite pend. in no. ad hæc Veſtrius in pract. pag. mihi 157. & Caſſad. deciſ. fin. de dilationibus. Verum eſt, quòd Rot. 85. in no. dicit † quòd in appellatione ab interlocutoria ſuper attentatis poſſunt iurare teſtes, & reci i, qđ non eſt in cæteris interlocutoriis, vt ſit ſenſus, quòd licèt aliàs appellatio ab interlocutoria iuſtificari ex eiſdem debeat; tamen non procedit in ſententia ſuper attentatis, & re vera hoc eſt; quia in tali caſu uidetur potius definitiua, quàm interlocutoria, & non longe abeſt, quòd in tali materia valeat receptio teſtium nõ affaturorum ſuper articulis expreſsè non admiſſis (non tamen reiectis) ſecundum quòd intelligitur. Rot. 105. in no. & ſentit Manfred. conclu. 13. & conclu. 14. quod videtur reſpicere ſummariam cognitionem circa attentata, de qua ſupra locuti ſumus. In cæteris autem curiis, ſi alia non eſt conſuetudo, quæ circa hoc uiderur attendenda, videtur hæc cauſa reſoluenda de iure communi, quòd regulariter non ſolent concedi huiuſmodi remiſſoriæ ad partes, niſi ex cauſa, quæ iudici uideatur, vt in auth. apud eloquentiſſimum. C. de fide inſtrum. & per Fel. in cap. cum cauſam. de teſtibus, vbi declarat materiam d. aut. & Rot. 3. delegatus. aliàs 164. de offic. deleg. in nou. dicit, quòd † deputatus ad certam cauſam audiendam non poteſt committere receptionem teſtium, vel quencunque alium actum, cauſæ cognitionem requirentem, ſed nudum miniſterium, ſiue nudam examinationem teſtium per eum receptandorum, bene committere poteſt, & † vbi per ſcripturam aliquid probari poteſt, ibi non datur remiſſoria, ut per Rot. 10. aliàs 266. de offic. deleg. in no. & dec. 44. de teſtibus. in antiqu. aliàs 699. dic, quòd ſi in aliqua, & illa cauſa, ſecus autem non intelligitur in cauſa attentatorum, ſecũdum prædicta. & notanda eſt Rot. 45. eodem titu. quòd ſi aliquis petat remiſſoriam, ad partes vel requirat compulſoriam ex cauſa, quòd talis non debet admitti, ad petendum prædicta, niſi conſtet de eius poteſtate legitime, & ſi parte vocata non fit fides de mandato, & pars aduerſa petat ſe licentiari, debet audiri; quia pars actrix debet venire parata, & quòd hoc tenent aliqui auditores Rotæ ſacri Palatij, & ſubdit, quòd alii tenent contra, videlicet quando ille qui petit caueat de rato ſub pœna, & quòd intra certum tempus afferret mandarum in quo videtur reſidere: quia vltimo loco, & dicit alij, & idem ſentit ſummarium, & nota. deciſ. 43. eodem titu. aliàs 663. quòd † vbi partes non conueniunt ſuper dirigenda remiſſoria ad quem, ſi nec in eum, quem auditor proponit, Dominus ille remittet ad auditorem contradictarum. Item nota † quòd remiſſio ad partes non poteſt concedi per auditorem niſi utraque parte petente remiſſionem, uel ſi altera, altera conſentiente: namque aliàs commiſſio à Vicecancellario requiritur, item reportata commiſſio remiſſorię non poteſt ab auditore aperiri ſine commiſſione Vicecancellarij, vt per Rot. 39. eodem tit. de teſtibus item nota, quòd poſtquam literæ remiſſionis ſunt bullatæ, licèt articuli non includantur ſine commiſſione, in cauſa ad ulteriora procedere auditor non poteſt, etiam, quòd pars renunciet remiſſoriæ: quia Papa manum apposuit, & hoc concordat cum eo, quòd ſine Vicecancellario non poſſunt dictæ literæ aperi, vt per Rot. 33. de teſtibus. in antiqu. item ad id facit quòd † ante litem conteſtatam non datur remiſſoria pro examinandis teſtibus etiam valetudinariis; quia aliàs expiraret iuriſdictio auditoris, & ante litez conteſtatam non dicitur quis agere, ſed agere velle vt per Rot. 37. de teſtibus. in antiqu. & dicit Capic. dec. 90. in cauſa magnificorum Dom. Bartholomæi. quòd † iudex in cauſa ardua teſtes ſuæ iuriſdictioni ſubditos debet facere venire coram ſe, & receptis iuramentis poterit committere notario examinationem, quod ſenſiſſe quoque videtur Alexan. in l. hac conſultiſſima, §. ſi quis autem. C. de teſtam. propter multitudinem etenim negociorum ſæpe iudices non poſſunt id facere Peruſiæ, plerunque interueniunt examini quidam iudices, ſiue iuriſperiti ex conſuetudine, vt puto magis quàm de iure, & ſentit Capicius ibi ℣ quia extra prouinciam teſtes cogi non poſſunt, niſi ſuſpicio ſubſit concedi poſſit remiſſoria.

Item nota deciſ. illam 40. de teſtibus. in antiqu. quæ ſentit, quòd idem reus non tenetur aliquid ſoluere pro interrogatorijs quæ dedit, ne iuuet circa expenſas actorem, & licèt loquatur in curſore: tamen eius authoritatem traherem etiam ad examen ſiue iudicem examinantem, niſi alia conſuetudo interueniret.

Dicit tamen Caſſad. deciſ. 4. in titu. de dilatio. quòd licèt, vt ſupra, non ſit danda remiſſio ad partes: tamen tempore ſuo remiſſio in materia attentatorum data fuit, ad excuſandum attentata, ſicut ad excuſandum ſpolium datur, licèt aliàs denegaretur. idem Caſſad. deciſ. 3. eod. titu. de dilat. vt quando pro attentatis probandis non detur, quod & Manfred. ſequitur conclu. 78. vbi dilationem tamen permittit, & repulſam teſtium. & idem Manfred. concluſ. 79. vbi notat, quòd in hoc fauorabiliores rei videntur, ſed in hoc contrafacit opinio illa, quòd circa media cauſæ æque fauemus actori & reo, vt in reg. fauorabiliores. de regul. iur. vbi dixi poſt Decium, limita hæc per Veſtr. in pract. lib. 6. in cap. de remiſſoria, niſi vbi prius fuiſſet probatum attentatum: quia tunc nec reo, ut contra actori, quando ipſe probat incontinenti, datur.

Sentit etiaz, vbi ſupra Caſſad quòd † in omnibus caſibus, in quibus ad probandum ſpolium datur remiſſoria, in iiſdez detur remiſſoria ad probandum attentata: quia attentata ſunt magis odioſa, & magis punienda, cap. cordi. in fi. de app. in 6. & non minus ſubueniendum eſt offenſo poſt litem conteſtatam, quàm ante, & ad hæc vide notata per Veſtrium in loco præallegato.

Item iuxta prædicta notanda eſt deciſ. 2. Caſſad. ſub eod. titu. de dilatio. † quòd quando ex parte actoris ſuper ſpolio fuit aliquid probatum, debet denegari reo fugienti dilatio ad defendendum ſpolium, quod dicit eſſe verum, etiam ſi non plena ſit facta probatio; quia ſi plena omnino negaretur, & quòd poſt terminum ſeruatum ad articulandum omnino negaretur, vnde ſentit, quòd non requiritur publicatio proceſſus, & quòd ſufficit, quod ipſimet iudices ex proceſſu, qui ſibi ſemper patet, id cognoſcant, & hoc videtur verum, quando utrique parti idem terminus eſſet aſſignatus; quia ſi fugienti talis terminus non eſſet aſſignatus, idem licèt dicatur vt ſupra: tamen ex alia ratione ſit, ne detur occaſio conſouendi ſpolium ex quibus idem uidetur dicendum (etiam in aliis curijs) ex identitate rationis in attentatis, in quibus breuiori in manu proceditur, & hoc dicit idem Caſſad. deciſ. ibi dem ſequen.

Sentit quoque Caſſad. vbi ſupra, quòd † vbi attentata probari non poſſent, niſi in partibus, & iudici ex informatione liqueret, quòd non animo calumniandi talis remiſſio petere tur, ne probationes anguſtarentur, talem remiſſoriam concedere poſſet.

Sed quid † ſi pars afferret, ſe teſtes conducturam in curiam ſumptibus illorum, quorum intereſt, & peteret dilationem pro modo loci ſecundum l. prima. ff. ſi quis caut. dierum 30. cum offerret intra 20. reportare remiſſoriam? Quamobrem idem Caſſad. dec. 3. eo. tit. remiſit hoc ad arbitrium iudicis, & idem non negauit eſſe concedendam remiſſoriam, quando ex actis apparet non peti remiſſoriam calumnioſe, & innuit † de cautela, vt in partibus teſtes examinentur licèt nulliter, & producantur, ij enim tantum operabuntur, ut iuſtificent non interuenire calumniam ad hanc remiſſoriam concedendam. Et facit, quòd habito articulo pro concludenti fuit conceſſa remiſſoria ad probandum violationem ſequeſtri, vt per Caſſad. de ſequ. poſſeſſ. & fructuum, deciſione vltima.

Practici quoque † obſeruant, quòd ad reſtringendas lites, ne cauſa attentatorum prolongetur (& forſitan etiam in ſpolijs ſuſpenſo petitorio) impetrãt ſupplicationem, ℣ iudex coram

ram quo præfigat aliquem breuem terminum, intra quem de prætensis attentatis vel spolio deducat, aliàs silentium imponat, quasi ex l. diffamari. C. de ingen. & manu. l. Titia. ff. de accusatio. vt per Cassad. vbi supra in d. decis. 4. Vestrium in practica pag. 157. Manfred. conclu. 79. quæ practica videtur multum rigorosa: quia nemo cogitur inuitus agere, cum ex propositione actionis lite contestata ius suum perpetuauerit & super iactationibus, & molestationibus sit iudicium ordinarium, intra quod, si iura mea non deducam, tunc poterit imponi silentium.

SVMMARIVM.

1 *Repulsa testium an detur in remedio attentatorum? vide ibi post allegata ad vtranque partem, nu. 5.*
2 *In iudiciis summariis non admittitur repulsa testium.*
3 *Repulsa testium datur, quando causa non potest reparari in plenario iudicio, sed vbi causa potest reparari in iudicio plenario, non datur repulsa.*
4 *Negare repulsam, est negare defensionem, quod non permittitur.*
Attentatum probari debet per idoneos testes.
6 *Repulsa testium, nec restitutio in integrum datur in remedio possessorio extraordinario.*
Repulsa testium negatur, si notorie constat de calumnia petentis.
7 *In materia attentatorum an recipiantur obiectus contra ius, & personas litigantium;*
8 *Articuli admittuntur, saltem tacite, eo ipso, quòd testes recipiuntur.*
9 *Articuli considerantur de iure dantis, non solum si in personam, vel formam alterius, aliquid impugnando incitetur, sed an causa, vnde competit ius agendi, vel excipiendi directè descendat à iure dantis.*
10 *Iudex debet pronunciare se iudicem competentem super vtroque rescripto, in casu ibi per longam seriem verborum proposito.*
Quæ impediunt litem contestari, impediunt pronunciari competentem, & econtrario.
Paupertatis causa facit, quòd fatalia non currant.
Paupertas est iusta causa concedendi secunda vice restitutionem in integrum
11 *In concedenda restitutione in integrum præcedere debet cognitio, an sit concedenda.*
12 *Restitutio, si secundò est concedenda, requiritur, ut pro restitutione rei agatur.*
13 *Modus procedendi per iudicem in causis executiuis.*

De repulsa testium & obiectibus in materia.
Cap. XVII.

1 Irca præmissa uidetur tractandum de pulchro dubio † vtrum in remedio attentatorum detur repulsa testium, de quo per Afflict. decisio. 351. bis fuit dubitatum, quòd non detur repulsa testium. facit: quia hoc iudicium est summa-
2 rium, superius latè scripsi, in † his autem iudiciis summariis non admittitur repulsa testium, vt per Marant. in pract. in ti. de repulsa, & per Doct. in cap. veniens. de testibus. Sed respondetur, quòd Antonius Butrius ibi distinguit, siquidem iudicium est summarium quoad legitimationem personarum, contra testes examinatos pars non potest prætendere repulsam, in alio autem iudicio Butrius admittit repulsam,
3 etiam quòd illud sit summarium, sed replicatur, quòd † vbi non potest reparari causa in iudicio plenario: tunc in summario datur repulsa, sed vbi posset reparari in plenario iudicio, secus est, quia non datur repulsa, vt per Io. Imo. in cap. sæpe. col. 7. de verb. sign.
4 Pro contraria opinione consideratur: quia † negare repulsam videtur esse negare defensionem, quod non permittitur clem. pastoralis. de re iudic. Docto. in l. ut uim, de iust. & iur. cum similibus. sed uidetur id procedere, vbi omnino defensio denegatur, & non est reparabilis, quia si est reparabilis in alio iudicio secus est, ut per Afflic. vbi supra arguendo pro hac parte.

Tandem videtur fuisse conclusum per Afflictum ubi su-
3 pra, quòd † regulariter etiam in causa hæc summaria attentatorum datur repulsa testium; quia repulsare testes nihil aliud est, quàm defensionem negare, quæ est de iure naturali, & pro hoc Afflict. alleg. clem. 1. de appell. vbi per idoneos testes probari debet attentatum, & dicit Afflict. quòd super hoc articulo fuit facta informatio super eo, quod Romæ ob seruaretur; qđ erat, vt daretur repulsa in tali iudicio. Hoc sequitur Manfred. quoque conclu. 78. ubi dicit etiam dari dilationem, eandemq; tangit remissiuè Maranta in pract. in ti.
6 de repulsa, & facit, q̃ non detur, quia † in remedio possessorio extraordinario non datur restitutio in integrum, nec repulsa testium: ut per Cap. decis. 13. & decis. 55. & per Benint. decis. 79. num. 8. item additio ad Rot. 2. num. 21. de rescriptis, in no. dicit, q̃ in causa attentatorum obtinuit examinari testes affuturos infra tempus ad veniendum, quibus testibus fuisse credendum per Dominos dictum ibi illa additio affirmat, quæ de his testibus idem putat, quod de examinatis ad perpetuam rei memoriam.

Planè si notoriè constaret de calumnia petentis repulsari testes, repulsa negaretur, ut per Afflict. vbi supra, & facit no. per Cassad. dec. 3. de dilat.
7 Sed † an in materia recipiantur obiectus, non dico contra dicta aut personas testium: quia de his supra, sed an contra ius, & personas litigantium? Videtur quòd sic per Rot. 10. valet exceptio, aliàs 105. de testibus in no. quæ dicit, quòd valet receptio testium etiam non affuturorum super articulis expresè non admissis in materia attentatorum, dum tamen sint de iure dantis, & termini aliàs consueti sint ser-
8 uati: nam † eo ipso, quòd testes recipiuntur, articuli admittuntur, saltem tacitè, argum. not. in clem. sæpe. de verbor. significat.
9 De † iure dantis autem articuli considerantur, non solùm si in personam, vel formam alterius aliquid impugnando incitetur, sed an causa vnde competit ius agendi, vel excipiendi directè descendat a iure dantis, ut per Rot. 1. fuit dubitatum. aliàs 36. de accusat. in no.

Iuxta prædicta pono hic talem casum, quidam obtinuit sententiam, vt immitteret in possessionem vigore cuiusdam laudi adiudicatorij quorundam bonorum, inde fuit appellatum de anno 1480. de anno 1490. quidam Domini Tiranni istum habentem istas sententias per capturam personæ coegerunt renunciare dictis iuribus & sententijs, de anno 1518. expulsis Tirannis iustitiam ministrari cœptum est. vnde ille, qui habuit illas sententias, reassumpsit illas causas, in supplicatione inserendo cum potestate restituendi in integrum, is non est prosecutus propter paupertatem, de anno 1540. reassumpta est causa per supplicationem cum potestate restituendi in integrum, & interim per aduersarium attentatur, de anno 1567. reassumantur omnes istæ causæ cum potestate restituendi in integrum, & reuocandi attenta ta, præsentatur rescriptum, pars aduersa volens prolongare & egredi de negocio principali captans verba illa in præcedentibus rescriptis, cum potestate restituendi, in integrum facit subinsertam, vbi dicit, quòd fuit petita restitutio in integrum ex capite paupertatis, vel aliter, & non fuit prosecuta causa intra quadriennium, vnde causa est deserta, & peremptum ius, iuxta cle. 1. de rest. in integ. & l. fi. C. de temp. in integ. rest. & sic in termino ad dicendum contra commissionē, præsentat hoc rescriptum, & dicit iudici, q̃ non pronunciet, se competentem super primo.

10 Iudex † pronunciat se competentem super secundo, & non vult pronunciare super primo, certè male facit: quia in hoc vltimo solum est, quòd iudex faciat iustitiam, vnde debet pronunciare se competentem super vtroque, & inde videre, si simus in terminis d. clem. 1. quia si hoc est, illa est exceptio litis finitæ, quæ sicut litem contestari, ita impedit pronunciari iudicem competentem: hoc enim est bonum argumentum, quæ impediunt litem contestari impediunt pronunciari competentem, & è contrario, vt per Rot. 610. in antiquis. sed quia hic nulla interuenit præscriptio, & illa uerba in cauda supplicationis posita, cum potestate restituendi in integrum, fiunt ex more, non sumus in iis terminis, & quatenus essemus, paupertatis causa facit, quòd fatalia non currant, vt per Iasonem in l. inuitus. C. de procura. & Cassad. decis. pen. de restitut. in integ. & quatenus currerent, tamen paupertas est iusta causa concedendi secunda vice hanc restitutionem: vt per Capic. decis. 95. item quia hæc requirunt altiorem indaginem, non sine causa talia possunt. & debent reseruari in cognitione & termino decisiuo, vt per Barto. in l. fina. ff. pro suo. cum similibus qua ratione continget, quòd intermedijs prædictis iudex mandabit procedi ad vlteriora, & reuocabit illa attentata, de expensis postea in sententia definitiua, si non obtinet actor, non veniet tractandum circa attentata, licèt secus sit, si actor obtineret, & ad prædicta faciunt quæ scribuntur per Rot. 3. & vltimam, de restitut. in integ. in no. & super additione ibi hoc est, quòd † licèt in con-
11 cedenda restitutione in integrum præcedere debeat cognitio, an sit concedenda an non secundo † si est concedenda, quòd pro restitutione rei agatur, celeberrimum & integerrimum Rotæ auditorium se informat, an causa proponatur, quæ restitutionem in integrum causet, & hoc cognito non
12 pronun-

Source : BIU Cujas

pronunciat, ſed procedit ſuper negocio principali, aliàs ſex ſententiæ requirerentur, vbi ſufficerent tres tantum, & ex præ
13 dictis quoque infertur ad cognitionem † & admodum procedendi per iudicem, in cauſis executiuis: ecce enim iudici præſentatur reſcriptum ſuper nullitate, appellatione, vel reductione, pars calumniatrix, quæ forſitan poſſidet, facit ſub inſertam, quòd conſtito. quòd appellare non licuerit, vel qd ſit exequendum, exequatur, & inſtat, quòd ſuper vltimo ſuo reſcripto tantum procedatur, vt ſi reportet non exequendum, appellet, & ſic faciat nunquam peruenire ad negocium principale: & quia forſitan ex aduerſo differri poſſet executio, ſi eſt exequendum, mihi placet ſuperior practica, quòd ſcilicet iudex ſe informet de iſto iudicio executiuo, an ſit tale, quod clarum ſit, & non requirat altiorem indaginem, & de eo prius cognoſcat: ſi uerò requireret altiorem indaginē, reſeruet ad merita deciſiua, iuxta not. in l. fin. ff. pro ſuo. & ita intelligantur commiſſiones ſine præiudicio trium conformium, vel rei iudicatæ. & ſi quid eſt exequendum &c. quando committuntur eidem iudici per præinſertas, & ſubinſertas, aliàs ſi diuerſo iudici, ſeruentur termini uniuſcuiuſque quod putarem, quando in uentre eſt, vnico & eodem contextu, & in reſcripto dicitur fiat iuſtitia.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus, ſecundùm caſum ibi latè propoſitum, ſuſpenſo petitorio, authoritate propria ſine executore, & ſine iuſſu iudicis ingreſſus eſt poſſeſſionem, pars aduerſa agit remedio attentatorum; quia lite ſuſpenſa ſuper poſſeſſorio ille occupauerit poſſeſſionem, quid iuris? vide concl. ibi. 3.*
Lite pendente nil debet innouari.
2 *Remedium attentatorum non habet locum, quando aliquid non eſt attẽtatum in præiudicium partis.*
3 *Caſus, in quo, poſt rem iudicatam, aliter non intimatis executorialibus, is, qui accepit poſſeſſionem, dicitur attentaſſe.*
4 *Remedium attentatorum an habeat locum, ſi in partibus fuit pronunciatum ſuper poſſeſſorio? & vt ibi.*
In poſſeſſorio non datur appellatio.
Quod fit irregulariter, non attenditur.
Pendente appellatione nil debet innouari.
5 *Remedium attentatorum non habet locum, ſi relaxatæ fuerint executoriales in rem, & in perſonam, ſtante promiſſione ad retrouendendum, & vt ibi.*
6 *Pronunciatum ſi fuerit inſtrumentum liquidum, & exequendum, vel tres conformes exequendas, vel cauſam eſſe deſertam, à quibus non datur appellatio, & tamen fuerit appellatum, & appellatio admiſſa, ſi & in quantum, & inde ſecuta inhibitione releuatæ ſunt executoriales, & proceſſum, an ſit facienda reuocatio per modum attentati.*
7 *Intruſus ſpoliatus agit reintegrandæ, excipitur, quòd ſua intruſio vt attentatum ante omnia eſt reuocanda, quid iuris.*
8 *Rei à tertio poſſeſſæ executio fieri non poteſt, niſi illo tertio vocato.*
9 *Conſtitutorius reintegrandus eſt in caſu donationis, ibi propoſito. limita vt ibi.*
10 *Illud quod dicitur, quòd ſi tertius vi, vel clam poſſideat, poteſt ab eo auferri poſſeſſio de facto, intelligitur taliter quòd citatio interueniat.*
11 *Remedium attentatorum non habet locum in caſu, quo ageretur ex legato, & gubernator quaſi legatarius haberet interdictum adipiſcendæ. & vt ibi.*
Iudex non debet admittere appellationem friuolam.
12 *Denegatio appellationis in caſu, in quo regulariter eſt prohibita, facit, quòd non habet locum remedium attentatorum.*
Epiſcopus non tenetur admittere appellationem à viſitatione, niſi oſtendatur priuilegium.
13 *Multa in materia remiſſiuè.*

Suſpenſo petitorio quomodo attentetur circa poſſeſſorium, & multa in materia. Cap. XVIII.

1 Venit caſus, quòd agens poſſeſſorio & petitorio ſuſpendit petitorium, ac habuit ſententiaz pro ſe ad reſtitutionem poſſeſſionis, quæ ſentẽtia tranſiuit in rem iudicatam: quia forſitan lata fuit partibus præſentibus & non appellantibus, hoc ſtante † ſpoliatus qui habuit talem rem iudicatam propria authoritate ingreſſus eſt poſſeſſionem ſine executore, & ſine iuſſu iudicis, pars aduerſa agit remedio attentatorum; quia lite ſuſpenſa ſuper petitorio is occupauerit hanc 8 poſſeſſionem, quid iuris? Collector Rotæ deciſ. 10. ſi pro ſpoliato. de cau. poſſ. & propr. in no. refert maiori parti Dominorum uiſum fuiſſe, quòd haberet locum remedium attentatorum propter litis pendentiam, ſiue ſuſpenſionem à petitorio: quia lite pendente nihil debet innouari, vt lit. penden. &c. quin præterea dicebant iſtum vt ſupra ingredientem propria authoritate, incidiſſe in pœnam l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. cap. eum, qui. de præben. lib. ſexto, cap. placuit. 16. quæſt. 6.

Collector tamen ibi erat in contraria opinione; quia licèt aliquid attentatum fuiſſet, dici poſſet circa poſſeſſionem; tamen nihil fuerat attentatum circa proprietatem, quare non videtur læſiſſe nec iudicem, nec partem: quia poſſeſſio tan-
2 tum fuit accepta, & non proprietas: vt † quando non ſit attentatum aliquid in præiudicium partis, non habeat locum remedium attentatorum, nec eſt, quòd dicatur, ratione fructuum intererat, non amittere poſſeſſionem; quia id nō cauſat attentatum hac ratione; quia lis pendet in petitorio; ſed quia intereſt partis non fieri, & datur aliud remedium, nempe l. ſi quis in tantam. l. meminerint. C. vnde vi can. reintegrãda. 3. quæſt. prima, & huiuſmodi ſi aliud non obſtet. Ita vt ſi ſine uiolentia occupauerit poſſeſſionem, quæ ſibi debebatur propter rem iudicatam, non multum peccauerit, & forſitan non teneatur ad reſtitutionem talis poſſeſſionis, quam ratione rei iudicatæ retinere poteſt: & ad id Rot. alleg. not. per Innoc. in cap. cum olim. extra de priuileg. inde ſubdit collector, quòd ſi verum eſſet, quòd pendente lite ſuper petitorio innouata ſuper poſſeſſione retractarētur per remedium attentatorum ſententiæ tres ſuper poſſeſſorio, vel aliter res iudicata nunquam mandaretur executioni propter refrication ſuper petitorio. Circa quæ licèt reſponderetur, quòd prædicta procederent, vbi authoritate iudicis ille ingrederetur in poſſeſſionem, ſecus ſi propria authoritate; tamen collector replicabat, talia procedere quoad alia remedia, & alias pœnas, non autem quoad remedium attentato-
3 rum, & † ita finaliter in Rota fuiſſe obtentum, & determinatum ſcribit Rota ſupraallegata. & vide circa prædicta Caſſado. dec. 6. de cau. poſſ. & propr. & Manfre. conclu. 46. vbi cum collectore ſentiunt.

4 Et nota caſum † in quo poſt rem iudicatam aliter non intimatis executorialibus is, qui accepit poſſeſſionem, quòd dicatur attentare, latiſſimè allegans, ſcribit Gomeſ. in reg. de ſubrogandis. q. 4. pag. mihi 128. & punctum tetigit quoque Fel. in cap. ad probandum. de re iud. & in c. cum cauſa. de off. deleg. Manfre. conclu. 18. & ex prædictis quandoque infere-
5 bam ad caſum † quòd ſi in partibus pronunciatum fuit ſuper poſſeſſorio, à qua ſententia fuit appellatum ad Pontificem, & interim is, qui habuit ſententiam pro ſe in poſſeſſorio, dum per appellatum aliud non agitur, facit in publicam formam redigi per actuarium ſententiam, & à curia generali vadit ad Vicarium caſtri, vbi res ſita erat. de qua litigabatur, & facit ſe immitti in poſſeſſionem, an habeat locum remedium attentatorum: uidetur quòd non: quia in poſſeſſorio non datur appellatio ſecundum Aegidianam conſtitutionem, & id, quod fit irregulariter non attenditur. contra videtur, quia pendente appellatione nihil debet innouari. Itẽ quid ſi poſt primam ſententiam fuit pronunciatum eſſe exequendam, non relaxatis aliter executorialibus. & ille fecit ut ſupra? ſed an ſupradictis in caſibus locum habeat l. meminerit. C. vnde vi, item can. reintegranda. 3. q. 1. vide Marſil. in l. poſtquam de re iud.

6 Item † ſtante promiſſione ad retrouendendum, ſuper tali promiſſione fuerunt relaxatæ executoriales in rem & in perſonam, vnde talis fuit immiſſus in poſſeſſionem, ſiue potius tenutam rei retrouendendæ ante retrouēditionem, videtur, quòd non habeat locum remedium attentatorum: quia ſuper hoc non pendebat lis, ſed agi poſſet de turbata poſſeſſione, uel ſi putet ſe poſſe repelli de ſpolio: idem ſi fuerint relaxatæ executoriales reales, & perſonales pro expenſis & de tenuta fit tranſitus ad poſſeſſionem.

7 Circa quæ non eſt prætermittendum, quòd † cum eſſet pronunciatum inſtrumentum purum, liquidum & exequẽdum, vel tres conformes exequendas, uel cauſam eſſe deſertam, a quibus non detur appellatio, & tamen fuit appellatū, & admiſſa ſi & in quantum appellatio, inde ſecuta inhibitione releuatæ ſunt executoriales, & proceſſum, an ſit facienda reuocatio per modum attentati, videbatur quòd ſic ex ſola admiſſione, ſi & in quantum, de qua latiſs. Benint. deciſ. 1. cō tra tamen ſcribit Andr. Alciat. conſi. 406. hac in attentatorū, allegat Bal. in l. edita. cart. pen. verſi. etiam dubitatur. C. de ed. Dec. in cap. oblatæ. 2. not. de appel. Ang conſi. 217. verſi. non obſtat, ſi dicatur.

Sed & illud non eſt omittendum † cum quidā reportaſſet

Source : BIU Cujas

tres conformes, dum petit executionem, quidam intruditur in rem, de qua est facienda executio impetratis executorialibus, iste tertius spoliatur, is nunc agit reintegrandæ, excipitur, quòd sua intrusio vt attentatum ante omnia est reuocanda. Certè vera est conclusio † q rei a tertio nunc possessæ executio fieri non potest, nisi illo tertio vocato. argum. no. per Bar. in l. quamquam. §. Iulianus. ff. de aqua plu. arcen. Franc. in ca. ex tenore, de appel. Io. Firm. in repert. in verb. executio. item licèt attentata lite pendente reuocari debeant omnino ante omnia; tamen id intelligitur parte citata, ut per Rot. decis. 56. in no. & per Marsil. sing. 195 hinc dixi † quidam, qui patiebatur litem omnium bonorum, cum donasset omnia bona sua, cum clausula constituti ex nunc prout ex tunc si ipse moreretur, in tali itinere cum post mortem eius litigantes aduersarij inuasissent possessionem, ex quibusdam sententiis executiuis non citato isto constitutario, eosdem non rectè egisse, & propterea constitutarium reintegrandum, hæc tamen non procedunt in possessore litigiosi sacerdotij, ut in c. fi. vt lit. pend. lib. 6. vbi Gemin. Rot. 433. in ant. Rom. consil. 347. & consil. 499. & Rot. decis. 429. in ant. & 4. de restitutione spol. in nou. quod speciale ad euitandas lites, & propter clausulam decreti, putat Alciat. consi. 383. magnifici. vbi prosequitur limitationem, quando notoriè constaret de non iure intrusi, item quando iudex nihilominus possessorem exclusisset, quod tamen ipse Alciat. intelligit, si notoriè constaret de non iure possessoris, vbi declarat dictum Pauli de Castro in l. à Diuo Pio. §. si super. ff. de re iudic. quòd † si tertius vi, vel clam possideat, potest ab eo auferri possessio de facto, intelligit ita, & taliter, quòd citatio interueniat, & à prædictis non longè absunt, quæ notat idem Alciatus consil. 433. gubernatorem. vbi voluit, quòd † non haberet locum remedium attentatorum in casu, quo ageretur ex legato, & gubernator quasi legatarius haberet interdictum adipiscendæ, siue officium iudicis loco eius pronunciauit, immittendum legatarium in possessionem, à qua pronuncia non admissa appellatione, facta executione dixit, non habere locum attentata: quia sumus in effectu adipiscendæ sententiæ de exequendo: quia appellatio erat friuola ex inspectione testamenti. & iudex non debuit admittere appellationem friuolam: & ibi dicit, quòd licèt sint aliqui casus, in quibus admittitur appellatio: † tamen denegatio in casu, in quo regulariter est prohibita appellatio, facit, quòd non habet locum remedium attentatorum, non admissa appellatione, vt in sententia super possessorio, & super executione, alleg. Oldra. consil. 89. Episcopus. Abbas in cap. primo, de officio ordinar. ubi dicit, quòd Episcopus, non tenetur admittere appellationem a visitatione, nisi ostendatur priuilegium.

Item circa prædicta vide † quando non desistitur post reuocationem attentatorum, per Paris. consil. 37. lib. 3. Item de matrimonio contracto lite pendente, per eundem Parisien. consil. 34. lib. quarto. Item stante desertione appellationis, quomodo attentetur. Benint. decis. 76. mota lite. Item quomodo impetratis rescriptis uel noui iuris acquisitio reuocetur per modum attentati per Aegid. decis. 749. licèt per appellationem, vbi latiss. & de sex edictis in materia. Item si reputatus hæres patiatur quæstionem hæreditatis, & post velit agere vt hæres ad attentata. Aegid. decis. 747. col. fina. item an pendentia litis super absolutione à iuramento impediat executionem obligationis in forma cameræ Afflict. decis. 20.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata super attentatis est interlocutoria, vt ibi latè per multas authoritates, per totum capitulum.*
2 *Interlocutoria sententia dicitur illa, quæ fertur super his, quę incidunt, vel emergunt pendente causa principali.*
3 *Appellandum est in scriptis à sententia, quæ fertur in remedio attentatorum, vt in alijs interlocutorijs.*
4 *In sententia attentatorum non seruatur ordo iudiciarius.*
5 *Iudex qui pronunciauit super attentatis, si non condemnauit in expensas, poterit id postea facere vsque ad diffinitiuam.*
6 *Sententia lata super vno libello attentatorum non nocet, nec prodest in aliis, nec alia reuocat attentata, fallit vt ibi.*
7 *Articulus appellationis ab interlocutoria præiudiciali non debet admitti ab auditore dato in curia, nisi de consensu vtriusque partis.*
8 *Notarius tantum recipere debet de sententia lata super desertione diffinitiuæ sententiæ latæ, sicut de diffinitiua. Idem in sententia lata super attentatis.*
9 *In materia attentatorum non auditur quis petens restitutionem beneficij, nisi coloret titulum.*
10 *Statutum prohibens appellari ab interlocutoria non habet locum in sententia attentatorum, sed statutum, quòd non appelletur post pronuntiam iudicis competentis, secus.*

Sententia super attentatis an interlocutoria sit, vel diffinitiua. Cap. XIX.



Væro † an sententia lata super attentatis sit interlocutoria, an definitiua? Videtur, quòd sententia lata super attentatis magis sit interlocutoria quàm definitiua: quia ex quo post iudicium inceptum competere incepit, uidetur de processu causę, ita ut nec vim definitiuæ habeat, vt notat Archi. in cap. non solum. gloss. 2. de appell. lib. 6. † interlocutoria enim dicitur illa sententia, quæ fertur super his, quæ incidunt vel emergunt pendente causa principali, vt no. Ioan. Andr. in cap. ad compescendas. de sequ. poss. super verb. definituo. item non uidetur definitiua; quia non definit negociũ principale; quia posito quòd sententia lata sit super causa attentatorum, potest agi ad possessionem interdicto, & aliis remedijs, argum. not. per Ioan. Mon. in cap. cupientes. super verb. in totum, in fin. de elect. lib. 6. vnde † appellandum est in scriptis a sententia, quæ fertur in remedio attentatorum, vt in reliquis interlocutorijs, iuxta c. cordi. de appell. lib. 6. & ita scribit Rot. 10. no. quòd sententia, de senten. & re iudic. in no. & ibidem subdit, quòd argumentum quoque est, quòd talis sententia sit interlocutoria: quia † in ea non seruatur ordo iudiciarius. Manfred. concl. 12. dicit, quòd talis sententia quandoque est definitiua, quandoque interlocutoria, vide circa prædicta Ro. 10. aliàs 215. de re iud. in antiqu. Rota tamen 11. si à sententia. de appell. in no. aliàs 85. dicit, quòd licet sententia lata super attentatis verè sit interlocutoria: tamen uim definitiuæ habet tanquam super exceptione peremptoria lata, maximè si per eam fit restitutio possessionis lite, vel appellatione pendente, vel post inhibitionem, argum. no. in clem. ad compescendas. de sequ. possess. & fru. & per Rot. ubi supra. Rot. 1. nota si attentata, aliàs 474. de offic. iudic. in antiqu. dicit. q † si iudex, qui pronunciauit super attentatis, non condemnauit in expensas, potest id postea facere: quia sententia hæc est interlocutoria, vnde non videtur functus omnino officio: & subdit, quòd ratio quoque, quòd sit interlocutoria. est: quia non proceditur iuris ordine seruato. Alia decisio. Rot. 37. nota si fiat, aliàs 454. de re iudic. in antiqu. dicit, q taxatio expensarum per iudicantem super attentatis fieri potest vsque ad definitiuam: quia sententia super attentatis uidetur interlocutoria.

Nota circa hæc † q sñia lata super vno libello attentatorũ non nocet, nec prodest in aliis, nec alia reuocat attentata: ut per Franc. in c. dilecti. de appell. nisi fuerit pronunciatum, bene appellatum, & male iudicatum definitiuè: quia tunc omnia attentata veniunt reuocanda, ut per Doc. ubi supra. Manfred. tangit concl. 4.

Aegid. decis. 37. vbi appellatur. dicit, quòd † articulus appellationis ab interlocutoria præiudiciali non debet admitti ab auditore dato in curia, nisi de consensu utriusque partis, vt si utriusque interesset pronunciari super eo, & esset tale quid, quod non posset commode postea in processu principalis negocij reparari, vt puta quia super aliquibus attentatis non directe tangentibus negocium principale interlocutoria lata est partim contra actorem, & partim contra reum, & vterque appellat.

Idem Aegid. dec. 54. in sententia. dicit, quòd in sententia lata super reuocatione spolij facta lite pendente, ex priuilegio litis pendentiæ, non habet locum clem. ad compescendum, quòd talis sententia sit interlocutoria. inde subdit, sed nos contra; quia tenemus, clem. appellanti. non habere locum in sententia tali; quia nos putamus eam habere vim definitiuæ. licèt in casu suo principali postea iterum contra argumentetur. Idem Aegid. decis. 60;. de sententia inquit † de sententia lata super desertione definitiuæ sententiæ late debet tantum recipere notarius sicut de definitiua, quia habet uim definitiuæ, idem in sententia lata super attentatis fortiori ratione secundum eos, suppositа constitutione Papæ Ioannis, quæ habet, quòd tantum recipi debet de sententia vim definitiuæ habente, sicut de definitiua. Octa. Vestr. in pract. sua pag. 158. dicit, quòd sententia super attentatis sui natura definitiua non est, sed interlocutoria per ea quæ ipse allegat, quæ vera esse ait, ubi attentata essent talia, quæ non concernerent possessionem neque illius restitutionem, quo casu definitiua potius reputabitur sententia, allega. Aegid. decis. 286. in materia; vbi Aegid. dicit, quòd in ma-

Source : BIU Cujas

9 † in materia attentatorum non auditur quis petens restitutionem beneficij nisi coloret titulum, licèt Guliel. Gall. contra. item quòd lata sententia in restitutione totali ex priuilegio litis pendentiæ est definitiua quoad effectum. clem. ap-
10 pellanti. & ex his † statutum prohibens appellari ab interlocutoria non habet locum in hac, sed statutum, quòd non appelletur post pronunciam iudicem competentem, ante definitiuam secus. Et nota, quòd practica quæ Perusiæ obseruatur, ut facta instantia ad reuocandum attentata reuocentur attentata in genere, & postea assignatur terminus ad docendum in specie, non est de iure, sed iustificatur vel ex constitutionibus Marchiæ, vel ex consuetudine.

SVMMARIVM.

1 *Attentata priuilegiata sunt, quia attentans offendit ius, iudicem & partem.*
2 *Attentatorum priuilegia pleraque, remiss. nonnulla.*
3 *Exceptio excommunicationis agenti super attentatis opponi non potest.*
4 *Exceptio proprietatis opponi non potest agenti super attentatis.*
5 *Ante omnia reuocari debent attentata, etiam antequam pronuncietur super desertione litis.*
6 *Cle. ad compescendas, non habet locum, secundum aliquos, in sententia super attentatis.*
7 *Cle. appellanti, non habet locum in sententia super attentatis, quia si ex alys causis iustificatur, appellatio nihilominus procedit.*
8 *Exceptio spoliationis non habet locum in remedio attentatorum: quia causa attentatorum prius est purganda, vt aliàs vltimum spolium.*
9 *Causa attentatorum & ex hoc potest dici priuilegiata, quia attentans facit se indignum priuilegio appellationis, priuatur possessione, & perdit ius suum.*
10 *Attentans tenetur ad restitutionem fructuum, etiam perceptorum medio tempore, & sumptibus suis passo attentata, & ad damna tenetur.*
11 *Attentans cadit in spolio vel turbatiua, & multum potest authoritas iudicis.*
12 *In appellatione ab interlocutoria super attentatis recipi possunt testes, quod non est in alijs interlocutorijs.*
13 *Super attentatis valet receptio testium non affuturorum super articulis expresse non admissis.*
14 *Pendente causa attentatorum fatalia non currunt.*
15 *In causa attentatorum non prius deuenitur ad decisionem negocij principalis & appellationis, vel aliàs super meritis, nisi plenaria sit facta executio super attentatis nedum super fructibus ablatis, sed & pro fructibus non perceptis, & pro percipiendis ac pro omnibus expensis petitis.*
16 *Iudex in sententia super attentatis, si non condemnauit reum in expensis, iudex negocij principalis poterit condemnare.*
17 *Causa attentatorum est magis priuilegiata interdicto vnde vi, & can. reintegranda. quod intelligitur quoad ordinem procedendi, non quoad effectum procedendi. vt ibi.*
18 *In materia attentatorum non auditur quis, petens restitutionem beneficij, nisi coloret titulum.*
19 *Allegans titulum infectum, peius facit, quàm si nihil allegaret pro titulo.*
20 *Possessor non docens de titulo, nec colorans, obtinet contra petentem restitutionem non coloratam, quoad effectum absolutionis.*
21 *Materia contraria, videlicet continuæ possessionis vsque ad tempus, quo attentata dicitur, includue admittenda est contra petentem.*
22 *In remedio attentatorum proceditur summarie, & lite non contestata in interdicto vnde vi, & can. reintegranda, nisi lite contestata.*

5 Item quòd † ante omnia reuocari debent attentata, etiam antequam pronuncietur super desertione appellationis, vt p
6 Rot. 1. de appel. in no. de quo aliàs. Item † clem. ad compescẽdas. non habet locum secundum aliquos in sententia super attentatis, de quo per Aegid. decis. 54. in sententia.
7 Item † clem. appellanti. non habet locum in sententia super attentatis: quia si ex aliis causis iustificatur appellatio nihilominus procedit. Rot. 11. si à sententia de appel. in no. Vestr. pag. 151. Aegid. 286. in materia.
8 Item † exceptio spoliationis non habet locum in remedio attentatorum; quia causa attentatorum prius est purganda, vt aliàs vltimum spolium, vt per Inno. in c. 1. de ord. cogn. & per Doct. in c. fi. eo. tit. & per Afflic. decis. 98. pulchrum est dubium, de quo aliàs scripsi.

Sed & ex hoc dici potest priuilegiata causa attentatorum;
9 † quia attentans facit se indignum priuilegio appellationis, vt per glo. mag. in c. non solum. de appel. in 6. priuatur possessione & perdit ius suum. Io. Monac. in c. cupientes. §. quòd si per viginti. nu. 13 6. citat. claus. nil nou. nu. 6. Marant. in ti. de appel. nu. 411. Mansr. concl. 55.
10 Item quia † attentans tenetur ad restitutionem fructuũ, vt per Rot. 5. de rest. spol. in no. & decis. 6. de dol. & contum. no. item damnorum, Dec. consi. 200. Manfred. concl. 48. item fructuum perceptorum medio tempore. quos suis sumptibus tenetur restituere passo attentata, vt per Bald. & Dec. in d. cap. bonæ.
11 Item † attentans cadit in spolio, vel turbatiua, siue delicto, de quo aliàs dixi, & multum potest authoritas iudicis; quia forsitan arbitraria pœna contra attentantem; quia offendit iudicem & partem, & legem, de quo cum non sit constituta pœna, arbitrium iudicis potest, vt in l. prima, ff. si quis iurisdicen. & per Bald. in l. verbis. ff. de legibus cum similibus.
12 Item † super attentatis in appellatione ab interlocutoria recipi possunt testes, quod non est in aliis interlocutorijs, item † valet receptio testium non affuturorum super articulis expresse non admissis, vt per Manfred. conclusio 13.
14 Item † ꝙ fatalia non currãt pendente hac causa, vt per Docto. in cap. ex ratione. de appel. & aliàs dixi.
15 Item † non prius deuenitur ad decisionem negotij principalis & appellationis, vel aliàs super meritis, nisi plenaria sit facta executio super attẽtatis, nedum super fructibus ablatis, sed & pro fructibus non perceptis, & pro percipiendis, ac
16 pro omnibus expensis petitis: vt † si iudex non condemnauerit in sententijs super attentatis, iudex super negocio principali tamen id possit, vt per eundem Manfred. concl. 25. & ego aliàs scripsi.
17 Item not. quòd licèt † causa attentatorum dicatur magis priuilegiata interdicto vnde ui, vel can. reintegranda. id procedit, quoad ordinem procedendi, non autem quoad effectum procedendi, absque collatione tituli in materia beneficiali, vt per Aegid. conclus. 294. quia † in materia attentatorum non auditur quis petens restitutionem beneficij, nisi coloret titulum. ut per eundem Aegid. concl. 208. & decis. seq.
19 dicit, quod † allegans titulum infectum peius facit, quàm si
20 nihil pro titulo allegaret. Item dec. 288. dicit, ꝙ † possessior nõ docens de titulo, nec colorans obtinet in casu prædicto contra petentẽ restitutionem non coloratam quoad effectũ absolutionis. Item ꝙ † materia contraria, videlicet cõtinuæ possessionis vsque ad tempus, quo attentata dicitur, includue admittenda est contra petentem.
22 Item † in hoc remedio proceditur summarie, & lite non contestata, sed in illis lite contestata, verum est, quòd in iis non est probanda litis pendentia, quod & Dec. tangit in d. ca. bonæ. col. penul. de appel.

Attentatorum priuilegia. Cap. XX.

SVMMARIVM.

1 *Ad reuocationem attentatorum proceditur, vel si possessio titulo non coloretur, secus in interdicto vnde vi, & can. reintegranda, quod tamen intelligitur fieri ex iudicis officio parte non instante, vt ibi. 2.*
3 *Remedium attentatorum cessat, quando notorie constat de non iure, vt ibi.*
4 *Censuræ ecclesiasticæ reuocantur per remedium attẽtatorum, quæ aliàs valerent pendente lite, cum factæ fuerint.*
5 *Spolium est probandum agenti super spolio, sed in materia attentatorum sufficit probare litis pendentiam, & innouatum, siue immutatum, vt ibi.*
6 *Exceptio excommunicationis non obstat prosequenti causam per viam attentatorum. Quæ aliàs obstaret agenti ad recuperandum.*

1 ATtentata † priuilegiata sunt; quia attentans offendit ius, iudicem, & partem. Rot. 14. no. 28. no. Alexan. consi. xcix. lib. 5. Affli. decis. 352. Didacus practi. q. c. 24. Mansr. concl. 50.

2 Attentatorum priuilegia pleraque ponit Franc. in cap. bonæ. colum. 4. & 5. extra de appellat. Inter quæ & illud numerari potest, quòd † exceptio excommunicationis agenti super attentatis opponi non potest, vt per Dec. cõ
3 si. 200 col. fin. vers. secundo, sed hæc uidẽtur aduersari iis, quæ aliàs notauimus, nisi distinguas inter excommunicationem maiorem, & minorem.

4 Item † opponi non potest exceptio proprietatis secundũ Card. in d. cap. bonæ. colum. 3. versi. not. & per Marant. par. 6. de ord. iudic. num 395. pag. 191.

Source : BIU Cujas

7 *Interdicto vnde ui non agitur contra ſuccedentem in re, licèt vitio violentiæ affecta, ſed remedium attentatorum datur, & contra talem ita ſuccedentem, non habentem cauſam à iudice, vel à parte. diſtingue vt ibi.*

8 *Spolij, & attentatorum exceptio non obſtat tertio comparenti in iudicio pro ſuo intereſſe, quo minus procedatur ſuper cauſa à ſe intentata ſuper poſſeſſione, vel proprietate, etiam ſpolio, attentatisue non purgatis.*

9 *Quando agitur remedio attentatorum, proceditur ſummaria quadam cognitione, ſine litis conteſtatione, & libello ex mero, & puro officio iudicis, quando verò agitur requiritur litem conteſtari.*

10 *Exceptio defectus proprietatis, & non iure petentis reſtitui, obſtat in interdicto vnde vi, licèt in can. reintegranda, ſecus, non obſtet in remedio attentatorum.*

11 *In interdicto vnde vi, obſtat exceptio alterius ſpolij, quod non eſt in remedio attentatorum.*

12 *Spolians lite pendente, ſi iterum ſpolietur, & contra eum attentetur, non habet locum remedium attentatorum, ſi tamen incontinenti fiat ſpoliatio, ſecus ſi ex interuallo; quia vltimum ſpolium eſt purgandum.*

13 *Iudex, qui pronunciauit attentata eſſe reuocanda, ſi omiſit condemnationem expenſarum, quando ferret ſententiam ſuper negotio principali, poterit condemnare in expenſis factis in iudicio attentatorum, & etiam iudex ad quem poterit condemnare in talibus expenſis.*

14 *Materia attentatorum fauorabilis eſt circa taxationem expenſarum, vt ante ſententiam in negotio principali poſſint expenſæ attentatorum taxari & tantum ſoluatur, quantum iudici videbitur, cum talis ſententia habeat vim diffinitiuæ. diſtingue tamen de expenſis aduocati & procuratoris, vt ibi.*

15 *Septem differentias conſiderat Franc.*

16 *Ex reſeruatione afficitur poſſeſſio, vt impediatur reſtitutio ex interdicto ſed non vt ex remedio attentatorum, quia in hoc non requiritur poſſeſſio, ſed ſufficit, quòd agens tempore expulſionis detineat.*

17 *Ille, qui attentauit in præiudicium litis pendentis, non ſolùm in fructibus perceptis, ſed & qui percipi poterunt, condemnari debet, ſi petatur. ratio ibi.*

18 *Quomodo procedatur, vbi ſeruatur, quòd attentata reuocentur in genere: vide ibi ſecundum caſum per eum propoſitum.*

Differentiæ inter cap. reintegranda. 3. q. 1. interdictum vnde vi & remedium attentatorum.

Cap. XXI.

DIfferentia eſt inter remedium attentatorum, & interdictum vnde vi & can. reintegranda. coniungam enim hæc remedia; quia nihil refert quoad attentata, licèt ipſa inter ſe differant, & Dec. in c. bonæ. videatur voluiſſe ea diſtinguere; quia ad reuocationē attentatorum proceditur, vel ſi poſſeſſio titulo non coloretur, ſed in reintegrandæ, & interdicto ſecus: vt per Rot. 2. & addit. ibi de reſt. ſpoliat. in no. Rot. 2. no. ℭ vbi, de cauſ. poſſ. & propr. no. Caſſad. deciſ. 3. de reſt. ſpoliat.

2 Vt † tamen id intelligatur ex officio iudicis fieri parte nō inſtante, vel inſtante, ita vt poſſeſſio parti non detur ſed penes iudicem remaneat, vel ſequeſtretur, ne detur uitioſus ingreſſus, vt per Caſſad. vbi ſupra, vt per Manfred. conſi. 20. quę vera ſunt in beneficialibus, non autem in prophanis, vt ratio prædicta ſuadet, & prædicti intelligunt.

Circa quæ nota, quòd quandoque conſtat de non iure, 16
3 quandoque non conſtat de iure † quandoque notorie conſtat de non iure; hoc enim caſu ceſſat remedium attentatorum ſecundum aliquos.

4 Item † per remedium attentatorum reuocantur cenſuræ eccleſiaſticæ, quæ aliàs valerent pendente lite, cum factæ fue 27
rint, vt per Inno. in ca. ex parte. extra de reſcriptis, quod non quadrat circa ſupradicta remedia.

5 Item † agenti ſuper ſpolio ſpolium eſt probandum, ſed in materia attentatorū ſufficit probare litis pendentia, ſiue qualitatem tempore litis inchoate, & innouatum ſiue immutatum, vt per Franc. in c. bonæ. de appel. & per Manfred. concl. 18
23. vnde iactationes, & moleſtationes forſitan per modum attentati peti poſſunt reuocari.

6 Item † proſequenti cauſam per viam attentatorum non obſtat exceptio excommunicationis, quæ aliàs obſtaret agēti ad recuperandum, vt in c. cum inter. in c. ſignificauerunt. de exception. in cap. pia. eod. tit. lib. 6. de quo alias dixiſſe puto, & à quibuſdam contradici.

7 Item † interdicto vnde vi non agitur contra ſuccedentem in re licèt vitio violentiæ affecta: ſed hoc remedium datur & contra talem ita ſuccedentem non habentem cauſam à iudice, vel à parte vt per Doct. in cap. bonæ. & in c. cum teneamur extra de appell. licèt contra ſcribat Dida. Couar. pract. q. c. 24. & refert Manſr. concl. 22. vt diſtinguendum ſit, ℭ ſi certius non litigans dedit cauſam alienationi (ſi per eam attentetur) & contra iſtum tertium non detur remedium attentatorū, aut litigans dedit cauſam prædicto tertio attentandi, ſiue alienandi, & tunc ſi non habeat locum remedium attentatorum contra iſtum tertium, facile dabitur materia fraudandi & euitandi materiam hanc priuilegiatam, vt ſenſiſſe videtur Affl. deciſ. 354. Vant. de nullit. pag. 44.

8 Verum eſt † ℭ exceptio ſpolij & attentatorum tertio comparenti in iudicio pro ſuo intereſſe non obſtat, quominus procedatur ſuper cauſa à ſe intentata ſuper poſſeſſione, uel proprietate etiam ſpolio attentatiſue non purgatis, vt per Fel. in c. veniēs, col. 4. ex. de teſtib. Io. Mil. in tract. exceptio. ſpoliationis, Rot. concl. 438. fuit dubitatum.

9 Item † quando agitur remedio attentatorum proceditur ſummaria quadam cognitione ſine litis conteſtatione, & libello ex mero & puro officio iudicis, vt ſcribitur in c. cupientes. ſuper verb. gratia, de elect. lib. 6. quando verò agitur poſſeſſorio, requiritur litem conteſtari, vt per Soc. in l. rem quæ nobis. de acq. poſſ.

10 Item † exceptio defectus proprietatis, & non iure petentis reſtitui obſtat in interdicto vnde vi, licèt in reintegrandæ ſecus: cum non obſtet in remedio attentatorum, vt per Franc. & Caſſad. ſupra alleg.

11 Item † ſunt qui dicant, quòd in interdicto vnde vi obſtat exceptio alterius ſpolij, ſed in hoc non, vt per Decius conſil. 200. Docto. in cap. bonæ. Marant. in Specul. in titu. de appellat. num. 393.

12 Vnde per quoſdam infertur † ℭ ſi ſpolians lite pendente iterum ſpolietur, & contra eum attentetur, non habet locū remedium attentatorum, vt per Caſſad. deciſ. 3. in fi. de reſtit. ſpol. Rot 4. de reſt. ſpol. per Biſig. Rot. 17. eo. titu. in antiq. quæ vera videntur, ſi incontinenti fiat ſpoliatio, ſecus ſi ex interuallo: vt per Manfred. concl. 43. quia vltimum ſpolium eſt purgandum, de quo aliàs puto me dixiſſe.

13 Item † iudex pronunciauit attentata eſſe reuocanda, ſed omiſit condemnare in expenſis, cum prolaturus ſententiam ſit in negotio principali, poteſt condemnare in expenſis factis in iudicio attentatorum, vt per Rot. vnic. de offic. iud. in antiq. quinimmo & iudex ad quem condemnare poteſt in expenſis factis vna attentata coram iudice à quo, vt per Rot. 25. nota ℭ vbi iudex, de re iud. in no. ad hæc quoque videdus eſt Manfred. concl. 25. & Maran. in Spec. in ti. de appel. num. 395. vbi uoluerunt, ℭ in fructibus perceptis, & percipiendis & plenaria & ante omnia condemnatio fit & executio, prius
14 quaꝫ ad negocium principale procedatur, qua ratione † materia attentatorum fauorabilis eſt circa taxationem expenſarum: vt ante ſententiam in negotio principali hæ poſſint expenſæ taxari, & tantum ſoluatur pro ſententia, regiſtro, pro procuratore aduocatoq; quantum iudici uidebitur, cum talis ſententia habeat uim definitinæ, ut per Rot. 37. not. ſi fiat condemnatio, de re iud. in antiq. & dec. ſequ. dicit, quòd ſi per aduocatum, & procuratorem remiſſæ, ſiue condonatæ fuerint expenſæ, debent cōputari, hac diſtinctione adhibita, aut remiſſæ fuerunt per amicos animo remunerandi, & computentur. aut non tali animo, & non computentur, vnde ſi rōne paupertatis idem, ad hæc Aegid. concl. 72. lata.

15 Septem † differentias in materia conſiderat Franc. poſt alios in d. cap. bonæ. de appellat.

16 Item † ex reſeruatione afficitur poſſeſſio, vt impediatur reſtitutio ex interdicto, ſed non vt ex remedio attentatorum; quia in hoc non requiritur poſſeſſio, ſed ſufficit, ℭ agens tempore expulſionis detineat: ut per Rot. 12. nota, ℭ vbi aliquis, aliàs 56. de cauſ. poſſ. in ant.

17 Item † ille qui attentauit in præiudicium litis pendentis non ſolùm in fructibus perceptis, ſed etiam qui percipi potuerunt, condemnari debet, ſi hoc petatur: quia doloſus & temerarius, & malæ fidei poſſeſſor eſſe cēſetur, qui in huiuſmodi fructibus de iure venit condemnandus, ut per Rot. 34. no, attentatis, aliàs 482. re iudic. in ant.

18 Nota † ℭ vbi ſeruatur, quòd attentata reuocentur in genere: cum deinde oporteat probari in ſpecie, aſſignatur terminus ad probandum in ſpecie, verum videtur, ℭ non ſufficiat prima reuocatio, ſed requiratur alia dilatoria, talia in ſpecie eſſe attentata, vel ſi dicamus, illa eſſe reuocata, non proderūt in ferenda, vel aperienda ſententia, vt mihi cōſigit; quia poſt appellationem à pronuncia iudicis competētis, & inhibitionem quidam proceſſit ad examinandos teſtes, feci reuocare in genere, ex conſuetudine, & probaui terminos in ſpecie, & non curans de alia ſententia reaſſumens negotium principale in ſententia definitiua illi teſtes ei nihil profuerunt, & dilationes in hoc emergenti ſunt arbitrariæ, iuxta l. 1. C. de dilat.

& ex

Source : BIU Cujas

& ex ſtatuto noſtro prohibente appellari in cauſa, in qua iudex pronunciauerit ſe competentem, forſitan in hac cauſa dabitur appellatio.

SVMMARIVM.

1 *Attentata poſt concluſionem in cauſa an veniant reuocanda per modũ attentati, poſt multa concludit vt in num. 9. 14.*
2 *Propoſitio, quòd attentata reuocantur in quacunque parte iudicij, intelligitur ante concluſionem in cauſa. & nu. 11.*
3 *Iudex ex officio poſt concluſionem in cauſa poteſt reuocare attentata.*
4 *Lis non videtur amplius pendere poſt concluſionem in cauſa.*
5 *Exceptio declinatoria veniens poſt lit. conteſt. non prodeſt ad declinandam iuriſdictionem.*
6 *Lis etiam poſt concluſionem in cauſa dicitur pendere, quouſque per ſententiam negotium fuerit definitum, reſp. vt nu. 10.*
7 *Quoties non intereſt petentis, tunc non habet locum, attentata reuocari oportere.*
8 *Contemptus iudicis operari poteſt, quòd reuocatio attentatorum fiat, licèt conſtet de non iure petentis.*
10 *Concluſio in cauſa videtur eſſe pro ſententiæ prolatione, & terminus excluſiuus reuocationis attentatorum.*
12 *Iudex quando ex officio ſuo mero, & puro petit reuocari attentata, non obſtat notorius defectus, & non coloratio tituli, reſp. quòd hoc procedit, quando iudex ex ſuo illo officio id facit, ſecundo quòd etiam ſi id facit, adhuc obſtat, quòd lis erat finita.*
15 *Rota 4. vt lite pendente, in no. aliàs 57. inquit, attentata lite pendente poſſunt peti reuocari vſque ad concluſionem in cauſa excluſiue, ratio ibi. & quanpo procedat 17. 18. 19. 20. 21. 22.*
16 *Concluſio præcludit viam reuocationis attentatorum, ſicut ſuſpenſionis petitorij.*
13 *Iudex ex officio ſuo, etiam poſt concluſionem in cauſa, facere poteſt attentata reuocari.*

Reuocatio attentatorum quomodo poſt concluſionem in cauſa. Cap. XXII.

1 VTrum † attenta, poſt concluſionem in cauſa veniant reuocanda per modum attentati, & quomodo. Videtur ꝙ non; quia iſta videtur propoſitio regulariter recepta, quòd attentata reuocẽtur in quacunque parte iudicij ante concluſionem in cauſa, vt per Doct. in cap. dilecti. de appel. & per loca in materia alleganda, & per Manfr. concl. 7. qui Manfr. tamẽ
2 concl. 21. dicit, quòd † iudex ex officio poſt concluſionem in cauſa poteſt reuocare attentata, poſt Fran. & Alex. in ca. dile-
3 cti. 3. de appel. Marant. in Spec. in titu. de appel. & † quia poſt concluſionem in cauſa lis pendere amplius non uidetur, ut
4 in ſimili uidemus, ꝙ † concluſio in cauſa claudit os ſuſpenſioni petitorij, & poſſeſſorij, iuxta not. in c. paſtoralis, de cau. poſſ. & prop. & in Clem. 2. vt lite pend. & ita argumentando, ad hoc alleg. Rot. 57. incipiente attentata lite pendente, ſcribit Afflic. deciſ. 352. quidam Cortuſerius. colum. 1. vbi in arg. quoque alleg. Io. Andr. in ca. 2. de ord. cogn. ubi uoluit, quòd
5 † exceptio declinatoria veniens poſt litem conteſtatam non prodeſt ad declinandam iuriſdictionem. Sed reſponderi po-
6 teſt, quòd † lis etiam poſt concluſionem in cauſa dicetur pendere, quouſque per ſententiam negotium fuerit diffinitum: vt ſcribitur per Rot. 10. ſi lite pendente, in nou. vt lite pendent.
7 Primò Afflict. vbi ſupra argumentabatur; quia † quoties non interſit petentis, ibi non habet locum attentata reuocari oportere: vt per Rot. 24. fuit dubitatum. quam Afflict. ibi alleg. & nos alibi diximꝰ, & per Aegid. Bellem. dec. 355. ille, de
8 cuius non iure. Reſpond. quòd † contemptus iudicis operari poteſt, quòd reuocatio attentatorum fiat, licèt conſtet de non iure petentis: vt per Rot. 2. de reſt. ſpol. & not. Caſſad. de-
9 ciſ. 3. de reſt. ſpol. in † contrarium tamen dicit fuiſſe determinatum in conſilio Neapolitano Afflict. in dict. deciſ. 352. quidam Cortuſerius, quia ita tenet Bonif. Vital. in clauſ. ml nouari appel. pend. Franc. in c. bonæ. col. 3. de appel. item alleg. Rot. 185. ſi pars.

Quia lis, vt ſupra dicebamus, dicitur pendere, quouſque fuerit per ſententiam definita, & ad hoc alleg. deciſ. 43. itẽ ſi lite pendente, quæ videtur 10. vt lit. pend. ſed reſpon. poteſt
10 † ꝙ cõcluſio in cauſa videtur eſſe pro ſententiæ prolatione, & terminus excluſiuus reuocationis attentatorũ: ut per Rot. deciſ. 4. attentata. vt lit. pend. in no.

Secundò Afflict. allegabat rationem: quia in qualibet parte litis attentata debent reuocari, iuxta no. per c. non ſolum.
11 de appel. in 6. & alleg. d. Rot. 165. Rũd. poteſt † ꝙ in alia parte litis intelligendum eſt, quàm poſt concluſionem in cauſa; quia concluſio æquiparatur ſententiæ.

12 Tertiò Afflict. dicit † quando iudex ex officio ſuo mero, & puro petit reuocari attentata, non obſtat notorius defectus, & non coloratio tituli; ut per Rot. quam ibi alleg. ergo concluſio in cauſa non prodeſt quoad reuocationem attentato-
13 rum. Reſpondetur † quòd procederent prædicta, quando iudex ex ſuo illo officio id facit. Secundò, quòd etiam ſi id fiat; tamen adhuc obſtat, quòd lis erat finita. Dicit tamen Afflic. quòd ſi antequam concluderetur in cauſa notatum fuiſſet, Vitalianus putabat attentata locum non habere; quia videtur lis finita.

14 Sed ego puto † ꝙ omnino prædicta ut ſupra attentata, qui nimmo & attentata poſt ſententiam datam prout in notula debeant reuocari, per c. non ſolum. de appel. in 6. quod varijs modis induci poterit.

15 Circa prædicta aduertendum eſt, quòd † Rot. 4. vt lit. pend. in no. quæ incipit attentata lite pẽdente, & aliàs eſt 57. inquit, attentata lite pendente poſſunt peti reuocari vſque ad cõcluſionem in cauſa excluſiue: quia in quacunque parte litis pro
16 pter contemptum iudicis poſſunt talia reuocari † concluſio tamen præcludit viam reuocationis attentatorum ſiue ſpoliationis petitorij.

17 Sed † hæc procedunt in ijs, quæ fuerint attentata ante concluſionem in cauſa, ſecus verò eſt, ſi poſtea talia fuerint innouata ſecundum prædicta. Idem † dicendum erit, ſi cauſa attẽ
18 tatorum & cauſa principalis ſimul tractata fuerit: qñ concluſio præcludet pronunciari ſuper attentatis. Sed † ſi per uiam
19 principalis iniuſtiæ petitum fuiſſet attentata reuocari, vtique cum ſint diuerſæ cauſæ, concluſio in una non impedit quin in alia petatur, aut procedatur.

20 Idem † poſt appellationem interpoſitam dicendum eſt; vt attentata peti poſſint reuocari uſque ad nouam concluſionẽ in cauſa; quia appellatio operatur, vt ſimus in terminis litis conteſtationis. l. cum quærebatur. ff. iud. ſol.

21 † Sed & iudex ex officio ſuo; vt quia læſa ſit maieſtas ſua, poteſt quandocunque ante ſententiam attentata reuocare: quia iudex ſemper poteſt reuocare concluſionem in cauſa. l. quod iuſſit. de re iud. & procedendo ad ulteriora, forſitan dici poſſet, videri hanc concluſionem reuocatam, & vide circa prædicta, Vant. de nullit. pag. 79.

22 Ex † eo autem quòd in quacunque parte litis attentata reuocari peti poteſt, concluditur illud, quod ponit Rot. 27. licèt pars rea, de appel. in no. hoc eſt, ꝙ licèt pars rea in cauſa appellationis à definitiua in partibus interpoſita coram audito re huiuſmodi cauſæ in curia ſuper libello de eo ſper actorem cũ negotio principali litem cõteſtetur, nihilominus poterit poſtea agere de & ſuper attentatis, quia attentatorum cauſa in hoc eſt priuilegiata, vt in quacunque parte litis ante omnia ea ſit expedienda, nec per litis conteſtationem huic priuilegio uidetur renunciari; quia compulſus à iudice litem is fuit conteſtatus.

Licèt autem concluſio in cauſa excludat reuocationem attentatorum, quæ aliàs ante omnia eſt facienda, vt per ſupradicta, & Rot. 6. nota quòd attentata, vt lite pend. in anti. vbi additio alleg. Rom. conſil. 57. tamen id eſt verum ad inſtantiam partis.

23 Iudex enim † ex officio ſuo etiam poſt concluſionem, in cauſa facere poteſt attentata reuocare; vt per Rom. conſi. 14. quem eadem additio alleg. & ſupra tetigi.

SVMMARIVM.

1 *Pendentia litis ſuper abſolutione à iuramento coram iudice eccleſiaſtico an impediat, ſiue retardet executionem coram laico? concluſ. vt in nu. 3. & uide ibi rationes.*
2 *Iudex cauſæ præparantis eſt iudex cauſæ præparatæ.*
4 *Iudex ſecularis non habet iuriſdictionem à iudice eccleſiaſtico, vnde non poteſt illi inhibere, quod intellige vt per Afflict. ibi. per multa.*
5 *Nullitas propoſita per modum excipiendi regulariter retardat executionem. & quid ſi proponatur per modum actionis. & quomodo prima procedat, & ratio 6. & de his multa ibi.*
7 *Obligatio cameralis etiam ſine iuramento executionem habere poteſt.*
8 *Propoſitio nullitatis regulariter non impedit executionem rei iudicatæ, vel ſententiæ exequibilis, vel inſtrumenti aliàs exequendi fallit in multis, vt ibi ad longum.*
9 *Pendente cauſa reſtitutionis in integ. vtrum deueniatur ad executionẽ, vel ſi deuentum fuerit, id reuocari poſſit per viam attentati? vt in caſu ibi propoſito. vide ibi dec. Rot. & rationes.*
10 *Sententia aduerſus quam petitur reſtitutio in integrum, ſi non eſt executioni demandanda data cautione, multo fortius quando petitur reſtitutio ad appellandum ex certis legitimiſque cauſis. & vt ibi.*

Quomodo

Source : BIU Cujas

11 *Quomodo intelligatur regula, ſententia quæ tranſiuit in rem iudicatam, mandari debet executioni.*
12 *Reſtitutio in integ. quem effectum pariat.*
13 *Regulariter reſtitutionis in integrum cauſa pendente nil innouandum, quando procedat.*
14 *Vbi conceditur reſtitutio ad appellandum intra x. dies, à die reſtitutionis id fieri debet.*
15 *Reſtitutio in integrum impedit executionem, etiam ſi incontineti non probetur, niſi ſubſit timor calumniæ.*
16 *Pendentia abſolutionis à iuramento, & reſtitutionis in integrum non impedit executionem inſtrumenti.*
17 *Stante appellatione à grauamine, & inhibitione ſecuta. ſi pronuncietur male appellatum, & bene proceſſum, à qua ſententia iterum appelle tur, & ante inhibitionem per iudicem primũ procedatur, an eiuſdem proceſſus remedio attentatorum reuocari poſſit.*
18 *A futuro euentu pendet, verum attentata reuocari debeant per modum attentati an non, quomodo intelligatur, ibi*
19 *In fauorem petentis reuocari attentata lis dicitur pendere, quouſque per rem iudicatam negocium expediatur.*
20 *Stante inhibitione non canonice facta, vel appellatione friuola, non poſſunt peti reuocari attentata, vt facta per iudicem.*
21 *Si vltra primum iudicem appellationis a grauamine per ſecundum quoque inhibeatur iudici primo, niſi appellatio aliàs friuola ſit, vel canonico non inhibeatur, tunc attentata reuocari peti poſſunt.*
22 *Facta per primum iudicem quando veniant reuocanda per modum attentati.*
23 *Appellatum ſi fuerit à grauamine illato in partibus per iudicem à quo, nunquam poteſt procedi poſt factam commiſſionem, & inhibitionem in partibus, etiam ſi bene proceſsum pronuncietur: quia cauſa non remittitur ad partes amplius, cum ſemel fuerit in curia Rom. introducta, quo caſu peti poterunt reuocari facta lite penden. etiam ante appellationem a grauamine, ratio ibi.*
24 *Auditor, cui cauſa appellationis commiſsa eſt, non poteſt cognoſcere niſi de grauamine, expreſso in appellatione, vt in caſu ibi propoſito. & ratio ibi.*
Iudex appellationis a grauamine non cognoſcit de innouatis ante, niſi in euentum, quo cauſa ad ſe deuoluatur, & vt ibi.

Pendente cauſa abſolutionis à iuramento, item nullitatis, item reſtitutionis in integrum quomodo attentetur. Cap. XXIII.

1 Væro vtrum † pendentia litis ſuper abſolutione à iuramento impediat, ſiue retardet executionem inſtrumenti guarentigiati, vel ex forma ſtatutorum habentis executionem, vel obligationis in forma Cameræ, vel in regno Neapolitano obligationem factam penes acta magnæ Curiæ Vicariæ? Videbatur, quòd litis pendentia ſuper abſolutione à iuramento eſſet præiudicialis ad cauſam intentatam coram iudice laico, vt tenet Federic. Sen. conſi. 126. in q. Do. Io. Pauli. & conſi. 300. factum proponitur.

2 Item quia dicimus † quòd iudex cauſæ præparantis eſt iudex cauſæ præparatæ, vt per Bald. *in l. ordinarij.* in ſecundo not. C. de rei vend. Alex. conſi. 187. in fin. lib. 2. Petrus. ſingu. 88. qui iudex, & ſcribitur per Moder. in rub. C. de edend. Ferrat. caut. 53.

3 In † contrarium tamen fuit notatum in conſilio Neapolitano, vt per Afflict. deciſ. 30. fuit dubitatum, vbi hanc quæſtionem ponit in terminis, & dicit quòd ita fuit votatum in d. conſilio, hoc eſt, quòd pendentia litis ſuper abſolutione à iuramento coram iudice eccleſiaſtico non impedit executionem coram ſeculari; quia ſunt diuerſæ cauſæ, & ad hoc alleg. Ang. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. alleg. l. fin. C. de ord. cogn.

4 Item † quia iudex ſecularis non habet iuriſdictionem à iudice eccleſiaſtico, vnde non poteſt illi inhibere ſec. Bal. in l. 1. in fin. C. quo. & qua. iud. ſed Afflic. vbi ſupra, dicit, quòd inhibetur ſub pœna excommunicationis, vnde cum ſit timenda. &c. non quadrat hæc ratio, niſi circa attentata dicamus eandem non ligare: & dicit Afflictus quòd talis opinio ſeruatur in practica, præſertim ſi eſſet calumnioſa petitio abſolutionis, item ſi ſolutio eſſet facienda in termino qui laberetur. itẽ ſi eſſet per petentem iam incurſum in periurium, cui non cõceditur abſolutio, de quo per Doct. in cap. 1. de iureiu. & ita cum mihi caſus euenisſet uidi obſeruari, & ſcribit Alex. conſi. 83. lib. 5. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. Laurent. Rodulph. in c. conſuluit q. 129. de vſuris. Iaſ. in l. ne quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconſ. vnde vel ſi conceſſa ſit abſolutio à iuramento, & inquiratur coram iudice eccleſiaſtico
5 ſuper vſuraria prauitate, inhibitiones † emanatæ non operãtur remedium nullitatis. ad hæc Franc. Rip. in d. §. condemnatum. nu. 29. vbi reſp. ad c. tuam. de ord. cognit.

5 Iuxta prædicta tangitur: quia † nullitas propoſita per modum excipiendi retardat executionem regulariter, vt latiſſi-
6 me per Franc. Rip. in d. §. condemnatum. Sed † an ſi proponatur per modum actionis. Innoc. in c. cum in iure. de offic. deleg. tenuit quòd non, idem ſcribit Ange. & Imol. in dicto. §. condemnatum. Idem Rot. 3. licèt per uiam. de excep. not. aliàs 280.

Alex. in d. §. condemnatum. arg. à cõtrario ſenſu de clem. vt calumnijs. extra de re iudic. tenet contrarium, quod Paul. Caſtren. in auth. quæ ſupplicatio. C. de precib. imp. offer. intelligit procedere, ſi petitio ſuper nullitate præceſſerit petitionẽ executionis. Rip. in d. §. condemnatum. col. fina. præterea requirit, quòd ſit oppoſita exceptio nullitatis, item quòd iudex executionis fuerit inhibitus à iudice nullitatis. Sed quid ſi idẽ ſit iudex nullitatis, & executionis. Videtur, ꝙ nõ requitantur hæc: quia ſententia nulla non meretur executionem. d. §. condẽnatum. Item no. quòd in his caſibus, in quib. Doct. dicunt, quòd nullitas ſuſpendit executionem, procedit non ſolum per modum impeditiuum executionis, ſed & proceſſus, vel ita quòd vtriuſque proceſſus procedat, præſertim ſi propoſitio executionis ſit calumnioſa, quia propoſitio non ſolum abſolutionis ſuper reſciſſione ℘ctus, ſed & petitio ſuper abſolutione præſertim inter diuerſas perſonas, vel ſecuta inhibitione ab eccleſiaſtico non ligat. Dec. conſi. 200. & iuxta prædicta nota, quòd ſcribit Galleſius in vtili tractatu obligationis in forma cameræ, hoc eſt quòd introductio pendentiæ litis ſuper abſolutione à iuramento non impedit executionẽ paratam, vel ſecuta inhibitione, quod dicit non habere difficultatem in executione ſuper abſolutione à iuramento obligationis in forma cameræ: quia abſolutio in tali caſu ad effectum excipiendi non datur: vt quis agat, petita abſolutio nõ poteſt executionem impedire; quia una cauſa ab altera eſt di
7 uerſa: & † obligatio cameralis etiam ſine iuramento executionem habere poteſt, quod notandum eſt ad inſtrumenta guarentigiata, & aliàs habentia executionem, etiam ſine iuramento, & ſubdit ibidem Galleſius, quòd etſi obligatus introducat litem ſuper nullitate obligationis, non propterea impedietur executor, vel ſi executori dictæ obligationis Cameralis fuerit inhibitum, quia ſunt diuerſæ cauſæ, vt nõ debeat impedire inhibitio ex cauſa nullitatis talem executionem: vt contra executio talem nullitatem, verum tamen eſt, ꝙ ſi agens: ſuper nullitate obtineret, pariter etiam obtineret reuocationem executionis, vt per Franc. in c. dilecti. col. 11. de
8 appell. vbi quoque tangit, quid ſi per uiam exceptionis nullitas proponatur. Item nota, quòd † propoſitio nullitatis regulariter non impedit executionem rei iudicatæ, vel ſententiæ exequibilis, vel inſtrumenti aliàs exequendi, quando proponitur principaliter. quinimmo ſuſpenditur cauſa nullitatis, vt latiſſimè per Vant. de nullit. pag. 81. Veſtrium in pract. in tit. de nullit. Fallit quãdo nullitas proponitur per uiam exceptionis, quæ non requirit altiorem indaginem, vt per Vant. vbi ſupra. Secundò fallit, vbi nullitas proponatur cum appellatione, vt per Vant. ibidem, ſed quomodo procedit: cũ præſupponamus exequibile, quod non cadit, vbi datur appellatio, dic quòd multi caſus reperiuntur, in quibus datur appellatio, & interim exequimur. quòd ſi verum eſt, & vbi proponitur cauſa recurſus à laudo idem dicendum erit propoſita nullitate, & recurſu. Tertiò fallit quando proponens nullitatem poſſet eam probare incontinenti, ideſt intra tempus executionis, vt per Veſtrium in d. loco. quod proderit ad pronũtiandum ſuper nullitate, quod procedit etiam, ſi pro parte proponentis nullitatem nihil ſit probandum, vt per Staphil. de commiſ. lit. iu. pag. 112. Quartò fallit, vt priuilegium cle. vt calumniis, vt nullatenus & c. procedat in tribus conformibus tantum, ſecus in nõ appellabili, vel aliter exequibili una, vel duabus; quia tunc proceſſus ſe inuicem non impediunt, vt per Veſtrium vbi ſupra, ampliando etiam, quòd inhibitio iudicis nullitatis interueniſſet, vel alius, & nullitas operatur reuocationem attentatorum poſtea obtenta ſententia ſuper nullitate vnà cum omnibus inde ſecutis. Quintò quia petens executionem ſuſpectus de dilapidatione ſolum conſequetur ſequeſtrationem propoſita nullitate. Sextò: quia operatur litis pendentiam ſuper nullitate, vbi executio aliàs eſſet irreparabilis, retardetur, vt per Veſtrium vbi ſupra. Septimò fallit, quando agens de nullitate excipit etiam de nullit. vt per Veſtr. vbi ſupra, ſed tunc retardat per modum exceptionis, non per modum actionis. Octauò fallit in exceptione, qđ me. cau. & in alijs, quę iuſtificant appellationem à ſententia de exequendo: quia ſi tunc, ergo magis prius, de quibus per Dec. in c. ex parte 2. de offic. deleg. vnde dubitari poteſt, quid ſi prætendatur contractus initus dolo, in quo idem dicerem, ſi annullat ipſo iure, & procedunt, ſiue ſimus in prima inſtantia nullitatis, ſiue in ſecunda.

Iuxta

Source : BIU Cujas

9 luxta prædicta q. † vtrum pendente causa restitutionis in integrum deueniatur ad executionem, vel si deuentum fuerit, id reuocari possit per viam attentati. Ecce enim lata sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, priusquam sententia executioni mandaretur, condemnatus impetrauit committi causam super restitutione ad appellandum, in qua omissis citationibus deuentum est ad executionem, nunc instatur super reuocatione attentatorum, quid iuris? Rot. 51. si committitur causa. de appel. in no. tenuit, quòd huiusmodi executio facta, vt supra, reuocari debeat per modum attētati; quia non est dubium litem pendere super restitutione ad appellandum, lite aũt pendente reuocari debent attentata, præsertim si ex causis allegatis pars poterat cogitare restitutionem in integrum esse concedendam.

10 Item † si sententia, aduersus quam petitur restitutio in integrum, non est executioni demandanda, data cautione, vt in cap. suscitata, de rest. in integ. multo fortius quando petitur restitutio ad appellandum ex certis legitimisq; causis, quæ restitutio leuius, citiusque concedi debet, q̃ restitutio aduersus sententiam, vt c. quandiu. de appel. in clem. Accedente quia si in curia Romana id contingat, Papa solet facere commissiones huiusmodi super restitutione in integrum, & ita faciendo videtur totum negocium ad se aduocare, & sic nihil fieri potuit negotio ita pendente, cap. vt nostrum. de appel. c. si eo tempore. de elec. lib. 6. & scribitur decis. 62. de appel. in no. si lata, licèt in d. decis. collector teneat contrarium vbi stãte commissione super restitutione in integrum ad appellandum, & omissa citatione, remedium attentatorum non procedit, vt ibi.

Non obstat, ꝙ sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, mandari debeat executioni. c. cum inter. de re iud. cap. concertationi. de appellat. lib. 6. & factum legitimè reuocari non
11 debet, reg. factum legitimè, de reg. iur. in 6. † quia intelliguntur hæc secundum prædicta, quotiescunque irreuocabiliter sententia transiuit in rem iudicatam, innoueturq; seruatis seruandis.

Hæcque maximè procedunt, si post propositam causam restitutionis, per iudicem inhibitum fuerit, iuxta cap. non solum, & cap. Romana. de appel. & latius hæc prosequitur Rota suprascripta decis. 51. si committatur. de appel. in nou. & Cassad. vt lit. pend. decis. 1. dicit seruari dictam decis. 51. & nõ illam 62. & ita apost. ad d. decis. 62. refert & uide de materia Octauia. Vest. in titu. de restit. in integ. in pract. Ben. decis. 85. nume. 12. qui Octauianus Vestr. & Beni. latissimè examinant articulum, an & quando, pendente causa restitutionis in integrum, impediatur fieri executio rei iudicatæ, & dicit Vestr. in
12 d. pract. tit. de rest. in integ. quòd tenendum est, † quòd regulariter petitio restit. in integ. operetur effectum suspensiuum, & executionem impediat. l. vnic. C. in integ. rest. postul. nihil Inno. Abb. & alij in cap. suscituta. de rest. in integ. Cassad. dec. 5. in fin. de appell. idque etiam si non iure communi, sed speciali, vt pote iure minoris peteretur restitutio secundum Saly. in l. vnica. in fin. C. ne lic. ter. prou. licèt Bald. fuerit in contraria opin. quem Saly. ibi reprobat, & Cassad. decis. 1. de rest. in integ. refert sacrum palatium modo vnam, modo alteram amplecti opinionem, vbi calumniæ suspicio cessat, vel locum habet. Vestrius autem palatij vsum iuri conformari putat,
13 hoc est, ꝙ † regulariter restitutionis in integrum causa pendente nihil sit innouandum, quod non procedit, vbi expressè per calumniam peteretur rest. in integ. ut per Doct. in d. cap. suscitata. Plane & hoc sublimitatur, vt non procedat, vbi executio esset præiudicij irrecuperabilis, vel per cautionem non posset præseruari: ut per Abb. in d. cap. suscitata. vt in carceratione exemplificari potest, & dicit idem Vestrius, ꝙ vbi iudex restitutionis inhibuisset, & vellemus nihilominus executionem fieri, impetrare consueuimus commissionem iudicis restitutionis directam, vt præfixo petenti restitutionem aliquo breui termino ad probandum, & docendum, cur executio impediri debeat, & nihil quod impediat, siue releuet docto, inhibitionem suam moderetur, & ita iudex executionis exequetur, quæ practica obseruatur etiam in iis casibus, in quibus restitutio retardat executionem, quo casu si inclinaretur pro restitutione concedenda, solet omissa restitutoria sententia procedi in causa principali: vt per Vestr. ubi supra, qui sub
14 dit, † ꝙ vbi concederetur restitutio ad appellandum intra x.
15 dies à die restitutionis, id fieri debet. alleg. Rot. 446. si lata vna diffinitiua. Item nota † ꝙ restitutio in integrum impedit executionem, etiam si incontinenti non probetur, nisi subsit timor calumniæ, vt hæc latissimè attestatur de communi Cephal. consi. 116. restitutio. & ibi dicit, quòd sunt qui distinguãt
16 inter ius ciuile, & ius canonicum. Item † pendentia absolutionis à iuramento, & restitutionis in integrum non impedit executionem instrumenti. Corn. consi. 31. col. fin. lib. 3.

17 Si † autem appelletur à grauamine ante diffinitiuam, & non deferatur appellationi, & committatur causa appellationis alteri auditori, qui seruatis seruandis inhibeat primo auditori, & demum pronunciet male appellatum, & bene processum per primũ auditorem, & remittat causam, à qua sententia iterum appellatur, & non defertur appellationi, & causa committatur de ista secunda appellatione alteri auditori. Item antequam per istum ſm auditorem super hac secunda appellatione inhibeatur primo auditori, is primus auditor procedit ad vlteriora in causa principali, concludit, & profert diffinitiuam sniam ꝓ istum appellantem, cuius processus & sententia tanquam appellatione pendente supradicta, per modum attentati per istum secũdum auditorem petuntur reuocari, vt in effectu quæstio sit, vtrum stante appellatione à grauamine, & inhibitione secuta, si pronuncietur male appellatum & bene processum, à qua sententia iterum appelletur, & ante inhibitionem per iudicem primum procedatur eiusdem processus remedio attētatorum, reuocari possit? Videbatur, ꝙ hæc attentata essent reuocanda; quia lite pẽdente, siue appellatione pendente fuerunt innouata cap. venientes. extra de iureiur.

Secundò: quia stante inhibitione iudex primus procedere amplius non poterat. c. non solum. de appel. lib. 6.

Nec obstat, ꝙ sublata sit per sententiam: quia snia huiusmodi fuit appellatione suspensa. d. c. veniẽtes. extra de iureiu. Imol. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. Alexand. consil. 35. lib. 4.

Rot. 65. si appelletur à grauamine, de appellat. in no. aliàs.
18 461. dicit, ꝙ determinatum fuit, ꝙ † à futuro euentu pendet, vtrum attentata reuocari debeant per modum attentati, an non, hoc est, ꝙ inspiciatur, si secundus iudex appellationis à snia bene pronunciatum, & processum & male appellatum, confirmabit sniam, non videatur attentatum; quia inhibitio illa suspensa per appellationem, nunc in totum extinguitur. cæterum si pronunciaretur, bene appellatum, utique talia reuocarentur per modum attentati, eandem opi. sequitur Ro. 1. de off. deleg. in no.

Sed videtur, ꝙ iudex ille primus bene procedat: quia cum habeat remissionem ad se per primũ iudicem, videtur ignorare appellationem ante inhibitionem, vt procedere possit, iuxta c. non solum. de appell. in 6. & ita videtur sentire Rot. 1. de offic. deleg. in no. alias 138.

Item videtur, ꝙ Rot. supra alleg. non cõsiderauerit casum, in quo ab isto posset iterum appellari, vt iterum suspendatur iurisdictio, iuxta tiṇe liceat ter. prou. quod tamen dictũ Ro. 1. videtur reiectum, vt non impediat ante inhibitionem iudicem primum.

19 Item † in fauorem petentis reuocari attentata, facit, quòd lis dicitur pendere, quousque per rem iudicatam negotium expediatur, & ita processus facti per iudicem veniant reuocandi.

20 Aduertendum tñ præterea est, ꝙ † stante inhibitione non canonice facta. Itẽ ꝙ stante appellatione friuola non possint peti reuocari attentata, vt facta per iudicem a quo, vt late per Rot. 58. si appelletur. de appel. in nou. vbi etiã ponit, quæ sint necessaria ad canonicam inhibitionem.

21 Non est etiam prætermittendum † ꝙ si ultra primum iudicem appellationis à grauamine per secundum quoque inhibeatur iudici primo, nisi appellatio aliàs friuola sit, vel canonicus non inhibeatur, tunc attentata reuocari peti possunt.

22 Quòd † si primus iudex appellationis causam non remisisset, sed detulisset appellationi, à quo fuit deinde appellatum, certè facta per primum iudicem causæ, veniret reuocanda per modum attentati: vt sentit Franc. in cap. ut debitus. colum. 10. versi. vlt. pone. num. 28. Idem tenet apost. ad d. Rot. 1. de off. deleg.

23 Præterea aduertendum est, † ꝙ si appelletur a grauamine illato in partibus per iudicem à quo, nunquam potest procedi post factam commissionem, & inhibitionem in partibus, etiam si bene processum pronuncietur: quia causa non remittitur ad partes amplius, cum semel fuerit in curia Ro. introducta, vt per Aegid. dec. 3. in titu. de appell. & dec. 9. eo. titu. in fin. cum alleg per addit. ad Rot. 25. de rescr. & ita sentit additio ad d. dec. 1. de offic. deleg. & hoc casu peti poterũt reuocari facta lite pendente, etiam ante appellationem a grauamine; quia totum negocium deuoluitur ad curiam, quod non est in sequenti casu.

Namque si appelletur ab aliquo grauamine ante snìam diffinitiuam, & committatur causa appellationis huius gra-
24 uaminis alicui auditori, † non potest is, cui causa huiusmodi commissa fuerit, reuocare innouata vel attentata lite pendente, ante appellationem tamen a grauamine: quia is non põt

cogno-

Source : BIU Cujas

cognoscere nisi de grauamine expresso in appellatione, cuius causa sibi commissa fuit.clem.appellanti. de appell. Item quia talia attentata ante grauamen huiusmodi videntur cõcernere negocium principale, cuius cognitio ad iudicẽ istũ non pertinet, nisi in euentum grauaminis.cap.ut debitus. de appel.& ita scribit Ro.55.si appelletur ab aliquo grauamine
25 de appel.in no. † vbi voluit, quòd iudex appellationis à grauamine non cognoscit de innouatis ante, nisi in euentum, quo causa ad se deuoluatur. Item nisi attentata fuerint inhibitione secuta à se, adde vel eo, qui cognouit de grauamine, & idem si antea, uel post appellationem à grauamine fuerint innouata : vt per Rot. vbi supra decis. 55. si appelletur.

SVMMARIVM.

1 *Facta intra terminum præfixum à iudice, à quo, ad dandum apostolos, an veniant reuocanda per modum attentati?*
Aliud est esse irritum, vel reuocari remedio attentatorum.
2 *Post sententiam nota quatuor tempora.*
3 *Opinio collectoris, quòd pendente termino ad dandum apostolos, contra innouata locum habeat remdeium attentatorum. & ratio ibi.*
4 *Responsio ad opi.collectoris cum rationibus addit.ad Dec.19.*
Causa apostolorum est appellatio,& instructio.
Apostolorum petitio,& negocium videtur habere se per modum causati ab appellatione, vnde eius naturam sequitur.
Quando aliqua participant eandem causam directo, vel per medium principaliter, vel secundario, ibi vnius pendentia facit similem processum.
5 *Pendere, uel de proximo pendere æquiparantur.*
6 *Si per iudicem à quo processu fuerit, in casu ibi proposito, an facta per ipsum iudicem per remedium attentatorum debeant reuocari? vide ibi, cum rationibus sequ.*
7 *Opiniones diuersæ circa appellationem à grauamine.*

Facta pendente termino ad dandum apostolos quomodo reuocanda.
Cap. XXIIII.

1 VTrum † pendente termino ad dandum apostolos præfixo per iudicem à quo, & facta tali termino pendente, veniant per modum attentati reuocanda? quod non veniant reuocanda,& valeat processus, omnes tenuisse se excepto sc.ibit Collector dec.19.si iudex procedit. de appell.in no. pro quibus allegatur c.vt super.& c.adeo.de appel.lib.6. vbi iubet dari apostolos, & si denegentur, ex tunc decernitur processus irritus, ergo antea valebat, quia dictio, ex tunc, notat temporis extremitatem. l.quarta. §.fin.ff.de conditionib. & demonstrat.

Respon. quod decernitur irritus ex tunc, ergo prius valebat, sed non fuerat processum, vel aliud est esse irritum, vel reuocari remedio attentatorum.

Vtique videtur esse corrigere. c.non solum. de appel.in 6.
2 & sic no. † post sententiam quatuor tempora. Primum tempus denegationis apostolorum, & procedat. cap.ut super. & c.abeo. Secundum tempus negligentis dare apostolos, uel negligentis recipere, in primo casu procedit c.non solum, vt dicam in tertio, in secundo videtur transire in rem iudicatã, quia videtur appellationi renunciari: ut c.ab eo.de appel.lib. 6. tertium tempus antecedens negligentiam, vel denegationem, & bene videntur esse in terminis cap.non solùm.alleg. consideratur tempus, post conclusionem in causa, & post data sententiam, prout in notula, vt aliàs scripsi. quartum tempus considerari potest, præfixo termino ad dandos apostolos, & videtur quòd simus in terminis. c. non solum. de appel. in sexto.

3 Collector verò in supraalleg. decisione † dicit se fuisse in opinione, quòd pendente termino ad dandos apostolos contra innouata, locum habeat remedium attentatorum, quã opin. dicit tenuisse Ioan. de Lig. in cap. dilectis. de appellat. qui alleg. idem tenuisse Paul. de Leaz. & idem Host. in glo. cap. contra. de appellat. in sexto, pro qua opin. adducitur talis ratio; quia pendente termino officium iudicis conquiescit l.siue pars. C. de dilat. c. fæpe. c oblatæ. c. personas. de appellat. cum similibus.

4 Respon. † quòd id procedit per officium, quod iudex pendente dilatione debet silere, non autem ex eo, ℘ remedium attentatorum locum habeat, quasi differentia sit inter remedium attentatorum, & reuocationem, & non quæ facta fuerint dilatione pendente.

Pro hac opin. additio ad supra alleg. dec. 19. considerabat quasdam rationes; vt quia actus considerari debet ſm causã antecedentem, uel productam, ut secundum illam fiat interpretatio. 15.q.6.c.1.in fi. causa autem apostolorum est appellatio: & instructio: ut ergo appellatio, seu apostolorum causa uidetur dare materiam attentatis, & causam: Inde additio illam considerabat, ℘ apostolorum petitio, & negocium videtur habere se per modum causati ab appellatione, vnde eius naturam sequitur. arg. l. sponsæ. §. generaliter. ff. de dona. inter virum & uxor.

Inde dicebat additio eadem : quia quando aliqua participant eandem causam directò, vel per medium principaliter, vel secundario, ibi unius pẽdentia facit simile processum. l. fundum. §. fundi. ff. de excep. c. tuam. de ord. cogn. l. duobus. §. exceptio. ff. de iureiu.

5 Postremò suprad. additio allegabat; † quia pendere, vel de proximo pendere, æquiparantur. l. si testis. & sequ. de pet. hær. vt dari, vel de proximo, habetur pro eodem. l. peti. ff. de testam. mil. sed datio apostolorum vitiaret processum iudicis à quo, ergo &c. namque aut sunt delatorij, & reuerentiales, & defertur appellationi, aut refutatorij, & sumus in c. ab eo. de appellat. & re vera hæc sequens opinio verior, ad hæc quædam Manfred. conclus. tertia vide Bellam. decis. 622. processus factus. vbi latissimè de materia, & Boer. decis. 256. colum. fina.

Sed quid si requisita præsentia iudicis, & aliàs seruatis seruandis, appellatum fuerit coram honestis personis, non autem coram iudice, & ab ijsdem apostoli decreti, quatenus per se possit, & appellatione huic iudici à quo, aliter non intima-
6 ta, † per iudicem à quo procedatur, an per remedium attentatorum prædicta debeant reuocari? Quòd sic, videtur per cap. non solum. de appellat. in 6. quod loquitur generaliter & indistinctè. ita not. Aegid. decisio. 638. super articulo, vbi dicit, super articulo grauaminis, a quo est appellatum, non impetratur commissio, antequam dati fuerint apostoli, non intelligitur de articulo habente vim vltimæ diffinitiuæ.

Item facit: quia appellans coram honestis personis non tenetur alibi iudicem sequi, pro intimanda appellatione & petendis apostolis. l. secunda. §. biduum. versi. dies. ff. quando appelat. sit. & satis est prosequi coram iudice ad quem secundum Aegid. decis. 381. & appellari potest & peti possunt apostoli in absentia iudicis coram aliis præmissa protestatione de absentia secundum Mill. id fieri debet. Item si sit absens iudex potest appellari in loco tribunalis, tanquam congruo: vt per Rot. 50. de appel. in no. Item quando appellatur in absentia iudicis de necessitate apostoli non sunt petendi, sec. Spec. in ti. de appel. in 4.q.§. sequitur uidere, versi. notandum. Frãc. in cap. fi. q. 13. de appell. quia apostoli reuerentiales, vel refutatorij per alium nullum dari possunt, quàm per iudicem à quo, vt hæc latiss. considerat Caslad. decis. 8. appellauerat. in titu. de appellat.

7 † Item circa prædicta nota, quòd Rot. 19. secundum aliquos, aliàs 214. de appel. in antiq. dicit, ℘ secundum aliquos, vbi appellatur à grauamine ante dationem apostolorum, si fiat commissio valet, sed tamen iudex appellationis non habet procedere, si opponatur per partem, donec sint dati apostoli; quia remanet primus iudex, iterum Rot. 6. vtrum si appellatur a grauamine, vel interlocutoria, & ante dationem apostolorum iudex impetratur, valet, & iudex impetratus procedere potest, antequam per iudicem a quo fuerint dati apostoli; quia tempus prosequendæ appellationis, currit appellanti à die latæ sententiæ, uel illati grauaminis, & tempus dandorum apostolorum debet sibi auferri, & licèt primus remaneat iudex: tamen illius iurisdictio est suspensa. Non negando tamen, ℘ si iudex à quo reuocaret grauamen, & reponeret retro, secundus iudex nulliter ageret: subdit tamen, ℘ alij tenent contra propter malitiam impetrantium: quia si esset expressum, ℘ penderet terminus apostolorum, Cancellarius forsitan id non concessisset: primam tamen opinio. ibi sequitur Bisignetus.

SVMMARIVM.

1 *Si duo pluries inter se attentarunt, ut in casu ibi proposito, & ultimò attentans proponat causam per modum exceptionis, quòd contra se fuerit attentatum, quid iuris? uide ibi.*
2 *Spoliatus, qui illico recuperat, non censetur spoliasse, sed potius in pristinum casum reuerti.*
3 *Videntur paria illico, & incontinenti deijcere spoliantem, uel intra biduum, uel triduum quærendo amicos.*
4 *Spoliatus, qui lite pendente recuperauit possessionem, non habet remedium attentatorum.*

Quando

Quando plura ſpolia ſiue attentata proponantur. Cap. XXV.

ITe pendente ſuper attentatis tu me ſpoliaſti, & dum ego ago ſuper attentatis, vel aliter te iterum ſpolio, & tu iterum me, & ego contra poſtremo loco te, vterque noſtrum agit ſuper attentatis, † & vltimò attentans præſertim proponit cauſam per modum exceptionis, quod contra ſe fuerit attentatum, quid iuris? Thom. Faſt. cauſ. 20. dub. 40. primum an uideatur, arguit, quòd videatur admittenda exceptio, tu prius contra me attentaſti, quia † ille, qui ſpoliatus illico recuperat, non cenſebitur ſpoliaſſe, ſed potius in priſtinum caſum reuerti. l. tertia §. cum igitur. ff. de vi, & vi arma. & † videtur quòd ſint paria, illico, & incontinenti deijcere ſpoliantem, & infra biduum vel triduum, quærendo amicos.

Item Thom. Faſtol. cauſ. 1. dub. 4. quartum dubium. dicit, quòd vltimus ſpoliatus ſemper auditur, quando non incontinenti ſpoliatio fiat. cap. fin. de ord. cògn. quaſi ſentiat, quòd vltimum ſpolium ſemper eſt purgandum: vt dicit Rot. 27. licèt aliàs 185. de appellat. in no. ſic quòd exceptio ſpolij non attendatur. Dec. conſi. 200. colum. fin. Doct. in cap. bonæ. de appellat. Marant. in Spec. in titu. de appel. num. 393. Manfr. conclu. 20. & conclu. 43. qui conclu. 98. † dicit, quòd ſpoliatus qui lite pendente recuperauit poſſeſſionem, non habet remedium attentatorum, alleg. Ro. 428. in antiqu. & Decius conſil. 460. nume. 20. Ad hoc uidendus eſt Caſſad. deciſ. 3. de reſtit. ſpol. & quæ dixi aliàs, in materia differentiarum inter interdictum, vnde vi, & materiam attentatorum, vbi dixi diſtinguendum inter ea, quæ fiunt incontinenti, & quæ ex interuallo.

1 2 3 4

SVMMARIVM.

1 *Agens remedio attentatorum vtrum teneatur colorare titulum ſuper poſſeſſione, an ei ſufficiat ſolum probare ſe poſsediſſe tempore litis motæ, & poſtea probare ſe fuiſse ſpoliatum, dum proceſsus agitatur? ibi per multa pro vtraque parte.*

2 *In interdicto unde ui, agens in beneficialibus non auditur, niſi poſſeſſionem coloret, ne detur vicioſus ingreſsus.*

3 *In beneficialibus oportet iuſtificare poſſeſſionem ex titulo, antequam fiat reſtitutio, ſaltem in prima figura.*

4 *Nullo iuris ordine ſeruato proceditur in remedio attentatorum, ut ibi, & videtur intentari incidenter hoc remedium.*

5 *Plus offenditur iudex per attentata, quàm pars: quia eius dignitas, & officium contemnitur.*

6 *Lex offenditur per attentata, quia iubet, nil innouandum lite pendente, vt*

7 *In attentatis magis inſpicitur contemptus ſuperioris, quàm læſio iuris, & partis.*

8 *Quomodo ſufficiat ſpoliato agenti colorare titulo poſſeſſionem.*
Sola prouiſio executoris ſufficit pro colore poſſeſſionis, & ſola prouiſio vicarij epiſcopi.
Confeſſio aduerſarij de titulo agentis ſufficit pro colore.

9 *Agenti ſpolio non obſtat notorius defectus iuris: in hoc tamen diuerſæ ſunt opiniones, ut ibi latè per eum. nu. 10.*

11 *Colorans poſſeſſionem ex infecto titulo, non audiatur petens reuocari attentata, quia peius eſt infectum titulum allegare, quàm nullum.*

12 *Regulæ duæ Abb. pro cognoſcendo titulo colorato.*

13 *Caſus ſpeciales, in quibus dicitur titulus non coloratus. ibi latè, & remiſſiuè.*

14 *Intruſus quis dicatur, & ad effectum regulæ, de triennali, quomodo conſideretur, ibi. 15.*

16 *Obiectorum materia ad longum ibi tractatur, uſque in finem cap.*

In cauſa attentatorum an ſit coloranda poſſeſſio, & quædam de colore poſſeſſionis & obiectibus. Cap. XXVI.

DVbitatio † vtrum agens remedio attentatorum teneatur colorare titulum ſuæ poſſeſſionis, an ei ſufficiat ſolum probare ſe poſſediſſe tempore litis motæ, & poſtea probare, fuiſſe ſpoliatum, dum proceſſus agitatur, quidam argumentabantur, ℣ poſſeſſio eſſet coloranda: quia † in interdicto vnde vi, agens in beneficialibus non auditur, niſi poſſeſſionem coloret, ut per Archid. in cap. eum qui. de eo qui mit. in poſſeſſ. lib. 6. Innoc. in cap. ex parte. de reſtit. Spol. Ioan. And. in clem. vnic. de cauſ. poſſeſſ. & propr. ne detur vitioſus ingreſſus, contra d. cap. eum qui. & cap. 1. de reg. iur. lib. 6. ne aliàs dicamus, beneficium eccleſiaſticum ſine canonica inſtitutione poſſideri. cap. ex frequentibus, de inſtitutionibus. facit, quod vult capella Toloſ. 15. ita fuit quæſitum an intentanti. vbi refert cõmunem eſſe opinionem † quòd in beneficialibus oportet iuſtificare poſſeſſionem ex titulo, antequam fiat reſtitutio ſaltem in prima figura, & hanc opinionem ſentit Aegid. Bellem. deciſ. 286.

In contrarium, quòd ſpoliatus lite pendente habeat remedium attentatorum, & non teneatur titulo colorare poſſeſſionem: † quia hoc remedium videtur intentari incidenter. item quia nullo iuris ordine ſeruato in remedio attentatorum proceditur vt iudex ex mero & puro officio ſuo poſſit attentata lite pendente in priſtinum ſtatum reuocare: vt non iure actionis ſed iudicantis officio id fiat: quia † plus offenditur iudex, cuius dignitas & officium cõtemnitur, quàm pars. immo † & lex offenditur, quæ lite pendente nihil innouari iubet: vt priuilegium attentatorum ſit amplius remedio reintegrãdæ, vel interdicto vnde vi: vt per Rot. 2. fuit dubitatum. de reſt. ſpol. in no. Hanc deciſionem ſequitur, & dicit ſuo tẽpore fuiſſe in obſeruantia Caſſad. deciſ. 3. petens reſtitutionem. de reſt. ſpol. & eandem opinionem, ſi agatur de ſpolio lite pendente facto, ut ante omnia ſit facienda reſtitutio, tenet Aegid. deciſ. 49. agens, & conclu. 17. ſecundum. & concl. 101. conſtat, Veſtrius in pract. in tit. vt lit. pend. lib. 8. vt ſine colore ſufficiat tantum probare ſpolium lite pendente, ut per Caſſad. d. deciſ, 3. vbi notat hanc differentiam, inter cano. rein tegranda, & remedium attentatorum, pro hac opinione videtur tex. in d. cap. non ſolum. de appel. in 6. in c. ad præſentiam, in c. bonæ. de appellat. & † quia in attentatis magis inſpicitur contemptus ſuperioris, quàm læſio iuris, & partis. cap. cordi. in fi. de appel. in 6. & tangitur per Rot. 2. de reſt. ſpol. in no. & Caſſad. d. deciſ. 3.

Planè † vbi eſt coloranda titulo poſſeſſio, ſufficit agenti ſpoliato colorare, per ſupplicationem etiam literis non expeditis, etiam non obſtante regula de non iudicando literis non expeditis: ut per Gomeſ. ibi q 5. & ibi tangit, quòd ſufficit ſola prouiſio ſub executoris pro colore: ut per Aegid. conclu. 573. ſpoliatus, vt & ſola prouiſio Vicarij Epiſcopi: ut per Aegid. conclu. 50. ſi petens. Item confeſſio aduerſarij de titulo agentis ſufficit pro colore. vt per Fel. in cap. olim. colum. ſexta de reſcriptis, licet in conſiſtorialibus aliter dicatur per extra. iniunct. de elect. vnde idem ſi tales literæ eſſent ſuper diſpenſatione duorum incompatibilium, & in fine tangitur per Gomeſ. vbi ſupra † ℣ agenti in ſpolio non obſtaret notorius defectus iuris contra dictum Inno. in c. conſtitutus. de filijs presbyt.

Sed † in hoc ſiue agatur ex can. reintegranda, comm. opinio eſt in contrarium: ut per Doct. in §. nihil commune. l. naturaliter. ff. de acq. poſſ. & puto me ſcripſiſſe in libro de ſuſpẽſione petitorij & poſſeſſorij, ſiue agatur remedio attentatorum communis uidetur in contrarium, & de iure quoque ita obſeruandum, ne detur vitioſus ingreſſus, ſec. gloſ. & Innoc. in cap. ſignificatti. de diuortiis. & per Rot. 13. de reſtitut. ſpol. in antiq. Butrius & Franc. in cap. bonæ. de appellat. Rot. 5. & 7. in antiq. & 2. in no. ſub titulo, vt lite pend. & habetur in dec. 2. de reſt. ſpol. in no. & deciſ. 12. de cauſ. poſſ. & propr. in antiq. & dec. 2. & 13. & 24. de reſt. ſpol. in antiq. Aegid. deciſ 356. & deciſ. 593. & deciſ. 553. & latiſſime ſcribitur per Caſſad. dec. 3. de reſtit. ſpol. & per Afflict. deciſ. 352. quidam Corbiſerius. Manfre. conclu. 20. vbi ſimpliciter loquitur, quando conſtat de non iure, quod intelligitur, quando notorie conſtat de non iure, & hæc procedunt in beneficialibus, vel aliàs in ijs, in quibus requiritur tituli coloratio, ſecus uerò eſt in prophanis. Planè dictum à Gomeſio ibi procedere poſſet ex eo, quòd iudex ex officio ſuo, etiam vbi conſtat de non iure patientis attentata, & notorie poteſt; quia læſa eſt dignitas ſua auocare poſſeſſionem, vel ſequeſtrare paſſo attentata, non reſtituendo: quia conſtat de non ſuo iure notoriè, & minus attentati propter delictum ſuum: vt per But. & per Frãc. in d. cap. bonæ. & per Caſſad. d. deciſ. 3. in fi.

Circa quæ nota † ℣ colorans poſſeſſionem ex infecto titulo, non auditur petens reuocari attentata; quia peius eſt infectum titulum allegare, quàm nullum, vt per Aegid. concl. 393. ſi petens. ſufficit tamen colorare titulum ſummariè: ut per Aegid. dec. 99. in reſtitut.

† Ad cognoſcendum autem titulum coloratum. Abbas in c. cum noſtris. colum. fina. de conceſſ. præbend. ponit duas regulas. prima eſt, quòd vbicunque defectus non eſt in conferente, nec inducitur priuatio à iure, vel ab homine, talis poſſeſſio eſt colorata. ſecunda regula eſt, quòd vbicunque

conferens

Source : BIU Cujas

conferens non habet poteſtatem conferendi, vt puta laicus, vel alienus Epiſcopus, qui conferendo faciunt contra ius, vt in c. illud. de iure patron. tunc enim titulus datus ab eo, qui non habet poteſtatem alienandi, habetur pro non titulo, & ſic non eſt coloratus. Licet quoad colorem requiſitum in regula de triennali poſſeſſore, alia ratio de non colore tituli ſit habenda, vt per Gomeſ. in reg. de triennali. q. 27. † vbi tan
13 git caſus quoſdam ſpeciales, in quibus titulus dicetur non coloratus, vt in eo, qui habet primum curatum, & inde recipit ſecundum: quia in primo dicitur habere titulum non coloratum, propter malignantem clauſulam decreti in extrauag. execrabilis, & in cap. de multa. de præbendis. de quo per eundem Gomeſ. in d. reg. q. 10. Idem in epiſcopo non cõſecrato intra tempora ſtatuta in cap. cum in cunctis. de elect. Idem in collatione facta à vicario generali: cum non habeat poteſtatem, vt in cap. fin. de offic. vic. lib. 6. niſi iuuetur aliquo adminiculo, vt iuramento vicarij aſſerentis ſe habere mandatum ſecundum Aegid. conclu. 10. Idem in ordinario, cui fuerit inhibitum, propter decretum per gloſ. in cap. non ſolum. de præben. lib. ſexto. Idem in ingrediente poſſeſſionem beneficij ſine authoritate ſuperioris competẽtis etiam quòd habet executoriales canonizatorias. Fel. in cap. ad probandum. colum. 4. de reiud. Rip. in cap. ſæpe. nume. 69. de reſtit. ſpol. & ibi reliqua, per Gomeſ. vbi ſupra. A quibus non longe abſunt, quæ de intruſo dicit idem Gomeſ. in eadem regu-
14 la de triennali. q. 47. hoc eſt † quòd intruſus dicitur ille, qui ſine licentia ſuperioris, ſed propria vel parentum authoritate, & abſque vlla confirmatione occupat beneficium: vt ſunt illi, qui nullum habent titulum. item intruſus eſt ille, qui ante confirmationem ſuæ electionis vt lite pendente adminiſtrat, item qui habet titulum & poſſeſſionem, à non habente poteſtatem conferendi; vt quia collatio pertinet ad alium, vel publicè fuerat ſuſpenſus. item ille qui alterum ſpoliauit, vt per Gomeſ. vbi ſupra. & per Fel. in c. veniens. ſecundo de accuſationibus & ad effectum regulæ de triennali, quo modo conſideretur intruſus, declarat idem Gomeſ. in dicta quæſt. 47.

Ex his apparet, quòd quoniam defectus notorius impedit
16 reuocationem attentatorum, † dantur obiectus in materia; quia an contra teſtes & eorum dicta aliàs ſcripſi, unde ſi forſitan tales obiectus probari poſſent incontinenti, ideſt antequam perficeretur proceſſus, pro parte inſtantis ad reuocandum attentata, certè non eſſent reijciendi, vt in ſimili de exceptione contra executionem ſcribitur per Docto. in l. quarta. §. condemnatum. ff. de re iudic. obiectus autem debent reſpicere ius dantis, vt ſcribit Ro. 1. aliàs 36. fuit dubitatum. de accuſatio. Inno. obiectus quoque debent ſpecificari. l. prætor ait §. primo. ff de iniurijs, & debent probari: vt per Gomeſ. de annali. q. 48. & articuli obiectiui dati in termino quomodo recipiatur poſt terminum. Aegid. concluſ. 439. & quibuſdam ſpecificatis quibuſdam non, quomodo procedatur. Aegid. conclu. 501. & quòd in hac materia obiectiua ne detur declaratio. Rot. 9. de probat. in antiqu. & eodem titulo Rot. 52. & quòd obiectus contra teſtes ſint ſpecificandi de tempore, loco & die. Boer. deciſ. 321. & de articulis obiectiuis non datis in termino, & reſtitutione danda. Rot. 17. de exceptio. in antiqu. & an minor reſtituatur aduerſus omiſſos obiectus. Boer. deciſi. 245. & de admittendis obiectibus non obſtante lapſu termini. Aegid. deciſ. 452. & deciſio. 270. & de materia obiectus idem Aegid. conclu. 146. & 120. & 80. & 83. & quando ſurrogatus ſit admittendus ad obiectus. Rot. 5. vt lite penden. & de materia vltra loca ſupraſcripta ſcribitur in Rot. 2. de exceptio. per Biſig. in Rot. 1. de excep. in antiqu. Thom. Faſtol. dub. 24. Aegid. concluſ. 445. & concluſ. 504. & quòd non poſſeſſor non audiatur ad obiectus. Aegid. deciſ. 383. ad hæc idem Aegid. conclu. 407. & conclu. 399. & conclu. 416. & Rot 7. & 8. de except. in antiq. Aegid. conclu. 434. & concl. 444. & concluſ. 192. & concluſ. 154. & Rot. 51. de appellatio. in antiqu. & 13. de teſtibus, in antiqu. & 23. eodem titulo. & deciſio. 20. de probatio. in antiqu. & 14. & 24. de appellatio. in antiquiorib.

SVMMARIVM.

1 *Innouata, & attentata lite pendente vtrum ſint nulla ipſo iure, an veniant reuocanda ex officio, quaſi facta iniuſte? vide ibi.*
2 *Si poſt inhibitionem iudex à quo eſt appellatum, procedat, illius proceſſus irritus eſt & nullus, etiam ſi pars appellans poſtea appellationi renunciet tacite, uel expreſsè.*
3 *Proceſſus habitus poſt legitimam appellationem per iudicem à quo ipſo iure eſt nullus.*
4 *Circa nullitatem proceſſus poſt appellationem, vel inhibitionem, multa adducuntur, & nota caſum poſitum per Rot. ibi. 5.*
6 *Attentata infra decennium ad appellandum ſunt nulla ipſo iure, quando appellatio iuſte interponitur.*
7 *Attentata contra ius commune ſunt nulla ipſo iure.*
8 *Innouata poſt appellationem ab interlocutoria non ſunt nulla, ſed veniunt reuocanda poſt inhibitionem autem ſunt nulla, ipſo iure. in diffinitiua verò ſunt nulla ipſo iure.*
9 *Quando ſit facienda expreſsio cauſę in appellatione, & in qua appellatione.*
10 *Innouata lite pendente valent. limita vt ibi.*

Attentata lite pendente an ſint nulla ipſo iure, an reuocanda vt non nulla ipſo iure.

Cap. XXVII.

1 INnouata, † & attentata lite pendente vtrum ſint nulla ipſo iure, an ueniant reuocanda ex officio quaſi facta iniuſte. Rot. 20. ſi poſt inhi-
2 bitionem. de app in no. dicit † quòd ſi poſt inhibitionem iudex, à quo eſt appellatum, procedat, illius proceſſus irritus eſt, & nullus, etiam ſi pars appellans poſtea appellationi renunciet tacitè vel expreſsè, argum. reg. quod ab initio. de regul. iur. & cap. auditis, & cap. dudum, de elect. & per Docto. in cap. non ſolum. de appel. in 6. & per Manfr. concl. 11.

3 Immo Rota ubi ſupra dicit † quòd proceſſus habitus poſt legitimam appellationem per iudicem à quo ipſo iure eſt nullus, per tex. in cap. Rodulphus. in cap. ſignificante, in ca. ſignificauit. extra de reſcript. & per cap. exhibita. extra de iudic. & cap. dilecti. eodem titu. in quibus iuribus ponderatur clauſula irritans. Cui ponderationi forſitan reſponderi poſſet: quia ſi reuocatur in irritum, ergo prius ualebat. Ponderat quoque Rot. tex. in cap. per tuas, & in c. ſolet. de ſent. excommunic. lib. ſexto. Sed id forſitan eſt in odium excommunicationis.

4 De † nullitate autem proceſſus poſt appellationem, & inhibitionẽ eſt tex. expreſſus in c. Romana. in c. non ſolum. de appel. in 6. & ad id multa iura, ad id facientia allegat. Rot. prędicta 20. ſi poſt inhibitionem', & in eandem ſententiam eſt Rot. 65. ſi appelletur. eo. tit.

Idem quoque ſcribit Rot. 31. ſi ab excommunicatione. de
5 appell. in no. vbi Rota vult † quòd ſi ab excõmunicatione, vel reintruſione excommunicationis latæ, aut factæ propter contumaciam: quia pars rea noluit reſpondere libello, appelletur, & auditori primo per iudicem appellationis inhibeatur, & poſt huiuſmodi inhibitionem primus iudex procedat, proceſſus eſt nullus. Nec obſtat, quòd dicta reintruſio videatur alius caſus à prima excommunicatione: quia vt Rot. ibi dicit, non eſt verum: quinimmo idem caſus cum negocio principali, ſaltem acceſſorie: quia ſi cauſa eſſet diuerſa, certè proceſſus in una non prohibetur per inhibitionem in alia, vt per Rot. vbi ſupra.

6 Federic. de Senis conſi. 119. dicit † quòd attentata infra decendium ad appellandum ſunt nulla ipſo iure conc. 83. quę
7 concluſ. 249. dicit † quòd attentata contra ius commune ſunt nulla ipſo iure. alleg. Abb. cap. conſideremus. colum. 1. de election.

8 Verum eſt, quòd † innouata poſt appellationem ab interlocutoria non ſunt nulla, ſed veniunt reuocanda, ſed poſt inhibitionem ſunt nulla ipſo iure: vt per Doct. in d. cap. non ſolum. Manfr. conclu. 11. in definitiua verò ipſo iure ſunt nulla,
9 ſecundùm prædicta, ſed ſiue † in appellatione, ſiue inhibitione ad nullitatem ipſo iure quidam requirunt in appellatione expreſſionem cauſæ, vt per Franc. in cap. conſuluit. num. 9. de appellat. vt ſi in appellat. extraiudiciali non iuſtificetur appellationis cauſa, idem ſit. Franc. in cap. dilecti. nume. 10. eodem titu. vt id intelligam, quòd poſt appellationem extraiudicialem etiam, poſt inhibitionem ſit probanda cauſa, ſed & in iudiciali poſt decem dies ad appellandum, & forſitan etiam ante.

10 Regula ſit † quòd innouata lite pendente valent, ſiue in iudiciali, ſiue in extraiudiciali appellatione, vt per Dec. in ca. conſuluit. de appellat. in fin. & in cap. dilecti. de appellat. vbi limit. ſecuta inhibitione, & in excommunicatione & in interdicto. ad hæc Decius in cap. dilecti. nume. 21. & cap. ad hæc, de appellat.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus factus per iudicem à quo poſt inhibitionem præſentatam, nullus eſt, & multa circa inhibitionem. ibi latè.*

Adeo

Source : BIU Cujas

2 Adeo inſpicitur inhibitio, quòd in iis caſibus attentata ante omnia non ſunt reuocanda : tamen ſi poſt inhibitionem emanatam illa euenerint, virtute inhibitionis ante omnia veniunt reuocanda.

3 Inhibitio eſt timenda, ſiue iuſta, ſiue iniuſta.

4 Ante inhibitionem requiritur aliqua cognitio, præſertim ſtante appellatione à grauamine ante diffinitiuam.

5 Caſus, in quo inhibitio non eſt aliquo modo concedend.i, vide ibi.

6 In appellationibus extraiudicialibus vt obtineatur inhibitio, probari debet cauſa appellationis, quia canonica debet eſſe inhibitio.

7 Quæ requirantur, vt canonica ſit inhibitio.

8 Et ſi inhiberi non poteſt niſi lite conteſtata, vel aſſignato termino ad iuſtificandum, & impugnandum, tamen ex quo iudex recipit appellationem, poteſt etiam inhibere.

9 Inhibitio ſi procedat à Papa, vel eius delegato, non requiritur cauſæ cognitio.

10 Iudex appellationis triplicem cauſæ cognitionem præmittere debet, antequam principale negocium aggrediatur. vide ibi.

11 Quomodo procedet iudex circa cognitionem cauſæ appellatæ.

12 Auditor datus in curia in cauſa appellationis, ſtatim inhibere poteſt iudici à quo, ſecundum caſum ibi propoſitum, vide ibi. & multa circa commiſſionem, & deuolutionem cauſæ.

13 In curia Romana cauſæ ſemel deuolutę ad partes amplius non reuoluuntur.

14 Deuolutio per ſe habet citationem, & termini præfixionem.

15 Caſus, in quo de æquitate poteſt fieri inhibitio, nulla interpoſita appellatione, ibi.

16 Intimatio, nec vim citationis, nec vim inhibitionis habet.

17 Deſtructo principali, omnia deſtruuntur, quæ ſequuntur ex illo.

18 Auditor Cameræ, in quibus caſibus, & quando ſtatim inhibeat.

19 Iudex à quo, an poſſit procedere, non facta ſibi verbali remiſſione, per iudicem ad quem in caſu, in quo remiſſio fieri debet? diſtingue vt ibi.

20 Inhibitio facta ad friuolam appellationem non operatur annullationem proceſſus, quia friuola facta non impediunt.

21 Non attenditur quod fit, ſed quod fieri debuit.

22 Appellatio manifeſte friuola priuat appellantem remedio appellationis.

23 Stant hæc ſimul, quòd bene ſit proceſſum, & bene inhibitum, propter iuſtificationem, & cauſæ cognitionem.

24 Quæ appellatio manifeſte dicatur friuola. ibi remiſſ.
Multa manifeſta dicuntur, quæ non ſunt.

25 In actu irreuocabili, vt in tortura, ex ſola appellatione ſine inhibitione ligantur manus iudicis.

26 Auditor quibus inhibere debeat.

27 Appellatione pendente omnia debent eſſe in eodem ſtatu, quantum ad litigantes, non quantum ad extraneos.

28 Non omnia, quæ fiunt lite pendente, etiam per ipſas partes dicuntur attentari, niſi fiant in præiudicium dictæ litis.

29 Signatura, placet, prout de iure ſemper concipitur, quando omnia petita non ſunt conceſſibilia, vel quando aliquis articulus eſt dubius in iure.

30 Si committitur cauſa alicui Cardinali, & poſtea per Papam committitur alij Cardinali, vltimus Card. cui cauſa commiſſa eſt, non inhibet priori, ſed eidem inſinuat, ſeu denunciat commiſſionem ſuam, quo facto, prior Cardin. non procedit, id enim habet vim inhibitionis reuerentialiter, ſimiliter in auditore, cui commiſſa cauſa poſt Card. & idem in Cardinale, cui commiſſa cauſa quæ erat commiſſa auditori, vide ibi.

31 Auditor auditori debet inhibere, quia inter eos non ſeruatur reſpectus.

32 Cauſa ſemel commiſſa Cardinalibus, alijs Cardinalibus committitur, inferioribus rarò, aut nunquam.

33 Commiſſio cauſæ non deuolutæ debet fieri de ſpeciali mandato, non per ſolam cancellariam, aliàs auditor bene non procedit.

34 Ex ſola intimatione non ligantur manus proceſſantis.

35 Inhibitio licèt poſſit fieri per iudicem ad quem, parte non vocata, tamen iudex id nunquam facit in curia, niſi parte citata, quod declarat Rot. 24. nota licèt inhibitio. de dol. & contum. in antiqu. vt ibi, & nume. 37.

36 In appellationibus extraiudicialibus non eſt procedendum ad inhibitionem, ne quis priuetur iure ſuo.

38 Iudex iudici ex mero officio non inhibet, niſi inſtante parte, quoad verò inhibitionem partis ſecus eſt, cum & citatio idem operari videatur.

39 Quia requiritur aliqualis cognitio ad iuſtificandum inhibitionem, bene erit, ſi pars citetur ad videndum inhiberi.

40 De ſtylo ſacri palatij poſt concluſionem in cauſa, non fit inhibitio per aliquem auditorem alteri, verum ſi fuerit expreſsè inhibitum, & auditor, cui fuit inhibitum ferat ſententiam, tunc talis ſententia eſt nulla.

41 Poſt ſententiam, prout in notula datam, non habet locum inhibitio, quimos pleriſque in locis hodie ſeruatur, ſecundum caſum ibi diffusè propoſitum.

42 Iudex à quo, non tenetur expectare niſi intra 10. dies, & poſtea poteſt procedere.

43 Inhibitio obtinet vim præcepti, ideo eſt timenda, dic quòd ſi habet clauſulam iuſtificatoriam, reſoluitur in citationem, ſin aliter poteſt peti reuocari, quia non eſt incipiendum à præceptis.

44 Per auditorem regulariter non fit inhibitio in cauſa, niſi lite conteſtata vel poſt datum terminum ad iuſtificandam, & impugnandam appellationem; quia tunc dicitur lis pendere.

45 Si concluſum ſit in cauſa coram aliquo iudice extra ſacrum palatium, & appelletur, poteſt fieri inhibitio dicto iudici ad inſtantiam appellantis, ſecus autem ſi coram aliquo auditore ſacri palatij, quia poſt concluſionem non poteſt fieri inhibitio.

46 Quando in aliqua cauſa ſpirituali, vel prophana eſt concluſum, non poteſt inhiberi, licèt ſit appellatum à concluſione, & dati ſint apoſtoli refutatorij, & terminus aſſignatus ad ſententiam audiendam, & alia vt ibi. quod ſeruatur in ſacro palatio. Vnde multominus procedet inhibitio quoad aperturam ſententiæ datæ prout in notula, & vt ibi.

47 Inhibitio licèt fieri poſſit parte non vocata, intelligitur in appellatione iudiciali, ſecus in extraiudiciali.

48 Cardinalibus ob reuerentiam non inhibetur, ſed intimatur, quod habet vim inhibitionis.

49 Iudex ad quem inhibere poteſt iudici à quo parte abſente, & non vocata.

50 De ſtilo palatij nunquam inhibetur partibus in curia præſentibus à iudicibus, niſi parte vocata, ſecus ſi ſunt abſentes, & alia infinita. vide ibi latiſſimè poſita, ſecundum opinio diuerſorum Docto. circa materiam inhibitionis, per totum capitulum vſque ad nume. 109.

De inhibitione & eius materia. Cap. XVIII.

1 CIrca inhibitionem ſciendum eſt † quòd proceſſus factus per iudicem, à quo poſt inhibitionem emanatam, & præſentatam eſt nullus, vt in cap. non ſolum, & in cap. Romana. de appellat. lib. 6. & ſcribitur per Rot. 20. aliàs 130. ſi poſt inhibitionem. de appell. in no. vbi dicit, quòd adeo hoc eſt uerum, quòd ſi pars appellans poſt tacitè, vel expreſsè renunciet appellationi, nihilominus habet locum prædicta propoſitio, idem dicens poſt appellationem, quod intelligitur a definitiua, & ante decem dies, & idem Rot. 31. aliàs 193. ſi ab excommunicatione. de appel. in no. vbi reintruſio, & reaggrauatio excommunicationis poſt inhibitionem nulla eſt, licèt fieri videatur per modum continuationis.

2 Item † adeo inſpicitur inhibitio, quòd in iis caſibus, in quibus attentata ante omnia non ſunt reuocanda; tamen ſi poſt inhibitionem emanatam illa euenerint, virtute inhibitionis verius ante omnia reuocanda, vt per Gemin. in c. non ſolum. §. illa verò. num. 6. & ſeq. de appellat. 16. & aduertit Veſtrius lib. 8. in tit. de attentatis pag. mihi 154. quia ut ibi dicit

3 † inhibitio eſt timenda, ſiue iuſta ſiue iniuſta. Vnde ipſe reprehendit iudices, qui ſtatim non cognita qualitate appellationis, inhibent etiam vbi ex inſpectione appellationis appareat illam fuiſſe interpoſitam in caſu à iure prohibito, quod facere non debent, niſi præcedat ſummaria cognitio, an appellatio veniret recipienda. d. cap. Romana. §. ſin autem poſt ſententiam. Caſſad. de reſcrip. deciſ. 10. nume. 4. Gemin. in d. c. non ſolum. col. fin. & propter vim inhibitionis dubitabilis erat ille caſus in Rot. 65. aliàs 461. ſi appelletur. in no. hoc eſt ſi appelletur à grauamine ante definitiuam, & non deferatur appellationi, & committatur cauſa appellationis alteri auditori, qui ſeruatis ſeruandis inhibet primo auditori, & inde pronunciat male appellatum, & bene proceſſum, & cauſam eidem remittit, à qua pronuntia appellatur, ſed non defertur appellationi, inde cauſa commiſſa alij auditori ante inhibitionem primus iudex concludit & profert definitiuam. inſtatur ſuper attentatis, & ſcribitur vt ibi.

4 Vnde non ſine cauſa † aliqua cognitio, vt prædixi, ante inhibitionem requiritur, & præſertim ſtante appellatione à grauamine ante definitiuam, vt ſcribit text. in cap. non ſo-

5 lum. ſupra allegato. & ideo † ſi appelletur in partibus ad Pontificem ab aliqua executione ſuper tribus conformibus,

vel

Source : BIU Cujas

vel aliter re iudicata: quia non constat de potestate dicti executoris, vel si constaret: quia per executorem exceditur modus suæ authoritatis, & quòd hæ sententiæ latæ fuerunt per falsa instrumenta, si committatur causa talis appellationis alicui auditori sacri palatij, & petatur ante omnia inhiberi, prædicto executori ne ad ulteriorem executionem procedat, hæc inhibitio nisi de præmissis aliqualiter constiterit, non est aliquo modo concedenda, vt scribitur per Rot. 45. si appelletur de appel. in no. aliàs 346. Ex qua decis. quoque notandum est † quòd in appellationibus extraiudicialibus ut 6
obtineatur inhibitio probari debet causa appellationis: canonica enim debet esse inhibitio, vt textus dicit in d. ca. non
solum, quæ † vt sit canonica primò requiritur, quòd appel- 7
latio interposita sit ex probabili causa, & ea, quæ si probata foret deberet legitima reputari. cap. vt debitus, & c. pastoralis. de appel. secundò requiritur, quòd per appellationem negocium deuolutum fuerit ad iudicem, ad quem, & quòd is recepta huiusmodi appellatione ex causa probabili incipiat cognoscere, an causa huiusmodi sit vera, vt his obseruatis iudex inhibeat, & erit canonica inhibitio, post quam nihil ualet, vt in d. c. Romana. c. quod si obiiciatur, & c. non solum. §. illa, vt per Rot. 58. si appellatur aliàs 412. de appellat. in no. ad hæc uidenda est Rot. 6. not a quòd per auditorem, aliàs 44. de
appel. in aut. vbi dicit † quòd etsi non possit inhiberi, nisi lite 8
contestata, vel assignato termino ad iustificandum, & impugnandum: tamen Io. Mon. dicebat, quòd ex quo recipiebat appellationem, inhibere poterat, & ibi additio Rotas concordantes allegat, & vide Rot. 68. sciendum, aliàs 272. de ap-
pell. in ant. Plane † si inhibitio à Papa procedat, vel ab eius 9
delegato, non requiritur hæc causæ cognitio, sec. Machel. patroc. 8. post Franc. quem allegat, sed forsitan id est verum, quando de speciali mandato Papæ causa committatur, non autem per vicecancellarium; quia is contra ius sine speciali mandato rescribere non consueuit. Rot. 3. aliàs 11. fuit dubi-
tatũ. de appel. in nou. Et dicit additio ad dictam Rot. † quòd 10
iudex appellationis triplicem causæ cognitionem præmittere debet, antequam principale negocium aggrediatur: Prima, an sit appellatum, & an sit talis appellatio, quæ deoluat, puta quia sit interposita infra decem dies, & an inscriptis. Item an ex causa rationabili, & si in hoc iudex malè fuerit arbitratus. puta quia friuola erat causa expressa in appellatione, vel econtra, potest ab eo appellari, vnde consueuerunt appellantes portare instrumentum sententiæ à qua extitit appellatum, vt ita appareat appellatum infra decem dies, & instrumentum appellationis, per quod iudex cognitionem appellationis recipiat, quo facto iudex inhibere poterit inferiori, non tamen poterit adhuc de principali causa cognoscere. Vnde secunda causæ cognitio secundum addi-
tionem prædictam est: † quia citabit appellatum, nisi esset ca- 11
sus, in quo esset citatus a iure, vt in cap. læpe. de appellat. quæ citatio habet vim litis contestationis. cap. Raynaldus. verii. di lectus. de testam. qua contestatione facta recipiat probatio-
nes appellationis super veritate grauaminis, vel oblatione probationis, vel super delatione, & altero ipsorum probato pronunciabit se iudicem appellationis & remouebit grauamen: & si aliquid est innouatum, reuocabit illum per modum nullitatis, & attentati: & dicet se debere in principali procedere. Tertia cognitio secundum Rotam prædictam est: quia post prædicta iudex citabit partes ad principale negocium, & assumet causam in eo statu, in quo erat remoto grauamine, vt dicit notari per glo. in d. cap. læpe. *Si* uerò appellans non probaret alterum istorum: tunc iudex ad quem remittit ad iudicem, à quo, sed de stilo causa remanet in curia. Hodie plerunque proceditur per commissionem, & decernuntur citatoriæ, & inhibitoriæ, & post assignatur terminus ad iustificandum, & impugnandum. Quidam quoque faciunt citari ad videndum inhiberi, quæ citatio habet uim inhibitionis, si est iustè inhibendum, etiam si post iudex nõ pronunciet inhibendum, vel aliter non inhibeat, cum sit citatio ad causam, clem. fin. vt lit pend.

Et iuxta prædicta dicit Rot. præalleg. 3. quòd fuit conclu-
sum per omnes Dominos, quòd † auditor datus in curia in 12
causa appellationis cum negocio principali, siue ante senten- 19
tiam, siue post fuerit appellatum in partibus statim inhibere potest iudici à quo, dummodo auditori constet appellatum & per appellationem causam ad curiam deuolutam, vel si, appellationem recipiens tanquam deuoluentem incipiat de veritate cognoscere, aliàs non: quia antea super principali negocio; Iurisdictio non censetur fundata cum interim super exceptione, quæ habetur in d. cap. Romana. 8. si verò vocatis valeat disputari. hoc est, vtrum causa sit deuoluta, an non, & an inhibendum, an non: quia causa debet remitti ad iudicem à quo, si non fuerit deuoluta, nisi partes contentæ sint, quòd omisso appellationis articulo cognoscatur de negocio principali, quod verum putat additio ad d. Rot. 3. in iudice, qui per querelam adiri potest, non autem in alijs, vt in metropolitanis: quia coram eis non potest omisso tali articulo de causa tractari, sed uideri debet bene an male fuerit appellatum. quia hac ratione confringerentur appella-
tiones multæ ad eludendos ordinarios, vt quoque fallit † in 13
curia Romana, in qua semel inuolutæ causæ ad partes non reuoluuntur: & ideo dicit Rot. prædicta tertia, quòd nisi præ-
cedat talis causæ cognicio, vel reperiatur causa deuoluta, commissiones tales non tribuunt iurisdictionem sine speciali mandato Papæ: quia vicecancellarius super talibus non habet authoritatem: quia contra ius esset. Sed & de rigore iuris dicit Rot. prædicta, quòd si de speciali mandato in Romana curia committatur causa appellationis cum potestate citandi ad partes non ante inhibendum esset iudici à quo, quàm decreta esset citatio ad dicendum contra commissionem, vel dicendum quare non debeat inhiberi, licèt de stilo curiæ dicat ibi seruari contrarium præsertim si post definitiuam sententiam dicatur appellatum; quia ius per se inhibet in tali casu, & fundatur talis stilus in ratione: quia Papa concedens citationem ad partes intellexit, quòd causa ut auocata maneret in curia, etiam si non esset deuoluta: quia
† deuolutio per se habet citationem, & termini præfixio- 14
nem, vt in cap. læpe, & in cap. cordi. de appellat. lib. sexto, & tamen scit appellatum, vt & quando causam auocat scit causam pendere coram iudice à quo auocatur, quòd si pronun-
cietur benè processum, causa remanet in curia, sed an penes eundem auditorem? Videtur quòd non: quia in euentum condicionis, si malè fuerit processum apud se remanet, nisi causa commissa sit appellationis & negocij principalis, non appellationis cum negocio principali. Sed vlterius scribit dicta Rot. 3. hoc est, quòd etiam nulla stante, siue interposita appellatione, & commissa causa principali cum potestate ci-
tandi ad partes de speciali mandato, & decreta citatione licèt 15
non executa, † potest inhiberi de æquitate quia in causa pre-
cedenti idem recipiebatur non obstante quòd de sumptione dici posset, & tamen propter appositionem manus Papæ & aduocationem causæ à quocunque æquum est, quòd inferior de cætero in huiusmodi causa se non intromittat, præ-
sertim cum totus tenor commissionis causæ, de qua agendum est, inhibitioni fiendæ inseritur, immo secundum aliquos, vt Rot. ibi dicit, de quo ego aliàs, simplex intimatio, quæ induceret perfectam notitiam prædictorum ex iuris dispositione inhibet, quamuis de hoc à quibusdam magnis ui-
ris dubitatum esse dicat: quia † intimatio nec uim citatio- 16
nis, nec vim inhibitionis habeat, ideo & si in eodem instanti inhibitio cum citatione emanaret, non posset inde notari grauamen, nec tolleretur per hoc defensio parti: quia sumptio postea opposita in termino bene inficeret inhibitionem, &
citationem sicut commissionem: quia † destructo principa- 17
li omnia destruuntur, quæ sequuntur ex illo. Hæc quò ad appellationes & iudices de partibus: in causis verò appella-
tionum interpositarum † ab auditore cameræ, vel aliis iudi- 18
cibus in curia existentibus etiam ante sententiam, & commissionem in Palatio statim citata parte ad dicendum contra commissionem auditor inhibet: quia sacrum palatium nunquam causas huiusmodi ad eos remittit, etiam si pronunciatum fuerit benè processum, & malè appellatum exceptis Dominis Cardinalibus, & coauditoribus sacri palatij, quibus si pronunciatum fuerit bene processum, seruatis tamen tribus terminis antea consuetis, ante quorum terminorum obsecrationem nunquam inhiberetur per auditorem sacri palatij personis prædictis, & hoc si causa appellationis à Cardinale committatur auditori sacri palatij, cum id nunquam, aut rarò contingat secundum Rot. ibi in fine.

Priusquam à Rota prædicta recedam, non prætermitto q. quam tangit additio fina. ad dictam Rotam, hoc est, si in casu, in quo remissio fieri debet: puta, quia appellatio à grauamine non fuit iustificata secun. capit. vt debitus. de ap-
pellatio. † an iudex à quo procedere possit non facta sibi 19
verbali remissione per iudicem ad quem, & distinguit ibi illa additio, quòd aut iudex a quo non detulit appellationi, & tunc cum finita sit causa appellationis statim potest de principali cognoscere, etiam si non sit facta verbalis remissio, etiã si iudex appellationis pendente ipsa appellatione inhibuerit ipsi iudici, a quo in causa procedat, aut iudex a quo detulit appellationi, tunc quia per hoc abdicauit a se iurisdictionem, necessaria erit verbalis remissio, alleg. cap. cum appellationibus. de appell. lib. 6.

Quòd

Quòd si friuole appelletur,& ad friuolam appellationē inhibeatur iudici à quo fuit appellatum, qui non obstante huiusmodi friuola appellatione dederat reputationes,
20 & post inhibitionem procedebat, † inhibitio non operatur annullationem processus;quia talia friuolè facta nō impediunt,ut per Rot.decis.58.si appelletur. de appella. in no.aliàs 412.quia talis appellatio per iudicem ad quē non
21 erat recipienda,& recepta non attenditur,quia† non atten
22 ditur id quod fit,sed id quod fieri debuit,quinimo† appellatio manifestè friuola priuat appellantem remedio appellationis,clemen.si ante,de dol.& contuma.vnde multò magis inficit prosecutionem illius,& facit:quia,vt ibi Rota dicit,ad reuocationem attentatorum debet probari de veritate causæ appellationis,quæ hic probari non potest,cum sit friuola manifestè, vt nec ex causis superuenientibus talis appellatio iustificari possit. Vnde fuit consultum,quòd secundus Auditor,aut nō inhiberet examinato negotio, aut inhibitionem factā reuocaret,vel processum benè, & malè appellatum pronunciaret:per quam tamen pronunciationem non validaretur processus post inhibitionē;si fuis-
23 set canonicè facta,sed benè ante:quia† stant hæc simul, q benè sit processum,& benē inhibitum propter iustificationem,& causæ cognitionem.

Non obstat,quòd iudex appellationis grauaminis cum primum incepit cognoscere de causa appellationis grauaminis,ibi potest inhibere:quia id procedit quò ad inhibendum:sed si inhibitio non sit canonica, nihil agitur, ut per Rot.præalleg.58.& probat tex.in d.c.non solùm.

24 Quæ autem† manifestè friuola appellatio dicatur,scribitur per Io.And.in d.clem.si ante.de dolo.& contuma.Multa enim manifesta dicuntur, quæ non sunt, vt scribitur in cap. consuluit.ext.de appella.

Licèt autem,ut supra diximus,quòd ad hoc, ut per appellationem ante definitiuā requiratur inhibitio iudicis,
25 ad quem† tamen in actu irreuocabili, vt in tortura ex sola appellatione sine inhibitione ligantur manus iudicis. l. si quis prouocatione.C.de appella.Bald.in l.generaliter. §. licet iuramento. C.de reb.credit.& tangit additio ad Rot.58. supra alleg.Sed quoniam in practica multa circa hoc dici possunt;ideo pro nunc prætermitto.

26 †Inhibere autem debet auditor illis,qui ueniunt ad causam,siue illis,qui habent interesse,siue possunt præiudica-
27 re liti:vt in simili dicimus,quòd† appellatione pendēte omnia debent esse in eodem statu,quantum ad litigantes, nō quantum ad extraneos,ut no.in l.creditor. §. mandatorē. in princ.ff.mand.cap.Romana.§.in aliam.de appella. lib.6. & per Rot.2.nota,quòd ubi auditor.ut li.penden. aliàs 58. Iuxta hæc dicit Staphil.se practicasse vnam commissionē, quæ talis petebatur,ut constito de re iudicata mandaretur eidem auditori taxari fructus,& expensas. Item quòd procederet super attentatis.Et quòd inhiberet tam parti contrariæ,quàm etiam iudicibus & colonis, ne aliquid innouarent lite pendente,& in pede commissionis erat additū de non innouando,videlicet in præiudicium litis dictæ, q
28 clausula ideo apponitur:† quia non omnia, quæ fiunt lite pendente,etiam per ipsas partes dicuntur attentari,nisi fiāt in præiudicium dictæ litis.Et si continuaretur possessio,vel reformaretur stante turbatione,& quòd signatura dixit,placeet prout de iure,de qua signatura dicit se miratum Staph. quia omnia prædicta erant de iure:sed dicit Staphileus, q talis signatura habuit respectum ad inhibitionem petitam fieri colonis,quibus non uidebatur inhibendum: quia nō litigabant.Item contra,quia omnibus debet inhiberi, per quos liti præiudicium afferri potest,ut dicit sentire Rotam
29 58.nota,quod ubi auditor.in antiq.† signatura,placet prout de iure,semper concipitur, quando omnia petita non sunt concessibilia,vel quando aliquis articulus est dubius in iure,ut per Staph.in titu de commiss.lit.instit. §. citatio personalis nu.14.pag 133.

30 Si quando† committitur aliqua causa alicui Cardinali, & postea per Papam committitur alij Cardinali,certè ultimus Cardinalis,cui causa talis commissa est non inhibet priori Cardinali,sed eidem insinuat, seu denunciat commissionem suam,quo facto prior ille Cardinalis non procedit;id enim habet uim inhibitionis reuerentialiter: ut p Rot.fin.nota,quòd quando,de dol.& contum.in anti.aliàs 712.Vt si auditori posteriori loco committatur causa, quæ Cardinali prius commissa fuerat:tunc enim auditor denūciat,siue insinuat sine inhibitione tali Cardinali, quæ denūciatio uim habet inhibitionis,ut contra si Cardinali causa committatur,quæ prius commissa erat auditori, certè ex sola denunciatione sine inhibitione propter reuerentiam
31 defertur,ut per Rot.25.& est sciendum. de do. & contum. in antiq.aliàs 619.Sed† auditor auditori debet inhibere: q a inter eos non seruatur talis respectus,ut per d.Rot. fin. nota,quòd quando.de dol.& contum.in no.Sunt tamen qui dicunt, quòd causa semel commissa Cardinali nunquam reuoluitur ad inferiorem,vt causa semel in curia commissa,vel in sacro palatio inde non recedit vt per Rot. 23. in fi. aliàs 237.voluerant,in no.Et Rot.3.fuit dubitatum,aliàs 11.
32 in fi de appe in no.dicit,† quòd causa semel commissa Cardinalibus,alijs Cardinalibus committitur, inferioribus verò raro,aut nunquam.Et not.quòd Aegid.decis.747.dicit,
33 quòd † commissio causæ non deuolutæ debet fieri de speciali mandato,non per solam cancellariam, aliàs auditor benè non procedit. Aliàs autem non sufficit solum intimare,siue denunciare sine inhibitione;† quia ex sola intimatione non ligantur manus aliàs processuri,vt scribit de
34 cis.Rot.25.& est sciendum,de dol.& contuma.in no. Aegi. decis.322.Item quòd intimatio, & propterea dubitatum, fuisse à magnis uiris contra illos, qui contra asserebant, scribit Rot. præalleg.3.fuit dubitatum. Intimatio autem quid operetur in appellationibus extraiudicialibus aliàs me dixisse puto.

Inhibitio licèt fieri possit per iudicem ad quē parte non vocata,per Ioan Andr.& Archid.in c.Romana, de appell.
35 lib.6.† tamen iudex id nunquam facit in curia,nisi parte citata, ut per Rot.24.nota,licèt inhibitio.de do. & contu.in ant.vbi id declarat verum esse in appellationibus iudicialibus.Subdens,†quòd in extraiudicialibus non est procedendum ad inhibitionem,ne quis priuetur iure suo,de quo puto me aliàs scripsisse. Id verò quod de obseruātia curiæ Ro
37 manæ diximus, †procedit quotiescunque partes in curia sunt præsentes,nanque si sint absentes, ius attenditur, non consuetudo,vt procedi possit, vt per Rot.26.nota die,vt lit. pend.in antiq alias 825.

38 Iudex† verò iudici non inhibebit ex mero officio parte non instante, quò ad inhibitionem verò partis secus est: quippe cum & citatio idem operari uideatur,vt per Aegid.
39 decis.157. auditor. Et quia † requiritur aliqualis cognitio ad iustificandam inhibitionem,certè bene fiet, si pars citetur ad videndum inhiberi, de quo latiss. per allega. Marsi. sing. 490.

40 Notandum præterea est† quòd de stilo sacri palatij est, q post conclusionem in causa non fit inhibitio per aliquem auditorem alteri, verùm si fuerit expressè inhibitum, & auditor,cui facta est inhibitio, ferat sententiam: tunc talis sententia est nulla,idque teneri à maiori parte auditorum scribit Rot.29.de stilo.de dol.& contuma.in anti. Sentit er-
41 go,† quòd post sentētiam,prout in notula datam, qui mos plerisque in locis hodie seruatur,non habet locum inhibitio. Ecce enim quidam appellauit talem esse hæredem & immittendum in possessionem, appellatur coram honestis personis ad Pōtificem. Interim in partibus is,qui reportauit sententiam pro se obtinuit supplicationem q constito de re iudicata ex Aegidiana exequeretur, appellās super hoc executiuo comparuit corā iudice dato super talis sniæ executione,quousque profertur sententia,prout in notula.Is qui appellauit ad Pontificem timet de sententia contra se,uellet imputare inhibitionem ante aperturam sentētiæ,vel saltem eandem præsentare ad impediendam executionem.Cum hæc omnia facta fint pendente causa appellationis ad Pontificem,licèt ea adhuc non commissa, aut aliter introducta,& tamen non preuenta per petentē executionem,& uidetur,q talis inhibitio non debeat cōmitti,& commissa non afficiat:quia aut talis erat concessa ad plenam & narrantem omnia,& non debuit concedi, quia erat iam concluſum in causa & processum ad snīam, aut
42 omnia non narrauit,& est surreptitia:& † iudex à quo non tenebatur expectare nisi infra decē dies,& post poterat pro-
43 cedere.Et si dicatur† inhibitio obtinet uim præcepti, & iō est timendum,respondetur,quòd si habet clausulam iustificatoriam,resoluitur in citationem,sin aliter, potest peti reuocari;quia non est incipiendum à præceptis, ut scribitur in l.de pupillo.§ meminisse.ff.de oper.no.nuncia.& per Lancellot.in practi.sua in tit.de citat.

Rot.6.nota quòd per auditorem,de appe.in antiq. dicit
44 præterea,† q per auditorem non fit inhibitio regulariter in cā,nisi lite contestata,vel post datum terminum ad iustificandum,& impugnandum appellationem: quia tunc dicitur lis pendere,alleg.c.ex parte,de uerb.sig.iun.c. fin. ut lit.pend.in clem.licèt Io.Monac.dicat,q iudex, qui appellationem recepit,potest inhibere, licèt lis contestata non fuerit,in c.Romana.super uerb.inhibere,de appe.lib. 6.

Source : BIU Cujas

Sed Rot.30.nota quòd ſi aliqua cauſa,aliàs 747.de dol.&
45 contuma. in antiq. dicit, quòd † ſi aliqua cauſa eſt coram aliquo iudice extra ſacrum palatium, & ſit concluſum coram eo, & appelletur ab eo, quòd nihilominus poteſt fieri inhibitio dicto iudici ad inſtantiam appellãtis: ſecus autem ſi coram aliquo auditore ſacri palatij; quia poſt concluſionem inhibitio fieri non poteſt. Rot. 66. nota quando aliàs
46 67 4.de appella.in antiq.dicit,† quòd quando in aliqua cauſa ſpirituali,vel prophana eſt concluſum,non poteſt inhiberi,licèt ſit appellatum à concluſione, & dati ſint apoſtoli refutatorij,& terminus aſſignatus ad ſententiam audiendam, & appellans impetrauerit auditorem, qui impetrat ſuam commiſſionem,auditor à quo appellatum eſt,poteſt proferre ſuam ſententiam,& ita dicit ſeruari in ſacro Palatio, vnde multo minus procedet inhibitio quoad aperturam ſententiæ datæ,prout in notula, vel ſi pars prætendat ſe grauari ex eo, quòd ita data fuerit & non apta, cum aliàs de iure modus iſte ſuſtineri poſſit,vt per Bald.in l.1.in fi. C. de ſent. ex breuic.recit. & aliàs ſcripſi. Nota præterea circa prædicta
47 † quod licèt inhibitio fieri poſſit parte non vocata in appellatione iudiciali:ſecus ſi extraiudicialiter, vt p Rot.24.licèt
48 inhibitio,aliàs 615.de dol.& contum.in ant. Item Cardinalibus ob reuerentiam non inhibetur, ſed intimatur, quod
49 habet vim inhibitionis.Item iudex ad quem inhibere poterit iudici à quo parte abſente non vocata.Item † de ſtilo pa-
50 latij nunquam inhibetur partibus in curia præſentibus à iu-
51 dicibus,niſi parte vocata, ſecus ſi ſunt abſentes. Item † inhibitio poſt concluſionem in cauſa fieri non debet: attamen ſi facta eſt,ſententia per auditorem poſt ipſum lata erit nul-
52 la. Inhibitio † poſt concluſionem in cauſa fieri poteſt iudici in partibus ad inſtantiam appellantis: ſecus ſi cauſa ſit coram aliquo auditore ſacri palatij. Item ſeruatur de ſtilo palatij, quòd Cardinalis non inhibet alij Cardinali, ſed intimat, vt de his late à Rot. 24. vſque ad fin. de dol. & contu-
53 ma. in ant. per illum titulum. Item † nota, quod inhibitio ſolùm facienda eſt venientibus ad cauſam, vel iis, qui poſſunt preiudicare cauſę, vt per Rot. 2. nota, quòd vbi auditor,aliàs 58.vt lit.pend.in antiq.

55 Aduertendum † ergo eſt circa inhibitionem;quia vbi nõ eſt canonica effectum ſuum nõ operatur, vt vltra prædicta ſcribit Felyn.in cap.dilectus filius 2.col.fin.de reſcrip. Doct. in cap.Romana .8. quòd ſi obiiciatur,de appella in 6.Alexa. conſil.9.lib.4.Aegid.deciſ. 239. in cauſa domini Guilielmi, cum aliis alleg.per Pariſ.conſi.108.de bono.col.2 lib.1. Et di-
56 cit ibidem † Pariſius, quòd vbi inhibitio apparet friuola, & emanaſſet:ratione friuolæ expreſſionis,& non veræ, quo caſu non reddit proceſſum iudicis à quo nullum,vt deciſ.58.
57 de appellat. in no. Rot. eſt † cum ſit nulla non ligat manus iudicis à quo,vt per Franc.in cap.ne captandæ. in gloſſ. fin. de conceſſ.præben.lib.6.& per Bellem. deciſ. 239. Abbat.in
58 cap.2.in 4.not.de reſtitu.in integ. Et † vbi inhibitio ſit ſurreptitia, omnia, quæ illius cauſa facta fuerint, veniunt reuocanda.cap.cæterùm cap.ſuper literis de reſcrip. iunctis not. in cap.1.& 2.vt lit. pen. vt à fortiori inhibitio ad reſcriptum ſurreptitium non debeat impedire proceſſum ad vlteriora,
59 vt per Pariſ.vbi ſupra. Vnde † ibidem infert Pariſius, quòd ſi ſententia lata fuerit ſuper poſſeſſorio, quę ex conſtitutione, quòd ſententia lata ſuper poſſeſſorio mandatur execu-
60 tioni, & ita fuerit executa poſt inhibitionem emanatam, non debet talis executio reuocari per modum attentati; quia licèt ſimus in caſu, in quo in poſſeſſorio datur appellatio,non datur ad effectum retardandæ executionis, vt per iura,de quibus ibi,& per Capell. Toloſ.deciſ.500. Item † fuit
61 quæſitum,vbi quòd in caſibus,in quibus permittitur appellatio, retardatur executio,& ideo inhibitio procedet. Vlterius dixit Pariſ. ibidem,quòd † in iſtis ſententiis poſſeſſoriis, in quibus non datur appellatio, executio fieri poteſt etiam intra decem dies,& non dicitur attentatum.

62 † Item inhibitio circa vnam cauſam non impedit, nec operatur quoad aliam,vt per Rot. 31.de appellat. in no. Pariſ. conſi.108.col.2.ſuprad.vbi allegat not.in capit. ſuper eo, & in cap.ad hæc.de appellat.

63 † Aegid.deci.157. auditor. dicit in hæc verba. auditor poteſt inhibitionem, quam coauditor à quo ad eum fuit appellatum, fecit intimare ad partes: non tamen inhibere, vt tamen id, quod de intimatione diximus non habeat dubium quoad inhibitionem verò ſit diſtinguendum: quia aut vult inhibere in tota cauſa; & tunc non poteſt, niſi periculum immineret: quia non habet iuriſdictionem in principali, niſi in euentum, aut vult ſimpliciter inhibere, ne aliquid in præiudicium iuriſdictionis,talis,quam habet in lite, quæ coram eo pendet, attentetur, & tunc poteſt: quia lis cenſetur,licèt talis, qualis coram eo penderet citatione ab eo decreta &, executa: & ita iuſtum eſt tunc nihil attentari,vt prius.

64 † Appellatum fuerat ad Pontificem, & Pontifex delegauerat cauſam gubernatori Peruſino, vel forſitan is proceſſit vt ordinarius, vel forſitan: quia auocauit cauſam ad ſe, quod videtur eidem licere ex conſuetudine,& dum fit proceſſus auditor Cameræ inhibet gubernatori, quo non obſtante gubernator procedit ad ſententiam non poteſt inſtari pro reuocatione attentatorum ratione inhibitionis audi-
65 toris cameræ. † Quia auditor cameræ non poteſt inhibere
66 delegato Pontificis.† Quia auditor cameręnon debet ſe intromittere de cauſis extra Romanam curiam ad Papam deuolutis, vt per Rot.336.in nou.quia ſi teneamus,quòd auditor cameræ habeat iuriſdictionẽ ordinariam, vt per Cardin.in clemen.1.quæſt.11.de re iudica. ſiue teneamus,quòd ſit ſimplex delegatus, vt per Rot.vbi ſupra, non poteſt inhibere delegato à Pontifice:quia is reſpectu cauſæ ſibi commiſſæ eſt maior quocunque ordinario. cap.ſtuduiſti.de offic.delegat,

67 † Item quia quando Papa aduocauit ad ſe aliquam cauſam, & alij eam commiſit, ad Papam ſemper reuertitur,& alius de ea ſe non poteſt intricare, vt per Deci.conſil.137.& latiſſimè hæc deducuntur per Alci.conſi.406.hac in cauſa.

68 † Delegatus.ſi inhibeat delegato reuocatio fit per modũ attentati, vt per Manfred.concluſ.28.vbi allega. Rot.deciſ. 569.in antiq.in quo attendetur potentior iuriſdictio, reuocatio, & ſurreptio.

69 † Nota quoq; deciſ.Aegid.157.auditor, vbi vult, ꝙ inhiberi poſſit ad partes,ne lædatur ſua iuriſdictio.

70 †Nota circa materiam atteſtationum,quòd in literis gratiæ, quia euenire poteſt,quòd timeatur, ꝙ literis expeditis aduerſarius ſe intrudat in poſſeſſionem, fit atteſtatio literarum per auditorem, cui cauſa ſit commiſſa, quòd ſi expediantur,poteſt inhiberi ſub pœna attentatorum, vide Rot. 19.aliàs 75.de teſtati.in antiq.

71 † Aliquando euenit, quod citatione emiſſa contra aliquem ad dicendum contra commiſſionem,& ad uidẽdum inhiberi,vel aliud fieri iuxta commiſſionem intra aliquem terminum citatus proteſtatur nihil fieri debere pendente termino, certe de iure talis proteſtatio videtur recipienda; quia pendente termino officium iudicis conquieſcit.l.ſiue
72 pars. C. de dilatio. † Tamen quia ſi iudici videatur ex cauſa terminus poteſt reuocari, vel abbreuiari. Rota paruipendit talem proteſtationem, niſi allegetur aliquid multum releuans:tunc enim ſolent remittere terminum ad domum, &
73 procedunt tali proteſtatione non obſtante. † Licèt extra Rotam,& coram inferioribus iudicibus talis proteſtatio attendatur, vt hæc refert additio ad Rot. 2. aliàs 33. quando committitur.nume.29. de reſcript. in nou. & ſubdit ibi illa additio, quòd fuit deciſum in vna Toletana matrimonij, vbi auditor cameræ virtute cõmiſſionis mandantis principaliter inhiberi Rotæ cõſtito, quòd cauſa criminalis prę-
74 iudicaret ciuili,inhibuerat Rotæ, † Quòd licèt auditor cameræ non potuiſſet iſto caſu inhibere ſine cauſæ cognitione: quia commiſſio principaliter emanata erat ad inhibendum cum clauſula conſtito, tamen parendum erat inhibi-
75 tori propter facilitatem reformandi commiſſionem.† Item quod reſolutum fuit in eadem cauſa, quòd licèt cauſa criminalis penderet ad inſtantiam fiſci, nõ impediebatur proceſſus in cauſa ciuili, niſi aduerſarius adhæreret fiſco, & alleg.not.in l.rerum amotarum.ff.rer.amot.

76 † Nota, quòd ſi committatur articulus grauaminis, & deinde fiant mille commiſſiones, quòd ſubintelligitur in euentum,quòd primus iudex grauauerit: & ita intelligitur inhibitio, quod & verum eſt, ſi committatur cauſa grauaminis vnà cum toto negotio principali, vt per Rot. 23. voluerunt,aliàs 237.reſcrip.in nouis, & per Fel.in c.cãm quę.
77 nu.36.de reſcr. † Tamen ſi committat cauſam grauaminis, nec non cauſam, & cauſas, quam, & quas habent,& mouent, habere, mouereque intendunt ſuper tali re per indirectum. & ſub inuolucro uerborum committitur æque principaliter,& ſic per modum etiam auocationis negotiũ principale,etiam quando cauſa eſſet penè inſtructa, ut per addit.ad d Rot.23.nu.3.& per Gomeſ.de infirm. reſig.q.34.
78 nume.4. † Et ideo ſi inhibeatur etiam poſt concluſionem in cauſa afficit, vt per aditionem prædictam, quod non putarem procedere ante aperturam notulæ iam latæ, vt moris eſt:& talis modus in curia habet illũ effectum, quòd abſque eo, quòd cognoſcatur ante omnia de grauamine cognoſcitur de negotio principali,quod forſitan affert præiudicium parti, cuius intereſt grauaminis cãm cognoſci ra-

tione

Source : BIU Cujas

tione expensarum passarum, & ibi vide de materia latè per illam additionem.

79 † Item nota, quòd iudex ecclesiasticus inhibere potuit iudici seculari, ne procederet super causa dependente à causa coram se vertente, ne processus intricetur sine citatione, & causæ cognitione; quia est quædã declaratio potius, quàm dispositio. Lapus alleg. 63. late Rui. consi. 61. lib. 5. ver. nonò videtur. vbi dicit, † quòd iudex laicus eo ipso quòd scit causam pendere coram ecclesiastico, debet absque inhibitione supersedere, & quòd sufficit intimatio ad inferiorem: quia habet vim inhibitionis, & in responsione ad hoc argumentum dicit † quòd quæ dixit de inhibitioue parte non citata procedit, quando iudex id faciet ex officio non parte instante. Item quòd non procedit, vbi tertius mouet litem præiudicialem.

82 † Item nota, quòd petenti committi inhibitionem sub censuris, & pœnis datur solùm signatura de inhibitione sub censuris; quia non debet quis duplici contritione confiteri, cap. at si clerici, in fi. de iudic. nisi sit maxima contumacia, vel materia grauissima; tunc enim datur etiam sub pœnis. ad quod bene facit text. in capit. quoniam frequenter. in fin. vt lit. non contesta. ita videlicet, vt alterutra pœna, quæ magis timeri debeat, iudex à principio sit contentus ad alteram: nihilominus processurus, si hoc meruerit proteruitas contumacis, additur etiam, & de brachio seculari, prout de
83 iure. † Nam quando iudex ecclesiasticus fecit, quod potuit, nec habet vltra quod faciat, inuocabit brachium seculare, vt per Oldra. consil. 89. episcopus, quia nisi diceretur de inuocatione brachij secularis, iudex in tali causa commissarius id facere non posset, vt hæc scribit Ioan. Staphi. in titu. de commis. lit. iu. §. quando quis. pag. mihi 115. † Et ibi subdit, quòd quando petitur inhiberi sub pœna excommunicationis, si inter eos, quibus est inhibẽdum, adsint episcopi, vel superiores prælati; tunc ponitur quoad eos sub pœna
84 suspensionis non excommunicationis: defertur enim illis in pœnis imponendis, ex quibus, vt ibi ille subdit, istæ censuræ ab initio moderatè sunt concedendæ. † Et ex dictis in
85 fine ibidem per Staphil. notari potest, quòd quando literæ inhibitoriæ diriguntur Regi, verbis inhibitio est modificanda, hoc est exhortantur, vt in clem. 1. de testi. ibi, reges eosdẽ, & principes in domino exhortamur.

86 † Nota, quòd si iudex ad quẽ inhibuit iudici à quo, & post causa est deserta, iudex à quo potest exequi, non obstante illa inhibitione, quæ etiam argum. not. per Bartol. in l. si con-
87 tra. C. de appel. † Inhiberi quoque solet Bullatoribus, & aliis officialibus, ne literas super gratiis expectatiuis antequã processus desuper decreti aut fulminati fuerint tradere præ-
88 sumant. † Quia in beneficialibus literæ expeditæ habentur loco tituli, vt per Compostel. in capit. constitutus. ad fin. de rescript. Felyn. in cap. in nostra, in verbo tit. de rescript. &
89 per Staphil. in titu. de grat. expectat. in princ. nume. 17. † Iudex non recognoscens iurisdictionem ab alio non potest inhiberi ab alio, etiam stante causa præiudiciali, vt per Bal. in l. 1. in fin. C. quomo. & quando iud. fallit vbi interuenerit retentio, vt per Soci. consi. 238.

90 † Inhibitio quoque afficit, vbi aliàs presentatio literarum tantum non afficeret, vt diximus de intimatione, & ecce in gratiis, quandoque mandatur executoribus, quòd illum, pro quo scribitur, recipi faciant in canonicum illius ecclesiæ, quæ verba, quantum ad canonicos per Papam creatos important receptionem facti, quandoque mandatur capitulo alicuius, vt illum pro quo scribitur recipiat in canonicum, & in fratrem, & in hoc secundo casu per præsentationem literarum non afficitur præbenda, immo canonici, quibus sic scribitur. possunt aliis conferre, nisi adesset decretum irritans, vel nisi executor ad compellendum inhibuisset: tunc enim præbenda censetur affecta, alteriqúe conferri non potest, vt hæc late scribuntur per Staphil. in titul. de grat. expectat. form. 5. col. fina. & idem dicit in 9. forma. ad fin.

91 † Plerunque euenit, quòd petatur dari adiunctus iudici, qui de causa cognoscit: tunc non solet addi clausula irritans, & annullans, sed per signantem adduntur talia verba, quòd si post commissionem præsentatam secus actum fuerit, tunc sit irritum, & inane: & sunt qui dicant, q' talis additio quoque non est necessaria: cum statim valeat inhiberi aliis coniudicibus per ipsum adiunctum, qui statim præsentata commissione recipit iurisdictionem actu, cap. super eo. 2. de appellat. Rom. consi. 353. quò ad primum, non obstante quòd aliter non sit inducta litis pendentia saltem per citationem, & quòd iudex non deberet inhibere, nisi stãte litis pendentia. † Namque hodie obseruatur indistinctè,
92 quòd præsentata commissione iudex decernit citationem.

93 & inhibitionem simul, & semel. † Quia citatio operatur litis pendentiam sufficientem ad reuocationem attentatorum. † Et quia inhibitio fieri potest præsente, & inuita altera parte, & suis iudicibus absentibus, & minime citatis, vt de his latè per Staphil. in titu. de commis. lit. iu. §. spoliatus beneficio agit spolio.

95 † Et ibi subdit, quòd quia talis inhibitio non impedit processum illorum cõiudicum, nisi postquam eisdem intimatur. ideo bonum est, quòd addãtur in commissione illa verba, & post commissionem præsentatam si secus &c. quod facit, vt in citatoria: & inhibitoria inseratur commissio:
96 † quia vt non tenetur quis comparere coram delegato, qui non inseruit rescriptum; ita illius inhibitio non afficiet,
97 quod in practica bonum & faciendum esse obseruaui, † nec non obseruaui, quòd inhibitio est timenda, siue bona, siue mala sit, siue etiam euidenter nulla, præsertim cum à potẽtioribus procedat, & cum nulliter, vel subreptitiæ emanauerit, debet reuocari, & instari pro reuocatione, vt de præceptis causa non cognita factis; quia quibusdam aliter facientibus audiui malè euenisse. † & ad cautelam vidi afferre fidem reuocationis inhibitionis, & vidi timeri inhibitionem ab eo emanatam, cui adhuc causa commissa non erat, & cui non erant literæ præsentatæ, vt eandem vidi de iure annullari, & circa dandos adiunctos, in aperienda notula siue sententia, prout in notula vidi id practicari, sed non talem inhibitionem, quæ si datur, adiunctus quoque dari po
99 test, & præterea vidi obseruari † quòd licet inhibitio concessa fuerit, aliter causa non cogitata: tamen attentata postea, vel ad pœnam non procedi obseruaui, nisi adhibita ali quali cognitione de causæ deuolutione, & vidi obseruari, quòd fuit contempta inhibitio, quæ emanauerat ad rescriptum, dummodo causa non sit instructa, cum tempore presentationis cõclusum fuit in causa, & emanasset citatio ad audiendum sententiam, vel si tempore signaturæ non erat instructa, quòd forsitan non bene fuit, si in precibus erat
100 decretum irritans, & annullans; † quia dicitur, quòd ligat etiam ignorantes quoad nullitatem, licet non quoad pœnam: vt per gloss. in cap. 1. in verbo referri, de concessi. præbend. libro 6. & per Staph. in titu. de man. de prouid. §. octaua forma. nume. 8. pag. 37. † Commissionesque causarum
101 ad iudices in prouinciis cum inhibitione sub censuris, vt citandi per edictum grauandi, & reaggrauãdi, & brachium seculare inuocandi &c. concedi solent per audientiam contradictarum non, vt per Vestrium in pract. lib. 1. in titu.
102 de offic. contradict. † inhibitio quoque etiam si canonicè, & legitimè facta fuerit, tamen non ligat iudicem à quo in ijs casibus, in quibus illius iudicis iurisdictio non remansit suspensa, vt in iis, quæ tendunt ad faciliorem exitum appellationis, vt in cap. cum teneamur. vbi Abb. Franc. & Dec. de
103 appella. vbi de aliis causis huiusmodi, † vt si iudex à quo reuocasset grauamen, cuius causa fuerat appellatum, quod per repositiones in Romana curia contingit, potest iudex reuocato grauamine ad vlteriora procedere, siue coram ordinario, siue coram delegato id contingat, vt per Franc. &
104 Dec. in d. ca. cum teneamur. † Vt tamen in delegato, si is appellationi detulerit, id non procedat: quoniam per delationem commodam à se iurisdictionem abdicauit: in ordinario verò secus sit ex generali iurisdictione, quæ penes se remansit. vnde in habentibus ortum de nouo potest se intromittere, vt per Franc. in d. cap. cum teneamur. in fin. & per
105 Vestrium in pract. libr. 8. pag. mihi 153. † Et iuxta prædicta dixi, quòd cum quidam haberet instrumentum obligationis in forma cameræ, & inde per iudicem ciuilem auditorem ordinarium esset relaxata licentia, & reus subterfugiens iuisset ad locumtenentem, qui inhibuisset, & cum in statum esset pro reuocatione, itum esset ad gubernatorem, coram quo esset allegata vsuraria prauitas, & simulatio cõtractus, is remisit causam ad vicarium episcopi, is facit citari creditorem ad dicendum quare absolui non debeat à iuramento. Potest exequi licentia auditoris; quia inhibitio locumtenentis non fuit facta causa cognita, licèt interim sit
106 timenda. † Citatio autem ad signandum non inducit litis pendentiam præsertim in casu nostro, in quo iuratum erat omnia in instrumento esse vera, & in forma camerę, & propter periurium ille, nisi ante omnia satisfeciset, nõ erat absoluendus, vt per Felyn cap. 1. col pen. de iureiu. & per Doc. in c. debitores. extra eod. titu.

107 † Ex concilio Tridentino 24. Sess. capit. 20. inhibitio concedi non potest in causis ecclesiasticis, nisi appellatum fuerit à definitiua, vel à definitiuæ vim habente, cuius grauamen reparari nequeat per definitiuam, exceptis quibus-
108 dam causis, de quibus ibi. † Item nota, quòd si iudex laicus procedit virtute obligationis in forma cameræ, vt mihi

Source : BIU Cujas

contigit in contractu census, qui hodie Perusiæ multum frequentatur, vel obligationis factæ in actis mag. cur. vic. Neapolis si opponatur de litis pendentia super absolutione à iuramento interposito super dicta obligatione coram episcopo facta, licèt fiat fides coram iudice laico de tali litis pendentia nihilominus iudex laicus procedere potest, vide latiss. Afflict. decis. 30. fuit dubitatum, vbi quid stante inhibitione, & de materia apostillæ latè.

109 † Nota, q̃ iudici non recognoscenti in superiorem iudicem inhibentem bene non inhibetur, nisi vnus præoccupet iurisdictionem alterius, vt per Marsi. consi. 190. mos iudicum, vbi quoque de iudice ecclesiastico.

SVMMARIVM.

1 *Innouata post appellationem à diffinitiua sententia, vel interlocutoria, debent reuocari, hæcque regula est certa, canonica; & approbata, & multifarie ampliatur.*

3 *Amplia, vt huiusmodi innouata semper sint reuocanda ob dictionem semper in text. positam, quæ uidetur adeo plena, vt exceptionem non patiatur.*

8 *Ampl. ut procedat in causis prophanis, & ecclesiasticis, ciuilibus, & criminalibus.*

9 *Ampl. ut ante omnia reuocentur attentata, vnde procedi non poterit super processu principali, & hoc quando agitur summariè, & extraiudicialiter.*

12 *Ampl. ut penitus talia innouata debeant reuocari, vt nihil inde remaneat impurgatum.*

15 *Ampl. ut innouata medio tempore inter sententiam, & appellationem tempore decennij sint reuocanda.*

17 *Ampl. ut si post spolium factum post appellationem spolians appellationem interponat, ne innouetur, inde deferatur hæc appellatio, iudex poterit reuocare attentata, siue sit delatum appellationi, siue nõ, siue in eadem causa, siue in diuersa.*

17 *Ampl. ut attentata debeant reuocari, vnde imponitur necessitas iudici.*

18 *Ampl. vt licèt episcopus dispensare possit eum priuando beneficio: tamẽ non potest, si quis impetrauit in euentum priuationis.*

19 *Ampl. ut prædicta reuocatio attentatorum fiat post appellationem ab interlocutoria ante definitiuam, idque secuta inhibitione à iudice ad quem.*

28 *Ampl. vt non solùm innouata post appellationem, sed & innouata lite pendente sint per remedium attentatorum reuocanda.*

29 *Ampl. vt licèt par in parem non habeat imperium: tamen inhibitio facta iudici delegato per iudicem delegatum, reuocari possit per viam attentati.*

30 *Ampl. ut licèt innouata ante conclusionem in causa, post conclusionem in causa, regulariter non possint reuocari, tamen innouata post conclusionem in causa, etiam postea ante sententiam reuocari poterunt.*

32 *Ampl. vt procedat in appellante, & appellato, & iudice à quo, secundũ distinctiones tamen infra assumendas.*

33 *Ampl. ut licèt renunciatum sit appellationi, vel eadem deserta, tamen attentata post per viam nullitatis reuocantur.*

34 *Ampl. ut pendentia litis super attentatis operetur, quòd nouiter attentata veniant reuocanda.*

36 *Ampl. ut iudex nullitatis reuocet attentata quoque, quod est, quando procedit seorsum ab appellatione.*

37 *Ampl. ut attentata quoque considerari possint circa attestationem literarum.*

38 *Ampl. ut sententia, quæ transiuit in rem iudicatam, reuocari possit per viam attentati.*

39 *Ampl. ut contra agentem super attentatis non obstet exceptio alterius spoliantis.*

40 *Ampl. vt attentata reuocari possint, etiam quòd remedium ordinarium appellationis non intentetur.*

41 *Ampl. vt iudex, qui non dedit apostolos, nulliter agat.*

42 *Ampl. ut attentata post appellationem extraiudicialem, à iudice, non vti iudice, sed vti parte, sint ipso iure nulla, sicut à iudice fierent.*

43 *Ampl. ut habeat locum remedium attentatorum, si lit. penden. in palatio super beneficio ecclesiastico reus & possessor aliquo modo transferat dominium in aliũ, & reus moriatur: tunc fit reuocatio per modum attentati contra superstitem, vel in quem translatio dominij facta fuerit.*

45 *Ampl. ut attentatv per abbatem contra monachos post litem motam reuocentur, & abbati restituantur.*

46 *Ampl. vt litis pendentia super nullitate operetur remedium attentatorum.*

47 *Ampl. vt ibi superior auocauerit causam ex certa scientia attentata per inferiorem, etiam ignorantem auocationem, sint nulla.*

48 *Ampl. vt pendente causa restitutionis in integrum, regulariter locum habeat remedium attentatorum.*

49 *Ampl. ut iudex à quo procedere non possit citra periculum attentatorum sine noua commissione.*

50 *Ampl. vt iudex possit hæc attentata reuocare ex officio suo parte non petente, quasi ad pœnam sui contemptus.*

51 *Ampl. ut attentata post relationem, vel iudicis recusationem habeat locum remedium attentatorum.*

52 *Ampl. ut post appellationem extraiudicialem probato grauamine, vel facta oblatione de probando incontinenti legitime, licèt non probetur causæ veritas expressa, veniant attentata reuocanda.*

54 *Ampl. vt contra tertium succedentem in re singulariter alienata procedat reuocatio attentatorum.*

55 *Ampl. vt agens super attentatis non teneatur colorare titulo possessionem.*

56 *Ampl. vt sententia dependens à sententia attentata reuocetur per viã attentati.*

57 *Ampl. vt attentata post desertionem appellationis veniant reuocandæ per viam iniustitiæ, & via ordinaria, non incidenter, & extra ordinem.*

58 *Ampl. ut pendente causa attentatorum fatalia non currant.*

60 *Ampl. vt appellatio incerta, & generalis ratione personæ, tamen certæ quoad factum & causam, valeat, & operetur effectum remedij attentatorum.*

62 *Ampl. ut appellatio à sententia nulla operetur effectum deuolutiuum, etiam quoad attentata.*

63 *Ampl. vt licèt pars rea in causa appellationis à diffinitiua in partibus interposita coram auditore huiusmodi causæ, in curia libello dato lis contestetur, nihilominus poterit postea agi de, & super attentatis.*

64 *Ampl. ut in materia taxentur expensæ procuratorum, solicitatorum, & aduocatorum.*

65 *Ampl. vt licet reuocanda per viam attentati videàntur quid diversum à causa principali: tamen si ratione negotij principalis id factum sit idem veniat per modum attentati reuocandum.*

66 *Ampl. vt & in auocatione facta per iudicem inferiorem, sicut post appellationem, habeat locum attentatum.*

67 *Ampl. vt reportatis tribus sententijs pro super causa restitutionis in integrum, & ut ibi, instari pro reuocatione attentatorum.*

68 *Ampl. vt iudex ex officio, etiam post conclusionem in causa, possit attenta reuocare.*

69 *Ampl. vt si a tribus grauaminibus appellantem iudex in termino reponat in statu de duobus, & super tertio non reponat, nec det apostolos, saltem refutatorios, eo ipso processus posthabitus est nullus.*

72 *Ampl. vt attentata intra decendium ad appellandum sint nulla ipso iure, aliàs appellatio esset iusta.*

73 *Ampl. vt executio sententiæ reuocari possit.*

74 *Ampl. ut attentata post appellationem ueniant reuocanda, etiam non iustificata appellatione.*

75 *Ampl. ut factum per iudicem post auocationem causæ reuocetur per viam attentati.*

76 *Ampl. vt c. si hi contra quos, vt lit. pend. in 6. impediet executionem gratiarum apostolicarum, & ut ibi late.*

77 *Ampl. ut licet remedium attentatorum non habeat locum contra tertiũ, fallit tamen quando tertius qui innouauit, habuit causam à parte litigante, vel à iudice.*

79 *Ampl. ut cumulatio attentatorum cum appellatione fieri possit ante, & post litem contestatam.*

80 *Ampl. vt ad reuocationem attentatorum non sit facienda mentio circa impetrationem rescripti.*

81 *Ampl. ut expensæ super attentatis taxari possit ante sententiam in principali negotio ferendam.*

82 *Ampl. ut accessoriè ad negotium principale veniant attentata.*

83 *Ampl. ut si per iudicem à quo, delatum fuerit appellationi, decernendo processum pro apostolis de communi consensu partium, idem iudex à quo procedere non possit citra attentationem, nisi per superiorem causa eidem remittatur.*

84 *Ampl. ut iudex non reuocans attentata dicatur facere iniustitiam.*

85 *Ampl. ut assecutio possessionis vacuæ lite pendente reuocari possit, per viam attentati.*

86 *Ampl. vt paria sint esse appellatum, & petere terminum ad appellandum.*

87 *Ampl. ut non obstante nullitate attentatorum sententia sit exequenda.*

88 *Ampl. ut omnis alienatio rei litigiosæ, vel si esset permutatio lite pendente reuocetur per viam attentati.*

89 *Ampl. quia licet vbi aliquis tenet beneficium reseruatum, si talis expellatur de beneficio, sibi non datur interdictum.*

91 *Ampl. ut possit semper appellans adire iudicem à quo, & petere ne aliquid innouetur in præiudicium appellationis.*

92 *Ampl. posset hæc regula varijs modis, quibus ampliatur regula, q̃ spoliatus ante omnia est reintegrandus ad suam possessionem.*

93 *Ampl. itaque, vt attentatus sit restituendus, etiam si precariò, vel clam possideret à spoliatore, vt peremptare, circa quam fuerit attẽtatum, procedatur quoad æstimationem, necnon reuocatio attentatorum facienda est, quoad fructus, expensas, & damna.*

Ampl.

Source : BIU Cujas

94 *Ampl.vt attentata per actorem post commissionem,& citationis decretum,licet non executæ veniant reuocanda.*
95 *Ampl.vt in quacunque parte iudicij reuocatio attentatorum sit facienda,quod tamen ante conclusionem in causa accipitur.*
96 *Ampl. vt & in materia duelli accommodari possint attentata, quia in ijs proceditur ad instar iudiciorum.*
97 *Ampl.vt ea,quæ post inhibitionem geruntur, per modum nullitatis,vel attentati reuocantur secundum casum ibi propositum.*
98 *Ampl. vt contra alienantem lite pendente locum habeat remedium attentatorum.*
100 *Ampl.vt iudicis auctoritas non excuset attentatum.*
101 *Ampl.vt appellare, & petere terminum ad appellandum sint paria, nisi vno casu.*
102 *Ampl.vt attentata deduci possint etiam per modum exceptionis ad impediendum executionem alicuius sententiæ.*
103 *Ampl. vt quæ ratione contumaciæ fuerint attentata, & probentur incontinenti possint reuocari.*
104 *Ampl.vt contra conuentum actione reali, alienantem lite pendente, attentata reuocentur.*
105 *Ampl.vt causa possessionis, aut proprietatis possint simul quoad processum cumulari cum iudicio attentatorum.*
106 *Ampl. vt licet vbi renunciatum est appellationi, vel vbi causa est deserta,priuilegium attentati non habeat locum; tamen ordinariæ nullitas attentatorum non impediatur.*
107 *Ampl.si appelletur a grauamine iudicis delegati,qui ante dationem apostolorum interdicat appellanti administrationem,si talia petantur reuocari per viam attentati procedat in casu nostro, licet in ordinario quidam aliter dicant.*
108 *Ampl. vt cum auditor causæ in Romana curia gratiam purificare possit,quasi id sit de pertinentijs causæ, si lite pendente executor id faceret per modum attentati,id reuocari possit.*
110 *Ampl.vt licet commissio super iactationibus,& molestationibus in fraudem incepta per spoliatorem non pariat attentatum ad iudicium super reintegrandæ;tamen si fraus absit,impetratio,& talis commissio cur non impediat nouari.*
111 *Ampl.vt licet renunciatum sit appellationi, vt videatur cessare remedium attentatorum, vt quando deserta est appellatio, disputatur tamen per viam nullitatis attentatorum via simplici, & ordinaria talia attentata reuocari possint.*
113 *Ampl.vt pendente termino ad dandum apostolos, iudex procedere non possit.*
114 *Ampl. vt in materia quoque adiuncti iudicis dandi consideretur materia attentatorum.*
117 *Ampl.vt vltimum spolium semper sit purgandum, etiam in fine litis.*
118 *Ampl.vt iudex prohibere possit subditis suis, ne coram alio iudice litigent,& si contrafiat reuocabitur per viam attentati.*
119 *Ampl. vt innouatu per tertium vnà cum litigante, etiam per iudicem delegatum sint ante omnia reuocanda.*
120 *Ampl.vt licet latæ sint tres sententiæ, vel vna, & res sit iudicata, vel causa deserta,nihilominus quousque non sit facta executio,si per non possessorem accipiatur possessio,dicatur innouari.*
121 *Ampl. vt processus per iudicem à quo est appellatum ante sententiam, post inhibitionem iudicis ad quem, non solum est reuocandus per modum attentati,immo est ipso iure nullus.*
122 *Ampl.vt pendentia litis super inobseruantia cõtractus,& periurio faciat pendentiam litis super fructibus,& interesse.*
123 *Ampl.vt pendente inquisitione, vt in casu ibi late proposito, possessio, & prouisio debent vt attentata reuocari.*
125 *Ampl.vt lis,quæ principaliter suspendit disponendum,suspendat etiam accessorium.*
127 *Ampl. maxime in nunciatione no.operis, in qua veniunt reuocanda attentata,vel aliter non facta iustificatione.*
128 *Ampl.vt si fuerit concessa moratoria, vel quinquennalis,vel aliter cõcessa dilatio, & interim durante dilatione deuentum sit ad executionem,id reuocari debeat, vt attentatum.*
129 *Ampl.vt attentata tempore feriarum, tempore feriarum possint expediri, præsertim si concernat solam possessionem: quia vt eo tempore attentat, sic reuocatur.*
130 *Ampl. vt pendente termino ad dandum apostolos a iure, vel ab homine præfixo interim nihil sit innouandum.*
131 *Ampl.vt delegatus per commissionem compescendi contradictores contra tertios impedientes litigantes habeat iurisdictionem.*
132 *Ampl.vt stante statuto,quòd a pronuncia de compromittendo non possit appellari,recurri,querelari,supplicari peti rest.in integ.vel aliud dici,obijci,vel opponi,si petitum fuerit compromissum super causa, de qua coram alio lis pendebat,talis de compromisso pronuncia reuocabitur per viam attentati.*
133 *Ampl. vt pendente lite inter duos super aliquo officio, neuter ipsorum officium prædictum exercere debeat, si aliquis eorum iam exercere ante oppositionem,vel appellationem alterius non inchoasset.*
134 *Ampl. vt reuocatio attentatorum fieri possit vsque ad conclusionem in causa.*
135 *Ampl.vt nec per rescriptum principis liceat innouare.*
138 *Ampl.vt innouatum post iter arreptum ad superiorem, vt in casu ibi, est reuocandum.*
139 *Ampl.vt cum a grauaminibus pluribus appellatur,tot cẽsentur appellationes,quot grauamina.*
141 *Ampl. vt si facta sit condemnatio expensarum & appellatum vsq; ad tertiam sententiam, expensæ taxari non possint, alias fit reuocatio per viam attentati.*
142 *Ampl.vt si possessio beneficij tempore motæ litis sit vacua,& pendente lite per alterum litigantium occupetur, dicatur innouatum, & veniat reuocandum per viam attentati.*
143 *Ampl.vt in causa prophana præfixo termino per iudicem a quo est appellatum,ad prosequendum appellationem, ante terminum non possint fieri citationes,nec aliquis actus exerceri.*
144 *Ampl. vt licet omissio condemnationis expensarum in possessorio non possit reparari in petitorio,tamen secus est si possessorium veniat tractandum per viam attentati.*
145 *Ampl.vt agenti super attentatis fatalia non currant ad prosequendam, & finiendam appellationem.*
146 *Ampl. vt sententia lata post appellationem interpositam non possit confirmari per iudicem,cui commissum fuerit negotium principale.*
147 *Ampl.vt illi,qui petit attentatum lite pendente reuocari, sufficiat probare innouatum,licet non probet de possessione.*
148 *Ampl.vt reseruatio non afficiat ita possessionem, vt agens hoc remedio non sit restituendus.*
149 *Ampl.vt licet spoliatus habens contra se præsumptionem non sit restituendus, tamen fallit in remedio attentatorum, nisi in causis beneficialibus.*
150 *Ampl.vt si appellans lite pendente spoliauit suum aduersarium, dicatur renunciasse suæ appellationi.*
151 *Ampl. vt vbi ab aliquo articulo appellatur a delegato, in omnibus alijs videtur exemptus appellans a iurisdictione delegati, secus in ordinario.*
152 *Ampl.vt stante propositione petitory, si post attentatur, procedi possit super vtroque,vel super altero,ad arbitrium illius, in cuius præiudicium fuerit attentatum.*
153 *Ampl. vt pendente lite super priuatione beneficij ob aliquod crimen, possit ille,qui venit priuandus,tale beneficium renunciare.*
154 *Ampl. vt lis pendere quoad actorem dicatur, præsentato rescripto, & decreta citatione,licet non executa.*
155 *Ampl.vt post appellationem,ante dationem apostolorum, & magis post per iudicem a quo recipi non possint testes abfuturi.*
156 *Ampl. vt appellans absente iudice non eximatur ab illius iurisdictione.*
157 *Ampl.vt in casu notabili,de quo per Rot.13.quòd si constat,aliàs 348. de resti.spol.in antiq.& dec.14.sed pone retento, aliàs 423. eod.titu. secundum casum ibi.*
159 *Ampl. vt scilicet pendente termino ad dandum apostolos impetretur, & post reuocetur grauamen,impetratio non valeat.*
160 *Ampl.vt si reus lite pendente beneficiũ litigiosum permutauerit,deinde mortuus sit,contra superstitem reuocari possit,per modum attentati,eo tamen citato.*
161 *Ampl.in materia c.si ij contra quos,vt lit.pend.in 6.secundũ casum ibi.*
162 *Ampl. vt per authorem attentata post præsentatam commissionem, & literas siue citationem commissam sed non expeditam, sint reuocanda.*
163 *Ampl.in casu,de quo per Rot.i.primus, de rest. spoli.secundum casum ibi traditum.*
164 *Ampl. ut successor in beneficio recipiatur in eodem statu litis, in quo author,vel prædefunctus erat.*
165 *Ampl.ut iudex proprio motu,parte non instante, quia ipse fuit contemptus,reuocare possit attentata.*
166 *Ampl.vt contra tertium succedentem in attentatis detur hoc remediũ.*
167 *Ampl.vt arripiens iter ad superiorem habeatur pro appellato,si non ex alia causa fiat.*
168 *Ampl. ut licet facta impetratione supplicationis cum potestate procedendi literis non expeditis,& rescripto,dummodo non fiat litigiosum ante expeditionem, quoad reum conuentum non inducatur litis pendentia.*
169 *Ampl.vt spolians lite pendente sit magis odibilis, quam alius spoliator: & ideo omnes ampliationes,quæ dantur ad regu.cano. reintegranda. procedant in attentatis.*
170 *Ampl. ut licet stante appellatione ab interlocutoria ante inhibitionem non dicatur attentari;tamen si inhibitio emanauerit canonice i. causa cognita,an sit appellatũ, an appellatio sit friuola: tũc iudex a quo procedere non potest.*
171 *Ampl. vt lite pendente super rescissione, siue annullatione contractus vsuræ ex eo interim peti non possunt iudicio ordinario, secus verò si instrumentum esset iuratum, vel aliter haberet executionem paratam.*
172 *Ampl.vt regula de non tollendo iure quæsito, etiam ad rem procedat, stante litis pendentia.*

Source : BIU Cujas

177 *Ampl.ut libellus generalis, & incertus procedat in causa attentatorũ.*
178 *Ampl.ut innouata etiam per tertium si impediant iurisdictionem iudicis sint reuocanda.*
179 *Ampl. vt Rota introduxerit, capientem possessionem sine præambula intimatione executorialium dici quodammodo attentare.*
182 *Ampl.vt attentata causentur, & lis dicatur pendere, vbicunque sententia in vno iudicio parit exceptionem rei iudicatæ in alio.*
183 *Ampl.vt si expectatiuam aliquis habens acceptet beneficium per obitum unius ex litigantibus in præiudicium alterius collitigantis superstitis, nihil agat tam tnspecto c.2. vt lit.pend. in sexto, quàm regula cancellariæ, de subrogandis.*
186 *Ampl.ut lite pendente, uel appellatione non liceat supplicare principi.*
187 *Ampl.ut arripere iter ad superiorẽ, habet vim prouocationis, & appellationis; quia plus est facto, quam verbis appellare.*
188 *Ampl.ut sicut omissio, & repetitio circa materiam suspensionis petitorij sæpe, ac sæpius admittitur vsq; ad conclusionem in causa, ita id procedat in causa attentatorum fauore attentatorum.*
189 *Ampl.vt pendente causa super attentatis, non currant fatalia in causa appellationis, nisi causa attentatorum sit commissa in fauorem appellati, vel aliter.*
190 *Ampl.ut spoliatus lit.pend.non teneatur colorare suam possessionem etiam in interdictis habentibus annexam causam proprietatis.*
191 *Ampl.vt eo ipso q; mouetur lis super beneficio, censeatur moueri super possessione, licèt de ea nihil dicatur.*
194 *Ampl.ut etiam post pronunciam de exequendo, à qua fuerit appellatũ ad superiorem, licèt per statutum prohibita sit appellatio, nihil debeat innouari, & innouatum sit reuocandum.*
195 *Ampl.vt pendente lite coram arbitro nihil debeat innouari.*
196 *Ampl.vt si ordinarius contulerit vni tertio beneficium, de quo litigabatur inter duos, quorum alter mortuus sit, hoc dicatur attentari.*
197 *Ampl.ut licet oppositum non fuerit de litis pendentia, quando incipitur à facto, siue ab exceptione, si de eo iudicium ordinariũ pendebat, reuocari debeat per viam attentari.*
198 *Ampl. quia stante appellatione ab interlocutoria non prius reuocãtur attentata, quàm doctum fuerit de causa appellationis legitima.*
200 *Ampl.ut dispositum in sententia diffinitiua habeat locum in interlocutoria vim diffinitiuæ habente.*
201 *Ampl. ut iudex qui præuenit in iurisdictione, vt ecclesiasticus, possit prohibere etiam per excommunicationem impedientem, non obstante statuto.*
202 *Ampl.vt litigium factum cum procuratore falso, vel nullo, cum non sit litigium, non caueret remedium attentatorum.*
204 *Ampl.ut habens potestatem prosequendi, siue consequendi ius suum de facto, & propria authoritate, vt in expellendo colonum, propter nõ obseruantiam, vel non solutionem, vel in apprehendendo possessionẽ propria authoritate, si iudicem prius adiuerit, quàm vtatur propria authoritate attentet, & malefaciat.*
207 *Ampl.ut si quis coram aliquo iudice proposuerit possessorium, pendente lite super possessorio non possit super petitorio adire alium iudicem, licet ordinarium, ratio ibi.*
208 *Ampl.ut si quis contra aliquem inquirere cœperit in loco delicti, isque comparuerit, deinde ex eodem delicto in loco domicilij agitetur, possit ratione litis pendentiæ coram primo, & si procedatur ad vlteriora, instare pro reuocatione attentatorum.*
209 *Ampl.ut attentatum dicatur post appellationem, vel litis pendentiam, etiam q; adessent literæ vel commissiones à superiore principe, quòd non obstante appellatione, litis pendentia, uel inhibitione quis poneretur ad suam possessionem.*
210 *Ampl.ut attentans ad fructus teneatur, ita, & taliter, quòd proprijs impensis fructus teneatur deferre ad domum illius, contra quem fuerit attentatum.*
211 *Ampl.ut petens reuocari attentata coram iudice à quo, non dicatur renunciasse appellationi, si facit per modum informationis.*
212 *Ampl.ut lite mota super datione reintegrandæ contra executionẽ nulliter factam, aduersarius non possit petere se confirmari de nouo; quia lite pendente nihil est innouandum.*
313 *Ampl.ut causa attentatorum adhuc duret. si ex causa paupertatis, uel alia ipso iure post biennium instantia sit prorogata, & non deserta.*
214 *Ampl.ut & ad causam attentatorum pertinere dicatur, si quando agitur querela contra hæredem scriptum, uel bonorum possessione contra tabulas, vt interim à creditoribus hæreditarijs is conueniri non possit, qui scriptus est hæres.*
215 *Ampl.ut si bannitus petierit se rebanniri, pendente lite super rebannitione, interim offendi non possit.*
216 *Ampl.ut nullitas proponi possit cum remedio attentatorum.*
217 *Ampl.ut proposita causa recusationis expressa causa, & non expressa, in terris ecclesiæ, & sumptis arbitris præsertim, dicatur innouari per iudicem recusatum, vt tamen id sit reuocandum ita demum, si per arbitros declaratum fuerit, esse bonas causas recusationis.*
218 *Ampl.vt pendente appellatione vnusquisque manuteneri possit in sua possessione, quam habet etiam contra ius, ut si appellatus spoliauerit dicatur renunciasse suæ appellationi.*
219 *Ampl.ut attentata non reuocentur in appellatione ab uno articulo ex connexis cum alijs, a quibus non potest appellari.*

Attentata reuocanda, & ampliationes. *Cap. XXX.*

IN materia attentatorum facta est specialis prouisio per cap.non solum, de appellatio. lib. 6. super quo late insistere possem, declarando considerata ibi per glo. & Docto. verùm cum breuitati studeam, cõstituam regulam ad eandem redigendo, & subordinã
1 do scripta in d.c.non solùm. Regula ergo sit, † quòd innouata post appellationem à definitiua sententia, vel interlocutoria debent reuocari, vt in d.c non solùm, & prius idem statutum fuerit: licet non ita clarè in titu. nil nou.appella. penden.ff. & in Decret.vt lite penden. & iterum in 6. & clemen.in c.cum M. de constitu. in c.ad dissoluendum, de despensa.impub.in l.si fundum.C.de rei vendi.in c.illud, cum glo.de cleric.excommunica.11.q.1. c.quia. Hæcque regula est certa, canonica, & approbata, posseque instari super cõcordantibus, sed breuitati studentes procedemus ad vlterio
2 ra. Ratio † autem remedij attentatorum stante appellatione est; quia iudex siue benè, siue malè pronunciauit, semel functus est officio suo. & per appellationem ad superiorem iurisdictio inferioris suspenditur.c.venientes. de iureiur. & & scribitur per Vestrium in tit.de attent.in princ. Et in simplici lite non debet alterari causa.

3 † Ampl.vt huiusmodi innouata semper sint reuocanda vt expresse dicit tex.in d.cap.non solùm ibi debent semper. Hæc dictio, semper, est satis ampla, namque, semper, dictio videtur adeo plena, vt exceptionem non patiatur; quia si aliqua exceptio detur, vbique non erit semper, facit l. 1. ff. solut. matrimo. vbi causa dotis semper, & vbique præcipua est, quia si habet vim simplicis regulæ non est necessaria dic-
4 tio, semper, † vt facit: quia dispositio, quæ in vno redditur falsa, in totum redditur falsa l. si is qui ducenta. §. vtrum.de rebus dubijs.accedentibus illis verbis, exceptis casibus, in quibus prohibetur appellatio. † Iuncta regula, quòd
5 exceptio firmat regulam in contrarium, iuxta nota.in l prima.de regul.iur. Sunt tamen multi casus, in quibus non reuocantur attentata, vt infra dicemus. Eadem considerari possunt quoad tempus (licet quoad tempus non satis commodè referatur, licèt possit) Quia post conclusionem in causa, nisi attentetur post conclusum in causa, non fit reuocatio attentatorum, & in alijs casibus, de quibus infra dicemus. Circa prædicta dici posset, quod dictio semper, pro regulariter exponatur. l. semper. de regu. iur. vel ea ratione, quòd verificetur in maiori parte, vt quando verum dicimus, omnes fuisse, cum factum est à maiori parte. l. nihil.
7 ff. de interroga. act. & per hæc dicebam, † quòd attenta in prima instantia, & causa appellationis, etiam lite contestata super negotio principali, vt per Ferrat. caut. 58. & quod sumi per se, etiam negotio principali, & iterum separari, de quo aliàs scripsi.

8 † Ampl.vt procedat in causis prophanis, & ecclesiasticis ciuilibus, & criminalibus, vt per Franc.in d.c. non solùm, & per Manfted.in mat. concl. 1. vbi limitat in criminalibus in confesso, vel conuicto, & sensit Bal.in l.fi. C.de fruc.& lit. expens.

9 † Ampl.vt ante omnia reuocentur attentata, vt expresse dicit text.in d.c. non solùm, semper ante omnia, vnde precedi non poterit super processu principali, & hoc quando agitur summariè & extraiudicialiter, vt scribit Franc. Rip.
10 resp.2.de rescrip.namque, vt dicit Rot.79.† Nota, quòd fatalia, aliàs 448. de appella. in antiq. Licèt & appellans appellationem suam, negotium principale, & causam attentatorum possit simul prosequi: tamen ad hoc non arctatur, nisi velit immo indultum est sibi à lege, item per attentationem ante omnia audiatur, vnde fatalia non currunt appellanti, qui prosequitur, & agit causam super attentatis, vt nec illud tempus subducatur, quo tres conformes mandantur executioni: nisi forsitan dicamus ex tacito, vel expresso consensu derogatum fuisset huic priuilegio: vt quia super negotio principali, & super attentatis processum fuerit, vt in simili proposita causa nullitatis, & appellationis causa nullitatis deseri cum causa appellationis scribit Vestrius in practica in tit.de nullit. & ipse scripsi in quibusdam
11 meis allegationibus. † Et causa attentatorum suspendit petitorium, & possessorium. Cassa.deci.4. de dilatione. Manfred. concl.107.

12 † Ampl. vt penitus talia attentata debeant reuocari, vt per tex.in d.c.non solùm, vt nihil inde remanere debeat im

purga-

Source : BIU Cujas

purgatum:quia aliter non esset penitus attentata reuocare.
13 † Quia dictio,penitus,vt dictio, omnino,sunt præcisæ, iux-
14 ta not.in l.omnimodo.C.de inoffic.testa. † Ex quo si attentatum fuerit circa possessionem,& fructus, non dicitur attentatum penitus reuocari, si reuocatio facta fuerit quoad possessionem,non autem quoad fructus, quin & illud dici potest,q̃ cum attentatum completum in se spolium conti neat,& hac ratione:q̃ attentata penitus sunt reuocanda:dici posset,q̃ sicut spolians non debet audiri, nisi per tantum temporis steterit in non petendo,per quantum steterit in spolio,ita & qui attentauit, iuxta not.per Franc. Rip.in §.nihil commune.l.naturaliter. ff. de acq.possess. Hoc autem quod penitus hic dicitur,infra exprimitur per verbum, oīa, quod nihil excludit,iuxta l.Iulianus.de lega.3. Cum simile & reiteratio harum dictionum fauorem reuocationis valde declarat.vnde non est mirum, si antequam deueniatur ad negotium principale,fiat condemnatio, & executio in fructibus perceptis,& percipiendis,vt per Manfred.conclu.25. & ego aliàs scripsi.

15 †Ampl.vt innouata medio tempore inter sententiam, & appellationem faciendam tempore decennij sint reuocanda, sed & nulla, ita vt text.sentiat q̃ intra illud decennium etiam ante appellationem hæc peti possint reuocari, vt in d.ca.non solùm, vnde inferri posset iunctis proximè dictis, quòd tempus hoc decennij si interim attentetur, & petantur reuocari attentata, prorogetur quousque causa attentatotum finiatur.

16 † Ampl.vt si post spolium factum post appellationem spolians appellationem interponat, ne innouetur inde deferatur hæc appellatio,iudex poterit reuocare attētata, siue sit delatum appellationi, siue non, siue in eadem causa, siue in diuersa,vt per Franc.& alios in cap.an sit, de appell.& per Manfred.consi.24.

17 †Ampl.vt attentata hęc debeant reuocari,vnde imponitur necessitas iudici, iuxta not.in l.sæpe.de offic.præsid.in l. creditores.C.de pigno.in l.1.C.quomodo & quando iud.& in l.Gallus. §.1.de libe.& posthum.& cum non præfiniatur tempus instantiæ,aut instantia iuris ciuilis,aut iuris canonici,aut statutorum seruabitur, iuxta not.in l. properandum. C.de iudi. secundùm obseruantiam locorum. Et circa hoc causa hæc videbitur quid principale, non emergens,vel incidens,vt intra tempus causæ principalis expediatur, necessitas autem hæc erit,vbi pars petit,iuxta l.4.§.toties.de dam. infect. non vbi ex officio suo iudex reuocet attentata.

18 † Ampl. vt licèt episcopus dispensare possit cum priuando beneficio, tamen non potest,si quis impetrauit in euentum priuationis. Domin. consil.105. colum fina. Staphil. var.mo.va. colum fina.

19 †Ampl.vt prædicta attentatorum reuocatio fiat etiã post appellationem interpositam ab interlocutoria ante definitiuam,idq; secuta inhibitione à iudice ad quem post cognitionem causæ appellationis ab interlocutoria, & an negotium ad se fuerit deuolutum: & ita reuocatio fiat in pristinum statutum,vt in d.c.non solùm. Quinimmo talia innouata post appellationem sunt ipso iure nulla, vt per Aegid. deci.623.processus factus,vbi dicit, q̃ † processus factus per
20 iudicem à quo ante snīam post inhibitionē iudicis, ad quē non solùm est reuocādus per modum attenti, imo est ipso iure nullus;quia non est dubium, q̃ talis inhibitio suspendit iurisdictionem iudicis à quo,& facta à tali iurisdictione
21 suspensa sunt ipso iure nulla.de senten. excom.ca. per tuas. & per Aegid.vbi supra. Quinimo,quod magis mirandū est. Aegid.decis.624.processus nullus.dicit, q̃ in casu præcedēti, etiam per superuenientem renunciationem appellantis factam de appellatione sua, & omnibus inde secutis,processus talis,vt supra,nulliter factus non reuiuiscit: quia †qđ ab initio non valuit tractu temporis non conualescit, præsertim cum inualiditas procedat aliunde, quàm ex consensu
22 ratum habentis, defectus autem inualiditatis hic, & ex eo procedebat, q̃ suspensa erat iurisdictio.Dicit tamen Aegid. †q̃ si re vera appellatum fuisset legitimè,& non inhibitum secundum aliquos appellatio,quando renunciatur, habetur pro non facta etiam retro,iuxta l.furti.§.1.in fin.ff.de his
23 qui not.infam. † & q̃ ipse Aegid.credit de contrario esse in ratione casum expressum in c.licèt.de senten.excom. lib.6. Faciens differentiam inter ea, quæ nulla sunt ipso iure, vt non possint ratificari, quæ vero sunt in suspenso quòd possint, quæ distinctio satisfacit pro illarum opinione iuncta ratione,quòd ante inhibitionem non sunt nulla ipso iure,
163 †Ampl.in caſu,de quo per Rot.1.primus, de reſtitu.ſpol. Biſig.vbi ſi primus in data obtinuit vnam ſententiam cõtra ſecũdum in data reum, & poſſeſſorem, à qua ſecundus appellauit, & in cauſa appellationis ſecundus in data prætendens prætextu cuiuſdam reſeruationis primum excluſum, & ſe de nouo obtinuiſſe mandatũ à Papa, quòd ſibi in vim

illius

Source : BIU Cujas

illius reſeruationis prouideretur,non obſtante litis pendentia,ſi non foret alteri ius quæſitum,obtinuit ſententiam ꝓ ſe,& per auditorem cauſæ appellationis obtinuit ſibi prouideri.Item poſt primus in data obtinuit commiſſionem ſuper deſertione appellationis a prima in ſuum fauorem. Itē ſuper nullitate ſæcundæ in fauorem ſecundi in data, & virtute cuiuſdam executoriæ eſt immiſſus in poſſeſſionē ſpoliando ſecundum,qui petit ſe reſtitui vt ſpoliatum lite pendente per viam attētati,& primus excipit, quòd procedi debeat prius ſuper deſertione,& nullitate, & plerique tenuerunt, ꝙ iſte petens ſe,vt ſupra reſtitui bene dicat,præſertim, quia in hoc remedio nō quærimus an agens poſſideret, ſed de ſtatu cauſæ in quo erat tempore,quo fuit innouatum,& vide ibi late de materia.

164 †Ampl.vt ſucceſſor in beneficio recipiatur in eodem ſtatu litis,in quo author,vel prædefunctus erat.Rot. 1.vt lit.pēden.in antiq.alias. 3. vbi tangit quid in filio ſuccedente patri remiſſiue.

165 †Ampl.vt iudex ex proprio motu parte non inſtante:qa ipſe fuit contentus,ut reuocare poſſit attentata, vt per Rot. 5.nunquid reo.alias.433.vt lit.pend.in antiq.& hoc non ſolum ante concluſionē in cauſa,ſed etiam poſt. Rom.cōſil. 14.& add. Rot. 6.ſub tit.præd.aliàs.518.

166 †Ampl. vt & contra tertium ſuccedentem in attentatis detur hoc remedium,vt per Dec.in capitu.bonæ, colum.1. de appellationi.

167 †Ampl.vt arripiens iter ad ſuperiorem haberetur pro appellato,ſi non ex alia cauſa fiat. Dec.per tex.in ca.dilecti.de appel.requiritur tamen cauſæ expreſſio & petitio apoſtolorum,vt ibi idem declarat,qui tenet,quòd etiam coram iudice appellatum, non ſolum, qui per querelam poteſt adiri expediatur.

168 †Ampl. vt licèt facta impetratione ſupplicationis cum poteſtate procedendi literis non expeditis,& reſcriptò,dum modo non fiat litigioſum ante expeditionem quoad reum conuentum non inducatur litis pendentia, etiam quoad regulam de ſurrogandis;tñ quoad impetrātem efficitur negotium litigioſum,præſertim quoad tria: quia ſi actor moreretur ante expeditionem, dummodo poſt decretam citationem cōtra reum poſſeſſorem certè haberet locum regula de ſurrogandis in fauorem poſſeſſoris,arg.no.per Aegid. concl.380.ſi faciens committi.Item quia talis actor ſi impetret aliquod reſcriptum pro confirmatione ſuorum iuriū, & non faciat mentionem de lite, dicitur attentari, & actori nullum commodum afferant c.cauſàm quę.de teſt.Item actor prædictus ius ſuum alteri cedere non poteſt, vt de his late per Staphil.de commiſſ.lit.iu.fol.108.

169 †Ampl.vt ſpolians lite pendente ſit magis odibilis,quàm alius ſpoliator:& ideo omnes ampliationes,quæ dantur ad reg.can.reintegranda.procedunt in attentatis, vt per Rip.in l.naturaliter.§.nihil commune. nu.67.de acq. poſſeſſ. vnde facta nulliter executione, licèt incontinenti per ſententias conſtet de dominio procedit reintegranda, & attentatum. Alex.ibi.nu.16.

170 †Ampliatur, vt licèt ſtante appellatione ab interlocutoria ante inhibitionem non dicatur attentari:tamen ſi inhibitio emanauerit canonicè,ideſt cauſa cognita,an ſit appellatum,an appellatio ſit friuola;tunc iudex a quo procedere non poteſt.Item vel ſi nō ſit inhibitum,iudex tamen admiſit appellationem,quod ꝓcedit, etiam ſi appellatio admiſſa ſit,ſi & in quantum,vt hæc latiſſime proſequitur Maran. 6.P.de ord.iud.in titu.de appellat.vbi tangit,an iudex teneatur deferre.Item dicerem,ſi adiecta eſſent verba,ſi & in quā tum, & non aliter, nec alio modo, faciunt, quæ no. Benin. deciſio.1.

171 †Ampl. vt lite pendente ſuper reſciſſione, ſiue annullatione ℈ctus vſuræ ex eo interim peti non poſſint iudicio ordinario,ſecus verò ſi inſtrumentum eſſet iuratum,vel aliter haberet executionem paratam,vt de his per Saly.in rub. de vſu.C.& alias tetitigimus in materia.

172 †Amplia. vt regula de non tollendo iure quæſito etiam ad rem procedat ſtante litis pendentia,vt per Aegi.conſ.24. dub.7.Et per Gomeſ.de non tollen.iu.q pag.mihi 29. & pa-
173 gi.34.dicit.quòd † beneficiatus lite pendente ſuper priuatione non poteſt permutare,vt ibi in nono modo,& alleg.Dominic.conſil.105. & in ſec.q.ad eandem regulam facit in eo quod tenet d. regulam ſolum procedere in commiſſionib. impetratis ad lites,de quo ibi late per eum. Et in 3.q.ad eun-
174 dem regulam putat,quòd† reſcriptum etiam ad lites faciēs prciudicium non extabat,quòd tale reſcriptum non impediatur,quod eſt mirandum, & iterum q.6. ſub eadem regu-
175 la videtur tenere: †quòd reſcriptum conceſſum derogatorię reuocari non poſſit lite pendēte, licèt prius quàm lis in-
176 choetur, ſecus ſi t. Et in q.7.tenet † quòd licèt mandat.& reſcriptum extinctiuum litis:vt per auocationem,& commiſſorium alteri non impediatur per regulam:tamen ſecus eſt in omnino extinctiuo,quod procedit etiam in gratia motu proprio,vt ibi,& q.8.licèt in reſeruatione beneficij in fauorem tertij collitigantis nō procedat,vt reſeruatio impediatur regula,vel dicatur attentari.

177 † Ampl. vt libellus generalis & incertus procedat in cauſa attentatorum ſecundum Innocen.& Abba.in capit.conſuluit.2.de appellationib.Rip.in l.edita numero 24.C.de edendo.hinc forſitan iuſtificatur practica reuocandi attentata in genere, & aſſignandi terminum ad docendum in ſpecie,

178 †Ampl.vt innouata etiam per tertium ſi impediant iuriſdictionem iudicis ſint reuocanda ſecundum vnum intellectum,de quo per Doc.in cap.cum teneamur.de appellatio. vbi Deci.in fi.

179 † Ampl. vt Rota introduxerit capientem poſſeſſionem ſine præambula intimatione executorialium dici quodam modo attentare,ꝙ poſſeſſio reuocetur in priſtinum ſtatum de quo Felv.in c.ad probandū,col.4.de re iud.pro qua opin. Gomeſ in d.reg.de ſubrogandis, alleg. Rot.101.nota, ꝙ vbi aliquis.in antiq.& deciſ.23.in no.& c.ſi beneficia.de præbē. lib 6.licèt multa alia in contrarium alleget.Et in hanc ſententiam adducenda ſunt,quæ latiſſime ſcribit idem Gome.

180 in reg.de annali q.44. † ꝙ per ſnīam, quę trāſiuit in rem iudicatam,lis nō dicitur finita pp reliquias, vt in caſu quo cō petit reſtitutio in integrum,etiā ad effectum regulæ de ſubrogandis,ſcribit idem Gomeſ.in reg de ſubrog.q.14. idem ſi iudicis authoritate parte non citata.Crauet.conſi.302. licèt in can. reintegranda. Decius dicat, ꝙ obſtat res iudicata in conſi.185.ſed dicas niſi ex defectu citationis:idem ſi eſſet tertius poſſeſſor,vt per Capi.deciſ.191.

181 † Ampl. vt c.1.vt lite pend.lib.6. procedat non ſolū in iure in re,ſed in iure ad rem:& ita regula de ſubrogandis ibi iuri,ſiue ad ius per Gomeſ.intelligitur ibi q.6.

182 † Ampl.vt attentata cauſentur,& lis dicatur pendere,vbicunque ſententia in vno iudicio parit exceptionem rei iudicatæ in alio,& de materia facit,quod ſcribit Bart. in l.fundum.ff.de excepr.rei iudi.in l.& an eadem.eo.titu. & in l.naturaliter.§.nihil.de acq.poſſ.

183 † Ampl.vt ſi expectatiuam aliquis habēs acceptet beneficium per obitum vnius ex litigantib in præiudiciū alterius collitigantis ſuperſtitis nihil agat tam inſpecto c.1.vt lite pend.lib.6.quàm regula cancellariæ de ſubrogandis,namq; licèt Aegi. conſi.25. acceptationem diſtinguat, vt prædicta procedant,quando expectatiua conceditur iam lite pendēte ſuper aliquo beneficio, ſecus verò ſi ante litem conceſſa fuiſſet talis expectatio:tamen cōis opin.eſt in cōtrarium, ꝙ talis expectans non poſſit tale beneficium acceptare in præiudicium ſuperſtitis,licèt talis poſſit admitti,vt intereſſe putans ex ſuo iure nō ex iure defuncti, vt late declarat Gome. in reg.de ſubroga.q.fi.vbi limitat,niſi expectans hēat gratiā ad litigioſa,niſi gratia talis expectatiua ſit ſuper certo beneficio,ſuper quo poſtea moueatur lis, & niſi lis mota fuerit in forma iuris,hoc quando ageretur ad priuationem ſub p̄textu homicidij vel alterius criminis, vnde veniat pęna priuationis imponenda,quia ſi lite pendente moriatur poſſeſſor talis beneficij,poterit non obſtante litis pendentia per expectatiuum acceptari,per deciſ.Rot.491.Titius erat.in no. Et ibidem reſoluit illam q.ꝙ expectans, qui acceptet beneficium per obitum alicuius collitigantis quando non pōt acceptare,& obtineat ſe ſubrogari, & ita continuat vigore gratiæ expectatiuæ litem cōtra alium ſuperſtitē ſuper dicto beneficio,& obtineat canonizari ſubrogationem ſuam, & poſtea vigore dictæ gratię expectatiuæ acceptet aliud beneficiū,& alter excipit de conſumptione gratiæ, ex quo prius beneficium prædictum acceptauerat, & obtinuerat vigore ſubrogationis,non repellitur tali exceptione, & gratia non eſt conſumpta:quia non vigore expectatiuæ,quæ in hoc videtur cauſa accidentalis,& a remotis, ſed propter ſubrogationem,verum licèt Dominos ita cōcluſiſſe affirmet,caſus non poteſt non dici dubitabilis inſpecto effectu,multiplici conſecutione, & fraude forſitan committenda.

Item circa prædicta facit,quod idem Gomeſ. in dicta regula de ſubrogandis.quæſtio.vndecima ſcribit, hoc eſt † ꝙ ad effectum illius regulæ de ſubrogandis non inducitur litis pendentia per reſcriptum nullum, vel per commiſſionem ſubreptitiam; quia in dubio intelligitur de lite valida, & actu valido, & ita intelligitur text. in capitulo primo,& ſecundo.vt lite penden.libro ſexto.Rot.75.no.quod attentata,in no.Felyn.in capitu.ex tenore. colum.tertia. de reſcriptis.

Item

Source : BIU Cujas

185 † Item si ego commisi causam contra Titium, & Titius causam committit contra Ioannem super iactationibus, & molestationibus, Ioannes mihi non dicitur collitigans. Præterea si vnus ex duobus correis a me conuentis cedit iuri, & liti, & alter correus, qui licèt fuerit a me in commissione nominatus, non tamē citatus petat se subrogari, ego potero me petere subrogari: quia illi non sunt collitigantes. Sic si Titius super vno beneficio citat me coram vno auditore, & Caius super eodem beneficio citat me coram alio, & Titius cedat, vel decedat, ego petam me subrogari, non Gaius, quia ij non sunt collitigantes, argum. Rot. 12. de rescript. in no. & 2. eod. tit. in antiq. & Aegid. decisio. 448. commissa, vt per Gomes. in d. reg. de subrog. q. 12. vbi respondet, & declarat decis. Aegid. 96. licet. Et subdit, quòd nō sunt collitigantes nulliter. litem instituentes, quæ omnia si procedant in attentatis sunt valde notabilia.

186 † Ampl. ut lite pendente, vel appellatione non liceat supplicare principi, vt per gl. & Ias. in rub. C. vt lite penden. vbi quoq; dicit, quod nec contra rem iudicatam procedit supplicatio, nec priuilegium de iure causæ impetrare, quinimmo nec causa committi etiam lite non contestata, nisi ordinarius requisitus non faciat iustitiam, vt per Bart. in d. l. 3.

187 † Ampl. vt arripere iter ad superiorem habet iure prouocationis, & appellationis: quia plus est facto quam verbis appellare, c. dilecti. de appellationi. de quo per Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. colum. fin. de oper. no. nunci. Ias. in d. l. 1. colum. 1. C. vt lit. penden. & in l. supplicare, post Bartol. ibi dicit, quod procedit etiam stante rescripto motu proprio.

188 † Ampl. vt sicut omissio, & repetitio circa materiam suspensionis petitorij sæpe, ac sæpius admittitur vsque ad cōclusionem in causa, ita id procedat causa attentatorum fauore attentatorum.

189 † Ampl. vt pendente causa super attentatis non currant fatalia in causa appellationis. Rot. decisio. 102. Franc. capit. ex ratione. colum. 8. de appellationib. nisi causa attentatorum sit commissa in fauorem appellati, vel aliter secundū Dec. in d. cap. ex ratione, & Gomes. in reg. de annali possess. q. 14. in fine.

190 † Ampl. vt spoliatus lite pendente non teneatur colorare suam possessionem, etiam in interdictis habentibus annexam causam proprietatis. Rot. 19. in antiq. & contra talem spoliatum non constat exceptio alterius spolij, aut excōicationis. Dec. consi. 200. in casu. Rip. in l. naturaliter. §. nihil cō mune. num. 69. de acq. possess.

191 † Ampl. vt eo ipso quòd mouetur lis super beneficio, cē seatur moueri super possessione: licèt de ea nihil dicatur, vt per Cald. cons. 5. in titu. de præbend. siue pendente lite super titulo beneficij, si fiat translatio possessionis, vel alias committitur attentatum, vt decisio. 3. vt lite penden. in no. & deci. 3. in antiq.

192 Quia † possessio est pars beneficij, & sapit naturam eius, vt probat Card. Alex. in ca. 1. colum. 7. nu. 28. 1. q. 1. Item cōmissio super titulo beneficij tantum includit possessionem vt probatur in cap. 1. de seq. possess. & fruct. & in c. pastoralis. de caul possess.

193 Quia † petitotium habet in ventre possessorium. c. cum dilectus. de cau. poss. & propr. & ob eam causam voluit Rota, quòd causa super petitorio tantum, & nō super possessorio commissa auditor, & partes vigore predictæ commissionis petitorium suspendere possunt, & petitorio agere, adeo quòd tela super petitorio tenta dicto iudicio possessorio seruiet absq; noua obseruatione terminorū licèt contra non procedit. Quia si mouetur lis super possessione, non redditur litigiosa proprietas, sed ipsum ius possessionis. Milus in ver. litigiosa res. Franc. in c. 2. vt lit. pend. li. 6. Oldr. consi. 299. Cald. d. consi. 5.

194 † Ampl. vt etiam post pronunciam de exequendo a qua fuerit appellatum ad superiorem, licèt per statutum prohibita sit appellatio, nihil debeat innouare, & innouatum sit reuocandum, vt per Dec. consi. 97. vbi in pronuncia Ducis Ferrariæ, & appellatione ad Pontificem.

195 † Ampl. vt pendente lite coram arbitro nihil debeat innouari. Ale. in l. pecuniam. ff. de cond. inde. quia arbitria ad instar iudiciorum redacta sunt. l. i. ff. de arbitris. Ampliatur, vt sicut executio facta post appellationem reuocandi per modum attentati, ita & reuocetur solutio. Corneus consi. 136. libro quarto.

196 † Ampl. vt si ordinarius contulerit vni tertio beneficiū, de quo litigabatur inter duos, quorum alter mortuus sit, hoc dicatur attentari, & multomagis id procedat, si ex tali collatione accipiatur possessio propter inhibitionem, & decretum. de quo in ca. 2. vt lite penden. lib. 6. quod discolorat, & inficit titulum, & possessionem, & eundem ferè effectum quem reseruatio videtur operari: vt talis possessio reuocari possit per viam attentati, vt decis. 10. vt lite pendent. in no. Item acceptatio, & prouisio vigore gratiæ expectatiuæ de tali beneficio factæ non valent, decis. 12. vt lite pendē. in no. Item intrusus in beneficio litigioso, si spolietur, non debet restitui obstante decreto, de quo in d. cap. 2. decis. 4. de restitut. spoliato. in antiq. Bisig. Præsertim quia talis possessor non dicitur habere titulum coloratum, vt de his scribit Gomes. in reg. de trienn. q. 41. vbi dicit, quòd secus est quoad regulam de triennali: quia in eo sufficit sola possessio colorata, & quoad effectum illius regulæ decretum, de quo in d. c. 2. non ita operatur, & ad id, quod supra diximus, expectatiuam concessam nō capere beneficia litigiosa, adde Bonifa. in clem. 1. col. 5. vt lite pend. & videtur de hoc tex. in d. c. 2. cuius decretum in curia clarum, & notorium est, & hoc etiam in expectatiua concessa a Papa procedere scribit Gomes. de trienn. q. 40.

197 † Ampliatur, vt licèt oppositum non fuerit de litis pendentia, quando incipitur a facto, siue ab executione, si de eo iudicium ordinarium pendebat reuocari debeat per viam attentati, ecce enim cum lite ordinaria præter emptorem. & venditorem ageretur deeuictione, si venditor sub prætextu duplæ, & guarentigiæ executionem fecerit, dicitur attentare: & non imputandum venditori non excipienti: quia incipitur ab executione, & tales exceptiones videntur reseruatæ. Ange. in l. si sic. de leg. primo. Socin. consilio 199. colum. fina. libro secundo.

198 † Ampli. quia stante appellatione ab interlocutoria non prius reuocantur attētata, quàm dictum fuerit de causa appellationis legitima, vt dicit tex. in c. non solum, de appell. lib. 6. modo iudex pronunciauit se iudicem competentem, & processit ad vlteriora, quo facto instatur pro reuocatione attentatorum, dicitur, quòd friuola erat appellatio. excipitur quòd non est verum: quia pronunciauit se competentem, & processit ad vlteriora, quod non erat faciendum, si non fuisset iusta appellatio, vnde videntur reuocanda, sed dicitur per quosdam, quòd in tali causa esse debet duplex pronuncia, vna se iudicem competentem ad videndum, an causa sit deuoluta, alia quoad hoc, quòd causa sit deuoluta, & procedatur ad vlteriora, certè si fiat vnico contextu, per processum ad vlteriora videtur pronunciari appellationem deuolutam.

199 † Ampl. vt pendente lite super euictione venditor non teneatur subministrare impensas. Bal. in l. non testamento. C. de manu. test.

200 † Ampl. vt dispositum in sententia definitiua habeat locum in interlocutoria vim definitiuæ habente, vt per Marant. in pract. de ord. iudi. 6. par. in titu. de appella. num. 131. vnde in talibus sententijs interlocutorijs habentibus vim definitiuæ prima pars capituli non solum. de appella. *in 6.* obseruabitur, idest quòd manus iudicis ligantur statim, & attentata reuocabūtur ante omnia, quæ autem sint istę interlocutoriæ habentes vim definitiuæ. vide per Maran. *in* d. c. de appel. & per Guid. Pap. decis. 10. & seq. & nos allegauimus ad rub. ff. de re iud.

201 † Ampl. vt iudex qui præuenit in iurisdōne, vt ecclesiastícus possit prohibere etiam per excommunicationem impetrantem non obstante statuto, quòd is non patiatur. Socin. consil. 238. lib. 2.

202 † Ampliatur, vt litigium factum cum procuratore falso vel nullo, cum non sit litigium, non caueret remedium attētatorum, vt per Ruin. consil. 8. quia non, lib. 4. vbi dicit, ꝙ in secundo rescripto nō est facienda mentio de tali litis pēdentia, & non habet locum capi. 1. & 2. vt lite pendent. vt si ante ratihabitionem fuerit impetratum, non irritetur ex ratihabitione secuta: quia ratihabitio non trahitur retro in præiudicium tertij secundum Barto. in l. indebitum. ff. rem ratam haberi. quę omnia faciunt quoad attentata, vt per ratificationem non reconualidetur ad ea reuocāda processus secus verò est si attentatur secuta ratificatione.

203 † Ampl. vt in causa attentatorum procedat libellus incertus: quia habet se per modum accessorij ad causam principalem, vt per Innocen. & Abb. in ca. consuluit. 2. de appellat. Oldrad. consil. 206. Rot. 305. Rip. in l. edita. numero 24. C. de edendo.

204 † Ampliatur, vt habens potestatem proseqnendi, siue cō sequendi ius suum de facto, & propria authoritate, vt in expellendo colonum propter non obseruantiam, vel non solutionem, vel in apprehendendo possessionem propria authoritate, si iudicem prius adiuerit, quàm vtatur ꝓpria au-

205 thoritate attentet, & malefaciat. † Quia viam quam elegisti tibi illa pateat, quia non pater illud, modo apud iudicē, modo de facto, vt hæc latissime deducit Rui. consi. 57. li. 4.

Vbi

Source : BIU Cujas

Vbi limitat, niſi quando adeatur iudex, fiat proteſtatio, ꝙ remaneat ſaluum ius propria authoritate procedendi. Verū
206 eſt quòd conſi. 58. lib. eod. dicit † quòd ille, in cuius abſentia poſſeſſio ſua fuerit occupata, non ex hoc dicitur ſuſpicatus ſe poſſe repelli, quòd iudicem adiuerit. Et tangit in d. cōſil. 57. quòd ſi pars aduerſa impugnauerit litis pendentiam: quia ex aduerſo interueniens non habet mandatum, tamē quia ſuper hoc non interuenit ſententia, & fieri poſſet, ꝙ in hac impugnatione is ſuccumberet, poteſt ſe fundare ex eo, quod viſus eſt impugnare vt ibi per eum.
207 † Ampli. vt ſi quis coram aliquo iudice propoſuerit poſſeſſorium pendente lite ſuper poſſeſſorio non poſſit ſuper petitorio adire alium iudicem licet ordinariū: quia pendente tali lite cauſæ non ſunt diſtinguendæ, attēto etiam quòd ſint, qui idem dicant poſt finitam litem in poſſeſſorio, vt per Socin. conſi. 38. col. antep. lib. 1.
208 † Ampl. vt ſi contra aliquem inquiri cæperit in loco delicti, qui comparuerit; deinde ex eodem delicto in loco domicilij agitetur, poſſit ratione litis pendentię coram primo, & ſi procedatur ad vlteriora inſtare pro reuocatione attentatorum, ad quod ſi aliter forſitan deueniri non poſſet, per repreſalias forſitan procederetur. faciunt notata per Bar. in l. ſepulchri. ff. de ſepulch. viol. Rui. conſi. 84. li. 4. quæ trahi poſſunt ad materiam cuiuſcunque præuentionis, & ex Bart. in d l. ſepulchri. nota quòd contumax non poteſt allegare litis pendentiam.
209 † Ampl. vt attentatum dicatur poſt appellationem, vel litis pendentiam etiam quòd adeſſent literæ, vel commiſſiones a ſuperiore principe, quòd non obſtante appellatione, litis pendentia, vel inhibitione quis reponeretur ad ſuā poſſeſſionem, quando, ſ. non conſtat de mente principis, quòd is voluerit derogare iuri partis, liti, appellationi, vel inhibitioni. Ruin. conſil. 76. lib. 5. videtur hoc ſentire, & in dubio forſitan præſumemus, quòd princeps noluerit derogare iuri partium.
210 † Ampl. vt attentans ad fructus teneatur ita & taliter, ꝙ proprijs impenſis fructus teneatur deferre ad domum illius contra quem fuerit attentatum ſecundum Bal. in c. bonæ, de appellat. & quouſque hoc non fuerit factum integraliter, fatalia non currant, & tanti tempori ſit deducendum, a die ſcilicet propoſitionis cauſæ attentatorum, vt in expenſis, vt latè per Ruin. conſ. 75. libro 5. vbi tangit, quòd hæc nō procedunt in tertio attentante, vt ſicut in vna cauſa attentatorum cauſa nō impedit ſit inter alias perſonas etiam habentes a longe intereſſe, vt ſi forſitan ſit inter emptorem & venditorem.
211 † Ampl. vt petens reuocari attentata coram iudice a quo non dicatur renūtiaſſe appellationi, ſi facit per modum informationis, ſed & ſi, vt coram iudice ſecundum aliquos, cum talis caſus non contradicat appellationi. Dec. in ca. cū teneamur. colum. 1. de appell. attentata enim regulariter reuocantur per iudicem, ad quem: lite tamen pendente attentata reuocari poſſunt per iudicem a quo, vt per Dec. in d. ca. cum teneamur. verum eſt, quòd videtur quòd ratione appellationis cauſa deuoluta fuerit ad iudicem ad quem.
212 † Ampl. vt lite mota ſuper canone reintegranda. contra executionem nulliter factam aduerſarius non poſſit petere ſe confirmari de nouo: quia lite pendente nihil eſt innouā dum, vt Ruin. conſi. 101. colum. pen. lib. 5. vbi ſentit, quòd confirmatio tenutæ ſecundum Doctores in l. ſi finita. ff. de damno infec. non impedit reſtitutionem ex canone reintegranda. quod & voluiſſe videtur Socin. in l. iuſte poſſidet. ff. de acq. poſſeſſ. ſed circa hoc diſtinguitur, aut conſtat incōtinenti, aut non, vt memini alias me dixiſſe in quibuſdā meis allegationibus.
213 † Ampl. vt cauſa attentatorum adhuc duret, ſi ex cauſa paupertatis, vel alia ipſo iure poſt biennium inſtantia ſit prorogata, & non deſerta, idem in ſimilibus. Secus verò cauſa deſerta, vel non prorogata inſtantia ipſo iure, vt per Deci. conſi. 436. col. fin. tunc enim procedit, quod diximus de reſtitut. in integr.
214 † Ampl. vt & ad cauſam attentatorum pertinere dicatur, ſi quando agitur querela contra hæredem ſcriptum, vel bonorum poſſeſſione contra tabulas, vt interim a creditorib. hæreditarijs is conueniri non poſſit, qui ſcriptus eſt hęres. l. 2. ff. de except. rei iudic. de quo per Alexā. in l. cum hæredes. ff. ad Trebellia. vbi limitat, niſi actio eſſet tempore peritura: quia tunc ſufficeret per litis conteſtationem litem ſuſcipi. Item in caſu in quo reſtituenda eſt hęreditas, quia grauatus paratus eſt incontinenti reſtituere, vt interim non conueniatur, niſi tempore actio eſſet peritura, de quo vide ꝑ Ale. in d l. cum hæredes. Item generalius quando impugnatur teſtamentum ex cauſa prætenſionis, an agi poſſit ex fideicō miſſo, ſcribit Bar. Ang. & Alex. in l. ita tamen. §. quoties. ff. ad Trebellia.
215 † Ampl. vt ſi bannitus petierit ſe rebanniri pendente lite ſuper rebannitione interim offendi non poſſit, vt per Alelexan. in l. mulier. §. non eſt dubitandum. ff. ad ſenatuſconſul. Trebellia.
216 † Ampl. vt nullitas proponi poſſit cum remedio attentatorum, per Innoc. in c. dilecto. de appel. Bal. in l edita col. 15. C. de eden. Rot. 145. quòd intentans. Vant. de nullit. quot, & quib. mod. pag. 75.
217 † Aml. vt propoſita cauſa recuſationis expreſſa cauſa, & non expreſſa in terris eccleſiæ, & ſumptis arbitris præſertim dicatur innouari per iudicem recuſatum, vt tamen id ſit reuocandum, ita demum ſi per arbitros declaratum fuerit eſſe bonas cauſas recuſationis, vt per Ale in l. quia poterat. colum. 2. ff. ad Trebellia. de cauſis autem recuſationis, & recuſatione, Iaſ. in l. rem non nouam. C. de iudicijs, Ruin. conſi. 6. lib. 4. Cap. deciſ. 46. & deciſ. 137. Abb. conſil. 92. Cæpol. cautel. 103. Boer. in recuſatione notarij deciſ. 238. Rot. 38. de cōceſſ. præb. & deci. 5. de dol. & contu. in antiq.
218 † Ampl. vt pendente appellatione vnuſquiſque manuteneri poſſit in ſua poſſeſſione quam habet etiam contra ius, vt ſi appellās ſpoliauerit dicatur renūciaſſe ſuæ appellationi, vt per Dec. in c. cum teneamur. de appel.
219 † Ampl. vt attentata non reuocentur, in appellatione ab vno articulo ex connexis cum alijs, a quibus non poteſt appellari. Abb. c. ſecundo requiris. de appella. Ang. in l. fi. §. iuſtus. de appellationi. dicit, quòd vbi non poteſt appellari a definitiua, nec ab interlocutoria præcedenti, nec poteſt a quolibet incidenti, vel acceſſorio, & conſequenter nō reuocantur attentata, vt hęc refert Manfred. conclu. 225.

Regula, quam ſupra in præcedenti capitulo ampliauit auctor circa reuocationem attentatorum, multis modis in præſenti capitulo limitatur, vt videre poteris.

SVMMARIVM.

1 *Limi. primò quòd non procedat in ijs caſibus, in quibus appellatio prohibetur, ratio ibi.*
10 *Limi. de conſuetudine in ſententia de torquendo. ibi.*
13 *Limi. vt quando ſit nulliter appellatum, etiam quod ſit inhibitum, & poſt innouatum, non fit reuocatio ibi.*
14 *Limi. vt iuramentum in litem non poſsit reuocari per viam attentati. ratio ibi.*
15 *Limi. in appellatione extraiudiciali iudici, partique non intimata, quia non reuocantur attentata.*
21 *Limi. in cauſis cri. in confeſſo, vel conuicto teſtibus.*
22 *Limi. vt duob. filijs, vel vaſallis contendentibus de poſſeſſione, vt in caſu ibi propoſito.*
23 *Limi. quotieſcunque eſſet appellatum, & poſt attentatum.*
24 *Limi. his caſibus, in quibus ſententia trahit ſe cum executionem, & vt ibi.*
26 *Limi. vt facta contra ſuſpectum de fuga non reuocentur.*
30 *Limi. vt attentata contra illum, qui appellauit, ſtatim debeant peti reuocari.*
32 *Limi. quando pro innouatione de iure communi ex cauſa veriſimili præſumitur poſſeſſio, vt ibi.*
33 *Limitatio. generaliter, vt vbicunque attentatum ſit licitum, non reuocetur.*
34 *Limit. vt procedat in attentatis poſt appellationem in cauſa principali, vel in aliquo articulo, habeat connexitatem cum ea.*
36 *Limi. in caſu, in quo appellans, contra quem extitit appellatum, petijt reuocari attentata.*
37 *Limi. vt in fauorem illius, qui appellauit, bene innouari poſſit.*
38 *Limi. vt vbi appellatio non habet effectum ſuſpenſiuum, ibi attentata nō reuocantur.*
39 *Limi. vt attentata non reuocentur, niſi præcedente cauſæ cognitione.*
40 *Limita in omnibus caſibus, in quibus non fuerit inducta litis pendentia.*
41 *Limi. in cauſa, in qua ſuſpenſo petitorio proceditur in poſſeſſorio, vel contra.*
42 *Limita in caſu, in quo iudex procedit pendente termino ad dandum apoſtolos.*
43 *Limita quando non fit appellatum per habentem poteſtatem appellādi.*
44 *Limi. vt quoad reuocationem attentatorum poſt appellationem interpoſitam a definitiua non ſufficit probare per confeſſionem partis appellatę, fuiſſe appellatum, niſi probetur, vt ibi.*
46 *Limi. in cauſis ma...monialibus, quia fauore animarum non reuocantur.*

Limi.

Source : BIU Cujas

47 *Limi. in ficto contumacc.*
50 *Limi.vt attentata contra condemnatum de crimine non reuocentur.*
51 *Limi.in casu,in quo appellatum fuerat ante tertiam definitiuam ab aliquo grauamine,etiam vero & iusto.*
52 *Limi.vt contra conuentum personali non attentetur.*
53 *Limi.vt quotiescunque non interfit petentis reuocari attentata, is non audiatur.*
54 *Limi.vt non reuocentur attentata quando difficilis est reuocatio attentati fauore pij loci.*
55 *Limi.in rescripto impetrato lite pendente.*
56 *Limi.vt attentata non reuocentur post appellationem a sententia super notorio crimine.*
57 *Limi.contra administratorem loci pij,qui non obstante appellatione cogitur ad reddendam administrationem.*
58 *Limi.quando causa committitur sub onere conscientiæ.*
59 *Limi.in monaco habente administrationem,vt ibi.*
60 *Limi.in friuolis appellationibus.*
91 *Limi.in exceptione rei iudicatæ.*
61 *Limi.vt attentata deducta per viam exceptionis nō possint impedire exc tionem trium conformium.*
63 *Limi.in casu notato per Rot.10.si pro spoliato,alias 417. de cau.poss. & proprie.inno.*
64 *Limi.vt in notorijs non reuocentur attentata.*
65 *Limi.vt omnia,quæ fieri poterant lite pendente in prima causa,non dicantur attentata,si fiant in sequentibus instantijs.*
66 *Limi.vt spoliatus,qui lite pendente possessionem recuperauit, per viam attentati non restituatur.*
67 *Limita quòd spoliatus ante omnia est restituendus, vt in casu ibi proposito.*
68 *Limita vt reformari possit beneficium ab accusato vsque ad conclusionem in causa.*
69 *Limi.vt attentata lite pendente nō debeant reuocari, quoties appellatio fuerit deserta.*
73 *Limi.vt si appellans spoliatus post restitutionem & reuocationem attentatorum fecerit dilationem super fructib.& vt ibi.*
74 *Limi.quando constat notorie de non iure petentis reuocari attentata.*
76 *Limita in sententia lata in sindicatu, quæ non suspenditur per appellationem.*
77 *Limi.in casu,in quo constaret de nullitate processus.*
78 *Idem si constaret de nullitate appellationis.*
79 *Idem si constaret de nullitate inhibitionis.*
80 *Idem si appellatio sit nulla.*
85 *Sic dicitur de his appellationibus,quæ non habent expressas causas rationabiles, quia non faciunt locum remedio attentatorum.*
87 *Sic statuto dante formam appellandi ad tales iudices, si aliter fit, quia nulliter fit,non habet locum attentatum.*
88 *Sic quando appellatur ad omnes superiores,quia fit nulliter,non habent locum attentata,quia debet nominatim fieri.*
89 *Sic quando appellatio est iniusta,reuocatio non fit per modum attētati.*
90 *Limit. vt innouata per tertiam personam non debeant per viam attentati reuocari,nisi talis appellatio iurisdictionem iudicis ad quem impediret.*
91 *Limi.quoties quis per modum continuationis aliquid faceret:quia nō dicitur innouare, vt ibi.*
92 *Sic intelligitur,quòd ea,quæ fieri poterant pendente primo iudicio,nō reuocantur vt attentata.*
93 *Limi.vt in casu decisō per Rot.65.si appelletur,alias,461. de appel. inno.& ibi late in proposito.*
94 *Limi.quia sententia definitiua lata in negotio principali, post appellationem ab interlocutoria non reuocantur beneficio attentati, nisi secuta inhibitione.*
95 *Limi.vt licèt attentata sint ante omnia reuocanda;tamen nō ex hoc processus super causa principali impeditur tractari,quia diuersæ causæ sunt,& vna non impedit aliam.*
96 *Limi.in innouationem legis.*
97 *Item partis appellantis.*
98 *Item appellati, si fiat coram iudice a quo, & præiudicetur appellationi.*
99 *Idem si coram iudice ad quem,& non præiudicetur.*
100 *Item si a iudice ad quem,qui semper innouare potest, sicut iudex a quo,in fauorabilibus appellationis.*
101 *Limi.vt non sint reuocanda vt attentata ea,quæ fiunt per iudicē a quo quæ tendunt ad faciliorem exitum causæ ipsius appellationis. ratio ibi.*
103 *Limi.Si iudex a cuius grauamine appellatum fuisset,illatum grauamē reuocaret,vt frequens est iudicum Rom.curiæ.*
104 *Limitationes proximæ prædictæ procedunt,etiam si canonicè,& legitime iudici a quo fuisset inhibitum.& vt ibi.*
105 *Limi.vt remedium hoc non competat illi,qui vult reduci ad statum illicitum,vt si laicus vellet se admitti per viā attentati,ad decimas, vel ad alia spiritualia,quorum sit incapax.*
106 *Limi.vt attentata ante omnia non reuocentur in omnibus casibus, in quibus attentata reuocentur ita demum, si expectetur futurus euentus litis.*
108 *Limi.vt attentata per ordinarium loci visitantem subditos,propter pēdentiam appellationis non sint reuocanda,nisi appellans docuerit prius de priuilegio emptionis.*
109 *Limi.vt licèt in quacunque parte iudicij peti possint reuocari attētata, tamen id intelligitur ante conclusionem in causa.*
112 *Limi.vt iudex appellationis a grauamine non cognoscat de attentatis coram primo iudice lite pendente factis.*
113 *Limi.in casu,in quo licèt attentata iuris possibilitates reuocari possēt, non expectato euentu causæ principalis, tamen si possibilitate facti inspecta difficilis esset reuocatio attentatorum, tunc ante omnia nō fit restitutio.*
114 *Limi.vt quando appellatur ante definitiuam,regulariter non reuocentur attentata post appellationem, nisi in euentu victoriæ causæ appellationis.*
115 *Limi.in terminis,de quibus per Franc.in c.personas.de appel.*
116 *Limi.in casu,in quo litis pendentia coram primo non attenditur.*
117 *Limi.quia iudex a quo potest examinare testes valetudinarios,& de facili perituros.*
118 *Limi.quando est timor armorum,vel scandali.*
119 *Limi.in causis alimentorum.*
120 *Sic fauore pij loci, condemnato aliquo administratore ad reddendam rationem, non obstante appellatione compelletur reddere rationem.*
121 *Sic vbi res celeritatem desideret.*
122 *Sic ratione cultus diuini non habet locum attentatum.*
123 *Limi.in appellatione a sententia excommunicationis.*
124 *Limi.quòd scientia iudicis a quo, quòd iudex ad quem incæpit cognoscere,non sufficit ad reuocationem attentatorum.*
125 *Limi.vt tertius innouans lite pendente non patiatur reuocationem.*
126 *Limi.vt non reuocentur attentata post appellationem ab executione.*
127 *Limi.vt attentata per tertium non litigantem,nisi ad instantiam litigantis,non sunt reuocanda per hoc remedium.*
128 *Limi.vt appellatione interiecta ab interlocutoria iudex ante inhibitionem,possit attentare procedendo in causa.*
129 *Limi.vbi suspensio iurisdictionis non datur : quia tunc non habet locū attentatum.*
130 *Limita vt attentata pendente appellatione a definitiua post ipsius desertionem, non veniant per modum attentati reuocanda,ratio ibi.*
131 *Limi.vt impetrata supplicatione,cum auctoritate procedendi, literis non expeditis,& rescripto,dummodo non fiat litigiosum per processum,in tali casu non innouatur.*
132 *Limi.in spolio,secundum casum ibi propositum.*
134 *Limi.in casu,de quo per Rot.10.si auditor,alias 446.de except.*
135 *Limi.vt pendentia appellationis ab vno capite sententia non coniūcto, vel connexo inseparabiliter cum alio non operetur litis pendentiam quoad remedium attentatorum.*
137 *Limi.vt lite nulliter instituta non fiat locus remedio attentatorum.*
138 *Limi.vt Dominus non possit petere reuocari attentata, si contra negotiorum gestorum fuerit innouatum in casu ibi proposito.*
139 *Limi. vt licèt appellans a grauamine ante dationem apostolorum licite impetret commissionem, tamen iudex ad quem, si per partem opponitur, procedere non poterit, quia adhuc remanet iudex primus.*
140 *Limi.in casu de quo per Aegid.conclu.256.monachus,vt ibi.*
141 *Limi.in casu.l.consliterit.C.fi.reg.vt ibi.*
142 *Limi.vt vbi rescriptum sit surreptitium,ibi non sit lis, nec locum habeant attentata.*
143 *Limi.vt attentata post inhibitionem,vbi constat de nullitate appellationis,non sunt reuocanda propter verbum canonice.*
144 *Limi.vt nulliter appellanti remedium attentatorum non competat.*
145 *Limi.vt impetratio de beneficio lite pendente valeat,si nullus litigantium ius habebat.*
146 *Limi.vt si in aliqua causa,spirituali,vel prophana sit concluſum in cā, non possit fieri inhibitio.& vt ibi.*
147 *Limi.in casu,quo corpus humanum fuerit exhumatum, quia quousque non fuerit plene cognitum,non datur restitutio.*
148 *Limi.vt quando constet de non iure petentis reuocari attentata in beneficialibus,illius petitio non procedat.*
149 *Limi.reuocationem attentatorum fieri posse vsque ad conclusionem in causa exclusiue,non inclusiue.*
150 *Limi.vt reus excipiendo,in exceptione non facit litis pendentiam,quominus id deducere possit in alio iudicio,etiam si succumbat.*
151 *Limi.vt remedium attentatorum locum non habeat, vbi aliquid fiat de consensu partium.*
152 *Limi.vt non reuocentur attentata ex appellatione generaliter interposita ab omni grauamine illato, vel inferendo, absque causarum expressione.*
153 *Limi.vt in hac regula procedat contra principales,secus verò est contra tertium.*
154 *Limi.vt non reuocentur attentata post appellationem a sententia lata super rem,*

Limi.

Source : BIU Cujas

156 *Limi.in interdicto facto a delegato, de non celebrando interposita appellatione: quia non reuocantur talia attentata.*
159 *Limita, vt iudex a quo possit taxare expensas non obstante appellatione.*
160 *Limi.in eo, cui factum est mandatum de residendo; quia si appellat, interim potest poni substitutus.*
161 *Limi.vt attentata non reuocentur post appellationem interpositam a sententia per laicum ad iudicem ecclesiasticum.*
162 *Limi.vt si quis velit reuocari excommunicationem, quasi præcesserit appellatio, de præcedenti appellatione probare teneatur.*
163 *Limi.hoc modo, quia in appellationibus extraiudicialibus regulariter non habet locum attentatum.*
164 *Limi. vt non procedat in recepto sub saluaguardia secundum morem Francorum.*
165 *Limi.vt appellatio interposita coram alio iudice, quàm coram iudice, a quo non operetur causam attentatis.*
168 *Limi.in attentatis post appellationem de pari ad parem, vel de vno ad idem, vt de vicario ad episcopum, cuius idem est tribuna.*
171 *Limi.vt vbi non est appellatum a sententia, cuius executio conceditur pendente termino ad appellationem interponendam, non interposita appel. executio per viam attentati non reuocatur.*
172 *Limi.in patrono præsentante duos in beneficio.*
173 *Limi.quando appellatur ab actu nullo, vt ibi.*
174 *Limi.quando debitor ex noua causa factus est suspectus de fuga, quia potest capi propria authoritate, sicut ante.*
175 *Limi.vt quando iudex ignorat esse appellatum sine metu procedere, possit attentatorum.*
176 *Limi.in appellatione a sententia excommunicationis, nisi appelletur a declaratoria.*
177 *Limi.vt causa attentatorum non habeat locum in articulis separatis ab appellatione.*
179 *Limi.vt non detur attentatum a parte in forma attentati vna cum iudice factum, ratio ibi.*
180 *Limi.vt licet non detur reuocatio attentatorum via priuilegiatiua attentatorum, tamen datur altera nullitatis attentatorum, quæ nõ est sublata per primam.*
181 *Limi.in factis notorijs: nãq; in illis appellatio non suspẽdit executionẽ.*
182 *Limi.quòd clausula, nulla iuris solemnitate seruata, tollit remedium attentatorum.*
183 *Limi.in detento pro crimine, quia licet appellet, tamen detinetur in carceribus.*
184 *Limi.vt legitimatio personarum sit facienda in hoc iudicio, & ideo seruus, & alij, qui repelluntur a iudicio, hic non audientur.*
185 *Limi.vt in omnibus casibus, in quibus tacitè vel expressè renunciatur appellationi, ibi & attentatis, quæ incidẽter veniunt appellationi.*
188 *Limita, vt attentata, quæ non verificantur ad processus, non reuocentur.*
189 *Limi.vt si per appellationẽ lis contestetur, & post ex officio petantur reuocari attentata, hoc non liceat.*
190 *Limi.quoad impediendum absolutionem ab excommunicatione.*
191 *Limi.vt attentata sint reuocanda per iudicem, non per partem.*
192 *Limi.vt probationes tempore peritura appellatione pendente non reuocentur.*
193 *Limi.quoad sequestrationem, de qua in clem.1.de sequest. possess, & fructu.*
194 *Limi.vt taxatio expensarum facta appellatione pendẽte non reuocetur per viam attentati.*
195 *Limita vt motus proprius lite pendente impetratus non dicatur attentatus.*
196 *Limi.in appellatione a futuro grauamine, quia hoc non obstante, nõ habet locum remedium attentatorum.*
197 *Limi.quando appellatus contra appellationem aliquid innouaret.*
198 *Limi. vbicunque lex permitteret attentari.*
199 *Limi.vbi nullus esset contemptus iudicis. Item quando pars aduersa violauit, vel attentauit.*
200 *Limi.in casu Aegid.concl.469.si inter. vide ibi.*
201 *Limi.vt rescriptum impetratum per tertium lite pendente inter alios non dicatur attentatum quoad litigantes.*
202 *Limi.vt gratia si neutri, vel si nulli, impetrata lite pendente non veniat reuocanda vt attentatum.*
203 *Limi.vt attentata lite pendente per tertium sint reuocanda per iudicẽ appellationis, sed agendum sit iudicio ordinario.*
204 *Limi.vt lite pendente liceat supplicare pro habenda copia actorum, vel alicuius sententiæ.*
206 *Limi.vt licitum sit supplicare lite pendente, quod detur adiunctus ordinario, ratione suspicionis, ita tamen, vt in tali supplicatione sit facienda mentio de statu litis.*
207 *Limi.ex eo, quod dicimus, quod pendente causa suspicionis tutoris, interim tutor, vel curator debet abstinere ab administratione, alio in eius locum interim suffecto.*
208 *Limi.ut innouata post appellationem ab interlocutoria non reuocentur ante omnia, sed ita demum iustificata causa appellationis,*
211 *Limi.vt attentata non solum non reuocentur ante omnia, sed etiam non reuocentur, quando fuit attentatum lite pendente, ex decreto, siue literis, siue iussu principis.*
212 *Limi.vt non omnia attentata reuocentur, sed ea duntaxat, quæ sunt in præiudicium appellantis.*
213 *Limi.vt regulariter attentata non sint nulla ipso iure, sed veniant reuocanda.*
214 *Limi.vt gratia, si neutri, si nulli, si vni, perinde valere, & aliæ, quæ solum lite pendente impetrantur, non veniant vt attentata reuocanda etiam si de litis pendentia non fiat mentio.*
215 *Limi.vt proposita causa nullitatis ad impediendum executionem non reuocantur attentata ante omnia, sed vt ibi.*
216 *Limi.quoque videtur ex ea opinione, quòd execrabilis non habet cau. reintegrandæ, nec debet restitui.*
217 *Limi.vt pendente causa supplicationis, & reuisionis non impediatur interim executio.*
218 *Limi.vt quoties concludatur aliquem non possidere, non ex hoc dicitur lite pendente attentari.*
220 *Limi. vt appellatio ab interlocutoria non liget manus iudicis a quo, etiam in articulo executiuo.*
221 *Limi.vt licet a sententia de exequendo non liceat appellare, tamen si est appellatum, non potest procedi ad executionem.*
225 *Limi.vt mota lite hæredi super viribus testamenti, potest per eum fieri restitutio fideicommissario vniuersali, ita tamen, vt si non velit hæres, non cogatur.*
226 *Limi. vt propter timorem amissionis probationum quædam non dicantur innouari.*
227 *Limi. vt si in aliquo articulo diuerso a negocio principali appelletur, vt in taxatione expensarum, processus ad vlteriora in causa principali non suspendatur, nec per modum attentati veniat reuocandus.*
228 *Limi.vt si fiat statutum, quemadmodum Perusiæ, quod primæ, & secundæ instantiæ cognoscantur Perusiæ, quod inhibitio non arctat, neque ligat secundum casum ibi propositum.*

In quibus casibus non reuocentur attentata. Cap. XXXI.

REgula, quam supra constitutam ampliauimus circa reuocationem attentatorum.
1 Limit.vt non procedat in ijs casibus, in q̃ bus appellatio prohibetur, quia innouata post talem appellationem, quę a iure non permittitur, non videntur reuocanda per remedium attentatorum, vt in cap. non solum.in verb.exceptis, de appell.in 6. quod supra allegauit: quia vt ibi glos.dicit, talibus appellationibus, vt friuolis non est deferendum capitu. cum appellationibus friuolis.de appellatio.in clemen. vnde forsitan non procederet, si fuisset admissa, vel per si, & in quantum, nisi per non nisi si, & in quantum, vt not.potest ex alleg.per Benint.decis.j.
2 † si commitur causa appellatione remota, non habet locũ remedium attentatorum. Doct in capi.pastoralis.de appellationib. Vital.clausul. nil nou. Manfre. concluſi.68. Planè
3 † si tãtum prohibetur appellatio, non interdicitur querela, reclamatio, supplicatio, officium iudicis, & id genus iuxta not.in auth. quæ supplicatio. C.de precib.imper.offer. & in l.1.§.& parui.ff.quod vi, aut clam. De querela Mar.in Spec. 6.par.de appel. num.105. Manfred.concluſi.36.64.121.126. Vnde videtur, quòd his propositis vel supplicatione de reuidendo saltem post præsentatum rescriptum, & emissam citationem, vt in clem.fin.vt lit.pend. habeat locum remediũ attentatorum. Contra videtur: quia supplicatiò, vt reuideatur, non impedit executionem. Affict.decis.141. Guid.Pap. decis.50. Affl.decis 356. Sed & videtur adhibenda distinctio, vt in restitutione in integrum, de qua alias diximus. Quo-
4 modo † autẽ differant appellatio, reclamatio, recursus, reuisio. Affric.decis.31. Marant.in practi.pagi.mihi. 171. Carreri.in l.obseruare.nu.60.de materia. Sed hæc vera sunt in casi
5 bus, in quib. non fuit inhibitum. Quia † facta inhibitione in appellationibus a definitiuis habet locum remedium attẽtatorum. In interlocutoriis vero si est inhibitum, vel iudex detulit, vt per Doc.in d.c.non solum, & c.cum appellationi bus friuolis. Vital.in decis.nil nou. Manf.concl.176. Sed Pariſ.consi.108.li.1. videtur hæc non admittere, quando friuola est appellatio, & fuit inhibitũ, sed inhibitio est timẽda, & no. q̃ in his casib. expectãt euentus litis, cum qua forsan bo
6 nũ esset cumulare attentata. Casus aũt † in quib. de iure appellatio prohibetur, gl.in d.c.non solum, dicit in vero cõtumace, in insigni latrone, & criminoso, & in q̃busdã casib. remissiuè. Late autem Carrer.in pract.l.obseruare, vbi constituta regula, quòd appellatio est pmissa, prosequit̃ casus, in

Source : BIU Cujas

quibus illa fallit, vt in confesso, & conuicto. in conuicto ex notorijs probationib. in sponte cõfesso non reuocante confessionem,& in eo perseuerante in condemnato ex prę sumptione iuris,& de iure in pena legis a qua non datur appellatio,in cõdemnato in sindicatu, in relapso in hæresim a formatione inquisitionis, & crimine læsæ maiestatis, in citatione verbali,in raptoribus virginum in falsificante monetam regis,in caporali coadunante gentes,in seditiosis, & concitantibus seditionem, in duce factionum, in crimine assassinij,vt de his late per Carrer. in dicto loco. quibus nõ admittitur appellatio. Grammat.decis.57.col.fina.in sentẽtia exfractionis.Marant.in titu.de appel.pag.184.in pijs causis,priui.piæ causæ.153. a pronuntia causam esse in decisorio quo modo.Benint.decis.40.ab excommunicatione, capella Tolos.q.298.In possessorijs iuxta l.prima, si de mom. possess.& in l.1. C.de bonor. possess.secun.tab. in sententia de exequendo.l.ab executore. C.de temp.appellationum capel.Tol.q.fin.

Sed,& vltra prædictos casus non appellatur in cap.quam sit,de excess.prælat.in ca.parentibus, & in cap.tuarum. eod. titu.in cap.fin.de purg.vul.in c.licèt.de pęnis. in cap.quàm periculosum,de vsu.in c.in literis,de raptorib. in c.2.de magist.in cap.Iacobus. de simo.in c.1. de his quæ fi.a maio.par. cap.in c.lator.qui fil.sint leg.in c.ex literis.de matrim.cont. interd.eccles.in cap.veniens. de cognat.spirit.in c.fina.extra ne cleri.vel mon.in cap.ad audientiam. 1.de eccles.ædific.in c.cum clerici,de cens.in ca.significasti,eod.tit.in c.quia clerici.de iur patron. in cap.pen. de statu monac.in ca.licèt,de vot.in cap.accedens,de conuers.coniug.in c.ex multiplici, de dec.in ca.tua nobis.eod.titu.in ca.cum dilecti, de don in ca.conquerente,in ca.relatum,de cleric.non resid.in ca.sin autem,de cohab.cler.& mul.in c.dilectus, de præben.in ca. literas,de concess.præb.in cap.ad audientiam,de reb.eccles. non alie.c.ad nostrum.eo.titu.in c.tua nobis.in ca.sicut neptis,& c.ex literis,extra de iureiu.in c.cum contra, in c.fina. de testi.cog.in c.audita.de restit.spol.in c.ex parte.eod.titu. in c.cæterum.de iur.calum.in ca conquestus, de fo.compe. in c.2.in ca.dilecti.de arbitris in c.ex quarundam, de al.iud. mu.in c.acceepimus.de pact.in c.quanto.in ca.ad reprimendam.de pac.in c.dilectus.de offi.dele.in ca.cum canonicus,
115 † Limi.in terminis,de quibus per Franc.in c.personas, de appel.hoc est ad arripiendum iter, ad se præsentandum, ad recipiendum apostolos,ad prosequendum appellationem, & faciendum fidem.

116 † Limi.in casu, quo litis pendentia coram primo non attenditur: ecce enim Veneti non permittunt subditos suos transire ad alienam iurisdictionem; vnde si intrusus obtineat in curia causam committi, & inhiberi,si post commissio alia fiat,certè non instabitur per modum artentati corã primo iudice,vt per Staphi.in tit.de commiss.lit.iust.§.quando conceditur.num.18.pag.mihi.126.

117 Limi.quia iudex a quo potest examinare testes valitudinarios,& de facili perituros,de quo per Affli.in constitu. regni probationum col.2.

118 †Limi. quando est timor armorum,vel scandali, namq; licèt causa deuoluta sit ad superiorem,vt de ea iudex se vlterius intromittere non possit,vt cap. studuisti,& cap.licet, de offic.deleg. Tamen fallit,quando tenetur, quòd litigatores ad arma deuenire possint,vt per Hostiensem in ca.constitutus.in gloss.delegauit,de appellationib. vbi Abb consil.78. quamuis,& Doct in capit.cum teneamur, de appellatio. & per Vestrium in tit.de attentatis,in prac. libr.8. Circa quod aduertendum est,quia quædam sunt seruanda, quæ scripsi in tractatu meo de cautione de non offendendo per iudicem,quæ si nõ seruentur,facilè est, quòd Iudex dicatur spoliare, sed non dicetur pars propterea spoliare, licèt ad eius instigationẽ sequestratio facta fuerit, vt in simili scribit Ange.consi.75.stantib.colum.fi.Vnde tunc forsitan habebat locum remedium attentatorum quoque contra partem, ad cuius instantiam id factum est,& spolium contra iudicem, iuxta not.in l.iuste possidet. ff.de acquir.possess. & quoties scandali timor viget,etiam inferior iurisdictione carens,ne partes deueniant ad arma,potest citra omne periculum attentatorum impedire,& aggredi negotium illud,& aggressum cognoscere,non obstante quacunque pendentia litis. Abb.in c.constitutus.2. nume.11.vbi Cardi.Alex. & Franc. in cap.vt nostrum,num.5. de appellationi.scribit Manfred. conclus.448.

119 †Lim.in causis alimentorũ,vt in snĩa lata ꝯ virum super dote pro vxore petente,vbi licèt sit appellatum: tñ quæ iudex faciat in executione suę snĩæ non reuocantur per viam attentati,quatenus concernat alimenta. Affl.decis.152.Mãfred.concl.57.Sic vidi obseruari in quodam spurio ꝯ patrẽ: quia nõ obstante appellatione interim cogebant alere ſm snĩam,quod non debet videri mirum:quia etiam pendente prima causa in quibusdam casibus præstantur alimenta.

120 † Sic fauore pij loci condemnato aliquo administratore ad reddendum rõnem ecclesię non obstante appellatione põt compelli a iudice,vt rationes reddat.Ang.in §. œconomis. in Auth.de sanct.epis.Marant.in Spec.6.p.num.187.Mãfre.

121 conclus.112. † Sic vbi res celeritatem desiderat,& in appellatione a sententa de cauendo de damn. infect. Specul. in tit.de appel.§.in quib.Manfred.conclu.153.qui concl.154. dicit hoc idem in causis alimẽtorum,& in snĩa super emãcipatione,& similibus.alleg.Spec.in titu.de offi.iud.§.j. idẽ Manfre.concl.157.vbi loquitur in alimentis, & in aiijs præstationib.naturalib.quia in talib.præstationibus ius naturale est immutabile,vt in ijs, quæ essent allatura periculum propter moram suam:quia in his non reuocantur per modũ attentati,vt per Ale.in c.qua fronte,de appe.& p Iasĩ l.j.

122 col.j.ff.de fer †Sic rõne cultus diuini non hẽt locũ attentatum,vt in clerico,cui præcipitur,vt resideat,vt per Car. Ale. in c.ad hæc,in ver.allegans,de appel.Manfre.conclu.194.

Source : BIU Cujas

123 † Limi.in appellatione a ſententia excommunicationis, vt per Abb.in cap.paſtoralis. de ſenten.excommun.Maran. Specu.titu.de appella.num.167. Manfre. concluſ.66. & iterum concluſ.72.Dicit,q̃ abſolutoria a ſententia excommunicationis facta pendente appellatione non reuocatur beneficio attentati Maran in dicto loco num.180. Et ibi ſubdit,quòd non reuocantur in materia c.peruenit.2. de appel la. Idem Manfred.concluſ.86.dicit,q̃ attentata, quæ medio tempore ante appellationem interpoſitam veniunt reuocanda non reuocantur in caſu abſolutionis a ſenten. excõ. ante interpoſitionem appellationis,alleg. cano. in ca.venerabilis.§.porrò,de ſent.excomm.

124 † Limi.vt ſcientia iudicis a quo,quòd iudex ad quem incipit cognoſcere, non ſufficit ad reuocationem attentatorum,de quo vide Domin. & Franc. in c.cum non ſolum.§. illa verò alleg.

125 † Limi vt tertius innouans lite pendente non patitur reuocationem,vt per attentata.Rot.58.in antiq.Affli.deciſio. 354.num.21.& 22.Doct.in c.cum teneamur. de appell.Ioã. Mona.in §.quòd ſi per viginti.num.132.& ſeq.Marant. Specul.6.par.de appel.num 163. Manfred.concl.95. Et no.alias tetigimus declarantes eſſe differentiam, an tertius accipiat a litigante,an ab extraneo,licet ſi iſte tertius ab eo, qui a litigante accipit, dicat ſe feciſſe iure proprio, vtique videatur poſſe ſtare attentata,dicas tamen,quòd attentata contra tertium non reuocabuntur per iudicem ad quem,ſed per ordinarium,niſi per talia innouata impediretur iuriſdictio appellationis,vt per Ioan. And.in glo.fin. d.ca.non ſolum,& dicit Ange.in l.ſi cuius,de appell.recip. quòd facta per iudicem,vel appellantem, reuocantur ex mero officio iudicantis.Si verò appellatur contra appellantem per tertium,non poteſt illud grauamen reuocari etiam per iudicem ordinarium,& hæc refert Manfr. concl.106. & dixi de hac materia ſupra. Item quando tertius vellet adhærere appellationi,vel vellet ſe fundare in appellatione, vt quia eam diceret temerariam,vel nullam,tunc procedit etiam quoad tertium, vt Vital.in clauſ.nil nou.nu.20.Manfre.concl.114.

126 †Limi.vt non reuocentur attentata poſt appellationem ab executione.Gemin.in c.non ſolum, colum.2. de appell. lib.6.Veſtr.in pract.in titu.de attent.Sed hoc non procedit, quando appellatur ab exceſſu, in quo recipitur appellatio: vt per Manfre.conclu.99.qui conclu.100.dicit,quòd iſte exceſſus debet exprimi in ſpecie,ſecundum magis comm. cõtra Veſtrium,qui teſtabatur de communi, quòd ſufficeret allegare exceſſum in genere. Sed aduerte præterea, quia ſi hoc eſt:quia non licet appellare a ſententia de exequendo ideſt reſtringendum ſecuta inhibitione,vt alias ſcripſi.

127 † Limit.vt attentata per tertium non litigantem, niſi ad inſtantiam litigantis non ſint reuocanda per hoc remediũ. Thom.Faſt.dub.19.vbi idem dicit in appellationibus extrajudicialibus,in quibus ex futuro euentu dependet.

128 † Limi.vt appellatione interiecta ab interlocutoria iudex ante inhibitionem poſſit attentare procedendo in cauſa,vt ſcribit in cap.1.de dol.& contum.in 6. & poſt appellationẽ ab interlocutoria indiſtincte attentare poteſt reuocato grauamine, & tamen tempore quo non eſt delata appellatio ad ſuperiorem,capitulo ſi a iudice,de appellationib.libro 6. ſcribit Manfred.concluſ.105.Aduerte tamen: quia ſi iudex ad quem reuocaret attẽtata in præiudicium appellationis, & poſtea idem iudex pronunciaret in meritis appellationum benè iudicatum & malè appellatum, non reuiuiſcerent attentata,vt per Ioann.Monac. in §.quòd ſi per viginti.nume.144.& ſeq.Vital.in clauſ.nil nou.nume.9. Manfre. conclu,108.

129 † Limit.vbi ſuſpenſio iuriſdictionis non datur,quia tunc non habet locum attentatum.Franc.in c.paſtoralis, de appellat.Marant.Specul.p.6.in titu. de appell. numero 105. & 106.Didac.pract.9.capitu.23.vbi exempla, vt per Manfred, conclu.116.

130 † Limit. vt attentata pendente appellatione a definitiua poſt ipſius deſertionem non veniant per modum attentati reuocanda;quia propter deſertionem fingitur non appellatum,vt per Rot.76.nota quòd attentata appellat. alias 464. de quo ſupra.

131 † Limit. vt impetrata ſupplicatione cum authoritate procedendi literis non expe litis, & reſcripto,dummodo non fuerit ligatum, per proceſſum in tali cauſa non inducitur litis pendentia,vt ſi poſſeſſor alienet,vel permutet, non veniat quid vt attentatum reuocandum Staphil.de commiſſ. lit.iu.pag.117.& declara,vt ibi.

132 † Limit. in tali caſu A. ſpoliauit B. poſſeſſione beneficij domus,vel prędij, & confeſtim impetrat reſcriptum, vel aliter agit, citat, & inhibet, ne moleſtetur,vel ſuper iactationibus,& moleſtationibus proceditur in contumaciam, vel ad cautelam fit comparitio per ſpoliatum: non tamen fit reconuentio ſuper ſpolio coram tali iudice:quia forſitan timetur de iniuſtitia, comparet itaque ſpoliatus coram alio iudice,& agit reintegrandæ, opponitur de litis pendentia, & coram alio inſtatur ſuper attentatis. Certè non videtur
133 attentatum:quia † quod lege permittente fit, non attentatur:vt alias diximus,ſuper ſpolio autem non eſt lis, ſuper iactationibus autem commodè procedit iudiciũ,vel vti poſſidetis,quoniam aut ſunt iuſtæ,aut iniuſtæ,& in materia videtur ferè in terminis deciſio Boer. deciſ.161. & videtur vbi ad impediẽdam executionem querelæ, vt arredi ſuper quodam ſpolio docebatur cuius dictis maxime hoc procedit, quando conſtaret ſpoliatum iter arripuiſſe ad ſuum iudicem,& dolo, & fraude per ſpoliantem ad prædicta fuiſſe ꝓceſſum. Mihi euenit iſte caſus. Clientulus enim meus fuit ſpoliatus prebenda,& ſtatim curatum committi cauſam in Rota ſuper iactationibus,& moleſtationibus ſub ſpe, quia ille erat pauper,& imperitus,& Romę cauſæ ad vnguem in Rota diſcuſſæ protelantur.Ego eidem cõſului, vt informaret Pontificem de caſu,vt ſicut de facto fuerat ſpoliatus, de facto reintegraretur, quod ſic eidem euenit per commiſſionem reſeruato iure agendi ordinarie illi ſpoliatori. Nec poteſt inſtari ſuper attentatis:quia ſi aſſerit ſe moleſtari,eſt per modum continuationis. De facto enim non putaui illum abſolutè iterum ſpoliandum, niſi fieret incontinenti propter conſtitutiones, & ne negotia male tractata magis implicarentur.

134 † Limit.in caſu de quo per Rot.10.ſi auditor,alias 446.de exceptio.in antiq.ſi auditor admittat articulos in aliqua cã & accipiat ſtatim teſtes ſuper illis, & poſtea ab huiuſmodi admiſſione appelletur,& ſuper quæ appellans reponatur, & poſt admittantur ijdem articuli,& non appelletur, receptio teſtium poſt admiſſionem non veniat reuocanda, vt per Rot.ibi.

135 † Limita,vt pendentia appellationis ab vno capite ſentẽtiæ non coniuncto, vel connexo inſeparabiliter cum alio non operetur litis pendentiam quoad remedium attentatorum:ſecus verò eſt quoad capita connexa, & inſeparabilia, quia in his appellatio facit litis pendentiam quoad aliã partem:vt de his latiſſ.per Boer.deciſio.73. videtur, vbi dicit
136 † quòd tribus modis ſit appellatio vnius cauſæ,quæ impediat proceſſurum,& executionem alterius. Primò quando articulus cauſæ non eſt ſeparatus. Secundò quando articulus a quo appellatur eſt præiudicialis,& non poteſt cum alio expediri. Tertiò quando executio cauſæ, in qua eſt appellatum,eſt excluſiua primę,vt ibi per eum,& ibi infert ad taxationem expenſarum:quod grauamen in vno, & appellatio non ſuſpendit in alio ex quibus infero,quòd alias teneri,quòd cauſa ſuper periurio,& eius pęna facit litis pendentiam quoad fructus non ſoluti pretij.

137 †Limi.vt lite nulliter inſtituta non fiat locus remedio attentatorum: quia quod nullum eſt, nullum ponit effectum,& in ſimili dicimus, quòd cle.ad compeſcendas. de cauſ.poſſ.locum non haberet ſentẽtia nulliter lata, niſi cõſideraretur contemptus iudicis, vt ſcribitur per Rot.1. de ſeq.poſſ.& fruct.antiq.aliàs 510.

138 †Limi.vt ſi quis tanquam meus negotiorum geſtor acceperit deinde inceperit litigare,& anteq̃ ratum habuerim, iterũ ipſe fuerit ſpoliatus, & ſic ꝫ eum attentatũ, ipſe non hẽam ius petendi reuocari attentata, ut in ſimili ſcribitur per Alex in l.quod in eo,colum.2.de acqui.poſſe.Cor.conſilio 110.in iudicio, colum.penul.in princip. libri 2.& per Dec.in regu. ſemper qui non prohibet. numero 12. ff. de regu.iuris.

139 †Limi.vt licèt appellans à grauamine ante dationẽ apoſtolorum lieite impetret commiſſionem: tamen iudex ad quem,ſi per partem opponatur,procedere non poterit: qa adhuc remanet iudex primus.Rot.19. de appella.in antiq. ſed an dentur apoſtoli per reſponſionem petenti ſi, & inquantum.

140 Limi.in caſu,de quo per Aegid. conſi. 256. monachus, vbi dicit,quòd monachus nullo caſu poteſt petere reſtitutionem,ſi ſpolietur per Abbatem ſuo prioratu, niſi fuiſſet ſpoliatus pendente inquiſitione,vel accuſatione, quã procurat contra Abbatem.Item quòd ſi monachus in priora tu eſt inſtitutus à Papa,requiritur, & ſufficit in eius priuatione expreſſus exceſſus. Item quia vicario curam prioratus habente,qui pro penſione agit contra priorem confitẽtem penſionem,dicentem tamen fructus diminutos,& minus penſione ſufficere vicario.certamque quantitatem offerens ſub conditione,dummodo renunciet in perpetuum maiori penſioni,hoc recuſante vicario,eidem vicario petẽti lite

ti lite pendente ſunt aſſignanda alimenta pro rata quantitatis oblatæ. Vt quoque ſi filius, vel ſpurius, & id genus petat alimenta, interim lite pendente eidem ſunt præſtanda, vt ſcribitur in l. ſi quis. ff. de lib. agnoſ.

142 †Limi. in caſu l. ii conſtiterit. C. fin. reg. vbi ſi ſit attentatum lite pendente, cognoſcitur ſuper utroque, ſed dicas, ſi agatur ex ea lege: ſecus vero ſi ſuper attentatis, quamquam communiter Doctores in l. naturaliter. §. nihil commune. generaliter intellexerunt illum tex. & minus bene, de quo dixi in libro de ſuſpenſione petitorij.

Limi. vt vbi reſcriptum ſit ſurreptitium, ibi non ſit lis, nec locum habeant attentata, tex in c. 1. & 2. vt li. penden. in 6. Rot. 75. not. quòd attentata, de appellatio. in ant. Fely. in capitu. ex tenore, colum. 3. de reſcrip. Gomeſ. de ſubrog. quæſtione 11.

143 †Limi. vt attentata poſt inhibitionem, vbi cõſtat de nullitate appellationis, non ſunt reuocanda propter verbum, canonice, capitu. non ſolùm, de appellat. in 6. vt per Aegid. concl. 239. in cauſa: & ibi ſubdit, quòd vbi conſtat de iniuſtitia, ſeruandus eſt ordo, qui ſeruatur, cum de poſſeſſorio pro vno, & petitorio pro alio.

144 †Limi. vt nulliter appellanti remedium attentatorum non competat. Vant. de null. pag. 122.

145 †Limi. vt impetratio de beneficio beneficij lite pendente valeat, ſi nullus litigantium ius habebat, vt per Aegid. deciſ. 219. impetratio.

146 †Limi. vt ſi in aliqua cauſa ſpirituali vel prophana ſit cõcluſum in cauſa, non poſſit fieri inhibitio, & licet ſit appellatum à concluſione, & dati apoſtoli refutatorij, & terminus aſſignatus ad ſententiam audiendam, & appellans impetrauerit auditorem, qui intimat ſuam commiſſionem. auditor, à quo appellatum eſt, poteſt ſententiare, vt tenet palatium, vt ſcribit Rot. 66. not. quando, alias. 647. appellatio. in antiq.

147 †Limit. in caſu quo corpus humanum fuerit exhumatum: quia quouſque non fuerit plenè cognitum, non datur reſtitutio ſecundùm Rot. 1. nota quòd per traditionẽ, aliàs, 302. de cauſ. poſſeſſ. & prop. in antiq. quia talia corpora ſic non ſunt tractanda, ſed Rot. fin aliàs 854. vt lit. pend. in anti. dicit, quòd hæc eſt de rigore, ſed de æquitate forſitã ſecus, ad materiam uide Matſ. ſing 199. in iure.

148 †Limi. vt quando conſtet de non iure petentis reuocari attentata in beneficialibus, illius petitio non procedat, vt per Rot. 13. quòd ſi conſtat, aliàs 348. de reſtitu. ſpo. in anti. præſertim, vbi notorie, vt per Rot. 1. aliàs 1. de appell. in no. Vnde ſi contra conſti. execrabilis. de præbendis, habet quis duo beneficia, & vno fuerit ſpoliatus, etiam per modum attentati non reſtituendus, licèt conſiderari poſſit, quod per diſpenſationem ſibi id liceret: quia hoc eſt per accidens, vt late per Rot. Item nota, quòd, vbi aliquis aliàs 371. de reſtitutio. ſpoliato. in antiqu. qua ratione dici poteſt, quòd qui impetrauerat, & poſt ſpoliaret, contra cap. ei qui, de præben. in 6. & faceret committi ſuper iactationib. ſi ſpolietur à ſpoliato, & conſtet, quòd contra d. cap. non reſtituatur. Hoc autem non procedere ſublimitatur, quoties in vno iudicio conſtitiſſet de non iure actoris, eodemque pendente idem actor ſpoliaſſet, & ſpoliatio agenti conſtaret de eiuſdem non iure nihilominus facienda eſt reſtitutio rationibus, de quibus per Rot. 14. ſed pone, aliàs 423. de reſtitu. ſpol. in antiq. Vnde cautela eſt non deducendi iura ſua, quouſque tempus non compellat.

149 †Limi. vt id quod diximus, vſque ad concluſionem in cauſa fieri poſſe reuocationem attentatorum, intelligatur excluſiue, non incluſiue, ut per Rot. 6. nota quòd attentata, aliàs 518. ut lit. pend. in antiq. quòd uidetur habere talẽ effectum, vt emiſſa citatione, vel monitione ad concludendum amplius non liceat, & nota conſi. Rom. 14. allega. per addi. Rot. 6. hoc eſt, quòd vſque ad concluſionem in cauſa ad inſtantiam partis, ſed ex officio iudicis ſemper.

150 †Limi. ut reus excipiendo in exceptione non faciat litis pendentiam: quoniam eam deducere poſſit in alio iudicio, etiam ſi ſuccumbat. Barto. in l. fundum, de exceptio. rei iudicatæ.

151 †Limi. vt remedium attentatorum locum non habeat, vbi aliquid fiat de conſenſu partium. Hoſtien. in cap. conſtitutus, vbi Abba. nume. 11. Alexan. nume. 14. de appellatio. Vital. in clauſ. nil nouare. num. 15. Manfred. conclu. 118. qui concluſ. 175. dicit, quòd non reuocantur attentata poſt appellationem à ſententia lata de conſilio ſapientis de partium conſenſu, alleg. Alex. in rub. de appe. Rom. in rub. de arb. & alios, ut ibi per eum.

152 †Limi. vt non reuocentur attentata ex appellatione generaliter interpoſita ab omni grauamine illato, vel inferendo abſque cauſarum expreſſione; quoniam hęc appellatio, ut generalis, & vaga non operatur litis pendentiam ad reuocationem attentatorum. Franc. in cap. conſuluit, de appella. Alex. in l. ſi ſic. de leg. 1. Docto. in l. qui Romæ. §. Seia. de verb. obl. Manfred. conclu. 133. qui concluſ. 135. dicit ꝙ

153 †non reuocantur attentata poſt renunciationem appellationis, allega. Franc. in cap. ad hæc. 2. & in capitu. ſolicitudinem, de appellatio.

154 †Limi. ut hęc regula procedat contra principales: ſecus verò eſt cõtra tertium, licèt ſit de eadem re, unde ſi ſint duo rei debendi ſolidum, & unus cõuenitur, & condemnatus appellat, alius cõueniri poteſt l. creditor. mand. Marant. in Spec. pag. 176. ſub tit. de appel. nu. 162.

155 †Limi. vt nõ reuocẽtur attentata poſt appellationem à ſentẽtia lata ſuper rem. l. fi. C. de edi. di Adri. toll. & in interdicto quorum bonorum, ut per Innoc. in capit. paſtoralis. nume. 3. in uerb. ad hoc. de offic. delega. Bald. in l. quiſquis. C. quo. appel. late per Vbert. Zuc in l. fi. num 395. C. de edic. D. Adri. & uidetur ratio principalis: quia in huiuſmodi poſſeſſorijs nõ appellatur, vt in l. 1. C. ſi de mom. poſſeſ. & in l. 1. C. quo. bon. & in l. 1. C. de bo. poſſ. ſecũ. tabu. latiſſ. cõgerit Manfre. in cõclu. 131. Et ego de materia dixi in meis allegationibus, & ad d. l. 2. Et nota, quòd executio facta in talib. poſſeſſorijs ſi poſt appellatio ſit iuſta, retractabitur per uiã in iuſtitiæ nõ per uiam attẽtati. hæc Bal. in l. 2. C. de epiſcõ. aud. Manfred. cõcluſ 200. & nota quòd inhibitio operatur circa iſtas cauſas, in quib. appellatio inhibetur, ut aliàs dixi.

156 †Limi. in interdicto facto à delegato de non celebrãdo interpoſita appellatione; quia nõ reuocãtur talia attẽtata. Bal. in l. fi. verſicu. ſed circa. C. ſi à nõ comp. iudic. Manfred. cõclu. 144. qui cõcluſione ſeq. 145. dicit. nõ reuocari attẽtata appellatione alternatiue interpoſita, ut per Alex. in rub. de appe. col. 4. & per Fely. in c. inter cætera, de re iudi c.

157 Et iterum cõclu. 146. dicit, quòd † nõ reuocãtur attẽtata poſt appellationem interpoſitam à futuro grauamine. cap. dilecto, capitu. cum ceſſante, de appellatio. & per Felyn. in capitu. ſignificauerunt, colum. 4. ex. de teſtam.

158 Et cõclu. 147. dicit, quòd † nõ reuocãtur attẽtata poſt appellationem interpoſitam, tam à iudice à quo, quàm à iudice ad quem, quãdo iudex à quo expreſſit cauſam refutationis appellationis, allega. Bartol. in l. chirographis. § 1. de adminiſt. tutorum.

159 †Limi. ut iudex à quo poſſit taxare expenſas nõ obſtante appellatione. Lap. alleg. 72. in cauſa matrimoniali.

160 †Limi. in eo cui factum eſt mãdatum de reſidẽdo: quia ſi appellet, interim poteſt poni ſubſtitutus. c. prouenit. 2. de appel. Maran in titu. de appel. nu. 184.

161 †Limi. vt attẽtata nõ reuocẽtur poſt appellationem interpoſitam à ſentẽtia per laicum ad iudicem eccleſiaſticũ, vt in capitu. ſi duobus, de appel. ext. niſi eſſet cõſuetudo ꝙ ad eccleſiaſticum appellaretur, vel niſi eſſet de natura cauſæ, vel niſi in caſu negligentiæ laici. vt hæc late ſcribit Mãſ. concluſ. 151.

162 †Limi. vt ſi quis velit reuocari excommunicationem, quaſi præceſſerit appellatio, de præcedenti appellatione ꝓbare teneatur, vt per Rot. 29. nota quòd vbi alias 307. de appellat. in ant.

163 †Limi. hoc modo: quia in appellationibus extraiudicialibus regulariter non habet locum attentatum, ſed quædã requiſita interuenire debent. Cardin. Alex. in rubri. de appellatio. Bart & alij in l. fina. de appellationib. recip. Bald. in l. 1. C. de arbitr. Manfred. conclu. 159. qui concl. 193. dicit, quòd non reuocantur pro doloſo appellante, alleg. ſcripta in ca. vt debitus, & in c. inter cætera, extra de appel.

164 †Limit. vt non procedat in recepto ſub ſaluaguardia ſecundum morem Francorum, vt per Faſt. dub. 41. vbi vide, & declara.

165 †Limit. vt appellatio interpoſita coram alio iudice, quã coram iudice a quo, non operetur cauſam attentati, quoniam iſto caſu appellatio eſt nulla, vt per Card. Alex. in ca. vt debitus. colum. 6. de appella. niſi non potuerit haberi copia iudicis a quo, vt habetur in ca. appellatio. extra de appellatio. in 6. quia tunc fit appellatio coram honeſtis perſonis, vt in ca. ſuggeſtum, & in c. fin. extra de appel. vnde idem operabitur. Vt hæc Manfred. conclu. 162. qui concluſ. 173. dicit

166 † quòd non reuocantur attentata poſt appellationem a ſententia lata contra officialem in officio condemnatum tanquam delinquentem. laſ. in l. qui iuriſdictioni, colum. 3. de iuriſdict. om. iud. Paris. de Put. in tracta. ſind. in verb. ſin

167 dicatur. Et iterum conclu. 174. dicit † quod poſt appellationem a ſententia ſuper reductione laudi ad arbitrium boni viri attentata non reuocantur, alleg. Abb. conſi. 39. colum. 2. conſi. 2. col. fi. lib. 1. & Lanfran. in tracta. de arbitr. §. vigeſimoſecun-

Source : BIU Cujas

mo ſecundo. Quòd ſi in ea ratione tantum fundatur; quia à ſententia reductionis nō datur appellatio, vtique quàm periculoſiſſima cauſa eſt, quia ille punctus eſt habens hinc inde communes, & iterum conclu. 178. attentata non reuocantur, quando quis procurauit, vt delegatus, cui cauſa eſt commiſſa, non iudicaret in ipſa, vel procuraret, quòd auocaret à ſuperiore, vel aliter ſe abſentaret, ne cauſa expediretur infra terminum ſtatutum: tunc enim cauſa committitur confidenti appellatione remota vnde lata ſententia licèt interpoſita appellatione non reuocantur attentata. Doct. in c. paſtoralis. §. fi. de offi. dele. idem Manfred. concluſ. 187. quòd non reuocantur attentata in appellatione de eo quod quis procurauit fieri, ut quia recuſaret iudicē à ſe, vel à procuratore impetratum.

168 †Limi. in attentatis poſt appellationem de pari ad parē, vel de vno ad idem, ut de vicario ad epiſcopum, cuius idē eſt tribunal de iure canonico, licèt aliud ſit de iure ciuili: quia par in parem non habet imperium, & ipſe idem ſibi non inhibet. Vt per Manfred. conclu. 184. qui concluſ. ſeq.

169 185. dicit quòd † appellatione interpoſita à maiori ad minus tribunal non reuocatur ab eo quidem, ut aliter non valeat conſuetudo per iura, & authoritates de quibus ibi.

170 Idem conclu. 186. dicit, quòd † attentata non reuocantur in appellatione ab eo, quod facit Iudex, quando eſt in arbitrio ſuo, & non neceſſitatur, niſi valde excederet arbitrium ſuum, maxime in criminalibus, ut per Docto. in cap. ſuper. ex. de accuſat. præſertim non reuocantur attentata in his, quæ ſunt modici præiudicii in arbitrarijs, vt per Alex. conſi. 117. lib. 3. & Manfred. conſi. 190. ut idem dixit conclu. 138. q̄ in cauſis minimis, & breuioribus, in quibus de iure non datur appellatio, idem contingit.

171 †Limi. vt vbi non eſt appellatum à ſententia, cuius executio conceditur pendente termino ad appellationem interponendam, non interpoſita appellatione executio per uiam attentati non reuocatur, vt per Fely. in c. quoad conſultationem q. 5. de re iudi. Manfred. conclu. 194.

172 †Limi. in patrono præſentante duos in beneficio: nam ſi primo præſentauit unum, & ille appellat, ut non præſentetur alius, poteſt nihilominus patronus alium præſentare. Abb. c. paſtoralis, in 2. not. de iu. patro. Marant. in titu. de appel. nume. 169.

173 †Limit. quando appellatur ab actu nullo: quia is qui ſequitur talem appellationem, non poteſt obtinere retractationem per uiam attentati, niſi primo iuſtificata appellatione ſec. Domi. à ſanc. Gemi. in c. non putamus. col. 2. de conſue. Manfred. conclu. 209.

174 †Limit. quando debitor ex noua cauſa fuit factus ſuſpectus de fuga: quia poteſt capi propria authoritate ſicut ante. Marant. in titu. de appella. nu. 166.

175 † Limit. vt quando iudex ignorat eſſe appellatum, ſine metu procedere poſſit attentatorum. Franc. in c. bonæ. nu. 42. de appel in c. ſi iuſtus. nu. 42. vbi Card. Alex. co. titu. Manfred conclu. 217.

176 †Limi. in appellatione à ſententia excommunicationis, niſi appelletur à declaratoria incurriſſe in excommunicationem, vt per Marant. in titu. de appel. nu. 167.

177 †Limi. ut cauſa attentatorum non habeat locum in articulis ſeparatis ab appellatione. Bal. in l. 1. C. de bon. poſſe. ſec. tab. Franc. in c. an ſit, num. 7. de appella. Vnde dicitur, q̄

178 †pœna attentatorum non habet locum in cauſa, quæ nō habet connexitatem cum prima, & non extenditur ad diuerſam cauſam, à qua fuit innouatum, ut ibi per Fran. Mā fred. concl. 212. & concl. 217.

179 †Limi. vt non detur attentatum à parte in forma attentati unà cum iudice factum: quia authoritas iudicis, qui eſt dominus iudicij, facit non eſſe attētatum, quod indiuidue in materia conſideratur.

180 Et facit quod in ſimili dicimus, quòd † conſenſus partis impedit attentata. Item quòd conſenſus partis excuſat ingredientem propria authoritate à pœna l. meminerint. C. unde vi, cap. cum qui, de præben. lib. 6. Item pœna l. ſi quis in tantam. non habet locum, vbi adeſt licentia iudicis, licèt iniuſta, & inualida, ut per Fely. in c. decætero, num. 13. & ſeq. de re iudic. Rip. c. ſæpe. nu. 8. de reſti. ſpol. Manfred. concl. 213. & concl. 214.

181 † Limit. vt licèt non detur reuocatio attentatorum via priuilegiatiua attentatorum; tamen detur altera nullitatis attentatorum, quæ non eſt ſublata per primam; ut per Doctores in capitu. conſuluit, 3. de appellatio. & per Manfred. conclu. 215.

182 †Limi in factis notorijs: namque in illis appellationum ſuſpendit executionem, Oldr. conſi. 18. Rom. conſi 324. unde appellatio notorij criminis non ſuſpendit. Specu. in titu. de noto. crim. §. 1.

183 †Limi. quòd clauſ. nulla iuris ſolemnitate ſeruata tollit remedium attentatorum: quia reducit cauſam ad ius gentium, quo attentata cognita non erant, ſecū. laſ. conſi. 162. in 4. Rub. conſi. 4. Manfred. conc. 221. limit. in detento pro crimine: quia licèt appellet, tamen retinetur in carceribus, & ſi carceratus iſte eſſet remittendus ad iudicem appellationis, carceratus mittitur, & ſuis ſumptibus. Bal. in l. generaliter. §. his de præſentibus, de reb. cred. Marant. de appellatio. numero 179,

184 †Limi. vt legitimatio perſonarum ſit facienda in hoc iudicio, & ideo ſeruus, & alij qui repelluntur à iudicio hic non audientur, ut per Manfred. concl. 226.

185 †Limi. vt in omnibus caſibus in quib. tacitè, uel expreſsè renuncietur appellationi, ibi & attentatis, quæ incidēter veniunt appellationi, & quando ueniunt principaliter, & ſeorſum ab appellatione poteſt renunciari attentatis abſ-

186 que eo quòd renuncietur appellationi. Et †per renunciationem appellationis non cenſetur renunciatum attenta-

187 tis. Et †attentata non reuocantur appellatione pendente, quando proceditur abſque proteſtatione attētatorum, ut hæc ſcribit remiſſ. Manfred. conclu. 229.

188 †Limi. vt attentata quæ non uerificantur ad proceſſum non reuocentur. Manfred. concluſ. 229. & ibi remiſſiue, quæ proſunt grauanti ad purgationem attentatorum, & quæ grauant.

189 †Limi. ut ſi ſuper appellatione lis conteſtetur, & poſt ex officio petantur reuocari attentata, hoc non liceat ſecundùm Archi. in c. non ſolùm, de appel. in 6. vbi quidem. Spe. de appellatio. §. pen. ſed contra Io. And. Fran. Bal. Ang. Are. alleg. per Manfred. conclu. 347.

190 †Limit. quoad impediendam abſolutionem ab excommunicatione. Docto. in capitu. qua fronte. de appe. Maran. vbi ſupra.

191 †Limi. ut attentata ſint reuocanda per iudicem, & non per partem, ut per Soc. conſi. 39. lib. 1. Grat. conſi. 36. lib. 2. Manfred. conclu. 353.

192 †Limit. ut probationes tempore perituræ appellatione pendente non reuocentur per uiam attentati, Marſ. ſingu. 158, & ſing. 87. Rot. Faſt. q. 20. Manfred. concl. 356.

193 †Limi. quoad ſequeſtrationem, de qua in clem. 1. de ſeq. poſſ. & fruct.

194 †Limi. vt taxatio expenſarum facta appellatione pēden te non reuocetur per uiam attentati. Guid. Pa. in tracta. de appel. q. 116. nu. 28. Manfre. conclu. 119.

195 †Limi. ut motus proprius lite pendente impetratus non dicatur attentatus.

196 †Limi. in appellatione à futuro grauamine: quia hoc nō obſtante nō habet locum remedium attentatorum. c. dilecto, c. cum ceſſante, de appel. Fely. cap. ſignificante, colum. 4. de teſtibus.

197 †Limi. quando appellatus cōtra appellationem aliquid innouaret, ut quia turbaret poſſeſſorem d. cap. cum teneamur. ubi Doctores.

198 † Limit. ubicunque lex permitteret attentari, ut in caſu quo permiſſum erat propria authoritate occupare. Item limit. quando pars admiſſa eſſet ad iuſtificādum de bono iu-

199 re ſuo circa attentationem præmiſſam. † Item limita ubi nullus eſſet cōtemptus iudicis. Item limi. quando pars aduerſa uiolauit, ſiue attentauit, ut de his late per Pariſ. conſi. 41. ubi late de materia, lib. 1.

200 †Limi. in caſu Aegid. concl. 469. ſi inter. quod ſi inter P habentem cōtra M. tres definitiuas ſentētias cōformes ſuper eccleſia poſt dictas ſententias coram auditore commit tat Papa executori ipſius P. quòd ſi ſibi conſtiterit A. pendente lite cōtra M. uel finita ſe intruſiſſe, contra eum ſentē tias exequatur, nō obſtante dicta lite pendente auditor de ſurreptione dicti mandati cognoſcere nō debet, ſed ſtatim debet committere executori quoad hoc ſe ſuperſedere, quę cunque exequatur teſtamenta.

201 †Limi. ut reſcriptum impetratum per tertium lite pendente inter alios non dicatur attentatum quoad litigātes, ſecundùm allegata per Rui. conſi. 61. nu. 19. lib. 5.

202 †Limi. ut gratia ſi neutri, uel ſi nulli, impetrata lite pendente non ueniat reuocanda, vt attentatum: quia talis gratia uidetur, quòd aliter impetrari non poſſit, quam lite pē dente, uel ſi antea ita demum effectum habeat, ſi per litem appareat, vel nō appareat de iure, ut in ſimili ſcribit Gome. de impet. benefi. vac. per obit. famil. Cardinal. quæſtio. 8. in fine, qui Gomeſ. quæſtio. 10. eiuſdem regulæ diſtinguit plura capita in caſu quo Cardinalis præſtat conſenſum lite pē dente, cum tamen nō penderet tempore impetrationis, ut per talia non dicatur conſenſus ille quaſi attentatus.

Limi.

Source : BIU Cujas

203 †Limi.vt attentata lite pendente per tertium non sint re uocanda per iudicem appellationis, sed agendum sit iudicio ordinario .capit.Romana.§.in alium,de appel. in 6. & ibi per Doctor.Ruin.consil.75.colum. 1. lib. 5. ubi quis sit iste tertius.

204 †Limi.ut lite pendente liceat supplicare pro habēda copia actorum,vel alicuius sententiæ,ut per Ias.in l. supplica
205 re.C.ut lite pendente.Item †licet impetrare tale, uel aliter rescriptum,quando non fit mentio litis pendentiæ, & apponitur clausula non obstante,ut per Saly.& Cast.& Ias.in d.l.supplicare, & ibidem dicit, quòd debet fieri mentio de vero statu causæ.Quinimmò secundum Pet. de Anchara. consi.16.viso processu.dicit,non sufficere expressionem generalem,sed requiri specialem,& expressam de principalibus articulis causæ de personis litigantibus,& iudicibus allegando Innoc.in cap.inter monasterium,de re iudic.Subdit tamen ibi Ias. non esse necessariam extrinsecam mentionem processus,sed commemoratiuam,ad arbitrium iudicis secundum Hostien. Imo.Panor.in d.cap.inter monasterium . verum si committatur causa in eodem statu, in quo erat coram primo auditore,valet commissio, licèt status causæ non exprimatur specialiter, & est ratio; quia per acta primi auditoris poterit leuiter, & statim constare in quo statu sit causa. quidam dicebant hoc vel nisi per huiusmodi commissionem auocaretur causa in totum à primo auditore:sed alij dicunt sufficere, si in commissione petatur certam causam commissam certo auditori,alteri cōmitti,subdendo clausulam consuetam. cuius causæ statū dignemini haberi p expresso,& ita declarat Rot. 20. si causa committatur,àlias 214.de rescrip.in no.& ibi additio latè,solet autem rescribi,dummodo causa non sit instructa. vel in causa concluſum, de significatione quorum nunc omitto.Subdit quoque,vbi supra Ias. quòd vbi non est lis contestata,non est facienda mentio:quia non pendet lis secundum Bal.in l.1.in fi.C.de relatio.verum est,quòd Bart. in d.l.supplicare.dicit,quòd nec ante litem contestatam licet impetrare rescriptum, nisi ordinarius requisitus neget facere iustitiam,per Auth.vt differ.iud.§.si verò,& de man. prin.§.& non permittas.

†Limi.vt licitum sit supplicare lite pendente, quòd de-
206 tur adiunctus ordinario ratione suspicionis,ita tamen, vt & in tali supplicatione sit facienda mentio de statu litis, aliàs supplicatio non valeat c.coram de offi.deleg.licèt Bal. teneat contrarium,vt per Ias in d.l supplicare,nu.3.& vide quòd iste adiunctus non possit dari iudici à parte impetrato,& petente adiunctum dari. idem si delegatum esset de communi consensu, vt per Ias. in l. apertissimi. C. de iudicijs.vbi dicit, quòd ordinarius non recusatur, sed ei datur adiunctus,sed delegatus recusatur, de causis autem suspicionum uide latissimè per Ias.in d.l.apertissimi.

†Limi.ex eo quod diximus,quòd pendente causa suspi-
207 cionis tutoris,interim tutor,vel curator debet abstinere ab administratione,altero in eius locum interim suffecto, vt l.cum qui. C. de suspect. tut. q. Tholo.370.Affl.decis.357. Gramm.consi.10.

†Limi.vt innouata post appellationem ab interlocuto-
208 ria non reuocentur ante omnia,sed ita demum iustificata causa appellationis,vt est tex.in c.non solum, de appel. in 6.Soc.consi.46.col.1.lib.1.licèt secus sit,si fiat post inhibitionem:quia interim pro ea præsumitur,& debet timeri. Idē si iudex à quo admisisset appellationem si, & inquantum: quia per hoc dicitur à se abdicasse iurisdictionem quousque cognoscatur,an illa appellatio sit admittenda,an non. Et†ita intelligerem no.per Fely.in c. cum contingat, col.
209 fi.de offi,iudic.deleg.& per Maran.in pract.in titu.de appel. & per Benint.in decis.1.Verum est,quòd sunt quædam interlocutoriæ,quæ habent vim definitiuæ,ut pronunciatio iudicis competentis,quo casu ego putarem, idem dicendū de tali,quod de definitiua,ut in simili dicitur,quòd clemē. appellanti,de appellatio.non habet locum in sententia interlocutoria habente vim definitiuæ. Nota quoque circa prædicta, † quòd iudex debet dare apostolos dimissorios,
210 vel refutatorios,vel reuerentiales, & quòd per verba si, & inquantum,non videtur decreuisse apostolos, sed appellationem admisisse,vel non,quòd si aliter non dedit apostolos,quicquid agit postea,nulliter agit, sed id non erit attētatum.uide in c.ut super,de appel.lib.6. sinautem decreuit terminum ad apostolos,aliàs diximus.

†Limi.vt attentata non solum nō reuocentur ante om-
211 nia,sed etiam non reuocentur, quando fuit attentatum lite pendente ex decreto,siue literis,siue iussu principis,ut in casu quo Papa iusserat reintegrari ad possessionem etiam lite pendentr.Ruin.consi.76.lib. 5. vbi dicit, quòd sufficit dici non obstante litis pendentia. Item si dicat non obstante appellatione,vel inhibitione:quia non solùm de futura, sed,& de præterita hæc intelligenda ibi.Rui.putat, si de mē te Papæ constet,& ibi uidetur constare de mente: quia dixerat,omnia &c.

212 †Limi.vt non omnia attentata reuocentur, sed ea duntaxat,quæ sunt in præiudicium appellantis, ut per Dec. in c,solicitudinem,col.1. de appel. uel ex hoc sequitur idem in iudiciali,& extraiudiciali.

213 †Limi.ut regulariter attentata non sint nulla ipso iure, sed veniant reuocanda,ut per Dec in c.dilecti,de appel.qui tex.loquitur in excommunicatione, & interdictō & nota, q etiam si essent nulla ipso iure,requireretur declaratoria, iux.c.cum secundum,de appel.in 6.Item nota, quòd post inhibitionem tunc nulla ipso iure.Dec. in c. constituit. in fi.extra de appellatiō.

214 †Limi.vt gratia si neutri,si nulli,si vni, perinde valeret, & aliæ,quæ solùm lite pendente impetrantur, nō veniant ut attentata reuocanda,etiam si de litis pendentia non fiat mentio.Rot.320.& 270.in no.tangit Gomes.de annal. poss. q.28.vide quædam tamen per Fely.in cap.in nostra, corollario 15.de rescript.

215 †Limit. vt proposita causa nullitatis ad impediendum executionem rei iudicatæ,vel trium conformium, vel instrumēti ex forma statuti licèt sit quęstio, an impediat executionem: tamen si iudex executionis processit ad executionem,non reuocatur ante omnia,sed ita demū post pronunciam nullitatis, licèt in appellatione secus sit, ut per Alexan.in l.4.§.condemnatum.ff.de re iudic. numero 14. quod uidetur limitandum secuta inhibitione, ut ibi per Ripam, & idem si eidem iudici utraque cā sit commissa.

216 †Limi.quoque uidetur ex ea opinione,quòd execrabilis non habet can.reintegranda, nec debet restitui. quod latè tangit Gomes.de anna.q.54.& ibi in hæretico. Sed videtur verum hoc si constet,sed si non cōstet,vel excipiatur,quòd non admittantur probationes.Circa hoc videtur secus,iuxta no.in l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acqui. pos.Et idem Gomes.q.55.in dicta regul.de annali, tangit an detentor de facto,& sine colore iuris sit restituendus, & tenet q non in beneficialibus, licèt in prophanis secus esse putet, ut ibi late per eum,& in q.58. tangit de illegitimo, siue bastardo spoliato,& quòd execrabilis,& ille qui non curauit se promoueri intra annum, non habeant titulum coloratum,sed possessionem infectam, ita ut non sint tuti à regu. de triennali,uel reintegrandæ,ut per Gomes.q.10.

217 † Limit. ut pendente causa supplicationis, & reuisionis non impediatur interim executio,ut per Ias.in aut.quę supplicatio.C.de preci.imp.off.& per Affl.in decis.341.

218 † Limi. ut quoties concludatur aliquem non possidere, non ex hoc dicatur lite pendente attentati,quòd à prætensa possessione deijciatur,vel expellatur, uel nō admittatur. Ecce enim episcopus unus conuersans cum episcopo alio in sua diœcesi vrbanitatis iure,siue humanitatis,& sic non iure habebat quasdam præcedentias,modo episcopus inhibet id fieri,vel litē pendentē,vel dum speratur litem moueri; & quia ius illud est familiaritatis, vel vrbanitatis, vnde nulla est quæsita possessio, id fieri posse non obstante longissimo tempore.Ruin.scripsit consi.154.lib.4. per tot. Vbi
219 tangit de illo notabili† dicto Baldi in l.Titia.ff.solu. matrimo.aut status quem indicat quasi possessio non potest naturaliter ab origine inesse,& tunc refert, an possit inesse de iure communi sine præiudicio tertij,aut non possit inesse, nisi de iure speciali,ut primo casu possessio releuet ab onere probandi,si incidenter deducitur, sed non si principaliter:secundo casu verò eius possessio non releuat ab onere probandi.

220 †Limi.ut appellatio ab interlocutoria non liget minus iudicis à quo etiam in articulo executiuo,ut per Cor. consil.313.col.2.lib. 3. ubi de quadā appellatione non seruatis terminis clement.quamuis.de appella.& concl. Manfred. 305.libro 3.

221 † Limit. ut licèt à sententia de exequendo præsertim à mero executore lata non liceat appellare. l.ab executore. C.quo.appellatio non recipia.tamen si est appellatum,nō
222 potest procedi ad executionem. Quia† ad iudicem appellationis ordinarium, vel commissarium pertinet uidere, an sit appellandum an non,ut hæc latè declarat Rui.consilio 80.quamuis.lib.5.Quod est notandum in practica:quia calumnioſi ab istis de exequendo sententiis appellant, & faciunt inhiberi,& illa inhibitio hac ratione est timenda.Sed
223 †quid si non adesset inhibitio, sed sola intimatio appellationis,& iudex à quo relaxat executoriales post appellatio nem,quam scit non admissibilem,& non admisit si, & in-

quantum,

Source : BIU Cujas

quantum,vel non niſi ſi,& inquantum, & inſtatur pro reuocatione attentatorum coram iudice ad quem, videtur quòd ſi illa appellatio erat friuola manifeſte,& non habebat in ſe cauſam concludentem,ſperni poſſit. Sed quid ſi coram iudice ad quem bonæ cauſæ proponuntur,& tamē non erat inhibitum, videtur quòd non,niſi iuſtificatis cauſis inſtari poſſit pro reuocatione attentatorum, argumen. addit.ad Rot.2.de appel.in no.& 11. cod.Peruſiæ vbi gubernatores manu quaſi regia adminiſtrant,quando huiuſmodi relaxatæ executoriales commiſſionibus talibus impediuntur:ſolent in audientijs ſuis partibus præſentibus, vel citatis,ſi aliquid releuans non allegatur, totaliter mandati exequi,ne lites immortales fiant.

224 †Limi.vt mota lite hæredi ſuper uiribus teſtamenti poteſt per eum fieri reſtitutio fideicommiſſario uniuerſali,ita tamen, ut ſi nō velit hæres,non cogatur l.ita tamen. §.quoties.l.ſi patroni.§.actiones ff.ad Treb.ubi Alex.poſt Ang.& Pau.de Caſt. tangunt rationem; quia dicta alienatio non ſimpliciter originem ſumpſit à facto voluntario reſtituentis,ſed à diſpoſitione teſtatoris,qui hanc neceſſitatem reſtituendi iniunxit hæredi.

225 †Limi.ut appellatus,qui negauit appellatum, non poſſit petere reuocari attentata pendente appellatione, niſi receſſerit ab illa contradictione,ut per Fely. in c. capitulum. nu.25.ext.de reſcrip.

226 †Limit. ut propter timorem amiſſionis probationum quædam non dicantur innouari,ecce enim teſtes abſuturos,vel morituros,iudex à quo recipere poteſt, nec propterea cenſetur renunciare appellationi ille qui eos inducit, Rot.385.no.verum.de appella.in ant.ut iudex ad quem id facere poteſt etiam non cognito de grauamine.Rot. 59. in antiq.quinimmo id fieri poteſt etiam per ordinarium vel lite pendente.Rot.109.in anti.ut per Doc.in cap. quoniam frequenter.extra,vt lit.non conteſt.& per Veſtriū in pract. lib.ſexto,in tit.de teſti.

227 †Limi.ut ſi in aliquo articulo diuerſo à negotio principali appelletur, ut in taxatione expenſarum proceſſus ad ulteriora in cauſa principali non ſuſpendatur,nec per modum attentati ueniat reuocandus,ut per But. in cap.ſuper eo,de appella.Dec.in c.bonæ,colum.tertia, de appella. ubi dicit hanc communem, & in appellatione extraiudiciali hoc eſt clarius;quia non ſuſpenditur,niſi in cauſa, in qua ſit appellatū,unde ſi appelletur,ne Titius in teſtem inducatur,nō prohibent reliqui recipi,ut ibi per Dec.& aliàs dixi.

228 †Limi.ut ſe ſtet ſtatutum,quemadmodum ſtat hic Peru
229 ſiæ,quòd †primæ,& ſecundæ inſtantiæ cognoſcantur Peruſiæ, quod ſtatutum per Pontificem eſt confirmatum, ſi quis appellauerit ad Pontificē,& Pontifex commiſerit cauſam in urbe,& gubernator candē Peruſiæ ſuper prima appellatione.Et à iudice vrbis emanauerit inhibitio,talis inhibitio nō ligat,& nō arctat ſecūdū Cor.ꝯſ.25.l.3.Laus Deo.

ROBERTI LACELLOTTI
I. C. PERVSINI.
DE ATTENTATIS ET INNOVATIS.
Primæ Partis.
PRAEFATIO.

SVMMARIVM.

1 REMEDIVM attentatorum dicitur æquum, & iuſtum, & Vtile, ac facile, &
2 Priuilegiatum magis, quàm remedium ſpolij.
3 Attentatum diuerſimode accipitur, quandoque
4 pro conatu, & nixu ad aliquem actum faciendum.
5 Quandoque pro impetu ad inſidiandam pudicitiam alicuius.
6 Quandoq. pro eo,quod fit lite, vel appellatione pendente in contemptū Iudicis,& præiudicium partis.
7 Attentati uox antiquis Iureconſultis incognita.
8 Innouare quoque,& innouatum diuerſimode accipitur.
9 Quandoque innouare,ideſt renouare.
10 Quandoque innouare,ideſt non nouare.
11 Quandoque innouare,ideſt nouum ius impetrare.
12 Quandoque innouare,ideſt beneficium impetrare.
13 Quandoque pro actu facto lite,ſeu appellatione pendente, vt dictum eſt de attentato.
14 Attentatum quid ſit,& eius diffinitio,ſeu mauis deſcriptio.
15 Alienatio facta lite pendente dicitur attentata.
16 Sic & præſentatio à patronis facta.
17 Similiter & actus collationis.
18 Lis hoc verbum deſignat ius in iudicio deductum.
19 Controuerſia dicitur eſſe extra iudicium,& quomodo,ibi declaratur.
20 Pendentia controuerſiæ extraiudicialis regulariter non inducit uitium attentatorum.
21 Quid de pendentia compromiſſi.
22 Lite finita non dicitur attentari.
23 Iudex ſi poſt appellationem, aut inhibitionem procedat regulariter attentat.
24 Tertius regulariter non dicitur attentare.
25 Niſi habeat cauſam à parte.
26 Attentata dicuntur eſſe,quando fiunt in contemptum iuriſdictionis.
27 Et præiudicium partis.
28 Reuocatio in attentatis fit officio Iudicis mercennario, quando ad inſtantiam partis.
29 Nobili quando abſque partis inſtantia.
30 In ſpolio autem dicitur fieri iure actionis.
31 Contemnens Iudicem illius maieſtatem lædit.
32 Maieſtas Iudicis in honore conſiſtit.
33 Attentata regulariter ſunt ante omnia reuocanda.
34 Attentata an ſint ipſo iure nulla,remiſſiue.
35 Attentatum quotuplex ſit,& ſecundùm doctos.
36 Aliud eſt,quod fit à Iudice,aliud quod fit à parte
37 Aliud licitum,aliud illicitum.
38 Aliud reuocabile aliud irreuocabile.
39 Vere tamen decem,& ſeptem ſunt attentatorum genera,prout totidem poſſunt attentatorum cauſæ conſiderari,de quibus hic remiſſiue.
40 Actus,qui ob ſolam appellationis pendentiam non eſſet attentatus (ſi emanauit inhibitio) tranſit in attentatum.
41 Iudex datus cum clauſula appellatione remota poteſt regulariter appellatione pendente ſuam ſententiam exequi.
42 Miſi ſit inhibitus.
43 Attentata quo iure fuerint inuenta,quatuor referuntur opi. de quibus infra nu.50.54.59.62.
44 Nunitas quo iure inuenta,remiſſiue.
45 Clauſula,ſola facti ueritate inſpecta, reducit cauſam ad ius gentium.
46 Clauſula,nulla iuris ſolemnitate ſeruata, reducit cauſam ad ius gentium.
47 Ordo in cognoſcendo uidetur ſublatus per clauſulam, ſublata omni iuris ſolemnitate.
48 Statutum remouens omnem iuris ſolemnitatem an cenſetur auferre remedium ſpolij,& canonis reintegranda.
49 Princeps dicitur eſſe ſupra ius,ſcilicet poſitiuum,non autem ſupra ius naturale,uel diuinum.
50 Attentata ſunt de iure poſitiuo ſecundùm aliquorum opinio.
51 Maieſtas prætoris uindicari dicitur in attentatorum reuocatione.
52 Contemptus Iudicis in reuocatione attentatorum plus ponderatur, quā ius agentis.
53 Pœna aduerſus alienantes rem litigioſam eſt inducta de iure ciuili, & de iure canonico.
54 Attentata ſunt de iure naturali ſecundùm aliorum opinio.
55 Reuocatio attentatorum dicitur in ſe continere defenſionem.
56 Defenſio eſt de iure naturali.
57 Attentata ſine lite regulariter non dantur.
58 Iudicia ſunt de iure naturali primæuo.
59 Attentata ſunt de iure diuino ſecundùm aliorum opi.
60 Lex Moſayca etiam hodie allegari poteſt ad deciſionem cauſarum, remiſſiue.
61 Obedientia exhibenda magiſtratibus,ac Iudicibus eſt de iure diuino.
62 Attentata ſunt cognita de iure ciuili,dictante tamen ratione naturali.
63 Recuſatio Iudicis(quoad formam,& modum procedendi) dicitur eſſe de iure ciuili.naturali tamen ratione dictante.
64 Legitima licèt dicatur debita de iure naturæ:quia tamen per leges fuit quoad formam inuenta dicitur de iure ciuili.
65 Opinio illa attenditur,per quam aliæ opiniones conciliantur.
66 Princeps poteſt tollere ea,quæ ſunt inducta de iure ciuili, naturali tamen ratione dictante.
67 Recuſatio iudicis poteſt per Principem tolli apponendo in commiſſione clauſulam,appellatione remota,ſecundùm commu.opi.
68 Princeps poteſt ex cauſa ius naturale,del diuinum diſtinguere, limitare,& declarare.
69 Clauſula,quòd lite pendente poſſit capi poſſeſſio,citra uitium attentatorum,datur quando beneficium eſt reſeruatum.
70 Decimæ dicuntur eſſe de iure diuino.
71 Pœna poteſt eſſe de iure ciuili,licèt præceptum ſit de iure naturali, uel diuino.
72 Iudicialia præcepta legis Moſaycæ hodie non obligant.
73 Nec dicuntur eſſe leges diuinæ.

Iudicium

74 *Iudicium attentatorum cadit ſub tribus diſtinctionibus Iudiciorum, quia eſt*
75 *Summarium. Item eſt*
76 *Extraordinarium. Item dicitur eſſe Poſſeſſorium: indirecte tamen propoſitum, ut nu. 78.*
77 *Extraordinarium dicitur omne iudicium, in quo proceditur per implorationem officij Iudicis.*
79 *Sententia lata ſuper attentatis ſapit naturam meri poſſeſſorij.*
80 *Sequeſtrum non apponitur, quando lata eſt ſententia ſuper attentatis.*
81 *Remedium attentatorum fauorabile ne ſit, an potius odioſum, quadruplex conſideratur opi. de quibus infra, nu. 82. 89. 94. & 97.*
83 *Attentare eſt delictum, & ſonat in malam partem, & melius infra, numero 104.*
84 *Pœnalis dicitur eſſe materia attentatorum.*
85 *Attentans dicitur offendere ius, iudicium, & partem eodem tempore.*
86 *Attentans dicitur odioſior, & deteſtabilior ſpoliante.*
87 *Odium principaliter conſiderari uidetur in reuocatione attentatorum.*
88 *Fauorabilis ne, an odioſa aliqua diſpoſitio cenſenda ſit, inſpicitur, quid principaliter fuerit in conſideratione fauor, an odium.*
90 *Publica utilitas dicitur uerſari in reuocatione attentatorum.*
91 *Animæ periculum concernere dicitur attentatorum reuocatio.*
92 *Appellari poteſt à ſententia lata in cauſa attentatorum.*
93 *Item aduerſus eam peti reſtitutio in integrum per minorem.*
95 *Diuerſo iure cenſeri eadem res eodem tempore non debet.*
96 *Niſi fauor, & odium commodam ſeparationem recipiant.*
98 *Attentata (quatenus conſiderantur dum deducuntur in eſſe) dicuntur odioſa, poſtquam autem ſunt in eſſe deducta, & inſtatur pro illorum reuocatione dicuntur fauorabilia.*
99 *Penſio dum tractatur de illa imponenda dicitur odioſa, poſt impoſitionem uerò (dum agitur de illius ſolutione) dicitur fauorabilis.*
100 *Reuocatio attentatorum eſt fauorabilis.*
101 *In dubio fauere debemus attentatorum reuocationi.*
102 *In dubio pro nouo attentatis facienda eſt interpretatio.*
103 *Interpretatio facienda, ut euitetur delictum.*
105 *Attentans dicitur offendere Ius, Iudicem, & partem.*
106 *Delictum requirit dolum, ut ſit punibile.*
107 *Dolus etiam in attentatis conſideratur.*
108 *Dolum arguunt geſta contra præceptum Iudicis, vel contra prohibitionem legis.*
109 *Alienatio facta lite pendente præſumitur dolo facta.*
110 *In dubio aſſumitur interpretatio, quæ minus præiudicat, & quæ tendit ad bonum.*

Diuiſio totius tractatus.

111 *In prima parte tractatur per quas perſonas attentari dicatur, videlicet ab Actore, à Reo, à Procuratore, à Iudice, à Tertio, ab habentibus cauſam ab eis.*
112 *In ſecunda, quomodo attentata deducantur in eſſe, & quando, & quibus caſibus,*
113 *In tertia quomodo attentata tollantur, & de illorum reuocatione, & ibidem pleniſſime tractatur de his omnibus, quæ materiam huiuſmodi reuocationis reſpicere uidentur.*

1 ATTENTATORVM remedium † quã ſit æquum, & iuſtum, ex eo maxime deprehendi poteſt, quòd per illud non ſolùm magiſtratuum, & ius dicentium dignitas, & iuriſdictio contra contemptores illæſa conſeruatur. Verumetiam vnicuique litigantium (facto iudicis, uel aduerſarii in aliquo grauato) pleniſſime ſuccurritur, & tam iudicum, quàm partium tramites iuris excedentium temeritas certis pœnis coercẽtur: Quòd ſi tractatus de reſtitutione ſpoliatorum ab eius vtilitate magnam ſemper apud omnes, qui de ea re ſcripſerunt, cõmendationem habere meruit, maxima profectò Attentatorum tractatui ex hoc capite tribui debet, quippe qui †nõ
2 ſolum facile, utile, & priuilegiatum remedium à docto. appellatur, ut per Philip. Franc. in c. bonæ. ſub num. 15. in fin.
3 extra de appel. †verumetiam magis utile, & priuilegiatum quàm ſit præfatum remedium ſpolij, ut tradit idem Franc. in cap. conſuluit. el 2. nu. 8. de appell. & latius habetur infra in tertia parte. cap. 30. de priuileg. attenta. in prima ampliat. num. 6. & ſeq. vbi vndecim enumerantur differentiæ inter hoc remedium, & interdictum vnde vi: Quàm verò ſit frequens, ac quotidianum, & omnibus iuris profeſſoribus (præſertim cauſarum patronis) ſcitu neceſſarium, ij conijcere recte ualent, qui quotidie in foro verſantur. Nullus enim omnino cauſarum alicuius momẽti proceſſus (præſertim in curia) fabricari videtur, cui iſte attentatorum articulus iure, uel iniuria non annectatur, & diu apud iudices tractetur, ac ventiletur: ſæpe enim eos ego qui de meritis ſuæ cauſæ parum confiderent, ut aduerſarium ſumptibus fatigarent, & cauſam quanto magis inuoluerent, ſub prætextu prætenſæ appellationis, aut inhibitionis commiſſionẽ cauſæ attentatorum huiuſmodi impetraſſe, litemq; diu de ſuper ſuſtinuiſſe vidi: Vnde non ab re eſſe duxi hanc materiã paſſim apud iuris utriuſque interpretes conſperſam in vnũ colligere, & ad communem omnium utilitatem in certã, & vſui aptam formam perſtringere: ſic enim fortaſſe fiet, ut litigantium ij, qui prætermiſſis calumnijs ſolùm pro iuſtitia expeditum cauſarum exitum deſiderant, ſciant a quib. eos abſtinere oporteat, ne ipſorum facto in huiuſmodi anfractus incidant, & quomodo ſi facto aduerſariorũ per huiuſmodi circuitus calumnioſe circunducerentur, ab illis ſe tueri ualeant.

Sed propius ad materiam ipſam accedendo ad faciliorẽ dicendorum intelligentiam nonnulla præmittenda ſunt.

Primò, quòd iſte terminus attentare, ſeu Attentatum di
4 uerſimode in iure accipitur. †Vno modo pro conatu quodam, & nixu ad aliquem actum faciendum, ut in l. ſi quis
5 non dicam rapere, ſed attentare. C. de epiſ. & cle. †Alio modo dicitur is attentare, qui blando ſermone pudicitiam alicuius impetit, ut no. gl. in ver. affectatus, in §. 1, Inſtit. de in-
6 iur. per l. item apud Labeonem. §. aliud. ff. de iniur. † Alio modo pro eo, quod fit lite, ſeu appellatione pendente in contemptum Iudicis, & prẽiudicium partis, & ita accipitur
7 tot. tit. extra. in clem. & C. ut lit. penden. † Quæ vox quãuis in hoc ſignificatu apud Iureconſultos, probatoſque authores minime reperiatur, & propterea nec in præſenti libello admittenda uideretur. Quia tamen quanto minus fuit iureconſultis cognita, tanto frequentis per iuris utriuſque interpretes (præſertim, qui ea quæ ad praxim pertinent, cõſcripſerunt) fuit abſque diſtinctione uſurpata, ita ut inde ẽt certis cauſarum generibus propriam attentatorum denominationem aſcripſerint, cum & nos in hoc tractatu ea potiſſimũ, quæ praxim præſertim Romanæ Curiæ reſpiciũt perſtringere conati ſimus, nefas eſſe non duximus, ſi pro faciliori intelligẽtia hac attentatorum uoce frequentius utemur. †Sic etiam iſte terminus Innouare ſumitur diuerſi-
8 9 mode in iure † Quandoque enim pro renouare, ut cum dicitur confirmamus, & innouamus, ut in c. innouamus. extra de treg. & pa. & in extrauag. commun. †Quandoque in-
10 nouare dicimur cautionem, ideſt non nouare, uel non extinguere, ut in l. cum notiſſimi. §. immo & illud, & ibi gl. in verb, innouata. C. de præſcript. triginta, uel quadrag. anno.
11 †Quandoque innouare, ideſt nouum ius impetrare, ut exponit formaliter Innoc. in cap. primo, in princ. ut lit. pendẽ.
12 †Quandoque innouare, ideſt beneficium impetrare, ita ex-
13 ponit Ioan. Monachus in rub. ut lit. pend. in 6. †Quandoq; verò pro actu facto in contemptum &c. Vt ſupra proxime diximus in attentato, & ita accipitur in rubricis, ut lit. pẽd. nihil innou. etiam apud Iureconſultos.

Secundò præmittendum eſt. Quid ſit attentatum, ſeu innouatum. Et quamuis iſti termini ultimo (quo ſupra diximus) modo accepti à Docto. nõ reperiantur ſpecifice diffiniti, & ſolus Gemi. in c. quamuis. in primo no. nu. 1. de offi. ordi. in 6. dicat, quòd attentari proprie dicitur, quod fit ſine rationabili cauſa, arg. illius tex. ibi ſine rationabili cauſa attentat &c. Pro faciliori tamẽ intelligẽtia eorum omnium, quæ infra dicenda ſunt ita, non dicam diffiniri (cum ex ſententia Iuriſconſulti hoc ſit ualde periculoſum) ſed breuiter deſcribi poſſe arbitror, uidelicet.

14 Attẽtatum, ſeu innouatum † eſt omnis actus ſine rationabili cauſa lite, appellatione, aut his æquipollẽtibus, pendẽtibus a Iudice, ſeu a parte, aut ab habẽtibus cauſam ab eis in contemptum iuriſdictionis, & præiudicium partis facti officio eius, cuius fuit læſa maieſtas in primis, & ante omnia reuocandus.

Cuius deſcriptionis uis ex declaratione uerborum ſingulorum, quæ ſunt in ea, apparebit. Dicitur in ea, quod eſt.

Actus, hoc uerbum ponitur tanquam genus; nam actus
15 puta † alienationis factus lite pẽdẽte eſt attẽtatum, & uenit reuocandus, ut tot. tit. de litigioſ. & no. Afflict. deciſ. 396. in
16 cauſa comitis. num. 10. †Sicut & actus præſentationis à patronis factæ lite pẽdẽte. Caſſad. deciſ. 3. num. 2. in tit. ut lite pend. & Steph. Aufrer. in addi, ad deciſ. capel. Toloſa. 107. ad
17 medium, cum ſim. †Prout eſt etiam actus collationis beneficii factæ per ordinarium, ad no. in c. ſi hi cõtra quos, ut li. pend. in 6. & cæteri actus ſimiles, de quibus infra ſuo loco latius dicemus.

Sine rationabili cauſa, arg. d. c. quamuis. de offi. ordi. ubi Gemi. in primo notab.

18 Lite: hoc ut excludat cõtrouerſias extraiudiciales †Verbum enim lis, deſignat ius in iudicio deductum, ut eſt glo. in uerbo litis, & ibi Gemi. in ca. 1. §. libet, de procura. in 6. & declarat Alex. in l. poſtquam liti. colum. 1. C. de pact. & poſt

cũndem

Source : BIU Cujas

eundem Alex.in conſi.22.colúm. 1. in fi. in primo uolum. tradit Maran.in ſpeculo ſuo,in quinta parte principali, nu
19 me.63.fol.72.& eſt deciſ.Afflict. 220.in cauſa nu.19. † Controuerſia autem ſolet eſſe extra iudiciũ,& ſine lite, ad text. in l.Lucius.§.tres hæredes,& ibi no.Bart.ff.ad Trebell.not. Bal.in l.cauſas.C.de tranſact.& eſt commu.opinio , de qua
32 teſtatur Maran.in d.ſpecu.in 5.parte prin.nu.68.vbi & illud addit,quòd controuerſia dicitur fieri ſiue agendo,ſiue excipiendo,ſiue de iure,ſiue de facto,ſiue ante, ſiue poſt litem
33 conteſtatam,quod & eleganter proſequitur,& declarat(ẽt de dicta commu.opin.atteſtando) Blanc.in tracta.de compromiſſ.q.prima,nume.7. & ſeq. & nouiſſime ultra prædictos,ac etiam latius Ioan. Baptiſta de Aſinijs in ſua praxi. Iudic.§.1.c.1.in prin.& per tot.vbi eleganter declarat, quid ſit lis,cauſa,quæſtio,diſcordia,& controuerſia.Et quamuis
34 in extraiudicialibus controuerſijs in certis caſibus conſide
20 retur pendentia ad effectum attentatorum † illa tamen regulariter non inducit hoc uitium attentatorum, niſi geſta poſt appellationem in extraiudicialibus controuerſijs interpoſita ſint,& poſt,& contra appellationem.c.ad audientiam.& ibi Franc.in 2.notab ſub num.1.de appella.& idem in c.1.num.4.eod.tit.& dicetur latius infra in ſecunda parte c.12.de attent.appella.penden.in tertia limitatione principali Regulæ principalis nume.9. uer. primò quando huiuſmodi actus.

21 An†autem pendente compromiſſo dicatur attentari,di
35 cemus late in ſecunda parte,cap. 15. de attent. pend. comprom.per totum.

Appellatione:vt tot.tit.ff.& C.nil nouar. appel. penden.
36 & alijs ſimil.tit.aut his æquipollentibus. prout eſt inquiſi-
37 tio , ſeu accuſatio , recuſatio Iudicis.dilatio,relatio,petitio
38 conſilij ſapientis , auocatio cauſæ , & huiuſmodi , de quorum ſingulis infra in ſecunda parte cap.5.6.7.& de alijs ſuccеſſiue plenius tractatur.

22 Pendentibus†quia ſi lis,aut appellatio fuiſſet aliquo modo finita(puta per tranſitum in rem iudicatam) actus poſtea geſtus non diceretur attentatus:quia tranſitus in rem iudicatam tollit litis pendentiam. Paris.conſi.30.in cauſa.nume.36.lib.4.

23 A iudice†nam Iudex procedendo poſt inhibitionẽ , aut appellationem ab eo interpoſitam dicitur attentare.c.non ſolùm.de appel.in 6.cum ſimi.

24 Seu a parte hoc exprimitur ad excludendum tertiũ † qui regulariter ſi lite inter me,& te pendente aliquid innouet, contra eum non poteſt agi uia attentatorum,ſed debet uia ordinaria coram ſuo ordinario conueniri, ſecundum Frã. in c.bonæ.ſub nu.8.ver.ſecundus intellectus, de appell. per tex.in c.Romana.§.in alium.de appe.in 6.& tradit Ruy. in conſi.75.quantum.ſub num.2.lib.5.& dicemus latius infra c.3.nu.2.& ſeq.

25 Aut habentibus cauſam ab eis†nam hoc caſu etiam cõtra tertium datur remedium attentatorum. Afflict. deciſ. 354.in cauſa.num.21.& ſeq.infra latius dicetur d. capitulo 3.nume.14.

26 In contemptum†quia attentata fieri dicuntur in contẽptum iuriſdictionis,præſertim quando eſt facta inhibitio. Rot.deciſ.26.aliàs 307.nota quòd,ad fi. de appell. in antiq. cum in attentatis plus offendatur Iudex (cuius Iudicium contemnitur)quàm pars.Rot.deciſ.ſecunda, aliàs. 14. fuit dubitatum.poſt princ.de reſtitu.ſpol.in no.& deciſ.quinta, aliàs.433.nota nunquid,num.5.ut lit.penden.in antiq.Paris.conſi.41.num.38.lib.1.Franc.in c.bonæ.col. 4. verſicu.6. de appella.

27 Et præiudicium partis:†& hoc ea ratione:quia attentari regulariter non dicitur,quando actus , qui dicitur attentatus non tendit in præiudicium partis,ad no.per Inn.in c. 1. in verb.præiudicium.extra ut li.pendẽ,& ibi Collect.& etiã Io.Mona.in rub.ut li.pend.in 6.& eſt deci.Rot.25.aliàs 310. ſi reus,uer.ſed poſito de reſcri.in no.& tradit in notab.caſu Egid.deciſ.529.ſi Titius.

28 Officio eius†ſcilicet mercenario Franc.in c.dilecti.num. 3.de appel.& tradit Egid.deciſ.72.lata:dum tamen talis re-
29 uocatio fiat ex officio ad inſtantiam partis†quòd ſi non ad inſtantiam partis,ſed Iudex ex ſuo puro officio uelit attentata renocare,tunc tale officium dicitur nobile, non autẽ mercenarium, ut admonuimus infra in tertia parte cap. 21.quib.& quot mod.attent.reuoc.num.17.verſi. uia extraordinaria,quæ fit motu proprio.Hoc autem dictum eſt, vt
42 excludat ſpolium ſimplex, cuius reuocatio (licèt fiat ante omnia.l. ſiquis ad ſe fundum.C.ad leg.Iulian.de ui publ.)
30 †Tamen fit iure actionis,& ad inſtantiam partis per interdictum recuperandæ,aut per remedium cap.reintegranda. 3.q.1.Et ſimiliter ut excludat geſta per tertium,quorum re
uocatio debet peti , & fieri uia ordinaria , ut proxime dictum eſt.

Cuius fuit læſa maieſtas.c.ſolicitudinem. & ibi Fran.nu.
31 3.de appe.Natta conſi.568.quidem.nu.4.lib.3. † cum enim attentans.dicatur contemnere iudicem,ad no.in c.1.de appel.in 6.conſequenter dicitur lœdere eius maieſtatẽ † quæ
32 in honore conſiſtit,ut declarat Augu.Bero.in conſi. 165.in propoſita.nu.19.lib.3.

Ante omnia.†ut d.c non ſolum,& ut excludat geſta per
33 tertium,quæ non ante omnia,ſed uia ordinaria reuocantur,ut dictum eſt:alioſque ſimiles caſus,in quibus attentata omnia non reuocantur:quos in unum congeſſimus infra in 3.par.c.30.de priuileg.attent. in 25. priuileg. vbi vltra ducentos caſus enumerauimus, in quibus attentata ante omnie non reuocantur.

34 Reuocandus.†& hoc ſecundum opinionem illorũ, qui tenent,quòd attentata non ſint ipſo iure nulla , ſed valeãt, & propterea opus ſit reuocatione, moti ea ratione:quia qđ nullum eſt,rumpi,aut reuocari non poteſt l. nam & ſi ſub conditione ff.de iniuſt.rupt.irrit.teſta.ca.ad diſſoluendum, & ibi no.de deſponſ.impub.Quamuis contrarium uideatur uerius,ut infra ſuo loco dicemus in ſecunda parte,c.12. de attent.appella.penden. in 16.ampliat.principali, & tenet Lapus alleg.2.num.10.ubi etiam dicto motiuo reſpondere uidetur.

35 Tertiò præmittendum eſt. † Quotuplex ſit attentatum; et quamuis ex diuerſis diſtinctionibus,quæ dantur à gl. & Docto.uideantur etiam diuerſa attentatorum genera poſſe conſiderari,prout eſt illa,quòd†aliud ſit attentatum,qđ
36 37 fit à iudice,aliud, quod fit à parte.†Aliud ſit licitum, aliud
38 illicitum.†Aliud reuocabile,aliud irreuocabile, ut colligitur ex not.per glo.& ſcrib.in cap.non ſolùm.de appel. in 6. vere tamen præmiſſæ differentiæ videntur potius verbales, quàm quæ diuerſificent in ſubſtantia vnum genus attentatorum ab altero,prout eſt , quando à iudice , vel à parte aliquid innouatur:quia quoad ſubſtantiam actus attentati regulariter nihil uidetur intereſſe,Immo in certis caſibus ſupradictarum diſtinctionum uidetur, quòd nec etiam poſſit uere dici,quod quid ſit attentatum, prout eſt, dum conſiderant attentatum licitum,nam quod licite fit,& lege permittente, uere non poteſt dici attentatum , iuxta deſcriptionem ſupra poſitam nume.14 argumẽ. l.Gracchus. C.ad l.Iul.de adult.cum ſimi.& eorum,quæ latius dicemus infra in 2.par.cap.4 de attent.lite pendent.in 11.limit.principali,& iterum capitu.12.de attent,appell.penden. in 15. limit principali per totam:Sic etiam & alia conſideratio , qꝑ attentatum aliud ſit reuocabile,aliud irreuocabile,parum confert ad propoſitum,de quo agimus:nam illa reſpicit actum reuocationis,non autem diuerſificat attentatum,cũ vere etiam attentatum irreuocabile (prout eſt regulariter exhumatio corporis humani,de qua infra in 2.par. capitu. 4.de attent.lit.penden.in 13.limit.principali)dicatur eſſe attentatum ſecundùm ſupradictam deſcriptionem , licèt re-
39 gulariter reuocari non poſſit,ut in dicta 13.limita. † Vnde proꝑmodiori intelligẽtia propoſitæ materiæ, quotuplex.ſ. ſit attentatum,dicendum eſt , quòd multiplex eſt, prout multiplex eſt cauſa ipſius attentati , uidelicet pendentia litis,recuſatio iudicis,dilatio, auocatio cauſæ per ſuperiorẽ facta,appellatio,& ſimiles,de quibus infra diſtincte ſingulis capitibus,ſuis locis plene tractabimus, & erit verbi gratia, Attentatum lite pendente vnum genus : Attentatum poſt auocationem cauſæ aliud genus: Attentatum poſt inhibitionem aliud genus,& ſic de ſingulis , & erunt decem & ſeptem attentatorum genera,prout totidem cauſas (ex quibus attentata uidentur deduci in eſſe)ſingulariter in dictis locis conſiderauimus,& ſummatim in limine dictæ 2. partis capitu.4.de attent.lit.penden. enumerauimus, nam ſecundùm diuerſas attentatorum cauſas diuerſa quoque reſultat in eis iuris diſpoſitio,prout apparet in geſtis appel-
40 latione pendente,& poſt inhibitionem † quandoquidem actus,qui ob ſolam appellationis pendentiam non ſubijceretur vitio attentatorum,ſi tamen à iudice emanauit inhibitio ex vi,& efficacia ipſius inhibitionis tranſit in atten-
41 tatum , exemplum †in iudice dato cum clauſula appellatione remota,qui ab eo de facto appelletur(licèt poſſit pendente huiuſmodi appellatione licite,& citra uitium attentati ad executionem ſuæ ſententiæ deuenire,ad no.per omnes in capitu.paſtoralis.de appel.)†ſi tamen iudex, cui fuerat dicta cauſa appellationis commiſſa. illi inhibuerit, & poſt inhibitionem exequeretur,talis executio diceretur attentata,ut diximus infra in 2.par.capitu.12.de atten. appel. penden.in 8.limit.principali nu. 9.& remiſſiue per hæc, & alia multa exempla late deduximus infra in dicta 2. part.

cap.

Source : BIU Cujas

cap. 20. de attent. post inhibi. in 1. ampliat. principali reg. ibi posi tæ per totam.

43 Quartò præmittendum est. † Quo iure fuerint inuenta attentata? Quæ consideratio licèt aliquibus forsan uideri possit potius curiosa, quàm vtilis (cum illa tunc videantur fuisse, & ab eo iure inuenta, quando per leges, & canones fuit facta generalis illa prohibitio, vt lite, appellatione, vel restitutione in integrum pendente nihil innouetur, de qui bus in rubro, & nigro. ff. nihil nouari appellatio. penden. & extra vt lit. penden. nihil innouetur, & C. restitutio. in in
44 tegrum postulata nihil innouari: Sicut † & aliàs dicunt Docto. de origine Nullitatis, ut tradit Vant. in tract. de nullit. capitu. 1. quid sit nullitas numero 14.) Verè tamen hæc inspectio potest esse admodum vtilis: quandoquidem si illa essent de iure ciuili positiuo, ita vt de iure gentium, vel naturali essent incognita, possent per statutum, ac principis rescriptum tolli, & propterea si mandaretur procedi
45 †sola facti veritate inspecta, † vel nulla iuris solemnita-
46 te seruata (per quas clausulas reducimur ad ius gentium, ita vt per eas censeatur sublatus omnis ordo cognoscendi introductus à iure ciuili, & iudex eo casu teneatur seruare formam iudicij inductam de iure gentium, vel naturali, ad not. in clementina sæpe. de verborum significatio. & per Bartol. in extrauagan. ad reprimendum. in verbo figura, columna prima, ad fin. & latissime per Brun. in tractatu de forma: quando censeat, form. vel solemn. remil. colum. quinta versicu. & simile est de clausula, folio 66.) posset uideri sublatum etiam priuilegium, quod habent attentata, vt in primis, & ante omnia reuocentur, qui ordo videtur inductus de iure ciuili, ad not. tot. tit. nil nouari appellatio. penden. & clarius de iure canonico in capitu. non solum.
47 de appella. in 6. maxime; quia † sublata omni iuris solemnitate videtur sublatus omnis ordo in cognoscendo secundùm Bald. in l. prolatam. colum. fin. & ibi quoque Saly. C. de sentent. & interlocuto. omnium iudicum: prout in simili per præmissa (loquens in spolio) considerabat aliàs (licèt non firmauerit) Iason in consilio 162. pro parte. in princip.
48 libro quarto dum quærit † an statutum remouens omnem iuris solemnitatem censeatur auferre remedium spolij, & canonis reintegranda: quinimo non solùm princeps non posset illa tacite tollere per clausulas supradictas, verumetiam nec expresse per clausulam, quæ quandoque solet in commissionibus apponi, uidelicet, vt reiectis nullitatibus, & attentatis ad expeditionem causæ procedatur, nec etiam diceretur attentata purgare confirmando actum, qui prætenditur attentatus, prout per principis confirmationem illa purgari firmauimus infra in tertia parte capit. vigesimonono de purgat. attentat. versic. Secundum, quod princeps confirmando &c. Minusque verum esset, quod princeps (cum sit supra ius) non attentet, de quo diximus infra in secunda parte capitulo quarto de attent. lit. pen-
49 den. in 12. limit. princip. per totam † cum princeps dicatur esse supra ius positiuum, non autem supra ius naturale, vel diuinum, quæ dicuntur esse immutabilia. §. fina. Institut. de iure nat. gent. & ciui. capitu. ius naturale. prima distinctio. In quo articulo de origine attentatorum, licèt Manfred. practic. conclus. super attent. libro secundo conclus. 221. & post eum recentiores, capitulo secundo de atten. appella. penden. numero 10. dixerint, attentata esse de iure positiuo, in id solum allegantes Iason in d. consi. 162. & Rub. Alexandrin. in consi. 4. (qui ne verbum quidem de attentatis ibi ponunt) pro veriori tamen illius resolutione
62 dicendum est, quòd plures possunt circa hoc considera-
63 ri opiniones.

50 Prima † quòd attentata sint de iure ciuili positiuo, quæ suadetur ex infrascriptis: Primò: quia prohibitio, ne quid innouetur, videtur inducta solùm de iure ciuili, ut in rubro, & nigro, de quibus supra, & attentatorum quoque reuocatio via priuilegiata eodem iure videtur inducta, maxime per capitulū non solum. de appellatio. in sexto. & l. appellatione C. de appella. & ibi not. Secundò: quia princeps ea solum tollit, quæ sunt de iure ciuili, non quæ sunt de iure naturali, vel diuino. dicto capitulo ius naturale, & dicto §. fina. sed princeps potest tam expresse, quàm tacite attentata tollere, prout supra proxime considerauimus, meritò
51 dicendum est, quòd illa sint de iure ciuili. Tertiò † quia in
52 attentatis & illorum reuocatione contempta prætoris maiestas uindicari dicitur secundùm Oldrad. in consi. 206. in causa Cornocen. post princip. † & in eis plus ponderatur
53 contemptus iudicis, quàm ius agentis. Egid. decisio. 49. agens. hic autem contemptus iudicis: † & pœna aduersus tales contemnentes (præsertim alienando rem litigiosam) videtur inducta de iure ciuili, per l. fina. C. de litigios. & de iure nouo secundùm Barto. in l. prima ad finē. ff. de litigio. & Angel. in Authen. de litigios. post principium, & principaliter per l. 1. & tot. titu. ff. si quis iusdicen. non obtemperauerit.

54 Secunda potest esse opinio † quòd attentata sint de iure naturali, quæ similiter suadetur. Primò: quia attentata fundantur in præiudicio, & læsione partis, vt diximus supra in descriptione attentati in verbo præiudicium, numero vigesimoseptimo, & latius infra in secunda parte. capitulo 4. de attent. lite penden. in prima declarat. princip. regulæ ibi positæ numero primo, & per totam, vbi post Egid. & alios, de quibus ibi deduximus, quòd regulariter edictum, nequid lite pendente innouetur, non procedit, quando non adesset præiudicium partis colligantis: cum autem innouatur & attentatur (quia pars læditur) proculdubio fit contra præceptum naturale, quod est honeste viuere, & alterum non lædere. l. iustitia. §. iuris præcepta. ff. de iust. & iu. Secun
55 dò † quia in attentatis, & illorum reuocatione videtur versari defensio illius, qui passus est attentata, cui temeritate attentatis oppressio per iudicis officium succurri, & consuli videtur, & propterea (quatenus continent in se defen-
56 sionem) videntur esse de iure naturali: † cum defensio de iure naturali sit inducta, clemen. pastoralis. de re iudic. l. vt vim. ff. de iusti. & iur. cum similib. Tertiò pendentia iudicij,
57 & litis causat attentata † quæ sine lite regulariter non dan-
58 tur. Cassad. decisio. 6. numero secundo super regulis: † Iudicia autem sunt de iure naturali primæuo, vt eleganter declarat Marant. in Specu. in tertia parte, numero 133. merito & cætera.

59 Tertia potest esse opinio † quòd immo prohibitio, ne quid lite pendente innouetur (& consequenter attentata) nedum sint de iure naturali, verùm etiam de iure diuino, quod ex eo satis primo loco concludi videtur, quod legi-
60 tur in lege Mosaica (quæ etiam † hodie ad decisionem causarum allegari potest, secundùm Cald. in consilio 30. in titu. de testam. Ioan. de Imol. in l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verborum obliga. & in l. 3. ff. de testamē. & Ias. in l. 1. colum. 8. ff. si cert. petatur) in libero Numeri capitu. 35. In quo infrascripta habentur. Propinquus occisi homicidam interficiet: statim, vt eum apprehendet eum interficiet. Deinde in eodem loco subditur. Quando transgressi fueritis Iordanem in terram Canaam, decernite, quæ vrbes esse debeant in præsidium fugitiuorum, qui nolentes sanguinem fuderint: in quibus, cum fuerit profugus cognatus occisi, non poterit eum occidere, donec stat in conspectu multitudinis, & causa illius iudicatur. Ex quibus verbis clare colligitur, quòd occisio homicidæ, (quæ per superiora erat præmissa) prohibetur, donec causa illius iudicatur, & sic (cum lite pendente, eo casu illa innouatio prohibeatur) potest probabiliter dici, quòd prohibitio, vt lite pendente nihil innouetur etiam de iure diuino sit cognita
61 per supradicta. Secundò † obedientia exhibenda magistratibus, & iudicibus est de iure diuino, testante diuo Paulo ad Romanos, capitulo decimotertio quòd omnis anima potestatibus sublimioribus est subdita, & quòd qui potestati resistit, cum Dei minister sit, & non sine causa gladium portat. Vnde cum in attentatis adsit contemptus, & inobedientia iudicum, & magistratuum, vt supra proxime diximus nume. 51. sequitur, quòd attentans dicatur etiam transgressor iuris diuini.

62 Quarta sit opinio † quòd attentata sint cognita de iure ci-
63 uili, naturali tamen ratione dictante, † sicut aliàs dicimus de recusatione iudicis, quæ licèt à iure ciuili (quoad formam. modum procedendi) sit inducta, vt in l. apertissimi. & ibi not. C. de iud. quia tamen in se continet defensionem (quæ est de iure naturali, dicta clementi. pastoralis. de re iudica.) dicitur fuisse inducta dictante ratione naturali, vt est tex. in capitulo secundò requiris. §. primo. in fi. ibi, ipsa nam
64 que ratio dictat &c. de appellatio. † Sicut etiam dicitur aliàs de legitima filiis debita iure naturæ. §. aliud quoque capitulum. in Auth. vt cùm de appell. cognosc. quæ quia ratione naturali dictante fuit introducta, appellatur portio debita de iure naturæ, & quia per leges, & ius ciuile fuit quoad quantitatem, & modum formata, non immerito à lege legitimè denominationem assumpsit, vt post alios elegan ter declarat Pet. Rebuf. in tracta. de recusat. quæstio. secunda, & 3. numero quinto & sequē. in comentar. regijs tom. tertio. Quæ opinio sanè videtur tanquam verior amplectenda: tum † quia in dubio illa est interpretatio attendenda, quæ opiniones conciliat, vt post Saly. in l. filio. ff. famil. ercisc. tradit Grat. in consilio 30. visis. numero 33. lib. primo, &

Source : BIU Cujas

mo,& Soci.Iun.in cõsilio 39.numero 68.& in consi. 121. in fi.lib.secundo.Tum quia(dato etiam quòd quoad origi nem,inuentionem. & essentiam attentatorum, illa essent de iure gentium,Naturali,aut etiam Diuino secundùm di uersitatem opinionum supra relatarum) negari tamen nõ potest,quin quoad ordinem,& modum procedendi priuilegiatum(uti licet ante omnia reuocentur)sint de iure ciuili,vel canonico per iura supra pro prima opinione allegata. Et si dicatur, quòd immo, etiam quoad essentiam sint de iure ciuili,quod ex eo patet;quia princeps potest decernere,ut actus etiam lite pendente factus non sit attentatus per clausulam, circa uitium attentatorum &c. puta quando stante alicuius beneficij reseruatione concederet Breue;quod etiam lite pendente,& citra uitium attentatorum capiatur illius beneficij possessio nomine Cameræ,illi postmodum restituenda,qui literas super dicto beneficio expeditas præsentauerit,de quo latius dicemus infra in secunda parte capitulo quarto,de attenta.lit penden. in prima illat.in vltima limit.regulæ ibi positæ, Et potest etiam princeps illius substantiam, & essentiam tollere confirmãdo actum,qui prætenditur attentatus, ut tetigimus supra proximè numero quadragesimooctauo,quod utique face re non posset, nisi etiam quoad essentiam essent de iure ciuili:cum iura naturalia,vel diuina sint immutabilia per supradicta:potest responderi,quòd licèt princeps tollere non
66 possit iura diuina,vel naturalia † ea tamen quæ sunt inducta per ius ciuile(naturali ratione dictante)immutare , &
67 tollere potest,vt patet in recusatione iudicis† quæ per principem tolli potest,si causam committat,cum clausula recusatione remota,ut not.Docto.in capitulo cum inter.de excep.Dec. in consilio 175.in causa.colum.2.& est communis opinio,de qua testatur Rebuff.in dicto tracta. de recusat.in præfat.quæstio.3.numero nono.Secundò, quòd quãuis princeps non posset per legem uniuersalem tollere attentata,& statuere,quòd actus facti lite, vel appellatione
68 pendente non essent attentati † posset tamen in aliquibus casibus ex causa illud ius naturale,uel diuinum distinguere,
69 limitare,uel declarare,puta† quãdo essemus in adeptione possessionis alicuius beneficii reseruati: quia tunc solet dari illa clausula,citra uitium attentatorum, ut per Stafil. de lit.grat.& iusti.in ultima parte capitulo de rescrip.in forma breuis:cum non sit nouum,quod princeps ex causa poteſt ius gentium,atque etiam diuinum distinguere,& limitare in aliquo eius capitulo, licèt non in totum , ut tradit plene Fely.in capitu. quæ in ecclesiarum.colum. 10. & seq. extra de constit.& post eum Marant.vbi supra numero 45. & 46.Sicut uidemus exemplum in legitima, quæ cum sit de iure naturæ,per statutum non in totum tolli, sed diminui potest,ut not.Docto.in authen.nouissima.C.de inoff.
70 testam.†& in decimis,quæ licèt sint de iure diuino,capitu. primo,de decim.& Deo in recognitionem uniuersalis dominj reseruatæ,ut ibi no.scribentes,& propterea princeps non posset legem uniuersalem condere,quòd decimæ nõ soluantur,potest tamen in certis casibus ex causa alicui cõcedere exemptionem à solutione decimarum,ut in capit. ex parte & in capitulo ad audientiam.de decim.cum simi. quinimo etiam partes inter se possunt super solutione decimarum deuenire quandoque ad compositionem,& huiusmodi conuentio non improbatur,ut in capitu.ex multiplici,de decim.cum simil.Minus obstant, quæ supra pro tertia opinione allegabantur, q̃ attentans videatur transgressor præcepti naturalis, quod est, alterum non lædere:
quoniam potest responderi,quòd cum de illo iure contra transgressores non appareat imposita hoc casu aliqua ex pœnis,quæ militant contra attentantes, de quibus latius infra in tertia parte capitulo ultimo de pœna.atten.per totum, sed illæ videantur inductæ à iure ciuili,uel canoni-
71 co†non sequitur,quis est transgressor iuris naturalis, ergo pœna , & modus ipsius pœnæ est etiam de iure naturali, aut diuino,ut patet in furto,cuius prohibitio,licèt sit de iure diuino,ut in præcepto decalogi,Non furtum facies, suspensio tamen furis (quæ hodie est illius pœna)fuit à iure ciuili,etiam nouissimo introducta: Eodem modo ad illud de defensione respondetur,quòd quamuis per principem tollatur modus procedendi priuilegiatus, ut ante omnia
82 attentata reuocentur,non tamen sibi aufertur omnino de
83 fensio:cum pro illorum reuocatione possit ordinarie , & multis modis per uiam actionis,appellationis,nullitatis,atque etiam querelæ agere,ut late declarauimus infra tertia parte capitulo vigesimoprimo numero vigesimo,& sequ. versicu.via autem ordinaria:quibus remedijs uidetur mederi, & succurri læsioni partis, & quodammodo reparari etiam violatio illius præcepti naturalis,de quo supra & saluis sibi remanentibus alijs remedijs non multum sibi præiudicatur,ut considerat aliàs Rota apud Bisig.decisione 4. vtrum.sub numero tertio. de appellatio. Authoritati autem ex lege Mosaica desumptæ in lib.Numeri capitulo trigesimoquinto. potest facile responderi, quòd, cum illud
72 fuerit præceptum iudiciale,†non sequitur,quòd tanquam præceptum diuinum hodie nos obliget , cum iudiciales
73 Moysis leges†hodie nos regulariter non obligare satis uidetur diffinitum per ea,quæ ex probatis authoribus, atque etiam theologis late tradit Tiraquel.in tract. de utroque re tract.numero 8.& multis sequen.præsertim numero 11. in præfatione.

Quintò est præmittendum,cuius naturæ,& qualitatis sit iudicium hoc,& remedium attẽtatorum,& quamuis multæ sint distinctiones iudiciorum,quæ solent per Doctores considerari,prout uiginti eleganter enumerat Marant. in suo Specu.in quarta parte principa. tamen ad propositum
74 nostrum†sciendum est,quòd iudicium attentatorum, de quo agitur, participat, & cadit sub tribus ex distinctionib.
75 quæ solent per Doct.dari:quia in primis†est summarium, cum iudicium hoc reuocationis attentatorum habeat particulariter hoc priuilegium , ut in eo summarie procedatur,ut est decis.Egid.101.si constat,& Aflict. decis. 351. bis fuit dubitatum:in princip. cum concord. adductis infra in 3. par. c.25. de process. in cã attẽtatorum nu.27.uer.4.quia
76 in cã attentatorũ.Itẽ est iudicium†extraordinarium: ut di-
77 cit Aflic.d.decis.351.numero secundo,& meritò,† quia de iure omne iudicium,in quo proceditur per implorationẽ officii iudicis (prout est istud) solet appellari extraordinarium,ad l.1.ff.de var.& extraord.cognit.l.quintus. ff.de annuis leg.Bartol.in l.si cui legatum.ff.de conditi.& demonstratio.cum simi.de quibus per Marant. in Speculo suo in
78 quarta parte princi.distinctio.decima.†Item dicitur esse iudicium possessorium,indirecte tamen,& incidenter, non principaliter propositum,ut per Nicol. Mil. in suo repert. in verb.possessorio recuperandæ agens habet necesse,folio
79 281.& Egid.decisio.72.incipit:lata.Sententia†enim lata super attentatis sapit naturam meri possessorii, ut per Mil.in verbo executio sententiæ latæ super attentatis. folio 129. Rot.decis.prima,aliàs decimatertia.si iudex.in tertia addit. circa fi.ut lite penden.in no.& decis.secunda, aliàs 113. tres sententiæ de re iudic.in no.& decis.28.aliàs 517.nota quòd tres.de re iudica.in antiq.Licèt autem sapiat naturam possessorii,uere tamen non dicitur iudicari super possessorio,
80 †& propterea lata sententia super attentatis non est apponendum sequestrum,ita in vna Barchinonen. Sancti Bartholomei 12.Octobris 1543.fuit resolutum, ut est in recollect.Putei decis.prima.sequestrum,in titu.de sequest.possess. & fruct. de quo tamen latius dicemus infra in tertia parte capitu.28.de sentent.in causa attent.feren. quæstione tertia numero 116.versicu.secunda opi.Quod ultimum dictum, videlicet,quòd iudicium attentatorium sit possessorium, est sanè intelligendum,quando uia attentatorum agitur pro recuperatione possessionis lite, seu appellatione pendẽte occupatæ.Secus si ageretur ad reuocationem alterius actus li.pend.gesti,puta processus per iudicem à quo facti, vel similium:quoniam hoc casu ridiculum videretur considerare, quòd hoc iudicium saperet naturam possessorii, ut in dictis decis.

Sextò,& ultimò necessariò præmittendum est,ac uidendum,an remedium†attentatorum fauorabile , uel potius
81 odiosum sit censendum: quod prima quidem facie omni prorsus carere difficultate uidetur,cum supra in principio huius præfationis numero secundo dixerimus,quòd priuilegiatum hoc remedium,ac spolio magis fauorabile appelletur,Verùm quia quoad eum,qui passus est attentata, fauor uidetur considerari,& quoad attentantem odium, & hæc consideratio,an aliqua dispositio fauorabilis sit,vel potius odiosa , non nihil conferre uidetur ad resolutionem, quando essemus in aliquo casu dudio,non ab re est,ut pro præmissorum clariori intelligentia hic aliqua circa hoc subiiciamus : Quadruplex itaque in hoc articulo potest esse opin.

Prima † quòd tale remedium sit odiosum, quæ ex infrascriptis suadetur. Primò † quia non est dubium,quòd attentare est delinquere,& sonat in malam partem, ut dicit Egid.decisione decimaoctaua oneratio,& latius adnotauimus infra in tertia parte capitu. vigesimoprimo de pœnis attenta.in principio, in delictis autem (tamquam in odiosis) fit stricta interpretatio l.cum quidam.ff.de liberis & posthumis Bald.in l.non possunt.ff.de legib. cum simil.

Secundò

Secundò huic proxime quia: clari iuris eſt, quòd pœnalia
84 ſunt odioſa † materiam autem attentatorum pœnalem eſ-
ſe ex his apparet, quæ latiſſimæ poſuimus in ſupra allegato
cap.trigeſimoprimo per totum, vbi decem, & octo pœnas
enumerauimus, merito &c. Tertiò, quia licèt in attentatis
poſſit conſiderari (vt dictum eſt) fauor, & odium: prin-
cipaliter tamen uidetur conſiderari odium ipſius attentan-
85 tis, † qui eodem tempore dicitur offendere ius, Iudicem, &
partem, ad no.in cap.cordi. de apellat. in 6. & per Franc. in
cap. bonæ. nume.14.& nume. 39. de appellat. Rot. deciſio.
quinta.aliàs vigeſimaquinta, ex quibus, de reſtitut. ſpoliat.
86 in no.† Et propterea attentans dicitur odioſior, & deteſta-
bilior ſpoliante, ad no. per Docto. præſertim Franc. in cap.
an ſit.nume.4.de appellat. Ripa.in l.naturaliter.§.nihil com
mune.num.67.& 68.ff.de acquir. poſſ. Sigiſmond. Loffred.
in conſil. 21. quoniam.nume.6.Ioan. de Neuizan. in conſil.
87 82.pro Hieronimo. ſub nume.duodecimo. † Et quòd in at-
tentatorum reuocatione videatur principaliter odium con-
ſiderari, ex eo colligitur, quòd in multis caſibus, non ad in-
ſtantiam eius, qui paſſus eſt attentata (& conſequenter non
conſiderato illius fauore) illa reuocantur, in qua reuocatio
ne (cum nō habeatur ratio fauoris prædicti (ſequitur, quòd
remaneat ſola ratio odij attentantis, prout quando noto-
rie conſtat de non iure petentis attentatorum reuocatio-
nem, quo caſu licèt ad illius inſtantiam illa non reuocen-
tur, ex officio tamen Iudicis fit reuocatio, vt declarauimus
infra in tertia parte, cap. 24. de reo, & except. ſib. contra at-
tent.compet.quæſt.1.in ſecunda limit.reg.ibi poſitæ, nume.
55.& fuſius in eadem tertia parte cap. 27. de Iudic. & per
quem attent.reuoc. verſic.circa primam inſpectionem, nu.
88 11.& ſequen. † Ad cognoſcendum autem an aliqua diſpo-
ſitio ſit fauorabilis vel odioſa (cum inſpiciendum ſit, an fa-
uor, vel potius odium ſit principaliter in conſideratione, vt
poſt Alexand.in conſil.197. in cauſa vertente. colum.prima
lib.7.tradit Tiraquel.in tracta.de vtroque retract. in præfat.
ſub nume. 56.& latius ibidem.§.30. glo.prima nume. 5.) ſe-
quitur, quòd remedium, de quo agimus, ſit neceſſariò odio-
ſum cenſendum.

89 Secunda ſit opin. † Quòd immo ſit fauorabile. Primò:
quia ita per Doctor. ſemper quaſi pro adagio uſurpari uide
tur, vt attentatorum remedium facile, vtile, priuilegiatum,
ac fauorabile dicatur, vt tetigimus ſupra in princip. huius
præfationis, & latiſſime proſecuti ſumus infra in 3. parte.
90 cap.30.de priuileg.attent.per tot. Secundò † quia in attenta-
tis, & illorum reuocatione videtur verſari vtilitas publica,
quæ eſt fauorabilis; quia attentare eſt delictum, vt ſæpius di-
ctum eſt, & reipublicæ intereſt, vt delicta non remaneant
impunita.l.ita vulneratus.ff.ad l.Aquil.atque etiam ne iudi-
cia reddantur eluſoria.l.ſiquis rem. ad fi.ff. de arbit.prout in
his terminis publicam vtilitatem conſiderauit aliàs Rota de
ciſ.5.aliàs 433.nota nunquid reo, ad fi. vt lite penden. in an-
tiqu.& Biſignet.deciſ.prima, nunquid reo.ſub num. 6.eo.ti-
91 tu. Tertiò huic proxime † quia attentatorum reuocatio con
cernit periculum animæ attentantis, vt in dictis deciſio. fa-
uorabile autem videtur eximere à periculo animam, quæ
cunctis rebus eſt preciſior. l. Sancimus. C. de ſacroſ. Eccleſ.
92 Quartò † quia ſicut à ſententia lata in cauſa attentatorum
appellari poteſt ſecundum communem opinionem Doct.
quos retulimus (licèt ſecuti non fuerimus) infra in tertia
parte cap.28.de ſentent.in cauſ.attent. feren.nume.44. & ſe-
93 quen. † ita etiam minori aduerſus eam daretur reſtitutio in
integrum (cum hoc non reperiatur in iure prohibitum) ex
quo ſequitur, q̃ huiuſmodi remedium non cenſeatur odio
ſum, aliàs minor hoc caſu non reſtitueretur, quo argumen-
to in ſimili quæſtione aliàs vtuntur Doct. de quibus per Ti-
raq.de retract.in præfatio.nu.57.

94 Tertia † ex præmiſſis colligi poſſe uidetur opin. vt diſtin-
guamus, quòd reſpectu attentantis ſit odioſum (& ita pro-
cedat prima opin.) reſpectu uerò eius, qui paſſus eſt atten-
tata, ſit fauorabile, & procedat ſecunda opin. & ſic vnum, &
idem remedium ſit pro parte fauorabile, pro parte odio-
ſum: Verum quia hæc opin. (diſtinct. ponens in propoſita
q.fauoris, & odij) non uidetur abſque difficultate procede-
95 re, † cum non debeat vna, & eadem res eodem tempore di-
uerſo iure cenſeri, contra l.eum qui. ff.de vſucap. Nec poſ-
ſit quippiam extendi in fauorem alicuius, quod non verta-
96 tur in odium alterius, & econtra † niſi fauor, & odium recipiant
inter ſe commodam ſeparationem, vt poſt alios, quos
allegat, conſiderat eleganter Tiraq.vbi ſupra num.65.& 66.
Commodior autem, & verior videtur odii, & fauoris ſepara
tio, ſi ad diuerſa tempora, quàm ſi ad diuerſas perſonas re-
ferantur, propterea ego pro uera huius articuli reſolutio-
ne dicendum cenſeo (& hæc erit
97 Quarta opin.) † Quòd ſit odioſum, atque etiam fauora-
bile, non tam perſonarum, quàm temporis habita ratio-
ne, cum non ſit nouum, quòd eadem diſpoſitio reſpectu
etiam diuerſorum temporum diuerſo iure cenſeatur, vt no.
98 Docto. in d.l. eum qui. & dicamus, † quòd attentata, quate-
nus deducuntur in eſſe (cum ſimus in delictis, & in pœnali-
bus) cenſeantur odioſa, tam quoad attentantem, quàm quo
ad eum, qui eſt paſſus attentata, quatenus uerò ſunt iam in
eſſe deducta, & inſtatur pro illorum reuocatione dicantur
fauorabilia: Sicut in ſimili in his terminis uidemus id con-
99 tingere in penſione, † quæ dum agitur de illa imponenda
ſuper aliquo beneficio, dicitur eſſe odioſa: quia per eam vi-
dentur beneficia diuidi, & ſcindi contra diſpoſitionem Ru-
bricæ, & totius tit.vt eccleſiaſt.benefi.ſine dimin.confer.poſt
quam verò eſt per Papam impoſita, & agitur de illius ſolu-
tione, cenſetur fauorabilis, vt eleganter declarat Hier. Gig.in
tract. de penſion.q.96. in princ. & per tot. Quæ opin. omni-
no tenenda videtur, tum quia veritate nititur, tum quia di-
uerſitatem opinionum conciliat, iuxta Doct. Saly. in l.filio.
ff.famil.erciſc. Ex qua duæ reſultant non inutiles concluſio-
100 ones † Vna, quòd attentatorum reuocatio eſt fauorabilis, &
101 in dubio † fauere debemus reuocationi attentatorum, ut
eſt deciſio Biſignet quarta, vtrum innouata.ſub nume.6.de
appellat. de qua reuocatione (cum late dixerimus infra in
tertia parte cap. 29.de purgat.attent. & illius veritas clare ap-
pareat ex tot priuilegijs, quæ à iure attentatorum remedio
indulgentur, de quibus fuſe in dicta tertia parte, cap.30. per
102 tot.) ſufficiat lectorem ad ibi dicta remittere. † Altera eſt,
quòd (ex quo attentata. quatenus in eſſe deducuntur, ſunt
odioſa) in dubio ſit facienda interpretatio proprio non at-
103 tentatis. Quæ concluſio ſuadetur. Primò † quia in dubio
ſumenda eſt interpretatio, ut euitetur delictum, & conſe-
quenter attentatum.l.merito.ff.pro ſocio. Fely.in c. auditis.
nume.30.de præſcrip. Ruyn.in conſil.primo, reuocatur.nu-
me.3.lib. 5.& in terminis vitij litigioſi Barto.in l.non ſolum.
§.ſed vt probari.ſub num.3.ff.de nou.oper.nunc. Hippol.de
Marſ.in l.prima, nume.68.C.ad l. Cornel. de ſicar. cum aliis
cumulatis per Gabriel. commu. concluſ.lib.7. de criminali-
104 bus, concluſ.2.per tot.quia † attentare eſt delictum, & ſonat
105 in malam partem. Egid. deciſ.18. oneratio, † cum attentans
dicatur offendere ius, Iudicem, & partem, ad not.in c.cordi,
vbi omnes, de appellat.in ſexto, paſſimque id firment ſcri-
bentes, & ponit Rot.deciſio. 5.aliàs 25.ex quibus de reſtitut.
ſpol.in no. & poſt Lap. & alios Alexand. in conſil. 99. uiſis.
106 nume.9.lib. 5. † & ſicut in cæteris delictis (ad hoc, vt puni-
ri poſſint) requiritur dolus, ad not. per Barto. in l.prima.§.
non autem.ff. ſiquis teſtam. lib. eſſe iuſſ. fuer. & per Bald.in
l.non ideo minus.colum.3.C.de accuſat.& per Blanc.in ſua
107 praxi criminal.in cap.incip.viſis indiciis. nu.124. † Ita etiam
in attentatis conſideratur dolus, ut dicit expreſſe Rota in
dicta deciſio. quinta, & eſt etiam in recoll. A. Auguſtini de-
108 ciſio.vndecima, lib. ſecundo. † Ea enim, quæ fiunt, vel con-
tra præceptum Iudicis, vel lite pendente contra prohibitio-
nem legis (de qua in rubro, & nigro, ut lite penden. nihil in-
nou.) dolum arguere videntur ſecundum Auguſt. Bero. in
conſil. 120.concludo.nume.33.lib.primo, & propterea dice-
bat aliàs Pariſ.conſil. 138.dico in cauſa.num. 28. lib.quarto.
109 † quòd alienatio facta lite pendente præſumitur dolo facta.
110 Secundò pro prædicta concluſione facit: quia † in dubio aſ-
ſumitur interpretatio, quæ minus præiudicat, vt poſt alios
tradit Decius in conſil.445. in caſu nume.44. & poſt eum, &
alios Soci.Iun.in conſi.181.de duobus.num.85.lib.ſecundo.
Tertiò ex alia ſimili propoſitione, quæ habet, quòd quando
conſilium poteſt ſe habere ad bonum, & malum, interpre-
tatio fit in bonum, ut poſt Bal.ibi deducit late Iaſ.in l.prima.
C.de ſeruis fugit.& ſequitur Boſſ.in ſua prax. crimin.in titu.
de mandat.ad homicid. nume.49. ex quibus non immerito
concluditur, quòd in dubio inclinandum eſt pro non atten
tatis. Et ideo aliàs in una Tiraſonen.erectionis, ſiue atten-
tatorum coram Reumano 11. Ianuarij 1555. in qua, (cum
medietas fructuum abſolute ſpectaret ad capitulum dictæ
eccleſiæ, alia verò medietas prætenderet clerus ad ſe ſpecta-
re, & fuiſſet per clerum deductum, quòd capitulum perce-
perat quoſdam fructus, quos clerus prætendebat eſſe litigio
ſos, & propterea capitulum attentaſſe, & ad excludenda at-
tentata allegaretur pro parte capituli, quòd in dubio erat
præſumendum capitulum percepiſſe fructus ſuos, & ad ſe
ſpectantes, non autem alienos & litigioſos) Domini tenue-
runt pro non attentatis: Et ſimiliter in alia Meſſanen. præ-
tenſorum attentatorum coram Gropperio 10. Martij 1563.
In qua (cum dubitaretur, an Gaſpar eſſet comprehenſus

Source : BIU Cujas

in petitione,& consequenter in lite, de qua ibi,ad effectum, vt ille diceretur attentasse, & petitio esset dubia, & aliquam contineret difficultatem) Domini senserunt, quòd non essent attentata, assumentes interpretationem petitionis ex quadam incusatione contumaciæ, quæ ibi in facto præsupponebatur, quæ dubiam petitionem declarabat & erat sufficiēs ad excludenda attentata secundum eos.

111 His præmissis tota ista materia † diuiditur in tres partes principales. In prima, cum tractatus personarum præcedere debeat, tractabimus per quas personas dicatur attenta
112 ri. † In secunda de rebus,& consequenter, quando, & quibus casibus dicatur attentari, qui, quot, & quales sint in ip-
113 sius secundæ partis limine summatim enumerabuntur. † In tertia,& vltima agemus de illorum reuocatione: circa quā, quæ dicenda veniunt distincte in initio dictæ tertiæ partis similiter summatim,& per capita proponemus.

Redeundo igitur ad primam, sciendum est, quòd attentata dicuntur ab infrascriptis personis fieri, videlicet

Ab actore
A reo, seu ambos vno vocabulo comprehendendo,
A parte
A Iudice
A tertio, seu
Ab habentibus causam ab altero prædictorum.

SVMMARIVM.

1 *Pars quomodo attentare dicatur.*
2 *Remedium attentatorum habet locum in attentatis à parte.*
3 *Procurator venit appellatione partis.*
4 *In commissione causæ de consensu partium sufficit consensus procuratoris.*
5 *Procurator dicitur aduersarius.*
6 *Attentata à procuratore non veniunt reuocanda, nisi quatenus haberet speciale mandatum.*
7 *Mandatum generale non sufficit ad effectum attentatorum.*
8 *Iulij Oradini olim sacræ Auditorum Rotæ Decani commendatio.*
9 *Ratio quare procurator sine speciali mandato non attentet.*
10 *Attentare est delictum.*
11 *Attentare verbum sonat in malam partem.*
12 *In generali mandato non censetur quis mandasse procuratori, vt delinquat, vel faciat id propter quod principalis suus incidat in pœnam, seu delictum.*
13 *Gesta per Procuratorem generalem regulariter non sunt attentata.*
14 *Mandatum ad percipiendos fructus pertinentes ad constituentem non sufficit ad attentandum.*
15 *Ex mandato generali non dicitur constare de attentatis.*
16 *Procurator generalis non attentat, etiam si aliqua culpa posset domino ascribi in gestis per ipsum.*
Contrarium sentit, num.18. & seq. defenditur tamen prima sententia, num.25.
17 *Dominus liberans debitorem sub certa pœna, si procurator petat, non incidit in pœnam conuentam.*
19 *Dominus non certiorando procuratorem cum possit, dicitur in culpa pro male gestis à procuratore.*
20 *Si dominus potuit monere procuratorem, ne peteret, & non monuit, pœna contra ipsum committitur, si procurator perierit,*
21 *Defuncto non informante hæredem de rebus à se gestis pœna committitur contra hæredem contrauenientem.*
22 *Pœna committitur contra dominum qui potuit monere, & prohibere procuratorem, & non probibuit.*
23 *Procurator generalis non attentat culpa domini interueniente, si culpa sit leuis, secus si lata.*
24 *In attentatis habetur ratio doli.*
25 *Lata culpa non æquiparatur dolo, quando delictum de sui natura importat dolum.*
26 *Sindicus generalis communitatis non attentat quoad communitatem.*
27 *Citatio executa contra personam Sindici genaralis non potest inducere litem contra communitatem.*
Præsertim si aderat Syndicus specialis in causa, nu.28. cum seq.
29 *Specialis, & non generalis procurator citari debet.*
30 *Falsus procurator non attentat.*
31 *Gesta à falso procuratore sunt nulla, etiam si tendant ad eius fauorem.*
32 *Procurator specialis ad attentandum dicitur attentare, si illius vigore actum faciat.*
33 *Mandatum speciale, & sufficiens diceretur, si in eo daretur facultas literas executoriales intimandi, illasque ad executionem deducendi.*
34 *Procurator ad intimandum, & exequendum literas executoriales, si literis intimatis non reproduxerit coram Auditore, qui illas relaxauit, sed coram alio sub executore per eū electo & coram eodem processerit ad promulgationem censurarum dicitur attentasse.*
35 *Executoriales ad hoc vt processus earum vigore factus valeat post illarum intimationem debent reproduci coram Auditore à quo emanarunt.*
36 *Mandatum sufficiens ad attentandum diceretur quando in eo essent aliqua expressa per quæ posset dominus incidere in pœnam cum clausula generali, ad omnia alia quæcunque, quæ speciale mandatum requirerent.*
37 *Procurator generalis cum clausula, ad omnia quæcunque etiam requirentia speciale mandatum, potest ea facere, per quæ dominus in pœnam incidat.*
38 *In mandato (expresso vno speciali cum clausula generali) veniunt, & comprehensa censentur alia specialia paria, non autem maiora.*
39 *Mandatum speciale illud censentur, quod nominatim aliquid fieri cōtinet, & nominatim aliquid fieri dicitur, quod fit proprio nomine, vel uim proprij nominis habente expresso.*
40 *Procurator specialis ad attentandum dicitur attentare, nisi excesserit fines mandati.*
Quod limitatur, num.44.
41 *Procurator ad petendam, & obtinendam institutionem litigiosi beneficij ab Ordinario, si institutione obtenta possessionem beneficij adeptus fuerit, illiusque fructus perceperit, mandatique fines excedat quoad possessionis acquisitionem, ac fructuum perceptionem dominus non conuenitur remedio attentatorum.*
42 *Dominus in criminalibus regulariter non tenetur de excessu sui procuratoris.*
43 *Mandans dari colaphum, vel baculo percuti, si mandatarius vulnerauit, non tenetur de excessu, & sic de vulnere.*
44 *Procurator specialis excedens fines mandati dicitur attentare, quando excedit sciente, & non contradicente domino.*
45 *Ratihabitio sufficit etiam in excedente fines mandati.*
46 *Ratificatio tacita eius, qui sciuit, & non contradixit, sufficit etiam in his quæ requirunt speciale mandatum.*
47 *Procurator generalis attentat, quando dominus ratificat actum attentatum.*
48 *Ratum habens delictum punitur sicut mandans.*
49 *Attentatorum remedium habet locum in gestis a procuratore etiam generali & à domino ratificatis.*
50 *Ratificans non euitat pœnā attentatorum, licèt velit cedere acquisitis per actum attentatum a procuratore gestum.*
51 *Purgatio attentatorum vltra cessionem actus attentati continet pœnā refectionis expensarum, ac fructuum restitutionis, & vlterius suspensionis processus in negocio principali, & nu.52.*
53 *Processus in causa principali non impeditur prætextu attentatorum per procuratorem non secuta ratificatione domini.*
54 *Ratihabitio, ēt tacita sufficit ad attentatorum remedium inducendū.*
55 *Ratificatio tacita fit multis modis, & nu.seq.*
56 *Dominus comparens in Iudicio (in quo procurator prætenditur attentasse) dicitur ratificare.*
57 *Per constitutionem procuratoris in illa causa, cuius processus prætenditur attentatus, inducitur ratificatio.*
Dummodo mandatum fuerit validum, vt nu.58.
59 *Dominus habens notitiam attentatorum, & non renuncians, dicitur ratificare.*
60 *Inducitur quoque attentatorum ratihabitio domini, si ipse potuit prohibere, & non prohibuit.*
61 *Sustentatione litis super attentatis introductæ colligi etiam ratificationem domini.*
62 *Sustentatio litis non solum inducit domini ratificationem, sed ulterius ratihabitionem successoris, respectu eorum quæ per antecessorem fuerunt attentata.*
63 *Scientia attentatorum per antecessorem operatur, vt etiam successor teneatur ad reuocationem attentatorum.*
64 *Ratificatio domini facit attentata gesta per procuratorem, si ille gessit nomine domini, secus aliàs: Contrarium, nu.65. Prima tamen opinio ampliatur, nu.67.*
66 *Ratificare nemo potest, nisi quod suo nomine gestum est, quando tractatur de alterius præiudicio, secus si de ratificantis damno agatur.*
67 *Ratificatio inducta etiam ex sustentatione litis non sufficit ad inducēda attentata in gestis à procuratore, qui non gessit nomine domini ratificantis.*
68 *Ratihabitio domini non sufficit, quando actus attentatus per procuratorē gestus est cū clausula, omni meliori modo & c. & nu.seq.*
69 *Dominus simpliciter ratificans gesta per procuratorem cum clausula, omni meliori modo & c. & cum declaratione excludente attentata censetur ratificasse facta ab eo cum illa declaratione.*
70 *Clausula, omni meliori modo, quo potest, operatur, vt actus gestus cū eo non dicatur attentatus, cum non dicatur quis id posse, quod sine delicto, & honeste non potest.*

Per

71 *Per domini ratificationem non fiunt attentata, quando dominus ratificauit generaliter, & ignorabat in geſtis à procuratore exiſtere attentata.*

72 *Ratihabitio ad hoc ut operetur, requirit ſcientiam ratificantis.*

73 *Ratificatio non extenditur ad ignorata.*

74 *Ratihabitio generalis non extenditur ad actum dolo initum, neque ad aliud illicitum.*

75 *In attentatis verſatur dolus.*

76 *Ratificans, ad hoc vt ratihabitio non ſit fruſtratoria, non ſolum debet habere ſcientiam actus attentati in genere, ſed requiritur ſcientia in ſpecie.*

77 *Scire non dicitur, niſi qui certò ſcit.*

78 *Scientia domini geſtorum à ſuo procuratore poteſt multipliciter haberi, & num. ſeq.*

79 *Scientia domini actus attentati colligitur, ſi ex actu attentato aliquid in eius commodum & vtilitatem conuerſum eſt.*

80 *Delicti ratificatio elicitur ex vtilitate, & commodo ex delicto proueniente.*

81 *Delictum commiſſum ad meam vtilitatem præſumitur perpetratum me ſciente, & mandante.*

82 *Domini ſcientia præſumitur ex eo, quòd actus attentatus à procuratore ſit de arduis, & talis, vt veriſimiliter fieri non deberet ignorante domino.*

83 *Demolitio mœniorum Ciuitatis, vel Caſtri litigioſi per procuratorem, vel miniſtros facta præſumitur facta cum ſcientia, & conſenſu domini.*

84 *Poſſidentes beneficium nomine Titij ſi ſpoliauerint, & nuncium Titium citare volentem vulnerarint, cenſentur ſpoliaſſe, & vulnera intuliſſe cum ſcientia, ac notitia ipſius Titij.*

85 *In actu attentato per procuratorem ſcientia domini interueniſſe præſumitur, ſi actus requirit talem impenſam, quam non ſit veriſimile procuratorem de ſuo feciſſe.*

86 *Scientia domini colligitur, quando de attentatis per procuratorem conſtat in actis.*

87 *Ex lapſu longi temporis, ex grauitate actus, & ex qualitate perſonarũ elicitur ſcientia domini in geſtis à procuratore.*

88 *Scientia attentatorum per procuratorem in domino non præſumitur.*

89 *Dominus non præſumitur habere ſcientiam geſtorum per ſuum procuratorem ad hoc, vt incidat in pœnam l. ſi quis maior. C. de tranſact.*

90 *Per conſtitutionem procuratoris cum ratificatione generalis geſtorum ab eo non cenſetur dominus ratificaſſe attentata, niſi eſſent in actis.*

91 *Ratificatio circa attentata non debet plus operari, quàm procuratoris conſtitutio.*

92 *Dominus etiam facto proprio contraueniendo litis pendentiæ, ſeu inhibitioni (quas ignorabat) non dicitur attentare.*

Cap. I. De attent. a Parte.

1 AParte † attentatur, ut in cap. 1. extra de appellat. cum ſimilibus nam abſque dubio re-
2 medium † attentatorum habet locum in attentatis ab ipſis partibus, vt dicit Franc. in cap. bonæ colum. 3. verſic. & ex his. ſub nume. 10. de appellat. poſt gloſ. in cap. non ſo-
3 lum. eodem titu. in 6. Quamuis autem procurator † veniat aliàs appellat. partis, ut not. Nic. de Mil. in verbo pars appellatione, fol. 249. & eſt deciſ. Caſſad. 3. ſæpe, num. 3. de reſcript. Vbi poſt Mil. vbi ſupra & nota. per Docto. in cap. ſuborta. de
4 re iudic. refert Rot. pluries tenuiſſe, quòd commiſſa † alicui
5 cauſa de conſenſu partium ſufficiat hoc caſu conſenſus procuratoris: quia cenſetur pars. Et procurator aliàs † dicatur aduerſarius, ut poſt Mil. habetur in recollect. Guid. Bon. deciſio. 40. voluerunt domini, circa fin. ſub rubr. de appellat. Et propterea ſicut attentata à parte reuocantur, ita etiam debe-
6 rent reuocari attentata à procuratore, qui cenſetur pars. Nihilominus niſi † procurator ad hoc habuiſſet ſpeciale
7 mandatum, non daretur hoc caſu reuocatio: cum generale † mandatum non ſufficiat ad effectum attentatorum. Rot. deciſ. ſeptima aliàs 81. quoad reuocationem. vt lite penden. in no. & poſt eam Mil. in verbo attentata lite pendente per procuratorem, fol. 36. Lap. in cap. eum qui. de præben. in 6. moderni in praxi Ro. cur. lib. 8. in cap. ut lite penden. & de attent. verſic. quòd ſi agatur, ſub nume. 18. & non ſufficere generale mandatum, & quòd ita ſeruat Rota, dixerunt domini in una Maioricen. de Luca, de menſe Decembris 1562.
8 Coram R. P. & Domino meo bon. me. Iulio † Oradino olim ſacræ auditorum Rotæ Decano meritiſs. Cuius ſicut in iure aliàs publice interpretando acumen ingenij, in iudicando ſcientiam, ac integritatem, ac (dum Peruſinæ præfuit Eccleſiæ) religionem, pietatem, ac prudentiam omnes admirati ſunt, ita ego qui, legentem, iudicantem, ac demum commiſſo ſibi gregi inuigilantem ſum expertus, non ſolum, qua potui ſemper ſum maiori veneratione complexus, uerumetiam ob ſummam eius erga me beneuolentiam (præſertim quoad hoc opus perficiendum) tantum me ſibi debere ingenue fateor, quantum me nunquam perſoluere poſſe confido. Is enim meum ſuper hoc argumento ſcribendi propoſitum nunquam non uehementer adiuuit, non ſolum abhortationibus, & librorum etiam non impreſſorum copia, ſed etiam (quod ego plurimi ſemper feci) quia ſe aliàs illud idem animo concepiſſe teſtatus eſt, & demum ad eum imprimendum, poſtquam in aliqualem, licèt rudem formam redactum per capita percurrere (quæ ſua fuit humanitas) non eſt dedignatus, ita impulit ſemper, ut ſi quid ex his noſtris lucubrationibus adiuti ſe aliqui ſenſerint, id omne non tam mihi quàm illi debeant ferre acceptum.

9 Sed vt reuertamur, vnde digreſſi ſumus, huius † dicti, quòd procurator ſine ſpeciali mandato regulariter non attentat,
10 ea ratio eſt; quia cum attentare † ſit delictum, argum. cap. primi, vt lite penden. in ſexto, & no. Franc. in dicto cap. bonæ.
11 nume. 14. & nume. 39. de appellat. & ſonet † in malam partem, ſecundum Egid. deciſio. 18. Oneratio, & latius diximus ſupra in præfatione, nume. 83. & 104. in generali mandato
12 † non cenſetur quis mandaſſe procuratori, vt delinquat, aut faciat principalem ſuum in pœnam, aut delictum incidere l. ſi procurator, & ibi gloſ. & Docto. præſertim Laſ. nume. 4. & ſeq. ff. de condit. indeb. Rot. dicta deciſ. 7. aliàs 81. Alexan. conſil. 105. magnifice prætor, num. 27. lib. 3. vbi teſtatur hanc eſſe communem opinionem, & in conſi. 17. in cauſa, & lite. num. 2. lib. 6. & eſt deciſ. Toloſ. in pulchro caſu 476. & ibi Stefan. Aufrer. in addit. Lap. alleg. 127. Anaſtaſius. num. 5. Roman. conſi. 60. mandatum. nume. 2. & conſil. 74. miror. poſt princ. Ful. conſi. 219. ſuper eo. nume. 2. Imol. conſi. 76. viſis, & conſil. 84. viſa. in fi. Late Felyn. in cap. primo, nume. 8. & ſequen. extra vt lite non conteſtat. Decius, in l. ſi quis iniquum. §. ſi procurator. ff. quod quiſque Iur. Pariſ. conſi. 100. tritiſſimum eſt. ſub nume. 7. lib. 3. Ioan. Bapt. Ferret. conſi. vigeſimoprimo, vacante ad fi. & Aug Bero. qui ſimiliter hanc commu. opin. dicit in conſi. 25. viſis nume. 3. lib. 3. quinimo quoad terminos dictæ l. ſi procurator, ſufficit, quòd huiuſmodi damnum ex facto procuratoris domino contingere poſſit, licèt non contingat, ut poſt Soc. in conſi. 120. colum. 3. lib. primo, animaduertit nouiſſime magnæ lectionis, & eruditionis uir, & nunc Cardinalis ampliſſimus Io. Hieronymus Albanus in conſil. 7. requiſitus, num. 12. Verum quia iſta concluſio non eſt perpetua, ſed nonnullas neceſſariò recipit declarationes, & limitationes, idcirco pro faciliori huius materiæ intelligentia conſtituenda negatiuè eſt

13 Regula, quòd geſta per procuratorem † regulariter non ſunt attentata (& intellige de procuratore generali, quia ſpecialis attentat, vt infra in prima limit. nume. 32.) per omnia ſupradicta, & præſertim per rationem d. l. ſi procurator, quòd in generali mandato non venit delictum, & propterea fuit aliàs reſolutum in una Tiraſonen. erectionis ſiue attentatorum coram Achille de Graſſis 6. Februarij. 1558. quòd man-
14 datum † ad percipiendum fructus pertinentes ad conſtituentem non eſt ſufficiens ad attentandum: quia donec procurator percipiendo fructus attentat, non dicuntur fructus ad cõſtituentem pertinere, vt eſt deciſio. in recollec. Caputaquen. primo 128. incip. mandatum, & ſimiliter in alia Boianen. iuriſdictionis coram Capizuco. 21. Iunij 1555. in qua (dum inter cætera allegaretur quòd geſta per quendam viſitatorem (lite inter Metropolitanum, & Epiſcopum Boianen. pendente) non eſſent ſubiecta uitio attentatorum ex eo: quia ille uiſitator non habebat à Metropolitano ſpeciale manda-
15 tum) fuit † per dominos reſolutum non conſtare de attentatis. Quam regulam amplia.

16 Primò, ut procedat † etiam ſi aliqua culpa poſſet domino aſcribi (puta quia procuratorem non certiorauit) pone enim, quòd prouiſus in curia de beneficio conſtituerit procuratorem ad capiendum illius poſſeſſionem, & deinde fuerit ſuper eodem beneficio in curia iudicialiter conuentus, & ita beneficium fuerit factum litigioſum, dominus autem aut non notificauit id ſtatim procuratori, aut ſi notificauit, ſaltem notificationem non probauit, vtrum attentata per procuratorem in partibus veniant contra principalem reuocanda? & aliàs eueniente caſu maior pars dominorum viſa eſt tenere, quòd non, ex quo dominus non deliquit per ea, quæ tradunt Barto. & alij in l. in illa ſtipulatione.

Source : BIU Cujas

la ſeconda. ff.de uerborum obligat. dum dicunt, dominum
17 † qui fecit quietantiam debitori ſub certa pœna non incidere in pœnam procuratore petente, vt eſt deciſio. in recollect. Gambari. ſecunda. incip. fuit dubitatum. ſecundum lecturam negatiuam (nam in quibuſdam codicibus legitur
18 affirmatiue, & totum contrarium) quæ opinio † affirmatiua licèt in caſu illo per dominos verè non fuerit tenta, ſed negatiua, vt colligitur ex his, quæ ponit ibi in fine Collector in verſic. ſed illa deciſio facit in oppoſitum: in rei tamen veritate uidetur probabilior, præſupponendo (prout vere ne
19 gari non poteſt) quòd dominus † non certiorando poſt litem motam ſuum procuratorem, vt non debeat amplius poſſeſſionem capere, dicatur eſſe in culpa, argum. l. fideiuſſor. §. 1. ff. mandati. cum etiam Doct. in dicta l. in illa. præſertim Alexan. Paul. de Caſtr. Imol. & Iaſ. videantur admitte-
20 re, quòd ſi dominus † monere potuit procuratorem, ne peteret, & non admonuit, dicatur pœna committi. Sicut
21 etiam ubicunque defunctus † deceſſit improuiſus, & non in formauit hæredem de geſtis per eum, pœna committitur contra hæredem, vt poſt Iac. de Aret. & Pe. Cy. & Angel. refert Imol. in d. l. in illa. ſub nume. 3. & facit, quod tradit Lap. allegat. 127. Anaſtaſius. nume. 5. & 6. dum voluit, pœnam
22 † in caſu ſuo committi, quando quis potuit procuratorem admonere, & prohibere, & non prohibuit. Quòd ſi authoritate ſupradictæ deciſionis hæc ampliatio eſſet retinen-
23 da, neceſſariò forſan intelligenda † eſſet, quando domino hoc caſu leuis aliqua culpa poſſet aſcribi, ſecus ſi eſſet lata culpa, puta ſi habuiſſet commoditatem loci, temporis, & perſonarum ad admonendum procuratorem, vt abſtineret ab adeptione poſſeſſionis beneficij poſt illius conſtitutionem effecti litigioſi, & non admonuit: quia cum illa æquiparetur dolo ad no. per Docto. in l. quod Nerua. ff. depoſiti,
24 non immerito poſſunt hoc caſu conſiderari † attentata, in quibus etiam habetur ratio doli. Rot. deciſ. 5. aliàs vigeſimaquinta, ex quibus, de reſtitut. ſpol. in no. & diximus ſupra latius in præfatione nume. 107. Niſi ſuſtinendo deciſio. dicas,
25 quòd † quando delictum de ſui natura importat dolũ (prout videtur eſſe attentatum) tunc lata culpa non æquiparatur dolo, & non ſufficit, vt tradit Ruyn. in conſi. 2. primò quæritur, num. 6. lib. 5.

26 Secundò amplia, ut nec etiam geſta per ſyndicum † communitatis generalem dicantur attentata, & ideo ſi poſt citationem, & inhibitionem factam alicui ſyndico communitatis idem ſyndicus obtinuerit, quòd ſententia mandaretur executioni, talis executio reſpectu communitatis non dicitur attentata, vt dixerunt domini in una Rauennaten. prætenſorum attentatorum coram Caputaquen. vigeſimoquinto Ianuarij 1553. ea ratione inter cætera: quia citatio
27 † exequuta eo caſu in perſonam ſyndici non potuit inducere litem quoad communitatem, ad no. per glo. in l. non poteſt dolo. de regul. iur. & Soci. in tracta. de cit. in decimaſeptimo artic. quæſt. ſeptima præſertim ad effectum attentatorum,
28 & inducendi delictum, maximè † ſi ad illam cauſam aderat
29 ſyndicus, & procurator ſpecialis in curia: quia ille † citandus erat. Card. in conſil. 10. colum. ſecunda, nume. quinto. Franc. in cap. fin. colum. antepenult. verſic. vltimò quæritur, & colum. fina. verſic. iterum dubitatur, de appellat. Decius, in conſi. 460. viſo num. 131. Felyn. in cap. cum contingat. colum. ſexta, verſic. ſexta, concluſio. & colum. ſequenti, verſic. an autem limitatio, de reſcript. Aymo in conſi. 182. videtur. ſub nume. 10.

30 Tertiò ut regula procedat, & multo magis in eo † qui vere non erat procurator, geſta omnia à falſo procuratore non eſſe attentata, voluerunt domini in vna Gerunden. coram A. Auguſtino, vt eſt deciſio. in recoll. Achill. de Graſſ. 28. attentata poſt ſententiam, ſub titu. de attent. quoniam ſi geſta per † falſum procuratorem etiam, quæ tendunt ad illius
31 fauorem non valent (prout eſt ſententia per eum obtenta) de cuius inualiditate poteſt etiam vſque ad mille annos dici, vt per Bertrand. poſt alios in conſi. 192. multa ſunt. num. 9. lib. 2. multo minus debent ualere ea, per quæ dominus incideret in pœnam.

Limita eandem regulam.

32 Primò, ut non procedat, quando procurator † haberet mandatum ſpeciale ad attentandum, vt uolunt Docto. ſupra in princ. allegati, dum omnes dicunt, per procuratorem non attentari, niſi habeat ſpeciale & ſufficiens mandatum: ſuffi-
33 ciens † autem diceretur mandatum, quando quis fuiſſet cõſtitutus ad intimandum literas executoriales, illaſque ad exe-
34 cutionem deducendum, & ideo ſi dictus procurator literis intimatis illas non reproduxit in curia coram Auditore, qui illas relaxauerat, ſed vigore dicti mandati illas reproduxit coram certo ſub executione per eum electo, & coram eo etiam ad promulgationem excommunicationis & cenſurarum proceſſit, talem proceſſum, & cenſuras attentatas fore, & conſequenter pro bono mandato inclinauerunt domini in vna Toletan. matrimonij coram Domino meo Oradino 9. Decembris 1555. non obſtante, quòd allegaretur regula ſupradictæ l. ſi procurator, cum regulare ſit, quòd ad hoc, ut
35 actus, & proceſſus factus uigore † executorialium ſit ualidus, debent literæ poſt illarum intimationem coram Auditore reproduci, & ſeruari quatuor termini ſoliti, vt docet Caſſad. deciſio. ſexta gratia ſubrogationis, nume. vndecimo de cauſ. poſſ. & propriet. & diximus latius infra cap. quarto de attent. lite penden. in prima illatione, in 3. ampliat. regul. ibi
36 poſitæ. Eodem modo ſufficiens † mandatum cenſendum eſſet, quando in procuratorio fuiſſent aliqua expreſſa, per quæ poſſet dominus in pœnam incidere, puta quòd poſſit opponere crimina, & defectus, redarguere de falſo, & huiuſmodi, per quæ in euentum non probationis dominus pœnam incurreret, & deinde in mandato fuiſſet adiecta clauſula generalis, ad omnia alia quæcunque, quæ ſpeciale, ac ſpecialius mandatum requirerent: tunc enim, quia
37 procurator † dicitur habere ſufficiens mandatum etiam ad ea per quæ conſtituens in pœnam incideret, ut poſt Lap. Gemin. Card. & alios per eum allegatos, late & eleganter deducit Aug. Bero. in dicto conſi. 15. viſis. nume. 15. & pluribus ſequen. lib. 3. poteſt probabiliter hæc doctrina etiam ad materiam attentatorum adaptari, vt ſtante huiuſmodi forma mãdati per actum à procuratore attentatum cenſeatur dominus in pœnas attentatorum incidiſſe de quibus dicemus infra in tertia parte, cap. 31. ex quo ceſſat hoc caſu ratio dictæ l. ſi procurator. Quæ omnia optime comprobantur, ex his, quæ ponit Lap. alleg. 70. ſæpe vidi. nume. 10. dum uult,
38 quòd expreſſo in mandato † uno ſpeciali, & ſubſecuta clauſula generali, veniunt etiam alia ſpecialia, quaſi hæc clauſula generalis adiecta ſpecialitati, habeat vim ſpecialis mandati quoad alia ſpecialia paria, licèt non quoad maiora, declarans, quòd mandatum † illud cenſetur ſpeciale, quod nomi-
39 natim datur ad aliquid faciendum, per l. non ſolum. §. fin. & l. Pomponius. in princ. ff. de procurat. & l. illud. §. ſi talis. ff. de minor. Nominatim autem dicitur fieri, quod fit vel proprio nomine expreſſo, vel eo quod habet uim proprij nominis, cap. licèt ex quadam, de teſtibus. l. nominatim. ff. de liber. & poſth. l. ubi autem. ff. de verborum obligat. l. certum. ff. ſi certum petat. prout uim proprij nominis habere dicitur hoc caſu id, quod expreſſis caſibus ſpecialibus continetur poſtea in clauſula generali vltimo loco adiecta. Hæc autem, quæ de ſpeciali mandato ad attentandum dicta ſunt, ſublimitan-
40 da videntur, niſi procurator † fines mandati exceſſerit. Quid enim ſi lite in curia inter præſentatos pendente, alter conſtituat procuratorem ad petendam, & obtinendam inſtitutionem ab ordinario, & procurator non ſolùm obtinuerit inſtitutionem, verumetiam (excedendo fines mandati) poſſeſſionem beneficii litigioſi adeptus fuerit, illiuſque fructus perceperit, an ratione exceſſus poſſit dominus conueniri remedio attentatorum? & negatiue † reſpõdendum videtur; quia
41 in eo quod exceſſit non potuit domino præiudicare ca. cum olim, & ibi notat. de offic. delegat. l. diligenter. ff. mandat. cum ſimilibus nam licèt ratione obtentæ inſtitutionis attentatæ dominus cogi poſſit ad purgationem, iſta tamen purgatio facilius fieret, quàm ſi teneretur etiam purgare attentata quoad poſſeſſionem, & fructus: quoniam illa fieret per ceſſionem ſecundum ea, quæ latius diximus infra in tertia parte. cap. 29. de purgat. attent. poſt princ. iſta verò requireret, & dimiſſionem poſſeſſionis, & reſtitutionem fructuum, & interim proceſſus in cauſa principali retardaretur, ut ibidem di-
42 ximus, ſicut videmus, quòd etiam in criminalibus † dominus regulariter de exceſſu minime tenetur, & ideo ſi domi-
43 nus † mandauerit dari colaphum, vel percuſſionem cum baculo, ille uerò vulnerauit, dominus de tali exceſſu non tenetur, vt eſt commu. opin. de qua teſtatur Boſſ. in ſua prax. crimin. in titu. de mandat. ad homicid. nume. decimo verſi. quin tò eſt videndum, poſt Fely. Iaſ. Cæpoll. & alios per eum allegat. Hanc autem ſublimitationem declara, niſi procurator
44 † exceſſiſſet fines mandati ſciente, & non contradicente domino; quia ex hoc reſultaret tacita ratificatio, quæ etiam in
45 excedente † fines mandati ſufficit Rota, deciſio. 13. aliàs 428. ſi habens. ſub nume. ſecundo de conceſſ. præben. in no. quæ loquitur in ſimilibus terminis de domino ſciente, & percipiente fructus, in quibus procurator fines mandati exceſſe-
46 rat: Et hæc tacita ratificatio † ſufficit etiam in his, quæ requirunt ſpeciale mandatum, vt poſt Alexand. in conſil. 80. uiſo. colum. 4. lib. 4. & conſil. 84. ſuper conſultatione. colum 1. lib.

Source : BIU Cujas

lib.quinto Decius, consil.437. & consi. 672. quæritur. col.1. & alios per eum congestos tradit Tiraquel. de retracta.§.9. glo.3.num.15.

Secundò principaliter regula supra posita limitatur, quando † dominus actum attentatum per procuratorem ratum habuit; cum regulare sit, quòd ratum † habens delictum ita puniatur, sicut mandans, ad no.in cap.mulieres. de senten.ex commu.& in l.1.§.quoties.ff.de vi, & ui arma. & Docto. in l. non solum.ff.de iniur.& declarat eleganter Roma.in consil. 105.uiso themate.nume.2.& in propriis terminis attentatorum est decis.Egid.551.si procurator,& per Oldrad. in consi. 199.pro fundamento collum.secunda,num.7.versic.ad istud respondetur,& faciunt,quæ ponit Crau.consi.261.probatur, sub num.3.versi.amplius.ad fin. Et quoniam quoad hanc ratificationem sparsim multa Docto.& non admodum ordinate dixisse videntur, vt clarius, ac facilius appareant non abre est præsentem, etiam limitationem per uiam regulæ, & limitationum subordinare. Potest itaque in proposito formari Regula] quod ratificatio † per Dominum facta de gestis, ac attentatis per suum procuratorem operetur, quòd contra dominum habeat locum re medium attentatorum. Quæ probatur per supradicta,& ex multis, quæ in similibus ponit eleganter Lap.alleg.127.Anastasius.num.5. versi. sed hic occurrit, examinare. Ampliatur prædicta regula. Primò ut pœnam † attentatorum resultantem ex huiusmodi ratificatione dominus non dicatur euadere, etiam si possessioni attentatæ per suum procuratorem, & per eum ratificatæ, cedere vellet: debet enim dominus possessioni per procuratorem lite pendente captæ statim habita notitia renunciare, aliàs si possessionem ratificasset, & post ratificationem uelit illi cedere, non excusatur ab attentatis, nec super negocio principali potest procedi, nisi postquam cum effectu attentata fuerint purgata, vt fuit notabiliter dictum in vna Gerunden. Camerariæ coram Fabio die ultima Ianuarij 1547. & est decis. in recoll. Peregr.91.aliàs 33.incipien. Domini dixerunt,& alia Put.6.sub rubr.vt lite penden. Nam ex huiusmodi approbatione,& ratificatione contrahitur uitium attentatorum, ita vt licèt dominus velit suam approbationem actus per procuratorem attentati (illi cedendo) quodammodo reuocare, id tamen sibi non suffragatur, quominus cum effectu teneatur etiam purgare attentata: quæ † purgatio (vltra cessionem possessioni,& actui attentato faciendam) continet in se etiã pœnam refectionis expensarum, ac restitutionis fructuum, vt diximus infra in tertia parte, ca.29. de purg.atten. post prin ci.num.28.versicu.tertiò quod etiam &c. & insuper suspensionem † processus in negocio principali ex priuilegio attentatorum, cap.non solum. de appell. in 6. de quo etiam latius diximus infra in tertia parte, cap.30. de priuil. attent.in ultimo priuilegio,& faciunt in simili multa, quæ de hac domini approbatione ponit Bero.in dicto consi.25.uisis. num.23. lib. tertio, aliàs (si dominus † attentata per procuratorem non ratificasset, nec litem super eis sustinuisset, immo illis cessisset, & insuper negasset attentantem suum procuratorem esse) sub prætextu horum attentatorum non impediretur processus in causa principali, vt per dictam decisio. Egid.551. est in recollect. Chissanen. decisio. sexta, incipien. si attentatum. Secundo ampliatur, ut sufficiat etiam tacita † ratificatio, vt ponit expresse Egid.dicta decis.551.& Lap.dicta alleg. 127.& sensit etiam Roma.in consi.105.viso.nume.secundo. Hæc autem tacita † ratificatio multis modis ad propositum nostrum contingere potest. Primò p † comparitionem domini in iudicio, in quo eius procurator prætenditur attentasse; quia dominus comparens in iudicio in terminis in quibus causa est agitata per procuratorem, uidetur gesta per illum ratificare, ad no.per Barto.in l.bonorum.ff.rem rat. hab. & per Alexand.& Ias.in l.Iulianus. ff. qui satisdat. cogan. Secundò per † constitutionem procuratoris in illa causa, cuius processus prætenditur attentatus; quia huiusmodi actus videtur inductiuus ratificationis gestorum in supradicta causa, argum.corum, quæ ponit Oldrad.in consi.329. has allegationes.sub nume.sexto.& sequen. vt tenuerunt etiam domini in una Baren. attentatorum coram Sarmiento 31. Ianuarij 1569. in qua cum dubitaretur, an executio facta per Hieronium Seniorem in curia Neapolitana (lite in curia Romana antea pendente) esset attentata respectu Hieronimi Iunioris. Domini tenuerunt, quòd tanquam facta lite pendente esset attentata etiam respectu Hieronimi Iunioris: quoniam ille die immediate sequenti post dictam executionem constituerat procuratorem Hieronimum Seniorem ad illam causam, in qua agebatur de consignatione, & perceptione fructuum captorum vigore dictæ executionis attentatæ, ex qua procuratoris constitutione fuit dictum Hieronimum Iuniorem huiusmodi executionem attentatam tacite ratificasse non obstante quòd pro illius parte allegaretur ignorantia litis in Romana curia, & executionis attentatæ, & quòd in præcedenti positione, quæ fuerat coram eodem Sarmiento sub die 30. Ianuarij 1568. maior pars inclinasset, quòd non constaret de attentatis ex eo: quia fundamenta (quæ fiebant) habebant dubitationem in iure, & in facto. Præmissa tamen ibi uisi sunt domini declarasse, vt procedant, dummodo constitutio † procuratoris sit ualida, secus si mandatum esset nullum, prout idem in eadem causa coram eodem videntur deinde firmasse sub die 28. Martij 1569. Tertiò tacita † ratificatio induci dicitur per non renunciationem, si dominus habuit notitiam eorum, quæ fuerunt attentata per procuratorem, & illis non renunciauit: debet enim eis renunciare, aliàs censetur ratificare, ut diximus supra proxime nume.50. Quibus adde, quòd id de non renunciatione expresse uidentur etiam tenuisse Domini in vna Cesaraugustana dignitatum coram Gropperio 15. Maij. 1564.in qua (secundum notas domini mei Oradini) fuit ad literam dictum. Domini sunt pro attentatis, si dominus principalis potuit scire possessionem captam, & non renunciauit attentatis, & facit decisio. in recoll. Cottæ. 141. incipien. nona Martij, dum ibi dicitur, quòd dominus tenetur purgare attentata per suum procuratorem generalem, si illis nõ contradixit. Quartò eadem approbatio, & ratificatio † diceretur induci per non prohibitionem, idest si dominus, qui poterat admonendo, & cerciorando procuratorem prohibere (ne vltra procederet, & ne attentaret) non prohibuit secundum ea quæ post Lap. diximus supra nume.22. in prima ampliat. Quintò, & vltimò per sustentationem † litis super attentatis introductæ, nam ex hoc manifesta apparet attentatorum per procuratorem ratificatio, etiam si litem non per se, sed per procuratorem (alium ab eo qui attentauit) litem agat: cum non sit uerisimile, quòd huiusmodi litem in consulto domino sustineat, vt fuit dictum in una legionen. iurisdictionis coram domino meo de Rubeis 10. Maij 1560. in qua ex hac ratione fuit ordinatum, quòd Episcopus, qui per multos menses litem super attentatis in partibus a suo executore sustinuerat, deberet attentatis cedere: Quæ litis † sustentatio non solum inducit, ratificationem domini respectu attentatorum per procuratorem, verum etiam pari ratione induceret ratificationem successoris in dignitate, respectu eorum, quæ per prædecessorem fuissent attentata, ut (post Egid.dicta decisio. 551. & alia supradicta) allegabatur aliàs in una Abulẽ iurisdictionis coram eodem domino de Rubeis quarto Iulij. 1565. in qua agebatur contra modernum Episcopum ad reuocationem eorum, quæ per Episcopum prædecessorem prætendebantur innouata ex eo: quia ille diu litem desuper sustinuerat. Quod omnino, & absque difficultate admitti potest: cum ex tali sustentatione litis resultet necessaria scientia actus attentati, & litis pendentiæ, qua scientia † præsupposita etiam successorem teneri ad reuocationem attentatorum regulariter firmauimus infra ca. 20.de attent.post inhib.in 24.limit.principali num.17. Limitatur etiam regula præsentis secundæ limitationis pluribus modis,& Primò, vt procedat, quando † attentata per procuratorem, & per dominum ratificata gesta fuerunt nomine ipsius domini, secus si non fuissent facta ipsius nomine, per regulam l.si pupilli.§.sed si ego,& ibi glo.Bar.& alij.ff.de neg. gest.& cap.cum quis.de senten.excommu.in sexto,& cap.ratum,& ibi Dyn.de reg.iur. in sexto, & in terminis de ratificatione delicti tradit Rom.in consi.105.uiso temate. sub nu.2. dum uoluit, quòd ratum habens delictum suo nomine perpetratum ita puniatur, ut mandans. De qua tamen † sublimitatione plurimum subsistendum videtur: nam licèt regulariter ratificare quis non possit, nisi quod suo nomine gestũ est, id tamen † procedit quoad alterius præiudicium, secus quoad prejudicium ratificantis: quia hoc casu eius ratificatio valet l.mater,& ibi gl.& Bald.C.de rei uendic. Decius in l.sem per qui non prohibet.colum.3.versi.prædicta regula. ff.de regul.iur.& Ruy in consi.66. circa casum, in fine lib.1.cũ aliis congestis per Tiraqu.in tracta.retract.§.1.glo.9.num.245. Ea tamen retenta illam intellige, ut procedat † etiam in ratificatione resultante ex sustentatione litis super attentatis, quia si illa non fuissent facta nomine ipsius, sustentatio litis non operaretur contra eum reuocationem attentatorum, vt colligitur ex his, quæ fuerunt tenta per Dominos in una Caurien. iurisdictionis coram Dño meo Oradino de mense Decẽbris 1562.quòd si quis recursum habuisset ad Metropolitanum, qui deinde per aduersarium inhibitus, occasione dicti recursus aliquos actus gesserit publicãdo censuras, & huiusmodi, quamuis Metropolitanus attentauerit, & uideretur, quòd

Source : BIU Cujas

& recurrens attentaſſet, ex eo, quia quicquid Metropolitanus fecit, videretur in gratiam recurrentis feciſſe, & maximè quia recurrens (dum daretur contra eum de attentatis) ſuper illis in curia litem ſuſtinuit: attamen, quia ipſe actualiter
81 non inſtetit, ſed omnia fuerunt geſta ad inſtantiam Fiſci, ipſius Metropolitani, fuit tentum pro non attentatis. Secundò poteſt notabiliter ſublimitari argum. eorum quæ aliàs ad excuſanda attentata fuerunt allegata in vna Legionen. Archidiaconatus coram Reumano 17. Nouembris 1553. vt non
68 † procedat, quando actus per procuratorem geſtus lite pendente, & per dominum ratificatus fuiſſet factus cum clauſula omni meliori modo, quo poteſt, puta ſi procurator generalis (prout erat in caſu illo) capiat lite pendente poſſeſſionem cum dicta clauſula, omni meliori modo quo poteſt, &
83 paulò poſt declaret, quòd cœpit illam animo continuandi præcedentem poſſeſſionem, nam licèt dominus per ſuſtentationem litis ſuper prætenſis attentatis, videatur certo modo illa approbaſſe, nihilominus poteſt dici, quòd hoc caſu
69 dominus veniat excuſandus, vel quia ipſe † cenſeatur potius acceptaſſe, & ratificaſſe procuratoris declarationem; quæ (præſuppoſita continuatione) excludit attentata iuxta ea, quæ late dicemus infra in ſecunda parte, cap. 4. de attent. lite
84 penden. in prima limita. principali. Vel quia ipſa adeptio
70 † poſſeſſionis non ſit attentata, ſtante clauſula, omni meliori modo quo poteſt &c. attento quòd non debet dici procuratorem potuiſſe id quod honeſtè, & abſque delicto non poterat. l. filius, & l. conditiones. ff. de condit inſtitut. & no. in ca.
85 faciat homo. 12. q. 2. & in cap. vt iuxta, & ibi Panor. in primo notab. extra de offic. ordin. & multa ad id cumulat Barb. ibi in
71 addit. Tertiò ſublimitatur, vt non † procedat, quando ratificatio domini fuiſſet generalis, & ratificans ignoraſſet extare
72 attentata: quia ad hoc, vt ratihabitio † vendicet ſibi locum, oportet, vt ille, qui vult habere ratum, ſciat, & cognoſcat, &
86 comprobet quod factum eſt, aliàs nemo quod ignorat approbat, aut ratum habet, vt declarat eleganter Oldr. in conſi.
73 329. has allegationes. num. 10. nam ratificatio † non extenditur ad ignorata ſecundum Bald. in l. obſeruare. §. proficiſci. quæſt. quarta. ff. de offic. proconſul. & leg. & tradit Pariſienſ. in conſil. 100. ſub nume. 71. lib. primo, & poſt Bald. in dicto §. proficiſci, in ſecunda lectu. & in l. mater. C. de rei vendicatione, & Iaſ. in l. nec is. §. hæres inſtitutus, in quinto notab. ff. de acquiren. hæreditate. Barto. & alios in l. Paulus, & in l. quo
87 enim. ff. rem rat. haberi, fuit id reſolutum in vna Auguſtana præpoſituræ coram Baren. 13. Martij 1551. ut eſt deciſ. in recolect. Guid. boni 94. incipien. in una Auguſtana, qui loquitur de ratificatione litis ignoratæ. Et in terminis, quòd ratificatio † generalis non extendatur ad actum dolo initium,
74 nec ad aliud illicitum, & conſequenter ad attentatum, tradit Crauet. in conſil. 160. in hac cauſa. num. quinto, lib. primo, vbi etiam. nume. quarto poſt Bald. in conſil. 227. proponitur quòd tutor, colum. 2. lib. ſecundo, & Curt. Iuni. in conſil. 50. colum. 3. in fin. ſubdit, quòd actus doloſus non poteſt ratificari, niſi data ſcientia doli, & conſequenter attentata ratificari non poſſent, niſi data ſcientia ipſorum attentatorum, cuz
75 etiam verſetur † dolus in eis. Rot. deciſ. 5. aliàs 25. ex quibus. de reſtitut. ſpol. in no. & diximus latius (poſt Pariſi. in conſil. 138. nume. 28. lib. quarto, & Aug. Bero. in conſil. 120 nume. 88
33. lib. primo) ſupra in præfatione. nume. 107. & propterea in una Maſſanen. illegitimitatis coram Gropperio 25. Maij. 1562. tenuerunt aliàs Domini non conſtare de attentatis ex 89
eo, quòd non conſtabat de ſcientia Ferdinandi, & Ioannæ quorum miniſtri prætendebantur in partibus attentaſſe, cũ autem ratificantem hoc caſu oporteat habere ſcientiam
76 actus attentati per ſupradicta, non ſufficeret † eum habere ſcientiam præfati actus in genere: ſed debet habere ſcientiaz 90
in ſpecie, etiam omnium qualitatum: aliàs quis non dicitur rei ſcientiam habere ſecundum glo. ſingularem in cap. concertationi, & ibi Gemi. Franc. & alij de appellat. in ſexto, Roma. in conſi. 344. ex propoſito. paulo ante finem. Alexan. conſil. 114. ponderatis. colum. ſecunda, verſicu. accedit ad maio-
77 rem. lib. primo cum, & aliàs ſcire † non dicatur niſi is, qui certo ſcit. glo. in l. de ſtatu. ff. de teſtam. vt utrumque declarat, & 91
multis comprobat Tiraqu. de retract. §. 36. glo. ſecunda, nu-
78 me. 30. & 31. Hæc autem domini † ſcientia poteſt multipliciter, & vndecunque deduci, ſed ut plurimum ex infraſcri- 92
79 ptis colligi poteſt, & Primò quando † ex actu attentato aliquid in domini utilitatem, & commodum conuerſum eſ-
80 ſet: quia in pœnalibus † cenſetur quis delictum ratificare ex eo, quòd commodum ad eum immediate ex tali delicto peruenit, vt poſt Barto in l. aut facta. §. fina. ff. de pœn. Anton. de Butr. in cap. cum ad ſedem. colum. penult. de reſtitut. ſpol Paul. de Caſtr. in conſi. 423. quia ſcio. colum. 3. ante medium,

lib. primo. Aret. in conſi. 163. colum. 5. Afflict. deciſ. 82. num. ſexto, verſic. item datur alia regula, tradit eleganter Crauet. in conſi. 261. probatur mihi, ſub nume. 3. verſicu. amplius in pœnalibus, libro primo. Nam & aliàs delictum † ad utilitatem meam commiſſum præſumitur me ſciente, & mandante commiſſum, ad no. in cap. conſtitutus. de teſtibus, & eſt commu. opinio, de qua teſtatur (etiam ad propriam materiam noſtram attentatorum hanc doctrinam extendens) Auguſt. Bero. in conſil. 118. cum Alfonſus. nume. 22. lib. 3. Secundò pariter ſcientia † in domino præſumeretur, quando actus attentatus per procuratorem eſſet de arduis, & talis, qui ueriſimiliter non ſoleret ſieri domino ignorante, prout eſſet (verbi gratia) demolire mœnia alicuius oppidi: quæ † demolitio, ſi fiat lite inter Principem, & alium ſuper oppido pendente (quamuis per Principis miniſtros, & agentes actualiter illa fiat) præſumitur tamen, quòd id fecerint ſciente domino, & Principe: cum aliàs nemo id attentare auderet, ut eleganter in contingentia facti contra Dominum Ducem Ferrariæ conſuluit Bero. in dicto conſil. 118. cum Alfonſus per tot, & præſertim nume. vigeſimotertio, pro quo facit deciſio. Egid. 577. incip. etiam ſi executio: dum
84 vult, quòd ſi aliqui poſſidentes † pro Titio beneficium, ſpoliaſſent, & vulneraſſent nuncium violentem cum literis citatorijs Titium citare, citatio dicitur peruenisſe ad illius notitiam: quia non eſt veriſimile (inquit Egid.) quòd illi talia
85 feciſſent: niſi mandatum habuiſſent. Tertiò ſcientia † etiam præſumeretur in domino, vt colligitur ex his, quæ ponit Bero. ſub dicto nume. 23. quando actus per procuratorem attentatus requiſiuiſſet talem imperitiam, quam non eſſet ueriſimile procuratorem de ſuo feciſſe, præſertim ſi cum impenſa concurreret, quòd ad vtilitatem domini attentatum fuiſſet conuerſum, vt latius per eum ibi. Quartò, quando
86 † de his, quæ dicuntur per procuratorem attentata, conſtaret in actis: quamuis enim ratificatio eſſet generalis, & dominus ad excuſanda attentata allegaret, quòd ipſe ignorabat actum per procuratorem ſuum geſtum eſſe attentatum, per hoc tamen non uidetur ab attentatis excuſandus; quia non poteſt probabiliter dici dominum attentata ignoraſſe, ſi de illis conſtabat in actis: ut per doctrinam Paul. de Caſtr. in l. vnica. C. de ſuffrag. tenuerunt Domini in dicta Baren. attentatorum coram Sarmiento 31. Ianuarij 1569. Quintò ex curſu quo-
87 que † temporis poſſet in domino præſumi ſcientia actus per procuratorem attentati, ſi eſſemus in notabili ſpatio temporis, puta ſex menſiuum, & in actu alicuius momenti, & conſiderationis, puta in adeptione poſſeſſionis alicuius beneficij, vel alterius rei conſiderabilis, præſertim conſiderata qualitate perſonæ ipſius domini: quia præſumitur procuratorem illum domino intimaſſe, illumque deſuper certioraſſe, ad tex. in l. ſi quis forte. in princ. ibi, nec enim debet magnam rem procuratorem tamdiu retinere. ff. de pœnis, per quem tex. hanc concluſionem firmat Roma. in conſil. 481. præſentis dubitationis. num. 7. & tradunt Lap. & alij in cap. gratia, de reſcript. in ſexto, & per dictum conſil. Roma. & Inno. in cap. ex parte decani. de reſcript. & Egid. deciſ. 551. eſt de ciſ. in recoll. Chiſſanen. 122. incipien. procurator ex tempore. Quòd ſi ſcientia domini ſecundum præmiſſa non probaretur, an in dubio illa præſumatur? Videtur † concludendum quòd non, ſicut in ſimilibus dicimus, quòd ad hoc, vt ſi procurator contrafecerit, dominus incidat in pœnam l. ſi quis maior C. de tranſactio. non præſumitur † dominus habere ſcientiam eorum, quæ per procuratorem ſuum ſunt geſta, vt fuit dictum in vna Rauenaten. coram Creſcentio, ut eſt in recol. eiuſdem deciſio. 194. ſcientia, de procurat. Præſertim quia ignorantia regulariter præſumitur. l. verius. ff. de probat. cum ſimilibus, & ideo ſi dominus † ignorans aliquid fuiſſe attentatum per eum, qui eius nomine comparuerat, eundem procuratorem conſtituat cum ratificatione geſtorum, non uidetur, quòd per hoc dominus uideatur attentata ratificaſſe, niſi de attentatis conſtaret in actis, ut diximus ſupra nume. 86. Tum quia ſicut ipſa conſtitutio procuratoris generaliter facta non ſe extenait ad attentata per d. l. ſi procurator. ff. de condic. indeb. ita nec ipſa † ratificatio, vt per d. tex. loquens de delicto, tradit Crauet. conſi. 160. in hac cauſa. nu. quinto, lib. primo. Tum quia ſtante dicta ignorantia, nec ipſemet dominus † contraueniendo litis pendentiæ, aut inhibitioni diceretur attentare, vt dicemus infra in ſecunda parte, cap. quarto, de attentat. lite penden. in præfat. in materia citationis, in ſexto, ampliat. reg. ibi poſitæ & etiam in eodem cap. quarto, in 27. limitat. princip. regul. princip. ibi poſitæ, & de appellatione ignorata aliquid infra in ſecunda parte, cap. 12. de attent. appellat. penden. in 15. ampliat. princip. in 2. limit. regulæ ibi poſitæ, & ſimiliter de inhibitione ignorata,

Source : BIU Cujas

rata, in eadem 2. part. cap. 20. de attent. post inhibit. in 24. limit. principali, & sequen. Ex quibus omnibus facile colligi potest, quando, & quibus casibus procurator dicatur attentare, ita vt inde dominus ex facto ipsius remedio attentatorum conueniri valeat tanquam super attentatis à parte.

SVMMARIVM.

1 *Iudex post appellationem procedens regulariter attentat.*
2 *Idem si partem spoliat.*
3 *Sequestrum factum per Iudicem à quo post latam sententiam in possessorio dicitur attentatum.*
4 *Iudex sicut dupliciter procedere potest, videlicet Iudicialiter, & extraiudicialiter, ita dupliciter potest attentare.*
5 *Iudex extraiudicialiter procedens censetur pars.*
Et post est contra eum agi tanquam contra quemlibet priuatum, vt infra num. 9.
Etiam spolio, & remedio attentatorum, ut nu. 8.
6 *Attentatum per Iudicem extraiudicialiter procedentem non est ipso iure nullum, sed annullandum,*
7 *Secus si iudicialiter.*
10 *Turbari lite pendente quis dicitur non solum ex facto partis, verumetiam ex facto Iudicis.*

Cap. II. De attent. a Iudice.

1 A Iudice † attentatur, puta si post appellationem ab eo interpositam procedat, vt in cap. ex insinuatione, & ibi Anton. de Butr. in quarto not. & Imol. extra de procurator. & post eos Decius consil. 200. in casu. in princ. lib. 1. Vel postquam fuit inhibitus. Rot. decisio. 2 20. aliàs 130. si post. de appel. in no. Vel si † partem spoliet, vt 3 in cap. cum causa. de offic. deleg. Vel † si lata sententia in possessorio Iudex à quo sequestret possessionem, & sic possessorem spoliet, nam tale sequestrum dicitur attentatum. Afflict. 4 decis. 98. pulchrum est. in prin. Et est † aduertendum, quòd si cut à Iudice dupliciter procedi, & dupliciter ab eo appellari potest, ita etiam dupliciter potest dici, quòd per illum attentetur. 5 Quandoque enim iudex † iudicialiter procedit, quandoque verò non procedit vt iudex, sed extraiudicialiter ut pars, & persona priuata, vt declarat Franc. in cap. dilecti. num. 2. in ultim. not. & in cap. bonæ. nume. 43. versic. decima conclusio, de appellat. & est differentia: quia secundum opinionem Anton. in cap. dilectis. de appellat. quem refert Franc. d. 6 nume. 43. si Iudex † post appellationem interpositam ab eo extraiudicialiter procedente aliquid attentet, tale attentatum non dicitur esse ipso iure nullum, sed annullandum, in 7 ter quæ (vt notum est) multum interest, secus si † attentet post appellationem interpositam ab eo iudicialiter procedẽte, quia tunc est ipso iure nullum. Quinimo retenta opin. Anton. potest in proposito attentatorum, & iudicis dupliciter procedentis vtiliter alia differentia considerari, sicut enim 8 quando iudex extraiudicialiter. & ut pars procedit † potest contra eum agi spolio, ut per Mil. & ibi Henricum in addit. post Barto. & alios, de quibus ibi per eum in uerbo possessorium recuperandæ principaliter. fol. 281. Ita & potest † con 9 tra eum agi tanquam contra quemlibet priuatum, ut post alios tradit Augustt. Bero. in consi. 146. in causa. num. 56. lib. 3. & tunc contra eum taliter procedentem habet locum regula, quòd spoliatus ante omnia debet restitui, quæ, si iudicialiter processisset, non uendicaret sibi locum: ut eleganter post alios declarat Sigism. Loffred. in consil. 470. quatuor in hac. nume. 15. Et si præsupponamus eum ita extraiudicialiter processisse (lite tamen prius coram alio penden.) potest nõ inutiliter dici, quòd contra hunc Iudicem etiam via attentatorum agi possit ea ratione: quia si hoc casu talis iudex reputatur quasi quælibet priuata persona, & contra eum datur actio spolij, multo magis in eius odium debet dari remedium attentatorum, quod est fauorabilius ei, qui agit pro reuocatione attentatorum, & deterius ac detestabilius ipsi attentanti, qui non solum ius, & partem prout in simplici spolio offendere dicitur, verumetiam & ipsum iudicem, cap. 1. in fin. vt lite pend. in 6. Franc. in c. bonæ. num. 15. & seq. de appell. quoniam † lite pendente dicitur quis turbari non solum 10 ex facto partis, sed etiam ex facto iudicis iniusto: ut post alios tradit Bero. in consi. 45. in causa. nume. 4. lib. 3. Cum & aliàs videamus, ꝙ & ipsi iudices (si attentando inhibitioni contraueniant) declarari possunt incidisse in pœnas in inhibitione contentans, vt adnotauimus in secunda parte. cap. 20. de attent. post inhib. in 9. ampliat. reg. ibi positæ per tot. Alia autẽ exempla, in quibus per Iudicem attentatur, multa adduci possent; Verum quia de ijs in qualibet attentatorum materia per discursum tractatus agendum est, & particulariter de attentatis lite pendente, & appellatione pendente, vbi congruentius cadunt, idcirco consultò hic omittimus.

SVMMARIVM.

1 *Attentari à tertio quomodo dicatur, & nu. seq.*
2 *Tertius in materia attentatorum quis sit.*
3 *Remedio attentatorum non proceditur regulariter contra Tertium attentantem ad reuocationem, sed uia ordinaria coram iudice ordinario, & num. 4.*
Ampliatur tribus modis, vt nu. 9. 12. & 13.
Limitatur 11. modis, ut nume. 16. 30. 37. 39. 43. 46. 50. 63. 66. 69. & 90.
Declaratur duobus modis, ut nu. 147. & 152.
5 *Litis pendentia afficit litigantes, non autem tertium.*
6 *Tertius non existens in lite, si capiat possessionem vacantem rei litigiosæ, non attentat.*
7 *Attantare non dicitur, qui non est in lite.*
8 *Legatarij pendente Iuditio petitionis hæreditatis possunt petere, & consequi legata.*
9 *A tertio attentata non reuocantur remedio attentatorum, etiam si iudex illi inhibuisset.*
10 *Inhibitio aliàs operatur, vt gesta simpliciter lite, vel appellatione pendente, quæ non essent attentata, transeant in attentatum.*
11 *Iudex datus cum clausula, appellatione remota, etiam interposita appellatione, sententiam a se latam exequi potest, nisi fuerit inhibitus à iudice ad quem.*
12 *Attentata à tertio non reuocantur remedio attentatorum, licèt ille ex lite aliquod commodum esset reportaturus.*
13 *Et licèt etiam antequam attentauerit habuisset plenum ius in re, circa quam dicitur attentatum.*
14 *Cedens ius, quod habebat in re (si post cessionem in ea aliquid attentet) non conuenitur remedio attentatorum.*
15 *Attentata à cedente post cessionem non nocent cessionario.*
16 *Attentata à tertio habente causam à Iudice, vel à parte reuocari debent remedio attentatorum, & nu. seq.*
Intellige, vt num. 25. & 28.
17 *Alienata ab appellante, vel appellato pendente causa appellationis reuocantur, etiam à tertio possessore.*
18 *Appellatio extendit suum effectum etiam contra eum, qui attentauit cum Iudice à quo est appellatum.*
19 *Permutatio beneficij facta à tertio cum Titio reo, & possessore lite pẽdente, etiam mortuo Titio reuocabitur via attentatorum.*
Etiam si tertius sit possessor cum titulo, & bona fide, vt nu. 20.
Et etiam si spoliatus non probet dictum tertium in re uitiosa successisse, num 21.
22 *Literæ executoriales, seu brachium seculare obtentum contra eum, qui primò possidebat, potest exequi contra successorem singularem mediatum, vel immediatum, qui pendente lite rem litigiosam emit.*
23 *Condemnatio cum fructibus facta contra attentantem verificatur etiam in fructibus perceptis per tertium habentem causam ab attentante post inhibitionem.*
24 *Pendente lite super iure patronatus si alter ex collitigantibus aliquem præsentet, præsentatusq; instituatur, ac beneficij possessionem capiat, non solum præsentatio, & institutio respectu patroni, sed etiam possessio respectu instituti, dicitur attentata, præsertim si patronus nõ sit in quasi possessione præsentandi.*
25 *Attentata a tertio habente causam à parte reuocantur, si possideat rẽ, super qua fuit attentatum, secus si aliam eius loco iudiciali adiudicatione subrogatam.*
26 *Si pendente appellatione à sententia lata in fauore vxoris repetentis suam dotem in pecunia numerata existẽte fiat executio dictæ sententiæ in aliqua re stabili, quæ postea tradatur in dotem secundo viro, non potest agi contra eum remedio attentatorum, quia non possidet rem, super qua pendebat appellatio, aliàs secus.*
27 *Sed reuocatur beneficio iniustitiæ.*
28 *Attentata à tertio reuocantur, si habuerit causam à parte, quando scilicet habuit causam, postquam attentauit, secus si ante.*
29 *Tertius attentans, qui habuit causam à litigante, an possit iuuari regula de triennali, remissiue.*
30 *Attentata à tertio succedente in re attentata, & uitio affecta reuocantur remedio attentatorum.*
Etiam si succedat cum titulo & bona fide, nu. 34.
31 *Attentati uitium dicitur reale, & transit cum re in successorem in ea.*
32 *Hypothecaria datur contra successorem mediatum, uel immediatum in re obligata.*
33 *Spolij remedium competit contra succedentem in re, circa quam est cõmissum spolium, siue succedens habeat causam à detentore, siue non.*
35 *c. ex parte. Adæ intelligitur à nonnullis in succedente in re attenta, etiã non habente causam ab attentante, Ab aliis verò intelligitur*

Source : BIU Cujas

in ſuccedente,& cauſam ab attentante habente,num.36.

37 *Attentata à tertio pendente appellatione extraiudiciali generali ueniunt reuocanda remedio attentatorum.*

38 *Tertius dici non poteſt, qui compræhenditur ſub generali appellatione facta contra omnes.*

39 *Attentata à tertio non ſolo & de per ſe,ſed una cum parte, vel iudice remedio attentatorum veniunt reuocanda.*
Dummodo inter tertium,& collitigantem eſſet colluſio, nu.40.
Secus verò in tertio,qui non proprio, ſed partis nomine attentauit, nume.42.

41 *Canonici immiſſi in poſſeſſionem canonicatum collatorum ab Epiſcopo, qui poſt collationem illorum fuit inhibitus uigore commiſſionis obtentæ per capitulum dicuntur attentaſſe, & poſſeſſio reuocabitur via attentatorum.*

43 *Remedio attentatorum reuocatur actus tertij impedientis iuriſdictionem Iudicis, quando ſumus in Iudice primæ inſtantiæ ſecundum aliquos.*

44 *Secus in ſecunda inſtantia.*

45 *Verius tamen videtur,vt hoc indiſtincte procedat.*

46 *Attentata à tertio, qui iuris præſumptione cenſeretur eadem perſona cum ea, quæ litem ſubſtinet, reuocari debent remedio attentatorum.*
Limitatur nume.49.

47 *Attentatum a patre etiam non habente mandatum reuocatur contra filium, qui ſtatim illi non renunciauit, ſed litem ultra ſuſtinuit.*

48 *Repræſentatio eiuſdem perſonæ excuſat ab attentatis.*

49 *Hæres vniuerſalis, vel gratioſe ſubrogatus litigioſæ rei poſſeſſionem capiens,non dicitur atttentaſse,quia uidetur potius continuare poſſeſſionem,quàm de nouo adipiſci.*

50 *Remedio attentatorum reuocantur innouata à tertio prætextu proceſſus ſuſpenſi per appellationem.*
Declaratur,vt num.52.& 53.

51 *Offendens bannitum,qui appellauit,dicitur attentaſse, & ſubiectus eſſe pœnis attentatorum,& num.54.*

53 *Attentata à tertio fundante ſe in iure cauſæ principalis à qua fuit appellatum,reuocantur.*

55 *Poſſeſſionem beneficij litigioſi capiens collitigans de manu tertij, qui non erat in lite pendente appellatione dicitur attentaſse,ſi iudiciali ter accepit, num.60.*
Secus ſi extraiudicialiter,num.59.

56 *Attentare non dicitur, qui aliquid facit contra eum, qui non eſt in lite.*

57 *Reuocari non debent geſta contra tertium lite pendente.*

58 *Poſſeſſionem accipiens ab eo,qui non eſt in lite,non cenſetur attentare ſi extraiudicialiter eam cœpit, num.59.*
Secus ſi per viam Iudicij,num.60.

61 *Attentare dicitur tam collitigans, qui accepit à tertio, quàm tertius, qui fundæret ſe in proceſſu, & ſententia per appellationem ſuſpenſis.*

62 *Subditi non poſſunt ſe ſubtrahere ab obedientia Epiſcopi ratione depoſitionis eiuſdem,ſi Epiſcopus à depoſitione appellauit.*

63 *Attentatorum remedio reuocantur geſta à tertio appellatione pendente, qui appellationi per alium interpoſitæ adhærere voluerit, & nume.65.*

64 *Adhærens appellationi dicitur ſe facere partem.*

66 *Reuocantur attentata ab executore apoſtolico, qui attentata reſeruatione deputatur ad capiendam poſſeſſionem beneficij nomine cameræ, reſtituendam alteri, cum præſentauerit literas apoſtolicas, ſi fuerit mota lis ſuper ſubreptione brcui tempore, quo vult poſſeſſionem reſtituere, & reſtituat.num.68.*

67 *Executor apoſtolicus vigore clauſulæ, abſque vitio ſpolij, & attentatorum, lite pendente poteſt beneficij poſſeſſionem capere, & non attentat.*
Limitatur, vt nume.ſequ.

69 *Attentata à tertio intruſo in re litigioſa reuocari debent via attentatorum,*
Ampliatur quatuor modis,vt num.72.73.74.& 77.
Limitatur.ij.modis,vt num.82.& 87.
Declaratur num.89.

70 *Intruſio eſt reuocanda via attentatorum.*

71 *Executoriales obtentæ per collitigantem ſuperſtitem poſſunt abſque vitio attentatorum exequi contra intruſum.*
Etiam ſi ad eius inſtantiam eſſet commiſſa cauſa ſuper iactationibus, & moleſtationibus,
Dummodo vigore commiſſionis non ſit inhibitum.

72 *Intruſi coguntur parere intimatis ſibi executorialibus.*

73 *Intruſus quoque dicitur,qui habet titulum ab eo,qui dare illum non poteſt,& geſta per eum uia attentatorum veniunt reuocanda.*

74 *Intruſus eſt adeo odioſus, vt non ſolum repellatur ab agendo ſuper fructibus,& rebus eccleſiæ,ſed etiam probibeatur contra petitorem de re obiectus.*

75 *Relaxatio brachij ſæcularis contra intruſum pendente appellatione ab eo interpoſita à ſententia lata contra intereſſe putantes, non dicitur attentata.*

76 *Immo neque attentata dicitur relaxatio brachij ſæcularis, etiam ſi eadem die,qua fuit lata ſententia pro parte intruſi fuerit præſentata commiſſio ſuper iactationibus,& hac lite pendente fuerit facta talis relaxatio.*

77 *Contra intruſum,etiam non citatum poteſt exequi mandatum,neq; per hoc ipſe poteſt agere ſpolio, ſi intruſus habuit cauſam ab eo, contra quem lis fuit mota.*
Secus aliàs,vt num.78.
Item niſi intruſus cœpiſſet poſſeſſionem vigore reſignationis in eius fauorem ante litem cum clauſula gratioſæ ſubrogationis, nu.79.
Item niſi intruſus poſſeſſionem adeptus fuerit ex cauſa neceſſaria, nume.80.

81 *Intruſus,qui cœpit poſſeſſionem ex cauſa neceſſaria (puta datio in ſolutum) eſt citandus ad hoc, vt mandatum contra eum poſſit exequi,aliàs per executionem abſque citatione diceretur ſpoliatus, & ante omnia deberet reſtitui.*

82 *Attentata à tertio intruſo non reuocantur, quando intruſus fuiſſet in antiquiſſima poſſeſſione.*

83 *Intruſus non diceretur,qui fuiſſet in antiquiſſima poſſeſſione beneficij.*
Et præſertim ſi poſſediſſet per tantum tempus,vt iuri agendi ſuper attentatis fuiſſet præſcriptum, nu.84.

85 *Niſi eſſemus in intruſo contra diſpoſitionem c.ſi hi contra quos, vt lit. penden.in 6.*

86 *Intruſus aliàs quis dicatur, remiſſiue.*

87 *Subrogatus gratioſe, etiam quoad poſſeſſionem,quam habebat cedens tempore ſuæ ceſſionis capiens poſſeſſionem pendente lite, non dicitur intruſus.*

88 *Etiamſi talis ſubrogatio videretur inualida.*

90 *Attentata ab Ordinario (qui pendente lite inter aliquos altero mortuo de beneficio prouidet) veniunt reuocanda remedio attentatorũ.*

91 *Collatio,& prouiſio beneficij litigioſi ab Ordinario facta per mortem alterius collitigantis via attentatorum reuocatur,& nu.92.*
Ampliatur.16.modis,vt nu.93.94.96.101.104.& 105.
Limitatur 15.modis, vt num.106.110.118.119.120.121.127.128. 130.132.134.135.137.144.& 146.

93 *Etiam ſi eſſent tres,vel quatuor collitigantes, & vnus tantum ex eis moriatur.*

94 *Immo id videtur habere locum tam in petitorio,quàm in poſſeſſorio: Verum in contrarium hoc caſu eſt communis opinio,vt nu.95.*

96 *Idem ſi beneficium vocauerit per mortem non naturalem, ſed ciuilem; Contrarium nu.97.Defenditur prima opinio nu.98.& ſeq.*

99 *Mandatum cenſetur reuocatum per mortem ciuilem, quemadmodum per naturalem.*

100 *Mandatum per reſignationem intelligitur reuocatum, ſententiamque latam cum tali procuratore reuocato eſſe nullam.*

101 *Ordinarius non ſolùm non poteſt conferre, ſed nec aliquem ſubrogare in ius cedentis, vel decedentis lite pendente.*

102 *Niſi petitor fuiſſet mortuus, quia tunc Ordinarius poſſet ſubrogare in ius defuncti.*
Quod declaratur habere locum, quando poſt mortem petitoris nullus eſſet,qui litem proſequeretur.
Aliàs ſecus, vt num.103.

104 *Diſpoſitio c.ſi hi contra quos.procedit etiam contra tertium.*

105 *Et etiam ſi lis eſſet coram arbitro.*

106 *Collatio, & prouiſio beneficij litigioſi ab Ordinario facta per mortem collitigantis non reuocatur remedio attentatorum,quando lis fuiſſet calumnioſè,iniuſtè,& in fraudem mota, & num.109.*

107 *Lis calumnioſe inſtituta non ſolet cauſare attentata.*

108 *Attentata non dantur, quando reſtitutio in integrum calumnioſe petita fuit.*

109 *Ab Ordinario prouiſus de beneficio litigioſo, poteſt dare de non lite, vel de calumnioſa lite.*

110 *Collatio beneficij litigioſi ab Ordinario facta non reuocatur, quando lis fuit mota per aſſertum procuratorem meum,& facta prouiſione ab Ordinario per mortem aduerſarij, ego vellem ratificare, quia non poſſum ad hunc effectum,& nu.ſeq.*

111 *Ratificari poſſunt geſta per aſſertum procuratorem.*

112 *Ratificatio domini de citatione, & aliis actis geſtis per aſſertum procuratorem, interrumpit pacificam poſſeſſionem annalis poſſeſſoris.*
Hæc tamen non procedunt in attentatis, cum in eis tractetur de pœna nume.113.

114 *Inhibitio obtenta per aſſertum procuratorem cauſat attentata.*

115 *Lis introducta per aſſertum procuratorem non cauſat attentata.*

116 *Inhibitio ſiue iuſta,ſiue iniuſta timenda eſt.*

117 *Ratificatio citationis obtentæ per aſſertum procuratorem facit attentata regulariter.*
Dummodo præceſſerit actum,qui dicitur attentatus.

118 *Prouiſio beneficij litigioſi ab Ordinario facta non reuocatur, quando litigans ſuperſtes non expediuiſſet literas ſuæ gratiæ; quia tunc non dicitur lis pendere.*

Idem

Source : BIU Cujas

119 *Idem dicendum est, quando Mœuius litigat, vt Titius aduersarius amoueatur à beneficio, & deinde Sempronio conferatur, non quòd ipsi Mœuio adiudicetur.*

120 *Minus quoque reuocatur prouisio (vt supra facta) quando lis (cuius sit beneficium) non est principalis, sed incidens in alia lite, & causa principali.*

121 *Et idem etiam si prouisio Ordinarij esset facta lite finita per sententiam.*
Ratio assignatur. nume. 125.

122 *Lis finiri per sententiam dicitur regulariter: limitatur, vt nu. 124.*

123 *Exceptio, quod lis esset finita, potest opponi in iudicio possessorio, quod ratione priuilegij litis pendentis excludebat processum in causa criminali.*

124 *Lata sententia super possessorio, quæ transitum fecit in Iudicatum (licèt videatur lis finita) tamen remanent tales reliquiæ, quòd non potest beneficium resignari in manibus Ordinarij, vel Nuncij.*
Et ratio allegatur num. 125.

126 *Ordinarius potest conferre beneficium litigiosum lite finita per sententiam, quando scilicet sententia est legitime demandata executioni.*

127 *Prouisio, & collatio beneficij litigiosi ab Ordinario facta non reuocatur, quando lis esset inter electum, & eos, ad quos spectat ius eligendi.*

128 *Idem quando Ordinarius vellet huiusmodi beneficium conferre collitiganti superstiti.*

129 *Attentata non dicuntur, quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis.*

130 *Pariter prouisio ab Ordinario (vt supra) facta non reuocatur, quando impetrans post annum non seruauit secundam partem regulæ de annali possessore, quia tunc lis dicitur extincta.*

131 *Per citationem possessoris factam infra sex menses à die præstiti consensus computandos, etiam non super petitorio, sed possessorio, dicitur satisfactum Reg. de annali possessore.*

132 *Collatio beneficij litigiosi, vt supra ab Ordinario facta non reuocatur, quando litis pendentia esset uigore appel. extraiudicialis, causa non commissa secus si esset commissa.*

133 *Lis pendere non dicitur per appellationem extraiudicialem causa non dum commissa.*

134 *Collatio Ordinarij facta (vt supra) non reuocatur de consuetudine Franciæ.*

135 *Item si lis esset solum super possessione, non autem super beneficio.*

136 *Lis super possessorio non facit rem litigiosam.*

137 *Collatio ab Ordinario facta non reuocatur prætextu litis pendentis, & attentati, quando tempore vacationis nulla aderat lis, sed postea superuenit.*

138 *Dispositio c. si hi contra quos. procedit etiam contra Tertium, qui vigore prouisionis Ordinarij cœpit possessionem lite pendente.*
Limitatur, ut procedat, quando beneficium vacat per mortem alterius collitigantis, secus uerò quando lis mouetur post uacationem per mortem pacifici possessoris, num. 139. & seq.

140 *Lis superueniens in beneficio post eius uacationem non impedit, quominus Ordinarius possit beneficium illud conferre.*
Ampliatur, vt nume. sequ.

142 *Clausula decreti irritantis regulariter solet inficere nedum titulum, sed etiam possessionem.*
Non tamen inducit litem, & consequenter nec attentata, vt nu. 143.

144 *Ordinarius licet beneficium litigiosum conferre nequeat, illius tamen resignationem in eius manibus factam potest recipere.*

145 *Ordinarius licèt conferre non valeat beneficium reseruatum, illius tamen resignationem admittere potest.*

146 *Prouisio beneficij litigiosi ab Ordinario facta tanquam attentata non reuocatur, quando postmodum prouisus obtinuisset nouam prouisionem à sede Apostolica, cum clausula gratiosæ subrogationis & mẽtione litis, & quòd tituli etiam infecti exprimi possint.*

147 *Tertius pendente lite potest attentare absque eo, quòd tale attentatum reuocetur uia priuilegiata attentatorum, & nu. sequ.*

148 *Lis mota contra alterum ex duobus reis debendi non impedit, quominus ea pendente posit alter conueniri, & talis conuentio non reuocatur.*

149 *Sententia lata contra unum ex duobus reis non nocet alteri.*

150 *Lite mota, & sententia lata contra fideiussorem, vel principalem, & per eum appellatione interposita, & pendente non obstante potest alter, vel fideiussor, vel principalis non conuentus conueniri ab eodẽ, neque inhibitio facta uni nocet alteri.*

151 *Pendente Iudicio contra fideiussorem potest fieri executio contra reũ, & id limitatur remissiuè.*

152 *Tertius sicut non attentat, ita nec potest dare contra alium de attentatis.*

153 *Lis mota ab altero ex duobus reis credendi an impediat alterũ reum, quin possit eundem debitorem conuenire?*
Quod non possit num. 154.
Contrarium tamen verius num. 155.

156 *Processus factus coram secundo Iudice pendente eadem causa coram primo (nisi opponatur coram secundo de litis pendentia coram primo) regulariter valet & tenet. Declar. omnia remissiue, vt hic.*

Cap. III. De attent. a tertio.

1 ATertio † attentari dicitur, vt in cap. cum teneamur. & ibi not. Docto. de appellat. cum similibus. Et
2 tertium † in proposito regulariter intellige omnẽ alium excepto Iudice, coram quo causa pendet, vel à quo est appellatum, & exceptis actore. & reo litigantibus, adeo quòd tam ordinarius, qui lite pendente beneficiũ alicui conferat contra dispositionem c. si hi contra quos. ut lite penden. in 6. quàm prouisus ab eo, qui similiter lite pendente in beneficio se intruserit, sub tertij appellationem cõpræhendetur, & per consequens in limitationibus, quæ veniunt dandæ ad regulam, quæ infra ponetur in ista materia attentatorum a tertio, congruenter attingemus aliquid in materia d. c. si hi contra quos, & materia intrusionis. Et licèt tertius possit facere actum lite, vel appellatione pendente, qui secundum descriptionem supra positam sit verè attẽtatum (puta si alterum ex litigantibus lite pendente spoliet, vt in dicto. cap cum teneamur. secundum vnum intellectũ)
3 nihilominus contra tertium † attentantem, vel innouantem regulariter non proceditur ad reuocationem via attentatorum, sed via ordinaria coram Iudice ordinario. c. Romana. §. in alium. de appell. in 6. & Franc. in dicto. ca. cum teneamur. num. 15. & seq. & in dicto c. bonæ. colum. 2. versi. secundus in tellectus, eo. tit. quamuis enim regulariter tertius admittatur pro suo interesse c. veniens. el 2. de test. l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudic. nunquam tamen purganda esse attentata per tertium facta dixit ganeraliter alias Rota: ut est dec. in recollect. Achill. de Grass. 26. Attentata voluerunt Domini &c. in titulo de Attentatis: & ista sit
4 Regula, quòd remedium † attentatorum regulariter non datur contra tertium, & ad reuocationem attentatorum per tertium regulariter non proceditur hoc remedio attentatorum pro qua (vltra supradicta) est decis. Rot. 2. aliàs 58. Nota quòd vbi auditor, ut lite pend. in antiqu. & alia decis. Afflict. 354. in causa. num. 26. versi. & dicunt Docto. & ratio est: quia
5 litis pendentia † afficit litigantes nõ tertium, vt dicebat Mil. in verbo lite pendente quoad litigantem. fol. 213. post Arch. 11. q. prima. c. quia res. in prima glo. Rot. dicta decis. 2. aliàs 58 & decis. 3. aliàs 56. si lite pendente, & ibi addit. in fi. vt lite penden. in no. & ex recentioribus tradit Didac. pract. quæst. cap. 24. num. 4. & nouissime Menoch. de recuper. possess. remed. 17. num. 44. versi. quæro decimoquarto. vbi post Felyn. in ca. super eo. sub num. 3. de offi. deleg. & Ang. in l. per hanc col. 8. C. de temp. appel. dixit titulum, nil nouari appellatione pẽdente, non habere locum quoad tertium: Quibus concordat nouissime decis. in recoll. Mohed. 205. & si &c. sub rubr. de alleg. Lap. vbi refert de mense Nouembris 1544. in una Salamantina portionis fuisse tentum, quòd tertius, qui non
6 fuit in lite, capiens † possessionem uacantem non dicitur attentare, post Egid. decis. 102. & 749. & inter cætera fuisse resolutum, quòd lis existens inter alios non impedit, quominus tertius, qui non fuit in lite, possit vti allegatione Lapi, & hoc, postquam hoc fuerat sæpe disputatum, etiam duplicatis aduocatorum informationibus, & eueniente casu ita debere iudicari. Pro qua regula facit alia decis. in recoll. eiusdem Mohed. 150. Papa contulit. sub rubr. de præben. ubi circa fin. for-
7 maliter dicit, quòd non existens † in lite non dicitur attentare, & in recoll. Peregri. decis. 97. & Achil. decis. 6. aliàs 26. sub rubrica de attent. facit etiam, quod aliàs habetur, quòd lega-
8 tarij † non obstante, quòd pendeat iudicium petitionis hæreditatis, possunt petere, & consequi legata, ad no. in l. fin. C. de petit. hæred. Crauett. consi. 164. Nobilis. nume. 2. lib. primo, & tradit in terminis nostris Ruyn. consil. 75. quantum. sub num. 2. lib. 5.

Ampliatur Regula.

9 Primò vt procedat † etiam si Iudex illi tertio inhibuisset, & post inhibitionem attentasset, vt est tex. in d. c. Romana. §. in alium. de appel. in 6. & per illum tex. notant ibi omnes, & Franc. in cap. cum teneamur. num. 15. & sequ. de appel. & facit decis. Rot. 2. aliàs 58. nota ꝙ: vt lite penden. in antiqu. & vis huius ampliationis consistit in hoc: quia aliàs uidemus in
10 multis casibus, ꝙ inhibitio † operatur hunc effectum, quòd actus, qui simpliciter lite, vel appellatione pendente factus non fuisset attentatus, si tamen interuenit inhibitio, transit
11 in attentatum. Exemplum in Iudice † dato cum clausula appellatione remota, qui (si ab eo appelletur) potest appellatione pendente exequi sententiam, quod tamen nõ potest,

si sibi

si sibi per Iudicem à quo sit inhibitum, vt tenet Imol. in cap. pastoralis. colum. 3. in princ. & ibi Franc. num. 5. versi. quartò operatur. de appel. vbi dicit ita esse tenendum, post Doct. in cap. pastoralis. §. præterea. de offic. deleg. & in aliis pluribus casibus, de quibus dicemus latius infra in secunda parte cap. 20. de attentatis post inhibitionem, in prima Ampliat. regulæ ibi positæ per tot.

12 Secundò, etiam si † iste Tertius, qui innouauit, esset in cõ sequentiam ex lite aliquod commodum reportaturus, vt colligitur ex traditis per Ruyn. consi. 75. Quantum. num. 8. & sub num. 14. libro 5. Et quamuis hoc non firmet, pro ea tamen plurimum facit, quod fuit dictum in una Caurien. iurisdictionis coram D. meo Oradino de mense Decembris. 1562. quòd si Ferdinandus sit carceratus, & metropolitanus (ad quem fuerat per eum antea habitus recursus) contra Iudicem (quia Ferdinandum non excarcerabat] etiam post inhibitionem Rotalem publicauerit censuras, & interdictum, quamuis illa respectu Metropolitani uideantur attentata, & in illis tractaretur de commodo Ferdinandi, & de eius excarceratione, tamen respectu Ferdinandi gesta per illum tertium non dicuntur attentata, licèt illi commodum inde resultaret.

Tertiò amplia, vt procedat, etiam si † iste tertius antequã
13 attentauerit habuisset plenum ius super re, circa quam dicitur attentatum: nam si illud alteri † perfectè cessit, ita quòd
14 ab eo per cessionem sit ius abdicatum, si postmodum attentet (puta possessorem spoliando) non datur contra eum remedium hoc attentatorum; quia licèt quãdoque ius habuerit, hodie tamen tempore attentati est mere tertius, vt est de cis. in recollect. Paleot. 106. incip. Gutterius. in vna Caurien. Archidiaconatus, sub die 13. Nouembris. 1558. Nec huiusmodi
15 attentata † facta per cedentem post cessionem nocent ipsi cessionario, vt est in recollect. Cottæ decis. 139. aliàs 142. incip. duodecima Nouembris.

Limitatur nunc supradicta Regula pluribus modis, &
16 Primò, vt non procedat † in tertio habente causam a Iudice, vel a parte, ad no. l. chirographis. §. 1. & ibi Bar. ff. de admi-
17 nistr. tuto. vbi alienata † per appellatum, seu appellantem pẽdente appellatione reuocantur etiam a tertio possessore, ex quo habuit causam ab eis, & in c. cum M. in fin. de constit. ita dicit Franc. post Imol. colum. 4. & Panor. colum. 6. in dicto c. bonæ. num. 11. & seq. versi. tertius intellectus, de appellat. & ibi quoque Præposit. num. 18. versi. aliter potest solui, vbi dicit, quòd appellatio † extendit effectum suum etiam contra eum, qui attentauit cum Iudice a quo est appellatum per tex. in dicto cap. cum M. Quibus adde Aflict. decis. 354. nu. 21. & seq. incip. in causa reuocationis attentatorum, & post Aflict. habetur in recollect. Thom. de Tanis decis. 73. aliàs 76 attentata per Tertium: facit etiam decis. Rot. 3. aliàs 56. si lite.
19 vt lite pend. in no. vbi si tertius † permutat beneficium cum Titio reo, & possessore lite pendente, etiam mortuo Titio contra illum tertium, qui habuit causam ab eo, reuocabitur dicta permutatio via attentati, & post Rotam vbi supra, ita fuit tentum per dominos in una Albarizen. parochialis coram A. Augustino. 15. Ianuarij. 1546. vt est decis. in recollect. eiusdem prima, incip. lite pendente, lib. primo. Quod potest
20 ampliari: vt procedat † etiam si ille tertius sit possessor cum titulo, & bona fide, vt ibidem per Franc. quod etiam post Barto. & alios per eum allegatos Bald. Nouell. in tracta. de dote. in duodecima, & vltima parte. q. 23. sub num. 69. versi. potest respõderi. Et idem sensit nouissime Menoch. de recuperand. possessione, Remed. 17. num. 27. vbi iuncto versi. declaratur
21 primò, ita tenet, quòd contra successorem † hunc agi possit, etiam si spoliatus lite pendente non probet eum scienter in re vitiosa successisse. Hinc uidemus, quòd literæ executoriales, seu brachium seculare obtentum † contra eum, qui pri-
22 mò possidebat, potest exequi ꝯ eius successorem singularem mediatum, vel immediatum, qui lite pendente rẽ, super qua litigabatur, emit, absque nouo iudicio, ad no. per Bar. in l. creditores. C. de pignor. colum. 7. per tex. in cap. Ecclesia sanctæ Mariæ, vt lite pend. ita in vna Romana vineæ. 20. Decembris. 1537. fuit dictum, vt est decis. in recollect. Mohed. 12. quæ incipit in eadem, sub titu. de execut. rei iud. de quo aliquid etiã dicemus infra in secunda parte cap. 4. de attent. lite pend. in tertia illat. in quinta ampliatione regulæ in dicta illatione positæ nume. 327. Quinimmo & condemnatio de fructibus fa-
23 cta † contra attentantem verificatur etiam in fructibus perceptis per tertium habentem causam ab attentante post inhibitionem, ita in una Perusin. bonorum, seu attentatorum coram Puteo fuit tentum, vt est decis. in recollect. Achill. de Grass. 140. fructus perceptos sub titu. de fructibus. Sic etiam
24 videmus, ꝙ lite pendente † inter duos prætendentes se esse insolidum patronos, si alter eorum aliquem presenter, & presentatus instituatur, & deinde possessionem appræhendat, non solum præsentatio, & institutio respectu patroni præsentantis, verumetiam, & ipsa possessio respectu ipsius præsentati dicitur esse attentata, præsertim si patronus nõ esset in qua si possessione præsentandi: ea ratione, quia præsentatus habet causam à patrono litigante, ita in una Tuden. parochialis de Tabucchia coram Grato visi sunt inclinasse Domini sub die 29. Nouembris 1566. Hæc autem omnia duobus modis intelligenda sunt.

Primò de eo † qui causam habet a parte, & possidet rem, 25
super qua pars attẽtauit, secus si possidet aliam eius loco mediante iudiciali adiudicatione subrogatam: Exemplum, si
26 mulier † mortuo viro egit contra hæredes viri pro dote sua (quæ erat in pecunia numerata) & lata pro ea sententia (licèt hæredes appellauerint) fuit tamen facta sententiæ executio non in pecunia (quam hæredes non habebant) sed loco pecuniæ fuerunt sibi bona stabilia adiudicata, quæ bona mulier deinde in dotem dedit secundo viro. Demum in causa appellationis fertur sententia in fauorem hæredum infirmatoria primæ. Quo casu licèt executio per mulierem facta veniat remedio attentatorum reuocanda, & secundus uir videatur ab ipsa muliere causam habere, non potest tamen cõtra eum agi; quia scilicet non possidet rem, super qua pendebat appellatio, & super qua fuit uere petita executio, & consequenter fuit attentatum: sed aliam eius loco subrogatam, nisi in subsidium, quando mulier non haberet alia bona, vt fuit notab. consideratio Bal. Nouell. in tract. de dote, in duodecima parte q. 23. num. 70. licèt super hoc cogitandum relinquerit. Quæ consideratio licèt forsan prima facie satis ad propositum materiæ, de qua agitur, facere uideatur: re tamen vera est extra terminos nostros attentatorum: Siquidem quando hic, & in discursu dicimus, ꝯ tertium dari remedium attẽtatorum, intelligimus de remedio priuilegiato, quo attentata ante omnia reuocantur, non de reuocatione † beneficio
27 iniustitiæ, prout est illa, quam Bald. ibi considerat: quamuis enim ille ibi semper dicat pro reuocatione dari remedium attentatorum, in rei tamen veritate illa est reuocatio beneficio iniustitiæ, & pendet a futuro euentu. Quæ potest in multis casibus contingere, de quibus dicemus suo loco infra latius in tertia parte ca. 21. quibus & quot mod. attent. reuocẽ. nu. 22. versi. ordinaria autem.

28 Secundò intelligenda sunt de eo † qui causam habet à parte, postquam attentauit, secus si ante, vt colligitur ex dicta decis. Paleot. 106. vt proximè dictum est in tertia ampliat. pro qua declaratione facit, quod aliàs fuit dictum. in vna Salamãtina portionis coram Accorambono 16. Nouembris 1546. quòd si Didacus resignauit beneficium in fauorem Petri, & post resignationem ante apprehensionem possessionis Didacus fuerit spoliatus à Thoma, & commissa causa spolij quidam Beltramus fuerit admissus ad causam pro suo interesse, & in fauorem Didaci fuerit decretum (sed male) mandatum executiuum, licèt si ille vigore dicti mandati capiat possessionem dicatur attentare, Petrus tamẽ, qui deinde post nonnullos dies cœperat possessionem vigore sui proprij tituli non dicitur attentasse, & quamuis videatur habere causam a Didaco, cuius possessio erat vitiosa, & attentata, tamen quia habet causam ab eo, antequam attentauerit, Petrus excusatur ab attentatis, & eius successor iuuatur regula de triennali: Præsertim, quia possessio uitiosa Didaci non transiuit in Petrum: quoniam præsupposita resignatione Didacus dimiserat omnem possessionem, & solum fuerat restitutus ad detẽtionem, cui incubuerat, adeo ꝙ vere Petrus acceperat possessionem vacantem, & non habuit causam ab eo quoad possessionem uitiosam, & postquam ille attentauerat, sed ante, vt est decis. in recollect. Peregri. 97. aliàs 14. incip. Didacus; ubi ita postquam fuit sæpissime per excellentes aduocatos informatum (& multum reclamante Puteo) fuisse conclusum refert: Et melius supradictam conclusionem videntur declarasse domini in alia Salamantina sancti Pauli coram domino meo Oradino. 15. Decembris 1568. in qua sub his verbis dixerunt, Veram esse conclusionem allegatam pro parte Petri, quòd regulariter tertius non attentat, & quòd illa limitatur, vt non procedat, quando tertius habet causam à collitigante, per allegata ab vtraque parte, sed quòd ista limitatio sublimitatur, vt non procedat, quando tertius habet causam à collitigante ante litem; quia tunc capiens possessionem nõ dicitur attentare. Vnde cum Petrus habuerit possessionem de anno 1543. (& sic ante litem) quæ fuit de anno 1545. non videtur attentasse. Et ex dicta decis. comprobatur etiam id, quod supra diximus ꝯ hunc habentem causam a parte dari hoc remedium, siue sit mediatus, siue immediatus successor, vt erat in facto in casu dictæ decis. in quo beneficium iuerat
29 per plures manus. An autem iste tertius † habens causam à litigante

litigante iuuari possit regula de triennali, habes per Pereg. dicta decis. 97. & apud Paleot. decis. 215. dubitaui in una Vicē. de papiros, ubi post multas relatas decisiones, & authoritates inuicem repugnantes, inquit ꝙ Rota super hoc noluit aliquid firmare, sed aliqui ex Senioribus attestati sunt, dominos super hoc semper variasse.

30 Secundò limita, vt non procedat † in tertio succedente in re attentata, & vitio isto affecta, (dato quòd à Iudice; vel à parte causam non habuerit) quia contra hunc agitur etiam via attentatorum, tex. est in cap. ex parte Adæ, ubi Imol. de testi. quem singularem, & vnicum in iure dicit Franc. in dicto. cabonæ. num. 12. versic. tertia, & vltima conclusio: pro qua allegat, quod habetur in c. ex parte S. de rescript. & c. in primis. 2.
31 q. 1. & rationem hanc; quia scilicet tale † vitium censetur reale, & per consequens transit ad quemcumque successorem, & latè hanc limit. comprobat, & extollit. Et hac etiam ratione motus idem tenet Soc. Iun. in consi. 52. in præsenti. num. 11. lib. 2. post Oldrad. in consi. 199. & alios per eum allegat. & post Soc. & Oldrad. vbi supra, idem ponit nouissime Menoch. in tracta. de recuperand. possessione, Rem. ed. 17. num. 26. vbi (licèt ad propositum huius limitationis loquatur de successore simpliciter) idem tamen ibidem sub num. 27. versic. declaratur primò, videtur materiam confundere, dum vult supradicta per eum declarari, vt procedant in successore habente causam à Iudice, vel à parte, quod reincidit in id quod proximè diximus in prima limit. Magis autem ad propositū faciunt ea, quæ late ponit Negusant. in tracta. de pignor. in tertia parte 8. partis princ. num. 12. & seq. vbi per multa dedu
32 cit in simili, quòd hypothecaria † datur contra succedentem in re obligata mediatum, vel immediatū, & quæ tradit Ruy. in consi. 107. num. 4. lib. 4. Quibus potest addi: quia si remedium † spolij datur contra succedentem in re, circa quam est
33 commissum spolium, siue successor habet causam à detento re, siue non (puta quia rem propria authoritate occupauit) vt per Mil. in uerbo possessorium recuperandæ, post Anton. de Butr. in c. quia. V. de iudic. & latius per Menoch. in tract. recuperandæ. remed. 15. num. 73. uersi. tertius casus, & num. 77 versi. quartus casus, & num. 78. multo magis remedium attētatorum, in quo viget maior ratio odij, sicut dicimus esse maius delictum, ad no. in ca. 1. vt lite pend. in 6. Quam limit. am-
34 plia similiter secundum Franc. vbi supra, vt procedat † etiam ꝙ succedentem cum titulo, & bona fide: quod etiam affirmauerunt nouissime moderni in tract. commissionum, in 14. formula commissionis attēt. in uerbo causam, & causas, col. 3. uersi. circa secundum priuilegium: Illud tamen circa hanc limitationem non est omittendum, ꝙ licèt Docto. supra allegati intelligant d. c. ex parte Adæ. † in succedente re attentata, etiā si ab attentante causam non habuerit, prout vltra præallegatos id sensit ab initio etiam Bald. Nouell. in tract. de dote, in duodecima, & vltima parte. q. 23. sub nume. 69. non de-
36 sunt † tamen, qui illum textum intelligendum dicant in succedente, & causam ab attentante habente, prout asseuerat Didac. pract. quæst. cap. 24. sub nume. 4. & tandem vltimo loco sensit etiam Bald. Nouell. vbi supra, vt etiam Didac. ibidem aduertit.

37 Tertiò quando † essemus in appellatione extraiudiciali sed generali: exemplum in dicto c. bonæ. iuxta secundum intellectum, de quo ibi per Franc. & alios. Abbas quidam prætendens Ecclesiam ad se pertinere, & timens super illa, & eius possessione molestari, puta à Titio extraiudicialiter appellauit a turbatione, quam timebat non solum contra Titium, sed generaliter contra omnes eum molestare volentes: interposita appellatione Abbas spoliatur, & possessio Ecclesiæ legitimè peruenit ad manus cuiusdam Archidiaconi, qui re vera nullum negocium habebat cum dicto Abbate tempore interpositæ appellationis, & sic erat mere tertius, & tamen contra eum datur remedium attenorum, & ab eo auocatur possessio, & reuocātur omnia in eum statum, in quo fuerant tempore emissæ appellationis vna etiam. cum restitutio
38 ne fructuum, ut in tex. ibi circa fin. & ratio est: quia † licèt prima fronte videatur esse tertius, tamē quia illa appellatio fuit generalis contra omnes, proprie nō potest dici tertius, q̃ sub illa generalitate compræhenditur, vt latius per Fran. ibi post glo. magnam in cap. non solum. de appel. in 6. qui uerum, & notandum intellectum esse dicit ad illum tex. quem videtur etiam tenere Rot. decis. 23. aliàs 407. si expectans, de præbēd. in no. de qua latius infra in 2. parte c. 12. de Attentatis appel. penden. in 18. ampliat. princip.

39 Quartò quando † essemus in tertio, qui non solus, & de per se, sed una cum parte, vel Iudice attentauit, ad no. per gl. mag. in dicto cap. non solum, & est in terminis decis. Bisigne. 30 num. 4. versi. Vtrum innouata per tertium, aliàs quarta de appellat. quoniam hoc casu etiam contra tertium agitur uia attentatorum, vt resident Bisignet. in dicto loco, qui eleganter, & late disputat hanc limitationem ad partes, & demum eam tenere videtur, præsertim cum vltimo etiam loco eam ponat, ad not. in l. cum filius. §. Sabinus. ff. ad Trebell. & per Cassad. decis. prima, num. 8. de acquir. rer. dom. super regul. cum similibus quam decis. Bisignet. refert, & in effectu sequitur nouissime Mohed. & ī recollect. eius est decis. 205. & si &c. sub rubrica de allegat. Lap. post Felyn. in cap. cum super. colum. pen. de re iudic. illam intelligendo, quòd tunc facta per
40 tertium † unà cum parte veniant reuocanda tanquam attentata, quando inter litigantem, & tertium esset fraus, & collusio. Et pro hac limit. quarta optime facit, quod fuit aliàs per Dominos decisum in vna Camerinen. aggregationis canonicatuum coram Iunio 29. Martij 1557. quòd si Episcopus
41 † creauit duos canonicos, & capitulum contra eum causam commisit, & lite hac pendente, ac post inhibitionem Episcopus illos immittat in possessionem, talis possessio (etiam respectu illorum canonicorum) dicitur attentata, ex eo quia (vt colligitur ex allegatis in dicta causa) illi duo canonici per actum immissionis in possessionem videntur unà cum parte attentasse, & eo magis: quia præsupponebatur in facto ibi, quòd illi canonici sustinuissent etiam litem in curia super dictis attentatis: Non tamen diceretur † attentasse vnà cum par
42 te ille, cuius nomine nihil fuit factum, sed tantum nomine partis attētantis, ut potest poni exemplum in eo, qui habuit recursum ad Metropolitanum, & deinde aduersarius Metropolitano inhibuerit, & post inhibitionem Metropolitanus (occasione recursus ad eum antea habiti) aliquos actus gesserit publicando censuras, & huiusmodi, quamuis enim Metropolitanus in contemptum inhibitiohis uideatur attentasse, ille tamen, qui recurrit, non dicitur attentasse. Et licèt esset aliqua coniectura quòd quicquid fecit Metropolitanus, fecerit in gratiam recurrentis, & maximè quia recurrendum daretur ꝯ eum de attentatis, super illis in Curia litem sustinuit: Attamen quia ipse actualiter, & specialiter non institerit, sed omnia fuerunt gesta ad instantiam fisci ipsius Metropolitani, fuit tentum pro non attentatis, vt dixerunt Domini in una Caurien. iurisdictionis coram domino meo Oradino de mense Decembris 1562.

43 Quintò nisi tertius † per actum, quem faceret lite pendente, impediret iurisdictionem Iudicis: nam hoc casu etiam cō tra tertium agitur ad reuocationem eius, quod attentauit lite pendente. ad no. in c. 1. & c. sane, & cap pastoralis. de offic. deleg. Hanc limitationem ponit originaliter glo. in dicto canon solum. in glo. magna post princip. versic. nisi ille tertius, de appell. in sexto, & similiter ponit (licèt cogitandum reliquerit) Franc. in cap. cum teneamur. sub num. 15. & sequ. in versi. in eadem gl. ibi reformare, de appel. pro qua adde Rot. inter decis. Fastol. causa quinta, num. 5. in dubio. 19. in versi. quintum dubium. Et tenendo eam declara, ut procedat
44 † in Iudice primæ causæ, & primæ instantiæ, qui etiam contra tertium impedientem exercebit iurisdictionem, secus in Iudice appellationis, qui regulariter habet limitatam iurisdictionem solum super articulo appellationis, nisi ad eum fuerit deuoluta cognitio totius causæ principalis, ut considerat ibidem Franc. de hac † tamen consideratione subsistendum uidetur: quia ratio huius limit. videtur esse contemptus Iudicis, & impedimentum, quod tertius præstat iurisdictioni, quæ ratio militare videtur etiam præsuppositа limitata iurisdictione.

46 Sextò notabiliter limita, nisi † esset tertius, qui præsumptione iuris censeretur eadem persona cum ea, quæ litem sustinet, vt est pater, & filius, ad l. fin. C. de institut. & substitut. si
47 enim pater † etiam non habens mandatum aliquid attentet, illud reuocatur, si filius statim, quòd illud sciuit, illi non renunciauit, sed vltra litem sustinuit, ut per Egid. decis. 551. si procurator, & Oldrad. consi. 299. colum. secunda quorum authoritate ita in una Cesaraugustana Archipresbiteratus coram Sarnen. 15. Februarij 1545. fuit decisum, ut est decis. in recollect. Putei. 5. attentata ut lite penden. Quæ limitatio ea
48 etiam ratione suaderi potest: quia sicut ista † representatio eiusdem personæ sæpe solet excludere, & tueri aliquem ab attentatis, ita etiam (vt contrariorum sit eadem disciplina) videtur dicendum, quòd quandoque attētata includat, vt hic: Excludit autem hæc repræsentatio attentata, quando essemus in hærede † uniuersali, uel in gratioſe subrogato: quoniam cum hi censeantur eadem persona cum defuncto, si
49 lite pendente rei liligiosæ possessionem capiant potius dicuntur possessionem continuasse, quam attentare, vt admonuimus infra in secunda parte. cap. quarto de attent. lite pendent. in 1. illat. & in prima limit. princip. in 5. ampliat. in quibus locis de hærede, & latius de subrogato locuti sumus.

Septimo

Source : BIU Cujas

50 Septimo limita, niſi † innouatio tertij fieret prætextu prò ceſſus ſuſpenſi per appellationem, vt ſi offendatur bannitus
51 † qui appellauit, vt poſt Bald. in l. qui à latronibus. §. 1. & ibi Imol. colum. pen. uerſic. tangit hic Bal. ff. de teſtam. & eundē
Imo. in l. ſi quis filio. §. hi autem. ff. de iniuſto teſtam. tradit ſub prædicta verborum conceptione Felyn. in c. cum ſuper. ſub num. 5. de re. iudi. Verum quia hæc limitatio uidetur in
52 ſe valde obſcura, indiget aliquali declaratione, & illa † quam clarius ponit idem Fely. in c. ſuper eo. ſub num. 3. extra de offic. delg. & quam dederunt etiam nouiſſime Domini in infra ſcripta Nurſina prioratus coram Sarmiento. 2. Martij 1562. & iterum 22. Maij eiuſdem anni: Fely. enim ibi poſt Bald. in dicta l. qui à latronibus. §. 1. & ibi quoque Imol. dixit, quòd licet titulus. nil nouari appell. pendente, non habeat locum
53 quoad tertium, id tamen † non procedat, quando uellet aliquid innouare fundando ſe in iure cauſæ principalis à qua
54 fuit appellatum: Exemplum de volente impune † offendere bannitum: quia hoc caſu fundat ſe in iure cauſæ principalis, hoc eſt in ſententia banni, à qua cum ſit interpoſita appellatio, ea pendente (ſi tertius aliquid faceret) attentaret, & Fely. vbi ſupra, ſequitur nouiſſime etiam Menoch. de recuperād. poſſeſſ. in 17. Remed. nume. 44. & num. 45. uerſi. quæro decimoquartò: Domini autem dum dubitaretur in dicta Nurſi-
55 na Prioratus, an collitigans † capiens poſſeſſionem beneficij, de quo agebatur, de manu tertij, qui non erat in lite (pendente tamen appellatione per collitigantem interpoſita) diceretur attentaſſe, licèt ad excludenda attentata allegaretur, quòd poſſeſſio, quæ erat apud tertium, qui non erat in lite, poterat per collitigantem capi abſque vitio attentatorum (quia quoad tertium non conſiderantur regulariter attenta-
56 ta) vt in regula ſupra poſita, & faciens aliquid † contra eū, qui non eſt in lite, non attentet, ſecundum Egidium deciſi. 749. in fi. verſi. ſecundò quia hoc caſu, & adderetur, quòd nul
57 la eſt lex, qua caueatur, quòd geſta † contra tertium lite pendente reuocentur. Achil. deciſ. 6. de attent. Pereg. deciſ. 96. cir
58 ca med. qui dicit, quòd qui accepit poſſeſſionem † ab eo, qui non eſt in lite non attentat, & in terminis allegaretur etiam deciſ. Mohed. 344. in fi. & ratio horum omnium aſſignaretur; quia ſcilicet cum poſſeſſio eſſet plena, & apud tertium, non intereat appellantis, quòd fuerit per collitigantem acquiſita ab illo tertio: Nihilominus pro clariori intelligentia materiæ conſiderauerunt Domini ibi plures caſus, & ommiſſis cęteris, ad propoſitum, de quo agimus, adhibuerunt hanc di-
59 ſtinctionem formaliter, quòd Aut collitigans † adipiſcitur poſſeſſionem extraiudicialiter, vel aliquod ius à tertio, & tūc factum non reuocatur per viam attentatorum, & ita procedunt allegata pro Epiſcopo, videlicet deciſ. Egid. 102. & 749.
60 Aut iſte collitigans † nanciſcitur poſſeſſionem à tertio uigore iudicij pendententis inter Epiſcopum, & collitigantem, vt in iſto caſu, in quo præſupponitur, quòd pendente appellatione per Iulium interpoſita, Epiſcopus vigore ſententiæ, ſeu mandati de immittendo in ſententia decreti acceperit poſſeſſionem à Ludouico, & tunc videtur attentatum propter regulam, quòd pendente appellatione nihil eſt innouādum, & facit deciſio. Rot. 29. vt lite penden. in no. & Mohed. 314. Et durum eſſet, quòd reuocata in dubium ſententia per appellationem, ea, quæ ab illa dependent, ſortirentur effectū. Et non obſtat deciſ. Biſignet. 4. de iudic. quia ibi ſententia exequitur contra victum, contra quem eſt lata, & non ſuſpenſa: & ex hac diſtinctione reſpondetur ad omnia allegata pro Epiſcopo. Placuit tamen Dominis (quia materia eſt difficilis, & implicita) quòd dubium reſtringatur ad hunc ultimum caſum, prout ita reſtrictum fuit, deinde diſputatum in dicta ſecunda propoſitione, in qua eadem diſtinctio fuit per Dominos confirmata. Ex quibus omnibus poteſt vtiliter fir-
61 mari hæc concluſio, quòd † tam collitigans, qui aliquid conſequitur à tertio, quàm ipſemet tertius dicatur attentare, quā do fundant ſe in proceſſu, & ſententia, quæ fuerat ſuſpenſa per appellationem, vt in exemplo tertij ad effectum occidendi bannitum fundantis ſe in ſententia banni, & in collitigante capiente poſſeſſionem de manu tertij fundantis ſe in mandato de immittendo in poſſeſſionem decreto in ſententia, quæ fuit ſuſpenſa per appellationem per ſupradicta. Quæ cō cluſio ex eo etiam videtur poſſe cōprobari, quod ponit Decius. in c. dilecti. num. 5. de appel. dum vult, quòd lata ſententia contra Epiſcopum, per quam fuit depoſitus, ſi ille à dicta
62 ſententia appellauerit, non poſſunt † ſuditi ſub prætextu dictæ depoſitionis ſubtrahere ſe ab obedientia Epiſcopi pendente appellatione, & ſic tertius (prout eſt ſubditus ibi) non poſſet in præiudicium appellationis ſubtrahere ſe ab Epiſcopo, & alterius obedientiæ ſe ſubijcere: quia præſuppoſito, ꝙ ſuper huiuſmodi ſubiectione inter illum, & Epiſcopum eſſet lis, diceretur attentare ſecundum præmiſſa: cum natura appellationis ea ſit, vt per omnia conſeruet ſtatum appellantis, vt diximus infra in ſecunda parte cap. 12. de attent. appellat. pend. in præfat.

63 Octauò limita. niſi † tertius appellationi per alium interpoſitæ adhærere voluerit. Cum enim per huiuſmodi † adhæſionem dicatur ſe facere partem, vt eſt deciſ. Rot. 52. aliàs
64 381. fuit dubitatum. de appellat. in no. contra eum habet locum Regula, nil nouari appellatione pendente, ut per Bal. in l. qui à latronibus. §. 1. ff. de teſtam. & in l. prima. C. ſi a non cō peten. Iudice, vt poſt eum tradit Vital. in tracta. de clauſul. ſub clauſula. nil nou. appellatione pendente, num. 20. quem referunt, & ſequuntur Modern. lib. 2. pract. concl. ſuper attēt. concl. 114. Quibus adde Fel. in c. ſuper eo. ſub nu. 3. de offi. de leg. vbi poſt Imo. in d. l. qui à latronibus. dixit, quòd licèt tit. nil noua. appell. pend. non habeat locum quoad tertium, id
65 tamen non procedit, quando † tertius uellet aliquid innouare fundando ſe (& ſic adhærendo) in iure cauſæ principalis, à qua fuit appellatum, quos in hoc ſequitur nouiſſime Menoch. de recuper. poſſ. Remed. 17. num. 44. & 45. uerſi. quæro decimoquartò, & faciunt ea omnia, quæ de huiuſmodi adhærē te diximus latius infra in 2. parte, cap. 12. de attent. appel. pen den. in 12. ampliat. princ.

66 Nonò fallit † in executore apoſtolico, qui attentata reſeruatione alicuius beneficij deputatur ad capiēdum illius poſ ſeſſionem nomine Cameræ reſtituendam Titio, cum preſen
67 tauerit literas apoſtolicas expeditas, qui † licèt uigore clauſulæ, quæ ibi ſolet opponi (videlicet abſque vitio ſpolij, & atten tatorum) poſſit lite pendente ſuper beneficio poſſeſſionem capere, & non attentet, ſecundum ea, quæ latius dicemus in 2. parte, cap. 4. de attent. lite penden. in præfatione in prima
68 illat. ſi tamen † fuerit lis mota ſuper ſubreptione breuis tempore, quo vult poſſeſſionem Titio reſtituere, licèt videretur dicendum, quòd talis reſtitutio (tanquam facta à Tertio, & ab eo, qui non eſt in lite) non eſt cenſenda attentata, & ſimiliter ſi ille lite huiuſmodi pendente vellet de nouo poſſeſſionem capere, vtique poſſet, quaſi ſit tertius, qui regulariter non attentat per ſupradicta: Nihilominus & noua adeptio, & etiam reſtitutio per eum facta cenſetur attentata, vt tenuerunt Domini in vna Auerſana beneficiorum coram Quiroga. 9. Decembris 1556. ea ratione moti: quia executor hoc caſu nō eſt omnino tertius, cum capiat poſſeſſionem reſtituendam collitiganti.

Decimò regula principalis quòd contra tertium non agi-
69 tur uia attentatorum limitatur, ut non procedat † in tertio, qui lite pendente intruderet ſe in poſſeſſione rei, de qua litigatur. Nam talis intruſio † eſt uia attentatorum reuocan-
70 da, ut eſt deciſ. Caſſad. 9. num. 5. de cau. poſſ. & propr. & Biſignet. deciſ. 1. aliàs 20. incip. Nunquid reo, vt lite penden. & deciſ. 5. aliàs 433. nota nūquid reo, ut lite pend. in antiq. Et ideo
71 executoriales † obtentæ per ſuperſtitem collitigantem poſſunt ꝯ huiuſmodi intruſum exequi abſque uitio attentatorū non obſtante, quòd ad inſtantiam intruſi eſſet commiſſa cauſa iactationis ꝯ illum ſuperſtitem, dūmodo uigore illius commiſſionis non ſit inhibitum, vt fuit aliàs reſolutum in vna Senogalien. parochialis de Mondulfo coram domino meo Oradino. 9. Iunij 1559. nam regulariter intimatis ſibi literis executorialibus intruſi † coguntur parere, ut fuit dictū
72 in una Flor. ſancti Pancratij coram Paleotto. 6. Iunij. 1558. Quam nonam limit. amplia.

73 Primò, vt non ſolum † procedat, quando quis ſine titulo aliquo, & propria authoritate intruderet ſe in beneficio, verū etiam ſi titulum habeat, ſed ab eo, qui illum non poteſt dare: nam etiam hoc caſu is dicitur intruſus, & intruſio uia attentati ueniret reuocanda. Rot. dicta deciſ. 5. aliàs 433. & deciſ. 13. aliàs 415. Nota quòd intruſus. de cau. poſſeſſ. & propr. in antiqu.

Secūdò: Vt in tm̄ talis intrūſio ſit nulla, & inualida, reijciē
74 da, & omnino reuocanda, ut talis † intruſus non ſolum repelatur ab agendo ſuper fructibus, & rebus Eccleſiæ, ut eſt dec. Capic. 6. nu. 11. & 12. verumetiam prohibeatur contra petitorem dare obiectus, ut dicta dec. Biſignet. 1. aliàs 20. num. 4. & dicta deciſ. 5. aliàs 433. vt lite pend. in antiq. quod eſt maximè notandum, quia ſi petitor ob aliquod crimen poſſet remouери à iudicio, & per ꝙ ſequens ius non haberet, poſſeſſor veniret ab eo abſoluendus, quod tamen locum non habet, quando poſſeſſor eſt intruſus.

57 Tertiò ꝙ intantum intruſus ſit odioſus: vt † ſi mortuo collitigante ſuperſtes proſequens litem ꝯ intereſſe putantes per audientiam literarum ꝯdictarum obtineat ſnīam, a qua intruſus appellet, & appłone pendente Iudex relaxet brachiū ſæculare, talis relaxatio non poſſit dici attentata, vt fuit reſolutum in dicta Senogalien. parochialis de Mondulfo coram domino meo Oradino 12. Maij 1559. Quinimmo etiam ſi

eadem

Source : BIU Cujas

76 † eadem die, qua fuit lata ſnīa fuerit pro parte intruſi præſentata commiſſio ſuper iactationibus, & hac lite pendente relaxetur brachiū ſæculare, talis relaxatio non cenſetur attentata, vt fuit dictum in eadem cauſa eodem Oradino proponente dicta die 9. Iunij. 1559. rōnes autem Dñorum fuerunt: qa cum ille fuerit prouiſus ab Ordinario ꝫ formam c. ſi hi contra quos, ut lite pend. in 6. vigore decreti irritantis, de quo ibi talis prouiſio fuit nulla, & propterea ꝫ eum tanquam ꝫ intruſum poterat brachium ſæculare exequi, ut proxime dicemus num. ſeq. Vnde ex his patet, quòd in fauorē intruſi nec litis, nec appellationis pendentia facit attentata, niſi emanauerit inhibitio: quia ea ſtante multi Domini ibi cenſebāt brachium ſæculare eſſe attentatum.

77 Quartò amplia, vt † ꝫ talem intruſum, ēt non citatū poſſit exequi mandatum, ita ut per hoc non poſſit agere ſpolio, vt fuit tentum in vna Senen. ſancti Martini. 9. Martij 1554. per deciſ. Egid. 709. & Fely. in c. cum olim. nu. 11. de re iud. & aliàs deciſiones ſupra in principio huius nonæ limit. citatas, vt eſt in recol. Caputaq. in prima par. deciſ. 282. incip. ꝫ intruſum, & eſt deciſ. Creſcent. 142. incip. Executoriales: Quod ta-
78 men videtur † intelligendum.

Primò, dummodo intruſus habuerit cauſam ab eo, ꝫ quē lis mota fuerat, vt poſt Bar. in l. 1. §. 1. de litigioſ. & in l. credito res. de pign. & But. in c. quia G. nu. 13. de Iud. notat nouiſſime Hier. Gab. in conſi. 52. puto. ſub nu. 8. verſic. 4. quia, & melius nu. 9. & 10. verſi. 5. quia, lib. 1. & ſa. quod diximus ſupra nu. 16 & ſeq. in prima limit. huius regulæ.

79 Secundò intellige, niſi † is, qui prætenditur intruſus, cœpiſſet poſſeſſionem vigore reſignationis in eius fauorem ante litem cum clauſula gratioſæ ſubrogationis, quia tunc ꝫ eum mandatum nō poteſt exequi, vt fuit reſolutum in vna Gebennen. ſpolij coram A. Auguſt. 17. Februarij. 1553.

80 Tertiò intellige, niſi † ille, qui lite pendente prætenditur intruſus, poſſeſſionem ꝙſecutus fuerit ex cauſa neceſſaria, pu-
81 ta dationis in ſolutum: tunc enim ille eſſet † citandus, & ſi ſine citatione per executionem mandati prædicti ſpoliaretur, eſſet reſtituendus, vt fuit dictum in una Senogalien. prætenſi ſpolii domus coram A. Auguſt. 19. Nouembris. 1557. aliàs autem non præſuppoſito, ꝙ translatio poſſeſſionis fuerit ex cauſa neceſſaria, vī eſſe difficultas (vt Domini ibi conſiderabant) cum aliqui ex eis tenerent citationem eſſe neceſſariam per deciſ. Afflict. 396. nume. 9. & Capic. deciſ. 128. & quia licèt aliàs Doct. dicant, poſſe ꝫ hunc executionem fieri ſine nouo proceſſu tamen hoc intelligunt ſine nouo proceſſu cauſæ principalis, ſed ꝙ bene requiratur citatio, vt conſtet, an datio in ſolutū fuerit facta pendente lite, & an neceſſariò, vel uoluntariè per doctri. Bald. in l. vnica, in fi. C. de alien. iud. mut. cauſa fact. & Paul. de Caſtr. in l. a diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. de re iudi. Aliqui uerò tenerent non requiri citationem fauore vltimæ voluntatis (prout erat caſus ibi) per Doctr. Bart. in d. §. ſi ſuper rebus, cū quo trāſeunt cōiter alij ſm Alex. ibi, ut latius ibi per Dominos iuxta notas Oradini, qui circa illud factum multa alia conſiderarunt, quæ ad materiam non faciunt, de qua agimus.

Sublimitari poteſt eadem decima limitatio.

82 Primò, quando † is qui propria authoritate lite pendente ſe intruſit fuiſſet ī antiquiſſima poſſeſſione beneficij: is enim,
83 cum non dicatur † intruſus, ut per Mil. in verb. intruſus non dicitur habens antiquiſſimam poſſeſſionem, quem in hoc ſecutus eſt nouiſſime Hieron. Gigas in tracta. ſeu Epithomate de intruſo, num. 80. verſi. nec minus compræhenderetur, per conſequens non uidetur, ꝙ cadat ſub iſta regula: Præſertim ſi
84 † fuiſſet in poſſeſſione per tm̄ tempus, ut iuri agendi ſuper attentatis fuiſſet præſcriptum, de quo infra in 3. parte c. 23. qñ & intra quæ tempor. attent. reuoc. peten. q. 3. princ. per totā.
85 Quod dictum intellige, & declara, ut non procedat † qñ eſſemus in intruſo ꝫ diſpoſitionem c. ſi hi contra quos. vt lite pē den. in vj. propter decretum in eo appoſitum, quod inficit ēt poſſeſſionem, vt clarum eſt, & eſt deciſ. Caſſad. 1. de reſt. ſpol.
86 Aliàs autem quis dicatur † intruſus, ultra ſupra allegatos uide apud Decium in conſi. 121. in cauſa. nu. 4 lib. 1. & per Frā. Marc. in deciſ. Delphinat. deciſ. 1023. nu. 10. Ruy. in conſi. 128 quantum. nu. 2, & ſeq. lib. 5. Pariſ. conſi. 47. uidetur. nu. 4. lib. 4. & nouiſſime poſt Gemin. & alios per Mandoſ. ſuper regul. de ſubrog. collitig q. 4 nu. 2.
87 Secundò limita: niſi † quis fuiſſet gratioſe ſubrogatus etiā quoad poſſeſſionem, quā habebat cedens tempore ſuę ceſſionis: quia is capiens lite pendente poſſeſſionem nō dicitur intruſus, vt fuit tentum in vna Senen. ſancti Martini. 24. Februarij. 1553. ut eſt in recollect. Caputaquen. in prima parte. deciſ. 282. incip. contra intruſum. in fin. & in alia Oueten. Archidiaconatus coram Aldobrandino. 12. Nouembris 1563. & in alia Nullius, ſiue Giennen. beneficii coram A. Auguſtino 2. Decembris 1556. cum quibus concordant etiam aliæ deciſ. quas citauimus infra in ſecunda parte. cap. 4. de attent. lite pend. in prima illatione regulæ ibi poſitæ, num. 339. verſ. 7. vt non procedat in gratioſe. Et ex eadem ratione fuit reſolutum in una Vlixbonen. quartanariæ corā Accorambono 13. Iunij. 1554. ꝙ taliter ſubrogatus non dicatur intruſus; Quod ex his quæ in eadem cauſa dicta ſunt. 24. Februarij. 1556. coram eodem,
88 ampliari poteſt, vt procedat † etiam, ſi talis ſubrogatio videretur inualida ex eo: quia per reſignationē (cuius vigore fuit facta ſubrogatio) non eſſet abdicatum ius à reſignante, qui reſignabat reſeruata ſibi penſione, & non aliter. & penſio nō fuit ſortita effectum (vt erat in caſu illo) in quo tamen fuit reſolutum pro non intruſione: Quæ omnia de intruſione ne
89 ceſſariò † declara, ꝙ ſi lite inter Titium, & Mæuium pendente moriatur Titius poſſeſſor, poſt cuius mortem ex Ordinarij prouiſione Sempronius in beneficio ſe intruſerit, & ſic attenauerit, & deinde per Papam Caius in ius, & litem Titij fuerit gratioſe ſubrogatus licèt contra iſtum tertium, qui attentauit, poſſit agi uia attentatorum, vt ſupra proxime concluſum fuit, agere tamen non poteſt Caius ſubrogatus, ſed ſolū Męuius ſuperſtes non obſtante, quòd ſoleat dici, quòd ſubrogatus debet eſſe eiuſdem conditionis, cuius erat is, in cuius locum ſubrogatur, ad regulam. l. eum qui. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis caut. cum ſimilib. vt eſt deciſ. Rot. 10. aliàs 411. incip. ſi lite pend. col. fi. verſ. ſi verò non actor. ſub tit. vt lite penden. in no. & poſt eam Mil. in uerbo attentata autem per tertium. fol. 30.

Vndecimo & vltimò regula iſta principalis de tertio atten-
90 tante limitatur, ut non procedat † in Ordinario, qui lite pendente inter aliquos ſuper aliquo beneficio altero mortuo de beneficio prouidet. Nam licèt Ordinarius, quoad illam litez
91 ſit tertius, tamen eius † collatio, & prouiſio lite pendente facta uia attentatorum reuocatur. c. ſi hi contra quos, ut lite pē den. in 6. & cle. 1. eo. ti. & in dictis locis per omnes ſcribentes: Sed plenius attingendo materiam dicti c. ſi hi contra quos. breuiter in hac vltima limitatione ſit.

92 Regula, Quòd † collatio, & prouiſio facta per Ordinariuz contra diſpoſitionem dicti c. ſi hi contra quos, lite pendente venit via attentatorum reuocanda, vt dictis iuribus, & eſt deciſ. Rot. 10. aliàs 411. ſi lite. ſub num. 2. vt lite penden. in nou. & deciſ. Caſſad. v. incip. Agebat. in princ. ſuper reg. Canc. & facit deciſ. Egid. 94. ſi cauſa: ratio autem quare Ordinarius non poteſt prouidere non ea ſola eſt: quia ſcilicet non debent poſſeſſoribus, & litigantibus noui aduerſarij dari, verumetiam, & alia potiſſima, videlicet fauor Eccleſiarum, ne lites fiant immortales, ut conſiderabat Mohed. in recoll. ſuis deciſion. 180. vacante, ſub rubr. vt lite pendent. Quæ regula ampliatur.

93 Primò, etiam ſi † eſſent tres, uel quatuor litigantes, & vnus tantum ex eis moriatur: nam idem ſeruatur. Lap. in dicto c. ſi hi, & poſt eum Domi. ibi poſt princip. & Franc. ibidem col. pen. in fi. per tex. in cle. prima eo. ti.

94 Secundò ex intentione aliquorum, vt procedat † tam ſi ſit lis ſuper petitorio, quàm ſi ſuper poſſeſſorio ſecundum opi.
95 Lap. & Dom. ibidem: quamuis in ꝫrium † uideatur commu. opinio, vt dicemus infra in 12. limita. huius reg. num. 135. poſt Caſſad. deciſ. 4. incip. maior pars. in prin. & etiam in fin. verb. vt lite penden.

96 Tertiò, etiam ſi † beneficium vacuerit per obitum non naturalem, ſed ciuiliter, & interpretatiue, puta per translationē ad aliud beneficium, cum tunc fortius habeat locum ratio c. ſi hi ꝫ quos, ſecundum opinionem Archidiaconi ibi, quæ li-
97 cèt habeat æquitatem, tamen non uidetur † ad hunc caſum extendenda diſpoſitio illius tex. cum fundetur ſuper æquitate contra rigorem ſcriptum ſecundum Ioann. Andr. ibi. Niſi in uno caſu ſecundum Imol. ibi, quando ſcilicet talis tranſlatio, & mors interpretatiua fuiſſet malitioſe procurata ad finem, vt Ordinarius poſſet alteri cōferre. vt hæc omnia refert, & ſequi videtur Franc. in d. cap. ſi hi contra quos. col. 1. in fin.
98 Pro opi. tamen † Archid. facit illa propoſitio, quòd ſicut mā-
99 datum † reuocari cenſetur per mortem naturalem, clem. fin. de procur. ita per mortem ciuilem, puta per reſignationem beneficij, per quam reſignans dicitur mori reſpectu beneficij reſignati. c. veritatis. de dol. c. 2. de pœn. in 6. Rot. deciſi. 28. aliàs 376. fuit dubitatum. de procur. in no. quæ diſpoſitionez dictæ clem. extendit ad renunciationem, vel aliam mortem ciuilem, ſecundum quam fuit aliàs tentum per Dominos in vna Caurien. Archid. coram Caputaquen. 20. Maij 1562. ꝙ
100 ſcilicet per reſignationem † mandatum dicatur reuocatum, & ſententiam latam cum tali procuratore reuocato eſſe nullam, & ad propoſitum huius mortis ciuilis nonnulla elegan ter ponit Papazzo: in addit. ad dictam deciſi. vigeſimooctauo per totam.

Quartò

Source : BIU Cujas

101 Quartò amplia, vt † Ordinarius non ſolum non poſſit beneficium conferre, ſed nec aliquem ſubrogare in ius cedentis, vel decedentis lite pendente, vt per Franc. in dicto cap. ſi hi. in 2. notab. & propterea aliàs in una Poſuanien. parochialis coram Serafino 14. Ianua. 1572. in qua (cum lite inter duos præſentatos pendente, & neutro in poſſeſſione exiſtente alter deceſſiſſet, & ſuperſtes fuiſſet per Ordinarium in locum prę defuncti ſubrogatus, atque etiam in poſſeſſionem immiſſus, & tam per patronos, qui defunctum præſentauerant, quàm per nouiter præſentatum prætenderentur præmiſſa eſſe attentata, & reuocanda, vel ſaltem poſſeſſionem beneficij ſequeſtratum) Domini tenuerunt locum eſſe ſequeſtro: Quã
102 ampliat. limita, vt † non procedat, quãdo petitor fuiſſet mortuus: tunc enim Ordinarius poſſet ſubrogare ad ius defuncti, vt per eundem Franc. in d. c. ſi hi. col. 2. in princ. verſi. & prædicta procedunt &c. ſecundum opi. Ioannis Andr. ab eo ibi re-
103 latam. Quam tamen limitationem declara, vt † procedat, qñ poſt mortem petitoris nullus eſſet, qui cauſam proſequeretur: tunc enim Ordinarius poſſet ſubrogare (vt dictum eſt) aliàs ſecus, vt per Fran. in proxime citato loco.

104 Quintò amplia, vt procedat † diſpoſitio dicti c. etiam contra tertium, ut no. Docto. ibi, præſertim Domi. & Franc. poſt princ. In tantum, vt prouiſus ab Ordinario contra formam dicti c. ſi hi: ſit etiam de facto amouendus à poſſeſſione, vt eſt deciſ. Rot. 3. aliàs 16. ſi contra in ſecunda addit. de reſt. ſpol. in no. ita vt ſi iſte prouiſus ab Ordinario ſpolietur, ſibi non cõpetat reſtitutio, vt eſt deciſ. Caſſad. 9. incip. Rota. in antiq. nu. 4. de cauſa poſſ. & propr. declarando tamen, vt infra in 13. limit. num. 139.

105 Sextò poteſt ampliari, ut procedat † etiam ſi lis eſſet corã arbitro ſecundum opi. Franc. qui poſt Hoſtien. & Imol. in c. ex parte. de verborum ſignif. dicit formaliter in c. 1. ſub num. 4. in glo. in verb. mori, ut lite pend. in 6. quòd d. ca. ſi hi contra quos, habet locum non ſolum quando lis pendet coram Ordinario, vel Iudice delegato, verumetiam coram arbitro, qđ eſt notandum ſecundum eum ad propoſitum. l. ſi quis rem. ff. de arbit. Quæ opi. ex his comprobari poteſt, quæ latiſſime poſuimus infra in ſecunda parte, cap. 15. de attent. penden. cõ prom. præſertim nume. 121. & 129. & ſequ. vbi firmauimus, quòd regulariter etiam lite coram arbitro pendente dantur attentata.

Limitatur prædicta regula huius 11. limit.

106 Primò, niſi † lis fuiſſet calumnioſe, iniuſte, & in fraudem mota, ut eſt deciſ. Caſſad. 7. concluſit Rota, in titu. de dol. & contum. num. 1. cum & aliàs generale ſit, quòd lis calumnio-
107 ſe inſtituta † non ſolet cauſare attentata, vt dicemus infra in ſecunda parte, cap. 4. de attent. lite pend. in 4. limit. princ. Sicut
108 nec quando reſtitutio † in integrum eſt calumnioſe petita: cum nec eo caſu dentur attentata, vt in dicta ſecunda parte c. 17. de attent. reſt. in integ. pend. in prima limit. regul. ibi poſit.
109 num. 56. & quòd prouiſus ab Ordinario † poſſit dare de nõ lite, ideſt, cp lis erat calumnioſa, fuit aliàs tentum in una Hiſpalen. coram Achil. de Graſſis, vt eſt deciſ. in recollect. ipſius. 189. litem. ſub rubrica de lite.

110 Secundò † qñ lis ſuper beneficio fuiſſet mota per aſſertuꝫ procuratorem meũ, & mortuo aduerſario meo Ordinarius prouidiſſet, & deinde ego uellem ratificare geſta per aſſertũ procuratorem ad effectum excludendi prouiſum ab Ordinario vigore dicti c. ſi hi, & regulæ de ſubrogandis: nam hoc ego non poſſum facere, & Ordinarius hoc caſu potuit prouidere, vt eſt deciſ. Caſſad. 40. introducta. per totam, ſuper Reg. Cãcell. ſub ti. de ſubrogan. collitig. quam poſt Sarnen. & Rebuf. tenet etiam Mandoſ. ſuper Reg. de ſubrogand. collitig q. 10. ſub num. 3. verſi. pro parte negatiua. Non obſtante, quòd in
111 contrarium videatur communis opi. quòd geſta per aſſertũ procuratorem ratificari † poſſint, cui ille ibi (præſertim attẽto ſtilo Dominorum) ſufficienter reſpondere uidetur. Et quamuis idem ſuper reg. de annali. q. 39. uideatur tenere,
112 quòd citatio, & alia facta † per aſſertum procuratorem ſubſecuta domini ratificatione, interrumpant pacificam poſſeſſionẽ annalis poſſeſſoris, & ita reſolutum fuiſſe in una Oxomen. beneficij coram Guidobono. 3. Decembris 1554. & conſequenter quòd contra premiſſa poſſet opponi, quòd ita etiã ratificatio in caſu noſtro deberet inducere litem ad effectum
113 attentatorum: poteſt tamen † replicari, quòd non eſt eadem ratio; quoniam in caſu noſtro tractamus de faciendo per hãc ratificationem aliquem incidere in pœnas attentatorum, de quibus latius infra in tertia parte cap. 31. de pœnis attent. & conſequenter ſumus in odioſis, quæ ratio videtur ceſſare in caſu annalis poſſeſſionis: Vnum tamen præmiſſis obſtare vi-
114 detur: quia uidemus, quòd inhibitio † obtenta per aſſertum procuratorem cauſat attentata, vt dicemus in ſecunda parte. cap. 20. de attent. poſt inhib. in 5. ampliat. num. ſecundo, & tamen lis † introducta per aſſertum procuratorem non uidetur cauſare attentata, ut hic: Niſi dicas, quòd ideo inhibitio
116 cauſat attentata: quia † ſiue iuſta, ſiue iniuſta eſt timenda. Rot. deciſio. 26. aliàs 302. nota quòd audientia. de appellat. in antiq. & dicemus latius dicto ca. 20. in 11. ampl. princip. quæ ratio videtur ceſſare in lite, quæ cum ſit nulla, nullum quoque operatur effectum, & conſequenter non uidetur ita, ſicut inhibitio timenda. Vel dicas, & melius, quòd uis præſentis limitationis non eſt in hoc: quia ratificatio litis non ſuſtineat litem, etiam ad effectum attentatorum: quoniam im
117 mo regulariter etiam ratificatio † citationis obtentæ per aſſertum procuratorem facit attentata, vt dicemus infra dicto ca. quarto. de attent. lite penden. in præfation. & quando lis dica. pend. in materia citationis, verſic. ſextò &c. nume. 56. ſed conſiſtit in hoc: quia talis ratificatio non cenſetur facta in tẽpore: quia ad hoc, vt operetur ſuum effectum, debet præcedere actum, qui prætenditur attentatus, non autem ſubſequi, prout vere loquitur dicta deciſio. Caſſad, & poſt Imol. in conſil. 132. in cauſa, nume. 8. in fin. & Creſcent. deciſio. 229. incip. annali: declarauimus etiam in dicto cap. quarto in præallegato loco.

118 Tertiò limita; quando † litigans ſuper beneficio non expediuiſſet literas ſuæ gratiæ, quia cum literis non expeditis, nõ dicatur lis pendere obſtante reg. Canc. 29. in ordine, quòd cauſarum commiſſiones nullius ſint momenti literis non expeditis, poteſt Ordinarius eo caſu prouidere, ut uidetur eſſe deciſ. Caſſad. quinto ſuper reg. Cancell. incip. agebat. per tot. præſertim in fin. cum regulariter ad excuſanda attentata opponi poſſe exceptionem de literis non expeditis firmauerimus infra in tertia parte, cap. 24. de Reo & exceptio. ſibi competen. quæſt. 10.

119 Quartò, quando † litigatur contra Titium ſuper beneficio ad effectum, vt ille amoueatur a beneficio, & deinde alteri conferatur, non autem, quod collitiganti adiudicetur, qui diceret in eo ſe ius habere, ut eſt deciſ. Toloſ. 436. Item fuit quæſitum, & tradit Fran. in dicto c. ſi hi contra quoſ. colum. fin verſic. ſi verò redit &c. Quibus adde Rot. deciſ. 3. aliàs 56. ſi lite pendente, ut lite pend. in no. & Pariſ. conſi. 47. uidetur. num. 42. lib. quarto, & poſt dd. deciſ. Alciat. in conſ. 11. pro mo
r. num. 25. & ſequ. verſic. quartò quia. lib. primo vbi ſubdit, quòd neſcit quis viuentium ſit tantæ authoritatis, qui auderet contrarium dicere, & ſe authoritati Dominorum de Rota præponere, cum nullum habeant contradicentem: quod etiam tradit Ioannes Baptiſta Ferrett. in conſi. decimotertio pro reſolutione. nume. ſecundo vbi dicit, quòd oppoſitio de incompatibilitate plurium beneficiorum non facit beneficia litigioſa.

Quintò ut procedat, quando agitur, & litigatur, & eſt quæ
120 ſtio principaliter, cuius ſit beneficium, ſecus ſi † incidenter, ſecundum Mil. in verb. litigioſa res ſit quãdo agitur, ad med. fol. 214. vbi poſt Io. Andr. Paul. & Franc. dicit, ordinariam collationem non impediri, niſi quando eſt quæſtio principaliter, cuius ſit beneficium: idem tenet Archid. in d. c. ſi hi contra quoſ. in verb. litigatur. & Domi. poſt princ. & Franc. num. 3. & eſt deciſ. Caſſad. quarta maior pars. in princ. ut lite penden quod etiam expreſſe affirmauit Alciat. in d. conſil. 11. & poſt Franc. vbi ſupra, & Bonifat. de Vitalin ſequitur Mandoſ. ſuper reg. de ſubrog. collitig q. 13. ſub nume. 4. & iſta eſt vera, & communis opin. de qua poſt Caſſad. d. deciſ. 4. teſtatur Io. Baptiſta Ferret. in conſi. 12. tota controuerſia. nume. 4. lib. 1. ubi in id citat etiam Cyn. Bart. Bal. in l. 2. C. de litigio. Inno. & Butrig. in cap. cum M. Ferrarien. de conſtit. Io. Andr. & Abb. in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ, & in c. ſi. ut lite pend.

121 Sextò, quando † Ordinarius contuliſſet lite finita, puta, quia ſententia tranſiuiſſet in rem iudicatam, vt per glo. in dicto cap. 2. in verb. finita. Idem dici poteſt, ſi eſſet finita renunciatione. ut no. Mil. in uerb. litigioſum beneficium, & Crauet. poſt alios in conſi. 182. Videtur. nume. 4. lib. 1. Vel tranſactione, ut eſt conſi. Pariſ. 47. uidetur. num. 43. lib. 4. Seu tempore, puta ſi per 18. annos ſtetiſſet, quòd nihil factum fuiſſet in cauſa, adeo cp poterat præſumi habita pro derelicta, ut eſt deciſ. Caſſad. v. vt lite pend. tunc enim collatio valet, Franc. in dicto cap. ſi hi. in glo. in verb. finita, quam deciſ. Caſſad. tenuit aliàs etiam Rota in vna Hiſpalen. Canonicatus coram A. Auguſtino 16. Maij 1547. vt eſt in recollect. Pereg. deciſ. 10. aliàs 86. incip. proponente. & fa. aliæ deciſ. quas citauimus infra in 2. parte cap. 4 de attent. lite penden. nume. 175. uerſi. circa quar-
122 tum de tempore. Pro qua facit: quia per ſententiam † dicitur regulariter lis finiri. Rot. deciſ. 10. aliàs 411. ſi lite. vt lite penden. in no. & latius infra in ſecunda parte, cap. 4. de attentatis lite pendente. limit. 6. princip. Et quòd prouiſus ab Ordinario poſſit dare de non lite, ideſt litem eſſe extinctam, eſt deciſ. recollect. Achil. de Graſſ. 189. litem. ſub rubr. de lite. Ad

quod

Source : BIU Cujas

quod facit,quod eleganter in casu suo considerat Sigismūd. Loffred.in consi.6.dubitatur.sub num.11.quòd contra agē
123 tem † possessorio iudicio, qui ratione priuilegij pendentiæ huius iudicij volebat excludere processū in causa criminali occasione superuenientis falsitatis inchoatum, potest opponi (& valide) hæc exceptio, quòd illud iudicium non est iudicium:cum fuerit finitum vigore cuiusdam regiæ pragmaticæ,de qua ibi per eum. Aduertendum tamen est.quòd contra hoc nouissime videtur esse decis.in recollect. Putei 4.lata snīa sub rubr. vt lite pend. cum qua concordat in recollect. Mohed.in eadem causa decis.180. Vacante.sub eadem rubr. & quod fuit dictum in alia Caurien. Archidiaconatus coraꝫ Grato 28. Aprilis 1564.de quibus latius infra dicto c.4.in prę fatione,dum tractatur,quibus modis lis dicatur finiri, num. 230.versi.circa primum.limit.4.in quibus noluerunt Domini,ꝙ lata sententia ꝯ possessorem, quæ transiuit in rem iudi-
124 catam (licèt videatur lis extincta) remanet † tamen talis lis, quòd non potest beneficium resignari in manibus Ordinarij,vel Nuntij, & ita fuisse tentum in una Calaguritana Heremitorij coram Aquen. 18. Octobris 1545. Nisi consideres
125 † rationem diuersitatis inter casum, quando possessor uult resignare(& per consequens dare suo aduersario nouum collitigantem) & quando Ordinarius iure suo vult conferre; quia in resignatione videtur considerari quoddam factum resignantis,quod sibi non debet concedi, ne ex sua culpa in nō appellando consequatur commodum, arg. l.itaque fullo. ff. de furtis,quæ ratio cessat in Ordinario, vt supra. conferente: Verùm quia ista consideratio non videtur vniuersalis ad om nes casus,de quibus ibi, sed restricta ad rem iudicatam resultantem ex facto non appellantis, aut non prosequentis appellationem,& potest dari res iudicata ob tres conformes, vt erat in dicta Caurien. & in alijs casibus ex dictis decisio. quæ sunt pro contrarijs allegatæ, potius est colligenda declaratio
126 ad præsentem limitationem, vt Ordinarius † possit lite finita per sententiam conferre, quando scilicet sententia est debite, & legitime demandata executioni per adeptionem possessionis, vt latius declarauimus dicto versicu. circa primum,in quarta limita.

127 Septimò quando † lis esset inter electum, seu prouisum, & eos,ad quos spectat ius eligendi,seu prouidendi:nam tali lite pendente alia electio,seu prouisio non impeditur: Franc. ibi sub num.5.versi.ex quibus infertur,col.fi. & faciunt, quæ tradit Vital.in tracta.de clausul.in claus.nil noua.accusatione pend.num.7.post Inno.in c.dudum. extra de elect. Et quamuis contra præsentem limit. videatur decis. Peregri.96.incip. vtrum sit procedendum. ad fi. in qua videtur fuisse tentum, quòd si capitulum lite inter eum, & electum pendente aliū eligat,talis electio censeatur attentata; quia tamen illa decis. non uidetur omnino tuta,vt admonuimus infra in secunda par.cap.4.de attent.lit.pend.in 22.limit. princ.in v. sublimita. regulæ ibi positæ, à præsenti limitatione non uidetur recedendum.

128 Octauò, quando † Ordinarius (mortuo vno ex litigatoribus]vellet beneficium conferre superstiti: nam talis collatio nō prohibetur,cum cesset ratio dicti c. si hi. secundum Frāc. ibi in glo.pen.qui licèt cogitandum reliquerit, tamen videtur limitatio satis notabilis, & admittenda: pro qua facit illa
129 ratio, quòd sicut ea † quæ tendunt in faciliorem exitum applationis non dicuntur attentata, vt infra in secunda parte.ca. 12.de attentatis appellatione pendente, limita. quarta princ. ita dici potest, quòd (cum hæc collatio facta superstiti tendat in faciliorem exitum, immo in extinctionem litis respectu negocij principalis) non debet reputari attentatum. Et id, quod in simili dicebat aliàs Rocchus de Curte in tract. de iure patro.in verb.honorificum.q.23. sub nume.53. quòd licèt regulariter patronus (vno ex præsentatis lite pendente morto) alium præsentare non possit (obstante cap. primo, vi lite penden.in 6.) superstitem verò, secundum eum, potest præsentare: quia tunc uidetur cessare ratio dicti cap. primi.

130 Nonò,quando † impetrans post annum non seruauit secundam partem regulæ de annali possessore, quia tunc lis dicitur extincta, & Ordinarius prouidet, vt fuit aliàs tentum in vna Gebennen.parochialis Serauallis coram Puteo. 8.Nouembris 1540.vt est in recollect.eius decis.11.lis dicitur extin
131 cta,sub Rubrica, vt lite pend. Et diceretur † illam seruasse,si citauit possessorem infra sex menses à die præstiti consensus computandos,vt sepius fuit resolutum,& etiam si citatio esset non super beneficio,& sic petitorio,sed solum super possessorio ad uidendum impetrantem immitti in possessionem beneficij, & in illam immissum manuteneri, vt fuit dictum in vna Taurinen. Archipresbiteratus coram Robusterio 31, Ianuarij 1569. in qua, cum ex aduerso daretur de defectu citationis,ex eo quia illa solum erat in possessorio, Domini tenuerunt non obstare allegatum defectum citationis.

132 Decima limit huius materiæ.c.si hi.sit, ut † non procedat, qū litis pendentia,quę allegatur esset uigore appellationis ex traiudicialis,etiam intimatæ, dummodo appellationis causa non esset commissa:quia non prę suppositā commissione,lis
133 † vere non dr̄ pendere,& Ordinarius pōt conferre,vt no.in re coll.Achil.de Grass.decis.3. appellatio extraiudicialis. sub tit. de appel.circa medium post Præposit.in c.bonæ.nu.32.versi. succedit quæstio,de appel.& alios de quibus ibi per eum. Et in proprijs terminis, ꝙ appellatio extraiudicialis nō inducat talem litis pēdentiam,ut Ordinarius ꝓferre prohibeatur,fuit alias resolutū in una Casalen.prioratus coram Grato. 17. Februarij 1567. per decis. Rot. 69.aliàs 764.sciendum,de appel.in antiq.& faciunt,quæ latius diximus infra in 2.parte, c.4.de attent.lite pend. in præfatione,& qū lis dicat.pend.dum locuti sumus, an per extraiudicialem appellationem lis inducatur in secunda opin.nu.195.

134 Vndecimò limita,vt non † procedat de consuetudine Frāciæ, vbi vno collitigante mortuo Ordinarius ꝓfert,& dictum c.si hi.non seruatur,vt testatur Rebuf.in sua praxi benef.in titu.de forma signaturæ, in prima parte.in versicu. litigiosum. fol 113.

135 Duodecimò,quando † lis esset solum sup possessione,non aūt super beneficio: qa hoc casu Ordinarius non impeditur, vt per Cassad.decis.4.incip.maior pars: vt lite pend. vbi testat̄ hanc esse ueram,& cōem opinionem,pro qua facit,quòd lis
136 † super possessorio non facit rem litigiosam, idem Cassad.de cis.6. Palatium.nu.2. de rescr. de quo dicemus infra in 2.par. cap.4.de attent.lite pend.in 2.limit.princ.versi.quoad primū, & latius in d.c.4.in tertia illat.princ.versi.15.limit.

137 Decimotertiò,& notabiliter limita, vt non † procedat, qū tpe vacationis beneficij nulla erat super eo lis, sed vacauit p obitum pacifici possessoris,& lis superuenit post obitum, puta inter eum,qui illud in curia impetrauit, & alium, qui habebat ad illud regressum: qm̄ hac lite pendente pōt Ordinarius tale beneficium tertio ꝓferre,& prouisus ab eo possessionem capere,nec dicuntur attentare, per regulam suprapositam,ꝙ Tertius nō attentat. Nec obstat dictum c. si hi ꝯ quos, & quod notant ibi Doct.præsertim Dominicus,& Fran. post
138 princ., quòd illius dispositio procedat † etiam ꝯ tertium,qui vigore prouisionis Ordinarij possessionem lite pendente caperet,qui est à possessione amouendus. Rot.decis.3. aliàs 16. in 2.addit.de rest.(pol.in no.& diximus supra in 5. ampl.hu-
139 ius regulæ nu. 104. quia illud † procedit, qū tertius prouidetur ab Ordinario,& nanciscitur possessionem beneficij vacātis per mortem vnius ex collitigantibus:quia tūc Ordinarius nulliter prouidet,& possessio ab eo capta est attentata,& ista fuit noua dispositio dicti c.si hi ꝯ quos,ex rationibus ibi conderatis.Secus verò est,qū beneficium vacat per obitum pacifici possessoris,nulla lite existēte; quia licèt post vacationem
140 oriatur lis inter aliquos,illa † non impedit, quin Ordinarius possit tertio conferre beneficium, & prouisus capere possessionem citra vitium attentatòrum: quia dispositio dicti ca. si hi, quæ est exorbitans,non debet extendi extra suum casum in præiudicium ordinarij,qui ex hoc excluderetur à iure conferendi,vt fuit ferè his formaliter verbis dictum, & resolutū in vna Nursina Prioratus inter Ludouicum Anastasium, & Venturam de Bufalinis coram Sarmiento 4.Februarij 1564.

141 Quam ampliando,dixerunt ibi Domini, procedere † non obstante, ꝙ dicta possessio per tium ab Ordinario prouisum capta,videretur ex alio nulla,& attentata: quia scilicet in regressu, qui ibi allegabatur,aderat clausula decreti irritantis,quæ
142 † solet regulariter inficere nedum titulum, verum etiam possessionem Rot.decis.10.aliàs 475.no.de causa possess.& propr. in anti.Egid.decis.342.cum simil.Nam respondebatur,& be
143 ne,ꝙ licèt inficiat,vt supra, tamen † non inducit litem,& consequēter nō facit attentata,quæ regulariter p̄supponunt litē. Cassad.decis.6.incip.voluerunt.nu.2.super reg.

144 Decimoquartò limita,seu magis declara, vt † quamuis Ordinarius beneficium litigiosum conferre non possit,vt in regula,illius tamen resignationem in manibus suis factam recipere,& admittere non prohibetur.Bonif.de Vitellin.in cle.1. q.4.nu.54.vt lite pend. Fran.in c.non potest.§.fi.de præben.in
145 6.sicut etiam in simili dicimus,ꝙ licèt Ordinarius † conferre non possit beneficiū reseruatum,resignationē tñ illius admittere pōt. Aeneas de Falcon.de reseruat.q.14. in tertio effectu. col.3.post Rot.decis.1.aliàs 23.fuit dubitatum.de rerum permut.in no.& ita fuit resolutū in una Caurien. Archid.coram Caputaquen.20. Maij. 1562.

146 Decimoquintò,& utiliter p̄missa intellige,ꝙ † licèt prouisio Ordinarij de bñficio litigioso rīr sit attētata:hæc tñ attentatas non reuocantur, qū postmodum prouisus obtinuisset nouā

prouisio-

Source : BIU Cujas

prouiſionem à Papa, cum clauſula gratioſæ ſubrogationis, & mentione litis, & quòd poſſint exprimi tituli etiam infecti, vt fuit reſolutum in una Piſana Canonicatus coram D. de Rubeis 30. Octobris 1560. quia noua prouiſio (re per Papam intellecta) purgat vitia præcedentia ex mente Caſſad. deciſ. 9. de præbend.

Declara nunc regulam principalem, & totam hanc materiam loquentem de Tertio notabiliter, quòd ſicut Tertius
147† lite inter duos pendente regulariter poteſt attentare abſq; eo, quòd conueniatur iudicio attentato: ita etiam Iudex, & pars poteſt quandoque contra tertium procedere & attentare abſque eo, ꝙ tale attentatum via attentatorum reuocetur.
148 Exemplum, ſunt duo † rei debendi, agitur contra vnum, & hac lite pendente volo agere contra alium, an poſſim, & non obſtante quòd uideatur eadem lis (quia eſt idem actor, idez Iudex, eadem res, quæ petitur, & ratione eiuſdem obligationis, etiam idem reus in effectu) nihilominus poſſum, nec talis conuentio contra ſecundum facta retractatur, ad no. in l. creditor. ff. mandati, per quem tex. id dixit notabiliter Barto. in l. 3. §. vbi duo. ff. de duobus reis. quem ſequitur Marant. in ſpecul. in tertia parte ſextæ partis princ. q. 2. num. 163. quibus adde Capit. deciſ. 119. nume. 7. & Ant. Corſ. in ſingul. iuis, in verb. appellatio. incip. Regula eſt, verſi. limita. 4. & Vital. in tracta. de clauſul. in clauſula, nil nouari appellatione pendente, in princ. per tex. in dicta l. creditor: quod etiam ſenſit Didac. praticarum q. c. 24. num. 4. & ratio eſſe poteſt: quia ſententia
149 lata † contra unum ex duobus reis non nocet alteri, ut poſt alios tradit Bero. conſi. 96. vertitur. num. 6. lib. 3. Aliud exemplum poteſt poni de principali, & fideiuſſore, nam altero
150† ipſorum conuento, & condemnato, & appellante poteſt appellatione pendente, & illa non obſtante contra alium procedi: quinimmo inhibitio facta ab Epiſcopo, quòd nihil innouetur contra talem fideiuſſorem, non prodeſt ipſi principali, nec econtra, vt per dictam l. creditor. dixit Bald. in l. 1. in fin. C. de diuerſ. reſcript quem refert, & ſequitur Franc. in dic. c. cum teneamur. verſi. & adde, ꝙ ſicut inhibitio. de appellat. Quibus adde, quæ ponit Petr. Duen. li. 1. regularum, in verb. executio, reg. 276. & poſt eum Io. Baptiſta de Aſin. in ſua praxi Iudic. §. 31. c. 2. in prima ampl. atque etiam in quatuor limitationibus vigeſimæ ſecundæ ampl. prin. regulæ ibi per eum poſitæ, præſertim nu. 12. vbi poſt Bal. in l fi. num. 2. C. de fideiuſſor. & in c. contingit nu. 20. de dol. & contum. & Hippol. de Marſil. in l. vnius. §. cuſtodiæ. nu. 31. ff. de quæſtio. & in repetitione Rubr. ff. de fideiuſſor nu. 380. & in ſing. 398. ponit
151† regulam, quòd pendente † iudicio contra fideiuſſorem poteſt fieri executio contra reum, quam tamē limitat quatuor modis, de quibus ibi per eum, de qua. q. latius dicemus infra in ſecunda parte cap. 10. de attent. poſt inhibit. in 6. limita. regulæ ibi poſitæ.

Secundò declara, ꝙ ſicut Tertius regulariter non attentat.
152 per ſupradicta, ita nec ipſe † poteſt contra alium dare de attentatis lite inter alios pendente, vt fuit dictum in vna Pacen. fructuum coram D. meo Oradino. 20. Octobris. 1570. in qua cum fructus Archidiaconatus illius Eccleſiæ fuiſſent per plures annos percepti a capitulo, dum ſuper dicto Archidiaconatu inter diuerſas perſonas fuiſſet litigatum, & unus ex illis vltimo loco illum obtinuiſſet, & peteret fructus annorum de curſorum ſibi per capitulum reſtitui, & ad effugiendam huiuſmodi reſtitutionem capitulum daret contra eum de attētatis: quia ille poſſeſſionem lite pendente fuerat ingreſſus, & dubitaretur, an per hoc ueniret excuſandum. Domini tenuerunt non excuſari ea ratione inter alias: quia capitulum tanquam Tertius ſicut non attentat, ita nec poteſt dare de attētatis. Ad quod facit, quod fuit dictum in alia Hiſpalen. profeſſionis coram D. de Rubeis. 14. Octobris 1560. in qua cum lite inter monaſterium ex vna, & monialem ex altera pendēte, monialis exeundo monaſterium prætenderetur attentaſſe, & deinde Didacus veniſſet ad litem, & ipſe poſtquam monaſterium liti ceſſerat, inſtaret pro reuocatione dicti attentati, Domini ordinarunt, quòd ipſe deueniret ad negocium principale, tum quia attentata erant dubia: tum etiam quia (vt allegabatur pro moniali, & Domini tacite uidentur admiſiſſe) monialis exierat monaſterium, antequam ille fuiſſet in lite, & ipſe petebat reuocari attentata lite pendente cum monaſterio, quod iam ceſſerat, & conſequenter non potuit ibi Didacus dare de attentatis lite inter alios pēdente.

Sed hic probabiliter quæritur, an id quod diximus habere
153 locum in duobus reis debendi, habeat † locum in duobus reis credendi. Pone Titius, & Mæuius ſunt inſolidum rei credendi Sempronij in centum. Titius conuenit eum Romæ ad centum, Męuius vult lite pendente conuenire eundem ad eadem centum Peruſiæ, an ſibi obſtet litis pendentia in Vr-
154 be: Et licèt videretur dicendum, quòd † ſic: quia vbi cœptum eſt iudicium ibi terminari debet. l. ubi cœptum. ff. de iud. nec debeat quis coram diuerſis iudicibus vexari. c. diſpendia. de reſcript. in 6 & no. in l. 1. C. de quibus cau. apud eundem Iudicē eat. & per Inno. in c. cum M. ad fi. de conſt. præſertim cum cō tinentiæ cauſæ diuidi non debeant. l. nulli. C. de iudi. de quo late per Menoch. in tracta. de arbit. iud. lib. 2. centuria. 4. caſu. 371. per totum, nec duplici expenſarum onere debitor grauari debeat, ad no. in l. properandum. C. de iudic. Contrarium
155 † tamen verius eſſe colligi poteſt ex his, quæ latius poſuimus infra in ſecunda parte c. 4. de attent. lit. pend. in ſecunda limi-
156 princ. nu. 61. verſi. quoad ſecundum, dum ibi pro regula † firmauimus proceſſum ſecundi Iudicis, etiam factum lite pendente coram primo (niſi opponatur coram ſecundo iudice exceptio litis pendentiæ coram primo) regulariter validum reputari: declarando, vt ibi.

FINIS.

SECVNDA PARS.

In qua pleniſsime tractatur de cauſis attentatorum, ideſt quibus, & quot modis illa fiant, & deducantur in eſſe.

PRÆFATIO.

EXPEDITA prima parte Tractatus perſonarum, per quas attentatur, videndum nunc eſt iuxta præmiſſum ordinem quando, & quibus caſibus attentetur. Et certè (ſi attendamus ordinem compilatorum vtriuſque iuris) duas tantum, aut ad ſummum tres rubricas ponere neceſſarium eſſet, videlicet de attentatis, quæ lite, appellatione, & reſtitutione in integrum pendente fiunt (prout per eos factum videmus) vt in rubrica, & tot. tit. in decretal. & in vj. & in clem. & in c. vt lite penden. & in rubrica. ff. nil nouari appellatio. penden. & in rubrica. C. in integrum reſtitut. poſtul. ne quid noui fiat. Verum quia Doct. tam antiqui, quàm moderni ſupradictos tres caſus, & rubricas extendunt ad quàm plures alios caſus, quos ex diſpoſitione dictarum rubricarum, & legum ſub eis ſitarum decidunt, prout ſunt geſta dilatione, & relatione pendente, & ſimiliter geſta compromiſſo, & illius reductione, ac nullitate pendente, & his ſimilia, de quibus fuſius infra ſuo loco opportune tractaturi ſumus (vt lector facili, & reperibili modo diſtincte ſingulas materias in promptu habeat) duximus (prout ſinguli caſus a Docto. conſiderantur inter ſe ſæpe valde differentes) ſingulas rubricas ponere, illaſque ſub breui compendio per modum regulæ, & limitationum ſuis locis explicare, eaſque hoc loco ante oculos ponere, quo facilius quiſque intelligere valeat, quot, & quibus caſibus attentata dicantur fieri, & in eſſe deduci qui principaliter videntur eſſe decem, & ſeptem, & ſunt infraſcripti: Attentari enim dicitur.

Lite

Source : BIU Cujas

Lite pendente, In cuius initio Præfationis loco inter cætera *la tissime* differitur.
Quando lis dicatur pendere.
Quando lite pend. possessio capi, aut traasferri in alium possit circa vitium attentatorum.
Quando res litigiosa a lienari valeat.
Quando lite pendente Patronus præsentare, Ordinarius instituere, & præsentatus possessionem licite capere possit.
Quando rescriptum lite pendente (non facta litis mentione) impetratum valeat.
Totaque huius Cap. man. 12. amplia. 30. limitat. ad 4. declarat. concluditur. Cap. 4.
Accusatione, seu inquisitione pendente. Cap. 5.
Post recusationem Iudicis. Vbi plebe tractatur, an & quando processus Iudicis recusati sit nullus. Cap. 6.
Dilatione pendente. Cap. 7.
Relatione pendente. Cap. 8.
Consilio sapientis pendente. Cap. 9.
Post auocationem causæ: Vbi plura de clausula (quatenus causa non sit instructa) non inutiliter explicantur. Cap. 10.
Pendente tempore ad appellandum. Cap. 11.
Appellatione pend. Cuius materia (quamuis latissima) vna tamen, & viginti ampliat. & duabus supra 50. limitat. concluditur: Et in 50. diffuse demonstratur ex quibus causis appellatio fiat nulla, & inualida, Præsertim ex eo, quod intra 10. dies non fuerit interposita. Cap. 12.
Pendente tempore apostolorum petendorum. Cap. 13.
Pendente restitutione in integrum ad appellandum. Cap. 14.
Compromisso pendente. Cap. 15.
Reductione ad arbitrum boni viri pendente. Cap. 16.
Nullitate pendente. Cap. 17.
Restitutione in integrum pendente. Cap. 18.
Recursu, seu reuisione causæ pendente. Cap. 19.
Post inhibitionem: Vbi præfationis loco ponitur.
Quid sit inhibitio. Quis inhibeat. Cui inhibeatur. Quando inhibendum. Quomodo inhibendum, Et deinde subijcitur regula cum septem, & viginti ampliat. ac quinque supra 20. limit. & sex declarat. omnem Inhibitionis materiam complectens. Cap. 20.

SVMMARIVM.

1 *LIS pendere dicitur quinque modis secundum opinionem quorundam.*
2 *Litem pendere septem modis secundum aliam opinionem.*
3 *Litem pendere de iure Canonico per simplicem citationem, de iure verò ciuili per libelli oblationem, & litis contestationem secundum tertiam opinionem.*
4 *In tempore duo extrema considerantur.*
5 *Lis quando dicatur pendere, cognosci ex principij, & finis ipsius inspectione.*
6 *Lis incipere quando dicatur, recensentur plures opiniones.*
7 *Lis regulariter initium sumit à litis contestatione.*
8 *Litis uerbum à lege prolatum intelligitur post litis contestationem.*
9 *Litis principium (quoad effectum attentatorum) oriri sex modis remissiue.*
10 *Litem pendere (quoad effectum attentatorum) per libelli oblationem principi factam.*
Contra verius nu. 12. cum seq.
Limit. 3. modis ut nu. 24. 25. & 26.
11 *Attentata illa dicuntur, quæ fiunt in contemptum iudicis, qui lædi dicitur.*
12 *Oblatio libelli principi facta, nbi requiritur citatio non deducit rem in eum statum, ut quis propterea dicatur in pœnam incidere.*
13 *Libertus per solam precum oblationem factam principi, si ulterius non citet, non incidit in pœnam.*
14 *Libelli oblatio super immissione in possessionem ne dum principi, sed etiam iudici facta non inducit litem, neque attentata, si non appareat certus contradictor.*
15 *Lis per solam commissionem non dicitur pendere.*
18 *L. 1. C. quand. libel. prin. oblat. declaratur.*
19 *Doctores asserentes per libelli oblationem principi factam litem pendere intelligendi sunt de precibus oblatio in 2. instantia.*
20 *Lis, licet mutetur instantia, eadem esse dicitur.*
21 *Resignatarius beneficij, quod resignatum fuit ab illo qui iam commisit causam super eo, si per triennium possederit dicitur pacificus possessor, & non tenetur iustificare titulum sui autoris.*
22 *Ad resignatarium non transit possessio litigiosa.*
23 *Per solam commissionem ab asserto procuratore impetratam non inducuntur attentata.*
24 *Per solam commissionem actoris, lis dicitur inducta, quando reus, ut illam auocaret, commisit causam alteri.*
Item quando sumus in causa nullitatis num. 25.
Item quoad effectum reddendi priuilegium nullum num. 26.
Intellige prædicta, quando impetrans fuit usus cõmissione, numero 27.
28 *Litis pendentiam induci per solam citationem quoad attentata, & nu. 30. cum seq.*
Ampl. 9. modis, ut nu. 35. 48. 49. 54. 55. 56. 78. 80. & 81.
Limit. 12. modis nume. 82. 90. 95. 112. 113. 131. 132. 133. 137. 138. 139. & 141.
Declar. 2. modis ut nu. 145. & 146.
29 *Citatio, ad hoc ut sit bona, quas debeat habere qualitates.*
31 *Citatione transmissa statim contrahi uitium litigiosi.*
32 *Citatio dicitur fundamentum ordinis Iudiciarij.*
33 *Citatio principium omnium actionum instituendarum.*
34 *Citatio facit, rem desinere esse integram.*
35 *Citatio ad hoc, ut operetur quoad attentata respectu rei, debet esse executa.*
36 *Citatio respectu actoris facit litis pendentiam statim ac est à iudice decreta, licet contra reum non sit executa.*
Ampl. ut nu. 41.
Declar. 3. modis, ut nu. 42. 43 & 47.
37 *Citatio decreta, & per edictum executa uigore clausulæ constito de non tuto accessu licet non sit plene probatus non tutus accessus, dicitur inducere litem quod actorem.*
38 *Citatio solum decreta respectu actoris operatur, ut ipse non possit effici triennalis possessor beneficij.*
Item nec annalis possessor num. 40.
39 *Cessio beneficij ab eo facta, qui super eo obtinuit citationem absque mentione litis est nulla.*
41 *Citatio obtenta per assertum procuratorem cum cautione de rato etiam non executa facit litem quoad actorem, si fuerit ratificata.*
42 *Citatio obtenta contra Petrum, omnesque alios intrusos, si contra Petrum non fuit executa, sed contra Ioannem uere intrusum, non operatur litis pendentiam quoad Petrum.*
Idem si appareat, actorem ante executionem pœnituisse num. 43.
Idem quãdo commissio originalis, cuius uigore fuit commissa Citatio, esset deperdita num. 47.
43 *Citationem obtinens ante illius executionem potest desistere, & pœnitere.*
45 *Non usus Commissionis, & Citationis obtentæ facit non esse litem.*
46 *Commissio ab una parte obtenta (secuta legitima citatione) efficitur cõmunis.*
48 *Litis pendentia in curia Romana, inducitur per simplicem citationem ad dicendum contra Commissionem, etiam si non sit talis, ut per eam possit reus instrui ad quid citetur.*
49 *Citatio emanata à iudice etiam incompetenti facit litem, quando citatus tenetur ire ad allegandum priuilegium.*
50 *Lis pendere minime dicitur per actus gestos coram iudice incompetenti regulariter.*
51 *Citatio, ad hoc, ut suum effectum operetur, in terminis clem. 2. ut lit. pend. debet emanare à iudice competenti.*
52 *Lis coram iadice in competenti non facit attentata.*
53 *Iudices competentes (episcopali sede uacante) sunt prouisores in eccle sia Calaguritana.*
54 *Citatio emanata uigore rescripti impetrati etiam ab excommunicato facit litem.*
55 *Immo etiam emanata uigore rescripti subreptitij.*
56 *Citatio etiam obtenta per assertum procuratorem facit litem, si promisit de rato, & num. seqe.*
Dummodo secuta sit ratificatio principalis num. 60. & 61.
Ampl. 2. modis, ut nu. 63. & 64.

Source : BIU Cujas

Limi.2.modis nu.69.& 74.
Declar.3.modis,ut nu.75.76.& 77.

57 *Contra aſsertum procuratorem de rato promittentem ſemper poteſt opponi quòd non ſit procurator.*

58 *Per citationem obtentam ab aſserto procuratore cauſatur lis etiam ad effectum excludendi habentes gratias expectatiuas.*

59 *Inhibitio obtenta per aſsertum procuratorem facit attentata.*

61 *Præiudicium non infertur per actum nomine alterius geſtum.*

63 *Citatio obtenta à falſo procuratore,& à domino ratificata facit litem, etiam ſi reproducatur in iudicio poſt mortem principalis.*

64 *Quod procedit etiam ſi ratificatio fuiſset tacita.*

65 *Immo licet ignoraretur per quem commiſsio,& citatio impetrata fuerit,ſi dominus erat præſens in curia;*
Contrarium ſentit nu.66.& ſeq.

66 *Notitia clara requiritur,nec ſufficiunt coniecturæ, ubi agitur de priuatione.*

67 *Non ſufficit ſcientia generalis litis motæ,ſed ſpecialis requiritur.*

68 *Scientia legitime, & clare probari debet, ubi agitur de amiſsione iuris acquiſiti,nec ſufficit fama,aut ſcientia præſumpta.*

69 *Cit.obtenta à falſo procuratore non facit litem,ſi ratificatio ſequeretur poſt actum,qui attentatur prætenditur.*

70 *Ratificatio litis cæptæ per aſsertum procuratorem,facta per dominum poſt mortem collitigantis,& collationem beneficij per eius obitum facta ab ordinario non operatur,ut collatio ordinarij ſit nulla.*

71 *Scientia,& ratificatio domini generalis (quæ aliàs non facio litem) cauſaret attentata, ſi in ſpecie ratificaretur actus, qui dicitur attentatus.*

72 *Ratum habens delictum ita punitur,ſicut mandans.*

73 *Ratificatio ſpecialis actus dolo geſti ualet, licet generalis nihil operetur.*

74 *Cit.obtenta à falſo procuratore non facit litem,quando ratificatio domini interuenit poſt latam ſententiam.*

75 *Ratificatio ueri procuratoris tacita(de actu geſto à falſo procuratore) non facit litem.*

76 *Ratificatio actorum à falſo procuratore geſtorum ad effectum inducendi litem non inducitur per confeſſionem domini.*

77 *Dominus utens inhibitione emanata uigore commiſſionis impetratæ à falſo procuratore quamuis uideatur approbare commiſsionem, & in ea contenta temen talis ratificatio comprehendit ſolum ea,quæ diſpoſitiue habentur in commiſſione non quæ per modum narrationis, & enunciationis.*

78 *Cit.(etiam unica)inducit litis pendentiam, quamuis citatus tempore citationis nullum haberet intereſse in beneficio.*

79 *Et ideo ſi talis citatus decederet, actor gauderet beneficio regulæ de ſubrogand.collitig.*

80 *Cit.etiam executa contra generalem procuratorem citandi facit litem ad effectum attentatorum.*

81 *Litis pendentiam ad effectum attentatorum induci per citationẽ, quæ ueriſimiliter peruenit ad notitiam citati.*

82 *Citatio nulla non facit litem.*

83 *Cit.executa contra actorem pupilli finita tutela per pubertatem, Vel in ualuis eccleſiæ affixa)non apprehenſa ſemel perſona) non inducit litem.*

84 *Iudicium motum coram Ludice incompetenti non inducit litem ad effectum,ut res tanquam litigioſa alienari nequeat.*

85 *Proceſſus nullus non facit rem deſinere eſſe integram.*

96 *Citatio nulla non perpetuat iuriſdictionem.*

87 *Citatio nulla non interrumpit pacificam poſſeſſionem, ut quis per eam deſinat eſſe annalis poſſeſſor.*

88 *Citationem nullam,& generalem non perpetuare iuriſdictionem.*
Non inducere præuentionem.
Non interrumpere præſcriptionem.
Neque inducere litem.

89 *Nullitatem citationis ex pluribus prouenire.*

90 *Citatio licet legitime decreta,non tamen executa contra reum non inducit litis pendentiam.*
Etiam ſi citatus haberet aliqualem notitiam citationis prædictæ numero 92.
Limit. ut nu.93.

91 *Inhibitio licet decreta à iudice,ſi non exequatur contra inhibitum, nihil operatur.*

93 *Citatio legitime decreta,& non executa contra rẽum,facit litem quando per citandum ſtetit,quominus exequi poſſet.*

94 *Pro impleto habetur,quando ſtat per partem, quominus illud adimpleatur.*

95 *Citatio ratione iudicis,temporis uel loci ualida, ſed male per Nunciũ intimata non facit litem.*
Quod intellige de citationibus,quæ fiunt in partibus,ſecus de factis in curia nu.96.

97 *Citationem male intimaſſe dicitur Nuncius,qui tantum eam affixit, & non aliter legit contra formam eiuſdem,quæ erat, ut deberet affigere publicare,& exequi.*

98 *Citatio contra Abbatem,& Monachos decreta, male intimata dicitur à Notario,qui non Abbati,ſed non nullis Monachis in loco capitulari,ſed non capitulariter congregatis,nec etiam,ut capitulariter congregarentur,requiſitis intimauit.*

99 *Citatio per edictum ob non tutum acceſſum male dicitur executa, ſi Notarius in locis in citatione expreſſis, & tempore congruo citationem originalem in ualuis eccleſiæ affixit, copiam uero affixam non dimiſerit.*

100 *Citatio male dicitur executa,ſi non fuerit ſeruata forma reſcripti.*

101 *Etiam ſi talis formà eſſet contra ius.*

102 *Cit.minus ſufficiens dicitur,quæ non fuit lecta à nuncio,aut ſaltem cita to non oblata copia.*
Limi.primo,ut non procedat,quando notarius aſſerit,ſe eam legiſſe nõ aliter data copia citationis nu.105.
Limi.2.quando propter abſentiam citati citatio fuit executa domi illius habitationis,uel in eccleſia parochiali,quia etiam non data copia dicitur bona citatio nu.107.
Lim.3.non procedere, quando citatus intuliſſet metum nuncio uolens eum uerberare nu.108.

103 *Citationis primæ copia offerenda, & danda eſt citato expenſis citantis: In alijs uero citationibus ultra primam danda eſt expenſis citati nume.104.*

106 *Creditur notario,& nuncio aſserentibus ſe publicaſſe,ſeu affixiſſe citationem,quæ taliter executa ualet.*

109 *Citatio habetur pro legitime executa,quando dominus temporalis citandi ſe nuncio oppoſuit,& noluit,ut citationem præſentaret,ſed minis eum de loco eiecit.*

110 *Citatio ſubſtinetur quando copia citationis de qua ſupra,eſt data amico citati, qui dicat ſe citato illam dediſſe, & pro hoc aliquid impediſſe.*

111 *Citatio dicitur ualide executa,quando notarius(facta diligentia de reperienda perſona,& habitatione citandi,& illa non inuenta) citationem fuit executus in parochiali, de qua agebatur, & in cathedrali, data copia aſsertis procuratoribus eiuſdem.*

112 *Citatio non dicitur facere litem, ſi nuncius facta executione ſufficienter non referat.*

113 *Litis pendentia non inducitur citatione,quam nuncius ſufficienter intimauit,& iudici retulit,ſed relatio in ſcriptis redacta non extitit*

114 *Ad inducendam litis pendentiam non ſufficit reum fuiſse citatum, niſi hoc conſtet iudici.*
Fallit hoc 1.quando citatus in indicio comparuerit.nu.115.
Fallit 2. quando conſtituerit ſpecialem procuratorem ad illam cauſam, & præſertim ſi in mandato aſserat ſe fuiſse citatum nu.118.
Item fallit tertio,quando confiteretur ſe fuiſse citatum.nu.129.
Sublimit.iſtã fall.procedere,quando comparens,uel conſtituens fuiſſet aliqualiter(licet male)citatus,& conſtitutio eſset ſpecialis,ſecus aliàs nu.121.
Item procedere à die comparitionis,ac conſtitutionis non autem à die executæ nulliter citationis nu.126.
Item habere locum in conſtituente procuratorem aliter, quàm uigore Eugenianæ nu.127.
Item talem confeſſionem præiudicare confitenti, non ſucceſsori numero 121.

116 *Citationis defectus omnis purgatur per comparitionem.*

117 *Etiam ſi comparitio facta ſit ſolum ad effectum excipiendi de illegitima citatione.*

119 *Citatio(de cuius executione apparet per conſtitutionem procuratoris ſpecialis ad illam cauſam à citato factam)interrumpit effectum reg. de triennal.poſſeſ.*

120 *Item inducit litem ad effectum attentatorum.*

122 *Citatio nullo modo facta,non ualidatur (ad inducendam litis pendentiam)per generalem conſtitutionem procuratoris factam ab eo, qui debebat citari.*

123 *Citationis ſcientia non colligitur ex generali mandato, ante prætenſam citationis executionem facto.*

124 *Lis non inducitur ex citatione decreta in actis,non autem executa.licet citandus in mandato aſsereret adeſse litem,& nu.ſeq.*

130 *Lis inducitur per citationem legitime decretam,& executam, non autem reproductam, niſi poſt mortem citantis, quando uiuens aliqualiter ratificauit.*

131 *Citatio per iudicem circumducta non facit item.*

132 *Citatio facta ad reſpondendum petitioni porrigendæ,ſi in termino, non fiat petito non facit litem.*

133 *Citatio,quæ ſapit potius commonitionem,quàm inhibitionem, uel præceptum non inducit litem.*

134 *In,cui factum eſt monitorium ab Auditore Cameræ, de non moleſtando aliquem in ſua poſſeſſione,ſi(monitorio non obſtante) aduerſarium eijciat de poſſeſsione dicitur ſolum ſpoliare, non autem attentare.*

135 *Citatio Auditoris Cameræ emanata uigore Eugenianæ non facit beneficium litigioſum.*

136 *Neque prorogatur iuriſdictio Auditoris Cameræ ad effectum faciendi be-*

Source : BIU Cujas

di beneficium litigiosum,licèt citatus constituat procuratorem, qui mandatum producat coram eodem Auditore protestando nihil fieri, nisi ipso citato.

137 Citato emanata uigore comissionis,restitutionis in integrum,cũ clausula parito iudicato,ante paritionem,non facit litis pendentiam.

138 Lis vera non inducitur ante expeditionem literarum, ex citatione emanata uigore comissionis super aliquo beneficio, literis desuper non expeditis.

139 Citatio contra vniuersitatem decreta, & solum contra Sindicum generalem executa non facit litem, quia talis executio non est legitima.

140 Quemadmodum,neque legitima diceretur,si esset executa cõtra Prætorem,& officiales eiusdem uniuersitatis, nisi eos ulterius requisierit notarius,ut conuocarent consilium uniuersale aliorum.

141 Citatio contra aliquem facta(quatenus sua putauerit interesse)non inducit litem.Nisi comparuerit.nu.144.

142 Citatio(quatenus sua putauerit interesse)non arctat ad comparendum, nec facit reum necessarium.

143 Et dicitur potius monitoria,quàm arctatoria.

145 Citatio inducit litis pendentiam,quando est actualis,secus si sit præsumpta,& ex aliquo actu resultans.

146 Citatio emanata à iudice delegato ante præsentationem commissionis sibi factæ non facit litem.

147 Iudex delegatus ante præsentationem commissionis sibi factæ nullam habet iurisdictionem.

148 Processus factus coram delegato ante præsentationem commissionis est nullus,licet sciret se delegatum.

149 Amplia,ut ad probandam præsentationem non sufficiat,quod commissio reperiatur inserta in literis citatorijs per ipsum Auditorem Cameræ subscriptis.

Nisi cum dicta qualitate concurrerent alia adminicula,nu.150.

151 Litis pendentiam induci per litis contestationem.

152 Quod adeo uerum est,ut uisum fuerit non nullis,per ipsam tantum litis contestationem induci litem.

153 In iudicio attentatorum attenditur,si quid post litem contestatam sit innouatum,secundum aliquos.

154 Lis non dicitur esse in aliquo statu,ante litis contestationem.

155 Baldi attestationem de obseruãtia circa illud de litis contestatione falsam esse demonstratur.

156 Litis pendentia inducitur per subrogationem.

Intellige de subrogatione gratiosa,secus si esset mandatum de subrogando,& nu.137.

Declaratur 8.modis,ut nu.162.164.166.172.174.175.176.& 177.

158 Subrogatio Papæ operatur effectum litis pendentiæ per illa uerba in subrogationibus,apponi solita,uidelicet.

Et quod admittatur ad prosecutionem,iuris,litis,& causæ in eo statu,in quo defunctus deberet admitti.

159 Differentiam magnam esse inter subrogationem gratiosam,& mandatum de subrogando.

160 In subrogatione rigorosa non datur possessio, nisi prius discusso iure authoris in cuius locum fit subrogatio, illiusque executor debet audire partes, ac iura, & contra eam plures exceptiones opponi possunt.

161 Subrogatus censetur assumere nouam personam,eius scilicet, in cuius locum subrogatur.

162 Subrogatio inducit litem,quando quis subrogatur quoad litem, secus quoad possessionem absque lite.

163 Subrogatio quoad possessionem potest fieri etiam absque lite.

164 Subrogatio facta ad ius quomodolibet defuncto competens comprehendit etiam litem, si in narratiua fit mentio de lite, & ius cessum erat litigiosum.

165 Subrogatus ad rem censetur etiam subrogatus ad qualitatem adhærentem ipsi rei.

166 Subrogatus uolens prosequi litem,cum procuratore superstitis, debet illi subrogationem intimare.

167 Executoriales principali(dum uiueret)intimatæ(si in eius de mortui locum alius subrogetur)non iterum domino sunt intimandæ,sed sufficit procuratori.

168 Subrogatio non est intimanda intruso.

169 Subrogatus capiens possessionem uacantem impedit executionem uigore sententiæ obtentæ à superstite,dum impetraretur commissio ad fauorem subrogati,secus si possessio non est uacans.

170 Sententia à subrogato obtenta per audientiam literarum contradictarum absque subrogationis intimatione est nulla,sufficeret tamen intimatio facta procuratori per contradictas.

171 Quicquid fieri potest cum procuratore præsente eo absente per contradictas expediri potest.

172 Subrogatus non dicitur quis uigore uerborum in supplicationibus apponi solitorum,uidelicet quod literæ in forma gratiosæ subrogationis expediri ualeant,antequam literæ sint expeditæ.

Quod procedit in ipso subrogato,secus in habente ius per cessionem ab eo,& nu.173.

174 Subrogatio proprie non dicitur in qua Papa in locum demortui colliti gantis subrogat unum,qui nunquam fuit in lite.

175 Collitigans(quoad effectum subrogationis, & excludendi prouisum apostolicum)dicitur etiam ille, qui semel tantum fuit citatus super beneficio,in quo tunc nullum ius habebat,sed inde ad quatuor annos ius acquisiuit.

176 Subrogatus dicitur,& beneficio subrogationis gaudet etiam ille, qui uiuente collitigante ius illud impugnauit.

177 Subrogatio per sententiam dari non solet.

178 Litis pendentiam induci per admissionem tertij ad causam quoad effectum attentatorum.

Quod procedit nõ solum si Papa iubeat admitti,uerum etiam si iudex eum per simplicem comparitionem admiserit,& nu.181.

Intellige 1.si unà cum admissione iudex ad tertij instantiam commiserit citationem,secus aliàs,ut nu.182.

Intellige 2.quando admissio fit lite pendente,secus si ea penitus extincta,& nu.183.

Intellige 3.nisi quis petat se admitti ad causam uigore commissionis in qua signatura respondet.Et constito de interesse admittat &c.& fecerit partem citari ad dicendum contra, & iudex non deuenit ad actum admissionis,& ipse non docuerit de suo interesse,nisi commissio haberet clausulam,quam & quas,& nu.184.

Intellige 4.ut adeo inducatur lis per huiusmodi admissionem, ut omnes probationes factæ inter primos collitigantes efficiantur communes dicto tertio admisso,& nu.186.

179 Admissio tertij ad causam non minus operatur,quàm citatio legitime executa.

180 Tertius admissus in secunda instantia potest petere reuocari attentata commissa à iudice per reuocationem sequestrij iam commissi uigore primæ sententiæ iux.clem.1.de sequestrat.poss.& fruct.& de partium consensu reuocati.

185 Productio sola mandati,& substitutio procuratoris non facit litem.

187 Lis an inducatur per appellationem extraiudicialem,plures sunt opiniones,&

Prima affirmatiua,quando inducatur nume.188. quæ opinio reijcitur nume.190.

Secunda negatiua nu.195.

Tertia ut in beneficialibus iuducatur lis, in causis vero profanis non inducatur nu.196.

Quarta,ut si causa sit commissa,& pars citata, lis inducatur, secus si non adsit commissio, & citato nu.197.Contrarium nu.198.Prior opinio ampliatur nu.201.

Quinta opinio,ut si causa in appellatione expressa sit probata, uel oblata illius probatio lis inducatur, secus aliàs, & hanc approbat numero 200.

189 Appellatio extraiudicialis intimata habet uim citationis, Non tamen est propriè citatio cuius uigore quis teneatur comparere, & numero 191.

192 Appellatio extraiudicialis interposita à Capitulo,in quo sit præsens is contra quem appellatur,non habet uim citationis.

194 Appellatio nihil aliud est,quàm quædam prouocatio ad causam.

195 Dispositio loquens de appellatione à sententia non comprehendit appellationem extraiudicialtum.

199 Attentata non dantur sine litis,uel appellationis pendentia.

201 Litem induci per appellationem extraiudicialem causa commissa, & parte citata,etiam si commissio non fuerit uigore specialis rescripti, sed solum admissa per Auditorem Cameræ.

Intellige hoc in his in quibus Auditor Cameræ habet iurisdictionem,secus aliàs nu.202.

Intellige 2.si talis commissio fuerit intimata nu.204.

203 Inhibitio ab Auditore Cameræ emanata, uigore appellationis extraiudicialis per eum admissæ,super beneficio Ecclesiastico non facit attentata,quia in eo Auditor non habet iurisdictionem.

205 Appellatio extraiudicialis an faciat litem,nec ne, triplex considerari potest,effectus,& Primus,quoad attentata prout supra, Secundus quoad hoc,ut appellatus (non intimata sibi huiusmodi appellatione) possit litem prosequi nu.206.Tertius,ut appellans non dicatur pacificus possessor in terminis regu.de Annali nu.207.

208 Lis inducitur per capturam personæ,& per sequestrationem bonorum secundum aliquos.

Contrarium,quoad capturam.nu.209.

Et etiam quoad sequestrationem bonorum nu.210.

211 Litis finem multis modis contingere posse, & plures modi remissiue enumerantur nu.212.

213 Lis finitur per sententiam,quæ transitum fecit in rem iudicatam.

Ampliatur duobus modis nu.215.& 216.

Limitatur octo modis nu.217.220.226.230.238.239.241.& 242.

214 Vitium litigiosi cessat per sententiam,quæ transiuit in rem iudicatam.

215 Lis extinguitur per sententiam,à qua non potest appellari,& quæ trã sit in rem iudicatam,etiam si ab ea petitus fuisset recursus.

216 Lis adeo per rem iudicatam extinguitur,ut si sententiæ latæ sint in fauorem possessoris,& iudex absque noua commissione admittat in cã tertium pro suo interesse, & in illius fauorem proferat sententiam utique dicta sententia ueniat reuocanda.

Source : BIU Cujas

Roberti Lancellotti. De attentatis.

217 *Lis non extinguitur per rem iudicatam, contra quam fuit petita restitutio in integrum, Contrarium nu. 218.*

218 *Vnde si sententia interim exequeretur, exequutio esset tanquam attentata reuocanda.*

220 *Lis non dicitur finita per rem iudicatam, contra quam fuit petita, ac obtenta restitutio in integrum.*

221 *Restitutus in integrum aduersus rem iudicatam potest infra mensem gaudere beneficio regulæ de subrogand.*

222 *Executio sententiæ retardatur per concessionem restitutionis in integrum, cum clausula prout de iure, etiam si adhuc non fuisset obtenta.*

Limita nisi fuerit præfixus terminus, ad docendum de causa restitutionis, & eo durante nihil fuerit dictum nu. 223.

Limita secundo nisi in commissione esset apposita clausula parito iudicato nume. 224.

225 *Litis pendentia, & attentata quando dicantur induci per commissionē restitutionis in integrum remissiue.*

226 *Lis non finitur per sententiam absolutoriam ab obseruatione iudicij.*

Declaratur, ut num. 228 num. seq.

227 *Sententia absolutoria ab obseruatione iudicij dicitur esse interlocutoria, non diffinitiua.*

229 *Litem, & litigiosi uitium cessare per absolutoriam ab obseruatione iudicij ob peremptam instantiam.*

230 *Lis per rem iudicatam non adeo extinguitur, ut possessor, contra quem adest, res iudicata possit resignare in manibus ordinarij, vel Nuncij.*

Declara primo procedere, quando sententia non fuit debitis modis mandata executioni, secus aliàs nu. 236.

Declara secundo nisi stetisset per aduersarium, quo minus sententia legitime exequeretur nu. 237.

231 *Lis durare dicitur (tam respectu actoris, quam rei ad effectum, ut ordinarius non possit prouidere) donec res iudicata habuerit effectum per adeptionem possessionis.*

232 *Lis durat etiam post executoriales obtentas ab actore, secus si à reo, & possessore.*

233 *Litis reliquiæ tales remanent post sententiam nondum executioni mãdatam, quæ impediunt cursum annalis possessoris.*

234 *Litem finiri per sententiam, uidelicet executioni de mandatum.*

235 *Beneficium remanere litigiosum adeo quòd ordinarius de eo prouidere nequeat, etiam post decretas executoriales uigore rei iudicatæ.*

238 *Lis non finitur per rem iudicatam, quando fuit appellatum ab executorialibus decretis, & causa commissa, tam super nullitate, & iniustitia executorialium, quàm sententiæ, & processus.*

239 *Lis non extinguitur per sententiam interlocutoriam, sed tantum per diffinitiuam, Nisi in interlocutoria iudex pronunciaret se incompetentem nume. 240.*

241 *Lis extinguitur per sententiam diffinitiuam latam in fauorem rei, secus in sententia lata pro actore?*

242 *Lis non tollitur per sententiam appellatione suspensam.*

243 *Litem finiri per renunciationem, seu cessionem liti, & causæ.*

Ampliatur tribus modis, ut nu. 248. 250. & 251.

Limitatur tribus modis, nu. 253. 254. & 256.

Declaratur quinque modis nu. 257. 258. 259. 262. & 261.

244 *Lis pendere non dicitur, quando fuit renunciatum liti, & causæ.*

245 *Res non dicitur non amplius litigiosa post cessionem liti, & causæ.*

246 *Lis extinguitur etiam transactione.*

247 *In tantum, ut sine noua citatione in causa procedi, non possit post transactionem, & probata absentia procuratoris non possit procedi per audientiam contradictarum.*

248 *Lis finitur per renunciationem, non solum in causis profanis, uerum etiam in beneficialibus.*

249 *Cessio facta liti in beneficialibus, licet non inducat cessionem iuris, tamen habet uim pacti de non petendo.*

250 *Lis per renunciationem litis adeo extinguitur, ut sententiæ postmodum lata non ualeat, etiam si renunciatio non sit facta à domino, sed à procuratore speciali,*

251 *Litem extingui per cessionem factam, etiam coram notario in absentia iudicis, etiam si non sit notarius actuarius.*

252 *Immo etiam si à iudice non fuisset admissa.*

253 *Lis non finitur per cessionem, cuius uigore non est secuta possessio.*

254 *Item quando in cessione non esset facta mentio de lite, quia tunc cessio est nulla.*

Ampliatur, etiam si lis esset inducta ab actore tantum per commissionem causæ nu. 255.

256 *Lis non extinguitur cessione conditionali conditione non adimpleta.*

257 *Lis finitur per renunciationem, quæ fit liti, & causæ non autem quæ fit instantiæ.*

258 *Executoriales denegandæ non sunt actori pro expensis factis ante cessionem.*

259 *Lis non censetur extincta per illa uerba, nolo alterius litem prosequi.*

260 *Lis extinguitur solummodo quoad cædentem, quando ex pluribus collitigantibus unus cædit ad fauorem alterius, non autem quoad terrium.*

261 *Lis non extinguitur per cessionem factam iuri, & beneficio.*

262 *Clausula appellatione remota in rescripto conqueſtus apposita non attenditur.*

263 *Lis finitur per mortem utriusque litigantis, uel actoris tantum, non autem rei, ut nu. seq.*

Ampliatur duobus modis nu. 266. & seq.

Limitatur duobus modis, ut nu. 268. & 269,

Declaratur, ut nu. 271. & 274.

265 *Lis quoad effectum attentatorum per mortem solius rei non extinguitur.*

266 *Lis extinguitur etiam morte ciuili.*

267 *Lis finitur etiam si alter collitigans decedat, alter uero renunciet.*

268 *Lis non finitur morte actoris, quando Papa alium in ius, & litem subrogasset.*

269 *Item quando reus superstes uellet prosequi litem.*

270 *Reus mortuo actore, non inciperet esse triennalis, nisi constaret, eum cessisse iudicio, uel suos procuratores reuocasse.*

271 *Lis in casu, quo morte extinguitur, finitur morte actoris, quoad reum, secus uero de morte rei quoad actorem, quia non sequitur reo amplius non debetur, ergo actori debetur, ut nu. seq.*

273 *Innouata ab actore post mortem rei tanquam attentata ueniunt reuocanda.*

274 *Lis extinguitur per mortem actoris in prima Instantia, secus in secunda.*

275 *Ad lites finiendas de iure Canonico, nullum esse determinatum tempus.*

277 *Litem finiri tempore, uidelicet spatio 18. anno. secundum aliquos. Intellige si concurrant coniecturæ quod nihil penitus constet de aliquo iure actoris, secus si constaret de aliquo iure nu. 277. & 283.*

278 *Ius mouentis litem sufficit apparere ex coniecturis.*

279 *Litem finiri per decennium. si conflet de non iure.*

Etiam si decennium non esset completum, sed deessent non nulli dies numero 280.

281 *Litem censeri neglectam, si per spacium. 29. annorum nihil fuerit dictum.*

282 *Litem penitus extinctam, si per 37. annos causa non fuerit prosecuta.*

283 *Litem per spatium 22. annorum, (quibus à lite cessatum fuit) finiri.*

285 *Etiam per spatium 11. annorum, quando non constat de bono Iure.*

286 *Lis autem in causis fiscalibus, (licet per 30. annos cessatum esset,) non extinguitur.*

287 *Litem finiri etiam desertione secundum aliquos.*

Contrarium per nonnullas rationes nu. 288.

Prima opinio approbatur. Circunscripto stilo non 289.

390 *Alienatio rei litigiosæ post perentam instantiam ualet.*

291 *Litem quandoque finiri facto, & culpa litigantis.*

292 *Lis extinguitur uoluntate, & authoritate Papæ.*

293 *Beneficium (super quo erat lis) non dicitur litigiosum stante subrogatione, cum extinctione litis.*

294 *Litigiosi uitium tolli sola Papæ authoritate.*

295 *Actus lite pendente gesti regulariter sunt attentati, & reuocari debent remedio attentatorum.*

296 *Regulam induci ex dispositione negatiue concepta.*

297 *Attentata existunt, ergo aderat lis consequentia tenet.*

298 *Lite pendente capi non potest possessio rei, de qua litigatur aliàs Possessionis adeptio. remedio attentatorum ueniret reuocanda.*

Ampliatur quinque modis ut nu. 300. 301. 304. 313. & 314.

Limitatur tresdecim modis nume. 318. 320. 326. 328. 329. 336. 338. 339. 385. 386. 387. 393. & 394.

299 *Institutus à Nuncio de beneficio (super quo litigabatur inter duos prætendentes se habere in eo ius patronatus) si ceperit possessionem, dicetur attentasse.*

300 *Possessio adepta lite pendente dicitur attentata, etiam si talis adeptio ante litem fuisset licita, & aliàs de iure competeret acquirenti.*

301 *Item licet possessio rei litigiosæ esset uacans. Contrarium uerius num. 303. 329. & seq.*

302 *Adeptionis possessionis uacantis reuocatio per uiam attentatorum multum utilis, & quare.*

304 *Acquisitio possessionis rei litigiosæ facta propria authoritate pendente appellatione (sub prætextu quod non licuerit appellare) dicitur attentata.*

305 *Immo etiam si adeptio fieret uigore executorialium.*

306 *Possessio uigore executorialium capta ad hoc, ut sit legitima, requirit intimationem, ac reproductionem earumdem executorialium, & seruationem quatuor terminorum.*

307 *Executio etiam uigore brachij secularis facta post citationem, & inhibitionem uigore commissionis emanatam dicitur attentata.*

308 *Possessionis adeptio uigore executorialium dicitur attentata, si non seruentur quatuor termini secundum stilum Rotæ.*

309 *Executoriales debent reproduci coram Auditore, non coram subexecutore in partibus.*

310 *Possessio capta uigore sententiarum, & rei iudicatæ, ac executorialiũ (si non fuerunt intimatæ iuxta stilum) dicitur attentata.*

311 *Regula prohibens posse subrogari intrusum habet locum in acquirẽte*

posses-

Source : BIU Cujas

possessionem uigore executorialium, non seruatis debitis terminis.

312 *Supradicta de executorialibus procedere de stilo in Curia, secus uero extra.*

313 *Possessio etiam momentanea rei litigiosæ dicitur attentata.*

314 *Possessio rei litigiosæ dicitur attentata, etiam si sit capta uigore regressus habentis decretum irritans.*

315 *Possessio rei, ad quam alius habet regressum, cum decreto irritanti non est considerabilis.*

316 *Et tamen si habens regressum (eo non iustificato,) capiat possessionem talis rei litigiosæ dicitur attentare.*

317 *Immo canonizato regressu per sententiam, cum decreto mandati de immittendo in possessionem si appelletur ab huiusmodi sententia & mandato possessio eius uigore appellatione pendente capta dicitur attentata.*

318 *Possessio rei litigiosæ ueniens accessorie ad aliquid, quod haberem ante litem motam non dicitur attentata.*

319 *Attentatorum remedium, non datur ad accessoria, eorum, quæ gesta erant ante litem motam.*

320 *Possessio rei litigiosæ effecta, uigore monitorij Auditoris Cameræ de non molestando aliquem in sua possessione non dicitur attentata, licet dicatur spoliatiua.*

Nisi monitorium fieret per uiam inhibitionis nu. 321

322 *Possessionis beneficij acquisitio quod prætendebatur litigiosum uigore monitorij Auditoris Cameræ absque commissione, non est attentata.*

323 *Auditor Cameræ non habet Iurisdictionem in beneficialibus.*

324 *Auditor Cameræ non habet cognitionem causarum, ultra summam centum regulariter.*

325 *Auditoris Cameræ Iurisdictio prorogata non censetur, si citatus uigore Eugenianæ constituisset procuratorem, qui coram eo produxerit mandatum cum protestatione quòd nihil fieret, nisi eo citato.*

326 *Acquisitio possessionis rei litigiosæ à tertio facta de manu eius, qui non erat in lite non dicitur attentata, quia talis neque etiam intrusus dicitur. & nu. seq.*

328 *Possessionis adeptio rei litigiosæ ab hærede uniuersali capiente possessionem bonorum hæreditariorum facta non est attentata.*

329 *Item neque attentare dicitur capiens huiusmodi possessionem uacantem, & numero 332. ubi respondet ad contraria. Limitatur numero 334.*

330 *Possessor collitigans resignans beneficium in manibus ordinarij facit possessionem uacantem, & eam absq. uitio attentatorum potest adipisci alter Collitigans.*

331 *Habens titulum, & proprietatem rei litigiosæ potest ingredi illius possessionem uacantem, secundum aliquos.*

333 *Attentatorum reuocationem fundari in præiudicio partis, Immo uerius non solum partis præiudicio, sed & multo magis in contemptu Iudicis nu. 335.*

334 *Capiens possessionem uacantem, rei litigiosæ non dicitur attentare quo ad hoc, ut pars possit petere eum à possessione remoueri, secus uero quo ad hoc, ut Iudex ex officio possit eum remouere à possessione.*

336 *Possessionis beneficij litigiosi adeptio facta per eum, qui obtinuit tres conformes, & earum uigore executoriales post lapsum 20. annorum non dicitur attentata, licet non appareat ab intimatione executorialium, & de seruatione terminorum.*

337 *Executoriales intimatæ & omnia solemniter acta præsumantur per spatium uiginti annorum.*

338 *Possessionem beneficij litigiosi acquirens (cuius resignationem habuit ante litem) non dicitur attentare.*

339 *Subrogatus gratiose pendente lite abiens possessio non dicitur attentare, & nu. 340.*

Intellige in subrogato, qui litteras expediuit, secus uero alias numero 347.

Ampliatur tribus modis ut nu. 349. & seq,

Limitatur septem modis, ut numero 354. 358. 361. 364. 368. 373. & 376.

341 *Possessionem rei litigiosæ continuans non attentat.*

342 *Subrogatus gratiose ingrediens possessionem beneficij lite pendente dicitur continuare, non de nouo acquirere possessionem tam ciuilem, quam naturalem.*

343 *Possessio adepta per eum, qui habet facultatem possessionem capiendi propria authoritate, non dicitur attentata, licet eam acquisiuerit lite pendente.*

344 *Subrogato gratiose Papa intelligitur dedisse facultatem propria authoritate possessionem capiendi.*

345 *Subrogatus gratiose dicitur ingredi possessionem beneficij authoritate Papæ, quæ tollit uitium litigiosum.*

346 *Princeps est supra ius, & sicut ille non attentat, ita nec habens causam ab eo.*

348 *Subrogatio non dicitur inducta per clausulam, quod literæ possint expediri in forma gratiosæ subrogationis,*

349 *Subrogatus gratiose capiens possessionem non dicitur attentare, licet literas expediuisset, & illarum uigore possessionem cæpisset post mortem resignantis, & post sententiam latam contra interesse putantes, & post executoriales intimatas cuidam intruso.*

350 *Subrogatio gratiosa excludit attentata, non solum respectu litis tunc pendentis, sed etiam subsequentis.*

351 *Item licet (duabus subrogationibus concurrentibus in fauorem diuersorum) possessio rei litigiosæ capta fuerit per subrogatum posterio rem in data.*

352 *Resignatio beneficij litigiosi nihil operatur, quo ad hoc, ut subrogatus in locum collitigantis ingressus possessionem dicatur attentare nisi resignaturus cæpisset possessionem beneficij.*

353 *Decretum irritans non respicit beneficinm uacaturum, sed solum uacans.*

354 *Subrogatus ab ordinario capiens possessionem lite pendente dicitur attentare.*

355 *Subrogatio beneficij litigiosi ab Ordinario facta est nulla.*

356 *Immissio in possessionem beneficij litigiosi de subrogato ab ordinario facta non præiudicat.*

357 *Subrogatio Papæ in quo differat à subrogatione ordinarij.*

458 *Subrogatus subrogatione rigorosa (si ingrediatur possessionem pendente lite) dicitur attentare, & differre in hoc subrogationem gratiosam à rigorosa & nu. seq.*

359 *Subrogato rigorose non datur possessio, nisi cum causæ cognitione, & discusso iure defuncti.*

Limi. quando mandatum de subrogando, ex aliqua causa cognitionem non requireret nu. 360.

361 *Subrogatus capiens possessionem pendente lite dicitur attentare, quando eius prædecessor nunquam possedisset, aut tempore subrogationis desijsset possidere. Contrarium ibidem.*

362 *Statutum transferens possessionem defuncti in hæredem non comprehendit res quas defunctus tempore mortis non possidebat.*

363 *Constitutum non trasfert possessionem rerum, quas constituens tempore constituti non possidebat.*

364 *Subrogatus, qui causam iactationis commisit (si ingrediatur possessionem) dicitur attentare.*

Limi. in eo qui obtinuit breue nu. 366. secundum aliquos.

365 *Habens facultatem ingrediendi possessionem propria authoritate (si causa sit commissa) non potest uti huiusmodi facultate.*

367 *Decis. Nouati declaratur.*

368 *Subrogatus capiens possessionem, non attentat, quando subrogatio est ualida, secus si inualida.*

369 *Subrogatio in præiudicium tertij collitigantis dicitur inualida.*

370 *Subrogatio inualida dicitur, in qua non fuit facta mentio regressus alterius.*

371 *Obtinens beneficium regulare tanquam seculare, etiam si habeat in supplicatione clausulam gratiosæ subrogationis, cuius uigore cæperit possessionem lite pendente dicitur intrusus.*

372 *Subrogatio uidetur uerificanda.*

373 *Subrogatus gratiose dicitur attentare, quando possessionem cæpit non solum lite pendente, sed etiam post inhibitionem contra eum executam.*

374 *Inhibitionis ea est natura, ut faciat multoties attentata, quæ aliàs de sui natura, non essent attentata.*

375 *Inhibitioni dicitur esse implicitum decretum irritans.*

376 *Subrogatus gratiose attentare dicitur capiendo possessionem pendente lite, si literas nullo modo expediuit.*

Ampliatur tribus modis nu. 378. 381. & 384.

377 *Clausula gratiosæ subrogationis in noua prouisione obtenta, non excludit attentata, quando super ea literæ non sunt expeditæ.*

378 *Possessio capta à subrogato, literis non expeditis, non solum ex uitiosa, & attentata, sed etiam talis subrogatus incidit in pœnam extrauagantis Iulij. 3.*

379 *Decis. Mohedani 292. declaratur non procedere hodie, & numero sequent.*

381 *Subrogatus gratiose dicitur attentare capiendo possessionem, quando literas non expediuit, iuxta formam clausulæ nouæ prouisionis.*

Limi. nisi talis expediuisset postea literas super subrogatione in forma perinde ualere nu. 382.

383 *Declaratur, ut facultas expediendi literas in forma gratiosæ subrogationis sit personalis, nec transeat in resignatarios.*

384 *Subrogatus dicitur attentare per ingressum in possessionem literis expeditis, sed ante consensum præstitum per resignantem.*

385 *Possessio capta uigore mandati de immittendo in pessessionem relaxati in iudicio adipiscendæ absque certo contradictore non dicitur attentata.*

386 *Possessio capta lite calumniosa pendente non est attentata.*

387 *Adeptio possessionis lite pendente, de manu tertij, non dicitur attentata, & nu. 389.*

Intellige de adeptione extraiudiciali, secus aliàs nu. 390. & sequẽ. ubi declaratur.

388 *Possessio lite pendente capi potest de manu tertij, qui habet ius in re ante litem.*

392 *Executor (qui uigore Breuis possessionem capit nomine Cameræ restituendam Titio, cum literas præsentauerit) non dicitur merè tertius.*

Source : BIU Cujas

Roberti Lancellotti. De attentatis.

393 Poßeßio adepta pendente lite, & tacente aduerſario non dicitur attentata.

394 Poßeßio adepta nomine Cameræ uigore Breuis non dicitur attentata, & nu. 304.

Ampliatur quatuor modis nu. 405. 469. 410. & 411.

Limitatur decem modis, ut nu. 412. 413. 414. 417. 419. 420. 431. 436. 438. & nu. 439.

Declaratur ſex modis, ut nu. 441. 442. 443. 444. 445. & 448.

395 Beneficij litigioſi reſeruatione attenta ſolent in curia dari ſæpius literæ in forma Breuis, & ſub plumbo cum clauſula citra uitium ſpolij, & attentatorum.

396 Et tales literæ poſſunt impetrari etiam poſt commiſſionem cauſæ, & inhibitionem.

397 Princeps poteſt tollere uitium attentatorum ex litis pendentia proueniens.

398 Princeps poteſt tollere rem iudicatam, & ius ex ſentẽtia proueniens.

399 Princeps ex certa ſcientia põt tollere ciuilem, ac naturalem poſſeſſionem, & uitium ſpolij.

400 Princeps poteſt tollere remedium cap. reintegrãda.

401 Princeps poteſt purgare attentata illa confirmando.

402 Princeps (quamuis poſſit præmiſſa facere) tamen in dubio feciße non præſumitur, & ſic uelle alium ſpoliare, etiam ſi apposuerit clauſulã motus propry; Non obſtante ceſſione alteri facta, & clauſula amoto inde quolibet detentore.

403 Princeps non debet tollere ea, quæ alicui requiruntur iure ciuili ratione tamen naturali munito.

405 Poßeßio capta nomine Cameræ non dicitur attentata, licet tunc non adſit Breue, ſed poſtmodum ſuperueniat.

Contrarium nu. 406.

Defenditur prima opinio nu. 407.

Intellige tamen dummodo ultra litem non interuenerit inhibitio, quia tunc poßeßio, etiam nomine Cameræ adepta diceretur attentata numero 408.

409 Clauſula citra uitium ſpolij, & attentatorum in literis prædictis appoſita excuſat ab attentatis, non ſolum ſi ſit appoſita à Principe verum etiam à priuato de conſenſu ambarum partium.

410 Poſſeßio capta nomine Cameræ pendente lite, non dicitur attentata, etiam ſi breue uideretur conditionale.

411 Item quando clauſula citra &c. non eßet expreßa in commiſſione, ſed relatiua ad Breue.

412 Poſſeßio capta pendente lite nomine Camerę facit attentata, quando forma appoſita in breue non fuit ſeruata.

413 Idem quando Breue eßet ſubreptitium.

414 Idem etiam, quando eſſet commiſſa cauſa ſuper ſubreptione & obreptione Breuis.

Ampliatur hoc non ſolum habere locum in parte, ſed etiam in ipſo executore in breui deputato uolente poßeßionem capere nu. 415.

Ampliatur ſecundo, etiam in reſtitutione poſſeßionis facienda illi, qui Breue obtinuerat nu. 416.

417 Poſſeßio capta ab eo (qui breue obtinuerat) non per manum executoris, ſed propria authoritate dicitur attentata.

418 Priuilegio abutens, illique contraueniens cadit ab illius commodo.

419 Poſſeßio capta uigore Breuis dicitur attentata, quando is qui breue obtinuerat cauſam iactationis, ſuper ſubreptione breuis committat.

420 Habens facultatem propria authoritate capiendi poſſeßionem ſi iudicem adeat, non amplius uti poteſt facultate prædicta.

421 Subrogatus gratioſe commiſſa per eum cauſa non poteſt capere lite pendente poſſeßionem,

422 Litis pendentia inducitur per citationem, malè executam, ſi citatus commiſſerit cauſam.

423 Reſcriptum Papæ, quod lite pendente poſſit capi poßeßio, ueriſimiliter intelligitur de lite pendente tempore Breuis, ſeu reſcripti.

424 Poſſeßio capta uigore literarum habentium uim breuis prout ſunt literæ Nepotum Summorum Pontificum, lite pendente dicitur attentata.

Limitatur, ut nu. 448. & ſeq.

425 Poſſeßiõnem ingrediens authoritate Principis non dicitur attentare.

426 Literarum Nepotum Papæ uis, & efficacia dependet à tenore facultatum eiſdem nepotibus conceſsarum à Summo Pontifice, quæ (vt plurimum) ſe extendunt ſolummodo ad concernentia iuſtitiam, non autem gratiam.

427 Poſſeßionem lite pendente capiendi facultas potius gratiam, quàm iuſtitiam reſpicit.

428 Poſſeßio lite pendente capta uigore literarum Nepotum Papæ, ſeu aliàs uim breuis habentium, in quibus datur facultas ea etiam expli candi, quę gratiam concernunt non eſt attentata.

429 Dummodo clarè appareat in his litteris, quod etiam pendente lite poſſeßio capi poſſit.

Secus uero aliàs, & nu. 430.

431 Poſſeßio capta uigore breuis dicitur attentata, quando obtinens Breue fuit à iudice inhibitus.

Ampliatur etiam ſi inhibitio emanaſset uigore commißionis ſuper iactationibus, & nu. 433.

Ampliatur etiam, vt talis inhibitio moderanda non ſit, ut nu. 434.

432 Inhibitio ſiue iuſta, ſiue iniuſta timenda eſt.

435 Poſſeßio capta pendente lite, & non expeditis literis uigore clauſulæ, quod literæ poſſint expediri in forma gratioſæ ſubrogationis, etiã quoad poſſeßionem citra uitium ſpolij, & attentatorum &c. dicitur attentata.

Et maxime ſi ille in cuius locum talis ſubrogatur tempore obitus non erat in poſſeßione beneficij litigioſi, & nu. 437.

436 Clauſula citra uitium ſpolij, & attentatorum, in ſupplicatione (vt ſupra) appoſita (cum ſit coniuncta cum clauſula ſubrogationis) nihil operatur literis non expeditis.

438 Poſſeßio lite pendente capta à ceſſionario illius, qui obtinuit ſupplicationem (cum clauſula, quod literæ &c. ut ſupra) dicitur attentata.

438 Poſſeßio capta lite pendente uigore Breuis à ſucceſsore illius (qui breue obtinuit) dicitur attentata.

439 Executor breuis capiens poſſeßionem illius uigore (poſt mortem impetrantis idem breue) nihil Cameræ acquirit, cum ius breuis per mortem obtinentis expiret.

441 Citatio partis non requiritur in executione breuis de capiendo poſſeßionem nomine Cameræ.

442 Reſeruationem beneficij non probari ex narratiua breuis, in qua Papa narrat illud concedere attenta reſeruatione beneficij.

443 Executor breuis, qui cæpit poſſeßionem (reſtituendam præſentandi literas expeditas) alteri reſtituere non poteſt, quam ei, cuius intuitu cæpit poſſeßionem.

444 Poſſeßio capta uigore breuis in caſu (quo dicitur attentata) eſt reſtituenda illi, qui attentata paſsus eſt.

445 In breue huiuſmodi narrata ſunt uarificanda, ſed non diligentiſsime, & ad unquem.

446 Si in breue narretur, quod beneficium uacans eſset obtentum, & poſſeſsum à Titio non eſt neceſse uerificare titulum, ſed ſolum poſſeſsionem.

447 Reſeruationem beneficij probare ſufficit poſt ademptam poſſeßionem uigore breuis ad excludenda attentata.

448 Poſſeßio capta lite pendente uigore breuis, non dicitur attentata quando in breui adeſt clauſula citra uitium &c. ſecus aliàs.

449 Poſſeßio pendente lite non poteſt in alium transferri, etiam per uiam permutationis.

Limitatur in executore transfetente uigore breuis, in quo apparet de uoluntate Principis nu. 450.

451 Alienatio rei litigioſe fieri non poteſt, & facta eſt nulla.

Ampliatur ſex modis nu. 454. uſque ad nu. 464.

Limitatur 22. modis, ut nu. 464. uſque ad 505.

Declaratur tribus modis, ut nu. 526. 527. & 528.

452 Poſſeßio rei litigioſæ non transfertur per clauſulam præcarij in contractu alienationis appoſitam.

453 Alienatio lite pendente facta præſumitur dolo facta.

454 Alienatio rei litigioſæ (etiam ad fauorem piæ cauſæ factæ) eſt nulla.

455 Donari non poteſt res litigioſa, & donatio facta eſt nulla.

456 Res litigioſa non poteſt hypothecari, uel pignorari.

457 Prohibitionem alienationis rei litigioſæ durare etiam poſt latam abſolutoriam ab obſeruatione iudicij.

Contrarium nu. 458.

459 Executio etiam contra tertium fieri poteſt ſuper re litigioſa alienata.

460 Immo etiam contra ſuccedentem cauſam à litigante habentem executio fieri poteſt.

461 Fiſcus non poteſt ualide alienare rem litigioſam.

462 Executio ſuper re litigioſa alienata contra tertiũ fieri non poteſt, niſi eo citato.

463 Beneficia litigioſa non poſsunt in alium transferri.

464 Res litigioſa poteſt dari in dotem.

Ampliatur idem procedere in reſtituenda dote, & nu. 465.

466 Litigioſæ res poſsunt dari nomine donationis propter nuptias.

467 Tranſigi põt de re litigioſa tam inter collitigantes, quàm cum tertio.

Et ratio eſt, quia per talem translationem, nihil deperit aduerſario, & numero 468.

469 Litigioſæ res poſsunt diuidi inter hæredes.

470 Litigioſæ res poſsunt transferri, cum uniuerſitate.

471 Alienatio rei litigioſæ eſt prohibita, quando lis eſt iuſta, & non calumnioſa ſecus aliàs.

472 Idem ſi lis, & proceſsus eſset nullus.

473 Alienatio rei litigioſæ neceſsaria non impeditur, præſertim, quãdo talis alienatio haberet cauſam de præterito, & nu. 474.

475 Alienatio rei litigioſæ fieri poteſt, quando lis fuit mota coram iudice incompetenti.

Contrarium nu. 476.

477 Litigioſa res poteſt alienari, quando liti fuit cæſsum.

478 Litigioſi uitium purgari per inſtantię peremptionem.

479 Allenatio rei non impeditur per litis pendentiam, in cauſa criminali.

480 Alienatio accuſatione pendente fieri poteſt, quia per litem criminalẽ res non efficiuntur litigioſæ.

481 Alienatio rerum non impeditur per litem ſuper actione perſonali.

Litis

482 *Litis contestatio in actione personali non facit rem, sed actionem litigiosam.*
483 *Citatio in actione reali facit rem litigiosam.*
484 *Litigiosam effici rem per actionem personalem, quæ petitur in effectu dominium rei utile, uel directum.*
485 *Alienatio rei litigiosæ iam semel alienatæ fieri potest, quasi sit facta alienabilis. Contrarium verius nu. 486.*
487 *Attentatorum reuocatio peti potest in quacunque parte Iudicij.*
488 *Alienatio rei litigiosæ tempore perituræ valet.*
489 *Alienatio rei litigiosæ potest fieri per sequestratarium.*
490 *Alienatio rei pendente lite, mota à falso procuratore valeat.*
491 *Alienari potest res pendente iudicio super possessione ipsius rei.*
492 *Litigiosa non efficitur res per litem uertentem (non super re) sed super iure aliquo rei annexo.*
493 *Cædi non potest possessio, & ius super re competens, lite super tali possessione, uel iure pendente.*
Limitatur nisi cædens docuisset de bono iure super proprietate numero 494.
Limitatur 2. vt possit acquiri possessio, à gratioso subrogato, etiã quoad possessionem, & nu. 495.
496 *Alienari potest res ante datum libellum in iudicio super eadem re instituto,*
497 *Alienatio rei litigiosæ ualet si lis incæperit à sequestro, quod non dicitur facere rem litigiosam.*
498 *Alienari potest res, de qua non litigatur, sed de opere super ea facto, & fabricato.*
499 *Alienari res potest pendente lite super hypotheca super ea existente, quæ non facit litem.*
500 *Alienari potest res pendente lite coram arbitris.*
Contrarium nu. 501.
Defenditur prima opinio nu. 502.
503 *Resignatio beneficij non impeditur per pendentiam iudicij super beneficio, uel alia re ad instantiam Curialis uigore Eugenianæ introducti.*
504 *Alienationem rei ligitiosæ factam perempta instantia ualere.*
Ampliatur num. 519.
Limitatur duobus modis, ut num. 523. & seq. & firmatur prima opinio num. 518.
Dubitatur de hoc numero 505. & plures recensentur opiniones numero sequenti.
505 *Litigiosi uitium, an duret perempta instantia, plures esse, & diuersas opiniones.*
Prima opinio affirmatiua, quod duret nu. 506.
Secunda opinio negatiua, quod sit sublatum. nu. 507.
Tertia opinio, quod duret quoad effectus respicientes personas litigantium num. 508.
Quarta opinio, quod duret quoad interumpendam prescriptionem, quo ad recuperationem possessionis à qua cecidit, Et quoad annullationem actus, sed extinctum sit quoad effectum ipsius alienationis nu. 510.
Quinta opinio nu. 511. & seq. & præcipue nu. 514. ubi tenetur, quod ad alienationem non duret uitium litigiosi perempta instantia, & nume. 515. respondetur contrarijs.
512 *Attentata quare reuocentur ratio est contemptus iudicis, & præiudicium partis.*
513 *Prohibitio ne lite pendente aliquid innouetur intelligitur, quando aliquod innouetur in præiudicium partis.*
516 *Accusator negligens prosequi accusationem infra terminum statutum grauissime punitur.*
517 *Præiudicium oriens ex prohibitione appellationis in possessorio non uidetur attendi, quia potest reparari in petitorio.*
519 *Alienatio rei litigiosæ perempta instantia ualet, etiam si iudex inhibuerit.*
520 *Inhibitio uidetur certis terminis coarctari, & litem seu appellationẽ con comitari.*
521 *Inhibitionis effectus amplius non durat perempta instantia.*
522 *Iudex absoluens ab obseruatione iudicij, uidetur inhibitionem tollere, & ab ea quoque partem absoluere.*
523 *Alienatio rei litigiosæ per actorem, & possessorem perempta instantia facta non ualet.*
524 *Item si instantia sit perempta in 2. instantia per desertionem appellationis, & lapsum fatalium.*
525 *Minus etiam valeret alienatio, quæ facta esset, ante peremptam instãtiam, & eam sequuta sit instantiæ peremptio.*
526 *Beneficium (super quo litigatur) efficitur litigiosum, tam super proprietate quàm possessione.*
527 *Litigiosi uitium obstat solum litigantibus, non autem tertio, quin possit super re contrahere.*
528 *Possessor rei litigiosæ potest eiusdem acquirere dominium non autem publicianam.*
529 *Prouisio de beneficio litigioso expectanti facta ab executore apostolico non ualet.*
Limitatur, nisi nullus ex litigantibus ius in beneficio haberet nu. 530.
531 *Nuncius apostolicus habens in facultatibus conferendi beneficium (ĕt litigiosum) non potest conferre ea, super quibus lis uertitur in curia.*
532 *Lite pendente nec Patronus. Præsentasse, nec Ordinarius conferre, nec Præsentatus capere possessionem possunt.*
Dubitatur de hoc nu. 533.
Concluditur pro prima opinione nu. 534.
535 *Lis quando dicatur pendere ad effectum, ut patronus præsentare nequeat; Et concluditur secundum aliquos controuersiam inter præsentatos non facere litem.*
536 *Alij tenent, requiri iudicialem discussionem, & causæ cognitionem.*
537 *Aliqui uolunt, petitionem præsentatorum instantium pro institutione, productionemque suarum præsentationum coram Ordinario non facere possessionem interim ab alio captam esse attentatam.*
538 *Non nulli affirmant requiri litis contestationem, ad hoc ut patronus non possit præsentare.*
539 *Aliqui dicunt litem introduci per edicti propositionem.*
Contrarium nu. 540.
541 *Electores quemadmodum (quando lis est inter eos super iure eligendi, possunt deuenire, ad aliam electionem) ita Patroni litigantes possunt ad aliam præsentationem deuenire.*
542 *Patronus, lite pendente super iure patronus, si ab eo presentatus cædat, uel decedat, alium presentare non potest.*
543 *Beneficium, quod de iure patronatus pretenditur, pendente lite, super dicto iure patronatus, potest impetrari, etiam non facta mentione de iure patronatus.*
Limit. 1. quando lis super iure patronatus non est principaliter mota, sed accessorie ut nu. 344.
Limitatur 2. in patrono, qui ante litem motam esset in possessione præsentandi. nu. 546.
545 *Lite pendente super Villa, seu castro habente ius patronatus, non impeditur presentatio uigore dicti iuris patronatus, etiam si emptor, & possessor castri nunquam antea præsentasset.*
547 *Præsentatus capiens possessionem lite pendente uigore institutionis à Nuncio apostolico factæ, dicitur attentasse, nisi præsentans esset in quasi possessione præsentandi.*
548 *Patronus existens in quasi possessione præsentandi pendente lite super dicta quasi possessione præsentare non potest.*
Contrarium nu. 549. Et distinguuntur plures opiniones.
Prima, quod possit hoc casu præsentare nu. 550.
Secunda, negatiua, quod non possit nu. 552.
Tertia, quod licet possit præsentare, tamen superior non debeat præsentationem admittere, sed differre ad exitum causæ, & nu. 554.
Secundam opinionem negatiuam approbat, & respondet contrarijs nume. 555.
551 *Lis mota super possessione, non impedit alienationem proprietatis.*
553 *Possessio iuris patronatus, ad hoc, ut sit bona plura requirit, & inter cætera, quod ad sit bona fides.*
556 *Præsentatio, an impediatur per pendentiam litis inter præsentatos, plures distinguuntur casus.*
557 *Primus quando patroni sunt clerici, & tũc altero præsentante cædente, uel decedente non possunt alium præsentare.*
Quia talis præsentatio habet uim electionis. nu. 558.
559 *Secundus casus, quando patroni sunt laici, et pariter non possunt, post quadrimestre tempus.*
560 *Tertius casus, quando patronus laicus uellet infra quadrimestre tempus alium præsentare lite pendente, & distinguuntur tres opiniones.*
Prima affirmatiua, quod possit nu. 561.
Secunda negatiua, quod nequeat nu. 572.
Tertia distinguens, Aut patronus uult præsentare alterum collitigantem super litem, & possit, Aut tertium, & tunc secus nu. 576. Reprobatur nu. 578.
Secundam opi. negatiuam tenet nu. 579. ubi ad contraria respondet, et hanc ponit pro regula infra nu. 583. & declar. nu. seq.
562 *Patronus infra quatuor menses potest uariare, & cumulando alium præsentare, & præsentaus dicitur uti iure suo,*
563 *Præsentationem non esse actum iudicialem.*
564 *Patronus in præsentationib. pot uariare usq; ad institutionẽ episcopi.*
Intellige nisi superueniat lis nu. 581,
565 *Præsentationum uariatio permissa est patrono laico infra quatuor mẽses, ut possit corrigere errorem, si quem (primum præsentando) commisisset.*
Intellige, ut nu. 58.
566 *Patronus etiam appellatione pendente præsentare potest.*
Intellige pendente appellatione extraiudiciali secus iudiciali nu. 582.
567 *Appellatio maioris efficaciæ dicitur respectu attentatorum, quam lis.*
568 *Appellatio non solum inducit pendentiam causæ, sicut lis, sed etiam suspensionem, quæ ligat manus iudicis, & partium.*
569 *Appellatione pendente Iudex à quo procedere nequit, & procedens facit omnia acta nulla.*

Source : BIU Cujas

570 *Appellatio non ſolum ſuſpendit, ſed etiam extinguit ſententiam.*
571 *Appellationis interpoſitio facit actum attentatum, qui alias attentatus non diceretur.*
573 *Cap. 1. ut lit. pend. lib. 6. habet locum etiam in præſentationibus.*
574 *Facultas electorum ſicut impeditur litis pendentiâ, ita, & poteſtas potronorum.*
575 *Dubium dici non poteſt id, ſuper quo eſt regula.*
577 *Attentata nou dicuntur geſta appellatione pendente, quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis.*
583 *Patronus lite pendente regulariter præſentare non poteſt.*
Ampl. 1. etiam in patronis laicis nu. 584.
Ampl. 2. etiam infra quadrimeſtre tempus. 585.
Ampl. 3. ut id non modo procedat, ſi alter collitigans decedat, uerum etiam ſi reſignet nu. 586.
Ampliotur 4. etiam in habente ius faciendi deſeruiri alicui eccleſiæ nume. 587.
Lim. ſupra poſita reg. 1. niſi lis penderet non ſuper titulo beneficij, ſed per oppoſitiones factas præſentatis nu. 588.
Lim. 2. niſi vellet præſentare ſuperſtitem collitigantem nu. 509. Contrarium ponitur nu. 591. Defenditur 1. op. nu. 592.
Lim. 3. quando præſentans eſſet in quaſi poſſeſſione præſentandi, & numero 593.
Lim. 4. quando lis eſset mota per aſſertum procuratorem cum promiſſione de rato, & citatione tacite ad domino, dum uiueret, ratificata, non tamen in actis reproducta, niſi poſt mortem principalis præſenta ti nume. 594.
Lim. 5. niſi contrarium per ſtatutum loci diſponeretur nu. 595.
Lim. 6. niſi in loco ſit talis conſuetudo nu. 598.
Lim. 7. niſi talis præſentatio eſset facta poſt appellationem extraiudicialem. num. 600.
Limi. 8. in omnibus illis caſibus in quibus non eſt prohibita ordinario collatio lite pendente nu. 601.
589 *Beneficium non efficitur litigioſum, ſi oriatur controuerſia circa oppoſitiones factas præſentatis.*
596 *Statutum poteſt facere non eſſe attentata quæ aliàs dicerentur attentata.*
597 *Statutum poteſt tollere appellationem.*
599 *Conſuetudo poteſt facere, ut actus, qui aliàs de ſui natura eſset attentatus, non ſit attentatus.*
602 *Lite inter alterum ex patronis, & unum ex præſentatis pendente, an beneficium dicatur effici litigioſam ita, ut patroni prohibeantur alium præſentare, & plures ſunt opiniones.*
603 *Prima quod poſſint, infra tamen quadrimeſtre tempus.*
604 *Altera eſt opinio negatiua quòd non poſſint. Et hæc ſecundatur approbatur nu. 605. & reſpondet ad contraria.*
605 *Franc. in cap. ſi hi contra quos num. 5. uerſic. ex quibus infertur, ut lit. penden. in ſexto. & Ferret. conſilio 192. numero 14. in primo declarantur.*
606 *Patroni an præſentare poſſit pendente lite inter ordinarium, ſeu confirmatorem, qui debebat inſtituere ex una, & patronũ, aut ab eo præſentatum parte ex altera. Et quod ordinarius poſſit prouidere alteri non præſentato de huiuſmodi beneficio, nu. 608.*
Contrarium uerius, quod patronus exiſtens in quaſi poſſeſſione præſentandi poſſit præſentare nu. 610.
609 *Ordinarium poſſe prouidere de beneficio, quod prætendat indebite per aliquem detineri.*
611 *Innocen. in cap. dudum ſub nume. 4 in uerb. diſpenſatum de elect. declaratur.*
612 *Ordinarius an poſſit lite pendente inſtituere præſentatum remiſſiue.*
613 *Poſſeſſio capta à præſentato lite pendente regulariter dicitur attentata. & nu. 615.*
Etiam ſi talis lata ſententia inſtituatur, & poßeſſionem capiat numero 614.
Ampl. 4. modis, ut nu. 616. uſque ad 622.
Limi. 5. modis a nu. 622. uſque ad 630.
616 *Poßeſſio (ut ſupra) capta dicitur attentata non modo ſi capiatur uigore inſtitutionis ab ordinario factæ, uerum etiam uigore literarum apoſtolicarum ſuper noua prouiſione expeditarum.*
917 *Item ſi capta eſset uigore inſtitutionis factæ à legato de latere lite coram ordinario pendente.*
618 *Item ſi ordinarius immitteret in poſſeßionem ſuperſtitem quem in locum defuncti ſubrogauerat.*
619 *Item non ſolum pendente lite inter præſentatos, uerum etiam inter patronos.*
620 *Et non ſolum pendente lite per eius conteſtationem, ſed etiam per ſolã oppoſitionem præſentato factam Contrarium nu. 621.*
622 *Poſſeſſio capta à præſentato lite pendente non dicitur attentata, quando patronus præſentans erat in quaſi poſſeßione præſentandi.*
Dubitatur de hoc nu. 623.
Soluitur dubium nu. 624.
625 *Idem quando lis non eſset conteſtata, ſed ſolum ambo præſentati comparuiſsent coram ordinario, & uterque inſtitui petiiſſet.*
626 *Item quando præſentatus, & inſtitutus ab ordinario, immitteretur in poſſeſſionem ab eadem ordinario coram quo pendebat lis.*
Dubitatur de hoc nu. 627.
628 *Item quando extaret ſtatutum, quod præſentatus etiam lite pendente in poſſeßionem immitteretur.*
629 *Idem quando extaret ſimilis conſuetudo.*
630 *Patroni an poſſint præſentare appellatione pendente remiſſiue.*

Cap. IIII. De Attentatis lite pendente.

CVm non poſſint recte cognoſci Attentata, quæ fiunt lite pendente, niſi prius cognito quomodo, & quando lis dicatur pendere (antequam ad rẽ ipſam deueniamus) neceſſariò primo uidendum eſt, quando lis dicatur pendere. In quo ſciendum eſt, quòd Doctor. varie in hoc diſtinxerunt,
1 quidam enim dixerunt. quòd lis † dicitur pendere quinque modis. Videlicet per libelli oblationem, ſecundò per appellationem, tertiò per relationem, ſeu conſultationem cauſæ ſuperiori factam, quartò per recuſationem Iudicis, quintò per reſtitutionem in integrum, ut per Petrum Ferrar. in practica Papien. in forma reſpõſionis rei, in verb.
2 exceptionem litis pendentis. Alii, quòd † ſeptem modis (ſupradictis duos addentes) Videlicet per impetrationem iudicis, item per commiſſionem cauſæ, ut per Guid. Pap. & ibi addit. in verb. lis pendere, deciſ. 488. lis non dicitur. Alij ꝙ
3 † de iure canonico per ſimplicem citationem, de iure vero ciuili regulariter per litis conteſtationem, & libelli oblationem in actione reali, vt no. idem Guid. Papa deciſ. 337. pro declaratione. nu. 6.

Verùm quia nonnulla ex his, per quæ Docto. dicunt litem pendere, nos pro faciliori intellectu huius materiæ diſtinctè, & particulariter tractare propoſuimus (prout eſt de geſtis recuſatione, item relatione, item appellatione pendente, ut patet ex ſupradictis rubricis) & nonnulla, per que ad effectum attentatorum dicitur lis pendere, per Doctor. omittuntur (prout eſt Subrogatio, Admiſſio tertii ad cauſam, Extraiudicialis appellatio) idcirco, cæteris omiſſis, ad propoſitum de quo agimus, ita dici poteſt, quòd ſicut in
4 tempore † duo extrema conſiderari poſſunt, uidelicet principium, & finis, ad no. per glo. in uerb. poſtquam. in clemẽ.
5 2. ut lit. penden. ita † in hoc articulo duplex cadit inſpectio, Prima, quando lis incipiat, & per quos actus introducatur. Secunda quando finiatur, & ſic per quantum tempus duret, hoc enim cognitò clare apparere cuique poterit, quæ ſit, & qualis hæc litis pendentia, & conſequenter iſta materia geſtorum illo medio tempore attentatorum. Principiũ
6 † autem litis, & quando lis dicatur incipere variè etiam ſolet à Docto. & quò ad uarios effectus conſiderari. Quando que enim, ut cognoſcamus an, & quando per litem incœptam dicatur perpetuata iuriſdictio iudicis, ut in c. gratum, & in cap. licet, & cap. ſuper quæſtionum. §. 1. extra de offic. delega. & ibi no. Quandoquè quò ad interruptionem præſcriptionis, ut in l. cum notiſſimi. §. immo illud. C. de præſcrip. 30. vel 40. anno. & in cap. illud, & ibi glo in verb. interrupta. extra de præſcrip. Quandoque ad reddendum reſcriptum ſubreptitium, & nullum, ſi ſit impetratum poſt litẽ motam, de qua non ſit facta mentio, ut in cap. cæterum, & in cap. ex parte, de reſcrip. tradit Egid. deciſ. 46. exceptio. Afflict. deciſ. 220. in cauſa. nume. 14. Caſſad. deciſ. 8. num. 6. de præben. Quãdoque uero (& hoc ad propoſitum noſtrum) ad effectum attentatorum, uidelicet ad cognoſcendum, an aliqui actus (tanquam lite pendente facti) dicantur attẽtati, necne: ſuper quo fuit particulariter edita clemẽ. cum lite, ut lit. pẽd. Quæ (licèt tempore, quo emanauit, uiſa fuerit ſatis clara. & aperta, & ſufficienter tollere difficultates, quæ circa hoc oriebantur. Nihilominus, quia (procedente tempore) nonnulla contra eius diſpoſitionem ſtylus (præſertis in curia Romana) paulatim admiſit, & præterea ſup ea multæ ſunt exortæ difficultates (plenius hanc materiam attingendo omiſſis aliis effectibus, ad quos Doctor. litis pendentiam, & eius principium conſiderare diximus, & his ſolum attentis, quæ ad materiam attentatorum faciunt) ita dici poteſt. Quòd, licèt ſolçat aliàs dici, quòd re-
7 gulariter lis † à conteſtatione incipiat, ut eſt tex. in capitulo ex parte. el 2. de uerbo. ſignifica. & bonus text. in capitu. forus. circa med. cod. titu. & in §. omnem, & §. ſi uero, in Authen. de litigio. Ruyn. conſi. 150. gratiſſimum. numero vigeſimo libro quinto; & eſt magis commu. opin. de qua poſt

Petr.

Source : BIU Cujas

Petr.Cyn.Bar.Ang.& Fulg.ibi teſtatur Alexand.in l.cauſas. ſub num.2.contra glo.ibi contrarium ſentientem.C.de trā-
8 ſact.attento,quòd verbum lis†quando profertur a lege, intelligitur,poſt litem conteſtatam.l.3.& ibi not.C.fin.regun. poſt Bar.in l.amplius non peti.ff.rem rat.ha. tradit Socin.in conſi.244.conſiderata.nu.13.lib.2.Nihilominus quoad effectum attentatorum.

9 Principium † litis (& hæc erit prima inſpectio) dicitur eſſe,& lis initiari,& pendere altero ex infraſcriptis modis. Videlicet,Primò per libelli oblationem principi factam ſecūdum quoſdam,vt num.10.& ſeq.Secundò per citationem, nume.28.vſque num.150. Tertiò per litis conteſtationem nume.151.& ſequ. Quartò per ſubrogationem gratioſam, num.156.& ſeq.vſque ad num.177. Quintò per admiſſionē tertij ad cauſam n.178.& ſeq. Sextò per extraiudicialem appellationem,nu.187.vſque ad nu.208. De quorum ſingulorum veritate videndum eſt.

Quò ad primum de libelli oblatione principi facta,quòd
10 per eam lis † dicatur pendere quoad effectum attentatorū, videtur tex.in l.1. C.quando libell.princ.dat.nam ſi lite conteſtata abſque dubio inducitur litis pendentia(vt infra dicetur)ſequitur,quòd idem ſit etiam per talem libelli oblationem,cum illa vim habeat conteſtationis.d.l.1. & videtur etiam tex.in auth.litigioſa.C.de litigio.& in corpore vnde ſumitur,in Auth.de litigio.in princi.,& §.ſi verò,ibi,vel precibus principi oblatis:hanc videtur tenere gloſ.in c.relatum. in ver.conteſtata ad fin.de offi.deleg.dnm dicit,quòd ſicut per libellum principi oblatum res fit litigioſa, eodem modo perpetuatur iuriſdictio Iudicis: idem videntur ſimpliciter tenuiſſe Petr.Ferr.in ſua pract.Papien. in forma reſponſionis rei,in verbo.exceptione litis pendentiæ, & poſt eum Guid.Papæ dicta deciſ.337.in fi.& deciſ.488.in addit & magis ſpecifice Firman.in ſuo repert,in ver. lis pendet. verſicu.
11 14.Contrarium † tamen videtur verius, vt probatur expreſſe in clem.2.vt lite pend.ibi,litem quoad hoc pendere cenſemus,poſtquam a competenti Iudice citatio emanauit, &c. quæ dum requirit citationem interuenire,videtur tacite excludere libelli oblationem,cum incluſio vnius ſit excluſio alterius.l.cum prætor.ff.de iudic.cum ſimilib. & hoc tenet glo.in dicta clemen.in fi.ibi ſaltem poſt citationem,& Cardin.ibidem in 3.oppoſitio.& videntur tenere hi,qui (diſtinguentes inter ius canonicum,& ciuile)dicunt de iure canonico requiri citationem,vt Guid.Papæ dicta deci.337.nu.5. Quod etiam hac ratione comprobari poteſt, nam attenta-
12 ta † dicuntur eſſe illa, quæ fiunt in contemptum Iudicis, qui lædi dicitur,vt no.in c.1.vt lite pend.in 6.& Rot.deciſi. 26.alias 307.Nota quòd.de appel.in antiq.qui contemptus oblatis ſolum principi præcibus in eo,qui nullam illarum habet notitiam,non videtur poſſe conſiderari, argum.not. in c.ſi duobus.extra de appe.merito ſi quid ignoranter agat videtur a pœna attentatorum excuſandus. Quod & alia ratione,& exemplo ſuadetur;nam alias videmus,quod vbi requiritur citatio(prout eſt hic,d. clem.2.)oblatio facta princi-
13 pi † non deducit rem in eum ſtatum,vt quis propterea dicatur incidere in pœnam,vt patet in l.libertus. la 2. ff.de in ius vocā.vbi oblatis principi per libertum precibus (ſi vlterius
14 non citauit patronum) non dicitur† incidere in pœnam 50. aureorum,de qua in l.penul.& l.fi.eod.titu. vt tradunt Bar. Iaſ.& alij Doctores ibi,& in l.1.C.quando libel.principi da. idemque per dictam l.libertus, & alia per eum allegata tenet etiam Soci.in conſi.41.antequam.num.15.lib.1.remittēs ſe ad latius per eum dicta in c.propoſuiſti.q.1.in 4.membro ſecundi articuli principalis,extra de foro compet.Ita etiam in terminis noſtris poteſt dici,quòd per ſolam oblationem huiuſmodi non debeat quis dici attentaſſe, & ſic incidiſſe in pœnam. Multæ enim ſunt pœnæ contra attentantes, de quibus infra in 3.parte capitu.31.de pœnis attentat.per totum.
15 Quinimo fortius dici poteſt,quòd ſi quis †offerat (nedum principi) ſed ipſi Iudici libellum,in quo petat ſe immitti in poſſeſſionem certarum rerum (ſi non appareat certus contradictor)tunc tale iudicium ſuper iſto mandato de immittendo in poſſeſſionē decernendo, vel non decernendo nō dicitur facere litem,nec attentata, vt fuit alias dictum per Dominos in vna Rot.ſpolij domus pro Sereniſſ. Hætruriæ Duce coram D.meo Oradino ſub die 17.Apri.1559.& hanc partem quòd (quoad reuocationem attentatorum) per ſo-
16 lam † commiſſionem cauſæ non dicatur lis pendere, tenet Felyn.in ca.cauſam quæ.num.18.extra de teſti. licèt quoad effectum reddendi reſcriptum nullum ibi dubitaſſe videatur.Et ad contraria facile reſpōdetur,ſi quidem.l.1.C.quando libel.prin.dat.dum dicit,vim habere conteſtationis, in-
18 telligitur†quoad perpetuationem actionis,vt per gl. & Do. ibi,& ita etiam loquitur glo.in dicto c.relatum.tex. autem in auth.litigioſa, & in corpore vnde ſumitur, retorquetur (ponderando illud, quod ſubditur ibi (& Iudici intimatis, & per eum futuro reo cognitis; per hæc enim verba patet, quòd res litigioſa nō efficitur per libelli oblationem tātū, ſed requiritur etiam,quòd reo(mediāte citatione) ſint preces cognitæ.Doct.autem.qui ſimpliciter id dicunt,per libelli oblationem litem pēdere,aut fatēdum eſt, non recte eos
19 ſenſiſſe, aut ſunt † intelligēdi de precibus principi oblatis in ſecunda inſtantia,de quibus in auth.quæ ſupplicatio.C. de prec.imp,offer. quamuis hoc caſu in rei veritate,nō tantum dicitur lis pēdere ex vi dicti libelli principi oblati, quā
20 vigore tum appellationis interpoſitæ,tum litis in prima inſtātia intentatæ;nam licèt mutetur inſtātia,lis tamē † eadē eſſe dicitur,ad no.in l.poſtquam liti,vbi Alexā.& alij. C.de
21 pact.& propterea videmus,quòd ſi quis † committat causā ſuper beneficio,& deinde beneficium reſignet,& reſignatarius poſſideat per triēnium,dicitur eſſe pacificus poſſeſſor, & poſſe vti allegatione Lapi,vt nō teneatur iuſtificare titulum ſui authoris ea ratione:quia ad reſignatarium †nō trā
22 ſiuit poſſeſſio litigioſa,vt fuit reſolutum in vna Salamantina portionis de mēſe Nouembris 1544.coram Fabio, vt eſt in recollect.Mohed.deciſ.42.in vna Salamātina, ſub rubri. de allegat.Lap.& vt lit.pēden. Et ſimiliter,quòd per ſolam
23 commiſſionem impetratam ab aſſerto procuratore nō inducantur a ttētata,dixerūt Domini(poſt deciſ.Creſcent.77. in vna Gerund.Prioratus coram Do.de Rubeis 2.Decemb. 1560.Hāc tamē cōcluſionem, quod per libelli oblationem nō dicatur lis pendere præſertim quoad reum, nam quoad actorem videtur minus dubium per ea quæ dicemus infra ſub nu.41.Quando dicatur lis pēdere per citationē,ampliat 1.poſt Pariſ.in conſi.74.gratia.num.16.libro quarto.Limita notabiliter,&c.

24 Primò in caſu cōſideratoſalias in Rota in vna corā Guidobono,quando ſcilicet actor ſolum commiſit cauſam,& nil aliud fecit,& deinde reus,vt illam auocaret,obtinuit alteri committi,cuius vltimæ commiſſionis vigore(citato aſſerto procuratore,de cuius mandato nō cōſtabat)reus obtinuit citationem cum inhibitione, & procurauit exequi cōtra actorem in partibus, qui dabat de litis pēdentia corā primo Iudice:nam ex quo reus (abſque eo quòd ad inſtantiam actoris fuiſſet citatus) erat certus de cōmiſſione actoris,eſſet inducta per dictam commiſſionem ea ratione: qa reus iam certus erat,vt eſt deciſ.in recollec.Acchil.de Graſ. 191.lis inducta fuit iudicata ſub rub.de lite.

25 Secūdò,vt nō procedat in cauſa † nullitatis, quoniam illa dicitur pendere a tempore commiſſionis, nō a tempore citationis,vt fuit dictum in vna Vlixboneñ.beneficij de turribus coram Acchill.& eſt deciſ. in recollect. eiuſdem 289. incip.in eadem,ſub rubr.de reſtitutio.in integr. vbi ea ratio aſſignatur:quia licet commiſſio nō incipiat cauſam, tamē eſt præparatorium ad cauſam,& principium impedimenti quæ ratio ſatis videtur cōcludēs in caſu,de quo ibi, in quo tractabatur,a quo tempore diceretur impeditus petere reſtitutionem in integrum is, qui pēdēte cauſa nullitatis per aduerſarium commiſſa nō potuerat interim ſuper reſtitutione audiri,vt colligitur ibidem ex deciſio.præcedenti,non tamen ex ea videtur eſſe generaliter inferēdum ad materiam attentatorum,in qua tractatur de faciendo aliquem incidere in pœnam,vt proximè dictum eſt.

26 Tertiò intellige,vt nō†procedat quò ad effectum reddēdi priuilegium nullum(tāquam lite pendēte in præiudiciū alterius impetratum) quia quoad hunc effectum dicitur cauſa pendere ſtatim,atque ſunt dati Iudices, vt per Felyn. in c.cauſam quæ.el 2.nume.10.de teſtib. & poſt alios tradit Augu.Bero.in cōſ.136.in cauſa.nume.21.lib.3.Et præmiſſa
27 †ſunt neceſſariò declaranda,vt quibus caſibus dictum eſt, q̄ per impetrationem commiſſionis dicatur lis pēdere, intelligatur,dummodo impetrās ſit illa vſus, alias nō cēſeretur inducta litis pēdētia, vt fuit reſolutum in vna Gueſnē. cācellariæ coram Acorambono 18.Ian.1556.

Quoad ſecundum de Citatione clarum videtur,quod p
28 †citationem(quoad attentata)inducatur litis pēdētia,dummodo cōcurrāt qualitates,quæ in ea requirūtur,per clem. 2.vt lit.pēd.quæ ſunt ſex,vt elegāter not.Card.in d.clemēt. 2 in 4.notab.& refert, & ſequitur Nouiſſime Miſigner.ſingul.obſer.cēt.4.deci.29.nō ſemel:videlicet† & Prima,quòd citatio emanauerit.Secūda a competēti iudice. Tertia, q̄ ad citati notitiam peruenerit,vel per eum ſteterit.Quarta, quòd quis ex ea potuerit plene inſtrui ſuper quo citatur. Quinta quòd citatio ſit apta.Sexta,quòd nūcius ſufficiēter retulerit,& tradit etiam Imol.in rub.& c.1.extra vt lite pēdē.in tertio notab.vbi vult quòd quoad illum titu.Citatio ſecundum formam dictæ clement.facta inducat litis pen-

dentiam,

Source : BIU Cujas

dentiam,ſed vt iſta materia latius ac clarius pateat eſt conſtituenda .

30 Regula,quòd citatio† facit litem , quò ad hoc, quòd nihil poſſit inno uari:probatur regula in d.clem.2.& in ca.cũ M.Ferrarien.de conſtit.& in c.Eccleſia Sanctæ Mariæ,vt lit. pend.& in c.ad diſſoluendum.de deſponſ.im pub.quæ iura
31 ad id allegat gl.in d.clem.2. & hodie † ſtatim tranſmiſſa citatione vitium litigioſi cõtrahi, tradit poſt alios Port.Imo. in conſi.171.cum in prædij.num.16.lib.4.Idem tenet Bero. conſi.54.concludendum.nume.18.lib.3. Nec immerito cũ
32 citatio† dicatur fundamentum ordinis iudiciarij, ſecundũ Spec.in titu.de citat.in princi. Et omnium actionum inſti-
33 tuẽdarum† principium ab ea parte edicti proficiſcatur, qua prętor edicit de in ius vocando,vt in §.omnium. Inſtitu.de pen.temer.litig.& no.Bar.& alij in rub.ff.de in ius vocand.
34 Nam & alias ſolet dici,quòd regulariter citatio † facit rem deſinere eſſe integram.Mil.in ver. citatio facit rem. & Lanfranc.deciſio.60.per ſolam.Et pro iſta regu.eſt deciſ.Rot.9. alias 279.clementina,vt lite penden.in no.vbi hoc declarat, vt mox dicemus.Et poſt Rot.Mil.in ver.litis pendentia.fol. 212.& Lanfran.deciſ.119.lis pendere.Afflict.deciſ.220.in cã. num.13.Alex.conſi.130.in cauſa ſtrazarolorum.nume.15. lib.4.& Pet.de Anchar.in conſi.13.Viſo proceſſu, quem refert,& ſequitur Fely.in c.cæterum.ſub nu.2.verſic.obſtat. 2. extra de reſcr.

Ampliatur iſta regula nonnullis modis,&c.

Primo,& hoc reſpectu actoris aliquid attẽtantis:nã alias
35 reſpectu † rei(quod hanc materiam attentatorum) requiritur,quòd citatio ſit exequuta,vt poſt Aegid.deciſ.399.concluſio,tradit Fel.in c.2.ſub num.2.verſ. ſolutio reſtringi poteſt.de reſcrip.& Pariſ.conſi.81.origo.num.13.lib.4.amplia,
36 vt procedat† etiam ſi citatio nondum fuiſſet executa cõtra reum,ſed tãtum ad inſtantiam actoris a Iudice decreta.Rota.deciſ.6.alias 75.quod dicitur, vt lite pend.in no. & deciſ. 17.alias 402.ſi actor præſens in curia,circa med.de dol.& cõtum.in no.& deciſ.4.alias 426.Nota,vtrum poſtquã actor, vt lit.pend.in antiq.& inter deciſ.Biſignet.30.Vtrum,& per dictam deciſ.6.alias 75.Mil.in verb.litis pendentia. verſic.2. fol.212.Aegid.deciſ.380.ſi faciens, & iterum in ſimili deciſi. 273.defectus,& deciſio.545.ſi pendente.in vltim.verbis.Staphil.in tracta.de liter.grat.& iuſt.in 2.part.fol.144.verſi.tertio quia dictus actor,&c.quos allegant Moderni praxi Ro. Cu.lib.8.c.4.titu.vt lite penden.& de attent.ſub nu.23.verſ. & cum ſupra dixerimus,& idem tenet per multa Caſſad.de ciſ.6.incip. voluerũt Domini,ſuper reg.cãcella.per totam. Afflic.deciſ.220.in cauſa.num.11. Felyn.in cap. ſuper literis. num.13.de reſcript.Rom. conſi.330.circa primum. num.2. verſic.illud autem.Pariſ.conſi.45.fuit.num.31. & ſeq.lib.4.
37 & ideo† ſi fuit citatio decreta,& executa per edictum vigore clauſulæ,conſtito de non tuto acceſſu:licèt ex eo,ꝙ non fuerat plene probatus nõ tutus acceſſus , decretum iudicis videatur nõ ſubſiſtere tamen reſpectu actoris vigore dictæ citationis,dicitur lis introducta,& pendere, vt fuit dictum per Dominos in vna Taurinẽ.præpoſituræ coram Caputaquen.12.Aprilis 1554.& eſt in recollect.eiuſdem parte ſecũ-
38 da deciſ.39.incip.citatio. Et quòd actor † per tale decretũ, quoad ſe faciat beneficiũ litigioſum,nec dicatur effici triẽnalis poſſeſſor,fuit deciſum in vna Valẽtina de Pego, vt eſt deciſ in recollect. Mohed.16.in vna Valentina , ſub rubrica reg.de triennali,vbi illud addit,hoc procedere ſecundũ ſtylum Rotæ,ſecus autem de iuris rigore,& ſi actor cedat † beneficium ſic(vt præfertur)litigioſum non facta mentione litis,ceſſio dicitur nulla,& inualida,ita in vna Britoricen.de Vrano fuit tentum,vt eſt deciſ.in recollec. Guid Bon.154.
40 voluerunt,ſub rubrica de litigioſ. quod † etiam in materia de annali poſſeſſore tenendum eſſe tradit Mãdoſius ſuper reg.de annali,quæſt.37.per totam , & ratio huiuſmodi ampliationis eſt (vt dicunt Domini vbi ſupra , & omnes poſt eos) quia cum actor per commiſſionem ab eo impetratam & citationem decretam quoad ſe ſit certus de lite,amplius certiorari non debet,ad l.j.ff.de actio.emptio.cum ſimil. & quòd propterea d.clem.ij.fortius procedit in actore, quàm in reo:pro qua facit,quod ſupra proxime diximus.num.24. poſt Acchil.de Graſſ.deciſ.191.lis inducta.ſub rubrica de lit. Quibus adde nouiſſime Menoch.de arbitr.iudi.libro ſecundo,centuria,caſu 202.num.8.poſt Rom dicto conſi.330.circa primum.colum.ſecunda,& Felyn.in d.cap.ſuper literis. num.13.& in c.cæterum.num.2.de reſcript.& Dec.in ca.vt debitus.numero decimoquarto. de appell.Supradicta autẽ
41 ampliatio † poteſt adhuc notabiliter ampliari,& vtiliter, vt non ſolum procedat,quãdo citatio fuit per ipſummet actorem,& principalem,obtẽta (prout hactenus locuti ſumus) verum etiam, ſi fuerit obtenta per aſſertum procuratorem cum cautione de rato,& deinde per principalem ratificata (etiam tacitè) nam ſtante ratificatione ſi quid ipſe principalis ante citationis executionem feciſſet, vtique cenſeretur attentaſſe:quia talis ratificatio retrotrahitur ad diem impetratæ commiſſionis,& decretæ citationis,vt fuit dictum in vna Abulen. iuriſdictionis coram Serafino ſecunda Maij. 1567.in qua (cum procurator aſſertus Epiſcopi Abulen. de menſe Martij 1550.commiſiſſet cauſam in Rota contra Archipresbyterum Abulẽ.& eodem die procurator obtinuiſſet citationem cum inhibitione ad partes, quæ non fuit ad inſtãtiam Epiſcopi executa,niſi de anno 1551. cum interim de menſe Nouembris 1550. Epiſcopus Vicarium quẽdam deputaſſet, & dubitaretur,an talis deputatio eſſet attentata licèt mutta allegarentur ad excludenda attentata,& preſertim quòd ratificatio Epiſcopi non debebat retrotrahi ad effectum tollendi dictam deputationem Vicarij , qui erat actus iam conſumatus,per doctri.Bart.in l.ſi indebitum. §.ſi procurator.ff.rem ratam hab.& ad faciendum ratificantem incidere in delictum,(prout eſt attentare.Aegid.deciſio.18. oneratio.) Domini tamen cauſa mature diſcuſſa tenuerũt , talem Vicarij deputationem eſſe attentatam , per regulam cap.ratihabitionem,de reg.iur.in 6.& quia ratificatio retrotrahitur ad principium actus (etiam in delictis) prætẽquã in excommunicatione,ca.ſi quis.de ſent.excommun.Declate in l.ſemper,qui non prohibet.num.8. de regu.iur & ad doctrinam Bar.ex aduerſo allegatam reſpondebant, eã procedere in actu perfecto,qui ſit reuocabilis , vel quando per eum fuit ius tertio acquiſitum:Quinimo quidam videntur voluiſſe, quòd quoad actorem per ſolam commiſſionẽ ab eo impetratam cauſa dicatur pendere, vt per Pariſ.conſi.74. gratia,num.16.lib 4.Hanc tamen ampliationem declara.

42 Primo vno† notabili modo, qui colligitur ex deciſ. Put. 6.licèt.ſub rubr.vt lite pend.vbi vult, quòd licet per cõmiſſionem,& citationis decretum(quoad actorem) lis dicatur pendere:vt hic,tamen ſi ſit impetrata commiſſio cõtra Petrum de Nigris omnesque alios intruſos,& intrudendos,& nunquam fuerit actum contra dictum Petrum, ſed contra Valerium vere intruſum , ſi proceſſu temporis Valerius ad propoſitum ſuum vellet dare de litis pendentia inter actorem,& dictum Petrum,fuit dubitatum,an poſſet, & fuit ibi reſolutum in vna Ceſarauguſtana dellos ſanctos, quod p talem commiſſionem, & decretum citationis inter Petrũ , & dictum actorem non erat inducta litis pẽdentia, ea ratione:quia intentio actoris fuit agere contra intruſos,& Petrũ de Nigris nominauit quodammodo ſolum demonſtrationis cauſa,putans eum intruſum.Vnde iſta falſa demonſtratio ſibi non debet nocere: quod etiam fuit reſolutum in alia coram Peregri.vt eſt in recollect.eiuſdem deciſ.89. alias. 12.incip.licet ex ſola.& ſic ad propoſitum noſtrum datur caſus,in quo etiam quò ad actorem per decretum citationis non inducitur litis pendentia.

43 Secundò & notabiliter poſſet † forſan declarari, ſeu limitari hæc prima ampliatio,vt procedat,niſi actorem, qui citationem(vt præfertur) obtinuit,ante illius executionẽ pę-
44 nituiſſet,& illi renũciaſſet:cum enim poſſit † ante illius executionem deſiſtere,& pęnitere,vt eſt deciſ.Rot.17.alias 402. ſi actor.de dol.& contum.in no.& per illam,& alias ibi alle. latius tradit nouiſſime Achill.de Graſſ.in deciſ.66.commiſſa cauſa.ſub tit.de commiſ.& per Mandoſium ſuper reg.de annal.q.66.nume.6.ſi de tali pęnitentia conſtaret. Videtur poſſe concludi ex intentione dictæ deciſ.17.circa fin. quòd effectus illius decreti citationis euaneſcat, & conſequenter ceſſet vitium attentati,quòd poſſet eſſe maximæ vtilitatis. Pone enim,quòd actor præſuppoſita tali pęnitentia reum ſpoliaſſet,vtique contra eum non ageretur via attentatorum ad poſſeſſionem recuperandam, ſed via ordinaria ſpolij,quæ,vt notum eſt,non eſt ita fauorabilis , vt via attentatorum,& pro hac limitatione non parum facit,quod alias in ſimili dixerunt Domini in vna Queſnen. cancellariæ coram Acorambono.15. Ianuarij 1556.in qua dubitabatur,vtrum p commiſſionem impetratam , & præſentatam ad inſtantiam Alberti diceretur a die dictæ præſentationis fuiſſe litem,& quia Albertus non fuerat vſus dicta commiſſione,
45 fuit† reſolutum,quòd non fuerat lis:vnde ſicut nõ vſus cõmiſſionis facit non eſſe litem ,vt ibi, ita non vſus citationis in caſu noſtro debet idem operari. Quam limitatio.licèt ab initio dubitanter propoſuiſſem:hodie tamen firmiter tenẽdam eſſe admoneo:cum poſtmodum ita fuiſſe per Dominos reſolutum repererim in propriis terminis noſtris ad excludenda attentatata in vna Gebennen. parochialis de Sarrauallis coram Anton. Auguſtino vigeſimonono Aprilis. 1553.in qua(cum quidam commiſiſſet cauſam iactationũ, & fuiſſet per eum obtenta citatio,& (quod eſt magis)etiam

citatus

citatus quidam,qui re vera non erat procurator aduerſarij, & poſtmodum illi commiſſioni renunciaſſet,& inde ad ali quod tempus poſſeſſionem beneficij accepiſſet, & prætenderetur,quòd huiuſmodi poſſeſſio eſſet attentata, & dubitaretur ibi, an ille dictæ commiſſioni renunciauerit, & ſimul an potuerit renunciare.Domini reſoluerunt,quòd potuit renunciare: quia pars non fuerat legitime citata, prę-
46 ſuppoſita enim legitima †citatione commiſſio fuiſſet facta communis,Aret.conſi.33.conſultatio, & conſil.140.col.fi. verſi.pro his optime fa.Iaſ.in l.3.col.2.verſic. tertio nota.ff. quod quiſque iur.Fel.in rub.de reſcript.colum.2.ver.tertiò niſi. & propterea non eſſet locus renunciationi., vt ibi per Felyn.

Tertiò hæc eadem prima ampliatio poteſt non inutiliter
47 †limitari,ſeu declarari,vt non procedat, quando commiſſio originalis,cuius vigore fuiſſet decreta citatio, eſſet deperdita:nam quò ad effectum faciendi rem litigioſam tale decretum non ſufficit,ſi commiſſio nō reperitur,etiam ſi notarius in manuali de tali decreto mētionem fecerit, immo etiam ſi talis commiſſio reperiretur in alijs ſcripturis inſerta,atque etiam in libro Baccodij deſcripta, quoniam neq; hęc omnia ſimul iūcta ſufficiunt, vt fuit alias dictum in vna Salamantina portionis coram Accorambono 8.Februarij 1547.vt eſt in recollect.Peregr.Fab.deciſi. decimaquarta. alias 35.incipien. in cauſa Salamantina per totam, præſertim.in fin.

48 Secundò ampliatur,vt † procedat (& hoc contra dictam clem.2.ſtilus in Romana Curia admiſit) etiam ſi ſit citatio ſimplex facta per curſorem in curia ad dicendum cōtra cō miſſionem,& non ſit talis, vt per eam Reus potuerit plene inſtrui ad quid citatur, vt eſt deciſ.Rot.9. alias 279.clementina vt lite penden.in no.& poſt eam Mil.in ver. citatio facta in curia,& idem in verb.litis pendentia inducitur. alias enim de iure communi(ad effectum,vt lite pendente nihil innouetur)eſſet in citatione inſerendus libellus,vt poſt Roma.Felyn.Afflict.Curt.& alios per eum allegatos tradit nouiſſime Ioan.Bapti.de Aſin.in ſua praxi iudic.§.quinto.ca. 2.num.2.&4.

49 Tertiò,etiam † ſi citatio emanaſſet a Iudice incompetē ti,dummodo eius vigore teneatur citatus ire ad allegandū priuilegium ſuum,vt per glo.in dicta clemen.2.& poſt eam Card.ibi queſt.3.qui licèt dicat ſe alias in quæſtione facti vidiſſe allegari in contrarium,maxime per tex. in dicta clem. ibi a competenti &c.ipſe tamen ampliationem hanc tenet præſertim, ſi citatus ab incompetenti Iudice coram eo cōparuiſſet,& de incompetentia oppoſuiſſet: quia donec nō conſtat de incompetentia,præſumitur competens, & citatio arctat, & inducitur litis pendentia, vt per eum ibi, poſt
50 Paul.Generaliter autem,quòd per actus factos†coram Iudice incompetenti non dicatur cauſa pendere, tenet expreſſe Ang.in conſi.195.domina Guilielmina.colum.2.ver.deſcēdo ad ſecundum:quòd quoad clemen.2. vt lite penden. ci-
51 tatio † ſit facienda a Iudice cōpetenti,tenet nouiſſime Pet. Ant.Anguſſol.in conſ.49.cum illi.nume.2. ver.ſecundò reſpondetur lib. terzo. licèt ſecus ſentiat quoad effectum, vt tanquam litigioſa res non poſſit alienari,de quo infra in 3.
52 illat.princ.num.47.Idem, quòd lis † coram Iudice incompetenti non faciat attentata,tradit Ioan.Bapt.Ferret. in cōſ.
53 25.viſis .in princip. librò primo competentes † autem Iudices dicerentur ſede Epiſcopali vacante in Eccleſia Calaguritan.etiā Prouiſores,qui ſunt vicarij generales, & propterea monitorium ab eis decretum feciſſe litem,& attētata declarauerūt Domini in vna Calaguritan. dimidiæ portionis coram Finetto.7.Nouemb.1569.

54 Quartò etiam † ſi citatio emanauerit vigore reſcripti impetrati ab excommunicato,quòd licet ſit nullum.cap.1.de reſcript.in 6.tamen citatio eius vigore decreta inducit litis pendentiam ad effectum attentatorum,vt per Mil.& ibi addit.in ver.litis pendentia inducitur eo ipſo,fol.212.poſt Cardi.in d.cle.2.q.4.ver.oppono:dummodo de excommunicatione non conſtat,vt ipſi declarant.

55 Quintò† ex dictis per Card.d.q.4.ver.oppono.poteſt colligi alia ampliatio,vt procedat, etiam ſi citatio emanauerit vigore reſcripti ſubreptitij,qui poſt Lap.(de quo ibi per eū) ita tenet.ſi de ſurreptione non conſtat.

56 Sextò amplia,vt procedat,etiam†ſi citatio fuiſſet obtenta per aſſertum procuratorem(præſertim admiſſum cū cau-
57 tione de rato) quamuis enim ſemper poſſit†opponi,quod ille non eſt vere procurator,ad no.in l.licet. C.de procurat. interim tamen ſemper pendet lis,argum.l.primæ.§.fin. ff.ſi quis ius dicent.non obtemp.vt in proprijs terminis noſtris voluerunt Domini in vna Taruiſina penſionis coram Veſtano,& eſt deciſ. in recollect. Achil.25.incip.attentata vo-

luerunt Domini.ſub rub.de attent. qua facit etiam mentionem(licet illam non alleget)Mandoſi. in tractatu commiſſionum in decimaquarta formula commiſſionis attentatorum,in verbo reuocandi,quæſt.3.in fin.vbi(poſtquam nonnulla pro,& cōtra in materia huius ampliationis ,ppoſuit) ita tandem reſidet.Ad quam facit:quia per huiuſmodi citationem †inducitur lis,etiam ad effectum excludendi habentes gratias expectatiuas,quę non capiunt beneficia litigioſa vt fuit alias reſolutum in vna Toloſana parochialis de nouella coram Reumano.27.Iunij.1554.Item facit: quia & alias in ſimili videmus,quòd inhibitio † obtenta per aſſertū procuratorem regulariter facit attentata, vt dicemus infra in hac parte ca.20.de attent.poſt inhibit.in 5 ampliat.princip.per tot.Quæ concluſio eſt † ſanè intelligenda,dummodo principalis(cuius nomine citatio fuit obtenta)illam ratificet,alias enim ſi non ſubſequatur ratificatio, domino nō
61 præiudicat:cum generale ſit,quòd per actum †nomine alterius factum non infertur præiudicium,niſi ille actum ratificet.l.ſi pupilli.§.ſed ſi ego.ff.de negot.geſ.& diximus ſupra in prima parte, cap.1.de attent.a parte.numero 66. Vt autē nonnulla, quæ in propoſito ex dictis Doctor. colliguntur clarius, & facilius habeantur, poteſt in ea affirmatiue concipi.

62 Regula,ꝙ citatio †obtenta per aſſertum procuratorem, & per dominum ratificata facit litem,etiam ad effectum attentatorum per ſupradicta:Quę

63 Ampliatur primò,vt procedat,etiam†ſi talis citatio fuiſſet reproducta in iudicio poſt mortem principalis, & propterea, dum dubitaretur alias in vna Nucerina de Foſſato coram Sarmiento 5 Decembris.1565. an citatio, & inhibitio obtenta per aſſertum procuratorē, quæ fuerat per principalem,aut per inſtrumentum executionis dictæ citationis,aut per inſtrumentum procurationis ad illam cauſam factæ tacite ratificatæ, & non fuerat in vita principalis, ſed poſt eius obitum vnà cum inſtrumēto executionis a tergo reproducta,diceretur lis inducta, Domini tenuerunt cenſeri inductam veram litem,ſi per inſtrumentum executionis aut procurationis apparebat de ratificatione, & eſt notabilis illa deciſio,præſertim, quia agebatur ibi de præiudicio tertij, videlicet patronorum, qui volebant preſentare, & (præſuppoſito, quòd beneficium eſſet litigioſum in curia) impediebantur,tanquam eſſet reſeruatum, vt allegabatur ibi per informantes.

Secunda ex præcedēti deciſione videtur poſſe colligi am-
64 pliatio,vt procedat etiam †ſi ratificatio fuiſſet tacita, iuxta regulam l. Paulus.ff.rem rat.haberi quòd tacita ratificatio operatur conſenſum ratificantis,ſicut expreſſa:quinimmo etiam in materia attentatorum illa admittitur, vt patet ex his,quæ diximus ſupra in prima parte.cap.1.de attent.a parte num.54. Quæ ſecunda ampliat.videtur poſſe adhuc am-
65 pliari,vt procedat,etiam † ſi vigore commiſſionis nomine alicuius impetratæ emanauerit citatio,& inhibitio, nec vere appareat,per quem præmiſſa fuerint geſta;quia ſi ille,cuius nomine fuit impetrata commiſſio,& citatio,erat in curia, ob illius præſentiam præſumitur illum ita mandaſſe, aut ratificaſſe,vt fuit dictum per Dominos in vna Pacē.fructuum coram domino meo Oradino.29.Maij.1570.vbi loquuntur ſignanter de inducenda lite ad effectum attentatorum,& conſequenter ex ibi dictis videtur hoc colligi poſſe,quòd etiam præſumpta ratificatio citationis faciat litem ad effectum attentatorum. de quo dicto valde ſubſiſtendū
66 videtur:quia(vbi †agitur de priuatione)requiritur,quòd citationis notitia ſit clara,nec ſufficiunt coniecturæ, & præſumptiones.Rot.deciſ.21.alias 77.dic quòd,de dolo, & cōtumac.in antiq.cum nec alias ſufficiat†generalis ſcientia li-
67 tis motæ,ſed requiratur ſpecialis totius rei, & omniū illius qualitatum ſcientia,vt poſt Salice.in l.præterea.colum.2.ff. mandat.eſt deciſ.Guidoboni.94.incip.in vna Auguſtana.& faciunt no.per glo.in cap.concertationi.in verbo ſciuit, & ibi Docto.de appellatio.in ſexto; præſertim, quia ſi vbi agi-
68 tur † de amiſſione alicuius iuris acquiſiti debet ſcientia legitime,& clare probari, nec ſufficit fama, aut coniectura, aut præſumpta ſcientia.Ruyn.conſi.66.num.19.& ſeq.li.1. Crauet.conſi.193.libro primo.Mohed.deciſ.160.fuit reſolutum:Put.deciſ.6.incip ſcientia alicuius, ſub rubrica de probatio.multo magis hęc legitima, & plena ſcientia videtur neceſſaria,quando ſumus in delictis,& in his,ex quibus poteſt quis incidere in pęnam,prout ſunt attentata, in quibus quis delinquere dicitur, vt diximus ſupra in prima parte c.1.de attent.a parte,nu.10.cum præſuppoſita litis ſcientia reſultent attentata,quorum ratione attentans in multas incidit pęnas,de quibus late infra in tertia parte,cap.31.de pę. attenta.per tot.

Limi-

Source : BIU Cujas

Limitatur eadem regula.

69 Primò, quando † ratificatio citationis per assertum procu-
ratorem obtentæ fieret post actum, qui prætenditur attentatus: quia ad effectum faciendi dominum incidere in pœnã attentatorum, debet hæc scientia litis præcedere: quoniam si subsequatur, nõ videtur, quòd illa possit tollere, & annul-
lare præcedens factum legitime, secundum Ioann. de Imo. in consi. 132. in causa sub num. 8. in fi. & est decis. in recolle. Crescentij. 229. incipiẽ. annali possessori: & facit, quod post Cassad. decis. 40. super regul. diximus supra in prima parte. c. 3. de attenta. a tertio, in secunda sublimitatione duodecimę limitationis regul. ibi positæ, numero 117. quòd ratificatio
70 † litis facta per dominum post mortẽ collitigantis, & post-
quam Ordinarius de beneficio per illius obitum vacante tertio prouiderat non facit, quòd collatio Ordinarij sit nulla, tanquam facta de beneficio litigioso contra dispositionẽ c. si hi contra quos. vt lit. penden. in sexto. Præmissa tamen
71 † de scientia, & ratificatione litis sanè intelligenda sunt, de
domino generaliter ratificante litem ex tunc a die superue-
nientis scientiæ litis, secus si vltra litem ratificaret etiam ip-
sum actum attentatum: quia tunc ex ipsius actus ratifica-
tione teneretur ad attentata: quia ratum habens delictum
72 ita † punitur, sicut mandans, iuxta no. in ca. mulieres. de sen-
tent. excommun. Roma. in consi. 105. viso. num. 2. Sicut in si-
73 mili videmus, q' valet † ratificatio actus dolo gesti, si fiat in
specie, licèt generalis ratificatio illum non compræhende-
ret, vt eleganter declarat Crauet. in consi. 160. in hac causa. sub num. 4. libro 1.

74 Secundò limitatur, quando † talis ratificatio citationis p
assertum procuratorem obtenta fieret post latam sententiã argumẽ. eorum, quæ eleganter ponit Rota decis. 1. alias 13. nota quòd gesta. de procur. in antiq. quam sequitur, & esse in viridi obseruantia (non obstant. quæ ponit Felyn. in cap. causam. el 1. colum. pen. & fin. de iudic.) tradit Cassad. decis. 40. super reg. sub num. 2. quòd dominus post sententiam nõ potest ratificare processum asserti procuratoris in præiudicium collitigantis: & faciunt, quæ ponit Dec. in consi. 460. viso. numero 35. Sarnen. de annal. possess. q. 44. nume. 2. & 3. Quod etiam senserunt Domini in vna Ariminen. bonorũ coram Grato. 13. Maij. 1569. in qua (cum ad deducendam litem, & attentata allegaretur quædam citatio obtenta per v-
num pro se & decem alijs, pro quibus de rato promiserat, & pars aduersa ad excusanda attentata replicaret, quòd illi ante sententiam nunquam ratificauerunt) Domini tenue-
runt pro non attentatis.

Declaratur similiter eadem regula nonnullis modis, &

75 Primò, vt ad inducendam † veram litem non sufficiat rati
ficatio tacita facta per verum procuratorem citationis ob-
tentæ ab asserto procuratore. Quamuis enim alias in vna Aquen. pensionis coram Achil. 19. Februarij. 1554. ad sustinendam litem per huiusmodi citationem introductam allegaretur, quòd procurator verus potest ratificare gesta per falsum, præsertim in summarijs secũdum ea, quæ ponit Rota. decisi. 38. alias 454. fuit dubitatum, de procuratoribus in no. Domini tamen ibi tenuerunt, non esse veram litem, & ratio videtur fuisse: quia ratificatio, de qua ibi, videbatur tacita, quæ non sufficit, secus si ratificatio procuratoris de gestis per eum (qui tanquam a vero procuratore substitutus, & eius nomine processit) fuisset expressa: quia talis ratificatio videtur processum sustinere; quia expressa ratificatio facta a procuratore cum facultate substituendi cẽsetur facta ab ipso domino, ac si ipsum substituisset, vt elegãter declara tur in prædicta decis. 38. præsertim in fi.

76 Secundò, quòd ratificatio † gestorum per assertum procu
ratorem non censeatur induci (ad effectum verificandi, & sustinendi litem) per cõfessionem litis factam a vero domino, puta si stante citatione, & processu factis ab asserto procuratore, dominus ad magis corroborandum pensionẽ (ex causa cessionis litis reseruandam) in mandato ad consentiẽ dum reseruationi pensionis litem præfatam enarrauerit, & super eam se fundauerit (quamuis enim videatur litẽ narratam tacite ratificare, & illam confiteri) illius tamen confessio non probat, nec sustinet litem in præiudicium successoris, & consequenter confessio citationis, & processus facti per assertum procuratorem nõ inducit ratificationem, nec facit litem in præiudicium successoris.

77 Tertiò, quòd † licet dominus vtens citatione, & inhibi-
tione impetrata per assertum procuratorem videatur ratifi care contenta in commissione (cuius vigore emanauit) illa tamen ratificatio intelligitur facta quoad ea, quæ dispositiue: non autem narratiue, & enunciatiue in cõmissione cõtinentur, ad plene no. per Felyn. in ca. cum venerabilis. n. 23 de exceptio. & Alex. in consi. 16. in causa. nume. 12. colũ. 3. vers. præterea, lib. 5.

78 Septimò regu. princ. ampl. vt vnica † citatio inducat litis
pend. & citatus dicatur collitigans, etiam si tempore citatio nis citatus nullum haberet interesse ĩ beneficio, super quo citatur, sed superueniat sibi ius longe post citationem: quo
79 niam si taliter citatus moriatur, collitigans † potest se fun-
dare in dicta litis pendentia, & dare de regula de subrogan-dis, etiam ad excludendum prouisum per obitum dicti cita ti, non obstante, quòd prouisus allegaret, quòd citatio non erat habenda in consideratione, ex quo eo tempore ille nul lũ ius habebat in beneficio, sed superuenit sibi per quatuor annos post: vt enuit Rota in vna Compostell. de Rote corã Iunio. 14. Maij. 1557.

80 Octauò, vt ad inducendam † litis pendentiam ad effectũ
attentatorum sufficiat, quòd citatio sit executa cõtra gene ralem procuratorem citandi, vt fuit dictum in vna Mathe-lic. iurisdictionis coram Paleotto. 6. Nouẽbris 1564. in qua licèt ad excusanda attentata allegaret quòd citatio (de qua ibi) non induxerat litis pendent am: Domini tamen inclina uerunt pro attẽtatis, stante, quòd fuerit citatus procurator generalis.

81 Nonò generaliter † ex his, quæ in eadem Mathelican. iu-
risdictionis fuerunt dicta eod. sub die 24. Ianuarij. 1565. pro ponente. videtur posse ampliari, vt ad effectum attentatorũ sufficiat citationem verisimiliter peruenisse ad notitiam ci tati, prout erat in casu illo, in quo citatio fuerat affixa formam decreti citationis, & alia concurrebant, ex quib. colli gebatur sciẽtia citati, ob quam ipse debebat abstinere a pos-
sessione, & ab attentatis.

Limitatur prædicta regula pluribus modis, &

82 Primò, quando citatio † fuisset nulla, & inualida: nam
talis citatio non inducit litis pendentiam ad effectum attẽ tatorum. Afflict. decis. 336. in pleno. nume. 14. & seq. Probus in addit. ad Io. Monach. in rubr. vt lite pend. in 6. in princip. post decis. Neapolit. 352. Quædam, quæ tamen parum face-re videtur, melius faciunt, quę ponit Deci. consil. 460. viso.
83 num. 21. & seq. libro 3. vbi (inquit) quòd citatio † facta de ac-
tore tutoris finita tutela per pubertatem, aut facta ĩ valuis Eccleśię non apprehensa semel persona nõ inducit litis pẽ-dentiam: pro qua facit, quod alias dicitur, quod iudicium
84 † coram iudice incompetenti motum non inducit litis pẽ-
dentiam ad effectum, vt res tanquam litigiosa non possit a-lienari, vt est decis. Afflict. 85. diu est, num. 3. & 4. Et quòd p
85 cessus † nullus non facit rem desinere esse integram. Parisi.
86 consi. 98. asserta. nume. 27. lib. 3. Et quòd citatio nulla † non
perpetuat iurisdictionem. Aegid. 699. suppositio, & nouissi-me est in recollect. Putei decis. 2. iurisdictio. sub rub. de offi.
87 deleg. & in simili quòd non interrumpat (ita vt quis desinat esse pacificus possessor ad effectum regulæ de annali posses sore) fuit alias decisum in vna Cæsaraugustana Cãtoriæ co ram Domino Camillo de Ballionibus, vt est decis. in recol-lect. Crescent. 73. vtrum citatio. sub rub. de reg. de annali. Et
88 quòd inualida, ac generalis † citatio non perpetuet iurisdi
ctionem, Non inducat præuentionem, Non interrumpat præscriptionem, Nec inducat litis pendentiam late, & elegã ter deducit post alios (quos more suo allegat) Tiraquel. de
89 vtroque retract. §. octauo. glo. secunda. num. 4. & seq. † Nulli
tas autem citationis ex multis prouenire potest, puta si fiat tempore non competenti, vt no. in c. bonæ. de elect. & in l. 2. ff. si quis in ius vocan. non ierit, in fi. tunc enim nõ arctat, sicut nec quando fit ad locum inhonestum l. si cum dies. §. si arbiter. ff. de arbit. Vel ad locum notorie non tutum. cle-menti. pastoralis. §. Pisana. de re iudi. secundum Zenzell. in clemen. 2. vt lit. pend. & tradit Vantius in tracta. de nullita. in tit. de nullitate ex defectu citationis. nu. 22. & multis seq. vbi latę non minus docte, quàm eleganter declarat nullita tem citationis ratione citantis, citati, loci in quo, & ad quẽ temporis in quo, & ad quod, formæ, & illius executionis prouenire.

90 Secundò, (& hoc quoad reum) quando † citatio fuisset
valide per iudidem decreta, non tamen contra reum execu ta: quoniam ante illius executionem non dicitur inducta litis pendentia ad effectum attentatorum, clement. 2. & ibi omnes, vt lit. pend. Aegid. decis. 699. suppositio, & post eum Fely. in cap. 2. sub num. 2. vers. solutio restringi potest, de re-scrip. Paris. consi. 81. nume. 13. lib. 4. & ita etiam fuit tentum in vna Messanen. illegitimitatis coram Gropperio 25. Maij. 1562. in qua (dum dubitaretur, an constaret de attentatis, & pro negatiua allegaretur, quòd processus factus per ordina rium Panormitanum, & carcerationes, quæ ibi præsuppo-nebantur, non poterant dici attentatæ, ex quo nondũ fue-rat executa citatio, & inhibitio totalis, & quod de illis non habuerat notitiam is, quis prætendebatur attentasse) Do-

mini

Source : BIU Cujas

mini tenuerunt non constare de attentatis ex allegatis, prę
sertim ex eo,quòd non constabat de scientia Ferdinandi,&
Ioannæ: Idemque quòd possessio capta post præsentationē
commissionis,& decretū citationis,ante tamen quàm fuis-
set excuta,non dicatur attentata,tenuerunt similiter Domi
ni in vna Firman.Sancti Sebastiani corā Gropperio. 5. De-
cembris.1565.& ideo sententiam alias per D.Decanum latā
absolutoriam ab attentatis etiam in secunda instantia con
firmandam fore. Pro quo faciunt quæ diximus infra in se-
cunda parte,cap.20.de attent.post inhibit.in 2.declara.prin
91 cip.regulæ ibi positæ,quòd & inhibitio†regulariter, vt affi-
ciat,non sufficit,quòd solum sit per iudicem decreta,sed re
quiritur,quòd sit etiam contra partem executa . Et quòd ꝑ
commissionem causæ,& citationem (quæ ibi de facto præ-
supponebatur obtenta ab asserto procuratore , & non exe-
cuta (non inducantur attentata , dixerunt Domini in vna
Gerunden. Prioratus coram Domino de Rubeis secunda
Decembris.1560.secuti decis.Crescent.77.Hæc autem limi-
92 tatio est amplianda,vt procedat † etiam si citandus habuis-
set aliqualem notitiam citationis.Paris.dicto consil.81.ori-
go.num.13.libro quarto & fa.quæ de huiusmodi scientia ī
materia appellationis diximus in dicta secunda declaratio.
93 princip.de attent. post inhibit.Et similiter limitanda nisi† ꝑ
citandum stetisset, quominus citatio contra eum exequet,
clemen.causam.§.verum.de electio.& ibi Docto.prę sertim
Imol.num.10.& clem.dudum , de iudic. & in extrauagant.
rem non nouam.de dolo & contum.cum & alias regulare
94 sit,quòd pro impleto habetur,quando stat per partē, quo-
minus quid impleatur l.iure ciuili,& ibi Soci. ff.de condit.
& demonstr.& tradit latius Tiraq.de retract.§.1.gl.10.num.
102.& latius.§.2.gl.1.nu.9. & in terminis de citatione Rot.
decis.111.alias 371.si de speciali,de dol.& contu. in no. & ita
fuit tentum in vna Cremonen.præpositurę coram D.meo
Oradino.13.Martij.1556.

95 Tertiò limitatur,quando† citatio tam rationem Iudicis
quàm temporis,& loci fuisset valida,tamen nūcius, vel no
tarius non sufficienter intimauerit:quia hoc casu lis nō di-
citur pendere.glo in dicta clemen.2.in verb.plene.in fin.&
96 ibi Card.quęst.6.quod tamen †intelligere nos oportet de ci
tationibus,quę fiunt in partibus,& extra curiam , iuxta ea ,
quæ supradiximus in secunda ampliatione numero 48.Mi-
97 nus tamen sufficienter citationem † intimasse diceret no-
tarius,si citationem, cuius forma habebat clausulam istam
(Videlicet affigendam,publicandam, & exequendam) non
legisset,sed tantum affixisset,& ita fuit tentum in vna Ascu
lana coram Achill.de Grassis, vt est decis.in recollect. ciusꝺ
dem 52.citationem, non bene exequutam &c. sub rubrica
98 de citation.Pariter citatio dicitur† minus legitime executa
si sit decreta contra Abbatem , & Monachos alicuius Mo-
nasterij,& notarius non Abbati , sed nonnullis Monachis
in loco capitulari,sed non capitulariter congregatis,nec ēt
vt se capitulariter congregarent , requisitis dictam citatio-
nem intimauit , & propterea cum in vna Caietan. capellæ
coram Robusterio.17.Martij.1567.dubitaretur,an spolium
per Monachos eo casu post dictam citationem factum , es-
set reuocandum, & diceretur ob illam citationem esse in-
ductam litis pendentiam,& consequenter constare de attē
tatis,Domini tenuerunt non constare de attentatis:quia ci
tatio non habebat congruam executionem: Sicut etiā ma-
99 le † esset executa citatio per edictum ob non tuum accessū
decreta,si notarius, quamuis in locis in citatione expressis,
& tempore diuinorum,& astāte ibi populi multitudine ci-
tationem originalem in valuis Ecclesię affixisset,copiam ta
men illius affixam non dimisisset , vt dixerunt Domini in
vna Beneuentana Sancti Festi coram Chisanen. inter Epi-
scopum Spoletanū,& Capitulum Beneuentanum:(in qua
talem citationem male exequutam,& propterea non fecis
se litem quoad dictum Capitulum super dicto beneficio:)
vt est decis.in recollect.Guid.bon.46.dixerunt.sub rubrica
100de citation.Et vniuersaliter , quòd ob non seruatam † for-
mam rescripti citatio dicatur male executa , not.Docto. in
c.cum dilecta.de rescrip.& in c.cum olim.de offic.dele. Pa-
ris.consi.94.beneficium litigiosum.num.5.libro 4.Quod ꝑ
101 cedere(etiam†si talis forma esset contra ius)tenuerunt Do
mini in vna Casalen.s.præceptoriæ coram Reumano,vt est
decis.in recollect.Caputaquen.primo 156.incip.citatio.Sic
102 etiam citatio † dicitur minus sufficiens.nec arctat citatum
nec deuoluit,nisi legatur,aut saltem citato(etiam non petē
103 ti)illius copia offeratur expensis citantis(quando † sumus
in citatione prima)vt est decis.in recollect.Achill.de Grass.
47.citatio.sub tit.de citat.vbi dicit.ꝙ ita fuit tentum in vna
Canicen.coram Rossanē.& alias multoties in multis alijs
104 causis;in alijs aūt†citationib præter primam,copia est dan
da expensis ipsius citati,vt est decis.in recolle.And.Gamba.
30.incip.die 8.Iun.1523.Prędictam tamen conclusionem li
mita tribus modis.

195 Primò,nisi†notarius asserat se citationem legisse etiā nō
aliter data,aut petita copia,vt est deci. eiusdem Achil.49. ci
tationem.eodem titulo.quia bona reputatur,vt ibi per eū;
106 prout & † illa,in qua notarius se publicasse,seu affixisse as-
serit,vt est decis.eiusdem 50.citationem.eod.titu.

107 Secundo,nisi†citandus esset absens,& in partibus,& cita
tio contra eum fuisset executa in domo solitæ habitationis
& in Ecclesia parochiali:quia etiam non data copia citatio
est bona,Guid.Bo.deci. quadragesimaseptima dixerunt sub
rub.de citatio.& iterum decis.152.dixerunt sub rub. de de-
uolut.causæ.

108 Tertiò nisi † citatus, quando audierat se citari, intulisset
metum notario, & voluisset eum verberibus afficere: quia
tunc bona dicitur citatio,etiam si copia non sit data,neque
oblata,vt in recollect.Crescen.deci.42.copia,de iudi.in vna
109 Ciuitaten.coram Domino Siluestro. Sic & citatiò † habē
pro facta,& legitime executa,quando dominus temporalis
citandi se nuntio opposuit,& noluit, vt citationem presen
taret,immo minis eum ex loco eiecit , secūdum Dominos
in vna Cremonen. præpositurę coram Domino meo Ora
110 dino 13.Martij.1556.Ad sustinendam † autem citationē suf
ficit,quòd copia citationis,de qua supra,sit data amico cita
ti,qui dicat illam se ipsi citato dedisse,& ꝑ hoc aliquid ex-
pendisse:quia (concurrente expensa,& assertione amici)ci
tatio fuit reputata bona in vna corā Puteo, vt refert Achil.
de Grass.in recollect.suis decis.56.citatio fuit, sub rubri. de
111 citatio.Eodem modo citatio † substineretur, si notarius fa
cta diligentia de reperiendo personam, & habitationem ci
tandi,& illa non inuenta citationem fuerit executus in pa
rochiali,de qua agebatur , & in cathedrali , & insuper data
copia citationis quibusdam,qui asserebant se procuratores
citandi,vt fuit resolutum in vna Ouetē. parochialis de Bor
uiet coram Gropperio.23.Octob.1562.

112 Quartò,quando † Nuntius sufficienter intimauit, sed ta
men non sufficienter retulit iudici;quia nec hoc casu atten
tata post talem citationem reuocantur secundum Lap. &
post eum Cardina.in d.clem.2.quæst.7. Relatio enim est de
forma substantiali citationis,vt per Maran. in Spe. in 6.par.
prin.dum tractat materiam citationis nu.47.versi.de tertio
extremo.& post alios tradit nouissime Io.Bapti.de Asin. in
sua praxi iudi.§.9.cap.1.

113 Quintò,quando†Nuncius sufficienter intimauit,& iudi
ci retulit, relatio tamen non fuit redacta in scriptis , secun-
dum eundem Lap.& post eum Card.in dicta clem.q.9.& ra
114 tio est,quia non sufficit ad inducendum† litis pendentiam
aliquem vere fuisse citatum, nisi hoc etiam constet iudici ,
ad no.per Barto.in l.hæc autem.§.primo.ff.quib.ex caus.in
poss.catur.vt dicit Card.ibi.Quibus adde Ant.de Butr.in ca.
cum dilecti.colum.3.de elect. & in cap.cum dilecto. col.9.
350 Secundo vt subrogatio † prædicta excludat attentata non solum respectu litis pēdentis tempore impetrationis illius, sed etiam litis subsequentis: Exemplum Ioannes resignauit canonicatum in fauorem Rafaelis cum subrogatione gratiosa etiam quoad possessionem, per obitum Ioānis, qui in possessione decesserat, fuit prouisus Franciscus qui cum peteret a capitulo sibi tradi possessionem, & capitulum denegaret, Franciscus a denegatione appellauit, & eius vigore capitulo inhibuit, & insuper cōtra capitulum protestatus est, ne dicto Rafaeli possessionem canonicatus traderet: Succes siue Rafael (vt præfertur) subrogatus (lite huiusmodi inter Franciscum, & Capitulum pendente) vigore suæ resignationis, ac subrogationis possessionē canonicatus adeptus est: Dubitatum fuit in vna Gerunden. canonicatus coram Grato. 26. Mai. 1564. an talis possessio esset attentata, Quòd licèt prima facie dicendum videretur, & quòd subrogatio excusaret ab his quæ potuissent fieri pendente lite gratiam præcedenti, secus si lis fuisset postmodum introducta, cum dispositio regulariter non trahatur ad futura, ad not. in capitulo finali. de rescript. & in clement. literas. eodem titulo. Domini tamen ibi dixerunt, quòd subrogatio quoad possessionem excludit attentata respectu litis tam præcedentis quàm subsequentis.

351 Tertiò, vt procedat † etiam si duabus subrogationibus cōcurrentibus in fauorem diuersorum concessis, possessio lite pendente fuerit capta per eum, qui erat posterior in data; qa nec hoc casu dicitur attentare, etiam si clausula primæ subrogationis esset, & tempore anterior, & esset cum decreto irritanti: pone quòd ante subrogationem per obitum collitigantis obtentam defunctus beneficium resignasset, & resignatarius in supplicatione habuisset clausulam, per quam gratiosę subrogaretur, etiam quoad possessionem resignantis, etiam cum decreto irritanti: quoniam si collitigans subrogatus non obstante subrohatione, & decreto resignatarij huiusmodi, lite pendente possessionem capiat, non dicitur attentare: quia subrogatio resignatarij eum non iuuat, si illius vigore possessionem non accepit, antequam collitigās vigore suæ subrogationis illam accepisset: cum talis cessio
352 † nihil operetur, nisi possessio actu apprehendatur: nam p talem subrogationem solum censetur data facultas possessionem capiendi. Sarnen. de Triennal. quæstio. 14. numero 8. & decimo. vers. nec obstat, quòd sit subrogatus: Minusque
353 attenditur prædictum decretum, quia † non respicit beneficium vacaturum sed vacans, iuxta distinctionem Cassa. decis. 2. incip. decis. num. 4. de restit. spol. vt hæc omnia fuerunt dicta per Dominos in vna Perusin. plebis de confinio corā Caputaquen. 4. Nouembr. 1558. in qua ita etiam fuisse alias tētum in alia Reginē. abbatiæ coram Capizucco. 12. Octobris. 1551. allegabatur.

Sublimita eandem regulam huius octauæ limitationis.

354 Primò, vt illa † p̄cedat in subrogato a Papa, secus si simus in subrogato ab Ordinario, & ideo si (lite inter duos præsentatos pendente) alter moriatur, & superstes in locum defuncti fuerit per Ordinarium subrogatus, & per eum lite sic pē dente in possessionem immissus, cum tam per quosdam patronos, quàm per nouiter præsentatum ab eis prætenderetur fuisse attentatum, talis possessio non fuit valida reputata, sed esse sequestrandam tenuerunt nouissime Domini in vna Posuanien. parochialis coram Serafino. 14. Ianua. 1572.
355 quod ex eo etiam suaderi potest: quia si Ordinarius † regulariter in locum prædefuncti non potest alterum lite pendente subrogare, vt per Franc. in c. si hi contra quos. in secū
356 do not. vt lit. pend. in 6. multo minus poterit † lite pendente immittendo in possessionem alteri præiudicare, cum plurimum videatur interesse, q̄ possessio remaneat vacans, vt considerabat alias in simili Rota decis. 10. alias 411. ad fi. vt li
357 te pend. in no. & ratio diuersi tatis † inter vnam, & alterā subrogationem illa videtur posse cōsiderari, quæ alias datur inter subrogationem rigorosam, quæ fit per Iudicem, & gratiosam, quæ fit per Papam: quia s. Iudex non potest dare possessionem, nisi illi, cui de iure competit, & q̄n quis per iudicem est subrogandus debet discuti de iure illius, in cuius locum quis vult subrogari, & illo cōperto Iudex subrogat, & immittit in possessionem, quod non cadit in subrogatione gratiosa, vt eleganter declarat Mohed. decis. 327. inci. fuit resolutū: vnde sicut Iudex, ita & Eps (qui nō est nisi Iudex ordinarius, tot. tit. de off. ord.) ex quo nō potest dare possessionem, nisi cui de iure competit, si aliquem subroget, etiā quo ad possessionem, & ille lite pendente capiat possessionem, nō potest effugere vitium attentatorum, ex defectu potestatis, quæ cessat hoc casu in ordinario.

358 Secundò, vt nō † procedat in subrogatione rigorosa, sed ī subrogato gratiosę (prout vere loq̄tur regula) plures enim
359 sunt inter vnā, & alteram dr̄iæ, & inter † cætera, q̄ subrogato possessio nō datur, nisi cum causæ cognitione, & discusso iure defuncti, vt post decis. Rot. 10. alias 411. in fi. vt lit. pēdē. in no. tradit Mohed. d. deci. 327. Quod tñ ex his, quæ nouissime fuerunt dicta in vna Abulen. portionis corā Binario 21. April. 1572. sublimitandū †
360 vr̄, vt nō procedat, qñ mādatū de subrogando ex aliqua cā prædictā causæ cognitionem non requireret, puta, quia examen de persona prouisi erat iā antea factū, & q̄uis ille in prouisione hēret clausulā gratiosæ subrogationis, literæ tñ fuissent iuxta stylum (præsertim post sacrū Cōcilium Tridentinum) expeditæ in forma mandati de subrogando, & in forma dignum: quoniā (si vigore talium literarum ille caperet lite pēdente possessionem) non diceretur attentare, prout tentum fuit in dicta cā, in qua attentis literis prouisi apostolici, quib. cauebatur, q̄ Andreas præuio examine prouideretur, & amoto exinde quolibet detentore mitteretur in possessionē, & q̄ licèt in supplicatione hēret clausulā gratiosæ subrogationis, literæ tñ fuerant expeditæ in forma mandati de subrogādo & q̄ iam ille fuerat antea examinatus, dum dubitaretur (an sua possessio esset attentata) Domini tenuerunt illum excusandum fore ab attrntatis.

361 Tertiò, vt nō † p̄cedat, qñ ille (in cuius locū sit subrogatio aut nunq̄ possediisset, aut tpe subrogationis desiisset possidere: q̄uis n. alias D. in vna Augustana S. Germani corā Caputaquen. 10. Martij. 1561. post q̄ declarauerant, q̄ cessionarius capiens possessionē lite pēdente nō diceretur intrusus stante subrogatione, dubitandum reliquerint, quid si cedēs tpe subrogationis desijsset possidere: limitatio tñ vr̄ oīno tenenda, tum quia cessat ratio, q̄ possessio lite pendēte capta videatur cōtinuata, nō autem de nouo acquisita, de supra in prin. nu. 341. & q̄ seq. & cessante possessione in defuncto, p̄ñr cessat principium & cōtinuatio in subrogato. Tum qa
362 idem videmus in simili, q̄ statutum † transferens possessionē defuncti in hæredem, nō vēdicat sibi locum, quoad res, quas defunctus tēpore mortis nō possidebat, vt per Tiraq. tract. le mort. sai sit, in 4. parte declar. 1. in prin. & per to. & in
363 cōstituto: per quod † nō transfertur possessio, quando constituens tempore constituti non possideret, idem Tiraq. de constit. poss. in 3. parte, limit. 16. & alibi passim.

Quartò

564 Quartò ſublimitandum†uidetur, niſi ipſemet ſubrogatus cauſam iactationis,& iactationum commiſiſſet: quia commiſſa per eum cauſa(ſi poſſeſſionem caperet) diceretur attentare:quia uia(quam ipſe elegit iudicialem) ſibi patere debet.l.ſi mulier.§.fina.ff.quod met. cauſa: hinc videmus,quòd is,qui aliàs poterat propria authoritate poſſeſſionem capere(vt de domino, qui aliàs poſſet propria authoritate emphyteutam expellere,& deſpoliato, qui itidē poteſt incontinenti propria authoritate poſſeſſionem recuperare diximus infra hoc eodem cap.in 1.ampl.princip.)

565 ſi cauſa fuerit commiſſa non † poteſt ultra dicta facultate uti, & conſequenter ceſſat ratio regulæ præſentis illationis,de qua ſupra nume.344.quod ideo ſubrogatus non diceretur attentare:quia ſcilicet cenſebatur Papam ſibi facultatem dediſſe poſſeſſionem propria authoritate capiendi. Quod ſuadetur:quia idem uidemus contingere in eo, qui obtinuerit Breue ad capiendam poſſeſſionem citra uitium ſpolij,& attētatorum:nam licèt regulariter poſſit lite pendente poſſeſſionem capere,& noo attentet, ut dicemus proxime in 13.limit.num.394.hoc tamen uidetur li-

566 mitandum,niſi†is,qui obtinuerat breue cauſam iactationis ſuper illius ſubreptione commiſiſſet,ut dicemus ibidē numero 419.& ex hac limitatione poteſt colligi concilia tio,& reſolutio eius,quod contra regulam præſentis octauæ limit.in una Tiraſonen. canonicatus coram Acchill. 9.Iunij.1550.per Nouatum adnotatum reperiſſe refert no uiſſime Mandoſ.ſuper regul.de ſubrog.collitig. quæſtio.8.

567 ſub numero 6.uerſicu.contrarium,uidelicet,quòd†ſubrogatus non poteſt lite pendente capere poſſeſſionem: quoniam(niſi ſaluemus dictum Nouati,ut procedat, quando ſubrogatus cauſam commiſit) illud eſſet contra omnes alias deciſiones,& rationes ſupra allegatas,num.340.& reuera in caſu Nouari agebatur ſecundùm terminos præſentis limitationis,ut colligitur ex his, quæ refert idem Mandoſ.ibi,dum refert ita eum adnotaſſe, uidelicet concluſerunt Domini, ſubrogatum commiſſa cauſa ſibi mouiſſe controuerſiam, & ideo non potuiſſe lite pendente capere poſſeſſionem,qua conſideratione admiſſa non ſolùm deciſio Nouati à contrarietate ſaluabitur,uerum etiam poterit allegari in terminis pro præſenti quarta limit.

568 Quintò neceſſariò intelligē†præmiſſa procedere in eo, qui habet ſubrogationem gratioſam ualidam,ſecus ſi inua

569 lidam,& ſubrептitiam,puta,quia† illa eſſet in præiudiciū tertij collitigantis,iuxta ea, quæ ponit Sarnen. de ſubrog.

570 collitig.quæſt.8.Vel in ea†non fuiſſet facta mentio regreſſus,quem alius habebat ad beneficium, ſuper quo collitigans obtinuit ſubrogationem,ita ut Papa potuerit intelligere,an dictus regreſſus habuerit effectum,nec ne: ad not. per Gemin.in cap.quàm ſit.§.primo.in primo notab.de electio.in 6.Vel ex aliquo alio capite ſubrogatio appareat inualida:quoniam hoc caſu poſſeſſio eius uigore lite pendē te capta diceretur attentata,cum quælibet diſpoſitio intel ligatur de actu ualido, & ideo in una Nolan. abbatiæ corā Innio 20.Octobris.1557.inter Cardinalem Saracenū (qui per obitum collitigantis obtinuerat ſubrogationē) & Proſperum Ieſualdum (qui per obitum eiuſdem collitigantis habebat ad dictam Abbatiam regreſſum) fuit dictū, quòd eū Cardinalis uigore ſuæ ſubrogationis lite pendente poſſeſſionem adeptus fuiſſet,& Proſper inſtaret pro illius reuocatione tanquam attentatæ,licebat Proſpero(imploran do officium Iudicis)dare contra Catdinalem de attentatis: nec fuit eo caſu Cardinalis ab eis excuſatus, quoniam (ut recte deducebant informantes pro Proſpero) ſubrogatio Cardinalis erat inualida ex pluribus, & præſertim quia nō fuerat facta ſufficiens mentio regreſſus prædicti: Immo dū alia uice.29.Octobris eiuſdem anni fuiſſet iterum propoſita.Domini idem ſenſerunt,ſubdentes, quòd licèt ſoleat dici,& ſeruari,quòd ſubrogatus in litem,& ad poſſeſſionem non attentat,tamen illo caſu erat dubitandum propter regreſſum Proſperi habentem decretum irritans, deſtruens quicquid ſequitur,cui nō apparebat in ſubrogatione Cardinalis fuiſſe derogatum. Et ad præmiſſa de ſubrogatione ſubreptitia,& de derogatione facit, quod ſimiliter fuit dictum in alia Peruſin.ſanctæ Crucis pro Mario Podiano cō tra Petrum Ioannem Florentium coram Sarmiento. 28.

571 Maij.1568.quòd ſi quis†obtineat beneficium regulare, tan quam ſæculare (etiam ſi habeat in ſupplicatione clauſulā gratioſæ ſubrogationis tanquam ad beneficium ſæculare) & illius uigore lite pendente poſſeſſionem caperet, diceretur intruſus,niſi dictæ regularitati fuiſſet ſufficienter derogatum, prout fuiſſe derogatum in caſu illo concluſerunt deinde Domini.8. Nouembris 1568. eodem proponente: Quæ ex eo etiam comprobari poſſe uidentur: quia ſubro-

572 gatio†uidetur uerificanda, ut colligitur ex his, quæ nouiſſime fuerunt dicta in alia Virdonen. decanatus coram D. meo Oradino.15.Iunij.1571.in qua(cum ad excludenda attentata daretur de ſubrogatione gratioſa, & ex aduerſo replicaretur,quòd illa non erat uerificata, ſuper huiuſmodi uerificatione fuerunt multa allegata,& tandem reſolutū eam ſatis uerificari,& excludere attentata.

573 Sextò uidetur ſublimitanda,ut non†procedat, quando ſubrogatus caperet poſſeſſionem non ſolùm lite pendēte, uerum etiam poſt inhibitionem contra eum exequutam:

574 quia uis,& efficacia†inhibitionis ea eſt,ut multoties ea: q̄ regulariter non eſſent attentata,ſubiiciantur uitio attentatorum,ut per multa exempla deduximus infra capit.20.de attent.poſt inhiben.in prima ampliat.princip.cum dicatur

575 †inhibitioni eſſe implicitum decretū irritaus.Caſſa.deci.2. numero 6.de reſtitutio.ſpoliator. & in iſtis terminis,immo etiam fortioribus uidentur id tenuiſſe Domini in una Toletana canonicatus coram Veſtano prima Februarij 1555. in qua ſubrogatus gratioſe etiam quoad poſſeſſionem, ſi poſt inhibitionem capiat poſſeſſionem etiam uigore Breuis de capiendo poſſeſſionem citra uitium ſpolii, & attentatorum. Nihilominus poſſeſſio cenſeretur attentata ut ibi.

576 Septimò & ultimò ſublimita,ut non†procedat,quando nullo mō lr̄æ fuiſſent expeditæ & ſine literis fuiſſet capta poſſeſſio li.pend.qm̄ illa non eſt bona,ut fuit reſolutum in una Spoletana prioratus corā Quiroga.4.Decemb.1557.& fa.q̄diximus ſupra num.347.& ſequen. eodem modo clau

577 ſula†gratioſæ ſubrogatioais obtenta in noua prouiſione, etiam quoad poſſeſſionem non excuſat ab attentatis,quā̄do ſuper dicta noua prouiſione literæ non fuerunt expeditæ,nec illarum uigore capta poſſeſſio, ſed uigore inſtitutionis de præſentato per ordinarium appellatione pendente factæ, ut fuit remiſſiue tentum in una Lucana parrochialis Campagnoli coram Binarino 8.Iunij.1571. Quam limitationem ampliat.

578 Primò:ut talis†poſſeſſio non ſolum ſit uitioſa, & attentata,uerum etiam illam capiens incidat in pœnas extrauagantis fe.re.Iulii III.etiam ſi nullos fructus percepiſſet, ut fuit reſolutum in dicta Spoletana Prioratus.Et ex hac ampliatione colligitur una declaratio, quæ neceſſariò uenit danda ad celebrem deciſ.Mohed.292.ſuit dubium: dum in

579 ea abſolute†uidetur affirmari,quòd ſubrogatus capiens lite pendente,& ſine literis poſſeſſionem excuſetur ab attentatis,ut ſcilicet illa procedat,& locum ſibi uendicaret, an-

580 teq̄†emanauerit dicta extrauagans Iulij, ſecus hodie poſt publicationem dictæ conſtitutionis,quæ licèt ſit odioſa,& reſtringenda,ut fuit dictum in una Eugubina Prioratus coram Palcotto.28.Iunii 1556.ut eſt deciſ.in recoll.eius 16.incip.obiiciebatur,uidetur tamen uſu recepta, & hodie obſeruari,cum illa diſcoloret titulum inductum per ſupplicationem nouæ prouiſionis,ut eſt deciſ.in recollect. Caputaquen.1.395.

581 Secundò amplia,ut procedat†etiam ſi quis in noua prouiſione habuiſſet clauſulam,quòd literæ poſſent expediri in forma gratioſa ſubrogationis,& literas expediuiſſet,ſed non in forma ſubrogationis gratioſæ,ſed prouiſionis:quia ſi cum illis lite pendente poſſeſſionem capiat, non excuſatur ab attentatis, ut fuit deciſum in una Aſtoricen.archidiaconatus coram D.meo Oradino.12.Iunii.1557. Quod

582 tamen limitandum†uidetur,niſi ille poſtea expediuiſſet literas ſuper ſubrogatione in forma perinde ualere: quoniā huiuſmodi literæ,perinde ualere, ſufficiunt ad excuſanda attentata,ut fuit tentum in una Gerunden.canonicatus co

583 rā Grato.6.Nouembris.1564.Hanc autem ampliat.†declara,ut facultas iſta expediendi literas uirtute dictæ clauſulę dicatur perſonalis,& non tranſire in reſignatarios, & ſucceſſores,niſi primus,qui illam obtinuit,declaraſſet animū ſuum,ſe velle literas deſuper expedire:& licèt aliàs eueniē te caſu in una Corduben.præſtimonii coram Aldobrandiuo.28. Maii. 1565. & in alia Salamantina beneficii coram D.meo Oradino 5.Iulii.1568.Domini noluerint reſolutionem capere,ſed quia deciſ. uidebantur inuicem quodammodo pugnare,cauſa fuit dilata ad Calendas, pro parte tamen negatiua allegabantur no.per Bar.in l.idem Pomponius.§.fin.ff.de rei uend.& in l.inter ſtipulantem.§.Stichus ff.de uerbo.obliga.& quæ ponit Sarnen.ſuper regula de annal.quæſtio.70.& in terminis deciſ.Mohed. 239.incip.ſuper Salamantina.Quæ opi.ſanè non uidetur reiicienda,cū regula ſit,quòd ſucceſſor non poteſt ſui authoris animum declarare per ſupradicta, prout etiam in eandem ſententiam uidentur inclinaſſe Domini in alia Vrbeuetan. monaſterii doram Caputaquen.23.Februarii.1562.

Tertiò

Source : BIU Cujas

Tertiò amplia hanc vltimam ſublimitationem, ut pro-
384 cedat etiam † ſi uigore literarum ſuper clauſula ſubrogatio nis expeditarum, ſed ante conſenſum præſtitum per reſignantem fuerit capta poſſeſſio: quia licèt conſenſus poſtmodum ſuperueniat, non tamen per hoc excuſatur, quo minus poſſeſſio ſit attẽtata, ut fuit cõcluſum in dicta Aſtoricen. archidiaconatus coram Oradino 20. Februarii 1568. ubi reſpondetur etiam ad deciſ. Put. 18. poſſeſſio, ut lit. pẽd. de breui ſuperuenienti, & demum idem etiam firmatum eſt in alia poſitione coram eodem 31. Maii eiuſdem anni in eadem cauſa.

Nonò regulam præſentis primæ illationis limita, ut nõ
385 † procedat, quando iudicium eſſet inſtitutum pro adipiſcẽda poſſeſſione, & non adeſt certus contradictor: quia ſi relaxetur mandatum de immitendo in poſſeſſionem, tale mandatum non dicitur facere litem, nec poſſeſſio poſtmodum capta dicitur attentata, ut fuit tentum aliàs in una Romana domus pro magno Duce Florentiæ coram Paleotto ſub die 17. Aprilis 1559.

386 Decimò niſi † conſtet de lite calumnioſa: quia tunc capiens poſſeſſionem lite pendente non dicitur intruſus, & conſequenter non dicitur attentare, ut ſenſit Rota in vna Burgen. canonicatus coram D. meo Oradino ſub die 18. Decembris 1562. fa. quæ latius dicta ſunt infra hoc eodem capit. de attentatis lite penden. limit. quarta princip. num. 1. & ſequen.

387 Vndedimò limita, niſi † capiens poſſeſſionem lite pendẽte illam habuerit de manu tertij, quia non diceretur attentare, ut eſt deciſ. Egid. 749. licèt. in fi. uerſicu. & tamẽ ſi pars: ubi formaliter dicit, quòd ſi lite pendente pars acquireret aliquid à tertio, non foret innouatum: quia innouatio dicitur reſpectu iuris, uel poſſeſſionis partis, contra quam, non reſpectu partis impetrantis: & ideo fuit aliàs dictum in una Pacen. fructuum coram D. meo Oradino 16. Maii.
388 1569. quòd poteſt quis lite † pendente capere poſſeſſionem de manu tertii, qui habuerit ius in re ante litem, uel poſſeſſionem non uitioſam, pro qua facit, quod fuit aliàs tẽtum per Dominos in una Legionen. archidiaconatus coram
389 Reumano. 17. Nouembris 1553. quòd collitigans † poſſit capere poſſeſſionem à tertio, etiam lite pendente (prout erat in eo caſu) in quo (ut colligitur ex deductis ibi per informantes) Io. Baptiſta habuerat poſſeſſionem à capitulo (& ſic à tertio. Quam limitationem neceſſariò declara, ut pro
390 cedat † quando iſte collitigans lite pendente adipiſcitur poſſeſſionem, uel aliquod ius à tertio extraiudicialiter, ſecus ſi iudicialiter, ut fuit æqua, & notabilis, & noua diſtinctio Dominorum in una Nurſina Prioratus corã Sarmiento 2. Martii 1562. in qua (prætermiſſis aliis, quæ ibi dicũtur) ad propoſitum, de quo agitur ſubiiciuntur infraſcripta: Aut attentans eſt collitigans, & adipiſcitur poſſeſſionem extraiudicialiter à tertio, uel aliquod ius, & tunc factum non reuocatur per uiam attentati, & ita procedant plura allegata pro Epiſcopo, ut Egid. deci. 102. & 749. Aut iſte collitigans nanciſcitur poſſeſſionem à tertio uigore iudicii pendentis inter Epiſcopum, & alium collitigantem, ut in hoc caſu in quo præſupponitur, quòd pendente appellatione interpoſita à Iulio Epiſcopus uigore ſententiæ, ſeu mandati de immittendo in ſententia decreti acceperit poſſeſſionem à Ludouico: & tunc videtur attentatum propter regulam, quæ habet, quòd pendente appellatione nihil eſt innouandum: & fa. deciſ. 2. ut. lit. pend. in no. & deciſ. Mohed. 314. & durum eſſet, quod (reuocata in dubium ſententia) ea, quæ ab ipſa dependent ſortirentur effectum, & non obſtat deciſ. Biſignet. 4. de iudic. quia ibi ſententia exequitur contra victum, contra quem eſt lata, & non eſt ſuſpenſa, hic uerò eſt ſuſpenſa: & ex hac diſtinctione reſpondetur ad omnia allegata pro Epiſcopo, placuit tamen Dominis (quia materia eſt difficilis, & implicita) quòd dubiũ reſtringatur ad hunc ultimum caſum, & demum ita etiam tenuerunt in alia propoſitione eiuſdem cauſæ (ſecundum dubiũ ita reſtrictum) ſub die uigeſima ſecunda Maii eiuſdem an-
391 ni 1562. in qua ſimiliter conſiderati † fuerunt duo caſus. Primus. quando collitigans capit poſſeſſionem de manu tertii ſine miniſterio actorum litis, & tunc non attentat, & ita dixerunt procedere ex aduerſo allegatæ pro attentante deciſiones: Egid. 749. in fin. uerſic. ſecundò quia hoc caſu: Acchil. de atten. deciſ. 6. Peregri. Fab. deciſ. 96. circa med. & Mohed. deciſ. 344. in fi. Secundus caſus eſt, quando collitigans capit poſſeſſionem de manu tertii uigore actorum ad lites, & tunc attentat, & ita dixerunt procedere allegata pro Iulio uidelicet doctri. Bald. in l. qui latronibus. §. 1. verſ. ſed nos loquimur, de teſtamen. quem ſequitur Imol. in l. ſi quis filio. §. hi autem. ff. de iniuſt. teſtament. quem refert, &
ſequitur Felyn. in cap. cum ſuper. colum. 1. uerſicu. niſi innouatio, de re iudic. Et ad declarationem prædictorum no
392 ta, quòd executor † qui uigore breuis caderet poſſeſſionem nomine Cameræ abſque uitio attentatorum reſtituẽdam Titio, cum literas expeditas præſentauerit, non dicitur mere tertius, & ideo quamuis tempore captæ poſſeſſionis lis non penderet, ſi tamen tempore factæ reſtitutionis lis ſup ſubreptione breuis penderet, iſte acquiſitio de manu executoris cenſetur attentata: quinimmo ſi ipſe executor vellet denuo huiuſmodi lite pendente poſſeſſionem capere, dicetur omnino attentare, cum non ſit mere tertius, ſed capiat poſſeſſionem, ut colliganti reſtituat, ut fuit dictum notabiliter in una Auerſana beneficiorum coram Quiroga. 9. Decembris 1556.

393 Duodecimò, niſi † poſſeſſio (quamuis lite pendente) tamẽ aduerſario tacente fuerit capta: Exemplum, ſi Capitulum lite pendente immittat aliquem in poſſeſſionem, & diu tacuit, deinde uelit contra eum dare de attentatis, aſſerendo, quòd ille ſe intruſit lite pendente: quia hoc non poteſt, & ſibi dicitur præiudicaſſe, ut fuit dictum in una Pacen. fructuum coram eodem Oradino dicta die 16. Maii 1569.

394 Decimotertiò, & ultimò limita, niſi † poſſeſſio ſit capta lite quidem pendente, ſed nomine Cameræ Apoſtolicæ ui
395 gore breuis, quia tunc non eſſet attentata: ſolent † enim ſæpe in curia (attenta alicuius beneficii litigioſi reſeruatione) dari literæ tam in forma breuis, quàm ſub plumbo cũ clauſula, citra uitium ſpolii, & attentatorum, ut per Stafil. de liter. grat. & iuſt. in ult. part. de reſcript. in form. breuis, & per Sarnen. in tracta. breuium ſub nume. 14. uerſicul. per breue etiam frequenter, ubi ſub numero 15. ſubdit ſe id ſæpe vidiſſe, licèt ſecundùm eum ſit male factum, & poſſunt huiuſ-
396 modi † literæ impetrari etiam poſtquam ſuper beneficio eſt commiſſa cauſa, & ſecuta inhibitio (licèt illarum uigore poſſeſſio poſt inhibitionem capi non poſſit) niſi fuerit in breui inhibitioni ſufficienter derogatum, ut colligitur ex his, quæ habentur in recoll. Paleott. deciſ. 305. incip. præterea debatur: in una legionen. præſtimoniorum 2. Decembris. 1560. Et ratio huius limitationis illa eſſe poteſt: quia prin-
397 ceps † (cum ſit ſupra ius) poteſt uitium attentatorum ex litis pendentia reſultans tollere, ut per Egid. deciſio. 749. & in recoll. Mohed. deciſ. 43. poſt multas: ſub rub. de iur. quæ ſit: ſeu de maior. & obedienin. una Placentin. Caſtri Sarmatis 26. Ianuarii. 1545. & melius deciſ. 86. Sanctiſſimus, ad med. ſub rubr. de reſtitu. ſpolia. & dicemus latius infra hoc eodẽ capitu. in 12. limit. princip. at tentata enim quoad hunc effectum uidentur eſſe de iure ciuili, ut declarauimus ſupra in prima parte in præfatio. numero 66. Et facit, quoniam,
398 & aliàs uidemus, quòd princeps † poteſt etiam tollere rem iudicatam, & ius ex ſententia proueniens: cum & illa ſit de iure ciuili, ut poſt Docto. in l. fina. præſertim Iaſ. C. ſi cõtra ius uel util. pub. & Dec. in capitu. quæ in eccleſiarum. de cõſtitu. tradit Mohed. dicta deciſi. 43. quin etiam poteſt prin-
399 ceps † ex certa ſcientia ciuilem, ac etiam naturalem poſſeſſionem, & inſuper uitium ſpolii tollere, argumen. eorum, quæ ponit Felyn. in capitu. poſtulaſti. columna fina. uerſi. & iſta limitatio, de reſcri. unde ſi poteſt ſpoliũ tollere, multo magis põt facere, ne ſpoliũ incipiat ab initio, cũ multa impediantur fieri, quæ facta tenent, ad regulam. l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, uel alieni iur. cum ſimilib. Sic &
400 aliàs princeps † poteſt tollere remedium. capitu. reintegrãda, ut per Ruyn. in conſi. 48. uideretur. ſub numero 30. lib.
401 4. & magis ad propoſitum poteſt etiam princeps † purgare ipſa attentata, ut latius declaramus infra in 3. parte capi. 29. de purg. attent. numero 47. uerſi. purgatio uerò per principem. Quamuis autem princeps ualeat premiſſa facere, in
402 dubio tamen † non præſumitur uelle alium ſpoliare, etiã ſi appoſuerit clauſulam motus proprii, & clauſulam, non obſtante conceſſione alteri facta, & clauſulam, amoto exinde quolibet detentore, ut pet Mohed. deciſ. 97. incip. motu proprio, ſub rub. de reſtitutio. ſpoliato. cum generale ſit, ꝙ
403 princeps † non debeat tollere ea, quæ alicui acquiruntur iure ciuili, ratione tamen naturali munito. Abb. in capit. per tuas. colum. 10. de arbit. & poſt Rip. in 2. lib. reſpon. cap. 19. habetur in deciſ. Pedemontan. 2. nume. 13. prout eſt ius ad reuocandum attentata, ut diximus ſupra in prima parte in præfatione, num. 62. Et quoniam in materia huius poſſeſſionis uigore breuis lite pendente captæ multa ueniunt ex Doct. dicenda (omiſſis diſputationibus, & breuitati conſulendo) poteſt in propoſito formari.

404 Regula, quòd capiens † lite pendente poſſeſſionem uigore breuis habentis clauſulam, citra uitium ſpolii, & attentatorum, non dicatur attentare, quæ ſuadetur per ſupradicta. Ampliatur.

Primò,

Source : BIU Cujas

405 Primò,vt procedat,etiam † si possessio non fuisset capta vigore breuis, sed breue postmodum superueniret ; quoniam illa possessio,quæ prima facie videbatur attentata,reputatur bona,& sustinetnr ex superuenientia breuis,si ille hodie breui vtitur, quasi tunc videbatur sibi mutare causam possessionis superueniente breui,& titulo valido, argumen.not.per Socin.in l.3.§.ex pluribus. ff. de acquiren. possess.& in consilio 131.in præsenti.numero quarto libro primo,& sicut tenuta nulliter capta sustinetur, & confirmatur,si illa esset de nouo danda,ita,& hæc possessio sustinetur:quia de nouo cum breui esset danda,prout per prædicta fuit hoc resolutum in vna Maioricen. canonicatus coram Thoma de Tanis 17. Ianuarij. 1545.& est in recoll. Put.decisio.18.incip.possessio capta,ut lit.penden. Quæ am
406 pliatio licèt notabilis sit,dubitabilis † tamen reddi posse videtur ex his, quæ aliàs uniuersaliter dixerunt Domini in vna Iuuenacen.iurisdictionis coram Grato 1.Aprilis.1566. in qua(cum Episcopus post inhibitionem ante concilium Tridentinum attentassет, & postmodum confirmato per Pontificem dicto concilio(per quod in fauorem Episcoporum suos subditos uisitare, & corrigere uolentium derogabatur etiam litis pendentijs, & etiam quibuscunque inhibitionibus)daretur contra eum de attentatis ante concilium à quibus licèt ille se tueri niteretur ex superuenientia concilij,(ut præfertur)inhibitionibus derogantis) Domini tamen resoluerunt contra Episcopum,ex quo concilium non poterat referri ad præterita. capitu. fina. de constitutio.cum similib. Vnde sicut ibi superuenientia concilij, ita neque hic in casu nostro superuenientia breuis de-
407 beret excusare ab attentatis, nisi soluas † considerando rationem diuersitatis inter unum, & alterum casum : quia hic sumus in possessione capta, & actu gesto lite pendente,ibi sumus in gestis,& attentatis post inhibitionem, quæ multoties facit actum transire in attentatum,qui simpliciter factus lite pendente non esset attentatus, ut aliàs diximus & spāliter deduximusinfra c.20.de attent.post inhib. in 1. amliat. prin.p tot.& ferè in proprijs terminis facit:ga ratio, & simile illud de tenuta nulliter capta (quo moti sunt Domini ibi)non procedit quotiescunque tenuta fuisset capta non simpliciter lite pendente, uerum etiam post inhibitionem:quoniam tunc etiam si illa esset confirmanda,non excusatur ab attentatis, vt declarauimus in dicto capitulo vigesimo de attenta. post inhib. in decimaseptima ampliat.princip.Ex qua solutione videtur colligenda necessaria declaratio ad præsentem ampliat. de superue-
408 nientia breuis, † vt procedat,& sustineat possessionem captam lite simpliciter pendente,secus si illa capta esset post, & contra inhibitionem:quia illa non sustineretur ex superuenientia breuis, sicut nec tenuta contra inhibitionem: Quæ declaratio ex his comprobari potest , quæ dicemus proxime in septima sublimitatione numero. 421. quòd quando est inhibitum,possessio nec etiam virtute dicti breuis valide capi potest,nisi sit inhibitionibus derogatum.

409 Secundò amplia,ut † prædicta clausula,citra uitium spolii,& attentatorum excusет ab attentatis non solum,quãdo apponitur per principem , uerum etiam si sit apposita per priuatos de consensu scilicet ambarum partium, inter quas deinde lis est suborta, & si apponatur, operatur exclusionem attentatorum,ut fuit aliàs apposita in quadam concordia in una Messanen. baroniarum coram D. meo Oradino, in qua cum sub die quinto Nouembris 1565. prætenderetur quandam adeptionem possessionis (de qua ibi) fuisse attentatam, Domini dixerunt non constare de attentatis ex rationibus allegatis, inter quas præcipuum fundamentum fiebat in dicta clausula in concordia apposita.

410 Tertiò, vt † procedat, etiam si breue uideretur conditionale ob clausulam in eo existentem , quod quatenus possessio esset apud Cameram daretur illi possessio , qui breue obtinuit : quia per hoc(si ille caperet possessionem) nòn diceretur attentasse, vt fuit dictum in vna legionen. Archidiaconatus de aiala coram Reumano 8. Nouembris . 1553.

111 Quartò, ut procedat † etiam, quando talis clausula non esset expressa in commissione, sed relatiua ad breue, in quo talis clausula habebatur, puta si breue huiusmodi esset directum Auditori Cameræ, & ille decernat monitorium contra intrusum in forma, illumque declaret, & contra eum decernat mandatum executiuum , & deinde præsentetur commissio in Rota, ut Auditor procedat , prout potuisset Auditor Cameræ , & in Rota fuerit pronuntiatum contra eundem intrusum, & decretum mandatum de immittendo in possessionem in fauorem illius , qui breue obtinuerat: nam (cum aliàs dubitaretur, an talis possessio per eum capta esset bona) Domini in vna Hispalen. canonicatus cotam Grato trigesimoprimo Ianuarij. 1564. in partem affirmatiuam inclinasse uidentur.

Sub limita eandem regulam huius.13.limit.

412 Primò,quando † in breui esset appolita certa forma, & illa non futsset seruata (puta si breue sit directum Auditori Cameræ,& in eo dictum,quòd coram eo deberet produci,& exequi)possessio enim illius vigore capta non diceretur bona tali forma minime seruata , quinimmo si in eo plures essent nominati,& unus eorum illud producendo formam seruaret,illius productio alterum non iuuat , ut fuit tentum in una Archipresbyteratus Sanctæ Priscæ coram D.meo Oradino.11.Martii.1560.

413 Secundò,quando † breue esset subreptitium:nam si in eo non sit facta mentio litis, quæ est super eodem beneficio,& regressus ad illud alteri competentis(quamuis illius uigore sit capta possessio) illa tamen dicitur attentata, ut tenuerunt Domini in una Nolana Abbatiæ inter Cardinalem Saracenum,& Domin. Ioan.Michaelem Gesualdum sub die 19.Decembris 1558.& est decisio in recoll. Paleott. 115. Ioann. Michael. in princip. & facit optime, quod fuit etiam resolutum in alia Bracharen.Monasterii Sancti Romani coram Iunio.20.Aprilis 1556.in qua cum dubitaretur, an possessio capta lite pendente uigore ultimi breuis (in quo mandabantur exequi nonnullæ aliæ præcedentes literæ in forma breuis,in quibus aderat clausula, citra uitium spolij, & attentatorum, & super quibus , & illorum subreptione erat iam commissa causa) esset attentata , uel potius capiens prætextu dicti breuis excusaretur ab attentatis. Domini tenuerunt pro attentatis : ea ratione moti, quia Papa ignorauit litem pendere super alijs breuibus, quæ mandabat exequi : Comprobari hoc potest etiam ex his, quæ diximus supra numero 368. quòd etiam subrogatio gratiosa non excusat ab attentatis capientem possessionem lite pendente, quando illa est subreptitia.

414 Tertiò,quando † esset commissa causa super subreptione & obreptione breuis:quoniam lite huiusmodi pendente non potest uirtute dicti breuis amplius capi possessio citra uitium attentatorum,ut fuit tentum in dicta Toletana Canonicatus coram Vestano inter Didacum lassum contra Franciscum de Pesquera primo Februarii 1555. & in dicta Bracharen.Sancti Romani.20. Aprilis 1556. & similiter in alia Auersana beneficiorum coram Quiroga. 9. Decembris 1556. necnon in alia Romana spolij coram Domino meo Oradino 29. Nouembris 1561. Quam limi-
415 tationem amplia primò,ut † lite huiusmodi pendente non solum prohibeatur pars possessionem capere,sed , & ipsemet executor in breui deputatus (licèt ante litem possessionem cæpisset si de nouo post litem prædictam possessionem caperet,diceretur attentare, ut fuit notabiliter dictum per Dominos in dicta Auersana beneficiorum. Secundò, ut non solùm adeptio possessionis per huiusmodi
416 litem sit prohibita, uerum etiam † restitutio facienda illi, qui breue obtinuerat,in quo (iuxta stilum) mandatur, quòd (præsentatis per eum executori literis expeditis super beneficio)executor debeat illi possessionem restituere: quamuis enim executor hoc casu videatur mere tertius respectu litis pendentia super subreptione dicti breuis , & consequenter , quòd recipiens possessionem ab eo (tanquam recipiens de manu tertii,qui non sit in lite) non dicatur attentare secundum ea, quæ diximus supra in prima parte,capitulo tertio de attenta.à tertio numero 55. Nihilominus huiusmodi restitutionem censeri attentatum dixerunt Domini in eadem Auersana beneficiorum : subdentes, quòd executor hoc casu non est omnino tertius: cum capiat possessionem, ut illam restituat parti breue obtinenti.

417 Quartò sublimita, quando † is, qui breue obtinuerat possessionem lite pendente non per manus executoris in eo deputati,sed propria authoritate cæpisset : quia diceretur attentasse , prout in his terminis fuit concluſum per Dominos in dicta Toletana canonicatus coram Vestano. 1.Februarii.1555.nec mirum:quia capiendo propria authoritate videtur contrauenire formæ,& priuilegio,ut possessio sit citra uitium attentatorum,& breuis,quod dat,quod immittatur in possessionem per manus executoris:priuile
418 gio autem † abutens,& illi contraueniens cadit ab illius commodo,& censetur illi renunciare,ad no.in capitu. accedenti-

cedentibus,& ibi Inno.in capitu. de terra.de priuileg.& in l.ſecunda. C.de iure domin. impetr. & ibi ſcribent.& conſequenter huiuſmodi poſſeſſio deſtituta ui, & efficacia dictæ clauſulæ citra uitium attentatorum, merito remanet attentata.

419 Quintò,puto non inutiliter poſſe limitari,ut non† procedat, quando ipſemet, qui obtinuit breue cauſam iactationis ſuper ſubreptione dicti breuis committat:quoniam ſi ille deinde hac lite per eum introducta poſſeſſionem caperet,non excuſaretur ab attentatis, & licèt hoc ſimpliciter allegaretur per informantes in dicta Toletana canonicatus,poteſt tamen probabiliter ex pluribus comprobari:

420 & primò,quia id in ſimili uidemus,quòd†is, qui habet facultatem poſſeſſionem propria authoritate capiendi (ſi iudicem adiuerit,non poteſt ultra dicta facultate regulariter vti.Capic.deciſio.119.numero nono cum alijs adductis infra hoc eodem capitulo in 1.ampliat.princip. numero ſecundo.ergo idem dicendum in eo, qui obtento breui habet facultatem etiam lite pendente abſque metu attentatorum poſſeſſionem capiendi,vt illa amplius uti non valeat, poſtquam committendo cauſam ſuper dicto breui iudicē adiuerit. Secundò;quia idem uidemus contingere in gra-

421 tioſe ſubrogato,qui† licèt aliàs regulariter poſſit lite pendente poſſeſſionem capere,commiſſa tamen per eum cauſa,id uidetur ſibi denegari,vt admonuimus ſupra numero 364.uerſicu.4.limitandum uidetur.Tertiò ſicut diſpoſitio

422 †clement.2.ut lite penden.& illius priuilegium, quòd litis pendentia non inducatur,niſi per citationem legitime executam,non operatur reſpectu illius, qui cauſam commiſit, ut abunde deduximus ſupra hoc eodem capite in præfatione numero trigeſimoſexto, ita priuilegium iſtius clauſulæ citra uitium attentatorum debet operari reſpectu illius,qui obtento breui ſuper illius ſubreptione cau-

423 ſam iactationis commiſit. Quartò: quia Papa† dum permittit,quòd lite pendente poſſit capi poſſeſſio, ueriſimiliter intellexit de lite quæ erat tempore breuis,argumen l.ſi ita ff.de auro & argen.lega.& non de lite,quam ignorabat, nec ſcire poterat cum adhuc non eſſet in rerum natura cum generale ſit,quòd conceſſio non extenditur ad ignorata,qua ratione(quod Papa non cenſeatur intellexiſſe de lite quam ignorabat)ad concludendum pro attētatis aliàs moti ſunt Domini in dicta Bracharen. monaſterii Sancti Romani coram Iunio.20.Aprilis 1556.

424 Sextò ſublimita,ut regula procedat†in literis in forma breuis,ſecus in literis,quę haberent uim breuis,prout ſunt hodie literæ miſſiuæ Illuſtriſſimi,ac Reuerendiſſimi Cardinalis Sancti Sixti,& conſueuerunt eſſe modernis temporibus litteræ aliorum Summi Pontificis nepotum,& ideo (ſi illarum vigore lite pendente caperetur poſſeſſio)non videretur excuſanda ab attentatis,& quamuis partem affirmatiuam ſuadere poſſet;quia illæ virtualiter cenſentur eſſe litteræ ipſius principis, qui cum ſit ſupra ius non attentat, vt

425 aliàs ſæpe dictum eſt:cum intrans † poſſeſſionem auctoritate principis non dicatur attentare, cum quoad poſſeſſionem capiendam auctoritas principis non dicatur minus poſſe,quàm auctoritas præſidis pro tribunali ſedentis, quæ ſolet capientem poſſeſſionem excuſare l. qui vniuerſas. §. item cum prætor,& l.iuſte poſſidet.ff.de acquir.poſſ.ſecundùm Bald.in conſil.345.ad euidentiam, col.2. lib. 1. Crau. conſil.5.num.7.lib.1.& conſi.460.num.19.verſ.non obſtat, quòd recuperatio ſit facta lite pendente. Et quia in eo,qui adit principem, vel deputatum à principe, & ab eo literas obtinet, non videtur poſſe conſiderari aliquis dolus, aut contemptus, qui potiſſimum ſolent attendi in attentatis, vt diximus ſupra in 1. parte in præfatione numer. 107. Nihilominus negatiua contraria opi. verior videtur, q̄ immo tales literæ non excuſent ab attentatis, prout videtur fuiſſe reſolutum per dominos in vna Mathelicana Iuriſdictionis coram Robuſterio 25. Maii. 1565. Quæ ea etiam

426 ratione mihi ſatis concludenter probatur: quia licèt † vis, & efficacia ſimilium literarum tota pendere videatur à tenore,& forma facultatum dictis Nepotibus conceſſarum, arg. cap. porrò.de priuileg.cum ſimil. quia tamen (vt plurimum) huiuſmodi facultates ſolent per Pontifices limitate concedi in concernentibus iuſtitiam,ſecus ſi gratiam reſpiciant (cum illa ſibi reſeruare, & alteri non concedere Papa ſoleat) poteſt non immerito dici (quod prætextu talium literarum quis non excuſetur ab attentatis)conſide-

427 rando, quòd facultàs † capiendi poſſeſſionem lite pendente reſpicit potius gratiā, quàm iuſtitiam, quæ dictat, quòd poſſeſſor ſua poſſeſſione non ſit lite pendente priuandus. cap.1. vt lit. pend. cum alijs latiſſime deductis infra hoc eodem cap. in 1. declarat. princip. & ſimiliter lite pendente nihil debet innouari, toto tit.vt lit.pend.nihil innou.cum iſta innouatio licèt ſit prohibita à iure ciuili, tamen naturali quoque ratione dictante eſt interdicta, vt declarauimus ſupra in 1 parte in præfatio. num. 62. Vnde quatenus per dictam clauſulam citra vitium attentatorum tolluntur attentata,& remouentur in cōſequentiam,pœne,quas attentantes incurrunt(de quibus infra in 3.parte cap.vlt.de pęn.attent.)res ipſa dicitur potius ſapere gratiam,quàm iuſtitiam: & propterea ex defectu poteſtatis huiuſmodi litteræ non poſſent excuſare ab attentatis.Et ex hac ratione videtur etiam tolli omnia, quæ ſupra in contrarium conſide-

428 rabantur. Quod ſi illi † in facultatibus haberent,vt vigore ſuarum literarum vim breuis obtinentium poſſent etiam ea explicare, quæ gratiam concernerent, ſecus eſſet dicen-

429 dum per ſupradicta. Quod ſanè intelligendum † eſt(dummodo in eis clare appareret) quòd ſcribens voluiſſet (non obſtante litis pendentia) poſſe capi poſſeſſionem; quia ſi conſtat de voluntate, & præſupponitur facultas,non videtur vltra dubitandum ſecundùm Ruyn.in conſ.76. primò eſt videndum.num.6. & ſeq. lib.5.aliàs ſecus dicendum eſ-

330 ſet: cum in dubio princeps † non præſumatur velle alium ſpoliare, etiam ſi appoſuerit clauſulas motus proprij, non obſtante conceſſione, & amoto exinde quolibet detentore. Mohed.deciſ.97.de reſtit.ſpol.

431 Septimò, vt non † procedat, quando is qui breue obtinuit, fuiſſet per iudicem inhibitus: quia inhibitio videtur

432 illius executioni eſſe impedimento,cum illa † ſiue iuſta,ſiue iniuſta ſit timenda. Rot.deciſ. 26. aliàs 307. nota quòd audientia de appell.in anti. vt fuit tentum per dominos in pluribus cauſis, in quibus præſupponebatur inhibitio, ut in dicta Bracharen.monaſterii coram Iunio 20.Apr.1556. & dicta Auerſana beneficiorum coram Quiroga. nona Decembris. 1556. & in alia Romana ſpolii coram Domino meo Oradino.29.Nouembris.1561.& etiam in ſupra allegata Toletana Canonicatus,& præbendæ coram Veſtano primo Februarii. 1555.& aliàs in multis ſimilibus cauſis,in quibus præſuppoſita inhibitione cōcluditur pro attentatis.Quod amplia,ut procedat etiam ſi†inhibitio ema-

433 naſſet uigore commiſſionis ſuper iactationibus, & moleſtationibus per aduerſarium illius, qui breue obtinuerat impetratæ,ut ſenſerunt Domini in una Burgen. canonicatus coram Domino meo Oradino decimanona Ianuarii. 1560.in qua(cum executor breuis ob talem inhibitionem recuſaſſet poſſeſſionem capere)& propterea inſtaretur pro moderatione inhibitionis, Domini dixerunt in caſu illo non eſſe moderandam inhibitionem:quoniam licèt inhibitio emanaſset uigore commiſſionis impetratæ literis nō expeditis(quæ pro parte eius, qui breue obtinuerat fuerat in hoc reformata, quòd præfixo ſibi termino ad docēdum de literarum expeditione,quo elapſo, & eo non docto. ad moderationem inhibitionis(prout iuris fuerit)procederet, & in termino de expeditione nihil fuerit doctum: quia tamen in reformatione aderat clauſula,prout iuris fuerit, & de iure,quando agitur poſſeſſorio, non requiritur literarum expeditio, conſequenter talis termini præfixio fieri non potuit,minuſque inhibitio erat moderanda: ex qua reſolutione poteſt colligi prædicta ampliatio,ſcilicet, q̄ inhibitio afficit,etiam ſi non emanauerit uigore commiſſionis ſuper ſubreptione breuis,ſed generaliter ſuper iactationibus,& inſuper colligitur etiam ſecunda ampliatio,q̄

434 illa†inhibitio non eſt moderanda,prout in caſu illo Domini tenuerunt.

435 Octauò poteſt utiliter ſublimitari † in eo,qui obtinuit breue cum dicta clauſula,citra uitium attentatorum (prout hactenus locuti ſumus)ſecus in eo, qui in ſupplicatione,& gratia haberet clauſulam,quòd literæ poſſent expediri in forma gratioſæ ſubrogationis, etiam quoad poſſeſſionem citra uitium ſpolii,& attentatorum, prout erat gratia facta conclauiſtis tempore Pauli quarti:nam (ſi literis deſuper non expeditis quis lite pendente poſſeſſionem caperet)puta uigore alterius tituli ab ordinario, ſeu aliàs habiti(ſub prætextu ſupradictæ gratiæ non excuſaretur ab at-

436 tentatis)quia illa † clauſula citra uitium &cæte.eſt coniuncta cum clauſula ſubrogationis, quæ cum nihil operetur, niſi deſuper literis expeditis, ut diximus ſupra in octana limita huius illatio. in ſeptima ſublimit. regul. ibi pòſitæ numero 376. ſequitur,quòd nec clauſula,citra uitium attentatorum,poſſit aliquid operari: quoniam acceſſorium debet ſequi naturam principalis, reg. acceſſorium. de regulis iuris in ſexto. cum ſimilib. Quæ limitatio mul-

437 to magis†procederet,ſi ille,per cuius obitum fuit obtenta præ-

Source : BIU Cujas

ta prędicta ſubrogatio,tempore obitus non eſset in poſseſſione beneficij, ſed alius, quia per dictam clauſulam non cenſetur Papam uoluiſſe illum,qui antea poſſidebat ſpoliare, ſed tantum eos, qui poſt obitum ſe intruſiſſent, vt fuit tandem reſolutum in una Corduben. præſtimonij coram Aldobrandino. vigeſimooctauo. Maii.1565. poſtquam in aliis duobus præcedentibus poſitionibus cauſa fuerat diu diſputata abſque eo, quòd fuiſſet capta reſolutio.

Nonò(retentis terminis præcedentis limitationis, quando ſcilicet quis habet facultatem expediendi literas cum dicta clauſula gratioſæ ſubrogationis,citra uitium &cæt.)
438 vt non†procedat in ceſſionario illius,qui dictam gratiam habebat:quoniam ſi illæ deſuper literas non expediuit,nec ſe habuiſſe animum illas expediendi declarauerit, & deinde alteri ceſſerit,non poteſt ſucceſſor,& ceſſionarius iuuari beneficio illius clauſulæ: ſicut dicitur de clauſula ſubrogationis, etiam quoad poſſeſſionem, cuius beneficio (præſertim ad excludenda attentata) ſucceſſor gaudere non poteſt,ut eſt deciſi.in recoll. Mohed.239. & facit quæ ponit Sarnen.de triennal.quæſtione decimaquarta,& quæ diximus ſupra numero 383. in ſeptima ſublimit. in materia ſubrogationis.

439 Decimò ſublimita, vt procedat † in eo, qui obtinuit breue,ſecus in eius ſucceſſore;quia ius breuis dicitur expirare per obitum obtinentis.& ideo ſi is,qui breue obtinuit moriatur, antequam eius uigore eſſet capta poſſeſſio per executorem nomine Cameræ, ſed illam executor poſt illius obitum capiat,& deinde alius prouiſus de eodem beneficio ſimiliter poſſeſſionem adipiſcatur, & poſtmodum is,qui in locum defuncti ſubrogationem obtinuerat, velit niti poſſeſſione capta per executorem nomine Cameræ,& petat ſe ad illam reſtitui, talis poſſeſſio non uidetur-
440 reſtituibilis:quia executor eo tempore capiens †poſſeſſionem nihil Cameræ acquiſiuit,cum iam per obitum impetrantis ius breuis expiraſſet, ut fuit dictum in una Oxomen. Archipresbyteratus coram Robuſterio decimo Octobris 1567. Quod ex eo etiam comprobatur, quod fuit tentum in alia Plouacen. Archipresbiteratus coram eodem ſecundo Aprilis 1568. in qua(cum ille,qui breue impetrauerat cum clauſula citra uitium ſpolii, & attentatorum, non aliter capta nomine Cameræ poſſeſſione beneficium reſignaſſet reſeruatis ſibi fructibus, & regreſſu, & deinde aliud breue obtineat,quòd ſibi fructus conſignentur, & poſſeſſio reſignatario, & contra reſignatarium daretur de attentatis,& dubitaretur,an ad excludenda attentata poſſet ille ſe tueri vigore primi breuis,in quo in fauorem reſignantis aderat clauſula citra uitium attentatorum) Domini dictis breuibus non obſtantibus tenuerunt pro Ioanne, qui erat ille, qui paſſus fuerat attentata, & conſequenter ex his clare apparet, quòd Breue conceſſum in fauorem reſignantis non iuuat reſignatarium,quia (ut ibidem fuit dictum)illud ius ex breui proueniens erat perſonale,& reſignans per reſignationem ſtatim illud amiſit,argu. l. quia tale.ff.ſolu.matrimo.

Declaratur nunc eadem regula huius 13. limit.

441 Primò, quòd † in executione huiuſmodi breuis de capiendo poſſeſſionem nomine Cameræ abſque vitio attentatorum non requiratur partis citatio,ut eſt deciſio. in recolla.Guid.bono.nonageſimaquinta incipien. in vna Caſalen.de reſcript.

442 Secundò, quòd † cum huiuſmodi breuia concedi ſoleant attenta reſeruatione beneficii, de quo agitur, licèt Papa in breui narraret beneficium eſſe reſeruatũ, per hoc tamen ex huiuſmodi narratiua non cẽſeretur probata ſufficienter reſeruatio,ut eſt deciſ.in recoll. Caputaquen. prima. 37. incipien. cum reſeruatio:ubi id in pluribus cauſis fuiſſe tentum atteſtatur.

443 Tertiò,quòd†executor,qui nomine Cameræ cæpit poſſeſſionem reſtituendam ei,qui ſibi literas expeditas præſentauerit,non poteſt tradere poſſeſſionem alteri,quàm ei,cuius intuitu cæpit poſſeſſionem,, ut ſenſerunt Domini in una Burgi Sancti Sepulchri, coram Robuſterio 21. Nouembris.1565.

444 Quartò,quòd†in iis caſibus, in quibus poſſeſſio (etiam capta uigore breuis(eſſet attentata(prout in ſingulis limitationibus de quibus ſupra) poſſeſſio non ſit relinquenda in manibus commiſſarij,& executoris, ſed reſtituenda ei, qui eſt paſſus attentata, prout in una Oueten. Archidiaconatus coram Cotta decimoquarto Maii. 1563. in qua cum breue de capiendo poſſeſſionem nomine Cameræ eſſet fundatum in uacatione Archidiaconatus per priuationem Pizzarri, & demum ille obtinuiſſet ſententiam priuationis reuocari,& dubitaretur, an Pizzarro eſſet dicta poſſeſſio reſtituenda, uel in manibus dicti executoris relinquenda,Domini dixerunt,illi eſſe reſtituendam.quia ſtante ſententia prædicta apparebat de iniuſtitia priuationis,& ſic ceſſabat intentio breuis,& conſequenter remaniſſet poſſeſſio apud commiſſarium ſine cauſa, & Pizzarrus ſpoliatus.

445 Quintò,& utiliter,quòd † licèt breue, & narrata in eo ſint uerificanda. Hæc tamen verificatio non diligentiſſime, & ad unguem fieri neceſſe eſt, & propterea ſi in eo
446 †narretur, quòd ille (per cuius obitum beneficium uacauit)illud obtinebat,& poſſidebat, abſque eo, quòd probaretur ius,ſufficeret probare illius poſſeſſionem, ut fuit reſolutum in una Corduben præpoſituræ coram Domino meo Oradino nonò Iunii. 1559. & iterum eodem proponente tertio Iulii eiuſdem anni. Et ſimiliter licèt de reſer-
447 uatione † beneficii non ſit ab initio doctum, ſed poſt captam poſſeſſionem,non per hoc diceretur attentata,ut eſt in recoll.Paleot. deciſio.305.incipien.prætendebatur,& tenuerunt etiam aliàs domini in dicta Corduben.præpoſituræ.3.Iulii.1559.& eòdem anno in alia Corduben.dimidiæ portionis coram D.de Rubeis.

448 Sextò quòd†uirtute breuis capta poſſeſſio tunc excuſatur à uitio attentatorum,quando in breui eſt nominatim appoſita clauſula citra uitium attentatorum, ſecus ſi per breue aliquid lite pendente concederetur, per quod tacite pars prætenderet,quòd Papa voluerit etiam facultatem concedere capiendi poſſeſſionem lite pendente, & ideo ſi ſit conceſſum breue Capitulo,& canonicis lite pendente. ut illi ſint exempti ab Epiſcopo,& illius iuriſdictione, & canonici (prætendentes ſibi id licuiſſe) uigore dicti breuis adepti fuerint quaſi poſſeſſionem exercendi iuriſdictionem per ſe abſque Epiſcopo,& peterent ſe in ea manuteneri, & pars aduerſa prætenderet talem poſſeſſionem eſſe uitioſam, ex quo ante litem moram canonici iuriſdictionem coniunctim cum Epiſcopo exercebant, Domini in una Burgen. iuriſdictionis coram Domino de Rubeis. vigeſimoſeptimo Aprilis.1562.dixerunt, quòd (quia poſſeſſio prædicta fuerat capta lite pendente) non erat manutenenda, nec poterat uigore dicti breuis excuſari, & facit, quod aliàs ſenſerunt Domini in alia Regien. canonicatus coram Palcotto coram comitem Annibalem Foglianum, de anno 1558. quod breue non excuſat, quando indiget diſcuſſione.

Illatio Secunda, de non transferenda in alium lite pendente poſſeſſione.

Secundò ex eadem regula infertur quòd ſicut poſſeſſio
449 lite pendente acquiri(ut ſupra) ita † nec in alium transferri(etiam per uiam permutationis)poteſt:ut eſt deciſio. Rota tertia aliàs quinquageſimaſexta ſi lite, ut lite pendente in nouis.& deciſi.tertia aliàs 400.nota ſi lite, eodem titulo in antiqu.& inter deciſio.Delphin.Franc.Marc. quæſtione 272.numero tertio,& hodie eſt deciſio.in recoll. Put.quarto ille,qui dolo & cæt.ſub rubr. de fruct. damn. & interes. ubi refert in una Peruſina bonorum fuiſſe tentum talem transferentem, etiam ad fructus condemnandum fore. Ad quod dictum de prohibita translatione poſſeſſionis etiam facit,quod aliàs dicitur, quòd capitulum facta electione Epiſcopi lite ſuper ea pendente non poteſt in Archiepiſcopum transferre ius eligendi, aut poteſtatem prouidendi Eccleſiæ in euentum, quòd electus ſuccumbat, ſecundùm Alexan. conſilio 106. perſpectis. numero octauo libro ſecundo.

Hoc tamen dictum de prohibita translatione poſſeſſio
450 nis lite pendente,Limita,niſi†Executor hoc faceret uigore breuis,in quo appareret de uoluntate principis uolẽtis, etiam lite pendente poſſeſſionem in alium transferri,quia ubi conſtat de uoluntate,de poteſtate nõ eſt dubitandum (inquit)no.Ruy.conſi.76.primò eſt uidendum.nu.6.& ſub nu.10.uer.& ex præmiſſis,lib.5.& faciunt etiam ea omnia, quę diximus ſupra proxime nu.394.in 11.limita.primæ illationis de adeptione poſſeſſionis uigore breuis facta,quę poſſent etiam ad translationem poſſeſſionis pro maiori parte adaptari,ſed breuitatis gratia non repetuntur.

Illatio Tertia, de non alienando rem litigioſam.

Tertiò ex eadem regula proficiſcitur illud uulgare,quòd alienatio

Source : BIU Cujas

451 alienatio rei † litigiosæ. lite pendente fieri non potest, & facta non tenet, ut in rubr. & in tot. titu. ff. C. & in Authen. de litigios. præsertim in l. finali. C. eodem titulo. & uenit officio iudicis reuocanda. Aflict. decisio. 396. in causa comitis numero decimo. Ita, ut neque res: neque actio litigiosa in alium, in genere, uel in specie transferri possit. Mil. in verb. litigiosa res, vel actio. folio 212. & Alexan. in consilio quadragesimoquinto, uisa. numero quinto libro tertio. Guid. Papæ decisio. 337. pro declaratione, numero quarto, quem refert, & sequitur nouissime Misinger. in consil. siue responso quinquagesimosecundo sextæ decadis, incip. facti species. numero trigesimoquarto, & quoad alienationem multa cumulat Paris. in consilio 108. de bono iure. numero quarto libro primo Dec. consilio 491. testatur. numero octauo libro tertio, in tantum, quòd nec etiam per pre
452 carium † in contractu alienationis rei litigiosæ appositum transferatur possessio, ut est decisio. Afflict. 331. quædam Diana. numero secundo quam etiam secutus est nouissime Menocch. in secundo respō. causæ Finarien sis, in quarto articulo. numero quinquagesimosexto, & iterum replicauit in consilio secundo magni ponderis. numero 291. libro primo, & ratio esse potest ultra præiudicium, quod per
453 alienationem infertur parti: quia talis alienatio † lite pendente facta præsumitur dolo facta secundum Paris. in consilio 138. duo in ista causa. numero vigesimooctauo libro quarto sa. quæ ad hoc propositum de dolo ponit August. Bero. in consilio 120. concludo. numero trigesimotertio libro primo, & quæ post Cephal. in consi. sextagesimoquarto numero decimonono tradit nouissime Bursat. in consilio 100. uerba. numero vigesimotertio libro primo, & ista potest esse in præsenti illatione.

Regula, quæ infrascriptis modis ampliatur.

453 Primò, ut nec fauore † piæ causæ alienatio rei litigiosæ sustineatur, quamuis enim fauor piæ causæ multa operetur, de quibus abunde per Tiraquell. in tracta. de priuileg. piæ causæ, in proposito tamen pia causa nullum uidetur habere priuilegium, ut patet ex l. fin. ff. de litig. quinimmo non solum, quando res litigiosa dedicatur in sacrum alienans punitur pœna solita, uerum etiam sibi augetur pœna: quia tunc tenetur ad duplum, ut est text. ad literam in d. l. fi. ff. de litigio.

455 Secundò, ut res † litigiosa nec etiam regulariter donari possit, tex. est in d. l. fin. C. de litig. ibi uerum etiam donationibus porrigenda, & tradit Boer. decisio. trigesimotertio numero secundo, & post eum etiam Menocch. in dicta secundo respons. causæ Finar. in quarto articulo numero quinquagesimosexto.

456 Tertiò vt nec etiam † pignorari, seu hypothecari possit. Mil. in verb. litigiosa res sicut. folio 212. & tradit per tex. in dicta l. fina. C. de litigio. & l. fina. de reb. alien. non alienan. Alciat. in consilio 61. incipien. ad argumentum, numero tertio libro octauo.

457 Quartò ut ista prohibitio † de non alienando rem litigiosam duret, etiam si sit lata sententia absolutoria ab obseruatione iudicii, si credimus Mil. qui id dixit in reper. in verb. litigiosum beneficium esse non desinit. folio 212. ve-
458 rum quia † Innocen. in cap. causam quæ. de testib. & Barto. in l. litigator. C. de fruct. & litium expens. ab eo citati, aliter dicere uidentur, & Innocen. (quem etiam allegat) in capit. consuluit, de offic. delega. generaliter, & indistincte dicit, quòd per absolutionem ab obseruatione iudicii pereunt omnia acta iudicii, de hoc dicto Mil. ualde uidetur dubitādum, præsertim, quia ista ampliatio in effectu non est diuersa ab illa, quam proxime posituri sumus infra numero 504. ubi tractabimus, an uitium litigiosi perempta instantia duret.

459 Quintò amplia, ut etiam † super re litigiosa, & lite pendēte alienata possit executio fieri etiam contra tertium, ut tradit Ruyn. in consilio trigesimoquarto visis. numero decimosecundo libro quinto, & est decisio in recoll. Mohed. decimosecundo in eadem, sub titu. de execut. rei iudic. ubi refert ita fuisse resolutum in una Rom. vineæ. vigesimo
460 Decembris. 1537. & ampliando subdit, quòd tale † brachiū seculare potest contra succedentem habentem causam à litigante exequi etiam absque nouo iudicio, de quo latius nouissime per Ioan. Bapt. de Asin. in sua praxi Iudic. §. 31. capitulo secundo in vigesimaquarta ampliat. regulæ ibi per eum positæ per totam, ubi tres diuersos casus circa hoc post Barto. & Pau. de Castr. considerat, prout etiam facit Ioan. de Neuiza. in consilio vigesimo clementissime, numero decimotertio & multis sequen. quibus adde nouissime Pe. Ant. Angussol. in consilio quadragesimonono cum fiscus. in princip. & per tot. libro secundū ex cuius dictis conclu-
461 sio prædicta ampliari potest, ut nec † etiam fiscus (qui solet aliàs esse in multis priuilegiatus) rem litigiosam alienare ualide possit, & iterum in consilio quinquagesimoprimo dubitari non potest numero quinto eodem libro secūdo. Quamuis autem possit hæc executio sine nouo iudicio fie-
462 ri, non † tamen sine citatione huius tertii fieri posset, ut elegant er declarat Natta in consilio 350. Augustinus. numero quarto libro secundo.

463 Sextò ut regula procedat ēt † in beneficialib. quia titulus de litigiosis habet locum etiam in beneficialibus, secundū Franc. in capitulo primo in glo. litigantibus, ut li. penden. in 6. & ideo si beneficium, super quo litigatur alteri resignetur, an hoc casu uitium litigiosi transeat in resignatarium habentem causam à litigante. Rot. aliàs in una Vicen. de Papiros noluit aliquid firmare ob multas decisiones, & authoritates sibi inuicem in hoc articulo repugnātes. Quòd enim transeat uidetur decis. Bisignet. 1. vt lit. penden. Cassa. 8. super reg. Mohed. 207. Sarnen. de trienna. q. 27. & ideo uidemus, quòd solet procedi contra intrusos lite pendente. In contrarium uerò uidetur decis. in recolla. Ioan. Pau. 59. Crescen. 255. Mohed. 210. aliàs. 240. prout hæc omnia refert Paleott. decis. 218. dubitaui, ubi & illud addit, quosdam ex dominis senioribus attestatos fuisse, quòd Rota super hoc semper uariauit.

Limitatur regula supra posita, ut legitur in d. l. fina. C. de litig. pluribus modis, &

464 Primò, nisi † res litigiosa daretur in dotem, ut d. l. fina. ibi exceptis &c glo. in l. ante diuisionem, & ibi Bald. C. de iure dot. Ange. in Authen. de litigios. in princip. vbi ampliando
465 † declarat hoc procedere siue dos constituatur, siue restituatur, refert, & sequitur Natta in consi. 401. duo pro fisco, nume. 1. libro 2.

466 Secundò, quando † daretur nomine donationis ante nuptias, ut ibidem.

467 Tertiò nisi † transferretur per uiam transactiouis, uel in alterum ex litigantibus, vel etiam in tertium secundum glo. in d. l. fin. in verb. transactionis, & sequitur Natta in dicto consi. 401. nume. 2. libro 2. Pro qua limit. fa. quod fuit dictum in una Messanen. Baroniarum coram D. meo Oradino 5. Nouembris 1565. in qua feudum, quod erat *litigiosum*, fuit per mortem unius *litis consortis* translatum in alium consortem, qui tanquam hæres cæpit illius possessionem lite pendente, & petebatur hanc intrusionem reuocari, ut attentatam. Domini tenuerunt non constare de attentatis per allegata pro Beatrice, pro qua inter cæteras rationes allegabatur etiam ista, quòd alienatio, & translatio prædicta potuit licite fieri in litis consortem per doctr. Pet. de Bellapert. in l. censemus, colum. 1. uersi. dico enim. C. de
468 litig. & additur etiam ratio: quia per hanc † translationem nihil deperit aduersario: quia si obtinuerit, ita potest facere executionem re litigiosa, nunc quando est apud hunc superstitem, sicut potuisset facere, si fuisset apud litis consortem prædefunctum: unde ex hoc posset formari alia limitatio, ut alienatio rei *litigiosæ* fieri possit in fauorem litis consortis.

469 Quartò, nisi † res litigiosa diuisionis titulo inter ipsos hæredes facta transferretur, ut ibidem in tex. uersic. diuisiones &c. & in Authen. de litig. post prin. uers. quando enim &c. quod clarius exponentes Docto. ibi, & alibi dicunt, quòd
470 res † litigiosa potest transferri cum uniuersitate, ut per Mil. in uerb. litigiosa res, uel actio. folio. 212. & facit regula l. in modicis. ff. de contrahen. emp. &c. ex literis. de iure patron. quòd multa licet transferre cū uniuersitate quæ aliàs non liceret. Ad quam limit. uide quæ posuimus infra in 7. limi. princip. regulæ princ. de attent. lit. penden. vbi de hoc actu diuisionis rei litigiosæ plenius tetigimus, & post Docto. declarauimus.

472 Quintò, ut hæc † prohibitio alienationis non habet locum, quando lis fuisset iniuste, & claumniose mota: quia tunc non inducit uitium litigiosi: Cassad. decis. 7. de do. & contum. ubi etiam ponit coniecturas talis calumniosæ li-
472 tis: Idem † si lis, & processus esset nullus: quia non dicitur facere uitium litigiosi: Ad quam limit. uide alia, quæ de hac lite dolosa, & calumniosa dicemus similiter infra in quarta limit. princip. regulæ princip. de attent. lite pendente, & de lite nulla diximus ibidem in tertia limita. princip. per totum.

473 Sextò, ut lis † non impediat alienationem necessariam, quæ fit per confiscationem: Lanfranc. decisio. octuagesi-
474 mosexto incipiē. litigiosi uitium, præsertim † quando alienatio necessaria haberet causam de præterito, & dicemus

post

post Imol.Barto.& Alex. infra in octaua limit. princip. de attent.lit.pend.

475 Septimò quando†Iudicium esset motum corã incompetenti Iudice,tunc enim potest fieri alienatio rei,ut est in pulchro casu decisio.Afflict.85.diu.nume. tertio & quarto vbi loquitur de quadam permutatione, & priuilegio cõ cesso occasione dictæ rei permutatæ lite pendente coram iudice incompetenti mota;& dicit, quòd dictum priuilegium obstat agẽti ad reuocationem dictæ permutationis, & priuilegij,& ita per dominos consiliarios fuisse notatũ, & sic patet ibi,quòd alienatio per uiam permutationis, de
476 qua ibi,valet.Quamuis†hoc dictum Afflic. non uideatur omnino tutum per ea,quæ diximus supra in tertia amplia. regulæ ibi positæ, quòd per citationem inducatur vera litis pendentia,nu.49.dic,ut ibi.

477 Octauò quando†esset renunciatum liti, tunc enim purgatur uitium litigiosi,secundùm Mil.in uerbo,litigiosum beneficium,folio 212.tradunt Docto.in l.cum mota.C.de transact.& expresse ponunt omnes in l.secunda.C.de eden.
478 dum volunt,quòd peremptа † instantia per renunciationem vitium litigiosi amplius non duret,vt per Alexã. Iaſ. Dec.Rip.& alios recentiores repetentes ibi, & dicit similiter Natta in consi.350.Augustinus. numero quinto libro secundo post Angel.quòd peremptа instantia partium consensu cessat uitium litigiosi,nec haberent locum pœnæ,de quibus in l.fi.C.de litig.& dicemus etiam infra in 6. limit. prin:regulæ de attent.lit.penden.

479 Nonò,quando†occasione alicuius rei contra aliquem agitur criminaliter,cum per talem litem criminalem non inducatur uitium litigiosi,ut post Bald.in capitulo Ecclesia Sanctæ Mariæ.el primo,ut lite penden.tradit Maran. in Specul.in quarta parte princip.in prima distinct. Iudiciorum numero trigesimoquarto cum eo casu persona potius,quàm res uideatur effici litigiosa:glo.in capitulo secũdo in verb.finita,ut lite penden.in 6.Sarnen.in reg. de subrogand.collitig.quæstio.septima post princip. & propterea dixit aliàs Alexan.apud Barto.in prima,in uerbo mixta. C. de litigio.post Bal. in l.non solum.in lectu.antiq. de in integ.restitu.quòd si ego accusatus de tali crimine ex quo bo
480 na ueniunt confiscanda accusatione † pendente illa alieno,res alienatæ non incidunt in vitium litigiosi: Et faciũt, quæ tradit nouissime Ioan. Bapt. Ferret. in consilio duodecimo tota controuersia numero decimoseptimo , & consilio sequen. libro primo. ubi post Sarnen. ubi supra (inquit)quòd ista est vera,& communis resolutio Doctor. quam refert,& sequitur nouissime etiam Menocch.in cõsilio septuagesimonono non est leuis . numero vigesimoseptimo libro primo,vbi post eum,& alios deducit , qualiter non dicitur contrahi uitium litigiosi ex eo: quia lis sit super inhabilitate personæ,quæ ratione sui delicti reputaretur indigna, ut possit retinere emphiteusim, de qua agebatur ibi.

481 Decimò,quando†ageretur actione personali: tũc enim non impediretur alienatio,Rot.decis.tertia aliàs.quinquagesimosexto si lite,ad fin.ut lite penden. in no. & stat regu-
482 la,quòd non†res,sed actio efficitur litigiosa per litis contestationem,secundum Roma.in consilio 270. pro decisione.versicu.secundò uidendum,ubi testatur hanc esse commun.opin.ut etiam sensit Alexan.apud Barto. in l. fina. in uerb.iuxta.C.de litigio.post Innocen.Ange.& Bald.de quibus ibi per eum,& post Specul.in §,nouissime,de appellat. tradit etiam Lancell.Corrad.de prætore.§.2.de off. prætor. in causa ciuil.in capitu.de appellat.sub numero vigesimoprimo uersiculo sextò,quando agitur. De cuius tamen dicti ueritate uide ex recentioribus per Alciat. in consil. 11. pro more,nnmero trigesimoquarto libro primo,quamuis enim nouissime Augu.Bero.seu mauis Iulius Scarlatinus Regiensis inter consilia Bero. consilio 177.plura.numero decimooctauo libro primo dixerit, quòd per motionem litis personalis res non efficitur litigiosa secundùm verã, & communem opin.de qua ibi ille testatur. Aduertẽdum tamen moneo,quòd nouissime etiam Didac. pratic. quæstio.capitulò decimoquinto numero sexto nunc articulũ late pertractauit,& relatis dictis Roma. & aliorum quamplurimum authoritatibus,& opinionibus,& illis hinc inde discussis,tandem concludere uidetur , quòd sicut omnes conueniunt,nec ulla est inter iuris utriusque interpre
483 tes contentio,quòd per citationem † in actione reali res efficitur litigiosa,ut per eum in princip.dicto numero sexto ita etiam ad finem huius articuli reſidet in hoc , quòd
484 quando†actione personali petitur in effectu dominium, vel vtile,vel directum,tunc etiam res efficiatur litigiosa,& quòd hæc opin.uidetur uerior, & utilior secundùm eum, & temerarium esset ab ea in iudiciis discedere secundùm Iaſ.quem allegat, in consilio quadragesimotertio colum. fina.libro primo.

Vndecimò argumen.l.cum pater.§.quindecim.ff.de lega.tertio.animaduerti quandoque aliquos regulam supra
485 positam limitare uoluisse,ut non†procedat,quando res litigiosa fuisset semel alienata,& non fuisset reuocata , nam si iterum alienaretur uidetur,quòd amplius ex priuilegio attentatorum non possit peti reuocari, ex quo per hoc uidetur facta perpetuò alienabilis,sicut dicunt Docto. in dicto §.quindecim,quòd res prohibita alienari si semel alienetur,censetur facta perpetuò alienabilis: sicut etiã dicunt aliàs Docto.de mero imperio,quod de sui natura non est delegabile,& tamen si incipiat delegari,cẽsetur factum delegabile,ut post Barto.in dicto §. quindecim. tradit Tiraq. in tracta.de utroque retractu.§.32.in gloss.prima, numero 6.& 8.Quorum opin.quamuis ex eo etiam melius cõprobari posse uideretur,quod post alios dicebat Alciat. in consilio 19.statuta.nume.8.libro secundo,quòd alterata natura feudi(puta per statutum)nihil impedit, quin quacum-
486 que alienatione transferri possit:Nihilominus veritatı† adhærendo præsens limitatio(licèt prima facie uideatur certo modo applaudens)nullatenus tamen est tenenda: sicut enim attentata lite pendente in prima instantia(si non fuerunt petita reuocari in ea)possunt nihilominus peti reuocari in secunda , non obstante , quòd in prima fuisset concluſum in causa,ut dicemus infra in 9. ampliat. princip.regulæ de attent.lit.penden.ita res litigiosa semel alienata (si non fuit reuocata)poterit quandocumque reuocari,considerato maxime priuilegio ipsorum attẽtatorum respectu
487 eius,qui passus est attentata,quòd in quacunque†parte iudicij potest illorum petere reuocationem,Mil. in uerb. attentata post appellationem in partibus,fo.30.& odio,quo iura maxime prosequuntur attentantes , de quo per Doc. in capitu.cordi.de appell.in sexto, & nos sæpe alibi in hoc tractatu diximus .

Duodecimò notabiliter limita ex intentione Alexand. apud Barto.in l.fina.in verb.transferri.C.de litigio.ut non
488 †procedat,quando res litigiosæ essent tempore perituræ: quia tunc alienari possent,per l.alienationes.ff.famil.erci. quod notandum esse admonet Alex.ibi.Quod ex eo comprobari potest quod aliàs dicitur pendente iudicio uniuersali petitionis hæreditatis non posse possessorem hæreditatis intentare iudicium particulare contra occupatores particularium rerum , uel debitorum hæreditatis, nisi res essent tempore perituræ,ut in l.si bonæ fidei,& l. si quis libertatem.ff.de petit.hæred.

Decimotertiò ex eodem Alex.ibidem limita, (& hæc li-
489 mitatio ad mobilia uidetur restringenda)vt nõ † procedat respectu sequestratoris,si enim lite pendente fructus (puta rei litigiosæ)sequestrentur non impeditur sub prætextu litis pendentiæ sequester illos vendere,cum illorum preciũ succedat hoc casu loco rei:bonus tex.secundùm eum in l. fi.ff.de requir.reis,ubi etiam in id citat Bar.in l. interesse.ff. de acqu.posse.& Bal.singulariter in l. si oleum.ff.de dol.& alia quamplura ad hoc propositum.

490 Decimoquartò limita, nisi † lis fuisset mota per falsum procuratorem:quoniam(cum talis motio litis rem non faciat litigiosam)consequenter non impeditur tanquam rei litigiosæ alienatio,ut expresse in materia, de qua agimus considerat Osasc.in decisio.Pedemont.144.ex actis, numero octauo.Pro qua limit.licèt ille solum uideatur allegare hanc rationem,quòd non entis nullæ sunt qualitates,- & argu.à contrario sensu sumptum , ex l.prima. §. si inter. in fin.ff.de litigiosis,& Afflict.decisio.85.diu.numero quarto,qui tamen non loquitur de lite nulla ratione personæ procuratoris,sed iudicis,de quo nos diximus supra proxime numero 475. in septima limit.Magis tamen concludẽ tes allegari potest id , quod diximus supra in prima parte capitu.tertio,de atten.à tertio,in secunda sublimit.ultimę limitationis regulæ ibi positæ,numero 115.dum post Cassad.decisio.40.introducta,super reg. deduximus , quòd lis introducta per assertum procuratorem regulariter (nisi ẽt sit subsecuta inhibitio) non facit attentata , & nõ impedit, quominus ordinarius pòssit de beneficio sic (ut præfertur) litigioso prouidere,vnde ita etiã ad propositum limitationis per Osasc.consideratæ potest dici,quòd non habeat impedire alienationem.

491 Decimoquinto limita,ut non†procedat, quando lis esset super possessione:quia per eam res non efficitur litigiosa,quominus possit alienari,sedso la possessio,glo.in cap. 1.

vbi

vbi etiam Abbas nume.5.& alii de confirm.vtil.vel inutil. Cassad.decis.6 numero 2.de rescript.¦Mil. in verb. litigiosa res.folio 213.de quo aliquid etiam per Port.Imol.in consi. 172.cum in prædii.numero decimosexto libro quarto, & per Bapt. Villalob.in collect. commu.opi.litera L. nume. 131.versic.litis pendentia super possessione: & post Cassad. dicta decis. sexta sequitur ex recentioribus Mandos. super reg.de subrog.collitig.quæstio.13.nume.4. vbi præterea ad hoc allegat Calderi.in consi.1.de præben.Panorm.in capit. Ecclesia Sanctæ Mariæ.numero septimo ut lit.pend.Felyn. in rub.de rescrip.col.3.& in capitu.dilecti.numero 8. de ex cept.& Curt.Iunior in consilio 165.numero 5.attestantem hanc esse communem opin.quibus adde Sarnen. de triennal.quæst.53.numero 8.& post eum Mil.supra, & Cald. in consilio quinto,de præben.& Oldra.consi.299.Pet.Rebuff. de pacific.possess.sub numero 166. & Osasc. in decis. Pedemont.144.ex actis.numero 10.& Natta consi.145.vertente. numero 16.libro primo,qui alios in id allegat.& subdit, ꝙ

492 hoc regulare est,quòd ubi†non est quæstio super re,sed super iure aliquo rei connexo,tunc res ipsa nunquam efficitur litigiosa,quin possit alienari,ut uidetur casus secundū eum in l.quamquam.§.Iulianus.ff.de aqua pluu.arcend.& ista est vera,& commu.opin.de qua post Cassad.decis.4. in princip.ut lit.penden.& Cyn.Barto.& Bal.in l. secunda. C. de litigios.Innocen.& Butrig.in cap. cum M. Eerrarien. de constit.Ioan.And.& Abb.in dicto capitu. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ,& in cap.fina.vt lite penden.testatur Ioan. Bapt.Ferret.in consi.12.tota controuersia.numero quarto libro primo.Quamuis autem res ipsa hoc casu non censeatur pro-

493 hibita alienari,ipsa†tamen possessio,& ius ad ipsam recuperandam, & ius spolij vtique lite pendente super spolio non posset cedi,aut alienari:quia tale remedium censetur effectum litigiosum,& intrat dispositio l.fina.C. de litigio. ut fuit tentum in una Reatina castri apostæ coram Binari-

494 no.12.Decembris.1571.Nisi cedens†docuisset de bono iure in proprietate, tunc enim posset uideri, an remedium possessorium accederet petitorio, quod non erat litigiosum,ut fuit ibidem per Dominos consideratum, & dictū,

495 vt videretur.Item & alio†casu uidetur, quòd non obstante,quòd possessio sit litigiosa,possit tamen quis eam acquirere citra uitium attentatorum,quando scilicet caperetur per eum,qui fuisset gratiose subrogatus, etiam quoad possessionem:Exemplum, prouisus de canonicatu, tanquam de uacante per obitum petit à capitulo possessionem, & cū fuisset sibi denegata fuit à denegatione appellatū, & cō missa causa appellationis,& eius uigore inhibitū,& consequēter fuit ipsa possessio effecta litigiosa, si deinde resignatarius, q̄ in resignatione fuerat ēt gratiose subrogatus (ēt quoad possessionem) possessionem canonicatus adipiscatur,non uidetur attentare:quia subrogatio gratiosa quoad possessionem excludit attentata, non solùm respectu litis pendentis ante gratiam subrogationis, verum etiam litis subsequentis,ut fuit tentum in una Gerunden. canonicatus coram Grato.26.Maii.1564.

496 Decimosextò,ut non†procedat,quando super re adhuc non est datus libellus;quia cum ad hoc ut res dicatur facta litigiosa de forma requiratur libellus secundùm Bald. in authen.litigiosa. C. de litigios.& ibi Azo in summa,quos refert,& sequitur Natta in consi.2 circa primum. nu.1.lib. 1.sequitur,quòd non dato libello non censeatur prohibita rei alienatio.

Decimoseptimò ex his,quæ ponit idem Natta in dicto consilio 2.sub numero 2.versic.præterea quomodo sequestrum & cætera colligitur alia notabilis limitatio, ut non

497 †procedat,quando iudicium incipit à sequestro: quia per sequestrationem rei non dicitur res effici litigiosa, ut ibi per eum.

Decimooctauò,& notabiliter ex eodem ibi limita, ut

498 non†procedat,quando non est quæstio de ipsa re,sed contenditur de opere facto in ipsa re, ut post glos. in l. quamquam. §. primo, & ibi Imol. ff. de aqua pluuia.arcenda. & Bartol. in l. prima. §. primo. de litigiosis, & Abba.in capitulo Ecclesia,ut lite pendente, tradit in pulchro casu ille ibidem.

499 Decimononò,quando†lis esset super hypotheca: quia tunc res ipsa non efficitur litigiosa l.prima. C.de litigios. l. prima. ff. eodem titulo clarius habetur in Authen. de litigiosis.§.ad hæc autem. ibi. litigiosi uocabulo hypothecas separari decernimus,& est decisio. Afflict.331.quædam, & alia Senatus Pedemonta.144.exactis.numero septimo, & tradit etiam Natta in dicto consilio 2. numero 2. versicu. præterea quomodo.

500 Vigesimò limita,nisi†lis,& controuersia esset coram arbitris:quia huiusmodi lis non dicitur facere rē litigiosam, ut post Bald.& Salyc.in l.prima.C. commu. diuidund. tradit etiam idem Natta in dicto consilio secundo, numero

501 quarto.De qua†tamen limitatione subsistendum videtur per ea, quæ late diximus infra capitulo decimoquinto de attent.penden.compromisso: ubi hunc articulum ad partes disputauimus,an pendente compromisso coram arbitris dicatur attentari,& tandem firmauimus conclusionē affirmatiuam ibi numero 121.& numero 129.quòd coram arbitris dentur attentata,& arbitri possint illa reuocare:Su-

502 stineri tamen hæc†limitatio potest,& uere, quando quæstio esset coram arbitratore: tunc enim res non diceretur litigiosa,& alienatio non esset interdicta, quod etiam animaduertit Natta ibi numero septimo,& nos etiam admonuimus in dicto capitulo decimoquinto in fine. numero 242.licèt secuti non fuerimus,ut patet ibidem nume. 136. & sequentibus.

503 Vigesimoprimò,quando†iudicium fuisset super beneficio, uel alia re ad instantiam curialis vigore Eugenianæ institutum:quoniam cum tale iudicium non faciat litem, aut rem litigiosam:ut fuit resolutum in una Spoletan. beneficiorum coram Accorambono.8.Nouembris 1553.cō sequenter cessabit dispositio l.fi. C. de litig. & talis res tanquam non litigiosa poterit alienari.

504 Vigesimosecundò,& ultimò limita,nisi † alienatio rei litigiosæ fieret perempta instantia:tunc enim quamuis uitium litigiosi(secundùm aliquos)duret, nihilominus alienatio valet,& tenet,ad no.per Barto.in l.fina.C. de litigios.

505 post princip.Verùm(quia articulus iste,an uitium†litigiosi duret perempta instantia maximi potest esse effectus in contingentia facti,& sæpe practicari, & quandoque etiam de hoc maxime dubitari animaduerti) operæ precium duxi illum plenius attingere:Et quamuis aliàs Docto.in l.secunda.C.de edendo.post Bart.ibi,& in l.litigator.C. de fructib.& lit.expensis,reassumentes secundum membrum distinctionis Barto.ibi, de actis ordinatoriis Iudicii causam respicientibus,& non instantiam,ponant hanc quæstionē, & non parum dubitent,an uitium litigiosi reale sit, uel potius personale.Nihilominus (omnium, qui in dictis locis, & etiam alibi hunc articulum pertractauerunt dicta colligendo)Sciendum est,quòd plures in hoc articulo colligūtur fuisse opiniones.

506 Prima,quòd uitium†litigiosi(etiam perempta instantia) duret,quæ ex infrascriptis fundari potest, & Primò:quia non est dubium,quòd per citationem, ac etiam litis contestationem(quæ hoc casu ab omnibus præsupponitur) litis pendentia dicitur inducta,etiam quoad effectum attentatorum, secundum ea quæ diximus late supra numero vigesimooctauo,& numero 151. quæ litis pendentia similiter causat hoc uitium litigiosi: Vnde effectus iste proueniens à citatione,uel à litis contestatione (cum iam sit in esse deductus,& consumatus)etiam quòd lis, & instantia (quæ erant ipsius causa)cessauerint per peremptionem, effectus tamen consumati non cessant,ut notat, & tradit late Tiraquel.in tracta.cessante causa in 12.limit. in princip. Secundò hæc opinio nititur authoritate Bartol.in l. litigator numero 3.C.de fruct.& litiū expens.ubi formaliter inquit,quòd alibi determinatum est, quòd uitium litigiosi inductum per litis contestationem durat etiam perempta instantia.Hanc sententiam tenuerunt quidam (ut refert Innocen.in cap.causam,quæ.post princ.de testibus:& uidetur sequi Purpuratus in dicta l.2.numero 90. C. de edend. ubi non solum hanc rationem subdit;quia iam est effectus consumatus,uerum etiam,& aliam post Bal.ibi, & in l. pe. ad fin. C.de arbit.& in l.properandum.§.2.col fina.uersicu. tertiò quæro C.de iudic.& in titu.de pace Constan. in uer. vel tempore:quia licèt perempta sit instantia, durat tamē uigore actionis,Idem tenet etiam Gozad.in dicta l. secunda numero uigesimonono inquiens, ꝙ quando instantia perit non renunciatione,sed lapsu temporis:tunc non tollitur effectus litigiosi:Idem secus videtur Io. de Vico Mercato in dicta l.2.sub num.53.uers.quidam autem sunt effectus,ubi inquit,quòd effectus, qui licet respiciant ordinatoria iudicii,non tamen respiciunt instantiam, ut interruptio præscriptionis,uel alienatio rei litigiosæ,durant etiam perempta instantia,ibique uidetur etiam testari de comm. opi.dum statim subdit,hanc commu.opin. quòd effectus, qui non respiciunt instātiam,durent etiam in alio iudicio declara.& c.quam etiam tacite sensisse uidetur Sarnen. de annal.poss.quæst.44.colum.fina.versi.sed ut prædictorum, ubi loquens de lite finita per sententiam inquit, ꝙ licèt lis

per

per ſententiam finiatur, effectus tamen litis, vt quòd quis ſit malæ fidei, quòd res ſit litigioſa, & quòd ſit interrupta præſcriptio, durat per annos triginta, donec ſententia poteſt mandari executioni, & ſenſit etiam Aug. Bero. in conſil. 1. plura, nume. 15. lib. 3. dum (inquit) quòd acta ordinatoria iudicij licèt pereant perempta inſtantia, illorum tamen effectus non perit. Quòd etiam aliqui ex dominis aliàs ſenſiſſe videntur, vt patet ex deciſio. in recolle. Gambar. vigeſimaprima. incip. decreuerunt, dum dicunt, quòd per lapſum inſtantiæ non tollitur vitium litigioſi, quamuis in reſolutione caſus (de quo ibi) id omnino ſequuti minime videantur.

507 Secunda opinio eſt, quòd vitium † litigioſi per peremptionem inſtantiæ ſit ſublatum, & conſequenter, quòd alienatio de re, ſuper qua litigabatur, facta valeat, hanc opin. tenet Salyc. in l. properandum. § & ſiquidem. ſub num. 15. verſicu. tertiò quæro. C. de iudic. & Alexan. in dicta l. ſecunda. nume. 19. & ſimiliter Decius ſub nume. 59. & ibi etiam Rip. ſub nume. vigeſimooctauo cum quibus etiam ſentire (licèt ſuboſcure) videtur etiam Iaſon in dicta l. ſecunda. ſub nume. 19. verſicu. ſecundò limita, & nouiſſimè eandem amplexus eſt Senatus Pedemonta. vt eſt deciſio. illius 144. ex actis numer. 9. vbi pariter tenet, quòd ſiue lapſu temporis (prout ad præſens nos loquimur) ſiue renunciatione, ſiue ſententia ſuperioris inſtantia ſit perempta, alienatio valeat, & poſt Iaſ. Decius, & Rip. vbi ſupra: eandem opinio. ſequitur nouiſſime Hier. Gab. in conſil. 52. puto. nume. 8. libro primo. Cuius opinionis. Primò illud præcipuum eſt fundamentum, quod ponit Salyc. vbi ſupra: quia ſcilicet auth. de litigioſ. & l. fina. eodem titulo. ad impediendam, & annullandam alienationem exigunt litem pendere, vt ibi, ſi quis lite pendente &c. inſtantia autem perempta lis non dicitur vltra pendere ſecundum eum, ergo &c. Secundò text. in l. prima. C. de præſcript. long. temp. & ibi no. Doct. vbi expreſſe patet, ꝙ contractus factus poſt factam, & omiſſam quæſtionem valet, & tenet.

508 Tertia videtur etiam fuiſſe opinio, quòd vitium † litigioſi duret perempta inſtantia quo ad effectus litigioſi reſpicientes perſonas ipſorum litigantium, non autem quò ad tertium, quo minus ille poſſit de re, ſuper qua litigabatur contrahere. Hanc ſenſit Bart. in dicta l. ſecunda, & ibi Alexan. atque etiam Iaſ. in locis ſupra citatis, dum conſiderant diuerſitatem inter effectus litigioſi concernentes litigantes, & concernentes ipſam rem, & ex Barto ibi clarius hanc opi. poſuit (licèt eam non ſequatur) Rip. ibi ſub nume. 28. & eam ſenſiſſe videntur Curt. Senior in conſil. 72. Magnifice. ſub num. 9. verſicu. ad aliud, quòd res, & Pariſ. in conſil. 104. in præſenti. nume. 155. libro primo, dum voluerunt, quòd

509 vitium litigioſi tertio non obſtet. Sed hæc † opinio ſicuti emanauit metu contrarij de dicta l. prima. C. de præſcript. longi. temp. ita eam expreſſe reprobant Doctor. præſertim Decius, & Ripa in dicta l. ſecunda, Nec immerito: cum expreſſe appareat in dicta l. prima, quòd alienatio (de qua ibi, poſt motam, & omiſſam quæſtionem facta) neceſſariò per alterum ex litigantibus facta fuiſſe præſupponitur, & propterea.

510 Quarta demum eſt † opinio, ſimiliter diſtinctione opiniones concordans, videlicet, quòd (cum plures ſint effectus vitij litigioſi, etiam de iure antiquo, videlicet, & Primus, quòd impediatur alienatio, Secundus, quòd interrumpatur præſcriptio, Tertius, quòd ſi poſſeſſor caderet à poſſeſſione, non poſſit eam recuperare, Quartus, annullatio actus, & inſtrumenti, & Quintus incurſus certarum pœnarum (qui duo vltimi effectus fuerunt introducti de iure nouo. per l. fina. C. de litigioſ.) prout de his omnibus habetur latius apud Barto. in l. prima, ad fin. ff. de litigioſ. & per Angel. in Authen. de litigioſ.) ad propoſitum noſtrum uitium litigioſi, quò ad primum effectum ipſius alienationis non duret poſt peremptam inſtantiam, ſed quoad interrumpendam præſcriptionem, & cæteros effectus bene duret. Quæ opinio ſatis concludenter uidetur probari in dicta l. prima. in qua apparet, quòd alienatio valet, atque etiam, quoad effectus interruptionis durat. Hanc opin. poſuit Barto. expreſſe. in dicta l. fina. C. de litigioſ. & in dicta l. fina. ff. eodem titu. & eam ſecutus videtur Pariſ. apud Barto. in l. litigator. in verb. inſtantia. C. de fruct. & liti. expen. dum pro declaratione huius materiæ remittit ſe ad Barto. in dicta l. fin. & nouiſſime eandem ſecuta eſt etiam Rota in vna coram Chiſanen. vt in recoll. eiuſdem deciſi. 82. in qua formaliter adnotauit. Vitium litigioſi an duret etiam perempta inſtantia, fuit dictum, quòd ſi quærimus quoad præſcriptionem, & durat. aut quoad alienationem, & extinguitur, ita Barto. in l. 2. C. de litigioſ. Iaſ. & Dec. in l. 2. C. de edend. & quamuis Rip. ibidem teneat contrarium, placuit tamen Rotæ Barto. opin. hæc ille.

Quid dicendum? omiſſis pro nunc alijs effectibus, qui ex vitio litigioſi procedunt, de quibus diximus proxime poſt Barto. in dicta l. prima. ff. de litigioſ. cum illorum diſceptatio parum ad materiam, de qua agimus, conferre poſſit, retento principali articulo, an alienatio rei litigioſæ poſt peremptam inſtantiam facta valeat, vel potius uti attentata veniat reuocanda (prout in regula ſupra in hac tertia illatione

511 poſita præſupponitur.) Pro vera † huius articuli reſolutione, quantum attinet ad propoſitum noſtrum, iudicio meo neceſſariò eſt conſideranda, & diligenter ponderanda ratio ipſa, quare ſcilicet attentata reuocentur. Quæ, vt alibi etiã

512 adnotauimus, duplex † eſſe videtur, vna ſcilicet contemptus iudicis, & illius iuriſdictionis, altera verò præiudiciũ, quod attentando alteri parti infertur, & ideo aliàs dicebat Egid. deciſio. 49. agens, quòd in attentatis plus ponderatur contemptus iudicis; quàm ius agentis. Et Oldrad. in conſi. 199. pro fundamento. poſt princ. & iterum in conſil. 206. in cauſa Carnocenſi, poſt princ. quòd in attentatis reuocandis contempta prætoris maieſtas uindicatur. Sic etiam edi-

513 ctum † ne lite pendente aliquid innouetur, intelligitur, quando aliquid innouatur, aut petitur in præiudicium partis. Rot. deciſio. vigeſimaquinta, aliàs 310. ſi reus verſicu. ſed poſito, nume. 3. de reſcript. in no. & dicemus latius infra in prima declarat. princip. regulæ princip. de attentat. lite penden. Quæ rationes ſicut in attentatorum reuocatione, quæ fit ad inſtantiam partis, ambæ concurrere debent, vt dicemus etiam infra in tertia parte, cap. 27. de iudic. & per quem attent. reuocentur, verſicu. circa ſecundam inſpectionem: Ita in præſenti articulo videtur, quòd prima facie ambæ cõſiderari poſſint. Et quò ad primam ſatis ex eo apparet: quia iudex cauſæ etiam poſt peremptam inſtantiam remanet iudex; quia ſi ſumus in prima inſtantia, per abſolutoriam latam ab obſeruatione iudicij iudex, ſiue ſit Ordinarius, ſiue delegatus, non perdit iuriſdictionem, vt no. expreſſe Inno. in cap. conſuluit. nume. ſecundo de offic. deleg. ſi verò inſtantia perimitur in ſecunda inſtantia lapſu fatalium, tunc iudex appellationis remanet iudex & poteſt ad executionem ſententiæ, quæ per deſertionem in rem tranſiuit iudicatam) deuenire, etiam ipſo appellante vlterius non citato, vt per Franc. in cap. perſonas. nume. vigeſimoquarto, de appellatio. & dicemus latius inrra cap. duodecimo de attentat. appellat. penden. in prima ampliat. nume. 40. Vnde ſi ſtante iudicis iuriſdictione poſſeſſor etiam poſt peremptam inſtantiam rem alienat, videtur iudicem, & illius iuriſdictionem alienando contemnere, & conſequenter intrat prima ratio reuocationis, & tanto magis: quia per ſententiam abſolutoriam ab obſeruatione iudicij res non deſinit eſſe litigioſa ſecundum Mil. in verb. litigioſum beneficium, fol. 212. & diximus ſupra numer. 226. in eo articulo, an, & quando lis per ſententiam dicatur finire. Quò verò ad ſecundam rationem de partis præiudicio parum videtur habere dubitationis; quia ſcilicet illud idem præiudicium, quod parti infertur per alienationem factam etiam lite pendente, quod eſt, quia difficilior fit ſibi recuperatio, ex quo res ad manus noui poſſeſſoris deuenit, conſideratur etiam, quando res poſt peremptam inſtantiam alienatur. Quamuis autem prædictæ rationes, vt ſupra conſideratæ, reuocationem alienationis, de qua agimus, ſatis efficaciter ſuadere poſſint. Mihi tamen † magis placet opi-

514 nio. Barto. & Dominorum per Chiſſanen. (vt ſupra) relata, quòd quoad alienationem regulariter perempta inſtantia non duret uitium litigioſi, etiam quoad perſonas ipſorum litigantium, ſecutus in hoc vltimo Decius in dicta l. ſecunda nume. quinquageſimonono, nec ſit alienatio huiuſmodi tanquam attentata reuocanda. Et ratio, quæ me mouet, eſt, tum quia hoc caſu ceſſat ratio, tam præiudicij partis, quàm contemptus iudicis, ut apparebit ex dicendis infra ſub nume. 515. in reſponſione ad contraria, tum etiam quia non videtur dubium, quòd ſi actor, qui egit contra poſſeſſorem, permittat perimi inſtantiam, iſta peremptio cauſatur ex negligentia ipſius actoris, unde non debet ille, contra l. itaque fullo. ff. de furtis, ex ſua negligentia conſequi hoc commodum, ut reo ſit prohibitum commercium rei ſuæ, quòd aliàs eſt de iuregentium l. ex hoc iure. ff. de iure naturali gẽtium & ciuili. & tanto minus, quanto, quia ſi ſumus in inſtantia perempta per abſolutionem ab obſeruatione iudicij in prima inſtantia lata, eſt in facultate eiuſdem actoris, iuxta l. properandum. §. & ſiquidem, & ibi not. C. de iudic. refectis expenſis de nouo

Source : BIU Cujas

iudicium instituere, & iterum illaqueare reum, & possessorem, ne lite pendente rem alienare possit. Quòd si perempta esset instantia per desertionem, tunc posset iudicium reparare, & restaurare saltem per uiam restitutionis in integrum, si habuit iustam aliquam causam, qua pendente similiter possessor alienare prohiberetur, & si alienaret, regulariter attentaret, iuxta ea, quæ dicemus latius infra cap. 18. de attent. penden. restit. in integrum. Quòd si præsupponeretur, nullam iustam causam ad obtinendam restitutionem eum habere, absurdum videtur, quod sine iusta causa, & stãte sua negligentia reus post peremptam instantiam priuetur facultate de re sua disponendi, contra l. in re mandata. C. mandati: ita vt si non commissa per actorem causa restitutionis in integrum ille rem alienaret, huiusmodi alienatio ad instantiam dicti actoris veniret tanquam attentata reuocanda: dixi ad instantiam actoris propter ea, quæ dicemus infra nume. 523. in 2. limit. de reuocatione ex officio mero Iudicis eo casu facienda. Et tenendo eam ad singu-
515 la † fundamenta supra in una quaque opinione adducta respondetur, &

Primum primæ opinionis, quòd effectus litigiosi tanquã consumatus etiam post peremptam instantiam durat, respondetur, quòd talis' effectus potest dici consumatus temporaliter: quoniam causa effectus litigiosi est ipsa lis, vt considerabat Saly. in dicta l. properandum. §. & siquidem, sub num. 15. C. de iudic. ut diximus supra in primo fundamento secundæ opinionis: ista autem causa non est perpetua, sed tempora lis, cum referatur ad litis pendentiam, & sit limitata ad durationem litis, ergo limitatum debet producere effectum. iur. vulgat. aliàs perempta instantia vel partis renunciatione, vel etiam sententia superioris vitium litigiosi, & illius effectus tanquam consumatus adhuc durare deberet, quod est falsum: vt dicunt omnes in dicta l. 2. C. de eden do, & de sententia superioris expresse loquitur Osasc. in dicta decis. Pedemont. 144. ex actis sub nu. 9.

Ad secundum de authoritate Barto. in l. litigator. C. de fruct. & lite expen. respondetur, q̃ Bart. ibi loquitur quò ad effectum malæ fidei, & præscriptionis, non autem quò ad alienationem, de qua agimus, & nos quoque cum Bar. tenemus quoad effectum præscriptionis durare vitium litigiosi, 523
vt supra admonuimus.

Primum verò fundamentum secundæ opi. cum firmet, & corroboret nostram, & Barto. opinionem non indiget responsione.

Secundum verò de l. prima. C. de præscriptio. longi temp. quatenus loquitur de præscriptione interrupta, non obstat per supradicta, quatenus verò loquitur de alienatione, firmat supra positam conclusionem.

Fundamentum autem tertiæ opin. & distinctionis inter personas litigantium, & tertium (cum nos in hac quarta opin. ampliando concluserimus uitium litigiosi perempta instantia, etiam quoad litigantes sublatum fore secundum opin. Dec. per tex. in dicta l. prima) ruit hæc consideratio, & distinctio.

Ad ea autem, quæ vltimo loco considerabamus, & Primò, quò ad primam rationem, quæ militat in reuocatione attentatorum, videlicet de contemptu Iudicis, & eius iurisdictionis, respondetur, quòd licèt peremptа instantia, & lata sententia absolutoria ab obseruatione iudicij in prima instantia Iudex non perdat iurisdictionem, nec desinat esse Iudex: tamen per alienationem non uidetur aliquo modo contemni: quia nihil fit contra eius præceptum, seu in præiudicium suæ iurisdictionis, sed utitur possessor facultate sibi à iure concessa, vt de re sua possit disponere, cum quilibet sit suæ rei moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. mandat. Illud autem dictum Mil. ex aduerso allegatum est sanè intelligendum de sententia absolutoria ab obseruatione iudicij lata ex alia causa, quàm ob peremptam instantiam, puta ob libellum ineptum, vel ob defectum personæ procuratoris, & similium, vt ibidem admonuimus. Quò verò ad secundam de præiudicio partis respondetur, quòd licèt adsit præiudicium, tamen (quia illud culpa, & facto suo fuit causatum) est ipsi actori imputandum: sicut dicimus, quòd si ac-
516 cusator † infra tempus statutum accusationem prosequi neglexerit, sibi imputatur, & grauissime punitur. l. prima. C. vt intra certum tempus; ut tradit Gomes. super reg. de triennal. q. 28. in epilogo casuum negligentiæ, casu 201. vbi contra negligentes. 214. casus considerat. Et tanto magis; quia hoc prę iudicium (si actor velit) poterit esse modici temporis, cum per iudicium nouiter instituendum tale præiudicium facile reparari possit, sicut uidemus, quòd præiudicium, quod facile reparari potest, non habetur à iure in consideratione, & ideo licet prohibere alicui, ne possit in aliqua causa appellare (prout contingit in possessorio) proculdubio fit præiu-
517 dicium: illud † tamen non habetur in consideratione, ex quo reparari potest in iudicio petitorio, ut tradunt Docto. præsertim Ripa in l. quarta. §. condemnatum. nume. 21. ff. de re iud, & est decis. Pedemont. 25. nume. 22. & tradit latissime Contard. in repet. l. unicæ. C. si de momentan. poss. in prima limit. princip.

518 Erit ergo conclusio per supradicta, quòd alienatio † rei litigiosæ facta postquam instantia est peremptа, etiam quo ad personas litigantium dicatur ualida, nec veniat tanquaz attentata reuocanda, & consequenter, quòd hæc vigesima prima, & vltima limitatio regulariter sit vera, & tenenda. Quam etiam vno modo ampliari posse crediderim, vt pro-
519 cedat etiam † si Iudex in causa inhibuisset: quamuis enim inhibitio sit maximi momenti, cum siue iusta sit, siue iniusta timenda sit. Rot. decis. 26. aliàs 307. nota quòd audientia. in fi. de appellat. in antiq. & faciat illicitum, quod aliàs fuisset facienti licitum secundum ea, quæ latius dicemus infra cap. 20. de attent. post inhibit. in prima ampliat. & per totam.
520 Nihilominus (quia & ipsa inhibitio † videtur certis terminis coarctari, & litem, seu appellationem concomitari, & eo vsque durare quousque causa, & articulus appellationis pẽdet, vt admonuimus in dicto cap. 20. de attent. post inhibit. in quarta declaratione principali, quia peremptа instantia lis non dicitur amplius esse, vt post Barto. & Saly. diximus supra in primo fundamento secundæ opinionis num. 507. & etiam supra in materia quando lis dicatur pendere num. 287. versicu. circa vltimum) consequens est, ut nec etiam ef-
521 fectus † inhibitionis peremptа instantia duret: Quod tunc præcipue procedere absque difficultate dicendum esset, quã
522 do Iudex † protulisset in causa absolutoriam ab obseruatione iudicij, tunc enim absoluendo uideretur etiam, quò ad suam inhibitionem partes absoluere, inhibitionemque tacite reuocare, quæ tacita reuocatio eneruat uim, & effectum inhibitionis, ut diximus dicto cap. vigesimo de attentat. post inhibit. in secunda limit. princip. Eandem quoque conclusionem duobus modis intelligi posse, & debere arbitror.

523 Primò ut procedat † in actore non possessore (cuius negligentia instantia est peremptа) quia si reus conuentus, & possessor post peremptam instantiam rem litigiosam alienet, non attentat, vt proxime concludendo diximus, secus autem esset dicendum; si essemus in actore possessore sua negligentia instantiam labi permittente, & post peremptam iustantiam rem alienante: pone enim, quòd per eum sit cõmissa causa iactationis, & iactationum, ita ut comprehendat etiam petitorium (quod quando fieri dicatur, declarauimus infra in secunda limitatione principali huius cap. de attent. lite penden. nume. 23.) tunc videtur, quòd eius alienatio non ualeat, & etiam peremptа instantia sit reuocanda: quamuis enim regulariter inter actorem, & reum sit seruanda æqualitas, ad no. in l. non debet. ff. de regul. iur. & propterea, quod supra firmauimus in reo possessore peremptа instantia alienante. uideretur concludendum etiam in actore possessore (vt supra) alienante. Nihilominus, quia militat hoc casu diuersa ratio, non mirum si diuersa quoque resultat iuris dispositio: quoniam cum alienatio (vt diximus) dicatur esse in præiudicium partis (quia difficilior sibi fit recuperatio) Reus & possessor alienans quoad peremptionem instantiæ caret culpa, Actor uerò, & possessor alienans dicitur esse in culpa: quia sua negligentia permisit labi instantiam, & propterea sicut ratione carentiæ culpæ reus est excusandus, ita actor possessor ratione culpæ; quia possidens iudicium intentauit, & in eo prosequendo negligentiam adhibuit, & demum in præiudicium rei alienauit, debet condemnari ad huiusmodi reuocationem. Et præsertim, quia si aliud diceretur, posset actor facile prohibitionem legis de non alienando rem litigiosam eludere, permittendo instantiam perimi, quod est in eius potestate, non autem ipsius rei. Nec aliquid mouet, quòd æqualitas inter eos sit seruanda; quoniam, & aliàs uidemus, quòd actor mouens litem est ex aliqua causa deterioris conditionis, quàm reus, cui mouetur iudicium, etiam in materia nostra attentatorum: exemplum in citatione, quæ si sit tantummodo decreta contra reum, & non sit legitime executa, per eam non inducitur litis pendentia ad effectum, ut si reus rem alienet, aut alium actum faciat, dicatur attentare, secus autem est respectu actoris; quia quo ad eum per decretum duntaxat citationis inducitur talis litis pendentia, ut etiam si citatio non fuerit executa, dicatur attentare, ut declaramus supra in hoc cap. nume. 36. & hanc limitationem

de acto-

Source : BIU Cujas

de actore poſſeſſore ſua culpa permittente inſtantiã perire videntur ſenſiſſe Domini in una Florentina pecuniaria coram Proſpero ſub die 10. Ianuarij 1542. ut eſt in recollect. Put. deciſ. 10. incip. lis finita. ſub rubr. ut lit. pend.

Secundò eadem concluſio intelligenda uidetur', & limi-
524 tanda, vt procedat, quando † inſtantia eſt peremꝓta per abſolutoriam latam ab obſeruatione iudicij in prima inſtantia (prout hactenus ferè ſemper locuti ſumus) quòd ſi per deſertionem appellationis, & lapſum fatalium ſecunda inſtantia perimeretur, ſecus eſſet dicendum, ex quo diuerſa in hoc vltimo caſu poteſt ratio conſiderari: nam Iudex in primo caſu licèt remaneat Iudex, etiam poſt abſolutoriam ab obſeruatione Iudicij: tamen per alienationem non uidetur aliquo modo lædi, aut contemni, ex quo ſibi tunc nihil remanet in cauſa faciendum: quando autem inſtantia perimitur per deſertionem appellationis, tunc Iudex non ſolum remanet Iudex, ſed & reſtat ſibi aliquid in cauſa faciendum: cum enim ſententia per deſertionem in rem tranſiuerit iudicatam, poteſt Iudex à quo, uel ad quem ſecundum caſus diuerſitatem ad ſententiæ executionem deuenire, etiam ip. ſo appellante vlterius non citato. Franc. in c. perſonas. num. 24. in fi. de appellatio. Boer. deciſ. 206. cum aliis allegatis infra cap. 12. de attent. appel. penden. in prima amplia. princ. in prima ampliat. ſecundæ regulæ ibi poſitæ, quinimmo dixerunt quidam, quòd reſpectu huiuſmodi executionis etiam poſt ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, remanent litis pendentiæ effectus, ut poſt alios late per Gomeſ. ſuper reg. de annal. q. 44. per tot. præſertim verſic. tertiò iſta opin. concludens, quòd quamuis per ſententiam lis dicatur finiri: ut & nos diximus ſupra nume. 213. tamen reſpectu huius executionis remanent tales litis reliquiæ, quòd ſi poſt ſententiam quis poſſederit per annum (dum fit executio) non poteſt dici pacificus poſſeſſor, ex quo executio uidetur ſuſtinere litem. Vnde ita poteſt dici in caſu, in quo Iudex per deſertionem appellationis debet ſententiam executioni demandare, ut reſpectu huius executionis remaneant tales litis reliquiæ, ut impediant alienationem, & propterea ſi dux Iudex uult exequi ſententiam, reus, & poſſeſſor rem litigioſam propria authoritate alienauerit, negari nõ poteſt, quin Iudex hoc caſu cõtemni, & lædi dicatur, cuius contemptus ratione dari reuocationem attentatorum ſupra demonſtramus, & propterea huiuſmodi alienatio poſt peremptam inſtantiam per deſertionem appellationis factam eſſe tanquã attentata ex officio Iudicis, cuius fuit læſa Maieſtas, reuocanda: nam ad inſtantiam partis non eſſet huiuſmodi reuocatio permittenda: quia per deſertionem appellationis ſua culpa, & negligentia inductam (præſertim ſi de deſertione conſtaret notorie ex actis) videtur etiam notorie conſtare de illius non iure, quo caſu ad inſtantiam partis regulariter non fit reuocatio, ſed bene ex officio Iudicis, ut late deduximus, ac declarauimus infra in tertia parte, cap. 24. de reo, & exceptionibus ſibi contra attent. competen. q. 1.

Tertiò ſupradictam concluſionem neceſſariò intellige
525 † de alienatione rei, ſuper qua litigabatur facta poſt peremptionem inſtantiæ (& ita propriè loquuntur Docto.) non autem de alienatione, quæ fieret lite adhuc pendente, & ante peremptionem inſtantiæ: quia eo caſu alienatio omnino eſſet attentata. l. fin. & tot. tit. C. de litigioſ. ſecundum ea, quę ſupra in princ. huius illationis poſuimus num. 451. Nec ex ſuperuenienti peremptione poteſt talis alienatio conualeſcere exemplo eius, quod regulariter dicimus, quòd ea, quę appellatione pendente fuerunt attentata per appellationis deſertionem non conualeſcunt, & poſſunt tanquam attentata reuocari: ut diximus infra c. 12. de attent. appel. pend. in prima ampliat. princ. nu. 2.

Declaratur nunc prædicta regula in hac tertia princ. illatione poſita non nullis modis, &

526 Primò, quòd † ſi agatur ſuper re, & beneficio, res intelligitur facta litigioſa tam ſuper proprietate, quam ſuper poſſeſſione, ut eſt deciſ. Caſſad. 9. num. 3. de cauſ. poſſeſ. & propriet. de quo tamen latius dicemus infra in ſecunda limitatione principali reg. princ. de attent. lite penden.

527 Secundò, quòd uitium † litigioſi obeſt ipſis litigantibus, non autem tertio, quin poſſit ſuper re illa contrahere, ut poſt Bar. in l. 1. ff de litigioſ. & Ang. in Authen. de litigioſ. colum. 1. tradit Curt. Senior in conſi. 72. Magnifice, ſub nume. 9. verſic. ad aliud, quòd res fuerit litigioſa, & Oſaſc. in deciſ. Pedemont. 144 ex actis. ſub nu. 7. verſic. in ſecundis, in fi. vbi (inquit) quòd hoc datur pro cautela.

528 Tertiò declara, quòd † licèt res litigioſa non poſſit regulariter alienari, ut ſupra: poteſt tamen poſſeſſor in ea acquirere ius, ideſt dominium, ſed non publicianam, ſecundum Mil. in uerb. litigioſa res licet. fol. 216. ad quod facit id, quod no. Bald. in l. 2. colum. fi. C. ne lite pend. quem refert, & ſequitur Alex. apud Bart. in l. 1. in uerb. litigioſa. C. de litigioſ. ubi voluit, quòd uitium litigioſi impedit alienationem, non autem acquiſitionem in poſſidente.

Illatio quarta de prouiſione beneficij litigioſi per executore m expectanti non facienda.

Quartò hinc etiam prouenit, quòd aliàs habetur apud-
529 Docto quòd prouiſio † facta expectanti ab executore apoſtolico de beneficio ſuper quo erat lis, tanquam uacanti per mortem rei, qui lite pendente deceſſit, non valeat, ut eſt deciſ. Rot. Biſignet. 20. vtrum. nume. 2. & deciſ. Egid. 667. audiitor. Quod † limitari ſeu declarari poteſt, quòd licèt regulariter prouiſio lite pendente facta non valeat, ut ſupra, prouiſio tamen & impetratio beneficij, facta lite pendente ſuper eodem beneficio valida eſt, ſi nullus litigantium ius in eo habebat, vt dicit formaliter Egid. deciſ. 210. Impetratio, quinimmo ex hoc illud etiam notabilius infertur, quòd ſi Nũ
531 cius † habebat in facultatibus, quòd poſſit diſponere de beneficiis, etiam ſi litigioſa &c. non per hoc poterit conferre beneficium, quod litigaretur in Curia, niſi vacaret per uiam reſignationis; quia illa verba, etiam ſi litigioſa, intelliguntur reſpectu reſignationis, ut eſt deciſ. in recollect. Put. 56. nuncius. ſub rubr. de præb. in una Salamantin. beneficij coram Reumano 3. Decembris 1546. & deciſ. eiuſdem 7. nuntius, ſub rubr. de offi. deleg. & uicar.

Illatio quinta de præſentatione per patronum, & inſtitutione per Ordinarium lite pendente non facienda, & poſſeſſione per præſentatum non capienda.

Quintò ex eadem regula (quod lite pendente nihil eſt in nouandum) Infertur, quòd ſimiliter ea pendente nec Pa-
532 tronus præſentari, nec Ordinarius inſtituere, nec præſentatus capere poſſeſſionem poſſit: Quæ illatio (vt patet) tria cõtinet dicta: Primum de patrono præſentante. Secundum de Ordinario inſtituente. Tertiuꝫ de præſentato poſſeſſionem capiente.

533 Quoad † primum, licèt articulus iſte aliquibus hodie fortaſſe uideri poſſit facilis, & expeditus, attenta diſpoſitione cap. 1. vt lite pend. in 6. prohibentis expreſſe, vt ſi (aliquibus apud ſedem apoſtolicam, uel alibi litigantibus ſuper electionibus de ſe in diſcordia celebratis) aliquem ipſorum mori, uel iuri ſuo renunciare, aut à proſecutione ipſius contigerit quoquo modo excludi ad electinnem aliam (lite ſuper electione ſuperſtitis electi pendente) nullatenus procedatur, aliàs attentata contra hoc electio ipſo iure uiribus non ſubſiſtat, cum illius diſpoſitio ſecundum communes traditiones (de quibus infra proxime num. 573.) etiam in præſentationibus ſibi locum uendicet. Nihilominus quam ſit hæc concluſio controuerſi iuris, euidenter apparet ex diuerſis ſcribentium opi. qui varijs diſtinctionibus contrarium quã doque tueri conati ſunt, ut per Docto. in cap. auaritiæ. de electio. in 6. & in dicto cap. 1. ut lite penden. eo. lib. & in cap. ex literis. & c. conſultationibus. de iure patron. & per Lap. tam in dicto cap. 1. quàm in alleg. 22. an ſufficiat, num. 3. & alleg. 136. per totam, præſertim ſub num. 8. & per Roch. de Curt. in tracta. de iure patron. in uerb. honorificum. q. 23. & in verbo competens, ſimiliter. q. 23. & latius per Lamberti. in tracta. de iur. patron. lib. 2. in prima parte. q. 6. articulo. 12. per tot. Quinimmo, & Rota ipſa (licèt in multis cauſis tenuerit, quòd patronus lite pendente præſentare non poſſit, ut per Sarnen. de ſubrog. collitig. q. 13. per tot) quandoque tamen uiſa eſt ſubſiſtere, ut in una Aretin. Capellaniæ coram D. meo Oradino 6. Iulij. 1558. in qua (cum prætenderetur poſſeſſionem per unum ex præſentatis poſt inſtitutionem Ordinarij lite pendente captam eſſe attentatam) Domini ad literam dixerunt, quòd viderentur reſolutiones in aliis cauſis factæ; quia aliqui dicebant fuiſſe reſolutum, quod pendente controuerſia inter plures præſentatos quis eſſet inſtituendus, non eſt inducta talis lis, ut unus impediatur capere poſſeſſionem. Aliqui dicebant, id non procedere, quando eſſet appellatum à ſententia Vicarij inſtituentis. Minuſque dubitabatur de ſententia, quia inclinabant, quod requiratur proceſſus. Hæc illi. Reſolutionemque huius articuli per difficilem eſſe ex his omnibus, quæ mox ſubijciemus omnibus omnino conſtabit. Verùm quia (vt mihi ex ijs conij-

Source : BIU Cujas

cere licèt) omnes videntur admittere, quòd præsuppositа
534 litis pendentia sit regulariter † prohibita præsentatio, institutio ac possessionis adeptio, de quibus agimus: cum omnes (excepto Lambertino in loco supra allegato) firmare videantur, quòd dictum c.j. ut lite penden. in sexto procedat etiam in præsentationibus, ut per Docto. ibi, præsertim Gemi. colum. quarta, versi. nec obstat, si dicatur, ubi dicit, quòd aliter sentire esset iudaizare, stando solum verbis illius tex. qui tantum loquitur de electione, vbi etiã subdit post Lap. ita etiam debere seruari in practica: & tradit etiam Cald. in consil. primo, vt lite penden. & est decis. in recollect. Sarnen. 31. incip. cap. primum, & alia in recollect. Guido Bonon. 104. dixerunt, sub rubr. vt lite penden. Totaque difficultas, & inter eos diuersitas eò redigi uidetur, quando scilicet lis
535 hoc casu pendere dicatur; cum aliqui † senserint, quòd controuersia inter præsentatos non faciat litem, quæ impediat, vt senserunt Domini in dicta Aretin. capellaniæ: Aliqui
536 † quòd immo requiratur iudicialis discussio, & causæ cognitio, de qua per glos. in cap. fina. in verb. inanes, de elect. in 6. cuius dispositio (licèt loquatur in electione) habet tamen locum etiam in præsentatione, vt ibidem in glo. prima. Ali-
537 qui † verò senserunt, quòd petitio præsentatorum instantiũ pro institutione, & productio suarum præsentationum coram ordinario facta non faciat possessionem interim ab altero captam esse attentatam, nisi fuissent aliàs litem contestati, vt fuit de mente Dominorum in una Calaguritana beneficij coram A. Augustino 25. Ianuarij 1554. Idcirco ante omnia præmittendum est, quando ad effectum, (de quo agimus) lis dicatur pendere, & licèt supra in principio huius secundæ partis num. 10. sex modis litem incipere, & pendere dixerimus: quia tamen in duobus ex eis (videlicet per solam causæ commissionem, Item & per appellationem extraiudicialem) vniuersaliter firmauimus, quòd regulariter per eos lis non dicatur introduci, & alij duo, videlicet per subrogationem gratiosam, Item, & per admissionem tertij non uidentur ad litem, de qua nunc tractamus, posse commode applicari (cum hic agi videatur duntaxat de lite inter præsentantes, vel inter præsentatos) solum remanere videntur reliqui duo modi, de quibus ibi, videlicet per citationem, item, & per litis contestationem ad quod vltimum (quòd
538 videatur † requiri contestatio litis ad hoc, vt patronus præsentare non possit) videtur in terminis decisio. Rot. 1. aliàs 140. possessor. de iure patro. in no. & quamuis aliàs Domini in vna Astoricen. sanctæ Christinæ coram Grato. 9. Martij. 1569. videantur, & alium modum introducendi litem ad propositum, de quo agimus sensisse, & considerasse, uideli-
539 cet per † edicti propositionem, de qua in cap. fin. de elect. in
540 6. Si tamen recte consideretur, vix potest † admitti, quòd per dictam edicti propositionem litis pendentia inducatur ad effectum, vt patronus præsentare prohibeatur, tum quia per eam vocantur volentes se opponere, vt in tex. ibi, vt si qui sint, qui se velint opponere, compareant &c. & quando nõ est lis super titulo beneficij, sed proceditur per oppositiones, non inducitur litis pendentia ad effectum, de quo agimus, ut dicemus proxime in prima limita. nume. 588. Tum quia dato, quòd per eam lis induceretur, quatenus tamen vocatio (de qua ibi) fieret nominatim contra coelectum, & compresentatum, vel certum oppositorem dicendum esset non tam per edicti propositionem, quàm per citationem litem fore inductam, cum illa vocatio nominatim facta nihil aliud sit, quàm citatio, & sic non esset modus litem introducendi à prædictis diuersus, & separatus. Hoc vno præmisso, pro faciliori propositi articuli resolutione quadruplex hic cadit inspectio. Prima, quando lis esset inter plures patronos super iure præsentandi. Secunda, quando iudicium esset inter plures à diuersis patronis in discordia præsentatos. Tertia quando lis esset inter vnum ex patronis & unum ex præsentatis. Quarta quando lis esset inter Ordinarium, & patronum seu præsentatum.

Circa primam, licèt Doctores in cap. secundo de restitut. in integr. (prout eos refert nouissime Ioan. Baptista Ferret. in consil. 192. videtur nume 15. lib. primo.) senserint, quòd
541 † sicut quando quæstio est inter electores super iure eligendi, potest deueniri ad aliam electionem, ita etiam quando quæstio inter compatronos super iure patronatus possit deueniri ad aliam præsentationem ea ratione; quia quando lis pendet inter electores, vel compatronos super iure eligendi, vel præsentandi, & non super beneficio, ius deductum inter eos in litigium non alienatur, nec transfertur in electum, vel præsentatum, sed remanet penes electores, seu cõpatronos litigantes, & ideo non prohibetur à iure electio, vel præsentatio ad beneficium, de quo non est quæstio &
quod propterea dictum ca. primum, vt lite penden. in sexto, non censetur corrigere cap. cum venissent de restitut in in-
542 tegr. Breuiter tamen † dicendum videtur, quòd regulariter (si lite, super iure patronatus pendente) præsentatus cedat, vel decedat patronus, qui illum præsentauerat, alium præsentare non valeat, tum ex illa generali prohibitione, de qua in Rubro, & nigro, vt lite penden. nihil innouetur, tum ex tex. in cap. ex literis. à contrario sensu ibi, antequam super iure patronatus inter Abbatissam, & militem controuersia esset suborta, de iure patro. & in cap. cum venissent. de in integrũ restit. & vtrobique glo. & scribentes, & pro hac opin. est decis. Rot. prima, aliàs 140. possessor. de iure patron. in no. quam sequitur Stefan. Aufrer. qui alios in id citat, in addit. ad decisio. Cap. Tolos. 107. ad med. versic. unde lite pendente & Iacob. Henric. in consi. 3. quidam ciues. nume. 56. lib. 3. & eandem tenet. Cassador. decisio. 3. solent. nume. 2. & 5. ut lite penden. qui loquitur de derogatione iuris patronatus attenta lite, & consequenter, quando litigatur super eo, & eandem uidetur tenere Hostien. in dicto cap. cum venissent, dũ distinguit inter præsentatione, & electionem, ut pendente lite electio permittatur, præsentatio uerò censeatur prohibita, licèt hæc differentia tanquam iure, & ratione concludẽti carẽs à doctoribus reiici uideatur, ut per Rocch. de Curt. in tract. de iure patronat. in uerbo competens. q. 23. versicu.
543 quinta fuit opin. & quòd quando ius patronatus † est litigiosum, beneficium possit ualide impetrari, etiam non facta illius mentione, aut derogatione ex eo: quia Ordinario, aut patrono nullum fit præiudicium, cum propter litem ille præsentare, & iste instituere non possit, est decis. in recollect. Simonettæ 33. inc. in una Glasquen. coram Cassad. Nec ab hac opi. dissidere in effectu uidetur Ferret. in dicto consi. 192. num. 15. cum ipse uideatur loqui in patrono possessore, dum dicit, maxime possessores, quo casu, & nos quoque præsentationem permitti dicemus proxime nu. 646. Quæ conclusio duobus modis limitanda uidetur.

544 Primò, ut non † procedat, quando lis super iure patronatus non esset principaliter, & nominatim mota, sed accessorie, & in tacitam quandam consequentiam introducta, scilicet super re, cui competit, & quodammodo est annexum ius præsentandi, & ius patronatus, puta quando aliquod castrum, uel uilla haberet ius præsentandi ad aliquam ecclesiam: nam si super villa, aut castro lis moueatur, non per hoc præsentatio dicitur impedita: quamuis enim ius præsentandi uideatur hoc casu accessoridm ad castrum, & litigioso facto principali videretur dicendum etiam accessorium fore litigiosum, ad reg accessorium de reg. iur. in sexto, & consequenter præsentationem impediri: nihilominus per litem
545 † motam super uilla, aut castro dominus illius potest, etiam hac lite pendente, præsentare, ut est in terminis dicta decis. prima aliàs 140. de iur. patro. in no cum qua concordat decis. Egid. 701. si possessor. vbi subdit, quòd non debet quis prætextu litis motæ a sua possessione desistere; immo si ille impediretur, fieret contra eum in hoc innouatio, & attentatio, quem retulit, & in proposito suo secutus est etiam Fely. in cap. cum Bertoldus. colum. fin. sub num. 29. ad fi. uersi. quartò per id quod, de re. iudi. Quinimmo ex eisdem decis. potest hoc dictum ampliari, ut procedat, etiam si emptor, ac possessor castri, vel comitatus nunquam antea presentasset: quia comitatus, & castrum ipsum censentur quasi possessionem præsentandi semper retinuisse, vt post Inno. in cap. cũ super. de caus. pos. & propr. & in c. literis. de rest. spol. dicunt Domini, & Egid. vbi supra post princ.

546 Secundò, & notabiliter limita, vt non † procedat dicta conclusio in patrono, qui ante litem motam esset in quasi possessione præsentandi: quia poterit etiam lite pendente præsentare, vt tradunt Doct. in c. consultationibus, & in c. ex literis. de iure patr. & ibi gl. magna, quę dicit, quòd hoc multis placuit, inter quos fuit Tancred. Vinc. & Goffred. & alij relati per Lap. alleg. 136. curiose nu. 7. & communiter hoc Doct. sentire attestatus est Abbas in d. c. ex literis. sub num. 6. Nec sine ratione; quia præsuppositа quasi possessione præsentandi ante litem non debet illa quis lite pendente regulariter priuari. ca. 1. vt lite pend. cum aliis latius adductis infra hoc eod. c. in 4. declarat. princ. in princ. & per tot. sed potius permitti, q͡ sibi liceat suam possessionem continuare, unde ꝙtinuando non diceretur regulariter attentare iuxta ea, quę latius dicemus hoc eo c. in 1. limit. prin. Pro qua limitatione facit, quod aliàs senserunt Dñi in vna Tuden. parochialis de Tabuchia coram Grato. 29. Nouembris 1567. quòd præ-
547 sentatus † capiens possessionem lite inter patronos pendente vigore institutionis à Nuncio Sedis Apostolicæ factæ dicatur attentasse, nisi præsupponeretur patronum, qui illum

Source : BIU Cujas

lum præsentauerat, fuisse in quasi possessione præsentandi. Hæc autem secunda limitatio necessariò sublimitanda
548 videtur. Nisi †lis esset super ipsa quasi possessione præsentandi, quæ conclusio (licèt in se vera sit, & tenenda) non de
549 fuerunt tamen, qui contrarium † tenuerint, & ideo vt illius veritas clarius appareat, dicendum est, quòd triplex est in
550 ea opi. Prima affirmatiua, quòd patronus † possessor etiam lite pendente super possessione præsentandi possit licite præsentare, quam ponit, & tuetur Lap. alleg. 136. nume. 8. asserens ita etiam sensisse Hostien. & Ioann. Andr. in cap. cum venissent. de restitut. in integr & istam esse veritatem, & hãc tanquam ueram opinionem ipso audiente tenuisse legendo Ioan. de Calderinis in dicto cap. cum venissent: eandem videtur tenere Egid. decis. 701. si possessor. ad med. vbi (quicquid alii dicant) tuetur, quòd sola litis motio non inualidat talem præsentationem, nisi ex alio capite resultet præsumptio malæ fidei in præsentante. Quæ opin. ex infrascriptis suaderi potest, Primò: quia (vt sentiunt omnes supradicti) lite pendente non est quis commodo possessionis priuandus. cap. primo, vt lite penden. cum similibus adductis infra hoc eodem cap. in quarta declarat. princ. ubi ampliando demonstrauimus id procedere, etiam si possessio esset contra ius, & destituta titulo, & constaret notorie de non iure possidentis. & quis esset ipso iure illa priuatus, vt in 1. 3. 7. & 8. ampliat. reg. ibi posite. Secundò quia (si sola motio litis super possessione impediret patroni præsentationem) aperiretur uia fraudibus: quia quilibet super dicta possessione. quæstionem confingeret, & facile esset cuilibet extraneo (& qui nullum ius habet) dicere se patronum, & in possessione iuris patronatus, & possessionem, & proprietatem deducere in iudicium, & a sententia contra se lata appellando per plures annos negocium differre, quod est inconueniens, & contra omnia iura, ut dicit Lap. ibi nume. 8. & sequ.

551 Tertiò addi potest: quia sicut lis † mota super possessione non impedit proprietatis alienationem Cassad. decisio. sexta, nume. 9. de rescript. cum aliis adductis supra in tertia illat. nume. 491. in decimaquinta limit reg. ibi positæ, ita uidetur, quòd non debeat impedire præsentationem, quæ videtur prouenire ab ipso iure præsentandi, & proprietate iuris patronatus. Secunda potest esse opin. negatiua, quòd
552 immo patronus † hoc casu præsentare non possit, si lis sit super possessione. Hanc tenet glos. in dicto cap. ex literis. in glo. mag. circa fina. ibi, & hoc credo verius, & ibi Abbas nume. 8. & gl. in cap. hæc quippe. in uerbo debeant ad med. versicu. quod intellige verum 3. quæst. 6. & Rota expresse in dicta decisio. 1. aliàs 140. possessor. de iur. patron. in no. & Stefan. Aufrer. in addit. ad dictam decisio. Tolos. 107. ad med. versicu. unde lite pendente maxime super possessione &c. & (post. Inno. in dicto cap. consultationibus) eandem tenere uidetur Alexand. (seu quisquis ille est, qui inter consil. Alexand. huic sententiæ se subscripsit) in consil. 75. uisis. nume. 46. lib. quarto, & sequitur etiam Iacob. Henric. in dicto consil. 3. ciues. nume. 56. lib. 5. Quæ similiter ex infrascriptis suadetur.

553 Primò: quia ad hoc, ut possessio † iuris patronatus sit bona, plura requiruntur, & inter cætera, quòd adsit bona fides, ut docet Calderi. in consil. duodecimo incip. quæ requirantur, de Iur. patron. Per litem autem super possessione inducitur mala fides, ut dicit Rota dicta decision. prima, meritò &c.

Secundò: quia ad hoc, vt patronus possessor possit lite super iure præsentandi pendente præsentare debet, illius possessio esse quieta, & non reclamata, ut sentiunt glos. & omnes in dicto c. cum ueniissent, & dicto cap. ex literis, & ponit (alios allegans) Aufrer. vbi supra: vnde cum per litem motam super possessione illa desierit esse quieta, & sic potius reclamata, sequitur, q; illa non sit hoc casu attendenda.

Tertiò: quia sicut lis super possessione impedit illius vsuz, & translationem, ut diximus in dicta tertia illat. in loco supra citato nume. 493. ita debet impedire actum præsentationis; quia præsentando vteretur possessione, quæ est iam effecta litigiosa, & ex hoc tollitur tertium fundamentum primæ opi. Tertia demum uidetur fuisse opi. quòd licèt patro
554 nus † hoc casu presentare valeat, superior tamen non debeat præsentatum instituere, sed illius institutio differatur in euẽtum causæ. Hanc ponit glo. in dicto c. ex literis. de iur. patr. eandem refert etiam glo. in dicto c. cum eueniissent, & sentit etiam glo. in dicto c. hæc quippe. 3. q. 6. & posuit etiam referendo Abbas in dicto ca. ex literis. sub num. 6. & post Inno. sensit etiam Alexan. in dicto consi. 75. sub nume. 46. & refert inter alias opi. Rocchius de Curte vbi supra in verb. competens. quæst. 23. in 2. & 3. opi. ibi relatis. Et ratio est: quia (u omnes sentiunt) possessor si succumbat tenetur restituere omnes fructus, quos percepit post litem contesta tam. cap. grauis. de restitut. spol. cum similibus sed si institueretur is, qui lite pendente fuit præsentatus, & præsentator succumberet in proprietate, non posset illum fructum præsentationis restituere: quia legitime institutus remoueri non debet, & ideo propter hanc impossibilitatem debet differri institutio secundum eos. Verum quia fundamentum huius opi. potius respicit casum (quare scilicet Episcopus instituere non possit) quam assignet aliquam rationem, quare scilicet patronus hac lite pendente præsentare possit, pro-
555 pterea a secunda † suprapositа opin. non uidetur recedendum. Et tenendo hanc. Non obstant alia allegata in contrarium: quoniam respondetur, & ad primum, quòd regula illa, quòd lite pendente quis non debet commodo possessionis priuari, non procedit, quando uterq; prætenderet se possidere, & ageretur interdicto retinendę, & sic mota lite super possessione, vt declarauimus in dicta quarta declarat. princ. in 9. limit. regul. ibi positæ post Capit. decisio. 96. nume. 11. Nam & aliàs uidemus, quòd licèt quis prætextu continuationis possessionis possit regulariter se excusare ab attentatis iuxta ea, quæ fusius dicemus infra hoc eodem cap. in prima limita. princ. id tamen non procedit, quando lis esset super ipsa possessione, ut est decis. Rotæ. 7. aliàs 116. nota quòd vbi Episcopus, de senten. excom. in anti. vt ibidem declarauimus in ultima limita. regulæ ibi positæ. Ad secundum respondetur, quòd cum quilibet præsumatur bonus, & delictum, & fraus non præsumatur l. merito. ff. pro socio: cum similibus non est credendum, quòd quis temere uelit litem super possessione mouere, præsertim considerando, quòd temere litigans tenetur ad expensas, damna, & interesse, ad not. in l. properandum. C de iud. & §. primo, & tot. titu. insti. de pœn. temer. litig. unde saltem metu pœnæ præsumendũ est, quòd quis se ab huiusmodi lite abstinebit, præsertim præsupposito iuramento calumniæ, quod hodie solet præstari, cap. primo, de iuram. calumn. in 6. cum nemo præsumatur immemor salutis æternæ. l. fi. C. ad l. Iul. repet. ut etiam considerabat Rocchus ubi supra in verb. competens. q. 23. in fin. Ad tertium uerò respondetur, ut supra in tertio fundamento huius opi. Ex quibus sequitur quòd in hac prima inspectione dicta sublimitatio firmari possit, scilicet, quòd licèt lite pendente super iure præsentandi possit patronus, qui sit in quasi possessione præsentare, id tamen intelligatur, nisi ēt ipsa possessio sit in iudicium deducta per supradicta.

556 Circa secundam inspectionem (quando † scilicet lis esset non inter patronos, sed inter præsentatos) breuiter subordinando ea omnia, quæ diffusè videntur ponere Docto. sunt in proposito plures casus considerandi.

557 Primus casus sit, quando † essemus in duobus presentatis à patronis clericis, & tunc si lite inter eos pendente alter cedat, uel decedat, non possunt patroni alium presentare, & in trat dispositio dicti cap. primi, ut lite penden. in 6. quæ licèt loquatur de electione, & aliqua uisa fuerit dissensio inter Docto. an habeat locum in presentatione facta à patronis laicis (vt ex infra dicendis apparebat) communis tamen est omnium opi. & ab eo nullus discrepat, ut testatur Lamberti. in dicto tracta. de iur. patron in 12. art. 6. q. primæ part. 2. lib. in
558 princ. quòd omnino † procedat, & uendicet sibi locum in præsentatione facta à patronis Ecclesiasticis: cum illa habeat uim electionis. Abbas in cap. cum autem. in tertio notab. & in cap. pastoralis, in ultimo not. de iur. patro. & tradit remissiue Lambert. ubi supra, quibus adde Cassad. decis. 4. num. 3. de iur. patr.

559 Secundus casus sit, quando † sumus in præsentatis à patronis laicis, & lite inter eos pendente, ac altero ex eis cedente, uel decedente patronus uelit alium post quadrimestre tẽpus in locum illius præsentare: quoniam similiter hoc casu negatiue concluditur, quòd patronus non possit; quia cum de iure ille habeat tantum quatuor menses ad presentandum, cap. cum propter. de iur. patron. cum simil. utique illis elapsis omnino presentare prohibetur, & in hoc concordãt omnes, & nemo discrepat, ut pariter testatur Lambert. ubi supra nu. 2. versi. secunda conclusio.

560 Tertius casus sit quãdo † Patronus laicus vellet infra quadrimestre tempus (lite inter presentatos pẽdente) alium presentare: & sicut superiores duo casus faciles sunt, & de plano procedunt, ita per difficilis est iste, & maxime Docto. torquere uidetur, ut patet ex his, quæ fusissime ponit idẽ Lambert. vbi supra post Rocch. de Curte, & alios per eum ibi citatos. Pro cuius casus, & articuli resolutione (eorum dicta subordinando) Tres in hoc colliguntur opiniones.

Source : BIU Cujas

561 Prima,quòd Patronus † laicus lite inter præſentatos pen
dente poſſit alium intra quadrimeſtre tempus preſentare.
Hanc opi.poſuit Card in cap.paſtoralis q.ultima, de iure pa
tro.eandem in caſu ſuo tenuit Rocch.ubi ſupra in uerb.ho
norificum.q.23.uerſic.ego aliàs aduocando contrarium te
nebam, & ſimiliter huius fuit ſententiæ Lamberti. in dicto
tracta.de iure patro.in prima parte libri ſecundi,in 12.artic.
6.q.num.11.verſic.quid dicendum in hoc paſſu? concludēs
dictum cap.primum,ut lite penden.in 6. nullo modo habe
re locum in præſentationibus. Fundatur hæc opi.ex infra-
562 ſcriptis, & Primò : quia cum patrono † hoc caſu ſit à
iure indultum,ut intra quatuor menſes poſſit variare, & ac
cumulando alium præſentare, cap.cum autem.& cap.cum
propter.de iure patron.utique ſi alium præſentat, utitur iu
re ſuo,ut dicebat Cardin. in dicto ca. paſtoralis. in fi. unde,
quod fit lege permittēte pœnam non meretur. l. Gracchus.
C.ad l.Iul.de adult. cum ſimilibus prout multæ dicerentur
incurri pœnæ, ſi huiuſmodi præſentatio præſupponeretur
attentata, de quibus infra in tertia parte, cap.vlt. de pœn.at-
tent.per tot.Secundò ſecundum Rocchum vbi ſupra,ob ge
neralitatem dicti cap.cum autem,quæ videtur dare uariatio
nem patrono infra quatuor menſes indefinite, & indiſtin-
cte. Vnde etiam generaliter (& ſic etiam lite pendente)po
teſt intelligi l.prima. §.generaliter. ff. de legat.præſtan. cum
ſimilibus. Tertiò : quia attentata regulariter non dantur
niſi concurrente partis præiudicio,aut contemptu Iudicis,
vt adnotauimus ſupra in prima parte in præfatione nume.
26.& 27. In huiuſmodi autem præſentatione lite pendente
per Patronum laicum intra quadrimeſtre tempus facta ceſ-
ſat utrumque,ergo debent etiam ceſſare attentata, cap.cum
ceſſante.de appell.cum ſimilibus de contemptu patet:quia
patronus nihil facit contra prohibitionem Iudicis, ſed uti-
563 tur(vt dictum eſt) iure ſuo, attento quòd præſentatio † non
dicitur actus iudicialis,vt eſt de mente Lap.alleg.22.an ſuffi
ciat,ſub nu.2 de præiudicio ſimiliter patet : quia (vt inquit)
Abbas in dicto cap.cum autem.ſub num.4.verſic.item licèt
patronus, de iure patronatus, poteſt patronus in præiudi-
cium primi præſentati alium accumulare. Quartò moue
batur Rocch.vbi ſupra per illud, quod generaliter dicit Ab.
in dicto cap.quod autem.in 2.notab.num.3.quòd patronus
564 † poteſt variare uſque ad inſtitutionem Epiſcopi, ergo etiã
quòd lis pendeat inter præſentatos, variare poterit quando-
565 cunque vſque ad inſtitutionem. Quintò:quia ratio † varia
tionis patrono laico hoc caſu intra quatuor menſes permiſ-
ſę ea uidetur,vt ſcilicet ille poſſit corrigere errorem,ſi quez
(primum præſentando) commiſit ſecundum Cardin.in di-
cto cap.cum autem, & Io. Andr.in cap. cum uos. in ultima
colum. de off.ordina. que ratio correctionis (cum ita mili-
tet lite pendente ſicut lite non pendente) merito etiam præ
ſuppoſita lite debet Patronus poſſe uariando alium præſen
tare. Sextò ſuadetur hæc opinio ratione,quam aliàs conſi-
derabat Fely.in appoſtil.ad reg.de ſubrog.collitig. quam re-
fert Sarnen. ſuper eadem regula. q.13. poſt princ. uerſic. ſo-
lum huic concluſioni,quia ſcilicet, ſi diceremus patronum
hoc caſu non poſſe preſentare,ſequeretur hoc inconueniēs
quòd altero ex præſentatis collitigantibus decedente ſuper-
ſtes, qui fortaſſe habebat malam cauſam (ex eo quia non
haberet concurrentem compreſentatum) poſſet obtinere
in illa lite iniuſte,& tanto magis,ſi præſupponeretur defun
ctum fuiſſe legitimum poſſeſſorem : nam ex hoc ſuperſtiti
iniuſte in cauſa obtinenti daretur uitioſus ingreſſus, quòd
iura maxime abhorrent,cap.eum qui.de eo qui mit.in poſſ.
lib.6. Septimò ultra eos pro hac opinione allegari poteſt
tex.in ca.paſtoralis. de iure patro.ubi patet, quòd patronus
566 (etiam † pendente appellatione) preſentare poteſt. Vnde
multo magis id ſibi licere debet lite ſimpliciter pendente,
567 ex quo appellatio † videtur maioris efficacię reſpectu atten
tatorum, quàm lis. Siquidem per appellationem † non ſo-
lum inducitur pēdentia cauſę,ſicut per litem, uerum etiam
inducitur ſuſpenſio,quę ligat manus,& Iudicis,& partium,
vt illa pendente nihil valeant innouare.c.non ſolum. de ap-
pel.in 6.cum ſimilibus intantum , ut ſi poſt huiuſmodi ſu-
569 ſpenſionem Iudex † à quo procederet, proceſſus ſit nullus.
Egid.deciſ.707.cum aliis adductis infra cap.12.de attent.ap-
pellat.pend.in præfatione, num.68. Quinimmo appellatio
570 † dicitur eſſe tantę potentię, ut non ſolum ſuſpendere, ue-
rum etiam extinguere dicatur ſententiam, ad not. in l.1.in
fi.ff.ad Turpillia. vt diximus latius in dicto cap.12. in præfa-
571 tione.nume.72. Et propterea uidemus, quòd actus, † qui
aliàs non eſſet attentatus,ſi ſit interpoſita appellatio, tranſit
in attentatum,ut patet in proceſſu facto poſt recuſationem
Iudicis, qui (ſecundum aliquorum opinionem) quam-
uis lis pendeat ſuper recuſatione,validus reputatur,niſi vltra
etiam fuerit appellatum,ut retulimus infra cap.6.de attent.
poſt recuſ.Iud. in princ.nu.2.
572 Secunda ſit opinio negatiua,quòd patronus † in caſu, de
quo agitur, præſentare non poſſit : Hanc tenet Calderi. in
conſi.1.an Capitulum , ſub rubr. ut lite penden. per tot. &
Geminia. in cap.1. in vltimo notab.vt lite pend. in 6. & ibi-
dem Franc. in gloſ. in verb. ſtatuimus , & Lap. ſibi parum
conſtans, allegat 22.incip.an ſufficiat.& etiam in dicto cap.
primo concludens ibi , quòd lite pendente inter preſenta-
tos,ſiue infra quadrimeſtre tempus , ſiue poſt patronus lai-
cus non poſſit accumulare,prout Lap.ita dicentem referūt
tam Gemin.in dicto cap primo,quàm Lamber.in dicto tra-
cta.de iure patron.in loco ſupra alleg.nume.9.Eandem opi-
nionem poſt Calder. & Lap. in dicta alleg. vigeſimaſecun-
da ponit etiam Mi in uerbo,patronus etiam laicus lite pen
dente,fol.253.& Pariſ.in conſi.47.uidetur.nume.13.lib.4. &
iſta eſt communis opinio,de qua teſtatur Sarnen.de ſubrog.
collitig.quæſt.13.poſt princip.Immo dicitur etiam eſſe ma-
gis communis,ut atteſtatur Rocch. de Curte in dicto tract.
de iure patro.in uerb.honorificum.nume.53.quæſt.23.in fi-
ne: prout etiam de communi atteſtatur Mandoſ.in addit.ad
dictam deciſio.Lap.22.in uerbo renunciantem. Et quam-
uis Lamberti. vbi ſupra , poſtquam circa hoc nimis forſan
euagauit,non fuerit veritus hanc atteſtationem de commu
ni in dubium refricare,ut per eum ibi num.18. ab ea tamen
nullatenus recedendum videtur : cum eam Rota non ſo-
lum tempore Sarnen.ſed etiam antiquitus tempore Sixti,
& Alexandri fuerit ſecuta , ut refert Sarnen. ubi ſupra in fi-
nalibus uerbis,& extat eiuſdem Sarnen.circa hoc deciſio in
recollect.ſuis 31 incip. capitulum primum , in una Barchi-
nonen.beneficij ſancti Chriſtofori coram Marcello 27. No
uembris, 1538. & etiam modernis temporibus eandem te-
nuerunt Domini in vna Compoſtellana de Barona coram
Montisflaſconen.16. Februarii 1554. ut eſt deciſio. in recoll.
Guidobon. 104.incip.dixerunt Domini:ſub rub. vt lite pen
den. Fundatur hęc opinio ex pluribus,& Primò : quia d.
cap. primum , quo lite pendente expreſsè prohibetur ele-
573 ctio habet † locum etiam in præſentationibus, ut dicūt Do-
ctores omnes ibi,& admonuimus ſupra in principio huius
illationis ſub num. 533.nec dicitur conſtitutionem illam cō
prehendere preſentationem per modum extenſionis, ſed
potius ex identitate rationis ibi includi,ut eleganter deducit
Calderi.in dicto conſi.1. Secundò;quia ſicut poſſe , quod
habebant olim electores poſt mortem primi, hodie impedi
574 tur † propter litis pendentiam, ita & poſſe patronorum
alium preſentandi intra quadrimeſtre tempus erit impedi-
tum ob litis pendentiam ex identitate rationis , ſecundum
Calderi.ibi,quem refert,& ſequitur Geminia. in dicto ca.1.
in ultimo notabili.

Tertiò:quia per præſentationem ſecundi uidetur inferri
preiudicium ſuperſtiti : quia vltimo præſentatus poſſet eſ
ſe potentior primo , & ſic ſuperſtiti daretur durior aduer-
ſarius,quod uidetur abſurdum,argum.notat.in rubr.& tot.
titu. C. ne liceat potentio. & ex hoc reſultaret etiam aliud
præiudicium ſuperſtitis collitigantis:quia,ut cum potentio
ri contendere valeret, multo maiores quoque cogeretur ſu
bire expenſas . Nec videtur bona reſponſio, quam huic
obiectioni tacite uidetur dare Cardin.in dicto ca. paſtoralis.
prout eum refert Lamberti. vbi ſupra ſub nume. decimo,
verſicu. qui etiam mouetur , ſcilicet non eſſe hoc præiudi-
cium expenſarum attendendum: quia debuit,& potuit ſu-
perſtes hanc accumulationem , & preſentationem per pa-
tronum faciendam præuidere . Vnde ſi quas expenſas fe-
cit, videtur illas uoluntarie feciſſe, nec poteſt de patrono
conqueri,cum ille præſentando dicatur vſus iure ſuo: quo-
niam replicari poteſt negando,quòd primò præſentatus de
buerit hoc præuidere,cum ille habeat regulam pro ſe,quòd
575 lite pendente nihil debet innouari , cum dubium † non di-
catur id, de quo eſt regula. Barto. in l. quoties. ff.ſi quis cau-
tion. cui tanquam carrocio Bononienſi nos inniti debere
admouet,glo.in l.omnis diffinitio.de regul.iur.ut per multa
deducit Tiraq.in tracta.de utroque retract.§.1.glo.9.nume.
209.& tanto magis,quia ſi hodie,ut ex præmiſſis clare con-
ſtat, articulus iſte non eſt abſolutus , an lite pendente liceat
patrono laico alium præſentare , ratione huius dubii pri-
mo præſentatus , ſi quas fecerit expenſas , uidetur omnino
excuſandus .

Tertia demum colligitur opinio , quam diſtinguen-
do ponit Rocch. vbi ſupra.quęſt.vigeſimatertia circa med.
576 quòd † Aut lite pendente uno ex præſentatis decedente pre
ſentatur per patronum laicum alius tertius, & procedat

ſupra-

Source : BIU Cujas

ſupradicta ſecunda negatiua opinio. Aut præſentatur ſuperſtes, & tunc talis præſentatio non obſtante litis pendentia valeat, quaſi tunc ceſſet ratio prohibitionis, de qua in dicto cap. 1 vt lite pend. in 6. & hoc caſu procedant omnia, quæ dicta ſunt ſupra in prima opinione. Pro qua diſtinctione facit vltra Rocch. etiam illa ratio, ℘ ſicut ea, quæ fiunt appellatione pendente non dicuntur attentata, quando tendunt in faciliorem exitum ipſius appellationis. c. cum teneamur, & ibi Franc. in 2. notab. de appellat. ca. tua, & ibi Abb. num. 2. extra de ſponſa duorum, ita nec etiam iſta præſentatio facta in fauorem ſuperſtitis debet cenſeri attentata, cũ illa tendant nedum in faciliorem exitum ipſius litis, verum etiam in illius extinctionem, vt admonuimus etiam ſupra in prima parte, cap. 3. de attentatis à tertio num. 128. Verum quia hæc tertia opinio non videtur uniuerſalis, & quatenus reſpicit præſentationem tertij uidetur concordare cum ſecunda negatiua opinione ſupra poſita, & quatenus loquit̃ de præſentatione ſuperſtitis poteſt commode pro limitatione regulæ infra ponendæ accommodari, propterea ſi altera præ-
579 dictarum opinionum eſt tenenda à ſecunda † ſuprapoſita (quam communem eſſe diximus) nullatenus recedendum eſſe cenſeo. Et tenendo eam ad allegata in contrarium pro prima opinione reſpondetur, & ad primum, quòd immo litis pendentia ſolet impedire quem uti iure ſuo, & facit illi citum, quod antea erat licitum, vt per plura exempla deduximus infra hoc eodem capite in prima ampliatione principali per totam. Ad ſecundum, quòd cum una lex declaretur per aliam l ſed ſi lege. ff. de pet. hæred. cum ſimilibus generalitas cap. cum autem. de iure patron. declaratur per alia iura, quæ prohibent lite pendente aliquid innouari, ut expreſſe reſpondent omnes tenentes ſecundam opinionem. Ad tertium, quòd dato, quòd non adſit contemptus iudicis neque præiudicium primi præſentati (quoad hunc effectũ, vt ſua prima præſentatio non ſortiatur effectum, vt uidebatur conſiderare Abb. in dicto cap. cum autem) verſatur tamen præiudicium primi præſentati quoad expenſas, quas ille ſubijſſet, & quoad dignitatem, ſi ille (poſtquam diutius tanquam rector illius beneficij, ad quod fuerat præſentatus, in iudicio comparuiſſet) poſtmodum ob factam à patrono
580 ſecundam præſentationem ſuccubuiſſet. Nec eſt bona † conſideratio facta per Cardinal. in dicto cap. paſtoralis, quòd ille potuit, & debuit hanc accumulationem præuidere: quoniam hoc non eſt admittendum, ut ſupra proxime ſub nu.
581 57. reſponſum fuit. Ad quartum, quòd dictum † Abb. in dicto c. cum autem, quòd patronus poteſt variare uſque ad inſtitutionem &c. debet declarari, niſi ſuperueniat litis pendentia, quia cum illa impediat id, quod antea erat licitum, vt proxime diximus, ſuperueniente tali impedimento uariatio quoque uidetur impedita. Ad quintum, ℘ licèt ratio correctionis erroris militet etiam reſpectu patroni (etiam lite pendente) præiudicium tamen, quod propterea inferretur primo præſentato, videtur excludere hanc correctionem lite pendente, cum (vt dictum eſt) iſta ſit regula, ut donec lis pendet, aliquid non ſit innouandum, præſertim, quando actus tenderet in præiudicium alterius: cum tunc talis actus cenſeatur attentatus, iuxta ea quæ poſuimus infra hoc eodem capite in prima declaratione principali per totam. Ad ſextum reſpondetur, ut per Sarnen. in eadem quæſt. 13. quòd non debet præſumi illum iniuſte obtinere poſſe: quia collitigans ſuperſtes propter ſubrogationem (quam obtinere poteſt) iuuabitur bono iure mortui collitigantis, & ſic ceſſabit uitioſus ingreſſus. Ad ſeptimum, & ultimum reſpondetur, quòd licèt in dicto cap. paſtoralis. permittatur præſentatio appellatione pendente, conſiderandum tamen
582 † eſt, quòd cum ibi non fuerit proceſſum in forma iudicij (cum non adſint tres ille perſonæ, quæ ſolent formare iudicium, uidelicet Iudex, Actor, & reus, ca. forus. de verborum ſignif.) appellatio de qua ibi fuit extraiudicialis, quæ niſi fuerit commiſſa, aut ſaltem oblata probatio cauſæ in ea expreſſæ, non dicitur inducere litis pendentiam, vt firmauimus ſupra in hoc eodem capite in præfatione nume. 200. ex quo ſequitur, quòd preſentatio, de qua ibi, nec etiam lite pendente facta cenſeatur. Ex quibus omnibus apparet communem ſententiam fundatam, & à contrarijs etiam defenſam.

Verum quia concluſio in ea firmata non eſt perpetua, ſed ex præmiſſis, & ex dictis in uariis locis per ſcribẽtes non nullæ limitationes ad eam applicari poſſunt, propterea pro faciliori totius huius materiæ intelligentia eſt conſtituenda.

583 Regula generalis, quòd Patronus † lite pendente regulariter preſentare non poteſt, quam ita generaliter concipimus, vt omnes caſus (qui preſentem illationem reſpiciunt) comprehendat: Quę regula ex his omnibus firmari poteſt, quę ſupra pro ſecunda opinione fuerunt adducta. Quibus adde, quòd idem fuit etiam noſtris temporibus tentum in vna Aſtoricen. ſanctę Chriſtinę coram Grato. 9. Martij. 1569. in qua (quia partes omnia confundebant) Domini firmarunt duas concluſiones. Prima fuit, ℘ c. 1. vt lite pend. in 6. habeat locum in duobus preſentatis in diſcordia à patronis litigantibus ſuper preſentatione. Secunda fuit, ℘ litigãtibus duobus preſentatis in diſcordia patroni non poſſunt accumulare: Quam regulam amplia.

584 Primò: vt non ſolum † procedat in patronis clericis, & eccleſiaſticis, verum etiam ſi ſimus in patronis laicis per ea omnia, quę dicta ſunt ſupra in tertio caſu ſecundę inſpectionis in 2. opinione nu. 572.

585 Secundò: ut idem vendicet ſibi locum, etiam ſi † ſimus in fra quadrimeſtre tempus, intra quod aliàs patrono laico licet variare, & accumulare iuxta diſpoſitionem cap. cum autem. de iure patron. ſecundum ea, quę firmauimus vbi ſupra in dicta ſecunda opinione dicto nu. 572. & ſeq.

586 Tertiò: ut patronus † prohibeatur lite pendente, vt ſupra, præſentare non ſolum qũ alter ex preſentatis decederet, uerum etiam ſi beneficium renunciauerit, per tex. in dicto c. 1. (vbi omnes id ſentiunt) vt lite pende. in 6. & in terminis fuit id reſolutum per Dominos in dicta Aſtoricen. ſanctę Chriſtianę coram Grato.

587 Quartò quòd lite † pendente non ſolum prohibeatur is preſentare, qui habet ius patronatus, uel aliàs ius preſentandi ad aliquam eccleſiam, verum etiam is, qui habet ius deſeruiri faciendi alicui eccleſię per aliquem, etiam ad eius nutũ amouibilem, & ideo ſi monaſterium prętendat beneficium ſibi vnitum. Didacus autem prętendat illud ad ſe ſpectare, & ſic lite ſuper proprietate inter eos introducta, & ea pendẽte. Prior monaſterij monachum ad deſeruiendum illi beneficio deputauerit, qui vigore deputationis, & nominationis poſſeſſionem illius acceperit, talis deputatio, & poſſeſſionis adeptio attentata dicenda ſunt, vt fuit reſolutum in vna Vlixbonen. parochialis de Toial coram D. de Rubeis. 15. Nouembris 1563. in qua, licèt ad excuſanda attentata allegaretur, quòd c. 1. & 2. vt lite pend. in 6. quod loquitur de lite inter electos, uel (vt Doct. concludunt per ſupradicta) inter preſentatos aut ſuper iure preſentandi, non poterat habere locum in caſu illo, in quo agebatur de facultate deſeruiri faciendi per aliquem ad nutum amouibilem, quod erat quid diuerſum à preſentatione, & à iure preſentandi: Domini tamen tenuerunt pro attentatis: cum lis eſſet ſuper dominio dictę parochialis: nec immerito, quia concurrebat, & prejudicium partis, & contemptus iudicis, quę, vt aliàs diximus, potiſſimum in attentatis conſiderantur, de contemptu de ſe patet; de prejudicio autem apparet; quia illa deputatio, & nominatio ad effectum deſeruiri faciendi eſt effectus proueniens à dominio, quod per prędictam unionem monaſterium ſibi acquiſitum prętendebat, unde cum ſimiliter Didacus dominium, & proprietatem eiuſdem beneficij prętenderet uigore coadiutorię ad ſe pertinere, aperte colligitur eius prejudicium.

Limita eandem regulam.

588 Primò: vt † preſentatio, de qua agitur, non cenſeatur prohibita, quando lis non penderet ſuper titulo beneficij, ſed aliàs per oppoſitiones, quę fierent preſentatis, ne inſtituerẽ-
589 tur: quia per talem litem † non cenſeretur factum beneficiũ litigioſum, & patronus non impediretur denuo preſentare: quamuis enim aliàs Domini in dicta Aſtoricẽ. ſanctę Chriſtinę uideantur ſenſiſſe, quòd propoſitio edicti, de qua in c. fin. de elect. in 6. vbi etiam agitur de huiuſmodi oppoſitionibus, dicatur litem facere. In alia tamen Aretina de Raguſin. coram Domino meo Oradino. 24. Aprilis 1559. clare, & expreſſe contrarium tenuerunt, uidelicet, quòd ſi lis ſit inter eum, qui fuit preſentatus à patrono, & eum qui prętendens ſe poſſeſſorem oppoſuit ſe preſentato, etiam iudicialiter, ne ille inſtituatur, patronus hoc caſu nõ eſt impeditus preſentare. Pro qua limitatione faciunt ea, quę diximus ſupra in prima parte, cap. 3. de attent. à tertio, num. 120. quod quando non eſt quęſtio principaliter, cuius ſit beneficium, ſed incidenter, prout eſt quando ſumus in huiuſmodi oppoſitionibus, nec etiam Ordinarius prohibetur conferre. Quę limitatio procedere uidetur, etiam ſi in iſto iudicio inſtitutionis faciendę uel ne, fuiſſent producta iura concernentia titulum ipſius beneficij, puta inſtrumenta ſuarum preſentationum, ut fuit dictum in dicta Aretin. de Raguſin. cum qua concordat, quod ſimiliter fuit dictum in alia Calaguritana beneficij coram A. Auguſtino. 25. Ianuarij. 1554. preſertim ſi fuiſſent producta in parte, & partibus, ut in dicta Aretin.

Source : BIU Cujas

590 Secundò: vt non † p rocedat, quando patronus vellet lite pẽdente ſuperſtitem præſentare (ſecundum opinionem Roch. de Curte in dicto tract. de iure patro. in uerbo honorificum. q. 24. de qua ſupra in tertia opinione nume. 576.) cum tunc videatur ceſſare ratio dicti c. 1. vt lite pend. in 6. quam-
591 uis hæc † limitatio ſatis videatur reddi poſſe dubitabilis, ex his, quæ nouiſſime dixerunt Domini in vna Poſuanien. parochialis coram Serafino 14. Ianuarij 1572. quòd lite inter duos præſentatos pendente, ſi alter decedat, alter verò fuerit ab Ordinario in locum prædefuncti ſubrogatus, & in poſſeſſionem beneficij immiſſus, talis poſſeſſio tanquam attentata veniet ſequeſtranda: vnde ſicut ibi prouiſio facta per Ordinarium in fauorem ſuperſtitis, non uidetur bona, ita etiã in caſu noſtro debet cenſeri inualida præſentatio de ſuperſtite per patronum lite pendente facta, cum uideatur militare
592 re eadem ratio: Niſi forte † diuerſitatis rationem conſideres, quod ideo ibi prouiſio Ordinarij irritatur, quia ſcilicet ille prætermiſſa præſentatione per patronum facienda, & illa non expectata ad huiuſmodi ſuperſtitis ſubrogationem deuenit: nam ſi Ordinarius ad præſentationem patroni in fauorem ſuperſtitis factam illum inſtituiſſet, aliud forte fuiſſet per Dominos ibi reſolutum.

593 Tertiò, quando † lis eſſet inter patronos ſuper iure præſentandi, & alter eorum (qui lite pendente uellet præſentare) eſſet in quaſi poſſeſſione præſentandi: quia (cum tũc præſentando diceretur ſuam quaſi poſſeſſionem continuare) præſentatio ab eo facta non poſſet regulariter dici attentata, niſi etiam eſſet lis ſuper ipſa quaſi poſſeſſione, vt latius diximus ſupra in hac illat. verſic. circa primam, nume. 541. & nume. 546.

594 Quartò, quando † lis fuiſſet mota per procuratorem alterius præſentati cum cautione de rato admiſſi, & quamuis principalis citationem per procuratorem obtentam (dum viueret) tacite ratam habuerit: citatio tamen per procuratorem nõ fuiſſet in actis reproducta, niſi poſt mortem principalis præſentati: quamuis enim aliàs Domini in vna Nucerina beneficij de Foſſato coram Sarmiento 5. Decembris 1565. ſimpliciter dixiſſent, ꝙ ſtantibus citatione, ratificatione, & reproductione prædictis, diceretur conſtare de lite, & beneficium fuiſſe effectum litigioſum: in alia tamen eiuſdẽ cauſæ poſitione coram eodem 18. Aprilis 1567. in qua dubitarunt, an conſtaret de lite ad effectum clauſulæ derogationis iuris patronatus in totum, quatenus litigioſum, videntur de hoc ſubſtitiſſe, & dixerunt velle uidere, an lis per præmiſſa inducta fuerit in præiudicium patronorum, ita vt beneficium tanquam litigioſum non obſtante iure patronatus poſſit conferri, & conſequenter de mente Dominorum ibi poteſt præſens limitatio admitti, ꝙ patrono non cenſeatur præiudicatum quominus poſſit præſentare, quando lis eſſet inducta per citationem obtentam ab aſſerto procuratore, & reproductam poſt obitum principalis: Quod eo magis ſuadetur: quia & aliàs citatio obtenta per aſſertum procuratorem non dicitur regulariter facere litem reſpectu Ordinarij, vt propterea illius impediatur collatio ſecũdum ea, quæ latius diximus ſupra in prima parte cap. 3. de attent. à tertio, nume. 110. & ſequen. quæ cum procedant in collatione Ordinarij, ex identitate rationis poſſunt etiam ad præſentationem patroni extendi, prout de uno ad aliud videntur etiam Docto. extendere in d. cto cap. 1. & etiam in cap. 2. vt lite pendẽ. in ſexto.

595 Quintò limitari poteſt, vt † non procedat, quando in loco eſſet ſtatutum, ꝙ patronus etiam lite pendẽte poſſet præſentare, vt ad excludenda attentata præſupponebatur aliàs in facto in vna Aſtoricen. ſancti Auguſtini coram Sarmiento 10. Decẽbris 1563. ſuper quo licèt nihil fuerit ibi per Dominos reſolutum (quia de ſtatuto, quod allegabatur, nullatenus conſtabat) de mente tamen Dominorum uidebatur eſſe, quòd ſi de eo conſtitiſſet, utique ceſſare debuiſſent attẽtata nec ſine ratione: quia cum attentata ſint de iure ciuili, vt latius declarauimus ſupra in prima parte in præfatione
596 num. 50. non eſt inconueniens, quòd per † ſtatutum poſſit ſuper eis diſponi, ad not. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur.
597 cum & aliàs videamus, quòd per † ſtatutum ĩ certis caſibus poteſt tolli appellatio, ut per Doct. in dicta l. omnes populi, & per Bald. in l. fin. in 2. colum. verſi. ſed nunquid ſtatutum. C. de ſent. & facit: quia ſicut Princeps poteſt tollere, & diſponere ſuper attentatis, vt diximus ſupra in dicta præfatione. num. 44. ita etiam (cum ſtatuentes, quoad ea, in quibus habent ſtatuendi facultatem videantur Principi æquiparari: vt poſt alios tradit Rolan. conſi. 86. Illuſtris domine num. 16. & ſeq. lib. 1.) dicendum eſt præſentationem patrono (etiam lite pendente) permitti poſſe per ſtatutum, ex qua limitatione poteſt alia reſultare, & hæc erit.

598 Sexta limitatio, vt idem † d.cendum ſit, ſi in loco vigeret conſuetudo, quòd patroni (etiam lite pendente) præſentare valerent. Tum quia magna ſolet eſſe uis conſuetudinis, ad not. in l. de quibus. ff. de legibus & dicitur eſſe potentior ſtatuto. Calcan. conſi. 3. colum. 2. Crau. in tracta. de antiquit. tẽpor. in princ. num. 42. & poſt eos Roland. in conſi. 67. domi-
599 nus Iacobus nume. 34. lib. 3. Tum quia conſuetudo † poteſt facere, vt actus, qui de ſui natura eſſet attentatus, non cenſeatur attentatus, vt puta, ſi poſt interpoſitam appellationem fuerit capta beneficij poſſeſſio: quia licèt illa regulariter cenſenda ſit attentata, vt in rubro, & nigro, nil inno. appel. pendẽ. Attamen præſuppoſita conſuetudine (ꝙ etiam interpoſita appellatione liceret capere beneficij poſſeſſionẽ, ne ob diuturnam uacationem beneficia aliquod detrimentum paterentur) huiuſmodi poſſeſſio ab attentatorum vitio excuſaretur, ut admonuimus infra c. 12. de attent. appell. pend. in 48. limit. princip.

600 Septimò limita, ut non † procedat, quando præſentatio per patronum fieret poſt appellationem extraiudicialem (& ſic quando lis prætenderetur inducta per huiuſmodi extraiudicialem appellationem) quia cum illa regulariter nõ inducat litis pendentiam ad effectum attentatorum, niſi cauſa fuerit commiſſa, aut probata fuerit cauſa in ea expreſſa, prout latius declarauimus in hac præfatione num. 200. præſentatio hoc caſu à patrono facta non poteſt dici attentatorum uitio ſubiecta, & pro hac limitatione vltra prædictam rationem uidetur in terminis textus in cap. paſtoralis. de iur. patro. ſecundum intellectum de quo ſupra proxime nume. 582.

601 Octauò, & ultimò limitari poteſt, vt regula † non procedat in omnibus illis caſibus, in quibus Ordinario lite pendente non eſt prohibita collatio: quia nec in illis debet eſſe patrono prohibita præſentatio: cum uideatur militare eadẽ ratio, puta quando lis eſſet calumnioſa, vel lis eſſet finita, & in aliis omnibus caſibus, de quibus abunde diximus ſupra in 1. parte. c. 3. de attent. à tertio in ultima limit. reg. ibi poſitæ num 90. & multis ſequentibus, quæ breuitatis cauſa hic non repetuntur.

602 Circa tertiam inſpectionem, quando † ſcilicet lis eſſet inter aliquem ex patronis, & unũ ex præſentatis, an per hoc dicatur beneficium effectum litigioſum, ita ut patroni prohibeantur alium præſentare? Duplex poteſt eſſe opin.

603 Prima † affirmatiua, ꝙ patronis hoc caſu poſſit alium intra quadrimeſtre tempus præſentare. Hanc concluſionem ponit in terminis Franc. in cap. ſi hi contra quos, ſub nume. 5. verſicu. ex quibus infertur, & inferius uerſi. aliquando eſt quæſtio inter electum, vt lite pend. in 6. & nouiſſime etiam poſt Franc. ibi Ioan. Bapt. Ferret. in conſi. 192. videtur. nu. 14. lib. 1. Qui ea uidẽtur ratione moti: quia ſcilicet per huiuſmodi litem beneficium non uideatur effectum litigioſum.

604 Secunda poteſt eſſe opi. † negatiua, ꝙ patronus hoc caſu præſentare minime poſſit, & quãuis ex doctoribus nõ reperiã, qui ſpecifice hunc caſum ponat) ſuaderi tamen poteſt.

Primò ex hoc: quia ſi in caſibus ſimplicibus (quando lis eſt inter ſolos patronos) & ſimiliter inter ſolos præſentatos vtrobique negatiue concluditur, vt in ſuperioribus inſpectionibus num. 542. & num. 557. & num. 558. & nume. 572. idem uidetur dicendum, quando lis eſt inter patronum, & præſentatum, & ſic in caſu mixto, qui regulariter ſub caſu ſimplici ſolet compræhendi, ad not. in l. 2. ff. de uerbor. obl. & in l. vim paſſam. §. 1. ff. de adult. cum ſimilibus.

Secundò: quia cum in iſta materia valeat arg. de electione ad præſentationem (quod patet quia cap. 1. ut lite pend. in 6. loquens in electione procedit etiam in præſentatione, vt poſt Docto. diximus ſupra nume. 573.) caſus iſte in materia electionis videtur reſolutus, cum adſit ſuper hoc deciſ. in recoll. Peregr. 96. incip. utrum ſit procedendum, ad fi. in una Salamantina Abbatiæ coram eo. 7. Februarij. 1547. ubi fuit reſolutum, quòd ſi capitulum lite inter eum, & electum pẽdente alium eligat, talis electio ſit attentata. Vnde idem uidetur concludendum lite inter patronum, & præſentatum pendente, ut ſi patronus alium præſentet, talis præſentatio
605 ſit attentata. Et tenendo † hanc ad allegata in contrarium pro prima opi. & ad authoritatem Franc. & Ferret. reſpon-
606 deri † poteſt pluribus modis, & Primò, quòd illi ad hoc nullam neque legem, nec concludentem rationem allegant, & erubeſcimus ſine lege loqui. l. illam. C. de collat. cum ſimil. Secundò, ꝙ lis iſta in effectu non uidetur eſſe, niſi ſuper iure præſentandi: quia dum patronus litigat cum eo, qui eſt præſentatus ab alio, nihil aliud uidetur in effectu agere, quàm eum excludere tanquam male præſentatum, & ab eo qui non habeat bonum ius præſentandi, vnde ſicut quando lis ſimpliciter eſt ſuper iure præſentandi inter patronos, non

poteſt

Source : BIU Cujas

poteſt lite pendente alius præſentari, ut diximus ſupra in prima inſpectione num. 542. ita etiam debet eſſe in hac lite, quæ in effectu non eſt niſi ſuper iure præſentandi. Niſi præſupponeretur, patronum hoc caſu eſſe in quaſi poſſeſſione præſentandi: quia tunc præſentare poſſet, ut ibidem firmauimus num. 546. & recte procederet opinio Franc. & Ferret. quæ hoc caſu bene ſuſtineri poteſt. Et hanc in rei ueritate credendum eſt fuiſſe illorum mentem, præſertim ipſius Ferrett. ibi, dum ſubdit illa uerba, patronos maxime poſſeſſores, & dum in fine talem rationem aſſignat, quæ uidetur cõcludere, quòd inter eos ageretur ſuper iure præſentandi, dũ inquit, quòd per præſentationem ius, quod erat apud litigãtes non alienatur, & nõ transfertur lite pendẽte in alium. Tertiò & melius, quòd Fran. in loco ex aduerſo allegato loquitur de lite per oppoſitiones pendente, nam vere loquitur de prouiſo à capitulo, quod ſe opponebat prouiſo à Papa, & executori ei dato. Vnde non mirum ſi tali lite pendente non impeditur præſentatio, cum & nos ſupra nume. 540. firmauerimus, quod per huiuſmodi oppoſitiones non inducitur talis lis, quæ præſentationem impediat, & cum Franc. ibi in uerſi. ex quibus, loquatur de huiuſmodi lite etiam in verſi. aliquãdo &c. dicendum eſt, ꝙ loquatur de eadem lite, cum dicat tali lite &c.

607 Circa quartam inſpectionem, quando † ſcilicet lis eſſet inter Ordinarium, & confirmatorem, qui habebat inſtituere præſentatum ex vna, & patronum, aut ab eo præſentatum ex altera (puta, quia Ordinarius prætendat ius patronatus minus bonum eſſe) an hac lite pendente poſſit præſentare? Et quamuis hanc quæſtionem in ſpecie non uiderim, & pri-
608 ma facie uideatur dicendum, quòd † Ordinarius poſſit de huiuſmodi beneficio (etiam lite pendente) alteri prouidere, quæ prouiſio, ut de ſe patet, excluderet patroni præſentationem, iuxta doctri. Inno. in c. dudum. ſub nume. 4. in uerb. diſpenſatum, de elect. quem refert, & etiam ſequitur Vital. in tracta. de clauſul. In clauſula. Nil noua. accuſatione penden-
609 te. nume. 7. vbi vult, quòd Ordinarius † poſſit de beneficio prouidere, quod per aliquem indebite retineri prætendit, ẽt ſi is, ad quem pertinet collatio ſit ille, qui mouet litem, puta, quòd quis iniuſte detineat duas curatas. Ergo eodem modo debet poſſe de beneficio prouidere, cuius ius patronatus prætendat non eſſe legitimum, & indebite præſentari.

610 Contrarium tamen verius † videtur, præſertim præſuppoſito, quòd patronus eſſet aliàs in quaſi poſſeſſione præſentãdi. Tum quia litis motio non debet alicui ius ſuum auferre, & poſſeſſionis commodo quem priuare, cap. 1. ut lite pẽden. & dicemus infra hoc eodem cap. in quarta declaratione princip. per tot. Tum quia ſic omnia iura patronatus poſſent facile per Ordinarios deludi huiuſmodi lites introducentes, præſertim, quia videmus, quòd iura non indiſtincte permittunt Ordinario. vt Eccleſias, quæ ſunt de iure patronatus, ordinent, ſed certis ex cauſis, puta ob patronorum diſcordiam, vel negligentiam, vt in cap. 1. in cap. cum te, & ca. cum propter. de iure patro. Vnde cum his cauſis ceſſantib. Epiſcopus nõ ordinet huiuſmodi Eccleſias, ſequitur, quòd patroni per hoc à præſentatione non excludantur. Et ad au-
611 thoritatem † Inno. reſpon. retorquendo, nam (ſicut ibi ille dicit) motio litis per Ordinarium facta non prohibet eum de beneficio prouidere; quia motio litis non aufert ſibi ius ſuum, ita etiam, cum hic iſta motio litis non auferat patrono ius ſuum, ex quo lis (vt dictum eſt) non impediat quem illa pendente vti poſſeſſionis commodo, concludi poteſt, quòd hac lite pendente patronus, qui ſit in quaſi poſſeſſione præſentandi, licite valeat præſentare per ſupradicta.

612 Quoad ſecundum dictum, quòd Ordinarius † prohibeatur lite pendente præſentatum inſtituere, non eſt hic multum inſiſtendum: cum enim ſupra in dicta præfatione primæ part. num. 92. fuſe declarauerimus, quando, & quibus caſibus poſſit Ordinarius beneficium lite pendente vacans cõferre, latis etiam ex ibi dictis liquere poteſt, in quibus caſibus Ordinarius inſtituere lite pendente præſentatum poſſit: cũ in effectu inſtitutio hoc caſu cenſeatur eſſe beneficij collatio, arg. c. fi. de inſtit. cum ſimil. & propterea quo ad hoc ſecũdum dictum ſufficiat lectorem ad ibi dicta remittere. Quib. adde, ꝙ ſi pendente coram Ordinario controuerſia quis ex præſentatis ſit inſtituendus. Legatus de latere unum inſtituat, & ille capiat poſſeſſionem, talis inſtitutio, & poſſeſſio cenſetur nulla, & attentata, vt fuit reſolutum in vna Parmẽ. Capellaniæ coram Put. 15. Iunij 1544. ut eſt deciſ. in recoll. ſuis 40. incip. proceſſus, ſub rubrica de iudic.

Quoad Tertium. & vltimum huius illationis dictum de præſentato capiente lite pendente poſſeſſionem beneficij, ad quod fuerit per patronum præſentatus, dicendum eſt,
613 quòd regulariter † talis poſſeſſio debet cenſeri attentata. Et hoc hodie uidetur expeditum, cum fuerit id pluries per Dominos tentum, ut eſt deciſio. in recoll. Guid. Bon. 104. dixerunt. ſub rubrica, vt lite penden. prout in una Neapolitana, Capellaniæ coram D. meo Oradino de menſe Decem-
614 bris. 1562. in qua fuit dictum, quòd ſi † lis inter duos præſentatos ſit inſtructa, & feratur ſententia pro uno, & ille inſtituatur, & poſſeſſionem capiat, Rota habuit talem poſſeſſionẽ pro attentata, idque in alijs cauſis quoque fuiſſe tentum. Et in alia Toletana Capellaniæ coram eodem. 9. Iulij 1567. & in alia Compoſtellan. de Barone corã Chiſanen. 16. Februarij, 1554. & nouiſſime etiam in ſimilibus terminis pro attentatis fuit etiam tentum in alia Lucana parochialis Campagnoli coram Binarino 8. Iunij 1571. & nouiſſime in alia Calaguritana beneficij ſanctorum Iacobi, & Andreæ corã Blanchetto 7. Maij 1574. Et iſta poteſt eſſe.

615 Regula, quòd præſentatus † lite pendente poſſeſſionem citra uitium attentatorum capere non poteſt, quæ non ſolũ nititur generali illa propoſitione, quòd lite pendente nihil debet innouari, verum etiam, & alia ſpeciali, quæ habet, ꝙ lite pend. quis non debet capere poſſeſſionem, de qua late diximus ſupra in prima illat. prin. nu. 298.

Ampliatur ſupradicta regula.

616 Primò: ut huiuſmodi † poſſeſſio cenſeatur attentata non ſolum ſi fuerit capta vigore inſtitutionis per Ordinarium de præſentato facta, verum etiam ſi fuerit capta uigore literarũ ſuper noua prouiſione per præſentatum obtenta expedita-
617 rum, ut fuit aliàs dictum in vna Valentina ſancti Iacobi coram Veſtano. 7. Maij. 1554. Idem ſi poſſeſſio † capta fuiſſet uigore inſtitutionis factę à Legato de latere lite coram Ordinario pendente, quia diceretur attentata, ex quo Legatus non poteſt ſe intromittere de beneficiis litigiosis, quorum prouiſio ſoli Papę reſeruatur. ca. 2. vt lite penden. in 6. ut eſt deciſ. Achill. ſub die 16. Februarij 1554. incip. fuit dubium, an lis inter duos &c. quę allegabatur, & dabatur (licet inter recollectas Achill. ego non repererim) per informantes in vna Aſtoricen. parochialis ſancti Auguſtini coram Sarmiento 10. Decembris. 1563. Sed pto ea (quatenus loquitur de Legato de latere) eſt in terminis deciſ. in recollect. Put. 40. proceſſus. ſub rubrica de iudic. in vna Parmen. Capellanię corã eo. 15. Iunij. 1544.

618 Secundo vt procedat † etiam ſi Ordinarius immitteret in poſſeſſionem ſuperſtitem, quem in locum defuncti ſubrogauerat: quia talis immiſſio, & poſſeſſionis adeptio fuit aliàs reputata inualida, & attentata, & apud Rotam eſſe ſequeſtrandam nouiſſime in una Poſuanien. parochialis coram Serafino 14. Ianuarij. 1572. quamuis (vt etiam admonuimus ſupra) id potius credendum ſit prouenisse ex eo: quia Ordinarius prætermiſſa præſentatione patroni ad ſubrogationem ſuperſtitis deuenerat, quam ex litis pendentia.

619 Tertiò, ut procedat † non ſolum ſi ſit lis inter præſentatos, verumetiam ſi lis eſſet inter ipſos patronos. Et ideo ſi præſentatus lite inter patronos pendente fuerit à Nuncio Sedis Apoſtolicę inſtitutus, & illius uigore poſſeſſionem capiat, talis poſſeſſio cenſetur attẽtata, vt inclinauerunt Domini in vna Tuden. parochialis de Tabuchia coram Grato. 29. Nouembris 1567. Vel etiam ſi lis eſset inter unum ex patronis, & unum ex præſentatis per ea, quę dicta ſunt in tertia inſpectione nu. 602.

620 Quartò, vt cenſeatur † attentata poſſeſſio non ſolum quãdo lis penderet: quia lis eſset conteſtata, uerum etiam ſi ſit capta poſt oppoſitionem ipſi præſentato factam; quia nec tunc Iudex poteſt illi poſſeſſionem tradere, ut allegantur deciſiones Veſtani. 227. lib. 2. & 266. lib. 3. Verum quia per huiuſmodi oppoſitiones regulariter litem non introduci dixi-
621 mus ſupra num. 540. de hac ampliatione † non parum uidetur dubitandum, niſi eam ſuſtineamus (præſupponendo, ꝙ oppoſitiones fuerint factę per certum contradictorem, & demum cum cauſę cognitione fuerit per Ordinarium facta præſentati inſtitutio) quoniam cum hoc caſu talis inſtitutio dicatur habere vim diffinitiuę ſententię, ut per Lamberti. in tracta. de iure patro. in 4. articulo 11. quęſtionis ſecundę partis libri ſecundi, num. 4. ita ut etiam a tali ſententia inſtitutionis poſſit appellari: ut per eundem ibidem in 5. articulo dictę quęſtionis, ſequitur, quòd etiam iudicium, & litis pẽdentia præcedens debeat cauſare attentata, prout ſolent reſultare in aliis litibus, & iudiciis, ſuper quibus fertur diffinitiua ſẽtentia.

Limitatur eadem regula.

622 Primò, ut non † procedat, quando quis eſset præſentatus à patrono, qui eſset in quaſi poſſeſſione præſentandi, quia cum tunc (præſuppoſita quaſi poſſeſſione) patronus licite præſentet, & ſuam poſſeſſionem continuet, conſequenter videtur etiam ceſsare conſideratio attentatorum, ex vulgari illa

Source : BIU Cujas

illa propoſitione, quòd continuans non attentet. Et pro hac limitatione plurimum facit id, quod dixerunt Domini in dicta Tuden. de Tabuchia coram Grato, in qua (licèt inclinarent pro attentatis, ut ſupra dictum eſt) reſeruauerunt tamen, niſi præſupponeretur patronum in caſu, de quo ibi
623 fuiſſe in quaſi poſſeſſione præſentandi. Verum licèt † hæc ratio continuationis bene militet quoad actum præſentationis reſpectu patroni, qui præſupponitur in quaſi poſſeſſione præſentandi, reſpectu tamen ipſius præſentati, qui nō poteſt dici, ꝙ ſit in quaſi poſſeſſione capiendi poſſeſſionē, ceſſare omnino videtur conſideratio continuationis, & conſequenter, ꝙ adeptio poſſeſſionis præſentati non excuſetur ab attentatis ſub prætextu continuationis ipſius præſentan
624 tis. Niſi † dicamus, quòd præſuppoſito, quòd patronus ēt lite pendente præſentauerit ſecundum ea, quæ diximus ſupra in hac illatione nume. 546. adeptio quoque poſſeſſionis (tanquam conſecutiua ad præſentationem, & inſtitutionē) faciat ceſſare attentata, ut poſt Lamberti. & alios admonuimus etiam infra hoc eodem capite de attent. lite penden. in quinta limit. princ. num. 6.

625 Secundò, vt non procedat, quando † inter præſentatos nō fuiſſet lis conteſtata, & propterea non diceretur attentata poſſeſſio capta per inſtitutum (poſtquam ipſe, & alius ab alijs patronis præſentatus coram Ordinario comparuiſſent, & quilibet inſtitutionem de ſe fieri petijſſet, & etiam iura (hoc eſt) inſtrumenta ſuarum præſentationum produxiſſent, dummodo litem aliàs non fuiſſent conteſtati, ut fuit dictum in una Calaguritana beneficij, in qua tale factum præſupponebatur, coram A. Auguſtino 25. Ianuarij. 1554.

626 Tertiò fallit, quando † præſentatus, & inſtitutus ab Ordinario immitteretur in poſſeſſionem ab eodem Ordinario, coram quo lis pendebat, quia tunc non diceretur attentata poſſeſſio, prout eſſet, ſi fuiſſet immiſſus ab alio Iudice, ut aliàs allegabatur in terminis, & dabatur per informantes in dicta Aſtoricen. parochialis ſancti Auguſtini coram Sarmiento 10. Decembris. 1563. ſupra allegata deciſio Achill. ſub die 16. Februarij. 1554. incipit, fuit dubium in qua poſtquam ille annotauit, quòd Domini omnes dixerunt, per litem inter præſentatos (quis eorum eſſet inſtituendus) coram Ordinario introductam beneficium fuiſſe effectum litigioſum, & cap. primum vt lite pend. in 6. habere locum etiam in duobus præſentatis, & poſſeſſionem ab inſtituto captam eſſe attentatam, ſubdiderunt formaliter. Et hæc procedunt, quando poſſeſſio capta fuit vigore prouiſionis alterius, quā Ordinarij, coram quo lis pendebat, ſed quando poſſeſſio eſſet uigore inſtitutionis illius Iudicis, coram quo litigabatur, fuit dictum, quòd ſecus eſſet: unde Domini ibi clare hanc limitationem ſentiunt, quam poſſumus etiam ea ratione cō probare: quia (vt ſæpe aliàs dictum eſt) attentata potiſſimuꝫ cauſantur, & fundantur in partis præiudicio, & Iudicis contemptu, ut ſupra in prima parte in præfatione nu. 26. & 27. quæ hoc caſu uidētur ceſſare: nam (præſuppoſito, quòd pars ab huiuſmodi inſtitutione non appellauerit) uidetur acquieuiſſe, & conſequenter non poteſt allegare præiudicium, & ſimiliter Iudex, qui ſententiam inſtitutionis protulit, & in illius executionem præſentatum immiſit in poſſeſſionem, non poteſt dici aliquo modo contemni, immo ſibi in omnibus obtemperatur, cum illius ſententia executioni demandatur. Verum (ſi rectius conſideretur) de hac † limitatione
627 plurimum ſubſiſtendum videtur, quia aut Ordinarius, coram quo inter præſentatos ſuper inſtitutione litigabatur, proceſſit ſummarie, extraiudicialiter, & ſine cauſæ cognitione, & tunc per huiuſmodi proceſſum non poteſt dici lis introducta, ut no. Docto. in cap. fi. de elect. in 6. quod ex eo etiam apparet: quia talis inſtitutio dicitur habere vim interlocutoriæ, ita vt etiam ſi ab ea fuerit appellatum, nihilominus inſtitutus poteſt valide ea pendente poſſeſſionem capere, ut per Lamberti. in tracta. de iure patro. in 5. articulo 11. quæſtionis ſecundæ partis ſecundi libri, & adnotauimus etiam infra cap. 12. de attent. appel. pend. in 49. limit. princip. Aut Ordinarius certo contradictore comparente proceſſit cum cauſæ cognitione ad inſtitutionem, & tunc quia illa habet uim ſententiæ diffinitiuæ, ſi inſtitutus poſt inſtitutionem intra decem dies, qui ſolent dari ad appellandum, poſſeſſionem acceperit, vtique diceretur attentare. cap. non ſolum. de appell in 6. cum aliis adductis infra cap. 11. de attent. pend. tēp. ad appel. num. 14. & ſequ. Si uerò præſupponatur ab inſtitutione fuiſſe appellatum, tunc quia cenſebitur appellatum à diffinitiua, vel uim diffinitiuæ habente, neceſſariò intrat cōſideratio attentatorum, dicto cap. non ſolum, & in rubr. & tot. tit. ff. nil nou. appel. pēd. Aut ſi præſupponeremus, quòd nullo modo fuiſſet appellatum, & poſſeſſionem per inſtitutum fuiſſe captam poſt lapſum termini ad appellandum, quo caſu forſan poſſet præſens limitatio aliquo modo verificari, & tunc in rei ueritate dicendum eſt, quòd attentata ceſſent, non tam ex eo, quia immiſſio in poſſeſſionem fuerit facta à Iudice coram quo lis pendebat, quàm ex eo quia ceſſat omnino ratio præiudicij partis, & contemptus Iudicis, de quibus ſupra.

628 Quartò limitari poteſt, vt non † procedat, quando extaret ſtatutum, ꝙ præſentatus (etiam lite pendente) immitteretur in poſſeſſionem per ea omnia, quæ diximus ſupra nu. 595. in quinta limit. ex quibus ibi ſucceſſiue dictis nu. 598. poteſt etiam alia &

629 Quinta colligitur limitatio: ut non † procedat, quando extaret cōſuetudo, ꝙ ſimiliter inſtitutus poſſet lite pendente poſſeſſionem capere per ſupradicta.

630 Quid autem iuris ſit † appellatione pendente, an poſſit ad præſentationem deueniri, dicemus infra ca. 12. de attent. appel. pend. in 37. limit. princ.

Illatio ſexta de alia electione lite ſuper prima pendente minime facienda.

Sextò ex eadem regula infertur, quòd lite inter duos electos ſuper validitate electionis pendente, ſi alter moriatur, aut reſignet non poteſt ad aliam electionem deueniri, aliàs attentata contra hoc electio ipſo iure uiribus non ſubſiſtit, vt cauetur expreſſe in cap. primo ut lite pend. in 6. & ibi notant omnes ſcribentes. Verum quia articulus iſte non uidetur admodum expeditus multaſque ob diuerſas Docto. ſuper hoc opinio. videtur pati difficultates: licèt multa pro illius reſolutione dicenda veniant, præſertim vt hæ diuerſæ Docto. ſententiæ ad concordiam reducantur: quia tamen de illius ueritate latius diximus infra hoc eodem cap. de attent. lite penden. in 22. limitat. principali regulæ ibi poſitæ per totam, ne bis idem repetamus ſufficiat lectorem ad ibi dicta remittere.

Illatio ſeptima, De inualida reſcripti lite pendente impetratione, litis mentione non facta.

SVMMARIVM.

631 *Impetratio reſcripti, vel priuilegij de litis pendentia mentione non facta non valet.*

632 *Beneficium impetrans tenetur facere mentionem de lite deſuper pendente.*

633 *Commiſſio cauſæ appellationis non valet non facta mentione quòd pendebat terminus apoſtolorum petendorum.*

634 *Reſcriptum debet facere mentionem de appellatione interpoſita.*

635 *Tam propria, quàm aduerſarij.*

636 *Tam iudiciali, quàm extraiudiciali.*

637 *Unio beneficij cenſetur ſubreptitia, & nulla non facta mentione de lite, quæ ſuper beneficio vertebatur.*

638 *Ceſſio beneficij litigioſi non ualet, niſi fuerit mentio facta de lite.*

639 *Diſpenſatio ad ordines ſuſcipiendos obtenta per filium preſbiteri lite pendente, non facta illius mentione, non dicitur valida.*

640 *Etiam ſi lis penderet duntaxat per commiſſionem cauſæ, & citationem ad inſtantiam actoris decretam, & nondum contra reum executam.*

641 *Lis ad effectum reddendi reſcriptum ſubreptitium cenſetur pendere per ſolam commiſſionem ſecundum aliquos.*

642 *Commu. eſt opi. quòd tunc facienda eſt mentio de lite, quando eſt lis conteſtata.*

643 *Conceſſio etiam motu proprio facta non valet, ſi non eſt facta mentio litis ſecundum aliquos.*

644 *Commu. tamen videtur in contrarium.*

645 *Mentio litis non cenſetur eſſe ſufficiens per clauſulam generalem nō obſtante litis pendentia.*

646 *Niſi fiat etiam mentio de proceſſu, & ſtatu cauſæ.*

647 *In expreſſione intruſionis factæ lite pendente non ſufficiunt clauſulæ generales, ſed debet ſpecifica de illa fieri mentio, remiſſiuè.*

648 *Clauſula, cuius litis ſtatutum, & merita & c. ſufficit ad ſuſtinendum commiſſionem à vitio ſubreptionis ob non factam litis mentionem.*

649 *Adiuncti quoque impetratio requirit litis, & ſtatus cauſæ mentionem.*

650 *Simplicitas impetrantis non excuſat ab omiſſione mentionis litis pendentiæ.*

651 *Lis quando eſt nulla, & proceſſus quoque nullus, non eſt de ea facienda mentio.*

652 *Proceſſus nullus non interrumpit præſcriptionem.*

Commu.

Source : BIU Cujas

653 *Commu.opi.quòd de reſcripto nullo non eſt mentio facienda.*
654 *Lis pendens vigore recurſus aduerſus ſententias præfecti prætorio non eſt in impetratione exprimenda.*
655 *Litis finitæ,& ſopitæ non eſt mentio facienda.*
656 *Mentio litis non eſt facienda,quando ſumus in cauſa matrimoniali,ſecundum aliquos.*
657 *Litis mentio omiſſa non vitiat reſcriptum,quando Papa tacitè ſenſiſset litem adeſſe,puta ſi apposuerit clauſulam,citra uitium attentatorum,quæ litem præſupponunt.*
658 *Nec quando lis eſt ſuper vna re, reſcriptum autem impetratur ſuper alia re in effectu diuerſa.*
659 *Subreptio ob non factam litis mentionem non vitiat ipſo iure, ſed ope exceptionis.*
660 *Niſi etiam in ipſa impetratione ſit obreptio.*
661 *Taciturnitas litis pendentiæ non reddit reſcriptum ſubreptitium, quando illius expreſſio non mouiſset Papam ad denegandum.*
662 *Tertius non tenetur facere mentionem de lite ſuper eadem re inter alios pendente.*

SEptimò & vltimò ex eadem regula Inferri videtur, q̃ lite pendente prohibitum eſt ſupplicare principi, aut impetrare reſcriptum, vel priuilegium non facta Mentione de pendentia Litis,vt l.2.& tot.titu.C.ut lite pend.& aliter facta impetratio reſcripti, & literarum non valet. Quam concluſionem licèt late,& eleganter,quò ad hunc effectum particularem reddẽdi reſcriptum ſubreptitium,tractet Menoch. in tracta.de arbit.Iud.lib.2 centuria.3.caſu.202. per totum. Nos tamen ex eo,& alijs ea duntaxat hic ſubijciemus, quæ particulariter materiam attentatorum aliquo modo tangere videntur,in cæteris ad eum lectorem remittendo: Sit itaque in præſenti ſeptima illatione.

631 Regula,quòd lite pendente † non licet principi ſupplicare,aut reſcriptum ab eo impetrare,niſi facta de lite mentione,ut eſt deciſio.Rot.Faſtoli cauſa.35.dub.64. incip. eodem die,& tradit Franc.in cap.vt debitus.num.34.de appel.& eſt deciſ.Egid.46.exceptio:ubi inquit:quòd contra reſcriptum Papæ poteſt opponi exceptio litis pendentiæ in partibus, ſi de ea non eſt facta mentio, & bene facit deciſio. Afflict.98. pulchrum,& 220.in cauſa.num.14.& ſequ. prout eum allegat,& ſequitur Prob.in addit.ad Io. Monach. in rubr. vt lite pend.in 6.verſi. vlterius. Mil.in verb. ſi eſt impetrata. Pariſi. conſi.74.gratia.num.15.lib.4.hinc dicebat Petr. de Anchar. in conſi.17.viſo proceſſu,& Fely.in c. exceptionem. colum. 9.num.32.de except.quos refert,& ſequitur Blanc.in tracta. de compromiſs.in 4.q.principali.num.123. quòd per exceptionem litis pendentiæ impeditur Iudicis impetratio, &
632 cauſæ delegatio,& pro hac illatione facit in ſimili † quia impetrans beneficium tenetur facere mentionem de lite deſu-
633 per pendente.Caſſad.deciſ.18.num.6.de præben. † Et quòd commiſſio cauſæ appellationis non facta mentione, quòd pendebat terminus apoſtolorum petendorum non valet.
634 Boer.deciſ.256.num.5. † idem quando non eſt facta in impetratione mentio de appellatione interpoſita. Mil.in verb. gratia dicitur,& verſi.ſeq. fol.154. quod dictum de appellatione late,& eleganter proſequitur Ant.Gabr.in rract. com. concluſ.lib.2.de Iud. concluſ.4.num.7.vbi num.8. ampliat, vt non ſit neceſſe ad inualidandum proceſsum fuiſſe oppoſitum de ſubreptione, & inſuper, quòd debet fieri mentio de
635 appellatione † tam propria,quàm partis aduerſæ,vt ibi nu.9.
636 tam de iudiciali † quàm de extraiudiciali,tam ſi ſit appellatũ ad Papam, quàm ſi ad inferiorem,ut ibi num.11.tam per appellantem,quàm per appellatum, vt ibidem num.12. Sic vi-
637 demus † quòd vnio facta de aliquo beneficio non facta mẽtione de lite,quæ deſuper pendebat,habetur pro ſubreptitia, & nulla,prout fuit dictum in vna Britoricen. monaſterij Camaldulen.12.Martij.1550. coram Fabio, vt eſt deciſ.in recol-
638 lect.Guid.bon.103.Vnio,ſub Rubrica de vnion.† Sic & ceſ-
639 ſio beneficij litigioſi non valet, niſi facta litis mentione † etiã ſi lis tantùm penderet per commiſſionem cauſæ,& citationẽ ad inſtantiam actoris decretam,& nondũ contra reum executam,ut poſt Stafil.de lit grat.& iuſt.fol.144.& Sarnen.in compendio ſig.num. 64. fuit tentum in vna Britoricen. & eſt deciſ.in recollect.Guid.bon.154.voluerunt domini,ſub rubr.de
604 litigioſ. Eodem modo † diſpenſatio obtenta per filium preſbiteri lite pendente (non facta mentione litis) ad ordines ſuſcipiendos non cenſetur valida, vt ſenſerunt Domini in vna Bononien. parrochialis de ponticulo coram D.meo Oradino 16.Decembris 1566.De qua concluſione, licèt late, & eleganter apud Fely.in c.ſuper litteris.num.28.verſic.ſexta concluſio,& in cap.cæterum.num.2.& ſeqq.extra de reſcript. vltra eum tamen ampliari poſſe videtur.

Primò,quòd ad effectum, vt quis teneatur facere mentionem de lite,aliàs impetratio non valeat,non requiritur,quòd ſit decreta citatio, per quam lis dicitur pendere ſecundum ea,quæ late diximus ſupra num.28. ſed ſufficit, cauſam fuiſſe
641 tempore impetrationis commiſſam,† ſi credimus Mil. qui id dixit in verb. litis pendentia inducitur,fol.212.& in verb. gratia ſi dicatur impetrata,fol.153.& tradit expreſse Fely.in c.cauſam,quæ.el.2.num.18. de teſtibus, vbi relatis ſuper hoc opinionibus,ſubdit,quòd forte iſta opi. eſt de iure verior, quòd nouiſſime ponit etiam Ant.Gabriel. in tracta. commu.concluſ.lib.2.de Iud.concluſ.4.num.26.poſt Aret. in dicto.c.cauſam, quę(licèt,& ipſe ſuper hoc referat opiniones)quibus adde Aug.Bero.in conſ. 146. in cauſa.numer.21.lib.3. quod ta-
642 men non videtur abſolute tenendum † contrarium enim, quòd mentio de lite non ſit facienda,niſi quando lis eſt conteſtata,tenet Curt.Iun.in conſ.174.Sacratiſſime.num.4.& licèt dicat hoc habere aliquam difficultatem, iſtam tamen teſtatur eſſe communem opinionem, videlicet requiri litem conteſtatam eſſe,quod etiam aduertit Gabriel.ubi ſupra ſub num.25.

643 Secundò ut procedat, etiam † ſi motu proprio ſit facta conceſſio.Mil.in verb.gratia ſi dicatur impetrata,fol.153.Pariſ.conſ.74.gratia,num.17.lib.4.& melius per Ruyn.conſ.80. quamuis. num. 4. in fin.lib.5.vbi particulariter mouetur hac ratione; quia lite pendente nihil debet innouari. Quamuis idem Ruyn.in conſ.76.primò eſt videndum.num.5.lib.5.aliter tenuiſſe videatur. Ad quod dictum de motu proprio vide aliquid per Rebuff.in ſua prax.benefic.ſuper regul. de iur. quęſit.non tollen.glo.6. nu.9. fol. 201. Ad idem uide Staphil. omnino de lit.grat.& iuſtit.fol.85.verſ.ſecundò principaliter, qui videtur tenere hanc ampliationem, licèt alleget aliquos tenentes contrarium. Hanc ampliationem ponit etiam Menocc.vbi ſupra num. 12.qui vltra Ruyn. in dicto conſ.80. in id citat etiam Crauett.in reſponſo pro repub.Sauiliani num. 51.& Roland.conſ.31. in fin.lib.2. quam etiam tenet Io. Cephal.conſ.133.num.111.lib. 1. & Gabriel. dicta concluſione 4.num.20.licèt ibidem in verſ.contrarium ſentit &c.aliquos in oppoſitum alleget præſertim. Brun.in conſ.21.col.fin.ver-
644 ſic.non obſtat, ſi dicatur † atteſtantem communem opinionem eſſe contra hanc ampliationem.

645 Tertiò, quod non ſufficiat fieri mentionem de lite † ſub generali illa clauſula, non obſtante litis pendentia,niſi fiat etiã
646 mentio † de proceſſu,& ſtatu cauſæ,ad not.in cap.inter monaſterium. de re iudic. & notat Salycet. in l. 2. C. vt lit.pend. quos refert Ruyn.conſ.76.primò eſt videndum.num.6.lib.5. & conſ.229.viſa.num.8.lib.1.& in conſ. 61.in lite,num. 2. lib. 5. vbi dicit, quòd debet expreſſiſſime fieri mentio de lite.Menoch.late vbi ſupra num.29. & ſeqq. & Ant. Gabr. vbi ſupra dicta concluſione 4.num.4,& Auguſt.Bero.conſ.1.plura.nu. 10.lib.3.vbi ſimiliter dixit,quòd ſufficit facere mentionem in genere de proceſſu, ac de principalibus actibus,& articulis.
647 † Quando autem eſſemus in expreſſione intruſionis, non ſufficit expreſſio per clauſulas generales ſed ſpecifica debet de illa fieri mentio, vt adnotauimus infra in tertia parte cap. vltimo,de pœnis attent.in 18.pœna,dic vt ibi.Declara tamen hoc,quòd licèt requiratur expreſſa mentio de lite, non tamẽ requiritur,vt exprimatur,qualiter cauſa ſit inſtructa,ſed ad ſtinẽdum commiſſionem à vitio ſubreptionis ſufficit, quòd
648 apponatur † clauſula ſolita, videlicet,cuius litis ſtatum,& merita &c. vt eſt deciſ.in recollect.Acchill.de Graſſ. 65.commiſſio in qua ſub rubr.de commiſsio.

Quartò vt procedat,etiam ſi in reſcripto peteretur tantum
649 dari † Iudici adiunctum,& collegam, vt poſt gloſſ. Panor.& alios in cap. coram.de offi.deleg (reprobata opi.Bald.& Archidia ibi)tradit Menoc.cuius opi.mihi placet,vbi ſupra n.6.

Quintò etiam ſi omiſſio mentionis litis fuiſſet facta per ſimplicitatem † vel ignorantiam ſecundùm eundem ibi nu.
650 11. Gabr.vbi ſupra num.27.vbi quam plures allegat,& inter cæteros Iaſ. dicentem ſe hoc dictum alibi non legiſſe.

Limitari ſimiliter poteſt prædicta regula.

651 Primò, vt non procedat † quando lis,& proceſſus eſſet nullus;quia tunc non tenetur de eo facere mentionem, vt eſt deciſ.Afflict.in pulchro caſu.366.in pleno conſilio,numer.9.& ſeqq.Ruyn. dicto conſil.76.num.8.lib.5. & in conſ.8. quia in princ.& per tot.libr.4.& Curt. Iun. in conſ.174.ſacratiſſime.
652 num.5.Nam & aliàs in ſimili videmus quòd † proceſſus nullus non interrumpit præſcriptionem,ut per Ruyn.conſil.47. in cauſa.num.8.lib.4.& ſequitur(alios allegans)Mandoſ. ſuper reg.de ſubrog.collitig.q.9.num.6.vbi ad propoſitum numero 7.poſt Curt.Iun.in conſil.126. incip. præſupponitur in
653 facto.ſub num.8.atteſtantem † hanc eſſe commu.opi.tradit, quòd de reſcripto nullo non eſt facienda mentio, ad quam limit.fa.multa,quæ ponit Menocch. ubi ſupra numer.81. & Gabr.vbi ſupra num.14.& melius num. 32. qui præter prędallegatos etiam alios citat.

Secun-

Source : BIU Cujas

Secundò, quando essemus in recursu petito aduersus sen-
654 tentiam † præfecti prætorio, & lite eius occasione mota: nã de illa non tenetur quis in impetratione facere mentionẽ, vt nouissime per Franc. Marc. in decisio. Delphin. quæst. 624. nume. 7.

655 Tertiò, quando † lis fuisset sopita, vel suspensa: nam impetratio rescripti valet, etiam si de lite non sit facta mentio, vt de primo est consi. Ancharan. 16. viso processu. colum. 1. de secundo est consil. Curt. Iun. 174. colum. 2. quos in utroque refert, & sequitur Crauet. consil. 182. Videtur, nume. 4. lib. 1. quos sequitur Menocch. vbi supra num. 15. & 16. Vel causa esset finita: quia sententia in ea lata transitum fecisset in rem iudicatam, vt post Paris. consil. 30. col. 5. lib. 4. tradit idem Ant. Gabr. dicta concl. 4. nu. 41.

656 Quartò limita † vt non procedat in causa matrimoniali: quia iura disponentia, quòd debeat fieri mentio de lite, & statu causæ, limitantur, ut non habeant locum in causa matrimoniali, si credimus Andr. Barbat. qui id post Lap. dixit in consil. 46. Turonensis delegatus, nume. septimo. lib. 2.

657 Quintò potest limitari † vt non procedat, quando Princeps tacitè sensisset extare litem, puta quando in gratia apposuisset clausulam, sine vitio attentatorum: quoniam dum attentata regulariter litem præsupponant. Cassad. decis. 6. super reg. per appositionem dictæ clausulæ censetur etiam facta mentio litis pendentis ad sustinendum rescriptum, vt tenuerunt Domini in vna Florentin. pecuniaria coram Guid. Bonon. sub die decimo Februarij 1553. & in alia Oxomen. Archipresbiteratus coram Robusterio. 31. Iunij. 1567.

658 Sextò, quando lis † penderet super vna re, & rescriptum impetraretur super re diuersa: quoniam sententia lata uigore secundi rescripti censetur ualida: & ideo si lite pendente super adiudicatione cuiusdam administrationis bonorum quibusdam monachis per Papam concessorum, per aduersarium (non facta mentione dictæ litis) committatur causa super subreptione concessionis Papæ, & desuper feratur sententia declaratoria subreptionis, dum in una Valentin. monasterij regum coram Serafino 26. Ianuarij attenta huiusmodi diuersitate causarum daretur de inualiditate dictæ sententiæ; quia rescriptum fuerat impetratum non facta mentione litis, & similiter sententia lata fuit pendente prima lite, Domini tenuerunt pro ualiditate sententiæ.

659 Septimò, vt non procedat † quando si lis fuisset expressa, non mouisset Papam ad denegandum: quoniam hoc casu taciturnitas litis pendentiæ non reddit gratiam subreptitiam, vt post Doct. in c. super literis, & in ca. ad audientiam. de rescript. tradit Io. Bapt. Ferret. in consi. 229. Reuerendissime. num. 4. lib. 2.

Declarari etiam præmissa possunt.

Primò: ut regulariter talis subreptio ob non factam men
660 tionem litis non uitiet † ipso iure, sed opus est exceptione,
661 nisi in impetratione † sit etiam obreptio. Mil. & ibi addit. in verbo rescriptum, per quod causa, & in verb. rescriptum ad litem; & per Ruyn. in consil. 61. in lite. in princ. & nume. 2. lib. quinto, licèt contrarium teneat Gabr. vbi supra nume. 8.

Secundò, vt procedat in rescripto non facta litis mentio-
662 ne impetrato à parte † secus si a tertio. Ruyn. dicto consil. 61. nume. 19. lib. quinto Menocch. ibidem nume. vigesimo secundo. & post Ruyn. in dicto cons. 61. etiam Ant. Gabriel. vbi supra num. 38.

Et per præmissa satis apparet veram esse regulam, quam supra posuimus, quòd regulariter omnis actus lite pendente factus dicitur attentatus, & nullus, præsertim hi omnes, de quibus supra particulariter vidimus, videlicet Adeptio, & Translatio possessionis. Alienatio rei litigiosæ, Prouisio de beneficio, Præsentatio patroni, Institutio Ordinarij, Processus, & Impetratio rescripti facta lite pendente, intelligendo tamen prout supra in singulis diximus.

Ampliatio Prima.

SVMMARIVM.

1 *Litis pendentia facit illicitum, quod antea erat licitum.*
2 *Dominus, qui poterat propria authoritate emphiteutam expellere, & ingredi possessionem, si Iudicem adiuerit, lite pendente non potest ultra vti dicta facultate.*
3 *Nisi velit ingredi ex noua causa, vel*
4 *Nisi in principio litis per protestationem huiusmodi facultatem sibi reseruauerit, vel*
5 *Nisi esset commissa causa tantum super molestationibus & manutentione.*
6 *Spoliatus habet facultatem incontinenti recuperandi possessionem, secundum commu. opi.*
7 *Spoliatus committens causam spolij non potest amplius lite pendente etiam incontinenti recuperare.*
8 *Nisi in precibus, ac causæ commissione huiusmodi facultatem sibi reseruauerit.*
9 *Recuperans incontinenti dicitur continuare.*
10 *Continuans non attentat, etiam si faciat per modum recuperationis, remisiue.*
11 *Precarij reuocatio, quæ ante litem motam fuisset licita lite pendente est illicita.*
12 *Aedificium demolire nec etiam domino lite pendente licet.*
13 *Obligatus ad centum cum facultate, quòd pro illis possit dare tot terras, si patiatur litem super centum contestari, non potest lite pendente amplius vti dicta facultate.*
14 *Regressum habens ad beneficium licèt illius uigore uideatur habere facultatem propria authoritate ingrediendi possessionem, si tamen fuerit desuper lis introducta, non posset vltra uti dicta facultate lite pẽdente, aliàs uideretur attentasse.*
15 *Abbas potest Monachum ad nutum suum amouere.*
16 *Inquisitione pendente contra Abbatem, cui Monacus adhæreat, non potest dictus Abbas dictum Monachum amouere.*
17 *Matrimonium contrahere sicut ante litem cuilibet libere licet, ita per litis pendentiam (quoad validitatem matrimonij) non fit illicitum.*
18 *Contrahens secundum matrimonium lite pendente super validitate primi (licèt non attentet) punitur tamen pœna extraordinaria.*
19 *Authoritate propria, qui poterat suam possessionem defendere, si lite pendente, atque etiam post Rotalem inhibitionem iuit ad consilium regium pro manutentione suæ possessionis non attentat.*

NVnc prosequendo materiam attentatorum Lite pendente. Sciendum est, quòd regula prædicta nonnullas recipit ampliationes, limitationes, & declarationes.

Ampliatur igitur regula.

Primò, vt procedat, etiam si actus, qui fit lite pendente, esset aliàs facienti licitus lite
1 introducta † nam lis introducta facit illum illicitum, &
2 attentatum, Exemplum, † potest dominus in certis casibus emphiteutam propria authoritate expellere, & propria authoritate ingredi possessionem, ut per Ias. in l. 2. sub nume. 105. versi. & tenendo hanc partem, post Aret. in consi. 21. diligens, & alios de quibus ibi per eum. C. de iur. emphiteut. & tamen si pro expellendo emphiteuta Iudicem adiuerit, & coram eo illum pro expulsione conuenerit, non poterit vlterius lite pendente vti facultate illa ingrediendi rem propria authoritate; quia uia, quam elegit, sibi pateat; ut per Ias. in dicta l. 2. nume. 114. cui adde decis. Capic. 119. nume. 9. & Alexan. consi. 105. magnifice prætor. nume. 25. post Bald. & alios per eum allegatos lib. 3. & Ruyn. consil. 57. circa. per totum lib. 4. & quæ post Alex. consi. 130. num. 15. lib. 4. & Dec. in consi. 116. colum. 4 versic. tertiò non obstat tradit Hubert. Zuccard. in repetit. l. fi. num. 122. versi. si tamen cautus. C. de edicto diui Adr. toll. & Hier. Grat. in consi. 90. omissis. num. 3. lib. 1. & Augustin. Bero. in consi. 54. concludendum, num. 12. lib. 3. & sensit etiam Natta in consi. 430. in causa. nume. 23. lib. 2. Quamuis contrarium in hoc videatur sentire Parisi. consi. 172. in causa. num. 8. & seq. lib. 4. Quam tamen ampliationem in hoc primo exemplo limita tribus modis.

3 Primò † nisi dominus velit ingredi possessionem ex noua
4 causa, puta ex cessatione solutionis pensionis, ut per Alex. in dicto consi. 105. Secundò, nisi in principio Iudicii per protestationem dominus reseruauerit sibi illam facultatẽ propria authoritate ingrediendi, ut post Ias. in dicta l. 2. sub nu. 114. uersi. istud limita, sentit Capic. dicta decisi. 119. num. 9. & tradit Alexan. in consi. 130. in causa strazarolorum, num. 15. lib. 4. & Bero. dicto consi. 54. num. 15. Quamuis & in hoc cõtrarium uideatur sentire Ruyn. in dicto consil. 57. circa. sub
5 nume. 3. lib. 4. Tertiò † ex his, quæ habentur in recollect. Sarnen. decis. 1. incip. attentare non dicitur, potest limitari, vt non procedat, quando lis tantum penderet, quia commissa esset causa super molestationibus, & manutentione, quia hoc casu habens facultatẽ propria authoritate capiendi possessionem, non dicitur attentare, ut fuisse tentum refert in vna Farfen. coram Vestano 25. Nouembris 1581.

Aliud exemplum huius ampliationis esse potest, nam
6 † spoliatus habet à iure hanc facultatem, vt incontinenti, & quanto citius potest, liceat sibi recuperare possessionem, vt l. 3. §. cum igitur. ff. de ui, & vi armata, & est communis opi-

nio,

Source : BIU Cujas

nio de qua teſtatur Abb. conſi.62. in controuerſia orta colum.3.num.8.lib.1. Quòd ſi pro recuperatione contra ſpo-
7 liantem † inſtituerit iudicium committendo cauſam, non poterit lite pendente ulterius vigore dictæ facultatis recu-
8 perare poſſeſſionem † niſi in precibus, & commiſſione cauſæ illam ſibi reſeruauerit, ut concludit in pulchro caſu Decius conſi.460.Viſo.num.19.lib.3. & tradit etiam Natta in dicto conſi.430.in cauſa.nume.24. lib.2. Quæ ampliatio in
9 hoc exemplo ex eo etiam videtur admodum notabilis † ꝙ is, qui incontinenti recuperat, dicitur continuare, ut per Decium poſt alios in dicto conſi.460.Viſo.n.20. lib.3. & regu-
10 la ſit, ꝙ continuans non attentat † etiam ſi continuaret per modum recuperationis, de quo dicemus infra in 6. ampli. primæ limit.princ.num.24.

11 Aliud etiam poteſt eſſe exemplum † in reuocatione precarij facta lite pendente ab eo, qui ante litem conſtituerat, ſe precario nomine alterius poſſidere; quia licèt aliàs talis reuocatio ſibi fuiſſet licita, tamen poſt litem motam fuit iudicatum, quod eſſet tanquam attenta reuocanda, de quo per Afflict.deciſ.131.quidam.nu.1.

12 Aliud exemplum eſſe poteſt: quia licitum eſt † domino, & poſſeſſori ædificium demolire, & rudera, & ornamenta ad reparationem, & ornamentum alterius ſui loci transferre, ad l.cætera.§.item quærit. ff.de legat.1.l.2. C. de ædif.priua. & tamen poſtquam ſuper aliqua re eſt lis introducta, & illa pendente hoc ſibi amplius non licet, ut in pulchro caſu conſuluit Aug.Bero.in conſi.118.cum Alfonſus per totum, præſertim nu.4.& 28.lib.3.

13 Aliud quoque poteſt exemplum poni † in eo, qui eſſet obligatus ad dandum centum, & ex conuentione partium haberet facultatem pro illis centum dandi aliud, puta terras, quoniam hoc caſu, eum ſimus in diſpoſitione hominis ſi debitor patiatur, ſuper petitione facta de centum litem conteſtari, utique hac lite pendente nō poterit vltra terras dare, & conſequenter ob litem introductam perdit facultatem, quam antea habebat, vt eſt doctrin. Barto. in l. item veniunt.§.idem rectè nu.2.ff.de pet.hæred.

14 Aliud etiam exemplum eſſe poteſt in eo † qui habet regreſſum ad aliquod beneficium: Quamuis enim ex forma regreſſus uideatur habere facultatem regrediendi, & poſſeſſionem propria authoritate capiendi, & uideretur dicendum, quòd litis pendentia non induceret ſpolium attentatum, quando intrans poſſeſſionem lite pendente haberet talem facultatem argum.eorum quæ poſt Bald.in l. qui legati.in fi.C.vt in poſſeſſ.leg.& no.in l.1. C.unde vi, & l.3.§.non igitur. ff.de vi & vi arma.Barto. in l.creditores. colum. pen. C.de pignor.ponit Alexan.in conſi.131.in cauſa.colum.fin. lib.4. Nihilominus eueniente caſu in vna Roma. beneficiati ſancti Petri, primò coram Gotta 10.Iulii 1568.in qua quidam habens regreſſum licèt illum apud acta non iuſtificaſſet, tamen illius uigore cœpit poſſeſſionem, & dubitaretur an eſſet attentata. Domini inclinauerunt pro attentatis, & ita fuit etiam deinde pronunciatum, ut apparet ex his, quæ fuerunt deducta alia uice, dum eadem cauſa per eundem propoſita fuit 3.Decembris 1568.in qua dubitabatur, an lata dicta ſententia eſſet locus ſequeſtro iuxta clementi. ad compeſcendas. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. Idemque demum in eadem cauſa firmarunt ſub die 2. Maij. 1569. d.Serafino proponente.

15 Aliud exemplum in Abbate † qui poteſt monachum ad nutum amouere: nam ſi Abbas inquiratur, & inquiſitioni
16 monachus adhæreat † non poteſt inquiſitio ne pendente Abbas illum amouere, Rot. deciſ.1. aliàs prima, incipien. primo quòd de reſtit.ſpoliat.in antiq.Egid.deciſ.256.monachus, & nouiſſime Ant.de Mattheis in repet.l.naturaliter.§. nihil commune.ff.de acqui.poſſ.num 64.in 29.fallen.quem refert, & ſequitur etiam Menocch.de recup.poſſ.Remed.17. q.19.num.52.

Ex quibus exemplis patet, veram eſſe hanc primam ampliationem, videlicet, vt lite pendente dicatur innouare etiā is, qui faceret actum, qui ſibi aliàs ſuo iure competebat; nam pendentia litis videtur illicitum facere, quod aliàs erat licitum, vt patet ex ſupradictis.

17 Quam tamen limita, vt non procedat † in actu matrimonij contrahendi, qui ſicut ante litem cuilibet libere eſt licitus; ad cap. Gemma; extra de ſponſal.ita per litis pendentiā (quoad validitatem matrimonij) non fit illicitus, & ideo ſi lite pendente ſuper validitate primi matrimonij ego contraho ſecundum, etiam contra prohibitionem Iudicis, & deinde pronuntietur primum inualidum, valet ſecundum, vt in cap.2.de matr.contrac.contra interd.eccleſ. Vnde ſi ſecundū valet, apparet, quòd litis pendentia non fecit actum illum illicitum. Et quamuis tex.in dicto cap.2 & in ca.cum in apoſtolica de ſponſal.& in dicto.cap.tenor.de re iudic.dicant talem contrahentem condigna pœna plectendum; aduertendum tamen eſt: quia non eſt talis pœna, quæ denotet illum actum eſſe illicitum, & attentatum, cuius attentati pœna ſolet inter cæteras eſſe nullitas, & reuocatio actus: vt patet ex his, quæ latius ponemus infra cap.12.de attent.appellatione pend.in 17.ampliat.princip.& dicemus infra latius in 3.parte, cap.31.de pœn.attent.in prima pœna num.7.
18 † ſed eſt pœna extraordinaria impoſita ibi propter Iudicis contemptū, vnde patet, quòd reſpectu attentatorum actus matrimonij ibi eſt licitus, & conſequenter probatur præſens limitatio. Declara tamen hanc ampliationem, vt non procedat in ca-
19 ſu † quem aliàs conſiderauit Rota, videlicet, quando is qui poterat propria authoritate defendere poſſeſſionem ſuam, poſt inhibitionem Rotalem iuit ad conſilium Regium pro manutentione ſuæ poſſeſſionis: quia hoc caſu non voluerunt domini eum attentaſſe ea ratione: quia licèt poſſet propria authoritate defendere, tamen vrbanius egit, vt per ea, quæ ponit Pariſ.in conſ. vltimo, in 4.vol. eſt hodie deciſ.in recollect.Acchill. de Graſſ.34. attentare noluerunt Domini ſub rubr. de attent.ex qua deciſ. aperte colligitur differentia inter eum qui vult defendere ſuam poſſeſſionem, & eum qui vult poſſeſſionem ingredi, prout loquitur ſupradicta de deciſ.Capit.119.

Ampliatio Secunda.

SVMMARIVM.

1 *Scandala, & rixæ vt tollantur, multa tolerantur.*
2 *Sequeſtrum etiam factum ad tollenda ſcandala, dicitur Attentatum, ſi fiat lite pendente.*
3 *Etiam ſi fiat vigore Brevis apoſtolici.*
4 *Præceptum ſi fiat lite pendente de non accedendo ad rem, de qua agitur, de eius reuocatione eſt in primis cognoſcendum.*
5 *Auocatio poſſeſſionis ſi lite pendente per Iudicem fiat, debet ante omnia in poſſeſſorio ſummario de eius relaxatione cognoſci.*
6 *Statuta, & conſtitutiones lite pendente facta dicuntur attentata, etiam ſi dicantur facta ad tollenda ſcandala.*

SEcundò Ampliatur, ꝙ licèt aliàs multa permittan-
1 tur † ad hoc, vt rixę, & ſcādala tollantur, de quib. p Fel. (q triginta tria ſpecialia ī hoc ponit) in c.2.de p̄ ſcrip.quem refert, & ſequitur nouiſſime Petr de Benintend. in deciſ.Rotæ Bononien.79.mota, ſub num.70. & ex recentioribus Menocch.in conſ.51.cum rerum.num.44.lib.1.ubi alios allegat. Nihilominus ſi actus fiat ad tollenda ſcandala, puta ſi lite inter aliquos pendente Ordinarius ad tollenda
2 ſcandala velit ſequeſtrare † rem ſuper qua eſt lis, tale ſequeſtrum non valet, & tanquam attentatum veniet reuocandū, ut not.Lap.allegat.78.vacauerat.num.10.& Pariſ.conſil.41. optimum.num.28.lib.primo, pro quo facit deciſ.Afflict.98. pulchrum: dum loquitur de ſequeſtro appoſito, non lite, ſed appellatione pendente, de quo, & nos infra cap.12. de attent. appellat.pend.ſuo loco dicemus, in duodecima limit.princ.
3 Quod dictum de ſequeſtro poteſt ampliari, † ut procedat, etiam ſi fieret vigore breuis apoſtolici, ſecundùm terminos in quibus loquitur Pariſ.dicto conſ.41.vt colligitur ibi.num. 22. & propterea dicebat ad propoſitum iſtud Aug. Bero. in conſ.45.in cauſa.in princ.lib.3.poſt Pau.de Caſt. in conſi.3.
4 incip.in cauſa, lib.2.quod ſi lite pendente † emanauerit præceptum à Iudice de non accedendo ad rem, vel fuerit auocata poſſeſſio, antequam procedatur in cauſa principali, vel
5 poſſeſſorio plenario, debet diſcuti † de iſto poſſeſſorio ſummario, & reuocari tale mandatum, & relaxari auocata poſſeſſio, & eum per ſuam interlocutoriam debet poſtmodum Iudex in poſſeſſione tueri, quem fuiſſe in poſſeſſione tempore litis motæ ſibi conſtiterit, quamuis contrarium uideatur ſenſiſſe in conſ.116.pendēte.lib.3.vt admonuimus in dicta duodecima limit.ibi vide. Hęc autem, quæ in hac ampliat. dicta ſunt, de ſcandalo, non uidentur vniuerſaliter ad omne ſcandalum, ſed duntaxat ad actum ſequeſtrationis referenda, propter ea, quæ dicemus infra, hoc eodem ca.4.in tertiadecima limit.princ. Vel etiam ad actum conſtitutionis, aut ſtatuti. Nam ſi lite pendente alter litigantium aliqua condat ſtatuta, quæ tendat in præiudicium collitigantis, & prætendat illa excuſare ab attentatis ſub prætextu, quòd fuerint facta ad tollenda ſcandala, huiuſmodi allegatio non uidetur admittenda, prout non fuit admiſſa in vna Cęſarauguſtana de Caſpe coram Gropperio 4.Februarij. 1569. † in qua fuit reſolutum allegata ſtatuta fore attentata.
6

Ampliatio

Source : BIU Cujas

Roberti Lancellotti. De attentatis.

Ampliatio Tertia.

SVMMARIVM.

1 *Impugnans litem, ſi quid contra eum, illa pendente innouetur, poteſt pro illorum reuocatione ſe in lite fundare, ſecundum aliquos. Contrarium videtur verius, ut num. 4.*
2 *Impugnare qui aliquid nixus eſt, non debet ex eo regulariter commodum ſentire.*
3 *C. ex eo. de reg. iur. in 6. procedit de iure communi, non autem ſtante regula de ſubrogan. collitigant.*
5 *Impugnans litis pendentiam non poteſt opponere de ſubreptione reſcripti, quaſi de illa litis pendentia mentionem non fecerit.*
6 *Litem impugnans non poteſt in ea ſe fundare, quando ſuper impugnatione ſecuta eſt declaratio.*

1 IErtiò Amplia. ut procedat, etiam † ſi quis litē antea impugnaſſet, nam ſi ad docendum de nullitate actorum attentatorum lite pendente velit poſt modum ſe in lite fundare, utique poteſt, vt no. Ruyn. in conſi. 75. circa num. 4. lib. 4. poſt Compoſtel. Pe. de Anch. Fely. & omnes in c. capitulum extra de reſcrip. per l. diximus in prin. ff. de excuſ. tut. quod procedit, etiā ſi quis in impugnatione ſuccubuiſſet, ut poſt Bar. & Alex. tradit Ruyn. ibi. Huius autem ampliationis uis
2 in eo conſiſtit, † quia regulariter ex eo, quod quis nixus eſt impugnare non debet, aliquod commodum ſentire, cap. ex eo, de reg. iur. in 6. c. cum olim. de cenſi. & latiſſime per Fely. in d. c. capitulum S. Crucis. nu. 22. de reſcript. & nouiſſime, ac etiam latiſſime per Ant. Gabr. in tract. commu. concl. lib. 6. de reg. iur. concluſi. 1. vbi regulam prædictam multis ampliationibus, ac limitationibus exornat. Cui & ad præſentis quoque ampliationis corroborationem adde in ſimili, q̄ collitigans, qui per obitum collitigantis obtinuit ſubrogationem, poteſt ſe fundare, & uti iure collitigantis, etiam ſi il lud antea impugnaſſet, ut conſiderabant aliàs Domini in vna Tiraſonen. Capellaniæ coram Quiroga. 6. Nouembris. 1556. dicentes regulam. d. c. ex eo. de regu. iur. in 6. procedere
3 † de iure communi, non autem ſtante regula de ſubrogandis, quæ virtualiter præſupponit impugnationem propter
4 litem. † De qua ampliat. ſubſiſtendum videtur ex his, quę dicemus inf. in d. c. 12. de attent. appel. pend. in 41. limit. principi. vbi concluditur geſta pendente appellatione impugnata non dici attentata. Niſi conſideres rationem diuerſitatis: quia ibi impugnatur appellatio, negādo fuiſſe appellatum, hic verò impugnatur lis, non quia negetur lis mota, ſed ex aliqua alia cauſa iniuſte mota, quæ conſideratio licèt aliqua lem rationem diuerſitatis inter litem, & appellationem conſtituere videatur, adhuc tñ de hac ampliatione videtur ſubſiſtendum ex his, quæ in ſimili poſt Pet. de Anch. in conſil. 16. uiſo proceſſu, & Card. in conſil. 67. ad fi. & in conſil. 94. & Bal. in l. ex placito. col. 4. C. de rerum permut. tradit Fely. in
5 c. cauſam, quæ. el 2. num. 19. de teſtibus † dum vult, quòd ille, qui impugnauit litis pendentiam, non poſſit opponere de ſubreptione reſcripti, quaſi de illa pendentia non fecerit mentionem, & conſequenter ex hoc apparet, quòd impugnans litem non debet gaudere priuilegio pendentiæ litis: Quod ſecutus eſt nouiſſime etiam Ant. Gabr. commu. concl. lib. 2. de ludic. conclu. 4. nu. 43. poſt Anch. vbi ſup. & Fely. in c. 1. col. 12. uerſ. fallit ſextò, de reſcrip. & in terminis, q̄ is, qui conatus eſt iudicium declinare, & illud impugnauit nō poſſit illius pendentiam ad impediendam executionem allegare, tradit Iaco. Henric. in conſi. 38. quoniam, ſub nu. 18. verſi. præterea de illa litis pendentia. lib. 3. Si tamen ampliationem teneas illam declara, ut impugnans ita demum poſſit
6 ſe in lite fundare † ſi ſuper impugnatione nulla fuerit ſecuta declaratio, vt poſt Fely. Petr. de Anch. alioſq; in princ. allegatos declarat, & hoc communiter teneri atteſtatur per Docto. Aug. Bero. in conſi. 54. concludendum. ſub nu. 17. verſi. vel ſecundò, & melius, lib. 3.

Ampliatio Quarta.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei litigioſæ non valet, etiam ſi ſit facta poſt ſententiam abſolutoriam latam ab obſeruatione Iudicij.*

1 QVartò ampliatur, vt procedat, etiam ſi actus, puta † alienationis rei, de qua eſt lis, fiat poſt latam ſententiam abſolutoriam ab obſeruatione Iudicij, ut dictum eſt ſupra in præfatione, in materia alienationis rei litigioſæ in quarta ampliatione, nu. 457.

Ampliatio Quinta.

SVMMARIVM.

1 *Attentata reuocantur etiam poſt mortem attentantis. Etiam in ſucceſſore in beneficio, vt nu. 3.*
2 *Verbum, attentare, ſonat in delictum.*

1 QVintò videtur poſſe ampliari, ut talia attentata
2 reuocentur † etiam poſt mortem attentantis: cum enim attentare † ſonet in delictum. Egid. deciſ. 18. oneratio, & delicta regulariter morte extinguantur, vt in rubr. & tot. tit. C. ne ex delict. defunct. uidebatur dicendum, Attentatorum reuocationem poſt mortē attentantis locum non habere, cuius tamen contrarium tradit Mil. in uerb. attentata lite pendente. verſic. 1. fol. 29. Quæ
3 ampliatio adhuc ampliari poteſt, ut procedat † etiam in ſucceſſore in beneficio, vt colligitur ex his, quæ fuerunt tenta per Dominos in una Calaguritana translationis coram Sarmiento 23. Ianuarij 1570. in qua dixerunt, q̄ per tria prima capita (quæ per partem in dicta cauſa allegabantur) non excludebatur, quin translatio illa fuiſſet attentata, & pro ſecundo capite ibi allegatum fuerat per partem, q̄ cum illi clerici qui fecerant lite pendente illam trāslationem omnes eſſent mortui, & alii in eorum locum ſuffecti, qui non fuerunt in dicta lite, reſpectu clericorum de nouo ſuffectorum non poterat eſſe locus attentatis, quod tamen fundamentum Domini reiecerunt, & magis ad propoſitum huius ampliationis facit, quod fuit tentum in alia Arimin en. nullitatis, & attentatorum coram Acorambono 27. Aprilis. 1556. q̄ reſignatarius tenetur ad purganda attentata per reſignantem, non obſtante quòd ad excludendam purgationem allegare tur, q̄ in beneficialibus non datur ſucceſſio, ſed nouum ius creatur, & q̄ ſucceſſor, qui in nullo deliquerat, non debebat in aliquo puniri.

Ampliatio Sexta.

SVMMARIVM.

1 *Attentata lite pendente reuocantur, etiam ſi paſſus attentata nihil probet de iure ſuo.*
2 *Niſi econuerſo conſtaret de non iure illius qui attentata paſſus eſt.*

1 EXtò vt procedat, etiam ſi is, contra quem lite pendente attētatur † nihil probet de iure ſuo: quia ſola litis pendentia abſque alia probatione iuris ipſius litigantis (in cuius præiudicium attentatur) impedit aliquid fieri, aut impetrari, & ſi quid fiat, tanquam attentatum reuocabitur, & impetratio non ualebit. Franc. in cap. 1. nu. 5. ut lite penden. in 6.
2 Quod limita † niſi econuerſo conſtaret de non iure ipſius, contra quem attentatur, ut per Fran. ibidem: de quo tamen dicemus infra in tertia parte, ca. 24. de reo, & exceptionibus contr. atten. competen. quæſt. 1. num. 2. & per totam, vbi plenius tractabitur de exceptione iſta non iuris petentis attentata reuocar.

Ampliatio Septima.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus contra quem eſt præſumptio iuris non reſtituitur.*
2 *Spoliatus lite pendente reſtituitur ex priuilegio attentatorum, etiam ſi contra eum eſſet præſumptio iuris.*
3 *Præterquam in beneficialibus.*

1 SEptimò, vt procedat etiam ſi contra petentem ſe reſtitui tanquam lite pendente ſpoliatum eſſet præſumptio iuris: licèt enim regulariter
1 † ſpoliatus, contra quem eſt præſumptio iuris, non reſtituatur, ad notat. in cap. ad decimas. de
2 reſt. ſpolia. in 6. ſi tñ ſit aliquis † ſpoliatus lite pend. talis præſumptio non impedit reſtitutionem uia attentatorum faciendam, ad not. in capit. ſi conſtiterit, & ibi Aret. de accuſ. & per Franc. in cap. bonæ. de appel. & poſt eos tradit Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 77. verſic. 9. fallit. ff. de acqui.

Source : BIU Cujas

3 acquir. poſſeſs. † quod tamen poſt alios de quibus ibi per eum, intelligit non procedere in beneficialibus.

Ampliatio Octaua.

SVMMARIVM.

1 *Attentata non ueniunt de iure reuocanda, ſed ſunt ipſo iure nulla, remiſſiue.*

1 OCtauo, amplia, vt attentata, de quibus agimus, nō ſolùm veniant reuocanda, † verum etiam ſint ipſo iure nulla: ad tex. in ca. 1. in fi. vt lite penden. in 6. de qua attentatorum nullitate latius dicemus infra cap. 12. de attent. appel. pendent. in 17. ampliat. princ. per totam. Ea enim quæ de attentatis appellatione pendente ibi diximus, etiam in attentatis lite pendente locum ſibi uendicare non eſt ambigendum, declarando tamen, vt ibi.

Ampliatio Nona.

SVMMARIVM.

1 *Attentata lite pendente in prima inſtantia poſſunt peti reuocari etiam in ſecunda inſtantia.*
2 *Concluſio in cauſa in prima inſtantia non præcludit viam attētatorum reuocationi, ſecundum veriorem opinionem. remiſſiue.*
3 *Reuocatio attentatorum poteſt peti etiam poſt tres conformes in negocio principali latas.*

1 NOno, vt attentata lite pend. † in prima inſtantia poſſint reuocari etiam in ſecunda inſtantia, ut expreſſe annotauit Aug. Ber. in conſil. 51. in hac cauſa. nume. 7. lib. 3. & nos latius etiam demonſtrauimus infra in 3. parte. c. 23. quando, & intra quæ temp. attent. reuoc. ſit li. penden. nu. 33. & num. 41. dum firmauimus † quòd concluſio in cauſa in prima inſtantia non præ
2 cludit uiam attentatorum reuocationi ſecundum ueriorē
3 opinionem. Quinimo † non ſolum in ſecunda inſtantia, verum etiam poſt tres conformes poteſt peti reuocatio attentatorum, ſi attentans per tres conformes in negocio principali ſuccubuiſſet, ut colligitur ex his quæ fuerunt dicta in vna Tiraſon. iuriſdict. ſiue attentatorum coram Robuſterio. xj. Febr. 1566. & adnotauimus ibidem in quinta limitatione, nume. 57.

Ampliatio Decima.

SVMMARIVM.

1 *Innouare lite pendente nec etiam in aliquo minimo licet.*
2 *Negatiua oratio uniuerſalis (dum negat omnem potentiam) efficit, vt etiam in aliquo minimo verificetur.*
3 *Oratio negatiua indefinite, & vniuerſaliter concepta de proprietate ſermonis omnes caſus, & omnes perſonas comprehendit, remiſſiue.*
4 *Poſſeſſio etiam momentanea lite pēdente capta reſtitui debet pro purgatione attentatorum.*

1 DEcimò regula ſupra poſita ampliari poteſt, ut lite penden. nedum in magno ſit prohibita innouatio, † verum etiam, vt nec in aliquo minimo liceat innouare, ea potiſſimum ratione: quia cum rubr. vt lit e pend. nihil innouetur, ſit concepta per dictionē,
2 nihil, uniuerſalem negatiuam, † dum negat omnem potentiam, efficit, ut etiam in aliquo minimo verificetur, ut in propriis terminis noſtris poſt Soc. Sen. in conſi. 21. col. 3. verſi. & pro prædicta lib. 1. (ita declarantem l. ult. C. de noua. in illis verbis nihil innouari) tradit nouiſſime Menoch. in conſi. 35. cum hæc non leuis. nu. 14. lib. 1. Pro qua facit, quod aliàs di
3 citur, ꝙ † oratio negatiua indefinite, & uniuerſaliter concepta de proprietate ſermonis omnes caſus, & omnes perſonas comprehendit, vt poſt Dec. Tiraq. Alc. & Roland. ibi citatos latius diximus infra c. 12. de attent. appel. pend. in præfatio. num. 75. Quæ ampliatio ex eo etiam comprobari poſſe
4 videtur, † quod poſt Dominos diximus ſupra in præfatio. huius cap. nu. 313. quòd poſſeſſio lite pendente capta etiam ſi fuiſſet momentanea debet pro purgatione attentatorum reſtitui illi, qui paſſus eſt attentata, antequam in negocio principali procedatur.

Ampliatio Undecima.

SVMMARIVM.

1 *Conatus quandoque in attentatis punitur, licèt non ſit ſecutus effectus infra num. 15.*
2 *Poſſeßionē lite pend. capere volens, & faciens ad id præparamenta) licèt illam non capiat) an debeat nihilominus aliqua ex pœnis attentatorum puniri, & concluditur affirmatiue, vt infra nu. 16. Dummodo arbitrio boni viri fuerint talia, ex quibus poſſeſſor moueri potuerit ad ſe muniendum, vt num. 16*
3 *Percutere uolens clericum, & faciens quantum in ſe eſt, non dicitur excommunicatus, niſi illum percuſſerit.*
4 *Cogitationis regulariter nulla eſt pœna.*
5 *Statutum puniens capientem poſſeſſionem beneficij ſine licentia non comprehendit eum, qui aceeſſit vſque ad oſtium beneficij, & deinde abſque eo, quòd poſſeſſionem cæperit, retroceſſit metu armatorū, qui intus erant.*
6 *Affectus punitur, licèt non ſequatur effectus.*
7 *Et hoc ponitur pro regula.*
8 *Regulæ eſt inhærendum, & ab ea non diſcedendum remiſſiue.*
9 *Edictum, ne lite pendente aliquid innouetur, procedit, vbi innouatur aliquid in præiudicium tertij.*
10 *Verba diſpoſitionis cui conueniunt, conuenit etiam diſpoſitio, & ècontra.*
11 *Attentare. Hoc verbum de ſui proprietate verificatur, etiam ſi delictum non ſit perfectum, & quis non peruenerit ad actum.*
12 *Innouatio lite pendente, etiam in minimo eſt prohibita.*
13 *Præparamenta ad aliquid faciendum licèt videantur eſſe conatus, poſſunt tamen per ſe conſiderata dici delictum, ſeu pars delicti, & debent puniri.*
14 *Arma portans cauſa occidendi, quamuis non occiderit, tamen punitur de delatione armorum.*
17 *Conatus punitur quando non habet effectum, quia quis fuit impeditus impedimento facti.*

NOndecimo uidetur poſſe ampliari, ut in tantum attentata ſint odioſa, vt quandoque in eis ſit aliqualiter puniendus affectus, ēt ſi non ſit ſecutus effectus, & conſequenter, ꝙ licet quis attentatuz non perfecerit, ſed attentare attentauerit, nihilominus ſit aliqua pœna puniendus: Pone enim, ꝙ Titio, & Mæuio poſſeſſore ſuper aliquo caſtro litigantibus Titius extraiudicialiter iactauerit ſe velle Męuium lite pēdente ſpoliare, & aliquod ēt ad hoc præparamentum oſtenderit, ita ut Męuius poſt q̄ hoc reſciuit cōuocatis amicis ita ſe in poſſeſſione caſtri muniuerit, vt Titium venientem repellere poſſet, qua in re quā plures fecerit impenſas, & tādem Titius uiſa difficultate capiendi poſſeſſionem ab hac prouincia animum reuocauerit, & nihilominus Męuius (aſſerens per hoc eum lite pendē te innouaſſe) prætendat ſibi reficienda fore damna & intereſſe, quæ ob hanc cauſam paſſus eſt: probabiliter hoc caſu dubitari poteſt quis eorum iuſtiorem cauſam foueat. Et quāuis in fauorem Titij multum faciant infraſcripta, & primò: quia Titius non capiendo poſſeſſionem, delictum non conſumauit, ergo non debet tanquam attentans puniri: ſi-
3 cut † in ſimili dicimus, quòd ſi quis faciat quantum in ſe eſt vt clericum percutiat, ſi tamen non percuſſerit, non incidit in excommunicationem c. ſi quis ſuadente diabolo, ut poſt glo. in c. in audientia. de ſent. excom. & alios per eum alleg. firmat Felyn. in tracta. quando conat. puniat. ſub nume. 10.
4 verſic. & hinc eſt Secundò: † quia regulariter cogitationis nulla eſt pœna, unde ſi Titius cogitauit lite pendente Mæuium ſpoliare, per hoc non uidetur puniendus l. cogitatio.
5 ff. de pę. cum ſimil. † Tertiò, & melius; quia uidemus in ſimili, immo in fortioribus terminis, quòd ſi ſtet ſtatutum, quòd accedens ad capiendam poſſeſſionem beneficij ſine certa licentia puniatur, non punitur ille, qui ſine licentia acceſſit vſque & propè eccleſiam, & timore armatorum, qui inibi erant, retroceſſit, ut poſt Bald. in ſua diſputat. Accuſatus de vi turbatiua. in fi. tradit Fely. in dicto tract. nume. 16. In contrarium tamen, ꝙ Titius ueniat puniendus, faciunt infraſcri
6 pta, & † Primò: quia regulariter affectus punitur licèt non
7 ſit ſecutus effectus, ad l. is qui cum telo C. de ſicarijs, † & hāc propoſitionem pro regula ponit Fely. in dicto tract. in prin.
8 † à regula autem non eſt diſcedendum, ut per multa deducit Tiraqu. de utroque retract. §. 1. glo. 9. num. 209. Secundò:
9 quia † edictum, ne quid lite pendente innouetur, vendicat ſibi locum, quando aliquid innouatur in præiudicium partis, vt poſt Rot. deciſ. 25. aliàs 310. ſi reus, verſic. ſed poſito, de reſcript. in no. diximus hoc cap. in 1. declarat. prin. in princ. ſed hic ex iactationibus, & præparamentis Titij fuit illatum

præiu-

Source : BIU Cujas

præiudicium Mæuio, q̃ ſubijt dictas expenſas, ergo &c. Ter
10 tiò cui † verba alicuius diſpoſitionis q̃ueniunt, illi conuenit
ēt diſpoſitio, & ẽcontra l.4.§. toties ff.de dam.inf. Attentati,
autem uerbum conuenit caſui noſtro: quia proprietas hu-
11 ius verbi † Attentare, eſt, ut uerificetur, ēt ſi delictum non ſit
perfectum, & quis non q̃uenerit ad actum, vt eſt doctri. Bar.
in l.ſi quis non dicam rapere. C.de epiſc. & cler. ergo Titius
dicendus eſt attentaſſe, etiam ſi ad actum adeptionis poſſeſ-
ſionis non peruenerit. Quartò: quia ſatis poteſt dici Titium
12 faciendo præparamenta innouaſſe: † cum innouatio ēt in
aliquo minimo, ſit hoc caſu prohibita, vt annotauimus in ſu
13 pra proxima ampliatione. Quintò: † quia licèt illa præpa-
ramenta uideantur conatus ad capiendum poſſeſſionem, &
ad attentandum: poſſunt tñ (etiam de per ſe conſiderate) di
ci innouationes, & attentata, & conſequenter delictum de
per ſe, vel ſaltē pars delicti, quo caſu punitur: ſicut dicimus
14 † de eo, qui portat arma cauſa occidendi alium: nam licèt de
latio armorum uideatur conatus, & præparamentum ad ho
micidium, nihilominus, etiam ſi homicidium non ſit ſecu-
tum, debet de delatione armorum puniri; quia delatio con
ſideratur tanquam delictum, vel pars delicti, non autem tan
quam conatus, unde ita etiam iactationes, & præparamen-
ta, de quibus ſupra, conſideranda ſunt tanquam innouatio-
nes de per ſe, & tanquam tales puniendæ, ſi non omnibus
illis pœnis, quæ ſolent militare ꝯ attentantem, videlicet pœ
na nullitatis actus: pœna reſtitutionis rei in priſtinum ſtatū:
pœna reſtitutionis fructuum, quos percepit, & ſimilibus, de
quibus pœnis ſigillatim diſſeruimus infra in 3.parte.cap.vlt.
de pœn.attent.in 1.2.& 3.pœna, num.7.& nu.12.& num.15.
debet ſaltem vendicare ſibi locum pœna refectionis dam-
norum, & intereſſe: quam inter alias pœnas contra attentan
15 tes connumerauimus ibidem. in 5.pœna † & ideo conclu-
dendum videtur, quòd quamuis adeptio poſſeſſionis non
ſit ſecuta, & huiuſmodi iactationis, & actus faciendi præpa-
ramenta non uideantur poſſe per Iudicem efficaciter reuo-
16 cari, & ſolitis attentatorum pœnis puniri † ſi tamen præpa-
ramenta, & iactationes fuiſſent tales, ex quibus arbitrio bo-
ni uiri poſſeſſor potuerit probabiliter moueri ad ita ſe mu-
niendum, dictaſque expenſas faciendum, vtique Titium ad
reſarcienda huiuſmodi damna condemnandum fore, quā-
uis attentatum quò ad poſſeſſionem non cōſumauerit, ſed
duntaxat attentare attentauerit. Et tenendo hanc ad contra
ria Reſpond.poteſt, & ad primum præſertim ad ſimile de vo
lente clericum percutere, q̃ ſunt diuerſi termini; quia illa
voluntas de per ſe non conſideratur, neque tanquam deli-
ctum, neque tāquam pars delicti, prout ꝯſiderantur iſta præ
paramenta, ut dictum eſt ſup.in 5.fundamento 2.opi.nu.13.
17 Præſertim † quia Titius deſtitit à capiendo poſſeſſionem,
& à conſumando delictum propter impedimentum facti:
quia ſcilicet Mæuius ſe muniuit quo caſū q̃n propter impe
dimentum facti delictum non conſumatur, punitur cona-
tus, licèt non ſit ſecutus effectus, ut poſt Card.in clem.1.col.
fin.de eo, qui mittit in poſſeſſ.rei ſeruand.cauſa: tradit notan-
ter Fely.vbi ſup.num.3. verſi.ſallit primò. Ad ſecundum, q̃
in caſu noſtro non ſumus in ſimplicibus terminis cogitatio
nis; quia cogitatio proceſſit ad actum faciendi præparamen
ta. Ad tertium, q̃ nihil obſt.immo cōcordat: q̃n neque hic
Titius punitur, tanquaꝫ attentauerit capiendo poſſeſſionē,
videlicet pœna nullitatis, & alijs pœnis, de quibus ſupra pro
xime, ſed punitur tantum pœna reſtitutionis damnorum,
& intereſſe, quæ uidentur cauſata ab innouatione, & præpa
ramentis Titij, ob quæ Mæuius probabiliter fuit coactus ſu
bire dictas expenſas, ac pati illa damna, ac intereſſe.

Ampliatio Duodecima.

SVMMARIVM.

1 *Actus factus lite pendente dicitur attentatus, etiam ſi fiat in exe-*
cutionem monitorij cum inhibitione, cuius vigore lis eſt intro-
ducta.
2 *Tertius ſi fuit admiſsus ad cauſam, & lite huiuſmodi pendente capitu*
lum tradiderit poſſeſſionem canonicatus ei, ad cuius inſtantiam fue
rat factum monitorium capitulo, vt illi poſſeſſionem traderet, talis
poſſeßio dicitur attentata.

1 DVodecimo amplia † vt actus factus lite pendente
dicatur attentatus, etiam ſi dicatur factus in exe-
cutionem monitorij cum inhibitione, cuius ui-
gore lis eſt introducta. Exemplum, cum quidam
prætenderet ſibi deberi canonicatum, obtinuit monitoriū
ab ordinario contra capitulum ipſius Eccleſiæ, omneſque
alios ad parendum precibus primarijs per eum ſuper dicto
canonicatu obtentis, & ad tradendum ſibi illius poſſeſſionē
cum expreſſa inhibitione, ne alicui alteri poſſeſſionem tra-
dere auderet, præterquam dicto inſtanti, nam ſi (reproducto
monitorio) procurator capituli compareat, & inſuper uigo
2 re clauſulæ, omneſque alios &c. † tertius etiam pro ſuo in-
tereſſe fuerit admiſſus ad cauſam, & capitulum lite ſic pen-
dente illi, qui obtinuerat monitorium cum dicta inhibitio-
ne poſſeſſionem tradiderit, dubitatum fuit in una Colon.ca
nonicatus coram Cotta 2.Iunij 1572. an talis poſſeſſio dice-
retur eſſe attentata, & quamuis ad excludenda attentata alle
garetur, q̃ dicta poſſeſſio erat conformis monitorio, & inhi-
bitioni, & capitulum tradendo poſſeſſionem paruerat præ-
cepto ſuperioris, & fecerat in executionem dicti monitorij,
& conſequenter nō poterat vere dici, q̃ attentauerit, ex quo
attentata preſupponunt dolum, Rot.deciſ.5.aliàs 25.de reſt.
ſpol.in no. qui non videtur poſſe cōſiderari, dum exhibetur
obedientia, Domini tamen tenuerunt poſſeſſionem eſſe at-
tentatam: quia fuit data lite pendente etiam quò ad illum
tertium ſecundum Regulam in Rubro, & nigro ut lite pen
dente nihil innou. & licèt Domini ibi expreſſe non reſpon
deant ad illud de dolo, poteſt tamen arg. tolli: quia ſtante, q̃
capitulum tradendo poſſeſſionem præiudicium inferebat
illi tertio, utiq; nō ceſſat dolus: Præterea (vt in facto ibi præ-
ſupponebatur) capitulum non dederat poſſeſſionem uigo
re monitorij, ſed ex propria authoritate.

Limitatio Prima.

SVMMARIVM.

1 *Actus facti per modum continuationis non dicuntur attentati.*
2 *Continuans non attentat. & ratio aſsignatur nu.5.*
Ampliatur 14. modis vt nu.7. 8.10.13.15. 25.31.36.39.40.46.
48.57.59. & num.75. Litis motæ prætextu non debet quis à ſua
poſſeſſione deſiſtere.
3 *Limitatur ſex modis, ut nu.67.69.73.78.87. & nu.90.*
Immo ſi illud faceret deſiperet.
4 *Eligendi quaſi poſſeſſionem continuans regulariter non attentat ſecun-*
dum comm.opi.
6 *Continuans non ſpoliat.*
7 *Attentare dicitur, qui prohibet nequis ſuam poſſeſſionem conti-*
nuet.
8 *Continuans ſuam poſſeßionem (etiam ſi illius vſus eſſet principaliter*
contra ius in iudicio deductum) non dicitur attentare.
9 *Niſi eſſet contra ius, ideſt capta lite pendente, quia tunc nullum dici-*
tur habere iuris adminiculum.
10 *Inhibitio non operatur, vt ſuam poſseſſionem quis continuare non*
poſsit.
11 *Niſi eſsemus in poſseſsione acquiſita per clauſulam conſtituti.*
12 *Vel eſset aliàs poſseſsio turbida.*
13 *Continuatio poſseſsionis etiam vigore clauſulæ conſtituti excuſat ab*
attentatis.
14 *Niſi lis ſit ſuper inualiditate contractus, cui fuit appoſitum conſtitu-*
tum, & ſecuta inhibitio.
15 *Continuatio poſseſsionis non ſolum facta ab eadem perſona, verum*
etiam ſi fiat cum mutatione perſonæ excuſat ab attentatis. Licèt ali
qui contra, vt nu.22.
16 *Hæres vniuerſalis poteſt poſseſsionem bonorum defuncti abſque vi-*
tio attentatorum lite pendente appræhendere. Ratio aſsignatur.
num.18. & 19.
17 *Inſtantia cauſæ cum toto iure defuncti tranſit in hæredem, prout erat*
apud defunctum.
20 *Subrogatio gratioſa etiam quoad poſseſsionem operatur, vt poſseſsio*
dicatur continuata à prædeceſsore in ſubrogatum legis, & princi-
pis miniſterio.
21 *Succeſsor etiam ſingularis poteſt allegare continuationem poſseſsionis*
ſui authoris.
23 *Continuari poſseſsio non dicitur, quando fit mutatio perſonæ penitus*
diuerſæ, & quæ authorem non repreſentat.
24 *Poſseſsione beneficij nomine cameræ capta, ſi is (qui obtinuit deinde*
beneficium) poſt inhibitionem aliquos actus faciat, non poteſt illos
ab attentatis excuſare ſub prætextu, quòd continuauerit poſseſsio-
nem prius nomine cameræ captam.
25 *Recuperans incontinenti poſseſsionem dicitur continuare, & non*
attentat.
Immo etiam ex interuallo in caſu, de quo nu.30.
26 *Spoliatus ingrediens lite pendente poſseſsionem, à quo fuerat iectus,*
dicitur attentare.
27 *Recuperatio poſseſsionis infra quantum tempus fieri debeat ad hoc,*
vt dicatur incontinenti facta, relinquitur arbitrio boni uiri.
28 *Incontinenti factum dicitur quandoque etiam id, quod fit intra decem*
annos.

An

Source : BIU Cujas

An autem hoc medio tempore requirantur præparamenta, relinquitur arbitrio Iudicis considerata qualitate rei, & personarum actiue, & passiue. ut nu. 29.

30 *Hæres pendente iudicio petitionis hæreditatis potest agere contra tertium rem particularem hæreditatis occupantem, & illam ab eo recuperare.*

31 *Continuare suam possessionem dicitur quis, etiam si opus esset expellere uolentem ingredi.*
Nisi essemus in rebus mobilibus, ut nu. 34.

32 *Spoliare non dicitur, qui pro defensione rei suæ alium expellit.*

33 *Possessionem ciuilem tantum habens, aut naturalem tantum, quando expellere possit uolentem ingredi, remissiue.*

35 *Detentionis, non autem possessionis probatio requiritur in attentatis.*

36 *Continuare qui poterat propria authoritate suam possessionem, non dicitur attentare, si post inhibitionem iuit ad consilium Regium pro illius manutentione.*

37 *Pro suæ possessionis manutentione licet etiam lite pendente adire alium Iudicem.*

38 *Dummodo Iudex non excedat terminos manutentionis.*

39 *Reficiens dicitur continuare, & ideo non attentat, etiam post præceptum & inhibitionem sibi factam.*

40 *Instrumentalis possessio præcedens operatur, ut actus subsequentes tã quam facti in continuationem illius non censeantur attentati.*

41 *Dummodo instrumentalis fuerit bona, & per eam fuerit acquisita possessio.*

42 *Secus si per eam nihil fuisset acquisitum, puta alio existente in possessione.*

43 *Vel si postquam acquisiuit illam amisit, puta quia fuerit iectus.*

44 *Vel si capiens deinde iudicem adiuerit, & ab eo monitorium obtineat, ut fructus sibi restituantur, & huius litis occasione fuerit inhibitus, nam actus postmodum gestus non potest ab attentatis excusare sub prætextu continuationis.*

45 *Possessor instrumentalis adiens iudicem tanquam meticulosus videtur illam possessionem instrumentalem amittere, & habere se pro iecto.*

46 *Possessio generica, puta noualium in genere (in qua quis ante litem fuit) sufficit ad inducendam continuationem respectu noualium in specie, & si dictorum noualium in specie fuerit lite pendente capta possessio, dicetur potius continuatiua, quàm attentata.*

47 *Nisi noualium in specie alter esset in actuali quasi possessione.*

48 *Ad inducendam continuationem possessionis (ut excludantur attentata) sufficit etiam præsumpta præcedens possessio.*
Nisi ipsemet causam committat, nu. 50.
Vel aduersarius probaret suam quasi possessionem (etiam priuatiue) quoad eum pro quo erat præsumptio de iure communi, numero 52.
Idem si esset quæstio super ipsa quasi possessione, nu. 54.
Vel allegaretur non propria, sed possessio tertij. nu. 55.
Nisi essemus in tertio qui in alium repræsentaret; ut in hærede, & subrogato, nn. 56.

51 *Episcopus præsumitur esse in quasi possessione corrigendi de iure communi.*

53 *Episcopus in qualibet parte suæ diœcesis potest erigere tribunal. Ita ut concurrat cum alijs inferioribus habentibus iurisdictionem.*

57 *Ex possessione rei principalis censetur etiam quis esse in possessione annexorum, & ideo si quid in annexis lite pendente fiat non dicitur attentari, sed continuari.*
Nisi constaret, quòd alius esset in possessione annexorum, numero 58.

59 *Transferens detentionem rei super qua litigatur mediante locatione in conductorem, non dicitur attentare, sed continuare possessionem.*
Etiam si conductor esset uir nobilis, & locatore potentior.

60 *Rub. & tit. C. ne liceat poten. & de alien. iud. mutandi causa facta declaratur tribus modis.*
Primò requiritur, ut sit facta in potentiorem. nu. 61.
Secundò ut sit translata possessio, aut proprietas, nu. 62.
Tertiò, ut adsit dolus, ut ibidem.

63 *Ad uerificandam continuationem possessionis totius rei sufficeret habuisse possessionem medietatis pro indiuiso ante litem.*

64 *Possidens rem pro indiuiso non potest continuare suam possessionem in medietate, sed dicitur continuare in tota re.*

65 *Ciuilis possessio sufficit ad introducendam continuationem ad effectum excludendi attentata.*

66 *Ciuiliter possidens si lite pendente capiat naturalem uacantem, non dicitur attentare, sed continuare.*

67 *Statutum mandans pro noua possessione solui gabellam non habet locum, quando ciuiliter possidens capit naturalem.*

68 *Locator si commissa per conductorem contra eum causa capiat hac lite pendente possessionem non attentat.*

69 *Continuatio possessionis lite pendente censetur prohibita, quando Papa causam ad se aduocauit.*

Dummoda per continuationem fiat præiudicium negotio principali, aliàs secus.

70 *Continuatio possessionis, ut lite pendente sit licita, debet fieri eo modo, quo fiebat ante litem, secus si sit in præiudicium partis.*

71 *Possessionem instrumentalem canonicatus si quis primò cœperit, & deinde lite pendente iterum illam capiat cum perceptione fructuum, & distributionum quotidianarum, non dicitur uti possessione diuerso modo, sed continuatiue.*

72 *Possessor uerus ille dicitur, qui percipit fructus*

73 *Existens in possessione eligendi de iure speciali non potest lite pendente suam possessionem continuare, aliàs diceretur attentare.*
Contrarium allegatur nu. 76.

74 *Archiepiscopus habet præsumptionem pro se circa ius uisitandi Ecclesias suffraganeorum, & præsumitur esse in quasi possessione uisitandi.*

75 *Suffraganei si probauerint quasi possessionem exemptionis respectu Archiepiscopi, & lite inter eos pendente Archiepiscopus uoluerit illos uisitare, dicitur attentare.*

77 *Capitulum de iure communi non habet ius exercendi iurisdictionem sine Episcopo.*

78 *Possessio ut lite pendente continuari possit, debet de ea constare etiam de tempore ante litem.*

79 *Nec ad excusandum ab attentatis sufficeret possessio turbida, & de qua dubitaretur, & nu. 81.*
Licèt aliqui contra. ut nu. 80.

82 *Turbida possessio non suffragatur ad excludendum attentata sub prætextu continuationis.*

83 *Non dicitur turbida possessio, quæ fuit capta eo ipso die, quo fuit petita reductio laudi, cuius uigore fuerat facta immissio in possessionem.*

84 *Sequestri relaxatio, fructuumque sequestratorum consignatio facta post inhibitionem Rotalem in fauorem eius, qui ante inhibitionem uigore laudi fuerat immissus in possessionem, non dicitur attentata.*

85 *Possessio, ut excludat attentata, debet concludenter probari.*

86 *Possessio probata per testes nulliter examinatos non sufficit ad hoc, ut si quid lite pendente fiat, illud prætextu continuationis excusetur ab attentatis.*

87 *Innouari potest in præiudicium possessionis nouæ.*

88 *Possessio de recenti non excusat ab attentatis sub prætextu continuationis.*

89 *Tenuta si fuerit data, & statim illius occasione lis introducta, non potest habens tenutam prætendere posse eam licite lite pendente continuare.*

90 *Perfidia ubi notaretur in attentante, reuocantur attentata non obstante prætensa possessionis continuatione.*

91 *Et dicitur nouum, & notabile remedium ad reuocanda attentata, licèt cessent alia remedia.*

LImitatur nunc ista regula principalis, quòd actus facti lite pendente regulariter sint attentati quampluribus modis, &

1 Primò ut non † procedat, quando tales actus fierent per modum continuationis, & ideo si quis existens in possessione alicuius rei illam per modum continuationis exerceat, non dicitur innouare, & ratio est: quia regulariter lite pendente non debet quis commodo possessionis priuari, ad capitulũ primũ, ut lite penden. cum simi. Cuius dicti, & rationis materia (licèt & hic commode collocari posset) quia tamen, & in hac principali conclusione (quòd continuans non attentat, & in illa, quòd lite pendẽte non debet quis commodo possessionis priuari) pro plena materiæ pertractatione sunt diuersæ, ac distinctæ ponẽdæ regulæ cum suis ampliationibus, & limitationibus, ideo (ne materiæ confundantur) tractabimus, hic solùm materiam, & regulam continuationis possessionis, reseruãtes aliam pro quarta, & ultima declaratione ad hanc regulam principalem. Vnde redeundo ad principalem regulam huius primæ limitationis ex ea apud Doctores illud tritum, & uulgare dictum, & quasi adagium semper allegari uidetur, quòd continuans non attentat. Quod quomodo procedat, & sit intelligendum (si illud per modum regulæ cum suis ampliationibus, & limitationibus explicemus) facillime cuique apparebit. Sit igitur in hac prima limitatione.

2 Regula ista, quod continuans † non attentat. Quæ probatur per not. per glo. magistram ad med. in capit. non solum. de appella. in 6. & in clemen. 2. vt lite penden. & post eam Mil. in uerb. innouare, & in uerb. lite penden. pro qua est decisio. Rot. 10. aliàs 89. Not. quòd ubi post. de appella. in antiq. & decisio. 43. aliàs 321. si appellatus. de appellat.

Source : BIU Cujas

in not.& deciſi.quadrageſimaquarta aliàs 344.licèt in cau
3 ſa.cod.titu.in no.ubi ſubditur,quòd prætextu litis † motæ non debet quis à ſua poſſeſſione deſiſtere. Immo (ſi illud faceret)deſiperet.Egid.deciſio.701.Si poſſeſſor. Lanfran.de ciſ.447.poſſidens.Capic.deciſ.72.ſub nume.2. Fran. in cap. cum teneamur,in primo no.de appel.Pariſ.conſi.41.num. 38.lib.1.Goz.conſi.75.Bello.conſi 18.perpenſis.num.24.& ſeq.& nouiſſime Menoch.de recup. poſſ.Remed. 17. num. 49.q.17.ubi nullum ex præallegatis citat,ſed ex recentioribus ſolum Bertrand.in conſi.31.nume.2.in prima parte lib. 1.& Aug.Bero.in conſilio 87.in cauſa numero 5.libro 1.& nouiſſime Natta conſi.606.approbo nume.13. lib. 3. apud quos omnes(ne lectorem allegationum mole grauare uel le uideamur)alios innumeros in hoc dicto concordantes uidere cuilibet in promptu erit.In tantum, ut nulli ſit dubitandum hanc eſſe communem opinionem, de qua teſta
4 tur Pau.de Caſt.in conſil.346.forma ampliori.colu.1. circa med.lib. 1.prout† (loquens de eo , qui erat in quaſi poſſeſſione eligendi)de ea teſtatur etiam Prob. apud Io. Monac. in cap. 1. ut lite penden in 6. & quòd ab hac opinione nemo diſcrepat,teſtatur etiam Anto.Gab.(multos in id allegans)commun.concluſ.libro quinto concluſ. 6. in princ.
5 †Et huius regulæ non ſolum illa eſt ratio, quam conſiderat Paul.de Caſt.in d.conſi.346.quia ſcilicet ſi continuans in perceptione fructuum in lite ſuccumbat,tenetur eos reſtituere,iuxta ea,quæ pleniſſime dicemus infra in c. ulti.de pœnis attent.in tertia pœna,uerum,& alia(videlicet) quia poſſeſſionis commodo lite pendente quis priuari non debet,ut in c.1.extra ut lit.penden.De cuius rationis dicto,& eius ueritate late dicemus infra in dicta ultima declaratio
6 ne.Cui regulæ in ſimili concordat alia propoſitio.† Quòd continuans non ſpoliat.Rot.deciſio. 11. aliàs 259. ſi rector. de reſtitu.ſpolia.in no & poſt eam Dec. conſilio 460. viſo, nume.20.libro 3.

Ampliatur nunc iſta regula multipliciter, &

7 Primò ut non ſolũ continuatio non ſit attentata, †quinimo prohibitio,vel impedimentum,ne quis poſſit ſuam poſſeſſionem continuare,eſſet attentatum:ut no.glo. in dicto cap.non ſolum,& Mil.ubi ſupra,& tradit Pariſ. conſil. ulti.libro 4.nume.14 ubi dicit illam gloſ. communiter approbari,quod & poſt Bertrand.in conſi.51 nume.3.& conſilio 253.nu.1.in 1 par.lib.2.& conſi.12.lib.6. affirmauit nouiſſime Menoch.de recup.poſſ.Remed.17.nu.50.q.17 & tenet etiam Aug.Bero.in conſi.119.in cauſa.numero 2. & numero 10 libro tertio.

8 Secundò†etiã ſi uſus poſſeſſionis eſſet principaliter cõtra ius in iudicium deductum.Franc.per illum tex. in cap. ſignificante.in 4.not.& melius ibi in glo.1.nu.9.de appel.& poſt eum Ant.Gab.commun.concluſ.libro 5.de acq.poſſ. conclu.6.nu.9.& tradit poſt Cardi.in clc.2.in 2.oppoſit. de appel.& gl.in c.non ſolùm,de appe.in 6.& Imo.in c.bonæ, cod.tit.& in c.uenerabilis,de cenſibus,& allegata per Moder.in c.cum teneamur,de appe.Pariſ.conſilio 39.non poſſunt.num.6.lib.1.Ruin.conſi.57.circa.ſub nu.3.lib.4. Dec.
9 conſi.97.in caſu,in prin.lib.1.Hanc tamen †ampliationem intellige,niſi poſſeſſio eſſet contra ius,ideſt capta lite pendente,quia hoc caſu ſi poſt captam(ut præfertur) poſſeſſionem per aliquod temporis ſpatium in ea permanſerit, illãque continuauerit,huiuſmodi continuatio illum non iuuat ad effectum,ut excuſetur ab attentatis, ſecundum terminos regulæ huius primæ limitationis:quia nullum dicitur habere iuris adminiculum,de quo latius dicemus. infra in 2.declaratione quartæ declarationis regulę principalis attentatorum lite pendente.

10 Tertiò amplia.etiam†ſi quis fuerit inhibitus:nam etiam poſt inhibitionem continuando,non dicitur attentare,ut probatur in c.1.ext.ut lit.penden.& tradit Pariſ.d.conſi.39. num.8.ubi alios allegat,per no.in c.cauſam quæ,& in cap. cum dilecta.de reſcrip.& in c.cum olim,de offic. delega.& tradit ex recentioribus Io.de Neuizza.in conſi 82.pro Hieron.num.35.iunctis his,quæ ibidem ponit num. 12.& poſt Pariſ.ubi ſupra,& Dec.in conſil. 103. in cauſa poſſeſſionis: ponit etiam nouiſſime Mandoſ. ſuper regul. de ſubrogan. collitigant. q. 8.nu 5.& in tract.de inhib.qõ 23.per totam. Atque etiam Ant.Gab.ubi ſup.nu.8.uerſi.1.amplia. ubi in id allegat etiam Bertran.conſi.4.col.1.& ſeq.uol.3.in no.& conſi.31.col.1.uol.1.in antiq.& eſt in recol.Paleot.deci. 264.
11 extabat,ad fin.Niſi†in caſu de quo in proxima ampliatione,in quo poſt inhibitionem prætextu continuationis nõ
12 excuſaretur ab attentatis,& niſi†allegata poſſeſſio eſſet turbida,& in dubium reuocata,ut latius infra proxime, in 4. ſublimita,numero ſi pruageſimoprimo.verſic. immo magis dixerunt aliqui.

Quartò,ut procedat non ſolùm,quando ſumus in con
13 tinuatione ueræ,& actualis poſſeſſionis†uerum etiam quãdo eſſemus in continuatione poſſeſſionis, quæ haberetur per clauſulam conſtituti poſſeſſorii, ut colligitur ex nota. per Pariſ.conſi.172.in cauſa.ſub nu.12 lib.4. Quod tamen
14 limita,†ut non procedat,quando lis eſſet ſuper ualiditate, ſeu inualiditate contractus,in quo fuerit tale cõſtitutum appoſitum, quia (hac lite pendente, & poſt inhibitionem in ea factam)in uim dicti conſtituti poſſeſſionem cõtinuare quis non poteſt abſque uitio attentatorum, ut eſt in re col.Cottæ deciſ.168.Pro qua limita. fa. quæ dicemus infra in d.4.limi.num.71.verſicu. immo magis. Et melius quod fuit per Dominos dictum in una Fulginaten.bonor.& ſpolii attentati coram Caputaquen.11.Februarii.1558. in qua (cum dubitaretur,an donatarius , qui commiſſa cauſa ſuper ualiditate donationis,& lata ſentẽtia in eius fauorem, & interpoſita per eius aduerſarium appellatione poſſeſſionem eſt ingreſſus)diceretur attentaſſe, & ad excuſanda attentaſſe,& ad excuſanda attentata allegaretur, quòd ipſe uigore clauſulæ conſtituti(per quam & ciuilem,& naturalem habebat poſſeſſionem) ingrediendo uideretur potius continuaſſe,quàm de nouo acquiſiuiſſe. Domini tamen dixerunt,quòd(ex quo commiſſio erat ſuper ualiditate donationis)talis poſſeſſio fuit attentata per conſi.Soci.78.nu. 7.ad fi.verſi. confirmatur iſta opinio.lib.3.Quod etiam firmauerunt Domini in eadem eodem proponente ſub die 20.Iunii.1558.

Quintò:ut procedat non ſolùm,qubndo talis continua
15 tio fit ab eadem perſona†verum etiam quãdo fit cum mutatione perſonæ,quæ tamen repræſentet illum , de cuius poſſeſſionis continuatione tractaretur. Hinc uidemus, Φ
16 hæres† uniuerſalis poteſt poſſeſſionem bonorum defuncti abſque uitio attentatorum apprehendere,ad text.in autem.nunc ſi hæres,& ibi Bald.colum.1.verſicu.nota iſtam. C.de litigio.in princip.uerſic.& hoc adiiciendum eſt, quia
17 inſtantia cum toto iure defuncti†tranſit in hæredem, prout erat penès defunctum.l.hæres abſens,& l.ſi petitor.ff.de iudic.c.quia G.& ibi Abb.Felyn.& alii de iudic. & poſt Soci.in conſi.31.colum.4.in princip. libro 1.tradit Marant.in Specu.in 5.parte, nume. 12.folio.69. Qua ratione attenta fuit aliàs in terminis noſtris per Dominos in una Meſſan. Baroniarum coram Domino meo Oradino. 5. Nouembr. 1565. deciſum , non conſtare de attentatis ob id, quod is, qui uti hæres cæperat in caſu illo poſſeſſionem,dicitur cõ
18 tinuare poſſeſſionem defuncti,non autem attẽtare. † Quæ concluſio poteſt etiam ea ratione comprobari;quia (cum per mortem poſſeſſoris dicatur fieri poſſeſſiouacans)regulariter uacans poſſeſſio poteſt etiam lite pendente citra uitium attentatorum capi, ut diximus ſupra in prima illa-
19 tione huius regulæ principalis num.329. †Et ex eo etiam, quia cum perſona hæredis(qui nunquam fuit in lite) poſſit dici tertius,conſequenter ſequitur,ut non dicatur attentare iuxta ea,quæ latius diximus ſupra capit.tertio de attentatis à tertio,num.6.Et ſuadetur etiam hæc quinta ampliatio ex deci.Egid.529.Si Titius,ubi lite pendente inter duos commendatarios diuerſarum præceptoriarum ſuper iuribus alterius præceptoriæ(ſi alter moriatur & ſibi Seius ſubrogetur,& in poſſeſſionem dictorum iurium inducatur) talis inductio(licèt lite pendente facta) non reuocatur per uiam attentati;quia uidetur potius cõtinuario,quàm noua inductio:cum præceptoria nunquam poſſeſſionem amiſerit, unde ex d. deciſio. ſatis colligitur hæc ampliatio, ut talis continuatio procedat citra uitium attentati, etiam ſi fiat mutata perſona. Quod ex eo etiam comprobari po-
20 teſt:quia ſubrogatio† gratioſa etiam quoad poſſeſſionem operatur , ut poſſeſſio dicatur continuata à prædeceſſore in ſubrogatum legis , & principis miniſterio, non autem denuo acquiſita,ut fuit aliàs tentum per Dominos in una Peruſina parochialis Sanctæ Crucis,ſub die uigeſimoquarto Decembris 1558. & eſt deciſio. in recolla. Paleott. 118. iuxta,& in alia Gebenen.parochialis coram A.Auguſtino ſub die uigeſimoſeptimo Februarii.1553.ut refert Paleòtt. ibi,poſt Mohed.in deciſio.per eum allegatis.Quæ concluſio ſuadetur etiam ex his, quę dixerunt Domini in alia Cremonen.præpoſituræ coram Caputaquen. quarto Decembris. 1560. in qua uoluerunt,quòd ſucceſſor †etiam
21 ſingularis , poſſit allegare continuationem poſſeſſionis ſui autoris, non ſolùm ſi ad eam fuit gratioſe ſubrogatus (quod non uidetur habere dubium per ea, quæ dicta ſunt ſupra in prima illatio. numero 339. & ſequentibus in materia ſubrogati) verùm etiam ſi non conſta-

ret

Source : BIU Cujas

ret de ſubrogatione,prout retulerunt ibi fuiſſe tentum in vna Aſculan.coram A.Auguſtino,& eodem Caputaquē. de menſe Maii 1556 & de menſe Nouemb.1557. ubi etiam D.meus Oradinus in uoto ſuo ſuper illa cauſa (ultra Alciat.regul.2.præſump.21.limit.ſecunda & 5.)addit ad idem etiam Claud.in l.Pomponius § fina.ff.de acquiren.poſſeſ. Balb.in l.Celſus. numero ſexto.ff. de uſucap. & Alexand. conſi.32.colum.fina.libro tertio. Quod etiam ſenſerunt Domini in una Vicen.S.Felicis coram Caputaquen.vigeſimoprimo Aprilis.1559.in qua de dicta Aſculan. mentio-
22 nem faciunt.Et licèt † præmiſſa uideantur poſſe in dubiū reuocari ex his,quæ ponit Natta in conſilio 399.poſtquā. numero ſecundo libro ſecundo dum conatur deducere, quòd facta ceſſione,& mutata perſona non poſſit habere locum continuatio,ceſſat tamen omnis difficultas intelligendo præſentem ampliationem (ut ſupra dictum eſt) in eo,qui fuit gratioſe ſubrogatus,prout etiam ille in fine di-
23 cti conſilii recte animaduertit.Secus autem†eſſet dicendū, ſi perſona mutata,& quæ ad inducendam excluſionem attentatorum uigore continuationis uellet niti poſſeſſione alterius perſonæ diuerſæ, & in qua non adeſſet prædicta repræſentatio,& ſubrogatio,prout ſi capta poſſeſſione alicuius beneficii nomine Cameræ apoſtolicæ,is,†qui dein-
24 de obtinuerit illud beneficium faciens quoſdam actus poſſeſſorios(poſtquam fuerat inhibitus) velit(ad excuſanda attentata)allegare,quòd illos fecit per modum continuationis poſſeſſionis nomine cameræ aliàs captæ, tales enim actus eſſe attentatos, nec excuſari prætextu aſſertæ continuationis , tenuit aliàs maior pars Dominorum in una Parmen. parochialis Sancti Silueſtri coram Iunio vigeſimo Aprilis.1556.

25 Sextò amplia,ut procedat,etiam ſi†talis continuatio fieret per modum recuperationis.Continuare enim dicitur, qui poſſeſſionem incontinenti recuperat , & per conſequens non dicitur attentare,ut eſt deciſio Rotæ Faſto.cauſa 20.in primo dubio,& poſt eam Dec.conſi.460. viſo. numero vigeſimo libro tertio Pariſ.conſilio 1.nume. 143. & conſilio 41.optimum.num 38.& 39.lib. primo aliàs enim (ſi quis præſupponatur à poſſeſſione eiectus,& lite pendē-
26 te poſſeſſionem ingrediatur)regulariter †diceretur attentare,etiam,quòd prius poſſederit,ut fuit tentū in una Theatina Archipresbyteratus coram Caputaquen.10.Octobris. 1560.ut eſt in recoll.eiuſdem primo,deciſio.229.incipien. cum lis.Quæ continuatio per modum recuperationis , li-
27 cèt debeat fieri incontinenti , quantum tamen † temporis exigatur,relinquitur arbitrio boni uiri,ut inquit Pariſ.conſilio 24.præſupponitur.numero 16.& ſeq. libro primo , &
28 quandoque incontinenti†dicitur fieri , licèt fiat infra decem annos,ut idem Pariſ.d.conſilio 24.num.15.& Gozad. conſilio ſuo primo,numero 31. Quod etiam poſt Bald.& alios,quos allegat,firmat Alcia.in conſilio 45.lecta inſtructione,numero 11.libro 1.& iterum conſi 104.non obſtan-
29 tibus,in princip.An autem † intra tempus ante recuperationem requirantur præparamenta,ſeu potius proteſtatio, & quòd in hoc debeat conſiderari qualitas rei,& perſonarum actiue,& paſſiue,tradit no.Ruin. conſilio 42. quoniā ſcio,nume.16.& ſequen.libro quarto quem refert , & cum commendatione ſequitur nouiſſime Menoch.in conſilio 2.magni ponderis,num.180.libro 1.& quòd hæc omnia relinquantur arbitrio iudicis,tradit nouiſſime,&(relatis pluribus opinio.)firmat idem.Menoch.in tractatu de arbit. iudi.libro 2.cent.1.caſu 11.pertorum poſt Barto.Bald.Angel. Alexan.Bellamer.Bertrand.Ruin.Marſil.& Tiraq. in locis per eum alleg.Quæ ampliatio adhuc ampliari poteſt: ut
30 †non ſolum procedat,quando recuperatio fieret incontinenti,verum etiam ſi ex interuallo in caſu infraſcripto,puta quando intentato contra aliquem iudicio uniuerſali petitionis hæreditatis,reus,& poſſeſſor (hac lite pendente) vellet agere coram alio iudice pro recuperatione alicuius rei particularis contra tertium,qui dictam rem particularem poſſideret:hoc enim caſu ſi feratur ſententia in fauorem poſſeſſoris, illeque rem recuperet,talis ſententia,ac recuperatio non cenſetur attentata, nec uenit reuocanda, vt fuit aliàs reſolutum in una Mantuana coram Ioann. Paulo,ut eſt in recoll.Gambar. deciſio. quadrageſimoprimo.incip Mantuana.

31 Septimò etiam ſi†pro continuāda ſua poſſeſſione opus
31 eſſet expellere volentem ingredi:nam †qui pro defenſione rei ſuæ aliquem expellit,non dicitur ſpoliare, ſed poſſeſſionem ſuam defendere,ut poſt Ioan. And.in addi.ad Specul. in titu.de peritor & poſſeſſ.§.1.in fin.not. Mil.in uerb. ſpoliare non dicitur,fol.367.unde ſicut expellens in iſto caſu non dicitur alium ſpoliare,ita nec(ad propoſitum noſtrū) dicetur attentare poſſeſſor,ſi expellat volentem ingredi ſi te pendente, cum hoc caſu inter ſpolium,& attentatum non vidpatur diuerſa ratio.Generaliter autem quomodo
33 poſſeſſor†habens naturalem tantùm, uel ciuilem tantùm poſſit expellere uolentem ingredi, uide apud eūdem Mil. in uerb.poſſeſſor poteſt illum & c.fol. 279. Quamuis autem pro continuanda poſſeſſione liceat repellere uolentem ingredi(quando ſumus in rebus ſtabilibus)non tamen
34 †liceret)quando eſſemus in rebus mobilibus) lite pendente illas auferre ab eo,qui illas detinebat,etiam per eū, qui in illis prætenderet intereſſe,& ſe dominum:quia tunc diceretur attentare,nec excuſaretur ſub prætextu , quòd dicta aſportatio fuerit facta animo continuandi ſuam poſſeſſionem ciuilem,ut fuit reſolutum in una Amerin. attentatorum coram Finetto. decimoquarto Nouembris. 1569.& ex multis,quæ in dicta cauſa allegabantur (ad quæ
35 deciſio.ſe refert)illa erat potiſſima ratio:quia ſcilicet in†attentatis,& pro illorum reuocatione non requiritur probatio poſſeſſionis,ſed ſufficit detentio.Rota deciſio. undecima aliàs 56.nota quòd ſi aliquis,de cauſ.poſſ. & proprie. in antiq.& dictum eſt latius.infra in 3.par.capit.26.de probatio.attentatorum,uerſi. Regula in hoc primo extremo. Quæ detentio in caſu illo erat penès pupillas , quæ paſſæ. fuerunt attentata. Quibus poteſt addi ratio: quia ſcilicet continuatio(ut excludat attentata) debet fieri eo modo, quo ante litem,ut dicemus infra in ſecunda limita. huius regu.Ablatio autem,& aſportatio eſt uſus diuerſus, ut de ſe patet.

36 Octauò amplia,ut procedat,etiam ſi†is,qui poterat propria authoritate defendere,& continuare ſuam poſſeſſionem iuiſſet(poſtquam etiam fuiſſet inhibitus)ad conſiliū Regium pro manutentione ſuæ poſſeſſionis:nam non attentare eum, dixerunt Domini in una coram Proſpero, ut eſt deciſio in recoll.Achill.de Graſſ.34.attentare nolue runt,ſub tit.de attent.quam refert (licèt omnino probare non uideatur)Mandoſ in tracta commiſſio.in 14.formul. commiſſionis attenta in uerb.reuocandi.quæſtio. 4. cuius ampliationis uis in hoc conſiſtit:quia litis pendentia (& multo magis inhibitio)videbatur facere actum illicitum, qui aliàs fuiſſet agenti licitus,ut ſupra,hoc eodem capit in 1. ampliat. princip. per totam, & infra capitu.uigeſimo de attent.poſt inhib.in prima ampliat. per totam. Et pro iſta
37 ampliat.fa.quia pro†conſeruatione & manutentione ſuæ poſſeſſionis licet etiam ad alium iudicem accedere, ad no. in c.cum teneamur,de appella.Pariſ.conſilio 172.quod eſt
38 ultim.libro quarto.Si autem†conſilium regium, aut alius iudex ultra manutentionem poſſeſſionis aliud faciat (puta ſequeſtrando , & ad manus Curiæ domini iuſtitiæ rem, de qua agitur,apprehendendo)& ſic modus excedatur,tūc ea omnia dicuntur eſſe attentata,ut fuit reſolutum in una Cæſar Auguſtana iuris eligendi coram Domino meo Oradino ſeptimo Februa.1561.ſecundum quam reſolutionem fuit deinde idem tentum in alia Vercellen. iactationis parochialis de Aldea coram Paleot.ſub die uigeſimoſeptimo Iunii 1561.ut eſt in recoll.eiuſdem Paleot.deciſio. 371.incip.dubium erat.

39 Nonò amplia, ut procedat, etiam ſi† huiuſmodi continuatio fieret per modum refectionis: quia reficiens etiam poſt præceptum ſibi factum non dicitur innouare,ut conſuluit Alcia.in cauſa propria in conſi.100.incip.Alcia.cauſa,in fi.nu.8.lib.5.

40 Decimò amplia,ut etiam†poſſeſſio inſtrumentalis ante litem ſufficiat ad excuſandum ab attentatis actus , qui fierent deinde lite pendente,†ſi per talem inſtrumentalē fuit
41 acquiſita poſſeſſio,ut fuit dictum per Dominos in una Vrbeuetan. parochialis Caſtri ficulis coram Acorambono, ſub die 5.Maii.1557.in qua(cum ante litem motam Cardinalis Criſpus,uigore ſui regreſſus cœpiſſet inſtrumentalē poſſeſſionem,& deinde lite mota prætenderetur illum(eiiciendo Capellanum Felicis aduerſarii,& nonnullos alios actus faciendo(attentaſſe,& ad excuſanda attentata allegaret,quòd illos fecerat per modum continuationis)Domini dixerunt,quòd ſi per illam inſtrumentalem Cardinalis acquiſiuit poſſeſſionem:tunc ceſſant attentata, aliàs ſi eo tempore Fœlix fuiſſet in poſſeſſione ita,ut (alio poſſidēte) per inſtrumentalem Cardinalis nihil acquiſiuiſſet,vel etiā quia non eſſet locus regreſſui tunc,fuerunt pro attentatis. Quod etiam firmatum fuit in alia Herden ſacriſtiæ coram Fantutio ſub die nono Decembris 1555. quòd uidelicet poſſeſſio inſtrumentalis (de qua ibi)eſſet bona , & alia capta illic ad nonnullos annos eſſet continuatiua.

Source : BIU Cujas

Quod etiam fuit resolutum in alia Roma. Canonicatus Sanctæ Mariæ Rotundæ coram Cotta, decimonono Nouembris 1563. quòd cum prima possessio (quæ erat instrumentalis) esset bona, & capitulariter tradita, secunda possessio præsumatur continuatiua, & non attentata, non ob
42 stante, quòd esset capta appellatione pendente, † secus tamen esset, si per instrumentalem nihil acquisiuisset, puta quia fuisset capta alio existente in possessione, ut erat in facto in una Theatina Archipresbyteratus coram Caputa-
43 quen. vigesimoquinto Octobris 1560. † Item secus si per illam instrumentalem acquisiuisset possessionem sed acquirens illam ammisisset: quia fuit expulsus, nam tunc stante interruptione non potest allegari continuatio. l. naturaliter. ff. de usucap. ut tenuerunt Domini in dicta Theatina coram Caputaquen. vigesimoquinto Octobris. 1560. Hæc autem quæ de instrumentali possessione dicta sunt, uidentur posse non inutiliter limitari, ut † non procedant, quan
44 do (postquam illa fuisset capta) capiens Iudicem adiuerit, & absque eo quòd dixerit illum adire, vt vrbanius ageret, simpliciter petierit, & obtinuerit ab eo monitorium contra possessorem, ut euacuaret, & fructus restituerer, nam si postea fuerit inhibitus, & post inhibitionem aliquos actus possessorios fecerit, & uelit eos ab attentatis excusare sub prætextu continuationis, non videtur id admittendum: eo
45 quia † adeundo simpliciter iudicem (tanquam meticulosus) possessionem illam instrumentalem dicitur ammisisse, & habuisse se pro electo. l. prima. § in operis, & ibi gloss. & l. de pupillo. § meminisse. ff. de noui operis nuncia. Iaſ. in l. secunda numero 115. C. de iure emphyteu. quæ amissio excludit continuationem. l. naturaliter. ff. de usucap. quo argumento in contingentia facti utebantur excellentes Aduocati in una Meten. parrochialis de Racuria coram Chissanen. decimaoctaua Ianuarii 1555. in qua licèt quoad processum, & alios actus (præter possessorios) Domini tenuerint pro attentatis, & quoad possessionem dixerint, quòd videretur: motiuum tamen videtur satis stringere, & probabiliter, ac vere posse pro limitatione præmissorum accommodari.

46 Vndecimò videtur posse ampliari, ut † ad excusandum attentata prætextu continuationis, non solum sufficiat probare in specie possessionem rei, super qua prætenditur fuisse attentatum, vetum etiam si probaretur possessio generica, & ex illa vellet, quis inferre ad continuationem possessionis aliarum rerum sub illo genere contentarum. Exē-
lum si capitulum alicuius Ecclesiæ sit in quasi possessione exigendi decimas noualium in genere, & deinde Papa decimas noualium futurorum alteri (puta Comiti) concedat, & hac occasione inter Capitulum, & Comitem orta lite, Capitulum (probata sua possessione in genere) obtineat mandatum de manutenēdo, cuius uigore exigat decimas noualium post concessionem Comitis ad culturam redactorum, & Comes prætendat talem exactionem fore attentatam (quia lite pendente nihil erat innouandum) attento, quòd Capitulum respectu nouorum noualium nullā
52 potest in specie prætendere possessionem, Capitulum verò ad excusanda attentata alleget, quòd (cum esset in quasi possessione noualium) quicquid exegit, fecit in continuationem suæ antiquæ possessionis, & aliàs cum casus euenisset de facto in una Hispalen. decimarum coram Serafino vigesimosexto Febru. 1567. Domini dixerunt articulū attentatorum esse in obscuro, & de attentatis non constare: cum gesta à Capitulo fuerint facta virtute mandati de manutenendo dati à Rota, & consequenter illa possessio antiqua, & noualium in genere fuit sufficiens ad excludēda attentata in noualibus nouis, & in specie: in quorum possessione uere nunquam potuerat esse Capitulum.

47 Quod limita, nisi † huius possessionis in specie alius esset in quasi possessione, ut consideratur etiam infra proxime in decimatertia ampliatione de annexis in fi. numero quinquagesimooctauo.

48 Duodecimò potest ampliari, ut † ad inducendam hanc continuationem sufficiat etiam præsumpta possessio de iure communi, vt colligitur ex his, quæ ponit Rota decis. decima aliàs octuagesimanona nota, quòd ubi. uersic. &
49 ratio ibi: quia vbi de iure † communi præsumitur possidere, non uidetur attentare & cæt. de appella. in antiq. ex qua decisio fuit aliàs resolutum in una Boianen. Iurisdictionis inter Archiepiscopum Beneuentanum ex una, & Episcopum Boianen. ex altera coram Capizucco sub die uigesimoprimo Iunii. 1555. quod (licèt præfatus Episcopus prætenderet se exemptum à uisitatione dicti Archiepiscopi, & desuper causam iactationis commisisset; quia tamen dictus Metropolitanus (qui per alium visitabat) fuit uisitare prohibitus, & uisitator contra prohibentes censuras fulminauit (licèt dictus Episcopus prætenderet ea omnia fuisse tamquam attenta ta reuocanda) Rota tamen dixit non stare de attentatis, attento, quòd Metropolitanus præsumebatur de iure esse in possessione uisitandi, & Episcopus non docuerat se esse in quasi possessione libertatis. Illud autem, quod dictum est, quòd is, qui præsumeretur de iure communi possidere (si quid lite pendente fecerit) potest prætextu continuationis, se ab attentatis excusare, ut in Metropolitano, & aliis, qui respectu inferiorum dicuntur habere fundatam intentionem de iu
50 re communi, uidetur notabiliter limitandum. Primò † ut non procedat, quando ipsemet ordinarius commisisset causam superioritatis, & iurisdictionis: quia (si quid faceret post quam causam commisit, & lite pendente) diceretur attentare, ut dixerunt Domini in una Iuuenacen. iurisdictionis coram Grato, die primo Aprilis 1566. in qua (cum Episcopus prætenderet Archipresbyterum Terlisij esse sibi subiectum, & posse eum, & clericos suæ ecclesiæ uisitare, & corrigere, ille vero econtra diceret se exemptum, & pro parte Episcopi fuisset commissa causa in Rota (qua pendente quosdam clericos carceraſset, & alia etiam fecisset in præiudicium litis pendentis) & daretur contra eum pro parte Archipresbyteri de attentatis, à quibus ille se tueri nitebatur ex eo, quia licèt quasi possessio corrigendi per
51 eum non fuerit probata, † tamen de iure communi præsumebatur ad fundandam eius intentionem. capitulo primo, & capitulo irrefragabili, & toto titulo de offic. ordi.) Domini tamen tenuerunt constare de attentatis, ob regulam, quia facta fuerant lite pendente, & ad præsumptam possessionem de iure communi dixerunt, quòd ius commune non obstat: quia tuetur eum, non tamen: ut attentet, postquam ipse causam commisit. Quæ consideratio (vltra eos) coadiuuari ex eo potest, quod diximus supra hoc eodem capitulo quarto in prima ampliatione, quòd litis pendentia facit illicitum, quod fuisset aliàs facienti licitum, præsertim in exemplis de domino directo, & de spoliato, qui si contra emphyteutam, & contra spoliantem causam committant, non possunt amplius lite pendente propria authoritate rem ingredi, prout antea potuissent. Quod ex eo etiam comprobari potest, quod in similibus terminis concluditur in subrogato, qui licèt possit (etiam lite pendente) possessionem licitè capere, id tamen sibi denegatur, si ipsemet causam commisisset, ut diximus supra in præfatione huius capituli quarti in prima illatione numero 364. versiculo quartò limitandum uidetur, & similiter in eo, qui obtento Breui cum clausula, citra uitium attentatorum. licèt regulariter absque dicto uitio possit possessionem capere, id tamen sibi ultra non conceditur, postquam ipsemet causam super subreptione Breuis commisisset, ut diximus etiam in dicta præfatione, in prima illat. numero 319. versiculo quintò puto non inutiliter. Secun-
52 dò limita, ut non procedat, † quando contra hanc præsumptam quasi possessionem de iure communi Episcopo competentem is (qui passus est attentata) probaret suam quasi possessionem ante litem (etiam priuatiue quoad Episcopum) tunc enim huiusmodi præsumpta possessio sub prætextu continuationis non excusaret attentata, ut senserūt Domini in una Abulen. iurisdictionis coram Domino de Rubeis. quarto Iulii. 1565. in qua cum Episcopus causam super iurisdictione contra Archipresbyterum commisisset, & lite pendente Vicarium in loco (vbi Archipresbyter prætendebat habere iurisdictionem) deputaſset, & insuper notariis, ne ad audientiam Archipresbyteri accederent, prohibuisset, & pro parte Archipresbyteri daretur de attentatis, & instaretur pro reuocatione dicti Vicarii, & prohibi
53 tionis prædictæ. Et pro parte Episcopi allegaretur † quòd de iure communi ille habet intentionem fundatam, ut libere possit in qualibet parte suæ diœcesis erigere tribunal. capitulo primo de officio ordina. capitu. cum Episcopus, eodem titulo in sexto. ita ut concurrat, etiam cum aliis inferioribus habentibus iurisdictionem, ad nota. in capitulo pastoralis, de officio ordinarii, & in capitulo cum ab ecclesiarum. eodem titulo Hostiens. in capitu. fina. de officio Archid. & post alios Franc. in dicta capitu. cum Episcopus, numero tertio. Pro parte verò Archipresbyteri pro uerificatione attētatorum fuisent examinati testes super illius quasi possessione, & fuisset semel dubitatum antea sub die 8 Iubii. 1565. an constaret de attentatis, & Domini loco resolutionis iterum dubitauerint, an testes probarent possessionem Archipresbyteri priuatiue quoad Episcopū, demū

dicta

Source : BIU Cujas

dicta 4. Iulii tenuerunt probari poſsesſionem, etiam priuatiue quoad Epiſcopum, & ſic tacite ſenſerunt conſtare de attentatis. Præſertim (dum in fine dixerunt) conſiderandam eſse præfixionem termini ad docendum de attentatis, quam Epiſcopus allegabat, quaſi prefixo excluderet Archipresbyterum ab attentatis, non autem quòd non conſtaret de illis: Ex quibus ſequitur, quòd præſumpta poſ- 58
ſeſſio non ſuffragatur, quando per aduerſarium probaretur de ſua contraria poſſeſſione, & re vera in dicta Abulē. non poterat niſi pro attentatis concludi. Tum quia regulare eſt, quòd probatio poſſeſſionis ante litem (facta per eum, qui paſſus eſt attentata) excludit continuationem, ut dicit Rota dicta deciſio. decima aliàs octuageſimanona de appella. in antiq. Tum quia in dicta Abulen. Epiſcopus met cauſam commiſerat. Vnde intrat etiam præcedens limitatio, prout demum contra Epiſcopum fuit reſolutum ſub die vigeſimoſeptimo Nouembris 1566. eodem proponente, etiam poſtquam latiſſime fuit ultimo loco diſputatum, an iuriſdictio, de qua ibi fuiſſet in iudicium deducta, tam priuatiue, quàm cumulatiue inter eoſdem Epiſcopum, & Archipresbyterum, & optime faciunt deciſ.
54 quas allegauimus ſ. nu. 74. & ſeq. Tertiò limita, niſi † eſſet 59
quæſtio ſuper ipſa poſſeſſione quia tunc præſumpta poſſeſſio non ſufficeret ad effectum continuationis, prout verè ſentit dicta deciſio. Rotæ 10. aliàs 89. nota. quòd vbi, de appella. in antiq. & melius, & clarius id habetur deciſi. 7. aliàs 116. nota, quòd ubi Epiſcopus, ibi, ſecus eſſet ſi ſuper poſſeſſione &c. de ſenten. excommu. in antiq. Quæ limitatio cōprobari poteſt ex eo, quod in ſimili dicitur, quòd licet patronus, qui eſt in quaſi poſſeſſione præſentandi, poſſit etiā lite pendente præſentare, ut deduximus ſupra hoc capitulo quarto in præfatione in 5. illatione, in ſecunda limit. regulæ ibi poſitæ, numero 546. id tamen ſibi minime licet, ſi ſit quæſtio ſuper ipſa poſſeſſione, vt ibidem, verſicul. hæc autem ſecunda limitatio, numero 548. & uerſicul. ſecun-
55 da poteſt eſſe opin. nume. 550. Quartò limita, vt † procedat, quando allegatur proprie poſſeſſio ſecus ſi allegaretur poſſeſſio tertii: quoniam licèt poſſeſſio præſumatur continuata, quando quis allegat propriam poſſeſſionem, hoc tamen non procedit, ſi allegatur poſſeſſio tertii, ut dixit formaliter Put. deciſio. vndecima poſſeſſio, ſub ru- 60
brica de cauſ. poſſe. & propriet. ita fuiſſe deciſum in vna Parmen. Capellæ coram A. Auguſtino vigeſimooctauo Octob. 1547. authoritate Bartol. in l. ſecunda. C. de excep. & Pariſ. conſilio 47. in fine libro quarto & Anchar. conſil. 61
97. colum. penul. uerſicu. præterea. Quæ limitatio intelli-
56 genda † eſt in mere tertio, ſecus ſi eſſemus in tertio alium repræſentante, ut in hærede, vel ſubrogato, per ea, quæ diximus ſupra in v. ampliat. huius primæ limitatio. nume. 16.
57 Decimotertiò amplia, ut † ex poſſeſſione rei principalis cenſeatur etiam continuari poſſeſſio in annexis, & acceſſoriis, licèt quis in dictis annexis vere, & actualiter non fuerit in poſſeſſione, ut poſſit dici eam continuare, niſi habito reſpectu ad poſſeſſionem rei principalis. Exemplū, ſi quis 62
vigore literarum Apoſtolicarum adeptus fuerit poſſeſſionem Canonicatus, & præbendæ cum iuribus, & pertinentiis ſuis, & annexis, & ita fuerit per Capitulum admiſſus, dato ſibi ſtallo in choro, & loco in Capitulo, & deinde orta differentia inter admiſſum, & Capitulum ſuper dicto Canonicatu, & fructuum illius perceptione, commiſſa cauſa in Rota, & ſecuta etiam inhibitione contra prouiſum, & tempore perceptionis diſtributionum quotidianarum (Capitulo recuſante illas ſibi dare) prouiſus habito re- 63
curſu ad Auditorem Cameræ, & docto de ſua poſſeſſione, & admiſſione ad canonicatum, (& conſequenter etiam ad diſtributiones quotidianas) ab eo obtineat mandatum de manutenendo, cuius uigore perceperit dictas diſtributiones: Capitulum autem prætenderet eum attentaſſe, ille uerò ad excuſanda attentata allegaret, quòd fecerat in continuatione ſuæ principalis poſſeſſionis, quam habebat in canonicatu, & dubitaretur, an prouiſus obtinendo dictum mandatum de mauutenendo, & illud exequendo diceretur attentaſſe, eueniente caſu in una Camerinen. attentatorum coram Aldobrandino. 6. Martii. 1554. inclinauerunt Domini pro non attentatis, & demum decimoſeptimo Maii eiuſdem anni eodem proponente, fuit tentum pro non attentatis: quia prouiſus fecerat animo continuandi poſſeſſionem, quam habebat in diſtributionibus quotidianis, nam cum in literis concederentur Canonicatus, & prebenda cum iuribus, & pertinentijs ſuis, & cum annexis, & Capitulum poſtea immittat eum in poſſeſſionem iuxta formam literarum cenſetur immittere, etiam quoad diſtributiones tamquam in annexis, & acceſſoriis, & allegabatur doctri. Ancha. in capitu. ſine poſſeſſione, colum. 16. ad fi. uerſicu ſi ergo Canonicus, de reg. iur. in 6. Ferret. in conſi. decimoquarto num. quarto & quinto qui aliàs allegat, & in ſimili Dec. in conſilio 271. ſub numero decimoſeptimo verſicu. & licèt dux, & verſicu. ſecundò poteſt reſponderi. Quod tamen neceſſariò intellexerunt, niſi † cōſtaret, quòd alius eſſet in quaſi poſſeſſione harum diſtributionum reſpectu eiuſdem canonicatus, ea ratione: quia ſi apparet de uera alterius poſſeſſione, utique iſta tacita poſſeſſio in annexis reſultans ex poſſeſſione rei principalis non induceret continuationem: cum appareat per alium eſſe interruptam, nec excuſaret ab attentatis, iuxta deciſ. Rotæ 10. aliàs 89. nota, quòd de appella. in antiq. & quamuis Domini ibi reſoluerint pro non attentatis: quia tamen prouiſus (licèt poſſeſſionem ſuam continuauerit per dictum mandatum) uidetur fuiſſe in aliqua culpa, cum tale mandatum debuiſſet obtinere à Rota, ubi cauſa pendebat, fuit per modum prouiſionis ordinatum, quòd prouiſus illi mandato cederet retenta tamen diſtributionum poſſeſſione, & articulo expenſarum dilato in aliud tempus.

Decimoquartò amplia, ut † talis continuatio poſſeſſionis citra uitium attentatorum non ſolùm fieri poſſit fructus percipiendo, & alios actus poſſeſſorios exercendo, verum etiam rem ſuper qua litigatur alteri locando, & ſic etiam detentionem in conductorem transferendo, ea ratione: quia rem locare dicitur actus poſſeſſorius, ad l. quod meo, & l. quamuis. §. per colonum, & ibi not. ff. de acquirē. poſſeſſio. & ita fuit tentum in una Rauennaten. bonorum coram Gropperio, decima Decembris. 1563. in qua fuit dictum, quòd locatio (de qua ibi dubitabatur) non erat attentata: quia in facto præſupponebatur, quòd locatores eſſent in poſſeſſione ante locationem, & ideo cenſentur locaſſe continuando poſſeſſionem per conſiliū Pariſ. vltimum, libro quarto. Quæ ampliatio ex his, quæ ibi in facto præſupponebantur, adhuc ampliari poſſe uidetur, ut procedat, etiam ſi talis locatio fuiſſet facta uiro nobili, & ipſo locatore potentiori: quia non per hoc eſset dicenda magis inualida, aut attentata, quaſi tunc haberet locum titulus C. ne liceat potentioribus, & titul. de alienat. iudic. mutand. cauſ. fact. tum † quia diſpoſitio dictorum titulorum longe eſt diuerſa à titulo de litigioſis, & à materia noſtra attentatorum, ut declarat gloſs. in capitulo primo, in uerb. fuerint, & ibi quoque Abba. in ſecundo notab. de alien. iudic. mut. cauſa fact. Tum quia † ad hoc, ut illa iura ſibi locum vendicent, requiritur, ut ſit facta in potentiorem alienatio dominii, vel ſaltem poſſeſſionis, quod non cadit in locatione: cum per eam nec poſſeſſio, nec proprietas in conductorem transferatur. l. certè. §. is, qui rem. ff. de precar. l. prima. C. commun. de uſucap. cum ſimil. In eum igitur non poteſt dici facta alienatio, qui non poſſidet ſuo, ſed nomine conductoris, ut tradit Abbas in dicto capitulo primo, ſub numero primo de aliena. iudic. mut. cauſa fact. Præſertim † quia l. prima. C. ne lic. potent. procedit, quando quis dolosè, & in fraudem rem de qua agitur in alium tranſfert, ut declarat poſt alios Menocch. de recuperāda. poſſeſſ. in primo remed. quæſtione trigeſimatertia ſub nume. 381. ad fin. & Roland. in conſilio trigeſimooctauo de duobus. numero vigeſimoſexto libro ſecundo, qui dolus in locatore hoc caſu non uidetur poſſe conſiderari, cum vtatur iure ſuo, & lege permittente, ut l. Gracchus, de adulter. cum ſimilibus.

Decimoquintò amplia, † ut pro uerificatione huiuſmodi continuationis etiam ad effectum excludendi attentata reſpectu totius rei ſufficiat habere medietatem illius rei ſuper qua litigatur pro indiuiſo, & ideo ſi mortuo conſocio, & litis conſorte ſuperſtes ſub prætextu deuolutionis, conſolidationis, reintegrationis, aut alia ex cauſa dicat totam rem ad ſe pertinere, & lite (ut præfertur) pendente aliquem actum poſſeſſorium faciat, non dicitur attentare, ſed potius ſuam antiquam poſſeſſionem continuare, & ra-
64 tio eſt: quia † poſſidens pro indiuiſo non poteſt continuare ſuam medietatem, niſi in tota re, ad not. per Bartol. & poſt alios ibi Iaſo. in l. ſerui electione. §. Labeo, numero decimo ſeptimo & decimooctauo. ff. de lega. primo, unde licèt quis non eſset dominus niſi pro medietate pro indiuiſo, iſta tamen indiuiſibilitas (ut ita dixerim) cauſat poſſeſſionem reſpectu omnium, & ſingularium partium ipſius rei, & conſequenter, licèt de nouo acquiratur ius in proprietate alterius medietatis: tamen actus poſſeſſorii facti per ſuperſtitem mortuo conſorte, ſi referantur ad poſſeſſionem antiquam (quæ erat reſpectu

Source : BIU Cujas

totius)erunt continuatiui,& non de nouo acquisitiui. Et propterea ex hac ratione dixerunt aliàs Domini non constare de attentatis in una Mesanen. Baroniarum coram Domino meo Oradino, quinto Nouembris 1565. in qua(cum Beatrix,& Georggius essent domini pro indiuiso cuiusdam Baroniæ,& lite desuper pendente, inter eos ex una,& alios ex altera,moriatur Georgius,& Beatrix eo defuncto cœpisset possessionem, & fecisset nonnullos actus possessorios (præsertim petendo à rege inuestituram) & pars aduersa allegaret dictos possessorios actus fuisse attentatos,& per eos Beatricem se intrusisse,& instaret pro reuocatione huius modi intrusionis,& attentatorum) Domini dixerunt non constare de attentatis, ex quo Beatrix suam possessionem dicitur continuasse per superius allegata per informantes pro Beatrice,ad quę Domini ibi se retulerunt.

65 Decimosextò amplia,ut ad hanc† continuationem introducendam ad effectum excludenti attentata sufficiat
66 etiam sola ciuilis possessio ante litem, & ideo † si ciuiliter possidens capiat lite pendente naturalem vacantem,nō dicitur attentare,sed suam possessionem continuare: quia talis adeptio non dicitur noua acquisitio, sed potius continuatio:ut est text.& ibi no.omnes præsertim Abba. in ultimo notab.numero septimo,in capitulo cum uenissent,ex
67 tra de restitution.spoliato.inferentes†propterea,quòd statutum mandans, quòd pro noua possessione soluatur gabella,non procedit in acquirente(ut præfertur)naturalem possessionem,cuius text.& Abbat. authoritate in terminis nostris,quòd is non dicitur attentare, sed suam possessionem continuare,concludit Paris.consilio 172.in causa,numero duodecimo libro quarto,quem sequitur ex recentioribus Mandos.in tracta.de inhibition.quæstione vigesimatertia. atque etiam nouissimè videtur secuta Rota secuta est in una Bononien. prætensorum attentatorum coram
68 Cotta.16.Ianuarij.1570.in qua fuit tentum † quòd si locator commissa per conductorem causa iactationis contra eum hac lite pendente capiat possessionem rei locatæ non dicitur attentare,considerata priori possessione, quam habebat ante litem,ut etiam admonuimus infra hoc eodem c.in quinta limit.principali,in princip.

Limitatur prædicta regula.

69 Primò ut non procedat,†quando Papa causam ad se aduocasset,ut post Franc.in capitu.ut nostrum.colum. tertia sub numero quinto uersicu.in eadem glo. de appella. tradit Paris.in consilio 39.non possunt,sub numero 7.lib. primo,vbi allegat etiam Innocen.Dec.& deci.Rot.4. aliàs 76. de testi.in no & post Paris.vbi supra,tradit Anton Gabriel. commun.conclus.libro quinto de acquiren. possess. conclus 6.nume.14. & sequ. vbi id declarat procedere,quando per continuationem possessionis fieret præiudicium negotio principali, aliàs secus, & procedere in auocatione non autem in commissione appellationis, ut latius per eum.

70 Secundò quando † vteretur possessione non eo modo, quo ante litem,sed diuerso:nam ex quo text. in d. capitu. cum teneamur.de appella.& Doctor.præsertim Francis.in primo no.dicunt non attentare eum,qui utitur eo modo, quo ante litem vtebatur,satis à contrario sensu colligitur, quòd si diuerso modo uteretur,esset attentatorum,argū.l. 1.ff.de offic.eius,& l cum prætor. ff. de iudic. cum simil. & not.expresse gloss magistra in capitu. non solùm in gloss. 77 mag.ad med. uersicu.dic tamen,de appellatio.in sexto, & ibi omnes,quam communiter à Docto approbari attestatur August.Bero.consilio 118.cum Alphonsus, nume.7. 8.& 24.libro tertio ubi plura ad hanc limitat.eleganter ponit,& dixit notabiliter Alexand.apud Barto.in l. prima,in verb.litigiosa.ff de litig.post alios,quos allegat, quòd etiā lite pendente potest quis uti sua possessione, dummodo li
71 citè utatur,secus si illicitè ad præiudicium partis.†Non diceretur tamen uti diuerso modo,quo prius ille, qui antea accepit possessionem instrumentalem Canonicatus,si lata deinde pro eo sententia(à qua pars appellauit)pendente appellatione, iterum possessionem Canonicatus accepit cū perceptione fructuum,& distributionum quotidianarum ut fuit in effectu resolutum in dicta Romana Canonicatus Sanctæ Mariæ Rotūdæ coram Cotta decimonono Nouembris 1563.in qua(cum ad excludendum, ne secunda possessio appellatione pendente capta esset continuatiua, ex aduerso per Aduocatos allegarentur multa, & præsertim,quòd secunda possessio erat diuersa à prima: cum illa esset debilis,& inanis,hæc autem plenior,& multum ab illa dissimilis,ad text.in l. Titia in princip. ff.de solut.l. litib.

72 C.de agric. & censit. lib.11 attento quòd†ille est proprium & uerus possessor,qui fructus percipit gloss. in l. si quis, in uerb.finiat,& ibi Bald.column tertia. C.fin.regund. Dec.in consi.56. in causa,numero tertio & sexto,& melius.consil. seq.col.2.post princi.& consi. 125.in causa,colum.1.Aymo in consi.105.Antonius.col.2.Et quòd licèt permittatur lite pendente possessionis continuatio(vt in regula suprapo sita)non tamen permittitur uariari,& alterari(quod fieri uidetur per acquisitionem possessionis plenè, & efficacis) quasi hoc casu quis non possit dici,quòd utatur possessione eo modo,quo prius,sed alio pleniori)& uideatur potius acquisitio noui iuris,& nouæ,& ualidæ possessionis,quam continuatio. Nihilominus Dominihac ratione minime attentata concluserunt,quod stante prima possessione bona (ut in facto præsupponebatur) licèt esset instrumentalis, ac sine fructibus, secunda esset continuatiua,& consequenter esset censenda eadem,& non diuersa à prima.

73 Tertiò†quando essemus in eo,qui esset in quasi possessione eligendi de iure speciali,non autem de iure communi;quia is lite pendente(si vellet continuare) attentaret secundùm Paulum de Castro in consil.403.illa quæ.numero secundo libro primo,quem refert Prob. in addit. ad Io. Monach.in capitu.primo,ut li.penden.in sexto. Pro qua limitat.facit,quod aliàs fuit resolutum per Dominos in una Bisonen.iurisdictionis coram Capizuccho de anno 1555.

74 Quòd†cum Archiepiscopus habeat præsumptionem pro se circa ius uisitandi ecclesias Suffraganeorum, & præsumatur esse in possessione visitandi,si lite super iure visitan-
75 di,pendente continuet uisitare,non attentat,†nisi Suffraganei probauerint quasi possessionem exemptionis, ut est de cis.in recollect.Caputaquen. in prima parte 125. incipien. cum Archiepiscopus, & alia eiusdem 250. incipien. cum Archiepiscopus in una Bononien.Iurisdictioni .21.Iunii
76 1555.Quæ limitatio†uidetur in dubium posse refricari ex his,quæ ponit Palcott.decisio. 284. cum aliàs. in una Burgen.Iurisdictionis.16.Octobris 1558.ubi capitulum prætendebat se esse exemptum ab Episcopo per Breue,& ex eodē Breui sibi competere ius quoddam exercendi(& cōsequenter illud erat de iure speciali)& uoluerunt Domini, quòd si Capitulum ante litem erat in quasi possessione illa exercendi,non dicatur attentasse suam quasi possessionem cōtinuando.Nisi dicas,quòd breue non inducit ius speciale uniuersaliter,attento quòd nonnulla ex his, quæ in breui (in casu illo)continebantur,competebant Capitulo de iure communi,ut in casu illius decis.uisi sunt etiam Domini considerasse.Quæ tamen saluatio,nec ex præmissa consideratione saluari posse uidetur,sed potius in totum à dicta resolutione per Palcott.in supradicto loco relata recedendum fore(prout ab illa in effectu recessisse, etiam uidētur Domini) attento,quod in eadem Burgen. iurisdictionis(Domino de Rubeis proponente)primum sub die vigesimoseptimo Aprilis.1562.fuit tentum,quòd Capitulo instantie pro mandato de manutenendo,illud non esset dandum,ex eo:quia possessio capituli exercendi iurisdictionē siue Episcopo fuerat cępta lite pendente, & deinde dum in eadem dubitaretur,an possessio capituli(etiam inspecto iure communi)posset excusari ab attentatis ad effectum obtinendi prædictum mandatum de manutenendo, Domini(eodem D.de Rubeis proponente) sub die prima Iunii. 1562.dixerunt constare de attentatis,inspecto iure communi,quia nec†hoc casu Capitulum habet iurisdictionem simul cum Episcopo,& consequenter, cum possessio Capituli eo casu esset de iure speciali,& illa ibi non attendatur ad effectū manutentionis,sequitur, quòd nec etiam ad effectum continuationis,de qua agimus, possessio competens de iure speciali sit attendenda, quia tam manutentio, quàm continuatio excusans ab attentatis præsupponunt possessionem non uitiosam, ut supra dictum est numero 9.& infra in tertia parte. capitulo 31. de pœnis atten.in 6. pœn.ad fine.

78 Quartò limita:ut procedat† in eo, de cuius possessione ante litem motam constat, secus si non constet vere, aut præsumptiue:quia scilicet de iure communi præsumeretur possidere,ad no per Rot.decisio.10. aliàs 89. nota quòd ubi.de appella.in antiq.& quæ tradit Ioan.Crot. in consil. 101.uiso puncto.nume.12.& eleganter per Nattam in consilio 706.approbo.numero decimo.& sequen. libro tertio, si enim contra talem allegantem cōtinuationem suæ possessionis(ad effectum effugiendi attēntata) probetur aduersarū esse in possessione;tunc dicitur attentare, ut est dicta deci.Rotæ 10.aliàs 89.nota ℣ ubi.de appel.in antiq. ibi,nisi probetur alium possidere:ad quod facit dicta decis.Caputaquen.

Source : BIU Cujas

aquen. 125. in 1. parte: licèt, post princip. & quæ ponit Fran. in capitu. significante, colum. 3. nume. 10. & seq. versicu. sed quando constaret, de appella.: vbi sentit, quòd etiam si esset quæstio principaliter de possessione, & aliquid attentetur contra eum (de cuius meliori possessione constat) per eius aduersarium, tunc tale attentatum (etiam prætextu suæ possessionis) non excusatur, sed reuocatur, etiam per iudicem delegatum, etiam si tale attentatum dicatur factum ante litem coram eo contestatam: vt post Hostien. & alios
79 latius ibi per eum: Immo magis †dixerunt aliqui, quòd et si non probaretur aduersarium esse in possessione, sed dubitaretur, vter esset in possessione, & cõsequenter essemus in possessione turbida, is qui faceret actum post appellatio
88 nem interpositam prætextu continuationis non excusare tur ab attentatis, sed illa deberent reuocari, & ita dixit Alexan. (qui licèt loquatur de gestis appellatione pendente,
89 idem tamen ad propositum nostrum potest dici de gestis lite pendente, cum non uideatur diuersa ratio) in consi. 99. Visis. numero 3. lib. 5. quem refert, & sequitur Dec. in cons. 103. in causa, nu. 2. lib. 1. Quamuis Alex. in dicto consi. non
90 videatur habere hanc responsionem pro tuta. Et contra-
80 rium † quòd quando est dubium, quis prius possessionem cœperit, attentatorum reuocatio non sit facienda, nisi petens attentata reuocari probet de priori possessione, sensit Stefan. Bertrand. in consi. 49. uiso processu. sub num. 1. vers.
81 & si fortasse. libro 1. Hæc † tamen Alex. opi. videtur omnino amplectenda, attento maxime, quia in hanc sentẽtiam videntur aliàs inclinasse Domini in una Bononien. attentatorum coram Fantutio 27. Iunii 1561. in qua (cũ comes Nicolaus de Calderinis haberet possessionem bonorũ sibi donatorum, ciuilem per clausulam constituti, & naturalem per apprehẽsionem post obitum donantis, & illarum vigore obtinuisset mandatum de manutenendo ab Auditore Cameræ: cum Marcus Antonius de Rubeis eius aduersarius à decreto dicti mandati, appellasset, & intra legitima
91 tempora causam appellationis cõmisisset in Rota, & eius vigore inhibuisset, & post inhibitionem Nicolaus uigore dicti mandati fuisset immissus in possessionem, & per aduersarium diceretur immissionem esse attentatam, ille uerò prætextu continuationis uellet eam ab attentatis excùsare) Domini (licèt noluerint capere resolutiònem) inclinauerunt tamen pro attentatis, secundùm regulam, quæ habet, quòd inhibitio facit attentata. Et ad id de continuatio
82 ne respondebant, illud procedere † quando possessio non esset turbida, & reuocata in dubiũ, prout erat ibi: Pro qua opin. facit etiam dicta decis. in recollect. Cottæ. 168. quòd possessio ciuilis habita uigore clausulæ constituti non suffragatur ad effectum continuationis, quando reuocatur in dubium ualiditas instrumenti, in quo est appositum cõstitutum: & faciunt etiam ea, quæ posuimus supra in fine 12. ampliationis præsentis primæ limitat. nume. 54. versic.
83 3. limita: Turbida autem possessio † non diceretur si (lato laudo 5 quosdam fratres in fauorem quorundam de canonicis) eo die, quo fratres petierunt reductionem laudi, canonici ingressi sint possessionem bonorum, de quibus agebatur, quæ erat penès quendam conductorem habentem causam à fratribus (etiam colonos expellendo) quoniam per talem immissionem factam à nuncio publico contentur Domini de canonicis acquisiuisse plenam possessionem, & propterea (si per fratres deinde commissa causa reductionis in Rota, & obtenta illius uigore inhibitione, & contra Dominos de Canonicis legitimè exequuta) Domi
84 ni de Canonicis petant, † & obtineant à iudice in partibus relaxari sequestrum super fructibus dictorum bonorum factum ad instantiam dicti conductoris, sibique illos consignari, licèt talis relaxatio, & continuatio uideretur attentata tanquam facta post inhibitionem totalem (quia tamẽ prima possessio erat plena, & non turbida) Domini tenuerunt pro non attentatis in una Bononien. bonorum corã
85 Domino de Rubeis decimaquinta Iunii 1565. † Quòd autem dictum est, præcedentem possessionem excludere attentata prætextu continuationis, intellige procedere, quãdo de huiusmodi præcedenti possessione concludenter cõ-
86 stet † secus si de illa appareret per testes nulliter examinatos, ut fuit tentum in una Segobien. præstimoniorum coram Gropperio. duodecimo Ianuarii. 1568. in qua (cum is, qui antequam esset inhibitus obtinuerat mandatum de manutenendo ab Auditore Cameræ examinatis desuper duobus testibus parte non citata, & (postquam fuerat in Rota citatus) uigore dicti mandati perceperat fructus præstimoniorum, Immo executor in dicto mandato de putatus alium delegauerat, & per aduersarium prætenderetur, quòd dicta perceptio, & delegatio essent reuocanda per uiam attentati, ille verò ad excusanda attentata allegaret continuationem possessionis) Domini tamen dixerunt, quòd possessio, quæ allegabatur tanquam continuatiua, esset apta excludere attentata; tamen de ea per dictos testes non constabat: quia fuerant nullitur examinati, & nõ probabant concludenter.

87 Quintò, ut † non procedat in possessione noua: quia in præiudicium nouæ possessionis potest aliquid innouari, Imo. in capitu. laudabilem. extra ut lite penden. per text. in c. tenor, extra de re iudi. & in c. ueniens, extra de reg. & propterea si appareret, quòd quis re vera non esset in possessio
88 ne † nisi de recenti, hic prætextu continuationis huius possessionis non excusaretur ab attentatis, ut consuluit Aug. Bero. in consi. 110. an à sententia, in fi. num. 39. & seq. lib. 3.
89 dum uoluit, quòd † si alicui fuisset data tenuta, & statim occasione dictæ tenutæ fuerit lis introducta, non potest hac lite pendente habens tenutam sub prætextu continuationis ab attentatis excusari.

90 Sextò & notabiliter limita, ut regula † nõ procedat, quotiescunque in attentante, & sub prætextu continuationis ab attentatis se excusare uolente, notaretur perfidia: quoniam hoc casu propter perfidiam fit reuocatio talium attentatorum, vt est casus secundùm unum intellect. in ca. cum M. Ferrariensis, extra de constit. ubi Abba. sub nu. 32. ver. in glo. fin. & vers. & no. singulariter hoc dictum, iuncto versic. superiori incip. Nec debet fieri reuocatio propter pẽdentiam litis, post Innoc. ibi (inquit) quòd quando in attentante notatur perfidia (non obstante prætensa continuatione) attentata reuocantur, prout erat in illis canonicis, in casu illius decretalis, qui cum tenerentur nouis supernumerariis canonicis per ipsos antea electis præbendas assignare, & sibi de illis prouidere, illi præbẽdas, & possessiones vacantes transtulerunt in semetipsos, & notabiliter ibi subdit, & nota † singulariter hoc dictum, est enim nouum remedium reuocandi attentata lite pendente, ubi scilicet notatur perfidia in attentante, licèt cessent alia iuris remedia

Limitatio. II.

SVMMARIVM.

1 *Diuersa causa ubi consideratur ab ea, in qua prætenditur fuisse attentatum, non censetur attentari.*
2 *Litis pendentia non obstat illi iudicio, cui non obstat sententia.*
3 *Iudicium pendens contra aliquem super arresto, non impedit, quominus possit contra eundem formiter iudicio ordinario agi.*
4 *Attentata non extenduntur ad causas diuersas, aut personas diuersas.*
5 *Continentiæ causæ quæ dicantur, remissiuè.*
6 *Dispositio l. nulli. C. de Iud. in quo differat à dispositione l. ubi cœptum. ff. de iud. rem. ssiuè.*
7 *Causa tripliciter considerarì potest, quia Aut est diuersa, Aut eadẽ, Aut diuersa quidem, sed aliqualiter connexa;*
8 *Diuersa vbi est causa, ibi regulariter cessat consideratio attentatorum.*
9 *Collatio beneficij facta lite tantum super possessione pendente non dicitur attentata.*
10 *Possessio capta pendente iudicio possessorio non dicitur attentata.*
11 *Fructus propria authoritate uigore facultatis sibi competentis percipiens non dicitur attentare, si lis tantum super beneficio, & iure regredi ad illud pendebat.*
12 *Commissio causæ super regressu ob non solutionem pensionis non facit beneficium litigiosum.*
13 *Lis in possessorio dicitur facere litem etiam respectu petitorij, quando agitur de uerificatione supplicationis, in qua esset facta mentio litis, de qua hic.*
14 *Pendentia litis super criminibus non facit collationem ordinarij interim factam esse attentatam.*
15 *Lis super possessorio regulariter non facit rem litigiosam.*
16 *Attentata sine lite regulariter non dantur.*
17 *Lis super proprietate, ac beneficio regulariter facit litigiosam, etiam possessionem.*
18 *Committens causam super possessorio Auditori Cameræ post inhibitionem emanatam uigore commissionis super beneficio antea in Rota præsentatæ dicitur attentare.*
19 *Pacificus possessor videtur quis etiam si sit lis mota super beneficio, secundùm aliquos.*
20 *Committens causam iactationis, & iactationum in dubio censetur committere tam petitorum, quàm possessorium.*
21 *Nisi adsit dictio taxatiua tantùm, &*

22 *Iste est stylus Rotæ.*
23 *Lis pendens super cessione bonorum non facit esse attentatam executionem sententiæ interim factam.*
24 *Inopiæ iudicio pendente super expensis reseruatis in fine litis, si ob id quod non fuerat paritum iudicato feratur declaratoria ob non paritionem, illa non dicitur attentata.*
25 *Lite pendente super extensione consensus, & exhibitione quarundam scripturarum ad dictam extensionem facientium procedi potest ad expeditionem causæ principalis.*
26 *Absolutionis a iuramento coram ecclesiastico causa pendente, potest iudex laicus in negotio principali procedere.*
27 *Præsertim si agatur vigore obligationis in forma cameræ.*
28 *Legatarij possunt agere ad legata etiam pendente iudicio super petitione hæreditatis.*
29 *Cautione tamen præstita de restituendo in euentum succumbentiæ.*
30 *Criminale iudicium non facit rem litigiosam, vt illa non possit alienari.*
31 *Lis super hypotheca rei non facit rem litigiosam.*
32 *Personalis actio litigiosam rem regulariter non facit, sed tantum ipsam actionem, secundum communem opin.*
33 *Assignatio de duabus quartis partibus de fructibus suarum portionum facta per portionarios, contra quos agebatur super excrescentia fructuum dictarum portionum, ut inde alia portio erigeretur, nõ dicitur attentata.*
34 *Citatione vna facta super obseruatione contractus, & deinde alia super inobseruantia eiusdem contractus illius resolutiua, dicuntur inductæ diuersæ lites, ita vt solutio interim facta non censeatur facta lite pendente super inobseruantia resolutiua contractus.*
35 *Litis pendentia super inobseruantia, non impedit, quin lite pẽdente possit adimpleri, & illius obseruantia validat iudicium.*
36 *Lis pendere non dicitur per oppositionem, ne aliquis per Episcopum instituatur, sed ad officialem remittatur.*
37 *Etiam si opponens iura produxit, & terminum ad respondendum a iudice obtinuerit.*
38 *Lite pendente coram vno potest coram alio iudice agi, quando iudicia tẽdunt ad diuersos fines, ita vt exceptio rei iudicatæ in vno, in alio nõ obstet.*
39 *Nullitatis causa non impedit processum in causa principali, quando sunt inter se diuersæ.*
40 *Lis cum Capitulo censetur diuersa a lite cum singularibus personis ipsius Capituli.*
41 *Intimatio collationis facta Capitulo per executorem, facit litem etiam quoad personam particularem Capituli ibidem præsentem, quamuis viderentur causæ diuersæ.*
42 *Agens contra vsufructuarium, vt declaretur eum ab omni suo iure cecidisse, non potest pendente hoc iudicio ordinario redire ad viam extraordinariam; quia sint diuersæ causæ, tamen electione vnius altera tollitur.*
43 *Causa vbi est eadem & inter easdem personas, proculdubio regulariter dicitur attentari per actum factum a partibus.*
44 *Iudicium regulariter, vbi cœptum est, ibi finiri debet.*
45 *Processus secundi iudicis valet non obstante pendentia litis super eadẽ re coram alio iudice.*
46 *Præsertim si ageretur ex causa necessitatis.*
47 *Vel citatus haberet priuilegium.*
48 *Vel esemus in crimine hæresis.*
49 *Vel primus iudex esset negligens in iustitia administranda.*
50 *Vel esemus in executiuis, & nu. 76.*
51 *Vel dominus temporalis ipsis litigantibus inhibuisset, nec coram primo iudice litigaret.*
52 *Processus primi iudicis dicitur nullus, quando secũdus iudex, qui de eadem causa incæpit cognoscere, esset superior, & facit actum motu proprio.*
53 *Iudex secundus procedens ad instantiam partis solum inualidat processum primi iudicis inferioris a tempore scientiæ, non autem ante notitiam.*
54 *Iudex laicus debet supersedere in causa coram eo mota, si sciat eandem prius coram ecclesiastico fuisse introductam.*
55 *Processus Ordinarij non valet, si sciebat causam in curia pendere.*
56 *Appellationis a grauamine causa commissa vnà cum toto negotio principali, si pronuncietur male appellatũ, negotiũ principale remanet apud iudicem appellationis ex stilo dominorum.*
57 *Negotium principale commissum in appellatione a grauamine censetur commissum in euentum grauaminis, & hoc multi imperiti ignorant, secundum aliquos.*
58 *Iudex, coram quo secundo loco fuit comparitum, non potest in causa procedere, si per primum iudicem, coram quo causa pendebat, fuisset inhibitum.*
59 *Processus factus super eadem re per secũdum iudicem (postquam pars opposuit de litis pendentia coram primo) est nullus.*
60 *Exceptionem litis pendentiæ coram alio iudice esse impeditiuam processus coram alio, non est dubium.*
61 *Examen testium factum per vnum iudicem delegatum Apostolicum in partibus vigore Breuis non dicitur attentatum, quamuis eadem causa penderet vigore specialis commissionis in Rota.*
62 *Iudex de partibus licèt non possit inhibere iudici in curia, si tamen pars extra curiam non excipiat de lite pendente in curia, processus valet.*
63 *Subreptio regulariter non uitiat rescriptum, nisi à parte opponatur.*
64 *Iusta est appellatio, si non admittatur exceptio litis pendentiæ.*
65 *Appellare quis debet à processu per secundum iudicem facto, nec sufficit sola oppositio de litis pendentia coram primo, secundùm communem opinionem.*
66 *Appellatio à non admissione exceptionis litis coram primo iudice pendentis iusta reputatur.*
67 *Exceptio litis pendentiæ impedit non solum processum, verum etiam impetrationem secundi iudicis.*
68 *Immo impedit etiam compromissum, & illius petitionem.*
69 *Etiam si actor esset paratus renunciare instantiæ inchoatæ, &*
70 *Etiam si iudicium esset summarium.*
71 *Exceptio litis pendentiæ post capturam à carcerato opposita quoad effectum attentatorum idem operatur ac si ab initio fuisset opposita.*
72 *Processus secundi iudicis valet etiam post oppositionem partis, quando lis, de qua opponit, fuisset dolosè, & in fraudem instituta.*
73 *Exceptio litis pendentiæ coram primo iudice, non in forma iudicij, sed per defectus, & contumacias institutæ non inualidat processum secundi.*
74 *Oppositio de huiusmodi litis pendentia tunc operatur, quando res iudicata obstaret actioni.*
75 *Exceptio litis pendentiæ coram primo debet opponi ante litem contestatam coram secundo iudice, ibid.*
76 *Exceptio litis pendentiæ corã primo iudice non potest opponi in executiuis.*
77 *Contumax coram primo iudice non potest allegare litis pendentiam coram eo apud alium iudicem.*
78 *Exceptio litis pendentiæ opponi potest, quando vere lis pendet contra opponentem, secus si pendet contra suum fideiussorem, uel econtra.*
79 *Actor, qui lite coram primo iudice introducta ab eo recedens comparuit coram alio, non potest iuuari litis pendentia coram primo.*
80 *Impugnans litem non potest in ea se fundare.*
81 *Facta magis voluntatem declarant, quàm verba.*
82 *Appellationem impugnans non potest in ea se fundare.*
83 *Alienatio necessaria (puta per diuisionem) improbatur respectu prouocantis ad diuisionem.*
84 *Clausula, rato manente pacto, non iuuat inobseruantem.*
85 *Appellans censetur appellationi renunciare, si aliquid innouauerit appellatione pendente.*
86 *Attentans si fuerit spoliatus non restituitur.*
87 *Connexitas causarum ubi consideratur, ibi etiam attentata considerari possunt.*
88 *Exceptio litis pendentiæ non obstat iurisdictioni, nisi res iudicata obstet actioni.*
89 *Connexa, incidens, depẽdens, et emergens causa, quę dicatur, remissiue.*
90 *Lite in petitorio & possessorio in Rota pendente, si alter ex collitigantibus agat coram Auditore Cameræ contra colonos rei de qua agitur, an talis processus sit attentatus.*
Et dicitur attentatus. num. 91.
92 *Auditor Rotæ uidetur magis delegatus, quàm ordinarius præsertim in sententiando.*
93 *Par in parem non habet imperium.*
94 *Nisi præuenerit: quia tunc potest inhibere alteri.*

SEcundò. principalitet dicta regula, (quòd actus facti lite pendente regulariter sint attentati.) Limitatur non pro-
1 cedere, quando esset † causa diuersa, & actus gestus, qui prę tenditur attentatus, non respicit, aut tangit causam illam, quæ in iudicio pendet. Trita est. n. iuris regula, ꝙ ex diuersis non fit illatio l. Papinianus exuli. ff. de minor. l. fi. ff. de ca-
2 lumniat. cum vulg. & regulariter † illi iudicio. cui non obest sententia, nec etiam litis pendentia obest. l. sed si ante. ff. de excep. per quam Rip. resp. cap. 2. sub titul. de except.
3 respondit, † quòd pendente iudicio super arresto contra debitorem per implorationem officij iudicis obtento, potest contra eundem debitorem procedi super debito principali, intentando actionem, & iudicium formiter, & in propriis terminis nostris, quòd attentata non extendantur
4 † ad causas diuersas, aut ad diuersas personas, eleganter deducit Rui. cons. 75. quantùm. num. 8. & sequen. lib. 5. & nor. Anton. Corsett. in singul. suis in verb. appellatio, incip. regula est, versicul. limita quintò. Verùm quia ista limitatio ita simpliciter posita potius videretur materiam inuoluere, quàm aperire, & lectoris animum posset dubitantem re-
5 linquere, ideo, vt clare pateat (omisso † quibus modis di-
6 cantur continentia causæ, & in quibus † differant dispositio l. vbi cœptum. ff. de iudic. à dispositione l. nulli. C. de iudic.

Source : BIU Cujas

dic.de quo eleganter per Afflict.deciſio.354.in cauſa.vſque ad num.9.& per Menocch.in tract.de arbitr.iud.libr.ſecundo,centuria quarta,caſu 371.per totum:vbi late, & eleganter tractat, & declarat materiam dicta l. nulli.) Sciendum eſt, quòd ad propoſitum noſtrum, prout ex dictis doctorū
7 in diuerſis locis colligitur,cauſa † tripliciter conſiderari poteſt. Aut enim eſt penitus diuerſa, Aut eſt eadem cauſa, Aut diuerſa quidem,ſed tamen cauſa,quę pendet aliquo modo connexa.

Quo ad primum, quando cauſa,quæ pendet, & illa, in qua dicitur attentatum, ſunt penitus diuerſæ (quæ diuerſitas quomodo accipiatur, vide infra cap.12.de attentat. appellatione pendente, in ſecunda limitat. princip. numer.4.
8 & ſequ.) Sit regula,† quod talis actus conſiderata huiuſmodi diuerſitate non dicitur attentatus; vt fuit aliàs deciſum per Dominos in vna Romana atténtatorum inter Epiſcopum Viterbien. & Vincentium Rutilium coram Veſtano de anno 1554.die 7.Maii.Exemplum lite pendente inter aliquos non ſuper iure, aut beneficio †, ſed ſuper poſſeſſione alicuius beneficij, Ordinarius autem per mortem collitigātis,aut aliàs illud beneficium confert, an collatio ſit attentata? & quamuis ſi lis penderet ſuper beneficio Ordinarius conferendo contra prohibitionem.cap.ſi hi contra quos.vt lit. penden. in 6. diceretur attentare, vt dictum eſt ſupra in prima parte. cap.tertio,de attentat.à tertio, in vndecima limitat.nu.92.Quia tamen actus collationis,per quam tranſfertur ius & datur titulus beneficij,reſpicit ius,& proprietatem, quæ nihil habet commune cum poſſeſſione, iuribus vulg.Idcirco non dicitur attentare:cum ſola poſſeſſio dicatur eo caſu facta litigioſa, vt eſt deciſ.Caſſad.4. Maior pars, num.primo,in titul.vt lit.penden.quem refert, & ſequitur nouiſſime Menocch.in trac.de arbit.Iud.lib.ſecundo, centuria 3.caſu 202.nu.18.remittens ſe ad latius dicta per Dec. in conſ.483.num.10.& Rip.in l.naturaliter.§.nihil commune. nu.13.& 14.ff.de acq.poſſ.& tradit Sarnen. de Triennal. q.53.nu.8.& Rebuff.de paciſ.poſſ nu.166. Ex qua propoſitione, ꝙ proprietas nihil habeat commune cum poſſeſſione, & illud ad propoſitum noſtrum deciſum eſt apud Dominos deciſ.10. aliàs 417. ſi pro ſpoliato,nu.2.verſ. ſed pone retento,de cauſa poſſ. & propiet.in no. quòd ſi in prima inſtantia ſpoliatus ſuſpendat petitorium,& in poſſeſſorio obtineat pro ſe ſententiam,quę tranſiuerit in rem iudicatam,
10 & deinde ita (ut præfertur) † pendente petitorio, ille ſine executore ingreſſus fuerit poſſeſſionem,talis adeptio poſſeſſionis non reuocatur per viam attentati: quia ſcilicet pendentia petitorij differt à poſſeſſione, vbi dicunt in fine, ꝙ ita fuit ſententiatum. Ex eadem ratione emanauit alia deciſio,quæ eſt in recollect.Acchill.de Graſſ.189. lite penden
11 te ſuper beneficio, ſub rubr.de lite.in vna Cordubien.penſionis coram Fabio † quòd lite pendente ſuper beneficio,& iure regrediendi ad illud non dicatur attentaſſe is, qui propria authoritate fructus perceperat vigore facultatis,quam habebat, vt poſſet propria authoritate fructus percipere,ex quo lis tantum erat ſuper beneficio,& iure regrediendi,nō autem ſuper poſſeſſorio,ſeu facultate fructus percipiendi, ad quod facit, quod habetur in recollect.Put.2.deciſ.68. ꝙ
12 commiſſio cauſæ † ſuper regreſſu ob non ſolutionem penſionis, non facit beneficium litigioſum. Illud autem hoc loco prætermittendum non eſt, quòd licèt concluſio ſupraposita,quòd lis in poſſeſſorio non faciat litem in petitorio,regulariter vera ſit,in vno tamen caſu illam non proce
13 dere dicendum eſt, uidelicet quando † eſſemus in verificatione alicuius ſupplicationis (puta reſeruationis penſionis ex cauſa ceſſionis)in qua eſſet facta mentio litis ſub his verbis,videlicet Martinus cedit omni iuri ſibi ſuper benēficio, vel ad illud quomodolibet competenti,nec non liti & cauſæ deſuper inter eos, ſeu alios quoſcunque quomodolibet pendenti:quoniam illud verbum,litis, licèt relatum ad illud verbum(deſuper) deſignet litem ſuper beneficio, & ſic petitorio, ad ſuſtinendam tamen reſeruationem penſionis ſuffiçit,quòd lis penderet tantum in poſſeſſorio & per eam illa narratiua litis cenſetur verificata, vt fuit reſolutum in vna Ciuitaten. penſionis coram A. Auguſtino. 3. Martij. 1553.Sicut,& ſimpliciter præfata ordinarij collatio(licèt lite pendente facta) nō diceretur attentata, ſi lis inter aliquos
14 non pendebat ſuper beneficio,ſed ſuper † criminibus ab altero ex litigantibus, ſeu etiam inuicem obiectis ſecundum Pariſ.conſil.47.videtur.nu.42.lib.4.Et vltra premiſſa,quòd
15 per litem motam † in poſſeſſorio regulariter non fiat res ipſa litigioſa,eſt deciſio Caſſad.6.Palatium.num.2.de reſcrip. Mil.in verb.litigioſa res.in fin.fol.213.cum alijs adductis ſupra in 3.illatione,num.491.in 15.limitatione regulæ ibi poſitæ. Quo caſu ſi ſuper re(ſuper qua non dicitur lis pende-
re) aliquid fiat, non dicitur attentatum, conſiderata cauſa-
16 rum diuerſitate: quia ad hoc † vt dentur attentata, debet adeſſe lis,ſine qua non cadunt,vt dicebat aliàs Caſſad.deciſio.6 ſuper reg.Cancel.incip.voluerunt Domini. numer.2.
17 Quamuis hoc non videatur conuerti; nam è contra † lis mota ſuper proprietate,& ſuper beneficio facit litigioſam etiam poſſeſſionem, vt eſt alia deciſio Caſſad. 9. incipien. Rota in antiquis.num.3.de cau.poſſeſ.& propr.vbi eleganter ponit, quando quid dicatur fieri litigioſum, cuius authoritate in vna Cameracē. Archidiaconatus 7.Maij.1554.
18 fuit dictum, quòd ſi commiſſa † cauſa in Rota ſuper beneficio, & facta inhibitione aduerſarius committi faciat cauſam ſuper poſſeſſorio Auditori Cameræ,ille dicatur attentaſſe: quia etiam poſſeſſorium, quod continetur in ventre petitorij,dicebatur pendere in Rota,vt eſt recollect. Caputaquen. parte ſecunda, deciſio. 46. incip. attentare dicitur. Quod tamen videntur aliter,quandoque ſenſiſſe Domini,
19 dum dicunt,quòd lite mota ſuper beneficio† nihilominus poſſeſſor ſi ante erat pacificus dicitur adhuc eſſe in pacifica poſſeſſione:vt eſt deciſio.Rot.3.aliàs.36. not. de eau. poſſ.& propr.in antiq.& deciſio.3.aliàs 61.ſufficit:de pręben.in no. Niſi dicas, Rotam intelligere quò ad effectum interrumpendi pacificam poſſeſſionē,puta ad effectum regulæ trienalis, ſecus quò ad effectum attentatorum, vt ſi poſſeſſor conuentus ſuper beneficio aliquid innouet circa poſſeſſionemsnon dicatur attentare:quia hoc eſſet abſurdum,& cō tra omnes regulas,quæ dantur in hac materia attentatorū, & poſſeſſor inuitaretur ad attentandum circa poſſeſſionē, & per conſequens ad delinquendum,cum attentare ſit delinquere,& ſonet in malam partem,ſecundùm Egid.deciſio.18.oneratio, quod non eſt dicendum,arg.l.relegatorū. ff.de interdict.cum ſimil. Quia non ſequitur, beneficium eſt inter aliquos litigioſum, ergo poſſeſſor non eſt pacificus,vt aliàs dicebat Mohed in recollect.ſuis deciſ.205.& ſi ſub rub.de allegat.Lap.ad fi.In dubio autem ſtante commiſ
20 ſione cum iſta clauſula placeat S.V.cauſam, & cauſas † iactationis,& moleſtationis circa poſſeſſionem dictorum canonicatus, & præbendæ &c.& alia clauſula, quòd Oratoris plurimum intereſt ab huiuſmodi moleſtationibus liberari. An cenſeatur commiſſa cauſa tam ſuper petitorio, quàm ſuper poſſeſſorio,& cenſeri ſuper vtroque commiſſam, tradit Caſſador.dicta deciſ.6. Palatium de reſcript. & poſt eum & alios per eum citatos ex recentionibus Menoch.de recuper.poſſ.Remed.15.q.27.num.363.& ita etiā fuit nouiſſime determinatum in vna Burgen.Canonicatus coram D. meo Oradino ſub die. 18. Martij.1560. cenſeri cauſam commiſſam ſuper vtroque, niſi in illa clauſula circa
21 poſſeſſionem adſit etiam † dictio taxatiua tantùm,& quòd
22 ita† ſeruat Rota,quicquid ſentiàt aliàs communis opinio, de qua mentionem facit Caſſad. dicta deciſio. 9. vt atteſtatur etiam Mandoſ.ſuper reg de ſubrog.eollitig.q.14.num. 6.cum qua deciſio.concordat etiam in recollect.Cottæ,de ciſ.10. Aliud poteſt eſſe exemplum huius diuerſitatis cauſarum: tu obtinuiſti contra me ſententiam pro tuo credito,ego paupertate laborans inſtitui contra te iudicium ceſ
23 ſionis bonorum, & ad hoc te citaui, † an lite pendente ſuper ceſſione bonorum facienda, necne tu poſſis contra me exequi ſententiam?& quia cauſa crediti tui diuerſa penitus eſt à cauſa ceſſionis meæ dictum eſt, executionem valere,
24 vt eſt deciſio.Capel.Toloſ.28.item fuit &c.&† quòd ob pēdentiam iudicij inopię non dicatur attentari,ſi procedatur in negotio principali.facit, quod fuit tentum in vna Toletan.Canonicatus coram D. meo Oradino. 4. Febr.1555.in qua(cum fuiſſet præſentata commiſſio) quòd parito iudicato quoad poſſeſſionem, fructus, & expenſę reſeruarentur in fine litis, & pendente iudicio inopiæ (quia de paritione quoad poſſeſſionem non ſufficienter conſtabat) iudex ob non paritionem illum declarauerit excommunicatum,& dubitaretur, an ille veniret excuſandus ab incurſu excommunicationis,ex eo præſertim; quia illa declaratoria fuerat lata pendente iudicio inopiæ. Domini tenuerunt non eſſe
25 excuſandum:Similiter † ſi lite pendente ſuper validitate reſignationis beneficij occaſione conſenſus forſan non ſufficienter extenſi, cuius occaſione eltera pars mouerit litem contra tertium ſuper exhibitione nonnullarum ſcripturarum ad dictam extenſionem facientia, & petat interim in cauſa principali ſuperſederi,& non deueniri ad illius expeditionem pendente lite ſuper exhibitione dictarum ſcripturarum Domini in vna Oueten. Archidiaconatus de Tineo coram eodem Oradino 6. Februarij.1555.tenuerunt,quòd non obſtante litis pendentia cauſa principalis expediretur Commiſſio quoq; ſuper nullitate executorialium non facere litem ſuper beneficio, dixerunt Domini in vna Iller

den.

Source : BIU Cujas

den.Canonicat.& præben.coram Caputaquen.10.Octobri 1561.Similiter pone, quòd lite pendente coram Iudice Ec-
26 clesiastico† super absolutione a iuramento Iudex laicus ve lit procedere sup negocio principali,& cum illud sit diuersum a causa absolutionis processum valere non obstante litis pendentia,tenuit consilium Neapolitanum,vt per Affli
27 &um decis.30.fuit dubitatum:† quam in materia obligationis in forma Cameræ secutus est Gallesin tractatu de obliga.Cameral.in 3.parte principali.q.5.sub ca.de vi instrumẽti.nu.25.fol.145. Sicut etiam si lite pendente super petitio-
28 ne hæreditatis† legatarij velint agere contra hæredem ad le
29 gata(data tamen† cautione de restituendo in euentum succumbentiæ)nam vtique possunt, & per consequens considerata actionum,& litium diuersitate non dicerentur attentare,vt tradit Crauet.in cons.164.nobilis. numero secundo
30 lib.primo.Similiter si agitur† criminaliter contra aliquem. super aliqua re,res non efficitur litigiosa,& propterea potest alienari.Maran.in Specu.suo in quarta parte princip.in prima distinct.Iudiciorum.nume.34.& dictum est supra in tertia illatione princip. huius regulæ princip.in nona limi.
31 regulæ ibi positæ,num.479.Eadem est ratio,si lis sit † super hypotheca.Afflict.decis.331. Quædam numero 6. & dictũ est etiam in dicta 3.illatio.num.499.versi.19.quando. Aut
32 ageretur† actione personali:tunc enim stat regula,q̃ nõ res sed actio efficitur litigiosa,& ista est communis opinio, de qua testatur Roma.consi.270.Pro decisione.versicu.secundò videndum,& latius diximus in dicta tertia illatio.num. 481.versicu.decimò quando.Quibus proximum est, quod alias decisum est apud Dominos in vna Calaguritana de le
33 ganis.13.Maij.1547.quòd lis non† dicitur pendere,si opponens se contra filium patrimonialem instat,quod non fiat institutio per Episcopum,sed quòd remittatur ad eius officialem,vt est decisio in recollect.Put.2.lis non dicitur.in titu.vt lit.pend. Eodem modo cum in vna Cæsaraugustana. de mauri coram Montisflasconen.4.Februarij.1555.dubita
34 retur,an constaret de attentatis,ex eo † quia lite per Martinum contra beneficiatos introducta super excrescẽtia fructuũ(quam sibi Martinus pro titulo beneficij assignari debere prætendebat)dicti beneficiati in fraudem d.Martini(vt ipse prætendebat)duas quartas partes suorum beneficiorũ duobus quibusdam tertijs(lite adhuc pendente) assignauerant, quæ assignatio fuerat tanquam attentata per sententiam ordinarij declarata,& instaretur in curia pro cõfirmatione dictæ sententiæ:& pro attentatis allegaretur.quòd dicti beneficiati lite pendente non poterant alienare,& cedere illas quartas:quia rei litigiosæ alienatio prohibetur l.fi. C.de litig. cum alijs latius adductis supra in tertia illation. princip.per totam.& quòd dicti quartanarij quamuis eẽnt tertij,tamen quia habebant causam a parte,quæ erat in lite, censebantur attentasse, iuxta ea, quæ late etiam posuimus supra in prima parte.ca.3.de attentatis a tertio.nume. decimosexto.Domini tamen tenuerunt pro non attentatis: & quamuis in resolutione nõ fuerit expressa aliqua ratio (ex voto tamen Domini mei Oradini ibi)satis colligitur,quod fuit diuersitas ista,de qua agimus,siquidem cum lis penderet super fructib.excrescẽtibus, & assignatio fuerit facta de re diuersa,idest de duabus quartis deducẽdis ex proprijs beneficiatorum portionibus, cessant attentata, & tolluntur omnia in contrarium adducta. Ex hac diuersitatis causarũ
35 consideratione, illud etiam prouenit† quòd citatione vna facta 4.Decembris.1560. super obseruatione instrumenti, & alia facta 25. Februarij 1562. super inobseruantia eiusdẽ instrumenti,quæ illud resoluebat, dicuntur adco inductæ diuersæ lites,vt solutiones factæ medio tempore non dicantur factæ lite pendente super inobseruantia resolutiua contractus,vt fuit dictum in vna Sarnen.affictus coram Caputaquen.29.Aprilis.1566.& huius diuersitatis effectus ille erat in casu, de quo ibi: quia solutiones prædictæ factæ lite pendente super obseruatione instrumenti videbantur factę de consensu actoris;quod nõ erat,si dicerentur fuisse factæ lite pendente sup inobseruantia, qui cõsensu eo casu mul
36 tũ operabat̃,& ratio differentiæ esse potest † quia litis pendentia super inobseruantia non impedit,quin lite pendente possit adimpleri, & superueniens implemẽtum validet iudicium, vt post Alciat.in l.cum proponas. la 2.nume.11. C.de pact.diximus infra hoc ca.in 11.limita.princip.Quod non videtur admittendum, quando lis introducitur super inobseruantia & resolutione contractus.Sicut etiam dicimus,quòd si patroni prætendentes beneficium vacasse, ad illud Titium præsentauerint,& petierint coram Ordinario ipsum institui, & deinde habita de his notitia Męuius prætendens se beneficij possessorem coram eodem Ordinario se opposuerit multa allegando ad impediẽdam institutio-
37 nem Titij,quamuis† coram eodem Ordinario fuerint producta iura pro parte Męuij, & datus terminus ad respondẽdum Titio,non tamen per hoc beneficium dicitur factum litigiosum,ita vt patroni non possint vltra(quasi lite pendẽte)præsentare,vt tenuerunt alias Domini in vna Aretin.de Ragusin. coram D.meo Oradino sub die 24. Aprilis. 1559. moti ea ratione,quia tota lis fuit, an Titius esset instituendus,non autem super titulo beneficij. Et vniuersaliter, q̃
38 quando iudicia † tendunt ad diuersos fines(ita quòd exceptio rei iudicatæ in vno iudicio non obstat in alio) lite coram vno iudice pendente possit valide procedi coram alio tradit nouissime Ant.Gabriel.commu.conclusi.lib.secundo,de iudic.conclus.prima.num.35.versicu.13.limita. post Socin.in consi.38.colum.4.lib. primo, & Ias.consil.9.colũ. 3.libro primo.in 2.respons.ad motiua Vicarij.Quibus adde Bursat.seu mausi.Bart.Bertarol.(qui sibi subscripsit)in consil.74.mirabitur.num.120.lib.primo. Sicut etiam dicimus,
39 quòd † nullitatis causa ita demum impedit processum in causa principali,si est præiudicialis ad illum;secus si sint diuersæ,vt est in recollect.Chissan.decisio.163.& quod nullitates primi Iudicij nõ impediunt secundum Iudicium diuersum in summa,& in alijs,vt est in recoll. Cottæ,decisio. 209.Hanc autem rẽam suprapositam,quòd stante diuersitate causarum actus non dicatur attentatus.

Limita.dupliciter,&

Primò vno notabili modo,qui colligitur ex decis.Achi. de Graff.285.lis inter capitulum.sub rub.de lite: considerãdo hunc casum:licèt enim lis† quæ est cum capitulo nõ dicatur esse cum singularibus personis capituli,& sic diuersa sit censenda causa capituli,& singularium personarum ipsius,vt dicit idem ibi in princip.post Corn.consi.203.& Soci.consi.95.lib.3.si tamen persona de capitulo,cui fuerit facta per capitulum collatio beneficij)de quo est lis)fuerit prę
40 sens quando executor Apostolicus intimauit collationẽ de eodem beneficio per eum alteri factam, per talem præsentiam † lis effectualiter dicitur esse etiam cum illo canonico:& talis quæ facit locum regulæ de subrogandis, vt ibi per eum,versic.in eadem: & sic supposita lite darentur etiã inter eos attentata, etiam quòd causa de sui natura esset diuersa,& sic erit bona limitatio.

Secundo modo videtur posse limitari,quando causæ ex
42 diuersò modo agendi dicerẽtur diuersæ:sed tamen† electione vnius modi alter tolleretur, & vt puta si contra vsufructuarium agatur primò, & petatur declarari eũ a iure suo cecidisse,& demum hoc ordinario iudicio pendente perreditum ad viam extraiudicialem,petatur a Iudice sibi dari familiam,quæ associet eum,volentem ingredi propria authoritate:quia hæc secunda petitio non est de iure admittenda quamuis enim videatur diuersus modus agendi, tamẽ electione vnius alter tollitur, vt per multa eleganter deducit Ruyn.in consi.57.circa numer.3. lib.4. reprobando in hoc Alex.qui contrarium firmiter asserebat in consi.131. in cã. lib.4.eandem opin.cum Ruyn.tenuit etiam Aug.Bero. cõsi.54.concludendum.

Quò ad secundum, quando causa esset eadem inter easdem personas super eadem re est distinguendũ, Aut sumus in gestis lite pendente per ipsas partes litigantes in præiudicium litis,& contemptum iurisdictionis, secundum ea, q̃ diximus s̃. in princ.in præfatione in descriptione attentati, nume.26.& 27.& casus iste videtur carere omni dubitatione: † nam absque dubio remedium hoc habet locum in at-
43 tentatis ab ipsis partibus,vt dicit Franc in c.bonæ.colum.3. versi.& ex his.sub num.10.de appel.post glos.in capit.non solum.eodem titu.lib.6.Aut tractamus de gestis per Iudicẽ idest de processu facto per aliquem Iudicem lite prius sup eadem re inter easdem partes coram alio pendẽte, & casus iste,an processus secundi iudicis sit nullus non modicam difficultatem continere videtur:quamuis enim legamus a-
44 pud Iurisconsultum, quòd† vbi cæptum est Iudicium, ibi quoque finiri debet,ad l.vbi cæptum.ff.de iudi.quam multis exornat nouissime Ant.Gabriel.in tracta. commu.conclusi.libro secundo de iudic.conclus.prima,per totam,vbi multis modis ampliat, ac declarat:ad propositum tamen nostrum concludendo in cõtrarium est formanda.

45 Regula.videlicet† quòd processus secundi Iudicis valet, nõ obstãte pendẽtia litis coram alio,quam ponũt canonistæ,præsertim Ant.de Butr.post Innoc.& Compostell. in c. cum M.Ferrariensis.num.59.de cõstitut.per text.in l.si pariter.ff.de liber.cau.l.3.ff.de quib.reb.ad eund.Iud.eatur.l.si is a quo.ff.de rei vẽdic.& est decis Rot.4.alias.76.postquam li
46 ra.de testi.in no.in additio.† Præsertim si ex causa necessita-
47 tis ageretur coram secundo Iudice:† Vel citatus haberet su

per

48 per hoc priuilegium.†Vel essemus in crimine hæresis.†Vel
49 primus esset negligens in administranda iustitia: Vel corã primo Iudice non posset quis consequi iustitiæ complemẽ
50 tum: †Vel essemus in executiuis:quoniam in his omnibus causis potest quis lite coram primo Iudice pendente corã secundo valide conueniri, vt declarat singula præmissa sigillatim tangens nouissime Ant. Gabr.commu.conclusio. lib.2.de iudic.conclusio.prima,nume.14.17.19.27.29. & 33.
51 † Vel dominus temporalis ipsorum litigantium illis inhibuisset,ne coram primo iudice litigarent:quia hoc casu nõ obstante d.l.vbi cæptum.valet processus secundi Iudicis, vt no.Staphil.de liter.grat.& Iustit.fol·171.versi.audiui tamẽ. in fin.

Limitatur dicta Regula.

52 Primò,quando†ex dictis duobus iudicibus alter esset superior,puta Papa,siue eius delegatus,alter inferior, puta loci Ordinarius:Vel alter Iudex Ecclesiasticus,alter secularis, & superior motu proprio cognoscat, seu deleget cognoscẽ dam causam: tunc quasi censeatur per appositionem manus causam ad se aduocasse,processus Iudicis inferioris est nullus,& inualidus,vt post Innoc.(qui tamẽ in hoc variasse visus est)tradit Ant.de But.in d.cap.cum M.nu.61.de cõstit.quoniam aduocatio huiusmodi etiam tacita operatur hunc effectum,secundũ ea,quæ latius infra dicturi sumus. cap decimo . de attent.post auocat.caus. numero decimo.
53 †Quòd si ad instantiam partis superior procedat, aut deleget,processus inualidabitur solum à tempore scientiæ, nõ autem ante notitiam,vt concludit idem Anton. vbi sup.& post alios Paris.consi.40.quamuis.nu.6.libr.4.cum alijs adductis d.ca.decimo,in secunda limit.regulæ ibi positæ.Qui bus adde,quod dixit Alexan.in consi.63.in causa.num.3.li
54 bro 3.post alios,de quib.ibi per eum,vbi voluit,†quòd si lite aliqua coram Iudice Ecclesiastico pendente Iudex secularis illud sciat,debet supersedere in causa,quæ postea corã eo mota sit.Et quod etiam dixit Mil.in verb. Iudex Ordina
55 rius potest in causa.fol.186. videlicet †quòd non valet processus factus per ordinarium, si sciebat litem in curia pendere.Pro qua limitatione plurimum facit,quod dicit Rot. decis.3.alias vndecima,fuit dubitarum. in 3.addit.versicu. sed pone,de appella.in no. & post eam Franc.in ca.vt debi-
56 tus.num 45.de appel.quòd commissa†per Papam causa appellationis a grauamine vna cum toto negocio principali, si Iudex ad quem pronunciet male appellatum, licèt causa hoc casu esset remittenda ad Iudicem a quo iuxta ca.vt debitus.de appell. & c.cordi.eod.titu.in 6. (ex quo commissio causæ appellationis a grauamine cũ clausula negocij prin
57 cipalis†intelligitur tantum commissa in cuentum grauaminis,vt post Felyn.& alios per eum allegatos tradit Pet.de Benintend.in decis.Bononien.decis.5. petebatur. nume.3. vbi subdit,quòd hoc multi imperiti aduocati ignorant) Ni hilominus iste secundus Iudex cognoscet de causa negocij principalis,& non primus, & hoc secundum stilum Domi norum,cum de iure forsan esset dicendum contrariũ . Pro qua conclusione,& stilo est hodie in recoll.Achil.de Gras. decis.70.commissa,sub rubr.de commissio.& decis.72.q̃cqd sit in fi.eodem tit.vbi inquit, quòd Rota tenet hanc pro firma conclusione, quòd Iudex hoc casu potest procedere in negocio prin cipali,etiam non cõstito de appellatione.Vn de decisio Rotæ Bonon.in curia non deseruiret.
58 Secundò limita,vt non procedat † quando per primum Iudicem fuisset inhibitum: quia tunc coram secundo non posset eadem causa agi,alias diceretur attentari,vt est decis. in recollect,Caputaquen.2.decis.51. Nec mirum,inhibitio. enim facit illicitum,quòd alias fuisset licitum, vt per multa exempla deduximus infra in hac secunda parte.capit.20. de attentat.post inhibitin.in prima ampliat.reg. ibi positæ, de qua limitat.aliquid etiam dicemus infra,in fine huius limitat.

Tertiò limitatur,quando essemus in duobus Iudicib.pa-
59 ribus,& altera pars†opponat coram secundo de pendentia litis coram primo:quia facta oppositione processus est nul lus,vt dicit Anto.de But.d.cap.cum M.num.59.& propterea dixit etiam Socin,in consi.38.pro decisione.nume.7. lib.
60 1.quòd non est dubium †quòd exceptio litis pendentiæ co ram alio est impeditiua causæ,& litis,coram alio posteà in tentaræ,& sentit etiam dicta decisio Rot.4,alias 79.postquã de testib.in no. & nouissime multis authoritatibus (qnas apud eum vide)hoc dictum comprobat Anton.Gabriel.in tracta.commu.conclu.lib.2.de iudic.conclusio prima,nu. 20.versic.quartò limita.Et ad propositum nostrum,q̃ non solum sit nullus,sed tanquam attentatus debeat reuocari, est decisio Afflict.354.in causa.num.19.Alias enim non facta oppositione valeret processus secundùm terminos regulæ suprapositæ,vt dicit Franc.in c. vt debitus. sub nu. 51. vers.tertia,& vltima conclusio, de appell. & ita fuit nouissime resolutum in vna Calaguritana dimidiæ portionis coram Lancellotto 16.Iunij.1567.in qua cũ eadem causa appellationis penderet coram duobus delegatis apostolicis, videlicet in partibus vigore Breuis, & in Rota vigore spe-
61 cialis commissionis,& dubitaretur,an† examen testium factum per delegatum in partibus lite pendente in Rota esset nullum,& attentatum,Domini tenuerunt non esse nullũ, neque attentatum,moti ea ratione:quia potuit causa pendere coram duobus delegatis apostolicis, & debebat opponi exceptio litis pendentiæ,de qua nos loquimur. Quod ẽt comprobatur ex his quæ nouissime fuerũt dicta in vna Ca
62 laritan.processionum coram Blanchetto 4.Maij.1573. † q licèt Iudex de partib. non possit inhibere Iudici de curia, si tamen pars extra curiam non excipiat de lite pendente ĩ curia,processus valet.Sicut etiam, & alias dicimus ĩ rescriptis
63 ad lites subreptionem†regulariter non vitiare, nisi a parte opponatur,not.Mil.& ibi Henric.Ferrãd. in addit. in verbo rescriptum,per quod causa, & in verb. rescriprum ad lites, tradunt Doct.præsertim Felyn.in cap.cæterum.num.24.de rescrip.post Inno.Compostell.Anto.de Butr.Cardina.Imo. Dom.& Panorm.ibi. Huic tamen limitationi vltra prædicta est necessariò adhibenda infrascripta declaratio: nam licèt Docto.supra allegati simpliciter teneant,quòd ad inualidãdum processum secundi iudicis requiratur oppositio partis,tamen specifice non declarant,an vltra oppositionẽ aliud præterea requiratur,prout facit Innoc.in cap.cum M.
64 Ferrarien.ad fi.de constit.vbi simpliciter † dicit, quòd si opponens litis pendentiam ob id etiam appellaret, iusta esset appellatio,quod videtur etiam sequi ibidem Felyn. sub nu. 25.Et alij fuerunt in alia sententia,quòd immo vltra oppositionem sit necessaria etiam appellatio, & omissis dispu-
65 tationibus†ista est communis opinio,de qua testatẽ Ruyn. cõsil.61.in lite.num.36.lib.5.& Curt.Iun.in consil.175. contra ea.num.2.vbi & ipse de hac communi opinione testatur, & aliquid etiam habes per Paris.consi.49.ad primum.numero 25.lib.4.Nec mirum;quia si a non admissione exceptionis huiusmodi litis pendentiæ coram primo iudice pars appel
66 laret†iusta esset,& legitima eius appellatio,ad l.5. ff.quibus reb.ad eund.iudic.eat.& l.si pariter.ff de libera.cau. vt tradit Anton.de Butr.in dicto capitu. cum M.num.59. de constit. & est deci.s.Afflict.354.in causa.in principio.Quam limitationem.

Amplia. Primò,vt exceptio litis pendentiæ post oppositionem impediat†non solum processum per Iudicem, sed
67 etiam ipsius Iudicis impetrationem,si ageretur de delegando causam,vt post Petr.de Ancha.in consi.17.viso, & alios per eum allegatos,tradit Blanc.in tracta.de compromiss,in 4.q.princip.num.123.vbi non solum videtur præmisso mo
68 do ampliare hanc materiam †verum etiam & Secundò: vt impediat etiam compromissum, & illius petitionem . Ter-
69 tio;vt procedat†etiam si actor paratus esset renunciare in-
70 stantiæ inchoatæ†Quartò,vt id similiter obtineat,si Iudicium esset summarium,quorum omnium secundum eum,ea vi detur esse ratio,qua nititur regula nostra vniuersalis, quia
71 scilicet lite pendente nihil debet ĩnouari.Quintò,vt huiusmodi oppositio inualidet processum secundi Iudicis,etiã si a principio,sed ex post facto fuerit facta,quando scilicet secundus Iudex incipit a captura: quia si carceratus non opponit litis pendentiam coram primo,non potest sibi imputari,& oppositа post idem operatur, ac si ab initio fuisset oppositа,etiam quò ad effectum attentatorum , vt eleganter considerat Socin.consilio 199.in causa.numero nono.vsq; ad fi.lib.2.

Sublimita hanc tertiam limitationem.

72 Primò,vt non procedat †quando lis (de cuius pendentia pars opponit coram secundo Iudice)fuisset dolosè,calumniosè,& in fraudem institutа:quia tunc non obstante dicta oppositione valeret processus secundi Iudicis,vt est decisio. Boer.161.& videtur.num.4.pro qua(tenendo cum eo)quòd causa absolutionis a iuramento,& causa negocij principalis possit dici eadem. de quo tamen videtur dubitandum p ea,quæ supra dicta sunt num.26.& quæ ponit Paris.ĩ cõsil. 172.ĩ causa.ĩ fi.lib.4.facit,quod ponit Afflict.decisio.31. Epi scopus Nucerinus nu.1.

73 Secundò,sublimita,†vt non procedat,quando corã primo Iudice non fuisset processum in forma iudicij, sed per defectus,& contumacias:quia tunc oppositio huiusmodi litis pendentiæ non inualidat processum secundi Iudicis, vt est dicta decisio Boer.161.num.4.vbi in fi.dicit,q' ita fuit conclusum,& latum arrestum de anno 1521.die 8.Ianuarij,& ita esse tenendum.

Tertiò

Source : BIU Cujas

74 Tertiò præmissa intellige vera†vt tunc oppositio litis pẽdentiæ supra dictos effectus operetur, quando res iudicata obstaret actioni,vt post Iason.in l.nulli.C.de iudic. & alios per eum citatos tradit idem Blanch.vbi supra versic. & aduerte.

75 Quartò intellige supradicta de oppositione,†vt illa fieri debeat ante litem contestatam,vt post Bald.in plurib. locis per eum citatis,& Calcan.in consi.102.colum.fi.tradũt notissimè Ant.Gabriel.in dicta conclus.prima, de iudi.num. 36.in 14.limitat.& Ioann.Bapti.de Asin. in sua praxi iudic. §.13.capit.secundo in quarta ampliat. regulæ per eum ibi positæ.

76 Quintò similiter præmissa de oppositione intellige† vt non procedant in executinis,in quibus super eadem re possunt plura,& diuersa remedia intentari,nec potest opponi de litis pendentia secũdum Iaſ.in cons.28.reuerende.col.fi. lib.1.quem refert,& sequitur Io.de Neuiz.in consi.4. incip. de vultu Dei,nu.13.col.fi.in fi.

77 Sextò intellige,vt hanc litis pendẽtiam coram primo Iudice allegare minime possit ille, qui coram eodem Iudice fuisset contumax:is enim non potest allegare pendentiam litis,quam per cõtumaciam spreuit:vt tradit Bar. in d.l.vbi cæptum.ff.de iu.& fusius & magis vlr diximus in hoc eo.c. in 18.limit.prin.per totam.

78 Septimò illud de oppositione intellige verum †quando opponitur de lite,quæ vere pendet contra opponentem,secus si opponatur de lite mota ꝯ eius fideiussorem, vel ecõtra:vt declarat in terminis istis Pau.de Cast. in consil.87. in causa.colum.prima.sub num.1.versicu. nec obstat prima ratio.libro 1.

Octauò necessariò præmissa de oppositione intelligẽda, 79 & declaranda videntur,†vt non vendicent sibi locum ĩ eo, qui (lite coram primo Iudice pendente) aduersarium corã secundo traxit, & deinde sub prætextu ,‡quod continentiæ causæ diuidi non deberent, opponeret contra eum de litis pendentia coram primo, & instaret, quòd causa ad primũ Iudicem remitteretur:quia non videtur, quòd de hac litis pendentia hoc casu dare possit.Quod ex pluribus suadetur. Primò:quia si contumax non allegat litis pendentiam,quã per contumaciam spreuit,ergo(argum.sumpto a paritate, vel etiam maioritate rationis)multo minus debet posse allegare is,qui a primo Iudice recedens (ex quo illum contempsit)diceretur attentasse:si quidem per recessum a Iudice dicitur sibi fieri contumelia,vt inquit Iurisconsultus in l.litigatores,in ptincip. ff.de arbitr. & vbi cadit Iudicis contemptus,videntur considerari attentata:vt admonuimus supra in prima parte, in præfatione in descriptione attentati. nu. 26.& in attentatis contempta prætoris dignitas vindicari dicatur,vt per Oldrad.in consil.206. in causa Carnocen. post prin. Præsertim quia hoc casu recedens a primo Iudice nõ solum videtur esse in dolo(prout est ille,qui est contumax, & est etiam regulariter attentans Rot.decis.quinta,alias 25 ex quibus.de restitut spolia.in no.)verum etiam esse magis dolosus,ex quo, postquam semel coram primo in iurisdictionem consensit,ab eo temere recessit:quia turpius ejicitur,quàm non admittitur hospes,& multa impediũtur fieri,quæ facta tenent,ad no.in l.patre furioso.ff.de his,qui sũt 80 sui,vel alie.iur.Secundò facit,quia †impugnans litem non potest se in ea fundare: vt per Felyn.in capi.causam quæ.el 2.nume.19.de testib.& tradit latius Ant.Gabriel. commun. conclus.lib.2.de iud.conclus.4.num.43. quibus adde Iaco. Henric.in consi.38.quoniam,sub num.18.versi.præterea de illa litis pendentia.li.3.vbi in terminis tenet,quòd is qui litem impugnauit,non potest illius pendentiam allegare, is autem,qui a primo Iudice recessit,facto ipso litẽ impugna- 81 uit,ergo non potest(allegando eam)in illa se fundare†cum facta magis voluntatem declarent,quàm verba.l.si tamen. §.ei qui seruum.ff.de ædil.edic. cum alijs ad id congestis per Tiraquel.in tracta.de vtroque retr.titu.secundo, in gloss.finis,sub numero septuagesimoquinto. Tertiò huic ꝓxime 82 facit id,quod alias dicitur†quòd is,qui appellationem impugnauit,non potest se in ea fundare,vt post Specu.& alios ibidem alleg.diximus infra in hac secunda parte capit.duodecimo.de attent.appel.pendent.in quadragesimaprima limit.principali per tot.Quartò,sicut alienatio†necessaria(q̃ 83 fit per diuisionem,& quæ etiam lite pendente fieri permittitur iuxta ea,quæ latius dicemus infra in octaua limi. prin ci.in princ.& per tot.)improbatur respectu prouocantis ad diuisionem,vt post Ioan.Cephal.in cons.64.mense Aprilis num.9.libro primo,diximus ibidem sub num.4.sic comparitio coram secundo Iudice licèt permittatur: vt in regula supraposita,nu.39.(ita vt litis pendentia coram primo hoc casu regulariter non obstet,nec reddat nullum processum) id tamen admitti non debet respectu prouocantis & a primo Iudice recedentis: quia quò ad eum lis erit habenda in consideratione,vt sibi taliter obstet,vt nõ possit se in ea fundare,sicut obstat illi, qui ad diuisionem prouocauit per supra dicta.

84 Quintò id in simili suadetur†quia sicut pars, quæ nõ seruat promissa in contractu,sed ab eis in obseruando recedit non potest iuuari clausula, rato manente pacto, quæ erat apposita in contractu,vt post glo.in l.qui fidem.ff.de transact.& alios per eum alleg.tradit Afflict.decis.220. in causa. num.5.& post Bart.in d.l.qui fidem.num.10. Paul.de Cast. num.6.& Iaſ.num.6 nouissime idem tenet Pet. Ant. Angu. in consi.21.promissio.num.quinto.lib.secundo.ita probabiliter dici potest,quòd recedens a lite non possit se in pendẽ 85 tia litis fundare.Sextò similiter facit:quia†sicut appellans si appellatione pendente aliquid attentet,censetur suæ appellationi renunciare.c.an sit.secundùm vnum intellectũ,extra de appellat.Vel priuatur beneficio appellationis secundum alium intellectum,de quibus latius infra in tertia parte,cap.31.de pẽn.attent.in 13.& 14.pẽna,ita & in casu proposito(si lite pendente coram primo recedens ab eo, & coram secundo procedens potest dici attentasse per ea quæ diximus supra num.79.in primo fundamento)debet censeri, & beneficio litis pendentiæ renunciasse,‡vel beneficio litis pendentiæ priuatus, ita vt in vtrunque euentum non sit sibi permittendum, vt vltra possit se in dicta litis pendentia fundare.

Septimò pariter in simili comprobatur:quoniam atten- 86 tans†regulariter si fuerit spoliatus,non restituitur, & cõsequenter priuatur beneficio,& priuilegio spolij,vt post Cassad.decisio.tertia petens.in fi.de restit.spolia.& decisio.9.incip.Rota in antiquis,de caus.posse. & propr.latius diximus infra in tertia parte.cap.31.de pẽn.attent.in sexta pẽna. Vnde eodem modo(tenẽdo quòd iste de quo agitur per recessum a primo Iudice dicatur saltẽ ad effectum, de quo nũc agimus,attentasse)censeri debet priuilegio)quod ex litis pẽdentia resultat)renuntiasse, ita vt non possit illam vltra allegare,aut se in ea fundare,Præsertim,sub prætextu,ꝙ continentiæ causæ diuidi non debeant,‡cum ille fuerit prmus, qui illas diuiserit, nec debeat quis ex culpa,& improbitate sua consequi commodum,ad not.in l.itaq; fullo.ff.de furt. quod hic esset,si postquam partem aduersam coram diuersis Iudicibus magnis sumptibus,ac laboribus vexauerit,sibi pro libito voluntatis concederetur,vt dimisso Iudice, coram quo secundo loco sponte comparuerat,ad primum iudicem alias a se derelictum reuerteretur,in præiudiciũ partis,cuius plurimum forsan interest,vt causa coram secundo incepta ad finem debitum perducatur.

Quò ad tertium, quando causa non est vere eadem, sed est separata quidem,& diuersa,inuicem tamen connexa,& 87 in hoc similiter sit regula,quod†stãte huiusmodi annexione actus lite pendente facti dicantur attentati,vt post Bald. & Abba.ponit Deci.in consi.33.viso.sub nume.4. colum.3. circa med.lib primo.Crauet.d.consi.181.Iudex num.5.lib. primo.& ita nouissimè ex authoritate Decij in dicto consi. 33.fuit decisum in vna Nursina spolij coram D. meo Ora- 88 dino 26.Iun.1559.Quam declara vno modo,videlicet, †vt tunc causæ intelligantur connexæ, quando sententia lata in vna parit exceptionem rei iudicatæ in alia:quia exceptio litis pendentiæ non obstat iurisdictioni,nisi exceptio rei iudicatę obstet actioni,vt est decis.Capic.122.in fine,nume.9. post Bald.& alios,de quib. ibi.& tradunt etiam Dec.& Cravett.in dictis cons.quod etiam sensit Guid.Pap.in cons.114. quia in causa.num.3.post Ioan.Ferrar.in pract.sua Papiens. in titu.de forma respon.rei in glo. in verb. litis pendentiæ. & Alexand.in consi.105.magnifice prætor,nume.24.lib.3. & Blanc.post Iaſ.& alios de quibus ibi.in dicto nume.123. vers.& aduerte.Quid autem iuris sit,quando huiusmodi diuersitas causarum consideratur respectu attẽtatorum,quæ fiunt appellatione pendente, infra suo loco late dicemus, cap.12.de attent.appellatione pendente,in 2.limit.princi.re 89 gulæ ibi positæ.Connexa†autem quando dicatur causa,vide apud Nattam in consi.135.magnifice,post princ.lib.1.& late,& eleganter nouissime per Menoc. de arbitr.iudi. lib.2. centuria 1.casu 95.nume.6.& seq.cui adde ex recentioribus Hier.Gabriel.consi.38.sententia lata.nume.6.lib.1.vbi post Imol.cons.139.declarat id arbitrio iudicis committi,prout etiam quando causa dicatur dependens,incidens,& emergens,vide apud eundem Menoc.d.tracta.lib.1.q.45. num.6. & seq. Verum quia in præcedenti capite num.45. quando scilicet causa est eadem,pro regula firmauimus,quòd pro-

cessus

Source : BIU Cujas

90 ceſſus ſecũdi iudicis valeat,poſſet ſimiliter dubitari, † quid ſi lite principali ſuper petitorio,ac poſſeſſorio alicuius beneficij in Rota pẽdente alter ex collitigantibus in cauſa cõnexa compareat coram Auditore Cameræ, puta pro monitorio contra colonos bonorum beneficij, vt ipſi comparenti reſpondeant de fructibus,an talis proceſſus ante oppoſitionem litis pendentię in Rota ſit validus?& quamuis ex regula ſupra poſita d.nu.45.videretur à maioritate rationis dicendum,quòd ſi id procedit,quando eſt vna, & eadem cau-
91 ſa,tanto magis quando eſt ſolum connexa. †Domini tamẽ in vna Firmana S.Sebaſtiani coram Gropperio 5. Decemb. 1565.in ſupradictis terminis ſimpliciter tenuerunt eſſe attẽtatum,& ideo ordinarunt ibi, quòd ille comparens cederet attẽtatis,ac reficeret expenſas. Quæ reſolutio prædictis nõ videtur admodum cohærere,niſi cõſideres.Vel quòd ibi nõ ſumus in Iudicibus paribus:quia Auditor Cameræ licèt & ipſe habeat iuriſdictionem a Papa:tamen videtur magis or-
92 dinarius,Auditor †autem Rotæ eſt magis delegatus preſertim in ſententiando. Rota deci.16.aliàs 342.dubitatur.de re iud.in no.Et ſic intrat prima limit. de qua ſupra nume.52. Vel dicamus,quod ibi præſupponebatur,q̃ comparẽs fuiſſet antea inhibitus,& propterea vis, & efficacia ĩhibitionis (quæ multum operatur,vt adnotauimus in cap.20.de attentatis poſt inhibit.in 1.ampl.princip.per tot.)operetur etiam eo caſu inualiditatem proceſſus Auditoris Cameræ, & ſecundi iudicis. Qua ratione attenta ad regulam prædictam (præſuppoſito quòd Auditor Camerę,& Auditor Rotę in iuriſdictione ſint pares,cum vterq; videatur delegatus a Papa)poteſt alia quoque adhiberi limitatio,vt proceſſus ſecũdi Iudicis(quando illi ſunt pares) non ſolum ſit inualidus, poſtquam pars coram eo oppoſuit de litis pẽdentia coram primo,verum etiam quando primus parti,quæ coram ſecũdo compareret(prout erat caſus in dicta Firmana)vel etiam
93 ipſi Auditori Cameræ antea inhibuiſſet:†quamuis enim dicatur,quod par in parem non habet imperium.l.ille a quo
94 §.tempeſtiuum.ff.ad Trebell.tamen quãdo†vnus preuenit (prout erat in caſu illo)poteſt alteri inhibere, vt poſt Alex. in conſi.9.lib.4.tradit Augu. Bero.in conſi.117. ex vlt.nu.4. libro 3.vt adnotauimus etiam infra capitul.20.de attentat. poſt inhib.in præfatio.quæſt.3.num.99.ver.quinta prædictę affinis &c.

Limitatio Tertia.

SVMMARIVM.

1 *Lite inualida pendente non habet locum remedium attentatorum.*
2 *Iudicis contemptus non conſideratur,quando lis eſt nulla,& inualida ſecundum comm.opin.*
3 *Litis inualidæ nulla eſt facienda mentio in precibus.*
4 *Alienatio rei facta lite pendente coram iudice incompetenti valet, ſecundum aliquos.*
5 *Subreptitium reſcriptum videtur facere litem,etiam quò ad regulam de ſubrog.collitig.*



1 Tertiò principaliter limitatur Regula, vt nõ procedat,quando actus fierent lite quidem de facto pendente, ſed quæ de iure eſt nulla,ſtante enim litis†nullitate non habet locum remedium attentatorum,vt eſt deciſ. Afflict.366.in pleno cõſilio.num.12.& ſequen.& ceſſat hoc caſu tale remedium,cũ non adſit aliquis iudicis contemptus,cuius virtute,vt alias
2 ſæpe dictum eſt,attentata veniant reuocanda,vt eſt comm. opin.de qua teſtatur Pariſ.conſil.41.optimum,nume.36.lib. Quæ limitatio comprobari poteſt ex his,quę extra hãc materiam congeſta ſunt per Docto. præſertim modernos in l. quarta.§.condemnatum.ff.de re iudi.hoc vno ad propoſitũ noſtrum addito,quòd lis nulla in tantum nullum operat
3 effectum:vt†de ea nulla ſit in precibus facienda mentio, vt tradit Curt.Iun.in conſi.174.ſacratiſſimæ.nume.5.& Ruin. conſ.8.quia.num.2.& per to.li.4.vbi multos ad hoc propoſitum allegat,pro qua limitatione facit deciſ.Afflict.85.diu.
4 nume.3.& 4.dum vult,†quod alienatio facta lite pendente coram iudice incompetenti valeat,& ſic non ſit attẽtatum, quamuis(vt remiſſiuè diximus ſupra in 3.illatio.huius reg. princip.num.475.in materia litigioſi.in 7.limita. regulæ ibi poſitæ)huiuſmodi Afflict.deciſ.non abſque difficultate,dicut ibi.Hæc autem,quæ dicta ſunt de lite nulla, non procederent,ſi lis eſſet introducta vigore reſcripti ſubreptitij † ſiquidem regulariter etiam ad effectum reg. de ſubrogandis videtur facere litem,& proceſſum eius vigore factum valere,vt tradit Mandoſ ſuper regu.de ſubrogat. quæſtio.nona. numero octauo. poſt Felyn.de quo ibi de commu. opinio. atteſtantem.

Limitatio Quarta.

SVMMARIVM.

1 *Lis calumnioſe & doloſe introducta non videtur facere attentata, & ideo.*
2 *Sententia,& proceſſus factus per ſecũdum iudicem lite coram primo calumnioſe introducta valet.*
3 *Poſſeßionem capiens lite pendente non dicitur intruſus,quando conſtat quod lis eſſet calumnioſa.*
4 *Calumnia præſumptio facit,vt pendẽte reſtitutione in integrum valide fiat executio ſententiæ,*
5 *Statutum cogens ad compromittendũ,non attenditur, quando compromiſſum calumnioſe peteretur.*
6 *Proceſſus ſecundi iudicis valet,etiam ſi primus,coram quo calumnioſe erat lis introducta,inhibuiſſet.*



1 Vartò principaliter limitatẽ,quando lis fuiſſet calumniosè,in fraudẽ,†aut dolosè inſtituta:Actus enim illa pendente facti non dicuntur attentati, vt de alienatione rei litigioſæ eſt deciſ.Biſigne.2.incip.cum quędã. num.2.in fi.de rer.permu.vbi voluit, quod motio iniuſta litis non inducat vitium litigioſi,& alia Caſſad.7.concluſit,numer.1.de dol.& contum. quas poſt Sarnen.ſuper reg.de annali.q.45. tenet etiam Mãdoſi.ſuper reg. de ſubrogand.collitig.quæſt.11.numero 6.
2 †& de proceſſu,& ſententia facto per ſecundum iudicẽ lite coram alio iam(calumniosè tamen)introducta,quòd valeant,& eſt deciſ.Boer.161.& Chriſti, per tot.præſertim.nu. 4.vbi inquit,quòd ita fuit iudicatum, & factum arreſtum, facit deciſ.Afflict.31.Epiſcopus Nucerinus, per tot. vbi lite calumniosè in vltima die termini ſolutionis ſuper abſolutione a iuramẽto coram iudice eccleſiaſtico introducta valet proceſſus per iudicem laicum factus,& condẽnatio ſub
3 ſecuta,& quòd ita fuit iudicatum,†& quòd capiens poſſeſſionem lite pendente,ſi conſtet,quòd lis ſit calumnioſa,nõ dicatur intruſus,& conſequenter non attentet, ſentit Rota in vna Burgẽ.canonicatus coram D.meo Oradino, ſub die 18.Decembris.1562.Pro qua limitatione(omiſſis multis, q̃ in deteſtationem calumniarum adduci latè poſſent) ad ꝓpoſitum,de quo agimus,facit;quod in ſimili dicitur pendẽ-
4 te†reſtitutione in integrum poſſe fieri,& non impediri executionem,quando eſſet præſumptio,quòd eſſet calumnioſe petita,vt per Lap.alleg.53.an oporteat.num.8.& Pariſius conſi.100.contractus.ſub num.3.lib.1.& dicetur latius infra ſuo luco.cap.18.de attenta.reſtit.in integrum.pend.in 1.limitat.regulæ ibi poſitæ,num.54. & magis ad propoſitum facit deciſ.Boer.2.num.27.in 1.parte,qui poſt alios, de quibus ibi dicit,quod valet electio per capitulum lite in fraudem in-
5 ter electos mota:nam & alias ſtatutum† quod cogit ad cõpromittendum,non habet locum, quando compromiſſũ calumniosè petitur:vt poſt multos ibi allegatos fuit reſolutum in vna Senogalien.coram Caputaquen.25. Nouemb. 1560.& eſt in recollect.ipſius prima parte deciſ.224.incipiẽ. ſtatutum,& ſupradicta de actibus geſtis lite calumnioſa pẽ
6 dente,vt valeant.†Amplia,vt procedant,etiam ſi primus iudex inhibuiſſet,vt notanter dicit Boer.dicta deciſ.161.ver ſi. tum ſecundo,de quo latius etiam infra cap.20. de attẽ.poſt inhib.in 7.limit.princ.per tot.

Limitatio Quinta.

SVMMARIVM.

1 *Attentare non dicitur faciens actum acceſſorium eorum, quæ geſta erant ante litem motam.*
2 *Poſſeſſionem ciuilem ante litem habens,capiens lite pendente naturalẽ non dicitur attentare.*
3 *Locator capiens poſſeſſionem rei locatæ poſtquam conductor contra eũ cauſam commiſit non dicitur attentare.*
4 *Conſecutiuus actus etiam lite, vel appellatione pendente fieri poteſt, et quis dicatur actus conſecutiuus,nu.8.*
5 *Denunciatio excommunicati fieri poteſt etiam pendente appellatione ſecundum aliquos.*
6 *Gratia quando præcedit litis pendentiam, & lis non eſt ſuper gratia, lis non impedit executionem gratię.*

Poſſeſ-

Source : BIU Cujas

7 *Poſſeſſio capta vigore reſignationis, & gratioſæ ſubrogationis in ea cõtentæ pendente appellatione a denegatione poſſeſſionis non dicitur attentata.*

8 *Præbendæ collatio dicitur actus conſecutiuus ad receptionem in canonicum, & in fratrem, & econtra.*

9 *Traditio poſſeſſionis dicitur actus conſecutiuus ad electionem præcedentem.*

10 *Poſſeſſionis adeptio facta (pendente appellatione) per electum, & confirmatum, aut per præſentatum, & inſtitutum valet tanquam effectus conſecutiuus iuris præcedentis, niſi fuiſſet facta inhibitio. n. 11*

1 2 

Vintò limitatur† vt non procedat quando actus eſſet acceſſorius eorum, quæ geſta erant ante litem. Exemplum in eo, qui ante litem motam† habebat ciuilem poſſeſſionem, & lite pendente acquiſiuit naturalem, nam talis acquiſitio) cum videatur acceſſoria ad ciuilem) non dicitur attentata, vt eſt tex. in cap. cum veniſſent, & ibi not. Abb. de reſtitu. ſpol. & per multa poſt alios tradit Pariſ. conſi. 172. in cauſa. num. 12. libr. 4. quem ſequitur etiam nouiſſimè Mandoſ in tracta. de inhibit. q. 23. & fuit etiam nouiſſimè tentum in vna Bononien. prætenſorum attentatorum coram Cotta. 16 3 Ianuarij. 1570. in quatis, qui locauerat quædam bona cum pacto expreſſo, quòd finita locatione conductor dimitteret poſſeſſionem, & liceret locatori propria authoritate illã capere (& conſequenter retinendo penes ſe ciuilem trãſtulerat tantum naturalem in conductorem) ſi commiſſa cauſa iactationis per conductorẽ, locator lite pendente capiat naturalem poſſeſſionem, non dicitur attentare propter anteriorem poſſeſſionem, quam apud ſe habebat per dictũ cõſil. Pariſ. Et pro iſta limitatione facit, quod dicemus infra c. 12. de attent. appellatio. pend. limitat. 40. princi. poſt Franc. 4 in cap. bonæ. q. 13. in fine, de appellat. quòd† actus conſecutiuus ad actum a quo appellatur (etiam pendente appellatione) fieri poteſt, & quòd denunciatio excommunicati, cũ ſit actus acceſſorius neceſſarius, & conſecutiuus ad excommunicationem, ideo etiam pendente appellatione ab excõmunicatione fieri poteſt ſecundum Franc. in ca. paſtoralis. §. verum, num. 1. de appellat. Quibus adde, quæ ponit Egid. 6 in conſi. 35 in princip. † quod quando gratia præcedit litis pendentiam, & lis nõ eſt ſuper gratia: tunc non impeditur executio gratiæ propter talem litem: quia effectus trahitur ad tempus ſuæ cauſæ, quo argum. vtebantur alias excellentes aduocati in vna Gerundenſ. canonicatus coram Grato. 7 26. Maij. 2564. in qua dubitabatur† an poſſeſſio capta vigore reſignationis, & gratioſæ ſubrogationis in ea contentæ pendẽte appellatione per alium interpoſita a denegatione poſſeſſionis eſſet attentata, & pro negatiua allegabatur, quòd (cum lis non eſſet ſuper reſignatione, & ſuper gratia) talis pendentia non poterat impedire executionẽ gratiæ, & poſſeſſionis adeptionem, & pro negatiua tenuerunt Domini ibi: quamuis in deciſione non faciant ſpecialem mentionẽ de hac ratione, ſed de ea ſolum; quia ſubrogatio excludit attentata. 8 Actus autem conſecutiuus eſſet, puta† collatio præbendæ actui receptionis in fratrem, & canonicum, & econtra, vt dicit glo. in c. dilectus. in verb. vacaret, de præbend. Sic 9 & † actus traditionis poſſeſſionis diceretur actus conſecutiuus ad electionem præcedentem, vt poſt Franc. diximus in d. limitat. 40. poſt princip. quod eſt etiam de mente Lambe. in tracta. de iure patron. in tertio artic. 6. q. princip. ſecunde part. lib. 1. num. 6. & iterum in quinto artic. 11. q. princip. ſecundæ partis. libro primo. nume. ſecundo. in fin. vbi voluit 10 †quòd adeptio poſſeſſionis facta (etiam pendente appellatione) per electum, & confirmatum, aut præſentatum, & inſtitutum, valeat, ex eo: quia talis poſſeſſio ſit effectus conſecutiuus iuris præcedentis. Hec autem limitat. præſertim in hoc exemplo traditionis poſſeſſionis neceſſariò limitanda videtur, vt non procedat, quando vltra litis pendentiã fuiſſet etiam facta inhibitio: quia ĩhibitio multa operatur, quæ non operatur ſola litis pendentia, vt deduximus late infra cap. 20. de attent. poſt inhib in prima ampliat. princip. & in terminis ita fuit alias deciſum per Dominos in vna Camerinen. aggregationis in canonicos coram Iunio. vigeſimonono. Martij. 1557. in qua fuit dictum, quod ſi Epiſcopus (q duos canonicos creauerat) fuit inhibitus (vt erat in facto) & poſtea canonicos immiſit in poſſeſſionem, talis poſſeſſio cenſetur attentata.

Limitatio. VI.

SVMMARIVM.

1 *Attentatum non dicitur, quod fit poſt litem finitam.*

2 *Alienatio rei litigioſæ valet, poſtquam lis erat renunciatione finita.*

3 *Renunciatione purgatur vitium litigioſi.*

4 *Intruſus non dicitur capiens poſſeſſionem poſt reſignationem, per quã lis erat extincta.*

5 *Prouiſio ordinarij facta de beneficio, quod erat in lite (ſuper qua per 18 annos nihil fuerat factum) valet.*

6 *Tempore lis extingui cenſetur, quando puta per 20. annos fuit ab ea ceſſatum.*

7 *Lis in cauſis fiſcalibus non extinguitur, etiam ſi per 30. annos in ea nihil ſit factum.*

8 *Ordinarij prouiſio valet, quando lis erat tranſactione ſopita.*

9 *Litis finitæ, & ſopitæ mentio non eſt facienda.*

10 *Litis finitur per ſententiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, remißue.*

1 

Extò limitatur, niſi actus fieret poſt† litem finitam, Renunciatione, Tempore, Tranſactione, aut per ſententiam, quæ in rẽ trãſiuit iudicatam vt de primo† loquens de alienatione facta poſtquam liti eſt renũciatum, not. Mil. in ver. litigioſum, & Grauet. poſt alios in cõſi. 182. videtur. num. 4. lib. 1. 3 vbi volunt, quòd per renunciationem† purgetur vitium litigioſi, facit, quod fuit dictum per Dominos in vna Burgẽ. Canonicatus coram D. meo Oradino, ſub die 18. Decemb. 4 1562. quod † capiens poſſeſſionem poſt renunciationẽ beneficij, ſuper quo litigabatur, & per quam lis erat extincta, non dicitur intruſus, nec attentaſſe. De ſecundo eſt deciſio. 5 Caſſad. 5. vt lit. pend. dum vult† prouiſionem ab ordinario factam de beneficio litigioſo valere, ſi in ea lite per longum tempus (puta decem, & octo annorum) nihil fuiſſet factum adeo quòd poterat præſumi habita pro derelicta, pro quibus facit, quod alias fuit deciſum in Rota† eum, qui per 20. 6 annos fuit in poſſeſſione non dici attentaſſe, ſi illam cæpit poſt tres ſententias, & executoriales obtentas, licet in intimatidne executorialium debitos terminos non ſeruauerit & ob non ſeruationem terminorum lis adhuc videretur quodammodo pendere, vt eſt deciſ. in recollect. Acchill. de Graſſ. 33. attentata dixerunt, ſub rubr. de atten. & Guidobo. 156. Calaguritana, ſub rub de attent. Quæ omnia de tempo 7 re limita† non procedere in cauſis fiſcalibus: in his enim ẽt, ſi per 30. annos ſit ceſſatum a proſecutione, nihilominus attentata conſiderari dicunt, vt eſt deciſio Rot. Bonon. Pet. de Benintend. 76. mota lite. num. 8. & ſequ. De tertio habes 8 per Pariſ. conſi. 47. videtur. nu. 43. lib. 4. dum † ſimiliter vult, prouiſionem ordinarij valere, quando lis fuiſſet tranſactione ſopita, pro quo facit, quod conſuluit Anchar. conſi. 16. viſo proceſſu. volum. 1. quem refert, & ſequitur Crauetta. d. 9 conſilio 182. numero quarto dum tenent de lite ſopita† nõ eſſe neceſſarium facere mentionem in impetratione reſcripti, vt dictum eſt ſupra in 7. illatione, in 3. limita. regulæ ibi poſitæ, num. 655. & per tranſactionem finiri litem, eſt deciſ. in recollect. Thom. de Thaniſ. 5. inci. non poteſt. De vltimo autem, quòd lis, & vitium litigioſi dicatur finire per ſenten 10 tiam† quæ tranſiuit in rem iudicatam, ſatis conſtat ex his, quę poſuimus ſupra in præfat. huius ſecundæ partis, nume. 213. dum tractando, quibus modis lis dicatur tolli, & finiri, inter cæteros modos etiam hunc per ſententiam cõnumerauimus: generaliter autem, quòd lite finita non ſoleant reuocari attentatata, dixerunt Domini in vna Pacen. fructuũ coram Oradino. 20. Octob. 1570.

Limitatio VII.

SVMMARIVM.

1 *Litigioſa res, nec etiam titulo diuiſionis in alium transferri poteſt, ſecũdum aliquos.*

2 *Diuiſio rei litigioſæ inter fratres fieri poteſt, ſecundum communem opinionem.*

3 *Alienatio neceſſaria permittitur etiam ſine conſenſu domini directi.*

4 *Diuiſio rei litigioſæ vt valeat, debet eſſe neceſſaria, ſecus ſi voluntaria prout eſt reſpectu prouocantis, debet fieri cum vniuerſitate, & per æquales portiones.*



Septimò limita, niſi eſſemus in actu diuiſionis rei litigioſæ inter fratres, etiam lite pendente facto, quamuis enim Alcia. in conſi. 138. perſtringendo. num. 7. lib. 9. affirmauerit, rem litigioſã, 1 † nec etiam titulo diuiſionis poſſe in aliũ tranſferri, quia tamen in id nihil penitus allegat, contrarium vi- 2 detur verius, vt tradit de communi opinione atteſtans Stepha. Aufrer. in addit. ad deciſ. Toloſ. 75. incip. ex diuiſione, verſic.


Source : BIU Cujas

versicu.& ad hoc allegatur,per tex.in l.fin.vers.exceptis. C. de litigios.& in §.primo.in Auth.de litigios.ea ratione : qa huiusmodi diuisio sit alienatio non voluntaria,sed necessa
3 ria,& propterea hoc casu permittitur etiam†sine consensu domini,quando essemus in diuisione rei emphyteuticæ, ꝙ etiam quoad hunc effectum,quòd ex quo diuisio est aliena tio necessaria,non debeat solui laudemium,tradit, & multos in id citat Io.Cephal.in consil.195. Vincentius Bossius. num.19.& 20.libro secundo.intelligendo tamen de diuisio ne inter emphyteutas,secus si inter extraneos, vel si tota v- ni adiudicetur,& latius per eum ibi.num.25. & 26. & quod alienatio per viam diuisionis possit fieri, tam de re emphyteutica,quàm etiam feudali, tradit post alios Portius Imolen.in consilio 65.ex facto.nume.vigesimooctauo.& seq.li
4 bro 2.† Hæc autē limitatio est notabiliter tribus modis declaranda,vt colligitur ex his quę latè,& eleganter circa hāc materiam diuisionis rei litigiosæ tradit Ioan.Cephal. in cō sil.64.mense Aprilis.nume.6.& multis seq libro 1.videlicet & Primò,vt ista diuisio fiat ex causa necessaria, non autem ex causa voluntaria, prout videtur esse respectu prouocantis ad diuisionem,vt per eum ibi.num.9.Secundò,vt fiat eū vniuersitate,vt ibi nu.13.Tertiò,quòd diuisio fiat per ęquales portiones,non autem vt tota vni assignetur,vt per eum ibi.num.16.post Aufrer.vbi supra. Ex ea autem ratione, ꝙ diuisio sit alienatio necessaria,potest magis generaliter colligi ad regulam.

Limitatio VIII.

SVMMARIVM.

1 *Necessarius actus etiam lite pendente fieri permittitur.*
2 *Confiscatio rei litigiosæ tanquam alienatio necessaria etiam lite pendēte fit,nume.12.*
3 *Inuestitura feudi cum illius possessione,post mortem litis consortis per eum,qui in feudo succedebat consorti prædefuncto,etiam si fuerit li te pendente impetrata, non dicitur attentata, sed facta ex causa necessaria.*
4 *Præsertim quando huiusmodi alienatio necessaria haberet causam de præterito.*
5 *Lite super rei vendicatione contra emptorem, & possessorem introducta, illa pendente potest consanguineus venditoris agere ad retractū eiusdem rei.*
6 *Vitium litigiosi non pertinet ad alienationes necessarias, quæ habent causam de præterito.*
7 *Mandatum executiuum relaxatum contra collitigantem nō potest exe qui contra eum,qui ex datione insolutum ex causa necessaria possessionem rei,super qua litigabatur,fuerat adeptus.*
8 *Alienatio dicitur voluntaria non autem necessaria,nisi probetur, quòd debitum,pro quo fit alienatio fuerit contractum ante litem.*
9 *Vel constet,quòd alienatio sit iudicialis cum decreto iudicis.*
10 *Alienatio quæ dicatur voluntaria,quæ necessaria,remissiue.*
11 *Quod fit ex necessitate,non dicitur fieri in fraudem.*
13 *Necessitatis causa multa conceduntur,quæ alias non concederentur,remissiue.*

1  Ctaua limitatio,videlicet†nisi actus,qui fie
2 ret lite pendente, esset necessarius (puta alienatio rei litigiosæ†per confiscationem) nam talis actus (etiam quòd fit in præiudi cium litis)tamen valet,& ita limitatur tot. tit.de litigio.secundùm Lanfranc.decis.86 litigiosi vitium,& not.etiam per Bart.in l.damni infecti. §. si dominus.ff.de dam.infect.& Ange.in Authen.de litigio. §.primo.prout allegabantur in vna Messanen.Baroniarum coram Domino meo Oradino 5.Nouemb.1565.in qua(cū
3 prætenderetur † adeptionem possessionis feudi post mortē litis consortis factam,& inuestituram eiusdem feudi lite pē dente impetratam,esse attentatas) Domini tenuerunt non constare de attentatis,ex rationibus allegatis pro Beatrice, inter quas erat ista:quia illa adeptio possessionis erat necessaria ad effectum adeundi,& consequendi hæreditatem, sicut etiam trāslatio iurium facta per mortem defuncti,quæ pariter erat actus necessarius,non voluntarius,& pariter petitio inuestituræ,cum alias si intra annum non fuisset petita iuxta pragmaticas, feudum fuisset amissum. Quod ma-
4 xime procederet†quādo huiusmodi alienatio haberet cau-
5 sam de præterito,puta quando†emptor rei (super qua habe ret locum retractus) fuisset conuentus a tertio rei vendicatione super eadem re,nam hac lite pendente, si consanguineus venditoris agat ad retractum petens sibi restitui & ven ditionis instrumentum fieri,vtique non obstante dicta litis pendentia hoc obtinebit, ex quo vitium litigiosi non pertinet ad alienationes necessarias, quæ habent causam de præterito,vt videtur text.ad literam in l.alienationes. ff.famil. erciscu.& ibi not.Bald. & Flor.& post eos & alios quam plures per eum allegatos tradit Tiraq.de vtroque retr. §. 36. in glo.finis.num.2.quibus adde Aemilian.in consi.51.in præmisso.num.20 & pro hac limi.& optime fa. quod fuit resolutum in vna Senogalien.prætensi spolij domus coram A.
7 Aug.19.Nouemb.1557.in qua(dum dubitaretur†an mandatum executiuum relaxatum contra collitigātem possit exe qui contra eum,qui ex datione insolutum possessionē domus litigiosæ fuerat cōsequutus ipso aliter non citato)Domini dixerunt,quod si datio insolutum fuit ex causa necessaria,requirebatur citatio,& si per executionem fuisset spoliatus, veniret restituendus, & consequenter sua possessio non habetur ibi pro attentata: quia alias non haberet locū restitutio.Cassad.decis.3.de restitut.spoli. & diximus latius infra cap.vlt de pęnis attent.in 6.pęna.Quamuis in eadem causa in alia positione per eundem A.Augu.sub die 15.De cemb.1557.facta,fuerit deinde resolutum,quòd illa datio ī solutum,de qua ibi,fuerit nō necessaria,sed voluntaria:Immo ad propositum præsentis limitationis (præsertim eius, quod proxime diximus de alienatione ex causa de præterito) multa considerarunt Domini ibi iuxta notas Domini mei Oradini, quæ ad declarationem materię hic subijcere non inutile visum fuit.Dubium ergo erat ibi tale. An alienatio facta Romano asserto creditori cum Iudicis decreto, cuius cōpia datur(decretum autem erat extraiudiciale)per Gasparem assertum debitorem carceratum dicatur necessaria,vel voluntaria ad effectum,de quo agitur(effectus aūt erat,an is,in quem erat facta alienatio per dationem in solutum lite pendente esset intrusus)& Domini formaliter di
8 xerunt.†Quod alienatio esset voluntaria,nisi Romanus ꝓbauerit,quòd debitum fuerit contractum ante litem,& ni-
9 si† constet, quòd dicta alienatio sit iudicialis. In causę tamē disputatione fuit dictum,quòd aut sumus in alienatione extraiudiciali,& tunc necessaria dicitur, quando habet originem ante,vel procedit ex facto testatoris, & ita procedant multa allegata(inter quę erant decis.Afflict.191.Deci. in consi.160.colum.2.versic. licèt secus esset in datione ī solutum necessaria.Alexand.in consi.52.viso.in fi.num.4.lib. 1.Gozad.consi.90.num.15.vers.8.quando in fi.) Aut alienatio est facta iudicialiter,& tunc non inspicitur aliud,quam ipsum decretum,& quòd alienatio fiat iudicialiter, ita sensit.Alber in secunda parte statutorum.quæst.2.in princ.Afflict.decis.354. & in isto casu mouebatur dubium:quia instrumentum videtur dicere, quòd Gaspar erat in carcerib. propter hoc debitum,& non poterat inde exire:& quòd nō habebat alia bona,& ꝙ secundum aliquos notarius attesta stabatur de aliqua parte debiti se esse rogatum. Fuit etiam dictum,quòd in vltima voluntate debitū hæredis facit causam necessariam:quia eo viuēte alienatio tenet per latè tradita per practic.Papien.in for.libelli,de actione reali.in vers ic.iustis,ac legitimis titulis,num.32.sed fuit replicatum, ꝙ hoc procederet,si tractaretur de excusanda alienatiōe,quā hæres diceretur incurrisse,sed hic dicebaī,quòd hęres prius
10 ceciderat, & cum amisisset dominium, non poterat alienare etiam vita durante.Hæc illi.Ex quib.†sufficienter colligi potest,quæ dicatur alienatio necessaria ad propositum vitium litigiosi.Ratio autē huius limitationis esse potest: quia cum attentata non committantur sine dolo,& fraude ad not.per Rot.decis.quinta.alias 25.ex quibus. de restituti.
11 spol.in no.† & id,quod fit ex necessitate non dicatur fieri in fraudem secundum Gozad.in consil.97.num.15.merito vi-
12 dentur hoc casu cessare attentata. † Præsentemq; limitationē,ꝙ alienatio rei litigiosæ in fiscum fieri possit,tenet (expresse limitādo.l.fi.C.de litigiosi.Ale.apud Bar.in d.l.fi.ī ver. alienari,per tex.in l.si constante.§.fi.& ibi Imol.ff.sol.matri
13 mo.Quæ limitatio posset†etiam multis comprobari, quæ alibi per Doct. congeruntur,dum dicunt,quòd multa necessitatis causa cōceduntur,quæ alias non concederentur: cum necessitas(vt adagio vsurpatur)legem non habeat, ad quod multa congerit more suo Tiraq.in tracta.de vtroque retract.§.26.glo.1.num.18.

Limitatio IX.

SVMMARIVM.

1 *Bona suspecti de fuga,aut dilapidatione sequestrantur.*
2 *Suspectus de fuga potest etiam lite pendente capi.*
3 *Etiam propria authoritate.*
4 *Et sine licentia,& commissione Iudicis.*

Nonò

NOnò limita,nisi quis sit suspectus de fuga, seu de dilapidatione: quia etiã lite pendente contra eum innouatur non solum:quia quando non est soluendo † sequestrantur sibi bona, ad not in c.fi.de sequestr.poss. & fruct.& tradit eleganter Stepha. Aufrer. in addit.ad decisio.Tolos.477.post Bart in l.Imperatores, per illum text.ff.de appell.& dicemus infra latius.cap.12.de attent.appellat.pend.limit.12.num.11.& fuit tẽtum per Dominos in vna Firmana hæreditatis corã Domino meo Oradino 6.Iunij 1572.† Verum etiam;quia deuenitur contra eũ ad capturam †etiam propria authoritate cuiuslibet priuati † & sine aliqua iudicis commissione, ad tex.in l. ait prætor. §.si debitorem,& ibi Doct.ff.quæ in fraud.credit.not.Ias.in l.si ab arbitro. ff.qui satisd.cogan.& Instit.de actio. in prin. colum.11.& 12.& in l.j.vbi etiam plene Alex.ff.de iurisdi. omn.iudic.Felyn.in cap.1.colum.6.num.27.de iudic.& per Doct.in l.vinum.ff.si cer.pet.& ante eos Ange.in repetitione.l.nemo carcerem,versic.item quæro,quid si lite pendẽte.C.de exact.trib.lib.10.& post eum Alex.in consi.105.incipien.magnifice prætor.colum.fin.nume.25.lib.3.& Franc. in cap.cum teneamur.colum.3.nume.10.de appellat.quos sequitur Marant.in suo specul.aur.in q.2.tertiæ partis, sextæ partis princip.num.166.& Pet.Duen.reg.42.num.9.post glos.in l.fi.in ver.fideiussionis. C.de ferijs. Quibus adde Misinger.Sing.obseruat.centuria secunda decis.65.incip.suspectus,& quæ posuimus infra hoc capitu.4.in 4.declaratione prin.in j.limit.regulę ibi positæ,nu.19.ꝙ lite pendente quis non debet commodo possessionis priuari.

1 2 3 4

Limitatio X.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio litis pendentiæ non admittitur in stilo compulsorialium.*
2 *Compulsoriales possunt decerni,& concedi etiam lite,& dilatione pendente.*
3 *Non tamen die feriato in honorem Dei.*

DEcimò limita regulam non procedere in stilo compulsorialium:nam super eo non admittitur † exceptio litis pendentie,vt nouissime per Franc.Marc.in qq. Delphin. decis. 313.nu.3. Pro quo stilo, & quòd huiusmodi † compulsoriales possint decerni,& concedi lite,atque etiam dilatione pendente,fuit pluries in Rota resolutum,vt est decis.in recollect. Put.3.incip.pendente termino,& decis.12.incip.dilatione concessa.sub rubr.de dilat.quibus concord.decis.in recollect. Thom.de Tanis.60. compulsoriales, & Accorambo. 30. pendente.sub rubr.de dilat. Nec possunt † decerni in diebus feriatis in honorem Dei, vt de die Dominico fuit resolutum in vna Dertusen. mansi.coram Sarmiento. 8. Nouemb. 1566.nam de rigore iuris dicuntur nullę,licèt talis nullitas videatur sanari posse,vt senserunt etiam Domini ibi.

1 2 3

Limitatio. XI.

SVMMARIVM.

1 *Actus,qui sunt præter,vel secundum naturam Iudicij, dummodo non sint contra,lite pendente fieri possunt citra vitium attentatorum.*
2 *Cessio bonorum fieri potest ante & post sententiam.*
3 *Appellatione pendente si fiat cessio bonorum valet.*
4 *Cessio bonorum permittitur non solum laicis,sed & clericis, vniuersitatibus,& collegijs etiam ecclesiasticis.*
5 *Cautio de iudicio sisti,& similes,etiam lite,& appellatione pẽdente absque vitio attentatorum præstantur.*
6 *Calculatoris electio etiam lite pendente permittitur.*
7 *Restitutio scripturarum originalium etiam lite pẽdente regulariter fieri potest.*
8 *Facta tamen obligatione de reportando.*
9 *Dimissa tamen copia collationata.*
10 *Deputatio œconomi pro fructibus conseruandis,etiam lite pendente absque metu attentatorum fieri permittitur.*
11 *Executio instrumenti liquidi potest fieri etiam pendente lite occasione cõpensationis commissæ cum clausula,prout iuris fuerit.*
12 *Iura extracta ex registro reposito in Archiuio lite pendente an faciant fidem.*
13 *Liber notarij repositus in Archiuio lite pendente an faciat fidem,sicut si fuisset repositus ante litem.*
14 *Superueniens implementum validat iudicium.*
15 *Agens ex contractu potest etiam lite pendente adimplere.*
19 *Partitæ extractæ lite pendente ex libris mercatoris absque compulsore dicuntur esse in forma probante,& extractio valida.*
17 *Nisi ultra extractionem scripturarum factam in partibus lite in Rota pendente fuerit per ordinarium loci adiecta a tergo instrumẽti fides legalitatis notarij defuncti & recognitio manus eiusdem.*
18 *Alimenta & expensas cogitur quandoque etiam lite pendẽte vna pars alteri præstare,prout regulariter.*
20 *Abbas Monacho.*
Maritus vxori:
Frater sorori.
Pater filio,& generaliter.
Diues collitiganti pauperi.
Quod receptissimum est & procedit,etiam si simus in prima instantia, vt num.19.
21 *Maritus cogitur præstare alimenta uxori lite pendente.*
Etiam si haberet aliunde unde uiuere posset.num.22.
23 *Mulier quando dicatur habere aliunde,unde uiuere possit,remissiue.*
Et etiam si haberet patrem diuitem.num.24.
Nisi dos mulieris esset incerta &c.nu.25.
Nisi uxor propria authoritate diuertisset à uiro.num.26.
27 *Pater alimenta lite pendente filio secum litiganti præstita repetere non potest.*
28 *Monachus unius Monasterij electus ad dignitatem alterius monasterij si spoliatur,nec alimenta, nec litis expensas consequitur.*
29 *Nisi supplicet Papæ.*
30 *Alimenta & expensæ ut supra dictis casibus lite pendente præstentur, debet constare de quasi possessione filiationis, monachatus, & similium.*
31 *Alimenta lite pendente sunt præstanda, quando agens alendus est ex bonis, ad quæ agit.*
32 *Diuitijs superuenientibus non currunt ultra alimenta lite pendente decreta.*

VNdecimò limita non procedere in actu, qui esset à iure permissus † secundùm, vel prẽter naturam iudicij,dummodo non sit contra, † prout est cessio bonorum, quæ potest fieri, & ante, & post sententiam, vt not.gloss.in verbo condemnati, in l.C.de his qui bon.ced.pos.& fa.decis.Capell. Tolos. 249. & tradit Guid.Pap. in consil.124. circa num.3. vbi tuetur hanc partem, † quòd etiam appellatione pendente facta cessio valeat,quem refert,& sequitur,& pluribus comprobat nouissime Mattheus Brun. in tract. de cessio. bonorum.q.32. per totam.Quæ cessio † permittitur non solùm laicis,vt tot.tit. ff.& C.de cess.bono.verum etiam clericis,ad no.in c.Odoardus. de solutio. quinimmo permittitur etiam vniuersitatibus,& collegijs,etiam ecclesiasticis,vt no.in §.si quis autem adiecisset.in Authen.vt determ. sit numer.cler. & per illum text.eleganter ponit Stephan. Aufrer.in addit.ad decis. Tolos.136. in fi. † Item cautiones quæ in iudicio præstare partes coguntur,vt tot.titul.ff.qui satisd.cog.ff.rem ra.hab.& ff. iud.sol. & simil.huiusmodi enim cautiones non solùm citra vitium attentati præstantur lite pendente.verùm etiam appellatione pendente,vt dicemus latius infra cap.12.de attent.appellatione pend.limita.15.princip.num.1.† Item electio calculatoris,qui de communi consensu etiam lite pendente potest eligi secundùm Alexand. in cons.21. consideratis,num.12.lib.7.Item restitutio scripturarum originaliũ, quæ conceditur etiam aduersario inuito, facta tamen † obligatione de reportando,& dimissa† copia auscultata:vt est decis.Rot.8.aliàs 741.nota,quòd si aliquis de fid.instrum.in antiq.† Item deputatio œconomi pro conseruandis fructibus,& ideo lite pendente inter Episcopum,& patronum super iure patronatus poterit Episcopus dictum œconomum etiam lite pendente deputare,ad not.in c.cum vos.de offic. ordin.& in c.eam te.de iur.patron. & per dicta iura expresse id ponit Io.Bert.in tract.de Episcop.in 2.parte,lib.4.q.27.numer. 66.† Item executio alicuius instrumenti liquidi facta pendente lite occasione compensationis de illiquido vigore commissionis habentis clausulam,prout iuris fuerit: cũ enim de iure illiquidi ad liquidum non admittatur compensatio,consequens est,quòd executio prædicta non dicatur contra,sed secundum naturam iudicij super compensatione,cum dicta clausula,prout iuris fuerit instituti,& sicut ante motum iudicium fieri poterat,ita etiam si eo pendente fiat,nõ dicatur attentatum,vt fuit resolutum in vna Romana vineæ coram A. Augustino, prima Iulij 1551.& est in recoll. Caputaquen.in prima parte,decis.135.incipien. si præsentata † Item excussio,oblatio rei, & solutio pretij lite pendente fieri possunt, & ex illarum superuenientia iudi-

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

cium

Source : BIU Cujas

cium conualidatur,vt eleganter tradit Ioann.Cepha.in cõ
sil.112.cum magnificus.num.19.& seq.lib.1.Et ex eadem ra
tione respondit nouissime Menoch.in consi.trigesimoquin
to.duæ sunt.nume.32. libro primo.eum qui promiserat se
cõmentarios per eum æditos non immutaturum,non pos
se dici innouasse, si lite pendente consuluerit peritos, qui
dictos commentarios tanquam bonos approbauerint, &
sua subscriptione confirmauerint: cum hoc etiam antea si-
bi liceret,vt latius ibi per eum. Huc quoque referri potest
id,de quo aliàs fuit apud Dominos dubitatum in vna Iler- 21
12 den.de acor.coram Vestano de anno 1554.die 8.Maij. † An 22
stante repositione registri in Archiuio lite pendente facta 23
sit adhibenda fides iuribus ex dicto registro extractis,& quã
uis tunc dixerint non esse adhibendam fidem,& dicta reso
lutio,non tam in pendentia litis fundari videatur,quàm in
eo,quòd iura non erant legitime recognita,vt colligitur ex 24
informationib. aduocatorum in dicta causa, nihilominus
cum eadem causa fuisset denuo proposita die 25.Iunij eius
dem anni sub isto dubio (An ex recognitione compulsoris 25
notarij,& testiũ,& relatione collatoris &c.liber anni 1475.
sit sufficienter recognitus tanquam vnus de Archiuio, &
collatio Dominici sit in forma probant non obstante eius 26
repositione lite pendẽte in Archiuio facta) Domini fuerũt
13 pro libro† & consequenter eo casu dicta litis pendentia nõ
fuit habita in consideratione,nec fecit attentata. Quod for
tasse non aliunde prouenire dici potest, nisi quia ille actus
repositionis(si non est secundum)non tamen est contra,sed 27
potius præter naturam iudicij,& intrare potest præsens 11.
14 limitat. Inde etiam prouenit,† quòd licet is, qui pro parte 28
sua non adimpleuit,regulariter agere non possit;si tamẽ pẽ-
dente iudicio superueniat implementum,iudicium conua
lidatur, vt declarat Alciat.in l.cum proponas. 1a secunda.
numero vndecimo.C.de pac.& ideo Domini in vna Roma
na Casalis corã Aldobrandino 24.Nouembris 1564.expres-
15 se tenuerunt† quod agens ex contractu possit etiam lite pẽ 29
dente adimplere, & merito cum huiusmodi adimplemen-
tum,licèt non sit secundum formam iudicij, saltem nõ est
contra,immo posset dici, quòd esset potius secundum for-
mam iudicii,cum illud validet,vt dictum est.Quibus proxi
mum est,quod aliàs fuit dictum in vna Romana domus co 30
16 ram Cotta 24.Maij.1564.in qua † (cum lite pẽdente fuisset
ex libris cuiusdam mercatoris extractæ quædam partitę absq
que compulsore,& dubitaretur,an essent in forma probã-
te,& pro negatiua inter cætera allegaretur, quòd lite pendẽ
te huiusmodi extractio,& innouatio fieri non potuerat, to
to tit.vt lite pendente nihil innouetur, præsertim absque li
teris compulsorialibus a iudice ipsius causæ obtentis, & a-
lijs requisitis,ad not.in c.1.& penult.de fid.instrumẽtorũ.)
Maior pars inclinauit,quòd essent in forma probante,& 9-
sequenter talis extractio etiam lite pendente facta censetur
17 valida:si tamen † vltra extractionem scripturarum tactam
in partibus lite pendente in Rota fuerit per ordinarium ad-
iecta a tergo instrumenti fides legalitatis notarij defuncti, 31
& recognitio manus eiusdem, aliter videretur dicendum,
videlicet,quòd talis recognitio tanquam facta lite penden 32
te sit nulla, vt dixerunt Domini in vna Beneuẽtana Ischiæ
coram Domino meo Oradino 10.Martij.1563. vbi id etiam
fuisse dictum antea in vna Parmen. status coram Decano,
& in alia Ro.duorum milium attestati sunt.Resolutio aũt
in dicta Ro. duorum milium vere fuit proponente Domi.
de Rubeis 12.Februarij 1563.ĩ qua Domini dixerunt, quòd
quoad recognitionem manus dubitabãt:quia legalitas fue-
18 rat facta lite pendente: Item† præstatio alimentorum & ex
pensarum,quæ, & quas cogitur etiam lite pendente quan-
doque vna pars alteri inopi prestare, de quo per Mil.in ver.
expensæ,fol.132.Rot.decis.1.alias 143.nota quòd accusato,
de accusatio.in antiq.Egid.decis.256.Monachus Guid.Pap.
q.561.si quis.Boer.decisio.303.num.4.& 325.num.2. Afflic.
decis.10.vxor.& decisio.vndecima.soror. & decisio 152. fuit
dubitatum.per tot.& Franc.Marc.in qq. Delph. decisi. 150.
quæsitum.Crauett.consi.164.nobilis. lib.1. & Didac.pratic.
qq.cap.6.num.8.fol.40.& Ioann.Cephal.in consil.127. pro-
ponitur.num.6.& seq.libro 1.& est decis.in recollect.Guid.
bon.36.dubitatum fuit.sub titu.de alim. & expens.lit. in v-
na Tiburtin.inter Illustrem Dominam Vrsinam,& Domi-
nam Victoriam Marchionissam,sub die 30. Octobris.1543.
& cæteris copiosius per Io.Bapt. de Asin. in sua praxi iudic.
§.trigesimosecundo.capit.2.in 23.ampliatione,vsque ad 3.
inclusiue,quibus adde Aemili.consil.126.quæritur, per tot.
& nouissime Hieron.Gabriel.in consi.29. Lucius Organti-
nus,versic.vltima quæstio. sub numero decimonono. col.
9 fin.vbi† id receptissimum esse dicit,& etiam in prima instan

tia sibi locum vendicere,apud quos,& alios per eos relatos
20 videre etiam poteris,quòd lite pendẽte cogitur† Abbas mo
nacho:Maritus vxori.Frater sorori: Pater filio, & generali-
ter diues coltitiganti inopi expensas,& alimenta in multis
casibus præstare,licèt contrarium circa alimenta præstanda
per patrem filio,& maritum vxori,videatur tenuisse Capel.
Tolos.decis.septuagesimaseptima. an filio, vbi tamen Ste-
phan.Aufrer.in addit.non minus late,quàm eleganter vide
tur hanc materiam declarare, & vltra eum præmissa quan-
tum ad illud de† marito,& vxore.

Amplia. Vt procedat† etiam si vxor haberet aliunde vn
23 de viueret(quod† quando sit,tradit nouissime Menocch.in
consil.octauo,duæ,nume.22.libro primo. post alios quos
ibr in id allegat)vt per Afflict.dicta decis.10. Cuius authori
tate id etiam firmauit Io.Bapt.Ferret.in consi.34. in præsen
24 ti,numero secundo.& per totum,libro primo.vbi id† etiam
ampliat procedere,quãdo pater mulieris esset diues, & ma-
ritus inops,vt late eleganter ibi deducit,& hanc materiam
25 pertractat,& declara,vt procedat,† quando dos mulieris es
set certa,ut fuit tentum in una Romana dotis x.mil.scu.ali
mentorum coram Domino meo Oradino,die 5.Maij.1564.
26 †& limita non procedere,quando uxor propria authorita-
te diuertit a uiro,ut est decisi.in recollec.Thom.de Thanis.
vndecimo.incipien.vxor,quæ propria, quod per plura de-
ducit nouissime Port.Imolens.in consil.centesimosexagesi
mo.in negocio.libro tertio. & quantum ad illud de patre,
27 & filio amplia†, vt pater alimenta sic pendente lite præstita
repetere nou possit,ut per Didac.in dicto loco,in fine. Illud
28 uerò de Monacho amplia,ut procedat, etiam si Monachi
electi sint inter se in discordia,vt fuit dictum in vna Metẽ.
coram Ioann.Paulo,ut est decisi.in recollect.Crescent.175
electio.de iudic.Et limita,ut non procedat, quando Mona
chus unius monasterij electus ad dignitatem alterius mo-
nasterij spoliaretur, quia tunc sibi,nec alimenta,nec expẽ
29 sæ litis debentur,† nisi supplicet Papæ, vt fuit tentum in v-
na Columbren. monasterij, uigesimoseptimo Februarij.
1542. ut est decis.in recollect.Put2.expensæ litis.in titulo de
expens.cui concordat alia Put.decisi.decimatertia. alimen-
ta,in titu.de iudic.Et præmissa omnia declara procedere.
30 Primò† quando constat de quasi possessione filiationis,aut
Monachatus,aliàs secus, ut eleganter, & copiosè declarat
nouissime Hieronym. Gabriel.cõsil.uigesimoquinto. Iulia
tanquam filia, numero secundo. & numero decimoseptimo.
& per totum,lib.j.& est in recolle.Thom. de Tanis.de-
cis. centesimaundecima incipien. fratres sancti Saluatoris.
Quod etiam fuit alias dictum in una Roma. bonorum de
Zambeccarijs coram A.Augustino.22.Martij.1557. in qua
sub his uerbis fuit resolutum. Quòd eo casu præstarentur
alimenta:quia filia,& hæres partis agit ad bona paterna, &
habet sententiam pro se. Nisi illa dicatur nulla per l. si in-
stituta.§.j.ff.de inoffic.testamen, Bisignett.de iudic. decisio.
secunda.Aym.consi.centesimosexagesimoquarto.Secundò
31 ut procedãt,† quando agens alendus est ex bonis,ad quæ a-
git,ut fuit consideratio Pet. Ant. Angust.in cõsil.4.incip. &
32 & si textus,numero primo.libro tertio.† per totum. Tertiò
dummodo non superueniant diuitiæ:quoniam illis super-
uenientibus nõ currunt ultra alimenta lite pendente decre
ta,ut fuit tentum in una Roma.status & alimentorum co-
ram Capizucco.7.Nouemb.1554.

Limitatio. XII.

SVMMARIVM.

1 *Actus factus a principe lite pendente non dicitur attentatus.*
Et principis appellatione hoc casu licèt non veniat quilibet superior al-
terius,puta Abbas respectu Monachi,vt nu.13.& 14.
Legatus tamen de latere principis appellatione contineretur. vt nu-
mero 15.
Item & alij inferiores domini,qui saltem de facto non recognoscunt su
periorem,vt num.16.
2 *Declaratio per superiorem fieri potest etiam lite pendente.*
3 *Princeps faciens gratiam collitiganti non dicitur attentare.*
4 *Princeps dicitur esse supra ius.*
5 *Possessionis translatio etiam lite pendente de vno in alium collitigan-*
tem fieri potest citra vitium attentati, si princeps hoc exprimat.
6 *Voluntas principis vbi apparet, de illius potestate non est dubitan-*
dum.
7 *Authoritas Papæ tollit vitium litigiosi.*

Source : BIU Cujas

8 *Poſſeſſio capta lite pendente ſuſtinetur, ſi breue ſuperueniat cum clauſula, citra vitium attentatorum.*

9 *Voluntas principis, licet non ſit expreſſa in ſuis literis, ſi tamen colligeretur ex actu cum eo geſto ad excuſanda attentata ſufficeret.*

10 *Lite ſuper feudo, & baronia pendente ſi prætendens per mortem litis cõſortis, ſe effectum dominium totius feudi obtineat a principe inueſtituram, & illius vigore poſſeſſionem capiat, non dicitur attentare, quia dicitur poſſeſſionem a principe inueſtiente accepiſſe.*

11 *Epiſcopus, & capitulum ſi fuerint in quaſi poſſeſſione exercendi iuriſdictionem, & coniunctim, et Canonici per breue Pontificis fuerint exẽpti a iuriſdictione Epiſcopi, & lite pendente adepti fuerint poſſeſſionem exercendi iuriſdictionem ſine Epiſcopo, talis poſſeſſio non cenſetur bona, neque manutenenda.*

12 *Inhibitio, quæ ſolet apponi in literis gratiæ ad vacatura, nõ ligat manus Papæ, ſed inferiorum.*

14 *Abbas licet regulariter poſſit monachum ad nutum a prioratu remouere, id tamen ſibi non licet lite pendente.*

1 DVodecimò limita † niſi actus fieret a principe, hinc videmus, quòd ſi princeps lite pen-
2 dente aliquid declarauerit † talis declaratio per ſuperiorem facta valet. Mil. in verb. declaratio poteſt fieri. fol 85. quinimo † poteſt etiam alteri collitiganti facere gratiã, nec
4 per hoc dicitur attentare, † cum ſit ſupra ius, vt eſt deciſ. Rot. 25. alias 310. ſi reus. in fin. de reſcript. in no. & Aegid. deciſ. 749. licèt. in fi. Dec. conſi. 461. num. 19. & præfatorum authoritate eſt in recollect. Paleott. deciſ. 147.
5 agebat in vna Nolan. monaſterij: quinimmo † poteſt lite pẽdente per principem vigore ſuarum literarum fieri translatio poſſeſſionis de vno in alium collitigantem citra vitium
6 attentati, ſi hoc exprimat: † quia ſi de voluntate apparet de poteſtate non eſt dubitandum, vt hac ratione motus, tenet Ruin. conſi. 76. primo eſt videndum. num. 6. & ſub num. 10.
7 verſic. & ex præmiſſis. libr. 5. cum ſola † authoritas Papæ tollat vitium litigioſi Mohed. deciſio. 292. fuit dubitatum, & ideo videmus quotidie practicari, quòd in curia datur Breue ad capiẽdum poſſeſſionem beneficij reſeruati cum clauſula, citra vitium ſpolij & attentatorum. Circa quod eſt hodie not. deciſ. in recollect. Put. 18. poſſeſſio, vt lite pendente, vbi voluerũt Domini, quòd immo etiam ſi ſit capta poſſeſ-
8 ſio lite pendente etiam ſine aliquo breui † ſi tamen Breue cum clauſula citra vitium attentatorum ſuperueniat, illa poſſeſſio (videbatur vitioſa) vigore dicti breuis ſuperuenientis ſuſtinetur, vt dictum eſt ſupra latius, hoc eodem capit. 5. in præfatio. in prima illatione num. 405. & multis ſequent. Quod videtur poſſe ampliari: vt non ſolum procedat, quãdo huiuſmodi principis voluntas eſt in ſuis literis expreſſa,
9 Verum † etiam quando illa ex actu geſto cum principe col-
10 ligeretur, exemplum, ſi quis † lite ſuper feudo, & Baronia pẽdente prætendens per mortem vnius ex ſuis litis conſortib. ſe eſſe effectum dominum totius feudi, illius inueſtituram petat, & obtineat a Principe, ac illius vigore poſſeſſionẽ capiat, non per hoc dicitur attentare: quia dicitur poſſeſſionẽ a principe inueſtiente accepiſſe: vt fuit reſolutũ in vna Meſſanen. Baroniarum coram Dominomeo Oradino 5. Nouẽbris. 1565. in qua (cum pars aduerſa ĩſtaret pro reuocatione dictæ intruſionis, & prætenſi attentari) Domini tenuerunt nõ cõſtare de attentatis. Hæc tamen voluntas principis nõ
11 diceretur colligi ſi † præſuppoſito, quòd ante litem Epiſcopus, & Capitulum fuiſſent in quaſi poſſeſſione exercẽdi iuriſdictionem coniunctim, & quòd per Breue Pontificis Capitulum, & Canonici fuiſſent exempti a iuriſdictione Epiſcopi, & (lite poſtmodum introducta inter Canonicos, & Epiſcopum) Canonici adepti fuerint quaſi poſſeſſionẽ exercendi iuriſdictionem ſine Epiſcopo, & tali poſſeſſione per eos probata inſtaretur pro illius manutentione: quia cum fuerit capta lite pendente non eſt manutenenda, vt fuit pluries deciſum per Dominos, & retulimus infra capit. trigeſimoprimo. de pœnis attent. in ſexto. pœna. in fin. vt fuit tentũ in vna Burgẽ. Iuriſdictionis coram Domino de Rubeis. 27. April. 1562. vbi ad propoſitum præſentis limitationis dixerunt, quòd Breue prædictum canonicis non ſuffragabatur: quia clarè non dicebatur in eo, quòd capitulum poſſet adipiſci poſſeſſionem, ſed ſolũ eximit canonicos a iuriſdictione, vnde non ſequitur, ergo datur integra iuriſdictio Capitulo, & illam potuit per ſe, & lite pendente capere; quinimmo contraria videtur poſſe colligi mens Papæ, ex quo in dicto Breui præſupponebantur deputati iudices, & executores, qui deberent in fauorem capituli contenta in Breui exe
12 cutioni demandare. Et fa. quod alias ſolet dici, quòd † inhibitio, quæ ſolet apponi in literis gratiæ ad vacatura, non ligat manus Papæ, ſed inferiorum, vt ipſe intra menſem acceptationis non poſſint prouidere, vt not. Put. in recolle. ſuis deciſio. 29. ſtante nullitate, ad fin. ſub rubr. de conceſſio. præ-
13 ben. Hæc tamen † limitatio eſt ſanè intelligenda, prout logꝗtur in principe, ſecus eſſet, ſi eſſemus in alio ſuperiori, puta
14 in aliquo Abbate; is enim licèt regulariter poſſit Monachũ ad nutum a prioratu aliquo amouere, & conſequenter eũ ſpoliare, id tamen ſibi non licet lite, vel inquiſitione cõtra eum pendente, cui Monachus adhæreat, vt eſt deciſ. Rot. j. aliàs prima, de reſtitut. ſpoliat. in antiq. & latius diximus ſupra in prima ampliatio. huius regulæ, in quarto exemplo vbi in id etiam alios citauimus. Et principem hoc caſu in-
15 telligere poteris † etiam legatum de latere, ad text. ſingular. in cap. ſi Abbatem, de electio. in ſexto. & no. Andre. Barbat. in conſil. quadrageſimoquarto. ſecundum ea. nu. ſecundo.
16 Quinimo † etiam inferiores domini (qui tamen ſaltem de facto non recognoſcunt ſuperiorem) hoc loco princeps cenſendi ſunt; cum tales dicãtur poſſe facere ea omnia, quę poſſunt principes, vt per Franc. in rub. de appell. col. 4. & latius reaſſumpſit eã recentioribus Aemilia. in conſ. 84. circa dubium, nu. 2. & ſeq.

Limitatio XIII.

SVMMARIVM.

1 *Remedium attentatorum ceſſat ratione ſcandali, ſeu periculi in populo.*

2 *Corpus mortui, iterum exhumari lite pendente, etiam ex priuilegio attentatorum, ratione ſcandali non poteſt.*

3 *Reſtitutio ſpoliati non fit, vbi periculum, vel ſcandalum imminet.*

4 *Conſuetudo Anglorum habet, quòd debitore defuncto creditores inſtare poſſunt, ne corpus tradatur ſepulturæ, donec eis ſit ſatisfactum.*

5 *Appellatio creditoris, ne corpus defuncti debitoris ſepeliatur niſi ſit ſibi ſatisfactum, admittitur in Anglia.*

6 *Creditores etiam de iure communi ſecundum aliquos poſſunt impedire, ne cadauer mortui debitoris ſepeliatur, ſi erat obligatus, vigore inſtrumenti guarentigiati.*

7 *An autem appellare poſſunt, commun. opi. quòd non.*

8 *Exhumatio corporis humani lite pendente prohibetur fieri, potius ex æquitate, quàm de rigore.*

9 *Prohibitio, ne corpus humanum exhumetur, non durat perpetuò, ſed do nec plene non conſtat corpus eſſe reſtituendum.*

10 *Scandali allegatio non ſufficit, niſi illud probetur.*

1 DEcimotertiò limita, vt non procedat in his, quæ ſi reuocentur ex priuilegio attentatorum † cauſarent ſcandalum in populo, vel aliud periculum, vt in exhumatione † corporis humani. Rot, deciſi. octaua. aliàs 854. cum partes, vt lit. pend. in antiq. quæ eſt repetita ad verbum per Biſignet. deciſio. trigeſima. poſtquam. num. 5. verſic. dum partes. de appellatio. ſecundum impreſſionem antiquam (nam in modernis cum additionibus Papazzoni eſt prima, alias 302. nota. numer. 2. de cauſ. poſſe. & propriet. in antiq.) quam refert, & ſequitur, ac multis comprobat Grammatic. deciſio. 82. incidit. num. 3. & per totam, eandem opin. tenet Franc. in cap. dilecti. el 3. num. 5. verſ. ſecundò limita, de appel. & noniſſimè poſt Hippolit. de Marſi, ſing. 169. incip. in iure ciuili, tradit Menoch. de recuperan. poſſeſſ. remed. 17. num. 36. verſ. quæro octauo & Veſtr. in praxi Ro. cu. lib. 8. cap. 4. de attent. ſub num. 16. & authoritate dictæ deciſ. 8. aliàs 854. vt lit pendent. in antiq. alias ſenſerunt Domini, quòd licèt regulariter attentata lite pendente ſint purganda, quãdoque tamen poteſt ex cauſa a regula recedi, & plures per eos ibi fuerunt cauſæ conſideratæ, & inter cæteras quando purgatio eſſet incommoda propter exhumationes, quæ per partem allegabantur, vt cõſiderabant in vna Calaguritana translationis coram Sarmiento. vigeſimotertio Ianuarij. 1570. Quod etiam ſenſerũt quando purgatio attentatorum eſſet difficilis, vt fuit dictũ in alia Hiſpalenſ. profeſſionis coram Domino de Rubeis. decimoquarto Octob. 1560. in qua dubitatum fuit, an Monialis (quę prætendebatur, quòd exeundo lite pẽdente monaſterium, attentaſſet) dẽret attentata purgare redeũdo ad monaſterium, cum id in facto perdifficile reputaretur. Ad quod dictũ de ſcãdalo, & periculo facit optime, quòd alias
3 in ſimili in ſpolio dĩ, quòd ii immineret periculum, † ſeu ſcãdalum nõ fit reſtitutio, & ideo in vna Columbren. Abbatiſ-

batiſſatus Monaſterij 4. Nouembris. 1545. coram Ioan. Paulo Abbatiſſa illius Monaſteri (licèt obtinuerit tres ſententias conformes ſuper ſpolio) tamen nõ fuit reſtituta ex hoc quia ratione impudicitiæ, de quo contra eam dabatur, imminebat periculum, & ſcandalum totius monaſterij, vt eſt deciſ. in recollect. Mohed. 214. Columbren. ſub rub. de reſtitut. ſpoliatorum. Quam limitationem declara. Primò nõ
4 procedere de conſuetudine † Anglorum ſecundum opin. Vinc. & Tancred. relatam per Archidiac. in cap. fin. verſicu. nominationes. ſub nume. 19. 2. quæſt. ſexta. per tex. in c. qua fronte, in parte indeciſa, quam hodie non habemus, de appellat. vbi dicunt, quòd ſi quis ſit debitor, & eo mortuo creditores inſtẽt, ne corpus tradetur ſepulturæ, donec ſit eis ſa
5 tisfactum, vel cautum, aliàs appellent, † talis appellatio admittitur ibi a Papa, & ea pendente non datur ei aliter ſepultura, quòd licèt (vt patet) cauſet ſcandalum: tamen toleratur in Anglia, ſecundùm dictos Doctores. Pro qua conſuetudine facit, quod dicit Ang. in Auth. vt defunct. ſeu fune. eorũ non iniur. a cred. in princip. numero primo. verſic. nota hic
6 caſum, † quod quando debitor eſſet obligatus vigore inſtrumenti guarentigiati, poteſt a creditoribus impediri, ne cadauer eius ſepeliatur, vt refert Pet. Duen. in reg. 397. ſub num. octauo. in primo priuilegio, vbi tamen paulò ſuperius contra hoc dictum Ang. & præſertim quòd quoad impediendam ſepulturam non detur appellatio, multa ponit, quę apud eum vide, & melius nouiſſimè per Viuium commun. opin. libro ſecundo. opi. 78. incip. creditor, vbi multa in hac materia ponit, & poſt Grammatic. & Hippol. de Marſil. vbi
7 ſupra atteſtatur communem eſſe opinio. quòd † talis appellatio non eſt admittenda. Secundò declara, vt id de exhumatione corporis humani † procedat de æquitate (vt dicũt Veſtri. & alij ſupra allegati) ſecus ſit de rigore iuris. Tertiò (& hoc eſt notandum) vt iſta reſtitutio corporis humani, & cõ
9 ſequenter reuocatio attentati non ſimpliciter, & abſolute in perpetuũ prohibita, ſed donec conſtet plene corpus fuiſſe reſtituendum, vt patet in dictis deciſ. præſertim hæc vltima declaratio ex dicta deciſ. prima alias 302. de cauſ. poſſeſ.
10 & propriet. in antiq. Quartò † vt non ſufficiat ſcandala ſimpliciter allegare, ſed illa debeant etiã probari, alias ſi de ſcãdalis non conſtaret, fieret reuocatio attẽtatorum. Prout reſtitutionem ſpolij attentati (non obſtantib. ſcandalis, quæ allegabantur) faciendam eſſe ex eo, quia de illis non conſtabat, ſenſerunt nouiſſime Domini in vna Calaguritana trãſlatinis coram Blanchetto. 26. Iunij. 1573.

Limitatio XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Compromiſſum fieri lite pendente poteſt citra vitium attentati.*
2 *Conſenſus iudicis, coram quo lis pendebat, non requiritur, ſi lite pendente fiat compromiſſum.*
3 *Compromiſſo ex neceſſitate ſtatuti faciendo obſtat exceptio litis pendentiæ.*
4 *Exceptio litis pendentiæ raſtat compromiſſo faciendo, ſi compromiſſum eſt alias nsceſſarium.*

1 DEcimoquartò fallit in actu compromiſſi q † etiam pendente lite fieri poteſt citra vitiũ attentati: quamuis enim Alex. apud Barto. in l. 1. in verbo transferri. C. de litigioſ. poſt Bal. in l. prima. C. commun. diuid. viſus fuerit dubitare, an de re litigioſa poſſit fieri cõ promiſſum: veritas tamen eſt, quòd poteſt, vt eſt deciſ. Lanfranc. 177. ſuper articulis, & valet abſque eo
2 quòd † requiratur conſenſus iudicis, coram quo primò litigabatur, ſecundum Ioan. Baptiſt. pronepotem. Bart. in trac. de arbit. lib 6. cap 6. vbi ſpecialiter mouit hanc quæſtionẽ,
3 & reſoluit, vt ſupra. Quam limitationem ſublimita, † vt nõ procedat, quando eſſemus in cõpromiſſo neceſſario vigore ſtatuti faciendo, hoc enim caſu ſi opponatur exceptio li-
4 tis † pendentiæ, impeditur cõpromiſſum, vt poſt Petr. de Anchar. in cõſil. 17. viſo proceſſu. & Soci. in conſi. 38. pro deciſi. colum tertia. verſi. primò hoc probatur. lib. 1. tradit Blãc. in tracta. de compromiſſ. in quarta quæſtio. princip. n. 123.

Limitatio. XV.

SVMMARIVM.

1 *Remedium attentatorum non habet locum, quando quis attentatis, & eorum priuilegio renunciaſſet.*
Etiam ſi renunciatio fuerit tacita, vt numero 3. & ſequ. vſque ad numero 20.
2 *Pactum & renunciatio de non agendo ſpolio obſtat ſpoliato deinde agere volenti.*
4 *Obligatio in forma Cameræ videtur in ventre habere tacitam renunciationem priuilegio attentatorum, & num. 7.*
Niſi fuerit adiecta inſtrumento compromiſſi, quia executio facta vigore laudi deſuper lati, pendente reductione ab eo petita, nihilominus dicitur attentata, vt num. 5.
Et eſt hoc ſpeciale in compromiſſo, vt num. 9.
Præſertim ſi vigore commiſſionis ſuper reductione laudi emanaſſet inhibitio rotalis, vt num. 6.
8 *Auditor Cameræ vigore ſuarum facultatum poteſt nedum procedere in cauſa, lite coram alio pendente, verum etiam tanquam verus executor obligationum in forma Cameræ poteſt quaſcunque cauſas etiã vigore commiſſionis, de obligatione camerali mentionem non facientis, a quibuſcunque iudicibus ad ſe aduocare.*
10 *Compromiſſo etiam ſub obligatione in forma Cameræ facto cenſetur id actum, vt laudo parendum ſit, niſi aduerſus illud fuerit petita reductio.*
11 *Renunciare dicitur attentatis is, qui cum aduerſario concordauit cum expreſſione, quòd brachium ſeculare contra eum relaxatum remaneat in ſuo robore, & alijs clauſulis, de quibus hic, ita ut executio illius vigore facta pendente lite ſuper nullitate concordiæ, etiam ſubſequuta inhibitione, non dicatur attentata.*
12 *Paſſus attentata cenſetur tacite illis renunciare, ſi patiatur aliquid aduerſario ſuo concedi, quòd videatur excludere illorum reuocationẽ.*
13 *Attentans ſi impetret commiſſionem, quòd præſtita cautione cætera ſiẽt ſine præiudicio legitimæ executionis, & aduerſarius acquieſcat, videtur attentatis renunciatum.*
Idem quãdo attentãs admitteretur ad probandum de bono iure, vt numero 14.
Niſi paſſus attentata ignoraſſet ſibi ius competere ſuper illorum reuocatione; vt nu. 15.
Niſi ipſe de attentatis dediſſet, & deſuper cãm commiſiſſet, antequam pateretur de bono iure attentatis cognoſci, vt nu. 17.
16 *Renunciatio regulariter non extenditur ad ignorata.*
18 *Renunciaſſe attentatis non diceretur, ſi commiſſa ſuper illis cauſa paſſus attentata præſentauerit commiſſionem concernentem negotium principale in caſu, de quo hic.*
19 *Deciſ. 8. alias 382. de cauſa poſſeſſ. & propriet. in no. (quòd ſuſpendens petitorium ſi ad illud redijt, & in eo obtineat, non poteſt amplius uariare, & ſuſpendendo petitorium ad poſſeſſorium reuerti) hodie ſecundum Dominos non eſt in obſeruantia.*
20 *Tacita renunciatio excludit attentatorum reuocationem.*
Limitatur primo, vt non excludat reuocationem, quæ fieret ex officio Iudicis nobili, vt nu. 21.
Limitatur ſecundò, quando quis lite coram primo pendente in alium iudicem conſentiret, ut nu. 24.
22 *Iudex ex officio reuocare poteſt attentata etiã ſi ad inſtãtiam partis reuocari non poſſent.*
23 *Reuocationem attentatorum licèt is, de cuius non iure conſtat, regulariter petere non poſſit, iudex tamen ex officio facere poteſt.*

1 DEcimoquintò limitatur † niſi quis attentatis, & eorum priuilegio renunciaſſet: cum enim quilibet ſuo iuri renunciare regulariter ualeat. l. fi. C. de pact. etiam huic iuri facta renunciatio præiu-
2 dicabit: ſicut dicimus † q renunciatio facta per ſpoliatũ de nõ agendo ſpolio contra ſpoliatorem obſtat ſpoliato, deinde agere uolenti, vt eſt deciſ. Rot. 16. alias 393. Si A. n. 4. de reſtit. ſpol. in no. & deciſ. 18. alias 401. ſi agẽti. e. tit. in no. Io. Cephal. poſt alios in cõſil. 235. Petr. nu. 27. lib. 2. & cõſ. 262. in facto. nu. 79. lib. 2. poſt Pariſ. cõſi. 113. nu. 6 lib. j. Quod nõ ſolũ procedere dicendum eſt, ſi ſpecialiter, & expreſſe ſit renũcia-
3 tum (de quo nõ uidetur dubium) uerum † etiam ſi ſub generalib. uerbis tacite talis renũciatio includatur, cuius rei plu-
4 ra poſſunt eſſe exempla. Primum ſit, quãdo † quis ſe obligaſſet in ampliori forma Cameræ; Nam in uentre, & extenſione huiuſmodi obligationis virtualiter adeſt renũciatio, de qua agitur cum talis obligatus cõſentiat, quod iudicium ĩ uno loco cęptum ualeat in alio finiri, & ad libitum creditoris poſſe in omnib. locis cõueniri, & arreſtari, nõ obſtante iure, quo dicitur, q vbi iudicium cæptum eſt, ibi terminari debeat, ut clarè patet ex ipſiuſmet formularijs talis obligationis, præſertim apud Galleſ. in trac. de oblig. Camer. in prin. & in formula per eũ nouiter introducta, & propterea de facto alias cõſultus rñdi, executionẽ factã vigore brachij ſeclaris a cu. Ro uigore talis obligationis relaxati valere nõ obſtãte q ſuper inſtro, in quo erat talis obligatio, fuiſſet cæptum agi in partibus, & ad nõnullos actus deuentũ, citra ta-

Source : BIU Cujas

men conclusionē. Et quamuis aliquibus forsan videri posset contrarium esse dicendum ex eo: quia etiam præsuppo sita obligatione camerali videntur quandoque considerari attentata, prout quando fuisset factum compromissum, & conuentum de standō his, quæ fuissent per arbitros laudata, & determinata, & pro præmissorum obseruatione fuisset adiecta obligatio in ampliori forma Cameræ: quoniam si lato laudo pars, quæ prætendit se enormiter læsam, petat illius reductionem, qua pendente altera pars dicti laudi, & dictæ obligationis executionem obtineat, & actualiter fa
5 ciat, †talis executio dicitur attentata, vt fuit pluries resolutum per Dominos, vt in vna Auinionen. laudi coram Fantutio. septimo. Octobris. 1555. & in alia Fauentina bonorū
6 coram Cotta. vndecimo Maij 1565. Præsertim si †vigore cōmissionis super dicta reductione emanasset inhibitio Rotalis, vt fuit decisum in alia Roma. attentatorum corā Domino meo Oradino decimotertio Februarij 1568. Quæ attentata eo casu non haberent locum, si ratione huiusmodi obligationis in forma Cameræ censeretur renunciatum attentatis secundum terminos præsentis limitationis. Nihilominus a dicta conclusione non est recedendum, sed tenē 15
7 dum, †quòd per huiusmodi obligationem censeatur attentatis regulariter renunciatum: cum talis renunciatio videatur esse in ventre dictæ obligationis per supradicta, præsertim attentis facultatibus ipsius Auditoris Cameræ, quarū 16
8 vigore potest nedum procedere in causa etiam lite coram alio pendente, verum etiam tanquam verus executor dictarum obligationum potest quascunque causas etiam vigore commissionis (de obligatione camerali mentionem nō facientis) a quibuscunque iudicibus ad se aduocare, & ad vlteriorem illius executionem procedere, quod etiam videntur sensisse Domini in vna Hispalen. pensionis, & attentatorum coram Serafino 24. Maij. 1568. in qua cum dubitaretur, an processus factus per Auditorem Cameræ lite pendē te in Rota esset attentatus, licèt tenuerint pro attentatis, ex eo: quia facultates Auditoris Cameræ fundatę in obligatione Camerali non habebant locum in casu illo, in quo talis obligatio cessare videbatur, tacite tamen sentire videntur, quòd si eo casu obligatio Cameralis adfuisset processus nō fuisset attentatus. Et tenendo eam, ad illud de attentatis, quæ considerantur etiam quoad executionem factam vigore compromissi habentis dictam obligationem, respon-
9 deri potest, quòd †speciale sit in compromisso, & ratio spe-
10 cialitatis sit; quia in compromisso, & obligatione etiam in forma Cameræ desuper adiecta censetur id actum, vt laudo parendum sit illudque exequendum esse, nisi aduersus illud fuerit petita reductio, vt eleganter declarat Ant. Gallesius de obliga. camer. in 4. particula dictæ obligationis, q. 3. nu. 5. & sequen.

Secundum potest esse exemplum huius tacitæ renuncia
11 nis †quando actor, qui obtinuerat executoriales, & brachiū seculare post incæptam executionem, cum aduersario suo concordauerit cum certis conuentis capitulis, & inter cetera, quòd executio. & brachium sæculare remaneant in sua vi, & vigore, & sit in manu, & posse ipsius actoris omnibus istis remedijs vti, & quòd aduersarius non possit iuuari aduenientibus contra præmissa vlla exceptione, vel remedio de iure permisso, immo quòd a se remouet totum, & quod libet ius, quod sibi competere posset quouis modo, & c. si enim post factam concordiam reus committat causam nul 18
litatis dictæ cōcordiæ in Rota, & vigore commissionis fuerit inhibitum, & post inhibitionem actor denuo brachium sæculare exequeretur, talis executio (quamuis facta lite pendente, & inhibitione subsecuta) non est vitio attentatorum subiecta propter præcedentem concordiam, & clausulas in ea appositas ex quibus consensus rei, & renunciatio colligitur, vt post multa videtur fuisse resolutum in vna Oueten. nullitatis inter Capitulum Oueten. & Christophorum Pizzarrum coram Domino meo Oradino, decimoseptimo Nouembris. 1574.

12 Tertium potest esse exemplum in eo, qui †cum posset petere reuocationem attentatorum (illam negligēdò) patitur aliquid aduersario suo concedi, quod videatur respicere, &
13 excludere hāc reuocationem, prout si patiatur, † quòd is q dicebatur exequendo attentasse, impetret commissionem, quòd præstita cautione cætera stent sine præiudicio legitimæ executionis, & huic commissioni ille acquieuerit, vt sensit Rota in vna Vercellen. moderationis inhibitionis coram Paleotto, vt patet in recollect. suis, decis. 57. proposui.
14 sub die 18. Martij. 1557. Vel etiam †quando attentans fuisset admissus ad probandum de suo bono iure, illudque probauerit, quasi per hoc videatur tacite priuilegio attentatorū

renunciasse. Sicut dicitur de eo, qui obtinuit sententiam in fauorem, quæ in rem transiuit iudicatam, quòd si patiatur de iuribus primæ sententiæ cognosci absque eo, quòd oppo nat exceptionem rei iudicatæ, censetur adeo sibi præiudicasse, vt si feratur secunda sententia contra eum, illa valeat, & teneat non obstante re iudicata, etiam si sint lata ab eodem Iudice, vt post Innocent. in capit. cum dilecta. in glo. in verb. & furtiue, ante fi. de rescriptis. & Ludouicus Roman. in consil. centesimoseptuagesimoquarto. amplissime Doctor, ad finem. & Aret. in consil. septuagesimotertio. diligēter. colum. 2. versic. præterea ex quo Ioannes &c. & Aegid. Bellamera. decisi. 84. executoria impetrata, & alios innumeros per eum allegatos tradit late Felyn. in capitu. monasterium. colum. duodecima. numero vigesimonono. & sequē versicu. limita octauò. extra de re iudic. vbi pluribus exemplis non solum in materia rei iudicatæ, sed etiam probationum, exceptionum, & nullitatum deducit, qualiter ex huiusmodi patientia infertur patienti præiudicium. Hæc tamen quę de tacita renunciatione dicta sunt duobus modis necessariò intelligenda videntur. Primò, vt procedant in 15
eo, †qui haberet notitiam, qualiter sibi ius competit super huiusmodi attentatorum reuocatione, secus si de illis notitiam non præsupponeretur habere: quia hoc casu non est dicendum inductam fore renunciationem: cum regulare 16
sit, †quòd renunciatio non extenditur ad ignorata. l. tres fratres. ff. de pactis. cum alijs adductis per Socin. in consil. centesimotertio. in casu, colum. secunda. & tertia. libro tertio. & consil. vigesimoquinto. colum. penultima. libr. 4. & post eum Parisi. consil. duodecimo. transactio, numer. septuagesimooctauo lib. secundo, & in specie in materia nostra attentatorum senserunt Domini in vna Lucana Parochialis Campagnoli coram Binarino. octauo Iunij. 1571. in qua, cum ad impediendam reuocationem attentatorum allegaretur pro parte attentantis, quòd per duas instantias fuerat disputatum, & cognitum de negocio principali, absque eo, quòd vnquam fuisset datum de attentatis, ex quo videbatur illorum reuocationi renunciatum, iuxta decisio. in recollect. Crescent. 140. & per alteram partem huic fundamēto replicaretur, quòd eo casu non intrabat: eo qūia præsupponebatur, quòd agens nunc ad illorum reuocationē, ius super illis sibi competere antea ignorasset. Et consequenter nō erat dicendum propterea fuisse attentatis renunciatum. Domini tenuerunt pro attentatis. Subdens, quòd nō obstabant ea, quæ ex aduerso per attentantem allegabantur
17 quia illa in iure non subsistebant, † Secundò intellige, vt nō procedant, quando passus attentata pateretur de bono iure attentantis cognosci, postquam ipse de attentatis dedisset, & causam desuper commisisset, vt videtur fuisse de mente Dominorum in vna Astoricens. coram Domino meo Oradino. quarto Martij. 1555. in qua (postquam ille dederat de attentatis, & fuerat sibi præfixus terminus ad secundam ad docendum de illis, & fuerat etiam appellans a breuitate termini repositum) ipsemet præsentauit commissionem, & iura produxit respicientia negotium principale, & cū dubitaretur, an per hoc censeretur ita attentatis renunciasse, vt non posset ex illorum priuilegio impedire cognitionem negocij principalis, nisi purgatis attentatis, Domini ibi simpliciter tenentes pro attentatis, tacitè quoque sensisse videntur, quòd prędmissa illis non censeatur
18 renunciatum. Prout † nec etiam huiusmodi tacita renūciatio inducta diceretur, si passus attentata (commissa super illis causa, & desuper aliquantulum litigato) præsentauerit, deinde commissionem concernentem negocium principale cum facultate, quòd Auditor procederet cum clausula, sine retardatione solutionis pensionis, vel sine arbitrio suo, & Iudex processerit per aliquod tempus super negocio principali, & in eo duas sententias in fauorem reportauerit, & propterea dubitari posset, an per hoc passus attentata censeatur sibi prejudicasse, ita vt causam attentatorum reassumere non posset, quamuis hoc videretur dicendum exemplo eius, quod legitur decisio. octaua. alias trecentesimaoctuagesimasecunda. fuit dubiratum de causa possession. & proprietat. in nou. quòd suspendens petitorium, si ad illud redijt, & in eo obtinuerit, non potest amplius variare, & suspendendo petitorium ad possessorium reuerti: Domini tamen in vna Taruisana pensionis coram Domino meo Oradino. decimoquarto. Martij. 1557. tenuerunt nihilominus purganda esse at-
16 tentata, non obstante dicta decisio. octaua. † quam Domini dixerunt non esse in obseruantia. Ex his autem omnibus quæ in supradictis exemplis dicta sunt, potest hæc
20 conclusio firmari, † quòd etiam tacita renunciatio excludat

dat attentatorum reuocationem (& conſequenter præſens limitatio regulariter admitti) Quæ tamen duobus modis videtur poſſe limitari.

21 Primò, †vt non procedat in reuocatione attẽtatorum ex officio Iudicis abſque partis inſtantia facienda: quamuis enim præſens limitatio quoad partes renunciantes videatur de plano procedere quoad iudicem: tamen (cuius fuit per attentantem læſa maieſtas) non videtur eſſe ſine difficultate: quoniam licet pars, quæ renunciauit non poſſit inſtare pro attentatorum reuocatione obſtante ſibi renunciatione per ſupradicta: Iudici tamen non videtur denegandũ, quin ex ſuo puro, & mero officio nobili pro ſui iuris, & dignitatis conſeruatione illa reuocare poſſit: cum non ſit nouum, quòd
22 † iudex poteſt attentata ex officio reuocare, q̃ ad inſtantiam partis reuocari non valerent. Nam & alias
23 videmus, † quòd licèt is, de cuius non iure conſtat non poſſit regulariter petere reuocationem attentatorum, Iudex tamen ex officio illa reuocat. vt per Franc in capitu. bonæ. num. 15. de appellatio. & ita ſæpiſſime in Rota obſeruatum fuiſſe teſtatur Guidobon. in recollect. ſuis, deciſio. 105. incipien. fuit tentum. ſub rubr. vt lite pendente, & in quam pluribus alijs caſibus, de quibus diximus latius infra in 3. par. c. 27. de iudi. & per quem attent. reuocentur, verſi. circa primã inſpectionem.

24 Secundò, vt non procedat † quando quis lite coram vno pendente in alium iudicem conſentiret; quia tunc videtur tacitè renunciari litis pendentiæ coram primo, & illius priuilegio, ob dictum cõſenſum, qui r̃r excuſat & excludit attentata, vt dicemus in ſequenti limitatione, quæ eſt huic ꝓxima, & conſimilis.

Limitatio XVI.

SVMMARIVM.

1 *Actus factus lite pendente non reuocatur tanquam attentatus, ſi dicatur factus de conſenſu aduerſarij.*

2 *Conſenſus etiam tacitus excuſat ab attentatis.*
Et duplex huius dicti ratio aſſignatur, vt n. 4. & 6.
Limitatur duobus modis, vt nu. 15. & 16.

3 *Poſſeſſio tradita per capitulum præſente illo canonico, qui litigabat tacente, & non contradicente non venit tanquam attentata reuocanda.*

5 *Dolus non dicitur committi contra conſentientem.*

7 *Conſenſus tollitur omnis nullitas.*

8 *Proceſſus factus a iudice pendente relatione cauſæ per eum ad ſuperiorem facta valet, ſecundum aliquos, licèt de hoc ſubſiſtendum videatur, vt hic remiſſiue.*

9 *Capitulum ſi immittat aliquem in poſſeſſionem, & diu taceat, ſub prætextu, quod tunc lis penderet, non poteſt contra eum dare de attentatis.*

10 *Poſſeſſio præſumitur capta volente, & non contradicentes poſſeſſore, ſi poſtquam illam adeptus eſt vigore executorialium, lapſi fuerint 20. anni.*

11 *Comparens coram ſecundo Iudice, & petens ab eo inhibitionem moderari, cenſetur in illius iuriſdictionem conſentire, ita vt non poſſit dare de attentatis.*
Etiam ſi fuerit proteſtatus ſine præiudicio litis pendentiæ coram primo vt in caſu, de quo num. 12.

14 *Paſſus attentata non cenſetur conſenſiſſe in ſecundum Iudicem, aut attentatis renunciaſſe per ſolam appellationem interpoſitam ad alium Iudicem.*
Niſi ultra appellationem ad alios actus deuenerit coram ſecundo iudice abſque repetitis præſtationib vt nu. 14.

15 *Comparens coram iudice ſibi incompetenti poteſt ante litis conteſtationẽ iuriſdictionem, & conſenſum reuocare.*

1 DEcimoſextò limita, vt regula nõ procedat,
2 † quando actus (qui prætenditur lite pendẽte attentatus) fuiſſet factus de conſenſu partis, quæ inſtaret pro reuocatione attentatorum: † quia talis conſenſus (etiam tacitus) excuſaret ab attentatis: & ideo licèt capiẽs poſſeſſionem vigore executorialium non ſeruatis quatuor terminis dicatur attentare, vt eſt deciſi. in recollect. Mohed. 180. vacante. ſub rubrica vt lite pend. tamen
3 ſi dicta † poſſeſſio fuerit per capitulum tradita præſente illo canonico, qui litigabat tacente, & non contradicente, non venit tanquam attentata reuocanda, vt eſt deciſio ĩ recollect. Creſcent. 17. ſuper eodem. ſub rubric. vt lite pend. in qua iſta potiſſimum ratio videtur fuiſſe in conſideratione: quia ſcilicet præſens, & tacens actui (quem poterat contradicendo impedire) cenſetur illi conſentire, quam deciſi. retulit, & ſecutus eſt nouiſſime etiam Mandoſius in tracta. commiſſionum, in decimaquarta. formula commiſſionis attentatorum in verb. reuocandi. quæſt. ſecunda. verſic. negatiuam tenuerunt Domini. Huius autem limitationis
4 † duplex aſſignari poteſt ratio. Prima, quia contra conſen-
5 tientem non dicitur committi dolus, vt in regula ſcienti. de regulis iuris. in ſexto. cum ſimil. Sicut nec etiam volenti dicitur fieri iniuria. l. prima. §. vſque adeo. ff. de iniurijs. in attentatis autem requiritur dolus. Rot. deciſ. 5. alias vigeſimaquinta. ex quibus. de reſtitutione ſpoliatorum. in nou. vt diximus latius ſupra in prima parte. capitu. primo. de attenta-
6 tis a parte, numero ſeptuageſimoquinto. † Secunda poteſt eſſe ratio, quam conſiderabat Manfred. libro primo de attentat. appellatio. pendent. in nona parte, numero ſexto. qa
7 ſcilicet † cõſenſu tollitur omnis nullitas. l. ſecunda. C. commun. vtriuſque iudic. & ſic deſtruitur genus, & cum eo omnis ſpecies. Bartol. in l. hoc legatum. §. inter emptum. ff. de legatis ſecundo. & conſequenter etiam ſpeciem attentatorũ, cum illa dicantur eſſe regulariter ipſo iure nulla; vt declarauimus infra capitulo duodecimo. de attentatis appellati. pendent. in decimaſeptima ampliatio. principali per tot. Hanc opinionem ſecundum eundem vbi ſupra, & in libro ſecundo. de attentatis concluſio. centeſimadecimaoctaua. ſenſerunt Hoſtienſ. in capitu. conſtitutus. verſiculo dicunt quidam, & verſicu. dicas igitur, & ibi etiam Cardinalis ſub numero quarto. & Abbas ſub numero vndecimo. extra de appellationibus. & Vitalis in tracta. de clauſulis, in clauſula nil nouari relatio. pend. numero decimoquinto. dũ fue-
8 runt in ea opinione, quòd † proceſſus factus a iudice pendente relatione cauſæ per ipſum ad ſuperiorem facta, qui alias eſſet attentatus, de conſenſu partium validari poſſit. Quamuis autem circa hoc de validitate proceſſus relatione pendente de conſenſu partium facti ſubſiſtendum videatur per ea, quæ dicemus infra capitulo octauo. de attentat. relatione pend. in tertia ampliatio. regulæ ibi poſitæ, a præſenti tamen limitatione non eſt propterea recedendum: cum in pluribus caſibus ratione conſenſus petentis reuocari attentata illa fuiſſe excuſata appareat, prout fuit alias dictum in vna Pacen. fructuum coram Domino meo Oradi-
9 no ſub die decimoſexto. Maij. 1569. quòd ſi † capitulum immittat aliquem in poſſeſſionem, & diu taceat, & deinde velit contra eum dare de attentatis aſſerendo, quòd lite pendente ſe intruſerit, hoc facere non poteſt, & dicitur ibi præiudicaſſe. Quod etiam firmatum fuit iterum, dum eadẽ cauſa per eundem propoſita fuit ſub die vigeſimo. Octobris. 1570. Et ſimiliter, quòd fuit alias dictum in vna Pampilonenſ. de Alueda coram Peregrin. decimoquarto. Maij. 1547. quòd capiens poſſeſſionem vigore executorialium vacuam, aut plenam ſine contradictione, & violentia (ſi fluxerint poſt ea viginti anni) non poteſt talis poſſeſſio tanquã attentata reuocari, etiam quòd fuerit capta lite pendente, ea ratione: quia præſumitur capta volente, & contradicente poſſeſſore, vt eſt in recollect. Peregrin. deciſio. nonageſimatertia. alias quinquageſimaprima. incipiẽ. in cauſa Pampilonen. Quod etiam dixerunt Domini in vna Sabinenſ. decurſus aquarum, & attentatorum coram Domino meo Oradino decimonono Martij. 1561. in qua cum dubitaretur inter cætera, an geſta coram Camerario (lite prius coram Auditore Cameræ pendente) dicerentur attentata, tenuerunt ſub his verbis. Quòd geſta poſtquam ille coram
11 Camerario † comparuit, & petijt inhibitionem moderari non ſunt reuocanda: quia per hunc actum poſitiuum conſenſit in iuriſdictionem Camerarij, & ſic non poteſt dare de attentatis. Et ad propoſitum præſentis limitationis diceretur quis conſenſiſſe ſi lite pro parte Epiſcopi in curia Romana pendente contra fratres Sancti Martini ſuper molendino, etiam inhibitione ſubſecuta, ijdem fratres in Curia Neapolitana ſuper refectione dicti molendini conuenerint Comitem Sarnenſ. & procurator Epiſcopi lata ſententia in Curia Neapolitana contra Comitem opponat ſe illius executioni † cum proteſtatione, & clauſula ſine præ-
12 iudicio litis pendentiæ in Curia Romana, & deinde fratres vigore dictæ ſententiæ reædificauerint dictum molendinum: Epiſcopo autem prætendente, quod talis reædificatio ſit attentata, Fratres ad excuſanda attentata allegẽt quòd procurator Epiſcopi non obſtãte dicta proteſtatione ſibi præiudicauit, & cenſetur cõſenſiſſe in iudicẽ Neapolitanũ, ita vt hoc caſu dicãtur nõ adeſſe attentata, & licet alias

Source : BIU Cujas

eueniente casu in vna Sarnen. Molendini coram D.de Rubeis 29. Nouembris 1560. per Dominos ob varietatem opinionem nihil fuerit resolutum, ex his tamen, quæ fuerunt ibi per Dominum meum Oradinum adnotata videntur dicta attentata excusanda, tum quia causa, quæ principaliter pendebat Romæ super dicto molēdino videtur diuersa ab ea, quæ super executione sententiæ contra Comitem latæ pendebat Neapoli (cui potuit tanquam tertius Episcopus se opponere) tum quia intentato per fratres interdicto retinendæ, articulus, an reædificatio sit attentata, videtur omnino pendere a victoria in dicto interdicto obtinenda, iuxta decisio. Capici. 72. de qua etiam diximus infra capitu. 24. de reo, & except. contra attentata compet. quæst. ad decisio. Pute. 41. & 44. de iudic. Nec obstat dicta protestatio, tum quia non fuit repetita in singulis actibus, tum quia ab vlteriori processu procurator Episcopi debuit appellare. Tum etiā: quia protestatio sub illa forma præseruat, vt liti in curia Rom. pendenti non censeatur renunciatum, sed non operatur, quo minus ille procurator censeatur cōsentire in iudicem Neapolitanum, cuius cōsensus ratione excusantur attentata, sed debuisset in protestatione dicere citra consensum in iurisdictionem, vt eleganter hæc omnia fuerunt deducta & allegata, tam per Excellentiss. pro fratribus informantes, quàm in voto Domini mei Oradini in dicta causa.

13 Non diceretur† tamen quis consensisse, aut renunciasse attentatis per appellationem interpositam ad alium Iudicē. Exemplum, si quis lite vigore specialis commissionis in curia, & in Rota introducta fuerit ab eius aduersario Neapoli conuentus, & quamuis in iudicio Neapolitano multoties fuerit protestatus, quòd nullo modo in iudicem cōsentire intendebat, si tamen lata postmodum contra eum sententia, ipse ad sacrum concilium appellauit', & demum etiam sacrum concilium (confirmando priorem sententiā) aduersarium suum in possessionem rei (de qua agebatur) immittat, talis immissio venit tanquam attentata reuocanda (quasi fuerit facta lite, vt præfertur, in curia pendente) & ratio est; quia per appellationem prædictam non censetur ille litis pendentiæ, & consequenter etiam attentatis renuntiasse, vt censerunt Domini in vna Tarentina coram Capi-
14 zucho. 12. Octobris. 1584. verum si† postea vltra appellationem ad consilium Regium interpositam, alium actum absque repetitis protestationibus in curia Neapolitana fecerit, & præsertim si protestatus fuerit ad vlteriora non procedi, donec de huiusmodi causa fieret verbum in sacro consilio, de quo facto, fuerit deinde per Iudicem ad vlteriora etiam ad sententiæ prolationem processum, per prædicta diceret sibi adeo præiudicasse, vt quamuis prædicta fuerint gesta lite in curia pendente, & post inhibitionem a curia emanatā & possent prætendi omnia debere tanquam attentata reuocari: cum tamen casus euenisset de facta in eadem Tarentina pretensorum attentatorum coram Chissanen. 31. Ianuarii. 1556. fuit tentum pro non attentatis. Hæc autem limitatio videtur duobus modis sublimitanda.

15 Primò, †nisi quis cōsensisset in iudicem, qui esset sibi incompetens, & consensum reuocasset, ante litis contestationem: cum enim semper ille qui etiam expresse promisit se velle (etiam coram incompetenti iudice posse conueniri) possit iurisdictionem reuocare, saltem vsque quo lis contestetur, ad no. in l. si conuenerit. ff. de iurisdictione omnium iudicum. & declarat August. Bero. in consil. nono. vltra allegationes. nume. vigesimosexto. libr. tertio. sequitur, quòd facta huiusmodi reuocatione non posset vltra contra eum de renunciatione dari.

16 Secundò †vt licet hoc casu præsuppositio consensu attentata regulariter non veniat ad instantiam consentientis (& qui attentata passus est) reuocanda, ex officio tamen iudicis nobili posset iudex (cuius fuit læsa maiestas) illa reuocare, vt diximus, & firmauimus in præcedenti 15. limitatione, ad fi. num. vigesimoprimo. quoniam & in præsenti limitat. militat eadem ratio.

Limitatio XVII.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium secundum contractum lite pendente super validitate primi valet, quando primum declaratur nullum.*

2 *Litis pendentia super matrimonio non reddit matrimonium litigiosum.*

3 *Contrahens matrimonium secundum lite super validitate primi pendente, licet non attentet, punitur tamen pēna extraordinaria.*

4 *Lite, vel appellatione pendente super validitate primi non licet impune ad secundum matrimonium transire.*

5 *Legitimatio filiorum per subsequens matrimonium dicitur valida, etiā si filij fuissent concepti lite pendente.*

6 *Sequestranda est mulier lite pendente super validitate primi matrimonij.*

7 *Nisi matrimonium esset iam consummatum, & vir esset in quasi possessione mulieris.*

DEcimoseptimò Fallit in actu matrimonij secundi; qui si fiat lite pendente super validi
1 tate primi matrimonij valet, non obstante litis pendentia, † quando scilicet primum matrimonium declaratur nullum, vt est elegans tex. in capi. cum in apostolica, & ibi nota. specialiter Abb. in summario, & in 2. not. extra de sponsa. & tradit per illum text. Ruin. in consil. 150. gratissimum. num. 20. lib. 5. & post Bald. in l. appellatione. C. de appellatio. & Ioan. Monach. in capit. cupientes. de elect. in 6. Vital. de clausul. in clausul. nil nou. appella. penden. sub num. 4. & per tex. in dicto capit. cum in apostolica. idem firmat Bald. inter consilia matrimonialia, volumin. 1. consil. 30. incip. quædam mulier, num. 13. cuius limitationis
2 ea etiam potest reddi ratio † quia scilicet litis pendentia super matrimonio non reddit matrimonium litigiosum, vt docet Bald. in l. Deo nobis. numero quinto. C. de episcopis & cleric. quem post Barbat. in consilio quadragesimosexto. colum. secunda. nume. quinto. libro secundo. refert, & in effectu sequi videtur Menocch. de arbit. iudic. libro secundo. centuria tertia. casu 202. numero secundo. Quod si primū declaretur validum, vtique secundum matrimonium irritaretur, non quia esset contractum lite pendente, sed quia quis non potest vno & eodem tempore duas habere vxores. Quamuis autem contrahens matrimonium (vt præfertur) lite pendente non dicatur attentare, & consequen-
3 ter actus non reuocetur, † incidit tamen in pēnam extraordinariam, de qua in dicto capitulo cum in apostolica. & in capitu. tenor. de re iudicat. vbi Abbas numero nono. præsertim, quòd coniugibus inhibetur, ne inuicem reddāt debitum, vt alios actus matrimoniales attentent, vt sentit etiam Ruyn. vbi supra, & expresse Imol. per eum allegat. in consil. centesimovigesimoquinto. incipi. in causa, quæ vertitur, cui subscripsit, & multis comprobauit Angel. de Cast. de quo in primo volumine consil. matrimonial. consil. trigesimoprimo. incipien. quia ego Angelus. A quorum opinion. nec etiam videtur dissentire Andr. Barbat. in consi. nono. viso. numero quarto. & seq. libro secundo, & sequitur Deci. in consil. 163. in causa. sub num. 7. colum. 4. in fi. versicu. tertiò respondetur. Et ita debet intelligi † quod alias simpliciter dicunt Docto. quòd lite, vel appellatione pendente super validitate primi matrimonij non licet ad secundum matrimonium transire, prout videtur tex. & ibi not. expresse Abb. in capitulo tua. numero tertio. extra de sponsa. duorum, videlicet, non licet impune ad secundum transire, nō autem, quod matrimonium in se non sit validum, si primū declaratur nullum, vt dictum est. Quam limitationem ampliando intellige, vt non solum procedat respectu actus ipsius matrimonij, sed etiam respectu effectuum: ab ipso matrimonio prouenientium, prout est legitimatio filiorum,
5 † quæ fit per subsequens matrimonium: talis enim legitimatio dicitur valida, etiam si dicti filij essent concepti lite pendente, vt tradit Port. Imol. in cōclusi. trigesimaquinta. versicu. nonò, &c. libro quarto. post Parisi. consi. decimotertio. libro secūdo. nume. vigesimoquarto. & cōsil. decimonono. colum. prima. num. 2. eodem libro. & faciunt: quæ ponit Bal. in præalleg. loco inter consil. matrimo. consi. tertio. numero vndecimo. vbi cum principaliter disputaret, an filij nati ex matrimonio (lite pendente super primo) contracto essent legitimi, concludit secundum matrimonium valere, & prolem legitimam fore. Et insuper eandem declara,
6 † vt interim pēdēte lite mulier sit sequestranda. vt fuit tentum in vna Regiē. matrimonij coram Piccholomineo per plures ac validas rationes, de quibus post Geminia. in consilio septuagesimosexto. & Deci. in consil. centesimosexagesimotertio. est decisi. in recollect. Crescent. centesimaoctuagesimaquinta. incipien. sequestranda est mulier, sub rubrica de sponsalibus, sequestrat. possess. & lit. penden. pro qua faciunt, quæ ponunt Ioann. de Imol. in dicto consilio centesimovigesimoquinto. & Angel. de Castr. in prēallegat. cōsilio trigesimoprimo. in quibus cōcludunt, mulierem hoc casu sequestrandam esse. Quæ tamen ex intentione Putei tertia. decisio ducentesimaquadragesimanona. videntur

Source : BIU Cujas

7 videntur intelligenda, † nisi vir esset in mulieris possessione, & matrimonium esset iam contractum, & consumatum, quia tunc non videtur mulier sequestranda. Idemque apparet ex recolle. Acchil. decis. 359. incip. sequestrationi, sub rub. de sponsalib. Quod contra opinionē Ant. de Butr. in d.c. laudabilem, latè affirmauit And. Barbat. in cons. 9. viso. in princ. & præsertim nu. 18. vbi testatur de commu. opi. lib. 2. simpliciter autem, quòd vxor ad instantiam viri, non sit sequestranda, dum tractatur, an exceptio consanguinitatis obstet, latè tuetur nouissimè Port. Imolen. in cons. 156. contigit per tot. lib. 3.

Limitatio. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Contumax non potest allegare litis pendentiam, quam per contumaciam spreuit.*
2 *Secundum commun. opin.*
3 *Aretinus condemnatus in Marchia, vbi fuit contumax, si denuo inquiratur contra eum Aretij, non potest allegare litis pendentiam in Marchia.*
4 *Contumax comparens & reficiens expensas potest allegare litis pendentiam, &*
5 *Purgare contumaciam.*

1 DEcimooctauò, limitatur, vt inon procedat in contumace: is enim † non potest allegare litis pendentiam, quam per contumaciam spreuit, vt tradit Bar. in l. vbi cęptum. vers. item aduerte. ff. de iudic. & in le. quamuis, numero 8. ff. de dam. infec. & in l. sepulchri, nume. 2. ff. de sepul. viol. & vtrobique cum videtur sequi Alexan. ad quod multa allegat Fely. in capitulo ex tenore, numero 29. & seqq. de rescript. & no. etiam in capitulo cum M. Ferrarien sis, sub numero 25. in fine. de consti. & plura adducit August. Ariminen. in addit. ad Ang. in trac de Malefic. in verb. hæc est quædam inquisitio, numero 86. Et licet Ang. in allegata lege quāuis. fuerit
2 in contraria sententia, ista tamen videtur esse † communis opinio, de qùa testatur Abb. in capitulo proposuisti. numero 12. de fo. compet. vbi similiter ipse antiquos idem tenentes in id citat. Quibus adde etiam Thom. Gram. decis. 26. Michael hæbreus, numero 10. & nouissimè non minus copiosè, quàm eleganter Ant. Gabriel. commu. conclus. lib. 2. de iudi. conclus. libro 2. de iudi. conclus. 1. numero 21. & seq. vbi plures vltra præallegatos in id citat, quibus adde Tiraquellū qui etiam aliquos ex prædictis allegat in tractat. de vtroque retr. §. 8. gloss. 2. sub numero 8. in fine, versiculo nam & alias, & post alios Ioann. de Neuizan. in consilio 18. incipien. Cumanus, sub numero 15. vbi inter cæteros in id allegat Alexan. in lege 1. columna 2. ff. de re iudic. dicentem hoc dictum esse signandum, quia in contingentia facti faciet honorem, & tradit etiam August. Bero. in consilio 54. concludendum, numero 140. libro 3. atque idem post Neuizan. vbi supra, sequitur nouissimè Burs att. in consilio 74. mirabitur, numero 34. libro primo, & post aliquos ex supra citatis Gallesi. de obligat. camer. quest. 3. tertiæ particulæ sub numero 7. in fina. Apud quos omnes fit hæc conclusio, quòd contumax non potest dare de pen-
3 dentia illius iudicij, in quo fuit contumax. Et ideo † si Aretinus fuerit inquisitus in Marchia, & ibi fuerit contumax, si denuo inquiratur contra eum Aretij, non potest allegare pendentiam litis in Marchia, ex quo fuit ibi contumax. Et quamuis dicti Doct. nihil explicite ponant de reuocatione attentatorum; tamen ex ratione dictæ conclusionis idem concludi potest in materia attentatorum, vt si aliquis prætendat aduersarium aliquid attentasse lite pendente, in qua ipse fuerat contumax, non sit audiendus: quia sicut non potest litis pendentiam allegare ad effectum declinandi forum, vel se excusandi, ita multo minus poterit allegare hanc litis pendentiam ad effectum, vt aduersarius suus dicatur incidisse in delictum; cum attentans dicatur delinquere, vt aliàs dictum est. Hæc tamen limitatio est intelli-
4 genda nisi talis contumax comparuerit, & expensas refecerit, ad l. sancimus. C. de iudi. vt not. Doctor. supra allegati: præsertim Angel. dicto numero 86. & post eum Tho. Gramma. dicta decis. 26. numero 10. de quo tamen plenius per Felyn. dicto numero 26. & per Anto. Gabriel. vbi supra nu-
5 mero 24. & seqq. † vbi plenè tangit, an liceat hoc casu contumaciam purgare.

Limitatio XIX.

SVMMARIVM.

1 *Literarum expeditio super gratia concessa ante litem, etiam lite pendente fieri potest.*
Quod ampliatur procedere, etiam si lis esset particulariter super hoc, an literæ possint expediri, vt num. 2. licet de hac ampliatione subsistendum videatur, vt numero 3. Nisi restringatur vno modo, vt num. 4.
Limitatur primò, nisi iudex inhibuisset, vt num. 7.
Limitatur secundò, nisi expeditio fuisset facta per saltus, & indirectè, & non via ordinaria, vt num. 8.
5 *Iudex procedens ad vlteriora videtur reijcere exceptionem coram eo propositam.*
6 *Princeps rescribens contra ius, si sit certificatus de ipso facto videtur quoad hoc illud ius tollere.*

1 DEcimononò limita † vt non procedat in actu expeditionis literarum super aliqua gratia con-
2 cessa ante litem motam, quia litteræ expediri etiam lite pendente possunt quinimmo † etiam si particulariter esset in dubium reuocatum, an litteræ expediri liceret, possunt expediri, etiam non expectata dubij resolutione absque vitio attentatorum, vt fuit tentum in vna Hispalen. & est decis. in recollect. Thomæ de Tanis 62. incip. in vna Hispalen. Quod etiam sensisse videtur Rota in alia Perusin. Sanctæ Crucis coram Paleotto, vt patet in recolect. eiusdem Paleott. decis. 118. incip. in vna
3 Perusin. Sed circa † hanc limitationem præsertim circa secundam illius partem, quando est in dubium reuocatum, an litteræ valeant expediri, non parum subsistendum videtur, ne maiori forsan authoritate, quàm ratione nitatur: siquidem hoc videtur esse contra omnes regulas attentatorum, cum omnia iura clament, quod lite pendente omnia debent conseruari in eodem statu, & nihil debet innouari, vt latius dicimus supra hoc eodem capitulo 4. in præfatione, numero 295. & seqq. in positione præsentis regulæ principalis de atten. lite penden. Nec aliquid mouet ratio considerata per Dominos ibi, quòd lite pendente potest etiam impetrari ius nouum (quod & nos regulariter posse fieri diximus in seq. limitat. numero 6.) quoniam sicut impetratio iuris noui lite pendente non permittitur, quando tendit in præiudicium partis, vt in sequen. limit. numero 20. & seqq. ita & expeditio litterarum tendens in præiudicium partis non debet posse fieri. Quòd autem expeditio literarum facta, dum lis pendet, parti expeditionem impugnanti præiudicium afferat, clarè de se patet; quia, si solum disputatur, an literæ possint expediri eo ipso, quòd literæ expediuntur, videtur in causa succumbere. Quòd si quis eius authoritati tantum deferre voluerit, vt eam etiā
4 in secundo capite tenendam duxerit, † ego eam ad vnum tantum casum restringendam esse, & in eo verificari posse crediderim, quando scilicet lis super expeditione pendet coram eo, qui ratione officij haberet literas expedire. Nam si is absque eo, quòd desuper sententiam ferat, literas expediat (quasi re ipsa, & facto ipso animum suum propalet, & tacitè sententiam ferat) talis expeditio non reputabi
5 tur attentata, argumento eius, quod aliàs dicitur † quod si iudex opposita exceptione absque eo, quòd desuper expressè pronunciet, procedat ad vlteriora, videtur illam reijcere, & processus valet, vt not. Docto. in l. prolatam C. de senten. & in capitulo cum M. de constit. & etiam in capi
6 tulo ex parte. de appell. sicut etiam videmus † quòd princeps rescribens contra ius si sit certificatus de ipso facto, videtur quo ad hoc ius illud tollere, gloss. in capit. statutum. in verb. literarum, de rescrip. in 6. & per Iacob. Henric. in consilio trigesimooctauo quoniam, numero vndecimo libro tertio Ita etiam si talis Iudex expediat, videtur reijcere ea, quæ pro non expeditione allegabantur, & expeditio censebitur valida. Quòd si quis non ita ad hunc casum restricte, sed vniuersaliter intelligendam censeat etiam quando lis super expeditione non penderet coram eo, qui habet expedire, sed coram alio puta si lis esset coram clerico Cameræ, actus autem expeditionis eius esset faciendus per alium, puta notarium Cameræ. tunc ego necessariò duo
7 bus modis limitandum esse putatem †. Primò, vt non procedat, qñ iudex inhibuisset, quia inhibitio facit illicitum, quod aliàs fuisset facienti licitum, vt infra c. 20. de atte. post

Source : BIU Cujas

8 inhibit.in prima ampliat.princip. regulæ ibi positæ per tot. Secundò vt procedat, quando expeditio fuisset legitimè, & per suos gradus, & via ordinaria facta, secus si per saltus, & malas artes.puta, si dum pendet lis, an aliquis consensus possit apponi coram clerico Cameræ, ille per notarium fuisset appositus a tergo bullæ absque eo,quòd bullam recepisset de manu Summistæ, prout est ordinarium: nam hoc casu talis expeditio esset dicēda attentata, & inualida,non solum,quia fuit facta lite pendente,verum etiam quia ex improbitate sua nemo debet actionem, & commodum consequi,prout alias eueniente casu allegabatur in vna Parmen pensionis,inter Illustr.ac Reuerend.Dominum meum Dominum Fabium de Pinna V.S. referēdarium, ex vna,& Capitaneum Nicolaum de Passarinis partib.ex altera,quæ adhuc est sub iudice.

Limitatio XX.

SVMMARIVM.

1 *Impetratio,& acquisitio iuris noui etiam lite pendente facta dicitur valida regulariter.*
Tam in possessorio,quam in petitorio,vt infra nu.6.
2 *Vitium attentati reddit actum nullum,remissiue.*
3 *Impetrans nouam prouisionem.si neutri,vel aliam gratiam lite pendente non dicitur attentare.*
Præsertim quando impetratio nullum ius tribueret impetrāti,vt infra sub nu.13.
4 *Regula illa,vt lite pendente nihil innouetur,tendit ad hoc, vt nihil fiat in præiudicium iuris aduersarij,non autem prohibet,quin possit corroborare ius suum.*
5 *Cessio facta alicui litiganti per tertium lite pendente valet,& tenet.*
7 *Lite pendente potest quis a principe impetrare beneficium cessionis bonorum,& illo vti.*
8 *Princeps lite pendente potest declarationem facere.*
9 *Ius superueniens post rescriptum impetratum,immo etiam post litē contestatam regulariter prodest.*
10 *Præsertim si est ex causa de præterito.Et ideo lite pendente potest fieri excussio,oblatio rei debitæ,& solutio pretij.*
11 *Mandatum superueniens lite pendente censetur etiam reualidationem iudicij, & actorum inducere.*
12 *Minor factus lite pendente maior potest petere restitutionem in integrum,ex quo tempore cæptæ litis erat minor.*
14 *Priuilegium a communi domino lite pendente impetrari non potest.*
15 *Secus si a tertio,& ratio diuersitatis assignatur.*
16 *Laicus si lite pendente efficiatur clericus per primam tonsuram, causa nihilominus debet continuari coram iudice laico,declarando,vt infra num.19.*
17 *Priuilegiū lite pendente impetratū valet,si emanauerit motu proprio, & ex certa scientia principis,etiam communis domini.*
18 *Mentio litis facta in priuilegio impetrato lite pendente facit illud censeri validum.*
19 *Priuilegium puta fori lite pendente reo superueniens citra eius factum voluntarium, eximit eum a iurisdictione Iudicis, coram quo causa erat inchnata.*
20 *Ius lite pendente impetratum,aut superueniens, censetur attentatum, quando tendit in præiudicium iuris, vel possessionis alterius partis.*
21 *Edictum,ne lite pendente aliquid innouetur,intelligitur,quando aliquod fit præiudicium partis.*
Inuestitura
22 *Legitimatio*
Dispensatio,& quælibet
Concessio lite pendente facta si est alteri præiudicialis non valet.
Nisi de præiudicio sit facta mentio,vt nu.24.
Vel concedens sciret litem pendere,vt nu.25.
Vel concessio fieret lite finita,vt num.26.
23 *Literæ pœnitentiariæ obtentæ lite pendente per eum,qui a non suo Episcopo,nec de eius licentia susceperat primam tonsura sibi non suffragantur ad inducendam capacitatem canonicatus in præiudicium collitigantis.*
27 *Titulus lite pendente superueniens non suffragatur secundum aliquos.*
28 *Contrarium videtur verius.*

1 VIgesimo fallit in actu impetrationis, & acquisitionis iuris noui: quoniam lite pendente huiusmodi† impetratio,ac superue
2 nientia iuris noui dicitur valida,& consequenter per eam non dicetur quis attentare alias † vitium attentati redderet actum nullum,iuxta ea,quæ dicuntur infra latius cap.12.de attentat.appel.pendente.in 17.ampliat.princip.num.4.& per totam. Hinc ad propositum dicebat alias Staphil.in tracta.de lit.grat.& iustit.fol.86.versic.vtrum autem,& iterum folio 148.versic. postremò circa istā materiā,post Aegid.decisio.
3 102.si possessio,& decis.662.si ex gratia, †quòd si aliquis impetret lite pendente nouam prouisionem,si neutri,vel aliā gratiam,non dicitur attentare.Quod etiam post Aegid. vbi supra,& Oldra in consi.299 secuta est alias Rota,vt apparet in recollect.Thom.de Tanien.decis.72.incip.in vna Hispalens.Et dicebat alias Mandell.de Alba.in consil.20.cum de interpretatione.num.13.lib.1.post Bal.in l.2.colum.fina.C.
4 ne liceat poten.†quòd regula ista,vt lite pendente nihil innouetur,tendit ad hoc,videlicet,vt nihil fiat in præiudiciū iuris,quòd habet aduersarius,nō autem prohibet quin possit corroborare ius suum,quod etiam secutus est nouissime Grauatius apud Vestr.in praxi Rom.cur.lib.1.num.6. & similiter Ant.Gabr.in tracta.commun.conclus.lib.secundo. de iud.conclus.4.num.37. & Petr.Rebuf.in sua praxi beneficiali in tit.de rescripto,si neutri,nu.29. Quibus adde Rot.
5 decis.19.alias 176. commissio,in fin.quæ ad literam † dicit, quòd cessio facta alicui litiganti per tertium lite pendente valet & tenet. Et quamuis longa sit apud Doctores disceptatio,an, & quando ius lite pendente impetratum, vel superueniens sit validum,vel inualidum,& attendendum,& varias in hoc Doctores accommodauerint distinctiones, an scilicet loquamur in actore, vel reo, an verò quo ad illā causam tantum,vel etiam ea finita,de quibus omnibus habetur late per Canonistas.in ca.fin.vt lit.pend.& in cap.causam quæ.el 2.de testibus,& per Bar.in l.non potest.ff.de iu. & aliquid per Capic.decis.86.in causa.numer 20.& seq. Ne tamen videamur transplantare materias,ea tantum hic attingemus, quæ ad propositam materiam pertinere dignoscuntur. Itaque cæteris omissis ista potest esse in hac 20. limitatione.

Regula,quòd lite pēdente possit quis tam in possessorio,
6 quàm in petitorio nouum ius citra vitium attentatorū acquirere.Quæ probatur ex supradictis decis.& in simili, quia potest litigans lite pendēte impetrare a Principe beneficiū
7 †cessionis bonorum,& illo vti,vt est decisi.Affli.379.in qua
8 dam causa.Similiter per principem † potest etiam lite pendente fieri declaratio,vt dicit Mil.in verb.declaratio fieri po
9 test.fol.85.†Sic & ius superueniens post impetratum rescriptum,immo,& post litem contestatam impetrāti prodest, secundum eundem Mil.in verb. Ius superueniens. fol.196.
10 & propterea †lite pendente potest fieri excussio, quæ tanq̄ ex iure superuenienti ex causa de præterito iudicium cōualidat,vt post Guid.Pap.decis.422.nu.10.(qui dicit ita se plures vidisse iudicari)tradit Io.Cephal.in cons.112.cū magnificus.nu.19.lib.1.vbi nu.20.& seq.addit,q̄ pendente iudicio potest etiam rei oblatio fieri,ac similiter solutio pretij,& q̄ tale ius superueniens ex causa de præterito iudiciū conualidet.affirmauit etiam Port. Imo.post alios in consi.171.& fi. num.29.li.4.& Petr.Anto.Anguss.in consil 60.quo ad primum.nu.2.lib.2 & etiam Io Bapt. Ferret.in consi.57.in primo.nu.1.li.i.de quo tamen vide nouissimè, & latissime per Anto.Gabriel.in tracta.commu.concl.lib.2.de iudi.concl. 2.& 3.per totam:vbi cumulat,& materiam eleganter,& inter cætera ad propositum huius regulæ in d.3.concl.nume. 16.deducit,qualiter lite pendente potest fieri, & superueni-
11 re †mandatum, & talis superuenientia mandati intantum attenditur,q̄ ex ea rīr resultat ratificatio, & reualidatio iu-
12 dicij,& actorū †& eodem modo minor potest(factus maior lite pendente)petere restitutionem in integrum,ex quo tē pore cęptæ litis erat minor,secundum Affli.decis.210. multæ sunt,per totam præsertim num.4.Quæ omnia cum pro
13 cedant, quando impetratio tribuit ius impetranti † multo magis procederent,si actus,& impetratio(quæ prætenditur lite pendente facta)nullum ius tribueret impetranti,vt post Bald.in capitulo primo,§.sancimus.quo tempo. mil. inuestit. pete.debet.Corset. in singul.in verbo appellatio, incipien.regula.versiculo limita.quintò. considerat nouissimè Menocch.in consilio trigesimoquinto, cum hæc. numero trigesimosecundo.libro primo.vbi ponit exemplum de eo qui promiserat suos iam editos commentarios non immutaturum,nec aliquid eis additurum,an lite pendente consuluerit quàm plures peritos(qui dictos commentarios tā quam bonos approbauerunt, & sua subscriptione confirmauerūt)dicatur aliquid innouasse.Et ex quo talis subscriptio nullum ius tribuebat, concludit non censeri per hoc innouatum,vt latius ibi per eum.

Limitatur prædicta Regula.

Primò,

Source : BIU Cujas

Primò vt non procedat in priuilegio impetrato, & ob-
14 tento †à communi domino, vel prælato, vt ex intentione Innocen. à Ioan. And. relati dicunt omnes præsertim Abb. in dicto capitu. fina. sub nume. 9. versic. concludendo omnia pertinentia ad materiam, & Egid. decisi. 749. licèt, & Rota decisio. 25. aliàs 310. si reus, & possessor. sub nume. 3. versicu. ad quod respondebatur, de rescrip. in no. ubi etiam de dicto Innocentij faciunt mentionem: quia tale priuilegiū non censetur ualidum, ex quo non creditur communem dominum, uel prælatum litis pendentiæ voluisse aliquod
15 præiudicium inferre, †secus si tale priuilegium impetretur à non communi domino, sed ab alio tertio, in quo nō militat prædicta ratio, ut dicunt omnes supra dicti. Quibus adde Mil. in verb. lite pendente licèt. folio 213. & Egid. Bellam. in consilio. 18. incipien. Ecce. colum. 3. in princip. & nouissimè Anto. Gab. in tracta. commu. conclu. libro secūdo de iudi. conclu. 4. numero. 40. Quæ limitatio potest dici, quòd non solum procedat in priuilegio impetrato (ut supra dictum est) verum etiam in priuilegio superuenien-
16 ti, exemplum †si laicus lite pendente efficiatur clericus per primam tonsuram, causa nihilominus debet continuari coram Iudice laico, & consequenter non permittitur innouatio, ut post Specu. in titu. de reo. §. 1. uersicu. sed quid si est criminalis, & Pet. de Anchar. in cap. ea, quæ. in 13. qō. de regu. iur. in 6. tradit Steph. Aufrer. in addit. ad decisi. Tolos. 147. incip. item anno. Præmissa autem limitatio sublimitanda uenit tribus modis.
17 Primò nisi †priuilegium lite pendente emanatum fuisset concessum motu proprio, & ex certa Principis scientia: quia hoc casu tale priuilegium censetur ualidum, ut expressè dicunt Doctores, præsertim Abbas in dicto capitulo fina. sub numero nono extra ut lite. penden. & Felyn. in d. cap. causam, quæ. colum. fina. sub numero 18. uersicu. sed istam gloss. & quamuis in contrarium soleat allegari text. in l. qui autem. ff. si quis caut. illi tamen responderi potest altero ex quatuor modis, quos remissiuè ponit Felyn. in d. c. causam. nume. 7.
18 Secundò intellige hanc limitationem †nisi in priuilegio esset facta mentio de pendentia litis, ut dicunt Abbas, & omnes in dicto capitu. fina. secundùm ea, quæ generaliter etiam diximus supra hoc capitu. 4. in præfatione in septima, & ultima illatione, numero 631. ubi potuimus, quòd regulariter, non facta litis mentione, principi, valide supplicare non licet. Tertiò ultra Abba. sublimita, quæ supra dicta sunt, quòd priuilegium superueniens lite pendente
19 non sit attendendum, ut non procedant †quando priuilegium puta fori lite pendente superueniret reo citra eius factum uoluntarium: quia hoc casu tale priuilegium illum eximeret à iurisdictione iudicis, coram quo prius erat causa inchoata, ut est decisio. Lanfran. 70. incip. priuilegium, post Bartol. in l. prima ff. de pœnis. & Ange. in l. si quis postea. ff. de iudic. & ista erit bona declaratio ad illud, quod de superuenienti priuilegio fori diximus supra numero decimosexto post Aufrer. in additio. ad dictam decisio. Capel. Tolos. 147.
20 Secundò regulam limita, ut non †procedat, quando ius impetratum, aut superueniens lite pendente tēderet in præiudicium iuris, uel possessionis alterius partis, quia tunc censeretur attentatum, & caderet sub edicto, ne lite pendē te aliquid innouetur, ut expressè declarat Innocen. in cap. dudum. numero decimotertio uersic. sicut enim pendente lite. de elect. & Egid. decisio. 749. licèt, ad med. versic. breuiter distinguo, quem sequitur Ioan. Bapt. Ferret. in consilio 229. Reuerendissime. nume. 2. & sequen. lib. 2. quod etiam sensit Staphil. dicto folio 86. uersiculo secundò principali ter post Specu. in titu. de dispen. §. qualiter autem, versicu. diximus ergo, & Rota dicta decisio. 25. aliàs 310. si reus, sub
21 numero 2. de rescript. in no. dum uult, † quòd edictum, ne lite pendente aliquid innouetur, intelligatur, quando aliquid petitur in præiudicium partis, ut diximus supra in prima parte in descriptione attentati, nume. 27. in uerb. præiudicium, & dicemus infra in prima declaratione princip. præsentis regulæ princip. de attent. lite penden. numero 1. & per tot. Ad quam limitationem faciunt multa, quæ ponit Anto. Gabrie. commu. conclu. libro 2. de iud. conclu. 4. in princip. dum uniuersaliter ueram esse hanc conclusionem affirmat, quòd concessio alteri præiudicialis lite pendente obtenta nihil debet operari: ubi præter Staph. ubi supra, allegat etiam Bald. & Panorm. in diuersis locis, & ex receutioribus Brun. in consilio 46. circa fi. uersi. quartò non competit. Et similiter faciunt, quæ ponit idem ibi. num. 34. dum loquitur de gratia non præiudiciali. Hinc potest dici
22 †quòd inuestitura alteri præiudicialis, Item legitimatio. Item dispensatio obtenta lite pendente non ualeant, ut docet idem ibi. nu. 21. 23. & 24. cui quantum ad illud de inuestitura lite pendente obtenta, quòd illa sit nulla ipso iure, & attentata, adde nouissimè Menoch. in consi. 2. magni pō deris. nu. 290. lib. 2. & in consi. 79. non est leuis. num. 5 lib. 1. post Castrensem in consi. 117. in causa appellationis, aliàs consi. 73. libro 2. in nouis, & Felyn. in consi. 32. numero 13. & ad illud de dispensatione, adde quòd fuit dictum in una Ceneten. canonicatus coram Cotta. quarto Decemb. 1562.
23 quòd † literæ Pęnitentiæ obtentæ lite pendente per eum, qui à non suo episcopo, nec de eius licentia susceperat primam tonsuram, sibi non debent suffragari ad inducēdam capacitatem canonicatus in præiudicium collitigantis.
24 Præmissa tamen sublimita. Primò † nisi in concessione expresse de præiudicio sit facta mentio, ut post Paris. consilio 30. colum. penul. uersicu. præterea esto. libro 4. ponit idem Gabr. vbi sup. nume. 36. Secundo † nisi concedens haberet
25 notitiam & scientiam, qualiter de super lis pendebat, ut loquens de inuestitura tradit Menoch. in dicto consilio 79.
26 numero vigesimoquarto. Tertiò † nisi concessio fieret lite finita per sententiam, & rem iudicatam saltem ratione duarum conformium: quia tunc uidetur cessare ratio præiudicii, ut per eundem ibi numero vigesimoprimo, & secundū terminos huius secundæ limitationis est intelligēdum id, quod simpliciter dixit aliàs Natta in consilio 233. Baptista. in fin. lib. 1. quod priuilegium lite pendente impetratum non ualeat, ex eo quia lite pendente nihil sit innouandū, ut scilicet loquatur de impetratione in præiudicium partis, aliàs contradiceret his, quæ supra nu. 6. in constituenda regula deduximus.

Tertiò, nisi ius lite pendente superueniens respiceret ti-
27 tulum †super re, de qua litigatur, quia titulus superueniēs lite pendente non suffragatur, si credimus Alexand. qui id formaliter dixit in consilio quadragesimoquinto uisa. nu-
28 mero quinto libro tertio. † Quod tamen non uidetur verum, cum ex his, quæ supra diximus in princ. huius limita. post Egid. Staph. & alios noua prouisio, & gratia si neutri (quæ titulum ipsum respiciunt) etiam lite pendente ualide impetrari possint.

Limitatio XXI.

SVMMARIVM.

1 *Actus, qui lite pendente de nouo fieri non posset, tamen per modum declarationis factus regulariter ualet.*
2 *Princeps dicitur supra ius, & non attentat.*
Declarans nihil de nouo dat.
4 *Declarans non dicitur contrauenire.*
5 *Legatus licèt extra prouinciam excommunicare non possit, potest tamen à se excommunicatum declarare.*
6 *Inferior licèt de facto superioris non cognoscat, illud tamen declarare potest.*
7 *Episcopus licèt exemptos non excommunicet, potest tamen eos declarare, & uiolantem sequestrum appositum per iudicem curiæ Romanæ cecidisse à iure suo, licèt de causa in curia pendente se intromittere non ualeat.*
8 *Declaratio dicitur inesse actui declarato, & consecutiua ad ipsum actum.*
9 *Declaratio retrotrahitur ad tempus principalis dispositionis.*
10 *Constitutio declaratoria recipit omnes limitationes, & declarationes, quas recipiebat constitutio declarata.*
11 *Taxatio expensarum dicitur pot us declaratio sententiæ, quàm actus nouus.*
12 *Iudex potest etiam appellatione pendente suam sententiam declarare.*
13 *Articuli antiqui etiam dilatione pendente declarari possunt.*
14 *Declaratio, quæ non sit consona uerbis, quibus adhibetur, dicitur potius nouus actus, quàm declaratio.*
15 *Declarans quid respiciens substantiam actus, dicitur actum potius de nouo facere, quàm declarare.*
16 *Declarans quid in præiudicium tertij dicitur attentare.*
17 *Appellatione pendente nō potest per partem fieri declaratio eius, quod obscure dixit in prima instantia.*

VIgesimoprimò potest predicta principalis regula
1 limitari ut non procedat, quando actus fuisset, †sęd per modum declarationis. Quamuis enim actus ipse de nouo lite pendente citra uitium attentati regulariter fieri non potuisset, illius tamen declaratiōnem etiam lite pendente fieri posse, affirmauit nouissimè

Source : BIU Cujas

simè Ant.Gabr.commu.conclu.lib.2.de iud.conclu.4.nu me.44.uersi.vndecimò limita,sola fretus authoritate Bellam.in consi.19.in causa.col.2.uersi.alia verò magna pars Dominorum:subdens,præmissa procedere,quando declaratio esset consona verbis,cum aliàs diceretur potius noua dispositio,quàm declaratio,ut latius ibi per eum. Circa quam limitationem animaduertendum videtur, quòd fundamentum, quo ipse nititur, non videtur multum stringere.Siquidem Bellamer.in dicto consi.19.non loquitur uniuersaliter de qualibet, & cuiuscunque declaratione,sed appositè de declaratoria per principem facta, quæ proculdubio etiam lite pendente ualde fieri dicitur, ut diximus particulariter supra hoc eodem cap.in 12.limi.prin. & dicitur valere, non tam quia sit declaratio, quàm quia
2 emanat à Principe,† qui cum sit supra ius non dicitur attentare,ut latius ibi adnotauimus. Quamuis autem præsens limitatio(vt ex præmissis patet) videatur authoritate destituta,non est tamen propterea reiicienda, sed tanquã uera regulariter amplectenda; Quæ (licèt ille ibi non ponat) ex infrascriptis tamen rationibus, per eum alibi, & ad alium propositum consideratis efficaciter comprobatur, &

3 Primò ex propositione illa uulgari,†quòd declarans nihil de nouo facit,ad l.hæredes palam.§. sed si notam. ff. de testamen.cum infinitis propè iuribus,& authoritatibus in id adductis per eundem Anto. Gabri. commun. conclusi. libro sexto de regulis iuris conclusi. 3. in princip. Vnde si declarans non dicitur de nouo facere, consequenter non dicitur innouare.

Secundò quia sicut is, qui prohibetur aliquem actum
4 facere,si illum declaret † non dicitur contrauenire prohi-
5 bitioni,ut patet in legato,†qui egressus prouinciam, licèt prohibeatur excommunicare,potest tamen eacommuni-
6 cationem à se latam declarare Et in iudice inferiore † qui licèt de facto superioris cognoscere prohibeatur, illud ta-
7 men declarare potest,& in episcopo,† qui exemptos non excommunicat,sed bene excõmunicatos declarat, ut eleganter hæc omnia deducit,& multis comprobat idem Gabriel.ubi supra,nu.41.42.43.& 44.ubi post gl.Imo. & Card. in clem.1.in uerb.cecidisse.de seq poss.& fruct.firmat, Ordinarium, qui de lite in curia pendente non potest se intromittere,posse tamen declarare violantem sequestrum appositum à Iudice curiæ Rom.cecidisse à iure suo.Ita ad propositum nostrum dici potest,quòd licèt quis per edictum,ut lite pendente nihil innouetur, prohibeatur actũ de nouo facere, si tamen per illum declaret, non dicatur prohibitioni contrauenire,& consequenter attentare.

Tertiò:quia declaratio inest actui declarato, & conse-
8 quenter uidetur esse accessoria, † & consecutiua ad ipsum
9 actum:Et propterea uidemus † ꝙ declaratio retrotrahitur ad tẽpus principalis dispositionis,& retrotrahitur ad prætẽrita,ut per eundem ibi.nu.9.& 10.qui innumeris authoritatibus id comprobat.Quibus adde in proposito Brun.de statut.& constitu.in verb.declarare,post Soci.in consi.23.col.
10 8.qui propterea inferunt †quòd constitutio declaratoria recipit omnes limitationes,& declarationes,quas recipiebat constitutio declarata:si igitur declaratio est quid accessorium,& cõsecutiuum ad actum,ex quo sibi,ut diximus, inest. ergo lite pendente citra uitium attentati debet permitti iuxta ea,quæ diximus supra in 5.limitatione princi. nu.1.& per totum firmauimus in consecutiuis non dari attentata.

Quartò(& magis in terminis)quia uidemus, quòd si iudex appellatione pendente faciat actum per modum decla
11 rationis†puta taxando expensas,quarum taxationem sibi in sententia seruauerat, non dicitur attentare, ea potissimum ratione,quia iudex taxando non dicitur aliquid de nouo facere,sed sententiam declarare,iuxta ea, quæ latius dicemus infra,c.9.de atten,de appe.pend.in 11.limi. prin.regulæ ibi positæ.nu.1.Ergo patet ibi expresse, quòd declarãs non dicitur attentare.

12 Quintò,quia magis uniuersaliter † quòd iudex appellatione pendente possit suam sententiam declarare, tradit Guid.Pap.in sing.349.& iterum in tractat. de appella.q.116. quem & nos citauimus in supradicta. 11. limitatione, sub num.6.& etiam retulit,& secutus est Anto.Gab. ubi supra num.55.Vnde si talis declaratio permittitur appellatione pendente,idem concludi potest licere lite pendente : Ex quibus omnibus satis efficaciter præsens limitatio fulcita uideri potest,& ea retenta,quia nec illa est perpetua,sed nõ nullis limitationibus uenit restringenda, secundùm præmissa est in ea constituenda,

Regula,quòd actus factus per modum declarationis lite pendente regulariter non dicatur attentatum per om-
13 nia supra dicta. Quæ † vltra supra dicta ex eo etiam comprobari potest,quòd aliàs in simili dicebat Andr.Barba.in consi.7.uisis.col.1.uersi.tertiò facit.lib.3.post Oldra.in consi.116.quòd dilatione pendente ad faciendũ articulos possunt antiqui articuli declarari,cum ex declaratione nouũ quid fieri non dicatur.

Limitatur regula supra posita.

Primò ex intentione eiusdem,ubi supra, dicta conclus. 4.de iudi.nu.44.post Fely.in c.cum olim.colum. 3.de re iudica.& Deci.in l.edita.num.49.C. de edend. ut non proce-
14 dat,†quando declaratio non esset consona uerbis, quibus adhiberetur declaratio:quia tunc,cum secundùm eos potius sit noua dispositio,quàm declaratio, non mirum, si tanquam quid nouum posset meritò dici innouatum, & attentatum.

Secundò ex eadem ratione limitari potest, ut non procedat,quando declaratio esset facta non circa circunstan-
15 tias†sed circa substantiam ipsius actus:quia tunc declarans dicitur de nouo facere,ut post Angel.Ioan.de Anan. Petr. de Anchar.Iaso. & alios quàm plures id firmat idem ubi supra numero septuagesimoprimo. Quòd si declarans hoc casu dicitur de nouo facere, innouare quoque meritò dici potest.

16 Tertiò potest limitari†nisi talis declaratio tẽderet in præiudicium tertii:sicut enim regula,quæ habet, ꝙ declarans nihil de nouo facit,limitatur,ut non habeat locum, quando declaratio tenderet in præiudicium tertii, ut eleganter deolarat idem ibi.nu.62.& nu.60.& melius,nume.70. ubi ad propositum dicit post Specu in titu.de actio. & petit.§. sequitur.uer.sed quando,& Bal.& Ang.in l.idem Pompo-
17 nius.§.fi.ff.de rei uendi.†quòd in causa appellationis non potest per partem fieri declaratio eius,quod obscure dixit in prima instantia in præiudicium alterius partis, ita concludi potest,quòd regula suprapositа sit restringenda, nisi declaratio,de qua agimus, tenderet in præiudicium partis per supradicta.

Limitatio XXII.

SVMMARIVM.

1 *Lite pendente super prima electione potest deueniri ad secundam, et referuntur super hoc opi.*
2 *Electores possunt lite super prima electione pendente deuenire regulariter ad secundam,& ratio assignatur.*
3 *Et ista est veritas,secundùm Lap.*
4 *Lis neque super petitorio,ac iure eligendi, nec super possessorio, & quasi possessione eligendi impedit,ut interim ad secundam electionẽ non deueniatur.*
5 *Dummodo eligens sit in quasi possessione eligendi, & de ea fidem faciat.*
6 *Lite pendente etiam inter canonicè electum,& prouisum à sede Apostolica electores possunt alium eligere.*
7 *Lite inter duos electos pendente altero mortuo non potest alius eligi.*
8 *Eligere non possunt electores lite pendente, quando uolunt eligere de iure speciali,& non de iure communi.*
9 *Electio facta non ratione sui iuris conseruandi, sed ad impugnationem alterius,lite pendente fieri posse non uidetur.*
10 *Electio secunda per accessionem uotorum lite pendente, non videtur permitti.*
31 *Lis inter electores, & unum electum facit attentatam electionem lite sic pendente factam, secundùm aliquos: licèt contrarium uideatur uerius.*
12 *Confirmatio electionis lite pendente nullatenus fieri potest.*
13 *Electores debent esse in quasi possessione eligendi,ut lite pendente eligere possint,secundùm communem opinionem.*
14 *Eligendi quasi possessio sola non sufficit ad hoc, ut quis lite pendente eligere possit,nisi de ea doceatur,&*
15 *Fiat intra tempus,intra quod debebat fieri electio, &*
16 *Competat sibi de iure communi, & non sit possessio reclamata, ibique declarantur, quid sit reclamata possessio, & conciliatur contrarium.*

1 VIgesimosecundò regulam principalem limita,ut non procedat in actu electionis, † quia lite pendente super prima electione potest deueniri ad secundam,ad no.per Docto. præsertim Inno. in c.ex parte.in gl.inhibere.nu.6.de arbitris, & in ca. cum uenissent.de restit.in integr.Et quamuis,ut dicebat aliàs Lap. allegat,

allegat.136.curiosè.num.2.vulgaris sit ista quæstio, an lite pendente is qui est in quasi possessione eligendi possit eligere,& aliqui uoluerint,quòd quando vterque prætendit se esse in possessione eligendi,vterque eligere possit, aliqui verò crediderint(& male)quòd hoc casu neuter eligat,sed quòd immo iudex utrique inhibere possit, ne eligant, ut refert Innoc.in dicto c.cum venissent.colum. fi. in fi. in gl. in verb. nec confirmandam, & præ cæteris eleganter per Lap.ubi supra,qui uidetur in vtranque partem articulum disputare,& Doctorum opiniones ponere, præsertim illā, quam multis placuisse refert, ut distinguamus, quòd aut lis est super possessione eligendi,& hoc casu pendente huiusmodi lite non possit deueniri ad aliam electionem, aut non est super possessione.sed super proprietate, & iure eligendi,& tunc secus Veriati tamen inhærendo, & concludo siue procedendo,ac ea,quæ circa hoc per Docto. ponuntur per uiam regulæ,ac limitatio num breuiter subordinā do,potest in præsenti limitatione poni.

Regula generaliter concepta,quòd lite pendente potest
2 per electores† deueniri ad aliam electionem,ut concludere videtur Innoc.in dicto cap.ex parte.in gl.inhibere,præsertim.nume.6.de arbit.& Lap.in dicta allegat.136. præser
3 tim nume.8.ubi subdit† quòd ista est ueritas, quibus adde Boer.decis 2. beneficia electiua. nume. 26.qui(licèt prædictos non alleget)ita tamen concludit post Docto. in dicto cap.cum uenissent,& quæ post Innocen. Vital. & Franc.diximus supra in prima parte.cap.3.de atten.à tertio.nu.127. versi.septimò,quando lis esset,& quæ posuimus infra cap. 12.de atten.appel.pend.in quinta limit ptincip.per totam. ubi certos casus enumerauimus, in quibus electio etiam appellatione pendente fieri potest,præsertim num.4. & ex recentioribus Ioan. Bap.Ferret.in consi.192.videtur.num. 15.lib.1.ubi post Docto.in dicto cap.cum uenissent. ponit etiam rationem,quare lite inter electores pendente potest ad aliam electionem deueniri,quia scilicet quando lis pendet inter electores super iure eligendi & non super beneficio, ius deductum inter eos in litem non alienatur, nec transfertur in electum, sed remanet penes electores litigantes, & ideo non prohibetur de iure electio ad beneficium,de quo non est quæstio,quam regulam amplia.

Primò,ut non solum procedat, si sit lis super proprietate,& iure eligendi(prout loquuntur Innoc.& Boer.ubi su-
4 pra)uerum etiam† si esset lis super quasi possessione eligendi:quia ea non obstante poterit procedi ad secundam electionem, ut concludit, & eleganter hanc partem tuetur Lap.ubi supra,nu.8.versic.ueritas uidetur. Et in hoc notabilis est hæc ampliatio,quia aliqui contrarium senserunt, pro ut sunt ex antiquis ij,qui distinctionem, de qua supra, tenebant,quos ibi refellit Lap.Quæ ampliatio est sanè in-
5 telligenda† dummodo eligens sit in quasi possessione eligendi, & de ea fidem faciat, secundùm Lap. ibi, & dicemus infra latius in secunda declaratione huius regulæ,numero 14.

6 Secundò, ut procedat † etiam si lis esset inter canonicè electum,& prouisum per sedem Apostolicam: nam mortuo canonicè electo,possunt electores non obstante dicta litis pendentia, libere ad aliam electionem procedere, ut post alios concludit Boer. dicta decisio. secunda numero vigesimooctauo.

Limita eandem regulam.

Primò,ut non procedat,quando lis esset inter duos electos de ualiditate electionis:† quia si alter moriatur, aut re
7 signet,non potest ad aliam electionem deueniri lite super electione superstitis pendente,& attentata contra hoc electo ipso iure uiribus non subsistit:ut inquit formaliter tex. in c.1.ut li.pend.in 6.&ibi Doc.præsertim Prob.in addit,ad Io.Monach.in princ.

Secundò,ut non procedat,quando eligentes uellent eli
8 gere non de iure communi,† sed de iure speciali, puta ob malam electionem alterius:quia hoc casu lite pendēte eligere non possunt,ut post Pau.de Cast.in simili de collatione.in consi.403.col.1.lib.1.considerat Prob.ubi supra in final.uerbis.

Tertiò limita:nisi secunda electio fieret per eligentes nō
9 ratione sui iuris conseruandi,† sed ad impugnationem alterius:quia hoc esset reprehensibile, ut eleganter considerat Innocen.in dicto capitu,ex parte. sub numero quinto de arbit.

Quartò limitari potest,ut colligitur ex intentione Inn. in capitu.auditis.sub numero secundo uersicu. sed tamen
10 credunt isti:de elect.ut non† procedat in secunda electione,quæ lite pendente fieret per accessum uotorum: quia non uidetur,quòd lite inter electos super electionis ualiditate pendente,huiusmodi uota accedere possint, secundùm eum ibi,qui alios refert.

Quintò ex his,quæ dixit aliàs Rota in una Salamantina Abbatiæ coram Peregri.7.Februarii.1547. † quòd si capitulum lite pendente inter eum, & electum alium eligat, dicatur electio attentata.de quo uidetur decis. in recolle. eiusdem.96.aliàs.113.incip.vtrum sit procedendum ad fin. potest formari alia limitatio, uidelicet, ut non procedat, quando lis penderet inter electores,& electum, prout præsupponebatur factum in illo casu. Et differentia erit inter hanc,& primam limitationē:quia ibi lis est inter electos: id autem,quod dictum est in regula,quòd potest lite pendente deueniri ad aliam electionem sustinebitur, quando lis est inter ipsos electores.Præsens uerò limitatio restringetur ad casum à præmissis diuersum, quando scilicet lis esset inter electores,& unum electum,& hoc ad sustinendā dictam Dominorum resolutionem: quamuis re uera non uideatur considerabilis differentiæ ratio inter unum casū, & alterum: & ideo de hac limitatione subsistendum uidetur. Præsertim:quia contrarium uidetur de iure uerius, quòd immo(lite inter electores,& electum pendente) alia electio non impediatur,ut tenet expresse Franci. in cap. si hi contra quos.colum.fina.sub nume.5.uersicu.ex quibus infertur.& uersicu.aliquando est quæstio,ut lite pendē. in 6 quem in materia præsentationis sequitur Ferret.in cons. 192.uiso.nume.14.lib. 1. Nisi intelligas, prout latius super hoc eodem cap in præfatione in quinta illatione,numero 606.dic,ut ibi,

Declara eandem regulam.

Primò,quòd licèt possit lite pendente fieri electio,secū-
12 dùm præmissa:electionis† tamen confirmatio nullatenus est facienda,ut dicunt ferè omnes in supradictis locis, & specificè Lap.dicta allegat.136.sub nu.8. in fi.& Boer. d.de cis.2.nume.26.

Secundò necessario,& utiliter declara,quòd ad hoc, ut
13 secunda electio lite pendente facienda dicatur ualida † debent eligentes esse in quasi possessione eligendi secundum Lap.ubi supra sub nume.8.versicu.est ergo.Et ista est commun.opin.de qua testatur Filipp.Prob. in additio. ad Ioan. Monach.in dicto cap. 1 vt lite pendente.in 6.in 1.addi post
14 princip.† Hanc autem declarationem adhuc clarius declara, ut sola quasi possessio eligendi non sufficiat, nisi cum ea concurrant infrascripta,& primò quòd de hac possessio
15 ne,uel quasi doceatur & fiat fides. † Secundò,quòd fiat fides intra illud tēpus,infra quod electio fieri debet, ut hęc duo requisita colliguntur ex his, quæ ponit Lap. ubi su-
16 pra,sub nume.8.& 9.Tertiò † adde,quòd huiusmodi possessio debet esse,& competere eligentibus de iure communi, secus si de iure speciali, puta ob malam alterius electionē, ut dicit Prob.ubi supra in ultima addit.in fin.& diximus supra in 2.limit.num.8. Quartò, quòd talis possessiò non sit reclamata,sed quieta,& cum bona fide,ut tradit eleganter Stepha.Aufrer.in addi.ad decisio.Tolos. 107. an si obtinēs, ad fi.addi.arg.not.per glo.in uerb.debeant.in cap. quia propter.de electio.& in cap.nihil.in uerb.administretur, & in cap.in Genesi.in uerb.quasi possessione,eo titu. dum considerant in electionibus hanc quietam quasi possessionem eligendi. Et aduerte,quòd licèt per hoc ultimum uideatur certo modo confundi prima ampliatio, quam supra post Lap.posuimus:concordari tamen posse uidentur,ut dicamus,quòd si aliquis sit in quieta possessione eligendi,& sibi super huiusmodi possessione lis moueatur, possit utiq; hac prima lite pendente eligere, & continuare suam possessionem,& ita procedat dicta prima ampliatio,& opinio Lap.quòd si post hanc primam litem alius quidam diuersus moueat aliam litem,etiam super possessione eligendi, tunc pendente hac secunda lite non possit eligere, ex quo tempore secundæ litis non est in quieta possessione eligendi,sed reclamata per primam litem motam, & sic deficiat hæc quarta qualitas,& ita procedat hæc declaratio, & opinio.Aufrerij.

Limitatio XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex in causa criminali procedens,pendente lite in causa ciuili non dicitur attentare.*

2 *Causa ciuilis & criminalis potest eodem libello intentari, secundùm aliquos.*
Contrarium uidetur uerius.nu.3.

3 *L.1.C.quando ciui.actio.crimin.præiud.quomodo procedat.*

Ciuili

Source : BIU Cujas

5 *Ciuili causa pendente potest intentari criminalis.*
Præsertim si proueniunt ex diuersis factis et fontibus, licèt aliqui contrarium senserint, nu. 6.
Ampliatur primò, vt criminalis quandoque faciat silere ciuilem. numero 7. siue criminalis ciuilem absorbeat siue non. num. 6. secundùm aliquos.
Etiam si simus in casu priuilegiato, puta in causa spolij, secundum aliquos. nu. 10.
Contrarium uerius uidetur in spolio. nu. 11.
Nisi iudicium criminale instituatur à tertio; quia tunc non facit silere ciuile. nu. 15.
Item nisi Iudicialis procedat per inquisitionem. nu. 19.
Item nisi causa esset finita per rem iudicatam. nu. 20.
Ampliatur secundò, ut pars possit etiam fisco adhærere. nu. 14.
Limitatur primò, quando superueniens criminalis esset præiudicialis ciuili. nu. 21.
Limitatur secundò, quando pro eodem facto potest utraque uia intentari; quia electa ciuili non potest intentari criminalis, nu. 24.
8 *Testes in causa ciuili examinati si arguantur de falso, cognitio falsi facit, ut in causa ciuili non procedatur.*
12 *Spolij causa dum cognoscitur, inhibendum est iudici causæ criminalis, quando reus non est confessus, neque conuictus.*
13 *Causa criminalis non præiudicat ciuili: quia processus in causa non impedit iudicium spolij attentati.*
16 *L. 1. cum sua materia C. quando ciuil. actio crim. præiud. procedit solum in una, & eadem persona, non in diuersis.*
17 *Patroni non prohibentur pro suo interesse, & ad sustinendam suam præsentationem comparere in causa ciuili, etiam si fuerint inhibiti à iudice causa criminalis pendentis inter præsentatum ab eis, & aliũ prouisum de eodem beneficio.*
18 *Fiscus dicitur tertius.*
22 *Præiudicialis dicitur causa, quæ agitur de statu hominis inquisiti de crimine hæresis.*
23 *Commissa causa super iure eligendi in Rota, si Archiepiscopus contra Priorem, & Canonicos committat per breue causam criminalem, & iudex criminalis inter cætera pronunciet. Quòd Prior & Canonici sunt inuasores, & occupatores iurium Episcopalium (& consequenter iuris eligendi) talis sententia dicitur attentata: qui a est in præiudicium eius, quod pendet in Rota super iure eligendi.*

1 VIgesimotertiò limita, † ut non procedat in processu per ordinarium in causa criminali facto: quia pendente iudicio ciuili potest criminaliter per iudicem ordinarium procedi, nec is dicitur attentare, ad l. final. C. de fide instrument. ut tradit post alios per eum allegatos in propriis terminis nostris attentatorum Alciat. consi. 48. incip. in hac attentatorum causa, num. 3. lib. 6. quod etiam sensit Egid. decis. 400. incipien. ciuilis, & criminalis, ubi & illud addit † quòd possunt eodem
2 libello intentari, quamuis circa hoc de libello cõtrarium uideatur uerius, ut post Barto. in l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis. & Bal. in l. quod euitandi. C. de condit. ob turp. caus. & alios quamplures per eum allegatos, declarat Natta in consi. 407. pro defensione, numero 14. libro secundo
4 cum non sit nouum † quòd causa ciuili pendente possit criminalis intentari, quod quomodo procedat habetur p scribentes in l. 1. C. quando ciuilis actio crimin. præiudicet, & eleganter apud Egid. Bossium in sua praxi criminali, in titu. de pluribus uiolentiis, nume. 113. & clarius etiam per Clarum sentent. libro quinto. §. final. (quæ est practica cri-
5 minalis quæstione secunda per tot.) † Præsertim quando causa ciuilis, & criminalis proueniret ex diuersis factis, & fontibus secundùm Nattam in consilio 138. Magnifici, numero quarto & numero vigesimoquinto libro primo. Licèt aliqui, prout nouissimè Bursat. in consilio trigesimo-
6 tertio viso. numero trigesimoquinto libro primo, † contrarium sentire uideantur, dum dicunt, quòd in iudicio criminali debet ante omnia cognosci de exceptione litis pendentiæ in iudicio ciuili, aliàs nulliter procedatur secundũ eum post Felyn. & alios, quos ibi allegat. Quinimmo (præsentem limitationem ampliando) dici potest, quòd talis processus criminalis non solum non impeditur per pendẽ
7 tiam causæ ciuilis, † verum etiam superueniens causa criminalis quandoque impedit processum in causa ciuili, & facit eam silere, puta si testes in ea examinati arguantur de
8 falso. Nam † cognitio falsi facit, ut interim in causa ciuili non procedatur, ut post Barbat. in consilio quadragesimotertio. colum. 8. libro primo tradit idem Boss. in titul. de foro competenti. numero 124. & not. omnes per illum tex. in l. fina. C. de ordin. iudic. ubi Salyc. de commun. opin. testari
9 uidetur, quòd criminalis faciat cessare ciuilem, † siue illam absorbeat, siue non, licèt de hac attestatione subsistẽdum uideatur ex his quæ ponit Put. 1. decisio. non agesimanona agebat, vbi dicit, quòd non potest discerni, quæ nam sit in hoc commun. opinio. quicquid Salyc. dixerit. Quę ampl a tio adhuc videtur secundùm aliquos ampliari posse. Pri-
10 mò, vt † procedat, etiam si simus in causa priuilegiata, puta spolii, quando præsertim iudicium criminale falsitatis prę dictæ opponeretur per uiam exceptionis, ut tradit Sigismun. Lofred. in consilio sexto dubitabatur, per tot. ubi eleganter, & latè deducere conatur, qualiter superueniens causa criminalis impediat processum in causa ciuili, & spo
11 lii, † quamuis circa hoc de spolio aliter sensisse uideantur aliàs Domini in una Neritonen. spolii Abbatiæ coram Aldobrandino. decimonono. Martii. 1567. in qua uoluerunt
12 † quòd dum de causa spolii cognoscitur, inhibendum sit iudici causæ criminalis, quando scilicet reus non fuisset, neque confessus, neque conuictus, & ad propositum nostrum attentatorum id clarius dixerunt Domini in alia Romana canonicatus coram Sarmiento. quarto Iulii. 1565. in qua (secundùm notas Oradini) ad literam dixerũt
13 † quòd causa criminalis non præiudicat ciuili: quia processus in ea non impedit iudicium spolii attentati. Secundò
14 † vt si causa criminalis fuerit instituta ad instantiam fisci, pars possit adhærere ipsi fisco, ut senserunt Domini in una Eluen. Archidiaconatus coram Acorambono de anno 1553. Quod autem dictum est, quòd criminalis facit silere causam ciuilem, & quòd pendente criminali super testiũ
15 falsitate ciuile indicium suspendatur. Limita primò, † nisi iudicium criminale hoc casu instituatur à tertio, tunc enim non facit silere ciuile, ut post Cynum in l. 1. numero 17. quæstio. fina. C. qui accusare non possunt, tradit Pet. Andr. Angusol. in consilio sexto nullo iure, numero nono li
16 bro primo pro qua limitatione facit: quia † lex prima cum sua materia. C. quando ciuil. actio criminali præiudicet, dicitur procedere solum in una, & eadem persona non in diuersis secundùm Bossium in dicto titul. de foro competenti, numero 323. Et propterea fuit aliàs dictum in una Pampilonen. de Sangueſca coram Sarmiento decimoquarto Februarii. 1569. quòd licèt (pendente causa ciuili in Rota super beneficio inter prouisum per obitum, & præsentatum à patronis) prouisus iudicium criminale super simonia contra præsentatum instituerit, & uigore commissio-
17 nis in causa criminali fecerit etiam patronis inhiberi, † nõ per hoc prohibentur patroni (si antea fuerunt in lite) illam prosequi pro suo interesse ad sustinendam præsentationẽ, & ius patronatus eorum, si verò in lite non fuissent, non prohibentur comparere, & petere se ad illam pro suo interesse admitti, cum hoc casu diuersitas personarum consideretur per supradicta. Et in terminis hoc de tertio uidentur inter alia fundamenta considerasse etiam aliàs Domini in una Narnien. licèt secuti omnino non uideantur, cũ in ea inclinauerint, quòd causa criminalis, de qua ibi, esset præiudicialis ciuili, non obstante, quòd ibi præsupponeretur, quòd criminalis esset † mota à fisco, & sic à tertio, ut
18 colligitur ex his, quæ ponit. Put. 1. decisio. 99. incipien. agebat Alexander. Secundò limita † ut non procedat, quando
19 iudex criminalis ex officio, & per uiam inquisitionis procederet: quia nec tunc iudicium criminale faceret ciuile silere, ut per Bald. in l. prima. numero sexto. versiculo quia regula. C. de appellat. ut post eum, & Alexand. apud Barto. in l. secunda §. ex hoc edicto. ff. ui bonor. raptor. & Angel. in tractat. de maletic. in verb. & ad querelam, numero octuagesimonono tradit idem Angusol. in dicto consilio sexto numero nono & decimo, & post Bald. in dicta l. prima. idẽ etiam tenet Natta in consilio 138. Magnifici, numero duodecimo libro primo. Tertiò ex his, quæ fuerunt aliàs dicta in una Parmen. parochialis coram Domino de Rubeis. duodecimo Iulii 1562. videtur limitari posse † ut non pro-
20 cedat, quando causa criminalis esset finita per rem iudicatam: quia tunc etiam non obstante inhibitione uigore cõmissionis dictæ causę criminalis emanata (prout erat ibi in facto) non retardatur processus in causa ciuili.

Limitatur nunc conclusio præsentis limitationis.

21 Primò, † ut non procedat, quando criminalis superueniens ita præiudicaret ciuili, ut sententia in iudicio criminali lata pareret exceptionem rei iudicatæ in causa ciuili, vel econtra. l. fina. & ibi not. omnes. C. de ordin. iudicio. ad quam multa eleganter ponit, & considerat Put. 1. decisio. nonagesimonono. incipien. agebat Alexander, & inter cæ
22 tera, † quòd nunc etiam præiudicialis diceretur causa, quãdo ageretur de statu hominis, prout erat ibi, cum ageretur de crimine hæresis. Et ideo in una Cæsarauguſtana iuris eligendi coram Sarmiento vigesimoseptimo Maii. 1566.
23 fuit alias dictum, quòd † commissa causa super iure eligendi in

Source : BIU Cujas

di in Rota,ſi Archiepiſcopus contra priorem, & Canonicos committat per breue cauſam criminalem, & iudex criminalis pronuntiet inter cætera,quòd prior, & Canonici ſunt inuaſores, & occupatores iurium Epiſcopalium, (& conſequenter iuris eligendi)talis proceſſus, & ſententia dicitur attentata:quia eſt in præiudicium eius, quod pendet in Rota ſuper iure eligendi,& hoc caſu in Rota præiudicat criminali:quia ſententia lata in Rota in fauorem prioris, & Canonicorum pareret exceptionem rei iudicatæ in cauſa criminali,ad doctri.Barto.in d. l.2.§. hoc edicto.ff.ui bonor.rapt.

24 Secundò, † vt non procedat, quando pro eodem facto poteſt intentari vtraque uia,tam ciuilis, quàm criminalis: quoniam intentata ciuili non poteſt ea pendente ultra intentari criminalis:quia una propoſita, electione ſua ſeipſum excludit ab altera,ut poſt Bald.in l.prima.C.de appellat.& Barto in l.prima.C.quand.ciuil.actio.crimin.præiu. & in l.interdum.ff.de public.iudic.tradit Natta in dicto cõſilio 138.Magnifici,numero ſexto.libro primo. Prout hoc etiam allegabatur aliàs contra Archiepiſcopum in ſupra allegata Cæſarauguſtana iuris eligendi coram Sarmiento, ut ille ſuper eodem facto non poſſet mouere iudicium criminale, niſi expedita cauſa ciuili quæ in Rota pendebat, quod tacite uidentur etiam Domini ibi admiſiſſe.

Limitatio XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio actus,qui lite pendente prætenditur attentatus, ſi à Principe ex certa ſcientia,cauſa cognita,& citata parte fuerit confirmatus non poteſt ultra reuocari,remiſſiuè.*

2 *Quod dictum de confirmatione commune eſt ad omnia alia attentatorum genera.*

1 VIgeſimoquartò potes,& vtiliter limitare,vt† non procedat,quando actus(qui prætenditur ob litis pendentiam attentatus) fuiſſet per Principem, ex certa ſcientia,cum cauſæ cognitione, ac partis citatione confirmatus:talis enim confirmatio impedit hoc caſu attentatorum reuocationem,ut poſt multa hinc inde allegata firmauimus in capitulo duodecimo. de attẽtatis appella.penden.in quinquageſimaprima.limita. princip.per tot.præſertim numero quadrageſimoquarto. & numero ſexageſimoprimo quoniam omnia, quæ diximus ibi in attentatis appellatione pendente, proculdubio uen-
2 dicant ſibi locum etiam in attentatis lite pendente † quinimmo præſens limitatio communis eſſe poteſt, & debet ad omnia alia genera attentatorum, quæ aliàs, puta poſt recuſationem iudicis,poſt auocationem cauſæ, & poſt inhibitionem,ſeu aliàs quomodocunque fuiſſent commiſſa,cum ratio huius limitationis,non natura, aut qualitas attentatorum ſit,ſed uis,& efficacia ipſius confirmationis, quæ in omnibus eſt eadem.

Limitatio XXV.

SVMMARIVM.

1 *Executio pro collectis ſit etiam lite deſuper pendente.*
Niſi eſſemus in caſu,in quo non conſtaret,eum eſſe debitorum,ut infra num.3.&
Niſi agatur de collectis præteritis,ut infra nu.5.&
Niſi exactor modum excederet,quoniam reſpectu exceſſus ad ſolutionem non cogitur lite ſuper hoc pendente,ut infra nu.6.

2 *Collectarum cauſa eſt eius naturæ,ut in ea executiue procedatur, & à præceptis executiuis incipi poſſit.*

4 *Deſcriptio de aliquo facta in æſtimo uidetur illum conſtituere debitorem,niſi infra decem dies appellet.*

1 VIgeſimoquintò fallit, ubi agitur de exactione collectarum:† in his enim etiam lite pendente fit executio,ad no.in §.coges,in Authen.de mand.princip.& per illum tex.Bal.in conſilio 138.Petrinus, numero tertio. libro primo. &
2 ratio eſt:† quia in his proceditur executiuè, & incipitur à præceptis executiuis ſecundùm Bal.in conſilio 238. ad veritatem,in princip.& numero quinto. libro primo. quem refert,& ſequitur Feſtaſius in tracta.de æſtim. & collec.in tertia parte princip.numero ſeptimo. ubi etiam in id allegat Crauet.in conſilio tertio.colum.ſecunda prout eundẽ etiam allegat nouiſſimè Oſaſc. in deciſ. Pedem. octuageſimaſexta queſitum fuit ſub numero quarto,& ſequen.vbi præterea in id etiam Roland. citat in conſilio trigeſimoſecundo nume. quinto libr.ſecundo,& eleganter materiam præſentis limitationis proſequitur, quam ex intentione Oſaſc. ibi numero ſexto, & ſequen. Limita infraſcriptis modis.

3 Primò, † vt huiuſmodi executio lite pendente facienda procedat, quando ſumus in eo, quem conſtat eſſe talis collectæ debitorem, ſecus ſi de hoc non conſtaret, vt poſt Angel.ita diſtinguentem in l.fin. C.vbi quis de curia, vel cohort.tradit idem ibi dicto numero ſexto,& ſeptimo, & ideo ſi quis eſſet deſcriptus in æſtimo(quia per hoc conſtat eum eſſe debitorem) poterit etiam lite pendente contra eum fieri executio, vt poſt Roman. in conſilio 161. & Bald.atque alios per eum allegatos concludit idem ibi ſub
4 numero ſeptimo † Talis enim deſcriptio videtur conſtituere eum debitorem, niſi infra decem dies à tali deſcriptione appellet,vt poſt Iaſo.in conſilio.25. lib.3. Dec. conſilio 21. lib.1.Barbat.in conſilio 37. libro ſecundo tradit nouiſſimè Egid.Tomat.in tract.de collect.poſt prin.fol.10. ſub nume. ſexto verſicul. & tantam vim obtinet deſcriptio. Quibus adde Maran.in ſpecul.in 3. parte ſextæ partis princi. quæſt. 2.nume.196.verſicul.an autem teneatur iudex deferre:vbi etiam ad hoc allegat Alexan. in conſi. 101. colum.9.circa fin.lib. 1.

5 Secundò, † vt executio de qua ſupra fiat etiam lite pendente, quando ſcilicet agitur de exactione collectarum præſentium,& quæ ſi tunc non exigerentur,immineret alicui damnum publicum, ſecus ſi ageretur de collectis iã præteritis, vt notabiliter conſiderat Oſaſc. vbi ſupra nume. 8.poſt Aret.in conſilio 96.aliàs 97. in cauſa, & puncto, colum.fina.argumen.not.in l.de alimentis. C. de tranſactio. de quo,& nos aliquid diximus infra capitu.12.de attenta. appell.penden.in 24. limit.princip.ad fi.

6 Tertiò † videntur præmiſſa limitanda, vt non procedãt, quando lis penderet ſuper hoc,quod diceretur exactorem plus ſolito ſubditum grauare: quoniam hac lite pendente debitor non cogeretur ad integram ſolutionem, ſed tantũ iuxta ſolitum, ad text. in l. 1. ibi, priſtinam profeſſionem agnoſcant.C.de cenſibus.& in dicto §.coges in Authen.de mand.princ.& ſenſit etiam Egid.Tomat. in dicto tracta. de collect. fol.375. numero ſecundo verſicul. vniuerſitas, ut ſiat.Et ratio videtur eſſe in promptu:quia in eo, in quo exactor excedit,ille non eſt debitor,& conſequenter ſubintrat ratio,& diſtinctio de qua ſupra in 1.limita. Præſertim, quia exceſſus non eſt eiuſdem naturæ, & qualitatis, cuius eſt res ipſa principalis, quod ſatis ex eo colligitur, quòd licèt ab executione non appelletur, ab illius tamen exceſſu bene admittitur appellatio iuxta ea, quæ latius diximus infra capitu.12.de attent.appella.penden. in 52. limita. princip. nume.11.& ſeq.

Limitatio XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Lite pendente ſuper petitione hæreditatis poteſt poſſeſſor illius agere contra debitores,& occupatores bonorum hæreditatis.*
Ampliatur,etiam ſi res non eſſent tempore perituræ.nu.6.
Item ut & contra hæredem iudicio particulari agi poſſit.nu.7.
Limitatur, niſi pars opponat de litis pendentia in iudicio uniuerſali, numero 8.
Item niſi iudex iudicij particularis fuiſset per alterum inhibitus, numero 9.

2 *Iudicium uniuerſale an faciat ſilere particulare,remiſſiuè.*

3 *Proceſſus,& ſententia lata in iudicio particulari ualet non obſtante, quòd fuerit lata pendente iudicio uniuerſali.*

4 *Debitores poſſunt cogi ad ſoluendum poſſeſſori caſtri,rectoriæ,ſeu præbendæ etiam lite inter aliquos ſuper iuriſdictione caſtri, rectoriæ,ſeu præbendæ pendente.*

5 *Niſi illis ſit interdicta adminiſtratio,aut debitoribus ſolutio.*

1 VIgeſimoſextò limita,vt regula non procedat† quãdo lis eſſet introducta ſuper iudicio vniuerſali, puta petitione hæreditatis;quoniam hac lite pendente poteſt poſſeſſor intentare iudicium particulare contra eos,qui ſunt debitores hæreditatis,aut res hereditarias occupant,vt eſt text.in l.ſi bonæ fidei. ff. de petit.
2 hæred. Quamuis enim non videatur expeditum † an iudicia vni-

cia vniuerſalia tanquam præiudicialia faciant ſilere particularia, de quo per Barto. in l. ſi quis libertatem. ff. de petit. hæredita. & in dicta l. ſi bonæ fidei, eodem titu. & in l. ſi poſt. ff. de except. & per Bald. in l. final. C. de petit. hæredita. & reaſſumit Laſ. in §. præiudiciales, numero quinto, & ſequen.

3 Inſtitutio. de action. ad propoſitum tamen noſtrum † ſi intentato iudicio vniuerſali, & eo pendente moueatur particulare, & facto in eo proceſſu deſuper feratur ſententia, pendentia iudicij vniuerſalis non facit, vt talis proceſſus, & ſententia dicantur attentata, prout caſu euenient fuit reſolutum in una Mantuana, de qua eſt in recollect. Gambar. deciſ. quadrageſimaprima incipien. Mantuana. Quæ concluſio non ſolum deſeruiet, quando eſſemus in hæ-

4 rede, & quando mouetur quæſtio ſuper hæreditate, † verùm etiam in alijs ſimilibus iudicijs. puta quando ageretur inter duos dominos ſuper iuriſdictione alicuius caſtri, vel inter duos Prælatos de iuriſdictione, aut rectoria alicuius eccleſiæ, vel alicuius præbendæ: nam hac lite pendente poſſent illi agere iudicio particulari contra debitores caſtri, rec-

5 toriæ, ſeu præbendæ, niſi † aut illis ſit interdicta adminiſtratio, aut debitoribus, ne ſoluant, vt poſt Innocen. in capitul. quia in cunctis. in fin. glo. mag. de conceſſion. præbend. ſentit Bartol. in dicta l. ſi quis libertatem, in fin. & Bald. in l. emptorem, colum. tertia verſicul. pone quidam tanquam Prelatus. C. locati, vt refert, & alijs comprobat Laſ. vbi ſupra nu. 9. & ſeq.

Quæ limitatio ex dicta deciſ. Gambar. poteſt vno modo

6 ampliari, vt procedat † etiam ſi eſſemus in rebus, quæ non eſſent tempore perituræ. Item & ſecundò ampliari poteſt,

7 † vt non ſolùm hæres, & poſſeſſor hæreditatis poſſit agere iudicio particulari, vt ſupra contra alios, verum etiam contra eum iudicio particulari agi poſſit etiam pendente iudicio vniuerſali petitionis hæreditatis, & ideo hoc caſu legatarij iudicio petitionis hæreditatis pendente non prohiben tur ab hærede petere, & conſequi ſua legata Crau. conſilio 184. nobilis, nume. 2. lib. 1. Ruin. conſilio 75. quantum, ſub nu. 2. lib. 1.

8 Et ſimiliter duobus modis limitari. Primò, niſi pars in iudicio particulari opponat de litis pendentia in iudicio vniuerſali, concluſio enim procedit parte non opponente ſe-

9 cundùm Dominos ibi. † Secundò quando iudex iudicii particularis fuiſſet per alterum inhibitus: quia proceſſus poſt inhibitionem diceretur attentatus, vt ibidem Domini conſiderabant, & conuenit his, quæ diximus infra capitu. 20. de attent. poſt inhibit. in 1. ampliat. princip. regulæ ibi poſitæ, quòd inhibitio facit illicitum, quod fuiſſet aliàs facienti licitum.

Limita. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Actus factus lite pendente ab eo, qui ignorabat litem pendere non eſt attentatus.*
Ampliatur, etiam ſi ſubſecuta fuiſſet inhibitio. nu. 12.
Item etiam ſi quis litem ratificaſſet; quia non cenſetur attentatum ratificaſſe, niſi illius plenam notitiam habuerit. nu. 15.
Etiam ſi aliqualem notitiam habuiſſet. nu. 18.
2 *Citatus ſufficienter quis non dicitur, niſi ad eius notitiam deuenerit citatio.*
3 *Certus de lite amplius certiorari non debet.*
4 *In attentante duo potiſſimum conſiderantur, dolus, & iudicis contemptus.*
5 *Dolus non cadit in ignorante.*
6 *Ignorantia iuris excuſat à dolo.*
7 *Ignorans non dicitur contemnere.*
8 *Iudex à quo procedens poſt appellationem (cuius non habuit notitiam) non attentat, remiſsiuè.*
9 *Inhibitio ignorata non facit attentata.*
10 *Idem in auocatione cauſæ per ſuperiorem facta, & per inferiorem ignorata.*
11 *Litis pendentia ignorata non facit attentata.*
13 *Decretum irritans ligat etiam ignorantes.*
Præterquam reſpectu pœnæ nu. 14.
16 *Ratificatio non extenditur ad actum dolo initum.*
17 *Ratificatio non extenditur ad ignorata.*
19 *Scientiam alicuius rei quis habere non dicitur, niſi habeat notitiam omnium qualitatum ipſius rei.*
Præſertim quando agitur de ammiſſione iuris, aut de faciendo aliquem incidere in pœnam, nu. 20.

VIgeſimoſeptimò limitanda videtur regula ſupra

1 poſita † quando actus, qui prætenditur lite pendente attentatus fuiſſet factus ignoranter ab eo qui non habebat notitiam litis pendentiæ, quæ limitatio licèt per Doct. ſpecificè non ponatur. probabilis tamen eſt & ſuadetur ex infraſcriptis. Primò: quia clarè ui-

2 demus † quòd iura ad effectum attentatorum exigunt & requirunt, & habent potiſſimum in conſideratione, quòd adſit hæc notitia, vt patet in clem. 2. vt lit. penden. ibi, ad citati notitiam &c. aliàs ſi reus non habuiſſet ſufficientem notitiam, non diceretur legitimè citatus, nec eſſet inducta litis pendentia, vt plenius diximus in hoc capitu. in præfatio. numero 90. & ſequen. Item ex eo apparet, quòd ideo quoad actorem dicitur lis pendere etiam ad effectum attentatorum per decretum citationis, etiam ſi non fuerit ci-

3 tatio executa contra reum: quia † ſcilicet cum iam certus ſit de lite, amplius certiorari non debet. Rot. deciſ. 6. aliàs ſeptuageſimaquinta, quod dicitur. ut lite pendente, in no. cum alijs adductis ubi ſuprà. numero trigeſimoſexto. Se-

4 cundò † in attentante duo conſiderantur, videlicet dolus. Rot. deciſ. quinta aliàs 25. ex quibus, de reſtitutio. ſpoliato. in no. & contemptus ſuperioris. Rot. deciſ. 2. aliàs 14. fuit dubitatum, de reſtitutio. ſpolia. in nou. Oldra. conſi. 206. in cauſa carnocen. in fin. vbi dicit, quòd in reuocandis atten-

5 tatis contempta Prætoris dignitas uindicatur. † Dolum autem in ignorante ceſſare clarum eſt. l. nemo videtur dolo facere. & l. qui in ius. §. nemo uidetur, & ibi Dec. & alij. ff.

6 de regul. iur. † cum etiam iuris ignorantia excuſet à dolo. l. ſed ſi lege. §. ſcire. ff. de petitio. hæredita. cum ſimul. & ſimili-

7 ter contemptum ceſſare dicendum eſt: quia † ignorans non dicitur contemnere, & propterea non debet puniri, vt poſt Abbat. in capitu. cum ſit in fin. & Egid. deciſ. 541. ignorans conſtitutionem. tradit ex recentioribus Menoch. in conſilio ſeptuageſimoquarto dubitari, numero 12 lib. primo. Tertiò: quoniam idem † videmus in ſimili contigere in appellatione ignorata, & cuius iudex à quo non habuit notitiam: quia ſi procedat, non dicitur attentare. Rot. deciſ. trigeſimaoctaua aliàs 309. attentata, de appellat. in no. & diximus latè infrà capitu. 12. de attent. appellat. penden. in 15 ampliat. princip. in 2. limit. regulæ ibi poſitę. numero vige-

9 ſimo. Quartò quia † idem iuris uidetur eſſe in inhibitione. de qua quis non habuit notitiam, vt non faciat attentata, vt latius diximus infra capitu. vigeſimo de attentat. poſt inhibit. in vigeſimaquarta limitat. princip. regul. poſitæ num. decimoſeptimo verſicul. tertia opi. & limita. vigeſimaquin-

10 ta. Prout † idem contingit in auocatione cauſæ a iudice per ſuperiorem facta, & per inferiorem ignorata, vt dicemus infra capitu. decimo de atten. poſt auocat. cauſ. in ſecunda limi. reg. ibi poſitæ.

Ex quibus firmari non immeritò poteſt ſupra dicta con-

11 cluſio, quòd † litis pendentia ignorata non faciat attentata, & quamuis aliàs Domini in una Calaguritana translationis coram Sarmiento, 23. Ianuarij 1570. videantur ſenſiſſe contrarium, dum dixerunt, translationem, de qua ibi fuiſſe attentatam: quia tria prima capita, quæ ibi allegabantur, non excludebant attentata, & inter illa tria primo loco allegabatur per partem, quòd non habuerat notitiam litis pendentiæ in Rota, eſt tamen aduertendum, quòd Domini dicentes, quòd ex capite ignorantiæ non excludebantur ibi attentata, non dixerunt id: quia hoc de iure procedat, cum contrarium ſit uerius per ſupradicta: ſed quia in facto allegabatur ignorantia, quæ non fuerat probata. Immò erat præſumptio in contrarium: cum ipſa met pars, quæ attentauerat, antea commiſiſſet cauſam in Rota, quã-uis palliaret ignorantiam ſub prætextu inter cætera', quod in dicta commiſſione plura continebantur, nec credebant fuiſſe comprehenſam cauſam dictæ translationis, quod non admiſerunt Domini, cum iam antea in eadem reſoluiſſent, quòd commiſſio erat etiam ſuper translatione, & propterea à dicta limitatione nullatenus videtur recedendum. Quam amplia.

12 Primo, † vt procedat etiam in attentatis poſt inhibitionem, & vſus huius ampliationis conſiſtit in hoc: quia cum inhibitio habeat implicitum decretum irritans, & è contra decretum irritans inhibitionem. Caſſad. deciſ. ſecunda incipien. deciſio tertia, numero ſexto de reſtitutio. ſpoliato.

13 ſicut † decretum ligat etiam ignorantes, capitu. primo, de conceſſione prebend. cum alijs congeſtis per Anton. Gabr. commun. concluſion. libro ſexto de clauſul. concluſ. tertia

14 in princip. quia † tamen reſpectu pœnæ decretum huiuſmodi non ligat ignorantes, ut declarat idem Gabriel. ubi ſupra, numero octauo, & ſi ignorans aliquid faciens contra inhibitionem, non vnam, ſed quamplures pœnas incur-

reret.

Source : BIU Cujas

rerer,de quibus latè,ac distinctè tractabimus infra in 3.par te cap.vltimò,de pœnis attentat.per totum,meritò &c.

15 Secundò,vt procedat † etiam si quis litem eius nomine introductam ratificasset; quia si dum ratificauit, non habuit notitiam præcedentis attentati per eum, cuius gesta ratificat, commissi non teneretur ad attentata, secundùm ea, quæ posuit Aymo consilio 160. in hac causa. numero
16 quarto libro primo, dum vult † quòd ratificatio non extenditur ad actum dolo initum, & consequenter, nec ad actum attentatum: cum in eo adsit dolus, aliàs non diceretur attentatus, vt diximus aliàs supra, cum & aliàs gene
17 rale sit † quòd ratificatio non extenditur ad ignorata secundùm Bald.in l.obseruare. §. proficisci. quæstio. quarta. ff.de offic. proconsul.& leg. Parisi. consilio centesimo sub numero septuagesimoprimo libro primo cum ignorans non possit dici, quòd ratificet, aut consentiat. l. si per errorem.ff.de iurisdictio.omni.iudic.Pau. de Castro, & Iaſ.in l. Iulianus,numero tertio.ff.qui satisda.cogan. Rui. consilio nonagesimoprimo numero decimo libro primo. Aymo consilio centesimononagesimosecundo numero 12.& 14. & tradit etiam Oldrad. consilio 329. has allegationes, nu-
18 mero octauo. Quod adhuc ampliari potest † vt procedat, etiam si aliqualem habuerit scientiam: cum non dicatur
19 quis † habere alicuius rei scientiam,nisi habeat etiam scientiam omnium qualitatum ipsius rei,ad no. per glo.in capi. concertationi,in versi.sciuerit,& ibi scriben.de appellat.in 6. & latè tradit post alios Tiraquell. de vtroque retract. §.
20 36. gloss. secunda numero 13. Præsertim † quando sumus in casu,in quo tractatur,quòd ex ratificatione quis amittat aliquod ius,vel incidat in delictum. Rot.decis.21.aliàs 771. dic quòd.de dol.& contum.in antiq.Mohed.decis. 160.fuit resolutum.Put.de probat.decis.6.incipien.scientia,Ruin.in consilio sexagesimosexto numero 66. libro tertio prout est, quando sumus in attentatis. Egid. decis. 18. oneratio. cum similibus.

Limitatio XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Executio pro liquidis,etiam remanente litis pendentia super illiquidis fieri potest.*
Et talis executio non dicitur attentata,nu.2.
Limitatur,nisi ea,quæ dicuntur liquida,dicantur male calculata, & à parte allegetur error calculi, & parata sit docere de errore per calculationem denuo faciendam,nu.5.
3 *Pendente lite uigore commissionis,quòd quis admittatur ad compensationem,prout iuris fuerit,si id, de cuius compensatione agitur, non sit liquidum potest instrumenti liquidi fieri executio.*
4 *Debitum principale si sit liquidum,cambia autem,& recambia sint illiquida,potest pro debito principali licite fieri executio.*
6 *Error calculi nocere non debet,quin illum allegans audiatur,& terminus ad docendum de illius errore sibi assignetur.*

1 VIgesimooctauò limitari potest † quando lis fuisset eodem tempore introducta super pluribus rebus, quarum aliquæ, vel ab initio essent liquidæ, uel etiam lite pendente fuerint liquidatæ: quoniam licèt ex regula prædicta, quòd nihil sit lite pendente innouandum, videtur dicendum, quòd donec omnia fuerint liquidata, & decisa non posset aliquid immutari,potest tamen pro liquidis (etiam lite pendente) fieri exactio,& executio remanentibus sub iudice illiquidis,ut not.in l.qui solidū.ff.de legat. 2. & per illum text. tradit specialiter Bald.in consilio centesimoquinquagesimosecundo ad euidentiam.colum.fina. libro tertio.vbi vult, quòd propter pendentiam litis super illiquidis non differtur executio quoad liquida Et quòd talis
2 executio non dicatur attentata, uidetur fuisse resolutum in vna Roma.vineæ coram A.August.prima Iulij.1551.in
3 qua † cum fuisset præsentata commissio, quòd fieret compensatio in casu (de quo ibi) cum clausula prout iuris fuerit,& pendente lite fuisset facta executio cuiusdam instrumenti liquidi,& prætenderetur attentata, ad excusanda attentata allegabatur, quòd cum de iure illiquidi ad liquidum non detur compensatio.l.fina.C. de compensatio. & id,super cuius compensatione agebatur, esset illiquidum, stante dicta clausula,prout iuris fuerit, talis executio non dicitur contra, sed potius præter naturam iudicij, & litis pendentiæ,ita ut sicut ante præsentationem commissionis fieri potuisset, ita & si fiat eo iudicio pendente, non debet dici attentata, ut fuit in dicta causa resolutum, & est decis. in recoll.Caputaquen. 1. decis. centesimatrigesimaquinta. incipien. præsentata. Pro quo facit etiam, quod fuit aliàs conclusum in una Mantuana Zuccarorum coram. Dom. meo Oradino 9.Iunij.1561.videlicet dandam esse executionem sententiarum, de quibus ibi in ijs rebus, quæ sunt li-
4 quidæ. † Prout erat ibi condemnatio in summa principali,& quoad cambia, & recambia (quę in facto non præsupponebantur liquida) procederetur in causa, & quòd pariter fuit dictum in alia Cæsarauguſtana liquidationis pen sionis coram Serafino. vigesimosecundo Maij. 1673. dandam esse executionem pro summa liquida in casu, de quo ibi.Vno tamen casu huiusmodi executio pro liquidis esset
5 retardanda † quando scilicet ista liquida essent male calcu lata, & à parte allegaretur error calculi,& parata esset doce
6 re de errore per calculationem denuo faciendam † quia error calculi sibi nocere non debet,quin illum allegans au diatur, & sibi terminus ad docendum de illius errore assignetur,ut per Fulgos.in consilio centesimoquarantesimosecundo Titius. versicul. Rursus. & post eum Tobias Nonius in consilio sexagesimotertio visis.27.& sequen. vbi ita expresse limitat,& declarat prę allegatum consilio Bal.152. libro 3.

Limitatio XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Consensus resignationi potest etiam lite pendente præstari,si resignatio fuit facta ante litem motam.*
Idem in consensu præstando per Cardinalem super prouisione beneficij uacan.per obitum sui familaris.nu.2.
3 *Consensus retrotrahitur ad diem datæ.*

1 VIgesimononò uidetur regula supra posita limitari posse, vt non procedat † in actu præstationis consensus resignationi ante litem motam factę.
2 Vel etiam † in consensu per Cardinalem præstando super prouisione beneficij per obitum sui familiaris uacantis:quia talis consensus potest etiam lite pendente præstari,ut habetur per Sarnen.super reg. de impetra. benef.vacan.per obitum familiar.Cardin. quæstio.10. per tot. & præsertim in fin. & fuit dictum in vna Gerund. rectoriæ coram D.meo Oradino.24.Febr. 1556. & in alia Astoricen. Archidiaconatus coram eodem 20.Februa.1568.& iterum in eadem 31.Maij eiusdem anni,& ratio esse potest: quia regulariter consensus retrotrahitur ad diem datæ supplicationis,Cassad.decis.secunda de renuntiatio. numero octauo.Vnde cum data supplicationis præcedat litem, sequitur,quòd consensus,qui retrotrahitur ad diem datæ, censeatur & ipse litem præcedere, & consequenter non posse subijci vitio attentatorum, quæ regulariter sine lite non dantur.Cassad.decisio.6.nu.2.super regu.

Limitatio XXX.

SVMMARIVM.

1 *Lite uia executiua introducta potest ea pendente agi,uel ordinariè,uel alia etiam uia executiua sibi competenti.*
2 *Iudicium ubi cæptum est,ibi regulariter finiri debet.*
3 *Iudicio uno pendente potest aliud quandoque intentari.*
4 *Plures uias executiuas habens una intentata potest transire ad aliam.*
5 *Idem si uelit ab executiuo transire ad iudicium ordinarium.*
6 *Iudicio super dominio summariè,& incidenter introducto (puta actione confessoria) potest eo pendente desuper procedi ordinariè super rei uendicatiane.*
Quòd procedit etiam in criminalibus,ut nu.seq.
7 *Crimine per uiam exceptionis opposito potest nihilominus super eo procedi per uiam accusationis.*
8 *Ordinario Iudicio intentato, an possit eo pendente intentari executiuum,uidetur maior difficultas, quàm si conuoletur ab executiuo ad ordinarium.*
Aliqui distinguunt, an illud de expresso partium consensu fuerit introductum necne.nu.9.
Ita,ut & Domini secundum diuersitatem casuum uideantur etiam diuersa sensisse.nu.10.
11 *Lite ordinariè instituta super contrauentione alicuius instrumenti non prohibetur quis uigore eiusdem instrumenti agere executiuè ad illius obseruantiam.*
12 *Ordinario iudicio inchoato de iure non licet conuolare ad executiuū.*

Trigesi-

Source : BIU Cujas

Roberti Lancellotti. De Attentatis.

TRigesimò, & vltimò pariter limitari potest: quoniam lite pendente vna uia intentata potest alia uia procedi, puta si sit cæptum agi uia
1 † executiua, & hoc iudicio pendente actor velit super eadem re, & contra eandem personã agere ordinariè, vel etiam executiuè aliqua alia via: quam uis enim ex regula supra posita, quòd lite pendente nihil est innouandum, videretur dicẽdum, quòd per motionem secundæ litis uideretur aliquid contra pendentiam primæ
2 innouari: cum † regulariter vbi cæptum est iudicium, ibidem terminari debeat. l. vbi cęptum est. ff. de iudic. Nihilo-
3 minus † potest quandoque vno iudicio pendente, licitè
4 aliud intentari, puta si habens † plures vias executiuas una intentata, & pendente velit aliam intentare, ad no. per Bar. in l. consentaneum. in penul. q. C. quomodo, & quando iu-
5 dex. † Vel si intentato iudicio executiuo actor velit transire ad iudicium ordinarium, vt per Barto. vbi supra & post eum, & Archid. super rub. de eo, qui immittitur in possessionem &c. tradit Pau de Cast. in consilio 87. in causa, quæ uertitur. sub numero 1. versicul. tertia ratio est. lib. 1. per l. si iudex. ff. de varijs, & extraord. cognit. & l. si quisà liberis. ff. de liber. agnoscen. & not. per Docto. in l. edita. C. de eden. Nam
6 & aliàs † intentato iudicio summariè & incidenter (puta super dominio in confessoria per modum exceptionis) potest eo pendente procedi ordinariè super rei uendicatione:
7 & similiter † quando essemus in criminalibus opposito crimine per uiam exceptionis potest super eodẽ crimine procedi per uiam accusationis, vt ponit vtrunque Natta in cõsilio 138. Magnifici. numero 25. lib. 1. & licèt quando quis intentato vno iudicio executiuo vult transire ad aliud executiuum, vel ad ordinarium, res videatur de plano procedere per supradicta † maior tamen difficultas esse videtur,
8 an post intentatum iudicium ordinarium liceat aggredi uiam executiuam, vt animaduertit etiam Gallesius in tracta. de obliga. Cameral. in 2. q. ad tertiam particulam. numero
9 4. fol. 59. vbi refert etiam † distinctionem Roma. in consil. 133. An scilicet iudicium ordinarium fuerit inchoatum de expresso partium consensu, necne (licèt omnino sequi non uideatur) Ex quibus colligi potest, articulum istum non esse admodum expeditum, quod ex eo etiam maximè
10 deprehendere licèt, quòd & Domini † quandoque secundùm casuum diuersitatem diuersas quoque uideantur in hoc fecisse resolutiones, & propterea licèt in una Romana obseruationis concordiæ coram D. meo Orad. 23. Iunij.
11 1561. dixerint † quòd lite ordinaria pendente super contrauentione alicuius instrumenti non prohibetur quis uigore eiusdem instrumenti executiue agere ad illius obseruantiam: in alia tamẽ Romana pecuniaria corã Caputaquen. 9. Octobris. 1562. dixerunt, quòd non licebat Altouitis mu
12 tare iudicium: † quia de iure inchoato iudicio ordinario, non licet conuolare ad executiuum: uerum quia articulus iste propriè non respicit materiam ipsam attẽtatorum, sufficiat prẽmissa lectorem admonuisse & specialiter, quod lite una quandoque pendente potest alia licite intentari, & cõsequenter citra uitium attentatorum, arg. l. Grachus. C. ad l. Iul. de adulte.

Et sicut præfata regula, quòd actus lite pendente facti sunt attentati, ampliatur, & limitatur certis modis, de quibus supra, ita Declaratur nonnullis necessarijs, & utilibus modis.

Declaratio I.

SVMMARIVM.

1 *Attentata debent esse in præiudicium litis, ac partis.*
2 *Edictum, ut lite pendente nihil innouetur, intelligitur, quando id, quod innouatur, est præiudicium, & melius infra nu. 5. & 6.*
3 *Possessor potest ante, & post litem quædam noua facere super re litigiosa, dummodo non sint in præiudicium.*
4 *Attentata debent esse contra litem, secus si sint secundum, uel præter litem.*

PRimò igitur declaratur, ut talis actus, qui dicitur
1 attentatus † debeat esse in præiudicium litis, ac
2 partis. † Edictum enim, ne lite pendẽte aliquid innouetur, intelligitur, quando aliquid innouatur, aut petitur in præiudicium partis: † cum possessor possit ante, & post litis contestationem in re litigiosa quædam
3 noua facere, dummodo non uergant in præiudicium aduersarij, ut dicunt Domini decis. 25. aliàs 310. si reus. uersic. sed posito. num. tertio. de rescrip. in no. & ideo dicebat post dictam decisio. Mil. in versi. appellatione. fol. 14. quòd quæ
4 non præiudicant aduersario, possunt attentari. † Et quòd attentata debeant esse cõtra litem, & in eius præiudicium, secus si sint secundùm, aut præter litem, no. Ioan. Monach. in rub. vt lit. pend. in 6. & pro not. tradit Anto. Corset. in singu. suis, in verb. appellatio, incip. regula est. in 6. limit. versi.
5 adde etiam: † & ex eadem ratione, quia scilicet actus non esset in præiudicium litis ad excusandum aliquem ab attentatis, arguit Aegid. consilio 18. incip. Ecce quòd facta. col. 1. versi. secundò probatur, dum dicit, quòd edictum, vt lit. pẽden. nihil innouetur, maxime procedit, si alteri partium presertim appellanti aliquod præiudicium inferatur, & melius ibi in 2. colum. versi. nec obstat edictum illud, vbi vult, quòd edictum prædictum intelligatur, vel de præiudicio, quod directò inferretur alteri partium super eo, super quo est appellatum, vel secundò, vt intelligatur de præiudicio circa condemnationem, absolutionem, vel. processum, aut possessionem, non autem de prejudicio iuris in litem deducti, saluo vitio litigiosi, & impetrationis à communi domi
6 no faciendæ. Et propterea † fuit aliàs tantum non extare attentata in una Gerunden. molestationum coram D. meo Oradino. 9. Martij 1554. in qua cum quidam obtinuisset indultum de percipiendis fructibus in absentia, & ecclesiæ beneficiati haberet antiquius indultum, ut percipientes fructus in absentia tenerentur ad solutionem quinque librarum singulis annis, & super solutione dictarum quinque librarum præteritarum esset inter eos introducta lis coram ordinario, & illa sic pendente beneficiati extraiudicialiter procuratori absentis intimauerint eorum indultum de soluendo quinque libras, & insuper prohibuerint, ne ille nomine absentis exigeret iura sepulturarum, nisi solutis dictis quinque libris, ob quam prohibitionem absens (prætendens sibi illatum damnum: quia sui procuratores destiterant ab exactione, & seruitio) dicebat hæc omnia per beneficiatos, & eorum communitatem gesta esse tanquam attentata reuocanda. Domini tenuerunt, quòd non essent attentata: quia non fuerat aliquid factum in præiudicium litis dictarum quinque librarum. Et faciunt multa, quæ remissiuè posuimus supra hoc eodem capit. in 2. sublimitatione. 20. limitat. princip. nu. 20. & sequen.

Declaratio II.

SVMMARIVM.

1 *Litis pendentia, & actus interim facti non trahuntur, neque ad commodum, neque ad incommodum tertij regulariter.*
2 *Exemplum in duobus reis, & de principali, & fideiussore.*

SEcundò declara, ut actus, qui fiunt lite pendente, siue liciti, siue illiciti, & ipsamet litis pendenI tia, & eius effectus † non trahatur ad commodum, seu incommodum tertij: † exemplum in
2 duobus reis debendi. Item in principali, & fideiussore, de quo per Franc. in capitu. cum teneamur. colum. penult. de appellatio. & diximus latius supra in prima parte, capitu. tertio de attent. à tertio, versic. declara nunc, nu. 147. & sequen.

Declaratio III.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi iurisdictio lite pendente est suspensa quoad eius subditum cum eo litigantem.*

TErtiò. Materiam hanc litis pendentiæ declara: vt
I si sit lis inter subditum, & Episcopum, seu aliũ superiorem, lite pendente † subditus dicitur esse exemptus ab Episcopo, & Episcopi iurisdictio dicitur esse suspensa, vt est decis. Cassad. 6. licèt inferior. nu. 1. & seq. de priuileg. de quo latius infra, in 12. limi. seq. quartæ declarationis prin. nu. 44.

Declaratio IIII.

SVMMARIVM.

1 *Possessionis commodo non debet quis lite pendente priuari, & ideo lite pendente super ualiditate concordiæ potest ea pendente pariniti,*

Source : BIU Cujas

niti, & iuuari capitulis dictæ concordiæ. Nec vasallus est lite pendente possessione priuandus, etiam si contra eum agatur super commisso feudi. ut num. 18.

2 *Clausula, sine retardatione solutionis pensionis, solet apponi in commissionibus nullitatis pensionum.*

3 *Possessor lite pendente non est possessione priuandus, etiam si illa sit contra ius.*

4 *Dummodo non sit contra ius, idest capta lite pendente.*

5 *Ius quando dicatur assistere, vel resistere possessioni remissiuè.*

6 *Possessione etiam de iure speciali competenti non debet quis lite pendente priuari.*

7 *Possessione etiam destituta titulo, & quam quis sola consuetudine absque priuilegio comprobauit lite pendente exui non debet.*

8 *Possessione quis lite pendente non est priuandus, etiam si non facta huiusmodi priuatione in altera partium immineret certo modo peccatum.*

9 *Animæ fauore capitur præsumptio in deteriorem partem. Et etiam penalia extenduntur ad casus similes.*

10 *Sequestranda non est mulier, quæ est cum uiro, licèt alius prætendat esse suam vxorem.*

11 *Accusatione pendente prohibetur quis missas celebrare ratione peccati. Quid intellige.*

12 *Vel quando non erat in quasi possessione celebrandi.*

13 *Vel quando erat publice diffamatus.*

14 *Priuilegium Principis non valet, nequis faciat ea, quæ ante litem facere solebat.*

15 *Appellatione quoque pendente non debet quis commodo possessionis priuari.*

16 *Possessio non debet litiganti auferri, etiam si notorie constaret de non iure possessoris.*

17 *Notorie ius non habens potest aliàs etiam non citatus à Iudice possessione spoliari.*

18 *Possessor non est lite pendente amouendus à possessione, etiam si prætendatur eum ipso iure priuatum.*

19 *Suspecto de dilapidatione fructus sequestrantur.*

20 *Vel inuentariantur. Aut ad manus tertij deponuntur.*

21 *Suspicio dilapidationis facit, ut quandoque interdicatur administratio beneficij.*

22 *Paupertatis magnæ ratione, etiam quòd adsit suspitio dilapidationis, effugitur sequestrum.*

23 *Fame ne quis moriatur, cessat sequestratio.*

24 *Suspectus de fuga priuatur etiam lite pendente commodo possessionis. Immo etiam carceratur, vt nu. 25.*

26 *Fiscus potest rem (super qua inter eum, & priuatum litigatur) ad manus suas ponere.*

27 *Nisi ille priuatus esset legitimus contradictor.*

28 *Officialis delinquens in officio (inquisitione contra eum pendente) priuatur possessione officij.*

29 *Officio semel legitime priuatus non potest amplius illud officium exercere.*

30 *Exemplum in notario, milite, equite, & Doctore priuatis.*

31 *Etiam ex Principis rescripto, secundum aliquos.*

32 *Notarius accusatus, quòd falsum testamentum confecerit, potest illud ex sua imbreuiatura interim in publicam formam extrahere.*

33 *Simoniacus pendente inquisitione suspenditur ab administratione spiritualium.*

34 *Tutor suspectus allegatus post litem contestatam amplius non administrat.*

35 *Princeps si causam ad se aduocauit, interim possessor non potest vti sua possessione.*

36 *Nec impetrare aliquam prouisionem pro manutentione suæ possessionis.*

37 *Iudex ad tollenda scandala potest ad se aduocare possessionem, etiam lite pendente.*

38 *Iudex possessionem sequestrat, quando uterque agit interdicto retinendæ.*

39 *Coniuges (si matrimonium de iure non valebat) post cõclusionem in causa prohiberi possunt, ne inuicem reddant debitum.*

40 *Abbas monachum (quem ad nutum ante poterat amouere) inquisitione pendente, cui Monachus adhæret, vltra amouere non potest.*

41 *Subditus litigans cum suo prælato, & superiore lite pendente dicitur esse exemptus ab eius iurisdictione non solum in illa causa, verum etiam vniuersaliter.*

42 *Signatura solet ad querelam prælati exemptionem, quam habet subditus cum eo litigans, ad certum tempus restringere. Et durat etiam pendente causa restitutionis in integrum aduersus rem iudicatam. Nisi esset facta executio, ibidem.*

43 *Debitor ciuitatis, & ex causa vectigalium pendente lite non potest adipisci in ciuitate aliquem honorem.*

44 *Conclusio, quòd quis non est possessionis commodo lite pẽdente priuandus, intelligitur sine causæ cognitione.*

45 *Possessione lite pendente capta, potest quis, & debet etiam lite pendente per remedium attentatorum priuari.*

46 *Intrusus etiam, quòd ab intimatione executorialium appellauerit, tenetur parere iudicato, & fit contra eum executio, ex quo non habetur pro possessore.*

47 *Reus, & possessor (etiam si constet de non iure suo) potest contra actorem dare obiectus.*

48 *Nisi possessionem lite pendente acceperit.*

49 *Attentata possessio non est manutenenda.*

50 *Improbata, aut vitiosa possessio nullum debet habere iuris adminiculum.*

51 *Iudex lite pendente non potest sine causæ cognitione possessorem possessionis commodo priuare.*

52 *An autem hoc liceat parti, remissiue.*

QVartò & vltimo declara hanc materiam vno notabili, & necessario modo, videlicet, quòd sicut possessor lite pendente non debet aliquid innouare, ita econtra non debet contra eum aliquid
1 innouari; † cum non debeat quis possessionis commodo lite pendente priuari. Hinc dicimus, quòd si sit mota lis super nullitate, & inualiditate alicuius cordiæ, & trãsactionis, potest (interim pendente iudicio nullitatis) altera pars iuuare se, & niti capitulis dictæ concordiæ, ut allegabatur ad hoc consi. Io. de Amicis 150. in una Mesanen. Baroniarum coram D. meo Oradino 5. Nouembris. 1565. in qua, cum ad excludenda attentata allegaretur pro Beatrice, quòd licuit sibi (etiam lite pendente) capere possessionem; quia in capitulis concordiæ aliàs initæ expresse cauebatur, quòd eueniente casu mortis liceret ingredi possessionem absque vitio attentatorum, & ex aduerso replicaretur, quòd illa non poterat niti, & se fundare in dicta clausula; quia super nullitate, & inualiditate concordiæ lis pendebat. Domini (tacitè admittentes dictam rationem pro Beatrice allegatam) dixerunt non constare de attentatis per allegata pro ea. Quæ declaratio licèt potuisset etiam commode annecti primæ limitationi huius regulę, tanquam sit illius limitationis ratio. Nihilominus, cum hæc declaratio contineat latam materiam, & satis etiam de per se longam, consulto in hunc locum pro vltima declaratione reiecimus, cum etiam in ea sit ponenda Regula cum suis limitationibus, & ampliationibus, & declarationibus, sit igitur.

Regula, quòd lite pendente non debet quis possessionis commodo priuari. cap. primo. extra ut lite penden. cum cord. adductis ibi per glo. in verb. crucem. c. 1. & ibi Franc. in 2. notab. nume. 2 & in c. cum teneatur. in prima notab. de appellat. Rot. decis. 24. aliàs. 615. de dol. & contum. in antiq. Cassad. decisio. 9. incip. Rota. de causa possess. & propriet. nu. 14. Guid. Pap. decis. 366. possidens. ubi dicit eam esse, & de iure, & de stilo omnium curiarum veram, & latè Capit. decisio. 189. per totam, præsertim nume. 3. Ruyn. in consil. 75. Quantum num. 2. lib. 5. & nouissime Mandos. in tracta. commissio. formu. 14. commissionis attẽtatorum: in verb. in possessionem, & Bursat. in consi. 49. Illustrissimus. nume. 12. lib. 1. vbi uoluit, quòd lite pendente vasallus non est possessione priuandus, etiam si agatur super commisso feudi, apud quos uide alios tenentes hanc regulam. Super qua est fundatus stylus † illius clausulę, quæ per Reuerendos Dños Refe
2 rendarios solet in commissionibus nullitatis pensionum apponi, uidelicet sine retardatione solutionis pensionis, secundum Cassad. decis. 10. casus occurrit sub nu. 7. de rescript. de cuius clausulæ stylo habetur apud Staphil. in tracta. de liter. grat. & iust. in secunda parte fol. 150. uersicu. quando uerò utraque pars, & latius per Hier. Gig. post præallegat. in tracta. de pension. quæst. 35. num. 9. & q. 85. in princ. & q. 95. sub nume. 5.

Ampliatur prædicta Regula.

3 Primò, ut procedat, etiam si illa possessio † esset ꝯ ius, vt tenet Abbas, qui hoc dicit notandum in dicto cap. 1. ut lite pẽden. num. 4. sequitur Decius consi. 97. in casu. num. 1. & post Dec. in consi. 103. & alios per eum allegat. tradit Ant. Gabr. commu. ꝯclus. lib. 5. de acquir. poss. conclus. 6. num. 2. & seq. vbi hoc ampliat, & nonnullis modis declarat: vt per eum, & ad idem facit notabile dictum Inno. in cap. cum uenissent. colum. 3. sub num. 6. versi. item nota, in fi. de restit. in integr. quòd lite pendente ille qui erat in possessione in ea tuẽdus est, nec quæritur ibi de bona fide, & quæ ponit Ruyn. in consil. 57. circa. sub nume. 3. lib. 4. & quæ diximus supra in septima ampliat. huius reg. princip. nume. 2. & regula illa vulgaris, quòd etiam fur & prędo sunt tuendi in sua possessione, ad quam in proposito priuationis, de qua nos agimus. uide Paris. consi. 41. optimum. num. 18. & seq. lib. 1. Nisi tamen es
4 set ꝯ ius † idest capta lite pendente, ut dicemus infra in se-
5 cunda declaratione huius regulæ, nume. 40. † Quando autẽ

Source : BIU Cujas

ius dicatur assistere, vel resistere possessioni, no. Fran. in c. bonæ. nu. 44. vers. vltimo. de appel.

Secundò amplia, vt procedat, etiam si possessio illa ali-
6 cui competeret † de iure speciali, puta ex priuilegio. Decius post Abb. dicto consil. 97. in casu. num. 1. & in consi. 103. in causa. in princ. lib. primo. Ioan. Crot. in consil. 101. uiso puncto. post princip. & Anton. Gabr. ubi supra nume. 3. & sequ. vbi hoc declarat.

7 Tertiò, etiam † si possessio esset destituta titulo, puta priuilegio, nam, & possessione, quam quis sola consuetudine absque priuilegio comprobauit lite pendente exui non debet secundum Abbatem post Innoc. in d. cap. 1. num. 8. qui hanc testatur esse communem opinionem. An autem requiratur consuetudo præscripta; vel ne, uide per Abba. ibi post Hostien. qui videtur tenere, quòd sic: licèt Innoc. tenuerit contrarium.

Quartò secundum aliquos videtur posse ampliari, ut pro
8 cedat † etiam si non facta huiusmodi priuatione immineat in altera partium peccatum: nam licèt ratione peccati effugiendi aliàs iura in multis regulas ordinarias relaxari per-
9 mittant, prout est illa † quòd fauore animæ, & peccati capitur præsumptio in deteriorem partem contra regulam. l. meritò. ff. pro soc. tunc enim etiam pœnalia extenduntur ad casus similes, vt per Ioan. Andr. & Moder. in c. ex tenore. extra qui fil. sint legit. refert Gomes. super reg. cancell. reg. 28. post princip. fol. 17. ad quod etiam vide, quæ allegat Dec. in l. factum. §. in pœnalibus. nume. 17. ad fin. de reg. iur. In ista tamen materia potius permittitur certo modo peccatum, quàm quòd regula nostra offendatur, ut tenet Abb. per illum tex. in cap. secundo, extra vt lite penden. vbi id dicit singulare, & ibi etiam Imol. ī primo notab. ad quod facit, quod sensit Rota in una Neapolitana prætensi matrimonij coram Puteo 16. & iterum 27. Maij. 1549. ubi uoluerunt Do-
10 mini † non esse sequestrandam mulrerem, quæ est cum alio viro, licèt alter prætendat esse eius uxorem; cum alius non sit spoliandus, donec non sit declaratum, ut patet in recollect. Put. decisio. 7. sequestranda in titu. de sponsal. quamuis contra hoc uideatur tex. in cap. accusatum, & sequen. de simon. ubi
11 † accusatione pendente prohibetur quis celebrare
12 missas ratione peccati. Nisi dicas † q̃ ibi non erat in possessio-
13 ne celebrandi † vel cum glo. ibi, q̃ loquitur in eo, qui est publice diffamatus, de quo uide infra limi. 5. huius regul. num. 33. dic, ut ibi.

Quintò: ut talis priuatio non sit facienda, nedum per Iudicem secundum ea quæ ponit post alios Bero. in consil. 45. in causa. nume. quarto. lib. 3. Aut partem regulariter lite pē-
14 dente, verum etiam, † nec per priuilegium particulariter à Principe impetratum, ne quis faciat, quæ antea facere solebat: quia tale priuilegium potius præsumitur falsum, seu obreptitium, quàm quòd inducat priuationem, ut tenet Abb. in dicto c. 1. num. 6,

Sextò amplia, ut procedat non solum lite pendente in pri-
15 ma, verum etiam in secunda instantia † & sic appellatione pendente, ut per Cardin. in Clement. secunda, in secunda oppositi. ut lite penden. & Roman. consil. 37. Viso puncto. in fine & post eos Decius in consil. 97. in casu, & consil. 103. in causa, in princip. lib. primo. In qua ampliatione pendente quis non est priuandus possessione, multa particulariter dicenda essent, sed hæc congruentius infra cap. duodecimo. de attentat. appellatione pendent. in 26. limitat. principali explicabimus,

Septimò ampliari potest, ut procedat, etiam si notorie
16 constaret † de non iure possessoris: quamuis enim talis
17 † etiam non citatus possit à Iudice spoliari, ut post Roma. in consil. 499. in præmissa. colum. secunda, & Decius in consil. 191. colum. 3. & alios per eum allegatos, tradit Zuccard. in l. fina. nume. 131. C. de edicto diui Adr. tol. Hoc tamen fallit lite pendente, quia tunc spoliari non potest, ut dicit Zuccard. ibi in id allegans Alexand. in consil. 99. nume. 45. lib. quinto.

18 Octauò uidetur posse ampliari † vt procedat, etiam si essemus in casu, in quo quis esset priuatus ipso iure, puta si prætendatur, quòd vasallus ipso iure à feudo ceciderit, nam lite super hoc pendente non debet eijci à possessione, & possessionis commodo priuari, ut post multos per eum allegatos tradit nouissime Bursat. in consil. 49. Illustrissimus. nume. 13. lib. 1.

Limitatur nunc prædicta regula, quòd quis pendente lite non sit possessione priuandus.

19 Primò, ut non procedat, quando possessor esset † suspectus de dilapidatione: quia tunc fructus sequestrantur, & sic in consequentiam commodo possessionis priuatur, ut no. glo. in dicto cap. primo, in verbo Crucem. in fin. ut lite pen-
20 den. † seu inuentariantur, aut ad manus tertij deponuntur, vt est decisio. Guid. Pap. 366. possidens. in fin. & post cum Anton. Gabriel. commu. conclus. lib. quinto. conclus. sexta, nume. 6. de acquir. possess. ad quod facit decisio. Afflicti 188. si conuenitur. nume. septimo, dum generaliter dicit, quòd vbi est timor dilapidationis, fructus sequestrantur, & quod dicebat aliàs Mil. in verb. contumaci quandoque. fol. 77.
21 † quòd propter suspicionem dilapidationis interdicitur administratio beneficij: pro quo est tex. in cap. fina. in fin. de accusat. & faciunt ea, quæ infra latius dicemus in duodecima limitat. princip. regulæ cap. duodecimo de attentat. appellat. penden. nume. vndecimo, versicu. secundus casus. Quæ tamen limitatio potest sublimitari, ut non habeat locum
22 ista sequestratio etiam stante huiusmodi suspicione † quan-
23 do possessor esset multum pauper. † quia ne quis fame moriatur, non fit sequestratio, secundum Ange. in l. si fideiussor. § fin. ff. qui satisdat. cog. & post eum Stephan. Aufrer. in addit. ad decisio. Tolos. 477. circa medium.

Secundò similiter dicta regula non procedit, ubi possessor esset † suspectus de fuga: quia hoc casu non solum pri-
24 uatur commodo possessionis, † sed etiam carceratur lite
25 pendente, ut per Franc. in dicto cap. cum teneamur. nume. duodecimo, ad quod uide Ange. post glo. in l. fina. C. de fer. in repetitione. l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib. decimo. circa med. versicu. item quæro, quid si lite pendente, qui dicit ita de facto seruari, quem refert, & sequitur Alexand. in consil. 105. magnifice prætor. num. vigesimoquinto. lib. 3. & diximus etiam supra in 9. limitat. princip. hoc eodem cap. quarto.

26 Tertiò fallit † in fisco; nam si lis sit inter fiscum, & priuatum, potest Fiscus rem contentiosam ad manus suas ponere, & sic priuare priuatum sua possessione † quando scilicet
27 ille priuatus non esset contra Fiscum legitimus contradictor, ita limitat, & declarat. Guid. Pap. decisio. 366. possidens, ad med.

28 Quartò fallit † in officiali, qui deliquit in officio, nam lite, & inquisitione contra eum pendente suspenditur ab officio, ut est decisio. Tolos. 370. & ibi Stephan. Aufrer. in addit. & melior decisio. Delphin. Franc. Marc. q. 654. Et non solum priuatur possessione, in qua erat, verum etiam futura
29 possessione, quam potuisset forsan sperare se quandoque recuperaturum, † quia semel legitime priuatus non potest amplius illud officium exercere, ut est decisio. Capic. 121. num. 17. & not. Decius, in cap. ut nostrum. num. quarto,
30 de appellat. ubi loquitur † de notario, milite, equite, & Do-
31 ctore priuatis, quod procedit † etiam, si ex Principis rescripto id sibi concederetur, ut not. Fran. Marc. decisio. delphin. 390. nume. secundo, & Capic. dicto nume. 17. Supra dicta tamen uidentur reddi dubia ex his, quæ ponit Afflict. decisio.
32 165. quidam hæres, dum uult † quòd notarius accusatus, quòd falsum testamentum fecerit, pendente accusatione potest illud testamentum ex sua imbreuiatura in publicam formam extrahere, ex quo sequitur, quòd is non priuatur quasi possessione sui officii pendente accusatione, etiam, quòd circa officium suum deliquerit, nisi dicas, quòd licèt quoad extractionem instrumenti iam rogati non priuetur quasi possessione officii, tamen priuari debet quoad instrumenta denuo facienda, secundum terminos huius quartæ limitationis.

33 Quintò fallit in simoniaco, † qui etiam pendente inquisitione super crimine simoniæ, suspenditur ab administratione spiritualium secundum glo. in summa. 3. q. 1. de cuius gl. & dicti veritate uide per Franc. Marc. in decisio. delphin. quę. 497. nume. 14. & decisio. 654. num. sexto, ad quod uide etiam Anton. Corset. in sing. suis, in uerb. appellatio. incip. regula est, limit. septima, vbi uult quòd in ca. accusatum. de simon. de quo supra in quarta ampliat. ideo quis possessione priuetur, quia concurrit atrocitas criminis, Item & diffamatio publica, vt latius per eum. Quod & post eum uoluit nouissime Menoch. de recuper. possess. remed. 17. num. 42. versic. quæro duodecimo.

34 Sextò fallit † in tutore, qui sit suspectus allegatus, is enim pendente lite, uidelicet post contestationem non administrat, ut est decisio. Afflict. 357. in causa. nu. 5. ubi dicit, quòd ita fuit obtentum Perusiæ, & ita fore iudicandum; ad quod facit, quæ ponit Franc. Marc. in dicta decisio. 654. in princip. vbi tractat eleganter materiam hanc officialium in officio delinquentium, de quo etiam aliquid diximus infra cap. 5. de attentat. inquisitione, seu accusatione pendente, limit. 9. num. 19. vbi etiam alios casus, in quibus ex causa quis uidetur priuari sua possessione per suspensionem iurisdictionis, ac administrationis annotauimus, de quibus ibi à nume. 15. usque ad num. 21.

Septimò

35 Septimò, quando † Papa expreſſe ad ſe cauſam auocaſſet: tunc enim lite pendente poſſeſſor non poſſet uti ſua poſſeſſione, ut poſt Franc. in c. ut noſtrum. colum. 4. uerſi. in eadem glo. in fin. de appell. & Rot. in deciſ. 4. aliàs 76. poſtquã aliàs. de teſti. in no. & poſt Innoc. & Dec. ibi per eum allegatos tradit eleganter Pariſ. in conſi. 39. incip. non poſſunt. ſub num. 6. & 12. lib. primo, & ſicut non poteſt hoc caſu uti ſua
36 poſſeſſione † ita nec alio iure pro manutenenda ſua poſſeſſione ſibi competenti: nam licèt poſſeſſor etiam lite pendẽte citra uitium attentatorum poſſit adire alium Iudicem, atque etiam conſilium Regium, & impetrare prouiſionem ad ſolam defenſionem ſuæ poſſeſſionis, ad no. in ca. cum teneamur. de appel. & per Pariſi. conſi. 172. li. 4. & eſt in recollectis Achil. de Graſſ. deciſ. 34. inc. attentare noluerunt, ſub rub. de attentatis. Hoc tamen fallit, quotieſcunque Papa ap poſuit manus, & cauſam auocauit: præſertim ſi dicti Iudices ultra manutẽtionem poſſeſſionis aliquid aliud fecerint, & terminos manutentionis exceſſerint. Nam ſtante auocatione, quicquid per eos fuerit factum, debet tanquam attentatum reuocari, ut fuit reſolutum in vna Ceſarauguſtana iuris eligendi coram Domino meo Oradino ſub die 7. Februarij 1561.

37 Octauò, quando in caſibus a iure permiſſis † Iudex ad tollenda ſcandala poſſeſſionem ad ſe auocaſſet, iuxta notata in l. ſi uſusfructus. §. ſed ſi inter duos. ff. de uſufruct. ubi Bart. & in l. æquiſſimum. ff. de vſufr. Specul. in tit. de cauſa poſſeſſ. & propriet. & Bal. in l. nullus. C. de ſumm. Trin. & fide cathol. Abb. in cap. ex literis. extra de reſcript. Guid. Pap. deciſ. 578. ſi agatur. Alexan conſi. 76. ponderatis. in fin. lib. 4. & conſi. 7. viſa. lib. 5. & per Curt. Sen. conſil. 61. ſuper articulo, cum alijs per eum congeſtis.

38 Nonò, quando vterque ageret interdicto retinendæ, tunc enim uidetur † quòd iudex ſequeſtret poſſeſſionem, & per conſequens litigantes priuantur illius commodo, ad no. per Bart. in l. ſi diſceptetur. in tertia lectura. ff. ubi pupil. educari deb. ad quod eſt deciſ. Capic. 96. nu. 11.

Decimò limitatur in caſu c. laudabilem. extra ut lite pẽd.
39 & c. tenor. de re iudi. & ca. tua. vbi Abb. nu. 3. de ſponſa duorum. † vbi ſi matrimonium de iure non ualebat, & tamen maritus erat in quaſi poſſeſſione copulæ carnalis, poteſt lite pendente prohiberi, ne inuicem reddant debitum poſt concluſionem in cauſa, & ſic priuantur commodo poſſeſſionis ſecundum dictum Ant. in dicto c. laudabilem, quem refert, & pro ſingulari celebrat Roman. ſing. 411. lite pendente, ubi dicit, ꝙ dum quæreret hunc caſum in locis extraneis, non inuenit, niſi apud dictum Ant. vbi ſupra. quez pro limitatione ad regulam, ꝙ appellat. pend. nihil eſt innouandũ, ponit Pet. Duen. reg. 42. limit. 1. ſed re uera cadit magis pro limitatione
40 ad hanc, quam ad illam regulam.

Vndecimò limita † in Abbate, qui licèt ante inquiſitionem ꝯ eum formatam (cui Monacus adhærebat) potuiſſet ad nutum Monachum illum amouere, poſt tamen inquiſitionem motam id ſibi amplius non licet, ut eſt deciſ. Rot. 1. aliàs 1. de reſt. ſpol. in antiq. & deciſ. Egid. 256. monachus, & ſic Abbas hoc caſu per pendentiam inquiſitionis priuatur quaſi poſſeſſione amouendi.

41 Duodecimò ſimiliter limitatur, ut non procedat Regula generaliter † in Epiſcopo, & alio quouis ſuperiore, qui cũ aliquo ſuo ſubdito litigaret: tunc enim non ſolum quò ad illam cauſam dicitur eſſe ſuperioris iuriſdictio ſuſpenſa (& conſequenter ſuperior priuatus ſua quaſi poſſeſſione iuriſdictionis) verum etiam ſolet ſignatura etiam uniuerſaliter eximere ſubditum durante lite a ſuperioris iuriſdictione:
42 quamuis ſi ſuperior de hoc conqueratur, exemptio, ut præfertur, ſimpliciter durante lite conceſſa, † ſoleat per ſignaturam ad certum tempus reſtringi, ut tradit eleganter Caſlad. deciſ. 6. licèt inferior. de priuileg. quod etiam poſt Stafil. dixit Ant. Gabriel. commu. concl. lib. 2. de iudic. concl. 4. num. 31. verſ. 2. limitatur. Quæ exemptio durat, etiam ſi lata ſententia (quæ tranſiuerit in rem iudicatam) exemptus aduerſus illa3 obtinuerit commiſſionem reſtitutionis in integrum: nam etiam pendente iudicio reſtitutionis dicitur exemptus, dum modo contra eum non eſſet iam facta executio, ut declarauerunt aliàs Domini in una Barchinonen. exemptionis coram Capizuccho 27. Octobris 1553. Quod multo magis procederet, ſi ꝯ ſuperiorẽ criminaliter procederetur, tunc enim, & iuriſdictio, & adminiſtratio interdicitur, ut diximus infra cap. 5. de attentat. inquiſitione, ſeu accuſatione pendente, in
43 6. limit. num. 15.

Decimotertiò fallit etiam † in debitore ciuitatis, & ex cauſa nectigalium, quia ſi is ſit poſtulatus debitor illius quantitatis, in qua Ciuitati tenetur pendente hoc iudicio (licèt regulariter quis non ſit commodo poſſeſſionis priuandus) tamen non poterit interim aliquem honorem in ciuitate adipiſci, ad l. 1. C. de debit. ciuit. lib. 11. & in l. reſcripto. §. debitores, & ibi glo. adducit concord. ff. de muner. & hon. & tradit Vital. de Clauſul. in clauſ. nil nouar. accuſat. pẽdente, ſub num. 4. verſi. item idem Angel.

Declaratur etiam prædicta Regula.

Primò, ut intelligatur, quòd quis commodo poſſeſſionis priuari non debet, † uidelicet ſine cauſæ cognitione, & 44 ita loquitur Abbas in dicto cap. primo, in ſummario, & alij Docto. ibi, & not. Pariſ. conſil. 47. uidetur nume. 9. lib. quarto. nam cum cauſæ cognitione poſſeſſorem poſſe priuari aperti iuris eſt.

Secundò, ut procedat in poſſeſſione a iure non improba
45 ta † ideſt non capta lite pendente; tunc enim poſſet illa priuari, ſcilicet remedio reuocationis attentatorum, ut no. Abbas in cap. 2. nume. 4. vt lite pend. per cap. tenor. de re iudi. & Nota, quia illa expoſitio, ideſt non capta lite pendente, non eſt ſine miniſterio: nam ſi alia ratione ſit contra ius, quàm quia ſit attentata, utique poſſeſſor non eſſet ea priuandus, iuxta ea, quæ dicta ſunt ſupra in prima ampliat. huius regulæ. num. 3. ex qua conſideratione colligitur limitatio ad regulam, quam ſupra poſuimus in prima limit. reg. princip. videlicet, quòd continuans non attentet, ut non procedat in continuante poſſeſſionem captam lite pendente, nam licèt in alijs poſſeſſionibus etiam contra ius procedat illud dictũ de continuatione; vt in dicta reg. in ſecunda ampliatione: in poſſeſſione tamen, quę laborat hoc uitio attentatorum, nõ uidetur poſſe procedere, abſurdum enim eſſet, quòd ſi quis lite pendente caperet poſſeſſionem, & in ea fuiſſet per aliquod tempus (forſan ob impotentiam aduerſarij) ratione illius temporis poſſet allegare continuationem ad excuſanda attentata: cum ipſe primum attentando in legis prohibitionem inciderit, cum fuſtra auxilium legis & c. ll. vulgar. &
46 pro hac declaratione eſt in recollect. Creſcent. deciſ. 216. intruſus, ſub rub. de re iudi. ubi fuit tentum † quòd non obſtãte, quòd intruſus lite pendente appellauerit ab intimatione executorialium ſibi facta, fit contra eum executio, & tenetur parere iudicato, & relaxare poſſeſſionem ea ratione, quia eius poſſeſſio erat uitioſa, & attentata, & non habetur
47 pro poſſeſſore. Facit etiam in ſimili: † quia licèt regulariter reus, & poſſeſſor etiam ſi de illius non iure clare conſtat, poſſit contra actorem dare obiectus. Rot. deciſio. 7. aliàs
48 419. nota an reus. de except. in antiq. † id tamen non procedit, quando reus poſſeſſionem adeptus fuiſſet lite pendente. Rot. deciſio. 5. aliàs 433. nunquid reo, ut lite pendente, in antiq. & deciſio. 1. nunquid reo. eodem titu. apud Biſignet.
49 Roma. conſil. 499. num. 7. † Hinc etiam fuit pluries per Dominos reſolutum, quòd attentanti non eſt concedendum mandatum de manutenendo, ut diximus infra in tertia parte. cap. 31. de pœnis attentat. in 6. pœna. ad fi. Et generaliter,
50 † quod improba, & uitioſa poſſeſsio non habeat aliquod iuris adminiculum, aut iuris effectum. l. improba. C. de acq. poſſeſs. Soci. conſi. 67. num. 10. lib. 3. Dec. conſil. 467. nume. 17. & in fi. Sarnen. de annal. poſſ. q. 13. & 64. & Roma. dicto conſi. 499. num. 7.

51 Tertiò, ivt præmiſsa Regula procedat in Iudice † qui lite pendente non debet aliquem ſine cauſæ cognitione poſſeſſionis commodo priuare, † an autem liceat hoc parti, notat
52 Abbas in c. 2. nu. 4. vt lite pend. & videtur tenere ꝙ ſic, per c. literas. de reſtit. ſpoliat. & c. requiſitioni. de ſentent. excom. dic, ut per eum.

Et per hæc ſit expedita materia iſta attentatorum lite pendente per regulam ſuprapoſitam ampliatam, duodecim, limitatam, triginta, & declaratam quatuor modis principalibus, cum ſuis ſublimitationibus, & alijs neceſsarijs declarationibus.

Et quoniam non ſolum cauſa ciuiliter, verum etiam criminaliter, puta per inquiſitionem, ſeu accuſationem pendente regulariter actus medio tempore facti dicuntur attentati, ideo pro faciliori materiæ declaratione etiam de attentatis inquiſitione, ſeu accuſatione pendente ſubnectemus.

Cap. V. de attentat. accuſatione ſeu inquiſitione pendente.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitione, ſeu accuſatione pendente, nihil debet innouari.*
2 *Accuſato regulariter non adimitur ſuorum bonorum adminiſtratio accuſatione pendente.*

Source : BIU Cujas

3 *Controuersia cum fisco pendente non debet possessione quis priuari, aut eius bona in fiscum incorporari.*
4 *Accusato de aliquo crimine lite pendente debentur alimenta.*
5 *Alienatio rei facta per accusatum non incidit in vitium litigiosi.*
6 *Inquisitus potest pendente inquisitione super priuatione beneficij constituere procuratorem ad resignandum, & illud resignare.*
7 *Et hoc datur pro cautela.*
8 *Facultate, quam habet Abbas amouendi monachum ad nutum, vti non potest pendente inquisitione contra eum, cui monacus adhæreat.*
9 *Immo si amoueatur, potest monachus tanquam spoliatus petere se restitui.*
10 *Resignatio per inquisitum facta non tenet, quando resignans sciuisset impetrationem beneficij à Papa medio tempore fuisse factam.*
11 *Resignatio facta inquisitione pendente ab eo, qui verisimiliter sciebat se esse priuandum, non valet.*
12 *Resignatio per inquisitum facta non valet, quando contra eum agebatur ad priuationem beneficij ob non promotionem ad sacros ordines.*
13 *Resignatio beneficij per inquisitum fieri non potest, postquam est concluſum in causa.*
14 *Resignatio ex causa permutationis accusatione pendente fieri non potest. Declarando vt ibidem post Rebuff.*
15 *Dominus iurisdictionem habens si inquiratur, potest sibi interdici administratio, & suspendi iurisdictio.*
Etiam contra eius filium, si ille interim sit mortuus, vt nu. 16.
17 *Officiali, dum syndicatur, interdicitur administratio.*
18 *Notarius accusatus de falso, pendente accusatione non potest officium tabellionatus exercere, secundum aliquos.*
19 *Tutor vti suspectus accusatus ante litem contestatam administrat, post litem verò contestatam remouetur ab administratione.*
20 *Prælatus inquisitus, et diffamatus super suspicione dilapidationis, vel remouetur ab administratione, vel ei datur coadiutor.*
21 *Descriptio bonorum, etiam accusatione pendente, fieri potest.*
22 *Immo ex causa solent etiam bona vendi, & pretium deponi.*
23 *Sequestratio bonorum mobilium inquisiti fieri potest, etiam accusatione pendente, ubi est timor barattationis.*
24 *Inquisitus non potest ferre testimonium inquisitione pendente.*
25 *Inquisitus potest constitui procurator, sed exercitium procurationis sibi interdicitur.*
26 *Dispensare cum inquisito potest superior etiam inquisitione pendente.*
27 *Inquisitus, & de crimine diffamatus nõ potest impetrare beneficium, nisi facta mentione inquisitionis.*
28 *Prouisio de beneficio facta in fauorem inquisiti non valet, nisi de inquisitione sit facta mentio.*
29 *Etiam si lapsi essent decem anni.*
30 *Eligi quis potest ad beneficium etiam iudicio criminali pendente, quando proceditur per uiam accusationis, vel denunciationis, quæ infamiam necessariò non præsupponunt.*
31 *Inquisitus non potest nouos honores temporales assumere, licèt veteres retineat.*
32 *Nisi accusator ab accusatione desistat, &*
33 *Nisi sit lapsus annus: Præterquam in Episcopatu, & quando iudex breuius tempus præfixisset.*
34 *Administratio inquisito adimitur, quãdo sumus in crimine, in quo quis ipso iure priuatur, vt hæresis, & læsæ maiestatis.*
35 *Hæretici beneficia impetrari etiam ante declaratoriam, & conferri possunt, secundum aliquos, & infra nu. seq.*
36 *Beneficia suspecti de hæresi etiam alteri collata, si ille abiurauerit, sibi restituuntur.*
37 *Alienatio irretractabilis (vt est manumissio serui) inquisito etiam pendente inquisitione est interdicta.*
38 *Inquisitus in Marchia, si ibi fuit contumax, potest hac inquisitione pendente etiam in loco originis valide contra eum inquiri.*

INquisitione quoque, vel accusatione pendente eadem fermè Regula firmanda est, † quòd nihil innouari potest, tum ex identitate, immo magis maioritate rationis, tum quia id etiam iure cautum est: ut in c. olim, & ibi no. glo. in uerbo post inceptum iudicium. extra de accusation. & in §. 1. Instit. de hæred. instit. ubi not. Docto. præsertim Sylu. Aldobran. in scholijs: & quamuis ea, quæ dicta sunt in materia attentatorum lite pendente pro maiori parte possint etiam sibi locum vendicare in materia inquisitionis, seu accusationis pendentis, infrascripta tamen magis specialiter præsentem rubricam respicere videntur, Sit igitur.

Regula, quòd pendente inquisitione, vel accusatione nihil est innouandum, ut dicebat aliàs Lud. Roma. in l. post cõtractum. ff. de donat. Et ex ea infertur, quòd regulariter pendente accusatione † non adimitur accusato suorum bonorum administratio, ad tex. in l. aufertur. §. in reatu. ff. de iure fisci. & dicebat Ang. in l. defensionis facultas. C. de iure fisc. lib. 10. † quòd pendente controuersia cum fisco super aliquibus bonis nemo debet sua possessione priuari, nec eius bona in fiscum incorporari, ut tradit Boer. decis. 277. num. 13. vbi similiter inquit, quòd accusato non adimitur bonorum administratio de quo aliquid etiam per Vital. in tract. clausul. in clausula nil nouari accusatione pendente. in princ. & nu. 27. & num. 30. & propterea videmus, quòd accusato de aliquo crimine † accusatione pendente debẽtur alimẽta. l. fi. C. de ordi. cognit. & est decis. Rot. 1. aliàs 143. nota quòd accusato. de accusat. in antiq. & dixit clarius Alex. apud Bar. in l. 1. in uerb. mixta. C. de litigios. post Bald. in l. non solum. in lectu. antiq. de in integ. restit. quòd si ego sum accusatus de tali crimine, ex quo bona veniunt publicanda, & pendente accusatione illa alieno, tales res alienatæ † non incidunt in vitium litigiosi, licèt fiscus postmodum debeat illa reuocare, iuxta notata in l. post ꝯactum. de donat. Ex eodem quoq; fonte prouenit id, quod aliàs dr, † ꝙ inquisitus potest etiam pendente inquisitione super priuatione beneficij ꝓstituere procuratorem ad resignandum, & illud resignare, ut est decis. Rot. Bisignet. in titu. de re iud. decis. 5. incip. accusatus coram Ordinario, & tradit Boer. decis. 205. tractatus. sub num. 7. post dictam decis. Bisignet. & Gemin. consi. 105. versi. quò ad primum, & Thom. de Ferar. in sing. suo 44. & Philipp. Probũ in addit. ad Io. Monach. in c. ad apostolicæ. nu. 10. incip. Clemens. de re iud. in 6. subdens † quòd istud datur pro cautela, & post Felyn. in ca. inquisitionis. de accusatio. ponit idem ibidem: quod etiam tradit Stef. Aufrer in addit. ad decis. Tolos. 436. ad med. Et quòd criminosus ꝑ crimen, quod sibi obiicitur ẽt iudicio pẽdente nõ priuetur iure suo, quin possit interim beneficium resignare, tenuerunt Domini in vna Parmen. parochialis coram D. de Rubeis 12. Iunij 1562 quod etiam post glo. in verb. finita in c. 2. vt lite pend. in 6. tradit Rebuff. in sua praxi benefic. super reg. de infirm. resignãt glo. 12. num. 19. fol. 399.

Limita prędictam regulam pluribus modis, &

Primò, vt non procedat in facultate, quam regulariter habet, † Abbas in Monachum suũ, ut possit eum ad nutum à beneficio amouere, si. n. ꝯ Abbatem fiat inquisitio, & Monachus illi adhæreat, pendente huiusmodi inquisitione nõ poterit Abbas amplius eũ amouere, ut est decis. Rot. 1. aliàs 21. incip. primò nota ꝙ de rest. spol. ĩ antiq. & Egid. decis. 256 monachus. Quinimmo † si hoc casu monachus spolietur potest petere se restitui tanquam spoliatus. Rot. decisio. 23. aliàs 359. no. quòd monachus. de restit. spoliat. in antiq. ut tradit nouissime Ant. de Matth. in repet. l. naturaliter. §. nihil commune. in 29. fallen. nume. 64. ff. de acquiren. possess. quem sequitur etiam Menocch. de recuper. possess. remed. 17. q. 19. num. 52.

Secundò limitatur (& hæc, & tres sequentes respiciunt particulariter illud de resignatione accusatione pendente facienda) ut non procedat, quando resignans † sciuisset impetrationẽ de beneficio à Papa fuisse medio tẽpore factam, propter clausulam decreti irritantis in impetratione apposi ti, ſm Ant. de Butr. in consi. 43. incip. in Christi. versi. aggredior ſm principalẽ, quẽ refert, & sequitur Boer. dicta decis. 205. nu. 8. & ratio potest esse † qa resignatio facta inquisitione pendente ab eo, qui verisimiliter sciebat, se priuandum esse, non valet, vt post Io. de Anan. in ca. 3. de colluſ. deteg. & Andr. Barb. in consi. 11. col. 13. lib. 1. tradit Boer. decis. incip. beneficia. num. 5.

Tertiò, nisi ꝯ eum, qui inquisitione pendente resignauit, † ageretur ad priuationẽ beneficij, ob non promotionẽ ad sacros ordines, ad c. licèt canon. & c. cõmissa. de elect. in 6. ut tradit Boer. ibid. n. 8. qui licèt post Fel. in c. in nra. in 37. correlar. uersi. fallit quintò. & in c. cæterũ. col. pen. versi. octaua restrictio, de rescr. alleget dictam decis. 5. Bisignet. in ti. de re iudi. in rei tñ veritate illa parũ facit: cũ loquatur indistincte de quolibet crimine: ipsa tñ limitatio potest teneri ea rõne: qa quis incurrit priuationẽ beneficij ipso iure, prout est ob nõ promotionem, dicto c. licèt canon. tunc etiam accusatione pendente interdicitur sibi administratio, & consequenter resignatio beneficij, ut dicemus latius infra in limit. 18. n. 34.

Quartò, vt talis actus resignationis accusatione pendente fieri non possit † postquam est concluſum in causa, arg. tex. in l. q pœnæ. ff. de manumiss. vt tradit in terminis post Bal. In no. Io. Monach. Prob. Io. And. Rom. Fely. & alios, de quibus ibi latius per eum. Boer. decision. 206. incip. & quia, in princ.

Quintò, quando resignatio accusatione pendente fieret † ex causa permutationis, ut tradit Domi. de sancto Gemi.

Source : BIU Cujas

in consi.105. versic.ad secundum dico quem refert, & sequitur Boer.dicta decis.205.sub num.6. versic.& nota permutationem,& tradit etiam Staphil: in tractatu de literis gratiæ, & iustitiæ,in prima parte.fol.64.versi. & per supradicta dici potest,quos refert,& etiam sequitur Rebuf.in praxi benefic. super reg.de infirm.resig.glo.12.nume.19.ubi & illud addit, talis resignatio valebit,nisi in illius impetratione fuerit adiecta clausula ista. Et cum decreto,ꝙ resignatio illius cedat in fauorem impetrantis, quæ (secundum eum) solet concedi post primam priuationis sententiam,antea verò non.

Sextò fallit,quando inquiritur,vel accusatur is,qui habet
15 † iurisdictionem,& subditos; quia ad hoc, ut super querelis absque metu,& timore possit procedi, potest suspendi iurisdictio,& interdici administratio, ut per multa per eum allegata concludit Thom.Gramat.in consi.10.per sindicos Vrsi marsi,in princ. & per totum, vbi illud ampliat,ut procedat
16 † etiam contra filium, & successorem in feudo illius, qui fuerat inquisitus.

17 Septimò fallit in † officiali, qui uenit sindicandus ex eo, quòd deliquit in officio:nam tunc sibi interdicitur administratio, ut post Lucam de Penna in l. iudices. C. de dignit. lib.12.tradit idem Gramat.in dicto consi.10.num.2. & 3.vbi illud etiam ampliat, vt procedat tam in officiali perpetuo, quàm temporali. Cui quantum ad hanc limitationem adde decisio. Tolos.370.& Stefan.Aufrer.in addit.qui optime declarat quomodo id procedat,de quo diximus etiaz supra cap.4.de attentat.lite pendente. in 4.declarat. princip. num. 28. & sequent.

18 Octauò non procedit † in notario accusato de falso. ut tradit idem Gramat.ibi sub nume.3. post Bart.in l.ea.ff.ad l. Iul.repetund.& in consi.suo incip.ser Ioannes?sed hæc limitatio uidetur reddi satis dubia ex his, quæ ponit Afflict. decisio. 165. quidam hæres, nisi respondeas, vt diximus supra de attentat. lite pendente, dicta quarta declarat. princip.nume.32.

19 Nonò fallit † in tutore, qui uti suspectus accusatur, quia pendente inquisitione, etiam ob suspicionem perdit administrationem, & consequenter contra eum innouatur ad l. eum,quem C. de suspect. tutoribus.quod & simpliciter post Roma.in consi.297.posuit etiam Gramat.in dicto consi. 10. num.3.De hoc tamen dic, quòd ante litem contestatam talis tutor administrat post litem verò contestatam remouetur ab administratione:ut fuit no.dictum Ange.in l.quod si forte.§. sunt quidam. ff. de solut.vbi dicit, ita se Perusiæ obtinuisse, vt refert, & sequitur Afflict. decisio. 357. in causa. num.5.& sequent.

Decima huic proxima dari potest limitatio, ut non pro-
20 cedat † in prælato inquisito, & consequenter diffamato: licèt enim prælatus ob solam suspicionem regulariter nõ perdat administrationem, tamen si aliquo modo constaret de suspicione dilapidationis, etiam per summariam informationem, vel ultra pendentiam accusationis extaret ꝺ prælatum aliqua uerisimilis coniectura suspicionis, tunc etiam contra eum inquisitione pendente innouatur,uel per remotionem ab administratione, vel per dilationem coadiutoris, vt hæc omnia de prælato late prosequitur (licèt non admodum distincte) Vital.in tract.clausin clausula,nil nou. accusatione pendente, nu.6.9.11.12.& 13. Quod dictum de prælato simpliciter absque dicta distinctione posuit etiam Gramat.in dicto cons.10.sub num.2.

21 Vndecimò fallit † in descriptione bonorum ad finem dũtaxat ,vt habeatur illorum notitia; quia talis descriptio, ex quo nemini affert præiudicium,fieri potest,etiam accusatione pendente,ad tex.in l.fin. vbi Barto. ff.de requirendis reis, & in l.prima.ff.de vẽtre in possessio. mittend.& l.fi.ff.de bon. auct.iud.possid.Vital.vbi supra,sub nume.secundo,& tradit Bald.in l.defensio.C.de iure fisci.lib.10.Barto.in l. post contractum.ff.de donation.& quamuis annotatio bonorum cõtra contumaces iuxta l.prima.ff.de requir. reis, hodie non sit in vsu,descriptio tamen,& annotatio, de qua in l. si quis intra prouinciam. C.de bon. proscript. hodie seruatur per totam Italiam, ut post alios tradit Iul. Clar.in sua practic. crimin.quæst.44. versic.sed hodie. Quinimmo ibidem in fin. subdit, quòd quando est periculum, ne bona propter mo-
22 ram fiant deteriora, vel pereant † solent etiam vendi,& precium deponi.

23 Duodecimò in actu † sequestrationis rerum mobilium ipsius inquisiti,qui (vbicunque extaret timor, ut dicunt, barattationis) etiam accusatione pendente fieri permittitur, ad tex.in l.Imperatores.ff.de appellat. tradit latius Archid.in c. quia.res 11.q.1.Vital.vbi supra sub nu.2.

24 Decimotertiò fallit in actu † testimonij ferendi; quia inquisitus pendente inquisitione ab eo repellitur,ad tex.& ibi no.per Docto.in l.testimonium. ff.de testibus.

25 Decimoquartò fallit in actu † procurationis: quamuis. n. accusatus posset non obstante pendentia accusationis procurator constitui,ad tex.in l.reum. C.de accusatio.Actus tamẽ, & exercitium ipsum procurationis sibi pendente accusatione interdicitur,ad tex.in l.reum. C.de procurator. ubi Bald. dixit,quòd tantum operatur pendentia accusationis, quantum sententia condemnatoria, ad effectum interdicendi huiusmodi effectum procurationis:quem refert,& sequitur Vital.ubi supra num.5.per tex.in l.reus delatus. ff.de muner.& honor.& in c.olim.de accusat.& no.glo.in c.2.8.q.4.

26 Decimoquintò fallit in actu † dispensationis: quia superior etiam pendente lite super crimine potest cum diffamato dispensare,& cõsequenter dispensando innouatur,vt sentit Inn.in ca.dudum,nu.13. de elect.quem refert,& sequitur Vital.vbi supra,nu.7.versi.& dicebat Inn.per tex.in c.at si clerici,de iudic.dummodò dispensatio non sit in præiudicium alterius,vt declarat Inno.ibi.

27 Decimosextò fallit in actu † impetrationis beneficij ecclesiastici facto per inquisitum, & de aliquo crimine diffamatum;quia non facta mentione inquisitionis,nec impetratio
28 valet,† nec illius uigore subsecuta prouisio, † etiam si essent
29 lapsi decẽ anni,ut ꝙsuluit eleganter Gasp. Cald.in consil.20. incip.pendente inquisitione,in titu.de præbendis,quamuis autem inquisitus,& diffamatus beneficium impetrare non possit, si tamen contra eum procederetur per uiam accusationis,vel denunciationis(quæ infamiam necessariò nõ præsupponunt)ad beneficium † eligi,etiam inquisitus posset,vt notant Doct.in c.omnipotens,præsertim Abb.sub nu.4 extra de accusat.& hoc magis consonat rationi secundum Vital.vbi supra sub num.6.

31 Decimoseptimò fallit interpretatione † noui honoris temporalis(veteres enim retinet,ad l.aufertur. §.si quis.ff.de iure fisci) per accusatum pendente accusatione facta: quia non valet, regulariter enim postulatus de crimine nouos honores non assumit(& consequenter contra eum innouatur) secundum Angel.in l.1. C.de reis postulat. lib.10. notat glo.in c.ij.8.quæst.4.Quam limitationem sublimita.

32 Primò nisi post accusationem † accusator desistat:hoc.n. casu non prohibetur ad nouos honores assumi ad tex.in l.rescripto.§.si quis.ff.de muner.& honor.

33 † Secundò, nisi sit lapsus annus: quia post annum assumi potest,ad tex.in l.reus. ff. de muner. & honor. Quæ duæ sublimitationes etiam ad præcedentem 16. limitationem deseruire possunt,duabus tamen declarationibus adhibitis. Primò ad illud de lapsu anni,ut nõ procedat in adeptione Episcopatus: ꝙ in eo sufficit lapsus trium mensium. §.si ꝙs aũt electum.in auth.de sanctissimis Episcopis,gl.in c.tantis,dist. 81.glo.in c.qm̃ frequenter.§.si uerò aliter.in uer.canonibus, vt lite non contest. Secundò vt non procedat,quando iudex breuius spacium præfixisset glo. in d.cap. tantis. & in dicto verbo canonibus.

34 Decimooctauò fallit,quando essemus † in crimine hæresis,vel læsæ maiestatis,aut simili, in quo quis ipso iure priuatur: In his enim inquisito interdicitur administratio, ita, ut alienatio rerum per eum facta non ualeat,ad no.in l.Imperatores.ff.de iure fisci,& hoc casu non solum innouatur; ꝙ inquisitus non potest administrare, sed etiam ꝺ eum potest
35 innouari,† ꝙ eius beneficia(loquendo de hæretico)possunt impetrari ante declarationem,& ꝓferri,vt videtur decisin recol. Paleot.364.incip.hæc causa.vbi in id allegat gl. in c.commissa,in uer.institutio, de elect.in 6.Philip. Prob.in c.alma, num.8.de sententia excom.in 6.Franc.in c. cum secundum, num.7.de hæret.in 6.Card.in clem.1.ut lite pend.q.8.Fely.in c.cũ non ab homine,nu.6.de iud.Diaz.in prax.cri in ver.hęreticus,Pet.Rebuf.in prax.bñficiali,in 3.par.principali,nu.4. fol.355.subdens,ꝙ ita ꝓcluserunt dñi,in vna Mutinẽ.capellę sub die 16.Iunij,coraz eo. Cui decisioni licèt aduersari uideatur,qđ hĩ in alia corã Fabio,de qua in recol.Achil.de Gras.
36 decis.161.hæreticus.sub rub. de hæret. In qua fuit tentũ, † ꝙ si capitulum alicuius ecclesię beneficia alicuius carcerati ob suspicionẽ hæresis tertio ꝓtulerit,& carceratus mediante abiuratione fuerit relaxatus, talis collatio non valet, & ꝙ sunt sibi sua beneficia restituẽda, ꝓcordari tñ posse uidentur, vt hæc ultima ,pcedat nõ in hæretico,sed in suspecto tñ de hæresi abiurante,limitatio aũt procedat in vere hæretico,inter q̃ est magna differẽtia, p̃sertim p̃supposita abiuratione, quæ tanq̃ purgatio canonica sibi ꝓceditur,c.1.& to.ti.de pur.can. vt ẽt vĩ considerasse Achil.ibi in fi.illud aũt,ꝙ etiam ante declaratoriam beneficia conferri possint, non vĩ omnino tutum,cum ẽt hæreticorũ bona, quãuis sint ipso iure ꝓfiscata, tñ ĩ eis requiritur declaratoria,ut tradit nouissime Minsing. sing.obseruat.centuria 2.decisio.43.incip.licet hæreticus.Et

Source : BIU Cujas

latius etiam nouissimè prosequitur Bursat.in consi. 14.præsupponitur.nu.18.lib.1.& signanter sub nu.19.vbi de hac beneficiorum priuatione loquitur.

37 Decimononò limita, quando essemus † in alienatione irretractabili,quamuis enim non essemus in crimine, in quo dominium,& administratio perditur ipso iure, vt est regulariter de iure communi,ad tex.in l.aufertur.§. si quis in reatu.ff.de iure fisci. Nihilominus si alienatio est irretractabilis (vt est manumissio serui)ea ipsi inquisito prohibetur,& consequenter contra eum innouatur,ad tex.in l.qui pœnæ.ff.de manumiss.& notat etiam Vital.vbi supra,sub nu. 3.

38 Vigesimò limita † vt non procedat in contumace,& ideo si Aretinus sit inquisitus in Marchia,& ibi fuerit contumax. si contra illum denuo Aretij inquirat, non potest contra hanc secundam inquisitionem, & processum allegare pendentiã primæ inquisitionis,in qua fuit ꝓtumax,vt post Bar. in l.sepulchri.ff.de sepul.viol.tradit Ang.& ibi Aug.in addit. in tract.malefic.in ver.hæc est quædam inquisitio nu.86.ver sic.quæro Aretinus.& diximus supra c.4. de attent. lite pen. in 18.limit.princ.nu.3.post Thom. Gram.decis. 26. Michahel hæbreus num.10.

Cap. VI. de attentat.post recusationem iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Processus per iudicem recusatum factus post recusationem, an sit ipso iure nullus.*
Diuersæ referuntur opi.num.2.Prima,quòd valeat,nisi appelletur, secundum opi.Inno.quam sequitur Rota,& dicitur communis. Secunda,quòd sit ipso iure nullus,& ista est magis communis, & secundum hanc ponitur Regula nu.4.
3 *Stilus Rotæ extra curiam non videtur attendendus secundum aliquos.*
5 *Recusatio non dicitur legitima,si opponitur per assertũ procuratorem, non docto de mandato.*
Etiam si post oppositionem de mandato doceatur.nu.6.
7 *Rota licèt soleat admittere, quòd sufficiat docere postea de mandato,id tamen intelligendum videtur, nisi de defectu mandati fuerit oppositum.*
8 *Recusatio æquiparatur appellationi in hoc, quòd nihil noui fiat.*
9 *Excommunicatio lata recusatione pendente,ita est nulla, ac si appellatione pendente fuisset lata.*
10 *Suspicione iudicis pendente cessat omne exercitium iurisdictionis.*
11 *Duelli Iudex,& dominus si tanquam suspectus recusetur, & deinde sententiam ferat,sententia est nulla.*
12 *Iudex non solum ordinarius, aut delegatus ad totam causam, uerum etiam mixtus executor,si recusetur, nulliter procedit.*
13 *Compulsoris tanquam suspecti recusati processus dicitur nullus.*
14 *Intrusio non dicitur probari ex processu compulsoris recusati.*
15 *Etiam si partes per comparitiones coram eo absq; protestatione factas viderentur in eius iurisdictionem consensisse.*
116 *Dummodo recusatio licèt fuerit ex causa antiqua, de nouo tamen ad eius notitiam deuenerit.*
7 *Recusati Iudicis processus est nullus, etiam si appellans non fuerit appellationem prosecutus.*
18 *Processus Iudicis recusati est nullus, etiam si causa in recusatione expressa non sit probata,dummodo sit talis,quæ si fuisset probata, reputaretur legitima.*
19 *Iudex recusatus procedendo post recusationem, & appellationem dicitur grauare,*
Et processus ipsius est nullus,num.20.
21 *Recusatio operatur,vt nec iudex recusatus, nec etiam sui coniudices procedere possint.*
Nisi illis esset data iurisdictio insolidum.num.22.
23 *Iudex recusatus nulliter procedit,etiam si aliàs esset persona ualde religiosa,& timoratæ uitæ.*
24 *Iudex recusatus reijciens recusationem tanquam ex causa notorie falsa etiam post recusationem valide procedit, & hic tripliciter declaratur,id quod aliàs dicitur,in notorijs recusationem posse reijci,remissiue vt nu.25.26. & 27.*
28 *Recusationi iudicis expresse, vel tacite(puta coram eo comparendo) si quis renunciet,iudex valide procedit.*
Nisi comparendo protestetur se in eum non consentire secundum alli quos,vt num.29.
30 *Protestatio reseruat ius docendi de suspicione suis loco, & tempore.*
31 *Clausula,recusatione remota,operatur, vt iudex etiam recusatus valide procedat.*
32 *Causa commissa cum clausula,appellatione remota,non censetur commissa cum clausula, recusatione remota.*
33 *Commissio causæ, cum clausula, suspicione remota, intelligitur de friuola.*
34 *Papa,aut Princeps recusari non potest.*
35 *Iudex qui recusari non potest, etiam post recusationem valide procedit.*
36 *Cardinales an recusari valeant, &*
Sinodus, &
Vniuersitas, ac
Parlamentum totum,remissiue.
37 *Recusato capite alicuius regni,tanquam suspecto,omnes alij Iudices ciuitatum eiusdem regni censentur recusati. Et superiore suspecto, etiam illius officiales sunt suspecti,ut nu.38.*
39 *Ordinarius an recusari possit,remissiue.*
40 *Iudex non potest recusari ex eo solum,quia Pater eius sit in illa causa aduocatus.*
41 *Collegium totum an censeatur recusatum,si tres de collegio(quibus collegium causam commiserat) sunt recusati.*
42 *Delegatio causæ an fieri possit per Iudicem ordinarium recusatum.*
43 *Suspectus in cognoscendo non dicitur suspectus in delegando.*
44 *Sententia,ac processus arbitri recusati valet etiam de iure canonico.*
Competit tamen contra eam doli exceptio,ut nu.45.
46 *Recusatio facta per assertum procuratorem, puta per iuramentum per horrescentiæ,non inualidat processum, quousque dominus illam non ratificauerit.*
47 *Ratificationis intimatio requiritur.*
48 *Rota tenet processum Iudicis recusati valere, quousque non appelletur.*
49 *Recusatio etiam legitima non est admittenda, quando causa est instructa,& pars est monita ad sententiam,Declarando duobus modis,vt num. 51.& 52.*
Nisi causæ suspicionis fuissent de nouo ortæ,vt nu.50
53 *Sententia per Iudicem recusatum lata licet sit nulla,si tamen fuerit iusta,poterit confirmari.*
54 *Appellare potest iudex recusatus à sententia recusationis, si potest prætendere aliquod considerabile interesse.*
55 *Causa specialis licèt in recusatione non sit exprimenda, si tamen fuit aliqua specialis expressa,illa est attendenda.*
56 *Causa recusationis generaliter expressa potest probari per iuramentum.*
57 *Recusationis ratione recurrendum est ad superiorem iudicem.*
58 *Superior iudex in materia recusationis ille dicitur qui est superior in eodem genere iurisdictionis.*
59 *Tertius etiam comparens pro suo interesse iudicem recusare potest.*
60 *Iudex quandoque recusari potest,etiam si fuisset in eum consensum.*
61 *Procurator si in curia consentiat in aliquem pro Iudice remissoriæ,potest nihilominus principalis in partibus illum recusare.*



Via non solum lite, sed etiam inquisitione pendente quandoque solent Iudices tanq̃ suspecti recusari, ut in ca.cum speciali,ubi Franc.q.13.de appell.c.quia suspecti,3.q.5. & recusatione proposita, ultra litis, seu accusationis pẽdentiam ob quam actus post eam facti regulariter dicuntur attẽtati, ut supra dictum est, particulariter etiam, vbi talis pendentia non efficeret aliquẽ actum incidere in attentatum,ipsa tamen recusatio illud efficeret:propterea inter alia: quæ ante sententiam considerata faciunt actus incidere in uitium attentatorum,meritò subiecimus hic Rubricam de attentatis Recusatione pendente. Quæ,vt colligitur ex his quæ in hac materia sparsim per Doctores ponuntur, non indifferenter, & indistincte ad omnes actus,qui per Iudicem, aut partes fieri possunt, referuntur, sed determinare actus,qui à Iudice post recusationem fiunt (prout est processus & sententia) respiciunt. Idcirco,omissis multis, quæ pro exornatione huius materiæ Iudicis suspecti dici possent, propius ad ea,quæ præsentem tractatum cõcernunt,descendendo pro introductione regulæ infra ponẽ

1 dæ.† Quæritur,an gesta per Iudicem post recusationem, & illa pendente sint valida, vel potius ipso iure nulla? Ista quæstio late examinari posset cum uarij uarie tenuerint,& quinque opi.circa eam refert Franc.in dicto c.cum speciali. col.4. nu.47.vers. vltimò quæritur de appel. quarum aliquas licèt non admodũ ordinate ponit Vital.in tract.claus.in clausula. nil nouar. recusat. Iud.pend.per totum fol.110. & latius nouissime Osasc. in decis. Pedem.84.stãte in prin.& usq; ad nu. 6.Verum breuitati,& veritati inhærendo,& prosequendo ordinem præmissum per viam regulæ, & limitationum subijciemus regulam secundum veriorem, & magis communem

2 opinionem.† Nam licèt Fran.in dicto c.cũ speciali.sub d.n. 47.col.pen.attestatus fuerit communem opinionem esse cũ Innoc. ibi, qui tenuit processum non esse ipso iure nullum post recusationem, nisi appelletur,& hanc Inn. & Fran.opi. magis cõmunem (licèt sub dubio forte(dixerit Io.de Neuiz. in consil.36.cor mundum. sub nu.8.in fin.illamque semper

Rotam

Source : BIU Cujas

Rotam ſecutam fuiſſe dixerit (licèt incidenter) Paleott. ut in recollect. ſuis deciſio. 157. propoſui in vna Fauentina, ſub die 7. Aprilis 1559. de qua extat etiam in recollect. Caputaquen. in prima parte: deciſ. 32. incip. proceſſus, quę idem ſentit: cum qua concordat alia eiuſdem Caputaquen. 145. fuit tentum, in prima parte, & expreſſius in recollect. Achil. deciſ. 318. proceſſus. ſub rubr. de recuſat. iudi. ubi amplius ſubdit, ꝙ proceſſus per iudicem recuſatum parte non appellante in Rota paſſim habetur pro ualido, & tenetur, ꝙ de iure canonico valeat ſecundum opi. Inno. Cuius opin. in hoc, ꝙ proceſſus, & ſententia lata per Iudicem recuſatum poſtquã ab eo fuit appellatum ſint nulla, ſepius etiam ſecuti ſunt Domini, & ſm eam fuit nouiſſime deciſum per eos in una Tehatina bonorum coram R. P. & D. ac Frate meo Cantutio 24. Ianuarij 1575. in qua vltra ſupradicta allegabatur etiam alia deciſ. A. Aug. primo, deciſ. 1. ſub Rubrica de recuſat. iud. & ita etiam fuiſſe aliàs tentum in alia Burgen. iuris uotandi 2. Nouembris 1522. Quinimmo voluerunt aliqui, prout Io. Baptiſta Ferret. in conſi. 66. dico. num. 3. lib. 1. ꝙ proceſſus factus poſt recuſationem, immo & poſt appellationem à non admiſſione recuſationis non ſit nullus, nec attentatus, niſi aut Iudex ad quem inhibuerit, vel coram eo fuerit probata veritas cauſæ recuſationis, & interim reuocatio attentatorũ pendeat à futuro euentu: ſicut dicitur de attentatis poſt interlocutoriam. De alia tamen ꝫria, etiam magis communi opinione teſtati ſunt recentiores, vt infra patebit, quòd immo ſit ipſo iure nullus, adeo ꝙ nos regulam propoſituri opinionem tãquam magis communem à recentioribus atteſtatam ſequemur, præſertim, quia Paleottus ibidem in fine uidetur tenere, ꝙ proceſſus ſit nullus, & re vera dum dixit Rotam ſecutam fuiſſe opi. Inno. in multis cauſis, de quibus ibi, intelligit potius quoad effectum, quòd ſufficiat in recuſatione exprimere talem cauſam, quæ ſi uera eſſet, foret admittenda, ad effectum, & finem, vt ſciamus, an proceſſus ſit ipſo iure nullus, necne: aliæ uerò omnes ſupra allegatæ tanquam locales, & ad ſacrum Rotæ auditorium reſtrictæ non videntur vniuerſaliter, & extra Rotam extendendæ cũ
3 † ſtylus Rotæ regulariter extra curiam non ſit attendendus: ſecundum Alciat. in conſi. 25. non videtur. num. 5. lib. 5. Præſertim quia pro limitat. regulæ infra ponendæ accommodari poterunt. Sit igitur.

4 Regula † quòd geſta, proceſſus, & ſententia per Iudicem recuſatum poſt recuſationem lata ſint ipſo iure nulla, nõ ſolum de iure ciuili (de quo non uidetur dubitandum, cum de illo iure recuſatio operetur abſque aliqua allegatione, aut probatione, vt per glo. in l. apertiſſimi. in uerb. executores. C. de Iudic. & tradit Franc. poſt Bald. in dicto c. cum ſpeciali. q. 21. & iterum colum. antepen. verſi. quarta opi. quam legiſtarum opi. in Camera Imperiali per Aſſeſſores fuiſſe confirmatam nouiſſime atteſtatur Minſing. ſing. obſeruat. centuria. 2. deciſ. 52. incip. ꝙ commiſſarij, & magis communem eſſe poſt alios affirmauit nouiſſime Burſat. in conſi. 21. Illuſtriſſimi. num. 20. lib. 1. & poſt Bar. in l. quia poterat, ſequitur Aemilian. in conſi. 29. diuino num. 10.) Verum etiam de iure canonico, & ſic indiſtincte, prout indiſtincte loquuntur Doctores: quamuis enim Oſaſc. in dicta deciſ. 84. ſub nu. 5. verſi. quapropter aſſeruerit diſtinctionem prædictam magis communiter teneri, eius tamen atteſtatio videtur ualde periculoſa, cum magis communem opin. eſſe in contrarium ſatis appareat ex numero Docto. iuxta proxime allegandorum etiam de magis communi opin. abſque aliqua diſtinctione, & ꝫ Inno. atteſtantium. Hanc opi. abſque diſtinctione tenet glo. in c. Iudex. in verb. opponat. in fi. de offi. deleg. in 6. & in cap. quotiens. 2. q. 6. & c. quia ſuſpecti. 3. quæſt. 5. & poſt eam Hoſtien. in dicto cap. cum ſpeciali, & in ſumma de appel. §. quis ſit effectus. Lap. alleg. ſua prima. Petr. de Anchar. in dicto cap. Iudex. per illum tex. & ibi etiam Gemin. & inter Doctores Iuris ciuilis principaliter Bart. in l. quia poterat. num. 3. ff. ad Trebel. quem ſecuti ſunt Roma. in conſi. 220. colum. 2. & Paul. de Caſtro conſi. 121. in 2. volum. Alex. conſi. 89. diligenter. num. 2 lib. 1. Decius conſi. 175. in cauſa. ſub num. 3. vbi dicit hanc eſſe veriorem opinionem cum Bar. in dicta l. quia poterat, & poſt eum, & aliquos ex præallegatis Io. Cephal. in conſi. 241. in cauſa. ſub num. 19. lib. 2. Pariſ. in conſi. 98. aſſerta. num. 7. lib. 3. & finaliter hanc eſſe communẽ opinionem teſtatur Ruyn. conſi. 6. de validitate. num. 5. lib. 4. & Caſſan. conſi. 30. viſo. num. 21. & etiam Marant. in Specul. in 17. diſtinct. Iudic. num. 4. eandem tenet, & multis authoritatibus comprobat Anton. Gabriel. commu. conclu. lib. 2. de Iudi. conclu. 5. ubi poſt Alex. ubi ſupra, & Iaſ. in conſi. 21. colum. fi. verſi. breuiter dico, lib. 1. & Bertr. in conſil. 130. col. 2. in fi. verſi. fuit præterea, lib. 2. atteſtantes hanc eſſe commu. atque ẽt magis cõmu. opin. ſubdit, ꝙ etiam ipſe hanc tanꝫ magis commu. opin. ſequendam eſſe exiſtimat. Quibus adde Alc. conſi. 111. incip. Lantgrauij. nu. 33. lib. 5. qui pariter teſtatur hanc eſſe magis commu. opi. Legiſtarum, & Pet. Rebuff. idem tenentem in tract. de recuſatio. art. 6. gl. unica, nu. 2. Et nouiſſimè poſt Alex. in d. conſi. 89. & Bertr. conſil. 115. licèt multum, num. 2. lib. 2. & in conſi. 122. ex proceſſo. nu. 4 eo. lib. 2. eſt deciſ. in recol. Put. 40. licet. in tit. de Iudic. facit, qđ habetur in recollect. Thom. de Than. deciſio. 101. proceſſus: vbi poſt Alex. in l. non ſolum. §. morte, de no. oper. nunc. atteſtantem hanc eſſe communem, eandem opi. ſecutam fuiſſe Rotam aſſerit. Eandem opin. poſt multos etiam de magis communi. opin. atteſtantes atque etiam nonnullas modernæ Rotæ deciſiones, ſecutus eſt nouiſſimè etiam Burſat. in dicto conſi. 21. Illuſtriſſimi, num. 2. lib. 1. Et dixerunt domini in vna Placentina decimarum coram Chiſſanen. 16. Decembris 1558. ꝙ quando recuſatio eſt legitima, facta poſt recuſa
5 tionem nullius ſunt momenti. Legitima † autem non dicetur, ſi fuiſſet propoſita per procuratorem aſſertum nõ Docto. de mandato, & per partem de hoc fuerit oppoſitum, Re
6 buff. de recuſat. art. 1. glo. 1. num. 2. nam etiam † ſi poſt oppoſitionem de mandato doceretur, proceſſus dicitur nullus, vt fuit dictum in eadem coram eodem. 27. Ianuarij. 1559. ea ra
7 tione: † quia licèt Domini admittant, ꝙ ſufficiat poſtea docere de mandato. Rot. dec. 19. aliàs 248. de procur. in ant. hoc tamen non procedit, quando tunc fuit oppoſitum de defectu mandati. Alex. conſil. 146. lib. 5. Mohed. deciſ. 240. Ratio huius regulæ eſt, quia licèt multi ſint caſus, in quibus appellatio & recuſatio non æquiparantur, de quibus per Fran. in
8 c. ſuper eo. el 2. nu. 17. & ſeq. de appell. † tamen, quòd ad hoc, ꝙ nihil noui fiat, æquiparantur, ita, vt ſicut appellatione pendente nihil debet innouari, vt infra dicemus. cap. 12 de attẽt. appellatione pendente: ita ad propoſitum noſtrum, nec recuſatione pendente aliquid eſt innouandum. Hanc æquiparationem facit glo. in c. quotiens, el 1. 2. quæſt. 6. & ſequitur Franc. in rubr. de appell. in princ. & ſequuntur omnes ſupra allegati, & eſt commun. opin. de qua poſt alios teſtatur nouiſſime Baptiſta Villalob. in collect. cõmun. opin. litera R. num. 10. & ex recentioribus etiam Burſat. in dicto conſi. 21. num. 21. verſi. recuſatio enim. lib. 1. vbi quamplures in id con
9 gerit. Et ideo dicebat Lap. dicta allegat. 1. † ꝙ excommunicatio lata recuſatione pẽdente ita eſt nulla, ſicutſi lata eſſet appellatione pendente. c. per tuas. de ſentent. excom. Idem in hoc de excommunicatione, tenet Ioan. Andr. in c. legitima. num. 3. de appell. in 6. vt refert Franc. in dicta Rubr. in princ. Ad quod facit, quod dicit Mil. in uer. Iuriſdictio. ſicut,
10 † quod pendente ſuſpicione ceſſat omne exercitium iuriſdictionis.

Amplia. hanc regulam notabiliter.

Primò: vt non ſolum procedat in foro contentioſo, & in
11 palatijs, † verum etiam in materia duelli, nam ſi dominus, & iudex duelli recuſatus tanquam ſuſpectus poſt recuſationẽ ſententiam proferat, erit ſententia nulla, vt per Pariſ. conſil. 31. omiſſa. num. 88. lib. 1.

Secundò amplia, vt non ſolum procedat in iudicibus ordinarijs, ſeu delegatis ad totam cauſam, † verum etiam in
12 mixtis executoribus, etiam in articulo cauſæ deputatis: prout
13 poteſt poni exemplum † in iudice compulſore, qui ſi vti ſuſpectus recuſetur, & poſt recuſationem procedat, proceſſus dicitur nullus, vt fuit tentum in vna Baren. penſionis coram Caputaquen. 26. Octobris. 1562. vt eſt in recollect. eiuſdem parte prima, deciſ. 85. incip. deciſio. & propterea in alia Cremonen. Præpoſiturę coram Domino meo Oradino. 18. Feb.
14 1555. fuit dictum † non conſtare ibi de intruſione ex proceſ
15 ſu compulſoris recuſati. Quod poteſt † ampliari ẽt ſi per cõ
paritiones coram eo nulla præcedente proteſtatione factas
16 pars in eius iuriſdictionem conſenſerit: † nam ſi deinde ex cauſa, licèt antiqua, de nouo tamen ad eius notitiam ſuperueniente, compulſorem recuſauerit, & ille poſt recuſationem procedat, proceſſus dicitur nullus, vt fuit (ſecundum hos terminos) tentum in vna Burgen. iuriſdictionis coram Decano. vigeſimoprimo. Nouembris 1552. ut eſt deciſi. in recolle. Caputaquen. parte prima deciſ. 202. incip. licèt quis.

Tertiò amplia, ut proceſſus factus per iudicem recuſatũ
17 poſt appellationem. ſit adeo nullus, † vt licèt recuſans non fuerit proſecutus appellationem, nihilominus reputetur in ualidus, vt eſt in recollect. Achil. de Graſſ. deciſ. 320. proceſſus. ſub rub. de recuſat. iud. & Veral. 1. deciſ. 149. Sequitur Burſat. dicto conſi. 21. num. 36. & ſecuti ſunt etiam Domini in dicta Tehatina bonorum coram D. & frate meo Cantutio. 24. Ianuarij 1575.

Source : BIU Cujas

18 Quartò: vt procedat † etiam si causa in recusatione expressa non fuisset probata, sed esset talis, quæ si probaretur, esset legitima, vt fuit opin. Innocent. & Franc. in dicto cap. cum speciali. & est in recollect. Verall. 1. decis. 35. & Paleot. decis. 158. Præsertim si vltra allegationem suspitionis sit etiã
19 interposita appellatio: † cum iudex recusatus procedendo
20 post appellationem dicatur grauare, vt post alios tradit Burs satt. in dicto consi. 21. num. 3. & † illius processus est nullus, vt fuit tentum in una Regien. emissionis professionis coraꝫ Capizucco 27. Nouemb. 1555.

Quinto amplia, vt post recusationem non solum iudex
21 ipse, qui fuit recusatus, impediatur in causa procedere, † verum etiam, & sui coniudices, vt per tex. in c. si contra vnum. §. vbi uerò. de offic. deleg. in 6. tradit eleganter Stefan. Bertr. in consi. 122. ex processu. sub num. 4. lib. 2. Hanc tamen am-
22 pliat. limita, † nisi dictis coniudicibus esset data iurisdictio insolidum, ita vt unus solus posset procedere: quoniam si hoc casu alter eorum recusetur, & recusatus vna cum altero non recusato procedat, processus valet, vt post Docto. in ca. cum super de re iudic. & ibi Fely. col. 2. & Dec. col. 3. tenuerunt Domini in vna Meliten. præeminentiarum coram Rosanen. vt est decis. in recolle. Acchil. 319. & 320. incip. quando sunt duo sub rub. de recusat. Iudic.

Sextò amplia, vt quæ dicta sunt, quòd processus post recusationem sit nullus, procedant, etiam si is, qui recusatur, es-
23 set aliàs persona valde religiosa, & timoratę vitæ, vt post Natam in consil. 174. nu. 9. lib. 1. tradit nouissimè Bursat. in dicto consi. 21. sub nu. 22. lib. 1.

Limitatur similiter prædicta regula non nullis modis, in quibus iudex recusatus procedendo non attentat, &

24 Primò, quando iudex recusationem † reijcit tanquam ex causa notoriè falsa, & frustratoria. Mil. in verbo iurisdictio sicut. fol. 194. & tenet Franc. post Inno. & Panor. in cap. cum speciali. q. 3. num. 23. & Lap. in d. sua prima alleg. sub num. 2. Quod & post multos per eum allegatos tenet nouissimè etiam Bursat. in dicto consi. 21. num. 25 lib. 1. vbi etiam nu. 23. eleganter declarat, quomodo intelligatur id, quod aliàs
25 dicitur, † in notorijs posse recusationem reijci, vt scilicet
26 procedat, quando notorium est facti permanentis, secus si
27 transeuntis. Item † vt procedat in criminalibus, secus in ciuilibus. † Item ubi à iure est certa pœna determina-- ta, secus si sit incerta, dubia, vel arbitraria, vt latius ibi per eum.

28 Secundò quando recusans † expresse (de quo non videtur dubium) aut tacitè recusationi propositæ renunciasset, puta coram iudice recusato comparendo, & litigando: argum. cap. gratum, de offic. deleg. Panorm. in dicto c. cum speciali, & post eum Franc sub num. 47. colum. antepen. versi. 2. aduerte quibus adde Alexand. in consi. 183. viso processu, num. 5. lib. 2. & consi. 12. videretur. nume. 4. lib. 6. Quòd sublimita-
29 vno modo, videlicet † nisi comparens protestatus fuerit nolle in eum consentire, vt per Franc. post Innocen. in supradicto loco. Hanc sublimitationem tenet etiam Rota, ut apud Paleot. in recoll. suis decis. 157. proposui in vna Fauentina 7. Aprilis. 1559. post Franc. vbi supra, & Mohed. decis. 44. Pro-
30 testatio † enim reseruat aliàs ius docendi de suspicione suis loco & tempore, vt per Bursat. post alios in dicto consil. 21. num. 30. Quæ sublimitatio hodie forsan non uidetur omnino vera, vt colligitur ex his, quæ habentur in recollect. Put. decis. 41. licèt processus, in titu. de iud. & alia decis. eiusdem Put. 43. processus licet, eod. tit. in quibus in eadem causa Placentina castri Sarmatis. 14. Decembris. 1542. fuit tentum, ꝙ si postquam quis protestatus fuerat, quòd per quemcũque actum non intendebat in iudicem cõsentire, ad plures actus procedatur, valet processus. Nisi dicas concordando huiusmodi decisiones, quòd protestatio requiratur in quolibet actu, & ita procedat sublimitatio ista, secus si omissa in quolibet actu protestatione procedatur in causa; quia tunc talis processus erit validus, & ita procedat dec. Put.

Tertia potest considerari limitatio. videlicet, quando cau-
31 sa esset commissa † cum clausula recusatione remota; nam licèt commissa causa cum clausula appellatione remota
32 † non censeatur commissa recusatione remota, vt per Frãc. in c. postremò, num. 2. & seq. de appel. quem refert, & sequitur Lancell. Corrad. de offic. præt. in caus. ciuil. §. 2. in cap. de exceptio. sub num. 7. versic. secundò amplia. Nihilominus, quando in casibus, in quibus causa posset committi cum dicta clausula recusatione remota (de quibus per Franc. in d. c. postremò. & per eundem in rubr. de appell. num. 27. & notissimè per Bapt. Villabob. in collect. commun. opin. litera P. num. 21. vbi vult, ꝙ secundum commun opin. Papa possit causam committere de plenitudine potestatis sine facultate recusandi) reperiretur commissa cum dicta clausula: potest teneri, quòd tunc etiam pẽdente recusatione iudex procedere valide possit, argum. in simili de causa commissa cuꝫ clausula appellatione remota: nã si de facto appelletur, potest iudex regulariter non obstante appellatione procedere ad executionem, vt per Franc. in c. pastoralis, num. 5. versic. 4. de appel. vnde ita etiam dici potest in recusatione. Hanc tã limitationem intellige, ꝙ si causa sit commissa suspitione remota, intelligatur non de omni suspicione, † sed de friuola,
33 vt post Specul. Anto. de But. Ias. & alios tradit Natta consil. 174. viso. nu. 5. lib. 1.

Quartò: vt non procedat, quando sumus in iudice, qui
34 non potest recusari, vt est exempli gratia † Papa, & Princeps, vt no. per Franc. in dicto c. cum speciali, quæst. 11. nume. 32. vt de Papa tradit Rum. consi. 30. quamuis. num. 11. lib. 5. naꝫ
35 hoc casu † videtur, ꝙ si ꝑ eum proponatur recusatio, nihilominus illa pendente poterit citra uitium attentatorum valide procedere, & quamuis, neque hanc, neque superiorem specificè apud Doctores legerim, tamen utraque videtur uera, & huius ratio esse potest: quia si remotio recusationis facta per rescriptum Principis supra dictum effectum operatur, non minus debet illum operari, quando talis recusatio remouetur à lege. Qui autem sint illi, qui prohibentur à lege recusari, vide latè per Franc. dicto ca. cum speciali, nume. 29. q. 8. & sequ. cui adde in proposito no. decis. Boer. 269. per
36 totam, vbi ponit, † an Cardinalis, Sinodus, Vniuersitas, & tum Parlamentum recusari possint, & eleganter nouissimè per Port. Imol. in consi. 91. inter Illustrissimum, num. 14. &
37 per tot. lib. 2. vbi tuetur, † ꝙ suspecto allegato capite (prout erat in casu suo, Dux Albæ Prorex in regno Neapolitano) omnes ciuitates Neapolitanæ, quæ sub ipso sunt censeri tã quam suspectas allegatas, & à iudicando abstinere debere,
38 & quòd † vbi superior est suspectus, eius quoque officiales sint suspecti, respondit Brun. in consi. 31. num. 9. prout refert, & declarat Menoch. in 2. respon. causæ Finarien. num. 90. & 91. Et idem etiam Menoc. post Dec. Rip. Bero. Port. & alios quos ibi allegat, in consi. 94. incip. Qui famæ, num. 11. lib. 1.
39 † Ordinarius autem an possit uti suspectus præsertim in criminalibus recusari, late, & eleganter disputat nouissimè Osasc. in decisio. Pedemon. 15. incip. an Ordinarius, per totam.
40 Quid autem † si filius sit iudex, & pater eius sit causæ aduocatus, an hæc sit iusta causa recusandi illum iudicem? & Mãdell. de Alba. in consi. 92. in priore, num. 2. lib. 1. negatiuè cõcludit. Pro quo facit, quod aliàs dicitur, quòd filio legitimo potest conferri beneficium per eius patrem, si sit Vicarius, & per hoc collatio non dicitur inualida, vt post Dec. in consil. 129. tradit Villalob. in collect. commun. opin. litera F. nu.
41 128. Similiter † an ex eo, ꝙ tres de collegio allegantur suspecti censeatur totum collegium recusatum, tradit eleganter post alios Bero. in consi. 16. in causa. lib. 3. ibique nu. 23. declarat, quomodo intelligatur id, quod propter caput collegij potest totum collegium recusari.

42 Quintò limita, vt non procedat † in actu delegationis causæ, qui potest à iudice recusato, etiam post recusationem fieri, dummodo simus in iudice ordinario, cum distinctione tamen, de qua per Docto. in c. si quis contra clericum, de foro competen. & per Marant. in specul. in 4. parte princi. in 5. distinct. num. 41. post Franc. & alios in dicto c. cum speciali, num. 15. & Bapt. Villalob. in collect. commun. opin. litera E.
43 num. 101. versic. Episcopus, & † quòd suspectus in cognoscẽdo non sit suspectus in delegando post Docto. in l. qui iurisdictioni. ff. de iurisd. omn. iud. præsertim Dec. nume. 6. tradit nouissimè Menoc. in 2. respons. causæ Finarien. num. 91. vbi crebriori Docto. calculo hoc approbari atteſtatur, licèt contrarium aliàs videatur sensisse Stefan. Bertr. in consil. 115. licèt. sub nu. 3. & iterum in cons. 122. ex processu. sub nu. 4. lib. 2. vbi uidetur velle, ꝙ talis delegatio non possit fieri per recusatum, nisi de consensu partis.

44 Sextò limita, & notabiliter, † vt nõ procedat in processu, & sententia arbitri recusati; quia etiam post recusationem valent, etiam de iure canonico, vt post alios hoc dictum ponit pro singulari Io. Bapt. pronepos Bartoli, in tracta. de arbit. lib. 9. cap. 7. colum. fina. in fi. licèt contra eum, qui se fun-
45 daret in tali sententia † competat doli exceptio, vt ibi per cũ: qui rationem etiam assignat: quia scilicet in compromissis agitur ex stipulatu, non ex sententia, secus in iudicijs, in quibus cum agatur non ex stipulatu, sed ex sententia, cum iudicis iurisdictio per recusationem fuerit suspensa, sequitur, ꝙ sententia non possit dici ualida.

Septimò limitari potest, vt non procedat in recusatione
46 facta † per assertum procuratorem (puta per iuramentum perhorrescentiæ) quousque dominus tale iuramentum nõ ratifi-

Source : BIU Cujas

ratificauerit: quamuis enim huiusmodi iuramentum ratificari possit, gesta tamen ante ratificationem tenent, nec sunt tanquam attentata reuocanda, vt est decis. in recollect. Put. 26. iuramentum sub rubr. de iudic. vbi, & illud ampliat, ut etiam si dominus ratificauerit, gesta tamen per iudicem ēt
47 post ratificationem valeant, † quousque ratificatio non fuerit intimata: prout, & aliàs uidemus, quòd ad causanda attētata etiam in alijs casibus intimatio requiritur, vt in appellatione interposita coram honestis viris, diximus infra cap. 12. de attent. appel. pend. in 15. ampliat. princip. nu. 21. & quamuis Put. ibi loquatur tantum de recusatione per iuramentum perhorrescentiæ, idem tamen dici pōt & in alia recusatione per assertum procuratorem facta, vt quousque dominus illam non ratificauit, ac ratificationem non intimauit, iudex absque metu attentatorum procedere ualeat, cum non adsit diuersa ratio. & ita. quæ diximus supra num. 5. & sequent.

48 Octauò limitari potest, † vt non procedat in sacro Rotæ auditorio, in quo passim habetur pro valido processus per iudicem recusatum, parte non appellante factus, ut attestatur Acchil. dicta decis. 318. processus, sub rubr. de recusatio. iudic. & ita procedere possunt etiam aliæ decis. supra in princip. nume. 2. allegatæ in contrarium, versi. verum breuitati. Quamuis Acchil. attestatio non undique tuta forsan videri possit, cum & contrariam sententiam quandoque Rotam secutam fuisse ibidem supra ex Put. & Thom. de Thanis retulerimus.

Nonò limita; vt non procedat, quando causa fuisset in-
49 structa, & pars monita ad sententiam † quia tunc recusatio, etiam legitima non est admittenda, vt post Franc. in dicto c. cum speciali, in 2. conclusione, & alios per eum allegatos tradit Io. Bap. Ferret. in consi. 66. dicto nume. 4. & sequen. lib. 1.
50 vbi tamen id limitat † nisi causæ suspicionis fuissent de nouo exortæ, & de nouo ad notitiam deuenerint, quod etiam
51 sublimitat eleganter, † vt procedat, quando essemus in his, quæ essent commissa arbitrio iudicis, secus si iudex haberet
52 proc edere de iure; † quia tunc, cum recusans habeat in prōptu remedium appellationis, non admitteretur eius recusatio, per doctri. Gemi. in c. iudex. in fin. de offic. deleg. in 6. quē defendit ibi Ferret. etiam ab impugnatione Dec. contrariū in hoc vltimo casu sentientis.

Declara præmissa. Primò, ℘ quamuis processus, & sen-
53 tentia post legitimam recusationem sint nulla: † si tamē sententia fuerit iusta, potest confirmari, vt est communis opinio, de qua post Imol. & Io. And. in c. 1. de confir. vtil. vel inutili: & Alexand. in consi. 67. viso. lib. 6. testatur Philip. Prob. in addit. ad Io Monach. in c. iudex, sub num. 3. de offic. deleg in 6. quem refert nouissimè Villalob. in collect. commun. opin. litera R. nume. 11. & est in recollect. Chissanen. decisione 77.

54 Secundò † declara, ℘ à sententia recusationis, si iudex recusatus potest prætendere aliquod considerabile interesse-
poterit appellare, ut eleganter hanc partem tuetur Mandel., de Alba. in consi. 92. in priore, nu. 4. & seq. lib. 1.

55 Tertiò † declara, ℘ licèt in recusatione non requiratur expressio specialis ipsius causæ recusationis, sed sufficiat gene-
56 ralis, † & possit per iuramentum probari, ut per Bero. in dicto consi. 16. in causa, nu. 4. lib. 3. si tamen aliqua causa specialis fuit expressa, illa debet attendi, ut eleganter per eundem ibi. num. 16. & seq.

57 Quartò, † ℘ licèt ratione recusationis iudicis sit recurren-
58 dum ad superiorem † ille tamen dicitur superior, qui maior est in illo genere iurisdictionis, in quo erit iudex recusatus, & propterea licèt Papa sit maior, & superior omnibus ordinarijs. cap. cuncta per mundum 9. quæst. 3. & consequenter etiam delegatus ab eo. c. sanè, de offic. deleg. cum similibus nihilominus in terris, in quibus Papa in temporalibus non est Dominus, sed alius, puta Magnus Dux Hætrur. si ordinarius in causa profana recusetur, debet recurri non ad Papaz, sed ad Ducem, tanquam ad superiorē hoc casu in causa profana, vt declarat eleganter August. Bero. in consi. 117. ex vltima, num. 7. lib. 3.

59 Quintò declara † vt etiam tertius comparens pro suo interesse iudicem recusare possit, ut post Franc. in c. postremò, col. fin. de appel. tradit Lancel. de offic. prætor. in cu. ciu. §. 2. c. de exceptione, sub nu. 7. vers. 5. ampliari potest.

60 Sextò † declara, vt qūque iudex possit recusari, etiam si in eum fuerit consensum, & ideo si procurator in curia consen-
61 tiat in aliquem pro iudice remissoriæ potest principalis in partibus illum recusare, dummodo non etiam ipse dominus coram eo processerit, vt fuit tentum in vna Gerunden. coram Capizucho. 16. Decembris 1555.

Cap. VII. de attentat. dilatione pendente.

SVMMARIVM.

1 *Dilatione pendente officium iudicis conquieſcit, & nihil debet innouari.*
2 *Proceſſus habitus poſt dilationem eſt ipſo iure nullus.*
3 *Iudex ad diffinitiuam procedens dilatione pendente nulliter procedit.*
4 *Terminum, & dilationem à iudice a quo præfixam non poteſt ea pendē te iudex ad quem prorogare, aut abbreuiare.*
5 *Dilatione pendente, quæ nulliter geſta ſunt, nec de partium conſenſu ualidari poſſunt.*
6 *Nullum eſt, quod fit pendente dilatione iuris, ſicut pendente dilatione hominis.*
7 *Dilatione, etiam conuentionali pendente nihil valide fieri poteſt.*
8 *Arbiter dilatione pendente procedere non poteſt.*
9 *Iudex dilationis tempore recte procedit, ſi illam reuocet.*
10 *Etiam ſi eodem contextu quis ſit citatus ad videndum reuocari dilationem, & ad audiendum ſententiam.*
11 *Idem ſi de conſenſu partium fuerit reuocata, reſpectu gerendorum.*
12 *Dilatione pendente poteſt iudex exercere actum in executionem dilationis datæ.*
13 *Cauſa dilationis finita iudex valide procedit.*
14 *Iudex etiam dilatione pendente poteſt aliquid facere in fauorem eius, cui fuit data dilatio.*
15 *Dilationem obtinens poteſt etiam ea pendente comparere, nec prohibetur innouari per eum.*
16 *Etiam ſi adſit in cauſa tertius, qui det de iure excluſiuo iuris illius.*
17 *Suſpicio emergens poſt aſſignatam dilationem facit, ut etiam ea pendente debitor capi poſſit.*
18 *Dilatione pendente procedi poteſt ad reuocationem eorum, quæ contra ius fuiſſent innouata.*
19 *Dilatio data ratione eius, quod eſſet de ſe nullum, facit, vt interim geſta ualeant, cum & ipſa dilatio fuerit nulla.*
20 *Proceſſus ſuper alio, quàm ſuper eo, ſuper quo fuit data dilatio, valet etiam illa pendente. Puta quando articuli antiqui declarantur. Vel eſſemus in his, quæ non eſſent præiudicialia, quia dilatione pendente officium iudicis conquieſcit in his, quæ eſſent præiudicialia illis, ſuper quibus dilatio pendet.*
21 *Remiſſoriæ termino pendente poſſunt concedi compulſoriales.*
22 *Dilatio vnica data ad plures actus ſucceſſiuos compatibiles operatur, vt illi etiam pendente dilatione explicari poſſint.*
23 *Termino præfixo vigore nouæ commiſſionis poteſt nihilominus virtute primæ commiſſionis procedi, nec termini ſunt reiterandi.*
24 *Debitor debitoris fiſci poteſt etiam dilatione pendente ad ſolutionem cogi.*
25 *Tertiò in cauſa exiſtente non prohibetur iudex dilatione inter primos litigantes aſſignata, & pendente de iure illius tertij iudicare.*
26 *Renunciatum ſi eſt dilationi, etiam tacite, iudex ea pendente valide procedit.*
27 *Renunciare creditur dilationi, qui facta ſibi proteſtatione per partē, vel præfixo termino per iudicem, vt ad proſecutionem remiſſoriæ procedat, fuit in ea negligens.*
28 *Dilatione pendente valide iudex procedit, quando in ea decernenda ſibi reſeruauit facultatem procedendi.*
29 *Facultas procedendi dilatione pendente, tunc iudex ſibi reſeruat, ubi viget calumniæ ſuſpicio.*
30 *Dilatio data ad probandum ea, quæ ſunt de articulis iuris, non impedit ea pendente poſſe procedi.*
31 *Citatus ad comparendum, & ad reſpondendum inquiſitioni infra tres dies, poteſt pendente hac dilatione carcerari.*
32 *Delegatus ad exequendam remiſſoriam, non ſolum poteſt dilatione pendente procedere, immo extra dilationem procedens proceſſus eſſet nullus.*
33 *Niſi dilatio fuiſſet prorogata, quia tunc valet.*
Etiam ſi prorogationis notitiam non habuerit. nu. 34.

Sicut ſupra proxime diximus, quòd ultra prohibitionem, ne quid innouetur, quæ ex litis, uel inquiſitionis pēdentia reſultat, recuſatio quoque propoſita ſpecialiter prohibet, nequid ea pendente noui fiat, ita & dilatio à iudice conceſſa habet in ſe tacite hanc prohibitionem, vt ea pendente non poſſit, nec debeat aliquid innouari: eſt enim iuris Regula, ℘ dilatione pendente iudicis officium conquieſcit. l. ſiue pars. C. de dilat. c. ſignificante, de appel. vbi Franc. num. 15. in glo. in verb. peruenire diem: dicit illum tex. ſemper ad hoc allegari, & quamuis iſte articulus, an & quādo, quid, & quomodo dilatione pendente poſſit fieri, ſit admodum vtilis, &

ſcitu

ſcitu neceſſarius. Nihilominus quia illum Franc. in dicto c. ſignificante, etiam ſecundum ordinem a nobis propoſitum per viam regulæ,& limitationum eleganter, & diſtinctè explicauit,& ex recentioribus omnium elegantiſſimè eundē proſecutus eſt Anton. Gabr.commun. concluſ. lib.2.de dilat. concluſ. 1. per totam, latius illum non examinabimus, ſed tantum ſub compendio regulam, & limitationes ab eis propoſitas referemus, vt Lector ſummatim de his omnib. quæ circa hanc materiam attentatorum dilatione pendente occurrunt dicenda, aliqualiter inſtruatur, & in cæteris ad ſupradictos in dictis locis reijciatur, additis nonnullis præſertim allegationibus,quæ per eos ibi non ponuntur, Sit igitur.

1 Regula † ꝙ dilatione pendente iudicis officium cōquieſcit,& nihil debet innouari. Franc.in dicto cap.ſignificante, num.15.& eſt deciſ. Rot.37.aliàs 406 no.quò ſi iudex, num. 2.de appell.in antiq.quæ comprobari poteſt ex eo,.quod di-
2 cit aliàs Mil.in verb.iuriſdictio ſicut,fol.194. † quòd proceſſus habitus poſt dilationem eſt ipſo iure nullus, ſicut poſt appellationem,vel recuſationem.Idem tradit Probus in additio.ad Io.Monach.in rubr.vt lite penden in 6. & eſt deciſ. in recollect.Thom.de Thanis,108.incip.in eadem.Et ex eo
3 etiam, quod aliàs dicitur † quòd iudex procedens ad diffinitiuam dilatione pendente nulliter procedit: ut not.Pariſ. conſi.106. Bonifacius, num.14.lib.4. Et ex hac regula infer-
4 tur,† quòd ſi iudex à quo præfigat appellanti terminum,ac dilationem ad aliquid faciendum, iudex ad quem illo pendente non poteſt illam prorogare, aut abbreuiare regulariter,de quo per Fran. poſt alios in c.perſonas,n.16. de appel. Quam regulam amplia.

Primò, vt in tantum geſta dilatione pendente ſint nulla,
5 vt † nec de partium conſenſu ratificari valeant poſt factum, ſecundum Franc.ibi poſt Bal. & Cyn.in dicta l. ſiue pars.

Secundò adde tu,quòd regula non ſolum procedit in dilatione hominis, prout uidetur ſemper loqui Fran. in dicto
6 cap.ſignificante. † Verùm etiā in dilatione iuris: ſicut enim, quòd fit pendente dilatione hominis, eſt nullum, ita quod fit pendente dilatione iuris, vt dicebat aliàs Lap.alleg.2. ſub nu.7.& Rota dicta deciſ.37.aliàs 406.no. quòd ſi iudex, nu. 2.de appell.in antiq.

7 Tertiò vt procedat † etiam in dilatione conuentionali:in ea enim abſolutum eſt, quòd antequam expiret dies inter partes conuenta,male agitur l.cedere diē:de verb. ſign. cum ſimilib.quam ampliationem nota propter ea, quæ dicemus infra in 7.& 13.limit.huius regulæ.

8 Quartò amplia:† vt regula non ſolum procedat in dilatione data à iudice, verum etiam in dilatione data ab arbitro: nam dilatione pendente,etiam officium arbitri conquieſcit vt expreſsè no.Ioan.Bapt.pronepos Bartoli in tract.de arbit. lib.9. cap.12. in fi.

Limitatur nunc dicta Regula 11.modis per Franc. ibi.

9 Primò, niſi iudex expreſsè dilationem † reuocet, ut per eum ibi.num.16.cui adde Mil.in verb.dilatio donec,fol.88. & poſt alios per eum allegatus.Grat.in conſi.77.duo princi-
10 paliter,num.17.lib.2.ubi ampliat,† vt procedat etiam ſi eodem ꝓtextu eſſet quis citatus ad videndum reuocari dilationem, & ad audiendum ſententiam: nam ſententia ſic poſtmodum lata ualida reputatur, vt ibi per eum. Quod etiam affirmauit in conſ.78.viſo eo.lib.per tot.

11 Secundò, niſi dilatio reuocetur † de conſenſu partium, idem Fran.ibi.num.20. quod intellige tu reſpectu gerendorum poſt reuocationem dilationis, vt illa ualeant, non autē reſpectu geſtorum ante reuocationem dilationis, quia illa etiam de conſenſu partium non ratificantur, ut dictum eſt ſupra in 1.ampliatione.

12 Tertiò,niſi iudex velit exercere actum † in executionem dilationis datæ.idem ibi,ſub nu.20.verſ.3.limita.

13 Quartò,niſi ſit finita † cauſa dilationis,idem ibi poſt Bar. & alios in l.à filia.§.alumno.ff.ad Trebel.quibus adde deciſ. Egid.622.proceſſus,in fi.& nouiſſimè Bero.in conſ.106.quatuor.num.6. lib.3.

14 Quintò, niſi iudex aliquid faciat † in fauorem eius, cui fuit data dilatio, quod bene notandum dicit Franc. ibi ſub nume.20. verſicu. quintò limita, & tradit etiam Grat.in dicto conſil.77.num.21.& Bèro.in conſil.116. pendente, num. quinto lib.3.

15 Sextò, vt non procedat reſpectu † illius, qui habuit dilationem:nam is etiam ea pendente poteſt comparere,& acta facere in iudicio, nec enim prohibetur innouari per eum, qui habuit dilationem, dicit formaliter idem ibi ſub nu.20. verſi.6.limita: pro quo facit in recollect. Guid.Bon. deciſ.71. incip. Didacus,ſub rubr. de iudic. vbi voluerunt Domini,ꝙ
16 Didacus,qui obtinuit ſententiam contra Martinum, † ſi in ſecunda inſtantia veniat tertius pro ſuo intereſſe, & det de iure ſuo excluſiuo iuris Didaci,& Didacus obtinuerit ſuper hoc dilationem ad partes, quòd poterit etiam pendente hac dilatione petere confirmatoriam contra Martinum: & ex hac deciſ.poteſt colligi ampliatio ad hanc ſextam limitationem, vt procedat, etiam ſi in cauſa adſit tertius, qui det de iure excluſiuo iuris illius, qui dilatione pendente vellet in cauſa procedi.

17 Septimò,niſi pēdente dilatione emergat † ſuſpicio: quia talis ſuſpectus etiam dilatione pendente capi poteſt, idem ibi.nume.21. vbi uidetur ampliare, etiam ſi eſſet debitor in diem,vel ſub conditione,& nondum aduenerit dies, aut fuerit purificata conditio,& ſic uidetur regulam intelligere nō ſolum de dilatione iudiciaria,ſed etiam de dilatione competenti ex contractu.

18 Octauò, niſi ea pendente aliquid † innouaretur contra ius: tunc enim ad reuocationem talium attentatorum poſſet iudex procedere, etiam pendente dilatione,Franc.ibi nu. 22.poſt Imol.& Panor.Quibus adde Lap.alleg.82.in cauſa, num.6.quem etiam in id citat, & ſequitur nouiſſimè Mandoſ.in tract.commiſſio.in 14.form. commiſſionis attentat. in verb.reuocandi,q.5.in fin.

19 Nonò limita.niſi dilatio fuiſſet, data ratione eius, † quod eſſet de ſe nullum:quia(cum ſimiliter dilatio eſſet nulla) proceſſus valeret,idem ibi.ſub nu.22.verſ.9. limita.

20 Decimò, niſi proceſſus eſſet ſuper alio, † quàm ſuper eo, & reſpectu eius,ſuper quo fuit data dilatio,puta ſi iudex pēdente vna dilatione ad aliquid faciendum velit aliam dare ad alium actum ſucceſſiuum explicandum: quia hoc poteſt,idem ibi num.22.verſi.10.limita. Et propterea uidemus
21 † quòd pendente termino remiſſoriæ poſſunt concedi compulſoriales,vt eſt deciſ.in recollect. Put.3.incip.pendente termino in titulo de dilat.& idem poſt Fran.in dicto cap. ſignificante, tenuit Rota in vna Gerunden. Canonicatus ſancti Felicis 30.Octobr.1547.ut eſt deciſ. in eiſdem recollect.Put. 12.dilatione conceſſa,in titu. de dilationibus,vbi ſimiliter generaliter voluit,quòd dilatione conceſſa apprehenſo in curia, poteſt Auditor cōcedere compulſoriales, & facere alios actus non repugnantes dilationi. Quibus concordat in recollect.Thom.de Than.deciſio.60.incip. compulſoriales, & alia Acorambo.30.incip.pendente:ſub rub.de dilat. Sic etiā pendente dilatione ad faciendum articulos in cauſa poſſunt antiqui articuli declarari, cū ex declaratione nouum quid fieri non dicatur,ut poſt Oldr.in conſi.166. tradit And.Barbat.in conſi.7.viſis.colum.1. verſi.3. facit.lib.3.Inde aliàs generaliter dicitur,quòd iudicis officium cōquieſcit,in his ſcilicet,quæ præiudicialia eſſent illis,ſuper quibus dilatio pendet,vt poſt alios tradit Auguſtin.Bero.in conſi.36. in cauſa. nume.6.lib.3.

Vndecimò:quia(vt dicit idem nu.22.verſi.vltimò limita)
22 poterit una dilatio aſſignati † ad plures actus ſucceſſiuos, ſiue diuerſos,quando ſunt compatibiles,ut ibi latius per eū, & Grat.d.conſi.77.nu.18.& ſeq.lib.2.

Duodecimò limitari poteſt,vt non procedat in dilatione,
23 & termino præfixo † vigore nouæ commiſſionis ad probandum diſpenſationem,uel promotionem: quia ea pendente poteſt nihilominus procedi virtute primæ commiſſionis, nec erunt propter pendentiam dilationis termini reiterandi, vt eſt deciſ.Egid.(qui ita formaliter loquitur)324.pendente. Niſi conſideres quòd licèt ille ulterius allegando rationem non procedat, tamen eius deciſionis ratio eſſe poteſt, quia ſcilicet proceſſus eſt ſuper alio,& alio etiam reſpectu,quàm ſit data dilatio,& ſic commode dicta deciſio. Egid.poterit(ſi non pro diuerſa limitatione) ſaltem adaptari ad dicta ſupra, in 10. limitatione.

Decimotertiò ſi intelligeremus hanc regulam nō ſolum in dilatione iudiciaria,ſed etiam conuēntionali, & exꝯctu de ſcendenti,prout videtur tacitè ſentire Franc.ibidem, nu.21. (vt dictum eſt ſupra in 7.limit.) poteris etiam dare limitationem,in qua quis dilatione pēdente cogitur ad ſolutionem,
24 & ſic innouatur, † videlicet in debitore debitoris fiſci, puta Titius eſt debitor meus, & ego fiſci, licèt Titius quoad me habeat dilationem, nihilominus ſi fiſcus nō valens à me cōſequi, velit exigere à Titio,quod mihi debebat,poteſt, & Titius etiam pendente dilatione cogitur ad ſolutionem, vt eſt deciſ.Lanfran.418.debitor.

Decimoquartò ultra Franc. vbi ſupra limita, niſi decreta
25 dilatio ſit inter duos, & in cauſa adſit etiam † tertius collitigans, quoniam iudex non prohibetur hoc caſu etiam dilatione pendente de iure tertij collitigantis iudicare, ut animaduertit nouiſſimè Herc. Seuerolus in tractat. de remiſ-

ſion.

Source : BIU Cujas

sion.cap.27.versic.attamen de iure tertij.

Decimaquinta ex eodem ibidem versi. & quod diximus, colligitur limitatio, vt non procedat, quãdo tacite fuisset di-
26 lationi † renunciatum, quod tunc euenire admonet, quan-
27 do ei † qui dilationem obtinuit, vel facta fuit protestatio, ꝙ ad prosecutionem remissoriæ procedat, vel ad id fuerit per iudicem terminus præfixus: nam si ille in hoc negligens fuerit, censetur dilationi renunciasse, secundum eum.

Sextusdecimus quoque casus, in quo dilatione pendente
28 proceditur per eundem ibi consideratur, † quando scilicet iudex dilationem decreuit retenta sibi potestate quandocunque interim iudicandi, quod à Patribus tunc in Rota fieri ẽt
29 ipse attestatur, † quando contra dilationem petentem) aliqua viget calumniæ suspicio, ut eleganter per eundem ibi, circa finem.

30 Decimoseptimò limitari potest, † quando dilatio fuisset data ad probandum aliquid, quod esset de articulis iuris, & de quo iudex ex inspectione librorum poterat se informare; quòniam ea pendente potest iudex procedere, & sententiam ferre, vt est de mente Grat.in consil.77. duo principaliter.sub num.20.versic.præterea dico, lib.2. post glo.Barto.& Bald. in l.cum pater. §. curatoris. ff. de legat.2. & Ias. in l.2. de re iudic.

31 Decimooctauò limitari potest, vt non procedat † in termino, & dilatione, quæ solet regulariter apponi, & præfigi in prima citatione, quæ fit ad comparendum, & respondendum inquisitioni: quoniam pendente hac dilatione iudex poterit capi facere reum inquisitum, vt tradit late, & eleganter pro limit.ac declaratione d.l.siue pars. Boss.in titu.de captura, num.10.vbi inquit, ꝙ ita seruatur, & etiam rationem assignat: quia scilicet talis dilatio in effectu non videtur data, vt veniat infra tres dies, sed ut respondeat inquisitioni, quàm dilationem ad respondendum etiam dum erit in carcere citatus, & demum carceratus habebit, quod etiam post Boss.ibi secutus est Iul.Clar.in sua pract.crim.q.31. in fin.versic. vltimò quæro.

Decimononò potest limitari, ut non procedat in dilatione remissoriæ: quoniam ea pendente si quis ordinarie velit agere ad pensiones, utique hoc casu remissoria non retardat processum, vt fuit dictum in vna Caputaquen.pensionis coram Paleot.20.Decembris.1560. secus si ageretur executiue, vt ibi dictum fuit.

Declarari etiam debet prædicta Regula, vt quod dicitur, ꝙ iudex pendente dilatione nihil debet innouare, neque in causa procedere intelligatur ciuiliter, & sano modo in iudice principali ipsius causæ, secus de iudice ab eo delegato
32 † puta ad exequendam remissoriam in partibus: is enim iu-
33 dex, nedum prohibetur exequi pendente dilatione, quinim-
34 mo extra dilationem inualide procedit, † nisi terminus sit prorogatus, qua prorogatione facta ualide procedit † etiam si ipse non haberet notitiam huiusmodi prorogationis, vt de his est decisio.in recollect.Guid.Bon.75. dixerunt Domini. sub rub.de iudic. in vna Portusen. Canonicatus 21. Nouembris. 1562.

Cap. VIII. de attent. relatione pendente.

SVMMARIVM.

1 *Relatio, recusatio, & appellatio æquiparantur quoad effectum suspendendi iurisdictionem, & vt nihil possit innouari.*
2 *Relatio causæ ad superiorem ex multis causis fieri potest; quia quædam est.*
3 *Ex natura causæ, puta quia sit de maioribus causis, & decisioni Principi reseruatis. Quædam.*
4 *Ex forma commissionis, puta si in rescripto dicatur, Audiat, & referat, & quædam*
5 *Ex voluntate iudicis.*
6 *Relatione pendente regulariter nihil debet innouari per iudicem: & ratio assignatur.*
7 *Processus, & sententia Iudicis post relationem causæ dicuntur ipso iure nulla.*
8 *Appellare non est necessarium à processu facto pendente relatione, licèt Bart.contrarium senserit.*
9 *Appellari etiam à sententia nulla potest, & non est sine effectu operandi.*
10 *Principe mortuo (cui erat facta causæ relatio) non per hoc iudex potest relatione hac pendente in causa procedere.*
11 *Relatio dicitur fieri non personæ Principis, sed dignitati, quæ nunquam moritur.*
12 *Processus factus per iudicem post præsentationem relationis non potest etiam de partium consensu validari.*
13 *Citatio partis in relatione facienda non est necessaria.*
14 *Iudex reuocans relationem causæ à se factam post reuocationem valide procedit, tribus in hac reuocatione concurrentibus.*
15 *Primum, quòd sit facta ab ordinario, secus si à delegato.*
16 *Secundum, quòd sit facta de consensu partium.*
17 *Tertium, quòd sit facta, antequam relatio fuerit principi præsentata.*

EX Rub.extra de appell.recusat.& relation.(vbi hæc tria tanquam æquiparata ponuntur) satis
1 cuique patere potest veram esse propositionẽ illam, qua passim Doctores utuntur, † uidelicet appellationem, recusationem, & relationẽ, quò ad suspensionem iurisdictionis inter se in tantum æquiparari, vt sicut appellatione pendente, nihil est innouandũ, l.1.& tot.tit.ff.nil nouar.appel.pend.ita nec recusatione, aut relatione pendente, vt not.Host.& Io.And.in ca.legitima, in glo.in ver.assignata, de appell.in 6. & no. omnes præsertim Franc.in rub.extra de appel. post prin.& in ca.cum speciali, sub num.47.eo.titu.& per Alexand.consil.238. ponderatis, num.13.lib.6.& eleganter per Vant.in tract.de nullit.in titu. de null.ex defectu iurisd.ord.num.143.& seq. Et quamuis in d.rub. primò dicatur de appellationibus, deinde de recusationibus, & postremò de relationibus. Nihilominus, quia nos instituimus pro faciliori intelligentia huius materiæ attentatorum diuidere actus, qui solent, & possunt præcedere sententiam ab his, qui snĩam subsequuntur, propterea, & supra posuimus Rubricam de attentatis recusatione pendente, & hic subijcimus hanc de attentatis relatione pend. (præsertim cum in lib. quoque Codicis particulariter ponatur rubrica ista de relatione) de Attentatis postmodum appellatione pendente latius suo loco tractaturi infra cap.12. Et
2 pro huius materiæ intelligentia præmittendum est, † quòd relatio ad superiorem ex multis causis fieri potest, & quãuis Marant.in specul.in 3.par.sextæ partis princ.q.1.num.7. ponat quinque species relationis, & Franc.in c. intimasti.in gl. onus, uersi.in eadem, sub num.5. de appel. non uideatur expresse ponere, nisi duas, tamen ad propositum nostrum tres possunt considerari.

3 Prima relationis species est † ex natura ipsius causæ, ut qa sit de maioribus causis decisioni Principis reseruatis, vt in c. vt debitus.de appel.c.maiores, de baptis.

4 † Secunda ex forma commissionis, puta si Principis rescripto cautum sit, vt iudex causam cognoscat, & referat, vel usque ad sententiam exclusiue, vt in c.constitutus.de appel.vt vtramque ponit uterque in dictis locis.

5 † Tertia esse potest ex uoluntate iudicis: qui cum ex se difficultates, quæ in causa sibi oriri uidebantur resoluere non valeret, super resolutione ꝙsulat Principem, & sic ad eum cãm referat, de qua in l.1.& ibi Bar.& alij C.de relat.& in ca. intimasti.de appel.& ponit Marant.dicto loco, num.7. nam alias duas species ab eo consideratas consulto omittimus: cum altera uideatur localis, & quæ in regno est in usu non faciens multum ad materiam hanc attentatorum, & alterã de relatione facienda per sapientem, ad cuius cõsilium causa sit remissa, pro faciliori intelligentia sub speciali rubrica: attent.pend.consilio sapientis, in c. sequenti ponere proposuimus. His breuiter præmissis.

6 Regula sit, † ꝙ gesta per iudicem (nam quoad ipsas partes non uidentur in hoc casu ex hoc capite attentata considerari, cum si quid faciant, quod sibi non liceat, non tam ex relationis, quam ex ipsius litis, & causæ, quæ refertur, pendentia incidit in uitium attentati) relatione causæ per eum ad Principem factæ, & relationis præsentatione subsecuta non valeant, quod intellige generaliter de relatione tam ex natura causæ, quàm ex forma commissionis, quàm etiam ex uoluntate sua facta. Et ratio huius regulæ est: nam in omnibus causis si procedat processus tanq̃ factus absque iurisdictione est meritò nullus: quia in primis duobus casibus, cum sibi & natura causæ, & forma rescripti expresse obstent, defectus iurisdictionis euidenter apparet: in tertia autem licèt ab initio habuerit iurisdictionem, illam tamen per relationem à se abdicauit per modum suspensionis, quousque Princeps nõ responderit, cum relatio quoad suspensionem appellationi æquiparetur, ut dictum est supra in princ.huius rub. & ꝙ suspendat iurisdictionem, est tex.in c.licet.de offic.deleg. Hanc regulam tenent Host.Io.And.Franc. & alij allegati supra, in prin.& Ruin.cons.77.ad ea in prin.lib.5. & consil.172.circa, nu.7.& seq.lib.4.ubi inquit, ꝙ relatione facta officium iudicis conquieuit, & nihil interim fieri debet.

Amplia. primò, ut in tantum Iudex pendente relatione, & facta Principi relationis præsentatione male procedat, vt
7 eius † processus, & sententia sint ipso iure nulla, ut est text. in dicto c.licet.de offic.deleg.& quamuis Bar. in l. ad Principem.

Source : BIU Cujas

cipem.per illum tex.ff de appel.& Ang.ibi,& in l.1.§.quæſitum,eo.tit.tenuerint proceſſum valere,& requiri appellationem ab eo, per tex.in l.1. C.de relat. & eandem opinionem
8 cum Bar.teneat deciſ.Toloſ.480.& ibi Stef. Auf.in addit.ad med.uerſi.plus operatur † Franc.tamen in dicto ca.intimaſti.colum.fin.ſub num.10.verſic.tu aduerte(inquit) Bart.in hoc non bene locutum,& contrarium eſſe tenēdum,prout firmat idem ibi Hoſt.Spec.Ioan.And.& alios per eum adductos,ubi etiam reſpondet ad d.l.1. de relat. nam quòd poſſit interponi appellatio,non eſt ſufficiens argum.quòd proceſ
9 ſus valeat † cum etiam à ſnīa nulla poſſit appellari,ut ibi per eum,per c.dilecto.eo.ti.de appel.& ex appellatione a ſentētia nulla aliquis etiam reſultat effectus, de quo uide elegan-ter per Alex.in l.2.nu.21.C.de bon.poſſeſſ.contra tab.& nos dicemus latius infra ca.12. de attent.appellatione pend.in 6. ampliat.princ.num.2.

10 Secundò amplia,vt procedat † etiam ſi Princeps, cui iudex cām retulerat,& cui relatio fuerat præſentata, antequā ꝓſuluerit,moriatur;nam licèt uideretur dicendum, iudicez procedentem hoc caſu eſſe excuſandum,cum mortuo principe non poſſit amplius ab eo expectare conſultationem, quæ(in relatione ex uoluntate facta)fuit cauſa finalis, quare relationem fecerit,qua ceſſante ſecundum regulas vulgares deberet ceſſare effectus ille ſuſpenſiuus iuriſdictionis,qui ex relatione reſultat. Nihilominus dicitur illius proceſſum fore nullum,vt no.Bald. in rub.C.de relat.& poſt eum Franc. in dicto c.intimaſti,col.fi.ad fi.& ratio eſt:quia debet expecta
11 ri conſultatio ſucceſſoris, cum relatio ſit facta † non perſonæ, ſed dignitati, quæ non moritur. cap. ſi gratioſe, de reſcrip.ex quo patet reſponſio ad contrarium. Quæ ampliatio multo magis procedit in relatione facta ex natura cauſæ, aut ex forma reſcripti obſtante iuriſdictionis defectu, ut dictum eſt.

12 Tertiò,ut talis proceſſus factus poſt præſentationem relationis non poſſit ualidari † de partium conſenſu : quamuis enim aliqui ſenſerint de cōſenſu partium talem proceſſum valere,vt poſt Card.& Abbat.in c.conſtitutus,de appel.& Vital.in tract.de clauſ.in clauſula nil noua.relat.pen.d.num.15. conſiderabat (licèt ad aliud propoſitum) Manfred. lib. 1.de atten.appel.pend.in 9.part.num.6.Contrarium tamen uidetur verius,& hoc expreſſe tenet Franc.in d.ca.intimaſti,col. fin.ſub num.10.verſic.& intelligo omnia ſupradicta, & col. pen.verſi.5.quæritur.nu.9.per tex.in ca.bonæ,el 2.de poſtul. prælat.verſic.nec nocebat,quibus adde Stef.Aufrer.idem tenentem per illum tex. in addit. ad dictam deciſ. Toloſ.480 ad med.verſi.plus operatur etiam: pro qua facit in ſimili,qđ. aliàs dicitur de proceſſu facto per iudicem recuſatione pendente,vt nec partium conſenſu validari poſſit, de quo ſupra cap.7.de attent. dilat.penden.in 1. ampliat. nume. 5. Quod
13 etiam ex alio ſuadetur, † quia pars ipſa, & ipſius partis conſenſus in huiuſmodi relatione parum, aut nihil videtur attendi, cum in relatione non ſit neceſſaria partis citatio, ut eſt deciſio.in recollect.Guid.Bonon.109.fuit tentum,ſub rubr. de relat.

14 Limita prædictam regulam vno modo † niſi iudex relationem ſuam reuocauerit: nam poſt reuocationem ualide procedit, & quia iſta limita. ſimpliciter tradita non uidetur vera. Et pro ea ſubſtinenda varij varia conſideraverint, pro opinionum concordia ex omnium dictis ita probabiliter dici poteſt,quòd illa ſit vera, dummodo concurrant copulatiuè tria,quæ ex dictis Doctorum colliguntur.

15 Primum,† quòd ſit facta à iudice ordinario, ſecus ſi a delegato, & ita procedat.l.ad Principem, & dictum Barto.ibi. ff. de appellat.

16 Secundum, † quòd ſit facta de conſenſu partium, & ita procedat opinio Imol. in dic.cap. intimaſti, relata ibi per Franc. quæſt.5.

17 Tertium, † quòd talis reuocatio fiat ab ordinario de partium conſenſu. antequam tamen ſit præſentata Principi ipſa relatio,& ita procedat tex.in dicto c.bonæ.ut tradit Fran. in dicto cap.intimaſti. dicta quæſt. 5.& col.fin.verſic.hoc tamen limitari poſſet, vbi in effectu ita virtualiter concludere uidetur, aliàs enim (niſi illam his declarationibus adiuuemus) vix ſuſtineri poſſet.

Cap. IX. De attentat. Conſilio Sapientis penden.

SVMMARIVM.

1 *Remiſsio cauſæ ad conſilium ſapientis ſuſpendit iudicis iuriſdictionem.*

2 *Conſilio ſapientis pendente, etiam inſtantia cauſæ ſuſpenditur, ſecundum aliquos.*

3 *Relatio facienda per conſilium ſapientis æquiparatur recuſationi, & appellationi.*

4 *Sententia,& alia geſta per iudicem,poſtquam remiſit cauſam ad conſilium ſapientis,& illo non expectato ſunt nulla.*

5 *Pronunciatio, quòd cauſa ſit remittenda ad conſilium ſapientis, idem operatur, ac ſi eſſet facta remiſsio quoad ſuſpenſionem iuriſdictionis.*

6 *Proteſtari non debet is,qui huiuſmodi remiſsionem obtinuit,quòd per eum non ſtat,ſed abſque proteſtatione iudex ſi procedit, nulliter procedit.*

7 *Conſilium ſapientis à iudice petitum pro maiori animi ſui ſatisfactione non ſuſpendit iuriſdictionem, & non eſt expectandum.*
Secus ſi ſit petitum ex forma alicuius ſtatuti.num.8.

9 *Sapientis conſilium calumnioſe, & malitioſe petitum, atque à iudice obtentum non debet retardare proceſsum.*

10 *Diſpoſitio loquens de conſilio ſapientis recipit interpretationem, niſi calumnioſe petatur.*

11 *Proceſsus iudicis,qui cauſam ad conſilium ſapientis remiſit,ualet,ſi remiſsionem reuocauit.*

12 *Reuocatio remiſsionis ad conſilium ſapientis poteſt fieri per iudicem, etiam inuitis partibus.*

13 *Etiam ſi remiſsio fuiſset facta de conſenſu partium.*

14 *Conſilium ſapientis petitum ſuper articulo, qui non habet probabilem iuris dubitationem poteſt contemni.*

15 *Petitio ſola,quod cauſa remittatur ad conſilium ſapientis non connumeratur inter actus ſuſpenſiuos iurisdictionis.*

1 Vm inter cæteros actus ſuſpenſiuos iuriſdictionis iudicis computetur etiam iſte, † quando iudex remittit cauſam ad conſilium ſapientis, ad no.in l.fi.vbi Bal.C.de relat.& Barto.ac Bal. in locis citatis per Marant.in ſpecul.in 3.parte ſextæ partis princip.q.1.num.10. Quod ex eo etiam ſuaderi
2 videtur, quòd per huiuſmodi conſilij pendentiam, † etiam ipſius cauſæ inſtantiam ſuſpendi aliqui affirmauerunt, de quo poſt alios nouiſsimè per Io. Bapt. Aſin.in ſua praxi iu-
3 dic.§.2.cap.11.num.23.& ſeq. † Cumque relatio facienda p conſilium ſapientis æquiparetur recuſationi,& appellationi,ut per Alex.conſi.238.ponderatis,nume.13.lib.6. non eſt mirum,ſi geſta per iudicem iſto conſilio pendente ſunt attentata. Formanda eſt igitur in propoſito.

4 Regula † ꝙ ſententia, & alia geſta per iudicem poſtquaz cauſam remiſit ad conſilium ſapientis, & illo aliter non expectato ſunt nulla, ut poſt Bald.tenet Fran.in c. vt debitus. ſub num.43.de appel.& Alexan.in dicto conſil.238.& tradit Lancel. Corrad. de offic. Prætor.in cauſ.ciuil. §.2. in cap.de exceptione,ſub num.8.verſic.his peractis,ubi in id citat etiā Paul.de Caſt in conſi.87.& Soc. in conſil.10.nume.11.lib.4. ſubdēs,quòd etiam de iure communi nullitas proceſſus inducitur,ſi conſilio ſpreto procedatur. Præſertim cum paria ſint,cauſam eſſe relatam ad Principem(quo caſu talia geſta ſunt nulla,vt ſupra dictum eſt cap.ſupra proximo.num.6.) & eſſe conſilio ſapientis commiſſam, ut utroque caſu iudicis officium conquieſcat, & nihil noui interim fieri debeat, vt tradit eleganter,& abunde poſt Bar.& alios Ruin.conſi.77 ad ea,in prin.lib.5.& in conſil.72. circa nume.8. ſequ. lib.4. Quæ ampliari poteſt.

Primò, ut non ſolùm procedat, quando cauſa eſt com-
5 miſſa,verum etiam † quando eſt pronunciatum illam committendam eſſe,ut tradit Rui.ibidem.

6 Secundò,vt prædicta procedant † etiam ſi is qui petijt ad conſilium ſapientis cauſam remitti non fuerit proteſtatus, ꝙ per eum non ſtat;nam etiam abſque proteſtatione iſta inſtantia ſibi non currit, & interim officium iudicis conquieſcit,idem Ruin. ibidem.

Limita eandem

Primò, vt non procedat in conſilio à iudice petito de iu-
7 re communi,† puta pro maiori animi ſui ſatisfactione; quia illud non tenetur expectare,ut tradit Franc.in d.cap. ut debitus.ſub nume.43.facit, quod ſcribit Ang.in l.ad principem. per illum tex.de appel. iudicem iudicare poſſe non expectato conſilio ſapientis,refert,& ſequitur Menoc.de arbit. iud. lib.1.q.23.num.40. Ad quod multa eleganter congerit Burſ. in conſi.90.an iudæus,num.35.& ſeq.lib.1.præſertim. num. 46.ubi in hoc de communi opin.teſtari uidetur. Sed proce-
8 dat regula in conſilio,† quod ex forma alicuius ſtatuti eſſet neceſsariò,& pro forma adhibendum, vt ibidem per Franc. & Burſ.vbi ſup.num.44.

Secundò ex dictis per Ruyn.in conſi.7.viſis.num.4.lib.4.
9 poteſt colligi alia limitatio, † quando ſcilicet hoc conſiliuz calumnioſe,& malitioſe peteretur, & ad effectum differendi: tunc enim iudex minime teneretur illud dare, etiā ſtante

ſtatuto,

Source : BIU Cujas

ſtatuto, quòd teneatur ad dandum, ex quo ſatis colligi poteſt, ꝙ ſi non poteſt cogi ad dandum, ſi facta petitione huiuſmodi ꝓſilii procedat, proceſſus erit validus, ſed vere hæc limitatio nõ vr reſpicere regulam, quę loquitur non de ꝓſilio ſapientis tantummodo petito, ſed de cã iam ad dictum conſilium remiſſa, & de geſtis poſtea per iudicem. Niſi præſupponamus hoc ꝓſilium malitiosè petitum fuiſſe etiam per iudicem conceſſum, quo caſu licèt Ruyn. dicto conſil. 7. nihil ſpecificè ponat, limitatio tamen in ſe uera eſſet: nam ſicut lis calumniosè inſtituta non inducit litis pendentiam ad effectus attentatorum, vt dictum eſt ſupra in 4. limitatione princip. regulæ prin. c. 4. de attent. lite penden. nume. 1. & reſtitutio in integrum non impedit executionem, nec ſuſpendit iuriſdictionem iudicis, quando calumniosè eſt petita, ut eſt de ciſ. Afflict. 3 56. fuit dubitatum. ſub nume. 3. & Lap. alleg. 53. an oporteat, num. 8. & dicemus latius infra c. 18. de attent. reſtit. in integr. penden. in 1. limit. num. 55. Ita & conſilium Sapientis calumniosè petitum & obtentum non debet ſuſpendere iuriſdictionem iudicis, arg. ſumendo à ſimili: Et fa. quia
10 aliàs uidemus, † quòd diſpoſitio loquens de conſilio ſapientis recipit interpretationem hanc, niſi ſcilicet calumniosè petatur, ſecundum Ange. in l. poſt rem. ff. de tranſact. & alia, quæ allegat Calcan. conſi. 83. quia in cauſa. colum. 3. num. 5. & quæ ponit etiam Aemilia. in conſil. 40. diuino, nume. 8. & melius in conſi. 69. magnifici, num. 12. & 13. qua ſuſpenſione ceſſante clare patet, quòd etiam attentata ceſſant, ut pluries dictum eſt.

11 Tertiò potes limitare, ut non procedat, † quando iudex ſuam interlocutoriam (qua pronunciauerat cauſam eſſe remittendam ad conſilium ſapientis) reuocaſſet: ſi enim procedat, poſtquam reuocauit, eius proceſſus validus erit dicendus, cum per reuocationem (vt patet) ſit ſublata ſuſpenſio iuriſdictionis ex dicta remiſſione procedens. Hæc autem reuocatio proculdubio iudici regulariter ꝓmittitur l. ad principem. ff. de appellat. † quinimmo poteſt id facere etiam in-
12 uitis partibus: & quod magis eſt † etiam ſi ipſa remiſſio fuiſſet facta de conſenſu partium, vt no. Docto. in dicta l. ad Principem, & in l. ex illo. vbi Bald. C. de appell. & poſt eos Franc. in c. cum ceſſante, colum. 5. nume. 13. verſic. 4. limita. eodem titu. de appellat.

14 Quartò limita, † niſi conſilium peteretur ſuper articulo, qui non habet probabilem iuris dubitationem, quia tunc contemni poteſt, & ſententia ſubſecuta valet, vt poſt Barto. Bal. & alios per eum allegatos præſertim Alex. in conſi. 62. viſa. colum. fin. verſi fortificantur. lib. 2. & conſil. 145. colum. fi. lib. 5. & plenius per Iaſ. in l. 1. in prin. colum. 5. verſi. 7. ff. de noui oper. nunc. tradit Ioan. Cephal. in conſil. 201. exiſtimo. num. 3. lib. 2.

15 Declara eandem regulam vno modo, † quòd ſi ſit petitũ tantum huiuſmodi conſilium, & non fuerit neque datum, neque pronunciatum eſſe dandum, ſi procedatur, licèt aliàs huiuſmodi conſilio pẽdente regulariter, nec iudex, nec pars poſſit litem incohatam proſequi: tamen ualet proceſſus, & cenſetur illi petitioni renunciatum, ut per Ruin. d. conſi. 77 & conſi. 172. Pro quo facit, quod dicit Alex. dicto conſi. 238. nu. 18. ꝙ ſola petitio talis conſilij non reperitur connumeri inter actus ſuſpenſiuos iuriſdictionis.

Cap. X. De attentat. Poſt auocationem cauſæ.

SVMMARIVM.

1 *Attentata poſt auocationem cauſæ dicuntur magis attentata, quàm ſi fierent relatione, vel appellatione pendente, & infra nume. 7. vbi ratio aſſignatur.*
2 *Appellatio non impedit executionem actus præambuli. Auocatio verò ſic.*
3 *Auocatio impedit, vt nec etiam de conſenſu partium iudex procedere valeat.*
4 *Manus appoſitio ſuperioris operatur, ut inferior non poſsit ſe in illa cauſa intromittere.*
5 *Cauſa negotij principalis, quæ non iuſtificata appellatione à grauamine erat remittenda, propter appoſitionem manus Papæ remanet in Curia, præſertim de ſtilo Dominorum.*
6 *Appoſitio manus ſuperioris habet vim decreti annullatiui, & derogationis, & plus operatur quàm reſeruatio.*
7 *Auocatio cum dependeat à ſola voluntate ſuperioris ſiue iuſta, ſiue iniuſta operatur effectum ſuum, appellatio autem niſi ſit iuſta, non ſuſpendit.*
8 *Auocatio impedit poſſeſſorem vti ſua poſſeſſione.*
9 *Auocatio etiam tacita reſultans ex eo, quod ſuperior cæpit cognoſcere cauſam, cauſat attentata.*
10 *Inhibere cenſetur ſuperior iudici inferiori, & partibus, quando de cauſa cognoſcere incipiens tacite cauſam ad ſe auocat.*
11 *Tacita auocatio non operatur quò ad tertium.*
12 *Tacita auocatio ſolum operatur quò ad illam cauſam, quam ſuperior cognoſcere incepit, non autem vniuerſaliter quò ad omnes cauſas.*
13 *Auocatio expreſſa operatur effectum ſuum tam quoad perſonas expreſſas in commiſſione reformata, & reformante, quàm quoad compræhenſas vigore clauſulæ, omneſq; alios &c.*
Etiam ſi vigore commiſſionis reformatæ prætenderetur fuiſſe perpetuatam iuriſdictionem, nu. 14.
15 *Appellans ad Papam omiſſo medio cenſetur ita ſe ſubmiſiſſe protectioni ſedis Apoſtolicæ, vt inferiorum manus, puta metropolitani ſint ligatæ.*
16 *Clauſula, quatenus cauſa non ſit inſtructa, ſolita apponi in auocationibus operatur, vt ſi tempore executæ citationis cum inhibitione cauſa erat inſtructa, iudex procedens non dicatur attentare, ſecundum aliquos, licèt alij contra, vt ibidem.*
17 *Termini male ſeruati non faciunt, vt cauſa non dicatur inſtructa.*
18 *Clauſula (& cum opportuna auocatione, quatenus cauſa in partibus non ſit inſtructa) id commißione appoſita, facit, vt cenſeatur tributa Iuriſdictio, etiam ſi impetrans non probet cauſam non fore inſtructam.*
19 *Inſtructa dicitur cauſa, quando de ea liquet.*
20 *Liquere de cauſa dicitur, quando eſt concluſum in cauſa & renunciatum probationibus, dummodo pars fuerat citata.*
21 *Iudex, aut partes ſi non habent notitiam auocationis, ſi quid faciant, regulariter non dicuntur attentare.*
22 *Legatus de latere reuocatus ſi quid faciat, antequam reuocationis habeat notitiam, cenſetur validum.*
23 *Vicarij ab Epiſcopo reuocati geſta valent ante reuocationis notitiam.*
24 *Collatio beneficij facta à Vicario Epiſcopi eo tempore defuncti valet, ſi mortis non habuit notitiam.*
25 *Auocatoria commiſſio regulariter non ligat ignorantes.*
Etiam in ſecundis literis eſſet clauſula, quòd deberet reuocari, quicquid fuerit attentatum à die datæ ſecundarum literarum. nu. 26.
27 *Auocatio facta cum decreto irritant operatur etiam contra ignorantes.*
28 *Decretum habet in ſe implicitam inhibitionem.*
29 *Decretum irritans diſcolorat titulum, & poſſeſsionem.*
30 *Decretum inferioris non ligat ignorantes.*
Secundum magis commu. opi.
31 *Poſſeſſio capta ab eo, qui poterat propria authoritate illam capere, non dicitur attentare, ſi fuerit capta, poſt quam Papa motu proprio cauſam ad ſe auocauerat.*
32 *Diſpoſitio c. vt noſtrum, de appel. non habet locum in eo, qui poterat propria authoritate poſſeſsionem capere.*
33 *Proceſſus factus poſt auocationem cauſæ etiam ad partis inſtantiam factam valet, ſi pars noluit vti reſcripto auocatorio.*
Etiam ſi iudex habuiſſet notitiam auocationis, nu. 34.
35 *Curia videtur indiſtinctè tenere proceſſum per inferiorem factum poſt auocationem inualidum eſſe.*
36 *Compulſor procedens poſtquam cauſa à iudice, qui compulſoriales decreuerat, fuit auocata, valide procedit.*
37 *Iudex poſt auocationem poteſt ex cauſa, puta ad tollenda ſcandala, ſe in cauſa intromittere.*
38 *Auocatio ſi eſt nulla, non attentatur, puta ſi ſit facta occaſione recuſationis iudicis ordinarij poſt litem conteſtatam.*
39 *Superior in materia auocationis cenſetur is, qui eſt ſuperior in eodem genere iuriſdictionis.*
40 *Auocatio in dubio non cenſetur per ſuperiorem facta. Niſi de prima commiſsione fiat mentio. nu. 41.*
42 *Mentio litis per clauſulam generalem non ſufficit in commiſsione auocatoria.*
43 *Niſi fiat mentio etiam de proceßu, Vel*
44 *Niſi fuiſſet facta motu proprio.*
45 *Auocatio facta cenſetur quando cauſa, quæ coram uno pendebat, alteri committitur.*

C Eſta poſt auocationem cauſæ per ſuperiorem ad ſe factam, non ſolum dicuntur eſſe ſimpliciter attentata, prout hactenus locuti ſumus,
1 ſed magis attentata † quàm ea, quæ fiunt appellatione, uel relatione pendente, caſus eſt in c. paſtoralis, de offi. deleg. ſecundum Præpoſit. in c. vt noſtrũ, in 2. not. de appel. & ibi Sicul. Bald. Dec. & omnes per illum
2 tex. † appellatio enim non impedit executionẽ actus p̃ambuli, vt in cap conſtitutus de appel. Auocatio verò ſic, ut per Præpoſit. in dicto c. vt noſtrum. & Inno. in c. cum M, de conſti. col. 3. ſub num. 20, & tradit Stef. Aufr. in addit. ad deciſ. Toloſ. 486. col. 2. uerſi. dicit tamen Præpoſitus. De relatione uerò caſus eſt in ca. bonæ. uerſi, nec nocebat, de poſtul. prælat.

ubi

Source : BIU Cujas

3 vbi ſtante huiuſmodi auocatione non poteſt iudex † etiam de partium conſenſu procedere, prout poteſt relatione pendente, vt dicebat Stef. in addit. ad dictam deciſ. 480. verſi. plus operatur. poſt Bart. in l. ad Principem. ff. de appell. De cuius tamen veritate vide, quæ diximus ſup. in ca. 8. de attent. relatione pendente, num. 12. Adeo quòd congrue formanda eſt in propoſito.

Regula, quòd geſta poſt auocationem cauſæ per ſuperiorem ad ſe factam ſunt nulla, & attentata, d. ca. ut noſtrum, de
4 appel. & c. paſtoralis, de offic. deleg. ad quod facit: quia † qñ ſuperior apponit manus, inferior non pōt ſe intromittere: vt eſt deciſ. in recol. Mohed. 129. Parochialis, ſub tit. de præb. & in terminis noſtris attentatorū, ꝙ acceſſus, & recurſus ad alium iudicem poſtquam Papa cauſam principalem, & articulum poſſeſſionis ab ea dependentem ad ſe aduocauit, ſit attentatus ea ratione: quia per appoſitionem manus Papæ ſit impedita poteſtas aliorum, fuit tentum in vna Cæſarauguſtana iuris eligendi, & attentatorum coram D. meo Oradino 7. Febr. 1561. Hinc per auocationem, † & appoſitionē
5 manus Papæ cauſa negocij principalis (quæ non iuſtificata appellatione a grauamine de iure erat remittenda ad iudicē ad quem iuxta c. vt debitus, de appel.) remanet in Curia cognoſcenda, præſertim de ſtilo Dominorū, ut eſt deciſ. 3. aliàs 11. fuit dubitatum, de appel. in no. ad med. ad quod plura ēt ponit Io. de Neuiz. in conſi. 44. incip. conditoris, ſub nume. 10. vbi poſt Fely. ſubdit hoc eſſe magnum verbum, & nouiſſime ēt Menoch. in conſi. 83. reſpondebo. n. 31. lib. 1. ubi ſubdit, † ꝙ talis manus appoſitio habet vim decreti annulatiui,
6 & derogationis, & plus operatur, quàm reſeruatio, & alios in id citat. Prout etiam eandem ꝛcluſionem ſequitur ex recentioribus. Hier. Gab. in conſi. 166. Dertuſen. Eccleſ. num. 6. li. 1. ubi ſubdit, ꝙ ſuper negocio, cui Papa manum apponit, etiam ſine inhibitione ligantur manus inferiorum. Quam amplia.

Primò, vt iſta ſint magis attētata, quàm alia; ut ſupra proximè dictum eſt, cuius ratio illa eſt: quia appellatio nō operatur effectum, vt geſta illa pendente regulariter ſint nulla, & attentata, niſi ſit legitima, & iuſta, cum in iure conſiſtat, vt dicemus ſuo loco infra in c. 12. de attent. appel. pend. in 6. &
7 in 50. limit. princip. Auocatio autem, † cum conſiſtat in facto (quia pendet a ſola uoluntate ſuperioris) ſiue iuſta, ſiue iniuſta operatur effectum ſuum, vt dicit Sicul. in dicto cap. vt noſtrum, & alij ſupra allegati.

Secundò † vt etiam impediat poſſeſſorem illa pendente
8 vti ſua poſſeſſione; ut per Pariſ. conſi. 39. non poſſunt. ſub n. 7. & 11. lib. j. vt diximus ſupra c. 4. de attent. lite penden. in 4. declarat. princ. nu. 35. in 7. limit. Quamuis aliàs lite pendente quis non ſit priuandus ſua poſſeſſione, vt in regula ſupra poſita in dicta 4. declarat. princ. & ſoleat ſemper dici, ꝙ ꝯtinuās non attentat. ut in reg. ſupra poſita in dicto c. 4. de attent. lite pend. in 1. limit. prin. num. 2. quæ Regula non habet locum ſtante auocatione: ut ibi no. nu. 69.

Tertiò, ut præmiſſa procedant † etiam ſi auocatio ſit tacita reſultans ex eo, ꝙ ſuperior cępit cognoſcere cauſam, ut
9 tradit Inno. in c. cum M. colum. fin. in fi. de conſtit. per tex. in c. licet. de offic. deleg. & Ant. in dicto ca. cum M. col. 33. & ibi etiam Sicul. & Domi. in c. fin. in fi. de offi. ord. in 6. quos alle. Stef. Aufrer. in add. ad dictam deciſ. Toloſ. verſi. & ideo, ſicut Papa per ſimplicem cognitionem, & ex recentioribus, Petr. Andr. Anguſol. in conſi. 14. cum Antonius, nume. 8. lib. 1. & Hier. Gigas in tract. de penſion. q. 69. in prin. & num. 4. ubi id ampliando dicit: ꝙ nec etiaꝫ Legatus de latere poteſt ſe hoc caſu intromittere. Immo magis dixerunt Domini in dicta deciſ. 3. aliàs 11. fuit dubitatum, in 3. addit. verſi. ſed pone cō-
10 mittitur. de appel. in no. † quòd Papa per huiuſmodi auocationem videtur, & primo iudici, & ipſis partibus inhibere, & poſt Inno. & Ant. in dicto c. cum M. tradit etiam Soc. in cō ſil. 39. capio primum. nu. 24. lib. 4. Verum quia in hoc puncto aliqui videntur aliter ſenſiſſe, inter quos eſt Archid. 3. q. 6. c. multum ſtupeo. Pro opinionum concordia hæc amplia
11 tio (quæ regulariter videtur tenenda) quibuſdam declarationibus adiuuare eſt neceſſarium. Declara igitur † Primò, ut iſta tacita auocatio operetur effectus ſuos ſolum quoad ipſas partes litigantes, ſecus quoad tertium, qui in cauſa poſſet comparere, ita Inn. ſeipſum declarat in dicto c. cum M. in fi. Si. n. eſſet expreſſa auocatio etiam quoad tertiuꝫ operaretur ſm Præpoſit. in dicto c. vt noſtrum, colum. 1. & ſequitur Stef. in addit. ad dictam deciſ. Toloſ. 480. ad med. verſi. dicit tamē
12 Præpoſitus. Secundò, vt † operetur effectum ſuum ſuſpenſiuum ſolum quoad illam cauſam tantum non uniuerſaliter quoad omnes cauſas. Nam ſi Epiſcopus, uel alius ſuperior incipiat cognoſcere de cauſa, quæ pendebat coram ſuo Vicario, ſeu Auditore, quibus commiſerat vniuerſitatem cauſarum, cenſetur auocare iuriſdictionem ad ſe ſolum in illa cauſa, non autem quoad vniuerſitatem cauſarum. Nam licèt expreſſe poſſet etiam in totum, Tacita tamen auocatio non operatur, niſi quoad illam cām, vt dicitur in addit. ad dictam deciſ. Toloſ. verſic. & ideo etiam quilibet, poſt Innoc. in d. c. cum M. & Domi. in c. fin. de offi. ord. in 6. & Bald. in l. ſolet. §. ſicut. ff. de offic. proconſ. & Docto. in cap. ſi quem, de procur. lib. 6.

13 Quartò † vt auocatio expreſſa operetur effectum ſuum non ſolum quoad perſonas in commiſſione, tam reformata, quàm reformante nominatas, verum etiam quoad perſonas compræhenſas ſub generali clauſula, omneſq; alios &c. non ſolum vt contra eos poſt auocationem non poſſit aliquid valide fieri citra vitium attentatorum iuxta terminos regulæ ſuprapoſitæ, verum etiam quòd nec ipſi, ſi aliquid fecerint ꝯ inhibitionem emanatam à primo iudice vigore cō miſſionis reformatæ, dicantur attentaſſe, & ideo cum in vna Anconitan. attentatorum coram Caputaquen. 2. Iunij 1567 præſupponeretur, Illuſtrem D. Iulianum de Cæſarinis commiſiſſe cauſam iactationum contra Epiſcopum Vicanum, omneſque alios in Rota, & per Epiſcopum (illa præinſerta) fuiſſe reformatam, & à Rota auocatam, & Auditori Cameræ commiſſam, & poſt auocationem D. Iulianum vigore primæ commiſſionis reformatæ inhibuiſſe in partibus dominis de Scalamontibus, qui non obſtante dicta inhibitione fecerunt, executionem ſententiæ in eorum fauorem aliàs in partibus latæ, & dubitaretur, an illa eſſet attentata, & pro attentatis allegaretur regula, quòd quicquid fit poſt inhibitionem, eſt attentatum, cum illa ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſit timenda. Rot. deciſ. 26. aliàs 307. Nota ꝙ audientia, de appel. in antiq. & ꝙ commiſſio auocatoria non poterat iuuare dominos de Scalamontibus, cum reſcripta ſint ſtricti iuris, nec referantur ad perſonas in eis non compræhenſas. l. 1. C. de diuerſ. reſcript. cum ſimil. Maior tamen pars inclinauit pro non attentatis: quia Auditor poſt dictam auocationem inhibuit ſine iuriſdictione, ſtante ꝙ in commiſſione auocatoria aderat clauſula, cum annexis &c. Sicut enim cauſa Scalamontium compræhenſorum in illa clauſula, omneſque alios &c. erat annexa, & acceſſoria ad cauſam principalē motam ꝯ Epiſcopum, ita auocatio Epiſcopi cenſetur facta etiā quoad eos, qui uigore dictæ clauſulæ acceſſoriæ cōpræhendebantur in dicta commiſſione, ad no. per Deci. in c. paſtoralis. §. fi. in fin. de reſcript. & per Franc. in c. in multis, ſub nu. 6. verſi. & hanc partem, de reſcript. in 6. & eſt de mente Abbat. in c. ſedes. ſub num. 4. de reſcript quia reſcriptum impetratum ab vno prodeſt regulariter etiam alijs. Crau. in conſi. 45. nume. 2. Quam ampliationem adhuc ex his, quæ in alia propoſitione eiuſdem cauſæ 27. Iunij 1567. per eundem facta, per Dominos dicta ſunt. † Amplia, ut procedat, etiam ſi
14 iuriſdictio vigore primæ commiſſionis reformatæ prætenderetur perpetuata ante dictam reformationem per decretum citationis, quia nihilominus ēt præſuppoſita perpetuatione maior pars tenuit pro non attentatis, ea ratione: quia iuriſdictio fuerat perpetuata habitu non in actu per not. per Socin. de citatio. in 5. art.

15 Quintò amplia, † vt inferiorum manus cenſeantur ligatæ, ita ut ſi quid faciant, cenſeantur attentare, non ſolum qñ Papa expreſsè, aut tacitè cauſam ad ſe aduocauit, verum etiā quando aliquis ſentiens ſe per aliquam ſententiam inferioris grauatum ab ea ad ſanctiſſimum appellando ſe protectioni ſuæ, & ſedis Apoſtolicæ ſubmiſit, iuxta tex. in ca. ſolicitudinem, & c. dilecti. & c. ad audientiam, de appel. & propterea ſi omiſſo medio aliquis ad ſanctiſſimum appellauerit, & Metropolitanus ſuper dicta cauſa tanquam per appellationem ad eum deuolutam ſententiam ferat, talis ſententia dicitur attentata, ut fuit reſolutum in una Pampilonen. erectionis coram Caputaq. 14. Maij 1568. quia hoc caſu alius nō poteſt de ea cognoſcere, dicto c. ſolicitudinem. Rot. deciſ. 31. aliàs 264. nota utrum appellans, de appel. in antiq. Franc. in ca. ut debitus, col. 3. de appellat.

Limita eandem regulam.

Primò, niſi in auocatione eſſet appoſita clauſula, quæ ſo-
16 let apponi Quatenus cauſa non ſit inſtructa. † ſtante enim dicta clauſula, ſi tempore executæ citationis cum inhibitione uigore dictæ commiſſionis emanatæ, cauſa eſſet inſtructa, iudex primus procedens non attentat, ut eſt deciſ. in recollect. Caputaquen. parte 2. deciſio. 41. incip. attentare, ſub die vltima Aprilis 1540. & alia in recollect. Mohed. 75. conſueuit, ſub rubr. vt lite pend. in una Vercellen. bonorum coram Rauellaten. in qua cum fuiſſet inhibitum 1. Septembris & pronunciatum 5. eiuſdem ſententia fuit habita pro bona. Quamuis ꝯrium videatur ſenſiſſe Put. deciſ. 9. licèt. ſub rub. vt lite pend. in vna Clunen. beneficij Sanctæ Catherinæ coram

Source : BIU Cujas

ram A. Auguſt. in qua 28. Martij 1547. aſſerit fuiſſe tentum, ꝙ ſtante clauſula ſupradicta, ſi tpe impetratæ, & præſentatæ ꝓmiſſionis cã non fuiſſet inſtructa, ſed bene fuiſſet inſtructa tpe executæ citationis cũ inhibitione: iudex obſtante dicta inhibitione non debuit vltra procedere: cum ſatis fuerit tpe præſentatæ ꝓmiſſionis cauſam non fuiſſe inſtructam, Cui ꝓcordat alia deciſ. Acchil. de Graſſ. in vna Cæſaraugustana pẽ minentiarum ſub die 7. Nouemb. 1548. ut eſt deciſ. in recol lec. eiuſdem 61. commiſſio cauſæ, ſub rubr. de commiſſ. De qua vltima reſolutione ſubſiſtendum vĩ, ne maiori forſan authoritate, quam veritate nitatur, vt admonuimus etiã in fra in 2. par. cap. 20. de attent. poſt inhibit. in 13. ampl. regulæ ibi poſitæ. num. 3. Si enim in primo iudice prẽſupponimus ignorantiam huius auocationis, ſi procedat, nihil eſt, quod ſibi imputari poſſit ſecundum ea, quę latius dicemus in pro xima limitatione. Quòd ſi præſupponeretur ſciẽtia, & quod ex arte, & feſtinanter cauſam inſtruxerit, æqua eſſet ſupradicta Putei deciſio, aliàs ſi prius fuiſſet etiam per aliquas horas executa inhibitio, quàm facta citatio ad ſententiam, cau ſa non diceretur inſtructa, & iudex procedendo attentaret; cum per inhibitionem ſint ſibi manus ligatæ, vt conſuluit Auguſt. Bero. in conſi. 114. circa. num. 6. lib. 3. Quam limitationem amplia, vt procedat etiam, ſi in inſtructione cauſæ adeſſet aliqua nullitas, † puta quia termini eſſent male ſer-
17 uati, nam per hoc non dicitur cauſa minus inſtructa, quo mi nus primus iudex poſſit valide pronunciare, ut eſt deciſ. in recollect. Creſcent. 113. ſi Papa: ſub rub. de iudicijs, quam re fert, & ſequitur nouiſſimè etiam Mandoſ. in tract. de inhib. quæſt. 32. ſub num. 4. Eandem etiam limitationem declara, vt ſi actor obtinuerit in curia cõmitti cauſam cum iſta clau-
18 ſula. † Et cum opportuna auocatione quatenus cauſa in par tibus non ſit inſtructa. Quamuis actor non probet cauſaꝫ non fore inſtructam, nihilominus iuriſdictio tributa cenſe-tur, ſecus eſt, ſi non ſit dictum cum opportuna auocatione, & ſimpliciter petatur, cauſam in partibus pendentem auo-cari, vt eſt deciſio. in recollect. Creſcent. 126. commiſſio, ſub
19 rub. de iudic. † Inſtructa autem cauſa dicitur, quando de ea liquet. Liquere autem dicitur, quando eſt concluſum in cauſa, aut renunciatum probationibus, vt eſt deciſ. in recol-lect. Thom. de Tanis 44. incip. erat cauſa aduocatoria. ad fi. & dixit Creſcen. in d. deciſio. 113. ſi Papa, de iudic. quod ſatis cauſa dicitur inſtructa, quando iudex tempore auocationis poterat pronunciare, ad glo. in cap. cupientes §. ſi vero. de ele ctio. in 6. & l. inſtructam. ff. de verb ſign. & quòd cauſa inſtru cta dicatur, quando eſt ꝓcluſum in cauſa, vel poteſt conclu-di, vel eſt renunciatum probationibus, vel poteſt ſententia ferri pro vna parte, fuit tentum poſt Staphil. de liter. grat. & iuſtitiæ. fol. 159. col. 2. aliàs in una Pampilonen. beneficij coram Capizuccho. 2. Iunij 1553, ut eſt in recollect. Caputa quen. parte prima, deciſio. 304. incipien. cauſa tunc dicitur inſtructa. Idem quòd inſtructa cauſa non dicatur, donec poteſt probari, & non eſt in cauſa concluſum, tenet Ferret. conſil. 99. pro parte. in princip. lib. 1. & ꝙ non dicatur de cau-
20 ſa † liquere, niſi poſt concluſionem in cauſa, tradit gloſſ. in cap. ſignificauerunt, & ibi Felyn. num. 3. de teſtibus, quam al legat, & multis etiam auctoritatibus comprobat Sigiſmun. Loffred. in conſil. 32. quondam. ſub num. 18. eandemque cõ muniter approbari teſtatur Blanc. in tracta. de compromiſſ. in quinta q. princ. ſub num. 4. verſic. aduerte in præmiſſis, ad fin. & niſi pars, de cuius prẽiudicio agitur, fuerit citata, vt tra dit nouiſſimè Io. Bapt. de Aſin. in ſua praxi iudic. §. 7. cap. 5. verſi. 11. igitur num. 2.

21 Secundò limita, vt non procedat, † quando Iudex, aut par tes non habuiſſent notitiam auocationis: tunc enim ſi ille ꝓ-cedat, aut partes continuent ſuam poſſeſſionem (& hoc ſm ea, quæ ſupradicta ſunt in ſecunda ampliat. huius regulę) nõ dicerentur attentare, & talia geſta valerent, vt de geſtis per Iudicem ante notitiam reuocationis, tradit Pariſ. conſ. 40. q̃-uis. nume. 6. lib. 4. & eſt deciſ. Delphin. Franc. Marc. q. 979. vbi
22 loquitur de geſtis † per legatum de latere poſt reuocationẽ ante illius notitiam ad quod vide etiam aliquid per Boer. de ciſio. 346. num. 11. & ſeq. vbi idem loquitur de legato, † & Vi
23 cario Epiſcopi reuocato: facit, quod tradit Felv. in c. cæterũ. nu. 25. de reſcript. poſt Calder. in conſi. 4. de offi. deleg. quòd tenent geſta per legatum reuocatum à Papa in publico con ciſtorio ante illius notitiam: & eſt deciſ. in recollect. Chiſſan. 138. incip. Vicarius Epiſcopi, vbi per dictum conſil. Calder. ita fuiſſe tentum refert in vna Iacen. canonicatus coram An to. Aug. de menſe Ianuarij. 1546. Et in materia, quòd geſta valeant ante notitiam reuocationis tam in Vicario, quàm in Legato (in alijs etiam caſibus) vide omnino per Dec. in cõ ſil. 295. in cauſa iſtorum de Formagliarijs. num. 8. quod ꝓ-ſilium aliàs canonizatum fuiſſe per Dominos in vna Hona-burgen. coram Simonetta, allegabant aliàs informando qui dam, aſſerentes ꝙ ita fuit repertum fuiſſe adnotatum p Tar-quinium de Sancta Cruce, ad Fran. in c. ut noſtrũ. de appel. & per Rebuff. in ſua praxi beneficiali (ubi alios allegat) in tit.
24 de ſimon. in reſignatione num. 4. & ſeq. fol. 380. † & in ſimili quòd collatio beneficij facta à Vicario Epiſcopi poſt mortẽ Epiſcopi ante eius ſcientiam valeat, fuit tentum in una Lu-cen. Canonicatus coram A. Auguſtino ſub die 27. Ianuarij 1546. ut eſt deciſ. recollect. Put. 3. collatio Vicarij: ſub rubr. de offi. deleg. & Vicarij. Quò uerò ad partes ꝓtinuantes, licèt nõ reperiam Doctorem hoc in terminis dicentem, tamen hoc ſatis ſuadet ratio, & regula l. ſi mandaſſem, & quæ notant ibi
25 Doctores. ff. mandat. Generaliter autem † ꝙ commiſſio auo catoria non liget ignorantes, eſt deciſ. in recollect. Achil. de Graſſ. 64. commiſſio auocatoria, ſub titu. de commiſſ. Hanc
26 tñ limitationem amplia, † ut procedat, etiam ſi in ſecundis literis adeſſet clauſula, ꝙ deberet reuocari, quicquid à tempo re datæ ſecundarum literarum fuerit innouatum: quia per illas nunquam intelligitur reuocata iuriſdictio a primo Iu-dice illas ignorante, & valebit proceſſus ipſius, & ſnĩa, ut per tex. (quem dicit notab. & menti tenendum) in ca. audita. de reſt. ſpol. tradit Franc. in ca. ſuper eo. el 2. de appel. de quo ta men vĩ ſubſiſtendum propter ea, quæ proxime dicemus nũ. ſeq. Et quia hæc ſecunda limitatio vniuerſaliter non proce-dit eam Sublimita tribus modis.

27 Primò vt non procedat, quando auocatio fuiſſet facta † cũ decreto irritanti; tunc enim operatur effectum ſuum, etiam ꝫ ignorantes, ut geſta ſint nulla, & attentata, de quo (ultra re gulam, ꝙ decretum afficit etiam ignorantes, de qua in cap. 1. de conceſſ. præbend.) traditur per Inno. in c. 1. ut lite pend. & in c. cum contingat. de reſcrip. & faciunt no. per Doct. in cle. vnica, de conceſſ. prębend. ut refert, & ſequitur Stefan. Aufr. in addit. ad dictam deciſ. Toloſ. verſicu. adde quod dicit. poſt Præpoſ. in dicto c. vt noſtrum. col. pen. & fi. & per Ant. Gabr. qui innumeras in id auctoritates citat in tract. commu. con-cluſ. lib. 6. de clauſ. concl. tertia in princ. Ad quod facit, quod
28 aliàs dicitur † ꝙ decretum habet in ſe implicitam inhibitio nem, ut eſt deciſ. Caſſ. ſecunda incip. deciſ. 3. num. 6. de reſtit.
29 ſpoliat. & eſt tantæ potentię † ꝙ diſcolorat titulum, & poſſeſ ſionem, ut eſt deciſ. in recollect. Guid. Bon. 106. Eps Vicanus. ſub rub. de reſt. ſpol. & alia in recollect. Chiſſan. 46. & tradit nouiſſime poſt alios de quibus ibi Menoch. in conſil. 83. rñ-debo. num. 8. lib. 1. Præmiſſa aũt ſanè intelligenda uidentur
30 de decreto appoſito per Principem † ſecus ſi ſit ab inferiore appoſitum: quia tunc ſm magis communem opin. non li-gat ignorantes, vt fuit dictum in una nullius de menſe Maij 1533. coram Io. Clerici, & eſt in recollect. Sarnen. deciſ. 6. in-cip. decretum irritans, ubi in fin. de hac magis commu. opi. atteſtatur.

Secundò, quando fuiſſet facta motu proprio, & ex certa ſcientia Principis, non ad inſtantiam partis, vt per Stef. Aufr. vbi ſupra, verſi. aut auocatio, poſt Inno. in dicto c. 1. & Imol. in c. cæterũ. col. 8. de reſcr. Quę tamen nõ vĩ admodum tuta, cum ꝫriuꝫ tenuerint Inn. Sicul & Ant. ut per Stef. Aufr. ibi, & q̃uis aliàs Gem. fuerit in ea opi. ꝙ commiſſio auocatoria non liget ignorantes (vt ſupra dictum eſt) tamen, quando eſ ſet facta motu proprio magis commu. opi. eſt ꝫ Gem. ꝙ tũc etiam ignorantes afficiat, ut teſtatur Achil. de Graſſ. dicta de ciſ. 64. commiſſio auocatoria ad fi. de cõmiſſio. De qua poſt Rip. in c. cum M. num. 96. de conſtit. teſtatur etiaꝫ Villabob in collect. commu. opi. litera A. num 158. & ſeq. uerſi. auoca-
31 tio cauſę. † Hanc tamen limitationem ſublimita, ut nõ pro-cedat in eo, qui poterat propria auctoritate poſſeſſionem ca pere: quia hoc caſu (etiam ſi Papa motu proprio auocauerit cauſam ad ſe, & inſuper inhibuerit, ne quid deſuper ſignare tur (adeptio poſſeſſionis poſtmodum facta non uidetur at-tẽtata, ita in una Spoletana ſpolii Epiſcopatus inter Illuſtriſ ſimos Cardinales Farneſium, & Peruſin. inclinauerunt Dñi
32 coram D. meo Oradino ſub die 24. Februarii. 1556. † quia c. vt noſtrum. de appellat. non habet locum in eo, qui propria authoritate põt capere poſſeſſionem ſm eos, & iterum corã eodem in eadem die nona Martii. 1556. ubi ad c. ut noſtruꝫ, quatuor rñſiones fuerunt accommodatæ, de quibus ibi, qđ iterum firmatum fuiſſe videtur in alia propoſitione ſub die 24. Ianuarii. 1555.

33 Tertiò limita † qñ auocatio fuiſset facta ad inſtantiã par tis: nã tunc parte non utente reſcripto, per quod fuit facta
34 auocatio † (ẽt ſi Iudex habeat auocationis notitiam) põt tñ valide ꝓcedere quouſq; pars nõ vtiẽ dicta auocatione: parte .n. vtẽte nõ poſſet amplius ꝓcedere, vt no. Doc. in d. c. ceterũ, & Arch. & Dom. in d. c. 1. Bal. ĩ l 1. C. vt lite pẽd. & in l. falſus. C. de furt. Sicul. in c. audita. de reſtit. ſpol. col. pen. & fi. in di-cto c. cum M. ut eos allegat Stefan. ibidem circa fi. Quamuis

vt

Source : BIU Cujas

35 vt dicebat Sicul.in dicto c.cum M.† Curia has limitationes non reciperet,cum indistincte teneat,processum per inferiorem post auocationem factam nullum esse.

36 Tertiò limita regulam † ut non procedat in processu facto post auocationem per Iudicem subdelegatum à primo Iudice ante auocationem,ut puta ad exequendas literas cõpulsoriales : si enim post decretas literas causa auocatur, & Iudex compulsor procedat,processus dicitur validus,ita fuit dictum in una Salamantina Canonicatus coram Baren. ut est decisio.in recollect.Guid.Bonon.77.tentum fuit. sub rubr. de Iudi.

Quartò potest limitari,ut non procedat,si iudex ex noua causa intromittat se in negocio specialiter alteri delegato;

37 quia † ex noua causa, puta ad tollenda scandala potest se intromittere,ut post Abb.in c.studuisti.de off.deleg.tradit Mãdel.de Alba.in consi.78.quamuis.in prin.lib.1.

38 Quintò limitari potest,ut non procedat † quando auocatio fuisset facta occasione recusationis Ordinarij tanquam suspecti post litem contestatam propositæ; Cum enim,quãdo coram Ordinatio lis est contestata,non possit ratione recusationis causa ab eo auocari,& alteri cõmitti, ut post Specul.in tit.de recusat.§.recusari, & §.fit autẽ recusatio, & Bal. in l.apertissimi.C.de iudi.& in l.fin.col.1.C.de sentent.tradit eleganter Aug.Bero.in consi.117.ex ultima.nu.5.lib.3. consequenter infertur,quòd auocatio sit nulla,& inualida,ergo non debet posse causare attentata, sicut diximus de lite nulla supra c.4.de attent.lite pend.in tertia limit.princ.& de appellatione nulla infra c.12.de attent.appel.pend.limitat.6.& quinquagesima; quæ non faciunt attentata. Quinimmo ex hoc posset non inutiliter magis uniuersaliter hæc limitatio concipi,vt regula supraposita non procedat,quando auocatio esset ex aliqua causa nulla per omnia supradicta.

Sextò, vt non procedat, quando Papa apposuit manum committendo causam nullitatis alicuius pensionis,cũ clausula,sine retardatione solutionis pensionis:quoniam executor datus in literis reseruationis pensionis, poterit etiam lite pendente compellere ad solutionem non obstante dicta manus appositione,ut firmat Gigas.in tract.de pensio.q.69.nu.4 Nisi hoc casu fuisset per Iudicem inhibitum, ut ille ibidẽ declarat,Quinimmo etiam sine ista clausula pendentia nullitatis, uigore specialis rescripti non impediret, quominus postea etiam via executiua ad pensiones agi possit,ut fuit tẽtum in vna Adrien. pensionis coram D. meo Oradino 29. Maij 1562. De cuius tamen ueritate aliquid diximus infra ca.17.de attent.nullit.penden.in 15.sublimitat. primæ limit. regulæ ibi positæ.

Declara nunc regulam suprapositam.

39 Primò:ut quod dictum est de superiore auocante † intelligatur de superiore in eadem specie iurisdictionis, ut considerat eleganter Decius in dicto cap.ut nostrum.post princ.p.de appellat.

40 Secundò,quòd † in dubio auocatio non censeatur per superiorem fieri : & inde dicitur, quòd Papa non censetur in dubio causam velle auocare à primis Iudicibus. Paris.consi. 49.ad primum.num.22.lib.4.& nouissime Rebuff. in praxi

41 beneficiali de simonia in resignatione num.37. † nisi de prima commissione sit facta mentio, idem Paris.ibidem: Qui

42 nimmo quando fit auocatio † non sufficit mentio litis per

43 clausulam generalem non obstante litis pendentia, † nisi fiat mentio de processu, & statu causæ, secundum Saly.in l.

44 2.C.ut lite penden. † Vel quòd auocatio sit facta motu proprio secundum Ruyn.in consi.76 primò est uidendum,nu.

45 6. lib. 5. † Bene tamen censeretur facta auocatio, si causa, quæ uni erat commissa, alteri committitur , ut per Mil. in verbo rescriptum per quod , & paulò post in eodem uerb. fol. 394.

Cap. XI. de attentat. pendente tempore ad appellandum.

SVMMARIVM.

1 *Termino ad appellandum pendente si quid fiat,dicitur attentatum.*
2 *Terminus ad appellandum est decem dierum,nec potest prorogari,aut abbreuiari per Iudicem.*
3 *Etiam de consensu partium,etiam per viam compromissi. nu.3.*
4 *Nisi per statutum, aut consuetudinem, aut ratione scandali, aut alterius vtilitatis.num.4.*
5 *Decem dierum terminus ad appellandum regulariter currit à die sententiæ.*
6 *Et de momento ad momentum,secundum commu.opi.*
7 *Nisi in grauamine successiuo,*
8 *Carceratus dicitur esse infra hos decem dies,etiã si sint lapsi,30.anni.*
9 *Terminus ad appellandum currit quandoque à die notitiæ.*
10 *Decem dies ad appellandum currunt domino à die notitiæ procuratoris.*
Nisi procurator esset non soluendo.num.11.
12 *Contumax fictus appellat infra 10.dies à die scientiæ.*
13 *Attentatum post decem dies à die sententiæ,intra tamen decem dies à die notitiæ regulariter reuocatur per viam iniustitiæ.*
14 *Gesta pendente tempore ad appellandum regulariter sunt attentata, prout gesta appellatione pendente.*
15 *Paria sunt,esse appellatum,vel esse infra tempus ad appellandum secundum commu.opi.*
Limitatur respectu tertij, vt infra nu.44.
16 *Et est etiam de stilo magnæ curiæ Neapolitanæ.*
17 *Impetratio beneficij tanquam vacantis per priuationem non valet, si fiat pendente tempore ad appellandum.*
18 *Publicatio absolutionis ab excommunicatione hoc tempore facta est tãquam attentata reuocanda secundum aliquos.*
Contrarium est verius,num.19.
20 *Regula prædicta de iure procedit etiam in criminalibus.*
21 *Bannitus pendente tempore ad appellandum non potest impune offendi,secundum veriorem & magis commu. opi. Non procedit autem de consuetudine parlamenti, & aliarum curiarum delphinatus, & status Mediolani,& de generali etiam consuetudine secundum commu.opi.vt infra num.seq.*
22 *Nisi essemus in confesso,ac conuicto.*
Etiam præsumptiue.vt ibidem.
23 *Pendente tempore vigore restitutionis ad appellandum obtentæ, si quid fiat.dicitur attentari.*
24 *Restitutus ad prosequendam appellationem desertam potest petere reuocari etiam ea, quæ infra terminum ad appellandum fuissent attentata.*
25 *Condemnatus non dicitur infamis pendente tempore ad appellandum, Potest testari & eius bona transeunt ad eius hæredes.*
26 *Sententia in notorijs mandatur executioni etiam pendente hoc tempore ad appellandum.*
27 *Sententiæ in possessorio latæ fit executio etiam infra decem dies datos ad appellandum.*
28 *Nisi fuisset in ea omissus ordo iuris.*
29 *Nisi loquamur de iure canonico.*
30 *Interlocutoria sententia exequi potest etiam infra tempus ad appellandum.*
31 *Etiam si haberet vim diffinitiue,Vel*
32 *Esset connexa causæ principali.*
33 *Nisi essemus in interlocutoria,puta de aliquo torquendo.*
34 *Excommunicationis sententia infra tempus ad appellandum lata non reuocatur via attentati:secundum commu.opi.*
35 *Denunciatio autem excommunicationis an valeat,remissiue.*
36 *Sententia non solum excommunicationis,sed omnis alia,quæ secum trahit executionem operatur, vt gesta pendente tempore ad appellandum non sint attentata.*
37 *Relaxatio possessionis sequestratæ videtur trahere secum executionem:*
38 *Commissio de exequendo similiter trahit secum executionem.*
39 *Appellatio vbi est prohibita, ibi pendente tempore decem dierum si quid fiat,non dicitur attentari.*
40 *Gesta per falsum procuratorem infra tempus ad appellandum a sententia grauaminis extraiudiciali non sunt attentata.*
41 *Innouatio legalis potest pendente tempore ad appellandum fieri.*
42 *Gesta pendente termino ad appellandum sunt valida, si postea non appelletur secundum commu.opi.*
Licèt aliqui contra,vt num.43.
45 *Condemnatus in sententia,si infra decem dies ad appellandum producat testes,non attentat,nec censetur futuræ appellationi renũciare.*
46 *Compromissum factum infra tempus ad appellandum non excusat à lapsu fatalium,& desertionis causæ.*
47 *Secus si fiat post interpositam appellationem.*
48 *Tertiò,qui non fuit in lite,vt currant decem dies ad appellandum,non sufficit scientia litis,sed requiritur scientia scientiæ.*
49 *Terminus decem dierum ad appellandum ut currat, non sufficit habere notitiam sententiæ, & eam simpliciter fuisse latam, nisi etiam sciamus illius tenorem,& eam sic fuisse latam, remissiue.*

Vidimus hucusque de actibus, qui solent ut plurimum expediri ante sententiam (licèt & post sententiam quoque fieri posse non inficiemur.) Quibus pendentibus gesta dicuntur transire in uitiũ attentatorum,sequitur nunc iuxta ordinez in prin.huius secundæ partis propositum,videre de his, quæ fiunt post sententiam, inter quos immediate sequitur ad propositum nostrum terminus decem dierum, qui datur ad appellandum:

1 nam & eo pendente,si quid fiat, attentatum regulariter esse non ambigitur, quia propter uim imminentis appellationis

Source : BIU Cujas

nis oriuntur attentata, vt dixerũt aliàs Domini in vna Neapolitana attentatorum corã Sarmiento 29. Maij 1564. Qui
2 terminus ſicuti clarũ eſt,† ꝙ eſt decem dierum, vt in auth. hodie.C.de appel.c.non ſolùm.de appel. in 6. cum ſimil.Et quod nõ poteſt prorogari, neque abbreuiari per Iudicem,
3 ut per Franc.in c.cum ſit Romana.nu.7.& ſeq.de appel.†ẽt de conſenſu partium,vt eſt deciſ. Lanfranc. 475. decendiũ, & alia Miſinger.ſing.obſer.centuria.2.deciſ.68.incip.decendium,vbi & illud ſubdit, ꝙ nec etiam per uiam cõpromiſſi id partibus facere licet,& iterum centuria tertia,deciſ.11.incip.non ſolùm,& tradit etiam nouiſſime Io. Bapt. Aſin.in
4 ſua praxi iudic.§.2.c.9.in prin.† niſi per Statutum,aut conſuetudinem, & niſi ratione ſcandali, aut alterius vtilitatis talis prorogatio,aut abbreuiatio fiat,ut per Franc. in ſupra dicto loco.Ita ſatis dubium eſt,quando incipiat currere,an
5 à die ſententiæ, an vero à die notitiæ † licèt enim regulari-
6 ter currat à die ſententiæ† & de momento ad momentum, ut per Mil.in verb.appel.debet. fol.11. & eſt elegans deciſ. Toloſ.101.& traditur etiam per Fran.in c.ex ratione.nu.2. & ſeq.& in c.bonæ.nu.19. de appel. & iſta ſit cõmunis opinio de qua teſtatur Alex. ſeu potius collegium Patauinũ inter conſi.Alex.87.Nos doctores.nu.1.lib.6.& tradit Minſinger.vbi ſupra centuria ſecunda deciſ.2.incip.decem dies
7 † niſi ſimus in grauamine ſucceſſiuo, puta in carceratione
8 ‡ (Carcèratus enim ſemper dicitur eſſe infra hos decẽ dies, etiam ſi ſint lapſi 30.anni ſecundum Franc.in c. ſuper eo.el
9 2.nu.4.de appel.) † Quandoque tamen currunt etiam à die notitiæ,vt eſt elegans deciſ.Rot.22.aliàs 137. appellatus, de appel.in no.& deciſ.Capic.139.per totam,vbi ponit,qñ appellari poſſit,tam per dominum, quàm per procuratorem à die notitiæ,& an ſententia ſit intimanda & alia etiã deciſ.
10 Lanfranc.235.decendium,vbi amplius vult † ꝙ dicti decẽ dies currant domino à die notitię procuratoris,qñ Iudiciũ fuit agitatum per procuratorem : quod tñ non vĩ procede-
11 re,† quando procurator non eſſet ſoluendo: quia tunc dominus intra decem dies à die ſciẽtiæ poteſt appellare, vt eſt
12 deciſ. Afflict. 345. fuit dubitatum.nu.4.Prout eſt,† qñ quis eſt fictus contumax, puta citatus per edictum, aut ad domum,& abſens indefenſus:nam & hi infra decem dies à die ſcientiæ poſſunt non petere reſtitutionem ad appellandũ, ſed appellare, vt per Mil. in verb. appellatio debet interponi,fol.11.pro quo eſt deciſ.Rot.16 aliàs.364. cũ iura. de dol. & contum.in no.& deciſ.46.aliàs 499. nota ſi feratur de appel.in antiq. Quamuis in contrarium in eo caſu (qñ procurator non eſt ſoluendo) ſit deciſ. Toloſ.101.in fin. vbi vult, ꝙ dño non ſubueniatur per appellationem,ſed per reſtitutionem in integrum. Quicquid tñ ſit de hoc dubio (ſuper quo ſufficiat hæc pauca remiſſiue tetigiſſe, de quo dicemus etiam magis diſtincte ʃ. in c.12.de attent. appel. pend. limit.quinquageſima prin.nu.45.& ſeq.) ad propoſitũ noſtrũ dum tractamus de reuocatione eorũ, quæ attentantur pendente iſto termino ad appellandũ, intelligendũ eſt de termino decem dierũ à die ſentẽtiæ, non aũt à die notitię,
13 † ſi enim aliquid attentatur poſt decem dies à die ſentẽtię, intra tñ decem dies à die notitiæ,regulariter illud non uia attentatorũ reuocantur, ſed uia iniuſtitiæ, vt eſt deciſ.Rot. 28.aliàs 187.licet.de appell.in no.vbi dicit, ita eſſe intelligẽ dum d.c.non ſolum.de app.in 6.& tradit Mil.in verb.attentata pendente tempore,fol.29.& Moderni in ſua praxi. Ro. Cu.lib.8.c.4.vt lit.pend.& de attenta.ſub nu.9.verſ.generaliter vero:Sit itaque
14 Regula † quòd geſta pendente tempore decem dierum à die ſententiæ (qui dantur ad appellandum) ſunt attentata,& uia attentatorum reuocanda, perinde ac ſi fuiſſent ge-
15 ſta appellatione pendente† Paria enim ſunt eſſe appellatũ, vel eſſe infra decem dies ad appellandum,etiam quò ad attentata reuocanda,vt eſt tex.in d.cap.non ſolùm. in prin.& gl.magiſtra in l.ex iudiciorum.ff.de accuſatio. quam ſingularem dicit Ant.Corſett.in ſing.ſuis in verb.appellatio : incip.item operatur,& communiter approbari,tradit nouiſſime Franc.Marc.in deciſ.Delphin.q.760.& gl.in l.1.ff.nil nouari.appel.pend.& nouiſſime etiam Viuius commu. opin. lib.2.opi.30.incip. attentata. in 2.amplia. & poſt dictam gl. Alex.in conſi.99.Viſis.lib.5.& tradit Mil. in verb. attentata pendente tempore,fol.29.& in verb.appellationis tempus, & ibi addit.fol.12.Pro qua eſt etiã deciſ.Guid.Pap.74.in cau-
16 ſis ciuilibus,& Capic.deciſ.167. nume. 2. vbi inquit † quòd hoc etiam eſt de ſtilo magnæ Curiæ Neapolitanæ, ut intra hos decem dies ſententia,aut decretum magni Conſilij nõ mandetur executioni,& tradit Lap.alleg.2. nu. 7. & Franc. Marc. deciſ. 271. in fi. Ruyn.conſi.75.quantum.numero 2. lib.5.& conſi.172.circa.nu.10. lib.4. & Marant. in Specu. q. 2.tertiæ partis ſextæ partis princip.nume.162. poſt Alexan. in l.3.§.ſi ſeruus.ff.de acq.poſſeſſ.& Bald.& alios,de quibus per ſupradictos Docto.& Io.Crot. in conſi.7. in cauſa. nume.23.colum.quarta,& Didac.pratic.queſtio.c.23. num.2. verſi.tertia interpretatio,vbi poſt alios pariter teſtatur, gl.in d.l.ex iudiciorum cõiter teneri : & nouiſſime per Io. Bapt. de Aſin. (qui quamplures vltra præallegatos in id citat) in ſua praxi.iudi.§.31.c.2.in 3.limi.prin.per tot.& Grat.in cõſ. 16.viſis.nu.6.lib.2.Et pro regula (quando ſumus in caſu,in quo licuerit appellare) eſt hodie deciſ.in recollect.A.Auguſtini tertia,quæ incip.cum Andreas,& ita ẽt fuit tentum in una Toletana Capellaniæ coram D. meo Oradino ſub die 9.Iulij.1567.ꝙ præſentatio,inſtitutio, & poſſeſſio capta infra hos decem dies ſint attentata,& dixit Put.in recoll.ſuis.
17 2. deciſ. 98.† ꝙ impetratio beneficij tanquam vacantis per priuationem non valet, ſi ſit facta pendente tpe ad appellãdum, quod ipſum in eiſdem terminis firmauit Chiſſanen. deciſ.1.incip.in termino ad appellandum.ubi refert, ita etiã aliàs fuiſſe tentum in alia Barchinonen. corã Marcello, & motus hac regula conſuluit aliàs And.Barba.in conſi.7.viſis dubijs.col.fi.verſ.ad octauum,nu.13. lib.3. ꝙ ſi quis fuit ab excõicatione abſolutus,& pendente tpe ad appellandũ
18 ab hac abſolutione ille fuerit per Iudicem † publicatus abſolutus, talis publicatio debet tanquam attẽtata reuocari:
19 Quod dictũ licèt prima fronte uideatur poſſe admitti † in rei tamen ueritate nullo modo vĩ tenendum: quoniã ſi pẽdente hoc tpe poteſt ferri excõicatio,vt ʃ.in 4.limit. nu.37. & inſuper pendente etiam appellatione poteſt proferri abſolutio ab excommunicatione,ut ʃ.c.12.de attent.appella. pend.in 23. limi. prin.non uideo quare publicatio abſolutionis quæ eſt fauorabilis,ut diximus in d.23.limi. non poſſit fieri pendente tempore ad appellandum, cum abſolutio fiat ẽt poſt appellationem interpoſitam, quod eſt magis.

Ampliatur prædicta Regula.

20 Primò:vt non ſolum procedat in cauſis ciuilibus †uerũ etiam in criminalibus,ut eſt deciſ.Guid.Pap.74.in cauſis,&
21 alia Franc. Marc. q.907.nu.2. † & propterea bannitus pendente tempore ad appellandum non poteſt impune offendi, ut eſt uerior, & magis commu. opinio, de qua teſtatur Blanc.in ſua pratic.crimin.fol.100.nu. 111. in c. in quo tractat,an ignorantia excuſet à delicto,ubi plures,& authoritates,& iura ad hoc adducit, idemque poſt eum tenuit etiã de commu.opin.atteſtans Iul. Clar. receptarum ſententiarum lib.5.in §.homicidium col.38.verſi. ſucceſſiue quæro. fol.31.Ita ut mirũ videri poſſit, quod nouiſſime Viuius cõmu.opi.lib.2.opi.30.incip.attentata,in ſecunda ampli.verſ. ſecus in criminalibus : atteſtatus fuerit ex eodem Blanc. d. nu.111.magis commu.& veriorem opi. eſſe, ꝙ bannitus pẽdente tempore ad appellandum poſſit impune offendi, cũ contrarium expreſſe firmet Blanc.in libro meo ut ſupra dictum eſt.Quod tamen limita duobus modis.Primò.vt non procedat hoc de conſuetudine parlamenti,& aliarũ Curiarum delphinatus,ut idem ibidẽ,& per Franc.Marc.d.deciſ. 907. & etiam de cõſuetudine ſtatus Mediolani, ut dicit idẽ
22 Clarus,ubi ſupra.Secundò † niſi eſſemus in confeſſo,& cõuicto; tunc enim dicti decem dies non expectantur.Guid. Pap.d.deciſ.74.Et pro hac ampliatione, & hac ſecũda illus limitatione ſa.d.deciſ.A.Auguſtini tertia, quæ incip. cum Andreas, vbi voluit, ꝙ collatio facta de beneficio illius, q fuerat condemnatus pendente hoc tempore non valeat, ſi talis condemnatus potuit appellare, prout non potuiſſet appellare in caſu ſuo,ex eo quia ille erat confeſſus, & conuictus ſaltẽ præſumptiue,ex quo ille carceres fregerat. Vnde ex illa deciſ. poteſt colligi etiam Ampliatio ad hãc ſecũdam limitationem,ut procedat,etiam ſi quis ſit conuictus, aut confeſſus præſumptiue. Declara etiam hanc ampliationem,ut quamuis illa de iure ſit uera,& cõmunis:de conſuetudine tamen minime obſeruatur,vt hĩ per Iul.Clar.in ſua practi.criminal.q.96.in prin.vbi, & de communi opin. ſupra dicta,atque de illius inobſeruantia atteſtatur.

Secundò ut non ſolum procedat in tempore decem dierum,qui dantur à iure ad appellandum:dicta auth. hodie,
23 cum ſimil.† ſed etiam in tempore uigore reſtitutionis in integrum ad appellandum conceſſo, ut tradit notanter Mil. in uerb.attentata pendente cauſa.fol.29.

Tertiò uidetur poſſe ampliari, ut procedat, etiam ſi ſententia ob non proſecutionem tranſiuerit in rem iudicatam,dummodo quis ad proſequẽdam appellationem fue-
24 rit reſtitutus : † nã is poteſt petere reuocari ẽt illa attẽtata, quæ fuerunt geſta infra hos decẽ dies, ut vĩ deciſ. Egid. 217. Exceptio,licèt contrariũ videri poſſet; cũ reſtitutio ad proſequendam appellationem,reponat in priſtinum ſtatum.

Quartò, ut in tantum paria ſint eſſe infra tempus ad ap-
25 pellandum,& eſſe appellatum,† ut pendente hoc tpe condemnatus non dicatur infamis,poſſit teſtari, & bona tranſeant ad eius hæredes, ſecundùm Corſett. in ſingu. ſuis, in

Source : BIU Cujas

verb.appellatio.incip.item operatur,& ibi addit.apud eum latius,& plenius circa hoc vltimum habes apud Guid.Pap. in tracta.de appel.q.120.col.9.vers.sed quid se decedat, vbi per quinque col. prosequitur, an hæres hoc casu possit appellare, & an mortuo reo infra tempus ad appellādum sententia sit mandanda executioni quoad bona confiscata,& diuersas circa hoc opi.recenset.

Limitatur eadem regula.

26 Primò: ut non† procedat in notorijs:in his enim pendē te huiusmodi termino sententia mādatur executioni:quia cum in his regulariter appellari nō possit, frustra executio differretur. Mil. in verb. executio sententiæ super notorio, fol.130.& in verb.notorium operatur, quod sententia. fol. 239.vbi tamē limitat vno modo, vt ibi per eum remissiue: ad quod uide etiam Oldrad.consi.18.quē refert,& sequitur Firman.in repert.in verb.appellatione pendēte,nu.14. Hāc limi.expresse etiam post Ant.de But.in tracta.de notor.art. 4.de effect.notor.nu.16.ponit ex recentioribus Io. Bapt. de Asin.in sua praxi iudic.§.31.capitu.2.in tertia limit. princi. ad med.

27 Secundò,quando sumus† in possessorio; nam sententia in eo lata potest exequi etiam infra hos decem dies:quāuis enim Grat.in consi.163.requisitus,sub num.51.vers.vigesimoquartò lib. 2.aliter senserit: contrarium tamen videtur verius,vt per Paris.post alios,de quibus ibi per eum.in cōs. 108.de bono iure.num.23.lib.primo,& ita aliàs tenuerunt Domini in una Auximana tenimenti coram Iunio 29. No
28 uembris 1557.Quam secundā limitationē sublimita. † Primò nisi hoc casu in possessorio esset omissus ordo iuris: tūc enim sententia non mandatur executioni,ut est de mēte Baldi in consi.366.quamquam.nu.4. lib.3. Cum & aliàs regulare sit, q̄ etiam in possessorio permittitur appellatio, quando debitus ordo iuris fuerit omissus,ad no. per Bar.in l.2.sub nu.5.ff.de appel. & executio.interim facta dicitur attentata,Alcia.consi.37.requisitus.num.18.lib.6.Grat.consi. 163.nu.46.lib.2.& Bero.consi.51.in hac causa.nu.6. & cōsi.
29 110.nu.12.lib.3. † Secundò: ut non procedat de iure canonico, quo iure regulariter datur appellatio secundùm cōmu.opi.Afflict.decis.269.nu.2.

30 Tertiò,vt non procedat in sententia † interlocutoria: gesta enim post eam infra decem dies regulariter non sunt attentata,& Iudex interim potest procedere, ut per Franc. in capitu. super eo, el primo. nume. 7. de appel.post glo.in l.à procedente.C.de dilat.& in c.fin. in verb. appellatum de appel.in 6.& Bal.in l.ita demum. C.de procur. Spec. de appel. §.restat.in fi.tradit ex recentioribus Augu. Bero. consi.106. quatuor.nu.7.lib.3. quam limitationē amplia duobus mo-
31 dis. Primò: vt procedat † etiam si talis interlocutoria haberet vim diffinitiuæ:licet enim, quādo sumus in diffinitiua, paria sint esse appellatum, uel esse infra tempus ad appellandum, glo.in l ex iudiciorum.ff.de accusatio.ut supra dictum est, & regulariter interlocutoria habens uim diffinitiuæ reguletur,vt diffinitiua,vt per Alex.consi.182.in prin. lib. 6. Nihilominus quando sumus in interlocutoria uim diffinitiuæ habente,non sunt paria esse appellatum, & esse
32 infra tempus ad appellandum. Franc. in dicto c. super eo. sub nu.7. † Secundò etiam si articulus, super quo lata fuit interlocutoria, esset connexus causæ principali, ut ponit idem in dicto c.super eo.sub nu. 7. Sublimita eandem uno modo, vt non procedat in criminalibus; In his enim etiā
33 si sumus in interlocutoria † puta,quòd aliquis sit torquendus de iure,non debet fieri executio pendente hoc tempore ad appellandum,ut est decis.delphin.Fran.Marc.907. licèt male de consuetudine seruetur,ut dicit idem ibidem.

34 Quartò fallit in sententia † excommunicationis: nam illa pendente hoc tempore lata non reuocatur uia attentati,ut est gl.in c.venerabilibus.§. porrò.in verb. appellatum, de senten.excommunicationis.in 6.& no.Mil. in verb. sententia excommunicationis lata,& in verb.attentata pendē te tempore.fol.29. Pro quo facit, quod dicit Rot. decis. 28. aliàs 187.licèt.de appellatio.in no.dum refert, quòd quidā Domini dicebant,dictum c.non solùm, nō habere locum in excommunicatione hoc tempore pendente promulgata, & ista videtur communis opinio, de qua post Domi.in consi.99.col.prima,testatur Didac.pratic.quæst.cap.23. sub nume.2.in fi.& in terminis, quòd huiusmodi excommunicatio valeat,est decis.Rot.51.aliàs 379. si committatur, col. secunda,vers.sed quicquid sit,omnes Domini, de appel. in
35 no.vbi tenent, quòd prolatio sententiæ ualeat † licèt denūciationem (de qua ibi) dicant non ualere de quo latius infra capitu.9 de attent. appel,penden.limit.21.princip. nu.5.
36 & per totam † Hæc autem quarta limitatiò videtur ex his, quæ ponit post alios Aug.Bero.in consi.45.in causa.nume. 25. lib. 3. magis uniuersaliter ad alios etiam casus (in quibus sententia traheret secum executionem)posse extendi, dum uoluit,quod si Iudex lite pendente auocaret ad se possessionem ad tollenda scandala, & per partes fuerit facta instantia,quòd sumpta informatione quis tempore litis motæ esset in possessione, & (prout solet fieri in possessorio summario) per suam interlocutoriam declararet illū possessorem, ac auocatam possessionem relaxaret, Iudexque ita interloquendo declarauerit,alterum declarando possessorem, & possessionem relaxando, ac possessor declaratus possessionem acceperit pendente hoc tempore ad appellādum; talis possessionis adeptio, ac relaxatio non sunt uti
37 attentata reuocanda ea potissimum ratione † quia illa sententia secum traxerat executionem, arg. eorum, quæ diximus proxime de excommunicatione. Quod comprobat
38 idem ibi etiam † exemplo commissionis de exequendo, & sententiæ interlocutoriæ, quæ cum trahant secum executionem,non admittunt appellationem: vnde ex ipsius intentione uideretur hæc limitatio reformanda, ut Regula non procedat in his casibus,in quibus sententia secum traheret executionem,quæ extensio, ac reformatio satis uidetur admitti posse:quoniam cum per huiusmodi sequestrationem, & auocationem possessionis à Iudice absque partium consensu factam, possessio non perdatur, ad not. per Bar.& Doct.in l.licet.ff.depositi. statim atque per relaxationem à Iudice factam est sublatum impedimētum.quo impediebatur possessor suam continuare possessionem possessor dicendus est continuare, non autem de nouo acquirere possessionem, merito non obstante, quòd ista relaxatio & subsecuta possessionis continuatio fiat pendente hoc tēpore ad appellandum,non potest dici attentata, cum continuans non attentet,ut diximus supra cap.1. de attentat.lite pend.in prima limi.prin.

Quintò vniuersaliter potest limitari,ut non procedat in
39 omnibus casibus † in quibus est prohibita appellatio, arg. eorū,quæ diximus supra in prima, & secūda limit. Si enim vera est illa ratio,quòd ideo in notorio, & possessorio gesta infra hos decem dies non sunt attentata: quia in his frustra differtur executio sententiæ, ex quo in eis non appellatur, hæc eadem ratio uendicat sibi uniuersaliter locum in omnibus casibus, in quibus prohibetur appellatio. Inde aliàs videmus, quòd si carceratus fractis carceribus aufugiat, si condemnetur,non potest regulariter appellare: quia habetur pro confesso,& conuicto,& si interim pendente hoc tēpore decem dierum sua beneficia tanquam uacātia per priuationem conferantur, talis collatio dicitur ualida ex hoc solo capite:quia appellatio erat eo casu prohibita, ut uidetur decis.in recollect. A. Augustini 3. quæ incip. cum Andreas,ad med.

Sextò limita, † ut non procedat in gestis per falsum procuratorem post sententiam, uel grauamen extraiudiciale
40 infra tempus ad appellandum: quia illa non esse attentata tenuerunt Domini in una Gerunden. coram. A. Augustino, ut est decis. in recollect. Acchil. de Grass. 28.attentata post sententiam,sub tit.de attentat.

Septimò fallit † in innouatione legali,quæ pēdente hoc
41 tempore ad appellandum fieri potest,exemplum in condēnato,qui hoc medio tempore,& interim est infamis, & cōsequenter contra eum procedit innouatio ista legalis:licèt secus sit, quando est interposita appellatio,secūdum Vital. in dicto tract.clausi.in clausi.nil nouar.appellatione pendēte.nu.12. fol. 92. de cuius dicto ualde videtur dubitandum, propter ea,quæ diximus supra in ultima amplia.huius reg. nu. 28. & infra cap. seq.de attent.pendente appellatione, in prin.in secundo exemplo primæ rationis, de qua ibi num. 47.& sequen.

Octauò regula non procedit † quando postmodum ap-
42 pellatio non fuisset interposita in tempore: quoniam tunc cessant attentata,& gesta pendente termino ad appellandū non reuocarentur,ut tradit in terminis, & bene notādum dicit Domin.in c.venerabilibus.§ porrò.ad fin. post glo.ibi vers.secundo nota,de sentent. excom. in 6. & est communis opin.de qua testatur Franc.ibidem sub nu.6.uers.sed cōmunis opi.& sequitur Fely.in c.quoad consultationem.nume.38.de re iudic.quem secutus uidetur Didac.pratic.quæstio.c.23.sub nu.2.vers.illud tamen obiter,& uidetur fuisse reso lutum in una Burgen. decimarum de scalante coram Deza. 20.Aprilis 1553. in qua Iudex tertia Decembris tulit sententiam, & eadem die decreuit mandatum executiuū, cumque deinde decimaquinta eiusdem mensis (& sic nō in tempore) appellatum fuisset,& prætenderetur dictū mādatum (tanquam decretū infra decem dies ad appellandū) esse attentatum, Domini tamen eo casu tenuerunt nulla extare attentata. Pro quo facit, quod similiter fuit decisum in alia Neapolitan. attentatorum coram Fantutio 13.

Iunij

Source : BIU Cujas

Iunii 1561. in qua (cum 22. Decembris 1554. fuisset lata sententia, & 24. eiusdem decretum mandatum executiuum, & 27. Decembris 1555. (quo die fuit facta executio) fuisset interposita appellatio, & dubitaretur, an decretum mandati executiui esset attentatum, & ad illud excusandum allegaretur, quòd appellatio nõ fuit in tempore: quia per annum post: quia tamen accipiẽdo annum à natiuitate (prout est ibi de stilo notariorum) appellatio erat in tempore, Domini dixerunt, mandatum, & alia gesta pendente termino ad appellandum esse attentata, tacite sentientes, quòd si vere appellatio non fuisset in tempore, cessassent attentata secũdùm hanc limit. Ex quibus subsistendum uidetur de eo, quod legitur in decis. Mohed. 150. Papa contulit, sub rubrica de præben. † quòd prouisio facta per Papam infra hos decem dies non conualescit, etiam si verè postea non appelletur, & videtur etiam decis. Chisanen. prima, incip. in termino ad appellandum, ad fi. vbi refert, quòd collatio facta ab ordinario pendente termino ad appellandum à sententia priuatoria est nulla in casu, quo sententia potuerit interponi, licèt non fuerit interposita.

43

Nonò limita id, quod supra pro regula firmatum est, ꝙ paria sint, esse appellatum, & esse infra tempus ad appellandum, † ut non procedat respectu tertij: quoniam si (non interposita adhuc per eum appellatione, sed pendente hoc tẽpore ad appellandum) fiat executio sententiæ, & tertius ex eo solo, quòd fuerit facta pendente hoc termino, prætendat quoad se esse attentatam, executio non censebitur quo ad illum attentata, vt senserunt Domini in una Ariminen. bonorum coram Grato 13. Maij 1569. in qua licèt ad deducenda attentata tertius (qui non fuerat in causa) allegaret executionem fuisse hoc tempore factam, & consequenter secundum regulam esse attentatam: Domini tamen tenuerunt pro non attentatis.

44

Declara regulam suprapositam.

Primò: vt is, qui reportauit sententiam contra possit hoc tempore pendente † producere testes, nec per hoc videtur ipse attentare, aut appellationi futuræ renuntiare, ut est decis. Rot. Bisignett. decis. 30. nu. 15. utrum postquam.

45

Secundò declara, quòd licèt regulariter paria sint, esse appellatum, uel esse infra tempus ad appellandum, dicto c. non solùm. de appel. in 6. (vt supra dictum est) hoc tamen non procedit respectu compromissi, interim facti † quia si fiat post appellationem interpositã, vtique excusat, ut non currant fatalia † quòd si fiat intra illos decem dies, non excusat, & si non appelletur, causa fit deserta, ut est decis. Gui. Pap. 115. compromissum. no. Mil. in verb. appellationis prosequendæ, fol. 11. & in verb. terminus prosequendæ appellationis, fol. 373.

46

47

Tertiò declara, vt isti decem dies (qui dantur ad appellãdum) currant à die scientiæ † quando sumus in tertio appellante, etiam si iste tertius habuerit scientiam litis motę: quamuis enim ad hoc, vt sententia lata sibi noceat, sufficiat scientia litis motæ, ad hoc tamen, ut sibi currat tempus ad appellandum, non sufficit scientia litis, sed requiritur scientia sententiæ, ut eleganter hanc conclusionem tuetur Io. Cephal. in consi. 106. videbatur. nu. 4. & per totum. lib. 1. vbi loquitur de uenditore appellante à sententia cõtra emptorem lata, & iterum in cons. 279. tempus decem dierum. nu. 5. & seq. lib. 2.

48

49

Quartò, & utiliter declara, † ꝙ ad hoc, ut currant isti decem dies ad appellandum à die sententiæ, non sufficit habere scientiam sententiæ, & eam latam esse, nisi etiam habeatur notitia eam sic latam esse, ut post alios declarauimus infra ca. seq. in quinquagesima limit. prin. nu. 149. vbi late tractauimus materiam hanc, quòd regulariter appellari debet infra decem dies nu. 135. & seq. dic, ut ibi.

CAP. XII.

DE ATTENTATIS, ETINNOVATIS.

Appellatione pendente.

PRAEFATIO.

SVMMARIVM.

1 *Vtilis ac maxime practicabilis est materia attentatorum appellatione pendente.*
2 *Appellatio quid sit, & eius diffinitio, seu descriptio.*
3 *Appellatio quando dicatur pendere.*
4 *Appellationem deuolutam esse, uel introductam, uel incboatam inter se differunt.*
5 *Deuoluta appellatio dicitur, quando est legitime interposita, & parti intimata.*
6 *Introducta appellatio dicitur, quando est in auditorio principis introducta.*
7 *Inchoata appellatio dicitur, quando pars est citata secundùm aliquos.*
8 *Appellatio quoad effectum attentatorum tunc pendere dicetur, quando illa legitime interposita est iudici, & parti intimata.*
9 *Appellatio regulariter est intimanda, ad hoc ut causet attentata.*
10 *Defectus intimationis appellationis uitiat, quantum tangit præiudicium ipsius appellationis.*
11 *Appellatio eximit appellantem à iurisdictione Iudicis à quo.*
12 *Etiam si non sit superiori præsentata, aut causa commissa.*
13 *Argumentum hoc, & consequentia ualet: Appellatio suspendit, ergo reuocantur tanquam attentata, omnia gesta post eam.*
14 *Finis appellationis multis modis contingere potest.*
Renunciatione, ut nu. 15.
Per sententiam, ut nu. 23.
Morte, ut nu. 24.
Per desertionem, ut nu. 26.
16 *Tacita renunciatio tollit appellationem.*
17 *Appellans comparens coram Iudice à quo censetur regulariter appellationi renunciare.*
18 *Compromissum faciens appellatione pendente, si super eo fuerit laudatũ uidetur renunciare appellationi, secundum aliquos.*
19 *Expressa renunciatio appellationi interpositæ ualet.*
20 *Pactum de non appellando si fuerit factum attentata appellatione pendente non reuocantur.*
21 *Obligatio de stando unicæ sententiæ ualet.*
Etiam si feratur sententia canonizatoria iuris de nouo producti, quando sumus in secunda instantia, ut nu. 22.
23 *Appellatio dicitur finiri per sententiam.*
24 *Item morte appellantis, quando sumus in causa criminali, & ob crimen intentatum bona non ueniunt confiscanda.*
Aliàs etiam mortuo reo, quoad bona causa dicitur durare, ut nu. 25.
26 *Ob desertionem, & lapsum fatalium appellatio finitur regulariter, & nu. 28. Quod*
Ampliatur duobus modis, ut nu. 29. & 30.
Limitatur sex modis, ut nu. 34. 35. 36. 37. 38. & 41.
Declaratur tribus modis, ut nu. 46. 48. & 51.
27 *Iudex nouem modis uidetur posse illaqueare appellantem, ut per lapsum termini ab eo præfixi appellatio fiat deserta, remissiue.*
29 *Iudex si habito termino pro seruato, & antequam pro parte appellantis fuerit facta instantia pro declaratione termini, sint lapsi quatuor anni, & deinde ad instãtiam appellati terminus fuerit resolutus pro interlocutoria, sententia dicitur trausijsse in rem iudicatam.*
30 *Fatalia currunt, etiam si sententia non fuerit subscripta.*
31 *Compromissum factum in arbitros suspendit cursum fatalium, secus si in arbitratores, ut nu. 34.*
Etiam, si in compromisso fuisset tantum deductum negotium principale, non etiam causa appellationis, ut nu. 33.
32 *Tempus compromissi in calculo fatalium subducitur.*
35 *Conuentione partium cursus fatalium suspenditur.*
36 *Remissoria per appellatum obtenta fatalia non currunt.*
37 *Causa attentatorum pendente fatalium cursus impeditur.*
38 *Causa in consistorio principis pendente appellatio non fit deserta ob lapsum fatalium.*
Etiam si princeps nulliter pronunciasset, ut nu. 39.
40 *Quia per pronunciationem nullam non tollitur manus appositio principis.*
Quod uerum, quando stat per occupationes principis, secus si adesset negligentia appellantis, ut nu. 41.
42 *Appellatio an fiat deserta, si steterit per Iudicem, quominus causa intra tempus fatalium expediatur, remissiue.*
43 *Iudicem semel interpellari pro expedtione causæ, an sufficiat.*
Et multiplex interpellatio requiritur, ut nu. 44. remissiue.
45 *Impedimento legitimo, si fuerit appellans detentus, appellatio non censetur deserta.*
46 *Appellans in Hispania, si ob bella tarde uenerit ad committendum causam, ita ut à die appellationis, sit lapsum biennium, appellatio non est deserta: quia biennium hoc casu computatur à die commissionis.*
47 *Fatalia regulariter incipiunt currere (quando sumus in curia) à die interpositæ appellationis.*
48 *Extra curiam uerò, & in partibus à die quo uerisimiliter potuit appellans committi facere causam in curia.*
49 *Annus licèt secundùm opinionem Speculat. incipiat currere à die secũdi termini iuris, tenetur tamen appellans intra annum aliquam diligentiam facere.*
Nec sufficeret præsentatio commissionis, ut nu. 50.
51 *Sedis vacantis tempus deducitur in computatione temporis fatalium.*
52 *Appellatio, ob non petitionem apostolorum fit deserta.*

Source : BIU Cujas

53 *Deserta quoque efficitur appellatio ob non reditionem pro apostolis.*
Nisi Iudex requisitus de apostolis de eis aliter non responderit, nisi, quòd audiebat.nu.54.
Item nisi (absque eo quòd pro apostolis redierit) causam commiserit, & eius uigore obtinuerit inhiberi.nu.55.
Ita ut executio facta post huiusmodi inhibitionem dicatur attentata, ut nume.56.

57 *Cedula appellationis, si intra tempus legitimum (postquam fuerat uiua uoce appellatum) non detur appellatio censetur deserta.*
Etiam si fuissent dati reuerentiales, ut nu.58.

59 *Causa si non fuerit commissa intra decem dies, censetur deserta.*

60 *Apostolis reuerentialibus datis censetur in curia, etiam datus terminus per Iudicem decem dierum ad committendum causam.*

61 *Deserta regulariter dicitur appellatio, ob non commissionem causæ intra decem dies datis reuerentialibus in curia.*
Ampliatur uno modo, ut nu.62.
Limitatur quinque modis, ut nu.64.71.72.73.74.

62 *Appellationis ab interlocutoria, si causa fuerit commissa, cum clausula una cum toto negotio principali, & deinde feratur diffinitiua, à qua licèt fuerit appellatum, nunquam tamen causa fuerit commissa, censetur deserta, nec sustinetur uigore dictæ clausulæ.*

63 *Clausula una cum toto negotio principali apposita in commissione appellationis, ab interlocutoria, nihil operatur, quando Papa causam negotij principalis alteri commisit.*

64 *Diligentiæ appellantis, ut intra decem dies causa committeretur, excusant à desertione.*

65 *Fides præsentationis commissionis facta per D.regentem cancellariæ in calce commissionis appellationis regulariter excusat à desertione.*
Ampliatur primò, etiam si fides diligentiæ prædictæ esset apposita in copia commissionis, ut nu.66.
Ampliatur 2. etiam si fides prædicta esset in ultima die decendij, ut nume.67.
Limitatur primo, nisi appellans (etiam si habens fidem diligentiæ) stetisset per uiginti septem dies, quibus commissionem non redemisset à bancho Cursorum, ut nu.68. dummodo non incidisset casus tempore feriarum, ut nu.69.
Limitatur 2. nisi appellans doceret de legitimo impedimento, ut numero 70.

71 *Appellatus si intra secundum terminum iuris obtineat appellanti dari reuerentiales cum intimatione, si appellans intra decem dies ab intimatione causam appellationis non commiserit, per hoc non censetur deserta.*

72 *Præsentatio commissionis undecima die post appellationem excusat à desertione, si prius commissio fuerat in manibus Cursorum.*

73 *Desertio appellationis excusatur ob iustum impedimentũ appellantis.*

74 *Appellatio licèt de iuris subtilitate esset deserta, quandoque tamen ob qualitatem, & grauitatem causæ, non censetur deserta, & appellans super ea auditur.*

75 *Gesta pendente appellatione regulariter ueniunt tamquam attentata reuocanda.*

76 *Clausula uniuersalis negatiue concepta de proprietate sermonis omnes casus, & personas complectitur.*

77 *Negatiua locutio semper maiorem uim habet quàm affirmatiua.*

78 *Appellatione pendente nihil esse innouandum omnia iura clamant.*

79 *Institutio, & adeptio possessionis facta appellatione pendente à Rota habetur pro attentata.*

80 *Ratio quare appellatione pendente nihil est innouãdum, multiplex est, Prima: quia*

81 *Appellatio conseruat statum appellantis, Secunda: quia*

82 *Appellatio suspendit sententiam, & iurisdictionem Iudicis à quo, Tertia: quia*

83 *Appellatio extinguit iudicatum, & dicitur Tiriaca aduersus uenenũ sententiæ Iudicis à quo.*

84 *Episcopus, seu alius depositus appellans potest interim excommunicare, & aliàs officium suum exercere.*

85 *Nec interim dicitur depositus pendente appellatione.*

86 *Sententia lata ab Episcopo deposito, qui appellauit, dicitur ualida.*

87 *Obedientia tolli non debet Episcopo deposito, qui appellauit.*

88 *Excommunicatus post appellationem ab eo interpositam non tenetur desistere à diuinis.*

89 *Condemnatus quamdiu pendet appellatio, non dicitur condemnatus, & potest testamentum condere.*

90 *Bannitus non potest pendente appellatione impune offendi.*

91 *Usurarius condemnatus cum publicatione omnium bonorum si appellauit, non potest contra eum pendente appellatione fieri executio.*

92 ¶ *Infamis non dicitur condemnatus, qui appellauit, sed retinet iura ciuis Romani, & testamenti factionem actiuam, & passiuam.*

93 *Crimen per mortem condemnati censetur adeo extinctum, ut eius cadauer puniri non possit.*
Nisi essemus in casu, in quo hominis memoria damnari posset, ut numero 94.

95 *Canonicus per sententiam irrogantem infamiam condemnatus potest eligere pendente ipsius appellatione, &*

96 *Testimonium ferre.*

97 *Arrestatus, si ab eo appellauit, potest interim recedere, & ad superiorem recurrere.*

98 *Appellatio conseruat statum appellantis, etiam si illa deseratur.*

99 *Excommunicatus à sententia excommunicationis, appellãs interim est excommunicatus.*

100 *Et dicitur esse speciale in excommunicatione; quia secum trahit executionem.*

101 *Nisi sententia excommunicationis fuerit conditionalis.*

103 *Nisi: hæc dictio facit dispositionem conditionalem.*

104 *Suspensus dicitur ille, qui appellauit à sententia suspensionis.*

105 *Absolutus dicitur quis, non obstante, quòd ab absolutione ab excommunicatione aduersarius appellauerit.*

106 *A sententia absolutionis ab excommunicatione non datur appellatio.*

107 *Consuetudine stante quòd perdens corpus ex sententia perdat etiam bona, condemnatus appellans appellatione pendente dicitur incapax, & perdit testamenti factionem.*

108 *Appellatio suspendit sententiam, ita ut interim non possit illius fieri executio.*

109 *Nec Iudex in causa procedere.*
Quod procedit siue admissa, siue reiecta sit, nu.110.
Et etiam respectu tertij.nu.111.

112 *Excommunicatus appellans potest interim priuari fructibus, & denunciari, remissiuè.*

113 *Confirmatio extra iudicium facta, & alia extra iudicialia per appellationem non suspenduntur.*

114 *Appellatio extinguit pronuntiatum, quatenus præterita, suspẽdit quatenus futura respicit.*

115 *Appellatio extinguit etiam præsumptionem, quæ solet esse pro sententia, secundùm commu.opin.*

116 *Sententia (postquam est appellatum) dicitur iniusta.*
Et eatenus dicitur per appellationem extingui, ut nullum operetur effectum.nu.117.

118 *Appellatio est magis fauorabilis, quàm sententia.*

119 *Appellatio extinguit solùm quoad ea, quæ facta sunt post litem contestatam.*

120 *Appellatio reducit causam ad statum, in quo erat tempore litis contestatæ, secundum commu.opi.*

121 *Statutum loquens de causis pendentibus, non uẽdicat sibi locum in causis pendentibus in 2.instantia per appellationem.*

1 AMPLA est, vtilis, † & maxime practicabilis materia ista Attentatorum appellatione pendẽte, ideo diligentius, & plenius attingenda arg. l.legaui. ff.de liber.lega.vt etiam considerauit Franc. in rub. extra de appellatio. & Vital.in tracta.de clausul.in clausula nil noua. appel. penden. vbi inquit, quòd continet amplam, & quotidianam materiam: cuius amplitudinem, cum nullo commodiori modo perstringi posse videatur, quàm per uiam regulæ, & limitationum, ita nos eam explicabimus. Verùm antequam ad regulam ponendam deueniamus ad huius rub. propositum, nõ ab re erit duo præmittere, prout illa duobus uerbis concluditur. Primò videlicet quid sit appellatio. Secundò quãdo dicatur pendere.

Quò ad primum, licèt multę datæ sint per Doctores vtri usque iuris appellationis diffinitiones, vt per Bart. in l.1.in princi.ff.de appellatio & Panormi. & alios in rub. extra eodem titũ. tamen omissis disputationibus super dictarum diffinitionum veritate, ne videamur extra propositam tra-
2 ctatus nostri materiam longius diuagari, † Appellatio (secundùm diffinitionem Franc.in rub.de appellatio. colum. 1.quæ magis placet) est prouocatio ad maiorem iudicem, ratione grauaminis illati, vel inferendi: quam etiam refert, sequitur, & declarat Marant.in speculo suo in 2.parte, sextæ partis principalis, in 3. actu, nu.1. & seq. Et de ista prouocatione secundùm terminos huius diffinitionis infra, in discursu semper accipiemus appellationẽ in materia nostra.

3 Quò ad secundum, † quando scilicet appellatio dicatur pendere, licèt hæc quæstio specificè à Doctoribus non po natur, eadem tamen potest consideratio adhiberi, quæ fuit facta supra c. 4. de attentatis lite pendente in prin. videlicet vt consideremus principium ipsius appellationis, & eiusdẽ finem. His enim cognitis, & eius pendentia satis intelligetur. Duplex igitur circa hoc cadit inspectio.

Prima est, quando appellatio dicatur incipere, in qua pro faciliori intelligentia illud omnino considerandum
4 est, quòd aliàs habemus in iure circa appellationem † tres terminos inter se satis diuersos. Videlicet appellationem deuolutam, appellationem introductam, & appellatio-

Source : BIU Cujas

pellationem inchoatã† Deuoluta dicitur appellatio, quando eſt legitime interpoſita, & parti intimata, de quo p Ant. in cap. veniens. de re iudi. & in c. ſi duobus, de appel. in 6. & ponit remiſſiuè Mil. poſt Rot. deciſ. 19. & deciſ. 164. in verb. deuolutio cauſæ. fol. 87. licèt corrupte videatur allegare cũ dicta deciſ. non ſa. niſi fortaſſe voluerit allegare deciſ. 23. aliàs 139. ſi in cauſa, de appel. in no. in qua habetur, quòd tunc cauſa dicitur deuoluta, quando eſt legitime interpoſita, & parti intimata, iuxta formam clemen. cauſam. de electio. † Introducta dicitur, quando eſt in auditorio principis intimata, puta Vice cancellario, qui in hoc tenet auditorium Papæ l. in offerendis. C. de appel. & l. fi. §. in his. C. de tempo. appel. ſecundùm Mil. in verb. introducta. fol. 170. † Inchoata autem dicitur, quando pars eſt citata, ad l. fin. §. 1. C. de tempo. appella. ſecundùm Mil. in dicto loco: de quo tamen dicto Mil. aliqualiter ſubſiſtendum videtur, ex his, quæ ponit Rota deciſ. 66. aliàs 488. ſi Papa, de appel. in no. vbi vult, quòd is, qui arripit iter ad impetrandam commiſſionem appellationis, ſatis dicitur inchoaſſe appellationẽ, quo caſu impoſſibile eſt cõſiderari partis citationem. cum non dum cauſa præſupponatur commiſſa. Quamuis autẽ aliàs Rota deciſ. 13. aliàs 322. de re iudic. in no. in fin. in illis verbis, præſertim ſi cauſa appellationis non fuit commiſſa, nec dicatur pendere &c. ſatis videatur tacite ſentire, quòd principium pendentiæ appellationis ſit, quando cauſa eſt commiſſa. Breuiter tamen in hoc ita dici poteſt, quòd quò ad effectum attentatorum appellatio non dicatur pendere ex eo ſolo, quòd illa ſit, aut deuoluta, aut introducta, vel illius cauſa commiſſa, aut etiam inchoata ſecundùm terminos dictæ deciſionis 66. aliàs 488. ſi Papa, de appel. in no. † Sed bene quando illa (poſtquam fuit legitime interpoſita) eſt iudici, aut parti intimata, ita, & taliter, quòd illius pendentia non uidetur cauſare effectum attẽtatorum, niſi præſuppoſita tam in iudice, quam in parte illius notitia, præſertim conſideratis caſibus, in quibus in abſentia iudicis, aut partis poteſt appellari, de quibus per Doct. in c. ſi iuſtus metus. de appel. Et in terminis noſtris, quòd licèt, quò ad validitatem appellationis, non ſit neceſſaria intimatio iudici, nihilominus quò ad attentata requiratur, eſt deciſ. Rot. 38. aliàs 309. Attentata, de appel. in no. quia non præſuppoſita intimatione, aut notitia appellationis non eſt quid iudici, aut parti imputari poſſit: & poſt d. deciſ. tradit Franc. in c. bonæ. col. antepe. verſ. nona concluſio, & in c. ſi iuſtus metus. nume. 41. de appel. pro quo facit, quod ponit Lap. alleg. 39. an valeat. nu. 10. & Marant. in ſpec. ſuo in 3. par. ſextæ par. prin. q. 7. nu. 391. Et præmiſſa de intimatione facienda non ſolum procedunt reſpectu iudicis à quo, verum etiam partis appellatæ: nam generale eſt † quòd regulariter appellatio, ut inducat effectum attentatorum, eſt intimanda, ut dicemus latius in 2. limit. 15. ampliat. prin. regulæ, quam mox poſituri ſumus in hoc 12. cap. de attentatis appellatione pendẽte, nu. 2. & in ſpecie videtur deciſ. Egid. 273. defectus, dum vult † quòd defectus intimationis appellationis vitiat, quantum tangit præiudicium ipſius appellationis, prout eſſet, ſi geſta per ipſum poſt appellationem nõ intimatam dicerentur attentata. Ex quibus ſatis patet non poſſe facile admitti id, quod ſentiebant Domini in dicta deciſ. 13. aliàs 322. quòd appellatio per commiſſionem cauſæ dicatur pendere. Et ultra præmiſſa cõtra ſa. quæ ponit Lap. alleg. 2. ſub nu. 5. verſ. ad hoc, dum vult, quòd appellatio ſuſpendit, † & eximit. appellantem à iuriſdictione iudicis à quo, † etiam ſi appellatio non ſit ſuperiori præſentata, aut cauſa commiſſa. Vnde ſi hoc caſu operatur effectum ſuſpẽſiuum, ſi non ſit commiſſa, ergo neceſſario, & conſequenter operatur reuocationem attentatorum (etiam ante cõmiſſionem) dummodo pars habeat illius notitiam, per ſupradicta: quia † valet arg. appellatio ſuſpendit, ergo reuocãtur attentata, & eo ſæpius vtitur Franc. & formaliter in c. bonæ, nu. 36. de appel. & per hoc ſatis patet, quando appellatio ad effectum attentatorum dicatur incipere, quæ erat prima inſpectio ſecundùm ea, quæ ſupra propoſuimus.

Secunda nunc ſequitur inſpectio, quando ſcilicet appellatio dicatur finiri, & terminari. † Finis autem appellationis pluribus modis contingere poteſt.

Primò † renunciatione, non ſolùm † tacita, puta per cõparitionem † coram iudice à quo, ad not. per Doct. in c. gratum, de offic. delega. & c. cum veniſſent. de teſtibus, & in l. ad ſolutionem. C. de re iudica. & per Franc. in c. cum teneamur. in vltimo notabili, de appel. † Vel per cõpromiſſum (ſuper quo fuerit laudatum) factum appellatione pendente, vt ſentit Alexan. in conſilio 63. in cauſa, ſub numero 5. libro tertio. Verùm etiam † expreſſa quæ poteſt eſſe tam appellationi interpoſitæ, puta quando per tranſactionem receditur à lite, ad not. per Doct. in l. poſtquam liti. C. de pac. & diximus ſupra latius in hac ſecunda parte, capitul. 4. de attent. lite pendente, in præfatione, numero 243. & multis ſequen. quam etiam appellationi interponendę, puta ſi fuerit † factum pactum, de non appellando, quo caſu ad propoſitum noſtrum attentata non reuocantur, vt animaduertit Guid. Papæ in tractat. de appella. quæſtio. 106. † Vel quando fit obligatio de ſtando vnicæ ſententiæ, quæ conuentio de iure valet, ad tex. in l. fina. C. de temporib. appella. vt eſt deciſ. Rot. 2. aliàs 287. licèt appellationi. de renunciatio. in no. & no. Franc. in capitul. interpoſita. §. illa denique, numero 2. de appellatio. Felyn. in capitu. ex parte. el ſecundo numero 6. de reſcript. & in c. ſi diligenti, numero 7. de for. competen. Pariſ. conſilio 34. numero 25. libr. 1. & quod eo caſu non liceat appellare, tenuerunt Domini in vna Pãpilonem. Prioratus. 8. Nouembris 1555. coram Chiſanen. Ex qua (prout ex facto, quod ibi præſupponebatur poteſt colligi) hoc dictum † ampliari poteſt, vt (ſi huiuſmodi obligatio facta fuerit in ſecunda inſtantia) illa operetur, non ſolùm ſi feratur ſententia cõfirmatoria primę, verùm etiã ſi ſecunda ſententia ſit canonizatoria iuris de nouo in ſecũda inſtantia producti.

Secundò appellatio dicitur † finiri per ſententiam, & ſic quando ſuper appellatione eſt pronuntiatum, ut eſt text. in l. 1. ff. nil nouari appellatione pendente, ibi de appellatione erit pronunciatum &c. Et faciunt, quæ latius ſupra diximus in d. c. 4. in præfatione, nu. 213. quòd per ſententiã regulariter lis finitur.

Tertiò etiam † morte appellantis dicitur appellatio finiri, quando ſumus in cauſa criminali, & crimen contra appellantem intentatum non eſt tale, quòd etiam bona veniant confiſcanda: quia tunc etiam ſi pendente appellatione appellans moriatur (licèt reſpectu perſonæ, & criminis intentati appellatio dicatur finita) quo † tamẽ ad cauſam bonorum adhuc dicitur durare, ad no. in rub. & tot. tit. C. ſi penden. appel. mors interuenerit: & ſa. quod diximus in dicta præfatione, nu. 263. & lis etiam morte finitur, per quam conſequenter etiam ipſa appellatio finiri diceretur, quando eſſemus in ſecunda inſtantia.

Quartò appellatio finiri dicitur † ob deſertionem & lapſum fatalium: Verùm quia iſte lapſus fataliũ multis modis contingere poteſt, circa quos, & ſingulos eorum (ad demonſtrandum qualiter appellatio finiatur, & illius deſertio inducatur) plura ueniunt dicenda, & declaranda. Primò proponemus, quæ generaliter materiam huius lapſus fatalium reſpiciunt, deinde ea, quæ particulares fataliũ modos concernunt ſubijciemus, in cæteris lectorem ad Franc. remittentes, in c. perſonas. in gl. 2. nu. 3. & ſeq. verſ. circa primum ſcias, ext. de appel. † ubi nouem modos uidetur ponere, quos habet iudex à quo ad illaqueandum ipſum appellantem, ut per lapſum termini ab eo præfixi appellatio fiat deſerta, Sit itaque.

Regula, † quòd appellatio per lapſum fatalium dicitur finiri, & fit deſerta. l. fina. & tot. tit. C. de tempor. appel. not. Doc. in c. cum ſit Romana, & in c. ex ratione. de appel. & declarat eleganter Veſtr. in praxi Roma. Cur. libro 7. capitu. vltimo. numero 8. verſicu. ſed poſtquam diximus, quam Regulam.

Amplia primò, † ut fatalia currant, & ob illorũ lapſum appellatio cẽſeatur deſerta, etiam ſi intra fatalia fuiſſet per iudicem habitus terminus pro ſeruato, & deinde antequã pro parte appellantis fuiſſet facta inſtantia, quòd terminus aperiretur, & declararetur, ac diffinitiue pronuntiaretur, lapſi eſſent quatuor anni, nulla facta fatalium prorogatione, & demum ad inſtantiam appellati terminus fuerit reſolutus & ſubſcriptus pro interlocutoria: quia tam de rigore, quàm de æquitate, ſententia à qua fuit, vt præfertur, appellatum dicitur tranſiuiſſe in rem iudicatam, ut fuit tentum in una Segobien. de aldea corã Acorambono 27. Aprilis 1556. Secundò † ut tempus fatalium currat, etiam ſi ſententia non fuerit ſubſcripta, ut fuit tentum in una Calagu ritana admiſſionis coram Robuſterio 29. Ianuarij 1565.

Limita eandem Regulam. Primò † qñ interim fuiſſet factum compromiſſum in arbitros ad no. in auth. ſi tamen. C. de tempo. appel. & in cle. quandiu. de appel. & ſentit Caſ. ſad. deciſ. 9. incip. an eſſet deſerta, nu. 7. de appel. Nam † tempus compromiſſi in calculo fatalium ſubduceretur, vt declarat etiam Veſtr. vbi ſupra nume. 17. vbi id etiam vno modo ampliat, vt ſcilicet procedat hæc limitatio, † etiam ſi in compromiſſo fuiſſet tantum deductum negotium principale non etiam appellationis cauſa poſt Franc. in dicto c. ex ratione, col. 7. verſi. quarto quæritur, de appel. Quam limitationem ſublimita, ut non † procedat, quando cõpromiſſum

Source : BIU Cujas

missum fuisset factum in arbitratores: tunc enim compromisso nõ obstante appellationis tempora currunt, vt post Ancharan in cõsi. 284. incip. habebis, declarat Grauat. apud
35 Vest. vbi supra nu. 41. Secundò † limita, vt non procedat, quando inter partes fuisset conuentum, quòd per aliquod tempus fatalium cursus suspenderetur, vt post Franc. in dicto capitu. ex ratione, colum. 12. versi. sed iuxta prædicta, & col. 14. vers. sed aduerte primò, declarat Vestr. vbi supra sub
36 nu. 18. Tertiò † ex eodem ibi sub dicto nu. 18. limita nõ procedere, quando appellatus remissoriam obtinuisset: quia cum tunc dilatione remissoriæ pendente officium iudicis conquiescat l. siue pars. C. de dilationibus, cũ simil. pendente tempore remissoriæ fatalia non currunt, vt videtur incli
37 nare Cassad. dicta decis. 9. de appel. † Quartò fatalium tempus non curreret, quando medio tempore incidisset causa attentatorum. nam illorum priuilegio statutum est: vt pendente articulo attentatorum fatalia non currant in negotio principali. Rota decis. 15 aliàs 102. fatalia, de appel. in no. cum alijs latius adductis infra in tertia parte, cap. 30. de priuileg. attẽtatorum, in 10. priuilegio, vbi per opportunas ampliationes, ac limitationes plenè præsentem conclusio-
38 nem explicauimus. Quintò † vt etiam si lapsa sint fatalia, appellatio tamen non dicatur deserta causa in consistorio principis pendente, ad no. per Doc. præsertim Fel. in c. venerabilis. de iudic. & videtur decis. Caputaquen. 1. 130. quod ampliari potest, ut procedat non solùm si princeps in cau-
39 la non pronuntiat † verùm ẽt si nulliter pronuntiauerit:
40 quia per pronuntiationem † nullam non tollitur manus principis appositio, vt declarauerũt Domini in vna Parmẽ. castri Iuliani coram Caputaquen. 17. Nouembris. 1560. vt est decis. in recollect. eiusdem 225. incip. pendente. Et simili
41 ter declara, † vt tunc non currant fatalia, quãdo stat per occupationes principis, secus si adesset negligentia appellantis, vt post Doct. in auth. sed lis. C. de tempo. appella. tradit non minus latè, quàm eleganter Sigismund. Loffred. in cõ
42 sil. 4. in causa, nu. 72. Quid autem † si steterit per iudicem ad quem, quominus causa intra tempus fatalium expedire tur, an appellatio hoc casu censeatur deserta? & an sufficiat
43 † semel iudicem pro expeditione interpellari, vel potius multiplex requiratur interpellatio? habes eleganter post alios apud Olasc. in decis. Pedemon. 12. appellans. per tot.
44 præsertim nume. 7. vbi concludit † quòd requiritur multi-
45 plex interpellatio. † Sextò generaliter limita, ut non procedat, quando appellans intra tempus fatalium fuisset legitimo impedimento detentus, quominus appellationem fuerit prosequutus, ut post Innocen. Imol. atque etiam Anto. de Butr. ibi tradit Franc. in dicto capitu. ex ratione, num. 35. de appel. & ponunt etiam Vestr. & Grauat. apud eum,
46 vbi supra. Et propterea † si appellans in Hyspania ob bella tardè venerit ad committendum causam, ita vt à die interpositæ appellationis non autem à die commissæ causæ super appellatione lapsum esset biennium (stante dicto bellorum impedimento) appellatio non censetur deserta, & biennium computatur hoc casu à die commissionis, non autem à die appellationis, vt est in recollect. Caputaquen. 2. decis. 3. incip. appellans.

47 Declara eãdem regulam primò † quòd tempus horum fatalium regulariter incipit currere à die appellationis, nõ autem à die præsentatæ commissionis, & dati iudicis, quando sumus in curia: quia si labatur biennium à die appellationis, licèt non à die commissionis, appellatio censetur deserta, per tex. in clem. sicut. & ibi notant omnes de appel. & tradit Prosp. Carauit. in Rit. mag. cur. Ritu. 169. numero 8. vt fuit tandem resolutum post iteratas aduocatorum informationes in vna Burgen. præstimoniorum coram Aldobrandino 15. Maij 1564. in qua maior pars tenuit pro desertione, non obstante, quòd in alia propositione 5. Maij eiusdem anni, Domini (consideratis nonnullis circumstãtijs) viderentur fuisse pro non desertione. Quod etiam (in appellante in curia) dicebatur ibi fuisse aliàs decisum in alia Oueten coram Io. Paulo, & videtur esse decis. Put. 2. de
49 cis. 58. In appellatione † autem in partibus interposita currit à die, quo verisimiliter potuit appellans committi facere causam appellationis in curia, & ita limitatur dicta clemen. sicut, vt est decis. Putei 10. incipien. tempus, sub rubri. de appel. & eiusdem decis. 151. & 154. & fa. supra allegata de cis. Caputaquen. primo, decis. 3. incipien. appellans. Secun-
49 dò declara, quod licèt † annus secundùm opin. Speculat. incipiat currere à die secundi termini iuris, tamen appellãs
50 tenetur facere intra annum aliquam diligentiam, † nec sufficit præsentatio commissionis. Fastolus dub. 37. Cassa. de appellatio. decis. sexta sub numero 8. Achill. de appellatio. decis. 11. aliàs appellatio censetur deserta, vt tenuerunt Domini in una Roma. duorum millium coram D. meo Oradino 22. Octobris 1565. † Tertiò, quòd in computatione
51 temporis ad effectum videndi, an appellatio sit deserta ob lapsum fatalium, est deducendum tempus Sedis vacantis, vt fuit resolutum in vna Bracharen. S. Eufemiæ coram Grato 20. Decembris 1568. & est decis. Caputaquen. 1. 365. & Paleot. decis. 38.

Quoniam verò appellationem finiri, & fatalia expirare diuersimode cõtingere potest, sciendum est, quòd nedum per lapsum fatalium hoc est anni, vel (secundùm diuersitatem casuum) biennij, sed etiam alijs modis appellationi
52 finis imponi potest, & Primò per † non petitionem apostolorũ: tenetur enim appellans post interpositam appellationem, & in ipso actu apostolos, & literas dimissorias petere, quòd si neglexerit, appellatio efficitur deserta, & illius effectus expirat, ad no. in l. eos. §. apostolos, & in l. præses. C. de appel.
53 Secundò † ob non reditionẽ pro apostolis tenetur enim similiter appellans (postquam de illis sibi responderi petijt, & fuit sibi datus terminus, uel iuris, vel alius arbitrio iudicis) intra terminum redire pro apostolis, aliàs appellatio diceretur deserta, & censeretur finiri ad tex. in clem. quamuis, de appella. & in c. ab eo, & ibi notant omnes eodem tit in 6. & hoc debet facere intra triginta dies, qui de iure communi est terminus ad id præfixus, vt in dictis iuribus, licèt aliud sit de consuetudine in aliquibus locis: vt in curia magnæ vicariæ, in qua dantur dies quinquaginta, vt per Caraiuit. Ritu 160. in prin. & per tot. Quòd & si regulariter verum sit, quandoque tamen deserta non censeretur appellatio,
54 & Primò quando iudex † requisitus pro apostolis dixerit, quòd ille audiebat, & nihil ultra responderit, & appellans amplius pro illis non redierit, ut eueniente casu fuit notabiliter per Dominos aliàs dictum in una Toleran. capellaniæ coram D. meo Oradino, in qua tenuerunt, quòd appellatio sustineretur considerando, quòd aut Iudex dicendo, quòd audiebat, habetur pro tacente, & tunc censetur denegasse, & appellans non tenetur redire, aut non habetur pro tacente, & tunc (cum non dederit terminum iuris) censetur denegasse, d. clemen. quamuis, §. fina. vbi Car-
55 di. quæstio. secunda. Secundò † appellatio excusaretur à desertione, si appellans à diffinitiua habito termino iuris absque eo quòd amplius pro apostolis redierit causam appellationis intra dictum terminum commiserit, & eius vigore obtinuerit inhiberi: quamuis enim aliàs ob non reditionem pro apostolis causa dicatur deserta. c. ab eo. de appel. in 6. quando tñ intra terminum causa appellationis cõ
56 mittitur, non dicitur deserta † immo si post inhibitionem illius vigore emanatam appellatus obtineat (etiam vigore specialis commissionis super prætensa re iudicata) fieri exe cutionem, & possessionẽ capiat, talis possessio, & executio censetur attentata, vt fuit tentum in vna Nucerina attentatorum coram Lancillotto 17. Maij. 1568.

57 Tertiò † appellatio à diffinitiua interposita deserta censeretur, si postquam fuerit viua uoce appellatum intra tẽpus legitimum decem dierum cedula appellationis in scriptis non fuerit data, † etiam si fuissent dati reuerentiales, quicquid dicat Rot. decis. 54. aliàs 385. si appelletur, de appel. in nouis, ut fuit resolutum in una Gerunden. Cameratiæ coram Rossanen. 24. Febr. 1548. ut est decis. in recollect. Putei. 5. appellatio interposita, sub rub. de appel.

59 Quartò † finiretur appellatio, & diceretur deserta, si datis apostolis reuerentialibus causa appellationis intra decẽ
60 dies non fuisset commissa: † quia datis reuerentialibus in curia censetur etiam per iudicem datus terminus decem dierum ad committendum causam. Rot. decis. 66. aliàs 488. si Papa, de appellationibus, in nou. Cassad. decis. 4. de appe. Crescen. decis. 25. tempus. sub rub. de appel. & sic hoc casu etiam ob non commissionem causæ intra decem dies induceretur desertio. Verùm quia hoc dictum licèt in se verum sit, tamen non videtur perpetuum, breuitati inhærendo potest in eo constitui.

61 Regula † quòd datis reuerentialibus in curia ob non cõmissionem causę appellationis intra decem dies appellatio fiat deserta, quæ probatur per supradicta. Quæ
62 Ampliari posse vĩ uno modo, vt procedat † etiam si lata fuerit prius sententia interlocutoria, & ab ea interposita appellatio, & commissa causa cum clausula, vnà cũ toto negotio principali, & deinde feratur sentẽtia diffinitiua, à qua licèt fuerit appellatum, nunquam tamen reperiretur causa appellationis cõmissa: quia dĩ causa deserta, nec sustinetur vigore clausulæ una cũ toto negotio principali, de qua in commissione causæ appellationis ab interlocutoria, ut fuit dictũ ĩ una Taruisina legitimitatis corã D. meo Oradino 1. Febr.

Source : BIU Cujas

63 Febr.1557. † quia illa clausula non operatur, ex quo Papa causam negotii principalis alteri commisit. Nec obstat capitulum,super eo,de appellationibus,in sexto, quia, vt ibi dixerunt Domini, illa causa poterat expediri absque cognitione,& commissione negotij principalis.

Limita prædictam conclusionem.

64 Primò, vt non procedat, † quando appellans (licèt causam vt supra non commiserit) fecit tamen intra dictum terminum diligentias,vt causa committeretur apud D. Regentem cancellariæ,vel alium signatorem; quia si vel illis non repertis, vel forte ob aliqua impedimenta commissionem appellationis expedire non possint, satis erit in termino porrexisse commissionem, & protestari de diligen-
65 tia. Immo † solet appellans ad maiorem cautelam pro fide præsentationis in termino accipere ab ipso signaturæ præfecto, vel D. Regente cancellariæ fidem manu sua in calce commissionis de die illius præsentationis. Qua diligentia adhibita desertio euitatur,vt docet Cassad. decis.4. de appellatio. numero secundo. & latius Vestr. in praxi Roma. cu. lib.7.cap.vltimo,sub nume.5.quam limitationem amplia.
66 Primo,vt procedat,† etiam si diligẽtia appellantis, & fides manu domini Regentis esset apposita non in commissione ipsa originali, sed in eius copia, prout quandoque fieri solet, & aliàs factum fuit, & per Dominos ad excusàndam desertionem admissum in vna Parmen. pensionis inter R. P.& D.meum D.Abbatem de Pinna ex vna, & Capitaneũ Nicolaum ex altera coram Serafino 9.Iulij. 1570. in qua licèt allegaretur, quòd appellàtio erat deserta, ex quo datis reuerentialibus 18. Iunij commissio causæ appellationis fuerat præsentata 4.sequentis mensis Iulij. Domini tamen tenuerunt pro non desertione, ex quo de diligentia manu 75
D. Regentis constabat, ex copia commissionis. Secundò
67 † etiam si fides diligentiæ prædictæ esset in vltima die decendij,& propterea dum aliàs dubitaretur in vna Hildesse- 76
nen. vicariæ coram Quiroga 12. Februarij 1557. an stante sententia lata 1.die Iunij,& reuerentialibus 9. eiusdem,appellatio diceretur deserta, attento, quòd non fuerat commissa infra decem dies, sed habebat tantum diligentias manu D.Regentis,sub die 19.eiusdem, & præsentationem 37. Iulij, & terminum ad dicendum contra 26. Octobris eius- 77
dem anni. Domini fuerunt pro non desertione: eo quia materia incidit in tempore feriarum, & non fuerant lapsi, nisi 38.dies,aliàs fuissent pro desertione,ut annotauit in dicta causa D.meus Oradinus.Quam limitationem sublimita vno modo ex intentione Putei, decis. sexta incip. appel-
68 latio fuit habita pro deserta,sub rub.de appel. † quando sci licet appellans stetit per vigintiseptem dies, quibus commissionem appellationis non redemit à banco Cursorum: quoniam eo casu appellatio dicitur deserta,etiam si in tempore habuisset fidem diligentiæ manu D. Regentis, vt fuit tentum in vna Gienen. scolastriæ coram Peregrino 15. Februarij 1546.vt in dicta decis.Putei,6. quod & aliàs fuit tentum in alia Vlix bonen. coram Reumano 19. Octobris 1551.vt est decis.in recoll.Guidobon.39. incipien. fuit ten-
69 tum. Declarando tamen præsentem limitationem † nisi casus incidisset tempore feriarum,secundùm ea, quæ pro-
70 xime dicta sunt, & nisi † appellans doceret de aliquo legitimo impedimento, vt considerabant aliàs Domini in alia Burgen. seruitij coram Aldobrandino 4. Iulij 1575. in qua nisi docto de impedimentis fuerunt pro desertione,ex quo commissio appellationis steterat per dies 52. quibus non fuerat iudici præsentata.

71 Secundò limita † vt non procedat, quando interposita appellatione iudex dederit appellanti terminum iuris, & deinde sibi postmodum redeunti pro apostolis dederit aliũ terminum iuris, & appellatus intra secundum terminum iuris obtinuerit dari reuerentiales, cum intimatione, qua facta licèt appellans intra decem dies ab intimatione causam appellationis non commiserit, per hoc tamen eius appellatio non dicitur deserta, vt fuit per Dominos resolutum in una Astoricen. Parochialis coram Dezza. 17. Maij 1553.& iterum in eisdem terminis in alia Oueten.Abbatissatus coram D.meo Oradino 10.Aprilis 1559.

72 Tertiò † quando causa (si non intra dictos decem dies) saltem die sequenti fuerit commissa, & ideo appellatio nõ diceretur deserta, si vndecima die post interpositam appellationem fuerit commissio præsentata Iudici ad quem, dũ modo prius fuerit in manibus Cursorum, ut est decis.in recollect.Simonettæ quarta incip.in vna Roscen.coram Triuultio sub rubrica de appel.

73 Quartò † si appellans fuerit aliquo iusto impedimento deteritus, quo minus causam appellationis intra dictum tempus commiserit, regulare enim est, quòd stante iusto impedimento appellans excusetur à desertione,vt not. Docto.præsertim Franc.in capitu. ex ratione, numero trigesimoquinto de appellatio. & propterea aliàs in vna Burgen. seruitij coram Aldobrandino 4. Iulii 1565. fuit dictum, quòd si commissio appellationis steterit per dies viginti-
quinque quibus non fuerit præsentata iudici, debet censeri deserta,nisi doceretur de legitimis impedimentis.

74 Quintò limita, † ut quandoque ob qualitatem & grauitatem causę non obstante,quòd contra appellantem ex eo quia debito tempore causam non commisit, esset inducta desertio:nihilominus ille audiatur. Nam licèt aliqua causa de iuris subtilitate esset deserta (prout si appellatio sit interposita 9.Iulij. & 19. eiusdem dati reuerentiales, & commissio,quamuis habeat fidem præsentationis manu D.Regentis vigesimooctauo Iulij, ad banchum tamen Cursorum non uenit nisi 1.Martij sequentis anni) Nihilominus quandoque Domini ex causa non obstante desertione appellantem audire solent, prout fuit factum in una Palentina matrimonij coram Aldobrandino vigesimoseptimo Maij 1566.in qua, cum supradictus casus euenisset,fuit dictum, quòd licèt de iuris subtilitate causa videretur deserta,attamen quòd ob qualitatem & grauitatem causæ appellans audiretur.

Ex quibus omnibus satis constare potest,quando appellatio dicatur pendere:cum eius extrema, videlicet quomodo incipiat,& quomodo finiatur,sint cognita.Nunc deueniendo ad principale propositum attentatorum appellatione pendente, materiam ipsam pro commodiori tractatione:cum ampla,ac lata sit, per uiam regulæ, & limitationum perstringemus.Sit igitur.

75 Regula principalis † quòd gesta pendente appellatione dicuntur attentata,& innouata,& reuocanda veniunt. Regula assumitur ex rub.& tot.tit.ff.nil nouar.appel. penden. & C.vt lit. penden. Quæ † cum sint indefinite,sed negatiue conceptæ vniuersaliter de proprietate sermonis omnes casus,& personas complectuntur,vt considerat Deci.in consilio tertio & diligenter,colum.4.numero 4. & latius Tiraquel.in l.boues.§.hoc sermone.in 7.limita.numero 4. ff. de verbo. significa. vbi ostendit, semper maiorem vim habere
77 † locutionem negatiuam,& prohibitiuam,quam affirmatiuam:quod etiam affirmauit Roland. à Valle. in tracta. de lucro dotis q.31.numero 7.& Alciat.consilio 6. multa,nu. 17.libro 4. Vnde aliàs dicebat Dec. in consilio 200. in causa,in prin.lib.1.Quòd regula communis est, quòd attenta-
78 ta appellatione pendente veniunt reuocãda † & ꝙ omnia iura clamant appellatione pendente nihil esse innouandũ, vt dicit idem Dec.in consi.97.in casu,nu 1.lib.1. quod dictũ refert,& sequitur ẽt Aug.Bero.in consi.116.pendẽte,nu.10. lib.3.& ꝙ ista sit communis utriusque iuris regula,testatur ẽt nouissimè Viuius commu.opi.lib.2.opi.30.incip.attenta ta,in prin. & uulgatam hanc esse regulã tradit etiam nouissimè Misinger.consi.8.primæ decadis,nu.13. qui alios in id allegat.Pro qua regula multa allegat Alex.& ibi apostillantes apud eum in consi.99.visis,nu.3.lib.5. & nouissimè etiã Io.Bapt.de Asin.in sua praxi iudic.§.31.c.2.in 2.limi. princ. per to.& Grat.in cosi.103.in præsenti nu.9.lib.1.& consi.26. & si causa sit. nu.11.lib.2.& Por.Imolen.in consi.66.nemini dubium,nu.23.lib.2.& nouissimè etiam Menoch. in consi. 2.incip. magni, nu.150.lib.1. & Aemilian.consi.77.diuino, in prin.& ideo tenuit Rot.in pluribus casibus, ꝙ quando lis est introducta inter duos præsentatos,& fertur sentẽtia pro
79 vno,à qua appellatur,si fiat postmodum † institutio, & capiatur possessio,ꝙ talis possessio à Rota habetur pro attentata,ut fuit dictum in una Toletana Capellaniæ coram D. meo Oradino.9.Iulij.1567.Quã regulam iuribus, & auctoritatibus comprobare superfluum est, cũ hæc apud omnes ẽt idiotas sit trita,& quasi pro adagio vsurpata cõclusio.Illius aũt ratio prætermittenda nullo modo est,cum ex illius declaratione non modica resultet utilitas. Et q̃ is text.in l. 1.ff. nil noua. appel. penden.ibi,integer enim status &c. uideatur ponere solũ hãc rationẽ: quia scilicet appellatio cõ-
80 seruat statum appellãtis. Triplex † tñ ratio huius regulæ ex dictis doctorum in diuersis locis colligi posse vr̃: Prima cũ
81 Iureconsulto in d. l.1. quia † appellatio conseruat statũ ap-
82 pellantis:Secunda † quia appellatio suspendit sententiã, &
83 iurisdictionẽ iudicis à quo † Tertia: quia appellatio extinguit iudicatũ, & dr̃ tiriaca aduersus uenenũ, idest aduersus sniam iudicis à quo, ut post Bal. in l.1.C. si de momen.possſ. tradit Prosper Carauit. Ritu 256. nu.2.Et qa prima ratio licèt sit in se vera,tñ nõ est perpetua,& aliquas recipit declarationes,secunda aũt.& tertia simpliciter intellectæ uidentur inter se contrariæ,nisi distinctione concilientur, idcirco (ut omnis hæc materia ĝestorum appellatione pendẽte

Source : BIU Cujas

dilucidus, & facilius appræhendi poſſit) has ſingulas rationes declarabimus ſingulis applicando, quæ ad materiam noſtram facere videbuntur.

Quò ad primam rationem, quòd ideo appellatione pendente nihil ſit innouandum: quia ſcilicet appellatio conſeruat appellantem in ſtatu, in quo erat ante ſententiam, videtur text. in alleg. l. 1. ff. nil noua. appell. penden. & in l. ſciẽdum, ibi, omnia in eodem ſtatu. ff. de appell. ex quibus poteſt colligi.

Regula, quòd appellatio conſeruat ſtatum appellantis, ita vt appellans poſſit omnia explicare, quæ poterat ante ſententiam, quæ regula poteſt multipliciter exemplificari.

84 Primò † in Epiſcopo, ſeu alio depoſito, qui à depoſitionis ſententia appellant: nam interim ea pendente excommunicare, & aliàs officium ſuum exercere poteſt, ut not. Abb. in cap. 2. nume. 6. & ibi Apoſtil. extra vt lit. penden. & Mil. in verb. prælatus ſententialiter, & no. etiam Franc. poſt alios, in c. cum teneamur. num. 8. & in c. ad hæc quoniam, in prin. & in c. ſæpe. de appella. vbi loquitur generaliter de hac materia & ſpecialiter in glo. in verbo rata, nu. 32. dicit,

85 † quòd interim talis depoſitus, qui appellauit, non dicitur depoſitus, & not. latè, & eleganter Dec. conſi. 214. in cauſa cathedrali, ferè per totum: præſertim in verſi. his non obſtãtibus, vbi plures illationes adducit, & facui. quæ ponit idẽ

86 Dec. in c. dilecti. nu. 5. extra de appel. dum vult, † quòd valeat ſententia lata ab Epiſcopo ſuſpenſo, qui appellauit, &

87 quod interim, pendente appellatione, † non poteſt ſibi tol-

88 li obedientia. Pro qua facit, quod dicit aliàs Pariſ. † quòd excommunicatus poſt appellationem ab eo interpoſitam nõ tenetur deſiſtere à diuinis, in conſi. 28. ad reſolutionem nu. 30. lib. 4.

89 Secundò in bannito, qui appellauit † cõdemnatus enim quandiu pendet appellatio, non dicitur condemnatus, & poteſt condere teſtamentum, ut per Franc. (vbi multa ſimilia adducit) in rub. de appel. ſub nu. 20. & ſeq. Firma. in ſuo aureo repert. in verb. appellatione pendente: verſi. 9. & verſ.

90 50. Et inſuper ſtante ſtatuto, † quòd bannitus poſſit impune offendi, ſi ille appellauerit, non poterit offendi, vt not. Barto. poſt Dyn. in l. 3. §. ſi ſeruus. ff. de acquiren poſſeſ. vt eſt commu. opi. de qua latius infra in 4. amplia. princip. nume. 3. & faciunt, quæ de bannito diximus ſupra capitu. præce-

91 denti, in 1. ampliat. numero 21. Sic etiam † ſi aliquis tanquã vſurarius condemnatus cum publicatione omnium bonorum appellauerit, non poteſt contra eum pendente appellatione executio fieri, ut poſt Affict. ſuper conſtit. regn. in conſtitu. incip. vſuratiorum libro 1. numero 13. tradit nouiſſimè Ioan. Bapt. de Aſin. in ſua praxi iudic. §. 31. capitu. 2. in 2. limit. princip. ſub numero 3. & faciunt, quæ poſt Bald. & alios per eum allegat. ponit Nic. Boer. in conſilio ſuo 1.

92 videtur dicendum, numero 2. dum vult, † quòd condemnatus, qui appellauit pendente appellatione, non dicatur infamis, ſed retineat iura ciuis Romani, & teſtamenti factionem actiuam, & paſſiuam. Et ſi pendente appellatione

93 mors interuenerit, crimen † cenſetur adeo per mortem extinctum, vt eius cadauer puniri non poſſit, quod notandũ contra iudices imperitos, qui faciunt ſuſpendi, & comburi cadauera reorum dicit Guid. Papæ in tract. de appel. quæſt.

94 120. colu. 9. verſi. quid ſi reus moriatur &c. † Præterquam ſi eſſemus in caſu, in quo hominis memoria damnari poſſet, ut per eum ibidem.

95 Tertiò † in canonico, qui per ſententiam irrogantem infamiam fuit depoſitus: nam appellatione ipſius pendente

96 poteſt eligere, † ac teſtimonium ferre, ut per Fran. in c. ſæpe, nu. 35. & ſeq.

97 Quartò in eo, qui fuit arreſtatus, qui, ſi arreſtum non teneat, ſed ab eo appellet, pendente appellatione poteſt non obſtante arreſtatione recedere, & recurrere ad ſuperiorem, & interim occaſione arreſti nihil poteſt contra eum fieri: vt poſt Barto. in l. de pupillo. §. ſed quia. ff. de no. oper. nun. eſt not. deciſ. Guid. Pap. 436. cum materia. num. 304. vbi ſubdit, quòd ita ſeruat Curia parlamẽti, quod replicauit idem Guid. Papæ in tract. de appel. q. 87. vbi præter Bart. vbi ſupra etiam alios allegat, à quibus omnibus ſupradictis poterit quilibet habere innumeras alias illationes pro uerificatione huius regulæ. Quòd appellatio conſeruat regulariter il læſum ſtatum ipſius appellantis. Quam amplia.

98 Primò: vt procedat † etiam ſi talis appellatio deferatur, vt no. Mil. in verb excommunicatiò facta per prælatum, & Franc. in dicto c. ſæpe. nu. 35. de appel.

Limitatur eadem regula.

Primò: vt non procedat in appellatione ab excommuni-

99 catione, † quia ea pendente nihilominus ille remanet excommunicatus, † & eſt hoc ſpeciale in excommunicatione, ſecundùm Franc. in capitu. ad hæc quoniam. in princi. & in capitu. ſæpe, numero 32. de appella. & in rub. eod. titu. numero 3. & tradit etiam Guid. Papæ in tract. de appellat. q. 110. cuius rationem ponit remiſſiuè idem Franc. in c. paſtoralis. §. verum quia, nu. 5. de appel. Idem tradit Io. And. in c. is cui, nu. 4. de ſent. excommu. in 6. vbi etiam ponit rationem: quia ſcilicet ſecum trahit exequutionem. Quam limitationem ſublimita notabiliter, ut procedat in appel-

101 latione à ſententia excommunicationis pure lata, † ſecus ſi ſub conditione: nam in ſecundo caſu ſi ante euentum conditionis excommunicatus appellet, appellatio conſeruat

102 ſtatum ipſius, vt interim nõ ſit excommunicatus. † Quod maxime eſt notandum in Curia Romana, vbi ferè ſemper ſolent excommunicationis ſententiæ proferri ſub iſta forma, niſi ad primam, vel niſi infra tres, ut tradit no. Fran. in c. præterea. num. 4. in vltimò no. de appel. & ante eum poſuit

103 Io. And. in d. c. is cui, de ſenten. excommu. in 6. nu. 4. † quia dictio, niſi, appoſita in ſententijs facit diſpoſitionem conditionalem. Dec. in c. præterea, in 1. not. per illum tex. de appel. pro qua eſt alleg. Lap. 73. prælatus. nu. 4. & facit optimè deciſ. Rot. 19. aliàs 444. extra Rotam, in fina. verb. de dol. & contum. in no.

Secundò limitatur, vt nõ procedat in appellatione à ſen-

104 tentia ſuſpenſionis, † quia & ea pendente ille remanet ſuſpenſus, ſecundùm Mil. in verb. appellatio ſicut.

105 Tertiò limitatur, † vt non procedat in appellatione ab abſolutione ab excommunicatione, nam interim ille remanet abſolutus non obſtante appellatione aduerſarij, ut tradit Fran. in c. qua fronte. q. 4. ſub nume. 35. de appel. & in c. paſtoralis. §. verum. quia per illum text. in vlt. q. eod. titu.

106 Quod ex eo etiam comprobari poteſt: quoniam † cum à ſententia abſolutionis nõ detur appellatio, ut tradit Guid. Papæ in tract. de appel. q. 110. verſi. ſed an à ſententia, poſt Innocen. in c. ab excommunicato. de reſcript. ergo appellatio hoc caſu interpoſita non poteſt ſuſpendere abſolutionem, nec facere attentata. c. non ſolum. ibi præterquam in caſibus a iure prohibitis. de appel. in 6.

107 Quartò, vt non procedat, † quando extaret conſuetudo, quòd perdens corpus ex ſentẽtia, perdat etiam bona: quia tunc etiam pendente appellatione quis dicitur incapax, & perdit teſtamenti factionem, vt poſt glo. in l. qui à latronibus. §. fi. de teſtam. tradit Nicol. Boer. in dicto conſi. 1. nu. 6. verſi. in contrarium facit, & iſta eſt ueritas &c. refert tamen ibi Bar. aliter contra dictã gl. ſentientem, ſed ille ita reſidere videtur præſuppoſita dicta conſuetudine, prout erat in caſu ſuo.

Quò ad ſecundam rationem huius regulæ principalis,

108 quæ eſt, † quòd appellatio ſuſpendit ſententiam: & ideo neque illa exequutioni demandari, aut aliquid innouari poteſt appellatione pendente. Dicendum eſt, quòd etiam hæc ratio eſt vera, & bona, & illa probatur in capit. venientes. ibi. ſententias appellatione ſuſpenſas, ext. de iureiuran. & in capit. 1. ibi, appellatione ſuſpenſa, de re iud. cum ſimil. & eam frequentiſſimè tenent in uarijs locis doctores, ut Rot. deciſ. 65. aliàs 461. ſi appelletur. ad med. de appellatio.

109 in no. ſicut etiam Egid. deciſ. 707. ſi ille, vbi vult † quòd in tantum appellatio ſuſpẽdat iuriſdictionem iudicis à quo, ut talis ſuſpenſio operetur hunc effectum, quòd iudex nõ poteſt vlterius procedere in cauſa, & ſi procedat, proceſſus eſt nullus, Lap. alleg. 2. ſub numero 5. verſiculo ad hæc. Mil. in verb. appellatio legitima. fol. 16. Alexan. conſilio 35. viſo. numero 2. lib. 4. Gratus conſilio 50. reuerendiſſime, numero 36. libro 1. & Stef. Betrand. conſilio 202. nihil, nume. 3. lib. 1. & etiam Pariſ. conſilio 28. ad reſolutionem. numero 22. & ſequen. lib. 4. & eſt deciſ. Senat. Pedemont. 5. certa die, numero 1. & nouiſſimè etiam Burſat. in conſi. 21. Illuſtriſ-

110 ſimi. numero 13. libro 1. vbi † id procedere affirmat, ſiue admiſſa, ſiue reiecta fuerit appellatio. quod ipſum etiam affirmauit Lancell. Corrad. de Prætore. §. 2. de offic. præto. in cauſ. ciuil. in capitu. de appel. numero 2. iunctis his quæ ponit ibidem numero 21. Quæ concluſio ampliari poteſt, vt effectus huius ſuſpenſionis non ſolum intelligitur re-

111 ſpectu ipſorum collitigãtium, † verùm etiam reſpectu tertij, quando ille vellet fundare ſe in ſententia, quæ fuerit ſuſpenſa per appellationem, quoniam & ipſe tertius hoc caſu diceretur attentare, vt declarauimus ſupra in 1. parte. capitulo tertio de attent. à tertio, in 7. limita. regulæ ibi poſitæ, numero 57. & ſequen. Et ad præmiſſa poſſent accommodari omnes limitationes, quas ſupra proximè poſuimus, de appellatione ab excommunicatione, à ſuſpenſione, & ab abſolutione ab excommunicatione: quia ſicut in his caſibus ſtatus appellantis nõ conſeruat, vt ibi dictũ eſt,

ſic

Source : BIU Cujas

112 †sic nec hoc casu sententia suspenditur per appellationē, quo minus excommunicatus interim non sit excommunicatus, & non possit priuari fructibus, & denunciari, vt dicemus infra in 21.22.& 23.limit. Regulæ principalis latius: & in hac materia suspensionis nota vnum, quòd licèt per ap-
113 pellationem suspendatur sententia. † Confirmatio tamen extra iudicium facta, & alia extraiudicialia per appellationē non suspenduntur secundum Mil. in verbo appellatio legitima.

114 Quò ad tertiam rationem, †quia scilicet appellatio extinguat pronunciatum. Quæ videtur probari in l.j.in fine.ff.ad Turpill. Est aduertendum, quòd (vltra contrarietatem, quæ est inter hanc, & proximè præcedentem, cum vt patet ad sensum, valde quidem diuersum sit, aliquid suspendi, & in totum extingui, aut rescindi) Doctores quoque aliqui videntur in hoc particulariter esse inter se contrarij: cum aliqui simpliciter teneant extingui, vt est decis. Afflict. 295. magnificus, num. 3. in fi. & etiam Cassad. in pulchro casu decis. 12. incipien. obtinui, num. 4. super reg. cancell. fol. 19. & Iason. in l. si quis aduersus, num. 2. in 5. differentia. C. de prec. imperat. offer. quem refert, & sequitur Ioann. Bapti. de Asin. in praxi iudic. §. trigesimoprimo. cap. 2. in 2. limit. princip. sub nume. 3. & Stefan. Bertran. in dicto consi. 202. nihil. num. 3. libro 1. Aliqui verò simpliciter dicant non extingui, inter quos est Paris. consi. 80. num. 49. libro 1. & ideo, vt contrarietates cessent, adhibenda est illa consideratio, quam facit Bal. in rub. C. de appellat. & in l. tale pactum. §. qui prouocauit, colum. 2. versi. ego dico. ff. de pactis, & post eum alii relati a Dec. in rub. extra de appellat. num. 7. & Mansuer. in sua praxi iudic. in tit. de appel. in princip. versic. & nota quòd appellatio, & Afflict. decis. 188. si conuenitur. num. 5. & Couar. cap. 23. practic. quæst. num. 1. vbi not. distinguendo dicunt, quòd appellatio, quatenus respicit futura, suspendit pronunciatum, & ita poterunt procedere dicta supra proxime in secunda ratione, & opin. Paris. in d. consil. 80. quatenus autem respicit præterita, vtique extinguit, & ita procedunt dicta in hac vltima ratione, & hæc distinctio videtur secundum communes traditiones approbata, vt testatur nouissimè Lancellot. Conrad. in tracta. de Prætor. §. de offic. prætor. in caus. ciuil. in c. de appell. nu. 21. vbi & alios in id allegat. Quæ videtur tantæ potētiæ: vt nō solū appellatio dicatur extinguere pro-
115 nūciatum, & sentētiam fuerum etiam præsumptionē, quæ solet esse pro sntia, quòd sit recta: quoniam pēdente appellatione utique nō præsumitur pro sententia, ut est commun. opin. de qua post alios per eum allegatos testatur nouissime Osasc. in decis. Pedemō. 13. sæpius, num. 4. & istam distinctionem communiter teneri post alios attestatus est Villalob. ī recollect. commu. opi. litera A, nume. 112. uersic. appellatio inspecto. Quod & post Osas. ubi supra affirmauit nouissime etiam Burat. in consi. 66. proponitur. sub num. 2. li. 1. Immo magis dixit Guid. Papæ in tracta de appel. 120. colum. 7. quer.
11 quæro, appellatur a sentētia criminali &c. quòd † sententia postquam est appellatum, dicitur iniusta, & post Zas. in l. 1. ff. de re iud. dixit etiam nouissime Misinger. in consi. 41. ca-
11 sus propositus, num 7. †quòd sententia eatenus per appellationem censetur extingui, vt nullum operetur effectum, & similiter Ioann. Bapt. Ferret in consil. 31. in causa. nume. 25. lib. j. post alios per eum allegatos †q̄ appellatio est magis fauorabilis quàm sententia: quia pro appellatione magis præsumitur.

119 Declara tamen, quòd ista extinctio non operatur † nisi
120 quoad ea, quæ facta sunt post litis contestationem †qa quo ad illum statum causam reducit, ut tradit Abbas, & post eū alij in c. ad audientiam, el 2. (vbi quandoque diximus) num. 8. extra de rescript. Cassad decis. xij. obtinui. num. 4. super regu. cancel. & est communis opinio, de qua post Bald. & Docto. in l. ita demum. C. de procurat. testatur Marant. in spec. in 4. parte princip. distinct. 6. num. xvj. & ponit Dec. in capit. primo. extra de except. & latius post Pau. de Cast. Alexand. & alios, idem Dec. in rubrica extra de appellatio. nume. 7. & nouissime Osasc. in decis. senatus Pedemont. decisi. quinta. certa die, sub num. primo. Misinge. centuria j. quamuis. post princip. & post Marant. vbi supra de commun. attestatur ēt Baptist. Villalob. in collect. commun. opin. litera A, numer. 109. uersicu. appellatio reducit, ubi ex hoc infert, & alios citat, quod etiam affirmauit Phanuc. in tracta. de iureiuran. in litem, in 3. parte ī 3. membro, numero 9. post Doct. ī l. ita demum. C. de procurat. Roman. in consi. 381. & Aym. Crauet. in consil. 220. num. 6. libro 1. & pariter Lancellot. Conrad. post Crauet. vbi supra, in tractat. suo, de Prætor. §. 2. de offic. prætor. in causa ciuil. ca. de appellat. num 21. Similiter circa hanc extinctionem animaduertendum est, quòd illa non
121 habetur in consideratione †si fiat statutum, quo expresse caueatur, quòd illud vendicet sibi locum etiam in causis pendentibus: quamuis enim si in aliqua causa sit lata sententia, & ab ea interposita appellatio, videretur dicendum, quòd statutum haberet locum etiam in ista causa, quæ per appellationem pendet, attento quòd licèt per sententiam dicatur lis finiri. Rot. decisio. decima. alias 411. si lite. vt lite pendente in nou. quia tamen sententiam extinguit appellatio, vt hic, lis non videbatur finita, sed adhuc pendere, & statuto locum esse. Contrarium tamen est verius, quòd immo, quò ad effectum prædicti statuti appellatio nō dicitur extinguere sententiam, & propterea statutum solū procedit in causis simpliciter in prima instantia pendentib. non autem per appellationem, & iste est vnus notab. casus, in quo appellatio non suspendit, neque extinguit sententiā & post Ang. in §. super hoc. in Auth. vt in med. litis sacr. iuf. non fiant tradit Dec. in c. fi. sub num. 11. versic. & notandum est, extra de constitu. quem secuti sunt aliàs Domini in vna Rom. spolij coram Acorambono. 7. Februarij. 1547. vt est in recollect. Peregrin. decisio. 113. alias 37. incipiente. in causa Roman. spolij. Sed redeundo ad principalem nostram materiam.

Principalis regula in hac materia appellationis sit, quòd gesta pendente appellatione dicuntur attentata: & non valent, & sunt reuocanda secundum ea, quæ circa eorum validitatem, seu inualiditatem dicemus infra in 17. ampliatione ad hanc reg. nu. 4. Quę regula quamplures recipit ampliationes, limitationes, & declarationes.

Ampliatio I.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione deserta, an attentata regulariter reuocari possint, duplex cadit inspectio. Prima de gestis post appellationem ante desertionem. Secunda de gestis post desertionem appellationis.*
2 *Gesta post appellationem ante illius desertionem, regulariter dicuntur attentata, & etiam deserta appellatione veniunt reuocanda.*
3 *Attentata per desertionem appellationis non conualescunt.*
4 *Extraiudiciali etiam appellatione deserta attentata reuocantur, si sint post, & contra appellationem.*
5 *Attentata appellatione deserta reuocantur, etiā si sit deserta per lapsum termini hominis.*
6 *Excommunicatio lata post appellationem legitimam illa deserta non conualescit.*
7 *Attentata daserta appellatione reuocantur, etiam si super desertione oferantur probationes incontinenti.*
8 *Deserta appellatione attentata non reuocantur, quando notorie ex actis constat de desertione.*
9 *Processus factus post appellationem per iudicem recusatum uenit reuocandus, etiam si de desertione notoriè constaret ex actis.*
10 *Attentata pendente appellatione ab interlocutoria (illa postmodum deserta) non reuocantur.*
11 *Etiam si talis interlocutoria haberet vim diffinitiuæ, secundum aliquos.*
12 *Attentata per appellantem ab interlocutoria reuocantur etiam illa deserta.*
13 *Deserta appellatione per lapsum 30. dierum, de quibus in statutis delphinali b. attentata medio tempore non reuocantur de stilo parlamenti delphinatus.*
14 *Executio directa facta pendente appetlatione, illa postmodum deserta nō reuocantur.*
15 *Directa executio dicitur illa, per quam traditur posesio, uel soluitur id quod est iudicatum.*
16 *Executio indirecta dicitur illa, qua mediante potest peruenire ad traditionem rei, uel solutionē iudicati, prout est excōicatio, ex eo quia quis non paret iudicato.*
17 *Attentata appellatione pendente, & illa deserta non reuocantur, si ante desertionem pasus attentata de illis non dedit, nec super eis causam commisit.*
18 *Attentata pasus post rem iudicatam non potest de illis dare.*
19 *Attentatorum natura dicitur esse magis suspensiua, quam ipsa petitory, seu posesorij suspensio.*
20 *Attentatorum reuocatio quibus casibus deserta appellatione permittitur, intelligitur concedi per uiam iniustitiæ, & nullitatis ordinarie procedendo, non autem ex priuilegio attentatorum, secūdum commu. opinio.*
Et ratio asignatur, quia scilicet hoc priuilegium requirit continuam assistentiam iuris communis, & nu. 32.
Et ibidem limitatur uno modo, nisi actus qui prætenditur attentatus ue niret confirmandus.
21 *Paria sunt, non esse appellatum, & appellationem esse desertam.*
22 *Appellatio in dubio non præsumitur deserta, & interpretatio semper facienda est pro non desertione.*

Decla-

Source : BIU Cujas

Roberti Lancellotti. De Attentatis.

Declarando vt infra num. 26.

23 *Commissio appellationis, si non fuit præsentata infra terminum dictorũ 10 dierum, sed probetur ante lapsum illorum fuisse in banco Cursorum, non dicitur deserta.*

24 *Appellans, si habito termino iuris causam commisit, absq; eo quòd redierit pro apostolis, non censetur appellatio deserta.*

25 *Sententia si contineat plura capita, & ab vno fuerit appellatum, si sententia tempore appellationis non erat publicata, quòd ad alia capita non censetur transisse in rem iudicatam, cum in dubio pro non desertione.*

27 *Gesta post desertam appellationem regulariter non sunt attentata.*

28 *Possessionem ingrediens deserta appellatione non attentat.*

29 *Desertione finitur appellatio, remissiue.*

30 *Pendentia appellationis causat attentata, & ad inducendum vitium litigiosi exigitur litem pendere.*

31 *Alienatio rei litigiosæ facta, postquam desertione fuit perempta instantia, an valeat remissiue.*

32 *Gesta post desertionem appellationis regulariter non sunt attentata, & ratio assignatur, quia scilicet plures sunt effectus appellationis, quidã qui momento perficitur, vt est deuolutio, quidam qui requirit continuam assistentiam appellationis tanquam causæ, vt est reuocatio attentatorum, vt num. seq.*

33 *Executio facta post desertionem appellationis non censetur attentata.*

34 *Executio potest fieri etiam appellante ulterius nõ citato, quando fit post desertionem appellationis.*

35 *Appellatione deserta potest fieri executio sententiæ, etiam si super desertione non pronuncietur.*

36 *Dummodo simus in iudice ordinario.*

37 *Secus in delegato.*

38 *Deserta appeliatione etiam per lapsum termini hominis potest valide fieri executio.*

39 *Tam in appellatione a diffiniti ua, quàm ab interlocutoria.*

40 *Tam per iudicem ordinarium, quàm delegatum.*

41 *Iudex potest breuius tempus, quam sit in iure expressum appellanti ad prosequendum appellationem præfigere.*

42 *Executio sententiæ fieri potest, etiam si appellans intra terminum fecit causam committi, si commissio steterit in bancho Cursorum per tres menses, absque eo quod fuerit præsentata.*

43 *Executio facta deserta appellatione dicitur attentata, si appellans iusto impedimento fuit impeditus, ut non potuerit appellationem prosequi.*

44 *Reparatio contra desertionem concessa ex mera iustitia retrotrahitur, & quicquid est innouatum, similiter reparatur.*

45 *Reparatio contra desertionem est concedenda stante legitimo impedimento.*

46 *Desertio appellationis, si non constat ex actis, & appellans alleget iustũ impedimentum, licet illud non probet plene, sed offerat desuper probationes, & aliquid offuscans præsumptionem desertionis, attentata interim per appellatum venirent reuocanda.*

47 *Præsumptio desertionis, quæ sit dubia, nõ videtur, quòd possit tollere priuilegium attentatorum, quod est clarum.*

48 *Notorium non operatur suos effectus, quando allegatur aliquid, quod habeat illud offuscare.*

49 *Impedimenta legitima ad excusandam desertionem plura sint, remissiuè.*

50 *Inopia appellantis dicitur esse legitimum impedimẽtum excusans a desertione.*

51 *Statuto stante, quòd appellans soluat quinque, alias appellatio sit deserta, si quis illa ob paupertatem non soluerit, appellatio non fit deserta.*

52 *Quod est singulare, & memoria dignum, et Guil. de Cun. liberauit ex hoc quendam a pœna furcarum.*

53 *Inopia excusat etiam appellantem in criminalibus.*

54 *Pauper qui sua culpa incidit in paupertatem non excusatur.*

55 *Inopia licet excuset appellantem a prosequendo appellationem, non tamen excusat ab appellando.*

56 *Nisi ab appellando in scriptis, ubi requiritur impensa, quia tunc excusatur.*

57 *Inopia ita excusat, ut in primo anno currant fatalia, in 2. vero, & 3. anno, ut licet currant, tamen detur restitutio in integrum secundum comun. opin.*

58 *Impedimentum, ut excuset, non sufficit illud uerè habere, nisi etiam alleget ur, quò ad effectum appellandi.*

56 *Quò verò ad effectum prosequendi appellationem sufficit, quòd constet de impedimento, licet de illo non protestetur.*

60 *Hanc opinio. tanquam æquiorem seruat Rota, licet contraria videatur Communis.*

61 *Impedimentum allegare non sufficit, nisi probetur factam esse diligentiã de illud remouendo.*

62 *Nisi fuerit notorium, quòd omnis diligentia fuisset frustratoria.*

63 *Impedimentum probari potest per iurarientum.*

64 *Quatuor concurrentibus, de quibus hic, uidelicet.*

65 *Quòd non detur, nisi semel.*

66 *Quòd detur per iudicem.*

67 *Quòd detur ei, qui alias non sit periurus.*

62 *Quòd possit probari contrarium.*

PRima igitur Ampliatio sit, vt Regula procedat non solum, quãdo appellatio fuerit per appellantem prosecuta, verum etiam si fuerit deserta: nam per desertionem non censetur quis renunciare iuri attentatorum sibi quæsito contra attentata post ipsam appellationem secundum Mil. in verb. appellationem deserens. folio 10. In qua ampliatione, vt distincte procedamus † duplex cadit inspectio. Prima, vt videamus de gestis post appellationem ante desertionem. Secunda, de gestis post appellationem, sed desertam: siquidem prout diuersis temporibus considerantur, ita diuersam in iure recipiũt determinationem, vt infra patebit.

1 Circa primam, quamuis alias Rot. decis. 76. alias 464. not. quòd, de appel. in antiq. simpliciter videatur tenere, ꝙ post desertionem attentata non reuocẽtur, & alia decis. 20. alias 130. si post, de appellat. in nou. etiam simpliciter sentire videatur, quòd processus factus post appellationem sit nullus, ẽt si appellationi tacitè renuncietur, quod fit per desertionem, & alia decis. 1. alias 1. attentata, de appe. in no. in hac materia distinguere videatur, & cõsequenter huiusmodi decisiones inter se dissentire videantur, ad concordiam tamẽ reducuntur ex his, quæ dicemus infra in prima limitatione, & in prima etiam declaratione huius regulæ num. 9. & nu. 20. Omissis igitur disputationib. veritati inhærendo, & concluſiuè procedendo.

2 Regula sit † quòd gesta post appellationem ante desertionem dicuntur attẽtata, & etiam deserta postmodum appellatione possunt peti reuocari. Si enim appellans deserta appellatione velit docere de legitima causa appellationis solũ ad hunc finem, vt attentata reuocẽtur, hoc sibi licet, & quo ad hoc durat officium Iudicis ad quem, vt est tex. in ca. cum venissent. & ibi Ant. de Butr. extra de eo, qui mittitur in possessione. quem refert, & sequitur Mil. in verb. attentata. vers. secundo &c. & tradit per illum tex. Franc. in ca. sæpe. in gl. in verb. rata. num. 37. & seq. in c. ad audientiam. in fi. verbis, & in c. cõsuluit. el 2. in fi. num. 10. de appel. post Rot. decis. 20. alias 130. si post inhibitionem. de appella. in no. & Lap. allega. 1. & Ant. de But. & Imol. in d. c. cum venissent & alios, de quibus ibi per eum. Idem not. Mil. in versicul. appellationem deserẽs, fol. 10. & in verb. excommunicatio facta. post fol. 119. qui

3 bus adde Lãtrã. decis. 385. & si † vbi similiter vult, ꝙ per desertionem appellationis attẽtata nõ conualescãt, & sa. quæ ponit Lap. alleg. 2. num. 10. Et hoc videtur etiam fuisse de mente Dominorum in vna Legionẽ. attẽtatorum coram Grato 21. Maij. 1568. in qua fuerunt purgata quædam attẽtata, carcerationes, & bonorum subhastationes, quæ pẽdẽte appel. fuerãt facta, nõ obstãte, quòd appellatio ob nõ prosecutionem diceretur postmodum deserta, & seciſſe trãsitum in rem iudicatam, & licèt aliqui videantur cõtrarium sensisse, prout Rebuff. in tract. de appel. art. 5. glo. vnic. nume. 15. prout eum refert, & tacite sequi videtur, Carauit. Ritu 264. sub nume. 8. vbi dixit, quòd in tãtum deserta appellatione iudex nullam habet iurisdictionem, vt nec de nullitate cognoscere, nec super attẽtatis prouidere possit, intelligẽdi tamẽ videntur: ut eorum opinio procedat, aut præsuppositio, quòd de desertione constaret ex actis, aut de stilo parlamẽti secũdum ea, quæ dicemus infra in prima, & tertia limit. huius regulæ, aliàs illorum dictum vix sustineri posset.

Ampliatur prædicta Regula.

Primò, vt non solum procedat in appellatione iudiciali

4 † verum etiam in gestis post appellationem extraiudicialem dummodo illa nõ solum sint post, verum etiam cõtra appellationem, vt tradit Franc. in cap. bonæ. num. 39. uersic. sexta cõclusio, de appell. ubi de hoc disputat, & finaliter ita videtur cõcludere. Et quamuis idem Franc. in cap. sæpe. in glo. in uerb. rata, uisus sit, de hoc dubitasse, tamen ibi se remittit ad latius per eum dicta in d. c. bonæ, ubi hanc ampliationem tenere uidetur.

Secundò, ut procedat nõ solum, quãdo appellatio est de-

5 serta per lapsum termini iuris, † uerũ etiam hominis. Quod dictum licèt Doctores specificè non ponant in gestis post appellationem ante desertionem, cum tamen illud ponant in materia gestorum post appellationem, ac desertionẽ, dũ dicunt, quòd deserta appellatione, etiam per lapsum termini hominis, sententia potest mandari executioni, ut per Frãc. in ca. personas, per illum text. in ultim. not. & in c. cum sit Romana. in 3. not. de appel. post Federic. de Sen. in consi. 27. punctus talis est. probabiliter potest etiam hic poni, argum.

sumen

Source : BIU Cujas

ſumendo a ſimili l.non poſſunt.ff.de legat.cum ſimi.præſertim cum non videatur poſſe aſſignari ratio diuerſitatis.

Tertiò etiam ſi ſimus in excommunicatione nam licèt alias excommunicatio in iſta materia appellationis videatur admodum priuilegiata,vt dicemus infra in 8.ampliatio huius regulæ princip.nume.1.nihilominus quò ad hunc punctum appellationis deſertæ nullum habet priuilegium† & etiam excommunicatio lata poſt appellationem legitimam illa deſerta non conualeſcit,vt not.Mil.in verb. excommunicatio facta.fol.119.poſt Ant.de But.in ca.ſæpe,in glo.rata, de appell.

Quartò vt procedat non ſolum quando deſertio eſſet difficilis probationis† verum etiam ſi incontinenti offerrentur probationes ſuper deſertione, & huius ampliationis vis in hoc conſiſtit;quia licet probatio,quæ offertur incontinenti ſæpe in iure conſideretur,perinde,ac ſi de re (cuius probatio offertur) plene conſtaret,ad not.per Abb.in ca.ſuſcitata. de reſtitut.in integrum.& latius per Dec.in capi.an ſit.num. 2.in 3.not.de appellat. † & quando de deſertione conſtat ex actis attentata non reuocantur,vt dicemus infra in 1.limita. huius regulæ num.8.ſatis videtur regula ampliari; cum habeat locum,etiam ſi ſuper deſertione offeratur probatio incontinenti,cum hoc caſu attentata non reuocentur; quia debet eſſe deſertio probata, nō autem probāda, vt eſt deciſi. Rot.1.aliàs 1.attētata.num.4.de appellat.in nou.quam videtur ſequi Gui.Pap.deciſ.213.ſtatuta.nume.6. & Veſtr.in ſua prax.Rò.cu.lib.8.cap.pen.vt lit.pen.& de attētatis.verſ.generaliter verò.

Limitatur prædicta Regula pluribus modis.

Primò,vt habeat locum, quando de deſertione appellationis notorie ex actis nō conſtaret† ſecus ſi de illa notorie ex actis conſtaret,tūc enim talia attentata nō reuocātur, & ita procedat deciſ.Rot.1.aliàs.1.attētata. de appellat.in no.a princip.vſque ad num.3.per tria, aut quatuor fundamenta, de quibus ibi,quam ſecuti ſunt Domini in vna Pacent. fructuum coram Domino meo Oradino 20. Octobr.1570. vbi licet abſolute,& indiſtincte videātur dicere,quòd deſerta appellatione attentata non reuocātur per dictam deciſio.1. tamen intellexiſſe eos credēdum eſt, quādo de deſertione cō ſtat ex actis:cum quilibet intelligatur ſecūdum legem quā allegat,iux.doctr.Barto.in l.nō ſolum.§.liberationis.ff.de liber.legat.idem in hoc capite videtur ſequi Guid.Pap.d.deci. 213.num.6.& in cōſi.66.in facto præſupponitur.num.5.ver. ad quartum dubium,& in tract de appel.quæſt.12. Vital.in tract.de clauſu.in clauſ.nil nouari appel.pend.ſub num 22. in fi.Oldrad.in cōſi.295.orta.colum.fi.ad fi.verſi.tertiò dicit. Corſet.in repert.in verb.attētata,& ſecūdum hāc limitatio. videtur aliàs tenuiſſe Domini in vna Palentina de portillo coram Aldobrādino 17.Aprilis.1564.in qua dum dubitaret, an collatio facta poſt appellationem interpoſitam die 1. Octobris.1556.diceretur attētata,& reuocanda,attento quòd ex actis cōſtabat,quòd cauſa dictæ appellationis non fuerat commiſſa,niſi de mēſe Martij.1558.& ſic poſt 18.menſe,nec etiam apparebat.quòd debite fuiſſent prorogata fatalia. Domini tenuerūt talia attētata nō eſſe cōſideranda,quia appellatio erat multipliciter deſerta,& ideo intrāt allegata,videlicet dicta deciſ.1.quæ per aduocatos allegabatur.& Veſtr. in ſupradicto loco,& poſt Rot.vbi ſup.& Egid.deciſ.420.tradit etiam Vant.in tracta.de nullita.in tit.quoties, & intra quod tempus.num.48.Quam limitationem ego adhuc ſublimitarem,vt nō procedat in† proceſſu facto per iudicem recuſatum poſt appellationem, cū enim huiuſmodi proceſſus ſit adeo nullus, vt licet recuſans nō fuerit proſecutus appellationem, nihilominus dicatur eſſe inualidus, vt eſt in recol. Achil.de Graſ.deciſ.320.proceſſus.ſub rub.de recuſ.iudic.& Veral.1.deciſ.149.poteſt probabiliter dici, quòd etiam ſi de deſertione cōſtaret notorie ex actis, per hoc recuſans nō ſit repellendus,quo minus inſtare poſſit pro dicti proceſſus reuocatiōe:quia licèt deſertio notoria videatur tollere ius ex appellatione proueniēs, nō tñ tollit aliquo modo id, quod fundatur in recuſatione.

Secūdo,vt Regula procedat in appellatione interpoſita a diffinitiua,ſecus† quando ſumus in appellatione ab interlocutoria,attentata enim ea pēdente,illa poſtmodum deſerta, nō reuocantur,vt ſenſit remiſſiue Franc.in c.dilecti,num.9. & ſeq.de appel.& videtur eſſe deciſ.Rotæ in d.deciſ.1.de appel.in no.num.6.verſ.dic circa iſtum articulum: circa quā differentiam vide aliquid in materia per Lap.alleg.1.nume. 6.verſic.nec obſtat, & per Mil.in ver. attentata poſt appellationem,fol.29. quam limitationem ſpecifice in cōtingētia facti tenuit etiam Guid.Papæ in cōſi.123. circa materiam n. 3.iunctis his,quæ ibi ſupra ponit,num.1. vbi eam videtur tenere† etiam ſi ſnīa illa interlocutoria haberet vim diffinitiuæ,prout erat in caſu ſuo,vt ibi per eum clare deducitur.Tu tamen aduerte:quia Franc.in c.interpoſita.§.illa denique.q. 9.ſub nume.15.de appe.loquens de appellatione ab interlocutoria,videtur cōſiderare caſum, in quo etiam poſt deſertam appellationem ab interlocutoria datur reuocatio attētatorum,videlicet,quando ſumus in appellato, qui etiā deſerta appellatione poteſt illam proſequi propter intereſſe attentatorum,puta ſi appellās;aliquid attētauit. Vnde ex hoc poſſumus ſublimirare prædicta in vno modo, videlicet ut nō procedat in attentatis per ipſum appellantem: quia etiā † deſerta appellatione etiam ab interlocutoria reuocantur, appellatus enim videtur poſſe petere reuocationem eorum quæ fuiſſent per appellātem attentata,etiam ipſa appellatione per ipſum nō proſecuta,ſed deſerta,vt ſentit Franc. dicta quæſtio.9.

Tertiò,vt non procedat † de ſtilo Curiæ parlamenti Delphinatus,in quo deſerta appellatione per lapſum 30.dierū, de quibus in ſtatutis Delfi.attētata medio tempore nō reuocantur,& hoc in odium tardantium ſuas appellationes proſequi,vt eſt deciſ.Guid.Pap.213.ſtatuta, quod etiam replicauit in trac.ſuo de app.q.11.quem ſequitur Franc.Marc.in deciſ.Delphin.q.283.ad med.

Quartò,vt nō habeat locum† in executione directa, quæ fuerit facta pēdente appellatione,nam illa poſtmodum deſerta talis executio nō reuocatur,vt tradit Mil.in ver.executio facta pēdente.fol.130.poſt Ioan.And.in cap.licet, in glo. pen.num.30.de ſent.excommu.in 6.qui declarat, quæ dicatur directa,& quæ indirecta executio† vt directa ſit illa per q̄ traditur poſſeſſio,vel ſoluitur id,quod eſt iudicatum indirecta ſit illa,qua mediāte poteſt peruenīri ad traditionem, vel ſolutionē iudicati,prout eſt excōicatio ex eo: quia quis nō paret iudicato.ut ibi latius per eum.

Quintò† quando is, qui poterat petere reuocationem attentatorum,de illis nō dedit,neque ſuper eis commiſit cauſam ante deſertionem:quia ſuperueniente deſertione non poteſt amplius petere illorum reuocationem : quia videtur illis renunciaſſe,& intrat deciſio.Creſcent.140.non pōt. ſub rubr.vt lite penden.† quòd poſt rem iudicatam nō poteſt dari de attentatis,ita fuit tentum in vna Neapolita. capellaniæ de Squillegijs coram Domino meo Oradino, de mēſe Decemb.1562.in qua licèt per attentātem allegaretur ſupradicta deciſio.Creſcent.& aliæ deciſiones uulgares,quòd attētata impediunt curſum fatalium,& diceretur etiam, quòd hæc inter ſe ſunt inuicem contraria: quia ſi nunquam currunt fatalia,ergo nunquam daretur res iudicata,& propter ea informantes pro attentate uellent diſtinguere,ut tunc fatalia non currant,quando is,contra quem eſt attentatum, proteſtatus eſt, quòd in cauſa attentatorum prius procedatur,quàm in negocio principali, quaſi non facta hac proteſtatione,ſi feratur ſententia in negocio principali,omiſſis attentatis illa ſit valida.Nihilominus hæc diſtinctio non placuit Dominis.ſed alia, videlicet, quòd Autis ante deſertionem non dedit de attentatis,& tūc res iudicata ex deſertione ſuperueniens impediat reuocationem,Aut de illis dedit, & tunc non impediat,etiam ſi non fuerit proteſtatus : quia † ſufficit ſola natura ipſorum attentatorum, quæ eſt magis ſuſpenſiua,quàm ipſa petitorij,ſeu poſſeſſorij ſuſpenſio, ut latius in dicta deciſ.Orad.& facit deciſ.Ioann.Pauli.3.incip. Bellicen.parochialis,vbi ſentit, quòd appellans non ſit poſt biennium audiendus in negocio attētatorum, & conſequēter poſtquam deſerta appellatione ſententia tranſiuerit in rem iudicatam.

Declara præmiſſa omnia.

Primò, † vt in quibus caſibus diximus attētata poſt appellationem etiam illa deſerta reuocari,non intelligatur,de reuocatione priuilegiata per modū attentati,de qua dicemus infra ſuo loco,ſed de reuocatione per viam iniuſtitiæ,& nullitatis ordinariæ,vt declarat Franc.in c.ſæpe.in glo in ver.rata.ſub num.30.de appel.& ratio eſt:quia priuilegium reuocationis attentatorum requirit continuam aſſiſtentiam ipſius appellationis tanquam cauſæ, vt eleganter declarat Egid.deciſ.520.incip.concluſio.verſic. exemplum in caſu noſtro,cum per deſertionem ceſſet appellatio, quæ erat cauſa ſuſpenſionis,& priuilegij reuocationis,non mirum ſi ceſſat etiam reuocatio attentatorum ex via priuilegiata,& ita procedat d.deciſ.20.alias 130.& declaretur alia 76. alias 464. de quibus ſupra in princip.& iſta eſt communis, quòd licèt attentata etiam deſerta appellatione reuocentur,ordinarie tamen,& dato libello ſunt reuocanda,de qua teſtatur Pet. de Beninten.deciſ.40 dubitatum fuit.in fi. & poſt eum Viuius commun.opin.lib.2.opi.30.incip.attentata.in tertia amplia. & ſecundum hanc declarationem fuit aliàs hoc tentum in vna Bracharen.monaſterij coram Iunio 14.Martij.1558.ſecundum

cundum notata ibi per Dominum meum Oradinum. Hæc tamen declaratio videtur posse adhuc declarari, seu limitari ex mente Dominorum in vna Palētina de cordillo coram Aldobrandino 17. Aprilis 1594. vt nō procedat, quādo actus qui prætenditur attentatus appellatione pendente, & qui petitus est in 2. instātia per viam nullitatis reuocari, de iure veniret confirmandus, & semel in prima instantia fuisset sententiatum non esse reuocandum: quia hoc casu licèt inter Dominos ibi fuerit aliqua diuersitas: tamen etiam tenentes pro nullitate sentiebant, non esse attendēdam: quia scilicet gesta per iudicem de partib. veniebat confirmanda, quasi qñ cōstat de bono iure illius, qui prætenditur attentasse appellatione, nec etiam per viam nullitatis attentata sint reuocāda, quamuis autem non reuocentur per modum attentati, inutilis tamen non est huiusmodi reuocatio: deserta enim appellatione videbatur, quòd nullo modo deberent huius-
21 modi attentata reuocari: tum quia sublato principali censetur, & accessorium tolli: tum quia paria sunt non esse appellatum, & appellationem esse desertam, vt per Dominos in d. decis. i. alias 1. attētata. de appel. in no. Quibus in hoc vltimo concordat etiam decis. Afflict. 78. in causa, nu. 2. Guid. Papæ. consi. 124. post princip.

22 Secundò declaratur in dubio sit semper faciēda interpretatio pro non desertione, vt per Paul. de Cast. in l. 1. ff. si quis caut. & Cassad. decis. 4. & 8. de appel. & post Pau. vbi supra, & Præposit. ac Dec. in locis per eum allegatis, tradit Io. de Neuiz. in consil. 41. sciunt, sub num. 35. & Hier. Grat. in cōs. 163. requisitus. num. 12. lib. 2. & post Paul. vbi supra, Felyn. & Deci. per eum allegatos. Augusti Bero. in consi. 1. plura in præsenti, num. 7. lib. 3. & Ioan. Bapt. Ferret. in consi. 98. super articulo, num. 6. lib. 1. & Caraui. Ritu. 264. num. 14. & est not. decis. in recollect. Guid. bon. 40. uoluerunt Domini, in fin. ver. sub rub. de appel. & decis. Simonett. 4. incip. in vna Roma. coram Triuultio, sub rub. de appel. post Paul. vbi supra, & propterea quamuis commissio appellationis non sit præsentata iudici infra illos decem dies, qui censentur appellanti dari,
23 quādo eius appellationi defertur †sed probatur commissionem fuisse ante lapsum dicti temporis in banco cursorum, causa non dicitur deserta, sed per talem impetrationem prosequuta, ita fuit determinatum in vna Roma. fideiussionis. vt est decis. in recol. Crescen. 25. de appel. quod etiam fuit tētum in vna Hispalē. dimidiæ portionis coram Accoramb. 16. Octob. 1553. & tacit alia decis. in recol. eiusdem Crescent.
24 75. appellanti, de appel. vbi dicitur †quòd si appellans habito termino iuris causam fecit committi absque eo, quòd redierit amplius pro apostolis, cum dubitaretur de desertiōe. maior pars tenuit pro non desertione. Prout etiam ex hac propositione, idem tenuit Rot. in vna Castranen. canonicatus
25 coram Palcott. sub die 20. Febr. 1559. †quòd si sententia contineat plura capita, & ab vno fuerit appellatum, licèt quò ad aliud dicendum esset, sententiam trāsitum fecisse in rem iudicatam, si tamen tempore appellationis sententia non erat subscripta, nec publicata, Domini fuerūnt pro non re iudicata, pro non desertione, vt est decis. in recol. Caputaq. 1. decis. 38. incip licèt quando: Quibus concordat in pulchro casu alia eiusdem in 1. parte. 267. incip. fuit dubitatum in vna Astoricen. parochialis coram Didaco. 17. Iulij. 1552. & alia eiusdem 2. decis. 3. incip. appellauit post Paul. de Cast. vbi supra, & ita etiam fuit tentum in vna Aretin. spolij coram Iunio 9. Maij. 1558. ex qua resolutione duo videntur posse colligi notatu digna. Primum in eo, quod fuit ibi dictum, supra dictam decisi. Cassad. non semper seruari. Secundum, quòd
26 desertionem, vel non desertionem appellationis eo casu metiri visi sunt Domini ex depositionibus nōnullorum testiū super bono iure in dicta causa examinatorum, ita scilicet qꝑ si dicti testes illud probent, appellatio non censeatur deserta, aliàs secus, ex qua Dominorum cōsideratione posset forsan non inutiliter colligi declaratio ad id, quod proximè dictum est, quòd in dubio interpretatio facienda est pro non
27 desertione, vt scilicet procedat, quando constat, aut adest fumus de bono iure in causa principali.

27 Circa secundam inspectionem †de gestis post desertionē, potest poni Regula, quod talia non sint attentata, pro qua faciunt rationes, & motiua, quæ faciunt Domini in d. decis. 1. de appel. in no. Ex quibus nouissimè facta est alia decis. Rotæ in vna Bituntina coram Maceraten. 5. Martij. 1543. de qua est in recollect. Pute. decis. 3. deserta, de appel. vbi voluerunt
28 Domini, quòd quis deserta appellatione nō attentat ingrediendo possessionem, cui concordat alia decis. eiusdem Put. sub rubr. vt lite pend. deci. 1. incip. deserta. in princi. quòd etiā per dictam decis. Rotæ firmauit Alciat. consi. 48. in hac attētatorum causa, in princip. huius cap. 12. in præfatio. numer.
29 26. & sequ. †quòd per desertionem finitur appellatio. Vnde ea finita non potest amplius eius pendentia cōsiderari, quæ solet causare vitium attentatorum, ad rubr. & tot. titu. nil nouari appellatio. penden. quoniam tex. in Authen. de litig. ad
30 †inducendum vitium litigiosi exigit litem pendere, vt dixit Saly. in l. properandum. §. si quidem. sub nume. 15. vers. tertiò quæro. C. de iudic. & quamuis posset vniuersaliter hic quæri, de omnibus, quæ per iudicē, aut etiam per partes post desertam appellationem fierent, an dicantur attenta, nihilominus, quoniam Doctores dum loquuntur de gestis post desertionem, vt plurimum loquuntur de exequutione sententię a qua fuerit appellatio interposita, vt ea deserta citra vitium
31 attentatorum possit executioni demandari †& de alienatione rei super qua litigabatur, an post peremptam instantiam absque vitio attentatorum fieri possit, latè tractauimus sup. cap. 4. de attent. lit. pen. in 3. illatione regulæ ibi positæ, num. 504. & seq. ibique particulariter nu. 512. & seq. firmauimus, quòd talis alienatio fieri non valeat absque iudicis contemptu, & consequenter, absque vitio attentatorum, idcirco omissis alijs actibus, qui per partes fieri possent, cum iste de executione sit præcipuus, adhærendo dictis Doctor. sit in proposito.

32 Regula †quòd deserta appellatione gesta post illius desertionem non sunt attentata †& ideo sententia potest mandari exequutioni, vt est tex. & ibi no. Franc. in vlt. not. in c. cum sit Romana. de appellatio. & est decis. Aegid. 520. conclusio, post prin. vbi rationem etiam huius conclusionis assignat: quia scilicet effectus appellationis possunt esse plures. Quidam enim est effectus, cuius perfecta productio est momentanea, prout est deuolutio, & isto casu, licèt per desertionem cessiet eius causa, scilicet appellatio, non tamē cessat effectus & causa remanet deuoluta ad curiam, etiam si appellatio sit deserta. Quidam vero est effectus, qui requirit cōtinuam assistentiam ipsius appellationis, prout est suspensio sententiæ ad effectum attentatorum, & reuocationis illorum ex priuilegio ipsorū, & iste effectus cessat cessante appellatione, quæ erat illius causa per desertionem: quia, vt secūdum eum, tenet palatium, priuilegium attentatorum requirit continuā assistentiam ipsius appellationis tanquam causæ, unde non mirum, si gesta post desertionem appellationis non sunt attentata, ex quo cessat effectus suspensionis, & continuæ assistentiæ ipsius appellationis, quæ causabat, & tradit etiā Boer. decis. 206. num. 11. & seq. & Franc. Marc. decis. 283. num. 1. 2. & decis. Tholos. 84. & ibi Stefan. Aufrer. in addit. qui ponit per quem iudicem sit facienda talis exequutio, prout facit etiam Marau. in spec. in 3. parte sextæ partis principalis. q. 2. numero 188.

Ampliatur prædicta regula.

34 Primò †vt procedatur ad talem exequutionem, etiam ipso appellante vlterius non citato, vt no. Franc. in dicto c. personas, num. 24. in fi. & in cap. dilecti. sub num. 4. de appell. & ponit Guid. Papæ in tract. de appel. q. 110. uersic. item potest, & est decis. Boer. 206. num. 11. & seq & Franci. Marc. d. decisi. 283. & tenet Marant. ubi supra numer. 191. & nouissime per Ioan. Bapt. de Asin. in sua praxi iudic. §. septimo. cap. 5. versi. 11. igitur. num. 2. sub uers. hæc autem limitatio, ubi plures ī id citat, quibus adde Petrus de Calephat. inter consil. matrimon. libro primo. consilio 76. in causa. num. 4. quamuis cōtrarium in hoc videatur sentire Lanfranc. decisio. 465. incip. iudex.

35 Secundò †etiam si super desertione non sit pronunciatū, ut est decis. Guid. Papæ. 213. statuta. num 1. & decis. 436. num. 23. quæst. 26. & etiam in tracta. de appell. quæst. 18. & Boer. dicta decis. 206. num. 11. & tradit Ludo. Gozad. consi. 85. videtur. num. 26. & Maranta dicto nu. 188. & quòd Iudex a quo possit suam sententiam exequi absque eo, quòd super desertione sit pronunciatum, fuit aliàs tentum in una Canturiē. monasterij coram Tholomeo die 1. Aprilis 1538. ut est in recollect. Mohed. decis. 36. Auditor Rotæ, sub rubrica de re iudi.
36 Intelligendo tamē †qꝑ hoc procedat in iudice ordinario
37 †secus in delegato, secundum distinctionē, quam ibi tenuit maior pars Dominorum, secūdum quam est etiam notabiliter declarāda hæc secunda ampliatio.

38 Tertiò, ut procedat †tam si sit deserta per lapsum termini
39 iuris, quàm hominis tam ī appellatione a diffinitiua, quàm
40 ab interlocutoria †tam lata ab ordinario, quàm a iudice delegato, ut tradit Franc. in d. c. personas. ī ult. not. & in d. c. an
41 sit. in 3. not. de appellat. potest enim †etiam iudex a quo breuius tempus ad prosequendum appellationem, quam sit in iure expressum, appellāti præfigere: & si intra illud nō fuerit prosecutus, appellatio cēsetur deserta, ut tradit etiam Aug. Bero. in consi. 14. in præsenti. num. 7. li. 3.

42 Quartò potest ampliari †ut talis exequutio (ex quo locus est rei iudicatæ) fieri possit, etiam si appellans intra terminū

fecerit

Source : BIU Cujas

fecerit committi cauſam,& eius commiſſio venerit ad banchum Curſorum,& ibi ſteterit per tres mẽſes cum dimidio; ex quo enim appellans fuit negligens in faciendo præſentari commiſſionem,locus eſt contra eum rei iudicatæ, ita fuit aliàs tentum in vna Vlixbon.coram Reumano, vt eſt in recol.Guid.bon.deciſ.39.incip.fuit tentum.

Limitatur eandem Regulam.

43 Primò †niſi appellãs docuerit de iuſto impedimẽto, quo fuerit detentus:tunc enim illa exequutio veniret per viã attentati reuocanda,vt tradit Franc.poſt Inn. Ant.de Butr. & Imo.ibi in ca.ex ratione.num.35.de appellatio. & præſertim
44 † ſi contra talem deſertionem fuerit conceſſa reparatio ex
45 mera iuſtitia†prout eſt concedenda ſtante legitimo impedimento;quia tunc retrotrahitur,& quicquid eſſet innouatũ, reparatur,vt dicit Bald.in conſi.338.reparatio appellationis in princip.libri 3. ſecus ſi reparatio conceditur ex gratia,vt ibi per eum.Quod ſublimita vno modo, vt non procedat, quando allegaretur iuſtum impedimentum, videlicet inopia in ſecundo.& 3.anno:vt latius in ſequenti regula,declarat.num.57.

46 Secundò ego limitarem,vt non procedat†quãdo poſt deſertionem fuerit per appellatum aliquid attentatum, & de deſertione non conſtaret notorie ex actis, & appellans alleget,vel iuſtum impedimentum,vel aliquid offuſcans p̃ſumptam deſertionem per lapſum temporis,puta quòd ipſe cõparuit,ſed notarius non redegit apud acta,& ſuper illius,ac etiam attentatorum verificatione offerat incontinenti probationes aliquas:nam licèt de allegatis per eum adhuc non ſit plene doctum ſecundum terminos præcedentis limitationis,tamen cõcurrentibus alijs præſuppoſitis(vt ſupra proxime)putarem talia attentata eſſe reuocanda. Pone enim q̃ appellatus poſt deſertionem ſpoliauerit appellãtem,cui petenti huiuſmodi ſpolium attentatum in primis,& ante omnia reuocari,opponatur per appellatum de deſertione ſecũdum terminos regulæ noſtræ,& appellans replicando neget deſertionem,vel quia comparuit infra annum, licèt notarius nõ annotauerit,vel annotatio eſt deperdita,vel aliquo fuit impedimento detentus, & ſuper his offerat aliquales ꝓbationes,& donec plenè probet (in quo forſan multum tẽporis eſſet conterendum) inſtat pro reuocatione huius attẽtati,cum nimis durum videatur,quòd appellans careat hoc medio tempore poſſeſſione,ego crederem,quòd ſi de deſertione notorie nõ conſtaret ex actis (puta quia eſſet lapſum biennium)tale ſpolium attentatum eſſet reuocandum,motus ratione qua in ſimili vtuntur Domini dicta deciſio.1.dũ diſtinguunt,aut notoriè de deſertione conſtat, aut non, & quamuis ipſi loquantur de geſtis ante deſertionem, & ſatis diuerſa ratio videatur in illis eſſe,attento quòd, quando illa fuerunt geſta,appellatio vere pendebat, quæ pendẽtia in geſtis poſt deſertionem videtur ceſſare: nihilominus,q̃a admodum rigoroſum videtur,quòd, quouſque de deſertione non conſtat,appellans commodo ſuæ poſſeſſionis ſit priuãdus contra not.per Franc poſt alios in c.1.& in c.cum tenea mur,de appel. videtur,quòd ſit faciẽda reſtitutio,& ad rationis diuerſitatem poteſt reſponderi,quòd quouſque de deſertione per appellatum non eſt doctum,videtur quodammodo appellatio pendere, quia vt dicit Franc.in ca.ex ratione, ſub num.85.poſt Bald. de quo ibi per eum:interim appella-
47 tio eſt dubia. †& propterea hæc præſumptio ſuper deſertione,q̃ videtur dubia,non videtur poſſe tollere priuilegium attentatorum,quod videtur clarum,Præſertim quando, vt diximus, per appellantem allegatur aliquid offuſcans præ-
48 ſumptionem deſertionis:Sicut alias dicimus†quòd notoriũ non operatur ſuos effectus, quãdo allegatur aliquid, quod habeat offuſcare.Mil.in verb. poſſeſſorio recuperandæ agenti obſtat.fol.285.de quo latius infra in nona limitatio.principali huius regulæ de attentatis appellatione pendente.nu
49 me.5.†& licèt plura conſiderari poſſint legitima impedimẽta,ad no.per glo.in cap.venerabilibus in verb.impedimento de ſenten.excommunicatio.in 6.& in l.2.& ſequen.ff.ſi quis caut.de quibus late, & eleganter per Franc. in ca.ex ratione. colum.2.in glo.prima,verſ.circa primum. 8.de appellat.vbi ſex genera impedimentorum conſiderat.Nihilominus quia Doctores particulariter ſæpius mentionem faciunt de inopia appellãtis,ita vt ſi propter inopiam defecerit,excuſetur, quãplura de inopiæ impedimento per viam regulæ,& limi-
50 tationum ſubiungemus.Sit igitur.

Regula†quòd inopia eſt iuſtum impedimentum ad excuſandum appellantem,vt eſt deciſ.Boer.247.ſub nume.16.vbi dicit,quòd tunc non poteſt fieri executio, & Guid.Pap.deciſ.213.ſtatuta.num.3.& deciſ.436.num.21.quæſt.14. & tradit eleganter Ruyn.conſi.81.Quæritur.in princi. & per totũ, & Auguſt.Bero.in conſil.6.& ſi plura.nume.7.libro 3.& Iacob.Heneic.in conſ.13.caſus talis eſt.num.1.libro 2.vbi alios
51 allegat.Et propterea†ſi ſtet ſtatut.quòd appellans ſoluat q̃nque pro centenario,aliàs appellatio ſit deſerta, ſi quis appellans dictam gabellam non ſoluerit ob paupertatem, eius appellatio per hoc non dicitur deſerta ſecundum Bal. in l.2.§. ſi quis in iudicio.ff.ſi quis cautio. vbi refert Guil. de Cun. in l.eos.§.ſuper his.C.de appel.dicere ex hoc ſe liberaſſe vnum
52 pauperem a pẽna furcarum†quod eſt memoria dignum,& pro ſing.ponit Matheſil.not.vlt.& Cremens.ſingula.121.ad quod poſt prædictos multa etiam allegat nouiſſime, & elegãter Contard.in repetit l.diffamari.limit 9.nu 131. C.de ingen.& manumiſſ.quam regulam amplia.

53 Primò, vt procedat†etiam in criminalibus, & in iſtis terminis in pulchro caſu loquitur Boer.in dicta deciſ.247. ſub num.16.& limit.

54 Primò,vt non procedat†in paupere,qui ex ſua culpa incidit in paupertatem,vt poſt Felyn.in ca. quæ in Eccleſiarum. num.43.de conſtit.& alios per eum eleg. tradit Cõtard.vbi ſupra num.134.

Declara eandem.

55 Primò,†vt†quod dicitur,inopiam excuſare appellãtem, intelligatur a pro ſequutione appellationis, non autem ab appellatione,vt dicit Franc.in ca. ex ratione de appell. & eſt deciſ.Delphin.Franc.Marc.quæſt.587.num.2.& alia nouiſſime Miſing.ſing.obſeruat.centur.ſecunda,deciſ.58.inci.paupertas & deciſ.97.incip.quemadmodum,centuria 4.vbi hoc declarat procedere,quando agitur de appellatione viua vo-
56 ce interponenda†ſecus de appellatione in ſcriptis;quoniam cum tunc aliqua requiratur impenſa, paupertas excuſaret, vt ibi concludit poſt Innocen.in dicto.capitu.ex ratione,& Guid.Papæ.deciſio.436.numero 21.& in tractat. de appellatio.quæſtio.15.

57 Secundò†vt inopia in primo anno ita, & taliter excuſet, vt impediat curſum fatalium:in ſecundo uerò,& tertio anno excuſet quidem,ſed non,ut impediat curſum fatalium, ſed ſolum,vt appellanti propter inopiam impedito detur reſtitutio in integrum aduerſus lapſum fatalium,& ad proſequendam appellationem,ut eſt communis opin.de qua teſtatur Pariſ.conſi.30.in cauſa.nume.87.& ſeq.lib.4.Quæ declaratio eſt valde in materia attentatorum attẽdenda,& cõſideranda,nam quando inopia impedit curſum fatalium, prout eſt in primo anno,tunc executio,& alia geſta poſt annum(quo tempore regulariter ſi non fuiſſet inopia appellatio eſſet deſerta,& illa non dicerentur attentata,vt in regula) Nihilominus eſſent dicenda attentata:quia ſi inopia impedit curſum fatalium,ergo appellatio cenſetur pendere cuius pendentia,vt dictum eſt, inducit vitium attentatorum. Quando verò non impedit curſum fatalium, ſed operatur conceſſionem reſtitutionis in integrum,nõ ſunt attentata, cum vere appellatio amplius non pendeat. Vnde ex hac declaratione,quæ datur ad regulam, quòd inopia excuſat.& c.poteſt colligi limitatio,ſeu declaratio ad limitationem, q̃ ꝓxime poſuimus in Regula, q̃ geſta poſt deſertionem ſint attentata,quando appellans fuit legitimo impedimento detentus,vt ibi annotauimus num.45.

58 Tertiò declaratur †vt nõ ſufficiat re vera habere impedimentum ad hoc,ut quis poſſit appellare,niſi etiam illud alget,& ideo in vna Nauarienſ.canonicatus, & præbendæ 4. Marti.1541.coram Rauellaten.fuit tentum,quòd is,qui vere habuerat impedimentum infirmitatis,ſi ſententia contra eum lata trãſierit in rem iudicatam,nõ poteſt appellare, q̃a debuit infirmitatem allegare,ut in recollect. Mohed.deciſi. 78.Nicolaus.ſub rub.de appel. Sed quò ad excuſandum aliquem a ꝓſecutione appellationis iam interpoſitæ nõ uidetur requiri allegatio.& ꝓteſtatio, ſed† ſufficit, quòd conſtet
59 de impedimento,etiam abſque proteſtatione, ut fuit dictũ in vna Segobien.beneficij coram Veſtano 29. Maij. 1551.pno.per Iaſ.in l.properandum.§.ſin autem vterque.C.de iud. ut eſt deciſ in recollect. Caputaquen.parte prima deciſi.123. inci.Rota tenet. Quod fuit iterum reſolutum in una Conchen.Capellanię coram Decano 5.Maij.1553.vt eſt in recollect.Caput aq. parte 1.deciſ.321.inci.Rota tenet,ubi amplius additur,q̃ licèt cõtraria opi.ſit communis,iſta tamẽ,quam tenet Rot.eſt æquior.

Quartò declara,quòd ad hoc,ut quis poſſit obtinere reſti
61 tutionem in integrum ad proſequẽdam appellationẽ†non ſufficiat paupertatem,uel aliud impedimẽtum allegare,niſi probet etiam ſe feciſſe diligẽtiam ꝓ illud remouẽdo,vt fuit reſolutum ĩ una Lucana Abbatiæ coram Thoma de Tanis. 15.Martii.1546.ut ĩ recollect.Put.deciſi.8.paupertas.ſub rubri.de reſtitutio.ĩ integrum.ubi licet nihil allegetur, plura tamẽ ad id uidere poteris,quę allegat Cõtard.ubi ſup.num.
92 117.ubi tamẽ hoc limitat uno modo, uidelicet † niſi notorium

rium esset, quòd oīs diligentia fuisset frustratoria post Boer. decis. 40. num. 7.

63 Quintò, †vt impedimentum etiam per iuramentum probari possit, vt est decis. Rot. 3. alias 302. no. ℘ vbi de iur. in antiq. & facit decis. 25. aliàs 155. si certus. ad fi. de appel. in no. & nouissime Misinger. decis. 57. noti iuris, centuria quarta. nu. 2. Quod tamen intellige, & declara quatuor modis, de qui-
64 bus eleganter per Contard. vbi supra num. 122. & seq. videli-
65 cet † quòd iuramentum non detur, nisi semel † detur per Iu-
69 dicem, †& ei qui aliàs non sit periurus †& quòd possit proba
67 ri contrarium.

Ampliatio II.

SVMMARIVM.

1 *Attentata appellatione pendente reuocantur, etiam si sit appellationi renunciatum.*

2 *Paria sunt non appellare, appellationem non prosequi, & appellation renunciare.*

3 *Atteutata post renunciationem appellationis reuocantur siue expressa, siue tacita fuerit renunciatio.*

4 *Appellans comparens coram Iudice a quo censetur tacite appellationi renunciare, etiam si procurator dominus litis affectus quandoque fuerit protestatus.*

5 *Nisi compareat petens per eum reuocari attentata.*

6 *Attentata reuocantur etiam postquam quis renunciauit appellationi etiam extraiudiciali.*

7 *Actentata non reuocantur post renunciationem, quando sumus in appellatione ab interlocutoria.*

8 *Renunciari appellationi neque tacite, neque expresse potest regulariter in criminalibus.*

9 *Excommunicatio lata post legitimam appellationem nō reuocatur, quā do dictæ appellarioni est renunciatum.*

10 *Nisi renunciatio fuerit tacita.*

11 *Excommunicatus comparens coram Iudice a quo non censetur renunciare appellationi, sed quicquid facit. facere metu censurarum.*

12 *Attentata illa, quæ prætēdūtur fuisse facta, postquam quis appellationi renunciauit, non reuocantur uti attentata.*

13 *Reuocatio attentatorum appellatione pendente, postquam appellationi est renunciatum, licet in pluribus casibus fiat, non tamen fit per uiā priuilegiatam attentatorum, sed per uiam nullitatis.*

14 *Appellationi interponendæ potest non solum expresse renunciari, uerum etiam tacite.*

15 *Obligatio de standō sententiæ alicuius habet uim tacitæ renunciationis appellationis.*

16 *Lapsus decem dierum, qui dantur ad appellandum, inducit tacitam renunciationem appellationis.*

17 *Prosecutio appellationis post terminum ad appellandum interpositæ nō facit attentata.*

18 *Sententia lata super appellatione interposita post decem dies datos ad appellandum, etiam si de facto talis appellatio fuisset per partes prosecuta, non ualet.*

1 
Ecunda ampliatio. Sit †vt Regula procedat, etiam si appellationi sit renunciatum: nam renuncians potest nihilominus agere ad reuocationem attentatorum, vt tradit Franc. in c. ad audientiam. in fi. & in c. bonæ. num. 39. vers. sexta conclusio. de appel. & est deci. Tholos. & ibi Stefan. Aufrer. in addit. decisi. 193. ver. tertiò fallit, & decis. Boer. 256. nu. 2. & no. Mil. in ver. 1 appellationem deferens. fol. 10. Et ista sit.

2 Regula, pro qua vltra supradicta fa. in simili † quia paria sūt non appellare, appellationem non prosequi, & appellationi renunciare, vt est decis. Rot. prima, aliàs prima de appella. in no. Vnde sicut deserta appellatione potest nihilominus agi ad reuocationem attētatorum, vt diximus sup. proxime in prima ampliat. nu. 2. ita dicendum est, si sit appellationi renunciatum, Quam amplia.

3 Primò †vt procedat nō solum si expresse quis appellationi renunciet, verum etiam si tacite, vt est dicta decisio. Boer. 256. num. 2. & Lanfranc. decisi. 385. & si per comparitionem 13
4 vbi loquitur de renunciatione † quæ resultat tacitè ex comparitione facta per appellantem coram Iudice a quo, iux. nota. in ca. gratum. de offic. deleg. præterquam in excommunicatione iuxta ea, quæ proxime dicemus in tertia limitat. hu-
5 ius regulæ, nu. 9. † nam per huiusmodi comparitionem inducitur renunciatio appellationis, & sententia dicitur transire in rem iudicatam, non obstante quòd in comparendo procurator dominus litis effectus quandoque protestatus fuerit, vt fuit alias dictum in vna Rom. pecuniaria coram Accorambono 13. Nouembris 1555. in qua inclinabant pro re iudicata. Quinimmo si appellans compareat coram Iudice 14
a quo petens attentata reuocari, per talem comparitionem 15
non censeretur appellationi renunciasse, vt sensit Cassan. cō sil. 68. visis processibus. num. 75. Ex quibus satis constare potest, quàm sit periculosum id, quod alias dixit Alciat. in consil. 16. incip. licuerit. num. 14. lib. 7. dum voluit, processum ad vlteriora factum per Iudicem a quo post appellationē valere, & non esse innouatum, ex eo quòd appellans comparendo coram eo censetur suæ appellationi renunciasse.

6 Secūdò, †vt procedat etiam in appellatione extraiudiciali, vt notat, & disputat, & tandem firmat Franc. in d. c. bonæ. num. 39. ver. 6. concl. de appel. licet Anto. & Imol. fuerint in contraria sententia, vt ibi per eum.

Limita eandem regulam.

7 Primò, vt non procedat in appellatione a sententia interlocutoria, vt per Lap. alleg. 1. sub nu. 12. & allega. secunda, nu. 10. vbi de hoc.

8 Secundò potest limitari †vt non procedat in criminalib. cum in eis regulariter, neque tacite, neque expresse possit quis appellationi renunciare, vt est decis. Boer. 247. sub n. 16.

9 Tertiò, †vt non procedat in excommunicatione lata post & contra appellationem, cui sit postmodum renunciatum quia licèt etiam ipsa excommunicatio (quātumuis alias priuilegiata, vt per Deci. in cons. 214. in causa. dum ponit rationes dubitādi, & dicemus latius infra in octaua ampliatione) lata post legitimam appellationem sit nulla, & veniat via attentatorum reuocanda. c. ad præsentiam, & ibi Franc. prin. de appel. & tradit Deci. in d. consil. 214. sub num. 5. ver. his. n. non obstantibus. lib. 2. & Paris. consil. 28. ad resolutionē. nu. 28. & seq. lib. 4. Nihilominus quando huiusmodi appellationi est renunciatum, talis reuocatio non datur, ut tradit notabiliter Aegid. decis. 670. si contra, vbi uult, quòd si via attētatorum petatur absolutio, & sic reuocatio excommunicationis latæ post, & contra legitimam appellationem, talis absolutio non datur, quando appellationi esset renunciatum & sic præsuppositа renunciatione actus excommunicationis non retractatur uia attentati, & fallit Regula, quam su-
10 pra posuimus in hac secunda ampliatione principali. † Hāc tamen limitationem intelligere nos oportet non procedere quando essemus in renunciatione tacita, quæ resultat ex cō paritione coram Iudice a quo iuxta not. in capi. gratum. de offic. deleg. & diximus supra proxime in prima ampliat. nu.
11 4. † quoniam excommunicatus etiam comparens coram Iudice a quo non censetur appellationi renunciare, sed quicquid facit, puta si petat prorogari terminum, censetur facere metu censurarum qui metus non patitur sumi præsumptionem renunciationis, ita fuit dictum in vna Lucana caritati ui subsidij corā Fabio 16. Octobris 1551. vt est decis. in recollect. Guid. bon. 33. voluerunt. sub rubr. de appell. cum qua cō cordat decis. Achill. de Grass. 20. sub rubric. de appellat. quæ est in eadem causa Lucana. Pro qua declaratione plurimū facit id, quod ponit Cassan. consi. 68. visis. num. 74. vbi uult, quòd is qui appellauit, si compareat coram Iudice a quo, timens ab eo excommunicari, non censetur appellationi renunciare. Vnde ex eo potest hæc declaratio ampliari, vt procedat, non solum quando comparet post excommunicationem iam latam, verum etiam ferendam.

Quartò limita, vt non procedat in gestis post renunciationem, quamuis enim ea. quæ sunt attentata post appellationem ante renuntiationem etiam postquàm est appellationi renunciatum, possint tanquam attentata peti reuocari,
12 vt supra in Regula huius ampliationis † ea tamen quæ dicerentur facta postquam appellationi est renunciatum, nō essent tanquam attentata reuocāda, vt fuit dictum in vna Anconitana attentatorum coram Domino meo Oradino die 26. Iunij. 1566. in qua licèt fuerit resolutum, quòd executio facta post appellationem, & prætensam renūciationem, de qua ibi, fuerint attentata, id tamen prouenit: quia in casu illo non constabat de renunciatione: quinimmo sensērūt ibi Domini, ℘ stante renūciatione appellationis executio fuisset bona, & consequenter facit pro ista limitatione.

Declara eandem.

Primo, †ut quibus casibus diximus reuocationē peti, post quam sit appellationi renunciatum, intelligatur non de reuocatione priuilegiata per uiam attentatorum, sed per uiā nullitatis ordinariæ, & iniustitiæ, & ita loquitur Franc. in d. c. bonæ. num. 39. & melius in cap. sæpe sub nume. 30. in glo. in uerb. rata. ad fin. de appellatio. & Egid. dicta deci. 670 si cō tra, ad fin. & Lanfranc. dicta decisi. 385. & Lap. dicta allegat. prima. numero 10.

Secundò puto necessario esse declarandam, ut intelligatur de renunciatione facta appellationi iam interpositæ, & postquam est attentatum, non autem de renunciatione appellationis interponendæ † quæ & expresse potest fieri, ut est tex. in l. fin. §. fi. in fi. C. de tempo. appell. & etiam tacite † puta quando quis obligat se uelle stare sententiæ alicuius: talis. n.

obli-

Source : BIU Cujas

obligatio habet uim renunciationis appellationi factæ, ut
no. Mil. in ver. appellare non potest, qui & diximus latius su
16 pra hoc eodem cap. in præfatione numer. 20. † Vel quando
intra decem dies non appellatur: nam hoc casu per lapsum
termini censetur appellationi interponendæ renunciasse, &
17 sententiam transitum fecisse in rem iudicatam † in tantum
quòd etiam si appellatio post decem dies interposita prose-
queretur a partibus, nihilominus gesta ea pendente nō sub-
ijcerentur vitio attentatorum; quia prosecutio huiusmodi
appellationis non impedit, quin sententia censeatur transi-
18 uisse in rem iudicatam † immo si super tali appellatione fera
tur sententia, illa non tenet, vt post Bald. Salyc. & alios tra-
dit nouissime Osasc. decis. Pedemontan. 7. lata sententia. nu.
6. & dicemus latius infra hoc eodem cap. in 50. limitatione
princip. huius regu. in 5. ampliatio. ibi posita ad regulam, de
qua ibi: & quamuis Doctores hanc declarationem non po-
nant, suadetur tamen efficaci ratione. Renunciatio enim fa
cta appellationi interponendæ facit, quòd non dicatur in-
duci appellationis aliqua pendentia, sine qua non potest p̄-
tendi, quòd aliquid sit attentatum, ad rubr. & tot. titu. ff. nil
noua. appellat. penden. etiam si de facto fuerit prosecuta: qa
sicut talis prosecutio non inducit validitatem sententiæ de-
super latæ (vt dictum est) ita nec debet inducere inualiditatē
eorum, quæ illa sic pendēte facta sunt. Vnde meritò Rta hu-
ius secundæ ampliationis non verificatur in renunciatione
facta appellationi interponendæ.

Ampliatio tertia.

SVMMARIVM.

1 *Attentatorum appellatione pendente reuocatio fit etiam si contra petentem reuocationem esset ius commune.*
2 *Immo etiam si appellatio sit iuri contraria secundum aliquos.*

1 
Ertiò ampliatur Regula principalis, †vt procedat, etiam si contra petentem reuocationem attentatorum appellatione pendente esset ius commune, vt post Ant. de Butr. & Panor. in c. bonæ. col. fi. extra de appella. tradit Alex. in consi. 99. visis. num. 5. lib. 5. & Fir man. in suo aureo repert. in verb. appellatio ne pendente, vers. 21. facit, quod dixit aliàs Paul. de Castro in l. 3. C. de appel. quòd Iudex non debet aliquid innouare, etiā si appellans esset in terminis Rubr. & tot. titu. C. si de momē ta. possess. quo casu contra appellantem dicitur esse ius com mune, & propterea appellationem noluerit admittere, quē in hoc secuti sunt Ias. in consil. 187. circa primum. colum. 6. versicu. quartò accedat. lib. 2. & etiam nouissime Roland. de Valle in consil. 77. viso. num. 3. lib 2. Ad idem Cassan. consil. 3. viso processu, numero 22. vbi dixit post alios, de quib. ibi,
2 †q etiam si appellatio sit iuri cōtraria, pēdēte appellatione nihil est innouādum. Quamuis Pa. de Cat. in hoc nouissime reprehendat Osasc. in decis. Pedemont. 25. sub nu. 20. versicu. hinc liquido apparet.

Ampliatio quarta.

SVMMARIVM.

1 *Ampliatione etiam in criminalib. pendente sententia non mādatur executioni.*
2 *Iudex omni ingenio, quo' potest, debet differre executionem in criminalibus.*
3 *Bannitus qui appellauit pendente appellatione, non potest impune offendi secundum commu. opi.*
4 *Executio sententiæ criminalis regulariter fieri nō potest appellatione pēdente.*
5 *Condemnatus tanquam vsurarius cum publicatione, & confiscatione bonorum, si appellauerit non potest interim contra eum fieri executio.*
6 *Fiscus non reperitur priuilegiatus quo ad hoc, vt appellatione pendēte liceat sibi innouari, sed debet vti iure communi.*
7 *Executio in criminalibus retardatur ob interpositam appellationem, ēt si fuisset interposita a tertio.*
8 *Etiam ipso condemnato inuito.*
9 *Appellatio etiam deserta propter inopiam retardat executionem in criminalibus.*
10 *Appellatio in criminalibus interposita, etiam si uideretur iniusta, executionem suspendit. Nisi sit periculum in mora.*
11 *Executio si fiat appellatione pendente tenetur non solum iudex, sed etiā eius subditi, commissarij, & seruientes, ita ut nec illius iussus eos excuset ab attentatis.*
12 *Confessus, & conuictus si appellet non retardatur executio secundum communem opinionem. Et peccaret Iudex si illam admitteret secundū aliquos.*
13 *Confessio sola etiam extorta, dummodo per seuerata licet quis non fuerit conuictus sufficit, ut non obstante appellatione, deueniatur ad executionem secundum commun. obseruantiam*
14 *Inhibitio emanata vigore appellationis per confessum, & conuictum interpositæ non retardat executionem secundum aliquos.*
15 *Confessus potest condemnari, etiam si processus alias esset nullus.*
16 *Periculum vbi est in mora, appellatio in criminalibus non retardat executionem.*
17 *Iudex ratione periculi potest exequi, & deinde processum scribere.*
18 *Executio non retardatur per appellationem interpositam a Iudice, a quo non potest appellari.*
19 *Appellatio in criminalibus interposita non retardat executionem in mn gna curia Neapolitana.*
Nisi essemus in appellatione a decreto de aliquem torquendo, vt nu. 20.
21 *Appellatio a carceratione non suspendit executionem, ex quo appellās, etiam appellatione interposita in carceribus detinetur.*
22 *Et retinetur in carceribus Iudicis a quo.*

1 
Varta ampliatio sit † vt Regula procedat nō solum in ciuilibus, verum etiam in crimina libus, & propterea pendēte appellatione ēt in criminalibus sn̄a nō potest mandari exe cutioni, vt probatur in l. nō tātum. ff. de ap-
2 pel. vt no. Bald. in l. qui vltimo. ff. de pen. cū & hoc sit cōdecens † vt Iudex omni ingenio quo potest, debeat differre executionem in criminalibus, vt post Innoc. in capi. pastoralis. de offic. delegat. tradit Vital. de claus. in clausula nil nou. appellatio. pend. sub num. 19. versi.
3 item etiam dicit Inn. †& propterea bannitus, qui appellauit pēdēte appellatione, nō potest impune offendi, & ista est cō mun. opi. vt post Soci. in l. 3. §. si seruus. de acquir. possessio. & ibidem Ias. ac etiam Villalob. in collect. commu. opin. litera B, num. 4. tradit Iul. Clar. lib. 5. sentēt. recep. colum. 38. fol. 31 versic. succesiue quæro. Et quia Doctores in hac materia ge storum appellatione pēdēte in criminalib. solum vñr facere mentionem, & habere in cōsideratione, an pendēte appella tione possit fieri executio: idcirco illorum dictis inhærendo in hac 4. ampliat. sit.
4 Regula negatiua † q talis executio fieri nō possit appella-tione pēdente: pro qua vltra prædicta est decis. Guid. Pap. 74. in causis, & in tracta. de appel. q. 120. post prin. & iterum ibi-dem colum. 5. versic. item sicut in ciuili nihil est innouādū, & no. specifice moder. Florenti. in §. primo. Instit. de hæredi. instit. & tradit Franc. in c. cum sit. §. præterea. in primo nota.
5 de appella. †& propterea si quis tanquam vsurarius fuerit cō demnatus etiam cum publicatione, & cōfiscatione omniū bonorum, & appellauerit, nō potest appellatione pēdēte cō tra eum deueniri ad executionem, vt post Afflict. super con stitut. Regn. super constit. vsurariorum. lib. primo, nume. 13. tradit Io. Bapt. de Asin. in sua praxi Iudic. §. trigesimoprimo
6 ca. 2. limit. 2. princ sub num. 3. †inferens ex hoc, q titulus nil nouari appellatione pēdente habet locum etiam ꝯtra fiscū, qui, cum in hoc nō reperiatur priuilegiatus, debet vti iure cō-muni ad no. in l. placuit. ff. de iur. fisci. Ampliatur.
7 Primò, †ut procedat, etiam si a tertio appellatio esset īter-
8 posita † etiam ipso cōdemnato inuito. ut per Franc. in d c. cū sit Romana. §. præterea, in 1. not.
9 Secundò † etiam si appellatio propter inopiam esset deser-ta, ut est decis. Boer. 247. sub num. 16.
10 Tertiò † etiam si appellatio videretur iniusta: quia nec tūc executio est facienda, nisi sit periculum in mora, vt est decis. Boer. 153. num. 6.
11 Quartò amplia, & notabiliter † ut non solum Iudex ipse, qui committit huiusmodi executionē, hoc casu teneatur, uerum etiam eius subditi, commissarij, & seruientes, ita, ut iussus Iudicis eos nō excuset, ut elegāter cōsiderat Māsuer. in sua praxi iudic. in tit. de appel. in ult. col. uer. item de atten tatis tenetur Iudex.
Limitatur eadem regula.
12 Primò, †nisi is, qui appellasset, esset confessus, & cōuictus tunc enim nō obstāte appellatione, & illa pēdēte, potest cō tra eum fieri executio, ut colligitur ex dicta decisi. Guid. Pa-pæ. 74. in fi. uer bis, & melius in dicto tractat. de appell. q. 120. colum. 5. uersi. sed aduertas, ubi notāter subdit, quòd Iudex hoc casu peccaret, si appellationem admitteret, & uidetur decis. Capella. Tholos. & ibi eleganter Stephan. Aufrer. in ad dit. decis. 176. & ponunt etiam Afflict. & Ioan. Bapt. de Asin. in locis supra proxime citatis, & post alios etiam de comm. opin. attestantes tradit Viuius commun. opin. libro 2. opin. 15. incip. appellans conuictus, & cæteris latius Iul. Clar. ī sua practic. crimin. q. 94. colum. 1. & 2. ubi testatur post alios hāc esse commun. opin. non solum in illis quinque criminibus expressis in l. 2. C. quorum appell. non recip. uerum etiam in omnibus alijs, atque ibidem ponit, vtrum copulatiuè requi ratur vtrumque, uidelicet, quòd sit confessus, ac conuictus,
13 uel sufficiat alterum † & quòd de communi obseruantia suf ficiat sola cōfessio etiam extorta, dummodo perseuerata, &

quòd

Source : BIU Cujas

quòd ſecundum magis commun.opi. in hoc non ſit differē
tia inter ius canonicū,& ciuile, vt latius hæc omnia per eū
ibi,quod etiam affirmauit poſt alios de commu.opi.atteſtā-
tes Viuius vbi ſupra opi.16.incip.appellans confeſſus,& ite-
rum lib.2.opi.15.incip.appellans conuictus . Quæ limitatio
14 videtur procedere†etiam ſi Iudici a quo per Iudicem ad quē
ſit inhibitum ſecundum Guid.Pap.vbi ſupra:quamuis con
trarium in hoc vltimo ſentiat Aufrer.in addi. ad dictam de-
ciſi. Tholoſ.quam refert,& ſequi videtur Iul.Clar.in ſua pra
ctic.crimin.q.94.colum.2.ad fin.Et pro hac limitatione fa-
15 cit,quod alias dicitur†quòd confeſſus poteſt condemnari,
etiam ſi proceſſus alias eſſet nullus ſecundum Mil. in verb.
confitens crimen in iudicio.fol.68.

16 Secundò, †vt non procedat,quādo periculum eſt in mo-
17 ra,vt eſt deciſ.Boer.153.num.5.& ſeq.†nam ratione periculi
poteſt Iudex exequi,& deinde proceſſum ſcribere. Boer.de-
ciſ.259.nu.5. Et eſt alias generale,& vulgare, quòd quando
eſt periculum in mora,multa permittuntur, quæ regulari-
ter non concederentur,de quibus in varijs locis abundè per
Doctores,præſertim Deci.in ca.cum dilecta.col.fi.ver.& hoc
verum.de confir.vtil.vel inutil.& per Catell.Cott.in memo
ral.in verb.par in parem.

18 Tertiò, †quando ſumus in appellatione interpoſita a Iu-
dice,à quo nō poteſt appellari,ut tradit idem Boer. in dicto
loco,generale enim eſt, quòd executio non ſuſpenditur p
appellationem interpoſitam in caſib.a iure prohibitis,vt eſt
deciſ.Tholoſ.500.& ibi Aufrer. in addit. & dicemus infra in
53.& ultima limitatione Regulæ principalis numero 1. &
per totam.

19 Quartò,†vt non procedat in magna Curia Neapolitana,
in qua ex priuilegio appellatio in criminalibus nō retardat
executionem,vt eſt deciſ.Capit.137.numero 17.Quod tamē
20 †videtur limitandum,ut non procedat, quando eſſemus in
decreto de aliquem torquendo , quia ſi appelletur etiam in
Regno debet ſuperſederi,vt concludit,& cautius eſſe, & ita
communiter ſeruari tradit nouiſſimè Carauita Ritu 259.
ſub num.10.

21 Quintò,†quando ſumus in appellatione a carceratione,
& a ſententia,quòd quis detineatur in carceribus, nam etiā
pendente appellatione is detinetur in carceribus, & ſic ſuc-
ceſſiua quædam executio ſententiæ fit contra appellantem
non obſtante ſua apellatione ſecundum Bald. in l.ſecunda.
uerſ.ſed incidenter.C.de Epiſcopali audien.Specul.in tit.de
appel.§.nouiſſime.colum.prima.verſic.tertius.Barto.in l.ab
executione.C.quorum appellatio.non recipiant. Ale.apud
Bart.in l.prima.ff.de cuſtodia re.quos refert,& ſequitur Ma
rant.in tertia parte ſextæ partis principalis.q.2.num.178.uer.
decimò limita.Quib.adde Guid.Pap.deciſ.235. & deciſ.238.
& deciſ.436.num.38.& in tracta.de appel.quæſt.30. in quib.
22 locis ponit etiam†quòd appellans debet detineri in carceri-
bus Iudicis a quo ad qđ dictum, & ēt ad limitationem vide
eleganter deciſ.Franc.Marc.in qq.Delfin.quæſt.915.Pro qua
facit,quod alias dixit Alciat.conſil.16.incip.licuerit.ſub nu
me.14.uerſ.ſecundò quia.lib.7.dum uoluit, quòd appellans
etiam poſt appellationem ſit detinendus in carceribus, ubi
id etiam ea ratione comprobat, quia ſcilicet talis detentio
tendit ad expeditionem cauſæ, ex quo alias potuiſſet ille au-
fugere,& ſic impedire faciliorem exitum appellationis, itē
quia talis detentio ſicut erat licita pendente primo iudicio,
& prima inſtantia,ita debet licere etiam poſt appellationē,
ut latius ibi per eum.

Ampliatio V.

SVMMARIVM.

1 *Iudex qui appellationem non admiſit, quaſi clarum eſſet, quod illi non erat deferendum, non debet ipſe in appellatione non recepta aliquid innouare.*

2 *Appellatione pendente nihil innouandum,etiam ſi illa videatur expreſſe iuri contraria ſecundum aliquos.*

3 *Iudex à quo ſi noluerit recipere appellationem, puta quia prætendebat cauſam eſſe inappellabilem, nihilominus non debet aliquid innouare.*

4 *Innouatio appellatione pendente inhibetur ſaltem à iure,licet non fuerit à Iudice recepta.*

5 *Appellatio an teneat, ſi dubitetur,interim omnia debent eſſe in ſuſpenſo.*

6 *Iurisdictio Iudicis à quo ſemper tota ſuſpenditur, ſiue admiſſa, ſiue reiecta fuerit appellatio.*

7 *Appellatio etiam admiſſa cum clauſula, ſi, & inquantum, facit attentatu.*

8 *Appellatio omni caſu cenſetur permiſſa, niſi expreſſe reperiatur prohibita.*

9 *Allegans in aliquo caſu non poſſe appellari,id probare debet.*

10 *Appellatio etiam in crimine læſæ maieſtatis procedi ſecundum communem opinionem.*

11 *Appellationi in dubio ſemper eſt deferendum propter reuerentiam ſuperioris.*

12 *Iudex admittens appellationem, quæ non fuiſſet admittenda, excuſatur à pœna.*

13 *Appellationem reijcere non debet Iudex, niſi cauſa cognita.*

14 *Appellatio nemini eſt deneganda, etiam Diabolo.*

15 *Iudices appellationi non deferentes certas pœnas incurrunt,remiſſiue.*

16 *Appellatio (quando ſumus in caſibus, in quibus regulariter appellatio eſt prohibita) in dubio cenſetur prohibita,& non permiſſa.*

17 *Idem reſpectu fiſci in Regno Neapolitano in cauſis abſolutorijs.*

QVinta ampliatio ſit,vt procedat non ſolum
quando appellatio fuit per Iudicem admiſ
ſa,quaſi clarum eſſet,vel ſaltem dubium,q
eſſet admittenda,verum etiam quādo qua-
rum eſſet,quòd ſibi non eſſet deferendum,
1 illam non admiſit†nam & hoc caſu, quan-
dò Iudex appellationem non admiſit,nihil
debet ipſe in appellatione recepta innouare,vt tradit Franc.
poſt Bar.Bald & alios,de quibus ibi in ca.conſtitutus. num.
18.& ſeq.de appel.pro qua facit,quod alias poſt Bald.in c.pri
mo.§.ſancimus.ſub num.2.in titu.quo tempore mil.inueſt.
2 pet.tradit Caſſan.conſi.30.viſo proceſſu.num.22.†quòd pē-
dente appellatione nihil eſt innouandum,etiam ſi appella-
tio ſit expreſſe iuri contraria:quod & ante eum referēdo iti-
dem Bal.poſuit etiam Franc.in ca.cum teneamur.num.9.de
appell.& facit,quod ponit Ruyn.conſi.75.quantum.num.2.
lib.5. Quamuis Bal.in libro meo totum contrarium cōclu-
dat,cum dicat,nihil innouandum,niſi appellatio ſit iuri con-
traria. Et no.quòd non ſine miniſterio dictum eſt, quòd nō
poteſt in ipſa appellatione innouare,quia (vt dicunt præfati
Doctores) Iudex hoc caſu licèt poſſit procedere non obſtan
te appellatione:Innouare tamen in ipſa appellatione,i.pro-
nunciare appellationem fore admittendam,nec ne,hoc nō
poteſt,ſi enim certum eſſet appellationem eſſe iniuſtā,tunc
iudex ſententiam exequitur,vt tradit Specu.in titu.de appel
la.§.nunc dicamus.num.8.verſic. item appellatione pendē-
te, & ſic ad propoſitum noſtrum datur caſus, in quo etiam
appellatione non admiſſa conſeruatur regula principalis,vt
illa pendente non innouetur,& ita procedat iſta ampliatio.
Immo amplius dixit Paul.de Caſtr.in l.3. C.de appell.quem
refert, & ſequitur Iaſ.in conſil.187.circa primum. colum.6.
verſ.quartò accedat lib.2. & etiam Rolan.a Valle in conſil.
3 77.viſo.num.3.lib.2.†quòd poſito,quòd iudex a quo nolue
rit recipere appellationem:quia dicat, quòd non potuit ap-
pellare,quia cauſa erat inappellabilis, puta in caſu. l.primæ,
& toto titu.C.ſi de momen.poſſeſſ.Nihilominus non debet
aliquid innouare,& quòd innouata indiſtincte reuocantur,
quando appellatio de iure tenet,licèt nō fuerit recepta quo
4 niam†talis innouatio inhibetur ſaltem a iure,tam per dictā
l.3.quàm per tot.tit.nil nou.appel.pend.ut latius per Rolan.
in dicto loco, quamuis hoc dictum Pauli de Caſtr.non ad-
mittat nouiſſime Oſaſcus in deciſio.Pedemonta.25.ſub nu-
mero 20. Ad id autem.quod in hac limitatione dictum eſt,
facit,quod dicebat alias Ioann.Andre.in cap.ſi a iudice.poſt
princip.de appel.in 6.in nouel.poſt Archidiacon.de quo ibi
5 †quòd quando dubium eſt,an teneat appellatio, omnia sūt
in ſuſpenſo,& quod nouiſſime poſt Franc,& alios per eum
allegatos affirmauit Burſat,in conſi.21.Illuſtriſſimi. nume.
6 13.libro primo.†quòd ſiue admiſſa,ſiue reiecta fuerit appel-
latio,ſemper tota iuriſdictio iudicis a quo per appellationē
ſuſpenditur,ita ut non poſſit amplius in dicta cauſa ſe intro
mittere,& propterea appellatio interpoſita facit attētata nō
ſolum quando fuit ſimpliciter per Iudicem admiſſa,verum
7 etiam,†quando illam admiſit cum clauſula,ſi & inquantū
ut fuit dictum in vna Aretina ſpolij coram Domino meo
8 Oradino 10.Martij 1559.Cum & alias generale ſit †quod in
omni caſu appellatio cenſetur permiſſa,niſi expreſſe reperia
tur prohibita,gloſ.ſingul.in l.qui reſtituere.ff.de rei uendic.
quam no.Bal.in d.l.prima.C.ſi de moment.poſſeſſ. num.10.
& latius Franc. in rubr.extra de appell.colum.quarta uerſic.
9 tertiò præmitten.ubi ſubdit†quòd qui dicit in aliquo caſu
non poſſe appetlari,tenetur id probare, cum habeat regulā
contra ſe,quod ipſum poſt glo in dicta l qui reſtituere, & a-
lios per eum allegatos,tradit Socin conſi.39.capio primum
in princip.lib.4.& Hier.Grat.in conſi. 63.requiſitus. nume.
12.libro 2.& poſt glo.in d.l.qui reſtituere,quam communi-
10 ter teneri præſupponit,&†etiam in crimine læſæ maieſtatis
procedere,tradit Viuius commun.opi.libro 2. opi.29.incip.
11 appellatio admittitur.Et ob reuerentiam†ſuperioris ſemper
in dubio eſt appellationi deferendum ut dicūt omnes,præ-
ſertim

ſertim Franc.in c.vt debitus.ſub num.43. ver. in eadem glo. de appel. Lap. alleg. 2. num. 5. & Ioannes Cephal. in conſ. 105. dominus. num. 46. lib. 1. Io de Neuizza. in conſ. 44. conditoris. nu. 9. & latius Andr. Tiraquell. in tractatu le mort. faiſit, le uif. in 6. parte princ. declar. 6. num. 9. & ſeq. vbi in id multa congerit more ſuo: Quibus adde, quæ nouiſſime etiã tradit Pet. de Ben in. tend. in deciſ. Bononien. deciſ. 1. quæſitum. nu. 3. in fin. & ex recentioribus Lancell. Corrad. de Pretor. §. 2. de offic. Pretor. in cauſ. ciuili de ſentent. num. 6. & 7. & late etiam, & eleganter Iaſ. in conſ. 187. circa primum. col. 2. verſ. ſeptimo facit. lib. 2. & poſt eum Moderni in annot. ad Aegidian. ſub num. 168 & late Io. Cephal. in conſ.
12 185. in cauſa num. 1. lib. 2. vbi hoc ampliat, † vt etiam ſi Iudex admiſerit appellationem non admittendam ſit à pœna excuſandus, poſt Deci. in conſ. 49. co. 2. verſ. quarto ſuadetur
13 † & inſuper, quòd Iudex non debet niſi cauſa cognita appellationem reijcere, poſt Franc. in c. cum ſpeciali. §. porrò. col.
14 4. de appell. Facit etiam, quod aliàs dicitur, † quod appellatio nemini eſt deneganda, etiam Diabolo, vt eſt deci. Rot. 16. aliàs. 354. cum Iura. num. 3. de dol. & contum. in no. & tra-
15 dit Paris. conſ. 28. ad reſolutionem. nu. 11. lib. 4. † Immo. ſolent Iura Iudicibus appellationi non deferentibus certas pœnas infligere: de quibus tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, tam de Iure ciuili, quàm canonico, eleganter per Boer. deciſ. 153. num. 4. & ſeqq. & aliquid per Marantã. q. 2. tertiæ partis ſextæ partis principalis. num. 199. & aliquid etiam per Lancell. Corrad. vbi ſupra num. 6. Hæc autem concluſio quod in dubio appellatio ſit permiſſa, & quod illi ſit deferẽdum, eſt intelligenda, vt procedat, quando ſumus in caſibus
16 in quibus appellatio regulariter eſt permiſſa, † ſecus in illis, in quibas regulariter eſt prohibita, vt eſt in poſſeſſorio, & ab executione, quia hoc vltimo caſu, licet regula prohibitiua in aliquibus caſibus non procedat, in dubio tamen debet cenſeri prohibita ſecundum regulam, non autem permiſſa ſecundum fallentias, vt poſt Dec. conſiderabat Alciat. in
17 conſ. 68. gubernatorem ſub. num. 8. lib. 6. Item † intellige reſpectu fiſci in Regno Neapolitano cuius appellatio ab ab ſolutorijs regulariter non eſt permiſſa vt per Carauit. Ritu. 258. in princip. & per tot.

Ampliatio VI.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio etiam ab actu, & ſententia nulla facit attentata.*
2 *Appellari etiam poteſt ab actu nullo, & triplex ex ea reſultat effectus.*
3 *Reuocatio attentatorum pendente nullitate per viam appellationis intentatæ tunc fit, poſtquam fuerit iuſtificata appellatio.*

SEXTA ampliatio ſit, vt Regula procedat
1 non ſolum in appellatione interpoſita ab actu, & à ſententia valida, † verùm etiam ſi
2 interponatur ab actu, & ſententia nulla: nõ eſt enim nouum, aut inconueniens, † ꝙ ab actu nullo appelletur, vt per Franc. in c. dilecto. q. 7. de appellat. & poſt Io. Andr. Inno. & Hoſtien. ibi, & doct. in l. ſi expreſſim. ff. de appel. no. etiam Vital. in tracta. de clauſ. in clauſula. nil noua. relat. penden. nu. 15. & tradit Alexan. in conſ. 130. ponderatis. ad fi. lib. 3. & in l. 2. C. de bon. poſſ. cont. tab. vbi etiam ponit, quis ſit eius effectus: talis enim nullitas propoſita per viam appellationis operatur priuilegium attentatorum, & impedit executionem fieri vt per Franc. eleganter in d. c. dilecto. nu. 21. 22. 31. 32. & ſeq. & poſt eum idem tradit Vant. in tracta. de nullit. in tit. quot. & quibus modis nullitas proponi poſſit. num. 34. per tex. in c. exhibita, vbi Imola de Iudic. & in. c. ſuper queſtionum. in fi. de offi. deleg. quod, & poſt Franc. dicto num. 21. poſuit Manfred. lib. 2. pratic. queſt. ſuper attent. concluſ. 51. Quibus adde Iacob. Henric. in conſ. 31. cum venerabilis. in 2. dubio, nu. 8 & ſeq. lib. 3. vbi eleganter proſequitur, qualiter appellatio, etiam à ſententia nulla triplicem operatur effectum, videlicet quòd facit attentata, impedit executionem, & re-
3 ſcindit ſententiam. † Quod videtur intelligendum, vt reuocatio fiat per uiam attentatorum, poſtquam fuerit iuſtificata appellatio, vt poſt Gemi. in c. non putamus. col. 2. circa med. de conſuetud. ponit idem Manfred. lib. 2. pratic. cõclus. ſuper attentatis. conclus. 209. Et alijs etiã nonnullis modis præmiſſa declaranda videntur, de quibus fuſius diximus, in fra. c. 17. de attent. nullitat. pend. in 2. ſublimit. primæ limit. princip. Regulæ ibi poſitæ.

Ampliatio VII.

SVMMARIVM.

1 *Actus etiam ad tollenda ſcandala pendente appellatione factus dicitur attentatus.*
2 *Sequeſtrum factum a iudice, a quo in cauſa profana ob timorem armorũ & ad vitanda ſcandala dicitur attentatum.*
3 *Secus in cauſa beneficiali.*

SEPTIMA ampliatio ſit, vt Regula procedat,
1 † etiam ſi actus, qui fieret appellatione pendente, tenderet ad tollenda ſcandala: nam licèt multa fieri permittantur ad tollenda ſcandala, quę aliàs non licerent, ad. l. æquiſſimum. ff. de vſuf. l. fin. de offi. procur. Cęſar. Bal. in l. fin. in quarta colum. C. de edict. diui Adr. toll. & tradit abunde Stefan. Aufrer. in addit. ad deciſ. Tholoſ. 477. aliquis lite pendente, & latiſſimè per Fely. in c. 2. num. 2. & multis ſequent. de præſcriptio. Nihilominus etiam hoc caſu tanquam attentatum ille actus debe
2 ret reuocari † Exemplum, ſi Iudex interpoſita appellatione ab eo in cauſa profana, & poſſeſſorij illa pendente ad euitandũ ſcãdalũ, & timorem armorũ, poſſeſſionẽ ſequeſtret, tale ſequeſtriũ dr attentatũ, ſi credimus in hoc Affli. deci. 98.
3 pulchrũ eſt dubium, nu. 2. & per totam † quamuis ſecus ſit, ſi ſumus in cauſa beneficiali, ſecundùm eundem Afflict. deciſ. 152. fuit dubitatum. ſub num. 6. Ad quam limit. fa. ea quæ poſuimus latius in máteria attentatorum lite pendente ſupra cap. 4 de attent. lit. pend. in ſecunda ampliat. princip. per tot. Quando autem ſequeſtrum ſimpliciter, non autem ad tollenda ſcandala appellatione pendnete factum, & in ſententia etiam decretum ſit attantatum, nec ne uidebimus infra hoc eodem cap. in decimaquarta limitatione Regulæ Princ.

Ampliatio VIII.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio licèt aliàs, etiã in materia appellationis, videatur priuilegiata, ſi tamen feratur poſt legitimam appellationẽ, dicitur nulla.*
2 *Cenſuræ dicuntur nullæ, & attentatæ ſi ferantur poſt appellationem.*
3 *Etiam ab interlocutoria.*
4 *Excommunicatio lata poſt appellationem ab interlocutoria eſt nulla, etiã ſi veritas cauſæ appellationis non probetur.*
5 *Excommunicatio poſt appellationem lata eſt nulla, etiam ipſo iure, & ſolum venit per modum attentati, quatenus de facto proceſſit etiã de facto reuocanda.*
6 *Purgari non diceretur excommunicatio attentata per abſolutionem datam per Iudicem, ad quem, ad ſuum beneplacitum, ſed requiritur abſolutio per viam ſententiæ cum impoſitione perpetui ſilentij.*
7 *Excommunicatus poſt appellationem non eſt interim excommunicatus,*
8 *Niſi in excommunicatione poſt appellationem iudicialem, Item*
9 *Niſi appellatio ſit deſerta.*
10 *Denunciatio excommunicationis poſt appellationem facta non valet.*
11 *Excommunicatio poſt appellationem lata non dicitur attentata, ſi feratur à Iudice dato cum clauſula, appellatione remota.*
12 *Appellatio licèt præcedentem excommunicationem non ſuſpendat: ipſam tamen declaratoriam ſuſpendit.*
13 *Excommunicatio ſemper in dubio præſumitur præceſſiſſe appellationem.*
14 *Iudex ſi dixerit, excommunico te, ſi appellas, ſi quis parat ſe ad appellandum, quid in dubio præſumitur præceſſiſſe, excommunicatione, an potius appellatio, remiſſiuè.*

OCTAVA. Ampliatio ſit, vt procedat etiam
1 in actu excommunicationis poſt appellationem interpoſitam facto † nam licèt aliàs excommunicatio in hac materia appellationis videatur priuilegiata, prout eſt illud, quòd excommunicatio per appellationem non ſuſpenditur, vt per Franc. in c. ad hæc quoniam. in princip. de appell. & diximus ſupra in hoc eodem cap. in præfat. num. 99. Nihilominus ẽt ipſa excommunicatio ſi feratur poſt appellationem legitimam eſt nulla. c. ad pſæſentiam, & ibi no. Franc. de apdell. & per eundem in c. ſæpe. in glo. in verbo rata. nu. 3. & in c. peruenit. in 3. not. eo. tit. & tradit Lap. alleg prima, nu. 2. & poſt Ang. in conſi. 188. & Franc. in dicto c. ſolet. de ſent. excom. in 6. tradit etiam Marant. in Specul in tertia parte, ſextæ partis principalis, quæſt. 2. num. 170. & eſt deciſ Rot. 20. aliàs 130. ſi
2 poſt. de appell. in no. & nouiſſimè † quòd cenſurę dicantur
3 nullę, & attentatæ, ſi ferantur pòſt appellationem † etiam ab interlocutoria, & tanquam attentatæ ſint reuocandæ, tenuit in vna Vercellen. attenratorum, vt patet in recollect. Paleot. deciſ. 43. incip. nihi etiam. ſub die 24. Ianuarij. 1558. iuncta alia deciſ. eiuſdem 33. incip. Alexander Ceruola ſub die tertia decembris 1556. in eadem cauſa, & alia eiuſdẽ Paleot. 358. incip. fuerat, ſub die ſecunda Iunij 1561. in vna Ceſarauguſtana dotis, vbi fuit tentum, excommunicationem latam poſt appellationem eſſe attentatam, & prius purgandam, quàm de negocio principali videatur, & iſta ſit in hac Octaua ampliationę regula, quam amplia.
4 Primò, vt procedat † etiam ſi veritas cauſæ appellationis

Source : BIU Cujas

non probetur:nam licèt detur pro regula neceſſaria in materia attentatorum appellatione pẽdente præterquam a diffinitiua,quòd nunquam illa reuocãtur, niſi iuſtificetur cauſa appellationis,vt eſt tex.in capit.ſignificantibus,'& ibi hoc formaliter no.Franc. in vltim.nota. de appellatio. & per illum text. Franc.in capitu. ſuper eo, el primo. eod.titu. in fi. Nihilominus ſi ante diffinitiuam appelletur, & deinde ferẽ excommunicatio,illa eſt nulla, ut in regula etiam ſi cauſa appellationis aliter non iuſtificetur,aut probetur, ut eſt tex. in c.dilectus.de appella.& per illum tex.tradit Franc.in c.bonæ.num.35.verſic.ſecunda concluſio,de appel. & poſt Imol. & alios,de quibus ibi.

5 Secudò,& notabiliter amplia † vt talis excommunicatio ſit nulla etiam ipſo iure,& veniat ſolum per modum attentati,quatenus de facto proceſſit,etiam de facto reuocanda, vt tradit Pariſ.conſi.28.ad reſolutionem.num.28.& ſeq.li.4.

6 †Nec pro purgatione huiuſmodi excõmunicationis ſuffi cit abſolutio data per Iudicem ad quem ad ſuum beneplacitum,ſed requiritur abſolutio per viam ſnīæ cũ impoſitione perpetui ſilentij,vt eſt in recol.Paleott.deciſ.358.fuerat in vna Cęſarauguſtana dotis.2.Iun.1558.ad quod faciũt,quę latius dicemus infra hoc eodem c.16.ampliat.princi.huius regulæ,num.5.& num.25.

7 Tertiò, †vt talis excommunicatus poſt appellationẽ non ſit interim excommunicatus; licet enim excommunicatio habeat ſecum executionem,vt no.in c.ad hæc quoniam.de appel.nihilominus quando fertur poſt appellationem,non trahit ſecum executionem.& propterea interim non eſt excommunicatus,vt no.Franc.in ca.paſtoralis,§. verum quia. num.6. & ſeq.de appel. Hanc tamen ampliationem limita

8 primo, †vt non procedat in excõmunicatione lata poſt appellationem iudicialem:tunc enim is interim videtur excõmunicatus ſecũdum Franc.in d.§.verum quia.per tex.in ca. ſolet.in fi.de ſentent.excommu.in 6.qui facit differentiã inter appellationem iudicialem,& extraiudicialem,licèt ꝓriũ in hoc videatur ſentire Marat. (qui id ſimpliciter dicit) in q. 2.tertiæ partis ſextæ partis principalis num.17.per tex. in c.dilecti.de appel.& idem ſentit Deci.in conſi.214. in cauſa cathedralis,ſub nume.5.ver.his enim non obſtantib.lib.2. qui

9 conſuluit in caſu appellationis extraiudicialis.†Secũdò niſi appellatio ſit deſerta,vt tradit idem Franc.ibidem per c.licèt,de ſenten.excommu.in 6.quamuis contrarium alias ſenſerit Mil.in verb.excõicatio facta,poſt fol.119.vt diximus ſupra hoc eod cap.in 1.ampliat.princip.nu.6.

Qũartò regula ampliatur,vt ſicut excommunicatio non

10 tenet,ut diximus,ita †nec denunciatio excommunicationis poſt appellationem facta tenet,vt no.idem Franc.in c.peruenit.in 3.not.de appel.

Limita eandem regulam.

11 Primò,vt non procedat†quando Iudex in ſuis facultatib. haberet,quod poſſet procedere appellatione remota,talis.n. clauſula operatur inter cætera hunc effectum,vt non obſtãte appellatione excõicatio valeat,vt eſt tex. in capi.paſtoralis,& ibi no.Panor.& alij,& ſingularem eſſe limit.dicit Frãc. ibi nu.7.uer.ſeptimò operatur,de appe.

Secundò limita,ut non procedat in appellatione a ſentẽtia Iudicis declaratoria: licèt enim appellatio non ſuſpẽdat

12 ſnīam excommunicationis † ipſam tamen declaratoriã ſuſpendit.Dec.in c.peruenit.el 1.ſub nu.2.col.1.in fi.de appel. poſt gl.in c.cupientes.§.quod ſi per viginti.in verb.priuatus de elec.in 6.& Bal.in c.ad noſtram.de appe.& Panorm.Lap. & Card.in locis per eum citatis,quib.adde Marant.vbi ſupra n.169.qui in id allegat Fel.in c.cũ non ab hoīe.col.fi.de iud. de quo latius dicemus ĵ.hoc eod c.in 21.limit.prin.in 3.ſublimit.nu.21.ver.tertiò quando quis.

Declara præmiſſa vno modo,vt ſi contingat dubitari, qd præceſſeri, an appellatio ab excõicatione futura, ſeu potius

13 exçõicatio, ꝙ ſemper præſumatur excõicationem præceſſiſſe appellationẽ,vt eſt deci.Rot.29.alias 317.no.ꝙ vbi.de ſenten.excommu.in antq.& latius per Fely.in c.apoſtolicæ.nu.

14 18.de except.vbi multa in hac materia ponit.† Quid autem dicendũ,ſi Iudex dixerit,excõico te,ſi appellas,an ſtatim, ꝙ quis parat ſe ad appellandum, dicatur taliter excõicatis, ut excommunicatio præſumatur præceſſiſſe, ſeu potius appellatio,vide per Doctores in capitu.præterea.el tertio,vbi Frãci.quæ.quinta.de àppel.vbi late,& videntur concludere, ꝙ in foro poli præſumatur,excommunicationem præceſſiſſe, in foro verò fori ſecus per tex.in c.cum tu.de teſtibus, dic, vt per eos,

Ampliatio. IX.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio interpoſita etiam circa ea quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis,cenſetur cauſare attentata.*

NOna ampliatio ſit,vt non ſolum procedat in

1 pellatione interpoſita a ſnīa lata per iudicẽ cõtentioſæ iuriſdictionis † verum etiam interpoſita ab actu per Iudicẽ geſto circa ea,q̃ ſunt volũtariæ iuriſdictionis, ut tradit Ale. in l.1.per illum tex. C.de bo.poſſ. contra tabu.in 1.not.num.2. & poſt Bal.in eadem.l.1. tradit Vital.in tract.de clauſ.in clauſ.nil nou.appel.pend.ſub nu.22.in fi.& no.etiam Guid.Pap.in tract.de appel.q.94.

Ampliatio X.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio etiam a ſententia lata in duello operatur, ut proceſſus poſtmodum factus ſit nullus.*

1 DEcima,†vt procedat etiam in materia duelli,nam ſi a ſententia lata in duello apelletur, proceſſus poſtmodum factus eſt nullus,tanquam pendente appellatione factus,vt per Pariſ. qui in hac materia duelli conſuluit in conſi.31.omiſſa.num.37.

Ampliatio XI.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione interpoſita per vnum ex pluribus condemnatis, illa pendente non poteſt fieri executio contra alios, qui non appellauerunt.*
2 *Appellatio interpoſita per vnum ex conſortibus eiuſdem litis iuuat conſortem.*
3 *Prorogatio fatalium facta per unum ex conſortibus excuſat conſortem a deſertione.*
4 *Executio ſententiæ facta poſt appellationem unius ex cõſortibus dicitur attentata,& uenit reuocanda etiam reſpectu aliorum conſortum.*
5 *Reſcriptum ab uno impetratum ratione communionis prodeſt alijs.*
6 *Appellatio interpoſita per unum in tantum ſuſpendit etiam quoad conſortes,ut illi nec nouum iudicium intentare poſſint coram Iudice a quo, ſecundum aliquos.*
7 *Appellatio conſortis non iuuat alios, quando appellans appellationi renunciaſſet.*
8 *Conſors licèt quis ſit eiuſdem litis,ſi tamen haberet alium, & diuerſum procuratorem,appellatio conſortis eum non iuuaret.*
9 *Conſortes eiuſdem litis ſi ſinguli appellauerunt ex appellatione alterius non iuuantur,& ideo proſecutio unius non ſuſtinet appellationem eorũ qui non ſunt proſecuti.*
10 *Conſortis appellatio non prodeſt,quando alij ſententiæ acquieuiſſent.*
11 *Idem quando latæ eſſent plures ſententiæ,& non una contra plures.*
11 *Appellatio conſortis non iuuat,quando cauſæ defenſionis eſſent diſtinctę.*
13 *Vnus ex plurib.ſi appellauit etiam nomine aliorum,notarius autem in ipſo actu interpoſitionis appellationis nominauit ſolum ipſum appellantẽ, an appellatio ſuſtineatur etiam reſpectu aliorum?*
14 *Appellatio unius qui fuit pluribus condemnatus, in qua unum tantum nominauit,non poteſt proſequi reſpectu non nominatorum, et ſi ſunt capitula diuerſa, ſententia tranſit in rem iudicatam quoad non nominatos in appellatione.*



NDecima ampliatio ſit, ut procedat.etiam ſi

1 † appellatio fuerit interpoſita per unum ex pluribus condemnatis: nam illa pendente non poteſt fieri executio contra alios, qui non appellauerunt ſecundum Ioã.de Imo. in l.qui ſeparatim.§.fin.de appel. Barto.in l. quoties.C.ſi plures una ſent.& in l.fina.C.ſi unus ex pluribus,& alios relatos per Firma.in ſuo repert. in uerb.appellatione pendente,uerſicu.15.facit, quod habetur in recollec.Thom.de Tanis deciſio.22.incipien.procurator

2 ubi uoluerunt Domini † quòd ſicut appellatio interpoſita per unum ex conſortibus eiuſdem litis iuuat conſortem,ita

3 & †prorogatio fatalium facta per unum ex conſortib.iuuat conſortem ad excuſandum eum a deſertione. Quinimmo in tantum appellatio interpoſita per unum ex conſortibus iuuat alios conſortes, ut ſi poſt dictam appellationem ad-

4 uerſarius ſententiam exequatur † talis executio in totum etiam reſpectu conſortum dicitur attentata, & uenit reuocanda,ut fuit deciſum in vna Anconitana attentatorum coram Domino meo Oradino ſub die 26. Iunij 1566. & ſenſit Guid.Pap.in tractatu de appellatio.quæſt.120.colum.8. uer

5 ſicu.ſed an appellatione interpoſita.† Cum regulare ſit, ꝙ etiam reſcriptum impetratum ab uno ratione communionis cauſæ prodeſt etiam aliis.l.prima.C.de diuerſ.reſcript. & per illum tex.& alia per eum allegat. tradit Aymo conſilio 45.quidam.numero ſecundo.libro primo. & no. Docto. in capit.paſtoralis.§.quoniam.& in capitu.ſedes.de reſcript. & hanc ampliatio.tradit nouiſſime Miſinge.in conſil.octauo. primæ decadis incip.ad deciſionem,num.15.& ſeq.ex cuius dictis ibi præſertim,num.17.uerſic.nec obſtat, uidetur poſſe colligi una.

6 Ampliatio ad predictam concluſionem †vt in tantum appella-

Source : BIU Cujas

pellatio interpoſita per vnum faciat attentata quoad cõſortes,vt ſi conſortes poſt interpoſitam ab vno ex eis appellationem,& ſecuta illius vigore inhibitionem comparuerint coram Iudice a quo,& quaſi nouum iudicium inſtituerint,talis proceſſus ſit attentatus,& reuocandus,quia appellatione pendẽte nihil eſt innouandum, & ꝙñr ſm eum ibi, nec nouum iudicium deducẽdum eſt ſuper eo, de quo appellatio pendet per regulam l.ubi cæptum.ff.de iudi.& l.nulli. C.eo. tit.Verum hoc Miſing.dictum,& prẽſens ampliatio licèt prima fronte admitti poſſe videatur:quia tamen ſup.in c.4.de attent.lite penden.in 2.limit.princip.num.43.quoad ſecundum,firmauimus regulam, ꝙ etiã ſuper eadem re inter eaſdem perſonas coram diuerſis iudicib. proceſſus ſecundi iudicis rĩr valet,ſubſiſtendum videtur de hac ampliatione: cũ inter pendentiam litis,& pendentiam appellationis non videatur conſiderabilis ratio diuerſitatis. Niſi forſan conſideremus,ꝙ ex quo poſt appellationem prẽſupponitur,ibi fuiſſe inhibitum,& inhibitio alias licitum faciat illicitum, vt ꝑ multa demonſtrauimus infra cap.20.de attentatis poſt inhibit.1.ampliat.hoc caſu etiam proceſſus factus per iudicem a quo poſt inhibitionem etiam ad inſtantiam conſortium ſit inualidus,vt etiam hoc de inhibitione conſiderauimus poſt Caputaquen.in d.limit.2.nu.58.

7 Limita, Primò vt non procedat,quando appellans†renũciaſſet ſuæ appellationi,ad no.per Bald.in l.2. C.de conſort. eiuſdem litis.

8 Secundò:vt non procedat † quando conſors haberet aliũ, & diuerſum procuratorem a procuratore appellantis, ꝑ deciſ.Creſcen.21.de quibus duabus limitationibus fuit etiam habita ratio, & conſideratæ fuerunt a Dominis in dicta deciſ.coram Oradino in dicta Anconitana attentatorum, ſed quia in caſu illo,nec renunciatio aderat,nec procurator diuerſus,ideo non fuerunt admiſſæ.

Tertiò limita,vt quamuis appellatio per vnum interpoſita,& proſecuta iuuet alios,ſecũdum regulam l.fi. C.ſi vnus
9 ex plurib.& ca.vna ſententia.de appel. †id tamen locum nõ habet,quãdo omnes quidem interpoſuerunt appellationẽ, & aliqui appellationem ſunt proſecuti, aliqui verò deſeruerunt,nam electa via propriæ appellationis, videntur appellationi collitigantium renunciaſſe, & conſequenter vnius proſecutio alios non proſequentes non iuuat, vt tradit Guid.Pap.dicta quæſtio.120.colum.8.verſic.ſecundò fallit, & fuit reſolutum in vna Peruſi.apothecarum coram A.Auguſtino 12.Decemb.1552.vt eſt deciſ.in recol.Caputaq.in 1. parte 123.incip:c.vna ſententia.

10 Quartò limita†vt non procedat,quãdo alij acquieuiſſent ſententiæ,vt tradit Guid.Pap.vbi ſupra d.q.120.ver.ſed fallit primò,etiam ſi tacitè,vt ibidem ver.quintò fallit.

11 Quintò‘quando†eſſent latæ plures ſententiæ, & nõ vna contra plures,vt per eundem ibi verſ.quartò fallit.

12 Sextò,quãdo†cauſæ defenſionis eſſent diſtinctæ,vt per eũ ibidem uerſicu.tertiò fallit.Et ad propoſitum huius limitat. non parum facit,quod fuit tentum in una Tiraſonen.prætẽ ſorum attentatorum coram Montisflaſconen.23. Ianuarij. 1555.In qua cum uniuerſitas,quæ prætẽdebat habere ius patronatus,litigaret ſuper eo,& inſup capellani ab ea præſentati ueniſſent ad cauſam,& inſtarent pro manutẽtione ſuæ poſſeſſionis, & demum fuiſſet lata ſententia contra dictam vniuerſitatem,ac etiam capellanos,a qua uniuerſitas nõ appellauerat,ſed tantum capellani,& dubitaretur, an appellatio capellanorum iuuaret uniuerſitatem,Domini dixerũt, ꝙ ſi cauſa capellanorum erat ſuper mandato de manutenẽdo,uel alias diuidua,appellatio non proderat uniuerſitati.

13 Declara nunc eandem 11.ampliat. †ꝙ ſi in libello appellationis unus ex pluribus appellauit,& nominauit etiam cõ ſortes,notarius tamen in ipſo actu interpoſitionis appellationis nominauit ſolummodo ipſum appellantem,appellatio nihilominus ſuſtinetur tanquam facta noĩe omnium, ut inclinauerunt Dñi in vna Oxomen.beneficiorũ 17.Martij.1564.coram Grato,&dubitabatur ibi de hoc ad effectũ,an geſta poſt hanc appetlationem reſpectu aliorum cenſerentur attentata,licèt hoc ibi non fuerit tunc deciſum.

14 Quid†autem eꝯ, ſi unus fuerit plurib.cõdemnatus,& in appellatione vnum tantũ noĩauerit,an aduerſus non noĩatum poſſit proſequi dictam appellationem, uel potius in fauorem non nominati in appellatione dicatur ſententia trãſire in rem iudicatam?& ſi ſunt capitula ſententiæ ſeparata, ſententiam tranſire in rem iudicatam,tenet Pariſ.in cõſi.66 videtur.per totum.lib.1.

Ampliatio XII.

SVMMARIVM.

1 *Adhæſio facta appellationi per alium interpoſitæ quoad attentata idem operatur,quod appellatio.*

2 *Tertius nõ cõprehẽditur ſub prohibitione tituli, nil noua.appell.pend.niſi uellet innouare,fundando ſe in iure cauſæ principalis, a qua fuit appellatum.*

3 *Adhærentis,& eius cui fit adhæſio,eadem ſit diſpoſitio.*

4 *Aehærens appellationi per adhæſionem dicitur ſe facere partem.*

5 *Statutum prohibens appellationem, cenſetur prohibere etiam adhæſionem.*

6 *Adhæſio debet fieri intra decem dies,qui dantur ad appellandum.*

7 *Et per eum cuius intereſt.*

8 *Et debet ordinario intimari,ſicut appellatio.*

9 *Adhæſio non permittitur,ſi inter alios ſunt cauſæ diſtinctæ,et non ſit idẽ negocium.*

10 *Adhæſio quoad attentata operatur,etiam ſi appellationi cui fuit facta adhæſio,fuiſſet renunciatum.*

11 *Renunciatio appellationi factæ non tollit adhæſionem,*

12 *Niſi appellatio eſſet alias nulla.*

13 *Adhæſionis effectus non dicitur tolli per deſertionem appellationis.*

14 *Adhærens non poteſt eſse teſtis in cauſa,cui adhæſit.*

15 *Etiam ſi appellatio ſit deſerta.*

16 *Adhærentes in alia materia qui dicantur,remiſſiue.*

1 DVodecimò ut procedat non ſolum reſpectu illius,qui appellauit,uerum etiã reſpectu†illius,qui adhæſit appellationi per aliũ interpoſitę,ut ſenſit Bal.in l.qui a latronib.§.1.de teſtam.& in l.1.C.ſi a non compet.iudice, & poſt Bal.ĩ d.§.j.Vital.de clauſu.ſub clauſ.nil nou.app.pend.nu.2.quem refert,& ſequitur Manfre.li.2.pratic.cõcluſ.ſuper attẽt.cõcluſ.114.Quib.adde Imo.in d.l.qui a latronib.§.1.col.antep.quem refert,& ſequi
2 tur Fel.in c.ſuper eo.ſub nu.3.de offi.del e uolentes†ꝙ licet titulus,nil nou.appe.pendẽ. non hẽat locum quoad tertiũ, id tamen nõ procedit,quando tertius uellet aliquid innouare,fundãdo ſe in iure cauſæ principalis,a qua fuit appellatũ quos nouiſſime ſequitur Menoc.de recup.poſſ. remed.17.n. 44.& 45.uer.quæro 14.Quod probabiliter ſuaderi põt, idem
3 †enim diſponitur de adhærẽte,qđ de principali, cui quis ad-
4 hæret.Mil.in uerb.teſtis eſſe nõ põt,†& adhærentes appellationi per adhæſionẽ dr̃ ſe facere partem.c.ſtatuimus.& c.cupientes.de ele.in 6.& per dicta iura eſt deciſ.Rot.52.alias 381
9 fuit dubitatum,de app.ĩ no.†& ſtatutũ prohibẽs appellationẽ,vr̃ ẽt prohibere adhæſionẽ,ut poſt alios, de quib.ibi per eũ,tradit Brun.in trac.de ſtatu.in uerb.appellatio,fol.11.col. 2.uer.ſtatutũ prohibens, & ibidem in uer. appellatus põt inhærere,& Guid.Pap.deciſ.436.n.86.Et ideo videmus, ꝙ talis
6 †adhæſio dẽt fieri intra decem dies,quib. potuiſſet appellari
7 †& per eũ,cuius intereſt,& dẽt†ordinario intimari,ſicut ſo
8 let diſponi in appellatione, ut per Mil.in uer. excõicatus & in uerb.appellationi ab alio,& eſt deciſ.Rot.5.alias 226.
9 Adhærentes,de ſent.excõm.in no.†Et propterea ſi inter aliquos ſint cauſæ diſtinctæ,& nõ ſit idem negociũ,talis adhæſio nõ permittitur,ut fuit dictũ in una Rom.uineæ 27.Febr. 1558.corã Mohed.ut eſt in recol.eius deciſ.24.incip.eadẽ cã. de appel.Vnde nõ eſt incõgruum,ut idẽ dicamus,ẽt quoad adhærentẽ circa attẽtata.Quæ ampliatio põt adhuc ampliari,ut†procedat,etiam ſi appellationi(cui ego adhę(ſi)appellãs
10 renunciaſſet,quia per talem†renunciationem adhæſio non
11 tollitur,niſi†appellatio eſſet alias nulla, ut poſt Bald. in authen.hodie.ante fin.C.de appel.tradit Fely. in ca.cum ſuper. nume.6.extra de re iud.& poſt Bal.ubi ſupra, tradit etiã Natta conſi.99.uiſo proceſſu.ſub num.1.libro 1.†Sic nec per deſertionem appellationis effectus adhæſionis dicitur tolli,ut
13 dicta deciſ.52.alias 381.fuit dubitatum.de appel.in no.ubi di
14 citur†ꝙ adhærens, qui ob id prohibetur teſtificari in cauſa
15 †etiam ſi appellatio ſit deſerta,non poteſt eſſe teſtis, qui au-
16 tem†dicantur eſſe adhærentes etiam in alia mareria, tradũt Docto.in capitu.ad apoſtolicæ.de re iudic. in 6.& dicuntur illi,qui ſunt unius uoluntatis,cuius eſt principalior, ut poſt Ang.in conſi.226.col.quinta,& alios per eum allegatos tradit nouiſſime Miſinger.in conſi 21.3.decadis incip. cum anno nu m.24.

Ampliatio XIII.

SVMMARIVM.

1 *Attentata appellatione pendente reuocantur etiam ad petitionem excommunicati.*

2 *Niſi eſsemus in appellatione extraiudiciali.*

1 DEcimatertia ſit,vt talia attẽtata pendente appellatione reuocentur†etiam ad petitionem excõicati ſm Io.de Imo.& Philip.in c.bonæ. ſub num.13 uerſi.quintò,de appel.& eſt deciſ. Rot.2. alias 14. fuit dubitatum.in addit.ſub nu.3.de reſtitut.ſpol.in no.quã refert poſt Dec.in cõſ.200.in caſu,num.2.Rip.in l.naturaĩr.

Source : BIU Cujas

§.nihil commune, nu.68. in vltima ampliatione, & iterum sub num.87.in 14.fallentia.versic.septimò intellige.ff.de acquir.possess.de quo tamen latius dicemus infra in tertia parte,capit.24.de reo,& except.sibi competen. contra attentat.
2 quæstio.3.nume.9.& seq.Quod limita,vt nō procedat† quādo appellatio esset extraiudicialis,vt tradunt supradicti in dicto loco per not.per Ioann.Andr.in capit.pia.de sentent.excommunicatio.in sexto.& Imol.in capit.inter. eodem titu. & ponit Firman.in repert.suo in verb.excōmunicatus agit, versic.secundò.

Ampliatio XIIII.
SVMMARIVM.

1 *Appellatio per tertium pro suo interesse interposita quoad eum causat attentata.*
2 *Executio sententiæ impeditur per appellationem a tertio pro suo interesse interpositam.*
3 *Appellatio tertij impedit executionem, etiam si Iudex ipsi appellationi non detulisset.*
4 *Tertius ueniens ad causam pro suo interesse,potest quandoque appellare,etiam in casu, in quo si fuisset citatus ad causam non potuisset appellare.*
5 *Et talis appellatio operatur effectum suspensiuum,& consequenter attentata.*
6 *Tertius appellare potest,etiam si sententia esset lata vigore commissionis habentis clausulam appellatione remota.*
7 *Clausula,appellatione remota,tertium non capit.*
8 *Tertius potest appellare, etiam si principales ipsi a sententia non appellassent.*
9 *Vel appellationi renunciassent.*
10 *Executio sententiæ fit etiam pendente appellatione per tertium interposita, quando sibi datur cautio de restituenda re in euentum quòd obtineat.*
11 *Intrusus lite pendente non potest effugere executionem contra eum,etiā si præstet cautionem de rem restituendo, iuxta l.is a quo.ff.de rei uendicatio.*
12 *Appellatio per tertium interposita non impedit, quominus possessio sequestretur.*
13 *Tertius sciens causam agi,& non comparens,si a sententia in causa lata appellet,appellatio non impedit executionem.*
14 *Appellatio tertij non impedit executionem,quando tempore petitæ executionis possessio non fuisset vacua secundum aliquos.*
15 *Secus si fuisset uacua.*
16 *Immo quando est uacua,etiam per comparitionem tertij impeditur executio secundum commu.opin.*
17 *Intrusus appellans ab intimatione executorialium non retardat executionem.*
Idem si appellaret a sententia lata in fauorem superstitis causam prosequentis contra interese putantes,ut nu.21.
18 *Executoriales capiunt intrusos.*
19 *Possessio intrusi dicitur uitiosa, & attentata, & non habetur in consideratione.*
20 *Intrusus secundum aliquos(sed male)non priuatur facultate appellādi.*
22 *Tertius non potest appellare,si ueniat in tertia instantia.& sit admissus in statu,& terminis,quibus causa erat.*
23 *Appellatio tertij conditionalis quatenus cōtra eum sententia subscribatur,non ualet,nec faceret attentata.*
24 *Appellatio tertij,vt executionem impediat,debet ille incontinenti probare,& in promptu docere de aliquo iure suo.*
25 *Executio quando non impeditur per appellationem tertij,debet tamē fieri sine præiudicio iurium ipsius.*
26 *Appellatio tertij non iuuat eum,contra quem est lata, nisi sit eius nomine,& intra decem dies interposita.*
27 *Executio facta intra decem dies,qui dantur ad appellandum,nō dicitur attentata respectu tertij,qui postea appellauit.*
28 *Appellatio illius,qui agebat contra intrusum interposita a sententia lata in fauorem tertij non retardat execuaionem contra intrusum, qui non appellauerat.*

1 DEcimaquarta principalis ampliatio sit,vt regula,nil nouari appellatione pendēte,non solum procedat in appellatione per ipsos litigantes† sed etiam per Tertium pro suo interesse interposita,ita,vt actus gesti post hāc appellationē tertij (puta executio sentētie) sint attēta,& ipso iure nulla,vt tradit elegā ter Paris.cōsi.107.quæritur,num.121.& seq.lib.& Ruyn.con
2 sil.209.de plurib.nume.26.lib.1.† Hinc est,quòd huiusmodi appellatio impedit executionem ad no.in ca.veniens.& ibi omnes de testi.& in ca.super eo,de offic.deleg. & in l.a sniā. ff.de appellat.& Barto.& alij in l.a diuo Pio. §.si super rebus. ff.de re iudi.& in l.pen.& ibi Bal.de pet.hæred.& quod impediat executionem,est decisi.Rot.4.alias 390. si feratur.de seq. possess.& fruct.in no.& decisio.11.alias 349.nota quòd si feratur,de senten.& re iudic.in antiq.& post dictas decisio.no. Mil.in verb.appellare potest tertius,fol.14.& quod ista sit regula,quòd executionē impediat per supradicta iura est decisio.Boer.79.breuiter.vbi in princi.dicit,breuiter ponē regulam,quòd tertius appellans impedit executionem.Vnde in hac ampliatione nō immerito secundum præmissa est cōstituenda,regula,quam amplia.

3 Primò,vt procedat† etiā si tali appellationi iudex nō detulisset,vt tradit Paris.in d.consi.107.lib.3.& Ruy.dicto consil. 209.libro primo.

Secundò notabiliter ampliari potest,vt procedat,etiam si iste tertius vellet appellare in casu,ī quo si ipse fuisset ad causam citatus,non potuisset appellare, puta si agitur inter aliquos iudicio possessorio,& in eo feratur sentētia, vtiq; licèt partes,quæ fuerunt in iudicio, regulariter ab ista snīa in possessorio lata,puta in terminis.l.fi. C.de edict.diu.Adri.tol.ap
4 pellare nō valeant,† Tertius tamen qui non fuerit in causa, potest a dicta snīa appellare,vt docet Zuccard.in d.l.fi.num.
5 446.†& talis appellatio operatur etiam effectum suspensiuū (& consequenter attentata,vt alias sæpe diximus)vt in indiuiduo cōsiderat post Bal. de quo ibi per eum nouissime Monocch.in tracta.de adipiscenda possessione, remedi. 4.quæst. 100.nume.849.

6 Tertiò amplia† vt procedat,etiam si sentētia a qua tertius uult appellare esset lata uigore commissionis,habētis clausulam,appellatione remota, quia nō obstante dicta clausu-
7 la tertius poterit appellare: † cū dicta cla tertium nō capiat, ad no.in c.super eo.de offi.dele.vt est communis opi.de qua testatur Didac.pratic.q.c 15. sub n.4.fol.106.ver.quartò si ad amussim,& nos diximus infra hoc eodē c.in 2.declaratione octanæ limit.princ.nu.44.

8 Quartò amplia, † vt iste tertius possit a sentētia inter alios lata appellare pro suo interesse,etiam si principales ipsi a sen
9 tentia non appellassent,vel† appellationi renunciassent, vt post Bar.in l.a sententia.§.idem rescripsit.ff.de appell.tradit Nat.in consi.99.viso.sub nu.1.lib.1.

Limita eandem regulam.

Primò,nisi is,pro quo est faciēda executio prestet cautionem de restituēdo rē ipsi tertio in euētum,ꝙ vincat, qa hoc
10 casu† ēt appellatione pēdente fiet executio, & per ꝙns nō erit attentata,ad l.is a quo fundus,vbi Bart.& oēs.ff.de rei vēdi.& Fel.in d.c.ueniens,in 3.concl.quos refert,& sequit Boer.in d.decis.79.nu.2.Quod nō procedit eꝫ,si iste tertius,qui
11 uellet præstare cautionem,esset† intrusus lite pēdente, quia hoc casu ꝫ eum fieret executio, nec adiuuaretur etiā volēs præstare cautionem,de qua supra,ut est decisio.in recollect. Crescent.237.cautio,de re iud.Et generaliter de executione contra hunc tertium facienda late per Osasc.decis.Pedemō. 38.obtenta per tot.

12 &Secundò ut talis† appellatio tertij nō impediat actū sequestrationis possessionis,ut est decis.Rot.4.alias 390. si feratur, de seq.poss.& fru.in no.& decis.11.alias 349.no.ꝙ,de sent. & re iudi.in antiq.& Mil.expresse vbi supra, & dicemus infra hoc eo.c.in 12.limit.princip.in 4.ampliat.nu.8.

13 Tertiò,qñ† iste tertius sciuisset causam agi, & nō; comparuisset,nam si a snīa prēsertim ꝫ præsentem lata,ipse ꝑ suo interesse appellet,hoc casu nō vī impedire executionem sentētiæ,ut post Bar.Imol.& Ang.in d.l.a snīa,& Fely.in c.cum super(ubi plene hanc materiā tertij pro suo interesse comparētis tractat)de re iud.& Panormit.in cōsi.3.q.10.lib.2. tradit Boer.in d.decis.79.nu.4.& sequitur nouissime Pet.Ant.Angust.in consi.49.cum fiscus,nu.4.in fi.lib.2.

Quartò adde qđ nouissime ex additione moder. Bonon. ad decis.Rot.2.alias 33.qñ cōmittitur,de rescr.in no.in addi. nu.43.colligitur alius casus,in quo per talē appellationem
14 nō impeditur executio.† videlicet qñ tpe petitæ executionis
15 possessio nō erat uacua† si.n.fuisset uacua,impediret executio,ne ipsi appellāti daret durior aduersarius,ut ibi per eos:ꝙ ita in una Cōchē.parochialis de motiglia per Dños tpe suo fuisse decisum referunt,& q̄uis simpliciter loquant, quādo possessio nō erat uacua,uere tñ exemplificari pōt in casu, in quo is,ꝙ fuerat per snīam condēnatus possideret,tūc.n.possessio nō est uacua,& appellatio tertij nō impedit executionem,ut eleganter ꝫsiderat Pet.Ant.Angust.in cōsi.15.q̄uis, col.fi.ad fi.lib.3.& declarauit etiam Fel.in ca.ueniens.el 2.in 3.conclus.princi.vers.2.declara.nu.9.extra de testi.Ad quod
16 dictū,ꝙ qñ possessio est uacua † per cōparitionem tertij impediatur executio,fa.quæ ponit nouissime Misinge.sing.ob ser.cētur.3.decis.73.inci.in eadem,ubi ēt de cōiori opi. hoc casu attestari vī,prout etiā de cōmu.opin.attestatur Angust. in d.cōsi.15.nu.6.uersi.secundus casus,& d.col.fi.ad med.

Quintò limita nisi iste tertius,qui appellauit,puta ab inti
17 matione executorialiū sibi facta fuisset† intrusus lite pēdente:quoniā hoc casu eius appellatio nō retardat executionē

ex eo:

Source : BIU Cujas

18 ex eo:quia†executoriales capiunt intrusos, & eius possessio
19 †dicitur vitiosa, & attentata,& non habetur in cõsideratione,vt est in recollect.Crescent.decisio.216.intrusus,sub rub.
20 de re iudic.†ex qua decisione satis deprehendi potest, quam bene senserit Didac.pratic.quæstio.capitu.15. sub numero 7. versicu.illud verò libenter addiderim,folio 113.dum voluit, quòd litis pendentia,& vitium litigiosi non priuat quem facultate appellandi,etiam si lite pendente nactus sit possessionem rei litigiosæ:præsertim attentis his quæ posuimus infra in 3.parte cap.31.de pœnis attentat.in decimatertia pœna,vbi firmauimus regulariter attentãtem in pœnam priuari remedio appellationis.Nec adiuuaretur talis intrusus, etiam volens præstare cautionem,de qua supra in 1.limitat.num.11. vt est decis.eiusdem Crescent.237.cautio,sub rubric.de re iu
21 dic.†Idem etiam dicendum esset,si talis intrusus appellasset a sententia lata in fauorem superstitis, litem mortuo colliti gante contra interesse putantes prosequentis,quoniam hac appellatione pendente,si iudex relaxet brachium seculare, non subijcitur vitio attentatorum, vt adnotauimus supra i 1.parte,capitu.3.de attent.a tert.in 3.ampliat.decimæ limitationis regulæ ibi positæ,num.75.

22 Sextò limita†nisi iste tertius veniens ad causam in 3.instãtia fuisset admissus in statu,& terminis,in quibus causa erat licet enim quo ad ipsum sententia postmodum lata posset dici prima:tamen propter admissionem in statu &c. etiam quo ad eum dicitur tertia, & ab ea non potest appellare, ad rub.C.ne liceat tertiò prouo.vt est in recollect.Put.decis.59 tertius.sub rubri.de iud. vbi reprobatur dictum Felyn. in ca. cum super,in final.verbis,de re iudic.volentis eum posse appellare,cum igitur hoc casu appellatio non detur, ergo gesta post hãc appellationem non sunt attentata, vt dicemus infra in 53.limit.princi.dum vniuersaliter firmatur,quòd regulariter,vbi prohibetur appellatio,cessant attentata.

23 Septimò limita,vt non procedat †quando tertius conditionaliter appellasset,puta si appellasset, quatenus cõtra eũ sententia subscribatur,vel fuerit subscripta,etiã addita c lausula omni meliori modo:quia tunc videtur, quòd appellatio non valeat,& cessare hoc casu attentata, vt dixerũt alias aliqui ex Dominis in vna Bracharen. monasterij coram Iunio 15.Decembris 1557.Nec sine ratione,attento,quòd appellatio conditionalis regulariter est nulla,nec facit attentata,vt declarauimus infra in 50.limitat.huius capitu.versicu. Quinta causa.

Declara Regulam huius ampliationis.

24 Primò,ut ad hoc †vt appellatio tertij impediat executionem,debeat tertius incontinenti probare,& in promptu docere de aliquo iure suo,vt colligitur ex dicta decis. Boer.79. in princip.vel alias ex iusta causa appellare,ut post alios tradit etiam Didac.dicto capitu.15. in princip.nume.1. Quam declarationem declara,ut casu,quo ex hoc, quòd non con-
25 staret de iure huius tertij,esset facienda executio † fiat tamẽ sine præiudicio iurium huius tertij c.cum super,vbi omnes de re iud.& no.Boer.d.decis.in prin.

26 Secundò,†vt appellatio per tertiũ interposita, & victoria per eum in causa appellationis opposita non iuuet eum, cõtra quem est lata sententia,nisi appellatio fuerit etiam ipsius nomine interposita,& intra decem dies,qui dãtur ad appellandum,vt post Pau.de Castr.in l.ab executione.§.alio.nu.2 uersic.secundo casu.& versi.idem dico,& nu.3.ver.idem puto.C.de appel.tradit eleganter nouissime.Pet.Ant.Angus.in d.consil.15.quamuis.nu.3.lib.3.

Tertiò quod licet tertius possit appellare, & appellatio p eum interposita regulariter faciat attentata, ut supra in re-
27 gula, †si tamen executio fieret intra decem dies, qui dantur ad appellandum,non potest tertius prætendere,quòd illa sit attentata,sicut posset principalis,qui fuit in causa, vt senserunt Domini in vna Ariminen. bonorum coram Grato 13. Maij.1569.in qua cum ad deducendum attentata allegaretur inter cætera,q̃ executio sententiæ fuerat facta intra tps, intra quod tertius potuisset appellare,Domini tamẽ tenuerunt pro non attentatis.

28 Quid autem†si non tertius appellet, sed unus ex primis collitigantibus a sententia lata in fauorem istius tertij, qui venit ad causam, puta Capitulum litem introduxit contra intrusum, & ea pendente Ventura venerit ad causam, &obtinuerit committi causam tam contra capitulum,quã contra dictum intrusum, & capitulum obtinuerit sententiam in fauorem, & fuerit decretum sequestrum a qua Vẽtura appellauit,& in secunda instantia obtinuit sententiam in fauorem reuocatoriam primæ, a qua secunda sententia capitulum appellauit,& hac appellatione pendente Ventura petat executionem contra intrusos, contra quos quia nõ appellauerunt,sua sententia transiuit in rem iudicatam, ilsque declarari, Capitulum verò repugnet, quod istam te sua appellatione non debent intrusi per executionem faciendam cogi ad dimittendam possessionem,& fructus,præsertim stante sequestro: quia appellatione pendente nihil est innouandum, cum casus iste euenisset in vna Burgi Sancti Sepulchri beneficiorum coram Domino meo Oradino decimoquinto Februarij,1555.Domini tenuerunt, q̃ interim intrusus declaretur pro expensis,& fructibus,& propterea dimittat beneficium,& sic patet,quòd in hoc casu ẽt appellatione pendente non attentatur.

Ampliatio XV.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio regulariter est interponenda coram iudice a quo.*
2 *Alias est nulla.*
3 *Nisi adsit iusta causa.*
4 *Appellatio, seu protestatio coram honestis viris cum causa a iure admittitur.*
5 *Curia Romana nõ consueuit reijcere appellationes coram honestis viris interpositas.*
6 *Protestatio huiusmodi coram honestis uiris uim appellationis habere dicitur.*
7 *Iudex quando non reperitur,sufficit facere diligentiam in domo ipsius, & petere apostolos a Notario,& dimittere cedulam appellationis.*
8 *Copia iudicis ubi haberi non potest,necesse est, quod appellatio fiat corã honestis uiris.*
9 *Vel saltem uno honesto viro,& tabellione.*
10 *Attentata considerantur etiam pendente appellatione coram honestis viris interposita.*
11 *Appellatio coram honestis uiris operatur effectum deuolutiuum, & suspensiuum.*
12 *Appellans coram honestis uiris, etiam antequam appellationem iudici, vel parti intimauerit,est ab eius iurisdictione exemptus.*
13 *Consequenter tenet,appellatio operatur effectum suspensiuum, ergo & attentata.*
14 *Honesti viri,quoad effectum interpouendæ appellationis coram eis, dicuntur etiam laici.*
15 *Appellatio in defectum iudicis potest interponi coram uno honesto viro.*
16 *Dummodo hoc casu fiat in præsentia,saltem duorum testium. Vel notario.*
18 *Appellatio coram honestis uiris sine iusta causa facta non valet,& gesta ea sic de facto pendente non dicerentur attentata.*
19 *Appellatio inualida regulariter non facit attentata.*
20 *Appellatio coram honestis viris interposita si non sit iudici,& parti intimata non facit attentata.*
21 *Intimatio appellationis licet non requiratur quo ad effectum deuolutiũ necessaria tamen est quoad suspensiuum,& attentata.*
22 *Iudici,aut parti pendente appellatione attentantibus, nihil uidetur imputandum,si appellatio non fuit sibi intimata.*
23 *Appellatio si per vnam partem fuit interposita ad Pontificem, per alteram ad inferiorem,licèt appellatio totius causæ sit deuoluta ad Pontificem,processus tamen per inferiorem ignorantem talem deuolutionẽ creditur ualidus.*
24 *Ignorans non dicitur contemnere.*
25 *Appellatio in absentia iudicis facta,satis est,quod sibi intimetur.*
26 *Intimatio appellationis facta ipsi parti,& non iudici,non inualidat processum ipsius iudicis.*
27 *Etiam si procedat ad instantiam partis.*
28 *Nisi iudex aut pars essent iam certi de appellatione,& Nisi per eos staret,quominus sibi fieret intimatio,ut infra nu.40.*
29 *Appellationem interpositam esse,sufficit,quod qualitercunque ad appellati notitiam deueniat.*
30 *Exceptio declinatoria fori nota iudici operatur effectum suum,etiam si non allegetur.*
31 *Iudex certificatus de impedimento citati ad sententiam,& non comparẽtis,si pronunciet,sententia est nulla.*
32 *Procuratoris reuocatio regulariter est intimanda.*
33 *Reuocatio procuratoris nota ei(in cuius fauorem procurator habebat facere resignationem)operatur,ut resignatio per procuratorem reuocatum facta non ualeat.*
34 *Sententia non est intimanda parti,quæ habuit illius notitiam.*
35 *Denunciatio litis non fit per emptorem uenditori, quando manifeste constat de lite mota.*
36 *Gratia,si neutri,licèt tanquam ius nouum sit regulariter intimanda,sufficit tamen illius productio,& aduersarij comparitio,quia ex his præsumitur notitia.*
37 *Procurator tenetur denunciare domino sententiam contra se latam,si ex causa ipse non uult appellare.*
38 *Denunciatio sententiæ contra dominum latæ, non est per procuratorem facienda,si dominus aliunde certior factus est de sententia.*
39 *Scientia idem operatur,quod denunciatio.*

Source : BIU Cujas

41 *Appellatio extraiudicialis, & generalis, & quæ non est contra certã per sonam, non est intimanda.*
42 *Appellatio coram excommunicato interposita non causat attentata.*
43 *Etiam si alias reputaretur honesta persona.*
44 *Excommunicatus non dicitur vir honestus.*
45 *Honesta persona quæ dicatur, relinquitur arbitrio iudicis.*
36 *Excommunicatus dicitur turpis persona.*
47 *Appellatio coram honestis uiris debet fieri congruo tempore, id est infra illos decem dies, infra quos debuisset coram iudice appellari.*
48 *Appellatio coram honestis uiris debet continere causas iustas.*
49 *Iusta causa dicitur si subsit metus.*
50 *Item si non potest haberi copia iudicis a quo.*
51 *Atque etiam iudicis ad quem secundum aliquos, qui vtrumque copulatiue requirunt.*
52 *Item si interueniat aliquod aliud legitimum impedimentum.*

DEcimaquinta ampliatio sit, vt procedat non solum in appellatione interposita coram iudice a quo, seu ad quem, verum etiam in ꝓtestatione, seu appellatione interposita coram honestis viris: quamuis enim † regulariter appellatio sit interponenda coram iudice a quo, ad tex. in c. vt debitus, de appella. & in c. alias. §. biduum. 2. q. 6. glo. in ca. suggestum, in vlt. oppo. de appel. & in c. appellatio. eo. titu. in 6. & in clem. 1. in verb. maiori. eodem tit. & ibi Imo. in prin. † alias appellatio sit nulla † si non adsit iusta causa, secundum Innocen. in c. si iustus metus. de appel. quem sequitur Bald. in l. apertissimi. C. de iudi. Panorm. in d. c. suggestum. Geminian. in d. ca. appellatio. Lap. alleg. 39. colum. 2. Ange. in consil. 126. visis omnibus, & Rot. decis. 50. alias 366. si appelletur a diffinitiua, de appellat. in no. prout refert, & sequitur Grammat. in decis. 36. incipiẽ. Solon. num. 76. & seq. & Ioann. Cephal. in consi. 185. in causa. num. 5. lib. 2. & est commun. opin. de qua testatur Soci. in consi. 39. capio primum, sub numero 32. lib. 4. Nihilominus † talis protestatio, seu appellatio cum causa a iure admittit, vt patet in dicto ca. si iustus metus, de appella. † & Curia Roma. non consueuit reijcere tales appellationes, vt dicit Speculator in titu. de appell. §. qualiter. quem refert, & sequitur Lap. alleg. 39. num. 3. & ibi Mandos. alios citat. cum sæpe (Iudice, qui diffiniuit impedito) coram honesta persona legitimè appelletur, vt est decis. Cassad. 3. incip. sæpe impedito, de appel. in princip. † & huiusmodi protestatio vim appellationis habere dicitur, vt est decis. Tolos. & ibi Aufrer. in addit. decisio. 428. Et quod aliàs quando † Iudex non reperitur, sufficiat facere diligentiam in domo Auditoris, & petere apostolos à Notario, & dimittere appellationis cedulam, fuit tentum in vna Canonicatus Sancti Andreæ, & præbẽde coram Rauellaten. de mense Martij. 1545. vt est in recollect. Put. decis. 17. quando iudex, de appel. † quia quando non potest haberi copia iudicis necesse est, quòd fiat coram honestis viris, † saltẽ vno honesto viro, & tabellione secundùm commun. opin. de qua testatur Præpos. in dicto ca. si iustus, num. 8. de appel. vt refert Toletan. de Villalob. in collect. commun. opini. in verb. appellatio, num. 123. & post Ruin. in consi. 6. de validitate, num. 8. lib. 4. & consi. 85. pẽna, num. 4. lib. 5. no. Mandos. super reg. de annal. q. 40. nu. 4. Attentata enim etiam quoad gesta post hãc protestationem, seu appellationem a iure cõsiderantur, vt patet ex his, quæ ponit idem Franc. in d. c. si iustus metus, colum. penulti. q. 14. versicu. vltimò quæritur, de appel. post Rot. decisi. 38. alias 309. Attentata, de appellat. in no. & Anto. de Butr. Imol. & alios, de quibus ibi per eum, & expressè hoc ponit Innocen. in c. dilectus. post glos. innotuerat, de appell quem refert, & sequitur Franc. in capit. bonæ, nume. 42. vers. nona conclusio, de appel. Vnde non immerito potest poni.

10 Regula † quòd gesta post hanc protestationem, seu appellationem coram honestis viris interpositam sint attentata, & reuocanda. Quæ vltra supradictas authoritates, etiam ratione comprobatur † nam talis ꝓtestatio, seu appellatio, non est dubium, quòd operatur effectum deuolutiuum, & suspẽsiuum: quod ex eo patet † quòd talis appellans etiam anteq̃ appellationem iudici, vel parti intimauerit, est ab eius iurisdictione exemptus, & sic quoad eum est eius iurisdictio suspensa, vt fuit notabile dictum Innoc. in d. c. dilectus, in fi. de appellatio. vt refert Franc. in dicto cap. si iustus metus, q. vlt. ergo necessariò sequitur, quod operetur etiam effectum attentatorum, tenet enim hæc † consequentia, appellatio operatur effectum suspensiuum, ergo, & attentata, & ea sæpe in hac materia vtuntur Doctores, vt est videre apud Franc. in c. bonæ, num. 36. q. 14. versi. 3. conclusio, de appell. Quam regulam amplia.

14 Primò: † vt procedat, etiam si honesti viri, de quibus fit mẽtio, essent laici, secundum Bal. in d. c. si iustus. quem refert, & sequitur, & dicit esse tenendum menti Franc. ibi. q. 9.

15 Secundo, etiam si esset interposita † coram vno honesto
16 viro, † dummodo si interponatur coram vno fiat in presentia aliorum, saltem duorum testium, vt per Abb. in d. c. si iustus, &
17 Franc. in d. q. 9. † Vel notario secundum Toletan. vbi supra num. 123.

18 Limita, Primò, ut regula non procedat, † quando talis appellatio iusta causa careret: cum enim tex. in d. c. si iustus, & omnes Doctores ibi requirant pro forma huius appellationis existentiam iustæ causæ, illa cessante huiusmodi appellatio, seu protestatio, esset nulla, & inualida, ut tenet Innoc. in dicto capit. si iustus, & etiam Lap. dicta allegat. trigesima nona. an ualeat. numero secundo. Vnde si quid illa sic de facto pendente fieret, non reuocaretur tanquam attentatum.
19 Generale enim est in hac materia, † quòd quãdo appellatio est inualida, vel quia est interposita in casib. a iure prohibitis, uel quia non seruata forma, attentata post eam regulariter nõ reuocantur, vt eleganter per Stefan. Aufrer. in addit. ad decis. Tolos. 500. quæ est ultima, & per Paris. consilio 108. de bono iure, nu. 22. lib. 1. Marant. in Spec. q. 2. 3. partis 6. partis princip. num. 173. de quo latius infra hoc eodem cap. in 50. limitatione princip. huius reg. nume. 1. & 5. & etiam limit. 53. num. 5. & seq. & per totam latius dicetur.

20 Secundò limita † quando talis protestatio seu appellatio
21 non esset intimata iudici, & parti. † licet enim quo ad effectũ deuolutiuum non requiratur intimatio (& ita intelligitur dictum Innocen. in dicto c. dilectus, ut per Franc. in ca. bonæ, num. 42. uersic. nona concluſ. de appell.) bene tamen requiritur quò ad effectum attentatorum: ut est decisio. Rotæ. 38. alias 309. attentata, de app. in no. & tradit specialiter Frãc. in dicto cap. si iustus. in vltima q. nume. 41. post Rot. ubi supra, & Ioan. Andr. in c. si duobus, de appellatio. Imol. & Pau. in clemẽ. causam, de appel. Specul. de appellatio. §. qualiter. uersicu. item sit cautus, & in §. nouissime. sub nume. 2. uersi. duodecimus, & Imol. & Anto. de Butr. in dicto cap. si iustus. Lap. alleg. 39. an ualeat, nume. 10. Marant. in specu. in 3. parte sextæ partis princip. quæst. 7. num. 391. & post Lap. ubi supra nouissimè Misinger. singu. obseru. centuria 4. decisio. 44. incip. disponit, cum non facta † intimatione non sit quid imputetur iudici, aut parti, si quid attentauerit, ad not. in capitu. si duobus. de appel. per cuius text. rationem sensit Bero. in cõsil. 6. & si plura. sub num. 4. lib. 3. † quòd si utraque pars a sententia appellauit, una ad summum Pontificem, altera ad inferiorem, quamuis appellatio totius causæ deuoluta dicat
22 ad Papam, processus tamen factus per inferiorem ignorantem talem appellationem, ac deuolutionem creditur ualidus. Et huius dicti ratio ea uidetur posse assignari † qa ignorans non dicitur contemnere; & ob id non debet puniri, ut
23 post Abbat. in cap. cum sit. in fi. de appellatio. & Aegid. decis. 540. si ignorans, tradit nouissimè Menocch. in cons. 74. dubitari num. 12. lib. 1. Et aliàs in simili regulare sit, quòd sententia si non intimetur non nocet, vt eleganter post multas authoritates deducit Io. Cephal. in consi. 241. in causa, nume. 52. & seq. libro 2. Alias enim uidemus, quòd quamuis regulariter coram iudice sit appellandum, ut in cap. suggestum, & ibi not. Dec. num. 4. ubi dicit Franc. esse communem opinionem, de appel. & dictum est supra in princip. huius ampliatio. † Si tamen fiat in absentia iudicis, satis est, quod sibi
25 intimetur, ut tenet idem Dec. ibi etiam ad contraria respondens, & si iudex, aut pars non deliquit, non debet puniri. Rot. decisio. 3. alias 149. si inter. de caus. possess. & propriet. in no. & tacit etiam decis. Cassad. 3. quæ incipit, sæpe. numero 6 in fi. de appel. Quam limitationem amplia, ut procedat etiã
26 † si non facta intimatione appellationis ipsi iudici fuisset tã
27 tum ipsi parti intimata: nam si iudex ipse † etiam ad instantiam partis procedat, processus ualet, ut concludit Frãc. post alios, quos allegat in d. c. si iustus, nu. 50. ubi respõdet etiam his quæ per Lap. & alios in cõtrarium adducebãtur, & sublimita eandem duobus modis.

28 Primò, nisi † de appellatione iudex, & pars essent iam certi, Franc. ibi colum. vltima uersicu. ulterius dubitatur. nu. 46 & (licet ille non alleget) est decisio. Rot. 18. alias 127. ualet. de
29 appellationi. in nou. quæ uult † quòd sufficiat qualitercunque ad notitiam appellati deueniat fore appellatum, ad qđ facit, quod alias dicebat Corn. in consil. 203. in hac litera G, libro 2. † quòd quando exceptio declinatoria fori est nota iudici, operatur effectum suum, etiam si non allegetur per partem, ea ratione, quia iudex iam certus est. Et quod alias di-
31 citur † quòd si citatus ad sententiam legitime impeditus nõ comparet, & iudex certificatus de impedimento sententiã nihilominus ferat, illa sententia est nulla, ut in una Cremonen. denariorum coram Ioan. Paul. uigesimo. Aprilis. 1545.

fuit

Source : BIU Cujas

fuit resolutum,vt est in recollect. Put.decis.4.restitutio,de re
32 stit.in integ.†Sic etiam licèt reuocatio procuratoris sit regu
33 lariter intimanda,tamen†quando is (in cuius fauorem procurator habebat facere resignationem)sciuit reuocationem talis scientia sufficit,& facit, vt quò ad eum resignatio p dictum ꝓcuratorem reuocatū facta nō valeat,vt est in recoll. Guid.Bon.decis.91.fuit dubitatum, versi.dixerunt Domini,
24 sub rub.de renunc.†Similiter etiam quando pars habet notitiam sententiæ latæ,non est sibi sñia vlterius intimanda, vt post Socin.in consi.120.num.16.lib.3. & alios per eum alle. tradit nouissime Iacob.Menoch.in tracta.de arbit.iud. lib.1. q.66.num.3.Pariter†licèt denunciatio litis motæ sit per emptorem venditori facienda,ad hoc vt ille de euictione teneatur,attamen si manifestè constat de lite mota,nō est necessaria denunciatio,ut post Rip.in cap.cum M.Ferrarien.nume. 166.de constit.& Soci.iun.in consil.120.num.16.lib.3.tradit nouissime Menoech.in consi.100.incip.quæ nunc.num.181
36 lib.1.†Eodem modo si quis obtinuerit gratiam, si neutri, licèt regulariter illa tanquam ius nouum sit parti intimāda: tamē si procurator aduersarij post productionem dictæ gratiæ,si neutri,pluries comparuit actiuè,& passiuè in iudicio, sufficit sola productio absque intimatione:quia pręsumitur huiusmodi gratiæ notitiam habuisse,vt est in recollect. Crescen.decis.202.gratia si neutri.sub rub.de dilat.præben. & de
37 iudic.†Sic etiam quamuis procurator teneatur denunciare domino sententiam contra se latam, a qua ipse ex aliqua iusta causa non appellat,ad hoc,vt ipse dominus,si velit,possit
38 appellare†si tamen dominus aliunde certior fuerit factus, id nō requiritur,vt post glo.in ca.non iniuste,in glo.fi.extra de procur.tenet Andr.Tiraq,in tract.de vtroque retract.in §. 36.glo.2.num.24.vbi etiam generaliter hanc conclusionem
39 firmat,ꝙ idem operetur scientia, ꝙ denunciatio post Dyn. Ioann.And.Bart.& alios,de quibus ibi per eum.
40 Secundò sublimita hanc primam limitatio.Quando † p eos staret.quo minus sibi fieret intimatio, puta quòd nollent audire,ut per eundem Franc.in dicto loco,d.col.ult.
51 Tertiò regulam limita,quando†appellatio esset extraiudicialis,& generalis,& non contra certam personam, tunc enim non requiritur intimatio,& attentata veniunt reuocāda absque alia intimatione,vt tradit Franc.per illum text.q id dicit esse clarissimum,in c.bonæ,num.42.ver.9.conclu.de appel.Faciunt quæ dicemus latius infra in 18.ampliat.præsentis regulæ princ.nu.1.& seq.
42 Quartò,†vt non pròcedat in appellatione interposita co-
43 ram eo,†qui alias reputaretur honesta persona,sed tamen es-
44 set excommunicatus,†is enim cum non toleretur ab ecclesia,non potest dici vir honestus secundum Dec.in d.ca.si iustus metus,num.4.de appella.quem sequitur nouissime Menocch.in tracta.de arbitr.iudi.lib.2.centuria 1.casu 69.nu.9. vbi in id alleg.etiam Anto.de Butr.in capi.dilectus.de purg. canon.& in specie Socin.Senio.in consi.45.colum.2.versic. quis autem dubitat.li.1.subdens ad declarationem materiæ
45 huius ampliationis, quòd quæ dicatur†honesta persona in
46 casu isto,relinquitur arbitrio iudicis, † ꝙ excommunicatus dicatur turpis persona,tradit Nicol.Boer.in consi.4. incip. si quis animo.num.61.

Declara eandem regulam.

47 Primò,†vt talis appellatio ad hoc,vt operet effectus suos, & per consequens etiam hunc effectum attentatorum,dēat esse facta congruo tempore,i.infra illos decē dies,infra quos debuisset appellari coram iudice,vt per Franc.ibi col.4.vers. & aduerte primo.
48 Secundò,†vt contineat causas iustas,vt per eundem ibidē
49 †Iusta autem causa dicitur,si subsit metus ipsius iudicis, vt est tex.in d.c.si iustus,& per illum tex.Rot.decis.50.alias 366
50 si appelletur.post princip.de appellat.in no. †Item si non potest haberi copia iudicis a quo,vt l.2.§ dies. ff.quando appel lan.sit & c.si biduum.2.q.6.& Rot.dicta decis.50. alias 366.
51 †Nec etiam iudicis ad quem secundum Ruin.consi.6.de validitate.lib.4.vbi dixit,quòd non valet talis appellatio corā honestis viris, nisi deficiat copia iudicis a quo, & ad quem. Quod nota:quia alij non ponunt, quòd hoc copulatiue requiratur.Item†si interueniat aliquid legitimum impedimētum;vt per Franc.in d.c.si iustus.nu.6.& 7.q.3.

Ampliatio XVI.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio etiam tacita,& præsumpta videtur causare attentata.*
2 *Itineris arreptio,& missio nuncij ad Papam habet vim appellationis.*
3 *Iter arripiens ad curiam gaudet priuilegio Eugenianæ.*
4 *Itineris arreptio ad inferiorem a Papa,qui tamen possit per uiam querelæ adiri,uidetur habere uim appellationis secundum aliquos.*
5 *Nuntij missio ad Papam videtur habere uim appellationis, si missio fit ex causa appellationis.*
6 *Secus si ex alia causa,quia tunc solus nuncius missus dicitur esse sub protectione Papæ.*
7 *Clausula,appellatione remota, non tollit suspensionem, quæ resultat ex itineris arreptione.*
8 *Arreptio itineris facta ex alia causa,quàm grauaminis, non habet uim appellationis.*
9 *Nisi coniunctim fuisset facta tam ex causa appellationis,quàm ex alia, atque principalior esset causa appellationis.*
10 *Nisi arreptio,& missio fuissent ad impetrādum restitutionem in integrū aduersus sententiam,quam inferior concedere non poterat.*
11 *Appellatio ordinariè coram iudice est interponenda, quando eius copia habetur.*
12 *Itineris arreptio non habet uim appellationis,quando potuit habere copiam iudicis.*
13 *Nisi in iter arripiente subesset iustus metus,Vel*
14 *Nisi esset tanta occupatio,ut non posset appellationem scribere, aut formare.*
15 *Appellatio resultans ex arreptione itineris, ut causet attentata, debet iudici,& parti intimari.*
16 *Itineris arreptio non habet uim appellationis,quādo appellanti fuit præfixus terminus ad recipiendum apostolos,uel ad se præsentandum apostolico conspectui,quibus requiritur realis præsentia.*
17 *Itineris arreptio ubi fit,debent in ea seruari omnia,quæ possunt secundū naturam appellationis.*

Et debet fieri cum protestatione,quod interim nihil innouetur. num.18.

DEcimasexta Ampliatio sit,vt Regula, quæ habet, quòd nihil debet innouari appellatione pendente,procedat non solum in appellatione vera, & actualiter interposita,verū etiam † in appellatione tacita,& præsumpta,prout est illa; quæ resultat ex arreptione itineris,seu missione nuncij ad Papam, de qua in ca. meminimus.& in c.dilecti.el 2.de appel.tradit ex recentioribus Port.Imol.in cons.188.ex facto.nu.12.lib.4.& propterea in hac ampliatione bī potest poni Regula, ꝙ gesta post iter arreptum ad Papam,& sic post tacitam,& præsumptā appel lationē sunt attentata,& reuocanda,vt tradit Mil.in verb.ap
2 pellationis vim obtinet,fol.16. † quia talis arreptio uim hēt appellationis,ut uī tex.in c.cum causam.de offi.delega.& in c.cum olim, de dolo & contu.& in c.audita,de resti.spoliat. secundum Imol.in c.vt debitus,de appel. Ad quod facit qđ
3 †alias dī,ꝙ iter arripiens ad curiam gaudet priuilegio Eugenianæ,& aduersarius eius tenetur sibi ad fructus perceptos, ut in recol.Put.decis.17.arripiens iter.sub rub.de iudic. vnde etiam quoad attentata vim appellationis regulariter obtinere debet,& ista potest esse in proposito.

Rīa secundum cōem opin.de qua per Franc.in d.ca.vt debitus.nu.32.& 33.& seq.versi.alij verò tenent, vbi licèt plures videatur ponere opiniones, tamen ita cōiter ibi residere Doctores attestatur.Quam Regulam amplia.

14 Primò:ut procedat†etiā in arreptione itineris facta ad inferiorem a Papa,qui tñ possit per viam querelæ adiri, ut tradit Mil.in d.verb.appellationis vim obtinet,fol.16.post Anto.de But.in d.c.dilecti.num.6.vers.ex his infertur,dū amplia tionem simpliciter tenet,quod procedat etiam in inferiora Papa,qui per viam querelæ adiri possit,ut ibi per eum.
5 Secundò†vt procedat non solū in arreptione itineris facta in propria persona,verū ēt per interpositam personā,puta per missionē nuncij,vt in d.c.meminimus,& ca.dilecti.& ex no.ibi per Doct.dum indifferenter,& alternatiue loquuntur de itineris arreptione,& nuncij missione. Quod tñ non
6 procederet†quādo ex alia causa,quā appellationis mitteret nuncius ad Papam;quia tunc solus nuncius missus dicitur esse sub protectione Papæ:vt per Franc.in d.c.ut debitus,nu. 29.in glo.4.in princ.

Tertiò,vt procedat,ēt si iudex,qui pronunciauit,hēret in facultatib.ꝙ posset procedere appellatione remota, ꝙa cum
7 †per dictā clam nō tollatur suspensio, quæ fit ex hmōdi itineris arreptione,ut notat expresse Dec.per illum tex. in d.c. meminimus.in 3.no.nu.3.sequīt necessariò,ꝙ stante hmōdi effectu suspensiuo ex ista tacita appellatione resultante non obstante d.cla,remaneat adhuc ēt effectus attētatorū,ad no. per Franc.in c.bonę nu.36.q.14.vers.3.conclu.de appel.

Limita eandem regulam.

8 Primò †qñ talis itineris arreptio cēt facta ex alia cā,q̄ grauaminis,& appellationis, tūc.n.nō hret vim appellationis, & per ꝓñs dicendū cēt,ꝙ nō essent cōsideranda attētata, ut sentiunt Doctores p̄sertim Franc in c.ut debitus.in gl.4.nu. 32.col.12.in prin.& expresse Mil.in d.ver.appellationis vim obtinet.versi.2.Dec.in d.c.dilecti.nu.3.limitata.n.cā arreptio nis itineris limitatum quoque pareret effectum ll.vulg.Hāc
9 tñ limitationē sublimita.†Primò qñ cōiunctim, tam ex cā appellationis,quàm ex alia cā iter ad superiorem quis arripuisset,tunc enim si principalior sit causa appellationis, arreptio haberet uim appellationis, secūdū regulā, secus si il-

la tanquam principalior non conſideretur,vt declarat Dec.
10 in dicto cap.dilecti,nume.3.Secundò quando †quis iter arripuiſſet, vel miſiſſet nuncium ad impetrandam reſtitutionē in integrum aduerſus ſententiam, quam inferior concedere non poterat,& ſic ex alia cauſa,q̄ appellationis:quia nihilominus iſta miſſio,ſeu arreptio ex cauſa reſtitutionis habet vim ſuſpenſionis,& expectabitur nuncius,nec prius ſententia mandabitur executioni,vt poſt Antonium.in cap.vt debitus.tradit formaliter Mil. in verbo appellationis vim obtinet,ver.2.in fi.

Secundò Regulam ſupra poſitam limita,quando iter arri
11 piens potuiſſet habere copiam iudicis:tunc enim†cum corā iudice ſit ordinariè appellandum, quando eius copia haberi poteſt,vt eſt communis opinio,de qua teſtatur Dec.in ca.
12 ſuggeſtum,num.4.de appel.†talis arreptio itineris non haberet vim appellationis,& ita(quando copia iudicis haberi nō potuit)loquuntur omnes Doctores.Innocen.& Hoſtien.in dicto cap.vt debitus,vt ibi per Franc.num.33. in glo.4.verſi. ſecundo caſu,& expreſſe limitat Mil.in d.verb.appellationis
13 vim obtinet.verſi.ſecundo.Quam tamen †ſublimita.niſi in
14 arripiente ſubeſſet iuſtus metus, †Vel niſi eſſet tāta occupatio,vt nō poſſet appellationem ſcribere,aut formare, vt per Mil.in ſupradicto loco.

15 Tertiò,†quando huiuſmodi tacita appellatio ex arreptione itineris reſultans iudici,aut parti non eſt intimata:qa ſolum poſt intimationem attentata reuocantur ſecundum Franc.in dicto c.vt debitus,in glo.4.verſicu. alij verò,nume. 33.quoniam non facta intimatione nihil eſſet,quod iudici, aut parti imputetur, ut dictum eſt in 2.lim.præcedentis ampliationis nu.20.declarando, & limitando ex dictis ibi,etiā hanc limitationem.

Quartò intellige,ut procedat, quando appellanti fuiſſet præfixus terminus ad releuādum appellationem:tunc.n.itineris arreptio habetur pro appellatione, & ſatisfacit illi ter-
16 mino†ſecus ſi fuiſſet præfixus ad recipiēdum apoſtolos, vel ad ſe præſentandum apoſtolico cōſpectui:quia tunc nō ſufficit itineris arreptio,niſi ſequatur realis præſentia,vt poſt alios tradit Nicola.Boer.in conſil.43.videtur.num.13. & 14. Idemque,quòd quando eſt præfixus terminus ad recipiendum apoſtolos,miſſio, vel itineris arreptio nō ſufficiat,fuit deciſum per Senatum Pedemont.(quamuis viſa fuerit rigoroſa reſolutio,vt inquit Oſaſ.in deciſ.Pedemont.ſeptima.lata ſententia,per totam,præſertim col.2.ver. contraria opin. & col.fin.in fine.

Declara nunc eandem Regulam.

17 Primò,†vt in iſta itineris arreptione debeant ſeruari omnia,quæ poſſunt ſecundum naturam appellationis, & propterea debeat fieri intra decem dies, & coram ſuperiore debebit poſtea probari veritas cauſæ grauaminis,& illius tacitæ appellationis,& etiam Iudici,aut parti ītimari huiuſmodi arreptio,vt no.Franc.in d.c.vt debitus,in gl.4.uerſ.alij verò,num.33.vt proxime dictum eſt in 3.limitatione,& latius deducit Natta in conſi.606.approbo,in prin.lib.3.

18 Secundò declara†ſecundum aliquos, vt ad hoc vt attentata poſt huiuſmodi itineris arreptionem reuocentur, dēat iter arripiens proteſtari,ne interim aliquid noui fiat, vt poſt Iaſ.in l.1.C.vt lite pendēte.motum ex doctri.Bart.in l.de pupillo.§.ſi quis.num.28.ff.de no.oper.nunc.& poſt Abbat.in c.in cauſis.nume.4. de electio. tradit nouiſſime Lancellott. Corrad. de prætor.§.ſecundo.de offic.prætor,in cauſis ciuil. c.de appel.num.12.

Ampliatio XVII.

SVMMARIVM.

1 *Nullum quod eſt,rumpi,aut reuocari non poteſt.*
2 *Dilatione,ſeu relatione pendente geſta,regulariter ſunt attentata.*
3 *Appellatio ab illo actu,qui fit dilatione,aut relatione pendente in quibuſdam caſibus requiritur,remißiue.*
4 *Attentata appellatione pendente ſunt ipſo iure nulla ſecundum commu. opi.de qua infra.nu.8.*
5 *Excommunicatio lata poſt appellationem non ualet.*
6 *Inhibitio,& prohibitio ſola reddit actum nullum.*
7 *Iudice faciente contra prohibitionem hominis aliquid mandantis,actus eſt ipſo iure nullus.*
9 *Reuocatio attentatorum de facto fit,quatenus de facto proceſſerunt.*
10 *Caſſari dicitur quod de facto proceſſit.*
11 *Appellari dicitur etiam ab actu nullo.*
12 *Attentata ſunt adeo nulla,ut etiam deſerta appellatione,aut ſi ſit ei renunciatum non conualeſcant.*
13 *Attentata infra tempus ad appellandum ſunt nulla,& non conualeſcūt, etiam ſi poſtmodum non appelletur ſecundum aliquos,et etiam fuerint facta iudicis authoritate.*
14 *Attentata dicuntur eſſe ipſo iure nulla non ſolum in attentatis appellatione pendente,uerum etiam in omni alio genere attentatorum.*
15 *Declaratio nullitatis actus,qui prætenditur attentatus poteſt peti, etiā ſi ille per tres conformes uia iniuſtitiæ fuiſſet antea reuocatus.*
16 *Appellatione ab interlocutoria pendente ſi quid attentetur, non dicitur eſſe ipſo iure nullum.*
17 *Niſi ſit inhibitum,&*
18 *Niſi Iudex appellationi detuliſset.*
19 *Clauſula,appellatione remota,facit,ut geſta poſt interpoſitam appellationem non ſint ipſo iure nulla.*
20 *Extraiudiciali appellatione pendente attentata regulariter non ſunt ipſo iure nulla.*
Etiam ſi appellatio ſit deſerta,vel ei renunciatum.nu.21.
Etiam ſi ſit interpoſita a iudice extraiudicialiter tamen procedente, ut nume.22.
23 *Cathedralium,& regularium Eccleſiarum cauſis ſi appellatio extraiudicialis interponitur,attentata ea pendente dicuntur ipſo iure nulla.*
24 *Extraiudiciali appellatione pendente,attentata ſunt ipſo iure nulla,ſi natura cauſæ ex ſe abſque appellatione induceret actus nullitatem.*
25 *Excommunicatio eſt ipſo iure nulla,etiam poſt appellationem extraiudicialem lata,& eſt ſpeciale in cenſuris,nu.26.*
26 *Inhibitio facit,ut attentata pendente appellatione extraiudiciali ſint ipſo iure nulla.*
28 *Attentata,quæ conſiſtunt in iure,ſunt nulla ipſo iure, quæ uero conſiſtunt in facto,quatenus de facto proceſſerunt,requirunt reuocationem.*

DEcimaſeptima Ampliatio ſit, vt in tātum appellatione pendente ſit prohibita attentatio.& innouatio,vt ſi quid fiat, non ſolum veniat reuocandum, verum etiam ſit ipſo iure nullum.Quæ ampliatio eſt admodum utilis,& attendenda,cum(ut notorium eſt) magnam iura conſtituant differentiam, an aliquid ueniat retractandum, an uerò ſit ipſo iure nullum; ut plene per Tiraquel.in repetiti.l.ſi unquam,in uerb.reuertatur.C.de reuocan.donat. Et quamuis hanc quæſtionē in terminis ponant Doctores,& Franc.poſt eos in c.conſuluit, el 2.colum.fin.uerſic.ultimò quæritur,num.9.de appella.& late etiam(loquens in materia appellationis extraiudicialis in cap.bonæ,num.33.uerſic.14.& ſeq.de appell. Et in uia diſputatiua uniuerſaliter,quòd immo attentata non ſint ipſo iure nulla,duplex ratio allegari poſſit. Prima ſcilicet:quòd cum iura dicant,attentata reuocanda.vt in cap.non ſolum. de appell.in ſexto,cum ſimil. ergo uidentur præſupponere
1 eorum ualiditatem,quia de iure quod †nullum eſt, rumpi, aut reuocari non poreſt l.nam & ſi ſub conditione. ff.de iniuſt.rupt.& irrit.fact.teſtam.cum ſimil.†Secunda ratio:quia
2 licèt regulariter geſta dilatione,ſeu relatione pendente ſint attentata,ut ſupra diximus ſuo loco in cap.7.& 8. huius ſecundæ partis,ſi attentata eſſent nulla nō requireretur quòd
3 †ab illo actu,qui dilatione,aut relatione pendente fit.appellaretur,prout uidetur requiri,ut colligitur ex his, quæ ponit(alios referendo) Franc.in capitu.intimaſti. colum.fina. & in cap.ſignificante.uerſic.ult.limita.de appellatio.quia appellatio uidetur præſupponere ualiditatem actus a quo appellatur.

Nihilominus concluſiue procedendo, & omnia Doctorum dicta ſubordinando poteſt poni.

4 Regula†q̄ attentata appellatione pendente ſint ipſo iure nulla,quæ ſic probatur Iure,Ratione, & Authoritate,Iure, uidelicet in c.ad audiētiam.& in c.dilecti,de appel. ubi appa
5 ret†q̄ excōicatio lata poſt appellationem non ualet,p̄ qua eſt deciſ.Rot.63.alias 475.ſi ille,de appel.in nou.& in c.non ſolum.de appel.in 6.& melius in c.1.in fi.ut lit.pend.in 6.ibi alias attentata p̄ hoc electio ipſo iure iurib.non ſubſiſtat.Ratione aūt duplici.Prima:quia(vt dicunt alias Doctores,& ē
6 deciſ.Caſſed.2.de præb.n.3.†ſola prohibitio,& inhibitio reddit actum nullum,unde cum rub.nil noua.appel.pendente ſit negatiue,& prohibitiue cōcepta,meritò poteſt dici,quòd inducat actus nullitatem.Secūda:quia alias generale eſt, q̄
7 ubi iudex † dicit p̄ prohibitionem,etiam hominis inhibentis,uel aliquid mandantis, actus eſt ipſo iure nullus, ut poſt Aret.in cōſi.75.diligenter.col.2.in prin.tradit Rolan.cōſ.77 uiſo.nu.8.lib.2.ut latius dicemus infra c.20 de attentat.poſt inhibit.in 10.ampliat.ibi poſita.nu.1.& per totam. Authoritate uerò; quia hanc tenet glo.ordinaria, & magiſtra in d.c. non ſolum.Eandem tenet Lap.allegat.1.numero 6.& alleg. 2.numero 7.& 10.Rot.dicta deciſio.63.aliasi475.ſi ille.de appellat.in no.Franc.in cap.ad audientiam.colum.fina.de appell.& in capitu.1.in 3.not.de appel.Pariſ.conſi.28.ad reſolutionem.num.29.libro quarto.idem Pariſ.poſt alios, de quibus ibi per eum,in conſi.107.quæritur. numero 126.libro 3. & Ioan.de Neuizan.in conſilio 61.incip.bonitatem.nume. 28.& Caſſan.conſilio 30.uiſo.numero 20. & in ſimili de geſtis recuſatione pendente, quòd ſint nulla, tenent elegan-

ter

Source : BIU Cujas

8 ter Paris.in consi.89.diligenter.nu.8.versi.quanto.lib.1.† vbi etiam testatur hanc esse communem opinionem, & sunt decis.Egid.84.executoria,& decis.673.extra Rotam,& decis. 707.si ille.in quibus semper concludit attentata,& actus gestos appellatione pendente esse ipso iure nullos. Ex quibus satis patet, quòd meritò Regula poni (ut supra) potest, videlicet attentata appellatione pendente esse ipso iure nulla,non obstantibus supradictis duabus rationibus. Quibus
9 respondetur, & ad primam † reuocationem attentatorum fieri de facto, quatenus etiam de facto processerunt, vt tenet Lap.in dicta alleg.2.sub numero 10.nam, & aliàs vide-
10 mus, quòd † cassari dicitur, quod de facto processit: vt per Mil.in verb.cassatur,& in terminis attentatorum,tradit Alexand.in consilio 89.diligenter sub numero 9.versicul. est verum. libro 1. Ad secundam rationem respondetur, quòd
11 non est nouum in iure,vt† etiam ab actu nullo appelletur, vt dicit idem Franc.in prælleg.c.intimasti, & in cap.significante.in loco supra allegato,& diximus supra latius hoc eodem capitulo in sexta ampliatione principali præsentis regulæ.

Amplia regulam in hac ampliatione,vt supra positam.

12 Primò † vt in tantum sint nulla, vt etiam deserta appellatione,aut si sit ei renunciatum, non conualescant,vt est decis.Aegid.624.& decis.Lanfranc.385.incipien. & si, & tradit Lap.in dicta allega.1.& 2.& Franc.in c.consuluit, el 2. in fi. de appella.

13 Secundò amplia † vt procedat, etiam si attentetur infra decem dies, qui dantur ad appellandum, & in rei veritate postea non appelletur: quia per hoc talia gesta non conualescunt,& propterea prouisio facta (etiam à Papa) infra hos decem dies non conualescit,quamuis postmodum non appelletur, ita fuit aliàs tentum in vna Barchinonen. Canonicatus,vt est in recollect.Mohed.decis.150.Papa contulit, de præben.de quo tamen vide,quæ diximus supra c.11.de attẽ. pend.tempor.ad appel.in 4.amplia.nu.25 dic vt ibi. Simpliciter autem quòd attẽtata infra tempus ad appellandum sint ipso iure nulla,etiam si fuissent iudicis auctoritate facta, tradit ex recentioribus Pet.And.Anguss. in consi. 3. considerato processu,nu.17.lib.4.

Tertiò, vt quæ dicimus de attentatis appellatione pendẽ
14 te,quoad hunc effectum † vt illa sint ipso iure nulla,procedant etiam in alijs attentatis,puta lite pendente,ad tex. in d. c.1.in fi.vt lit.pend.in 6.& in attentatis recusatione pendente,vt supra proxime dictum est,& regulariter in omni genere attentatorum,vt de attẽ.lit.pend.patet in l.2. & fin. C. de litigiosis,& tradit nouissimè Menoc. in consi.2.magni ponderis,nu.290.lib. 1.

15 Quartò & vtiliter amplia † vt ista declaratio nullitatis actus,qui prætenditur attentatus possit peti, & sit facienda, etiam si per tres conformes per uiam iniustitiæ talis actus fuisset reuocatus, vt fuit factum per Dominos in una Tirasonen.iurisdictionis, siue attentatorum coram Robusterio 11.Febr.1566. in qua licèt processus & sententia lata in partibus post inhibitionem Rotalem fuisset per tres conformes in Rota reuocata, cum tamen pars prætenderet sua interesse, quòd nulla declararentur, fuit resolutum, quòd declararentur.

Limita eandem regulam.

16 Primò:ut † non procedat in attentatis appellatione pendente ab interlocutoria,illa enim non sunt nulla ipso iure, sed iustificata appellatione veniunt irritanda,vt patet in c.significauit,& in c.significãtibus,de appel.& in c.Rodulphus. de rescrip.& in cap. exhibita.de iudi.& est decis.Rot.44.aliàs 344.licèt in causa.de appel.in no.vt hæc omnia alleg.Franc.
17 in d.c.bonæ,nu.38.vers.5.conclusio.Quam sublimita.† Pri-
18 mò quando vigore appellationis fuisset inhibitum † Secundò quãdo iudex à quo appellationi detulisset,ut tradit Ale. in d.consi.89.diligenter. nu.9. lib. 1.vbi loquitur in appellatione à grauamine,& sic ab interlocutoria.

19 Secundò, quando † iudex posset procedere appellatione remota:tunc enim si procedatur appellatione pendente,attentata non sunt ipso iure nulla,sed annullanda.Franc.in c. pastoralis.nu.6.de appel.

Tertiò fallit in attentatis pendente appellatione extraiu-
20 diciali † quæ non sunt nulla,sed veniunt annullanda. Sciẽdum autem est, quòd particulariter ponit hãc quæstionem post alios Franc.in d.c.bonæ,nu.33.vers.quartodecimò quæritur,circa quam licèt fuerint tres diuersæ opiniones,de quibus per Franc.ibi,quas apud eum uide,& multa disputando dici possent,tamen concluſiue procedendo,& solummodo eius dicta subordinando, in hac tertia limitatione potest poni.

Regula, quòd attentata pendente appellatione extraiudiciali non sunt ipso iure nulla,sed veniunt annullanda,ut est decis.Rot.44.aliàs 344.licèt in causa, de appel. in no. quam allegat Franc.ibi, qui opinionem hanc de iure tenendam affirmat.Quam regulam ampli.

21 Primò:ut procedat † etiam si appellatio sit deserta, aut ei renunciatum,ut per eundem Franc.in d.c.bone,nu.39.vers. sexta conclusio.

22 Secundò:ut procedat † etiam in appellatione interposita à iudice,sed extraiudicialiter procedente: quia non per hoc (tanquam attentata pendente appellatione iudiciali) sunt nulla,sed tanquam extraiudiciali ueniunt annullanda, idẽ ibi nu.43.versi.decima conclusio.

Limita eandem regulam.

23 Primò:ut † non procedat in attentatis pendente appellatione etiam extraiudiciali in causis cathedralium, & regularium Ecclesiarum,ut per eundẽ ibi: vers.vltima fuit opinio, & vers.quarta conclusio,nu.37.

24 Secundò, † nisi causa appellationis extraiudicialis ex se absque appellatione induceret actus nullitatem,ut per eundem ibidem vers.prima conclusio.nu.34.

25 Tertiò,nisi † simus in sententia censuræ,& excommunicationis: quia illa est ipso iure nulla, † & est speciale in censura,ut per Franc.ibi:vers.secunda conclusio,nu.35.

27 Quartò,quando † ei à quo fuit extraiudicialiter appellatum,fuisset etiam inhibitum:tunc enim attentata hac appellatione pendente sunt ipso iure nulla ob efficaciam inhibitionis,ut per eundem ibi.nu.40. vers. septima conclusio. Ex quibus satis apparet declarata ista ampliatio regulæ principalis,quando attentata sint nulla,nec ne.

28 Declara eandem † ut ea,quæ consistunt in iure sint nulla ipso iure, quæ uerò consistunt in facto, quatenus de facto processerunt,requirunt reuocationem.Alex dicto consilio 89.sub numero nono uersic.est verum, &c. ut supra dictum est, numero 10.

Ampliatio XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio etiam generalis, & contra incertam personam facit attentata.*
2 *Excommunicatio generalis etiam contra incertam personam ligat.*
3 *Appellati nomen,& illius expressio in appellatione non requiritur.*
4 *Expressio falsa, & erronea nominis ipsius appellati,non uitiat appellationem.*

Dummodo per aliquas coniecturas constet aliquo modo de corpore appellati:ut nu.5.

1 DEcimaoctaua ampliatio potest dari, ut procedat, etiam si † appellatio sit generalis,& contra incertam personam: nam & hoc casu attentata reuocantur,ut hunc casum considerabat aliàs Franc. in c.bonæ,sub nu.42.de appel. de quo etiam diximus supra in 1.parte c.3.de attent.à tertio, nu. 37. pro quo dicto est decis.Rot.23. aliàs 407. si expectans, nume.2.de præben.in no.
2 & facit in simili: quia etiam † excommunicatio generalis, etiam contra incertam personam valet, & ligat, ut per Dominos in decis.19.aliàs 444.extra Rotam,de dolo, & cõtu.in no. vbi referunt Bald. & Petrum fratrem eius inter se in hoc puncto discordantes,& ratio huius ampliationis esse potest:
3 † quia in appellatione non requiritur expressio nominis appellati ad l.3.in prin.ff.de appel.l.1.§.fina. ubi Barto. & Paul. de Castr.eod.titu.& est decis.in recollect.Guid.Bo.40.volue runt Domini. de appel. ubi hoc ampliant, ut procedat non solùm quando in appellatione nullum est nomen expressum,uerùm etiam † si falsum nomẽ sit expressum:nam pro
4 pter erroneam, ac falsam expressionem nominis appellati non minus ualet appellatio, quàm si uerum nomen sit expressum,dummodo per aliquas coniecturas constet aliquo
5 modo de corpore,ut per Dominos in d decis.

Ampliatio. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Attentata medio tempore dum disputatur, an appellatio sit admittenda,uel ne ueniunt reuocanda.*
2 *Appellatio an teneat,si dubitetur,omnia sunt in suspenso.*
3 *Iudex si terminum assignauit ad audiendum responsum super appellatione recipienda,interim eius officium conquiescit.*
4 *Disputatione super aliquo casu pendente,iura non permittunt, quòd interim partibus præiudicium fiat.*
5 *Tempus sex mensium ad expediendum compromissum à statuto concessum non currit,neque arbitro, neque ipsis partibus, dum disputatur, an compromissum sit factum.*
6 *Fatalia non currũt,donec disputatur,an appellatio sit nulla,uel ualida.*
7 *Nec dum disputatur super nullitatibus.*
8 *Aut super attentatis.*
9 *Statutum loquens de bannito non uerificatur in eo,de cuius banno disputatur.*

Andreæ

Source : BIU Cujas

10 *Andreæ Barbat. opi. improbatur, qui intelligebat titulum appellatione pendente nihil innouari, procedere, dummodo appellatio fuerit per iudicem recepta.*

DEcimanona necessariò dãda est ampliatio,
1 vt non solum procedat quoad ea, quæ fiũt post appellationem admissam, † uerum ẽt quoad ea, quæ fierent medio tempore, dũ disputatur, an appellatio sit admittenda, vt est tex. in l. vnica, in princip. ff. nil noua. appel. penden. ibi quoad deliberetur, vtrum recipienda sit appellatio, an non sit: & per illum tex. glo. in l. appellatione, in uerb. deliberationis. C. de tẽpo. appel. & ibi Bal. & post eum Iaſ. in l. 1. nu. 1. in 1. not. C. de bonor. poſſ. ſe cund. tab. Et facit ad hoc, quod aliàs post Archid. (de quo ibi) dicebat Io. And. in c. ſi à iudice. post princ. de appel. in 6.
2 in nouell. †quòd quando est dubium, an teneat appellatio,
3 omnia sunt in suspenso, † præsertim si iudex terminum aliquem assignauerit ad audiendum responsum, an appellatio sit admittenda, vel ne; nam pendente isto termino iudex nõ potest procedere: quia eius officium conquiescit, vt fuit singulare dictum Bal. in l. appellatione. C. de appel. quod refert & singulariter menti tenendum dicit Franc. in ca. personas,
4 colum. fin. versic. in eadem glo. ibi numero 2. de appell. † Et ad præmissa plurimum facit: quia & aliàs uidemus, quòd dum super aliqua re disputatur, iura non permittunt, quòd pendente disceptatione partibus præiudicium fiat, & pro-
5 pterea † si statutum dictet, quòd causa per arbitrum expediatur intra sex menses, si contingat diu disputari, an compromissum in arbitrum sit factum, tempus sex mensiũ non currit, neque arbitro, neque ipsis partibus, ut tradit & ita se obtinuisse attestatur Io. Baptist. pronepos Barto. in tracta. de arbit. libro 13. capit. 2. numero 8. & 9. vbi per multa deducit, quòd pendente disputatione partibus habentibus aliquid intra certum tempus expedire, nullum fit sibi in tempore
6 præiudicium. † Sic non currunt fatalia appellanti, donec di scepratur, an appellatio sit nulla, secundùm Paul. de Castr. in consil. 231. visis actis, numero 2. lib. 1. Sic nec dum disputatur
7 † super nullitatibus, aut super † attentatis appellanti
8 non infertur præiudicium, nec sibi currunt fatalia, vt dicemus infra in 3. parte. c. 30. de priuileg. attent. in 10. priuileg. & tradunt (loquentes etiam de nullitate) Doctor. præsertim Iaſ. numero 8. in l. contra maiores. C. de inoffic. testamen. &
9 in capitu. ex ratione. de appel. Sic & in simili statu. † loquens de bannito non verificatur in eo, de cuius banno disputatur, ut post Bald. in l. 2. C. si pendente appellatione mors interue. in fin. tradit Barto. Socin. in consilio 122. præstantissime, numero 4. lib. 1. Ex his autem quæ supra dicta sunt, satis
10 apparet minus uerum esse, quod dixit aliàs † Barbat. in cap. pastoralis. §. præterea. numero 6. & 7. de offic. delega. prout eum refert Ioann. Baptista. de Asin. in sua praxi iudic. §. 31. c. 2. in 2. limit. prin. sub nume. 3. versi. præterea, dum hanc cõ clusionem (quòd appellatione pendente nihil sit innouandum) intelligebat procedere, dummodo appellatio fuerit per iudicem ad quem recepta: quoniam contrarium est verius per supradicta, & quòd appellatio suspendat, siue admissa, siue reiecta fuerit, sensit nouissimè etiam Bursat. in consi. 21. illustrissimi, nu. 13. lib. 1.

Ampliatio XX.

SVMMARIVM.

1 *Iudici uolenti post appellationem interpositam sententiam exequi potest impune resisti.*
2 *Iudex à quo post appellationem efficitur incompetens.*
3 *Iudex si spreta appellatione uult procedere ad executionem, & ad supplicium in causa criminali, potest sibi de facto resisti.*

VIgesima Ampliatio sit, vt in tantum appellatio
1 ne pendente nihil sit innouandum † quòd si iudex à quo vellet sententiam exequi post appellationem interpositam, potest sibi impune resisti, vt post Marant. in tractat. de ord. iud. disputatione 1. nume. 38. tradit nouissimè Roland. de Valle. in cõs. 77. viso. nu. 6. lib. 2. per l. quoniam iudices. C. de appel. & no. per Inno. Abba. & Felyn. in c. si quando, de offi. delega. Quibus adde Guid. Pap. in tract. de appel. q. 120. col. 7. uersi. quid
2 autem si non obstante. † Et ratio est, ut ipsi dicunt: quia post appellationem iudex à quo efficitur incompetens, ex quo negocium deuoluitur ad superiorem. Vnde sibi tanquam incompetenti impune non paretur, secundùm Bal. in l. addictos. C. de episcop. audien. ad quod facit singulare dictum
3 Ang. in l. addictos. C. de appel. † quòd si iudex spreta appellatione vellet procedere ad exequutionem sententiæ, & ad suppliciũ in causa criminali, potest sibi resisti de facto quod dictum Ang. dicit singulariter notandum Veronen. in cautel. 6. incip. potest adhiberi, & Felyn. in capitu. quærenti, co-
lum. penult. post princip. de offic. delega. quos refert, & sequitur Catel. Cott. in memor. suis, in verb. appellatio interposita, fol. 39. & ante eum idem posuit Vital. in trac. de clau. in clausul. nil noua. appellatione pendente, sub numero 18. versicul. & adde quòd. post Innocen. in capitu. quærenti, de offic. deleg.

Ampliatio XXI.

SVMMARIVM.

1 *Gesta appellatione pendente dicuntur attentata, etiam si sint facta ab eo, ad quem uia ordinaria procedendo appellatio fuisset deuoluta, & numero 4.*
2 *Appellatio regulariter ab Episcopo, & alijs inferioribus deuoluitur ad metropolitanum.*
3 *Ad Papam appellari potest omisso medio.*
5 *Appellatione ad Papam interposita non potest alius de ea cognoscere.*

1 VIgesimoprimò amplia, † ut actus factus appellatio ne ad Sanctissimum interposita, & pendente sit attentatus, etiam si sit factus ab eo, ad quem per gradus, & via ordinaria procedendo appellatio
2 fuisset deuoluta, quamuis enim † appellatio ab Episcopo & alijs inferioribus regulariter ad Metropolitanum deuoluatur capitu. dilecti, el 3. extra de appel. quia tamen † potest ad
3 Papam etiam omisso medio appellari, vt not. omnes in d. c. dilecti. præsertim Franc. nume. 12. & multis sequen. de appel. vbi latè hanc materiam de appellante omisso medio prosequitur, si quis à sententia ordinarij ad Sanctissimum appellauerit, & ea appellatione pendente Metropolitanus (tanquam super causa ad eum per appellationem deuolota) sententiam proferat, talis sententia dicitur nulla, & inualida, vt est text. in c. solicitudinem, & ibi not. scribentes, præsertim Franc. numero 7. versi. tertiò quæritur. de appel. Quinimmo
4 ad propositum nostrum illa dicitur etiam attentata, ut fuit resolutum in una Pamphilonen. erectionis coram Caputa-
5 quen. 14. Maij 1568. ea ratione, quia † appellatione interposita ad Papam alius non potest de ea cognoscere c. solicitudinem. de appel. Rot. decis. 31. aliàs 264. nota etiam, de appel. in antiq. Franc. in c. vt debitus. col. 3. de appel.

Limitatio I.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio ab interlocutoria eximit appellantem à iurisdictione iudicis à quo.*
2 *Appellatione ab interlocutoria pendente iudex si procedat non attentat.*
3 *Nisi sit inhibitus.*
4 *Sententia interlocutoria quæ dicatur, remissiuè.*
5 *Sententiarum triplex genus, videlicet diffinitiua, interlocutoria, & mixta, remissiuè.*
6 *Processus, & alia gesta pendente appellatione ab interlocutoria regulariter non dicuntur attentata.*
7 *Iudex à quo pendente appellatione ab interlocutoria potest examinare testes abfuturos.*
8 *Iudex examinando testes ad perpetuam rei memoriam non attentat.*
9 *Sententia diffinitiua, & possessio eius uigore capta pendente appellatione ab interlocutoria, antequam esset inhibitum, nõ dicitur attentata, aut sequestranda.*
10 *Executio facta pendente appellatione ab interlocutoria regulariter nalet.*
11 *Iudex, pendente appellatione à grauamine, potest reuocare grauamen, & nume. 12.*
13 *Reponere potest iudex appellantem à grauamine, & reponendo uidetur grauamen reuocare.*
14 *Appellari à repositione quoque partis aduersæ potest.*
15 *Reuocatio interlocutoriæ per iudicẽ à quo facta irritat, & annullat processum per iudicem ad quem medio tempore factum.*
16 *Iudex per appellantem à grauamine impetratus, si procedat, & demũ iudex à quo grauamen reuocet, eius processus dicitur esse nullus.*
17 *Arbiter quoque suam interlocutoriam reuocare potest.*
18 *Interlocutoria habens uim diffinitiuè reuocari non potest, nisi ab ea fuerit per partem appellatum.*
19 *Interlocutoria uim diffinitiuæ habens quæ dicatur, remissiue.*
20 *Iudex appellationi ab interlocutoria deferens non potest post delationem illam reuocare.*
21 *Inhibitio operatur, ut iudex à quo post inhibitionem interlocutoriam reuocare non possit secundum aliquos.*
22 *Nisi quando inhibitio non esset legitima, Vel interlocutoria esset aliàs nulla.*
23 *Interlocutoria, quæ fuisset per iudicem, aut partem mandata executioni regulariter non reuocatur. Nisi reuocatio fiat de consensu partium: ut nu. 24. Vel cũ causæ cognitione. nu. 25. Vel ipsa interlocutoria fuisset inualida, nu. 26.*
27 *Extraiudicialis appel. ab aliqua interlocutoria, puta à proce ſibus executoris regulariter non facit attentata.*

Nisi

Source : BIU Cujas

28 *Niſi in euentum cauſæ, in appellatione expreſſæ.*
29 *Et niſi per appellantem fuiſſet oblata probatio cauſæ & non fuiſſet admiſſus.*
30 *Et niſi in appellatione extraiudiciali ſuper electionibus Cathedralium & regularium eccleſiarum.*
31 *Cauſa in appellatione ab interlocutoria exprimi debet.*
32 *Etiam ſi ſit notoria.*
33 *Niſi ſimus in interlocutoria, cuius iniquitas per allegationem iuris de tegitur, puta à decreto ſequeſtri.*
34 *In dubio nunquam pro ueritate cauſæ in appellatione expreſſæ præſumitur.*
35 *Appellatione ab interlocutoria per probationem cauſæ in ea expreſſæ iuſtificata, tunc, & non ante attentata ea pendente reuocantur.*
36 *Iuſtificatio appellationis dicitur ſuſpendere iuriſdictionem iudicis, à cuius interlocutoria eſt appellatum.*
37 *Suſpenſio iuriſdictionis, ubi datur, ibi & attentata conſiderantur.*
38 *Oblatio probationis cauſæ in appellatione ab interlocutoria expreſſæ ſi non fuit admiſſa, ſufficit quoad effectum cauſandi attentata.*
39 *Appellans à non admiſſione ſuarum exceptionum, licèt illas nõ probet, ſufficit, quòd ſuper illis incontinenti probationes offerat, quoad deuolutionem negocij, & reuocationem attentatorum.*
40 *Appellans ab interlocutoria, eo ipſo, quòd docet probationem oblatam, iuſtificat ſuam appellationem.*
41 *Oblatio probationis cauſæ in appellatione ab interlocutoria expreſſæ an requiratur realis, uel ſufficiat etiam uerbalis, remiſſiue.*
42 *Cauſæ expreſſio in appellatione ab interlocutoria, illiuſque probatio, an ſufficiat fieri per relationem ad acta, remiſſ.*
43 *Cauſæ ſi fuerint plures in appellatione expreſſæ unam tantum iuſtificatione probari ſufficit.*
44 *Iuſtificatio cauſæ in appellatione expreſſæ poteſt fieri etiam coram iudice ad quem.*
45 *Cauſam in appellatione ab interlocutoria expreſſam, ſufficit eſſe probabilem ad effectum, ut ſententia poſt eam lata ſit ipſo iure nulla.*
46 *Attentata pendente appellatione ab interlocutoria reuocantur, etiam illa non iuſtificata, quando iudex ad quem inhibuiſſet.*
47 *Excommunicatio, & cenſuræ poſt appellationem ab interlocutoria latæ etiam ſi ueritas cauſæ appel. non probetur, non ualent.*
48 *Cenſuræ vt dicãtur nullæ, ſufficit ſolummodo probare, quòd fuerint promulgatæ appellatione pendente.*
49 *Appellatio in electione eccleſiarum Cathedralium, uel regularium, etiam non iuſtificata, facit, ut quicquid poſt eam fit, irritum ſit, & inane.*
50 *Appellationi ab interlocutoria ſi iudex detulit, etiam ſi appellatio non iuſtificetur, cauſat attentata.*
51 *Appellatio ab interlocutoria facit attentata, quando illa habet uim diffinitiuæ, & nu. 56.*
52 *Interlocutoria habens uim diffinitiuæ regulatur ſecundùm naturam diffinitiuæ.*
53 *Iudex reuocare non poteſt interlocutoriam uim diffinitiuæ habentem.*
54 *Appellans ab interlocutoria habente uim diffinitiuæ, tenetur ſeruare formam c. cordi. de appel. in 6.*
55 *Statutum prohibens appel. ab interlocutoria, non intelligitur de interlocutoria mixta, & quæ habet uim diffinitiuæ.*
57 *Sententia interlocutoria uim diffinitiuæ habens, quæ dicatur, remiſſiuè.*
58 *Iudex à cuius interlocutoria eſt appellatum, ſi præfixit appellanti terminum ad proſequendum appel. uel ad audiendum reſponſum, non poteſt ea pendente ultra procedere.*
59 *Termini per iudicem præfixio habet uim dilationis, qua pendente officium iudicis conquieſcit.*
60 *Iudex ſi per appellantem ab eius interlocutoria requiſitus deneget apoſtolos, non poteſt pendente hac appellatione ultra procedere.*
61 *Etiam ſi aliàs potuiſſet, puta quia appellatio fuiſſet fruſtratoria.*
62 *Niſi appellans ſuæ appellationi renunciaſſet.*
63 *Comparens coram iudice à quo ad effectum docendi de grauamine non cenſetur appellationi renunciare.*
64 *Iudex impetratus per appellantem ab interlocutoria ante dationem apoſtolorum, an ualide procedat. remiſſiuè.*
65 *Cancellaria non daret iudicem, ſi ſibi exprimeretur pendere terminum apoſtolorum.*
66 *Appellationi ab interlocutoria ſi iudex deferat, non poteſt ultra procedere.*
67 *Iudex per delationem appellationi abdicat à ſe omnem iuriſdictionem, & in ſuperiorem transfundit.*
68 *Nec illam recuperat, etiam ſi grauamen reuocaret.*
69 *Etiam ſi appellatio eſſet ſine cauſa, ita ut nec ſuam delationem reuocare poſſit, ut nu. 89. in fi.*
70 *Et eſſet interpoſita ſine ſcriptis.*
71 *Et non eſſent petiti apoſtoli.*
72 *Et paratus eſſet reuocare grauamen ſecundum aliquos.*
73 *Etiam de conſenſu partium.*
74 *Etiam ſi res eſſet integra, ſecundum aliquos, licèt contraria opin. uideatur æquior, & humanior ſecundum alios.*
75 *Etiam ſi tacite appellationi detuliſſet.*
Puta dando acta pro apoſtolis. ut nu. 76.
Vel nihil reſpondendo de apoſtolis. ut nu. 77.
78 *Etiam ſi ſibi non fuerit inhibitum.*
79 *Etiam ſi nõ ipſe ſed ſubdelegatus ab eo cum clauſula (donec uices ſuas duxerit reuocandas) detulerit.*
80 *Etiam ſi ſimus in criminalibus, & in ſententia lata contra confeſſum, & conuictum.*
81 *Iudex qui appellationi detulit, ualde procedit, ſi per iudicem ad quem ſibi cauſa remittitur.*
82 *Ordinarius iudex, & qui poteſt per uiam querelæ adiri, ſi poſt delationẽ ab interlocutoria per partes adeatur, ualide procedit.*
83 *Clauſula, ſi & inquantum, in delatione appellationi appoſita, operatur, ut ſi de iure appellationi erat deferendum cenſeatur delatum, aliàs ſecus.*
84 *Etiam ſi appellatio cum dicta clauſula admiſſa fuiſſet per principem alteri commiſſa.*
85 *Etiam ſi in commiſſione fuiſſet appoſitum decretum irritans.*
86 *Iudex poſt delationem, licèt non poſſit procedere, poteſt tamen appellanti terminum ad proſequendum appel. præfigere.*
87 *Etiam ex aliquo interuallo, ſecundum aliquos.*
88 *Iudex unus ex duobus, qui tulerunt ſententiam interlocutoriam, ſi appellationi detulit, poteſt ſuam delationem reuocare, antequam alius deferat.*
89 *Niſi appellatio fuiſſet interpoſita ad ſedem Apoſtolicam, ſecundùm aliquos.*
90 *Excommunicatio etiam poſt appel. ab interlocutoria eſt nulla.*
91 *Etiam ſi ueritas cauſæ in appellatione expreſſæ non probetur.*
92 *Appellatione ab interlocutoria pendente non poteſt iudex procedere ad actum irreparabilis grauaminis.*
93 *Sententia interlocutoria de aliquem torquendo ſi ſit lata, & ab ea appeletur, non poteſt appel. pen. executioni demandari.*
94 *Etiam ſi iudex à quo non fuerit inhibitus, & infra nu. 98.*
95 *Tortura alicui inflicta non poteſt per diffinitiuam reparari.*
96 *Irreparabile grauamen dicitur, quando continet factum.*
97 *Grauamen reparabile, ſed cum magna difficultate cenſetur eſſe irreparabile.*
99 *Confeſſio facta in tortura poſt appellationem à decreto torturæ non ualet.*
100 *Iudici uolenti ſpreta appellatione ad executionem procedere, poteſt impune reſiſti.*
101 *Iudex à cuius interlocutoria fuit appellatum ſi ſit inhibitus attentat.*
102 *Inhibitio facit illicitum, quod antea erat licitum.*
103 *Attentata dicuntur omnia de ſtilo Rotæ, quæ geruntur poſt inhibitionem.*
104 *Inhibitio de neceſſitate an requiratur ad hoc, ut proceſſus factus per Iudicem poſt appellationem ab eius interlocutoria ſit nullus.*
105 *Attentata poſt appellationem ab interlocutoria, ut reuocentur, non ſufficit, quòd iudex à quo ſciat iudicem ad quem incepiſſe cognoſcere de ueritate cauſæ appellationis, ſecundum aliquos.*
106 *Sententia diffinitiua lata poſt appellationem antea ab interlocutoria interpoſitam ualet ſecundùm aliquos.*
107 *Contrarium eſt uerius.*
108 *Proceſſus factus pendente appellatione à taxatione expenſarum dicitur nullus.*
109 *Appellatione à taxatione expenſarum interpoſita, quicquid poſtea fit circa expenſas dicitur attentatum.*
110 *Sententia ſiue decretum taxationis expenſarum, potius uidetur diffinitiuæ uim habere, quàm interlocutorię.*

NVnc deueniendum eſt ad eiuſdem Regulæ Limitationes.

Prima igitur Limitatio Regulæ principalis
1 ſit, vt non habeat locum in appellatione à ſententia interlocutoria † licèt enim appellatio ab interloquutoria eximat appellantem a Iuriſdictione Iudicis à quo c. ad audientiam, & c. dilectus. ext. de appel. c. per tuas. de ſenten. excommu. c. licèt. eo. titu. lib. 6.
2 Crauet. conſi. 103. viſis. nume. 6. lib. 1. Nihilominus † ſi Iudex ea pendente procedat, non uidetur attentare, cum procede
3 re poſſit † quouſque ſit inhibitus, ad tex. in c. non ſolum. de appel. in 6. & eſt deciſ. Guid. Pap. 436. nume. 9. verſi. ſecundo quæro: Et quoniã materia huius limitationis ſicuti de per ſe ſatis lata eſt, ita etiam ſatis vtilem, ac quotidianam materiam continet, idcirco non abre eſt illam plenius tractare, quanto tamen breuius fieri poſſit per uiam Regulæ, & limitationum perſtringendo. Sed antequam ad rem ipſam deue
4 niamus, vnum neceſſariò præmittendum eſſet † uidelicet quæ dicatur ſententia interlocutoria: ſuper quo ſatis ſit remittere lectorem ad no. per Franc. in capi. cum ceſſante. numero 36. & ſequen. de appella. & Guid. Pap. deciſ. 12. præceptum. in fin. & Ioan. Bapt. pronepos Barto. in tracta. de arbitris. libro 9. capitul. 15. in princip. & deciſ. Toloſ. 48. & ibi Stefan. Aufrer. in addit. & Minſinger. conſilio 6. 1. decadis. nobilis. numero 17. & ſequen. in quibus locis dum declarant

Source : BIU Cujas

5 rant † triplex esse genus sententiarum, videlicet Diffinitiuam, Interloquutoriam,& Mixtam, satis ex eis quisque colligere poterit,quæ sit sententia interloquutoria ad propositum huius primæ limitationis,in qua.

6 Regula sit † quòd gesta, & processus factus pendente appellatione à sententia interlocutoria, regulariter non dicũtur attentata, nec ueniunt per modum attentati reuocanda,nisi in certis casibus, de quibus infra in limitationibus. Probatur regula expresse in dicto capitulo non solùm. de appellatio.in sexta.& est dicta decis.Guid.Pap. 436. numero 9.versiculo secundò quæro,& tradit latius Franc. in capitu. super eo. numero 6. & sequen. post Anto. de Butr. contra Panorm.ibi de appel.& post Lanfran. & alios tradit Ioan.de Neuizza. in consilio 6.non declines. numero 15. & Augu. Bero.in consilio 106.quatuor. numero 8. & sequen. libro 3. & post Socin.in regula.21. tradit etiam Lancell. Corrad.de. Prætore.§.2.de offic.prætor.in cauſ.ciuil.in capitu. de appellatio.sub numero 21. versiculo vigesimò quando, & ex ista
7 regula infertur.Primò † quòd pendente appellatione ab interlocutoria Iudex à quo potest recipere, & examinare testes abfuturos,vt late per Fely.in capitulo quoniam frequẽter. numero 19. & sequen. vt lit. non contesta. & facit Rot. decis.2. aliàs 50.nota, de testamẽ.in antiq.Ad quod dictum
8 vniuersaliter † quòd appellatione pendente Iudex à quo examinando testes ad perpetuam rei memoriam non attẽ. Vide Petr.Duen.in reg.42.numero 23. vbi allegat etiam Aflict.super constit.regni, de quo dicto latius infra hoc eodẽ capitulo in 38.limit.princip.& etiam in 43.limit.numero 3.
9 Hinc etiam, & secundò infertur, quòd † sententia diffinitiua, & possessio eius vigore capta pendente appellatione ab interlocutoria,antequam esset inhibitum, non dicitur attẽtata,aut sequestranda, etiam si Iudex appellationis sententiam interlocutoriam primi Iudicis, à qua fuerat appellatum, reuocasset, vt est in recollect. A.Aug.decis.9.incip.va-
10 cante.Quod dictum † quod executio facta pendente appellatione ab interlocutoria regulariter valeat,tenet, & firmat Ias.in consilio 187.circa primum,colum.3.versiculo quartò facit. lib. 2.Inde etiam,& tertio infertur illud vulgare,& vniuersale dictum,quod ponunt omnes Doctores in cap. cum
11 cessante, de appel. † Videlicet quòd Iudex potest pendente appellatione à grauamine reuocare grauamen.

Quæ illatio licèt plene, & vniuersaliter sit tractata per Franc.in dicto capitulo cum cessante. Cuius dicta retulit,& late reassumpsit Lancell.Corrad.in tracta. de Prætor. §.2.de offic.Prætor.in cauſ.ciuil.in capitulo de sentent.numero 9. & sequen.tamen quia plura per eum ibi dicta non respiciũt actum reuocationis faciendæ per Iudicem appellatione ab interlocutoria pendente, sed generaliter, an, & quando Iudex possit sententiam interlocutoriam reuocare, ne extra propositam materiam diuagari uideamur, ea tantum hic subnectemus, quæ reuocationem pendente appellatione faciendam concernunt,tum ex dictis per Franc.& Deci. ibi, tum ex aliis etiam doctoribus ibi, & alibi. Sit itaque in hac illatione.

Regula, quòd Iudex potest pendente appellatione à sua interlocutoria grauamen,& suam interlocutoriam reuocare,ad tex.in dicto capitulo cum cessante.ubi Deci. in 8, not. & Franc.in 6.not.& in capitu.si à Iudice,de appel.in 6. cum simil. & ex hac regula processisse videtur stilus repositionũ,
13 quæ consueuerunt fieri in Curia: † nam si illato per Iudicẽ grauamine ab eo pars appellet, & Iudex appellantem reponat,videtur reponendo reuocare illatum grauamen, quòd
14 si reponendo Iudex alteram partem grauet † potest illa à repositione appellare,& de hac repositione loquitur Rot. decis.12.aliàs.392.si auditor.de probat.in no.& in recollect.Caputaquen.parte 1.decis.265.incip.Iudex reposuit.

Amplia nunc regulam huius illationis. Primò vt non solum possit interlocutoriam reuocare, vt in regula, verùm
15 etiam † quòd illa reuocatio irritat, & annullat processum
16 per Iudicem ad quem,medio tempore factum † nam si post appellationem appellans Iudicem impetrauerit, & Iudex impetratus procedat, talis processus, subsecuta demum reuocatione interlocutoriæ, per primum Iudicem factus dicitur esse nullus,ut tradit post alios,de quibus ibi per eũ. Nic. Boer.decis.256.post prin.Secundò amplia,vt non solum Iu
17 dex † sed etiam arbiter suam interlocutoriam reuocare possit secundum Ioan. Bapt. pronep. Bart.in tracta.de arbit.lib. 9.capitu.15.nu.14.Limita regulam huius illationis. Primò,
18 nisi talis interlocutoria † haberet uim diffinitiuę,ut per Frã. vbi supra numero 9.versi.sed tamen limita.1. Quem refert, & sequitur Lancell.Corrad.vbi supra,versi.nisi interlocutoria.Quod dictum sublimita,ut non procedat, quando à tali interlocutoria uim diffinitiuæ habente fuisset per partem appellatum:quoniam hoc casu Iudex poterit illam reuocare: nam appellatio addit robur ad reuocandum, vt eleganter post alios considerat Capit. decis. prima, incip. in causa,
19 numero 27.& numero 29.Quæ † autem dicatur uim diffinitiuæ habere,vltra allegata per Franc.ibi uide Ruyn.consilio 78. in quæstione, numero 3. lib. 5. vbi etiam ille se remittit ad plene no.per Anto.de Butr.in consilio 6. & alios de quibus ibi per eum.Et faciunt ad hanc limitationem, quæ nos dicemus infra proxime in secũda sublimitatione huius primæ limitationis principalis, numero 51. vbi particulariter
20 posuimus hanc limitationem.Secundò,nisi † Iudex appellationi huiusmodi detulisset:quia post delationem non reuocat,ut ibidem per eum nume. 14.qui plura allegat, ad quod uide, quæ late diximus infra in quinta sublimitatione huius primæ limitationis principalis num.66.& Lancell.Corrad.vbi supra in 6.limit.Tertiò,nisi † sit inhibitum,ut per eũ
21 ibi nume.16.qui alios allegat.Cui adde Lanfranc. decis.459. incip.appellatione,& Corrad.vbi supra,versi. sextò si post receptam.de qua limitatione licèt probabiliter possit dubitari,vt eleganter ibi per eum: tamen retinendo eam, ultra ea
22 quæ considerantur ibi per Franc.intellige,vt procedat † quãdo inhibitio esset legitima,aliàs Iudex etiam post inhibitionem potest sententiam interlocutoriam reuocare,ut tradit Marant. in Speculo suo in tertia parte sextæ partis principalis quæst.secunda,numero 196.Item intellige nisi illa interlocutoria esset aliàs nulla: quia stante illius nullitate non obstante inhibitione potest reuocari, vt post alios tradit Ca
23 pit.in dicta decis.prima in causa,numero 30.Quartò † quando interlocutoria fuisset per Iudicem, aut partem mandata executioni:tunc enim non reuocatur ut per eum ibi nume. 20.vbi tripliciter exemplificat,& ponit etiam Corrad.ubi su
24 pra versi.nonò quando † quod tamen intellige nisi fieret re-
25 uocatio,vel de consensu partium † uel cum causæ cognitione, vt vltra Franc. ibi tradit Paris. in consilio 107. quæritur, numero 103.lib.3.& ex recentioribus Aug.Bero.in consilio 19.in causa,numero 23.& sequen. lib.3.Vbi numero 25. hãc
26 limitationem sublimitat † nisi ipsa interlocutoria fuisset in ualida, & lata absque causæ cognitione: tunc enim etiam quòd fuerit executa,potest per Iudicem reuocari.Cętera autem quæ vniuersaliter hunc articulum respiciunt, an scilicet Iudex possit suam interlocutoriam reuocare, vide ibidẽ per Fran. qui non minus late,quàm eleganter hanc materiã prosequitur,dic ut per eum.

Redeundo nunc ad principalem Regula huius Primę Limitationis,quæ est, quòd gesta appellatione ab interlocutoria pendente regulariter non sunt attẽtata, nec sunt per uiã attentatorum reuocanda per supradicta,illam amplia.

Primò, ut non solùm procedat in appellatione iudiciali
27 à sententia interlocutoria interposita: † verùm etiam in appellatione extraiudiciali: quo casu non reuocantur attentata, nisi in euentum causæ appellationis, ut dicemus infra hoc eodem capi. suo loco in tertia limitatione regulæ principalis,de attent.appellatione pend.numero 4.& ideo attentata per executorem pendente appellatione extraiudiciali à processibus suis interposita, non sunt per modum attenta
28 ti ante omnia reuocanda † nisi in euentum causæ,ut supra, vt est Rot.decis.44.aliàs 344.licèt,de appel.in no.& facit alia decis.43.aliàs 321. si appellatus, eo.titu.de appel.in no.licèt sub dubio forte loquatur,& no.Mil.in verb.attentata, versi. septimo, ubi hanc ampliationem videtur dupliciter limita-
29 re.Primò: vt non habeat locum † quando fuisset per appellantem oblata probatio causæ in appellatione expressæ, &
30 non fuisset admissus. Secundò † in appellatione extraiudiciali super electionibus Cathedralium,& regularium Eccle siarum: de quo dicemus nos infra in tertia sublimitatione huius Regulæ nu.49.

Limitatur nunc eadem Regula multipliciter,&

Primò,quãdo ueritas causæ in appellatione expressę fuerit per appellantem probata, & sic iustificata appellatione:
31 clarum est enim † quòd causa regulariter in appellatione ab interlocutoria debet exprimi.c.coram.de appel. in 6.clem. appellanti.eo.tit.Rot.decis.2.aliàs 7. si appelletur, de appell.
32 in no.† etiam si sit notoria,secundum Ant.de But. in c. vestra.de cohabit.cler.& mul.quem refert Mil. in verb. appel-
33 lans à grauamine tenetur, fol. 18. † nisi simus in interlocutoria,cuius iniquitas per allegationem iuris detegitur:quia tunc non requiritur expressio causæ, puta à decreto sequestri quod regulariter est prohibitũ,ut est decis. Cassad.quinta,dubitatum fuit.numero 2.& 4.de seq.possess.& fruct.Vn-
34 de cum † in dubio nunquam pro ueritate causæ in appellatione expressæ præsumatur, ut tradit Rot. decis.44. aliàs 344,licèt.numero 5.de appel.in no.necessariò requiritur hu
35 iusmodi causæ probatio, & appellationis iustificatio † quo facto,& non ante attentata post appellationem ab interlocutoria reuocantur.c.vt debitus.de appel. & per illum text.

Franc.

Source : BIU Cujas

Franc.in c.ſuper eo.el primo,in fi.eo.tit. & eſt text.clarus in c.non ſolum.de appel.in 6. Et hoc pro Regula neceſſaria in materia attentatorum,tam in interlocutoria iudiciali, quã extraiudiciali tenendum eſſe dicit Franc.in capitu.ſignificãtibus,numero 8.verſiculo vltimò tene menti.de appellatio. idemque ponit in c.interpoſita.in princ. eo.titu. & eſt deciſ. Rot.prima,aliàs prima, attentata in vltima addit. de appell. in no.& deciſ.trigeſimaquinta aliàs 234.ſi Rectòr,de appel. in no.& deciſ.8.aliàs 81.not.de appel.in antiquis. Cuius di
36 cti ratio illa eſſe poteſt † quia per iuſtificationem appellationis iuriſdictio Iudicis,à cuius interlocutoria eſt appellatum,dicitur eſſe ſuſpenſa,vt tradit Lap.alleg.prima,ſub nu.
37 6.in fi.Vnde ſtante † ſuſpenſione nõ eſt mirum, ſi ſubintrãt attentata: quæ ubi ſuſpenſio iuriſdictionis datur, conſiderãtur,ad no.per Docto.in cap.non ſolum.de appel.in 6.& no. Franc.in c.paſtoralis.col.tertia.nu.6.verſi.ſexto operatur,de appel.& poſt Didac.cap.23.pratic.quæſt. Hier. Manfred.lib. 2.pratic.concluſ.ſuper attenta.concluſ.116.Et in iſta prima limitatione iſta ſit Regula,quam Amplia.Primò: ut proce-
38 dat non ſolum quando veritas eſt actualiter probata † verum ſufficiat,probationem fuiſſe oblatam,& non fuiſſe admiſſam, vt tradit Mil.in verb. attentata poſt appellationem
39 † puta ſi quis à non admiſſione ſuarum exceptionum appel lauerit,& obtulerit incontinẽti probationem ſuæ exceptionis:hoc enim ſufficit quoad deuolutionem negocij,& reuocationem attentatorum,vt tradit Fran.in c. interpoſita.ſub nu.4.verſi.ſeptimò limita,de appel.& eſt deciſ. Rot.44. aliàs
40 344.licèt.ad fin.de appel.in no. quoniam eo ipſo † quòd appellans docet probationem oblatam, iuſtificat ſuam appellationem, ſecundum Mil. in verb. appellans à grauamine.
41 fol.16.† An autem requiratur realis, vel ſufficiat etiam verbalis oblatio,vide per Mil.vbi ſupra proxime, poſt Anto.de Butr.in dicto c.interpoſita,& Io.And.in c.ex parte. extra de
42 teſtibus. Secundò: ut procedat † etiam ſi cauſæ huiuſmodi expreſſio,& probatio fieret per relationem ad acta ſecundũ Lanfranc.deciſ.208.in appellatione. Hæc tamen ampliatio non eſt ſine dubio:cum multi contrarium tenuerint,ut no. idem Lanfranc.ibi,præſertim per ea omnia, quæ ponũt Domini deciſ. 2. aliàs. 7. ſi appelletur, de appel.in no.Tertiò ut
43 procedat † etiam ſi plures cauſæ fuiſſent in appellatione expreſſæ, & in iuſtificatione una tantum probata. c. ſignificauit,& c.ſignificante,& ibi Abb.& Deci.de appel. & eſt deciſ. Nic.Boer.74.incip.dico quòd ſic,nu.4.& ſeq. Quartò ut procedat,etiam ſi huiuſmodi iuſtificatio non fieret coram Iudi
44 ce à quo † ſed coram Iudice ad quem, quia & coram eo poteſt cauſa appellationis in interlocutoria expreſſa iuſtificari,& ea iuſtificata attentata venirent reuocanda,ad no.in c. interpoſita,vbi Franc.poſt prin.de appel. & tradit Lud. Gozad.in conſi.22.circa nu.15.Quintò videtur poſſe ampliari:
45 ut ſufficiat † cauſam in appellatione expreſſam eſſe probabilem, ad effectum, vt ſententia poſt appellationem ab interlocutoria, cum cauſæ expreſſione interpoſitam ſit ipſo iure nulla:tum quia ius eſt ſemper certum:tum quia in proceſſu cauſæ poterit apparere de iuſtitia, uel iniuſtitia illius cauſæ,ut poſt Franc.in c.ſæpe.in gl. in verb.rata, de appella. fuit tentum in una Aſten.occupationis ſedis,ſub die 12.Februarij 1552.vt eſt in recollect.Caputaquen.1.deciſ.118. incip.ſententia lata.Sublimita nunc hanc primam limitationem principalem.Primò,vt quod dicitur in regula huius limitationis,quòd tunc geſta appellatione ab interlocutoria pendente ſunt attentata, quando appellatio iuſtificata ſit
46 † non procedat, quando Iudex ad quem inhibuiſſet Iudici à quo: tunc enim etiam non iuſtificata appellatione geſta pendente appellatione ab interlocutoria tanquam attentata ueniunt reuocanda,ut eſt tex. in dicto c. non ſolum.§. illa vero. de appel.in 6. & dicemus latius infra in Octaua limitatione regulæ huius primæ limit. nume. 101. dum uniuerſaliter traditur, quòd facta inhibitione etiam poſt appellationem ab interlocutoria attentatur. Secundò: ut non
47 † procedat in ſententia excommunicationis, & cẽſurarum poſt appellationem ab interlocutoria latarum:quia illæ nõ valent,etiam quòd appellatio,& ueritas cauſæ in ea expreſ-
48 ſæ aliter non iuſtificetur,& ſolum † incumbit onus probãdi,quòd fuerint promulgatæ appellatione pendente,ut no. Franc.in c.bonæ.nu.35.verſi.ſecunda concluſio,ubi id dicit eſſe tenendum menti,de appel.per tex.in c.dilecti, ubi Imo. colum.5.eodem titu.Tertiò: ut non habeat locum in geſtis
49 poſt appellationem interpoſitam † in electione Eccleſiarũ Cathedralium,uel regularium, quicquid enim poſt dictam appellationem fit in huiuſmodi electionibus irritum eſt, & inane, etiam non iuſtificata aliter appellatione, vel oblata ſuper iuſtificatione probationis, ad no. in c. ſi poſtquam.de elect.in 6.& eſt deciſ.Rot.44.aliàs 344.licet.in fi.de appell.in no.& per eam tradit Mil. in verb. attentata poſt appellationem interpoſitam. Quæ licèt loquatur in appellatione extraiudiciali, multo magis procederet in appellatione ab interlocutoria iudiciali,ob iudicij calorem, ad not.per glo.& Docto.in l prima,in princip.ff.de verbo.oblig. Quartò ſub-
50 limita,ut non procedat, quando Iudex † appellationi ab interlocutoria detuliſſet:tunc enim etiam quòd non iuſtificetur appellatio, non poteſt procedere: quia per delationem abdicat à ſe iuriſdictionem, meritò ſi procedit, attentat,ut dicemus infra in quinta limitatione regulæ huius primæ limitationis principalis nu.66. vbi generaliter concluditur, quòd quando Iudex detulit (etiam quòd ſimus in interlocutoria) procedendo attentat.

Secundò Regula huius primæ limit.quæ habet,quòd geſta appellatione ab interlocutoria pendente non ſunt atten
51 tata † ſublimitatur non procedere, quando eſſemus in in-
52 terlocutoria Vim diffinitiuæ habente † quia illa regulatur ſecundum naturam diffinitiuæ,ut tradit poſt alios Alexan. in conſilio 182.in princip.lib.6.& poſt Socin.in Regu.21. tradit ex recentioribus Lancell.Corrad.de Prætor.§.2.de offic. prætor. in cauſ. ciuil. in capitulo de appel. ſub numero 21. verſiculo vigeſimò quando.Hinc eſt, quòd ſicut Iudex non
53 poteſt diffinitiuam ſententiam reuocare † ita nec interlocutoriam vim diffinitiuæ habentem.Franc.in c.cum ceſſante. numero 9.verſiculo ſi vero quæritur de interlocutoria uim diffinitiuæ habente tenetur ſeruare formam. c. cordi.de appel.in 6.ſicut appellans à diffinitiua. Mil. in verb. appellans ab interlocutoria uim diffinitiuæ habente, fol.13. & ibi additio,quæ allegat Matheſil.in notab.39.incip.nota quòd ab
55 interlocutoria. Et ſtatutum prohibens appellationem ab interlocutoria † non intelligitur de interlocutoria mixta, & quæ habet uim diffinitiuæ,ut poſt Bar. & alios in l.Titia. ff.de accuſat.& Bald.& alios per eum alleg. tradit Alciat. in conſi.12.rogatus,numero 5.lib.7.& quòd interlocutoria habens vim diffinitiuæ reguletur ut diffinitiua, per multa deducit Andr.Barbat.in conſi.31.bene cuncta geruntur, nu.3. lib. 3. Quod etiam eleganter demonſtrat Natta in conſilio 92.motiuum.numero 2.libro 1. Vnde licèt in ſpecie quoad materiam attentatorum hanc limitationem Doctores non
56 ponant † poteſt tamen in hoc tractatu attentatorum hæc æquiparatio admitti,argu.ab identitate rationis,& licèt contra hanc æquiparationem (& conſequenter præſentem limitationem) repererim poſtmodum, plurimũ facere, quæ ponit Guid. Pap. in conſilio 124. circa materia,vbi numero 3.firmat attentata,de quibus ibi,non reuocari poſt appellationem,quæ in caſu ſuo erat interlocutoria, etiam habens vim diffinitiuæ, ut ibi idem deducit, numero 1. Nihilominus ſuſtinendo hanc æquiparationẽ dicas,quòd licet Guid. Pap.ibi, numero 1. loquatur de interlocutoria habente vim diffinitiuæ:tamen nume. 3.dum dicit, quòd attentata in caſu ſuo non ſunt reuocanda, non fundat principaliter ſe in hoc,quòd illa ſit interlocutoria:ſed in hoc,quòd appellatio
57 erat inualida,& deſerta. † Quæ autem dicatur interlocutoria habens vim diffinitiuæ,vide apud Franc.in dicto ca.cum ceſſante.verſi.extra gl.nu.36. & ſeq. de appel. & per Ruin. in conſi.78.in quæſtione,nume.3.lib.5.ubi ſe remittit ad plene no.per Ant.de Butr.in conſi.6. & alios, de quibus ibi per eũ, & per Deci.ibi nu.15.ubi in id allegat Aret.in conſi.20.q.1 & in conſi.106. in præſenti dubitatione,& nouiſſime per Minſinger.in conſ.6.nobilis,nu.20.in prima decad.vbi etiam elegan ter declarat,quæ dicatur ſententia diffinitiua.

Tertiò,Regulã huius primæ limitationis ſublimita, † ut
58 non habeat locum, quando Iudex, à cuius interlocutoria eſt appellatum,appellanti terminum aliquem,aut ad proſequendum appellationem,aut ad audiendũ reſponſum præfixit:tunc enim Iudex etiam quod appellationi non detuliſſet,non poteſt appellatione ab interlocutoria pendẽte procedere,ut eſt tex.& ibi gl.no. (indiſtincte loquens tam in appellatione à diffinitiua, quàm ab interlocutoria) in uerb. diem,in c.perſonas.de appel. quã ſequitur Panor. ibi & Frã. nu.19.& ſeq.col.fi.verſi.in eadem gl.ibi pro qua limitatione allegat etiam tex.& ibi Bal.in l.appellatione.C.de appel.qui dicit,quod eſt ſingularis limitatio ad c.nõ ſolum. de appel. in 6.& per conſequens ad regulam huius primæ limitationis principalis,& ratio eſt, quam aſſignant Panorm. Franc.
59 & Bald.in dictis locis † quia huiuſmodi termini præfixio habet vim dilationis, dilatione autem pendẽte Iudicis officiũ conquieſcit.c.ſignificante.de appel. & latius dictum eſt ſupra c.7.de attent.dilatione pendente,per totum.

60 Quartò ſublimitatur, ut non procedat † quando Iudex, à cuius interlocutoria appellatur,debite requiſitus non dedit apoſtolos, tunc enim poſt huiuſmodi requiſitionem, & denegationem apoſtolorum nõ poteſt in cauſa procedere, & ſi procedat irritus,& inualidus eſt proceſſus,ut eſt text. in c. cordi, & in c.ab eo.de appel. in 6.licèt enim appellatione ab in-

Source : BIU Cujas

ab interlocutoria pendẽte regulariter Iudex, antequam inhibeatur, procedere poſſit ſine periculo attentatorum. c. nõ ſolum. de appel. in 6. id tamen locum non obtinet facta huiuſmodi requiſitione, & denegatione apoſtolorum, quo caſu † etiam ſi aliàs potuiſſet procedere (puta, quia appellatio eſſet fruſtratoria) vlterius non procedet, ut tradit notabiliter gl. fi. in d. c. ab eo, & in c. cordi. in verb. exhiberi, de appel. in 6. cui adde deciſ. Lanfran. 448. licèt Iudex. Quam limitationem † declara, niſi appellans ſuæ appellationi renunciaſſet, vt dicit tex. in d. c. ab eo, & gl. ibi, & Lanfranc. in d. deciſ. puta per comparitionem coram Iudice à quo, ad no. in cap. gratum. de offic. deleg. † niſi comparuiſſet ad effectum docẽdi de grauamine, ad no. in c. ſi à Iudice. de appel. in 6. Aduertendum tamen eſt, quòd iſta limitatio uidetur reddi dubitabilis, ex no. per Rot. Biſign deciſ. 30. nu. 18. verſi. à grauamine, in fi. vbi ult, quòd ſi appelletur à grauamine uiua uoce, & non in ſcriptis, & petantur apoſtoli, & Iudex non dando apoſtolos in cauſa procedat, dicitur proceſſus valere. Niſi dicas deciſionem procedere in appellante ab interlocutoria interpoſita viua voce, & ſine ſcriptis contra formam dicti c. cordi, & c. ab eo, & propterea non debet videri mirum, ſi nõ ſeruata forma dictorum Iurium, non reſultat effectus inualiditatis proceſſus: qui introducitur per dicta iura, & iſta videtur etiam intentio Biſign. ibi in verſi. ſecus crederem, ſi eſſet ipſo iure nulla. Quid autem econtra † ſi appellans ab interlocutoria ante dationem apoſtolorum Iudicem impetret, & ille de facto procedat, an huiuſmodi proceſſus factus appellatione pendente ante dationem apoſtolorum valeat, uidetur concludendum, quòd ſic, vt eſt deciſ. Biſign. 2. num. 6. verſi. vtrum ſi appelletur à grauamine, vel ab interlocutoria, quam de iure veram dicit ibi Biſign. licèt † cancellaria non daret Iudicem, ſi ſibi exprimeretur pendere terminum apoſtolorum, de quorum omnium veritate dicemus latius infra, in 13. c. de attent. pend. termi. apoſto. petend. numero 5. & per tot.

Quintò ſublimitatur, ut Regula non procedat † quando Iudex appellationi à ſua interlocutoria interpoſitæ detuliſſet: tunc enim obſtante delatione non poteſt ultra procedere, cum per delationem abdicauerit à ſe omnem iuriſdictionem, & breuiter in hac quinta ſublimitatione iſta ſit Regula, quòd Iudex poſtquam detulit appellationi, non poteſt vltra procedere † quia per delationem cenſetur abdicare à ſe omnem iuriſdictionem, & in ſuperiorem transfundere, ut in c. cum appellationibus, de appel. in 6. & tradit Ioan. And. in c. cum ceſſante, & alij relati ibi per Frãc. nu. 14. verſ. quintò limita, de appel. † nec illam recuperaret, ſi grauamen, & interlocutoriã reuocaret, ut eleganter per Pariſ. conſi. 106. Bonifatius nu. 6. & nu. 25. lib. 4. & nouiſſime Oſaſc. in deciſ. Pedemont. 131. decreto. nu. 10. Quam regulam Amplia Primò † vt procedat, etiam ſi appellatio eſſet ſine cauſa, ut tradit Pariſ. in d. conſi. 106. cui adde Rolan. de Vall. conſi. 77. viſo, ſub num. 2. lib. 2. Secundò, etiam † ſi eſſet interpoſita ſine ſcriptis. Pariſ. & Rolan. vbi ſupra, quibus adde in recollect. Acchill. de graſſ. deciſ. 2. appellatio. de appel. Tertiò etiam † ſi non eſſent petiti apoſtoli, ut per Pariſ. & Rolan. vbi ſupra. Quartò: ut poſt delationem † non poſſit vltra procedere, etiamſi vellet reuocare grauamen † etiam de conſenſu partium, ut eſt deciſ. Rot. 8. aliàs. 70. ſi Iudex, de appel. in no. deciſ. 49. aliàs. 363. ex hoc, de appel. in no. Quintò † etiamſi res eſſet integra, vt no. in ſupradictis deciſ. 8. & 49. & no. Mil. in verb. Iudex deferendo, & uerſi. ſeq. fol. 175. quamuis hãc, & ſuperiorem ampliationem Franc. in d. c. cum ceſſante, nu. 14. verſi. ſecundò aduerte, videatur nõ tenere, & fortaſſe probabiliter ex rationibus per eum conſideratis, & alijs quæ latius proſequitur Iacob. Henric. in conſ. 34. vtrum Iudex. lib. 3. per tot. ubi eleganter hanc opi. tuetur, quòd Iudex à quo, poſtquam detulit, poteſt re integra, vel de conſenſu partiũ procedere, præſertim col. 2. verſ. in contrarium, & col. penul. nu. 17. vbi ſubdit, quòd hęc opinio videtur eſſe æquior, & humanior, & cæteris copioſius hanc materiã tractat, licèt non admodum ordinare. Sextò † etiam ſi Iudex nõ expreſſe, ſed tacite appellationi detuliſſet, puta † dando acta pro apoſtolis, vt dicit dicta deciſ. 8. aliàs. 70. ſi Iudex, de appel. in no. † Vel etiam nihil reſpondendo de apoſtolis, ut in pulchro caſu tradit Lap. alleg. 124. factum, verſ. ſed contrarium. Septimò, † etiamſi per Iudicem ad quem ſibi non fuerit inhibitum: quia delatio ſua abſque alia inhibitione ſibi manus dicitur ligaſſe, ſecundum Rolan. de Valle in dicto conſ. 77. viſo. ſub nu. 2 lib. 2. nam quoad effectum ſuſpẽſiuum videntur æquiparari, vel quòd appellationi ſit delatum, vel quòd iudici ſit inhibitum, ut poſt. Bar. in l. eius qui. nu. 5. de appel. recip. tradit nouiſſime Pet. Ant. Anguſſol. in conſi. 47. gerens. ſub nu. 2. lib. 3. Octauò, ut procedat, non ſolùm ſi Iudex ipſe deferat † verũ etiam ſi detulerit ſubdelegatus ab eo, cum clauſula, donec uices ſuas duxerit reuocãdas, ſi ante reuocationem detulit, vt eſt deciſ. Biſignett. 21. aliàs. 30. nu. 21. incip. an executore, in tit. de appel. & dicemus etiam infra hoc ca. in ſexta limit. princip. nu. 22. Nonò, ut delatio operetur prædictum effectum, etiamſi ſimus in criminalibus, & in ſententia lata contra confeſſum, & conuictum, quæ licèt aliàs executioni demandetur, non obſtante quòd ab ea fuerit appellatum, ad notata per omnes in c. Romana. §. ſi autem. de appellationibus in 6. ſi † tamen Iudex illi detulerit, executio retardatur: ut fuit notab. dictum Ang. in l. conſtitutiones. ff. de appellationibus, & ante eum Bald. in l. 1. col. 13. C. de cõfeſſis, quos refert, & ſequitur Aufr. in addit. ad deciſ. Tholoſ. 176. ad med. verſicu. & de materia. Decimò amplia, ut Iudex poſtquam appellationi, etiam friuolæ detulit, nec etiam ſuã delationem reuocare poſſit, ut poſt Gemin. in c. cum appellationibus. §. ſi uerò Iudex. col. 1. de appel. in 6. tradit Pet. Anto. Anguſſol. in d. conſi. 47. nu. 3. lib. 3. Limita nunc regulam in hac quinta ſublimitatione poſitam. Primò niſi † per Iudicem ad quem cauſa remittatur, vt in d. c. cum appellationibus, & tradunt Domini in dicta deciſ. 8. & 49. Secundò, quando † eſſemus in Iudice ordinario, uel alio, qui poſſit per viam querelæ adiri: quia ſi ab eius interlocutoria appelletur, partes poſſunt re integra, etiam hac appellatione pendente coram eo comparere, & proceſſus ualet, ut ſentiunt Domini dicta deciſ. 49. circa. fi. quos in hoc ſecuti ſunt Mil. in verb. Iudex deferendo, fol. 175. & Franc. in d. c. cum ceſſante. nu. 14. verſ. ſed aduerte primò. Tertiò, quando delatio nõ eſſet facta ſimpliciter, ſed cum clauſula ſolita, ſi & in quantum, †† quoniam hoc caſu ſi de iure non erat deferendum, non cenſetur delatum, ut tradit Ruyn. conſi. 61. in lite. num. 27. lib. 5. & no. Marant. in Spec. in q. 2. tertiæ partis ſextæ partis principalis, nu. 200. & nouiſſime tradit Rolan. in d. conſi. 77. uiſo. nu. 18. lib. 2. poſt Bald. in l. edita. col. 17. C. de edend. Ang. in conſi. 207. col. 3. verſi. non obſtat. Roma. in cõſi. 501. col. 2. Peruſin. in c. ſæpe. col. 2. de appel. (qui dicit hoc eſſe tenendum menti: quia multi id non intelligunt) Fely. in c. cũ contingat. col. 3. de offic. deleg. Soci. in conſi. 18. col. pen. lib. 1. & Alcia. in conſi. 406. nu. 3. & nouiſſime Mod. in anno. ad Aegid. nu. 168. Ad idem eſt hodie bona deciſ. ſenat. Pedemõ. quinta, incip. certa die. nu. 9. uerſ. nec obſtat clauſula, ubi plerique ex ſupra citatis allegantur. Quod etiam nouiſſime ſecutus eſt Menocch. de adipiſcẽ. poſſ. remed. 4. q. 100. nu. 868. poſt Nattam in conſi. 566. nu. 5. lib. 3. & de recuperand. poſſ. in 9. remed. nu. 331. ubi ultra præallegatos citat etiam Grat. conſi. 26. nu. 211. lib. 2. & Plot. in l. ſi quando. nu. 159. C. unde vi. Quibus adde, & idem tenet Pet. Calephat. inter conſi. matrimonial. lib. 1. conſi. 76. in cauſa. nu. 17. & Alcia. in cõſi. 48. in hac attentatorum cauſa. nu. 4. lib. 6. & poſt aliquos ex ſupra allegatis, ac etiam Soci. in conſi. 47. nu. 6. lib. 4. tradit Lancell. Corrad. de Prætore. §. 2. de offic. præt. in cauſ. ciuili. in c. de appel. nu. 10. Et ideo aliàs in una Aret. Cappellaniæ corã D. meo Oradino ſub die 10. Martij. 1559. fuit tentum, quòd ſi de iure appellationi erat deferendum, quamuis non ſimpliciter Iudex appellationem admittat, ſed cum dicta clauſula, ſi, & in quantum, & terminum ad proſequendum præfigat, talis admiſſio operatur, ut ſpolium poſtea commiſſum dicatur attentatum; Quæ limitatio poteſt notabiliter ampliari ex his, quæ habentur in dicta deciſ. quinta. Pedem. numero 9. ut procedant † etiamſi appellatio per Iudicem cum dicta clauſula admiſſa fuiſſet per principem, & ſuperiorem commiſſa, & alteri delegata † etiam cum decreto irritanti, quòd quicquid ſecus factum fuerit, eſſet irritũ, & inane: nam ſi illa appellatio. tanquam friuola de iure non erat admittenda (quia illa non cenſetur admiſſa) nec etiam decretum hoc caſu cenſebitur actus factos poſt dictam appellationem, & eius commiſſionem irritare, ea ratione, quia tale decretum tãquam acceſſorium ad appellationem, & interpoſitum, & adiectum diſpoſitioni conditionali non uerificata conditione nõ operatur effectus ſuos, ut late, & elegante in d. deciſ. num. 9. & pluribus ſeq.

Quarto: quia † licèt Iudex poſt delationẽ non poſſit procedere ad vlteriores actus in lite, poteſt tamen etiam pendente appellatione præfigere appellanti terminum ad proſequendam appellationem † etiam ſi non incontinenti: ſed ex aliquo interuallo id faciat, ut eſt deciſ. Rot. 50. alias 356. ſi appelletur, de appel. in no. & per eam Mil. in uer. Iudex, qui detulit. folio 175. licèt aliqui tenuerint contrarium, ut per Dominos ibi.

Quintò, † quando eſſemus in interlocutoria prolata a duob. Iudicibus, quorum unus detulit, is enim ſi antequã alius deferat, uelit ſuam delationem reuocare, hoc facere poteſt, & non obſtante tali delatione actus reuocationis ualet, & tenet, ut fuit not. dictum Ang. & Bald. in l. ſi cum dotem. §. eo tempore. ff. ſolut. matrimon. quos ibidem refert, & ſequi-

Source : BIU Cujas

& ſequitur Alex.num.3.ubi etiam alios allegat,& inter cæ-
89teros Roma.ibi,hoc dictum intelligentem † niſi talis appellatio (cui fuiſſet, ut præfertur, delatum) interpoſita fuiſſet ad ſedem apoſtolicam. Quæ tamen Roma.opi.ab Alex.ibi non tenetur.

Sextò ſublimitatur hæc prima limitatio regulæ princip.
90 † vt non procedat in excommunicatione: quia licèt Iudex pendente appellatione ab interlocutoria poſſet regulariter procedere,vt in noſtra regula, ad actum tamen excommunicationis procedere non poteſt: Regulare enim eſt, quòd excommunicatio prolata poſt appellationem legitimã eſt nulla,vt eſt tex.& ibi no.Franc.in c.ad præſentiam.in princ. de appel.& aliquid etiam per Fran.in c.ſæpe,in gl. in verb.rata,ſub nu.3. eo.tit. & diximus latius ſupra in 8.ampliatione
91 prin.nu.1. Amplia hanc limitationem,vt procedat † etiam ſi veritas cauſę appellationis non probetur:quoniam etiam hoc caſu ad inualidandam excommunicationis ſententiam ſolum ſufficit probare fuiſſe prolatam poſt appellatio nem.Franc.in cap.bonæ.nume.35.verſi.ſecunda concluſio, de appellatio.

92 Septimò ſublimatur † vt non procedat in grauamine & actu irreparabili:quia ad illum poſt appellationem ab inter locutoria Iudex procedere non poteſt, puta ſi ſententia interlocutoria contineat grauamen irreparabile,& executio-
93 nem irretractabilem † prout eſt de aliquem torquendo:hoc
94 enim caſu ſtatim † abſque alia inhibitione ſunt ligatæ manus Iudicis à quo,vt tradit Marant.in Spec.q.2.tertiæ partis, principalis,nu.201.Bal.in l.generaliter.§.ſed iuramento,col. 2.verſi.ſed quid ſi eſt talis interlocutoria.C.de reb.cred.& de iureiur.& tradit Pet.Duenas in reg.52.limi.1. nu.1. vbi alle-
95 gat rationem:quia † ſcilicet per diffinitiuam non poteſt tortura inflicta reparari,vt in l.2.ff.de appel.recip.& tradit gl.in cle.1.in verb.ipſo iure,de hæret.& poſt Bal.vbi ſupra, tradũt apoſtillãtes ad deciſ.Rot.58.aliàs 412. ſi appelletur, de appel. in no.& late ponit Carauit.Ritu.259.ſub nu.10. vbi hoc cau
96 tius eſſe,& ita communiter ſeruari atteſtatur. † Dicitur aũt grauamen irreparabile,quando continet factum:quia cum infectum fieri non poſſit,habetur pro irreparabili ſecundũ eum poſt Docto.in l.quod iuſſit.ff.de re iud.Quod ampliari
97 poteſt.Primò: vt procedat etiam, quando † grauamen eſſet reparabile,ſed cum magna difficultate; quoniam nec tunc Iudex poteſt procedere,ita Bar.in l.1.§.quæſitum. de appell. & in l.2.C.de appel. recip. quẽ ſequitur Fel. in c.accepimus. nu.5.de fid.inſtr.ut refert Pet.Duen.reg.52.in 13.limi.nu.13. Quos etiam allegat nouiſſime Menocch.de adipiſcen. poſſ. remed.4.q.100.nu.866.vt diximus, de appel. in poſſ.prohib. vel permiſſa,in 6.ſublimi.regulę ibi poſitę,in qua quamplu ra de huiuſmodi irreparabili præiudicio tetigimus.Secũdò,
98 vt per appellationem † hoc caſu in tantum ſint legatæ manus Iudicis, ut non ſit expectandum,quòd Iudex ad quem inhibeat,ut per Marant vbi ſupra,nu.21. Cui adde, quæ eleganter tradit Catell. Cott.in memor. in verb. appellatione
99 interpoſita, poſt Bal. in rub. C.comminat.epiſt. † loquẽtem de appellatione à tortura,vt confeſſio poſtmodũ facta non valeat,quod pro ſing.ſecutus eſt Veronẽ. cautel.325.ſi quis timet,& Laſ.in l.1.col.19.circa fi.ff.de offi. eius, & in l. de pupillo. §. ſi quis riuos. ff.de no. oper. nunc.vt per eum latius
100 ibi.Tertiò amplia,† vt hoc caſu volenti procedere ad execu tionem ſpreta appellatione poſſit etiam impune reſiſti, ut fuit ſingulare dictum Ang. in l.addictos. C. de appel.Quod pro ſing.celebrat Veronen.caut.6.potes adhibere,& Fely. in c.quærenti.col.pen.poſt prin.de offi.deleg.quos refert, & ſequitur Cattel.Catt.in memor.in dicto verb.appellatione interpoſita nil.inno.fol.39.

Octauò Regula huius primæ limitationis ſub limitatur;
101 vt non procedat,quando Iudici fuiſſet inhibitum † tunc.n. quicquid poſt inhibitionem huiuſmodi innouatũ eſt, per Iudicem appellationis ante omnia in priſtinum ſtatum eſt reducendum, vt dicit formaliter tex. in dicto capitulo non ſolum.§.illa verò,de appellatio.in ſexta,& tradit Deci.in ca. bonæ,numero ſecundo de confir.vtil.vel inutil.prout eum refert Ioan.Bapt.de Aſin.in ſua praxi.Iudic. §.31. capitulo 2. in ſecunda limit. princip. ſub numero 4. quod etiam ſenſit Socy.in conſilio 45.viſa,numero 8.lib.1. & ratio eſſe poteſt:
102 † quia inhibitio facit illicitum, & impedit fieri, quod ante licuiſſet, vt dicemus per plura exempla infra, capitulo 20. de attent.poſt inhibitionem,in prima ampliat.& propterea
103 de ſtylo Rotæ eſt † quòd geſta poſt inhibitionem cenſentur attentata, etiam quòd appellatio non fuerit iuſtificata, vt fuit tentum in vna Valentin.della plebe, vt eſt in recolle. Acchil.de Graſſ.deciſ.27.incipien. attentata de ſtylo, de attenta.vbi etiam aſſignat huius ſtyli rationem:quia ſcilicet ſi ſumus in Curia de facili poteſt adiri Princeps pro remedio, ſi verò ſumus in partibus:quia non eſt aperienda via inferio ribus,vt inhibitiones negligant. Hæc tamen limitatio de inhibitione non uidetur fuiſſe aliàs tenta in una Anconitana attentatorum pro Fiordeliſijs contra congregationem græcorum coram. D. meo Oradino ſub die 18.Decembris 1562. in qua pro parte,græcorum præſupponebatur fuiſſe appellatum à grauaminibus ante diffinitiuam coram Auditore Cameræ, & ab eo obtentam inhibitionem vigore dictæ appellationis, & prætendebatur geſta poſt dictam inhibitionẽ fore attentata,quæ tamen Rota declarauit non eſſe attentata.Niſi dicas (ut ex facto ibi colligitur) quòd ideo illa inhibitio non eſt operata effectum attentatorum: quia erat ſubreptitia, & impetrata tanquam uigore appellationis à diffinitiua, ſeu uim diffinitiuæ habente, quod in facto erat falſum,ſubreptitia enim inhibitio non uidetur cauſare attenta ta, Pariſ. conſilio 172. in cauſa. numero 3. libro 4. Rolan.à Valle conſilio 77.viſo. numero 27. lib.ſecundo, & dicemus latius infra capitulo 20. de attent. poſt inhibit. in 12.limita.
104 per totam. An autem † inhibitio de neceſſitate requiratur in appellatione ab interlocutoria ad hoc, ut Iudex à quo non poſſit procedere, videntur Doctorum eſſe diuerſæ opiniones,Franc.in dicto.§.illa verò.colum. 2.in fi. dixit,quòd requiritur,aut quòd ſit facta inhibitio, aut quod cauſa in appellatione expreſſa ſit vera, ita intelligendo. deciſ. Rot. 20. aliàs 130.ſi poſt,de appel.in no.ſimpliciter dicentem, quòd proceſſus factus per Iudicem à quo poſt appellationem legitimam eſt nullus, quem uidentur ſequi Pedemontani de ciſ.quinta certa die. numero 8. Alexan. verò in conſilio 99. viſis.numero 3.libro quinto tenet, quòd inhibitio requiratur:ſed prima opin.videtur verior,quòd ſufficiat, aut inhibi tio,aut verificatio cauſæ,vt in dicta deciſ.quinta,ubi ſub nu mero 7.verſiculo non obſtant in contrarium adducta, poſt Franc.in capitulo non ſolum.§.fina.colum.penul.in princi. de appel.in 6.ad propoſitum huius limitationis id etiam no
105 tabiliter dicunt † quòd ad reuocandum attentata poſt huiuſmodi appellationem nõ ſufficit, quòd Iudex à quo ſciat Iudicem ad quem incepiſſe cognoſcere de ueritate cauſæ appellationis.

106 Nonò ſublimitatur, ut non procedat † in ſententia diffinitiua,à qua ſit appellatum,lata tamen poſt appellationem antea interpoſitam ab interlocutoria. Vnde licèt pendente huiuſmodi appellatione ab interlocutoria Iudex regulariter poſſit procedere ad ſententiam:tamen non poteſt procedere: quia ſi illam proferat,reuocatur per uiam attentati, ſi credimus Franc.qui hunc caſum ponit in c.interpoſita, ſub numero 4 verſiculo octauò limita,de appel. & quamuis au
107 ctoritas Franc. præſertim in hac materia non uideretur negligenda, in hoc tamen † ego ab initio plurimum ſubſiſtebam:quia glo.quam ipſe allegat in clemen.1. in glo. magn. in fin.verſic.ſed ſecundum hoc, de dol. & contuma.non videtur id clare tenere, ſed incidenter protuliſſe, & demum contra eius opin.tenendum eſſe cenſui, poſtquam reperij, quòd ita fuit tentum coram. A. Auguſtino, vt eſt in recollect.eius deciſ.nona,quæ incip.vacante,in qua fuit dictum, quòd ſi poſt concluſum in cauſa Iudex det alium terminũ, & ab eo appelletur,& committatur cauſa appellationis, & primus Iudex ante inhibitionem pronunciet, & inſuper is, in cuius fauorem fuit pronunciatum, capiat poſſeſſionem, talis poſſeſſio non dicitur attentata, nec uenit reuocanda, etiam ſi Iudex ad quem primam ſententiam reuocaſſet. Vn de ſi ipſa poſſeſſio non dicitur attentata, multo minus erit cenſenda attentata ipſa ſententia.

Decima ſublimitatio ad hanc primam limit. principalẽ poteſt colligi ex dictis Aegid.Bellam.deciſ.84.executoria,ut nõ procedat in appellatione interpoſita à taxatione expẽſarũ:ſentẽtia enim ſuper taxatione expenſarũ vĩ interlocutoria, cum negociũ non diffiniat ſm Doct.in c.cum ceſſante, vbi Fran.de appel.col.15.uerſi.17.ſententia. nu. 53. de appel.
108 & tñ † dicit formalitet Aegid.ibi,quòd executoria impetrata ſuper executione trium ſententiarũ, & taxationis expenſarum tertiæ ſententiæ,pendente tñ appellatione à dicta taxatione,& proceſſus inde ſecuti,quoad articulũ cauſæ ſunt nulli ipſo iure.Pro qua plurimũ facit,quod aliàs ſenſit Rota in una Toletana matrimonij corã. D. meo Oradino ſub
109 die 11.Martij.1556.† quòd ſi appelletur a taxatione expenſarum,quicquid poſtea fit circa expenſas, dicitur attentatũ. Verum quia nõ vĩ poſſe conſiderari bona ratio diuerſitatis interlocutoriam taxationis expenſarũ,& alias interlocuto rias,quamuis dictæ deciſiones in ſe ueræ ſint,tamen de veritate huius limitationis valde ſubſiſtendum cenſeo, præſertim de eo quod in ea præſupponit, quòd ſententia taxatio-
11 nis expenſarum ſit interlocutoria † cũ immo videatur diffinitiua:tum quia põt dici pars diffinitiuæ ſententiæ, ex quo ſolet taxatio in diffinitiua reſeruari: tum quia ſatis vĩ negocium diffinire,cum per eam ſoleat lis finiri,& nullus actus

poſt

Source : BIU Cujas

poſt ea m ſit faciendus,aut expectandus, & nullã aliam ſententiam poſt ſe expectet,quo caſu interlocutoria dr̃ habere vim diffinitiuæ,vt poſt Imo.ibi,& Bar.in l. quod iuſſit, de re iudi.no.Franc.in d.c.cum ceſſante.col.4.in prin.verſi.ſi verò quæritur de interlocutoria,nu.8.& melius col.15. verſi.17. ſententia.nu.53.ſed ſicut hæc deciſ.non placuit Aegi. vt idē dixit ibi in conſilijs,& ſolum proceſſit ex authoritate dñi Viuarienſis,ita mihi vr̃, q̃ non poſſit adaptari pro limitatione ad regulam, tum quia deciſ. non fundatur in pendentia appellationis,ſed in diſpoſitione dicti c.ſuper literis,tum quia non video bonam rationē diuerſitatis inter interlocutoriã taxationis expenſarum,& alias interlocutorias.

Ex quibus ſatis apparet quomodo ſit intelligenda Regula huius primæ limitationis principalis,cum illa nō ſit perpetua,ſed in omnibus ſupradictis caſibus reſtringatur.

Limitatio II.

SVMMARIVM.

1 *Attentata non dicuntur geſta in vna cauſa licèt pendeat appellatio in alia,& diuerſa cauſa inter eaſdem perſonas.*
2 *Ex diuerſis non fit illatio.*
3 *Appellationis cauſa an cenſeatur eadem, vel potius diuerſa ab ea, quæ pendebat in prima inſtantia remiſſiuè.*
4 *Diuerſa inter ſe illa dicuntur,quæ diuerſitate factorum recipiunt ſeparationem.*
5 *Diuerſa quoque illa dicuntur,quæ non habent in aliquo impugnare, aut impedire negocium principale,*
6 *Appellatio à non admiſſione exceptionis,qua quis concludebat ſe non teneri,niſi inquantum facere poterit,dicitur eſſe in cauſa diuerſa à cauſa,in qua prætendebatur debitor.*
7 *Appellatione interpoſita à reiectione exceptionis compenſationis, poteſt nihilominus procedi in cauſa principali.*
8 *Hæres opponens in exceptione inuentarij ſi appelletur appellatio dicitur eſſe in cauſa diuerſa à negocio principali.*
9 *Appellatio à condemnatione expenſarum in aliquo articulo ratione contumaciæ dicitur eſſe ſimiliter in cauſa diuerſa.*
10 *Connexa,& coniuncta illa dicuntur, quæ ex continentia factorum ſeparationem non recipiunt.*
11 *Sententiæ tot ſunt,quot ſunt,illius capita.*
12 *Appellatio interpoſita à ſententia lata in vna cauſa,ſeu articulo non ſuſpendit iuriſdictionem Iudicis à quo in alia cauſa,ſeu articulo.*
13 *Attentata regulariter non dicuntur geſta in vna cauſa,ſeu articulo pendente appellatione in alia cauſa ſeu articulo.*
14 *Cauſa vna ab alia ſeparata non ſuſpenditur.*
15 *Appellatio non ſuſpendit iuriſdictionem quo ad ea, quæ non ſunt in appellatione deducta.*
16 *Nec quoad perſonas in appellatione non compræhenſas.*
17 *Arbiter per pronunciationem in vna cauſa,ſeu articulo non perdit iuriſdictionem in alia cauſa,ſeu articulo.*
18 *Appellatio,& litis pendentia in poſſeſſorio non ſuſpendit, neque impedit executionem in petitorio.*
19 *Nec econuerſo ſecundum communem opinionem.*
20 *Priuilegium,vt pendente cauſa attentatorum fatalia non curant,non extenditur ad cauſam diuerſam.*
21 *Appellans à ſententia in qua fuit pluribus(ex diuerſis tamen cauſis)condemnatus, ſi in appellatione unius tantum nomen expreſſit per non nominatos poteſt fieri executio,quaſi in cauſa diuerſa.*
22 *Etiam ſi Iudex appellationis ad inſtantiam appellantis inibuißet, ſecundùm communem opi.*
23 *Attentata dicuntur geſta appellatione pendente in articulis ſibi inuicem connexis.*
24 *Appellatio vbi eſt interpoſita omnia illa,quæ tangunt articulum,à quo eſt appellatum dicuntur attentata.*
25 *Appellatio ab excommunicatione contra eum lata, qui noluit articulis reſpondere;quia fuit occaſione cauſæ principalis, ſuſpendit appellationem in tota cauſa.*
26 *Appellans à ſententia,quatenus contra, ſi quoad medietatem obtineat, quoad aliam reus abſoluatur,appellatio ſuſpendit totam cauſam.*
27 *Connexitas cauſarum,quoad effectum attentatorum debet eſſe talis, vt ſententia in vna cauſa, ſeu capite lata pariat exceptionem rei iudicatæ in alia.*
28 *Appellatio etiam extraiudicialis facit attentata in cauſis, & articulis. vt ſupra connexis.*
29 *Etiam ante inhibitionem.*
30 *Geſta etiam in articulis connexis,pendente tempore ad appellandum nō dicuntur attentata ſecundum aliquos.*
31 *Contrarium videtur verius.*
32 *Appellatio interpoſita à ſententia Iudicis delegati in una cauſa an ſuſpẽdat Iurisdictionem, etiam in alijs cauſis.*
33 *Quid in ordinario?*
34 *Iudex à quo non poteſt procedere etiam in articulo ſeparato, quando Iudex ad quem inhibuiſſet in tota cauſa ſecundùm aliquos.*
35 *Contrarium fortaſſe uerius videtur.*
36 *Inhibitio dubia non videtur cauſare attentata,quoad diuerſos articulos, & quoad diuerſas perſonas.*
37 *Delatio in uno articulo, etiam ſeparato ſuſpendit Iuriſdictionem in tota cauſa ſecundùm aliquos.*
48 *Oppoſitum uidetur tenendum.*
39 *Geſta in cauſa principali pendente appellatione in articulo ſeparato,iuſtificata demum appellatione, tanquam attentata reuocantur,ſecundùm aliquos.*
40 *Licet id non videatur omnino tutum.*
41 *Appellatio etiam in cauſa diuerſa interpoſita impedit executionem in alia cauſa, quando per probationes in ea factas executio poſſet ſtatim excludi.*
42 *Executio in poſſeſſorio impeditur per appellationem in petitorio, quando petitorium per executionem dominij incontinenti probandam excluderet poſſeßorium.*

SEcunda principalis limitatio Regulæ principalis ſit, vt non habeat locum, quando eſſemus
1 in diuerſa cauſa: † Geſta enim in una cauſa,ſeu articulo non dicuntur attentata, licèt pendeat appellatio in alia cauſa,ſeu articulo.

Quæ limitatio licèt prima facie videatur de plano procedere, & dubitatione prorſus carere:cum id ſit generale, † q̃
2 ex diuerſis non fit illatio.l.Papinianus exuli.ff.de minor.cũ ſimil. Quia tamen vna, & eadem ſententia in aliqua cauſa, etiam inter eoſdem lata, poteſt quoad diuerſos reſpectus tã quam diuerſa cenſeri.Hæc non modicam continet difficultatem,vt infra apparebit.Quod, ut clarius pateat, ad facilio rem infra dicendorum intelligentiam (omiſſa hoc loco il-
3 la diſputatione an † cauſa appellationis cenſeatur eadem, vel potius diuerſa ab ea,quæ pendebat in prima inſtantia,de qua poſt Cyn.& alios per Alex.in conſi.96.nu.5.lib.2.vbi dixit,quòd non eſt omnino una,& eadem,nec penitus diuerſa,ſed eſt quid mixtum,vt eoſdem refert,& ſequi videtur nouiſſime Ioan.Bapt.Aſinius in ſua praxi.iudic. in prin. cap.4. nume.13.)

4 Præmitte † quòd illa dicuntur inter ſe diuerſa,quæ diuerſitate factorum ſeparationem recipiunt: ut poſt Bart.& Bal. in l.1. C.ſi vnus ex pluribus appell. & Bart. in l.Aurelius.§. idem quæſijt. in fi.ff. de liber.lega.& Roma.in conſi.300.in caſu propoſito, in fi.no.Felyn in c.ſignificauerunt.col.5.ſub num.9.verſ.præterea non video,de excep.& videtur tex.in l.
5 ampliorem.in princ.& ibi Bald.& Saly.C.de appell.† Et ſunt illa, quæ non habent in aliquo impugnare, aut impedire negocium principale ſecundum Alex. in conſi. 89. diligenter. nume.10.libr primo,ubi ponit exemplum, ſi contra libellum actoris opponatur exceptio, quæ concernat mode-
6 rationem ſententiæ ferendæ † puta ſi non neget ſe eſſe debitorem, ſed dicat ſe non teneri, niſi in quantum facere poteſt: quia ſi à non admiſſione huius exceptionis appelletur, appellatio dicitur eſſe in cauſa ſeparata. Quod exemplum ponit etiam Franc.in c.ſuper eo.el.1.in princ.de appell.Vbi, & alia ponit † Puta ſi ſit reiecta exceptio compenſationis,& à reiectione appelletur: nam poteſt nihilominus procedi
8 in cauſa principali † vel ſi hæres opponat exceptionem inuentarij,& ſimiliter ob reiectionem appellet † Vel appelleturà condemnatione expenſarum in aliquo articulo ratione contumaciæ: quia cum appellationes interpoſitæ in his, & ſimilibus caſibus non cõtradicant, neque directò impugnent ſententias in cauſa principali ferendas, poteſt procedi in cauſa principali non obſtante appellatione, tanquã
10 illa ſit interpoſita in cauſa ſeparata. † Et èconuerſo illa dicuntur coniuncta,& connexa, quæ ex continentia factorum ſeparationem non recipiunt.ad l. 1. C.ſi vnus ex pluri. appell.cum alijs alleg.per Boer. ſeu mauis Signorol. de Homodeis inter conſ. Boer.in conſ.7.per totum,& Fely.in d.c. ſignificauerũt.de excep.& nouiſſime per Menocch.in tract. de arbit.Iudi.lib.2.centuria.1.caſu 95.per totum,vbi late, & eleganter declarat: quæ dicantur connexa,& quæ dicantur ſeparata, prout facit etiam Aemilian.in conſ. 75. cum ſatiſ. nu.12.& ſimiliter Modern.in annotat.ad Aegid.nu.145.poſt Imo.in c.cum inter.col.pen.& fi.de re iudi. & Boer.deci.73. nu.4.& ſeq. Et propterea nō ſolum diuerſæ cauſæ cenſebuntur,quæ ſuper diuerſis rebus,inter diuerſas perſonas,coram diuerſis Iudicibus aguntur,verũ etiã ſi inter eoſdem coram eiſdem ſuper diuerſis tamẽ cauſis,ſeu capitulis intentantur.
11 Inde dicitur † q̃ tot ſunt ſentẽtiæ, quo ſunt illius capit.l.ẽt §.ex cauſa.ff.de minor.gl.in verb.eadẽ in c.2.extr.de ord.cognit.Barb.conſ.10.col.pen.in fi.ver.& ideo dicimus. lib.1. Pariſ.poſt alios in conſ.66.uidetur lib.1.Et idcirco ad propoſitum huius noſtræ materiæ † appellatio interpoſita à ſnīa la
12 ta in una cauſa,ſeu capitulo ſententiæ nō ſuſpendit Iuriſdictionem Iudicis à quo in alia cauſa,ſeu artic. cap.ad hæc.el primo.de appell.glo.in cap.Romana.§.cum vero,de appell.

in 6.

Source : BIU Cujas

in 6. In qua materia, quamuis Doctores fuerint plurimum inter se uarij, & Abba. in dicto cap. super eo, el primo de appellat. per plura fundamenta fuerit in hac opinione, ꝙ appellatione interposita in uno articulo, etiam separato à causa principali, si iudex procedat, dicatur attentare: Anto. tamen ibi fuit in alia opinione, distinguendo inter articulum ꝯnexum, & articulum separatum à causa principali, ut in separatis non suspendatur, in connexis suspendatur, quam opin. de iure ueriorem dicit, & defendit Franc. ibi col. 3. uersic sed aduerte; quia ꝓrium, & respondet omnibus motiuis Abb. quæ opi. & mihi magis placet, & ideo secundum Ant. & Franc. opinionem concluſiue procedendo in ista secunda principali limitatione sit.

13 Regula † ꝙ gesta in una causa, seu articulo pendente appellatione in alia causa, seu articulo non dicuntur attentata. Huius ratio est: quia appellatio interposita in una causa, seu articulo non suspendit iurisdictionem iudicis in alijs separatis, & non deuoluit, nec minus impedit executionem. l. fin. vbi Cyn. Bald. & Salyc. C. quando prou. non est necess. Bald. Io. Fab. & Saly. in dicta l. ampliorem, quos refert, & sequitur Nicol. Boer. decisio. 73. uidetur. sub num. quarto. Et pro sing. notat Corsett. in singul. suo, in verb. appellatio, incip. regula est, versicu. limita quintò, & est tex. uulgaris in dicto cap. ad hæc. el primo, vbi Franc. in princip. de appellat. & in cap. super eo, eodem tit. per quem generaliter dicit De-
14 cius in consil. 33. uiso. colum. 3. uersic. secus esse uidetur † ꝙ de iure vna causa separata ab alia separata non suspenditur, & tradit Franc. in cap. præterea. el primo, in secundo not. & cap. proposuit. in princ. de appellat. Vnde non præsupposita suspensione attentata non uidentur ꝯsiderari posse, ut sępius supra dictum est. Pro qua regula est decis. Rot. 31. aliàs 193. si ab excommunicatione. de appellat. in no. in fi. & præallegata decis. Boer. 73. & per tot. & facit, quod ponit Socin. in consil. 45. uisa, sub num. 5. versic. quibus suppositis, lib. 1.
15 vbi vult, † quòd per appellationem, de qua ibi, non sit suspẽ-
16 sa iurisdictio quoad ea, quæ non sunt in appellatione deducta † nec quò ad personas in appellatione non compræhensas: & quòd propterea gesta his casibus non sunt tanquam attentata reuocanda, & tradit copiose, & eleganter Paris. consil. 66. uidetur. lib. primo, vbi uidetur etiam testari de communi opinione, & Ioann. Monach. in rubr. ut lite penden. in sexto, in princip. Aegid. Bellam. in consil. suo. 18. incip. ecce quòd facta, colum. prima. versic. tene contrarium: ubi in-
17 ter cætera mouetur simili † de arbitro, qui per pronunciationem in una causa, seu uno articulo non perdit iurisdictionem in alia causa, seu articulo l. quilibet. §. si de pluribus, & l. quod tamen. ff. de arbit. & secundum hanc regulam fuit aliàs resolutum in una Bononien. pecuniaria coram Iunio. 14. Iunij. 1557. quòd quia summa undecim millium librarum (de quibus ibi agebatur) non fuerat petita, sed alia diuersa, licèt essemus inter easdem personas, tamen erant diuersæ causæ, & propterea non erat aliquid attẽtatum, si pro dicta summa undecim millium librarum (quæ uere in illo iudicio non fuerat petita) fuerint debitores ibi ꝙuenti in foro mercatorũ pendente appellatione in curia super alia summa diuersa. Pariter etiam ex hac Regula proficiscitur illa
18 vulgaris propositio, quæ habet † quòd appellatio, & litis pẽdentia in possessorio nõ suspendit, neque impedit executionem in petitorio, ad no. in l. etiam. ff. de exceptio. rei iudic.
19 † Nec èconuerso, ad l. cum fundum. §. eum qui. ff. de ui, & vi arm. cum hæc sint omnino diuersa. ad l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. possess. vt tradit eleganter Franc. in c. cum teneamur. colum. 4. versi. secundus intellectus, de appellat. & Aegid. Bellam. in dicto consi. 18. col. 3. in fi. ubi testatur de communi opinione, & diximus etiam supra cap. de attẽt. lite pendente, limit. 2. num. 8. & sequen. Et ex eadem etiam
20 Regula prouenit id, ꝙ priuilegiũ ꝯcessum causę attentatorum, ut dum illa cognoscuntur, in causa appellationis (qua pendente dr̃ attentatum) non currant fatalia, ad no. p Fran. in cap. dilecti. sub nu. 1. de appellat. & est decisio. Rot. 15. aliàs 102. fatalia. de appellat. no. & Lanfranc. decis. 476. appellans. in fi. non extenditur ad diuersam causam, sed tm̃ refertur ad illam causam, in qua fuit interposita appellatio, ut colligitur eleganter ex his, quæ tradit Ruyn. in consi. 75. quantum, nu. 8. & sequent. lib. 5. & propterea consuluit aliàs Aug. Bero.
21 † ꝙ si vnus fuit in eadem sententia pluribus ꝯdemnatus (ex diuersis tamen causis) & in appellatione à dicta snīa vnius tm̃ ex aduersarijs nomen expresserit, talis appellatio, quoad non nominatum non impedit, quominus ad eius instantiã citra uitium attentati possit fieri executio, ea potissimum ratione; qa appellatio est in una cã, executio aũt est in alia causa, ut late, & eleganter deducit ille in consi. 113. uisa, num. 4. &
22 per tot. lib. 3. vbi ampliando id firmat procedere † etiamsi iudex appellationis ad instantiam appellantis inhibuisset, ut ibi præsupponitur in princ. num. 1. quia appellatio, & inhibitio solum prodest quoad eos, quorum nomina fuerunt in appellatione expressa ſm commu. opin. de qua ibi testatur, à qua nec in consulendo, nec in iudicando recedendum esse admonet. Ex eadem ratione, si inter partes litigaretur super diuersis prętensionibus, uidelicet diuersis pecuniarum summis, super quibusdam iocalibus, & super quibusdam expensis, & tam summæ pecuniarum, quàm iocalia, quàm etiam expensæ fuissent distincte, & separatim in singulis quantitatibus in snīa Rotali taxatæ, & pro eis relaxatum mandatum executiuum, & à dicta sententia fuerit appellatum, sub ista forma videlicet, appellauit ab excessiua taxatione iocalium, siue bonorum, & excessiua etiam expensarum taxatione, & ꝓmissa appellationis causa illius uigore emanauerit inhibitio, & post inhibitionem uigore dicti mandati fuisset facta executio pro summis dictarum pecuniarum, & prętenderetur contra inhibitionem attentata, ex aduersò uerò ad excludenda attentata allegaretur, quòd appellatio erat interposita respectu iocalium, & expensarum, nõ autem respectu pecuniarum (& consequenter erat super diuersis rebus) nec poterat prętextu dictorum attentatorum retardari cognitio negocij principalis, Dominis in una Ciuitatis castelli attentatorum coram Grato 6. Nouembris 1564. placuit. ut uideretur negocium principale.

Limitatur Regula prædicta.

23 Primò, ut non habeat locum in articulis † qui quamuis inter se uideantur distincti, tamen sunt inuicem connexi, ut no. Anto. de Butr. in cap. dilectus filius Io. Saracenus de rescriptis, in ult. not. ac etiam in ult. colum. & ibidem Ioann. de Imol. quos (ita generaliter loquens) refert, & sequitur Alexand. in dicto consil. 89. diligenter. sub num. 9. uersic. ubi autem &c. lib. primo, quorũ authoritate ita nouissime fuit tentum per Dominos in una Conchen. de Belamonte coram Vestano † quòd omnia illa, quæ tangunt articulum, à
24 quo est appellatum, dicuntur esse attentata, ut est decisio. in recollect. Acchil. de Graff. 30. attentata. sub rubr. de attenta. cui concordat alia eiusdem. 32. attentata. eodem titu. Pro qua limitatione uidetur Rot. decisio. 31. aliàs 193. si ab excommunicatione. de appella. in no. quam refert, & sequitur Mil. in uerb. appellans à sententia excommunicationis, & Franc. in cap. ad hæc. in primo not. de appellat. quæ decisio.
25 voluit, † quòd si quis ex eo, quòd noluit articulis respondere, declaratur excommunicatus, seu reintruditur, appellatio ab excommunicatione, seu reintrusione interposita, cuius uigore fuit, inhibitum, licèt uideatur causa, & capitulum distinctum à causa principali: quia tamẽ occasione causę principalis fuit interposita, suspendit iurisdictionem in tota causa, & propterea processus in causa principali postea factus est nullus, ut latius in dicta decisio. Et generaliter ad hoc dictum, quòd quando articuli sunt connexi, tunc appellatio ab uno capitulo suspendat sententiam in omnibus capitulis, est decisio. Nico. Boer. 73. num. sexto, in prima parte, ubi
26 post Doctores ponit exemplum † si quis petierit fundum, & in sententia fuerit sibi medietas fundi adiudicata, & pro alia parte reus fuerit absolutus, & ab hac sententia, quatenus contra se ipse actor appellauerit, quòd huiusmodi appellatio totam causam suspendit, & deuoluit, in tantum, quòd nec pro illa parte, in qua non appellauit, sententia potest mandari executioni, post Barto. in consi. 150. incip. cum præ dicta examinarem, assignans rationem; quia connexa reputantur unum, & idem indiuiduum ratione ꝯnexitatis, quod affirmat etiam Ias. in consil. 187. circa primum. colum. 7. versic. 9. facit. lib. 1. Et facit ad hoc propositum; quod aliàs fuit tentum in una Anconitana attentatorum coram Sarmiento
27 27. Iunij. 1565. † quòd executio facta ꝙ fideiussores obligatos vigore instrumenti facti ad parendum sententiæ, a qua fuerat per principales appellatum, ex eo diceretur attentata; quia huiusmodi instrumentum dependebat a sententia, a qua (vt prefertur) fuerat appellatum. Et similiter, quòd fuit etiam dictum in alia Calaguritana fructuum coram Aldobrandino 20. Iunij. 1572. in qua, cuꝫ præsupponeretur, quòd capta possessione beneficij uigore Breuis, is qui prætendebat ius in beneficio fuisset deputatus œconomus, & propterea illorum restitutionem se in ampliori forma Cameræ obligauerat, cuius uigore contra eum ignorantem fuissent hic in curia relaxatæ censuræ, & brachium seculare, cuius uigore is, qui breue obtinuerat, percepit ab eo omnes fructus alias sibi consignatos, & quos in horreo habebat, & deinde idem Petrus œconomus commiserit causam nullitatis dictarum censurarum unà cum toto negotio principali in Rota, & obtinuerit inhiberi aduersario. qui non obstãte inhibitione fecit sibi de alijs fructibus dictæ ecclesię à commissarijs

Source : BIU Cujas

dicti Breuis rñderi,& dubitaretur,an ꝓstaret de attentatis,& ad excusanda attentata allegaretur,quòd essent causæ diuersæ,cum inhibitio respiceret fructus, qui tunc erant in horreo. Rota tamen tenuit constare de attentatis, non obstante allegata causarum diuersitate: quia hoc non erat uerum, ex eo quia commissio erat generalis,& non limitata ad fructus depositatos,& erat causa vel eadem, vel admodum connexa.

Sed quia ista limitatio ita uniuersaliter, & indistincte intellecta (quicquid Rota in dicta decisio.31.senserit) non uidetur carere difficultate, ideo uidetur necessariò intelligen-
28 da,& declaranda uno modo † uidelicet, ut procedat, quando talis est connexitas,ut sententia in uno capitulo lata pariat exceptionem rei iudicatæ in alio,ut est doctri. Bal.in c.1. circa fin.de controu.feud.apud par.termin.ut tradit Decius, in consi.33.sub nume.4 colum.3.versi. & ad hoc bene facit, lib.1.post Abb.in cõsi 99.& sentit idem Decius in c.ad hæc. post princ.de appel. Pro qua declaratione (licèt ille non po nat) facit decisio. Rot.1.aliàs 138.si appelletur. de offi.deleg. in no.& decis.65.aliàs 461.si appelletur,de appellat in no. in quibus Domini uoluerunt, quòd si ab aliquo grauamine appelletur,& iudex appellationis pronunciet male appellatum,& bene processum, & causam remittat primo iudici à qua remissione pars appellauerit, & huiusmodi appellatione non obstante iudex primus procedat, quòd eius processus ualet,. quod non esset uerum secundum terminos dictæ decisio.31.aliàs 193. quia etiam appellatio, quæ interponitur a remissione causæ, interponitur occasione causæ, quæ pendebat coram iudice ad quem, & tamen non suspendit causam principalem, ut in dictis decisionibus. Pro qua declaratione,& opi. Decius non parum facit,quod fuit dictum in vna Vercellen.canonicatus,seu attẽtatorum coram Reumano 29.Nouembris 1555. in qua cum prouisus apostolicus fuisset immissus uerbaliter .i possessionem canonicatus, & instaret coram executore apostolico pro reali,ac totali possessione,& pro mandato de manutenendo, & de immittendo respectiue,& nonnulli alij canonici prætenderent præbẽdam dicti canonicatus ad se uigore ꝓsuetudinis de optando spectare,& propterea à dicto decreto appellassent,& similiter capitulum pluries à decreto dicti mandati appellasset allegando, ꝙ talis prouisus non poterat immitti, ex quo fructus primi anni spectabant secundum eorum ꝓstitutiones ad capitulum, & quòd prouisus promiserat & iurauerat illas seruare,& non obstantibus huiusmodi appellationibus executor processisset ad actualem immissionem, & capitulum instaret pro reuocatione immissionis tanquam attentatæ & post appellationem factæ, Rota tenuit non esse attentata: eo quia (vt ex informationibus ibi colligitur) licèt appellatio capituli uideretur esse ꝓnexa cum causa, & appellatione 35 aduersariorum : tamen ꝓsiderato, quòd causa perceptionis fructuum primi anni & obseruationis constitutionis est separata a causa immissionis in possessionem & ab appellatione per illos canonicos interposita, respectu capituli fuit dictum, ꝙ non erant attentata. Quod ex alio prouenire credẽdum non est, nisi quia inter has causas non est tanta cõnexitas,quæ sufficiat,& tanta(vt ꝓsiderabat Dec.) ꝙ sententia lata in una pariat exceptionem rei iudicatæ in alia, & propterea non sine ratione Dec.in dicto consi.33.in fi. dum accommodat responsiones ad dictas decisiones, inter cætera dixit, ꝙ illa decisio fortasse hodie non est vera. Quòd si ab ea propter eius authoritatem quis recedere non vellet,illa est omnino intelligenda in terminis, in quibus loquitur, uidelicet quando iudex appellationis interpositæ in aliquo articulo occasione negocij principalis primo iudici inhibuisset: tunc enim processus primi iudicis esset inualidus. Sed re uera hoc prouenirent non tam ex ui ꝓnexitatis, de qua ad præsens agi- 36 tur,quàm exvi inhibitionis,quę multoties in aliquo casu apposita inualidat id,quod de sui natura fuisset ualidum,ut dicemus infra latius.cap.20.de attentatis post inhibitio.in prima ampliat. & per totam, & aliquid infra in limitatione 3. proxime sequenti,num.34.Præsertim; quia quando adest illa sufficiens connexitas (de qua supra post Deci.)etiam ante inhibitionem gesta post appellationem dicuntur esse attentata, ut sensit Rota in dicta Conchen. de Belmonte coram Vestano,ut est decis in recollect. Acchil.de Graff.30.attentata,de attenta. Ex qua decisione, quæ loquitur in appellatione extraiudiciali,duplex potest colligi ampliatio ad hãc pri- 38
29 mam limitationem. † Prima,ut procedat etiam in appellatione extraiudiciali. Secunda, ut(quando gesta post appellationem ratione connexitatis tangunt articulus super quo est appellatum) etiam ante inhibitionem dicantur attentata,ut in dicta decisio.Declara tamen eandem secundum aliquos uno modo, † vt quamuis gesta post appellationem in articulo causæ principali connexo dicantur attentata, ut supra. Ea tamen quæ gesta essent ante appellationem infra decem dies datos ad appellandum, non dicerentur attentata,nec uenirent in primis, & ante omnia reuocanda, nisi iustificata postmodum appellatione,ut per Franc.in cap.super eod.el primo,colum.3.versic.secundò aduerte,num.7.de appellat. Ea ratione: quia quando appellatur ab aliquo articulo dicitur appellari ab interlocutoria, in appellatione autẽ ab interlocutoria, pendente tempore ad appellandum, potest iudex procedere absque uitio attentatorum,ut diximus supra cap.11.de attentat. pẽdente tempore ad appellandum
31 limit.3.num.30. † Sed hæc ratio (licèt sit uera in se) tamen non videtur ꝓstituere bonam differentiã inter gesta pendente appellatione, & pendente tempore ad appellandum, ex quo etiam pendente appellatione ab interlocutoria iudex à quo potest ante inhibitionem procedere,ut in c.non solum de appellat.in 6.& diximus supra hoc eodem cap.in 1.limit. princ.num.6.& sequen.

32 Secundò limitatur, † vt non procedat, quando sumus in appellatione interposita à sententia delegati: quia illa interposita in una causa suspendit iurisdictionem, etiam in alijs
33 causis,licèt † secus sit in ordinario ut no.expresse glo.in verbo ad tempus,in c.pastoralis, de appell. & per illam glossam id tenuerunt Domini in decisio.15. aliàs 163. no. quòd ubi, de appellat.in antiqu.unde stante suspensione iurisdictionis subintrat ꝓsideratio attentatorum, vt sæpius dictum est: sed aduertendum est:quia licèt Rotę authoritas magna semper fuerit, eam tamen in hoc casu expresse reprobat Franc. in cap.ad hæc, in vlt.not.de appellat. post Gemi. in cap.Romana. §.cum verò. de appellat.in sexto, quamuis ille perperam allegasse uideatur numerum decisionum: quia decisio.17.quam ipse allegat,non uidetur facere ad propositum, de quo agitur.

34 Tertiò limitatur † quando iudex ad quem uigore appellationis interpositæ in articulo, etiam separato inhibuisset in tota causa: tunc enim ꝓcessus post huiusmodi inhibitionem factus est ipso iure nullus, si Alexand.credimus, qui id ad uerbum dixit in dicto consi.89.diligenter sub num.9.versic. quantum verò ad capitula separata, lib.primo, pro qua limitatione licèt ille solum alleget no.in cap super eo,de appellat.plurimum tamen faciunt ea,quæ ponit Rota in materia appellationis a remissione causæ interpositę, in dicta decisio.1.aliàs 138.si appelletur,de offic.deleg.in no. & decisio. 65.aliàs 461.si appelletur.de appellat. in no.in quibus dicũt, quòd licèt processus factus à primo iudice ualeat non obstãte appellatione à remissione,& sic ab articulo separato, id tamen non procedet,ubi fuisset facta inhibitio. Quod etiam est de mente Decij in cap.ad hæc.de appellat.& Anto.de Butr.& Imol. in dicto cap.super eo. † Sed si credimus Franc.in dicto cap.super eo,el primo,colum.2.versic.secundus casus, de appellat. (cuius opinio mihi magis placet.) Hæc limitatio uix posset in practica uerificari:quia si iudex ad quem nõ potest inhibere,nisi constet, negocium ad eum esse deuolutum.cap.non solum.§.1.de appella.in 6 & dicemus latius infra cap.20.de attentat.post inhib.in prefatio. quęst.4.nume. 112.sub versic.circa secundam inspectionem,& per appellationem ab uno articulo separato negocium principale non dicitur deuolui, ut ipse deducit, ergo nunquam iudex inhibebit, & per consequens hæc limitatio seruiret nobis de vento. Quòd si eam quis tenere uoluerit,necessariò declaranda est, ut procedat,quando constat euidenter, quòd inhibitio, quæ emanat uigore talis appellationis in uno articulo est facta super tota causa, & compræhendit etiam alios articulos, & personas separatas, in quibus non est appellatum. Secus si sit dubium,an talis inhibitio debeat ad alios articulos, & ad alias diuersas personas extendi † quia talis dubia inhibitio non operatur effectum,de quo in hac limitatione, quoad separatas,& diuersas personas, & articulos, ut consuluit in pulchro casu Dec. in dicto consil.33. uiso. per totum, præsertim colum.3.vers.his præmissis.

37 Quartò, quando † iudex, à cuius sententia in uno articulo etiam separato à causa principali est appellatum, appellationi detulisset, secundum Anto. de Butr. in dicto cap.super eo, ubi Franc.colum.2. versic. primus casus, dicit, quòd tun clarum est, iurisdictionem esse in tota causa suspensam, & eandem opinionem tenet Alexand.in dicto consi.89.versic. quantum verò ad capitula separata. † Tu uerò ꝓsidera, quòd hæc limitatio fortasse non est uera: quia ista diuersitas, & separatio causarum, & articulorum præsupponit necessario, quòd in una causa, seu articulo sit interposita appellatio, in alio uerò non, ut optimè colligitur ex facto, super quo eleganter consuluit Parisi. in dicto consil.66. uidetur. lib.primo. Vnde cum delatio præsupponat, tanquam

subiectum

Source : BIU Cujas

ſubiectum neceſſarium,appellationem,cui deferri poſſit,ergo reſpectu illius cauſæ;uel articuli,in quo nos præſupponimus non fuiſſe appellatum,neceſſe eſt etiam fateri,quòd iudex nullo modo potuit deferre: cum deficiat hoc caſu cauſa materialis,ubi delatio poſſit ſe firmare: quia qualitas ſine ſubiecto ſtare non poteſt l.2,ff.de uſufruct.Bart.in l.1.in fin. eod.titu. cum ſimilibus unde non præſuppoſita delatione, limitatio corruit.

Quintò, ut licèt geſta in cauſa principali regulariter ualeant non obſtante appellationis pendentia in articulo ſepa
39 rato interpoſita: † id tamen uerum ſit,quouſque non iuſtificatur appellatio:quia iuſtificata poſtmodum appellatione puta quia iudex pronunciauerit bene appellatum,& male proceſſum, tunc omnia reuocabuntur tanquam attentata, atteſtando de communi opinione tradit Alex.in d.conſi.89 verſi.quantum verò,ubi hæc tria æquiparat, fuiſſe inhibitũ, fuiſſe delatum,& fuiſſe iuſtificatam appellationem; Pro qua limitatione adde deciſ.Rot.65.aliàs 461.ſi appelletur,de appel.in no.ubi notanter dicitur, quòd an talia geſta ualeant, nec ne pendet à futuro euentu, & pronunciatione iudicis: ſed ſequuta pronunciatione quòd ſit bene appellatum,om
40 nia reuocari debent. † Sed & in hac limitatione eſt aduertẽdum ad unum,quòd licèt Doctores prefati dicant,quòd iuſtificata poſtmodum appellatione antea geſta ſunt nulla: tamen non declarant in qua appellatione loquantur,an de appellatione interpoſita in articulo connexo, ſeu potius ſeparato,neque etiam ex uerbis Rotæ in dicta deciſ.id colligi poteſt: Fran.autem in dicto c.ſuper eo.colum.2.ſub num.7.verſic.2.aduerte,uidetur ſentire,quòd tunc hæc iuſtificatio operetur hunc effectum,quando ſumus in connexis, ſecus in ſeparatis,qui ex hoc reprobat opin.Abba.ibi.Quo caſu ſi connexitas conſideretur,reuocatio attentatorum non tam uidetur tribuenda iuſtificationi appellationis, quàm huiuſmodi connexitati ſecundum ea quæ dicta ſunt ſupra numer. 23.& ſequentib.

41 Sextò & ultimò limitatur,ut non procedat † quando appellatio interpoſita in una cauſa poſſet ſtatim per probationes in alia(etiam diuerſa) cauſa,factas excludi. Exemplum in poſſeſſorio, quòd poſſet per probationes in petitorio factas ſtatim excludi; quoniam licèt regulariter appellatio in petitorio non ſuſpendat executionem in poſſeſſorio, tanquam in cauſa diuerſa,ad no.in deciſ.10.aliàs 417.ſi pro ſpoliato,num.2.de cauſa poſſ.& propriet.in no. hoc tamen nõ eſt uerum,quando petitorium per exceptionem dominij in
42 continenti probandam excluderet poſſeſſorium † quia tũc appellatio in petitorio impediret executionem in poſſeſſorio, & ſic appellatio operaretur effectum ſuum in cauſa diuerſa, ſecundum communem opinionem, de qua teſtatur poſt alios Egid.Bellam.in conſil.18.incipi. ecce quòd facta,colum.3. in fin.quem refert, & ſequitur Nic. Boer.deciſio.73.in fin,

Limitatio III.

SVMMARIVM.

1 *Extraiudicialc grauamen duobus modis reuocatur, videlicet per uiam appellationis, & per uiam querelæ.*
2 *Appellatio extraiudicialis dupliciter exerceri poteſt: quia quandoque interponitur à parte, quandoque à iudice, extraiudicialiter tamen procedente.*
3 *Appellatione extraiudiciali pendente regulariter non attentatur.*
4 *Geſta pendente appellatione extraiudiciali non reuocantur, niſi in euentum cauſæ appellationis.*
5 *Et pendet à futuro euentu.*
6 *Attentata pendente appellatione extraiudiciali non reuocantur, niſi duo concurrant, videlicet quòd ſint poſt, & contra appellationem ſecundum commu.opi.& infra num.9.*
7 *Appellatio extraiudicialis non retardat miſſionem in poſſeſſionem.*
8 *Executio non impeditur per appellationem extraiudicialem, ſi appellans non facit fidem de preſentatione.*
10 *Attentata poſt, & contra appellationem extraiudicialem reuocarentur, etiam ſi actus diceretur factus authoritate Papæ.*
11 *Item etiam ſi eius uigore non fuiſſet inhibitum.*
12 *Iudex auferens poſſeſſionem poſt, & contra appellationem extraiudicialem dicitur attentare.*
13 *Actus poſt appellationem extraiudicialem licèt non ſit contra, ſi tamẽ per eum induceretur inæqualitas, prohibetur.*
14 *Appellatione extraiudiciali interpoſita, ne aduerſario ſuo tradatur poſſeſſio illa pendente, nec ſibi poterit poſſeſſio tradi.*
15 *Extraiudicialis appellatio iuſtificari debet, uel ſaltem iuſtificatio offerri.*
16 *Alias pro cauſa in ea expreſſa non præſumitur.*
17 *Appellatione extraiudiciali demum iuſtificata attentata medio tempore reuocantur ſecundum commn.opi.*
18 *Appellatio extraiudicialis eſt iuſtificanda, antequam iudici a quo inhibeatur.*
19 *Attentata per Epiſcopum uiſitantem poſt appellationem ab eo interpoſitam, qui dicebat ſe exemptum, non reuocantur, niſi docto de exemptione.*
20 *Appellatio extraiudicialis in electionibus Cathedralium uel regularium eccleſiarum etiam non iuſtificata uidetur facere attentata.*
21 *Excommunicatio lata poſt extraiudicialem appellationem non ligat.*
21 *Immo eſt ipſo iure nulla.*
23 *Appellatio extraiudicialis regulariter eſt intimanda, ut operetur effectum attentatorum, licèt aliqui contra ſenſerint.*
24 *Renunciatio facta liti eſt intimanda.*
25 *Et a die intimationis excuſat ab expenſis.*
26 *Subrogatio quoque eſt intimanda.*
27 *Reſeruatio alicuius beneficij ſine decreto non afficit ante eius notificationem.*
28 *Appellatio coram honeſtis uiris interpoſita eſt ſimiliter intimanda.*
29 *Mandatum tam principalis, quàm ſubſtituti procuratoris ad appellandum, nedum ipſa appellatio extraiudicialis eſt intimanda.*
30 *Generalis extraiudicialis appellatio, etiam intimata facit attentata.*
31 *Appellationis extraiudicialis intimatio non eſt facienda, quãdo iudex, aut pars illius habet notitiam.*
32 *Intimatio ſcienti non eſt facienda.*
33 *Appellatio extraiudicialis à capitulo Canonicorum, in quo canonicus aduerſarius fuiſſet præſens, ſufficit abſque alia intimatione.*
34 *Comparens coram iudice ad quem, & habens ſe pro legitime citato, purgat defectum intimationis appellationis extraiudicialis.*
35 *Intimationes appellationum ſunt inductæ in fauorem appellati.*
36 *Et ideo appellatus poteſt illis renunciare.*
37 *Intimatio appellationis extraiudicialis debet fieri infra menſem, aliàs eſt nulla, & geſta pendente appellatione nulliter intimata non ueniant retractãda, etiam ſi allegetur aliquod impedimentum, ob quod in intimatio non fuerit facta.*
38 *Extraiudicialis appellationis intimatio in cauſa beneficiali ſufficit fieri in eccleſia.*
39 *Procuratoris ad reſignandum, uel regreſſum, ſeu penſionem caſſandũ conſtituti reuocationis intimatio, ſufficit, quòd fiat in Cancellaria, uel in Camera Apoſtolica.*
40 *Appellationem extraiudicialem etiam non intimatam, ſi uult, poteſt appellatus proſequi.*
21 *Intimatio appellationis extraiudicialis non uidetur habere uim inhibitionis.*
42 *Attentata poſt appellationem extraiudicialem in caſibus, de quibus hic remiſſiue, dicuntur ipſo iure nulla.*
43 *Præſertim ſi inhibitio interueniſſet.*
44 *Etiam ſi appellans ſuæ appellationi renunciaſſet.*



Ertia Principalis ad regulam principalem limitatio ſit,ut non procedat in appellatione extraiudiciali; quia regulariter geſta illa pendente non reuocantur, tanquam attentata, & breuiter iſta ſit regula. Ad quam antequam ueniamus,ad eorum quæ dicenda ſunt faciliorem intelligentiam prẽmittendum eſt:quòd ſicuti quando grauamen extraiudi
1 cialiter infertur † duplex eſt remedium,unum per uiam appellationis infra decem dies ab illato grauamine, aliud per uiam querelæ,etiam poſt decem dies, ad tex.in cap. concertationi.de appellat.in ſexto,not Fran.in cap.primo, ſub nu.
2 10.de appellat.† Ita illud remedium appellationis poteſt dupliciter exerceri,quandoque enim extraiudicialis appellatio interponitur a parte, quandoque uerò a iudice extraiudicialiter tamen procedente, ut not. Franc. in dicto cap. primo, nume.quarto, de appellatio. & in cap.bonæ, nume.decimo ſexto,eod.titu.

3 Regula igitur ſit † quòd geſta appellatione extraiudiciali pendente ualent,& non ſunt nulla, aut attentata. Quæ regula probatur ex illa uniuerſali negatiua propoſitione, quę
4 habet † quòd huiuſmodi geſta non reuocantur, niſi in euentum cauſæ appellationis,ut eſt deciſ.Rot.44. aliàs 344. licèt, de appellatio. in no. & per Mil.in uerb. attentata poſt appel-
5 lationem,fol.30.& ex alia,quæ habet † quòd illorum reuocatio pendet à futuro euentu,ut deciſ.Rot. Faſtol.in quinta cauſa,dub.19. & per hanc deciſ. Veſtr. in praxi Ro. Cu.lib.8. cap.penult.ut lite pendente,& de attent.ſub nume.9.uerſic. idem ſi poſt appellationem extraiudicialem,& eſt glo.in can. ſolum.de appellat.in 6. quam ab omnibus ferè receptã eſſe teſtatur nouiſſimè Didac.pract.quęſt.cap.23.nu.quinto ubi etiam allegat Prępoſit. teſtantem hanc eſſe commu-
6 nem opinionem, & alios de quibus ibi per eum. † Et ex alia demũ propoſitione,quæ habet, quòd huiuſmodi geſta

Source : BIU Cujas

non ſunt nulla, niſi duo interueniant; ſcilicet, quòd ſint poſt, & ſint ꝑ appellationem c. cum nobis olim, de elect. & not. in c. ad audientiam, vbi Franc. in 2. not. & in cap. fin. num. 4. & in c. conſtitutis, num. 10. & in c. bonæ. num. 29. de appellat. & ibi Dec. num. 18. quem ſequitur (etiam poſt eum hanc communem eſſe opin. atteſtando) nouiſſimè Grauat. in addit. ad Veſtr. lib. 3. cap. 7. num. 5. ubi ſpecialiter inquit, quòd huiuſ
20 modi attentata non reuocantur, niſi ſint poſt, & contra talem appellationem. Quod etiam affirmauit Soc. in conſi. 45 viſa appellatione, nume. 5. lib. 1. poſt Inno. in d. c. cum olim, cuius doctrinam in hoc ſingularem appellat. Et pro huiuſmodi regula optime facit, quod uoluit Corn. in l. 3. nume. 5. C. de appel. quòd lex illa, qua diſponitur, quòd appellatione pendente nihil debet innouari, non habet locum in appel-
7 latione extraiudiciali. Et ex hac regula proficiſcitur, id quod
8 dici ſolet † quòd appellatio extraiudicialis non retardat immiſſionem in poſſeſſionem. Franc. per illum tex. in c. conſtitutis, in ult. no. de appell. † Et illud quod per extraiudicialem appellationem non impeditur executio ſi appellans non facit fidem de præſentatione. Gozad. poſt alios, de quibus ibi per eum, in conſi. 85. vere. nu. 25. Pro qua regula non paruꝫ facit, quod ſupra c. 4. de attent. lite pend. in præfatione. num. 187. latè deduximus, videlicet ꝙ regulariter per extraiudicialem appellationem non inducitur litis pendentia.

Limita Regulam huius limit.

9 Primò, quando † huiuſmodi actus, & geſta eſſent non ſolum poſt, verum etiam contra appellationem extraiudicialem: quia hæc duo interuenire debent, ad no. per Fran. in ca. 1. num. 4. & in c conſtitutis, nu. 10. & in c. bonæ, nume. 29. de appel. quem ſequitur Marant. in ſuo ſpeculo, in 3. parte ſextæ partis princip. q. 2. num. 390. & no. Decius poſt Abb. in c. cum nobis. de elect. & in c. cum I. & A. de re iud. & in cap. 1. colum. 2. de appel. & in conſi. 214. num. 2. lib. 2. & in d. c. bonæ. num. 18. ubi etiam hanc dicit commun. opin. prout eum refert, & ſequitur nouiſſimè Bap. Villalob in collect. commu. opin. in uerb. attentata, nume. 156. ex cuius dictis poteſt
10 colligi ampliatio huius limitationis: & erit Prima, † vt procedat, etiam ſi actus, qui fit poſt, & contra appellationem extraiudicialem diceretur factus authoritate Papæ, prout erat
11 in caſu ſuo. † Secunda ſit ampliatio, vt procedat, etiam ſi vigore talis extraiudicialis appellationis non fuiſſet inhibituꝫ,
12 & propterea ſi iudex poſt, & contra huiuſmodi appellationem auferat poſſeſſionem appellanti, etiam antequam inhibitus fuerit, talis actus dicitur attentatus, vt in vna Conchen. de Belmonte coram Veſtano tenuit Rota, vt eſt in recollec. Acchil. de Graſſ. deciſio. 30. incip. attentata voluerunt Domi
13 ni, ſub rubr. de attent. Quæ prima limitatio ſublimitari poteſt, ut † non procedat in actu, qui licèt non uideatur contra
14 appellationem extraiudicialem (& ꝙſequenter uideatur licere) per eum tamen induceretur inæqualitas inter appellantem; & appellatum: † Exemplum in appellante extraiudicialiter ne aduerſario ſuo tradatur poſſeſſio; quia pendente hac appellatione, nec ipſi appellanti poterit tradi poſſeſſio: quãuis enim talis traditio ſi fieret ipſi appellanti, non uideatur contra appellationem, quæ ſolum ꝓtinet, ne aduerſario tradatur, tñ: quia inducit inæqualitatem, fieri non permittitur, vt fuit æqua ꝓſideratio Rotæ aliàs in vna Segobienſi coram A. Auguſtino, ut eſt in recoll. Achil. de Graſſ. deciſ. 18. incip. effectus, ſub rub. de appellatio.

Secundò limitatur regula huius tertiæ limitationis principalis, vt non procedat, quando verificaretur in cauſa in ap-
15 pellatione expreſſa, & ſic iuſtificata appellatione: † debet. n. huiuſmodi appellatio iuſtificari, vel ſaltem iuſtificatio offer-
16 ri † aliàs pro cauſa in extraiudiciali appellatione expreſſa nõ præſumitur, ut eſt deciſ. Rot. 44. aliàs 344. licèt. num. 3. de appel. in no. & deciſ 38. aliàs 309. attentata, eo. tit. in no. Natta
17 conſi. 606. approbo, num. 12. lib. 3. Iuſtificata † autem appellatione geſta medio tempore reuocantur, ut not. Mil. in uer. attentata poſt appellationem, & latius Didac. in d. c. 24. practi. qq. num. 5. vbi poſt alios teſtatur hanc eſſe communem
18 opin. pro qua facit † quia in huiuſmodi appellatione extraiudiciali debet appellatio iuſtificari, antequam inhibeatur iudici à quo, ut tradit Mil. in uer. appellatio extraiudicialis. fol. 8. & quod poſt Dominos deciſ. 35. aliàs 134. ſi rector. de appel. in no. notat idem Mil. in verb. attentata per Epiſcopũ,
19 ibi voluit notanter † quòd ſi ab Epiſcopo uiſitante aliquis appellet, & pro cauſa appellationis alleget ſe eſſe exemptum priuilegio, ſeu præſcriptione. & hac appellatione pendente Epiſcopus aliquid attentet, huiuſmodi attentata non ſunt reuocanda, niſi aliqualiter doceat de prætenſa exemptione. Quod & tradit Fran. per illum tex. in cap. ſignificantibus, in vlt. no. de appel. ubi & dictam deciſ. & aliàs allegat, & firmauit etiam Natta in conſi. 606. approbo. nume. 8. lib. 3. & ego quandoque uidi de facto, hoc diſputari in una Peruſina exẽptionis coram Fantutio; Et quòd geſta poſt extraiudiciales appellationem non ſint attentata, niſi iuſtificata demum appellatione, tenuerunt etiam Domini in una Gerunden. coram A. Auguſtino, ut in recollect. Acchil. de Graſſ. deciſio. 28. attentata poſt ſententiam, ſub rub. de attent. Quæ tamen
20 omnia ſublimita † vt non procedant in appellatione extraiudiciali interpoſita ſuper electionibus eccleſiarum Cathedraliu m, vel ſuper eccleſiarum regularium electionibus, ut utrumque ponit Mil. in uerb. attentata poſt appellationem. fol. 30. poſt Rot. deciſio. 44. aliàs 344. licet. nu. 4. de appell. in no. per tex. in c. ſi poſtquam. de election.

Tertiò fallit in excommunicatione: quia licèt (ut dictum eſt ſupra in principio regulæ) geſta regulariter ualeant,
21 † excõmunicatio tamen lata, & promulgata poſt extraiudicialem appellationem non ligat, & ſic eſt inualida, ut eſt deciſio. Guid. Pap. 430. nume. 61. quod etiam replicauit in tract. de appellat. quęſt. 30. & tradit Marant. in ſuo ſpeculo in 3. parte ſextæ partis principalis, q. 2. nume. 170. per tex. in c.
22 dilecti, el ſecondo de appellat. † Quod amplia, ut non ſoluꝫ non liget, ſed ſit ipſo iure nulla, ut no. Franc. in cap. primo, in 2. not. de appellat. quod eſt notandum, propter ea, quæ dicemus proxime in ſecunda declaratione huius limitationis nume. 42.

Declara nunc hanc tertiam principalem limitationem.

Primò: ut quibus caſibus dictum eſt ſupra, pendentiam appellationis extraiudicialis operari reuocationem attenta-
23 torum, intelligatur † dummodo talis appellatio ſit iudici, & parti intimata, alioquin nihil eſſet, quòd ipſi imputari poſſet, ſi aliquid facerent: & quamuis Inno. indiſtincte tenuerit in hac extraiudiciali appellatione intimationem non requiri. in c. dilectus. ſuper ver. innotuerat, de appell. ut latè refert Franc. in cap. bonæ nume. 42. verſicu. nona concluſio, de appellat. diſtinctio tamen Franc. ibi ſatis videtur conciliare opiniones, ideo ſecundum eam omiſſis diſputationibus cõcluſiue procedendo, ſit in hac prima declaratione Regula,
24 quòd in huiuſmodi caſu appellationis intimatio eſt facienda: vt eſt deciſ. Rot. 38. aliàs 309. attentata, de appellatio, in no. & poſt eam Mil. in verb. attentata, verſicu. 8. & eſt etiam deciſio. Caſſad. 3. ſæpe. nume. ſexto. de appell. ubi plura in id allegat, & hoc ob iuſtam ignorantiæ cauſam, ex qua † & illud in ſimili dicitur, quòd renunciatio facta liti eſt intimanda † & a die intimationis excuſat ab expenſis, ſecundum
25 Aegid. deciſ. 14. renuncians: atque etiam ſubrogatio eſt intimanda. Aegid. deciſio. 495 incip. licèt mors. facit etiam, qđ
26 aliàs dicitur † ꝙ reſeruatio alicuius beneficij ſine decreto non afficit ante eius notificationem. Caſſad. deciſ. 1. nume. 3.
27 de rerum permu. & illud etiam in materia noſtra † ꝙ appellatio interpoſita coram honeſtis uiris eſt ſimiliter intimanda. vt no. tradit Lap. alleg. 39. nu. 3. & dictum eſt ſupra in 15. ampl. princ. limit. 2. num. 20.

Amplia hanc primam declarationem, ut non ſolum illa
28 appellatio ſit intimanda † verumetiam mãdatum tam principalis, quàm ſubſtituti procuratoris, ut ſenſerunt Domini in una Salamantina dellos ſanctos coram A. Auguſtino 17. Aprilis 1551. ut in recollect. Guid. Bonon. deciſio. 41. incip. in una.

Limita ſimiliter hanc primam declarationem.

29 Primò † vt non procedat in appellatione extraiudiciali generali; quia illa non intimatur, & geſta poſt, & contra eã
30 veniunt reuocanda, vt conſiderat eleganter Franc. in d. c. bonæ. nu. 42. verſi. nona concluſio de appel. & ita procedat opinio Inno. in d. c. dilectus, & arg. à ſpeciali, quod ipſe faciebat, ut Franc. ibi refert.

31 Secundò quando iudex, aut pars † ſcirent appellationem interpoſitam, per regulam, quam ponit Mil. in uerbo, ſciẽti,
32 † dum dicit, ꝙ ſcienti intimatio non eſt facienda, & ea quæ latius deduximus ſupra in decimaquinta ampliatione penden. regulæ princip. de attentatis appellatione princip. num. 28. & ſequent.

33 Tertiò quando † appellaretur à capitulo canonicorum, in quo eſſet præſens aduerſarius appellantis: talis. n. appellatio ſufficit ſm terminos clem. cauſam. de appell. abſque alia intimatione, ut in recollect. Acchil. de Graſſ. deciſ. 16. incip. tandem Domini. de appellat.

Quartò, niſi appellatus, cui nõ fuerat intimata huiuſmo-
34 dꝭ iudicialis appellatio † ꝓparuiſſet coram iudice ad quẽ, & in rñſione apud acta haberet ſe pro legitime citato, ut fuit dictum in dicta Salamantina coram. A. Auguſtino, ut patet in recollect. Guid. Bon. deciſ. 41. incip. in una, ubi ea aſſignatur
35 ratio † quia ſcilicet huiuſmodi intimationes ſint inductæ in
36 fauorem appellati † qui potuit illis facile etiam renũciare. Declara nunc eandem declarationem.

Primò,

Source : BIU Cujas

12 que nullitate opposita, † id tamen non procedit, si Papa, aut alius supremus princeps causam appellationis committat ex certa scientia, vt latius ibi per eum, & fa. quæ latius diximus 26 supra hoc eodem cap. in sexta limitatione regulæ principa- lis, num. 27. dum tractauimus an friuola appellatio de iure non admittenda, de facto tamen admissa operetur effectum 27 attentatorum.

Quartò limittatur ex intentione Franc. in d. vers. sextò ope-

13 ratur, ibi, & adde tertium, † quãdo scilicet appellatur ex cau sa quæ sit in iure expressa: tunc enim cum appellatio ope- retur omnes eius effectus (& sic deuolutiuum, & suspensi-

14 uum) † attentata non obstante dicta clausula veniunt reuo- 28 canda, via & priuilegio attentatorũ, hoc enim casu in appel 29 latione etiam à diffinitiua, debet exprimi causa; quando est 30 apposita in commissione dicta clausula secundùm Franc. in c. consuluit. in fin. de appellatio. & in c. Romana. §. si autẽ. in fi. num. 6. de appellation. in sexto. & per Imol. in l. prima, §. interdum. ff. à quibus appellare non licèt. & per Fely. in c. quo ad consultationem. nu. 29. de re iudicata. & si causa ex- pressa est talis, in qua iure sit expressum, q̃ possit appellari, at tentata reuocabuntur secundùm opinionem Franc. & Ab- ha. ibi. 31

Quintò quando dicta clausula, appellatione remota,

15 † esset de facto apposita in commissione per inferiorem à principe, qui non posset illam apponere, quia cum per talẽ 33

16 inferiorem hæc clausula dari non possit, eius appositio nul- lum effectum operari potest iuribus vulg. † cum iste sit ca- sus soli principi reseruatus, vt in l. prima. ff. a quibus appell. 17 non lic. & in d. c. pastoralis, † in tantum q̃ regulariter nullus inferior à principe, potest causam committere cum hac clau sula, vt est communis opi. de qua testatur Sigism. Loffred. in

18 cons. 20. in causa mota. num. 11. † etiam si esset legatus de la- tere, secundùm Specu. in tit. de leg. §. nunc ostendendũ, vers. 14. Idem voluit glo. magna in fin. in c. quoad translationem. de offi. deleg. vbi doctores idem sequuntur, & Bal. in l. neqc- quam. §. fin. in princ. ff. de offi proconsul. quos refert, & sequit Franc. in rubr. de appellatio. colum. 6. nu. 23. Quę tamen in- telligenda sunt, secundùm ea, quæ eleganter no. Deci. in di.

19 c. pastoralis. nu. 2. † vbi egregiè declarat quis possit hãc clau- sulam in rescriptis apponere.

20 Sextò † nisi essemus in appellatione à diffinitiua; secun- dum opinionem illorum, qui tenent per hanc clausulam

21 appellatione remota † non tolli appellationem à diffinitiua sententia, sed ab interlocutoria: In qua opinione fuit Spec. in tit. de senten. executione. §. primo. circa princ. vbi voluit ad propositum materiæ nostræ, quòd quoad diffinitiuam talis clausula nihil operetur, & Iudex teneatur appellationi deferre, & si faceret executionem, illa statim reuocaretur: cu ius opinio. fuit etiam Lanfranc. post alios, de quibus ibi per eum in d. decis. 463. incip. clausula appellatione remota.

22 Septimò † qñ (si essemus in casu, in quo in aliquo delicto esset remota appellatio) non constaret adhuc de ipso deli- cto: Si enim dum discutitur de tali delicto fertur sententia interlocutoria, talis clausula non impedit appellari, vt est de cis. Lanfranc. 464. quæ incipit, quando in aliquo delicto re- mouetur appellatio: nam si hoc casu damus appellari posse non obstante dicta clausula, sequitur, q̃ huiusmodi appella tio operabitur effectum etiam suspensiuum, & per conse-

23 quens cadit consideratio etiam attentatorum † quando. n. in aliquo casu permittit appellatio, pmitti censet non solũ quoad effectum deuolutiuum, verumetiam suspensiuum, vt per multa deducit Ias. in cons. 187. circa primum, colum 6. vers. secundò facio aliam conclusionem. lib. 2.

24 Octauò vt non procedat † quando Iudex datus cum dicta clausula manifeste grauaret, nam stante manifesto grauami ne per huiusmodi clausulam non censetur quis prohibitus appellare vt tradit Deci. in cons. 49. præstantissime. num. 2. lib. primo post glo. in c. ex conquestione. de restit. spoliat. & Ruy. in cons. 82. viso num. 1. lib. 5. & post Decium d. consil. 49. & alios per eum allegatos, idem firmat Port. Imo. in con sil. 59. ex facto. nu. 4 li. 2. & iterum cons. 209. ex facto. nu. 14. lib. 4. & fuit etiam per maiorem partem Dominorum reso- lutum in vna Romana bonorum de Mathæis corã D. meo Oradino 11. Maij 1562. videlicet q̃ stante notorio grauami- ne cessat clausula appellatione remota. Nam & aliàs in simi

25 li videmus, q̃ si per legem † aut statutum tollitur appellatio, non censetur sublata, quando quis manifestè grauaretur se- cundum Bald. in l. 1. C. si de moment. poss. fuer. appel. & in l. consentaneum. C. quomodo, & quando Iud. & per Alexan. in cons. 77. visis num. 12. colum. fin. lib. 3. & in cons. 106. vi- so num. 26. lib. 3. cum concor. de quibus per eundem Alexã. in l. 4. §. condamnatum. ff. de re iudi. & in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de no. ope. nunc. quibus adde in recollect. Caputa- quen. par. 2. decis. 83. incip. lata sententia, vbi non solum dici tur, q̃ stante notoria iniustitia, hæc clausula non operatur

26 † verum etiam quòd quis etiam aduersus tres conformes est audiendus, & facit etiam in recolect. Put. 3. decis. 414. & Na- ta in cons. 172. in causa. num. 6. lib. 1. Fa. quod & aliàs dici-

27 tur † quòd etiam in possessorio appellatur, quando con- stat de euidenti iniustitia: vt per Stefa. Aufr. in addit. ad decis. Tolos. 500. in princ. addit. quod & post Abb. in c. ex conque- stione. num. 5. & Alex. in cons. 33. num. 8. lib. 1. posuerunt no uissime moderni in annotation. ad Aegid. nume. 66. & post glo. in d. c. ex conquestione, tradit Andr. Barba. in consil. 24.

28 cum quæritur. num. 12. lib. 2. cum & aliàs videamus † q̃ exce

29 ptio notoriæ iniustitiæ p̃ agentẽ admittit † & impedit litis in-

30 gressum, † ẽt coram arbitro, vt multa ad hoc cumulando de- ducit nouissimè Blanc. in tract. de compromis. in 4. q. princ.

31 num. 97. † Et sententiam aperte iniquam non esse exequen dam, tenuit Rota in vna Regien. coram Aquen. vt est in re colect. A. Augustini lib. 3. decis. 158. incip. Aquẽ. si ergo po- test appellari ergo quoad vtrunque effectum, tam suspensi- uum, quàm deuolutiuum, vt post Ias. proxime dictum est, & consequenter dicta clausula hoc casu non impedit atten

32 tata, & illorum reuocationem. † Quod amplia, etiam si talis clausula fuisset apposita de consensu partium: Nam hoc ẽt casu si constat de manifesta iniquitate, poterit appellari se-

33 cundùm Imol. in consil. 76, † Quamuis Ruyn. in consil. 82. nu. 2. sit valde dubius super hoc puncto, immo in casu suo ibi num 4. contrarium expresse teneat, quando sententia ci-

tra

tra dolum contineret manifeſtam læſionem, propter duplex uinculum, uidelicet Principis, & partium, ut ibi per eum latius.

34 Nona huic proxima limitatio ſit † ut non procedat, quando iudex datus in reſcripto cum dicta clauſula proferens ſententiam fuiſſet in dolo, uel lata culpa, nam licèt regulariter dicta clauſula prohibeat appellationem, id tamen non ven-
35 dicat ſibi locum, quando iudex in dolo, † vel culpa, quæ dolo æquiparatur. l. 1. ff. ſi menſor fal. mod. dix. ut fuit ſingulare dictum Bal. in ca. ut debitus. colum. 2. de appellatio. quem refert, & ſequitur. Franc in dicto c. paſtoralis. colum. 5. verſic. 14 operatur. extra de appellat. & per multa hoc comprobat Hippol. de Marſil. in ſing. 289. incip. dolus futurus. Ad quod 43
36 facit, quod aliàs dixit Bal. in l. pen. C. de arbitris, † dum uult, quòd reductio ad arbitrium boni uiri peti poteſt non obſtãte quacunque ampla, & plena renunciatione, non ſolum quando arbiter fuit in dolo, uerum etiam ſi in lata culpa, ut refert Ruyn. in dicto conſi. 82. num. 30. ubi in id etiam al- 44
leg. Pet. de Ancharan. in diſputatio ſua incip. cum Clericus, licèt poſtmodum in fi. verſic. non obſtat & c. idem Ruyn. in caſu ſuo, & probabiliter id confutare uideatur. Et ſimiliter quòd licèt regulariter in poſſeſſorio ſit prohibita appella- 45
tio. l. 1. C. ſi de moment. poſſ. permittitur tamen, quando ſententia fuiſſet lata per iniuriam, dolum, aut latam culpam Iudicis, ut per Bald. in conſi. 217. in fi. lib. 2. & poſt eum Grat. 46
37 in conſi 163. requiſitus. num. 48. lib. 2. † Quam limit. amplia 47
notabiliter, ut procedat, etiam ſi in reſcripto talis clauſula fuiſſet appoſita de ꝑſenſu partium: nam licèt aliàs cõſenſus partium operetur, quòd cenſeatur remota eius appellatio quò ad omnem effectum, ex eo quia cenſentur partes appellationi renunciaſſe, vt fuit notabile dictum Bald. in l. 2. ad fi. C. de appel. quem (non obſtantib. quibuſdam in ꝯrium per Imol. allegatis) refert, & ſequitur idem Fran. in dicto c. paſtoralis. verſi. 14. ſub num. 11. id tamen minime procedit, quando iudex fuiſſet in dolo, nam hoc caſu (non obſtante, quòd clauſula ſit appoſita de ꝑſenſu partiu3) poterit nihilominus appellari, ſecundum Bal. in alleg. c. ut debitus. colu. 2. de appel. & Franc. in dicto verſi. 14. à quibus in effectu non uidetur diſſidere etiam Ruyn. in dicto conſi. 82. per totum, præſertim num. 4. & 5. dum conatur deducere, ꝙ in caſu ſuo dolus neque re ipſa, neque præſumptus interuenerit.

38 Decimò limita regulam princip. † ut procedat in clauſula, appellatione remota, appoſita ſciente Principe, & maturo conſilio, ſecus ſi ſit appoſita in uulgari, & uendibili reſcripto Conqueſtus, quia illa non operatur effectum, ut attenta non reuocarentur, ut fuit aliàs tentum per Rotam in vna Hiſpalen. donatiui coraꝫ Peregrino, ut eſt in recollect. A. Auguſtini deciſio. 101. incip. Peregrinus, & in recollect. eiuſdem Peregrini deciſ. 71. aliàs 3. incip. licèt clauſula, & Put. 2. deciſ. 328. & Chiſſan. deciſ. 11. Pro qua plurimum fa. quod uoluit Bald. in dicto c. paſtoralis §. præterea. in prin. in prima oppo.
39 de offic. deleg. † & cum hodie dicta clauſula apponatur potius de ſtilo generali, quàm de miniſterio ſpeciali; ſonat potius in quandam monitionem, uidelicet. ut nõ deferatur appellationi fruſtratoriæ, quàm ꝙ in aliquo deroget iuri communi, quod etiam dixit Manſuer. in ſua praxi iudicial. in tit. de appell. col. 11. uerſi. item quando dicitur in literis. Hinc ſo-
40 let dici † ꝙ talis clauſula tollit ſolum friuolas non aũt legitimas appellationes, & a iure pmiſſas, ut poſt alios tradit Imo. in c. ut debitus. nu. 9. in fin. de appel.

Vndecimò limita, quando eſſemus in appellatione interpoſita ab eo, qui erat ꝯdictor de iure non autem de facto tan-
41 tum † quoniam clauſula, ꝯdictores appellatione poſtpoſita cõpeſcendo, refertur ad ꝯdictores de facto non autem de iure, glo. & omnes & Panor. num. 9. in c. pro illorum. de præb. Staffil. de liter. grat. & iuſt. cart. 98. Felyn. in c. ſuper eo. num. 8. de offic. deleg. Rebuff. in ſua praxi benefic. in forma nou. prouiſ. in verbo ꝯdictores, & contradictor de iure is diceretur, qui productis ſuis iuribus uellet uia iuris audiri. Fely. in dicto c. ſuper eo. & in c. cauſam quæ. colum. 12. uerſi. ſimiliter dicit. de reſcrip. poſt Oldrad. in conſi. 81. quòd proceſſus. nu. 7. & ita tandem fuit reſolutum in una Neapolitana Capellaniæ coram Finetto 10. Iunij. 1569. in qua cum attentans ad excuſanda attentata fundaret ſe; quia ſtante dicta clauſula in literis licuit ſibi etiam pendente termino ad appellandum ſententiam exequi, & dubitatum bis fuiſſet, an eſſent attentata, & 1. Ianuarii eiuſdem anni nihil reſolutum fuiſſet, vltimo tamen fuit tentum pro attentatis.

42 Duodecimò, & vtiliter limita, ut non procedat † quando literæ, & gratia ubi eſt appoſita dicta clauſula eſſent ſubreptitiæ; quia executio facta pendente appellatione a ſententia vigore dictarum literarum lata, uel tempore ad appellandum non excuſaretur ab attentatis, ut colligitur aperte ex his quæ dixerunt Domini in una Neapolitana attentatorũ coram Sarmiento die 29. Maij 1564. in qua licèt antea ſub die 20. Iunij 1561. fuiſſet dictum, ꝙ Domini inclinabant, ꝙ ſtante clauſula, appellatione remota, non eſſent attentata, & propterea inſtaretur vltimo loco pro abſolutoria ab attentatis, Domini dixerunt, quòd ſi Breue, de quo ibi erat ſubreptium, impedit abſolutionem ab attentatis, cum omnia corruant, & propter uim imminentis appellationis oriuntur attentata, uel nullitas.

Declaratur nunc eadem limitatio principalis.

Primò ut ea, quæ attentantur pendente huiuſmodi appellatione; quæ per hanc clauſulam fuerat in reſcripto remota † licèt non reuocentur ex priuilegio attentatorum, potuerunt tamen reuocari per uiam querelæ ordinarie agendo, ſm Hoſtien. in c. paſtoralis. §. præterea. & ibi Doct. de offi. deleg. Abb. in c. ut debitus. col. 7. in prin. de appell. & alios relatos per Fran. in dicto c. paſtoralis. de appellat. num. 6. uerſi. 6. operatur. † Vel per uiam nullitatis principaliter de nullitate agendo, quia licèt ſit remota appellatio, poteſt nihilominus agi de nullitate, quę retardat executionem, vt poſt Alex. in conſi. 7. num. 12. & 15. lib. 3. & alios per eum alleg. nouiſſime tradunt Modern. in annotat. ad Aegid. nu. 68. † etiam ſi nullitas deducatur una cum appellatione, ut ibi. nu. 71. & appellatio ſit deſerta, ut ibi. num. 72.

Secundò, quòd dicta clauſula operetur † quo ad ipſas partes in reſcripto compræhenſas, † non autem quo ad tertiũ, is enim poteſt pro ſuo intereſſe appellare, ad tex. in ca. ſuper eo. de offic. deleg. per quem ita poſt alios firmat Alex. in cõſ. 84. in cauſa. num. 6. lib. 3. & eſt communis opinio, de qua teſtatur Didac. pract. quæſt. cap. 15. ſub num. 4. fol. 106. uerſic. 4. ſi adamuſſim. ubi multos in id citat, licèt Alex. in dicto conſ. non alleget, & eſt in recollect. Put. 2. deciſ. 147. & tradit etiam Felyn. in conſi. 49. Reuerende. num. 9. & ex recentioribus tradit etiam Aemilia. in conſi. 51. in præmiſſo, num. 4. poſt Bar. in l. j §. interdum. ff. à quibus appellare non licet. Vnde ad propoſitum noſtrum ſi iudex datus cum dicta clauſula ſententiam poſt appellationem ab eo per tertium pro ſuo intereſſe interpoſitam exequeretur, deberet tanquam attentata reuocari ſm ea, quæ ſupra poſuimus in 14. ampl. princ. huius reg. princ. de attent. appel. pend.

Limitatio IX.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio in notorijs interpoſita an faciat attentata?*
2 *Executio ſententiæ fieri poteſt etiam pendente appellatione, quando ſumus in notorijs.*
3 *Appellatio in notorijs interpoſita regulariter non ſuſpendit iuriſdictionem.*
4 *Appellans in notorio confeſſionis, ſi in appellatione exprimat iuſtam cauſam, quæ habeat offuſcare illud notorium, iuriſdictio iudicis à quo cenſetur ſuſpenſa, ut ſententiam exequi non poßit.*
5 *Notorium non operatur effectus ſuos, ſi contra eum allegetur aliquid, per quod notorium offuſcetur.*
6 *Confeſſio in iudicio non facit notorium, quando illa ex aliqua cauſa offuſcatur.*
7 *Via executiua non habet locum, quando inſtrumentum guarentigiatũ aliquo modo eſt offuſcatum.*
8 *Compromiſſum peti poteſt etiam ſuper inſtrumento guarentigiato, quando illud ex aliqua cauſa offuſcatur.*
9 *Iudex à quo etiam in notorijs appellatur, non procedit ad executionẽ, ſi per Iudicem ad quem fuit inhibitum.*
10 *Appellatio etiam in notorijs facit attentata, quando ſumus in criminalibus, & iudex in imponenda, vel arbitranda pœna modum exceſſit.*
11 *Appellatio in notorio confeſſionis inducit effectum etiam ſuſpẽſiuum, quando notorium reſultat tantum ex eo, quòd quis ſit cõfeßus, non autem quia etiam ſit conuictus.*
12 *Appellatio in notorio probationis, puta per famam operatur effectus ſuos.*
13 *Appellatio à declaratione notorij interponi poteſt.*

1 NOna Principalis limitatio ſit † ut non procedat in factis notorijs: nam licèt aliàs diſputetur, an in notorijs liceat appellare tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, de quo per Docto. in c. Romana. §. ſi autem. de appellatio. in 6. & l. 2. C. quorum appel. nõ recip. & in c. cum ſpeciali. §. porrò. de appellat. & in c. cum ſit Romana. §. præterea. de appel. Et Rot. deciſio. 68. aliàs 761. ſciendum, ad med. de appel. in antiq. ubi ſentit, quòd non appel-
2 letur. Nihilominus, quando ſumus in notoriis poteſt etiam pendente appellatione fieri executio: quia appellatio hoc ca-
3 ſu interpoſita regulariter † non ſuſpendit iuriſdictionem, nec impedit executionem, ut tradit poſt Oldrad. in conſil.

16. col.

Source : BIU Cujas

16.colum.2. & Ludou. Roma. consi. 324. Maran. in specul. in tertia parte sextæ par. prin. q. 2. num. 175. & post eum (nullo alio allegato) Manfred. in lib. 2. pract. conclus. super attēt. conclu. 71. Quibus adde Spec. de appell. §. nouissime. sub nu. 2. versi. septimus casus, & iterum nu. 12. versi. & nota ꝙ hodie, & melius in titulo de notor. criminibus. §. 1. nu. 7. uersi. quid si auditis. & Guid. Pap. in tract. de appel. q. 120. colum. 4. versi. sed aduertas. & Petr. Duen. (post. Ant. de Butr. Panor. Bald. Deci. & alios, de quibus ibi per eum) in regula. 42. incip. appellatione pendente num. 12. limit. 12. & Stef. Aufr. in addit. ad decis. ult. c. Tolos. & nouissime etiam Io. Crot. in consi. 101. viso puncto. num. 9. & seq. col. 2. Et quamuis dicti Doct. simpliciter ponant hanc limitationem: quia tamē Nicol. de Milis in suo repertorio in uerb. notorium. versi. notorium an impediat appellationem, cum pluribus. versic. seq. fol. 239. eleganter pertractans materiam huius notorij, non nulla ponit, quæ faciunt ad declarationem huius limitationis, idcirco in hac limitatione potest poni regula, quòd in notorijs regulariter appellatio non operetur effectum suspēsiuum, sed tantum deuolutiuum, & propterea pendente hu iusmodi appellatione potest iudex à quo ad executionem procedere, & ista sit

Regula, quæ probatur in dicto c. Romana. §. si autem. de appel. in 6. & alia superius allegata.

4 Limitatur primò, † vt non procedat in notorio confessionis, quando in appellatione in hoc casu interposita appellans expressit aliquam iustam causam, quæ habeat offuscare illud notorium, puta se timore tormentorum fuisse confessum, vel aliàs per errorem, ut exemplificat glo. in dicto §. si autem. in verb. mandetur, & post eam Doct. ibi, & in c. cū speciali. §. porrò, præsertim Franc. ibi col. 3. num. 7. uersic. ex prædictis nota, & versi. quando autem in criminalibus, de appel. & in d.c. Romana. §. si autem. sub num. 5. uersic. quando verò notorius expressa legitima causa, eodem titu. in 6. Mil. in dicto verb. notorium licèt regulariter impediat. Stefan. Aufr. in addit. ad decis. Tolos. decisio. 500. quæ est ultima, in pen. additione, in quibus locis Doct. prædicti tenent, ꝙ appellatio hoc casu suspendit iurisdictionem iudicis a quo, ut non possit sententiam exequi, pro qua fa. quod & aliàs uide
5 mus quòd † quando allegatur aliquid, per quod notorium offuscatur, notorium non operatur effectus suos, puta si contra exceptionem proprietatis notoriam agenti possessorio recuperandæ oppositam, aliquid allegetur, quod habeat notorium dictæ exceptionis offuscare: nam licèt dicta notoria exceptio regulariter obstasset, stante tamen dicta offuscatione notorium perdit uires suas, & amplius non obstat: ut cōsiderat eleganter Nicol. de Mil. in uerb. possessorio recuperandæ agenti obstat. fol. 285. Quibus adde quæ ponit Soc. in consi. 4. uisis actis. lib. 1. post glo. in ca. qui ꝰ iura. de reg. iur.
6 in 6. & in c. cum olim. de uerb. signif. † ꝙ confessio in iudicio non facit notorium, quando illa ex aliqua causa offuscatur.
7 † Et similiter uia executiua non habet locum, quādo instrumentum guarentigiatum aliquo modo est offuscatum, ut post Bal. l. 2. C. de excepr. rei iud. & ī l. 1. ff. de leg. 2. tradit Blāc. in tractatu de compromiss. in quarta q. princ. sub nume. 2. colum. 3. versi. ex instrumento guarentigiato, circa finem in-
8 ferens ibi, † quòd etiam super instrumento guarentigiato potest peti fieri compromissum, quando illud ex aliqua causa offuscatur.

9 Secundò, † nisi iudex ad quem iudici à quo (ſm terminos dicti §. si autem) inhibuisset, ut per Docto. in dicto §. si autem, & in dicto §. porrò, præsertim Franc. in dicta col. 2. in fi. versic. nisi iudex ad quem faciat sibi inhibitoriam, & Stef. Aufr. in dicta addit. in ultimis verbis.

Tertiò notabiliter ſm Mil. in dicto verb. notorium, an impediat appellationes, post prin. iuncto uersi. in notorio autē
10 ꝰfessionis, ut non procedat in notorio confessionis † qñ sumus in criminalibus, & iudex in imponenda pœna, uel a iure determinata, uel etiam arbitraria modum excesserit, nā hoc casu tenet appellatio, quoad omnem effectum, tam devolutium, q̄ suspensiuum, qui suspensiuus impedit pendente appellatione posse procedi, & facit esse locum attentatis, ad no per Doctores in c. non solum. de appel. in sexto, & sæpe supra dictum est.

11 Quartò † quando sumus in notorio confessionis in causa ciuili, & notorium resultat dun taxat; quia reus confessus fit, non autem quia etiam sit conuictus, nam hoc casu licèt non sit sine aliquo dubio, cum aliqui dicant, quòd non audiatur appellans; nisi expressa legitima causa, ut per Franc. in dicto §. si autem. sub nume. 5. tutius tamen est tenere indistincte appellationem habere omnem effectum, etiam suspensiuum secundum Mil. in supradicto loco, versic. in ciuili autem.

12 Quintò, quando essemus † in notorio probationis, quia secundum Mil. in dicto loco, in uersi. in notorio autem probationis: planuꝫ est, ꝙ appellans audiatur, & appellatio operatur effectus suos; Sic & in notorio per famam potest appellari, ut per Spec. in titu. de appel. §. in quibus. sub num. 13. versi. 10. in delictis notorijs, per tex. in cap. cum sit Romana. in fi. de appellat. & Feder. Schen. in tracta. de appell. nume. 39. & Pet. Rebuff. super constit. Reg. tom. 3. in tracta. de appellat. artic. 7 glo. 2. num. 22. quoniam, & hoc casu admittitur appellatio.

13 Sextò potest limitari † ut non procedat in declaratione notorij: licèt enim à notorio non appelletur, & propterea dari non possint attentata, ut in regula (quia tamen à declaratione notorij datur appellatio, ut post Specul. in titulo de recusat. §. fin. uersi. hoc etiam nota, & Abb. in consi. 100. col. pen. versi. & si etiam. lib. 1. & Fel. in c. Rodulphus. colum. pen. versi. & appellari potest, de rescript. & in ca. cum non ab homine. colum. penult. uersi. & nota quòd licet, de iudi. tradit nouissimè Ant. Gabriel. commu. conclus. lib. 6. de regul. iur. conclus. 3. num. 60.) stante appellatione à declaratione notorij, si fiat executio, non minus erit attentata, quàm si simus in alio casu appellabili, ex quo data appellatione regulariter resultat effectus suspensiuus, qui solet causare attentata, vt per Iaſ. in consil. 187. circa. col. 6. uersi. facio aliam conclusionem, lib. 2. & aliàs dictum est.

Limitatio X.

SVMMARIVM.

1 *Attentata pendente appellatione à sententia iudicis, cuius fuit onerata conscientia, regulariter non reuocantur, & infra nu. 9.*
2 *Appellari an possit à sententia lata secundum conscientiam iudicis.*
3 *Et non posse quoad utrumque effectum, aliqui tenuerunt.*
4 *Et retractationem talis sententiæ solum permitti per viam gratiæ, misericorditer officium iudicis implorando.*
5 *Appellatio à sententia secundum conscientiam lata deuoluit, non tamen suspendit secundum alios.*
6 *Causa magni præiudicij admittit appellationem etiam à sententia secundum conscientiam iudicis lata, secus si sit modici præiudicij.*
7 *Conscientia triplex est, remissiue.*
8 *Iudex qui secundum conscientiam procedere potest, etiam sine citatione valet procedere.*
10 *Appellatio a sententia secundum conscientiam iudicis lata non operatur effectum suspensiuum.*
11 *Conscientia iudicis si simpliciter non oneretur, sed addatur qualitas respiciens iustitiam, puta ad iudicium tuæ conscientiæ, tunc ab eius sententia potest appellari.*
12 *Appellationi à sententia secundum conscientiam Iudicis lata deferri debet, quando superiori apparet fuisse ex rationabili causa interpositam.*
13 *Appellatio in causa magni præiudicij operabitur effectus suos etiam interposita à sententia secundum conscientiam iudicis lata.*
14 *Iudex, cuius fuit onerata conscientia, postquam fuerit per Iudicem ad quem inhibitus, non potest ultra procedere.*
15 *Conscientia iudicis ad hoc, vt ab eius sententia appellari non possit, debet esse cum iudicio discretionis.*
16 *Recursus ad superiorem haberi potest, ut corrigat id, quod male secundum conscientiam fuit per iudicem iudicatam, licèt ab eius sententia appellari non possit.*

DEcima limitatio principalis sit, quando appellaretur a sententia Iudicis, cuius conscientia, vel ex dispositione iuris communis, vel ex forma cō
1 missionis, aut rescripti fuisset onerata † quia gesta, & attentata post dictam appellationem non venient per uiam attentati reuocanda. Quamuis enim non
2 sit leue dubium apud Doct. an a sententia † lata secundum
3 ꝰscientiam iudicis possit appellari † cum aliqui tenuerint absolute hoc casu appellari non posse, quoad utrumque ef
4 fectum tam suspensiuum, quàm deuolutiuum † & retractationem talis sententiæ solum permitti per uiam gratiæ, misericorditer officium iudicis implorando, vt illam emendet, ne erronea ꝰscientia noceat parti, in qua opi. uidentur fuisse Imol. & Gemin. in c. statutum. §. assessorem. de rescript. in
5 6. Aliqui uerò uoluerint appellari posse, † & quòd appellatio hoc casu licèt non suspendat, tamen deuoluat: cuius opi. videtur fuisse originaliter glo. in clem. prima, in uerbo oneramus, de iure patr. quam Paul. Laur. & Card. ibi in effectu
6 sequi uidentur. † Alij autem distinguant, ꝙ aut sumus in cā modici præiudicii, & non possit appellari, aut magni præiudicij, & tūc possit prout ꝰsiderabat Bal. in l. 2. C. de reb. cred. Alij demum simpliciter, & indistincte dixerint, appellari nō

posse,

Source : BIU Cujas

posse, non declarando ad quem effectum, suspensiuum ne, an etiam deuolutiuum hæc prohibitio referatur, ut uidetur decisio. Rot. 18. aliàs 443. fuit dubitatum, sub num. 3. & 4. de concessio. præben. in no. & Io. Cephal. in consil. 89. affatim, num. 14. lib. 1. post Fran. qui alios allegat in rubr. de appell. num. 7. de quibus omnibus habetur late per Gemin. Franc. Imol. & alios in dicto. §. assessorem, & per glo. & Card. in dicta clem. prima, de iure pat. q. 16. per Rom. consi. 27. uiso the mate. post prin. vbi alios allegat, & consil. 261. super eo. ad finem. Paul. de Castr. in l. de pupillo. §. qui opus. ff. de no. oper. nunc. Alex. in l. in prouinciali. §. qui opus. de no. ope. nunc. Panorm. in c. super his. num. 16. de accus. Felyn. in dicto c. super his. colum. 5. de accus. & in c. significasti, el primo. de homicid. & plenius in c primo. colum. 20. uersi. & si dicatur cõ scientiæ tuæ, de constit. And. & Barbat. in c. ne innitaris (ubi late) de constitut. & in consi. 36. ad propositum. num. 7. & sequen. lib. 2. † vbi triplicem esse conscientiam demonstrat, & nouissime Iac. Menoch. in tractatu de arbitrio iudicis. lib. 1. q. 17. nume. 14. ubi, & illud subdit † quòd talis iudex potest etiam sine citatione procedere, quod fusius posuit nouissimè Io. Bapt. de Asin. in sua praxi iudic. §. 7. cap. 5. versi. 6. limitatur in prin. apud quos, & alios per eos relatos de harum opinionum uarietate, & ueritate uideri potest.

7 8

Nihilominus sicut supradicta non procedunt sine difficultate: ita quod attinet ad propositum nostrum, clarum est

9 † quòd gesta post appellationem interpositam à sententia talis iudicis non reuocantur per uiam attentatorum, sed solum uia ordinaria iniustitiæ, ut in his terminis est decis. Aegid. 18. incip. oneratio conscientiæ. Et meritò † quandoquidem secundum omnes ferè supra positas opiniones conceditur, quòd huiusmodi appellatio non operatur effectum

10 suspensiuum; Immo illorum quoque opi. qui simpliciter docebant appellationem prohiberi, ab alijs declaratur, ut procedat quò ad effectum suspensiuum, secus quoad deuolutiuum, vt declarat expresse Mil. in verb. appellatio. versi. appellari non potest. fol. 15. Vnde si non præsupponitur suspensio iurisdictionis, nec etiam cadit regulariter consideratio attentatorum vt recte ponderat Aegid. in dicta decis. & supra sæpius dictum est, ꝙ vbi suspensio non datur, nec dantur attentata. Et licèt prædicta limitatio uideatur regulariter tenenda, ꝑsideratis tamen nonnullis casibus, qui ex dictis Doct. in supra allegatis locis secũdum diuersitatem opi. elici possunt, nonnullæ etiam huic propositioni possunt accommodari limitationes, Sit igitur

Regula, ꝙ attentata nõ reuocantur, quando sumus in appellatione interposita à sententia iudicis, qui secundum suã conscientiam pronunciare poterat, ut in dicta decisio. Agid. 18. & præcipue ea ratione; quia talis appellatio non inducit effectum suspensiuum per supradicta.

11 Limita primò, quando † non est simpliciter onerata iudicis conscientia, sed cum hac clausula est appositũ aliquod verbum, uel qualitas respiciens iustitiam, puta ad iudicium tuæ conscientiæ, uel simile; quia tunc debet seruari iustitia, & iuste procedi, & ab eo posset appellari, & eius sñia corrigi, ad tex. in c. qualiter. el 1. de accus. & per illum tex. tradit Frã. in c. statutum. §. assessorem. sub nu. 5. uersi. potest etiam limitari, de rescrip. in 6.

12 Secundò, quando superiori appareret † quòd appellatio hoc casu esset interposita ex aliqua rationabili causa, quia tunc debet sibi deferri secundum Card. in dicta clem. 1. q. 16. de iure patro. post Laur. in eodem loco. Vnde si defertur, ergo quicquid fieret post delationem, uideretur attentatum ex vi delationis, iuxta ea, quæ latius diximus supra hoc eodem ca. in quinta sublimitatione primæ limitationis princ. huius regulæ, de attent. appellatione pend. nu. 66. & sequ. dũ vniuersaliter deduximus, ꝙ per delationem iudex abdicat à se omnem iurisdictionem. Vnde gesta per eum dicerentur gesta sine iurisdictione.

Tertiò (retenta opinio. Bald. in l. 2. C. de rebus cred. quem refert, & sequitur Franc. in dicto §. assessorem, sub dicto nu. 5. versi. sed uide, & Mil. in dicto uerb. appellari non potest. fol. 15. ubi etiam allegat eundem Bal. in ca. 1. in titulo quando mil. vas. qui contumax est) † vt procedat, quando sumus in causa modici præiudicij, secus si magni, quia tunc appellatio operabitur effectus suos.

Quartò, videtur posse limitari, ut procedat, nisi superior vigore dictæ appellationis iudici à quo cum dicta clausula dato inhibuisset, ut colligitur ex mente Card. in dicta q. 16. ad med. dũ secutus Laur. ibi dicit, properabit assignare portionem, de qua ibi, antequam fiat inhibitio per superiorẽ,

14 quasi sentiat (& bene) † quòd iudex etiam datus sub dicta forma non possit ultra procedere, postquam fuisset inhibitus, cum hoc non sit nouum (ut supra sæpius diximus) quòd multoties inhibitio operatur effectum attentatorum in casu, in quo citra inhibitionem attentata non darentur, de quo dicemus etiam latius infra suo loco, capit. vigesimo, de attentatis post inhibitionem, in prima ampliat. nume. primo, & sequent.

Declara præmissa. Primò. vt ad hoc, ut non possit appel

15 lari, † talis conscientia debeat esse cum iudicio discretionis, ad tex. sing. in c. 2. de regul. in 6. & tradit Barbat. in dicto consil. 36. num. 7. lib. 2.

16 Secundò declara, ut licèt appellari non possit † potest tamen haberi recursus ad superiorem, ut corrigat id, quod male secundum conscientiam fuit iudicatum, ùt post glo. in clement. prima, de iure patron. tradit idem Barbat. ibi. nume. 9.

Limitatio XI.

SVMMARIVM.

1 *Taxatio expensarum, etiam appellatione pendente citra uitium attentati fieri potest, secundum doctores, & infra num. 6.*
2 *Contrarium tamen uidetur verius, & infra. num. 7.*
3 *Etiam si iudex in sententia taxationem reseruauerit.*
4 *Et taxatio huiusmodi reuocaretur per uiam attentati.*
5 *Taxatio expensarum non debet fieri nisi post finitam causam appellationis.*
8 *Iudæis de iure communi debet seruari rigor iuris.*
9 *Dispositio fauorabilis ad Iudæos non trahitur, sed odiosa sic.*
10 *Expensarum taxatio appellatione pendente fieri potest, ubi seruandus est rigor iuris.*
11 *Taxatio expensarum incontinenti post appellationem facta non subijcitur uitio attentatorum.*
12 *Expensæ registri causæ etiam appellatione pendente taxantur.*
13 *Etiam contra hæredem defuncti in expensis condemnati.*
14 *Taxatio expensarum in causa attentatorum factarum fieri potest etiã pendente appellatione in causa principali.*

1 VNdecima princip. limitatio regulæ principalis sit, † ut non habeat locum in taxatione expensarũ; quia iudex à quo potest etiam pendente appellatione taxare expensas, in quibus condemnauit; quia tunc nõ dicitur innouare, sed potius declarare pronunciatum. Hanc limitationem specifice ponunt Marant. in specul. suo, in 3. parte sextæ partis principalis. q. 2. num. 186 & Pet. Duen. in reg. 42. nume. 18. motus uterque authoritate Lap. (qui simpliciter id dixit) in alleg. sua. 82. incip. in causa matrimoniali. num. 8. & Felyn. in consi. 13. incip. tertius condemnatus, nume. 2. eandem pro limitatione in hac materia ponit nouissime etiam Manfred. in lib. 2. pract. conclus. super attenta. conclu. 73. vbi solum allegat Lap. & Marant. vbi supra, quem simpliciter refert nouissime Io. Bapt. de Asin. in sua prax. iudic. §. 32. cap. 2. in 68. ampliat. sub num. 3. & iterum Manfr. conclus. 119. vbi solum citat Guid. Papæ in tracta tu de appellat. nume. 28. Animaduertendum tamen est, ꝙ quamuis prædicti Docto. hanc limitationem simpliciter, & absolute (& quasi nullam habeat dubitationem) uideantur

2 tenere. † In rei tamen veritate non modicam continet difficultatem: quoniam contrarium senserunt Ant. de Butr. in c. pastoralis. §. uerum. colum. 4. uersi. ultimò per hanc decretalem, & ibi quoque Decius, colum. fi. uersic. postremò non omitto. extra de appel. quos refert, licèt omnino non sequatur Ant. Gabriel. in loco infra citando, & specifice ꝯ eam est decis. Rot. 43. aliàs 635. si Dominus, de re iudicat. in antiqu. vbi uoluerunt Domini, quòd pendente appellatione a diffi-

3 nitiua † etiam si iudex in sententia reseruauerit sibi taxationem expensarum, illam tamen facere non debet, nisi causa ad eum reducatur, vbi, & illud subdunt, quòd ita seruat palatium, & melior decisio. 46. aliàs 831. nota dic, quòd si fera-

4 tur. eodem titu. in antiq. † vbi amplius uolunt, quòd huiusmodi taxatio reuocaretur per uiam attentati. Ad idem est decis. Rot. 25. aliàs 90. nota quòd ubi iudex, de re iudic. in antiqu. vbi dicitur, quòd quamuis de rigore taxari possent; tutius tamen est non taxare, quod etiam referendo dictam decis. tradit Stefan. Aufr. in addit. ad decisio. Tolos. 465. Contra hanc limitationem est etiam alia decis. Aegid. Bellam. 382.

5 si succumbens, ubi uoluit † quòd huiusmodi expensæ non debẽr taxari. nisi post finitam causam appellationis, motus ea ratione, quia semel fuit sententia appellatione suspensa; ꝯ quam facit etiam, quod modernis temporibus senserunt Domini in una Cæsaraugustana dotis. sub die 2. Iunij. 1561 coram Paleotto, ubi lata erat sententia in partibus, & interposita appellatio, & commissa in curia, & ea pendente processit iudex ad taxationem expensarum, & cum pars peteret

Source : BIU Cujas

ret procedi ſuper negocio principali, & ad excuſanda attenta allegaretur, quòd taxatio expenſarum non cauſat attenta Domini dixerunt, prius eſſe cognoſcendum de attentatis, tacite ſentientes, ꝙ taxatio illa eſſet attentata, ut patet in recollect. Paleot. deciſio. 358. incip. fuerat lata. Ex quibus deciſ.
6 ſatis apparet, quantum ſit dubitabilis hæc limitatio. † Si tamen eam retinere uelis, ne res authoritate carere uideatur, adde ꝙ vltra Lap. in dicta alleg. & Felyn. in dicto conſilio, & alios ſupra allegatos, eſt etiam in terminis dicta deciſ. Capel. Toloſ. 465. Item fuit quæſitum, an index, & Guid. Pap. ſing. 349. incipien. appellatio non impedit, quem refert. & ſequitur Henric. Ferrand. in addit. ad repert. Nicol. de Mil. in verb. appellatio manifeſte friuola, fol. 14. & ſecundum hanc limitationem, quòd ita practicatur in curijs ſeneſcalcorum nemauſenſis, & carcaſſone teſtatur idem Aufr. in dicta addit. ad deciſ. 465. Capel. Toloſ. & tradit nouiſſime etiam Anto. Gabriel. commu. ꝯcluſ. lib. 6. de reg. iur. concl. 3. num. 54. ubi præter aliquos ex ſupra allegatis in id citat etiam Prępoſit in c. paſtoralis. §. uerum. colum. fin uerſic. per iſtam literam, de appellat. & Felyn. in c. ſignificauerunt. colum 6. verſi. quibus adde Rotam de exceptio. & Rebuff. in l. quod iuſſit. in 2. notab. nume. 155. ff. de re iudicata, & nouiſſime Mandoſ in addit. ad dictam alleg. Lapi 82. in verb. taxari expenſæ, ubi alios in id citat, quibus adde Proſper. Carauit. Ritu. 298. num. 24. vbi tamen id limitat non procedere, quando fuiſſet inhibi-
7 tum. † Sed in hac opinionum diuerſitate concluſiue procedendo, & ueritati, & æquitati inhærendo hanc vndecimã limitationem reformandam eſſe cenſeo, & in ea negatiue regulam concipiendam, & certas ſibi limitationes accommodandas, per quas, quæ in contrarium allegari poſſunt, facile concordari valent: ſit itaque

Regula, quòd nec etiam expenſarum taxatio appellatiõ pendente fieri poteſt per ſupradicta, Quam concluſionẽ relatis etiam dictis opi. finaliter firmat nouiſſime Io. Bapt. de Aſin. in ſua prax. iudic. §. 32. c. 12. per tot. nu. 5. uerſic. uerum ſi recte, quam limita

8 Primò, quando eſſemus in caſu † in quo rigor eſſet ſeruãdus, vel de iure communi, vt in Iudęis. glo. in cap. 1. de Iudæ. q̃ ſequitur & comprobat Blanc. in tractatu de compromiſſ. in 3. q. prin. nume. 47. in verb. Hebræi. & ſimiliter refert, & ſequitur Soc. in conſi. 63. in pręſenti conſultatione. nume. 17. lib. 1. & Aug. Bero. in conſi. 28. in cauſa. num. 41. lib. 3. & cæteris fuſius Natta in conſi. 620. circa, per tot. lib. 3. ubi de huius
9 dicti ueritate diſſeritur † cum & aliàs ad eos non trahatur diſpoſitio fauorabilis, ſed bene ſi ſit odioſa, ut tradit Brun. in tractatu de rebus dub. in prima parte in cap. de dubia diſpoſitione reſpectu illius perſonæ, colum. 10. uerſi. hinc dicimus. fol. 7. ubi ſe remittit ad latius per eum dicta in tractatu de ſtatut. excluden. fœmi. in 6. articulo princip. in primo mem-
10 bro. queſt. 3. Vel rigor ſeruandus eſſet ex forma reſcripti † & ita procedat deciſio. Rot. 25. aliàs. 90. not. quòd, de re iudicat. in antiqu.

11 Secundò, quando taxatio † fieret incontinenti poſt appellationem, cum tunc non uideatur aliquid de nouo iudex facere, & ita procedat dicta deciſio. Toloſ. 465. & ita credendũ eſt, ꝙ intellexerint Lap. Marant. & alij, qui ſimpliciter dicebant, taxationem expenſarum fieri appellationę pendente, videlicet ꝙ fiat de rigore, prout in hac ſecunda limitatione, quę multis comprobari poſſet, quę cumulat Tiraqu. in tracta. de retractu conuention. §. 1. gloſ. 1. num. 1. & multis ſeq. dum deducit, ꝙ ea, quę incontinenti fiunt, dicuntur ineſſe.

12 Tertiò limita † in expenſis regeſti: quia illę etiam pendente appellatione taxantur, & ita procedat dicta deciſi. Aegid. 382. Quod dictum ex his, quæ ibi Aegid. ponit, amplia, ut
13 procedat † etiam cõtra hęredem defuncti, & in expenſis condemnati, ut latius per eum.

14 Quartò limitari poteſt † ut non procedat in taxatione, quæ fieret in cauſa attentatorum: quamuis enim preſuppo neremus, appellationem ſuper cauſa principali pendere, & uideretur, quòd huiuſmodi expenſę, tanquam cauſę, quę negocio principali eſſet acceſſoria (vt aliàs dictum eſt) deberent regulari ſecundum naturam cauſę principalis, & conſequenter, ꝙ eſſent taxandę poſt tres inſtantias ſecundum Rotam dicta. dec. 46. aliàs 831. no. dic. de re iud. in antiq. Nihilominus fauore attentatorum poſſunt taxari ẽt ante prolationẽ ſnĩæ in cauſa principali, ut eſt deciſ. Rot. 37. aliàs 454. no. ſi fiat, de re iudi. in antiqu. ut adnotauimus etiam infra in 3. par. c. 30. de priuileg. attent. in 22. priuileg.

Limitatio XII.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtrum contra poſſeſſorem appellatione pendente regulariter fieri non debet.*
2 *Sequeſtratio poſſeſſionis ſecundum formam clem. ad compeſcendas, de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fruct. etiam appellatione pendente fieri poteſt.*
3 *Poſſeſſionis ſequeſtratio in cauſa profana poſt appellationem facta cenſetur attentata.*
4 *Etiam ſi fieret ad tollenda ſcandala, melius infra nu. 22.*
5 *Sequeſtrum in cauſa beneficiali in ſententia decretum exequi poteſt appellatione pendente, etiam ſi fuerit appellatum à ſententia, & ab omnibus inde ſequutis.*
6 *Appellatione pendente ſequeſtrum in beneficialibus fieri poteſt, etiã ſi non in ipſa ſententia, ſed paulò poſt fuiſſet decretum, puta in ſequenti audientia.*
7 *Sequeſtri in ſententia decreti, uigore etiam ſpiritualia ſequeſtrari poſſunt.*
8 *Tertius appellans non impedit ſequeſtrum in ſententia decretum.*
9 *Sequeſtratio decreta in ſententia fieri poteſt, etiam ſi ab ordinario ſecũdum formam dictæ clem. ſequeſtrante iterum appelletur.*
10 *Niſi ipſe appellationi detulerit.*
11 *Sequeſtrum fit appellatione pendente, etiam ſi non ſit in ſententia decretum, quando per poſſeſſorem fructus diſſipantur.*
12 *Immo etiam ſi de dilapidatione dubitaretur.*
13 *Sequeſtrum in prima inſtantia contra ſuſpectum de dilapidatione non uidetur concedendum, quando ille eſt ſoluendo.*
14 *Secus in ſecunda inſtantia, in qua hæc conſideratio non adhibetur.*
15 *Timor diſſipationis ſufficit ad hoc, vt contra poſſeſſorem appellatione pendente fiat ſequeſtrum.*
16 *Diſſipatione, ſeu ſuſpicione præſuppoſita deuenitur contra poſſeſſorem appellatione pendente ad interdictum, ne bona ſtabilia alienet.*
17 *Iudex à quo contra ſuſpectum de diſſipatione, poteſt decernere ſequeſtrum.*
18 *Ante tamen, quàm ſit appellatio præſentata iudici ad quem, & per ſuperiorem recepta ſecundum commu. opi.*
19 *Appellatione ab executione pendente fit ſequeſtratio.*
20 *Præſertim ſi ſumus in re mobili.*
21 *Etiam ſi poſſeſſor non ſit ſuſpectus, atque etiam ſi appellaretur ab exceſſu executionis.*
22 *Sequeſtrum ad tollenda ſcandala etiam appellatione pendente fieri poteſt ſecundum aliquos.*
23 *Ex officio tamen iudicis, non ad inſtantiam partis.*
24 *Vel ſaltem ad inſtantiam appellantis, non autem ipſius appellati.*
25 *Deſcriptio fructuum appellatione pendente an fieri poſſit.*
26 *Verior opinio videtur, quòd ſic.*

DVodecima Principalis limitatio ſit in actu ſequeſtrationis poſſeſſionis, quamuis enim appellatio-
1 ne pendente † regulariter contra poſſeſſorem appellantem non debeat fieri ſequeſtrum, cum integer debeat eſſe illius ſtatus, ut dicit Card. in dicta clem. 1. q. 2. uerſi. ſi uerò proceditur: nihilominus ad propoſitum noſtrum etiam pendente appellatione fieri poteſt in quibuſdam caſibus, nec dicatur attentari.

2 Primus eſt † quando ſumus in ſequeſtratione ſecundum formam clem. ad compeſcendas. de ſeq poſſ. & fruct. videlicet qñ in ſententia lata in prima inſtantia in cauſa beneficiali ꝯ poſſeſſorem, eſt etiam decretum ſequeſtrum iuxta dictã clem. & à tali ſententia ſit interpoſita appellatio, qua pendẽte, & illa non obſtante fit huiuſmodi actus ſequeſtrationis, ut tradunt Card. & omnes doct. in dicta clem. aliàs enim ſi eſſemus in cauſa profana, uel non extaret ſuſpitio dilapidatio
3 nis, ut in proximo caſu dicemus † ſi iudex poſt interpoſitã appellationem deueniret ad ſequeſtrationem poſſeſſionis, vtique tanquam attentatum veniret reuocandum, ut eſt de
4 ciſ. no. Affl. 98. pulchrum eſt dubium † etiam ſi fieret ad tollenda ſcãdala: ut tetigimus ſupra in 7. ampliatione reg. principal. num. 2. Sed præſuppoſita cauſa beneficiali, & quòd ſequeſtrum ſit decretum in ſententia actus ſequeſtrationis factæ per ordinarium appellatione pendente ualet, & non dicitur attentatum, ut ponunt Docto. in dicta clem. & eſt deciſ. eiuſdem Afflict. loquentis in cauſa beneficiali. 152. fuit dubitatum. num. 6. & alia deciſio. Caſſad. quinta, dubitatũ, per totam, præſertim. uerſi. ſed maior pars Dominorum de ſeq. poſſ. & fructu. ex cuius dictis ad regulam hanc, quæ in hac limitatione poteſt poni, uidelicet, ꝙ huiuſmodi ſequeſtratio ualeat, & non ſit attentata, poſſunt colligi nonnullæ ampliationes. Amplia igitur

5 Primò, ut procedat † etiam ſi ſit appellatum à ſententia diffinitiua, & ab omnibus inde ſecũtis, quæ verba licèt uidẽrentur proprie referri ad decretum ſequeſtri, & per conſequens ſpecialiter ſuſpendere ſequeſtrationem, de qua agimus. Nihilominus ualet, & tenet talis ſequeſtratio non obſtanę

Source : BIU Cujas

ſtante huiuſmodi forma appellationis, in tantum, ut tale ſe queſtrum uiolans puniatur, vt ibidem per eum.

Secundò, ut procedat non ſolum, quando proceſſum eſt
6 ad decretum in ipſa ſententia, † uerum etiam quando decer neretur paulò poſt, puta in ſequenti audientia, ut ſentit idē ibi ad fi. verſic. præterea nunquam, ea ratione, ut credenduꝫ eſt: quia quæ incontinenti fiunt, uidentur ineſſe. l. lecta. ff. ſi certum petat. cum infinitis propemodum addūctis per Tiraquel. de retractan. conuentional. §. primo. glo. quinta, in princ. & per totam.

7 Tertiò, ultra eum ibi amplia, † vt ſequeſtrum hoc caſu in tantum ualeat, ut uigore huius decreti poſſint ſequeſtrari non ſolum temporalia, ſed etiam ſpiritualia ſecundum Oldra. conſil. 161. quem refert, & ſequitur Stefan. Aufrer. in addit. ad deciſio. Toloſ. 477. aliquis lite pendente, in finalibus verbis additionis.

8 Quartò, ut † huiuſmodi ſequeſtratio nō impediatur per appellationem interpoſitam à tertio prætendente intereſſe, ut eſt deciſio. Rot. 11. aliàs 349. no. quòd ſi feratur, de ſenten. & re iudic. in antiq & deciſ. 4. aliàs 390. ſi feratur, de ſeq. poſſ. & fruct. in no. & no. Mil. in verb. ſequeſtrum poſſ. & fructuū. Quæ ampliatio aliquibus videri poteſt forſan ſuperflua, & extra omnem dubitationem, ex quo ſi appellatio rei princi- 23
palis non impedit, vt ſupra firmauimus, multo minus appel latio tertij deberet impedire: motiua tamen, quæ pro ꝯria 24
opinione allegari poſſunt, nec pauca ſunt, nec leuia, quæ apud Dominos ibi uidere poteris.

9 Quinta, ac ultima ampliatio ſit, † vt procedat, etiam ſi ab ordinario ſequeſtrante ſecundum formam dictæ clem. inter ponatur appellatio, nam non obſtante hac ſecunda appella 25
tione, nihilominus valet ſequeſtratio, ut tradit Card. in dicta clem. prima 9. notab. & ibidem. q 13. quem refert & ſequitur Marant. in Specul. ſuo. q. 2. tertiæ partis ſextę partis principa lis, num 182 & eundem Card. in hoc ſimpliciter refert, & ſequitur Pet. Duen. in reg. 42. nume. 15. quod tamen intellige
10 † niſi ipſe ordinarius appellationi detulerit; quia tunc non poteſt ultra ſe intromittere, ut poſt Paul. tradit Cardin. dicta quæſt. 13.

11 Secundus † caſus conſiderari poteſt, in quo actus ſequeſtrationis fit pendente appellatione, etiam ſi non ſit in ſententia decretum, quando per poſſeſſorem fructus diſſiparen tur, ad cap. fin. de ſequ. poſſ. & fructuum, & ponit eleganter Stefan. Aufr. in dicta addit. ad deciſ. 477. poſt princ. poſt Barto. in l. Imperatores. per illum tex. in fi. de appellatio. & poſt Barto. in dicta l. Imperatores. & Specul. in titulo de appellat. §. nouiſſime. in prin. & Docto in l. ab executore. C. quorum appellat. non recip. & Fran. in cap. cum teneamur. colum. 3. de appellatio. tradit Marant. ubi ſupra num. 177. Quibus ad de Soc. regula. 459. incip. ſequeſtratio, in prima limitatione, & Anto. Corſet. in ſing. ſuis, in uerb. appellatio, incip. regula eſt, limitatio prima, & poſt Specul. Lancel. Corad. de præto re §. 2. de offic. prætor. in cauſa ciuil. in cap. de appellat. ſub num. 2. verſi. primò cum reus, & nouiſſime in recollect. Put. deciſio. 3. incip. ſequeſtrum, de ſequ. poſſ. & fruct. ubi ſimili-
12 ter † dicit, ſequeſtrum eſſe concedendum, quādo dubitatur de dilapidatione bonorum: ex quorum dictis ponendo & in hoc ſecundo caſu hoc dictum pro regula, poſſunt ſimiliter colligi ad eam infraſcriptæ ampliationes.

Prima, ut procedatur ad huiuſmodi ſequeſtrum, etiam ſi poſſeſſor eſſet ſoluendo, quando ſumus in cauſa appellatio
13 nis † nā licèt aliàs ſoleat in hac materia diſtingui, qñ ſumus
14 in prima inſtantia, an ille ſit, uel non ſit ſoluendo, † in ſecūda tamen inſtantia, & in cauſa appellationis non adhibetur hæc diſtinctio, ut per Aufr. ubi ſupra.

15 Secunda, ut nō requiratur diſſipatio, † ſed ſufficiat timor diſſipationis, ut ibidem per Aufr. poſt Barto. per illum tex. in l. de pollicitationibus. ff. de pollicitat. & cano. in cap. 1. ut lite pendente. & Vital. de clauſ. nil nouar. appellat. penden. poſt princip.

16 Tertiò, ut † ſtante diſſipatione, ſeu ſuſpicione non ſolum pendente appellatione deueniat ad ſequeſtrum, ut ſupra, ſed ad interdictum, ne poſſeſſor bona ſtabilia alienet, vt poſt Bar. in dicto loco tradit idem ibi.

17 Quartò, † ꝙ huiuſmodi ſequeſtratio fiat etiam à iudice à
18 quo † ante tamen quàm ſit præſentata appellatio iudici ad quem, & per ſuperiorem recepta, ut tradit Cardin. in dicta clem. prima, quæſtio. 15. & eſt communis opinio, de qua teſtatur Maranta vbi ſupra nume. 177. contra Barto. in dicta l. Imperatores.

19 Tertius caſus per Card. in dicta q. 22. conſideratur † quando ſumus in appellatione ab executione: quia tunc fit ſeque
20 ſtratio, † pręſertim ſi ſumus in re mobili, non † diſtincto an
21 poſſeſſor ſit ſuſpectus, uel non propter magnā pręſumptionem, quæ eſt ꝯ victum, qui à ſnīa non appellauit, ſed tantū ab executione, ut ibi per eum latius. Quod amplia, ut procedat, etiam ſi appellaretur ab exceſſu executionis, ut annotauimus infra in 53. limitat. princip. num. 30. euitaretur tamē hoc caſu ſequeſtratio, ſi reus & appellans idoneam offerret cautionem & fideiuſſionem, ut poſt Imol. in l. Imperatores §. idem reſcripſerunt. ff. de appellat. & alios per eum allegatos declarat ex recentioribus Aemilian. in conſil. 77. diuino. num. 4. 7. 8. & ſequen.

Quartus caſus ſecundum aliquos eſſe poteſt, in quo pendente appellatione fit ſequeſtrum † videlicet ad tollenda ſcā 22
15 in plus ligaretur, prout poteſt poni exemplum † in caſu ca. tua. de ſenten. excom. vbi incẽdiarij, & alij, de quibus ibi, per denuntiationem in eo plus ligantur; quia poſt denuntiationem, & publicationem non poſſunt abſolui, niſi à Papa, ut ibi: talis enim denuntiatio appellatione ab excõicatione pẽdente fieri non poſſet, ut poſt Imo. no. Franc. in d. §. verum. nu. 25. q. 4. verſic. 4. quæritur. Circa ꝗ opinionem (licèt ego eam tanquam veram tenendam putem) aduertendum tñ
16 cenſeo † ꝙ ℨrium vĩ aliàs ſenſiſſe Rota in d. deciſ. 36. aliàs 426. ſi decanus. §. ex eodem, dum voluit, ꝙ poſt appellationem ab excom. deueniri poſſit ad denuntiationem, & ad reaggrauationem citra vitium attẽtatorum, quod eſt ẽt ſecutus Mil. vt ſ̃. diximus in 2. ampliatione, & tamen clare appa-
17 rere vĩ quod per reaggrauatione quis in plus ligatur † Sed quicquid Rota ibi ſenſerit, tutior & magis æqua vĩ opinio. Imol. & Frãc. ubi ſupra ꝙ poſt appellationem ℨ excommunicatum non poſſit fieri innouatio ſibi præiudicialis, prout
18 eſſet denũtiatio, quæ plus ligaret, vel reaggrauatio: quia † licèt excommunicatio trahat ſtatim ſecum executionem, ita vt ille ſtatim ſit excommunicatus, ut dicunt Domini ibi, tamen nõ trahit ſecum executionem cum iſtis qualitatibus, ꝙ ille non poſſit abſolui niſi à Papa, & ꝙ ultra excommunicationem ſit etiam aggrauatus, & reaggrauatus. Vnde reſpectu harum qualitatum, quæ ſunt extrinſecæ, & non comprehenſæ, tanquam connexæ in ipſa excommunicatione requiritur nouum factum Iudicis, prout eſt ipſa reaggrauatio, quod debet cenſeri innouatũ appel. pendente, ſecundũ terminos tot. tit. nil nouar. appel. pend. & per hoc uidetur tolli fundamentum Dominorum ibi.

Secundò limita, niſi quis fuiſſet ignoranter excõicatus,

qui

Source : BIU Cujas

o † qui casus potest dari,vt in c.illud, & ca. penul.de cleri.excom. † nam si talis à die notitiæ appellet, appellatione pendente non potest fieri denuntiatio,vt post Ioan. And.Imol. Lap.& Gemin.pro notabili limitatione ponit Franc.in d.§. verum quia.nu.26.q.5.

21 Tertiò † quando quis appellaret à declaratoria aliquem incidisse in excommunicationem à iure,vel ab homine latam:quia hoc casu appellatio impedit denuntiationé, hanc limitationem ponit tam Marant.vbi supra num.169. quam Pet.Duen.dicta reg.42.nu.8. qui in id ambo allegant Felyn. in c. cum non ab homine.col.fin.nu.12.de iudi.post Roma. & alios,de quibus ibi per Fely.Tu adde duo,Primum,quòd ante hos omnes hanc limitationem originaliter posuit (licèt ipsi non allegent) Franc.in d.c.pastoralis. §.verum quia. nu.27.col.fin.q.6.de appellat.& est tex.per eum allegatus in c.peruenit.el 1.de appel.& idem tenet post Fely.in d.ca.cum non ab homine.Capic.decis.1.in causa domini Comitis,nu.
22 19. & ratio esse potest † quia à declaratoria excommunicationis incursæ bene datur appellatio, licèt ab excommunicatione nō detur,ut post Fran.in d.c pastoralis.tradit nouissime Ant.Gabriel.commu.conclus.lib.6.de reg.iur. conclu. 3.n.59.vbi multas ad hoc authoritates cumulat, quas apud
23 eum vide. Cum & aliàs † qui non potest excommunicare, potest tamen excom.iam latam declarare,ut tradit idem ibi nu. 41. Secundò aduerte, quòd contra hanc limitationem videtur esse decis. Rot. 2.aliàs 49.si feratur,de dolo,& contu. in no.in vltima addit.incipiente,quid si appelletur à declara
24 tione, vbi post Lapum in clem. vnica, de seq. possess.& fructuum videntur Domini concludere † quòd is qui à declaratoria appellauit, interim pendente appellatione debet tā in iudicialibus,quàm in extraiudicialibus actibus euitari, & sic patet,quòd interim ille est excommunicatus,& per consequens quòd etiam quando sumus in declaratoria,appellatio non suspendit excommunicationem,& illius effectum. Nisi dicas,quòd quamuis Domini ibi dicant, illum esse vitandum,tamen nihil dicunt,quòd Iudex possit deuenire ad actum denuntiationis:vel quòd referunt solam opi.Lap.in d.clem.non autem quòd illam firment.

Sublimitatur hæc tertia limitatio duobus modis. Et primò
25 † nisi factum esset notorium:quia hoc casu non obstante appellatione fieret denuntiatio; hanc pro notabili, & vti li limitatione in hac materia dat Fran.in d.§. verum quia.q. 6.nu.27.post Io.And.Lap.Imol.& Gemin. de quibus ibi per
26 eum. Secundò † nisi essemus in declaratoria, quæ solet fieri in obligationibus in forma Cameræ: licèt enim disputetur aliàs,an à declaratione incursus excommunicationis,seu alterius pœnæ appellari possit,vt per Feli.in c.Rodulfus,in penul.cart.versi.& appellari,de rescript. illud tamen certæ est, quòd in declaratoria, quæ fit vigore obligationis in forma Cameræ,omnis cessat difficultas,& fieri potest non obstante appellatione,vt tradit multæ lectionis,ac eruditionis vir, & insignis practicus,ac præceptor meus Ant.Massa de Gales. in tractatu de obligatione Camerali,in 3.parte in c.quod in scripsit,reliqua de processu ipso, nu.43. versic. illud verò est certum,fol.185.Cuius,& si apud me in omnibus semper,& præsertim in illa materia (quam docte,& eleganter, & cæteris copiosius tractauit) authoritas ferè irrefragabilis semper fuerit, ratio tamen, quam ibi ponit (quod attinet ad hanc materiam nostram (uidetur hanc limitationem in dubium reuocare, dum inquit, quòd huiusmodi declaratoria nō est
27 vere declaratoria,sed denuntiatoria: quoniā hoc est de quo agimus,an denuntiatio sit hoc casu permissa.Tertiò † & vti liter, nisi essemus in declaratoria lata vigore executorialiū, & rei iudicatæ: nam appellatio ab huiusmodi declaratoria non suspendit,iuxta ea quæ ponit Fely.in c.ad probationē, de re iudi.& Abb.in c.fina.de iur.calum.& Gemin.consi.99. Quibus moti ita post plenas aduocatorum informationes tenuerunt tandem Domini in una Salamantina Canonicatus, & præbē. coram Aldobrandino 28.Ianuarij 1564.in qua dubitabatur,an optio Canonicatus,facta per eum,qui à declaratoria vigore executorialium appellauerat, esset valida tanquam facta ab excommunicato, attētato quòd cum per puram appellationem effectus declaratorię non esset suspē sus, ille etiam pendente appellatione erat excommunicatus,& non poterat optare, & licèt ibi articulus super validitate optionis non fuerit resolutus, firmatum tamen fuit, q̄ appellatio à declaratoria lata vigore executorialium sententiam non suspendat.

Quartò hæc regula limitatur, ut colligitur ex dictis per
28 Franc.ibidem nu. 28. † quando essemus in iudice delegato, & ille appellationi detulisset:quia tunc denuntiare non posset secundùm Inno.à Franc.ibi relatum,per tex.in c.cum appellationibus,de appel.in 6. ad quod faciunt ea, quæ supra hoc eodem ç. in 5. sublimitatione,primæ limitationis principalis nu.67.& seq.latè diximus, q̄ Iudex à quo postquam detulit appellationi,habet ligatas manus.

29 Quintò ex intentione eiusdem Fran.ibi qñ essemus in Iudice delegato, & q̄is ille appellationi non detulerit, superior tñ appellationem admisisset: quia post admissionem a superiore factam nō poterit ultra ad denuntiationem procedere,arg.c.pastoralis.§.præterea.de offic.deleg.

Sextò puto hāc regulam posse uno notabili modo limi-
30 tari, ut procedat in excommunicatione pure lata † secus si sub conditione: quia hoc casu si à tali excommunicatione conditionali ante impletam conditionem appelletur, non
31 posset deueniri ad denunciationem ea ratione † quia talis appellatio suspendit excommunicationem, & interim ille non est excōmunicatus, ergo non poterit denūtiari. Quòd aūt ante impletam conditionem possit appellari,& q̄ appellatio suspendat,est tex.& ibi no.Franc.in 4. notab. in c. præterea.el 1.de appel.† & tradit etiam Iacob.Henric.in consi.4.
32 vtrum capitulares,nu.1.lib.3. quod procedit, etiam si postea impleatur conditio,ea ratione: quia tempore existentis conditionis sententia non potest ligare. Ex quo per appellationem est suspensa † & in sententijs censurarum conditio nō
33 trahatur retro,ut dicit Bal.in d.c.præterea,& Franc. ibidē,in gl.2.col.2.versi.in eadem gl.nu.4.& idē ponit.Lap. alleg.73. prælatus,nu.4.quod ante eos posuit Io. And.in c. is cui, nu. 4.de sententia excommu.in 6.facit decis.Rot.19.aliàs 444. extra Rotam in finalibus verbis,de dolo,& contu.in no.dū volunt post Inno.† q̄ si quis probet sententiam excommuni-
34 cationis latam sub conditione, & non probet implementū
35 conditionis, non dicitur probata excōmunicatio † cū alias tempus appellandi à sententia excommunicationis sub cō ditione lata incipiat currere non à die prolationis, sicut in alijs sententijs,sed à die existentis conditionis,ut fuit notabile dictum Baldi in d.c.pastoralis.§.præterea.nu.10.de offi.deleg.prout, & nos post recentiores admonuimus infra 50. limit prin.in 10.ampliat.& in 10.limi.regulæ ibi positę. Vnde in excommunicatione conditionali regula, de qua supra, meritò non procederet.

36 Septimò videtur notabiliter posse limitari,vt talis † denūtiatio pendente appellatione minime fieri possit,quando essemus in appellatione ab absolutione à sententia excōmunicationis: vt colligitur ex his, quæ tenuerunt Domini in vna Calaguritana,seu Oueten.prætensarum pensionum coram Reumano 29.Nouemb. 1554. in qua cum cōgregatio, & reformatores fuissent excommunicati,& postmodum iudicialiter ab Auditore Cam.absoluti,& per Melchiorem aduersarium ab huiusmodi absolutione appellatum, qui Melchior cum prætenderet non fuisse seruatam formam absolutionis ob defectum omissæ cautionis † (affigendo contra
36 dictos informatores cædulones) illos excommunicatos denunciari procurasset: reformatores verò instarent pro remotione cædulonum,& tabellarum, in quibus erant turpiter depicti appellatione pendente publicati, fuit finaliter tē tum pro congregatione,& consequenter quòd non potuit Melchior appellatione pēdente eos ita denunciare excommunicatos,& ratio esse potest: quia cum ab absolutione ab excommunicatione regulariter non detur appellatio, & si de facto fuerit appellatum, ille interim remanet absolutus, vt declarauimus supra hoc eodem c in præfatione,nu. 105. & seq.rationi,& æquitati repugnat, q̄ possit tanquam excōmunicatus ille denuntiari,qui vere est absolutus.

Limitatio XXV.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus potest fructibus, & distributionibus quotidianis priuari,ēt pendente eius appellatione ab excommunicatione iam lata.*
2 *Excommunicatus ex quo diuisus est à communione Ecclesiæ, non debet fructibus Ecclesiæ alimentari.*
3 *Excommunicatus non facit fructus suos.*
4 *Excommunicatus priuatus fructibus appellatione pendente illos non recuperat per uiam attentati, etiam si obtineat pronunciari excommunicationem fuisse iniustam.*
5 *Bene tamen recuperat per uiam querelæ.*
6 *Excommunicatus iniuste fructus recuperat.*

1 VIgesimosecūdò principaliter nra nostra limitat,† vt nō procedat in actu priuationis fructuū facto appone pendente ꝑ excōicatum,qui ab excōicatione iā lata appellauit: qa non obstāte tali appone iudex pōt illū fructib. & distributionibus quotidianis priuare, ut est tex.in c.pastoralis.§.verū,ubi Abb. Imo.& Frāc. nu.20.& seq.de appel.& post eos hoc pro limit. in materia nostra ponit Marāt.in Spe.q.2.3.partis,sextæ par.prin.nu.168.& Petr. Duen.d.reg.42.nu.8. & ratio est secundū Marant. vbi supra
2 † quia excommunicatus ex quo est diuisus à communione ecclesiæ, non debet fructibus ecclesiæ alimentari: pro quo

Source : BIU Cujas

3 facit quod aliàs dicimus, † quòd excommunicatus non facit fructus suos, vt post alios hodie est decis. in recolle. Put. 1. in tit. de sent excom. incip excommunicatus, & alia in recolle. Tho. de Tan. 26. incip. in vna Brixien.

Amplia dictum huius limitationis.

Primò, & notabiliter, vt in tantum hæc priuatio teneat,
4 † vt si ille in processu causæ obtinuit, pronunciari excommunicationem fuisse iniustam, fructus tamen deperditos per viam attentati non recuperat, ea ratione: quia illa priuatio, & innouatio fuit legitimè facta secundum Franc. in d.
5 §. uerum. nu. 21. bene tamen recuperare poterit per uiã quæ relæ, vt ibidem per eum, & ad hoc vltimũ facit d. decis. Tho.
6 de Tan. 26. incip. in una, vbi voluit † quòd is qui in iuste fuit excommunicatus, fructus recuperet.

Limitatio. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Absoluere excommunicatum iudex potest non obstante, quòd ab hoc fuerit appellatum, & infra nu. 3.*
Et talis appel. licèt non suspendat absolutionem, operatur tamen, quòd ipse appellans non potest aliquid innouare, ut nu. 7.
2 *Iudex à quo regulariter potest absoluere excommunicatum sua appellatione pendente, tum quia videtur reuocare grauamen, tum quia absolutio uidetur tendere in faciliorem exitum appellationis.*
3 *Excommunicatio etiam iniuste lata ligat.*
5 *Absolutio licèt sit iniusta, tamen soluit.*
6 *Absolutionis actus est fauorabilis.*
8 *Absolutio ab excommunicatione, quæ non posset fieri nisi cognito de iniustitia causæ principalis per iudicem à quo, appellatione pendente fieri non potest.*
9 *Absolutio ab excommunicatione pendente appel. non est danda, quando appellationi fuit renunciatum, & absolutio peteretur in modum reuocationis excommunicationis per uiam attentati.*
10 *Appellatione à sententia suspensionis, uel interdicti pendẽte, potest quis denuntiari, priuari fructibus, & absolui secũdùm ea, quæ dicta sunt in appellatione ab excommunicatione supra 21. 22. & hac 23. limitatione.*
11 *Appellatio sicut non suspendit sententiam excommunicationis, ita nec interdictum, aut suspensionem.*
12 *Excommunicatio, interdictum, & suspensio regulariter æquiparantur.*
13 *Interdictum, & suspensio possunt fieri quandoque sub modo, & ad aliquod tempus suspendi.*
14 *Secus in excommunicatione.*
15 *Appellatio interposita eo tempore, quo interdictum est suspensiuum, dicitur interdictum suspendere, & operari effectum suspensiuum.*

1 VIgesimotertiò fallit † in actu absolutionis ab excommunicatione, quæ fit etiam pendente appel. vt supra dictum est in prin. 21. limit. & tradit post Spec. in §. nouissimè, de appellat. Lancell. Corra. de Prætore §. 2. de offic. præt. in cau. ciuil. c. de appel. sub nu. 21. versi. 10. quando. Circa quam limitationem aduertendum puto, quòd licèt Marãta in supradicto loco, nu. 169. confuse cum alijs actibus enumeret actum absolutionis, idem tamen ibidem nu. 180. ponit hanc specificè, & pro diuersa limitatione, & bene quia si nos intelligimus de absolutione concedenda pendente appellatione à sententia excommunicationis iam lata, prout ille loquitur dicto nu. 169. vtique
2 nulla erit rõ forsan specialitatis huius limitationis. † Quia iudex à quo id facere poterit, tũ ex generali ratione, quòd iudex potest reuocare grauamen: tum ex alia ratione: quia potest explicare ea omnia, quæ tenderent in faciliorem exitum ipsius appellationis, vt non obscure sensit Franc. in d. c. qua fronte, col. 5. in pen. intellectu ad illum tex. versi. sed certe Inno. de appel. si verò intelligimus de absolutione dãda, non obstante appellatione aduersarij, qui nolebat excõmunicatum absolui, & quatenus absolueretur, appellabat, prout vere loquuntur Doc. in d. c. qua fronte, tunc illorum dictum (licèt sit uerum in se) tamen non faciebat ad limitationem, quam ponebant ipsi, qui loquuntur de appellatione ab excommunicatione: ideo reformando (vt supra) dic, ꝙ regula nostra generalis fallit. Vigesimotertiò † in actu absolutionis ab excommunicatione, qui fit per iudicẽ à quo, non obstante, ꝙ præcedat legitima appellatio, puta si quis sit excommunicatus pro manifesta offensa, & ad hoc vt vere possit absolui debeat impẽdere aliquam satisfactionem, & iudex intendat ẽt non facta debita satisfactione illum absoluere, & antequam is absoluatur, aduersarius ab hoc grauamine legitimè appellet. Nam pendente hac appellatione iudex à quo potest absolutionem impertiri, & talis absolutio valet, ut est tex. in d. c. qua fronte, & ibi Franc. col. 5. versi. ex prædictis oĩbus tene menti, & iterum col. 7. q. 4. & ista sit.

Regula, quam duplici ratione confirmat Franc. ibi post Dominos de Rot. decis. 7. aliàs 399. si pronuntietur, de sentẽ.
4 excommu. in no. tum quia † sicut excommunicatio etiam
5 iniuste lata, tamen ligat † ita etiam talis absolutio, licèt sit iniusta, tamen debet soluere, cum absolutio, & excommuni-
6 catio paribus passibus ambulent † tum etiam quia actus absolutionis, tanquam fauorabilior est magis sustinendus. l. Arrianus. ff. de actio. & oblig. cum simil.

Ampliari potest regula prædicta, vt sicut appellatio præcedens non suspendit absolutionem subsequentem, ita & multo minus appellatio subsequens suspendit absolutio-
7 nem iam concessam. † Immo talis appellatio operatur etiã effectum suspensiuum, vt ea pendente non sit innouandum præsertim per appellantem, & ideo in una Calaguritan. seu Oueten. prætensarum pensionum, cum congregatio, & reformatores Cistercien. fuissent prius excommunicati, & deinde per Auditorem Cameræ absoluti, & aduersarius ab huiusmodi absolutionis sententia appellasset, & prætendens per congregationem non fuisse præstitam cautionẽ, de qua in dicta sententia, cedulones affixisset, & pro parte congregationis instaretur pro remotione dictorum cedulonum, & tabellarum coram Reumano, 29. Nouem. 1554. fuit resolutum pro congregatione.

Limita eandem regulam.

Primò, quando præcedente legitima appellatione fuisset quis excommunicatus, & sic nulliter, & vellet hanc excommunicationem reuocari, petendo se absolui, & denunciari
8 non ligatum † & cognitio huius absolutionis non posset fieri, nisi cognito de iniustitia causæ principalis: tunc enim talis absolutio dari non potest, ut videtur casus, quem consi derat ibi Franc. colu. 3. in glo. secunda, in c. solicitudinem. de appellat.

9 Secundò † quando illi appellationi fuisset renunciatum, & peteretur huiusmodi absolutio remedio attentatorum, quasi ista absolutio sit reuocatio actus excommunicationis post, & contra legitimam appellationem latæ; tunc enim non datur, ut sentit Aegid. decis. 670. si cõtra, versi. licèt secus crederem in reuocatione attentatorum.

10 Declara etiam † vt hæc omnia quæ dicta sunt in his tribus proximis limitationibus, dũ locuti sumus de actibus, qui citra uitium attentatorum fieri possunt pendente appellatione a sententia excõmunicationis, intelligenda sint, vt procedant etiam pendente appellat. à sententia suspen-
11 sionis, uel interdicti: † nam sicut sententia excõmunicationis non suspẽditur per appellationem, ita nec interdictum, aut suspensio. c. is cui, de senten. excommu. in 6. Mil. in verb.
12 appellatio sicut. fol. 8. † Vnde sicut in hoc casu æquiparantur, ita & in casu dictarum trium limitationũ vidẽtur æquiparari probabiliter posse, cum non appareat diuersa ratio. Illud tñ quoad suspensionẽ, & interdictum animaduertendũ est, ꝙ quamuis appellatio ab interdicto, seu suspensione
13 non retardet executionem, ut dictũ est: † quia tñ suspensio, & interdictum possunt fieri sub modo, & qñque etiã ad aliquod tẽpus suspendi, ad no. in c. dilectus, vbi Franc. in 6. no.
14 de appel. † (Quod non est in excõicatione) † si tẽpore, quo
15 interdictum, & suspensionis sentẽtia sunt ex cã suspensa, interponatur appellatio, per huiusmodi appellationem dr̃ suspendi, & interdictũ, & etiam sententia suspensionis, vt no. Franc. in d. cap. dilectus, in 8. no. Qui erit vnus casus, in quo æquiparatio supra facta non procederet.

Limitatio XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione interposita à sententia in fauorem matrimonij lata aliquo casu licet innouare.*
2 *Maritus tenetur præstare alimenta uxori etiam pendente appellatione per eum interposita à sententia in fauorem matrimonij, & mulieris lata.*
3 *Et hoc de æquitate.*
4 *Sententia super matrimonio lata tacite uidetur continere præstationem alimentorum.*
5 *Appellatio non datur à sententia super præstatione alimentorum.*
6 *Præsertim quoad effectum suspensiuum.*
7 *Alimentorum futurorum causa non admittit appellationem, quò ad effectum suspensiuum, sed dumtaxat deuolutiuum.*
8 *Alimenta futura dicuntur etiam ea, quæ debentur à die motæ litis.*
9 *Collecta ubi imponitur an lite, seu appellatione pendente fiat executio, distinguitur, ut hic remissiue.*
10 *Vsufructu in prima instantia petito (si feratur sententia pro eo, à qua sit appellatum) cogitur tamen reus etiam appellatione pendente illũ præstare.*

1 VIgesimoquartò limita ex intentione Afflic. decis.
2 152. fuit dubitatum. per totam † vt non procedat in præstatione alimentorũ facienda vxori, † quæ obtinuit snīam in fauorẽ matrimonij per virũ, qui à dicta sententia appellauit: quãuis enim pendente prima

ma inſtantia maritus non præſtiterit huiuſmodi alimenta, & appellatione pendente nil ſit innouandum, ſecundùm
3 regulam noſtram, † tamen de æquitate in fauorem mulieris hoc caſu permittitur hæc innouatio: quia maritus cogi-
4 tur alimenta præſtare, maxime hac ratione conſiderata, † ꝙ ſententia lata ſuper matrimonio videtur tacite continere
5 præſtationem alimentorum † à qua non datur appellatio,
6 vt per eum ibi † præſertim quoad effectum ſuſpenſiuum, vt eſt in recollect. Guid. bon. deciſ. 44. incipien. ſub die 17. Octobris 1552. & iſte ſecundùm eum ibi in fin. eſt vnus caſus addendus alijs, quos ponit Specul. de appellat. §. penult. in princ. in quibus appellatione pendente fit innouatio, & non dicitur attentari, ac tanquam attentatū reuocari, quod ſimpliciter dictam deciſ. Afflict. allegans, ſecutus eſt Mãfre. lib. 2. pract. concluſion. ſuper atten. concluſ. 57. & concluſ. 157. Idem poſt Afflict. voluit Fabius Monteleon. in ſua praxi arbitraria, in prima parte 6. quæſtio. princi. dubio 13. nume. 13. quem refert, & ſequitur nouiſſime Io. Bapt. de Aſin-
7 in ſua praxi iudi. §. 31. capit. 2. in 2. limit. prin. numero 6. † Et. quòd in cauſa alimentorum futurorum non detur appellatio, quò ad effectum ſuſpenſiuum, ſed ſolùm quò ad deuolutiuum, fuit reſolutum in vna Romana ſtatus, & alimẽ torum corã Capizuccho 17. Octobris 1552. & iterũ 5. Maij 1553. vt eſt deciſ. in recollect. Capuaquen. parte 1. 115. incipi-
8 cum cauſa, † & futura dicuntur etiam ea, quæ debentur à die motæ litis, ut ibidem in deciſ. ſeq. 116. incip. licet priuilegium, & aliquid per Nat. in conſi. 108. quoniam, poſt princ. lib. 1. Secus verò dicendum eſſet, ſi eſſemus in alimentis præteritis, in quibus appellatio recipitur, ad not. in l. de alimentis. C. de tranſact. & tradit poſt Specul. in titu. de appell. §. in quibus, numero 7. Petr. Duen. in regul. 265. numero 7. & etiam Aret. in conſi. 96. col. fin. Cuius authoritate nouiſſime Oſaſc. in deciſ. Pedemon. 86. incip. quæſitum fuit, nume. 8. in fin. (iuncto princip. vbi loquitur de appellatione) hãc
9 diſtinctionem extendit etiam ad collectas ſentiens, † quòd etiam vbi agitur de collectis (impoſitis tamen occaſione onerum præteritorum) non poſſit lite, ſeu appellatione pendente fieri executio, licèt aliud ſit in collectis impoſitis ratione onerum præſentium, in quibus (cum immineat damnum publicum) contra eum, quem conſtat eſſe debitorem (puta quia ſit deſcriptus in æſtimo) etiam lite, vel appellatione pendente fit executio, vt latius ibi per eum. Qui ibidem numero 6. verſiculo quid dicendum. diſtinguit (& quidem neceſſario) inter eum quem conſtat eſſe debitorem collectarum, & eum, quem debitorem eſſe non conſtaret, & pro hac limitatione optime facit, quod fuit deciſum per Dominos in vna Legionen. decimarum coram Grato 4. Maij 1565. in qua cum ageretur de congrua portione danda quibuſdam rectoribus, & illa fuiſſet decreta, & ab huiuſmodi fuiſſet appellatum, appellatione pendente etiã poſt inhibitionem facta dicti decreti executio, & inſtaretur pro illius reuocatione tanquam attentata, & dubitaretur an pendente lite attentatorum illa portio taxata eſſet rectoribus ſoluẽda, & pro negatiua allegaretur: quia natura cauſæ attentatorum eſt, vt ſuſpendant omnem aliam cognitionem, pro affirmatiua verò diceretur, quòd illa portio ſuccedebat loco alimentorum, quæ patiantur dilationem. Domini tenuerunt, quòd etiam pendente cauſa attentatorum non retardaretur ſolutio dictæ portionis, & alimentorum. Ad quod facit, quòd dixit idem Afflict. deciſ. 93. ſi fuit actũ
10 † quòd ſi petatur in prima inſtantia vſusfructus dotis, & feratur ſententia, à qua ſit reclamatum, cogitur reus, ẽt pendente huiuſmodi appellatione talẽ vſumfructum præſtare.

Limitatio XXV.

SVMMARIVM.

1 *Appellari regulariter non poteſt à ſententia lata in iudicio poſſeſſorio ſecundùm communem opinionem.*

2 *Appellatio à ſententia in iudicio poſſeſſorio lata regulariter non facit attentata, & infra num. 8. & num. 9. Quod*
Ampliatur duobus modis, ut num. 10. & num. 12.
Limitatur quatuor modis, ut num. 14, 15. 16. & 18.

3 *Appellatio in poſſeſſorio non operatur effectum ſuſpenſiuum, ſed ſolùm deuolutiuum, & ideo non retardat executionem ſecundũ opi. Bart.*
Quæ ueriſſima dicitur num. 4.
Et ſecundùm eam fuit deciſum per totum conſilium Regium Neapolitanum, num. 5.
Illaque eſt de ſtilo omnium curiarum Delphinatus, num. 6.
Ac demum magis communis opin. ac frequentiori calculo approbata dicitur num. 7.

10 *Appellatio in omni poſſeſſorio tam recuperandæ, & adipiſcendæ, quàm retinendæ, atque etiam in Saluiano interdicto non facit attentata.*

11 *Saluiano interdicto intentato non datur appellatio, & in eo ceſſant attentata.*

12 *Pendente etiam tempore ad appellandum ſi fiat executio ſententiæ in poſſeſſorio latæ non dicitur attentata.*
Niſi loquamur de iure canonico, ut num. 13.

14 *Poſſeſſorium ſi ſit mixtum: tunc appellatio à ſententia in eo lata facit attentata.*

15 *Sententia ſi ſit euidenter iniuſta, etiam in poſſeſſorio facit eſſe locum appellationi, quæ operatur effectum ſuſpenſiuum, & impedit executionem.*

16 *Iudex à quo in iudicio poſſeſſorio fuit appellatum, ſi ſit inhibitus, non poteſt poſt inhibitionem ſententiam exequi.*

17 *Iudex, cui eſt commiſſa cauſa cum clauſula, appellatione remota, licèt poſſit non obſtante appellatione ſententiam exequi, ſi tamen fuit inhibitus ultra non poteſt.*

18 *De iure canonico regulariter etiã in poſſeſſorio datur appellatio etiam ad effectum attentatorum. Quod*
Ampliatur quatuor modis, ut num. 21. 22. 23. & 24.
Sublimitatur totidem, ut num. 25. 26. 27. & 30.

19 *Executio facta poſt appellationem interpoſitam à ſententia in poſſeſſorio lata de iure canonico reuocatur per uiam attentati.*

20 *Communis eſt opinio, quòd de iure canonico etiam appellatione pendente in poſſeſſorio executio fieri non poteſt.*

21 *Reuocatio executionis factæ poſt appellationem in poſſeſſorio interpoſitam de iure canonico fit, etiam ſi iudex ad quem non inhibuiſſet.*
Item non expectato, quòd diffinitiue pronuncietur ſuper iuſtitia, uel iniuſtitia appellationis, ut num. 22.
Item etiam ſi ſit facta pendente tempore ad appellandum, num. 23.
Item non ſolum quando iudex à quo appellationi detulit, uerum etiam ſi illam expreſſe reiecit, ut num. 24.

25 *Appellatio etiam de iure canonico non admittitur, quando ſumus in notorio, & manifeſto raptore, aut famoſo latrone.*
Item in poſſeſſorio ſummario, & extraordinario, num. 26.
Item in poſſeſſorio intentato ſecundùm terminos l. final. C. de edict. diu. Adrian. tollend. ut num. 27. Quoniam hoc caſu etiam de iure canonico attentata non reuocantur num. 28.
Item in locis, in quibus hodie uiget conſtitutio Aegidiana, num. 30.

29 *Appellatio quando prohibetur, cenſetur prohibita quoad utrunque effectum tam deuoluliuum. quàm ſuſpenſiuum.*

31 *Executio facta pendente appellatione, & commiſſa cum clauſula ſolita, ſine præiudicio legitimæ executionis, quatenus Aegidianæ locus ſit, non dicitur attentata, ſi fuerit locus Aegidianæ.*



1 Igeſimoquintò Limita, vt non procedat in appellatione interpoſita à ſentẽtia in iudicio poſſeſſorio lata, quoniam † cum ab ea regulariter ſit prohibita appellatio per l. primam. C. ſi de momentan. poſſ. & c. fi. §. de poſſeſſione. 2. quæſtio. 6. vt eſt commun. opin. de qua teſtatur Dec. in conſi. 28. & pro tenui, ſub numero 5. fruſtra videntur conſiderari attentata: aliàs enim regulare eſt, quòd in omnibus caſibus, in quibus appellatio de iure prohibetur, appellatio non habet effectum ſuſpenſiuum, & iudex abſque metu attentatorum poteſt in cauſa procedere, ad text. & ibi not. omnes in c. non ſolum. ibi præterquam in caſibus à iure prohibitis, de appellatio. in 6. & tradit poſt alios quos allegat Roland. in conſilio 77. viſo. numero 20. & ſequen. libro 2. Et licèt articulus iſte, an attentata ſibi locum vendicent, quando ſumus in appellatione interpoſita à ſententia in poſſeſſorio lata, pro uera illius reſolutione non immerito expoſcere videretur, vt hic etiam plenè examinaretur, an & quando à ſententia in poſſeſſorio lata, tam de iure ciuili, quàm canonico poſſit appellari: quia tamen maior pars eorum extra propoſitam attentatorum materiam videri poſſet, & nos ea omnia, quæ huius poſſeſſorij, & appellationis à ſententia in eo lata tractationem reſpiciunt latè cõplexi ſumus in alio tractatulo (quandoque, & propediem forſan Deo annuente edendo) cui de appellatione in poſſeſſorio prohibita, uel permiſſa titulum inſcripſimus, hoc loco ea dumtaxat, quæ articulum attentatorum concernunt, breuiter ſubijciemus, in cæteris ad ea quæ vniuerſaliter ad materiam appellationis in poſſeſſorio facientia ibidẽ poſuimns, lectorẽ reijcientes. Sit itaque
2 concluſio, † ꝙ appellatio interpoſita à ſententia in poſſeſſorio iudicio lata regulariter non facit attentata, & ratio eſſe
3 poteſt: † quia huiuſmodi appellatio non operatur effectum ſuſpenſiuum, ſed & tm̃ deuolutiuum, & ideo non retardat executionem ſm opinionem Bar. in l. 2. nu. 9. ff. de appel. re-
4 cip. q̃ † veriſſimam eſſe dixit Abb. in conſi. 55. in cauſa, verſi.
5 aliam limitationem, lib. 2. & ſm † eum fuiſſe deciſum per totum cõſilium Regium teſtatur Afflict. deciſ. 269. inferiores, illamque ueriorem eſſe tradit Ripa, in c. ſæpe, nu. 3. de reſtit.
6 ſpol. & eſſe † de ſtylo Curiæ Delfinatus atteſtatur ẽt Guid.
7 Papæ deciſ. 37. ſi appelletur, illamque † frequentiori calculo receptam eſſe aſſeruit Didac. practic. quæſtion. ca. 23. ſub numero 7. verſiculo ſecunda concluſio, & magis communem eſſe, poſt alios etiam eſt atteſtatus Petr. de Benintend. in deciſ. Bononien. 17. quæſitum, nume. 5. & eam etiam alij

Source : BIU Cujas

innumeri ſecuti ſunt,quos dicto tractat. in ſecunda relatio ne ſecundæ opin.ſigillatim enumerauimus, & hic breuitatis cauſa conſulto prætermittimus. Qua opinio. retenta quòd talis appellatio effectum ſuſpenſiuum non operetur
8 † conſequenter ad propoſitum noſtrum ceſſat conſideratio attentatorum: quia (vt aliàs diximus) tenet conſequentia, appellatio non ſuſpendit, ergo nec dantur attentata, & ecõtra,ut per Franc.in capitulo bonæ, numero 36. de appellat. Quam concluſionem in proprijs terminis noſtris attentatorum firmauit nouiſſimè Manfred.practic.concluſ.ſuper attentat.concluſ. 131. & licèt authoritates quas allegat non videantur ſpecialiter loqui quoad attentata, ſed generaliter de appellatione in poſſeſſorio prohibita: ratio tamen ſupra poſita vera eſt,& omnino concludit ad attentata,& propterea non immerito poteſt in propoſito conſtitui.

9 Regula negatiua † quòd appellatio in poſſeſſorio non faciat attentata,& executio, & alia geſta ea pendente non veniant tanquam attentata reuocanda per ſupradicta. Quam amplia.

10 Primò † vt procedat in omni poſſeſſorio tam recuperandæ,quàm retinendæ,& adipiſcendæ,ſicut enim l.prima.C.ſi de moment.poſſ.prohibens appellationem ſecundum communiopinion. procedit in omni poſſeſſorio, vt tenuerunt Domini in vna Roman. domus coram Caputaquen. 14. Octobris 1560.vt eſt deciſ.in recollect.eiuſdem primo, 222. incip.Aegidiana,ita & in omni poſſeſſorio ceſſare attentata
11 dicendum eſt, & in ſpecie, quòd † quando eſt intentatum Saluianum interdictum,non detur appellatio,& ceſſent attentata,tenuit maior pars Dominorum in vna Roman.domorum in Burgho coram Sarmiento 12.Nouembris, 1568.

12 Secundò † vt executio ſententiæ latæ in poſſeſſorio etiã ſi fiat pendente tempore ad appellandum non veniat tanquam attentata reuocanda, Pariſ. conſil. 108.de bono iure, numero 23.libro 1.& diximus latius ſupra capitulo 11.num.
13 27.verſic.ſecundò quando.Niſi † loquamur de iure canonico:quia tunc diceretur attentata, vt dicemus infrà proximè in 4. limitat. Poſſent & aliæ ampliationes accommodari, quæ accommodantur ad aliam concluſionem,quòd appellatio in poſſeſſorio eſt prohibita, puta, vt procedat etiam ſi ſimus in perſona priuilegiata, & alijs caſibus quos ſigillatim vbi ſupra poſuimus, in quibus cum aliquid in ſpecie de attentatis per Doctor. non dicatur, concluſio hic ommittimus.

Limitatur eadem regula pluribus modis,& quamuis pro limitationibus præſentis regulæ poſſent generaliter accommodari omnes illæ limitationes, quæ dantur ad regulam, quòd appellatio in poſſeſſorio ſit prohibita:quia tamen Doctor.in omnibus non ponunt aliquid,quod ſpecialiter materiam attentatorum reſpiciat, hic ſolum eas limitationes ſubiiciemus, quæ particulariter articulum attentatorum, de quo ad præſens agimus reſpiciunt.Limitatur igitur.

14 Primò † quando poſſeſſorium eſſet mixtum: quia tunc appellatione pendente non poſſet fieri executio, & ſi fieret, diceretur eſſe contra tit.nil nou.appella.penden. (& conſequenter attentata) ut tradit Paul.de Caſtr.in conſi.43.uidendum, nu.3. lib.1. & Modern. in annot.ad Aegid.nume.129. & ſequen.

15 Secundò † quando ſententia in poſſeſſorio lata eſſet euidenter iniuſta:quia tunc non ſolum Doctor. generaliter dicunt dari appellationem, ſed (ad propoſitum noſtrum) in ſpecie dicunt quòd talis appellatio operatur effectum ſuſpenſiuum,& impedit executionem,ut poſt Alexan.in conſilio 77.nu.15.lib.2.& Iaſ.in conſilio 60.nu.6. lib.1.;eſt deciſ. Pedemon.25.ſub nume.22.verſi.fallit autem,& poſt eam,& Bald.in capitu.paſtoralis.§.præterea,nume.5. de offic. deleg. & Stefan. Aufrer.in addit.ad deciſion. vltimam Capell. Toloſan.tradit nouiſſimè Menocch.de adipiſcen.poſſ.Remed. 4.nume.854.

16 Tertiò † quando iudici,qui in poſſeſſorio pronunciauit, fuiſſet per iudicem ad quem inhibitum:quia poſt inhibitionem non poterit amplius ſententiam executioni demandare,vt conſiderabat Stefan.Aufrer.in addition.ad deciſion. vltim.Toloſan.ad med.verſicul.& hoc niſi iudex. Quæ limi
17 tatio in ſe veriſſima eſt, & ex eo comprobari poteſt, † quod in ſimili dicimus,quòd quamuis iudex, cui fuit cauſa commiſſa cum clauſula,appellatione remota, poſſit regulariter non obſtante appellatione ad executionem ſuæ ſententiæ deuenire,vt deduximus ſupra hoc eodem capi. in octaua limitatione principali, numero ſecundo, & tertio id tamen non habet locum, quando iudici à quo fuiſſet inhibitum, ut poſt Franc.in capitulo paſtoralis, numero 5. de appellat. & alios ibidem allegatos diximus in dicta octaua limitatione,numero nono.Sed re vera ſi rectè ponderetur iſta limitatio non multum ſtringit ad propoſitum,de quo agimus;nã facta inhibitione,attentata reſultatent non tam uigore pendentiæ ipſius appellationis, quàm ex vi,& efficacia ipſius inhibitionis,quæ facit illicitum,quod aliàs fuiſſet licitum, vt per multa exempla deduximus infra in ſecunda parte,capitulo 20. de attentat. poſt inhibit. in prima ampliat. princip per totam.

18 Quartò limitatur, † ut regula prædicta non procedat de iure cãnonico,quo iure cum regulariter in poſſeſſorio quo ad vtrumque effectum tam deuolutiuum, quàm ſuſpenſiuum permittatur appellatio, ut latiſſime deduximus ubi ſupra in relatione ſecundæ opin.de qua ibi, ſequitur, quòd
19 etiã conſiderentur attentata, & in proprijs terminis † quòd ſi hoc caſu pendente appellatione facta fuerit executio, illa debeat per uiam attentati reuocari,poſt Innocen.in c.paſtoralis.de offic.delegat.Bald.in conſilio 379.ſequitur.numero 10.lib.primo,quod etiam ex recentioribus poſt Innocen.Gemin.Imol.& Alexan.tradit Zuccard.in l.fin.numero 442.& 446.verſic.quæ omnia.C.de edicti diui Adrian.toll.reproba ta quadam Aret.opi.contrarium ſentientis. Pro qua ſa. etiã quod dixit Aug.Bero.quæſtio. 52. an Iudex, ſub numero 8. verſic.& hanc opin. quòd pendente huiuſmodi appellatione ſententia de iure canonico non poteſt mandari executioni, & quòd hoc communiter tenetur. Quæ Limitatio ampliari nonnullis modis poteſt,& tres colliguntur ex his, quæ ponit Alexan.in conſi.99.viſis proceſſibus.lib.5. Primò
21 † vt iſta retractatio, & renouatio fiat, etiam ſi Iudex ad quẽ
22 non inhibuiſſet. Secundò: vt † fiat etiam non expectato, quòd diffinitiue pronuntietur ſuper iuſtitia uel iniuſtitia ip
23 ſius appellationis. Tertiò † vt procedat non ſolùm quando executio fuiſſet facta poſt appellationem interpoſitam, uerum etiam ſi ſit facta infra tempus datum ad appellandum. Quod etiam ſenſit Bald.in conſilio 366.quanquam, nume. 4. lib. 3. dum dixit, quòd etiam in poſſeſſorio infra tempus ad appellandum non poteſt ſententia executioni demanda ri,quando ordo iuris, & iudiciarius eſt prætermiſſus. Quar-
24 tò,† vt procedat non ſolùm quando Iudex appellationi detulit,uerum etiam ſi appellationem expreſſe reiecerit: nam & hoc caſu ſi fiat executio, non ualet; ut colligitur ex his quæ notabiliter ponit Paul.de Caſtro in l.3.C.de appellatio. quem refert,& ſequitur Iaſ.in conſi.187.circa primum. col. ſexta, verſiculo quartò accedat. lib. ſecundo, & nouiſſime etiam Roland.conſilio 77.uiſo.numero 3.lib.primò,qui voluerunt, quòd poſito,quòd Iudex à quo noluerit recipere appellationem; quia dicat, quòd cauſa erat inappellabilis, puta in terminis tit.C.ſi de moment.poſſ.nihilominus non debet aliquid innouare,& quòd innouata indiſtincte reuocantur,quando appellatio de iure tenet, licèt non fuerit recepta: quoniam talis innouatio inhibetur ſaltem à iure tã per dicta l.tertia quàm per tot.titu ff.nil nou.appel.penden. Sublimitatur autem hæc quarta limitatio nonnullis modis,in quibus etiam de iure canonico appellatio non facit
25 attentata,& Primò, † quando eſſemus in notorio,& manifeſto raptore,aut famoſo latrone, qui nec etiam attenta benignitate iuris canonici poſſunt appellare, ſecundùm Roman.in conſilio 124. in propoſita, per text. in capitulo cum ſit Romana.§.præterea.de appellatio. quem refert, & ſequitur Aufrer.in additio.ad deciſ. vltimam Cap. Tholoſ. circa fin.& Ripa in capitulo ſepe.numero tertio,de reſtitutio.ſpo
26 liato. Secundò † non procederet in poſſeſſorio ſummario, & extraordinario, in quo nec etiam de iure canonico permittitur appellatio:vt per Cagnol.in l.in pari.ff.de regu. iur. & poſt alios late tuetur Petr.de Benintend.deciſ.Rot. Bononien. 79. motu, numero ſecundo, & ſequen.dummodo in in eo iudicio fuerit pars citata & adhibita cauſæ cognitio ut poſt alios tradit Alciat.in conſilio 37.requiſitus. ſub nu. 8.libro ſexto.

27 Tertiò, quando † eſſemus in poſſeſſorio adipiſcendæ intentato ſecundùm terminos l.fina. C.de edicto diui Adria. Tollen. cum & hoc quoque caſu etiam de iure canonico denegetur appellatio.§.ſi quis, ubi Archidia.ſecunda quæſt. ſexta,& defendit Bero.quæſtio. quadrageſimaquarta per totam,& ante eos fuit opin.Innocen.in capitu. paſtoralis. numero 3.verſi.ad hoc,ibi.quid ſi ſine ulla iuſta cauſa appelletur,ne hæres immittatur in poſſeſſionem,extra.de offi.dele.
28 & in proprijs terminis noſtris † quòd attentata hoc caſu nõ ſint reuocanda,expreſſe dixit nouiſſime Manfred.lib. ſecundo,pratic. concluſ. ſuper attent. concl.140.remiſſiue ad Zucard.in dicta l.fi.C.de edicto diui Adri.tollen.Qui licèt contrarium tenere videatur:ut patet nu.442. præſens tamen ſub limitatio tenenda videtur:quia ſi in huiuſmodi poſſeſſorio prohibetur appellatio per ſupradicta, ergo ceſſat conſideratio attentatorum & illorum reuocatio c.non ſolùm, ibi.in caſibus à iure prohibitis, de appell.in ſexto,cum & aliàs re-
29 gulare ſit,quòd ubi appellatio prohibetur,cẽſetur prohibi-

ta quoad

Source : BIU Cujas

ta quoad vtrumque effectum tam deuolutiuum quàm ſuſpenſiuum, vt per Deci. in Rubrica de appel. num. 5. & Rolã. in conſi. 77. viſo. num. 16. lib. 2. vbi autem appellatio non habet effectum ſuſpenſiuum, ibi ceſſant attentata, vt alias ſæpe
30 dictum eſt. Quartò †ſublimita, vt non procedat hodie regula in locis in q̃bus eſt in viridi obſeruantia Aegidiana conſtitutio: quia cum per illam expreſſe prohibeatur appellatio, dicimus habere caſum legis, vt conſiderabat Corn. in conſi. 10. præſuppoſito. litera B, lib. 4. & ꝙñr ceſſat conſideratio attentatorum, quæ vbi non datur appellatio, non dantur cap. non ſolum. de appel. in 6. & dicemus latius hoc eodem ca. in
31 53. limit. princip. per tot. & propterea † executio facta pendẽte appellatione in huiuſmodi poſſeſſorio interpoſita, & cõmiſſa cum clauſula ſolita, ſine præiudicio legitimæ executionis, quatenus Aegidianæ locus ſit, non diceretur attentata, etiam ſi fuerit facta poſt inhibitionem vigore dictæ commiſſionis emanatam, vt fuit reſolutum in vna Romana. de Magdalenis coram Domino meo Oradino ſub die 4. Martij 1569. Quæ ſublimitatio, licèt poſſet etiam alijs comprobari rationibus, & authoritatibus, ne tamẽ bis idem videamur repetijſſe, ſufficiat tam in hac ſublimitatione, quàm vniuerſaliter in tota hac materia appellationis in iudicio poſſeſſorio ad ea lectorem remittere, quæ latius in ſæpius citato tractatulo proſequemur.

Limitatio XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Continuans etiam appellatione pendente non dicitur attentare.*
3 *Lis, vel appellatio non debet quenquam ſua poſſeſſione priuare.*
3 *Appellatione pendente non debet quis commodo poſſeſſionis priuari.*
4 *Epiſcopus, qui a ſententia depoſitionis appellauit, poteſt appellatione pendente ſuum officium exercere, excommunicare, & alias ſua iuriſdictione uti.*
5 *Clericus poſt legitimam appellationem excommunicatus poteſt pendente appellatione, abſque aliqua irregularitate celebrare, & proſequi officium ſuum in diuinis.*
6 *Continuans appellatione pendente non dicitur attentare, etiam ſi appellatio eſſet interpoſita a ſententia, quę ſecum traheret executionem.*
7 *Præterquam in ſententia excommunicationis.*
8 *Continuans pendente appellatione non dicitur attentare, etiam ſi appellatio prima facie uideretur contra ius, & expreſſe iuri contraria ſecundum aliquos.*
Quamuis contrarium videatur uerius.

1  Igeſimoſextò Limita, †vt non procedat in illis actibus, qui fierent per modum cõtinuationis: quia continuans ſuam poſſeſſionẽ, etiam appellatione pendente nõ dicitur attentare, ad Rot. deciſio. 10. alias 89. Nota, ꝙ
2 vbi. de appel. in antiq. † nec enim debet lis, aut appellatio quemquam ſua poſſeſſione priuare, ut dicebat alias Rot. deciſ. 24. alias 615. nota, quòd licèt. de dol. & contum. in antiq. & poſt Pariſ. in conſi. 39. non poſſunt, num. 3. lib. 1. & alios per eum citatos, tradit etiã Mandoſ. ſuper regu. de ſubrogan. colliti. quæſt. 8. num. 4. & in tracta. de inhibit. q. 23. per totam, quibus adde ex recentioribus Aemilianum conſi. 72. viſo proceſſu. num. 8. & ratio eſt: quia
3 † appellatione pendente non debet quis commodo poſſeſſionis priuari, ad l. ſciendũ. §. pen. ff. qui ſatiſd. cog gl. in l. Imperatores. §. fin. in uerb. aduerſario. ff. de appel. & per eam Iaſ. in conſi. 187. circa primum, colum. 7. verſicu. quinto fallit. li
4 bro 2. inde eſt † quòd Epiſcopus, qui per diffinitiuam ſententiam fuit depoſitus, ſi appellauit, poteſt libere appellatione pendente ſuum officium exercere, excommunicare, & alias ſua iuriſdictione vti, vt per Franc. in cap. cum teneamur. nu. 8. & in cap. ſæpe. num. 35. & in c. ad hæc quoniam. in prin. de
5 de appe. Hinc etiam videmus † quòd ſi clericus poſt legitimã appellationem excommunicetur, poteſt pendente appellatione abſque aliqua irregularitate celebrare & proſequi officium ſuum in diuinis. Frãc. per illum tex. in c. ad præſentiã. in principio. de appellatio. Pariſi. conſilio 28. ad reſolutionem num. 3. lib. 4. & ſecundum præmiſſa in hac limitatione poteſt poni.

Regula, quòd appellatione pendente ſuam poſſeſſionem continuans non dicitur attentare. Quæ regula omnes illas recipit ampliationes, ac limitationes, quas late proſecuti fuimus ſupra in hac 2. parte. cap. 4. de attent. lite pend. in 1. limi. num. 8. & multis ſeq. uſque ad fi. Prout eſt illa, quòd nedum continuare ſit attentare, ſed immo prohibere, nequis lite pẽdente ſuam poſſeſſionem continuaret, eſſet attentare, ut ibi num. 7. Item continuare licet, etiam ſi poſſeſſio eſſet contra ius, ut ibidem num. 8. Atque etiam ſi quis fuerit per iudicem inhibitus, vt num. 10. ſiue etiam eſſemus in poſſeſſione, quæ habetur per clauſulam conſtituti, vt num. 14. Vel etiam continuatio fieret cum mutatione perſonæ, ut num. 15. Vel fieret per modum recuperationis, ut nume. 25. Immo etiam ſi pro continuanda poſſeſſione opus eſſet expellere volentem ingredi, ut nume. 31. Vel pro ſuæ poſſeſſionis manutentione iuiſſet quis etiam poſt inhibitionem ad conſilium Regium, vt nume. 36. Vel continuatio fieret per modum refectionis, nume. 39. Pariterque etiam ſi poſſeſſio eſſet inſtrumentalis, vt nume. 40. Vel generica, vt nu. 46. Vel præſumpta, vt nu. 40. Vel ageretur de continuatione poſſeſſionis in acceſſorijs, & annexis, ut nume. 57. Immo etiam ſi ex poſſeſſione medietatis pro indiuiſo inferretur ad continuationem totius, ut numero 63. & ut ſufficiat etiam ciuilis poſſeſſio, ut ibi. num. 65. Et ſimiliter quòd non habet locum, quando Papa cauſam ad ſe aduocaſſet, ut nume. 69. Vel quis non uteretur eo modo, quo prius, vt num. 70. Vel eſſemus in poſſeſſione eligendi de iure ſpeciali, ut nume. 73. Vel vere, aut præſumptiue nõ conſtaret de poſſeſſione ante litem, ut nu. 78. Aut eſſemus in poſſeſſione noua, ut nume. 87. Aut denique in attentante notaretur perfidia, ut num. 90. Quæ nebis eadem repetamus cum inter litem ac appellationem non videatur diuerſa ratio, ſufficiat lectorem ad ibi dicta remittere: hoc dũtaxat addito, quòd hæc regula ĩ materia appellationis ultra amplia
6 tiones ibi poſitas poteſt etiam alijs duob. ampliari. †Primò, vt procedat etiam in appellatione a ſententia, quæ traheret ſecum executionem, nam & hoc caſu continuans non attẽtat, & integer dẽt eſſe ſtatus appellantis, l. j. §. inter. ff. nil no. appellatio pend. l. furti. ff. de infam. & no. etiam 8. quæſt. fin.
7 in ſumma, † præterquam in ſententia excommunicationis,
8 ad not. in capitu. paſtoralis. de appel. †Secundò, ut procedat, etiam ſi appellatio prima facie uideretur cõtra ius, & expreſſe iuri contraria, ut has duas ampliatio. ponit Franc. in capi. cum teneamur, in glo. 2. num. 7. & 9. poſt Bal. (quo ad ſecundam) in capitu. 1. §. 2. quo temp. Mil. inueſtit. pet. deb. cui quãtum ad hoc, adde quæ ponit Ruyn. in conſil. 75. quantum. num. 2. lib. 5. & Caſſan. in conſil. 30. viſo proceſſu. nume. 22. ſed tamen circa hanc vltimam animaduertendum videtur, quia in rei ueritate Bald. in loco ſupra citato id non videtur dicere, ut annotauimus etiam ſupra hoc eodem c. 12. de attẽ. appellatione pendente in 5. ampliat. num. 2.

Limitatio XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Attentari non videtur, quando innouatio fit a lege, uel lex permittit innouari.*
2 *Innouari non dicitur, quod fit iuris authoritate.*
3 *Actionis mutatio, ac probatio etiam pendente appellatione fieri poteſt.*
4 *Appellatione pendente poſſunt partes non deducere, & non probatum probare.*
5 *Niſi fuerit in 1. inſtantia malitioſe omiſſum. Vel*
6 *Niſi in prima inſtantia quis fuiſſet per Iudicem cum competenti dilatione ad probandum admiſſus, & ille ſcienter probare omiſerit.*
7 *Secundum magis commu. opin.*
8 *Iudex ad quem non cognoſcit, niſi de his, quæ cognouit Iudex a quo.*
9 *Iudicium ſi in prima inſtantia ſit intentatum ex teſtamento, poteſt in ſecunda inſtantia mutari actio, & agi petitione hæreditatis abinteſtato.*
10 *Qualitas alterans & augens pœnam omiſſam in primo iudicio poteſt etiã poſt latam ſententiam addi, & denuo ſuper eo, & toto crimine iudiciũ inſtitui.*
11 *Probationes nouæ, ſicut pendente appellatione fieri poſſunt, ita pẽdente reſtitutione in integrum.*
12 *Appellatio ſuſpẽdit ſententiam eiuſque vires in totum, tam quoad appellãtem, quàm quoad appallatum, ut utrique liceat nõ deductum deducere, & non probatum probare.*
13 *Cõcluſio in cauſa in prima inſtantia facta non nocet, quominus in ſecũda inſtantia quis poſſit deductum deducere.*

1 Igeſimoſeptimò Fallit †quando iſta innouatio fit per legem, uel lex permittit innouari ut hanc limit. ſub hac uerborum conceptione ponit Vital. in tractatu de clauſu. in clauſu. nil noua. appellatione pend. in princi. in prima limita. & etiam Firman. ſimiliter in ſuo reperto. in verb. appellatione pendente (enumerando quamplures limit.) 5. & 8. loco, hanc ſub ijſdẽ verbis ponit, motus vterque per l. hanc. C. de tempo. appell. & l. eos. §. ſi quis. C. de appel. quam etiam videtur tenuiſſe nouiſſime Oſaſc. in deciſ. Pedemonta. 25. ſub nume. 20. verſicu. neque obeſt regula (ubi loquitur de executione, quæ fit a lege pendente appellatione in poſſeſſorio) & etiam Bero. in cõ
2 ſi. 66. in cauſa num. 10. lib. 3. † ubi uult, quòd non dicitur innouari, quòd fit iuris authoritate, & ſub eadem uerborum conceptione poſt Socin. in regula. 21. idem tradit Lancello. Corrad. de prætore. §. 2. de offic. prætor. in cauſ. ciuil. infra ca.

de

Source : BIU Cujas

deappel. ſub nu. 21. uerſ. vigeſimoprimò fallit. Verùm quia hæc limitatio ex nimia ſui generalitate non modicam uide tur continere obſcuritatem (innouationes enim, quæ in ſin gulis limitationibus ſupra, & infra poſitis continentur, omnes ſunt aliqua lege permiſſæ, & omnes ſub iſta complecterentur) ideo clarius loquendo, dic, quòd regula ſupra poſita
3 † fallit in actu mutationis actionis, ac probationis, circa quã
4 dicta l. per hanc. permittit innouari, † ex quo partes in cauſa appellationis, & illa interpoſita, ac pendente poſſunt non deductum deducere, & non probatum probare. Niſi tamen
5 † fuerit malitioſè in prima inſtantia omiſſum, ut per And.
6 Barbat. poſt alios in conſ. 35. in minimis. num. 1. lib. 3. Vel † niſi in 1. inſtantia fuiſſet quis per Iudicem cum competenti dilatione ad probandum admiſſus, & ille ſcienter omiſerit probare in primas inſtantia; quia tunc non audietur in cã
7 appellationis † ſecundùm magis commu. opi. de qua poſt glo. fin. in c. inter monaſterium. de re iudic. teſtatur Oſaſc. in deciſ. Pedemont. 14. quæritur. num. 9. Circa quod dictum licèt multa poſſent cumulari, quæ habentur, & per Docto. ibi, & in c. fraternitatis. de teſtib. & quæ etiam eleganter ponit Io. de Neuiza. in conſ. 19. quòd ualeat, ſub nu. 14. & ſeqq. ne tamen extra propoſitam materiam attentatorum diuagari uideamur, pro uerificatione huius limitationis ſufficiat generale illud aſſumptum, quod ex illis iuribus elicitur, quòd in cauſa appellationis licet non deductum deducere, & non probatum probare, & conſequenter ſit innoua tio citra uitium attentatorum. Ad quod fa. quod habetur
8 apud Afflict. deciſ. 53. quidam. num. 2. ubi uoluit, † quòd licèt iudex ad quem non cognoſcat, niſi de his, quæ cogno-
9 uit Iudex à quo, ad no. per Bart. in l. 1. C. ſi aduerſ. liber. † tamen ſi in prima inſtantia ſit actum ex teſtamento, poteſt in cauſa appellationis mutari actio, & agi petitione hæreditatis ab inteſtato. Ad quod facit etiam id quod habetur aliàs
10 apud Docto. † quòd ſi in primo iudicio ſit omiſſa aliqua qualitas, quæ alterabat, & augebat pœnam, poteſt etiam poſt latam ſententiam illa qualitas addi, & denuo ſuper ea, & toto crimine ſic qualificato iudicium inſtitui, ad not. per Bart. in l. ſenatus. num. 4. & ſeq. ff. de accuſ. in l. denuntiaſſe. §. quid tamen. ff. de adulterijs, & poſt eum Bald. & Ang. in l. in delictis. §. ſi detracta. ff. de noxal. ponit Mil. in uerb. qualitas aggrauans, fol. 337. Hinc etiã dixit notab. Azo in ſumma. C. de in integr. reſtit. poſtul. ne quid no. fiat, in finalibus uerbis, q̃ ex quo reſtitutio, & appellatio in hoc uidentur æquiparari
11 † ſicut appellatione pendente fit innouatio huiuſmodi à lege permiſſa, ita etiam pendẽte reſtitutione in integrum permittuntur fieri nouæ probationes, confeſſiones, ac interrogationes. Et dixit etiam nouiſſime Minſinger. ſing. obſeruat.
12 centuria 2. deciſ. 21. incip. in cauſa appellat ionis † quòd appellatio ſuſpendit ſententiam, eiuſque uires in totum, quo ad appellantem, & quò ad appellatum, ut ſic utrique licitũ ſit non deducta deducere, & non probata probare: Quæ limitatio, ut ſupra declarata poteſt uno modo ampliari, ut in tantum appellatione pendente, & commiſſa poſſit quis nõ
13 deductum deducere † ut quoad hunc effectum non obſtet concluſio in cauſa, quæ fuiſſet facta in prima inſtantia: quia talis concluſio in cauſa appellationis non nocet, ut per multa deducit nouiſſime Io. Bapt. de Aſin. in ſua praxi Iudic. §. 23. cap. 6. uerſ. 13. limitatur in 13. limit. regulæ per eum ibi poſitæ per totam.

Limitatio XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Executio fieri poteſt appellatione pendente à ſententia magni conſilij Neapolitani.*
2 *Item à decreto affirmatiuo.*
3 *Cuius uiginti exempla remiſſiue ponuntur.*

1 Vigeſimo octauò limita † ut non procedat in appel
2 latione à ſententia magni conſilij Neapolitani † ſeu à decreto affirmatiuo in dicto conſilio lato; quia ſecundùm ritum magnæ curiæ Vicariæ, pendente huiuſmodi appellatione licite poteſt fieri executio, ut
3 eſt deciſ. Afflict. 261. eſt ritus &c. per totam † ubi enumerat viginti caſus, & exempla dicti decreti affirmatiui, & deciſ. 256. fuit dubitatum, in princ. & deciſ. 231. dicit Regia pragmatica. num. 2. Quod ponit etiam Marant. in 3. parte, ſextæ partis principalis. q. 2. num. 174.

Limitatio XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione pendente à remiſsione cauſæ facta primo iudici, poteſt primus Iudex, citra uitium attentatorum procedere, & ſententiam ferre.*
2 *Niſi tertius iudex cui cauſa appellationis ab huiuſmodi remiſsione fuiſſet commiſsa primo iudici inhibuiſset.*

1 Vigeſimonono Regula fallit, † quando eſſemus in appellatione à remiſſione cauſę facta per Iudicem ad quem, Iudici à quo fuerat à grauamine appellatum; quia hac appellatione pendente poteſt Iudex a quo (cui fuit cauſa remiſſa) procedere, atque etiam ſententiam ferre, & proceſſus, & ſententia ualida reputantur, nec per modum attentati ueniunt reuocanda, ut eſt notabilis. deciſ. Rot. prima aliàs 138. ſi appellatur. de offi. delegat. in no. & poſt eam idem notat Mil. in uerb. Iudex à quo appellatum eſt. fol. 125. cui adde aliam, & meliorem deciſ. 65. aliàs. 461. ſi appelletur, de appell. in no. Quæ tamen limi-
2 tatio intelligi, & ſublimitari debet † ut non procedat, quando tertius Iudex (cui cauſa appellationis à remiſſione eſt commiſſa) primo Iudici à quo inhibuiſſet; quia ſtante inhibitione eius proceſſus, & ſententia non ualerent, & uitio attentatorum ſubijcerẽtur, ut expreſſe declaratur in dd. deciſ.

Limitatio XXX.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio capta pendente appellatione uigore Breuis, uel literarum apoſtolicarum, in quibus Princeps mandat etiam appellatione pendente aliquem ad poſſeſſionem reintegrari, non dicitur attentata.*
3 *Principis uoluntas ubi apparet, de illius poteſtate non eſt dubitandum.*
3 *Breue ad capiendum poſſeſſionem abſque uitio attentatorum non debet eſſe ſubreptitium.*
4 *Et illius forma eſt ſeruanda.*
5 *Et ſufficit quod ſuperueniat.*

1 Rigeſimò Regula non procedit † quotieſcumque Papa per Breue, & literas apoſtolicas mandaſſet etiam appellatione pendente aliquem reintegrari ad poſſeſſionem: † qa
9 ſi de principis uoluntate conſtat, de eius poteſtate non eſt dubitandum, ut per Ruyn. conſ. 76. primò eſt videndum. num. 6. & iterum ſub num. 10. verſ. & ex præmiſſis, lib. 5. Circa quam li-
3 mit. de Breui multa dici poſſent, prout eſt illud † quòd Bre-
4 ue nõ debet eſſe ſubreptitium † & quòd eius forma eſt om-
5 nino ſeruanda † & quòd ſufficit ad ſuſtinendam poſſeſſionem, lite, uel appellatione pendente captam, Breue huiuſmodi ſuperuenire. Verùm, quia de his omnibus, & non nullis alijs ad materiam Breuis, & huius limit. ſpectantibus latius diximus ſupra in cap. 4. de attenta. lit. pend. num. 394. & multis ſeqq. & hoc caſu inter attentata lite, uel appellatione pendente, diuerſa ratio non uidetur poſſe conſiderari, ne bis idem repetamus, ad latius ibi dicta lectorem remittere ſufficiat.

Limitatio XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Innouari etiam appellatione pendente poteſt contra ſuſpectum de fuga, uel dilapidatione.*
2 *Sequeſtrari poſſunt etiam appellatione pendente bona illius, qui eſt de fuga ſuſpectus.*
3 *Suſpectus de fuga etiam appellatione pendente capi poteſt.*

1 Rigeſimoprimò fallit regula † in appellatione interpoſita per eum, contra quem poſt appel lationem ſuperuenit ſuſpiciò fugæ, uel dilapidationis bonorum, aut fructuum: ſicut enim quando extat huiuſmodi ſuſpitio lite pendente, poteſt contra eum innouari; quia non ſolum eius bona ſequeſtrantur, ut latius diximus ſupra cap. 4. de attenta. lit. pend. in 4. declaratione principali, limitatione 1. num. 19. uerum etiam contra eum deuenitur ad capturam, iuxta ea, quæ ſimiliter diximus in dicto cap. de attenta. lit. pend. limit. 9. principali num. 1. & ſeqq. Ita appellatione pendente
2 (cum militet eadem ratio) † non ſolum deuenitur contra eum ad ſequeſtrum, ut ſupra diximus hoc eodem cap. in 12.
3 limit. reg. princip. nu. 11. † uerum etiam ad capturam, ut fuit no. dictum Ang. in l. nemo carcerem. C. de exactor. tributo lib. 10. quod reaſſumpſit Firmanus inter limitationes (quas ponit ad hanc regulam) in ſuo repert. in uerb. appellatione pendente, uerſ. 5. incip. item uerum niſi ſuſpicio, & ex recentioribus Pet. Duen. reg. 42. num. 9. & Marant. in ſpeculo in 3. parte ſextæ partis principalis q. 2. num. 166. & Manfred. lib. 2. pratic. concluſ. ſuper attenta. concl. 62. poſt Iaſ. Alex. Franc. & alios quos etiam nos latius ſupra cap. 4. de attent. lit. pendẽ. dicta limit. 9. num. 4. in id citauimus.

Limitatio XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio interpoſita à ſententia lata in iudicio perſonali non facit attentata, quoad hoc, ut impediat alienationem rei, de qua litigatur.*
2 *Alienatio rei litigioſæ fieri poteſt etiam appellatione pendente, quando ſententia lata eſt in iudicio, & actione perſonali.*

3 Reus,

Source : BIU Cujas

3 *Reus, & possessor appellatione pendente rem alienans condemnatur, ac si possideret, & rem non alienasset.*
4 §. *super hoc, in authent. ut nulli Iudicum. declaratur, ut procedat respectu Iudicis, non autem respectu partis.*
5 *Possessio appellatione pendente de uno in alium transferri non potest per Iudicem.*
6 *Actio cedi non potest pendente appellatione, etiam à sententia in iudicio personali interposita.*
7 *Innouare posse per partem, quomodo sit intelligendum.*
8 *Scilicet alienando rem, dum pendet iudicium personale.*
9 *Alienatio rei litigiosæ fieri potest lite in actione personali pendente, remissiue.*

1 Rigesimo secundò limita regulam † nō procede
2 re in appellatione interposita a tententia lata in iudicio personali, puta ex empto † tunc enim si reus & possessor alienet rē, cuius occasione agitur, talis alienatio (quamuis appellatione pendente facta) valida tamen reputatur: quia nihil videtur appellationi præiudicare, † ex quo reus condemnatur. ac si esset possessor, & rē
3 non alienasset, vt fuit originale dictum Spec. in tit. de appel. §. nouissime. vers. sextus casus, dum enumerando casus, in quibus appellatione pendente potest attentari, sexto loco post Inno. hanc ponit, & respondet non solum regulæ nostræ, ꝙ appellatione pēdente nihil debet innouari, vt supra.
4 † verum ēt respondet §. super hoc. in Authen. vt nulli. Iudi.
5 vbi prohiberur † ꝙ Iudex appellatione pendente possit possessionem rei de vno in alterum transferre, vt scilicet procedat hæc prohibitio respectu Iudicis, secus respectu partis, q̄
6 in actione personali † (licèt non possit innouare, cedendo actionem ad effectum, vt Iudicium in cessionarium transferatur, vt per Affli. decis. 354. in causa. nu. 22.) pōt tamen innouare, vt per Affli. decis. 354. in causa. nu. 22.) pōt tamen inno
7 uare rem alienando, vt in hac limit. † & ita debet intelligi illud dictum, quod aliàs apud Docto. pro alia diuersa limitatione datur ad hanc regulā, dum dicunt, ꝙ appellatione pēdente pōt per partē innouari, vt post Spec. vbi supra, & Bal. in l. furti. in prin. ff. de his qui no. infa. & Alex. in l. 1. ff. nil no uar. appellatione pendente. ponit Firman. in suo repertorio,
8 in verb. appellatione pendente, in prin. vers. 19. † videlicet ꝙ per partem pōt innouari hoc casu, intelligēdo de alienatione rei pendente appellatione a sniā in personali iudicio lata, nō aūt licet intelligere vniuersaliter, ꝙ per partem appellatione pēdente possit innouari; quia hoc esset nimis absurdum, & ꝯ rubrum, & nigrum, nil nouar. appel. pend. & c. nō solùm. de appel. in 6. & fere ꝯ omnia iura, quæ in hac materia attentatorū reperiuntur. Vnde ad hunc solum actū alienationis est illud dictum referendum ex causa, & ratione supra posita, prout & hunc casum post Spec. & Paris. in c. dilecti. nu. 11. de excep. ponit pro limit. ad regulam nostram etiā Pet. Duen. dicta reg. 42. num. 3. & Vital. de clausul. in clausula nil no. appell. pend. in princ. vers. item fallit, si agatur, & post Spec. & Vital. vbi supra, & Abb. in c. cum M. col. pen. de ꝟstit. Manfred. lib. 2. practic. ꝟclus. super attent. conclu. 113. quod ēt post Spec. vbi supra posuit Lancello. Corrad. de prę tor. in caus. ciuil. cap. de appella. sub num 21. Sextò quando. Quæ limitatio vltra eos ex alio comprobari potest: quia regulariter pendente appellatione possunt ea omnia fieri, quę poterant antea fieri: vt late diximus supra hoc eodem cap. in
9 15. limit. princip. huius regulæ principalis per totam, † Ante appellationem aūt in prima instantia intentato iudicio personali talis alienatio fieri pōt citra vitium attentatorum, vt est decis. Rot. 3. aliàs 56. si lite. ad fin. vt lit. pend. in no. ex quo per actionem personalem, non ipsa res, sed actio dicitur effici litigiosa secundùm com. opi. de qua testatur Roma. cons. 270. pro decisione, vers. secundò videndum, de quo latius diximus supra in hac 2. parte. c. 4. de attent. lite pend. in 3. illatione princip. in 10. limit. regulæ ibi positæ nu. 481.

Limitatio XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus de crimine appellans, si non potest dare fideiussores detinetur in carceribus.*
2 *Detentio carceribus facta de eo, qui condemnatus de crimine appellauit, si non potest dare fideiussores, quamuis sit innouatio, tamen uia attentatorum non reuocatur secundùm docto.*
3 *Quorum dictum hic reprobatur, & declaratur nu. seq.*
4 *Appellans à captura, & à carceratione debet etiam appellatione pendente in carceribus detineri.*
5 *Et ita de stilo, & consuetudine seruatur.*
Licet aliqui contrarium senserint: ut num. 6.

1 Rigesimotertiò fallit † in eo, qui cōdemnatus de crimine appellat: nam si non pōt dare fideiussores, debet detineri in carceribus, & sic pendente appellatione fit ꝯ eum ista innouatio, ad text. in l. eos. §. super his. C. de appel. & gl. in verb. carcerali, in c. argu
2 ta. 2. q. 6. † vt hunc casum pro limitatione speciali huius nostræ regulę posuit originaliter Spec. in tit. de appell. §. nouissime. in princ. vers. tertius si condemnatus, quem secuti sunt ferè omnes, qui has limitationes subordinauerūt, prout est Vital. in tract. de claus. in clausula nil nouar. appell. pend. in prin. uers. item fallit, quando condemnatus: similiter & Marant. in Specul. in 3. parte sextæ partis princip. q. 2. num. 187. uers. decimò limita, ubi in id alleg. etiam Bart. in l. ab executione. C. quorum appell. non recip. & Bald. in l. 2. C. de episcopal. aud. & Alex. apud Bart. in l. 1. ff. de custod. reorum, & eodem modo Pet. Duen. in dicta reg. 42. nu. 11. uers. undecimò fallit, per eadem auctoritates, quas Marant. allegauit, licèt de eo mentionem non faciat; & ex recentioribus Lancell. Conrad. de prætore §. 2. de offic. prætor. in caus. ciuil. ca.
3 de appell. sub num. 21. uers. 3. si condemnatus. † Hæc limitatio licèt ab omnibus sit repetita, mihi tamen non satisfacit, & si esset vera, certè posset dici, quòd esset cōtra regulas, quę dantur in hac materia attentatorum: quoniam si præsuppo nimus secundùm terminos dictæ leg. eos, ꝙ ille ꝟdemnatus tēpore emissæ appellationis erat in carceribus, vtique p̄ hāc detentionem nihil ꝯ eum innouatur, secūdùm ea quæ post Alcia. in cōsi. 16. incip. licuerit. sub nu. 4. lib. 7. diximus supra hoc eodem cap. 12. in 4. limit. princip. nu. 16. quinimo si post appellationem relaxaretur a carcere, ista relaxatio respectu fisci, vel accusatoris potest dici innouatio; ex eo quia natura appellationis est, vt ꝟseruet eū statum, in quo appellans erat tempore appellationis, vt diximus latius supra in præfatio. huius regulæ princi. de attenta. appellatione pendente post prin. nu. 81. & 84. & seqq. Præterea dato ꝙ appellatio hoc casu deberet operari relaxationem de sui natura (quod tamen est falsum) ista retentio in carceribus, quę consideratur per dictam l. eos. §. super his. non tam prouenit vniuersaliter in quolibet ꝟdemnato appellāte ex dispositione illius tex. quā ex facto, & culpa ipsius ꝟdemnati, qui nō semper, sed in hoc tantum casu detinetur in carceribus, quando scilicet nō reperit fideiussorem; Vnde ista limitatio ita vniuersaliter, &
4 simpliciter intellecta non videtur posse admitti. † Et propterea eam intelligendam, & reformandam censeo; vt procedat in appellante a captura, & carcerationes; quia is nō obstante appellatione debet detineri in carceribus, prout, & recte, videtur considerasse Firmanus (quem nullus, eorum allegat) in suo aureo reperto. in verb. appellatione pendente, in prin. vers. 24. qui allegando Docto. per eos supra citatos, videtur ita illorum dictum intellexisse. Quòd si hanc limitationem restringimus ad appellantem a carceratione, hæc limitatio erit bona, & vera, si quidem contra appellantē hoc casu satis innouatur, cum status libertatis, in quo erat tempore appellationis, sibi non conseruatur, sed immutatur, ad quam limit. ita restrictam bene fa. decis. Guid. Papæ. 235. si qs
5 incarceretur, † vbi dicit ita de stilo, & consuetudine seruari,
6 & decis. Francisc. Marc. in qq. delphinal. q. 915. Quamuis † Mansuetus in sua praxi iudic. in tit. de appell. col. 16. versi. item si ille qui est incarceratus, fol. 123. contrarium tenere videatur: dicit. n. quòd si ille qui fuit incarceratus dicat se appellasse, dñs seneschalcus dabit in mandatis, quòd ille relaxetur, eo ꝙ fuit incarceratus in contemptum appellationis, licèt id omnino non uideatur firmare, cum & alium modū ibi ponat, quo illi possit prouideri.

Limitatio XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Hæres conuictus de legato si appellauerit, cogitur etiam pendente appellatione cauere.*
2 *Quod dictum pro noua limit. ac diuersa ab alijs non uidetur admittendum, ut hic.*

1 Rigesimoquartò, Fallit ex intentione infra scriptorum doctorum † in hærede conuicto de legato, qui si appellauerit cogitur ēt pendente appellatione cauere; hanc origi naliter posuit Specul. in titulo de appell. §. nouissime. in prin. versi. secundus casus est, quam sequitur Vital. de clausul. in clausula, nil nouar. appell. pend. post princ. vers. item fallit cum hę res, & Pet. Duen. dicta reg. 42. nu. 2. in 2. limi. & post Spec. vbi supra. Lancell. Conrad. de prætor. §. 2. de offi. prætor. in caus. ciuil. cap. de appell. sub nu. 21. vers. 2. quando hæres. omnes moti per tex. in l. postquam. §. Imperator. ff. vt leg. nou. cau. per quem tex. formatur alia prin. limitatio ad regulam nostram. Videlicet quòd ea quæ poterant fieri antea in prima instantia, possunt etiam in 2. & pendente appellatione fieri, de qua diximus abunde supra hoc eodem cap. in 15. limit. in
2 princ. & per totam † Et propterea ego crederem, ꝙ hæc limitatio nō sit computanda pro diuersa ab illa, siquidē nulla est ratio specialitatis, vel in actu ipso cautionis, qui fit appellatione

Source : BIU Cujas

pellatione pendente, vel in natura ipsius appellationis per hæredem hoc casu interpositæ, per quam debeamus à regula nostra recedere, & constituere nouam limitationem, cũ apud omnes supra allegatos si tantum in consideratione ratio, quæ exprimitur per iureconsultum in d.§.Imperator, vi delicet, quòd id, quod ante sententiam poterat, debet etiam post appellationem licere, & ideo hæc limitatio congruentius sub illa reponenda est.

Limitatio XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Iudex a quo potest appellatione pendente super validitate primi matrimonij prohibere partibus, ne secundum matrimonium contrahant.*
2 *Appellatione super validitate primi matrimonij pendente potest secundum matrimonium contrahi, remissiue.*
3 *Tex. in c.2. de matri. contra interd. Eccl. contract. declaratur.*

TRIGESIMOQVINTO Secundũ Specul. in d.§. nouissimè. sub nume. 2. vers. nonus casus. de appell. & Card. in cle. 1. de seq. poss. & fruct. in 9. not. ver. quintus: & Vital. de clausul. in claus. nil nouar. appellatione pendente sub nu. 2. ver. item etiam limita, & iterum nu. 5. & post eum quòd si per Io. Monach. in c. cupientes. §. viginti. num. 135. de elect. in 6. Manfred. in lib. 2. pract. concluſ. super attenta. concluſ. 67. fallit regula nostra in casu 2. extra de matrimonio contra interdictum Ecclesię contract. † vbi appellatione pendente super validitate primi matrimonij potest Iudex à quo prohibere partibus, ne secundum matrimonium contrahant, & hoc (dicunt omnes supradicti) ob fauorem matrimonij, & periculum animæ. quinimmo ex illo textu elici potest, quòd nõ solum pendente appellatione actus ipse prohibitionis per Iudicem factus teneat, † sed quòd & ipse actus matrimonij per partes celebratus appellatione pendente valeat, vt plenius tetigimus de hoc supra in c.4. de attentat. lite pen. limi. 17. princ. num. 2. quæ hic repetẽda non duximus, cum inter pendentiam litis, & appellationis hoc casu nõ videatur posse dari diuersa ratio. † Et quãuis posset dici, quòd ille actus prohibitionis per Iudicem appellatione pendente factus nõ deberet in proposito pro limitatione nostræ regulæ considerari cũ per illum tex. pateat, ꝙ ille non attenditur, ex quo ibi deciditur, matrimonium contra huiusmodi prohibitionem valere. Aduertendum tamen est, quòd licet prohibitio non irritet matrimonium, facit tamen contrauenientes incidere in pœnam arbitrariam, & de qua ibi. Vnde ex hoc satis sustinetur, & patet, quòd habetur in consideratione, vt diximus etiam in supradicto loco num. 3.

Limitatio XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Iudex ignorans appellationem fuisse interpositam absque metu attentatorum procedere potest.*
2 *Intimatio appellationis requiritur ad reuocationem attentatorum appellatione pendente remissiue.*

TRIGESIMOSEXTO Regula non procedit, † quando Iudex ignorante appellationem esse interpositam: quia tunc absque metu attentatorum procedere potest, vt ꝓ solũ tex. in c. si duobus. de appell. ponit hanc limitationem Spec. de appel. §. nouissime. sub n. 2. ver. duodecimus, & post eũ Lancell. Cõrad. de ꝓtor. §. 2. de off. prẽt in cau. ciui. c. de appel. sub n. 2. ver. 12. quia vbi, & similiter Card. in cle. 1. in 9. nota. col. 2. ver. sextus casus. de sequest. poss. & fruct. Vital. in dicta clausula, nil nouar. appellatione pendente sub num. 2. vers. item quia. vbi ordinarius, & pariter etiam Pe. Duen. in dicta reg. 42. nu. 4. ver. quarto limita. Manfr. lib. 2. pratic. concluſ. super attenta. concluſ. 217. Pro qua limi. adde, quod est decis. Rot. 38. aliàs 309. attentata de appell. in no. & faciũt ea omnia, quę posuimus supra hoc eodem cap. in 15. ampliat. princip. nu. 20. & seqq. † dum firmauimus ad reuocationem attẽtatorum requiri, appellationem Iudici fore intimatam per multa, de quibus in dicto loco, & similiter supra in hac secunda parte cap. 4. de attentat. lit. pend. in 27. limit. princip. per tot. declarando tamen, & intelligendo, vt in dictis locis, quæ breuitatis causa hic non repetuntur.

Limitatio XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Patronus etiam pendente appellatione, ne alius præsentetur, potest aliũ præsentare, & non attentat secundum aliquos.*
2 *Attentata non reuocantur in materia Iuris patronatus secũdũ aliquos.*
3 *Sed minus vere, & ideo eorum opinio reprobatur, vt infra num. 4.*
5 *Patronus præsentare & ordinarius instituere lite pendente regulariter non possunt.*
6 *Ratio assignatur, quare patronus lite pendente alium præsentare non potest, & huiusmodi appellatione pendente vtique potest.*
7 *Appellatio interposita per aliquem a patrono videtur extraiudicialis.*
8 *Extraiudicialis appellatio non inducit veram litis pendentiam ad effectum attentatorum secundùm veriorem opi. remissiue.*

TRIGESIMOSEPTIMO limitatur regula, vt non procedat in appellatione interposita à patrono, ne. s. alius præsentetur: † quoniam non obstante hac appellatione potest patronus valide alium præsentare: vt hanc limit. ad hanc regulã specifice posuit Marant. post Abb. in c. pastoralis. in 2. nót. de iure patro. in dicta 3. par. sextæ partis princ. q. 2. num. 165. quem simpliciter transcripsit Pet. Duen. d. reg. 42. num. 7. & cum commendatione citauit Manfr. lib. 2. pratic. concluſ. super attenta. cõclu. 7. Inquiẽs magis generaliter, † quòd in materia iuris patronatus non reuocantur attentata, vt copiosè per Marant. vbi sup. † Sed re vera, nec limitatio per Marant. posita hanc commendationem merebatur, cum (vt ẽt ipse rectè considerauit) hæc limit. sit superflua, & cadat sub illa, quam nos ẽt posuimus supra pro 15. nu. 2. in qua vltra allegata per Marant. ibi firmauimus, ꝙ patronus nõ obstante appellatione potest alium præsentare: quia hoc sibi licebat, etiam ante appellationem. Nec † ipsa cõmendatio, & concluſ. Manfr. videtur posse simpliciter admitti, cum ẽt in materia Iuris patronatus cadant attentata, vt constat ex his, quæ latius posuimus sup. in c. 4. de attenta. lit. pend. in prẽfatione num. 532. & multis sequ. in quinta illatione, de qua ibi diximus post alios, ꝙ lite pendente regulariter, nec patronus præsentare, nec ordinarius instituere potest. Et quamuis ex hoc, & ex his, quę ibi latius dicta sunt. videatur posse ẽt præsens limitatio in dubium refricari: quia sicut patronus lite pendente præsentare non põt, ita nec debet ẽt appellatione pendente posse præsentare: si tamen rectè omnia considerentur, inter casum, & casum videtur esse diuersa ratio: quoniam ibi presupponimus veram litis pendentiam, hic aũt † per huiusmodi appellationem (quæ videt esse extraiudicialis, ne scilicet alius præsentetur) non videtur inducta vera litis pendẽtia ad effectum attentatorum, † cum secundum veriorem opi. per extraiudicialem appellationem regulariter nõ inducatur vera litis pendentia, vt diximus supra in hac secunda parte, cap. 4. de attent. lit. pend. in præfatione, nu. 187. Vnde præsens limitatio, aut est superflua, vt dictum est, aut ex hac ratione sustinenda est, licèt predicti doct. non ponant.

Limitatio XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex à quo potest appellatione pendente examinare ad perpetuam rei memoriam testes senes, & valetudinarios circa vitium attentatorum. nisi inhibitus, vt infra. nu. 7.*
2 *Ordinarius potest testes senes, & valetudinarios in partibus examinare lite in curia pendente.*
3 *Testium per Iudicem à quo appellatione pendente ad perpetuam rei memoriam examinatorum dictum ita demum videtur ualidum, si post receptionem mortui sint, aut impediti.*
4 *Aliàs uidetur, quòd illorum examinatio sit repetenda.*
5 *Iudex à quo post interpositam appellationem testes recipiens, regulariter dicitur attentare.*
6 *Ratio quare Iudex à quo potest senes, & ualetudinarios, etiam pendente appellatione examinare, assignatur.*

Rigesimusoctauus casus est, in quo citra vitium attentatorum appellatione pendẽte potest actus expediri, † quando Iudex à quo ad perpetuam rei memoriam vult examinare testes senes, & valetudinarios; quia hoc potest, vt hunc casum pro limit. regulæ nostræ particulariter ponit Marant. in Specul. in d. 3. par. sextę partis prin. q. 2. nu. 195. ver. vigesimo secundò limita, quẽ de verbo ad verbũ, & illo tacito transcripsit Pet. Duen. dicta reg. 42. nu. 23. nixus vterque sola auctoritate Matthæi de Afflict. in constit. Neapol. lib. 2. c. 32. incip. probationum in curibus, col. 2. in fi. quibus adde nouissime Roland. de Vall. in cons. 23. ex testibus. num. 19. lib. 3. qui & Afflict. in d. loco, & alios in id allegat. & facit in simili † quòd & aliàs lite pendẽte in curia potest iudex Ordinarius in partibus recipere, & examinare huiusmodi testes, vt est decis. Rot. 3. aliàs no. nota quòd causa, de testib. in antiq. ex qua deci. in fin. verbis potest colligi † sublimitatio, seu potius declaratio ad præsentẽ limitationem, vt talis receptio valida reputetur, si illi testes post receptionẽ mortui essent. aut aliàs ipediti, vt illorũ copia haberi non possit, † secus si superuiuerent: quia tunc esset illorum examinatio repetẽda, vt in dicta decis. quę licèt loquatur in examine facto pendente lite in curia, idem tamen dicendum est, si fieret pendente appellatione: tũ quia ibi

Source : BIU Cujas

ibi non apparet, an lis esset in prima, vel in 2. instantia; tum quia in vtroque casu militat eadem ratio. Sed hæc limitatio (quamuis in se vera sit † ex quo regulariter Iudex recipiendo testes post interpositam appellationem videtur attẽtare. Rot. decis. 3. aliàs 56. si lite, vt lit. pend. in no.) quia † tamen eius vera ratio illa est: quia nisi examinarentur ob periculum mortis, probatio perire posset, quæ ratio, quãdo periculum est in mora, communis est quampluribus alijs propositionibus, in quibus etiã appellatione pendente possunt actus explicari, de quibus infra specialem limitationem ponemus limit. 43. Ideo quasi congruentius ibi cadent ea, quæ respiciunt assumptum huius limit. in illum locum consulto reijcimus. Quòd si eã pro diuersa limitatione teneas † limita nisi iudex à quo fuisset inhibitus; quoniam post inhibitionem hos testes examinare non potest, vt per Mandos. in tracta. de inhib. q 34. in fin.

Limitatio IXL.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio a sententia arbitri, vel arbitratoris pendente non dicitur attentari secundum aliquos.*
2 *Contrarium videtur verius.*
3 *Appellatio a sententia arbitri in effectu non videtur differre a reductione laudi.*
4 *Reductio ad arbit, boni viri est species appellationis.*
5 *Reductione ad arbitrium boni viri pendente, regulariter attentari dicitur.*
6 *Reclamatio laudi impedit interim innouari secundum Alex.*

1 IRigesimononò ex intentione Manfred. concl. 72. lib. 2. pratic. conclus. † limitatur regula in appellatione interposita à sententia arbitri, seu arbitratoris, vbi in id alleg. Alex. in cons. 117. lib. 2 3. † De hac tamen limit. videtur plurimũ subsistendum, † ex eo, quia appellatio à sententia arbitri nihil 3 in effectu videtur differre à reductione laudi per arbitrum 4 lati † cum illa dicatur esse species appellationis. l. non distin- 5 guemus. §. cum quidam. ff. de arbit. † pendente autem reductione dicitur attentari, vt deduximus infra in hac eadẽ parte. cap. 16. de attent. pendente reductione ad arbitrium bon. vir. num. 16. vers. regula quæ probatur. Nec Alex. in cõs. per Manfred. citato (si recte ponderetur) id affirmauit immo idẽ Alex. in cons. 43. quia subtiliter. num. 9. lib. sexto, specificè dixit, † quòd huiusmodi reclamatio, & reductio impedit 6 interim aliquid innouari.

Limitatio XL.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione pendente possunt fieri actus, qui sint consecutiui ad alios actus factos ante appellationem.*
2 *Consecutiuus actus dicitur inuestitura & traditio possessionis ad actum collationis, & electionis ante interpositam appellationem factũ, et ideo appellatione pendente fieri potest, ut infra num. 5.*
3 *Contrarium tamen videtur seruari in Rota, vt infra nu. 11. Prima opin. limitatur, nisi fuisset inhibitum, vt nu. 14. quando essemus in inferiore a Papa, ut num. 15.*
4 *Denunciatio excommunicati dicitur actus consecutiuus ad excommunicationem præcedentem.*
5 *Collatio præbendæ est actus consecutiuus ad receptionem in canonicum, & in fratrem antea factam.*
6 *Electus, & confirmatus debet consequi possessionem non obstante appellatione ab electione, seu confirmatione interposita.*
7 *Denunciatio excommunicati, etiam appellatione pendente fieri potest.*
8 *Præsentatus a cuius institutione fuit appellatum, si pendente hac appellatione possessionem capiat, dicitur bona possessio secundum aliquos.*
9 *Iuramentum potest etiam appellatione pendente deferri, quando in sententia fuit mandatum deferri, non obstante quòd a sententia fuerit appellatum.*
10 *Iuramentum sub cuius forma est lata sententia, uidetur esse quidã actus consecutiuus, & proueniens ab ipsa sententia.*
11 *Rota tenet, quòd si præsentatus, pro quo sit lata sententia, & ab ea appellatum pendente appellatione possessionem capiat, talis possessio dicatur attentata, & consequenter videtur contradicere his, quæ ex Franc. dixi mus supra num. 2.*
12 *Nisi soluas distinguendo inter appellationem iudicialem, & extraiudicialem, ut hic.*
13 *Vel quòd stilus Rotæ non procedit simpliciter in actu consecutiuo, ut hic,*



VAdrageſimò Regula prædicta limitatur (& hæc, & ſequentes, nec à Specul. nec à Vital. nec a Marant. aut Pet. Duen. (qui omnes limitationes, quæ ſunt in hac materia compilaſſe profeſſi ſunt) poſitæ videntur præter vltimã, quæ eſt generalis in omnibus caſibus, in quibus appellatio eſt prohibita, quã con- 1 ſulto pro vltima reſeruauimus) † vt nõ procedat in actibus conſecutiuis ad alios actus factos ante appellationem: qa 2 etiã appellatione pendẽte fieri poſſunt. † Et diceretur actus cõſecutiuus, puta inueſtitura, & traditio poſſeſſionis ad actũ collationis, & electionis ante appellationem interpoſitam 3 factum. † Vel denunciatio excommunicati, ad excommu- 4 nicationem præcedentem. † vel collatio præbendæ ad receptionem in canonicum, & in fratrem anteà factam. Et ideo quò ad primum dicebat Franc. in c. bonæ. q. 13 in fin. nu. 32. 5 de appell. † quòd ſi appellatur à collatione, ſeu electione, pendente appellatione poteſt deueniri ad actum inueſtiture, & traditionis poſſeſſionis, quaſi ad actum conſecutiuũ collationis, ſeu electionis, ad quod facit tex. & ibi no. Inno. in glo. in verb. rationabilem. ſub num. 2. verſ. nam ſicut appellatio. & ibi quoque Abbas in vltimo notab. & Franc. pariter in vltimo not. num. 3. in c. conſtitutis. de appell. cum ibi notant † quòd electus, & confirmatus debet conſequi poſſeſſionem non obſtante appellatione ab electione, ſeu confirmatione interpoſita, & quòd inductio in poſſeſſionem non ſit niſi quædam executio collationis: ſeu electionis & gratiæ præcedentis eſt deciſ. Rot. 16. aliàs 441. fuit dubitatum. num. 1. & 2. de conceſſ. præben. in no. & eam ſequitur Felyn. in c. eam te. num. 29. in fine de reſcript. Eodem modo quo ad ſecundum dixit Franc. in c. paſtoralis. §. verum quia, 6 in 1. not. num. 3. de appell. † Quòd ex quo denũciatio eſt cõ ſecutiua, & acceſſoria ad excommunicationem, ideo etiam interpoſita appellatione poteſt fieri. Quod & nos ex hac, & alijs etiam rationibus firmauimus pro regula, ſup. hoc eod. cap in 21. limit. princip. huius reg. princip nu. 7. Quoad tertium eſt bona gloſſ. in cap. dilectus. in verſ. vacaret, extra de præben. Et pro hac limit. fa. quod dixit Lambert. in tracta. de 7 iure patro. fol. 337. in 5. articulo 11. q. princ. ſecundæ partis, 2. libri, & in fine art. præced. † Quòd ſi præſentatus (à cuius inſtitutione fuit appellatum) pẽdente hac appellatione beneficij poſſeſſionem capiat, talis poſſeſſio dicitur bona, de quo tamẽ latius dicemus infra in limit. 49. princip. Quòd ſi verum eſt, non aliunde prouenire credi poteſt, quàm quia illa adeptio poſſeſſionis ſit quidam actus conſecutiuus ad inſtitutionem, prout etiam ſenſit ille ibi, & iterum in d. tract. in 3. articulo 6. q. prin. 2. par. 2. lib. num. 6. vbi voluit, quòd appellatio non habet impedire, ne electus confirmatus habeat poſſeſſionem ea ratione: quia talis poſſeſſio eſt quid facti, & effectus conſecutiuus iuris præcedentis, & ad corroborationem huius limit. adde, quòd bene facit doctri. Bart. quã Sa- 8 ly. & alij ibi ſequuntur † quòd ſi Iudex in ſententia mandauerit deferri iuramentum, quamuis ab illa ſit appellatũ, iuramentum tamen poteſt etiam pendente appellatione deferri, vt tradit Bart. in l. generaliter. in fin. prin. C. de reb. ered. 9 ſi cert. pet. inquiens, quòd de hoc eſt caſus ibi: † vnde iuramẽtum eo caſu, ſub cuius forma, eſt lata ſententia, videtur eſſe quidam actus conſecutiuus, & proueniens ab ipſa ſentẽtia. Et propterea non mirum ſi etiam appellatione pendente poteſt deferri. Quamuis autem Franc. authoritas præſertim in hac materia plurimum valeat, illius tamen dictum videtur reddi ſatis dubitabile, ex eo quòd pluribus vicibus fuit per dominos in Rota reſolutũ, † quòd ſi lite pẽdente inter duos præſentatos feratur ſententia pro vno (à qua per vnum ſit appellatum) ille verò poſt appellationem inſtituatur, & eapiat poſſeſſionem, talis poſſeſſio fuit ſemper habita pro attentata, vt fuit dictum in vna Neapolitana Capellaniæ coram D. 10 meo Oradino de menſe Decẽbris 1562. † Niſi altero de duobus modis reſpondeas, vel quòd deciſ. & ſtilus Dominorum procedit in appellatione iudiciali, limitatio aũt noſtra intelligatur in appellatione extraiudiciali, & ratio differentiæ ſit; quia quãdo appellatur extraiudicialiter, puta ab electione, tunc prætextu huius appellationis non debet deſiſti per eligentẽ, quominus vtãt iure ſuo, & ad alia pcedat: vt tradit Inno. in c. quia propter, in glo. ſi opus, de elect. quod ſecus videtur in iudiciali propter maiorem Iudicis authoritatem, & iudicij calorem, ad no. in l. 1. ff. de verb. obli. ita reuera in appel 11 latione extraiudiciali loquitur Franc. in d. c. bonæ. † Vel ſecnndò (& fortaſſe verius) quòd in caſu in contrarium conſiderato non ſumus in actu conſecutiuo facto poſt appellationẽ (& ſic in ſola traditione, & adeptione poſſeſſionis) ſed in ipſo actu inſtitutionis, & vtique adeptio poſſeſſionis eo caſu non poteſt dici conſecutiua, cum eodem tempore, videlicet poſt appellationem, & antecedẽs, ſcilicet ipſa inſtitutio, & conſequens, ſcilicet ipſa poſſeſſio explicentur, cuius contrarium præſupponitur in hac limitatione, videlicet, ꝙ præcedat appellationem electio, uel collatio antecedens (& ſic actus tribuens ius) & deinde in conſequentiam capiatur poſſeſſio; ſecus ſit, ſi antecedẽs (prout eſt in dicto caſu inſtitutio) fiat poſt appellationem: & ſic opi. Franc. ſuſtineri poteſt. Pro qua fa, quæ diximus vltra præmiſſa ſupra in hac ſecunda parte, cap. quarto. de attent. lit. pend. limit. 5. princip. num. 2. poſt

Pariſ.

Source : BIU Cujas

Pariſ.in conſil.172.in cauſa.nume.12.lib.4.de poſſeſſione ciuili,& naturali,quæ licèt loquantur de litis pendentia, etiã ad pendentiam appellationis adaptari poſſunt,cum non ſit diuerſa ratio. Hãc autem limitationem in eo quod præſupponitur in ea,q̃ traditio poſſeſſionis tamquam actus conſecutiuus poſſit fieri etiam pendente appellatione, neceſſariò
14 limitandam cenſeo,vt non procedat † quando vigore dictæ appellationis fuiſſet inhibitum, tum quia inhibitio multa facit illicita, quæ alias licuiſſent,vt per multa exempla demonſtrauimus in cap.20 de attentatis poſt inhibit.in prima ampliat.princip. Tum quia id in poſſeſſione capta lite pendẽte poſt inhibitionem fuit alias reſolutum in Rota in vna Camerinen. creationis canonicatuum corã Iunio 29. Martij 1557.in qua cum Epiſcopus creaſſet duos canonicos, & ſuper nullitate dictæ creationis fuiſſet contra eum commiſſa cauſa,& eius vigore ĩhibitum,& deinde Epiſcopus in executionẽ ſuæ creationis immiſiſſet illos in poſſeſſionem, talis poſſeſſio fuit declarata attentata. Quam tamen limitatio
15 nem intellige,& ſublimita,vt procedat † quando talis inductio in poſſeſſionem poſt inhibitionem fieret per inferiorẽ, prout erat ibi ordinarius Camerinen.ſecus autem ſi fieret vi gore literarum apoſtolicarum,& ex cauſa neceſſaria ex quo ob illarum reuerẽtiam tenetur quis illis parere,vt admonuimus in cap.20.de attent.poſt inhibit.in 24.limit.princip.regulæ ibi poſitæ.

Limitatio XLI.

SVMMARIVM.

1 *Appellans negans fuiſſe appellatum, & diu appellationem impugnans non poteſt petere reuocationem eorum, quæ per appellantem prætendit fuiſſe attentata, & infra num.4.*
2 *Impugnans appellationem non poteſt ſe in ea fundare per regulam ex eo.de reg.iur.*
3 *Et ita ſe obtinuiſſe teſtatur Specul.*
5 *Niſi quis ab impugnatione deſtitiſſet.*
Dubia tamen hæc limitatio reddi videtur,ut hic num.6.
Niſi ſoluas,ut hic nu.7.

1 Vadrageſimoprimò eadem regula limitatur vt non procedat in appellatione impugnata. Videlicet † quãdo appellatus negaret fuiſſe per appellantem appellatum,& diu appellationem impugnaſſet; nã ſi appellatus interim aliquid appellantem attentaſſe prætendat,non poteſt petere ea tanquam attentata
2 reuocari,† & ratio videtur eſſe:quia non poteſt in eo ſe fundare,quod nixus eſt impugnare cap.ex eo.de reg.iur. in 6. & propterea dixit Specu.in titu.de appellatio. §.nunc breuiter.
3 num.2.verſic.quid autem,† ſe obtinuiſſe, quòd impugnãs appellationem, & negans fuiſſe appellatum non auditur volens illam appellationem proſequi,& in terminis poſt Imo. in cap.ex parte S.colum.5.verſ.ſatis tamen videtur.de reſcri. hoc dictum ponit Felyn.in cap.capitulum.colum.9.ſub nu. 25.verſicu.limita quartò, eodem titu. de reſcript. inquiens,
4 † quòd appellatus non poteſt petere attentata reuocari, que
5 geſta ſunt pendente appellatione per eum impugnata † niſi tamẽ(& ita eſt ſublimitanda hæc limitatio) ab impugnatio-
6 ne deſtitiſſet,vt latius ibi.per eum.† Quæ tamẽ limit.videtur reddi dubitabilis ex his,quæ poſuimus ſupra cap.4. de attenta.lite pend.in 3.amplia.reg.princip.quòd attentari lite pendente dicitur, etiam ſi lis fuerit per aduerſarium impugna-
7 ta.† Niſi cõſideres aliqualem rationem diuerſitatis,vt ibi dictum eſt, & adde quod nouiſſime hanc limitationem poſt Specul.Imol.& alios ſupra allegatos,videtur ſenſiſſe Anto. Gabriel.in tracta.commun.concluſ.lib.6.de regul.iur. concluſ.1.numero 3.verſicu.ſecundò infertur, apud quem & aliæ ſublimitationes colligi poſſent vltra eam,quam ſupra ex Felin.retulimus, quam & ſpecifice etiam ipſe proſequitur. ibi.nume.50.& ſi.

Limitatio XLII.

SVMMARIVM.

1 *Attentatata appellatione pendente non reuocantur,quãdo per partes fuit illis renunciatum.Vel actus qui prætenditur attentatus fuiſſet factus de conſenſu partis.*
2 *Etiam ſi ſimus in attentatis iam commiſſis.*
2 *Etiam ſi tacite renunciaſſet,puta ſi attentans appellato non contradicen-*
3 *Etiam ſi tacite renunciaſſet,puta ſi attentans (appellato non contradicẽte) fuiſſet admißus ad docendũ de ſuo bono iure in negocio principali.*
4 *Vel ſi patiatur aduerſarium aliquid impetrare,quod reſpiciat negociũ principale,& excludere reuocationem attentatorum.*
5 *Immo etiam ſi ſimus in attentatis committendis.*
6 *Etiam ſi tacite,puta ſi ſimus.*
7 *In obligatione in forma Cameræ.*
8 *Vel ſit renunciatum omni iuri ſibi competenti,et inſuper fuerit dictum, quòd Bracchium ſeculare iam obtentum remaneat in ſuo robore &c.*
9 *Vel ſi facta promiſſio de ſtando vnicæ ſententiæ,*
10 *Promiſſio de ſtando vnicæ ſententiæ valet,& per eam cenſetur quis appellationi renunciare.*
11 *Promiſſio de ſtando ſententiæ qualitercunque ferendæ valet,& impedit appellare.*
12 *Conſenſus partium vbicunque in aliquo actu conſiderari poteſt, ſemper ille actus excuſatur a vitio attentatorum.*
13 *Conſenſus partium regulariter videtur reddere licitum, & validum, quòd aliàs fuiſſet illicitum,& inualidum.*
14 *Teſtium dictum non rite examinatorum,aut poſt didicita teſtificata productorum valet de conſenſu partium.*

1 Vadrageſimoſecundò Fallit regula, & notabiliter † quando per partes fuiſſet attentatis, & illorum priuilegio renunciatum. Vel actus,qui prætenditur attentatus, diceretur factus de conſenſu partis petentis reuocationem attentatorum; vt etiam diximus ſupra in hac 2.parte,cap.4.de attent.lit.pend.limita.15.& 16. princip. Quæ limitatio:quia poteſt intelligi,vel de attentatis iam commiſſis,& in eſſe deductis, vel decætero committen-
2 dis, † ſi loquimur de iam commiſſis, tunc dupliciter hæc renunciatio conſiderari,& fieri poteſt,aut expreſſe(de quo nõ videtur dubium, cum quilibet ſuo iuri renunciare valeat,
3 iurib.vulg.) † vel tacite,puta quando attentans appellato nõ contradicente fuiſſet admiſſus ad docẽdum de ſuo bono iure in negotio principali: quia tunc ceſſare videtur remediũ attentatorum,ſecundum Pariſ.in conſi.41. optimum.num.
4 37.lib.1.† Vel ſi patiatur aduerſarium aliquid impetrare, qđ reſpiciat negocium principale, & excludere reuocationem attentatorum,vt fuit latius dictum in ſupradicta 15.limitat.
5 † Si verò loquimur de attentatis committendis:tunc eadem conſideratio adhiberi poteſt, quòd aut renunciatio fit exp̃ſſe,& valet per ſupradicta † aut tacite, & ſimiliter valet,& fa-
6 cit ceſſare remedium hoc attentatorum, † puta ſi ſimus in
7 obligatione in forma Cameræ, † vel ſit renunciatum omni iuri ſibi competenti,& inſuper fuerit dictum,quòd brachiũ ſeculare iam obtentum remaneat in ſuo robore & c. nam ſi denuo illud brachium ſeculare exequatur,exequutio nõ poteſt dici attentata, vt latius fuit ibidem dictum.nume.ſeptimo.
8
9 † Vel ſi ſit facta promiſſio de ſtando vnicæ ſententiæ † (q̃
10 obligatio valet.Rot.deciſio.2.alias 287.licet appellationi.de
11 renunciat.in nou.) † Vel conueniſſent partes,ſtare ſententiæ qualitercumque ferendæ;cum huiuſmodi cõuentiones valeant,& impediant appellari,ad not.per Docto.in l.tale pactum.§.qui prouocauit.ff.de pactis.& poſt eos in terminis attentatorum Manfred.lib.2.practic.conclu.ſuper attent.concluſ.179. Vnde cum hoc caſu non detur appellatio; ſi quid prætendatur attentatum hac appellatione (de facto forſan interpoſita)pendente poterit dari de renunciatione ob taci-
12 tum conſenſum † qui conſenſus partium vbicumque conſiderari poteſt in aliquo actu,ſemper ille actus excuſatur a vitio attentatorum,vt conſiderauit Rot.in deciſ.modernis,in dicta 16.limit.citatis,& expreſſe, ac vniuerſaliter id annotauit poſt Hoſtien.Panormita.& Card.in capi.conſtitutus. de
13 appella.idem Manfred.ibidem concluſ.118.† cum & alias regulare ſit,quòd partium conſenſus licitum,& validum red-
14 dit,quod erat illicitum,& inualidum † vt loquens de teſtib. nõ rite examinatis,aut poſt didicita teſtificata productis,tradit Iaſ.poſt alios in l.2.num.16.& ſeq.ff.de ferijs.

Limitatio XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione pendente ſi quid fiat,non dicitur attentatum,quando non eſſet periculum in mora.*
2 *Iudex à quo ſi appellatione pendente abſoluat excommunicatum conſtitutum in articulo mortis,talis abſolutio non dicitur attentata.*
3 *Teſtes ſenes,& ualetudinarij poſſunt etiam pendente appellatione per iudicem a quo examinari.*
4 *Et poſſunt etiam tempore feriato.*
5 *Ratio eſt,quia periculum eſt in mora.*
6 *Probationes tempore perituræ etiam pendente appellatione factæ, non reuocantur per uiam attentati.*
7 *Iudex ad quem poteſt teſtes abſuturos,etiam appellatione pendente examinare.*
8 *Executio in criminalibus non retardatur ob pendentiam appellationis, quando periculum eſt in mora.*
9 *Etiam ſi fuerit ex iuſta cauſa interpoſita.*
10 *Iudex quando periculum eſt in mora poteſt ſententiam exequi,& deinde ſcribere proceſſum.*
11 *Collectarum debitor ſi appellet,etiam pendente appellatione cogitur ad illarum ſolutionem.*
12 *Iuramentum ſub cuius forma,& præſtatione fuit lata ſententia,poteſt ĕt pendente appellatione præſtari,ne ſcilicet probatio pereat.*

Pericu-

Source : BIU Cujas

13 *Periculum vbi eſt in mora, receditur a regulis ordinarijs, remiſſiue.*
14 *Celeritas vbi eſt neceſſaria, appellatio non admittitur.*

1 QVadrageſimotertiò non habet locum regula noſtra princip.†quando eſſet periculum in mora, tunc enim, etiam appellatione pẽdente(ſi quid fiat) non dicitur attentatum, vt hanc limitat. expreſſe ſenſit Rip. in l. admonendi, num.193. ff.de iureiu. prout eum refert,& ſequitur nouiſſime Io.Bapti.de Aſin.in ſua praxi iudic.§.trigeſimoprimo.c.2.in 2.limit.princi.
2 nume.7.vbi etiam alios in id allegat. †Exemplum ſi iudex a quo pendente appellatione excommunicatum in articulo mortis forſan conſtitutum abſoluat, talis abſolutio non dicitur attentata, vt expreſſe annotauit Franc.in ca qua fronte,in glo.in ver.decedat,colum.5.ad med.ſub num.18.& ibi etiam cæteri Docto.extra de appellat. quòd non alia potiſſimum ratione nititur,niſi quia periculum fuiſſet in mora, ſi dilata fuiſſet abſolutio, quouſque iudex ad quem abſoluiſſet,& ſub iſta limitatione congruentius cadit illud dictum, quod poſt Marant.& Petr.Duen.tetigimus ſupra limitat.38.
3 †Iudicem a quo poſſe teſtes valetudinarios,& ſenes etiã pẽ-
4 dẽte appellatione examinare:†ſicut enim ratio quare huiuſmodi perſonæ examinari poſſunt,etiam tempore feriato eſt
5 †iſta:quia periculum eſt in mora,vt per Iaſ.poſt alios in l.1.§. 1.num.5.ff.de ferijs.ita eadem dicendum eſt, quòd ſit ratio, quare appellatione pendente examinentur: declarando tamen vno modo,vt ibi.Ad quod facit, quod poſt Hyppol.de Marſil.ſing.87.& 278.& alios per eum allegatos,ponit Man
6 fred.in dicto 2.lib.concluſi.356.† dum concludit,probationes tempore perituras factas appellatione pendente non reuocari per viam attentat. Quod & ſi in ſe verum ſit, cum in hac materia probationis(ne illæ pereant) multoties recedat a regulis iuris communis,vt dicit Rot.deciſi.3. alias 110.nota quòd cauſa pendente,de teſtibus.in antiq.Hippol.tamen in dicto ſingul.87.nihil dicit de hoc,& in ſing.258.licèt de hoc loquatur:authoritates tamen,quas citat,potius faciunt con
7 tra,cum dicant†iudicem ad quem poſſe teſtes abfuturos appellatione pendente examinare, & nihil dicant de iudice a quo.Hanc limitationem etiam per plura exempla tenet nouiſſime Menocch.de recuper.poſſ.remed.17.num.40. verſic. quæro vndecimò,vbi etiam alleg.Hippol.in dicto ſing.258. licèt eius exemplum de teſtium examinatione non ſatis p-
8 bet,vt latius ibi per eum.Huc quoque pertinet id,quod dixit
9 alias Boer.deciſ.153.num.3.†quòd in criminalibus†etiã pen
10 dente appellatione,etiam ex iuſta cauſa interpoſita non retardatur executio,quando periculum eſt in mora, †quo caſu(inquit idem Boer.deciſ.259.num.5.) poteſt iudex exequi, & deinde ſcribere proceſſum.Aliud etiam præſentis limita-
11 tionis exemplum afferri poteſt†videlicet in eo,qui conuentus tamquam debitor,& deſcriptus in æſtimo ad collectarũ ſolutionem appellaret: quoniam ſi agatur ad ſolutionẽ collectarum præſentium,& quæ ſi non exigerẽtur, immineret aliquod damnum publicum,vtique etiam pendente hac appellatione cogitur ille ad ſolutionem,vt poſt Ange.in l.fi.in fi.C.vbi quis decur.vel cohorta.& alios late per eum allegatos eleganter proſequitur nouiſſime Oſaſc.in deci.Pedemõ. 86.queſitum fuit per tot. & latius poſuimus ſupra in hac 2. parte.c.4 de attent.lite pend.in 25.limit.princip.vbi nonnullas etiam limitationes adnotauimus,quæ huic quoque exẽplo congruunt,dic,vt ibi.Ad quam limit.& illud redigi põt quod ex Bart.& Salyc.in l.generaliter.in fi.princip.C.de reb.
12 cred.ſi cert.pet.eliciturq; ideo iuramentum, ſub cuius forma,& præſtatione fuit lata ſententia, poteſt preſtari etiã pendente appellatione, ne ſcilicet probatio pereat, & quamuis alia quoque reddi ratio poſſet,quam tetigimus ſupra in 40. limit.tamen etiam iſta per Doct.aſſignatur,& facit plurimũ ad verificationem limitationis,de qua agimus. Circa quam
13 multa cumulari poſſent,in quibus † quando periculum eſt in mora,receditur a regulis ordinarijs,de quibus per Docto. præſertim Dec.in cap.dilecta.ad fi.verſ.& hoc verum,de cõſ. vtil.vel inutil.& per Hippol.de Marſi.in l.1.C.de proba.col. 40.& ex recentioribus per Mandoſ.ſuper reg.31. quòd commiſſio cauſarum,quæſt.3.num.2.& ſeq.ne tamen extra propoſitam materiam diuagare videamur,cõſultò omittimus, his tantummodo contenti, quæ pendentiam appellationis particulariter reſpiciunt,Et ratio horum omnium aſſignari
14 poteſt:†quia ea,quæ celeritatem deſiderant, appellationem non admittunt.Specul.de appel.§.in quib.verſ.8. Franc.in c. qua fronte,ſub num.18.de appel.& eſt deciſ.Thom.Grãmat. 58.magnifica.nu.6.poſt Bar.& alios in l.fi.ff.de appel.reci.vnde ſi non datur appellatio,nec cadit hoc caſu attentatorum conſideratio,vt ſupra dictum eſt.

Limitatio XLIIII.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio interpoſita per vnum in parte,& partib. contra eum facientibus, non facit attentata quoad eum, qui non appellauit, nec cauſam commiſit.*
2 *Appellatio interpoſita per unum in parte, & partibus contra eũ facientibus aduerſarium non appellantem non iuuat.*

1 QVadrageſimoquartò poteſt conſiderari limitatio†vt regula non procedat in appellatione interpoſita,& commiſſa per vnum ĩ parte,& partibus,quatenus contra eum facientibus,quia ſi is,qui non appellauit,nec cauſam commiſit prętendat aliquid pendente appellatione fuiſſe attẽtatum, & inſtet pro reuocatione,videtur,quòd nõ ſit audiendus: quia ſi daretur reuocatio,vtique appellatio(vt prefertur)limitate interpoſita eſſet alicuius effectus in fauorem eius,qui nõ appellauit,
2 & eum iuuaret,† quod eſſe non debet: quia talis appellatio limitata,partem non appellantem non iuuat,vt eſt doctr.gl. in l.ampliorem.in verb.iudicatis,de appellat,quam refert,& alijs authoritatibus comprobat nouiſſime Oſaſc.in deciſio. Pedemon.142.ſupraſcriptæ,num.27.& Franc.in capi.ſi duobus,colum.3.num.9.verſicu.tertiò quæritur,de appellat.cuius authoritate ita fuit alias tentum in vna Venetiarum monaſterij coram Nouato 24.Febr.1548.vt eſt deciſ.in recollec. Put.14.incip.commiſſio,ſub rub.de appel.

Limitatio XLV.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio interpoſita poſt tres cõformes, ſi in aliquo caſu permittitur, illa non facit attentata, nec impedit executionem.*
2 *Iudex, cui fuit commiſſa cauſa appellationis poſt tres conformes, nõ inhibet ſtatim, ſicut inhiberet alias, ſi eſſet commiſſa ſimplex cauſa appellationis.*

1 QVadrageſimoquintò †fallit regula in appellatione interpoſita poſt tres conformes, quamuis enĩ regulariter hoc caſu non detur appellatio, vt in rubro,& nigro.C.ne liceat tertiò prouoc.tamen ſi in aliquo caſu datur appellatio,de quo per Doct.ibi, & in clemen.1.de re iudi.illa nõ impedit executionem,nec eſt locus remedio attentatorum,vt poſt Ioann.And.in c.ex parte. de teſtib.& Ioann.de Imol.in dicta clem.1.in 6.notab.qui ibi dicit eſſe caſum tradit Ioann.Crott.in conſi.101.viſo. nume. 11.& Andre.Barbat.in conſil.10.mihi videtur. colum.3. ſub num.9.verſic.præterea ſi dicatur.libro 1.Quod & poſt Card, & Franc.in cap.tua,de appell.annotauit etiam Manfred.d.libro 2.practic.concluſ.ſuper atten.concluſ.166.Et pro limit.
2 facit,quod in ſimili videmus†quòd ſi appellet poſt tres conformes,& cauſa appellationis committatur,tamẽ iudex appellationis non inhibet ſtatim, ſicut ſi eſſet alias ſimplex cã appellationis,ut eſt deci.Rot.45.alias 364.ſi appelletur,de appellat.in no.& ſecundùm hanc limitationem ſtante re iudicata ob tres conformes fuit reſolutum non eſſe attentata, quæ fuiſſent geſta pendente appellatione ab vltima ſententia interpoſita,in vna Bonon.bonorum in buſcho coram Serafino 10.Iun.1569.

Limitatio XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Scandalum vbi ex reuocatione attentatorum proueniret, tunc reuocatio ceſſat.*
2 *Exemplum in exhumatione corporis mortui appellatione pẽdẽte facta.*

1 QVadrageſimoſextò†limita, vt non procedat regula,quotieſcunque ſi fieret reuocatio eorum,quæ prætenduntur eſſe attentata pendente appellatio
2 ne,inde ſcandalum proueniret†vt poteſt poni exemplum in exhumatione corporis mortui appellatione pendente facta,vt ſunt deciſ.Rot.8.alias 854.cum partes. ut lite penden.in antiquis,& deciſi.1.alias 302.nota,de cau.poſſeſſ.& propriet.in antiq.Quæ licet loquantur de attentatis lite pendente ex identitate rationis idem dici poteſt, quando ſumus in appellatione pendente & ſpecifice in materia appellationis eam ponit nouiſſime Menocch.de recup.poſſeſſ. remed.17.num.36.verſic.quæro octauò,ideo hanc limit.tene,& declara,prout latius diximus ſupra in hac 2.par.c.4.de atten.lite pend.limit.13.princ.nu.4.& per totam.

Limitatio XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata per ſecundum iudicem pendente appellatione a ſententia lata per primum iudicem, etiam ſuper eadem re,& inter eaſdem parties,*

Source : BIU Cujas

tes, valet, nec dicitur attentata, quando ſuper eadem re fuit coram diuerſis iudicibus partibus non opponentibus proceſſum.

2 *Appellatio etiam ab interlocutoria irritat ſententiam ea pendente latã ſecundum aliquos.*

QVadrageſimoſeptimò ex not. per Ant. de But. poſt Compoſtell. in c cum M. Ferrarien. num. 59. extra de conſt. poteſt colligi ad regulam hæc not. limita
1 tio† in qua pendente appellatione ab aliqua ſententia poteſt ferri inter eaſdem partes, & ſuper eadem re, alia & contraria ſententia. Et talis ſecundæ ſententiæ platio nõ ſubijcitur aliquo modo vitio attentatorum, quinimmo illam primam obtinens poteſt ſe ex illa iuuare, ſi a ſecunda non fuerit appellatum, videlicet quando partibus non opponentibus fuit ſuper eadem re per eaſdem partes coram diuerſis iudicib proceſſum, nam ſi primus Iudex ferat ſentẽtiam, & ab illa appelletur, pendente hac appellatione poteſt alius iudex proferre aliam ſententiam, primæ contrariam, & valet, nec dicitur attentare, vt per Compoſt. & Anto. vbi
2 ſup. Quæ limitatio videtur admodum notabilis† cum videamus aliàs, q̃ ſententia lata pendente appellatione, etiam ab interlocutoria dicitur attentata, & reuocanda, ſi credimus Franc. qui id dixit in c. interpoſita. ſub nu. 4. verſ. octauò limita. de appellat. De cuius tamen dicti veritate latius diximus ſupra in 9. ſublimit. primæ limit. princip. huius regulæ, num. 106. Vnde ſi appellatio ab interlocutoria irritat ſententiam poſtmodum latam, multo magis debuiſſet irritare pendentia appellationis a diffinitiua.

Limitatio XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo, vel ſtatutum quòd lata ſententia ſuper aliquo beneficio, illa etiam pendente appellatione mandetur executioni, et illam obtinẽs mittatur in poſſeſſionem, valet etiam ad excuſanda attentata.*
2 *Dummodo talis conſuetudo, & ſtatutum ſufficienter probetur, & nu. 7.*
3 *Conſuetudo poteſt tollere ea, quæ ſunt de iure ciuili poſitiuo, prout videtur eſſe attentata.*
4 *Conſuetudo poteſt dare, & tollere ab aliquo iuriſdictionem.*
5 *Et quando eſt rationabilis tollit ea, quæ ſunt iuris poſitiui.*
6 *Et alias conſuetudo dicitur eſſe non leuis poteſtatis, & multi, ac magni ſunt illius effectus remiſſiue.*

QVadrageſimooctauò nõ procedit regula ſuprapoſita† quando in loco vigeret conſuetu
1 do, vel ſtatutum, quòd lata ſnĩa ſup aliquo beneficio (a qua fuiſſet appellatũ) ille in cuius fauorem fuiſſet lata etiam pendente appellatione, & illa non obſtante eſſet immittendus in poſſeſſionem, vt eccleſiæ deſeruiatur, & ne diutius vacet, vt de hoc in recol. A. Aug. videtur eſſe deciſ. 9. incip. vacante, ad quod facit, quod fuit alias dictum in vna Toletana Capellaniæ coram D. meo Oradino ſub die 9. Iulij 1567. In qua ad excuſandum attentata allegabatur prædicta cõſuetudo, & quamuis in caſu, de quo ibi, non fuerit per Dominos
2 admiſſa† id tamen prouenit: quia per teſtes allegata conſuetudo non probabatur ſufficienter: præſuppoſita enim cõſuetudinis ſufficienti probatione, etiam in illa Toletana, idem ſentiebant Domini, q̃ fuerat ante dictum dicẽdum in dicta
3 deciſ. A. Aug Pro qua facit† quia & alias conſuetudo, vt videmus, poteſt tollere ea, quæ ſunt inducta de iure ciuili poſitiuo, prout ſunt attentata ſecundum Manfred. poſt Doct. in ca. non ſolum. de appel. in 6. in conclu. 221. lib. 2. pract. cõcl. ſuper atten. de quo nos latius diximus ſupra in 1. parte, in p̃-
4 fatione, nu. 43. & iterum nu. 50. Hinc videmus, † q̃ conſuetudo poteſt dare, & tollere ab aliquo iuriſdictionẽ, ad not. per glo. in verb. conſuetudine, in cap. Romana. §. 1. de appella. in
5 6. † & quando eſt rationabilis, tollit ea, quæ ſunt iuris poſitiui, vt not. Docto. præſertim Abba. in c. fin. in gloſſ. in verb. vi-
6 lis, extra de conſuetud. † & aliàs non eſt leuis poteſtatis ipſa conſuetudo, & multi, & magni ſunt illius effectus, de quibus habetur late per And. Barbat. in conſilio 40. libro 2. & in conſil. 24. numero 8. & ſeq. libro 4. & paſſim per Doctor. De ſtatuto verò videtur ſimiliter idem poſſe dici ex his, quæ tenuerunt Domini in vna Aſtoricen. S. Auguſtini coram Sarmiento 10. Decembris. 1563. in qua allegabatur, quòd poſſeſſio capta pendente appellatione non veniebat reuocanda tanquam attentata; quia ſtatuto id permittebatur; quia (vt annotabat ibi Oradinus in ſuo voto) factum conſtitutione permittente non dicitur attentatum reuocabile, & quamuis Domini ibi contrarium ſenſerint, illud tamẽ fuit, prout expreſſe dixerunt, quia de ſtatuto non apparebat, quaſi tacite ſentientes, quòd ſi de ſtatuto conſtaret, contrarium fuiſſet firmandum.

Limitatio XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione interpoſita ab inſtitutione de aliquo præſentato per ordinarium facta, ſi præſentatus, & inſtitutus capiat poſſeſſionem, dicitur bona ſecundum aliquos.*
2 *Contrarium tamen obtinuit in Rota, & ratio aſſignatur. num. 4.*
3 *Poſſeſſio capta per præſentatum regulariter cenſetur attentata, ſi illam cepit appellatione pendente.*
5 *Inſtitutio præſentati facta extraiudicialiter ab ordinario habet vim ſententiæ interlocutoriæ, ſi vero iudicialiter habet vim diffinitiuæ.*

1 QVadrageſimononò limita† vt non procedat in appellatione interpoſita ab inſtitutione de aliquo præſentato per ordinarium facta, ſi enim præſentatus, & inſtitutus hac appellatione pendente capiat poſſeſſionem beneficij, poſſeſſio dicitur bona, quia talis appellatio non impedit appræhenſionem poſſeſſionis beneficij, ſi credimus Lambert. qui id videtur dixiſſe in tract. de iure patro. in 5. artic. 11. q. princip. 2. part. 2. lib. num. 2. verſ. bene verum, fol. 337. Cuius authoritas, licèt non leuis ſit, præſertim in illa materia. † Quia tamen quando in cõtingentia facti fuit allegata in vna Neapolitana de Squillagijs corã Do.
2 meo Oradino de menſe Decembris 1562. illa nõ fuit admiſſa, & per Dominos dictũ, q̃ eius lectura erat corrupta, prout ſenſerant etiã alias pleriq, ex Dominis in vna Bituntina beneficiorum coram R. de Rubeis ſub die lunæ 16. Iunij. 1561. ideo nec ego in propoſito (de quo agimus) admittendã cenſeo† præſertim cum habeamus claras reſolutiones in hoc, q̃
3 ſi in fauorem vnius ex præſentatis feratur ſententia a qua p alterum ſit appellatum, & ille pendente hac appellatione capiat poſſeſſionem, talis poſſeſſio cenſetur attentata, vt latius diximus ſupra cap. 4 de attent. lite penden. in 5. illatione regulæ ibi poſitæ, num. 532. & multis ſeq. quibus adde, ita fuiſſe tentum in vna Luean. parochialis Caprioli coram Binarino 8. Iunij 1571. Et re vera dum Lamberti dicit inſtitutũ poſſe pendente appellatione ab inſtitutione poſſeſſionem capere loquitur quando inſtitutio non habet vim diffinitiuæ, vt aperte colligitur ex his quæ ponit idem ibi in articulo præ-
4 cedenti num. 6. in fi. † quo caſu appellatio tanquam ab interlocutoria non debet facere attentata, vt pro regula firmauimus ſupra in 1. limit princ huius 12. ca nume. 6. Et profecto Doct. dum dicunt, præſentatum pendente appellatione poſſe capere poſſeſſionem, loquuntur de appellatione extraiudiciali, vt colligitur, tam ex Lamber. vbi ſup. quàm ex not. p Franc. in d. c. cõſtituris el 2. de appel. vbi text. loquitur in appellatione extraiudiciali. Quod etiam apparet ex his, quę ponit Gemin. in c. auaritiæ. col. 5. verſicu. tertius quando fit, de elect. in 6. & ita etiam reſpondebatur ad doctri. Abb. in d. ca. conſtitutis. cum allegaretur alias in una Compoſtel. coram
5 Chiſſanen 16. Februarij 1554. ut procedat† quãdo ordinarius extraiudicialiter, & ſummarie inſtituit: quia tunc talis ſentẽtia ſuper inſtitutione cenſerur interlocutoria, & conſequẽter appellatio ab ea interpoſita non facit poſſeſſionem poſtea captam eſſe attentatam, ſecus quando ante inſtitutionem lis pendebat ſuper inſtitutione facienda, & ſuper beneficio: quia tunc ſententia cenſeretur diffinitiua, quam diſtinctionem faciunt etiam Doct. in dicto cap. auaritiæ, vt ibi per Geminian. vbi ſupra, & ſecuti eandem ſunt Domini in una Aſtoricen. Sancti Auguſtini coram Sarmiento 10. Decembris, 1563.

Limitatio. XX.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio quando eſt nulla, & inualida non facit attentata.*
2 *Quod tene fixum cordi, dixit Vital. de quo hic.*
3 *Appellatione pendente nihil eſt innouandum.*
Dummodo appellatio ſit aliqua, vel ſaltem aliquabilis ſecundum Bald.
4 *Nullitas appellationis ex pluribus cauſis cõtingere poteſt, de quib. infra proxime.*
5 *Appellatio ſi non eſt friuola, & caſus eſt appellabilis, poteſt tamen eſſe nulla, quia ſit interpoſita per minus legitimam perſonam, & infra nume. 14.*
6 *Si per legitimam perſonam ſaltem non debito tempore, & infra nu 32.*
7 *Si debito tempore, non tamen coram iudice, & infra num. 171.*
8 *Si coram iudice, non tamen fuit expreſſa qualitas ſententiæ, & perſonæ appelluntis, & infra num. 175.*
9 *Si expreſſio fuit rite facta, ſaltem appellatio non fuit pura, ſed conditionalis, ut infra nu. 179.*
10 *Si fuit pura, apoſtoli tamen non fuerunt legitime petiti, ut infra n. 182.*
11 *Si apoſtoli fuerunt petiti, in aliquo tamen fuit omiſſa forma ſtatuti loci reſpectu iudicis ad quem, & infra nu. 192.*
12 *Si forma ſtatuti fuit ſeruata, appellatio tamen fuit generalis ad omnes iudices, ut infra nu. 195.*

si appel-

Source : BIU Cujas

13 *Si appellatio non fuit generalis, ex eo saltem potest dici nulla, quia fuit appellatum ad inferiorem, & infra nu. 199.*
14 *Causa nullitatis ipsius appellationis illa primò allegari potest, quòd fuerit interposita per minus legitimam personam.*
Persona ad appellandum minus legitima dicitur, puta seruus, filiusfamilias, monachus, furiosus, excommunicatus, & alij, de quibus hic remissiue.
16 *Audientia cui denegatur, dicitur persona non legitima ad appellandum.*
17 *Secundum commu. opin.*
Nisi fuerit denegata in agendo tantum, vt infra nu. 19.
18 *Nulla dicuntur ipso iure gesta per eum, cui à lege uiua, uel mortua denegatur audientia.*
20 *Procurator reuocatus non censetur legitima persona ad appellandum.*
21 *Appellatio interposita per procuratorem uigore mandati, quod non erat bonum, neque sufficiens dicitur nulla.*
22 *Etiam si postea doceret, se habere aliud mandatum sufficiens.*
23 *Executio sententiæ aduersus quam fuit petita restitutio in integrum ad appellandum non reuocatur per viam attentati, etiam si ille fuerit postmodum restitutus.*
24 *Decretum irritans licèt liget etiam ignorantes in certis casibus, id tamen intelligitur quoad actus nullitatem, non quoad alias pœnas.*
25 *Appellatio interposita per procuratorem, qui tamen suæ procurationis instrumentum parti non intimauit, an dicatur nulla.*
Et dicitur ualida, si ille uere erat procurator, vt infra nu. 28.
Etiam si præsumptiue de mandato constaret, ut infra nu. 29.
26 *Defectus intimationis mandati videtur reddere appellationem nullam.*
27 *Intimatio mandati dicitur esse pars appellationis.*
30 *Appellatio licèt sit interposita à procuratore eo tempore, infra quod uere non potuit habere notitiam mandati, nihilominus sustinetur, & si de bono iure appellantis constat, impedit sententiæ executionem.*
31 *Sindicus alicuius collegij an valide appellet, ita ut eius appellationi faciat attentata.*
32 *Mandatum non requiritur speciale ad appellandum, sed sufficit generale.*
33 *Etiam si procurator appellando posset aliquo casu facere dominũ suum incidere in aliquam pœnam.*
34 *Statuto dicente, quòd indebite appellans incidat in pœnam, potest nihilominus procurator generalis appellando facere dominum suum incidere in pœnam statuti.*
35 *Filius pro patre,*
Dominus pro vasallo,
Episcopus pro sua ciuitate, & subditis suis an appellare possint? remissiuè.
36 *Terminus decem dierum datur à iure ad appellandum regulariter.*
37 *Appellatum fuisse non sufficit, nisi probetur fuisse intra decem dies appellatum.*
Aliàs appellatio dicitur nulla, vt infra num. 44.
38 *Appellandi facultas non uiuit vltra decem dies, secundum Alex.*
39 *Terminus decem dierum, qui dantur ad appellandum, quomodo computentur.*
40 *Et dicuntur ab initio utiles, & quò ad progressum continui.*
41 *Et computantur de momento ad momentum.*
42 *Secundum commu. opin.*
43 *Et incipiunt regulariter currere à prolatione, & recitatione sententiæ.*
45 *Acceptasse beneficium probare non sufficit, nisi etiam probetur acceptatum fuisse intra mensem, qui datur ad acceptandum.*
46 *Consanguinitatem probare non sufficit, nisi etiam gradus consanguinitatis probetur.*
47 *Appellatio regulariter intra decem dies interponi debet à die recitationis sententiæ de momento ad momentum computandos, aliàs est de iure nulla.*
48 *Appellatio post decem dies interposita non dicitur esse secundum leges.*
49 *Immo dicitur nulla.*
50 *Adhæsio, quæ fit quandoque ipsi appellationi, ut ualeat, debet etiam ipsa fieri intra decem dies.*
51 *Etiam si quis semel adhæsisset, & postquam illi adhæsioni renunciauerat, uelit iterum adhærere, quia & hanc secundam adhæsionem facere debet intra dictos decem dies.*
52 *Adhæsio facta appellationi extra decem dies, licèt non valeat ad fauorem adhærentis, in eius tamen odium, & ut aliqua pœna astringatur, bene valet.*
53 *Ratificatio quoque appellationis debet infra decem dies datos ad appellandum fieri: aliàs non ualet.*
54 *Licèt aliqui uoluerint, quòd ualeat etiam extra dictum tempus, dummodo fiat intra decem dies à die scientiæ.*
55 *Appellationis ratificatio extra tempus decem dierũ facta ualet in præiudicium ratificantis.*
56 *Supplicatio, & querela etiam ipsa est infra decem dies principio offerenda, & in hoc æquiparantur, ut infra nu. 59.*
57 *Appellatio, & supplicatio regulariter non ambulant paribus passibus.*
58 *Recursus, & supplicatio non censentur prohibita, quando appellatio prohibetur.*
60 *Supplicatio intra decem dies est offerenda ad effectum consequendi commodum fideiussionis eo casu præstandæ.*
61 *Supplicatio etiam extra decem dies offerri potest, quando per eam cogitur ad reuocandum grauamen extraiudicialiter illatum.*
62 *Querela, & supplicatio etiam extra decem dies offerri potest, quando agitur ad retractationem alicuius statuti, quod quis prætenderet in odium suum tanquam in particularem personam fuisse factum.*
63 *Dummodo fiat intra annum.*
64 *Appellatio non solum à diffinitiua, uerum etiam ab interlocutoria debet intra decem dies regulariter interponi.*
65 *Etiam si simus in interlocutoria tacita, puta à reiectione exceptionis.*
66 *Nisi post primam tacitam reiectionem fuerit denuo secunda facta instantia pro admissione, & iterum fuerit reiecta; quoniam hoc casu appellari potest, etiam si lapsi essent decem dies à prima tacita interlocutoria.*
67 *Appellatio ab aliquo actu per iudicem facto potest etiam extra decem dies interponi, quando ille actus non habet uim sententiæ.*
68 *Quod dictum dicitur esse notandum, & non esse alibi, secundum Mil.*
69 *Iudicis non omnis uox est sententia.*
70 *Sententia quando non transit in rem iudicatam, potest etiam extra decem dies appellari.*
71 *Cautela, ut quis possit etiam extra decem dies appellare, illa datur, ut quis non appellet à grauamine, sed illud reuocari petat, & à non reuocatione potest etiam post lapsum decem dierum appellare.*
72 *Appellatio post decem dies etiam de consensu partium interponi ualide non potest.*
73 *Consensu partis videtur sustineri appellatio, quæ aliàs esset nulla, quia friuola.*
74 *Appellatio extra decem dies interposita, etiam si fuerit (puta per adhærentem) prosecuta non conualescit.*
75 *Sententia lata super appellatione extra decem dies interposita est nulla, etiam si super tali appellatione ambæ partes sponte, & scienter processissent.*
76 *Tempus prosequendi appellationem non currit, quamdiu ex expresso partium consensu pendet inter eos compromissum.*
77 *Compromissum inter partes factum non retardat cursum decem dierũ ad appellandum, ut post illos ualide posit appellari.*
78 *Licèt aliàs casu eueniente in ciuitate Lucana fuerit seruatum contrarium.*
79 *Inopia, & iustum impedimentum licèt excuset à prosecutione appellationis, non tamen excusat ab illius interpositione.*
80 *Dominus, qui fuit absens in prolatione sententiæ, tenetur regulariter appellare intra decem dies à recitatione sententiæ, si pro eo interfuit eius procurator, uel fuit verus contumax.*
81 *Quod dictum exclamat Imola, ut hic.*
82 *Illudque omnes tenent.*
83 *Contumacia procuratoris nocet domino.*
84 *Procurator potest non appellando præiudicare domino.*
Præterquam in causis arduis, puta matrimonialibus, ut infra, nume. 92.
85 *Procuratoris contumacia non nocet domino, quando ille non est soluendo, remissiue.*
86 *Et ita aliàs fuit decisum in contingentia facti.*
87 *Dominus, quando procurator, qui non appellauit, non est soluendo, auditur per uiam restitutionis secundum aliquos.*
88 *Licèt alij contrarium senserint, nisi dolus procuratoris probetur.*
89 *Etiam si ille aliàs communiter fuisset reputatus diligens.*
90 *Dominus licet habeat regressum contra procuratorem suum, qui non appellauit, quando est soluendo, fallit tamen quando etiam dominus habuisset notitiam sententiæ, & non appellasset.*
91 *Minusque à tali sententia poterit appellare post decem dies, etiam si procurator non esset soluendo.*
93 *Terminus decem dierum ad appellandum currunt domino à die scientiæ ipsius procuratoris, nec ultra requiritur scientia domini.*
94 *Dominus an in dubio præsumatur habere scientiam, eorum, quæ per suum procuratorem geruntur.*
95 *Scientiam eorum quæ per suum procuratorem facta sunt, non præsumitur dominus habere, quando si contra fecerit, incideret in aliquam pœnam.*
96 *Interpretatio stricta est facienda, quando agitur de faciendo aliquem incidere in pœnam.*
97 *Probare fuisse appellatum infra decem dies non sufficit, etiam si fieret per confessionem appellati.*
Contrarium uidetur verius, ut infra num. 99.
98 *Confessio partis plurimum attendi solet.*
100 *Præsumitur quis potius propriæ, quàm alienas res uelle curare, & quilibet præsumitur diligens, & sibi uelle acquirere.*
101 *Ignorantia præsumitur in his, quæ sunt facti, secus in his, quæ sunt iuris.*

Source : BIU Cujas

Roberti Lancellotti. De Attentatis.

102 *Appellatum fuisse intra decem dies probari non dicitur, etiam si appellans paratus sit iurare, qualiter ille intra dictum tempus appellauit.*

103 *Probatio per iuramentum, licèt in multis casibus admittatur, hoc tamen casu reijcitur.*

104 *Appellari intra decem dies a prolatione sententiæ debet etiam à sententia conditionali, absque eo, quòd expectetur implementum dictæ conditionis.*

Præterquam in sententia censurarum, ut infra nume. 108.

105 *Conditionalis actus ante implementum nihil ponit in esse.*

106 *Etiam si simus in decreto irritante, quod aliàs solet ignorantes ligare.*

107 *Sententia conditionalis etiam pendente conditione dicitur aggrauare.*

109 *Restitutus ad appellandum debet intra decem dies post restitutionem appellare, & isti decem dies incipiunt currere à die sententiæ latæ super restitutione ad appellandum.*

110 *Arbitri sententia & ipsa homologatur, nisi infra decem dies ab ea reclametur.*

Præsertim in arbitro statutario, ut infra num. 112.

111 *Secus est in laudo arbitratoris, à quo etiam vsque ad 30. annos reclamatur.*

113 *Secundum commu. opi.*

114 *Intimatio appellationis coram honestis uiris interpositæ, est etiam intra decem dies facienda.*

115 *Itineris arreptio, ac nuncij ad Papam missio, & illius intimatio est similiter intra decem dies facienda.*

116 *Paupertas non excusat ab appellando, sed à prosequendo, remissiue*

117 *Nisi essemus in appellatione in scriptis.*

118 *Appellari post decem dies non potest etiam ab actu quem iudex etiam post decem dies faceret, si ille erat in executionem sententiæ antea latæ.*

119 *Condemnatus, ut intra decem dies à sententia non appellauit, si post 10. dies citatur ad uidendum se declarari condemnatum, ab hac etiã citatione, & monitione non potest appellare post lapsum decem dierum à prima sententia, licèt de hoc uideatur dubitandum, ut infra num. proximo, in fi.*

120 *Pronunciatio si fiat de exequendo sententiam antea latam, non potest ab ea appellari, si ab illa sententia non fuisset antea intra 10. dies appellatum.*

121 *Appellatio generalis ad competentem iudicem, uel alternatiua sustinetur.*

122 *Secundum commu. opi.*

123 *Iudicis tamen declaratio est intra 10. dies facienda.*

124 *Nisi appelletur ab eo, qui non recognoscit in superiorem, nisi Papam, &*

125 *Nisi in appellatione adsit clausula uidelicet, optione coram quo appellationem prosequi maluerit sibi retenta.*

126 *Fiscus quoque debet intra decem dies appellare, aliàs appellatio dicitur nulla.*

127 *Decem dies, qui solent dari ad appellandum, currunt etiam opposita nullitate.*

128 *Attentata post inhibitionem reuocantur, etiam si emanauerit uigore appellationis post decem dies interpositæ.*

Licèt aliqui contrarium senserint, vt infra nu. 130.

129 *Iudex à quo licet procedere regulariter possit, quando appellatio non est legitima, si tamen fuit inhibitus non potest.*

131 *Grauamen ubi est successiuum, puta carceratio, & assignatio loci non tuti, potest etiam post decem dies ab illato grauamine valde appellari.*

132 *Grauamen quando est successiuum, semper dicitur esse in fieri, & grauatus semper dicitur esse infra decem dies datos ad appellandum.*

133 *Nisi quis appellaret specifice à grauamine iam (puta per mensem) præterito; quia tunc male appellaret, cum respectu præteriti non dicatur uere esse infra decem dies, Item.*

134 *Nisi iudex ultra illationem grauaminis, etiam pronunciet carcerationem iustam, uel locum tutum; quia tunc debet intra decem dies à tali pronuncia appellare. Item.*

135 *Nisi uerba dispositionis concedentis appellationem sint fundata in causa tractatus successiui, & reiterabilis, secus si ex causa momentanea. Item.*

136 *Nisi condemnatus fecerit antea actum denotantem sententiam inferentem grauamen successiuum uideri iustam.*

137 *Appellatio extraiudicialis, puta ab electionibus, postulationibus, prouisionibus, & similibus potest etiam post decem dies interponi ab illato grauamine.*

Licèt aliqui contra, ut infra num. 139.

138 *Dummodo sit intra decem dies à die scientiæ.*

140 *Nisi tamẽ grauamen, à quo extraiudicialiter appellatur, haberet uim sententiæ diffinitiuæ, uel interlocutoriæ.*

141 *Confirmatio electionis obtinet uim sententiæ, & ab ea debet intra decem dies appellari.*

142 *Contumax fictus non arctatur ad appellandum intra decem dies à recitatione sententiæ, sed notitiæ, prout sunt.*

Citatus ad domum, ut num. 143.

Citatus per edictum. num. 144.

Citatus in loco beneficij. nu. 145.

Condemnatus per audientiam literarum contradictarum. 146

Nisi taliter condemnatus fuisset antea citatus personaliter, procuratoresq; constituerit per quorum absentiam fuerit condemnatus, vt num. 147.

Quo casu per restitutionem in integrum talis audiretur. 148.

149 *Dominus quoque diceretur fictus contumax, si illius procurator, qui fuerat ad sententiam verus contumax non fuisset antea effectus dominus litis.*

150 *Citatus à iure similiter dicitur fictus contumax ad supradictum effectum.*

151 *Citatio iuris non debet minus operari, quàm citatio hominis.*

152 *Ignorantia præsumitur in absentibus.*

153 *Ignorans semper est infra tempus appellandi.*

154 *Contumax fictus in casibus supra enumeratis non appellat post decem dies, si citatus (vt supra) habuerit scientiam citationis, & uenire contempserit.*

155 *Fictus contumax ob contemptum iudicis efficitur verus contumax.*

156 *Scientia citationis ad sententiam in citato præsumitur, si ultra citationem factam ad domum, ipsa quoque sententia fuerit ad domum intimata.*

157 *De quo dicto facit fectum Bald. de quo hic.*

158 *Scientia sententiæ debet esse talis, ut quis sciat eam latam, & sic latam.*

159 *Sententiæ fides est facienda per publicum instrumentum.*

160 *Intimatio sententiæ debet esse talis: ut per eam quis scit eam latam, & etiam sic latam, quando fit intimatio per partem.*

161 *Secus si fiat auctoritate iudicis: quia tunc sufficit tantum intimare sententiam esse contra se latam, licèt tenor non inseratur.*

162 *Intimatio sententiæ non uidetur necessaria, quando pars haberet sententiæ, & tenoris illius aliunde notitiam, remissue.*

163 *Contumax in dubio præsumitur fictus, non uerus.*

164 *Appellatio interposita post decem dies ualet, si hoc statuto, aut consuetudine sit permissum.*

165 *Statutum, & consuetudo inducere potest, ut etiam post decem dies possit appellari.*

166 *Reductio ad arbitrium boni uiri à laudo arbitratoris licèt uideatur species appellationis, potest tamen vsque ad 30. annos peti.*

167 *Secus in laudo, & sententia arbitri.*

168 *Tertius potest appellare post decem dies à die sententiæ, dummodo intra decem dies à die notitiæ.*

169 *Venditor à sententia contra emptorem lata potest appellare intra decem dies à die scientiæ.*

170 *Etiam si sciuerit causam agi.*

171 *Scientia litis non sufficit, sed requiritur scientia sententiæ. ad hoc ut currat tempus ad appellandum.*

172 *Tempus ad appellandum ut currat, intelligitur, dummodo fuerit habita copia iudicis, & appellans habuerit facultatem illum adeundi.*

173 *Et sufficit habuisse copiam, uel iudicis à quo, uel ad quem.*

174 *Iudicis copia haberi dicitur: cum ille in publico se ostendit.*

175 *Appellatio à delatione iuramenti etiam post decem dies interponi potest.*

176 *Appellatio à sententia excommunicationis conditionaliter lata, etiam post decem dies interponi potest.*

177 *Tempus appellandi à sententia excommunicationis conditionali non currit à die prolationis sententiæ, sed existentis conditionis.*

178 *Appellatio in dubio præsumitur interposita infra decẽ dies à die scientiæ secundum aliquos.*

179 *Quamuis hæc opi. uideatur parum tuta.*

180 *Qualitas hæc intrinseca, quòd quis appellauerit infra decem dies, est probanda.*

181 *Probatio ubi requiritur, non sufficit præsumptio.*

182 *Appellatum fuisse infra decem dies non uidetur in dubio præsumi.*

183 *Appellatio ubi permittitur à die scientiæ, gesta post sententiam ante interpositionem appellationis non veniunt tanquam attentata reuocanda, sed beneficio iustitiæ.*

184 *Appellatio debet interponi coram iudice à quo, aliàs dicitur nulla.*

185 *Nisi adsit iusta causa.*

186 *Dummodo potuerit haberi copia iudicis.*

187 *Aliàs sufficit appellare coram honestis uiris.*

188 *Appellatione interposita debet in ea exprimi qualitas sentẽtiæ, à qua appellatur, & qualitas, & nomen appellantis.*

189 *Appellatio regulariter debet continere nomen appellantis, appellati, iudicis à quo, & ad quem super quo, & causam quare appellatur.*

190 *Nomen appellati si in appellatione omitteretur, nihilominus appellatio sustinetur.*

191 *Immo etiam si falsum nomen appellati fuisset expressum, appellatio sustinetur.*

192 *Appellatio regulariter debet esse pura.*

193 *Conditionalis appellatio nihil ponit in esse, & ideo processus super ea ante impletam conditionem factus dicitur inualidus.*

Source : BIU Cujas

194 *Appellatio nulla non facit attentata.*
195 *Apoſtoli ſi non fuerint petiti, appellatio dicitur nulla.*
196 *Et debent peti inſtanter, & inſtantiſſime.*
197 *Nec ſufficit ſola petitio, ſed dato per iudicem termino iuris, aut alio, tenetur appellans pro illis intra terminum præfixum redire.*
198 *Aliàs ſi non redierit, cenſetur appellationi renunciaſſe.*
199 *Et ita fuit aliàs iudicatum.*
200 *Etiam ſi ab huiuſmodi quoque termini præfixione appellaſſet, &*
201 *Etiam ſi iudex ad quem in citatione per eum decreta narraret, apoſtolos fuiſſe a iudice à quo obtentos.*
202 *Apoſtoli dicuntur eſſe pars, & de ſubſtantia appellationis.*
203 *Appellatio non dicitur nulla, quando etiam non petitis apoſtolis iudex illi detulit.*
204 *Appellans non rediens pro apoſtolis non cenſetur appellationi renunciare, ſi in termino iuris cauſam appellationis committi fecerit.*
205 *Statuti forma in appellando omiſſa appellatio dicitur nulla.*
206 *Appellatio ubi eſt interpoſita ſine debita forma, attentata poſt eam non reuocantur.*
207 *Statuto dictante, quòd appellatio debeat interponi intra illam diem, qua profertur ſententia, poteſt tamen non obſtante ſtatuto intra decem dies, qui dantur de iure communi, appellare, ſi ad principem appelletur.*
208 *Appellatio generalis dicitur nulla.*
209 *Appellatio debet fieri nominatim ad talem iudicem.*
210 *Niſi fuiſset dictum ad competentes iudices ſecundum communem opinion.*
211 *Et hoc caſu debet infra decem dies nominatim iudicem declarare, & appellatio intimari illi iudici, quem ex competentibus appellans elegerit.*
212 *Appellatio interpoſita ad minorem iudicem eſt nulla, & non ſecundum leges.*
213 *Inhibitio emanata uigore appellationis, quæ eſset ex aliqua ex ſupra dictis cauſis nulla, facit attentata.*
214 *Niſi nullitas proueniret ex omiſsione formæ per ſtatutum in appellando introductæ ſecundum aliquos.*

QVinquageſima limitatio ſit (& hæc generaliter, & latior cæteris eſt, & diligentius attendenda; quia multæ aliæ, quæ poſſent dari pro diuerſis limitationibus, ne numerus in infinitum creſcat, placuit ſub iſta complecti) † ut nō pro-
1 cedat, quando appellatio eſſet nulla, & inualida, quia tunc geſta ea pendente non dicuntur attentata, ut no. Franc. in c. vt debitus. num. 47. de appeliat. Guid. Pap. deciſ. 213. ſtatuta. num. 6. & deciſ. 436. in titulo de appell. num. 21. & in conſil. 124. circa materiam. num. 3. uerſi. ad ſecundum, & in tracta. de appellat. q. 12. num. 18. Vant. in tracta. de nullit. quando, & intra quæ temp. num. 48. & de nullit. ex defectu iuriſd. ordin. num. 142. Vit. de clauſul. in clauſula, nil nouar. appellat. pend. num. 4. vbi poſt Io Monach. in ca. cupientes. §. quòd ſi
2 per uiginti. de elect. in 6. inquit formaliter † unum tene fixū cordi, quòd ſi petuntur attentata reuocari, & pars opponat, & dicat appellationem nullam, ſeu nō tenere, & de hoc poſſit incontinenti docere; tunc nulla debet fieri reuocatio attentatorum, & ultra prædictos fa. quod ſubtiliter, & eleganter poſuit aliàs Bald. in conſi. 367. ad euidentiam. in prin. lib.
3 1. ubi formaliter dixit † quòd appellatione pendente nihil debet innouari, dummodo appellatio ſit aliqua, vel (ut ita dixerim) aliquabilis. Quibus adde Stefan. Aufrer. in addit. ad deciſio. Toloſ. ultimam circa med. Soci. in conſi. 45. uiſa. ſub num. 13. uerſic. octaua dubitatio. lib. 1. & poſt Soci. vbi ſupra Natta in conſi. 606. approbo. num. 3. lib. 3. & Pariſ. conſi. 108 de bono iure. num. 26. lib. 1. Sed antequam ulterius in hac limitatione progrediamur, aduertendum eſt, ꝙ nullitatem appellationis in propoſito accipimus, & de illa appellatione intelligimus, quæ eſt nulla, non ex eo; quia ſit prohibita à iure, uel ab homine: quia hæc duo capita ob eorum latitudines, particulares, & de per ſe deſiderant limitationes, & de prima dicemus abunde in quinquageſimatertia limit. prin. & de ſecunda diximus ſupra limit. 9. prin. per totam. Nec de illa, quæ eſt nulla, quia friuola, & fruſtratoria, quia, & hanc ex eadem rōne particulariter explicauimus ſupra in limit. 6. princ. ꝑ totam. Sed de illa appellatione intelligimus, quæ prę ſuppoſito quod potuerit interponi, quamuis non ſit friuola, aut fruſtratoria, ex aliqua alia tñ cauſa eſt nulla † & ad pro
4 poſitū, de quo agit, nouem uidentur poſſe ꝓſiderari caſus, ſi ue cauſæ, ex quibus appellatio poteſt effici nulla, ex quarum ſingulis poterunt quaſi totidem exceptiones non inutiles in practica colligi ad impugnādas qūque prętenſas appellationes, & ꝓſequenter ad excuſanda attentata. Quæ ſucceſſiuo ordine, quaſi ꝑ gradus aſcēdentes materiā huius quinquageſimæ limitationis plene, & integre complectentur; & ſunt
5 iſtæ † quia ſi appellatio non eſt friuola, & caſus eſt appellabilis, pōt eſſe nulla; quia ſit interpoſita per minus legitimam perſonam, & conſequenter nulla.
6 † Si fuerit interpoſita ꝑ legitimam perſonam, non tñ de-
7 bito tempore. † Si in tempore, non coram iudice. † Si co-
8 ram iudice, qui pronunciauit, non fuit tamen expreſſa legi-
9 time qualitas ſententiæ, & perſonæ appellantis. † Si expreſſio fuit rite facta, ſaltem non fuit pura, ſed conditionalis.
10 † Si pura, non tamen fuerunt petiti legitime apoſtoli.
11 † Si apoſtoli fuerunt petiti, in aliquo tamen fuit omiſſa for-
12 ma ſtatuti loci, reſpectu iudicis ad quem. † Si forma fuit ſeruata, fuit tamen appellatio generalis ad omnes iudices.
13 † Si non fuerit generalis, ex eo tamen, ꝙ fuit appellatum ad inferiorem iudicem, appellatio poteſt infringi, & meritò dici nulla. Hinc ad ſingularum harum cauſarum declarationem deſcendamus.
14 Prima † igitur cauſa nullitatis ipſius appellationis illa allegari poteſt, ꝙ appellatio fuit interpoſita per minus legitimam ꝑſonam, & quod talis appellatio ſit nulla, & nō faciat attentata, eſt deciſio Rot. 30. aliàs 190. quò ad reuocationē. de appell in no. & tradit in terminis noſtris attētatorum no uiſſime Port. Imolen. in conſi. 172. poſterioris. num. 4. lib. 4.
15 † Minus autem legitima perſona in propoſito illa diceret, quæ non poſſet eſſe in iudicio, puta ſeruus, filiusfam. monachus, furioſus, excommunicatus, & alii quos eleganter enumerat Vant. in tracta. de nullit. in tit. de nullit. ex defect. inhabil. ſeu mandati compar. nu. 5. & ſequ. & per totum: quia ſi iſtis denegatur iudicium. ergo & appellatio, quæ eſt pars iu-
16 dicij. † Similiter & is diceretur minus legitima perſona, cui in aliquo caſu denegaretur audientia, & hoc caſu non darē tur attentata, cum nec is appellare poſſit, vt poſt Bar. Cæpol. in conſi. 64. colum. 1. in fin. notat Manfred. dicto lib. 2. pract. concluſ. ſuper attent. concl. 88. de quo latius per Vant. in dicto tract. de nullit. ex inhabit. & defect. mand. nu. 53. ubi poſt
17 Alex. in l. 1. § ſublata. ff. ad Trebel. † teſtatur hanc eſſe com-
18 munem opi. † ꝙ geſta per eum, cui à lege uiua, uel mortua denegatur audientia, ſunt ipſo iure nulla. Præmiſſa tamē de negata audientia ſunt ſanè intelligenda de eo, cui ſit audientia denegata, tam in agendo, q̄ in excipiendo, & ſe defenden
19 do, tunc enim cenſetur prohibita etiam appellatio, † ſecus ſi tm̄ in agendo, ut eleganter declarat Fran. in rub. de appellat.
20 num. 25. † Idem etiam dī, ſi appellatio ſit interpoſita per procuratorem reuocatum, ad no. per Bar. in l. ambitioſa. C. de de
21 cret. ab ordi. facien. Crau. conſi. 54. num. 5. lib. 1. † Vel uigore
22 mandati, quod non erat bonum neque ſufficiens † etiam ſi poſtmodum doceat ſe habere aliud mandatum ſufficiens, vt fuit tentum in vna Meliten. coram Fabio, ex no. per Roma. in conſ. 496. & Fely in c. cum ex officij. de præſcriptio. ut eſt deciſ. in recollect. Achil. de Graſſ. 10 incip. appellatio afferentis. ſub rubr. de appellat. ubi inquit, ꝙ ita in dicta Meliten. fuit tandem tentum, & poſtmodum in multis aliis cauſis. Ex quo inferri vī, ꝙ ſi huiuſmodi ſnīa, à qua non fuit legitime appellatum, ſit mādata executioni, antequam fuerit doctum de bono, & ſufficienti mandato, talis executio non cenſeatur attentata, ſecundum regulam præſentis limitationis; Sed an producto poſtmodum bono mandato illa executio veniat retractanda? Et non eſſe reuocandam dicendum vī: quia fuit legitime facta, cuꝫ illa fuerit legitima appellatione ſuſpenſa per regulam l. factum legitime. de reg. iur. in 6. ſicut
23 † enim & aliàs uidemus, ꝙ executio ſententię, aduerſus q̄ eſt petita reſtitutio in integrum ad appellandum, non reuocat̄ per uiam attentati, etiam ſi fuerit reſtitutus, ut eſt deciſ. Rotę 62. aliàs 446 ſi lata. in prin. de appel. in no. ita nec iſta reuocari debet, etiam ſi poſtea producatur bonum mandatum. Nec obſtat, ꝙ de ſtilo dominorum ſuperueniens productio boni mādati ſoleat validare proceſſum antea cum huiuſmodi procuratore facto: quia termini ſunt diſpares, & militat diuerſa ratio, ſi quidem ibi ſumus in fauorabilibus, & agitur de ualiditate actus, pro qua eſt facienda interpretatio, hic autem ſumus in odioſis in faciendo incidere in pœnas attentatorum eum, qui obtinuit fieri executionem, & iudicem qui executus eſt, qui vltra pœnam nullitatis ipſius executionis, aliàs quoque pœnas incurrerēt, puta refectionis expenſarū, reſtitutionis fructuum, & ſimilium, quæ præſuppoſita executione attentata habent locū ꝫ attētantes, de quibus fuſius diximus infra in 3. parte, ca. 31. de pœnis attentatorū. per tot. Et ꝙ quoad actus validitatem, & incurſum pęnę diuerſa militet ratio. fa. quod in caſu econuerſo aliàs dicitur, ꝙ licèt cō
24 ſtitutio habens decretum irritans † liget etiam ignorantes. ſi ꝫuenerint: tamen illud intelligitur, ut liget ad effectum, ut actus contra eum factus ſit nullus: non autem quoad pœnam, vt eleganter declarat Stafil. de liter. grat. & iuſtit. in

Source : BIU Cujas

§.octaua forma.ſub num.8.fol.112.ſecundum paruam impreſſionem. Quid autem ſi appellatio ſit interpoſita per eũ, qui uere erat procurator, ſed procurationis inſtrumentum parti non intimauit, an appellatio ualida cenſeatur? & quãuis uideretur dicendum † ꝙ defectus intimationis haberet reddere appellationem nullam† ex quo intimatio huiuſmodi dicitur eſſe pars appellationis. Egid.deciſ.58. intimatio, nihilominus in una Salamantina portionis 20. Ianuarij.1547. † in ꝓriam ſententiam inclinauerunt Domini, uidelicet, ut ſufficiat eum uere fuiſſe procuratorem † etiam ſi de mandato præſumptiue ꝓſtaret, ex eo quia eſſet inſertũ in aliquo alio inſtrumento, vt eſt in recollect. Peregrin. Fabi. deciſ.2. aliàs 24.incip.in una Salamantina. Quid etiam † ſi vere erat procurator factus ſub die 26. Aprilis,& appellauit prima die Maij, quo medio tempore vero ſimiliter non potuerat habere notitiam mandati, an appellatio ſuſtineatur? & Domini in una Gerund. parochialis de blaues coram Robuſterio 15. Iunij 1565. ſenſerunt, ꝙ is, pro quo fuerat appellatum, audiretur,& ſi de illius bono iure conſtaret, impediretur executio, aliàs ſecus. Quid † etiam de appellatione interpoſita per ſindicum alicuius collegij, an faciat attentata: & Domini in vna Maioricen. commutationis voluntatis coram Chiſſan. 17. Maij. 1557. videntur tenuiſſe pro attentatis, licèt deinde. 28. eiuſdem menſis non uideantur, id abſolute firmaſſe. Quamuis autem procurator, ut ualide poſſit appellare, debeat habere mandatum † non tamen requiritur ſpeciale, ſed ſufficit generale ad lites † etiam ſi procurator appellando poſſet aliquo caſu facere dominum incidere in pœnam † puta ſtante ſtatuto, ꝙ indebite appellans incidat in pœnã, vt fuit pulchra conſideratio Aug. Bero. in conſil.114. circa. num.9.& ſequ.lib.3. An † autem filius pro patre, uel dominus pro vaſallo, vel Epiſcopus pro ſua ciuitate, & ſubditis ſuis poſſint appellationẽ interponere, habes remiſſiue apud Guid.Pap.in tract.de appel.q.19.20.& 21. Quòd ſi contingat appellationem per legitimam quidem perſonam fuiſſe interpoſitam, ſed tũ non debito tempore, videlicet intra decẽ dies, † qui dantur ad appellandum.d.authent.hodie.C.de appel.cum ſimil. etiam hoc caſu appellatio reputabitur nulla, & erit iuxta præmiſſum ordinem,

Secunda cauſa nullitatis certum eſt enim, † quòd non ſufficit appellatum fuiſſe, niſi probetur fuiſſe appellatum intra dictos decem dies. Rot.deciſ.30.aliàs 190.quoad reuocationem, de appellat.in no. † nam (ut dicit eleganter Alexã. in conſil.95.uiſis, ſub num.7. lib.2.) facultas iſta appellandi non uiuit ultra decem dies. † Verùm quia iſti decem dies non ſemper,& uniformiter accipiuntur, operæprecium eſt, vt ante omnia intelligamus, quomodo computentur. Scien dum eſt ergo † quòd iſti decem dies dicuntur eſſe ab initio vtiles,& quoad progreſſum continui, ſecundum glo.in cap. ꝓcertationi.in uerb.ſciuerit, de appellat.in 6.& no. per gloſ. & Doct o. omnes in cap.biduum.2.quæſt.6. & in l.prima.§. biduum.ff.quando appellan.ſit. Felyn.in cap.quoad conſultationem, nume.37.de re iudic. Rot.deciſ.2. aliàs 49. ſi feratur.in princip.de dolo,& contumac.in no.& deciſio.46.aliàs 500. ſi feratur, de appellat. in antiqu. †& computatur de momento ad momentum, ſecundum gloſſ.in dicto cap.concertationi, & Doctor. in ſupradictis locis, †& eſt commun. opin.de qua teſtatur Alexand. (ſeu mauis collegium Patauinum) inter conſil. Alexand.87. nos Doctores, num.1.lib. 2. Felyn. in dicto cap. quò ad conſultationem. dicto nume. 37. † Et regulariter incipiunt currere à prolatione.& recitatione ſententiæ, ad no.per Doctores in authent.hodie.C.de appellat.& in dicto cap.biduum.2.quæſt.6.& præſertim Pariſ.in addit.ad Barto.in dicta authent.hodie.qui latè hoc proſequitur, & Ioan. de Ana. (qui alios multos ad hoc citat) in conſil.93. uiſo proceſſu, colum.penult.verſicu. venio nunc ad inueſtigandum,& poſt eum Andr. Tiraquell.de utroque retract.§.primo gloſſ.11.ſub num.20. † Adeo quòd regulariter infra dictum tempus appellatio interponi debet, aliàs erit nulla, ſecundum Rot.dicta deciſio.30.aliàs 190.quoad reuocationem, de appellat. in no.& deciſio.2. aliàs 125. ſufficit.de conceſſ.præbend.in no.& deciſio.13.aliàs 94.de conceſſ.præben.in antiqu.in finalibus uerbis. Mil.in uerb. attentata poſt appellationem ſi petuntur, uerſicu.16. fol.30. Alexand.in dicto conſil.87.& uidetur tex.in ca. ſignificauerunt, de teſtibus in cap. Romana.§. ſi verò, de appellat. in 6.& ibi Ioann. Andr.& per dicta iura Specul.in titu.de appellat.§.de officio.colum.fin.uerſic.item quæritur, ſi conſtat per teſtes, quem refert Franc.in cap.1.num.11.de appellat.& poſt eum Felyn.in cap.quoad conſultationem.num.35.de re iudi.ubi alleg. Compoſtell. dicentem ſe ita obtinuiſſe, atque etiam allegat ſimile de acceptatione beneficij † quòd nec ſufficit probare acceptationem beneficij, niſi probetur, quòd infra menſem fuerit facta, iuxta clemen.1.de conceſſ.præben.quãuis in hoc de acceptatione ꝓrium ſit uerius, ut conſtat ex dictis deciſ.3.& 13.proxime allegatis, & poſt nonnullos ex ſupra allegatis tradit etiam Andr. Tiraqu.in tract. de utroque retract.§.1.gloſ.16.num.8. firmans id ex hoc in ſimili † quòd non ſufficit probare conſanguinitatem, niſi etiam probetur gradus ipſius conſanguinitatis. Et quoniam concluſio iſta (ſicut eſt in ſe difficilis) ita etiam non eſt perpetua. quamuis multa circa eam dici,& diſputando cumulari poſſent, eam tamen omiſſis diſputationibus, & diuerſarum opinionum relationibus, pro faciliori intelligentia per uiam regulæ, & limitationum perſtringemus: ſit itaque

Regula † quòd appellatio debet omnino interponi infra decem dies à recitatione ſententiæ de momento ad momentum computandos, aliàs eſt de iure nulla, & non deuolueret. Rot.deciſio.3.aliàs 11.fuit dubitatum.in 2.addit.in princip.de appellat.in no.nec ſufficit probare fuiſſe appellatum, niſi probetur fuiſſe appellatum infra decem dies per ſupradicta quibus adde Sigiſmund. Loffred.in conſil. 20.in cauſa mota.num.13. Quæ regula probatur per omnia ſupra proxime allegata †& præſertim: quia appellatio poſt decem dies non dicitur eſſe ſecundum leges, vt eſt gloſ. in l. præſes.ff.de re.iud. †& dicitur eſſe nulla. Blanc.in tracta. de compromiſ. quæſt.4.num.89. quod etiam poſuit Minſinger. ſingul.obſer.centuria 3.deciſio.15.incip. circa appellationem. Quam regulam amplia.

Primò † vt idem procedat etiam in adhæſione facienda ipſi appellationi: adhærentes enim debent infra decem dies pro ſuo intereſſe adhærere, ad no.per gloſ.in verb. adhærentes, in cap.vt circa, de elect.in 6. & no.in cap. non ſolent. 2.q. 6.vt per dicta iura tradit Saly. in authen. hodie. num.4.C.de appellat. Quibus adde Mil. in verb. excommunicatus, & in verb.appellationi ab alio, fol.18.& etiam Rot.deciſio.5.aliàs 225. adhærentes. de ſentent. excom. in no. prout etiam hoc tetigimus hoc eodem cap.in 12 ampl. princip.num.3. vbi latius de hac adhæſione tractauimus quibus adde, quæ poſt nonnullos ex ſupra citatis ad hoc allegat Andr. Tiraquell.in tractatu de utroque retract.§.1.gloſſ.10.num.86. & Socin.in conſil.45.uiſa.ſub num.10.uerſic.quinta dubitatio.lib.1. ubi num.11.id ampliat, † ut procedat, etiam ſi ſemel quis adhæſiſſet,& illi adhæſioni renunciaſſet: nam ſi vult iterum adhærere debet id intra decem dies facere. Declara tamen hanc ampliationem,† vt quod diximus, adhæſionem extra dictos dies factam non ualere, intelligatur quò ad fauorem adhærentis: quia ad hoc, ut ſibi obſit, & aliqua pœna aſtringatur, bene valet, ut poſt Io. Andr. eleganter tradit Oldra. in conſil. 328. ad idem colum.fin. verſicu.item conſtat, ꝙ conſtitutio, quod etiam poſuit idem Oldrad.in conſil.376. ꝙ articuli, colum.vltima, in finalibus verbis.

Secundò † quòd ſicut appellatio, ita & appellationis ratificatio debet intra decem dies fieri, vt poſt Innocent. tradit Mil.in uerb. ratificatio, verſic. ſecundo, fol.338. pro ut & ideꝫ ſenſit Salvc. ubi ſupra num.quarto, & in terminis conſuluit ſuper hoc Guid. Papæ in conſil.124.circa materiam. ſub nume.7. verſic ad ſextum, poſt Hoſtien. Ioan. Monach. & alios per eum allegatos,& iterum in tract. ſuo de appellat. quæſt. 76. atque etiam Socin. in dicto conſil.45. uiſa appellatione. ſub num.10. verſic. quinimmo probatur hæc concluſio, lib. primo, & fa. regula l. bonorum. ff.rem rat.hab.& quæ ad illam cumulat Tiraquel.in dicto tract. de vtroque retractu.§. 1. gloſſ.10. num.85. poſt Cornel. in conſil.292. uiſis. colum. 2. lib.3. qui loquitur in ſpecie de ratificatione appellationis.

† Quamuis hæc ampliatio nonnullos habeat contradictores quos citat Mil. ubi ſupra uolentes, quòd ratificatio fieri poſſit poſt decem dies à recitatione ſententiæ, dummodo fiat infra decem dies à die ſcientiæ, dic ut ibi. Nota tamen, quòd ſi ratificatio fuerit facta extra tempus decem dierum, intra quos appellatio erat interponenda, licèt illa appellantem non iuuet † in eius tamen præiudicium, & pœnam bene ratificatio attenderetur: quia ratificatio (etiam extra tempus actus) operatur in præiudicium ratificantis, ut poſt alios tradit Auguſtin. Bero. in conſil. 25. uiſis. num. 24. lib. 3.

Tertiò † vt idem etiam obſeruetur in ſupplicatione, & querela Principi offerenda: † quamuis enim ſupplicatio, & appellatio regulariter paribus paſſibus non ambulent: cum diſpoſita in appellatione non uendicent ſibi locum in ſupplicatione, ut ex eo patet † quòd prohibita appellatione recurſus & ſupplicatio non cenſetur prohibita, ut eleganter per Pariſ. poſt alios in conſil.54. in iſto.nume.39. lib.3.& tradit Grammat. in deciſio. 35. cum fuiſſet. nume.quarto.

In pro-

Source : BIU Cujas

59 †In propoſito tamen æquiparantur, quia, & ipſa ſupplicatio debet intra decem dies offerri, vt eſt tex. & ibi not. omnes in auth. quæ ſupplicatio. C. de prec. imp. offeren. & not. gloſ. in c. ſignificauerunt, in uerb. decem dies, extra de teſti. & ponit Guid. Papæ deciſio. 30. incipien. quia hæc curia. Quod tamen intelligendum.

60 † Primò uidetur quoad effectum conſequendi commodum fideiuſſionis eo caſu præſtandæ: vt poſt alios hunc intellectum ponit, & firmat laſ. in dicta authen. quæ ſupplicatio, num. 8. & eſt communis opin. de qua teſtatur poſt Abb. in c. ex literis. de reſt. in integ. Sigiſmund. Loffr. in conſ. 14. in cauſa magnificæ. nu. 71. quod etiam firmauit Carauit. Ritu. 252. nu. 15. q. 7. vbi latè de hoc.

61 Secundò † vt non procedat, quando grauamen eſſet illatum extraiudicialiter, tunc enim ſi pro illo reuocãdo eligat viam querelæ, id poteſt etiam poſt decem dies facere. Fran. in c. 1. ſub nu. 10. in glo. fin. de appell.

62 † Tertiò quando quis per uiam querelæ ageret ad retractationem alicuius ſtatuti, quod prætenderet fuiſſe factum in odium ſuum, tanquam particularem perſonam: quamuis enim non poſſit ab hoc appellari, niſi intra tempus datũ ad appellandum, attamen per viam querelæ poteſt etiã poſt
63 decem dies id peti, † dummodo fiat intra annum, ut elegan ter poſt Barto. Bald. Panorm. & alios per eum allegatos tradit Decius in cap. conſuluit. el 3. num. 4. & ſequent. & num. 7. extra de appellat.

64 Quartò amplia † vt iſte terminus decem dierum ad appellandum non ſolum procedat in appellatione à ſententia diffinitiua, verùm etiam à ſnĩa interlocutoria, in qua ſimiliter per lapſum ipſius eſt (quo ad partem) præcluſa uia valide appellandi, ut eſt tex. in c. Romana. §. ſi uerò. de appell. in 6. & in c. ſignificauerunt. extra de teſtibus, & not. Saly. in dicta
65 authen. hodie. in princip. Quam ampliationem amplia † vt procedat etiam in interlocutoria tacita, puta à reiectione exceptionis per proceſſum ad vlteriora, vel à relatione cauſæ, quæ dicitur quædam tacita interlocutoria: quoniaꝫ & ab ea debet intra decem dies appellari, ut no. expreſſe Franc. in c. intimaſti, ſub num 8. verſic. tu aduerte, quia prædicta, de ap-
66 pellat. † Quod dictum de tacita interlocutoria intellige notabiliter ex intentione Paul. de Caſtro in conſil. 334. viſa appellatione, num. 6. lib. 1. niſi poſt primam petitionem, & inſtantiam per partem factam (quæ per proceſſum ad vlteriora tacite fuerit reiecta) iterum pars inſtantiam ſuper eadem admiſſione exceptionum, & articulorum fecerit: nam facta ſecunda inſtantia poteſt appellare ab iſta ſecunda tacita interlocutoria infra decem dies, quamuis iam eſſent lapſi decem dies, incipiendo à tacita interlocutoria reiectionis pri-
67 mo loco factæ. † Præmiſſa tamẽ ex intẽtione Mil. poſt Paul.
68 Abb. & Anton. in c. dilectus el 2. de reſcrip. † qui dicit hoc eſſe notandum, & non eſſe alibi, duobus modis declaranda videntur. Primò, ut non procedat, quando actus, qui fit à iu-
69 dice, non habet uim ſententiæ † quoniam non omnis vox
70 iudicis eſt ſententia. † Secundò, quando ſententia non tranſit in rem iudicatam, quoniaꝫ in his duobus caſibus per præ-
71 dictos † admonetur grauatus, ut non appellet ab illato grauamine, ſed petat illud reuocari, & ſi non reuocetur, tunc poteſt à non reuocatione appellari, & quamuis in his peragẽdis ſit lapſum tempus decem dierum: nihilominus eius lapſus non excludit eum, quo minus poſſit appellare: ut latius ibi per eum, qui in id allegat etiam Rot. deciſ. 5. aliàs 29 fuit dubitatum. de appel. in no.

72 Quintò amplia, ut hæc regula procedat † etiam ſi de conſenſu partis fuiſſet appellatum poſt hos decem dies, ut not. Felyn. poſt alios in c. quoad conſultationem. nu. 37. de re iudi. quibus adde Guid. Pap. in tracta. de appel. quæſt. 114. poſt Angel. in l. 1 §. dies. ff. de appel. cuius ampliationis uis in eo ma-
73 xime conſiſtit, † quòd licèt aliàs conſenſus partis plurimũ operetur ad ſuſtinendam appellationem, quæ ex aliquo capite, puta quia eſſet friuola, & fruſtratoria, diceretur nulla, vt latius deduximus ſupra in 6. limit. princip huius regulæ princip num. 27. verſi. 4. limita In hoc tamen caſu non attenditur. Quinimmo concluſio huius ampliationis etiam ultra
74 ampliatur † vt procedat etiam ſi talis appellatio fuiſſet proſecuta, puta per eum, qui illi adhæſit, cum enim appellatio ſit ab initio nulla, illius proſecutio per adhærentem facta nihil releuat ſecundum Saly. in dicta authen. hodie. ſub num.
75 40. q. 9. Immo magis hoc dictum uendicat ſibi locum † etiã ſi ſuper appellatione, ut præfertur, poſt decem dies interpoſita ambæ partes ſponte, & ſcienter proceſſiſſent, & deſuper lata eſſet ſnĩa nam ſententia illa non dicitur ualere, ut tradit expreſſe glo. in uerb. deſertam, ad fin. in clem. ſi appellationem, de appell. & per illam glo. Saly. in dicta authen. hodie. ſub num 2. q. 6. & ibi etiam Bald. ſub nume. 5. verſic. quinto quæro. & Felyn. ubi ſupra, & poſt eos Oſaſc. in deciſ. Pedem. 7. lata ſententia, nu. 6. & Minſing. ſing. obſer. centuria 3. deci. 11. incip. non ſolum.

Sexta poteſt eſſe ampliatio, vt regula procedat, etiam ſi pẽ
76 dente hoc termino decem dierum fuerit tractatum, & factum ſuper differentia, de qua litigabatur, compromiſſum † quamuis enim quandiu ex expreſſo partium conſenſu pẽ det compromiſſum, tempus proſequendæ appellationis nõ currit appellanti, ad tex. in clem. quandiu. de appellat. Caſſa.
77 deciſ. 9. num. 7. de appellat. † Nihilominus compromiſſum hoc caſu non retardat curſum decendij, quo minus ſi nõ ſit appellatum, ſententia tranſeat in rem iudicatam, & præcludatur uia uolenti appellare, ut non poſſit ultra ualide appellare, ut tradit notabiliter Guid. Pap. deciſio. 115. incip. compromiſſum, quod late, & eleganter per multa proſequitur Blanc. in tracta. de compromiſſ. in 6. quæſt. princip. num. 27. verſi. quartò intellige, ubi tamen poſt Paul. de Caſtr. ſubdit
78 † quòd eueniente caſu in ciuitate Lucana fuit ſeruatum ꝯrium. † Sicut etiam dicimus, quòd inopia, & iuſtum impe-
79 dimentum, licèt excuſet aliquem à proſecutione appellationis, non tamen excuſat ab ipſa appellatione, ut dicit Fran. in c. ex ratione, de appel. & Fran. Marc. in qq. Delphin. q. 587. de quo latius diximus ſupra hoc eod. ca. in 1. ampliat. princ. nu. 55. verſi. 1. vt quod dicitur.

Septimò notabiliter ampliatur, ut non ſolum procedat regula, quando is, ꝯ quem fertur ſentẽtia, in prolatione fuit
80 præſens, † verum etiam quando erat abſens, ſi tamen pro eo interuenit eius procurator, uel fuit uerus contumax, nã hoc caſu dominus tenetur regulariter appellare infra decez dies à recitatione ſententiæ, ad tex. in l. 1. §. fin. ff. quando appell.
81 ſit. † Quod dictum exclamat Imol. in cap. 1. extra ut lite non conteſt. ut refert, Felyn. ibidem num. 12. verſi. aduerte tamen
82 dupliciter, vbi & illud ſubdit, † ℭ hoc omnes tenent: quoniã
83 hoc caſu videtur † ℭ contumacia procuratoris noceat domino, & tradit nouiſſimè Minſing. ſingul. obſeru. centuria ſecũ
84 da deciſio. ſecunda, incipien. decem dies, † põt enim procurator non appellando intra decem dies præiudicare domino, vt poſt alios tradit Ioann. Cephal. in conſil. 185. in cauſa, num. 34. lib. 2. De cuius ultimi dicti ueritate (licèt multa dici, & hic congrue collocari poſſent) quia tamen ſatis ſuperque de eo habetur apud Felyn. in ſupradicto loco à num. 7. uſq; ad num. 15. per tres integras col. ne illius dicta quodammodo tranſcribere cogamur, ſufficiat lectorem ad illum remittere: hoc uno ſibi addito, ℭ poſt eum hãc materiam † quòd contumacia procuratoris non obeſt domino, quando procurator non eſt ſoluendo, tractat Afflict. deciſio. 344. fuit du
86 bitatum. per totam, præſertim in fin. ubi inquit, † ℭ in contingentia facti fuit deciſum, quòd domino liceat reclamare etiam poſt decem dies, ex quo procurator non erat ſoluendo, & hoc ea ratione, ne contingat aduerſarium locupletari cum aliena iactura. Idem etiam ſenſit Guido Papæ in tracta. de appellat. quæſt 77. vbi idem dicit, ſi procurator colluſerit cum aduerſario, & quòd † quando procurator non eſt
87 ſoluendo, audiendus ſit dominus per uiam reſtitutionis, tenuit etiam Io. Cephal. in dicto conſi. 185. num. 36. & fuit tentum in vna Romana bonorum coram. D. meo Oradino 29. Maij. 1562. ut eſt in recollect. Caputaq. parte. 1. deciſ. 83. inci-
88 lata ſnĩa † quamuis ꝯrium videatur aliàs tentum, ut eſt in recollect. Creſcent. 2. deciſ. 12. dum uult, quòd niſi dolus procu
89 ratoris probetur, † etiam ſi ille aliàs communiter fuiſſet reputatus diligens, & hodie non ſit ſoluendo, nihilominus appellatio cenſetur deſerta, quod tñ ex intentione Alex. qui elegãter hanc materiam attingit in conſi. 95. uiſis. num. 7. & ſequent. lib. 2. limitandum uidetur, † niſi dominus etiam ha-
90 buerit notitiam ſententiæ, & non appellauerit, quia non habet regreſſum contra procuratorem, etiam ſi ſit ſoluendo,
91 † nec ab ea ſententia poterit appellare, dato etiam quòd procurator non ſit ſoluendo, cum hoc caſu, cum negligentia, aut dolo procuratoris concurrat etiam culpa ipſius domini, qui ſciẽter non appellauit, ut ibi per eum num. 10. quod etiam tenuit Guid. Pap. in dicto tracta. de appellat. quæſt. 86.
92 Item uidetur limitandum, † ut nõ procedat in cauſis arduis, prout ſunt matrimoniales, in quibus procurator, ſi omittat appellare eius culpa, in non appellando domino non nocet ut tradit Andr. Barbat. in conſi. 46 incip. Turonenſis delegatus. ſub num. 16. lib. 2. † Et quòd iſti decem dies currant
93 domino à die ſcientiæ procuratoris, & quòd ultra non requiratur ſcientia ipſius domini, eſt deciſio. Lanfranc. 235. incip. decendium. & generaliter de hac materia procuratoris habes bonam deciſ. Capic. 139. in cauſa num. 3. uerſi. tertius
94 caſus eſt † Quid autem in dubio, an dominus præſumatur habere ſcientiam eorum quæ à ſuo procuratore geſta ſunt?
95 † & ℭ non præſumatur eum habere talem ſcientiam, quam

Source : BIU Cujas

do ſi ꝯ fecerit, incideret in aliquam pœnam, facit, quod poſt alios dicebat Alciat. in conſil. 47. Mantuani. nume. 3. lib. 2.

96 † ꝙ quando agitur de faciendo incidere aliquem in pœnã, eſt facienda ſtricta interpretatio, & de hoc eſt recollect. Creſcent. deciſ. 194. ſcientiam, ſub rubr. de procurat. quod & ad materiam attentatorum adaptari poteſt; cum multæ ſint pœnæ ꝯ attentantes introductæ. de quibus infra in 3. parte cap. vltimo, de pœn. attent. num. 5. & per tot.

Octauò amplia (& hæc, & ſequens reſpiciunt ſecundam partem ꝓcluſionis, de qua ſupra in regula, uidelicet, ꝙ non ſufficit probare appellatum, niſi probetur etiam fuiſſe appel

97 latum infra decem dies) † vt procedat etiam ſi per ꝓfeſſionẽ partis appellatæ conſtaret, quòd appellatio erat interpoſita:

98 † quamuis enim aliàs confeſſio partis plurimum attendi ſoleat, ad no. in ca. 1. de confeſſ. cum ſimil. in hoc tñ caſu non habetur in conſideratione quò ad hoc, ut dicatur appellatũ infra decem dies, ſed debet (etiam ſtante partis confeſſione) hoc ſecundum probari quoad reuocationem attentatorum, vt in terminis noſtris eſt deciſ. 30. aliàs. 190. quoad reuocationem attentatorum. de appel. in no. & poſt eam Mil. in uerb. attentata. uerſi. 16. incip. attentata poſt appellationem ſi petuntur. fol. 30. Quod etiam poſuit ante eos Specul. de appel. §. de officio. colum. fin. circa fi. uerſ. item quæritur, ſi conſtat. Quam opi. in effectu uidetur etiam tenere Felyn. in dicto c.

99 quoad ꝓſultationem. num. 35. & 36. † Sed aduertendum vr, ne ꝯria opi. ſit fortaſſe de iure verior, prout etiam ſenſit Frãc. in c. 1. ſub num. 11. de appell. non authoritate deciſ. Rot. quã ipſe allegat, uidelicet 39. aliàs 316. ſi poſſeſſor. de appellat. in no. quia in rei ueritate illa deciſ. non per omnia id dicit, qđ volebat Franc. ut etiam animaduertit Felin. dicto num. 36. ſed ex ſequenti conſideratione, præſertim cum & hanc opinionem ꝯ illam deciſ. ultra Franc. ſenſerit (ſecundũ aliquos) etiam Aegid. deciſ. 684. quamquam. & 505. concluſio. & ratio, quæ mouere aliquem poteſt ad recedendum ab illa Dominorum deciſione, illa eſt: quia præſuppoſito, ꝙ in rei ueritate appellatio ſit interpoſita poſt decẽ dies, Aut uolumus, ꝙ appellatus tempore huiuſmodi confeſſionis ignorauerit ex hoc capite habere rem iudicatam, Aut ꝙ illud ſciuerit.

100 Primum non videtur dicendum: quia † quilibet in rebus ſuis præſumitur diligens, & ſibi quantum poteſt uelle proſpicere, & ad utilitatem ſuam actum facere. glo. in l. fluminum. ff. de flumi. cum ſimilibus, & nemo præſumitur negligens in his, quæ concernunt commodum ſuum ſecundum Roma. in conſi. 481. num. 9. arg. l. cum de indebito, de proba. cum ſimil. & quilibet præſumitur ſibi uelle acquirere. Rot. deciſ. 13. aliàs 94. nota ꝙ ubi aliquis. de conceſſ. præb. in antiqu. Quoad ſecundum, ſi præſupponimus ſcientiam: tunc non eſt dicendum, ꝙ ille ſimpliciter ꝓfeſſus fuerit aduerſarium ſuum appellaſſe abſque eo, ꝙ ſubiunxerit, ꝙ appellauit extra tempus, & inualide; quia aliàs præſumeretur iactare ſuum, ꝯ l. cum de indebito, de probat. cum ſimil. Quod tãto magis dicendum eſſet, ſi non per confeſſionem verbalem ſed realem, puta per commiſſionem cauſæ huiuſmodi appellationis per appellatum factæ appareret de ipſius mente; quia ſi appellatio fuiſſet extra tempus, & conſequenter appellatus haberet rem iudicatam, non eſt credendum, ꝙ ipſe voluiſſet ſubire expenſas, & labores, quæ ſuſtinentur in obtinendis huiuſmodi commiſſionibus, præſertim ꝓtra propria commoda: cum quilibet præſumatur velle curare potius res proprias, quàm alienas c. qui vult. de pœnit. diſtinct. 3. Alc. regula prima, præſum. 52. Nec mouent rationes Dominorũ in dicta deciſ. & primò, ꝙ qui dicit aliquam ſolemnitatem intrinſecam, debet illam probare: quia rñderi pōt, ꝙ in iſto caſu illa qualitas probatur præſumptiue, tũ ex præſumptionibus proxime conſideratis, tum etiam: quia ſcientia in dubio non preſumitur, deducendo ut per Franc. ubi ſupra, & no. Aegid. deciſ. 349. ſicut. Secunda quoque ratio parum urget, cum dicebant, ꝙ non ſequitur ꝓſequentia, aliquis appellauit, ergo infra decem dies: qm̃ poteſt rñderi, ꝙ hoc eſt uerum, quando ſumus in probatione, puta per teſtes; quia ipſi non præſumuntur ſcire tempus ſententiæ, vel appellationis, ſed tantum deponunt de actu ipſo appellationis: ſed quando ſumus in probatione per confeſſionem partis ſecus dicẽdum eſt, ex quo in parte concurrunt preſumptiones, de quibus ſupra, quæ in alio genere probationum ceſſant, nec dicat aliquis, ꝙ hęc opinio non eſt tenenda ex eo: quia potiſſimum fundari uidetur in eo, ꝙ appellatus preſumitur habere ſcientiam rei iudicatę, cui non cenſetur ita de facili uelle renunciare, ex quo regula uidetur in ꝓtrarium, quòd immo ignorantia præſumitur, ad l. uerius. ff. de probationibus, ut etiam in hac materia cõſiderabat Franc. in dicto cap. 1. num.

101 11. † quia id procedit in his, quę ſunt facti. Iura autem (& cõſequenter quod ex eo, quòd nõ ſit appellatum infra decem dies, inde reſultet res iudicata) quilibet preſumitur ſcire, cũ hoc ſit de iure, dicta auth. hodie; & iura quilibet ſcire præſumitur l. leges ſacratiſſimæ. C. de legibus. Alciat. regul. 3. præſumptio 31.

102 Nonò amplia, ut procedat † etiam ſi appellans paratus ſit iurare, qualiter ipſe intra decem dies appellauit: quamuis. n. multoties in rebus dubiis iuramentum admittatur, ad no. in c. preſentium. de teſtibus, & in c. ſi uerò. & ibi gl. in verb. propria, de ſenten. excomm. & latius per Guid. Pap. in conſ. 223. fuit lata. num. 4. & ſeq. vbi deducit, quòd in multis caſibus, etiam in fortioribus terminis, probatio fit per iuramentum, ad quod fa. quæ de probatione per iuramentum ponit Rot. deciſio. 19. aliàs 444. extra Rotam, ſub num. 2. uerſic. in quo

103 vltimo dubio, de dolo & contum. in no. In hoc † tamen caſu non ſtatur iuramento appellantis, ſm Felyn. in dicto cap. quoad conſultationem. nu. 39. vbi allegat deci. Rot. 68. de appel. in antiq. quæ tamen parum facit.

104 Decimò ampliatur † ut procedat, etiam ſi ſententia eſſet condicionalis, & in euentum alicuius conditionis cõcepta: quia nihilominus abſque eo, quòd expectetur implementũ conditionis, debet appellari infra decem dies à prolatione

105 ſententię. Quamuis enim dici ſoleat, † quòd actus conditionalis nihil ponit in eſſe, & ante conditionis implementum non uideatur ꝓſiderari, ut eleganter per multa exempla de-

106 ducit Tiraq. de retract. §. 1. glo. 2. num. 21. & ſeq. † quod etiã ad clauſulam decreti irritantis (quę etiam ꝯ ignorantes operatur) extenditur; cum & illa ſi ſit adiecta actui conditionali, ante impletam conditionem nihil operetur, ut tradit late, & eleganter Ant. Gabr. commu. concluſ. lib. 6. de clauſulis, concluſ. 3. num. 46. verſi. 6. & nouiſſime Oſaſc. deciſ. Pedemont. deciſ. 5. certa die. nume. 9. & ſeq. Nihilominus quoad actum appellationis interponendę conditio appoſita non ſuſpendit diſpoſitionem, quo minus intra decem dies etiam à conditionali ſnĩa ſit appellandum, ad l. primam. §. biduum ff. qñ appel. ſit. tradit Alexan. in l. nam & poſtea §. ſi minor. num.

107 9. ff. de iureiur. ubi etiam rationem aſſignat: † quia ſcilicet huiuſmodi ſnĩa, etiam pendente ꝓditione dr̃ aggrauare, ex quo euenire poteſt conditio. Quod etiam firmauit nouiſſime Oſaſc. in deciſio. Pedemont. 146. ſtante. num. 17. ubi poſt Franc. in c. preterea requiſiſti. num. 9. de appell. idem tenet,

108 vt etiam à ſententia conditionali † (excepta ſnĩa cenſurarũ) ſit infra decem dies appellandum, ut id de ſententia cenſurarum poſuimus infra num. 169. in 10. limitatione.

109 Vndecimò amplia, † ut procedat etiam in eo, qui fuit reſtitutus ad appellandum: nam & is debet infra decem dies poſt huiuſmodi reſtitutionem appellare, ut ſentit Rot. deci. 62. aliàs. 446. ſi lata. num. 2. uerſ. preterea licèt quis. de appel. in no. & ita faciendum eſſe expreſſe admonet Veſtr. in ſua praxi ro. cu. lib. 8. cap. 3. de reſtit. in integrum. nu. 18. & iſti decem dies incipiunt currere a die ſententię latę ſuper reſtitutione in integrum ad appellandum, ut tradit Guid. Pap. in tractat. de appel. q. 103.

110 Duodecimò amplia, † ut procedat etiam in ſnĩa arbitri; quia & illa homologatur, niſi infra decem dies ab ea recla-

111 metur, † licèt ſecus ſit in laudo arbitratoris, ut poſt alios, de quibus ibi per eum, tradit Io. Bapt. à ſancto Blaſio in tracta-

112 de arbitro. & arbit. in 2. parte, num. 44. verſic. 71. quęro, † preſertim ſi ſimus in arbitro aſſumpto vigore ſtatuti ſecundum Blanc. de compromiſſis. q. 10 princip. nume. 17. quibus adde (quoad illud de arbitratore) Afflict. deciſio. 132. fuit dubitatum. & Bero. conſil. 32. in cauſa. nume. 1. lib. 3. & quòd circa hoc ſit differentia inter ſententiam arbitri, & arbitratoris, ut primo caſu infra decem dies, in ſecundo uerò uſque ad 30.

113 annos poſſit peti reductio, tradit, † & poſt alios hanc eſſe cõmunem opin. teſtatur etiam Maran. in Spec. in 3. parte ſextę partis principalis, in 2. actu nu. 112.

114 Decimotertiò amplia, † ut regula procedat in intimatione facienda de appellatione interpoſita coram honeſtis uiris: quoniam & illa fieri debet infra decem dies, ut diximus ſupra hoc eod. c. in 15. ampl. princ. huius regulę principalis, in 1. declarat. num. 46.

115 Decimoquartò amplia, † ut idem dicẽdum ſit de itineris arreptione, & nuncij miſſione ad Papam; quoniam cum habeant uim appellationis, debent infra decem dies (qui ſolẽt dari ad appellandum) etiam parti intimari, ut annotauimus ſupra hoc eodem c. in 16. ampl. princ. in 1. declarat. regulę ibi poſitę num. 17. & expreſſe ponit Natta in conſil. 606. approbo. num. 5. lib. 3.

116 Decimoquintò amplia, † vt ꝓcedat, ẽt ſi qs allegaret ſe ob paupertatem non potuiſſe appellare, ſi quidem paupertas (licèt excuſet à proſecutione appellationis) nõ tamẽ excuſat

117 ab appellando, † niſi quando eſſemus in appellatione in ſcriptis interponenda, ut poſt alios diximus ſupra in hoc eo.

cap. 12.

Source : BIU Cujas

ca.12.in prima declarat. ſecundæ regulæ ibi poſitæ in prima ampliat.princ.num.55.

118 Decimoſextò poteſt ampliari, † ut procedat, etiam ſi poſt decem dies iudex faciat aliquid in executionem ſententiæ antea latæ: nam nec ab iſto actu poteſt appellari, niſi ſimus

119 intra illos decem dies. Exemplum † iudex tulit ſententiam, lapſi ſunt decem dies, demum citat eum, quem condemnauit ad uidendum ſe declarari, & denunciari, an ab iſta citatione & monitione poſſit appellari? & quia illa uidetur in executionem prioris ſententiæ non poſſe ualide appellari poſt lapſum decem dierum à die principalis ſententię, conſuluit Andr.Barbat.in conſi.7.uiſis dubiis colum.2.in princ.lib.3.

120 † vbi etiam ponit exemplum de pronuncia de exequendo ſententiam antea latam, à qua pronuncia ſi non ſit appellatum infra decem dies à die primę ſententiæ, non poſſe vlterius appellari, poſt Ange. & alios per eum allegatos elegantèr deducit; Hæc autem ampliatio uidetur reddi dubitabilis ex his, quæ poſt Inno.in cap.fi.de noui oper. nunc.tradit Guid.Papæ in tracta.de appellat.q.108.quòd ſi quis ab interlocutoria non appellet, ſed petat tantummodo eam contrario imperio reuocari, & iudex illam non reuocet, ſed confirmet ab huiuſmodi confirmatoria poteſt appellari etiam poſt decem dies à die primæ interlocutoriæ, & per talem appellationem tota cauſa deuoluitur ad iudicem ad quem, qui poterit cognoſcere etiam de illa interlocutoria, a qua non fuerat appellatum.

121 Decimoſeptimò amplia † ut etiam certioratio iudicis ſit facienda intra dictos decem dies, quando appellatio fuit uel alternatiua, uel generaliter interpoſita ad competentem iu-

122 dicem; quamuis enim talis appellatio ſuſtineatur † ſecundum communem opinionem, de qua per Marant. de ord. iud.part.ſext.num.120.& Felyn.in cap.2.num.2.de appellat.

123 † iudicis tamen declaratio intra dictos decem dies eſt faciēda ſecundum Villalob.in collect. commu. opinio. litera A. num.115. & ſequen. ubi teſtatur hanc eſſe commu.opi.poſt

124 Alex.in conſi.79.num.5.lib.7. Quod tamen limita † niſi appelletur ab eo, qui non recognoſcit niſi Papam in ſuperiorem: quia ſi ab eo appelletur generaliter ad ſedem Apoſtolicam & alium competentem iudicem, talis appellatio cenſetur bona, nec debet infra decem dies fieri alia iudicis declaratio, ut tradit Bero.in conſil.80. circa dubia nume.12.lib.3.

125 † & niſi in appellatione fuerit per appellātem appoſita clauſula, uidelicet, optione coram quo appellationem proſequi maluerit ſibi retenta, tunc enim declaratio iudicis poteſt fieri infra tempus ad proſequendam appellationem datum, ut poſt alios declarat idem Bero.conſi.7.in cauſa.nume.17. & ſequen.lib.1.

126 Decimooctauò amplia † vt procedat, etiam ſi ſimus in fiſco poſt decem dies appellante; quia fiſcus non dicitur habere prærogatiuam, niſi in his, in quibus expreſſe reperitur priuilegiatus.l.placuit.ff.de iure fiſci, quod non eſt in hoc caſu, & ideo in vna Peruſin.hæreditatis coram Sarmiēto 14. Martij.1567.in qua prætendebatur, quòd poſſeſſio capta poſt appellationem à fiſco interpoſitam 23. Septembris à ſententia lata 9. Auguſti eiuſdem anni eſſet attentata, & dubitaretur ibi, an conſtaret de attentatis, Domini dixerunt de eis non conſtare.

127 Decimononò poteſt ampliari, ut iſti decem † dies, qui dātur ad appellandum, currant etiam nullitate oppoſita, ut poſt Iac.Butr.in l.1.C.quando prou.non eſt nec. & Barto.in l.ſi expreſſim.ff.de appellat. tradit Guid.Pap.in tracta. de appellat.quæſt.65.

Limita nunc regulam ſupra poſitam in hac 2.cauſa nullitatis appellationis.

128 Primò † niſi iudex ad quem, cui fuit commiſſa cauſa appellationis poſt decem dies (vt præfertur) interpoſita, inhibuiſſet: quia geſta poſt huiuſmodi inhibitionem reuocantur, etiam ſi ſit appellatum poſt decendiuz, ut eſt deciſ. Rot. 51.aliàs 379.ſi committatur.de appellat.in no.quam ad hoc allegat Manfred.lib.2.practica cōcluſ. ſuper attent. concluſ. 191.quę tamen ad id parum facere uidetur. Sed pro hac limitatione ultra eum facit.quod aliàs dixit Franc. in c.ut de-

129 bitus.ſub num.47.de appell.† q licèt, quando appellatio nō eſt legitima, poſſit iudex à quo procedere non aliter expecto, q ſibi cauſa remittatur, aut q pronuncietur male appellatum, hoc tamen non procedit, quando iudex ad quem inhibuiſſet: tunc enim geſta poſt inhibitionem tanquam attētata reuocantur, quod & tradidit Stefan.Aufr. in addi.ad deci. vlt.Capell.Tholoſ. ad med. vbi uoluit, q licèt attentata poſt appellationem non reuocentur, quando appellatio eſt inualida, puta quia ſine debita forma eſt interpoſita: id tamen nō vendicat ſibi locum.qū fuiſſet inhibitum, & faciunt quæ diximus ſupra hoc eodem cap.12.in 6.limit.princi.num.15. & dicemus etiam latius infra in hac 2. parte cap. 20. de attent.

130 poſt inhibitionem, in prima ampl.num.8.† & quamuis Mānfred.in eodem libro.concluſ.104. in p̄rium uideatur allegare deciſio. Aegid.239.& ultra eum expreſſe hoc annotauerit Vant.in tracta.de nullit.in tit.de nullit.ex defectu iuriſd.ord. nume.142.inquiens, q quando appellatio eſt uel manifeſte friuola, uel ipſo iure nulla, tunc inhibitio tanquam non canonica non eſt attendenda: tamen quia Rota Moderna tenet, q inhibitio ſiue iuſta, ſiue iniuſta eſt timenda, ut diximus in dicta 6.limt. princip. & fuſius in dicto cap.20.de attent.poſt inhibitionem, in undecima amplia.regulę ibi poſitæ num.1.& per totam. Ideo his non obſtantibus præſens limitatio eſt tenenda.

131 Secundò limita, † ut regula non procedat, quando eſſemus in grauamine, non momentaneo, ſed ſucceſſiuo, verbi gratia in carceratione, uel in aſſignatione loci non tuti: quia ſtāte grauamine ſucceſſiuo, licèt quis fuiſſet iam per menſem captus, & carceratus, poteſt tamen ab huiuſmodi carceratione, non obſtante lapſu decem dierum, & ultra, ualide

132 appellare: † quia grauamen ſemper dicitur eſſe in fieri, & conſequenter dicitur ſemper quis eſſe infra decem dies, qui dantur ad appellandum, ut dixit notabiliter Specul. in titulo de appellat.§.reſtat.nume.6. quod reaſſumpſit poſt eum latius Franc.in c.ſuper eo.el 2.num.4.8.& 9. de appell.ubi inquit, q eſt notabilis concluſio, & regula in materia appellationū, & poſt Fran.& Specu. fuſius hoc dictum pertractauit Fely. in c.accedens.el 2.num.19.& multis ſequen.extra, ut lite nō p̄teſtata, ubi per multa ſimilia hoc dictum comprobat. Quibus adde Rotam deciſ.4.aliàs 54.no.q ubi de reſtit.ſpoliat.in antiq.& Iaſ.in l.error.num.8. C.de iuris, & facti ignorantia, & in l.prætor ait.§.aliquando.num.9.ff.de no.oper.nunc.ubi alios allegat, & nouiſſime Port.Imolen.in conſi.213.ex facto num.15.lib.4. Quæ tamen nō ſimpliciter intelligenda ſunt, ſed ex intentione Doctorum in ſupradictis locis nonnullis modis declaranda, & Primò (& hæc eſt magna, & utilis limitatio, ſeu declaratio ſecundum Franc. ubi ſupra dicto nu.9.)

133 † vt procedat, quando quis appellat à grauamine, ſibi iam p̄ menſem puta illato, quia ab illo grauamine præterito, quaſi non ſit amplius infra hos decem dies, non poſſet ualide ap-

134 pellare. † Secundò niſi ultra illationem grauaminis ſucceſſiui iudex etiam pronunciaret locum eſſe tutum, uel carcerationem iuſtam, quia tunc neceſſe eſt appellare infra decem

135 dies à die latæ ſententiæ: † Tertiò, quando uerba diſpoſitionis p̄cedentis appellationem, uel exceptionem fundant ſe in cauſa tractatus ſucceſſiui, & reiterabilis, ſecus ſi ex cauſa momentanea. prout ſupradictas tres declarationes ponit latius poſt alios, de quibus ibi, Felyn.in dicto cap.accedens.ſub nu.

136 24.† Quartò ex intentione eiuſdem Felyn. in dicto c.quoad p̄ſultationem.num.41.de re iudi.poſt Paul.de Caſtr.in conſil.25.colum.3.niſi condemnatus fecerit antea actum denotantem ſententiam inferentem grauamen ſucceſſiuum uideri iuſtam, nam hoc caſu oportet volentem ab huiuſmodi ſententia reclamare, quod infra decem dies (ſecundum regulam ſupra poſitam) appellet, prout latius per Docto. in dictis locis.

137 Tertiò † fallit in appellationibus extraiudicialibus, puta ab electionibus, poſtulationibus, ac prouiſionibus, & ſimilibus, quia illæ interponi poſſunt etiam poſt decem dies ab il-

138 lato grauamine, † dummodo ſit intra decendium à die ſciētiæ, vt eſt hodie expeditum per tex.in c.p̄certationi.de appel. in 6.de quo etiā per Spec.in tit.de appel.§.reſtat.nu.6.& ſeq. & Fran.in c.bonæ.ſub nu.19.& ſeq.uerſ.8.debet, de appel.& eſt bona deciſ.Rot.4.aliàs 54.nota q ubi, de reſt.ſpol.in anti-

139 qu. † quamuis p̄riuz, & minus vere ſenſerit nouiſſime Minſing.ſing.obſer.centuria 5.deciſ.11.incip.non ſolum, dum aſſerit hoc tempus decendij uniformiter locuz habere in omni appellatione, ſiue ab actu iudiciali, ſiue extraiudiciali in-

140 terpoſita. Quod tū declarandum eſt procedere † niſi grauamen à quo extraiudicialiter appellaī haberet uim ſnīæ diffinituæ, uel interlocutoriæ; qa hoc caſu deberet appellare p̄ de cem dies à die grauaminis; exemplum, ſi appellandum ſit à

141 p̄firmatione electionis: † cum n confirmatio obtineat uim ſnīæ, debet ab ea infra decem dies à confirmatione computandos appellari, ut eleganter declarat Specul.ubi ſupra, nu. 7.& 8. Quod & eius authoritate firmauit Rot. in dicta deciſ. 4.aliàs 54.de reſt.ſpoliat.in antiq.

142 Quartò, † regula non procedit in illis, qui a iure reputantur ficti p̄tumaces: ipſi.n.nō arctantur ad appellandum intra decem dies à recitatione ſnīę, ſed à die notitiæ ualent appellare. Rot.deciſ.2.aliàs.49.ſi feratur.& deciſ.16.aliàs 364.cū iura.de dol.& contum.in no.& deciſ.46.aliàs.500.ſi feratur, de appellat.in antiq.& alibi ſępiſſime in multis caſibus per Doctor. conſideratis. Inter quos caſus enumerantur.

Source : BIU Cujas

143 † Primò citatus ad domum, de quo loquitur dicta decis. 2.
144 aliàs 49. & dicta decis. 46. aliàs. 500. Secundò, † citatus per
edictum, de quo loquitur dicta decis. 16. aliàs 364. & per Frā.
in dicto c. bonæ. num. 22. de appel. & Felyn. in dicto c. quoad
145 consultationem. num. 33. † Tertiò, is qui fuit citatus in lo-
146 co beneficij, Felyn. ibidem. Quartò, † is qui fuisset condem
natus per audientiam literarum ꝯdictarum, qui licèt de rigo
re tanquam uerus contumax non deberet posse appellare,
de æquitate tamen eius appellatio intra decem dies a die no
titiæ de stilo, & obseruantia Rotę solet admitti, de qua testan
tur Domini decis. 22. aliàs. 137. appellatus, de appel. in no. qđ
147 tamen uerum intellige † nisi cōdemnatus, ut supra, fuisset
prius citatus personaliter, & cōstituerit procuratores, qui se
absentauerint, & per hoc ille fuerit condemnatus; quoniam
hoc casu, quamuis fuerit per audientiam literarum ꝯdicta-
rum condemnatus, non dicitur fictus, sed immo uerus con-
tumax, vt fuit resolutum in una Leodien. canonicatus, corā
Rosianen. ut est in recollect. Caputaquen. parte 1. decis. 209.
incip. contumax uerus, & consequenter non posset appella-
148 re secundum terminos præsentis quartæ limitat. † sed esset
audiendus per uiam restitutionis: ut ibidem etiam Domini
149 admonent. † Quintò, his addi potest & alius casus, uideli
cet, quando procurator non esset effectus dominus litis, &
fuisset uerus ꝓtumax ad sn̄iam: quoniam hoc casu dominus
potest appellare intra decendium à die notitiæ, si tenemus
distinctionem Gemi. post Lap. in ca. 2. de confess. in 6. quem
refert, & tacite sequi uidetur Franc. in c. Nicolao. nume. 19.
150 de appel. † Sextò in citato à iure, puta in casu c. primi, de ele
ctio. in 6. ubi quis censetur a iure citari, ut no. ibi glo. in verb.
absentia, taliter enim citatus appellat intra decem dies à die
notitię secundum Aegid. decis. 371. citatus, refert, & sequitur
Felyn. in dicto c. quo ad consultationem. sub num. 47. in fin.
151 verbis. † Et ratio potest esse: quia non debet minus operari
citatio iuris, quàm citatio hominis, ut dicit Rot. decisio. 64.
aliàs 487. si appellatus. nume. 8. de appell. in no. Et ratio om-
152 nium supradictorum pōt esse; quia in absentibus (prout sunt
omnes supra nominati) præsumitur ignorantia, ut l. 1. in fi.
153 de decret. ab ord. fac. † & ignorans semper est infra tempus
appellandi, ut declarat Bal. in c. venientes. num. 2. de iureiur.
154 † Præmissa tamen omnia intellige procedere, nisi constare
posset, ꝙ in supradictis casibus citatus habuerit scientiam ci
155 tationis, & contempserit uenire † hoc enim casu ob contem
ptum efficeretur uerus contumax, ut declarat Rot. dicta de-
cis. 16. aliàs 364. cum iura, in finalibus uerbis, de dol. & con-
156 tum. in no. † Quæ scientia ad hunc effectum uidetur satis
posse colligi, si ultra citationem factam ad domū, & ad alia
loca, ipsa quoque sn̄ia fuerit ad domum, & ad alia loca inti-
mata. Quia tunc concurrit duplex præsumptio scientiæ
157 † vt fuit notabile dictum, de quo fa. festū Bald. in l. scire opor
tet. §. fieri. ad fi. ff. de excusat. tut. ut refert Felyn. in dicto cap.
quoad ꝓsultationem. num. 33. quod posuit etiam Ange. in
authen. hodie. C. de appell. quod & reassumpsit Franc. in di-
158 cto c. bonæ. sub nume. 22. de appellat. † Hæc autem scientia
debet esse talis, ut quis sciat sententiam esse latam, & sic latā,
vt post multos, de quibus ibi per eum, tradit Felyn. dicto c.
quoad consultationem. nume. 45. de re iudi. & tradit Natta
consi. 51. uiso processu. num. 1. lib. 1. ubi in id citat etiam glo.
(quam omnes tenent secundum eum) in c. concertationi.
in uerb. sciuerit, de appel. in 6. ibidemque post Specul. Arch.
159 & Per. de Ancha. admonet litigantes † ut de sententia lata fa
ciant aduersario fidem per publicum sigillum, aut instrumē
tum, vt latius ibi per eum, quod etiam replicauit idem Nat-
160 ta in consi. 348. videtur. in princ. lib. 2. † vbi tamen præmissa,
ꝙ debeat haberi notitia sententiæ, & tenoris illius, declarat
vno modo, ut procedat, quando intimatio fit per partem
161 † secus si fiat authoritate iudicis: quia tūc sufficit tm̄ intima
re sententiam esse ꝯ eum latam, licèt tenor non inseratur, vt
162 ibi per eum. † Secundo modo præmissa uidentur declarari
posse, ut talis intimatio non sit necessaria, quādo pars habe-
ret notitiam sententiæ, & tenoris illius ꝑm ea, quæ post Soc.
& Menoch. diximus supra hoc eodem c. 9. in 15. amplia. prin
163 cip. num. 34 Item intellige † ut si dubitetur, an aliquis sit ue
rus, vel potius fictus contumax, in dubio interpretabimur,
quòd sit fictus, & sic habeat beneficium appellandi, ut post
Decium in consi. 34. tradit Alciat. in consil. 32. respondi.
nume. 3. lib. 6.

Quinta (ultra plene tradita circa hanc materiam per Felv.
164 vbi supra) pōt & alia limitatio adaptari † quando scilicet per
ꝓsuetudinem, vel statutum esset hoc inductum, ut etiā post
decem dies, qui dantur de iure communi, possit appellari
165 † potest enim consuetudo, & statutum hoc inducere, ut no.
glo. in l. præscriptione. in uerb. iuris scripti, & ibi Ias. nu. 11.
C. si ꝯius, uel util. publ. post Bal. ibi colum. 7. qui dicit illam
(prout etiam Ange. & Imol.) singularem, & quòd rarò ali-
bi reperitur, ut refert ibi idem Ias. quam etiam singularem
dicit Franc. post Bald. & Ange. in cap. cum sit Romana. sub
num. 7. de appellat.
166 Sextò potest limitari, † vt procedat in actu proprio ipsius
appellationis, secus in actu, qui æquipolleret appellationi,
& vim appellationis haberet, prout est reductio ad arbitriū
boni viri aduersus laudum arbitratoris petita, quæ licèt ui-
deatur species appellationis, ad no. in l. non distinguemus. §.
cum quidam. ff. de arbit. & per dictum tex. id no. Afflic. decis.
51. item fuit dubitatum. num. 2. & Alex. in cons. 43. quia sub
tiliter. num. 9. lib. 6. cum alijs quæ in id citauimus infra cap.
13. de attenta. reduct. ad arbit. bon. uir. pend. num. 18. Tamen
non coarctatur ad hoc tempus decem dierum, sed potest ēt
infra 30. annos peti, ut tradit Afflict. decis. 132. fuit dubitatū,
nec enim per lapsum decem dierum dicitur homologari lau
dum secundum Mil. in uerb. arbitratoris laudum, fol. 23.
Quod sanè intellige uerum in reductione laudi arbitratoris
167 † secus si simus in arbitro secundum ea, quæ diximus supra
nume. 105. in 12. ampliat. vt etiam eleganter declarat Mil. in
verb. arbitratoris laudum potest peti, fol. 25. post Bal. & alios
per eum allegatos.
168 Septimò limita † nisi essemus in appellatione interposita
per tertium ratione sui interesse; quia illam potest interpo-
nere infra decem dies à die notitiæ, & scientiæ, non autem à
die sententiæ, vt fuit opi. Alex. in l. sæpe. nume. 82. de re iudi.
de cuius opin. licèt aliqui quandoque dubitauerint, eam ta-
men nouissime tuetur, & comprobat Didac. pract. quęst. ca.
15. sub num. 2. colum. 4. fol. 102. quod etiam firmauit Io. Ce-
phal. in consi. 106. uidebatur. num. 4. & per totum. lib. 1. dum
169 vult † ꝙ a sententia lata ꝯ emptorem possit uenditor appel-
170 lare intra decem dies à die scientiæ † etiam si sciuerit cau-
171 sam agi † quia ad hoc, ut sibi currat tempus ad appellandū,
non sufficit scientia litis, sed requiritur scientia sententiæ, ut
latius per eum.
172 Octauò limita † ut regula procedat, quando appellanti
fuit facultas adeundi iudicem, qui sententiam tulit, uel ad
173 quem prouocatur † (sufficit enim alterius fuisse adeundi co
piam) secus si appellans non habuisset hanc facultatem, ut
expresse animaduertit nouissime Minsinger. sing. obseruat.
174 centuria. 2. decisio. 2. incip. decem dies, ubi & illud subdit † ꝙ
tunc dī iudicis habita copia, cum iudex in publico se osten-
dit, ad tex. in l. 1. §. dies. ff. quando appel. sit.
175 Nonò etiam limitari potest, ut non procedat † in appella
tione interposita à delatione iuramenti; si enim iudex alteri
parti iuramentum deferat licèt is, contra quem iuratur, sta-
tim non appellet, & elapso decendio pars aduersa parata sit
iurare, & tunc ille appellet à præstatione iuramenti, de stilo
cameræ Imperialis talis appellatio recipitur, non attento ꝙ
à delatione iuramenti infra decem dies non fuerit appella-
tum, ut tradit idem Minsinger. sing. obseruat. centuria 1. de-
cis. 39. incip. quando à iudice.
176 Decimò similiter limitari potest, † vt non procedat in ap-
pellatione à sententia excommunicationis conditionaliter
177 lata: † quia in ea tempus appellandi non currit à die prola-
tionis sententiæ, sed à die existentis conditionis, ut post Bal.
diximus supra in 21. limit. princ. in fi. num. 35. & post Osasc.
in decis. Pedem. 146. nume. 7. tetigimus etiam supra nu. 103.
in 10. ampliat. in fine.

Declara nunc eandem regulam duobus modis.
178 Primò † ut in dubio præsumatur appellatio interposita
infra decem dies à die scientię, ut per Fel. in dicto cap. quoad
consultationem. sub num. 35. post Aegid. decis. 349. incip. si-
cut prę sumitur. cuius etiam sententię uidetur Franc. in ca. j.
num. 11. & in cap. bonæ. num. 20. uersic. octauo debet. de ap-
pellat. ubi ad hoc allegat decis. Rot. 39. aliàs. 316. si possessor.
de appella. in no. quę decisio. sicuti parum facit, ut aduertit
179 Fel. ubi supra sub num. 36. ita † & hęc conclusio per eum fir
180 omata uidetur parum tuta, † tum quia hęc qualitas intrinse-
ca, quòd aliquis intra decem dies appellauerit, debet proba-
ri: ut dicit Rot. decis. 30. aliàs 190. quoad reuocationem, de ap
pell. in no. Ergo si uenit probanda non prę sumitur, & si prę-
181 sumeretur, non sufficeret: † quia vbi requiritur probatio, prę
182 sumptio non sufficit: tum etiam quia in contrarium, † quod
immo quis non prę sumatur infra decendium appellasse, ui
detur decisio. Rot. 13. aliàs. 94. nota ꝙ ubi aliquis, de conces.
præben. in antiq. in fi. cui in effectu concordat & alia decisio.
Rot. 3. aliàs 125. sufficit, de conces. prę ben. in no. similiter in
finalibus uerbis, & hoc, quòd licèt constet de appellatione
interposita, non tamen prę sumatur facta intra decem dies,
nouissime tradit Mising. sing. obser. centuria 3. decis. 11. incip.
non solum. nume. 2. & propterea de hac eorum opin. ualde
subsistendum uidetur.

Secundò

Source : BIU Cujas

183 Secundò declara † quòd licèt ſupra in quampluribus caſibus dixerimus, quòd ualide appellatur poſt decem dies à recitatione ſententiæ, dummodo ſint infra decez dies a die ſcientiæ, in illis tamen caſibus geſta poſt ſententiam uſque ad interpoſitionem appellationis non dicuntur attentata, neque ueniunt per modum attentati reuocanda, ſed beneficio iniuſtitiæ docto, & cognito de hoc in cauſa appellationis, ut tradit Rot. deciſ. 28. aliàs 187. licèt ficte. de appellat. in no. quod pro ſingulari reaſſumpſit Hippol. ſing. 87. incip. licèt ficte, idem poſt Rot. ubi ſupra, no. Mil. in verb. attentata pendente tempore. fol. 29. & Veſtr. in praxi Ro.cu. lib. 8. c. 4. col. 4. verſi. generaliter verò. in fi.

Et ex his habes expeditam hanc ſecundam cauſam nullitatis ipſius appellationis, quando videlicet illa, & ſi fuiſſet interpoſita per legitimam perſonam, tamen non fuerit facta in tempore. Nunc ordinem ſupra poſitum proſequendo, ſequitur.

184 Tertia cauſa, † quæ poteſt appellationem nullam reddere, illa eſt, quando ſcilicet interpoſita appellatione per legitimam perſonam, & in tempore, non fuiſſet tamen interpoſita coram iudice, prout debebat: nam appellatio regulariter interponi debet coram iudice a quo, ad tex. in ca. ut debitus. de appellat. ubi Card. Alex. colum. 6. dicit, ꝙ aliàs appellatio eſt nulla, & in c. aliàs §. biduum. 2. q. 6. no. glo. in c. ſuggeſtum. in ultima oppo. de appel. Inno. in c. ſi iuſtus metus. de appel.
185 vbi ſimiliter dicit, ꝙ aliàs appellatio † ſi non adeſt iuſta cauſa, dicitur nulla quem ſequitur Bal. in l. apertiſſimi. C. de iud. Panor. in dicto c. ſuggeſtum. Lap. alleg. 39. col. 2. Ange. conſi. 126. uiſis omnibus, & eſt deciſ. Rot. 50. aliàs 366. ſi appelletur a diffinitiua. de appel. in no. & deciſ. Thom. Gramat. 36. inci.
186 Solon. num. 76. & ſeq. † Quod tamen intellige, quando põt haberi copia iudicis, ſecus ſi non præſupponimus fuiſſe copiam iudicis: tunc enim appellatio ualida eſt, etiam in eius
187 abſentia interpoſita, † dummodo fiat coram honeſtis uiris, ut expreſſe dicit Rot. in dicta deciſ. 50. & alij ſupra allegati de quo latius diximus etiam ſupra in 15. ampliatione principali reg. princip. num. 8. & per totam. Quòd ſi appellatum ſit coram iudice in tempore, & per legitimam perſonam, inſpiciendum eſt, & hæc erit.

Quarta cauſa, quæ poteſt reddere appellationem nullaz,
188 † an in libello ipſo appellatorio ſit expreſſa, qualitas ſententiæ, a qua appellatur, & qualitas & nomen ipſius appellantis: cum enim ſecundum Iuriſconſultum in l. 1. §. fin. de appell. libelli appellatorij ita ſint concipiendi, vt habeant ſcriptum, & à quo dati ſint, & aduerſus quem, & a qua ſentẽtia, ſi huiuſmodi qualitates, & expreſſiones fuerint omiſſæ, appellatio cenſebitur nulla, & inualida, vt no. Docto. in dicto §. fin. & animaduertit etiam Manfred. lib. 2. pract. concluſ. ſu
189 per attent. concluſ. 149. † Quamuis autem regulariter appellatio continere debeat nomen appellantis, à quo, ad quem, aduerſus quem, & ſuper quo, & cauſam quare appelletur, vt per Docto. ubi ſupra. Illud tamen prætermittendum non
190 eſt, † quòd ſi nomen eius, ꝯ quem appellatur, non ſit expreſſum, appellatio tamen ſuſtinetur, per tex. in l. 3. ff. de appell.
191 † Quinimo non ſolum procederet appellatio, ſi nomen appellati fuiſſet omiſſum, uerum etiam ſi falſum nomẽ appellati fuerit expreſſum, puta quia volens appellare contra Alfonſum dixerit, quòd appellabat contra Martinum: nam talis erronea, ac falſa expreſſio nominis ipſius appellati non uitiat appellationem, ut aliàs fuit tentum in una Aſtoricen. Capellaniæ Sanctiſſimæ Trinitatis coram A. Auguſtino ſub die 22. Iunij 1552. ut eſt in recollect. Guid. Bon. deciſ. 40. uoluerunt ſub rub. de appel. Ex alio quoque apppellatio (ſi prę miſſa ceſſarent) poſſet ad propoſitum noſtrum cenſeri nulla, & inualida, & erit

192 Quinta cauſa, † ſcilicet ſi appellatio non eſſet pura, ſed cõditionalis, puta ſi aliquis proteſtaretur ſe non moleſtari in ſua poſſeſſione, & poſſeſſionem ab eo non auferri, & quate-
193 nus auferretur, appellaret † ſi enim non adimpleta conditione fuerit ſuper tali appellatione proceſſum, talis proceſſus dr̃ inualidus; ex eo quia appellatio huiuſmodi conditionalis, non adimpleta ꝯditione, nihil ponit in eſſe, & conſequenter proceſſus non habet, ubi ſe fundet. ut de hoc eſt notab. deciſ. in recollect. Achil. de Graſſ. 14. petebat, ſub rubr. de appel. Vnde ſicut proceſſus (vt præfertur) eſt nullus ob nullita-
194 tem appellationis † ita etiam ad propoſitũ noſtrum ſi quid pendente huiuſmodi appellatione fuerit geſtum, non debet cenſeri attentatum: cum appellatio nulla non poſſit operari effectum attentatorum, ut in regula ſupra poſita, in quam partem uidetur aliàs in una Bracharen. monaſterii corã Iunio 15. Decembris 1567. aliqui ex dominis inclinaſſe, dicentes, ꝙ ſi appellatio Cardinalis eo caſu eſſet facta, quatenus contra eum ſententia ſubſcribatur, & omni meliori modo talis appellatio dicitur nulla, & quòd ceſſant attentata: ſi uerò aliquis ex ſupra dictis defectibus in appellatione non ſit commiſſus, per hoc appellatio non poteſt omnino dici ua-
195 lida, cum & ex alio dicatur effici nulla † quando ſcilicet (& hæc erit.

Sexta cauſa iuxta ordinem prẽmiſſum) non fuiſſent peti ti apoſtoli, ut in rub. & toto titulo de libell. dimiſſoriis, & in
196 l. eos. §. apoſtolos. C. de appellat. & in l. præſes. eo. tit. † qui debent peti cum magna inſtantia, inſtanter, & inſtantiſſime, vt iudici debitus honor deferatur, ut declarat Rota deciſio.
197 46. aliàs 351. ſi appelletur à diffinitiua, de appella. in no † nec ſufficit ſola petitio etiam cum inſtantia, ſi iudex de ipſis expreſſe non reſpondendo, appellanti terminum iuris, aut aliũ dederit; quia tenetur ipſe appellans intra terminum prẽfixum pro illis ad iudicem redire, aliàs appellatio non reputa-
198 bitur ualida † & cenſebitur appellans illi renunciaſſe, ad tex. in clem. quamuis rigor. de appell. & in c. ab eo. de appella. in 6. no. Docto. in c. perſonas. extra de appell. per quem tex. in dicta clem. quamuis rigor. idem tenet Nic. Boer. in conſi. 43. in
199 cip. videtur. num. 3. & ſequen. & ibi in fi. nume. 17. ſubdit, † ꝙ ita fuit iudicatum: ex cuius dictis poteſt præſens concluſio
200 dupliciter ampliari. † Primò, ut procedat, etiam ſi appellãs ab huiuſmodi quoque termini præfixione appellaſſet.
201 † Secundò etiam ſi iudex ad quem in citatione per eum decreta narraret, apoſtolos fuiſſe a iudice a quo obtentos: quia nihilominus, ſi appellans in termino prẽfixo pro illis non redierit, cenſetur eius appellatio deſerta, ut ibi concludit ille, poſt Mathæſil. ſing. 21. incip. nota practicam. Veronen. caute la. 23. & Felyn. in dicto c. perſonas. poſt princ. Et ratio quare non petitis apoſtolis appellatio efficiatur nulla, illa eſſe põt;
202 † quia apoſtoli dicuntur eſſe pars, & de ſubſtantia ipſius appellationis, ut tradit Rota deciſio. 50. aliàs 366. ſi appelletur à diffinitiua ſententia. de appell. in no. Quod autem dictum eſt, quòd non petitis apoſtolis appellatiõ cenſetur nulla, &
203 inualida, declara procedere, † ſi iudex appellationi non detulerit, alioquin ſi appellationi iudex deferat, etiam ſi apoſtoli non ſint petiti; tamen appellatio uidetur admittenda propter uim ipſius delationis, ut diximus ſupra in prima limit. princip. regulæ noſtræ princip. de attent. appellatione pendent. in 6. ſub limit. num. 71. poſt Pariſ. & Roland. de Valle in conſi. de quibus ibi, quod in termmis de admiſſione appellationis, quando non fuiſſent intra terminum prẽfixum petiti
204 apoſtoli, poſuit etiam Boer. dicto conſi. 43. ſub nu. 5. † Similiter quod dictum eſt, quòd ſi appellans habito termino iuris ad recipiendum apoſtolos non redierit in termino pro illis, cenſetur appellationi ſuę renunciaſſe, intelligendum eſt, niſi appellans in termino iuris, abſque eo quòd redierit pro apoſtolis, cauſam appellationis committi fecerit: cum enim circa hoc in contingentia facti aliàs in Rota dubitaretur de deſertione cuiuſdam appellationis, maior pars Dominorũ tenuit pro non deſertione, ut patet in recollect. Creſcent. de ciſio 75. appellanti. ſub rubr. de appellat. Quòd ſi appellatio fuiſſet interpoſita per legitimam perſonam in tempore coram iudice cum expreſſione qualitatis ſententiæ & perſonæ appellantis, pure, & demum etiam eſſent petiti apoſtoli; ex alio tamen poſſet appellatio impugnari; quia ſcilicet (loquendo tamen de iure ciuili) fuerit omiſſa forma ſtatuti ſuper appellationibus interponendis loquentis: pone enim (& hæc erit.

205 Septima cauſa) quòd ſtatuto cauetur † quòd a ſententia per talem iudicem lata debeat ad certos iudices, vel intra certum tempus appellari; tunc enim ſi appelletur omiſſo medio, & non ſeruata forma ſtatuti, talis appellatio cenſebitur nulla, & inualida, de qua appellationis nullitate tradit elegãter Corn. in conſ. 25. attentis. litera C. lib. 3. & in conſil. 43. in hac ꝙſultatione, poſt princ. eodem lib. Quem allegat etiam Manfred. lib. 2. pract. concluſ. ſuper attenta. concluſ. 177. ubi in id etiam citat Ruyn. in conſi. 83. lib. 5. Io. de Anania in cõſil. 51. & Roma. in conſil. 2. Pro qua facit ad propoſitum noſtrum quod ponit Stefan. Auſt. in addit. ad deciſ. Toloſ. ulti
206 mam, circa med. ubi voluit, † ꝙ quando appellatio eſt inualida: ex eo quia ſit interpoſita ſine debita forma, tunc atten-
207 tata poſt eam non reuocantur. † Vnum tamen ſingulariter circa hoc de ſtatuto nota, quòd ſi ſtatutum dictet, quòd appellatio debeat intra illam diem, qua profertur ſententia, interponi: poterit nihilominus appellatio interponi ad Principem intra decem dies, prout eſt tempus iuris communis, non obſtante ſtatuto; quia illud intelligitur, quando appellatur ad iudices ſtatutarios, ſecus ſi appelletur ad Principem cuius poteſtas ſemper cenſetur excepta, vt fuit ſingulare dictum Bal. in c. uenientes. num. 5. extra de iureiur. Verùm ſupradictis omnibus rite in appellatione ſeruatis, ac concurrentibus, ſuccedat alia &

Octaua

Source : BIU Cujas

Octaua cauſa, & ratio reddendi appellationem nullam,
208 † qñ ſcilicet appellatio eſſet generalis ad omnes ſuperio-
209 res: † quando quidem appellatio regulariter debet eſſe nominatim facta ad talem, ut poſt Doctor. de quibus ibi not. Manfred. ubi ſupra concluſ. 183. & quamuis ille nihil ultra
210 ſubdat, † hoc tamen neceſſariò declarãdum eſt, ut non procedat, quando appellatio eſſet quidem generalis, ſed ad competentes iudices, hoc enim caſu appellatio ſuſtinetur, & nõ cenſeretur nulla, ut eleganter tradit Guid. Pap. in tract. de appellat. q. quinquageſima, poſt Bart. in l. 1. in fi. ff. de appell. & in l. qui Romæ. §. Seiæ ff. de uerb. obl. & ibi Iaſ. num. 8. qui late hunc articulum diſputat, & hanc eſſe commu. opi. atteſtatur, prout eum refert, & ſequitur nouiſſime Lancellot. Conrad. de Prætore §. 2. de offic. prætor. in cauſ. ciuil. in cap. de appellat. num. 35. ubi eandem opi. ſequitur, & alios de hac cõmu. opi. atteſtantes citat, & ex recentioribus Baptiſta Villalobos in recollect. commu. concluſ. in verb. appellatio, nu. 115. Cui tamen declarationi alia quoque declaratio neceſ-
211 ſariò adhibenda eſt; † vt quando generaliter ad competentes appellatio eſt interpoſita, debeat infra decem dies iudicẽ nominatim declarare, ut poſt Franc. in c. dilecti. de appellat. tradit Lancell. Conrad. de prætore in cauſ. ciuil. in cap. de appell. num. 33. & num. 38. verſic. limitat autem, & inſuper illi iudici, quem appellans ex competentibus elegerit, eam intimare, ut tradit idem Toletanus ibidem nu. 117. Omnibus autem ſupra dictis cauſis ad impugnandam appellationem ceſſantibus pro
212 Vltima illud erit animaduertendum, † ne fortaſſe appellatio fuerit ad minorem iudicem interpoſita. Quo caſu talis appellatio diceretur nulla, & non ſecundum leges, ut eſt tex. in l. prima §. ſi quis. & §. denique. ff. de appellat. not. gloſ. in l. præſes. ff. de re iudic. no. gloſſ. in rub. extra de appel. Quorum aliquos enumerat Manfr. vbi ſupra concl. 185.

Ex quibus omnibus apparet explicata, & declarata concluſio, quam ſupra in principio huius quinquageſimæ limitat. princip. firmauimus: Videlicèt, quòd quando appellatio eſſet nulla ex aliqua ex cauſis ſupra enumeratis, regulariter
213 attentata non veniunt reuocanda. † Quæ tamen concluſio videtur limitanda, niſi uigore huius appellationis nulle eſſet inhibitum; tunc enim ſecus eſſet dicẽdum, vt annotauimus ſupra in hac limit. nume. 113. dum loquentes de appellatione, quæ eſt nulla, quia non eſt interpoſita in tempore, ſublimitauimus, niſi ſit inhibitum, vt ibi, & ponit expreſſe hanc limit. Manfred. concluſ. 104. & facit ratio, quia multa per inhibitionem fiunt illicita, quæ ante erant licita, de quo latius dicemus infra in hac ſecunda parte cap. 20. de attentat. poſt inhibitionem, in prima ampliat. regulæ ibi poſitæ per tot.
214 † Animaduertendum tamen in propoſito eſt, quòd ultra deciſio. Aegid. 139 quam alleg. Manfre. ibi in ꝫrium, Corn. quoque in conſi. 25. attentis. in princ. & per totum, lib. 3. tuetur hanc partem, quòd appellatio, & ſubſecuta inhibitoria ꝫ formam ſtatuti non ualeant. Sed ad hæc reſponderi hodie poteſt, quòd Rota moderna non tenet concluſionem Aegid. ſed immo ꝙ inhibitio, ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſit timẽda, ut diximus ſupra hoc eodem c. in 6. limit. princ. reg. princip. num. 18. & dicto cap. 20. de attent. poſt inhib in 11. ampl. regulæ ibi poſitæ.

Limitatio LI.

SVMMARIVM.

1 *Appellationem per intruſum interpoſita non facit attentata.*
2 *Brachium ſeculare relaxatum per iudicem a quo pendente appellatione per intruſum interpoſita à ſententia in fauorem ſuperſtitis agentis contra intereſſe putantes per audientiam literarum contradictarum lata non dicitur attentatum.*
Niſi iudici a quo fuerit inhibitum, nu. 4.
Etiam ſi fuiſſet inhibitum vigore commiſſionis ſuper iactationibus per ipſum intruſum præſentatæ. num. 5.
3 *Sententia lata in fauorem tertij, qui lite pendente venit ad cauſam, & contra eum, qui prius egerat contra intruſum, poteſt contra intruſum etiam appellatione interpoſita per præfatum actorem, & illa pendente executioni demandari.*



1 Vinquageſimo primò limitari poteſt, ut nõ procedat in appellatione per intruſum interpoſita, † quæ non facit attentata, & ideo ſi mortuo collitigante ſuperſtes litem proſequens ꝫ intereſſe putantes per ꝫ dictas obtineat ſententiam, à qua intruſus appellauerit, & hac appellatione pendente † iudex à
2 quo relaxauit brachium ſæculare nominatim contra dictũ intruſum, talis relaxatio non dr attentata, ut fuit dictum in vna Senogalien. parochialis de Gandulfo coraz D. meo Ordino 12. Martij 1559. Quod multo magis dicendum eſſet, ſi appellatio non fuiſſet interpoſita per ipſum intruſum, ſed per eum, qui primò ꝫ eum egerat, & deinde tertio veniente ad cauſam reportauit ſententiam ꝫ, à qua licèt ipſe appella-
3 uerit † tamen contra intruſum ſnia lata in fauorem dicti tertij poteſt etiam dicta appellatione pendente executioni demandari, ut diximus ſupra hoc eodem cap. 12. in 14. ampliat. princ. in fi. † Quod tamen uidetur limitandum, niſi uigore dictæ appellationis per intruſum interpoſitæ fuiſſet inhibitum, ut videntur declaraſſe Domini in eadem Senogalien. eodem proponente 9. Iunij 1559. ubi licèt loquantur de in-
5 hibitione, † quæ preſupponitur ibi in facto emanata vigore commiſſionis ſuper iactationibus per intruſum præſentatæ eodem die, quo fuit lata dicta ſententia, idem tamen & multo magis eſſet dicendum, ſi emanaſſet uigore appellationis, propter efficaciam appellationis, quæ etiam ipſa regulariter ſolet cauſare attentata, quod non facit quandoque litis pendentia ſuper moleſtationibus, prout eſt, quando tale iudicium introducitur uigore monitorij Auditoris Cameræ, vt adnotauimus ſupra cap. 4. de attent. lite penden. in prima illatione num. 133.

Limitatio LII.

SVMMARIVM.

1 *Attentata ſi fuerint per Principem confirmata non reuocantur ſecundum aliquos.*
Immo regulariter reuocantur ſecundum alios, vt infra nu. 57.
2 *Confirmationi Papæ regulariter ſtandum eſt.*
3 *Princeps dicitur eſſe ſupra ius.*
4 *Actus à Principe procedens videtur carere vitio attentatorum.*
5 *Princeps poteſt facere, ne ab initio attentata inducantur, puta per breue cum clauſula citra uitium ſpolij, & attentatorum.*
6 *Immo attentata poſſeſſio per huiuſmodi breue ſuſtinetur.*
7 *Princeps poteſt etiam ſine cauſa alicui tollere actiones.*
8 *Ergo multo magis poterit auferre officium iudicis mercenarium.*
9 *Spoliatus à principe non agit remed. Can. reintegranda.*
10 *Acta ordinatoria iudicij pereunt & annullantur perempta inſtantia.*
11 *Niſi fuerint per principem confirmata.*
12 *Princeps poteſt facere licitum, quod erat illicitum.*
13 *Attentata dicuntur regulariter illicita.*
14 *Princeps confirmando videtur manum apponere, cauſamque ad ſe aduocare.*
Contrarium videtur verius, vt infra nu. 54.
15 *Manus appoſitionis Papæ natura ea eſt, ut omnium inferiorum poteſtas per eam ligata cenſeatur.*
16 *Confirmationem attentatorum impetrans uidetur in effectu nouum ius impetrare.*
17 *Confirmans, quod nullum eſt, dare dicitur.*
18 *Impetratio iuris noui lite pendente regulariter fieri poteſt abſque vitio attentatorum remiſſiue.*
19 *Priuilegium regulariter lite pendente impetrari valide non poteſt.*
20 *Confirmatio rei litigioſæ per principem facta non valet, quominus iudex poſſit in lite mota ad ulteriora procedere.*
21 *Princeps per ſuam conceſſionem nunquam cenſetur velle alteri auferre ius quæſitum.*
22 *Etiam ſi fuiſſet facta motu proprio.*
23 *Princeps non poteſt iuri quæſito præiudicare, niſi ex certa ſcientia, & facta expreſſa mentione de illo iure.*
24 *Impetrationes, quæ fiunt ad inſtantiam partis, cenſentur vt plurimum à Principe per importunitatem extorqueri.*
25 *Fraudibus non eſt aperienda uia, nec danda occaſio delinquendi.*
26 *Iudex non debet quemquam in ſuo delicto authorizare.*
27 *Poſſeſſio violenta & ſpoliatiua etiam ſi fuerit Principis reſcripto confirmata, eſt reſtituenda.*
28 *Clauſulæ motus proprij efficacia uidetur confirmationem actus attentati validam reddere.*
Contrarium uidetur verius, ut infra nu. 31.
Secundum commu. opi. vt infra nu. 32.
29 *Attentatum ſi per uiam gratiæ fuerit per principem motu proprio reuocatum, & deinde incipiat conſtare de non iure illius, ad cuius fauorem fuit facta reuocatio, durat reuocatio, & non attentatum.*
30 *Aliàs ſi reuocatio fuerit ad inſtantiam partis, durat attentatum, & non reuocatio.*
31 *Conceſſio lite pendente etiam motu proprio facta non valet ſecundum veriorem opi.*
32 *Et ſecundum commu. opi.*
33 *Confirmatio rei litigioſæ etiam motu proprio facta non ualet.*
34 *Et hoc communiter tenetur.*
35 *Attentata etiam confirmata per Principem ad inſtantiam partis in forma communi ueniunt reuocanda.*
36 *Secus ſi ex certa Principis ſcientia.*
37 *Confirmatio ex certa ſcientia tunc fieri dicitur, quando in ea deſt clauſula*

Source : BIU Cujas

ſula ex certa ſcientia.

38 *Vel tenor rei confirmatæ fuerit inſertus.*

39 *Vel ſi fuerit appoſita clauſula non obſtante, &c.*

40 *Vel emanauit ſecunda iuſſio.*

41 *Principis ex certa ſcientia quod factum eſt, in dubium reuocari non debet.*

42 *Confirmatio à Principe etiam ex certa ſcientia facta non prodeſt quicquam, niſi facta fuerit cum cauſæ cognitione, & parte citata.*

43 *Quando ſcilicet adeſt pars, quæ citari poſſit.*

44 *Confirmatio actus attentati facta ex certa Principis ſcientia cum cauſæ cognitione, & partis citatione impedit illius reuocationem.*

45 *Confirmationi Papæ in præiudicium concedentis regulariter ſtandum eſt.*

46 *Secus in præiudicium tertij.*

47 *Etiam ſi ſit facta ex certa ſcientia.*

48 *Confirmatio lite pendente à Principe facta attentatorum vitio non careret, ſi in ea non fuiſſet expreſſe facta mentio litis, uel appellationis, remiſſiue.*

49 *Principis voluntas vbi apparet, de illius poteſtate non eſt dubitandum.*

50 *Princeps in dubio non cenſetur uoluiſſe alicui auferre actiones, neque remedium can. reintegranda.*

51 *Etiam ſi fuerit appoſita clauſula motus proprij remiſsiue.*

52 *Seu clauſula non obſtante &c.*

53 *Verbum, cõfirmare, de ſui natura nihil aliud ſonare uidetur, quã quòd per confirmationem firmetur, quod nullum eſt.*

54 *Papa per confirmationem rei litigioſæ non cenſetur cauſam ad ſe aduocare.*

55 *Niſi facta expreſſa litis huiuſmodi mentione, quia tunc cauſa ab inferiore eripitur.*

56 *Impetratio iuris noui lite pendente fieri non poteſt, quãdo tendit in præiudicium alterius partis.*

57 *Confirmatio attentati per principem facta regulariter non impedit illius reuocationem.*

58 *Etiam ſi fuiſset ex certa ſcientia.*

59 *Niſi interueniſset cauſæ cognitio, & partis citatio.*

60 *Etiam ſi fuiſset facta motu proprio.*

61 *Attentata confirmata à principe cum cauſæ cognitione & partis citatione, conualidata & purgata cenſentur.*

62 *Aliàs ſi fuiſset omiſsa expreſsio litis, uel appellationis, nec fuiſset habita cauſæ cognitio, & partis citatio, confirmatio talem effectum non operaretur.*

63 *Etiam ſi talis omiſſio fuiſset facta ſine dolo, & per ignorantiam.*



1 Vinquageſimoſecundò notabiliter, & utiliter limitari poteſt, † vt regula principalis non procedat, quando actus, qui prætenditur attentatus, fuiſſet à principe confirmatus. Quam limitationem nemo eſt, qui ponat, & ſolus Soci. in conſi. 45. uiſa. num. 16. verſ. decima, & ultima dubitatio. lib. 1. illius occaſionem prę buit, dum talem caſum ponit, quòd cum quidam Abbas Sancti Antonij procederet õ quoſdam ſuos ſubditos, illi ab eius ſententia, & à grauaminibus ſibi per eum illatis appellauerunt, qua appellatione pẽdente Abbas præfatus deuenit õ eos ad priuationes quorundam beneficiorum, quæ cum fuiſſent poſtmodum per Papam confirmatæ, dubitabatur ibi an dicta confirmatio impediret dictarum priuationum reuocationem. Et quamuis Soc. ibi in hoc reſidere videatur, quòd dicta confirmatio impediat huiuſmodi reuocationẽ, ſi in eius impetratione de dicta appellatione fuiſſet facta mẽtio, præſertim ſi confirmatio non fuiſſet in forma communi, nihilominus quia ille ibi ſatis ieiune uidetur articulum tangere, & caſus iſte quotidianus eſſe poteſt, operæprecium eſſe duximus, aliquantulum latius circa eũ inſiſtere. Vt aũt illius ueritas clarius apparere poſſit, ſciendum eſt, q̃ plures in propoſito poſſunt conſiderari opiniones.

Prima ſit opinio, quòd huiuſmodi attentata poſt principis confirmationem non ueniant reuocanda, quæ ex pluribus ſuaderi poteſt, &

2 Primò: † quia confirmationi Papæ regulariter ſtandum eſt, c. ſi Romanorum. 19. diſt. & poſt Bald. in l. reſcripta. C. de precibus imperat. offeren. tradit Aug. Bero. in cõſi. 88. in cauſa. num. 19. lib. 1.

3 Secundò: † quia Princeps dicitur eſſe ſupra ius. Rot. deciſio. 25. aliàs 310. ſi reus. in fi. de reſcriptis, in no. Aegid. deciſ. 4 749. licet in fi. in tantum, † ut actus, qui procedit à Principe, attentatorum uitio carere dicatur, ut diximus ſupra in hac 2. parte. c. 4. de attent. lite pend. in 12. limit. princ. per totam. Vnde confirmatio, de qua agitur, procedens à Principe, tanquam attentatorum vitio carens, debet cenſeri attẽtata purgaſſe, & illorum reuocationem impedire debere.

5 Tertiò: quia † princeps poteſt facere, ne attentata ab initio inducantur, ut patet ex his, quæ diximus ſupra in proxime allegato cap. 4. de attent. lite penden. in præfatione in 1. illat. num. 394. & ſequen. dum late demonſtrauimus, Principem per ſuas literas in forma breuis mandare poſſe, ut quis etiam lite pendente citra uitium ſpolij & attentatorum poſſeſſionem rei litigioſę conſequatur, ergo princeps debet poſſe, etiam poſtquam attentata ſunt inducta, illa purgare, arg.

6 eius quod diximus ibidem num. 405. † quòd ſi quis lite pendente (& ſic attentãdo) poſſeſſionem ingreſſus fuerit, & deinde in eius fauorem ſuperueniat breue cum clauſula prædicta, citra uitium attentatorum & c. dicta poſſeſſio, quæ alioquin erat dicẽda attentata, nõ reuocatur, ſed quaſi per Principem purgata uirtute ſuperuenientis breuis ſuſtinetur, ut fuit dictum in una Maioricen. canonicatus coram Thom. de Than. 17. Ianuarij 1545. & eſt deciſio. in recollect. Put. 18. poſſeſſio, ſub rub. ut lite pend.

7 Quartò: † quia ſi Princeps poteſt etiam ſine cauſa tollere alicui actiones, ut poſt Paul. de Caſtr. & alios per eum allega-

8 tos, tradit Bero. in conſi. 177. conſideranti. num. 12. lib. 2. † ergo multo magis Princeps confirmando uidetur poſſe tollere officium iudicis mercenarium, quod implorari debet per petentem attentatorum reuocationem, ut diximus ſupra in 1. parte in præfatione, in deſcriptione attentati nu. 28. ex quo tale officiuꝫ non uidetur ita radicari in perſona eius, qui paſſus eſt attentata, ſicut actiones, quæ oſſibus agentis cohærere dicuntur.

9 Quintò facit in ſimili: quia † ſicut ſpoliatus à principe nõ agit remedio can. reintegranda, ut poſt Doct. in c. conquerẽte. de reſtit. ſpoliat. tradit Aug. Bero. in conſil. 60. in prçſenti. num. 21. lib. 3. (cum tale remedium princeps tollere poſſit, ut per Ruyn. in conſi. 48. uideretur. ſub num. 3. lib. 4.) ita priuatus a principe per confirmationem attentatorum iure agendi ad illorum reuocationem non debet illa amplius reuocare poſſe.

10 Sextò, & melius facit in ſimili, quod aliàs dicitur, † quòd acta ordinatoria iudicij pereunt, & annullantur perempta inſtantia, ut ſunt citatio, litis conteſtatio, datio fideiuſſoris de iudicatum ſoluendo, & ſimiles quorum effectus in alia inſtantia, etiam inter eaſdem perſonas non habetur in conſideratione, ut poſt Bart. in l. terminato. C. de fruct. & litiũ ex-

11 penſ. & in l. 2. C. de edend. tradunt Docto. in dicta l. 2. † & tamen ſi dicta acta ordinatoria fuiſſent à Papa, & à principe confirmata, utiq; ſuſtinentur, & non pereunt, ut firmat Rip. in dicta l. 2. ſub num. 27. uerſic. reſtringenda eſt hæc ampliatio, & uerſ. puto tamen reſtrinctionem ueram. C. de edend. Vnde ſicut illa acta ordinatoria, quæ perempta inſtatia erãt nulla, per confirmationem principis conualeſcunt, ita etiã attentata, quæ de ſui natura regulariter ſunt ipſo iure nulla, ſecundum ea, quæ latius diximus ſupra hoc eod. cap. 12. in 17. amplia. princip. debent per Principis confirmationẽ conualeſcere, & ualidari: qua ualiditate præſuppoſita, fruſtra de illorum reuocatione vltra quæri debet.

Septimò: quia aliàs dicunt Docto. prout Barto. in l. quominus. in 2. q. ff. de flum. & poſt eum Bero. in conſi. 140. præ-

12 ſentem conſultationem. num. 36. lib. 3. † quòd Princeps poteſt facere licitum, quod erat illicitum. Vnde Princeps con-

13 firmando attentata † quę regulariter dicuntur eſſe illicita ſecundum gl. magiſtram in c. non ſolum. in uerb. reducendũ. verſi. dic tamen. de appell. in 6. & patet ex his, quæ poſuimus latius ſupra in hac eadem parte. c. 4. de attent. lite pend. in 1. ampliat. princ. debet cenſeri illa feciſſe licita, & conſequenter non eſſe ulterius reuocanda.

Octauò, q̃ talia attentata iudex reuocare poſt confirma-

14 tionem non poſſit, efficaciter deduci uidetur † quia Papa cõfirmando uidetur manum apponere huic cauſę, & articulo attentatorum, cauſamque ad ſe aduocare. Ergo nemo alius

15 inferior poteſt in dictis attentatis ſe intromittere; † cum ea natura ſit manus appoſitionis Papę, ut omnium inferiorũ poteſtas per eam cenſeatur ligata, arg. eorum quę diximus latius ſupra in hac 2. parte cap. 10. de attent. poſt aduocat. cauſę, num. 4. & ſequ. ergo neque pars, neque iudex poterunt ultra dictorum attentatorum reuocationem cõſequi. Inferior enim non poteſt ea, quæ per ſuperiorem ex certa ſcientia facta ſunt, confirmare, ut poſt alios no. Burſat. in conſ. 30. omiſſis. num. 20. lib. 1.

Nonò facit: † quia impetrans hoc caſu attentatorum cõfirmationem, uidetur in effectu nouum ius impetrare, quoniam cum attentata ſint ipſo iure nulla, ut dictum eſt, illorum confirmatio dicenda eſt datio, ac iuris noui conceſſio:

17 † quia confirmans, quod nullũ eſt, dare dicitur, ut poſt alios

18 tradit Deci. in conſil. 184. & pro tenui. num. 8. † lite autem, vel appellatione pendente regulariter tam in poſſeſſorio, q̃ in petitorio nouum ius impetrare licet, abſque uitio attentato-

tatorum, ut diximus ſupra in dicto c.4. de attent.lite pen-
den.in 20.limit princ.nu.3.& ſeq.ergo &c.

Decimò id comprobatur ex eo, quod aliàs dicitur, ꝙ pro
uiſio Papæ purgat uitium litigioſi, vt poſt Sarnen.ſuper reg.
de imped.per obit.famil.Card q.8.nu 6. ſenſerunt aliàs Do-
mini, ut colligitur ex deciſ in recollect.Caputaquen.parte 1.
deciſ.77.incip. in dubio. unde ſicut Papa prouidēdo purgat
uitium litigioſi, ita & attentata confirmando debet cenſeri
illa purgare.

Secunda poteſt eſſe opinio negatiua huic contraria', quòd (confirmatione Principis non obſtante) huiuſmo-
di attentata ſint omnino reuocanda, quæ etiã ex pluribus
ſuaderi poteſt.

19 Primò; quia † ſicut priuilegium regulariter lite pendente
impetrari ualide non poteſt ſecundum ea, quę late diximus
ſupra in hac 2. parte, cap. 4. de attent lite pend. in 7. illat. regu
læ princip. ibi poſitæ nume. 631. & ſequen. ubi oportunas
etiam huic concluſioni declarationes adhibuimus, ita nec
confirmatio à Principe impetrari poſſe uidetur, & ſpeciali-
20 ter † ꝙ ꝯfirmatio rei litigioſę non valeat, quominus iudex
poſſit in lite mota ad ulteriora procedere, & conſequenter
procedendo attentata reuocare, eſt text. & tradit Abbas, &
Decius ibi in cap. 1. poſt princ. de confir. uti uel inuti. Vnde
præſuppoſita confirmationis inualiditate, firma remanet cō
cluſio, & regula, quòd attentata appellatione pendente ſint
ante omnia reuocanda, ad cap. non ſolum. de appellat. in 6.
cum ſimilibus.

21 Secundò, † quia Papa per ſuam conceſſionem nunquam
cenſetur velle auferre ius alteri quæſitum, quod non ſolum
procedit ſecundum regulam cancellariæ de iure queſito nō
tollendo, uerum etiam de iure communi: cuꝫ in dubio prin
ceps non præſumatur uelle tertio præiudicare. l. 2. §. merito.
& §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in loco publ. c. ſuper eo. de
offic. delegat. c. quamuis. de reſcript. Deci in conſil. 389. uiſa.
num. 4. & in conſ. 520. in cauſa. num. 3. ubi illud ampliat pro
22 cedere, † etiam ſi conceſſio fuiſſet facta motu proprio, ergo
confirmatio, de qua agitur, non uidetur potuiſſe auferre ius
ad attentatorum reuocationem antea illi quæſitum, qui at-
23 tentata paſſus fuerat, †& tanto magis, quia princeps non po
teſt iuri quęſito præiudicare, niſi ex certa ſcientia, & facta ex
preſſa mentione de illo iure, ut poſt alios tradit Aug. Bero.
in conſi. 177. num. 32. lib. 2.

Tertiò; quia per huiuſmodi confirmationes, & conceſſio
24 nes † (quæ ad inſtantiam partis factæ ſolent quandoque, &
vt plurimum à Principe per importunitatem extorqueri, vt
per Deci poſt alios in conſil. 576. pro reſolutione. num. 12.)
videtur aperiri via fraudibus, & dari occaſio delinquendi,
25 †, quod iura ſemper abhorrent, ad not. in l. in fundo. ff. de rei
uendicat. Capic deciſ. 176. in cauſa. num. 33. quia ſub ſpe ta-
lis confirmationis quis inuitaretur ad attentandum, & con-
ſequenter ad delinquendum, cum attentare ſapiat deli-
ctum, vt diximus ſupra in prima parte cap. 1. de attentat. à
parte. num. 10.

26 Quartò: quia † ſicut iudex non debet quemquam autho-
rizare in ſuo delicto, ut in propria materia noſtra attentato
rum hac ratione particulariter poſt alios uſi ſumus intra in
3. parte. cap. 24. de reo & exceptionibus ꝯ attent. competent.
q. 1. nu. 22. ubi plures Rot. Egid. & Caſſad. deciſio. in id citaui
mus, ita & multo minus dicendum eſt hoc procedere in Pa-
pa, ꝙ ſcilicet per ſuam confirmationem cenſeatur uoluiſſe
attentantem in ſuo delicto authorizare, & confouere.

Quintò pro hac opin. non parum facit, quod aliàs dicitur,
27 † ꝙ ſi quis ſpoliando aduerſarium adeptus fuerit poſſeſſio-
nem, & à Principe petierit, & obtinuerit ſe in ea confirmari,
& de ea inueſtiturã & infeudationem fuerit ꝓſecutus, nihil
agit, & talis infeudatio nullius eſt momenti & ſpoliatus ad-
huc eſt reſtituendus: ut poſt Bal. in l. 1. de conſtit. & in c. 1. de
natura feud. tradit Alciat in conſi. 26. Marchionatus. in princ.
lib. 6. & iterum conſi. 28. reſpectu poſt princ. eod. lib. 6. Quod
& gñale eſt in ſpolio, ut etiam ſi poſſeſſio uiolenta ſit princi-
pis reſcripto confirmata: nihilominus ſpoliatus ueniat reſti
tuendus ad tex. in l. authoritate. C. unde ui. & tradit poſt Laſ.
in conſi. 162. colum. 3. lib. 4. Ruyn. in conſi. 35. lib. 1. Pariſ. in
conſil. 101. num. 68. lib. 1. & alios quamplures per eum alle-
gatos Ant. Gabriel. cōmu. concl. lib. 5. de reſt. ſpol. conclu. 1.
nu. 27. Cui adde Menoch. conſi. 2. magni num. 345. lib. 1. Vn
de ex hoc patet ꝙ principis confirmatio non purgat ſpoliū,
ergo multo minus debet purgare attentatum, in quo uiget
maior odij ratio.

Tertia quoque poteſt ꝓſiderari opinio: ut diſtinguamus,
ꝙ aut ꝯfirmatio de qua agitur, fuit motu proprio Principis,
28 aut ad inſtantiam partis: † vt primo caſu præſuppoſita con-
firmationis ualiditate ob efficaciam dictæ clauſulæ motus
proprij, attentata non ualeant reuocari, ex quo conceſſio, ēt
lite pendente, etiam de lite mentione non facta ualida cen-
ſeatur, ſi ſit facta motu proprio, ut tenent Docto. in c. cau-
ſam. el 2. de teſtib. Mil. in uerb. gr̃a ſi dicatur impetrata. fol.
153. Ruyn. in conſi. 80. quamuis. num. 4. in fi. lib. 5. Pariſ. conſ.
74. gratia. num. 17. lib. 4. & alij quos allegat Anto. Gabr. com-
mu. concluſ. lib. 2. de iudic. conclu. 4. num. 20. verſ. 9. amplia,
in princip. de quo & nos aliquid poſuimus ſupra in hac 2.
parte, cap. 4. de attent. lite pend. in 7. illat. num. 643. Secundo
verò caſu, quando fuerit facta ad inſtantiam partis: tunc nō
obſtante huiuſmodi confirmatione attentata ueniant reuo
canda: tum quia talis ꝓceſſio, & confirmatio lite pendente
impetrata, quando tendit in præiudicium tertij, regulariter
non ualet, ut diximus ſupra in dicto cap. 4. de attent. lite pen
den. in 20. limit. princip. num. 16. & ſequ tum etiam quia, ut
ſupra dictum eſt num. 24. confirmationes huiuſmodi ad par
tis inſtantiam obtentæ ad importunitatem ſupplicantis po-
tius, q̃ ex debito iuſtitiæ cenſentur à Principe extortæ. Deci.
in dicto conſi. 576. pro reſolutione. num. 12. Pro qua opin. fa
cit ſimilis diſtinctio, quam pariter in materia noſtra attenta
torum faciunt aliàs Docto. in c. 1. vt lite pend. in 6. præſertim
Gemin. poſt Lap. ibi, quod reaſſumpſit etiam Fran. poſt eos
in c. nou ſolum. in princ. colum. fin. ſub num. 10. de appellat.
29 in 6. dum volunt, † ꝙ ſi aliquod attentatum fuerit per uiam
gratiæ per principem reuocatum, deinde incipiat cōſtare de
iniuſtitia, & de non iure illius, ad cuius fauorem fuit facta re
uocatio, ſi dubitetur, an dicta reuocatio ſit reuocanda, & ꝓſe
quenter an duret (vt illi dicunt) reuocatio, uel potius attenta
30 tum; diſtinguunt, ꝙ ſi reuocatio fuit facta motu proprio, du
ret reuocatio † ſi ad inſtantiam partis duret attentatum, &
ꝓſequenter reuocatio ſit reuocanda, de quo & nos ſpeciali-
ter mentionem fecimus infra in 3. parte c. 21. quib. & quot
mod. attent. reuoc. ſit peten. num. 19. Vnde ſicut quando agit̃
de reuocatione attentati per principem facta adhibetur ſu-
pradicta diſtinctio (ut ꝓriorum ſit eadem diſciplina) non eſt
inconueniens, ut & quando agitur de confirmatione atten
tati eadem diſtinctio adhibeatur. Verùm hæc diſtinctio licèt
prima facie uideatur applaudens, eam tamen in propoſito
non eſſe admittendam cenſeo; qm̃ fundamentum primi il-
lius capitis, quando ſcilicet eſt facta motu proprio, non uī
omnino tutum, ac uerum, cū immo alij multi fuerunt con
31 trarię ſnīæ, † ꝙ immo ꝓceſſio lite pendente etiam motu pro
32 prio facta non ualeat † & iſta demum dicatur eſſe commu-
nis opinio, de qua poſt Brun in conſi. 21. colum. fin. uerſi. nō
obſtat, ſi dicatur, & Ant Gab qui eum refert, adnotauimus,
& nos in dicta 7. illatione num. 644. Et eo magis; quia in ſpe
33 cie † ꝙ confirmatio lite pendente ſuper re litigioſa, etiã mo
tu proprio facta non ualeat, nec liti præiudicet, quo minus
iudex poſſit in cauſa procedere, tradit poſt Docto. in d. cap.
cauſam. Deci in cap. 1. & 2 in 1. notab. colum. 1. ad med. uerſ.
34 & quod dictum eſt, de confirm. utili. uel inutil. † vbi & hoc
communiter teneri per Docto. atteſtatur. Vnde ſi hoc caſu
talis confirmatio, etiam motu proprio facta non ualet, nec
liti iam motę præiudicat, ut dicit expreſſe tex. in dicto c. 1. er
go iudex debet poſſe non obſtante confirmatione, ad atten
tatorum reuocationem procedere.

Quarta huic proxima opi. ex alia diſtinctione colligi pōt:
35 † vt ſi confirmatio ſit facta ad inſtantiam partis in forma cō
muni, & caſus iſte de plano procedat, ut per eam non impe
diatur attentatorum reuocatio, per ea quæ dicta ſunt in pro
36 xima opi. num. 28. † ſi uerò fuit facta ex certa principis ſciē-
37 tia † puta quia in ea adeſt clauſula ex certa ſcientia. † Vel te
38 nor rei ꝓfirmatæ fuerit inſertus. † Vel fuit appoſita clauſu-
39 la non obſtante. † Vel emanauit ſecunda iuſſio, ut declarat
40 Deci. in rubr. de confir. vtili. vel inutil. num. 2. quem ex recen
tioribus ſequitur Hier. Gab. in conſi. 83. reſpondi. num. 84.
41 lib. 1. & tunc ſecus, ob efficaciam dictæ clauſulæ: † quod. n.
ex certa principis ſciētia factum eſt, in dubium reuocari nō
debet, vt tradit Deci. in conſi. 516. num. 8. ſed nec iſta opin.
ac diſtinctio undique ſatisfacit, cum ut tradit Aug. Bero. in
conſi. 7. ſuper extractione. num. 38 lib. 3 poſt Imol. in c. ue-
nerabilis. de confir. utili uel inutil. & Docto. in cap. 1. eō. tit.
42 † confirmatio à Principe etiam ex certa ſcientia facta non
prodeſt quicquam, niſi facta fuerit cum cauſæ cognitione,
43 & parte citata † quando pars adeſt, quæ citari poſſit, ut ille
ibi declarat dicto nume. 38. prout in attentatis reuocandis
ſemper partem extare dicendum eſt, cum regulariter ſem-
per adſit is qui attentata paſſus eſt, prout idem de cauſæ co-
gnitione ponit Io. Bapt. Ferret. in conſil. 38. in cauſa. num. 8.
lib. 1. ubi eleganter tractat hanc materiam confirmationis.
Ex his autem quæ ſunt ultimo loco dicta, poteſt alia uerior
diſtinctio colligi, & erit.

44 Quinta opi. † quòd aut fuit ꝓfirmatio facta ex certa prin
cipis

cipis ſcientia, & cum cauſæ cognitione, & parte citata, & talis confirmatio impediat attentatorum reuocationem, & ita procedant ea omnia, quæ ſupra ſunt pro prima opi. allegata. Aut in confirmatione fuit omiſſa cauſæ cognitio ac citatio partis, & tunc non obſtante huiuſmodi confirmatione attentata reuocari poſſint, & procedant allegata ſupra in ſecunda opin.

Quòd ſi ex tot relatis opinionibus abſolute alteri, præſertim primæ, vel ſecundæ adhærendum eſſet, ego tanquam veriorem ſecundam amplectendam cenſeo, in qua concludit ꝙ cõfirmatio attentatorũ ꝑ principẽ, facta regulariter nõ dẽt illorum reuocationem impedire. Et tenendo eã ad allegata ſupra in contrarium pro prima opi. reſpondetur, &

45 Ad primum † ꝙ licèt confirmationi Papæ regulariter ſit ſtandum, illud tamen intelligi debet in præiudicium concedentis, ex quo latiſſima ꝯ eum ſit interpretatio, ad no. in l. fi.
46 ff. de legibus, cum ſimil. † ſecus in præiudicium tertij: confir-
47 matio enim † etiam facta ex certa ſcientia non ualet in præiudicium tertij, ut poſt Bald. in prælud. feud. colum. 14. verſi. item dicit Andreas de Iſer. & Aretin. in conſi. 15. reuerendiſſime pater. colum. 5. tradit expreſſe Deci. in ca. ſua nobis. nu. 7. de confir. vtil. uel inutil. Cum aliàs generale ſit, ut clauſula ex certa ſcientia nihil operetur in detrimẽtum tertij, ut poſt Gozad. conſil. 9. num. 42. Soc. Iun. conſil. 77. nume. 126. lib. 1. Aretin. conſi. 15. num. 6. Curt. Iun. conſi. 142. num. 8. verſicu. nec obſt. Pariſ. conſil. 1. num. 84. & conſil. 11. num. 121. lib. 1. Zaſi. conſ. 10. num. 30. lib. 2. & Grammatic. deciſ. 104. num. 1. & ſequ. tradit nouiſſimè Menoch. conſil. 1. conſultatio hæc. num. 431. lib. 1. Quod iterum replicauit per eaſdem authoritates in conſil. 103. non eſt. num. 83. eodem lib. primo, ubi inſuper etiam Roland. in conſil. ſeptimo, num. 103. lib. 3. in id allegauit.

48 Ad ſecundum rñdetur † quòd immo, & ipſa confirmatio lite pendente à Principe facta attentatorum uitio non careret, ſi in ea non fuiſſet expreſſe facta mentio de lite, uel 58
appellatione, ſecundum ea, quæ latius diximus ſupra cap. 4. 59
de attent. lite penden. in 7. illat. num. 631. & ſequen. Præterea fateri poſſumus, ꝙ Princeps ſit ſupra ius, nõ tamen tenet cõſequentia, eſt ſupra ius, & poteſt attentata reuocare, ergo in dubio per confirmationem attentata reuocauit: quinimmo in dubio habemus regulam in contrarium, quòd per confirmationem rei litigioſæ per Principem lite pendente factam non impeditur iudex, quo minus poſſit in cauſa procedere, ut eſt tex. in cap. 1. & ibi notant omnes, de confirmat. vti. uel inutil.

Ad tertium reſpondetur, ut ad proximum, ꝙ negari non poteſt, quòd ſi Princeps uult, non poſſit taz ab initio, quàm
49 ex poſt facto tollere attentata † quia ubi conſtat de uolunta- 60
te, de Principis poteſtate non eſt dubitandũ, vt inquit Ruyn. in conſi. 76. primò eſt uidendum. num. 6. & ſub num. 10. verſic. ex præmiſſis. lib. 5. in caſu autem noſtro dicimus non apparere Principem voluiſſe attentata per confirmationem auferre, niſi in ꝯfirmando fuerit habita cauſæ cognitio, & pars 61
citata, ut dicemus infra in prima limit. nu. 61.

Ad quartum, & quintum poteſt eodem modo reſponderi, quòd licèt poſſit Princeps tollere actiones, & remedium
50 Can. reintegranda. † id tamen in dubio non cenſetur voluiſ-
ſe, vt adnotauimus ſupra in dicto ca. 4. de attent. lite pend. in
51 prima illat. num. 402. † etiam ſi fuerit appoſita clauſula mo-
52 tus proprij † & clauſula non obſtante, vt ibidem dictum eſt. Præſertim, quia dato, ꝙ Princeps etiam ex certa ſcientia auferat alicui actiones, põt tñ ille implorare officium iudicis, & proſequi iuſtitiam ſuam, ut poſt Bald. in l. reſcripta. in fin. C. de precib. imper. offer. tradit Sigiſmund. Loffred. in conſi. 38. quoniam. num. 33. quod etiam poſuit idem in conſil. 34. fit in ſacro. num. 7. poſt Andr. de Iſern. in ca. primo. §. fin. de cap. qui cur. uend.

Ad ſextum reſpondetur, ꝙ arg. in effectu nihil aliud concludit, q̃ quòd attentata, quæ erant de iure nulla, per ꝯfirmationem valide à Principe factam conualidantur, & hoc uti-
53 que abſque ꝯdictione fateri oportet: nam † & uis ipſius vocabuli confirmare de ſui natura nihil aliud ſonare uidetur, niſi ꝙ firmetur, quod antea nullum erat, ut tradunt Docto. 62
præſertim Decius poſt princ. in dicta rubr. de confir. util. uel inutil. non tamen ꝯcludit, ꝙ confirmatio, de qua agitur uali-
da ſit, & quòd illi, qui fuerat paſſus attentata, prẽiudicet, cuz 63
tantum valida illa cenſenda ſit (quo ad propoſitum noſtrũ) quando in ea interuenit cauſæ cognitio, & pars fuit citata, vt dictum eſt. Eodem modo ſeptimum tollitur, quòd licèt Princeps poſſit facere licitum, quod erat illicitum, non tamen credit in caſu, de quo agitur, id uoluiſſe per ſupradicta.

Ad octauum; quia negatur aſſumptum, quòd Papa confirmando attentata videatur manum apponere, & illam ad
54 ſe aduocare: † quoniam per confirmationem rei litigioſæ
55 Papa non uidetur litem ad ſe aduocare, † niſi expreſſa facta litis huiuſmodi mentione: quia tunc cauſa ab inferiore eripitur, vt declarat eleganter Decius in dicto cap. 1. colum. 1. ad med. & uerſicu. concluſio ſupradicta, de confirmat. util. uel inutili.

Ad nonum reſpondetur † quòd licèt lite pendente nouũ
56 ius valide impetrari poſſit, ut in ꝓrio: illud tamen non procedit, quando impetratio tenderet in præiudicium iuris alterius partis, vt dictum eſt in dicto cap. 4. de attent. lite penden. in 20. limit. princ. num. 16. prout eſt confirmatio, de qua agitur, quæ ſi ualida reputaretur, utique præiudicium inferretur ei, qui paſſus fuerat attentata, ut ultra illorum reuocationem petere non poſſit.

Ad decimum, quod arg. ſimiliter intelligendum eſt procedere, quãdo prouiſio de beneficio litigioſo fit ex certa Principis ſcientia, & cum expreſſione, quòd ſit litigioſum; tunc enim prouidendo illud vitium purgat, prout & nos hoc admitti poſſe dicimus, quando confirmatio ita fit, ut infra nume. 61.

Quoniam verò (ut ex præmiſſis colligere facile quiſque poteſt) plures ſunt caſus, in quibus ꝯfirmatio actus attentati per Principem facta non impedit illius reuocationem, q̃ ſint caſus, in quibus talis reuocatio impediatur, reſtringendo punctum, & concluſiue procedendo, poteſt in præſenti limitatione conſtitui.

57 Regula negatiua, † ꝙ confirmatio attentatorum per Principem facta nullo modo impediat quominus iudex poſſit in lite mota ad ulteriora procedere, ſm terminos dicti ca. 1. de confir. util. uel inutil. & conſequenter, quominus ad ulteriora procedendo poſſit ẽt huiuſmodi attẽtata reuocare: Quæ regula fundantur per ea omnia, quæ ſupra in 2. opin. nu. 19. & ſequ. adducta ſunt, Quæ ampliatur.

Primò, ut procedat † etiam ſi talis confirmatio fuiſſet facta ex certa ſcientia, † præterquam ſi hæc certa ſcientia reſultaret ex adhibita partis citatione, & cauſæ cognitione in confirmando, ut colligitur ex his, quę dicta ſunt num. 35. & ſeq. in 4. opi. & dicemus etiam infra nume. 61. in 1. limit. clauſula enim, ex certa ſcientia, nihil operatur, cum adhibita fuit ſine cauſæ cognitione, ut poſt Pariſ. in conſil. 4. num. 33. lib. 2. Grammat. deciſ. 66. num. 38. & Vant. de nullit. in tit. an quælibet ſent. nul. dic. poſs. num. 18. & Zaſ. conſil. 10. num. 38. lib. 2. tradit nouiſſime Menoch. conſil. primo, conſultatio. num. 433. lib. primo, quod poſt prædictos omnes & Rolan. in conſil. 7. num. 108. lib. 3. replicauit idem Menoch. in conſil. 103. num. 85. eod. lib. 1.

Secundò amplia, † vt procedat, etiam ſi talis confirmatio fuiſſet facta motu proprio principis: quia per hoc ualida nõ cenſetur, ut poſt Deci. in dicto cap. 1. colum. 1. ad med. uerſ. & quod dictum eſt (etiam de communi opi. atteſtantem) diximus ſupra num. 34. in 3. opi.

Limitatur nunc eadem regula uno modo, † ut non procedat, quando confirmatio proceſſiſſet à Principe cum cauſæ cognitione, & partis citatione: quoniam cum hoc caſu appareat de uoluntate Principis uolentis actum attentatum ſubſiſtere, etiam in contradictorio declarata, non uidetur hæſitandum, quominus huiuſmodi attentata cenſeantur per Principem conualidata, & purgata, ſecũdum ea quę diximus ſupra num 44. in quinta opin. & aliquid etiam dicemus infra in 3. parte cap. 29. de purgat. attentatorum, nu. 52. uerſic. purgatio per Principem, dum præter ea, quæ ſupra dicta ſunt, etiam ex alijs firmauimus, quòd per confirmationem Principis attentatorum purgatio in ducatur, & ita recte procedunt fere omnia motiua primæ opin. quę in huiuſmodi Principis uoluntate, ac poteſtate fundari potiſſimum uidebantur, & ita quoque uere uidetur ſenſiſſe Soci. in dicto conſil. 45. uiſa. num. 16. uerſic. decima, & ultima dubitatio. lib. 1. dum nihil aliud ibi in conſideratione habere uidetur quo ad hoc, ut dicta attentata poſt confirmationẽ non veniant reuocanda, niſi quòd de appellatione interpoſita fuerit princeps plene informatus, & in confirmatione expreſſa facta mentio, † aliàs ſi mentio facta non fuiſſet, ipſe quoque in hac opinione reſidere uidetur, ut etiam poſt confirmationem attentata veniant reuocanda, ut latius ibi per eum. Quam limitationem amplia, ut procedat † etiam ſi omiſſio cauſæ cognitionis, ac partis citationis, expreſſionis litis, & appellationis in confirmatione (de qua proxime) fuiſſet facta ſine dolo, & per ignorantiam; quoniam nec hoc caſu per hoc confirmatio rei litigioſæ magis ualere diceretur, ut expreſſe concludit Deci. in dicto c. 1. col. 1. ad med. verſic. & quod dictum eſt, de confirmat. util. uel inutili.

Limi-

Source : BIU Cujas

Roberti Lancellotti. De Attentatis:

Limitatio LIII.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio interpoſita in caſu à iure prohibito non facit attentata.*
2 *Secundum commu. opi.*
3 *Exceptio iſta, quòd fuit appellatum in caſu a iure prohibito eſt per iudicem ad quem ante omnia diſcutienda, & ſuper ea tacite, aut expreſſe pronunciandum.*
4 *Executio appellatione pendente fit in omnibus illis caſibus, in quibus à iure prohibita eſt appellatio.*
5 *Exemplum in appellatione contra tres conformes.*
6 *Nec reuocatur per uiam attentati.*
7 *Appellatio quando non eſt legitima, iudex poteſt procedere, nec talis proceſſus reuocatur per uiam attentati.*
8 *Appellatio ab executione, ſeu pronunciatione de exequendo non facit attentata, & infra num. 11.*
Secundum commu. opi. ut infra num. 13.
9 *Ratio prima; quia non ſuſpendit, aut extinguit huiuſmodi appellationis pronunciationem.*
10 *Secundum commu. opi.*
12 *Secunda ratio: quia talis appellatio eſt à iure prohibita.*
14 *Appellatio à pronunciatione de exequendo an ualeat remiſſiue.*
15 *Aliqui (etiam de commu. opi. atteſtantes) ſenſerunt, quòd hoc caſu appellatio permittatur.*
16 *Alij & magis communiter, quòd immo nec à pronunciatione de exequendo detur appellatio.*
17 *Et ab hac opi. in iudicando non eſt recedendum, & qui alteri opin. vellet inhærere, id ex imperitia facere præſupponeretur ſecundum aliquos.*
18 *Commiſſio de exequendo multo minus admittit appellationem, quam pronunciatio de exequendo.*
19 *Commiſſio de exequendo dicitur pars realis executionis.*
20 *Cautela, ut ab executione nullatenus appellari poſſit, illa eſt, vt iudex non pronunciet ſententiam exequendam eſſe, ſed executionem committat.*
21 *Appellari poteſt à pronunciatione de exequendo, quando ſententia, de cuius executione agitur, lata eſt contra vnum, pronunciatio autem de exequendo eſſet contra alium.*
22 *Appellatio ab executione ualet, quando in ea modus exceditur.*
23 *Secundum commu. opin.*
24 *Exceſſus ratione in qualibet cauſa mundi admittitur appellatio. Etiã ſi ſimus in executore apoſtolico.*
25 *Exceſſus in exequendo non præſumitur, niſi probetur.*
26 *Appellatio ratione huius exceſſus in executione non niſi ſemel conceditur.*
27 *Appellatio ratione huius exceſſus ad hoc vt ualeat, debet in ea ſpecifice exprimi cauſa, & in quo fuerit exceſſum.*
28 *Exceſſus in exequendo altero de tribus modis contingere poteſt, uidelicet ratione rei, ratione temporis, & ratione exceptionum, quæ non fuerint admiſſæ.*
29 *Cognitio, an modus in exequendo fuerit exceſſus, ſpectat ad iudicem à quo.*
30 *Appellatione ab exceſſu executionis pendente fructus interim ad inſtantiam partis ſequeſtrantur, & poſſeſſio rei per ſuperiorem ad ſe auocari poteſt.*
41 *Appellatio à mandato de exequendo conceſſo parte non citata interponi poteſt, ſecundum aliquos.*
32 *Appellatio à reiectione exceptionis oppoſitæ valet.*
33 *Exceptiones contra executionem, ad hoc vt ratione reiectionis illarũ detur appellatio, debent opponi ante pronunciationem, & commiſſionem de exequendo.*
34 *Iudex reijciens aliquas exceptiones contra executionem oppoſitas, quæ tamen ante commiſſionem de exequendo non fuerant oppoſitæ, non poteſt dici prætextu huiuſmodi reiectionis modum in exequendo exceſſiſſe.*
35 *Appellari poteſt à ſententia, per quam inducitur executio alterius ſententiæ, quando in ea aliquid de nouo inducitur.*
36 *Niſi à prima ſententia, cuius executio dicitur eſſe ſecunda ſententia, prohibita fuiſſet appellatio.*
37 *Ab executore apoſtolico (in caſu de quo hic per Dominos conſideratur) appellari poteſt.*
38 *Appellatio vbi ab executione permittitur, debet in ea exprimi cauſa iuſta appellandi.*
39 *Aliàs appellatio eſſet nulla.*
40 *Secundum commu. opin.*
41 *Niſi ex facie, & forma ipſius ſententiæ conſtaret vere de grauamine, puta quia in ea exprimeretur cauſa iniuſta, vel à iure reprobata.*
42 *Cauſa iuſta eſt in appellatione ab interlocutoria exprimenda.*
43 *Appellatio ab interlocutoria, cuius iniquitas detegitur per allegationem iuris, non exquirit expreſſionem iuſtæ cauſæ.*
44 *Expreſſio iuſtæ cauſæ, quæ requiritur in appellatione ab executione, debet eſſe ſpecifica, nec ſufficit fieri per relationem ad acta.*
45 *Contumax uerus non appellat.*
46 *Latro famoſus appellare prohibetur.*
47 *Criminoſus notoriè appellationem interponere non poteſt.*
48 *Appellatio in infinitis propè caſibus prohiberi dicitur remiſſiue.*
49 *Appellatio non ſolum à iure, verum etiam ab homine prohibita non facit attentata.*
50 *Tacita appellationis prohibitio operatur, vt appellatio contra eam interpoſita non faciat attentata.*
51 *Statutum mandans inter certas perſonas ſententias latas executioni demandari, cenſetur tacite appellationem prohibere.*
52 *Appellatio de iure communi prohibita ſi per aliquod ſtatutum permittitur, non operatur effectum ſuſpenſiuum, & conſequenter nec attentata.*
53 *Appellatio ſemel per ſtatutum permiſſa in poſſeſſorio non operatur effectum ſuſpenſiuum, ſed tantum deuolutiuum, ſecundum aliquos.*
54 *Inhibitio etiam uigore appellationis in caſu prohibito interpoſitæ facit attentata, ſecundum ſtilum modernæ Rotæ.*
55 *Appellatio, etiam in caſu à iure prohibito facit attentata, ſi iudex illi detulit.*
56 *Vel ſi illam de facto iudex admiſit, & pars illam approbauit.*
57 *Appellatio quantumcunque ſit prohibita, ſi tamen adſit iuſta appellandi cauſa, poteſt illam exprimendo appellari.*
58 *Prohibitio appellationis quò ad hoc, ut non faciat attentata, intelligitur adeſſe, quando prohibetur, quò ad effectum ſuſpenſiuum, licèt non quò ad deuolutiuum.*
59 *Appellatio ab executione, quæ fit vigore obligationis in forma cameræ, cum deuoluat, & non ſuſpendat, non retardat executionem.*

1 
Vinquageſimatertia limitatio ſit: † vt non procedat in appellatione interpoſita in his caſibus, in quibus appellatio prohibetur: quia tunc geſta poſt appellationem ꝫ prohibitionem legis interpoſitam, non ueniũt tanquam attentata in primis, & ante omnia reuocanda, ad tex. in cap. non ſolum, ibi exceptis caſibus, in quibus iura poſt ſententiam prohibent appellari, & ibi glo. in verb. caſibus, & ibi quoque Gemin. in 3. not. de appellat. in 6. Speculat. de appellat. §. nouiſſime. poſt princ. uerſic. quartus caſus, & poſt eum Lancell. Corrad. de prætor. §. 2. de offic. præt. in cauſ. ciuil. cap. de appellat. ſub nume. 21. verſ. quartò ſub illis caſibus, & alibi ſæpiſſime Docto.
2 quam glo. † communiter approbari teſtatur Viuius commu. opi. lib. 2. opi. 30. incip. attentata. in fi. Hinc dicebat ſingulariter Abb. in conſ. 14. incip. indiuidue. colum. 2. verſi. ſed his
3 non obſtant. lib. 1. † quòd iſta exceptio, quòd fuit appellatũ in caſu à iure prohibito, eſt per iudicem ad quem ante omnia diſcutienda, & ſuper ea tacitè uel expreſſe pronunciandum. Hinc etiam dicebat Iaſ. in conſi. 187. circa primum. colum. 6. in fi. lib. 2. † quòd in omnibus caſibus, in quibus prohibetur appellatio, poteſt pendente prætenſa appellatione
4 fieri executio, & Andr. Barbat. in cõſ. 10. mihi uidetur. col. 3.
5 ſub num. 2. uerſi. præterea ſi dicatur, lib. 1. † ubi ponit exemplum in eo, qui ꝫ tres conformes volebat appellare, & tradit etiam Guid. Pap. in conſi. 219. male. num. 2. Quod & dixit poſt gloſſ. in d. cap. non ſolum. & Marant. in ſpecul. in 2. q. tertiæ partis ſextæ partis principalis, in 2. actu. num. 172. Rolan. de Valle in conſi. 77. viſo. nu. 30. & ſequ. lib. 2. Hinc etiaꝫ
6 dixit Ioann. Crot. in conſi. 101. uiſo puncto. num. 8. † quòd talis executio non reuocatur per viam attentati: fa. quod tra-
7 dit Franc. in cap. ut debitus. num. 47. de appel. † quòd quando appellatio nõ eſt legitima, iudex poteſt procedere, & proceſſus non reuocatur tanquam attentatum. Quod & affirmauit Stef. Aufrer. in addit. ad deciſ. vltimam capellæ Toloſ. ad med. Vnde ex præmiſſis ſatis patet, ꝙ in hac limitatione ꝑſtitui põt regula, ꝙ pendente appellatione interpoſita in caſu à iure prohibito non dicitur attentari, & geſta tanꝙ attentata non ueniunt reuocanda. Cuius exemplificatio
8 fieri poteſt † in appellatione ab executione, ſeu mandato,
9 & pronunciatione de exequendo, quæ † quia nõ ſuſpendit, neque extinguit huiuſmodi pronunciationem, conſequen-
10 ter non operatur effectum attentatorum † ut uidetur communis opin. de qua poſt Alciat. in l. 1. §. ſi quis ita. ff. de verb. oblig. teſtatur Bapt. Villalob. in collect. commu. opi. in verb. appellatio, nume. 113. & ideo executio actualis, huiuſmodi appellatione de facto interpoſita non obſtante, fieri permittitur, ut no. Docto. omnes in l. ab executore. ff. de appellat. & in l. ab executione. C. quorum appellat. non recipiat. In quo exemplo ita poteſt poni.
11 Regula † ꝙ appellatio ab executione non faciat attentata per ſupradicta, ut ſpecialiter ad excuſanda attentata conſiderauit aliàs eleganter Auguſt. Bero. in conſil. 106. incip. quatuor.

Source : BIU Cujas

tuor.nu.10.lib.3.& ratio duplex esse potest. Prima: quia (vt
11 dictum est) talis appellatio non suspendit. † Secunda, & magis generalis: quia appellatio hoc casu est à iure prohibita, ad tex.in c.non solum. ibi.exceptis & c.de appell.in 6. Quod autem ab executione prohibita sit appellatio, patet ex dicta l.ab executore,& l.ab executione, & ibi not. omnes scribentes,& est decis.Rot.45.alias 346.si appelletur,de appell.in no.
13 † & est commu.opin.de qua post Alex.in cons.95.visis.nu.5. lib.2.& alios testatur Mandel.de Alba.in cons.14.præsupposita,in princ.lib.1.& tradit Grat.in cons.16.visis. lib.2. & plura ad hanc materiam ponit Io. Bapt. de Asin.in sua praxi iudic.§.31.cap. 18.atque etiam Pet. Calefat. inter consilia matrimonialia lib.1.cons.76. in causa executionis. num.16.

Amplia regulam prædictam vno modo, vt non solũ procedat in appellatione ab executione, sed etiam à pronunciatione de exequendo, quamuis enim non modica fuerit in-
14 ter doctores varietas. † an hoc casu detur appellatio, vt patet ex his,quæ eleganter ponit Ant.Gabr.commun.concluſ. lib.
15 2.de appell.concluſ.4.num.1. † vbi refert Saly. de commun. opin.attestantem,quòd hoc casu appellatio detur, & quamplures in id auctoritates citet. Quibus adde Aemilian.de ea. communi opin. attestantem in cons.148.magnifice, nu.2.&
16 Minsing.in cons. 47.factum tale.nu.18. quia † tamen contraria sententia non solum dicitur communis, vt post alios dicit ille ibi,verum etiam magis communis, vt per quamplures auctoritates per eum ad hoc cicitas concludit idem ibi num.2.prædicta ampliatio omnino est tenenda. Quibus adde.quòd eandem esse commu.opi.testatus est etiam Alba.in dicto cons.14. post Alex. etiam de hac commu. attestantem in d.cons.95.& quòd immo hęc sit etiam magis commu. opi. post Dec.in c.nouit in 4.no.de appe.& Ant.de Cãna.in tract. de executio.instrumentorum.q.46.& Felyn.in c.quoad consultationem.col.8.de re iud.tradit Pet.Calepha. in d.cons.76. nu.16.prout de eadem magis comm. opi. testatur etiam Bero.in consi.32.in causa executionis. num. 5. lib.3.qui subdit
17 ibidem sub num. 17. † quòd ab hac opin. in iudicando non est recedendum,& quòd qui alteri opinioni vellet inhærere, id ex imperitia facere p̃supponeretur, & post alios similiter de hac communiori attestantes tradit Grauat. apud Vestr. in
18 prax.Ro.cu.lib. 7. cap. vlt.num. 43. † Quæ ampliatio multo magis procederet,si essemus in commissione de exequendo,
19 † quæ dicitur esse pars realis executionis,& ideo(vt dicit Be-
20 ro.ibidem sub nu. 9. post Imol.in d.l.ab executione †) datur hoc pro cautela ad tollendum omne dubium, vt appellari nullatenus possit,quòd iudex non pronunciet, neque declaret sententiam esse exequendam,sed committat executionẽ, vt latius ibi per eum.Quam ampliationem limita, seu declara vno modo † vt non procedat, quando sententia (de cuius
21 executione agitur) esset lata contra vnum, pronunciatio autem de exequendo fieret contra alium,vt post Ang. in l. si cũ exceptione.§.hæc autem actio.ff.de eo quod metus causa, & Imol.& Fely.vbi supra,tradit Cap.in decis.1. in causa domini comitis,sub num.17.vers.sed quo ad casum nostrum.

Limita regulam in hoc exemplo supra positam.

22 Primò, vt non procedat, quando modus in exequendo excederetur: quoniam tunc ratione excessus bene conceditur appellatio. capitulo nouit. de appell. tradunt scribentes omnes in dicta lege ab executore, ff.de appell. & in leg. ab executione.C. quorum appell.non recip. & est decis.Ro. quadragesimaquinta alias 346.si appellet, de appell.in no.&
23 alia Lanfr.341.incip.executor, † vbi etiã de cõmuni. opin. testatur,& alia Franc.Marc.in decis.delphinal. q.100.incip.quęritur. nu.1.& dixit notabiliter Paris. post alios in cons.28.ad
24 resolutionem.num.12.lib.4. † quòd in qualibet causa mundi,in qua modus exceditur,appellatio admittitur,& alibi passim hoc admittunt Doct.Hanc autem limitationem amplia, vt procedat etiam in executore apostolico,qui si modum excedat,potest ab eo appellari, & appellatio facit attentata, vt senserunt Domini in vna Vercellen.canonicatus, siue attentatorum coram Reumano 29.Noueb.1555. in qua licet executor apostolicus non obstãtibus reiteratis appellationibus ab eo interpositis decreuisset in fauorem prouisi apostolici, mandatum de manutenendo, eundemque in possessionem certorum aliorum bonorum immisisset,& pro parte capituli prætenderetur, quòd omnia essent attentata. Rota tamen declarauit,non esse attẽtata,nisi ille modum excessisset,quod mandauit videri,& secundum hanc ampliat. videtur intelligendum id quod diximus infra in 5.limit.num.37.vt scilicet eo casu appellatio ab executore apostolico faciat attentata; quia ille debuit modum excessisse, quòd licèt ibi per Dominos non fuerit dictum: tamen probabiliter excessus videtur posse colligi saltem ex carceratione. de qua ibi, alias illa decis.in causa Astoricen. esset contraria his, quæ fuerunt dicta in hac Vercellen.eandemque limitationem pariter declara.
25 Primò † vt iste excessus in exequendo non præsumatur, nisi probetur, vt rectè animaduertit Rota in præalleg. decis.45.
26 num.1. Secundò † vt appelatio ratione excessus, non nisi semel concedatur,vt post Aret.in d.l.ab executore.& Fel.in dicto ca. quo ad consultationem,col.14.tradit Aug. Bero.in d.
27 cons.32.in causa,nume.7.lib. 3.Tertiò declara, vt appellatio ratione huiusmodi excessus,ad hoc vt valeat,debeat in ea expresse,& specificè exprimi causa,& in quo fuerit excessum,vt
28 tradit idem ibidem.† Quartò quòd excessus (vt eleganter subdit idem ibi num.15.) altero de tribus modis contingere potest,scilicet ratione rei,ratione temporis, & ratione exceptionum,quæ de iure potuissent ipsi executioni opponi, &
29 fuissent reiectæ.Quintò,& vtiliter declara, † quòd cognitio, an modus in exequendo fuerit excessus,spectat ad iudicem à quo, vt ex intentione Alex.in d.cons.95.visis.lib.2.animad-
30 uertit idem Bero.ibi num.18.Sextò declara. † vt pendente appellatione ab excessu executionis, fructus interim etiam ad instantiam partis sequestrari debent,& rei de qua agitur possessio potest per superiorem auocari, vt tradit idem Bero.d. cons.116.pendente.num.7.lib.3.vbi & id de stilo ciuitatis Bononiensis esse attestatur.

31 Secundò limita † quando essemus in mandato de exequẽdo concesso parte non vocata,vt post Herinc. Boic.in cap.de cetero,extra de re iud.& Anton. de Butr. & Panorm. in cap. fin.extra de prę̃sumption.tradit expresse Guido Papæ, decis. 436.incipien.cum materia,quæst.87.num.95.

32 Tertiò † nisi fuisset appellatum à reiectione exceptionis contra executionem oppositæ,vt tradunt Doctores in d.l.ab executore, & maxime Bart. col. 1.& post eos ponit expresse Cap.decis.1.in causa domini comitis,sua num.17. vers. & dicit Bar.hæc tamen limitatio (licet ille non dicat) est vno necessario, & vtili modo declaranda † vt huiusmodi exceptio-
33 nes debeant esse oppositæ,& reiectæ ante pronunciationem & cõmissionem de exequẽdo: non enim sufficeret,quòd postea in appellatione interposita ab executione, vel eius commissione,huiusmodi exceptiones opponerentur, & insuper
34 reicerentur † quia ratione talis reiectionis executio iam cæpta non impediretur,nec ratione huiusmodi reiectionis Iudex posset dici excessisse modum in exequendo, vt eleganter considerat,& deducit Aug.Bero. in d.consi. 32.in causa. nu. 16.& num. 17. ljb.3.

35 Quartò limita † vt non procedat in sententia,per quam inducitur executio alterius sententiæ: quoniam quando in ea aliquid de nouo inducitur, vtique appellari potest, vt tradit eleganter Ruy.in cons.78.in quæstione, in principio lib. 5.& sensit etiam post eum Ant.Gabr.in dicta concluſ. 4.nume.2.
36 Hæc autem limitatio vno modo videtur limitanda,† nisi à prima sententia, cuius executio dicitur esse secunda sententia, fuisset prohibita appellatio: quia tunc nec ab ista secunda sententia,quæ venit ad executionem primæ,appellari posset,vt post Bal.& Felyn.de quibus ibi per eum, videtur annotasse Cap.d.decis.1.num.23.

37 Quintò videtur posse limitari † vt non procedat in appellatione interposita ab executore apostolico in casu alias considerato per Dominos in vna Astoricen. Abbatiæ coram D. meo Oradino sub die 4.Martij.1555.in qua fuit tentum,ꝙ si ab executore apostolico obtineatur mandatum contra capitulum,vt tradat possessionem abbatiæ vnà cum fructibus,& pro parte capituli fuerit ab eo appellatum, & iterum executor idem mandauerit,atque iterum capitulum appellauerit, & deinde à subexecutore obtineatur mandatum de immittendo in possessionem,& expectans(capitulo contradicente) ingressus sit possessionem,& ab hoc similiter pro parte capituli fuerit appellatum, & post ingressum expectans carcerauerit nonnullos canonicos,& alia quædam fecerit: ista omnia fuerunt per Dominos iudicata attentata, & stante commissione super attentatis reuocandis, ex eo quia fuerant dictæ appellationes ab executore interpositæ,omnino purganda esse dixerunt,antequam in negotio principali procederetur. Et consequenter ibi datur casus,in quo appellatio ab executore facit attentata per supradicta.¦Quæ tamen resolutio videtur necessariò intelligenda in executore,qui modũ in exequendo excesserit,secundum ea,quæ diximus supra in 1. lim. sub num.24.vers.hanc autem limitationem.

38 Declara eandem regulam vno modo,† vt quibus casibus appellatio ab executione permittitur, tunc in appellatione sit necessariò exprimenda iusta causa,vt post Specu.Io.And. Bar.Abb.Roma.Felyn.& alios per eum allegatos in propriis terminis de appellatione à sententia de exequendo, tradit Ca
39 pit.in dicta decis.1.nu.20. † alias appellatio esset nulla, vt tradit

Source : BIU Cujas

40 dit Bero. † (etiam de communi opinione atteſtans) in conſil. 106. quatuor, ſunt nu. 11. lib. 3. Quod ſanè ex intentione Cap. vbi ſupra num. 22. poſt Pet. de Ancar. in clem. appellanti, de appell. & Franc. in c. vt debitus. col. 9. eo. tit. limitandum eſt,
41 † niſi ex facie, & forma ipſius ſententiæ appareret, & conſtaret vere de grauamine, puta qa ī ea exprimeretur iniuſta cauſa, vel à iure reprobata: tunc enim in appellatione ab ipſa ſententia de exequendo nō requiritur expreſſio cauſæ: quod
42 ex eo comprobari poteſt † quòd aliàs dicimus, quòd licèt in appellatione ab interlocutoria ſit iuſta cauſa exprimenda. c. cordi. de appellat. in 6. Rot. deciſ. 2. aliàs 7. ſi appelletur, de ap
43 pellat. in no. † ſi tamen ſimus in interlocutoria, cuius iniquitas per allegationem iuris detegitur, talis expreſſio cauſæ vltra non requiritur, puta quando appellatur à decreto ſequeſtri, quod regulariter eſt prohibitum, ut eſt deciſ. Caſſad. 5. dubitatum fuit, num. 2. & 4. de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fru
44 cti. † expreſſio autem cauſæ in appellatione ab executione (de qua ſupra) ſpecifice fieri debet, nec ſufficeret illam exprimere per relationem ad acta, vt poſt alios animaduertit Capic. ſub dicto num. 20.

Poſſet hæc eadem quinquageſimaſecunda limitatio exē-
45 plificari etiam † in vero contumace: † Item in famoſo latro
46 ne † vel in notorie criminoſo, prout exemplificat dicta glo.
47 in uerbo caſibus, in dicto cap. non ſolum † & in infinitis pro
48 pe alijs caſibus, in quibus appellatio prohibetur. Quorum enumerationem, & ſi locus iſte ſatis expoſceret, quia tamen hanc enumerationem non ſolum feciſſe videmus Iuriſconſultos in tot. titu. ff. quando appellat. ſit, & tot. titu. à quibus appellare non lic. & Imperatores quoq ue in tot. tit. C. quorum appellat. non recip. verum etiam quamplures ex noſtris interpretibus, & Docto. prout Azo. in ſumma. C. de appellat. Speculat. in titulo de appellat. §. in quibus, per totum. Card. in clemen. 1. de ſequen. poſſeſ. & fruct. & Ant. Nicell. in tract. de concord. gloſſ. fere per totum, vbi innumeros caſus ad hoc propoſitum congerit, & etiam Marant. in ſpecul. in tertia parte ſextæ partis princip. quæſt. 4. num. 269. & ſequent. & poſt eum Lancellot. Corrad. de prætor. §. 2. de offic. prætor. in cauſ. ciuil. cap. de appellat. ſub num. 9. ubi ſimiliter quàm plures caſus, & ultra octuaginta enumerat, & nouiſſime Manfred. lib. 2. pract. concluſ. ſuper attent. concluſ. 252. & multis ſequen. & etiam Modern. in annot. ad Aegid. num. 191. & multis ſequen. ne illorum dicta quodam-
58 modo tranſcribere cogeremur, pro nunc (aliàs forſan plenius, & hanc materiam extenſuri) ſufficiat lectorem ad ſupradicta loca remittere, & ea ſolum hic ſubijcere, quæ non ſimpliciter particulares caſus reſpiciunt, in quibus ſpecialiter appellatio à iure eſt interdicta, ſed methodum ipſam, & doctrinam præſentis limitationis generaliter, & uniuerſaliter concernunt: Itaque in propoſito

Regula ſit, quòd geſta pendente appellatione contra prohibitionem legis interpoſita non dicuntur attentata quæ probatur per ſupradicta: quam amplia.

49 Primò † vt procedat non ſolum ſi ſit prohibita à iure, verum etiam ab homine, puta, quia ſit commiſſa cauſa cum clauſula, appellatione remota: quia & hoc caſu regulariter non dicitur attentari, vt latius diximus ſupra hoc eodem cap. in 8. limita. princip. huius noſtræ regul. princip. nume. 2. & ſequent.

50 Secundò † vt procedat etiam ſi non expreſſe, ſed tacite eſ-
51 ſet appellatio prohibita † prout ſi ſtatutum mandaret inter certas perſonas ſententias latas executioni demandari: quia per hoc tacite cenſetur ſtatutum appellationem prohibuiſſe, ut tradit Iaſ. conſi. 187. circa primum, colum. 7. uerſic. ſimiliter, lib. 2. referens ita in contingentia facti conſuluiſſe Raphael. Comen.

52 Tertiò poteſt ſingularitèr hæc regula ampliari † ut procedat, etiam ſi in caſu, in quo de iure communi appellatio eſſet prohibita, per aliquod ſtatutum permitteretur: quia hoc caſu appellatio permiſſa à ſtatuto non operabitur effectum ſuſpenſiuum, & conſequenter non dabuntur attenta-
53 ta, ſed tantum deuolutiuum; † exemplum, ſi ſtatu. prout eſt Bononiæ, & Papiæ, permittat in pòſſeſſorio ſemel appellari, quod aliàs de iure communi regulariter eſt prohibitum; talis enim appellatio non ſuſpendit, ſed tantum deuoluit, ſecundum ea quæ (reprobando Grat. in conſil. vltimo, & Bero. quæſt. 44. qui contrarium tenebant) latè ponit nouiſſimè Menocch. in tractat. de adipiſcend. poſſeſſione, remed. quarta quæſt. centeſima, nume. 835. & ſequent. Quamuis illius opin. non videatur omnino tuta, ut annotauimus latius in tractatu de appellat. in poſſeſſor. prohibit. uel permiſſi, in decimaſexta. limitatio. regulæ ibi poſitæ.

Limita eandem regulam.

54 Primò † niſi uigore huius appellationis fuiſſet per iudicem ad quem inhibitum; licèt enim hoc caſu dici poſſet, inhibitionem non eſſe canonicam, & conſequenter non inducere uitium attentatorum, ad tradita per Rot. deciſio. 58. aliàs 412. ſi appelletur, de appellat. in nou. & Aegid. deciſio. 239. in cauſa. Tamen Rota moderna tenet contra dictam deciſio. volens quòd inhibitio ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſit timenda: ut patet in recollect. Acorambon. deciſio. 53. incip. licèt Rota, de quo etiam diximus ſupra hoc eodem cap. in 6. limit. principali regulæ noſtræ principalis, in prima ſublimitatione, num. 18. & latius infra in hac ſecunda parte, cap. 20. de attent. poſt inhib. in vndecima ampliat. regulæ ibi poſitæ num. 15. & 18.

55 Secundò, † niſi huiuſmodi appellationi per iudicem fuiſſet delatum; ſicut enim delatio iudicis operatur, quòd etiam appellatio fruſtratoria operatur effectum attentatorum, ut diximus ſupra in dicta ſexta limitat. principal. in ſecunda ſublimitat. num. 20. ita dici poteſt hic, quando ſumus in appellatione prohibita; cum non ſit dare rationem diuerſitatis. Quinimmo ex his quæ ibidem in 4. ſublimit. num. 27. Et ex identitate rationis poteſt, &

56 Tertiò ſuprapoſita regula limitari, † ut non procedat, quando talis appellatio fuiſſet de facto per iudicem admiſſa, & per partem approbata, per ea omnia quæ ibidem latius ſunt annotata quæ ſimiliter, & in appellatione prohibita locum ſibi uendicare poſſunt.

Declara nunc eandem regulam.

Primò, vt quod diximus, appellationem à iure prohibi-
57 tam non inducere uitium attentatorum, intelligatur, † dūmodo non adſit iuſta cauſa appellandi; quando enim adeſt iuſta cauſa, quantumcunque appellatio prohiberetur; tamen appellari poſſet exprimendo illam iuſtam cauſam, quod poſt Barto. Bald. Ioan. Andr. & alios per eum allegatos (loquens primò in materia poſſeſſorij, & deinde uniuerſaliter ad omnes caſus extēdens, in quibus appellatio eſt prohibita) tradit Andr. Tiraq. in tracta. le mort. ſaiſit le uif. in ſexta declarat. ſextæ par. princ. num. 4.

Secundò, quòd dum loquimur in hac limitat. de prohibitione appellationis, non intelligitur de prohibitione quo ad utrumque effectum, ſuſpenſiuum ſcilicet, & deuolutiuum, † ſed tantum de prohibitione quò ad ſuſpenſiuum, licèt enim in dubio prohibita appellatione cenſeatur prohibita quoad utrumque effectum, ut per Deci. in rubr. extra de appellat. nume. 5. poſt Abba. in cap. ad reprimendam. de offi. ordinar. prout refert. & ſequitur nouiſſime Rolan. de Valle in conſil. 77. uiſo. num. 16. lib. ſecundo, ad propoſitum tamen noſtrum ſufficit, quòd prohibitio reſpiciat tantum effectum ſuſpenſiuum; quamuis enim appellatio deuoluat cauſam ad ſuperiorem ſi tamen poteſt ea pendente fieri exe cutio; tunc ceſſant attentata propter prohibitionem, quoad effectum ſuſpenſiuum. Exemplum in poſſeſſorio, in quo ſecundum veriorem opinionem non eſt prohibita appellatio, quoad deuolutiuum, ſed tantum ſuſpenſiuum. Et propterea in tali appellatione ceſſant regulariter attentata, vt diximus ſupra in 25. limitat. princip. poſt princip. & latius dicemus in dicto tracta. de appellat. in poſſeſſor. pro
59 hib. vel permiſſa. † Sic etiam uidemus in appellatione ab executione, quæ fit uigore obligationis in forma Cameræ, quæ cum deuoluat, & non ſuſpendat, non retardat executionem per Ant. Galles. in tracta. de oblig. Camerali in ult. par. cap. penul. num. 8. & aliàs in multis aliis ſimilibus caſibus, quę ſtudio breuitatis hic omittuntur.

Cap. XIII. *De attentat. pendente tempore apoſtolorum petendorum.*

SVMMARIVM.

1 *Terminus, quem habet appellans ad petendos apoſtolos, eſt triginta dierum.*
2 *Apoſtolorum terminus à quo tempore incipiat currere, ſententiæ ne, an appellationis.*
3 *Et quòd currat â die appellationis ſecundum opi. Hoſtien. ſeruat Palatium licèt quandoque uariaſſe, ſecundum aliquos aſseratur, ut infra nume. 14.*
4 *Contraria tamen ſententia, quòd currat à die ſententiæ crebrius recepta eſt, ſecundum aliquos.*
5 *Attentata pendente hoc tempore petendorum apoſtolorum an ſint nulla, & reuocanda, fuit ualde dubium apud Doct. antiquos.*
6 *Proceſsus factus pendente tempore apoſtolorum petendorum ualet, ſecundum*

Source : BIU Cujas

ſecundum aliquos, qui ſimpliciter id tenẽt abſque diſtinctione inter ſententiam diffinitiuam, & interlocutoriam, & proceſſum iudicis a quo, & Iudicis ad quem.

7 *Alij de directo contrarium tenent, quòd immo talis proceſſus valeat.*

8 *Alij diſtinguunt, vt ſi Iudex a quo detulit appellationi proceſſus nõ valeat, alias ſecus.*

9 *Alij pariter diſtinguunt, vt proceſſus Iudicis ordinarij valeat. Delegati autem non valeat.*

10 *Alij aliam diſtinctionem adhibent, Aut appellans apoſtolos nõ petijt, & proceſſus valeat, Aut illos petijt, & Iudex ſibi præfixit terminum ad illos recipiendum, & proceſſus interim factus non valeat.*

11 *Aliqui uero aliter demum diſtinguunt, quòd aut ſumus in appellatione a diffinitiua, & geſta hoc tempore non valeant, aut ab interlocutoria, & valeant.*

12 *Impetratio iudicis facta per appellantem ab interlocutoria pendente tempore apoſtolorum petendorum valet.*

13 *Et hæc opi. tanquam verior, & communior videtnr amplectenda.*

15 *Apoſtolorum petendorum termino pendente ſi quid fiat per Iudicem a quo, uel ad quem, aut per partes litigantes regulariter dicitur nullum & attentatum.*
Et ita videtur tenere Palatium, ut infra num. 20.

16 *Iuriſdictio Iudicis a quo dicitur ſuſpenſa pendente tempore ad petendos apoſtolos.*

17 *Appellatio quando nõ peccat in forma, ſed in materia, puta, quia eſt iniuſta, donec dentur apoſtoli, iuriſdictio Iudicis a quo eſt ſuſpenſa.*

18 *Suſpenſio iuriſdictionis operatur attentatorum reuocationem.*

19 *Apoſtoli dicuntur pars, & de ſubſtantia ipſius appellationis.*

21 *Proceſſus eo ipſo eſt nullus, ſi ſit factus per Iudicem a quo nõ datis apoſtolis, ſaltem refutatorijs.*

22 *Iudex a quo ſi interdicat adminiſtrationem prælato, contra quem inquirebatur, talis interdictio venit tanquam attentata reuocanda.*

23 *Iudex a quo ante dationem apoſtolorum non poteſt recipere teſtes.*
Etiam abfuturos. ut nu. 24.

25 *Innouari aliquid nõ poteſt pendente termino ad petendos apoſtolos.*

26 *Impetratio iudicis ad quem facta pendente termino apoſtolorum petendorum, et proceſſus per iudicem impetratum interim factus, nõ dicitur attentatus, quando ſumus in appellatione a diffinitiua, & melius nume. 34.*

27 *Probatio, & iuſtificatio cauſæ in appellatione expreſsæ non requir[itur] in appellatione a diffinitiua, ſed ab interlocntoria.*

28 *Clauſula in commiſsione appellationis per cautos procur[atores] apponi ſolita, uidelicet quòd appellans non teneatur ampl[ius] redire pro apoſtolis, attento quòd appellatur a diffinitiua, nõ [requ]iritur admodum neceſſaria, prout aliqui opinantur.*

29 *Appellãs cui iudex pro apoſtolis de[negat] terminum iuris ſi interim cauſam committat, & iudicem im[petret], tam appellatio, qnam impetratio valet, etiam ſi pro apoſtolis amplius non redierit.*

30 *Poſſeſſio capta poſt appellationem interpoſitam, quam appellatus prætendebat deſertam ex eo; quia appellans pro apoſtolis nõ redierat, cẽſetur attentata, etiam ſi fuerit capta vigore mandati executiui in vim ſpecialis commiſſionis obtenti.*

31 *Impetratio iudicis, & proceſsus per eum factus pẽdente tempore apoſtolorum ideo ualet: quia dicitur tendere in faciliorem exitum ipſius appellationis.*

32 *Proceſsus factus per iudicem a quo tempore apoſtolorum pendente valet, quando ſumus in appellatione ab interlocutoria.*

33 *Pendentia termini ad recipiendos apoſtolos nõ debet plus operari, quã ipſa appellatio.*

34 *Impetratio iudicis & proceſsus per eum factus, dum pendet terminus ad dandnm apoſtolos valet, quando ſumus in appellatione ab interlocutoria.*
Secundùm magis commu. opi. num. 35
Licèt aliqui contrarium ſenſerint. num. 36.
Niſi pars opponat, parte enim opponente talis proceſsus non ualet, ut nume. 37. &
Niſi iudex a quo reuocaret grauamen, quia eo caſu ſimiliter proceſsus per Iudicem impetratum non valeret, ut nu. 38.
Etiam ſi ex tribus grauaminibus duo tantum eſsent reuocata, nu. 39.
Niſi tamen huiuſmodi reuocatio fieret poſtquam lapſum eſſet tempus ad dandum apoſtolos. num. 40.

41 *Iudex a quo pendente tempore apoſtolorum petendorum non poteſt vltra procedere, quando per Iudicem ad quem fuit inhibitus*
Vel ſi index a quo appellanti terminum præfixerit ad dandum apoſtolos, ſeu (vt ſolent communiter dicere officiales) ad dandum danda, ſecũdum aliquos. nu. 42.
Licet de hoc dicto plurimum uideatur ſubſiſtendum. nu. 43.
Vel appellans ſuæ appellationi renunciaſſet, quia poſt renunciationem proceſſus valet, ut num. 44.
Niſi pendente hoc termino ante renunciationem iudex proceſſiſſet, quia proceſsus antea factus per renunciationem non conualeſcit, ut n. 45.

46 *Stilus camere Imperialis habet, vt circa dationem apoſtolorum ius cõmune ſit correctum, & relinquatur arbitrio appellantis, an illos uelit petere, vel ne.*

47 *Appellatio etiam ſi appellans pro apoſtolis nõ redierit, ſuſtinetur, quãdo pro illis redire non teneretur, prout eſt, quando nihil aliud reſpondiſset, niſi quod ipſe audiebat.*

48 *Iudex licèt pendente termino apoſtolorum in quibuſdam caſibus procedere poſſit, intelligitur tamen, ut non poſſit procedere, niſi appellante de nouo citato, alias proceſsus eſset nullus.*

49 *Iudex poteſt terminum ad dandum apoſtolos alterare illum prorogãdo: uel abbreuiando.*

50 *Geſta pendente termino ad dandum apoſtolos per iudicem prorogato, vel abbreuiato, an dicantur attentata?*

51 *Deſerta non dicitur appellatio, ſi appellans non comparuerit in termino ad dandum apoſtolos per iudicem anticipato, vel prorogato.*

52 *Tempus petendorum apoſtolorum ſuſpenditur, ſi interim fiat compromiſsum.*

53 *Tremino ad dandum apoſtolos pendente ſi fiat cõpromiſsum, & arbitris non pronunciantibus illud expiret, tempus, quod reſiduum erat ad illos petendum, debet appellanti concedi.*

54 *Tempus triginta dierum ad recipiendum apoſtolos in caſu, in quo quis obtinuerit reſtitutionem in integrum ad appellandum, incipiunt currere a die ſententiæ latæ ſuper reſtitutione.*

1 APoſtolorum terminus (30. dierum eſſe nõ ambigitur) ad text. in l. iudicib. & in l. eos. §. apoſtolos, & ibi no. C. de appel. & in c. ſuper, & c. ab eo. de appel. in 6. & in clemẽ. quamuis rigor. eo. titu. ſicut maxime contorſit Doctores antiquos † a quo tempore incipere dẽat ſententiæ ne, an appellationis, vt apparet ex his quæ ponit Rot. deciſ. 5. alias 20. fuit dubitatum in princ. & per totam, de appellat. in no. in qua tñ fuit reſolutum, [in pa]

2 ſecundum opi. Hoſtien. [cur]rant a die appellatio[nis] [pro]pe finẽ: latio ſemper eius [ob]ſeruandam eſſe, vt di[cat] quamuis † con[tra]ria ſententia, q; immo [cur]rant a die ſenten

3 [re]cepta ſit, vt atteſtatur [no]uiſſime Miſinger. ſintiæ, crebri[us] [al]uat. centur. 4. deciſ. 36. inci. quando aliquis, & ante gul. ob[ſer]uat. centur. 4. deciſ. 36. inci. quando aliquis, & ante gul. obſuit etiam de cõi opi. atteſtans Guid. Pap. in tracta. de appel. q. 27. ad med. Ita articulus iſte, † an geſta pendente ter-

4 mino ad dandũ, vel recipiendum apoſtolos ſint nulla, pluri mum negocij Doc. antiquis, & præſertim deciſionum Rotę compilatoribus dediſſe vr̃, vt patet ex his, quæ ponit late Rota deciſ. 19. alias 128. ſi iudex. de appel. in nou. & deciſ. 41. alias 357. fuit dubitatũ. eo. tit. in no. & deciſ. 37. alias 406. not. ꝙ ſi Iudex. de appel. in antiq. & deciſ. 51. alias 540. a grauamine. e. tit. & 53. alias 564. vtrum ſi appellatur. eo. tit. & 54. alias 734. no. ꝙ qñ. eo. tit. & apud Biſignet. de appel. deciſ. 18. a grauamine, & latius per Aegid. poſt Paul. de Leaza. (qui hanc q. diſputauit) deciſ. 622. proceſſus, & per Nic. Boer. deciſ. 256. vtrũ appellãs. per totã. Ex quorum oĩum dictis colligitur, ꝙ plures fuerunt circa hoc opi. ex quarũ recitatione veritas etiã præ-

6 ſentis concłonis liquidò apparebit. † Prima vr̃ opi. illorum, qui abſque diſtinctione inter appellationem ab interlocutoria, & a diffinitiua, & inter proceſſum iudicis a quo, vel iudicis ad quem ſimpliciter dicunt, ꝙ proceſſus factus pendẽte termino apoſtolorum valet, inter quos connumerari poteſt Rot. deciſ. 19. alias 128. ſi iudex, de appel. in no. & deci. 37. alias 406. no. ꝙ ſi iudex, de appel. in antiq. & Aegid. deciſ. 622.

7 proceſſus. vbi latè: Secunda eſt opi. huic de directo ꝓria, ꝙ talis proceſſus nõ valeat, vt latè poſt Hoſtien. per multa firmat Collector in d. deciſ. 29. alias 128. & d. deciſi. 37. alias 406. qđ etiã vr̃ ſenſiſſe Aegid. ſibi ꝓrius in deciſ. 151. ſi a trib. in conſi-

8 lijs, q̃ etiam ſenſit Fely. in c. perſonas. ſub nu. 9 de appel. † Tertia colligitur fuiſſe opin. ab initio Io. de Lignano diſtinguẽtis, ꝙ aut iudex a quo pendẽte hoc termino detulit appellationi, & ꝓceſſus nõ valet, aut nõ detulit tũc valeat, vt refert

9 Collector ĩ deciſ. s̃. proxime citatis. † Quarta colligitur etiã opi. ex deciſ. Rot. 77. alias 570. iudici delegato. de appellat. in antiq. repetita apud Biſignet. de appella. deciſ. 3. ſimiliter diſtinguens, quod aut ſumus in iudice delegato, & geſta per eum hoc tempore non valent, aut ſumus in ordinario, & va-

10 leant, vt uidetur ibi ſentire Rota: † Quintam etiam opi. ſen ſit collector in deciſ. 41. aliàs 357. fuit dubitatum, de appella. in no. Quòd aut non fuerunt petiti apoſtoli per appellantem, & ex ſola pendentia huius termini proceſſus iudicis à quo non ſit irritus. Aut fuerunt apoſtoli petiti, & iudex præfixit appellanti terminum ad illos recipiendum, & tũc eius proceſſus non valeat: cum regulariter dilatione pendente officium iudicis conquieſcat, ad l. ſiue pars C. de dilat. cum

11 ſimilib. † Sexta demum uidetur fuiſſe magis vulgaris opinio ſimiliter diſtinguens, quòd aut ſumus in appellatione à ſententia diffinitiua, & dubitatur, an pendente hoc termino valeat appellãs iudicem ſuper ſua appellatione impetrare, & iudex impetratus in cauſa ꝓcedere, & hoc caſu, quod tam impetratio per appellantem facta, quàm geſta per iu-

Source : BIU Cujas

dicem impetratum valida cenſeantur,tenet¦Rot.deciſio.41. alias 357.fuit dubitatum.poſt princ.verſicu.immo poſſet cō miſſionem,de appellatio.in nou.& deciſio.54.alias 734.no. quòd quando.de appel.in antiq.Aut ſumus in appellatione ab interlocutoria, & tunc non ſolum valet impetratio per appellantem hoc tempore facta,& proceſſus per iudicē impetratum,vt tradit,& veram opin.dicit Rot.deciſio.53. alias 564.vtrum ſi appellatur,de appellatio.in antiq.& latè deduc it,& defendit Boer.deciſio.256.vtrum appellans,in princi. & per totam,verum etiam valeat,& teneat proceſſus per iudicem a quo pendente hoc termino factus,vt tradit Aegid. dicta deciſio.623.proceſſus,qui dum loquitur in princip. de probatione veritatis cauſę in appellatione expreſſę,ſatis demonſtrat,quod loquitur in appellatione ab interlocutoria & firmat etiam Boer.in deciſio.256.num.7.Et in hac opi.circa duo animaduertendum eſt.

Primò,quòd quāuis in hoc de impetratione iudicis quādo ſumus in appellatione ab interlocutoria contrarium expreſſe voluerit Rot.deciſ.54.alias 734.no.quòd quando, de
11 appel.in antiq.dum in fi.firmat†quòd talis impetratio non valet, præcedens tamen opinio, quòd immo illa valeat, &
13 †tanquam verior,vt ſentit Rot.d.deciſio.53.in fi. & tanquā communior,vt teſtatur Boer.in dicta.deciſ.256. ſub num.3. videtur amplectenda.

Secundò,quòd in tot deciſio.quæ in hac materia allegantur,vt ſupra ex principio apparet,licèt plures ſint,in quibus tractatur de validitate proceſſus iudicis,a cuius interlocutoria eſt appellatum.Nulla tamē eſt deciſio. quæ dicat proceſſum iudicis, a cuius diffinitiua eſt appellatum medio hoc tempore factum valere,nec etiam Docto.in c.vt ſuper,& in c.ab eo.ſ. in ca.cordi,de appel.videtur de hoc dubitare,quia ſi ſentiant,quòd licèt proceſſus per iudicem ad quem hoc tempore impetratum ſit validus per ſupradicta, proceſſus tamen iudicis a quo(quando ſumus in diffinitiua) non ſit reuocandus in dubium,quominus ſit inualidus, & merito, quia quando ſumus in diffinitiua, licèt iudex a quo impediretur procedere propter pendentiam termini apoſtolorum,impeditur tamen propter pendentiam interpoſitæ appellationis,quæ ſi recepta fuerit(vt inquit¦Iuriſconſul.in l.1. ff.nil nou.appel.pend.)impedit proceſſum: quia recepta eſt, ſi verò non eſt adhuc recepta,impedit proceſſum,ne præiudicium fiat appellanti,quoad deliberetur,an ſit recipienda. Quod nota propter ea,quæ ꝓxime ſubijciemus. Verum qa ex tot opinionum varietate,ac ex tot deciſionum diuerſita-
14 te † palatium quoque in hoc quandoque variaſſe conſtat, vt refert Aegid.d.deciſio.622.proceſſus,in princip.& lectori forſan ex his confuſa potius quam expedita præmiſſorū remaneret intelligentia,veritati inhærendo,& cōcluſiue procedendo ſecundum opi.Hoſt.& Collectoris in d.deciſio.19, alias 128.de appel.in no.& deciſ.37.alias 406.de appel.in antiq.circa hoc regulam conſtituemus. opportunas ad eam limitationes.ac declarationes applicando.Sit igitur.

15 Regula†quòd geſta pendente tempore apoſtolorum reciendorum,tam per iudicem a quo , quàm per iudicem ad quem,atq; etiam per litigantes ipſos dicantur rītr nulla,& attētata.Quæ probatur Iure,Ratione,& Authoritate.Iure per tex.in d.c.vt ſuper.de appel.in 6.ponderando illud verbum ex tunc,vt facit collector vbi ſupra. Ratione autem duplici (omiſſis pluribus alijs quos poſt Paul.de Leazar. refert Collector in d.deciſ.19.

16 Prima † quia pendente hoc tempore iuriſdictio ivdicis a quo dicitur eſſe ſuſpenſa,vt dicit expreſſe Rot.deciſ.53. alias 564.Vtrum ſi appelletur,de appel.in antiq.& deciſ. 51. alias 540.a grauamine,eo.titu.in antiq.& apud Biſign.deciſ.18. a
17 grauamine.eo.titu.de appel. dum vtrobique dicitur † quod quando appellatio non peccat in forma,ſed in materia,puta quia eſt iniuſta,donec dentur apoſtoli,dicitur eſſe iuriſdi- 29
ctio Iudicis a quo ſuſpenſa, quas deciſ.poſt Gemin. ſecutus eſt etiam Aufre.in addit.ad deciſ.Tholoſ.322. Itē fuit appellatum,& expreſſius Rot.deciſ.77.alias 570. Iudici delegato, de appe.in antiq.repetita apud Biſignet.deciſ.3.Auditore.de appe.dum ibi dicitur,quod ante dationem apoſtolorum eſt 30
ſuſpenſa omnis poteſtas iudicis a quo. Vnde ſi eſt ſuſpen
18 ſa,ſequitur,quòd ſi procedat,videatur attentare:quia ſuſpenſio iuriſdictionis operatur reuocationem attentatorum ſecundum Franc.in ca.bonæ.num.36.de appel.& ſupra ſępius hoc dictum eſt.

19 Secunda ratio ſit†quia cum apoſtoli dicantur eſſe pars,& de ſubſtātia ipſius appellationis,vt tradit Rot.deciſ.50.alias 366.ſi appelletur.num.3.de appel.in no. & Oſaſc. in deciſio. Pedemon.7.lata ſententia.num.4.ſicuti rītr pendentia appellationis inducit attentata,vt in l.1.& tot.tit.ff.nil nouar. appel.penden.Ita etiam & pendentia termini apoſtolorum pe
tēdorum debet ſimilem effectum operari.Authoritate quoque Regula prædicta comprobatur,quod ita videmus ꝙ ge
20 neraliter hoc quandoque tenuit Palatium tempore domini Viuarienſis,vt refert Aegid.dicta deciſ.622. Quod etiā expreſſe tenuit idem Aegid.in conſilijs deciſ.151.ſi a tribus,ubi
21 voluit†quod proceſſus ſit eo ipſo nullus , ſi ſit factus per iudicem a quo non datis apoſtolis,ſaltem refutatorijs , quem ſecutus eſt Vant.in tracta.de nullit.in tit.de nulli. ex defectu iuriſdict.ordī.num.142.quam ſententiam ſecuti videntur ēt alias Domini in vna Regien emiſſionis profeſſionis coram Capizucco.27.Nouembris 1553.in qua voluerunt,nullum & inualidum eſſe proceſſum Vicarij Epiſcopi,a quo fuerat appellatum,& de apoſtolis requiſitus nihil aliud reſpondit niſi quòd nō admittebat appellationem.Similiter videmus
22 †quòd ſi Iudex,a cuius grauamine fuit appellatum,ante dationem apoſtolorum interdicat adminiſtrati onem prælato contra quem ſuper mala adminiſtratione inquirebatur, talis interdictio tanquam attentata venit reuocanda.Rot.deciſ.77.alias 570.Iudici delegato, quod etiam firmauit Biſig. vbi ſupra,de appella.deciſi.3.incip.Auditore,quæ regula ex eo etiam confirmatur,quod ponit Rot.deciſ.17.alias 198.no
23 ta quod per Iudicē,de appel.in anti.dum vult† quòd per Iudicem,a quo eſt appellatum, ante dationem apoſtolorum
24 non poſſunt recipi teſtes†etiam abſuturi,& expreſſe† ꝙ pen
25 dente hoc tempore non debeat aliquid innouari,tradit poſt Fel.in c.perſonas.col.pen.ante fi.de appel.Boer.in conſil.43. videtur num.16.

Limita regulam prædictam.

26 Primò,†vt non procedat in actu impetrationis Iudicis ad quem.& in proceſſu per ipſum Iudicem impetratum facto (quando ſcilicet ſumus in appellatione a diffinitiua) nam de proceſſu Iudicis a quo hoc caſu quando ſumus in appellatione a diffinitiua,ſi percurrantur omnes deciſiones, quæ in hac materia allegantur,& quas nos ſupra in princi. & diſcurſu huius capit.citauimus,reperietur,quòd nō fit aliqua mentio,& licet aliqui loquātur indiſtincte de proceſſu Iudicis a quo, prout facit Aegid.in dicta deciſ.622. tamen ſi recte inſpiciatur,loquitur Aegid.quādo eſt appellatum ab interlocutoria,vt colligitur ex eo ibi in prin.dum loquitur de
27 probatione veritatis cauſæ in appellatione expreſſæ talis enim probatio,& iuſtificatio non requiritur in appellatione a diffinitiua,ſed ſolum in appellatione ab interlocutoria, ad no.in c.cordi de appell.in 6.in clem.appellanti.eodem titu.vt diximus latius ſupra.cap.12.de attent. appellatione pēdente in 1.ſublimit.prin. limitationis principalis num.31. Impetratio enim Iudicis pendente hoc tempore facta,& proceſſus per iudicem impetratum vigore dictæ commiſſionis factus bene ualet,& ita procedat Rot.deciſ.54. alias 734. no. quòd quando.de appellatio.in antiq.& deciſio.41.alias 357. fuit dubitatum.poſt princ.verſicu.immo poſſet commiſſionem,de appellatio.in no. Quæ deciſio. licet a Veſtr.in praxi Roma.cur.libro 7.capitu.3.de appellat.& de apoſtolis circa fin.allegentur in contrarium, quòd appellans hoc caſu nō poſſit ualide commiſſionem impetrare,aduertendum tamē eſt,quòd quamuis Collector ibi fuerit in hac opinio.tamen Domini in deciſio.tenent, quod nos ſupra proxime firma-
28 uimus † & propterea quando ſumus in appellatione a diffinitiua,non videtur multum neceſſaria diligentia, qua cautos procuratore vti aſſerit Veſtr.vbi ſupra,quòd in impetratione huius commiſſionis inſerant clauſulam derogationis ne appellans amplius redire teneatur pro apoſtolis, attento quòd appellatur a diffinitiua, quoniam ſecundum veriorem opin.quando ſumus in diffinitiua, impetratio etiā ſimpliciter facta valet,vt dicunt expreſſe dictæ deciſi. præſertim deciſio.54.cuius authoritate ad propoſitum tenuit aliàs Rota in vna Tuſculana, ſeu Romana caſalis coram Capizuccho primo Aprilis 1552. † quòd ſi appellans , cui Iudex dederat terminum iuris, intra dictum terminum cauſam, & iudicem impetret, talis appellatio, & impetratio tenet, etiamſi amplius pro apoſtolis non redierit, vt eſt deciſio. in recollect.¦Caputaquen. parte prima 133. incipien. quando
30 Iudex : Quinimmo † ſi abſque eo, quòd appellans pro apoſtolis redierit, cauſam appellationis commiſſerit, & illius vigore inhiberi fecerit, ſi appellatus prætendens ob non reditionem pro apoſtolis appellationem fuiſſe deſertam , & vigore ſpecialis commiſſionis obtineat committi iudici a quo,vt conſtito,quòd executioni locus ſit, ſententiam exequatur, & illius vigore obtineat etiam mandatum executiuum, & poſſeſſionem capiat, talis poſſeſſio dicitur attentata, vt fuit tentum in vna Nucerina attentatorum coram Lancellotto.decimoſeptimo Maij. 1568. Pro cuius limitatio. corroboratione, vltra rationem quæ ponitur in dicta deciſi.quinquageſimaquarta. alia quoque ad

propoſi-

Source : BIU Cujas

propoſitũ præſentis limitationis afferri ratio põt: quia ſpãli
31 ter ẽt vtuntur Docto.in hac materia † videlicet quod ideo talis impetratio iudicis, & proceſſus ſuper appellatione per eum(vt præfertur) factus valida reputentur:quia ſcilicet tendant in faciliorem exitum ipſius appellationis, nõ eſt.n. nouum, quòd etiam interpoſita appellatione poſſunt citra vitium attentatorum rĩr ea omnia fieri, quæ in faciliorem exitum ipſius appellationis tendere videntur,quod nos latè proſecuti fuimus ſupra de attentatis appellatione pendente. cap.12.limitatio.4.principal.nume.1.& per totam.Quod autem impetratio iudicis ſũper appellatione, ꝙ proceſſus incæptum per iudicem impetratum, tendant in faciliorem exitum appellationis, cum de ſe pateat, non indiget probatione.

32 Secundò limita,vt nõ procedat†quando ſumus in appellatione ab interlocutoria, & tractat ur de validitate proceſſus iudicis a quo pendente hoc termino facti,quoniam hoc caſu talis proceſſus dicitur validus, & ita procedat deciſio. Aegid.622.proceſſus,& deciſio. Boer.256. Vtrum appellans per totam,& præſertim,num.7.& deciſio. Rot.19. alias 128. ſi iudex,de appella.in no.& deciſio.37.alias 406.not.quòd ſi iudex. de appellatio. in antiq. Quæ licèt ſimpliciter loqui videantur de iudice a quo,non diſtinguendo,an ab interlocutoria,vel diffinitiua fuerit appellatum,tamen ex ratione, quam ſupra retulimus num.27.neceſſariò videtur intelligẽda,vt loquatur in appellatione ab interlocutoria: & ſic pro limitatione rĩæ ſupra poſitæ erit concluſio,quòd proceſſus factus per iudicem a quo,vt præfertur, pendente termino apoſtolorum ſit validus,& cõſequenter ꝙ regula (qñ ſumus in interlocutoria)non procedat in tali proceſſu, & ſecundũ hanc in contingentia facti fuit nouiſſime reſolutum in vna Oſcen.Prioratus corã Lãcellotto. 7.Maij.1571.in qua fuerat appellatum ab interlocutoria,per quam iudex pronuntiauerat ſe competentem,& dato termino iuris(licèt iudex a quo proceſſerit,illius tamẽ proceſſus fuit validus per Dominos ibi reputatus)& licèt Doc. non ponãt,rõnẽ huius limitatio-
33 nis ea poteſt eſſe ratio†quia pendentia huius termini apoſtolorum non debet plus operari,quàm ipſa appellatio, attẽto quod apoſtoli dicũtur eſſe pars,& ꝙñr quid acceſſorium ad ipſam appellationem,vt per Rot.deciſ. 50.alias 366.de appe. in no.Vnde ſi ipſum principale,& ipſa appellatio ab interlocutoria nõ impedit iudicem a quo,quo minus rĩr procedat, non debet,nec ipſum acceſſoriũ,& terminus iſte apoſtolorum ipſum impedire,quominus eo pendente procedere valeat.Quam ſecundam limitationem.

Amplia vt non ſolum proceſſus prædictus valeat †ſed ẽt valeat impetratio per appellantem hoc tpe fãcta de iudice, cui talis appellatio ſit commiſſa. Quinimmo non ſolũ impetratio Iudicis ad quem,verum etiam & proceſſus ipſe iudicis ad quem hoc caſu validus erit reputandus,quicquid dixerit Rot.in deciſ.54.alias 734.no.quòd quando,de appella. in antiq.& deciſ.41.alias 357.fuit dubitatum,verſ.immo poſſet,de appel.in no.dum negant, talem impetrationem valere,quando ſumus in appellatione ab interlocutoria,quia vt dictum eſt ꝺrium vĩ verius,vt ſentit Rot.deciſ.53. alias 564.
35 vtrum ſi appellatur†& eſt magis commu.opin. de qua teſta
36 tur Boer.d.deciſ.256.ſub num.1.ver. ſed præcedens eſt communior opin.†licèt Io. de Neuizan.in conſil.60. non declines,num.15.in fi.videatur aliter ſentire,dũ retentis dictis deciſio.54.& 41.ſubdet Rot.in d.deciſ.53.non bene dicere.Sed propterea non vĩ a concłone ſupra firmata recedendum,cũ nec ſufficiens aliqua per eum rõ allegetur,nec eius authoritas ſit in hoc multum attendenda, cum id abſolute firmare non videatur,ſed loquatur ſub dubio forte,quod & ſi etiam Nic.Boer.ſenſiſſe videatur in conſi.43.videtur,num.15.dum vult,ꝙ qñ ſumus in appellatione ab ĩterlocutoria, impetratio reſcripti,ac citationis hoc tempore facta non valeat: qatñ,vt ex ſupradictis patet,etiam ille eſt ſibi parum conſtans, ab eius atteſtatione non eſt diſcedendum.Quam tamen am
37 pliationem declara neceſſariò duobus modis.Primò †vt talis proceſſus per iudicem ad quem factus valeat,dummodo pars non opponat,parte enim opponente iudex ad quẽ hoc caſu procedere non poteſt,vt declarat Rot. deciſio.19. alias 214.no.ſecundum aliquos,de appel.in antiq.& ſentit Rot. ĩ d.deciſ.53.in princ.& firmauit expreſſe Boer.in d.deciſ.nu.5.
38 †Secundo,vt non procedat,quando iudex a quo reuocaret grauamen,& reponeret partes in priſtinum ſtatum:quia tunc proceſſus & oĩa acta per iudicem ſuper huiuſmodi appellatione impetratum facta dicuntur nulla,& inualida,vt dicit expreſſe Rot.d.deciſi.53. & ſequitur Boer.vbi ſup.nu.5. verſicu.tamen ſi iudex,& iterum dicto conſ.43.videtur. ſub nume.15.quam declarationem ampliando intellige,vt pro-
39 cedat†etiam ſi ex tribus grauaminibus,a quibus erat appellatum,duo tantum eſſent per iudicem reuocata: quia licèt tertium non fuerit reuocatum,tamen totus effectus appellationis dĩ ſublatus,vt eſt deciſ.Aegid.151.ſi a tribus,in prin. & quamuis Aegid.de hoc admiraretur,tamen,vt ille ſubdit in deciſ.ſequ.non potuit exaudiri.Item ſimiliter limita niſi
40 talis reuocatio fieret per iudicem,poſtquam lapſum eſſet tẽpus ad dandum apoſtolos,vt notat expreſſe Ioann. Andr.in d.cap.vt ſuper.num.2.de appellatio.in 6. & poſt eum Mil. in verb.iudex a quo appelletur,fol.186.

41 Sublimita hanc ſecundam limit.Primò†niſi hoc caſu iudex ad quem iudici a quo inhibuiſſet,quia poſt inhibitionẽ vltra procedere non poſſet,vt tradit Boer.in d.deciſ.in final. verb.pro qua faciunt,quæ latius diximus ſup.c.12.de attent. appel.pend.limit.1.princi.in 8.ſublimit.num.101. vbi vniuerſaliter firmauimus,quòd pendente appellatione ab interlocutoria iudex a quo nõ poteſt vltra procedere, quando fuit
42 inhibitus. Secundò †ex intentione eiuſdem Boer.ibidem in fi.vt non procedat,quando iudex a quo præfixerit appellanti terminum ad dandum apoſtolos, ſeu ad dandum danda, vt ſolent(ſecundum eum) cõiter dicere officiales in reſponſione: quia tunc proceſſus iudicis a quo non valeret, vt per
43 eum ibi, † de quo tamen valde ſubſiſtẽdum videtur propter ea,quæ habentur in ſæpius allegata deciſi.19.alias 128. de appellat.in no.& deciſio.37.alias 406.de appel.in antiq.quæ dicunt, proceſſum valere etiam pendente termino ad dandũ
44 apoſtolos ab homine præfixo. Tertiò,† vt non procedat regula,quotieſcunque appellans tacite,vel expreſſe ſuæ appellationi renunciaſſet: quia poſt renũciationem iudex a quo valide poteſt in cauſa procedere, vt eſt hoc expreſſum in ca. vt ſuper,& in ca.ab eo,de appellat.in 6.& ibidem no.omnes Doct.Rot.deciſ.57.alias 406.ſi auditor,ſub num.4.ad fi.verſ. ſi verò iudex,de appellat.in nou.Quod tamen intellige, niſi
45 †pendẽte termino iudex proceſſiſſet:quoniam etiam ſi ſubſequatur renunciatio,proceſſus tamen ante renunciationẽ factus non conualeſcit,vt not.ibi expreſſe Ioan.And. in nouell.in verb.renunciatum,& alij omnes ibi. Quarto limitari poteſt,vt non procedat regula de ſtilo,& iure Cameræ Imperialis†quoniam(cum in ea circa hanc petitionem apoſtolorum ius commune ſit correctum,& relinquatur hoc arbitrio appellantis,an velit illos petere,vel ne, vt tradit expreſſe nouiſſime Miſinger.ſingu.obſeruat.centuria 1.deciſio 84. incipien.iure communi) pendentia quoque huiuſmodi tẽporis videtur ſublata,ita vt non ſit habenda in conſideratio
47 ne. Quintò,†vt non procedat in caſu, in quo appellans nõ teneretur redire pro apoſtolis,prout eſt, quãdo iudex nec tacet,nec dat terminum iuris,ſed reſpondet, quod ipſe audiebat,& nihil aliud, quo caſu non tenetur redire, vt tenuerũt Domini in vna Toletana Capellaniæ coram D.meo Oradino 16.Iunij 1567.in qua dicentes,quòd ex hoc capite appellatio ſuſtinetur,ſatis etiam colligi poſſe videtur,quòd impetratio quoque iudicis ſuper dicta appellatione per impetrãtem facta valida ſit cenſenda. Sextò limita, ſeu mauis declara,†quòd licet iudex pendente hoc termino poſſit procedere,hoc tamen non poteſt facere ſine noua citatione appellantis,alias proceſſus eſſet nullus,per doctrin.Abbat.in capitu.cum cauſam.numero 20. verſicu. aduerte, de re iudicat. prout pro nullitate proceſſus tenuerunt Domini in vna Tirasonenſ.matrimonij coram Aldobrandino decimoquarto Maij. 1565. & in alia Firmana beneficiorum coram Sarmiento 20.Maij 1562.in qua.cum iudex habuiſſet terminũ ad ſententiam pro ſeruato, & fuiſſet appellatum, quatenus contra, & iudex dediſſet terminum iuris, & intra terminũ prædictum ille deceſſerit, & propterea appellans vltra non redierit pro apoſtolis,ſed obtinuerit vigore dicti termini ſententiam ſubſcribi per Decanum ipſo appellante aliter non citato, & ex hoc appellatus prætenderet rem iudicatam,& illam exequendam fore. Appellans verò econtra prætenderet illam eſſe nullam,ex quo fuit ſubſcripta abſque eo,quòd ille fuerit ſaltem ſemel de nouo citatus,& cõſequenter nõ poſſe exequi,niſi conſtito de bono iure,Domini tenuerunt quòd videretur de bono iure.

Quid autem ſi iudex hunc terminum abbreuiauerit, ſeu
49 etiam prorogauerit(poteſt † enim hoc facere,ad not.in capitulo perſonas,& in capitu.cum ſit.de appellationi. & ſentit Rota deciſio.quadrageſimaprima.alias 357.fuit dubitatum
50 verſicu. præterea iudex, de appellationib.in nou.† nunquid ſi aliquid fiat extra terminum anticipatum durante tamen termino iuris, vel intra terminum prorogatum, elapſo tamen iuris termino dicatur attentatum ſecundum regulam ſuprapoſitam? & breuiter dici poteſt, quòd non:quia phmõdi prorogationes,& anticipationes nõ vĩ alterari natu
51 ra,& qualitas actus, qui geritur:inde videmus † ꝙ ſi appellans non cõpareat in termino prorogato, vel anticipato ad

Source : BIU Cujas

recipiendum apoſtolos, appellatio non dicitur deſerta ſecũ dum Mil.in verbo,appellatio non intelligitur deſerta,fol.9 poſt Rotam deciſ. 57.alias 406.ſi auditor,in princi. de appel. in nou.vbi concluditur, quòd per has præfixiones appellãs non cogitur vltra comparere,& redire pro apoſtolis.

Vnde ſicut illarum vigore nõ inducitur neceſſitas redeũdi in appellante, ita nec etiam illarum pendendentia videt habenda in conſideratione reſpectu attentatorum, præſertim cum attentata tanquam pœnalia ſint odioſa, vt dicemus infra in 3.parte,cap.vltimo,de pœna attentantis,nu.5.

52 †Et inſuper ad propoſitum materiæ,de qua agimus,nota ꝙ ſi pendente hoc termino fiat inter partes compromiſſum,

53 tempus petendorum apoſtolorum ſuſpenditur,† & ſi arbitris non pronunciantibus expiret compromiſſum,reſiduũ temporis ad petendum apoſtolos dandum eſt appellanti, vt tradit poſt Bald.Franc. & alios per eum allegatos Blanc. in tracta de compromiſſ.quæſt.6.princip.numero 15.verſic.

54 octauò intellige.in fi.Et ſimiliter†quòd ſi eſſemus in caſu,in quo quis obtinuiſſet reſtitutionem in integrum ad appellã dum,tempus 30.dierum,qui dẽtur ad recipiendum apoſtolos, incipiunt currere a die ſententiæ latæ ſuper reſtitutione,vt poſt alios animaduertit Guid.Pap.in tracta.de appell. quæſt.103.ad fi.

Cap. XIIII. de attent. pendente reſtitutione in integrum ad appellandum.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio in integrum ad appellandum quibus modis, & quibus ex cauſis concedatur,remiſſiue.*

5 *Negligentia procuratoris in non appellando ſola non dicitur eſſe iuſta cã ad obtinendum reſtitutionem in integrum ad appellandum.*

3 *Reſtitutionem ad appellandum petens, ad illam obtinendam non ſufficit probare impedimenta.*

4 *Niſi vltra aliqualiter doceat de ſuo intereſſe,& ſua læſione.*

5 *Secundum receptiorem ſententiam.*

6 *Læſio ad effectum obtinendi reſtitutionem ad appellandum debet probari ſaltem præſumptiue.*

Etiam ſi præſumptio eſſet modica.num.7.

Immo ſecundùm aliquos iſta reſtitutio etiam prætermiſſa omni examinatione eſt concedenda.num.8.

9 *Probatio modica læſionis non ſufficit ad obtinẽdam reſtitutionem aduerſus rem iudicatam.*

10 *Secundum magis commu.opi.*

11 *Commiſſione ſignata per placet,in qua eſt clauſula, Quatenus dignetur oratorem ad appellandũ,appellationemq; proſequendum docto de ſuo bono iure ex eiſdem actis gratioſè reſtituere, & cauſam appellationis committere &c. Impetrans non poteſt tãquam reſtitutus appellare infra x.dies a die præſentatæ commiſſionis,niſi antea de ſuo bono iure docuerit,& de illo conſtare iudex declarauerit.*

12 *Reſtitutio ad appellandum ex clauſula generali,ſi qua iuſta cauſa,&c. non ſolum minorib.& perſonis priuilegiatis,ſuerum etiam maioribus conceditur.*

Præuia tamen probatione læſionis,ſaltem præſumptiue,ut num.13.

Et ita fuit alias in curia practicatum,ut nu.14.

15 *Attentata pendente reſtitutione in in integrum ad appellandum an ſint reuocanda,ſunt Rotæ deciſiones ſibi inuicem pugnantes.*

In obſeruantia tamen illa eſt,in qua dicitur, quòd talia ſint attentata, reuocanda,ut nu.16.

17 *Executio,& alia geſta pendente reſtitutione in integrum ad appellandum,regulariter dicuntur attentata, & tanquam attentata reuocãda.*

Secundum commu.opi.ut nu.18.

19 *Antonius de Camario magnus practicus appellatur.*

20 *Reſtitutioni in integrum ad appellandum ſola pendentia,abſque eo quòd fuerit in cauſa inhibitum,facit attentata.*

21 *Reſtitutus ad appellandum poteſt petere reuocationem etiam eorũ, quæ fuiſſent attentata infra x.dies,qui dantur ad appellandum.*

22 *Excommunicationis ſententia lata pendente reſtitutione in integrum ad appellandũ non dicitur attentata,ex quo ſecum trahit executionem.*

Contrarium aſſignatur,& ſoluitur infra nu.25.

23 *Licèt ſecus ſit quò ad denunciationem,& monitionem,& alia executorialia prædictæ ſententiæ excommunicationis.*

Contrarium tamen videtur verius,ut infra nu.26.

25 *Reſtitutio in integrum ad appellandum,quãuis litem introducat, iuriſdictionem tamen primi iudicis non videtur ſuſpendere.*

27 *Reſtitutione ad appellandum pendente attentata non reuocantur,ſi illã petens in ea ſuccubuit.*

Contrarium aſſignatur,& ſoluitur infra nu.29.

28 *Fatalia currunt ei,qui in cauſa attentatorum ſuccubuit.*

29 *Attentata pendente appellatione reuocantur etiam ſi appellans permittens appellationem deferi in cauſa appellationis ſuccubuiſſet.*

30 *Reſtitutus ad appellandum per iudicem,ſi aut omnino nõ appellauit,uel ſaltẽ infra x. dies, geſta, & hac reſtitutione pendente, non reuocantur tanquam attentata.*

31 *Reſtitutus ad appellandum debet intra x.dies appellare.*

32 *Executio facta pendente tempore ad appellandum,licèt non debuerit fieri,ſi tamen poſtmodum non appelletur,illa remanet valida,& non reuocatur tanquam attentata.*

33 *Reſtitutio in integrum ad appellandum non facit attentata,quando petitur in caſu,in quo non poſſet appellari.*

34 *Appellatio ubi eſt remota,non poteſt quis petere reſtitutionem in integrũ ad appellandum.*

35 *Exceptio falſitatis inſtrumenti ipſius appellationis,& nullitatis eiuſdem opponi poteſt contra eum,qui obtinuit ſe reſtitui ad appellandum.*

36 *Tertius ſi petat reſtitutionem in integrum ad appellandum, non debet hoc prætextu retardari proceſſus cauſæ.*



Idimus hucuſque de attentatis, quæ ex pendentia appellationis inducuntur, quando illa fuit interpoſita.Verum quia quandoq; dicitur attentari,etiã ſi illa nõ fuerit actualiter interpoſita,prout eſt, quando quis petit ex aliqua iuſta cauſa ſe reſtitui ad appellandum,ideo non incõgrue ſubijcimus rubri.de attent.pendente reſtitutione in integ.ad appellandũ.

1 †Circa quam licèt multa dici poſſent, quæ modum, & cauſas,ex quib.huiuſmodi reſtitutio conceditur,reſpiciunt, de quibus per Mil.in verb.reſtitutio in integrum ad appellandum.fol.350.& in verb.reſtitutio datur minori.fol.351.Tria

2 tamen ſunt omnino in hac materia attendenda.†Primũ eſt quòd ſola negligentia procuratoris in non appellando nõ dicitur eſſe iuſta cauſa petendi hanc reſtitutionem,vt eſt in recollect.Paleot.deciſ.96.& Verall.1.deciſ.67. de quo etiam aliquid fuſius diximus ſupra in hac 2.parte c.2.de attent.ap

3 pel.pend.in 50.limitat.princip. †Secundum, quòd non ſufficit ad obtinẽdam hanc reſtitutionem probare impedimẽ-

4 ta,quibus detentus quis non potuit appellare, † ſed vltra requiritur,quòd petens aliqualiter doceat de ſuo intereſſe,ac de ſua læſione,vt eſt deciſio. Rot.5.alias 87. non ſufficit, de reſtitu.in integr.in no.quam allegat Mil.vbi ſupra, & ex recentioribus eandem ſequitur Crauett.in conſilio 172.venerabilis.numero 7.libro 1.& alia deci.Rot.53.alias 384.fuit dubitatum.ad fin.de appellat.in no.quam ad hoc citat Veſtr.in praxi Roma.cur.libro 8.cap.de reſtitut.in integr.verſicu.adde pro breuiori,vbi in id etiam allegat deciſ.Aegid.38.Eccleſia,& poſt Rot.dicta deciſ.87.& alios per eum allegatos firmauit Oſaſc.in deciſ.Pedemont.157. quæſitum fuit. per totam,præſertim ſub numero 8.uerſic.contraria verò opi. ubi

5 & hunc articulum ad partes diſputauit†& hãc eſſe receptiorem opinio.eſt atteſtatus,quibus adde Ioann.Bapt.Fetret.in conſil.11.quærendum eſt,nume.17.libro primo.hoc autem

6 debet probare ſi non plene ſaltem † præſumptiue ſecundũ

7 Aegid.deciſio.418.petens ſe reſtitui ad appellandũ.†Et ſuffi cit etiam modica præſumptio.Rot.deciſio.30. alias 360.no. quòd mandatum.de reſcript.in antiq.quod etiã dixit Aegi.

8 deciſ.334.in cauſa, immo † fuerunt aliqui in ea ſententia, quòd huiuſmodi reſtitutio etiam prætermiſſa omni examinatione ſit concedenda, ut alias in Camera Imperiali factũ fuiſſe atteſtatur Miſinger. ſingul.obſeruat. centuria quarta.

9 deciſ.17.incip.prefatam. † Quæ tamen modica probatio & præſumptio non ſufficeret in reſtitutione in integrum ad-

10 uerſus rem iudicatam†ſecundum magis commun.opinio. de qua teſtatur Petr.de Benintend.in deciſio.Rot. Bononiẽ. 85. dubitabatur.numero 9.quòd ſi aliquis impetrauit com-

11 miſſionem ſub his verbis†videlicet,quatenus dignetur oratorem ad appellandum, appellationemque proſequendũ docto de ſuo bono iure ex eiſdem actis gratioſe reſtituere,& deinde cauſam & cauſas appellationis & appellationũ cõmittere & mandare,& ſignatura reſponderit,placet D.N. Papæ,non poterit ille tanquam reſtitutus appellare intra decẽ dies a die præſentatæ commiſſionis, ſed debet antea docere de illius bono iure,Iudexque debet antea declarare, conſtet vel ne dicto bono iure, ut fuit tentum in vna Vlixbonen. coram R.P.D.de Rubeis,2.Februarij 1557. ut ſunt in recollect.Caputaquen.parte ſecunda.deciſio.12.incipien.fuit impetrata,cum deciſio.ſequen.quę incipien.fuit pro vlteriori.

12 †Tertium eſt quòd hęc reſtitutio ad appellandum pręuia

13 † probatione,de qua ſupra, non ſolum conceditur perſonis priuilegiatis, prout ſunt Minor, Eccleſia, & ſimiles, verum etiam maioribus ex generali clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa eſſe uidebitur,ut patet ex ſupra allegatis deciſi.quę non diſtinguunt inter minorem aut maiorem, & expreſſe id animaduertit Pau.de Caſt.in 1.nam poſtea.§.ſi minor ubi

14 †dicit,ſe ita vidiſſe in curia practicari,quem ibi refert & ſequitur Alex.ſub num.9.ff.de iureiur.

His

Source : BIU Cujas

15 His breuiter præmiſſis aduertendum inſuper eſt † quòd licet in hoc articulo, an executio, & alia geſta pendente reſtitutione ad appellandum ſint attentata, & per modum attentati reuocanda, duæ reperiantur Rot. deciſ. ſibi inuicem contrariæ, prima videlicet 51. alias 379. ſi committatur, de appel. in no. in qua poſt relata quædam motiua in contrarium, dicitur, quod per omnes fuit concluſum, executionem & cætera hoc tempore attentata eſſe per modum attentati reuocanda.

Secunda verò in deciſi. 62. alias 446. ſi lata. eo. tit. in no. vbi dicitur, quòd ſecundum omnes concluſum fuit, quòd executio, de qua ibi, non ſit per modum attentati reuocanda.

16 † Nihilominus, quia in obſeruantia dicitur eſſe non illa ſecunda, ſed illa prima, videlicet quòd huiuſmodi attentata ſint reuocanda, vt dicit Caſſad. deciſ. 1. Alexander. ſub num. 5. vt' lite penden. idcirco concluſiue procedendo ſecundum primam pone.

17 Regulam † Quòd executio & alia geſta pendente reſtitutione ad appellandum ſunt attentata, & per modum attentati reuocanda, quæ firmatur ex dicta deciſ. 51. & eam tenet Mil. in verb. attentata pendente cauſa reſtitutionis ad appelland. fol. 29. & in verb. executio ſententiæ contra quam, fol. 127. & eam obſeruari tradit Caſſad. d. deciſ. 1. pro qua fa. quæ ponit Rip. in l. 4. §. condemnatum. col. fi. ſub num. 30. verſi. conſidera etiam. ff. de re iudi. qui vult, ꝙ per reſtitutionem ad appel-

18 landum † ſecundum comm. opin. de qua ibi per eum, execu-

19 tio ſententiæ impediatur, poſt † Ant. de Cannario magnum practicum in tracta. de guarentig. q. 21. ad fin. qui expreſſe firmauit, ꝙ hmòdi executio ſit attentata, & tanquam attentatum veniat reuocanda. Quod etiã ſenſiſſe vr̃ Veſtri. in praxi Ro. cu. lib. 8. ca. 3. num. 15. dum allegat dictam deciſ. 51. alias 379. & ſecundum eam ponit ibi generaliter regulam, quod reſtitutio in integrum habeat effectum ſuſpenſiuum, Quã amplia.

20 Primò, vt procedat † etiam ſi iudex huiuſmodi reſtitutionis non inhibuiſſet: nam hoc caſu ſola pendentia litis ſuper hac reſtitutione debet innouationem prohibere, cum non poſſit negari, ut etiam cõſiderat Rot. d. deciſ. quin vera lis inter partes occaſione dictæ reſtitutionis pendeat ſm ea, quæ latius diximus ſupra c. 4. de attent. lite pend. in præfatione n. 127. dum late declarauimus, qñ lis dicatur pẽdere ad effectũ attẽtatorum, & q̃uis Rot. ibi verſ. maxime quia &c. faciat aliqualem mentionẽ de inhibitione, quæ in caſu illo fuerat facta, & eam (ad tollẽdum oẽ dubium) videatur aliquo modo conſideraſſe, paulò tñ infra ver. reuocabũtur igitur oĩa & c. clare demonſtrat, ꝙ ſola litis pendentia inducit reuocationem illorum attentatorũ, cum dicat illa reuocari tanq̃ lite pendente facta, per clem. 2. vt lit. pend. idcirco ampliationẽ tene, alias præſuppoſito, ꝙ inhibitio eſſet neceſſaria, hæc oĩa quæ in hac rña ponuntur, parum aut nihil deſeruirent, cum hoc caſu nõ reſtitutionis pendẽtia, ſed ipſa inhibitio cauſaret attentata, prout hoc eſt aliàs regulare, vt dicemus in cap. 20. de attent. poſt inhibitionem, in præfatione, in fi. verſi. Regula, quòd geſta poſt inhibitio.

21 Secundò ampliat † vt reſtitutus hoc caſu ad appellandum poſſit petere etiam reuocationem eorum, quæ fuiſſent attẽtata ante appellationem infra 10. dies, vt eſt deciſ. Aegid. 217. exceptio.

Limita eandem regulam.

Primò, ex intentione Rotę vbi ſupra num. 2. & 3. ſed quid

22 ſit † vt non procedat in ſnĩa excõicationis lata pendente hac reſtitutione: quia quamuis Iudex malefaciat excõicando, tamen quia illa trahit ſecum executionẽ, & ſtatim aut ligat,

23 aut nõ ligat, ideo ſi ſit prolata, vtiq; valet † licèt ſecus ſit quòd ad denunciationẽ & monitionẽ, & alia executorialia prædictæ ſnĩæ excõicationis: quia illa tanq̃ cõſiſtentia in facto, & quæ non trahãt ſecum executionẽ, ſunt per modum attẽtati reuocãda ſm Dominos ibi. Sed circa hanc limitationem ſubſiſtẽdum vr̃, quia ſicuti de primo dicto põt probabiliter

24 dubitari, ita ſm de denunciatione vr̃ verum † qm̃ ꝯ primum vr̃ facere: quia ſicuti excõicatio pẽdente appellatione & poſt eã interpoſitam lata rſr non valet c. ad præſentiã, & ibi not. Franc. de appel. Rot. deciſ. 20. alias 130. ſi poſt. de appel. in no. de quo latius diximus ſup. c. 12. de attent. appellatione pẽdẽte, in 8. ampliat. prin. nu. 1. & per totam: ita dẽret dici, ꝙ nõ valeat lata pẽdente reſtitutione ad appellandũ. Niſi ſuſtinẽdo limitationẽ Dñorum conſideres diuerſam rationem ĩter vnũ caſum & aliũ: quia qñ fertur excõicatio poſt appellationẽ: cum iuriſdõ Iudicis p appellationẽ ſit ſuſpẽſa c. venientes. de teſtib. cũ ſimil. illa dr̃ ab incompetenti Iudice & carẽle iuriſdõne lata, ſecus aũt eſt in reſtitutione ad appellandũ

25 † cũ primus Iudex per reſtitutionẽ petitam nõ amiſerit iuriſdictionẽ, & nõ reperiat̃ iure cautum, ꝙ hmõdi reſtitutio (licet litem introducat) iuriſdõnem quoq; Iudicis ſuſpendat. Quoad ſecundum, quamuis Dñi ibi firment, denunciationẽ hoc caſu eſſe reuocandam via attentati † ꝯrium tñ vr̃ verius ſm ea, quæ latius diximus ſup. c. 2. de attẽta. appel. pend. in 21. limit. princ. num. 3. & ſeq. dum ibi rſam firmauimus, ꝙ pendente appellatione põt deueniri ad denunciationem citra vitium attẽtatorum ex rationib ibi poſitis, quæ hic breuitatis cã non repetuntur. Quæ omnia cum procedãt in appellatione, & ꝯñr qñ tſr eſt ſuſpenſa iuriſdictio Iudicis, multo magis locum ſibi vendicare debẽt, qñ ſumus in reſtitutione ad appellandum, per quam (vt diximus) non inducit hæc ſuſpenſio, & ꝯñr extendi poſſe, ac debere limitationem hãc, vt pendente hac reſtitutione, excõicatio, ac etiam denuncia tio facta non reuocentur tanq̃ attentata, declarando tamẽ, & limitando hoc dictum de denunciatione ijs modis, quos ibi poſuimus. Et quamuis nec Rot. ibi, nec Doct. alibi videãtur in propoſita materia, niſi prædictam limitationem ponere, tu tamen adde, quòd etiam alijs modis videtur prædicta regula neceſſariò limitanda, & ſic

27 Secundò limita. † vt non procedat, qñ is, qui petebat reſtitutionem ad appellandũ, in hoc iudicio reſtõnis ſuccubuiſſet, & ſibi ex aliqua cã reſtitutio fuiſſet denegata: geſta enim hoc caſu pendente huiuſmodi reſtitutione non debent cẽſeri attẽtata, & tanquã attentata reuocari: ſicut dicimus in ſi-

28 mili † ꝙ quamuis pendente iudicio attentatorũ, fatalia in cã principali non currant ex ſpeciali attentatorum priuilegio, quo vtitur is, qui agit ad attentatorum reuocationem, vt eſt deciſ. Rot. 15, alias 102. fatalia, de appel. in no. attamẽ hoc priuilegio nõ poteſt vti is, qui in cauſa attẽtatorum ſuccubuiſſet, vt expreſſe declarat Rot. in d. deciſ. 15. & poſt eam Mil. in verb. appellationis tps. fol. 11. & in verb. terminus proſequendæ appellationis, fol. 373. de quo latius etiam diximus infra in 3. parte, ca. 30. de priuileg. attent. in 10. priuilegio. num. 77. Vnde ſicut ibi ſuccumbens non gaudet illo priuilegio, ſic ĩ caſu noſtro ſuccumbens non gaudeat priuilegio pendẽtiæ

29 reſtitutionis in integrum. † & ſi aliquis contra hanc limitationem diceret, ꝙ in ꝯrium facit id, quod nos etiam ſupra firmauimus in c. 2. de attent. appellatione pendente, in 1. am pliat. princ. num. 2. videlicet quòd etiam deſerta appellatione poteſt quis petere reuocationem executionis, & aliorũ, quæ pendente appellatione geſta erant. Et conſequenter ex his apparet, ꝙ etiam qñ quis ſuccumbit ĩ cauſa, prout eſt ibi per deſertionem, executio pendente appellatione facta tanquam attentata venit reuocanda, poſſet reſponderi ex his, q̃ ſupra proxime diximus, quòd eſt diuerſa ratio inter pẽdentiam appellationis, & pendentiã reſtitutionis, de qua agitur cum per appellationem ſit ſuſpẽſa iuriſdictio Iudicis a quo vnde non mirum, ſi executio ſic ſine iuriſdõne facta eſt nulla, & inualida, quæ ceſſat in reſtitutione.

30 Tertiò, adhuc limitandam cenſeo † vt non procedat, quãdo hoc caſu petẽs reſtõnem illã obtinuiſſet, & quamuis fuiſſet p Iudicẽ ad appellẽdũ reſtitutus, ille tñ de facto, vel oĩno nõ appellauit, vel ſaltẽ nõ infra x. dies poſt hmòdi reſtõnẽ

31 obtẽtam † (nam & reſtitutus dẽt infra x. dies appellare, vt ſentit Rot. d. deciſ. 62. alias 446. ſi lata ver. præterea) quæ licèt in ſui deciſione nõ ſit in obſeruãtia, vt ſup. dictũ eſt, tñ quantũ ad hoc de tpe appellandi vr̃ tenenda, vt ẽt annotauimus ſupra c. 12. de atten. appel. pend. limi. 50. princ. in 11. ampli. rſæ ibi poſitæ n. 109. & eã expreſſe tenet ĩ hoc Veſtr. in praxi Ro. cu. li. 8. c. 3. de reſt. in integ nu. 18. quo caſu executio ante obtẽtam reſtõnem facta nõ dẽt tanq̃ attẽtata reuocari, ſicut dicimus in ſi-

32 ſi † ꝙ executio facta pẽdente tpe ad appellandum licèt nõ debuerit fieri, tñ ſi poſtea nõ appellet̃, vt tradit Fely. poſt alios, de quib ibi per eũ in c. quo ad conſultationẽ. nu. 38. de re iud. Tps enim hoc, quod petitur reſtitutio ad appellandum, videtur in effectu eſſe tempus ad appellandum, ergo idem ius in eo eſſe debet.

33 Quarto vr̃ poſſe limitari † vt regula non procedat, quãdo quis peteret ſe reſtitui ad appellandũ in aliqua cã, in qua nõ

34 poſſet appellari † non enim poteſt quis reſtõnem in integrũ poſtulare ad appellandũ, quando appellatio eſt remota, ut no. Lap. alleg. 53. an oporteat, in fi. Vnde ſi pendẽte hoc caſu hac prætẽſa reſtõne ad appellandum aliquid fieret, non dẽt iudicari attentatũ: qm̃ ſi quando ſumus in caſu, quo appellatio eſt prohibita & remota rſr non dr̃ attẽtari. ut diximus late ſupra c. 12. de attent. appel. pend. limi. 8. princ. in princip. & limit. 50. princ. nu. 2. & ſeq. & iterum ibidẽ in 53. limi. princ. in prin. & per totam, quanto minus petitio reſtõnis ad appellandum, poterit hunc effectum operari? Et in iſtis terminis. ꝙ pendente reſtitutione ad appellandum a ſententia lata in poſſeſſorio contra uniuerſitatem, ſententia poſſit mandari executioni, fuit reſolutum in una Farfen. executionis corã D. meo Oradino de anno 1556.

Source : BIU Cujas

Quintò, videtur limitandum †quia si restitutus appellauerit, & prætendat aliquid fuisse attentatum, contra petentem reuocationē potest opponi exceptio & falsitatis instrumenti appellationis, & nullitatis eiusdem non obstantibus tribus sententiis super restitutione ad appellandum latis, ut est decis. Aegid. 217. exceptio falsitatis.

36 Sexto limita † ut non procedat in tertio, qui petat restitutionem in integrum ad appellandum, quia ex hoc prætextu non debet retardari causæ processus, ut est in recolle. Verall. 1. decisio. 226.

Cap. XV. de attent. pendente compromisso.

SVMMARIVM.

1 *Compromisso pendente an dicatur atttentari, & arbitri possint attentata reuocare, plures sunt opi.*
2 *Attentari non dicitur coram arbitris secundum aliquos.*
3 *Attentata videntur de necessitate præsupponere iurisdictionem, cum illa dicantur in contemptum iurisdictionis regulariter fieri.*
4 *Arbiter non dicitur habere iurisdictionem, sed notionem.*
5 *Immo sine dubio caret iurisdictione secundum aliquos.*
6 *Compromisso pendente potest altera pars dimissis arbitris ire ad Iudicem ordinarium, & coram eo aduersarium conuenire, & soluta pena cōpromissi valide ad ulteriora procedere.*
7 *Etiam super eadem re.*
8 *Satisdare de lite prosequenda, aut de iudicio sisti, non tenetur quis corā arbitro.*
9 *Litis pendentia non inducitur per compromissum.*
10 *Compromissum non facit rem litigiosam.*
11 *Quod perpetuo notandum esse aliqui asseruerunt.*
12 *Exceptio litis pendentiæ coram arbitro non impedit litis contestationem, sicut coram iudice.*
13 *Alienatio rei sicut per sententiam arbitri prohiberi nō potest, ita, et multo minus per litis pendentiam coram arbitro debet censeri prohibita.*
14 *Iudicium non dicitur, neque lis, neque causa coram arbitratore.*
15 *Causa prima, & non secunda dicitur illa, quæ pendet vigore reductionis ad arbitrium boni viri.*
16 *Statutum loquens de primis causis habet locum in causa, quę pendet coram iudice vigore reductionis ad arbitrium boni uiri, ex quo discussio facta coram arbitratore non habetur in consideratione, nec facit primā causam.*
17 *Arbiter mulctare non potest.*
18 *Nisi huiusmodi facultas sit sibi a partibus attributa.*
19 *Secundum commun. opi.*
20 *Arbiter non potest pronunciare super pęna, vel compromisso, uel alia noua pęna.*
21 *Possessionis restitutionem, aut missionem in eam arbiter facere non pōt, ex quo dicitur esse mixti imperij.*
22 *Iudex potest reum conuentum lege Aquilia, & damnum negātem in duplum condemnare.*
23 *Arbiter autem id facere non potest.*
Verior tamen videtur opi. contraria, ut infra nu. 95.
24 *Arbiter non iudicat de superuenientibus post tempus compromissi.*
25 *Pœna duplici non debet regulariter quis ex eodem delicto puniri.*
26 *Pœna conuentionalis semper committitur, quando pars impedit arbitrū quo minus pronunciare possit.*
27 *Compromissum dicitur esse stricti iuris.*
28 *Accessoria regulariter non veniunt in his, quæ sunt stricti iuris.*
29 *In compromisso non ueniunt nisi solum & de quib. specialiter inter partes actum est, ex quo dicitur esse stricti iuris.*
30 *Iudicari de accessorio non semper dicitur, quod iudicatur de principali.*
31 *Statutum prohibens appellationem, habet locum in causa principali non in emergentibus.*
32 *Appellari a sententia interlocutoria potest in possessorio, quamuis a sententia in causa principali non possit.*
33 *Remedium ordinarium quousque competit, non est recurrendum ad extraordinarium.*
34 *Compromisso pendente attentari dicitur, & arbiter potest talia attentata reuocare secundum alios.*
Et hæc est verior, ut infra num. 121.
35 *Arbitria redacta sunt ad instar iudiciorum.*
36 *Processus arbitri fieri debet, sicut processus iudicis.*
37 *Et hæc dicitur esse communis regula.*
38 *Nisi dissimilitudo in iure expresse in aliquo casu reperiatur.*
39 *Arbitrium de necessitate requirit tres personas, uidelicet actorem, reū & iudicem, sicut etiam requirit iudicium.*
40 *Iudex sicut procedendo ad vlteriora videtur exceptiones propositas reijcere.*
41 *Ita & arbiter.*
42 *Interlocutoriam suam sicut Iudex potest reuocare.*
43 *Ita & arbiter.*
44 *Instantia sicut coram iudice perit triennio.*
45 *Ita & coram arbitro, quando per partes nullum tempus fuit appositum.*
Quod etiam frequrntius obtinuit. num. 46
47 *Expensarum condemnatio ita fit coram arbitro sicut coram iudice.*
48 *Lis coram arbitro contestatur.*
49 *Lis post contestationem esse dicitur.*
Secundum commu. opi. num. 50.
51 *Litis coram arbitro contestatio interrumpit præscriptionem.*
52 *Item perpetuat actionem ad 40. annos.*
53 *Arbiter debet sicut iudex in uno quoque actu partes citare.*
54 *Causæ cognitio etiam coram arbitro est necessaria.*
55 *Citatio litem inducit, remissiue.*
56 *Interpretationem a iure communi quælibet dispositio recipit.*
57 *Compromissum, & arbitrorum potestas restringitur ad ius commune.*
58 *Ratio quare attētata prohibentur, illa potissimum esse uidetur, quia nō debet in præiudicium partis aliquid fieri.*
59 *Dilatione pendente sicut iudex procedere non potest absque uitio attentatorum.*
60 *Ita nec arbiter.*
61 *Compromisso uidetur induci talis litis pendentia, quæ sufficit ad causandum attentata, quamuis arbiter non iudicialiter, sed extraiudicialiter dicatur procedere.*
62 *Extraiudicialis actus, puta appellatio secundum aliquos facit attentata.*
63 *Compromissi natura ea uidetur, ut eo pendente non permittant iura in aliquo partibus præiudicari.*
64 *Compromisso pendente non currit tempus remissoriæ.*
65 *Fatalia regulariter non currunt appellanti, donec pendet compromissum.*
66 *C. si hi contra quos. ut lite pend. in 6. loquens de attentatis, habet locum etiam, quando lis esset coram arbitro.*
67 *Arbiter cognoscit, & pronunciat super accessorijs, & cohærentibus ad causam principalem, sine quibus illa commode expediri uon potest.*
68 *Arbiter potest contumacem in expensis, & interesse condemnare.*
69 *Causa attentatorum dicitur accessoria ad causam principalem.*
70 *Attentata habent se per modum accessorij ad causam principalem secūdum Oldrad. & uidetur accessoria annexa, & dependens a causa principali.*
71 *Arbiter facere potest ea quæ iudicis officio expediuntur.*
72 *Iuramentum in litem contra contumacem in non restituendo rem, de qua agitur, etiam arbiter deferre potest.*
73 *Secundum commu. opi.*
74 *Arbiter potest in quacunque parte iudicij ex officio interrogare partem an possideat.*
75 *Item cogere partem, ut delato iuramento, aut iuret, aut referat.*
76 *Item præcipere parti sub pęna confessatarum positionū, ut illis respōdeat*
77 *Arbiter cognoscere potest de his, quæ obueniunt pendente compromisso, & super illis pronunciare, ut super fructibus.*
78 *Immo etiam de illis, quæ si res fuisset deducta in iudicium in consequentiam uenissent.*
79 *Audientiam potest arbiter denegare alteri parti, tanquam contumaci, & in pœnam.*
80 *Arbiter cognoscere debet an sua sit notio.*
81 *Iudex sicut potest cognoscere, an sua sit iurisdictio, & contra eam turbātem procedere, etiam si in eum non habeat iurisdictionem, puta si iudex laicus turbetur a clerico.*
Ita & arbiter debet contra turbantem suam notionem posse procedere, ut num. 82.
83 *Arbiter licet non possit aliquem immittere in possessionem, pronuntiare tamen potest aliquem immittendum esse.*
84 *Tertius licet regulariter non attentet, si tamen iudicem in iurisdictione turbaret, diceretur attentare.*
85 *Arbiter semper cognoscit de incidentibus, & emergentibus.*
Secundum commun. opin. num. 86.
87 *Incidentia, & emergentia semper censentur in compromissum deducta.*
Etiam si non sint specialiter nominata. num. 88.
Et hoc omnes Doctores dicunt. num. 89.
90 *Emergentia illa dicuntur quæ in ipso iudicio emergunt.*
91 *Incidens ad causam principalem dicitur esse causa attentatorum.*
92 *Arbiter ratione causæ incidentis potest cognoscere etiam ea, quæ regulariter non potuisset, puta de restituut inne in integrum, quæ est mixti imperij.*
93 *Compromisso ueniunt omnia ea, quæ sunt ex natura actionis, & potest arbiter super illis pronunciare.*
94 *Arbiter potest reum lege Aquilia conuentum, & damnum negantem in duplum condemnare.*
Secundum ueriorem opi. num. 95.
96 *Iudex potest delinquentem coram eo etiam si non habeat iurisdictionem condemnare, quando crimen facto, & culpa ipsius est commissum.*
97 *Clericus falsum deponens coram iudice laico, uel alias calumniose agens potest per eum pecuniariter puniri.*
98 *Compromissum non debet reddi elusorium, aut arbiter contemni.*
99 *Fraudibus non est aperienda uia.*
100 *Arbiter tenetur administrare iustitiam.*
101 *Arbitrio alicuius si quid est cōmissū, debet ille, quod iustū est, arbitrari.*

Source : BIU Cujas

102 *Iustitiam, & puritatem conscientiæ non solum Iudices, verum etiã arbitri sequi tenentur.*
Alias faceret litem suam, vt num.103.
104 *Reductio datur aduersus laudum, quod prætenditur iniquum.*
105 *Clausula, de iure pronunciet, in compromisso apposita quomodo intelligatur, remissiue.*
106 *Iniustitia dicitur fieri ita, ut possit appellari, si attentata non reuocãtur.*
107 *Arbiter potest inhibere.*
108 *Inimicitijs stantibus potest arbiter alteri parti inhibere, ne trãseat per contratam alterius.*
109 *Clausula, rebus in eodem statu manentibus, a iure in qualibet dispositione videtur tacite subintelligi.*
110 *Compromisso pendente an dentur attentata, potest secundum alios distingui, Aut sumus ante litem contestatam, & actus non dicuntur attentati, Aut potest litem contestatam, & dicuntur attentati.*
Hæc tamen distinctio reprobatur. num. 112.
111 *Compromissum solui per accessum ad Iudicem impune potest, antequam lis sit contestata.*
113 *Compromisso pendente, an attentata dentur, alia distinctio adhiberi potest secundum alios. Aut sumus in arbitro necessario vigore statuti, & dantur attentata. Aut in voluntario, ut in arbitratore, & regulariter illa non dentur.*
114 *Arbiter assumptus vigore statuti dicitur habere iurisdictionem.*
115 *Iurisdictio Iudicis ordinarij dicitur suspendi per compromissum factum in arbitrum electum vigore statuti.*
116 *Lis non dicitur esse coram arbitratore.*
117 *Compromisso pendente attentata an dentur, alia secundum alios videtur danda distinctio. Aut in compromisso fuit promissum parere sententiæ arbitri, & tunc arbiter non possit illa reuocare.*
Quæ tamen distinctio non videtur, quòd admodum sit accommodata, ut hic num. 118.
119 *Compromisso pendente an dentur attentata, alia distinctio secundũ alios adhibetur, videlicet. Aut sumus in attentatis antea coram Iudice ordinarie perpetratis & arbiter de eis cognoscat. Aut in attentatis coram ipso arbitro, & tunc secus.*
Sed & hæc distinctio reijcitur nu. 120.
121 *Attentata fundantur aut in contẽptu Iudicis, aut in præiudicio partis.*
122 *Contemptus Iudicis videtur etiam considerari quoad eum, qui non habebat iurisdictionem.*
124 *Iudex impetratus per rescriptum surreptitium videtur ipso iure nullũ & non tribuit iurisdictionem.*
125 *Inhibitio emanata etiam vigore rescripti surreptitij facit attentata.*
126 *Litis pendentia etiam extraiudicialis videtur sufficiens ad causandum attentata.*
127 *Iudicium licet non dicatur esse coram arbitro stricte accipiendo, est tamen quasi iudicium.*
128 *Appellationis prohibitio tanquam auferens defensionem censetur odiosa.*
129 *Compromisso pendente regulariter gesta per partes alienando, cedendo, nouum ius impetrando, rei de qua agitur formam immutando, & huius modi in præiudicium partis faciendo sunt attentata, & illa arbiter reuocare potest.*
130 *Præsertim quando sumus in arbitro statuario.*
131 *Arbiter statutarius dicitur habere iurisdictionem.*
Et dicuntur iudices. num. 132.
133 *Et possunt partes, & etiam testes mulctare.*
134 *Arbiter, qui alias erat compromittentium iudex competens, si in procedendo non declarauerit, an uti iudex, uel uti arbiter processerit, in dubio videtur uti iudex processisse.*
135 *Inhibitio arbitri videtur facere attentata.*
136 *Attentata etiam coram arbitratore dari videntur.*
137 *Arbitrator potest de cohærentibus, & accessorijs cognoscere, & pronunciare.*
138 *Arbitrator re perempta pendente compromisso potest laudare super interesse, & extimatione.*
139 *Arbitramentum, & compromissum in arbitratorem dicitur esse species transactionis.*
140 *Arbitramentum magis accedit contractui, quàm iudicio.*
141 *Arbitramento pendente non debet pars aliquid innouando attentare.*
Etiam si vellet soluere pœnam compromissi. nu. 142.
143 *Attentata etiam ante factum compromissum potest arbiter reuocare.*
Quando sumus in his, quæ ad instantiam partis reuocantur, ut infra numero 145.
144 *Causa attentatorum de sui natura non videtur prohibita compromitti.*
146 *Arbitrorum potestas solum ex partium compromittentium uoluntate est mentienda.*
147 *Cessio bonorum etiam pendente compromisso fieri potest.*
Immo per eam dicitur solui compromissum. num. 148.
Etiam si fiat coram arbitratore. nu. 149.
150 *Compromisso primo pendente potest fieri secũdum, uel illi addi qualitas aut certa forma.*
151 *Compromissum quando est nullum ex aliqua causa, non dicitur facere attentata.*
252 *Attentata commissa coram iudice ordinario ante factum compromissi non cognoscuntur, nec reuocantur per arbitrum, quando illa non poterant reuocari ad instantiam partis, sed solum ex officio iudicis nobili.*
153 *Iudex coram quo erant commissa attentata in sui contemptum ante factum inter partes compromissum, potest etiam facto demum compromisso & illo pendente citra uitium attentatorum illa ex suo puro officio reuocare.*
154 *Compromisso pendente citra vitium attentatorum potest actus fieri, qui tenderet ad conualidandum compromissum.*
155 *Authoritas superioris, quæ in compromittendo fuerat omissa potest et pendente compromisso superuenire.*
156 *Dummodo pars non contradicat.*
157 *Et superueniat ante latum laudum, alias illud non ualidaret.*
158 *Recusatio arbitri ex causa post compromissum superuenienti etiam pendente compromisso fieri potest.*
Licèt secus sit in arbitratore, ut num. 159.
Secundum commu. opi. num. 160.
161 *Appellatio etiam pendente compromisso fieri, & interponi potest.*
162 *Itio (vt Docto. appellant) ad iudicem ordinarium etiam compromisso pendente per partes fieri potest arbitro relicto.*
163 *Compromisso pendente possunt regulariter citra vitium attentatorum partes ire ad iudicem ordinarium, iudexque per eos aditus etiam compromisso pendente ualide procedere.*
164 *Processus iudicis per partes pendente compromisso aditi ualet, quousq; de pendentia compromissi non fuit oppositum.*
165 *Compromisso pendente possunt partes etiam principem adire, & impetrare iudicem ab eo.*
166 *Impetratio Iudicis pendente compromisso facta non dicitur attentata.*
167 *Iudicis impetratio facta pendente termino apostolorum potendorum nõ dicitur attentata.*
Secundum commun. opi. ut num. 168.
169 *Lite pendente prohibetur quis impetrare rescriptum.*
170 *Exceptio litis pendentiæ impedit iudicis impetrationem.*
171 *Iudex per partes pendente compromisso aditus potest deuenire ad exe cutionem instrumenti guarentigiati, & habentis executionem paratam non obstante, quod super dicto instrumento, & dictis exceptionib. fuisset factum compromissum.*
Dummodo præstetur cautio de satisfaciendo, secundum quòd fuerit laudatum. num. 172.
173 *Iudex per alterum ex compromittentibus pendente compromisso adiri non potest, quando ex compromisso oriretur actio, uel exceptio.*
Quod dictum exclamat Pa. de Cast. quia quotidianum, ut in num. 175. licèt de eo videatur subsistendum, ut in nu. 177.
Dummodo ex laudo ferendo speretur tolli obligatio ad fauorẽ ipsius obligati, secundum Paul. de Cast. ut in num. 179.
174 *Actio ex compromisso, seu laudo oritur, quando est appositum iuramentum.*
176 *Litis pendentia coram uno impedit coram alio agi, quando ex sententia primi iudicis potest oriri actio vel exceptio.*
178 *Iurisdictio iudicis ordinarij non suspenditur per compromissum voluntarium.*
180 *Compromisso necessario vigore statuti pendente non possunt partes ad Iudicem ordinarium accedere, Iudexque aditus non posset valide proceedere, postquam de hac compromissi pendentia fuit oppositum, ut infra num. 185.*
181 *Iurisdictio iudicis ordinarij dicitur suspensa per compromissum necessarium vigore alicuius statuti.*
182 *Etiam si compromissum fuisset solummodo petitum, nondum autem esset factum.*
183 *Petito sola compromissi necessarij suspendit iurisdictionem iudicis ordinarij.*
184 *Præterquam in executiuis ipsius compromissi, puta si oporteat, quod iudex grauet etiam captis pignoribus partem nolentem compromittere.*
185 *Oppositio sola de pendentia compromissi coram arbitro necessario non sufficit ad hoc, ut iudex ordinarius procedere non valeat, sed requiritur vel Iudicis admissio, uel partis a non admissione appellatio.*
187 *Compromissum factum in arbitratorem impedit, ut eo pendente partes non possint ire ad iudicem ordinarium dimisso arbitratore.*
188 *Etiam si pars uellet soluere pœnam conuentionalem. &*
189 *Etiam post latum laudum ab arbitratore. &*
190 *Etiam si a dicto arbitramento fuisset petita reductio ad arbitrium boni uiri, quia nec tunc posset ad primum iudicem rediri.*
191 *Compromittens non potest pendente compromisso iudicem adire, quando in eo fuit apposita clausula, quod toties pœna committatur, quoties fuerit contrauentum, rato tamen manente compromisso.*
192 *Clausula quid toties pœna compromissi committatur, quoties fuerit contrauentum rato manente compromisso, ualide in eo apponi potest.*
193 *Compromisso tacite aut expresse per partes homologato non potest amplius ad iudicem iri.*

Source : BIU Cujas

194 *Compromisso pendente non possunt partes relicto arbitro ad iudicem ire, quando in compromisso nulla est apposita pœna.*

195 *Vel si qua est apposita, illam sibi arbiter in euentum non paritionis, & non partes fuissent stipulatæ.*

196 *Arbiter qui stipulatus est sibi pœnam in euentum non paritionis tenet parti actionem cedere secundum aliquos.*

Licèt contrarium uideatur verius, nu. 197.

198 *Arbitro dicitur inferri contumelia per recessum ab eo.*

199 *Compromisso in eum facto, qui erat alias compromittentium Iudex cõpetens, si ille non declarauit, qua facultate processit, cum de eo iudicetur, tamquam de Iudice, non poterunt hoc compromisso pendente ad iudicem ordinarium ire, processusq; dicti Iudicis post oppositam exceptionem pendentiæ dicti compromissi esset inualidus, & attentatus.*

200 *Compromittentes non possunt relicto arbitro ad Iudicem ire, quãdo fuit appositum pactum de non adeundo Iudicem.*

201 *Pactum de non adeundo Iudices in compromisso appositum ualet.*

202 *Et parit exceptionem, quæ impedit litis ingressum.*

203 *Compromisso pendẽte licèt regulariter liceat parti Iuditem ordinarium adire, id tamen intelligitur, dummodo per accedentem soluatur pœna cõuentionalis.*

Nisi ad iudicem iuerit ad implorandum officium suum, ut cogat arbitros ad laudandum, uel tertium eligendum, ut nu. 204. *item*

Nisi accessus ad Iudicem fuisset factus per procuratorem meum absque speciali mandato, aut ratificatione mea. num. 205.

206 *Contumacia procuratoris contracta coram arbitro non nocet domino.*

207 *Nec facit eum incidere in pœnam conuentionalem.*

208 *Minusque in pœnam attentatorum.*

209 *Dominus non censetur procuratori suo mandasse id, per quod faciat principalem suum incidere in pœnam.*

210 *Solutio pœnæ conuentionalis per accessum ad principem per alterum ex compromittentibus pendente compromisso factum, & iudicis impetrationem, ita demum est facienda, si rescripto impetrato usus sit.*

211 *Compromisso pendente licet altera inuita in multis casib. non possit una pars Iudicem adire, ambæ tamen possunt, nec per hoc dicitur pœna aliqua committi.*

212 *Compromisso pendente licèt regula sit, quòd regulariter dentur attentata, fallit tamen in omnibus illis casibus, in quibus fallit regula de attentatis lite pendente, puta quando essemus in continuante. Vel in diuersa causa, & aliys, de quibus hic remissiue.*

ARbitrorum, ac compromissorum vsum sicuti frequentissimum esse rerum experientia, & quotidianus vsus demonstrat, ita vt amplos ac plenos huius argumenti tractatus nostri iuris vtriusque interpretes cõscripserint, ita profecto mirum videri potest, quod ad propositum materiæ nostræ attentatorũ quæstio hæc alioquin quotidiana & maxime practicabilis, Vtrum pendente compromisso dicatur attentari, & arbitri valeant huiusmodi attentata reuocare per eos, non fuerit (quantum mihi percurrere licuit) plene disputata, & examinata. Quamuis enim Paul. de Castr. & post eum Iaſ. & alij in l. pecuniam. ff. si certum peta. & gl. in c. significantib. in verb. terminum, de offi. deleg. & in clem. quamdiu. de appel. & in l. si seruum. ff. de arb. & ibi Doct. & Franc. in c. ex ratione. nu. 29. & seq. de appella. mouerint hanc particularem quæstionem, an pendente compromisso liceat uni parti arbitro spreto coram Iudice ordinario aduersarium conuenire, quæstionem tamen quæ vniuersaliter contineat omnes actus, qui innouationem respicere possunt, minime posuerunt. Et licèt non fuerit instituti nostri in præsenti tractatu conscribendo disputatiue, sed conclusiue (ut factum esse ex præmissis patet) procedere; quia tamen hoc a Doctoribus nõ disputatur, & quotidie potest practicari, & nũc Perusiæ super hoc causa de facto pendet, vt veritas dilucidius apparere valeat, præsentem articulum & ad partes disputandum, & post relatas demum opiniones conclusiue per viam regulæ & limitationum omnia complectentes subordinandum duximus.

1 Quæritur ergo vniuersaliter † an pendente compromisso dicatur attentari, & arbitri possint attẽtata reuocare; In quo articulo ne cõfuse procedamus, plures possunt esse opiniones, & dari distinctiones, non quod eas circa hoc Docto. ponant, sed quòd illæ ex dictis Doctorum etiam in alia materia positæ, & collectæ etiam præsenti quæstioni accõmodari possunt.

2 Prima sit opinio negatiua † quòd coram arbitris non dentur attentata, nec illorũ reuocatio, quæ ex infrascriptis fundari potest.

3 Primò: quia † attentata videntur de necessitate præsuppone re iurisdictionem, cum regulariter dicantur in contemptum iurisdictionis fieri. Ror. decisio. secunda. alias 14. fuit dubitatum post princip. de restitutione spoliat. in no. & diximus supra in prima parte, in præfatione in descriptione attentati in verb. contemptum, num. 26. † Arbiter autem iuri

4 dictionem habere non dicitur, sed notionem. l. ait prætor. &

5 ibi no. ff. de re iudic. † & isti sine dubio carent iurisdictione, vt dicit Ioann. Bapt. pronepos Bartoli in tracta. de arbitr. lib. 7. ca. 8. ergo &c.

6 Secundò: quia videmus † quòd de iure communi pendẽte compromisso potest altera pars dimissis arbitris ire ad Iudicem ordinarium, & aduersarium suum coram eo conue-

7 nire † etiam super eadem re, & soluta pœna compromissi valide in causa ad ulteriora procedere, l. non distinguemus. §. compromisso. & l. litigatores. ff. de arbitr. l. sed si in seruum. in fine. eodem titu. glos. in uerb. terminum, in capitu. significantibus. de officio delegat. & in clemen. quamdiu in verb. compromissum. de appellatio. tradit Barto. in l. qui fidem. ff. de transaction. & post eum Roman. in consilio 338. in casu proposito. in princip. & Alexan. in consilio 72. uidetur. col. penultima. sub nume. septimo, uersicu. non omitto. libro 3. Baptista a Sancto Blasio in tracta. de arbitr. & arbitrator. in secunda parte, in principa. quæstio. 51. ac plenius per Franc. in capitul. ex ratione. numer. 29. & sequen. de appellatio. & per Felyn. in capitu. ex tenore. numero 32. & sequen. versiculo fallit decimò, de rescript. cuius dicti veritas ex eo etiam com-

8 probatur † quòd coram arbitro quis non tenetur satisdare de prosequenda lite, seu de iudicio sisti, ut per Ioann. Baptis. post alios dicto tracta. libro 9. capit. 8. Ex quo consequenter sequitur, quòd gesta per partem pendente compromisso, cũ ualida reputentur, non transeant in attentata. quę de sui natura regulariter dicũtur esse nulla & inualida iuxta ea, quæ late diximus supra capitulo duodecimo. de attentat. appellatione pendente, in 17. ampliatio. princip. nume. 1. & per totam.

9 Tertiò; † quia per compromissum non videtur induci litis pendentia, argumen. l. si quis rem. & ibi not. ff. de arbitris.

10 † nec uidetur facere rem litigiosam, ut dicit Bald. in l. 1. col. 3. versicu. ultimò quæro. C. commun. diuidun. & post eum

11 Iaſ. † qui id dixit esse perpetuò notandum in l. is apud quẽ. sub numero. 9. uersicu. respondeo, quòd litigiosi uitium. C. de edend. & ante eum post eundem Bald. id etiam firmauit Firman. in suo repertor. in verb. compromissum, uersicu. 44. & in uerb. exceptio litis pendentiæ. uersicu. 1. & ibidem uersicu. 5. ut post Ang. in Authen. de iudic. §. quia uero. colum.

12 6. inquit † quòd exceptio litis pendentiæ coram arbitro non impedit litis contestationem sicut coram Iudice, quod etiã ex recentioribus firmauit post Bal. in dicta l. j. Natta consil. 2. circa primum. nume. 5. libro primo. vbi etiam hanc ratio-

13 nem ex Bal. ibi subdit † quia scilicet si arbitri per sententiam non possunt prohibere alienationem rei, multo minus ipsa litis pendentia coram arbitris debet posse alienationem impedire. Ergo non præsuppposita litis pendentia, nec dãtur attẽtara, quę sine huiusmodi pendentia induci non dicũtur. Cassad. decisio. 6. incip. uoluerunt Domini super reg. cancel. & diximus supra c. 4. de attent. lite pend. in princip. regulę uniuersalis ibi positæ in prefatio. numero 297. Quod ex eo cõ-

14 probari potest, quòd uoluit alias Bald. in consil. 169. in primis. num. 6. libro 3. quòd coram arbitratore non dicitur iudicium, neque lis, neque causa, inferens propterea quod re-

15 ductio laudi ad arbitrium boni uiri dicitur esse prima, & non secunda causa, & in ea locum habent iura loquentia

16 de prima causa: † nam discussio, quæ fit coram arbitratore (secundum eum) non habetur in consideratione nec facit primam causam, quod etiam uidetur secutus Natta ubi supra num. 7. ubi in id allegat etiam Bald. in l. 2. in vlti. oppo. C. de rescin. uend.

Quartò, (& hæc & sequẽtia fundamenta respiciunt secundam partem dubij) quòd arbiter nec cognoscere de attenta

17 tis, nec illa reuocare valeat, facit in simili † quia arbiter contumacem coram eo non potest ex sui natura mulctare, nisi

18 † talis facultas sit sibi à partibus attributa † ut est commun.

19 opin. contra Ange. contrarium sentiẽtem in l. si pecuniam. C de re iudicata, de qua testatur Ioan. Baptist. in dicto tract. de arbitr. libro 9. capitulo sexto, colum. tertia, uersiculo tractamus, nunquid arbiter, & similiter Blanc in tract. de compromissis, in nona quæstio. princip. numero 82. uersiculo trigesimotertio quæro. Vnde idem dici potest ad propositũ nostrum, quòd arbiter non possit attentantem coram eo mulctare, ac ad illorum reuocationem condemnare.

20 Quintò, † arbiter non potest pronunciare super pœna, vel compromissi, vel noua pœna, cum in vtraque sit eadem ratio, vt dicit Io. Bapt. in d. tracta. de arbit. lib. 9. capit. 16. col. 2. versi. sed quid de pœna compromissi. per tex. in l. quid tamen. §. fi. vbi Bar. infert ad quæstionem de facto ff. de arbit. & no. in c. dilectus. extra de arbit. Reuocatio autem attentatorum videtur continere pœnam, vt dicemus infra in tertia

par-

Source : BIU Cujas

parte.c.vlt.de pœna attentat.in princ.merito &c.

Sextò,in reuocationem eorum,quæ per partem dicerentur fuisse attentata, posset de facili, & vt plurimum tractari de restitutione possessionis, qua altera pars fuisset interim
21 spoliata † Sed restitutionem possessionis, & missionem in possessionem arbiter facere nō potest:quia dicitur esse mixti imperij,quod penes ipsum arbitrum non est l. non distinguemus.§.Iulianus.ff.de arbitr.no.in l.ait prætor.ff. de re iudi.iunctis his quæ habentur in l.iubere cauere. ff.de iurisdic. omni.iudic.& no.Spec.de arbit.§.sequitur.versi.sed mittere in possessionem, meritò arbitro deneganda est huiusmodi attentatorum reuocatio.

22 Septimò facit in simili:quia † licèt Iudex possit reum conuentum super l. Aquilia negantem damnum condemnare in duplum,ad l.contra negantem.C.ad l.Aquiliam.Arbiter tamen assumptus super huiusmodi damno reum (vt præfertur) negantem in duplum condemnare non potest, secundùm Inno.in d.c.dilectus.vt refert Io Bapt.in d. tract.de arbitr.lib.9.c.16.versi. Quid si arbiter assumptus. Vnde eodē
23 modo dici potest, quòd † arbiter attentantem condemnare non possit.

24 Octauò,† de superuenientibus post tempus compromissi arbiter non iudicat.l.de his.ff.de arbit.vt post Roma.in cōsi. 88.tribus rationibus, & Paul. de Cast. in consi. 70. quia frustra,col.3.versi.2.adiudicant.lib.1.& Soci.in cons. 282.in præsenti consultatione, col. 3.versi.1. quia. lib.2.& alios per eū allegatos,tradit latius Blanc. in d. tracta. de compromiss. in 6.q.prin.nu.11.versi.infertur sextò. Attentata autem pendente compromisso superuenire non est dubium,ergo &c.

25 Nonò,† ex uno,& eodem delicto non debet quis duplici pœna puniri.l. senatus censuit ff. de accus. cum simil. sed si pars attentat pendente compromisso habet locum contra eam pœna conuentionalis,ergo non debet alia pœna, scili-
26 cet reuocationis attētatorū puniri, minor probatur. † Quia pena conuentionalis semper committitur, quando pars impedit arbitrum, quominus possit pronūciare, ad tex. in l.diē proferre.§.si quis litigatorum,& ibi glo.in verb. minus.ff.de arbit.& tradit post Iacob. Butrig.Bar.Bal.& alios idem Ioan. Bapt.in d.tract.de arbi.lib.9.c.6.col.2.versi.ego salua pace.

Decimò:quia quamuis causa attētatorum videatur quodammodo accessoria ad causam principalem, & propterea arbiter cognoscens de causa principali videatur posse etiam
27 cognoscere de attentatis † quia tamen compromissum dicitur esse stricti iuris, vt per Baptistam à sancto Blasio in tractatu de arbitro,& arbitratore,in 2.parte,nu.12.quæstio.58. versi.58.quæro.Huiusmodi causa attentatorum non censeretur comprehendi in compromisso
28 † quia in his quæ sunt stricti iuris regulariter non ueniunt accessoria, ut not. in §.
29 actionum.Institutio.de actio. † & specialiter, quòd in compromisso ex eo quòd est stricti iuris non veniant nisi ea solum, de quibus specialiter actum est, tradit Socin. in consi. 20.visis actis,col.1.lib.1. & post eum Blanc. de compromiss. in 6.q.prin.nu.5.versi.3.quæro.

Vndecimò: quia dato quòd causa attentatorum posset 53
dici accessoria ad causam principalem compromissam: nō tamen per hoc necessario cōcluditur, quòd possit illam co-
30 gnoscere † cum non semper idem iudicetur de emergenti,
31 & accessorio,quod iudicetur de principali.Quod patet † quia statutum prohibens appellationem habet locum in causa principali,non autem in emergentibus,ut not.Bar.in l.si ex
32 causa.§. nunc uidendum. de minorib. Et propterea licèt † à sententia diffinitiua in possessorio lata non possit appellari ab interlocutoria tamen in eodem iudicio lata bene appellatur, vt dicit Blanc. post alios in tract. de compromiss.in 4. q.prin.nu.21.versi.4.adducitur. Quod & nos latius diximus supra.c.2.de attent.appellatione pendēte, in secunda decla. prin.25.limit.prin.nu.

33 Duodecimò, † quousque competit remedium ordinarium,non recurritur ad extraordinarium l.in causę.ff.de minor.Rot.decis.34.aliàs 224.si contra,de appel.in no.cū simil sed si contingat pendente compromisso coram arbitro attē tari, habet locum remedium ordinarium, & potest contra attentantem agi ad pœnam cōuentionalem uia ordinaria; quia per huiusmodi contrauentionem pęna dicetur committi,ad l.sed si in seruum.in fi.cum l.sequenti ff. de arbit.ergo debet cessare remedium attentatorum, quod dicitur extraordinarium secundùm Afflict.decis.351. bis fuit dubitatum.nu.2.& diximus supra in prima parte, in præfatione,in 5.præmisso,nu.76.

Ex quibus omnibus sufficienter videtur fundari hæc prima opinio negatiua, quòd pendente compromisso non dicatur attentari,nec posse arbitrum attentata reuocare,

34 Secūda principalis opinio potest esse affirmatiua, † quòd immo compromisso pendente dicatur attentare, & competat arbitro illorum reuocatio, quæ similiter ex pluribus suaderi potest, &

35 Primò: † quia arbitria sunt redacta ad instar iudiciorum l.1.de arbit.cum simi.Hinc videmus, quòd processus arbitri debet fieri,sicut processus Iudicis,ac dicebat Io. Baptista pronepos Bartoli in dicto tracta. de arbit. lib. 9. in præfatione,
37 col.2.ad med. † quòd communis ponitur regula in hoc,pro
38 cessum arbitri per omnia similē esse processui Iudicis † nisi dissimilitudo in iure expresse in aliquo casu reperiat, quod dictum nonnullis exemplis ibi comprobat, & idem ibi ca.1.
39 eiusdem libri,inquit † quòd arbitrium de necessitate requirit tres personas,videlicet actorem,reum, & Iudicem, sicut
40 iudicium.Hinc etiam prouenit † quòd sicut Iudex procedē do ad ulteriora uidetur exceptiones propositas reijcere, ad
41 not.per gl. in l.secunda.§.sed si dubitetur.ff.de iudi.† ita etiā dicendum est in arbitro,quod menti tenendum dicit.Idem in dicto tracta.lib.9. cap.septimo,col.fin.versic.item videtur simpliciter. Quæ inter Iudicem, & arbitrum similitudo ex
42 eo etiam colligitur: † quia sicut Iudex potest suam interlocutoriam reuocare c.cum cessante.de appel.& diximus late supra c.2.de attent. appellatione pendente in prima limita.
43 prin.nu.11. † ita & arbiter secundùm eundem in d. lib.9.ca. 15.nu.4.post Hostien.Spec.& alios per eum allega. & similiter,quòd † sicut instantia perit triennio coram Iudice † ita
44 45 & coram arbitro,quando per partes in compromisso nullū tempus fuit appositum,ut tradit nouissime Minsing. singu. obser.centuria tertia, decis.44.incip.tametsi controuertant,
46 ubi etiam subdit † quòd id frequētius obtinuit, eodem mo-
47 do † etiam coram arbitro fit expensarum condemnatio, ut post alios tradit nouissime Io.Bapt.de Asin.in sua praxi iud. §.32.ca.2. in 3.amplia.In iure autem non reperitur expresse in hac materia attentatorum inter Iudicem,& arbitrum posita ista differentia,ergo sicut coram Iudice attētatur, & ille ea reuocat,vt clarum est,ergo ex hac paritate, & similitudine idem dici potest de arbitro.

48 Secundò, certum est † quòd coram arbitro lis contestatur,vt dicit idem Io.Bapt.eodem lib.9.cap.11.per tex. in l.penult.§.pen.C. de arbit. & alia per eum allegata † post conte-
49 50 stationem autem dicitur esse lis † ut est communis opin.de qua pleriq; attestati sunt, prout latius diximus supra in hac secunda parte,c.4.de attent.lit.pendente, nu.151. dum inter alios modos,quibus litis pendentia induci dicitur,annumerauimus etiam litis contestationem. Ergo coram arbitro,& pendente compromisso debent dari attentata, quæ data litis pendentia etiam ipsa datur. Caslad.decis.sexta, uoluerūt, super reg. cancell. stringitur hoc fundamentum: quia litis contestatio coram arbitro non est uerbalis,inanis, & otio-
51 sa,sed magnos etiam operatur effectus.† Videmus enim, q̄
52 illa interrumpit præscriptionem † item perpetuat actionē ad 40.annos:ut not.Docto.in l.penul. C.de arbit.& post eos Baptista a santo Blasio in tract.de arbit.& arbitrato. in 1.parte.q.41.nu.81.& nu.82. Vnde ita etiam debet operari effectū attentatorum.

Tertiò,similiter suadetur eadem opi. † quia sine dubio arbiter potest & in uno quoque actu debet partes citare, prout facit Iudex,ut plene per eundem Io.Bapt.in d. tractat.lib.
54 6.c.4.post prin. † præsertim cum etiam coram arbitro sit necessaria causæ cognitio,aliàs sententia sit nulla.c.cum ex literis.extra de in integ.restit.& tradit idem eodē lib.9.in præ-
55 fatione † per citationem autē dicitur induci lis, vt diximus abunde supra de attenta.lit.pend.c.4.in præfatione.numero 28. & sequen. ergo debent dari attentata, ut supra in proximo fundamento.

56 Quartò, † quælibet dispositio recipit interpretationem à iure communi,ad no.in c.causam,extra de rescrip.cū simil.
57 & specialiter † quòd compromissum & arbitrorū potestas restringatur ad ius commune, tradit elegāter Dinus in cōsi. 19.Tolomeus.col.2.versi.præterea, & post eundem in regula.scienti.de regul.iuris,in 6.idem ponit Pau.de Cast. in cōs. 107. videtur dicēdum, circa med.lib.1. quos sequitur etiam Blanc. in tract. de compromiss. in 6. q.princip. sub numero 5. versic. intellige tamen prædicta,sed de iure communi dū super aliqua re est inter partes differentia, super eadem re non debet aliquid innouari,ad rubric.& tot.tit. ut lit. pend. nihil in nou. Ergo etiam compromissum eandem interpretationem recipere debet, ut illo pendente nihil sit innouandum.

58 Quintò,† Ratio quare lite,vel appellatione pendente in nouari prohibetur;illa proculdubio est, q̄ in naturali æquitate fundata dictat, quòd in præiudicium partis huiusmodi innouationes minime fiant, ut bene sentit Iurisconsultus in l.1.ff.nil nouar.appel. pend.ibi,nec prę iudicium fiat.Hinc uidemus, quòd attentari regulariter non dicitur, quando actus non tēderet in præiudicium partis.Rot.decis.25.aliàs.

310.si

310. ſi reus.uer.ſed poſito,de reſcrip.in no &diximus ſupra in prima parte in p̃fatione,in deſcriptione attẽtati,in verb.præiudicium,nu.27. hæc autem naturalis actio reſpiciens præiudicium partis(ut de ſe patet)militat etiam pendente compromiſſo,ergo eadem debet eſſe iuris diſpoſitio, iurib. vulg.

59 Sextò,† ſicut Iudex dilatione per ipſum aſſignata pendente ſi procedat,regulariter dicitur attẽtare; cum interim eius officium conquieſcat,ad l.ſiue pars.C.de dilationibus, & in

60 c.ſignificante,ubi Franc.nume.15.de appella. † ita & arbiter dilatione pendente ultra procedere non debet; ut de his latius diximus ſupra cap.7.de attenta.dilat.pend.poſt prin.nu. 1.& in 4 ampliat.regulæ ibi poſitæ nu.8. Vnde ſicut reſpectu ipſius arbitri conſiderantur attentata,ita etiam concludi debet,quòd debeant conſiderari reſpectu ipſarum partium,ne partes hoc caſu ſint melioris conditionis,quàm Iudex.

61 Septimò; † quia quamuis coram arbitrio conuentionali non dicatur iudicialiter,ſed potius extraiudicialiter procedi,non tamen per hoc omnino negari debet,quominus per compromiſſum ſit inducta talis litis pendentia, quæ ſuffi-

62 ciat ad cauſandum attentata †cum etiam per actum extraiudicialem,prout eſt extraiudicialis appellatio;inducatur ſufficiens litis pendentia quò ad attentata. Secundùm Aegid. deciſi.749.licèt per appellationem,& alios pleroſque, quos ſupra in hac 2.par.c.4.de attent.lit.pend.in præſatione, uerſ. quò ad ſextum de appellatione extraiudiciali,nu.187.in prima opi.ibi relata citauimus.

63 Octauò,eadem opinio ſuaderi poteſt:quia uidemus † ꝙ natura propria ipſius compromiſſi illa eſt, ut illa pendente

64 iura non permittant partibus in aliquo præiudicari. † Hinc eſt,quòd pendente compromiſſo non currit tempus trium menſium in remiſſoria per Iudicem datum ad probandum, ut eſt deciſ.Rot.2.aliàs 360.fuit dubitatum, utrum curſus, de dilatio.in no.quam etiam in effectu ſecutus eſt Boer. de-

65 ciſ.294.incip.plerique.numero 17.† Hinc etiam uidemus,ꝙ appellanti pendente compromiſſo regulariter non currũt fatalia,clem quandiu.de appel.authen.ſi tamen.C.de appel. late per Franc.in c.ex ratione.nume.16.& ſeq de appell. cui adde Caſſad.deciſ.9.de appel.& Guid.Pap.deciſio.115.compromiſſum,& deciſ 240.vtrum.nu.2.Lanfranc.deciſio. 479. per compromiſſum.Capit.deciſ.11.nu.14.ſicut ergo pendentia compromiſſi conſeruat cauſam in eodem ſtatu quò ad

66 dictos effectus, ita etiam & multo magis debet illam conſeruare quò ad effectum attentatorum;cum huiuſmodi innouationes ſint odioſæ.

Nonò,& fortius confirmatur hæc opi. † quia c. ſi hi contra quos,ut lit.pendẽ.in 6.proprie loquitur de attentatis, ut patet ex his,quæ poſuimus ſupra in prima parte,cap. 3.de attenta.à tertio,in 10.limi nume.43.& ſeq. Dictum autem c.ſi hi contra quos habet locum etiam,quando lis eſt coram arbitro,ut expreſſe no Franc.in c.1.ſub nume. 4. in gl. in verb. mori,ut li.pend.in 6.quod dicit eſſe notandum ad declarationem.l.ſi quis rem ff.de arbi ergo pendentia compromiſſi & litis coram arbitro eſt ſufficiens ad cauſandum uere & proprie attentata.

Decimò, (& hæc & ſequentia fundamenta reſpiciunt ſe-

67 cundam partem dubii) † Arbiter cognoſcit & pronunciat ſuper acceſſoriis & cohærentibus ad cauſam principalem,

68 ſine quibus illa commode expediri non poſſet † hinc uidemus,quod poteſt partem contumacem condemnare in expenſis & intereſſe,ut poſt Innoc. Hoſtien. & alios per eum allegatos,tradit Io.Baptiſta in dicto tracta.de arbit.lib.9.cap. 6.colum.3.ad fi.uerſi.item an poterit arbiter contumacem, & melius eodem lib.cap.16.Quod etiam tenet & multis cõ probat Blanc.in tracta.de compromiſſ.in 6.q.princip. num. 15.verſic.limita prædictam concluſionem. Quibus adde Panor.in conſi.62.in controuerſia.num.5.lib.2.poſt glo. & ibi dem Innoc.in c.cum dilectus.de arbit.& in l. non diſtinguemus.§.de officio.ff.de arbit. & Iaſ.in l. Aquiliana.nu.7.ff.de

69 tranſac.†Sed cauſa attentatorum uidetur acceſſoria ad cauſam principalem,ut ſentit Rot.deciſ.1.aliàs.1.nume. 2.de appel.in no.& clarius id annotauit Oldrad.in conſi.206.incip.

70 in cauſa.ad finem,ubi dixit† ꝙ attentata habent ſe per modum acceſſorii ad negocium principale,& poſt Oldrad. ubi ſupra,tradit etiam Rip.in l.edita.numero 24.C.de edend. ergo & c.maxime conſiderata ſupra dicta ratione, quòd ſine illis cauſa commode expediri non poſſet. Quoniam ſi detur caſus,quòd pendente compromiſſo actor reum ſpolian do attentet,non poſſet arbiter uolens pronunciare reum eſſe manutenendum in poſſeſſione hoc facere,niſi prius purgatis attentatis. Quod autem cauſa attentatorum dicatur acceſſoria, annexa, & dependens à cauſa principali, ſentit Rot.deciſio.1.aliàs prima.numero 2.de appell.in no.& clarius id adnotauit Oldrad.in conſilio 206.in cauſa. ad fi. vbi dixit,quòd attentata habent ſe per modum acceſſorii ad negocium principale,quod poſt Oldrad.ubi ſupra ſecutus eſt etiam Ripa in l.edita.nume. 24.C.de edendo & ſenſit etiam Rota in una Tiraſonen.liquidationis fructuũ coram Reumano de anno 1555.in qua cum eſſent introductæ cauſę attentatorum, & negocii principalis, & deinde mortuis quibuſdam Auditoribus fuiſſet Epiſcopus Cariaten. in cauſa negocii principalis ſubrogatus cum clauſula, vnà cum ſuis annexis,& dependentibus in forma,& nihil fuiſſet nominatim dictum de cauſa attentatorum, ac procedente tempore Auditor decreuiſſet remiſſoriam ad liquidanda dicta attentata,& demum ſuper eis fuiſſet per Reumanum (poſtea ſubrogatum)pronunciatum,& dubitaretur de ualiditate ſentẽtiæ ob defectum iuriſdictionis, Domini fuerunt pro ualiditate ſtante clauſula ſupradicta.

71 Vndecimò,† ea quæ officio Iudicis expediuntur Arbiter

72 facere poteſt.hinc videmus † quòd arbiter defert iuramentum in litem contra contumacem in non reſtituendo rem, de qua agitur, (omiſſis multis,quæ circa hoc dici poſſent) tradit idem Ioan.Baptiſta dicto libro 9.capitu.6.colu.3. ver.

73 videamus ergo, vbi inquit † quòd hoc communiter tenuerunt antiqui,& quòd tale iuramentum defertur ex officio

74 Iudicis,quod deſeruit actioni.† Hinc etiam apparet, quòd talis arbiter ex officio poteſt in quacumque parte Iudicii interrogare partem,an poſſideat. † Item cogere partem, ut de-

75 lato iuramento,aut iuret,aut referat † item præcipere parti

76 ſub pena confeſſatarum poſitionum,ut illis reſpondeat, ut concludit idem ibi.libro 9.capitu.12.colum penult. uerſic. item facit arbiter interrogationes,& verſic. nunc circa præmiſſa,ſed attentatorum reuocatio expeditur etiam ipſo officio Iudicis mercennario.Franc.in capitu.dilecti. numero 3. de appella. Aegid. deciſio.72.lata, & dicemus infra latius in 3 parte princip.capitu. 21. quibus, & quot modis attentata reuocentur.& capitu.26.de Iudice,& per quem attent.reuocan.ergo &c.

77 Duodecimò, † de his quæ obueniunt pendente compromiſſo poteſt arbiter cognoſcere, & ſuper illis pronuntiare, prout ſunt fructus,qui obuenerint pendente compromiſſo ut eleganter declarat Io Bap.ubi ſupra lib.9.c.16 & Blanc.de de compromiſſ. 9. q. principa.nume.80.q. 32.& ante eos id dixit Ange.in conſilio 42.incipien porrecta.colum.3. verſi-

78 culo modò reſtat reſpondere,ubi generaliter ſubdit † quòd de his poteſt etiam arbitrator(quod magis eſt)pronunciare, quæ in conſequentiam compromiſſi ueniunt,& quæ, ſi res deducta in compromiſſum fuiſſet in Iudicio petita, ueni-

rent,attentata autem poſt factum compromiſſum pendente compromiſſo obuenire, clarum eſt. Et ſi res quæ fuit in compromiſſum deducta (circa quam contingit attentari) fuiſſent in Iudicio petita,fuiſſent proculdubio per Iudicem attentata reuocata,ut rubr. & tot. tit. ut lite pend. nihil innou. Ergo eodem modo debet arbiter poſſe huiuſmodi attentata reuocare.

79 Decimotertiò,facit in ſimili†quia Arbiter poteſt quodã modo in pœnam alteri ex partibus tanquam contumaci denegare audientiam ut dicit idem Ioan.Baptiſta. dicto capit. 6.col.fin.uerſi.ſed an licebat arbitro,quod etiam ultimo loco ſenſit Iaſ.in l.ſancimus nu.3.C.de iudic.Vnde ſicut in denegando audientiam poteſt partem contumacem pœna afficere,ita debet etiam parti coram eo attentati poſſe attentatorum pœnam infligere.

Decimoquartò,quamuis arbiter iuriſdictionem habere

80 non dicatur,ſed notionem.l.ait prætor.ff.de re iudica. † poteſt tamen,& debet cognoſcere,an ſua ſit notio, per regulã. l.1.ff.de arbitr.ut per Ioan. Baptiſta ibidem libro nono cap.

81 7.colum.fin.uerſi.quid dicemus & c.& † ſicut Iudex poteſt cognoſcere,an ſua ſit iuriſdictio,& contra illam ſibi turbantem procedere poteſt, etiam ſi non habeat iuriſdictionem in iuriſdictione a clerico,ad no.in capitu.1.de offic. delegat.

82 †ita etiam arbiter debet poſſe contra attentantem,& conſequenter ſuam notionem turbantem & contemnẽtem procedere,etiam ſi in illum non habeat iuris dictionem,pronũciando,uidelicet poſſeſſionem rei pendente compromiſſo

83 captam & attentatam reſtituendam eſſe. † Quamuis enim arbiter immittere non poſſit aliquem in poſſeſſionem, poteſt tamen ualde pronunciare aliquem immittendum eſſe in poſſeſſionem ſecundùm opinionem Ioan. Baptiſta in dicto tracta.libro nono capitulo ſexto.in fi. & capitu.10.in fi.

84 †Quod comprobari poteſt ex eo,quod aliàs dicitur, quòd licèt tertius regulariter non dicatur attentare.capit.Romana.§.in alium.de appella.in 6.tamen etiam ipſe ſi aliquid faceret,per quod turbaret iuriſdictionem , dicitur attentare, ut diximus ſupra in 1.parte.c.3.de attentatis à tertio.in 5.limit.ibi poſita nu.43.

85 Decimoquinto, † De incidentibus & emergentibus Arbiter ſemper cognoſcit per regulam datam à gl.in l. non diſtingue-

Source : BIU Cujas

18 ſtinguemus §. de officio. ff. de arbit. † quæ eſt ab omnibus approbata, ut teſtatur Io. Bapt. in dicto tracta. lib. 9. cap. 10. &
87 lib. 11. cap. 11. vbi loquitur in arbitratore † & iſta cenſentur
88 in compromiſſum deducta † etiam ſi ſpecialiter nō ſint nominata, ut dicit idem ibi dicto cap. 10. & melius c. 16. vbi ſub
89 dit † quòd hoc omnes Docto. dicunt, & quòd huiuſmodi acceſſoria veniunt in compromiſſo & in condemnatione etiam ſi non ſint aliquo modo petita, per text. in l. ædiles §. item ſciendum. ff. de ædil. edict. quod etiam iterum dixit ibi dem, & clarius in finali b. verbis. Cauſa autem attentatorum, quæ pendente compromiſſo fieri contingit, dicitur emer-
90 gens † cum illa dicantur emergentia, quæ in ipſo Iudicio emergunt, ſecūdum Bar. in l. 1. C. de ordi. iudic. Iaſ. in l. quod iuſſit. ff. de re iudi. Canoniſtæ in c. 1. de ordi. cogni. Blanc. de
91 compromiſſ. q. 4. prin. nu. 2. † Atque etiam dicitur incidens, ut eſt in recollect. Put. deciſ. 19. commiſſa, ut lit. pendente, & Mohed. deciſ. 100. commiſſio, de Iudic. vbi dicitur, quòd cō miſſa cauſa cum ſuis incidentibus complectitur etiam cau ſam attentatorum. Ergo & c. Quod fundamētum ſtringitur
92 † quia ratione huius incidentiæ poteſt arbiter cognoſcere etiam ea, quæ ſunt mixti imperij, vt eſt reſtitutio in integrū. gl. in c. cauſa reſtitutionis in verb. incidenter, extra de reſtit. in integrum. gl. 2. in c. cum dilectus. de arbit. Blanc. vbi ſupra quæſtio. 4. nu. 18. & per dictam gl. etiam Iaſ. in l. cum procu rator. nu. 5. ff. de no. ope. nunc. ergo multo magis poterit & debebit cognoſcere de attentatis, ſi incidant, quæ non ſunt mixti imperij.

93 Decimoſexto, † ea quę ueniunt ex natura ipſius actionis, ueniunt in compromiſſo, & poteſt arbiter ſuper eis cogno-
94 ſcere, & pronuntiare. † Hinc uidemus, quòd ſecū dùm opinionem, quam tenent Hoſtien. Nico. & alij per Io. Baptiſtā
95 vbi ſupra relati, in lib. 9. cap. 16. in fi. † vbi dicit, hanc eſſe veriorem opi. arbiter poteſt conuentum lege Aquilia damnū negantem in duplum condemnare: quia cōdemnatio in du plum dicitur eſſe & uenire ex natura actionis, vt per eum, quod etiam tradit Blanc. q. 9. prin. nu. 78. & per multa comprobat, ex natura autem omnium actionum, quæ intentan tur, eſt, quòd litè pendente nihil ſit innouandum, vt ſatis de monſtrāt rub. omnes ita negatiue & vniuerſaliter cōceptę, vt lit. pend. nihil innouetur. Ergo de attentatis tā quam prouenientibus ex natura ipſius actionis in compromiſſum de ductæ, debet arbiter poſſe cognoſcere & pronuntiare.

96 Decimoſeptimò † Iudex poteſt delinquētem coram eo, etiamſi in eum non habeat Iuriſdictionem, punire & condemnare, quando facto, & culpa ipſius eſt commiſſum cri-
97 mē. † Exemplum, ſi Clericus coram Iudice laico productus in teſtem falſum deponat, uel aliàs calumnioſe agat, aut accuſet, poteſt eum Iudex laicus de hoc delicto incidenti pecuniariter punire & condemnare, ut conſuluit Federic. de Senis in conſi. 88. & poſt eum & alios, de quibus ibi Blanc. de compromiſſ. in 3. q. prin. ſub nu. 32. col. 6. verſi. nō obſtat, q̄ clerici. Vnde ita etiam Arbiter, quamuis contra attentantem coram eo iuriſdictionem non habeat, debet eum, qui facto, & culpa ſua hoc delictum attentatorum commiſit, poſſe punire & condemnare.

98 Decimooctauò, † ſi Arbiter non poſſet attentata coram eo commiſſa reuocare, vtique cōpromiſſum uideretur reddi eluſorium, & arbiter contemni, quod eſſe non debet, arg. l. prætor. de Iudi. l. fin. ff. ne quid in loco pub. l. ſi quis rem, &
99 ibi gl. in verb. eludere. ff. de arbit. † quinimmo per hoc aperiretur uia fraudibus, quod iura ſemper abhorrent, ad l. in fundo ff. de rei uendit. tradit Capic. deciſ. 176. in cauſa. numero pone enim quòd aliquis habeat animum ſpoliandi reum, & ſe intrudendi in rem, ſuper qua prætendit ius, & uelit diu illam retinere, aut aduerſarium ad ſoluēdum magnam pœnam cogere, hic faciet compromiſſum per lōgum tempus duraturum, & ſub magna pœna, deinde reum poſſeſſorem ſpoliando pendente compromiſſo attentabit, hoc enim caſu ſi arbiter non poſſet reuocare huiuſmodi attētata, ſpoliator confoueret ſe in ſua intruſione, & ſi dicas, quòd licèt Arbiter non reuocet, poteſt tamen Iudex ordinarius illa reuocare. Nihilominus: quia per acceſſum ad Iudicē cōmittitur pœna conuentionalis, vt dictum eſt ſupra, nu. 7. Ergo non facta per arbitrū huius attentati reuocatione reus cogetur, aut carere commodo poſſeſſionis, quouſque durat tempus compromiſſi, aut pœnam ſoluere, utrumq; autem videtur abſurdum, ergo &c.

100 Decimononò, hęc opinio ſuadetur † quia non eſt dubiū, quòd etiam arbitri tenentur facere, & adminiſtrare iuſtitiā, tum ex clauſula ſolita, quòd ipſi de iure procedant, tum ēt
101 de iure communi † nam aliàs, quando quid committitur arbitrio alicuius, debet ille arbitrari, quod iuſtum eſt & iuri conueniat, ut per malta deducit Cravet. in conſil. 191. quod
102 in præſenti. numero 5. lib. 1. † & quòd iuſtitiam & puritatem conſcientiæ non ſolum Iudices, ſed etiam arbitri ſequi teneantur, tradit ſpecialiter Ange. in conſilio 172. primus
103 punctus. colum. 2. in princip. † aliàs facit litem ſuam, vt ibi ſubdit Ang. Quod ex eo etiam euidenter apparet † quia adueruſus laudum, quod prætenditur iniquum, datur reductio ad arbitrium boni uiri, ut dicemus infra capit. 16. de attentat.
105 pendente reductione ad arbitrium boni viri † & ex his quæ late diſputant de hac clauſula, de iure, ponit Io. Bap. in d. tracta. de arbitr. lib. 8. cap. 5. ſed quando attentata ſunt cōmiſſa
106 † ſi non reuocentur, dicitur fieri iniuſtitia, & poſſet appellari ſecundùm Franc. in c. paſtoralis. nu. 6. verſi. dubitatur circa prædicta, de appel. Ergo etiam Arbitro debet concedi facultas attentata coram eo reuocandi, ne dicatur iniuſtitia facere.

107 Vigeſimò, † Arbiter poteſt inhibere. Hinc uidemus, quòd licèt ille non arbitretur, niſi de his, quæ ſunt comprehenſa
108 in compromiſſo, ut ſupra dictum eſt † poteſt tamen inhibere ex cauſa, puta quando ſunt duo inimici uni parti ne tranſeat per contratam alterius, ut fuit notab. dictum Iacob. de Arena, & poſt eum Alberi. quos ibi refert, & commendat Iaſ. in l. curatores. numero 10. ff. de offic. procurat. Cæſar. vt dicemus infra, capit. 20. de attent. poſt inhibit. in præfatio. q. 1. quis inhibeat, in prima limitatione regulæ ibi poſitæ ſed poſt inhibitionem dantur attētata, etiam ſi emanauerit ab eo, qui non habebat iuriſdictionem, vt dicemus infra capit. 20. de attentat. poſt inhibitio. in 11. ampliat. regu. ibi poſitæ, numero 16. verſiculo quartò inhibitionis euidens defectus, ergo &c.

Vigeſimoprimò, quòd nec etiam cauſa corā arbitris pen
109 dente ſint concedenda attentata & innouationes fa. † quia quælibet diſpoſitio habet in ſe tacite hanc clauſulam, rebus in eodem ſtatu manentibus, & conſequēter quod res in eodem ſtatu retineri debeant, vt plene no. per Doct. præſertim Iaſ. in l. quod Seruius. ff. de condit. ob cauſam, ergo ſtante huiuſmodi clauſula tacite à iure ſubintellecta non debet una pars in præiudicium alterius etiam pendente compromiſſo poſſe attentare.

Ex quibus omnibus fundatur hæc ſecunda affirmatiua opinio, quod pendente compromiſſo dicatur attentari, & ea poſſit arbiter cognoſcere, & ſuper illis pronuntiare. Verū quia neutra ſupradictarum opi. aliquibus abſolute uera fortaſſe videri poteſt, & ex diſtinctionibus quæ non particulariter in hac materia attentatorum ſed in alijs materijs per Docto. dantur, poſſunt etiam aliæ dari opin. operæ pretium uidetur illas proponere, ut articulus iſte plenius pertractatus uideatur.

Tertia Itaque videtur poſſe dari opin. vt diſtinguamus, prout ſa. Barto. in l. qui fidem. numero ſecundo & ibi etiam
110 Paul. de Caſtr. poſt eum. ff. de tranſactio. † Aut ſumus ante litem conteſtatam, Aut poſt litem conteſtatam, ut primo caſu citra uitium attentatorum poſſit aliquis actus fie-
111 ri † ſicut dicunt prædicti Docto. quòd impune poteſt compromittēs per acceſſum ad Iudicem ſoluere compromiſſū.
112 Secundo verò caſu non poſſit † ſed hæc diſtinctio nullo modo poteſt ad præſentem. q. accommodari, ſiquidem præfati Docto. non loquantur de litis conteſtatione facta coram arbitro, ſed coram Iudice, nec etiā dicunt, quòd accedere non poſſit pars ad Iudicem poſt litis conteſtationem, ſed quòd compromiſſum factum ante litis conteſtationem ſoluitur per litis conteſtationem, factum aūt poſt ſoluitur per ſentētiam, quæ omnia parum faciunt ad rem, de qua agitur.

113 Quarta poteſt accommodari (pro 4. opin.) diſtinctio † q̄
114 aut ſumus in arbitro ſtatutario & neceſſario, & tunc † quia iſte habet iuriſdictionem, ut late per Blanc. in tracta. de com
115 promiſſ. in 6. q. prin. nu. 4. & ſeq. † Et inſuper per huiuſmodi compromiſſum dicitur ſuſpendi iuriſdictio Iudicis ordinarij, vt per eundem ibidem, nu. 17. & hoc caſu ſiue Iudex ordinarius pendente compromiſſo procedat ob ſuſpenſionem iuriſdictionis dicatur attentare, ſiue pars aliquid attentet, & ab arbitro (ex quo iuriſdictionem habet) ad illorum reuocationem condemnari poterit. Aut ſumus in arbitro uolū tario, aut etiam in arbitratore, & tunc ſecus, cum hoc caſu ceſſent prædictæ rationes, ut colligitur ex his, quæ pro pri-
116 ma opi. ſunt allegata † præſertim quia coram arbitratore non dicitur eſſe lis ſecundùm Bald. in conſil. 169. in primis. nu 6. lib. 3. Prout in ſimili eandem diſtinctionem facit idem Blanc. ibi q. 7. prin. num. 10. dum tractat, an per acceſſum ad Iudicem dicatur ſolui compromiſſum.

Quinta etiam poteſt colligi, & ad caſum noſtrum adapta
117 ri opi. † Ex diſtinctione, quam aliàs faciunt Docto. dum tractant an & quando arbiter poſſit cōtumacem corā eo in interlocutoria condēnare, quam poſt gl. Bar. & Bal in l. 2. C. de arbi. refert Ioan. Bapt. in d. tractatu de arbi. lib. 9. capi. 6. col. 1. verſic. dic ergo pro ueritate, quòd Ant. in compromiſſo dictum

ctum est,& promissum de parendo sentẽtiæ, & hoc casu ex contumacia ad interlocutoriam non committatur pœna. Aut fuit dictum de parendo præceptis arbitri,& tunc secus: Ita etiam in proposito si sit dictum de parendo sententię, & cum in dubio intelligatur de diffinitiua, arbiter non poterit pronuntiare super attentatis:quia non esset diffinire negotium in cum compromissum:si uerò sit dictum de parendo præceptis arbitri;& tunc secus: Ita etiam in proposito si sit dictum de parendo sententiæ,& cum in dubio intelligatur de diffinitiua,arbiter non poterit pronunciare super attentatis;quia non esset diffinire negocium in eum compromissum:si verò sit dictum de parendo præceptis, ex quo interlocutoria,per quam arbiter mandat attentata in pristinũ statum reponi,absque dubio sit præceptum arbitri, illi pars
118 parere ex sua obligatione tenebitur.† Verùm hęc distinctio non uidetur,quòd possit admodum recte præsenti casui accommodari;tum quia forsan in se uera non est,& eam uali disrationibus impugnat Io.Baptista ubi supra,tum quia ẽt sententia,quæ fertur super attentatis secundùm unam opinionem,aut est diffinitiua,aut saltem uim diffinitiuæ habere dicitur, Aegid.decis.148.sententia, & decis.286. in materia,de cuius tamen ueritate dicemus latius infra in 3. parte. capitu.27.de sentent.in causa attent.feren. nume. 11. & propterea aliam,&

Sextam possumus considerare opinionem, & distinctio-
119 nem† quòd aut loquimur de attentatis antea per unam ex partibus perpetratis lite coram Iudice pendente, Aut de attentatis coram Arbitro.Primo casu arbiter possit & cognoscere & desuper pronunciare:quia causa attentatorum non uidetur talis naturæ,ut compromitti non possit, nec inter alias quæ compromitti non possunt enumeratur ista:ut uidere licet ex his,quæ late ponit Blanc.post alios in dicto tractatu.in q.4. princip.in princip.& per totam. Vnde siue specialiter sit compromissa causa attẽtatorum,siue taliter sint verba compromissi concepta:ut etiam causam attentatorũ complectantur,de eis posset arbiter ex potestate sibi per partes attributa cognoscere,& sic procedat secunda opinio affirmatiua.Secundo uerò casu non possit; cum non habeat iurisdictionem , & ita procedat prima opinio negatiua supra relata per ea omnia fundamenta quæ ibi fuerunt addu-
120 cta. † Verùm & hæc distinctio licèt quò ad primum caput in se uera sit,tamen quoad secundum non euacuat difficultatem.Hoc enim est,de quo principaliter disputatur,an coram arbitro dicitur attentari,ita ut ille possit ad illorum reuocationem procedere,& dicere simpliciter,quòd non possit,absque eo quòd accommodetur responsio ad ea omnia, quæ supra pro secunda opinione sunt adducta, proculdubio nihil esse videtur.Quid dicendum? Mihi magis placet
128 secunda supra relata opinio affirmatiua† uidelicet, quòd coram Arbitro pendente compromisso regulariter dicatur attentari,& arbitrum posse ad illorum reuocationẽ ex suo arbitrio,& per suam pronuntiationem procedere,intelligẽdo tamen illam secundum ea, quæ infra in regula desuper constituenda subiiciemus.Et tenendo eam omissis pro nũc aliis opinionibus,quarum distinctiones in positione dictæ regulæ pro ampliationibus, aut limitationib. prout magis res exegerit,applicabimus, solum restat modo respondere ad ea,quæ supra pro prima opinione fuerunt adducta , respondetur ergo.

122 Ad primum† quòd ad inducendum attentata non solũ contemptus iurisdictionis requiritur,sed sufficit , quòd adsit,aut contemptus iurisdictionis, aut præiudicium partis, ut patet ex descriptione attentati supra in prima parte in princ.in præfatione,numero 26. & 27. In attentatis autem coram arbitro absque dubio uertitur partis præiudiciũ, quinimo etiam potest contemptus considerari si non iurisdictionis, saltem illius notionis,quam arbiter habere dicitur.
123 Vel secundò respondetur quòd dato , quòd copulatiuè ad inducendum attentata requireretur contemptus, & præiudicium:tamen sufficit contemptus respectu partis , quatenus de facto processit,nec requiritur de necessitate, quòd in
124 Iudice,qui contemnitur,sit iurisdictio. Hinc uidemus† ꝙ quamuis Iudex impetratus per rescriptum subreptitiũ, præsertim in his quæ respiciunt iurisdictionem non dicatur habere iurisdictionem,cum sit ipso iure nullum,vt post Ioan. And.in cap. 1.de filiis presby.lib. 6. in nouella, & Bald. in l. præscriptionem.C.si contra ius,uel utilita.publi.tradit Mil.
125 in uerb.rescriptum ad lites,si est obreptitium,fol.347.† Nihilominus si ille inhibeat, & eius inhibitio contemnatur, quamuis hoc casu non possit dari contemptus iurisdictionis;quia illam non habet,solus tamen contemptus, quatenus de facto à parte processit,causat attentata,ut est de stilo Rotæ,quæ tenet omnia esse attentata, quę fiunt post inhibitionem etiam emanatam uigore subreptitiæ cõmissionis, ut est decisi.in recollect. Acchil.de Graff. 27. attentata ex stilo,sub rub.de attentatis.

Ad secundum respondetur, quòd licèt accessus ad Iudicem per alteram partem factus non sit attentatum, ut dicemus infra nume.162.in limit.reg.ibi ponendæ.Cætera tamẽ per partem gesta,puta spolium & innouationes circa rem, de qua agitur,regulariter attentata censenda sunt.

Ad tertium respondendo negatur,quòd coram Arbitro non dicatur esse litis pendentia,per ea quæ dicta sunt supra in 2.& 3.& 9.fundamento secundę opin.numero 48.& nu-
126 mero 53.& num.66.†vel secundò,quòd ad causandum attentata uidetur sufficiens etiam extraiudicialis quædam litis pendentia,prout patet de extraiudiciali appellatione, ut
127 dictum est supra.nume.62.†Præterea licèt stricte accipiendo coram arbitro non sit iudicium, est tamen quasi iudicium,ut dixit notanter Abba.in c.præsentata.col.4. sub nu. 7.extra de testib.

Ad quartum & quintũ respondetur retorquendo, quòd sicut quando in compromisso id actum est,ut arbiter possit & contumacem mulctare,& nouam pœnam imponere, id sibi permittitur,ut ibi dicitur,ita etiam potest de attentatis cognoscere,& super illis pronunciare: quia cum causa attentatorum dicatur esse cohærens,accessoria,incidens , & emergens,ut supra nume.69.& nume.91.censetur tacite inter partes id actum esse,ut super his cohærentibus, & accessoriis,etiam si non sint specificata(tanquam in compromisso comprehensa)arbiter cognoscere valeat, ut diximus latius supra.nume.85.in 15.fundamento secundæ opinionis: præterea contrariam sententiam,quòd immo arbiter possit pronunciare,tenet Baptista a sancto Blasio post Ang. & Lãfranc.per eum citatos in trac.de arbi.& arbitrato.in 2.parte. nu.69.q.87.

Ad sextum respondetur,quòd licèt arbiter non possit immittere aliquem in possessionẽ:potest tamen valde pronunciare aliquem esse immittendum,ut dicit Io. Bapt. in dicto lib.9.c.6.col.fi.uer.de eo dicendum est.

Ad septimum respondetur,quòd uerior opi.est in contrarium,ut patet ex his,quæ posita sunt supra nu.93.in 16.fundamento secundæ opi.

Ad octauum respondetur,quòd Blanc.ibi & alii per eum allegati si recte ponderentur, loquuntur de superuenientibus post compromissum, quæ habent causam de futuro, & de quib,partes uerisimiliter non potuerunt cogitare. Quod secus est in attentatis:cum de illis tanquam de accessoriis ac cohærentibus,sine quibus causa principalis commode expediri non posset,ut diximus supra nu.70. censentur de illis partes cogitasse,ut supra proxime dictum est.

Ad nonum respondetur,ꝙ facta reuocatione attentatorum non committetur pęna conuentionalis:quia post quã fuerint purgata attentata,pars contra quam etat attentatũ: cum amplius sua non interfit,non esset audienda super pęna conuentionali.

Ad decimum eodem modo quo supra respõdetur,quòd cum de attentatis tanquam accessoriis censeatur inter partes actum,fundamentum retorquetur.

Ad vndecimum respondetur, quòd immo contrarium est magis uniuersaliter uerum.ut etiam accessoria, & emergentia sequantur regulariter principale,quòd posset multis comprobari,quæ ponunt Docto.in reg accessorium. de regu.iuris,in 6.Præterea instantiæ ex aduerso datæ specialiter responderi potest,prout etiam respondet Blanc.ibidem sub dicto nume.21.colum.3.uersic.ad tertium. Quod ibi sumus
128 in odiosis† nam prohibitio appellationis tãquam auferens defensionem censetur odiosa,ut ipse deducit ibi post Bar.& alios. Nos autem sumus in fauorabilibus: quia remedium attentatorum dicitur esse fauorabile,& priuilegiatum,ut dicitur esse fauorabile , & priuilegiatum , ut dicimus infra in tertia parte,capitu.30.de priuilegiis attentatorum. numero 10.& latius differuimus supra in 1.parte in præfatio. nume. 81.& sequen.

Ad duodecimum respondetur negando, quòd remediũ pœnæ conuentionalis sit ordinarium : cum etiam illud de sui natura sit extraordinarium.Secundò dato , ꝙ esset ordinarium:quia tamen plene non succurreret ei,contra quem attentaretur,debet posse recurri ad extraordinarium,ut notant Docto.in dictal.in causæ. de minor . Quod autem per pœnam conuentionalem indemnitati ipsius appellati , & debito iustitiæ non esset satisfactum,euidenter apparet, pone enim,quòd in compromisso fuerit apposita pena ducentorum,res autem,qua Reus pendente compromisso per spolium attentatum fuerit priuatus,esset ualoris mille ducatorum,utique per solutionem pœnæ conuentionalis nullo modo uidetur ipsius indemnitati succurri.

Ex quibus omnibus cum fuerint sublata omnia fundamenta,

Source : BIU Cujas

menta, quæ pro prima opinione negatiua fuerant adducta sequitur, quòd secunda opi. affirmatiua, tanquam validiori bus, & verioribus suffulta rationibus sit omnino amplectẽda. Verũ quia in iure nostro vix dari propositio potest, quæ adeo sit vniuersaliter uera, vt nullam recipiat limitationẽ, præsertim vbi plures in aliquo articulo enumerantur opin. prout in hoc factum est: idcirco more solito concluſiue procedendo, vt omnis hęc materia facilius intelligi, & appræhẽdi possit, cuncta per modum regulæ, & limitationum subordinabimus, sit itaque.

129 Regula † quòd pendente compromisso gesta per partes, puta alienando, cedendo, spoliando, nouum ius impetrando rei, de qua agitur formam immutando, & similia in præiudicium alterius partis faciendo, dicantur attentata, & illa possit arbiter reuocare. Quæ regula probatur ex his omni-
130 bus, quæ supra pro secunda opin. latius sunt adducta, † &
131 maxime procedit, si essemus in arbitro statutario † qui iurisdictionem habere dicitur: vt eleganter deducit Blanc. de compromiss. q. 6. princi. in prin. Cui adde Bald. in consi. 470.
132 statuto. nu. 3. lib. 1. dum vult † quòd arbitri statutarij dican
133 tur Iudices † & quòd possint partem & etiam testes multa-
134 re, vt tradit idem Blanc. ibi nu. 2. & 3. † vel essemus in compromisso facto in eum, qui aliàs erat compromittentium Iudex competens, qui in procedendo non declarauerit, an vti Iudex, vel vti arbiter procedat: quoniam cum hoc casu in dubio videatur processisse vti Iudex, & per eum modum quo actus magis valeat, vt concludit Io. Bapt. in dicto tracta tu de arbit. lib. 12. c. 6. de eo erit iudicandum, tanquam de Iudice, & propterea si pars attentet, regulariter poterit de eis
135 tanquam Iudex cognoscere & illa reuocare † vel arbiter in hibuisset, quod potest facere iuxta ea, quæ diximus supra nu mero 107. in 20. fundamento secundæ opi. Quæ ampliatur.
136 Primò, † vt non solum procedat in arbitro voluntario, ve
137 rum etiam in arbitratore non solùm † quia etiam arbitrator potest de cohærentibus, incidentibus, & accessorijs cognoscere, & pronunciare, ut tradit Io. Bapt. dicto tracta. de arbit. lib. 11. & eodem lib. cap. 17. vbi generaliter cõcludit, quòd arbitrator super accessorijs & cohęrẽtibus pronunciare po-
138 test, & iterum eodem lib. ca. 16. † vbi quòd etiam re pendente compromisso perempta potest arbitrator laudare super interesse & æstimatione, quod & ante eum (licèt illum nõ alleget) dixit Ang. in consi. 42. in prin. porrecta. colum. 3. in princi. Verùm etiam quia maior pars rationum supra pro fundamento secundæ opi. adductarum; si recte considerentur, etiam in arbitratore locum habere videntur. Et ex eo
139 etiam † quia arbitramentum & compromissum in arbitratorem dicitur esse species transactionis, ad text. in §. 1. in Authen. vt differentes Iudices. & no. Bar. in l. qui fidem. ff. de trã sactio. Quibus adde Bald. in consil. 415. Prætermittendum. nu. 2. lib. 1. & consi. 463. Quòd sententia. nu. 4. eodem lib. &
240 consi. 191. in testamento. nu. 2. lib. 2. † cum arbitramenta magis accedant contractui, quàm Iudicio, secundùm Bald. in consi. 470. statuto. nu. 2. lib. 1. vnde sicut facta transactione non potest vna pars aliquid contra alteram innouare, cum non habeat locum pœnitentia. l. quamuis. C. de transactio.
141 cum simil. † ita nec debet pendente arbitramento aliquid
142 innouando attentare † nec pars audiretur, etiam si vellet soluere pœnam, vt post Bald. in l. eos. §. apostolos. in fi. C. de appel. & Alex. in consi. 21. consideratis. col. fi. lib. 7. tradit etiã Blanc. vbi supra in 6. q. prin. nu. 19. Quamuis hæc ampliatio satis videatur reddi dubitabilis ex his, quæ post Bal. in l. 2. in vlt. oppo. C. de rescind. vend. & Inno. in cap. quintauallis. de iureiur. tradit Natta in consi. 2. circa princip. nu. 7. lib. 1. qui dixit, quòd clara videtur decis. Bal. vbi supra, quòd coram arbitratore non est proprie lis, nec litigium nec res litigiosa, de quo etiam aliquid diximus supra nu. 9. & seq. nisi respondeas, vt dictum est supra nu. 125.

143 Secundò ego ampliandam censeo † vt non solum procedat in attentatis pendẽte compromisso coram Arbitro perpetratis, verum etiam in attentatis ante factum compromissum, lite puta coram alio Iudice pendente commissis, & ita procedãt, quæ supra dicta sunt in 6. & vltima opi. Quæ am-
144 pliatio ea ratione nititur † quia attentatorum causa de sui natura non videtur prohibita compromitti: cum non enumeretur inter prohibitas, prout est causa mixti Imperij, alimentorum, tutelæ, rei spiritualis, & similium, de quibus late & eleganter per Blanc. in dicto tracta. de compromiss. in
145 4. q. princip. in prin. & per totam † Eam tamen sanè intelligendam censeo, vt arbiter super huiusmodi attẽtatis antea commissis per partes assumptus, possit de illis cognoscere, quatenus respiciunt interesse partis, contra quam prætenditur fuisse attentatũ. Et sic quando sumus in attentatis, quæ ad instantiam partis potuissent per Iudicem reuocari, secus vero si essemus in attentatis, quæ ex solo Iudicis officio re-
146 uocari potuissent: quia de his arbiter non cognoscit, † cum arbitrorum potestas solum à partium voluntate sit metienda. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbit. Et super eiusmodi attentatis partes nullam potestatem habeant, sed illorum reuocatio ad officium Iudicis, cuius fuit læsa maiestas, pertineat, vt latius dicemus infra in 4. limit. præsentis regulæ. numero 152.

Limitatur eadem regula.

147 Primo † vt non procedat in actu cessionis bonorum, qui
148 per partes pendente compromisso non solum fieri permitti tur † verùm etiam dicitur soluere compromissum, ad text. in l. si vnus. ff. de arbit. no. Specul. in titulo de arbit. §. finitur. versi. item nota, & post eum Blanc. de compromiss. q. 7. prin. nu. 17. Quod etiam secutus est Baptista à Santo Blasio in tracta. de arbit. & arbitratore, in 2. parte, nu. 7. q. 51. vbi id etiam
149 ampliat † vt procedat etiam coram arbitratore. Pro qua limit. facit: quia etiam lite pendente huiusmodi cessio bonorum citra vitium attentatorũ fieri, potest, vt diximus latius supra in hac 2. parte, c. 4. de attent. lite pendente, in 11. limita. prin. in prin. nu. 2.

150 Secundo fallit † in actu cõpromissi secundi, vel adiectionis alicuius formæ, vel qualitatis ad primum factæ: quia pẽdente primo compromisso, & adiectio formæ, vel qualitatis, & aliud compromissum valide fieri potest, vt post Spec. Pau. de Leazar. Card. q. 3. & Canonistas in clem. quandiu. de appel. & in c. innotuit. de arbi. & alios per eum allegatos, tradit idem Blanc. q. 7. prin. nu. 21.

Tertio videtur necessario limitanda (licèt Doctores non
151 ponant) † vt non procedat, quando compromissum ex aliqua causa esset nullum & inualidum, puta quia natura causæ obstaret: vt compromitti non posset, prout sunt causę mixti imperij, & aliæ per Blan. dicta q. 4. enumeratæ, tũ quia si arbiter obstante nullitate compromissi, non potest de causa principali cognoscere, multo minus cognoscet de accessorijs, authen. multo magis. C. de sacrosanct. Eccl. tum etiã quia idẽ videmus in Iudicijs, nam quando lis est nulla, non habet locum remedium attentatorum secundùm Afflict. decis. 366. in pleno consi. nu. 12. & seq. de quo latius diximus supra in hac 2. parte, c. 4. de attent. lit. pend. in 3. limit. princi nu. 1. & seq.

152 Quarto † vt non procedat in attentatis ante compromissum factum lite coram Iudice pendente prius commissis, quorum reuocatio officio illius Iudicis, cuius fuit lęsa maiestas, & non ad instantiam partis venisset facienda: quia de huiusmodi attentatis non solum Arbiter non cognoscit,
153 vt diximus supra in 2. ampliat. nu. 143. † verum etiam Iudex prędictus posset etiam pendente compromisso citra uitium attentatorum illa ex officio reuocare, pone enim, quod lite coram Iudice pendente actor aliquid attentauerit contra reum, de cuius non iure notorie constaret hoc casu, quamuis reus regulariter nõ posset instare pro reuocatione dictorum attentatorum obstante sibi exceptione sui notorij non iuris iuxta ea, quæ latius dicemus infra in 3. parte, cap. 24. de reo & except. sibi contra attent. competen. q. 1. num. 21. Iudex tamen potest illa ex officio reuocare, vt tradit Franc. in cap. bonæ. nu. 15. de appel. fa. decis. Aegid. 356. Et ita sępissime Rotam seruasse testatur Guid. Bon. vt apparet in recollect. eiusdem decis. 105. fuit tentum sub rub. vt lite. pẽd. & dictum est proxime citato cap. 24. q. 1. in 2. limit. regulæ ibi positæ. Vnde si hoc casu partes facerẽt compromissum speciale super huiusmodi attentatis, vel generale aptum compræhẽdere causam attentatorum, per hoc (vt dictum est) Arbiter non posset se intromittere in huiusmodi attentatis, & Iudex poterit attentata in contemptum suum ex officio reuocare: cum partes compromittendo facultatem sibi a iure concessam tollere, aut diminuere non potuerint, & tale cõpromissum tanquam res inter alios acta Iudici obesse non possit, & cõsequenter pro limitatione regulæ nostræ erit casus, in quo pendente inter partes compromisso Iudex ordinarius deue niet ad reuocationem attẽtatorum coram eo per partes, & non dicetur attentare.

154 Quinto potest limitari † vt non procedat in actu facto pendente compromisso, qui tenderet ad conualidandum compromissum: quia talis actus poterit fieri. Exemplum
155 † si in compromittendo fuit omissa authoritas superioris, quæ in eo requirebatur, huiusmodi authoritas etiam pendẽte compromisso superuenire poterit, ut post Bart. & Nicol. tradit Io. Baptista in d. tracta. de arbit. lib. 2. c. 4. in fin. nu. 28.
156 † Quod ego intelligerem (licèt ille non dicat) procedere; quando pars aduersa non contradicit, aliàs si ille, cui ex defectu huiusmodi authoritatis est ius quæsitũ super nullitate contradiceret, non uidetur, quod hoc sit permittendũ
157 † & not. quod ista authoritas non sufficeret ad validãdum compromissum, nisi superueniret ante latum laudum: quia si post,

Source : BIU Cujas

si post,non sufficit,vt per Alex.in consilio 124. in causa. nume.10.lib.2.

158 Sextò limita † vt non procedat in actu recusationis ipsius arbitri,qui ex causa post compromissum superuenienti fieri potest etiam pendente compromisso,ad tex.in l.non distinguemus §.cum quidam.ff.de arbit.& per illum tex. hoc ponit Io.Bapt.vbi supra,lib.9.c.7.col.fi.in fin.Idem tradit Bapti sta à sancto Blasio in tractatu de arbitro & arbitrato.in 1.par
159 te,nu.78.versi. quadragesimo † licèt secus sit in arbitratore,
160 vt ipse ibi dicit † & testatur de commu.opi.

161 Septimò videtur posse limitari † vt non procedat in actu appellationis: quia etiam pendente compromisso fieri permittitur,secundùm But.in c.Romana.& in ca. ex ratione. de appel. quem allegat Firman. in repert. in verb.compromissum. versi.23. Quæ limitatio ea potest ratione comprobari,quam posuimus supra c.12.de attent.appellatione pendente,limit.quinquagesima prin. nu. 7. & 111. quia scilicet compromissum,licet excuset à prosecntione,non tamen excusat ab interpositione appellationis.

162 Octauò limita † vt non procedat in actu itionis (vt Docto. appellant) ad Iudicem: quia partes pendente compromisso possunt relicto arbitro ire ad iudicem, & iste accessus sicut à iure non videtur improbari,ita nec etiam processus per Iudicem per eos aditum factus infringitur,sed immo validus reputatur,& consequenter hoc casu,nec accessus partium,nec processus Iudicis videntur attentatorum vitio subiecti.Et ita procedat, quod supra diximus nu. 6. in secundo fundamento primæ opi.& quoniam propositio præsentis limitationis non est perpetua,& quam plura (licèt confusè) per Docto. ad eam facientia sparsim ponuntur, vt facilius eius veritas haberi possit concludendo,etiam in hac limitatione est regula cum suis necessarijs ampliationibus,& sublimitationibus constituenda.Sit itaque.

163 Regula.in hac octaua limitatione † quòd pendente compromisso possunt partes ire ad Iudicem, & Iudex aditus nō obstante compromisso procedere valide potest. Quæ probatur ex his omnibus,quæ in dicto 2. fundamento primæ opi.
164 allegata sunt.Et ex eo etiam † quia coram Iudice (vt prefertur) adito ad impediendum processum debet opponi dependentia compromissi,vt tradit post alios Alex.in consi. 72.videtur.sub nu.7.col.4.versi.non ommitto.lib.3. vnde quousque non est opposita prædicta exceptio, Iudex valide processisse censetur, sicut & aliàs videmus in processu per vnū Iudicem facto lite coram alio prius pendēte, qui processus secundi Iudicis regulariter valet, quousque de litis pendentia non est exceptio opposita,vt latius diximus supra in hac 2.parte,c.4.de attent.lit.pendente,in 2.limi.prin.nu.59. Quā Regulam amplia.

165 Primò:† vt non solum pendente compromisso partes possint Iudicem ordinarium adire, verum etiam & multo magis adire Principem ad impetrandum Iudicem: quia cui qd conceditur,videtur omne id concedi, per quòd peruenitur
166 ad illud.l.oratio.ff.de sponsal.cum simil.† & talis Iudicis impetratio pendente compromisso facta non dicetur attenta-
167 ta. † Sicut in simili videmus, quòd non censetur attentata impetratio Iudicis similiter pendente termino apostolorū
168 petendorum facta † vt est cōmu.opin. de qua testatur Boer. in decis. 256. Vtrum, de quo latius etiam diximus supra in hac 2.parte,cap.13. de attent. pendente tempore apostolorū petendorum,nu. 11. & quamuis contra hanc ampliationem
169 facere videatur id, quod aliàs dicitur † quòd lite pendente prohibetur quis impetrare rescriptum, de quo diximus latius supra in dicto cap.4.de attent.lit.pend.in 7. & vltima ilatione reg.prin.ibi positæ,nu.631.vbi post Pet.de Anchara. in consi.17.viso processu, & Fely. in c.exceptionem.colum. 9.nu.32.de except.& Blanc.in dicto tract.de compromiss. in
170 4.q. prin. nu.123. specialiter tetigimus † quòd exceptio litis pendentiæ impedit Iudicis impetrationem & causæ delegationem:tolli tamen potest ita obiectio:quia diuersa militat ratio in pendentia litis, & in pendentia compromissi: quia quando lis pendet,& ea pendente pars vult impetrare Iudicem,tractatur de auocatione causæ à primo Iudice,per quā auocationem videtur quodammodo primus Iudex iniuria affici,vt patet ex his,quæ diximus supra in hac 2.parte, c.10. de attent. post auocationem per totum quæ ratio cessat in arbitro,cuius potestas à partium consensu dependet,& propterea nulla videtur iniuria in eo considerāda.

Secundò, vt non solum Iudex aditus per partes possit va-
171 lide inter eas procedere,vt in Regula † verum etiam si sit factum compromissum occasione instrumenti guarentigiati,& habentis executionem paratam:& occasione exceptionum, quæ contra dictum instrumentum prætenderentur, potest etiam ad executionē prædicti instrumenti,& pro contentis in eo etiam pendēte compromisso Iudex ordinarius deuenire,vt fuit notabile dictum Soci.in l.pecuniam. in vltimo notab.sub nu.11. ff.si cert. pet. Quod notandum & signandum esse dicit in practica, & ita se vidisse cōsultum in
172 ciuitate Senarum per insignem Docto.Io. de Anania † Declarando tamen, quòd huiusmodi executio (vt præfertur) fiat, dummodo præstetur cautio de satisfaciendo secūdùm quòd fuerit laudatum,ut dicit Soci.ibi.

Limitatur Regula huius octauæ limit.

173 Primò, nisi compromissum pēdens esset tale,quòd ex eo
174 oriretur actio,seu exceptio vel iure communi,puta † quando adest iuramentum,& alijs casibus qui ponuntur in l. ne in arbitris.C.de arbit.Vel vigore alicuius statuti: tunc enim pendente huiusmodi compromisso, ex quo alteri parti potest parari actio, vel exceptio, non potest coram Iudice ordinario aduersarium conuenire ea ratione: quia per laudū ferēdum potest reus liberari, & inter partes actum videtur,
175 vt interim non possit agi. † Quod dictum exclamat & notandum dicit:quia quotidianum.Paul.de Cast.in dicta l.pecuniam,quem ibi sequitur Alex.& Ias.nu.6.qui illud etiam cōprobat authoritate Bald.in c.1.ad fin.de controuers.feud.
176 apud par.terminan. volentis † quòd pendētia litis impediat coram alio agi, quando ex sententia primi Iudicis potest oriri actio,vel exceptio,prout est in casu proposito stante tali compromisso. Quibus adde, quòd hoc dictum Paul. de Castr.post Alex.in consi.21.col.fin.lib. 7.& Soci. in consi.27. visis instrumentis.col.fin.lib.4.secutus est etiam Blanc. in dicto tracta.de compromiss.6.q.prin.nu.17.versi.primus effectus est.& nu.21.versi.idem dicendum est,& sensit etiā Fran. in c.ex ratione. nu. 31. & seq. de appel. & eundem in dicta l. pecuniam,secutus est etiam nouissime Ant. Gabriel. in tracta.commu.conclus.lib.2.de iudi.conclus.1.nu. 5.versic.tertio amplia, vbi præter allegatos in id citat etiam Deci. in l. vbi cęptum.de iudi.& in l.si quis postquam.eo.tit. & Felyn. in c.ex tenore.col.11.in 10.fallen.& ibi etiam Deci.col.fin.de
177 rescript.† Quæ limitatio licèt à dictis Doctoribus tanquam notabilis & singularis sit retenta,de ea tamen valde subsistēdum videtur,quatenus in ea tacite innui videtur, quòd Iudex ordinarius pendente huiusmodi compromisso,si procedat, inualide procedat: quia sicut de litis pendentia coram primo Iudice debet coram secundo opponi, quando quis ad eum trahitur & facta oppositione inualidatur processus, Rot.decis.4.aliàs 76.incip.postquam,de testib. in no.Ant.de But.in c.cum M.Ferrarien̄sis.nu.59. ext. de constit.Socin.in consi.38.pro decisione,nu.7.lib.1.& remissiue diximus supra in hac secunda parte,cap.4.de atten.lit.pend.in 2.limi. prin. sub nu.59. Ita etiam de pendētia compromissi debet coram Iudice opponi,ut per Alex.in cōsi. 72.videtur. col.4.sub nu. 7.vers.non omitto.lib.3.& sicut ibi firmauimus, processum secundi Iudicis regulariter valere non obstante litis pendentia coram alio,donec de litis pendentia non fuerit opposita exceptio,ita in proposito cōcludendum videtur,quòd processus factus per Iudicem pendente cōpromisso sit validus, & non dicatur attentatus,quousque de pendentia compromissi non fuerit formiter opposita, & admissa exceptio.
178 Quod eo magis dicendum est † quia per cōpromissum voluntariū nō suspenditur iurisdictio ordinarii,vt dicit Blanc. dicta q.6.nu.1.in prin.versi.primus effectus est. Vnde non data suspensione iurisdictionis cessat consideratio attentatorum.Franc.in c.bonæ.nu.36.de appell. vt supra sæpius dictū est.Sed siue teneas dictum Paul.de Cast. & aliorum supra allegatorum, quòd pendente compromisso Iudex inualide procedat,siue id, quod verius proxime diximus, quòd tantum post oppositam exceptionem processus inualidetur, necessario tamen videtur circa præmissa adhibenda declaratio:quam posuit idem Pau.de Cast.in consi.428.visis,& consideratis. sub nu. 2.lib.1. secundum modernam impressionē
179 † vt præmissa procedant,quando ex laudo ferendo speratur tolli obligatio ad fauorem Tertij: quia tūc ne illi tertio fiat præiudicium,censetur actum,vt interim pendente compromisso non agatur,secus uerò si speratur tolli obligatio ad fauorem ipsius obligati: quia tunc hoc non censetur actum, & compromissum non impedit executionem, ut per eū ibi latius,qui etiam de communi opinione testari videtur. Cuius declaratio si uera est,maxime est notanda:quia plurimū restringit doctrinam supradictorum Doctorum, & præsentem limitationem.

180 Secundò † fallit in compromisso necessario facto uigore statuti disponentis,causas inter certas personas compromit
181 ti debere † cum enim per tale cōpromissum dicatur suspensa iurisdictio Iudicis ordinarij,ut tradit Blanc.dicta q.6.versicul.primus effectus est,nu.1 in prin.sequitur,quòd hoc cō promisso pendente non possunt partes adire Iudicem ordinarium,& sic impedire arbitros,vt nō iudicent,& ne in causa procedant,Quia donec pendet compromissum, incertū est,an

Source : BIU Cujas

eſt, an agenti quod petit debeatur, cum poſſit ſequi ſententia abſolutoria, quæ pariat exceptionem rei iudicatæ, vt latius ibi per eum. Quod ex eo etiam cõprobari poteſt, quod aliàs ſæpe diximus, & ponit Frãc. in c. bonæ. nu. 36. de appel. quòd data ſuſpenſione iuriſdictionis, datur etiam reuocatio attentatorum. Vnde hoc caſu & acceſſus ad Iudicem reſpectu ipſarum partium, & proceſſus reſpectu Iudicis inualidus & attentatus erit cenſendus. Quæ limitatio vno notabili modo ampliatur ex doctri. Bald. in l. 1. C. ſi quacunque prædit. poteſtat. quam etiam allegat Blanc. vbi ſupra proxime, verſi. primus effectus eſt, nu. 2. verſi. intellige hoc, & ante eum allegauit Firman. in ſuo reper. in verb. compromiſſum præſumitur. verſi. 30. vt non ſolùm procedat, quando iam fa
182 ctum eſt compromiſſum † verum etiam ſi ſolummodo cõ
183 promiſſum uigore ſtatuti fuerit petitum † cum ſola petitio
184 hoc caſu ſuſpendat iuriſdictionem † ordinarij, præterquam in executiuis ipſius compromiſſi, puta ſi ſit neceſſe, quòd ante factum compromiſſum Iudex grauet forſan captis pignoribus, aut alijs remedijs opportunis partem nolentem compromittere ad cõpromittendum, vt eleganter declarat Bal.
185 in dicta l. j. & ſequitur etiam Blanc. dicto nu. 2. † Declarari quoque debet præſens limitatio: quia ad hoc, vt Iudex pendente huiuſmodi compromiſſo neceſſario impediatur in cauſa valide procedere, debet coram eo opponi exceptio pẽdentiæ compromiſſi, ut expreſſe declarat Blanc. in dicta 6. parte, nu. 17. & latius in 7. parte, ſub nu. 10. Quod etiam dixit (licèt ad id illum non alleget) etiam in terminis Alexan. in conſi. 72. videtur. ſub nu. 7. verſi. non omitto. lib. 3. vbi ex eo, quia non fuerat huiuſmodi exceptio oppoſita, prout debebat, concludit proceſſum Iudicis validum eſſe. Pro qua declaratione plurimum facit, quod aliàs dicitur de exceptione litis pendentiæ coram primo Iudice, quæ debet coram ſecundo opponi: ſola enim litis pendentia abſque oppoſitione non ſufficeret, vt latius diximus ſupra in hac 2. parte, c. 4. de attent. lite pendente, in 2. limit. prin. ſub dicto nume.
186 59. & ſeq. † Quam declarationem, licèt ipſi non dicant ex his, quæ in dicto nume. 59. & nume. 64. diximus, intellige, ut nec ſola oppoſitio exceptionis ſufficiat. Sed quòd requiratur, uel Iudicis ipſius admiſſio, vel partis à non admiſſione appellatio, aliàs proceſſus non inualidaretur, ut eſt communis opi. de qua teſtatur Ruyn. in conſi. 61. incip. in lite. num. 36. lib. 5. & Curt. Iuni. in conſi. 175. incip. contra ea. nu. 2. poſt Fely. in c. cæterum. col. 6. ext. de reſcrip. vt latius diximus vbi ſupra, dicto nu. 64. vt ibi latius.

187 Tertiò † non procedit, quando factum eſſet compromiſſum in arbitratorem: tunc enim partes non poſſunt ire ad Iudicem ordinarium, dum pendet huiuſmodi arbitramentum, vt recte conſiderauit poſt alios Franc. in c. ex ratione. nu. 33. de appel. vbi late, & elegãter, & poſt eum & Præpoſit. ibidem annotauit etiam Blanc. vbi ſupra nu. 3. & poſt Bald. in l. eos. §. apoſtolos. C. de appel. & in l. ſi quis rem. ff. de arbi. & Ang. in l. qui fidem. ff. de tranſact. tradit Soci. in conſi. 39. capio primam, ſub nu. 47. lib. 4. & Baptiſta à ſancto Blaſio in tracta. de arbit. & arbitrato. in 2. parte, num. 2. q. 51. ea motus ratione; quia ſicut tale arbitramentum cenſetur quædam tranſactio. §. 1. in Authen. vt different. iudic. Bart. in l. qui fidem. ff. de tranſactio. Bald. in conſi. 415. præmittendum, nu. 2. lib. 1. quod per præallegata, & alia ibi adducta, & nos comprobauimus ſupra nu. 139. Facta autem trãſactione videtur permittendum partibus, ut illis liceat ab ea reſilire, ad no. in l. quamuis. C. de tranſactio. cum ſimil. Quæ limitatio ex intentione eiuſdem poſt Bal. in l. eos. §. apoſtolos. C. de appel. Alex. in conſi. 21. conſideratis. lib. 7. & alios de quibus ibi per Franc. & Blanc.

188 Ampliatur † primo, vt procedat, etiam ſi pars, quæ vellet prætermiſſo arbitro ire ad Iudicem, uellet ſoluere pœnam conuentionalem (qua ſoluta regulariter, quando aliàs ſumus in arbitro ſimplici, & voluntario eſt permiſſum ire ad Iudicem, ad l. ſed ſi in ſeruum. ff. de arbit. & diximus ſupra.
189 num. 7.) quia † quando ſumus in arbitratore pars ſuper hoc non audiretur ob hanc ſubtilem, & bonam (vt ipſi dicunt) rationem; quia ſcilicet electio hoc caſu non eſt illius, qui pœnam promiſit, ſed eius aduerſarij, vt eſt text. notabi. ſecundum eos in l. reſcriptum. §. ſi pacto. ff. de pact. Secundò, vt ad Iudicem ire hoc caſu pars non poſſit etiam poſt latum laudum, & arbitramentum ab arbitratore. Ex quo parti, in cuius fauorem eſt arbitratum, acquiſita eſt exceptio, quæ dicitur litis finitæ, ad l. fratris. C. de tranſact. & c. 1. de lit. cõteſt.
190 in 6. † Tertiò, vt procedat, etiam ſi à tali arbitramento ſit petita reductio ad arbitrium boni viri: quoniam nec hoc caſu poteſt pars redire ad primum Iudicẽ, per l. vnde & ſi nemo. ff. pro ſocio. & c. quintauallis. extr. de iureiur. quia exceptio oritur ex compromiſſo: ut in dicto §. ſi pacto. & tradit Bal. in dicto §. apoſtolos, & in dicta l. ſi quis rem, vnde cum poſſit parere exceptionem litis finitæ, interim pendẽte iudicio obſtat exceptio, vt in l. ſufficit. ff. de condict. indeb. vt per hæc & alia latius proſequitur Franc. in d. c. ex ratione. nu. 34. verſic. Et videretur hoc procedere.

191 Quarto regula huius limitationis ſublimitatur † vt non procedat, quando in compromiſſo adeſſet clauſula, quòd toties pœna committatur, quoties contrauentum ſit rato
192 mante compromiſſo † poteſt enim talis clauſula valide apponi, ad text. in l. ſi duo rei. §. fi. ff. de arbit. vt limitat expreſſe Card. in dicta clem. quandiu. q. 3. de appel. & poſt eũ, & Lap. ibi tradit Franc. in dicto c. ex ratione. nu. 31. refert, & ſequitur etiam Blanc. vbi ſupra nu. 20. ea ratione: quia quando eſt apposita clauſula, rato manente pacto, tunc poteſt exigi pœna, & etiam obſtat exceptio pacti, ut in dicta leg. qui fidem. ff. de tranſactio. & l. cum proponas. C. de pact.

193 Quintò † niſi compromiſſum ſit per partes tacite, uel expreſſe homologatum, ut poſt Bal. in auth. ſi tamen. C. de appel. tradit Franc. ibidem nu. 32. & Blanc. nu. 21. quod etiam ſenſit Card. in dicta clem. q. 3. in fi. dum vult, quòd ideo clauſula, rato manẽte compromiſſo, de qua ſupra, impediat ire ad Iudicem: quia ſcilicet per eam videtur inducta compromiſſi homologatio.

Sextò (& hanc, & ſequentes ſpecifice Docto. nõ ponunt,)
194 ego limitandam regulam cenſeo † ut non procedat, quotieſcunque in compromiſſo nulla eſſet appoſita pœna, pro ut plerumque præſertim inter ruſticos contingere poteſt
195 † vel eſſet appoſita, & eam in euentum non paritionis ſibi arbiter, & non partes fuiſſet ſtipulatus: quo caſu licèt glo. in
96 l. litigatores. in verb. promiſſa. ff. de arbitris. innuat † quòd
197 arbiter tenetur cedere actionem † quia tamen hoc non uidetur pro uero à Docto. teneri, vt colligitur ex his, quæ ponit Ias. in l. huiuſmodi. nu. 25. ff. de legat. 1. ubi inquit, quòd eſt notabile dictum, ſi eſt verum, & conſequenter reſpectu ipſius partis perinde eſſet, ac ſi nulla eſſet pœna appoſita. Et
198 hoc ea ratione † quia cum contumeliam, quam infert pars arbitro per receſſum ab eo, de qua in d. l. litigatores. in princ. ff de arbit. in hoc iura punire videantur: quia (ad hoc vt arbitria non eludantur) voluerunt contra recedentem committi pœnam, & per eam illi contumeliæ uidetur quodammodo ſatisfieri, vt per Iureconſultum in l. ſi quis rem. ad fi. ff. de arbit. Ergo quando nulla adeſt pœna, ſaltem reſpectu partis compromiſſum obſeruãtis, proculdubio videtur ceſſare ratio huius diſpoſitionis: quia & contumelia in aliquo non punitur, & arbitrium eluditur; & eſt etiam res mali exẽpli, ergo ceſſare debet etiam diſpoſitio, & conſequenter nõ debet permitti: quòd una pars altera inuita pendente compromiſſo ſine pœna facto ualeat pro ſuo libitu ad iudicem accedere. Et ſi contra hanc limitationem conſideres, quòd ſatis punitur iſte acceſſus ad Iudicem, etiam quando nulla eſt appoſita pœna: quia tunc ſuccedit obligatio ad intereſſe, vt ſenſit idem Io. Bapt. de arbi. lib. 5. c. 1. ſub nu. 3. poteſt replicari, quòd cum liquidatio intereſſe ſit difficilis & longa, ut dicunt Doct. in l. 1. C. de ſent. quæ pro eo, quod inter. & uia attentatorum ſit facilis, & expedita, ut dicemus infra in 3. parte, cap. penul. de priuileg. attentatorum, nume. 2. & ſequen. in odium actoris, qui eodem tempore uidetur offendere arbitrum eum contemnendo, arg. l. litigatores. ff. de arbi. & inferre præiudicium parti, quam cogit ad ſubeũdum labores, & expenſas, quæ in litigando ſuſtinentur, ſit permittendum hoc caſu, quòd reus eligat viam ſibi magis proficuam: ſicut videmus in attentatis aliàs lite, uel appellatione pendente: nam is, contra quem attentatur, licèt habeat viam ordinariam agendi ordinarie coram Iudice pro illorum retractatione, ut annotauimus infra in 3. parte, cap. 21. quib. & quot mod. attent. reuoc. nu. 20. in odium tamen attentantis permittitur ſibi uia breuis, ac cõpendioſa attentatorum. c. non ſolum. & c. cordi. in fi. de appel. in 6.

199 Septimò poſſet limitari † vt non procedat, quando compromiſſum fuiſſet factum in eum, qui aliàs erat cõpromittentium Iudex competens: qui in procedendo non declara uerit, an vti Iudex, an uti arbiter procedat: quoniam cũ hoc caſu in dubio uideatur proceſſiſſe vt Iudex, & per eum modum, quo actus magis ualeat, ut concludit Io. Baptiſta in d. tracta. de arbit. lib. 12. c. 6. de eo erit iudicandum, tanquam de Iudice. Et propterea ſi vna pars eo relicto uellet adire alium Iudicem, & ille procederet, eius proceſſus poſt oppoſitam exceptionem pendentiæ talis compromiſſi cenſeretur inualidus, & attentatus, ſicut diximus ſupra in 2. limit. de arbitro ſtatutario nu. 180. & aliàs vniuerſaliter de proceſſu ſecundi Iudicis in c. 4. de attent. lit. pend. in 2. limit. prin. ſub nu. 59. & ſeq. declarando tamen, vt ibidem diximus.

200 Octauò limita † niſi inter partes aliàs ſit pactum de non
201 adeundo Iudices † quia tale pactũ ualet † & parit exceptio-
202 nem, quæ impedit litis ingreſſum: vt poſt Bal. in l. poſtquã

liti. in

liti.in 5. oppo. C. de pact. & alios per eum allegatos, tradit Blanc.dicto tractatu q.4.prin.nu.40.versi.pacti de non adeũ do Iudicem. Et si stante hoc pacto partes facerent compromissum voluntarium (nam necessarium vigore statuti facere non tenentur: cum obstet dictum pactum, vt declarat Blanc. ibi) & eo pendente alter vellet adire Iudicem, tunc sibi hoc non liceret obstante exceptione pacti per supra dicta, hæc limitatio licèt sit uera in se, tamen non facit ad limitationem regulæ nostræ, cum hoc casu non pendentia compromissi, sed pactum operetur dictum effectum.

Declaratur quoque hæc eadem regula posita in hac octaua limitatione duobus modis.

Primo, vt quod supra generaliter in regula diximus, licere parti pendente compromisso accedere ad Iudicem, intelligatur soluta per accedentem pœna conuentionali, ut dicit tex.in l.si quis rem. ff.de arbit. & ponunt omnes Docto. supra pro fundamento dictæ regulæ allegati, hoc autem de
204 pœna soluenda limita. Primò † nisi pars iret ad Iudicem ad implorãdum eius officium, ad hoc vt cogat arbitros ad laudandum, vel ad eligendum tertium: quia per hanc implorationem, quæ fit lege permittente, ad tex.in l.item si vnus. §. principaliter. ff.de arbit. tradit latius Ioã. Baptista vbi supra lib.5.c.7.& lib.6.c.14.non debet pars aliquam pœnam incur
205 rere.l.Gracchus. de adul.cum simil. † Secundo videtur posse limitari: ut non procedat, quando iste accessus ad Iudicẽ fuisset factus per procuratorem absque speciali mandato,
206 aut ratificationi domini † sicut enim contumacia procu-
207 ratoris contracta coram arbitro non nocet domino † nec facit eum incidere in pœnam conuentionalem, ut per gl.in l.non distinguemus.§.si domini.ff.de arbit.quam ad hoc põ derauit Io.Baptista in tracta.de arbit.lib.9.cap.6.col.3.versic.
208 quid de contumacia procuratoris † ita nec iste accessus ad Iudicem debet censeri attentatus: quia si reputaretur attentatus, dominus diceretur incidere in pœnas contra attentãtes introductas, de quibus infra in 3.parte c. vlt.de pœnis at-
209 tent. nu. 3. † Sicut nec aliàs dominus censetur procuratori mandasse id, per quod faciat principalem suum incidere in
210 pœnam.l.si procurator.ff.de condit.indebit.cũ simil.† Tertiò (quia regulam ampliando supra diximus, quòd pendente compromisso potest principi supplicari, & Iudex impetrari) limita.hanc declarationem de solutione pœnæ, ut quatenus respicit Iudicis impetrationẽ intelligatur de eo, qui supplicauit, impetrauit, & usus est rescripto, aliàs secus, secũdum Alex.in consi.87.uisò, nu.3.lib.5.

211 Secũdò regulam suprapositam declara † ut intelligatur, quando una pars vult recedere à compromisso, & Iudicem adire, secus si ambæ: quia tunc de communi consensu id eis licet, nec committitur pœna, ut per Bapt. à sancto Blasio in tracta. de arbit. & arbitrato. in 2. parte, nu.2.q.51.& Blanc.d. tracta.in 7.q.prin.sub nu.10.& nu.11.

Sicut & regula principalis, quam supra in hoc cap.posuimus, quòd pendente compromisso dicitur attentari, & arbi
212 ter potest illa reuocare, necessario intelligenda est † ut recipiat omnes illas limitationes, ac declarationes, quas recipit alia regula data supra c.4.de attent.lit. pend. nu. 296. & seq. & in singulis ampliationibus, limitationibus, ac declarationibus ibi sigillatim enumeratis, prout est illa limitatio de continuante qui regulariter non dicitur attentare, vt diximus ibi in prima limit. prin. nu.2. & quando essemus in diuersa causa, vt pariter diximus ibi in 2. limit.prin. & cæteras omnes quæ breuitatis causã non repetuntur, cum casu eueniente quisque facile ibidem, eas videre possit, & ad præsentem compromissi materiam illas adaptare, quas in materia seq.capituli summatim applicauimus.

Cap. XVI. de attent. reductione ad Arbitrium boni viri pendent.

SVMMARIVM.

1 *Reductione ad arbitrium boni uiri pendente an dicatur attentari, & sententia exequi possit.*
2 *Docto.inter se non videntur omnino consentire.*
3 *Et quinque sunt in hoc articulo opin.licèt aliqui tantum tres posuerint.*
4 *Executio sententiæ, & laudi non impeditur pendente reductione ad arbitrium boni uiri secundum aliquos.*
5 *Reductio ad arbitrium boni uiri suspendit laudi executionem secundum alios.*
6 *Et hæc opi. uerior dicitur atque etiam frequentiori calculo approbata, ut infra nu.10.*
7 *Executio laudi pendente reductione fieri potest, data tamen cautione de restituendo in euentum succumbentiæ secundum alios.*
8 *Alij uero distinguunt, Aut causa reductionis est breui tempore expediẽda, puta infra duos menses uigore alicuius status & impediatur executio, Aut requirit longum tempus, & tunc executio fiat, sed data cautione supra dicta.*
9 *Alij demum distinguunt, quòd aut ante fuit petita executio laudi, quã petita reductio, & non impediatur, si uero antea sit petita reductio, quàm executio, & tunc impediatur.*
Et ista uidetur uerior, & communis opi.nu.10.
Et ita seruatur in Praxi, & de stilo curiarum.nu.11.
Etiam si simus in obligatione in forma cameræ: ut infra nu.13.
12 *Captura facta pendente reductione ad arbitrium boni uiri non ualet.*
14 *Compromisso, & obligatione in forma cameræ sibi adiecta id censetur actum, vt illud sit exequendum, nisi aduersus eum sit petita reductio.*
15 *Reductioni ad arbitrium boni uiri pendente non solum executio, uerum etiam omnes alij actus si per Iudicem aut partes fiant, dicuntur attentati.*
16 *Reductio dicitur actus suspensiuus.*
17 *Reclamatio à laudo, & reductio impedit aliquid innouari.*
18 *Reductio ad arbitrium boni uiri dicitur esse quædam species appellationis.*
19 *Et appellationi æquiparari regulariter, fallit, ut infra nu.22.*
20 *Reductio in dubio debet semper admitti, sicut appellatio.*
21 *Appellatio sicut tolli præsumptionem, quæ erat pro ipsa sententia, ac pro Iudice, ita reductio tollit, & eneruat præsumptionem, quæ erat pro laudo.*
22 *Reductio à laudo arbitratoris potest peti intra 30. annos, ut hic & infra nu.37. licèt appellatio sit interponenda intra decem dies.*
23 *Causa appellationis dicitur esse secunda, reductionis uerò dicitur esse causa prima.*
24 *Statutum loquens de secundis causis non habet locum in causa reductionis à laudo: quia illa dicitur causa prima, non autem secunda.*
25 *Reductio non solum facit attentata, si sit petita, verum etiam si simus intra tempus illam petendi.*
26 *Quod singulariter notandum est, si est uerum.*
28 *Reductione secunda aduersus primam reductionem pendente, potest executio fieri secundum aliquos.*
Licet contrarium uideatur uerius, ut infra nu.31.
Nisi laudum haberet diuersa capita: ut infra nu.32.
29 *Appellari potest à sententia, seu reductione laudi.*
Secundum magis com.opi.ut nu.30.
33 *Reductione pendente ad executionem laudi procedi potest, si ita inter partes conuentum est.*
34 *Arbitri tantum possunt, quantum partes eos posse uoluerunt.*
35 *Reductione pendente non differtur executio laudi respectu pœnæ conuẽtionalis.*
Sed bene respectu pœnæ alterius, quam arbiter in laudo apposuerit: ut numero 36.
37 *Executio laudi etiam pendente reductione ab eo fieri posset, quando laudum ex forma statuti haberet executionem paratam.*
Licèt aliàs in contingentia facti contrarium fuerit seruatum, ut infra numero 39.
38 *Reductionem petens uidetur in effectu ab executione appellare, quando statutum dat laudo executionem.*
40 *Executio laudi etiam habentis executionẽ paratam denegatur reductione pendente, quando causa reductionis non requireret longum tractatum, sed incontinenti, puta infra duos menses ex forma alicuius statuti esset terminanda.*
41 *Reductione pendente executio laudi non impeditur, quando in compromisso partes reductioni renuntiassent.*
42 *Nisi per laudum fuisset illatum grandius grauamen, & immodica læsio secundum Ang. &*
Nisi constare posset de dolo arbitri: ut nu.43.
44 *Reductio laudi peti potest non obstante, quòd illi fuerit per partes renunciatum, quando constat de dolo arbitri, uel de enormissima læsione.*
Etiam si fuerit iuramento firmatum: ut nu.45.
46 *Reductione pendente fieri potest executio laudi, quando antea fuit petita executio, quàm reductio.*
Quid autem si eodem die fuerit petita reductio & in executionem laudi capta possessio? an illa dicatur attentata aliquid infra nu.50.
47 *Nullitas opposita impedit executionem, quãdo antea opponitur nullitas quàm petatur executio.*
Et ita aliàs fuit practicatum: ut nu.48.
49 *Executio petita ante petitam restitutionem in integrum non retardatur ob pendentiam restitutionis in integrum.*
51 *Reductione pendente executio fieri potest stante statuto, quòd laudum mandetur executioni, etiam parte reclamante.*
52 *Reductione calumniose petita non retardatur executio laudi.*
53 *Continuans suam possessionem reductione pendente non dicitur attentare.*
54 *Nec similiter in 13.subsequentibus limitationibus, quæ hic remissiue, & summatim enumerantur.*

QVoniam lato laudo per arbitrum, seu arbitratorẽ plerumque solet peti per partes illius reductio ad arbitrium boni viri, non abre est hoc loco videre, an huiusmodi reductione pendente partes per aliquos actus, præsertim si laudi executionem petãt, ac etiam

Source : BIU Cujas

1 etiam obtineant, dicantur attentare, & generaliter † an pen
dente reductione dicatur attentari. Et quãuis Vital. in trac.
de clauſul. ſpecialirer poſuerit clauſulam hanc, nil nouari
reductione, & recurſu ad arbitrium boni viri pendente, mul
taque ſuper hoc ibi retulerit, plenius tamen attingendo ma
teriam: quia frequẽter vſu venire poteſt, ad totius huius ma
teriæ intelligentiam illud opere præcium ante omnia præ-
2 mittendum videtur † q̃ in hoc articulo, an petita laudi re-
ductione illius executio ſit ſuſpenſa, non videntur inter ſe
Docto. omnino conſentire', & magnam inter eos fuiſſe va-
rietatem, dixit Maranth. in Spec. in 3. parte ſextæ partis prin-
3 cipalis, in 2. actu, ſub nu. 110. † Vbi licèt tres tantum videat
(etiam implicite) referre opiniones, ſciendum tamen eſt, q̃
quinque in propoſito articulo executionis laudi reperiun-
4 tur opi. Prima fuit Card. in c. expoſita. de arbit. † q̃ executio
non impediatur: ea potiſſimũ ratione; quia hoc in iure nul-
libi reperitur cautum, vt refert Abb. in c. quintauallis. nu. 41.
de iureiur. & Boer. deciſ. 284. incip. ſed maius dubium, ſub
nu. 24. in eandem ſententiam Marant. vbi ſupra citat Ange.
in conſi. 172. & Saly. in l. 1. C. quando prouo. non eſt neceſſ.
ſed re vera Saly. id in libro meo non dixit, & Ange. loquitur
præſuppoſito ſtatuto, q̃ laudum ſine contradictione man-
detur executioni, & pacto expreſſo, q̃ non liceret petere re-
5 ductionem, qui valde diuerſi termini à noſtris ſunt. † Secũ-
da fuit opi. ſecundum Marant. vbi ſupra originaliter Bald. in
l. tale pactum. §. qui prouocauit. col. fin. in pen. q. ff. de pact.
quòd per reductionem ſuſpendatur executio, quam etiam
indiſtincte cõtra Card. vbi ſupra (de Bal. nullam faciens mẽ-
tionem) tenet. Abbas. in dicto c. quintauallis. nu. 41. de iure
6 iur. † quam etiam tanquam veriorẽ ſecutus eſt Marant. vbi
ſupra per tex. qui etiam ab omnibus in id citatur in l. non di
ſtinguemus. §. cum quidam. ibi. appellandi ſpecies. ff. de arb.
vbi in eandem ſententiam etiam alleg. Soci. in conſ. 27. col.
7 pen. lib. 4. † Tertia quoque opi. illorum fuiſſe videtur, qui
ſimpliciter dixerunt, quòd pendente reductione fiat execu-
tio laudi, ſed data cautione de reſtituendo in euentum ſuc-
cumbentiæ in cauſa reductionis, quam opi. ſenſiſſe Ang in
conſi. 272. in fi. verbis, tradit Marant. vbi ſupra. Quarta huic
proxima fuit opi. Bald in addit. ad Spec. in tit. de arbit. §. fin.
col. 8. verſi. ſed an pendente cauſa reductionis, quam refert,
& de verbo ad verbum tranſcribendo ſequi videtur Vital.
in dicta clauſula, nil nouar. recurſ & reduct. pendente poſt
8 prin. vt diſtinguamus, † quòd Aut cauſa reductionis eſt bre
ui tempore, puta infra duos menſes ex forma alicuius ſtatu-
ti expedienda, & tunc ſimpliciter iuxta ſecundam opinionẽ
impediatur executio, Aut requirit longum tempus, & altio
rem indaginem, & tunc executio fiat, data tamẽ cautione,
de qua ſupra, ad not. in c. ſuſcitata. ext. de in integ. reſtitutio.
9 † Quinta demum in propoſito videtur fuiſſe opi. Io. de Imo
la in conſi. 130. in caſu præmiſſo. col. 2. in fin. ſub num. 7. vbi
poſtquam plura ſuper hoc dixit, an laudo oppoſita nullitas
ſuſpendat illius executionem, firmãs pro ueriori illam ſen-
tentiam, quòd executio debeat ſuſpendi, ſubdit, quòd intel-
ligo verum, ſi ante ſit petitum laudum reduci, & nullum de
clarari, quàm ſit per partẽ aduerſam exequi petitum, quòd
ſi ante ſit petita laudi executio, & deinde illius reductio, ſe-
cus ſit ſecundum eum ibi, per no. in l. ſed ſi ante. ff. de excep.
Inter quarum opi. varietates omiſſis diſputationibus illa mi
10 hi videtur verior, æquior & auſerim dicere etiam frequẽtio
ri calculo approbata ſentẽtia, quam ſupra ſecundo loco re-
tulimus, videlicet, quòd per huiuſmodi reductionem petitã
ſuſpendatur laudi executio. Quam vltra, & poſt ſupra alle-
gatos tenuit Frã. in c dilecto. nu. 39. de appel. & Nicol. Boer.
in d. deciſ. 284. incip. ſed maius. nu. 24. & ſeq. vbi ſub num. 26.
11 circa finem, ſubdit † quòd ita ſeruatur in praxi, & de ſtilo
curiarum, & ſpecialiter reſpondet motiuo, quod faciebat
Card. in d. c. expoſita, quòd hoc non ſit iure cautum. Eandẽ
tenuit Lanfranc. deciſ. 461. incip. arbitramentalis. Alex. in
conſi. 43. quia ſubtiliter. nu. 9. lib. 6. & in conſi. 119. quæritur
ergo. nu. 17. verſi. & tanto fortius. lib. 2. & in cõſi. 63. in cauſa.
12 nu. 4. & ſeq. lib. 3. vbi propterea defendit † capturam factam
pendente reductione non valere, quem etiam videtur ſecu
13 tus Pariſ. in conſi. 45. ſatis concludenter, nu. 60. lib. 1. † & ele
ganter eadem opi. ſuſtinetur per Ant. Galles. de oblig. in for
ma cameræ q. 3. quartæ particulæ obligationis in forma Ca
meræ. nu. 5. & ſeq. vbi refert: quòd ita fuit ipſo (pro vna par-
te interueniente) in contingentia facti aliàs determinatũ,
14 ea potiſſimum ratione † quia ſcilicet in cõpromiſſo, & ob-
ligatione etiam in forma Cameræ deſuper. ſibi adiecta cenſe
tur id actum, quòd laudo ſit parendum, & illud ſit exequen
dum, niſi aduerſus eum reductio petatur, vt latius ibi per eũ
ſecundùm quam opi. non ſolum in actu particulari ipſius
15 executionis laudi, † verum etiam vniuerſaliter in omnibus
actibus, tam per Iudicem, quàm per partes ipſas pendente
huiuſmodi reductione faciendis, quod vitio attentatorum
ſubijciantur (concluſiue procedendo) eſt nunc conſti-
tuenda.

Regula quæ probatur. Primò: quia huiuſmodi petitio, ac
reductio impedit executionem laudi ea pendente fieri poſ-
ſe, ſecundùm ea, quæ proxime firmata ſunt nu. 5. & nu. 10.
16 † Secundò: quia reductio dicitur eſſe actus ſuſpenſiuus, &
operari effectum ſuſpenſiuum, quod dixit eſſe multum no
tabile Bald. in capit. 1. §. ſancimus. ſub numero 3. verſi. & no-
ta quòd tria ſunt, iuncto verſi. item recurſus, in tit. quo tẽp.
mil. inueſt. pet. deb. in vſibus feud. quod etiam affirmauit (li
cet Bald. non alleget) Boer. in dicta deciſ. 284. ſub numero
24. Vnde ſi per eum inducitur effectus ſuſpenſiuus, ergo ea
pendente debent neceſſario dari attentata, ſecundum do-
ctri. Franc. in cap. bonæ. numero 36. de appellat. & alias ſæpe
diximus. Tertio (quod ex proximo fundamento procedit)
17 † quia reclamatio, & reductio impedit aliquid innouari, vt
ſpecialiter ad propoſitum noſtrum dicebat Alex. in conſi.
43. quia ſubtiliter. numero 9. lib. 6. & quod reductione pen-
dente nihil ſit innouandum, tradit etiam Grat. in conſi. 118.
18 videtur. numero 19. libr. 2. Quartò † quia huiuſmodi redu-
ctio dicitur eſſe quædam ſpecies appellationis, ad text. in l.
non diſtinguemus. §. cum quidam. ff. de arbit. quem dicit no
tandum Franc. in rubr. de appellat. numero 44. & Afflict. de
19 ciſ. 51. item fuit dubitatum. numero ſecundo † Et quia appel
lationi dicitur æquiparari, vt dicunt omnes per dictum §.
cum quidam. Quæ æquiparatio non ſolum deducitur ex
præmiſſis, ex quo ſicut appellatio, ita etiam reductio impe-
dit executionem, ſuſpendit iuriſdictionem, & impedit in-
20 nouari, vt ſupra, verum etiam, & ex alijs † quia ſicut appel-
latio in dubio debet ſemper admitti, ad no. per glo. in capit.
vt debitus. de appellat. & diximus latius ſupra in hac 2. par-
te, capitu. 12. de attent. appellatione pendente, in 5. ampliat.
princip. numero 9. ita, & reductio in dubio debet admitti ſe
cundum Alexan. poſt alios, quos allegat in conſi. 139. viſo
21 puncto. numero 7. lib. 7. † Item ſicut appellatio tollit præ-
ſumptionem, quæ ſolet eſſe pro ſententia, ac pro Iudice, ad
no. in c. quoniã contra. de probat. Alciat. in tract. præſumpt.
regula. 3. præſumpt. 9. numero 6. ita & reclamatio, & redu-
ctio tollit, & eneruat præſumptionem, quæ erat pro laudo,
vt tradit Mil. in verb. præſumitur pro laudo. fol. 311. & elegã-
ter per Curt. Senior. poſt alios in conſilio 23. incip. ego quo
que. in fin. numero ſeptimo & per Alexan. in dicto conſilio
43. & poſt eum Nicol. Arelatan. in addit. ad Alciat. in dicta
22 regula. 3. præſumpt. 12. poſt princip. † Quamuis autem per
ſupra dicta firmari poſſit, quòd regulariter inter appellatio-
nem, & reductionem procedat æquiparatio: eſt tamen ad-
uertendum, quòd iſta æquiparatio non procedit per om-
nia, vt dicebat Cardinal. in dicto capitulo expoſita, vt eum
referũt Abbas in dicto capitulo quintauallis numero qua-
drageſimoprimo, & Boer. dicta deciſ. 284. ſub numero 25.
qui licet id ſimpliciter dixerit, abſque eo quòd ponat caſum
in quo non ſint æquiparata, diuerſitas tamen ex eo poteſt
deprehendi, quòd appellatio debet interponi intra decem
dies, authenti. hodie. C. de tempo appellatio. reductio au-
tem (quatenus ſumus in arbitratore) poteſt peti intra 30.
annos: vt eſt deciſ. Afflict. 132. fuit dubitatum, & eſt commu.
opin. de qua poſt alios teſtatur Marant. in dicta 3. parte ſex-
tæ partis principalis, in 2. actu, numero 112. & diximus ſupra
in hac ſecunda parte, capitulo 12. de attenta. appellatio. pen
den. in 12. ampliat. quinquageſimæ limita princip. numero
23 110. † Similiter cauſa appellationis dicetur eſſe ſecunda cau
ſa, & propterea ſi ſtatutum loquatur de ſecundis cauſis, ha-
24 bebit locum in iſta † Quando autem eſſemus in reductio-
ne à laudo, tunc cauſa reductionis dicitur prima cauſa, &
non ſecunda, & ſic ſtatutum hoc caſu non procederet, vt an
notauit eleganter Bald. in conſilio 169. in primis. numero
6. libro 3. & conſequenter apparet, quòd non eſt inter eas
per omnia facta æquiparatio, cum in his duobus caſibus
diuerſum ſit ius ſtatutum: regulariter autem æquiparatio
poteſt admitti, & ex his fundatur ſupra dicta regula. Quæ
ampliatur.

Primò, vt procedat non ſolum, quando huiuſmodi redu
25 ctio fuit petita † verum etiam ſi ſimus intra tempus illã pe-
tendi: quoniam hæc à pari procedunt ſecundũ Soci. in cõſi.
26 27. viſis. nu. 35. lib. 4. † quæ ampliat. ſingulariter eſt notanda,
ſi uera eſt, attento q̃ tempus, intra quod talis reductio peti
27 põt, nõ eſt decendium ſm aliquos, aut annus ſm alios † ſed
eſt ſpacium 30. annorum ſecundùm magis com. opi. de qua
teſtatur idem Soci. in conſi. 104. viſis ſub nu. 10. lib. 4.

28 Limitatur primò, † qñ eſſemus in reductione petita ad-
uerſus prima reductionẽ, & ſnĩam ſuper prima reductione

Source : BIU Cujas

29 larã † (potest enim à sententia lata super reductione appellari, & iterum illius reductio ad arbitrium boni viri peti
30 † secundùm magis cõmu.opi.de qua testatur Paris.in cons. 45.satis concludenter.nu.93.lib.1.) nam hac secunda reductione pendente potest fieri executio,ut tradit Boer. in d.de cis.284.col.fin.sub num.26.vers.quod intelligo, quod ante eum dixit Franc.in ca.dilecto. sub num. 39. in fin.de appell.
31 † Quæ limitatio licèt prima facie videatur posse admitti; tamen si diligentius consideretur,non videtur aliquatenus tenenda: quia si regulariter, vt supra dictum est, reductio appellationi æquiparatur, non videtur posse dari bona ratio diuersitatis, quare appellatio secundo loco interposita suspendat,& impediat executionem, vt clarum est, reductio autem secundo loco petita hunc effectum non operetur, & tanto magis: quia à sententia lata primo loco super reductione non solùm potest peti reductio, sed immo ab ea potest etiam vere appellari secundum commu.opi. de qua supra post Paris. Vnde pendente in secunda instantia ista causa reductionis multò magis debent executio, & attentata
32 prohiberi † Quòd si eam tenere volueris,eam limita,& notabiliter declara vno modo, qui colligitur ex his, q̃ ponit Io.de Imo.in d.cons.130.in casu præmisso.ad fi.vt non procedat,quando reductio,quæ secundo loco petitur, licèt videatur ex laudo (quod in causa primæ reductionis fuerat confirmatum) prouenire, esset tamen super diuerso capite ab eo, quod fuerat in prima reductione tractatum, vbi dat exemplum, q̃ si laudum contineat duo capita, videlicet q̃ solutio deberet fieri in duabus paghis, si huius laudi si petita reductio, & in causa reductionis sit tractatum tm̃ de prima pagha,& quoad hanc laudum sit confirmatum,si iterũ, & secundo loco huius laudi etiam (vt p̃fertur) confirmati petatur reductio quo ad secundam pagham, hæc reductio licèt respectu totius laudi videatur secundo loco petita, & fm opi.Boer.non deberet impedire executionem laudi; tamen ex intentione Imolæ vbi supra, (& bene) impedit, & ratio est: quia quo ad secundam pagham ista dicitur prima reductio,& est quid diuersum ab eo,quod fuit tractatum in prima reductione.

33 Secundò,ex intentione eiusdẽ Boer.ubi supra limita † nisi expresse in compromisso actum esset inter partes, quòd etiam pendente reductione posset ad executionem laudi procedi; cum contractus ex conuentione legem accipiant
34 l 1.§.si conuenerit.ff. depos.& præsertim actus compromissi,qui à libera partium voluntate dependet † & tantum arbitri possunt,quantum partes ipsæ eos posse voluerunt, ad tex.in l.nõ distinguemus.§.de officio.ff.de arbit. Corn.cons. 293.multa.col.3.lib.3. tradit latius Blanc.in tracta. de compromiss.in 6.quæst.princip.num.5.vers.tertiò quæro.

35 Tertia ex eodem Boer. vbi supra colligitur limitatio † vt non procedat quò ad differendum executionem pœnæ conuentionalis in compromisso (si fuerit contrauentum) appositæ; quia quò ad pœnam potest fieri executio etiam pendente reductione, & licet ille non dicat, ratio potest esse: quia is,qui petit reductionem non negat pœnam deberi,immo ex quo per petitam reductionem videtur contrauenire & non stare laudo,videtur facto suo inducere actũ per quẽ pœna committatur,& in causa reductionis non põt tractari de hmõi pœna nõ soluenda; quia reductio respicit laudum, & in eo contenta,pœna aũt, & ius ad petendum pœnã superuenit post laudũ, ergo per petitã reductionẽ laudi nõ
36 debet posse retardari. † Quod ego intelligerem verũ,nisi ẽt arbiter in laudo aliquid pronuntiauerit super pœna,non dico conuentionali; quia hoc non põt,sed noua, quod vtiq; potest,vt tradit Baptista à Sancto Blasio in tracta.de arbit.& arbitrato. in 2.parte,nu.69.q.87. post Ang. & Lanfranc. de quibus ibi per eũ,nam hoc stante quò ad istam nouam pœnam pendente reductione esset deneganda executio laudi.

37 Quartò,† nisi laudum, cuius petitur reductio ex forma alicuius statuti, haberet executionẽ paratam, quãuis enim Bal.in addit.ad Specul.in §.vltimo.col. 8.vers. sed pendente causa reductionis,quem refert ad verbum, & sequi videtur Vital.in dicta clausula,nil nouar.recurs.pend. hunc punctũ de statuto posuerit,& pro vtraque parte plura fundamenta fecerit, & in hanc sententiam inclinasse tandem videatur: cum eam vltimo loco ponat,quòd executio impediatur declarando,vt per eum ibi,& nos mox dicemus.Nihilominus magis in terminis,& resolute, quòd hoc casu non obstante reductione laudum mãdetur executioni in casu cuiusdam statuti ciuitatis Castelli, consuluit Ang.in cons.172.Ludouicus. & latius idem tenet, & per multa comprobat And. Barbat.in cons.18.clementissimum. sub num.7.vers.in contrarium, per tres integras col.lib.4.quod ex eo etiam com-
38 probari potest † quia qñ statutum dat laudo executionem, is qui petit reductionẽ in effectu videtur ab executione appellare, cum reductio sit species appellationis. l. non distinguemus. §. cum quidam. digest. de arbitr. appellatio autem ab executione regulariter non admittitur, præsertim, quò ad effectum suspensiuum, vt diximus latius supra capit. 12. de attent. appell. pend.in quinquagesimatertia limit. princip.num. 8. & multis seq. Quamuis autem prædicta Ang.opi. ex præmissis probabilis videatur † illud tamen omittendum non videtur,quòd alias in contingentia facti fuit determinatum contrarium, scilicet, quòd per reductionem executio laudi retardetur; vt attestatur magnæ lectionis & eruditionis vir,atque etiam practicus insignis Ant.Galles. de oblig.Camerali, in 4.particula. quæst. 3.num. 5.& seqq.Quòd si hanc limit. & Ang.opi. quis sequi uoluerit,illa ex intentione Bald.& Vital.vbi supra necessariò declaranda,& sublimitanda uidetur † vt non procedat,
40 quando causa reductionis non requireret longum tractatum,sed incontenti puta infra duos menses ex forma alicuius statuti esset terminanda; quia his concurrentibus,secundùm Bal.ibi esset deneganda executio, quòd si altiorem requireret indaginem; tunc sit facienda executio, recepta tamen cautione,de qua in c.suscitata.de in integr.restit. Quæ autem sit vtilitas,quòd non obstante, quòd laudum mandetur executioni, concedatur illius reductio, declarat eleganter Ang. in dicto cons. in fi.

Quintò ex intentione eiusdẽ Ang.in alleg. cons. 172.limi-
41 ta † nisi partes in compromisso huiusmodi reductioni renunciassent: quia cum ista verba debeant aliquid operari, regulariter stante renunciatione non poterit peti reductio secundum eum ibi,qua denegata ad propositum nostrum non est quid consideremus, an illa pendente dicatur attentari. Hoc autem dictum de renunciatione sublimita duo-
42 bus modis,de quibus ibi per eum. Primò † nisi per laudum esset illatum grandius grauamen,& immodica lęsio,(vt ille inquit) quia hoc casu non obstante renunciatione datur reductio, & consequenter subintrat consideratio attentatorum. Secundò † nisi constare posset aliquo modo de dolo
43 arbitri † quia stante uel dolo, vel enormi læsione datur re-
44 ductio non obstante renunciatione,† etiam cum iuramen-
45 to facta,vt hæc oĩa habentur late,& eleganter per eum ibi.

Sextò ex intentione Io. de Imol. in consil.130.in casu præ-
46 missо. colum. 2. sub numero 7.† nisi ante quam sit petita reductio, fuisset petita executio; quia hoc casu reductio subsequens non impediret executionem antea petitam, ad no.in l sed si ante.ff.de except.quod vltra eum ex eo cõprobari potest,quòd alias distinguendo dicebat Paul.de Castr, in authen.quæ supplicatio.C.de precib.imper.offer.in illa q̃
47 stione † an nullitas opposita impediat executionem, dum concordando cõtrarias opiniones, inquit, quòd si prius sit petita executio, tunc nullitas illa non impediat, aut prius fuit intentata nullitas,& deinde petita executio.& tunc im
48 pediat † subdens ita se vidisse praticari, quem sequitur Soc. in cons.78.sub nu.4.lib.3.Et ex distinctione,quam facit Rip-
49 in l.4.§.condemnatum.col.fin.sub nu. 30.ff.de re iudic. † q̃ aut restitutio fuit principaliter ante executionem petita, & tardat executionem.Aut ante fuit petita executio, & deinde opposita exceptio restitutionis, & tunc non retardetur executio,de quo nos latius dicemus infra cap. 18. de attent. restit.in integr.pend.num.6.vers.Tertia quoque depræhenditur opi. Quid † autem si dato laudo eo ipso die,quo pars
50 petijt reductionem,aduersarius ceperit possessionem rei,de qua in laudo,an censenda sit nulla,& attentata? & quòd censeatur bona,videntur sensisse Dominici in vna Bononie.bonorum coram.D.de Rubeis.15.Iunij.1565.dum tenuerunt, quòd huiusmodi possessio tanquam plena sufficiat ad inducendam continuationem,ita,vt si vigore reductionis emanauerit inhibitio,& post inhibitionem prætendatur, quòd actus postea facti sint attentati: illi tamen excusantur ab attentatis, quasi fuerint factiper modum continuationis possessionis supradicto die captæ. Et faciunt, quæ dicemus infra cap.20.de attent.post inhibit. in secunda declarat.principali regulæ ibi positæ.

Septimò limita † nisi statuto loci caueatur, quòd laudũ
51 mandetur executioni,etiam parte reclamante,vt post alios sensisse videtur Grat.in cons.34in præsenti.sub nu.14. versi. nam & hæc verba.lib.primo.

52 Octauò, nisi hmõi † reductio fuisset calũniose petita; q̃ per eã non impediretur executio fm Ruyn. in cons. 7. visis. nu.4.li.4.Pro qua facit. quod latius diximus supra in hac 2. parte,c.4.de attent.lit.pend. in 4.lim.princ. nuu.1.& per totam.Qđ nec tunc attentata lite pendente locũ habet, qñ lis fuisset calumniose instituta,& q̃ qñ etiam appellatio esset friuola.& iniusta attentata non procedunt, vt diximus latius supra cap. 12.de attent. appellatione pendente. in sexta limit.princip. nume. primo,& seqq. cum ratio dictarum

limi-

Source : BIU Cujas

limitationum, quoad litem,& appellationem considerata, militet etiam, quò ad reductionem. Ex qua consideratione licèt ex dictis Doctorum in specie in hac materia reductionis ultra præmissas septem limitationes aliæ non dentur) Videtur tamen, ꝙ regula supraposita in materia reductionis pendentis, quãplures alias necessario recipere debeat limitationes,& maiorem partem illarum, quæ in materia attentatorum lite,vel appellatione pendente supra suo loco enumerauimus, in quibus militat eadem ratio, quas hic fusius non explicabimus,sed eas tantum remissiue ad loca,vbi plenius sunt pertractatæ, attingemus, & possunt esse infrascriptæ,Videlicet,& hæc erit

53 Octaua limitatio † ut non procedat, si quis reductione pendente suam possessionem,vel sua iura continuaret;cum regulariter continuans non dicatur attentare iuxta ea,quæ latius diximus supra c.4.de attent.lit.pend.in 1.limit. princi. & capitulo.12.de attenta.appellatione pendente, limita.26. princip.

54 Nonò, † quando posset considerari diuersitas causarum secundùm ea quæ plenius posuimus supra c.4.de attent.lit. pend.in secunda limit. prin.& c.12. de atten.appellatione pẽdente,similiter in 2.limit.prin.

Decimò,quando essemus in his,quæ non sunt de processu iuxta ea,quæ latius dicta sunt in 5.limit.prin.de atten.appellatione pendente.

Vndecimò,quando essemus in his, quæ tenderent in faciliorem exitum ipsius reductionis,sicut diximus de his, quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis in 4.limit.prin. de attent.appellatione pendente.

Duodecimò,quando esset conscientia arbitri onerata, sicut diximus de Iudice ibidem in 10.limit.prin.

Decimotertiò,in actu sequestrationis secundùm ea, quæ ibidem dicta sunt in duodecima limit.prin.

Decimoquartò, quando essemus in his, quæ etiam antea poterant fieri,vt dictum est supra cap. 4. de attenta. lit. penden.limita. 11.princip.& appellatione pendente, limitat.15. princip.

Decimoquintò, quando pendente reductione superueniret suspitio fugæ: quia tunc posset capi, sicut diximus de attent.lit.pend.limita.9.& de attent. appellatione pendente limit.31.

Decimosextò, quando Iudex, qui laudum exequeretur, ignoraret reductionem pendere,& causam reductionis fuisse commissam,secundum ea,quæ de Iudice appellationem ignorante diximus vbi supra in 36.limit.prin.

Decimoseptimò, quando essemus in actibus consecutiuis,ut supra de attent.litepend.in 5.& de atten.appellatione pendente,in 40.limi.prin.

Decimooctauò, si partes attentatis aliquo modo renuntiassent,ut ubi supra limit.42.& latius de attent. lite pendente,limit.15.prin.

Decimononò,quando esset periculum in mora,ut de attent.appel.pend.43.limit.prin.

Vigesimò, quando per reuocationem attentatorum oriretur scandalum in populo, ut in exhumatione cadaueris ad ea quæ dicta sunt de attent.appellatione pendente,limit. 46.& de attent.lit.pend.in 13.limit.prin.

Vigesimoprimò, quando extaret consuetudo in contrarium,per ea quæ de hoc in materia appellationis dicta sunt supra de attent.appel.pend.in 48.limi.prin.

Cap.XVII.de attent.nullitate pendente.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas proposita an retardet executionẽ, & impediat aliquid ea pendente innouari.*
2 *Variæ sunt etiam inuicem pugnantes opi.*
3 *Inno.in hoc articulo,an pendente nullitate executio fieri possit,tanquam sibi parum constans pro utraque parte allegatur.*
4 *Confirmatio si petatur declarari nulla,hac nullitate pendente nihil est innouandum secundum Inno.& infra nu.15.*
5 *Litis motio super nullitate sententiæ non debet impedire illius executionem,cum non uideatur esse aliquod ius,quod id prohibeat secundùm eundem Inno.& infra nu.18.*
6 *Sententia in curia delphinatus executioni demandatur etiam opposita, etiam incidenter illius nullitate.*
7 *Nullitas duobus modis proponi potest, videlicet principaliser, & per uiam actionis,item incidenter,& per uiam exceptionis.*
8 *Nullitate principaliter proposita, & illa pendente non permittitur innouari.*
Et hoc magis receptum esse aliqui dixerunt,infra nu.14.sed male,ut infra nume.32.
9 *Sententiæ nullæ, puta quia lata ex falsis allegationibus, executio non datur.*
10 *Nullitas, & appellatio uidentur in hoc æquiparari; ut dum pendent, non sit aliquid innouandum.*
11 *Litis pendentia super nullitate debet saltem prohibere, ne interim possit aliquid innouari, etiam si ipsa nullitas ex sui natura id non impediret.*
12 *Nullitas ita deuoluit causam ad superiorem,sicut iniquitas secundum cõmunem opi.secundum quam fuit etiam in practica obtentum.*
13 *Causa nullitatis dicitur habere effectum suspensiuum secũdum aliquos, & infra nu.35.*
16 *Nullitas retardat executionem etiam in casu Aegidianæ, secundùm aliquos.*
17 *Nullitate principaliter proposita potest ea pendente fieri executio secũdùm alios,& infra nu.27.& infra nu.6.*
19 *Executio si impediretur prætextu nullitatis principaliter propositæ, esset quodammodo dare executionem sententiæ nondum latæ, ut hic declaratur.*
20 *Sententia si non fuerit appellatione suspensa regulariter debet executioni demandari.*
21 *Iudicum decreta elusoria reddi non debent.*
22 *Sentẽtias proferri parum est, nisi etiã debitæ executioni demandentur.*
23 *Ratio, quare appellatione pendente non fit executio, illa est: quia per appellationem uidetur sublata præsumptio illa, quæ erat pro sententia,quòd sit iusta,& infra nu.44.*
24 *Nullitas proposita non tollit præsumptionem,quæ est pro sentẽtia,quòd illa sit iusta.*
25 *Nullitas post liquidatum negocium proposita inducit præsumptionem contra proponentem,quòd causa morandæ solutionis id fecerit.*
26 *Appellatio sola si impedit executionem,ergo potest dici,quòd nullitas illam non impediat.*
27 *Executio sententiæ fieri potest pendente nullitate principaliter petita secundum Docto.qui hic allegantur.*
28 *Quod procedit tam de iure ciuili,quàm canonico.*
Et uidetur communiter teneri,vt infra nu.31.& nu.32.
Et isti tanquam ueriori, & communiori adhærendum est, ut infra numero 38.
29 *Exceptio nullitatis executionem retardare solet.*
30 *Nullitatis cognitio non est præiudicialis executioni.*
33 *Nullitatis propositio proprie non inducit litis pendentiam.*
34 *Litis pendentia super nullitate non habetur multum in consideratione quoad effectum retardandæ executionis.*
35 *Nullitas non habet effectum suspensiuum, nisi de se ipsa ad se ipsam.*
36 *Iudex nullitatis articulo pendente non potest cognoscere negocium principale.*
37 *Doctor quilibet intelligendus est secundum legem,quam allegat.*
39 *Executio & alia gesta pendente nullitate principaliter proposita,an sint tanquam attentata reuocanda?*
Et uidetur com.opi.quòd sic secundum aliquos:ut infra nu.41.
40 *Possessionis apprehensio facta nullitate pendente uti attentata fuit reuocata per sacrum Concilium Neapolitanum.*
42 *Executio facta pendente nullitate principaliter proposita non est tanquã attentata in primis,& ante omnia reuocanda.*
Sed beneficio iniustitiæ lata demum sententia super nullitate: ut numero 43.
44 *Executionis actus uigore appellationis interpositæ habet quandam correspectiuitatẽ cum ipsa sententia, vt eatenus illa impediatur, quatenus tollitur præsumptio,quæ erat pro ipsa sententia.*
45 *Nullitate pendente regulariter non debet aliquid innouari, & si quid attentetur,illud est ex priuilegio attentatorum reuocandum.*
46 *Ratio naturalis dictat, ut dum de aliqua re disceptatur, non debeat aliquod præiudicium per alterum inferri.*
47 *Exceptio nullitatis contra sententiam opposita executionem retardare solet.*
Et ista est commu.opi.ut infra nu.49.
48 *Instrumentum guarentigiatum non habet executionem paratam, si principaliter agitur de illius nullitate.*
50 *Nullitas proueniens ex inobseruantia alicuius statuti retardat executionem,etiam si alio statuto caueatur, quòd sententiæ non obstante quocumque alio statuto executioni mandentur.*
51 *Iudici uolenti exequi sententiam nullam etiam de facto resisti potest secundum aliquos.*
52 *Nullitas etiam in criminalibus retardat executionem, quando illa esset irretractabilis.*
Secundum commu.opi.ut nu.53.
54 *Etiam si talis nullitas altiorem requireret indaginem.*
55 *Non solum quoad eos, qui cum bannito litigabant, verum etiam quoad omnes alios.*
56 *Nisi nullitas calumniose proponatur.*
57 *Vel offendens nullitate pendente bannitum ignoraßet per eum fuisse intentatum Iudicium nullitatis.*
58 *Nullitatis exceptio retardat executionem, etiam si simus in possessorio, secundum commu.opi.*
Immo etiam si nullitas principaliter fuisset proposita,ut infra nu.90.
59 *Exceptio nullitatis militat etiam aduersus sententiam Principis,illiusq; executionem retardat.*

Source : BIU Cujas

Roberti Lancellotti. De Attentatis.

69 *Nullitate pendente potest licite fieri executio, nec reuocatur per viam attentati, quando fuit principaliter per viam actionis intentata.*

61 *Pensionarius etiam lite super nullitate pensionis pendente cogitur per executorem ad solutionem pensionis.*

62 *Declaratoria Auditoris Camerae pro pensionibus decursis (pro quibus executiue agebatur) lata pendente iudicio super nullitate pensionis, valida reputatur: de quo tamen latius infra nu. 92. & seq.*

63 *Inhibitio emanata à Iudice nullitatis principaliter propositae impedit executionem sententiae.*

65 *Praesertim quando nullitas constat notorie ex actis, vel incontinenti probari posset secundum aliquos.*
Licèt aliqui contra, ut supra nu. 64.

66 *Inhibitio etiam si non sit canonica, facit attentata secundum stilum modernae Rotae, & ratio assignatur.*
Nisi commissio sit signata cum clausula, prout de iure: quia etiam inhibitio censetur decreta, prout de iure, ut nu. 67.

68 *Nullitatis pendentia etiam principaliter per uiam tamen appellationis propositae facit attentata, & si quid fiat, uenit tanquam attentatum reuocandum.*
Nisi decreta appellatione remaneat sola causa nullitatis, ut numero 69.

70 *Licèt aliqui contrariam tueantur sententiam, & eandem commun. dixerint, & ita de facto semper fuisse per eos obtentum: vt infra numero 72.*
Alij distinguunt.
Alij verò sublimitant, nisi per statu. eadem sit instantia nullitatis, & appellationis, ut nu. 71.

73 *Nisi nullitas per modum appellationis proposita altiorem requireret indaginem.*

74 *Attentata pendente nullitate per uiam appellationis intentata non reuocantur, nisi iustificata appellatione.*

75 *Nullitas etiam principaliter proposita retardat executionem, quando illa est irretractabilis.*

76 *Quando scilicet sumus in criminalibus secundum aliquos.*

77 *Licèt alij & uerius etiam ad causas ciuiles hoc esse extendendum affirment.*

78 *Nullitas proueniens ex eo: quia quis dum erat absens ex rationabili causa fuit condemnatus, etiam si sit principaliter proposita retardat executionem.*
Vel ex eo quia fuisset condemnatus dolo aduersarij, vt infra numero 81.

79 *Bannito allegante nullitatem banni ex iusta causa non debet contra eum hac cognitione pendente aliquid innouari, nec interim offendi.*

80 *Etiam si dubitetur, an causa allegata sit iusta: quia interim debet supersederi.*

82 *Iudex executionis licèt non possit pronunciare super principali, uidelicet executionem esse faciendam, vel non, potest tamen ad suam instructionem recipere probationes, & si inueniat, aliquid, quod eum moueat, debet supersedere, & causam ad superiorem mittere.*

83 *Executio retardatur dato libello super nullitate ex cõsuetudine, quae seruatur Florentiae.*

84 *Praeueniens proponere nullitatem impedit executionem postea propositam.*
Dummodo cum praeuentione concurrant aliquae coniecturae, & inhibitio secundum aliquos: vt nu. 85.

86 *Executio retardatur secundũ ritum magnae curiae uicariae in regno Neapolitano, quando proponitur nullitas decreti affirmatiui.*

87 *Nullitate pendente in curia delphinatus, & in Hispania non permittitur simpliciter fieri executionem, sed cum temperamento cautionis de restituendo in euentum succumbentiae.*

88 *Nullitate per modum actionis intentata potest quis dare de nullitate per modum exceptionis, quo facto retardat executionem, licèt hoc non uideatur omnino tutum.*

89 *Executio uigore pacti non potest fieri pendente nullitate etiam principaliter proposita instrumenti, in quo adest illud pactum.*

90 *Nullitas principaliter proposita retardat executionem, quando respicit sententiam latam in possessorio.*

91 *Gesta pendente iudicio super nullitate sententiae interlocutoriae etiam principaliter intentata, non dicuntur attentata.*

62 *Nullitas, puta pensionis, etiam principaliter intentata facit attentata secundum aliquos, quando committitur per speciale rescriptum Papae, quasi Papa apponendo manum videatur in dubium reuocare executionem suarum literarum, licet alij contra.*

93 *Nullitatis exceptio incontinenti probanda retardat executionẽ, & quando dicatur incontinenti probari, infra sub nu. 94. in fi.*

94 *Exceptio nullitatis requirens altiorem indaginem non retardat executionem.*

95 *Nisi executio esset irretractabilis.*
Etiam si ageretur de executione trium conformium: ut infra nu. 98.

96 *Bannitus nullitate pendente non potest impune offendi, etiam si nullitas altiorem requireret indaginem.*

97 *Secundum commu. opi.*

99 *Appellatio in possessorio in multis casibus permittitur ratione praeiudicij irreparabilis, remissiue.*

100 *Nullitas etiam altiorem requirens indaginem retardat executionem, quando prouenit ex defectu Iurisdictionis.*

102 *Etiam si ageretur de executione trium conformium.*
Et etiam si quis iurasset non dicere de nullitate, ut infra nu. 104.
Et etiam si esset, puta per statutum exclusa omnis nullitas: vt infra numero 105.
Nisi Iudex funditus careret Iurisdictione: ut nu. 102. &
Nisi nullitas esset notoria, Vel fuisset praefixus terminus ad docendum de ea. Vel iurisdictio esset elidibilis. Vel essemus in contumace, ut nume. 105. in fi. remissiue.

105 *Nullitas ex defectu iurisdictionis non potest opponi contra tres conformes ex eo: quia non constet de commissionis praesentatione, si de commissione constat.*

106 *Nullitas etiam requirens altiorem indaginem retardat executionem, si prouenit ex eo: quia sententia fuerit lata per falsas allegationes.*

107 *Executio si petatur ex iudicato, retardatur per exceptionem nullitatis etiam altiorem indaginem requirentis.*

108 *Nullitas altiorem requirens indaginem retardat executionem, si opponitur à tertio.*

109 *Etiam trium conformium.*

110 *Secundum commu. opi.*

111 *Exceptio tunc dicitur altiorem requirere indaginem, quando continet iuris subtilitatem.*

112 *Vel quando prolixiorem habet tractatum.*

113 *Nullitatis exceptio regulariter contra tres conformes opposita nõ retardat executionem.*

114 *Etiam incontinenti probanda.*

115 *Nullitas notoria ex actis resultans, an retardet executionem trium cõformium, remissiue.*
Et retardat secundum commu. opi. ut infra nu. 119.

116 *Iudex aditus super executione licet debeat aliàs exceptionem nullitatis remittere ad eum, qui tulit sententiam, si tamen nullitas colligitur ex tenore sententia potest ea non aliter remissa executionem denegare.*

117 *Secundum commu. opi. à qua non est recedendum in iudicando, aut consulendo.*

118 *Licet aliqui contra senserint.*

120 *Nullitatis exceptio etiam trium conformium executionem retardat, quando conformitas est super diuersis articulis.*

121 *Exceptio nullitatis non retardat executionem, si Iudex suspicatur eam per calumniam proponi.*
Etiam si super tali nullitate offerantur probationes incõtinenti, ut infra numero 126.

122 *Calumniae, & malitiae praesumptio ubi militat contra proponentem, tunc nullitas non attenditur.*

123 *Executor non debet retardare executionem, quãdo uidet malitiam per calumniam opponi & causa morandae executionis.*

124 *Appellatio quoque, & alia quaelibet legitima exceptio non est admittẽda, quando apparet, quòd illa animo calumniandi proponitur.*

125 *Nullitas in dubio praesumitur proponi causa morandae solutionis secundum aliquos.*

127 *Nisi constaret ex actis: quia tunc uidetur magis attẽdenda praesumptio ex actis resultans, quàm Iudicis asserentis se suspicari calumniam in proponente.*

128 *Exceptio nullitatis non retardat executionem, quando illi fuisset renunciatum.*

129 *Etiam si renuntiatio esset tacita, puta resultans ex lapsu termini ad docendum de nullitate uigore statuti praefixi.*
Nisi nullitas appareret ex tenore sententiae: ut infra nu. 133.
Vel quando nullitas causaret perplexitatem, & repugnantiam: ut infra numero 134.
Vel nullitas causaretur dolo aduersarij: ut nu. 135.
Vel causaretur ab incompetentia Iudicis: ut nu. 136.

130 *Terminum sibi ad aliquid, puta de nullitate docendum praefixum labi permittens censetur tacite nullitati renuntiare.*

131 *Ita ut non possit amplius super huiusmodi nullitate audiri.*

132 *Etiam si nullitas alias esset notoria & ex actis apparens.*

137 *Exceptio nullitatis opposita coram subdito Iudicantis regulariter non retardat executionem: cum ille cogatur exequi.*

138 *Non tamen ita praecise, ut si suspicetur nullitatem, quae proponitur esse attendendam, non possit in executione supersedere, & consulere iudicantem.*

139 *Nullitatis causa pendente retardatur executio secundum ritum Vicariae in regno Neapolitano uigore regiae pragmaticae.*
Etiam per uiam exceptionis propositae: ut nu. 140.

141 *Nullitate pendente fit executio de stilo Curiae Delphinatus, & Hispaniarum.*
Data tamen cautione: ut nu. 142.

143 *Executio praetextu nullitatis non retardatur, quando statutum, uel rescriptum disponeret, quòd pendente nullitate fiat executio.*

144 *Statutum, uel rescriptum, quod nullitate pendente fiat executio, valent.*
Licèt dicantur exorbitantia: ut nu. 145.

146 *Sequestratio nullitate pendente citra uitium attentati fieri potest, uidelicet.*

Source : BIU Cujas

Ipsius rei si sit mobilis: ut nu. 147.
Vel fructuum sit sit immobilis: ut nu. 148.
Dummodo adsit in uictore suspicio dilapidationis. nu. 149.

150 *Nullitate super aliquo instrumento pendente potest illius uigore fieri executio, quando res non est integra, & hic ponitur exemplum.*

151 *Nullitas etiam per modum exceptionis (puta ex defectu mandati) opposita non retardat executionem, quando super mandato fuisset antea in causa principali discussum, & disputatum.*

152 *Nullitate instrumenti opposita non prohibetur quis ea pendente uti instrumento, & in illo se fundare.*

153 *Priuilegiatus, dum disputatur de uiribus priuilegij, non prohibetur uti priuilegio: quia non debet lite pendente priuari cõmodo possessionis.*

154 *Nullitate pendente possunt citra uitium attentatorum omnes illi actus explicari, qui hic remissiue citantur.*

155 *Executio nullitate pendente impeditur, si pars contradicat, aliàs ea tacente etiam sententia nulla posset exequi.*

156 *Pendentia causæ nullitatis à quo tempore incipiat ad effectum attentatorum commissionis ne, an citationis remissiuè.*

EX multiplici distinctione, ac varijs, & diuersis declarationibus, quas dedisse apparet iuris vtriusq; 1 interpretes huic articulo† an scilicet nullitas proposita retardet executionem, & impediat aliquid ea pendente innouari, de quibus satis superque habetur per Bart. Paul. de Cast. Alex. Ias. Rip. & alios recentiores in l. 4. §. condemnatũ. ff. de re iudi. & per Bar. & Docto. in l. si expressim. ff. de appel. & pleniſſime per Canonistas in clem. 1. de re iudic. & Bal. & Pau. de Cast in authẽ. quæ supplicatio. C. de precibus Imper. offer. & Vital. in tracta. de clausul. in clausula, nil noua. nullit. pend. & inter recentiores Vant. in tracta. de nullit. in tit. quot, & quib. mod. nullit. propo. poss. præsertim numero 29. & sequen. & Didac. practic. quæst. capitulo 24. per totum, præsertim numero 6. & Modern. in annotat. ad Aegid. numero 68. & sequen. & omnium copiosissime Io. Baptist. de Asin. in praxi Iudic. §. 34. cap. 2. in 1. limit. regulæ ibi positæ per tot. apud quos, & authoritates, innumeras 2 interpretum† atque etiam inuicem pugnantes opi. quisq; videre poterit, euidentissime (vt reor) apparere cuique potest, quàm sit controuersi iuris articulus iste, an nullitate pẽ 3 dente sit aliquid innouandum† præsertim quòd inter cæteros, qui sibi in hoc parum constare uisi sunt, etiam Innoc. ipse, qui vnius est opin. ante signanus in hoc articulo, quasi contrarius hinc inde allegari potest, siquidem ille in c. cum olim. in glo. canonicæ, circa fin. extra de procurator. vult 4 † quòd si quis petat confirmationem declarari nullam: tũc nullitate pendente nihil sit innouandum. Idem verò in cap. 5 cum in iure peritus. post prin. de offic. delega. inquit† quòd motio litis super nullitate sententiæ non debet impedire illius executionem, cum non uideat esse aliquod ius, quod id prohibeat. Cuius ultimi loci authoritate non solùm passim Docto. vtuntur (ne dicam abutuntur, vt ex infra dicendis apparebit (verum etiam super eo fundatus est stilus Curiæ parlamenti Delphinatus† quòd sententia in eo lata etiã 6 oppositа, & incidenter illius nullitate, executioni demandatur, vt tradit Guid. Pap. decis. 50. quia hæc curia, sub numero 2. Quæ opinionum perplexitas ex eo etiam deprehendi potest, quòd ea ipsa opin. quæ (per multa per Vant. vbi supra allegata, quòd scilicet nullitas principaliter proposita non retardet executionem) vera, & tenenda quandoque vi debatur: hodie videtur satis reddi dubitabilis, cũ habeamus recentiores attestantes de communi in contrarium, videlicet quòd nullitas etiam principaliter proposita regulariter impedit lite desuper pendente aliquid innouari, de quibus infra proxime latius dicimus. Quorum omnium difficultas 14 ex eo maxime ad propositum nostrũ augeri videtur, quòd ij ipsi qui fatentur veram esse illam opi. quòd nullitate pendente non debet aliquid innouari, negant tamen si quid de 15 facto fuerit innouatum esse ex attentatorum priuilegio in primis, & ante omnia reuocandum. Vnde ut clare ac distincte procedamus, duplex hic cadit inspectio. Prima erit, & generalis, an regulariter nullitate pendente possit attentari, etiam sententiam exequendo. Secunda, an executio, & alia nullitate pendente gesta sint ex priuilegio attentatorum reuocanda.

7 Redeundo ad primam sciendum est† quòd sicut nullitas duobus modis proponi potest, vno modo principaliter, & per uiam actionis, alio incidenter, & per viam exceptionis, ita inter vnum, & alterum quo ad diuersos effectus multæ, ac considerabiles differentiæ constitui dicuntur, de quibus abunde, & per Vant. vbi supra d. nu. 29. & seq. & per Didac. practic. quæst. cap. 24. sub nu. 5. versi. est igitur non alienum. fol. 176. quas hic latius non prosequimur: quia maior illarũ pars extra propositam materiã esse vr. Quod vero attinet ad rem de qua agimus, vt difficultas materiæ facilius euacuet, similiter sciendum est, quòd sicuti omnes absque cõtrouersia admittere videntur, quòd quando de nullitate datur incidenter, & per viam exceptionis saltem incontinenti probandæ, declarando tñ, & limitando prout per Docto. in d. §. cõdemnatum, & alijs locis supra citatis, de quo & nos mox dicemus, infra nu. 91. & seq. regulariter & executio videtur impediri, & aliquid innouari prohibetur, attẽto quòd Bart. & alij supradicti sæpissime hoc loquendi modo utantur, ꝙ nullitate, (vt præfertur) proposita nihil debet innouari, Ita magna profecto videtur esse inter Docto. controuersia, an quando nullitas principaliter, & per viam actionis proponitur, retardet executionem, & ea pendente impediat aliquid innouari, si quidem duæ principales colliguntur fuisse in hac opi. omissis pro nunc nonnullis leuioribus quorundam opi. quæ in limitationibus regulæ infra ponendæ commode adaptabuntur.

Prima fuit opi. quòd pendẽte nullitate principaliter proposita executio non fiat, & consequenter quòd non permittatur innouatio. Quæ probatur Iure, Ratione, & Authorita 9 te. Iure in l. si prætor §. Marcellus. ff. de iudi.† vbi patet, quòd sententiæ nullæ (quia sit lata ex falsis allegationibus) non datur executio, ad quod illum textum in varijs locis expenderunt Docto. maxime Ange. in dicta l. 4. §. condemnatum, vt eum ibidem refert, & alijs etiam authoritatibus comprobat Rip. numero 26. ff. de re iudic. & Vital. in dicta clausula nil nouar. nullit. penden. sub numero 8. colum. fin. versicul. fallit tamen. Item probatur in clem. 1. de re iudi. argumentũ sumendo à contrario sensu, vel à speciali secundùm Alexã. in dicto §. condemnatum. numero 14. Ratione autem multi 10 plici, & Prima† quia per Docto. videntur hæc duo æquiparari, dum dicunt, quòd sicut pendente appellatione, sic pendente nullitate non est aliquid innouandum, ut tradit expresse Iason l. 1. in 1. notab. C. de bono. possess. secundùm tab. vbi alios allegat. Quæ ratio ex eo comprobatur, quòd post Barto. in l. si expressim. ff. de appellat. tradit nouissime Minsinger cõsi. 8. primæ decad. incip. ad decisionem. nu. 20. quòd 11 † nullitas ita deuoluit causam ad superiorem, sicut iniquitas, quod etiam latius replicauit in consi. 47. quintæ decad. incip. factum tale. nu. 21. Quod etiam firmauit Io. Bapt. Ferret. in consi. 44. si Papa. in princ. lib. 1. vbi post Fely. in capitul. per tuas. col. pen. & fi. de sentent. excommun. testatur hanc esse veram, & communem opin. & secundum eam se aliàs obtinuisse. Secunda ratio esse potest† quia quatenus pendẽ 12 tia ipsius nullitatis non esset tantæ potentiæ, ut causaret attentata: negari tamen non potest, quin dum disceptatur de nullitate, saltem super ipsa nullitate, tanquam causa materiali ipsius Iudicij dicatur lis introduci, & lis pendere. Vnde hoc casu saltem ex pendentia litis super nullitate, debent censeri attentata prohibita, to. tit. vt lit. penden. nihil innoua. Tertia quoque his addi potest ratio: quia non videtur 13 dubium† quòd causa nullitatis dicitur habere effectum suspensiuum, vt declarat Vestr. in praxi Rom. Cu. lib. 8. capitu. 1. numero 11. versic. introducta autem causa nullitatis, quo stante videtur subintrare arg. quod facit aliàs Fran. loquens de appellatione, videlicet quod vbi datur effectus suspensiuus, ibi etiam dantur attentata, quo arg. vsus est ipse in ca. bonæ. numero 36. de appellatio. Vnde & ipsa nullitatis pendentia propter effectum suspensiuum debet causare attentata. Authoritate aũt hæc opin. comprobatur: quia huius sententiæ Authores fuisse Barto. Alexan. Paul. de Castro, & Ias. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic. refert in primis Didac. practic. quæstio. capitulo vigesimoquarto sub numero 5. fol. 175. colum. 4. versiculo quandoque principaliter agitur de nullitate, qui ob id subdit magnum verbum† videlicet hoc esse magis receptum. Sed ultra eum adde, quòd eandem opi. posuit Innocen. in capitulo cum olim in gl. canonice, extra de dolo & contum.† vbi voluit, quòd si petatur confirmatio actus declarari nulla, interim nõ debet aliquid innouari. Cuius etiam sententiæ fuit Afflict. dicta decis. 131. quidam. vbi loquitur de nullitate principaliter proposita, & concludit, quòd ea pendente non licuit parti innouare, & propterea per eum attentata esse reuocanda, quod etiam generaliter, vt supra tetigimus, posuit etiam Ias. in l. 1. numero primo in 1. notab. C. de bono. possess. secun. tãbu. quem in id citauerunt nouissime Moder. in annotat. ad Aegidia. nume. 68. & seq. qui ibidem nu. 81. propterea concludunt,† quòd 16 nullitas retardat executionem etiam in casu Aegidianæ, licèt alij, quos ibi dicto nu. 68. ad hoc allegabant, parum facere videantur.

17 Secunda sit opin. huic contraria† quòd immo quando nullitas principaliter proponitur, ea pendente fieri possit executio, quæ similiter Iure Ratione, & Authoritate fulcitur. Iure si non expresso saltem tacito, & de quo in l. illam. C. de collat. argumento eorum, quæ in proposito tradit Innoc. in ca. cum in iure. in gl. de mandato. de offi. deleg.

Source : BIU Cujas

18 qui dixit † quòd non videt, vbi sit hoc ius, quod prohibeat, quòd per motionem nullitatis non fiat executio, quod dictum retulit, & secutus est And. Barbat. in consilio 18. incip. mihi videtur. colum. penult. sub numero 13. versic. & istud in terminis, lib. 1. Ratione verò item multiplici. Prima est, quam post alios ponit Vant. vbi supra dicto numero 29.

19 † quia cum nullitas in Iudicio ordinario principaliter proposita desideret sententiam, quæ effectualiter nil aliud faciet, quàm actum euacuare, & executionem impedire, si incontinenti per simplicem propositionem nullitatis executio impediretur, esset dare executionem sententiæ, nondum latæ contra regulas iuris communis. l. 1. C. de execut. rei iudic. cum simil. Secunda ratio ad demonstrandum, quòd regulariter executio hoc casu fieri possit, illa considerari potest

20 † quia cum regulariter ád suspendendam sententiam, & illius executionem iura introduxerint remedium ordinariũ appellationis, vt in l. 1. ff. de appel. & capit. 1. de re iudic. cum simil. si sententia non fuit appellatione suspensa, debet regu

21 lariter mandari executioni † ne Iudicum decreta reddãtur

22 eluſoria, contra l. si prætor. ff. de iudic. † & quia parum est sententias proferri, nisi etiam debitæ executioni demandentur. c. quoad consultationem. de re iudic. cum simil. Tertia & melior iam dictis adiungi ratio potest: quia scilicet pendẽte nullitate cessat omnino ratio, quare executio fieri non

23 debeat. † Ratio enim quare appellatione pendente sententiæ executio fieri non potest, ut considerat post alios per eũ alleg. Alexan. in dicto §. condemnatum. numero 16. illa est: quia per interpositionem appellationis videtur sublata illa præsumptio, quæ regulariter solet esse pro ipsa sententia, ꝙ sit iusta, & ideo cessante hac præsumptione sententia non

24 mandatur executioni, quæ ratio cessat in nullitate † quia nullitas proposita non tollit præsumptionem illam, quæ erat pro sententia, immo transitus sententiæ in rem iudicatam auget tanto magis illam præsumptionem, arg. c. fin. de

25 re iudi. cum simil. † Immo magis nullitas proposita post negocium liquidatum inducit præsumptionem contra proponentem, quòd causa morandæ solutionis id faciat secundum Iacob Butrig. quem refert, & sequi videtur Vital. in dicta clausula, nil nouar. nullit. pend. sub numero 8. colum. fin. versi. & præmissa vera &c. Vnde nõ debet videri mirum, si considerata hac rationis cessatione diuersum ius constituitur in nullitate pendente quoad executionem, quàm cõstituatur in appellatione pendente. Præterea & alio arg. hæc

26 opi. comprobatur † quia vt dicit Innoc. in c. decætero. in gl. in verb. negocio, de re iudic. sola appellatio impedit executionem, ergo nullitas non impedit, si sola appellatio illam

27 impedit † Authoritate quoque hæc opi. minime est destituta. Eam enim originaliter tenet Innoc. in dicto c. cum in iure. in glo. de mandato. de offic. deleg. & post eum, & eius authoritate facta est decis. Rot. quæ secundùm Vant. vbi supra est clauis totius materiæ, in decis. 3. aliàs. 280. licèt per uiam exceptionis, de except. in no. Prout & ex eiusdem authoritate fundatus est stilus parlamenti curiæ Delphinalis, quòd pendente nullitate non retardat executio, ut testatur Guid. Pap. in supra alleg. decis. 50. quia curia, sub numero 2. vbi Innoc. sequitur eandem tenuerunt Bar. Bald. in diuersis locis, Alexan. Franc. similiter in diuersis locis. Io. Staphil. Anto. à Cannario, & Vant. dicto numero 29. vbi hos omnes latius, & in locis suis citat, & referendo sequitur. Eandem est secutus Ange. & Imo. in dicto §. condemnatum, quos ibidem refert, & in effectu sequitur Rip. nu. 28. Eiusdem quoque sententiæ fuit Vital. in dicta clausula, nil nouar. nullit. pend. in princ. vbi licèt in dicto cap. multa ex alijs referendo ponat; tamen ad propositum nostrum in prin. inquit, si quæratur, an nullitatis pendẽtia impediat aliquid innouari, dic quòd si principaliter intentetur, non impedit executionem &c. vbi non solum allegat Innoc. & Rot. & Ang. vbi supra, verũ etiam eundem Ange. in l. 1. ff. nil nouar. appellatio. penden.

28 † Eandem quoque opin. tam de iure ciuili, quàm de iure canonico procedere dixit Saly. in l. 1. num. 5. q. 1. C. ne lic. tertio prouoc. & eam etiam sequitur Vestr. in praxi Ro. Cu. lib. 8. cap. 1. sub nu. 7. & sub versi. sed maius dubium, fol. 137. ad fi. & Soci. in reg. 132. Exceptio, sub nu. 12. vers. primò limita, & Brun. in tracta. de statu. & constit. in verb. nullitas, in antepenul. colum. versi. tertio, & hoc idem patet fol. 148. Eandẽ sentẽtiam post Inno. in dicto c. cum in iure, & quamplures tam antiquos, quam recentiores secutus uidetur nouissime Io. Bapt. de Asin. in sua praxi iudic. §. 31. cap. 2. in 11. ampliat. dum uoluit, quòd nec litis pendentia executionem impediat, & quamuis specifice non ponat de litis pendẽtia super nullitate: tamen id colligitur ex his omnibus, quæ ibi allegat, quæ in terminis nostris loquũtur, & ibidem (quosdam referendo) videtur super hoc etiam de commu. opi. testari, licèt aliter sensisse videatur ibidem in 1. limit. prin. dum vo-

29 luit † quòd exceptio nullitatis executionẽ retardare soleat. Et pro hac opinione non parum facit, quod habetur in re-

30 collect. Peregri. 2. decis. 226. † quòd cognitio nullitatis non est præiudicialis executioni, & ideo potest simul cognosci super vtraque, nec unius cognitio impedit cognitionem alterius, & dixit ad propositum nouissime Aug. Bero. in consi. 119. in causa monialium. col. 1. sub nu. 1. versi. secundò nunquam, lib. 3. ꝙ nunquam nullitas, seu restitutio in integrũ principaliter petita impedit executionẽ sentẽtiæ, vel instru

31 menti † subdens ita cõiter teneri post gl. in d. l. 4. §. condemnatum. Qui omnes cũ, & plures numero, & authoritate gra

32 uiores, & saniores sint, mirum sane videri potest † ꝙ Didac. in ꝛrium pro prima opi. allegatur illud uerbum protulerit, quòd illa prima opin. sit magis recepta, cum in rei veritate hanc secundam opi. & tanquam validioribus suffultam rationibus, & grauioribus fulcitam authoritatibus, uti uerio rem, & ausim etiam dicere communiorem, amplecti, & sequi proculdubio debeamus. Presertim quia licèt in hac opi. concludatur, ꝙ regulariter pendẽte nullitate fiat executio, non tamẽ negatur, quin etiam hæc regula aliquas patiatur exceptiones, & limitationes, prout quãdo per Iudicem nullitatis fuisset inhibitum, vel aliquando ageretur de executione irretractabili, & similes de quibus omnibus latius proxime nu. 63. dicemus, & tenendo hanc opi. Non obstant quæ in ꝛrium pro prima opi. sunt adducta, qñ respondetur &

Ad primum de §. Marcellus, quòd licèt ibi impediat executio. illud tamen procedit ex præcedenti, & apparenti causa, prout sentit Inno. in d. c. cum in iure, & Rot. dicta decis. 3. & Doct. in d. §. cõdemnatum. qui occasione illius tex. prout facit Rip. ibi nu. 26. post Ang. formant specialiter hanc limi. quòd in casu illius l. retardetur executio, prout & nos infra illum casum ponemus pro limit. ad regulã infra in hac materia constituendam nu. 78.

Ad secundum, videlicet ad arg. Alex. de dicta clem. 1. de re iudic. per arg. sumptum à contrario sensu. Respondẽ, quòd cum ex his, quæ pro fundamento secũdæ opi. adducta sunt, absurdum videatur, quòd executio hoc casu retardetur, tale argu. non procedit, ut not. omnes in l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est iurisdictio.

Ad tertium, videlicet ad primam rationem de æquiparatione inter appellationem, & nullitatem patet responsio ex his, quæ diximus supra nu. 23. in 3. ratione secundæ opi. ubi (retorquendo arg.) deduximus, quòd non solum æquiparatio, sed immo in proposito, de quo agitur, maxima est inter vnam, & alteram pendentiam differentia.

Ad quartum, videlicet ad secundam rationem de litis pẽdentia super nullitate. Respondẽ negando, quòd super nullitate inducatur litis pendentia: quia secundũ Bal. in auth. quæ supplicatio. C. de precibus imperat. offer. quem refert,

33 & sequitur Vital. ubi supra col. fin. nu. 9. † nullitatis propositio proprie non inducit litis pendentiam †

34 & propterea idẽ Vital. ibi nu. 5. post Ang. & Imol. ac Federic. de Sen. considerat casum, in quo si principaliter nullitas sit proposita, illius litis pendentia opposita non retardat executionem, secus si non exceptio litis pendentiæ super nullitate, sed ipsamet exceptio nullitatis opponatur: quia tunc retardatur executio. Vnde ex his patet, quòd prætensa litis pendentia super nullitate non debet haberi multum in consideratione, q̃uis hæc responsio non videatur oĩno tuta quoad alios actus citra executionẽ snĩæ nullitate pendente faciendos.

35 Ad quintum, Videlicet ad tertiam rationem † respondẽ, ꝙ nullitas non habet effectum suspẽsiuum, nisi de se ipsa ad

36 se ipsam, videlicet † ꝙ pendente cognitione articuli nullitatis nõ põt Iudex cognoscere negociũ principale, non aũt habet vniuersaliter (sicut appellatio) effectum suspensiuũ iurisdictionis Iudicis à quo fuit pronũciatum, vt colligit̃ ex his, quæ ponit idem Vestr. in loco ibi citato, & Bar. per eum citatus. Vnde effectus suspensiuus, quem habet nullitas, procedit respectu cognitionis, non autem executionis, & respectu eiusdem Iudicis, coram quo est causa, non aũt respectu alterius, qui pronũciauit. Vnde non põt subintrare aliquo modo arg. Franc. in d. c. bonæ. nu. 36. de appel.

Ad sextum de authoritate eorum, qui in contrariũ sunt allegati, est aduertẽdum, quòd licèt Didac. opinatus fuerit, Bar. Alex. Pau. & Ias. in d. §. condemnatum. fuisse illius sententiæ, ꝙ executio impediatur: tamen in rei ueritate Bart. & Ias. si recte inspiciantur, non loquuntur in casu, de quo nos agimus, quando scilicet nullitas proponitur principaliter, sed loquuntur, quando proponitur incidenter, & per uiam exceptionis, Inno. quoque per nos allegatus in dicto capit.

37 cum olim. nõ multum obstat † quia cum quilibet Doctor sit intelligendus secundum legem, quã allegat, iuxta Doct. Bart. in l. non solum. §. liberationis. ff. de lib. leg. Inno. ibi ad illud suum dictum allegat l. si prætor̃. ff. de iudic. in quo

tex. ut

Source : BIU Cujas

tex.vt ſupra tetigimus, præſupponitur iuſta cauſa retardandæ executionis:prout etiam innuit Inno.ibi dum inquit,ꝙ ex quo petens poſſeſſionem rerum epiſcopatus non docebat de cofirmatione,ſed tantum de conſecratione etiã clandeſtinè,& obreptitiè obtenta, & quæ prætendebatur nulla, non debet ſibi illa poſſeſſio dari, & conſequenter permitti innouatio, cum & aliàs admittant Docto. quòd etiam in caſibus,in quibus nullitas ſolet retardare executionem,hoc non procedat, quando Iudex ſuſpicatur nullitatem calumniosè proponi:ut eſt no.dictum Innoc.in c. cum in iure. in fine glo.de mandate,de offic deleg.vt dicemus latius in hoc eodem c.num.121. in 4.limit.princip. regulæ infra ponendæ poſt Innocẽ.Abbat.Vital.Rip. & alios ibi allegatos. Afflict. quoque deciſ.recte intellecta non multum obſtabit: quia ille loquitur non in actu executionis ſententiæ, quæ prætenditur nulla,de quo nos agimus,ſed de alio attentato, videlicet de adeptione poſſeſſionis,& inter vnum, & alium actũ aliquam conſtituendam eſſe differentiam infra proxime apparebit.Iaſ verò authoritas in l.1.C.de bono poſſeſſ.ſec. tab. parum fa. quia id incidenter, & quaſi aliud agens protulit. Præterea eius dictum eſt intelligendum ſecundum mẽtem Barto.quem ipſe allegat in l.1.nume.18. C. quando prouoc. non eſt neceſſe, qui Barto. non loquitur de executione ſententiæ facienda vel non,ſed quòd Iudex nullitatis poteſt attentata reuocare, quæ erit ſecunda inſpectio ſecundum ea, quæ ſupra propoſuimus, de qua proxime dicemus numero 39. Allegata verò per Moder. dicto numero 68. non multum concludunt,cum Alex.& Deci.quos ibi citant, id non dicant,ſi recte inſpiciantur. Vnde cum per præmiſſa euidenter appareat,ꝙ allegata pro prima opi.nec iure nec ratione,
38 & minus authoritate ſubſiſtunt† ſecundæ opi.vti ueriori,& communiori omnino adherendum cenſeo.Videlicet quòd propoſita principaliter nullitate ſententiæ executio regulariter non retardeť,quę erat prima inſpectio in hoc articulo.
39 Secunda nũc ſubſequitur inſpectio† an executio, & alia geſta pendente nullitate principaliter per modum actionis propoſita ſint ex priuilegio attentatorum in primis,& ante omnia reuocanda. Et prima quidem fronte uidetur dicendum,ꝙ ſic,arg.eorum quæ ſupra ex Afflict dicta deciſ. 131.
40 in ſacro concilio Neapolitano deciſa eſſe retulimus† vbi patet,approhenſionem poſſeſſionis factam nullitatis cauſa pẽdente,vti attentatam fuiſſe reuocatam,quod ipſum etiã, reſpectu actus executionis ſententiæ tradit Didac. in dicto c. 24.practic.quæſt.nume.6.fol.175.vbi in id alleg.Bart.in l.prima.num.18 C.quando prouoc.non eſt nec.Barto. in Auth. quæ ſupplicatio. C. de precib. Imper. offer.& Iaſ.in l.1.C.de bonorum poſſeſ.ſec.tab.affirmãs, quòd executio, & ea quæ fuiſſent attentata pendente huiuſmodi nullitate, ſunt ante
41 omnia reuocanda † & communem ſibi opin. videri atteſtatur Viuius commu.opi.libro 2.opin.197. incipien. nullitas.
42 verſicul.ſecundus effectus.Cuius tamen contrarium † regulariter verius eſt,preſertim habito reſpectu ad executionem ſententiæ,quæ prætenditur nulla: quia illa non reuocatur
43 in primis,& ante omnia ex priuilegio attẽtatorum:ſed † demum lata ſententia ſuper nullitate, & conſequenter beneficio iniuſtitiæ, poteſt enim Iudex nullitatis etiam hæc attentata reuocare,quod not Rot.dicta deciſ 3.aliàs.280. licet.de. excep. in no. & expreſſius Inno.in c.ex inſinuatione. in glo. reſtitutione,de procur.Saly.in l.1.numero 5. C ne liceat terprouoc.Bald.in Authen.quæ ſupplicatio. C. de precib. Imper.offer.quem refert,& in hoc ſequi uidetur Vital. in dicta clauſula,nil nouar.nullit penden.(ita poſt Bald.vbi ſupra intelligens,id quod dixit Inno.in d.c cum in iure.de executione facienda pendente nullitate) ut intelligatur,quòd ſi fiat, non reuocetur per uiam attentati.Eiuſdem opi. fuit Alexã. in l.4.§.cõdemnatum.nu.15. vbi huius dicti rationem ponit & ibi quoque Rip.nu.28.ff de re iudic.& idem Alex.in cõſi. 2.conſideratis.nu.14.lib.3.& Franc.qui alios allegat in c.dilecto.numero 32.verſic.ex quibus omnibus tene menti, de ap
48 pel.& poſt eum Veſt.in praxi Ro cu.lib.8.capitulo 1.ſub numero 7.in fi.ſub verſic.ſed maius dubium & iterum ca. vlti. vt lit.pend.& de attent.in princip. Ex quorum omnium authoritate planè liquido apparet, quàm ſit periculoſa opin. Didaci, & Viuij atteſtatio, quam ſupra primo loco retulimus numero 41.præſertim cum Barto. in l.1. numero 18. C. quando prouoc non eſt neceſſ.& Bal.in dicta Authen. quæ ſupplicatio cõtrarium ſentiant eius, ad quod ipſe eos citat, & Iaſ. nullum verbum fecerit de reuocatione attentatorũ, de qua nos agimus. Vnde etiam in hac ſecunda inſpectione intrepide contra eum videtur tenendum, & concludendum, quòd executio pendente nullitate principaliter propoſita facta regulariter non eſt priuilegio attentatorum reuocanda. Quod tamen limita primo, niſi ſit per Iudicem nullitatis inhibitum.Secundò,niſi nullitas ſit propoſita per viam appellationis, vt latius dicetur infra in 1. & in 2. ſubli. primæ limitationis prin nu.61.& nu.67.

Verùm quia,& rationes,& authoritates, de quibus ſupra in ſecunda opin.tam primæ,quam ſecundæ inſpectionis fuſius tractauimus,reſpicere videntur dumtaxat actum executionis ſententiæ,quæ prætenditur nulla, vt ſcilicet illa abſq; metu attentatorum fieri valeat, & ſi fiat, non reuocetur ex priuilegio attentatorum, nimis durum videtur, ꝙ ab actu particulari ipſius executionis ſententiæ ſit uniuerſaliter inferendum ad omnes alios actus, ut ſi nullitate pendente illi fiant,non dicantur ſubiecti vitio attentatorum. Quid enim ſi nullitate pendente una pars alteram ſpoliet, vel aliquod aliud graue præiudicium inferat? durũ quippe eſſet dicere, ꝙ Iudex nullitatis,cuius fuit per hunc actum læſa maieſtas, & pars, quæ fuit ſpoliata, non poſſet hoc attentatum reuocare ex priuilegio attẽtatorum, ſed cogeretur expectare finem litis,& expeditionem cauſæ ipſius nullitatis,quam ſpoliatus propter commodum poſſeſſionis,& fructus percipiẽdi credendum eſt,ꝙ quantum poſſet,in longũ protraheret, præſertim quia in executione ſententiæ non vĩ militare eadem ratio,quæ militat in alijs actibus,nam ut dixit Alex.in d.§.condemnatũ.nu.16.ratio quare executio ſententię non fit appellatione pendente,& fit nullitate pendente,eſt: quia per nullitatem non tollitur præſumptio,quæ erat pro ſentẽ
44 tia,ꝙ eſſet iuſta,prout tollitur per appellationem.†Vnde in actu executionis eatenus ille impeditur, quatenus tollitur preſumptio, quæ erat pro ſententia, & ſic executionis actus habet quandam correſpectiuitatem cũ ipſa ſnĩa,quæ correſpectiuitas ceſſat ĩ alijs actibus, puta adeptione poſſeſſionis, & huiuſmodi innouationibus:quia illi,ſiue ſentẽtia habeat præſumptionẽ,de qua ſupra, vel non, ſemper de ſui natura ſunt præiudiciales parti, & tendunt in contemptũ Iudicis, & iudicij,cuius præiudicij,ac contemptus ratione ſolent puniri attentata,ut diximus §.in 1.parte in præfatione in deſcriptione attentati,in verb.præiudicium.num.26.& verb.contemptus.num.27. Idcirco licèt in ſupra dictis opi.firmaueri mus,executionem nullitate pendente nõ retardari,& factã non reuocari, in ℨrium tñ eſſe in propoſita materia regulã conſtituendam credimus,opportunas tamen ſibi limitationes, ac declarationes accommodando. Et propterea latius etiam alios actus præter executionem ſententiæ complectẽdo omiſſis diſputationibus. Sit
45 Regula † quòd nullitate pendente non debet aliquid innouari, & ſi per uiam executionis, aut aliter innouetur, illud ex priuilegio attentatorum ſit reuocandum, Quam ita vniuerſaliter proponimus abſque diſtinctione,an principaliter,uel incidenter nullitas deducatur: quia hæc diſtinctio, & illius in ſingulis caſibus veritas infra in limitationibus, ac declarationibus opportune applicandis apparebit.

Quæ regula probatur ſimiliter,Iure,Ratione,& Auctoritate.Iure in l.4.§.condemnatum.ff.de re iudic. & melius ſecundum Rip. in dicto §. condemnatum. numero 10. in l. ſi prætor. §. Marcellus. ſecundum primum intellectum ff.de iudicijs dum utrobique probatur, quòd nullitas propoſita per uiam exceptionis impedit contra proponentem innouari.Quem modum loquendi,quòd interim non poſſit innouari in diuerſis caſibus, de quibus ibi per eos, vtuntur ẽt
46 Docto ibi. Ratione quoque cõprobatur † quia quare aliàs lite,uel appellatione pendente prohibetur innouari, id totum videtur fundari in ratione naturali, quæ dictat, quòd dum inter aliquos de aliqua re diſcdptatur,& lis eſt,non debeat per alterum præiudicium inferri,vt diximus ſupra c.15. de attent.compromiſſo pendente,nu.58.quæ ratio etiam in caſu nullitatis pendentis militat, ut patet. Authoritate demum & hæc regula uidetur ſatis fulciri, ex eo quòd etiam extra caſum executionis ſententiæ, quæ prætenditur nulla, fuit deciſum in ſacro concilio Neapolitano, ut eſt dicta ſingularis deciſ. Afflict. 131.quidam, & ex eo quod habetur in
48 recollect.Chiſſanen. deciſ. 76. † quòd ſi principaliter agitur de nullitate inſtrumenti guarentigiati, tunc illud nõ habet
49 executionem paratam † & iſta demum uidetur cõmu. opi. quòd nullitatis exceptio non requirens altiorem indaginẽ, ſed quæ incontinenti poteſt probari, executionẽ impediat, de qua poſt alios teſtatur Villalob.in collect commu. opi.litera E.num.115.& fa.quod aliàs dicebat Io.Bapt.de Aſin.in ſua praxi Iudi.§.31.c.2.in 1.limit.princi nu.2.quòd exceptio nullitatis contra executionem oppoſita executionem retardare ſolet.Quam regulam amplia.
50 Primò,vt procedat† etiam ſi ſtatutum diſponeret,ſententias eſſe executioni mandandas, non obſtante quocunque alio ſtatuto: quia ſi proponatur nullitas reſultãs ex inobſeruãtia formæ alterius ſtatuti, talis nullitas impedit executionem ſecundùm Io.And Paul.de Caſt.& alios per Rip. allegatos in d.§. condemnatum.nu.13.

Source : BIU Cujas

Secundò, vt in tantum ſententiæ nullæ impediatur execu
51 tio † vt aliqui dixerint Iudici, ſeu parti, quæ executionem procuraret ſententiæ nullæ manu militari, & de facto reſiſtendum eſſe,& poſſe,vt poſt Barbat.& alios per eum allegatos tradit Io.Bapt.de Aſin.in ſua praxi Iudic.§.31.c.2.in limi. prin.nu.4.verſi.rurſus etiam.

Tertiò amplia,vt regula procedat etiam in criminalibus,
52 † & propterea pendente nullitate ſentētiæ in criminalibus
53 non fit executio,quæ contineat pœnam irretractabilem,† ut eſt communis opi.de qua poſt Iaſ.in §.ſi ſeruus.nu.9.l.3.ff. de acquiren.poſſeſſ.teſtatur Boſſ.in titu.de nullit.aduer. ſententt.numero 4.quem refert,& ſequitur etiam Iul.Clar. ſententt.lib.5.§.homicidium.colum.38.fol.31.verſic.ſucceſſiue quæro,& iterum in §.fina.ſiue in ſua practic.crimin. quæſt. 94.verſic.ſcias autem. Quod etiam affirmauit Blanc. in ſua practic.criminali in ea parte,in qua tractat,an ignorantia excuſet à delicto.fol.101.nu.120.& ſeq.Quæ ampliatio adhuc
54 ampliatur, vt procedat † etiam ſi talis nullitas altiorem re-
55 quirat indaginem, vt dicunt omnes ſupradicti † & inſuper vt procedat non ſolum reſpectu *illius* perſonæ, quæ cū bānito litigabat, verum etiam quoad oēs alios,vt poſt Claud. de Seiſſellio in dicto §.ſi ſeruus, tradit Blanc. vbi ſupra num.
56 124.Limitatur autem hæc eadem ampliatio.Primò,† vt nō procedat,quando nullitas calumnioſe proponeretur, vt de
57 clarant omnes ſupra dicti Docto.† Secundò, quando offendens bannitum nullitate pendente ignoraſſet nullitatis iudicium fuiſſe per bannitum intentatum,vt per Blanc.dicto numero 124.

Quartò amplia, vt huiuſmodi nullitatis exceptio retar-
58 det executionem † etiam ſi ſimus in poſſeſſorio ſecundum commu.opin.de qua poſt Curt.Iun.in conſi.108.nu.14.teſtatur nouiſſime Baptiſta Villalob.in collect.commu.opin. litera E.nu.116.

59 Quintò, † vt exceptio nullitatis militet etiā aduerſus ſententiam principis,& illius executionem retardetur poſt Bal. in l.fi.C.de legibus.& Ang.in l.princeps.ff.co.tit.& Abba.in c.1.de cauſ.poſſ.& propriet.tradit Sigiſmund.Loffre. in cōſ. 32.incip.quondam nu.23.

Limita primò (& hæc, & ſequentes limit. vſque ad octauam excluſiue reſpiciunt ſpecialiter actum executionis ip-
60 ſius ſententiæ) † vt non procedat, quando nullitas principaliter & per modum actionis fuiſſet propoſita per ea omnia,quæ late poſuimus,& firmauimus ſupra in 2.inſpectione,nu.17.quia tunc & executio fieri permittitur, & facta ex priuilegio attentatorum regulariter non reuocatur, ut ibi dictum eſt. Quibus adde, quæ copioſe in hac materia nullitatis ponit Burſat.in conſ.74.mirabitur.nu.21.& ſeq. præſertim nu.24.lib.1.& Angelus Perutius,atque etiam Riminaldus qui ſed.conſi.ſubſcripſerunt,ut ibi.nu.85.& num.94.&
61 facit † quod notabiliter dixit Hier.Gigas in tracta.de penſio. q.69.numero 4.quòd ſi ſit commiſſa cauſa nullitatis penſionis,poterit nihilominus executor datus in literis reſeruationis,lite pendente compellere debitorem ad penſionem ſoluendam ſtante clauſula,ſine retardatione ſolutionis penſionis. Quinimmo in una Adrien. penſionis (in qua non aderat dicta clauſula) coram D. meo Oradino. 29. Maij. 1562.
62 fuit tentum, quòd declaratoria † lata per Auditorem Cameræ pro penſionibus decurſis (pro quibus executiue agebatur) pendente cauſa nullitatis dictæ penſionis antea uigore ſpecialis commiſſionis eidem Iudici præſentatæ, fuerit valida: tum quia de nullitate non conſtabat incontinenti: tum quia, cum Iudicium vtrumque eſſet coram eodem Iudice, & fuiſſet coram eo obiectum de pendentia litis ſuper nullitate, & ea non obſtante Iudex ad vlteriora proceſſit, de ueniendo ad declaratoriam videtur illam tacite reieciſſe. Quam primam limit.

63 Sublimita primo,vt non procedat † quando Iudex nulli-
64 tatis inhibuiſſet † quamuis enim Rot.in d.deciſ.3.aliàs 280. licet.de except.in no.& Docto.allegati per Vant.in d.tracta. de nullit.in tit.quot,& quibus modis nullit.prop. poſſit.nu. 29.& ſeq.præſertim Franc.in c.dilecto.nu.38.verſi.3.limitanda,& verſic.ſed certe contrarium,qui alios (præſertim antiquos) ad hoc allegata,uideantur fuiſſe in hac opi.quòd hoc caſu,quando nullitas eſt principaliter propoſita per inhibitionem ſubſecutam executio non impediatur.Quod etiam 65 expreſſe poſt Innoc. & Rotam vbi ſupra firmauit Anto. de Cannario in tracta.guarentigię.q.51.quod etiam ſenſit Mil. in verb.Iudex mere nullitatis.fol.174.dum inquit, quòd Iudex nullitatis non poteſt inhibere, ne fiat executio ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam, & poſt ſupra allegatos idem tenet Io.Bapt.Ferret.in conſi.46. fuit dubitatum. nu.4. lib.1.& ipſemet Vant. (circumſcriptis clauſulis, quæ ſolent in huiuſmodi nullitatum commiſſionibus apponi, prout eſt illa,ſine præiudicio legitimæ executionis. Vel trium conformium,& alia ſi quid exequendum fuerit,exequatur.Vel parito Iudicato,& ſimilibus,per quas uis,& effectus inhibitionis poſtmodum faciendæ eneruari dicitur) ſi eſſet ſimpliciter facta inhibitio, plurimum de hoc dubitaſſe conſtet, dū dicit, quòd per inhibitionem forſan executio impediretur, ego tamen ſimpliciter tenendum eſſe cenſeo,quòd facta inhibitione executio ſententiæ impediatur,vt in terminis noſtris tradit Deci.in conſilio 103. in cauſa. in prin. & clare id etiam ſenſit Natta in conſilio 217.ægrotaui. ſub numero 7. verſic.tertiò reſpondeo, lib.1.vbi uult,primum Iudicem, de cuius ſententiæ nullitate fuit etiam principaliter dictū (prout erat in caſu ſuo,ut patet ibi ſub nume.3.) non poſſe vltra procedere,poſtquam à maiori Iudice fuit inhibitus,& Minſinger ſing.obſer.cent.4.deciſ.64.incip.ſed circa hoc. intelligens hoc procedere † quādo nullitas conſtaret ex actis, uel incontinenti probari poſſet,quo caſu, & Iudicem inhibere poſſe, & inhibitionem retardare executionem, & ita fuiſſe in camera imperiali determinatum atteſtatur.Et in materia penſionis idem firmat Gigas in tracta.de penſio. q.69. dum vult,quòd licèt executor commiſſa cauſa nullitatis penſionis (& ſic principaliter) poſſit lite pendente compellere debitorem ad ſolutionem ſtante clauſula,ſine retardatione & & c.ſi tamen fuit inhibitus,id nō poteſt. Quod magis intrepide firmare auſerim attētata practica modernæ Rotæ,quæ
66 tenet † quòd etiam ſi inhibitio non eſſet canonica (quo fundamento mouebantur Rot.& omnes Docto.antiqui ex aduerſo vt ſupra allegati) & ſiue iuſta ſit,ſiue iniuſta eſt timēda,& ſi ſit contrauentum cauſat attētata,ne Iudices ſub iſto clipeo inhibitionis iniuſtæ eas contemnant, & ea etiam ratione: quia ſi ſumus in curia, facile eſt adire Principem pro remedio,ſi verò ſumus in partibus,non eſt aperienda uia in ferioribus,ut inhibitiones negligantur:vt fuit nouiſſime tētum in vna Legionen.corā Marco Antonio, ut eſt deciſ. in recollect.Accorambo.53.licèt Rota,& in alia Valentin.de la plebe,vt eſt deciſ.in recollect.Acchill.de Graff.27.attenta ex ſtilo,ſub rub.de attent.quod & in materia executionis faciendæ vigore Aegidianæ conſtitutionis, & inhibitionis ad impediendam dictam executionem ſubſecutæ poſt Acchil.vbi ſupra poſuerūt etiam Moder.in annotat. ad Aegid. nume.64. Et quòd nullitate principaliter intentata, ſi emanauerit inhibitio, per eam retardetur executio, ſatis ex his colligitur, quæ fuerunt deducta in una Napolitana undecim millium coram Robuſterio. 27. Iunij.1572. in qua fuit latiſſime diſputatum, an eo caſu inhibitio emanata uigore commiſſionis nullitatis, & etiam reſtitutionis in integrum eſſet moderanda, & quamuis Domini fuerint procliuio res pro moderatione: tamen ex tam longa diſcuſſione colligitur,quòd inhibitio, de qua nunc agimus, non eſt fruſtratoria,aut otioſa, aliàs non fuiſſet neceſſaria tam longa diſcuſſio, & eo magis quia præſupponitur, quòd commiſſio, de qua ibi,haberet clauſulam,ſine retardatione vlterioris executionis,ad quam Iudex libere procedere poſſit:& tñ ob ſolam inhibitionē fuit ibi diu dilata executio, & opus fuit deuenire ad dictam diſputationem, an illa eſſet moderanda.
67 Hæc † tamen prima ſublimitatio eſt neceſſariò declaranda & intelligenda,ut non procedat, quando cōmiſſio nullitatis principaliter intentatæ eſſe ſignata prout de iure,tunc.n. (cū & inhibitio eius uigore emanata cenſeat ēt prout de iure decreta) non impediret executionē,nec cauſaret attentatorum reuocationē,ut fuit de mente Dominorū in una Cę ſarauguſtana fructuū coram Aldobrandino.10.Nouembris 1572. in qua cū poſt inhibitionem Rotalem prætenderetur, quandā exactionem in partibus factam fuiſſe attentatam,licèt Dñi in eadem cauſa ſub die 20.Iunij eiuſdē anni tenuiſſent pro attentatis,& pro illorū reuocatione d.die 10.Nouēbris inſtaretur:tñ fuit dictum,ꝙ Dñi uolebant, ꝙ uideretur de ualiditate, & iuſtitia mandati, ſuper cuius nullitate erat cōmiſſa cā,& tunc deliberabunt de attentatis ea ratione:ꝙa cōmiſſio,& inhibitio erant, prout de iure, & conſequenter cum de iure fieri poteſt executio nullitate principaliter intentata,vt firmauimus ſupra nu.17.& ſeq.& nu.60.ſequitur, ꝙ inhibitio tanquam non canonica nō debeat cauſare hoc caſu attentata iuxta fundamentum, quo nitebantur Rota, & Doctores antiqui,ut ſupra proxime diximus.

68 Secundò ſublimita: † vt non procedat, quotiescumque nullitas fuiſſet quidem principaliter propoſita, ſed per uiā appellationis: tunc enim quaſi aſſumat ſibi naturam ipſius appellationis executio, & omnia ea pendente geſta cenſentur attentata,& reuocanda ueniunt,ut per tex. in ca.exhibita.de iudic.in ca.ſuper quæſtionum.in fin.de offic. delegati, concludit eleganter Fran.in c.dilecto.q.9.nu.21. & 22. & q. 10.ſub nu.32.uerſi. & ex his ſecundùm Bal. quod tanquam utile maxime ibi commendat,& poſt eum Cuman.in l.ſi ex preſſim. ff. de appellatio. tradit Vant. vbi ſupra numero 34.

Quibus

Source : BIU Cujas

Quibus adde Didac.practic.quæst.ca.24.sub num.6.fol.176. versic.sed & si verum omnino foret,quod post Didac.vbi supra etiam secuti sunt Moder.in annot.ad Aegi.nu.21.& Brunus in tracta.de statut.& constit.in versi.nullitas,in antepen. colum.fol.184.versic.tertiò hoc idem patet, quod etiam tenet Iacob.Henric.in consi.31.cum venerabiles.num.8.& sequen.libro tertio.Quam tamen sublimitationem intellige.

69 †Primò vt procedat hoc priuilegium,quoad attentata,quo usque coniunctim proceditur super articulo appellationis, & nullitatis,secus si deserta appellatione remanet sola nullitatis cognitio,vt eleganter declarat Vant.vbi supra nu.35. & sensit ẽt Guid. Papæ in tracta.de appellat.q.82.per totam, vbi relatis diuersis opin.tandem firmat, quòd deserta appellatione Iudex ad quem non possit vltra de nullitate cogno

90 scere.†Quod tamen non videtur admittere Didac.in d.cap. 24.colum.penulti.vers.verum vbi nullitas, vbi tenet deserta appellatione non censeri finitam instantiam ad prosequendum nullitatem,quam opi.& ipse contra alios per eum allegatos tuetur,& frequentiori Docto.calculo esse approbatam in vltimis verbis affirmat,& istam communem prẽsupponit Ioan.de Amicis in consi.6.num.35.vt eum refert,licet non sequatur Viuius commun.opi.lib.2.opin.197.nullitas, prope finem. Eandem opinionem quod deserta appellatione non censeatur nullitas deserta,tenet Natt.consi.217.ægrotaui.nume.4.libro 1. Quibus adde nouissime Misinger.sing.

71 obseruat.cent.2.decis.77.inci.vetus†vbi circa hoc distinctionem adhibet,an principaliter,vel potius incidenter sit nullitas proposita,vt primo casu non censeatur deserta, in secundo vero casu secus prout eandem distinctionem posuit idem in consi.17.secundæ decad.incip.in hac.num.13.& Io. de Neuiza.consi.41.num.37.& sequen.versic.quintò principaliter,qui similiter distinguit,& Soci.post alios per eum allegatos in consil.10.insignis.sub nume.12.lib.4. vbi tamen limitat,nisi per statutum esset eadem instantia nullitatis, quę est ipsius appellationis,& nouissime idem Viuius commun. opin.lib.2.opi.197.nullitas.in fi.vbi post Didac.vbi supra,& aliquos,ex præallegatis,& præsertim Grammatic.consil.ciui.165.dicentem se ita obtinuisse in sacro concilio Neapolitano,& Nattam dicto consi.217.num.3.inquit, hanc sibi ap

72 parere commun.opin.†& ita se de facto nuper obtinuisse.

73 Secundò intellige†nisi talis nullitas altiorem requireret indaginem:quia tunc illa etiam per viam appellationis proposita non retardat executionem, vt sensit nouissime Olas. in decis.Pedemont.25.num.22.versicu.fallit autem.Quamuis Bart.& alij per eum allegati non loquantur indiuiduo, quando per viam actionis,sed qñ per viam exceptionis nullitas proponitur,de quo nos specialiter dicemus ẽ.in 2.limi. princ.reg supra positæ,num.91.

74 Tertiò intellige†vt ad reuocationem eorum,quæ pendẽte hac nullitate per vim appellationis intentatæ non deueniatur,nisi iustificata fuerit appellatio,vt adnotauimus supra capitu.12.de attent.appellatio.pendent. in 6. ampliatio. princip.in fi.num.3.

75 Tertiò sublimita† nisi essemus in executione irretractabili:tunc enim licet nullitas sit proposita principaliter, & per viam actionis,non tamen permittitur executio:cum hoc casu cesset ratio, quare soleat permitti executio,quæ est: quia scilicet in cognitione causæ nullitatis, si apparet executionẽ indebite fuisse factam,potest retractari,vt post Bald.Frãc. & alios,de quibus ibi,late tradit Vant. vbi supra num.32. & fusius,& eleganter deducit,ac comprobat Rip.in d.§.condẽnatum.num.21.quod etiam admisit Didac.pratic. quæst.ca. 25.sub num.2.fol.179.versic. secunda constat interpretatione,post Bal.in l.eum qui duas.C.de adulter.& Vital.in dicta clausula,nil nouari nullita.penden.sub numero 4.qui licet

76 †videatur hoc dictum restringere ad casum,quãdo essemus in criminalibus,& capitalibus,prout etiam facit Guid.Pap. in tracta.de appellatio.q.120.colum.6.versic. si autem infra

77 decem dies†ex intentione tamen cęterorum Docto.in dicto §.condemnatum, videtur hoc esse generaliter intelligendũ in qualibet executione irretractabili etiam in ciuilib. ut hac nullitate pendente illa retardetur. Quod suadetur, quia & alias in propria materia nostra attentatorum (quæ vt plurimum versatur circa causas ciuiles)ista irretractabilitas considerator,quia in irretractabilibus non habet locum reuocatio attentatorum,vt est decis.Rot.51.alias 379. si committat̃. in fina.verb.de appel.in no.

78 Quartò sublimita†vt non procedat hæc prima limitatio, quando proponitur nullitas per eum, qui dum erat absens ex iusta,rationabili,& necessaria causa,puta reipublicæ, vel infirmitatis,fuit condẽnatus: quia talis nullitas impedit executionem,& ea pendente non innouatur.ad tex.in l.si prætor.§.Marcellus.in 2.responso.ff.de iudic.vt illum tex.intelligere videtur Inno.in d.c.cum in iure.in glo. de mandato, num.2.vers.alij dicunt, de offic.deleg. quem intellectum p respõsione ad l.si prætor. videtur secuta etiam Rot. dicta decis.3.alias 280.licet.in fine,de exception.in nou.Quam sublimitationem etiam sensit Bal.in dicta authent. quæ supplicatio,quem refert, & sequitur Vital.in dicta clausula,nil nou. nulli.pend.num.2.dum generaliter inquit, quòd si nullitas

79 allegatur ex iusta causa,nil debet innouari †inferẽs propterea,quòd contra bannitum,qui ex iusta causa allegaret nullitatem sententię banni non debet aliquid innouari,nec interim offendi. Ampliantes illud dictum de bannito, vt pro-

80 cedat†etiam si dubitaretur,an causa,quæ allegatur, esset iusta:quia si offeratur probatio incontinenti, debebit interim contra bannitum supersederi.vt ibi per eos.

Quinta ex eodem §.Marcellus.in primo responso colligitur sublimitatio,vt quòd dictum est in 1.limit.regulæ supra positæ,quòd nullitate per modum actionis,& principaliter

81 proposita pendente potest fieri executio † non procedat, qñ similiter nullitas proponitur p eũ, qui dũ esset absens, fuit condemnatus dolo aduersarij per falsa instrumenta, quod ex illo textu tradidit Ange.in d.§.condemnatum.quem refert,& pluribus authoritatibus comprobat Soci. in tractat. regularum,regula 132.exceptio.num.4.& similiter refert Vital.in dicta clausula nil noua.nullit.pend.sub num.octauo. versic.fallit tamen secundum Ange. Quem etiam sequitur (distinguendo tamen) Rip. in d.§.condemnatum.nume.26. inquiens, quòd si nullitas ex tali falsitate proueniens iuuat̃ aliqua coniectura,retardatur executio,alias secus, vt latius ibi per eum. Cuius distinctio in primo capite ex eo suaderi

1 ATtentatorum post† inhibitionem materia licèt in iudicijs frequētissima sit, nullibi tñ plene per Docto. pertractata videtur, & Vestr. ipse qui cætera, quæ ad praxim præsertim Ro.Cu. pertinent, elegātissime complexus est, de hac materia principaliter fere nullum verbum fecisse vī, & Vital. qui aliquid de inhibitione tetigit in tracta. de clausul. in clausula nil nouar. appellatione pendente, nu. 23. satis ieiune eam explicasse vī, & ideo illam tractaturi, vt clarius, & vtilius percipi possit, operæ precium est ad necessariam intelligentiā, prius non nulla de ipsa inhibitione, & de his, quæ necessario ad eam pertinēt præfari. Quinque ergo præfationis, & quasi præludiorum loco
2 videnda sunt.† Primò quid sit inhibitio. † Secundo quis in-
3 hibere possit.† Tertiò cui inhiberi valeat. † Quartò qñ inhi-
4 bendum sit.† Quintò, & vltimo quomodo inhiberi debeat.
5 Quibus declaratis materiam deinde attētatorum post inhi-
6 bitionem facilius, etiam per viam regulæ, & limitationum explicabimus.

Quæritur ergo primò, quid sit inhibitio, & quamuis illa nec diffinita, nec descripta à Docto. reperiatur, præterquam à Mandosio, qui nouissime ēt postquam ea, quæ ad inhibitionis materiam, & attentatorum post eam pertinēt in hoc capite late fuerant per nos subordinata, tractatulum de inhibitionibus edidit: in quo q. 1. nu. 3. inhibitionis diffinitionem eleganter ponit, quia tamen illa non vī omnes species inhibitionum, illarumque effectus explicite complecti, vt clarius hæc materia pateat, potest ex his, quæ fusius infra in discursu huius inhibitionis materię dicturi sumus, ita ipsius descriptio colligi, videlicet.

7 Inhibitio † est prouisio quædam ad iurisdictionem & iura partium decætero conseruandum (actus contra eā facti nullitatem, & pœnarum incursum inducens) à iure introducta, vel ab habente iurisdictionem ordinariam, vel delegatam per suam interlocutoriam ex officio, vel ad instantiā partis emanata. Cuius descriptionis uis ex singulorū verborū declaratione manifestius apparebit; dī in ea, quòd est.

8 Prouisio, quod verbum ponitur tanquam genus † prædicatur enim de multis speciebus prouisionū, puta prouisione legis, ad no. in l. fi. C. de pact. conuent. & in l. 1. §. 1. ff. de no. oper. nunc. de prouisione, idest collatione, præsentatione, ac institutione alicuius beneficij ecclesiastici, & in summa est verbum latissimum, vt de se patet, & no. expresse gl. & ibi etiā Card. in clem. fi in verb. prouideri, de electio. & hoc verbum fuit appositum ad hoc, vt in descriptione cōprehendi possit ēt inhibitio, quæ fit ex officio, vt dicemus infra in declaratione verbi per interlocutoriam, nu. 31.

9 Ad iurisdictionem conseruandam † quia potest Iudex inhibere subditis suis, ne coram alio in sui præiudiciū litigent, vt no. Boer. post alios per eum allegatos decis. 124. Florenti-
10 nus. nu. 2. per tex. in c. ex transmissa. de for. compet.† Hinc videmus, ꝙ inhibitioni ꝯueniens dī iudicē in sua iurisdictione contemnere. Rot. decis. 26. aliàs 307. Nota ꝙ audientia, de appel. in antiq. & decis. 2. aliàs 14. fuit dubitatum, post princ. de restit. spolia. in no. & propterea in formula huiusmodi inhibitionis solet apponi clausula, ne aliquid in contemptū nostræ iurisdictionis attentare curetis, vt colligitur ex his quæ ponit Spe. de citatio. §. dicto de citatione, sub nu. 7. vers. porrò quandoque.

11 Et iura partium † quia inhibitio non solùm conseruare dī iura partium prohibendo illis, ne in alterius præiudiciū aliquid faciant, vt docet Spec. vbi supra in formula ibi posita (aliàs enim si actus non sit in præiudicium, non vī, ꝙ inhibitio causet attentata, ut est de mente Egid. decis. 529. si Titius) verum etiam: quia si aliquid præiudicij sit illatum post inhibitionem, illud totum Iudex per reuocationem gestorum post inhibitionem emendabit: vt dicemus latius infra in regula super hoc latius ponendo, nu. 227.

12 Decętero, hoc fuit dictum † quia inhibitio conseruat oīa in eo statu, in quo sunt tempore, quo illa fit, non autem retrotrahitur ad conualidandum aliquod ius de præterito, vt per Federic. de Senis in consi. 290. in prin. quem refert, & (nō obstantibus non nullis per eum antea eleganter consideratis) sequitur nouissime etiam Mandos. in tracta. de inhibit. q. 22. in fin. vbi in id citat etiam Laur. de Rodul. in tracta. de vsur. q. 130. nu. 16.

Actus contra eam facti, dicitur ꝯ eam: quia si actus tenderet in faciliorem exitum causæ, non operaretur reuocationem attentatorum: vt per Franc. in c. cum teneamur. nu. 21. de appell. & dicemus latius infra suo loco in quarta limita. princi. nu. 1. & seq.

14 Nullitatem, quia † processus post inhibitionem factus regulariter est ipso iure nullus. Aegid. decis. 623. processus, & dicetur infra in 10 ampliat. princi. nu. 1. & seq. cum & aliàs id
15 vniuersale sit † ꝙ prohibitio legis inducit nullitatem actus contra eam facti, vt post Ias. & alios declarat Brun. de statu.
16 constit. in verb. prohibitio † præsertim quia inhibitio æquiparatur decreto irritanti secundùm Cassad. decis. 2 incip. de cisio 3. nu. 7. de restit. spoliat. quod etiam affirmauit Mādos. de inhibit. q. 41. nu. 2.

17 Pœnarum incursum, † quia contraueniens incurrit pœnas in inhibitione contentas, ad not. l. 1. ff. si quis ius dicent. non obtemp. etiā si sit Iudex, vt dicemus infra in 18. ampliat.
18 nu. 1. † Requiritur tamen ad hoc declaratoria incursus taliū pœnarum, etiam præuia citatione, vt quotidianus vsus demonstrat, & animaduertit Mandos vbi supra q. 42. nu. 2.

19 A iure introducta † quia in multis casibus etiam absque facto hominis ius inhibet, vt patet ex rub. & tot. tit. lit. pendē te nihil inno. & tot. tit. ff. nil nouar. appellatione pendente,
20 & † hæc iuris inhibitio est efficax etiam ad reuocationem attentatorum, vt patet ex his, quæ diximus late supra c. 4. de attent. lit. pendente per totum in præfatione, nu. 296. & c. 12. de attent. appel. pend. similiter in præfatione num. 75. & hoc modo loquendi, ꝙ ius inhibet, sæpissime vtuntur Docto. vt Paul. de Castr. in l. 1. C. de appellation. quem refert, & sequitur Ias in cōsi. 187. circa primum. col. 6. versi. quarto accedat. lib. 2. & Rolan. in consi. 77. viso. nu. 3. lib. 2. Rot. decis. 4. aliàs
21 391. nota ꝙ Auditor, de for. cōpet. in antiq. † Hinc attentans dicitur ius contemnere, ad c. cordi. de appel. in 6. & est decis. Rot. 2. aliàs 14. fuit dubitatum, de restit. spolia. in no.

22 Vel ab habente iurisdictionem, † quia priuati nō possunt exercere ea, quæ sunt iurisdictionis, ad no. in l. 3. ff. de testam.
23 † Inhibitio autem, quæ (vt mox dicemus) est sententia interlocutoria præsupponit iurisdictionem, ad no. in l. iubere cauere. ff. de iurisdictio. omni. Iud. & in l. 1. ff. si quis iu sdicēt. non obtemp. & ius inhibendi dependet à iurisdictione, & superioritate. c. tuam. de ordi. cognit. vt post Socin. in cōsi. 119. lib. 3. & alios per eum allegatos, tradit eleganter Aug. Bero.
24 in consi. 117. ex vltima. nu. 2. lib. 3. vbi propterea vult † quòd delegatus Papæ non possit inhibere Iudici ordinario in ciuitate Florentiæ in causa mere profana, ex quo Papa in tēporalibus nullam habet ibi iurisdictionem, & hoc fuit dictū,
25 vt excludat inhibitionem † quæ quandoque fit alteri parti, de qua potest esse exemplum in l. si pro te. ff. mandat. & in l. iniuriarum. §. si quis me prohibeat. ff. de iniur. & in l. hæres in fundo. ff. de vsufruct. legat. nam in præsenti loquimur de
26 inhibitione iudiciaria, licet non negemus † quòd etiam extraiudicialis inhibitio facta per vnam partem alteri, quandoque causat attētata, prout est inhibitio, quę implicite cōtinetur in nunciatione noui operis † cum si quid post eam
27 sit factum, id omne via attentatorum veniat reuocandum, secundùm Bald. in consi. 243. proponitur. sub nu. 2. lib. 2. sed re vera illa inhibitio nō tam operatur: quia sit facta à parte, quàm quia est permissa & inuenta à l. vnde potest potius dici inhibitio à iure, quā à parte introducta, ad l. 1. ibi. per nuntiationem inhibetur. ff. de nou. oper. nunc.

Ordinariam, vt in c. ex transmissa. de for. compe. cū simil. Hinc dicebat aliàs eleganter Roma. in consi. 330. circa pri-
28 mum. col. 2. versic. quoad secundum † quòd retractationi subijcitur id, quod quis agit post inhibitionem sibi factam ab eo, qui legitime iurisdictionem exercet.

Vel delegatam, vt in c. 1. & in c. meminimus, & in c. sugge-
29 stum. de appel cum simil. † & intellige: vt Iudex debeat habere iurisdictionem delegatam in illa causa, in qua vult inhibere, aliàs enim si inhibitio fiat ab eo, qui non poterat de causa cognoscere, potest non obstante inhibitione per aliū Iudicem in causa procedi, vt in pulchro casu deducit Aug. Bero. in consilio 85. dicam breuiter. colum. fin. numero 24. libro 3.

30 Per suam interlocutoriam † quia inhibitio dicitur esse quædam sententia interlocutoria: vt tradit post alios Fran. in capi. cum cessante. numero 46. de appel. quod etiam dixit Aret. consil. 75. diligenter. colum. 4. sub versi. his præmissis. post Federic. de Sen. consi. 96. & Docto. in c. etiam. de ordin. cognit. & hoc verbum respicit potius inhibitionem factam
31 ad instātiam partis, quàm factam ex officio. † Cui ex officio factæ cum non conueniat hoc de interlocutoria, fuit in descriptione dictum, quòd inhibitio est prouisio quædam: quia quando Iudex ex officio inhibet non per modum sententiæ interlocutoriæ id facit, sed potius per modum prouisionis, ne sibi in sua iurisdictione, aut alteri in aliquo præiudicetur.

Ex officio, prout fuit in dicto capitulo ex transmissa. de for. competen vbi dominus fœudi ex officio, & motu proprio inhibuit.

Vel ad partis instantiam emanata, quod frequentius con-

tingere

32 tingere ſolet, & propterea dubitant aliàs Docto. † an in decernenda inhibitione ſit neceſſaria citatio partis, & aliqui dixerunt (prout Ruyn. in conſi. 61. in lite. nu. 28. lib. 5. qui teſtatur hanc eſſe communem opinionem) quòd ſi Iudex Ecclesiaſticus ad partis inſtantiam inhibeat Iudici ſeculari, non requiritur partis citatio, de quo tamen nos latius dicemus infra in præfat. q. 5. dum tractabimus, quomodo inhiberi debeat, nu. 202.

Secundò quæritur, Quis inhibeat. & breuiter dicendum
33 eſt † quòd regulariter omnis, qui iuriſdictionem aliquam habet ordinariam, vel delegatam inhibere poteſt, vt ſupra
34 proxime annotatum eſt, & intellige † quòd iuriſdictio hæc
35 ſit maior iuriſdictione illius, cui inhibetur: cum † inferior non habeat iuriſdictionem in ſuperiorem. c. cum inferior. de maiorita. & obedien. l. nam magiſtratus. ff. de arbit. & ideo
36 † inhibitio facta ab Auditore Cameræ alicui Gubernatori, qui poterat procedere tam ex ſua iuriſdictione ordinaria, quàm ex delegata à Principe, cum cenſeatur proceſſiſſe ex ea, per quam magis actus ſuſtinetur, & ſic ex delegata non dicitur cauſare attentata, ſi per delegatum fuit contra eam proceſſum: vt eleganter deducit Alciat. in conſilio 48. in hac attentatorum cauſa. numero 5. & ſequen. libro ſexto, vt etiam declarabimus in ſequenti quæſtio. numero 69. & ſequen. Hinc videmus, quòd dominus fœudi inhibet ſubditis, vt in dicto capitulo ex tranſmiſſa. de foro competen. de quo late poſt Didac. lib. 1. variarum reſolu. capitulo 4. numero 8. per Oſaſc. in deciſ Pedemont. 78. cum ſubditus, per tot. vbi cõcludit, per principem ad inſtantiam domini fœudi inhibendum eſſe ſubdito, ne coram Iudice non ſuo litiget, etiam ſi eſſet Iudex Eccleſiaſticus is, coram quo ſubdi-
37 tus cœperat litigare, & † aliàs domini temporales † prout faciunt domini Veneti, inhibere quandoque ſolent ſub grauiſſimis pœnis ſubditis ſuis, ne aliquis trahat alium ſubditum ad curiam Romanam, vt teſtatur Staphil. de liter. grat.
39 & iuſt. fol. 171. verſi. audiui tamen, quòd ſtilus. Hinc † etiam Iudex Eccleſiaſticus inhibet Iudici ſeculari, vt in capitulo ſeculares. de foro competen. in 6. & capitulo licèt. de excep.
40 in 6. vbi glo. id no. quòd † propterea poteſtas Eccleſiaſtica coercet ſecularem: quia maior illa eſt, & no. Docto. præſertim Rip. in l. 4 §. condemnatum. ſub numero 28. & 29. ff. de re iudic. & Boer. deciſ. 114. Florentinus. numero 2. & de hoc
41 infra numero 77 & ſequen. fuſius tractabimus † Hinc etiam eſt, quòd Iudex ad quem inhibet Iudici à quo, & etiam ipſis partibus, vt quotidiana docet experientia, & non ſolum Iudex, ad quem eſt appellatum, & ſecundæ inſtantiæ, verum
42 † etiam Iudex primæ inſtãtiæ inhibere poteſt, & ideo ſi duo contendunt ſe poſſidere, & Iudici conſtet, vnum ex illis poſ-
43 ſidere, poteſt alteri inhibere, ne eum moleſtet † & ſi non cõſtat, quis poſſideat, ad tollenda ſcandala poteſt poſſeſſionẽ ad ſe auocare, & ambabus partibus inhibere, vt eſt deciſ. Guid. Pap. 578. ſi agatur. & alia deciſ. Franc. Marc. in quęſtio. Delphinal. 1198. numero 3. & 4. & melius, & latius per Pet. de Benintend. in deciſ Bononienſ. deciſ. 73. orta. per totam, præſertim num. 5. & per Minſinger. ſing. obſer. cent. 2. deciſ. 96. incipien. quando, & iterum in conſilio 11. ſecundæ decadis, incipien. in præſenti. numero 46. vbi ſubdit, quòd Iudex non ſolum id facere poteſt, immo etiam debet, etiam ſi per partem non fuerit inuocatus, & per Alciat. conſilio 87. requiſitus. libro ſexto per totum, & iterum conſilio 74. retinẽda. numero 5. lib. 6. Quamuis ſecundum Lanfranc. deciſ 9.
44 incip. duobus † melius hoc caſu faceret Iudex, ſi ſumpta informatione vter ipſorum poſſideat, ſecundum illam faceret vnum vice poſſeſſoris, & alteri inhiberet, quàm poſſeſſionem auocare. & ambobus inhibere, quod multis probauit etiam nouiſſime Augu. Bero. conſilio 45. in cauſa. colum. 1. & 2. libro 3. & iterum conſilio 46. in cauſa illorum. numero 5. libro 3. & cæteris copioſius id explicauit Natta in conſilio 121. in cauſa poſſeſſorij. numero 2. column. 2. per tot. lib. 1. Eſt autem circa hoc aduertendum, quòd etiam eo, caſu, quando conſtat, alterum eſſe in poſſeſſione: eo quia à
45 Iudice iam obtinuerat mandatum de manutenendo † ſolet quandoque inhibitio non ſimpliciter concedi, ſed cum clauſula, ſine præiudicio poſſeſſionis ipſius, & mandati de manutenendo eius vigore obtenti, vt fuit factum in vna Hiſpalen. decimarum coram Seraphino 10. Iunij. 1566. Hinc etiam dicebat Innocen. in capitulo dilecto. de præbend. in 6. quem refert, & ſequitur Paul. de Caſtr. in conſilio 225. viſis. ſub numero ſecundo verſiculo pro quo etiam fam. lib. 1.
46 † quòd nedum Princeps, ſed etiam quilibet Iudex ordinarius in his quæ pertinent ad eius iuriſdictionem, & officiũ poteſt inhibere & clauſulam annullatoriam ponere, ſi con-
47 tra fiat. Pro quo fa. † quia factum contra prohibitionem ſuperioris debet tolli, & reuocari, quaſi factum contra legem, vt dicebat aliàs eleganter loquens in propria materia noſtra attentatorum Oldrad. conſilio 206. in cauſa Carnocen. poſt prin. & propterea iſta poteſt eſſe in propoſito.

Regula, quæ probatur per ſupradicta, quam amplia

48 Primò † vt procedat non ſolum in arbitro neceſſario vigore ſtatuti aſſumendo (cum is ob ſtatuti authoritatem à Iudice non differat ſecundum Blanc. in tracta. de compromiſſ. in ſexta parte in princ.) verum etiam in arbitro voluntario: quoniam licèt talis arbiter non dicatur habere vere iuriſdictionem, ſed notionem, ad no. in l. ait prætor. ff. de re iudica. tamen ex cauſa inhibere poteſt. Hinc dixit notab.
49 Iacob. de Aren. † quòd arbiter, quando partes ſunt inuicem inimicitiæ, poteſt inhibere vni, ne tranſeat per contratam alterius, quod dictum reaſſumpſit Alberic. & plurimũ etiam commendauit Iaſ. in l. curatores. nu. 10. ff. de offic. procur. Cæſar.

Secundò, vt procedat, non ſolum ſi ſit Iudex principaliter in cauſa datus † verum etiam ſi ſit Iudex adiunctus, qui
50 ſtatim præſentata commiſſione poteſt alijs coniudicibus inhibere, ne ſine eo vlterius in cauſa procedant, vt tradit Staphil. (qui ita etiam practicari atteſtatur) in tracta. de liter. grat. & iuſtit. fol. 178. verſ. in commiſſionibus Iuſtitię, & Mandoſ. de inhibit. q. 6. nu. 2.

Limita eandem.

51 Primo † vt non procedat in Cardinalibus, quibus ſi aliqua cauſa committatur, quæ prius coram alio Cardinale vertebat, inuicem ſibi non inhibent, ſed inſinuant tantum
52 commiſſionem ſibi factam † & ita de ſtilo ſeruari atteſtatur Rot. deciſ. trigeſimaprima aliàs 7. 2. nota, quòd quando, de dolo. & contumac. in antiq. cui concordat Aegid. in conſilio 18. incipien. ecce quòd facta totali, colum. prima verſi-
53 culo quòd non poſſit † quòd etiam procedit, ſi cauſa, quæ erat coram Auditore, committatur Cardinali: quia etiam hoc caſu Cardinalis intimat commiſſionem, & non inhi-
54 bet † & ob reuerentiam Cardinalis, talis intimatio habet
55 vim inhibitionis † licet inter coauditores nõ haberet. Rot. deciſ. 25. aliàs. 659. & eſt ſciendũ, de dol. & contum. in antiq.

56 Secundo fallit regula † in Auditore Sacri palatij, cui fuerit commiſſa cauſa, quæ antea fuiſſet corã Cardinale: quia nec Auditor hoc caſu inhibet, ſed ſolùm facit intimatio-
57 nem commiſſionis † & hoc de ſtilo, & ob reuerentiam Cardinalis, vt dicit Rot. dicta deciſ. 25. aliàs. 659. & eſt ſciendum, de dolo, & contuma. in antiq. † quamuis ſecundùm
58 commu. opin. Innoc. de iure etiam Cardinali inhibendum eſſet, vt ibi dicitur, quòd etiam ſenſit Staphil. de lit. grat. & iuſtit. fol. 159. verſicul. item ſtatur dicto Cardinalis. Quæ limitatio licèt ex prælegatis admitti poſſit, tamen in practi
59 ca parum deſeruiet, ex † quo cauſæ, quæ ſemel ſunt Cardinalibus commiſſæ, non ſolent committi in palatio, ſed ſem per conſueuerint committi alijs dominis Cardinalibus, vt dicit Rot. deciſ. tertia aliàs 11. fuit dubitatum, in final. verbis, de appellationibus, in no. Eſt tamen circa eam ad duo aduertendum. Primò, quòd licèt dicta deciſ. tertia aliàs. 11. videatur aliqualiter præſenti limitationi cõtraria in eo quod
60 innuit † quòd poſt obſeruationem trium terminorum ſeruari ſolitorum etiam Cardinalibus inhibeatur, quod etiã poſt dictam deciſ. annotauit Mil. in verb. appellatio in curia interpoſita, fol. 8. intelligenda tamen ex præmiſſis videtur, vt illa loquatur de iure, & ſecundum opin. Innocen. limitatio autem procedat de ſtilo, vt dictum eſt. † Qui autem
61 ſint illi tres termini ante inhibitionem ſeruari ſoliti, licèt nec Rot. nec Mil. ibi declarent, & poſſet alicui forſan videri, & probabiliter, quòd vnicus terminus ſufficeret ſeruari, videlicet ad dicendum contra commiſſionem, prout quotidie videmus practicari, credendum tamen eſt, quòd ſint illi, qui ſolent ſeruari in cauſis grauaminum in qualibet inſtantia, videlicet ad dicendum contra commiſſionem ad primam diem, & ad dicendum contra appellationem itidem ad primam, & ad impugnandum, & iuſtificandum ſimiliter ad primam. Quibus ſeruatis citatur pars ad videndum coauditori inhiberi, vt colligitur ex his, quæ leguntur in libello, qui præmanibus omnibus eſt, & cui titulus eſt, formularium terminorum, paulò poſt princip. de quorum terminorum ſeruatione in materia appellationis a grauamine etiam meminit Veſtr. in praxi Rom. Cu. lib. 5. capitul.
62 6. † Secundò eſt aduertendum, quòd quamuis deciſ. ſupra allegata vigeſimaquinta alias 659. & eſt ſciendum, de dol. & contum. in antiq. videatur conſtituere differentiam inter intimationem commiſſionis, & inhibitionem, prout videtur facere alia deciſ. 31. alias. 712. de dol. & contuma. in antiq. in rei tamen veritate, quoad effectum ipſum, nulla videtur
63 adeſſe differentia † cum etiam ſola intimatio de potiori alterius iuriſdictione inducat inualiditatẽ proceſſus ſecundũ

Ruyn.

Source : BIU Cujas

Ruyn.in conſi.61.in lite,ſub nu.6.lib.5.& Rom.in cõſi. 330. circa,col 2.verſi.quoad ſecundum.

64 Tertiò † fallit in Iudice meræ nullitatis,qui inhibere non poteſt,ne fiat executio ſententiæ, quæ tranſiuit in rem iudicatam,ſi credimus Mil.qui id dixit in verb.Iudex meræ nul-
65 litatis,fol.174. † quem refert, ac ſequendo adiuuare videtur nouiſſime Mandoſ in tracta.de inhibit.q.24. per totam · De cuius dicto valde quidem ſubſiſtendum videtur : tum quia deciſ.Rot.quam allegat,quæ eſt 3.aliàs 280. licèt, de excep. in no.abſolute id non dicit, ſed potius innuit contrarium, cum diſputet, an proceſſus factus poſt inhibitionem à Iudice nullitatis emanatam valeat,tum quia in contrarium, ℣
66 immo Iudex nullitatis poſſit inhibere † (excepto caſu in quo nullitas opponeretur contra tres conformes) videtur eſſe deciſ.Rot.3.aliàs 21.nota quòd vbi tres,de ſent.& re iudic.in antiq.& nouiſſime Minſinger.ſing.obſeruat.deciſ.64. incip.ſed circa hoc,cent.4.Qui ita etiam dicit fuiſſe determi
67 natum † quòd quando nullitas non requireret altiorem indaginem,ſed conſtaret notorie ex actis,vel incõtinenti probari poteſt,tunc fiat inhibitio,& executio retardetur.Præſertim retenta opinione,quam tenuimus ſupra c.17. de attentat.nullitate pendente, in prima ſublimitatione primæ limi
68 tationis regulæ ibi poſitæ,nu.63.† quòd executio facta poſt inhibitionem emanatam à Iudice,coram quo erat nullitas etiam principaliter, & per modum actionis intentata nulla ſit,& attentata,ſecundùm ea, quæ poſt Deci. & alios latius ibi diximus.

Tertiò iuxta præmiſſum ordinem quæritur, Cui ſit inhi-
69 bendum.Breuiter dici poteſt † quòd regulariter quilibet Iu
70 dex maior,† (& maiorem intellige in illa cauſa,in qua vult
71 inhibere, puta ſi ſit delegatus Principis † qui maior eſt quolibet ordinario c.ſane el 2.de offic.deleg.cum ſimil.) inhibere poſſit omnibus inferioribus ad l. iudicium ſoluitur. ibi, vel eo vetante,qui maius imperium in eadem iuriſdictione
72 habet.ff.de iudic.tam † ſi ſint Iudices,quàm ſi ſint partes litigantes,vel alij quicumque, quos quoquo modo tangit negocium, in quo inhibetur, & qui liti poſſent præiudicare. Rot.deciſ.2.aliàs 58.nota quòd vbi,vt lit.pẽd.in antiq.quod no.etiam Staphil.(licèt omnino firmare nõ videatur) in tra
73 cta.de lit.grat.& iuſt.fol.181.verſi.ſignatura autem, † omnibus enim magiſtratibus conceſſum eſt, vt iuriſdictionem ſuam etiam pœnali iudicio tueantur,vt inquit Iuriſconſul
74 tus in l.1.ff. ſi quis ius dicenti non obtemper. † & in attentatis reuocandis contempta dignitas prætoris vindicatur: vt dicebat Oldrad.conſi.206.in cauſa Carnocen.poſt princi.Et non ſolum in partes litigãtes Iudex poteſt ſuam iuriſdictionem exercere,verùm etiam in omnes quoquo modo turbãtes,aut ſuam iuriſdictionem moleſtantes, vt eſt expreſſum in c.1.extra de offic.delega.& ibi no.Abbas, Deci. & omnes, & propterea in inhibitionibus non ſolum litigantes, & Iudices,coram quibus primum cauſa pendebat,ſolent ſpecificari,verum etiam apponuntur clauſulæ admodum generales aptæ comprehendere etiam alios quoſcũque, quos quo
75 quo modo tangit negociũ, vt in eius formulis vulgaribus euidenter apparet.† Hinc videmus,quòd iudex inhibet ipſis
76 partibus litigantibus. Guid.Pap.deciſ.578.ſi agatur, cũ ſimil. † & dominus feudi ſuis ſubditis, ne in ſui præiudicium corã alio litigent c.ex tranſmiſſa.de for.competen.Boer deciſ.114. Florentinus.nu.2.Hinc etiam prouenit id, quod ſæpe apud
77 Doct.legimus, † quòd Iudex Eccleſiaſticus inhibere poteſt Iudici ſeculari,argu.c.ſeculares,de for.compet. & per illum tex.poſt Bald.in prooem.decretal.Boer.dicta deciſ. 114. nu.2.
78 Cuius dicti illa eſt ratio† quia non ſolum ſimpliciter Iudex Eccleſiaſticus eſt maior:vt not. glo.in c.licet.de except in 6. verum etiam tanquam maior ipſe cognoſcet, quando eſt dubium,an cognitio ſpectet ad eum, vel ad Iudicem ſecula
79 rem,vt no.Mil.in verb.Iudex eccleſiaſticus. fol. 184. † de cuius dicti veritate an, & quando Iudex Eccleſiaſticus ſub prætextu abſolutionis à iuramento corã eo petitæ, vel ſub prætextu,quòd inſtrumentum, cuius executio coram ſeculari petitur, ſit vſurarium, & generaliter, quòd Iudex in cauſis Eccleſiaſticis non debeat ſe intromittere, vide originaliter apud Ang.& Imo.in l.4.§.condemnatum, & ibi alios, præſertim Alex.nu.19.vbi alios allegat,& Rip.nu 30.ff. de re iudic.poſt Federic.de Sen.in conſi.per eũ allegat.& poſt Ang. Vital.in tracta.de clauſul.in clauſula,nil nouar.nullit.pendente,nu.5.Quibus adde Alex.in conſi.149.in cauſa inquiſi
80 tionis.nu.4.lib.6. vbi inquit † quòd in tali inhibitione non
81 requiritur citatio iudicis ſecularis, quod intellige † dummodo coram eccleſiaſtico fuerit pars citata, vt tradit idem
82 Alex.in conſi.91.viſis.num.7. lib. 2. † vbi teſtatur hanc eſſe magis communem opinionem, prout etiam atteſtatus eſt in dicto §.condemnatum.nu. 19. & eundem in conſi.63.in cauſa,ſub nu.3.verſic.primò per id quod,& nume.4.lib.3.& poſt Alex.vbi ſupra teſtatur Iaſ.in l. ne quicquam.nu. 30.ff. de offic.proconſ.& legat.quos refert nouiſſime, & ſequi videtur etiam Mandoſ.in tracta.de inhibi.q.18.ſub nu.2.verſ. & quòd inhibitio,vbi in id prẽter aliquos ex his,quos ſupra, & infra allegauimus,citat etiam Iaſ.in l.ſi opus.nu.6.verſic. primò addo.ff.de nou oper.nunc.& Aret.in conſ.20.in quẽ ſtione.nu.4.& poſt Iaſ.vbi ſupra Baptiſta Villalob.in collec. commu.opi.litera I.nu.35. & 36. vbi hanc opi. communem dicit,& vltra prẽallegatos Afflict.deciſ.30.fuit dubitatum,in prin.& per totam,& nouiſſime Franc.Marc.in deciſ.Delphinal.deciſ.44.ſub nu.4.vbi etiam loquitur,an dicta inhibitio iuuet fideiuſſorem,& ante hos omnes,ac cæteris melius hãc q.poſuit,licèt de eo nullus mẽtionem faciat,Bened. de Barzis in tracta.de guarentig.in 3.parte,in q.22. quæ eſt vltima, per totam,& per Ruyn.in conſ.61.in lite.nu.6.& melius nu. 28.lib.5.& ex recentioribus Roland.de Valle in conſi.77.viſo.nu.25.lib.2.poſt Federic.de Sen.cõſi.300.& Alex. in dicto conſi. 91. in prin.lib.4. & And.Barbat.in conſi.45.mandato. nu.12.& ſeq.præſertim nu.17.lib.2.vbi de dicto conſi.Feder. facit mentionem,& poſt Alex. dicto conſi. 91. Augu.Bero. conſi.85. dicam breuiter. nu.22. lib.3.& in conſi.117.ex vltima,nu.4.co.lib.3.Qui omnes in hoc conuenire videntur, ℣
83 Iudex Eccleſiaſticus inhibere poſſit Iudici ſeculari † licèt aliqua videatur difficultas,an ad hoc quòd ipſe poſſit inhibere requiratur, quòd pars ſit coram eo citata, de qua apud eos videre poteris. Præſertim Bened. de Barzis, qui eleganter in materia loquitur,& plenius nouiſſime per Io.Bapt.de Aſin. in ſua praxi iudic.§.7.c.5.verſi.72.citatio non requiritur,vbi
84 præter aliquos ex ſupra allegatis,etiam alios in id citans, primò ponit, quòd in huiuſmodi inhibitione non requiratur citatio, deinde Niconitij ſententiam referens multo plures in contrarium allegat, ſubdens poſt Iaſ. in l. ſi opus. nu.6.ff. de nou.oper.nunc.† quòd quamuis de iure veriſſima ſit illa
85 ſententia,quòd hoc caſu citatio ſit neceſſaria † male tamen in practica ſeruatur.Illud autem hoc loco omittendum nõ eſt,quod poſt Bald.in l.1.in fin.C.quomo.& quando Iudex,
86 tradit Socin.in conſilio 99.ſereniſſimus.nu.22.lib.3. † quòd licèt Iudex Eccleſiaſticus inhibeat ſeculari ſub pœnis,& cẽ ſuris, ne de aliqua cauſa cognoſcat. Iudex tamen ſecularis non debet tales inhibitiones curare,quando iuriſdictionem
87 non habet ab eo cognoſcendi talem cauſam † & ideo ſi clericus contra laicum produxit falſos teſtes coram Iudice ſeculari,ſi coram Eccleſiaſtico conueniatur de falſo,non põt eccleſiaſticus inhibere ſeculari, ne fungatur partibus ſuis, quamuis accuſatio falſi videatur maior, & præiudicialis alteri cauſæ,vt conſuluit aliàs Federic.de Senis, & refert,& ſequitur Socin. vbi ſupra. Circa quam materiam inhibitionis faciendæ per Iudicem Eccleſiaſticum plures caſus eleganter conſiderat nouiſſime Mandoſ.quos ponit in tract.de inhibit.q.10.11.12.13.& 14.per totam,vbi q.10.in fi. & 12. in fi.
88 ex intentione Felyn.in c.cum ſit, de for. compet.† ſubdit, ℣
89 hodie curia Epiſcopalis per inhibitionem cum cẽſuris multum obuiat talibus practicis, licèt non ſemper iuſte † & de ſtilo eſt, quòd huiuſmodi inhibitiones Iudicis Eccleſiaſtici
90 ſeruentur † quorum opi tutior videtur,quàm illa,quam ſupra proxime ex Soci.poſt Bald.retulimus,præſertim,quia inhibitio de ſtilo ſiue iuſta,ſiue iniuſta eſt timenda. Rot.deciſ. 26.aliàs 307.nota quòd audientia,in fi.de appel. in antiq. & dicemus latius infra in 11.ampliat.regulæ prin. infra ponen-
91 dæ,nu.2.† Quod autem dictum eſt,Iudicem Eccleſiaſticum poſſe in certis caſibus inhibere Iudici ſeculari, ſanè intelligendum,quando cauſa eſt ſpiritualis,vel ſpirituali annexa,& depẽdens,aliàs ſecus,ad no.in c.tuam.de ordi.cogni.& in c.quãto.de iudi.vt declarat Bero.in conſi.117.ex vltima. nu. 9 lib. 3. Ex quibus omnibus, vt ad principale propoſitum noſtrũ reuertamur,clarè apparet,id quod ſupra in hac tertia quæſt. probandum aſſumpſimus, videlicet,quòd Iudex maior omnibus inferioribus inhibere poteſt, & iſta poteſt eſſe in propoſito.

Regula,quæ ex ſuperioribus probatur,quam

92 Limita primo† vt non procedat in Cardinalibus,quibus ob reuerentiam non inhibetur, ſed inſinuatur commiſſio, vt dictum eſt ſupra in prima, & in ſecunda limitatione ſecundæ quæſt.nu.51.vt annotauit etiam Mandoſ.de inhibit. q.4.nume.13.

93 Secundò non procedit regula † quoad tertium, & pœnitus extraneum,qui nullo modo poſſet liti præiudicare:quia inhibitio tertium non comprehendit,ad no.per Rot. deciſ. 2.aliàs 58.vt lit.pend.in antiq.no.Franc.in c.cum teneamur nu.15.& ſeq.de appell.& no.omnes in c.Romana. §.in aliũ. de appel.in 6.Quod tamen limitandum videtur niſi † in cõ
94 miſſione eſſet clauſula ſolita,videlicet. Cum facultate quibus, vbi, quando, & quoties opus fuerit, inhibendi : nam ſtante iſta clauſula etiam tertius non nominatus in commiſſione

missione posset in executione nominari: sicut dicimus de citatione vigore clausulæ. Omnesque alios &c. de qua licet antiquitus essent opiniones diuersæ, secundùm ea, quæ habentur decis. 18. aliàs. 419. si impetretur. de dol. & cont. in no. hodie tamen ita practicatur: vt tradit Cassad. decis. 2. si contra. versi. nec obstat clausula. eo. tit. de dol. & contu. & ponit Vestrius in praxi Ro. Cu. li. 4. c. 2. de citatione extra curiã &c. nu. 2. Et pro hac limitatione bene facit, quod fuit dictum noui ssime in vna Eluen. Archidiaconatus coram Lancillotto
95 27. Iunii 1572. quòd † gesta post inhibitionem emanatam vigore commissionis habentis clausulã omnesque alios &c. & executam contra eum, qui tunc in beneficio nullum ius habebat, sed per tresdecim annos post cœpit ius habere (& consequẽter ex hoc videbatur posse dici, quòd esset tertius) esse tanquam attentata reuocanda propter efficaciam inhibitionis, & obseruantiam Dominorum.

Tertiò regula supra posita in eo quod in ea dicitur, quòd maior inhibet inferiori, limitatur, vt non procedat in adiũcto: quamuis enim ille sit in pari iurisdictione, & soleat dici
96 † quòd par in parem non habet imperium. l. ille à quo. §. tẽpestiuum. ff. ad Trebell. de quo per Mandos. dicto tracta. de
97 inhibit. q. 8. & propterea dubitent aliàs Docto. † an dispositio c. primi. de offic. deleg. contra impedientes iurisdictionẽ procedat in collega ipsius Iudicis, de quo per Docto. in dicto c. 1. post Bar. in l. 1. §. is videtur. in fi. ff. si quis ius dicent. nõ
98 obtemp. Adiunctus tamen † statim præsentata sibi commissio potest coniudicibus inhibere, ne vltetius sine eo in causa procedant, vt per Staphil. qui ita etiam practicari attestatur in tracta. de lit. grat. & iust. in 2. parte. fol. 178. versi. in commissionibus Iustitiæ.

Quarta huic proxima potest cõsiderari limitatio, in qua non maior inferiori inhibeat, sed par in parem etiam inhi-
99 bendo exerceat imperium † quando scilicet per consuetudinem, vel statutum introductum esset, quòd par, aut etiam minor possit maiori inhibere, vt tradit Mandos. d. tracta. de inhibit. q. 4. nu. 5.

Quinto prædictæ affinis videtur etiam posse adaptari li-
100 mitatio, in qua par pari inhibere poterit, quando † scilicet is qui inhibet alterum in causæ cognitione præuenerit, vt post Alex. in cons. 9. lib. 4. tradit nouissime Aug. Bero. in cõs. 117. ex vltima, nu. 4. lib. 3.

101 Sextò quando † esset appellatum à sententia lata super reintegratione possessionis, præsertim vigore statu. delphi-
102 nalis incip. super literis, quia tunc Iudex ad quem † licèt respectu pœnæ declaratæ vigore dicti statu. possit inhibere, respectu tamen reintegrationis non debet concedere literas inhibitorias, vt est decis. Aegid. 37. si appelletur.

103 Declara etiam prædictam regulam necessariò † vt quod dictum est, superiorem posse inferiori inhibere, ne de aliqua causa cognoscat, tunc verum sit, quando inferior recognoscit iurisdictionem à superiore non autem si recognoscit ab alio, vt post Archid. in c. de persona. 11. q. 1. & Host. in c. volentes. de offic. deleg. & Bal. in l. 1. C. quomo. & quando iudi. tradit Soc. in cons. 99. sereniss imus, nu. 21. & seq. col. fina. lib. 3. Pro qua declaratione optime facit id, quòd consuluit elegãter Bero. in cons. 117. ex vltima, in prin. & vsque ad nu. 9. lib. 3. quòd Papa, seu eius delegatus non potest inhibere in causa profana Iudici ordinario in ciuitate Florentiæ, ex quo Iudex in profanis Magnum Ducem in superiorem recognoscit, non autem Papam, qui in temporibus ibi nullum ius habet.

Quartò quæritur quando inhibendum sit, & breuiter di-
104 cendum videtur, quòd sicut † inhibitio fieri potest non solum in prima, verum etiam in secũda instantia, quando negocium per appellationem deuoluitur ad Iudicem ad quẽ, ita duplex hic cadit inspectio.

Prima, quando Iudex primæ instantiæ inhibere possit.

Secunda & difficilior, quando per Iudicem ad quem fit inhibendum.

105 Circa primam licèt videretur de iure dicendum † quòd ad hoc, vt Iudex inhibere possit, deberet necessitate lis corã eo pendere per citationem ab eo emanatam, & executam, ad c. tuam, & ibi no. de ordi. cognit. & per illum tex. Staphil. in tractatu de liter. grat & iust. fol 178. versi. in commissionibus, quo fundamẽto, quòd ad hoc ut inhibere possit, debeat lis coram inhibente pendere, vt itur etiam Federic. de Sen. in cons. 300. factum tale. sub nu. 1. & Laur. de Rodul. in repeti. c. consuluit. q. 131. de vsur. & Ias. in l. ne quicquam. sub num. 30. ff. de offic. procons. & Alex. in cons. 9. præstantissime nu. 2. lib. 4. quos omnes refert, & in hoc sequi videtur nouissime Mandos. in tracta. de inhibit. q. 18. sub nu. 2. Quod vltra eum
106 ex eo etiam comprobari potest † quia inhibitio de per se non dicitur radicare, & perpetuare iurisdictionem inhibentis: ut no. glo. in c. præsenti. in verb. finitur, ad med. de offic. le-
107 gat. in 6. † Contrarium tamen videmus quotidie de stilo practicari, quòd etiam non facta citatione conceditur inhibitio, immo vt plurimũ in prima citatione solet citatio vna cum inhibitione expediri, de quo stilo (loquẽs de inhibitione, quæ emanat ab adiuncto) attestatur specifice Staphil. vbi supra versi. nihilominus hoc non obstan. fol. 178. vbi & illud ea etiam ratione comprobat post Bald. in authẽ. causa quæ fit cum monacho, & melius in l. presbyteri. C. de Episcop. &
108 cler. & Anto. in dicto ca. tuam † quia scilicet inhibitio cum possit fieri partibus inuitis, multo magis poterit illis absentibus fieri, per regulam l. qui potest inuitis. de regul. iur. præsertim quia omnibus magistratibus concessum est, vt etiam pœnali iudicio possint suam iurisdictionẽ tueri. l. i. ff. si quis ius dic. non obtemp. quod nullo commodiori modo eis cõtingere potest, quàm per viam inhibitionis ab initio litis co-
109 ram eis introductæ, à quo stilo † (cum ille pro iure habeatur. Rot. decis. 3. aliàs. 11. fuit dubitatum. in 3. addit. de appel.
110 in no.) non esset discedendum † præsertim quia ab antiqua practica non est recedendum, vt per multa more suo deducit Tiraq. in tracta. le mort saisit, in 2. parte, declarat. 16. nu. 4. pro quo stilo facit dicta decis. 3. aliàs. 11. fuit dubitatum, verso sed pone, de appel. in no. Illud tamen in hac prima inspectione non est omittendum, quòd licèt iudex in prima instantia soleat regulariter absque magna causæ cognitione inhi-
111 bitiones decernere, si † tamen causa esset grauis, & per inhibitionem impediretur, ne aliqua vniuersalis dispositio, vtpotè Concilij suum sortiretur effectum: tũc non solùm iudex non debet esse facilis ad inhibendum, verum etiam Signatura solet in clausula facultatis inhibendi addere quantdoque hæc verba. Præuia matura causæ cognitione, prout fuit factum in vna Lucana iuris visitandi coram Guicciardino, in qua cum tractaretur, an Episcopus posset visitare collegiatam Ecclesiam Sancti Michaelis, quæ prætendens se ab illo exemptam commiserat causam iactationum in Rota, Signatura in commissione addidit clausulam hanc, videlicet (Præuia tamen matura causæ cognitione, & decretis Sacri Concilij mature consideratis, ac discussis) & tandem sub die 26. Maij. 1567. fuit resolutum non esse inhibendum.

112 Circa † secundam inspectionem, quando scilicet Iudex ad quem inhibeat, sciendũ est, quòd licet varij varia in hoc
113 dixisse comperiantur † & Aliqui voluerint, quòd regulariter inhibitio non fiat nisi lite contestata, vel post datum terminum ad impugnandum, & iustificandum appellationẽ, de quo est decis. Rot. 6. aliàs 44. nota quòd per Auditorem,
114 de appel. in antiq. † Alij verò fuerint in opin. quòd postquã quis fuit citatus ad dicendum contra commissionem, & nihil releuans opposuerit, possit sibi inhiberi, de quo per Rot.
115 decis. 68. alias 762. sciendum est, de appel. in antiq. † Alij vero, prout fuit Ioan Monach. relatus à Rot. in d. decis. 6. aliàs 44. dixerint, quòd ex quo Iudex appellationẽ recipit, possit inhibere: Attamen omissis disputationibus, & inhærẽdo his,
116 quæ quasi frequentiori calculo Docto. ponere videntur, di-
116 cendum est † quòd cum regulariter in inhibendo requiratur aliqua causæ cognitio, vt dicit expresse Aret. in cons. 75. diligenter. col. 4. & Lap. allegat. 161. & Compostel. in ca. dilectus. post prin. de rescript. & tradit nouissime post Fely. in d. c. dilectus filius. el 2. colum. fin. in princi. de rescript. & Alex. in cons. 69. col. 2. lib. 7. & post Hippol. de Marsil. & Ias. in locis per eum allegatis Roland. de Valle cons. 77. viso. nu. 24. lib. 2. quibus adde Vital. (qui præter cæteros hanc materiam fusius tractasse videtur) in tracta. de clausul. in clausula, nil nouar. appellatione pendente, nu. 23. versi. supereſt nunc videre. Didac. practi. q. c. 24. nu. 3. & nouissime Minsinger. sing.
117 obser. cent. prima, decis. 31. incip. quando † Iudex ad quem non inhibebit, nisi sibi constiterit fuisse appellatum, & per appellationem ad eum causam totaliter fuisse delatam, ad tex. in c. Romana. §. si vero de appel. in 6. ex quo tex. hanc notab. regulam collige, inquit Franc. in c. 1. nu. 14. de appellat. & est decis. Rot. 3. aliàs 11. fuit dubitatum. in prin. de appella. in no & post eam Mil. in verb. appellatione ad curiam. fol. 8. & tradit etiam Roland. dicto nu. 24. Quibus cõcord. etiam alia decis. Rot. 4. alias 391. nota quòd auditor, de foro compet. in antiq. & alia decis. Guid. Pap. 436. cum materia q. 9. nu. 66. & ex recentioribus Augu. Bero. in cons. 117. ex vltima nu. 4.
118 lib. 3. † nec sufficeret hoc casu probare fuisse appellatum, nisi etiam probetur fuisse appellatum infra decẽ dies, vt recte animaduertit nouissime Minsinger. sing. obseruat. centuria 3. decis. 11. incip. non solum, & ratio est: ut omnes supradicti dicunt, & Specul. reassumit in tit. de appel. §. de officio.
119 sub nu. 7. versi. sed quæritur, quando † quia scilicet Iudex antequam inhibeat, debet cognoscere, an sua sit iurisdictio in illa causa, & postea inhibere. Et secundùm præmissa potest in hac quarta quæst. constitui regula, quam amplia.

120 Primò, vt in tantum hæc causæ cognitio requiratur † vt si ea præter-

Source : BIU Cujas

ea prætermissa Iudex deueniret ad inhibitionem, esset iusta causa appellandi,& posset ab eo appellari, vt dixit notanter Franc.in c.1.nu. 14.de appel. cui adde Lanfranc. decis. 466. si Iudex, & dixit ad propositum post alios per eum allegatos
121 Roland. d.consi.77.nu. 24. † quòd talis inhibitio tanquam de facto facta deberet etiam de facto reuocari.
122 Secundò † vt si hęc causę cognitio fuerit iam incępta,per hoc non potest ea pendente fieri inhibitio,vt post Inno. tradit Guid. Pap. dicta decis. 436. q. 52.numero 59. & iterum in
123 tracta.de appellat. quæstio. 51. † Quamuis contrarium sensisse videatur Saly.in l.appellatione. C. de appellatio. quem refert Vital. in clausula, nil nouar. appel.pendent. numero
124 27.in fin.& distinguendo † concordare videtur opin.vt prima procedat post comparitionem appellati negantis ex probabili causa fuisse appellatum,alia vero opinio procedat ante appellati comparitionem, & negationem, & ad propositum huius ampliationis facit, quod aliàs dixit post alios Minsing.sing.obseruat.centuria prima,decis.31.incip. quan-
125 do Iudex. † quòd si in puncto competentiæ (& consequenter hac cognitione cępta) obijciatur talis dubietas, quòd iurisdictio reddatur dubia; tunc Iudex non debet interim inhibere,donec cognoscatur de veritate iurisdictionis.
126 Tertiò † quòd Iudex hoc casu poterit inhibere non solũ
127 in curia,verum etiam extra curiam, & in partibus † etiam si commissio non haberet nisi clausulam cum potestate inhibendi,vt dicit Cassad.decis.4.tempore.in fi. de rescrip.qui licèt vtatur hoc modo loquendi, quòd potest statim inhibere,debet intelligi, quòd statim, idest,post quam sibi constitit de præmissis, vt sentit decis. Rot. quam ipse ibi allegat in princip.
128 Quartò † vt cum hac causæ cognitione sit inhibendum, etiam si commissio dicat,constito,quòd pensio sit conditio
129 nalis † & inhibitio ista afficit de rigore, quicquid dicat Paris.consi.36. & Deci. consi. 33. vt dicit formaliter Put. in recollect.suis decis.12.inhibendum est,sub rub. vt lit. penden. ita fuit dictum in vna Gebenen.pensionis coram Prospero.
130 15.Iunij. 1546. fuit tamen dictum † quòd si cõstaret in actis de implemento conditionis,non reuocarentur attẽtata, ne vna manu fieret restitutio pecuniarum, & alia manu coge-retur quis ad solutionem.Quam Put.decis.citat,& sequitur nouissime etiam Mandos. in tracta. de inhibit. quæstio. 25. numero 4.
131 Quintò amplia † vt cum hac causæ cognitione Iudex ad quem non solum inhibeat in causa ciuili, verùm etiam in-
132 hibere possit in causa criminali † etiam si essemus in confesso,& conuicto,vt dixit notabiliter Aufrer.in addit. ad decis.Tolos.176.vers.tamen Iudex ad quem,vbi dixit,q̃ potest Iudex à tempore, quo incępit cognoscere, an appellatio sit admittenda,inhibere executionem.

Limita eandem regulam.

133 Primò † quando essemus in appellatione ab interlocutoria & grauamine: quia hoc casu nõ sufficit causæ cognitio, de qua supra,sed vltra id, quòd debeat Iudici ad quem constare de appellatione,& de deuolutione, debet ille incipere cognoscere etiam de veritate causæ in appellatione expressæ,& tunc inhibebit,vt not.Docto.præsertim Geminia.in dicto c.Romana.§.si vero.ad fi.de appel.in 6.& est tex.in capit. non solùm, ad fi. ibi. postquam constiterit per appellationẽ emissam ex probabili causa negocium ad se deuolutũ &c.
134 de appel.in 6.& est notab.decis.Rot.(quæ dicit † quòd hanc Rot. doctrinam dat in materia inhibitionis faciendæ) 68. aliàs 762.sciendum est.in fi.versi.si vero à grauamine, de appellat.in antiq.& melior decis.58.aliàs.412.si appelletur. nu-
135 mero 2.de appellat.in no.quæ dicit † quòd in huiusmodi inhibitione canonice facienda tria requiruntur, videlicet, q̃ appellatio sit ex probabili causa interiecta,& tali,quæ si fuerit probata, deberet legitima reputari.Item quòd per talem appellationem negocium sit ad eum deuolutum. Vltimò quòd ipse recepta appellatione incipiat cognoscere de veritate causæ,& quòd tunc, & non ante potest in causa inhiberi,quod specifice docet etiam Specul. in titu. de appellat. §. de officio. sub numero 7. versicul.si autem ante sententiam
136 † & licèt aliqui quoad præsentem limitationem dixerint, esse in hoc distinguendum inter delegatum à Principe, vt ille statim inhibere possit,& alium ordinarium, qui cœpta demũ cognitione super veritate causæ inhibere possit. Hæc tamen distinctio non videtur admitti per Docto. & còtrarium est verius, quòd in interlocutoria sit etiam de veritate causæ cognoscendum,ut attestatur Specul.vbi supra, prout etiam recte animaduertit Compostellan.in d.capitulo dilectus. colum. secunda versi. alij dicunt &c. extra de rescript.
137 qui ibidem versic.& intelligo,eleganter declarat,quòd † tũc Iudex dicatur incœpisse cognoscere de veritate causę ipsius appellationis ad effectum inhibendi, quando partes citat, vel illis in sua præsentia constitutis terminum assignat. Et contra dictam distinctionem fuisse Mediolani practicatum attestatur nouissime Lancellot. Conrad. de Prætore. §. 2.de offic.Præt.in caus.ciuil.in capitulo de appellatio.sub nume. 27.versicul.hodie tamen vidi. Hæc tamen limitatio videtur
138 sublimitanda. Primo † vt non procedat, quando cum articulo grauaminis esset sibi commissum etiam negotiũ principale cum potestate citandi ad partes: tunc enim indifferẽter inhibet, & ratio est: quia hoc casu ius inhibet, vt dicit Rot.decis.4.aliàs 391. Nota quòd auditor, de foro competẽ. in antiq.sed aduertendum est, quòd contra hanc sublimita. videtur in contrarium multum vrgere alia Rot.decis.3.aliàs 11. fuit dubitatum, de appellat. in no. in princip. dum vult, quòd etiam commisso negotio principali Iudex non possit inhibere,nisi cõstet sibi de appellatione, & de deuolutione, vel (& in hoc videtur consistere contrarium) nisi incipiat
139 cognoscere de veritate causę,seu de negocio principali † Nisi dicas,quòd dicta decis.3.in princi procedat de iure decis. autem 4. de for. competen. procedat de stilo. Quam solutionem multum suadet id, quod dicitur in eadem decis. tertia versicul. sed pone, vbi inquit, quòd inhibitio in eo casu potius sustinetur de stilo,& æquitate canonica, quàm de iure; & casus ille in versic. sed pone, sicut differt in effectu à casu posito in princip.dictæ decis.3. vt ibi annotatur in prima additione,ita etiam modus loquendi,quo vtitur Rot. in dicto versicul.sed pone,& in dicta decis.4. videtur idem,dum vtrobique dicitur de commissione causæ appellationis cum negocio principali, cum potestate citandi ad partes, & pro-
140 pterea eadem solutio potest adaptari. † Secundò sublimita ex intentione Vital.in clausula,nil nouar. appellatione pendente,sub numero 23. versicul. solue nisi appellans, vt non procedat, quando ab interlocutoria appellans coram Iudice à quo obtulisset se incontinenti probaturum veritatem causæ appellationis,& non fuisset admissus: quia tunc incõtinenti est inhibendum,ad no.in capitulo interposita.de ap
141 pellat. & in dicto c. Romana. Tertio, † ut non procedat de stilo Camerę Imperialis,in qua sufficere videtur,quòd de iurisdictione Iudicis inhibentis constet, saltem ex narratione appellantis,vt loquens etiam de interlocutoria, inquit nouissime Minsinger.sing.obseruat.cent.3.decis.87.incip.quã-
142 do Iudex † vbi subdit, quòd si post huiusmodi inhibitionẽ Iudex procedat,processus tanquam attentatus reuocaretur.
143 † Quarto videtur posse limitari, vt non procedat, quando consuetudo esset in contrarium, vt colligitur ex his, quæ ponit Compostell.in dicto capitulo dilectus.ad fin.versicu. respondendum videtur, quòd nisi sit contraria consuetudo &c.de rescript.qui licèt videatur loqui de consuetudine, quæ in inhibendo requireret causæ cognitionem: quia tamen in hac materia inhibitionis ipse non inficiatur attendendam esse consuetudinem, non videtur omnino absurdum, vt etiam consuetudo remittens dictam causæ cognitionem sit attendenda, tum quia consuetudo regulariter so let attendi, ad not.in l.de quibus. ff.de legib. tum quia videmus, quòd etiam in propria nostra materia attentatorum habetur aliàs in consideratione ad excusanda attentata, ut adnotauimus supra in hac 2.part.c.12.de atten.appel. pen.in 48.limit.princ.per totam.
144 Secundo limita † vt non procedat,quando essemus in appellatione extraiudiciali, in qua præter id quod supra in regula fuit dictum, quòd Iudici constare debet fuisse appellatum,& causam ad eum esse deuolutam, debet aliud ẽt probari: quia per Iudicem,cui huiusmodi causa fuerit commissa,non est inhibitio aliquatenus concedenda, nisi aliqualiter de præmissis,quæ in appellatione fuerunt expressa,ꝓstiterit,ut dicit formaliter Rot.decis.45.aliàs 346.si appellatur in
145 partibus,de appel.in no.† verificari enim appellatio extraiudicialis debet, antequam inhibeatur Iudici à quo secundũ
146 Mil.in verb.appellatio extraiudicialis,fol.8. † cum pro veritate causæ in huiusmodi appellatione expresse non præsumatur.Rot.decis.44.aliàs.344.licèt,nume. 3.de appellation. in no.Quinimmo aliqui,prout Compostellan.in d.cap.dilectus.in fi.versi.item quid si appelletur extra iudicium &c.de
147 rescript. tenet † quòd Iudex hoc casu, etiam si de veritate causæ appellationis cœperit cognoscere, non possit inhibere ei à quo,& contra quem est appellatum:tum quia per huiusmodi appellationẽ non trãsfertur iurisdictio ad superiorem:tum ẽt quia per appellationem non debet quis sua possessione priuari, vt latius ibi per eum. Hæc autem limitatio
148 sublimitanda similiter videtur. † Primo, ut non procedat, quãdo appellans coram executore, à quo extraiudicialiter appellauit, obtulit se incontinenti probaturum causam appellationis secundùm opinionem illorum,qui tenẽt,quòd cap. interposita. de appel. procedat etiam in extraiudiciali, de quo per Vital.in clausula nil nouar. appellatione pendẽ

te,sub

Source : BIU Cujas

te. sub nu. 26. versic. si vero est appellatum extraiudicialiter (Ang. enim per Vital. ibi relatus sub nu. 23. versi hæc tamen
149 fallentia contrarium tenuit) † Secundo, quando essemus in appellatione extraiudiciali interposita in electionibus Cathedralium, vel Regularium Ecclesiarum, in quibus cũ speciale sit, quòd quicquid fit post, & contra tales appellationes sit irritum, & inane, per c. si post quam. de electionibus, in 6. vt dicit Vital. ibi sub nu. 26. satis apparet, quòd eo casu ius ipsum inhibet, vnde si Iudex quoque hoc casu etiã non verificata causa vellet inhibere, vtique debet sibi permitti: quia id faceret in iuris executionem, quæ non habet iniuriam, vt dicit Vital. ibi nu. 26. post Rot. de qua ibi per eũ.
150 Tertio, † quando appellatio, cuius commissionis vigore peteretur inhiberi, esset interposita in casu à iure prohibitio, puta in sentẽtia super notorio, vel in casu, quo quis fuisset confessus, vel conuictus: quia tunc vltra causæ cognitionem super appellatione, & deuolutione, de qua in regula, requiritur etiam, quòd Iudex antequam inhibeat, incipiat cognoscere, an appellatio sit recipienda, vel non, vt per tex. in d. c. Romana. §. si autem. de appellat. in 6. est decis. Rot. 68. aliàs. 762. sciendum est. num. 2 de appella. in antiq. & tradit Compostellan. in d. c. dilectus. post prin. vers. quòd est uerũ.
151 de rescript. † prout etiam quando appellatio esset interposita ex causa manifeste friuola, non esse inhibendum, tradit Mil. in verb. appellatione in curia interposita, ad fi. fol. 8. vbi
152 subdit † quod hoc casu etiam si seruatis terminis solitis de facto inhiberetur, talis inhibitio non causaret attentata, de quo & nos dicemus in hoc eodem capitul. in prima limita. prin. versi. vel quando, nu. 10. Et generaliter quòd vigore cõmissionis appellationis in casu à iure prohibito interpositæ non valeat inhiberi, est decis. Cassad. 10. incip. casus. nu. 4. de rescrip. & tradit post Specul. Geminia. Felyn. & alios per eũ allegatos Marant. in 3. parte sextæ partis principalis. quæst. 2. nu. 196. & Io. de Neuiza. in consi. 60. non declines. num. 15. versi. stante ergo. Hanc tamen limitationem, quatenus esse mus in possessorio, in quo regulariter prohibetur appellatio iuxta ea, quæ diximus supra capitulo 12. de attentat. appellatione pendente in 25. limit. princip. in prin. & latissime diximus etiam in tracta. de appellat. in possessorio prohibit.
153 vel permiss. in princi. † Declara, quòd licèt vigore appellationis in possessorio interpositæ præsertim vigore statuti Delphinat. incip. si quis per literas, non sint concedendæ literæ inhibitoriæ respectu reintegrationis possessionis, bene tã possunt concedi respectu pœnæ declaratæ vigore dicti statuti, vt tradit Guid Pap. decis. 33. si appelletur, in prin.

Quarto, ut inhibitio etiam cum dicta causæ cognitione,
154 de qua in regula, non possit fieri † qñ in palatio coram aliquo Auditore fuisset concluſum in causa: quia sibi de stilo post conclusionem in causa nõ inhibetur, & est decis. Rot.
155 66. aliàs 674. nota qñ in aliqua, de appellat. in antiq. † vbi id ampliat procedere tã in causa spirituali, quàm profana, cui concordat decis. 29. aliàs. 711. de stilo, & decis. 30. aliàs. 747. nota quòd si aliqua, de dol & contum. in antiq. Quam limitationẽ sanè intellige procedere in Auditoribus Rotæ, se-
156 cus in alijs iudicibus, vt dicunt dictæ decis. oẽs † & insuper q̃ hoc verum sit, quando vere cõclusum est in causa, secus si tacite videretur cõclusum, & solũ ab vna parte, puta per missionem citationis ad sententiam secundùm Bero. q. 124.
157 quando appellatio. nu. 3. & declara † quòd licèt non soleat fieri, si tamen fuèrit facta inhibitio, illa causaret attentata, ita vt sententia post eam lata esset nulla, & ita tenet maior pars Dominorum, vt dicit dicta decis. 29.
158 Quintò † fallit in inhibitione, quæ fit per adiunctum suis coniudicibus: quia adiunctus statim præsentata commissione inhibet suis cõiudicibus, ne sine eo vlterius in causa pro
159 cedant, vt tradit, † & ita practicari attestatur Staphil. in tractatu de liter. grat. & iust. fol. 178. versi. in commissionibus, & versi. seq.
160 Sextò limitari potest † vt non procedat, quando causa, quæ tractatur coram alio Iudice est incidens, & de sui natura præiudicialis causæ, quæ tractatur per primũ Iudicẽ: tũc enim secũdus Iudex põt statim, & absque alia causæ cognitione primo Iudici inhibere, vt inquit formaliter Lap. alle. 60. visis. nu. & secundùm modernam impressionem, ad quã circa hoc non nullas allegationes citat nouissime Mãdos. ibi in additione in verb. statim, cui præter allegatos per eum adde Aret. in consi. 75. diligenter. col. 4. sub versi. his præmissis, & And. Barbat. in consi. 45. mandato & iussu. nu. 14. lib. 2. vbi dictam Lap. allegationem refert, & sequitur. Quæ limitatio non videtur mihi multum clara, nisi adiuuetur declaratione, quam in proposito facit Geminia. in dicto c. Roma
161 na. §. 2. in fi. † vt scilicet iste secundus Iudex, qui inhibet, nõ fuerit aditus per uiam appellationis, sed alia via ordinaria in prima instantia ex eo: quia primus Iudex non poterat ex aliqua causa cognoscere de illa causa incidenti & præiudiciali, aliàs si præsup•oneretur aditus per viã appellationis, non potuisset inhibere sine dicta causæ cognitione, vt ibi per eum latius.
162 Septimò limita † vt non procedat in inhibitione, quæ cõcederetur iuxta formam cõmissionis: illa enim semper concedi solere, & quotidianus vsus demonstrat, & attestat Paleott. in recollect. suis, decis. 41. petebatur. sub die 28. Ianuarij. 1558. & secundum hanc limitationem, & attento stilo fuit tentum per Dominos in vna Calaguritana capellaniæ corã Sarmiẽto 2. Maij. 1561. & in alia Toletana portionis corã Crato. 24. Ianuarij 1562. in qua licèt per aduocatos ad deducẽdum, q̃ inhibitio, de qua agimus, erat concedẽda, etiã si commissio esset limitata, & q̃ditionalis, allegaretur decis. Acorambo. 53. & Peregrini. 24. in rei tamen veritate illæ nihil dicunt de inhibitione concedenda, sed solùm, q̃ si fuerit concessa, illa afficit, etiam si fuisset commissio cõditionalis, de cuius tamen veritate latius dicemus infra hoc eod. c. de attent. post inhibit. in 13. limitatione principali per totam. Quinimmo ex his quæ in d. Toletana in facto prætendebã-
163 tur potest colligi notab. ampliatio † ad præsentẽ limitationem: vt inhibitio iuxta formam commissionis sit danda, ẽt ad instãtiam attentantis, prout dicebatur esse eo casu Ioan. Moran. quod clarius colligitur ex his, quæ postmodum fuerunt in eadem causa ordinata sub die 28. Aprilis eiusdem anni eodẽ Grato proponente, videlicet q̃ cũ cõtra Moran. pro parte capituli Toletan. fuisset cõmissa causa attentatorũ cum præinserta cõmissionis (cuius vigore Moran. iã obtinuerat inhiberi) & instaretur pro parte capituli, vt vigore dictæ cõmissionis inhiberetur, & dubitaretur, an esset inhibendum. Dñi ordinarunt, q̃ iuxta formam vltimæ cõmissionis inhiberetur, addito decreto, q̃ inhibitio sit sine præiudicio præcedentis inhibitionis, ne Morã. cijciatur à possessione, vel procedatur contra eum ad nouam informationem
164 † & ratio esse potest: quia semper in commissionibus solet apponi clausula, cum facultate citandi, & inhibẽdi: qua stãte licèt iudex aliàs non posset statim inhibere: tamen vt illa clausula aliquid operetur, potest statim etiã absque citatione partis inhibere, vt declarat Bero. q. 124 quando appella-
165 tio, nu. secundo. † Quæ tamen limitatio, cum videatur absolute tollere illam causæ cognitionem, de qua loquitur. c. Romana. §. si vero. & §. seq. de appellat. in 6. & in stilo videat fundata, facile dici posset, quòd hodie de iure sit parum attẽdenda, ex quo hodie per sacrum Tridentinum Concilium sub Pio. IIII. die 17. Septembris 1562. fuit in omnibus, & per omnia renouata dicta constitutio Innocentij IIII. quæ incipit, Romana. cum expressa derogatione cuiuscumque consuetudinis, stili, aut priuilegij, & cum decreto, quòd aliter factæ inhibitiones, & inde secuta quæcunque, sint ipso iure nulla, vt habetur in dicto Concilio sess. 22. cap. 7. de reform. Quòd si eam teneas, illam indistincte nõ admittas, sed decla-
166 ra, † vt extra curiã nõ soleat etiam iuxta formam cõmissionis inhiberi, q̃ timetur, ne inhibitio sit impedimẽto aliàs legitime gestis, & ordinatis per Rotam, prout erat sequestrũ aliàs appositum in vna Burgen. decimarum de scalante coram Didac. Deza, in qua 17. Maij 1553. fuit resolutum, quòd nõ daretur inhibitio iuxta formam commissionis extra curiam, ne sequestrum impediretur.

Octauò, vt id, quod diximus, in hac inhibitione concedẽ da necessarium fore, quòd constet Iudici de appellatione,
167 & causæ deuolutione † intelligatur, quãdo Iudex ad quem vult inhibere Iudici à quo, secus si uelit inhibere partibus ne aliquid illicitum faciant: quia hãc inhibitionem etiam quòd sibi de præmissis non constet, partibus facere potest: vt no. expresse Geminia. in c. Romana. §. si vero. ad fi. ut etiã Moderni apostillantes tex. in d. §. si vero. de appel. in 6. consi deraſſe uidentur.

Nonò limita, vt ea quæ dicta sunt supra de causæ cognitione adhibenda, antequam inhibeatur, procedant in Iudi-
168 ce ad quem † secus autem in Iudice à quo: cum enim etiã Iudex à quo possit etiam, postquam detulit appellationi, inhibere partibus, ne aliquid in præiudicium appellationis innouent, vt post gl. in c. secundo, de matrim. cõtr. interd. Ecc. cõtract. & Ant. de Butrio ibi, & Federic. de Sen. in consi. 93. tradit Franc. in c. cum teneamur. nu. 21. de appellat. euidenter apparet, quòd in huiusmodi inhibitione per eum decernenda præmissa causæ cognitio, non est aliquo modo necessaria.
169 Decimo potest vniuersaliter limitari † vt non procedat de stilo Cameræ Imperialis, quæ solet aliquoties inhibere, ẽt si de iurisdictione Iudicis inhibentis non cõstet, nisi per narrationem appellantis: ut tradit (loquẽs de appellatione tam à diffinitiua, quam ab interlocutoria, de qua diximus supra in fi. primæ limi. nu. 133.) nouissime Minsinger. singu.

obseruat.

Source : BIU Cujas

obſeruat.centuria 3.deciſ.87.incip.quãdo Iudex, vbi ad propoſitum noſtrum ſubdit,quòd geſta contra talem inhibitionem eſſent tanquam attentata reuòcanda.

Vndecimò, præmiſſa de cauſæ cognitione adhibenda limita,ſeu mauis declara, quòd licèt Iudex ex forma reſcripti teneatur adhibere cauſæ cognitionem, antequam inhi-
170 beat:prout eſt † quando adeſt clauſula,conſtito de aſſertis:
171 nihilominus † ſi abſque cauſæ cognitione, & abſque eo ꝙ
172 ſibi de aſſertis conſtet, ille inhibeat,Iudex † inhibitus nihil poterit,aut debebit poſtea facere, præſertim conſiderata facilitate reformandi, & impetrandi commiſſiones in curia, per quas obtinetur,vel moderatio dictæ inhibitionis, vel ꝙ ea non obſtante procedi poſſit,vt fuit tentum in vna Toletana matrimonii coram Peregri.14.Martij 1543. & eſt in recollect.eiuſdem deciſ.22.aliàs 120.incip.quia fuerat.

Duodecimò id,quod dictum eſt, quòd Iudex appellationis poteſt cum dicta cauſæ cognitione inhibere, videtur limitã
173 dum † vt non procedat, quando quis poſt appellationem
174 confeſſus fuerit debitum † & ideo ſi quis fuerit carceratus vigore obligationis in forma Cameræ, & appellauerit, & poſt appellationem debitum fuerit confeſſus,ſi petat per Iudicem inhiberi,ſibi eſt deneganda inhibitio:vt fuit reſolutũ in vna Lucana, & eſt in recollect. A. Auguſtini lib. 3. deciſ. quinta,incip.idem in Lucana.

175 Decimotertiò † fallit in executore apoſtolico deputato ad prouidendum alicui de beneficio, quod is duxerit infra menſem acceptandum:is enim poteſt ſtatim inhibere collatoribus,ne intra dictum menſem conferant,vt tradit expreſſe Lap.alleg.60.incip.viſis literis apoſtolicis,ſub nu.7.in fin. quod etiam remiſſiue ſecutus eſt nouiſſime Mandoſ. de inhibit.q. 35.

Quintò & vltimo quæritur, Quomodo inhibendum ſit,
176 † & licèt ſpecialis, ac certus modus dari non poſſit,qui ſingulis quibuſue caſibus, qui ſecundum contingentiam facti euenire poſſunt,adaptari valeat,infraſcripta tamen,quę modùm in genere,& requiſita ad inhibendum reſpicere videntur,erunt inter cætera magis attendenda,&

Primò, quòd hæc facultas inhibendi, licèt videatur lata,
177 tamen & ipſa continetur intra ſuos terminos, † & ideo Iudex inhibendo non debet inhibere niſi in illa cauſa,quæ co-
178 ram eo pendet † & propterea ſi coram eo pendet cauſa appellationis ab articulo alicuius cauſæ,non debet ille inhibere in tota cauſa,de quo quamuis diſputent Doct.in c. ſuper
179 eo.el primo,poſt gl.in verb.terminari,de appella.† & Hoſti. & etiam Ant.& Imo.ibi fuerint in opi.quòd poſſit inhiberi, & ſit ſuperſedendum in tota cauſa, vt refert Franc. ibidem
180 nu.5.† Verior tñ videtur opi.in qua Franc.ibi reſidet, quòd regulariter non poſſit inhiberi in tota cauſa, quam & nos ſecuti aliàs ſumus ſupra c.12.de attenta.appel.pend.in 3.ſub limitatione ſecundæ limitationis princip.nu.34. niſi quando cauſæ eſſent connexæ,vt per eum latius,cui adde bonam deciſ.ad hoc Aegid.157. Auditor,vbi abſolute dicit,quòd in tota cauſa inhibere non poteſt, niſi periculum immineret. Ex quibus formari poteſt hæc concluſio, quòd Iudex vnius cauſæ,puta appellationis à grauamine, & unius articuli nõ poteſt in tota cauſa principali inhibere, niſi in duobus caſi-
181 bus † Primò,quando eſſent connexæ,vt per Franc.dicto nu.
182 5.† Secundò,niſi immineret periculum,& per Aegid.dicta
183 deciſ.107. † Sic etiam illis perſonis dũtaxat inhibere poteſt, quæ poſſunt liti præiudicare,vt dictum eſt ſupra in 3.quæſt.
184 nu.72.† Secus ſi quis ſit mere tertius,ad tex. in ca.Romana. §.in alium,de appel.in 6.vt ibidem dictum eſt nu. 92. in 2.limitatione,& ſupra in prima parte capitulo 3.de attentatis à
185 tertio,in prima amplitatione nu.9.† ex quo apparet, quòd effectus inhibitionis non egreditur perſonas nec paſſiue, dũ aliquibus inhibetur,nec actiue, dum alicuius nomine inhi-
186 betur. Inde ad propoſitum videmus † quòd inhibitio facta nomine creditoris non iuuat fideiuſſorem, nec ecõtra, quo minus poſt inhibitionem citra vitium attentatorum poſſit fideiuſſor moleſtari, de quo diximus ſupra in prima parte.c. 3.ad fin.numero 150.quibus adde Bero.q. 77. vtrum inhibi-
187 tio.numero 8.& Aret. conſilio 33. numero 2. † quæ tamen de fideiuſſore procedere intellexit Rot.in fideiuſſore contractus, ſecus in fideiuſſore iudicij, in vna Anconitana bonorum coram D.meo Oradino.15 66.26.Iunij, de qua latius dicemus infra in 6.limitatione prin.nu.9. verſic. primò & notabiliter.

188 Secundò,† quòd huiuſmodi inhibitiones (quo magis timeantur) poſſunt,& ſolent committi, & relaxari ſub graui
189 bus pœnis,Quæ tamen nõ ſunt ſemper vniformes † & ideo ſi is cui eſt inhibendum ſit Epiſcopus, vel ſuperior aliquis prælatus in inhibitione exprimitur ſub pœna ſuſpenſionis
190 quò ad eum,quò ad alios vero ſub pœna excommunicationis,vt per tex.in c.2.de offi.deleg.in 6.iuncta gl.in c.1.de cler. venat.docet Staphil.de liter.grat.& iuſt.fol.156. verſ.item eſt
191 notandum † Similiter ſi petatur committi inhibitionem ſub cenſuris,& pœnis,datur ſolum ſub cenſuris, ne quis duplici contritione conteratur, ℨ not. in c.at ſi clerici.de iudi.
192 † niſi maxima contumacia eſſet† vel grauiſſima materia,vt
193 docet idem Staphil. ibi verſi. petenti committi inhibitionẽ
194 † Verum hæc de excommunicatione obtinebant antiquitus,noſtris verò temporibus poſt Sacroſanctum Concilium Tridentinum excommunicationis pœna, non niſi in ſubſidium exprimitur iuxta ea, quæ prouide in dicto Concilio ſeſſio.25.c.3.ſunt ſtatuta, prout etiam animaduertit nouiſſime Mandoſ.de inhibit.q.15.in fi.

195 Tertio, † ꝙ cum inhibitio ſit actus a iuriſdictione proueniens, vt ſupra dictum eſt in eius deſcriptione, ſicut Iudicis iuriſdictio habet ſuos terminos.l.fi.ff.de iuriſdict.omn.iudi. cum ſimil.ita & facultas inhibendi intra illos eoſdem termi
196 nos reſtringitur, & ideo licèt † ſoleat in cõmiſſionibus ſemper apponi clauſula cum facultate inhibendi in curia,& ex-
197 tra,vt dixit Caſſad.deciſ.4.tempore.nu.1.de reſcript.† ſi tamẽ Iudex datus ſit cum facultate citandi, & inhibendi in curia,
198 non poterit extra curiam inhibere† licet ſecus eſſet,ſi dictũ eſſet indefinite,cum facultate citandi,& inhibẽdi: quia hoc caſu ſecundùm opi.Cardinalis Alexandrini,quam ſequitur etiam ibi Caſſad. poſſet etiam extra curiam inhibere, quod etiam affirmauit nouiſſime Mandoſ. in tractatu de inhibit. q.3.nu.3.poſt Sarnen.in prooem.regula.q.2. ſub nu. 8.verſic. propter quam rationem.

199 Quarto,† quia ſecundum aliquos ad hoc,vt poſſit quis inhibere,oportet, quòd coram inhibente pendeat lis ſaltem ſecuta citatione,ad c.tuam.de ordi.cognit.c. cauſam. qui fi. ſint legit.iuncta clem.fin.vt lit.pend.de quo per Staphil. vbi
200 ſupra fol.178. verſi.in commiſſionibus † Verùm hæc opi. & conſequenter hæc conſideratio non uidetur vera,aut neceſſaria,vt etiam annotauimus ſupra in 4.quæſt. nu.107. tum quia videmus,ꝙ de iure qñ dñs temporalis inhibet ſubditis, non requiritur,ꝙ aliqua coram inhibente lis pendeat, vt patet in c. ex tranſmiſſa. de foro compet. prout faciunt ẽt dñi Veneti,vt ſupra dictum eſt in 2.q.nu.38.Tum quia ℨrium vr obtineri in practica:cum etiam ante citationem Iudex de ſtilo inhibeat.Rot.deciſ.3.aliàs in 11.fuit dubitatum. verſic.ſed pone,de appel.in no.præſertim in adiuncto,vt dicit etiã Staphil.ibidem verſi.nihilominus hoc non obſtante.

Quinto, illud etiã in decernenda inhibitione eſt animaduertendum,quòd licet inhibitiones in curia,& extra paſſim
201 concedi ſoleant † Rota tamen non dat inhibitionem extra curiam,qñ prius alteri parti dediſſet mandatum de manutenendo:quia ex tali inhibitione poſſet impediri tale mandatum, vt fuit reſolutum in vna Burgen. decimarum coram Deca.17.Iunij.1553.vt eſt in recollec.Caputaquen. parte 1.de ciſ.303.incip.licèt inhibitiones.

Sextò, & vltimo illud eſt utiliter circa inhibitiones relaxandas animaduertendum, quòd in ea decernenda requiri-
202 tur citatio partis† In quo articulo licèt Iaſon in l. ne quicq̃.
203 nu.3.ff.de offic.proconſ. & leg. dixerit † quod communiter tenetur, quòd in inhibitione facienda per Iudicem ad quẽ Iudici à quo requiritur citatio partis, ſed in practica male ſeruatur, quòd etiam replicauit, & de iure veriſſimum eſſe affirmauit idem Iaſ.in l.ſi opus nouum.nu.6.verſicu.primo adde.ff.de no.oper.nunc. Rota tamen aliter dicit, & totum contrarium tenet,Videlicet,quod licèt de iure inhibitio vigore appellationis iudicialis fieri poſſit Iudici à quo per Iu-
204 dicem ad quẽ parte non uocata † de ſtilo tamen Palatij nũquam inhibitio fit,niſi parte uocata:vt legitur formaliter in deciſ.24.aliàs 615.nota licèt inhibitio, & deciſ. 26.aliàs 825. Nota dic.de dol.& contum.in antiq.Vnde vel retenta communi opinione,de qua per Iaſ. vel ſtilo, de quo per Rotam, concluſiue procedendo poteſt formari in propoſito.

Regula,quòd in inhibitione decernenda ſit neceſſaria citatio partis. Hanc opinionem tenet Rot. in proxime allegatis deciſ. & Compoſtella.in capitulo dilectus.in fin. verſiculo item nunquid.de reſcript.Eandem poſt Federi. de Sen. & Alexan. in locis per eum allegatis, tenet etiam Deci. in conſilio 460. viſo numero 20. Pariſ. conſilio 172.in cauſa. numero 15.vbi alios citat.lib.4.Didac.practic.quæſtio.capit. 24.numero 3.poſt Felyn.in capitu.ſuper quæſtionum.§.fin.
205 de offic.deleg.†atteſtantem ſe vidiſſe hoc ipſum à practicis obſeruari.Eandem reaſſumit Maranta in Specul. in 3. parte ſextæ partis principalis.q.2.numero 196. vbi poſt Alexan. in diuerſis locis per eum citatis,& Aret.in conſi.20.col.penul. verſi.circa ſecundum,& Iaſ.in l.ſi quis.col.2.in fi.de no.ope. nunc. videtur atteſtari hanc eſſe communem opinionem, & nouiſſime eidem ſententiæ ſubſcribere videtur etiam Roland.conſilio 77.viſo.numero 24.& ſequen.lib.2. qui etiam Alexan. in dictis locis in id citat, & nouiſſime vltra quam

plures

Source : BIU Cujas

plures ex prælegatis multas in id authoritates cumulat Ant.Gabriel.commu.concluſ.lib.2.de citatio.cõcluſ.1.nu.
206 77.verſic.12.amplia † quibus adde Bero.in conſi. 85. dicam breuiter.nu.22.lib.3.& Ruyn.in conſi.61.in lite. nu.28.lib.5. atteſtantem de commu. & Io.Baptiſta Ferret. in conſi. 118. in cauſa appellationis. numero 3. qui ſimiliter & hanc eſſe communem,& de ſtilo Ro.Cur. atteſtatur, prout eos refert licèt omnino non ſequatur nouiſſime Mandoſ.in tracta.de
207 inhibit.q.18. ſub numero 2. † Qui licèt ibidem ſub numer. 2.verſi.breuiter contrarium ſeruatur,videatur hanc opi.improbare, fundans ſe in eo, quod quotidie in curia ſeruatur, quòd ſimul, ac ſemel ſolet citatio cum inhibitione decerni, per hoc tamen à regula ſuprapoſita minime recedendũ
208 eſſe cenſeo:tum quia (circumſcripto ſtilo curiæ† qui variabilis eſt, & modo albus, modo niger appellatur ſecundùm Lap.alleg.51.& Caſſad.deciſ.7.contingit.nu.4.de reſcrip.)de iure videtur neceſſaria iſta citatio: tum quia quatenus etiã ſtilo adhærere velimus, ille non facit, quominus regula ſit affirmatiue concipienda: quoniam ſtilus prædictus ſuſtinetur altera ex limitationibus infra poſitis, vel quia inhibitiones ex officio in dubio fieri cenſendæ ſunt, vt ipſemet & recte ibidem nu.4.& 5.cõſiderat,& dicetur infra in 2.limi.nu.
218.vel quia ſemper in commiſſionibus ſolet apponi clauſula,cum facultate inhibendi,quæ facit, vt talis citatio non re
209 quiratur,vt infra in 3.limit.nu.219.†Retenta igitur ſupradicta concluſione pro regula illam amplia.

210 Primò, quòd in tantum hæc citatio requiratur † quòd ſi omittatur,inhibitio dicatur eſſe nulla,& non valeat,neque inducat nullitatem actus poſtea geſti ſecundum Marãt. vbi ſupra,nu.196.& nu.197.de quo, & nos aliquid dicemus infra in prima limit. principali regulæ proxime conſtituendæ in prin.nu.6. Quæ limitatio de iure procedere videtur, non autem de ſtilo Dominorum, ſecũdum quem inhibitio etiã ſine citatione emanata videtur valida reputata, & ideo in vna Oueten.canonicatus,& præbendæ coram. D. meo Oradino.16.Iunij.1572.in qua(cum dubitaretur,an inhibitio eſſet moderãda, & pro moderatione inter cætera allegaretur, quòd illa fuerat decreta ſine partis citatione) fuit dictum, quòd fundamentum defectus citationis Dominis non placebat,quia pars debebat appellare ab intimatione.

211 Secundò amplia † vt citatio huiuſmodi in inhibitione decernenda omitti non poſſit,etiam ſi eſſemus in cauſa modici præiudicij:nam propter modicitatem præiudicij nõ debet omitti,vt dicit eleganter Aret.in conſi. 75.diligẽter. col. 4.verſi.& quòd citatio partis.

Limita eandem

212 Primò,† vt regula procedat,& citatio requiratur,quando pars eſt præſens, ſecus ſi ſit abſens, vt declarat Rot. deciſ.26. aliàs.825.nota dic,de dol.& contum. in antiq. pro qua facit
213 illa vulgaris propoſitio.l.qui poteſt inuitis.ff.de reg.iur.† q̃ cum inhibitio poſſit fieri inuita parte, vt poſt Bal.& alios diximus ſupra in 4. quæſtio. nu. 108. poterit etiam ea abſente expediri.

214 Secundò, † vt ſimiliter citatio requiratur, quando inhibendum eſt ad inſtantiam partis, ſecus ſi Iudex ex officio velit inhibere, vt videtur eſſe de mente Alex. in conſi. 91. viſis.
215 nu.7.lib.2. † vbi hanc dicit communem, Quod ipſum etiã dixit Ruyn. poſt eum in conſi.61 in lite.nu.28.lib.5.Idemq; poſt Ruyn.in d.conſi.61.& Federic.de Sen.in conſ.300.factũ tale eſt.tenet etiam nouiſſime Mandoſ. in tracta. de inhibit. q.18.nu.5.& ita eſt intelligendum,quod aliàs dixit Alexan. in conſi.149.in cauſa inquiſitionis. nume.4. lib.6.dum vult,
216 † quòd ſi clericus ſit inquiſitus in curia ſeculari, & Iudex Eccleſiaſticus velit inhibere Iudici ſeculari, in actu huiuſmodi inhibitionis non requiri citationem Iudicis ſecularis,
217 ut latius ibi per eum. Et hanc limit.ampliãdo intellige † vt quatenus dubitaretur,vtrum inhibitio ex officio,vel ad partis inſtantiam ſit decreta ad illam ſuſtinendam in dubio interpretatio ſit facienda,q̃ ex officio emanauerit:ut per Mãdoſ.vbi ſupra ſub nu.4.verſi.& quatenus,

218 Tertiò,† quando Iudici eſt data in commiſſione facultas citandi,& inhibendi:quia tunc inhibet etiam ſine citatione partis,ſi credimus Bero.qui id dixit in quæſt. 124. quẽ refert etiam pro limit. ad hanc regulam nouiſſime Ant. Gabriel. commu. concluſ. lib. 2.de citatione, concluſ.1.numero 79.
219 verſic. ſecundo limita † licèt omnino ſequi non videatur: cum in contrarium alleget Lap.alleg 55.& Alexã. in conſi. 149.lib. 6. ſed vltra dicta ibi per eum pro declaratione huius contrarij aduertendum eſt,quòd Lap. id mihi non dicit, & Alex.intelligendus eſt,quando Iudex inhibet ex officio, vt ſupra proxime dictum eſt.

220 Quartò limita † vt regula non procedat, q̃n immineret peccatũ:tunc enim etiam ſine citatione inhibeẽ, vt poſt Caſſan.in conſi.1.nu.105.tradit idem Gabriel.vbi ſupra,nu.78.

221 Quinto,† quando eſſemus in inhibitione, per quã Iudex Eccleſiaſticus interdiceret ſeculari, ne executioni demandet conſtitutionem aliquam, quæ eſſet contra libertatẽ Eccleſiaſticam, ut poſt multos per eum allegatos ponit idem Gabriel.ibi nu.81.verſi.uno tamen caſu.

222 Sextò † ex intentione eiuſdem Bero.dicta q.124.in prin.vi detur limitanda, quando eſſemus in inhibitione decernenda vigore appellationis à grauamine:quia tunc ſi Iudici,cui fuit commiſſa cauſa appellationis, conſtet fuiſſe appellatũ per appellationem cauſam deuolutam,& ipſe iuriſdictionẽ habere,& exercere cœperit, tunc his concurrentibus etiam abſque partis citatione poterit inhibere ſecundum eum in
223 prin. ibi. † Cuius ſententiæ non videtur facile ſubſcribendum, cum præmiſſa cauſæ cognitio, quàm ipſe præſupponit,vix ſine partis citatione explicari poſſe videatur,quod ex preſſe firmauit Didac.practic.q.cap.24.nu.3.& quando pars coram Iudice eſt iam citata, facilius inhibitio concedi videtur,vt patet in inhibitione, quæ fit per Iudicem Eccleſiaſticum ſeculari,in qua decernenda voluerunt aliqui ſufficere, quòd pars corã Eccleſiaſtico ſit iam citata, vt annotauimus ſupra in tertia quæſt.nu.81.

Declara etiam regulam ſuprapoſitam,quòd licèt regula-
224 riter in inhibitione decernenda requiratur citatio † ille tamen citari debet, qui habet intereſſe in cauſa tãquam pars, non ſi alio nomine,& ideo ſi Iudex Eccleſiaſticus velit inhibere Iudici laico,ne ſe intromittat in aliqua cauſa,quamuis Iudex laicus aliquod poſſet prætendere intereſſe, ex quo cã coram eo pendebat:tamen non eſt neceſſe eũ citari, ut poſt Bald. in rub. C.de ſucceſſ.edicto tradit, & elegãter comprobat And.Barbat.in conſi.45.mandato,& iuſſu.nu.12.& ſeq. lib.1.Prout etiam ſi Iudex,ad quem velit inhibere, non erit neceſſarium citare Iudicem à quo, quamuis enim Iudex à quo poſſit prætendere aliquod intereſſe, vt ſcilicet ſua ſententia, ac proceſſus per eum factus ſuſtineatur: quia tamen
225 † regulariter Iudex à quo non eſt citandus,ut veniat ad defendẽdum ſuum proceſſum (vt eſt commu.opi.de qua poſt Innoc in c.ſit noſtra nu.9.de procur.& in c. cum ſpeciali.§. fin.,& ibi quoque Abb.& Imo.de appellat. teſtatur proſper Carauit.Ritu.160.nu.13.vbi eleganter hoc dictum declarat) non eſſet opus regulariter illum citare ad videndum inhiberi, niſi in illis caſibus, in quibus ille de iure eſſet citandus, quos ponit Carauit.vbi ſupra nu.14.

His ad intelligentiam neceſſario præmiſſis. Nũc propius ad materiam attentatorum poſt inhibitionem deſcẽdendo eam pro commodiori apprehenſione per uiam regulæ,& limit.explicabimus.Sit itaque.

226 Regula † quòd geſta poſt inhibitionem ſunt attentata,& ex priuilegio attentatorum ueniunt in primis, & ante omnia reuocanda.Quæ regula expreſſe probatur in c.non ſolũ. in fi.& in c.Romana.§.quod ſi obijciatur.de appella. in 6.& per dicta,& alia iura ponit Rot deciſ.20.aliàs. 130. ſi poſt inhibitionem.de appellatio.in no.& deciſ.31.aliàs.193.ſi ab ex
227 communicatione.eo.tit.in no.† Hinc ad propoſitum dicebat Alexan.in conſilio 89.ſub numero 9.verſi. ſed tamen.in dubitatum eſſe, quòd proceſſus poſt inhibitionem factus
228 eſt nullus, & Deci. in conſilio 103. in princip.lib.1. † quòd facta inhibitione, quicquid factum fuerit, debet tanquam attentatum reuocari. Quod etiam pro regula poſt Deci. in dicto conſilio 103. videtur tenere etiam Rota moderna, ut patet in recollect.Paleott.deciſ.207.dubium.ad fin.& deciſ. 264.extabat.in fi.& ſimiliter dicebat Roma.in conſilio 330.
229 circa primum.colum.2.verſic.quò ad ſecundum † quod re tractationi ſubijcitur id, quod quis agit poſt inhibitionem ſibi factam ab eo,qui legitimè iuriſdictionẽ exercet. Quod & nouiſſime poſuit Oſaſc.in deciſ.Pedemon.5.certa die.ſub
230 nu.1. † inhibitio enim ſiue iuſta,ſiue iniuſta eſt timenda,vt dicit Rot.deciſ.26.aliàs.307.nota quòd audientia.in fi.de appella.in antiq.de quo aliquid etiam dicemus infra in 11.ampliat.Quæ regula pluribus poſſet Docto. authoritatibus cõ probari, ſed cum res adeo per ſe clara ſit, vt id ſuperfluum omnino videatur,omiſſis non neceſſarijs ad explicationem materiæ attentatorum poſt inhibitionem deueniendo.

Ampliatio I.

S M M A R I V M.

1 *Iuhibitio facit actum illicitum,qui aliàs fuiſset facienti licitus.*
2 *Iudex datus cum clauſula, appellatione remota, licèt de facto ab eo appelletur,poteſt licite ſuam ſententiam exequi.*
Niſi fuerit ſibi inhibitum.nu.3.
4 *Iudex, cuius fuit onerata conſcientia, poteſt pendente appellatione licite ad executionem ſuæ ſententiæ deuenire.*
Non tamen poſtquam fuerit inhibitus,ut nu.5.
6 *Iudex à quo friuole fuit appellatum,poteſt ultra in cauſa procedere.*

Præter-

Source : BIU Cujas

Præterquam si fuerit inhibitus.num.7.
Idem si appellatio aliàs non esset legitima.nu.8.
Vel esset euidenter iniusta.num.9.
10 *Processus iudicis, à cuius interlocutoria est appellatum valet.*
Nisi fuerit inhibitus.num.11.
12 *Gesta post appellationem extraiudicialem non sunt ipso iure nulla, sed annullanda.*
Nisi interceſſerit inhibitio, quia tunc sunt ipso iure nulla. nu.13.
14 *Processus factus appellatione pendente valet, quando sumus in notorio.*
Nisi superueniat inhibitio.num.15.
16 *Iudex potest pendente appellatione suam interlocutoriam reuocare.*
Præterquam si sit inhibitus. nu.17.
18 *Executio sententiæ latæ in possessorio etiam pendente appellatione fieri potest.*
Nisi subsecuta fuerit inhibitio.num. 19.
20 *Processus factus per iudicem à quo fuerat appellatum sed post decem dies, qui dantur ad appellandum, dicitur validus.*
Nisi iudex dictæ appellationis inhibuerit.num.21.
22 *Iudici cui causa fuit remissa, etiam si à remissione sit appellatum potest in causa principali procedere.*
Nisi iudex dictæ appellationi sibi inhibuerit. nu.23.
24 *Testes senes & valetudinarios potest iudex à quo etiam pendente appellatione examinare.*
Quod tamen sibi denegatur, postquam fuit sibi inhibitum.nu.25.
26 *Possessionem lite pendente transferens, si condemnatur in fructibus, non tenetur ad eos, quos vere non percepisse probauerit.*
27 *Nisi translatio fuerit facta post inhibitionem.*
28 *Executor datus in literis pensionis potest etiam lite pendente super nullitate pensionis cogere ad soluendum.*
Nisi sit inhibitus. num.29.

AMpliatur nunc prædicta regula quamplu-
1 ribus modis, &
Primò; † vt procedat, etiam si actus, qui diceretur gestus post inhibitionē, fuisset aliàs, antequam inhiberetur facienti licitus: inhibitio enim facit illum illicitum. Cuius rei exē-
2 plum illud in primis esse potest † ꝙ licèt iudex datus cum clausula, appellatione remota, si ab eo de facto appelletur, possit pendente hmōi appellatione licite, & citra uitium attētati ad executionem suæ sententiæ deuenire, ad no. per omnes in cap. pastoralis. de appellat. & diximus latius supra in hac 2. parte cap.12. de attentat. appellat. pendente, in 8. limit.
3 princip. in princip. † si tamen iudex, cui fuerit dicta causa appellationis commissa sibi inhibuerit, ultra sibi non est licita dicta executio: ut annotauimus in dicta 8. limit. in 2. sublimi. num.9. post Franc. in dicto cap. pastoralis. num.5. & alios ibidem allegatos. Huc etiam referri potest † quod aliàs diximus, ꝙ licèt iudex, cuius fuit onerata conscientia, possit licite non obstante appellatione sententiam exequi, ut pro regula firmauimus supra in dicto cap.12. de attent. appellatione
5 pendente in 10. limitat. princip. in princ. † id tamen sibi denegatur, postquam fuerit inhibitus, ut post Card. annotauimus ibi in 4. sublimitatione regulæ ibi positæ, num.14. A quibus non multum distat, quod etiam posuimus supra in eo. cap. 12. in 6. limit. princip. in prima sublimit. ibi assignata, num.
6 15. † ꝙ iudex à quo friuole fuisset appellatum non potest ul-
7 tra in causa procedere † postquam fuit inhibitus, præsertim secundum stilum modernæ Rotæ, licèt ante inhibitionem id sibi licuisset, ut per multa deduximus ibidem in princ. dictæ 6. limit. num.1. & seq. Quod non solum procedit in casu
8 friuolæ appellationis † sed & in casu, quo appellatio uel nō esset legitima, de quo specialiter loquitur Franc. in cap. ut debitus, uers. quia autem. sub num.47. de appell. † Vel esset euidenter iniusta, de quo loquitur Guid. Pap. decis. 213. statu. qa licèt his casibus iudex potuisset licite procedere post inhibitionem: tamen non potest, ut no. Fran. ubi supra, & addit. ad
9 dictam decis. Guid. Pap. Quæ ampliatio efficaciter ꝯfirmatur
10 ex eo, quod habetur in c. non solum. in fi. de appel. in 6. † ꝙ licèt processus iudicis, à cuius interlocutoria est appellatum
11 ēt post huiusmodi appellationem factus ualeat, vt teneat † si tñ fuerit facta sibi inhibitio, illa iudicis prædicti processum omnino illicitum, & nullum reddit, quod & nos latius annotauimus supra ca. 12. de attent. appellatione pendente, in prima limit. princ. post princ. num.6. ubi deduximus, regulariter talem processum non subiici vitio attentatorum, & ibidē in 8. limit. regulæ ibi positæ num.101. prædicta sublimitando declarauimus non procedere, quando subsecuta est inhibi-
12 tio. † Ex efficacia ēt inhibitionis illud prouenit, quod alias legimus, ꝙ licèt gesta post appellationem extraiudicialē regulariter non sint ipso iure nulla, sed per sñiam annullanda ſm Rot. decis. 44. aliàs 344. licèt de appel. in no. Fran. in c. bonę.
13 sub num.33. de appel. † si tamen interceſſerit inhibitio, dicū tur esse ipso iure nulla, ut no. idem Franc. in dicto cap. bonæ.
14 num.40. uers. septima conclusio. † Sic & qñ sumus in notorio iudicis, processus etiam pendente appellatione factus tenet, ad no. in c. Romana. §. si autem. de appel. in 6. & latius deduximus supra cap.12. de attent. appellatione pendente, in 9.
15 limit. prin. in princ. † ꝙ si ultra appellationis pendentiam superueniat ēt inhibitio, talis processus dī inualidus, illicitus, & attentatus, vt no. omnes in dicto §. si autem. & diximus ibidē in 2. sublimitatione, num.9. † Coadiuuantur prēmissa ex his, quæ ponunt Doct. in d.c. cum cessante, præsertim Franc. nu.
16 16. dum fuerunt aliqui in ea opinione, ꝙ licèt iudex, à cuius interlocutoria est appellatum, valeat suam interlocutoriam
17 reuocare † id tamen sibi nullatenus liceat, postquam fuerit inhibitus, de quo latius fuit dictum supra cap.9. de attent. appel. pend. in prima limit. princip. in 3. sublimit. primæ regulæ in ea positæ num.21. uersi. tertiò nisi sit inhibitum. His accedit † ꝙ quamuis iudex qui pronunciauit in possessorio, possit regulariter non obstante appellatione interposita ad vlteriorem executionem procedere iuxta ea, quæ pleniſſime diximus in hac materia possessorij supra eodem cap.9. de attēt. appellatione pendente 25. limit. princ. num.1. & multis sequ.
19 subsecuta tamen inhibitione id sibi denegatur, vt dictum est in 28. sublimit. dictæ 25. limit. princip. num.300. Prout etiam
20 † processus iudicis inualidatur, quando procedit post inhibitionem emanatam vigore commissionis appellationis inter positæ post decem dies à die recitationis sententiæ: quamuis enim hoc casu regulariter processus: ualeat, quando appellatum fuit post decem dies, ut declarauimus supra in quinquagesima limit. princ. de attent. appel. pend. num.32. † si tamen
21 sit subsecuta inhibitio, reputatur inualidus, ut ibidem annotauimus in prima limit. regulæ ibi positæ num.113. His proxi-
22 mum est † quod dixit Rot. decis.1. aliàs.138. si appellatur. de offic. deleg. in no. ꝙ licèt iudex à quo (postquā iudex ad quē remisit causam ad eum) possit non obstante appellatione à
23 dicta remissione procedere ī causa principali † si tñ iudex ad quē, cui huiusmodi appellatio a remissione fuit commissa, sibi inhibuerit, post inhibitionē sibi ultra in cā principali pro-
24 gredi non est licitum, quibus concordat, quod dicitur † ꝙ iudex à quo pōt pēdente appellatione examinare testes senes, & valetudinarios, ut post alios deduximus supra cap.9. de attent. appel. pend. in 38. limit. princ. † quod tamen sibi denega-
25 tur, postquam fuit inhibitus, ut etiam ibi annotauimus n.7. Sic etiam nouissime ob inhibitionis efficaciam Rota in una
26 Perusin. bonorum sub die 14. Iunij 1549. concluſit † ꝙ licèt transferens possessionem lite pendente condemnatus in fructibus non teneatur ad fructus, quos vere non percepisse probauerit, ut est in recollect. Put. decis. 4. inc. ille qui, sub rub. de
27 fructibus damn. & interess. † si tñ huiusmodi translatio possessionis fuerit facta post inhibitionem: tunc ꝙdemnatus tenet ad omnes fructus, ut est in recollect. eiusdem Put. decis. 5. inc. fuit tñ. sub rub de fructibus damn. & interess. Cui in hoc vī ꝙcordare alia decis. Acchil. de Graff. ut est in recollect. suis de cis. 140. incip. fructus perceptos. sub rub. de fructibus. Quibus accedit id quod notabiliter dixit Hier. Gig. in tracta. de pen-
28 sio. q.69. num.4. ꝙ † licèt commissa causa nullitatis pensionis cum clausula, sine retardatione &c. executor datus in literis reseruationis possit etiam hac lite pendente compellere ad pensionem soluendam: id tamen sibi minime licebit, si fuerit per iudicem inhibitus, ut latius ibi per eum. Ex quib. omnibus satis super (vt reor) deductum est, id quod supra probā dū assumpsimus. videlicet, quòd multa p inhibitionem fiunt illicita, quæ aliàs fuissent facienti licita, & consequenter satis est hæc prima ampliatio comprobata, ut regula nostra procedat etiam si actus post inhibitionem factus fuisset aliàs facienti licitus.

Ampliatio II.

SVMMARIVM.

1 *Processus, qui factus post inhibitionem erat ab initio nullus, non conualescit, etiam si appellationi, cuius vigore fuerat inhibitum, tacite, uel expresse fuerit per appellationem renunciatum.*

1 SEcundò Ampliatur † ut procedat, ēt si appellationi, cuius uigore emanauerat inhibitio, fuerit p appellantem tacite, uel expresse renūciatum; qa per talem renunciationē processus, qui ex eo quod erat factus post inhibitionem, erat ab initio nullus, nō ꝙualescit, ut est in terminis decis. Rot. 20. aliàs. 130. si post inhibitionē. de appell. in no. cuius authoritate id ēt tenuerit Boer. dec. 256. vtrū appellās. n.3. & Didac. pract. q. c.24. sub n.3. vers. 4. & inhibitio. vbi ad hoc citat ēt Lap. alleg. prima, ī fi. & Dom. in c. ꝙcertationi. de app. in 6. & Frā. in c. nō solū. §. illa ī j. not co. tī. 16 q̄is re vera Lap. ī dicta. alle. j. ī fi. dū

Source : BIU Cujas

loquitur de renunciatione, non loquitur de attentatis post inhibitionem (qui est casus noster) sed de attētatis post appel lationem. Hanc ampl. post Rot. ubi supra secutus est etiam Aug. Bero. in cons. 114. circa sub nu. 6. lib. 3.

Ampliatio III.

SVMMARIVM.

1 *Executio facta post inhibitionem emanatam vigore commissionis restitutionis in integrum ad appellandum dicitur attentata, etiam si fuisset facta vigore rei iudicatæ.*
2 *Carceratio, & alij actus post inhibitionem facti dicuntur attentati etiam si fiant vigore brachij secularis.*

1 ITerò Ampliari potest † vt procedat, etiam si sententia transiuisset in rem iudicatam, & uigore rei iudicatæ fuisset facta executio, dummodo aduersus dictam rem iudicatam fuerit petita restitutio in integrum ad appellandum, nam si vigore huiusmodi commissionis fuisset inhibitum, executio prædicta etiam vigore rei iudicatæ facta, uti attentata veniret reuocanda, vt est decis. Rot. 51. aliàs 379. si committatur, post princ. vers. & ideo fuit conclusum, de appell. in no. Quæ ampliatio, quatenus de facto hoc casu præsupponeretur factam fuisse inhibitionem, de plano procedere potest, sed uice versa non est dicendum, quòd stante restitutione ad appel landum si non fuisset facta inhibitio, executio rei iudicatæ esset bona, & valida; quia etiam circumscripta inhibitione talis executio subiiceretur vitio attētatorum, vt annotauimus supra cap. 14. de attent. pend. restit. in integrum ad appellandum, in prima ampliatione ibi posita, nu. 20. Pro ampliatione tamen fa. id, quod fuit resolutum in una Portugalien. de fogliada corā D. meo Oradino. 19. Octobris. 1565. in qua
2 † cum post inhibitionem Rotalem fuisset in partibus processum ad carcerationem, & alios multos actus, & uellet attentans se ab eis excusare: quia fecerat uigore brachij secularis, Domini tenuerunt omnia esse attentata ea ratione; quia poterat commissio (cuius vigore fuit inhibitum) reformari, prout etiam diximus supra ca. 4. de attentatis lite pend. in 3. ampliatione primæ illationis regulæ ibi positæ num. 305. ꝙ nec etiam vigore literarum executorialium lite pendente capta possessio excusatur à vitio attentatorum.

Ampliatio IV.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio etiam tacita facit attentata.*
2 *Inhibitio tacita resultat ex auocatione causæ, quam princeps ex certa scientia facit, quo casu princeps & iudici, & partibus inhibere videtur.*
3 *Et insuper quando appellatur à diffinitiua; quia tunc ius inhibet.*
4 *Inhibitio alia iudicis non est necessaria, quando ius inhibet, quia præsumitur iudex hoc casu tacite inhibere.*

1 QVarta † videtur etiam posse accōmodari ampliatio, vt non solum regula procedat in inhibitione expressa, uerum ēt in inhibitione
2 tacita † prout est illa, quæ resultat ex auocatione causæ, quam ad se princeps ex certa scientia facit; qm̄ per hmōi auocationem vr̄ Princeps iudici, & partibus inhibere. ut tradit Rot. decis. 3. aliàs 11. fuit dubitatum. in 3. additione sub vers. sed pone de
3 appel. in no. † quinimmo, & in quolibet iudice, quando fuit appellatū à diffinitiua, quo casu ius inhibet, ut ibi dicit Rot.
4 vr̄, ꝙ hæc tacita inhibitio possit considerari † quia quando ius inhibet, non est necessaria alia iudicis inhibitio secundū Saly. in l. appellatione. nu. 9. q. pen. C. de appell. sed iudex hoc casu præsumitur tacite inhibere, ut post Saly. ubi supra tradit Vital. ī tractatu de clausul. in clausula, nil nouar. appell. pēd. num. 26. vnde cum inhibitio (vt præferturj hoc casu à iure habeatur in ꝯsideratione, non vr̄ ratio diuersitatis, quare & ipsa non habeat causare attentata. Immo Doct. qm̄ loquuntur de hac tacita inhibitione, dicendo ꝙ ius inhibet, ut plurimum allegant. c. non solum. de appell. in sexto, & dictam l. appellatione, & rubr. nil nouar. appell. pend. quorum iurium dispositio proculdubio est talis, quæ causat attentata, vnde ita ēt dicendum est, ꝙ attentata causet etiam illa inhibitio, quæ tacite ex dispositione illorum iurium resultat.

Ampliatio V.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio etiam per assertum procuratorem obtenta tum cautione de rato afficit, & facit attentata.*
Secus si procurator sit reuocatus, aut falsus, vt infra nu. 3.
2 *Procurator etiam assertus inhibet notario extrahenti processum parte non citata.*
4 *Sententia per falsum procuratorem obtenta non ualet.*
5 *Et potest etiam vsque ad mille annos dici de eius nullitate.*

1 QVintò Amplia † vt procedat, ēt si inhibitio fuisset obtenta p assertū procuratorē, cum cautione tn̄ de rato: qa ēt talis inhibitio afficit, & ꝙsequenter causat attētata, ut ī una Taruisina pensionis coram Peregrino sub die 18. Iunij inter Cardinalem Pisanū, & Camillum de Rubeis tenuit Rot. ut est decis. ī recoll. Put. 24. inhibitio obtenta, sub rub. ut lite pend. & alia eiusdem Put. 24. in eadem cā sub rub. de fide instr. q̄ refert, & sequit ēt nouissime Mandos. in tractatu de inhibit. q. 26. & alia in recollect. Caputaq. par. 2. decis. 43. inc. ratificatio, & alia eiusdem 50. & ita ēt fuit nouissime tentum in vna Calaguritana translationis coram Sarmiento 23. Ianuarij. 1570. per decis. Acchil. 5. sub rubr. de attent. Cuius decis. coraz Peregrino authoritate in eandem sn̄iam inclinauit ēt Rot. in una Senogalien. parochialis de Mondulfo coram D. meo Oradino sub die 9. Iunij. 1559. Et ideo ēt in una Biuntina corā A. Au-
2 gustino fuit aliàs dictum † ꝙ ēt per assertum procuratorem pōt fieri inhibitio notario extrahenti processum non citata parte: ut est in recollect eiusdem, decis. 311. incip. A. Augusti-
3 nus lib. 3. † secus tn̄ uideretur dicendum, si fuisset obtenta p procuratorem reuocatum; cum non uideatur, ꝙ is agere possit ꝯ uoluntatem principalis, Aut per falsum procuratorem;
4 † quoniam nec sententia per falsum procuratorem obtenta
5 ualet † & potest etiam usque ad mille annus dici de eius nullitate, ut post Bal. in l. 2. C. si ex fals. instr. tradit Stefan. Bertrād. in cons. 192. multa sunt. nu. 9. lib. 2.

Ampliatio VI.

SVMMARIVM.

Executio etiam facta uigore literarum executorialium & brachij secularis legitime obtenti dicitur attētata, si fiat post inhibitionem.
Etiam si fieret vigore trium conformium: ut nu. 3.
Et reuocatur, nedum per uiam iniustitiæ uerum etiam per uiam attentati. num. 4.
2 *Inhibitus potius debet commissionem reformare, quàm deuenire ad executionem brachij secularis per eum obtenti.*

1 EXtò Amplia † ut gesta post inhibitionem sint nulla, & attentata ēt si sint facta uigore literarū executorialiuz, & brachii secularis legitime obtenti, ea rōne, † qa habens hoc casu brachiū se-
2 culare, si sit inhibitus, potius dēt commissionē reformare, q̄ ad executionem deuenire, ut fuit tentum ī vna Portugalien. parochialis della salada coram D. meo Oradino sub die 19. Octobris 1565. qđ & antea in alia Toletana matrimonii corā eodē Orad. tenuisse vr̄ Rota sub die 8. Nouemb. 1555. fa. ad hanc ampl. quæ de possessione vigore executorialium capta diximus s̄ c. 4. de attent. lite pend. in præfatione ī prima illatione. nu. 305. Quod procedit † ēt si executoriales
3 emanassent uigore trium ꝯformium, prout p̄supponebatur in facto in una Toletana matrimonii coram D. meo Orad. 24. Ianuarii. 1556. in qua licèt ad excusandam ab attētatis executionē factam vigore literarū executorialium illis non reproductis iuxta stilum apud acta allegaretur, ꝙ dictus stilus nō habebat locum, qn̄ executio fieret vigore triuz ꝯformiū, Dn̄i tn̄ tenuerunt pro attentatis. Quæ ampliatio adhuc ampliari pōt, vt procedat, ēt si executio post inhibitionē fieret uigore specialis commissionis, in qua iudici à quo committeretur, ꝙ sn̄iam exequeretur, quatenus Aegidianæ locus esset; qm̄ licèt videretur dicendū, ꝙ (si iudex hoc casu forte opinatus fuerit esse locum Aegidianæ & male) sn̄iam exequat, non diceretur attentare; qa princeps, & habēs causam ab eo nō attentat, ut diximus supra c. 4. de attent. lite pend. in 12. limit. princ. tn̄ in ꝯtingentia facti Dn̄i tenuerunt ꝯrium in vna Parmen. bonorū coram Caputaq. 15. Februarii. 1555. in qua
4 tenuerunt talem executionē esse reuocandam † nedum per viā iniustitiæ, sed ēt p uiam attentati, postquam p iudicē ad quē fuit detectū, ꝙ Aegidianæ locus non esset, ut colligit ex allegatis ī dicta cā, vbi ad illud de Principe rn̄debatur, ꝙ nō est simplex, & pura commissio de exequendo, sed qualificata, vt admonuimus ēt infra proximē ī 12. limitat. huius cap.

Ampliatio VII.

SVMMARIVM.

1 *Processus factus post inhibitionem non conualidatur per pronunciationem iudicis ad quem, qui declaret male appellatum, & bene processum.*
Sed solus processus factus ante inhibitionem. nu. 2.
3 *Attentata dicuntur omnia facta post inhibitionem, etiam si appellatio non sit iustificata.*

Septimò

Eptimò Amplia † ut gesta post inhibitionem sint nulla, & inualida, etiam si per iudicem ad quem, qui inhibuerat, pronuntietur male appellatum, & bene per iudicem a quo processum; quoniam per talem pronunciationem non ua-
2 lidatur processus factus post inhibitionem † sed solum processus per eum factus ante inhibitionem: ut est decis. Rot. 58. aliàs 412. si appelletur de appellat. in no. quod etiam (licèt dubitanter) videtur sequi Didac. pract. quæst. c. p. 24. sub num. 3. uers. quintò idem erit &c. fa. quod aliàs dixerunt Domini † ꝙ facta post inhibitionem omnia sunt attentata, etiam si appellatio non sit iustificata, ut est in recoll. Acchil. de Graff decis. 27. attentat. sub rub. de attent.

Ampliatio VIII.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio facit attentata, etiam si in certis casibus fuerit decreta sine partis citatione.*

1 OCtauò Amplia † ut procedat, etiam si in decernenda inhibitione fuisset omissa citatio; quia in certis casibus etiam sine citatione decreta inhibitio causat attentata, prout quando iudex ex officio inhibet, uel pars est absens, & aliis casibus quos latius sub sex limitationibus complexi sumus supra in præfatione. q. 5. num. 203. & sequ.

Ampliatio IX.

SVMMARIVM.

1 *Iudex nedum partes inhibitæ, si inhibitioni contrauenerint, declarari possunt incidisse in pœnas in inhibitione contentas.*

1 ONò Amplia † ut in tantum inhibitio sit attenda, ut non solum partes ipsæ litigantes, sed etiam, & ipsi iudices si inhibitioni contrauenerint, declarari possint, incidisse in pœnas in inhibitione contentas, ut fuit dictum in una Cæsaraugustana status coram Thoma de Thanis sub die 22. Maij 1546. ut est decis. in recollect. Put. 12. Iudex qui contraue. nit inhibitioni, sub rubr. de iudicijs, & in recollect. A. Augustini decis. 244. incip. Thomas. lib. 3. Quod etiam in propriis terminis attentatorum iudicandum fore consuluit nouissime Minsinger. in consil. 8. primæ decad. incip. ad decisionē.
2 in fi. num. 20 ubi dixit, iudices † contra inhibitionem in casu suo attentātes in decem marchas auri puri, & alias pœnas in inhibitione contentas condemnari debere pro dimidia fisco, & pro alia dimidia appellanti soluendas & applicandas una cum refusione expensarum.

Ampliatio X.

SVMMARIVM.

1 *Attentata post inhibitionem non solum sunt de facto reuocanda, quatenus de facto processerunt, sed immo quoad ius sunt ipso iure nulla.*
Quod videtur uerius, ut infra num. 3.
2 *Licèt aliqui contra senserint, uolentes talia non esse nulla, nisi fuerit in inhibitione apposita clausula annullatoria.*
4 *Inhibens, eo ipso quòd inhibet, uidetur uelle, quòd si contra fiat, actus non ualeat.*
5 *Iudex ubicumque facit contra prohibitionem hominis inhibentis, uel aliquid mandantis, actus est ipso iure nullus.*
6 *Inhibitio dicitur esse implicita in decreto irritanti, & econtra.*
7 *Processus & acta facta lite pendente; quia sunt ipso iure nulla, non dicuntur releuantes ad effectum obtinendi compulsoriales speciales, uel remissoriam.*

2 ram D. de Rubeis. 10. Aprilis 1562. † Sicut dicitur regulariter de regulis Cancellariæ, vt post Anchar. Card. Rom. Ias. & De ci. dixit Alciat. in consi. 25 non uidetur. num. 5. lib. 5. Et simi liter de ipsis decisionibus Rotæ, quæ non faciunt ius præsertim in partibus, nec decidunt causas tanquam leges, sed prout magistrales doctrinæ aliorum Doct. ut post Card. & alios. in cap pastoralis. de fide instrum. tradit Ioann. Bapt. Ferret. in consi. 52. Dominus Antonius. num. 5 lib. 1. vbi ita etiam com
3 muniter teneri attestatur. Et expresse † quòd extra Rotam inhibitio, quando non est iusta, non faciat attẽtata, dixit Cot
4 ta in recoll. suis decis. 204. Limitatur † ut non procedat regula supra posita, quãdo inhibitio non fuisset canonica, ad tex. qui hoc ad literam dicere videtur in dicto cap. non solum. ad fi. ibi canonice &c. de appellat. in 6. puta quando sine causæ cognitione, & partis citatione inhibitio fuisset decreta
5 † Canonica enim inhibitio † iuxta communem omnium
6 sententiam ut testatur Didac. pract. quæst. cap. 24. num. 3. ea esse dicitur quæ facta fuit præuia causæ cognitione, & citata parte, vt per eum, qui alios allegat, quibus adde Rot. decisio. 58 aliàs 412 si appelletur. num. 2. de appellat. in no & fa. deci. 75. aliàs 357. nota quòd attentata, de appellat. in antiq. & Paris. consi. 172. in causa. num. 15. lib. 4. & Marant. in specul. in 3. parte sextæ partis principalis. q. 2. sub num. 196. & Roland. in consi. 77 uiso num. 24. lib. 2. Ruyn. in cons. 61. in lite. num. 28 lib. 5. vbi alios allegat, & ex recentioribus Osasc. decis. Pedem. 5. certo die. sub num. 7. uersic. non obstant in ꝓrium adducta, ubi præter præallegatos in id citat etiam Felyn. in cap. dilectus. el 2. num. 24. extra de rescript. & Vital. in tracta. de clausul. in clausul. nil noui. appel. pend. num. 3. † Vel quando in
7 hibitio esset ꝓ ius; quoniam & ipsa tanquam non canonice facta non inducit nullitatem actus contra eam gesti, & con
8 sequenter non causat attentata † etiam si ab huiusmodi decreto inhibitionis non fuisset appellatum, ut post Abbat. in cap. cum venissent. in 4. notab. de restitut. in integrum, tradit Deci. in consi. 460 viso num. 20. lib. 3. Paris. consil. 108. de bono iure. num. 11. & sequ. lib. 1. & Roland. in dicto consi. 77. nu.
9 26. Et non solum quando est ꝓ ius commune, uerum † etiã si sit contra formam alicuius statuti à Papa confirmati, quia cum appellatio hoc casu sit nulla, inhibitio quoque eius uigore emanata nulla dicitur, & nullum debet operari effectũ
10 secundum Corn. in consi. 25. attentis litera C. lib. 3. † Vel quã do inhibitio esset friuola, seu vigore friuolæ appellationis decreta: nam & ipsa, quasi minus canonicè decreta manus iudicis à quo non ligat, ut sensit Rot. dicta decis. 58. aliàs 412. si appelletur, de appellat. in no. & tradit Mil. in uerb. appellatione in curia interposita, in fi. fol. 8. Paris. in dicto consil. 108. num. 9. & nume. 21. cum alijs latius adductis supra in hac 2. parte. cap. 12. de attent. appellat. penden. in 6. limit. princip. limit. 1. num. 15. Quamuis hoc non sit sine aliqua dubitatione, præsertim attento stilo modernæ Rotæ secundum ea quæ post
11 Franc. Aufrer. & Guid. Pap. latius ibi diximus. † Vel quando aliàs de nullitate appellationis constaret: nam & tunc inhibitio tanquam non canonica non causat attentata: vt est decis. Rot. 75. aliàs 357. nota quòd attentata, de appella. in antiq. Aegid. decis. 219 in causa Domini Gulielmi, & Vestr. in praxi. Ro. cu. lib. 8. ca. 4. sub num. 16. sub vers. & quamuis qui attentata, & propterea videmus, quòd licèt iudex non possit suam interlocutoriam reuocare, si sit inhibitus, ut diximus supra cap. 12. de attent. appellat. penden. in prima limit. princip. num. 21. † si tamen inhibitio non fuerit legitima, etiam
12 post inhibitionem, & illa non obstante potest suam interlocutoriam reuocare. ut post Marant. in specul. in 3. parte sextæ partis principalis q. 2. num 196. declarauimus in dicta prima limit. num. 22.

Limitatio II.

SVMMARIVM.

1 *Attentata non dicuntur ea, quæ fiunt post inhibitionem moderatam, & reuocatam.*
2 *Dilatione pendente non dicitur attentari, post quam fuit reuocata.*
Sic nec relatione pendente, quando relatio fuit reuocata. nu. 3.
Nec etiam consilio sapientis pendente si iudex remissionem ad consiliũ sapientis reuocauit, nu. 4.
5 *Inhibitio moderata, seu reuocata regulariter non facit attentata.*
Nisi reuocatio fuisset nulla, vt infra num. 20.
Etiam si reuocatio esset tacita, prout est illa, quæ resultat ex remissione causæ facta per iudicem ad quem iudici à quo, num. 6. &
Etiam si inhibitio non fuerit actualiter moderata, sed duntaxat pars petierit illam moderari; quia per hanc petitionem videtur quis sibi præiudicare, vt ille non possit dare de attentatis, ut num. 7. &
Etiam si inhibitio non fuisset actualiter moderata, sed de iure veniret moderanda, prout est, quando clare constat de bono iure illius, qui prętenditur inhibitioni contraueniſſe, ut nu. 8. &
Etiam si ab huiusmodi reuocatione fuisset appellatum, vt infra. num. 15.
9 *Moderanda est inhibitio, & circa reuocationem attentatorum supersedendum, quando clare constat de bono iure illius, qui dicitur post inhibitionem attentasse.*
10 *Tex. in l. prætor ait. in prin. ff. de nou. oper. nunc. declaratur.*
11 *Inhiberi dicitur per nunciationem noui operis, & si quid fiat post nunciationem per viam attentati reuocatur.*
12 *Satisdatio nunciationem noui operis ad eum statum redigit, ut nunciatio sit remittenda.*
Quæ satisdatio operatur non solum, quando statim post nunciationem offertur, verum etiam si offeratur inde ad tres menses, nu. 13.
Etiam si nuncians offerat se incontinenti probaturum, quòd nunciato ius ædificandi non competit: ut nu. 14.
15 *Inhibitio reuocata non facit attentata, etiam si ab huiusmodi reuocatione fuerit appellatum.*
Licèt aliqui contra, ut num. 16.
Nisi per tertium iudicem, cui fuit commissa causa appellationis, à dicta reuocatione fuisset expresse inhibitum, num. 17.
18 *Iudex, qui inhibitionem reuocauit, si à sententia reuocationis fuit appellatum, potest suam reuocationem inhibitionis reuocare.*
19 *Vicarius Episcopi, qui inhibuit iudici seculari, ne instrumentum quasi vsurarium exequatur, si pronunciet instrumentum non esse usurarium (& sic reuocet suam inhibitionem) & ab eo appelletur, potest suam reuocationem reuocare, & iterum seculari mandare, ut in exequendo supersedeat.*
20 *Inhibitio & illius effectus, etiam post reuocationem durat, quando reuocatio fuisset nulla, & inualida.*
21 *Citatio nulla non inducit litis pendentiam.*
22 *Lis quando est nulla, non facit attentata.*
23 *Appellatio nulla non facit gesta contra eam subijci vitio attentatorum.*
24 *Moderatio inhibitionis an differat à reuocatione, remissiue.*
25 *Moderatio prædicta ex quibus causis fiat, remissiue.*
26 *Citatio partis, & causæ cognitio an sit adhibenda in moderatione, inhibitionis, remissiue.*
27 *Moderatio inhibitionis non concederetur ex eo solum: quia in ea decernenda non fuisset pars citata.*
28 *Inhibitio moderanda est, quando inhibitus haberet bonam possessionem.*
29 *Possessio bona dicitur ad effectum obtinendi moderationem inhibitionis, quando capta sine mandato, fuisset tamen per dominum ratificata.*
30 *Inhibitio similiter venit moderanda, quando ante eam executio erat taliter cœpta, ut uirtualiter diceretur perfecta.*

SEcundò limitatur regula supra posita quando
1 † inhibitio fuisset reuocata, uel moderata, gesta enim post inhibitionem moderatam non uidẽtur posse dici attentata; quia cum per reuocationem cesset inhibitio, quę causabat attentata, quasi cessante causa cessant & ipsa attentata, ut sensit Rot. in decis. 3. aliàs 138. si appellatur. de offic. deleg. in no. quod & in
2 simili in materia nostra comprobatur † nam licèt aliàs dilatione pendente nihil sit innouandum. l. siue pars. C. de dilatio. c. significante. de appellat. si tamen dilatio de consensu partis fuerit reuocata, poterit innouari, ut diximus post Frãc. supra in hac 2. parte, cap. 7. de attent. dilat. pendente, limit. 2.

num.

Source : BIU Cujas

3 num. 11.† Sic etiam poſt reuocationem relationis alicuius cauſæ ad Principem factæ iudex valide procedit, vt diximus ſupra cap.8.de attent.relatione pendente limit.1.num.14. Li cèt ſecus dicendum ſit ante reuocationem, ut latius diximus 4 ibi in princ. Sic† etiam licèt pendente conſilio ſapientis regulariter geſta ſint attentata per ea, quæ late diximus ſupra cap.9.de attent.conſil. ſapientis pendente in princ. ſi tamen iudex ſuam interlocutoriam (qua pronunciauerat cauſam eſſe ad conſilium ſapientis remittendam) reuocauerit, valide, & citra vitium attentatorum dicitur procedere, vt diximus ibidem in 3. limitatione, nume.11. Et iſta ſit in præſenti limitatione.

5 Regula† ℣ geſta poſt inhibitionem reuocatam, uel moderatam non ueniunt tanquam attentata reuocanda per ſupra allegata, quam amplia.

Primò vt procedat non ſolum in reuocatione,& moderatione expreſſa† verum etiam in reuocatione tacita, prout 6 eſt illa,quæ reſultat ex remiſſione cauſæ, quam iudex appellationis à grauamine facit,pronunciando male appellatum, & bene iudicatum per iudicem à quo; inhibitio enim emanata à iudice ad quem per talem pronunciationem, & remiſſionem vī tacite ſublata, & reuocata, ut tradit Rot. deciſ. 65.aliàs 461.ſi appelletur ad fin. de appellat.in no.& deciſ.1. aliàs 138.ſi appellatur,de off.deleg.in no.de quo latius dicemus in ſeq.3. limit.nu.1.& ſeq.

Secundò ampliari poteſt, vt procedat non ſolum quando ad inſtantiam alterius partis fuit inhibitio actualiter mo 7 derata† verum etiam ſi pars duntaxat petiiſſet inhibitionis moderationem, quoniam per hanc petitionem uidetur ſibi præiudicare, ita ut non poſſit dare de attentatis, ut uidetur fuiſſe reſolutum aliàs in Rota in vna Sabinen decurſus aquarum coram D.meo Oradino ſub die 19.Martij 1561. in qua cum prætenderetur fuiſſe attentatum, tam ꝺ inhibitionem emanatam ab Auditore Cameræ,quàm à Camerario, cum is qui prætendebat fuiſſe attentatum, comparuiſſet coram Camerario,& feciſſet inhibitionem moderari, fuit dictum, quòd per huiuſmodi petitionem ſibi præiudicauerat, & a 21 die petitionis citra eum non poſſe dare de attentatis. Quæ reſolutio videtur ſanè intelligenda,vt per huiuſmodi petitio 22 nem ſit præcluſa via reuocationi attentatorum ad inſtantiã partis moderationem petentis, ſecus ſi iudex,cuius fuerit lę 23 ſa maieſtas,uelit illa ex officio reuocare, tum quia reſolutio videtur fundare ſe potiſſimum in conſenſu partis,tum quia, & ſæpe aliàs attentata,quę ad inſtantiam partis reuocari nequeunt, ex officio tamen iudicis reuocantur, prout quando 24 notorie conſtat de non iure petentis reuocationem ſecundū 25 Franc.in cap.bonæ.num.15 de appellat.& dicemus latius infra in 3. parte. cap.27. de iudic.& per quem attentat. reuoc. num 7.& ſequent.

8 Tertiò ampliari poteſt† vt procedat, etiam ſi inhibitio non fuiſſet actualiter moderata, ſed de iure ueniret moderãda, prout eſt,quando clare cõſtat de bono iure illius,qui præ tenditur poſt inhibitionem attentaſſe† quoniam hoc caſu inhibitio eſt moderanda & debet ſuperſederi circa reuocationem attentatorum:ut ſenſit aliàs Rot.in vna Cæſaraugu ſtana erectionis Capellæ coram Paleotto ſub die 12. Martij 1558.ut patet in recollect.ipſius deciſ.176.incipien. collegiū. Pro qua ampliat. plurimum facit† quod habetur in l. præ- 10 tor ait.in princ. & ibi gloſſ. in uerb.deberet. ff.de nou.oper. nunc.dum ibi dicitur ℣ factum poſt noui operis nunciatio nem non eſt reuocandum quando nunciatio aut fuit remiſ ſa aut eſt in ea cauſa,vt remitti deberet, puta quando offer- 11 tur ſatiſdatio† ſiquidem per nunciationem dicitur fieri inhi bitio,ad l.1.in princ ff.eod.titu.de nou.oper.nunc.& propte rea reuocatio eius, quod fieret poſt nunciationem, dicitur fieri per uiam,& modum attentati ſecundum Bald. in conſ. 12 243.proponitur. ſub num.2. lib.2.† Per ſatiſdationem autē nunciatio ad eum ſtatum redigitur, vt illa ſit remittenda, & conſequenter ſiquid poſtea fieret, non eſſet tanquam atten- 13 tatum reuocandum per ſupradicta.† Quæ ſatiſdatio non ſolum operatur, quando ſtatim poſt nunciationem offertur, 14 verum etiam ſi offeratur inde ad tres menſes† etiam ſi nuncians offerat ſe in continenti probaturum, quòd nunciato ius ædificandi non cõpetit,ut habetur in recollect. Creſcent. 2.deciſio. 20.

15 Quartò ampliari poteſt† ut procedat. etiam ſi ab huiuſmodi reuocatione fuiſſet appellatum;quia non obſtante huiuſmodi appellatione proceſſus, & ſententia lata per primū iudicem dicuntur eſſe ualida ut tradit Rot.dicta deciſ.1. aliàs 138 ſi appellatur,de officio delegati,in no. & deciſio.65.aliàs 16 461. ſi appelletur, de appellat.in no.† quamuis Alex ſecutus Federic.de Senis in conſ.98.incipien Nicolaus in conſi. 63.in cauſa. num.4.lib.3. non videatur hanc concluſionem tenere,dum ibi uult,capturam factam pendente appellatione ab huiuſmodi reuocatione non valere. Quam tamen 17 ampliationem limita† niſi per tertium iudicem,cui fuit cõmiſſa cauſa appellationis à dicta reuocatione fuiſſet expreſſe inhibitum;quia tunc geſta poſt huiuſmodi inhibitionem eſſent attentata ſecundum Rot.in proxime allegata deciſ.Et 18 pariter eandem declara.† quod iudex, qui inhibuit, & deinde inhibitionem reuocauit, ſi à ſententia reuocationis fuerit appellatum, poterit ſuam reuocationem inhibitionis reuocare,ſecundum Franc.in cap.cum teneamur.num.24.de 19 appellat.vbi ponit exemplum† in vicario Epiſcopi, qui primò inhibuit iudici ſeculari,ne aliquod inſtrumentum,quaſi vſurarium exequatur, nam ſi deinde pronunciet inſtrumentum non eſſe uſurarium, & reuocet ſuam inhibitionem, & ab hac ſententia appelletur, poteſt idem Vicarius ſuam reuocationem reuocare, & iterum iudici ſeculari mandare, ut in exequendo ſuperſedeat poſt Federic. de Senis, qui ſuper eo conſuluit in conſilio 93. ut latius per Franc. ibi.

20 Limitatur eadem regula vno modo† vt non procedat,qñ reuocatio fuiſſet nulla,& inualida,puta quia pars in reuocatione non fuiſſet citata; quoniam hoc caſu non obſtante reuocatione durat inhibitio, & ſi quid contra fiat, dicitur nullum,ut tradit eleganter Aret.in conſil.75.diligenter.colum. 4.ſub verſ.his præmiſſis,& colum.5.verſicu.& quòd citatio partis. Et ita in contingentia facti allegaui,& obtinui in una Peruſina,in qua fuerat factum præceptum,& inhibitio colono,ne frumentum extra bona locatoris extraheret,& quam uis de facto dictum præceptum, etiam locatore (nullirer tamen citato) fuiſſet reuocatum,& poſt dictam reuocationem magnam frumenti quãtitatem aſportaſſet,nihilominus fuit coactus ad illud reportandum, ex quo ſtante nullitate citationis in reuocatione adhuc durabat effectus inhibitionis,& conſequenter aſportatio erat attentata. Quæ limitatio multis comprobari poſſet,ex quibus ſolet aliàs dici, quòd actus nullus nullum regulariter operatur effectum, prout dicimus in 21 materia noſtra attentatorum† quòd citatio nulla non inducit litis pendentiam,de qua ſupra in hac 2.parte cap.4. de attent.lite pend. in præfatione, num. 82.† & ſimiliter lis nulla 22 non cauſat attentata, & eodem cap.4.in 3.limita. princip. & 23 † pariter quòd appellatio nulla non facit geſta contra eam ſubijci uitio attentatorum,vt abunde diximus ſupra c.12.de attent. appellatione pendente, in quinquageſima limitatione principali.

24 An† autem inter moderationem inhibitionis, ac illius re 25 uocationem ſit differentia† & ex quibus cauſis moderatio fiat nulla, ponit Mandoſ.de inhibit.q.38.per totam,quamuis (vt ille dicit) non poſſint certæ cauſæ,& omnes aſſignari,ſed 26 ſunt arbitrio boni iudicis committendæ† prout etiam,an in moderatione ſit pars citanda,aut cauſę cognitio adhibenda; ut colligitur ex his,quæ ponit idem ibi q.39. per totam. Qui 27 bus adde† ℣ moderatio inhibitionis non concederetur ex eo; quia in decernenda inhibitione non fuiſſet pars citata,ut fuit nouiſſime dictum in vna Oueten. Canonicatus, & præbendæ coram D. meo Oradino 16. Iunij 1572. & econuerſo 28 † moderanda eſſet inhibitio, quando inhibitus haberet bo- 29 nam poſſeſſionem,& bona† diceretur poſſeſſio,etiam ſi fuiſſet capta ſine mandato, dummodo fuerit poſtmodum per dominum ratificata, ut ſenſerunt Domini in una Parmen. Capellaniæ coram Fantutio 9. Aprilis. 1554. Pariter mode- 30 randa† eſſet inhibitio,ſi ante eam executio fuiſſet taliter cœpta ut licèt aliquid acceſſorie veniret faciendum, tamen virtualiter diceretur perfecta, vt fuit reſolutum in vna Beneuentana bonorum coram Iunio 29.Nouembris 1557.

Limitatio III.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus factus per iudicem à quo, poſtquam iudex qui inhibuit ad eum cauſam remiſit,non eſt attentatus.*
Etiam ſi nulla fuerit,etiam uerbalis facta remiſsio.nu.2.
Dummodo de iure cauſa ſibi fuiſſet remittenda. nu.3.
Etiam ſi à remiſsione prædicta fuiſset appellatum.'nu.4.
Niſi iudex huiuſmodi appellationis inhibuiſſet.nu.5.

1 ERtiò limitatur regula princip.† út non procedat in proceſſu facto per iudicem à quo, poſtquam iudex, qui inhibuit, ad eum cauſam remiſit; quia per remiſſionem cēſetur ſublata inhibitio.Rot.in dicta deciſ.1.aliàs 138.ſi appellatur,de off.delega.in no.& deciſ.65.aliàs 461.ſi appelletur, de appell.in antiq. & dictum eſt ſupra proxime in 4. ampliatione ſecundæ limitationis, nume.15.& ſequitur etiam Mandoſ

doſ. de inhibit.q.36. & iſta poteſt eſſe in hac tertia limitatione regula quam

2 Ampliа. Primò, ut talis proceſſus ualeat † etiam ſi per iudicem, ad quem nulla fuerit etiam uerbalis facta remiſ-
3 ſio † dummodo ſecundum terminos c.ut debitus.de appel. cauſa (puta ob non iuſtificatam appellationem) fuiſſet ad eum remittenda: quia non obſtante inhibitione ſibi facta per iudicem ad quem, poteſt valide in cauſa principali procedere, dummodo iudex à quo appellationi non detulerit, vt habetur notanter apud Dominos deciſio.3.aliàs 11. fuit dubitatum, in 3.additione, verſ. ſed hic oritur dubitatio, de appellat.in no.

4 † Secundò amplia, ut procedat, etiam ſi a remiſſione cauſæ, & conſequenter à tacita inhibitionis reuocatione fuiſſet appellatum, per ea quæ dicta ſunt ſupra in dicta quarta ampliatione ſecundæ limitationis nume. 15. limitando prædi-
5 ctam concluſionem † niſi tertius iudex, cui præſupponeretur cõmiſſa cauſa appellationis à dicta reuocatione primo iudici inhibuerit, ut ibidem dictum eſt nu. 17.

Limitatio IV.

SVMMARIVM.

1 *Iudex à quo poteſt non obſtante inhibitione iudicis ad quem explicare omnia, quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis.*
Et multi in hoc errant, vt infra num.4.
2 *Etiam ſi huiuſmodi inhibitio fuiſſet canonice facta.*
Niſi hoc caſu iudex delegatus appellationi detulerit, vt infra. nume. 5.
3 *Inhibitio operatur in his, quæ ſunt contra appellationem, non in his quæ ſunt in fauorem appellationis.*

1 Vartò Limitatur regula prædicta † vt non procedat in his, quæ tenderent in faciliorẽ exitum appellationis: ea enim poteſt Iudex
2 à quo explicare non obſtante inhibitione per iudicem ad quem † etiam canonice facta, puta ſi parti terminum ad proſequendã appellationem aſſignet, vel partibus inhibeat, ne aliquid in præiudicium appellationis innouent, ut poſt Ant. de Butr. ibi, & Federic.de Senis in conſi.93.tradit eleganter Franc.in c.cum teneamur.colum.4. uerſ. ſecundus intellectus, num.
3 21. de appell. vbi ſubdit rationem † quia ſcilicet inhibitio operatur in his, quæ ſunt ꝯ appellationem, ſecus in his, quę ſunt in fauorem; quia inhibitio ſecundum eum ad hoc ſe non extendit, quod dictum reaſſumit, & multum commendat Veſtr.in praxi Ro.cu.lib.8.cap.4.num.7.verſi.nec eo minus † vbi ſubdit, ꝙ multos in hoc errare uidit, & ꝯ hos errã-
4 tes ſe aliàs obtinuiſſe teſtatur. Pro qua limitatione faciunt in ſimili multa, quæ congeſſimus ſupra cap.12.de attent.appellatione pendente, in 4.limitatione principali, in princ.ad demoſtrandum, ꝙ iudex poſt appellationem, & ea pendente poteſt tendentia in faciliorem exitum appellationis expli-
5 care. † Quam limitationem ſublimita ſecundum Fran. & Veſtr.ubi ſupra, niſi iudex (quando eſſemus in delegato) appellationi detuliſſet; quia cum per delationem iudex dicatur à ſe abdicare omnem iuriſdictionem, ut diximus ſupra c.12.de attent.appellatione pendente, in quinta ſublimitatione primæ limitationis princip.nu.66. præſuppoſita delatione, non ſolum non poſſet illa facere; quia fuiſſet inhibitum, ſed ſimpliciter etiam non præſuppoſita inhibitione non poſſet aliquid vltra in cauſa facere.

Limitatio V.

SVMMARIVM.

1 *Actus non poteſt dici attentatus, quando fuiſſet factus in cauſa diuerſa ab ea, in qua fuit inhibitum.*
2 *Inhibitio regulariter non operatur in diuerſa cauſa, & in ſeparatis articulis.*
3 *Obligatus in forma cameræ ſi committat cauſam nullitatis ſuper dicta obligatione, & obtineat inhiberi, poteſt non obſtante dicta inhibitione ad executionem dictæ obligationis procedi.*
4 *Inhibitio iudicis criminalis ſuper ſimonia contra unum ex præſentatis non impedit, quin patroni poſſint litem ciuilem in Rota pendentem proſequi, & petere ſe ad illam admitti.*
5 *Inhibitio in cauſis connexis operatur.*
6 *Connexa cauſa quæ dicatur, & quæ ſeparata, remiſſiue.*

1 Vintò Limita † ut non procedat, quando actus, qui prætenditur attentatus, poteſt deduci, quòd fuerit factus in cauſa ſeparata, & diuerſa ab ea,
2 in qua fuit facta inhibitio; † quia regulariter inhibitio non operatur in diuerſa, & ſeparata cã, & in ſeparatis articulis: ut poſt Ant. & Fran.in c. ſuper eo.el 1.de appell.deducit, & comprobat Deci.in conſi. 33.uiſo.co-
lum.2.ſub num.4. & aliquid etiam per Pariſ.in conſil.39.nõ poſſunt.num.9. & melius nume.28.lib.1. & in conſil.108. de bono iure.num.7.lib.1. & in conſil. 172. in cauſa. in vltimis verbis.lib.4. & tradit poſt alios Auguſtinus Bero. in conſ.85. dicam breuiter num.20.verſ.ſecundo caſu. lib.3. & faciunt, quæ latius tradit idem in pulchro caſu (in quo præſuppone batur fuiſſe inhibitum vt ibi in princ.) conſ.113. uiſa.num. 1.iunctis quæ ponit num.4. & per tot. ubi deducit cauſarum diuerſitatem, lib.3. & ideo aliàs in vna Roma. cenſus coram Quiroga.22.Aprilis.1558. cum inter eaſdem partes penderet occaſione eiuſdem domus vna lis coram Auditore Cameræ ſuper ſpolio cenſus dictæ domus, & eiuſdẽ deuolutione ſub prætextu, quòd domus pertineret ad Eccleſiam & tãquam male alienata eſſet deuoluta, & alia in Rota ſuper impoſitione dicti cenſus: quia reus prætendebat illam eſſe liberam, & per partes fuiſſet hincinde obtentum inhiberi, & dubitaretur, an huiuſmodi cauſæ eſſent diuerſæ, ita ut non obſtantibus inhibitionibus poſſet vterque iudex valide in cauſa procedere. Maior pars Dominorum tenuit, ꝙ cauſæ eſſent diuerſæ, & propterea pendente cauſa malæ alienationis coram Auditore Cameræ potuit valide in Rota expediri cauſa impoſitionis cenſus. Ex quo colligitur, ꝙ inhibitio in una cauſa non afficit in cauſa diuerſa. Quod etiam fuit de mente Rotæ in alia Ciuitatis Caſtelli attentatorum coram Grato. 6.Nouembris.1564.de qua latius diximus ſupra in hac 2.parte.c.12.de attent.appell.pend.in 2.limit.princip.ſub num.22 Quibus adde Aegid.deciſ.529.ſi Titius. vbi vult, quòd inductio in poſſeſſionem certorum iurium poſt inhibitionem facta non ſit attentata, ex quo ſuper dictorum iurium inductione non litigabatur, & conſequenter erat diuerſa cauſa.

3 Sic etiam dicimus † ꝙ ſi obligatus in forma cameræ committat cauſam nullitatis ſuper dicta obligatione & obtineat per iudicem inhiberi, poteſt non obſtante dicta inhibitione ad executionem dictę obligationis procedi habita hac conſideratione: quia cauſæ cenſentur diuerſæ, ut poſt Inno. in c. cum in iure.ſuper verb.de mandato, de offic.deleg. & Canar. q.52.de execut.inſtr.tradit Galleſ.in tracta.de oblig.camer.in 3.parte princ.q.5.ſub c.de ui inſtrumenti, num.26.fol.146. Si
4 militer † inhibitio facta per iudicem, cui erat commiſſa cauſa criminalis ſuper ſimonia ꝯ vnum ex præſentatis ad inſtantiam alterius, qui fuit de dicto beneficio prouiſus, non impedit, quin lite inter eos in Rota ſuper ualiditate præſentationis pendente, poſſint patroni illam proſequi, ſi antea in lite fuerunt. & ſi in lite non fuiſſent; quominus admittantur pro ſuo intereſſe ad ſuſtinendum ſuum ius patronatus, ut fuit dictum in vna Pampilonen. de Sangueſſa coram Sarmiento.
5 14.Februarij.1569. Bene tamen illa † operaretur in cauſis cõnexis, vt dicunt ſupradicti Doct. & videtur deciſ.31.aliàs 193. ſi ab excommunicatione, de appellat.in no. ut latius deduximus ſupra c.12.de attent. appell.pend.in 2.limit. prin.nu.23. Et ideo cum aliàs in una Anconitana attentatorum coram Sarmiento 27.Iunij.1565. dubitaretur, an executio facta ꝯ fideiuſſores (qui fecerunt inſtrumentum obligationis uigore ſententiæ, per quam principalis cogebatur ad præſtandos fideiuſſores) poſtquam per principales fuerat a dicta ſententia interpoſita appellatio, diceretur attentata, Domini fuerunt pro attentatis: quia inſtrumentum dependebat a ſententia, a qua fuerat appellatum, & cuius uigore fuerat inhibitum.
6 † Quæ autem dicatur connexa, & quę ſeparata cauſa, ſatis apparere poteſt ex his, quę latius diximus ſupra in dicto ca.12. de attent.appellat.penden.in 2.limitatione princ. poſt principium nu.4. & quamuis ꝯ hanc limitationem nonnulli ſenſerint, vt annotauimus in 3. ſublimitatione dictæ ſecundæ limitationis princ. num. 34. quia tamen illorum opinio tunc non placuit, ſed potius opi.Franc.in dicto c.ſuper eo. el 1. & hodie etiam magis placet, dic vt ibi nu.35.

Limitatio VI.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio facta ad inſtantiam principalis an iuuet fideiuſſorem, & è contra.*
2 *Et regulariter non iuuat.*
3 *Et ratio aſſignatur.*
Etiam ſi inhibitio emanaſſet à ſummo Pontifice, vel Principe, vt infra num. 5.
Etiam ſi in inhibitione fuit generaliter facta mentio, & expreſſio fideiuſſorum, vt infra num.6. &
Etiam ſi inhibitio, etiam cum generali expreſſione fideiuſſorum fuiſſet geminata, vt infra nu. 7.
Niſi eßemus in fideiuſſore iudicij, ut infra nu. 9.
Niſi in inhibitione fuiſſet facta mentio de fideiuſſoribus, & cum expreſsione concurreret etiam connexitas cauſarum, vt infra nu. 15.

Et

Source : BIU Cujas

Et hoc quando essent plures fideiussores, secus si vnus tantum, vel duo ad summum essent, vt infra nu. 16.&
Nisi consuetudo, uel stilus curiæ, uel conuentio partium esset in contrarium, ut infra num. 17.
4 *Præscriptio statutaria contra principalem nõ interrumpit præscriptionem factam contra fideiussorem.*
8 *Geminatio inhibitionis habet uim motus proprij.*
10 *Fideiussor de iudicio sisti non cogitur representare principalem pẽdente appellatione per eum interposita.*
11 *Fideiussor iudicij repetit omnia damna à principali immediate absque alio iudicio.*
Secus in fideiussore contractus, ut num. 12.
13 *Sententia contra principalem lata non mandatur executioni sine nouo processu contra fideiussorem contractus.*
Secundum magis communem opinionem, ut nu. 14.
15 *Inhibitio principalis iuuat fideiussorem, quando in ea facta est fideiussorum mentio, & causæ sunt connexæ.*
Nisi unus, aut ad summum duo extarent fideiussores. nu. 16.
17 *Statutum, uel consuetudo potest efficere, vt inhibitio principalis iuuet fideiussorem.*

SExta huic proxima limitatio esse potest; vt nõ procedat, quando inhibitio fuit facta in una causa, & actus qui prætenditur attentatus licèt prima fronte videretur factus in eadem causa, esset tamen factus ꝯ diuersam personã
1 † puta si inhibitio sit facta pro principali, executio autem ꝯ eius fideiussorem, vel econtra; non enim leuis est apud Docto. dubitatio, an inhibitio facta ad instantium principalis iuuet fideiussorem. In qua licèt aliàs in contingentia facti in vna Anconitana attentatorum per clarissimos aduocatos eleganter informari uiderim, & propterea multa hinc inde disputando dici possent, concluſiue tamen procedendo potest in proposito firmari in præsenti limit.

2 Regula † ꝙ executio prædicta post inhibitionem facta non sit attentata ea potissimum ratione; quia inhibitio prin
3 cipalis fideiussorem non iuuat, nec econtra † ex quo causæ videntur inuicem separatæ, & vnus respectu alterius tertius dici possit, vt annotauimus supra in prima parte, cap. 3. de attent. à tertio, circa fi. num. 150. post Bald. in l. 1. in fi. C. de diuersis rescriptis, & Franc. in c. cum teneamur. uersi. & adde, ꝙ sicut inhibitio, de appell. per l. creditor. ff. mandati, & alia ibi allegata. Quibus adde Aret. in consi. 33. nu. 2. & Bero. quæst.
4 77. vtrum, num. 8. & quod aliàs dicitur † quòd per petitionẽ factam ꝯ fideiussorem non interrumpitur præscriptio statutaria contra reum principalem, ut est in recollect. Chisianen. decis. 174. Et quòd licèt conuentus coram uno iudice, si coram alio super eadem re ab eodem conueniatur, possit dare coram secundo de litis pendentia coram primo, ut declarauimus supra cap. 4. de attent. lite pend. in 2. limit. princip. nu. 59. id tamen non habet locum, si coram vno fuerit conuentus principalis, & coram alio fideiussor, ut tradit Paul. de Castr. in consi. 87. in causa. col. 1. vers. nec obstat prima ratio. lib. 1. quoniam fideiussor hoc casu nõ potest opponere exceptionem litis pendentiæ contra principalem introductæ, vt etiaꝫ ibi admonuimus. num. 78.

Amplia primò; vt præmissa procedant non solùm in inhi
5 bitione iudicis † verum etiã in inhibitione Principis & summi Pontificis, ut erat casus, in quo de facto consuluit eleganter Deci. in cons. 33. uiso puncto, post princ.

6 Secundò, † vt procedat, etiam si in inhibitione fuisset generaliter facta mẽtio, & expressio fideiussorum; quia per hoc inhibitio non iuuat fideiussores nisi cuꝫ distinctione, de qua dicetur infra in 2. limitatione, nu. 15.

7 Tertiò, † ut procedat, etiam si inhibitio etiam cum gene-
8 rali expressione fideiussorum fuisset geminata † quamuis enim geminatio habeat uim motus proprii, ad no. per Bald. in l. nec damnosa. C. de precibus imperat. offerend. per hoc tamen non magis inhibitione iuuantur fideiussores, ut eleganter considerat Dec. in dicto cons. nu. 2. & 6.

Limitatur eadem regula.

Primò, & notabiliter: ut regula procedat in fideiussore cõ-
9 tractus † secus in fideiussore iudicij, quia licèt inhibitio principalis non iuuet fideiussorem ꝯctus, iuuat tamen fideiussorem de iudicio sisti, ut fuit æqua, & notabilis ꝯsideratio Rot. in dicta Anconitana attentatorum coram D. meo Oradino de anno 1566. 26. Iunij, in qua tenuerunt, ꝙ executio facta ꝯ fideiussorem, qui se in iudicio obligauerat vigore sententiæ, per quam principalis condemnabatur ad præstandos fideiussores, pendente appellatione à dicta sentẽtia per ipsum principalem interposita, & inhibitione illius uigore subsecuta, diceretur attentata: quia hoc casu appellatio principalis prodest, etiam fideiussori, ut sentiebant in dicta causa post Frãc. in c. cum teneamur. sub num. 18. de appell. & Speculat. in lo-
co per eum allegato, & Bal. in addit. ad Specul. in ti. de appel. in additione magna, quæ incipit confessus in tormentis, col. 6. post princ. uers. quidam promisit representare Titium, in
10 quibus locis dicitur † quòd fideiussor de iudicio sisti non cogitur representare principalem pendente appellatione, sicut nec ipse principalis eo interim esset in aliquo grauandus, & ratio diuersitatis, quæ mouit Dominos ea fuit: quia inter fideiussorem iudicij, & principalem uidetur esse considerabi-
11 lis coniunctio, & connexitas causarum † ex quo fideiussor iudicij repetit omnia damna à principali immediate absq; alio iudicio, ut considerata hac causarum cõiunctione tradit Bal. in l. fin. §. & cum antiquitas. colum. 1. in fi. num. 6. uersi. quarto vtrum statim C. de vsuris rei iudicatæ, quem sequitur Franc. in c. 1. num. 5. de iniurijs, & damno dato, lib. 6. & notat Hippoll. de Marsil. in rubr. de fideiussoribus. q. 52. nu. 362. & seq.
12 † quæ omnia cessant in fideiussore cõtractus, in quo & aliàs
13 videmus † quòd sententia lata contra principalem non mandatur executioni sine nouo processu, vt per Nattã post alios in cons. 345. Constantinus. in princ. lib. 2. Pro qua distinctione inter fideiussorem iudicij, & ꝯctus faciunt, quæ ponit nouissime post alios Minsinger. sing. obseruatio. cent. 4. decisio. 96. incip. elegans. vbi in eo articulo, an sententia lata ꝯ principalem possit mandari executioni contra fideiussorem, uel
14 econtra, concludit † etiam de magis communi opinione attestans, quòd crebrior est sententia, quòd in fideiussore iudicij potest sententia executioni demandari, secus in fideiussore contractus. & adde, quod post Minsing. ubi supra & alios quamplures per eum allegatos multa circa hanc differentiã inter fideiussorem iudicij, & contractus ponit nouissime de commu. opi. post alios attestans Io. Bapt. de Asin. in sua praxi iudic. §. 31. cap. 2. in 22. ampliatione ibi per eum posita per totam, quinimmo ibidem in uersic. ampliatur autem præcedens ampl. nu. 10. præsentem ampliationem adhuc ampliare videtur, ut talis executio contra fideiussorem fiat etiam sine nouo processu, & sine noua fideiussoris citatione.

Secundò, † nisi in inhibitione fuisset facta mentio de fide
15 iussoribus; quia tunc comprehenduntur, & eos iuuat. Quod tamen sanè intelligendum est, si cum expressione concurrat etiam connexitas causarum, aliàs sola expressio eos nõ iuuaret, vt considerat, & deducit Dec. in dicto cons. 33. per totum,
16 præsertim col. 3. † & hoc ego intelligerem, quando essemus in pluribus, & diuersis fideiussoribus ad quos mentio, & expressio prædicta referri posset, tunc enim eos tantum inhibitio iuuat, quos cum principali connexitas causæ coniungeret, quòd si non esset, nisi unus, uel duo fideiussores tunc vt verba aliquid operarentur, & pluralis expressio fideiussoruꝫ verificetur, eos quoque hoc casu inhibitio iuuaret iuribus vulgaribus.

Tertiò, ex intentione Petri Duen. in regula 276. quam ibi ponit, quòd pendente lite contra reum potest fieri executio
17 contra fideiussorem, potest adaptari limitatio † vt non procedat, quotiescumque consuetudo, uel stilus curiæ, vel conuentio partium esset in contrarium, ut ibi per eum.

Ampliatio VII.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio dolose & calumniose obtenta non dicitur facere attentata.*
2 *Spolians alium, & obtinens à iudice inhibitionem, ne quis eum molestet, potest non obstante dicta inhibitione coram alio Iudice conueniri de spolio, & ualet processus.*
3 *Lis calumniosa non facit attentata, remissiue.*
4 *Restitutio in integrum calumniose petita non retardat executionem, remissiuè.*
5 *Inhibitio emanata vigore appellationis interpositæ à declaratione facta vigore obligationis in forma cameræ non afficit, quia habetur pro calumniosa.*

1 SEptimò Limitari potest † vt non procedat, quã do inhibitio fuisset dolose, & calumniose obtenta, processus enim, & sententia contra eam lata valida censentur, vt est notabilis decisio Nicol.
2 Boer. 161. Margareta. sub num. 4. in qua † cum quidam alterum spoliasset & statim vt se in sua intrusione confoueret, obtinuerit à seneschalco inhiberi, ne aliquis eum molestaret, coram locumtenente conuentus de spolio, licèt daret de litis pendentia coram seneschalco, & de inhibitione, fuit tamen processus locumtenentis ualidus reputatus. Pro qua faciunt in simili, quæ diximus supra cap. 4. de attent. lite
3 pendente, in 4. limit. princ. † quòd lis calumniose, & dolose
4 instituta non causat attentata. † Sicut etiam restitutio in integrum calumniose petita non retardat executionem, ut annotauimus supra cap. 18. de attent. restit. in integrum pend.

num. 54.

Source : BIU Cujas

num 54.& multis ſequ.in prima limitatione regulæ ibi poſitę. Et propius ad materiam, de qua agimus, facit quod aliàs fuit dictum in vna Lucana terrarum coram Puteo ſub die
5 7. Octobris 1545. † ꝙ inhibitio emanata uigore appellationis interpoſitæ à declaratione facta uigore obligationis in forma cameræ non afficit; quia habetur pro calumnioſa, & eſt deciſ.in recollect. Put.17.inhibitio ſub rubr. ut lite pendente, quam refert & ſequitur nouiſſime etiam Mandoſ.in tractatu de inhibit. q.28 per totam. Et pro hac limitatione facit quod fuit aliàs dictum in vna Eluen. Archidionatus coram Lancillotto 27.Iunij 1572.ꝙ geſta in partibus poſt inhibitionem Rotalem cenſeantur attentata & reuocanda, niſi conſtaret, inhibitionem fuiſſe ab Auditore exortam ad eludendum ſacrum concilium Tridentinum, ne cauſa tractaretur in partibus. Et ſimiliter, quod tenuerunt Domini in alia Rauennaten. prætenſorum attentatorum coram Caputaq. 25.Ianuarij. 1553.in qua dum inter cætera ad excludenda attentata allegaretur, ꝙ cum inhibitio obtenta in curia (ubi erat procurator ſpecialis, cui poterat facile inhiberi) fuiſſet ſtudioſe executa in partibus contra Sindicum generalem communitatis Rauennæ, tanquam calumnioſa, & doloſa non debebat poſſe facere, ut executio poſt eam facta eſſent ſubiecta uitio attentatorum, Domini tenuerũt eo caſu non conſtare de attentatis.

Limitatio VIII.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio emanata vigore commiſſionis ſuper nullitate per uiam actionis intentata non facit attentata ſecundum aliquos.*
Licèt contrarium videatur verius, remiſſiue num.2.

1 OCtauò Limita † ut non procedat in geſtis poſt inhibitionem emanatam uigore commiſſionis ſuper nullitate per uiam actionis intentata; quia etiam poſt huiuſmodi inhibitionem valide fieri poteſt executio, ut tradit Mil.in uerbo executio unius ſententiæ, fol.119. poſt Rot. deciſ.3 aliàs 280. licèt de exceptionibus.in no. de quo tamen latius dictũ eſt ſupra c.17. de attent. nullit. penden.num.61. & ſeq. in pri-
2 ma limitatione regulæ ibi poſitæ † vbi contrarium tanquaꝫ verius firmauimus.

Limitatio IX.

SVMMARIVM.

1 *Continuans etiam ſi fuerit inhibitus, non dicitur attentare.*
2 *Attentare non dicitur ille, qui poſt inhibitionem iuit ad conſilium Regium pro manutentione poſſeſſionis, quando illam poterat propria authoritate defendere.*
3 *Superior non poteſt inhibere inferiori, ne ſua iuriſdictione utatur.*
4 *Continuare poſt inhibitionem poſſeſſionem non licet in vim conſtituti poſſeſſorij appoſiti in contractu, ſuper cuius inualiditate eſt lis introducta.*
5 *Turbida poſſeſſio non poteſt poſt inhibitionem licite continuari.*

1 NOnò Limitatur, quando eſſemus in actu facto poſt inhibitionem ſed per modum continuationis: quoniam non dicitur attentatus † quia continuans etiam inhibitus non dicitur attentare, ad tex.in cap.1. ubi notant omnes, extra vt lite pendente, & tradit Pariſ.in conſil.39. non poſſunt.nu. 8.& ſequ.lib.1.& conſi.172.in cauſa, num.14.lib.4 & Deci.cõſil.460.uiſo.num.20.& diximus ſupra cap.4. de attent.lite pẽdente, in 3. ampliationeprimæ limitationis principalis, nu. 10. Quibus addi poteſt bona deciſ. Aegid. 529. ſi Titius, vbi vult inductionem in poſſeſſionem certorum iurium nomine cuiſdam præceptoriæ factam poſt inhibitionem non eſſe attentatam, ex quo præceptoria nunquam amiſerat poſſeſ-
2 ſionem, & conſequenter continuabat † Hinc dixit Rota in vna coram Proſpero non attentaſſe eum, qui poterat propria authoritate ſuam poſſeſſionem defendere, ſi poſt inhibitionem iuit ad conſilium regium pro manutẽtione illius: nam vrbanius egit, per no. per Pariſ.in conſil.vlt.lib.4.ut eſt deciſ.in recollect. Acchil.de Graſſ.34.incip.attentare uoluerunt Domini, ſub rubr. de attent. quam tenet remiſſiue etiã Mandoſ.de inhibit.q.21.& propterea dicebat aliàs Calder.in ter conſi. Pet.de Anchar.conſi.236.incip.inherendo, in finalibus uerb. quem refert, & ſequitur nouiſſime etiam Man-
3 doſ.in tract.de inhibit.q.9. ſub num.3. † ꝙ ſuperior non poteſt inhibere inferiori, ne ſua iuriſdictione utatur, ibique q. 23. expreſſe hanc limitationem tenet, ꝙ continuans etiam poſt inhibitionem non attentet, prout etiam ex recentiorib. ſequitur Hier.Gab.in conſi.52.puto.nu.17.lib.1.Hanc tamẽ limitationem ſublimita duobus modis.

4 † Primò, ut non procedat, quando quis poſt inhibitionẽ vellet continuare poſſeſſionem in uim conſtituti poſſeſſorij appoſiti in contractu, de cuius ualiditate, & inualiditate eſt lis introducta, ut eſt in recollect. Cottæ deciſ.168.

5 Secundò † quando poſſeſſio, quæ allegatur pro confirmatione, eſſet turbida, & in dubium reuocata, ut admonuimus etiam in dicta 1.limitatio.num.80 & ſeq. cap.4.de attent.lite pend. Turbida autem non diceretur, ſi vigore laudi fuiſſet capta poſſeſſio eo die, quo fuit petita reductio laudi, etiam ſi pro illa adipiſcenda oportuiſſet eijcere colonos illius, qui habebat cauſam à collitigante condemnato; nam per huiuſmodi actus fuiſſe acquiſitam plenam poſſeſſionem, & in illius continuationem potuiſſe fieri relaxationem etiam poſt inhibitionem Rotalem tenuerunt Domini in vna Bonon. bonorum coram.D.de Rubeis 15.Iunii 1565.in qua cũ præmiſſa præſupponerentur in facto, tenuerunt pro non attentatis ratione continuationis, de qua agimus.

Limitatio X.

SVMMARIVM.

1 *Tertius etiam poſt inhibitionem non dicitur attentare.*
Niſi in caſibus, de quibus hic remiſſiue, nu.2.item.
Niſi commiſſio, cuius vigore inhibetur, haberet clauſulam ſolitam, cũ facultate quibus, vbi quando ac quoties inhibendi. Vel clauſulam, omneſque alios &c. num.3.

1 ECimò Limita † ut non procedat in geſtis per tertium; quia is, qui eſt mere tertius, etiam poſt inhibitionem ſi aliquid faciat contra eam, non dicitur attentare, ad tex.in c.Romana §.in aliũ. de appellat.in 6.& ratio eſt; quia inhibitio regulariter tertium non comprehendit. Rot. deciſ.2. aliàs 58.nota ꝙ.vt lite pendente.in antiq. Sicut nec prohibitio à iure inducta, ne quid lite, uel appellatione pendente innouetur, tertium non comprehendit, ad no.per glo.celebrem in l. creditor.ff.mandat & per Iaſ.in l.prima. num.2. C.de diuerſ.reſcr. & per Corſet.in ſing.ſuis in verb.appellatio.uerſ.primo, in 4. limit.regulæ ibi per eum poſitæ. & diximus ſupra hoc eodẽ cap.in præfat.in 3.q.num.93.atque etiam ſupra in prima parte, c.3.de attent.à tertio, in prima ampliatione, num.9. Vbi ẽt quamplures poſuimus limitationes, in quibus etiam tertius lite pendente dicitur attentare, puta quãdo haberet cauſam à litigantibus, & aliæ, de quibus ibi latius num.16.& ſequen.
2 † Quas omnes limitationes etiam ad hanc decimam limitationem regulæ ſuprapoſitæ eſſent pro ſublimitationibus neceſsariò accommodandæ, ſed breuitatis cauſa ſufficiat ad dictum locum lectorem remittere: quoniam ſi tertius in illis caſibus lite pendente dicitur attentare, multo magis poſt inhibitionem dicendus eſt attentare: cum multa poſt inhibitionem fiant illicita quæ ſimpliciter lite pendente fuiſſent licita, ut demonſtrauimus ſupra in prima ampliatione nu.1.
3 & per totam. Sublimita tamen hanc decimam limitat. † niſi commiſſio, cuius uigore inhibetur, haberet clauſulam ſolitam, Cum facultate, quibus, vbi, quando, ac quoties inhibendi, uel clauſulam, omneſque alios in executione nominandos; quoniam tunc etiam tertio inhiberi poteſt, & contraueniens illi attẽtaret, ut admonuimus etiam ſupra hoc eodem cap.in præfat.q.3.num.92.& ſeq.

Limitatio XI.

SVMMARIVM.

1 *Attentari non dicitur poſt inhibitionem, quando princeps mandat aliquid fieri non obſtante inhibitione.*
Niſi reſcriptum ſit aliquo modo qualificatum, ut infra nu.4.
2 *Reſcriptum non reducitur ad intellectum iuris communis, quando conſtat de mente Papæ, ſed eius forma (licèt dura ſit) eſt obſeruanda.*
3 *Poſſeſſio capta poſt inhibitionem non cenſetur attentata, ſi fuit capta vigore Breuis habentis clauſulam, citra uitium attentatorum, & non obſtantibus inhibitionibus: ut hic remiſſiue.*
4 *Mandatum principis aliquid committentis non ſimpliciter, ſed qualificate, puta executionem ſententiæ in poſſeſſorio, quatenus Aegidiana locus ſit non excuſat ab attentatis poſſeſſionem poſt appellationem, & inhibitionem captam.*

1 NOndecimò † fallit, quando Princeps mandaret, ꝙ non obſtante inhibitione aliquis reintegraretur ad poſſeſſionem, uel aliquis alius actus explicaretur; nam ſi conſtat de eius uoluntate, de poteſtate non eſt dubitandum; ut dixit Ruyn.in conſi 76.primò eſt videndum. num.6. & ſequen. lib.5.pro quo facit, quod poſt Ant.de Butr.in c.ex parte, el 2.in glo.1. de foro compet.dixit
2 Deci.in conſ.33.uiſo puncto poſt princip. † ꝙ qñ conſtat de mente Papæ, reſcriptum non reducitur ad intellectum iuris communis, ſed eius forma (licèt dura ſit) eſt obſeruãda, Princeps

Source : BIU Cujas

ceps enim cum sit supra ius, non dicitur attentare, ut diximus latius supra cap. quarto, de attentat. lite pend en. in 12.
3 limit. princip. per totam. Hinc † uidemus, quòd Princeps sæpe solet concedere Breue de capiendo possessionem beneficii reseruati citra uitium attentatorum non obstantibus cõmissionibus,& inhibitionibus emanatis, de quo late diximus supra cap.quarto de attentat.lite pendente in præfatio.num. 394.& multis sequen.in prima illatione, uersicu. decimotertiò,& ultimò &c.& possessio taliter capta non censetur attẽtata, ut ultra ea, quæ ibi fuerunt adducta, fuit etiam tentum in alia Legionen. Archidiaconatus de Viala coram Reumano 8. Nouembris 1553. Declarando tamen ut latius ibi deduximus à num.394.usque ad num.448.& præsertim num. 424.& sequen. ubi tetigimus, qualiter possessio post inhibitionem capta diceretur attentata, etiam si fuisset capta uigore literarum missiuarum, quæ haberent uim Breuis. Et insuper præmissa intellige de inhibitione emanata ante impetrationem Breuis, secus si inhibitio fieret ex post facto uigore commissionis super subreptione Breuis impetratæ: nam si Breue perdit uires suas, quando est subreptitium, ut diximus in dicta præfatio. nume. 413. multo magis perdet stante inhibitione ob illius uim, & efficaciam iuxta ea, quæ posuimus supra hoc eodem cap.in prima ampliat. principip. per totam. Nisi in Breui esset apposita clausula, quam quandoque apponi uidi, uidelicet non obstantibus quibuscunque inhibitionibus emanatis,& emanandis. Hanc † autem limitationem, & quæ in principio illius dicta sunt, necessariò, & utiliter limita, ac declara, ut procedat, nisi Princeps aliquid committens etiam uigore specialis commissionis (puta executionem alicuius sententiæ) suam commissionem aliquo modo qualificet, puta cum clausula, quatenus Aegidianæ locus sit: nam si talis iudex putans eo casu Aegidianæ locum esse, decernat mandatum executiuum, & non obstante appellatione ab huiusmodi decreto interposita exequatur, talis executio (si coram iudice ad quem detegatur,quòd locus Aegidianæ non erat) non solum tanquam iniusta, uerum etiam tanquam attentata uenit reuocanda, ut fuit dictum in vna Parmen. bonorum coram Caputaquen.15. Februarij.1555. non obstante, quòd ad excusanda attentata allegaretur,quòd iudex excquens uigore nouæ commissionis non diceretur attentare; quia princeps, & habens causam ab eo non dicantur attentare;quia per ex ad uerso informantes respondebatur, quòd illa non erat simplex,& absoluta commissio principis super executione faciẽda,sed qualificata, quatenus Aegidianæ locus sit, unde cum coram iudice ad quem fuerit detectum, illi non esse locum, sequitur, quòd cesset effectus dictæ commissionis, & intrent attentata.

Limitatio XII.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio emanata vigore commissionis, & rescripti subreptitij non facit attentata.*

Puta si narretur appellatio, quæ re vera non erat interposita. num. 2.

Vel narretur appellatum fuisse à diffinitiua, seu uim diffinitiuæ habente, cum fuisset appellatum à grauaminibus. nu. 3.

Nisi de stilo, vt infra num. sexto, licèt id etiam videatur esse de iure, vt infra num. 8.

Nisi in commissione appellationis subreptitia sit apposita clausula generalis nullitatis, restitutionis in integrum, attentatorum, vel clausula, quam & quas, quia subreptio quoad appellationem, quoad alia non obstat, quominus inhibitio quoad ea afficiat, vt infra, num. 13. &

Nisi inhibitio fuisset geminata, ut infra nu. 14. &

Nisi constaret de bono iure coram utroque iudice tam inhibente, quã inhibito; quia tunc potest sententia subscribi ex noua commissione, ut infra num. 15.

4 *Clausula, si preces veritate nitantur, non solum rescripto, sed & inhibitioni semper inesse censetur.*

Et virtute dictæ clausulæ suspenduntur censuræ, & pœnæ, quæ rescripto contrafacienti imponuntur. num. 5.

7 *Inhibitio vigore appellationis facit attentata, etiam si non fuerit expressum, quòd erat à tribus conformibus.*

9 *Processus factus vigore rescripti subreptitij dicitur validus.*

Secundum communem opinionem. nu. 10.

11 *Ratio quare magis inhibitio vigore rescripti subreptitij emanata sit potius nulla, quàm processus eiusdem commissionis vigore factus, assignatur.*

Inhibitionis effectus non tollitur per omnem subreptionem, sed quando committitur circa ea, quæ sunt fundamentum rescripti, & sic circa substantialia, secus si sit circa accidentalia, vt hic nouiter consideratur.

1 DVodecimò Limita † ut non procedat in inhibitione emanata vigore commissionis, & rescripti subreptitij; quia illa non causat attentata
2 † puta si narretur appellatio, quæ re uera non erat interposita,vel aliquid simile. Paris.consi. 172.in causa,num.13.lib.4.Roland.consil.77. uiso. num.27. lib.2.& nouissime Modern.in annot. ad Aegid. nume.61.& etiam Aug.Bero.in consil.117.incip.ex ultima.num.3. lib.3. & facit plurimum, quod fuit tentum in una Anconitana attentatorum pro Fiordelisia contra congregationem Græcorum coram Domino meo Oradino sub die 13. Decembris.
3 1562.in qua propterea fuit dictum † quòd inhibitio emanata ab Auditore Camerę uigore appellationis coram eo interpositæ tanquam à diffinitiua, seu uim diffinitiuæ habente non facit attentata, ex quo appellatio solum fuerat a certis etiam leuibus grauaminibus, & similiter ꝙ inhibitio in eadem causa emanata ab Episcopo Alifano vigore specialis commissionis appellationis, quæ re uera nondum erat interposita, sed fuit interposita per mensem post non causat attẽtata. Quæ ex eis comprobari possunt, quæ ponit Deci.in cõsi.33.uiso puncto.sub num.5.colum.fin. uers.unde inhibitoria, ubi uult † ꝙ non solum rescriptum semper censetur habere clausulam, si preces veritate nitantur, ad no.in c.ex parte.el 1.de rescript.verum etiam ipsi inhibitioni censetur præ
4 dicta clausula,& conditio (si preces ueritate nitantur) inesse
5 † & ꝙ propter istam tacitam conditionem, & clausulam, quæ in rescriptis subintelligitur, suspenduntur censurę,& pęnæ, quæ rescripto contrafacienti imponuntur: ut latius ibi per eum. Quam limitationem declara quatuor modis.
6 Primò, ut illa procedat de iure † secus de stilo Rot. ut fuit
7 dictum in vna Valentina della plebe † in qua licèt non fuerit expressum, ꝙ appellatio erat à tribus conformibus, & sic erat commissio subreptitia nihilominus Rota voluit, ꝙ inhibitio uigore dictæ commissionis emanata de stilo causauerit attentata: ut est decis.in recollect. Acchil de Graff. 27. attẽtata ex stilo, sub rub.de attent. & in alia Roma. de Soderinis coram Sarmiento. 5. Maij 1561. in qua tenuerunt, quòd propter stilum, & præsentiam principis inhibitio, quæ emanauit uigore commissionis licèt subreptitiæ non sit nulla, & iõ
8 poterat peti, vel moderari, vel reformari, Cum quibus concordat melior decis.in recollect. Peregri.94. aliàs 74.inc.fuit
9 conclusum, ubi expresse dicitur, ꝙ in una Bonien.locationis coram Puteo 27.Maij.1547.fuit conclusum, ꝙ sententia lata post inhibitionem uigore commissionis auocatoriæ, & subreptitiæ,& non tribuentis iurisdictionem est attentata; quãuis enim talis inhibitio de iure possit sperni: ex stilo tamen
10 Dominorum est timenda, quamuis † nec etiam de iure uideatur omnino tuta, quandoquidem † (si processus factus vigore rescripti subreptitij dicitur ualere † ut est commu.opin. de qua post Felyn.in cap.cæterum.nu.10.de rescript.& Curt. Iun in consi.175.incip.contra ea.num.2. notat ex recentioribus Mandos.super reg.de subrog.collitig.q.9.num.8.qui propterea concludit ibi, ꝙ per rescriptum subreptitium etiam ad effectum illius regulæ dicitur lis pendere)non videtur sufficiens ratio diuersitatis assignari posse, quare magis inhibitio uigore rescripti subreptitij emanata sit nulla, & sine effe-
11 ctu operandi, quàm reliqui actus, & processus † nisi ea consideretur, ꝙ cum inhibitiones quo magis timeantur, soleant sub grauibus pœnis decerni, ut diximus supra in hoc cap.in prętatione.quæst.5.num.179. quia quando sumus in inhibitione agitur de faciendo contra venientem incidere in dictas pœnas,ideo non mirum si subreptio in ea non toleratur;quia vbi maius periculum, ibi cautius est agendum, quæ ratio ui-
12 detur cessare in reliquo processu. † Vel posset,& distinguendo forsan melius dici, quòd non omnis subreptio tollat effectum inhibitionis, sed quãdo committitur circa ea, quæ sunt fundamentum ipsius negocij, & rescripti, prout apposite uidentur loqui Docto.allegati in principio huius 12. limitationis, quando inhibetur uigore appellationis, quæ re uera non erat in rerum natura, & nondum erat interposita, inhibitio enim emanata uigore talis rescripti, quod defuit in ipso fundamento, non debet posse causare attentata, secus autem sit, quando subreptio uersatur non circa substantialia, sed accidentalia, tunc enim debet causare attentata, prout fuit in dicta Valentina, in qua subreptio duntaxat erat: quia non fuerat expressum, ꝙ appellatio erat a tribus conformibus, sed re uera appellatio erat interposita, & rescriptum habebat vbi subsisteret.
13 Secundò † quòd licèt commissio appellationis esset subreptitia; quia tamen in commissionibus appellationum solet apponi clausula generalis continens commissionem cause nullitatis, restitutionis in integrum, attentatorum, & aliquando clausulam, quam & quas unà cum negocio principali,

Source : BIU Cujas

pali, idcirco quatenus commiſſio eſſet ſubreptitia in appellatione non erit dicēda ſubreptitia in alijs capitibus, & ideo quoad alia capita inhibitio afficiet, ut recte etiam conſiderant dicti Moder. vbi ſupra nu. 62.

14 † Tertiò, quòd quamuis inhibitio uideretur ex aliqua cauſa ſubreptitia, ſi tamen illa fuerit geminata, illius geminatio tollit omnem ſubreptionis ſuſpitionem, quinimo ſi à Principe procedat, habet etiam uim motus proprij, vt per Deci. conſ. 33. uiſo. poſt principium.

15 † Quartò, ꝙ quamis conſtaret de ſubreptione inhibitionis, ſi tamen conſtaret de bono iure coram utroque iudice, ſententia poteſt ſubſcribi ex noua commiſſione, ut dicit formaliter A. Auguſtinus in recollect. ſuis deciſ. 38. incip. Reumanus in Cæſarauguſtana infirmariæ, lib. 3.

Limitatio XIII.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio emanata uigore commiſſionis conditionalis regulariter non uidetur facere attentata, & infra num. 9.*
Puta ſi in commiſſione adſit clauſula, ſine præiudicio legitimæ executionis, quatenus Aegidianæ locus ſit. num. 2.
Vel clauſula tacite ſubintellecta, ſi preces veritate nitantur. num. 3.
Vel commiſſio fuerit obtenta ſuper beneficio literis nō expeditis, cum eo caſu cenſeatur iuriſdictio data ſub conditione. nu. 4.
Contra quam concluſionem non nullę afferuntur deciſiones num. 5. quarum ſolutio habetur infra num. 6.
7 *Clauſula, quatenus cauſa non ſit inſtructa, nihil ſuſpendit ſecundum aliquos.*
8 *Clauſula, ſi conſtiterit, & conſtito de aſſertis, non cenſetur facere actū conditionalem.*
9 *Inhibitio conditionalis regulariter non facit attentata.*
Etiam ſi conditio ſit tacita. num. 10.
Niſi conditio tempore datæ ipſius reſcripti apud legem (quę ſemper certa eſt de eo, quod eſt) cenſeretur adimpleta. nu. 11.

1 DEcimotertio † Fallit in inhibitione conditionali, & emanata vigore commiſſionis conditionalis, ut ſenſit Rot. in una Anconitana attentatorum coram Domino meo Oradino ſub die 16. Iunij. 1556. & clarius in alia Burgen. attentatorum coram Chiſlanen. 11. Ianuarii. 1557. in qua dixerunt in caſu, de quo ibi, extare attentata: quia Curia tenet, ꝙ inhibitio ab ea emanata facit attentata, niſi in ea, aut in commiſſione inſit aliqua conditio. Quæ ex multis comprobari poteſt, quæ deducit copioſe Tiraquell. in tractatu de vtroque retract. §. 1. in glo. 2. num. 21. verſ. ſed & illud in dubium, cum multis ſequen. vbi per multa deducit, ꝙ actus conditionalis non adimpleta conditione non dicitur ſimpliciter actus, & exemplificat in ſponſalibus, in obligationibus, & creditoribus conditionalibus, qui pendente conditione nec ſponſalia, nec obligationes, nec creditores dicuntur, cum conditio nihil ponat ineſſe ante illius aduentum, ut latius ibi per eum. Et ex eo etiam, quod tenuerunt aliàs Domini in vna Romana de Magdalenis coram eo
2 dem Oradino ſub die 4. Martij. 1569. in qua fuit dictum † ꝙ non dicitur attentata executio facta poſt inhibitionem emanatam uigore commiſſionis appellationis habentis clauſulam ꝯditionalem, ſiue præiudicio legitimæ executionis, quatenus Aegidianæ locus ſit, quando ſcilicet primus iudex latiſſime cognouit de cauſa, & etiam de hoc articulo, ꝙ Aegidianæ locus non eſſet, & ex his quæ ponit Deci. in dicto con-
3 ſil. 33. uiſo. colum. fin. ſub num. 5. dum voluit † ꝙ cenſuræ in inhibitione contentæ non afficiant, quando habent in ſe hāc tacitam conditionem, ſi preces veritate nitantur, ut ſupra di-
4 ctum eſt, & ex eo etiam, quod aliàs habemus † ꝙ per commiſſionem cauſæ ſuper beneficio literis tamen beneficii nō expeditis, & inhibitionem illius vigore emanatam non cenſetur inducta vera lis, nec dicitur attentari, ex quo iuriſdictio erat data ſub conditione, qua deficiente non erat iuriſdictio, & per conſequens neque lis neque attentata: ut eſt in recollect. Put. deciſ. 13. attentata. ſub rub. vt lite penden. in vna Hippoligen. miniſtratus coram Thoma de Thanis ſub die 30. Aprilis 1545. Quæ limitatio licèt prima fronte de plano procedere videatur attento, ꝙ actus conditionales nihil ſoleant
5 ponere in eſſe † ꝫ eam tamen valide obſtare videntur nonnullæ Dominorum deciſ. Altera in recoll. Put. deciſ. 12. inc. inhibendum. ſub Rubrica vt lite pend. in qua dicitur, ꝙ eſt ſtatim inhibendum, etiam ſi commiſſio dicat, conſtito quòd penſio ſit cōditionalis, & inhibitio iſta afficit de rigore, quicquid dicat Pariſ. conſi. 36. colum. 1. & Deci. in conſi. 33. & ita in una Gebbenen. penſionis & attentatorum ſub die 15. Iunij. 1546. fuiſſe concluſum fuit tamen dictum, ꝙ ſi conſtaret in actis de impiemento conditionis non reuocare ntur attētata, ne vna manu fieret reſtitutio pecuniarum, & alia manu cogeretur ad ſolutionem. Altera eſt eiuſdem Putei 9. licet. ſub rubr. ut lite penden. cui concordat etiā Acchil. de Graſſ. deciſio. 61. in quibus fuit tentum, ꝙ ſtante commiſſione auocatoria cum clauſula conditionali ſolita, quatenus cauſa in partibus non ſit inſtructa, & eius uigore ſit facta inhibitio, quamuis tempore executionis inhibitionis cauſa ſit inſtructa (& ſic defecerit conditio) nihilominus ſententia lata poſt datam commiſſionis conditionalis, & alia quæcumque geſta poſt dictam inhibitionem eſſe attentata. Altera demum eſt in recollect. Peregri. Fab. deciſ. 22. aliàs 120. incip. quia fuerat inhibitum in vna Toletana matrimonij coram Peregri. 14. Martij. 1547. in qua fuit dictum, quòd licèt ſtante ſignatura commiſſionis conditionalis vigore clauſulæ, conſtito de aſſertis, iudex non debuiſſet inhibere ſine cauſæ cognitione, tamen ex quo erat inhibitum, nihil fieri debebat, quam refert, & ſequitur nouiſſime etiam Mandoſ. in tracta. de inhibit. q. 25. ſub num. 3. & conſequenter in dictis deciſ. commiſſio, & inhibitio conditionalis cauſat attentata contra preſen
6 tem limitationem. † Hæc autē ſolui poſſunt † primò, quòd
7 illa clauſula, quatenus cauſa non ſit inſtructa, nihil ſuſpendit, & conſequenter non facit conditionem, ut poſt Iaſ. in l. cum ad præſens. num. 4. ſi certum. petat. & Rip. in l. ſtichum qui meus num. 3. & ſequen. ff de lega. 1. tradit Mandoſ. in tracta. de inhibit. q. 31. num. 3. in fin. Vel ſecundò poteſt ſolutio haberi ex his, quæ colliguntur ex dictis deciſionibus Putei, & Acchill. dum uolunt, quòd ſufficiat tempore datæ ipſius commiſſionis cauſam in partibus non eſſe inſtructam, & cō ſequenter eſſe impletam conditionem ipſius commiſſionis, & ſic ex hoc ꝫrio reſultet declaratio, ſeu ſublimitatio ad præſentem limitationem, ut non procedat in inhibitione emanata uigore commiſſionis conditionalis, quæ tamen in rei veritate tempore datæ ipſius commiſſionis erat adimpleta, & ita procedant ſupra dictæ deciſ. Quam ſolutionem etiam uidetur innuere Put. in dicta deciſ. 12. in reſeruatione, quam ibi facit, quando conſtaret in actis de implemento conditionis, & licèt ille non explicet preciſe tempus implementi, pro opinionum tamen concordia poteſt, ac debet referri implementum ad tempus datæ ipſius commiſſionis, quam ſolutionem ſuadet etiam alia deciſ. in recollect. Acchill. de Graſſ. 31. attentata voluerunt Domini. ſub rubr. de attent. quaſi in tempore commiſſionis iam erat lata ſententia (& ſic non erat impleta conditio commiſſionis) tunc inhibitio ſubſequens non cauſat attentata, ut etiam tetigimus ſupra in 13. ampl. in princ. quæ ratio, & ſolutio communis etiam eſſe poteſt ad illud, quod fuiſſet tētum in illa Roma. de Magdalenis coram Domino meo Oradino retulimus, nam licèt commiſſio ibi haberet clauſulam, & conditionem, quatenus Aegidianæ locus ſit, quia tamen primus iudex latiſſime cognouerat de hoc articulo, quod Aegidianæ locus non erat, & conſequēter apud legem (quæ ſemper certa eſt de eo, quod eſt) iam dicta conditio erat adimpleta, idcirco non mirum ſi exe cutio facta poſt dictam inhibitionem non fuit reputata attētata, Deciſio autem Peregri. 22. facile tollitur, nam per illa verba, conſtito de aſſertis, re vera non videtur inducta condi tio, & facta ſignatura conditionalis: cum enim uerificatio aſſertoruꝫ dicatur ineſſe commiſſioni, ex quo reſcriptum ſemper intelligitur, ſi preces ueritate nitantur. cap. ex parte. de reſcript. cum ſimil. per illa verba, conſtito & c. exprimitur id quod omnino in erat, quo caſu etiam ſi fuerit appoſita for-
8 tior clauſula ad inducendam conditionem † uidelicet ſi conſtiterit & c. nihilominus non cenſetur actus conditionalis, vt poſt Bald. in l. præſcriptione. colum. 4. uerſi. uenio ad ſecundum C. ſi contra ius, uel util. pub. tradit Felyn. in c. dudum. ſub num. 26 de præſumpt. & ꝙ iſta verba, conſtito de aſſertis poſita in reſcripto non importent conditionem, tenuerunt aliàs Domini in vna Aquilana beneficij Sancti Angeli corā Veſtano 14. Decembris 1554. unde non præſuppoſita cōmiſſione conditionali ceſſat omnis difficultas, & propterea reſtringendo materiam poteſt in hac limitatione poni

9 Regula † ꝙ geſta poſt inhibitionem emanatam vigore cō miſſionis conditionalis non cauſat attentata per ea quæ dicta ſunt ſupra in princ. quam

10 Amplia vno modo † vt procedat, etiam ſi conditio non eſſet expreſſa, ſed tacita, prout eſt illa, ſi preces ueritate nitantur, per ea quæ ponit Dec. in allegat. conſ. 33. quæ tamen uidetur aliqualiter confundi ex his, quæ ſupra dicta ſunt pro ſolutione deciſionis Peregri. eandemque

11 Limita † ut non procedat, quando commiſſio, & reſcriptum, cuius uigore fit inhibitio, ſecundum uerba ſunt quidem conditionalia, in rei tamen ueritate, & apud legem, quę ſemper certa eſt de eo, quod eſt, dicta conditio erat iam tempore

pore datæ ipsius rescripti adimpleta per ea, quæ latius dicta sunt supra in solutione dicti contrarij.

Limitatio XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Actus iustus non tendens in præiudicium litis etiam post inhibitionem factus non dicitur attentatus.*
Quod tamen quomodo procedat hic declaratur. nu. 2.

1 DEcimoquarto Limita† vt non procedat in actu, qui licèt fiat post inhibitionem: est tamẽ actus iustus, & nõ tendit in præiudicium litis, prout est inductio in possessionem in casu, quem ponit Aegid. decis. 529. si Titius, sed licèt Aegid. ibi, id vere dicat, & dicta etiam ratione moueatur, quia actus erat iustus, & non in præiudicium litis, nihilominus quia ista limitatio ita simpliciter, ac generaliter sumpta non solũ nimis lata, ac uaga uideri potest, verum etiam videtur contradicere his, quæ posuimus supra in prima ampliatione de
2 actibus aliàs licitis,† Idcirco animaduertendum puto, quòd quamuis decis. sit uera in se, alia tamen particulari quoque ratione sit fundata, quod etiam innuit Aegid. ibi uidelicet, uel quòd illa inductio sit facta per modum continuationis, ex quo præceptoria ibi nunquam possessionem amiserat. Vel ꝙ inhibitio, de qua ibi, fuerit facta in causa diuersa, cum fundet etiam se in hoc, quòd super dicta inductione non litigabatur. Vnde hoc dictum Aegid. commodius cadit sub quinta, uel nona limitatione supra posita, vt ibidem annotauimus.

Limitatio XV.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio non facit attentata, quando quis antea attentatorum priuilegio renunciasset.*
Etiam tacite, vt nu. 2. & nu. 5.
3 *Exemplum, si essemus in tacita renunciatione resultante ex obligatione in ampliori forma cameræ.*
4 *Actus factus post inhibitionem non dicitur attentatus, quando fuisset factus de consensu partis.*

1 DEcimoquintò† nisi quis ante attentatis, & illorũ
2 priuilegio renunciasset vel expresse, de quo non videtur dubium, † vel etiam tacite, ut annotauimus. supra cap. 4. de attent. lite penden. in 15. limit. princip. vbi per plura exempla declarauimus, quòd tacita etiam renunciatio excludit attentatorum reuocationem,
3 vt de renunciatione, † quæ resultat ex obligatione in forma cameræ diximus ibi num. 4. limitando tamen, ut ibi num. 5. & alijs exemplis, de quibus ibi num. 11. & sequen. in quibus
4 etiam de attentatis post inhibitionem locuti sumus. † Vel actus qui prætenditur post inhibitionem attentatus fuisset factus de partis consensu, quoniam & hoc casu cessaret attentatorum reuocatio, ut late etiam diximus (etiam præsuppositа in multis casibus inhibitione) in dicto cap. 4. de attent. lite pendẽ. in 16. limit. princip. per totam, quæ breuitatis causa hic non repetuntur, dic ut ibi. Quibus adde† quòd tunc
5 etiam tacite attentatis post inhibitionem contractis diceretur renunciatum, quando passus attentata comparuisset. absque aliqua protestatione coram iudice, cuius processus post inhibitionem factus prætenditur attentatus, ut fuit dictum in vna Plouacen. Abbatiæ coram Acchille 7. Nouembris 1554. in qua cum post inhibitionem Rotalem ambæ partes comparuissent coram Auditore Cameræ, & plures actus coram eo fecissent, ac etiam iura produxissent, & demum is, qui obtinuerat inhibitionem prætendens processum Auditoris Cameræ esse attentatum, in Rota daret de attentatis, Domini concluserunt pro non attentatis.

Limitatio XVI.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio non impedit ea quæ sunt iuris, sed ea tantum quæ sunt facti, secundum aliquos.*
Licèt de hoc nideatur plurimum subsistendum. nu. 2.

1 DEcimosextò Limita† vt non procedat in his, quę sunt iuris. Inhibitio enim non impedit ea, quæ sunt iuris, sed ea tantum quæ sunt facti, idest prohibet solum ea, quæ de facto fiunt, non autem quæ iuris sunt, & de iure fiunt, ut post Oldrad. in consil. 136. incip. quod ex productis. colum. fina. per l. fin. ff. quod quisque iuris, & notata per Inno. in cap. veniens. de prę script. tradit Staphil. de literis gratiæ, & iustitiæ, in prima parte, fol. 105. quem secutus est compilator libelli, cuius est inscriptio, formularium terminorum, in cap. de inhibitione.
2 fol. 14. in fi.† de cuius limitationis veritate valde subsistendũ videtur per ea omnia, quæ posuimus supra in prima ampliatione, ex quo in quampluribus casibus inhibitio reddit illicita ea, quæ ante erant licita, & de iure permissa.

Limitatio XVII.

SVMMARIVM.

1 *Limitata inhibitio & restricta ad certum casum non dicitur facere attentata extra illum casum.*

1 DEcimoseptimò Potest limitari† ut non procedat regula nostra in inhibitione limitata, & restricta ad certum casum; quia actus gestus post inhibitionem extra illum casum non diceretur attentatus. Exemplum, si Papa aliquam causam ad se aduocauerit, & insuper inhibitionem fecerit non generalem, & uniuersalem, ne quid in causa innouetur, sed specialem, ne quid in huiusmodi causa signaretur; quoniam si post huiusmodi inhibitionem is, qui poterat propria authoritate possessionẽ capere, illam adeptus fuerit, talis adeptio possessionis (quam uis post inhibitionem facta) non fuit iudicata attentata per Dominos in una Spoletana spolij episcopatus coram Domino meo Oradino sub die 24. Februarij, & idem sub die 9. Martij. 1556.

Limitatio XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium secundum valet, etiam si sit contractum post inhibitionem emanatam vigore commissionis causæ super validitate primi matrimonij.*
Mulier tamen est hoc casu sequestranda. num. 2.

1 DEcimooctauò Limitari potest† vt non procedat in actu secundi matrimonij contracti post inhibitionem uigore commissionis causæ super ualiditate primi matrimonij emanatã; quia tale matrimonium non censetur attentatum, uel inualidum ex eo, quia sit factum lite pendente, & post inhibitionem, ut dictũ est supra cap. 4. de attentatis lite pendente, in 17. limitatione principali, & est de mente Crescent. decis. 185. incip. sequestranda. in finalibus uerbis, sub rubr. de sponsalibus, sequestrat. possess. & lite pendente, † cum declaratione tamen, ꝙ licèt actus matrimonii ob inhibitionem non inualidatur, mulier tamen hoc casu est sequestranda, ut latius ibi per eũ post Gemin. in consi. 76. & Deci. in consi. 163.

Limitatio XIX.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitione non obstante potest executio fieri, quando aduersario fuit præfixus terminus ad docendum per omne genus probationis de prætensis attentatis, & in termino nihil releuans fuerit doctum.*
2 *Renunciare iuri suo censetur (ita, vt neque agendo, neque excipiendo audiatur) ille, qui terminum ad aliquid docendum sibi præfixum labi permittit.*

1 DEcimanona Limitatio esse potest† quando executio, uel similis actus fieret post lapsum termini aduersario petenti reuocationem uigore specialis commissionis præfixi ad docendum de prętensis attentatis per omne genus probationis, per quem solet p Signaturã succurri reo ɔ malitiam attẽtata proponentium ad effectum ut plurimum differẽdi expeditionem causæ principalis, ut docet Cass. decis. 4. in attentatis. nu. 5. de dilatio. & Vestr. in praxi Ro. cu. lib. 8. c. 4. nu. 21. & Moder. in an not. ad Aegid. nu. 108. præfixo. n. huiusmodi competenti, & peremptorio termino, & in eo nihil, qđ releuet, Doct. põt ad executionem deueniri non obstante dicta inhibitione, ut dicunt pallegati, præsertim Moder. d. nu. 108. & n. 154. ut est in
2 recoll. Cott. decis. 200.† Qui. n. terminum sibi ad aliquid præfixum labi ꝑmittit, censetur renũciare, & nõ põt neq; agendo, neq; excipiendo audiri, ut loquẽs de ꝑfixione ad docendum de nullitate, tradit Io. Ceph. in cons. 201. existimo. nu. 4. lib. 2. & cons. 202. nu. 18. eo. lib. 2. qđ non solum procederet, qñ essemus in præfixione termini ad docendum de attentatis verùm ẽt uniuersaliter in termino ad docendũ de allegatis in commissione, puta rest. in integr. quia ẽt si eius vigore sit inhibitũ, & deinde sit ꝑfixus terminus, & nihil doctũ, põt fieri executio, & inhibitio venit moderãda: ut annotauimus supra c. 18. de attent. restit. in integr. pend. nu. 98.

Limitatio XX.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio emanata ab inferiore contra superiorem non facit attentata.*

Vigesi-

Source : BIU Cujas

1 VIgesimo † Limita, vt non procedat, quando inhibitio emanasset à Iudice inferiore contra superiorem: cum enim, vt recte inhibeatur, debeat inhibens esse maior eo, cui inhibetur, vt annotauimus supra in hoc eodē c. in præfat. q. 2. & 3. in prin. si secus fiat non cauſaret attentata, & ideo consuluit aliàs Alciat. ꝙ delegatus à Principe quia maior cēsetur quolibet ordinario, si procedat contra inhibitionem Auditoris Cameræ, non dicitur attentare, vt per eum in consi. 48. in hac attentatorum cauſa. nu. 5. & seq. lib. 6.

Limitatio XXI.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio non operatur effectum attentatorum, quando emanauit uigore commissionis obtentæ super beneficio literis non expeditis.*

1 VIgesimo primò Limita † vt non procedat in inhibitione emanata vigore commissionis obtentæ literis non expeditis: quoniam illa non cauſat attētata, vt post Put. & Mandos. firmauimus infra in 3. parte c. 24. de reo, & except. sibi contra attent. compet. q. 11. in 1. amplia. nu. 17. dic ut ibi.

Limitatio XXII.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio obtenta ab asserto procuratore uigore commissionis, in qua pro fundamento exponitur, quòd procurator iuramentum perhorrescentię coram primo Iudice præstiterat, non facit attentata, nisi postquam dominus tale iuramentum ratificauerit secundum aliquos.*

Quorum tamen opi. non uidetur admittenda. nu. 2.

1 VIgesimo secundò Videtur secundū aliquos limitanda † vt non procedat in inhibitione emanata vigore commissionis ab asserto procuratore obtenta, in qua pro fundamento exponitur, ꝙ idem assertus procurator iuramentum perhorrescētiæ coram primo Iudice præstiterat: qm̄ si primus Iudex, antequā Dominus ratificauerit tale iuramētum, procedat, ēt post dictā inhibitionem non dr̄ attentare, prout post decis. in recollec. Put. 26. iuramentum. sub rub. de iudi. firmat nouissime Mandos. in tractatu de inhibit. q. 33. in fi. licèt plura ibi in ꝓrium
2 eleganter antea deduxerit † Quæ sicut me valde dubitantē præsupposita inhibitione reddebant, ita postquā dictam Putei. decis. in fonte videre volui, inueni, ꝙ in libro meo nihil dr̄ de inhibitione, & re vera, si præsupponeretur eo casu fuisse inhibitum per dictam decis. Put. videretur confundi tota materia ista attentatorum, præsertim stante stilo Dominorum: cum in multis ēt leuioribus casibus inhibitio afficiat, de quibus diximus supra in ampliationibus per discursum, præsertim in 11. nec est præsupponenda inhibitio, quasi aliàs casus esset sine rarione dubitandi, qm̄ imo maxima extabat, ex quo per iuramentum huiusmodi Iudex recusatur suspectus, & gesta post recusationem regulariter sunt nulla, vt diximus supra in hac 2. parte. c. 6. de attent. post recusat. iudic. numero 4.

Limitatio XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex post inhibitionem regulariter non potest suam interlocutoriam reuocare.*

Nisi interlocutoria esset aliàs nulla, nu. 2. &

Nisi quando inhibitio non fuisset legitima, nn. 3.

1 VIgesimo tertiò Limita, vt nō procedat, qm̄ Iudex inhibitus uellet in certis casibus suā interlocutoriā reuocare: † quamuis enim regulariter post inhibitionem interlocutoriā suam reuocare nō valeat, vt admonuimus supra c. 12. de attent. appel. pend. in 1. limit. prin. nu. 21. in duobus tamen casibus etiam facta inhibitione, & illa non obstante potest huiusmodi reuocationem fa
2 cere, † videlicet quando interlocutoria esset aliàs nulla. † Itē
3 & quando inhibitio non fuisset legitima, vt post Marant. in Spec. in 3 parte sextæ partis prin. q. 2. nu. 196. & Capit. in decis. 1. incip. in causa. nu. 30. declarauimus in dicta prima limit. prin. nu. 22.

Limitatio XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio non facit attentata quoad ea, quæ fuissent contra eam per hæredem, aut successorem etiam in beneficio ignoranter gesta.*

2 *Inhibitionis effectus non egreditur personas.*

3 *Vitium litigiosi non solum contrahitur per litis pendentium, uerùm ēt, & multo magis per inhibitionem subsecutam.*

Et dicitur uitium personale, secundùm aliquos. nu. 4.

Contrarium tamen uidetur uerius, quòd immo sit uitium reale, infra numero 18.

5 *Inhibitio tantum decreta, non dum executa non afficit.*

6 *Inhibitio afficit omnes, qui quoquo modo possunt liti præiudicare.*

7 *Pater & filius censentur eadem persona.*

Etiam vbi esset electa industria personę. secundum aliquos.

9 *Dignitas potius, quàm persona uidetur considerari, quando inhibitio fit Episcopo.*

10 *Rescriptū directū alicui sub nomine dignitatis ēt successor exequitur.*

11 *Inhibitio decreta contra Episcopum, & executa contra Vicarium per Capitulum sede uacante deputatum non afficit modernum Episcopū successorem.*

12 *Capitulum sede uacante non solum non succedit, sed etiam prohibetur se intromittere in litigijs.*

13 *Causam habens ab attentante conuenitur remedio attentatorum, etiam si sit mere tertius.*

14 *Remedium attentatorum datur etiam contra hæredem attentantis.*

15 *Hæres illius, qui passus est attentata, potest ad illorum reuocationem agere.*

16 *Ius petendi reuocationem attentatorum est cessibile.*

17 *Cessibile quicquid est, est etiam ad hæredes transmissibile.*

18 *Successor in beneficio conuenitur ex eisdem actis, sicut poterat ipse principalis defunctus.*

19 *Hæres & successor non habentes notitiam inhibitionis aliàs contra defunctum executæ, si illi ignoranter contraueniant, non attentant.*

20 *Inhibitio facta parti afficit quandoque etiam iudicem non inhibitum.*

21 *Inhibitio dicitur implicitum in se habere decretum irritans.*

22 *Decretum irritans regulariter ligat etiam ignorantes.*

Præterquam respectu pœnæ, ut nu. 23.

24 *Attentata præsupponunt dolum in attentante.*

25 *Causa quælibet etiam bestialis excusat à dolo.*

26 *Opinio illa in dubio est amplectenda, quæ distinguendo conciliat contrarias opiniones.*

1 VIgesimo quartò Limita, † vt nō procedat in his, quę per hæredem, aut successorem, ēt in beneficio fuissent ignoranter gesta ꝫ inhibitionem, aliàs ꝫ defunctum executam: quia præsupposita ignorātia talia non venirent tanq̄ attentata reuocanda, ſm veriorem opi. q̄ firmauimus infra nu. 17 & nu. 22. Verùm quia articulus iste, & frequens, & vtilis esse potest, & nonnulla ꝫrium suadere posse videnť, vt eo magis illius veritas appareat, quo melius q̄ circa illū occurrunt fuerint explicata, nō ab re erit oēs, quæ circa hoc ꝙ liderari possunt opiniones. hoc loco in medium afferre. Quæritur ergo, an inhibitio executa ꝫ aliquem afficiat eius hæredem, & successorem, etiam in dignitate, & beneficio, ita vt incurrat pœnas à iure contra attentantes introductas? In quo triplex potest esse opi.

Prima negatiua, quòd hæredem, & successorem minime afficiat, quæ ex infrascriptis suadetur.

2 Primò † quia effectus inhibitionis non egreditur personas, & propterea in simili uidemus, ꝙ inhibitio facta principali, vel ad eius instantiam non iuuat, neque nocet fideiussori, vt remissiue diximus supra in hoc eodem c. in præfat. q. 5. nu. 185. & seq. ergo non debet egredi personam inhibiti, & ad eius hæredem extendi.

3 Secundò † vitium litigiosi nòn solū ꝫhitur per litis pendentiā, verū ēt, & multo magis per inhibitionē subsecutam: cū multa permittantur fieri lite simpliciter pendente, quæ facta demū inhibitione amplius non licent, vt late deduxi-
4 mus supra in hoc c. in 1. amplia. prin. † Sed tale vitiū litigiosi vr̄ esse personale, ad no. per Doct. in l. 2. C. de eden. & in l. litigator. C. de fruct. & lit. expens. & tetigimus remissiue supra in 2. parte c. 4. de attent. lite pen. in 3. illatione Regulæ ibi posita nu. 505. Meritò &c.

Tertiò: quia inhibitio ad hoc, vt afficiat, non sufficit, ꝙ sit
5 tantum decreta † sed requiritur, ꝙ etiam sit executa, vt declarauimus in hoc eodem c. in 2. declarat. prin. nu. 1. Sed contra hæredem, aut successorem nulla præsupponitur inhibitionis executio, meritò.

Secunda potest esse opi. affirmatiua, quòd immo huiusmodi inhibitio etiam successorem afficiat, non solū si essemus in filio hærede, verum etiam in alio successore, etiam si esset successor in beneficio ex infrascriptis.

6 Primò: quia † inhibitio afficit omnes, qui quoquo modo possunt liti præiudicare. Rot. decis. 2. aliàs 58. nota quòd vbi. vt lit. pend. in antiq. & admonuimus supra in hoc eodem c. in præfatio q. 3. nu. 72. & q. 5. nu. 183. nulli autem videtur dubium, quin hæres, & successor possint, si faciant aliquid super re, de qua agitur, liti præiudicare, ergo & illos inhibitio afficere debet.

Secundò (& hoc quando essemus in filio successore, &
7 in hæredibus) quia † pater, & filius censentur eadem perso-
8 na, ad l. fi. C. de instit. & substi. † etiam vbi essemus in casu, in quo esset electa industria personæ secundum aliquos, quos refert, licèt omnino non sequatur. Felyn. in capit. quoniam Abbas. nume. 5. de offic. deleg. quinimmo, quod magis est,

Source : BIU Cujas

id procedit etiam in propria materia noſtra attentatorum, vt diximus ſupra in 1.parte,c.3.de attent.à tertio, nume.46. Sicut etiam hæres, & defunctus cenſentur eadem perſona. §.1.in Authen.de iureiur. à morient. præſt. cum ſimil. ergo ſicut inhibitio defunctum afficiebat, ita & hæredem debet afficere.

9 Tertiò:quia † quando inhibitio fit,verbi gratia,Epiſcopo Peruſin. videtur potius conſiderari dignitas, quàm perſona
10 † ſicut aliàs dicimus de reſcripto directo alicui ſub nomine dignitatis, quod ſucceſſor exequitur, etiam ſi in eo fuiſſet expreſſum nomen proprium Epiſcopi, vt notatur in capit. quoniam Abbas.& ibi omnes de offic.delega. Rot.deciſ. 17. aliàs 434.fuit dubitatum.de offic.deleg.in no.& conſequenter inhibitio videtur potius facta dignitati, quàm perſonæ, ergo quamuis mutetur perſona: quia tamen ea dignitas nõ moritur.capitul.ſi gratioſe. de reſcript. in 6. ſed remanet penes ſucceſſorem, ergo ratione huiuſmodi dignitatis etiam ſucceſſor videtur affectus. Et præmiſſa intellige vera,& procedere, quando inhibitio vere fuiſſet executa contra Epi-
11 ſcopum prædefunctum. Secus † eſſet, ſi ſede Epiſcopali vacante inhibitio fuiſſet executa contra Officialem,ſeu Vicarium per Capitulum ſede vacante deputatum: quia huiuſmodi inhibitio Epiſcopum ſucceſſorem non afficit, vt obtinui aliàs in vna Abarainen. portionum inter Iulianum Iranzo & Iacobum Martinez coram R. P. D. & fratre meo Cantutio.17.Decembris 1574.in qua fuit deciſum, quòd inhibitio executa contra talem Officialem non afficiebat modernum Epiſcopum, qui lite pendẽte & appellatione interpoſita portionem Iuliano contulerat, & ille illius vigore poſſeſſionem cęperat, quæ omnia Iacobus licèt prætenderet tanquam attẽta poſt inhibitionem reuocanda fore, Domini tamen reſoluerunt nulla extare attentata, ex eo maxi-
12 me † quia Capitulum ſede vacante non ſolum non ſuccedit,ſed prohibetur ſe intromittere in litigijs.Fely.in capit.his quæ.nu.2.de maiorita.& obed.Vitali.in clem. fin.nu. 37. de procur.cum alijs tunc latius adductis.

Quartò:quia ſicut contra habentem cauſam ab attentan-
13 te datur remedium attentatorum † etiam ſi ſit mere tertius, vt fuſe diximus ſupra in 1.parte.c.3. de attent. à terrio. nu.16. ita cum prędictus hęres,& ſucceſſor habeant cauſam ab eo, qui fuit inhibitus,debent hoc remedio attentatorum teneri,ſi aliquid contra inhibitionem fecerit.

14 Quintò: quia remedium † attentatorum datur contra hæredem attentantis ſecundum Mil.in verb. attentata lite pendente,fol.29. & conſequenter hæres hoc caſu ex ſolo facto defuncti attentantis tenetur, ergo multo magis dari dẽt contra hæredem,quando facto ſuo attentat,inhibitioni cõ-
15 traueniendo,ne delictum ſuum remaneat impunitum.

15 Sextò non eſt dubium,† quòd hæres illius, qui paſſus eſt
16 attentata, poterit ad illorum reuocationem agere † quia cũ ius petendi hanc reuocationem ſit ceſſibile iuxta ea,quæ diximus infra in 3.parte,c.22.de actore, & quis poſſ. attent. reuoc.pet.nu.13. & ſequen. ergo etiam ad hæredem tranſmit-
17 titur: † cum quicquid eſt ceſſibile, ſit etiam tranſmiſſibile ad hæredem,licèt non conuertatur,vt declarat Tiraquel.de retract.§.26.gloſſ.1.numero 45.Sicut ergo hęres agit ad reuocationem, ſi quid contra inhibitionem ad inſtantiam defuncti emanatam fuerit attentatum, ita debet poſſe contra eum agi, ſi quid ipſe aduerſus inhibitionem contra defunctum executam attentauerit,vt contrariorum ſit eadem diſciplina.

18 Septimò: quia † ſucceſſor etiam in beneficio conuenitur ex eiſdem actis, & cauſa in eodem ſtatu permanente, ſicut poterat conueniri principalis ipſe defunctus. Rot. deciſ. 1. aliàs 3. nota quòd ſucceſſor. vt lit. penden. in anti. ſed inter alia acta cauſæ eſt etiam inhibitio,de qua agitur, ergo ſi illi contraueniat,debet occaſione dictæ inhibitionis poſſe conueniri.

Tertia demum poteſt eſſe opin. vt diſtinguamus, quòd
19 † Aut hæres, & ſucceſſor non habent notitiam huiuſmodi inhibitionis,& tunc procedat prima opi. Aut in eis præſupponitur talis notitia,& tunc procedat ſecunda, vt ſi quid fecerint contra inhibitionem, quam ſciebant extare, dicantur attentaſſe,argumen.eorum, quæ per multa exempla deduximus, quòd lis ignorata non facit attentata: vt ſupra in ſecunda parte,capitulo quarto.de attentat.lit.penden.in 27. limitatio.princip. & ſimiliter quòd aduocatio cauſæ, cuius non haberetur notitia, non facit regulariter attentata, ut ſupra in ſecunda parte,capitulo 10.de attentat. poſt aduocatio.cauſ.numero 21.& ſequen.& quæ de appellatione ignorata diximus ſimiliter ſupra in ſecunda parte capitul. 12.de attentat.appellatio.penden.in 15.ampliat.princip.nume.20. & ſequen.

Quid dicendum? Si altera ex prædictis primis opin. abſolute tenenda eſſet, ſanè ſecundæ tanquàm veriori videtur adhærendum:cum ea quæ pro prima opin. ſunt adducta, in rei veritate parum urgeant. Non enim obſtat primum: quia cum pater,& filius,& ſimiliter hæres, & defunctus reputentur eadem perſona, poteſt probabiliter dici, quòd hoc caſu inhibitio, & illius effectus non egreditur perſonas: præſertim cum illa perſonalitas attendatur etiam in propria materia noſtra attentatorum, ut dictum eſt ſupra numero 8. Secundum quoque argumen.parum obſtat:quoniam non eſt hoc omnino expeditum, quòd vitium litigioſi ſit perſonale:immo Docto.in d.l.2.C.de edend.& in l.litigator. C.de fructibus & lit. expenſ. videntur potius inclinare, quòd ſit vitium reale,vt ibi latius per eos. Quod vltra eos ſatis ex eo deprehendi videtur,quòd hoc remedium attentatorum datur contra ſuccedentem in re attentata,etiam ſi non habeat cauſam ab attentante,vt diximus ſupra in 1.part capitulo 3. de attent.à tertiò,numero 24.vbi poſt alios,& hanc rationẽ attulimus, quòd hoc ſit vitium reale. Tertium verò non multum ſtringit. Tum quia ratione perſonalitatis, de qua ſupra, ſi inhibitio ſit executa cõtra patrem, vel defunctum, poteſt dici etiam executa contra filium, atque hæredem.
20 Tum quia † quandoque inhibitio contra vnum executa afficit alterum, exemplum in inhibitione executa contra partem,quæ afficit etiam iudicem, etiam ſi ille non ſit inhibitus:vt diximus ſupra in hoc eodem capitul.in 19. ampliatio. princip.Quinimmo, ſi quis tenendo hanc ſecundam opin. vellet etiam his, quæ in 3. opin. ſunt adducta reſpondere, poſſet ſatis probabiliter dicere, quòd conſideratio ignoran-
21 tiæ hoc caſu vix admitti poteſt: attento quòd cum † inhibitio dicatur in ſe habere implicitum decretum irritans, ut per Caſſad.deciſ.2.incipien.deciſio.numero 6.de reſtitu. ſpo-
22 liato.poteſt dici, quòd etiam ignorantes afficiat. † Sicut decretum etiam ignorantes regulariter afficit.capitulo primo de conceſſione præbende cum alijs congeſtis per Ant. Gabriel. commun. concluſ. libro 6.de clauſul. concluſio.3.in princip.

Verùm quia iſta reſponſio non videtur omnino tuta cõſiderando, † quòd nec etiam decretum irritans ligat ignorantes reſpectu pœnæ,vt eleganter declarat idem Gabr. vbi ſupra nume.8.& præſuppoſito quòd ſi hæres contrauenien-
23 do inhibitioni attentaret varias incurreret pœnas,quas abũ de complexi ſumus infra in 3.parte,capitulo 31.de pœnis attent. Propterea ueritati inhærendo cõcludendum videtur, quòd uti uerior ſit ſequenda opin. ſupra tertio loco poſita
24 numero 17. Præſertim † quia in attentante præſupponitur dolus.Rot.deciſ.5.aliàs 25.ex quibus.de reſtitutio. ſpoliato.
25 in no.qui in ignorante non datur† cum quęlibet cauſa etiã beſtialis excuſet à dolo.l.igitur.§.1.ff.de libe.cauſ.& ponit late Anto. Gabr. commu. concluſ. lib. 7.concluſ.8.per tot.Et
26 tanto magis: quia † concluſio,quæ opiniones conciliat, in dubio eſt tenenda:vt poſt Saly.in l.filio ff.famil.erciſcun.tradit Grat.in conſi.30.viſis.nu.33.lib.1.& conſi. 34.viſis. num. 8.lib.2.& conſi.145.duo diuerſa.numero 7.lib. 2. & ſequitur Io.Cephal. in conſi. 16.viſis.nume. 35.lib.1.& etiam Socin. ſen.conſi.66 nume.38.verſi.& hæc opin. lib.1.& Socin. Iun. in conſi.39.num.68.& in conſi.121.in fin.lib.2.Ex qua diſtinctione poteſt alia quoque, & vniuerſalis limitatio colligi, & hæc erit.

Limitatio XXV.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio ignorata non facit attentata.*
2 *Ignorantia præſuppoſita nõ eſt quid imputari poſſit,ſi illi contraueniat*
3 *Inhibitio non ligat ignorantes,remiſſiue.*

1 VIgeſimoquintò Limita,vt nõ procedat, † qñ actus factus poſt inhibitionem fuiſſet factus ab eo, qui huiuſmodi inhibitionem ignorabat, & ſic inhibitione ignorata: † cũ præſuppoſita ignorantia non ſit quid ipſi agenti ſit imputandum,ad no.in l. ſi duobus.de appell.Quæ limit. ex his omnibus comprobari poteſt, quæ poſuimus ſupra c.4.de attent.lit.pend.in 27.limit. principali,quæ breuitatis cauſa hic non repetuntur. Præſertim quia inter litis pendentiam,& inhibitionem hoc caſu non videatur dari cõſiderabilis diuerſitatis ratio,cum reſpectu pœnæ,
3 nec † etiam inhibitio liget ignorantes, vt proxime dictum eſt in fi. præcedentis limitationis.

Limitatio XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Proceſſus factus per Auditorem Cameræ uigore obligationis Cameralis etiam poſt inhibitionem.*
Rotalem emanatam uigore commiſſionis non facientis mentionem de huiuſmodi obligatione non dicitur attentatus.
Niſi dubium eſſet, an in caſu, de quo ageretur, haberet locum obligatio

Source : BIU Cujas

gatio prædicta, ut infra numero 7. Item.
Nisi huiusmodi obligatio fuisset adiecta compromisso pro obseruatione laudi inde ferendi, ut nu. 8. Item.
Nisi inhibitio esset geminata, ut nu. 9.
2 *Auditor Cameræ uigore suarum facultatum potest à quibuscunque iudicibus causas ad se aduocare, quando in commissione non fuit facta mentio obligationis in forma Cameræ.*
3 *Actus factus ab habente causam à principe censetur authoritate principis factus.*
4 *Factum Principis censetur factum hominis, & partis.*
5 *Spoliatus à Principe sicut non restituitur aduersus ipsum principem, ita nec contra habentem causam ab eo.*
6 *Delegatus ipsum delegantem repræsentat.*
10 *Geminata inhibitio censetur habere uim motus proprij, & clausulæ ex certa scientia atque etiam clausulæ non obstante &c.*

1 VIgesimosextò Limita, vt regula supra posita non procedat, † quando essemus in executione, & processu facto per Auditorem Cameræ vigore obligationis in forma Cameræ post inhibitionem etiam Rotalem emanatam vigore commissionis non facientis mentionem de huiusmodi obligatione camerali. Cū enim
2 † Auditor Cameræ vigore suarum facultatum eidem per diuersos Roma. Pontifices concessarum sit vniuersalis executor dictarum obligationum cameralium, & possit quascūque causas etiam vigore commissionis de obligatione Camerali mentionem non facientis à quibuscūque iudicibus ad se aduocare, & ad vlteriorem obligationis prædictæ executionē procedere, vt legitur in suis facultatibus, quæ sunt etiam cum decreto irritanti, & cū inhibitione respectu aliorum iudicum, ne eundē super præmissis molestare, aut perturbare præsumant, non videtur, quòd secundùm istos terminos possint considerari attentata. Sicut enim si Princeps ipse auocasset causam coram alio pendentem, & in ea processisset, non diceretur attentare, cum sit supra ius. Aegid. decis. 749. in fi. & diximus supra in 2. parte. c. 4. de attent. lit. pend. in 12. limit. princip. ita nec habens causam ab eo cum
3 facultate prædicta: tum quia † censetur authoritate Regia, & principis id facere. Afflict. decis. 302. aliud dubium. nu. 2.
4 tum quia † factum principis censetur factū hominis, & partis, arg. l. Cæsar. ff. de publica. & quæ ponit Crauet. cōsi. 5. tria sunt in prin. lib. 1. tum etiam quia † & aliàs spoliatus à Principe non restituitur etiam contra habentem causam ab eo, sm Deci. in consi. 191. in causa. sub nu. 9. col. pen. versi. 5. hoc
6 comprobatur, † Et delegatus ipsum delegantem repræsentet. l. 1. ff. de offic. eius, cui mand. est iuris. c. 1. de offic. deleg. cū simil. Verùm quia hæc conclusio, & præsens limitatio tota pendet à facultatibus eiusdem Auditoris, & illas per Pontifices augeri, diminui, & alterari etiam nostris temporibus quandoque vidimus, si casus contingeret ad formam, & continentiam dictarum facultatum esset recurrendum. c. porrò. de priuileg. Si verò præsupponeremus facultates non fore alteratas, sed extare; prout supra retulimus, adhuc presens limitatio non esset indistincte tenenda, sed nōnullis modis
7 declaranda, & Primò vt procedat, † quando clarum esset, ꝙ in casu, de quo ageretur, haberet locum obligatio prædicta, secus si esset dubium, & ideo in vna Hispalen. pensionis, & attentatorum coram Serafino. 24. Maij 1568. in qua quærebatur, an obligatio Cameralis de soluendo certam pensionem impositam super canonicatu, qui deinde mediantibus nonnullis cessionibus iuerat per plures manus, esset extincta, & causa commissa erat super inualiditate dictarum cessionum in Rota, non facta mentione de dicta obligatione, & dictæ commissionis vigore fuerat Auditori Cameræ inhibitum, & deinde toto facto narrato iterum commissa causa in Rota, cum iterum fuisset inhibitum, & post inhibitionem Auditor Cameræ vigore suarum facultatum processisset, Licèt ad excusanda attentata allegaretur, ꝙ potuerat absque metu attētatorum procedere per supradicta, Domini tamen tenuerunt pro attentatis, ea ratione moti: quia facultates fundatæ in obligatione camerali non videbantur habere locum in casu illo, in quo talis obligatio videbatur cessare, vnde stante dubio nihil erat per Auditorem innouandum
8 post inhibitionem Rotalem. Secundò † declara, vt vigore harum facultatum etiam in alio casu non sit deueniendum post inhibitionem ad executionem, quādo scilicet huiusmodi obligatio fuisset adiecta compromisso pro obseruatione laudi inde ferendi, si enim aduersus laudum fuisset petita reductio ad arbitrium boni viri, pendente iudicio reductionis non potest ad executionem dictæ obligationis procedi, vt diximus supra in 2. parte c. 16. de attent. reductio. ad arbit. bon. vir. penden. numero 13. Quibus adde, ꝙ idem fuit tandem tentum in vna Romana reductionis laudi, & attentatorum coram D. meo Oradino 13. Februarij 1568. in qua cum dubitaretur, an immissio in possessionem facta per Auditorem Cameræ vigore obligationis Camerales adiectæ compromisso, postquam causa reductionis fuerat commissa in Rota, & illius vigore inhibitum, esset subiecta vitio attentatorum, Domini inclinauerunt pro attentatis: declarando tamen, ꝙ possessio sequestraretur, & interim videretur de iustitia laudi, & ꝙ idem fuerat etiam antea tentum in alia Auinionen. laudi coram Fantutio 7. Octobris 1555. in qua fuit ad literam dictum, quòd si pēdebat restitutio aduersus laudum, non licuit facere executionem, & adsunt attentata, aliàs secus. Tertiò potest addi, vt procedat,
9 quando vna tātum adesset commissio, & inhibitio. † Secus si adessent plures, & geminatæ: nam facultates Auditoris Cameræ, quæ loquuntur de commissione, non essent intelligendæ in casu, in quo non vna tantum, sed plures adessent commissiones. Et ratio differentiæ illa assignatur: quia licèt vna commissio, in qua non sit facta mentio dictæ obligationis, quasi sit subreptitia, possit vigore dictarum facultatum auocari: attamen quando essent geminatæ, cessat considera-
10 tio subreptionis: quia tunc † talis geminata commissio censetur habere vim motus proprij, & clausulæ ex certa scientia, & clausulæ non obstante secundùm Felyn. in c. si quando. col. fi. versi. geminatio rescripti. de rescript. quo fundamē to inter cætera vtebantur aduocati in dicta Hispalen. pensionis, ad excludendas facultates Auditoris Cameræ, & ad deducendum attentata, pro quibus, vt dictum est, Domini tenuerunt. Quibus adde, quæ de vi huiusmodi geminatæ inhibitionis diximus supra hoc eodem c. in 12. limit. prin. nu. 14. post Deci. consi. 33. viso puncto post prin.

Limitatio XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Actus necessarius si fiat post inhibitionem, non dicitur attentatus. Etiam si simus in inhibitione introducta à iure, vt nu. 2.*
2 *Alienationis prohibitio per testatorem facta non refertur, nec includit casum necessarium.*
3 *Possessio tradita per Capitulum, postquam ei fuerat inhibitum, subroga to literas apostolicas præsentanti, quibus parere erat capitulo necessa rium, non dicitur attentata.*
Contrarium assignatur, & soluitur, ut nu. 5.

1 VIgesimoseptimò limita, † nisi actus factus cōtra inhibitionem esset necessarius: quia tunc veniret excusandus à vitio attentatorum: quoniam per inhibitionem † etiam à
2 iure introductam (puta in casu c. si hi contra quos. vt lit. pend. in 6.) non cēsetur prohibita superueniēs causa necessaria, ut arguebat aliàs Aegi. Bellamer. in consi. 35. incip. vtrum lite pendente, col. 1. versi. sed nūquid collatio, exemplo eius, quod aliàs dicitur: quòd
3 † prohibitio alienationis facta per testatorem nō includit, nec refertur ad casum necessarium, ad no. in l. filiusfamilias §. diui. ff. de lega. 2. cùm necessitatis causa multa indulgeantur, quæ aliàs non concederentur, de quibus late per Tiraq. de vtroque retr. §. 26. glo. prima, numero 18. Et propterea aliàs in vna Gerunden. Canonicatus coram Grat. 26. Maij 1564. in quā cum prouisus per obitum de canonicatu petijsset à capitulo se immitti in illius possessionem, & à denegata per capitulum possessione appellasset, & commissa appellationis causa, eius vigore obtinuisset capitulo inhiberi, & post inhibitionem subrogatus gratiosè à Papa etiam quoad possessionem defuncti (qui antea in eius fauorem resignauerat) literas apostolicas desuper expeditas capitulo præsentasset, & capitulum ob reuerentiam literarum, quibus contradicere non poterat, & parere cogebatur, eidem
4 subrogato † possessionem tradidisset, & dubitaretur, an talis possessio esset attentata, Domini tenuerunt pro non attentatis: quia subrogatio gratiosa excludit attentata, & consequenter inhibitio eo casu non est operata effectum attentatorum. Et licèt Domini ibi nihil expresserint de hac ratione, quòd ibi traditio possessionis fuerit necessaria, vt pareret literis apostolicis: quia tamen informantes pro negatiua hoc potissimum fundamento mouebantur, Dominos quoque illud consideresse, & admisisse credendum est. Quę limitatio sicut ex his omnibus comprobari potest, quæ latius posuimus supra in hac secunda parte, capitulo quartò de attentat. lit. penden. in octaua limitatio. ibi posita, quòd regulariter actus necessarius lite pendente factus non subijcitur vitio attentatorum, ita id quod proxime dictum est, quòd possessio capta per subrogatum post inhibitionem
5 non sit attentata † dubitabile reddi posse videtur ex his, quæ diximus supra dicto capitulo quarto, de attentat. lit. penden. in præfatione numero 373. Nisi soluendo consideres, quòd ibi inhibitio fuit executa p̄ ipsum subrogatum,

Source : BIU Cujas

vnde non mirum ſi ille capiendo poſſeſſionem attentauit, hic verò ſubrogatus non præſupponitur inhibitus, ſed capitulum, quod quia ex cauſa neceſſaria poſſeſſionem tradidit, venit ab attētatis excuſandum, quæ cauſa neceſſaria in cauſa Toletana, de qua ibi, non præſupponitur.

Limitatio XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio ratione perſonæ inhibitæ minus legitime executa non facit attentata.*
2 *Tutor, uel illius actor inhibitus poſtquam erat finita tutela pubertate, ſi contraueniat non dicitur attentare.*
3 *Procurator reuocatus, ſi poſt reuocationem illi inhibeatur, & ipſe cõtra ueniat inhibitioni, non cenſetur attentare.*
Dummodo fuerit habita notitia huiuſmodi reuocationis, vt nume. 4. remiſſiue.
5 *Vicarius, ſeu officialis Epiſcopi deputatus per Capitulum ſede Epiſcopali vacante, ſi interim fuerit inhibitus, talis inhibitio non afficit ſucceſſorem, & modernum Epiſcopum, ut ſi ille contraueniat inhibitioni, dicatur attentaſſe.*
6 *Inhibitio executa contra Syndicum alicuius vniuerſitatis non facit attentata, de quo tamen ſubſiſtendum videtur, ut nu. ſeq. ſecus in procuratore generali alicuius priuati, nu. 7.*
8 *Citatio executa contra procuratorem generalem alicuius priuati facit litem etiam ad effectum attentatorum.*

1 VIgeſimooctauò limitari poteſt: vt non procedat † quando inhibitio ratione perſonæ inhibitæ fuiſſet minus legitimè executa, ſicut enim citatio, qñ eſt nulla, non inducit litis pendentiam ad effectū attentatorum, vt diximus ſupra in ſecunda parte. c. quarto. de attent. lit. pend. in præfatio. nu. 82. ita dicendum videtur, ſi inhibitio ſit male executa, & nulla, quod poteſt multipli-
2 citer exemplificari. Primò † in tutore, vel illius actore finita tutela, contra quem ſi inhibitio exequeretur, non diceretur facere attentata, ſicut nec induceret litis pendētiam citatio de eodem facta: vt poſt Dec. in conſi. 460. viſo nu. 21. diximus
3 in dicta præfatio. nu. 83. Secundo † in procuratore reuocato: quia ſicut aliàs omnia alia geſta cum procuratore reuocato non valent, glo. in cap. quamuis. de procura. in 6. & latius per Vant. in tractatu de nullitat. in titu. de nullit. ex defect. mand. numero 162. ita nec inhibitio contra eum executa debet poſſe domino præiudicare ad effectum, vt domi-
4 nus contraueniendo incidat in pœnas attentatorum, † & hoc præſuppoſita in inhibente notitia reuocationis, aliàs ſi reuocatio in caſibus, in quibus eſt intimanda (de quibus per Vant. vbi ſupra numero 159,) non eſſet intimata, aliter
5 dicendum eſſet. † Tertiò in officiali, ſeu vicario per capitulum ſede Epiſcopali vacante deputatum, contra quem ſi fuerit executa inhibitio non afficeret ad effectum attentatorum modernum Epiſcopum, ita vt geſta per eundem Epiſcopum poſt, & contra dictam inhibitionem ſint tanquam attentata reuocanda, vt fuit nouiſſime vltimo loco reſolutum in vna Albarazinen. portionis coram. R. P. D. ac fratre
6 meo Cantutio. 15. decembris 1574. Quartò † in Syndico generali alicuius vniuerſitatis, qui ſi fuerit inhibitus, & deinde vniuerſitas puta exequendo aliquam ſententiam inhibitioni contraueniat, executio non dicitur attentata, vt fuit dictum in vna Rauennaten. attentatorum coram Caputa-
7 quen. 25. Ianuarij 1553. † Quod vltimum exemplum videtur poſſe reddi dubitabile ex eo, quod aliàs fuit dictum in vna Matthelicana iuriſdictionis coram Paleotto. 6. Nouembris 1564. quòd † citatio executa contra procuratorem citādi inducit litis pendentiam etiam ad effectum attentatorū, vt adnotauimus etiam ſupra in dicto capitul. 4. de attent. lit. penden. in præfatio. numero 80. Niſi dicas, quòd in dicta Matthælicana eramus in procuratore generali alicuius priuati, in Rauennaten. vero in Syndico generali vniuerſitatis, qui videtur habere debilius ius, quàm procurator priuati, qui regulariter ſuo procuratori ampliores poteſt dare facultates, puta vendendi, tranſigendi, donandi, & huiuſmodi, quæ regulariter Syndico non cenſentur conceſſa, nec per miſſa. Vel melius, quòd (vt præſupponebatur ibi in facto) communitas Rauennaten. ad illam cauſam, in qua fuit facta inhibitio, habebat in curia procuratorem, & Syndicum ſpecialem, & ideo aduerſarius faciens inhiberi Syndico generali derelicto procuratore ſpeciali (qui erat ſibi commodus in curia) videtur calumnioſe egiſſe, & propterea inhibitio eo caſu non fecit attentata, vt adnotauimus etiam ſupra hoc eodem c. in 7. limit. prin.

Limitatio XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio executa niſi ſit in actis reproducta, non facit attentata ſecundum aliquos.*
Licèt contrarium uideatur uerius, ut nu. 4.
2 *Citatio non inducit litis pendentiam, quando eum pœnitet, qui illam obtinuit.*
3 *In dubio capienda eſt interpretatio pro non attentatis.*
5 *Actori licere non debet, quod reo non licet.*
6 *Æqualitas in iudicijs ſeruanda eſt.*
7 *Moderata cenſetur inhibitio quoad inſtantem pro moderatione, etiã ſi actualiter non fuerit moderata.*

1 VIgeſimonono ex his, quæ quandoque in facto ad excuſanda attentata allegari animaduerti, limitari poteſt, vt non procedat, † quando inhibitio licet decreta, & executa, non tñ fuiſſet apud acta reproducta, & ideo dicebatur, ꝙ ſi is, qui inhibitionem obtinuit, & contra aduerſarium exequi curauit, aliquid ipſe poſtea attentauerit, ſi inhibitionem executam non reproducat, non poteſt ɔ eum dari de attētatis; Quod ex eo deducere conabantur: quia inhibitio ad hoc, vt afficiat ad effectum attentatorum debet eſſe executa ɔ eum, qui prætenditur attentaſſe, vt declarauimus infra hoc eodē c. in prima declaratione prin. ſed hic contra eum, qui prętenditur attentaſſe non poteſt dici executa, meritò. Item ex eo,
2 quod in ſimili dicitur de citatione: † ꝙ ſi eum, qui obtinuit citationem, eam obtinuiſſe pœniteat, talis citatio non inducit litis pendentiam, & cenſetur illi renūtiaſſe, vt admonuimus ſupra in hac 2. parte, c. 4. de attent. lit. penden. in præfatio. nu. 43. ita etiam quando eum qui obtinuit inhibitionē, & illius executionem, pœnitet, & non vult illam reproducere, dicendum eſt, ꝙ ſtante pœnitentia inhibitio nō faciat attentata. Quamuis autem per præmiſſa iudex ille de parti-
3 bus videretur in hanc partem inclinare, præſertim † quia in dubio vr̄ capienda interpretatio pro non attentatis, vt diximus ſupra in 1. parte in præfatio. nu. 103. Ego tamen ſi partes iudicis ſuſtinuiſſem, in contrariam iuiſſem ſententiam, ꝙ
4 immo † inhibitio ad inſtantiam alicuius obtenta & executa faciat attentata, etiam ſi illam obtinens apud acta eā non reproduxerit, ita vt ſi quid ille interim innouauerit, tanquā
5 attentatum reuocandum veniat, † tum quia nō debet actori licere, quod reo non licet. l. non debet ff. de reg. iur. † tum
6 quia æqualitas in iudicijs ſeruanda eſt. c. 2. de mut. pet. l. vbi falſi. C. ad l. Cornel. de falſ. c. in iudicijs. de reg. iur. in 6. Vnde ſicut ſi reus, contra quem eſt executa inhibitio, ɔueniat, dr̄ attentare: vt clarum eſt, & dicemus proxime in prima declaratione, ita pariter dicendum eſt, actorem aliquid noui contra reum hoc caſu facientem attētare, Immo multo magis, ſicut enim videmus, ꝙ citatio quoad actorem facit attētata duntaxat decreta, licèt nondum executa: vt firmauimus ſupra in hac 2. parte, c. 4. de attent. lit. penden in præfatio. num. 36. ita & multo magis debet hoc caſu facere attentata inhibitio ad iſtantiam actoris non ſolum decreta, uerùm etiam executa, licèt non reproducta: cum ipſe iam ſit certus de decreto ipſius iudicis inhibetis, qui nolebat aliquid in cauſa innouari. Ex qua ratione tollitur id, quod primo loco pro prima opinione adducebatur: quia actor de inhibitione certus eſt abſque eo, ꝙ ɔ eū illa ſit executa, & propterea debuit
7 ab innouando abſtinere. Præſertim † quia ſicut quando inſtaretur pro moderatione inhibitionis, inhibitio quoad inſtantem habetur pro moderata, ut diximus ſupra hoc eodē c. in 2. limit. princ. nu. 7. ita etiam quoad eum, qui inſtat pro inhibitione, debet haberi inhibitio pro profecta, vt contrariorum ſit eadem diſciplina, adeo ꝙ poteſt dici, ꝙ ipſa non reproductio inhibitionis ſolum reddat difficiliorem probationem executionis ipſius inhibitionis, & conſequenter attentatorum, non autem operatur, quin inhibitio fecerit attentata per ſupradicta.

Limitatio XXX.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio duntaxat decreta, niſi fuerit etiam actualiter executa, non facit attentata.*
Etiam ſi iudex haberet aliqualem notitiam decreti, & relaxationis huiuſmodi inhibitionis, ut nu. 3. &
Etiam ſi parti fuerit inhibitio intimata ſecundum aliquos, vt infra numero 11.
Quamuis hoc non uideatur tenendum, ut infra nu. 13.
2 *Inhibitionis natura eſt reſpicere futura, non afficere præterita.*
4 *Citatio quoad citandum non inducit litis pendentiam, niſi poſt citationis executionem.*
Etiam ſi decreti citationis aliqualem notitiam habuerit, ut nu. 5.
6 *Iudex à quo non tenetur in cauſa ſuperſedere, etiam ſi ſciat iudicem ad quem incepiſſe cognoſcere de ueritate appellationis ab eo interpoſitæ.*
7 *Scientia idem operatur, quod denunciatio.*
Dummodo ſit plena ſcientia, vt nu. 8.
9 *Notitiam alicuius rei quis habere non dicitur, niſi habeat etiam ſcientiam omnium ſuarum qualitatum.*

Scientia

Source : BIU Cujas

10 *Scientia est concludenter probanda ad inducendam amissionem, & pœnam incurrendam.*
12 *Non sufficit quid sciri à parte, nisi etiam constet iudici.*
14 *Inhibitio facta parti, & non iudici: nihilominus iudicem etiam ignorantem afficere dicitur.*
Et ratio assignatur; quia scilicet inhibitio habet implicitum decretum irritans, ut nu. 16.
15 *Inhibitio facta iudici, uel parti afficit iudicem, & partem, quaão iudex procederet ad instantiam partis.*
17 *Decretum irritans non ligat ignorantes respectu pœnæ.*
18 *Inhibitio per iudicem decreta, & non per cursorem, aut nuncium publicum sed tantum per partem aduersario ostensa an faciat possessionem postmodum captam attentatam.*
19 *Credulus esse nemo debet, & ideo parti asserenti inhibitum fuisse credere nemo tenetur.*
20 *Credere aduersario suo asserenti quòd de mandato iudicis ueniat ad iudicium, aut se appellasse nemo tenetur.*
21 *Pœna ut incurratur, requiritur plena, & certa notitia.*
22 *Certus ubi quis esse debet, non tenetur credere cuilibet referenti.*
23 *Assertio etiam magni uiri, etiam iurata non facit probationem etiam semiplenam, sed solum præsumptionem.*
24 *Intimatio alicui est facienda (etiam si aliunde quis sciat) quando notitia requiritur, non solum ut sciat, sed etiam vt aliquid faciat, uel non faciat.*
25 *Deductio ad notitiam debet fieri cum solennitate Clem. causam. de electio. quando ex ea quis obligatur ad aliquid præiudiciale.*
26 *Coniecturæ non sufficiunt, quando agitur de priuatione.*
27 *Actus iudiciarij debent à iudice fieri per suos ministros, & officiales.*
28 *Creditor habens rem iudicatam si propria authoritate, & absque nuncio sui debitoris bona distraxerit, tenetur furti, & ui bonorum raptorum.*
29 *Forma inhibitionum esse uidetur, ut dirigatur presbyteris, & officialibus, ut nomine iudicis inhibeant.*
30 *Citatio facta per partem alteri parti non arctat citatum ad comparendum.*
31 *Priuilegium curiorum dicitur esse, ut inhibitiones non præsententur nisi per eos.*
32 *In dubio sumenda est interpretatio pro non attentatis.*
33 *Scientia simplex idem operatur, quòd denunciatio, & non refert à quo fiat.*
34 *Intimatio appellationis per quemcunque fiat ualet.*
Immo etiam si fiat ab ipsomet appellante. nu. 35.
36 *Citatio minus legitime executa ligat, subsecuta illius notitia.*
37 *Reuocatio procuratoris ualet undecumque procurator illam sciuerit.*
38 *Appellatio dicitur deuolui, quando appellato ostenditur instrumentũ publicum appellationis.*
39 *Citatus in dubio tenetur uenire ad iudicium.*
40 *Decretum irritans habet conditionem, si pars illa vti uelit.*
41 *Denunciatio Domini, ne quis aliquam rem emat, constituit emptorem in mala fide, ita ut in dubio abstinere debuerit.*

DEclaratur Nunc eadem regula nõ nullis vtilibus, & necessarijs modis, &

1 Primò † vt quod dictum est, processum, & gesta post inhibitionem esse attentata, intelligatur post inhibitionem non simpliciter, & duntaxat decretam, sed vltra etiam actualiter executam, cum aliàs non sit, quid Iudici imputari possit, si in causa procedit secũdum opinionem Io. And. in addit. ad Spec. in tit. de appellationibus. §. nouissime. in verb. procedit, remissiue ad latius notata per eũ
2 in c. non solum. de appellatio. in 6. quia natura † inhibitionis est respicere futura, non autem afficere præterita. c. si eo tempore. vbi Gemi. Franc. & alij de elect. in 6. Veronen. causarum ciuilium consi. 18. casus talis est. nu. 2. Quam declarationem expresse ponit Guid. Pap. in consi. 66. in facto præsupponitur. nu. 9. & iterum in cõsi. 69. pro declaratione. nu. 10. versi. ad octauum quæsitum, subdens, & deducens, literas inhibitorias ante illarum executionem nullum effectum habere, quod in proprijs terminis attẽtatorum, quòd requiratur executio, & transmissio literarum inhibitoriarum, tradit Soci. in consi. 45. visa. sub nu. 7. & 8. lib. 1. Pro qua declaratione faciunt ea, quæ in simili diximus supra c. 12. de attentatis appellationę pẽdente, in 15. ampliatione principali, in 2. limitatione, nu. 20. quòd appellatio interposita coram honestis viris ad hoc, vt habeat effectum suspensiuum causantem attentata debet Iudici intimari. Quæ declaratio ampliari potest duobus modis.

3 Primò ex intentione Io. And. vbi supra, † vt procedat, ẽt si Iudex haberet aliqualem notitiam decreti, & relaxationis huiusmodi inhibitionis. Quod ex eo in simili comprobari
4 potest, quod dicitur, ꝙ lis † quoad citandum nõ inducitur, nisi post citationem executam. Clem. 2. vt lit. pend. Aegid. decis. 699. suppositio. quem refert, & clarius sequitur Fely. in c. cæterũ. col. 2. sub nu. 2. versi. solutio restringi põt. de reseri.

5 † Etiam si decreti citationis aliqualem notitiam habuerit. Paris. consi. 81. origo huius. nu. 13. lib. 4. Et ex eo etiam, quod
6 aliàs dr̃, ꝙ Iudex † à quo non tenetur supersedere in causa, etiam si sciat Iudicem ad quem incępisse cognoscere de veritate appellationis ab eo interpositæ, vt post Franc. in c. nõ solùm. §. fi. de appel. in 6. tradit nouissime Osasc. in decis. Pedemon. 5. certa die. sub nu. 7. versi. non obstant in contrariũ adducta, vbi tenet, talem scientiam non sufficere quoad reuocationem attentatorum. Quod tũ dictum confundi vr̃ ex his, quæ posuimus vbi supra in prima sublimitatione dictæ secundæ limitationis. nu. 38. post Tiraq. & alios ibidem
7 allegatos affirmantis idem † operari scientiam, quod denũ-
8 ciatio. Nisi declarando dicas † ibi intelligendum esse de plena scientia, non autem de aliquali, prout hic loquimur, cũ
9 hoc generale sit, ꝙ † non dr̃ quis habere rei notitiam, nisi etiam suarum omnium qualitatum scientiã habeat, ad no. in c. concertationi. de appella. in 6. & ponit Tiraq. vbi supra
10 † Præsertim ad inducendam alicuius iuris amissionem, & vt quis incidat in delictum: quia tunc scientia vr̃ concludẽter non autem præsumptiue probanda, arg. eorum, quæ ponit Rota decis. 21. aliàs 771. de dolo, & contum. in anti. Ruy. in consi. 66. col. 6. nu. 13. lib. 3. Mohed. decis. 160. incip. fuit resolutum, & Put. de probat. decis. 6. incip. scientia.

Secundò præsens declaratio ampliari potest, vt in tantũ
11 requiratur executio inhibitionis facienda ipsi Iudici, † vt ẽt si parti fuerit facta, per hoc Iudex non prohibeatur, quin valide possit in causa procedere, argumento eorum quæ de intimatione appellationis coram honestis viris interpositæ posuimus in supradicta 15. ampliatione, ꝙ si fit facta intimatio tũ parti, & non Iudici, potest Iudex in causa procedere ſm opinionem Franc. in c. si iustus metus. nu. 50. de appella. qui respondet his, quæ in contrarium per Lap. & alios allegabantur, & arg. eorum, quæ ponit Deci. in cõsi. 295. In cau-
12 sa. nu. 8. † ꝙ non sufficit quid sciri à parte, nisi etiam constet ipsi Iudici. Quæ ampliatio licèt de iure forsan posset admitti per ea, quæ ponit Fran. post Imo. in d. c. si iustus. præsertim cum non allegetur notabilis ratio diuersitatis inter inhibitionem, & appellationis intimationem, vt illa solum ꝫ partem executa etiam Iudicem afficiat, hæc aũt non ita. † Nihi-
13 lominus quia in ꝫrium habemus decis. Rot. in recollec. A. Augustini 3. decis. 375. incip. Thomas, de qua dictum est, ẽt supra hoc c. in 19. amplia. princip. non hæc ampliatio, sed illa decis. 375. in practica obtineret. Pro cuius conclusionis corroboratione, quòd scilicet inhibitio facta parti etiam Iu-
14 dicem afficere debeat † facit, quod ponit Franc. (sibi in hoc non multum constans) in c. non solùm. §. illa vero. col. pen.
15 versi. in ea gl. ibi, de appel. in 6. dum uoluit, ꝙ inhibitio † facta parti, vel iudici afficiat, & iudicem, & partem, quando iu-
16 dex procederet ad instantiam partis. Et ad præmissa † illa ratio diuersitatis assignari potest: quia inhibitio dicitur esse implicita in decreto irritanti, & decretum in inhibitione, vt dicit Cassad. decis. 2. incipien. decisio, nu. 6. de restit. spoliat. natura autem decreti, cum illa sit, vt etiam ignorantes afficiat, ad no. in c. 1. de conces. præben. non mirum si inhibitio facta parti ligat ẽt Iudicẽ ignorantẽ, quæ ratio cessat in simplici appellationis intimatione. Quãuis hæc ratio vndique non satisfacit, si consideres, ꝙ & si inhibitio habet implicitũ
17 decretũ irritans, † illud tñ non ligat ignorantes respectu pœnæ: ut late declarat Ant. Gabr. commu. cõclus. lib. 6. de clausul. conclus. 5. nu. 8. quæ pœnæ in attentatis maxime considerantur, vt infra in 3. part. c. 31.

18 Quid aũt † si inhibitio per iudicẽ decreta nõ fuerit p̃ cursorẽ, aut nunciũ publicũ in personã, puta appellati executa, sed tñ per appellantẽ, aut eũ, qui illã aliàs obtinuit suo aduersario ostensa, an censenda sit sufficiẽter executa, ita vt possessio postmodũ capta dicat̃ attentata? & q̃uis aliàs eueniẽte simili casu in una Roma. fornacis corã Iunio. 10. Maij 1557. per Dominos nihil fuerit resolutũ, & per informãtes nihil fuerit allegatum præter doctri. Bar. in l. item veniunt. §. petitam. ff. de pet. hær. quia tamẽ articulus potest sæpe vsu uenire, placuit plenius illum aliquantulum attingere.

Duplex ergo in eo potest considerari opi.

Prima negatiua, quæ ex infrascriptis suadet̃ Primò: quia
19 nõ tenetur † quis credere parti asserenti fuisse inhibitũ, cũ nemo debeat esse nimis credulus. l. 1. §. 1. ff. de eo per quem fact erit. l. 2. ff. quod cũ falso tut. & c. & propterea dixit aliàs notabiliter Spec. de citat. §. sequitur. sub nu. 2. & 3. quod etiã reassumpsit post eũ Fely. in c. cum contingat. sub nu. 11. de rescrip. † ꝙ nõ tenet̃ quis credere aduersario suo dicenti, ꝙ de
20 mandato iudicis ueniat ad iudiciũ, neq; appellanti dicẽti se ꝫ eũ appellasse: quia talia sæpe simulant̃, ad no. in d. l. 1. Scdò
21 † vt quis pœnã incurrat (prout est attentans) dẽt esse certus, & requirit̃ plena, & certa notitia iuxta ea, q̃ dicta sunt supra

Source : BIU Cujas

22 numero 10. Quando † autem quis debet esse certus, non tenetur credere cuilibet referenti secundum glo. singu. in cap. si beneficia. in verb. certiores, de præbend. in 6. præsertim,
23 † quia assertio etiam magni viri, etiam iurata non facit probationem etiam semiplenam, sed solum præsumptionem ex mente Abba. in c. cum olim. in 3. notab. de dolo, & contum. Tertiò † vbi requiritur notitia alicuius, non solum vt
24 sciet, sed etiam vt aliquid faciat, vel non faciat, debet huic tali fieri intimatio, etiam si aliunde sciat. Bart. solenniter in l. denunciasse. aliàs l. qui vxori §. quid ergo. ff. de adulter. & ponit Felyn. vbi supra nu. 16. notitia autem inhibitionis est inducta ad non faciendum, ideſt, vt inhibitus abstineat ab innouando, ergo non sufficit quælibet scientia, sed requiritur
25 formalis denunciatio. Quartò † vbi ex deductione actus ad notitiam quis obligatur ad aliquid præiudiciale (prout esset hic ad purgandum attentata) debet illa fieri cum solennitate Clem. causam. de electio. videlicet porrecta scriptura authentica, & illius tenore perlecto, quæ porrectio cum debeat fieri expensis appellantis, (vt declarat glossa ibi in verb. porrecto, & Doct. ibi post eã) tacite datur intelligi, ꝙ huiusmodi porrectio non sufficiat fieri per partem, sed debeat fieri per nuncium, aut notarium, nam si fieret per partem, non intraret consideratio expensarum, quæ nullæ videntur esse, quando pars appellãs per semetipsam appellationem ad appellati notitiã deduceret. Quintò facit in simili: quia sicut
26 † quando agitur de priuatione, non sufficiunt coniecturæ, vt citatio dicatur peruenisse ad notitiam citati. Rot. decis. 21. aliàs 771. de do. & contu. in antiq. cum aliis adductis supra nu. 10. ita dicendum videtur, quòd non sufficiat præsumptiua ista notitia inhibitionis solum per partis assertionem habita ad effectum, vt faciat contrauenientem incidere in pœnas in inhibitione contentas. Sexto, & magis ad propositũ:
27 quia † actus iudiciarij debent fieri à iudice per suos ministros, & officiales. l. is cuius. §. missus. ff. vt in poss. legat. & per illum text. tradit Bald. in authent. & omnino. nume. 14. C. ne vxor pro marito. quod adeo uerum videtur, vt parti collitiganti censeatur hoc prohibitum, & ideo videmus, quòd si
28 † creditor habens rem iudicatã propria authoritate, & absq; nuncio sui debitoris bona distraxerit, tenetur furti, & actione vi bonorum raptorũ. l. miles §. qui iudicati. & ibi no. glo.
29 & omnes ff. de re iudi. Septimò † forma ipsius inhibitionis videtur tollere præsentem dubitationem, si quidem huiusmodi inhibitiones solent dirigi presbiteris, & capellanis, officialibus, & executoribus, & alijs personis, quę in principio nominantur, illisque sub certis pœnis iniũgitur, vt quoties fuerint requisiti, inhibeãt, vt in clausula ibi, inhibeatis eisdẽ & c. in casu autem nostro huiusmodi forma non potest dici impleta, ergo inhibitio non potest dici legitime executa, 40
sicut dicimus de citatione, ad no. in c. cum dilecta. de rescri. & diximus supra in 2. parte, cap. 4. de attent. lit. pend. in præfat. nu. 100.

30 Octauò, sicut † citatio facta per partem alteri parti non arctat citatum ad comparendum, vt post plura in vtranque partem adducta firmat tanquam verius Spec. in titulo de citatio. §. sequitur. sub nu. 2. versi. sed primum verius. ita hic inhibitio ostensa per partem non debet alteram partem afficere. Nonò: quia (vt allegabatur in facto in dicta Romana 41
31 fornacis) repugnat † priuilegio Cursorum, quod præsupponitur extare, vt inhibitiones non præsententur nisi per cursores, quod cum habeat decretũ irritans, meritò reddit executionem inhibitionis, de qua agimus, nullam, & inefficacẽ c. pen. de præben. in 6. cum simil. Vltimò: quia negari nõ potest, quin ex præmissis constet, executionem, de qua agitur,
32 validam esse, aut saltem hoc dubium esse, † in dubio autem sumenda est interpretatio pro non attentatis, vt declarauimus supra in 1. parte in præfatio. nu. 102. merito &c.

Secunda sit opinio affirmatiua, quòd hæc inhibitio ita afficiat, vt executio contra eam facta dicatur attentata, ex pluribus. Primò per doctri. Bart. in l. item veniunt §. petitam. ff.
33 de petit. hære. † ꝙ idem operatur simplex scientia, quod denunciatio, & non refert à quo fiat denunciatio. Secundò fa-
34 cit in simili † quod dicit de intimatione appellationis, quæ valet per quemcunque illa fiat. Rot. decis. 18. aliàs 127. valet intimatio, de appel. in no. Egid. decis. 59. intimatio, ad med. &
35 per tot. † quinimmo Felyn. in d. c. cum contingat. sub nu. 22. versic. limita, nisi ille qui intimat, de rescript. tacite videtur etiam sentire, quòd ipsemet principalis possit appellationem intimare.

36 Tertiò sicut † citatio illegitime executa ligat (subsecuta postmodum illius notitia) perinde ac si fuisset ab initio legitime executa, vt post Roman. in consi. 410. col. 1. tradit Fely. vbi supra nu. 20. ita videtur dicendum in inhibitione, de qua agimus, præsupposita illius notitia per ostensionem instrumenti ipsius inhibitionis. Quartò facit, quod in simili post

Paul. de Cast. ponit idem Felyn. ibidem nu. 21. de reuocatione † procuratoris: quia vndecunque procurator illam sciuerit, satis esse dicitur. Quintò sicut ostendendo appellato 37 38
instrumentum publicum appellationis † appellatio dicitur deuolui, vt considerat Fely. ibidem sub nu. 22. versi. itẽ ostendendo ipsi appellato & c. ita in casu nostro ostendendo instrumentum publicum inhibitionis debet aduersarium affi
cere. Sextò † quia sicut in dubio quando quis est citatus minus legitime, tenetur quis venire ad iudicium. l. si quis ex aliena. ff. de iudic. c. cum parati. de appel. Spec. in tit. de citatio. §. sequitur. sub nu. 2. in fin. (vbi loquitur de citatione facta per partem) ita in dubio inhibitus ob reuerentiam inhibentis debet abstinere ab innouando. 39

Et tenendo hanc tanquam ueriorem non obstant, quæ pro prima opinione sunt adducta: quoniam respondetur, & ad primum, & secundum, quòd hic non parti sed instrumẽto publico credere tenetur, & Spe. met ex aduerso allegatus se ipsum limitando declarat, dum subdit, nisi instrumentũ appellationis ostendat, quod & Fely. & alij videntur admittere. Ad tertium respond. quòd in casu l. denuntiasse, vltra scientiam requiritur etiam interpellatio, & requisitio hoc casu uidetur cessare, vt colligitur ex his, quæ ponit Fely. in d. c. cum contingat. sub nu. 19. versi. obstat. Ad quartũ respõdetur, ꝙ licèt Docto. in d. clem. causam. cõsiderent illas expensas, illa consideratio intrat, quando porrectio fit per notarium, sed hoc non excludit, quin possit etiam per partem fieri: quia non probat hoc esse, quod ab hoc cõtingit abesse. Ad quintum ꝙ stante instrumento publico sumus in claris, non autem in coniecturis. Ad sextum, & Septimum, ꝙ cum in inhibitione apponatur etiam clausula (prout nos per præsentes inhibemus) licèt possessio hoc casu non possit dici attentata tanquam capta post inhibitionem à nuncio factam, erit tamen attentata tanquam capta post inhibitionem iudicis, dum dicit (per præsentes inhibemus) deductam ad aduersarij notitiam à parte per publicũ instrumentum, cui ille credere tenetur. Ex quo tollitur etiam sextum fundamentum: nam licèt iudices debeant actus facere per suos ministros, per hoc tamen non negatur, quin possint ẽt illos per semetipsos facere, vt monere partes præsentes, & huiusmodi. Ad octauum responderi potest, quòd Spec. loquitur, quando pars simpliciter propria authoritate citat, secus autem esset dicẽdum, si iudex citationem decreuisset, & in instrumento citationis adesset clausula (prout nos per præsentes citamus) quia tunc opinio Spec. non procederet, cum adsit diuersa ratio. Ad nonum, quòd priuilegium cursorum, si quod extat, & decretum irritans, de quo ibi, operaretur volentibus ipsis Cursoribus eo vti, non autem ad instantiam aduersarij: nam † & decretum irritans intelligitur 40
habere conditionem, si pars, ad cuius fauorem fuit appositum, illo uti uoluerit secundum communem opinionem, de qua attestatur post alios Ant. Gabr. commu. concluſ. lib. 6. de clausul. concluſ. 3. numero 26. Ad vltimum respondetur, quòd licèt illa præsumptio, & interpretatio generalis sit: tamen tollitur per aliam specialem, quæ habet, quòd stante denunciatione etiam facta à domino, & parte cõstituitur quis in mala fide, ita vt in dubio debeat quis ab actu
abstinere, ut in denunciante † ne quis ẽmat aliquam rem, post Bal. in l. si quis fundum. C. de rei vendi. tradit Fely. d. ca. cum contingat. nu. 19. cum generi per speciẽ regulariter derogetur l. sanctio legum. ff. de pœnis. cum simil. 41

Declaratio II.

SVMMARIVM.

1 *Executio inhibitionis, & contrauentio sibi facta si concurrant, in dubio præsumitur, inhibitionem subsecutam fuisse.*
2 *Immo si Iudex assereret se fecisse actum post inhibitionem, sibi non creditur in præiudicium partis.*
3 *Nisi rei ueritas appareat.*
4 *Moderatio inhibitionis per auditorem Rotæ facta probaretur per dictum duorum eiusdem Rotæ Coauditorum.*

1 SEcundò † declara, quòd si contingat casus, quòd eodem die appareat executa inhibitio, & aliquid cõtra eam fuisse factum, si non constet, quid præcesserit, an executio inhibitionis, vel contrauentio, in dubio pręsumitur inhibitionem subsecutam, & actum, qui prætẽditur attẽtatus præcessisse, tum vt euitetur delictum, & præsumatur quid factum tempore licito, tum etiam ut actus sustineatur: ut post Egid. decis. 699. & Fely. in c. super literis. in col. 8. in fi. versi. limita 1. de rescrip. est decis. in recollect. Crescent. 53. Casalen. de lite pendente, cui concordat alia in recollect. Acchill. de Grass. 170. inhibitionem. sub rubri. de inhibitione, & alia Thomæ de Thanis 57. incip. erat præsentata, & ita etiam fuit resolutum in vna Iterranen.

olei,

Source : BIU Cujas

oli, ſeu attentatorum coram Robuſterio 17. Maij 1566. & diximus etiam ſupra in 1.parte,in præfat.nu.110. Quæ declaratio adhuc ampliari poteſt : vt † non ſolum præſumatur actus præceſſiſſe inhibitionem,vt ſupra,quinimmo etiam ſi Iudex aſſereret,ſe actum feciſſe poſt inhibitionem, ſibi non ſit ſtandum : quoniam non creditur Iudici in præiudicium partis, & poſt inhibitionem ſententiã tulerit † niſi appareat rei veritas,vt fuit tentum in vna Bitunitina corã A. Auguſtino,& eſt deciſ.in recollect.eiuſdem 311.incip.Ant.Aug.lib. 3.† Bene tamen inhibitionis moderatio per Auditorẽ Rotæ facta probaretur per dictũ duorum eiuſdem Rotæ Coauditorum,circa quod licèt multa conſiderari poſſint, prout facit Mandoſ.de inhibit.q.40.in cõtingentia tamen facti fuit tentum,moderationem probari ſaltem ad excuſanda attentata in vna Eugubina præpoſituræ coram Puteo 12. Octobris. 1548. vt refert idem ibi ſub nu. 5. & faciunt, quæ adnotauimus ſupra cap.16.de attent.reduction. ad arbit. bon.vir. pend.in fi.ſextæ limit.regulæ ibi poſitæ de poſſeſſione capta eo ipſo die, quo fuit petita reductio , quæ non cenſetur attentata.

Declaratio III.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio in dubio intelligitur ſecundum ſupplicationem, & petitionem partis,ad cuius inſtantiam emanauit.*
2 *Et eſt regulanda ſecundum commiſſionem,& illius ſignaturam,nec ultrius extendi poteſt.*
3 *Et ſi quid ultra fiat,non ualet.*
4 *Et recipit omnes conditiones, quas recipit ſupplicatio, & appellatio, cũ ſit ad executionem appellationis.*
5 *Inhibitio emanata in ſecunda inſtantia intelligitur ſemper ſine præiudicio præcedentis ſequeſtri uigore ſententiæ in prima inſtantia relaxati.*
6 *Inhibitio regulatur ſecundum clauſulam, prout de iure, quando commiſſio,cuius uigore emanauit,erat ſignata,prout de iure.*

1 TErtiò declara † vt inhibitio in dubio intelligatur ſecundum ſupplicationem,& petitionem partis, ad cuius inſtantiam emanauit ſecundùm Deci. 2 in conſi.33.viſo.nu. 8.† & eſt regulanda ſecundũ commiſſionem,& illius ſignaturam, nec vlterius extenden 3 da † & ſi quid vltra fit, non valet ſecundum Pariſ. in conſi. 4 39.non poſſunt.nu.9. lib. 1.† & recipit omnes conditiones, quas recipit ſupplicatio,& appellatio, cum ſit ad executio- 5 nem appellationis. Crauett. conſi. 108. nu. 5.† & inhibitio emanata in ſecunda inſtantia vigore appellationis intelligitur ſemper ſine præiudicio præcedentis ſequeſtri vigore ſententiæ in prima inſtantia relaxati,vt fuit tentum in vna Taraconen. Archidiaconatus coram Paleotto, & eſt in recollect.eiuſdem deciſ.192.incip.lata.Et ad præmiſſa faciũt, quæ poſuimus ſupra hoc eodem capitul.in 11. ampliat. princip. 6 in fin.numero 28.† quòd ſi commiſſio ſit ſignata, prout de iure,inhibitio quoque illius vigore emanata cenſetur emanaſſe, prout de iure, & regulatur ſecundum illam clauſulam.

Declaratio IIII.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitionis effectus non durat perpetuo,ſed quaſi concomitatur litẽ, & appellationem.*
2 *Inhibitio ſuſpendit ſolum,donec pendet cauſa,& articulus appellationis.*
3 *Appellatione ceſſante ceſſat inhibitio.*
4 *Inhibitio operatur in cauſa principali appellationis non in nullitate.*

1 VArtò declara † quòd licèt inhibitio ſit magni effectus, vt colligitur ex omnibus ſupra poſitis,præſertim in ampliationibus, illius tamen vis,& effectus, & operatio non durant in perpetuum,ſed quaſi concomitatur litem, & appellationem,cuius vigore emanat, & ideo di- 2 cebat aliàs Franc.in c.vt debitus.nu.47.de appellatio.† quòd inhibitio ſuſpendit ſolùm,donec pendet cauſa,& articulus appellationis, & propterea expedito articulo appellationis (abſque eo quòd Iudex ad quem remittat cauſam Iudici à quo) poteſt non obſtante ſua inhibitione procedere in negocio principali, quaſi illa inhibitio ſit tacite reuocata, & extincta, vt dictum eſt ſupra hoc eodem cap. in prima ampliatione ſecundæ limitationis principalis nu. 6. poſt Rot. deciſ.65.aliàs 461.ſi appelletur, de appellation. in no. & deciſ.1.aliàs 138.ſi appellatur,de offic. delega.in no.Et aliàs ad propoſitum dicebat etiam Franc.in c.cum ceſſante. ſub nu. 3 16. verſi. tertiò ad idem,eodem titulo de appellatio.† quòd cum per inhibitionem inducatur ſuſpenſio ceſſante appellatione conſequenter ceſſat inhibitio. Quod aperte ſenſit etiam Rota in vna Bracharen. monaſterij inter Cardinalem de Sancta Flora,& Petrum Ferdinandi coram Iunio 14. Martij. 1558. in qua cum pro parte Cardinalis fuiſſet commiſſa cauſa appellationis,& nullitatis ſententiæ,& illius vigore facta inhibitio, & deinde deſerta appellatione Petrus vellet ad vlteriorem ſententiæ executionem procedere, & dubitaretur,an non moderata d. inhibitione diceretur attẽtare,Domini inclinauerunt moderationem prædictam nõ 4 eſſe neceſſariã, ea ratione † quia inhibitio operatur in cauſa principali appellationis,non in nullitate.

Declaratio V.

SVMMARIVM.

1 *Inhibitio in dubio intelligitur ſemper fieri ſub conditione, ſi de iure fieri poteſt.*

1 QVintò Declara, † vt in dubio inhibitio intelligatur ſemper fieri ſub conditione,ſi de iure fieri poteſt;vt poſt Paul. de Caſt. in conſi. 22. (quem tamen ego inuenire non potui) tradit Auguſt. Bero.in conſi.85.dicam breuiter.nu.23. lib.3. vbi ſubdit, quòd ſi inhibitio fiat, quæ de iure fieri non debuiſſet, effectum ſuum non operabitur,nec erit illi parẽdum, tanquam eius conditio defecerit.

Declaratio VI.

SVMMARIVM.

1 *Iudex,qui inhibuit, non autem Iudex inferior debet cognoſcere, ſi quid circa inhibitionem ſit cognoſcendum.*

1 SExtò declara † quòd ſi circa inhibitionem aliquid ſit cognoſcendum,debeat hoc cognoſcere Iudex, qui inhibuit, non autem Iudex inferior, præſertim Iudex,cui fuit inhibitũ, vt poſt Federic.de Sen.in conſi. 83. factum ſic ſe habet. Anto. de Butr.Abbat.& alios per eum allega.tradit Bero.in conſi.114.circa.nu.7.lib.3.

Ex omnibus autem ſupradictis in præſenti cap. & in Regula in eo poſita viginti octo ampliata, & nouem ſupra viginti ſimiliter limitata caſibus, & pariter ſex modis declarata,ſatis apparere poteſt, quando poſt inhibitionem dicatur attentari, & tota iſta materia attentatorum poſt inhibitionem:Quam (quia frequentiſſima eſt) quo facilius,& magis in promptu ſit,placuit ſummatim,& quaſi per modum epilogi eam prout infra ſubijcere.

Quid ſit inhibitio in præfatione nu.7.
Quis inhibeat,ibidem nu.33.
Cui ſit inhibendum,ibidem nu.69.
Quando ſit inhibendum,ibidem nu.104.
Quomodo inhibendum,ibidem nu.166.

REgula,quòd geſta poſt inhibitionem ſunt attentata,ibi numero 226.

Ampliatur eadem regula.

I. Vt procedat etiam ſi actus aliàs fuiſſet facienti licitus.
II. Etiam ſi inhibitio emanauerit vigore appellationis, cui tacite,vel expreſſe fuiſſet renunciatum.
III. Etiam ſi emanaſſet uigore reſtitutionis integrum ad appellandum.
IIII. Vt etiam tacita inhibitio faciat attentata.
V. Etiam ſi inhibitio fuerit obtẽta per aſſertum procuratorẽ.
VI. Etiam ſi executio fiat vigore executorialium.
VII. Etiam ſi per iudicem ad quem (qui inhibuerat) pronuntietur male appellatum,& bene proceſſum.
VIII. Etiam ſi in ea decernenda fuiſſet omiſſa citatio.
IX. Vt etiam iudices contrauenientes incurrant pœnas in ea
X. Vt geſta poſt inhibitionem ſint ipſo iure nulla.
XI. Vt de ſtilo Dominorum etiam ſi non ſit canonica, faciat attentata.
XII. Vt procedat etiam in criminalibus.
XIII. Etiam ſi emanauerit vigore commiſſionis habentis clauſulam,quatenus cauſa non ſit inſtructa.
XIIII. Etiam ſi emanaſſet vigore commiſſionis conditionalis: de quo tamen infra nu.13.
XV. Intimatio quoque de potiori alterius iuriſdictione uim habet inhibitionis.
XVI. Inhibitio etiam in poſſeſſorio ſummario facit attentata.
XVII. Actus poſt inhibit.attentatus reuocatur,etiam ſi aliàs eſſet de nouo concedendus.
XVIII. Inhibitio etiã facta poſt tres conformes facit attentata.
XIX. Iudex attentat etiam ſi non ipſe, ſed pars fuerit inhibita.
XX. Inhibitio afficit non ſolum inhibitum, verùm etiam habentes cauſam ab eo.
XXI. Effectus inhibitionis durat etiam cauſa ad cancellariam per iudicem remiſſa.
XXII. Proceſſus poſt inhibitionem (etiam factus de commiſſione eius, qui prætendebat poſſe cauſas appellationum ad Sanctiſſimum interpoſitarum ad ſe aduocare) dicitur attentatus.

Source : BIU Cujas

XXIII. Inhibitio facit attentata etiam vigore appellationis ob non reditionem pro apoſtolis deſertæ.
XXIIII. Geſta poſt inhibitionem non excuſantur ab attentatis ex ſuperuenientia iuris vniuerſalis derogantis quibuſcũque inhibitionibus.
XXV. De ſtilo etiam non iuſtificata cauſa appellationis inhibitio facit attentata.
XXVI. Etiam ad inſtantiam intruſi inhibitio emanata operatur effectum attentatorum.
XXVII. Inſtrumentum inhibitionis licèt careat die, & anno, facit tamen attentata.
XXVIII. Idem ſi oretenus, & ſine ſcriptura inhibitio fuiſſet facta.

Limitatur eadem regula.

I. Quando inhibitio non fuiſſet canonica.
II. Quando fuiſſet reuocata, vel moderata.
III. In proceſſu iudicis à quo, poſtquam iudex ad quem ad eũ cauſam remiſit.
IIII. In his, quæ tendunt in faciliorem exitum appellationis.
V. Quando cauſæ eſſent diuerſæ.
VI. Quando perſonæ ſimiliter eſſent diuerſæ.
VII. In inhibitione doloſe, & calumnioſe obtenta.
VIII. In inhibitione emanata vigore commiſſionis ſuper nullitate per viam actionis intentata.
IX. In actu facto per modum continuationis.
X. Quando ſumus in mero tertio.
XI. Quando princeps mandat quid fieri non obſtante inhibitione.
XII. In inhibitione emanata vigore reſcripti ſubreptitij.
XIII. Idem ſi vigore commiſſionis conditionalis.
XIIII. In actu iuſto, & qui non tenderet in præiudicium litis.
XV. Quando attentatis, & illorum priuilegio quis antea renũciaſſet.
XVI. Non procedit in his, quæ ſunt iuris.
XVII. Quando inhibitio eſſet limitata ad certum caſum.
XVIII. In actu ſecundi matrimonij contracti poſt inhibitionem vigore commiſſionis cauſæ ſuper validitate primi.
XIX. In geſtis poſt lapſum termini ad docendum de attentatis præfixi.
XX. In inhibitione emanata ab inferiori contra ſuperiorem.
XXI. Quando inhibitio emanaſſet literis non expeditis.
XXII. In geſtis poſt inhibitionem obtentam ab aſſerto procuratore cum iuramẽto perhoreſcentiæ, antequam dominus ratificauerit.
XXIII. Quando iudex inhibitus vellet ſuam interlocutoriam reuocare.
XXIIII. quoad geſta per hæredem, aut ſucceſſorem in beneficio.
XXV. Vniuerſaliter in inhibitione ignorata.
XXVI. In proceſſu Auditoris Cameræ vigore obligationis cameralis poſt inhibitionem Rotalem vigore commiſſionis non facientis mentionem de dicta obligatione facto.
XXVII. Fallit in actu neceſſario facto.
XXVIII. Quando inhibitio ratione perſonæ inhibitæ fuiſſet minus legitime executa.
XXIX. Quando inhibitio non eſſet apud acta reproducta.

Declaratur etiam prædicta Regula.

I. Vt inhibitio debeat eſſe actualiter contra Iudicem, vel partem executa.
II. Quod in dubio præſumitur ſubſecuta inhibitio, & contrauentionem præceſſiſſe.
III. Vt inhibitio in dubio intelligatur ſecundum ſupplicationem, & commiſſionem.
IIII. Quòd effectus inhibitionis non durat in perpetuum, ſed quaſi concomitatur litem, & appellationem.
V. Vt in dubio inhibitio ſemper fieri intelligatur ſub conditione, ſi de iure fieri poteſt.
VI. Quòd ſi circa inhibitionem aliquid ſit cognoſcendum, cognoſcat iudex, qui inhibuit, non inferior, præſertim inhibitus.

Cum autem ex omnibus, quæ ab initio huius ſecundæ partis, hucuſque dicta ſunt per decem, & ſeptem diſtincta capitula, late (prout materiæ diuerſitas, & opportunitas exegit) complexi fuerimus caſus omnes, in quibus dicitur, ac poteſt, & ſolet attentari, & conſequenter quomodo attentata fiant, & in eſſe deducantur: Reliquum nunc eſt, ut ad illorum reuocationis explicationem (quæ ſecundum inſtitutũ à nobis propoſitũ huius tractatus tertia, & vltima pars eſt) meritò deſcendamus.

Tertia pars.

RVBRICÆ CAP. QVÆ IN HAC Tertia parte continentur.

Quibus & quot modis attentatorum reuocatio ſit petenda. Cap. XXI.
De actore, & quis poſſit attentatorum reuocationem petere. Cap. XXII.
Quando, & intra quod tempus per actorem reuocatio ſit petenda. Cap. XXIII.
De Reo, & exceptionibus ſibi contra attentata competentibus. Cap. XXIIII.
De Proceſſu in cauſa attentatorum. Cap. XXV.
De Probatione attentatorum. Cap. XXVI.
De Iudice, & per quem attentata reuocentur. Cap. XXVII.
De Sententia in cauſa attentatorum ferenda. Cap. XXVIII.
De Purgatione attentatorum, & quibus modis illa fiat. Cap. XXIX.
De Priuilegijs attentatorum. Cap. XXX.
De Pœnis attentatorum. Cap. XXXI.

Cap. XXI. Quibus & quot modis attentatorum reuocatio ſit petenda.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio Attentatorum fit duplici uia, extraordinarta ſcilicet, & ordinaria.*
2 *Extraordinaria uia eſt, quam alij de iure ſpeciali, alij viam priuilegiatam appellant.*
3 *Ordinaria uia eſt, quam de iure communi appellant.*
4 *Extraordinaria fit aut per uiam iuſtitiæ, aut gratiæ.*
5 *Per uiam iuſtitiæ, Aut ad inſtantiam partis implorato officio Iudicis mercenario principaliter, vel incidenter. Aut motu proprio Iudicis officio eius nobili.*
6 *Per uiam gratiæ eodem modo aut ad inſtantiam partis, aut motu proprio ſuperioris.*
7 *Ordinaria uia ſemper fit per uiam iuſtitiæ, ſeu, ut alij dicunt, beneficio iniuſtitiæ, & ad inſtantiam partis, & ſex modis expeditur, uidelicet per uiam.*
8 *Actionis, & nu. 23.*
9 *Conditionis ex aliqua lege, & nu. 24.*
10 *Appellationis. & nu. 25.*
11 *Nullitatis. & nu. 34.*
12 *Querelæ, & nu. 39.*
13 *Exceptionis. & nu. 40.*
14 *Via extraordinaria Iuſtitiæ ad inſtantiam partis principaliter mota dicitur, quando paſſus attentata implorato officio Iudicis mercenario inſtat pro attentatorum reuocatione.*
Incidenter autem, quando opponitur, quaſi per modum exceptionis. numero 16.
15 *Verbum, debet, videtur importare neceſsitatem reuocationis attentatorum.*
17 *Via extraordinaria iuſtitiæ motu proprio Iudicis dicitur eſſe in omnibus illis caſibus, in quibus attentata, licet ad inſtantiam partis reuocari nõ ualeant.*
Iudex tamen ea ex officio reuocat.
18 *Officium, quo Iudex motu proprio reuocat, dicitur nobile.*
19 *Reuocatio extraordinaria per uiam gratiæ dicitur eſſe, quæ à Principe proficiſcitur, & ponitur exemplum, & aſsignatur ratio differentiæ.*
20 *Attentatis reuocatis ſi poſt incipiat conſtare de non iure illius, qui obtinuerat reuocationem, & quòd reuocatio fuit iniuſta, an duret attentatum, uel reuocatio? & in reuocatione per uiam gratiæ adhibetur diſtinctio, de qua hic.*

Idem

Source : BIU Cujas

Idem in primo capite videtur dicendum, si reuocatio fuisset facta per viam Iustitiæ, vt num. 21.

Etiam si sententia super reuocatione transiuisset in rem iudicatam, vt numero 22.

23 *Ordinaria via reuocationis attentatorum per viam actionis est, quando fit per modum directæ petitionis, & ordinarij iudicij.*

24 *Condictione autem ex aliqua lege fit, puta ex l. fi. C. de litig. vel l. si quis in tantam. C. vnde vi.*

25 *Reuocationis attentatorum per viam ordinariam appellationis duplex pratica. prima secundùm Host. vt petatur gesta post appellationem pronuntiari fore irrita, & hæc est melior, vt infra num. 27. secunda secundùm Inn. quòd pronuntietur appellationem iuste interpositam.*

Attentata dicuntur accessoria ad ipsam appellationem.

Attentata prouenire dicuntur ex natura ipsius appellationis.

28 *Reuocatio attentatorum beneficio iniustitiæ, quæ sit, & in multis casibus contingere potest.*

29 *Attentata post decem dies à die sententiæ, quando appellatio interponitur intra decem dies à die notitiæ reuocantur beneficio iniustitiæ, nõ ex priuilegio.*

30 *Executio sententiæ facta pendente appellatione, quando appellans intra terminum prafixum non docuit de prosecutione, non reuocatur ex priuilegio attentatorum, sed beneficio iniustitiæ.*

31 *Executio sententiæ in possessorio post appellationem ab ea interpositam iniustitiæ beneficio pariter retractatur.*

32 *Attentata post appellationem à sententia Iudicis, cuius fuerat onerata conscientia, eodem modo per viam iustitiæ reuocantur.*

33 *Appellatio si non sit Iudici intimata, gesta post eam nõ reuocantur in primis, & ante omnia, sed per viam iniustitiæ.*

34 *Nullitatis via ordinaria agitur ad reuocationem attentatorum, quando quis non vult, aut non potest per viam appellationis reuocationem impetrare.*

35 *Attentata dicuntur ipso iure nulla.*

36 *Deserta appellatione potest agi ad reuocationem attentatorum per viam nullitatis.*

Sic etiam quando appellationi fuerit renuntiatum, vt num. 37.

Idem quando Iudex, quia pronuntiauit, fuit datus cum clausula, appellatione remota. num. 38.

39 *Querelæ via ad attentatorum reuocationem deuenitur, quando per viã appellationis agi non potest, puta quando sumus in Iudice dato cum dicta clausula, appellatione remota.*

40 *Exceptionis quoque uia potest dari de attentatis, et ibi ponitur exemplũ. Immo secundùm aliquos etiam per viam replicationis: vt num. 41.*

AN equam materiam reuocationis attentatorũ, quę (vt infra apparebit) satis per se ampla est, vltra aggrediamur, pro faciliori intelligẽtia illud in primis pręludiorum loco necessario p̃mittẽ dũ est, quibus, & quot modis attentatorũ reuocatio per actorem, & eũ, qui aliàs attẽtata passus est, instituere valeat. Cũ. n. in seq. c. de his, q. hmõi reuocationẽ petere possint, simus tractaturi, & plurimæ pateant illis viæ, quibus id explicare valeant, operæ precium est, illas ante oculos ponere, quo facilius cui magis adhærere velint, intelligãt, atque deliberent. Et quamuis Doct. duplici tantum via ad hanc reuocationem procedi posse dicant, vna per modum directæ petitionis, & ordinarij iudicij. Altera extra ordinem per officium Iudicis mercenarium, vt adnotauit Vestr. in sua praxi Ro. cu. lib. 8. cap. 4. num. 12. versic. & ex his quæ supra diximus, quod & Grauat. ibidem num. 39. affirmauit, post Card. in c. dilecti. el 3. de appell. (licèt quoad primum dictum, quo Vestr. generaliter omnem modum directæ petitionis, & ordinarij iudici complectebatur, ille se restringat ad vnicum tantum modum, quando scilicet attentatorum reuocationem prosequimur vnà cum ipsa appellatione) & idem nouissime dixit etiam Mandos. in tract. cõmissio. in 14. formula commiss. attentat. in verb. attentata, & innouata. Vt tamẽ plenius materiam attingamus, sciendum est, quòd licèt vere duplici principali via ad reuocationem agi possit, ordinaria scilicet, & extraordinaria, hæc tamen duplex via non est per omnia eadem, quam supradicti Doct. opinantur, vt ex infra dicendis apparebit.

1 Reuocatio † ergo, de qua agimus (vt omnia quæ sparsim circa hoc per Doct. ponũtur, in vnam distinctionem primò restringamus, illam deinde ad regulam cum suis limitationibus redacturi) dicendum est, quod.

2 Aut fit per viam extraordinariam, † quam de iure speciali appellat Rot. apud Bisignet. decis. 30. §. vtrum innouata. nu. 4. ad med. quam etiam priuilegiatã appellare possumus, ob quam plura priuilegia, quæ sibi competere fusius demonstrabimus infra in hac 3. parte cap. 30. de priuileg. attent. nu. 5. & num. 53. & seq.

3 Aut fit per viam ordinariam, † quam de iure communi appellat idem Bisignett. vbi supra.

4 Via † extraordinaria, Aut fit per viam iustitiæ, Aut per viã gratiæ. Via extraordinaria iustitiæ, † Aut fit ad instantiam partis, officio tamen Iudicis mercenario, Aut motu proprio Iudicis officio eius nobili, Via extraordinaria iustitiæ ad in-

6 stãtiam partis, Aut fit principaliter, Aut fit incidenter. † Via verò extraordinaria gratiæ eodem modo, aut fit ad instan-

7 tiã partis, aut motu proprio superioris. Ordinaria † autem via (quæ potest dici, quòd semper fiat ad instantiam partis, & per viam iustitiæ, vel, vt alij dicunt, beneficio iniustitiæ)

8 non recipit nisi vnam subdistinctionem, quia † Aut fit per

9 viam actionis, vel condictionis ex aliqua lege, † Aut per viã

10 nullitatis, † Aut per viam querelæ, Aut denique † per viam

11 exceptionis. Nunc breuiter singula distinctionis capita reas-

12 sumendo, ac declarando dicimus, † quòd via.

13 Extraordinaria per viam Iustitiæ ad instantiam partis prin-

14 cipaliter mota est, quando passus attentata principaliter petit (officium Iudicis mercenarium implorans) illa reuocari iustitia mediante, quæ dictat attentata in primis, & ante omnia debere reuocari, ad tex. in c. non solùm. ad fin. de ap-

15 pell. in 6. ponderando verbum, debet, ibi positum, † quod videtur importare necessitatem, vt etiam considerat Fran. in c. dilecti. el 3. num. 2. q. 2. de appel. vbi subdit post Io. And. & Iudex non reuocando faceret iniustitiam. Et de hac loquũtur passim Doct. vt Rota decis. 2. aliàs 113. tres sententiæ. de re iudic. in no. Aegid. decis. 72. lata. Franc. vbi supra num. 3. & ibidem Card. col. 1. in fi. & alij omnes. Marant. in Spec. in 3. parte sextę partis principalis. q. 7. nu. 396. qui specialiter vtitur hoc verbo principaliter, & Afflict. decis. 351. bis fuit. nu. 2. vbi hanc appellat viam extraordinariam, prout & Vestr. & Grauat. vbi supra affirmabant. Et ista est via, quam supra sæpius in discursu tractatus appellauimus viam priuilegiatam, de cuius priuilegijs dicemus infra, suo loco. cap. 30. de priuil. at-

16 tentat. † Via extraordinaria per viam iustitiæ ad instantiam partis incidenter mota est, quando puta lite, vel appellatione pendente, is qui fuerat electus, fuisset forte confirmatus, nam si ad excludendum electum ab administratione Ergo non per modum principalis petitionis, qua petam declarari confirmationem nullam, & attentatam, sed quasi per modum exceptionis, & incidenter allegem confirmationẽ non esse attendendam, cum lite pendente fuerit facta, tunc talis reuocatio potius incidenter, quàm principaliter dicitur proponi, & de hac (licèt hoc exemplum non ponat) loquitur Aegid. decis. 506. conclusio, & fa. decis. Rot. prima, aliàs 474. nota si attentata, de offic. Iud. in antiq.

17 † Via extraordinaria per viam iustitiæ, quæ fit motu proprio, & ex officio Iudicis nobili dicitur esse in omnibus illis casibus, in quibus attentata (licèt ad instantiã partis non possint reuocari) ex officio tamen reuocantur, puta quando cõstaret de non iure perentis reuocationem, de quo, & alijs similibus casibus dicemus infra capit. 27. de Iudice, & per quẽ fiat reuocatio attent. versic. circa primam inspectionem. nu. 7. Et est aduertendum, quòd licèt Doct. dum dicũt, quòd attentata ex officio Iudicis reuocãtur, absque distinctione pas-

18 sim appellent hoc officium mercenarium, † in rei tamen veritate, quando Iudex, cuius fuit læsa maiestas, ea, quæ in sui contemptum sunt attentata, reuocat, ex officio suo nobili reuocare dicitur, vt patet ex decis. Rot. 5. aliàs 433. nota nunquid reo. num. 5. vt lit. pend. in antiq. & apud Bernard. de Bisignett. decis. 1. eod. tit. ut lit. pend.

19 Reuocatio † extraordinaria per viam gratiæ ad instãtiam partis illa dicitur esse, quæ à Principe proficiscitur, puta (retento eodem exemplo confirmationis attentatæ) si pars à Principe petat cõfirmationem attentata reuocari. Per uiam autem gratiæ, non ad instantiam partis, sed motu proprio superioris, tunc dicitur fieri, quando Princeps ex certa scientia & motu proprio talem reuocationem facit, & pro hoc videtur bonus tex. in c. fi. extra vt lite pendente, vbi Papa reuocat quicquid fuit attentatũ per senatores, ibi. nos quicquid &c. iuncta glo. in verb. reuocauit, & in c. bonæ in fin. ibi. decernimus reducendos, & fructus censuimus assignandos, & in c. dilectis filijs. de appel. ibi. sententiam promulgatam irritam decernimus, & inanem, & iterum ibidem, infra decernimus viribus caruisse. Et differentia est inter vnum, & alterum ca-

20 sum, † quia si post factam reuocationem attentati incipiat stare de iniustitia, & non iure illius, qui obtinuerat reuocationem, dubitant aliàs Doct. an duret reuocatio, vel potius attentatum, idest quòd hoc vltimo casu illa reuocatio non sit reuocanda, in qua Lap. originaliter dictam distinctionem adhibebat, quòd si reuocatio fuisset facta per principem ad instantiam partis, tunc durat attentatum, & cõsequenter fit reuocatio illius reuocationis, quasi petitio reuocationis per partem facta fuerit subreptitia, si verò fuerit facta motu proprio, & ex certa scientia, tunc duret reuocatio, & non attentatum, vt post Lap. tradit eleganter Gemin. in c. 1. num. 6. vt lite pendente. in 6. quod remisiue reassumptit etiam Fran. in

c. non

Source : BIU Cujas

c.non ſolùm.in princ.col.fin.ſub num.10.verſic.in ea glo.in fin.de appell.in 6. Hoc autem, quod in hac reuocatione per viam gratiæ dictum eſt, quòd ſi poſt reuocationem attentatorum factam ad inſtantiam partis incipiat conſtare de iniuſtitia,& non iure illius, qui obtinuerat reuocationem, ſit
21 dicta reuocatio reuocanda, videtur † etiam ad reuocationē per viam iuſtitiæ ad partis inſtantiam poſſe extendi, vt colligitur ex his, quæ habentur in vna Ariminen. bonorum coram Grato 13.Maij 1569.in qua cum præſupponeretur, Pancratium attentaſſe,& contra eum fuiſſet lata ſentētia in Rota,& ille pro attentatorum reuocatione,ac purgatione attē
22 tatis apud acta ceſſerit,† & inde ad 13.annos,quibus iam ſententia in rem tranſiuerat iudicatam, comperijſſet, quòd re vera nulla extabant attentata, & ſic illorum reuocatio, & ſententia deſuper lata erat notorie iniuſta, & peteret ſuper hoc audiri, fuit per Dominos proponente Grato ſub die 12. Decembris 1567. admiſſus, & iam pluries propoſita præſertim 17.Decembris 1568.& demum dicta die 13.Maij.1569.in qua datis multis præſuppoſitis fuit dubitatum, an poſſeſſio Pancratij eſſet attentata ad effectum, de quo agebatur, qui erat reſpectu reuocationis dictæ ſententiæ.Domini ſenſerūt pro non attentatis, & cōſequenter præcedentem reuocationem attentatorum ad inſtantiam partis factam reuocādam fore.Vnde non immerito poteſt dici, quòd quando conſtat de iniuſtitia illius,qui obtinuerat reuocationem, huiuſmodi reuocatio venit reuocanda tam ſi per viam gratiæ, quàm ſi per viam iuſtitiæ reuocatio antea fuiſſet facta.

23 Ordinaria † aūt via reuocationis attentatorum per viam actionis eſt,quando lite pendente aduerſarius, puta me ſpoliando attentauerit, quamuis enim ad recuperādam poſſeſſionem habere poſſem facilem,ac expeditam viam attentatorum,& fauorabiliorem, quam ſpolij ſimplicis,ut per Docto.in l.naturaliter.§.nihil commune.præſertim Iaſ.nu.130. & Rip.num.67.ff.de acq.poſſeſſione.de quo latius dicemus. infra in hac 3.parte.cap.30.de priuileg.attent.num.6.ſi tamē mea incuria, aut alia ex cauſa ego ad reuocationē dicti ſpolij attentati inſtituerim ordinarium per actionem ſpolij, talis reuocatio dicitur fieri p viam actionis, & directæ petitionis ordinariæ,vt conſiderabant Doct.in d.c.dilecti.el 3.de appellat.vbi Franc. num.10. id extendere videtur, vt procedat, etiam ſi eſſemus in ſecunda inſtātia,nam eſto, quòd eſſet interpoſita appellatio, ſi tamen ego nolo eam proſequi in negotio principali, ſed vòlo dumtaxat eam principaliter proſequi quoad attentata, agendo de hoc primo, & principaliter, ac ſeorſum abſque proſecutione, vel inchoatione iudicij appellationis in negocio principali, vtique poſſum, qđ ſing.& eſſe menti tenendum,admonet Franc.ibi.

24 Condictione † autem ex aliqua lege tunc attentata dicerentur reuocari, quando puta res litigioſa fuiſſet ſcienter à venditore emptori ignoranti vendita, cum enim venditor hoc caſu pro purgatione huius attentati teneaī ad reſtituendum pretium, & inſuper ad dandum de ſuo tertiam partem emptori,vt habetur in l.fi.C.de litigioſ. emptor ad præmiſſa aget condictione ex illa l.fi.vt no.gloſ ibi in verb. recipiat,in fin.& ſequuntur Doct.ibi præſertim Bart.num.1. Saly.nu.3. Vel quando eſſemus in ſpolio attentato cum violentia cōmiſſo contra diſpoſitionem l.ſi quis in tantam. C.vnde vi. quoniam ſi ad reuocationem huius ſpolij (vt præfertur) attentati,& inſuper ad pœnam dictæ legis ageretur, tunc non via priuilegiata,ſed condictione ex dicta lege eſſet agendum vt clarius dicemus infra in hac 3.parte,cap.31.de pen.attent. verſic.duodecima pena.

25 Per viam verò † appellationis reuocatio attentatorū dupliciter fieri contingit, primò,ſecundùm opinionem Hoſt. quando in libello appellationis petitur per Iudicem pronūciari ſententias,& omnia facta,& geſta poſt legitimam appellationem irrita,ac nulla.Secundò ex intentione Inn. quando in libello appellationis petitur pronunciari appellationem fuiſſe,& eſſe,iuſte,ac rite interpoſitam.Et quamuis hęc ſecūda practica Inn. bona ſit etiam abſque eo,quòd aliquid
26 ſpecifice petatur de attentatis, † attento q̄ attentata dicuntur eſſe acceſſoria ad ipſam appellationem,vt dicit Franc.in d.c.dilecti.in vlt.notab.& eſt deciſ. Rotæ 1.aliàs 1. attentata,
27 de appell.in no.& (quod magis eſt) dicuntur † prouenire ex natura ipſius appellationis,vt fuit notab.dictum Inn. in d.c. dilecti,quod menti tenendum,mandat Franc.ibi in 1. q.nu. 1.Optima tamen dicitur eſſe prior Hoſt. & tutior pratica, vt latius per Fran.vbi ſupra, quo in loco vtramque ponit, quā praticam poſt Card.ibi ſecutus eſt Marant.in Spec.in 3.parte ſextæ partis principalis.q.7.num.396. quam etiam ſenſit Veſtr.vbi ſupra num.12.dum dicit,quòd agimus cauſam attentatorum ſimul cum cauſa principali,& ibi apud eum etiam Grauat.num.39.dum inquit,quòd agitur ad huiuſmodi reuocationem acceſſorie appellationem proſequendo,& paſſim aliàs in diuerſis locis Doct.Hæc aūt reuocatio per viam appellationis dicitur prouenire non ex priuilegio attentatorum,ſed beneficio iniuſtitiæ, ſeu, vt alij appellant,beneficio iuſtitiæ,quod in idem recidit, dum enim dicūt beneficio iniuſtitiæ, intelligitur de iniuſtitia, quā mihi fecit aduerſarius meus attentando, quando verò loquuntur de beneficio iuſtitiæ reſpiciunt iuſtitiam,quam adminiſtrat Iudex ipſa attē
28 tata reuocando. † Reuocatio autē beneficio iuſtitiæ in mul
29 tis caſibus contingere poteſt,† puta ſi ſimus in attētatis poſt decem dies à die ſententiæ, quæ fuit demum interpoſita infra decem dies à die notitiæ, quia illa reuocantur beneficio iniuſtitiæ, docto, & cognito de hoc in cauſa appellationis. Rot.deciſ.28.aliàs 187.licèt fictè. de appell. in no.de quo latius diximus ſupra in 2.parte.cap.12.de attentatis appellatione pendente,in 50.limitatione princip.num.283.verſic ſecū
30 dò declara.† Idem contingit in attentatis pendente appellatione, quando Iudex præfixit appellāti terminum ad proſequendum,& ad docendum de proſecutione,& ille iuſto impedimento ceſſante infra terminum nō docuit,quia executio per Iudicem interim facta non reuocatur per viam attētati,ſed beneficio iniuſtitiæ,& expectatur euentus cauſæ appellationis,quia ſi obtinuerit infirmari ſententiam, caſſabitur & executio.Rot.dec.13.aliàs 94.ſi Iudex.de appell. in no. & deciſ.40.aliàs 462.nota ſi Iudex,de appel.in antiq. & poſt eas,& alios ibi allegatos hoc pro cautela dat Franc.in c.perſonas.ſub num.4. verſic.ſeptimò, aliquando Iudex. de appell. Quibus adde poſt Rot.vbi ſupra,& alios etiam à Franc.non
31 citatos,Lanfranc.deciſ.30. incip ſi appellās. † Eodem modo attentata,& executio facta pendente appellatione à ſentētia lata in poſſeſſorio non reuocabitur via attentati,ſed iniuſtitiæ,ſecundum opin. illorum, qui tenent, appellationem eo caſu non habere effectum ſuſpenſiuum,ſed tantum deuolutiuum,de quo late dicemus in tract.de appell. in poſſeſſorio prohib.vel permiſ.poſt princ.Sic etiam attentata poſt appel
32 lationem à ſententia Iudicis,cuius † fuerat onerata conſciētia,non reuocantur ex priuilegio attentatorum,ſed beneficio iniuſtitiæ,vt eſt deciſ.Aegid.18 incip oneratio.Eodē mo
33 do attentata per Iudicem † cui appellatio non fuerat inſinuata,nec intimata, non reuocantur, niſi beneficio, & per viam iuſtitiæ,vt animaduertit nouiſſime Minſinger.ſing.obſer.centuria.4. deciſ.44. incip.diſponit.

34 Nullitatis † verò via ad attentatorum reuocationē tunc agi dicitur,quando paſſus attentata, vel non vult, vel etiam non poteſt appellationem proſequi (& conſequenter acceſſorie ad appellationem,non poteſt reuocationem obtinere, de qua ſupra proxime locuti ſumus) ſed vult ea tolli, & annullari,& principaliter petit illa pronuntiari nulla,& inua
35 lida fuiſſe,& eſſe, † cum enim regulariter attentata ſint ipſo iure nulla iuxta ea,quæ latius poſuimus ſupra in 2.parte.c. 12.de attent.appell. pend.in 17. ampliat.per totam, ſi aliquis
36 vel per renuntiationem, aut deſertionem ſit excluſus à proſecutione appellationis, non per hoc cēſendus eſt excluſus, quo minus attentatorum reuocationem obtinere poſſit,ſaltem per viam nullitatis,vt in caſu,quando eſt deſerta appellatio.diximus latius ſupra cod.cap.12. in prima ampliatione principali in regula ibi poſita,num 2.iunctis his, quæ in eadem ampliatio.diximus in prima declaratione illius regule num.20.poſt Franc.in cap ſæpe.num.30.de appellat. & alios
37 ibi citatos. † Et ſimiliter quando appellationi eſt renunciatum,fuſius tractauimus in cap.12.in 2.ampliat.prin.in regula ibi poſita num.1. iunctis ſimiliter dictis ibi in prima declaratione num.13.poſt Franc.in cap.ad audientiam. num.6.de appellat.& in capit.bonæ.num.39. de appellat. & Lanfranc. deciſ.385.incip.& ſim.& Lap.alleg.1.ſub num.11. Quibus adde Io.Baptiſtam Ferret. in conſil.209.dico.num.8. quem citat ad hoc nouiſſime Mandoſ.in additio. ad dictam alleg.in verb per viam nullitatis,& Aegid deciſ.670. ſi contra.in fin.
38 Pari † modo dicimus hanc reuocationem per viam nullitatis competere ei contra quem eſt attētatum interpoſita appellatione à ſententia Iudicis dati cum clauſula,appellatione remota, quamuis enim ſtante dicta clauſula non poſſit agere ad reuocationem ex priuilegio attentatorum, neque per viam appellationis,poteſt tamē per viam nullitatis,quæ retardat executionem,vt poſt Alex.in conſil.2.num.12.& 15. lib.3.& alios ibi allegatos,diximus ſup.eodem cap.12.in 8.limit. princ. num. 43. circa fin. in prima declaratione regulæ ibi poſitæ.Nec eſt omnino inutilis hæc via, vt annotauimus in dicta prima declaratione primæ ampliat.princ d num.20.
39 Per viam † autem querelæ attentatorum reuocatio expediri dicitur,quando eſſemus in caſu,in quo nō poſſet appellari,& nihilominus prætenderentur attentata,puta,quando eſſemus in Iudice dato cum clauſula, appellatione remota, quia tunc nō ſolum per viam nullitatis, vt proxime dictum eſt,verùm etiam per viam querelæ coram ſuperiore ordinarie agen-

rie agendo,reuocatio peti debet, vt recte animaduertit Marant.in Spec.in 3. parte sextæ partis princip. in octauo actu, qui est querela.num.105.versic. similiter circa reuocationē attentatorum.fol.149.& diximus etiam in dicto capit.12. dicta limitatione octaua princip.in declaratione. 1. num. 43.

40 Denique etiam † per viam exceptionis attentatorū quandoque obtineri potest,puta si aliquis lite pendente mortuo reo obtineat subrogari in eius locum ab ordinario, contra capit.si hi contra quos, vt lit.pend.in 6. & absque eo, quòd subrogationem intimauerit,& ad causam venerit, & possessionem acceperit, actor verò causam prosequendo in curia obtineat executoriales,& illarum vigore capiat possessionē, si subrogatus agat contra actorem spolio, potest cōtra eum per viam exceptionis dare de attentata eius, & surrogatione,& possessionis adeptione per regulam, cui damus actionem,multo magis concedimus exceptionem,vt tradit Rot. Bisignett.decis.17.aliàs 429.nota nunquid si mortuo, de restit.spoliatorum,& facit Rota decis.6.aliàs 433. nūquid reo, vt lit.penden.in antiq.quæ est etiam repetita apud Bisignet. decis.1.nunquid reo,vt lit.pendente. Quod & post Imol. ibi expresse annotauit Franc.in præallegato. c.dilecti.q.5. num.

41 9. vbi illud addit, † quòd potest etiam de attentatis dari per viam replicationis, de quo latius ibi per eum, quem in hoc, quòd remedium attentatorum possit deduci tam per viam exceptionis, quàm replicationis secutus est nouissime Petr. Ant.Augussol.in consi.3.considerato processu, nu.17.lib.4.

Cap. XXII. De Actore & quis possit reuocationem attentatorum petere.

SVMMARIVM.

1 *Passus attentata,& omnis qui prætendit contra se fuisse attentatum potest petere reuocationem.*
2 *Interesse habens quilibet est audiendus.*
3 *Is,de cuius non iure constat,non potest attentatorum reuocationem regulariter petere,quia per hoc uidetur constare, quòd sua non interest.*
4 *Excommunicatus potest petere attentata reuocari.*
5 *Tertius qui pro suo interesse appellauit, potest petere reuocari attentata dicta appellatione pendente.*
6 *Adherens appellationi potest instare pro attentatorum reuocatione.*
7 *Consortibus eiusdem litis competit etiam reuocatio attentatorum.*
8 *Iudicium reuocationis attentatorum potest etiam per procuratorem expediri,etiam absque speciali mandato.*
Immo sufficit generale & tacitum,vt num.14.
9 *Attentatorum iudicium summarium esse dicitur,& ciuile,ac sapere naturam possessorij.*
10 *Reuocatio attentatorum videtur esse fauorabilis.*
11 *Reuocatio attentatorum datur etiam contra hæredem.*
12 *Procurator primus per constitutionem secundi sine clausula citra reuocationem censetur reuocatus ex tacita mente constituentis.*
Nisi ex præsumptionibus constet de mente nolentis reuocare, vt num.13.
15 *Pater pro filio,& è contra etiam sine speciali mandato potest agere ad reuocationem attentatorum.*
16 *Cessionarius quoque agit ad reuocationem attentatorum.*
17 *Spolij ius cedi potest.*
18 *Reuocatio attentatorum expeditur officio Iudicis.*
19 *Officium iudicis cedi potest.*
Etiam si haberet executionem paratam,vt num.20.
21 *Ius instantiæ cedi potest.*
22 *Sententiæ quoque ius potest cedi.*
Etiam in executiuis,vt num.23.
24 *Cessionarius, vt possit agere ad reuocationem attentatorum requiritur, quòd sit facta cessio post litem finitam.*
25 *Cessio lite adhuc pendente facta diceretur attentata, & reuocanda.*
26 *Cesso facta lite pendente vigore actionis personalis valet.*
Secus si pendet vigore actionis realis, vt num.27.
28 *Cedens rem,circa quam est commissum attentatum,& non ius sibi competens ad attentata,an possit ipse, vel eius cessionarius ad reuocationē attentatorum agere.*
Nisi & cesserit liti, vt num.29.
30 *Hebræus si aliquid contra eum attentetur, potest ad illius reuocationem agere.*
31 *Hebræi comprehenduntur in dispositione generali.*
32 *Subrogandus ex mandato Papæ non petit reuocationem eorum, quæ contra superstitem fuisset attentata.*
33 *Superstes collitigante mortuo pōt attentata per tertium petere reuocari.*
34 *Subrogatus non potest petere ea reuocari, quæ fuissent attentata ante mortem rei,cui fuit subrogatus.*
35 *Subrogatus an possit petere reuocari attentata,præsertim illa,super quorum reuocatione erat iam ius quæsitum defuncto.*
Et concluditur quòd potest,si fuit subrogatus ad litem,vt num.41.
36 *Spolium & actio spolij non venit in subrogatione.*
Nisi de spolio sit facta specialis mentio,vt num.37.
Saltem in narratiua, vt num.39.
Quod fuit pluries, & in multis causis per dominos tentum, vt numero 38. Item.
Nisi in subrogatione fuerit facta mentio litis, num.43.
Vel is penderet super spolio tempore subrogationis, vt num.44.
40 *Fructuum mentio si fiat in aliqua dispositione,facit,vt comprehendātur eo casu etiam fructus præteriti.*
42 *Attentata videntur inducere quandam qualitatem, quæ cohæret liti, & ideo subrogatus ad litem censetur subrogatus etiam quoad attentata, quæ pendent à lite.*
45 *Ille,de cuius non iure constat,regulariter non potest petere attentata reuocari.*
46 *Execrabilis non agit ad reuocationem attentatorum.*
47 *Execrabilitas vbi constat ex actis, videtur etiam de illius non iure constare.*
48 *Execrabilis spoliatus non restituitur.*
49 *Impugnans litem, vel appellationem non potest petere reuocationem eorum,quæ lite,vel appellatione per eum impugnata fuissent attētata.*
50 *Appellationem non interponens si vellet iuuari appellatione per aduersarium limitate in parte,& partibus interposita,non potest petere reuocationem eorum, quæ hac appellatione pendente prætenderet fuisse attentata.*
51 *Contumax non potest petere reuocationem attentatorum ea lite pendente,quam per contumaciam spreuit.*
52 *Attentata pendente restitutione in integrum ad appellandum non reuocantur ad instantiam eius,qui in iudicio dictæ restitutionis succubuit.*
53 *Restitutus ad appellandum, ea quæ interim fuerunt attentata non reuocat,si vel omnino non appellauit, vel non intra decem dies.*
54 *Intrusus appellans ab intimatione executorialium non potest petere executionem interim factam, vti attentatam reuocari.*
55 *Præfixio termini ad docendum de attentatis operatur,vt lapso termino & nihil docto censeatur quis a petitione reuocationis excluſus.*
56 *Signatura prouidet reo,contra quem datur de attentatis per præfixionē termini actori ad docendum de illis.*
Præsertim ferijs imminentibus, vt num.57.
58 *Lapsus termini à Iudice ad docendum de aliquo præfixi videtur; vtius tollere.*
59 *Literas super gratia si quis debito tempore non expediuit,non potest petere attentatorum reuocationem.*
60 *Statutum si ab aliqua persona remoueat non solùm omnem exceptionem verùm etiam omnem defensionem, censetur remouere etiam officium Iudicis, & consequenter talis persona non petet reuocationem attentatorum.*
61 *Bannitus non potest agere ad reuocationem attentatorum.*
62 *Iudex in casibus,in quibus attentata ad instantiam partis non possunt reuocari,potest illa ex officio suo reuocare.*

QVm pro parte ipsius actoris iudicium huiusmodi reuocationis instituere volentis in ipso iudicij limine, & anterei comparationem nihil aliud agendum sit,quàm deliberare,quam viam intentare velit (quod ex his,quæ superiori capite posuimus sibi facile continget) illud hoc loco necessariò pertractandum est an indifferenter omnes qui prætendunt cōtra se esse aliquo modo attentatum, ad huiusmodi reuocationis iudiciū sint admittendi? Quid enim si ex his sit aliquis intrusus lite pendente,Vel excommunicatus, Vel ei subrogatus, qui iam viuens attentata passus fuerat,Vel tertius aliquis,Vel adhærētes appellationi,postquam prætenditur attentatum, Vel forsan sint consortes eiusdem litis? Et quia de hoc sæpius in cōtingentia facti dubitari posset,& non omnes supra dictas personas eadem ratio complectitur,pro faciliori, ac commodiori intelligentia in hoc cap. regulam cum suis ampliationibus,& limitationibus constituemus,qua omnem materiā eorum qui actoris personam in hoc iudicio sustinere possunt,breuiter absoluemus.

1 Regula igitur sit † quòd omnis, qui fuerit attētata passus, & qui prætendit contra se aliquo modo fuisse attentatum, potest huiusmodi reuocationem petere pro suo interesse,habenti enim interesse videtur hæc reuocatio permitti, quòd
2 vltra generalem propositionem,quæ habet † quòd quilibet pro suo interesse est audiendus,ad not. in cap.cum inter canonicos,de elect. cum simil. Ex ea etiam ratione deprehenditur, quam particulariter in hac materia attentatorum cōsiderant Doctor.† Quòd ideo is,de cuius non iure clare constat,non admittitur ad petendum reuocationem attentatorum, quia scilicet tunc constat de suo non interesse, vt dicit
3 Aegid.decis.356.ille de cuius non iure, vbi subdit, quòd in hoc concordant omnes. Quam rationem sensit etiam Rota decis.10.aliàs 411.si lite.sub num.4. vt lit.pendente.in no.dū vult ibi,subrogatum non posse hanc reuocationem petere, quia sua non interesset.

Amplia regulam præfatam.

4 Primò,vt hæc reuocatio fieri possit † etiam ad instantiam excommunicati,quia exceptio excommunicationis hoc casu non

Source : BIU Cujas

ſu non obſtat,ſecundùm Rot.deciſ.2.aliàs 14. ſub num.3.& in additione, verſic.tertia differentia, de reſtit. ſpoliat.in no. de quo diximus ſupra in 2.parte,cap.12. de attentatis appellatione pendente,in 13.ampliatione principali,num.1.& latius dicemus infra cap.24. de reo,& except. ſibi cõtra attent. compet. q.3. num.9.

5 Secundò vt etiam † Tertius,qui pro ſuo intereſſe appellauerat,ſi attentetur,poſſit petere illorum reuocationem, iuxta ea,quæ poſt Boer. Pariſ Ruy. & alios ibi citatos poſuimus ſup.eodem.cap.12.in 14.ampliatione principali in princ. Regulæ in dicta ampliatione poſitæ.

6 Tertiò poteſt ampliari, vt regula procedat † etiam in eo, qui non appellauit, ſed appellationi per alium interpoſitæ adhæſit, ſi enim contra adhærentem dicitur attentari, vt declarauimus ſup.in præalleg.cap.12.in 12.ampliat. princ. conſequens eſt,vt ille tanquam attentata paſſus pro ſuo intereſſe illorum reuocationem petere debeat.

7 Quartò, vt idem per omnia dicamus † de ꝯſortibus eiuſdem litis, vt poſſint huiuſmodi reuocationē intentare,quoniam & hoc caſu regulariter appellationem vnius ex cõſortibus alios iuuare,etiam ad impediendam executionem,diximus eodem cap.12.in 11.ampliatione ibi poſita, & dari cõtra eos attentata,vt ibidem dictum eſt, vnde conuenit,& reuocationem ſibi permitti.

Quintò videtur poſſe ampliari, vt quis non ſolùm per ſe
8 † verùm etiam per procuratorem ſuũ etiam abſque ſpeciali mandato poſſit hoc reuocationis iudicium intentare, tum quia nullibi videtur iure cautum, quòd requiratur ſpeciale mandatum,aut quòd non poſſit interuenire procurator,tũ
9 quia hoc † videtur iudicium ciuile. Biſignett.deciſ.4. vtrum innouata.ſub num.3. de appellat. & inſuper iudicium ſummarium, cum ſapiat naturam poſſeſſorij, vt diximus ſupra in prima parte tractat.in præfat.num.75.& 78. Quamuis autem hæc ampliatio videri poſſet penè ſuperflua, aliquid tamen circa eam dubitationis (& ideo placuit eam nominatim inter aliàs ponere) facere poterat. Quia cum ad cauſandum, & inducendum in eſſe ipſa attentata per procuratorē requiratur ſpeciale mandatum, vt diximus ſupra in prima parte.cap.primo.de attentatis à parte.num.5.vt contrariorũ eſſet eadem diſciplina ad tollendum quoque,& reuocandũ ipſa attentata, videbatur, quòd ſpeciale requireretur. Præterea attentata,&illorum reuocatio videtur ſapere iudiciũ criminale,cum attẽtare ſit delictum,& ſonet in malum, vt ibidem diximus poſt Aegid. deciſ. 18. oneratio. propterea non videbatur carere penitus dubitatione, an hoc caſu eſſet admittendus procurator,qui regulariter in criminalibus repelitur l.penult.§.ad crimen.ff.de public.iudic.cum vulg. Quę
26 tamen motiua non ſunt tantæ efficaciæ,vt a regula ſolita re
27 cedere debeamus,quòd procurator ſolet admitti, niſi expreſſe prohibeatur,ad not.in l. ſeruum quoque.§. publice. ff. de procurator. Nec mouet regula, quòd contrariorum debeat eſſe eadem diſciplina,quia cum inter attẽtationem, quæ eſt
10 odioſa,ad no.in cap.1. vt lit.penden.in 6.† & reuocationem attentatorum,quæ eſt fauorabilis,arg.l. Arrianus. ff.de act.& obligat.& not.Biſignett.in deciſ.4.vtrum innouata, aliàs deciſ.30.§.vtrum innouata.ſub num.6.de appell. appareat manifeſta diuerſitatis ratio,regula illa non procedit, ad no. in l. fin.C.de reſcind.vend.tradit latius Ant. Gabr. concluſ. lib.6. de legibus.& conſtitut.concluſ.3.num.51.Nec attẽtatorum cauſa poteſt vere inter criminales quoquo modo reponi,
11 quamuis enim ſonet in malam partem,† datur tamen attentatorum reuocatio, etiam contra hæredes, & poſt mortem attentantis,vt per Mil.in verb.attenta lite pend.fol.29. quod non eſſet,ſi attentare eſſet proprie crimen,& delictũ, ad not. in rubr.C ne de ſtatu defunct.cum ſimil.Ex quibus ſequitur quod cauſa attentatorum poteſt per procuratorem agi, & propterea aliàs in vna Mantuana attentatorum coram Robuſterio fuit late diſputatum,an ſententia reuocationis attẽtatorum lata ad inſtantiam procuratoris,qui prętendebatur reuocatus per conſttiutione ſecũdi abſque clauſula citra reuocationem,eſſet valida,vel potius ex defectu mandati eſſet nulla,& licèt multa pro nullitate adducerentur,Domini tamen 28.Februarij 1569. tenuerunt pro validitate ſententiæ,
12 quia id quod dicitur,† quod primum mandatum cenſetur reuocatum per conſtitutionem ſecundi procuratoris,procedit ex tacita mente conſtituentis,ad not.in l.ſiquis cum pro
13 curatorio.ff.de procurat.quæ ratio ceſſat,quando † conſtat, quòd mandans noluit reuocare ex illius præſumpta mente, quæ eo caſu colligebatur ex multis,quæ ibi præſupponebantur in facto.Ex qua reſolutione videt adhuc poſſe hæc quinta ampliat.ampliari,vt nedum requiratur in cauſa attentato
14 rum mandatum ſpeciale, & expreſſum †,ſed ſufficiat etiam tacitum, & generale, prout erat ibi ex præſumpta mente conſtituentis.

15 Sextò videtur poſſe ampliari † vt etiam ſine mandato quis poſſit reuocationem hanc in aliquo caſu petere, puta, quãdo eſſemus in his perſonis, quæ iuris præſumptione præſumerentur eſſe eædem,vt ſunt Pater, & filius. ad l.fin. C.de inſtitut. & ſubſtitut. ſi enim iſta præſumpta identitas perſonarum,etiam in hac materia attentatorum videtur tãtæ potentiæ,vt attentatum à Patre in cauſa filij,etiam ſine ſpeciali mandato reputetur attentatum à filio, ſi poſtquam illud reſciuit,illi non renunciauit,vt poſt Aegid.deciſ.551.ſi procurator,& alios ibi allegatos, diximus ſupra in prima parte, cap.3.de attent. à tertio, num.46. verſic.ſextò limita, multo magis videtur hæc eadem præſumpta identitas perſonarum attendenda,quando agitur de reuocatione attentatorum,vt ſcilicet reuocatio petita à Patre de attentatis contra perſonam filij cenſeatur ab ipſo filio etiam abſque alio mandato petita,& econtra,tum quia fauorabilis eſt reuocatio, attentatio autem odioſa,vt ſupra proxime dictum eſt, tum quia, & aliàs Pater poteſt pro filio agere, & econtra, adnotata in l.patri. ff. de minoribus, & in l. exigendi. C. de procurator. cum ſimilibus.

Septimò ampliari poteſt, vt non ſolùm ipſe principalis,q
16 paſſus eſt attentata, hanc reuocationem petere poſſit † verũ etiam eius ceſſionarius, quod licèt in ſpecie non repererim apud Doct.probabiliter tamen id affirmari poteſt, etiam in
17 materia attentatorum.Primò,quia ita in ſimili videmus † ꝙ poteſt cedi ius ſpolij, & ceſſionarius agit remedio canonis reintegranda,vt poſt Bald. Tiraq.Rip.Ruyn. Gomeſ.Rolan. de Vall.concludit nouiſſime Menocch. de recuper. poſſ.re-
18 med.15.num.59.verſic.quæro 10.Secundò, quia † hæc reuo-
19 catio expeditur officio Iudicis, vt notum eſt † officium autẽ
20 iudicis cedi poteſt,vt eleganter per Tiraq. de retract.§.26. gl. 3. num.14. vbi illud ampliat, etiam ſi tale † officium iudicis haberet executionem paratam, prout videtur in attentatis,
21 vt per eum ibi numero 15.nam & aliàs ius † inſtantiæ, item
22 † ſentẽtiæ etiam in † executiuis cedi poſſunt, vt tradit Aug.
23 Bero.ſeu mauis Iul.Scarlatinus inter conſil.Bero.conſi.177. plura.num.22.& num.27.lib.1. quod ſanè intelligendum eſt
24 de ceſſione facta poſt litem finitam † in principali,nam ante litem motam non poteſt conſiderari ceſſio iuris reuocandi attentata,quæ ſine lite non dantur, vt aliàs ſupra dictum eſt
25 & minus † poteſt hæc ampliatio verificari in ceſſione, quæ fieret lite adhuc pendente, quia tunc ipſa ceſſio diceretur attentata, & contra ceſſionarium agentem ad reuocationem primi attentati obſtaret exceptio vltimæ attentationis,& ceſſionis attentatæ iuxta ea, quæ ſecundùm aliquos diximus infra cap.24.de reo,& except.contra attent.compet. q.8.nu.
26 12. quando † ſcilicet lis penderet vigore actionis realis.† Se-
27 cus ſi vigore perſonalis,quoniam tunc actor poteſt iura ſua etiam lite pendente cedere, ſecundùm veram, & commun. opin.de qua teſtatur Auguſt. Bero. ſiue potius Iul. Scarlatinus inter conſil.Bero. dicto conſil.177. plura num.18. libr.1.
28 † Quid autem ſi quis non ius ſibi ad huiuſmodi reuocationem competens ceſſerit,ſed rem,circa quam fuerat commiſſum attentatum,an reuocationem hoc caſu ceſſionarius petat, vel potius cedens? Et ſicut dicimus in ſpolio, quòd ſpoliatus cedens ius, & non actionem ſpolij, poteſt etiam poſt ceſſionem petere reſtitutionem, ex quo actio ſpolij ei quæſita durat,& viget.licèt ipſe ius ceſſerit,niſi actionẽ quoque ſpolij ceſſerit,vt fuit deciſum in vna Bracharen. de Sueguas coram Proſpero de menſe Nouembris 1546. vt refert Caputaquen.in recollect. ſuis parte prima, deciſ.236.incip. ſpoliatus, ad med. Ita poteſt in ſimili dici in caſu propoſito, quòd paſſus attentata, licèt rem cedat, circa quam eſt commiſſum attentatum.& ius quod habet in ea, tamen ſi nõ cedat officium Iudicis,& ius, quod ei eſt quæſitum ad attenta ta reuocanda,ipſi cedenti non ceſſionario hoc caſu competat ius petendi attentatorum reuocationem. Quod tamen
29 intellige,† niſi cedens ius,& rem,ceſſerit etiam liti,& cauſæ quoniam cum attentata cenſeantur cohærere liti,per ceſſionem factam liti diceretur etiam ceſſum ius ad attẽtata,quæ à lite dependent, ſecundùm ea quæ proximè dicemus in 1.limitat. num.42.

Octauò ampliari poſſe videtur,vt ſi lite pendente cum he
30 bræo aliquid contra eum attentetur † etiam ad inſtantiam Hebræi reuocatio fieri poſſit, quoniam generalis diſpoſitio
31 † comprehendit etiam Hebræos, vt poſt Marquard. Suc. & alios pleroſque, per eum allegatos hanc concluſionem generaliter probat,& tuetur nouiſſimè Ioan. Bapt. de Aſin. in ſua praxi iudic.§.4.capitulo 7. per totum, vnde ſi generalis diſpoſitio comprehendit etiam Hebræos, lex concedens reuocationem attentatorum non debet eos excludere, cum & aliàs huiuſmodi reuocatio etiam excommunicato permittatur,vt diximus ſupra proximè in 1.ampliat. num.4.

Limitatur eadem regula,

Primò

Source : BIU Cujas

Primò in eo, qui reo, & poſſeſſore mortuo mandatur per Papam in eius locum ſubrogari, nam ſi actor ſuperſtes, vel etiam alius tertius poſt mortem rei poſſeſſionem beneficij,
31 attentando capiat † ſubrogandus non poteſt attentatorum per actorem petere reuocationem, ſed ſolùm ex officio Iudicis reuocantur, vt eſt deciſ. Rot. 10. aliàs 411. ſi lite pendente, vt lit. pend. in nou. quam etiam allegat, & ſequitur Natta in conſil. 399. poſtquàm. ſub num. 8. lib. 2. quod etiam ſentit Mil. in verb. attentata per actorem, & in verb. attentata autem per tertium. fol. 30. Quamuis autem iſte ſubrogandus
33 nec contra actorem † nec contra tertium valeat hanc reuo-
34 cationem intentare, † ſuperſtes tamen bene poſſet cõtra ter tium innouantem agere ad reuocationem, vt dicit Rota ibi
35 in ſi. & poſt eam Mil. vbi ſupra. Quid autem † ſi eſſemus in ſubrogato, an ille poſſit petere huiuſmodi reuocationem, præſertim eorum, ſuper quorũ reuocatione iam fuerat ius quæſitum defuncto? Et licèt (ex his, quæ aliàs diximus, ꝙ ceſſionarius, & ſubrogatus mediante ceſſio ad rem ipſam, circa quam fuit commiſſum attentatum, non videatur ſubrogatus ad ius attentatorum, vt adnotauimus ſupra proximè
36 in 7. ampliat. num. 16. † & 28. & ex his quæ in ſimili videmus, quòd ſubrogatus quoad poſſeſſionem non cenſetur ſubro-
37 gatus quoad ius ſpolij, niſi de eo vel † fuerit facta expreſſa mentio, vt (non obſtantibus nonnullis deciſionibus, quæ cõ
38 trarium innuere videbantur) fuit † ſæpius per Dominos tentum, & præſertim in vna Imolen. canonicatus coram Peregrino, vt eſt in recoll. Caputaquen. 1. deciſ. 236. incip. ſpoliatus. in fin. & in alia Caurien. parochialis coram Sarmiento 30. Octobris 1562. in qua D. meus Oradinus hæc verba formalia adnotauit, videlicet. Domini tenent, quòd nõ cenſeatur ceſſa actio ſpolij, niſi expreſſe de ea fuerit facta mentio, vt hæc tenta fuerunt de anno 1557. in pluribus cauſis Abulen. coram Aldrobandino, & Meliten. coram D. de Rubeis.
39 Vel niſi † de ſpolio fuerit aliqua mentio facta ſaltem in narratiua, vt eſt deciſ. in recolle. Put. 1. 389. & Acchill. deciſ. 359. aliàs 1. ſub Rubrica de ſubrogat. incip. die prima Decembris.
40 Sicut etiam in ſimili videmus † quòd quando in aliqua diſpoſitione fit mentio de fructibus, veniunt etiã fructus præteriti, vt eſt deciſ. in recol. Put. 2. 314. videretur idem etiam in attentatis dicendum, quòd ſcilicet iſti ſubrogato non competeret ius petendi attentatorum reuocationem, niſi ſaltem in narratiua de illis fuiſſet facta mentio. Nihilominus euenientе caſu in vna Nolan. abbatiæ coram Iunio 20. Octobris 1557. non fuit per Dominos tenta præfata diſtinctio, nec ſi-
41 mile de ſpolio, ſed adhibita alia conſideratio, an † ſcilicet il-
42 le fuerit ad litem ſubrogatus, quia eum † attẽtata videantur inducere quãdam qualitatem, quæ cohæret liti, ſubrogatus quoad lilem cenſetur ſubrogatus quoad omnia, quæ dependent à lite, prout ſunt attentata quæ ſine lite non dãtur. Caſ ſad. deciſ. 6. num. 2. ſuper regul. Et ex hac conſideratione tollebatur fundamentum, quod in contrarium fiebat de dicto ſimili de ſpolio, quòd ſcilicet ſi Papa non intelligit per ſubrogationem dare ius ſpolij, quod eſt minus, cum attentata ſint ſpolio fauorabiliora, vt diximus infra capit. 30. de priuil. attent. num. 6. non eſt credendum voluiſſe dare ius ad attentata, quod eſt maius, quoniam dixerunt Domini, quòd hoc procederet, niſi attentata cohærerent liti, & propterea in dicta Nolana fuit reſolutum, quòd Proſper Ieſualdus, qui erat ſubrogatus ad litem, poſſet dare de attentatis contra Cardinalem Saracenum implorando officium Iudicis. Quæ con-
43 ſideratio eò magis admittenda eſt, quia etiã † in ſpolio quando in ſubrogatio eſt facta mentio litis, cenſetur quis ſubrogatus ad ius ſpolij, & ideo in vna Mediolanen. Capellaniæ coram Chiſſanen. 28. Iunij 1557. fuit per maiorem partem Dominorum dictum, quòd ſi fuit facta mentio litis, & poſſeſſionis, cenſebatur ſubrogatio facta ad ſpolium. Et ex hac litis conſideratione fuit dictum in alia Nullius, ſeu Pennen.
44 coram Robuſterio 31. Maij 1568. quòd † ſi lis pendebat, cenſetur etiam ceſſum ius ſpolij, & dicitur bona ſubrogatio.

55 Secundò limita, vt non procedat in eo, † de cuius non iure notorie conſtat, quoniam ad illius inſtantiam non fit attentatorum reuocatio, vt eſt deciſ. Caſſad. 3. petẽs reſtitutionem, num. 4. de reſtit. ſpoliat. qui plures ad hoc Egid. & Rot. deciſ. allegat, de quo & nos dicemus latius infra cap. 24. q. 1. num. 21. & per totam.

46 Tertiò huic proxima poteſt dari limitatio, † vt non procedat in execrabili plura incompatibilia retinente contra diſpoſitionem extrauagantis Io. xxij. quæ incipit execrabilis. de præbend. is enim non videtur, quòd poſſit dare de attentatis ſi lite pendente altero beneficio ſpolietur, tum quia quando
47 de execrabilitate † conſtat in actis, videtur conſtare de non
48 iure ſuo, tum quia in ſimili videmus † quòd execrabilis ſpoliatus non reſtituitur, vt eſt deciſ. Rot. 15. aliàs 371. not. quòd vbi aliquis, de reſtit. ſpol. in antiq. & alia Cap. Toloſ. 464. præſertim ſi de execrabilitate conſtaret in actis, vt eſt in recoll. Put. deciſ. 13. exceptio, ſub rub. de reſtitut. ſpoliat. vbi in finalibus verbis tenet, quòd contra ſpoliatum hoc caſu admitteretur huiuſmodi exceptio. Vel de ea conſtaret per confeſſionem partis, vel eſſet aliàs notoria, vt in dicta dec. Put. & alia Thomæ de Thanis 70. incip. in poſſeſſorio. quoniam (vt etiã diximus infra in hac 3. parte c. 24. de reo, & except. ſib. contr. attent. compet. q. 13. nu. 6.) his caſibus execrabilis non reſtituitur, & quamuis in materia noſtra attentatorum Doctor. ſpecifice hanc limitatem non ponant, eam tamẽ ex præmiſſis admitti probabiliter poſſe reor.

49 Quartò, vt non procedat in eo, † qui litem, ſeu appellationem impugnauit, quoniam is non poteſt petere ea attentata reuocari, quæ geſta ſunt pendente lite, vel appellatione per eum impugnata, vt dixit Felyn. poſt Imol. in cap. capitulum. col. 9. ſub num. 25. verſic. limita quartò, de reſcript. & quamuis ſuper hoc videantur eſſe opiniones, vt patet ex his quæ poſuimus ſupra in 2. parte, capit. 4. de attent. lit. pend. in 3. ampliat. princip. & in cap. 12. de attent. appellatione pendẽte, in 41. limitat. princip. verior tamen videtur opinio, ꝙ impugnans litẽ, vel appellationẽ non poſſit dare de attentatis.

45 Quintò limitari poteſt, vt non procedat in eo † qui actualiter non appellauit, ſed vult iuuari appellatione interpoſita per aduerſarium, qui tamen non ſimpliciter. ſed ſolùm in parte, & partibus contra ſe facientibus appellauerat, quia talis appellatio limitata partem non appellantem non iuuat, & conſequenter ſi pars, quæ non appellauit, prætendat aliquid contra ſe fuiſſe attentatũ pendente appellatione, quaſi illa appellatio fuerit ſibi communis, non poterit illorum reuocationem petere, aliàs iuuaretur appellatione aduerſarij contra doctrinam Franch. in c. ſi duobus. col. 3. num. 9. de appellat. de quo diximus etiam ſupra eod. cap. 12. de attent. appell. pend. in 44. limit. princip.

51 Sextò fallit in contumace, † qui ad effectum attentatorũ non poteſt allegare litis pendentiam, quam per contumaciam ſpreuit, ſecundùm ea, quæ latius diximus ſupra in ſecũda parte. capitulo 4. de anttent. lite pendente, in 18. limitat. princip. Quibus adde Alexand. in conſil. 24. viſis. numero 4. lib. 3. & ibi apoſtilla ad eum.

52 Septimò Regula non procedit in eo, † qui ſuccubuit in cauſa reſtitutionis in integrum ad appellandum per eum petitæ, quamuis enim etiam pendente reſtitutione in integrũ ad appellandum dentur attentata, vt diximus ſupra in 2. parte cap. 14. de attent. pendente reſtitutione in integrum ad appellandum in princ. Illa tamen non reuocantur ad inſtantiam illius, qui in iudicio reſtitutionis ſuccubuiſſet, vt diximus eodem cap. 14. num. 27. verſic. 2. limit.

53 Octauò huic affinis poteſt etiam dari limitatio, ut nõ procedat in eo, † qui mediante reſtitutione in integrum fuiſſet reſtitutus ad appellandum, & vel omnino non appellauit, vel ſaltem infra decem dies poſt obtentam reſtitutionẽ nõ appellauit, quoniam ſi pendente prædicta reſtitutione prætẽdat aliquid contra ſe fuiſſe attentatum, non poterit illorũ reuocationem petere ſecundùm ea, quæ diximus eod. c. 14. num. 30. verſic. 3. limit.

54 Nonò fallit in intruſo, † is enim ſi ab intimatione executoralium ſibi facta appellauerit, & poſt dictam appellationẽ vigore executorialium fuerit ſpoliatus, nõ poterit executionem (quaſi appellatione pendente attentatam) petere reuocari, ex eo quia eius appellatio non retardat executionem, & quia executoriales capiunt intruſum, & eius poſſeſſio tanquam vitioſa non habetur in conſideratione, vt eſt in recol lect. Creſcent. deciſ. 216. intruſus, ſub rubr. de re iudicata, de quo aliquid etiam diximus ſupra in 2. parte. cap. 12. de attentat. appellat. pendent. in decimaquarta ampliat. princ. nu. 17. verſic. quinto limitat.

55 Decimò, Is etiam, † qui intra terminum ſibi ad docendũ de attentatis vigore ſpecialis commiſſionis præfixum aliqd de eis, quod releuet, non docuerit, à petitione reuocationis
56 attentatorum cenſetur excluſus, † ſolet enim Signatura reo contra quem agitur de attẽtatis, per huiuſmodi termini præ
57 fixionem † præſertim imminentibus ferijs ſuecurrere, vt docet Caſſad. deciſ. 4. quæ incipit, in attentatis nu. 5. de dilationibus, & poſt eum (licèt corrupte alleget) Veſtr. in praxi Rocu. lib. 8. ca. 4. ſub num. 21. & Moder. in annotat. ad Egid. nu-
58 mero 108. & numero 154. † lapſus enim ſimilis termini uidetur tollere parti, & ius, & attentata, vt dicunt præfati Moder. vbi ſupra.

59 Vndecimò poteſt limitari in eo, † contra quem opponitur exceptio de literis debito tempore non expeditis, cum enim infra cap. 24. de reo, & except. ſib. cont. attent. compet. q. 10. num. 7. & num. 15. firmauerimus, hmõi exceptionẽ etiã in attentatis obijci poſſe, ſequitur, quòd talis prohibeatur valide petere poſſe reuocationem, vt latius ibi deducitur.

Duo-

Source : BIU Cujas

60 Duodecimò limitari potest † quãdo essemus in eo à quo statutum remoueret non solùm omnem exceptionem, verùm etiam omnem defensionem, quoniam cum hoc casu p statutum censeatur remotum etiam officiũ Iudicis, vt post Abbat. & alios per eum allegatos late prosequitur nouissime Ioann. Bapt. de Asin. in sua praxi iud. §. 31. c. 34. per tot. vtique huiusmodi persona non poterit instare pro reuocatione attentatorum, quæ (vt sæpius diximus) officio Iudicis
61 expeditur. Hinc posset inferri, † quòd nec etiam bannitus possit agere ad reuocationem attentatorum, quia remediũ hoc dicitur esse possessorium, & de iure ciuili, vt diximus supra in 1. parte in præfatio. num. ∴ & nu. 78. Bannitus autem perdit ea, quæ sunt de iure ciuili, & in specie remedium possessorium, vt late, & eleganter per Ruy. in consilio 49. si probetur. lib. 4. per totum.

Supradictæ autem omnes limitationes sanè sunt intelligendæ, quod licèt in dictis casibus ad instantiam partis, quæ
62 prætendit fuisse attentatum, illa nõ sint reuocanda, † Iudex tamen illa ex suo officio, & in pœnam attentantis possit etiã parte non petente reuocare, vt per Rot. decis. 5. aliàs 433. nota nunquid reo. num. 5. vt lit. pend. in antiq. & apud Bernard. de Bisignett. decis. 1. nunquid reo, eod. tit. vt lite pend. & decis. 2. aliàs 14. fuit dubitatum, de restitution. spoliator. in nouis. & dicemus infra capitulo 27. de iud. & per quem attent. numero octauo, & seq.

Cap. XXIII. quando & intra quod tempus per Actorem Attent. reuocatio petenda.

SVMMARIVM.

1 *Reuocatio attentatorum in quacumque parte iudicij peti potest secundùm aliquos.*
2 *Reuocationis attentatorum facultas duobus actibus, siue lapsu duorum terminorum excluditur secundùm alios, videlicet.*
Per litis contestatione, vt num. 3. &.
Per conclusionem in causa, vt num. 4.
5 *Lite contestata an possint peti attentata reuocari.*
6 *Litis contestatio in reuocatione attentatorum non requiritur.*
7 *Attentatorum reuocatio post litem contestatam non fit secundùm aliquos, qui etiam de crebriori sententia attestati sunt, sed male, vt in numero 11.*
Aliqui verò distinxerunt, vt num. 8.
9 *Verior est opin. indistincte, quòd immo possit, vt infra num. 12.*
Et est magis æqua opin. vt num. 10.
13 *Attentati reuocatio, quod de sui natura non posset rescindi, nisi per diffinitiuam super appellatione, etiam post litem contestatam non fit.*
14 *Conclusio in causa præcludit viam reuocationi attentatorum, secundum opin. aliquorum.*
15 *Conclusione in causa videtur negocium esse finitum, & primò esse pronũtiandum, quàm attentata reuocanda.*
16 *Suspensio petitoris non potest fieri post conclusionem in causa ∽.*
17 *Spoliatus conuentus iudicio à spoliante potest eum vsque ad conclusionem in causa reconuenire spolio secundum aliquos, sed male. vt numero 35.*
18 *Ius lite pendente superueniens ex causa de præterito operatur, vt sententia super eo fundari possit, si ante conclusionem in causa superueniat, de hoc tamen infra num. 36.*
19 *Iudex postquam tulit sententiam, dicitur functus officio suo.*
20 *Paria sunt, sententiam esse latam, & esse conclusum in causa ∽.*
21 *Inhibitio regulariter non potest fieri post conclusionem in causa.*
22 *Conclusione in causa censetur quis renuntiare probationibus, & iuribus non deductis.*
23 *Attentata etiam post conclusionem in causa reuocari possunt, secundùm aliorum, & veriorem opin. & infra num. 39.*
24 *Reuocationem attentatorum non dependet ab euentu appellationis.*
25 *Iudex in multis casibus potest etiam post conclusionem in causa procedere.*
26 *Interrogare partes potest Iudex, etiam postquam in causa est cõclusum, secundùm aliquos.*
27 *Iuramentum deferre Iudex potest non obstante causæ conclusione.*
28 *Instrumenta de nouo reperta admittit Iudex, etiam post conclusionem in causa ∽.*
29 *Testes admittere potest Iudex, etiam si in causa sit conclusum.*
30 *Officium suum potest impendere Iudex, etiam post conclusionem in causa si videbitur expedire.*
31 *Iudex in his, quæ non requirunt probationem, nisi leuem, etiam post causæ conclusionem officium suum impartire potest.*
32 *Ius superueniens ex causa de præterito post conclusionem in causa de iure canonico potest proponi in iudicio, & illud validat.*
33 *Reuocatio attentatorum potest peti etiam in secunda instantia.*
34 *Causa attentatorum est separata à causa principali, & de sui natura seorsum examinatur.*
37 *Inhibitio si fiat post conclusionem in causa, facit attentata.*
38 *Renuncians appellationi non censetur renunciare attentatis.*
40 *Nouas opin. difficile est nisi processu temporis in pratica obtineri.*
41 *Attentata (retenta commu. opin.) non possunt peti reuocari, postquam fuit in causa conclusum.*
Etiam si petantur vigore specialis commissionis, vt num. 42.
43 *Attentata postquam fuit in causa conclusum non obstante conclusione possunt peti reuocari. Quod limitatur sex modis, vt num. 43. 45. 49. 50. 57. & 58.*
44 *Renuntians appellationi, licèt agat ad reuocationem eorum, quæ fuerant attentata ante renuntiationem, non tamen agit ad ea, quæ post renuntiationem fuerint attentata.*
45 *Attentata etiam post conclusionem in causa reuocarentur parte non contradicente.*
46 *Iudex sciens in causa fuisse conclusum, & admittens aliquid super probatione attentatorum censeretur conclusionem reuocare.*
47 *Iudex in dubio præsumitur scire conclusionem fuisse in causa factam.*
48 *Admissio facta per Iudicem de eo, quod non erat admittendum, præiudicat parti.*
49 *Conclusio in causa tacite, & ab vna tantum parte facta, puta per missionem citationis ad sententiam, non præcluderet viam reuocationi attentatorum.*
50 *Conclusio in causa in prima instantia facta non impedit reuocationem attentatorum in secunda instantia, & infra num. 54.*
51 *Suspensio petitorij in secunda instantia fieri potest non obstante conclusione in causa in prima instantia facta.*
Etiam in causa profana secundùm veriorem opin. vt num. 52.
53 *Appellatio suspendit etiam conclusionem in causa in prima instantia factam.*
55 *Conclusio in causa principali facta non obstat in causa appellationis, quo minus quis possit non deductum deducere, & non probatũ probare.*
Nisi de causa appellationis non fuerit expresse facta mentio, vt num. 56.
57 *Reuocatio attentatorum, & post conclusum in causa fit, quando attentans in negocio principali succubuisset.*
58 *Terminus ad docendum de attentatis si fuerit præfixus, & in eo nihil doctum eo lapso, etiam si nondum fuerit in causa conclusum, non possunt amplius attentata peti reuocari.*
59 *Iudex ex officio suo, an post conclusionem in causa attentata reuocet.*
60 *Conclusio in causa licèt (retenta communi opin.) præcludat uia petitioni reuocationis attentatorum, non tamen præcludit viam expeditioni causæ attentatorum, si ante conclusionem fuerunt petita reuocari.*
61 *Præscriptio an currat contra attentatata, & iuri petendi illorum reuocationem.*
62 *Attentare cum sit delictum secundùm aliquos eo tempore præscribitur, quo cæteris criminibus.*
63 *Reuocationi attentatorum nullo tempore præscribitur secundùm alios.*
64 *Remedium canonis reintegranda, prout tenet Rota, durat perpetuò.*
Etiam si agatur inter ciues Romanos, vt num. 65.
Et competit non solum post quadraginta, aut centum, sed & post mille annos, & in perpetuum, vt num. 66.
Et hanc esse communionem opin. quod perpetuo duret, vt num. 67.
68 *Reuocatio attentatorum potest proponi etiam per viam exceptionis.*
69 *Officium Iudicis, quod proponitur per modum exceptionis, durat perpetuò.*
70 *Attentata regulariter dicuntur ipso iure nulla.*
71 *Nullitas attentatorum videtur, quòd possit appellari euidens, & manifesta ∽.*
72 *Reuocatio attentatorum peti potest etiam per viam nullitatis.*
73 *Officio iudicis, quod competit super nullitate euidenti, non præscribitur, sed durat perpetuò.*
74 *Dominij exceptio vbi potest opponi, ibi currit præscriptio, & infra numero 83.*
75 *Reuocationi attentatorum regulariter non potest opponi dominij exceptio.*
76 *Reuocatio attentatorum fit officio Iudicis.*
77 *Officio iudicis præscribitur spacio triginta annorum.*
78 *Remedium l. si quis in tantam. C. vnde vi. tollitur præscriptione triginta annorum.*
79 *Executioni sententiæ, quæ Iudicis officio expeditur, triginta annorum spacio præscribitur.*
80 *Præscriptio triginta annorum tollere videtur ferè omnia iura.*
Etiam magis fauorabilia, quàm attentata, prout est ius petendi legitimã, vt numero 81.
82 *Reuocationi attentatorum triginta annorum spacio præscribi verius videtur.*
84 *Præscriptionis exceptio non semper opponitur ratione dominij.*
85 *Reuocatio attentatorum si deducitur per modum exceptionis, durat perpetuò.*
86 *Temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum.*
87 *Iuri excipiendi nunquam præscribitur.*
88 *Iuri offerendi licèt regulariter præscribatur 30. annis, si tamen proponitur per excipientem, durat perpetuo.*
89 *Attentatorum reuocatio si petatur per uiam nullitatis ordinariæ, duret perpetuo.*
90 *Spolio attentato non uidetur, quòd spacio 30. anno. præscribatur.*

Monachus

Source : BIU Cujas.

91 *Monachus spoliatus ab Abbate, lite, quam ipse Monachus prosequebatur, pendente restituitur, licèt aliàs simpliciter spoliatus non restituatur.*

92 *Reseruationis exceptio regulariter obstat agenti spolio.*
Nisi sit spolium attentatum, vt num.93.

94 *Executioni sententiæ latæ super attentatis non præscribitur spatio triginta annorum, quando illa antea fuit cæpta, licèt non fuerit finita.*

95 *Mala fides etiam in materia attentatorum impedit præscriptionem etiã triginta annorum.*

96 *Emptio facta post appellationem facit emptorem malæ fidei possessorem.*

97 *Præscriptio minoris temporis quam triginta annorum eius loco à statuto subrogata etiam in attentatis locum habet.*

98 *Attentatorum reuocationi præscribitur, & via præcluditur per præfixionem termini ad docendum de eis.*

99 *Iure adeundi hæreditatem præscribitur spatio triginta annorum.*
Nisi à Iudice minus tempus sit præfixum, num.100.
Etiam si essemus in filio, vt num.101.

102 *Attentatorum reuocatio etiam minori spatio triginta annorum præscribitur, quando sumus in tertio, in casu aliàs à Rota considerato, de quo hic.*

103 *Instantia in causa attentatorum an triennio pereat de iure ciuili.*

104 *Causæ summariæ, & executiuæ an dicantur habere instantiam, remissiue.*
Communis videtur quòd sic, vt num.105.
Alij autem distingnunt, an agatur vigore actionis, & pereat, Vel officio Iudicis, & secus sit. vt num.106.

POstquam ex superioribus satis constare potest, qs, & quibus modis possit attentatorum reuocationem petere, opportune nunc videndum est, quãdo, & intra quod tempus huiusmodi reuocatio sit petenda. Et licèt fauor, & priuilegium, quod aliàs generaliter præstare solent iura huiusmodi attentatorum reuocatio-
1 tioni, exposcere viderentur † quò in quacunque parte iudicij illa peti posset, vt simpliciter id dixit Mil. in verb. attentata post appellationem in partibus. fol. 30. post Rot. decis. 27. aliàs 185. licèt pars rea. de appel. in antiq. Non defuerunt tamen, qui dixerint, quòd non indistincte, & indifferenter debet hoc concedi, sed quòd certis terminis, ac temporibus est huiusmodi reuocatio coarctanda. Et propterea quidam fue-
2 runt in ea opin. † quòd facultas petendi hãc reuocationem duobus actibus, siue lapsu duorum temporum excludatur,
3 † videlicet per litis contestationem in causa principali. Item
4 † per conclusionem in causa. Vt autem clarius appareat, intra quod tempus hæc reuocatio sit petenda, operæ precium est, vt nos quatuor potissimum videamus. Primò, an litis cõtestatio præcludat viam huic reuocationi. Secundò, an idem operetur conclusio in causa. Tertiò retenta opin. quòd litis contestatio non obstet, & præsuppositio, quòd in causa non fuerit conclusum, an lapsus alicuius temporis inducat talẽ præscriptionem, per quam dicta facultas censeatur sublata. Quartò, an in causa attentatorum consideretur instantia, & de iure ciuili illa triennio pereat.

5 Quæritur primò † an post litem contestatam possint peti attentata reuocari? Et est animaduertẽdum, quòd in hac q. loquimur non de litis contestatione facienda in causa attentatorum, prout aliqui circa hoc æquiuocasse videntur, vt Guid. Pap. decis. 436. cum materia, in fi. num. 110. qui format. q. in litis contestatione super attentatis, licèt alij omnes per eum citati loquantur de litis contestatione in causa
6 principali. & ratio est † quia in causa attentatorum litis contestatio non requiritur, vt dicemus infra cap. 25. de processu in causa attentatorum. num. 20. sed loquimur de litis contestatione facta in causa, & negocio principali, puta si pendente etiam appellatione dicatur aliquid attentatum, & tu committens causam principalem ipsius appellationis, attentatorumque, ac innouatorum quorumcumque in primis, & ante omnia reuocandorum, & deinde absque eo quòd petieris reuocationem dictorum attentatorum in causa principali litem fueris contestatus, an vlterius tibi competat facul-
7 tas petẽdi illorum reuocationem? † Et quamuis Specul. in titulo de appell. §. nouissime. num. 21. versic. sed pone petij in libello, aliàs casu eueniente fuerit in opinione negatiua, q̃ post litis contestationem reuocatio, de qua loquimur, non possit peti, attestans etiam se ita obtinuisse, & eundem secutus fuerit Archidiac. in c. non solùm. sub num. 2 versi. & nota, quòd si facta est petitio, de appell. in 6. Quibus adde Bald. in consil. 245. proponitur. sub num. 2. versic. secundò præmitto. lib. 2. & Ang. in l. si cuius. sub num. 3. versic. & caueat appellans. C. de appellat. vbi post Specul. refert ita in curia fuisse determinatum, eo quia patiens litem contestari, videtur attentatis, & illorum reuocationi renunciare, & Ias. in l. 1. in principi. num. 3. versic. 4. limitat. ff. de nou. oper. nunc. Guid. Pap. in consil. 4. quòd non debeat. sub num. 5. & cons. 124. circa materiam. num. 4. versic. ad tertium quæsitum, & iterum in consil. 205. circa processum. columna octaua, sub numero 22. vers. secundò quia. Quod etiam potuit Vital. de claus. in clausula, nil noua. appellat. pend. sub nu. 10. quorum plerosque refert, licèt non sequatur Didac pratic. quæst. cap. 24. sub num. 3. versi. quartò hæc reuocatio, quem nouissime ad hoc citat etiam Menoch. de recuperanda possessione in 17. & vltramed. num. 37. vbi præter prælegatos in id allegat etiã Bald. in l. 1. colum. penult. versic. præterea cautela. C. de appel lat. & Dec. in l. 1. num. 2. C. de bonor. possess. secundùm tab. & Bartol. in l. 1. ff. nil nouar. appellat. pend. qui tamen referens se ad no. per Io. And. potius contrarium videtur sentire. Nihilominus Ioann. Andr. tam in dicto cap. non solùm. statim post princip. in glos. ante omnia. colum. 1. & duabus sequentibus, quàm in additionibus ad Specul. vbi supra in additione in verb. obtinui, fuit in contraria sententia, quod immo non obstante litis contestatione in causa principali possunt peti attentata reuocari, vt late ibi per eum, qui refert opinionem, & fundamenta Speculatoris, & Archidiaconi, & illa
8 sufficienter diluit † & quamuis aliqui circa hoc distinctionem adhibuerint, videlicet quod opinio Ioann. Andr. procedat, quando illa verba, ante omnia reuocari peto & c. sunt expressa in libello, quando verò dicta verba non sunt expressa, vera sit opinio Speculatoris, & Archidiaconi, vt patet ex his, quæ ponit Geminian. in dicto capitulo non solùm. qui & opiniones refert, & inter cæteras hanc distinctionem ponit.

9 Aduertendum † tamen est, quod opinio Ioann. Andr. est indistincte omni casu tenenda, vt animaduertit Franc. in capit. dilecti. el 3. sub num. 2. versic. secundo quæritur, de appellat. & eam post longam distinctionem tenet Ioan. Monach. in capit. cupientes. §. penult. num. 156. in fin. de elect. in 6. Bal. in l. 3. & ibi quoque Sal. post eum sub num. 8. C. de appellat. & est decis. Rot. 25. aliàs 185. licèt pars rea, de appell. in nou. & per eam Mil. in verb. attentata post appellationem in partibus. fol. 30. Et quamuis Guid. Pap. in tract. de appellat. q. 13 in fin. dicat, quod non recordatur vidisse, quæ opinio in iudicando seruetur, illud tamen hoc loco prætermittendum non est, quod hanc partem in ista opinionum varietate seruat Rot. vt attestatur Vestr. in praxi Ro. cu. lib. 8. cap. 4. sub numero 13. Quibus adde Guid. Pap. sibi contrarium decis. 436. cum materia. in fi. num. 110. vbi post Angel. de Aret. in l. vnica. ff. nil no. app. pend. † appellat istam magis æquam opinionem, & eandem tenet etiam Lanfranc. dec. 476. incip. appellans, & veriorem post Aret. & Raphael. dixit etiam Didac. (qui tamen dum tractauit hunc articulum, nõ videtur semper locutus de litis contestatione, sed quandoque admiscuit etiam conclusionem in causa, in qua est longe diuersa ratio vt apparebit ex his, quæ dicemus infra in seq. quæst. prout etiam, & in hoc cõfuse locutus est etiam Guid. Pap. in supra allegatis consilijs) dicto capit. 23. pratic. quæst. sub num. 3. in fi. cui subscripsit etiam nouissime Menocch. vbi supra num. 38. Qui licèt supra dicto nu. 37. in princip. dixerit, quod crebrior est sententia, quod reuocatio attentatorum peti possit
11 solùm ante litem contestatam † eius tamen attestationi in hoc minime est standum, quia immo contraria opin. Ioan. Andr. quod etiam post litem contestatam peti possit reuocatio, dicenda est communis, cum (vt ex dinumeratione colligi potest) eam plures, & numero, & authoritate teneant, vt patet ex his, quæ allegat idem ibi dicto num. 37. versi. verùm contrarium, & quos nos hic vltra eum citauimus, & nouissime quod in hac opi. diuersitate † ista sit veritas, affirmauit
12 Mandos. in tract. commissio. in 14. formul. commissionis attentat. in verb. in primis, & ante omnia q. 2. ad med. Considerato autem, quæ per Speculatorem, & Archidiac. ex aduerso fiebat, quòd electa uia ordinaria non posset rediri ad extraordinariam, potius est dicenda subtilitas, & cauillatio textus in c. non solùm. de appellat. in 6. dum vtitur his verbis, (quod ante omnia. & penitus attentata sunt reuocanda) q̃ reale aliquod fundamentum, vt dicit Ioann. Andr. in dicto c. non solùm, & in addit. Spec. in d. §. nouissimè. in verbo, obtinui, vbi subdit, quod speculator male obtinuit. Hanc tamẽ conclusionem, quod etiam lite contestata possit peti reuocatio attentatorum, licèt Docto. in dicto capitulo. dilecti. el 3. præsertim Præpos. & Franc. num. 4. & seq. limitent nonnullis modis, vt etiam refert Lanfranc. in dicta dec. 476. quia tamen re vera dictæ limitationes omnes non percutiunt punctum, de quo agimus nunc de reuocatione post litis contestationem, sed ex illis vna tantum est ad propositum, ideo in præsenti illam tantum subijcio, videlicet, vt prædicta cõclusio non procedat † quando peteretur post litem cõtestatam
13 reuocatio super tali attentato, quod de sui natura non post rescindi,

Source : BIU Cujas

reſcindi,niſi per diffinitiuam ſententiam latam ſuper appellatione,vt in caſu l.chirographis.§.1.ff.de adminiſtrat.tutor. & tradit Bal.& poſt eum Salyc.in l.appellatione.numero 8. verſic.ſed dubitatur.C.de appellat. & reaſſumpſit Franciſ.in dicto capitulo dilecti.numero 6.verſiculo vltimo limita,de appellat.& in capitulo non ſolùm.ſub num.6.verſic.3.limita.de appellat.in 6.

Secundò quæritur, an poſtquàm fuerit in cauſa concluſum,poſſit peti attentatorum reuocatio,& quàmuis iſte articulus videatur carere dubitatione, cum nemo ferè ſit præſertim ex recentioribus,qui in dubium illum reuocet, quos citabimus infra num.41.verſi.regula negatiua, & deſuper habeamus deciſ.Rot.expreſſas, vt deciſ.6. aliàs 518. nota quòd attentata,vt lit.pend.in antiq.& deciſ.4 aliàs 57. attentata vt lite pend. in no. quia tamen contrariu opinio de iure verior videtur,libet hoc loco plenius materiam attingere. Poteſt ergo duplex in præſenti articulo conſiderari opinio.

14 Prima ſit negatiua † quòd poſtquam eſt in cauſa concluſum,non ſit vlterius locus petitioni reuocationis attentato
15 rum.Quæ fundari poteſt ex pluribus,& Primò † quia per cõcluſionem videtur negocium eſſe finitum, & propterea primò eſſe pronuntiandum,quam reuocanda attentata,vt hãc rationem poſuit expreſſe Rot.deciſ.26.aliàs 307. nota quòd audientia tenet,de appella. in antiq.Secundò quia videmus
16 in ſimili † quòd licèt ſuſpenſio petitorij regulariter poſſit fieri in quacumque parte iudicij, concluſio tamen in cauſa etiam ſuſpenſioni petitorij viam præcludit, quam rationẽ, & argum.à ſimili poſuit expreſſe in propoſito noſtro Rot.dicta deciſ.4.aliàs 57.attentata vt lit.pend. in nou. ad not.in c. paſtoralis.de cauſ.poſſeſ.& propriet.vt fuit etiam tentum in vna Bononien.Gaſtilliani 20. Nouembris 1545. corã Fabio,
17 vt eſt in recollect. Peregri. deciſ.76. aliàs 9. incip. fuit reſolutũ.Tertiò pro iſta opinione addi poteſt, † quia in ſimili ſpoliatus conuentus iudicio petitorio à ſpoliante poteſt contra eum vſque ad concluſionem in cauſa agere ſpolio ſecũdum Abbatẽ,in cap.ex conqueſtione.colum.4. verſi.quoad ſecundum dubium,de reſtitut.ſpoliator. ergo idem videtur dicendum in attentatis.Quartò in ſimili facit,quod aliàs di-
18 citur † quòd licèt ius ſuperueniens lite pendẽte ex cauſa de præterito operetur, vt ſuper eo ſententia fundari poſſit, ad text.in l.ſi rem.§.fin. ff.de pignorat.act. & alia cumulata per Anton.Gabriel.in tract.commun.concluſ.lib.2 de iud.concluſ.2.in princip.id tamen procedit, quando ius ſuperuenit ante concluſionem in cauſa,ſecus ſi poſt, vt per eundem ibi
19 num.9. Quintò † quia Iudex poſtquam tulit ſententiam dicitur functus officio ſuo, nec põt aliquid vltra regulariter in cauſa facere, & conſequenter nec attentata reuocare, ad
20 not.in l.Iudex poſteaquàm.ff.de re iud.† ſed paria ſunt,latã eſſe ſententiam,vel eſſe concluſum in cauſa, vt poſt Bart.in l.ſi mater.§.ea.in fin.ff.de except.rei iud.& Bald.in l. error.q. 2.& 4.C.de iur.& fac.ignorant. & l.incerti. col.6. C.de interdict.tradit Iaſ.in l.admonendi.num.49.ff.de iureiurando ergo & c. Sextò facit, quia & aliàs in ſimili videmus † quòd &
21 inhibitio,quæ de ſui natura cauſat attentata,non poteſt fieri poſt concluſionem in cauſa.Rot deciſ.66. aliàs 674. nota quando in aliqua,de appellatio. in antiquis. cum alijs alleg. ſupra in ſecunda parte capit.20. de attentatis poſt inhibitionem,in præfatio. quæſt.4. num.154. Vnde ſicut poſt concluſionem in cauſa videtur ceſſare inhibitio, quæ ſolet eſſe potiſſima cauſa deducendi attẽtata in eſſe, ergo nec debet poſt concluſionem dari attentatorum reuocatio,vt contrariorũ
22 ſit eadem diſciplina. Septimò quia † per concluſionem in cauſa quis videtur renunciare probationibus, & iuribus nõ deductis,ad not.in dicto capitulo quoniam contra.in verb. renuntiatum,de probatio.& refert Iaſ.in dicta l.admonendi. num.50.Quando autem eſt attentatis renunciatum,nõ poteſt illorum reuocatio peti ſecũdum ea, quæ latius diximus ſup.in 2.parte.cap.4.de attent.lit.pend.in 15.limit.princip.ergo & c. Et ex his omnibus vltra ea pauca, quæ pro hac opinione Doctor.ponere videbantur, poteſt hæc prima opinio comprobari.

Secunda affirmatiua opinio huic contraria eſſe poteſt
23 † quòd immo etiam poſt concluſionem in cauſa huiuſmodi reuocatio peti valeat,quam aliquos ex Dominis ſenſiſſe, refert Rot.dicta deciſ.26.aliàs.307.& clarius Ant.de Butr.in c.1.circa fi.vt lit.pend.prout eum refert, & ſequitur Io.Bapt. de Aſin.in ſua praxi iudic.§.23 cap.6.verſic.limitatur.1.nu.5. dum volunt in remedio attentatorum lite pendente Iudicẽ poſt concluſionem in cauſa ſupplere poſſe,quæ pariter plu-
24 ribus fundatur, & Primò ea ratione † quia reuocatio attentatorum non dependet ab euentu appellationis,vt latius in dicta deciſ.26.Secundò: quia videmus in ſimili, quòd licèt concluſio in cauſa ſoleat præcludere viam productionibus, & probationibus,ad not.in cap.quoniam contra.de probat.

25 † poteſt tamen Iudex in multis caſibus ex aliqua iuſta cauſa procedere,hinc dixit aliàs Rom.in conſ.176.Iſtæ ſunt.col.
26 fin.verſic.oſtenditur hic in fine, † quod poſt concluſionem in cauſa poteſt Iudex partes interrogare, quod etiam dixit idem in conſil.20.viſo puncto.in fin. & eſt commun. opi.de qua poſt alios teſtatur nouiſſime Bapt. Villalob. in collect. commun.opin.litera I.num.92.verſic.interrogare põt, licèt alios id reprehendentes ibi citet, quibus adde Nattam in cõſil.206.Magnifice,numero primo. lib.1. quinimmo in dicto
27 conſi.176.amplius dixit † quod poteſt etiam deferre iuramẽ
28 tum † & inſtrumenta de nouo reperta ſi producãtur, admittere ex iuſta cauſa, quinimmo poſt concluſionem in cauſa
29 † poteſt etiam teſtes Iudex admittere,vt poſt Fel. in cap.licèt cauſam.colum.14.verſic.limita.11.de prob. & Hippol.in ſingul.110.incip.communis,tradit Ioann de Neuiza in conſ.5. incip.miſit.num.27.Quod ſi poteſt Iudex etiam poſt concluſionem prædicta explicare ratione iuſtę cauſæ,hęc iuſta cauſa multo magis videtur militare in reuocatione attentatorum,in quibus concurrit odium attentantis propter contẽptum Iudicis,& læſionem partis, cum attentans dicatur offendere ius,Iudicem,& partem,ad not.in capit. primo de appellat.in 6.Tertio,quia Iudex officium ſuum impendere poteſt etiam poſt concluſionem,ſi ſibi uidebitur expedire,vt dicit Rot.deciſ.2.aliàs 6. per eadem motiua de teſtibus.in nou. attentatorum autem reuocatio etiam à parte petita fit ex officio Iudicis mercenario, vt ſupradictum eſt in hac 3. parte, capit.21. num. 14. metito &c. Quarto ex eadem deciſ. poteſt
31 ad propoſitum aliud fundamentum colligi † quod in his, q̃ non requirunt probationem, niſi leuem, Iudex etiam poſt concluſionem in cauſa poteſt officium ſuum impartiri, ſed in reuocatione attentatorum leuis probatio requiritur, vt dicemus infra capit.26. de probatio. attentator. num.82. ergo &c. Quinto, quia videmus quod immo in certis caſibus etiam poſt concluſionem in cauſa fit attentatorum reuocatio, de quibus dicemus proxime in limitationibus regulæ ponendæ,num.43.ergo videtur, quod non poſſit teneri pro vera præcedens opinio negatiua, quæ videtur abſolute negare,quod poſt concluſionem non fiat iſta reuocatio.Sexto
32 quia de iure canonico ius ſuperueniens ex cauſa de præterito poſt concluſionem in cauſa poteſt proponi in iudicio,& illud validat,vt eſt commun.opin de qua poſt Pariſ. in conſil.125.num.13.verſic.nam libellus.lib.1.tradit Ant.Gabriel. commun.concluſ.lib.2.de Iud.concluſ.5.num.20.verſic.11. limita.ergo ius reuocationis attentatorum, quod eſt cauſa de præterito,cum præſupponatur ante concluſionem fuiſſe attentatum, debet ſimiliter poſſe poſt concluſionem valide
33 proponi. Septimo † quia petitio reuocationis attẽtatorum poteſt fieri etiam in ſecunda inſtantia,vt tradit Bero. in conſil.51.in hac cauſa.num.7.lib.3.ergo cõcluſio in cauſa in prima inſtantia facta non præcludit viam huiuſmodi reuocationi,vt dicemus infra in quarta limitatio.regulæ ſubijciendæ numero 50.

Et renendo hanc opinionem,quæ mihi verior de iure videtur,non obſtant allegata in contrarium, quonam illis reſpondetur, &.

Ad primum quaſi per concluſionem negocium ſit finitũ
34 reſpondetur,quod immo nondum eſt inceptũ, ex quo † cã attentatorum eſt ſeparata, & de ſui natura examinatur ſeorſum à negocio principali,vt per Franc.in c.dilecti.el 3. nu.3. de appellationibus.quam reſponſionem ſenſit etiam Rot.d. deciſ.26.aliàs 307.nota quod audientia.verſi.licet aliquibus de appellat.in antiq.

Ad ſecundum, & tertium reſpondetur quod cum in attẽtatis vigeat maior ratio odij,quàm in ſpolio,nõ videtur bonum argumentum a ſpolio ad attentata,cum in eis adſit cõtemptus Iudicis,qui in ſpolio non conſideratur, cuius contemptus ratione aliqui ex Dominis in d.deciſ. 26.ſentiebãt quod etiam poſt concluſionem in cauſa huiuſmodi reuoca
35 catio peti poſſet. † Præterea opin. Abbat. in dicto c. ex conqueſtione. reprobatur, vt tradit Cap. poſt alios,quos allegat deciſ.28.in cauſa. num.7.

36 Ad quartum reſpondetur† quod de iure canonico etiam poſt concluſionem in cauſa attenditur ius ſuperueniens ex cauſa de præterito,vt ſupra num.32.in 6.fundamento ſecundæ opinionis.

Ad quintum, quod regula l.Iudex poſteaquam. procedit in eadem cauſa,in qua quis pronuntiauit, ſecus in diuerſa, vt notant Doctor.in dicta l.Iudex,attentatorum autem cauſa dicitur eſſe diuerſa,vt ſupra proxime diximus num.34.ergo & c.l.Papinianus exuli.ff.de minor. cum ſimil.

Ad ſextum reſpondetur,quod id, quod dicitur, quod inhibitio non fiat poſt concluſionem,procedit potius de ſtilo
37 Dominorum, quàm de iure † & ideo ſi poſt concluſionem fuerit inhibitũ,talis inhibitio cauſat attentata.Rot.deciſ.29.

aliàs

Source : BIU Cujas

aliàs 711.de ſtilo,de dolo, & contumacia, in antiq.vt latius diximus in dicta quæſtione quarta.num.157.

Ad ſeptimum reſpondetur, quòd non ſequitur, per concluſionem in cauſa renuntiatur probationibus, & iuribus non deductis,ergo & attentatis, quod patet, quia videmus,
38 quòd non ſolum quãdo quis tacite † verum etiam ſi expreſſe renuntiauerit appellationi,& ſic cauſæ principali,non tamen per hoc cenſetur renuntiaſſe attentatis, vt illorum reuocationem petere non poſſit,vt tradit Francus in capitulo ad audientiam.in fine,& in capitulo bonæ. numero 39.verſiculo ſexta concluſio, de appellat. & diximus latius ſupra in ſecunda parte,capitulo 12.de attent.appellat.pend.in ſecunda ampliat.princip.in princ.Præterea eſto,quòd per concluſionem fuerit inducta prædicta renuntiatio,illa tamen intelligi debet in eadem cauſa,ſecus in diuerſa,prout diximus eſſe cauſam attentatorum.

39 Et ex his poteſt probabiliter teneri hæc ſententia † quòd de iure reuocatio attentatorum peti poſſit in quacumque parte Iudicij, etiam poſt concluſionem in cauſa, cum contraria opinio authoritate potius, quàm aliquo releuanti fundamento fulciri videatur per ſupradicta, verum quia
40 difficile eſt,† nouas opiniones niſi proceſſu temporis in pratica obtineri, ſi quis Dominorum authoritati potius tribuẽdum duxerit,quàm veritati,& propterea primæ opinioni inhærere vòluerit, illa non eſt indiſtincte, & indifferenter admittenda, ſed nonnullis limitationibus, ac declarationibus neceſſariò intelligenda,& ideo retenta cum Dominis prima opinione pro faciliori huius articuli intelligentia eſt impropoſito conſtituenda.

41 Regula negatiua † quòd ante non autem poſt concluſionem in cauſa attentatorum reuocatio peti poteſt quæ probatur dicta deciſ.quarta,aliàs 57.attentata, vt lite penden.in nou.& deciſ.ſexta aliàs 518.nota quòd attentata, vt lite pẽd. in antiquis,& deciſ.26.alias 307.nota quòd audientia.de appellat.in antiquis quibus concordat etiam deciſ.Afflict.352. quidam.ſub numero tertio, verſiculo procedunt ergo contraria,poſt Vital. qui id etiam tenuit in attentatis ante concluſionem in tract.de claus. in clauſula nil nouari lit. pend. ſub numero decimoquinto,verſiculo in quantum dixit.Eãdem opinionem poſt dictam deciſ.quarta aliàs 57.tenuit Io. de Imol.in capitulo primo,ad med.extra vt lite pend. eandẽ ſecutus eſt Francus in capitulo dilecti. el 3.numer. quarto, verſiculo & intellige prædicta, de appellat. & recentioribus eandem ſimpliciter ſecuti ſunt.Vant.in tract. de nullitat.tit. quibus modis nullit.propo.poſſ.numero 23.& Veſtr.in praxi Ro,cu.lib.8,capitulo quarto, numero 14. & ibidem Grauat. apud eum numero 40. quam etiam tenuit Guido Papa, in conſilio 205.circa proceſſum.columna 8.ſub numero 22 verſiculo ſecundo quia,& nouiſſime poſt aliquos ex prædallegatis Ioann.Baptiſt.de Aſin.in ſua praxi iudic.§.23.cap.12. p totum,vbi in id citat etiam Marant.Capic.& Manfred.eandem concluſionem tenentes,& etiam Mandoſ.in tract.commiſſio.in 14.formul commiſſionis attent.in verb. in primis, & ante omnia quæſtione ſecunda,ad med. & ex recentioribus Lancell.Corrad.de Prætore.§.2. de offic. Præt. in cauſ.ciuil.in capitulo de appella.verſiculo ſubdit etiam, ſub numero 24.poſt Franc.in capitulo non ſolùm.numero 6.de appellat.in ſexto,& Iacob.Henric.in conſil.52.in caſu. numero 5. lib.2. Pro qua regula non parum facit, quod dixerunt aliàs Domini in vna Cæſarauguſtana Archipresbiteratus coram D.meo Oradino ſub die 27. Nouembris 1556. quòd ſi eodẽ die,quo erat ferenda ſententia ſuper negocio principali (& ſic poſtquàm fuerat concluſum in cauſa) præſentetur commiſſio ſpecialis ſuper attentatis, & per agentem ad illorum reuocationem fuerit in actis facta proteſtatio, quòd nihil fiat in negocio principali, niſi prius purgatis attentatis iuxta formam commiſſionis,& iudex nullo etiam aſſignato termino ad docendum de attentatis, de quibus tamen nihil in actis apparebat,tulerit ſententiam in negocio principali,talis ſententia fuit valida à Dominis reputata. Et ex hac reſolutione poteſt colligi vna.

42 Ampliatio ad præſentem regulam † vt procedat, etiam ſi petitio reuocationis attentatorum poſt concluſionem in cauſa fieret vigore ſpecialis cõmiſſionis, vt erat in dicta Cæſarauguſtana.

Limitanda eſt etiam prædicta regula pluribus modis, & Primò (& hanc dumtaxat limitationem ponunt Docto.)
43 † vt non procedat in his,quæ dicerentur attentata poſt concluſionem in cauſa, quia illorum reuocatio peti poteſt, & ratio eſt, quoniam quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, præſertim quia in iſtis ceſſat ratio de qua ſupra nu. 22.quòd ideo reuocatio peti non poſſit,quia per concluſionem videbatur tacite illis renuntiatum,cum non poſſit dici per concluſionem illis attentatis renuntiatum, quæ nondũ erant ineſſe deducta, hanc limitationem originaliter poſuit (licèt ſub dubio forte) Vital. de clauſul. in clauſula nil nouar.lit.pend.& eum retulit,& ſecutus eſt Afflict. dicta deciſ. 352.quidam.ſub num.3.& eos ſimiliter ſecutus eſt Veſtr.vbi ſupra nu.15.atque etiam retulit, & pariter ſecutus eſt Mandoſ.dicta q.2.in fin.Pro qua facit, quod econuerſo in ſimili diximus ſupra in 2.parte,cap.12.de attent.appellatione pendente.in 2.ampliat.princip.in 4.limit.ibi poſita num.12.cp li
44 cèt quis † poſtquam renuntiauit appellationi, poſſit agere ad reuocationem eorum,quæ fuerant attentata ante renuntiationem,eorum tamen,quæ fuiſſent attentata,poſtquàm appellationi renuntiauerat, petere non poteſt, vt latius ibi dictum eſt.

Secundò ego neceſſariò limitandum cenſeo,vt procedat, quando poſt concluſionem in cauſa fuiſſet petita huiuſmo
45 di reuocatio,& pars aduerſa contradixerit,† ſecus ſi parte nõ contradicente Iudex talem petitionem admittat, & ſuper probatione dictorum attentatorum aliquas probationes recipiat,quia prædicta reuocatio ex eo ſolo, quòd fuerit facta
46 poſt concluſionem in cauſa non impedietur. † Quinimmo per hanc admiſſionem parte non opponente factam à Iudice,qui ſciebat concluſionem fuiſſe factam, diceretur reuocata concluſio.in cauſa.argum.eorum, quæ ponit Rota, deciſ. 12. aliàs 468. Nota ſi poſt concluſionem.de renuntiat. in antiquis, & deciſ. prima aliàs 5. ſi poſt concluſionem de teſtibus.in nou.vt tradit etiam poſt multos per eum allegatos laſ.in l.admonendi.ſub num.49.ff.de iureiur.† In dubio autem Iudex præſumitur ſcire concluſionem fuiſſe in cauſa factam, vt dicitur in dicta deciſ. prima aliàs 5. de teſtib. in
48 nou.Cum & aliàs generale ſit † quòd ſi id, quod nõ erat admittendum,de facto fuerit admiſſum, prætudicat,ſi pars ab admiſſione per Iudicem facta non appellet, ad not.per Fely. in c. inter monaſterium. de re iud. cum alijs latius adductis infra cap.4.de Reo,& except.contra attentata compet.in vltima q.numero ſecundo.

Tertiò vt procedat,quando vere eſt concluſum in cauſa,
49 & ab vtraque parte † ſecus ſi tacite, & ab vna tantum parte, puta permiſſionem citationis ad ſententiam,argum.eorum quæ in ſimili de inhibitione poſt concluſionẽ in cauſa non decernenda dixit Bero,q.124.quando appellatio.num.3.vbi limitat illud dictum,vt quando eſt tacite, & ab vna tantum parte vt ſupra concluſum, tunc poſſit fieri inhibitio. Vnde ad propoſitum noſtrum,ita etiam poſt talem cõcluſionem poterit fieri petitio reuocationis attentatorum,cum illa nõ ſit proprie concluſio vt ille ibi dicit.

50 Quartò, vt non procedat † quando eſſemus in ſecunda inſtantia, quia concluſio in cauſa facta in prima inſtantia non videtur obſtare,quo minus in ſecunda inſtantia huiuſmodi reuocatio peti poſſit.Sicut dicimus in ſimili in ſuſpen
51 ſione petitorij,† quæ licèt poſt concluſionem in cauſa in prima inſtantia non poſſit regulariter amplius fieri, ad nota.in cap.paſtoralis.de cauſa poſſeſſ.& propriet. quando tamen eſſemus in ſecunda inſtantia,talis ſuſpenſio fieri poteſt nõ ſolum quando eſſemus in beneficialibus,ad no.in cle. vnica, de cauſa poſſeſſ.& propriet.& eſt deciſ.Rot.5.aliàs 205.in cã
52 appellationis, de cauſa poſſeſſ. & propriet.in nou.† verum etiam ſi eſſemus in cauſa profana, quamuis enim dicta deciſ.quinta quoad cauſam profanam aliter dicere videatur. Capic.tamen in deciſ.28.in cauſa,per totam,preſertim circa finem tenet,& comprobat, quòd etiam in cauſa profana in ſecunda inſtãtia poſſit fieri ſuſpenſio petitorij,& ibi ſub numero tertio inquit,quòd dicta deciſ.Rot.ab aliquibus reprobatur,& in finalibus verbis ſubdit, quòd per omnes de conſilio fuit in illa cauſa deciſum, quòd ſuſpenſio petitorij locum haberet,& ratio illa eſt † quia per appellationem etiam
53 concluſio in cauſa in prima inſtantia facta dicitur ſuſpenſa
54 vt latius ibi per eum, & præſertim quia petitio † reuocationis eorum, quæ dicuntur attentata in prima inſtantia, fieri poteſt etiam in ſecunda inſtantia,vt expreſſe annotauit Auguſt.Ber.in conſilio 51.in hac cauſa.numero 8. libro tertio.
55 Et aliàs generale ſit,quod concluſio † facta in cauſa principali non obſtat in cauſa appellationis,quo minus quis poſ-
56 ſit non deductum deducere,& non probatum probare † niſi de cauſa appellationis fuerit expreſſe facta mentio, vt per multa eleganter deducit Ioann. Baptiſt. de Aſin.in ſua praxi iudic.§.vigeſimotertio, capitulo ſexto,in decimatertia limit.regulæ ibi per eum poſitæ.

Quintò & vtiliter regulam ſupra poſitam limitandã cenſeo, vt procedat,quando is, qui attentauit, & contra quem ante concluſionem in cauſa non eſt datum de attẽtatis,obtinuiſſet in negocio principali, † ſecus ſi in eo ſuccubuiſſet,
57 quia ſi feratur ſententia in fauorem illius, qui paſſus fuerat attentata, non videtur ille prodibendus, vt poſt obtentam ſniam non poſſit inſtare pro attentatorum reuocatione, vt

Source : BIU Cujas

colligitur hæc limitatio ex his, quæ fuerunt aliàs resoluta in vna Tirasonen. iurisdictionis coram Robusterio 11. Februarij 1566. in qua in fortioribus terminis (quia aderant tres sẽtentiæ conformes super negotio principali in fauorem petentis reuocationem) placuit Dominus, quòd sententia lata in partibus post inhibitionẽ declararetur nulla. Pro qua facit in simili, quod aliàs dicitur, quòd licèt fatalia appellanti non currant, donec agitur causa attentatorum, id tamen intelligitur, nisi appellans in causa attentatorum succumbat, vt late deduximus, & declarauimus infra in hac 3. parte cap. 30. de priuileg. attent. in 10. priuilegio, in prima limitat. reg. ibi positæ.

Sextò limitari potest (& hæc limitatio respicit primã partem regulæ supra positæ, qua concluditur, quòd ante conclusionem in causa huiusmodi reuocatio semper peti pos-
58 sit) vt non procedat † quando illi, qui prætenderet attentata, fuisset præfixus terminus ad docendum de attentatis, & in termino nihil releuanter docuerit, quia per lapsum huiusmodi termini priuatus videtur iure petendi hanc reuocationem etiam ante conclusionem in causa. ad not. per Cassad. decis. quarta in attentatis. numero quinto, de dilationibus, de qua præfixione termini dicemus etiam latius infra capit. 4. de Reo, & except. contra attentata compet. quæstione 16. num. 1. & per totam.

Declara eandem regulam duobus modis. Primò, quòd licèt post conclusionem in causa huiusmodi reuocatio ad in
59 stantiam partis regulariter fieri non possit, † à Iudice tamen ex officio suo bene fieri potest, vt dixit Mil. in verbis. attentata lite. pend. non possunt. fol. 30 Cum & aliàs regulare videatur, quòd per conclusionem in causa nunquam censetur ipsi Iudici concluſum, ad not. in capitulo cum Ioannes heremita. de fide instrument. & post Corn. in consilio 135. numero trigesimoseptimo in fi. libro primo tradit Lancell. Corrad. de Prætore, de offic. prætor. in caus. ciuil. §. secundo. capitulo de publicat. & conclusione. numero secundo. De cuius tamen dicti veritate subsistendum nõ parum videtur, cum aliàs generale sit, quòd Iudex post conclusionem in cã
65 nihil de nouo facere potest, nisi cum aliqua ambiguitas oritur super iam actitatis, non autem super nouo articulo, vt vt post Specul. in titulo de position. §. quartò quæritur. sub
66 numero tertio, & Bald. in l. per hanc. columna secunda. C. de tempor. appellat. notat Aufrer. in additio. ad decis. Tolos. 174. ad med. & post Innoc. Anton. & Ioann. de Imol. tradit etiam Andr. Barbat. in consil. 30. in causa. columna secunda numero primo, libro primo reuocationis autem attentatorum videtur nouus articulus, cum (vt supra etiam diximus)
67 attentatorum causa sit diuersa, & separata à causa principali, & in propria materia attentatorum, quòd nec ex officio Iudex possit ea reuocare, id posuit Guido Papa in dicto consilio quarto, quòd non debeat, numero sexto, & in consilio 205. circa processum. columna octaua. sub numero
60 22. versiculo ex quibus infertur. Secundò † quòd si (retenta illa opinio. quòd causa attentatorum non suspendat causam principalem in Petitorio, de cuius tamen veritate dicemus infra capitulo 30. de priuileg. attent.) fuerit in negocio principali concluſum in causa, attentatorum autem causa nec dum fuerit ad finem perducta, non poterit in negocio principali ferri sententia, quousque causa attentatorum nõ sit instructa, & tunc primò erit pronuntiandum super attentatis, & deinde in causa principali secundùm Minsinger. singul. obser. centuria tertia decis. 34. incip. quid autem, vbi subdit, quòd hanc sententiam Domini crebrius secuti sunt, & consequenter licèt conclusio in causa secundùm illorum opin. supra numero 41. videatur præcludere viam petitioni
69 reuocationis artentatorum, non tamen præcludit viam expeditioni ipsius causæ attentatorum, si ante conclusionem fuerint petita reuocari.

61 Tertiò quæro † an iuri petendi reuocationem attentatorum currat præscriptio, & cuius temporis? Et quia nemo hanc quæstione specifice ponit, & frequenter vsui venire potest, & aliàs in contingentia facti in vna Perusina hæreditatis de hoc fuit dubitatum, licèt ob superuenientem obitum
70 alterius partis articulus non fuerit aliter disputatus, operæ precium esse duximus, non nulla quæ in vtramque partem possunt circa propositum articulum considerari hoc loco
71 ante oculos proponere.

Triplex ergo potest esse circa hoc opin. & pro

Prima posset quispiam opinari, quod reuocationi attenatorum præscribatur eo tẽpore, quo solet aliis criminibus
72 præscribi, videlicet spacio viginti annorum, ad l. querelam. C. de fal. & ibi notat per Doctor. & per Balb. in tract. de præscript. in quarta parte quartæ partis principalis quæstione se
73 62 cunda † quia attentare videtur delictum, vt sentit Aegid. in decis. 18. oneratio. Quod ex eo etiam clare deduci videtur, quod aliàs dicunt Doctor. quòd attentans plus delinquit, quàm spolians, ad not. in capitulo primo, de appellat. in 6. & tradit Francisc. in capitulo bonæ sub numero 14. & num. 39. de appellat. Hinc dicitur, quòd procurator regulariter non attentat. nisi habeat speciale mandatum, ex quo per generale mandatum non censetur quis mandasse procuratori suo, vt delinquat, ad not. in l. si procurator. ff. de condict. indeb. de quo diximus latius supra in prima parte, capitulo primo. de attent. à parte numero 12. & sequenti, & quòd attentans dicitur esse in dolo, vt diximus ibidem numero 24. & 75. Sed hæc opinio (quam primo loco ideo posuimus, ne sequentes confunderet) nullo modo videtur admittenda, quamuis enim attentare sonet in malam partem, vt dicebat Aegid. vere tamẽ, & proprie non potest dici delictum, & crimen, de quo loquitur dicta l. querela, & in iudicio attentatorum dicitur ciuiliter procedi, vt est decis. Bisignett. 4. vtrum innouata, sub numero 3. de appellat.

63 Secunda potest esse opinio, † quòd iuri petendi huiusmodi reuocationem nullo tempore præscribatur, sed duret perpetuò, quæ fundari potest ex pluribus, &

Primò, quia in simili (omissis disputationibus, & distinctionibus) de quibus late per Menoch. in tractat. de recuperand. possess. in 15 remed. q. 33. num. 415. & seq. †
64 remedium can. reintegrandà. durat perpetuò, vt tenuit aliàs Rota moderna in vna Florentina bonorum pro fratribus Cartusien. coram Hugone, vt est decis. in recollect. Simonet. 61. incip. in causa Florentina sub rubr. de remed. cano. reintegranda, vbi tenuit communem esse opinionem canonistarum, vt dictum remedium perpetuò detur, etiam vltra quadraginta annos. Quam opin. videtur amplexa Rota etiam in vna Fesulana coram Iacobatio, vt est in recollect. Simonett. decis. 87. incip. in vna Fesulan. sub rubr. de titulo putatiuo, & vero, vbi voluerunt Domini, quòd tale remedium sit perpetuũ, ideſt duret centum annis, prout idem sæpissime fuisse firmatum in Rota, refert Caputaquen. in recollect. suis parte prima, decis. 291. incip. quod aliàs sæpissime. vbi hoc etiam
65 ampliatur, vt procedat etiam † vbi agitur inter Romanos, licèt inter ipsos ex forma statutorum sit seruandum ius ciuile, & ita fuisse resolutum in vna Romana Castrorum corã
66 Guidobono. 10. Octobris 1552. † & quòd competat post mille annos, & in perpetuum, tenuit etiam Rota in vna Placẽtin. Castrorum coram Ioan. de Paulo de mense Martij Aprilis, & Maij 1545. vt est in recollect Sarnen. decis. 42. incip. canon, reintegranda. in fin. quibus concordare videtur alia decis. in recollect. Put. 8. incip. contra, sub rubr. de præscript. in
67 qua fuit dictum, quòd nullo tempore præscribitur, & † communiorem opin. esse, quòd perpetuò duret, atteſtatus est nouissime Minsinger. sing. obser. centuria tertia, decis. 86. incip. valde conuertitur. Vnde si in dicto remedio in odium spoliantis nulla currit præscriptio, multo minus debet currere in attentatis, ex quo iura maiori odio prosequuntur attentantem, qui dicitur offendere ius, Iudicem, & partem capitulo primo, de appellat. in sexto, quàm spoliantem, qui offendit tantum ius, & partem, vt considerabat etiam Franciscus, in dicto capitulo bonæ. sub numero decimoquarto & 39. & Rota decis. secunda. aliàs decimaquarta, fuit dubitatum. & decis. quinta, aliàs vigesimaquinta, ex quibus. de restitut. spoliator. in nou.

68 Secundò, quia attentata † & illorum reuocatio proponi potest etiam per viam exceptionis, vt tradit Francisc. in capitulo dilecti. el 3. quæstione quinta, numero 9. de appellat. & diximus latius supra in hac tertia parte, capitulo primo, quibus, & quot modis attentata reuocentur, in fine numero 40.
69 † officium autem Iudicis, quod proponitur per modum exceptionis, durat perpetuò, vt post Bartol. in l. si societatem §. arbitrorum. columna quinta, versiculo quæro iufra quantum tempus. ff. pro soc. tradit Balb. in tractatu præscriptionum, in quarta parte, quartæ partis principalis, quæstione 30 numero secundo versic. primo limita, ergo dicendum videtur, quòd officium Iudicis super reuocatione attentatorum duret perpetuò, & sibi non præscribatur.

70 Tertiò, quia attentata † regulariter sunt ipso iure nulla secundùm ea, quæ late diximus supra in secunda parte. capitulo duodecimo, de attent. appellat. pend. in decimaseptima
71 ampliatione principali numero quarto, † & talis nullitas potest dici euidens, & manifesta, ex quo etiam si appellatio deferatur, aut si sit ei renunciatum, attentata non conualescant. Aegid. decis 624. & diximus in prima ampliatione dictæ decimaseptima ampliationis, numero duodecimo. †
72 & attentatorum reuocatio peti potest etiam per viam nullitatis, vt latius diximus supra in hac tertia parte dicto capi-
73 tulo primo trigesimoquarto. † Officio autem Iudicis, quod competit super nullitate euidenti, non præscribitur, sed durat perpetuò, vt tradit idem Balb. vbi supra.

Source : BIU Cujas

pra quæstione 32. sub numero quarto, quem refert, & nouiſ
sime sequitur Minsinger. in consilio 17. secunda decad. incip.
in hac nullitate. numero 7.

74 Quartò, vbi potest † opponi exceptio dominij, ibi currit
præscriptio, aliàs frustra curreret præscriptio, nisi de domi-
nio, quod per præscriptionem videtur acquiri, posset excep-
tio opponi, vt cõsiderat aliàs Balb. vbi supra quæstione 24.
75 numero quarto † sed reuocationi attentatorum non potest
opponi exceptio dominij regulariter, vt dicemus infra cap.
24. de reo, & exceptionibus contra attent. compet. quæstio-
ne 11. numero 10. ergo nec debet contra ea currere præscri-
ptio per supradicta.

Tertia demum potest esse opinio, quòd attentatis, & illo-
rum reuocationi præscribatur spacio triginta annorum ea
76 potissimum ratione, quia † attentatorum reuocatio fit offi-
cio Iudicis, vt diximus supra in hac tertia parte. capitulo 21.
77 numero 14. 17. & 18. officio † autem Iudicis dicto tempore
præscribitur, vt est glos. sing. in l. sicut. in princ. in verb. pro-
secutione. C. de præscrip. triginta, vel quadraginta annorum
vt late probat, & declarat Balb. vbi supra quæst. 30. in princ.
& per totam, & plenius per Tiraquell. in tractat. de vtroque
retract. §. 35. glo. quarta, numero 40. vbi innumeras ad hoc
authoritates citat, quibus adde ex recentioribus Bursat. con-
silio 87. constat. num. 60. lib. 1.

78 Secundò, quia videmus in simili † quòd remediũ l. si quis
in tantam. C. vnde vi. quod videtur remedium similiter val-
de odiosum, & magna seueritate contrafacientem puniens,
vt notant Doct. ibi. & nouissime Menocch. de recuperand.
posses. remed. 9. in princip. tollitur præscriptione triginta an
norum, vt concludit Balb. vbi supra q. 25.

79 Tertiò pariter, quia videmus in simili † quòd & executio-
ni sententiæ, quæ similiter expeditur officio Iudicis, vt per
Bartol. & Doctor. in l. Iudex posteaquam. ff. de re iudic. præ-
scribitur spacio triginta annorum, vt similiter ꝯcludit Balb.
vbi supra q. 31. per totam, cui adde Ruyn, consilio 67. in cau-
sa vertente. columna prima, libro quinto, & inter recentio-
res Ioann. Baptist. de Asin. in sua praxi iudic. §. 31. capitulo se
cundo in 18. limit. & est nouissime in recollect. Acchill. de
Grass. decis. 138. incip. sententiæ præscribitur. & alia in recol-
lect. Caputaquen. parte prima decis. 189. incip. in vna Tul-
len. præeminentiarum coram Robusterio sub die 31. Martij.
1563. & faciunt quæ aliàs latissime ponit Tiraq. vbi supra §.
39. glo. numero 37. & sequenti vbi late, & eleganter deducit
80 † quòd per præscriptionem triginta annorum tollitur ius
adeundi hæreditatem, petendi legitimam, dicendi testamen
tum nullum, petendi reductionem ad arbitrium boni viri,
petendi legatum, ratificandi, insinuandi, præstandi cautio-
nem, collectandi, eligendi, agendi ad commissum, & dicen-
di contractum simulatum, vt latius ibi per eum, quibus in
eo de reductione ad arbitrium boni viri, adde post alios Au-
gust. Bero. in consilio 33. visis. numero 6. libro tertio, vbi te-
statur de communi opin. Vnde cum per hanc præscriptio-
81 nem videamus tolli omnia iura † & etiam quæ sunt magis
fauorabilia, quàm attentata, prout est ius petendi legitimã,
vt dicit Tiraquell. ibi sub num. 37. & nouissime Minsinger.
sing. obseru. centuria 2. decis. 71. incip. variant, & decis. 72. in-
cip. quamuis. non videtur inconueniens concludere, quòd
quamuis attentatorum reuocatio sit aliàs fauorabilis, spa-
cio tamen triginta annorum illi præscribatur in pœnam
quodammodo negligentiæ differentis reuocationem atten
tatorum petere.

82 Verùm quia tenendo hanc tertiam opinionem † quæ sa-
nè verior videtur opus est respondere ad allegata in contra-
rium pro secunda opinione, & omnia illa fundamenta in
se vera videntur, & ex illis præter quartum possunt, ac debẽt
colligi limitationes ad regulam, quam pro faciliori intelli-
gentia huius materiæ, secundùm hanc tertiam opinionem
constituemus. Ideo ad dictum quartum, & vltimum funda-
mentum respondetur, primò ex intentione Balb. in d. quæ-
stione 24. sub numero quarto versic. & contrarium, debet in
83 telligi † quòd non tenet consequentia, non potest opponi
exceptio dominij, ergo non currit præscriptio, quia intelli-
gi debet de dominio aliter causato, quàm per præscriptionẽ
84 vt dicit Balb. vbi supra † Præterea exceptio prę̃scriptionis nõ
semper obijcitur ratione dominij, sed potest obijci etiam ra
tione possessionis, quam passus attentata ex tanti temporis
negligentia amisisse dicitur, ut recte animaduertit nouissi-
me Menocch. de recuper. possess. in 15. remed. num. 423. po-
test itaque in proposito formari.

Regula, quòd iuri petendi reuocationem attentatorum
non minori, quàm triginta annorum spacio præscriba-
tur, quam.

Limita nonnullis necessarijs modis, qui ex precedentibus
colligunt, &

85 Primò, nisi reuocatio attentatorum deduceretur † per
modum exceptionis, quia tunc perpetuò, etiam vltra trigin
86 ta annos duraret ius reuocandi attentata, ex quo † tempora
lia ad agendum dicuntur esse perpetua ad excipiẽdum l. pu-
re. in fi. ff. de exceptio. tradit plene Felyn. in c. si autem. versic.
temporalia ad agendum, de rescript. refert. & sequitur Balb.
in dicto tractatu præscrip. in quarta parte, quintę partis prin
cipalis. quæstione secunda numero secundo, vbi post Bald.
de quo ibi subdit † quòd iuri excipiendi nunquam præscri-
87 bitur, sicut in simili dicimus † quòd licèt iuri offerendi præ
88 scribatur regulariter spacio triginta annorum, si tamen pro-
ponatur ab excipiente, durat perpetuò, vt tradit Balb. in lo-
co proxime citato, & post eum, & alios, etiam de communi
opinione attestantes tradit nouissime Anton. Gabriel. com-
mun. conclus. lib. 5. conclus. 7. nu. 3. versic. secundò limita, &
ita procedant ea, quæ dicta sunt in secundo fundamento se-
cundæ opinionis num. 68.

79 Secundò, nisi reuocatio attentatorum peteretur † per viã
nullitatis ordinariæ, quia cum iuri dicendi de nullitate non
præscribatur triginta annis, sed duret perpetuò, etiam reuo-
catio, de qua agitur, non obstante lapsu dicti temporis, pote
rit proponi, & ita procedant, quæ in contrarium supra ad-
ducebantur in tertio fundamento secundæ opinionis.
numero 70.

90 Tertiò probabiliter videtur posse limitari † vt non proce-
dat, quando essemus in spolio attentato, & pro reuocatio-
ne attentatorum ageretur ad recuperandam possessionem,
tunc enim videtur, quòd non debeat sibi vendicare locum
præscriptio triginta annorum, quia si quando agitur simpli
citer ex remedio canonis reintegranda. nullo tempore præ-
scribitur, vt diximus secundum Rotam modernã supra nu-
mero 63. multo magis id obtinere debet in spolio attentato,
quod est magis odiosum, & maiori pœna dignum, & cuius
reuocatio videtur fauorabilior, quod ex eo patet, quòd aliàs
91 videmus † quòd licèt monachus ad nutum admouibilis
spoliatus ab Abbate nõ restituatur, nec aliquod remedium
in causa restitutionis possessionis sibi competat contra suũ
Abbatem, si tamen fuerit spoliatus lite, & inquisitione con-
tra Abbatem pendente, quam ipse monachus prosequeba-
tur, vtique restituitur, vt est decis. Rot. prima aliàs prima in-
cipien. primo, quòd monacho. de restitut. spoliator. in antiq.
92 † Sic etiam licèt agenti spolio regulariter obstet exceptio re
93 seruationis † quando tamen sumus in spolio attentato, illã
minime obstat, vt fusius dicemus infra capitulo 24. quæstio-
ne nona numero nono. Et generaliter, quòd spolium atten
tatum sit magis odiosum, tradunt Doctor. præsertim Ias. nu
mero 130. & sequenti. Rip. numero 67. & numero 68. in l. na
turaliter, §. nihil commune. ff. de acquirenda posses. & tradit
post alios etiam Sigismund. Loffred. in consilio 21. quoniã.
numero 6. Pro qua limitatione non parum facit id, qđ fuit
aliàs tentum in vna Calaguritana prætensæ medietatis fru-
ctuum coram Aldobrandino 14. Aprilis 1567. in qua cum
ageretur de intrusione (& sic de attentatis circa possessionẽ)
antiqua & vltra triginta annorum spacium commissam,
Domini dixerunt constare de intrusione. Vnde quando via
attentatorum vteremur ad recuperandam possessionẽ, non
est inconueniens dicere, quòd officium Iudicis hoc casu du
ret perpetuò, sicut remedium canonis reintegranda. secus
autem sit, si essemus in alio genere attentatorum. puta ad in-
ualidandum processum, vel sententiam post inhibitionem,
aut appellationem latam, ea enim longiorem vitam trigin-
ta annis non habebunt secundùm regulam suprapositam,
ex quo in eis non viget tanta ratio odij, sicut in spolio atten
tato, & faciunt, quæ dicemus proxime in quinta limit. nu-
mero 95. de mala fide, quæ sicut in succedente in re litigiosa.
& post appellationem vendita esse dicitur, vt post Innoc. ibi
dicemus, ita, & multo magis in spoliò attentato, semper adeꝛ
se dicendum est, vt est notab. decis. 5. alias 25. ex quibus, de re
stitut. spoliat. in nou. decis. 34. aliàs 482. nota quòd attentãs,
de re iud. in antiq.

Quartò, quia supra in tertio fundamento tertiæ opinio-
nis fuit dictum pro confirmanda regula suprapositа, quòd
sicut triginta annis sententiæ, & illius executioni præscribi-
tur, ita etiam potest dici, quòd præscribatur attentatis, & il-
lud dictum fuit alias eleganter per Dominos vno modo li-
mitatio ad materiam nostram adaptari, & ideo præsuppoſi-
to, quod fuerit lata sententia super attentatis in fauorem pe
tentis illorum reuocationem, & antequam vigore dictę sen
tentiæ attentata fuerint actualiter reuocata, lapsi fuerint tri
ginta anni, an tunc petenti vigore sententiæ actualem reuo
cationem attentatorum obstet dicta præscriptio, & quãuis
ſm regulam suprapositam dicendum sit, ꝙ règulariter illa
94 obstet. fallit tñ † (& hæc erit quarta limitatio) qñ executio
snĩæ fuisset cæpta, licèt nõ finita, ꝙa tũc subintrat limitatio,

Source : BIU Cujas

quam dederunt Domini ad illud dictum, quòd ſententiæ præſcribitur per triginta annos, in vna Aſculana gabellarū coram Guid.Bonon.vt eſt deciſ.in recollectione. Acchil.de Graſſ.138.incipien.ſententiæ præſcribitur, videlicet, vt non procedit,quando executio vigore dictæ ſententiæ fuiſſet cœpta,licèt non finita.

Quinto,& vtiliter limitari prędicta regula poteſt, vt non
95 procedat † quando volens opponere exceptionem præſcriptionis contra attentata eſſet in mala fide (& hæc limitatio procedit ſicut præcedens num. 90) quando via attentatorū ageret pro reuocanda poſſeſſione rei alicuius lite pendente alienatæ & vitio affectæ, & differt à præcedenti,quia poteſt eſſe citra ſpolium attentatum.Exemplum,ſi poſt appellationem appellatus rem,ſuper qua litigabatur,alteri vendat,vtique hoc caſu licèt emptor non poſſit dici, quòd commiſſerit ſpolium attentatum,quia tamen habet cauſam ab attentante, quamuis videatur eſſe tertius, tamen etiam contra eum datur temedium attentatorum, ſecundùm ea quæ fuſius diximus ſupra in prima parte.capitulo 3.de attent.à ter-
96 tio.numero 16.& ſeq.† Et quia emptio facta poſt appellationem facit eum malę fidei poſſeſſorem,vt tradit notāter Innocent.in capitulo dilecti.ſub numero ſecundo, verſic.quidam tamen dicunt,ad med.de maior. & obedient. & quādo adeſt mala fides nec nullitati,nec ſententiæ preſcribitur ſpacio triginta annorum , vt declarat expreſſe Balb. vbi ſupra quæſtione 30.ſub numero quarto,verſiculo quam concluſionem intelligo,ita dici debet in attētatis in caſibus,in quibus poteſt conſiderari mala fides , prout eſt, quando tractatur de attentatis circa poſſeſſionem alicuius rei,ſecus eſſet,ſi via attentatorum ageretur ad inualidādum proceſſum, vel ſententiam,quo caſu cōſideratio malæ fidei videtur ceſſare.

Sextò (& hæc,& ſequens limitatio reſpiciunt primā partem regulæ,in qua dicitur,quòd attentatis non preſcribitur
97 minori ſpacio,quàm triginta annorum) niſi † per ſtatutum eſſet inducta aliqua preſcriptio minoris temporis in locum præſcriptionis triginta annorum,quia cum præſcriptio minor ſubrogata à ſtatuto loco maioris ſapiat eandem naturam,vt poſt Bald.in l.in contractibus. C.de non numerata pecunia,tradit Brun. in tertio volumine, de ſtatut. in verb. præſcriptio.columna prima, verſiculo tertio, incip. ſtatuta quæ minuūt,& columna 6.verſiculo præſcriptio minor,vbi alios allegat, hoc caſu attentatis præſcriberetur etiam minori tempore,quàm triginta annorum,propter præſcriptionem in eius locum ſubrogatum à ſtatuto, vt de ſe patet.

98 Septimò,† Niſi agenti pro reuocatione attētatorum fuiſſet per Iudicem etiam vigore ſpecialis commiſſionis præfixus aliquis breuis,& peremptorius terminus ad docendum, quicquid vult,& poteſt ſuper prætenſis attentatis , quo elapſo , & nihil quod releuet per eum Doct. poteſt Iudex reiectis attentatis procedere ad expeditionem cauſæ principalis ſecundùm conſilium Caſſad.deciſ.quarta,in attentatis. numero quinto de dilatio, de cuius termini præfixione latius dicemus infra capitulo 24. de reo, & exceptione ſibi contra attentata compet.quæſtione 16.numero tertio. Vnde ſi agēs pro reuocatione attentatorum intra terminum ſibi præfixum,nihil reuelanter docuerit , ſi denuo inſtet pro reuocatione , quamuis non ſit lapſum tempus triginta annorum, poterit tamen per exceptionem lapſus termini , de quo ſupra,merito excludi ſecundùm ea,quæ latius dicta ſunt in dicta quæſtione 16. Quibus adde pro corroboratione præſen-
99 tis limitationis id,qđ aliàs in ſimili videmus † in iure adeundi hæreditatem,cui licèt regulariter ſpatio triginta annorū præſcribatur,vt poſt Tiraquell.de vtroque retract.§.36.gl.2. numero 37.& ſequenti tetigimus ſupra numero 80.verſiculo tertio pariter,& tradit nouiſſime Ant.Gabriel.commun. concluſione,libro quinto,de præſcript.concluſ.8. in princ. vbi innumeros in id allegat etiam de communi opinione
100 atteſtantes. † Minus tamen tempus ſufficit, quando Iudex hæredi aliquod tempus præfixiſſet, quia tunc etiam ante lapſum triginta annorum per ſolum lapſum temporis à Iudi-
101 ce præfixi hæres excluditur † etiam ſi ſit filius, vt poſt glo.in l.cum antiquioribus.in verb.beneficio,ad fin. C.de iur. deliberand.& Bartol.in l.quamdiu.la 3. ff.de acquirend. hæred. Paul.de Caſt.in l.ſi quis ſuus.ff.de iure deliberandi, & in l. finali,columna finali.C.de repudiat.hæred.& Guid.Pap.quæſtione 332.tradit idem Anton.Gabriel.ibi, numero quinto, verſiculo ſecundo limita.

102 Octauò videtur poſſe limitari † vt non procedat,quando eſſemus in tertio,qui vellet dare de attentatis lite inter alios pendente commiſſis , is enim minori temporis ſpacio videtur excludi, exemplum in eo, qui obtinuiſſet tres ſentētias, & illarum vigore literas executoriales,& abſque eo quòd appareret factam fuiſſe intimationem executorialium, reperiretur fuiſſe in poſſeſſione per 20.annos, ſi enim tertius contra eum daret de attentatis,quaſi ille lite adhuc pendēte ingreſſus fuerit poſſeſſionem,nō auditur, nam ex quo per 20. annos ille fuit in poſſeſſione, omnia præſumuntur ſolenniter acta,& eius poſſeſſio bona,& non eſſe attentatam, & cōſequenter dicto ſpacio 20. annorū hoc caſu ille tertius à ſua petitione excluditur,vt tenuit Rota in vna Calaguritana coram Guid.bon.vt eſt in recollect Acchill.de Graff. deciſ.33. attentatata dixerunt Domini, ſub rubrica de attent. & in recollectio.eiuſdem Guid.bon.deciſ.156.incipien.Calagurita na,vt fuit dictum ſupra in ſecunda parte, capitulo quarto, de attent.lite pendente in prima illatione, num.336. verſ.6. non procedit in notabili caſu.

Quartò principaliter quæri poteſt,poſito quòd attentatorum reuocatio fuerit debito tempore petita , ſed cauſa intra triennium per l.properandum. C.de iudicijs,præfixum, non
103 fuerit expedita,† an ſaltim de iure ciuili etiam in huiuſmodi cauſa attētatorum cenſeatur inſtantia perempta,ita vt ſecundum diſpoſitionem.d. l.properandum. petens hoc caſu non ſit abſque nouo proceſſu vlterius audiendus,& quamuis non leuis ſit apud iuris vtriuſque interpretes controuer-
104 ſia † an in cauſis ſummarijs,ac etiam executiuis talis inſtantia conſideretur,& triennio pereat, vt colligitur ex his, quæ ponunt Doctor.in dicta l. properandum , præſertim Iaſ. columna tertia,poſt Bartol.in l.litibus.C.de agric. & cenſit. libro vndecimo,& nouiſſime late,& eleganter per Ioann.Baptiſt.Aſinium in ſua praxi iudic.in principio capitulo tertio numero 25.& ſequenti.Immo idem ibi ſub numero 42.atte-
105 ſtatus fuerit † quòd illa frequentiori calculo recepta ſit ſententia,quòd etiam in ſummarijs & executiuis cauſis cōſideretur,& procedat inſtantia, prout etiam de hac magis communi opi.poſt alios,quos allegat, atteſtatur nouiſſime Burſat.in conſilio ſecundo,viſis.numero tertio,lib.primo.Quia tamen ille ibi ſub numero 42. poſt Afflict. Franciſc. Curt.
106 Bero.& alios per eum allegat.† ponit in propoſito vnam diſtinctionem numero 48.& ſequenti illamque expreſſe ſequitur ibi numero 52.videlicet,quòd aut proceditur iure actionis,& tunc conſideretur quòd & pereat inſtātia,aut imploratur officium Iudicis mercenarium,& tunc ſecus,ex tali diſtinctione reſolutio quoque preſentis queſtionis haberi poteſt,vt ſcilicet in cauſa attentatorum etiam de iure ciuili (de iure enim canonico certi iuris eſt tempore inſtantias nō perire,ad nota.in capitulo venerabilis.de iud.) non conſideretur,neque lapſu triennij pereat inſtantia,attento quòd in reuocatione attentatorum ad inſtantiam partis regulariter procedatur officio iudicis mercenario.Franciſc. in capitulo dilecti,numero tertio de appellat.Aegid. deciſ.72. lata, & diximus in hac tertia parte.capitulo 21.quib.& quot mod.attēt. reuocantur,numero decimoquarto , & ſupra in prima parte in præfatione,& in deſcriptione attentati in verb.officio. numero vigeſimooctauo.

Cap. XXIIII. De reo, & exceptionibus contra attentata competent.

SVMMARIVM.

1 *Remedium attentatorum licèt ſit ſummarium, & in eo ſine libello, & ſolemnitatibus procedatur , poſſunt tamen in eo legitimæ opponi exceptiones.*



X præmiſſis cum ſatis ſit actor inſtructus, quibus medijs contra reum in hoc reuocationis Iudicio intendere valeat, conſequens eſt,vt & ipſi reo defenſiones ſubminiſtremus,eundemque quibus ſe modis ab actore tueri poſſit inſtruamus.Et oportune hoc loco de exceptionibus, quæ dari poſſint contra attentata, & illorum reuocationem peten-
1 tem breuiter pertractemus. Sciendum eſt ergo † quòd licèt remedium attentatorum ſoleat appellari facile, ac expeditum,& in quo ſummarie,ſine libello, & ſine ſolemnitatibus proceditur , vt dicemus infra capitulo ſequenti. de proceſſ.in cauſa attentatorum,numero ſeptimo, & per totum. Non tamen eſt adeo ſummarium , quin reus in multis caſibus poſſit contra illorum reuocationem excipere. Inter quas exceptiones cum illa ſit cæteris vtilior, ac efficacior, per quam concluditur clare,& notorie conſtare de non iure petentis attentatorum reuocationem, & iſta ſit latius, & præceteris diſcutienda , idcirco eam primo loco collocabimus.Prima itaque exceptio,quæ pro parte rei opponi poteſt illa eſt,quòd clare,ac notorie conſtat de non iure actoris, & quòd propterea à ſua petitione repellendus eſt.Circa quam cum & materiæ difficultas,& vtilitas id ſuadeant, diligētius eſt inſiſtendum,

Quæſtio I.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio, quòd notorie conſtat de non iure petentis attentata reuocari,*

an con-

Source : BIU Cujas

an contra attentata opponi possit.
Tres sunt opiniones, vt num.2.
3 *Exceptio notorij non iuris contra attentata opponi non potest secundùm aliquos.*
4 *Etiam si simus in beneficialibus, ex sententia aliquorum, & infra numero 15.*
5 *Etiam frequentiori calculo approbata ex quorundam attestatione, de quo etiam infra latius, num.16. de qua tamen subsistendum videtur, vt infra num.17.*
6 *Tex. in c. si consliterit. de accus. & in c.1. vt lit. pend. in 6. inducitur, & declaratur, vt infra num.19.*
7 *Interesse illius, de cuius non iure constat, satis consideratur secundũ aliquos ob fructus medio tempore perceptos, & amissionis iuris, quod attẽtans habebat in re, quam per spolium attentatum occupauit.*
8 *Attentata passus, de cuius non iure clare constat, indistincte non potest petere illorum reuocationem secundùm alios.*
9 *Exceptio notorij non iuris petentis attentata reuocari obstat, quando sumus in beneficialibus secundùm veriorem, & communionem opin. de qua infra num. 13. 18. 21. & 22.*
Et vbi vertitur periculum animæ, vt infra num.13.
Secus in profanis. num.10.
11 *Spoliatus beneficio non restituitur, si contra eum obijcitur notorius tituli defectus secundùm commun. opin.*
12 *Arg. de spolio ad attentata quandoque assumi solet.*
14 *Fœmina agens ad reuocationem attentatorum in causa feudali restituitur ad statum, in quo erat.*
19 *Tex. in c. si consliterit. de accusat. declaratur.*
20 *Fructus per attentantem medio tempore percepti non restituuntur ei, qui passus est attentata, si de illius non iure constaret secundùm aliquos.*
22 *Iudex non debet aliquem authorizare in suo delicto.*
23 *Constare de non interesse dicitur, quando constat de non iure alicuius.*
24 *Agens sine interesse regulariter est repellendus.*
25 *Vitiosus ingressus dari non debet in beneficialibus.*
Etiam per restitutionem possessionis ex priuilegio attentatorum. numero 26.
27 *Peccati occasio dari non debet.*
28 *Spoliatus regulariter non restituitur, vbi constat de illius non iure.*
Secundùm commun. opin. num. 29.
Etiam si fundaret intentionem excipientis. num.30.
31 *Iudex debet agentem repellere, si sibi constet, quòd nullum ius habeat in hæreditate secundùm commun. opin.*
32 *Attentata non reuocantur ad instantiam actoris, de cuius non iure constat, etiam si constaret de non iure rei, & possessoris hanc exceptionem opponentis.*
33 *Reus, & possessor non est amouendus à possessione, etiam si de illius non iure constet, si eodem modo de non iure quoque ipsius actoris constat.*
34 *Spoliato non obstat exceptio sui non iuris, nisi copulatiue etiam constet de iure spoliantis secundùm aliquos.*
35 *Reus, de cuius non iure constat, potest dare obiectus.*
36 *Reo sufficit vincere per non ius actoris.*
37 *Exceptio non iuris actoris licèt videatur esse obiectiua, põt tamen quandoque esse de iure dantis.*
38 *Articulus quando dicatur esse de iure dantis.*
39 *Intrusus non potest dare obiectus, nec opponere exceptionem non iuris petentis attentatorum reuocationem.*
40 *Exceptio non iuris excludit etiam agentem ad reuocationem spolij attentati.*
41 *Spolium attentatum est magis odiosum, quàm spolium simplex.*
42 *Reseruatio beneficij licèt obstet agenti spolio, non tamen obstat agenti spolio attentato.*
43 *Monachus ad nutum Abbatis amouibilis spoliatus ab eo lite pendẽte restituitur, licèt aliàs non esset restituendus.*
44 *Spolium attentatum committens appellatione pendente censetur suæ appellationi renunciare secundùm commun. opin.*
45 *Spolium attentatum commissum cum violentia personali non excluditur per exceptionem non iuris agentis ad illius reuocationem.*
Nisi spoliatus violenter eodem modo antea suum spoliatorem spoliasset. num.46.
47 *Attentatata ad instantiam eius, de cuius non iure constat, non solùm nõ reuocantur, quando certum est sibi nullum ius competere, verùm etiã si satis verisimile sit, sibi ius non competere.*
48 *Gratia, si neutri, ex eo quia quandoque potest sortiri effectum, excludit exceptionem non iuris, de qua daretur contra petentem attentatorum reuocationem.*
49 *Reuocatio attentatorum facta per viam gratiæ ad instantiam partis est reuocanda, si incipiat constare de non iure illius, qui reuocationem obtinuerat.*
50 *Executio facta pendente appellatione, quæ non habebat effectum suspẽsiuum, sed tantum deuolutiuum, si in secunda instantia feratur sententia infirmatoria primæ reuocatur.*
51 *Exceptio non iuris agentis ad reuocationem attentatorum illam non impedit, quando sumus in causa profana.*
Secundùm communem opinionem. vt numero 52. licèt aliqui contra, vt numero 55.
Quæ etiam tutior videtur, & ab ea in iudicando, & consulendo non esse discedendum secundum aliquos. num.53.
54 *Reuocatio attentatorum in causa profana, licèt fiat etiam ad instantiam illius, de cuius non iure constat, possessio tamen rei sibi non restituitur.*
57 *Attentata licèt ad instantiam illius, de cuius non iure constat, regulariter non reuocentur, ex officio tamen iudicis reuocari possunt.*
58 *Possessio tamen non restituitur illi, de cuius non iure constat, sed sequestratur de stilo Rotæ.*
Nisi dicas esse restituendum, postquam per aliquod tempus stetit sub sequestro, vt sup. num. 56.
59 *Causa vbi est intricata, & non habet bonum odorem, consueuit Rota suspendere etiam res iudicatas, & sequestrare beneficium, & deinde cognoscere de bono iure in negocio principali.*
Idem si possessio multiplices pateretur difficultates. num.60.
Vel attentata essent multum antiqua, vt num.61.
62 *Exceptio, quòd constat de non iure agentis ad reuocationem attentatorum illam non retardat, si indiget discussione, & infra num.80.*
63 *Reuocatio attentatorum, & restitutio, quæ fierent ex officio Iudicis ad peccatum euitandum, non impeditur ex obiectu defectus proprietatis notoriæ.*
64 *Notorium non ius actoris vt impediat reuocationem attentatorum, debet resultare ex confessione actoris, secus si ex alijs probationibus, licèt aliqui contra, vt num.66.*
65 *Spaliatus non restituitur, vbi notorie constat de non iure ipsius, resultante ex illius confessione, vel per rem iudicatam, secus si aliunde, quia ista materia stricte procedit.*
67 *Possessor non est sua possessione priuandus, etiam si confiteretur, se nullum ius possidendi habere, antequam clare appareat de iure aduersarij.*
68 *Confessio, ex qua resultat non ius confitentis ad effectum, vt excludatur à reuocatione attentatorum, debet esse clara.*
Secus si non est omnino liquida, & recipit aliquam disputationem, vel dubitationem. num.69.
70 *Executio rei iudicatæ impeditur, quando de illius iniquitate constat per confessionem partis, quæ sit clara.*
71 *Constare de non iure petentis renocationem attentatorum non dicitur, etiam si gratia, quæ contra eum allegatur, habet decretum irritans.*
72 *Decretum irritans inficit titulum, & possessionem.*
Non tamen detentionem. vt num.77.
73 *Regreßum habens si lite pendente capiat possessionem, & velit contra petentem reuocationem attentatorum allegare, quod constat de illius non iure ob decretum irritans, quod est in regressu, non impedit reuocationem.*
Nisi regressus eßet tam iustificatus, vt num.74
Idem si allegetur decretum irritans in casu regulæ de valore, vt numero 75.
76 *Probatio non veri valoris non inducit nullitatem tituli, quia potest probari contrarium.*
78 *Non dicitur de alicuius non iure constare, quousque potest docere de iure suo.*
79 *Actor in ijs casibus, quibus etiam si de illius non iure constat, fit attentatorum reuocatio, de aliquo suo interesse etiam colorate docere debet secundùm aliquos.*
80 *Exceptio non iuris, vt in beneficialibus impediat attentatorum reuocationem, debet esse taliter notoria, vt non requirat altiorem indaginẽ, & supra num. 62.*
81 *Exceptio non iuris, vt in beneficialibus excludat agentem ad attentatorum reuocationem, debet proponi coram Iudice competenti.*
Secus si coram incompetenti, puta coram Iudice seculari secundùm aliquos, num.82.
83 *Constare notorie de non iure alicuius dici non potest ante conclusionem in causa.*
Nisi constaret per confessionem partis, vt num.85.
84 *Constare de non iure non dicitur, quousque potest de iure doceri.*
86 *Constare aliàs dicitur id de quo ex probationibus & indicijs, vel per instrumenta constat.*
87 *Regulæ alicuius productione an dicatur constare de non iure illius, qui aliquid contra regulam fecisse prætenditur remissiue.*
88 *Clare constare de non iure tunc dicitur quando iura partium sunt plene deducta, & disputata.*
89 *Certum id dicitur, quod non potest deduci in dubitationem.*

1 QVæritur † ergo primò, an exceptio notorij non iuris impediat reuocationem attentatorum.
2 Triplex † videtur fuisse opin. vt colligitur ex his quæ ponit Franc. in c. bonæ. sub num. 15. vers. 7. de appell. & Afflict. decis. 98. pulchrum. in fin. & post eos animaduertit etiam Grauat. apud Vestr. in praxi Rot. cu. lib. 8. cap. 4. sub num. 40.
3 Prima negatiua † ꝙ huiusmodi exceptio non obstet, sed

Source : BIU Cujas

quòd immo illa non cõstante ex priuilegio sint attẽtata indistincte reuocanda † ad eo quòd etiam si essemus in beneficialibus illa procedat. Quam tenuerunt Imol. & Petr. de Perus. quos refert Franc. dicto c. bonæ. num. 15. & Ant. & Franciſc. ibi & in c. ad decimas, sub num. 8. versic. 5. limita, de restitut. spoliator. in 6. prout refert Didac. pratic. quæst. c. 23. nu. 4. versic. 5. hæc reuocatio, quinimmo ibi ad finẽ dictæ quintæ declarationis † videtur attestari hanc frequentiori Doct. consensu approbatam, licèt ipse eam (quatenus essemus in beneficialibus) non teneat. Quibus adde, quòd hanc opinionem sensit etiam Francis. in c. 1. sub num. 5. versic. cogita tñ, quia text. &c. vt lite pend. in 6. Et moti videntur Doct. & Iure, & Ratione, Iure scilicet † per text. in c. si constiterit. extra de accusat. inducendo, vt per Franc. ibi in versic. sed aduerte, nec non per text. in d. c. 1. vt lit. pend. in 6. ponderando secundùm Franc. ibi sub num. 5. quòd ille tex. inducit ibi nullitatem actus ipso iure, ita vt ipsa litis pendentia inducat actus nullitatem, nec curetur, an constet, vel nõ constet de iure litigantis, vt latius ibi per eum. Ratione vero, quia etiam is, de cuius non iure constat † potest dicere, quòd sua multum intersit attentata reuocari, tum propter fructus medio tempore perceptos, qui sibi deberentur, tum quia præsuppositò, ꝙ attentatum, de cuius reuocatione agitur, fuisse commissum in spoliando actorem sua possessione propria authoritate, si fieret reuocatio attentati, & consequenter sibi restitueretur possessio, & deinde Reus rem (vt præfertur) restitutam peteret, posset sibi obijcere, quod omne ius suum ammisit, qñ rẽ propria authoritate occupauit, per l. si quis in tñ. C. vnde vi.

Secunda autem videtur esse opinio còntraria † quæ simpliciter, & absque distinctione concludere videtur, quòd immo ille, de cuius non iure constat. non debet admitti ad petendum reuocationem attentatorum, prout dicit formaliter Aegid. decis. 356. incip. ille de cuius non iure, vbi subdit, quòd in hoc omnes concordant, & sensit etiam Afflic. dicta decis. 98. in fin. & ante eos Lap. & Gemin. in c. 1. vt lit. pend. in 6. vt refert licèt non sequatur Franc. ibi num. 5.

Tertia demum est opin. distinguens inter beneficialia, & profana † vt qñ sumus in beneficialibus exceptio notorij nõ iuris obstet petenti reuocationem attentatorum † secus sit in profanis. Hanc distinctionem posuit Cassad. decis. 3. petẽs restitutionem. sub num. 5. versic & pro hoc. de restitut. spol. & sensit Rota decis. 2. aliàs 7. nota quòd vbi agitur, de restit. spoliator. in antiq. & decis. prima, aliàs 46. nota quòd vbi aliquis, de ord. cognit. In antiq. & † quòd spoliatus beneficio non sit aliquo modo restituendus, si contra eum obijcitur notorius tituli defectus, communem esse opin. & in iure verissimam nouissimè testatur Viuius communem opin. lib. 2. opi. 258. incip. spoliatus. quæ licèt loquantur in spolio † ab eo tamen ad attentata etiam in ista materia solet quandoq; arg. sumi, vt patet in decis. 2. aliàs 52. ad instantiã. vt lit. pend. in nou. & pro primo capite huius distinctionis est decis. Rota secunda aliàs 14. fuit dubitatum, de restitut. spoliat. in no. & Aegid. decis. 101. si constat. quæ loquuntur in beneficialibus, & concludunt, talem exceptionem agentem debere repellere. Hanc distinctionem expresse tenet Franc. in d. c. bonæ. sub num. 15. col. quarta, in fi. vbi post Imol. ibi, & Butrig. & Gemin. in c. ad decimas. sub num. 10. de restit. spoliat. in 6. inquit post relatas varias opiniones, & fundamẽta, quòd in beneficialibus † & vbi vertitur periculum animæ, tenẽdum est, quòd talis exceptio obstet petenti reuocationem attentatorum. Eandem secutus est Alex. in consil. 99. visis. num. 4. lib. quinto, & Oldrad. consil. 1. in causa eboracen. col. penul. vers. nec priuilegium restitutorij iudicij, iuncto vers. nec obstat si diceretur. Afflict. decis. 98. pulchrum. in fin. quem refert. & sequitur Hier. de Monte in tract. fi. regun. cap. 108. nu. 5. & Philipp. Prob. in addit. ad Io. Monach. in d. cap. ad decimas. num. 1. & Didac. pratic. quæst. cap. 23. sub num. quarto versic. 5. hæc reuocatio. in fi. & Vestr. in praxi Ro. cu. lib. 8. capit. 4. num. 16. & Grauat. apud eum num. 39. Quam etiam tenet post alios Bero in consil. 57. in causis. nu. 22. lib. 3. remittens se ad latius per eum dicta in c. in litteris. de restitut. spol. Eandem opin. quod beneficialibus huiusmodi exceptio nõ obstet, tenet, & receptissimam esse dicit nouissime Pet. Ant. Anguisol. consil. 15. ad euidentiam. sub num. 23. lib. 4. prout eandem etiam in beneficialibus loquens tenet Iacob. Henr. in consil. 52. in casu. num. 1. lib. 2. Et pro hac opinione plurimum facere videtur, quod aliàs dicit Mohed. in recollec. suis decis. 127. bonorum, dum vult † quòd femina agens ad reuocationem attentatorum in causa feudali, & sic profana restituitur ad illum statum, quamuis ex quo femina regulariter est incapax feudi, per hoc posset dici, quod appareret de nõ iure suo. Est autem aduertendum, tam circa primum, quam circa secundum caput huius distinctionis, quòd licèt illa vera sit in se, & ex tot Doctor. authoritatibus illa possit meritò dici communis opin. non defuerunt tamen, qui cõtrarium dixerunt, prout de secũdo, quòd etiam in profanis exceptio non iuris obstet petenti huiusmodi reuocationem, satis patet ex his, quæ dicemus infra in prima limitat. numero vigesimosecundo. in fin. Et quoad primum distinctionis caput † contrarium posuit Menocch. de recuperat. possess. in 17. remed. num. 32. versiculo quæro quarto. vbi voluit in beneficialibus non posse obijci exceptionem notorij, defectus tituli, & post alios, de quibus ibi † videtur testari etiam circa hoc de communem opin. prout & de eadem communem opin. videtur attestari etiam Didac. vbi supra circa fin. dum inquit, priorem opin. frequentiori calculo approbatam, & prior opin. quam ibi ille ponit in princip. versiculo quintò hæc reuocatio, numero quarto post Franciſc. & Anton. in capitulo bonæ. de appellat. & Franciſc. in capitulo, ad decimas. de restitut. spoliat. in 6. & Deci. in capitulo ex parte col. fin. de rescript. illa est, quòd in causa, quæ tractatur super beneficio Ecclesiastico, fiat reuocatio, etiam si obijciatur notorius defectus iuris, & consequenter ꝙ in beneficialibus non obstet supra dicta exceptio † Quorum attestationes de communi. valde uerendum est, ne forsan oscitanter, & non visis in fonte Authoribus, quos allegant factæ fuerint. Nam si diligenter omnia considerentur, nec prædicta opi. Menocch. (nam Didac. illam non tenet, licèt de commu. fuerit attestatus) nec illorum attestatio de cõi vera est, nam plerique eorũ & fere oẽs, quos ibi in id citat, aut vere non dixerunt id, adꝙ illi cos citant, aut id eos dixisse ex eorũ scriptis vix extorqueri põt, inter cæteros enim Didac. vbi s̃. in prin. ad hoc allegat Ant. & Franc. in c. bonæ. de appel. qui tñ licèt varias opiniones referant, ꝯcludunt tñ, ꝙ in beneficialibus talis exceptio admittitur, allegat ẽt Franc. in c. ad decimas, qui minus facit, vt dicemus proxime, dum ponderabimus allegata p. Menocch. Similiter Dec. in c. ex parte. nullum verbum facit de hoc, similiter ẽt Menocch. ad hoc allegat Franc. in c. non solũ. nu. 3. in 4. notab. de appel. in 6. Lap. & Gemin. in c. ad decimas (alios qui hanc opi. tenent referentes) de rest. spoliat. & Alex. in ꝯ. 99. nu. 9. lib. 5. qui oẽs, si recte ponderetur, non tenent, ꝙ in beneficialibus non possit opponi dicta exceptio, prout Menocch. opinatur, sed immo ꝯrium in effectu ꝯcludere vñr, quamuis. n. dicant simpliciter, & generaliter, ꝙ exceptio prædicta non obstat, quia tñ omnes in dictis locis in ꝯrium videbant esse Rotam decis. 2. alias 14. fuit dubitatũ, de rest. spol. in nou. quæ volebat, ꝙ vbi notorie ꝯstaret de non iure petentis reuocationem, non fieret reuocatio, pro solutione ꝯrij oẽs supra dicti respondent, ꝙ illa loquitur in beneficialibus (& ꝯñr fatentur, ꝙ in beneficialibus dicta exceptio obstet ſm terminos dictæ decis.) secus aũt esse in alijs ꝓfanis: Est etiam verum, ꝙ Lap. & Gemin. in d. c. ad decimas. referũt Inn. id tenuisse in c. 2. de rest. in integ. qui tñ in libro meo id non dixit, similiter allegat Rip. in c. sæpe nu. 11. de restit. spol. qui non loquitur de exceptione non iuris, sed de exceptione non iuris, sed de exceptione dñij, & proprietatis, q̃ & nos regulariter ꝯ attentata non posse opponi, dicemus latius infra in 10. q. nu. 6. Nec etiã Ant. de Matthæis per eũ allegatus, in §. nihil cõe. nu. 55. in fine loquitur de hac exceptione, sed de coloratione tituli, prout etiam & decis. Aegid. 49. 101. & 286. per eum citatæ, & fere oẽs authoritates per eũ allegatæ loquũtur de coloratione p̃dicta. Quinimmo in d. decis. 101. vbi loquitur de exceptione non iuris, tenet absolute, ꝙ si ꝯstat de non iure petentis se restitui ad possessionẽ beneficij p̃ modum attentati, ille talis repellitur. Nec etiã Didac. (quẽ Menocch. allegat) defendit hanc opin. ꝙ in beneficialibus hæc exceptio non debeat obstare, quinimmo vr̃ opinionem Rot. (quæ in beneficialibus hanc exceptionẽ admittit) ẽt Didacus tenere, cum illam ẽt ratione comprobet, vt patet per eum ibi in versic. idcirco. Rot. opinio poterit comprobari & c. Ex tot authoritatibus ibi per Menocch. congestis solus Oldr. quem allegat in consilio 206. in causa Carnocen. colum. secunda, versiculo ad secundam quæstionem videtur facere pro opinione sua, cuius tamen authoritas non videtur multi facienda, tum quia valde subobscure, immo nõ pro reali fundamento quæstionis, de qua ibi, sed valde incidenter id protulisse videtur, tum etiam quia idem Oldrad. sibi parum constans, contrarium clare affirmauit in consilio primo, in causa eboracen. columna secunda versiculo nec priuilegium restitutorij iudicij & c. vbi expresse tenet, ꝙ in spiritualibus, ne detur alicui materia peccandi, non fit reuocatio, quando constat, spoliatum nullum ius habere, & loquitur ibi de spolio attentato, vt patet ex his, quæ ponit idem ibi tam in principio quam in fin. dicti consilij. Ex quibus euidenter apparet, quòd hæc opin. quòd in beneficialibus agenti ad reuocationem attentatorum, obstat exceptio notorij & iuris, tanquam non melioribus fulcita rationibus, de quibus dicemns proxime in comprobatione

regulæ

regulæ infra ponendæ, & pluribus, & grauioribus ſuffulta
18 authoritatibus † & verior,& communior dicenda eſt,prout eam communem eſſe teſtatus eſt nouiſſime Oſaſc. in deciſ. Pedemont.116. ex actis.ſub nu. 2. immo paulo inferius ſub num.10.licèt videatur dubitare de deciſ.Caſſad. ſupra alleg. ſubdit tamen, quòd putat contrariam ſententiam crebriorem,quæ (vt ex eo colligitur)eſt iſta,quam proxime firmauimus. Et tenendo eam ad motiua ſupra. allegata pro prima
19 opin.reſponderi poteſt † & primò ad tex. in d.c.ſi cõſtiterit. de accuſ.quòd dum tractatur ibi de reſtitutione poſſeſſionis tanquam poſt appellationem captæ,& ſic dum agitur de reuocatione attentati non ſolùm præſupponitur ibi,quòd cõſtaret de non iure ipſius ſpoliati, ſed immo quòd ipſe bonũ ius foueret,dum præſupponitur in verſic.cæterùm,quòd ecclesia fuerit ſibi canonice conceſſa. Præterea, & ſecundò ꝙ dato, quòd ibi poſſet conſiderari defectus iuris petentis reuocationem,ille tamen nõ erat notorius,prout ſunt termini quæſtionis,de qua agimus,vt cõſiderat Didac. d.c.23.ſub num.4.verſi. nec oberit tex.in c.ſi conſtiterit.Ad tex.verò in c.1.vt lit.pend.in 6. ponderando vt per Franc. ibi reſponderi põt,ꝙ re vera Franc.ibi id protulit dubitanter, & cogitandũ reliquit.Ad rationem verò de prætenſo intereſſe, præſertim ratione fructuum poteſt primò reſponderi,quòd non eſt ab
20 ſolute verum,quòd fructus ſibi debeantur† immo ſunt qui dicant,quòd is, de cuius non iure clare conſtat, excluditur etiam à petitione fructuum præteriti temporis, de quo per Pariſ.in conſ.12.in iſto iudicio.nu.5.& pluribus ſequẽtibus, lib.4.Secundò,quòd non ſola ratione, quia petens hoc caſu nõ habeat intereſſe, denegatur ſibi reuocatio, ſed & aliæ adſunt rationes,de quibus proxime dicemus num.22.quando autem in aliqua diſpoſitione concurrunt plures rationes, quãuis vna ceſſet,per hoc non ceſſat diſpoſitio,iuribus vulg. Et ſecundum hanc 3. opinionem eſt in propoſito formãda.
21 Regula † quòd petenti reuocationẽ attentatorũ obſtet exceptio, quòd notorie conſtat de ſuo non iure, quàm licèt ita generaliter,& vniuerſalibus verbis concipiamus propter limitationes infra ponendas,illa tamẽ,quatenus reſpicimus illum articulum,an in beneficialibus, aut profanis prædicta exceptio obſtet,verè loquitur,&virtualiter in beneficialibus quia id de cã profana ponitur infra pro prima limi. huius re
22 gulæ,nu.48.Quæ regula multiplici nititur rõne.Prima † ne Iudex talem petentem authorizet in ſuo delicto, quam rationem poſt gl.Innoc.in c.ſignificaſti.de diuort.poſuit Rot. deciſ.13.alias 398.nota quòd ſi conſtat,de reſt.ſpol.in antiq. Et Aegid.in deciſ.101.ſi conſtat de non iure, & refert Caſſad. deciſ.3.petens,ſub num.4.de reſtit.ſpol.& etiam Veſtr.in pra
23 xi Ro.cu.lib.8.cap.4.ſub num.16. Secunda ratio aſſignatur:
24 † quia ſcilicet quando conſtat de non iure,conſequenter cõſtat etiam de non intereſſe petentis reuocationem †& ſic petens ſine intereſſe eſt repellendus, ad not. in c.cum inter canonicos.de elect.in c.veniens.el 2. de teſtib. Hanc rationem poſt Innoc.in c.conſtitutus.de fil. presb. & in dicto capitulo ſignificaſti poſuit Rota deciſ.2.aliàs 55.ad inſtantiam. vt lit. pend.in nou. & deciſ.7. aliàs 505. nota ad inſtantiam. vt lite pend.in antiq.Et Aegid.deciſ.356. Ille de cuius non iure, & Rot deciſ.2.aliàs 14.fuit dubitatum,poſt princ.verſi.ſed ſi cõſtaret clare,de reſt. ſpoli.in nou. & reaſſumpſit Caſſad. dicta deciſ.3.& Veſtr.dicto numero 16.& ex recẽtioribus in materia reuocationis attentatorum approbauit etiam Mãdoſ.in tractatu commiſſion. formul.14. commiſſionis attentatorũ
25 in verb. in graue damnum. Tertia illa aſſignatur ratio † ne quando ſcilicet eſſemus in beneficialibus, daretur per reſti-
26 tutionem poſſeſſionis † mediante reuocatione attentati vitioſus ingreſſus contra capitulũ eum qui. de eo qui mitt. in poſſeſſ.libro 6.vt conſiderat etiam Rota dicta deciſ. ſecũda, aliàs 55.& Veſtr.vbi ſupra,& Mil.in verb.attentata lite pendente nunquam.fol.30.in fin. Quarta demum huius dicti aſ
27 ſignatur ratio, † neſcilicet per hanc reſtitutionem, & reuocationem detur occaſio peccati, quod committeret petens reuocationem percipiendo fructus rei reſtitutæ indebite, & ſine iure aliquo,vt eleganter deducit Rota dicta deciſ.2.aliàs 55.vt lite pend.in nou. in additione ibi poſita, & in dicta deciſ.ſecunda aliàs 14.de reſtitut.rpoliat. in nou. nam propter periculum animæ notorius defectus iuris impedit reuocationem attentatorum,vt poſt Butrig.& Gemin. ita tenendũ eſſe affirmat Franc. in dicto capitulo bonæ. ſub numero 15. & Pariſ.in cõſilio 12.in iſto.numero 7.& 8.lib.4.& hanc opi. quatenus regula loquitur in beneficialibus,firmat poſt multa etiam Didac.dicto capitulo 23.pratic. quæſtione ſub numero quarto. in fin. Quæ concluſio comprobatur. Primò,
28 quia in ſimili videmus † quòd in ſpolio non fit reſtitutio, quando notorie conſtat de non iure ſpoliati,de quo vltra dictas deciſ.2.aliàs 55.vt lit.pend. in nou. & 7.alias. 105. vt lite pend.in antiq.eſt etiam deciſ. ſecunda aliàs 7. nota ꝙ vbi,& deciſ.24.aliàs 625.nota quòd vbi agitur,de reſtit. ſpoliato.in antiq.& deciſ.1.aliàs 46.nota quòd vbi, de ord.cognit.in antiq.quibus concordat Boer. deciſ. ſecunda, beneficia electiua.num.34.& ſa.quæ ponit Gozad. in conſil.99. in hac cauſa.num.12.& melius per Alciat.conſil.36.breuibus. num.5.
29 vbi teſtatur † hanc eſſe commun.opin. & procedere non ſo-
30 lum,qñ talis notorietas eſſet reſpectu iuris agentis,† verum etiam ſi fundaret intentionem excipiẽtis,& per Io.Bapt.Ferrett.in conſil.101.in cauſa.num.10.lib.1. Secundo, quia in ſi-
31 mili videmus, ꝙ qñ † iudici conſtat, ꝙ quis nullum ius habeat in hæreditate, debet illum repellere, vt eſt communis opinio,de qua teſtatur Ruy.in conſil.145.quamuis.nu.8.lib. 3. Et ex præmiſſis ſatis apparet regulam præfatam,& rationibus,& authoritatibus ſufficienter eſſe firmatam. Quam veram & cõiorem eſſe atteſtatus eſt nouiſſime (etiam generaliter prout nos in conſtituenda regula præfati ſumus) Mandoſ.in tract.commiſſion.14.formul.commiſſionis attent.in verb.cauſam,& cauſas.col.8.ſub verſi.quo ad ſeptimum priuilegium, licèt & ipſe paulò infra in verſic. pro concordia opinionum,diſtinctionẽ adhibeat inter beneficialia,& profana, de quibus dicemus infra in prima limit.

Ampliari Poteſt prædicta regula.

32 Primò,vt procedat † etiam ſi conſtaret per confeſſionem, vel aliàs etiam de non iure ipſius rei,& poſſeſſoris hanc exceptionem opponentis, quia nihilominus actori per reuocationem petenti obſtaret,& quamuis hoc abſolute, & ſpecifice non ponant Doct.& ſolum id ſenſerit Caſſad. deciſ.3. petens.ſub num.4.de reſt. ſpol. dum loquens de exceptione notorij non iuris in materia attentatorũ, inter alia hoc fun-
33 damentum poſt Innoc. † quòd quando conſtat de non iure actoris,etiam ſi conſtet de non iure quoque ipſius rei, non per hoc reus eſt amouendus a poſſeſſione, immo aliqui in
34 ſpolio loquentes, dixerint † quòd exceptio non iuris ipſius ſpoliati, non obſtat, niſi etiam copulatiue conſtet etiam de iure ipſius ſpoliantis, vt poſt Dec.in ꝙſ.191.col. pen. & alios ibi allegatos ſenſit Menocch. ſeu mauis collegium Papi. in 3.reſponſ.cauſ.Finatien.ſub num.31.Ego tamen etiã in materia noſtra firmari poſſe reor, tum ex ratione prædicta, pro quo eſt deciſ Rot.6.aliàs 70.nota quod vbi conſtat, de re iudic.in antiq.& melius deciſ.4.alias 160. reus, & poſſeſſor. de re iud.ita in nou.vbi in verſic.nec obſtant.videtur ſentire,ꝙ hæc concluſio procedat,etiam ſi ageretur via attentatorũ, dum reſpondet ad illud,quod etiam in attentatis nõ fit reſtitutio, qñ notorie conſtat de non iure agentis ad attẽtata,& aſſignat rationem diuerſitatis inter caſum,& caſum, tum ẽt
35 quia videmus † ꝙ reus de cuius non iure conſtat,poteſt cõtra actorem dare obiectus,vt eſt deciſ. Rot.7. aliàs 419. Nota an reus,de exceptio.in antiq.& ſupra dicta deciſ.4. alias 160.
36 † cum ſufficiat reo vincere per non ius actoris,& melius ſit, quod ille remaneat in ſua poſſeſſione, quàm dare alteri vitioſum ingreſſum,quia ſi ille erit iniuſtus poſſeſſor, poterit à ſuo ordinario remoueri,vt conſiderat Rota d.deciſ 7. Vnde ſi Reus hoc caſu poteſt dare obiectus,multo magis debe-
37 bit poſſe opponere hanc exceptionem non iuris actoris † q̃ licèt videatur obiectiua,tamen poſſet euenire caſus, ꝙ eſſet etiam de iure dantis, cum ſufficiat, ꝙ etiam per indirectum Reus oſtendendo actori ius non competere,includat validitatem iuris ſui ſecundùm Caſſad.deciſ.2.in eadem cauſa,de excep.& ſa.Rot.deciſ.18.alias 828.nota ꝙ materia.de except.
38 in antiq.quoniam ad hoc vt articulus † dicatur de iure dantis non conſideratur ſolum,an in perſonam,vel formamal terius aliquid incidat,ſed conſideratur ſolum,in cã vnde cõpetit ius agendi,vel excipiendi directe deſcendat a iure dãtis vt declarat Rot.deciſ.1.alias 36.fuit dubitatũ.nu.3. de accuſ. in nou.Quæ ampliatio neceſſario limitanda eſt,vt procedat
39 in reo, qui poſſeſſionem cæperit ante litem motam, † ſecus ſi poſt litem motam fuerit intruſus, cum enim ille hoc caſu non poſſit dare obiectus:vt tradit Rot.dec.5.alias 433.nota nunquid reo,vt lit.pend.in antiq.& iterum inter deciſ. Bignett.deciſ.1.nunquid.eod.tit.vt lite pend.non poterit etiã hanc exceptionem opponere. Pro qua limitatione ſa. quia in iſto intruſo lite pend.ceſſat ratio,de qua ſupra, quod melius ſit tueri reum in poſſeſſione, quã dare actori vitioſum ingreſſum,quia intruſus lite pend. videtur, quod etiam lite pend.poſſeſſionis commodo priuari poſſit,vt diximus ſupra in 2.parte.cap.4.de attent. lite pend.in 2.declaratione quartæ declarationis principalis, num.45.

40 Secundò amplia,† vt procedat etiam ſi ſimus in ſpolio attentato,vt eſt deciſ.Rot.13.alias 248.nota quòd ſi conſtat,de reſtitut.ſpoliat.in antiq. & vis huius ampliationis conſiſtit
41 in hoc, † quia ſpolium attentatum dicitur eſſe magis odioſum,vt tradunt Doct.in l.naturaliter.§.nihil commune.vbi Iaſ.num.130.& Rip.num.67.ff.de acquirenda poſſeſſione,& poſt Alexand.in conſil.99.viſis.lib.quinto tradit Sigiſmund.

Source : BIU Cujas

Loffred.in consil.21.quoniam.num.6.Hinc videmus, ꝙ licèt agenti spolio obstet † reseruatio beneficij. Rot. decis. 2. aliàs 7.nota quòd vbi agitur. de restitut. spoliat. in antiq. in spolio tamen attentato illa non obstat, quo minus attentata saltem ex officio reuocentur. Rot decis.11. aliàs 56. nota quòd vbi aliquis de cauſ.possess.& propriet. in antiq.† Et similiter, ꝙ si Monachus habens prioratum ad nutū Abbatis amouibilem,si illo spolietur, non restituitur, nisi sit spoliū attentatum.Rot.decis.1.aliàs 1.incip.primo ꝙ Monacho.& decis.23.aliàs 359.nota ꝙ Monachus,de restit.spol.in antiq. † Hinc etiam videmus, ꝙ committens spolium attētatum, dum pendet appellatio,censetur suæ appellationi renuntiare,ad no.per Doct.in c.an sit.præsertim Franc.num.4.qui dicit hanc cōmun.opinionem,& Decis.nu.2.de appel.& idem Dec.in consil.103.in causa.post princ.lib.1.† Quam ampliationem limita,nisi spolium attentatum fuisset factum cum violentia personali,vt considerat Ant.de Matthæis in repet. §.nihil commune. l.naturaliter. ff.de acq.poss.in 15. fallent. princ.sub num.49.versi.primum caput,qui hoc latius deducit, præsertim authoritate Rot.in simili decis.16. aliàs 393.si A.conferatur,in vltimis verbis, de restit.spoliat.in no. Sublimitando tamen † nisi spoliatus violenter eodem modo suum spoliatorem antea spoliasset,vt ibidem per eum,versi. quod tamen limito.

Tertiò† vt procedat non solùm,quando ita est notorium quòd certum est actori nullum ius competere,verum ēt qñ satis est verisimile,sibi nullum ius ꝙpetere,vt post Abbat.in c.in lites. col.penult.de restit.spoliat. tradit Cassad. decis.3. petens restitutionem,circa finem versic. & pro hac decis.de resti.spoliato.quod etiam videtur secutus idem Cassad.dec. 4.fuit dubitatum.sub num. 4. de restit.spol. Est tamen circa hanc ampliat.aduertendum , † quòd ad repellendum hanc exceptionem non iuris petentis attentatorum reuocationē sufficeret , quòdpassus attentata allegaret aliquod ius , vel aliquam gratiam quæ posset locum quādoque habere,prout considerabant, aliàs Domini in vna Auersana beneficiorum coram Quiroga. 16.Nouembrts 1550.in qua cum Episcopus attentasset, & ad excludendum Nicolaum à reuocatione attentatorum allegaret,quòd per prouisionem,quam ipse Episcopus obtinuerat à Papa de beneficio vacate in curia constabat de non iure Nicolai,ipse verò Nicolaus produxisset gratiam,si neutri,quam obtinuerat,contra quam Episcopus allegabat,quòd illa nō erat attendenda,quia erat cōditionis , & consequenter adhuc constabat de non iure Nicolai.Fuit tandem resolutum, quòd Episcopus purgaret attentata,eo quia sufficiebat,quòd gratia si neutri posset habere locum. Vnde ex his potest colligi, quòd ad excludendam exceptionem non iuris sufficit , quòd passus attentata producat aliquod ius , quod in potentia sit considerabile, vt valeat sortiri effectum .

Quartò,uidetur posse ampliari , & notabiliter † ut exceptio ista non iuris actoris,non solùm impediat reuocationē attentatorum , verum etiam si attenta fuissent reuocata , & post illorum reuocationem inciperet constare de non iure ipsius actoris,reuocatio prædicta si fuerit facta per viam gratiæ ad instantiam partis veniat reuocanda , ut latius dicunt Lap.& Gemin. quos ibi etiam refert Franc. in c. primo, sub nume.5.ut lit.pend. in 6.Pro qua ampliatione plurimum facit id quod dixit aliàs Bald.Nouell.in tractatu de dote,in 12. & ultima parte.q.23.sub num.69.& 70.† quòd si lata sententia pro dote (à qua quoad effectum suspensiuum non licet appellare) si quoad deuolutiuum causa appellationis sit cō missa,& interim sit facta executio,licèt dicta executio non reuocetur tunc per uiam attentati , si tamen in secunda instantia feratur sententia contra dotem infirmatoria primæ; tunc etiam illa executio reuocatur,quod ex eo prouenire dicendum est, quia lata secunda sententia (quę facit nororiū; incipit constare de non iure illius qui obtinuerat executionē penden te appellatione.Et huc referri possent omnes alij casus,in quibus executio fieri potest,etiam pendente appellatione,ex eo quia illa licèt deuoluat,tamen non suspendat & in quibus lata postmodum sententia in fauorem appellā tis executio reuocatur beneficio iniustitiæ,& consequenter in omnibus casibus , in quibus attentata reuocantur per sententiam latam in causa appellationis, & sic beneficio iniustitiæ, de quibus aliquid diximus supra capi. 21, quibus & quot modis attent.reuoc.num.25.& melius sub num.20.

Limitatur Prædicta regula.

Primò,† vt non procedat in causa profana, secundùm distinctionem suprapositam in 3. opinione, num.9. ex intentione Rotæ decis.2.aliàs 7. nota quòd vbi agitur , de restitut. spoliat.in antiq,& aliorum dicto loco allegatorum.Quibus adde Mil.in verb.possessorio recuperandæ agens, necesse habet & c.fol.281.vbi hanc distinctionem inter beneficialia,& profana expresse ponit post Lap.& alios in c.ad decimas.de rest.spol.in 6.& hanc opin.quando sumus in cā profana † ꝙ talis exceptio non obstet,communem dixerunt apostillantes ad Alex.in dicto consi.99.vt refert Didac. dicto capitulo 25. pratic. quæstione sub numero quarto post princ. quamuis Viuius communium opi. lib.secundo opin.30.incip.attentata.versiculo quartò ampliatur referat eosdem apostillantes contrarium dicentes, quod immo communis opinio sit, quod etiam in rebus profanis talis exceptio obstet, de cuius attestationis relatione valde dubitandum videtur, cum , & contrariam attestationem referat ex eisdem Didac. vt supra , & re vera ista opinio quòd in profanis huiusmodi exceptio non obstet,verior videatur, & ipsemet Viuius (& recte) ibi dixerit † quòd ista est tutior,& quòd ab ea in iudicando,aut consulendo non discederet. Eādem quoque tenet Afflictus. (dum loquitur in casu suo in profanis) decis.98.pulchrum.num.6.& iterum decis.352.quidam numero quarto , noli tamen hanc conclusionem declarat † quòd licèt fiat reuocatio attentati (puta possessionis lite pendente captæ) etiam ad instantiam illius, de cuius non iure constat,possessio tamen per hoc illi non restituitur ,& ita fuisse pronūciatum in regia Camera attestatur,quem in hoc sequitur Paris.cons.108.de bono iure.nume.27 lib.1.Et cum hac declaratione supra dicta limitatio videtur omnino tenēda,& eam uidetur ēt tenere absque declaratione supra dicta Didac.ubi supra in fi.dicti uers.quintò declaratur , quamuis † Franc.Marc.in decis.Delphinal.q.80. nu. 8. loquens in profanis uideatur tenere,quòd tūc talis exceptio obstet,& Ant. de Matthęis in repet.§.nihil commune.l.naturaliter.ff.de acquirend.possess.in 16.fallent.nume,49. fuerit in alia opinio. quòd immo nec in profanis fiat reuocatio , quando notoriè constat de non iure petentis reuocationem , cuius opin. etsi de iure non uideatur improbanda, cum etiam in profanis vere militet illa ratio , quòd per non ius constat de non interesse, & consequenter quis non est audiendus , attamen in iudicando vix posset recedi à præsenti limitatione propter authoritatem tot. Doct. hanc distinctionem inter profana , & beneficialia tenentium. Est tamen circa hoc animaduertendum , quòd aliàs eueniente casu in profanis in vna Senogalien. attētatorum coram Aldobrandino 26. Februarij 1565. supradicta distinctio de possessione instanti pro attentatorum reuocatione non restituenda, non videtur fuisse per Dominos tenta , quamuis enim dicta die 26. Februarij , nec etiam præsentem limitationem firmare voluisse videantur,dum formaliter dixerunt , quòd durum videbatur eis,quòd attentata non reuocarentur propter inhibitionem Rotalem,& ex alia parte pugnare videbatur, quia constabat de non iure petentis reuocationem,vt ex facto apparebat , & propterea ordinarunt Domino ponenti,vt ille aliquo modo accommodaret , vel cedendo attentatis , vel alio modo prouidendo . Nihilominus dum iterum causa fuisset proposita sub die quarto Iulij eiusdem anni, & in specie dubitaretur , an possessio (quæ post primam propositionem fuerat apud Rotam sequestrata) esset restituēda ei, qui petebat attentatorum reuocationem , Domini tenuerunt pro attentatis , & sic possessionem illi restituendam , ex qua † resolutione,ne videatur pugnare his,quę diximus infra de possessione hoc casu petendi reuocationem non restituenda, posset colligi vna declaratio , vt possessio non sit illi statim restituenda , sed postquam per aliquod tempus stetisset sub sequestro , prout fuerat factum etiam in dicta Senogalien.vt adnotauimus etiam infra hoc eodem capitulo quæstione octaua in fin.

Secundò regulam prædictam intellige, quòd licèt ad instantiam prædicti actoris talia attentata nō reuocentur † ex officio tamen Iudicis,cuius fuit læsa Maiestas bene reuocātur.Rot.decis.2. aliàs 14. fuit dubitatum, ad med. de restitut. spoliat.in nou.Mil.in verb.attentata lite pendente nunquā. fol.30.& in verb.possessorio recuperandæ in beneficialibus. fol.284.Franc.in dicto c.bonæ.sub num.15. de appellatio.& post alios ita etiam expresse limitat Iacob. Henric.in consi. 52.in casu.nu.13.in fi. lib. 2. & Moder. in annotat. ad Aegid. num. 95. cum declaratione tamen, de qua supra in proxima limitatione † quòd quamuis Iudex ex officio reuocet (vt præfertur) dicta attentata , per hoc tamen possessiò non restituatur attentata passo , de cuius non iure constat , sed debeat sequestrari , prout solet facere Rota , vt attestatur Cassad.vbi supra,& ita etiam concludere videtur post multa Didac. dicto capit. 23.sub nume.4.circa fi. vbi totam hanc materiam ad hoc redigere videtur, ut tam in beneficialibus, quàm in temporalibus, quando constat notorie de nō iure agentis,attentata non reuocentur ad instantiam partis , sed solum ex officio Iudicis ad effectum sequestrandi. Verum quia hæc eius opi.excludens reuocationem fieri posse ad in-

stantiam

ſtantiam partis,ſed ſolum ex mero officio Iudicis abſque in ſtantia partis,videtur penitus cõfundere, & deſtruere diſtinctionem, quam ſolent facere Docto. inter beneficialia, & profana,de qua ſupra,& præcedentem limit. ideo à ſupradicta limitatione non recederem præſertim adhibita declaratione,de qua ibi, quòd poſſeſſio non reſtituatur petenti reuocationem, ſed ponatur ſub ſequeſtro, prout ſolet etiam facere moderna Rota,vt tradit Guid. Bon. in recollect. ſuis deciſ. 105.fuit tentum,ſub rubri.vt lit.pend.vbi ita in vna Salamantina Abbatię coram Veſtano,& alia Vlisbonen.quartanariæ coram Reumano, & aliàs ſæpiſſime in Rota fuiſſe obſeruatum ſimiliter atteſtatur, quod etiam affirmauit Caputaquen.vt eſt in recollect.ipſius parte 1.deciſ.131.incip.licèt attentata,& Mandoſ.vbi ſupra,vbi ita ſeruatum fuiſſe refert in vna Aſſen.optionis, & attẽtatorum coram Nouato, die 10.& 27.Maij.& 12.Iunij 1549. nam & aliàs † quando ad eſt intruſus lite pendente,& cauſa eſt intricata,& non habet bonum odorem,conſueuit Rota ſuſpendere etiam res iudicatas,& ſequeſtrare beneficium,& deinde cognoſcere de bono iure in negocio principali, vt fuit factum in vna Laurinen.Archidiaconatus coram Paleott.ſub die.23.Iunij 1559. vt eſt deciſ.in recollect.Caputaquen.in 1.parte,deciſ.4 incip. quando cauſa eſt intricata,& ita etiam fuit nouiſſime obſeruatum in vna Tudertina bonorum coram Aldrobandino 17. Octobris 1572. in qua cum intruſus lite pendente ad excludendum reuocationem attentatorum daret de non iure aduerſarij, Rota uoluit, quòd apponeretur ſequeſtrum, & deinde videretur de bono iure.Idem ordinarunt Domini ob multiplices † difficultates, quæ circa poſſeſſionem attentatam erant,in vna Brixien.bonorum, & attentatorum coram Sarmiento 8. Nouembris 1568. Similiter, quia materia viſa eſt Dominis implicita,fuit per eos dictum,quòd cognoſceretur de bono iure attentantis in alia Florentina Sanctæ Mariæ coram Seraphino 29.Aprilis 1569.Eadem reſolutio, quòd quando conſtat de non iure petentis attentatorum reuocationem poſſeſſio non ſit reſtituenda.ſed ſequeſtranda, fuit facta in alia Romana vineæ coram Cotta.5.Nouembris 1571.Pari modo † quando attẽtata eſſent multum antiqua, & propterea agentes pro illorum reuocatione dicerentur fuiſſe in magna negligentia,attentata ante omnia non reuocarentur, ſed cognoſceretur de bono iure, & deguſtaretur bonum ius in negocio principali ante illorum reuocationem,vt placuit Dominis in vna Peruſin. hæreditatis, & bonorum coram Cotta 15.Iunij 1571.in qua agebatur de reuocatione attentatorum commiſſorum ante annum 1503.

Tertiò limitari poteſt,vt non procedat † quando talis exceptio indigeret diſcuſſione: quia tunc videtur, quòd non retardet executionem,& reuocationem, & ideo ſi tertius intruſerit ſe lite pendente in beneficio, & contra eum agatur ad relaxationem poſſeſſionis, & ille excipiat de non iure aduerſarij,dicta exceptio non impedit executionem, quo minus contra talem intruſum detur declaratoria, & executoriales,ſi talis exceptio indigeat diſcuſſione, vt fuit tẽtum in vna Florentina Sancti Pancratij, ſub die 6. Iunij 1558.vt eſt deciſ.in recollect.Paleott.87.incip.orta.

Quartò videtur poſſe limitari, † vt non procedat in reſtitutione, & reuocatione, quæ fieret officio iudicis ad peccatum euitandum, quæ non impeditur ex obiectu defectus proprietatis notorij,vt ſentit Franc.in c.ad decimas, ſub nu. 11.verſicu.non obſtat.c.porrò de reſt.ſpol.vbi pro reſponſione ad dictum c.porro. dat hanc ſolutionem, quæ licèt non loquatur ſpecifice de attentatis, tamen ex identitate rationis,ad ea poteſt extendi, nam ſi ratione peccati euitandi impeditur reſtitutio, quando ſcilicet per reſtitutionem daretur vitioſus ingreſſus, vel fructus perciperentur indebite cũ peccato,vt diximus ſupra nu.26.& nu.27. vt contrariorum ſit eadem diſciplina,eodem modo dici debet,quòd quando per reuocationem euitaretur peccatum,tunc non obſtante exceptione defectus proprietatis notorij debeat fieri etiam attentatorum reuocatio ſecundùm dictam doctrinã Franc. vbi ſupra.

Declaratur nunc eadem regula.

Primò & neceſſario modo, vt (quod ſæpe dictum eſt) ꝙ quando notorie conſtat de non iure illius, qui paſſus eſt attentata,non poteſt ad illius inſtantiam fieri reuocatio attentatorum † intelligatur de notorio non iure reſultante ex confeſſione ipſius,qui eſt paſſus attentata, ſecus ſi reſultaret ex probationibus partis aduerſæ † ſicut dicimus in ſpolio,in quo notorium non ius reſultans ex cõfeſſione ſpoliati, vel per rem iudicatam impedit reſtitutionem, licèt ſecus ſit, ſi reſultet ex probatione ſpoliantis, vt eſt in recollect. Thom. de Than.deciſ.19.quoniam (vt dixerunt Domini in vna Burgen.canonicatus corã D. meo Oradino 21. Aprilis 1561.) iſta materia ſtricte procedit, quando ſcilicet de nõ iure conſtat per confeſſionem,vel per rem iudicatam, quamuis † hanc diſtinctionem non uideatur admittere And.Barba. in conſ. 55.equidem nu.6.lib.4.vbi confeſſionem, & alias probationes æquiparare videtur. Quæ declaratio eo magis videtur ſignanda, ex quo aliàs uidemus † quòd poſſeſſor nõ eſt ſua poſſeſſione priuandus, etiam ſi confiteretur ſe nullum ius poſſidendi habere, antequam clarè appareat de iure aduerſarij agentis,vt poſt Deci.in l.qui accuſare.nu.14. C. de eden. tradit Io.Cephal.in conſi.26.deputati.num.11. lib 1. Eſt tamẽ hæc declaratio declaranda,vt † procedat, quando confeſſio eſt clara, † ſecus ſi non eſt omnino clara,& liquida,ſed recipit aliquam diſputationem,vel dubitationem, arg. eorum, quæ aliàs dicunt Docto. quòd † licèt executio rei iudicatæ impediatur, quando conſtat de illius iniquitate per confeſſionem partis,illud tamẽ procedit, dummodo illa ſit clara, ac liquida,ſecus ſi diſputationem recipit, vt poſt Fely. in ca. inter cæteras.col.antepen.verſ.ſecunda declaratio,& ſeq. de re iudi.tradit Mandell.de Alba in conſi.4.præſuppoſita.nu. 3.lib.1.Illud autem,quod dictum eſt, quòd non ius reſultãs aliunde,quàm ex confeſſione non releuet,nec propterea dicatur conſtare de non iure petentis reuocationem attentatorum,videtur poſſe ampliari,vt † procedat, etiam ſi attentans ad docendum de huiuſmodi non iure ſui aduerſarij allegaret aliquam gratiam,quæ haberet decretum irritãs,quã uis enim ex eo,quòd † huiuſmodi decretum inficit, nedum titulum,verum etiam poſſeſſionem. Rot. deciſ.3.aliàs 16. ſi contra,de reſtit.ſpol.in no. videretur per hoc dicendum, ꝙ paſſus attentata non poſſet in petitorio, aut poſſeſſorio ius habere, & conſequenter quòd conſtaret de illius non iure. Contrarium tamen videtur verius: quia per hoc ad effectũ impediendi reuocationem attentatorum non dicitur conſtare de non iure, & ideo ſi habens regreſſum ad beneficiũ † cum decreto irritante lite pendente vigore dicti regreſſus capiat poſſeſſionem, non poteſt attentatorum reuocationem impedire ſub prætextu, quòd propterea conſtet de nõ iure petentis reuocationem, prout inclinarunt primò Domini in vna Roma beneficiatus Sancti Petri coram Cotta. 10.Iulij 1568.& demum fuit in eadem reſolutum coram Serafino 2. Maij 1569 † & hoc niſi regreſſus fuiſſet iam iuſtificatus, vt ſenſerunt Domini in dicta cauſa dicta die 10. Iulij: quia tunc contra habentem regreſſum nõ datur reſtitutio. Rot.deciſ.3.de reſtit.ſpol.in no.Caſſad.deciſ.2.eo.titu.Put.2. deciſ.140. aliàs 144. incip. decimaſexta Maij, & deciſ. 39.ſub Rubr.de reſtit.ſpol.& Simonett.deciſ.14.incip. corã D. Martino,& fuit etiam tentum in vna Peruſin.Sancti Aegidij coram Sarmiento 15.Iunij 1562.† Similiter licèt Regula de valore habeat decretum irritans, nihilominus probatio non veri valoris non impedit reuocationem attentatorum, vt eſt deciſ.in recoll.Put.1.204.in qua ad literam dicitur,quòd probatio non veri valoris non inducit nullitatem tituli, vt dicatur conſtare de non iure ad effectum,vt quis ſuper attẽtatis non ſit audiendus: quia licèt hoc ſit probatum, poteſt tamen probari contrarium,& probatio non excludit probationem, & ideo hoc ſtante fuit ſub die 21. Nouembris 1541. coram Thoma de Tanis concluſum, quòd attentata purgari deberent.Quę concluſio vltra rationem Dominorum ex eo etiam comprobari poteſt:quia pro attentatorum reuocatione non requiritur probatio poſſeſſionis, ſed ſufficit probare detentionem & ſtatum, ad quem fiat reſtitutio, vt declarauimus infra in hac 3.parte,c.26 de probatio.attent.nu. 20. & ſeq. Decretum autem irritans licèt inficiat poſſeſſionem: † non tamen inficit detentionem. Rot. deciſ. 11.aliàs 56.nota ꝙ vbi aliquis.de cauſ.poſſ.& propr. in antiq.Præterea cum poſſit probari contrarium, vt dictum eſt, ſequitur, quòd non poſſit dici conſtare de non iure petentis reuocationem attentatorum: quia † non dicitur de alicuius nõ iure conſtare, quouſque ille poteſt de iure ſuo docere. Aegid. deciſ.103.non dicitur.cum ſimil.

Secundò, vt actor † de cuius non iure conſtat petens attentata reuocari,puta quando eſſemus in aliqua ex limitationibus ſupra proxime poſitis, debeat compelli docere de ſuo intereſſe,etiam colorate,vt inquit Aegid.deciſ.153. concluſio quòd licet petens,vbi ſubdit, quòd in hoc omnes nemine diſcrepante concordarunt.

Tertiò,vt iſta exceptio ad hoc, vt in beneficialibus impediat reſtitutionem † debeat eſſe taliter notoria,vt non requirat altiorem indaginem,vt poſt Ferrett.in conſ.4.num. 5.declarat nouiſſime Oſaſc.in deciſ.Pedemont.116.ex actis.nu. 8. vet ſ.non obſtant.

Quartò ex intentione eiuſdem Oſaſc. ibi ſub nu. 9. verſ. item reſpondetur.declara,vt huiuſmodi exceptio ad hoc vt operetur, & reſtitutionem impediat in beneficialibus † debeat proponi coram Iudice competente,† ſecus ſi coram Iudice incompetente, puta coram Iudice ſeculari opponeretur,

tur,vt fuit conſideratio eiuſdem Ferret.in conſi.7. nu.10. licet de ea Oſaſc.ibi dubitet.

Quintò: quia in tractatione huius primæ exceptionis de non iure actoris, Docto. ſemper loquuntur hoc loquendi
83 modo,videlicet ꝙ qñ conſtat de non iure ipſius, poteſt † declarari, quòd conſtare notorie de non iure non poteſt dici ante concluſionem in cauſa,vt tradit notanter Alex.in cõſ. 99.viſis.num.4.lib.5.& eſt in recollect.Put.deciſ.24.notorie, ſub rub.de reſtitut.ſpolia.& alia in recollect.Peregri. Fab.26.
84 aliàs 9.incip.fuit reſolutum in fi.conſtare † enim de non iure non dicitur,quamdiu poteſt de iure doceri. Aegid. deciſ. 103.non dicitur.doceri autem ſemper poſſe videtur,quouſque non eſt cõcluſum in cauſa,arg.eorum,quæ ponit Rot. deciſ.1.aliàs 9.nota quòd poſtquam,de probat.in antiqui.& propterea fuit aliàs per Dominos dictum, quòd ſi lata cõtra me ſententia aduerſarius meus aliquid attentauerit,& contra me petentem reuocationem excipiat de notorio meo non iure,ex quo reportaui ſententiam contra, quæ facit notorium, non obſtante prætenſa exceptione attentata ſunt reuocanda:quia cum lis pẽdeat, poterit probari contrariũ: vt eſt in recollect.Thomæ de Than.deciſ. 2.incip. attentata
85 † Quod videtur intelligendum, dummodo non doceretur de non iure per cõfeſſionem: quia tunc etiam ante concluſionem diceretur conſtare de non iure ſecundùm Mil. in
86 verb.poſſeſſorium recuperandæ intentans.fol.281.† aliàs autem cõſtare dicitur id, de quo ex probationibus, & inditijs, vel per inſtrumenta conſtat ſecundùm Ruyn. in conſi. 62.
87 diſcuſſio.nu.17.lib.5.†, Ex productione verò alicuius regulæ,an diceretur conſtare de non iure illius,qui contra regulam aliquid feciſſet,vide remiſſiue per Caſſad. deciſ.1.proui ſus,ſub nu.10. verſi.item non diceretur conſtare, de reſtitut. ſpoliat.vbi ſe remittit ad Aret.in §.nihil commune l. naturaliter.ff.de acqui.poſſeſſ.& ad Bar.in l.ſcriptus.ff.de religi.& ſumpt.funer.& ad Panor.in c.ueſtra.de cohabit.cler.& mul. Quando autem dicatur conſtare clarè de non iure, adnota-
88 uit expreſſe † in terminis noſtris.Iacob. Henric.in conſi. 52. in caſu.nu.11.lib.2.vbi voluit,quòd cũ iſta verba,clare conſtare, importent certitudinem, quando iura partium non ſunt plene deducta, & diſputata, non poteſt dici clare con-
89 ſtare,ex quo † certum id dicitur, quod non poteſt deduci in dubitationem.l.ornamentorum.ff.de auro & argen.lega.& ſimiliter id in quo non poteſt eſſe fallacia,ſecundùm Bal.in l.hac conſultiſſima.col.3.C.qui teſtam.fac.poſ.

Quæſtio II.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio,quòd comparens non eſt talis,qualem ſe facit,etiam cõtra agẽtem ad reuocationem attentatorum opponi poteſt.*
Vt in Ceſſionario,Tutore,Prælato,& Procuratore, ut nu.2.
3 *Spolio agens debet docere ſe eſſe talem,qualem ſe facit.*
4 *Legitimatio perſonarum etiam in Iudicio ſummario fieri poteſt.*

1 SEcundò quæro † an agenti ad huiuſmodi reuocationem opponi poſſit exceptio, quòd
2 non eſt talis,qualem ſe facit,† puta quando eſſemus in ceſſionario,& alijs,qui agunt nomine alieno,ut tutor nomine pupilli, Prælatus Eccleſiæ,Procurator ſui principalis,† &
3 ſicut in ſpolio videtur admitti, ita vt agens teneatur docere ſe eſſe talem,vt dicunt Docto.in l.naturaliter. §. nihil commune,& ibi nouiſſime Ant. de Mattheis, qui teſtatur hanc eſſe commu. opin. nu. 48.in 15. fallentia.ff.de acqui.poſſ.cũ aliàs etiã in poſſeſſorio obſtet exceptio inhabilitatis ipſius agentis,vt poſt alios tradit Sigiſmund. Loffred. in conſi. 45. magnificus.nu.20.Ita etiam in attentatis videtur poſſe ratio
4 nabiliter hoc dici,attento maxime:quia † etiam in ſummarijs (prout eſt iudicium attentatorum) eſt facienda legitimatio perſonarum,vt poſt alios, quos in id citat, tradit eleganter Menocch. de recuperãda poſſeſſ. remed. 15.q.24.nu. 273.Quibus adde poſt alios Io.Bapt.de Aſin.in ſua praxi iudic.§.3.c.25.poſt Lanfranc.Alex.& Iaſo.in locis per eum citatis & Io.de Neuiza.in conſi.18.Cuma. nu. 4. qui alios allegat,& Alciat.in conſi.127.circa primam.nu. 2.lib. 5. & iterũ conſi.42.breuibus,nu.5.lib.6.Grat. conſi.140. quoniam.nu. 39.lib.1.

Quæſtio III.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationis exceptio an obſtet attentatorum reuocationi.*
2 *Excommunicatus non poteſt agere aliquo iudicio poſſeſſorio.*
3 *Attentatorum iudicium dicitur poſſeſſorium.*
4 *Excommunicatus non poteſt intentare iudicium poſſeſſorium reſtitutorium,*
Dummodo excommunicatio ſit probata in actis,ut nu.5.
6 *Exceptio excommunicationis retardat etiam executionem,quæ ſit vigore rei iudicatæ.*
7 *Excommunicatio eſt tantæ potentiæ, ut etiam occultæ impediat collationem excommunicatio factam,ut illa non ſortiatur effectum.*
Et reddit omnino proceſsum nullum poſt illius oppoſitionem,nu.8.
9 *Exceptio excommunicationis non cenſetur excluſa per diſpoſitionem omnes exceptiones excludentem.*
10 *Excommunicationis exceptio non obſtat agenti ad reuocationem attentatorum ſecundùm ueriorem opinio.*

1 TErtiò quæro † an exceptio excommunicationis obſtet petenti reuocationem attentatorũ,
2 & pro opin.affirmatiua quòd ſic, fa. quia † excommunicatus non poteſt agere aliquo poſſeſſorio, ſecundum Mil. verb.excommunicatus licèt non poſſit,fol.125. † Iudicium autem
3 attentatorum videtur poſſeſſorium, ſecũdùm Aegid.deciſ. 72.lata,& annotauimus ſupra in prima parte in prefatione, nu.78.† Item in ſimili:quia excommunicatus nõ poteſt in-
4 tentare poſſeſſorium reſtitutorium, vt eſt deciſ. Toloſ. 172. an excommunicatus quod etiam dixerunt Domini in vna Parmen. capellaniæ coram Reumano ſub die 16. Decẽbris
5 1547. quòd excõmunicatus non reſtituitur in ſpolio, † quãdo excommunicatio reperitur probata in actis, vt eſt in recollect.Put.deciſ.15.excommunicatus,ſub Rub.de reſtitut.
6 ſpoliat. Præterea videmus † quòd exceptio excommunicationis eſt tantæ potentiæ, quòd retardat etiam executionẽ, quæ fit vigore rei iudicatę,ad tex.in c.pia.§.ſed ſi poſt rem iudicatam,de except.in 6.vt eſt deciſ.Guid.Pap. 215. an executio,nu.5.& tradit eleganter Io.Bapt. de Aſin. in ſua praxi iu-
7 dic.§.31.c.2.in 17.limit.& reddit † proceſſum omnino nullũ poſt illius oppoſitionem.Abb.& ibi quoque Deci.in ca.intelleximus.col.penul.de iudic.ſequitur Ioan.Bapt.Ferret.in conſi. 35. exceptio excommunicationis. lib. 1. per totum &
8 † aliàs excõmunicatio eſt tantæ efficaciæ, quòd etiam ſi ſit occulta, impedit collationem excommunicato factam, vt nullum ſortiatur effectum, vt per multa deducit Caſſad. deciſ.1.non valet collatio,de præben.per totam,quinimmo ſi omnes aliæ exceptiones per aliquam diſpoſitionẽ eſſent
9 excluſæ † ipſa tamen excommunicationis exceptio non cẽ ſeretur excluſa,vt poſt alios voluit nouiſſime Ioan. Bapt.de Aſin.in ſua praxi iudic.§.13.c.10.in 11.amplia.ſecundæ prin. limit. regulæ per eum ibi poſitæ, unde ita etiam deberet retardare reuocationem attentatorum,quæ non videtur tan-
10 tæ authoritatis.Pro opin.verò † negatiua,quòd illa non admittatur (quæ eſt verior & tenenda) faciunt ea, quæ ſupra poſuimus in 2.parte,cap.12.de attent.appellat.pendẽ. in 53. amplia.prin.nu.1.poſt Rot.deciſ.2.aliàs 14.fuit dubitatum.in additione,verſi.tertia differentia,ſub nu.3.de reſtit.ſpolia.in no.& Franc.in d.c.bonæ.ſub nu.14.verſi.quinto. vbi expreſſe ponit etiam hanc differentiam inter interdictum, vnde vi.& remedium attentatorum, de appellat. & Deci. & Rip. ibi allegatos.Quibus adde eundem Deci.in c. ex parte. el 2. verſi.quarta concluſio,de reſcript.& poſt Deci.conſi.200.in caſu,nu. 2.lib.1.Marant.in Spec.in 3.parte ſextę partis princ. q.7.nu.393.& Hier.de Monte in tracta.finium regund. cap. 108.quod eſt vltimum, nu.4.& nouiſſime Menocch. de recuperãda poſſeſſ. remed.17.nu.31.verſi.quæro tertiò,vbi prę ter pleroſque ex ſupra allegatis in id citat etiam Coraſ. in 2. parte,nu.123 & Rubeum nu.301. & Ant. Matth.nu. 43.in l. naturaliter. §. nihil commune.vbi id etiam affirmauit Rip, nu.68.ff.de acq.poſſ.Nec aliquid mouent,quæ ſupra in contrarium facere videbantur:quia hæc eſt ſpecialis differentia inter ſpolium & attentata, vt in hoc ſint priuilegiata, ut dicunt omnes ſupradicti Docto.

Quæſtio IIII.

SVMMARIVM.

1 *Deſertionis exceptio regulariter non obſtat agenti ad reuocationem attentatorum.*
2 *Niſi de deſertione notorie conſtaret ex actis,&*
3 *In reuocatione attentatorum pendente appellatione ab interlocutoria,&*
4 *De ſtilo curiæ parlamenti Delfinatus,&*
5 *Quando quis dum poſſet,non dedit de attentatis.*
6 *Cauſa attentatorum etiam principaliter ab initio commiſsa ſi in progreſſu cauſæ fuerit una cum appellatione proſequuta, ſi appellatio fiat deſerta,etiam cauſa attentatorum cenſetur deſerta,& de hac deſertione poteſt opponi.*

QVartò quæro, an exceptio deſertionis appellationis,qua pendente prętenditur attentatum,obſtet petenti reuocationem, & quamuis iſte articulus non videatur admodum expeditus,cũ ſuper hoc videantur adeſſe deciſiones etiam Rotæ inter ſe parum concordantes,ut diximus latius ſupra in 2.parte cap.12.de attentat.appel.pend.in prima ampliat.princip. in prin.verſi.circa primam,

Source : BIU Cujas

primam, attingendo tamen, quod particulariter attinet ad
1 materiam, de qua agimus, potest concludi,† quòd regulariter non obstet, nisi in quinque casibus, qui ibidem in quin-
2 que limitationibus sunt comprehensi,† Primò, quando de
3 desertione constaret notoriè ex actis, vt ibi nu.8.† Secũdò, quando sumus in reuocatione attentatorum post appella-
3 tionem ab interlocutoria, vt ibi nu.10. Tertiò † quando essemus in Curia parlamenti Delphinatus, vt ibi nu.13.† Quar-
4 to quando sumus in executione directa, vt ibidem num. 14.
5 Quintò† quando is qui poterat petere reuocationem attentatorum ante desertionem non dedit de attentatis, nec super illis causam commisit: si enim post desertionem petat illa reuocari, vtique sibi obstaret ista desertionis exceptio, vt ibi nu.17. Illud tamen ad propositum præsentis. q. omni-
6 no prætermittendum non est.† Quòd si causa attẽtatorum fuisset etiam principaliter ab initio cõmissa, deinde in progressu causæ fuerit prosequuta una cum causa appellationis, si contingat appellationem deseri, illa deserta cẽsebitur etiam deserta causa attentatorum: vt fuit dictum in una Baren. iurisdictionis corã D. meo Oradino sub die 20. Februarij 1568. Vnde hoc casu instanti pro reuocatione attentatorum poterit nõ immerito opponi exceptio desertionis causæ ipsorum attentatorum. Quod ex eo in simili comprobari potest, quòd aliàs dicitur, quòd deserta appellatione, nullitatis quoque causa vnà cum ea commissa censetur deserta, vt adnotauimus supra in 2.part.cap.17.de attent.nullit.pen. nume.69.

Quæstio. V.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio, quòd quis renuntiauit appellationi, non est regulariter admittenda contra agentem ad reuocationem eorum, quæ appellatione pendente attentata dicuntur.*

Nisi in quatuor casibus, de quibus hic remissiue, ut nu.2.

Vintò similiter quæritur, an reo competat hoc casu contra actorem exceptio, quòd ipse renuntiauit appellationi, qua pendẽte prętendit fuisse attentatum, & sic an obstet exceptio renunciationis appellationi factæ, de quo pariter diximus latius supra eodem c.12.de attent.appel.pend.in 2. ampliat.principali, & secundum ea quæ ibi dicta sunt concludendo dici potest,
1 † Quòd regulariter talis exceptio non sit admittenda, nisi
2 † in quatuor casibus, qui ibidem pro quatuor limitationibus ad regulam ibi positam dantur, nu.7.8.9.& 11.quę breuitatis causa non repetuntur.

Quæstio VI.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio spontaneæ renunciationis beneficij uel alienationis rei litigiosæ (in casu quo illa uendi potuit) an obstet agenti ante auocationem attentatorum, disputatur.*

Verior opinio, quòd non obstat, ut infra nu.13.

2 *Renuntiatione & cessione perditur dominum & possessio in beneficialibus.*

Sic & uenditione in re profana, ut nu.3.

4 *Exceptio spontaneæ renuntiationis uidetur in effectu concludere non ius in agente.*

5 *Spoliato regulariter obstat exceptio spontaneæ renuntiationis.*

6 *Remedium cano. reintegranda. in re profana regulariter non competit ei qui facto suo ab illius possessione cecidit.*

7 *Attentata uidentur accessoria ad causam principalem.*

Et ex illius natura prouenire, ut nu.8.

9 *Exceptio renuntiationis factæ principali, deest appellationi non nocet in accessorijs, ideſt causa attentatorum.*

10 *Interdictum unde ui datur etiam ei, qui postquam renuntiauit, incumbit tamen possessioni.*

11 *Detentionis probatio sufficit in causa attentatorum ad obtinendam reuocationem.*

12 *Reuocatio attentatorum dicitur fieri in pœnam attentantis.*

14 *Ius reuocandi attentata potius causatur ex culpa & facto attentantis, quàm ex aliquo iure, quod cohæreat ipsi, contra quem attentatur.*

15 *Incumbens possessioni si spolietur, restituitur.*

16 *Renunciationis ante attentationem factæ exceptio an obstet agenti ad dictorum attentatorum reuocationem, distinguitur.*

17 *Attentans si transferat rem, circa quam est attentatum, in eum, in quem resignans uolebat rem peruenire, obstaret exceptio renunciationis hoc casu secundum aliquos.*

Licèt de hoc uideatur subsistendum, ut nu.18.

1 Extò quæro† an exceptio spontaneæ renuntiationis beneficij, vel alienationis rei, de qua agitur, quando sumus in profanis, & alienatio etiã lite pendente fuisset licita, secundum ea quæ diximus supra in prima parte cap.quarto, de attẽt. lite pẽd. in præfatio. in tertia illatione, nu.464. & multis seq. obstet petenti reuocationem attentatorum. Pone enim, ꝙ lite pendente me in possessione turbaueris, puta partem fructuum auferendo, deinde ego beneficium renuntiauerim, aut rem vendiderim, & postea incumbens adhuc possessioni, saltem de facto velim agere ad reuocanda attentata, & tu contra me obijcias exceptionem spontaneæ renũciationis, & venditionis. In isto articulo (licèt non inuenerim illum ab aliquo tactum) duplex potest esse opinio.

Prima, quòd talis exceptio sit admittenda & actorem repellat, Primò: quia nõ videtur dubium, quòd per huiusmodi renuntiationem, & cessionem sit abdicatum a cedente, &
2 renunciante omne ius, quod antea haberet,† cum per renũciationem, & cessionem dicatur perdi dominium, & possessio, vt eleganter deducit (loquens in beneficialibus) Cassad. decis.4.fuit dubitatum, nu.10.& per totam, de restit. spoliat.
3 † & per venditionem in re profana, saltem apposita clausula solita constituti, dicitur translatum in emptorem, & possessio, & dominium. l. traditionibus. C. de pactis. Tiraq. in tracta. de constit. possess. in 2.parte, in 1.amplia. num. 2.& sequẽ. Ex quo sequitur, quòd cum fuerit amissa possessio, & dominium, nullum ius apud renuntiantem, & vendentem remã
4 serit,& † consequenter, quòd per huiusmodi exceptionem dicatur notorie constare de non iure petentis reuocationẽ, quæ exceptio non iuris regulariter impedit reuocationem, vt diximus supra q.1.nu.21. Secundò: quia si concederetur huiusmodi reuocatio, daretur occasio peccati, fructus scilicet indebite,& sine titulo percipiendi, quod non videtur aliquo modo tolerandum, secũdum ea, quæ ibidem diximus,
5 num.27. Tertiò, quia in simili videmus,† quòd renuntianti non competit interdictum vnde vi, & sibi regulariter obstat exceptio spontaneæ renunciationis. Rot. decis. 6. aliàs 216. nota quòd existenti. de renũtiat in antiq. Cassad. decis.4. fuit dubitatum, num.9.& ferè per totam, de restit. spolia. Alciat. consi.139. pro resolutione. num.14. lib.5. cum alijs decisionibus ad hoc dictum congestis per Papaz. in addit. ad decis. 1. aliàs 118. sub num.7. versi.& circa materiam principalem, de
6 renuntiat. in no. nam † & aliàs in profanis quando quis proprio facto, atque contractu cadit à sua possessione, nõ habet remedium c. reintegranda, 3.q.1. vt notant Docto. præsertim Soc. in l. rem quæ nobis, col. penul. ff. de acq. possess. & etiam dicit Cassad. dicta decis.4. num. 6. Vnde sicut hæc exceptio obstat spoliato petenti restitutionem, ita etiam potest dici, quòd habeat obstare petenti reuocationem attentatorum.

Secũda potest esse opinio, quòd huiusmodi exceptio nul
7 lo modo obstet. Primò: quia uidemus † quòd licèt causa appellationis dicatur esse principalis, & causa attentarorum
8 accessoria ad ipsam. Rot. decis. 1. aliàs prima: attentata, de appellat. in no.† immo ex natura ipsius appellationis attentata prouenire dicantur, vt fuit singulare dictum Inno. in ca. dilecti. el 3.& ibi Franc. nu. 1. q.1. de appel. vbi id dicit esse tenendum menti,& per hoc videretur dicendum, quod exceptio renũciationis factæ principali haberet obstare in accessorio.† Nihilominus renuntiatio, quæ fit appellationi, non
9 impedit, quo minus ea, quæ fuissent attentata appellatione pendente peti possint reuocari, vt diximus supra in 2.parte, cap.12.de attent.appel.penden.in 2.ampliat.princip.in regu
10 la ibi posita, num.1. & 2. Secundo † quia sicut quando quis post cessionem,& renunciationem incũbit possessioni, datur sibi interdictum vnde vi. Rot. decis. 1. aliàs 158. licèt reus de renunciatione, in no. & eo casu non obstat sibi exceptio renuntiationis, ita etiam debet dici, ꝙ
11 detentio (quam supra in facto præsupponimus, & † quam aliàs sufficit duntaxat probare in hoc remedio reuocationis attentatorum, Rot. decis. 11. aliàs 56. nota quod vbi aliquis, de causa possessionis & propriet. in antiq.) hoc casu causet reuocationem attentatorum non obstante exceptione renunciationis. Tertio: quia si obseruantia Rotæ, (quæ quando renuntians incumbit possessioni dat etiam renuntianti restitutionem) fundata est potius in odio spoliantium, quã in iure petentis restitutionem, vt animaduertit Papaz. vbi supra sub num.10. Ista ratio odij multo magis militat in reuocatione attentatorum, quàm in spolio, cum attentans dicatur magis odiosus,& offendere,& lœdere ius, iudicem, & partem c.1.de appel.in 6. vt dixit Franc. in c.bonæ. sub nume. 14. versi. 5. quia. de appel. Quarto: quia cum attentare sit delictum,& sonet in malum. Aegid. decis.18. oneratio,† reuocatio attentatorum dicitur esse in pœnam attentantis, vt dicemus latius infra cap.31.de pœna attentant. Ergo etiam post-
12 quam passus attentata renuntiauit, debent attẽtata reuocari, cum Reip. interfit delicta nõ remanere impunita, iuribus
13 vulg. Et tenendo hanc opinionem,† quæ verior & tenenda videtur, non obstant ea, quę in contrarium allegabantur,& primo, quod per renuntiationem videbatur constare de nõ
14 iure: quoniam respondetur,† quod ius reuocandi attentata potius causatur ex facto,& culpa attentantis, quàm ex ali-

quo

quo iure, quod cohæreat illi, contra quem attentatur, vnde licèt per renũtiationem abdicaſſet à ſe omne ius, quod ſibi cohærebat, ius tamen iſtud extrinſecum, quod ex facto, & culpa attentantis fuerat cauſatum, non poteſt dici ab ipſo eſſe abdicatum. Secundum quoque non obſtat, quòd daretur occaſio peccati & c. quia cum fructus, quos mediante reuocatione attentati conſequuturus eſſem, fuiſſent percepti tempore, quo ego vere eram dominus, & ante renuntiationem, ſi mihi reſtituerentur, nulla cadit conſideratio pec
15 cati, Ad tertium reſpondetur, † quòd præſuppoſito, quòd poſt renuntiationem incubuerim poſſeſſioni, competit ẽt hoc caſu interdictum vnde vi, vt in dicta deciſ. Rot. 1. de renuntiat. in no. præterea non ſequitur, non datur interdictũ vnde vi, Ergo nec remedium attentatorum: quia in multis ſunt magis priuilegiata attentata, quàm ſpolium, vt docet Rot. deciſ. 2. aliàs 14. fuit dubitatum, nu. 3. reſtitutio. ſpoliato. tradit Franc. late in c. bonæ. nu. 13. & ſeq. de appellat. & dicemus latius infra. capitu. 30. de priuileg. attent. nu. 6. & multis ſequen.

Ex quibus firmari poteſt concluſio, quòd exceptio renuntiationis factæ poſt attentationem regulariter non obſtet
16 petenti reuocationem attentatorum per ſupradicta, † quòd ſi fuerit facta ante attentationem, maius videtur dubium, & eſſet recurrendum ad ea, quæ notant Docto. in c. ſolitę. de reſtitu. ſpoliat. præſertim ad diſtinctionem, quem dat Lap. alleg. 23. limitat. in prin. & ibi per Mandoſ. in addit. 1. allegantem, multos eum ſequentes, an ſcilicet renũtiatio habuerit omnino principium, vel finem poſt attentationem nec ne; Et quòd attentata poſt renuntiationem non eſſent reuocãda, plurimum ſuadet id, quod annotauimus ſupra in 2. parte, cap. 12. de attent. appel. pend. in 2. ampliat. princ. nume. 12. verſi. quarto limita, quòd attentata, poſtquam quis renun-
17 tiauit appellationi, non veniunt reuocanda. Hæc † tamen cõcluſio vno modo limitari forſan poſſet, vt nõ procedat, quando attentans ceſſiſſet, aut alio modo tranſtuliſſet rem, ſuper qua fuit commiſſum attentatum in eum, in quem ex renuntiatione, vel ceſſione mea deuenire debebat, puta in reſignatarium, quamuis. n. regulariter contra attentantem non obſtante exceptione renuntiationis poſt attentationẽ factæ, agere poſſim pro reuocatione, vt ſupra in concluſione, & ſimiliter pro reuocatione attentatorum poſſit agi etiã contra habẽtem cauſam ab attentante, vt diximus ſupra in prima parte, cap. 3. de attent. à tertio, limit. 1. num. 16. quia tamen regulariter reſignans à reſignatario non reſtituitur, Caſſad. deciſ. 4. in princip. de reſtit. ſpoliat. Mandoſ. remiſſiue in dicta addit. 1. poteſt dici, quòd contra hunc reſignatarium, etiam habentem cauſam ab attentante, non habeat locum reuocatio, cum ad eum reſignans voluerit transferre poſſeſſionem, & fructus, vnde petendo reuocationem, poſtquam res deuenit ad reſignatarium, videretur quodammodo veni re contra factum proprium, vt contra ea, quæ ſibi ſemel pla
18 cuerunt, quod non videtur dicendum, iuribus vulga. † Quã tamen limit. firmare non auſerim: quia, præſuppoſita detentione poſt reſignationem, & quòd renũtians litẽ ſuſtineat, videtur omnino concludendum, quòd hoc caſu dentur attentata: quoniam quoad attentata ſufficit probare detentionem. Rot. deciſ. 11. aliàs 56. nota, de cauſa poſſeſſio. & propr. in antiq. & dicemus latius infra cap. 26. de prob. attent. num. 30. & pendentia litis quam ille ſuſtinet, videtur cauſare debere attentata, quæ ſine lite non dantur. Caſſad. deciſ. 6. voluerunt. nu. 2. ſuper reg. Cancel. Quòd ſi aliquis eum tenere vellet, eſſet neceſſario declaranda, quòd quamuis ad inſtantiam reſignantis huiuſmodi attentata non venirent reuocã
19 da, † Iudex tamen, cuius fuit læſa maieſtas, poterit ea ex ſuo puro, & mero officio reuocare, iuxta ea, quę vniuerſaliter diximus infra. c. 27. de iudi. & per quem attent. ren. nu. 7. verſi. circa primam inſpectionem.

Quæſtio VII.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio alterius ſpoliationis an obſtet contra agentem ad reuocationẽ attentatorum.*
2 *Et concluditur quòd non, ſecundum communem opin. de qua infra numero 5.*
3 *Spoliationis exceptio repellit ſolum illum, qui tenetur iudicio vnde vi, ſecus ſi tenetur alijs remedijs poſſeſſorijs.*
4 *Remedium l. ſi quis in tantam. non admittit exceptionem alterius ſpoliationis.*
6 *Spoliatus primo loco regulariter quando agitur contra eundem ſpoliatorem præfertur ei qui fuit vltimo loco ſpoliatus.*
Niſi vltimo ſpoliatus, ſit ſpoliatus ſpolio qualificato, puta ſpolio attentato nume. 7.
8 *Attentatorum iudicium ſuſpendit omne aliud iudicium, etiam ſpolij.*

1 SEptimò quæro, † an reo hoc caſu competat exceptio alterius ſpoliationis. & breuiter, licèt hæc exceptio in multis caſibus admittatur, de quibus per Docto. in ca. frequens. de reſtit. ſpoliat. in 6. ad propoſitum tamen no
2 ſtrum † concludẽdum eſt, quòd in iudicio, & remedio attentatorum hæc exceptio non ſit admittẽda, vt tradit expreſſe Abb. in c. bonæ. col. penul. verſi. 4. differentia eſt. & ibi etiam Franc. ſub nu. 14. verſi. quarto quia, vbi dicit, hoc eſſe bene notandum ad limitationem d. c. frequens. extra de appel. quod etiam poſuit poſt Abb. vbi ſupra Affli. deciſ. 98. Pulchrum, nume. 4. & iterum deciſ. 19. quidam Baro. vbi licèt explicite non loquatur de hoc remedio attenta
3 torum, illud tamen implicite includit, dum inquit, † quòd exceptio ſpoliationis ſolum repellit illum, qui tenetur interdicto vnde vi, ſecus ſi teneretur alijs remedijs poſſeſſorijs. Attentatorum autem remedium poſſeſſorium eſt, vt diximus ſupra in prima parte, in præfatione. nume. 78. immo ex dictis, ibi per Afflict. (quòd in attentatis hæc exceptio non procedat) hæc alia ratio colligi poteſt: quia ſi non procedit,
4 † quando intentatur remedium l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. multo minus debet procedere in attentatis, ex quo eſt cę teris remedijs poſſeſſorijs fauorabilius, vt dicemus infra ca. 30. de priuileg. attent. num. 2. & 3. expreſſe autem, quòd attẽtatis non obſtet poſt Abb. vbi ſupra, dixit Deci. in conſi. 200. in caſu propoſito, nume. 2. & 3. lib. 1. & Rip. poſt Abb. vbi ſupra in c. ſæpe. ſub num. 10. verſ. ſecundo quia. de reſti. ſpoliat. & eleganter etiam Menocch. de recuperãda poſſeſſ. remed. 17. num. 28. verſi. quæro ſecundo, vbi prẹter aliquos ex ſupra alleg. in id citat Ferret. conſi. 170. num. 2. & Coraſ. in l. naturaliter. §. nihil commune. in 2. parte, nu. 123. & ibidem etiã
5 Rubeum num. 301 ff. de acqui. poſſeſſ. † atteſtantem hãc eſſe veram, & communem opinio. Eandem concluſionem nouiſſime ſecutus eſt Mandoſ. in tracta. commiſſio. in 14. formula commiſſionis attentat. col. 4. verſi. circa quartum priuilegium, vbi in id citat etiam Deci. in cap. ex parte. col. fina. de reſcript. & Caſſad. deciſ. 4. de dilat. num. 3. quæ tamen parum facere videtur, quibus addi poteſt Rot. (quam nemo ipſorum allegat) deciſ. 27. aliàs 185. licèt pars rea. in fin. de appellat. in no. & poſt eam Mil. in verbo ſpoliatio, & violentia vltima. fol. 367. & in verb. attentatorum remedium, fol. 30. & iterum in verb. poſſeſſorio recuperandæ agi poteſt, fol. 283. Pro qua concluſione plurimum facit, quod fuit tentũ in vna nullius caſtrorum coram D. meo Oradino, ſub die 18. Martij 1568. quòd licet (quando contra eundem ſpoliatorem agunt duo prætendentes ſe ab eo ſpoliatos) † ille regulariter prẹferatur, qui nititur antiquiori ſpolio, & qui me
7 lius probat de iure ſuo, † ſi tamen vltimo ſpoliatus ſit, ſpoliatus ſpolio attentato, & qualificato ille ex priuilegio attẽtatorum præfertur antiquiori ſpoliato, & conſequenter reuocationi attentatorum non videtur obſtare alia, etiam antiqua ſpoliatio, & melius quod fuit deciſum in vna Tranẽ. ſpolij, coram Caputaquen. 8. Nouembris 1560. quod ſententia lata in cauſa ſpolij pendente iudicio attentatorũ ſit nul-
8 la ex eo: quia † iudicium attentatorũ ſuſpendit omne aliud iudicium, etiam ſpolij, vt eſt deciſ. in recollect. Caputaquen. parte 1. 226. incip. ſententia lata.

Quæſtio VIII.

SVMMARIVM.

1 *Attentatorum reuocationem petenti, an ſaltem obſtet exceptio alterius attentationis.*
Et non obſtat ſecundùm aliquos, ut nu. 2.
3 *Attentatione ſecunda licèt pars non uideatur lædi: ius tamen, & iudex dicuntur contemni.*
4 *Vltimum ſpolium eſt purgandum.*
5 *Argumentum de ſpolio ad attentatum ualet ſecundum aliquos, ubi nõ eſt ſpecialiter cautum, quòd inter ea ſit differentia.*
6 *Priuilegiatus regulariter non vtitur priuilegio contra pariter priuilegiatum.*
7 *Probatio neque tituli, neque poſſeſſionis requiritur in attentatis.*
8 *Detentionem, & ſtatum in quo quis erat tempore attentationis probare ſufficit in iudicio attentatorum.*
9 *Reſtitutio quæ fit ex priuilegio attentatorum fit ad illum ſtatum, in quo quis erat tempore attentationis, non habito reſpectu, an ille fuerit legitimus, uel illegitimus.*
10 *Priuilegiatus faciens actum contrarium ſuo priuilegio videtur illi renunciare.*
11 *Appellans pendente appellatione attentando uidetur ſuæ appellationi renunciare.*
12 *Attentationis alterius exceptio (ſecundum alios) obſtat agenti ad attentatorum reuocationem.*
13 *Poſſeſſio capta lite pendente dicitur uitioſa, & a iure non habetur in cõſideratione.*

Atten-

Source : BIU Cujas

14 *Attentans, & intrusus non habetur pro possessore.*
15 *Reuocatio attentatorum fit auxilio & ministerio legis & iudicis ex officio iudicis, uel mercenario, uel nobili.*
16 *Frustra auxilium legis, aut iudicis implorat, qui in legem committit, aut iudicem contemnit.*
17 *Exceptio, quæ tendit ad differendum reuocationem attentatorum, uidetur à iure repellenda, sicut dicimus in appellatione.*
18 *Attentans præsertim cum uiolentia uidetur cadere à iure suo.*
19 *Vis secunda contra primam non uidetur punibilis in casibus, in quibus uim vt repellere licet.*
20 *Attentans non videtur quòd possit dare de attentatis.*
21 *Exceptio alterius attentationis an reuocationi attentatorum obstet secundùm alios, est distinguendum, an incontinenti sit facta, uel ex interuallo.*
22 *Attentationis alterius exceptio an obstet reuocationi attentatorum, est similiter secundùm alios distinguendum, an per primum spolium perdita fuerit naturalis, & ciuilis possessio, an uerò ciuilis tantùm.*
23 *Ciuilem possessionem habens etiam in casu legis, si quis in tantam, potest impune occupare naturalem per alium clandestine captam.*
24 *Reuocationi attentatorum an obstet exceptio alterius attentationis, potest similiter distingui, an super prima attentatione fuerit iudicium institutum, uel nè.*
25 *Attentatorum reuocationi an prædicta exceptio obstet, secundùm alios distinguendum uidetur, an fuerit simplex attentatio, an uero cum violentia.*
26 *Exceptio attentationis præcedentis secundum alios non obstat, sed quòd.*
27 *Paria delicta mutua compensatione tollantur.*
28 *Periurium cum periurio, & culpa cum culpa compensatur.*
29 *Attentatio ultima est purganda, non obstante exceptione alterius attentationis secundùm ueriorem opinionem.*
Ex officio tamen iudicis non autem ad instantiam partis: ut nu. 30.
31 *Exceptio prioris attentationis opponi potest etiam post tres conformes super reuocatione attentatorum ultimo loco commissorum.*
32 *Possessio sequestratur, quando hinc inde sunt attentata.*

QUauò huic affinis, sed maxime utilis quæstio moueri potest, an contra petentem reuocationem attentatorum, si non obstat exceptio alterius spoliationis (vt supra proxime conclusum est) an † saltem obstet exceptio alterius attentationis. Ponè enim, quòd ego dominus, & possessor alicuius rei fùi à te super eadem re in iudicium vocatus, & tu lite huiusmodi pendente attentando, & innouando me spoliasti, & deinde ego lite huiusmodi adhuc pendente iterum te possessione eiusdem rei spoliauerim, tuque instes coram Iudice pro reuocatione huius vltimi spolij & vltimæ meæ attentationis. Ego verò ad impediendam huiusmodi reuocationem excipiam de priori tua attentatione, dubitari potest, an hæc exceptio alterius attentationis sit admittenda nec ne, & an ad instantiam tuam sint hæc vltima attentata purganda? In quo articulo licèt plene per Doct. tactum non viderim, sed dùtaxat à Mandos (etiam postquam ego infrascripta omnia sub ordinaueram) excitatum reperierim in tract. commissio. in 14. formul. commissionis attentat. in verb. causam & causas, col. 4. versic. circa quartum priuilegium: quia tamè ille satis ieiune illum videtur attigisse, pro veriori illius resolutione dicendum est, quòd circa hoc plures possunt considerari opinio.

2 Prima potest esse † quòd talis exceptio non obstet, quominus vltima mea attentatio sit purganda, & tu sis restituèdus ex pluribus.

Primò: quia non videtur dubium, quin ego per secundã attentationem licèt partem non uidear lædere, ex quo possessio sua (vt præfertur) lite pendète capta est à iure improbata, ius † tamen, & iudicem ipsum offendere, & contemnere dicor, cuius contemptus ratione præcipue attentatorum reuocatio videtur causari, vt diximus supra in 1. parte in præfat. ac descriptione attentati nu. 26.

Secundò: quia cum attentatio mea sit vltimo loco facta, debet non obstante exceptione primæ attentationis reuocari, cum quasi adagio vsurpetur. † quod vltimum spolium est reuocandum, vt tradit Rot. decis. 27. aliàs 185. licet. de appel. in quæ uniuersaliter dicit, quòd semper vltima spoliatio, ac violentia purganda est, quo precipue fundamento nixus videtur hanc opi. affirmasse Mandos. vbi supra, præsertim quia † vbi non est specialiter cautum, quòd inter attentatum, & spolium sit differentia, potest, secundum eum, de vno ad alterum argumentum sumi.

Tertiò fa. quia vterque nostrum videtur fundare intentionem suam in priuilegio, quod competit causæ attentatorũ, vt ante omnia reuocentur, de quo dicemus latius infra cap. 30. de priuileg. attentatorum, nu. 127. & consequenter vter-
6 que allegat suum priuilegium † Priuilegiatus autem regula-
riter non utitur priuilegio contra pariter priuilegiatum, ad no. in l. fin. ff. ex quibus caus. maior. & in l. verum §. penul. ff. de minor. meritò.

7 † Quartò: quia in reuocandis attentatis non requiritur probatio neque tituli, vt dicemus infra d. c. 30. in 2. priuileg.
8 neque possessionis, sed sufficit simpliciter † probare detentionem, & statum, in quo quis tempore attentationis erat,
9 vt diximus in fr. c. 26. de probat. attentatorum, nu. 29. Et † fit restitutio ad illum statum non habito respectu, an ille fuerit legitimus, vel illegitimus secundum Aegid. decis. 101. si constat igitur &c.

Quintò: quia non est dubium, quòd ego, qui fui à te primo spoliatus lite pendente ex beneficio huius litis pendentiæ eram in hoc priuilegiatus, vt tua attentatio in primis, & ante omnia reuocaretur.

10 † Sed priuilegiatus faciens actum contrarium priuilegio, prout videtur, quando ego contra te secundo loco attento, censetur suo priuilegio renũciare, ad no. in c. accedentibus. & in c. si de terra. de priuileg. & in l. 2. C. de iur. domin. impe. Aug. Bero. consi. 152. visis, nu. 14. lib. 3. ergo mea exceptio de priori tua attentatione non videtur admittenda: cum ego attentando tacitè illi renunciauerim. Sicut & aliàs dicimus,
11 † quòd appellans attentando censetur appellationi renunciare, vt dicemus infra cpitul. 31. de pœn. attentat. in quinta pœna.

12 Secunda huic contraria potest esse opi. † quòd immo talis exceptio obstet, quæ suadetur ex pluribus.

13 Primò † quia tua possessio capta lite pendente à iure in hac materia ad excusanda attentata non consideratur, vt patet ex his quæ diximus supra in 2. par. c. 4. de attent. lit. pend. in 2. declar. quartæ declarat. princip. nu. 45. vbi post Crescẽ.
14 decis. 216. intrusus. adnotauimus † quòd attentans & intrusus non habetur pro possessore, quòd si pro possessore non habetur, ergo sibi non debet dari tanquam spoliato restitutio, cum priuatio præsupponat habitum.

Secundò: quia reuocatio attentatorum proculdubio fit
15 per officium iudicis vel nobile, vel mercennarium, † & consequenter fit auxilio, & ministerio iudicis, & legis. Frustra
16 † autem auxilium legis, aut iudicis implorat, qui in legem committit, aut iudicem contemnit c. quia frustra. de vsur. meritò tu non videris restituendus, cum prius attentando & me spoliando in legem commisseris.

17 Tertiò † quia ista exceptio, quòd debeãt reuocari ea, quæ sunt per me vltimo loco attentata, tendere videtur ad differendum reuocationem eorum, quæ contra me fuerũt priori loco per te attentata. Ea autem quæ tendunt ad differendum attentatorum reuocationem, videntur à iure repelli, vt diximus capit. 12. de attent. appellat. penden. in 7. limitat. princip. meritò &c.

18 Quartò † quia tu primo loco attentando præsertim cum violẽtia videris cecidisse ab omni iure tuo, ad no. in l. siquis in tantam. C. vnde vi. & dicemus in cap. 31. de pœn. attent. in 12. pœn. ergo quando tu petis reuocari per me vltimo attentata, non immerito debeo posse excipere, quòd constat de non iure & de non interesse tuo, quo casu regulariter non sit attentatorum reuocatio, vt diximus sup. in hoc capi. 24. quæstio. 1. nu. 21.

19 Quinto fac. in simili † quia sicut in casibus, in quibus vim vi repellere licet (de quibus per Doct. in l. vt vim. ff. de iust. & iur.) Secunda vis contra primam non videtur punibilis, ita non dicendum quod secunda attentatio contra primã non sit punibilis.

Sextò hæc opin. ex multis suaderi potest, quæ posuimus supra in 2. part. cap. 4. de attentat. lit. penden. in 2. limit. prin. num. 79. & seq. ad deducendum, quòd non possit litis pendẽtiam ille allegare, qui à primo iudice recedens coram secundo comparuit lite adhuc coram primo pendente.

Septimo: quia cum tu prius attentaueris, non uidetur, ꝙ
20 contra me tu possis allegare attentata: quia † attentans non videtur posse dare de attentatis, argu. eorum quæ habentur decis. 17. aliàs 429. nota nunquid. de restit. spol. in antiq. & allegatur decis. A. Aug. 708. lib. 3.

21 Tertia potest esse opinio, vt distinguamus † quod aut vltima mea spoliatio, & attentatio fuit facta incontinenti, post quam tu me spoliasti, & tũc quasi mea spoliatio censeatur facta per modum recuperationis: tunc non sit reuocanda, neque tu sis restituendus, ex quo recuperans incontinenti dicitur suam possessionem continuare, continuans autem non attentat, vt late diximus supra in 2. parte. cap. 4. de attẽt. lit. penden. in 1. limit. prin. præsertim in 6. ampliat. ibi posita numero 25. vbi de continuatione per modum recuperationis differuimus. Aut mea attentatio fuit facta ex interuallo, & tunc quasi cesset consideratio recuperationis sis restituendus.

Quarta

Source : BIU Cujas

22 Quarta poteſt ſimiliter conſiderari diſtinctio & opin.† ꝙ Aut ego per ſpolium, & attentationem tuam perdidi non ſolum naturalem,verum etiam ciuilē poſſeſſionem meā:& tunc non liceat mihi te vltimo loco ſpoliare,, & conſequē ter tu ſis reſtituendus,Aut ego amiſſa naturali retinui ciuilem poſſeſſionem, & tunc liceat mihi impune occupare na
23 turalem,ſicut in ſimili videmus,† ꝙ quāuis contraueniens. l.ſi quis in tantam. C.vnde vi. ſit valde legibus deſpectus, & odioſus, vt no. ibi Doct. Nihilominus etiam in caſu illius l. ſi quis in tantam.habens ciuilem, poteſt impune occupare naturalē ab alio clandeſtine captam,vt poſt Rip.Alex.Vero nen.Soci.& alios per eum allegat. concludit nouiſſime Menocch.de recuperan.poſſeſſ.remed.9.q.24.nu.194. ꝙ ſi eo caſu impune poteſt occupari poſſeſſio clandeſtina,ergo multo magis impune debet poſſe occupari poſſeſſio attentata, & per te lite pendente,vt præſupponitur capta,quæ,vt patet eſt magis vitioſa & odioſa.

Quinta inſuper pro quinta opi.videtur haberi poſſe conſideratio,† quòd Aut ego ſuper tua prima contra me facta
24 attentatione nondum inſtitui iudicium reuocationis attentatorum, & tunc mihi liceat te ſpoliare, & tibi inſtanti pro reuocatione huius vltimi ſpolij valide obijcere exceptionē primæ attentationis per ea omnia, quæ ſupra dicta ſunt, in 2.opi. nu. 12. Aut intentaui reuocationem implorans officium Iudicis pro purgatione tuæ primę attentationis,& tūc mea vltima attentatio ſit purganda, & tu reſtituēdus. Tum quia,via quam elegi illa mihi patere debet,nec conuenit, ꝙ poſtquam ego rem ad Iudicem detuli, aliquid de facto innouem.Tum quia lis ipſa ſuper attentatis introducta reddit actum illicitum,eſto, quòd antea fuiſſet facienti licitus, vt per multa exempla deduximus ſupra in 2. parte, capitul. 4. de attent.lit.penden.in 1.ampliat.princip.num.2.Preſertim ſi occaſione prædicti iudicij emanaſſet in cauſa inhibitio à Iudice nequid in cauſa innouaretur: quia inhibitio multo magis operaretur, vt actus etiam aliàs licitus reddatur facti illicitus,vt etiam diximus ſupra in dicta ſecunda parte ca. 20.de attent.poſt inhibit.in prima ampliat.ibi poſita nume. 1.& ſequen.

Sexta pariter diſtinctio,& opi.haberi poſſe videtur.Quòd
25 † aut vltima mea attentatio fuit ſimplex ſpoliatio: & tunc non ſis reſtituendus, & conſequenter obſtet ſibi exceptio primæ attentationis.Aut fuit ſpoliatio cum violentia,& ratione huius ſupra dictę qualitatis tu ſis reſtituendus,& mea attentata purganda,quam opi.in eo articulo, an occupans poſſeſſionem lite pendente ſi ea ſpolietur, ſit reſtituendus, ſenſit nouiſſime Anton.de Matth. in repet. l. naturaliter. §. §.nihil commune.in 26. fallent. nume.61. ff.de acquirenda poſſeſſio.

26 Septima quoque adhuc poſſet eſſe ſententia † vt neque
27 prima tua,nec vltima mea ſpoliatio ſint reuocanda,† ſed ꝙ paria delicta mutua compenſatione tollantur, ad regulam
28 c. intelleximus. & ibi no. extra de adulter. cum ſimil. † ſicut dicimus, quòd periurium cum periurio, & culpa cū culpa compenſantur,vt aliàs dicebat poſt alios Aug.Bero.in cōſi. 6.& ſi plura, num. 3.lib.3. Quod in proprijs terminis attentorum videtur quandoque fuiſſe de mente Rotæ in vna Legionen. decimarum coram Grato. 17. Nouembris 1564. in qua Domini ordinarunt, quòd quia geſta in partibus erant per vtranque partem attentata, illis vtraque pars teneretur renunciare.

Quid dicendum? licèt Mandoſ. vbi ſupra col. 6. referat, quòd aliàs Domini in vna Salamantina abbatiæ coram Peregr.de anno 1548 tenuerint,quòd vltimum attentatum ante omnia fuerit reuocandum eo caſu: quia vltimum erat magis clarum: quia tamen dictam reſolutionem inuenire non potui,nec ex prædictis conſtat,an eo caſu reuocatio fieret ex officio iudicis,vel ad inſtantiam partis,inter quę differentiam conſtituendam eſſe crediderim, idcircò ego omnibus ponderatis ita conſiderando hanc difficultatem abſol-
29 uerem,† quòd vltima attentatio ſit omnino reuocanda & 31
30 purganda, † non autem ad inſtantiam tuam; ſed ex officio iudicis,cuius fuit læſa maieſtas,& conſequenter,quòd vtraque opin.ſuſtineatur,& quòd illa ſint purganda, & quod tibi exceptio alterius attentationis obſtet: cum non ſit nouum,quòd in multis caſibus attentata, quæ ad partis inſtantiam reuocari non poſſunt,ex officio tamen iudicis reuocāda veniunt,vt diximus infra capitu.27.de iudice, & per quē attentat. reuoca. numero 7. & ſequen. verſicul. quoad primam inſpectionem. Ratio autem, quæ me mouet illa eſt, quia (omiſſis pro nunc cæteris opin.) per allegata ſupra in 1.opin.non eſt dubium, quòd concluditur in me quædam temeritas, qui te lite inter nos pendente poſſeſſione ſpoliās vltimo loco attentaui,per allegata verò in 2. opin. concluditur in te defectus iuris petendi huiuſmodi reuocationem, & quoniam iſte defectus,qui eſt ex parte tua,nō tollit,quōminus ius, & iudex per meam vltimam attentationem dicant offendi.Idcirco non immerito firmari poteſt id, quod ſupradictum eſt,vt attentata ſint purganda, & tu non ſis reſtituendus: ſolet enim ſæpe Rota ex cauſa id facere. puta, quando conſtat de non iure petentis reuocationem, vt eſt deciſ.2.aliàs 14.fuit dubitatum,de reſtit.ſpolia.in no.& rem, circa quam eſt attentatum,in ſequeſtro ponere, & diximus latius ſupra hoc eodem capitu.quæſtio.1.numero 57. verſi. ſecundò Regulam prædictam.Pro cauſa autem hoc caſu illa haberi ſufficiēs debet, ne ſcilicet temeritas mea remaneat impunita. Itaque ſi cauſa coram me verteretur, rem ſub ſequeſtro tamdiu ponerem,quandiu arbitrio boni viri exiſtimarem temeritatem vltimo attentantis fuiſſe ſufficienter punitam,tam ex rei ipſius,& fructuum carentia, quàm etiā ex expenſarum refectione à die vltimæ ſpoliationis in iudicium deductæ (ſi ex violentia, in ſpoliando commiſſa, vel ex contemptu inhibitionis,forte in cauſa emanatæ,hæc vltima attentatio videretur aggrauari) quo facto eidem inſtāti pro reuocatione primæ attentationis,etiā rem ipſam, vna cum fructibus per primum attentantem perceptis,ac expenſis propterea erogatis reſtituendam cenſerem, ſecūdùm ea, quæ latius dicemus infra in hac 3. parte, de pœnis attentat. in 1.& 2.pœna.capitulo vltimo,& conſequenter redeundo ad propoſitum,& deciſionem quæſtionis ſupra poſitæ concludi poſſe cenſeo, quòd exceptio alterius attentationis regulariter obſtet agenti ad reuocationem attentatorum, & quòd attentans ſpoliatus non ſit reſtituendus,vt diximus dicto capitulo vltimo, in 7. pœna, ſed bene vltima attentata reuocentur,& purgentur per iudicem, cuius fuit læſa maieſtas ex ſuo puro & mero officio per ſupradicta.Pro qua opi. non parum facere deinde animaduerti id, quod fuit reſolutum in vna Senogalien. attentatorum coram Aldobrandino 26.Febrnarij 1565.& iterum 4.Iulij eiuſdem anni, in qua cum conſtaret de non iure petentis reuocationem attentatorum. Domini in prima poſitione noluerunt non reuocare attentata ſtante inhibitione Rotali, nec etiam voluerunt reuocando attentata dare poſſeſſionem illi de cuius non iure conſtabat,ſed ordinarunt, vt D. Ponens aliquo modo accommodaret, qui ab initio poſſeſſionem apud Rotam ſequeſtrauit, & deinde poſtquam per aliquot menſes poſſeſſio ſteriſſet ſub ſequeſtro, fuit illi pro reuocatione attentatorum inſtanti reſtituta ſub dicta die 4. Iulij. Vnde ſicut ibi ab initio poſſeſſio non fuit reſtituta attentata paſſo, ſed inde ad aliquod tempus,ita ſimile temperamentum ex cauſa ſupradicta in caſu propoſito ſumere non eſſet incongruū. Et ferè ſecundum hanc opin. eueniente ſimili caſu vidētur aliàs tenuiſſe Domini in vna Braccharen.monaſterij. S.Romani inter Card. de S. Flora, qui vltimo loco attentauerat contra Petrum Ferdinandi, qui prius attentauerat, coram Iunio 20.Octobris 1557.in qua fuit dictum, quòd Cardinalis, qui excipiebat contra Petrum de priori attentatione ad effectum, vt Petro non reſtitueretur poſſeſſio monaſterij, quam Cardinalis occupauerat attentando, & ſuper cuius reſtitutione iam fuerat per tres conformes condemnatus iamque attentata per refectionem expenſarum in cæteris purgauerat,deberet audiri,& eius exceptio admitti, & quāuis ex,corpore deciſ. & notatorum ſuper ea non appareat clarè,quòd ibi fuiſſet imploratum officium iudicis pro purgatione prioris attentati, & ſic pro reſtitutione poſſeſſionis hoc caſu Petro non facienda,in informationibus tamen ad uocatorum id euidenter apparet, & conſequenter deciſio illa plurimum concordat cum ſupradicta opi. in hoc,quòd exceptio prioris attentationis admittitur,& poſſeſſio priori attentanti non reſtituitur,& quamuis ibi nihil dicatur de ſequeſtro, tamen in voto Domini mei Oradini clarè id eos ſenſiſſe apparet,& ex illa deciſ.poteſt notabiliter colligi etiā vna ampliatio ad ſuprapoſitam concluſionem, vt exceptio prioris attentationis poſſit opponi ad impediendam reſtitu
31 tionem poſſeſſionis antea attentando captæ,† etiam poſt tres conformes ſuper reuocatione attentatorum vltimo loco factorum,vt erat in illo caſu.Et eodem modo,quòd quā
32 do ſunt hinc inde attentata † poſſeſſio ſit ſequeſtranda, fuit tentum etiam nouiſſime in vna Pampilonen. parochialis coram Aldobrandino,17.Nouembris 1572.

Quæſtio IX.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruationis exceptio an retardet attentatorum reuocationem. Spoliato obſtat exceptio reſeruationis,ut nu.2.*

3 *Reſeruatio Papæ propter decretum in ea appoſitum inficit nedum titulum,verum etiam poſſeſſionem.*

Præſertim

Source : BIU Cujas

Præsertim si sit cum decreto speciali ad certum corpus beneficij, ut numero 4.
Vel generalis facta tamen motu proprio.nu.5.
Vel esset probata, aut incontinenti probanda, quando illa est exclusoria possessorij, ut nu.6.
7 *Reseruationis exceptio admittitur etiam post probatum spolium, si sit Papalis, quæ inficit titulum & possessionem.*
Secus si sit reseruatio ob familiaritatem Cardinalis, ut nu.8.
9 *Reseruationis exceptio non admittitur contra attentata, nec retardat illorum reuocationem.*
10 *Reseruatio licèt inficiat titulum & possessionem, non tamen inficit detentionem.*
11 *Detentionis sola probatio sufficit in attentatis.*
12 *Attentata passus licèt obtineat eorum reuocationem non obstante reseruationis exceptione, possessio tamen sibi non restituitur.*
Nisi reseruationi fuisset derogatum in gratia, si neutri, vt nu.14.
13 *Reseruatio facit, ut per eam certo modo constet de non iure illius, contra quem opponitur.*

1 NOnò quæro, quid de exceptione reseruationis, †an illa impediat, aut retardet reuocationem attentatorum? Et quamuis quando sumus in
2 spolio videatur absolutum † quòd illa obstet
3 spoliatio agenti ad restitutionem, cum † reseruatio Papæ propter decretum in ea appositū inficiat, nedum titulum, verùm etiam possessionem, vt deducit late, & eleganter Rota decis. 3. aliàs. 16. si contra agentem, de restitut. spoliator. in no. & decis. 2. aliàs 7. nota quòd vbi agitur, eod. titu. in antiq. & decis. 10. aliàs 475. nota si agenti, de causa possess. & propriet. in antiq. & decis. 20. aliàs 183. nota vbi aliquis, de præbend. in antiq. & tradit post Aegid decis. 505. nota ad instantiam, & alios per eum allegatos Sigismund. Loffred. in consi. 21. quoniam. num. 5.
4 † præsertim si sit reseruatio cum decreto speciali ad certum
5 corpus beneficij, vel † generalis facta motu proprio, de quibus omnibus habetur apud Cassad. decis. prima, quoniam decretum. de causa possess. & propriet. & decis. prima. fuit, de rerum permutat. Mil. in verb. possess. contra reseruat. fol. 274. Capell. Tolos. decis. 15. & ibi Aufrer. Lap. allegatio. 23. limitatio. & alleg. 51. Lætatus. nume. 9. secundum modernam
6 impressionem, & apud eum Mandos. in addit. † & maxime quando reseruatio, quæ est exclusoria possessorij, fuisset probata, vel incontinenti probnnda secundum Rot. decis. 11.
7 aliàs 275. nota, vbi spoliatio de restit. spoliat. in anti. † & admittitur etiam post probatum spolium, quando inficit ti-
8 tulum, & possessionem, prout est reseruatio Papalis † secus quando esset, puta reseruatio ob familiaritatem Cardinalis, vt de his sunt decis. in recolle. Put. 9. & 10. exceptio reseruationis, sub Rubrica de restit. spoliat.

Nihilominus quando essemus in causa attentatorum, &
9 in spolio attentato † hæc exceptio reseruationis non admittitur, nec retardare debet, quo minus Iudex ex officio ad instantiam partis attentata reuocet, vt est Decis. Rot. 11. aliàs 56. nota ℣ vbi aliquis, de caus. possess. & proprietat. in antiq.
10 ea ratione, vt ibi dicũt: quia † licèt reseruatio inficiat titulũ, & possessionem, non tamen inficit detentionem. In attentatorum autem reuocatione non requiritur probatio tituli,
11 & possessionis † sed sufficit sola detentio, vt post Innocen. in c. dilecti. de maior. & obed. dicit Rot. ibi, cui cõcordat alia decis. Rot. 13. aliàs 348. nota ℣ si constat. in fi. de resti. spoliat. in antiq. & alia Aegid. 101. si constat, nam in attentatis sufficit probare simplicem statum, in quo quis erat tempore attentationis. Franc. in c. bonæ. nu. 14. vers. 3. de appel. fa. decis. in recollect. Crescen. 158. Tertius. sub rubrica de restit. spoli. in fi. vbi vult, ℣ etiam is, qui detinet, si spolietur, ad dictum statum restituatur, & hanc opi. post Rot. d. decis. 11. aliàs 56. tenuit Bero. in c. in literis. nu. 88. in fine de restit. spoli. quem refert, & sequitur nouissime Menocch. de recuperan. possess. remed. 15. q. 35. declara. 3. nu. 455., & ad propositum nostrum secundum supra dictam decis. 11. aliàs 56. fuit nouissime tentum in Rota in vna Roma. Archipresbyteratus sanctæ Priscæ coram D. meo Oradino sub die 11. Martij 1560. quòd exceptio reseruationis non obstet reuocationi attentatorum
12 † fuit tamen dictum per Dominos ibi, quòd quamuis attentata essent reuocanda, non tamen erat possessio danda illi,
13 qui fuerat passus attentata † quia per reseruationem videbatur certo modo constare de non iure petentis reuocationem, quod dixit aliàs Mil. in verb. possessorium recuperandæ, principaliter intentatum, fol. 281. Et cum dicta decis. in eo, quod dicit, quòd possessio non sit restituenda ei, qui erat passus attentata, concordare videtur id, quod fuit etiam dictum in alia Auersana beneficij corã Iunio, 5. Aprilis 1557. in qua præsuppositio, quòd Nicolaus vigore expectatiuæ suæ acceptauerit, & cœperit possessionem beneficij, cuius deinde possessionem: quia erat reseruatum, cœperunt executores apostolici vigore Breuis habentis clausulam citra, vitium spolij, & attentatorum, & quòd Nicolaus deinde litem introduxerit super dicto beneficio contra Episcopum aduersarium, qui lite huiusmodi pendente possessionem beneficij est adeptus, cuius possessionem, licèt Nicolaus diceret attentatam, & sibi restituendam, Domini tamen in eo casu inclinabant, quòd possessio non esset Nicolao restituẽ da, sed sequestranda habita consideratione dictæ reseruationis, ut ex informationibus colligitur, quamuis in alia eiusdem causę propositione coram Quiroga. 26. Octobris, 1556. Domini dixerunt, possessionem Nicolao restituendam, ex eo quia ille in gratia, quam obtinuerat, si neutri, habebat de
14 rogationem vacationis in curia. Ex quibus potest colligi bona † limitatio ad supradicta, vt exceptio reseruationis non impediat actualem possessionis restitutionem, ei qui passus est attentata faciendam, quando reseruationi fuisset derogatum, & licèt contra gratiam Nicolai ex aduerso diceretur, quòd cum illa esset conditionalis, non erat attendenda. Domini tamen proponente eodem Quiroga. 16. Nouembris 1556. tenuerunt purganda esse attentata, & sufficere, quòd gratia, si neutri, posset habere locum.

Quæstio X.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio dominij, & proprietatis an possit opponi contra petentem reuocationem attentatorum.*
Et potest opponi secundùm aliquos, de quibus infra nu. 5.
Verior est opin. quòd regulariter non possit opponi, ut infra nume. 6. & nume. 10.
3 *Regula dolo facis &c. procedit non solum in spolio, verum etiam in attentatis, Alij contra, quòd non procedat in possessorijs, ut infra numero 9.*
4 *Attentata pendente appellatione si de illius desertione notorie ex actis constat, non reuocantur propter regulam, dolo facis petere &c.*
7 *Dominij exceptio regulariter in spolio nõ admittitur secundum magis communem opinionem. nu. 8.*
11 *Differentia, quæ sit inter exceptionem dominij, & notoriæ proprietatis, & exceptionem notorij non iuris, declaratur.*
12 *Notoria dominij exceptio obstat etiam in attentatis, nisi attentans cum violentia spoliasset, ut infra nu. 16.*
13 *Attentans si docet de suo bono iure non solum in reuocatione attentatorum est supersedendum, uerum etiam inhibitio medicanda.*
14 *Spoliatus patiens per aduersarium produci iura super proprietate, per quæ constet de suo bono iure, exceptione dominij excluditur.*
Secundum magis communem opinionem. nu. 15.
17 *Violenter contra l. si quis in tantam, lite pendente alterum spolians cadit à iure suo.*
18 *Tertius contra eum, qui passus est attentata, videtur posse opponere exceptionem dominij, ex quo in eo cessat ratio odij, quod est in attentante.*
Nisi ius ipsius tertij esset connexum cum iure attentantis, qui commodum exinde sentire possit. nu. 19.
20 *Dominij exceptio etiam contra attentata posse opponi, quando facta restitutione rei per reuocationem attentatorum non remaneret salua causa proprietatis, ut in Fortilitio.*
21 *Remedium attentatorum non habet locum in irretractabilibus.*
22 *Executio ubi esset irreparabilis, etiam in possessorio appellatur, remissiue.*
23 *Cautio idonea si præstatur, per exceptionem dominij, etiam ubi difficilis esset recuperatio, non retardatur rei restitutio etiam in attentatis.*
24 *Recuperatio difficilis quoad arcem non impedit, quominus fiat restitutio castri.*
25 *Difficilis recuperatio rei, facta restitutione, ubi esset, per exceptionem dominij oppositam non retardatur restitutio, quando partes sunt sub eodem Principe.*
Dũmodo si sunt sub eodem principe, agatur quoque coram eodem Principe, nu. 26. &
Nisi Principi quoque esset difficilis recuperatio. nu. 27.
28 *Papæ etiam lite pendente aliqua re spoliato fit restitutio non obstante exceptione dominij oppositа, quòd ratione suæ potentiæ uideretur difficilis recuperatio.*
29 *Papa licèt ratione potentiæ posset præsumi difficilis ad restituendam rẽ in iudicio petitorio, quam obtinuit in possessorio: ratione tamen æquitatis, & iustitiæ, quæ debet esse apud eum, præsumitur facilis.*
30 *Spoliato qui poterat propria authoritate rei possessionem capere, datur restitutio, etiata præsuppositа difficili recuperatione, si succumbat in petitorio.*
31 *Spoliato, cui est opposita exceptio dominij, à quo (si in petitorio succũbat) præsumeretur difficilis recuperatio, restitutio fit, quando probatio exceptionis proprietatis esset difficilis, & non esset in promptu.*

Decimò

Source : BIU Cujas

1 DEcimò quæro † an in iudicio attentatorum contra petentem illorum reuocationem
2 possit opponi exceptio dominij,& notoriæ proprietatis. Et videtur † dicendum ꝙ sic, ꝙ suadetur Ratione & Authoritate. Ratione: quia quando opponitur huiusmodi exceptio dominij,quæ videtur fundata in regula, dolo facis &c. id in effectu concludi videtur, quòd dolo facit petens petẽdo sibi via attentatorum restitui id,quod statim ratione sui
3 dominij est sibi restituturus: † quæ regula non solum procedit in spolio:vt tradit remissiue Guid.Pap. decis.37. si appelletur,nu.4.verum etiam in attentatis.Hinc dicebat Rot. de-
4 cis.1.aliàs 1.attentata. sub nume.3.de appellat. in no. † quòd quando ex actis constat de desertione appellationis,attenta
5 ta appellatione pendente non veniunt reuocanda per dictam regulam,dolo facis &c. Authoritate † vero hoc suadetur Mil.in verb. possessorio recuperandæ agenti obstat proprietaris exceptio,fol.285.qui in fi. formaliter inquit, & qđ dictum est de exceptione notoria, procedit, etiam si agatur ad possessionem per viam attentati,& Card.in c. sæpe. de restit.spolia.quem ibi refert Rip.sub nume.10. in illa q. an remedium attentatorum sit magis priuilegiatum, quàm spolium, dum inter cætera ad probandum, quòd hæc duo remedia sunt tanquam excedentia & excessa, vtitur hoc fundamento: quia scilicet contra attentata obstat exceptio dominij, quæ non opponitur secũdum eum in spolio. Et quãuis authoritas istorum non sit contemnenda, contrarium
6 † tamen videtur tanquam verius tenendum: † quia cum re
7 gulariter in spolio (quod est minus fauorabile, vt supra sæpe dictum est, & quoad attentata videtur posse negatiue argumentari, prout facit Rot. in simili decis. 2. aliàs 55. ad instantiam,vt lit. penden. in no.) non possit opponi exceptio dominij,de quo per Docto.in l.naturaliter.§. nihil commune.ff.de acquiren.possess.& nouissime per Anto. Gabriel.in tracta.commu.conclus.lib.5.de restit.spoliat.conclus.1. nu
8 mero 43.versic.23. amplia. † vbi testatur hanc esse magis cõmun.opin. quibus adde Menocch.in 1.responso causæ Finarien. numero 83. vbi late dictam conclusionem in spolio tuetur, & similiter sub nume. 86. post alios de dicta magis commu.attestatur,multo minus videtur admittenda in materia attentatorum,& ex hoc tollitur id,quod dicebat Card. vbi supra: quia, vt recte animaduertit ibi Rip.in hoc ille inaduertenter loquitur,& patet ex proxime allegatis, præsertim quia
9 † regula prædicta, dolo facis &c. non procedit in possessorijs secundum Blanc. in tractat. de compromiss. in 4.quæstio princip.num 114.versicul. dolo facit.post Paul.de Cast.in l. si socer §. Lucius. ff.solut. matrimon.quod etiam dixit nouissime Rot. in vna Romana domus, sub die 30. Octobris 1558.vt est in recollect.Paleot.decis.289.incipien. aliàs,& per hoc tollitur decis.Guid.Pap.37. supra in contrarium allegata, præsertim quia re vera id ibi non firmat, sed se remittit; Nec mouet decis.Rot.1. supra allegata: quia licèt loquens de attentatis faciat fundamentum in regula.dolo facis, tamen id intelligit, quando notorie constat de illa desertione,quando autem exceptio,de qua agitur, esset notoria,vtique deberet admitti, prout dicemus proxime in limitationibus,& ideo conclusiue procedendo.

10 Regula sit † quòd petenti reuocationem attentatorum non obstet exceptio dominij,& proprietatis, quæ pro parte
11 aduersarij obijcitur, & aduertẽdum est † quòd ista exceptio est diuersa ab exceptione de non iure ipsius petentis reuocationem attentatorum,de qua supra in prima q. nume. 2.& multis sequentibus: quia illa concludit non ius in petente reuocationem, ista autem cõcludit ius & dominium in eo, qui attentauit, & quamuis præsuppositio iure, & dominio in attentante videatur consequenter deduci non ius aduersarij: cum duo eodem tempore eiusdem rei in solidum esse domini non possint,illud tamen procedit vt plurimum:qa potest quandoque esse non ius in petente reuocationem attentatorum,& eodem modo in reo, ꝺ quem petitur huiusmodi reuocatio.& stante non iure in vtroque quamuis nõ obstet exceptio dominij & proprietatis,de qua hic:quia illa reus caret,obstabit tamen alia de qua supra,scilicet,non ius in ipso petente reuocationem: cum sufficiat sibi vincere, si non ex iure suo (de quo nunc loquimur) saltem ex non iure aduersarij, de quo supra locuti sumus in d. q. 1. præsertim in prima amplia.regulæ ibi positæ.nu.32 His consideratis euidenter apparet, ꝙ hæc differt ab illa. Redeundo ergo vnde digressi sumus,dicendũ est,quòd regulariter exceptio dominij & proprietatis non obstat reuocationem attentatorum petenti per supradicta. Quæ Regula.

Limitatur non nullis modis, ex quibus quæ videbantur contraria concordantur.

12 Primò, vt non procedat † quotiescumq; exceptio dominij, & proprietatis esset notoria: quia tunc obstaret etiã in causa attentatorum,& ita procedat Mil.in verb.possessorio recuperandæ agenti obstat, fol. 285. prout diximus in casu econuerso,quando constat notorie de non iure petentis reuocationem supra q.1.nu.21. & quando notorie constat de desertione,prout diximus supra proxime nu.4.post Rot.dec.1.aliàs 1.attentata, de appellat. in no. quæ limitatio ex eo comprobari potest,quod aliàs fuit dictum in una Cæsaraugustana electionis Capellæ sub die 12. Martij 1558. † Quòd 13
quando clare constat de bono iure illius, qui prætenditur contra inhibitionem attentasse, non solùm supersedẽdum est in reuocatione attentatorum, verùm etiam & ipsa inhibitio est moderanda,vt est decis.in recollect.Paleot.176. in-
14 cipiens,Collegium † nam & aliàs si spoliatus patitur per aduersarium produci iura super dominio & proprietate, per quæ constat de suo bono iure, exceptione dominij excludi potest,vt per multa deducit Ant.Gabriel.commu. conclus.
15 lib.5.de resti.spolia.cõclus.1.nu. 52.versi.4 limita.† vbi dicit,
16 hanc esse magis communem. Hanc tamẽ limitationẽ † sub limitandam censeo, vt non procedat in attentante lite pendente cum violentia, puta si aduersarium violenter spoliauerit. Quamuis enim ille ante attentationem fuisset verè dominus,& de eius dominio notoriè constaret,& cõsequẽter ꝺ eum,qui passus est attentata regulariter ſm hanc limitationem potuisset opponere exceptionẽ notoriam sui do-
17 minij. Quia tñ † per violentiam,q̃ attentando commisit, cẽsetur à iure,& dominio suo cecidisse,per l.si quis in tantam, C.vnde vi.vt adnotauimus ẽt ſ.c.31 de pœn.atten. versi.duo decima pœna est & c.non debet sibi permitti,vt ad retardandã reuocationẽ attentatorũ,quæ est fauorabilis, vt colligit ex his,quæ late posuimus ſ.c.30. de priuileg attẽt. post prin. possit hoc casu opponere exceptionẽ (quæ alioquin fuisset notoria) illius dominij, quod stante violentia non solũ est offuscatum, verum ẽt perditum & amissum, & quæ stante dispositione dictæ l.si quis in tantam (violentiam in dominij amissione punientis) efficitur odiosa.

18 Secundò limitari posse vr̃, vt nõ procedat † quando ista exceptio dominij opponaretur à tertio,qui pro suo interesse compareat ad impediendam restitutionem possessionis, sicut enim videmus,quòd aliàs in spolio admittitur,vt post Bar.& Cyn.in l.si quis. C. locat. & alios per eum citatos tradit Guid.Pap.decis.37.si appelletur,nu.4.versi. sed an tertius, ea ratione:quia in hoc tertio cessat ratio odij, quod concurrit in spoliante, ita etiam vr̃ in simili posse dici in attentatis: quia & in eis respectu tertij,qui nihil attentauit,cessat ratio odij,quod iura habent ꝺ attentantẽ. Quòd si eam tenemus,
19 necessario sublimitandam censeo † vt procedat in tertio,cuius ius sit omnino separatũ à iure attentantis, secus si sit ita connexũ,vt hæc exceptio per eũ non possit opponi, quin afferat cõmodum ipsi attentanti,vt tradit Mil.in verb.possessorio recuperandæ agenti non põt,fol. 283. & alijs adductis per Ant.Gabr.vbi ſ. nu.47.qui licèt loquatur in spolio,attamen sicut limitatio principalis à spolio extenditur ad attentata,ita & hanc sublimitationem forsan extẽdi posse prima facie vr̃. Verum quia ista limitatio in puncto iuris non videtur vera,vt patet ex his,quæ latius diximus infra c.30. de priuileg.attentatorum,ad finem.dic vt ibi.

Tertiò,ego limitandam prædictam conclusionem puto,
20 vt non procedat † quãdo exceptio dominij,& proprietatis, opponitur ab eo, qui si mediante reuocatione attentatorũ rem restitueret, illam postea cũ difficultate recuperare posset,& sic quando facta restitutione non remaneret salua cã proprietatis: vt quia essemus in Castro, Arce, vel fortilicio, in quibus purgatis per restitutionem attentatis, non posset postea fieri recuperatio, prout videmus hoc casu concludi in possessorio,vt post Paul.de Castro in l.2. in fin. C. de edicto diui Adri. tollend. tradit Ruyn.consi.37. prosequenda. in princip.& iterum consi.42.quoniam, num.10. & sequen. lib 4.& Gozad.in consi.1.num.12. Alciat.in consi.132. incip. factum.numero 53.& consi.136. incip. accedo. numero 15. lib.5.& nouissime Ant.Gabriell.vbi supra nume.134. versic. 23. vbi præter supra allegatos multas authoritates in id citat,quibus adde, quod circa supradictam doctrinam Paul. de Castro ponit Menocch. in primo responso causę Finariens.nu.52. & melius nu. 56. vbi per plura ad declarationẽ dictæ doctrinæ cõsiderat,& quę replicauit Idem Menocch. in consi.2 magni ponderis.num.202.lib.1.quæ & si in spolio dicta sunt à Docto. ex eadem ratione etiam ad attentata videntur extẽdenda, cum nõ videatur hoc casu cõsiderabilis ratio diuersitatis. Quinimmo præfata extensio ex intentione,& authoritate Rot. cõprobari potest decis. 51. aliàs 379. si committatur. in finalibus verbis de appellat. in no. post Io Monach.in c.cupientes. super verb. gratiæ, de electione, in 6.& post eam Mil.in verb.attentatorum reuocatio.fol.31.

dum

Source : BIU Cujas

21 volunt † quòd remedium attentatorum non habet locum in irretractabilibus. Pro qua fa. quæ latius diximus in tracta. de appellat. in posſeſſor. prohibit. uel permiſ. in ſexta limit. re-
22 gulæ ibi poſitæ ad illud propoſitum † quòd quando execu-tio eſt irreparabilis & irretractabilis in eo caſu, etiã in poſſeſſo-rio datur appellatio. Quæ tamen limitatio ad attentata extẽ-ſa eſt neceſſario ſublimitanda nonnullis modis, quibus eam limitant Doct. in ſpolio loquentes, &

23 Primò, niſi † per petentem reuocationem præſtaretur ido nea cautio: vt per Gabriel. ubi ſupra num. 141. & Grat. conſil. 10. quæritur. num. 31. lib. 1. Quod etiam eſt de mente Bero. in conſil. 57. in cauſis. ſub num. 25. verſ. prẽterea vbicunque. lib. 3. & Menocch. in dicto 1. reſponſ. cauſæ Finarien. num. 60. de quo etiam per eundem in 2. reſponſo dictæ cauſæ in 3. artic. num. 31. & nouiſſimè etiam per eundem in conſil. 2. magni ponderis. num. 214. & ſequent. lib. primo, vbi tamen videtur aliter ſentire.

24 Secundò: quia † ſi difficilis eſſet recuperatio quoad ar-cem debet fieri reſtitutio quoad Caſtrum: ut poſt Ruyn. in conſil. 37. proſequendo, colum. ſecunda, lib. 4. idem Ga-br. vbi ſupra num. 142. & Menocch. vbi ſupra ſub num. 62. verſic. præterea poſſit.

25 Tertiò, niſi † vterque eſſet ſub eodem Iudice & Principe: quia præſumitur, quòd idem Princeps parti poſtea in cauſa principali obtinenti iuſtitiam adminiſtrabit, idem ibi num. 137. poſt Ruyn. Pariſ. Iaſ. & Gozad. de quibus ibi, & de hoc tractat etiam Menocch. in dicto conſi. 2. num. 217. ſublimitã-
26 do † ut procedant, quando eſſent ſub eodem Principe & co-
27 ram eodem Principe ageretur † & niſi eidem etiam à Princi-pe eſſet difficilis poſtea recuperatio, ut per eum ibi num. 138. & 139. ad quod uide etiam Grat. dicto conſ. 10. num. 27. & ſe-quen. & Alexand. Rubeum in conſil. 13. viſo. ſub num. 17. & Menocch. in primo reſponſo cauſæ Finarienſ. nu. 59. de quo etiam per eundem in 2. reſpon. dictæ cauſæ in tertio articu. num. 34. & quòd non cenſeatur difficilis recuperatio caſtri, quando ſumus in terris Eccleſiæ & ſub eodem principe dixe runt etiam Domini in una Imolen. Caſtri Duciæ coraꝫ Aco rambono 10. Maij. 1557. & quamuis ille aliàs ſublimitatio-nes non ponat, ex his tamen quæ ponunt Ruy. & Gozad. in conſi. per eum ibi citatis, videtur quòd alia, &

Quarta poſſet dari limitatio † vt non procedat, quando eſ-
28 ſemus in ſummo Pontifice, qui tanquam lite pendente ſpo-liatus peteret ſe reſtitui † quoniam licèt facta reſtitutione vi-
29 deatur difficilis recuperatio ratione ſuæ potentiæ, ratio-ne tamen æquitatis & iuſtitiæ, quæ debet eſſe apud eum præſumitur facilis, vt ſentit Gozad. in conſil. 1. colum. fin. verſic. ad decimum, dum reſpondet rationibus in contra-rium adductis.

30 Quintò, vt non procedat † quando ſpoliatus aliàs ex priuile-gio, vel de iure poſſet propria authoritate poſſeſſionem rei capere; quoniam tunc etiam præſuppoſita difficili recupe-ratione fit reſtitutio ſecundum Gozad. in conſil. ſeptimo, in cauſa. num. 22. & conſil. 9. in hac cauſa num. 69. & conſil. 10. num. 42.

Sextò ex his, quæ ponit Bero. in dicto conſil. 57. in cauſis.
31 num. 25. lib. 3. limita † vt procedat, quando exceptio dominij oppoſita eſt facilis, & in promptu; tunc enim ſi facta reſtitu-tione præſupponeretur recuperatio difficilis, bene impedi-tur reſtitutio, ſecus ſi probatio exceptionis proprietatis eſſet difficilis, & non eſſet in promptu: quia tunc debet fieri reſti-tutio non obſtante difficultate in recuperando, ut late dedu-cit idem ibi, ita declarando Paul. de Caſtr. in dicta l. 2. C. de edicto diui Adr. toll.

Quæſtio XI.

SVMMARIVM.

1 *Attentans contra petentem reuocationem attentatorum an poſſit da re de literis per eum non expeditis ad excuſanda attentata.*
2 *Exceptio de literis non expeditis contra attentata dari non poteſt ſecundum aliquos.*
Verior videtur opi. contraria, vt infra num. 7. & num. 15. vbi ponitur regula affirmatiua.
3 *Literis non expeditis cauſam committens facit beneficium litigioſum in eius præiudicium.*
4 *Commiſſio cauſæ literis non expeditis facit litem.*
5 *Liti facta ceſſio habetur pro bona, etſi literæ non fuiſſent expeditæ ad effectum ſuſtinendi regreſſum reſeruatum in euentum, quod fuerit ceſſum iuri, liti, & cauſæ.*
6 *In poſſeſſorio an requiratur literæ. vel ſufficiat ſupplicatio, & nu. 14.*
7 *Regula, quòd commiſſiones cauſarum &c auferens à iudice iuriſdictionem facit conſequenter ceſsare litem & pariter attentata.*
8 *Lis non habetur pro bona ad impediendum triennalem ſi cauſa fuit commiſſa literis non expeditis, & infra nu. 20.*
9 *Commiſſio literis non expeditis non dicitur facere litem, nec beneficiũ litigioſum ob defectum iuriſdictionis.*
10 *Etiam ſi reus compareat, & multos actus faciẽdo proceſſum inſtruat, & infra num. 18.*
11 *Attentata non ſunt reuocanda ſtante lite introducta literis non expeditis.*
12 *Iuriſdictio iudici vigore commiſſionis ante literarum expeditionem præſentatæ cenſetur data ſub conditione, & cum clauſula, quòd interim non ſit vera lis.*
13 *Pacificum dicitur beneficium reſpectu eius, contra quem committitur cauſa ſuper beneficio literis ante terminum ad articulandum non expeditis.*
16 *Exceptio de non lite ideſt, quòd non fuerat lis, vel quia extincta, vel calumnioſa, vel quia non afficiebat, poteſt opponi contra attentata.*
17 *Inhibitio emanata vigore commiſſionis ante literarum expeditionem præſentatæ non facit attentata.*
29 *Succeſſor in beneficio vti poteſt decreto ſupradictæ regulæ contra eũ, qui literis non expeditis litem mouerat contra defunctum.*
20 *Regula prædicta dicitur realis, & non perſonalis.*
21 *Lis ante literarum expeditionem non dicitur, etiam ſi fuerit derogatũ regulæ, quòd commiſſiones cauſarum &c. ſed cum appoſitione clauſulæ ſolitæ dum modo ante terminum ad articulandum expediantur &c.*
22 *Literarum expeditio facta paulò poſt ſeruatum terminum ad articulandum, puta poſt duos dies ſuſtinet iuriſdictionem iudicis, & litem.*
Licèt de rigore ſecus eſſet dicendum. nu. 23.
23 *Attentata per eum, qui cauſam commiſit literis non expeditis ſunt reuocanda: quia quoad eum per huiuſmodi commiſſionem dicitur eſſe lis.*
24 *Citatio ad effectum attentatorum facit litem quoad actorem, etiam ſi non fuerit contra eum executa.*
26 *Lis ſecundum aliquos etiam ante literarum expeditionem quoad effectum attentatorum dicitur, quouſque de regula quòd commiſſiones &c. non fuerit datum.*
Niſi tempore quo datur de regula literæ reperirentur expeditæ. nume. 27.
28 *Attentans ſi ad excuſandum attentata dicat literas (quæ dicuntur expeditæ) fuiſſe expeditas poſt præſentationem dictæ commiſſionis, petens autem reuocationem id neget, onus probandi incumbit ei, qui dicit.*
Niſi ſint in iudicio productæ. nu. 29.
30 *Supplicatio ſola ſufficit ad obtinendum in poſſeſſorio.*
Niſi de literis conſtet; quia tunc ſecundum illas eſt iudicandum, num. 31.
32 *Attentata quæ fuerunt lite literis non expeditis introducta, licèt ad inſtantiam partis non reuocentur obſtante ſibi exceptione Regulę, quòd commiſſiones cauſarum &c. Iudex tamen an illa reuocet, uidetur ſubſiſtendum.*
33 *Contemptus iudicis ceſſat, vbi ceſſat iuriſdictio.*

VNdecimò Quæro: quia regula cancellariæ 29. in ordine cauetur, ꝙ commiſſiones cauſaruꝫ ſuper beneficio qñ deſuper literæ non ſunt expeditæ, nullius momenti ſint, præſertim appoſita clauſu la, quæ ſolet apponi per Referendarios pro derogatione di-ctæ regulæ, dummodo literę expediantur ante terminũ ad
1 articulandum, & interim non ſit uera lis. † An ſi aliquis hoc medio tempore attentet, poſſit per reum in hoc iudicio attẽ tatorum ꝯ petentem reuocationem opponi exceptio prædi-ctæ regulæ, & dare de literis non expeditis ad excuſandum at tentata? In quo articulo duplex poteſt eſſe opi.

2 Prima † quòd prædicta exceptio non ſit admittenda.

3 Primò: quia uidemus, † ꝙ committens cauſam literis non expeditis facit beneficium litigioſum in eius præiudicium, vt fuit dictum in vna Hiſpalen. dimidiæ portionis coram Pu teo ſub die 11. Octobris 1546. ut eſt in recollec. eiuſdem deciſ. 2. committens cauſam. ſub Rubrica de Regula de trienna-li, cum qua concordat in eadem cauſa etiam deciſ. in recoll. Peregri. 90. aliàs 8. incip. fuit reſolutum, vbi ſubdit, ꝙ id nemi ne diſcrepante fuit obtentum.

4 Secundò: quia † huiuſmodi commiſſio facit litem † & ſtã-
5 te mandato ad ꝓſentiendum regreſſui in euentum, ꝙ fuerit ceſſum iuri, liti, & cauſæ. Domini aliàs ſuſtinuerunt regreſsũ non obſtante ꝙ ex aduerſo allegaretur, ꝙ forma mandati nõ fuerit ſeruata, ex quo uerè non fuerat ceſſum liti, attento ꝙ nulla fuerit uera lis, ex eo quia literæ non fuerant expeditæ, & conſequenter in caſu illo ad ſuſtinendum regreſſum etiã ceſſante literarum expeditione lis fuit habita pro bona, vt eſt in recollect. Mohed. deciſ. 110. vtrum ꝓſenſus, ſub Rubrica de regreſſibus, ꝙ ſi per huiuſmodi commiſſionem lis introduci tur, ergo & attentata danda videntur, quæ ſine lite non ca-dunt. Caſſad. deciſ. 6. voluerunt. nu. 2. ſuper reg. cancell. quæ tanto magis procedunt ad hoc, vt dicatur eſſe introducta lis,

Source : BIU Cujas

quousque de regula non est datum, vt per Mohed. vbi supra, & si dantur attentata, ergo ad illorum reuocationem deueneri potest, non obstante exceptione dictæ regulæ, cuius prohibitio ad hoc tendere uidetur, quòd non sit lis, non autem quòd si præsupponeretur lis, attentata non sint reuocanda.

6 Tertiò; † quia in iudicio possessorio communiter receptum est, non requiri expeditionem literarum, & regulam, quòd commissiones causarum &c. non habere locum in possessorio, vt post Cassad. decis. 1. super reg. cancell. fuit aliàs dictum in vna Burgen. canonicatus coram Domino meo Oradino sub die 19. Ianuarij 1560. quod etiam post Cassad decis. 8. quamuis. num. 14. de restit. spoliat. affirmauit nouissime Hier. Gigas in tractatu, seu Epithomate de intruso num. 36. & latius hæc reassumpsit Menocch. de recuperan. possessione remed. 15. q. 28. num. 373. & sequ. præsertim num. 378. vbi sensit non esse tutum ab hac Rotæ sententia recedere, & iterum q. 36. declar. quarta nume. 461. vbi multos ad hoc citat, quod si exceptio non admittitur in spolio multo minus erit admittenda in attentatis, in quibus, vt aliàs dictum est viget maior ratio odij.

7 Secunda opinio esse potest † quod immo huiusmodi exceptio sit admittenda.

Primò quia Regula prædicta auferens iurisdictionem à iudice facit consequenter cessare litem, & pariter attentata quę non dantur non præsupposita lite Cassad. decis. 6. volue
8 runt. nume. 2. super reg. cancell. & ideo fuit † aliàs lis habita pro non bona ad impediendum triennalem, ex quo fuerat commissa causa literis non confectis, vt est decisio. in recollect. Guid. Bon. prima voluerunt sub Rubr. de alleg. Lap.

Secundò † quia commissio prædicta non dicitur facere li
9 tem, nec beneficium litigiosum † etiam si Reus compareat,
10 & multos actus faciat, & processum instruat propter defectum iurisdictionis sine qua iudicium esse non potest l. 1. §. iudicium. ff. de iud. c. forus. §. iudex. extra de verbor. signif. cũ simil. non obstantibus iis, quæ dicit Sarnen. super reg. de Annal. possess. q. 45. (quæ noluerunt domini procedere ubi non esset defectus iurisdictionis) vt est decisio. in recollect. Guid. bon. tertia in una Segobien. sub Rubrica de annal. possess. cum qua in eadem causa concordat etiam in recollect. Caputa quen. prima parte decisio. 98. incip. quando in dicta Segobien. de villa castrorum coram Vestano 7. Nouembris. 1552. Quam opin. contra Sarnen. secutus est etiam Mandos. super reg. de annal. quæst. 32. sub num. 2. versic. contraria opin. est vera.

Tertiò hoc uidetur in terminis in materia attentatorum decisum per Rot. in una Hippoligen. ministratus coram Thoma sub die 30. Aprilis 1545. in qua licèt ex aduerso allegaretur, quod iurisdictio iudicis hoc casu erat elidibilis, & ideo interim faciebat litem, & operabatur effectum suum Domini
11 tamen in dicta causa tenuerunt † attentata non esse reuocan-
12 da stante lite introducta literis non expeditis † ex quo iurisdictio erat data sub conditione, & cum clausula quod interim non sit uera lis, quæ faciebat conditionem (& ita respondebant ad contraria) qua conditione deficiente non erat iurisdictio, & per consequens, neque lis, neque attentata, vt est decisio. in recollect. Put. 13. attentata sub Rubrica, vt lite pendente.

Et tenendo hanc ad allegata in cõtrarium pro prima opi. respondetur, & ad primum, quod cum regulariter talis commissio non faciat beneficium litigiosum, nisi quoad committentem regulariter etiam obstabit exceptio, præterquam in attentatis ab ipso committẽte, vt dicemus proxime in limit.
13 1. num. 25. nam † respectu eius ꝯ quem committitur causa super beneficio literis non expeditis ante terminum ad articulandum beneficium dicitur pacificum, vt est in recollect. Caputaquen. parte prima decis. 92. incip. si facta, Ad secundum eodem modo respondetur, quod in attentatis antequam sit datum de regula, non obstabit exceptio quo minus reuocari possint, in attentatis verò postquam de regula fuit datum exceptio sit admittenda, vt dicemus infra in limit. 2. num. 27. Ad tertium quod non est nouum quod multa, quæ denegãtur in spolio in attentatis concedantur, vt patet ex differentijs, quas ponunt Doct. in c. bonæ, vbi Franc. num. 14. de appellat. & ponit Rot. decis. 2. aliàs 14. fuit dubitatum in addit. num. 3. de rest. spol. in no. & nos duodecim collegimus infra cap. 30. de priuileg. attent. in prima ampliat. regulæ ibi posi-
14 tæ nu. 11. & seq. Præterea † nec est absolute uerum, quod ho die in spolio sola sufficiat supplicatio propter extrauagantẽ fe. re. Iulij III. publicatam sub die 27. Maij 1553. ut late declarat nouissime Mandos. super reg. de non iudic. iuxta formaꝫ supplicationis q. 3. num. 3. & iterum super reg. 31. quod commissiones causarum &c. q 2. num. 3. vbi præter dictam extrauagant. Iulij in id citat etiam Felyn. in cap. ueniens coll. 2. num. 3. de accus. & Cassan. consil. 10. uisis uersic. quoad aliud num. 13. & num. 24. Itaque restringendo punctum potest in proposito firmari.

15 Regula † quod petenti reuocationem attentatorum obstet sibi exceptio regulæ suprадictæ, quæ regula probatur ex dicta decisio. Put. 13. & alijs supra allegatis in secunda opin. pro qua bene facit alia decis. in recollect. Acchil. de Grass. 189 litem extinctam sub Rubrica de lite, vbi magis vniuersaliter
16 voluit, quod ꝯ attentata possit opponi exceptio de non lite, idest, quod lis (qua pendente prætenditur attentatum) non erat lis, quia uel erat extincta, vel calumniosa, uel non afficiebat beneficium, de quo litigabatur, sicut enim prouisus à Papa potest dare de lite, ita prouisus ab ordinario potest dare non lite. Quæ regula ampliatur.

17 Primò, ut procedat † etiam si uigore prædictę commissionis fuisset subsequuta inhibitio aliàs multum operereturvt diximus abunde supra in secunda parte cap. 20. de attentat. post inhibitionem in prima ampliat. quia licitum facit illicitum in hoc tamen casu inhibitio subsequens non faceret attentata, vt dixit Put. dicta decis. 13. quam conclusionem, vt talis inhibitio non afficiat, sequitur, & tenendam esse affirmat remisliue Mandos. in tract. de inhibit. q. 27. de quo aliquid ẽt, & nos diximus supra in secunda parte c. 20. de attent. post inhib. in 13. limit. regulę ibi positę num. 4.

18 Secundò, ut procedat † etiam si post dictam commissionẽ reus compareat, & multos actus faciat, ac processũ instruat, quia per hoc non censetur inducta uera lis, nec factum beneficium litigiosum propter defectum iurisdictionis, quamuis illa videretur per huiusmodi tacitum ꝯsensum prorogata ad l. primam. ff. de iud. cum simil. ut colligitur ex dicta decis. Guid. Bon. tertia sub Rubrica de Annali possess. & quod ꝑ commissionem causæ, decretum citationis, & illius executionem beneficium non fuerit litigiosum tenuerunt Dñi in una Toletana parochialis de Yepes corã A. Augustino 29. Aprilis 1557. quando causa fuit commissa literis non expeditis propter decretum irritans, quod est in regula. Quæ (vt colligitur ex his, quæ ibi in facto prę supponebantur) procedit etiam respectu successoris in beneficio, & potest colligi ad propositum.

Tertia ampliatio ad regulam suprapositam, ut decreto dictæ regulæ vti possit non solum ille, ꝯ quem literis non expe
19 ditis fuit commissa causa † uerum etiam illius successor, ꝓut erat casus ibi. & uis ampliationis in hoc ꝓsistit, quia regula vr̃ in fauorem eius, contra quem causa sic committitur, vnde illius dispositio, prętertim quoad decretũ irritans operari non debebat nisi collitigans illo vti uoluerit. l. & eleganter. §. 1. & ibi glo. ff. de dolo. ca. 1. & ibi glo. in uerb. referri. de concess. prę ben. in 6. cum alijs adductis per Ant. Gabr. commu. conclus. lib. 6. de clausulis. conclus. 3. num. 26. & tamen ibi tenuerunt
20 etiam successorem eo casu potuisse dare de dicta regula, cũ illa (vt allegabatur in dicta causa) † non dicatur personalis, sed realis in odium committentium causas literis non expeditis secundum Cassad. decis. 5. super regul.

21 Quartò, ampliari potest, ut procedat † etiam si in commissione fuisset dictę regulę derogatum, sed cum appositione clausulę solitę dummodo ante terminum ad articulandum
22 &c. Quia † sicut hæc lis non censetur bona ad impediendam triennalem, ut est decis. in recoll. Guid. Bon. 11. cum dubitaret. sub Rubrica de triennali possessore, vbi subdit, quod fuit hoc habitum pro absoluto, & quod fuit sæpius tentum, ita potest dici quòd ad propositum nostrum, non causet attentata, donec literę non fuerint expeditę declarando tamẽ † ꝙ
23 si illæ expedirentur paulo post, puta per duos dies post seruatum terminum ad articulandum, licet de rigore uideretur iudicem carere iurisdictione & non esse ueram litem ſm formam suprадictę clausulę Domini tamen fuerunt pro ualiditate iurisdictionis in una Eluen. coram D. Camillo vt est in recollect. Crescent. decisio. 128. in una sub. Rubrica de reg. quod commis. cau. non ual.

Limitatur eadem regula.

24 Primò nisi committens causam literis non expepitis † ipse aliquid ꝯ Reum attentasset quia cum quoad eum dicatur facta lis & beneficium litigiosum, ut est supra allegata decis. in recoll. Put. 2. committens sub Rubrica de reg. de triennali non vr̃, quod ipse reo petenti reuocationem attentatorũ opponere possit hãc exceptionẽ, quod lis nõ fuerat propter nõ
25 expeditas literas: Sicut & aliàs dicimus † quod licet, quoad reuocationẽ attentatorum lite pendente regulariter requirat quod citatio per actorem obtenta sit contra reum executa Aegid. decis. 199. Quod attentata tñ per ipsum met actorem sufficit, quod tm̃ sit à iudice decreta, cuiꝫ per tale decretũ quo ad se actor dicatur fecisse beneficium litigiosuꝫ vt declarauimus

Source : BIU Cujas

uimus ſupra in 2.parte cap.4.de attentat.lite penden. in præfatione num.36.

Secundo limitari poteſt (& hoc attenta vltima ratione, quam ſenſit Mohed.in ſupra allegata deciſ.110. ſub. Rubrica de regreſſibus) † quod lis vigore dictæ commiſſionis ſit
26 bona quouſque non fuerit de regula datum,& oppoſitum) vt non procedat in reuocatione eorum, quæ fuiſſent attenta ta antequam fuerit exceptum de dicta regula,quia ſi ante oppoſitionem lis eſt bona,vt per eum,ergo etiam cadit attenta torũ conſideratio,& reuocatio, cum illa dentur præſuppoſi ta lite Caſſad.dicta deciſ.6.ſuper reg.cancell.Declarando tamen eam. Primo,niſi literæ,quæ tempore actus, qui prætẽ-
27 ditur attentatus non erant expeditæ, † tempore tamen, quo datur de regula reperirentur expeditæ.Sicut enim dicimus, quòd concluſio illa,quæ habet,quòd proceſſus factus literis non expeditis licet ab initio valeat,inualidatur tamen,& redditur retro nullus, quando datur de regula, ut tradunt,omnes ſuper dicta reg.& fuit etiam per Dominos dictum in vna Corduben.Cappellaniæ coram Caputaquen.8.Martij.1560. limitatur,quando tempore,quo de regula datur literæ eſſent expeditæ,quia tũc defectus iuriſdictionis, & illa retrotractio videntur ſublata,vt conſiderabant Domini in d. Corduben, Ita poteſt in termins attentatorum idem dici quod iſta datio de regula nõ operetur nullitatem litis,& proceſſus,& conſequenter lis præcedens cenſeatur valida,cuius pendentia conſiderata intrant etiam attentatata, vt ſæpe aliàs dictum eſt.
28 Secundo,† quod ſi quando attentans ad excuſandum attentata dicat literas (quæ dicuntur expeditæ) fuiſſe expeditas poſt præſentationem dictæ commiſſionis, petens autem reuocationem id neget,onus probandi incumbit ei, qui dicit, Caſſad.deciſ.3.ſuper eadem cauſa.ſuper reg.Cancell.quando
29 ſcilicet non ſunt in iudicio productæ † ſecus ſi ſint productę, & per Caſſad. ibi & deciſ. 5. agebat. Pro quo vltimo dicto facit,quod aliàs in una Maioricen. beneficiorum corã Acchil.
30 16.Maij.1553.fuit dictum,quod licèt ſufficiat † aliàs poſſeſſori ſupplicatio ad obtinendam abſolutoriam iuxta deciſ.Caſſ. 8.num.7.de reſtit.ſpol.illud tamen procedit quando nõ conſtat de literis † ſecus ſi de illis conſtet, quia tunc ſecundum
31 illas eſt iudicandum, vt eſt in recollect.Caputaquen. in 1 parte deciſ.213.incip.fuit etiam tunc dictum,& de primi dicti veritate uide apud Mandoſ.ſuper regul.quod commiſſ.cauſ.q. 14. per totam.

Tertiò,ego adhuc limitandam quandoque in contingen
32 tia facti cenſui,& iudex admiſit † vt regula non procedat reſpectu iudicis volentis talia attentata ex ſuo officio reuocare. Quamuis enim parti pro reuocatione inſtanti prædicta exceptio obſtet,ex officio tamen poterunt huiuſmodi attentata reuocari:quia poteſt Iudex etiam parte non petente attentata reuocare,ex quo attentans dicitur eum offendere. Rot. deciſ.5.aliàs 433. nota nunquid Reo. num.5. vt lite penden. in antiqu.repetita apud Biſignet. deciſio.1. eo.tit.& deciſi.2. aliàs 14.fuit dubitatum, de reſt.ſpol.in no. Quæ limitatio,& ſi ab initio prima facie vera videbatur & tenenda,dubitabilis tñ ſatis ex eo poſtmodum reddi poſſe animaduerti, qđ iam ſupra diximus,præſertim nume.9.& ſequ. ꝙ lis hoc caſu eſſe
33 nõ dr̃ ob defectum iuriſdictionis † quo præſuppoſito uideba tur ceſſare iudicis contemptus, cuius contemptus rõne conceditur,ut iudex in multis caſibus attentata reuocet, quæ ad inſtantiam partis non reuocarentur, vt diximus ſupra in 1. parte in præfatione in deſcriptione attentati in verbo contẽptum.num.26.& latius infra c.27.de iudic.& per quẽ attent. reuoc.poſt princ.num.7.& ſeq.verſic.circa primam inſpectionem.Cum & aliàs generale ſit,ꝙ extra iuriſdictionem,& territorium iuſdicentis impune ſibi non paretur,& conſequenter ceſſante iuriſdictione ceſſat contemptus, ad no.in l.fi.ff. de iuriſdict.omni.Iud.cum ſimil.

Quæſtio XII.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non petendo reuocationem attentatorum an obſtet illorum reuocationi.*
2 *Spoliato obſtat exceptio de non agendo ſpolio.*
Præſertim ſi ſit firmatum iuramento.nu.3.
4 *Iuramentum, quod ſine interitu ſalutis æternæ ſeruari poteſt, ſemper eſt ſeruandum.*
5 *Attentata non reuocantur,quando per pactum fuit illis renunciatũ.*
6 *Tranſactio ſuper attentatis fieri poteſt.*

1 DVodecimò Quæro † an poſſit opponi exceptio pacti de non petendo reuocationem attentatorum,
2 & quamuis Docto ſpecifice non ponant hãc quę ſtionem † niſi in ſpolio, in quo concludunt poſt glo.in c.ex inſinuatione. de procurat. ꝙ talis exceptio obſtat ſpoliato,vt eſt deciſ. Rotæ 16.aliàs 393.Si A. conferatur, nu.
3 4.de reſtit.ſpol.in no. † præſertim ſi pactum ſit firmatum iuramento.Rot.deciſ.18.aliàs 401. ſi agenti,eodem ti. in no.& poſt eas Mil. in verb. poſſeſſorium recuperandæ intentans. fol.281.cum alijs congeſtis ad hoc per Ant.Gab.commun.cõ cl.lib.5.concluſione 1.de reſt.ſpol. num.116.& ſequ.uerſicu. 18.limita,Attamen,etiam in attentatis idem concludendum videtur;tum quia inter ſpolium,& attentata hoc caſu non vi
4 detur ratio diuerſitatis † cum pacta, & iuramenta, quæ poſſunt ſeruari ſine interitu ſalutis ęternę ſemper ſint ſeruanda. l.1.ff.de pactis.c.eum contingat,de iureiuran. tum etiam ꝙa: cum expreſſe ſupra in 2.parte c.4.de attent. lite penden.in 15. limit.princip. firmauerimus poſt Rot. & alios ibi allegatos
5 † ꝙ attentata non reuocantur, quando per pactum fuit illis renunciatum, conſequens eſt etiam, ut hic ſimiliter firmemus,contra petentem attentatorum reuocationez exceptionem,& pactum de non agendo competere, & per eam impediri reuocationem,non ſolum quando huiuſmodi pactum fuit factum,antequam fuerit attentatũ,uerum etiam & mul
6 to magis † quando poſt perpetrata attentata ſuper eis partes tranſegerint,& deſuper de non agendo conuenerint; quia ſi procedente tempore iterum pars moleſtaretur occaſione dictorum attentatorum, utique poſſet ſibi obijci exceptio dicti pacti, & tranſactionis,quamuis enim poſſet quis forſan dubitare an ſuper attentatis poſſit tranſigi: cum illa uideantur ſapere delictum, vt ſentit Aegid. deciſ.18. oneratio,quia tamen nullibi reperitur prohibita, hoc caſu tranſactionem fieri poſſe non inficiaret.

Quæſtio XIII.

SVMMARIVM.

1 *Execrabilitatis exceptio contra petentem attentatorum reuocationem an opponi poſſit.*
Et videtur,quòd poſsit ſecundum aliquos.nu.1.& 2.
Contrarium videtur verius, vt nu.10.
Non tamen per hoc prohibetur iudex ex officio illa reuocare, vt infra num.11.
2 *Execrabilis ſpoliatus non reſtituitur ſecundum aliquos.*
Quod non tenet moderna Rota:vt num.6.
Niſi exceptio ſit admiſſa & probata.nu.7.
Vel de ea conſtet per confeſsionem partis.nu.8.
Vel ſit notoria: vt num.9.
3 *Execrabilis eſt magis odioſus quàm attentans.*
4 *Priuationem beneficiorum, & inhibilitatem ad ea ipſo iure incurrit execrabilis.*
5 *Pœnæ maioritas,& qualitas arguit maioritatem odij,& delicti.*

DEcimotertiò Quæro, an ſimiliter obſtet exceptio execrabilitatis, & quòd petens reuocationem unà cum beneficio (cuius occaſione prætendit eſſe attentatum) poſſidet aliud incompatibile? Et profectò licèt Docto.hanc quæſtionẽ
1 non ponant † affirmatiue tamen reſpondendum prima facie uidetur: tum quia idem videmus ſtatutum in ſpolio, in
2 quo † execrabilis ſpoliatus non reſtituitur, vt eſt deciſ. Rot. 15.aliàs 371.nota quòd ubi aliquis,de reſt.ſpoliat.in antiqu.& deciſ.3.aliàs 16.ſi ꝯ.nu.5.in 3.addit.eo. ti.in no.& Capell.Tolоſ.deciſ.464.an aliquis, Rom.in conſi.499. in præmiſſa,col. 3.quod pro notabili poſuit nouiſſime Hier. Gigas in tracta. ſeu epithomate de intruſo,num.60.verſ.ſcias tamen.ubi præter dictam deciſ.Rot.3.in id allegat etiam Oldrad.conſil.227. Card.conſil.132.Præpoſit. Bald.Nouell.& Gomes.in locis p eum citatis. Tum ẽt quia licèt magno odio iura proſequantur attentantem,vt colligit ex ijs,quæ dicemus infra in c.31.
3 de pœna attentantis,in princ.† Maiori tamen uidentur pro
4 ſequi execrabilem, † cum ille ipſo iure incurrat priuationez
5 beneficiorum,& inhabilitatis ad illa † ex maioritate aũt pœnæ non incongrue licet argumentari ad maioritatem odij, vt poſt Bal.in l.leuia.in prin. ff. de accuſ.tradit Dec. in conſil. 65.& pro tenui,in prin.& tanto magis: ꝙa rõ, quæ militat in ſpolio,uidelicet quia in execrabili ꝓſtat notorie de ſuo nõ iure militat ẽt in attentatis,in quibus:vt diximus ſupra hoc eodem c.q.1.num.21.qñ notorie conſtat de non iure, oppoſita exceptione retardat̃ reuocatio. Verum quia moderna Rota
6 tenet,† ꝙ ꝯ agentem ſpolio non admittatur exceptio execra
7 bilitatis,& ſufficiat,ꝙ quomodocunque ꝯdicat, niſi † obie-
8 ctio fuerit admiſſa,& probata.† Vel de ea ꝓſtet per confeſſio
9 nem partis.† Vel ſit notoria: ꝙa his caſibus repellit agentez, vt fuit deciſum in una Ciuitatis Caſtellanæ Sãctæ Mariæ coram Quiroga.9.Decembris1556.& eſt deciſ.Put.13.exceptio. de reſt.ſpol.& alia Thomæ de Thanis.70.incip. in poſſeſſo-
10 rio, negatiue concludendum eſt, † ꝙ regulariter exceptio execrabilitatis non impediat attentatorum reuocationẽ,niſi

Source : BIU Cujas

in dictis tribus casibus; arg. sumpto de spolio ad attentata: cum hoc casu inter ea non uideatur diuersa ratio. Declaran-
11 do tamen, † ꝙ quamuis in dictis casibus ad instantiam execrabilis, non fiat attentatorum reuocatio. Iudex tamen ratione sui contemptus possit illa ex suo officio reuocare, cum & aliàs generale sit, prout diximus cap. 27. de iudice & per quẽ fiat reuoc. num. 7. & sequen. uersic circa primam inspectionem, ꝙ in multis casibus, etiam quando pars non vult, aut non potest petere huiusmodi reuocationem, iudex potest attentata reuocare.

Quæstio. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Reconuentio an habeat locum in attentatis, ita vt per eam retardetur illorum reuocatio.*
Et non est admittenda secundum aliquos, nu. 2.
Verior opinio videtur, vt distinguamus, vt hic nu. 3.
4 *Reconuentio super diuersa re non retardat reuocationem attentatorum.*
5 *Priuilegium attentatorum potissimum in hoc consistit, vt faciat super sederi in causa, & negocio principali.*
6 *Spoliatio deducta per modum reconuentionis contra attentata non retardat illorum reuocationem, sicut nec quando opponitur per uiam exceptionis.*
7 *Reconuentio de alijs attentatis an admittatur contra petentem aliorũ attentatorum reuocationem.*
Et hic declaratur, quæ sit differentia inter attentationem deductam per modum exceptionis, de qua supra. q. 8. & deductũ per modum reconuentionis, num. 8.
9 *Reconuentione post litem contestatam proposita non retardatur primum iudicium, sed causæ tractantur tanquam se minime contingentes.*
Secus si ante litem contestatam; quia respectu vicissitudinis simul tractantur. num. 10.
11 *Lis non contestatur in causa attentatorum.*
12 *Reconuentio in attentatis semper videtur bona, ex quo in illis semper censemur esse ante litem contestatam: cum in eis illa non contestetur.*
13 *Spolio admittitur reconuentio alterius spolij.*
14 *Reconuentio locum habet etiam in implorantibus officium iudicis.*
15 *Attentatorum reuocatio an per reconuentionem retardetur, quadruplex opi. recensetur.*
Prima, vt prius procedatur super attentatis prius reuocari petitis. nume. 16.
Secunda huic contraria, quòd procedatur super vltimo attentato: quia vltimum spolium semper est purgandum. num. 17.
Tertia, quòd super neutro, sed paria delicta mutua compensatione tollantur. num. 18.
Quarta (quæ videtur verior & tenenda) vt procedatur super vtroque, & qui prius probabit sua attentata, ille prius obtinebit reuocationem. num. 19.
20 *Attentatorum iudicium licèt sit summarium, debet tamen agens probare fundamentum suæ intentionis.*

1 DEcimoquartò Quæri potest † an in iudicio attentatorum ꝯ petentem reuocationem habeat locũ reconuẽtio & per eam impediatur aut retardetur reuocatio. Qui articulus quamuis ab initio visum fuerit modicam habere difficultatem, argumento eorum,
2 † quæ ponit Dec. in consi. 200. in casu proposito, per totum, præsertim num. 3. vbi ꝯcludere videtur, reconuentionem in causa attentatorum non esse admittendam, melius tñ cogitanti non modicam ꝓtinere in se difficultatem cõpertum est
3 † considerando, quòd necessariò in hoc articulo distinguendum est, ꝙ Aut reconuentio fit super re penitus diuersa, Aut de spoliatione super eadem re, circa quam ex aduerso prætẽditur attentatum, Aut de attentatione super eadem re, vel ẽt
4 super re diuersa: nam † quoad primum caput uidetur omnino concludendum, ꝙ reconuentio non retardet reuocatio-
5 nem attentatorum: † quia cùm in hoc consistat potissimũ priuilegium attẽtatorum, vt faciat supersederi ẽt in negocio, & cã principali, ut apparebit ex ijs, quæ dicemus infra in hac 3. parte c. 30. de priuileg. attentat. in 14. priuileg. multo magis hoc priuilegium erit exercẽdum quò ad causas diuersas per
6 uiam reconuentionis intentatas. Quo verò ad 2m caput † qñ reconuentio esset de spoliatione eiusdem rei ꝑ eum, qui passus est attentata aliàs facta, & hoc casu cum supra q. septima num. 2. & seq. concluſum fuerit, ꝙ exceptio spoliationis in hoc remedio regulariter non obstat, idem erit dicendũ, quan
7 do spoliatio deduceretur per modũ recõuentionis. † Quò verò ad tertiũ, qñ reconuentio fit de alijs attẽtatis, puta quia tu ꝯ me attẽtaueris, instituerim ego ꝯ te iudicium pro reuocatione, deinde tu prætendens me aliquid ꝯ te attentasse, super
8 hmõi prætensis attentatis uis me reconuenire, † & in hoc differt hæc q. ab illa, quam posuimus s. q. 8. qa illa loquitur, qñ ego uolo te pro reuocatione attentatorum agentem repellere ea exceptione, ꝙ tu primo loco ꝯ me attentasti. Hæc autẽ loquitur, qñ ego instо pro reuocatione eorũ, quæ primò fuerũt ꝑ te attentata, & tu ad differendã illorum reuocationem uis me reconuenire sup alijs, quæ à me ꝯ te prætendis antea fuisse attentata, & ꝯsequenter non intendis ꝑ hanc petitionẽ tuam per modũ reconuentionis propositam, velle me excludere à petita tuorum attentatorũ reuocatione (prout qñ petitio proponeretẽ per modum exceptionis, de qua in dicta q. 8.) sed solum intendis, ꝙ super utrisq; attentatis procedatur. In quo articulo dicendũ est, ꝙ licèt aliàs Doct. in c. 1. de mutuis petitio. & in c. cũ dilecti. de ord. cognit. prout ẽt ꝯsiderat Dec.
9 vbi supra, soleant distinguere † ꝙ aut reconuentio fit post litem contestatam, & tũc per reconuentionem (cum illa non sit proprie reconuentio) non retardatur primum iudicium,
10 sed causæ tractantur tanq̃ se minime ꝯtingentes † Aut fit ante litem contestatam, & tunc tractantur simul respectu uicis-
11 situdinis in procedendo, & diffiniendo: † quia tñ in attentatis nõ ꝯtestatur. Fran. in c. bonæ. n. 13. uers. amplius, de appell. cum præfata distinctio nõ possit accõmodari, põt teneri primum caput semp, † ꝙ ex quo in attentatis nõ cõtestatur,
12 semper censeamur esse ante litem ꝯtestatam, & ꝯsequenter semper erit bona reconuentio. Et ꝙ ẽt in attentatis reconuẽtio sit admittenda, fa. qa sicut in simili uidemus † ꝙ in spolio
13 admittitur reconuentio alterius spolij. Mil. in uerb. reconuẽtio non hẽt locũ, fol. 339. ita ẽt põt dici, ꝙ in attentatis sit admittẽda reconuentio alterius attentati, præsertim quia (vt dicit Enric. Ferrar. in addit. ad Mil. vbi s. post Iac. de S. Georg.)
14 † ẽt in implorantib. officium iudicis (prout est in attentatis) hẽt locũ reconuentio, & ꝯsequenter vr̃ ꝯcludendum ex prædictis, ꝙ ẽt in cã attentatorum possit fieri reconuẽtio alterius
15 attentati, Qua ꝯclusione prẽsupposita an † reconuentio sup attentatis impediat, vel retardet reuocationem attentatorũ primo loco ſuocari petitoriũ. Quadruplex põt ꝯsiderari opi-
16 † Prima ex mẽte Dec. in supradicto consi. 200. vt prius procedatur super attẽtatis primò reuocari petitis, ex regula ꝙ qui
17 prior appellat, prior agit. † Secũda, ꝙ procedatur sup vltimo attẽtato, q̃uis fuerit vltimo loco reuocari petitũ ex regula in simil. quæ habet, ꝙ semper vltimũ spoliũ est purgãdũ, ad no. in l. sed si fundum. vnde ui. ita ẽt ultimum attentatum sit re-
18 uocandũ. † Tertia põt esse opinio, ꝙ super neutro illorũ procedendum sit ex regula l. uiro, atq; vxore. ff. soluto matrim. & no. in c. intelleximus. de adult. ꝙ paria delicta mutua compẽsatione tolluntur, & ex alia, ꝙ priuilegiatus non utitur priuilegio ꝯ pariter priuilegiatum. l. verum. § penult. ff. de minor.
19 cũ simil. † Quarta demum põt esse opinio, ꝙ eodem tpe sup vtraque causa procedatur, & qui prior probabit intentionẽ suam, prior obtineat reuocationẽ, quãuis. n. ex natura attẽtatorũ in priuilegio sint in hoc pares, ut ante omnia reuocenẽ;
20 quia tamẽ, etiam † ꝙ attentatorũ iudicium sit summarium, & priuilegiatum, nihilominus ẽt prosequenti reuocationẽ attentatorum incumbit probare fundamentum, & necessaria suæ intentionis, prout est esse appellatum, & esse innouatum pendente appellatione, vt ꝑ Fran. in c. ad audientiam. in finalibus verbis de appellat. & dicemus infra c. 26. de probat. attent. num. 3. & 7. & sequ. hoc casu, cum non ius (quod utrique vult dari reuocationem ante oĩa) sed potius probatio deficiat, meritò concludi potest, ꝙ stante causa conuentionis, & reconuentionis super reuocatione attentatorum debeat sup vtraq; causa eodem tempore per iudicem procedi, & illius causa prius expediri, qui prius probauerit, vt est de mẽte Dec. in dicto consi. 200. Pro qua opinione plurimũ facit, quod fuit aliàs dictũ in vna Bracharen. monasterij corã Iunio 5. Iulij. 1557. inter Cardinalem de Sancta Flora, & Petrum Ferdinandi in qua, cũ utraque pars prætenderet attentata, & Petrus peteret se admitti ad probandum statum, in quo erat tẽpore quo ꝯ eum fuerat per Cardinalem attentatum, Econuerso verò Cardinalis peteret se admitti ad probandum, ꝙ ẽtiam status Petri erat attentatus, Domini votarunt, ꝙ utraq; pars ad probandum admitteretur.

Quæstio XV.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio, ꝙ actus, qui prætenditur attentatus, sit factus de consensu petentis reuocationem, admittitur contra attentata.*
Etiam si consensus esset tacitus. num. 2.
3 *Possessio vigore executorialium sine illarum intimatione capta non venit tanquam attentata reuocanda, si sint lapsi 30. anni, quia ex hoc præsumitur capta de consensu.*

Decimo-

Source : BIU Cujas

1 DEcimoquintò quæro † an liceat reo conuento excipere, ꝙ actus, qui pretenditur attentatus fuit factus de consensu petentis reuocationez, & cum supra in 2. parte, c. 4. de attent. lite penden. in 16. limit. princip. num. 1. & per totam firmauerimus, ꝙ actus de consensu gesti non ueniunt vti attē-
2 tati reuocandi † etiam si essemus in consensu tacito, & hic quoque firmandum est, ut hæc exceptio admittatur per ibidem allegata. Quibus in eo, quod diximus de consensu tacito addere potes bonam decis. in recollect. Put. 21. attentata. sub Rubrica, ut lite penden. vbi refert, ꝙ sub die 25. Martij.
3 1547. in una Parochialis de Antedo coram Reumano † Domini tenuerunt esse excusanda attentata, si post captam possessionem uigore executorialium etiam sine intimatione trā siuerunt triginta anni, ea ratione inter alias; quia pręsumitur illum consensisse.

Quæstio XVI.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio lapsus termini sibi ad docendum de attentatis præfixi obstat petenti attentatorum reuocationem. & infra num. 5.*
2 *Attentata quandoque calumniosè proponuntur ad differendam expeditionem negocij principalis.*
3 *Signatura solet reo in causa attentatorum (vt se ualeat à prætensis attentatis liberare) succurrere per præfixionem termini ad docendum de illis, & in hoc concedere sibi commissionem.*
Præsertim instantibus aliquibus magnis ferijs, num. 4.
6 *Termini lapsus ad docendum de attentatis præfixi, sicut excludit agentem ad illorum reuocationem, ita lapsus termini præfixi à iudice à quo ad docendum de prosecutione, & præsentatione coram iudice ad quem.*
7 *Lapsus termini uigore statu. delphin. præfixi ad faciendum citari partem infra 30. dies post introductionem appellationis processuram excludit agentem ad attentatorum reuocationem.*
8 *Inhibitio etiam si non fuerit moderata, non facit vltra attentata, quando lapsus est terminus sibi ad docendum de attentatis præfixus.*
9 *Attentata passus exclusus per lapsum termini primò præfixi posset vigore nouæ commissionis super eisdem attentatis audiri secundum aliquos.*
Dummodo in commissione sit facta mentio de primi termini præfixione, vt infra num. 11.
10 *Terminus primò præfixus non potest excludere ius, seu officium iudicis ex noua commissione quæsitum.*
12 *Termini præfixio facta ei, qui poterat duplici iure in iudicio comparere, puta tanquam prosequens interesse proprium, & etiam commune, non excludit eum, quo minus possit alio iure comparere, in quo non fuit facta præfixio.*

1 DEcimo sexto Quero † an Reo competat exceptio lapsus termini sibi ad docendum de attentatis, uel de prosecutione appellationis, seu aliàs præfixi? Et affirmatiue respondendum est, ad cuius intelligentiam sciendum est, quòd licèt actor, qui agit pro reuocatione attentatorū in multis sit priuilegiatus, ut dice-
2 mus infra cap. 30. de priuileg. attent. † quia tamen attentata quandoque proponūtur calumniosè, & animo differendi ex-
3 peditionem causæ in negocio principali † propterea solet Signatura quandoque ipsi reo (ut à pretensis attentatis se liberare ualeat) succurrere, & concedere sibi commissionem, qua datur, quòd præfixo actori aliquo breui, & peremptorio termino ad docendum quicquid vult, & potest per omne genus probationis super prætensis attentatis, quo elapso, & nihil quod releuet docto iudex reiectis attentatis ad expeditionē causæ principalis procedat, cuius formulam ponit Mādos. in tracta. commissio. in 15. formul. attentatorum exclusiue per totam, præsertim † instantibus aliquibus magnis fe-
4 rijs, vt puta Natiuitatis Dñi, carnisprivij, Paschatis, vel messiū, vt docet Cassad. decis. 4. in attentatis. num. 5. de dilatio. sequitur Vestr. in praxi Ro. cu. lib. 8. cap. 4. sub num. 21. & Moder. post Cassad. ubi supra in annot. ad Aegid. n. 108. & seq. ubi rō nem ponunt, & nu. 154. atq; ēt Mand. in dicto tract. commis. in 14. formul. cōmissio. attent. in verb. causam & causas. Vnde præsuppositā hac commissione, & termini præfixione, & illius lapsu absque eo, ꝙ fuerit aliquid super attentatis releuanter doctum, si denuo actor agat, & proponat causam attē-
5 tatorum † poterit non immerito per hanc exceptione excludi, quòd per lapsum termini sibi pfixi fuerint prætensa attentata (de qbus in termino nō docuit) sublata, ut dicunt supradicti Doct. in supra citatis locis. Quā exceptionem lapsus termini non solum procedere dicendum est, qñ terminus fuit præfixus ad docendum de attentatis vigore commissionis, vt
6 supradictum est † verūm ēt in lapsu termini a iudice à quo ad prosequendum appellationem, & ad faciendum fidez coram eo de prosecutione, & præsentatione coram iudice ad quem præfixi: si enim appellans in huiusmodi termino non docuerit de prosecutione, & presentatione appellationis prędictis, potest iudex à quo citra uitium attentatorum procedere ad executionem suæ sniæ, & si appellans allegauerit executionem prædictam tanquam appellatione pendente factā esse attentatam, poterit Reus iure optimo excipere ꝺ eum de lapsu termini sibi, vt præfertur, præfixi, ad no. i c. personas, & in c. cum sit Romana. & in c. reprehensibilis. de appellat. & per dicta iura Rot. decis. 13. aliàs 94. si iudex, de appell. in no. Roma. in singulari suo 192. inc. hoc nesciunt legistæ (vbi mā dat hoc dictum literis aureis scribi) vt latius diximus, & aliis authoritatibus comprobauimus supra in 2. parte. c. 12. de attent. appell. pend. in 14. limit. princ. num. 2. Et non solum in prædictorum terminorum lapsu prædicta uerificari possunt
7 † verum etiam & in alio termino, qui fm statuta delphinalia solet præfigi appellanti ad faciendum citari partem aduersam infra triginta dies post introductionē appellationis processuram in causa appellationis, quia si infra dictum terminū non fuerit facta citatio, attentata medio tempore non reuocantur, sed remanent in eodem statu, donec diffinitiua sniā feratur, & ꝙsequenter cum perdant priuilegium suum, ut ante omnia reuocentur ꝺ actorem, qui non citauit infra dictos triginta dies petentem illorum reuocationem ante omnia, & uia priuilegiata poterit dari de lapsu dicti termini, vt colligitur ex his, quæ ponit Guid. Pap. decis. 213. statuta delphinalia. in princ. vbi etiam rationem assignat, ꝙ hoc fuerit factum in odium tardantium suas appellationes prosequi. Præmissa autem omnia, quæ dicta sunt de præfixione termini, am-
8 pla uno modo † vt procedant, etiam si inhibitio, quæ emanauerat vigore commissionis attentatorum, non fuisset per iudicem moderata, quoniaz si facta hac termini præfixione, & eo lapso iudex procedat ad sniam in causa principali, uali de procedit, ut est in recollect. Cottæ decis. 200. Et similiter duobus modis limitari possunt, ex intentione Oldrad. in consil. 206. incipien. in causa Carnocen. ad fin. versicu. ad quartam partem.

9 † Primò nisi is, cui fuisset præfixus terminus uigore nouę
10 commissionis ageret ad attentata † quia, vt ille inquit, terminus primò præfixus, non potuit excludere ius, seu officium iudicis ex noua commissione quæsitum, l. non potest. ff. de
11 iudi. quod tamen ego uerum intelligerem † qñ in hac noua commissione fuisset facta mentio de primi termini præfixione, aliàs tanquam subreptitia non posset operari hunc effectum; arg. no. in c. super literis. de rescrip.

12 † Secundò ex intentione eiusdem ibi limita, nisi ille, cui fuerat terminus præfixus, posset in iudicio comparere dupli ci iure, puta tanquam prosequens interesse proprium, & interesse commune, uel econtra, nam si sibi fuerit præfixus terminus tanquam prosequenti interesse commune, uel econtra, non prohibetur per dictam præfixionem, quominus petere possit attentata reuocari tanquam prosequens interesse proprium, vel ècontra, ea ratione; quia tunc uidetur prefixio facta in causa diuersa, & consequenter non obstet arg. l. Papinianus exuli ff. de minor.

Quæstio XVII.

SVMMARIVM.

1 *Irretractabilitatis exceptio obyci potest contra attentata.*
2 *Matrimonium secundum contractum lite pendente super primo ualet; quia est irretractabile, si primum declaretur inualidum.*
3 *Quos Deus coniunxit, homo non separet.*

DEcimoseptimò quæri potest, an reo competat exceptio irretractabilitatis, asserendo quòd actus, qui prætenditur attentatus, sit irretractabilis. Et cum Rot. decis. 51. aliàs 379. si committatur, in finalibus uerbis, de appellat. in no. post Io. Monach. in cap. cupientes in verb. gratia, de electione in 6. & post eam Mil. in
1 verb. attētatorum reuocatio, fol. 31. absolute dixerint † quòd in irretractabilibus non habet locum attentatorum reuocatio, reo prędicta exceptio non uidetur deneganda, cuius ex-
2 ceptionis forsan exemplum poni posset † in matrimonio secundo contracto lite pendente super primo, quia tale matrimonium dicitur valere, vt in c. 2. de matri. contra interdic. eccles. contract. cuius dicti ea ratio esse potest, quia scilicet tale matrimonium, quando tamen declaratur primum inualidum iuxta ea quæ latius diximus supra in 2. parte, cap. 4. de attent. lite penden. in 17. limit. princip. num. 1. est irretra-
3 ctabile † quia quos Deus coniunxit, homo non separet, quā sensit etiam tex. in dicto c. 2. ibi, non est conueniens, ut ob id sacramentum coniugij dissoluatur.

Source : BIU Cujas

Roberti Lancellotti. De Attentatis.

Quæstio. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Scandali exceptio an opponi posſit contra agentem ad reuocationem attentatorum,& concluditur quòd ſic infra nu.4.*
2 *Corporis humani exhumatio dicitur ſcandaloſa in populo.*
3 *Attentatorum reuocatio dicitur prohibita, quando in populo ſcandalum cauſaret.*
5 *Spoliatus non reſtituitur, quando ex reſtitutione ſcandalum ſequeretur.*

1 DEcimaoctaua huic affinis eſſe quæſtio pōt † an reus agēti ad reuocationem attentatorum opponere poſſit exceptionem ſcandali, quod in re
2 uocatione oriri poſſet † prout eſſet in exhuma-
3 tione corporis humani † & cum reuocatio attentatorum, quando cauſaret ſcandalum in populo, ſit prohibita, iuxta ea quæ poſt Rot. deciſio. 8. aliàs 854. cum partes, ut lite penden. in antiqu. & alia allegata ſupra in prima parte
4 cap. 4. de attent. lite penden. in 13. limitat. princ. nu. 2. † poteſt probabiliter dici, quòd reo hoc caſu prædicta exceptio per-
5 mittatur. Quibus adde in ſimili † ꝙ etiam ſpoliatus non reſtituitur, quando ex reſtitutione ſcandalum ſequeretur, ut per tex. in c. inter ſolicitudines. de purg. can. & in c. 3. de iure patr. & in c. ad petitionem. de accuſat. tradit Mil. in verb. ſpoliatus an debeat reſtitui. fol. 367.

Quæſtio XIX.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio per quam concluditur, quòd attentatorum cognitio omnino pendet à cognitione cauſæ principalis, admittitur contra attentata.*
2 *Interdicto uti poſſidetis intentato ſi quis prætendatur attentaſſe, ille verò ad excuſanda attentata alleget ſe continuaſſe poſſeſſionem, reuocatio attentatorum non fit, quia pendet à cognitione cauſæ principalis.*
3 *Attentatorum cognitio ſi pendet a validitate regreſſus eſt unà cum attentatis etiam de validitate regreſſus cognoſcendum.*
4 *Mandati de manutenendo cognitio quando pendet à negocio principali, expectandus eſt finis articuli principalis.*
5 *Attentatorum cauſa quando pendet à negocio principali, & habet factum intricatum, ſolet Rota non obſtantibus prætenſis attentatis diſcutere de bono iure negocij principalis & apponere ſequeſtrum.*
6 *Sequeſtratur beneficium, & cognoſcitur de bono iure principalis, quando cauſa eſt intricata.*

1 DEcimononò illam reo exceptionem ꝺ petentem reuocationem attentatorum competere dicendum eſt † per quam concludat ꝙ cognitio attē-
2 tatorum omnino pēdet à cognitione cauſæ principalis: pone enim, ꝙ † intentato interdicto uti poſſideris & retinendæ & lite huiuſmodi pendente actor bona, de quibus agitur, locauerit & aliquos alios actus poſſeſſorios fecerit, quos omnes aduerſarius prætendat uitio attentatorum eſſe ſubiectos, actor uerò ad excuſandum, & ad excludendum attentata (aſſerens ſe fuiſſe, & eſſe in poſſeſſione) alleget dictos actus feciſſe per modum ꝓtinuationis, & ꝓſequenter non attentaſſe: qa cognitio allegatę ꝓtinuationis ad excuſandum attentata pendet omnino (vt patet) à cognitione cauſæ principalis, quæ erat, vter illorum poſſideret, ſi de hoc excipiatur, attentatorū reuocatio impediť, vt eſt not. deciſ. Capic. 72. in cā. per totam per quā deciſ. Capic id tenuit nouiſſi-
3 me Rot. in una Nolan. Monaſterij coram Paleotto † in qua cū cognitio attentatorū penderet à validitate cuiuſdā regreſſus, fuit vnà cū attentatis cognitum de ualiditate præfati regreſſus, vt eſt deciſ. in recoll. eiuſdē 147. inc. agebat. qđ ipſum affirmauit idē Paleot. deciſ. 220. erat his, ſub die 12. Februarij. 1558. vbi refert poſt dictam deciſ Capit. ita fuiſſe tentum per Dños in una Burgen. iuriſdictionis coram eo, & iterū in alia Peruſina iuriſdictionis coram Cariaten. quib. adde eundem Capic. deciſ 209. in cauſa. ſub num 4. vbi idem ſentit. facit, qđ
4 aliàs dr̄ † ꝙ qn̄ cauſa mandati de manu tenendo pendet à negocio principali, tūc expectandus eſt finis articuli principalis, ut fuit dictū in vna Anconitana bonorum coram D. meo
5 Orad. ſub die 6. Nouembr. 1562. Prout ſolet ēt † quandoque Rota qn̄ cā attentatorum pendet à negocio principali, & qn̄ cauſæ habent factum intricatum, & multas ambages & difficultates nō obſtantib. prætenſis attentatis eligere mediam uiā, & diſcutere de bono iure negocij principalis, & interim in beneficio apponere ſequeſtrum, ut in una Camaracē. Archidiaconatus corā eo ſub die 23. Iunij 1558 factum fuiſſe, refert Paleot in recoll. ſuis dec 201 inc. ſequendo. & generaliter
6 † ꝙ qn̄ cauſa eſt intricata beneficium ſequeſtretur & cognoſcatur de bono iure, eſt in recollect. Cottæ deciſ. 140.

Quæſtio XX.

SVMMARIVM.

1 *Continuationis poſſeſſionis exceptio poteſt opponi contra attentata.*
2 *Exceptio, quòd actus, qui prætenditur attentatus, tendit in facilioré exitum appellationis, poteſt opponi contra attentata.*
3 *Et ſic de ſingulis caſibus, qui ſupra in diſcurſu totius tractatus ponuntur pro limitationibus regularum, quòd lite, vel appellatione pend. nihil eſt innouandum.*

VIgeſimò Ad impediendam reuocationē eorum, quæ prætenduntur attentata lite pendente, uel ēt appellatione pendente pōt exceptionis loco reus allegare, ꝙ ſumus in aliquo ex caſibus, qui ibi enumerantur pro limitationib. regularum ſupra in 2. par. c. 4. & c. 12. poſitarum, qui cum, & numero quamplures ſint, & de eis latius in ſupradictis locis tractatum fuerit, breuitatis
1 cā hic ſinguli non repetuntur. † Prout exempli gratia eſſet, ſi actus qui p̄tenditur attentatus diceretur factus lite quidem pendente, ſed per modum continuationis, de quo late dicto
2 c. 4. in 1. limit. princ. † Vel ꝙ tenderet in faciliorem exitum appellationis, de quo late dictum eſt dicto cap. 12. in 4. limitat.
3 princ. † & ſic de ſingulis.

Quæſtio XXI.

SVMMARIVM.

1 *Attentatorum reuocationem petens non tenetur colorare titulum.*
2 *Petitorium ex infecto titulo colorans in reuocatione attentatorum non auditur.*
3 *Titulum infectum oſtendere peius eſt, quàm ſi nullum oſtendiſſet.*
4 *Exceptio infecti tituli ſi ſit productus, obſtat etiam in attentatis.*
5 *Titulo ex infecto uidetur reſultare non ius petentis reuocationem attentatorum.*

1 VIgeſimoprimò licèt petens reuocari attentata † non teneatur colorare titulum Aegid. deciſ. 101. ſi conſtat, & dicemus latius infra
2 c. 30. de priuileg. attent. in 2. Priuileg. nu. 54. † ſi tamen procuratoris ſui incuria, aut aliàs colorauit petitorium ex infecto titulo: tunc
3 in reuocatione attentatorum nō auditur † qa peius eſt infectum, q̄ nullum titulum oſtendere, ut dicebat Aegid. deciſ. 393. ſi petens, ex quo uī poſſe colligi, ꝙ ꝺ attentata pōt oppo-
4 ni † exceptio infecti tituli quatenus ſ. fuerit in iudicio produ-
5 ctus. Nec ſine rōne † qa cū ex infecto titulo videatur reſultare non ius petentis reuocationem, merito dēt actor hoc caſu excludi ſecundum ea, quæ latius diximus q. prima.

Quæſtio XXII.

SVMMARIVM.

1 *Attentatum ſi quid prætendatur appellatione pendente, neceſſarium eſt docere de appellatione.*
2 *Attentata paſsus ſi produxerit inſtrumentum appellationis poteſt contra eum opponi exceptio falſitatis ipſius inſtrumenti appellationis.*

VIgeſimoſecundò, ſi aliquid prætendatur fuiſſe at-
1 tentatum appellatione pendente † & ad docendum de appellatione (quod eſt neceſſarium, ut per Fran. in c. ad audientiam. in fin. de appell. & dicemus infra c. 26. de probatione attentatorū,
2 num 2. & ſeq.) produxerit inſtrumentum appellationis † poterit ꝺ petentem reuocationem attentatorum opponi exceptio falſitatis ipſius inſtrumenti appellationis, ut tradit Aegid. deciſ. 217. incip. exceptio falſitatis inſtrumenti.

Quæſtio XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatus ſi aſſerat ſe lite pendente ſpoliatum, admittitur contra eum exceptio, & materia contraria, uidelicet continuæ poſſeſſionis vſque ad tempus, quo ſpoliatio attentata dicitur incluſiue ſecundum aliquos.*

VIgeſimotertiò, ſi quis pretendat ſe lite pendente
1 ſpoliatum, & inſtet pro reuocatione huius ſpolij attentati † admittitur cōtra eum exceptio, & materia contraria, uidelicet continuæ poſſeſſionis vſque ad tempus, quo ſpoliatio attentata dicetur incluſiue, ut eſt deciſ. Aegid. 288. Item ꝙ poſſeſſor. in fi. quę tamen ſi recte conſideretur, non uidetur diuerſa exceptio ab ea, quam ſupra tetigimus, quando actus allegatur factus per modū continuationis, prout aliquos informando Signaturam falsò quandoque affirmaſſe animaduerti.

Qua-

Source : BIU Cujas

Quæstio XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Præscriptionis exceptio an currat contra attentata, remissiue.*

1 VIgesimoquartò Quæri potest, an contra attentata, & illorum reuocationem petentem possit opponi exceptio aliqua præscriptionis? Et quoniam hunc articulum plene examinauimus supra in hac tertia parte, cap. 23. quando & intra quæ temp. reuoc. pet. deb. quæst. 3. num. 61. & sequen. solutionem huius quæstionis ex ibi dictis collige.

Quæstio XXV.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio compromissi uigore statutorum faciendi an retardet attentatorum reuocationem.*
2 *Causa attentatorum an sit compromittenda stante statuto quòd causæ inter consanguineos compromittantur.*
3 *Statutum de compromissis non comprehendit causam attentatorum secundum aliquos.*
4 *Casus priuilegiatus non comprehenditur in generali dispositione, & infra num. 35.*
5 *Frustra auxilium.l.implorat.qui in legem committit.*
6 *Attentans in legem committit; quia etiam ius ipsum dicitur offendere.*
7 *Attentatorum causa videtur habere executionem paratam, ex quo ante omnia attentata sunt reuocanda.*
8 *Causa executiua, puta vigore instrumenti guarentigiati non comprehenditur sub statu. de compromissis.*
9 *Attentatorum in reuocatione non videtur versari, nisi quodammodo executio, & retractatio actus prius attentati.*
10 *Causa executionis cum sit mixti imperij, non comprehenditur sub statuto de compromissis.*
11 *Officio iudicis nobili quæ expediuntur non sunt compromissibilia. Etiam si tendant ad priuatam vtilitatem, nu. 12.*
13 *Iudicis quoque interesse uersari dicitur in reuocatione attentatorum ratione sui contemptus.*
14 *Spolij causa non uidetur compromissibilis.*
15 *Compromissi petitio in causa attentatorum videtur ad differendum illorum reuocationem.*
16 *Causa attentatorum est compromissibilis secundum alios, & sub statuto comprehenditur, & hæc uidetur verior, vt infra nu. 34.*
17 *Arbitri nullibi prohibentur de attentatis cognoscere.*
18 *Transactio super attentatis fieri potest.*
19 *Transactio vbi fieri potest, ibi & compromissum.*
20 *Officio iudicis mercenario quæ expediuntur, compromitti possunt.*
21 *Compromissum fieri potest de omnibus, quæ expresse non prohibentur.*
22 *Dotis, & alimentorum causæ, quæ sunt aliàs fauorabiles, & priuilegiatæ comprehenduntur sub statuto de compromissis.*
23 *Emergens, & incidens causa sub statuto de compromissis comprehenditur, & infra nu. 33.*
24 *Causa attentatorum dicitur emergere, remissiue.*
25 *Exceptio compromissi impedit executionem.*
26 *Attentata dicuntur habere se per modum accessorij ad causam principalem.*
27 *Attentatorum causam an sit compromissibilis secundum alios est distinguendum, ut hic.*
28 *Spiritualis causa non compromittitur, m inusque*
Restitutionis in integrum. num. 29. aut
Mixti imperij, num. 30. aut
Usurarum, num. 31. uel
Criminalis. num. 32.
36 *Passus attentata potest compromissum petere, qui in legem non committit.*
37 *Causa attentatorum re uera non potest dici executiua.*
68 *Appellari potest à sententia lata in causa attentatorum, remissiue.*
Et in ea proceditur per tres conformes, vt nu. 39.
40 *Retractatio super attentatis non fit via executiua.*
41 *Compromissa regulariter fiunt ad lites abbreuiandas.*
42 *Causa attentatorum regulariter est compromittenda iuxta secundam opinionem, & exceptio compromissi retardat illorum reuocationem.*
43 *Causa attentatorum non compromittitur, quando causa principalis esset talis naturæ, quòd non esset compromissibilis.*
44 *Attentans non potest petere causam attentatorum compromitti.*
45 *Appellatio vbi est notorie friuola, licèt regulariter attentata non reuocentur, si tamen ipse appellans aliquid attentauit, reuocantur.*
46 *Iudex si vult ex officio eius nobili reuocare attentata, non retardatur per exceptionem compromissi.*

1 VIgesimoquintò quæro † an ꝯ petentem huiusmodi reuocationem obstet exceptio cõpromissi faciendi iuxta formam alicuius statuti dictantis, ꝙ causæ inter ꝓsanguineos cõ promittantur, ita vt præsuppositio, ꝙ causa attentatorum vertatur inter consanguineos per exceptionem propositam impediatur dicta reuocatio
2 † & an causa attentatorum sit compromittenda? In hoc artic. (licèt Doct. non ponant) triplex potest esse opinio.
3 Prima negatiua † ꝙ causa attentatorum sub dicto statuto de compromissis non comprehendatur, & ꝙ dicta exceptio non retardet reuocationem hanc ex priuilegio ante omnia faciendam, ex pluribus.
4 Primò, † quia in generali dispositione non comprehenditur casus priuilegiatus, ad no. in l. 3. C. de silentiar. lib. 12. sed cã attentatorum est multipliciter priuilegiata, vt patet ex no uem supra viginti priuilegiis, quæ enumerauimus infra c. 30. per totum, nu. 5. & seq. ergo &c.
5 Secundò quia frustra auxilium legis (& sic compromissũ vigore statuti) quis implorat, qñ in legem committit, c. quia
6 frustra, de vsur. cum simil. † attentans autem in legem committit; quia non solum iudicem, & partem, sed & ius ipsum offendit, ad no. in cap. cordi. de appellat. in 6. Rot. decisio. 2. aliàs 14. fuit dubitatum, de restitut. spoliat. in no. & aliàs sæpe, meritò.
8 Tertiò † causa attentatorum uidetur habere executionẽ paratam, ex quo ante omnia attentata sunt reuocanda c. nõ solum. de appell. in 6. secundum ea quæ dicemus infra ca. 30.
8 in 19. & vltimo priuileg. † causa autem executiua, prout qñ agitur vigore instrumenti guarentigiati non comprehendit dicto statuto de cõpromissis, vt per Blanc. post alios in tract. de compromiss. in 4. q. princ. num. 4. versic. ex instrumento guarentigiato, ergo &c.
9 Quartò † quia in reuocatione attentatorum non vr̃ versari, nisi quodammodo executio, & retractatio actus prius attẽ
10 tati † cã autem executionis cum sit mixti imperij, non cadit sub dicto statuto de compromissis, ad tex. in cap. penult. de restit. in integ. & in l. fi. C. vbi & apud quẽ. & per Bar. in l. nõ distinguemus. §. de liberali. & §. quæsitum. ff. de arb. ergo &c.
11 Quintò ea † quæ expediuntur officio iudicis nobili † etiã
12 ad priuatam vtilitatez non sunt compromissibilia ꝑm Alex. in consi. 65. in cã. col. 1. lib. 7. & post eũ Blanc. in dicta 4. q. prin. nu. 13. vers. ꝙ notarius, indubitati autem iuris est, ꝙ attentatorum reuocatio expedit officio iudicis, vt annotauimus supra in j. parte in præfatione in descriptione attentati, n. 28. & j. c. 27. de iud. & per quem attẽt. reuoc. post prin. ergo &c.

Sextò, ꝙ partes non possint cãm reuocationis attentatorũ compromittere facit: quia in huiusmodi reuocatione nõ versatur duntaxat interesse attentantis, & illius, qui est passus at-
13 tentantis, & illius, qui est passus attentata † verum ẽt iudicis, cuius fuit læsa maiestas, qui põt ẽt qñ pars non vult, aut non põt, rõne solius sui contẽptus illa reuocare, vt declarauimus infra in dicto c. 27. de iud. & per quem reuoc. fiat, nu. 7. vnde non debet partib. permitti, vt possint compromittere, & sic certo modo iudici preiudicare.

14 Septimò † qa ita in simili videmus in cã spolij, q̃ nõ vr̃ cõpromissibilis ꝑm Afflict. decis. 84. fuit dubitatum.

Octauò ea. quæ tendere videntur ad differendum reuocationem attentatorũ à iure improbari uidentur, vt de appellatione diximus supra in 2. parte. c. 12. de attent. appell. pend. in
15 7. limit. princ. num. 2. † Sed per petitionem huiusmodi, quòd causa attentatorum compromittatur, videtur illorum reuocatio differri meritò &c.
16 Secũda huic ꝯria põt esse opi. † ꝙ immo cã attentatorum sit compromissibilis ac dicto statuto comprehendatur.
17 † Primò: qa nullibi vr̃ prohibitũ, ꝙ arbitri de attentatis nõ possint cognoscere, vt ẽt admonuimus s̃. in 2. par. ca. 15. de attẽt. pend. comprom. in 2. ampl. reg. ibi posita nu. 143.
18 † Secundò super attentatis vr̃ posse transigi, attento ꝙ illis põt renunciari, & ꝙ quando actus probaretur factus de consensu partis, cessat reuocatio attentatorum, secũdum ea, quæ latius diximus supra in 1. parte de attent. lite penden. in 15. &
19 16. limit. princ. & supra hoc eodem cap. q. 15. num. 1. † ubi autem fieri potest transactio, ibi etiam procedit compromissum, & econtra, ut post Barto. in l. ius dandi. aliàs est l. præter. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. tradit Blanc. in dicto tract. de compromiss. in 4. q. princip. num. 7. versicu. spiritualis incidens, ergo &c.

Tertiò cum ea, quæ expediuntur officio iudicis nobili, compromitti non valeant, à contrario sensu uidetur dicendum, quòd, quæ expediuntur officio iudicis merce-

Source : BIU Cujas

nario compromittantur, ſed attentatorum reuocatio ad inſtantiam partis expeditur officio iudicis mercenario, ut annotauimus ſupra in prima parte in deſcriptione attentati nume. 28. ergo partes debent cauſam attentatorum poſſe compromittere.

21 Quartò † de omnibus, quæ expreſſe non prohibentur, poteſt fieri compromiſſum, ut poſt Iaſ. & alios tradit idē Blanc. ibidem nu. 19. verſ. alimentorum. Iſta non reperitur expreſſe prohibita, meritò &c.

22 Quintò † quia in ſimili uidemus, ꝙ etiam cauſę aliàs multum fauorabiles, ac priuilegiatæ, prout eſt cauſa dotis, & alimentorum, ad no. in l. 1. ff. ſolut. matrim. hoc ſtatuto comprę henduntur, vt expreſſe ponit idem ibi dicto uerſ. alimentorum, & in verſ. dotis, num. 2.

23 Sextò † quia, vt dicit idem ibi num. 21. verſ. emergens, cau
24 ſa emergens & incidens cadit ſub hoc compromiſſo. † Hæc aũt dicitur emergens, vt diximus ſupra in 2. parte, cap. 15. de attent. pend. compromiſſ. nu. 90. ergo &c.

25 Septimò † quia videmus, ꝙ exceptio compromiſſi impedit executionem, vt tradit Alciat. in conſi. 27. de iure communi. nume. 5. lib. 2. ergo dato, ꝙ in reuocatione attentatorum verſetur executio, ut dicebatur ſupra, nu. 9. tamen per hanc exceptionem debet retardari.

26 Tertia demum poteſt conſiderari opinio, † vt cum attentata dicuntur habere ſe per modum acceſſorij ad cauſam principalem, ſecundum Oldrad. in conſi. 199. pro fundamento in fin. & ſenſit Rot. deciſ. 1. aliàs 1. poſt princ. de appellat. in
27 no, diſtinguamus † ꝙ, Aut ſumus in attentatis pendente cauſa, quæ non erat de ſui natura compromiſſibilis, prout eſſet
28 † cauſa ſpiritualis, reſtitutionis † in integrum, † mixti impe-
29 rij, † & uſurarum, quæ non compromittuntur, ut deducit
30 Blanc. ibi num. 7. q. 10. & 14. † vel in cauſa criminali, quæ pa-
31 riter non compromittitur, ut eſt tex. in l. non diſtinguemus.
32 §. Iulianus. ff. de arbit. & tradit Afflict. deci. 84. & tunc nec cauſa talium attentatorum ſit compromittenda; Aut cauſa principalis erat compromiſſibilis, & tunc ſecus. Pro qua opi. plurimum facit ſimilis diſtinctio, quam faciunt aliàs Doct. in eo
33 articulo † an cauſa incidens & emergens ſit compromittenda, vt ſi cauſa principalis erat compromittēda, incidens quoque compromittatur, aliàs ſecus, ut per Soci. in conſi. 300. in cauſa, verſ. circa tertiam quæſtionem. lib. 2. quem refert, & ſequitur etiam Blanc. ibidem ſub nu. 21. verſi. veritas tamen in contrarium eſt, vbi in id etiam alios citat.

34 Quid dicendum? Mihi magis placet † ſecunda opi. vt regulariter etiam cauſa attentatorum compromittatur, & conſequenter, ꝙ per exceptionem compromiſſi retardetur reuocatio attentatorum a iudice ad inſtantiam partis facienda ſecundum regulam quàm proxime conſtituemus. Præſertim cum ea, quæ dicta ſunt in 3. opin. & nonnulla etiam motiua facta pro prima deſeruiant pro limitatione ac declaratione prædictæ regulæ. Et tenendo eam non obſtant quæ in contrarium pro prima opin. ſunt adducta, quoniam illis reſpondetur, &

35 Ad primum † ꝙ immo in ſtatuto, de quo agitur, cõpræhenduntur etiam cauſæ priuilegiatæ, ut eſt cauſa dotis, & alimentorum, ut diximus ſupra in quinto fundamento ſecunda opin. num. 22.

36 Ad ſecundum, † quòd cum hoc compromiſſum petere poſſit etiam is, qui paſſus eſt attẽtata, utique in eo ceſſat omnino illa ratio, ex quo nihil in legem commiſit, quamuis quoad attentantem aliud uideatur tenendum, ut dicemus infra in 2. limit. num. 44.

Ad tertium, quòd re uera cauſa attẽtatorum licèt in multis ſit priuilegiata, & ſpecialiter vt illa ante omnia ſint reuo-
37 canda † non tamen videtur executiua, † ex quo ſecundum
38 opinionem aliquorum à ſnĩa in eis lata ſtatur appellatio, ut latius dicemus infra ca. 28. de ſentent. in cauſa attent. feren. q.
39 2 num. 44. immo uidetur † ꝙ in ea procedatur per tres conformes, arg. eorum quæ ponit Rot. deciſ. 2. aliàs 113. tres ſententiæ. de re iud. in no. & deciſ. 28. aliàs 517. nota ꝙ tres, de re iud in antiq. quamuis contraria verior de iure uideatur opi. ut ibidem late deduximus num. 49.

Ad quartum, quòd licèt in cauſa attentatorum agatur de
40 retractatione eorum, quæ ſunt attentata, tamen † iſta retractatio non fit via executiua, ſed demum latis deſuper ſententijs, vt ſupra proxime.

Ad quintum reſpondetur retorquendo: quia quando agimus, an cauſa attentatorum ſit compromittenda, uidemus principaliter conſiderare eam reuocationem, quæ ad inſtantiam partium compromittere debentium eſſet facienda, illa autem cum fiat officio iudicis non nobili, ſed mercenario, vt diximus ſupra in 3. fundamento 2. opi. ergo compromittenda uidetur, & ex hac reſponſione poteſt colligi declaratio ad regulam infra ponendam.

Ad ſextum dicitur, ꝙ motiuum eſt verum, & ex eo colligitur declaratio, de qua ſupra proxime, & infra in 3. limitat. nume. 46.

Ad ſeptimum reſpondetur, ꝙ Afflict. potiſſimum fundat deciſ. ſuam in quadam pragmatica, quæ cum ſit localis, non extenditur vniuerſaliter ad omnes caſus.

Ad octauum, ꝙ immo per compromiſſum citius inducitur
41 attentatorum reuocatio, attento, quòd † vt notum eſt, compromiſſa regulariter fiant ad lites abbreuiandas, præſertim cum aliàs ẽt in cauſa attentatorum procedatur per tres conformes, ut diximus ſupra proxime. Et propterea retenta ſecunda opin. tanquam verior ſecundum illam videtur conſtituenda in propoſito.

42 Regula, † ꝙ cauſa attentatorum ſit compromittenda, & exceptio petiti compromiſſi regulariter retardet illorum reuocationem ad inſtantiam partis per iudicem facienda, quæ probatur ex omnibus allegatis ſupra pro ſecunda opin. Quã (vt non nulla, quæ in contrarium obſtare uidebantur concordentur, & pro neceſſarijs declarationibus, ac limitationibus ſubijciantur)

43 Limita primò, ut non procedat † qñ eſſemus in attentatis pendente aliqua cauſa, quæ de ſui natura non eſſet compromiſſibilis; quia tunc nec cauſa attentatorum tanquam acceſſoria ad aliam cauſam principalem eſſet compromittenda, & ita procedant, quæ ſupra dicta ſunt in 3. opi. nu. 27.

44 Secundò poteſt limitari, ut non procedat † quando ipſe attentans peteret huiuſmodi compromiſſum: tum quia fruſtra auxilium legis implorat, qui in legem committit: tum
45 quia & aliàs videmus in ſimili, † ꝙ licèt quando appellatio eſt notorie nulla, attentata non veniunt regulariter reuocanda, ut latius deduximus ſupra in 2. parte, cap. 12. de attent. appel. penden. in 6. limit. princ. num. 6. verſ. Regula quæ probatur. quando tamen ipſe appellans aliquid attentauit, nõ gaudet beneficio illius regulæ, ſed immo attentata per eum omnino reuocantur, vt diximus ibidem in 5. ſublimit. ibi poſita n. 43. Ita hoc caſu attẽtans nõ gaudeat beneficio dicti ſtatuti.

Tertiò, ut præmiſſa procedant, quando reuocatio attentatorum peteretur ad inſtantiam partis ex officio iudicis mercenario: tunc enim exceptio compromiſſi retardaret dictam
46 reuocationem † ſecus ſi iudex ex ſuo officio nobili, & ratione ſui contemptus vellet ea reuocare, prout eum poſſe deduximus infra ca. 27. de iudice, & per quem attent. reuoc. nu. 7. quia talis reuocatio per huiuſmodi compromiſſum non impediretur, cum partes in hoc non poſſint *ipſi iudici* præiudicare, & ita procedant, quæ dicta ſunt ſupra in 6. fundamento primæ opin. num. 13.

Quæſtio XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio periurij an obſtet agenti ad reuocationem attentatorum, & infra num. 6.*
2 *Periurus eſt à limine iudicij repellendus.*
3 *Periurij exceptio ſolet impedire litis conteſtationem. Et dicitur litis finitæ, vt num. 4.*
5 *Iudex poteſt periurium repellere, etiam ſi pars non opponat.*
6 *Attentato ſpolio agenti non obſtat exceptio periurij. Niſi eſſet periurus; quia iuraſſet non petere reuocationem attentatorum, vt num. 7.*

1 VIgeſimoſextò quæro, quid de exceptione periurij
2 † an ℈ petentem reuocationem attentatorum opoſita impediat reſtitutionem † & quamuis periurus uideatur a limine iudicij repellẽdus, ut per Docto. in l. ſi quis maior. C. de tranſact. in cap. dilecto. de except. Pariſ. in conſil. 43. num. 24. lib. 1. & conſil. 25. nume. 95.
3 lib. 3. † & iſta exceptio ſoleat impedire litis conteſtationem
4 † cum ſit exceptio litis finitæ, ut poſt alios tradit Blanc. in tract. de compromiſſ. in 4. q. principali dum tractat de exceptionibus, num. 15. & ponit nouiſſime Ioannes Bap. de Aſin. in
5 ſua praxi, iudic. §. 13. cap. 9. num. 13. & † periurus poſſit a iudice repelli, etiam ſi pars non opponat: ut poſt Anchar. Imol. Corn. & Bologni. tradit Io. de Neuiz. in conſil. 21. incip. ſcripſit, in princ. Aliàs tamen in ꝓtingentia facti in una Vrgelẽ. canonicatus de Guiſſona, coram D. meo Oradino, ſub die 20. Decembris 1563. uiſi ſunt Domini inclinaſſe in partem
6 negatiuam, † ꝙ talis exceptio non obſtet petenti reuocationem ſpolij attentati, prout erat in caſu illo: Pro qua concluſione faciunt, quę diximus ſupra q. 3. ꝙ in attentatis exceptio excommunicationis non obſtat: cum poſſit dici maior exceptio excommunicationis, quàm periurii. Nec eſt attendendum, quod ſupra diximus, hanc exceptionem tanquam litis finitæ impedire litis ingreſſum, ac illius conteſtationem, ex

quo

Source : BIU Cujas

quo in attentatis non fit litis conteſtatio, vt dicemus infra ca. 25. de Proceſſ. in cauſ. attent. num. 20. Præmiſſa tamen con-
7 cluſio uidetur limitanda, niſi quis † iuraſſet non petere reuo cationem attentatorum: quia tunc exceptio periurii videretur admittenda, ſicut dicimus hoc caſu in ſpolio, ut eſt deciſ. Rot. 18. aliàs 401. ſi agenti, de reſt. ſpol. in no. tum quia iuramentum hoc caſu ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ ca. ſi uerò. de iureiur. cum ſimil. tum quia qñ quis renunciauit priuilegio attentatorum, & illorũ reuocationi regulariter ceſſat hoc remedium, ut diximus latius ſupra in 2. par. c. 4. de attent. lite pend. in 15. limit. princ. per tot.

Quæſtio XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Simoniæ exceptio retardat reuocationem attentatorum, quando eſt realis in cauſa beneficiali, ſecundum aliquos.*
Licèt contrarium eueniente caſu fuerit reſolutum, vt nu 7.
Cum declaratione tamen, quòd licèt talis exceptio non impediat attentatorum reuocationem, per hoc non eſt poſſeſſio ſimoniaco reſtituenda, ſed ſequeſtranda, vt nu. 8.
2 *Spolio agenti obſtat exceptio ſimoniæ.*
3 *Simoniacus efficitur inhabilis ad beneficia.*
4 *Inhabilitatis exceptio etiam in poſſeſſorio debet admitti, quando eſt probata.*
Etiam in executiuis, vt num. 6.
6 *Exceptio ſimoniæ, quæ quando eſt probata, concludit, etiam inhabilitatem ad beneficia facit, vt dicatur notorie conſtare de non iure ſimoniaci.*
9 *Hæreſis exceptio an obſtet agenti ad reuocationem attentatorum, remiſſiue.*
10 *Hæreſis exceptio obſtat agenti poſſeſſorio.*

1 VIgeſimoſeptimò queri poteſt, an ſimiliter ob ſtet exceptio ſimoniæ? † Et quamuis uideretur dicendum & forſan probabiliter, ꝙ ſi eſſemus in cauſa beneficiali, & peteretur reuocari, puta ſpolium attentatum lite pendente, & ſimonia eſſet realis, concludi poſſet, ꝙ
2 iſta exceptio ſit admittenda; tum quia ſolet admitti in † ſimili ꝺ ſpoliatum in poſſeſſorio, ut tradit Caſſad. deciſ. 1. quòd ſi
3 moniacus, in princ. de ſimonia, tum etiam † quia talis ſimoniacus efficitur inhabilis ad beneficia cap. conſuluit. de ſimo
4 nia. Pariſ. conſi. 29. num. 26. lib. 4. † Quæ exceptio inhabilitatis etiam in poſſeſſorio quando eſt probata, debet admitti, vt eſt deciſio. Afflict. 361. Monaſterium, num. 16. & eſt etiam deciſ. in recollect. Thomæ de Than. 70. incip. in poſſeſſorio, faciunt quæ ponit Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. nu.
5 91. ff. de acquir. poſſeſſ. † & admittitur etiam in executiuis, vt fuit tentum in una Corduben. dimidiæ portionis coram D. meo Oradino, ſub die 14. Decembris 1558. & tanto magis
6 † quia per hanc exceptionem concludentem inhabilitatem, quando ſit probata, videtur conſtare notorie de non iure pe tentis, quo caſu regulariter non fit reuocatio attentatorum,
7 vt diximus ſupra q. 1. num. 21. Eſt tamen † ſciendum, quòd in contingentia facti Domini aliàs tenuerunt contrarium, ꝙ immo etiam ſtante ſimonia (de qua dicebatur ꝑſtare per confeſſionem partis) attentata eſſent reuocanda, ut fuit tentum in una Vlixbonen. Quartanariæ coram Reumano 3.
8 Octobris. 1553. cum † declaratione tamen, ꝙ poſſeſſio non
9 daretur ſimoniaco, ſed poneretur ſub ſequeſtro. An † autez exceptio hæreſis obſtet petenti huiuſmodi reuocationem, ſolutio colligi poteſt ex his, quæ ponit Rip. vbi ſupra num.
10 88. verſi. 15. fallit. Et concludi poteſt, quòd obſtet † attento, quòd exceptio inhabilitatis ipſius agentis, puta ꝙ ſit hæreticus, obſtat etiam agenti poſſeſſorio, ut poſt Compoſtel. Ioã. Andr. & alios in c. quia ſicut. de electione. & Inn. in c. conſtitutus. de fil. præsbyt. tradit Sigiſmund. Loffred. in conſil. 45. magnificus, num. 20.

Quæſtio. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Compenſationis exceptio non admittitur in cauſa attentatorum.*
2 *Compenſatio in executiuis nõ admittitur, prout quando ſumus in obligatione in forma cameræ.*
Secundum commu. opin. contra Bar. vt num. 3.
4 *Compenſatio in ſpolio non admittitur.*
5 *Cauſa attentatorum & compenſationis non ſunt pariter priuilegiatæ, ideo compenſatio in eis non procedit.*
6 *Compenſatio contra attentata non admittitur, etiam ſi opponeretur de cauſa penſionis habentis clauſulam, ſine retardatione ſolutionis penſionis.*
7 *Iudicium attentatorum eſt fauorabilius ſpolio.*

1 VIgeſimooctauò quæro (& hæc & ſequentes duę reſpiciunt executionem ſententiæ latæ ſuper attentatis) an in cauſa attentatorum poſſit admit
1 ti exceptio compenſationis. † Et negatiue reſpondendum eſt; tum quia in ſimili uidemus
2 † quòd huiuſmodi exceptio non admittitur in executiuis,
3 prout quando ſumus in obligatione in forma cameræ † ſecũ dum communem opinionem, contra Bar. de qua poſt alios teſtatur Galleſ. de obligat. cameral. q. ij. quartæ particulæ nu.
4 6. fol. 83. prout † nec etiam in ſpolio admittitur, ut eſt deciſ. in recollect. Caputaqu. 2. deciſ. 10. tum etiam quia ita expreſſe fuit reſolutum in Rota in una Ceſenaten. compenſationis coram A quen. ſub die 2. Martii. 1541. ut eſt deciſ. in recol
5 lect. Put. 2. exceptio, ſub Rubrica de excep. ea ratione † quia cauſæ non ſunt pariter priuilegiatæ. Prout & in alia Taruiſi-
6 na coram Proſperofuit dictum † quòd huiuſmodi exceptio non poteſt opponi, etiam ſi obiiceretur ex cauſa penſionis, quæ haberet clauſulam ſine retardatione ſolutionis penſionis, tum quia attentans non eſt hoc dignus tanquam qui cõ tempſit maieſtatem iudicis, tum quia ſpoliator non oppo-
7 nit compenſationem, & † iudicium attentatorum eſt fauora bilius ſpolio, ut dicit formaliter Acchil. de Graff. in recollec. ſuis deciſ. 24 attentatorum cauſa, ſub Rubrica de attent. in quo ſpolio admitti compenſationem fuit etiam nouiſſime reſolutum in una Viterbien. ſpolii coram Robuſterio 10. Octobris. 1569.

Quæſtio XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Retentionis exceptio occaſione melioramentorum in re factorum an retardet attentatorum reuocationem.*
2 *Exceptionem retentionis ſecundum aliquos non retardat reuocationem attentatorum.*
3 *Melioramenta faciens in re, circa quam eſt attentatum, uidetur temere in re non clare ſua impendiſſe.*
4 *Retentionis exceptio videtur in effectu quodammodo exceptio compenſationis.*
5 *Attentatorum reuocationem per exceptionem retentionis impediri verius uidetur.*
6 *Retentionis exceptio admittitur contra executionem ſententiæ.*
7 *Impenſa in re aliena facienti conſtituitur ius in ipſa re.*
8 *Sententia non eſt exequenda, quando conſtat de melioramentis, & illa vel ſunt liquida, vel parata eſt pars illa incontinenti liquidare.*
Etiam ſi uellet præſtare cautionem de illis reficiendis. nu. 9.
10 *Exceptio retentionis procedit etiam in executiuis, & priuilegiatis, quando probatum eſt extare melioramenta.*

1 VIgeſimononò quæro † quid de exceptione reten tionis occaſione melioramentorum in re, circa quam prætenditur attentatum factorum an petenti reuocationem poſſit opponi; Pone enim, ꝙ pendente appellatione ego fuerim à iudice à quo immiſſus in poſſeſſionem, & dum litigatur, an talis immiſſio ſit attentata nec ne, ego rem ipſam melioraui, deinde pronunciatur immiſſionem fuiſſe attentatam, & in executione ſententiæ, quæ fit ꝺ me ſuper attentatis, ego oppono exceptionem, &
2 melioramentorum, & retentionis. Et primò † uidetur dicendum, quòd non ſit admittenda; quia attentata ſunt in pri-
3 mis, & ante omnia reuocanda. † Item quia uideor temere in rem non clare meam impendiſſe, ſicut dicimus, ꝙ inuaſores caſtrorum non poſſunt repetere expenſas in caſtri refectione erogatas, ut per textum, & ibi not. in l. ex argento. ff. de cõ di. furt. & in l. 1. C. de infantib. expoſit. id firmat Marti. Lau den. in tract. de Caſtellanis. q. 13. prout eum refert Menoch. in 2 reſpon. cauſ. Finarien. in 8. artic. num. 1. quod etiam repli
4 cauit in conſi. 2. magni ponderis, num. 370. lib. 1. † præſertim; quia talis exceptio uidetur quodammodo quædam compẽſatio, quæ contra attentata non admittitur, ut ſupra. q. proxi
5 ma dictum eſt. In contrarium † tamen facit: quia aliàs uide-
6 mus, † ꝙ contra executionem ſententiæ huiuſmodi exceptio admittitur, ut poſt Paul. de Caſtr. in pluribus conſiliis tradit Gozad. in conſi. 86. uidetur. num. 25. & Pet. de Benitẽd. poſt alios, quos allegat in deciſ. 27. capta fuit, in princip. & fere per totam, præſertim ſub num. 3. verſi. & hæc opi. uidetur
7 comprobari, ubi allegat etiam hanc rationem, quia † facienti impenſas in re aliena conſtituitur ius in ipſa re, per l. creditores. §. 1. & l. ſi quis rem. ff. de furt. & quod fuit aliàs dictum
8 per Dominos, ꝙ † quando conſtat de melioramentis, & illa vel ſunt liquida, uel parata eſt pars illa incontinenti liquida-
9 re, ſententia non eſt exequenda etiam † præſtita cautione de illis reficiendis, ut eſt in recollect. Peregr. 2. deciſ. 16. & ſimilis
10 exceptio † procedit etiam in executiuis, & priuilegiatis, quãdo probatum eſt extare meliorameta, prout in obligatione

in

Source : BIU Cujas

in forma Cameræ,ut eleganter deducit,& comprobat Gallef.de oblig.Cameral.in 4.particula.q.2.nume.12.fol.85. quẽ refert,& in caſu ſuo ſequitur nouiſſime etiam Burſat.in conſil.60.fuit aliàs.num.21.lib.1. aliàs ſi ꝓrium concluderemus, petens reuocationem locupletaretur cum aliena iactura,prę ſertim ſi expenſæ huiuſmodi fuerint neceſſariæ,vel etiam vtiles,& factæ à bonæ fidei poſſeſſore,prout eſt iſte, qui authore Prætore fuit immiſſus in poſſeſſionem,cum his caſibus regulariter detur retentio,vt concludit nouiſſime Menoch. de recuperan.poſſeſſ.remed.15.q.36.num.499.& multis ſeq.vbi latiſſime hanc materiam melioramentorum tractat, diſtinguendo in ea treſdecim caſus,& præſertim num.500. ubi de neceſſarijs,num.517. ubi de utilibus agit,quòd ipſum ſuadetur ex his,quæ ponit idem in dicto 2.reſpon.cauſæ Finarien. in 8 artic.num.2.& ſeq.ubi concludit tales impenſas fore reficiendas,& iterum in dicto conſil.2.magni ponderis,nume. 371.& ſequ.lib.1.

Quæſtio XXX.

SVMMARIVM.

1 *Nullitatis exceptio non poteſt opponi contra attentata, & executionem ſententiæ in eis latæ.*

2 *Sententiæ ſuper attentatis latæ ſunt ante omnia executioni demandandæ,*
Dummodo diffinitiuæ ſint,vel uim habeant diffinitiuæ.nu.3.

4 *Exceptio nullitatis non ipſius ſententiæ, ſed appellationis, quando ſumus in eo,qui fuit reſtitutus ad appellandum, poteſt contra attentata in executione opponi.*

5 *Nullitas proueniens ex eo; quia in ſententia attentatorum fuit omiſſa citatio,& cauſæ cognitio poteſt etiam contra attentata, & illorum executionem opponi.*

6 *Citatio partis, & cauſæ cognitio requiritur in reuocatione attentatorum,remiſſiue.*

1 2 IRgeſimò quæro,an ꝓ executionem ſententiæ, quæ fertur ſuper attentatis, & contra eum, qui obtinuit reuocationem attentatorum, poſſit opponi exceptio nullitatis. † Et breuiter negatiue concludendum eſt: nam ſententiæ † latæ ſuper attentatis antequam procedatur in petitorio,ante omnia ſunt executioni demandandæ, ut eſt deciſio. Rot.2. aliàs 113.tres ſententiæ.de re iud.in no.& deciſ.28. aliàs 517. nota quòd tres.de re iud.in antiqu.Quod tribus modis intelligendum uidetur.

3 Primò † dummodo dictæ ſententiæ diffinitiuæ ſint, vt declarant exemplificando ſupradictæ deciſ.

4 Secundò † niſi allegaretur nullitas non ſententiæ ſed inſtrumenti ipſius appellationis,quãdo eſſemus in eo, qui appellaſſet uigore reſtitutionis in integrum ad appellandum: quia exceptio talis nullitatis contra petentem reuocationẽ opponi poteſt,vt uidetur deciſ.Aegid.217.

5 Tertiò, puto neceſſario limitandum † niſi ſententia lata in cauſa attẽtatorum eſſet nulla,ex defectu citationis,& omiſ
6 ſæ cauſæ cognitionis; cum enim † in reuocatione attentatorum ſit neceſſaria citatio partis,& cauſę cognitio, ut dicemus infra cap.ſequenti de Proceſſ.in cauſ.attent.num.33.uerſ.quinimmo firmiter tenendum eſt, ſi iſta omittantur, & conſequenter ſententia ſit ex hoc capite nulla, non eſt inconueniens,ꝙ in executione ſententiæ attentatorum poſſit dari de nullitate ex huiuſmodi defectu proueniente.

Quæſtio XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio,quæ non erat de iure admittenda, de facto admiſſa an obſtet reuocationi attentatorum.*

2 *Exceptio non admittenda,parte non contradicente admiſſa vel contradicente,& ab admiſſione non appellante,in qualibet materia operatur effectum ſuum,& aduerſario præiudicat.*

5 *Sententia & res iudicata non debet exequi, quando pars fuit admiſſa ad probandum de iniquitate ſententiæ, nec fuit aliquid oppoſitum, nec minus appellatum.*
Immo conſtito de illius iniquitate iudex debet illam reuocare, vt num.4.
Secundum communem opin.vt num.5.

6 *Reuocatio attentatorum non ſolum non retardatur,quando conſtat de bono iure attentantis,verum etiam inhibitio eſt moderanda.*

7 *Remedium attentatorum ceſſat,vbi quis fuit admiſſus ad probandum de ſuo bono iure,& illud probauit.*

8 *Attentata non veniunt reuocanda, quando ex actis conſtat de bono iure attentantis.*

9 *Appellatio non admittenda de facto admiſſa operatur effectus ſuos, remiſſiue.*
Præſertim appellato non contradicente, vt nu.10.

11 *Cautus debet eſſe procurator petentis attentatorum reuocationem, ut non patiatur admitti exceptionem non admittendam.*

1 2 VLtimò neceſſariò quærendum eſt † an ſi in iudicio attentatorum fuerit admiſſa de facto aliqua exceptio,quæ de iure non fuiſſet admittenda,illa obſtet. Et ſicut aliàs † generaliter ferè in qualibet materia exceptio nõ admittenda,ſi parte non ꝓdicente,vel contradicente,& ab admiſſione non appellante, fuerit admiſſa, operatur effectum ſuum,& aduerſario prę̃iudicat ſm Rom. in conſi.384.in caſu propoſito.uerſ.quò ad tertium.Fel.in c. inter monaſterium.colum.14.in 8.limit. de re iudi.& Rip. in dicta l.naturaliter.§.nihil commune.nu.72. ff.de acq.poſſeſſ. & per eundem rñſ.lib.1.de except.reſpõſ.1.& poſt prædictos, & alios per eum allegatos omnium elegantiſſime per Galleſ.de oblig.Cameral.in 4 particula.q.4. per totam.fol.93.& poſt Ruyn.in conſi.3.num.10.lib.3.tradit Io.Bap.de Aſin.in ſua praxi iud.§.12.c.2.num.2.& ſeq.vbi plura de iſta admiſſione ponit, Ad quod facit,quod fuit tentum in una Hiſpalen. canonicatus coram Decano.1552.& in alia Cæſarauguſtana coram eodem 25.Martij.1547.& in alia Valionen. corã Mohed.quas omnes citat Caputaq.in recollect.ſuis parte 1. dec. 283.inc.quando pars.in quibus fuit tentum, ꝙ † quãdo pars
3 fuit admiſſa ad probandum,de iniquitate ſententiæ,& rei iudicatæ,& nihil fuerit oppoſitum,nec minus appellatum,ſen
4 tentia dicta non debet exequi, † quinimmo conſtito de iniquitate iudex debet illam reuocare,poſt Inno. & alios ibi allegatos, † etiam de communi opinione atteſtantes. Ita & in
5 hac materia noſtra attentatorum dicendum uidetur, cum
6 non adſit conſiderabilis diuerſitatis ratio. Quinimo † ſi per exceptionem propoſitam conſtaret de bono iure attentantis,concludendum eſt,quòd omnino aduerſario præiudicaret: quia quando conſtat de bono iure eius, qui prætenditur etiam poſt inhibitionem attentaſſe,non ſolum ſuperſedetur in cauſa circa reuocationem attentatorum, uerum etiam inhibitio eſt moderanda, vt in propria materia noſtra aliàs tenuerunt Domini in vna Ceſarauguſtana electionis capellæ, ſub die 12.Martii.1558.vt eſt deciſ.in recollect.Paleot.176.incip.collegium,& dicebat aliàs Pariſ.conſil.41.optimum,nu.
7 37.lib.1.† quòd ceſſat remedium attentatorum, quando attentans fuit admiſſus ad probandum de ſuo bono iure,& illud probauit: & ratio videtur eſſe, ne quis vna manu cogatur dare per purgationem attentatorum, & alia recipere, ex eo quia conſtat de eius bono iure contra deciſ. Chiſſanen. 7.Quod etiam dixerunt Domini in una Gerunden. cameraꝛię coram Fabio, vltima Ianuarij. 1547. † quod quando ex
8 actis conſtat de bono iure attentantis, attentata non ueniunt reuocanda, vt eſt deciſio in recollect.Peregr.92. aliàs 534.incip.fuit dictum eodem die,vbi ampliatur id procedere tam in beneficialibus, quàm in profanis. Pro qua vltra præmiſſa faciunt multa, quę poſuimus ſupra in ſecunda parte, cap.12.de attent.appellat.penden.in 4.limit. ſextę limitationis principalis nume. 27. & pluribus ſequent. ad deducen-
9 dum,† quòd apellatio,quę in aliquo caſu non fuiſſet admit
10 tenda, ſi fuerit de facto admiſſa, præſertim † appellato non contradicente operatur effectum attentatorum. Itaque
11 † cautus debet eſſe procurator petentis reuocationem attentatorum, ut non patiatur proponi quidem, nedum admitti exceptionem aliquam, quę de iure non fuiſſet admittenda: cum nil magis detegat eius ignauiam, quam huiuſmodi conniuentia, vt animaduertit etiam Galleſ. in propoſito ſuo vbi ſupra num.10.

Cap. XXV. *De proceſſu in cauſa attentatorum.*

SVMMARIVM.

1 *Iudicium debet procedere iuris ordine ſeruato, videlicet præcedente libello,litis conteſtatione, proceſſus publicatione, & alijs ſolemnitatibus.*

2 *Iudicium agitatum ſine dictis ſolemnitatibus eſt nullum regulariter.*

3 *Ordo iuris in quocunque iudicio ſeruari debet.*

4 *Etiam in poſſeſſorio,& infra nu.23.*

5 *Et inter quaſcumque perſonas,etiam matrem,& filium.*

7 *Reuocationis attentatorum iudicium in pluribus eſt priuilegiatum,& primo,ut in eo procedatur ſine ordine iudiciario.*
Etiam ſi quis iuraſſet ſeruare ordinem iudiciarium,vt num.8.

9 *Iurans ſeruare ordinem iudiciarium in cauſis, non videtur iuuare in his,quæ ordinem non requirunt.*

10 *Libellus non requiritur in iudicio reuocationis attentatorum.*
Secundum commu.opin.vt num.11.

Libel-

Source : BIU Cujas

12 *Libellus non eſt neceſsarius, vbi imploratur officium iudicis. Secundum commu.opi.vt num.13.*
14 *Qualis qualis petitio etiam in iudicio reuocationis attentatorum eſt neceſsaria.*
15 *Remedio can.reintegranda, licèt ſolemnis libellus non requiratur, eſt tamen qualis qualis petitio adhibenda.*
16 *Summario in iudicio ubi libellus non requiritur, aliqualis tamen petitio eſt neceſsaria.*
17 *Tacita etiam petitio in attentatorum reuocatione ſufficit.*
18 *Fructus medij temporis eius rei petens, circa quam commiſsum eſt attentatum, cenſetur tacite petere reuocationem attentatorum.*
19 *Incerta etiam petitio ſufficit in iudicio reuocationis attentatorum.*
20 *Litis conteſtatio non requiritur in reuocationis attentatorum iudicio.*
21 *Litis conteſtatio in ſummarijs non requiritur.*
22 *Nullitatis cauſa, aut deſertionis non requirit litis conteſtationem.*
24 *Spolio requiritur litis conteſtatio. Secundum commu.opi. vt num.25.*
26 *Litis conteſtatio facta etiam in cauſa principali, an præcludat uiam attentatorum reuocationi, remiſſiue.*
27 *Summariè, & de plano proceditur in cauſa attentatorum.*
28 *Termini non ſeruantur in cauſa attentatorum. Et ita communiter Rot.tenet, vt infra nu.30. Quamuis aliqui opinati fuerint contrarium, vt nu.29.*
31 *Termini in cauſa attentatorum non ſeruantur, tam ſi ſimus in cauſa beneficiali, quàm profana.*
32 *Terminus ad iuſtificandum prætenſa attentata ſolet per Signaturam quandoque præfigi, præſertim ferijs inſtantibus.*
33 *Reuocatio attentatorum quando fit ad inſtantiam partis, fit citata parte, & cum cauſæ cognitione.*
34 *Cauſæ diligens inquiſitio præcedat oportet, quando quid reuocatur lite pendente per officium iudicis.*
35 *Cauſa quantumuis ſummaria ſit, in ea tamen requiritur citatio partis, & iudicis declaratio.*
36 *Legitimatio perſonarum principaliter uerſari debet, in cauſæ cognitione in attentatis.*
37 *Spolio agens debet ſe docere talem, qualem ſe facit ſecundum communem opinionem.*
38 *Poſſeſſorio quoque iudicio legitimatio perſonarum facienda eſt.*
39 *Perſonarum legitimatio etiam in ſummarijs facienda eſt. Item etiam in executiuis, prout eſt obligatio in forma cameræ, vt nume. 40.*
41 *Mandati defectus etiam iudicium attentatorum redderet nullum.*
42 *Sententia ferenda in cauſa attentatorum cum minori maturitate uidetur ferri, quàm ferantur aliæ ſententiæ diffinitiuæ.*
43 *Citatio partis in reuocatione attentatorum non requiritur, quando antea in cauſa principali procedebatur per audientiam literarum contradictarum; quia tunc ſufficit etiam in attentatis, per audientiam citatio.*
Etiam ſi ſuper huiuſmodi reuocatione procederetur vigore ſpecialis commiſſionis: vt num.44.
45 *Attentata poſſeſsio ab aliquo eo non citato per iudicem ablata poteſt etiam ſine alia citatione reuocari.*
46 *Factum de facto, de facto quoque reuocari poteſt.*
47 *Ordinata per iudicem ſine citatione, etiam ſine citatione reuocari poſſunt.*
48 *Citatio in reuocatione attentatorum non requiritur, quando fit ex puro, & mero iudicis officio.*
49 *Citatio non requiritur in his, quæ iudex ex officio facere poteſt.*
50 *Intruſio vbi eſt notoria, citatio partis non videtur neceſſaria.*

Vamuis proceſſus appellatio, libelli porrectionem, litis conteſtationem, obſeruationem terminorum, exceptiones rei, vtriuſque partis probationes, ac denique iudicis ſententiam contineat, & conſequenter ſub hoc capite tota reuocationis attentatorum materia reponi potuiſſet: quia tamē diſtinctio faciliorem præſtat intellectum ſecundum gloſ. in verb. eaſdem. §. igitur. in prooemio Inſtitutionum, & ſupra c. 21. diſtincte fuit dictum de petitione huiuſmodi reuocationis, & cap. 24. ſimiliter fuſe fuit pertractatum de exceptionibus contra attentata competentibus, ſicut etiam infra ca. 26. latè dicturi ſumus de probatione attentatorum, & demum infra cap. 28. de ſententia, & quæ ad ſententiam pertinent in hoc iudicio attentatorum reuocationis latè diſcuſſuri ſumus. In præſenti ca. reliqua de proceſſu ponemus, ideſt quo ordine, quibus ſolemnitatibus, & qua terminorum obſeruatione in eo ſit procedendum. Eſt autem ſciendum, † quòd licèt regulariter in iudiciis debeat procedi iuris ordine ſeruato ſcilicet præcedente libello, interueniente litis conteſtatione, proceſſus publicatione, & aliis ſolemnitatibus in iudicio requiſitis, de quibus habetur in l. 1. & in authent. offeratur. C. de litis conteſt. & in l. prolatam. & ibi Bart. & Docto. C. de ſentent. & in c. quoniam contra. de probat. in tantū, † quòd iudicium agitatum ſine dictis ſolemnitatibus regulariter dicatur eſſe nullum: ut dicunt Docto. in ſupradictis locis, & tradit Marant. in ſpeculo in 4. parte principali in 9. diſtinctione iudiciorum in princ. & melius Vant. de nullit. in titu. de null. ex defect. proceſſ. num. 2. & ſequ. vbi eleganter deducit prædictum † iuris ordinem in quocunque iudicio † etiam poſſeſſorio, & inter quaſcunque perſonas † etiam matrem, & filium eſſe ſeruandum. † Nihilominus huiuſmodi attentatorum reuocatio in pluribus eſt priuilegiata, &

Primò, vt in ea ſine ordine iudiciario procedatur, ut eſt deciſ. Rot. Biſignet. 2. incip. vtrum poſtquam, num. 2. de appell. ſecundum modernam impreſſionem, aliàs ſecundum antiquam eſt deciſ. 30. incip. poſtquam, & deciſ. 1. aliàs 474. nota, ſi attentata. de offi. iud. in antiq. Aegid. deciſ. 148. ſententia, & deciſ. 294. incip. id autem, Mil. in uerb. iudex in cauſa, fol. 175 Franc. in cap. bonæ ſub num. 13. ver. amplius. de appell. & ex recentioribus Vant. de nullit. in titu. quib. mod. nullit. propo. poſſ. num. 28. vbi plures allegat, & eo multo plures in id citat nouiſſime Menocch. de recuperan. poſſeſſ. remed. 17. nume. 34. ver. quæro ſextò, prout facit etiam Mandoſ. in tract. commiſſio. in 14. formul. commiſſ. attent. in verb. cauſam. colum. 2. verſi. quoad primum priuilegium, ubi etiam alios præter præallegatos in id citat, & Minſing. conſil. 8. primæ decad. incip. ad deciſionem. num. 14. Quod ex intent. Franc. (poſt antiquos, quos ibi citat) in cap. non ſolum. ſub num. 6. de appell. in 6. ampliari notabiliter poteſt, ut procedat † etiam ſi quis iuraſſet ſeruare ordinem iudiciarium ea ratione: quia † iurās ſeruare ordinem iudiciarium in cauſis non videtur iurare in his, quæ ordinem non requirunt.

Secundò: quia † in hoc reuocationis iudicio non requiritur libellus, vt dixit originaliter glo. in clem. 2. in prin. ut lite penden. & tradit dicta deciſ. Biſignet. 2. de appel. Aegid. deciſ. 101. ſi conſtat. Pet. de Anchar. poſt Io. Andr. in cap. 1. in fin. vt lite penden. Franc. in dicto cap. bonæ. ſub nu. 13. & in c. conſuluit. el. 2. num. 8. & in cap. dilecti. el 3. nume. 3. de appellat. Alex. in conſ. 99. iuris num. 4. lib. 5. Veſtr. in praxi Ro. cu. lib. 8. cap. 4. ſub num. 17. verſi. quòd ſi agatur, poſt Bald. & Salyc. in l. appellatione. C. de appellat. Afflict. poſt Io. Monachum in cap. cupientes. de elect. in 6. deciſio. 351. bis fuit dubitatum in prin. & nouiſſime Io. Bap. de Aſin. in ſua praxi iudic. §. 4. cap. 3. verſic. 16. non requiritur, & iterum ver. 36. non requiritur, ubi poſt Alberic. in l. 1. C. de procurat. † id dicit communiter ſeruari. & Iacob. Henric. in conſi. 52. in caſu, num. 4. lib. 2. & Minſing. in dicto conſil. 8. num. 14. & aliàs paſſim Doct.

Et ratio eſſe poteſt: † quia quando imploratur officium iudicis (prout eſt in attentatis) libellus non requiritur, ut tradit poſt alios Lanfranc. deciſ. 362. & † eſt communis opinio, de qua teſtatur idem Io. Bapt. in dicto §. 4. cap. 3. num. 1. verſi. ſecundò enim loco. Quamuis autem non requiratur libellus ſolemnis, † qualis qualis tñ petitio eſt nihilominus neceſſaria, vt colligitur ex his, quæ poſt Inno. & Hoſt. ponit Franc. in dicto c. conſuluit. num. 5. dum ponunt practicaꝫ libelli, & petitionis reuocationis attentatorum, de quo (& particulariter huiuſmodi petitionem, & eius formam) ponit Spec. in titu. de appell. §. nouiſſime. num. 14. ver. vtrum autem, & nos aliquid de hac practica diximus ſupra cap. 21. huius 3. partis nu. 22. † Sicut in ſimili uidemus in remed. can. reintegranda, in quo licèt ſolemnis libellus non requiratur, tamē qualis qualis petitio eſt neceſſaria, vt concludit nouiſſime Menoch. de recuperan. poſſeſſ. remed. 15. q. 2. num. 241. Cum & aliàs generale ſit, † ꝙ in cauſis ſummariis, in quibus libellus non requiritur neceſſaria tamen eſt aliqualis petitio, vt poſt alios, quos allegat, tradit idem Io. Bapt. dicto §. 4. cap 1. num. 3. & etiam Io. de Neuiza. in conſi. 80. Benedictus. ſub num. 3. Quæ concluſio videtur ampliari poſſe.

† Primò, ut procedat, etiam ſi iſta qualis qualis petitio eſſet tacita, puta † ſi quis petat fructus medij temporis rei, circa quam fuiſſet attentatum, cum enim attentans teneatur ad fructus, ut dicemus infra cap. 31. petendo quis fructus, uidetur tacite etiam petere reuocationem attentatorum, vt ꝙ ſuluit Dec. in conſ. 200. in caſu propoſito, col. fi. in fi. lib. 1.

Secūdò, ut procedat † ēt ſi iſta petitio eſſet incerta, ut poſt Inno. in c. conſuluit. el 2. de appel. tradit expreſſe Rip. in l. edita. nu. 24. ver. quartò fallit. C. de edend.

Tertiò: quia † iudicium hoc reuocationis expeditur abſq; litis conteſtatione, vt tradit glo. in dicta clem. 2. & Biſignet. in dicta deciſ. 2. Franc. in d. c. bonæ. ſub num. 13. verſi. amplius, & in c. conſuluit. el 2. num. 8. de appel. & in cap. non ſolum, ſub num. 6. & ibi omnes de appellat. in 6. & Veſtr. ubi ſupra ſub num. 17. Minſing. dicto conſ. 8. num. 14. & ratio eſſe poteſt: qa iudicium hoc eſt ſummarium, ut mox dicemus, in ſummarijs † autem non requiritur litis conteſtatio, ut eſt deciſ. Afflict. 283. diu eſt nu. 4. Sic aliàs in ſimili † videmus, ꝙ in cauſa nulli-

Source : BIU Cujas

nullitatis,& cauſa deſertionis appellationis non eſt lis conteſtanda,de quo remiſſiue per Guid. Pap.deciſio. 58.de ſtilo.In hoc autem conſiſtit priuilegium attentatorum,quod quam
23 uis aliàs † etiam in poſſeſſoriis (prout videtur eſſe cauſa attẽtatorum ſm ea,quæ diximus ſupra in 1.parte in Præfatione, num.78.) ſit ſeruandus ordo iuris (& conſequenter etiam litis conteſtatio) vt poſt Bart. & alios per eum allegatos tradit Vant.de nullit.titu.de nullit.ex defectu proceſſus,num. 5.im
24 mo † in ſpolio communis † ſit opin. ꝙ requiratur litis con-
25 teſtatio,vt teſtatur nouiſſime Menoch.de recuperanda poſſ. remed.15.q.22. nume.253. in cauſa tamen attentatorum lis nullatenus eſt conteſtanda per ſupradicta.Quòd ſi fuerit forſan ob partis incuriam lis conteſtata etiam in cauſa, & negocio principali † an cenſeatur præcluſa via petitioni reuoca-
26 tionis attentatorum,dictum eſt late ſupra cap.23. quando,& intra quæ temp.reuocatio ſit petenda.q.1.num.5.& ſequen. dic ut ibi.

27 Quartò,quia † in cauſa attentatorum proceditur ſummarie,& de plano,vt eſt deciſio.Rot.1.aliàs 474.nota ſi attentata,de offi.iudic.in antiq.& apud Biſignet.deciſio.4. vtrum in nouata,ſub num.3.de appell.aliàs ſecundum impreſſionem antiquam deciſ.3.§.utrum,num.4.& deciſ.13.aliàs 348. nota ꝙ ſi conſtat,de reſt.ſpoliat.in antiq.& deciſ.2.aliàs 14.fuit dubitatum,ſub num.3.in fin.de reſtit.ſpoliat. in no.& alia Aegid.101. ſi conſtat. & alia Afflict. 351. bis fuit dubitatum, in princ.poſt Io. Monachum in cap. cupientes. de elect.in 6.& tradit Franc.in cap.bonæ.ſub nu.14.verſi. amplius de appellat.& Vital.in tracta.de clauſulis,in clauſula nil nou.lite pen
36 den.num.15.poſt Hoſt. & Docto.in cap.dilecti.de maiorit.& obed.& in dicto c.bonæ. & Iacob. Henric. in conſi.52. in caſu.num.4.lib.2.

28 Vltimò † quia in iudicio reuocationis attentatorum non ſeruantur termini, qui aliàs ſolent, præſertim in curia ſeruari, ut eſt deciſ.Rot.78.aliàs 765.ſciendum,de appell.in antiq. & poſt eam Veſtr.in praxi Ro.cu.dicto lib.8.cap.4. nume.18. vbi & aliàs Rot. deciſ. citat, quæ tamen de hac terminorum obſeruatione tangere nihil uidentur, idem poſt Rot. ubi ſupra tradit etiam Vant.de nullit.in tit.de nullit ex defectu proceſſus,num.63. & poſt eum Grauat. apud Veſtr.lib.5. de obſeruat.termin. in cauſa nullit. nu.3.& firmat etiam Mandoſ. in tractat.commiſſ.in 14.formul.commiſſionis attent. in ver
38 bo cauſam.colum.3.verſ.adde etiam,& Iacob.Henric.in cõ-
39 ſil.52.in caſu.num.6 lib.2.† & quamuis nouiſſime Modern. Bononien.in addit.ad deciſ.2.aliàs 33.quando committitur, num.57.de reſcript.in no. fuerint in opin. ꝙ etiam in attentatorum cauſa termini ſint ſeruandi, quicquid dicat dicta deciſ.78. A prædicta tamen concluſione non uidetur diſcedendum,quia nec rationem aliquam concludentem, nec authoritatem probabilem allegant, immo non nullæ ex his, quas ibi citant, non uidentur facere ad propoſitum. Nec aliquid mouet id,quod uidentur ibi conſiderare, ꝙ Domini ad tollendas difficultates uolũt ſemper terminos ſeruari: quia põt ad hoc reſponderi, ꝙ cum ſuper hoc habeamus deciſ. Rot.
30 claram, quæ etiam ſubdit † ꝙ ita communiter Rot.tenet,nõ videtur, quòd aliqua difficultas poſſit probabiliter oriri, præſertim cum hanc opi. ſupradicti Doct. & inſignes Pratici curiæ Rom. ſimpliciter ſecuti fuerint, nec de prætenſo contrario ſtilo,quem annuunt dicti Moderni, aliquod verbum fecerint,quod vtique nõ permiſiſſent, ſi modernus Rot. ſtilus eſſet ille, quem ipſi prætendunt. Itaque tenendo, quòd in
31 cauſa attentatorum terminorum obſeruatio non ſit neceſſaria.Amplia ex intentione Veſtr. vbi ſupra vt † procedat hæc concluſio tam in cauſa beneficiali,quàm profana, ut per eũ,
32 & licet ſecundum ſupradicta,termini,& illorum obſeruatio certo modo uideantur excluſa, † non tamen negatur, quin in ea ſæpius ſoleat,ac debeat ad obuiandum calumniis temere attentata prætendentium etiam aliquis terminus præfigi ad iuſtificandũ attentata: ſolet enim Signatura quandoque, præſertim inſtantibus aliquibus feriis, reo in cauſa attentatorum conuento ſuccurrere,& concedere commiſſionem,ꝙ præfixo actori aliquo breui,ac perẽptorio termino ad docẽdum quicquid vult, & põt ſuper prætenſis attentatis, quo elapſo; & nihil quod releuet docto. iudex reiectis attentatis ad expeditionem cauſæ principalis procedat ſecundum conſilium,de quo per Caſſad.deciſio.quarta.in attentatis. num. 5.de dilat.quem referunt & ſequuntur Veſtr.dicto lib.8.cap. 4.ſub num.21. & Moderni in annot. ad Aegidianam, num. 108. & 154.

Quamuis autem in cauſa attentatorum procedatur ſine 43 ordine iuris, ſine libello, ſine litis conteſtatione,ſummarie,& de plano,ac abſque terminorum obſeruatione,vt ſupra concluſum eſt, & in his attentata ſint plurimum priuilegiata: non tamen quiſpiam credat tam immoderatum,& indiſcretum fore fauorem, quem exhibent iura cauſæ attentatorum, vt per hoc cauſæ cognitio cenſeatur ſublata. Quinimmo † firmiter tenendum eſt, quòd reuocatio attentatorum 33 ad inſtantiam partis, citata parte, & cum cauſæ cognitione ſit facienda,vt tradit poſt Specul.in titu.de appellat. §.nouiſſime.num.20. verſic. ſed quæro vtrum. Franc. in cap. bonæ. ſub num.13.verſicu.amplius,de appellat. quem refert, & ſequitur Marant.in ſpecul.ſuo,in 3.parte ſextæ partis principalis.quæſt.7.nume.392. ubi in id allegat etiam Deci. in conſil. 200.(qui tamen nihil ponit de hoc) quod etiam poſt Franc. & Deci.vbi ſupra affirmauit Grauat.apud Veſtr. in praxi Ro. cu.lib.8.cap.4.ſub nume.32. & licèt ipſi non allegent, eſt de hoc in terminis deciſ. Rot. ſecunda aliàs 14. fuit dubitatum, in vltima addit.in fin.de reſtitut. ſpoliat.in nou.vbi poſt Specul.vbi ſupra formaliter dicitur, & nota, † quòd quando ali- 34 quid reuocatur per officium iudicis lite pendente, oportet, quòd diligens cauſæ inquiſitio præcedat;& quòd pars ſit vocanda, videtur deciſio.3.aliàs 56. ſi lite, in princ. ut lite pend. in no.quam ſequitur etiam in hoc nouiſſime Hier. Gigas in tracta.ſeu Epitho.de intruſo,num.55. uerſi. an autem,atque etiam Aemilia.in conſil.51. in præmiſſo,ſub nume.21.Quæ
35 concluſio ex eo etiam comprobatur, † quod aliàs dicitur, quòd cauſa quantuncunque ſit ſummaria, in ea tamen neceſſariò interuenire debet cauſæ cognitio, partis citatio, ac iudicis declaratio,vt poſt Docto.in clement.ſæpe. de verbor. ſignif.& Alexan.in conſil.42.uiſo.nume.quarto, lib.4. tradit Vant.in tracta. de nullit.in titu. de nullit. ex defectu proceſſ.
36 num.52.† in qua cauſæ cognitione illud præcipuè verſari debere dicendum eſt, vt perſonarum legitimatio fiat: ſi enim prælatus nomine Eccleſiæ,vel tutor pupilli nomine, vel ceſſionarius,& ſimiles perſonæ agerent ad reuocationem attentatorum,poſſet contra eos opponi exceptio quòd non ſunt tales,quales ſe faciunt: quoniam quamuis cauſa attentatorũ ſummaria ſit: quia tamen in ea cauſæ cognitio adhibetur, perſonarum legitimatiò erit facienda,ſicut videmus in ſimili,† quòd in ſpolio actor debet docere talem ſe eſſe, qualem 37 ſe facit, vt tradunt Docto. in l.naturaliter.§. nihil commune, & ibi nouiſſime Ant.de Matthæis nume.48. in 15. fallentia, qui teſtatur hanc eſſe communem opin. ff. de acquiren. poſſeſſ.& cognitio petitioni incidens in legitimatione perſonarum admittenda eſt,† etiam in poſſeſſorio, vt eſt in recollec. 38 Guid.Bonon. deciſio. 162. & quòd † etiam in ſummariis ſit 39 facienda huiuſmodi perſonarum legitimatio,tradit Menoc. qui alios citat de recuper.poſſeſſ.remed.15.q.24.num.273.& eodem modo † in executiuis, prout eſt proceſſus vigore obli- 40 gationis in forma cameræ talis perſonarum legitimatio eſt neceſſaria,vt docet eleganter Galleſ. de obligat. Camer. in 3. parte princip.in cap.de proceſſu ipſo.num.11.fol.157.de qua perſonarum legitimatione etiam aliquid diximus ſupra hac eadem parte,cap. 24.de reo, & exceptionibus contra attenta ta competent.q.2. per totam, ubi præter præallegatas, alios quoque in id citauimus ibi ſub num.4.Et propterea non ſemel apud Dominos dubitari contigit, an ſententia in cauſa attentatorum lata eſſet nulla, ex quo fuerat obtenta per minus legitimam perſonam, puta per procuratorem, qui per conſtitutionem ſecundi abſque clauſula citra reuocationez, prætendebatur reuocatus, ut in vna Brixien. attentatorum coram Sarmiento 16.Ianuarij. 1568.in qua licèt Domini bonis reſpectibus (vt dicebant) noluiſſent illum articulum determinare,& ordinaſſent,quòd uideretur de bono iure, & iuſtitia ſententiæ, in alia tamen Mantuana attentatorum coram Robuſterio.28.Februarij.1569.in qua apparebat de mẽte conſtituentis,quòd per conſtitutionem ſecundi non intendebat per hoc, quòd primus non poſſet petere, & proſequi cauſam attentatorum, tenuerunt pro ualiditate ſententiæ.
41 Ex quibus † colligitur, quòd etiam iudicium attentatorum ex defectu mandati redderetur nullum. Quamuis autem in proferenda ſententia in cauſa attentatorum ſecundum præ-
42 miſſa requiratur cauſæ cognitio.† Illud tamen ſciendum eſt, quod cum maiori maturitate feruntur ſententiæ diffinitiuæ in aliis cauſis,quàm in cauſa attentatorum,ut conſiderat(ponendo ſpecialiter hanc differentiam inter unam & alteram ſententiam) Aegid. deciſio.54 in ſententia. in fin. & tenuit licèt nimis indiſtincte Minſing. conſil. octauo, ad deciſionem. nume. 14.

Quod autem ſupra dictum eſt, quod in reuocatione attentatorum eſt citanda pars id ſanè tribus modis limitari poteſt.

Primo, vt non procedat † quando lite pendente in negocio principali procederetur, vel ob abſentiam procuratoris, vel alias per audientiam literarum contradictarum: quia ſtãte huiuſmodi proceſſu per audientiam ſi contingat per citatum, vt ſupra aliquid in cauſa principali attentari, poteſt ſu-

per

Source : BIU Cujas

per reuocatione dictorum attentatorum procedi, etiam parte attentante vlterius de nouo non citata, per audientiam literarum contradictarum. Quod procedit non solum si talis reuocatio fieret uigore primæ commissionis impetratæ super negocio principali, quasi causa attentatorum, tanquam emergens,& dependens uirtualiter etiam in prima commis-
44 sione dicatur comprehensa, † verum etiam si super huiusmodi attentatis fuerit specialis impetrata commissio:quia talis impetratio potius censetur facta ad cautelam, quàm ex necessitate, vt fuit dictum in una Nullius spolij,& attent.coram Sarnen.contra monasterium Alemanorum, vt est decisio.in recollect. Put.19. commissa causa, sub Rubrica, vt lite pendente. Est tamen circa hoc aduertendum, quòd licèt Put.in supradicta decisio. simpliciter uideatur dicere, quòd in huiusmodi reuocatione attentatorum non est de nouo pars citanda: non tamen per hoc credendum est, Dominos in dicta causa omnem citationem etiam procuratoris ipsius attentantis,si adesset in curia,tollere uoluisse, sed solummodo intellexisse non esse principalem ipsum in partibus attentantem de nouo vigore dictæ specialis commissionis citandum,quod aperte deprehenditur ex his, quæ ponit Mohed. in recolle.suis decisio.100.commissio erat impetrata,sub Rubr.de iudic.& procurator. vbi loquens in eademmet causa inter easdem partes de dicto tempore per Sarnen. proposita expressè dicit,ꝙ hoc casu super attentatis poterit procedi cũ procuratore attentantis,sine alia citatione principalis.Quòd si præsupponeremus procuratorem attentantis abesse, vtiq; procederetur etiam in huiusmodi causa attentatorum per audientiam ſm dictam decis.Put.aliàs dictę decis.sibi inuicem quodammodo aduersari uiderentur.

Secundò limitari potest ex intentione Vital. in tracta. de clausul.in clausula nil nou.accusat.pend.in prin. in vers.hinc descendit post Inno.in cap. querelam. nume.6.versic.alij di-
45 cunt.de elect.† ut non procedat,quando iudex alicui, illo nõ requisito,possessionem abstulit,& in alium attentando transtulit:quia talem possessionem potest iudex reuocare,etiam illo non citato,in quem antea transtulerat secundum supradictos. Quod etiam dixit Ang.in l.fin. C.si per vim, uel alio modo.ut eum refert,& sequitur ex recentioribus Aemilian. in consil. 51.in præmisso. colum.5. sub num.14.versicu.idem etiam uoluit Ange.& iterum in consil.134.viso.num.6.in fi. post Bald.in l.2.colum.7.versic.quartò quæro, si iudex. C.de seruit.& aqua. & in l. si pacto quo pœnam.colum.1. in 5.notab. C.de pact. & Barto.& Alex.in l.minor. ff. de euictio.Pro
46 quo facit uulgaris illa propositio † ꝙ de facto factum, de facto etiam reuocari potest,ad no.in l.1.§.hoc edictum ff.si mulier vent.nomi.cum simil. Pro qua limit.vltra allegata per Vital.in terminis istis de citatione non facienda plurimum faciunt ea,quæ ponit post glo.in l.si minor.in princ.ff.de euict. & Tiraq.in tracta.res inter alios acta,in 39.limit.tradit nouissime Ioan.Bapt.de Asin.in sua praxi iudic.§.7. cap. 5.in 134.li-
47 mit.versicu.134. citatio non requiritur,ubi uoluit † quòd ea, quæ sine citatione per iudicem fuerunt ordinata, etiam sine citatione retractari possunt,quibus adde Sigismund. Loffre. in cons.47.quatuor in hac num.16. ubi multa de huiusmodi reuocatione ponit, & particulariter reassumit id, quod ex Innocent.in cap.querelam. de electio. diximus supra proxime nume.44.

Tertiò hoc de citatione declarari posse uidetur, vt proce-
48 dat,quando reuocatio ad partis instantiam est facienda † secus si iudex ex suo puro,& mero officio nobili vellet attenta reuocare,quod vtique potest iuxta ea, quæ dicemus infra cap.27.de iud.& per quem attent.reuoc.num.7.& seq. uersi. circa primam inspectionem;tunc enim non uidetur necessa-
49 ria citatio,cum recepta conclusio videatur,† vt in his quæ iudex ex officio facere potest, citatio non requiratur, ut post multos quos allegat tradit hoc pro limitatione ad regulam, ꝙ pars sit regulariter citanda,nouissime idem Ioan. Bapt. de Asin.in dicto §.7.c.5.in 94.limit.per tot.

50 Quartò intellige † nisi intrusio esset notoria: tunc enim videtur quòd sit necessaria partis citatio,ut post Abba. in ca. quia clerici.in vlt.not.de iure patro.& Felyn.in c. qualiter,& quando.el 1.colum.19.de accusat.vbi dicit hoc in æternum esse menti tenendum,tradit Hippol.de Marsin sing.195.incip. nemo priuandus, vbi etiam multa ponit ad corroborationẽ eorum,quæ supra dicta sunt. num.44.

Cap. XXVI. De probatione attentatorum.

SVMMARIVM.

1 *Probatio in iustificandis attentatis licet leuior requiri videatur, illa tamen concludens esse debet,vt infra num.55.*

2 *Attentatorum probatio,secundum aliquos,in tribus consistit, uidelicet diffinitum fuisse,appellatum,& attentatum.*

3 *Causa attentatorum ad sui uictoriam(secundum alios) duo tantum probari requirit,uidelicet litis pendentiam & innouationem.*

4 *Reuocationem attentatorum petenti incumbit probare fundamentũ, & necessaria suæ intentionis,scilicet esse appellatum, & pendente appellatione innouatum.*

5 *Attentata etiam præter litis, vel appellationis pendentiam causantur.*

6 *Inhibitio etiam nulla lite pendente quandoque fieri potest, vt faciunt Domini Veneti.*

7 *Attentatorum probatio vere circa duo versatur. Primò, vt probetur existentia rei & causæ, quæ fecit attentata. Secundò ipsa attentatio.*

8 *Probatio causæ facientis attentata in cæteris præterquam in appellatione est facilis, in probanda verò appellatione aliquam continet difficultatem.*

9 *Litis pendentia dicitur probari per mandatum datum ad cedendum liti.*

Etiam pro iustificatione gratiæ,in qua lis narratur, nu.10.

Non tamen probaretur ex sola sententia in aliqua causa lata. nume.11.

Nec ex articulis per reum, & possessorem per modum exceptionis productis si non petijt super illis pronunciari, nu.13.

12 *Sententia non dicitur facerem litigiosam.*

13 *Litigiosum beneficium facere velle non censetur reus,& possessor,per dationem articulorum per modum exceptionis, si super illis non petierit pronunciari.*

14 *Appellatum cum dicimus,necessariò videtur præsupponendum antea fuisse diffinitum.*

15 *Probatio attentatorum appellatione pendente,quando sumus in appellatione à diffinitiua,tria principaliter continet.*

Primò fuisse appellatum,& hoc debet ante omnia probare,& est fundamentum suæ intentionis.

Secundò fuisse infra 10.dies appellatum,vt infra num.17.

Tertiò appellatum fuisse per legitimam personam, ut infra. nume.19.

16 *Rota communiter tenet, quòd facta fide legitima de appellatione, & etiam de attentatione immediate possunt attentata reuocari.*

18 *Appellandi facultas non viuit vltra decem dies.*

20 *Probatio attentatorum appellatione pendente quando sumus in appellatione,vel ab interlocutoria,vel extraiudiciali,vltra præmissa tria, duo alia requirit,de quibus hic.*

21 *Innouatio est omnino probanda;quia is, qui dicit aliquid illicitum, & dolosum fuisse attentatum,debet illud tanquam suæ intentionis fundamentum probare.*

22 *Attentatio,& innouatio dicunt mutationem.*

23 *Attentatio duo præsupponit extrema; Primum est statum, quo quis tempore innouationis erat: Secundum est desinentia illius status mediante innouatione.*

24 *Status,ista uox significat præsentiam,conditionem, & qualitatem, in qua quis reperitur.*

25 *Spoliatus post appellationem restituitur ad statum, in quo erat tempore appellationis.*

26 *Priuilegium litis,uel appellationis pendentis vult statum in aliquo interim non mutari, non habito respectu an status ille legitimus sit, vel illegitimus.*

27 *Reuocatio attentatorum fit ad eum statum, à quo quis cecidit propter innouationem aduersarij.*

Etiam si ex aduerso negetur huiusmodi statum habere fundamentũ, vbi subsistere possit,sed esse aercum beneficium,vt nu.28.ubi ponitur exemplum.

29 *Status, in quo quis tempore innouationis erat, est primò probandus in attentatis.*

30 *Detentio simplex rei, circa quam est commissum attentatum, sufficit in attentatis probare.*

31 *Possessio per eum, qui passus est attentata, regulariter non est probanda,sed sufficit solius detentionis,& status,in quo reperiebatur, probatio.*

Nisi essemus in probanda intrusione;tunc enim petens reuocationem debet probare suam possessionem tempore litis motæ, vt infra num. 33.& num.38.&

Nisi ille, contra quem petuntur attentata reuocari de iure communi,& ex causa verisimili possidere præsumatur,vt infra nu.34.

32 *Officium iudicis competit etiam pro recuperatione detentionis, qua quis fuerit priuatus.*

35 *Continuans non attentat.*

36 *Possessio etiam tertij de eodem tempore, per passum attentata allegata excludit præsumptam continuationem attentante.*

37 *Attentata per procuratorem, vt dicantur probata, requiritur, quòd ille fuerit procurator, & insuper habuerit speciale mandatum regulariter.*

38 *Intrusio ex tribus probari debet. Primò deducendo litis pendentiam.*

Secundò,

Source : BIU Cujas

Secundò, quòd agens contra intrusum probet se tempore litis motæ fuisse in possessione. Tertiò, quòd ille se lite pendente intruserit.

39 *Intrusio cessat, vbi constaret de lite calumniosa.*

40 *Possessionem suam tempore litis motæ an probet agens contra intrusum, vt intrusionem probet, vel potius intrusus ad hoc vt intrusionẽ excludat, non leuem videtur habere dubitationem.*

41 *Intrusi uidentur maxime odibiles.*

42 *Executio contra intrusum absque nouo processu fieri potest docto de intrusione.*

43 *Executoriales capiunt intrusos.*

44 *Intrusus non potest dare obiectus.*

45 *Possessionem suam tempore litis motæ regulariter probare debet ille, qui agit contra intrusum, non autem ipse intrusus.*

46 *Tertij possessio de tempore litis motæ sufficit probari per intrusionem passum, vt intrusio dicatur probata.*

47 *Possessio de tempore litis motæ non dicitur probari per confessionem collitigantis in præiudicium tertij ad effectum, vt habens causam à d. tertio dicatur intrusus.*

48 *Inquilinus negando monitorium, si dicat se non recognoscere alium, sed ipsum esse Dominum, & possessorem, an per huiusmodi responsionem dicatur sibi acquirere possessionem?*

Et talem possessionem non sufficere ad probandum intrusionem tenuit maior pars Dominorum. vt infra nu. 59.

Non tamen pro hoc intrusus prohibetur, quin possit probare contrarium, vt num. 57.

49 *Possessio præsumptiua illius, qui passus est intrusionem resultans ex eo, quòd in aliqua sententia ille asseritur possessor, non concludit in trusionem aduersarij.*

Nisi cum sententia concurrat etiam comunis reputatio, quòd ille fuisset possessor, vel aliquod aliud adminiculum. nu. 50.

51 *Possessio præsumpta resultans ex anteriori plurium annorum fructuum perceptione videtur sufficere ad intrusionem probandam.*

52 *Possessionem tempore litis motæ probare debens sufficit, si de illa præsumptione doceat ex anteriori plurium annorum fructuum perceptione.*

53 *Intrusionem passus non probat suam possessionem tempore litis motæ, quando obtinuit sententiam contra primò intrusum, & post sententiam alius se intrusit; nam contra secundò intrusum absque possessionis probatione sola sententia sufficit.*

Idem si intrusio primi probaretur per confessionem factam in aliqua supplicatione, num. 55.

Etiam si intrusio primi non esset in iudicio contra secũdum intrusum institutio adhuc probata secundum aliquos, nu. 54.

56 *Passus intrusionem non tenetur probare, quòd intrusus sciuerit rem litigiosam, & quòd scienter in re vitiosa successerit.*

58 *De intrusione potest dari etiam post triginta annos.*

60 *Intrusio est concludenter probanda.*

61 *Constare de intrusione dicitur per instrumentum possessionis lite pendente vigore prouisionis ordinarij captæ.*

Et similiter per instrumentum possessionis captæ per generalem procuratorem iuncta narratiua nouæ prouisionis, in qua de dicta possessione fiat mentio. nu. 62.

63 *De intrusione constare non diceretur, si præsuppositа lite de anno. 1529. aliquis articuletur, quòd N. possedit ab anno 1531. vsque ad obitum.*

64 *Instrumentum factum à procuratore, in quo afferitur, q̃ is, qui prætendebatur intrusus, & sui auctores fuerunt in quasi possessione exigendi certas decimas, non probat intrusionem.*

65 *Intrusio non probatur per instrumentum possessionis extractũ ab exemplo, & non ab originali, & per compulsorem recusatum.*

66 *Scriptura extracta per alium notarium, quàm qui de illa fuerat rogatus, non sufficit ad probationem attentatorum.*

Nec dicitur in forma probante, nu. 67.

68 *Intrusio non probatur ex depositionibus testium examinatorum inter fiscum, & eum qui passus est intrusionem, non citato eo, qui prætenditur intrusus.*

Nisi ille haberet causam à fisco. nu. 69.

70 *Verba enunciatiua, quòd aliquis sit in possessione, non probat intrusionem.*

71 *Confessio resultans ex productione instrumenti per procuratorem generalem facta, in quo narratur possessio ipsius principalis, non sufficit ad probandum intrusionem.*

72 *Confessio resultans ex mandato ad cedendum attentatis non probat attentata.*

Immo nec ipsa cessio vigore dicti mandati facta illa probat, si verè non extabant attentata, vt nu. 73.

74 *Mandatum ad cedendum attentatis, & ipsa cessio intelligitur, si & quatenus vere adsint attentata.*

75 *Consentiens deputationi sequestratorum nõ validat sequestrum, si erat aliàs inualidum; quia consensisse intelligitur, quatenus sequestro locus esset.*

76 *Obligatio etiam in forma cameræ de soluendis expensis litis non facit, vt si obligatus impetret illas reseruari in fine litis non possit iuuari dicto rescripto.*

77 *Obligatio facta de aliquid soluendo intelligitur, quatenus illud de iure sit soluendum.*

78 *Promittens facere tharam intelligitur quatenus de iure thara sit facienda.*

79 *Hæres promittens soluere omnia legata intelligitur saluo legis falcidiæ beneficio.*

80 *Promissio de tota dote restituenda intelligitur, quatenus de iure tota dos esset restituenda.*

81 *Attentata quomodo probanda.*

82 *Attentatorum via, etiam in probando dicitur leuior.*

83 *Testium etiam non abfuturorum receptio valet in causa attentatorum.*

Etiam super articulis expresse non admissis. nu. 84.

85 *Probatio ita exacta non requiritur in probanda intrusione lite pendente facta.*

86 *Probatio de auditu, etiam alieno sufficit in spolio secundum aliquos.*

87 *Spolio sufficit præsumptiua probatio ad probandum primum extremum.*

88 *Probatio præsumptiua, & etiam de auditu videtur posse in causa attentatorum admitti.*

89 *Probatio in causa attentatorum licèt leuior, concludens tamen esse debet, & clara, vt num. 98.*

90 *Instrumentum captæ possessionis rogatum ab vno, & subscriptum, & publicatum ab alio non probat attentata concludenter.*

91 *Intrusio debet concludenter probari.*

92 *Lis quoad effectum attentatorum non probatur per instrumentum sententiæ, in qua lis, & litis initium narratur.*

93 *Litis pendentia non probatur per scripturam, si non sunt in formæ probante.*

94 *Probatio litis pendentiæ coram delegato concludens diceretur, si commissio reperiretur inserta in citatione ad partes decreta, & in forma expedita, & de illius distributione in libris Regentis appareret non obstante, quòd de originali, aut eius præsentatione nullatenus constaret.*

95 *Spolium non probatur per instrumentum, in quo notarius narraret, se fuisse præsentem, quando ille, qui dicebatur spoliasse, petijt, & obtinuit à curia Regia auferri fructus spoliato, & dari sibi.*

96 *Notarius non debet rogari, nisi de his, quæ ipse facit, & partes eum rogant.*

97 *Delictum non probatur per instrumentum.*

98 *Probatio attentatorum debet esse clara.*

99 *Testes de auditu non sufficiunt in causa attentatorum.*

100 *Reuocationem attentatorum quæ fit per officium iudicis, oportet, quod præcedat diligens causæ cognitio.*

101 *Si fuerit intentatum spolium attentatum, & non probata qualitate illa attentati pronuncietur super spolio, sententia sustinetur, si in commissione adest clausula, quam & quas.*

102 *Passus attentata admittitur, etiam post conclusionem in causa, & post quam sententiæ in eius fauorem latæ transiuerunt in rem iudicatam ad probandum statum, in quo erat tempore innouationis.*

103 *Attentans quoque est admittendus ad probandum, q̃ status, ad quẽ passus attentata petit se restitui, erat attentatus.*

104 *Attentata non probarentur ex eo solùm, quòd illius fuerit apud acta facta cessio, nisi uere fuisset attentatum.*

Præsertim si cessio fuisset facta à procuratore, vel tutore, & non ab ipso principali. num. 105.

106 *Sententia, per quam quis condemnatur ad purganda attentata, non dicerentur illa probari, si sententia tanquam notorie iniusta reuocaretur in dubium.*

Etiam si in rem transiuisset iudicatam, vt nu. 107.

108 *Probationes in causa attentatorum vbi sunt faciendæ.*

109 *Actor agens ad attentatorum reuocationem debet probationes in curia facere.*

110 *Remissoria in causa attentatorum regulariter non datur.*

Etiam si per testes constaret de fumo attentatorum: vt nu. 112.

111 *Simoniæ in causa non datur remissoria.*

113 *Remissoria reo conceditur ad excusanda attentata.*

Etiam si reus vellet examinare ad repulsam testium per actorem examinatorum. 114.

115 *Consilium Neapolitanum consuluit Rotam Romanam.*

116 *Remissoria ad excusanda attentata non datur, quando attentata iam essent probata.*

Vel essent incontinenti probanda secundum aliquos nu. 117.

118 *Remissoria in spolio non datur, quando spolium est iam probatum.*

119 *Violatio sequestri appellatione pendente facta, vt probetur, datur remissoria.*

120 *Attentata per ipsum appellantem videntur cæteris attentatis odiosiora.*

121 *Pœnæ maioritas arguit maioritatem odij & delicti.*

122 *Appellans spolians aduersarium censetur suæ appellationi renunciasse.*

Etiam

Source : BIU Cujas

Etiam in causa diuersa secundum aliquos.nu.123.

125 *Attentata per ipsum appellantem reuocantur etiam in casu, in quò aliàs non reuocarentur.*

125 *Remissoria videtur concedenda ad probanda attentata per ipsum appellantem.*

127 *Remissoria in causa attentatorum uidetur concedenda, quando ipsi testes essent in remotissimis partibus, ita vt non nisi cum maximo dispendio ad iudicem adduci possent.*

Vel quando testes essent aliquo legitimo impedimento detenti, puta infirmitatis, vt ad iudicem adduci non possent.nu.127.

Præsertim si esset datus aliquis fumus super attentis, num.128.

129 *Remissoria etiam in causa attentatorum videretur concedenda, quando ex illius denegatione petenti irreparabile damnum sequi posset.*

Dummodo de huiusmodi damno aliquid ipsi iudici constet, nu.130.

131 *Remissoria ad probanda attentata est concedenda, quando omnino constat in petente calumniam abesse.*

132 *Decis.Caputaq.1.parte 136.incip.de attentatis, declaratur.*

133 *Remissoria licèt non detur ad probanda attentata, datur tamen ad illa liquidanda.*

134 *Remissoria ad probanda attentata regulariter non dari, potius procedit de stilo Dominorum, quàm de iure.*

135 *Probandi facultas non est coarctanda, sed potius amplianda.*

136 *Remissoria etiam ad probandum spolium quandoque conceditur.*

137 *Notarius quandoque destinatur ad locum, vbi sunt testes in causa attentatorum, licèt regulariter remissoria non detur.*

138 *Remissoria datur quandoque ad probanda attentata per uiam indirectam, & ponitur exemplum.*

139 *Compulsoriales speciales dantur quandoque ad probanda attentata & intrusionem.*

POstquam pro parte actoris petentis attentatorum reuocationem fuerit porrecta petitio, & simul pro parte rei fuerint oppositæ opportunæ exceptiones, si per eas intentio, & petitio actoris non fuerit excluſa, consequens est, ut actor necessariò se accingat ad probationem suæ intentionis, & porrectæ petitionis, & propterea non immerito de attentatorum probatione hic subijcimus, in qua triplex cadit inspectio. Prima, quid sit probandum. Secunda quomodo. Tertia, vbi sint faciendæ probationes.

Circa primam, quid sit probandum, illud quasi præmissorum loco admonendum est, ꝙ licèt aliàs multum interſit an uia extraordinaria, & priuilegiata, vel magis uia ordinaria ad attentatorum reuocationem agatur, ut patet ex his, quæ diximus supra in hac parte cap.21.nume.quinto, & sequent.& num.20. & sequent. Quò tamen ad effectum probationis attentatorum, de quo agimus, nulla, vel saltem modica adest
1 differentia; nam † & si leuior in iustificandis attentatis probatio requiri uideatur, illa tamen concludens esse debet, ut dicemus infra in 3.inspectione. Quod etiam sensisse uidetur Vestr.in praxi Ro.cu.lib.8.cap.4.sub num.17. Quamuis autem Docto.circa hoc uariasse uideantur; cum aliqui, prout inter cæteros glos. & post eam Gemin. & Franc.in cap.non solum de appellat. in 6. loquens de attentatis appellatione
2 pendente uoluerint † quòd tria sint probanda, uidelicet diffinitum fuisse, appellatum, & attentatum, quod ipsum dixit etiam Ioan.Monach.ibi in princ.in glo.ante omnia, vbi subdit, quòd his tribus, & hoc ordine probatis fiet reuocatio at-
3 tentatorum. Alij uerò † duo tantum dicant esse necessariò probanda ad victoriam causæ attentatorũ, uidelicet litis pendentiam, & innouationem, vt (post Io. Monach.in cap.cupientes.in glo.sua magna de elect. in 6. & Bald. in l.appellatione.colum.2.versic.quæro, utrum attentata, & ibidem Saly.colum.3.num.7.versicu.quæro an innouata. C.de appellat.) docet Vestr. vbi supra, & Iacob. Henric. in consil.52.in casu, num.4.lib.2.atque etiam nouissime Mandos. in tracta. commissio.in 14.formul.commissionis attent.verb.causam, colum.3.versicu.duobus igitur probatis, & post eum ibi & Nicellum in tractat.de concord.glo. quæst.70. Petr.de Benitend.in decisio.Rot.Bononien.76.mota lite, in prin.& tradit etiam (loquens de attentatis appellatione pendente) Franc.
in cap.ad audientiam.in glo. fin.sub num.5. de appellat. ubi
4 inquit † quòd petenti reuocationem attentatorum incumbit probare fundamentum, & necessaria suæ intentionis, scilicet esse appellatum & esse innouatum appellatione pendẽte. Quia tamen non solum litis, uel appellationis pendentia
5 facit attentata, † uerum etiam & aliis modis causantur attentata, prout post Auocationem causæ, Recusationem iudicis relationem ad superiorem factam, Consilium sapientis à iudice obtentum, & inhibitionem quoque à superiore emana
6 tam † (quam etiam nulla existente lite quandoque fieri posse diximus supra in 2. parte cap.20. in præfatio. quæst.2. nu. 37.arg. cap. ex transmissa.de foro compet. prout faciunt domini Veneti, & testatur Staphileus in loco ibi citato, ut de his omnibus abunde diximus supra in secunda parte in suis Rubricis & capitulis distinctis, uidelicet cap.6.8.9.& 10. præfata doctrina licèt in se uideatur uera, ut proxime dicemus; quia tamen non omnes casus cõplectitur, videtur certo modo defectiua, ideo plenius attingendo materiam dicendum
7 est, † quod verè duo requiruntur pro verificatione attentatorum probanda, sed alio modo, quàm dixerint Doctor. intellecta. Primò, probanda est existentia illius rei, & causæ, quàm prætendimus causasse attentata. Secundò ipsa attentatio.

8 Quoad primum, † quia probatio in cæteris causis præter appellationem facilis uidetur, cum sufficiat solum probare id, quod quasi solo, ac nudo facto continetur, utpotè litem introductam, Auocationem factam, Recusationem propositam, Relationem per superiorem admissam, Dilationem à iudice decretam, Consilium sapientis petitum, & concessum, inhibitionem executam, & cæteras huiusmodi attentatorum causas in facto consistentes, prout hæc omnia clarius colligi possunt ex his, quę latius diximus supra in dicta 2.parte in suis locis particulariter, & præsertim cap.4.de attent.lite penden.in præfatio. num.28. vbi ex his quæ ibi late diximus ad demonstrandum, quando lis dicatur pendere, facile quoque colligi potest, quomodo litis pendentia sit probanda.

9 Quibus adde, † quòd litis pendentia diceretur probari per mandatum ad cedendum liti: quia dando tale mandatum cẽsetur quis fateri litem, vt fuit tentum in una Tirasonen. Prio-
10 ratus coram Grato.26.Februarij.1567. in qua cum † esset lis in literis narrata, & ageretur de illius iustificatione Domini dixerunt per tale mandatum litem iustificari. Non tamen
11 † diceretur litis pendentia probari ex sententia in aliqua cau-
12 sa lata: quia nisi ex aliis lis ostendatur, sententia † non dicitur facere rem litigiosam, ut fuit dictum in vna Calaguritana de Vdala coram Caputaquen.7.Maij.1557. ubi idem dixerunt
13 † si per reum per modum exceptionis fuissent dati articuli, & non petierit super eis pronunciari; cum non sit uerosimile, ꝙ possessor ob id voluerit facere suum beneficium litigiosum, nisi aliunde probetur, ad no.per glo.& Docto. in cap.2. de ord.cognit. Et quoniam solum circa appellationis probationem, & illa pendente attentatorum Docto.non nulla necessariò declaranda considerasse uidentur, cum in omnibus appellationibus eadem probatio sufficere non videatur, idcirco breuiter dicendum est. Quod quando agitur de reuocatione attentatorũ appellatione pendente præsuppoſito semper pro firmo, ꝙ appellationem præcesserit sniã, à qua potuerit appellari, qđ licèt specifice pro uno ex tribus necessariò probandis hoc casu aliqui enumerent, ut annuimus supra nu.2.nos tñ hic omittemus, qa hoc tacite, & necessariò vr̃ in-
14 cludi † vt cum dicimus appellatum, intelligamus ẽt ante diffinitum (quod attinet ad probandum causam ipsorum attẽtatorum) illud ante omnia est animaduertendum, an simus in appellatione à diffinitiua, vel potius interlocutoria, uel ẽt extraiudiciali; quia non eadem in omnibus probatio exigi-
15 tur; quoniam si simus in appellatione à diffinitiua † tria principaliter probari debent.

Primum est, fuisse appellatum, & hoc dẽt probari ante omnia vt dicit Fran.in c.dilecti.el 3.sub num.10.de appellatio & est fundamentum intentionis agentis ad reuocationem attentatorum, ut dicit idem Franc.in cap.ad audientiam. in gl.
16 fin.in fi.& hoc † communiter tenet Rota, ꝙ facta fide legitima de appellatione, & etiam de attẽtatione, immediate possunt reuocari attentata, vt est decis. Rot. 78.aliàs 765.sciendum est, de appel.in antiq. quod ẽt de appellatione probanda dixit Rota decis.30.aliàs 190. quoad reuocationem attentatorum, de appel.in nou.& post eam Mil.in verb. attentata post appellationem si petuntur fol.30.

17 Secundum † est, fuisse appellatum infra decem dies, ut dicit prælegata decis.30.& Mil.vbi supra.pro qua facit id, qđ dicit eleganter Alexand.in consil.95.uisis. sub num.7. lib.2.
18 † ꝙ facultas ista appellandi nõ viuit ultra decem dies, & quæ latius de hoc diximus supra in 2. parte c.12. de attent.appell. penden.in 50.limit.princ. vers. secunda causa nullitatis, nu. 37. & sequent.

19 Tertium, quod requiritur, est † ꝙ fuerit appellatum per habentem potestatẽ appellandi, vt dicit eadem decis. 30. & Mil.vbi ẽ.de quo & nos diximus supra in dicta 50.limit. post princ.nu.14.vbi ẽt in 8.ampliatione regulæ ibi positę nu.97. particulariter ẽt disputauimus de eo, quod in dicta decisa fuit, ꝙ non sufficiat probare appellatum esse infra decẽ dies
20 per partis confessionem, dic ut ibi. † Quòd si essemus in appellatione à sententia interlocutoria, vel in appellatione extraiudiciali: tunc vltra præmissa tria duo alia requiruntur.

Primum est, quòd sit appellatum ex causa probabili.

Secundum

Source : BIU Cujas

Secundum autem eſt, veram eſſe cauſam in appellatione expreſſam, uel ſaltem ſe illam probaturum coram iudice à quo appellantem obtuliſſe,& non fuiſſe admiſſum, vt tradit Rot.deciſio.38.aliàs 309.attentata,de appellat.in no. ut diximus latius de hoc dicto cap.12.de attentat. appellat.penden. in prima limitat. primæ limitationis principalis num. 32. & 38.& in eodem cap.12. in ſecunda limitat.tertiæ limitationis principalis,num.15.

Quoad ſecundum de attentatione, & innouatione probanda,non videtur circa hoc multis rationibus, ſeu authoritatibus inſiſtendum,cum rationi conſonum ſit,ut qui dicit
22 aliquid illicitum, aut doloſum fuiſſe attentatum † illud debeat tanquam ſuæ intentionis fundamentum probare, idq; expreſſe in materia noſtra docet glo.magiſtra in c.non ſolū. ad med. uerſic.dic tamen,de appellat.in ſexto, per no.in cap. bonæ.de appellat. & in cap.ex literis. de iure patron.& ex recentioribus poſt glo.vbi ſupra tradit etiam Aug.Bero.in cō-
22 ſil.128.cum Alfonſus.num.9.lib.3.Verùm quia † vt de ſe patet,iſta dicunt mutationem, ideo ad propoſitum materiæ
23 noſtræ dicendum eſt,quòd ſicut ſpolium,ita † & iſta attentatio duo prę ſupponat extrema. Primum eſt ſtatus, in quo quis erat tempore innouationis. Secundum ſit mutatio,& deſinentia illius ſtatus mediante innouatione. Quoniam
24 iſte terminus † ſtatus,ſignificat præſentiam,conditionem,& qualitatem,in qua quis reperitur, ut ex probatis authoribus deducit eleganter Gozad. in conſil. ſuo primo,num.18. ubi ad id probandum allegat etiam ca.2.in fi.ut lite penden.qua ſi ſtatus etiam ad quem reducuntur attentata ſit intelligendus,ut ſupra. Et propterea dicebat aliàs Franc. in cap. bonæ.
25 in ſummario de appellat. † quòd ſpoliatus. poſt appellationem reſtituitur ad ſtatum, in quo erat tempore appellationis,& eſt deciſ.Creſcent.158. tertius ſub Rubrica de reſt.ſpol.
26 & ad propoſitum dixit vlterius Aegid.deciſio.101.q̄ † priuilegium litis,vel appellationis pendentis vult ſtatum in aliquo interim non mutari non habito reſpectu ad hoc, an ſtatus il
27 le ſit legitimus, vel illegitimus. Inde etiam uidemus † quòd in,& pro purgatione attentatorum fit reuocatio ad illum ſtatum,à quo quis cecidit propter attentationem aduerſarij,vt latius ibi dicemus infra cap.29. de purgat.attent. num.68. Et
28 iſte ſtatus attenditur,& ad eum fit reſtitutio † etiam ſi ex aduerſo negetur eum habere fundamentum,in quo poſſit ſub ſiſtere. Exemplum ſi quis prouiſus ab ordinario de beneficio ſeruitorio in aliqua eccleſia tanquam uacante, illius poſſeſſionem acceperit, ac per epiſcopum fuerit factum ſibi de fructibus reſponderi,alii verò beneficiati eiuſdem eccleſiæ à dicta prouiſione appellauerint, & deinde commiſerint cauſam in curia cum clauſula,quam, & quas, & obtinuerint inhiberi,& deinde prouiſum lite pendente ſpoliauerint, prouiſuſque inſtet pro reuocatione ſpolij attentati.Beneficiati uerò ad excludendum reuocationem allegent prouiſum non habere aliquem ſtatum conſiderabilem, ac reſtituibilem,attento quòd beneficium,de quo fuerat prouiſus, beneficium aereum erat,& quod nunquam in dicta eccleſia extitit,unde poſſeſſio per eum capta, & prętenſa fructuum perceptio (licèt uideantur facere quendam ſtatum.tamen ille ſtatus non habet,ubi ſe firmet,non prę ſuppoſita exiſtentia beneficij. Quamuis enim hęc omnia ſecundum hos terminos aliàs in vna Giennen. beneficij de Alcandere coram Robuſterio allegarentur,& ſub die decima ſexta Maij 1569.dubitaretur,an huiuſmodi attenta per beneficiatos eſſent reuocanda,& Do
29 mini noluerint capere reſolutionem, ſed dixerint eſſe neceſſarium uidere,an conſtet de ſtatu beneficii, & deinde in alia propoſitione ſub die prima Iulii 1560. (quia fuerūt inter Dominos diuerſæ opiniones,cum aliqui tenerent cōſtare de exiſtentia beneficii,& ſtatu perceptionis fructuum, aliqui verò contra) cauſa fuerit remiſſa ad calendas. Nihilominus propoſita demum cauſa ſub die decimatertia Martii 1570. fuit reſolutum conſtare de exiſtentia beneficii ex quadam conſtitutione ſynodali,in qua tale beneficium enunciatiue nominabatur,& ex diuiſionibus,& diſtributionibus fructuum, & ex poſſeſſione prouiſi vltra triennium,& propterea prouiſum eſſe reſtituendum ad dictum ſtatum. Vnde circa hoc
30 primum extremum ipſius attentantis † dicendum eſt, quòd eſt probandus ſtatus, in quo quis tempore innouationis reperiebatur † & propterea ſufficiet probare ſimplicem detentionem rei, circa quam committitur attentatum. Rot. deciſ. 11.aliàs 56.nota q̄ ubi aliquis,de ca.poſſ.& propriet.in antiqu.& deciſ.13.aliàs 348. nota q̄ ſi ꝓſtat. in fin.de reſt. ſpol. in antiq. Aegid.deciſ.101 ſi conſtat. nō autem requireretur poſſeſſionis probatio.Rot.deciſ.10.aliàs 89.nota q̄ vbi,de appel. in antiq. Et quamuis circa hunc pūctum de poſſeſſione probanda aliquando Doct.ēt in materia probationis attentatorum utantur hoc modo loquendi,q̄ ſufficit probare ſimpliciter poſſediſſe beneficium abſque coloratione tituli, & eo utatur.Fran.in c.bonæ.ſub num.14.verſ.ſextò &c. de appell. & Caſſad.deciſ.3.petens.nume.2.de reſtit.ſpol.& aliàs etiam Aufr.in addit.ad deciſ.Toloſ.15. dixerit, q̄ quando quis dicit ſe ſpoliatum lite pendente,ſufficit probare ſe fuiſſe in poſſeſſione tempore motæ litis,& idem etiam Rip. in ca. ſæpe. ſub num.10.de reſtit.ſpoliat.& aliàs ſæpe Docto. ita loquantur. Nihilominus non eſt credendum,eos per hoc intellige re,quòd in probatione attentatorum (de qua agimus) ſit formaliter probanda poſſeſſio,non ſolum quæ eſt facti, ſed ēt, quæ eſt iuris:tum quia contradicerent ſupradictis deciſionibus,tum quia licèt utantur verbo poſſeſſionis, ſemper tamē addunt aliquod verbum,puta ſimpliciter poſſediſſe, uel poſſeſſionem,& ſimplicem ſtatum,& ſimilia uerba,per quæ ſatis demonſtrant eos non de poſſeſſione,quæ eſt iuris, ſed potius de illa, quæ eſt facti, & de detentione, ac ſimplici ſtatu, de quo ſupra diximus,intelligere. Itaque poteſt in propoſito firmari pro

31 Regula † quòd in hoc primo extremo pro parte petentis reuocationem attentatorum non requiratur probatio poſſeſſionis,ſed ſufficias ſolius detentionis,& ſtatus, in quo quis reperitur.Probatur Regula per dd.deciſiones 10.11.& 13.re-
32 ſpectiue, cum & aliàs regulare ſit † quòd pro huiuſmodi detentione, qua quis fuerit priuatus, competat officium iudicis,quod ſingulare,& perpetuò notandum dixit Io. de Neuiza.in conſi.80.Benedictus.nu.3.poſt Paul.de Caſt. in l.Aquilius.in fin ff.de donat.& Luc. de Penna. in l. ſi coloni.quęſt. 21.C.de agricol.& cenſit.lib.11. Quam regulam limita duobus modis.

33 Primò † quando eſſemus in probanda intruſione alicuius; tunc enim petens reuocationem intruſionis, & attentatorum debet probare ſuam poſſeſſionem tempore litis motæ, ut dicemus proxime in declaratione ſecundi extremi ipſius attentati num.52.

34 Secundò limita † niſi ille, contra quem petuntur attentata reuocari,de iure communi,& ex cauſa ueriſimili prę ſumatur poſſidere: tunc enim paſſus attentata tenetur probare ſe vere tempore attentationis poſſediſſe,& ratio eſt, qa ſi is qui prætenditur attentaſſe, præſumitur poſſediſſe tempore attē tationis,actus qui prętenditur attētatus diceretur factus per modum continuationis,& conſequenter non erit attentatū:
35 cum † continuans (ut notum eſt) non dicatur attentare, de quo,& præſertim de dicta deciſ.10.aliàs 89. non nulla etiam diximus ſupra in ſecunda parte,ca.4.de attent.lite penden.4. limit.primæ limitationis princ. num.78. Quam limitationē de poſſeſſione plene probanda, quando aduerſarius prę ſumitur,ut ſupra poſſidere,tenuit etiam poſt Innoc.in cap.dilecti. de maior.& obed. Natta in conſi.606.approbo. num.10. verſi.cum prædictis concordat, lib.3. idem etiam tenuit poſt Inno.in cap.bonæ. de appellatio. Veſtr. ubi ſupra, ſub num. 18.uerſic.niſi forte,vbi illud ampliat: ut ad excludendū hanc prę ſumptam poſſeſſionem attentantis (& conſequenter illius continuationem) ſufficiat illi,qui paſſus eſt attentata docere de poſſeſſione ſua tempore attētauonis;cum enim duo eodem tempore eandem rem in ſolidum poſſidere non poſſint l.3.§. ex pluribus.ff.acquiren. poſſeſs. neceſsario infertur, q̄ poſſeſſio prę ſumpta, quam allegat attentans,non potuerit eſſe vera illo eodem tempore attentationis, & quòd meritò excludatur prę ſumptio continuationis, deciſi. tamen,quā
36 allegat, parum ꝓcludit,† ſed q̄ quis probando ēt poſſeſſionē tertij exoneretur ab onere probandi negatiūam, q̄ ſcilicet ille,qui ſe intruſit lite pendente tpe intruſionis,& attētationis non erat in poſſeſſione, eſt bona deciſ.15. aliàs 478.in cauſa quęſtionis,in princ.de probat.in no. cui in eadem cauſa concordare uidetur etiam deciſ.Aegid.710.in caſu,de quibus aliquid etiam dicemus proxime nu.

Circa fm extremum, hoc eſt de mutatione & deſinentia p̄dicti ſtatus mediante innouatione: qm̄ prędicta mutatio in numerabilibus forè modis ꝓtingere pōt tam facto iudicis in procedendo, q̄ partis in aliquid de nouo circa poſſeſſionē, vel fructus,aut circa proceſſum p uiam impetrationis faciendo,quā ēt tertij forſan à parte cām habentis litigantes, uel alterum ex ipſis aliquo modo turbātis,vel ſpoliātis,nec pōt ad eius cognitionē certa regula, aut certus modus dari, illud in genere ꝓcludendū eſt, q̄ qūocunque hæc mutatio ꝓtingat,illa rr tranſit in uitium attentati,diximus regulariter fm ea, q̄ ſupra in diſcurſu tractatus poſuimus,vbi in ſingulis ferè capitibus de attent.lite penden.& ſeq.poſuimus regulas affirmatiuas, q̄ actus ea pēdente facti rr attētatorū vitio ſubiiciunt, adaptādo tm̄ opportunas in ſingulis locis limitationes, ac declarationes, de quib. ibi. Et propterea ad declarationē huius vltimi extremi cęteris p̄termiſſis duo tm̄ ponere uiſum eſt, q̄ magis neceſſaria videbantur. Primū eſt, q̄ licèt ſupra generaliter

Source : BIU Cujas

raliter affirmauerimus, hanc mutationem per quencumq; fieri posse,& sic per quascunque personas attentari posse,& consequenter etiam per procuratorem, vt annotauimus ēt latius supra in prima parte,dum locuti sumus,per quas per sonas dicatur attentari,præsertim in c.1.de attent.à parte,nu mero 5.& seq.quantum tamen attinet ad materiam probationis,de qua nunc agimus,illud hoc loco replicādum est,

37 † quòd quando ageremus ad reuocationem eorum, quæ per procuratorem attentata fuisse dicerentur, oportet probare duo, videlicet eum verè fuisse procuratorem (ex quo gesta à falso procuratore non dicuntur attentata, vt est in recollect. Achill.de Grass.decis.28.attentata.sub Rubrica de attentatis) & insuper eum habuisse speciale mandatum ad attentandum,vt est decis. Rot. 7. aliàs 81. quoad reuocationem,vt lite pendēte,in no.quod etiam animaduertit Vestr. vbi supra sub nu.18. & nos satis late diximus in dicto capit. 1.vbi etiam id non nullis modis limitauimus, & declarauimus, de quibus ibi. Secundum est, quòd cum ista mutatio status,& hoc secundum extremum nullo ferè veriori,& efficaciori, ac magis odioso modo fieri contingat, quàm per viam intrusionis, quando quis lite pendente capiendo possessionem rei, super qua litigatur, in illam temere se intrudit,necesse est etiam scire,quomodo, & per quem ad propo situm de quo nunc agimus ista intrusio sit probanda. Et ad

38 probandum intrusionem † tria videntur necessaria.Primū, quòd probetur litis pendentia:quia qui allegat litis penden tiam,debet illam probare. Paris.consi.47.nu.41.lib.4. Secundum est,quòd Titius,qui allegat Męuiū esse intrusum,probet se tempore litis motæ fuisse in possessione. Tertium, ꝙ Męuius lite pendente ingressus fuerit possessionem.

Quoad primum sicut (quantum attinet ad hunc articulum probationis) res non videtur habere difficultatem, & in probanda litis pendentia ad effectum deducendæ intrusionis illud solum maxime videtur considerandum, vt scili cet probetur lis non calumniosa,attento, quòd si constaret

39 de lite calumniosa † tunc videretur cessare intrusio, vt senserunt Domini in vna Burgen. Canonicatus coram D.meo Oradino 18.Decembris 1562.

Quoad secundum, videlicet quis probet secūdum requi-

40 situm † an Męuius intrusus deducendo ad excludendam in trusionem,qualiter ipse ante litem motam erat in possessio ne,vel potius id probare teneatur Titius, qui allegat eū intrusum,ita quòd si Titius suam possessionem de dicto tempore non probet,succumbat,non leuem videtur continere

41 dubitationem. Quamuis enim † intrusi in iure videātur ma

42 xime odibiles † cum ꝫ eos absque nouo processu possit ēt

43 (docto de intrusione) ad executionem deueniri, cum † vt notum est, executoriales capiant intrusos. Cresc ent. decis.

44 142.executoriales,de re iudi.† Nec possit dare obiectus. Rot. decis.5.aliàs 433.not.nunquid reo,vt lit.pen.in antiq.& pro pterea in hoc videretur dicēdum, ꝙ in odium ipsius intrusi deberet hoc onus probandi possessionem,de qua agitur, incumbere ipsi intruso. Contrariū tamen aliàs firmauit Rot. ꝙ immo hoc casu Titius, qui agit ꝫ intrusum teneatur pro bare possessionem suam tempore litis motæ, vt sunt decis. Rot. 14. aliàs 477. suppositio, & decis. 15. aliàs 478. in causa quęstionis,de probat.in no.quibus concordant decis. Aegi. 709.suppositio, & 710. in casu, quas etiam nouissime quoad hoc secuta est Rot.vt est in recollect.Crescent.decis.142. exe cutoriales.sub Rubrica de re iudi.& iterum in vna Tudertina bonorum corā D.meo Oradino sub die 11.Martij 1560.& ista in proposito potest esse.

45 Regula,quòd Titius,† qui est passus intrusionem, ad illā probandam debet docere de dicto secundo requisito, videli cet se fuisse in possessione rei,de qua litigatur de dicto tēpo- 49 re litis motæ per omnes supradictas decisiones, dum in eis concluditur,quòd onus probandi,quòd is qui prætenditur intrusus possessionem fuerit ingressus post sententias, in- 50 cumbit ei, qui allegat intrusionem, adeo quòd si nihil probaret, non posset contra prætensum intrusum deueniri ad executionem.

Quam Regulam amplia.

46 Primò, † vt sibi ad victoriam in hoc iudicio sufficiat, nō solum si probet suam possessionem,verum etiam si deducat possessionem alicuius tertij,qui de dicto tempore fuerit publice,& notorie reputatus pro possessore,vt dicunt dictæ de cis.15.aliàs 478.& Aegid.710.per quas comprobatur, quod 51 etiam dixerat Vestr.vbi supra sub nu.18.versi.nisi forte,vt diximus supra nu.30.Quod etiam per dictam decis. Aegid. secuti sunt Domini in vna Taurinen. Prioratus coram Quiroga.8.Nouembris 1557. in qua, cum præsupponeretur litē motam de anno 1529. contra quendam Melchiorem intrusum, & quòd deinde de anno 1548. dictus prioratus per manus diuersorum tandem deuenerit in personam Nicolai Baroncelli, qui ad docendum de bono iure suo in articulis posuerat,quòd quidam Franciscus, qui antea dictum Prioratum obtinuerat,illum possederat per annos 13. & vltra,vi delicet ab anno 1548.vsque ad obitum,& dubitaretur de in trusione dicti Franciscі,quam eius aduersarius deducere co nabatur ex eius confessione (quasi si ille possedit ab anno 1531. ergo antea & sic tempore litis motæ) non possedit, & cum ille replicaret,ꝙ consequentia non tenet, cum potuerit etiam ante possedisse, & Domini propterea dixissent nō constare de intrusione Franciscі,declarauerunt tñ, ꝙ si con tra allegatam anteriorem possessionem Franciscі constaret in actis de possessione dicti Melchioris, & sic de possessione tertij,excluderetur præsumpta possessio Frāciscі: cum duo eandem rem,eodem tempore,insolidum possidere non pos sint,l.3.§.ex pluribus.ff.de acq.poss.cū similib. & consequen ter probaretur intrusio ipsius Franciscі. Et ad hanc ampliationem plurimum facit, quod fuit cōclusum in alia Rom. Viridarij corā Seraphino 27. Octobris 1570. pro hæredibus Cardinalis de Saluiatis contra Illust.Dominos Farnesios,in qua cum præsupponeretur,Dominos de Saluiatis viridariū possedisse, & per Capitulum, & Canonicos Sancti Petri de vrbe fuisse spoliatos,& super huiusmodi spolio statim ꝫ Ca nonicos litem introduxisse, & sententiam fauorabilem, ac executoriales obtinuisse, & vellent contra Dominos Farne sios (qui vltimo loco reperiebātur in possessione viridarij) exequi tanquam contra intrusos lite pendente, & dubitare tur,an possent exequi,& constaret de intrusione,Dñi tenue runt,executoriales exequi posse: quia Farnesij præsumūtur intrusi lite pendente, ea ratione (vt ex his quæ deducuntur in informationibus colligitur) quia tempore litis motæ Ca pitulum,& Canonici possidebant,& consequenter Farnesij possidere non poterant obstante regula dictæ.l.3.§.ex pluribus.ff.de acq.poss.

47 Secundò † amplia,vt possessio,de qua agimus, nec etiam per confessionem collitigantium probetur in præiudicium tertij ad effectum,vt habens deinde causam à dicto tertio de beat dici intrusus, vt dixerunt Domini in vna Romana spolij domus corā D.meo Oradino 17.Martij 1561. in qua Faustina vendiderat domum Almadiano, deinde Petrus succes sor Faustinæ mouit litem contra Paulum Colinum uti

48 inquilinum, † qui negando monitorium,dixit se non reco gnoscere alium, sed ipsum esse dominum, & possessorem, deinde mortuis Petro,ac Colino illorum hæredes prosecuti sunt litem,& ea sic pendente domum vendidit Episcopo Papiensi, contra quem dicti hæredes dabant de intrusione, illamque deducere conabantur:quia Almadianus licèt domum emerit,tamen possessionem actualem nūquam acceperat,sed remansit penes venditorem, quæ cū vacauerit per eius obitum,& Paulus per illam responsionem sibi acquisierit, sequitur, quòd Almadianus fuerit ingressus lite pendente, & consequenter,quòd etiam sit intrusus,& quia pro batio possessionis Pauli erat dubia,dixerunt Domini, quòd si hæredes Pauli & Petri faterentur, quòd Paulus per illam responsionem acquisiuisset possessionem: tamen talis confessio in præiudicium tertij, videlicet Almadiani, & Episco pi habentis causam ab eo non probaret possessionem Pauli ad effectum probandi intrusionem. Vnde vere potest hæc conclusio ampliari, vt hæc possessio, quam tenetur proba re, is qui passus est intrusionem, nec etiam per confessionē collitigantis probetur in præiudicium tertij, qui nunquam fuit in lite,vt dixerunt Domini ibi in fi.subdentes, quòd ita etiam aliàs tenuit Rota.

Limita eandem.

Primò, quādo Titius passus intrusionem probaret suam

49 possessionem † præsumptiue præsumptione resultāte ex ali qua sententia, in qua ille de dicto tempore assereretur possessor: nam per solam sententiam non dr̄ constare de intru-

50 sione,sed requiritur † ꝙ cum sententia concurrat etiam cō munis reputatio, ꝙ Titius esset possessor, & aliqua alia adminicula,vt post dictam decis. Aegid.710. fuit tentū in dicta Tudertina bonorum corā D. meo Oradino 11. Martij 1560. De qua facit mētionem idem Oradinus in voto suo in vna Cæsaraugustana parochialis de chouenda corā Sarmiento 31.Ianuarij 1564. vbi præter dictam decis. Aegid. 710. allegat etiam decis.eiusdem 709.& 713.Quòd si ex eo præsumptiue

51 suam possessionem probaret † quia per aliquot annos ante litem motam possederit,ac fructus perceperit, & consequē ter præsumatur etiam vsque ad diem litis motæ illam continuasse,videtur, quòd sibi talis etiam præsumptiua posses-

52 sio debeat suffragari,nam & aliàs videmus,† ꝙ is,qui tenetur probare,se tempore litis motę possedisse,prout est in interdicto retinendæ, hæc præsumptiua possessio ex anteriori fructuum perceptione resultans dr̄ esse sufficiens, vt tradit Olasc.in decis.Pedemont.43.Antonius. numero 2. & 4. vbi

Source : BIU Cujas

etiam declarando subdit, quòd hæc præsumptio in fauorem actoris locum sibi vendicat, quando reus non probauit se possidere, vel saltem detinere, ex intentione Barto. in l.1.§ fin. ff.vti possidet.& Alexan.in consi.88.numero 18. lib.quinto,& Rip.in capitul.cum ecclesia colum.8.versicu. tertiò ampliari potest.de causa.poss.& propr.atque etiã Afflict.decis.394.

Secundò, & notabiliter limitari potest: vt non procedat,
53 quando † ille,contra quem est lata sententia,esset intrusus: nam si post sentẽtiam,& in illius executione reperiatur aliquis Tertius intrusus,ad probandum intrusionem huius secundi Titius non grauabitur onere probandi suam possessionem:quia si ille,contra quem est lata sentẽtia, erat intrusus,in necessariam consequentiam sequitur, quòd ille secũdus sit intrusus, cum ex probatione intrusionis illius primi statim etiam appareat de possessione Titij, & consequenter de intrusione huius secundi,vt colligitur ex his, quæ ponit
54 Crescent. dicta decis.142.vbi id ampliare videtur, † vt procedat, etiam si intrusio primi non fuisset probata in hoc secũdo Iudicio, quo agitur contra secundum intrusum, sed in primo Iudicio:quoniam dicta probatio (licèt nõ faciat plenam fidem) tamen facit aliqualem probationem,quæ secũdum Bal.in l.si duo patroni.in princi. ff. de iureiur.transfert onus probandi in aduersarium, licèt de hac ampliatione ali
55 qui dubitauerint,vt ibi latius per eum.Idem † dicendum esset,si intrusio non probaretur per sententiam, sed aliunde, puta per confessionem factam in aliqua supplicatione:quoniam statim sequeretur probatio intrusionis secundi immediate subsequentis,prout erat casus in vna Calaguritana medietatis fructuum coram Aldobrandino 14.Aprilis 1567.in qua pars ad probandum intrusionem secundi deducebat probationem primi per supplicationẽ, & Domini dixerunt constare de intrusione.

Declara prædictam regulam.

Primò,quòd licèt passus attentata, & intrusionem teneatur probare suam possessionem de tempore litis motæ,vt in
56 Regula † non tamen tenetur probare, quòd intrusus sciuerit rem litigiosam,& cõsequenter,quòd scienter in re uitiosa successerit,sed sufficit sibi, si probet se pendente lite fuisse in possessione:& tunc spoliatum fuisse, vt post Rip. in c.sæpe.nu.10. extra de restit. spoliat. tradit etiam nouissime Menocch.de recuperan.possess.Remed.17.nu.27.

Secundò, quòd licèt passus intrusionem illam probauerit,deducendo possessionem suam, vel etiam tertij de tempore litis motæ, etiam prætextu præsumptæ continuationis per ea, quæ dicta sunt supra proxime in prima ampliatione Regulæ proximæ politæ nu. 46. & in fi. primæ limitationis
57 eiusdem Regulæ,num 52.non † tamen per hoc prohibetur intrusus probare contrarium, quòd immo ipse, aut etiam sui auctores tempore litis motæ fuerunt in possessione, vt fuit dictum in præfata Ro. Viridarij coram Seraphino 27. Octobris 1570 in qua Domini dixerunt,Farnesios censeri lite pendente intrusos,nisi ipsi docerent,possessionẽ accepisse ante litem motam, vel saltem eorum auctores in possessione fuisse,& per eos fuisse continuatam.

58 Tertiò, & vtiliter declara † quòd de huiusmodi intrusione possit dari etiam post triginta annos,prout fuit datum & per Dominos admissum in vna Calugaritana prætensæ medietatis fructuum coram Aldobrandino 14.Aprilis 1567. in qua dum dubitaretur de intrusione commissa iam ante de anno 1535.Domini tenuerunt constare de intrusione. Quæ declaratio licèt videatur reddi posse dubitabilis ex his, quæ posuimus supra in hac tertia parte,capit.23.quando & intra quod tempus per actorem attent.reuoc.sit peten.quæstio.3. nu.76.& seq.dum ibi firmauimus, quòd reuocationi attentatorum regulariter triginta annorum spatio præscribatur, sustinetur tamen ex his,quæ ibidem posuimus in 3.limitat. regulæ ibi positæ,nu.93. considerando, quòd intrusio versatur circa possessionem, & consequenter intrant ea, quæ ibi diximus de spolio attentato.

Quartò,potest etiam declarari,quòd ad verificandam intrusionem non sufficeret,quòd is,qui ab initio erat inquilinus, & vacante rei locatæ possessione per mortem locatoris in iudicio conuentus responderit,se non recognoscere aliũ in dominum, & patronum, sed quòd ipse est dominus, & possessor, & quasi per hoc dicatur sibi fuisse acquisitam ipsius rei conductæ possessionem, prætendat, quòd tertius, qui dicto iudicio pendente rem prædictam emerit, & possessionem etiam adeptus fuerit, dicatur intrusus: quia talis possessio etiam ante litem, vt præfertur, deducta non uidetur sufficiens ad probandum intrusionem emptoris: quamuis enim valde dubium de iure sit, an per actum huiusmodi responsionis fuerit sibi aliqua possessio acquisita, vt elegenter, & copiose fuit disputatum in vna Ro. spolij domus
59 coram D. meo Oradino 27. Februarij 1562. † Maior tamen pars Dominorum tenuit,quòd emptor hoc casu non dicatur intrusus,& consequenter,quòd talis possessio non sit releuans,ac sufficiens pro verificatione intrusionis ad effectũ attentatorum,de qua nunc agimus.

Quoad tertium facilis videtur probatio: quia si per confessionem partis, per testes, aut per instrumentum clare, & concludenter appareret de tempore adeptæ possessionis, clare quoque diceretur apparere de intrusione facta relatione
60 ad diem litis motæ: † nam & ipsa intrusio concludenter pro
61 banda est,vt est in recollect.Cottæ decis.7.& propterea † per instrumentum possessionis captæ lite pendente vigore prouisionis ordinarij diceretur concludenter de intrusione cõstare, vt fuit aliàs tentum in una Burgi Sancti Sepulchri co-
62 ram D.meo Oradino 27. Octobris 1560. Et similiter † per instrumentum possessionis etiam per procuratorem generalem captæ iuncta narratiua nouæ prouisionis per principalem impetratæ, in qua de possessione mentionem faciat: quia censetur per hoc illam ratificasse,vt allegabatur in vna Nullius præposituræ coram eodem Oradino 20. Februarij 1558. in qua licèt id de ratificatione Domini non expresserint, dixerunt tamen de intrusione constare per instrumentum captæ possessionis,& narratiua nouę prouisionis.Non
63 tamen de intrusione constaret † si præsupposita lite super beneficio de anno 1529. aliquis ad docendum de suo bono iure in positionibus diceret,qualiter ipse, seu eius auctor illud beneficium possedit ab anno 1531. vsque ad obitũ: quia per hoc non diceretur probari, quòd de anno 1531. & non antea fuerit capta possessio, & consequenter non diceretur probata intrusio:quia per illa verba ab anno 1531.necessariò non infertur,quòd ponens fateatur, quòd beneficium ante non fuerit possessum.vt fuit dictum in vna Taurinen.priorata pro Nicolao Baroncello contra Cardinalem Rehumanum proponente Quiroga. sub die 8. Nouembris 1557. ea ratione inter cætera: quia in positionibus non subauditur dictio taxatiua,ad no.in l.cum furti.ff.de in lit.iur. Similiter
64 non probari intrusionem dixerunt Domini † per instrumẽtum per procuratorem factum, in quo is, qui prætendebatur intrusus,asserebat se,& suos prędecessores fuisse in quasi possessione exigendi certas decimas. Et diuersis rationibus mouebantur,aliqui: quia dicta confessio nõ videtur vsquequaque clara,aliqui:quia Petrus successit in castro, & consequenter in perceptione decimarum,aliqui: quia sentẽtia appræhensionis non videtur conformis confessioni procuratoris in dicto instrumento,vt dixerunt Domini in vna Tirasonen. decimarum de Vierla coram eodem Oradino 13.
65 Martij 1564. Sic etiam non diceretur † probata intrusio per instrumentum possessionis captæ lite pendente extractum ab exemplo,non autem ab originali, & per compulsorem recusatum,vt pręsupponebatur in facto in una Cremonen. præposituræ coram eodẽ Oradino, in qua 18. Februarij 1555. fuit resolutũ non constare de intrusione. Quibus concordat id, quod fuit etiam dictum in alia Senen. attentatorum
66 coram Quiroga. 15. Nouembris 1557. † quòd cum post Rotalem inhibitionem prætenderetur in partibus attẽtatum, & ad probationem attentatorum produceretur quædã scriptura extracta per alium notarium, quam qui fuerit de illa
67 rogatus,& sic minus solenniter † talis scriptura non erat in forma probante.Eodem modo ad effectum uerificãdi intru
68 sionem non † diceretur probari possessio ex depositionibus testium examinatorum inter fiscum, & eum, qui passus est intrusionem,non citato illo,qui prætenditur intrusus,vt dixerunt Domini in vna Tudertina bonorum coram eodem
69 Oradino 21.Maij 1561. † nisi tamen is, qui prætenditur intrusus haberet causam à fisco. Pari modo dicendum videtur,
70 † quòd intrusio non probetur per uerba enuntiatiua possessionis,
71 † & minus per confessionem possessionis resultantẽ ex productione alicuius instrumẽti (in quo talis mẽtio possessionis,etiam per principalem facta contineretur) per procuratorem generalem,& minus legitimam personam in iudicio facta,vt colligitur ex his,quæ fuerũt dicta in vna Messanen.Baroniæ coram eodem Oradino 5. Nouembris 1565. in qua fuit tentum,ꝙ instrumentum inuestituræ Castri,super cuius Baronia lis pendebat, in quo enuntiatiue dicebatur,ꝙ is,qui petebat inuestiturã,erat in possessione dicti Castri,non probat intrusionem secundum ea,quæ late deducebantur per informantes (ad quę Domini se referebãt) in informantibus autem eleganter dicebatur, ꝙ licèt ex aduerso prætenderetur,ꝙ ex dicti instrumenti tenore, & in super ex illius productione resultaret confessio possessionis,& consequenter plena probatio intrusionis,ad tradita per Aymonẽ consi. 201.nu.5.& seq. lib.1. replicabatur tamen, ꝙ illa verba enuntiatiua possessionis (ex quo sunt prolata ad alium finem,& non agebatur tunc de uiribus inuestituræ, ad quã

illa

Source : BIU Cujas

illa qualitas poſſeſſionis eſſet neceſſaria) non poſſunt probare intruſionem, ad not. in c. illud, præſertim per Fely. in 2. not. de præſumpt. Dec. conſi. 310. col. fin. nu. 5. Ruyn. conſi. 157. nu. 25. lib. 1. Addebatur præterea per informantes pro illa parte, quòd productio inſtrumenti, de qua ſupra, fuerat facta à procuratore generali, qui non potuit in hoc Domino præiudicare.

Cæterùm cum hactenus attentata probari dixerimus, ſi per actorem illa duo fuerint probata, de quibus ſupra hoc eodem cap. in prin. nu. 7. videlicet exiſtentia illius rei, & illius facti, per quod cauſantur attentata. Item & ipſa attentatio, antequam ad ſecundam inſpectionem tranſitum faciamus, neceſſario videndum eſt, an ſi prætermiſſa probatione ſingulorum dictorum duorum requiſitorũ, actor agens ad reuocationem attentatorum, velit compendioſius illa
72 probare † ex confeſſione, ſaltem tacita ipſius attẽtantis, qui alicubi in iudicio faſſus fuerit attentata, & ſe attentaſſe, an hoc caſu per huiuſmodi confeſſionem dicantur ſufficienter probata attentata (etiam ſi re vera illa non extarent) ita vt confitens non poſſit illa amplius negare. Exemplum, ſi quis conuentus in iudicio ſub prętextu, quòd lite, vel appellatione pendente aliquid in præiudicium collitigantis attentando innouauerit, fuerit ſuper eis condemnatus ad purganda attentata, & propterea dederit mandatum ad cedendum illis, †
73 & eius vigore fuerit etiã facta ceſſio apud acta, & inde ad aliquod tempus is, qui ceſſerat, comperiat, quòd re vera nulla aderant attentata, & ex capite notoriæ iniuſtiæ velit reuocari ſententiam aliàs contra eum latam, & quæ tranſitum iam fecerat in rem iudicatam, econtra vero ille, qui ſententiam obtinuerat, alleget, quòd attentata dicuntur ſufficienter probata ex confeſſione, quæ reſultat ex dicto mandato ad cedendum attentatis, & ex ceſſione ſubſecuta, an per hoc dicantur ſufficienter, & concludenter probata attentata? Et quamuis dici ſoleat, quòd nulla eſt maior probatio, quàm proprij oris confeſſio l. 1. de confeſ. cum ſimil. & res iudicata pro veritate habeatur c. res iudicata, de reg. iur. in 6. Domini tamen eueniente caſu in vna Ariminen. bonorum coram Grato 13. Maij 1569. tenuerũt pro non attentatis, & ad illud de confeſſione dixerunt, quòd procurator cedendo non potuit domino præiudicare: im-
74 mo nec ipſemet dominus ſibi præiudicaſſet: quia † ceſſio, & mandatum intelliguntur, prout ſæpe fieri ſolet, vt cedant, quatenus attentata adſint. Quæ concluſio vltra cõſiderata ibi per Dominos poteſt etiam ex eo ſuaderi: quia cũ re vera nulla adeſſent attentata (cum illa conſiſtant in facto) per confeſſionem talem non potuerunt deduci in eſſe; quia propter noſtrum negare, vel affirmare rei veritas non immutatur. l. aſſumptio. ff. ad municip. & de incol. Itẽ ex eo quòd in proprijs terminis attentatorum videmus, ꝙ etiam confeſſio partis non probat, & non attenditur: cum enim ad hoc, vt appellatio operetur effectum attẽtatorum, debeat probari appellatum fuiſſe, & inſuper intra 10. dies appellatum fore, ſi appellans probaret appellationem ex confeſſione appellati, non ſufficeret ad effectum reuocationis attentatorum. Rota deciſ. 30. aliàs 190. quoad reuocationẽ. de appellatio. in no. cum alijs latius adductis ſupra capitu. 12. de attenta. appellatio. penden. in quinquageſima limita. princ. numero 97. in 8. ampliat. Nec aliquid mouet id, quod dicebatur, quòd res iudicata pro ueritate habetur: quia deficientibus attentatis ſententia remanet notorie iniuſta, & propterea nunquam tranſit in rem iudicatam, ad no. in capitul. inter monaſterium. de re iudic. Illud autem, quod dicebunt Domini, ceſſionem cenſeri factam, quatenus atten
75 tata extarent, poteſt in ſimili comprobari † quòd ſi procurator decreto aliquo ſequeſtro, quod de iure non erat apponendum, conſentiat ſuper nominatione ſequeſtratorum, talis conſenſus non validat ſequeſtrum, vt illud reuocari non debeat: quia cenſetur præſtitus, quatenus eſſet locus ſequeſtro, vt dixerunt Domini in vna Pampilonen. Hoſpitalariæ coram Grato. 26. Ianuarij 1565. Sic & aliàs in vna Leodien. attentatorum coram Aldobrandino 20. Decem-
76 bris. 1566. † in qua poſtquam quidam pauperes, & mulieres condemnatæ fuerant ad purganda attentata cum refectione fructuum, & expenſarum, & pro dicta reſtitutione ſe obligauerant in forma cameræ, obtinuerunt commiſſionem, quòd conſtito de paupertate, fructus, & expenſæ reſeruarentur in fine litis, & licèt contra eas diceretur, quòd non poterant dicto reſcripto iuuari, attento quòd iam pro reſtitutione præſtiterant dictam obligationem. In contra-
77 rium tamen allegabatur, quòd dicta † obligatio cenſebatur facta ſi, & quatenus de iure tunc expenſæ eſſent ſoluendæ, & non eſſent reſeruandæ in fine litis, prout videtur etiam iuri conſonum, ad no. in capitulo olim. el ſecundo, & ibi
78 no. Abbas, de reſtitutio, ſpoliato. † exemplo eius, qui promiſit facere tharam, cuius etiam promiſſio intelligitur, quatenus de iure thara veniat facienda, ſecundum Affli. deciſ. 399. fuit latum. nu. 13. & quod tradit Bal. in l. fi. C. ad leg. Fal.
79 † de hærede promittente ſoluere omnia legata, vt intelligatur ſaluo legis Falcidiæ beneficio. Sicut etiam promiſſio
80 † de tota dote reſtituenda intelligitur in caſu, in quo tota dos eſſet reſtituenda, ſecundùm Bal. in l. Neratius. ff. de relig. & ſumpt. funer. vt refert etiam Afflict. vbi ſupra. Ex quibus omnibus ſufficienter apparet, quid ſit probandum pro parte actoris in iudicio attentatorum, quæ erat prima inſpectio ſecundùm ordinem ſupra poſitum.

81 Circa ſecundam inſpectionem † quæ eſt, quomodo ſit in hoc iudicio facienda probatio, dicendum eſt, quòd cum attentata ſint in multis priuilegiata, vt apparet ex his, quæ dicemus infra c. 30. de priuileg. attent. in hoc quoque, quod re
82 ſpicit probationem, non videntur priuilegio deſtituta, † qui nimmo attentatorum via dicitur leuior, etiam in probando, vt poſt Inno. in c. dilecti. de maior. & obed. & Io. Monachum in c. cupientes. de elect. in 6. tradit Rot. deciſ. 62. aliàs
83 446. ſi lata, ad med. de appel. in no. † & in materia attentato
84 rum valet teſtium receptio, etiam nõ abſuturorum † etiam ſuper articulis expreſſe non admiſſis. Rot. deciſ. 10. aliàs 105. valet teſtium receptio, de teſtibus, in no. & Mil. in verb. te-
85 ſtium receptio. fol. 377. † & propterea in probanda intruſione facta lite pendente non requiritur ita exacta probatio, vt inquit Aegid. deciſ. 710. in caſu, quinimmo poſſet etiam
86 probabiliter dici, † quòd ſicut in ſpolio, præſertim antiquo ſufficit probatio de auditu non ſolùm partis, verum etiam alieno, vt dixit Mil. in verb. probatio de auditu, fol. 318. Et in
87 eo † ſimiliter ſufficit præſumptiua probatio ad probandum primum extremum, vt fuit dictum in vna Albanen. parochialis de Sulmo coram Proſpero, ſub die 9. Decẽbris 1547. vt eſt in recoll. Put. deciſ. 1. incip. præſumptiua, ſub Rubrica
88 de reſtit. ſpoliat. † Ita etiam, & multo magis id poſſet admitti in attentatis, quę ſunt fauorabiliora ſpolio, vt deduximus in d. c. 30. nu. 6. licèt hoc de auditu videatur reddi dubium
89 ex his quæ dicemus proxime nu. 99. † Quamuis autem leuior, & non ita exacta probatio in attentatis requiratur, vt dictum eſt, illa tamen debet eſſe concludens, vt dixerũt Domini in vna Maioricen. de Iucha, coram D. meo Oradino de menſe Decembris 1562. in qua, cum ad probandam poſ-
90 ſeſſionem attentatam produceretur † inſtrumentum captę poſſeſſionis rogatum ab uno, & publicatum, ac ſubſcriptũ ab alio notario. Domini tenuerunt per dictum inſtrumentum captæ poſſeſſionis non probari concludenter attentatum. Sicut nec intruſionem eo modo probari diximus ſupra nu. 66. Pro qua reſolutione optime facit tex. in cap. 1. ibi, per idoneas perſonas veritate comperta, extra de appel. quẽ tex. vr̃ in hunc ſenſum etiã ponderaſſe Afflict. deciſ. 351. bis
91 fuit, nu. 9. Et dixerunt aliàs Domini, ꝙ † intruſio lite pendẽ te debet concludenter probari, vt eſt in recollect. Cottæ deciſ. 7. Et propterea ſi ad probandum litis pendentiam, &
92 attentata producatur duntaxat † inſtrumentum ſententiæ, in qua naturalis, & litis initium, Domini aliàs in vna Bracharen. ſancti Petri de menſe Aprilis 1558. coram D. meo Oradino non habuerunt dictum inſtrumentũ ſententiæ pro ſufficienti attentatorum probatione, cum ſententia illa eſſet ſine actis, & non eſſet aliàs plene in forma probante. Sic etiã in vna Meſſanen. illegitimatis, & Baroniæ coram Acoram-
93 bono. 6. Martij 1556. fuit tentum, † quòd non conſtaret de litis pendentia: quia ſcripturæ, quæ producebantur, non erãt
94 in forma probantis. Diceretur tamen † concludens probatio litis pendentiæ coram delegato non obſtante, quòd de originali commiſſione, & eius præſentatione nullatenus conſtaret, niſi ex eo quia illa reperiretur inſerta in citatione ad partes decreta, & executa, ac per Auditorem, ac notarium ſubſcripta, ac ſolito ſigillo ſignata, atque etiam, quia in libris Regentis, ac etiam notariorum appareret de illius diſtributione, & etiam quia cum his concurreret aliquod aliud adminiculum, puta unius teſtis ſuper illius amiſſione: quia his concurrentibus non obſtante deciſ. Aegid. 323. litera auditoris, quæ allegabatur in contrarium, fuit per Dominos reſolutum probari veram litis pendentiam in una Caſalen. Canonicatus, & præbendæ coram Acorambono
95 vigeſimoſecundo. Aprilis 1556. Pro qua facit, † quòd nec etiam ſpolium probaretur per inſtrumentum, in quo notarius narraret ſe fuiſſe præſentem in partibus, quando ille, qui dicebatur ſpoliaſſe, petijt, & obtinuit à curia Regia auferri fructus à ſpoliato, & dari ſibi, vt eſt in recollect. Achill. deciſ. 154. noluerunt. Domini ſub Rubrica de fide inſtru.
96 vbi aſſignatur etiam ratio † quia notarius non debuit rogari, niſi de his, quæ ipſe faciebat, vel partes eum rogabant, præſertim † quia ſolet dici, quòd per inſtrumenta nõ
97 probatur delictum. Quæ rationes cum militent etiam in ac-

Source : BIU Cujas

tentatis,pōt dici,ꝙ etiam in attentatorum cauſis huiuſmodi per inſtrm probationes non concluderent, cum & attentare ſonet in malam partē, & certo modo videatur ſpecies delicti, Aegid.deciſ.18.inci. oneratio.Et propterea aliàs Dñi in vna Calaguritana ſancti Iliſonſi coram Sarmiento 16.Februarij 1562.in qua dubitabatur, an conſtaret de attentatis ex eo:quia lite pendente in curia inter Rectorem, & beneficiatos ex vna,& Ioannem ex altera, Vnus teſtis deponebat, ꝙ audiuit ab vno ex capellanis dictorum Rectoris,& beneficiatorum,ꝙ ibant ad capellam, de qua agebatur, & poſtea audiuit, quòd dicti capellani fregerant oſtium dictæ capellæ, & quòd ipſe teſtis inde ad paucos dies vidit oſtium fractum, & quòd alius teſtis deponit de publica voce, & fama ſuper dicta fractione. Domini tenuerunt pro non attentis, & formaliter dixerunt,quòd cum attētare ſit delictum. Rota deciſ.7.vt lite pend.in no.Fely.in c.1. col.7. vt lit.penden. ideo requiruntur probationes claræ, quæ ibi ceſſabant: nā non conſtat de mandato Rectoris,& beneficiatorum. Non obſtat publica vox,& fama: quia facit ſemiplenā probationem,nec poteſt coniungi primus teſtis: quia dum loquitur de viſu,probat factum, ſed non quis fecerit. Præterea teſtes ſunt ſingulares de auditu, & probant de capellanis, non de
98 beneficiatis,vnde ex dicta deciſ.vtiliter colligitur † quòd at
99 tentatorum probatio debet eſſe clara,nec ſufficerent† teſtes de auditu,niſi eſſemus in antiquis,vt ſupra dictum eſt.Illud
100 autem hoc loco prætermittendum non eſt, † quòd ſi hujuſmodi reuocatio lite pendente attentatorum fit per officium Iudicis, oportet, ꝙ præcedat diligens cauſæ cognitio, vt poſt Spec.in §.pen.verſi.ſed quæro,de appel. ponit expreſſe Rot.deciſ.2.aliàs 14.in fin.verb de reſtit.ſpoliat.in no Et ꝙ
101 † præterea ſi fuerit ſpecialiter, & expreſſe intentatum ſpolium attentatum, quamuis illa qualitas attentati nō fuerit concludenter probata,ſi tñ iudex in ſpolio pronuntiauerit, ſnīa ſuſtinetur,ſi in commiſſione adſit clauſula, q̄, & quas, vt fuit aliàs dictum in vna Roma. ſpolij coram Veſtano. 4.
102 Iunij 1554.Et inſuper ꝙ † paſſus attentata, q̄ obtinuit ſnīas ſuper illorū reuocatione, quæ tranſiuerūt in rem iudicatā, petat poſt concluſionē in cauſa, & rem iudicatā admitti ad probandū ſtatū,in quo erat tpe, quo ꝯ eum fuit attētatum, & ad quem iuxta ſnīas eſt facienda reſtitutio, vtique eſt ad-
103 mittendus,† & inſuper,quod magis eſt,ſi ille, qui attētauit, petat ſe admitti ad probandum, ꝙ ſtatus (ad quem paſſus attentata petit ſe reſtitui) erat ēt ipſe attentatus, ſimiliter etiā ipſe eſt admittendus ad id probandū, vt fuit votatū in vna Bracharē.monaſterij corā Iunio 5.Iulij 1557. Illud ēt in hac
104 ſecunda inſpectione repetendum vr̄,† ꝙ attentata non dicerentur probari ex eo ſolo, quòd quis condemnatus ad illa purgāda,illis in actis ceſſerit: quia licèt ex huiuſmodi ceſſione reſultet quædam tacita attentatorum confeſſio, illa tamen non probaret concludenter attentata,niſi vere in fa-
105 cto extarent attentata † præſertim ſi talis tacita confeſſio fuiſſet facta à procuratore,vel tutore, non autē ab ipſo prin-
106 cipali. † Nec etiam ex ſententia,per quam condemnatur ad
107 illa reuocanda,etiam ſi tranſiuerit † in rem iudicatam,ſi illa tanquam notorie iniuſta reuocaretur in dubium, vt fuit dictum in vna Ariminen.bonorum coram Grato.17. Decēbris 1568.attento,quòd illa ceſſio cenſetur facta, prout ſæpe fieri ſolet,vt cedatur,ſi extant attentata, quæ reſolutio videtur admodum notabilis, ex quo aliàs confeſſio, & res iudicata plurimum ſoleant in materia probationis attendi.
108 Circa tertiam inſpectionem † videlicet vbi ſint faciendæ probationes in cauſa attentatorum. Breuiter dicendum eſt (vt etiam conſiderat Veſtr.vbi ſupra nu.2.) quòd ad hoc,vt loco fauorum,quos actori in reuocatione attentatorum iu-
109 ra tribuunt, in aliquo etiam ipſi reo compenſetur † actor teneatur probationes ſuper attentatis facere in curia, & eo loco,in quo cauſa attētatorum cognoſcitur. Nec datur ſibi facultas extra dicta loca per viam remiſſoriæ ad partes attentata probādi,vt eſt deciſ.Rot.10.aliàs 89.nota quòd vbi, de appellationib.in antiq.& deciſ.7.aliàs 220.nota quòd ſernat audientia, & deciſ.3[illegible].aliàs 775. Item eſt ſciendum, de probat.in antiq.& deciſ.4.aliàs 57.attentata,in fin. vt lit.penden.in no.quod etiam poſuit Veſtr.non ſolum vbi ſupra numero vigeſimo ſed etiam in eadem praxi Roma cu.lib.6. capitulo vltimo.numero 2.& Hercul.Seuerol.in tracta.de remiſſio capitulo 11 in princip.poſt Caſſad.deciſ. quarta de dilatio.in princip.& alia ſupra allegata,& ita etiam fuit tentū in vna Calaguritana, ſiue Bononien loci collegialis coram Robuſterio. 11. Aprilis 1567. & iſta in propoſito poteſt eſſe.

Regula (quam generaliter concipimus, vt reſpiciat tam actorem,quàm reum propter ea,quæ dicturi ſumus infra in
110 limitationibus, & declarationibus) † quòd in cauſa attentatorum non detur remiſſoria per omnes ſupra allegatas
111 deciſiones. Quæ probatur etiam in ſimili: quia † nec etiam pro ſimonia Domini dant remiſſoriam, vt dixerunt in vna Mediolanen.Præpoſituræ corā Chiſſanen. 11. Ianuarij 1555.
112 Ampliatur dicta regula, vt procedat † etiam ſi per teſtes conſtaret de fumo attentatorum, vt ſenſerunt Domini in vna Oxomen.Archipresbyteratus coram A. Auguſtino ſub die 19.Decembris 1545.& 26.Martij 1546.vt eſt deciſ.in recollect.eiuſdem 4.incip.fuit dubitatum.

Limitatur eadem regula.
113 Primò (& hæc reſpicit ipſum reum) † vt non procedat, quotieſcunque reus peteret remiſſoriam ad excuſanda attētata:quia hoc caſu ſibi conceditur, vt dicit Caſſad. dicta deciſ.4.numero 2.de dilat.Veſtr.vbi ſupra in praxi Roma. cur. dicto lib.6.capitulo vltimo, numero ſecundo, & iterum libro 8,capitulo 4.numero 20.quibus adde Seuerol.dicto capitulo 11.verſicul.& quod diximus,& in recollect.Simonet. deciſ.48.licèt in attentatis, ſub Rubrica de attent. Quam limitationem amplia & notabiliter vno modo, vt procedat
114 † etiam ſi reus vellet examinare ad repulſam teſtium per actorem examinatorum,vt dixit Veſtr. dicto capitulo quarto,numero 21.poſt Afflict.deciſ. 351. bis fuit. in vltimo caſu,
115 in fin. vbi refert † quòd conſilium Neapolitanum conſuluit Rotam Romanam ſuper hoc, & quamuis Afflict. ibi non loquatur de remiſſoria concedenda in cauſa attentatorum ad repulſam teſtium, vt loquitur Veſtr. ſed tantum an eſſet concedendus terminus ad dictam repulſam. Hæc tamen ampliatio teneri poteſt cum Veſtrio, vt etiam quoad repulſam poſſit concedi remiſſoria ipſi reo.Ex quo repulſa tendit ad excuſanda attentata, quo caſu diximus reo remiſſoriam dandam eſſe.Qua retenta illa limitanda videtur, niſi appareret de manifeſta calumnia rei petentis hanc remiſſoriam ex eo: quia notorie conſtaret de ipſis attentatis: tunc enim eſſet deneganda, vt fuit denegata per conſilium Neap.in dicta deciſ. Afflict. 351. in primo caſu; pro qua faciunt,quæ ponit Caſſad.dicta deciſ.4.in fine, iunctis duabus præcedētibus deciſionibus, dum vult,quòd ſicut in ſpolio, ita & in attentatis etiam ad ea excuſanda datur, vel non datur remiſſoria, prout Iudices ex ijs, quæ fuerint coram eis, (licèt non plenè) deducta in animo ſuo deſuper conijcerint, ſecundum ea quæ proxime dicemus in ſequenti ſubli-
116 mitatione. Sublimitatur igitur hæc prima limitatio; † vt non procedat, quando attētata eſſent per actorem iam probata: quia tunc ſi reus ad illa excuſanda peteret remiſſoriam,eſſet ſibi deneganda,vt expreſſe declarat Simonetta in dicta deciſ.48.& no.Veſtr.dicto capitulo vlti.numero ſecundo vbi hanc ſublimitationem ampliat, vt procedat non ſo-
117 lùm quando attentata eſſent iam probata, † verum etiam ſi eſſent incontinenti probanda, ea ratione (& bene) quia potius eſt admittenda probatio actoris,quæ eſt in promptu, quàm rei petentis remiſſoriam, cuius probatio eſt remota,
118 & pro hac ſublimitatione facit, quod in ſimili dicitur, † ꝙ nec ſpoliatori datur remiſſoria, quando ſpolium eſt iam probatum, vt eſt in recollect. Simonett. deciſ. 18. incipien. in ſpolio.
119 Secundò, videtur poſſe limitari regula prædicta,† vt non procedat in his, quæ appellatione pendente mediante violatione ſequeſtri fuiſſent attentata: quia aliàs pro huiuſmo di violatione probanda fuit cōceſſa remiſſoria, vt dicit Caſſad.deciſ.5.dubitatum fuit.in final.verb. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.& quamuis Caſſad. ibi illius dicti nullam rationem aſſignet: quia tamen non eſt ambigendum, quin Patres optima aliqua ratione moti fuerint,poteſt dici (vt ex diſcurſu illius deciſ.colligitur) quòd ideo ibi data fuerit remiſſoria: quia agebatur de probatione violationis ſequeſtri per ip-
120 ſum appellantem attentatæ, † quod ex eo videtur cæteris præſertim per reum attentatis magis odioſum: quia conuenit,ꝙ ipſe appellans debeat ſe abſtinere ab huiuſmodi innouatione, ne attētando videatur quodammodo impugnare ſuam appellationem,& ꝙ attentata per ipſum appellantem cenſeantur grauiora,& magis punienda,ſatis demonſtratur
121 ex qualitate pœnæ, cum † ex maioritate pœnæ arguatur etiam maioritas odij,& delicti. Decius cōſi.65. & pro tenui, poſt prin.vbi alleg.Hinc aliàs iura dicunt,quòd ſi appellans
122 appellatione pendente aduerſarium ſpoliauerit † in pœnā cenſetur ſuæ appellationi ſecundùm aliquos perpetuo renunciaſſe, & inſuper ſecundum alios priuatur remedio ap-
123 pellationis † etiam in diuerſa cauſa,vt poſt Hoſtien.& Ant. & alios tradit Franc.in c.an ſit.de appel. de quo aliquid etiā latius dicemus infra cap.31.de pœna attentantis,in decimatertia, & 14. pœna. Quod ex eo etiam demonſtratur: quia
124 † attentata per ipſum appellantem reuocantur etiam in caſu,in quo aliàs non reuocarentur. Exemplum quando fruſtratorie, & friuole fuerit appellatum, regulariter attentata hac appellatione pendente non reuocant, vt latius deduxi-

mus

Source : BIU Cujas

mus supra in 2.parte,cap.12.de attent.appellat.pend.in 6.limit.princip.numero 7.& tamen si eo casu ipse appellans aliquid attentauerit,illud reuocatur,& quoad appellantem attentantem fallit regula prædicta, vt diximus in supra alleg. loco,in 5.sublimitatione ibi posita,nu.43. Vnde si ratio,quare ibi ad probandam violationem sequestri esset ista:quia sumus in attentatis per ipsum appellantem sua appellatione pendente,posset probabiliter, & magis vniuersaliter concipi hæc secunda limitatio:† vt remissoria detur agenti ad reuocationem attentatorũ, quando essemus in attentatis per ipsum appellantem, & ratio limitationis sit maius odium, quo iura videntur prosequi hæc,præ cæteris attentatis.

Tertiò videtur posse limitari ex intentione Menocch. de recuperanda possess. Remed. 15.nu.346.& 348.q.25 iunctis his,quæ ponit idem in 17.remed.quæst. 15.nume. 46.vt non procedat † quando testes ipsi essent in remotissimis regionibus, ita vt non nisi cum maximo dispendio ad locum iudicij adduci possent, † vel aliquo iusto impedimento detinerentur, puta si aliquo graui morbo laborarent, quominus ad iudicem accedere valerent: tunc enim esse cõcedendam remissionem concludit post Felyn. in capitu. cum causam. num. 27. & 31. de testib. Pet.de Benintend. qui alios allegat, decis.74.vertebatur nu.4.& Cassad.decis.4.de dilation. qui licèt id disputet, & absolute non firmet, & alij supra allegati non loquantur specifice in causa attentatorum,sed vniuersaliter quando testes non possunt euocari. Hæc tamen eius limitatio satis videtur probabilis, & ad materiam nostram extendenda: cum hoc casu nulla videatur considerari culpa, aut fraus petentis remissoriam † quod tanto magis dicẽdum esset,si petens aliquem fumum super attẽtatis dedisset.

Quartò, ex intentione eiusdem ibi nu. 334. † quando ex denegatione huiusmodi dilationis petẽti irreparabile damnum sequi posset,vt post multos quos ibi allegat, tenet idẽ Menocch.ibi,Quam limit.ego admitterem,dummodo † de hoc irreparabili damno aliquid iudici constaret.

Quintò limitari potest,† vt etiam ad probanda attentata remissoria concedatur,quando omnino constat in petente calumniã abesse,vt post Cassad. decis.5. de seq. poss.& fruct. tradit Seuerol.in dicto tractatu de remiss.cap.4.in fi.& secũdum hanc limitationem videtur necessario intelligendum id, quod simpliciter tentum fuisse in vna Vercellen. parochialis coram Capizucho 15. Februarij 1555. refert Caputaquen. in recollect.suis part.1.decis.136.incip.de attentatis, dũ simpliciter dicit,quòd ad ea probãda datur remissoria, licèt de titulo non constet, † vt scilicet tunc detur, quando omnino calumnia cessat, alioquin d. decis. vix sustineri posset, & repugnaret omnibus,quæ supra sunt firmata.

Sextò limita,ꝙ licèt regulariter ad probanda attentata remissoria denegetur, † concederetur tamen ad illa liquidanda, ut fuit aliàs data per Reuerendissimum Cardinalem Puteum tunc Auditorem in vna Tirasonen. attentatorum, vt patet ex his, quæ in eadem causa fuerunt deducta corã Reumano 11.Ianuarij 1555.& dandam esse,si tendit ad liquidationem attentatorum,inclinauerunt etiam Domini in vna Senogalien.attentatorum coram Cotta 22.Maij 1565.sed quia dubitabatur ibi,ꝙ illa non esset releuans,fuit dictum,ꝙ daretur sine retardatione negotij principalis,si aduersarius cauisset de soluendo id,quod fuisset liquidatum.

Declarari eadem regula potest.

Primò,vt regula,& conclusio suprapositа,ꝙ in attẽtatis, & ad ea probanda non detur remissoria † procedat de stilo Dominorum,vt vere loquuntur ferè omnes decis. supra in prin.regulæ allegatæ,secus autem de iure per ea, quæ ponit Cassad.d decis.quartã,in attentatis,nu.2.& seq.de dilat. præsertim † quia probandi facultas non est coarctanda, sed amplianda,& quia aliàs † ad probandum spolium datur quandoque remissoria,vt ibi per eum latius.

Secundò potest declarari,† quòd licèt non detur remissoria cum rotulo in forma; tamen solent quandoque Iudices assumere hoc temperamentum, ꝙ ad partes destinetur notarius ad recipiendum probationes super attentatis, prout ego factum aliàs vidi ab Auditore cameræ de anno 1556. in vna Perusin.subsidiorum inter R.P.D. Priorẽ vrbis ex vna, & Magnificam ciuitatem Perusiæ (pro qua ego interueniebam) partibus ex altera.

Tertiò † declara, quòd ad probanda attentata per unam indirectam quandoque datur remissoria,puta si tu ad excusanda attentata alleges,te fecisse in continuationem tuæ antiquæ possessionis, ego vero ad excludendum prætensam continuationem velim probare, quòd tempore litis motæ ego eram in possessione,& consequenter cum duo eandem rem, eodem tempore, insolidum possidere non possint,tu non poteras possidere,si mihi concederetur remissoria, vtique per viam indirectam diceretur dari ad probanda attentata: nam statim atque ego probauero meam possessionem de illo tempore, cessat tunc prætensa continuatio, & actus remanent subiecti vitio attentatorum: hoc autem casu remissionem non esse denegandam, sed facile concedendam placuit Dominis in vna Hispalen.decimarum coram Serafino.26.Maij 1567.

Quartò † quòd quandoque ad probandum attentata dãtur compulsoriales speciales ad partes, vt inclinarunt Domini in alia Astoricen. Abbatiæ coram D. meo Oradino 18. Ianuarij 1555. & compulsoriales fuisse etiam aliàs decretas ad docendum de intrusione, colligitur ex his, quæ fuerunt disputata in alia Cremonen. proposituræ coram eodem Oradino 4. Februarij 1555. in qua dubitabatur, an ex processu facto per compulsorem recusatũ probaretur intrusio.

Cap. XXVII. De Judice & per quem attentata reuocentur.

SVMMARIVM.

1 *Iudex tenetur ante omnia reuocare attentata.*
Aliàs faceret iniustitiam,si non reuocaret,ut nu.2.
3 *Iudex,& superior ad quem est appellatum in tantum tenetur reuocare grauamen,quòd aliter faciendo diceretur inferre iniustitiam.*
4 *Appellatio à non reuocatione attentati dicitur legitima, ita ut si quid ea pendente postmodum attentetur,sit reuocandum.*
5 *Officium iudicis est illicò facere omnia in pristinum statum restitui.*
6 *Reuocatio attentatorum dupliciter fieri potest, aut ex officio iudicis nobili & eius motu proprio, aut ad partis instantiam, ex Iudicis officio mercenario.*
7 *Iudex,cuius fuit læsa maiestas pro uoto in omnibus casibus,propter cõtemptum iuris,siue legis in pœnam attentantis ex suo puro, & mero officio attentata reuocare potest.*
Præsertim in his casibus,in quibus attentata ad instantiam partis reuocari non ualent,ut nu.8.
9 *Nobile,non autem mercenarium dicitur esse officium, quod iudex motu proprio attentata reuocat.*
10 *Maiestas Prætoris contempta in reuocandis uindicatur.*
11 *Attentata licèt non reuocentur ad instantiam illius, de cuius non iure constat notorie,ex officio tamen iudicis reuocari possunt.*
12 *Subrogandus licèt attentatorum reuocationem non petat, illa tamen ex officio iudicis reuocantur.*
13 *Attentata quæ ad instantiam execrabilis non reuocantur, ex officio tamen iudicis reuocantur.*
14 *Iudex attentata ex officio reuocat, quando ad instantiam partis non reuocarentur,puta.*
Ad instantiam eius,qui litem,uel appellationem impugnauit.
Vel qui in lite,cuius pendentiam vult allegare,fuisset contumax, ut numero 15.
Vel qui in causa restitutionis in integrum ad appellandum succubuisset, ut nume.16.
Vel qui fuit ad appellandum restitutus, & infra decem dies non appellauit,ut nn.17.
Vel qui ab intimatione executorialium appellauit,ut nu.18.
Vel qui in termino sibi ad docendum de attentatis præfixo nihil releuanter docuit,ut nu.19.
Vel denique,qui tempore debito literas non expediuit,ut nu.20.
21 *Iudex (etiam extra casum attentatorum) potest ex officio multa facere,quæ per partem fieri non possunt.*
22 *Excommunicatus licèt non possit agere contra iniuriantem, iudex tamen potest iniuriantem punire.*
23 *Exceptiones proponere,quando quis non potest obstante statuto,puta Bannitus,potest tamen iudex exceptiones sibi competentes proponere.*
24 *Intrusionem lite pendente factam ex officio iudex reuocare non potest, secundùm aliquos,sed minus verè.*
25 *Citatio partis requiritur in reuocatione attentatorum.*
Cuius autem partis citatio requiratur,Declaratur,ut nu.26.
27 *Iudex etiam ex officio aliquem actum faciens, potest & quandoque debet citari facere partem,quæ ex illo actu lædi posset.*
28 *Iudex per inquisitionem procedens tenetur citare offensum, uel eius cõsanguineos ad declarandum,an uelint super crimine accusationem proponere.*
29 *Citatio videtur semper requiri,Vbi facta est mutatio personæ, cum qua antea agebatur.*
30 *Citatio semper requiritur,ubi excusatio petitur non contra condemnatũ, sed contra eius successorem.*
31 *Iudex ex officio an possit attentata etiam post conclusionem in causa reuocare,remissiue.*
32 *Edictum,ne lite pendente aliquid innouetur,intelligitur,quando quid innouatur,quod sit in præiudicium partis.*
33 *Iudici videtur imposita necessitas reuocandi attentata propter verbum, oportet,positum in c.non solum.de appel.in 6.*
34 *Attentata per iudicem ad quem sunt reuocanda.*

Source : BIU Cujas

Et non per alium iudicem ſecundum aliquos,nu.35.

36 *Et iſta uidetur communis opinio, verior tamen uidetur illa, de qua numero 39.*

37 *Attẽtata citra caſum appellationis in multis alijs caſibus conſideranꝫ.*

38 *Attentata dicuntur fieri in contemptum iuriſdictionis iudicis, qui de cauſa cognoſcit.*

39 *Iudex ille regulariter attentata reuocat, cuius iuriſdictio contempta, & maieſtas per attentantem læſa, Contra hoc opponitur, & ſoluitur, infr.nu.47.& ſeq.*

40 *Contemptus iudicis in reuocandis attentatis plus ponderatur, quàm ius agentis.*

41 *Lite pendente coram magno conſilio Neapolitano, ſi petatur ianuæ executio literarum Cambij, proceſſus Ianuæ factus reuocabitur per magnum conſilium.*

42 *Attentata appellatione pendente regulariter reuocantur per iudicem ad quem.*

43 *Iudex ad quem interpoſita appellatione à grauamine, non reuocat attentata coram primo iudice ante interpoſitam appellationem.*

44 *Attentata pendente reſtitutione in integrum ad appellandum per iudicem cauſæ,qui dicitur læſus,ſunt reuocanda.*

45 *Arbiter reuocat ea,quæ pendente compromiſſo ſunt attentata.*

46 *Iudex reſtitutionis in integrum,uel nullitatis,uel reuiſionis, vel qui inhibuit,reuocat attentata pendente reſtitutione, uel nullitate, vel reuiſione,uel poſt inhibitionem.*

47 *Contemptus iudicis an conſideretur in ijs, quæ recuſatione, vel conſilio ſapientis,uel dilatione pendente per iudicem attentantur.*

48 *Iudex à quo ſi quid attentauerit,poteſt illud reuocare.*

49 *Reuocatio attentatorum poſt iudicis recuſationem,ſecundum aliquos fiet per arbitros iuris.*

50 *Arbitri iuris,prout ſunt etiam ſtatutarij,dicũtur habere iuriſdictionẽ.*

51 *Attentata regulariter reuocantur ab eo iudice,cuius fuit læſa maieſtas.*

52 *Succeſſor etiam iudicis, cuius fuit attentando læſa maieſtas, attentata reuocat.*

Etiam ſi fuerit à iure tacite ſubrogatus,vt nu.56.

53 *Iudex ſucceſſor eodem modo procedit,quo prædeceſſor.*

54 *Læſio maieſtatis iudicis,quæ in attentatis conſideratur,nõ dicitur facta, nec cohærere perſonæ,ſed dignitati.*

55 *Dignitas nunquam moritur.*

57 *Princeps poteſt motu proprio attentata reuocare, quamuis immediate ipſius maieſtas non dicatur læſa.*

58 *Attentata puta appellatione pendente ſi ſint notorie iniuſta, non ſolum iudex ad quem,ſed & inferior poteſt illa reuocare.*

59 *Notoria iniuſtitia operatur, ut in actus reuocatione alia cauſæ cognitio non requiratur.*

60 *Attentata quando petuntur reuocari non per modum priuilegiatum, ſed per viam querelæ,poteſt adiri etiam alius iudex, cuius non fuiſſet læſa maieſtas.*

Idem ſi aliqua alia uia ordinaria,ut nu.61.

62 *Iudex à quo reuocat per ipſummet attentata.*

63 *Iudex à quo reuocãt attentata,quando appellans vellet appellationi renunciare.*

64 *Attentatorum reuocatio,quando non tangeret cauſam,vel negocium appellationis,& citra cognitionem articuli appellationis expediri poſſet, etiam per alium,quàm per iudicem ad quem.*

65 *Iudex à quo poteſt reuocare attentata, quorum reuocatio tenderet in faciliorem exitum appellationis.*

Etiam ſi ille appellationi detuliſſet,ut nu.66.

Vel fuiſſet inhibitus,ut nu.67.

HActenus locuti ſumus de his,quæ in hoc iudicio reuocationis attentatorum, vt plurimum perſonam actoris, ac rei reſpiciunt, nunc ad ea, quæ circa hoc ad iudicem ſpectant, eſt deueniendum, ſi enim porrecta per actorem petitio aliqua releuanti exceptione per reum non fuerit excluſa, & inſuper actor per teſtes,vel aliàs concludenter docuerit de attentatis, ꝙſequens eſt,vt iudex vlterius attentatorum reuocationem non differat, † tenetur enim iudex antè omnia reuocare attentata, † adeo ꝙ ſi non reuocaret,faceret iniuſtitiam, vt poſt Ioan. And.in c.non ſolùm,de appel.in 6. tradit ſingulariter Affli. deciſ.98.pulchrum,nu.5.quod ipſum dixit Franc.in c. conſuluit,nu.7.& c.dilecti.el 3. ſub nu.2. de appel. Quinimmo idem Franc.in c.paſtoralis,nu.6.verſi.dubitatur circa prædicta,de appel.dixit † ꝙ ſuperior,ad quem eſt appellatum, in tantum tenetur reuocare grauamen,ꝙ aliter faciendo diceretur inferre iniuſtitiam,& poſſet ab eo propter hoc appellari,& propterea conſuluit eleganter Aug.Bero. quòd cũ per viam attẽrati peteretur quoddam ſequeſtrum reuocari,fructuſque ſequeſtratos relaxari † & à non reuocatione,ac nõ relaxatione fuiſſet appellatum, talis appellatio dicitur eſſe legitima,ita vt ſi quid ea pendente poſtmodum fiat, ſit tanquam attentatum reuocandum, vt in conſi. ſuo, 51.in hac cauſa.verſi.ſecunda concluſio,nu.5. & ad propoſitum dixit etiam Alex.in conſi.89.diligenter.in fi.lib. 1. † quod officiũ iudicis eſt illico facere omnia in priſtinum ſtatum rẽſtitui.

Sicut † autem huiuſmodi reuocatio poteſt duobus modis per iudicem fieri, videlicet vel ex officio eius nobili in caſibus,in quibus pars aut nollet, aut ex aliqua cauſa non poſſet pro reuocatione inſtare. Vel ad inſtantiam partis ex officio eius mercenario. Ita duplex hic cadit inſpectio. Prima, quando iudex motu proprio abſque partis inſtantia attentata reuocet; Secunda,quando,& quis iudex reuocet ad partis inſtantiam.

Circa primam inſpectionem (retenta illa propoſitione pro vera,quam in ſequenti inſpectione nu.39.firmauimus, & quæ ad vtrunque ex ſupradictis modis eſt communis, ꝙ ſcilicet is iudex attentata regulariter reuocet,cuius fuit læſa maieſtas) breuiter dici poteſt,ꝙ,ex quo attentans dicitur nedum partem,ſed & ius,& iudicem offendere,† poteſt iudex, cuius fuit læſa maieſtas,pro voto in omnibus caſibus ꝓpter contemptum ſui iuris, ſiue legis in pœnam attentantis, & contemnentis, ex ſuo puro, & mero officio attentata reuocare, ſecundum ea, quæ ponit eleganter Rot. deciſ. 2. aliàs 14.fuit dubitatum,ad med.de reſtit. ſpoliat. in no. & iterum deciſ.5.aliàs 423.nota nunquid reo,nu.5.vt lit. pend. in antiq.Quod etſi ſemper iudex facere poſſit,id tamen præcipue in illis caſibus facere ſolet, in quibus, cum attentata ex aliqua cauſa ad inſtantiam partis reuocari non valẽt (ne temeritas attentãtis impunita remaneat) iuſtitia ſuadet, vt iudex partes ſuas interponat,& (vt dictum eſt) illa reuocet ex ſuo officio quod † hoc caſu dicitur eſſe nobile, non autem mercenarium,vt recte conſiderat Rot in dicta deciſ.5.aliàs 433. nota nunquid reo,nu.5.vt lit.pend.in antiq.repetita apud Bignett.deciſ.1.eodem tit.In attentatis† enim reuocandis cõtempta Prætoris maieſtas vindicatur, vt dicebat aliàs Oldra. in conſi.206.in cauſa Carnocen. poſt princ. Plures aũt poſſunt dari caſus,quibus attentata, ſi non ad inſtãtiam partis, ſaltem ex officio iudicis reuocantur. Exemplum † in eo de cuius non iure notorie conſtat. Quamuis enim regulariter ille eorum,quæ contra eum lite,vel appellatione pendente ſunt attentata reuocationem petere non valeat, vt firmauimus ſupra in hac tertia parte capitulo 24.quæſtio.1.num.21. Iudex tamẽ illa ex officio reuocare poteſt.Rot. deciſ.2.aliàs 14.fuit dubitatum,de reſtitutio. ſpoliat. in no. Caſſad. deciſ. 3.petens.numero 6.de reſtitutio ſpoliat.& ita ex cauſa ſolet ſæpiſſime Rota poſſeſſionem, quæ prætenditur attentata, non reſtituere ei,de cuius non iure conſtat, ſed attentatis reuocatis illam ponere ſub ſequeſtro ſecundùm Caſſad. vbi ſupra,prout fuit factum in vna Roman. Archipresbyteratus ſanctę Priſcæ,coram D.meo Oradino,ſub die 2.Martij 1560. & in alia Salamantina Abbatiæ, coram Veſtano, & in alia Vlisbonen.quartanariæ coram Reumano, vt eſt deciſ.in recollect.Guid.bon.105.fuit tentum, ſub Rubr. vt lit. pendẽ. vt declarauimus ibidem,in 2.limitat. numero 53. Similiter † ſi reo, & poſſeſſore mortuo aliquis mandatur per Papam ſubrogari, & collitigans ſuperſtes aliquid attentauerit, licèt ad inſtantiam ſurrogandi non reuocentur huiuſmodi attentata, Iudex tamen illa reuocat, Rot.deciſ.decima aliàs 411. ſi lite, vt lit.penden. in nou. Eodem modo † attentata ad inſtantiam execrabilis,non reuocantur, ſed bene ex officio iudicis,vt annotauimus ſupra in dicto capitulo 24.quæſtio. 12. in fi. † Alia quoque huius rei exempla eſſe poſſunt, vt quando eſſemus in attentatis contra eum, qui litem, vel appellationem impugnaſſet † Vel qui in lite (cuius pendentiam vult allegare) fuiſſet contumax † Vel qui in cauſa reſtitutionis in integrum ad appellandum ſuccubuiſſet. † Vel ſi reſtitutionem huiuſmodi obtinuit ſaltem intra decem dies poſtmodum non appellauit. † Vel qui ab intimatione executorialium appellauit. † Vel qui in termino ſibi ad docendum de attentatis,nihil quod releuet docuit,† Vel denique qui tempore debito literas nõ expediuerit: quoniã his omnibus caſibus (quos omnes per 11. limitationes poſuimus ſupra in hac tertia parte c.22.de actore,& quis poſſit attent.reuocat.pet.nu.28.& ſeq.)attentata ex officio iudicis reuocantur,quamuis ad inſtantiam partis in ſupradictis,ac ſimilibus caſibus non veniant reuocanda, vt ibidem annotauimus nu.54.verſic.ſupradictæ autem limitationes. Quæ omnia eo magis comprobantur: quoniam nõ eſt nouum, ꝙ † in multis caſibus iudex ex officio multa facere poteſt, quæ non poſſunt per partẽ fieri, & propterea † excõicatus licèt non poſſit agere ꝫ iniuriantẽ, iudex tñ poteſt iniuriantem punire.l.item apud.§.ſi quis ſic fecerit ff.de iniur.& qui non põt † excipere obſtante ſtatuto,puta ſi ſimus in bannito,poteſt tamen iudex ex officio exceptiones ſibi competẽtes proponere, vt in his, & alijs caſibus eleganter hanc concluſionem deducit And.Barba in conſi.2.illud.nu.23.lib.3. & in conſi.79.circa dubium.nu.2.lib.4.

Ex ſu-

Source : BIU Cujas

Ex ſupradictis autem euidenter apparet, quòd iudex ex ſuo puro, & mero officio, etiam parte non petente poteſt
24 attentata reuocare, & conſequenter † quàm forſan oſcitan ter contrarium dixerint Modern. in ſuo Epitomate, ſeu tracta. de intruſo, num. 55. dum voluerunt, quòd intruſionem lite pendente factam reuocare ex officio iudex minime poſ
25 ſit, ea moti ratione: quia † in huiuſmodi reuocatione requiratur citatio partis. Tum quia hoc falſum eſſe, ex ſuprapoſitis exemplis liquido conſtat. Tum quia eius fundamentũ de citatione requiſita in reuocatione neceſſario non con-
26 cludit, † q̃uis enim in reuocatione ad inſtantiam partis facienda, citatio ſit adhibenda, non tamen intelligitur, quòd ſit citanda pars, quæ fuit paſſa attentata, ſed pars quæ attentauit, & contra quam eſt facienda reuocatio. Dubitatio autem noſtra eſt, an iudex ex officio abſque aliquo facto partis, quæ dicitur paſſa attentata, poſſit ad huiuſmodi reuocationem deuenire. Et ſi dicas, quòd etſi verum ſit, quòd citanda eſt pars, contra quam fit reuocatio. Iſta tamen citatio debet fieri ad inſtantiam alterius partis, quæ fuit paſſa attentata, replicari poteſt, quòd nullibi in iure reperitur prohibi-
27 tum, † quòd iudex quando aliquid expedit ex officio, non poſſit etiam ex officio abſque alicuius inſtantia, decernere citationem contra eos, qui ex illo actu lædi poſſent. Immo aliàs videmus, quòd iudex non ſolùm poteſt, immo debet
28 quandoque talem citationem facere, & † ideo ſi iudex velit per inquiſitionem, & conſequenter ex officio contra aliquem procedere, tenetur citare offenſum, vel eius conſanguineos, puta ad declarandum, an ſuper crimine, de quo inquirendum eſt, velint accuſationem proponere, vt tradit Marant. in Specul. in 6. & vltima parte princip. in materia inquiſitionis. quæſtio. 2. numero 58. verſicul. ſeptimo requiritur, nec per huiuſmodi citationes dicendum eſt, quòd iudex deſinat procedere ex officio, vel quòd ſint factæ ad inſtantiam partis aduerſæ, ſed dicuntur facta per iudicem ex ſuo officio. Præterea in terminis deciſ. quam ipſe allegat 3.
29 aliàs 56. ſi lite, vt lit. penden. in no. poteſt conſiderari, † quòd ex eo ibi requiratur illa citatio: quia reperitur mutata perſona, & diuerſa ab attentante, qui lite pendente permutauit, vnde non debet videri mirum, ſi eo caſu citatio ibi requiri-
30 tur: cum † & aliàs generale ſit, quòd quando petitur executio non contra condemnatum, ſed cõtra eius ſucceſſorem, citatio ſemper requiratur, vt poſt Innoc. Bald. Angel. Imo. & alios per eum allegatos id firmat nouiſſime Ioan. Bapt. de Aſin. in ſua praxi iudic. §. 7. c. 5. in 3. ſublimitatione. 11. limit. ibi poſitæ, nu. 6. Vnde concludi (vt ſupra) poteſt, quòd iudex poteſt ex officio attentata reuocare, etiam parte non petente, quæ aut non vult, aut non poteſt huiuſmodi reuocatio-
31 nem petere. An autem † iudex ex officio poſſit ſemper, & quandocunque etiam poſtquam fuerit in cauſa cõcluſum, hanc reuocationem facere, diximus ſupra in hac tertia parte c. 23. quand. & intr. quæ temp. reuoc. ſit petend. q. 2. nu. 58. verſi. declara eandem regulam, vbi opiniones diuerſorum retulimus.

Circa ſecundam inſpectionem de reuocatione attentatorum per iudicem ad inſtantiam partis facienda, vltra contemptum iudicis, de quo ſupra proxime numero 7. debet
32 etiam concurrere præiudicium partis attento, † quòd edictum, ne lite pendente aliquid innouetur, intelligitur, quãdo quid innouatur, quod ſit in præiudicium partis, vt latius demonſtrauimus ſupra in 2. parte capitulo 4. de attent. lit. pendent. in 1. declarat. princip. regulæ principalis ibi poſitæ
33 per tot. Et ſicut abſolutum videtur, † quòd iudex tenetur reuocare attentata, propter verbum, oportet, poſitum in dicto capitulo non ſolum, prout ponderat illud Franc. in c. dilecti. el 3. num. 2. q. 2. de appellat. Ita non ſatis videtur expeditum, per quem iudicem ſit facienda huiuſmodi reuocatio,
34 † quamuis enim tex. in dicto c. non ſolum. ibi per iudicem appellationis videatur innuere, quod fieri debeat per iudicẽ ad quem, quod expreſſe annotauit etiam ibi Gemi. in 5. notab. numero 4. & expreſſius ibidem Franc. in 2. notab. num. 2. poſt Ioan. And. de quo ibi, qui dixit, quòd hæc reuocatio
35 † fit ſolum per iudicem ad quem, & nõ per alium iudicem, Quem in hoc expreſſe ſequitur etiam nouiſſime Lancell. Corrad. de Prætor. §. 2. de offic. præter. in cauſ. ciuil. in capit. de appellatio. numero 24. quod etiam poſuit Franc. in capi. ſolicitudinem. numero 3. de appellat. qui text. elegans eſt in propoſito, dum inquit, quòd ad officium eius, qui de appellatione cogniturus eſt, pertinet prudenter corrigere, quæ
36 contra ipſam inuenerit attentata, † quam opinionem communem dixit Didac. practic. quæſtio. capit. 23. ſub nume. 1. verſic. prima igitur ſit interpretatio, & eidem ſubſcripſiſſe videtur etiam Bero. in conſi. 51. in hac cauſa. ſub num. 4. in fi. lib. 3. Eãdemque communem dixit etiam Viuius, commu. opin. lib. 2. opin. 59. incipien. attentata, poſt princip. & Manſuer. in ſua praxi iudiciali, in tit. de appellat. colum. 14. verſi. item ſi agatur vna cum articulo appellationis. Quia tñ hæc doctrina eſt admodum imperfecta, cum reſpiciat duntaxat eorum attentatorum reuocationem, quæ fiunt appellatione pendente
37 † attentata autem etiam circumſcripta appellatione in quamplurimis alijs etiam caſibus conſiderantur, quos ſupra latius in 2. parte per 17. capita diſtincte complexi ſumus, prout lite pendente, poſt recuſationem, poſt auocationem cauſæ, poſt inhibitionem & ſimilibus, de quibus ſupra, neceſſarium omnino eſt ſcire, per quem aliorum attentatorum citra appellationem reuocatio fieri debeat. Quinimmo prædicta doctrina, quatenus etiam reſpicit attentata appellatione pendente, non videtur ſemper & vniuerſaliter vera, vt ſuo loco infra hoc eodem c. dicemus. Idcirco, vt plenior habeatur notitia, & quę ad omnia attentatorum ge
38 nera referri poſſit, ita dici poſſe reor, † quòd cum attentata dicantur fieri in contemptum iuriſdictionis iudicis, qui de cauſa inter partes cognoſcit, vt cõſiderat Rot. deciſ. 28. aliàs 307. nota quòd audientia. de appel. in antiq. & deciſ. 10. aliàs 411. ſi lite. ad fin. vt lit. pend. in no. & deciſ. 2. aliàs 14. fuit du-
39 bitatum, poſt prin. de reſtit. ſpoliat. in no. † Regulariter is iudex attentata reuocet, cuius iuriſdictio contempta, & maie-
40 ſtas fuit per attentantem læſa: † quoniam, vt dicit Aegid. deciſ. 49. agens. in attentatis plus ponderatur contemptus iudicis, quàm ius agentis, & in attentatis reuocandis, contempta Prætoris maieſtas vindicatur, vt dicebat Oldrad. in cõſi. 206. in cauſa Carnocenſi, poſt prin. Quæ ratio contemptus, & læſæ maieſtatis ipſius iudicis non ſolum militat in attentatis appellatione pendente, verùm etiam communis eſt cęteris attentatis, vt ſatis de ſe patet, cum attentans ſemper dicatur non ſolum ius & partem, verum etiam ipſum iudicẽ offendere. c. cordi, & ibi notatur, de appellat. in 6. & ideo ſiquid attentetur lite pendente, iudex, coram quo lis erat introducta, illud reuocabit, & propterea dicebat aliàs Afflict.
41 deciſ. 354. in cauſa. num. 19. quod † ſi lite pendente coram magno conſilio Neapolitano petatur executio literarum cambij Ianuæ, proceſſus Ianuæ factus tanquam attentatus fuit reuocatus per magnum conſilium. Similiter in attentatis relatione pendẽte, ex quo offenditur Princeps; ad quem eſt facta relatio, ipſe, vel delegatus ab eo attentata reuocabit. Quod etiam in attentatis poſt auocationẽ cauſæ à Principe factam procedit. Nam & hoc caſu principes illa reuocat, ad text. in c. Eccleſia ſanctæ Mariæ. el 2. ibi. nos quicquid aliàs factum fuit, poſtquam prædeceſſor noſter ad curiam ſuam idem negocium reuocauit irritum decernimus &c. vt lit. pend. Hinc etiam videmus, quòd ſi dilatione pendente aliquid contra ius innouetur, poteſt iudex cauſæ etiam pendente dilatione ad reuocationem talium attentatorum procedere, vt diximus poſt Franc. Panor. Imol. & Lap ſupra in 2. parte, cap. 7. de attent. dilat. pend. num. 18. limit. 8. Idemque poteſt dici de attentatis recuſatione pendente. In attentatis autem, non ſolum pendente appellatione (de quo nõ
42 videtur dubium, † quòd illorum reuocatio ad iudicem ad quem ſpectat, vt dicebat Franc. in dicto capit. non ſolum, & Alexan. in conſilio 89. diligenter. in fin. lib. 1. & in conſi. 99. viſis. num. 3. vbi alios allegat lib. 5.) verum etiam pendente tempore ad appellandum, & tempore apoſtolorum petendorum conſiderari contemptum, de quo agimus, nemo eſt, qui dubiter, arg. dicti capi. cordi, & c. non ſolum. de appella. in 6. quinimmo ex hac ratione prouenire credendum eſt, quòd licèt regulariter Iudex ad quem, reuocet attentata, vt
43 dicebat Franc. vbi ſupra † ſi tamen ſit interpoſita appellatio à grauamine, Iudex ad quem non reuocat attentata ante appellationem coram primo Iudice, vt eſt deciſ. Rot. 55. aliàs 389. ſi appelletur, de appellatio. in no. quia hoc caſu Iudex ad quem non fuit in aliquo offenſus per attẽtantem: cum tempore innouationis in attentantem nullam haberet iuriſdictionem, ſed ſolum habeat in euentum, quòd pro
44 nuncietur bene appellatum, vt ſenſit ibi Rot. † Quòd ſi pendente reſtitutione in integrum ad appellandum aliquid innouetur, illud per Iudicem cauſæ, qui fuit læſus, reuocandum eſſe, ſatis conſtat ex his, quæ poſuimus ſupra in ſecunda parte, capitulo 14. de attent. pen. reſtitutio. in integ.
45 ad appellandum. Eodem modo † ſi quid pendente compromiſſo ſit attentatum per arbitrum, reuocari debere firmauimus ſupra in dicta ſecunda parte, capit. 15. de attent. penden. comprom. Eadem contemptus Iudicis conſideratio habenda eſt, quando ſumus in attentatis pendente reductione ad arbitrium boni viri: quia & in eis Iudex cauſæ dicitur lædi ſicut in appellatio. Iudex ad quem, cum reductio ſit quædam ſpecies appellationis, ad l. non diſtinguemus. §. cum
46 quidam. ff. de arbit. † Demum in attentatis pendente reſtitutione in integrum, vel nullitate, vel reuiſione cauſæ, atque etiam in innouatis poſt inhibitionem, nemo ſane dubita-

Source : BIU Cujas

re videtur, quin hoc casu ad iudicem restitutionis, nullitatis, reuisionis, & qui inhibuit respectiuè spectet attentatorū reuocatio. Quamuis autem ex omnibus supradictis etiam singulis attentatorum generibus consideratis satis comprobata hæc propositio videatur, videlicet, quòd regulariter attentata per illum iudicem reuocentur, cuius fuit contempta iurisdictio, & læsa maiestas absque eo, quòd totam hanc materiam reuocationis attentatorum restringamus ad Iudicem ad quem, prout dicebat Franc. in dicto capitulo non
47 solum, & in dicto capitulo solicitudinem. † Vnum tamen est, quod prædictam conclusionem dubitabilem videtur facere posse: quia potest dari casus, in quo attentando non dicatur lædi maiestas alicuius Iudicis, puta si aliquid attentatur pendente recusatione, vel consilio sapientis, vel dilatione) non dico per ipsas partes: quoniam hoc casu iudex causæ videtur, quòd possit reuocare per ea, quæ supradicta sunt) sed per ipsum Iudicem, puta si præmissis tribus casibus in causa procedat, talis enim actus attentatorum vitio subiectus est, vt supra suis locis diximus, & tamen per eum non dicetur contemni aliquis Iudex, cum non sit hoc casu aliquis iudex, qui circa præmissa habeat iurisdictionem, & consequenter secundum conclusionem hanc hæc attentata remanerent multa, & absque reuocatione, quod est absurdum. Possumus hanc difficultatem vno modo tollere
56 dicendo, quòd sicut attentata post appellationem regulariter reuocat Iudex ad quem, dicto capitulo non solum,
48 † & tamen si Iudex ipse à quo aliquid attentauerit, si ipse velit actum per ipsum attentatum reuocare, talis reuocatio sibi permittitur: vt in capiculo venientes. in fin. de iureiur. & no. Fran. in dicto capitulo non solum in 2. notab. versicul. secundo limita, ita in dictis tribus casibus, licèt regulariter iudex, cuius fuit læsa maiestas, attentata reuocet, poterit tamen etiam Iudex, qui attentauit, reuocando actum suum etiam attentata reuocare, sed hæc non vndique euacuat difficultatem. Quid enim si iudex his tribus casibus nolit actum à se factum reuocare? prout facile potest, & vt plurimum euenire solet, cum quilibet pronus potius sit ad sustinendum, quàm ad retractandum actum à se gestum, argu. l. certi. ff. si cert. pet at. Vnde alio modo dici potest, quòd his casibus reuocatio actus per iudicem attentati sit ab eo, qui est dictorum Iudicum superior expetenda; cum ad illum pertineat, vt per inferiores Iudices iustitia æqua lance administretur, quod ex eo etiam suaderi potest (quando essemus in attentatis pendente consilio sapientis, vel recusatione pendente) quia videtur certo modo Iudex attentans ipsum principalem, & superiorē offendere, remissio enim causæ facta ad consilium sapientis videtur, æquiparari relationi causæ, quæ fit ad principem, vt post Ruyn. in consilio 77. ad ea. in princip. lib. quinto diximus supra in 2. parte, capitulo 9. de attent. consi. sap. pen. post princi. & proposita Iudicis recusatione, ac illa verificata, sicut cognitio causæ remittenda est ad superiorem, vt notant Docto. præsertim Franc. in capitul. cum speciali. in 5. notab. sub nu. 4. de appellationibus. ita potest dici, quòd superior possit, ac debeat actum attentatum pendēte recusatione reuocare, vel (quoad attentata pendente recusatione) posset, & forsan proba-
49 biliter dici, quòd hoc casu † illorum reuocatio spectet ad arbitros, qui secundum formam iuris sint electi, de quo in dicto capitulo cum speciali, & in clem. 2. de appellat. ea ratione: quia hi dicuntur arbitri iuris, vt declarat Franc. in dicto
50 capitulo cum speciali. num. 3. in 3. not, † arbitri autem iuris (prout sunt etiam statutarij) videntur habere iurisdictionem, & se gerere tanquam Iudices, vt per Blanc. in tracta. de compromis. in 6. q. princip. in princ. & Bald. in consilio 470. statuto. num. 3. lib. 1. Vnde cum Iudex recusatione pendente procedens videatur arbitros electos attentando offendere, cum illis concedamus iurisdictionem, nō videtur, quòd reuocatio actus per quem eorum iurisdictio fuit contempta sit eis deneganda. Vnde ad propositum, de quo agitur, magis generaliter quàm fecerit Franc. vbi supra, concludi
51 potest, † quod attentata per eum iudicem sunt regulariter reuocanda, cuius fuit contempta iurisdictio, & læsa maiestas, vt tradit etiam nouissime Mandos. in tracta. commissio. in 14. formul. commissionis attent. in verb. eidem. R. P. D. & secundum conclusionem est in proposito generaliter constituenda.

Regula, quæ probatur ex omnibus supradictis, Quam amplia.

Primò, vt non solum Iudex, cuius fuit læsa maiestas hanc
52 reuocationem facere possit, verum † etiam eius successor, &
53 surrogatus, & ideo successor Iudicis à quo, in casibus (in quibus potest reuocare) attentata reuocat: † quia eodem modo procedit successor, quo prædecessor, l. morruo. ff. de iudi. & l. properandum. C. de iudic. vt expresse hanc materiam reuocationis attentatorum ampliando, tradit post Innoc. ibi Anto. de Butri. in capitulo cum M. Ferrariensis. sub nume. 58. col. antepenult. in princip. de constit. ex quo videtur
54 inferri posse, † quòd læsio, de qua agimus, non dicitur facta personæ, nec cohærere personæ ipsius iudicis, sed dignitati,
55 † quæ nunquam moritur: cum repræsentatiuè semper duret idem Iudex. l. cum proponebatur. ff. de iudicijs. Quod ampliari potest, ut non solum procedat, quando huiusmodi subrogatio fuerit facta expresse ab homine: † verum etiā si sit facta tacite à iure, & ideo licèt Iudex appellationis à grauamine non possit cognoscere de attentatis, & illa reuocare, quæ fuerunt commissa coram primo Iudice. Rot. decis. 55. aliàs 389. si appelletur. de appellat. in no. Mil. in verb. attentata lite pendente, fol. 30. & in verb. Iudex appellationis à grauamine, fol. 175. si tamen dictus Iudex pronuntiauerit bene appellatum, & malè iudicatum, & consequenter ex dispositione iuris in capitulo vt debitus. de appellat. assumpserit etiam cognitionem totius causæ principalis, & tacitè sit subrogatus in locum primi Iudicis, poterit hoc casu etiam attentata coram primo Iudice reuocare, vt expresse dicit Rota in d. decis. 55. in fi.

Limita eandem regulam.

Primò, vt non procedat in reuocatione attentatorum,
57 † quæ fit per Principem motu proprio: quia licèt eius maiestas immediate læsa nō fuerit, sed illius Iudicis, coram quo causa vertebatur, potest nihilominus ea Princeps, etiam motu proprio reuocare, vt post Lap. tradit eleganter Gemi. in c. 1. nu. 6. vt lit. pend. in 6. quod remissiuè reassumpsit etiā Franc. in c. non solum. in prin. col. fi. sub nu. 10. versi. in ea. gl. in fi. de appel. in 6.

Secundò nisi attentata, puta appellatione pendente sint notoriè iniusta: quia illa non solum reuocat Iudex ad quē,
58 cuius fuit læsa Maiestas, † verum etiam inferior Iudex potest se de illis intromittere, & reuocare, ad not. in capitulo cum teneamur. de appellat. & ita expresse limitat Franc. in capitulo solicitudinem. sub nume. 3. versic. secundò limita, de appel. vbi etiam sub nu. 4. versi. & ex prædictis, huius limi-
59 tationem ponit post Imo. ibi: † quia scilicet propter notoriā iniustitiam in huiusmodi reuocatione alia causæ cognitio non requiritur, & ideo inferior Iudex potest se in hoc intromittere, vt latius ibi per eum.

Tertiò quando attentatorum reuocatio non peteretur per modum priuilegiatum per implorationem officij iudi-
60 cis: † sed per modum simplicis querelæ: quia tūc potest adiri non solum Iudex ad quem, & à quo, verum etiam alius iudex, puta ordinarius loci secundum Franc. in dicto capi. non solum. nume. 2. in 2. notab. quem sequitur etiam Lancell. Corrad. de Prætor. §. 2. de offic. prætor. in caus. ciuil. in c. de appellat. nume. 24. & quamuis Franc. ibi tantum faciat mentionem de reuocatione per viam simplicis querelæ,
61 † idem tamen dicendum videtur, si attentatorum reuocatio peteretur aliqua alia via ordinaria, puta per viam actionis, vel appellationis, vel nullitatis, vel exceptionis, de quibus diximus supra in hac tertia. parte cap. 21. quib. & quot mod. attent. reuocentur, num. 20. & seq. cum in eis militet eadem ratio.

Quartò limita, vt non procedat (& hæc, & sequentes respiciunt casus, in quibus iudex à quo, reuocat attentata)
63 † in attentatis per ipsum iudicem à quo: quia licèt hoc casu eius non fuerit læsa maiestas, quinimmo ille attentando dicitur offendisse Iudicem ad quem, sibi tamen permittitur reuocatio, vt in c. venientes. in fi. de iureiur. & post Federic. de Sen. in consi. 123. circa prin. ponit hanc limitationem Franc. in d. c. non solum. nu. 2. in 2. notab. versi. secundo limita, & post alios quos allegat sequitur etiam Didac. practic. quæst. c. 23. post prin. versi. prima igitur sit interpretatio, per text. in d. c. venientes. quem elegantem, & singularem ibi dicit: qui tamen si rectè ponderetur non multum stringit, quamuis enim ibi Iudex à quo restituendo possessionem reuocet attentata per ipsum pendente appellatione, id tamen facit nō ex se ipso, & ex facultate propria, sed ex speciali mandato Papæ, vt patet ibi, volumus, & mandamus, vt possessionem ipsam restituatis eidem, quo mandato præsuppositio non solum Iudex à quo, sed & quilibet alius reuocationem facere posset, eandem tamen limitationem ponit etiam Viuius commu. opi. lib. 2. opi. 30. incip. attentata, post Præposit. in capitulo cum teneamur. de appel. & Deci. in capitu. solicitudinem. eo. tit.

Quintò limita, vt non procedat, † quando essemus in attentatis appellatione pendente, & appellās vellet renunciare appellationi: quia hoc casu non solùm Iudex ad quē, sed Iudex à quo attentata reuocare posset secundùm Fran. per illum tex. in c. solicitudinem. nu. 3. de appel.

Sextò, † quando essemus in attentatis, quæ non tangerēt causam,

cauſam, vel negocium appellationis, & poſſent expediri citra cognitionem articuli appellationis, tũc enim poſſet inferior, & alius iudex ſe intromittere ſuper attentatis, & illorũ reuocatione, ad not. in dicto cap. cum teneamur, & per illũ text. ita limitat Franc. in dicto cap. ſolicitudinem. ſub nu. 3. verſiculo tertio limita.

65 Septimò, quando † reuocatio attentatorum appellatione pendente tenderet in faciliorem exitum cauſæ ipſius appellationis, huiuſmodi enim reuocatio etiam iudici à quo eſt permiſſa, vt tradit per illum text. (quem dicit in hoc eſſe ſingularem) Franc. in dicto cap. cum teneamur, in ſecundo
66 notab. de appellatio. Quæ limitatio ampliari poteſt † vt pro-
67 cedat, etiam ſi iudex a quo appellationi detuliſſet, † vel fuiſſet ſibi per iudicem ad quem inhibitum, vt latius annotauimus ſupra in 2. parte. cap. 12. de attent. appellat. pendent. in quarta limitat. princip. num. 19. & num. 23.

Cap. XXVIII. De Sententia in cauſa attentatorum ferenda.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ſuper attentatis poteſt eſſe expreſſa, & tacita.*
2 *Iudex pronuntians appellationem eſſe iuſtam, tacite cenſetur etiam pronunciare attentata illa pendente fore reuocanda.*
3 *Sententia lata ſuper attentatis an ſit diffinitiua, vel interlocutoria, & infra numero 11.*
4 *Diffinitiua nè, vel interlocutoria ſit aliqua ſententia, multiplex videtur effectus, remiſſiue.*
5 *Iudex pronuntians attentata eſſe reuocanda, & ommittens condemnare in expenſis an poſſit poſt ſententiam huiuſmodi condemnationem facere, & infra num. 25.*
6 *Appellans à ſententia lata ſuper attentatis an alligetur clementina appellanti. de appellat. ita vt non poſſit appellationem ex noua cauſa iuſtificare.*
7 *Appellans à ſententia ſuper attentatis lata an teneatur ſeruare diſpoſitionem c. cordi. de appell. in 6. & in appellatione exprimere cauſam ſui grauaminis, & infra num. 23.*
8 *Sententia ſuper attentatis an poſſit per iudicem reuocari, & infra ſub num. 26. & 27. & 29.*
9 *Taxa pro ſententia lata in cauſa attentatorum danda notario quæ ſit.*
10 *Executio ſententiæ latæ ſuper attentatis an fieri poſſit poſt interpoſitam appellationem, antequam ſit inhibitum, ſicut in interlocutorijs, an vero ab executione etiam pendente tempore ad appellandum abſtinẽdum ſit, ſicut in diffinitiuis.*
12 *Sententia ſuper attentatis ſecundùm aliquos diffinitiua dicitur, vel ſaltem vim diffinitiuæ habere.*
13 *Clem. appellanti. de appell. non habet locum in ſententia ſuper attentatis lata, & infra num. 31. & 46.*
14 *Taxa, quæ ſoluitur notario pro ſententia attentatorum, ſoluitur tanquã pro ſententia diffinitiua.*
15 *Sententia lata in ſpolio dicitur diffinitiua.*
16 *Attentatorum articulus non differt à poſſeſſorio recuperandæ, ſecũdùm aliquos.*
17 *Sententia ſuper attentatis ſecundùm alios dicitur eſſe interlocutoria. Quæ verior & magis communis dici poteſt, vt infra numero 19. & numero 30.*
18 *Philippi Franci magna authoritas.*
20 *Interlocutoria ſententia illa dicitur, quæ fertur ſuper his, quæ incidũt, & emergunt in proceſſu.*
21 *Cauſa attentatorum dicitur incidens, & emergens reſpectu negocij principalis.*
22 *Diffinitiua ſententia eſſe dicitur, quæ diffinit negocium, & cauſam principalem.*
23 *Appellatio à ſententia lata ſuper attentatis eſt interponẽda in ſcriptis, & cum expreſſione cauſæ.*
24 *Iudex per diffinitiuam dicitur functus officio ſuo, ſecus per interlocutoriam.*
26 *Diffinitiua ſententia per iudicem reuocari non poteſt, interlocutoria autem ſic.*
28 *Sequeſtrum non apponitur lata ſententia contra poſſeſſorem in cauſa attentatorum.*
32 *Sententia ſuper attentatis quoad taxam notario ſoluendam dicitur habere vim diffinitiuæ.*
33 *Sententia lata ſuper ſpolio attentato dicitur habere vim diffinitiuæ, ſecundùm aliquos.*
Licèt alij contra ſenſerint, num. 34.
Solutio colligitur, vt hic num. 35.
36 *Sententia ſuper ſpolio attentato tunc dicitur habere vim diffinitiuæ, quando fuit principaliter, ſecus ſi reuocatio fuiſſet incidenter propoſita.*
37 *Sententia lata ſuper attentatis ſecundùm aliquos diffinitiua dicitur, quando fuiſſet ſeruatus ordo iudiciarius, licèt minus vere.*
38 *Litis conteſtatio in cauſa facta non impedit, quo minus attentata ex priuilegio reuocari poſſint.*
39 *Reuocatio attentatorum petita per viam ordinariam puta actionis, appellationis, nullitatis, vel querelæ facit, vt ſententia deſuper lata cenſeatur diffinitiua.*
40 *Sententia in cauſa attentatorum habet vim diffinitiuæ quoad hoc, vt tanquam interlocutoria non poſſit per iudicem reuocari.*
41 *Negatiue ſi pronuntietur, videlicet attentata non reuocanda, videtur, quòd huiuſmodi ſententia ſit diffinitiua.*
42 *Appellatio etiam in poſſeſſorio permittitur, quando pronuntiatur negatiue.*
43 *Appellatio an detur à ſententia lata in cauſa attentatorum.*
44 *Et appellari poſſe videtur ſecundùm eos, licèt contrarium videatur verius, vt infra numero 49. retenta tamen opin. quòd poſſit, limita vt infra num. 99. & ſeq.*
45 *Appellatio vbi non reperitur prohibita, illa cenſetur permiſſa.*
47 *Sententiæ tres in cauſa attentatorum latæ præſupponunt appellationem.*
48 *Opere noue nunciato ſiquid fiat reuocatur per viam attentati.*
50 *Contumax verus ea ratione non appellat, quia non comparendo videtur iudicem contemnere.*
51 *Verus contumax quis ſit remiſſiue.*
52 *Contumax verus dicitur etiam ille, qui minus rite ac rectè, ab interlocutoria appellauit.*
53 *C. an ſit, de appell. declaratur.*
54 *Appellans pendente appellatione attentans priuatur beneficio appellationis, vt in eo priuetur, in quo deliquit.*
Etiam perpetuò ſecundùm commun. opin. num. 55.
56 *Appellatio prohibetur in his, quæ celeritatem deſiderant, & in quibus mora eſſet aliquod periculum allatura.*
57 *Reuocatio attentatorum celeritatem deſiderat.*
58 *Attentata ſunt ante omnia reuocanda.*
59 *Finis litis & cauſæ principalis non eſt expectandus ad hoc, vt fiat reuocatio attentatorum.*
60 *Reuocatio attentatorum reſpicit abbreuiationem litis.*
61 *Attentata & illorum reuocatio, quando ſumus in beneficialibus, tangunt periculum animæ, vtilitatem eccleſiæ atque etiam publicam.*
62 *Clauſula, reuocato in irritum quicquid poſt appellationem noueritis factum & cætera, quomodo extendatur.*
63 *Nunciatio noui operis & illius materia celeritatem deſiderat.*
64 *Reuocatio noui operis poſt nunciationem facti dicitur fieri per viam attentati.*
65 *Appellatio prohibita videtur, quando proceditur ex officio iudicis.*
66 *Alimentorum cauſa appellationem non admittit, quando proceditur ex officio iudicis.*
Secus ſi iure ordinario, vt num. 67.
68 *Appellatio in cauſa attentatorum videtur eſſe contra ius ſecundùm aliquos.*
69 *Appellatio cenſetur prohibita, vbi mandatur procedi ſine lite ſtatim & ex officio.*
70 *Innouatio per appellantem facta priuat eum effectu ſuæ appellationis.*
71 *Appellatio tendens ad differendum reuocationem attentatorum non admittitur.*
72 *Præſertim in cauſa connexa, ſecundùm commun. opin. licèt aliqui hoc extenderint etiam ad cauſam diuerſam.*
73 *Appellationis prætextu conatur quis quandoque ſe in ſua iniquitate confouere.*
74 *Attentans iudicem offendit.*
Offenſus ſemel non debet iterum offendi, vt num. 75.
Appellans dicitur offendere iudicem, vt num. 76.
Aedificans, poſtquam eſt ſibi nouum opus nunciatum, dicitur attentare, vt num. 77.
78 *Appellari non poteſt à ſententia de demoliendo ædificium poſt nunciatum nouum opus fabricatum.*
79 *Audientia vbi negatur, cenſetur prohibita appellatio.*
80 *Annullatio actus dicitur eſſe pœnæ.*
Præſertim ſi fiat in odium perſonarum, quæ actum fecerunt, vt numero 81.
82 *Appellari non poteſt à pœna legis.*
83 *Attentans videtur illius turbare illius iuriſdictionem.*
84 *Silentium perpetuum vbi imponitur, ibi oritur exceptio perpetuæ denegatæ audientiæ.*
85 *Appellari non poteſt à ſententia lata in cauſa attentatorum ſaltem de iure ciuili, cum illa ſit interlocutoria, à qua de iure ciuili non appellatur.*
86 *In poſſeſſorio de iure ciuli non appellatur.*
87 *Appellari à ſententia attentatorum, ſecundùm aliquos non poteſt, ſi affirmatiue pronunciatur.*
Secus ſi negatiue, vt num. 88.
89 *Angeli ſtupendum dictum.*
90 *Appellari poſſe videtur à non reuocatione attentatorum.*
91 *Appellatio à ſententia attentatorum ſecũdùm alios admitti debet, quoad effectum deuolutiuum.*
Etiam de iure canonico, vt num. 92.
93 *Clauſula ſine retardatione ſolutionis penſionis, operatur, vt appellatio in hu-*

Source : BIU Cujas

in huiusmodi causa interposita deuoluat, non tamen suspendat.

94 *Pensionis solutio & illius causa reputatur fauorabilis ob auctoritatẽ Papæ, qui illam imposuit.*

95 *Causa attentatorum fuit aliàs reputata magis fauorabilis, quàm causa pensionis, etiam habentis clausulam, sine retardatione solutionis pensionis.*

96 *Clem. appellanti. de appell. declaratio.*

97 *Textus in capitulo significantibus extra de noui operis nunciatione declaratur.*

98 *Appellari licèt, non possit à sententia lata in causa attentatorum, secundùm veriorem ab interlocutoria, tamen ante dictam sententiam latam bene appellari potest.*

99 *Appellatio non est admittenda, quando sumus in spolio attentato.*
Licet contraria sententia tanquam verior sustineatur, infra num. 102. & num. 122.
Præsertim vbi attentatum non deduceretur principaliter, sed incidenter, vt infra num. 125.
Et tanto magis si essemus in beneficialibus ob periculum animæ, vtilitatem publicam & ecclesiarum, quæ in eis versantur, vt num. 126.

100 *Mixtura attentatorum operatur, & in spolio attentato datur appellatio.*
Et secundùm hanc opinionẽ fuit pluries per Dominos resolutũ, nu. 101

103 *Causa attentatorum sapit naturam veri possessorij.*

104 *Attentans est magis odiosus, quàm spolians.*

105 *Attentans ex maiori suo delicto non debet habere subleuamen, vt possit appellare.*

106 *Inducta ad vnum effectum non debent operari contrarium.*

107 *Qualitas spolij attentati non videtur immutare naturam simplicis spolij, nec repugnare rationi, quare in spolio appellatio prohibeatur.*

108 *Possessio attentata si restituatur passo attentata, non perpetuo, sed momento videtur apud eum duratura.*

109 *Differentia videtur considerari inter attentata circa possessionem, & alia attentata.*

110 *Spolij causa dicitur principalis, attentati autem accessoria.*

111 *Accessorium non debet immutare naturam principalis.*

112 *Principale dominatur accessorio, illudque, prout vult, ampliat, & restringit.*

113 *L. 1. C. si de moment. poss. habet locum etiam, quando agitur ad consequendam possessionem implorando officium iudicis, puta pro possessione rei legatæ.*

114 *Qualitas attentationis non respicit aliquo modo ius proprietatis, vel dominij, sed ipsam possessionem.*

115 *Qualitas respiciens possessionem non alterat naturam possessorij, vt in eo admittantur appellatio.*

116 *L. 1. C. si de moment. poss. habet locum in omni possessorio.*
Etiam in occupante possessionem vacuam, vt num. 117.

118 *Violentiæ qualitas in remedio l. si quis in tantam. C. vnde vi, non facit causam appellabilem, si agatur ad possessionem tantùm.*

119 *Pœna dictæ l. si quis in tantam. est separabilis à restitutione possessionis respectu libelli.*

120 *Qualitas attentati est separabilis ad ipso spolio.*

121 *Si fuerit actum spolio attentato, & ex eo quia qualitas attentati non fuerat probata, fuerit tantum super spolio pronunciatum, sententia sustinetur vigore clausulæ, quam, & quas.*

123 *Mixtum dicitur, quod de duobus participat.*

124 *Possessorium mixtum sit altero de quatuor modis, de quibus hic remissiue.*

127 *Attentans sua appellatione pendente, à sententia in causa attentatorum postea lata non appellat.*

128 *Text. in c. an sit, de appell. varij intellectus.*

129 *Frustra auxilium l. implorat, qui in legem committit.*

130 *Appellari à sententia in causa attentatorum lata non potest, quando sumus in attentatis aliqua lite pendente, in qua de iure erat prohibita appellatio.*

131 *Appellatione prohibita in causa principali censetur etiam in causa accessoria prohibita.*
Et econtra permissa in principali, est permissa in accessorio, vt infra num. 133.

132 *Appellari non potest à sententia lata super fructibus, & expensis, quãdo appellari non poterat in causa principali.*

134 *Causa incidens est compromittenda, quando causa principalis erat compromissibilis, quando stat statutum de compromissis faciendis.*
Secus si causa principalis non fuisset compromissibilis, vt num. 135.

136 *Sequestrum an sit apponendum lata sententia in causa attentatorum contra possessorem?*

137 *Clem. 1. de seq. pos. & fruct. vendicat sibi locum, quando lata est sententia in possessorio.*
Vel quando fuit lata sententia diffinitiua, vt num. 138.

139 *Sequestrum non est apponendum lata sententia contra possessorem in causa attentatorum.*

140 *Violans sequestrum appositum per iudicem post latam sententiam in causa attentatorum, non incurrit pœnas, de quibus in Clementina prima, de seq.*

141 *Iudicari super possessorio vere non dicitur, quando iudicatur super attentatis.*

142 *Iudex ex officio potest opponere sequestrum lata sententia in causa attentatorum.*
Præsertim si notorie constat de non iure petentis reuocationem illorum, num. 143.
Vel aliàs est factum intricatum, aut pendet à negocio principali, num. 144.
Vel quando contra mortuum lapsa sunt fatalia,
Et aliàs generaliter ex causa Dominis bene visa,

147 *Sententia lata in causa attentatorum super totali possessione apponitur sequestrum.*

148 *Sequestro ex officio post latam sententiam in causa attentatorum, apposito, an purgatis attentatis censeatur illud relaxatum, vel sint expectãdæ desuper tres conformes, remissiue.*

149 *Sententia in causa attentatorum est ferenda cum condemnatione fructuum perceptorum, & qui percipi potuerunt, ac etiam expensarum remissiue.*

150 *Sententia lata super vno ex pluribus attentatis, non præiudicat quoad alia attentata, quæ non fuerunt.*

151 *Contra sententiam in causa attentatorum latam potest opponi de notoria iniustitia.*
Etiam si transiuisset in rem iudicatam, vt num. 152.

153 *Minor an restituatur aduersus sententiam latam in causa attentata.*

154 *Minor dolose versatus non restituitur.*

155 *Sententiæ in causa attentatorum ferendæ formula.*

ANtequam materiam sententiæ in causa attentatorum ferendæ aggrediamur, illud præmissorum loco adnotandum videtur, quòd sententia, de qua agimus, põt esse duplex. Aut † expressa, quæ qualis sit patet ad sensum, & illius consuetam formulam, infra in fi. præsentis cap. nu. 155. ad clariorem præsertim tironum intelligentiam subijciemus. 1

Aut tacita quæ considerari potest, quando † iudex pronuntiat appellationem iustam, quoniam ex vi huius sententiæ passus attentata poterit illorum reuocationem consequi: quamuis enim nihil de eis expresse in sententia dixerit, tacite tamen videtur etiam de attentatis pronunciasse, vt docet eleganter Francus in c. dilecti. el 3. in vltimo notab. de appell. Hoc vno præmisso tractationẽ prædictæ sententiæ aggrediendo, inter cætera, quæ materiã sententiæ in cã attentatorum ferendæ respiciunt, ille se primò nobis pertractandus offert articulus † diffinitiua nè, an potius interlocutoria sit hæc sententia censenda. Qui sicut nõ leuem videtur in se continere difficultatem, cum (vt infra patebit) etiam Rota quandoque super hoc variasse videatur ita magnam cum difficultate coniunctam vtilitatem habere, satis ex eo constat, quòd † maximus, & multiplex aliàs sit effectus, an aliqua sententia sit interlocutoria, vel diffinitiua, ad not. per Doct. in l. post sententiam. C. de sentent. & interloc. omni. iud. Ad propositum tamen nostrum, & sententiæ, de qua agimus, quoad quinq; vel sex præcipuc effectus, necessariò est ista indagatio, super quibus singulis Doct. particulariter dubitasse videntur. Primus est, an si † iudex pronuntians attentata esse reuocanda, & omittens in sententia attentantem in expensis condemnare, possit postea talẽ expensarum condemnationem facere, de quo habetur p Rot. decis. prima, aliàs 13. si iudex reuocet, vt lit. pend. in nou. Secundus † an appellans ab huiusmodi sententia alligetur terminis, & dispositione Clem. appellanti. de appell. ita, vt non possit appellationem ex nouis causis, præter eas, quas in appellatione expresserat, iustificare, prout fit quando sumus in interlocutoria, de qua in dicta decis. 1. post prin. & melius in 3. addit. & decis. 10. aliàs 215. nota quòd sententia, sub num. 2. de re iud. in antiq. Aegid. decis. 148. num. 13. & num. 31. Tertius † an similiter appellans teneatur seruare dispositionem c. cordi. de appell. in 6. ita, vt teneatur in hac appellatione exprimere causam grauaminis, sicut requiritur regulariter in interlocut. de quo per Doct. in proxime citatis locis. Quartus † an huiusmodi pronunciatio tanquam interlocutoria possit reuocari, ad l. quod iussit. ff. de re iudic. & cap. cum cessante, de appellat. vel potius tanquã diffinitiua reuocari nõ valeat, de quo aliquid per Aegid. decis. 72. sententia, & latius dicemus infra nu. 16. versic. quarto quia. Quintus est † an taxa soluenda pro huiusmodi sententia notario causæ sit regulanda secundùm taxam, quasi pro sententia diffinitiua, vel potius pro interlocutoria, de quo per Rot. decis. 5. alias 99. si fiat condemnatio, de dolo, & contum. in nou. Sexto loco † sit necessariò considerandа (licèt Doctor. non ponant) quoad effectum particulariter attentatorum, quia si erit diffinitiua, vtique iudex non poterit deuenire ad illius executionem, nedum post appellationem, verum nec etiam pendente tempore decem dierum ad appellandum, si verò concluditur eam esse interlocutoriam, certè citra vitium attentato-

2 3 4 5 6 7 8 9 10

Source : BIU Cujas

tatorum poterit,& pendente tempore ad appellandum,immo & poſt interpoſitam appellationem (dummodo ſibi nõ ſit canonice inhibitum) ſententiam executioni demandare, ad text.in c.non ſolùm.de appellat.in 6. His igitur ad clariorem huius capituli,& materiæ ipſius intelligentiã premiſſis.

11 Primò quæritur † an ſententia in cauſa attentatorum lata ſit diffinitiua vel interlocutoria cenſenda. In qua q. duplex reperitur opinio.

12 Prima † quòd talis ſententia ſit diffinitiua,ſeu vim habeat diffinitiuæ,quam poſt Aegid. dictis deciſ. 148. & 286. ſequi ex recentioribus videtur Menocch. de recuperan. poſſeſſ.in 17.remed.q.18.num.51.verſic.quæro decimo octauò,& Veſtr.in praxi Ro.cu.lib.8.cap.4.nu.22.qui vniuerſaliter, & forſan nimis indiſtincte (vt infra apparebit) id etiam addidit, q̃ omni caſu talis ſentẽtia habet vim diffinitiuæ. Quæ opinio

13 pluribus nititur fundamentis.Primò,† quia Clem.appellanti,quæ procedit in ſententia interlocutoria, non habet locũ in ſententia attentatorum,vt eſt deciſ.Rot.11.aliàs 85. ſi à ſententia.de appellat.in no.& deciſ.1.aliàs 13.ſi iudex.poſt prin. vt lite pend.in nou.Aegid.deciſ.54.in ſententia,verſi.ſed cõtra,quia nos tenemus,& deciſ.148.ſentẽtia lata,& deciſ.286. in materia.in fin. & deciſ.417.incip. clem. appellanti. Mil.in verb.appellans à ſentẽtia.fol.8.& in verb.ſentẽtia reuocationis attentatorum.fol.356. Ergo diffinitiua dicenda eſt, non

14 autem interlocutoria.Secundò,quia videmus,† quòd taxa, quæ ſoluitur notario pro ſententijs diffinitiuis, ſoluitur ẽt pro ſententia in cauſa attentatorum,vt eſt deciſ.Rot.5.aliàs

15 99.ſi fiat condemnatio de dol.& contum.in no.Tertiò,† qa in ſimili ſententia lata in ſpolio dicitur diffinitiua. Caſſad. deciſ.1.num.3.ſuper reg.cancel.& Guido Papa deciſ.37. ſi appelletur.verſic.licèt ſententia,vbi Bart. & alios in id allegat, & hoc fundamento,& principali motiuo vſus eſt aliàs Aeg. in dicta deciſ.148.ad dicendum,quòd clem. appellanti. non habet locum in ſententia ſuper attẽtatis,quia ſcilicet in ſen-

16 tentia ſuper ſpolio dicta clem.non vendicat ſibi locum † & articulus attentatorum non differt à poſſeſſorio recuperandæ,quòd eo magis ſtringi poteſt, quia ſi fauor eſt, quòd aliqua ſentẽtia ſit potius diffinitiua,quàm interlocutoria,iſto fauore non videtur defraudanda cauſa attentatorum, quæ de ſui natura eſt fauorabilior,quàm interdictũ vnde vi.Rot. deciſ.2.aliàs 14.num.3.de reſtitut.ſpoliat.in nou.& dicemus infra latius cap.30.de priuileg.attentato.num.7. Quartò, qa ſi eſſet interlocutoria vtique eam iudex ad libitum reuocare poſſet ad not.in l.quod iuſſit. ff. de re iudic.ſed ſententiam latam ſuper attentatis iudex non reuocat,vel ſaltẽ difficili modo,vt poſt Rot.deciſ.10.aliàs 215.de iud.in antiq.inclinauerunt nouiſſime Domini in vna Gerunden. conuocationis capituli coram Anton. Auguſtino, vt eſt deciſ. in recollect. Acchill. de Graff. 29. attentata ſub Rubrica de attent.meritò &c.

17 Secunda eſt opinio,† quòd immò ſententia lata ſuper attentatis interlocutoria ſit,non autem diffinitiua, quam tenet poſt Ioann.Andr.in cap.non ſolùm. de appell.in 6. Rot. deciſ.1.aliàs 15. ſi iudex. poſt princip. vt lite pend.in nou. & & deciſ.11.aliàs 85.ſi à ſententia. de appell.in nou. quæ dixit, quòd re vera eſt ſentẽtia interlocutoria,& deciſ.1.alias 474. nota ſi attentata,de offi.iud.in antiq.& deciſ.10.aliàs 215. nota quòd ſententia de re iud.in antiq.quam etiam videtur tenere Aegid.deciſ.57.vbi appellatur, & deciſ.54. in ſententia. Sed & Rota moderna eandem ſententiam ſecuta eſt, vt patet in recollect.Acchill.deciſ.29.attentata,ſub Rubrica de attenta.qui poſt dictam deciſ.11.aliàs 85. eſſe interlocutoriam affirmauit, & in recollect. Paleott.115.Ioann. Michael, qui poſt dictam deciſ.primam.aliàs 474.de offi.iud. in antiq.idẽ in effectu firmaſſe videtur.Eandem opi.expreſſe ſenſit Alex. in conſil.99.viſis.num.5.verſic.nec etiam habet obſtare, lib. 5.Illamque tenet poſt gloſ.& Doctor.in cap.non ſolùm. de appellat.in 6.Franc.in cap.eum ceſſante.nu.45.verſic.9.quãdo ſententia fertur ſuper reuocatione attentatorum, de ap-

18 pellat.† cuius authoritas.& ſi generaliter in hac materia appellationum,& attẽtatorum proculdubio magna apud omnes ſemper fuerit,cum illum titulum de appellat.omnium elegantiſſime,& copioſiſſime repetierit,in hoc tamen articulo,quæ dicatur eſſe ſententia interlocutoria, plurimi eſt facienda, cum illud non incidenter, & oſcitanter protulerit, ſed ex propoſito,ac mature,quia nõ ſolum profitetur ſe velle ponere veram doctrinam, quæ ſcilicet dicatur eſſe ſentẽtia interlocutoria, vt patet ex eo ibi num. 36. verum etiam id clare apparet ex enumeratione, quam facit ibi vigintiſex caſuum, in quibus ſententia dicitur eſſe interlocutoria, inter quos nono loco reponit ſententiam ſuper attentatis latam,de qua nunc agimus.Eandem, quòd ſit interlocutoria 30 poſt Rot.dicta deciſ.11.aliàs 85. tenet Bald. in ſua pratica ſub Rubrica de appellat.q.2.num.2.& Guid.Papæ intract.de appellat.q.121.& ex recentioribus videtur ſequi Crauet. conſ. 181.adeo quòd ſtante tantorum virorum authoritate nõ eſſet temerarium aſſerere,† quòd iſta tanquam communis,ac

19 magis vera ſit amplectenda. Fundatur enim quam pluribus

20 efficacibus rationibus,ac motiuis,& Primò, quia † illa dicitur interlocutoria, quæ fertur ſuper his, quæ incidunt, & emergunt in proceſſu, vt poſt gloſ. in clem.ad compeſcendas,de ſequeſtratio.poſſeſſ.& fruct.Archid.Specul. & alios p̃ eum allegatos tradit Franc.in dicto capit.cum ceſſante.nu.

21 36.de appellat.† Sed attentata dicuntur talia, cum cauſa attentatorum dicatur incidens,& emergens,vt patet in recollect.Mohed.deciſ.100.commiſſio,ſub Rubrica,de iud.& procur.ergo &c.& hoc fundamento vtitur ſpecifice Rota,dicta deciſ.10.aliàs 215.nota quòd ſententia de re iud. in antiq. Secundò,quòd huiuſmodi ſententia non ſit diffinitiua,ſed in-

22 terlocutoria.Rota vbi ſupra proxime vtitur hoc arg.† ſentẽtia diffinitiua eſt,quæ diffinit negocium,& cauſam principalem,vt poſt gloſ.in dicta clem.ad compeſcendas,& alios per eum allegatos docet Franciſ.dicto numero 36.& Guid.Pap. in conſil.104.de anno,num.2.ſententia attentatorum nõ eſt

23 talis,vt deducit ibi Rot.meritò. Tertiò † in ſententia in cauſa attentatorum lata habet locum c. cordi. de appellat.in 6. vt quando ab ea appellatur,ſit appellãdum in ſcriptis, & cũ expreſſione cauſæ. Rot. vbi ſupra proxime ſub nu.2. & dicta deciſ.prima.aliàs 13.ſi Iudex.in princ.& in 3.addit. vt lit. pẽd. in no.Mil.in verb.ſententia reuocationis attentatorum, fol. 356.diſpoſitio autẽ dicti c.cordi.procedit in ſententijs inter-

24 locutorijs,vt notant ibi omnes,ergo &c. Quartò † per diffinitiuam ſententiam Iudex dicitur functus officio ſuo, ita vt non poſſit regulariter ei aliquid addere, ad l. iudex poſtea quàm. ff. de re iudic. ſecus autem per interlocutoriam, ad l. Paulus.ff.de re iudic. not.in capit. concertationi. de appell.

25 in ſexto, † ſed poſt ſententiam in cauſa attentatorum latam ſi Iudex omiſit in ea condemnationem expenſarum, poteſt poſtea illam facere,vt tandem concludere videtur Rota, dicta deciſ.prima aliàs 13.ſi Iudex.vt lit.pend.in no. & clarius in dicta deciſ.prima aliàs 474. nota ſi attentata. de offic.Iud. in antiq.Aegid.deciſ.72.lata meritò.Quintò huic proxime,

26 † quia diffinitiua non poteſt reuocari,interlocutoria autem poteſt,ad l.quod iuſſit.ff.de re iud.cap.cum ceſſante. vbi late

27 Franc.de appellat.† ſententia lata ſuper attentatis videtur q̃ (ſecundùm aliquos) reuocari poſſit per Iudicem, ſi reperiat ſe grauaſſe.Aegid.deciſ.72.lata ſentẽtia.in fi. ergo &c.Sextò lata vna diffinitiua ſententia contra poſſeſſorem ſolet apponi ſequeſtrum.clem.prima.de ſequeſtr.poſſeſſ.& fruct.ſecus

28 ſi ſit lata ſententia interlocutoria,vt ibidem dicitur,† ſed lata ſententia ſuper attentatis non apponitur ſequeſtrũ. Aegi. deciſ.54. in ſententia, & latius dicemus infra q.3. num.156. meritò talis ſnĩa interlocutoria dicenda eſt,non diffinitiua.

Et tenendo hanc, quòd ſit interlocutoria, ad cõtraria adducta ſupra prò prima opin.reſpondetur, & ad primum, ac etiam.ad ſecundum fatendo contraria,quia in eis militat diuerſa ſpecialis ratio,& propterea deſeruient pro limitationibus ad regulam infra ponendam, num.30.31.32. vt ibi dicetur.Ad tertium,quod argum.à ſimili non ſemper poteſt admitti, præſertim vbi eſt diuerſa ratio, cum (vt patet, & aliàs diximus) multa ſint priuilegia attentatorum,quæ in ſpolio non procedunt.Præterea,& melius,quòd ſi recte conſideretur,non eſt fauor reuocationis attentatorum,quòd ſententia reuocationis ſit diffinitiua,ſed fauor ipſius attentantis,q̃ ſine cauſa,& ſine ſcriptis poſſet appellare,& interim pendẽte tempore ad appellandum eſſet tutus.(etiam ſi non feciſſe inhiberi) quòd ad executionem contra eum non deueniretur,& poſſet appellationem proſequi etiam ex noua cauſa, qui omnes ſunt effectus ſententiæ diffinitiuæ,ad not.in cap. cordi.de appellat.in 6.& in c.non ſolùm,& in clem.appellãti.eod.tit.& propterea fauor reuocationis attentatorum, & illius,contra quem eſt attentatum.potius eſt,quod ſit interlocutoria,quia attentans arctabitur diſpoſitione dicti capit. cordi.& cap.non ſolum, & tenebitur appellare cum cauſa, in ſcriptis,& poterit quandocunque etiam infra decem dies ad appellandum ꝫ eum (ante inhibitionẽ tñ)ad executionẽ

29 deueniri. Ad quartum,† quod retorquetur, quia immo Iudex eã reuocat.vt per Aegi.dec.72.lata,& q̃ licet Rot.d.dec. 10.in fi.dicat,q̃ reuocat,ſed difficili modo, ſatis tñ eſt, q̃ reuocat,qđ non poſſet facere,ſi eſſet diffinitiua. Quamuis autem iſta opin.quod ſit ſententia interlocutoria, verior ſit, & & tanquam communis, vt ſupra dictum eſt, ſit merito amplectenda,quia tamen illa non eſt perpetua,ſed in quibuſdã caſibus limitatur,ideo concluſiue procedendo, & omnia ſupra dicta ſubordinando poteſt in propoſito conſtitui.

Regula, † quod ſententia reuocationis attentatorum ſit interlocutoria,quæ probatur iuribus, & fundamentis ſupra pro ſecunda opinione adductis, & propterea ex ea infertur.

Primò,

Source : BIU Cujas

Primò, quòd quoad effectum attẽtatorum sit censenda interlocutoria, & propterea tanquam ab interlocutoria pendente appellatione Iudex citra vitium attentatorum antequam sit inhibitus poterit illam exequi, d.c.non solùm. Secundò, quòd appellans arctabitur ad seruandum d.c.cord. Tertiò, quòdiudex poterit omissam in ea cõdemnationem expensarum facere,dicta decis.Ro.prima,aliàs 13.præsertim in fine,vt lite pend.in nou.Quartò,quòd si Iudex cognouerit se grauasse,poterit illam reuocare. Aegid. dicta decis.72. cum quoad se non transeat in rem iudicatam, declarando tamen,quòd in huiusmodi reuocatione facienda iudex debeat se difficilem reddere,cum Rot.in dicta dec.10.alias 215. de re iud.in antiq.quam sequitur Achill.de Graff. dicta decis.29.attentata.in fin.sub Rubrica de attent.dixerit, q̃ difficili modo reuocatur. Quam limita.

31 Primò,vt non procedat † quoad effectum Clem.appellãti.de appellat.quia omnes in hoc videntur concordare (etiã ij,qui tenent,quòd sit interlocutoria) quòd quoad dispositionem dictæ clem. habeat vim diffinitiuæ, vt supra nu.13. & ratio diuersitatis inter dispositionem d.clem.& d.c.cordi. (& consequenter conclusionem præsentis limitationis) ponit Rot.d.decis.1.post princ.vers.nec obstat,vt lit. pẽd.in no.

32 Secundò, † quia talis sententia dicitur vim diffinitiuæ habere quoad taxam notario causæ soluendam,vt in allegata decis.5.aliàs 99.si fiat.de dolo,& contum.in no.Aegid. decis. 603.de sententia.Mil.in verb.attentatorum sententia,fol.31. sequitur Vestr.in praxi Ro.Cu.libr.8. cap.4. sub num.22. & ratio esse potest non solum, quia ita cautum est in constitutionibus Ioannis, XXII. vt dicitur in d.dec.verùm etiam, quia attentatorum causæ,vt rerum experientia docet, sæpe valde protrahũtur in longum,& magna fiunt regesta, adeo quòd notarius non minus in ea laboris impendere creditur quàm in diffinitiua.

Tertiò, vt non procedat in attentatis circa possessionem, per quorum reuocationis sententiam veniret restituenda
33 possessio,† & consequenter,quando essemus in spolio attẽtato, quia tunc talis sententia dicitur habere vim diffinitiuæ,quia sapit naturam veri possessorij.Rot.decis.2.aliàs 113. tres sententiæ de re iud.in antiq.& dicta decis.1.alias 13.si Iudex.sub num.3.vt lit.pend.in no.fa.decis.11.aliàs.85.si à sententia.de appellat.in nou.& Aegid.decis.286.in materia,dũ loquitur de restitutione totali beneficij,quẽ duntaxat hanc limitationem tenens allegat Vestr.dicto lib.8.capit.4.nu.22. Mil.in verb.sententia reuocationis attẽtatorum. fol.356.& in verb.sententia lata in possessorio solo,& versic. sequenti. in princ.licèt in fin.videatur dubitare.fol.357.Cui sententiæ ex recentioribus subscribere videtur etiam Crauett. consil. 183.lib.1.ea ratione,vt etiam sensit Mil.vbi supra, quia si sententia,per quam spoliatus simpliciter restituitur est diffinitiua,id multo magis dicendum est procedere in spolio attentato,quod respectu attentantis est grauius,& respectu attẽtata passi est fauorabilius,quamuis ea rõ apud me non multum concludat,quinimmo videatur posse retorqueri, quoniam,vt diximus supra sub num.28.in responsione ad tertiũ fundamentum primæ opinionis fauor attẽtatorum potius requirit,vt dicamus eam esse interlocutoriam,quàm diffini
34 tiuam.† Est autem circa hanc limitationem aduertendum, quòd contra supradictas decis. in eo, quod dicũt, quòd tres sententiæ latæ super attentatis vim habent diffinitiuæ,quãdo fuit attentatum circa possessionem,videtur in contrariũ esse ferè in ijsdem terminis decis.Aegid.507. cõclusio,quod in casu &c.iuncta decis.præcedenti, quæ incipit conclusio, quòd quæstio &c. vbi loquens de attentatis circa possessionem,& consequenter de spolio attentato,& loquens de tribus conformibus latis super attentatis appellat pluries eas
35 sentẽtias interlocutorias † Sed solutio colligi potest ex vna declaratione, quam in hac materia videtur posse colligi ex Mil.vbi supra fol.357.versic.sed sententia reuocatoria attentati propè finem, dum vult, quòd sententia reuocatoria attentati super possessione sit interlocutoria,quando tale possessorium per viam attentati deductum non principaliter, sed incidenter fuit propositum,nam & Aegid.in casu suo verè loquitur, quando quæstio spoliationis beneficij fuisset mota incidenter per modum attentati, vt patet expresse in decis.506 quæ est præcedens.Vnde retenta hac tertia limita-
36 tione † illa necessariò videtur declaranda,vt procedat, quãdo reuocatio attentatorum circa possessionem fuisset principaliter petita, quia tunc sententia desuper lata habebit vim diffinitiuæ,secus si incidenter fuisset proposita,quia tunc diceretur interlocutoria, vt expresse dicit Mil.& Aegid. in supra dictis locis.Pro qua declaratione facit decis. 1. aliàs 474. nota si attentata.de officio Iudicis,in antiq. quæ (licèt in ea non appareat,an loquatur de attentatis circa possessionem) attamen loquens de reuocatione attentatorum incidenter petita,& de sententia desuper lata, inquit, quòd illa cẽsetur interlocutoria,& non diffinitiua. Incidenter autem tunc diceretur reuocatio proposita, quando per viam exceptionis fuisset in iudicium deducta, vt diximus supra in hac tertia parte.cap.21.quib.& quot mod.attent.reuocentur.num.16. versic.via extraordinaria iustitiæ.

Quartò,ex intentione Archidiach.quem refert Rot.dicta decis.10.aliàs 215.nota quòd sententia.sub num.3. versic.licèt aliqui voluerint. de re iud. in antiq. potest limitari, † vt 37
non procedat,quando in reuocatione attentatorum fuisset seruatus ordo iudiciarius,quia tunc seruato iuris ordine sẽtentia desuper lata videtur diffinitiua.Quæ opi.sicut ibi per Rota. teneri non videtur, ita & probabiliter est reijcienda, quoniam obseruatio ordinis iudiciarij non solet alterare naturam causæ attentatorum, quod ex eo patet, quia licèt in
38 causa attentatorum non requiratur litis contestatio, † si tamen fuerit facta,non per hoc censetur alterata natura ipsius causæ, quo minus ex priuilegio attentatorum sint ante omnia reuocanda,secundùm veriorem, & magis communem opin.de qua abunde diximus supra in hac 3.parte,c.23.quãdo & intra quæ temp.attent.reuoc.peti possit.q.1.num.9.

39 Quintò limita,vt non procedat † quando reuocatio attẽtatorum non fuisset petita per viam extraordinariam & priuilegiatam implorationis officij Iudicis, sed per aliquã viã ordinariam, puta actionis,appellationis,nullitatis, vel querelæ,de quibus diximus supra latius in hac 3.parte,c.21.quibus & quot modis attent.reuoc.num.7.versic.ordinaria autem via, quia tunc sententia in hoc iudicio ordinario lata proculdubio erit dicenda diffinitiua, cum diffiniat, & feratur super eo,quod principaliter fuit petitum,iuxta doctrinã Franc.in c.cum cessante.num.36.de appellationibus,& diximus supra num. 22.

40 Sextò, vt sententia huiusmodi quoad † effectum, vt illa possit per iudicem reuocari, non censeatur interlocutoria, sed potius habere vim diffinitiuæ, & ideo licèt alias regulariter interlocutoria quoad iudicem non dicatur transire in rem iudicatam, ita vt Iudex non possit illà reuocare l.quod iussit.& ibi omnes.ff.de re iud. c.cum cessante. de appell.cũ simil.sententia tamen lata super attentatis,& pronunciatio ipsa,quòd attentata sint reuocanda, licèt sit interlocutoria, vt in regula suprapositа, quoad effectum tamen vt illa per iudicem reuocari nequeat:sed trãseat etiam quoad eum in rem iudicatam,non censetur esse interlocutoria,sed potius habere vim diffinitiuæ, & hoc sensit Rot. decis.10. alias 215. de re iud.in antiq.dum dixit, quòd huiusmodi sententia difficilius reuocatur,quod in vna Gerunden.cõuocationis capituli coram Ant.Augustino intellexerunt Domini, diffici lius, idest, q̃ nec etiam per Iudicem possit reuocari,sed transeat in iudicatum, prout ex deductis per Abbat.& Fran.in c. bonæ.col.10.& in c.cum cessante.de appell.inclinarunt Domini in dicta Gerũden.vt est decis.in recoll.Achil. de Graff. 29. Incip.attentata reuocanda. sub Rubrica de attentatis.

Septimò posset forsan, & non improbabiliter limitari, vt
41 non procedat regula præfata † quando pronunti aretur negatiuè contra petentem reuocationem attentatorum, videlicet illa non esse reuocanda.Sicut enim supra sub nu.8.vers ic.præterea & melius. cõsiderauimus, q̃ in odium attentantis,& à sententia (qua pronuntiaretur attentata esse reuocãda) appellantis, sententia debet potius dici interlocutoria, quàm diffinitiua,ita in fauorem illius,qui passus est attentata, quando contra eum negatiue pronuntiaretur,posset dici, q̃ esset censenda diffinitiua, ad hoc, vt ille appellans sit in hoc magis priuilegiatus: vt tanquam appellans à diffinitiua non alligetur dispositione dicti c.cordi, nec contra eũ pendente tempore ad appellandum possit deueniri ad executionem dictæ sententiæ,iuxta c.non solùm.de appel.in 6. & minus possit fieri condemnatio expensarum ex interuallo,ad no.in l.Paulus. ff.de re iud. quæ omnia fieri contra eũ possent,si dicta sentẽtia reputaretur,interlocutoria. Pro qua
42 facit in simili,† nam ẽt aliàs iura inter pronunciationem affirmatiuam,& negatiuam,etiam in ijs,quæ sunt maioris cõsiderationis (prout est dare,vel denegare appellationem) cõstituunt differentiam,quamuis enim regulariter in possessorio non detur appellatio, vt abunde diximus in tract. de appellat.in poss.prohib.vel permiss.in regul.ibi posita. Si tamẽ in fauorem spoliatoris pronuntietur spoliatum non esse restituendum,& sic negatiue conceditur sibi hoc casu appellatio,vt diximus,& declarauimus ibidem in 25.sub limit.regulæ ibi positæ, & similiter licèt secundùm terminos l.fi. C.de edicto diu.Adr.toll.nõ admittatur appellatio, si tamen pronuntietur negatiue contra hæredem, videlicet eum non esse mittendum in possessionem,poterit ille hoc casu appellare,vt diximus ibidem in 23. sublimit.

43 Secundò † quæritur,& vtiliter,an à sententia lata in causa at-

Source : BIU Cujas

ſa attentatorum poſſit appellari, & quamuis ſcribentes hãc quæſtionem non ponant, immo tacite videantur concedere, quòd hoc caſu permittatur appellatio, cum in pluribus locis videantur præſupponere, quòd in cauſa attẽtatorum tres poſſint proferri ſententiæ conformes, vt in deciſ.2.aliàs 113.tres ſententiæ,de re iud.in antiq. quæ non poſſent dari, niſi præſuppoſita appellatione à prima,& ſic ſucceſſiue à ſecunda ſententia, nihilominus quia articulus eſt frequẽs, & quotidianus,& prædicta Doctorum concluſio in pũcto iuris eſt valde dubitalis, & forſan minus vera. Idcirco neceſſarium duximus præſentem articulum plenius attingere. Eſt ergo ſciendum, q̃ circa hoc plures poſſunt eſſe opiniones.

44 Prima † quæ hactenus ab omnibus tacite videtur retenta pro vera, ita vt etiam in pratica fuerit obſeruata,& à nemine (quem viderim) in dubium reuocata, quòd à ſententia lata in cauſa attentatorum poſſit appellari, quæ ex infraſcriptis probari poſſe videtur.

45 Primò, † quia illa nullibi reperitur expreſſe prohibita, ergo debet cenſeri permiſſa,iuxta doctr.gl.ſingul.in l.qui reſtituere.ff. de rei vendic. de quo latius diximus ſupra in ſecunda parte, capit.12. de attent.app. pend.in 5.ampliat.princip. num. 8. & ſeq.

Secundò, quia aliàs Doctores dum diſputant, an ſentẽtia iſta ſit diffinitiua, ſeu interlocutoria, omnes concludunt,

46 † quòd ſit diffinitiua,ſeu vim habeat diffinitiuæ quoad effectum clem.appellanti.de appellat. & cõſequenter quòd appellans ab ea poſſit appellationem etiam ex nouis, & in ea non expreſſis cauſis iuſtificare, vt præter eos quos in id citauimus ſupra num.15.& 31. tradit Card. in dicta clem.appellanti.num.9.q.9.& poſt eum ex recentioribus Petr. Duen.regula 47.num.3.verſic.tertiò fallit. Vnde cum dicant,appellationem poſſe ex nouis cauſis iuſtificari, ſequitur, quòd neceſſariò præſupponant appellari poſſe, aliàs fruſtra de eo quære retur.

Tertiò id etiam ſatis ex eo deducitur, quod aliàs habetur apud Rota dicta deciſ.2.aliàs 113.de re iud.in nou.& 28.aliàs

47 517.eo.tit.in antiq.† dum præſupponunt in attentis tres eſſe latas ſententias,quæ non poſſunt dari, niſi præſuppoſita appellatione,vt dictum eſt,ſa.etiam Aegid.deciſ.37.vbi appellatur,dum præſupponit ibi, quòd à ſententia ſuper attentatis lata vtraque pars appellauerit.

Quartò poteſt pro hac parte induci text.in cap.ſignificantibus de noui oper.nunc. iuncta doctrina Bald. in conſ.245. proponitur verſiculo ſecundo præmitto,ſub nu.2. lib.2. vbi

48 † vult,quòd id,quod fit poſt nunciatum nouum opus,retractetur per viam attentati,vnde in dicto text. ſumus in materia attentatorum,& tamen ibi nedum vna vice fuit admiſſa appellatio, verùm etiam vtraque pars appellauit, vt ibi patet. Qui tex prima facie mihi contrariam ſententiam veriorem exiſtimanti negocium facere viſus eſt, licèt deinde diligentius ponderatus nihil obſtare animaduerterim, vt dicemus infra num.97.

49 Secunda † poteſt eſſe opinio quam ego (licèt ab alijs non poſitam) veriorem tamen in puncto iuris eſſe crediderim, quòd immo à ſententia reuocationis attentatorum appellari minime poſſit. Quæ ſimiliter infraſcriptis deduci poteſt rationibus & fundamentis.

50 Primò, quia † verus contumax ea ratione non appellat, quia non comparendo videtur Iudicem cõtemnere,ad not. in l.1.C.quorum appell.non recip. & in l.ex conſenſu.§.fi.ff. de appell.& tradit poſt alios Maranta in Specul. in tertia parte

51 textæ partis principalis. q.2. num.274. & ſeq † vbi etiam declarat,quis ſit verus contumax. Attentans autem non ſolùm dicitur facere in contemptum iuriſdictionis, vt dicit Rota deciſ.26 aliàs 307.nota quòd, ad fin.de appellat. in antiq verum etiam ipſum Iudicem plus quàm partem offendere,argum.capit.cordi.in fin.de appellat. in 6. Rot.deciſ.2. aliàs 14.fuit dubitatum.poſt princ.de reſtit.ſpoliat. in nou.ergo cum in eo militet maior ratio, quàm in vero contumace,debet ſibi ſicut vero contumaci denegari appellatio, Fa. ad hoc,quod poſt alios pro ſing.celebrat Matheſilan.in ſingu

52 lari 29 incip.nota quòd appellans.in fine, dum vult † quòd verus contumax dicatur etiam ille, qui minus rite, ac recte ab interlocutoria appellauit. Vnde ſi is,qui nihil aliud facit, quàm quòd minus rite,ac recte appellat,reputatur verus cõtumax,quanto magis verus contumax erit dicendus is, qui actualiter attentando,iudicem contempſit, ac offendit?

53 Secundò efficaciter † hoc deduci videtur per text. in c.an ſit.de appellat.ſecundùm intellectum, de quo ibi poſt Ant. & Imol.per Franc.ſub num.5.& in verſic.in gloſ.fin.in princip.videlicet, quòd ibi detur de attentatis per modum exceptionis, dum reus, qui appellauit, fuit ab actore appellatio-

54 ne pendente ſpoliatus, † quoniam ſi actor velit appellare, non auditur appellans, vt in eo puniatur,in quo deliquit is, qui cum appellationi diferre neglexerit (videlicet reum ſpoliando) ſe beneficio reddidit appellationis indignum, ut formaliter dicit ille text. in fi. & licet aliqua fuerit inter Doct. ibi differentia, an attentas eo caſu tam diu non audiatur appellans, quàm diu non repoſuerit attentata in priſtinũ ſtatum ſecundum opi. Ant.& Imol.ibi(quæ magis placet) uel potius à beneficio appellationis perpetuò ſit excluſus, &

55 Franc.ibi atteſtatus fuerit,quod & verius eſt † & communiter tenẽt,quòd excludatur perpetuò,cũ text. ibi dicat,q̃ ille ſe reddidit beneficio non ipſius proſecutionis appellationis ſed beneficio ipſius appellationis indignum,vt latius ibi per eum. Ad propoſitum tamen noſtrum, quęuis illarum opinteneatur erit concludendum per illum text. quòd attentãs non poſſit appellare, & ſe reddat beneficio appellationis indignum.

56 Tertiò † in his, quæ celeritatem deſiderant, & in quibus mora aliquod periculum eſſet allatura,appellatio prohibetur.Specul.in tit.de appellat.§.in quibus. verſic.octauo, numero 10.& poſt eum,& Laſ.in l.prima.col.prima. ff.de ferijs,

57 tradit Marant.vbi ſupra num.319.verſic.24.limita † Reuocatio attentatorum de ſui natura celeritatem deſiderat, ergo à ſententia reuocationis huiuſmodi non debet admitti appellatio Minor autem ex pluribus videtur poſſe deduci. Primò,quia text.in cap.non ſolùm.de appell. in 6.dicit † quòd

58 ante omnia debent reuocari, quòd ideo credendum eſt fuiſſe ibi ſancitum,quia talis reuocatio non eſt procraſtinanda ſed ante omnia,& celeriter expedienda.Secũdò ex eo,quod not.ibi Ioann.Monach.ſuper verb. ante omnia, dum exponit,ante omnia, ideſt

59 † non expectato fine litis, & dummodo conſtet primò diffinitum,ſecundò appellatum, tertiò attentatum, & de iſto ordine tũc fiet reuocatio ante omnem cognitionem iſtorum,ſubdens, & dic ante omnia, videlicet cauſæ cognitionem habentia,hæc ille. Vnde ſi fauore reuocationis attentatorum non expectatur finis litis, nec adhibetur cauſæ cognitio(ſcilicet plena propter ea,quæ diximus ſ. cap. 25. de proceſſu in cauſa attentatorum. num.33.) etiam circa illa tria probanda, abſurdum videtur dicere, quòd ab hac reuocatione permittatur appellatio,quę cum vadat per tres conformes contra mentem iuris rem in lõgum protraheret. Immo quandoque magis expediret,quòd ſuper reuocatione attentatorum expectaretur finis cauſæ principalis, quàm ſi ſeorſum ab ea cognoſceretur cauſa attentatorum, & ab illorum reuocatione daretur appellatio. Pone enim, quòd cauſa principali in 2.inſtantia pendente aliquid attentetur,vtique ſi conuinctim cum cauſa principali cognoſcatur etiam cauſa attentatorum,in illa vnica & tertia inſtãtia finietur,quòd ſi cauſa attentatorum per ſe agatur, cum fuerit neceſſe ire per tres inſtantias, & tres conformes, argum. eorum, quæ poſuit Rota deciſ.2. aliàs 113. tres ſententiæ ſuper attentatis.de re iud.in nou.clarum eſt,quòd ſerius expediretur. Tertiò,idem ſuadetur & melius ex his quę ponit Rota deciſ.5.aliàs 433.nota nunquid reo. ſub num.5. verſiculo ſed an talia attentata.ad fi.vt lit.pend.in antiq.quæ eſt repetita apud Biſignett. deciſ.1. nunquid Reo, ſub num.6. eod.tit. quas quoad infraſcriptam cõſiderationem ſecuta eſt etiam moderna Rota in vna Nolan. Abbatiæ Regalis Vallis corã Paleott.vt eſt in recollect.ipſius,deciſ.115. Ioan.Michael.ad

60 fin.videlicet † quòd attentatorum reuocatio reſpicit abbre-

61 uiationem litis,† & quando ſumus in beneficialibus tangũt periculum animæ attentantis, vtilitatem Eccleſiarum, & ẽt publicam,ne propter diuturna litigia Eccleſiæ diu vacent, cum Iudicis illuſione,vt ibi formaliter dicitur, quæ omnia ita celeritatem deſignant, vt meritò hoc caſu appellatio ſit remouenda. Quartò facit,quia in multis locis in iure habemus, quòd Papa mandat attentata reuocari ſub hac forma, reuocato in ſtatum debitum,ſi quid poſt appellationem noueritis attentatum & cætera.& aliàs reuocato in irritũ quicquid poſt appellationem huiuſmodi noueritis eſſe factum, Partes & cætera,vt in cap.ſignificauit. de appell. quæ vltima

62 verba † Partes & cætera,ſecundùm glo.fin.in dicto c.ſignificauit.extunduntur.ideſt. Partes ad veſtram præſentiam conuocetis & in cauſa procedatis. Vnde cum ad hoc,vt poſſit in cauſa ſcilicet principali procedere,mandetur Iudici, vt reuocet,quicquid attentatum fuerit,videtur,quod illa reuocatio celeriter ſit expedienda, ad effectum, vt in cauſa principali poſſit procedi ſecundùm principalem intentionem mandãtis,quod vtique nõ contingeret,ſi à reuocatione daretur ap-

63 pellatio. Quintò, † quia materia noui operis nuntiationis proculdubio celeritatem deſiderat,& ideo omnibus diebus, etiam feriatis,& omnibus perſonis,etiã fabris.& pupillo fieri poteſt,ad l.primam.§.nuntiatio.& ſequenti. ff.de nou.oper. nunc.cum autem per nunciationem dicatur talis inducta inhibitio, vt ſiue iure, ſiue iniuria ædificetur, quicquid poſt nunciationem ædificatum eſt,ſit reuocandum, & demoliẽdum,

Source : BIU Cujas

64 dum,dicta l.1.& l.prætor ait. eod.tit. † & reuocatio prædicta dicatur fieri per viam,& modum attentati,vt per Bal.elegãter in consil.245.proponitur,sub num.2. lib.2. quem secuti sunt Iason in d.l.1.num.30.versic.4.limita,& ibidem Vinc.Hercul.col.3.ff.de noui oper.nunc.ergo satis constat.quòd causa attentatorum celeritatem desiderat.

Quartò,quòd appellatio hoc casu non sit admittẽda suadetur,quia † vbi proceditur ex officio,videtur prohiberi appellatio,hinc videmus, quòd in illa q.an in causa alimentorum appelletur,distinguitur per Doctores,† quòd si petãtur, & concedantur ex officio iudicis,& à tali sententia non appelletur,† secus si iure ordinario,vt est doctr.Specu.in tit.de appell.§.in quibus.sub num.11. versic.tu dic, quòd si petantur officio iudicis,quam etiam post Albe.sequi videtur etiã Ioann.And.ibi in addit.in verb.aliorum.In reuocatione attentatorum proceditur ex officio,vt clarum est, & diximus supra in hac tertia parte cap.21.quib.& quot mod.attent.reuoc.num.14.& 18.ergo &c.

Quintò,quia † huiusmodi appellatio est ꝯ ius,ex quo dictum c non solùm, mandat reuocari ante omnia, vt est de mente Dec.in cap.an sit,sub num.2.col.2.versi.secundus tamen fuit intellectus,de appell.dum vult, quòd secunda appellatio,de qua ibi per eum,ex eo capite non debeat admitti,quia scilicet sit contra ius,cum attentata pendente appellatione debeant in primis reuocari,d.c.non solùm, & sic sentit, quòd illud ante omnia importet, quòd attentata reuocentur,& si à reuocatione appelletur, appellatio non debet admitti.

Sextò,† quando mandatur procedi sine lite, statim, & ex officio,tunc censetur prohibita appellatio,vt post Bal.in cõsil.330. statuto cauetur. sub num.7. lib.1. tradit Aegid.Bosst. in sua pratic.crimin. in tit.de appellat. num.16. In attentatis autem ita videtur procedi, cum sine ordine iudiciario, litis contestatione.statim, & ante omnia, & ex officio procedatur, vt diximus supra proxime numero 58. & latius supra capitulo 25.de process.in caus.attent.num. septimo,& multis seq. meritò.

Septimò fa.† nam si innouatio priuat attentantem appellatione,& illius effectu,quando iam est actualiter interposita,& in esse deducta,vt est text.in dicto cap.an sit,secundùm alium intellectum, quòd ibi appellans ipse attentauerit,& in pœnam innouationis priuetur, & appellatione,& illius effectu,ac illius prosecutione,de quo vltra Dec.Franc.& antiquiores ibi, est etiam inter recentiores sing. decis. Minsinger.50.centur.2.incip.quando appellans,vbi alios alleg.& dicemus etiam latius infra in hac 3.parte.capit.31.de pœnis attent.in decimatertia pœna.Ergo videtur,quòd multo magis innouatio eum priuare debeat appellatione,quæ non est in actu,sed tãtum in potentia iuxta regulam, quòd multa impediuntur fieri,quæ facta tenent.c.ad apostolicam,de regul. l.patre furioso. vbi omnes.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.

Octauò,† Appellatio tendens ad differendam reuocationem attentatorum non admittitur † maxime in causa connexa,vt tradunt Doctor. in dicto cap.an sit. præsertim Fran. sub num.7.vbi licèt testetur hoc communiter teneri,ipse tamen ibidem in versic.secundus casus,post Ioan.And. & Specul. hanc conclusionem tenet, etiam si appellatio prædicta interponeretur in alia diuersa,ac separata causa,ergo multo magis debet reijci appellatio,quæ interponeretur à sententia reuocationis, cum & illa fiat in eadem causa, & de directo tendat ad differendam attentatorum reuocationem, vt de se patet.

Nonò, apud me non parum valet hæc consideratio (quã percurrendo sæpius decretales, in quibus tractatur de hac attentatorum reuocatione facere coactus sum) videlicet, q̃ in tot,& tot locis Papa mandat huiusmodi attentata reuocari,vt in cap.primo cap.ad præsentiam.cap.constitutus.cap.significauit.cum alijs pluribus, de appellat.capit significantibus.de nou.oper.nunc.cap.venientes de iureiur.c.primo,vt lite pend.in 6.cum alijs innumeris, in quibus etiã sæpe narratur longa series facti, & multoties narrãtur appellationes, etiam super re non magni momenti interpositæ, & tamen nullibi narratur tale factum.in quo appareat, quòd saltem de facto appellatio fuerit interposita ab huiusmodi attentatorum reuocatione,si enim interponi posset,profectò(cum homines difficiles sint ad restituendam possessionem,puta lite pendente captam,† & prætextu appellationis sæpe conetur se in sua iniquitate tueri, & confouere, ad cap. præterea. de appell.) credendum est, quòd alicubi de appellatione ab huiusmodi reuocatione haberetur mentio, quæ cum non adsit,facile credi potest eam reijciendam esse, arg.l.illam.C. de collatio.cum simil.

Decimò fa. quia non est dubium † quòd attentans iudicẽ offendit, capitulo cordi. de appellat. in 6. & dictum est aliàs supra,† Qui autem semel offensus est,non debet iterum offendi,quia non debet quis duplici offensione conteri, & nõ est addenda afflictio afflicto iuribus vulgaribus, sed si attentanti permitteretur appellare à sententia, qua Iudex iste reuocat attentata,diceretur iterum illum offendere,† ex quo appellans eum offendit,& sibi iniuriam infert,ad not.in l.fi. C.quãdo prou.non est necesse & in c.vt debitus.de appel.& tradit post alios Philip.Prob.in addit.ad Io.Monach. ind.c. non solùm.in fine num.16. Meritò.

Vndecimò (& hoc fundamentum multum stringere videtur) is† qui postquam sibi fuit facta noui operis nũciatio ædificat, dicit attentare, & illius reuocatio, & demolitio fit per viam attentati secundùm Bald. in dicto consil.245. proponitur.num.2.lib.2.quem sequuntur Iason.in l.1.num.3.versic.quartò limita,& ibidem Vinc.Herc.col.8. ff.de noui operis nunc.† sed à sententia demolitionis noui operis non appellatur,quia denegatur audientia,dicta l.1.§.sed & si is,vbi Iason.in princ.iunctis his,quæ ibidem dicit nu.2.ff.de noui operis nunc.† quando autem audientia denegatur,censetur ẽt appellatio prohiberi,vt post Vant.in tract.de nullit.ex inhabil.& defectu mand.diximus latius supra in 2.parte,in quinquagesima limit.princ.num.16. versic.similiter, & is diceretur minus legitima persona, ergo.

Duodecimò,† cassatio,annullatio,& reuocatio actus dicitur esse pœna,ad cap.dispendia.§.fi.de rescript.in 6.Cassad. decis.3.suppositа.num.9 super reg.cancel.in tit.de decret.in reseruat.& plenius,& eleganter per Boer.decis.1.nu.19.† præsertim,quando talis cassatio,& reuocatio fit in odium personarum,quæ illum actum explicauerunt, prout idem ibi declarat num.17. quod ipsum in materia attentatorum annotauit etiam nouissime Manfred. in consil. suo de attentatis, quod imprimitur in primo libro attentatorum in 11. parte, ad fi.versi.duodecimo Regens, vbi Cassad.allegat (qui tamẽ id mihi dicere non videtur, & pro pœna posuimus illam inter cæteras infra cap.31.de pœn.attent.num.7.& seq. Quæ pœna in materia nostra,tum per canones antiquos, tum maxime per cap.non solùm.de appellat.in 6.fuit inducta † A pœna autem l.non appellatur,vt notat Bald.in Margherita sua in verbo,appellari à pœna,post Docto.in cap.ad nostram. de appellat.ergo à reuocatione,de qua agimus, non debet dari appellatio.

Decimotertiò facit,quia cum attentans,vt dictum est, Iudicem offendat,† & consequenter videatur impedire,ac turbare illius iurisdictionem, & contra huiusmodi turbantes iurisdictionem,etiam si esset tertius,detur remedium attentatorum,vt post Rot.&Franc.de quibus ibi diximus supra in prima parte,cap.3.de attent.à tertio num.43. versic.5.nisi tertius.nõ debet videri mirum, si in pœnam priuetur beneficio appellationis, cum & aliàs impediens iudicem, & illius iurisdictionem multo maiori pœna puniatur,nam & pecuniaria,& in personam,atque etiam excommunicationis,& demum etiam priuationis beneficiorum pœna affici potest, vt per Innoc. & Doctor. præsertim Dec.in c.1. de offic. deleg.

Decimoquartò,hęc opinio suadetur,quoniam † quando imponitur perpetuum silentium,prout fit in causa attentatorum,is,cui imponitur, non potest vltra post sententiã audiri, cum per hanc clausulam dicatur oriri exceptio perpetuæ denegatæ audientiæ c.in præsentia, vbi Barbat. num.36. de probat.& tradit nouissime post Boer.decis.255.sub nu.12. necnon Capic.& alios per eum allegatos Bursat.in consi.78. visis.num.21.lib.1. Ad purgationem autem attentatorũ requiri impositionem perpetui silentij, declarauerũt aliàs Domini in vna Cesaraugustana dotis sub die 2.Iunij 1561.vt est in recollect.Palcott.decis.58.fuerat.Et ita etiã aliàs animaduerti in sententia reuocationis attẽtatorum,huiusmodi perpetuum silentium fuisse impositum in vna Cesenaten. bonorum.seu attentatorum sub die 6.Martij 1551. per tunc R. P.D. Vgonem Boncompagnum Auditoris Cameræ Locũtenentem meritissimum, ac paulo post episcopum Vestan. & eiusdem tribunalis Viceregentem,Indeque S.R.E.Cardinalem Amplissimum, Demum vero de anno 1572. sub die 13.Maij fęliciter ad summi Apostolatus apicem assumptum.

Decimoquintò (& hoc, & sequens fundamentum licèt concludere videantur,quod saltem de iure Ciuili huiusmodi appellatio censeatur prohibita, quatenus tamen restringeretur hæc conclusio de iure ciuili non per hoc esset inutilis hæc resolutio, sed in terris imperij posset ob hãc & sequẽtem rationem atque etiam alias supra allegatas,quæ militãt tã de iure canonico, quàm ciuili hæc opinio praticari) † qa scilicet vt supra conclusum est num.17 & num.30.sententia lata super attẽtatis est interlocutoria. ergo de iure saltem ciuili non debet posse ab ea appellari.l.1. C.quorum appel.nõ recip.l.ante sententiam ff.de appellat.recip.& tradit Maranta.vbi supra num.290.versic.14.limita.

Source : BIU Cujas

6 XVI. quia † si in possessorio de iure ciuili prohibita est appellatio.l.1.C.si de moment.possess. & abunde diximus supra in 2.parte,cap.9.de attēt.appell.pend. in xxv.limit. princ. num.101.& seq.Ergo multo magis dicendum videtur,quòd sit prohibita in attentatis, quæ sunt fauorabiliora, & in quibus vertitur maius odium contra attentātem, quàm in spolio contra spoliantem,is enim offendit ius & partem,attentans verò offendit etiam iudicem,ad not.in cap. cordi.de appellat.in 6.Rota decis.secunda,aliàs 14.fuit dubitatum.de restitut.spoliator.in nou. & dictum est latius infra c.30. de priuileg.attent.in 1.ampliat.num.6. & seq. & tanto magis quia (vt docet experientia) attentata vt plurimum committūtur capiendo,vel transferendo possessionem rei, de qua agitur, lite,vel appellatione pendente, quo casu cum simus in possessorio, & in spolio attentato,non videtur dubitandum, ꝙ attentata præsertim Aegidiana constitutione non esset locus appellationi, vt dicemus infra num.99.

Ex quibus omnibus satis efficaciter fulciri videtur hæc secunda opinio, quod à sententia lata in causa attentatorum absolute non possit appellari. Quòd si cui videretur fortasse hæc opinio nimis rigorosè,posset ad alias opiniones conuolare, quæ fœdere distinctionis primam cum secunda conciliare videntur, & ideo.

77 Tertia potest esse opin. distinguens † ꝙ aut pronuntiatur affirmatiue,attentata esse reuocanda,vt tunc in odium attē tantis,contra quem est pronuntiatum, denegetur sibi appellatio, & ita procedant ea quæ dicta sunt supra in secūda opi
88 nione † Aut pronuntiatur negatiue contra petentem reuocationem attentatorū,& sit in fauorem attentantis, & tunc illi,qui passus est attentata, detur appellatio. Quæ distinctio
89 colligitur ex eo,† ꝙ appellant stupendum dictum Angeli in l.quisquis.num.3.quorum appellat.non recip. quòd licèt in remedio l.fi. C.de edict.diu.Adr.tollen. quando pronuntiatur,hæredem petentem se immittere in possessionē,esse immittendum, & sic affirmatiue, non detur appellatio si tamē contra hæredem negatiue pronuntietur,cum nō esse immittendum,tunc concedi appellationem, & ita sæpius in pratica obtentum fuisse,& ex eo etiam,quod latius concluditur, ꝙ à sententia lata in possessorio in fauorem spoliantis detur appellatio,secus si sit lata.in fauorē spoliati, de quibus duobus similibus diximus late supra in secunda parte capit.9 de attent.appellat.pend.in 25.limit.princ.num.277.in 25.sublimitat. eiusdem regulæ, & proprijs terminis attentatorum,
90 † ꝙ a non reuocatione cuiusdam sequestri, quod tanquam attentatum petebatur reuocari,valide appellari possit,ita,vt illa pendente nihil sit innouandum,consuluit ex recentoribus Aug.Bero.in consil. 51. in hac causa.versiculo 2.conclusio,num.5.& seq.libro tertio.Quæ opinio, & si ex præmissis satis probabilis videri possit,si cui tamen illa omnino nō satisfaceret, posset aliam distinctionem amplecti, & erit.

91 Quarta opin. † quòd appellatio in causa attētatorum de-
92 tur,† etiam de iure canonico, quoad effectum deuolutiuū, & sic quòd admittatur appellatio non retardata executione quæ opin.ex eo firmari posse videtur,quia si fundamenta, q̄ supra allegata sunt pro secunda opin.absolute concludunt, quòd nullo modo detur appellatio,multo magis concludere videntur,quòd non detur qualificatiue, videlicet, quoad effectum suspensiuum. Et ex eo præterea quod aliàs in simili dicitur in possessorio, ꝙ licèt in eo appellatio deuoluat,tamen non suspendit,vt latius diximus in dicta 25. limit.princip num.·. versic.secunda fuit opin.& in prima declaratione principali regulæ ibi positæ num.·. Pro qua facit etiam, ꝙa in attentatis concurrit maius odium,vt dictum est,quàm in spolio, ita vt ratione huius maioris odij nō sit incongruum dicere, quòd appellatio hoc casu careat effectu suspensiuo. Quinimmo,& cum odio attentantis concurrit etiam natura causæ,quæ cum ob periculum, animarum vtilitatem Ecclesiarum,& etiam publicam,& aliàs celeritatem desideret, vt dictum est,supra num.52.æquissimum videtur,quòd si appellatio est admittenda, illa fiat, & deuoluat, sine tamen re-
93 tardatione executionis, sicut enim † clausula, quæ solet apponi,sine retardatione solutionis pensionis. Staphil. de literis gratiæ,& iust.in secunda parte fol.153. versic.quando verò vtraque pars operatur, vt appellatio perdat effectum suspensiuum, quia per eam non retardatur solutio pensionis
94 † cuius causa reputatur fauorabilis ob authoritatem Papæ, qui illam imposuit, secundum Staphil. vbi supra.ita quoad hunc effectum suspensiuum potest dici, quòd appellatio in causa attentatorum interposita perdat effectum suspensiuū
95 † ex quo causa attentatorum fuit aliàs iudicata magis fauorabilis,quàm causa pensionis, etiam habentis clausulam sine retardatione & c.vt fuit aliàs dictum in vna Taruisen. coram Prospero,& est decis. in recollect. Acchill. de Graff.24. Attentatorum causa,sub Rubrica de attētatis, Quæ opinio tanquam honori iudicis,qui sententiam exequitur, consulens, & tam indemnitati illius, qui passus est attentata (qui per executionem recuperat & possessionem,& fructus,& expensas) quam etiam ipsius attentantis, cui mediante effectu deuolutiuo est ius saluum, vt possit quandocunque (si fuerit indebite grauatus) sententiam retractari facere, prouide etiam consulens satis æqua videtur, & amplectenda, Quòd si quis absolute alteram,aut affirmatiuam, aut negatiuā tenere vellet, ego negatiuam tanquam in puncto iuris veriorem proculdubio tenendam censeo per ea omnia, quæ pro corroboratione secundæ opinionis supradicta sunt.

Et tenendo eam,non obstante ea quæ supra in contrariū pro prma opin.fuerunt considerata,quoniam respondet, &

Ad primum, quòd licèt non reperiatur per aliquem text. expresse, & nominatim prohibita à sententia reuocationis attentatorum appellatio, tacite tamen & virtualiter censetur prohibita,tum per text.in d.c.non solùm. de appel.in 6. per quē aliàs dicebat Dec. in d.c.an sit, quòd huiusmodi appellatio est contra ius, vt diximus supra num.68. versiculo quinto quia, tum etiam quia ex quo celeritatem desiderat, & in ea ꝓceditur ex officio, & est interlocutoria, in quibus casibus generaliter ius prohibet appellari, vt supra dictū est num.57.& numero 65.& numero 85.ob istas rationes in generalitate prohibitionis compræhenditur etiam causa attentatorum.

Ad secundum respondetur, quòd verum est, quòd Doct. semper præsupponunt,quòd clam-appellanti.non habet locum in sententia attentatorum,quasi illa vim habeat diffinitiuæ,sed nullum pro hoc text. aut rationem concludentem adducunt,quare debeat à dicta sententia posse appellari, nā non sequitur, est sententia diffinitiua ergo in ea habet locū
96 clem.appellanti. † quia illa clem. intelligenda est, vt procedat in sententijs diffinitiuis, vel uim diffinitiuæ habentibus quatenus tamen à dictis sententijs appellari potest,& nō aliter, & propterea ad propositum nostrum præsuppositū scribentium ibi non concludit, quòd sit admittenda hæc appellatio,si aliàs de iure non veniret admittēda,& eorum authoritas probabilis est, non necessaria.

Ad tertium similiter respondetur,quòd si in casu illarum decis.fuerunt latæ tres conformes in causa attentatorum,illud potuit euenire,vel ex expresso partium consensu,vel ex tacito,vt quia passus attentata,in cuius fauorem fuit iata prima sententia,non animaduertit,quòd attentanti de iure nō competebat huiusmodi appellatio, & non debet attendi,qđ de facto factum est,sed quod de iure fieri debet.Rot.decis.58. aliàs 412.si appelletur.de appel.in nou.

97 Ad quartam,videlicet † ad text.in cap.significantibus. de noui oper.nunc.qui prima facie magis, quàm præcedētia strin gere videbantur,respondetur,& primò, ꝙ primæ appellationi de qua ibi (vt recte animaduertit Innoc.ibi post prin.) fuit per Iudicem à quo motu proprio delatum, & ita etiam per Iudicem ad quem admissa,& sic de facto processit ibi illa appellatio non de iure.Secundò,& melius, quòd ille text.non facit ad propositum, non enim loquitur de appellatione à sententia reuocationis attentatorum,& eorum,quę post nū ciationem noui operis fuissent ibi per ædificantem attentata (prout loquimur in quæstione nostra) sed de appellatione ab interlocutoria admissionis quarundam probationum
98 de quibus ibi. Et nos etiam concedimus, † quòd pendente causa attentatorum, licèt ab ipsa sententia reuocationis attentatorum appellari posse negemus, poterit tamen ab aliqua interlocutoria in ea lata etiā valide appellari,sicut aliàs dicimus,quòd licèt à sententia lata in possessorio nō appelletur,ab interlocutoria tamen eam præcedenti appellari potest,vt diximus,& pluribus comprobauimus in d.tract.de appellat.in possess.prohibit.vel permiss.in secunda decl. princ. regulæ ibi positæ.Ex quibus omnibus satis concludenter apparere potest,secundam opin.negatiuam,de quà supra, efficaciter fundatam, & à contrarijs sufficienter defensam.

Verum quia veritas nouarum opinionum, cum ipsa (vt dicebat Gellius lib.12. cap.11.) sit filia temporis, non possit, nisi longo progressu temporis apparere, & tandem in iudicijs obtinere,siquis adhuc antiquorum tacitam sententiam tenere maluerit, cum nulla ferè possit in iure nostro firmari conclusio,quæ ita perpetua sit, vt nullas recipiat limitationes,illa retenta animaduertendum est, quòd licèt regulariter dicta appellatio admitteretur, tamen certis modis est necessariò limitanda,& declaranda.Sit itaque secundum hanc antiquorum opinionem.

Regula,quod à sententia reuocationis attentatorum detur appellatio per ea omnia, quæ dicta sunt supra in prima opinione num.44.quæ licèt à Doctoribus videatur indistincte admitti,in rei tamen veritate non nullis necessarijs limitationibus declaranda, & restingenda videtur.

Limi-

Source : BIU Cujas

Limitari Itaque tripliciter poteſt, &

99 Primò, vt † non procedat. quando eſſemus in attentatis circa poſſeſſionem, & per ſententiam reuocationis attentatorum veniret reſtituenda poſſeſſio, & conſequenter quando ſumus in ſpolio attentato. Quamuis enim dici ſoleat, ꝙ cum articulus attentatorum procedat per tres conformes, vt colligitur ex deciſ. 1. aliàs 13. ſi Iudex. ſub num. 3. in fin. vt lite pend. in nou. & alijs allegatis ſupra hoc eodem cap. q. 2.

100 num. 47. ſpolium quoque attentatum † propter mixturam attentatorum procedere debeat per tres conformes, præſertim cum & ipſa conſtitutio Aegidiana (per quam hodie in terris Eccleſiæ regulariter in poſſeſſorio prohibetur appellatio) ratione mixturæ in certis caſibus, puta condemnationis fructuum, & expenſarum appellationē permittat, vt expreſſe in ea legitur. ibi, ratione præfatæ mixturæ, & c. & tāto ma-

101 gis † quia ſecundùm hanc opinionem, quòd propter mixturam prędictam detur hoc caſu appellatio, fuit pluries per Dominos tentum, & reſolutum, vt in vna Firmana bonorū coram Reumano 16. Februarij 1554. & in alia Sarnen. molendini coram D. meo Oradino 16. Maij. 1558. vbi reſpondendo ad hoc motiuum de attentatis dixerunt, quòd nō obſtat, quòd attentata ſint reuocanda, quia illud procedit per tres ſententias conformes. Prout idem, quòd in ſententia lata in interdicto retinendæ non ſit locus Aegidianæ ob dictam mixturam attentatorum, tenerūt Domini in alia Anconitana bonorum coram eodem Oradino 6. Nouembris 1562. vbi & illud ſubdiderunt, quòd reſolutio illa erat conformis multis alijs reſolutionibus factis in ſimilibus cauſis, Idemque propter huiuſmodi mixturam fuit nouiſſime tentū in alia Reatina Caſtri Apoſtæ coram Binarino 12. Decembris 1571. Maxime quia videmus, quòd quando aliàs poſſeſſio habet admixtam qualitatem aliquā, cuius ratione datur appellatio, puta quando agitur ad poſſeſſionem, & etiam ad pęnam in caſu l. ſi quis in tantam. C. vnde vi, tunc datur appellatio, ēt à tota ſententia, ſecundùm communem opinionem, de qua poſt Rip. in cap. ſæpe. col. vlt. verſic. ſecunda fuit opinio, de reſtit. ſpol. teſtatur Menoch. in tract. de recup. poſſ. remed. 9. q. 49. num. 316. & per Contar. in repet. l. 1. C. ſi de moment. poſſeſſ. in 2. limitatione principali in prin. num. 8. & §. 3. in princip. & num. 7.

102 Nihilominus † verirati inhærendo à preſenti limitatione non videtur recedendum, ſed tenendum ſecundùm veriorē de iure ſententiam, ꝙ a ſententia lata ſuper ſpolio attentato non detur appellatio, quod ex pluribus ſuadetur. Primò,

103 † qa hmōi attentatū, qñeſt circa rei poſſeſſionē, ſapit nām veri poſſeſſorij, vt expreſſe dicit Rota deciſ. 1. aliàs 13. ſi Iudex. ſub num. 3. in fi. vt lite pend. in nou. & deciſ. 2. aliàs 113. tres ſententiæ. de re iudic. in nou. & deciſ. 28. aliàs 517. no. ꝙ tres. de re iud. in antiq. in vero autem poſſeſſorio regulariter non datur appellatio, nec de iure ciuili, vt dicunt omnes in d. l. 1. C. ſi de moment. poſſ. nec de iure canonico, vbi viget conſti-

104 tutio Aegidiana, meritò &c. Secundò, quia † cū attentans ſit magis odioſus, quàm ſpolians, vt dicunt Doct. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poſſ. vbi Iaſ. nu. 130. & Rip.

105 num. 67. non † debet ex ſuo maiori delicto habere ſubleuamen, vt poſſit appellare, arg. l. 1. C. de hæret. l. ſi hæreditaria. ff. de negotijs geſt. quo argumento loquens de ſpoliatore violento vtebatur aliàs Sal. in l. momētaneæ. C. vnde vi. Tertiò,

106 † quia inducta ad vnum effectum non debent p̄rium opera ri, iuribus vulg. & propterea cum paſſus attentata deduxerit in iudicum ſpolium attentatum, vt tāto celerius, & facilius cauſæ expeditionem, & recuperationem poſſeſſionis obtineret, quantò iudicium attentatorum eſt magis priuilegiatum iudicio ſpolij, ſm ea, quæ late poſuimus infra in hac tertia parte, c. 30. de priuil. attent. nu. 6. & multis ſeq. nō debet hoc caſu attentanti ad purganda attentata per reſtitutionē poſſeſſionis ꝺdemnato, concedi appellatio, per quam p̄ actoris intentionem cā per tres cōformes in longum protrahatur.

107 † Quartò, quia qualitas iſta, ꝙ ſpolium ſit attentatum, nō vī immutare, aut alterare naturam ſimplicis ſpolij, nec repugnare rationi quare ſcilicet in poſſeſſorio non appelletur, q̄ eſt, quia poſſeſſio, quæ recuperatur per ſententiam latam in poſſeſſorio, non ꝑpetuò, ſed breui tpe, & momento ſit apud recuperantem duratura, vt declarat poſt alios Contard. in d. repet. Rubricæ C. ſi de moment. poſſ. nu. 44. Quæ rō maxi-

108 me procedit in ſpolio, & poſſeſſione † attentata, qñ & illa eſt momento apud recuperantem duratura, ex quo ſi attentans facta reſtitutione habeat bonum ius in negotio principali, obtinendo in petitorio, ēt ipſam poſſeſſionem ab eo, ꝙ paſſus fuerat attentata, auocabit. Quinimmo qñque bonū ius ipſius attentantis impediret ēt ipſam reſtitutionem poſſeſſionis, puta ſi per confeſſionem conſtaret notorie de non iure petentis reuocationem, quo caſu regulariter impeditur reuocatio ſm ea, quæ latius diximus ſupra hac eadem parte. cap. 24. de reo, & except. ſib. cont. attent. comp. q. 1. nu. 64. immo in multis caſibus poſſeſſio attentata, licēt pro purgatione attentatorum auocetur ab attentante, non tñ reſtituitur ei, qui paſſus eſt attentata, ſed iudex penes tertium, aut penes ſe illam ſequeſtrat, vt diximus d. q. 1. nu. 57. & s̄. c. 27. de iud.

109 & per quem attent. reuoc. nu. 7. & ſeq. Quintò † quia vī ꝑſiderari rō diuerſitatis inter hæc attentata circa poſſeſſionē, & cætera alia, puta circa proceſſum, & hmōi non ſolū ex hoc, quia hæc ſapiunt naturam veri poſſeſſorij, verum ēt, quia & aliàs inter ſnīam, per quam fit reſtitutio poſſeſſionis, & cætera attentata videmus conſtitui dr̄iam, cum in illa qōne, an ſnīa lata ſuper attētatis ſit interlocutoria, vel potius habeat vim diffinitiuæ, Doctores alias tenent, ꝙ hæc, per quā fit reſtitutio poſſeſſionis, habeat vim diffinitiuæ, aliæ aūt ſint interlocutoriæ, vt declarauimus ſupra hoc eodem cap. nu. 33. & ſeq. poſt Aegid. deciſ. 286. in materia. Rot. deciſ. 2. aliàs 86.

110 ſi a ſnīa. de appell. in nou. Sextò, † qñ intentatur remedium ſpolij lite pendente facti, cā ſpolij eſt principalis, attentatorum aūt cā dī eſſe acceſſoria Oldr. conſil. 206. in cā. ad finem Rip. in l. edita. nu. 24. C. de edēdo. & ſenſit Rota deciſ. 1. nu. 2.

111 de appel. in nou. Inconueniens † aūt eſt, ꝙ acceſſorium immutet naturam principalis. l. nuda. C. de p̄h. & ꝺmitt. ſtipul. quo arg. vtebatur aliàs in his terminis Rip. in c. ſæpe. nu. 102.

112 de reſt. ſpol. præſertim † cum principale dicatur dominari acceſſorio, & illud prout vult reſtringit, & ampliat. l. prędijs. in princ. ff. de leg. 3. prout poſt Rip. & Afflict. tradit ēt Cōtard. in d. repet. l. 1. in 2. limit. in princ. nu. 31. C. ſi de moment. poſ. Se

113 primò, idem ſuadetur, † quia videmus, ꝙ l. 1. quę prohibet appellationem in poſſeſſorio, habet locum ēt, qñ quis ageret ad ꝑſequendam poſſeſſionem implorando officium iudicis prout eſt illud, quod competit legatario aduerſus hæredem pro poſſeſſione rei legatæ, quo caſu nec ēt appellatio ꝑcedit vt poſt Guid. Pap. q. 483. ꝑſiderabat eleganter Alcia. conſ. 68. gubernatorem, poſt princip. & num. 6. lib. 6. vnde idem dicē dum eſt in poſſeſſione attentata, quam quis ꝑſequitur mediante officio iudicis, declarauimus ſupra in hac tertia parte c. 21. quib. & quot modis attent. reuoc. nu. 4. & 5. Octauò,

114 qualitas attentationis non reſpicit aliquo modo ius aliqđ proprietatis, vel dñi, ſed ipſammet poſſeſſionem deſignans

115 qualiter, & qñ illa capta fuerit, qualitates † aūt, q̄ reſpiciunt ipſam poſſeſſionem, non alterant naturā poſſeſſorij, vt in eodem poſſeſſorio nō ſit eadem iuris diſpoſitio, quod apparet nam licēt naturalis, ciuilis, & ciuiliſſima poſſeſſio, quæ hī vigore ſtatuti ꝑtinuātis poſſeſſionem à defuncto in hæredē, dicantur habere inter ſe diuerſas qualitates, vt per ſe patet, non tñ per hoc efficitur, vt remedium ſpolij non ſit idē, ēt in dicta ciuiliſſima poſſeſſione, pro qua ēt ꝑpetit actio ſpolij ſicut pro naturali, vel ciuili, vt poſt Deci. in conſil. 84. col. 2. Pariſ. conſil. 41. col. 3. lib. 2. & alios multos per eum allegatos tradit Ant. Gab. com. ꝑcl. lib. 5. de acq. poſſ. ꝑcl. 7. in prin. verſ. p̄rium voluit. Immo pōt dici, ꝙ nec etiam qualitas poſſeſſionis, cuius ratione ꝑpetit aliquod nouum remedium poſſeſſorium, illud alteret reſpectu ipſius appellationis, ſiquidem habemus regulam generalem, & vł̄em, ꝙ in oī poſſeſſorio prohibetur appellatio, vt dñt Doct. in d. l. 1. C. ſi de moment.

116 poſſ. † q̄ habere locum in oī poſſeſſorio declarauerunt aliàs ēt Dñi in vna Rom. domus coram Caputaquen. 14. Octobr. 1560. vt eſt deciſ. in recol. eiuſdem 1. 222. incip. Aegidiana. vn de d. l. j. locum ſibi vendicabit non ſolum in occupante poſ-

117 ſeſſionem plenam, verum ēt in occupante poſſeſſionē vacātem, pro qua particulariter ꝑpetit remedium l. fi. C. vnde vi, vt tradit Menoch. de recup. poſſ. remed. 13 in princ. per totū, & ꝑñr ſicūt qualitas iſta, ꝙ poſſeſſio ſit occupata tpe, quo vacabat, nō facit cām appellabilem, ita nec qualitas iſta, ꝙ poſſeſſio fuerit capta tpe, quo lis pēdebat, debet facere cām ſpo-

118 lij attentati appellabilem. Et magis ad propoſitum † ꝙ qualitas puta violentiæ reſpiciens poſſeſſionem non alteret, neque immutet naturā poſſeſſorij reſpectu ēt appellationis, de qua agimus, patet in remedio l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. in quo licēt agatur de recuperanda poſſeſſione violenter occupata, cuius violentiæ, & quatitatis ratione competit ēt remedium dictæ legis ad pēnā, de qua in ea, & tñ ſi agāt ad poſſeſſionem tm̄, non datur appellatio, vt poſt Henric. Boic. & alios per eos allegatos declarat elegāter Contard. in ſuprad. limit. 1. §. 3. nu. 10. & ſeq. Nec placet in hoc opinio Menoch. de recup. poſſ. remed. 9. q. 49. num. 326. dum reprobare videt opin. Ripæ in d. c. ſæpe. nu. 102. ſentientis in caſu dictæ l. ſi qs in tantam. reſtitutionem poſſeſſionis eſſe ſeparabilē à pęna illius legis, nam licēt poſtquam eſt ſuper remedio dictę legis lata ſnīa reſtitutio poſſeſſionis videatur in ſeparabilis à pęna

119 † tñ reſpectu libelli bene ſunt ſeparabilia, vt declarat Henr. vbi ſupra. Et ſi data ſeparabilitate quantitatis ipſius ſpolij ab ipſo ſpolio non alteratur natura cāæ ſpolij quoad effectum appellationis, ſequitur, ꝙ in ſpolio attentato non ſit danda

appel-

Source : BIU Cujas

appellatio, quia qualitas attentationis non est ita spolio cō-
120 nexa, vt sit inseparabilis † quoniam immo ab eo etiam post
121 institutum Iudicium separari potest, quod apparet, † nam si fuerit intentatum spolium attentatum, & qualitas illa attētationis non fuerit probata, & fuerit per Iudicem tātum super spolio pronuntiatum, sententia sustinetur, si in commissione adsit clausula, quam & quas, vt fuit aliàs dictū in vna Rot. spolij coram Vestano 4. Iunij 1554. aliàs enim si qualitas illa fuisset inseparabilis, actor ob illius non probationē succubuisset, & sententia non potuisset sustineri, ad not. in l. diuus. ff. de re iud. cum alijs congestis per Tiraq. de retract. conuent. in gl. finis, num. 98.

122 Ex his sequitur, † quòd hæc opinio tāquam verior sit amplectenda, præsertim, quia & secundùm eam fuisse quandoque per Dominos tentum in supra allegata Firmana bonorum, valet Aegidianæ locum esse, apparet in notis manu propria D. mei Oradini anni 1556. fol. 461. & fol. 468. vbi refertur qualiter in prædicta causa Firmana bonorum inter confratres societatis sancti Sebastiani, & Ioannem monice coram Nouato, idē Nouatus de voto, & consensu Dñorum tulerat sniam sub die 10. Aprilis 1549. quod in casu prædicto, q erat in spolio attentato, locus esset Aegidianæ. Et tenendo eam.

Non obstant, quæ in contrarium pro prima opinione ad-
123 ducebantur, & primò illud de mixtura, quia † mixtum dicitur illud, quod participat de duobus, vt tradit Rip. in Rubrica de iudic. num. 99. in casu autem nostro spolium nihil participat de attentatis, nec econtra, vnde cessat consideratio
124 mixturæ, præsertim quia possessorium † mixtum fit altero de quatuor modis politis per Bald. in l. incerti. num. 12. C. de interd. & reassumptis per Contar. d. limit. 2. §. 4. num. 12. quorum neuter ad casum nostrum applicari potest. Ad secundū de simili, quod dabatur de remedio dictæ l. si quis in tantam, patet responsio ex supradictis, præsertim, quòd quando agitur possessorio separatim ad recuperandam possessionem, & non ad pœnam, tunc (vt dictū est) appellatio non ꝯcedit.

Ex quibus omnibus sequitur, quòd vera sit conclusio supra firmata, quòd à sententia lata super spolio attentato nō detur appellatio, & Aegidianæ hoc casu locus sit per supradicta. Quæ omnia, & si maxime procederent, præsertim retenta opin. quam supra num. 50 pro veriori firmauimus, ꝙ à sententia lata in causa attentatorum nō detur appellatio,
125 de plano tamen, † & absque vlla difficultate præsens limitatio procederet, quando agens spolio lite pendente commisso, attentatum hoc deduceret, non principaliter, sed ineidēter, & narratiue, si enim in nihilo vsus esset priuilegio attentatorum, sed causam secundum terminos, & naturam simplicis spolij prosecutus fuisset, quamuis in sententia fuerit facta aliqua mentio attentati, non tamen video rationē, quare hoc casu ab huiusmodi sententia sit danda appellatio, cū
126 vere simus in vero possessorio. † Quæ limitatio tanto magis videretur admittenda, quando essemus in causa beneficiali propter periculum animę ipsius attentantis, & vtilitatem ecclesiarum, atque etiā publicam, quo casu tanto magis hæc reuocationis sententia dicitur fauorabilis, vt in proprijs terminis nostris reuocationis attentatorum considerat Rota decis. 5. aliàs 433. nota nunquid reo. sub num. 5. versic. sed an talia attentata, ad fin. vt lite pend. in antiq. & apud Bissignett. decis. 1. nunquid reo, sub num. 6. eod. tit. Palcott. decis. 115. Io. Michael. circa fin.

Secundò crediderim posse probabiliter limitari, si nō vniuersaliter in omni genere attentatorum, saltem quando es-
127 semus in attentatis appellatione pendente, is enim † qui appellatione pendente attētauit, meritò beneficio appellationis carere debet, vt in eo puniatur, in quo deliquit, nam qui attentando appellationi deferre neglexit, beneficio se reddi-
128 dit appellationis indignum, inquit eleganter † text. in c. an sit. in fin. de appellat. qui procedit, tam in appellante, & sua appellatione pendente aliquid attentante secūdum vnum intellectum, quàm in appellatione per reum interposita, & actore hac rei appellatione similiter pendente attentante secundùm alium intellectum, de quibus ibi per Doct. præsertim Dec. & Franc. qui sub num. 7. ampliando materiā, inquit ꝙ talis appellatione pendēte attētans, non solùm priuatur facultate appellandi in eadē causa, sed etiam in causa diuersa, ac separata, ea ratione, de qua in d. tex. vt in eo puniatur, in
129 quo deliquit, † cum & aliàs generale sit, quòd frustra auxilium l. implorat, qui in l. committit, & edicto non iuuatur, qui edictum contemnit c. quia frustra. de vsur. cum simil.

Tertiò non inutiliter prædictam regulam limitandā cen-
130 seo, † vt non procedat, quando essemus in attentatis cōmissis pendente aliqua lite, in qua de iure, seu aliàs esset prohibite appellatio, de quibus in l. 1. & 2. & tot. tit. C. quorum appell. non recip. per doctrinam Doct. præsertim Alexan. post Imola in l. patris, & filij ff. de vulg. & pupill. quem refert, & sequitur ex recentioribus Aegid. Boss. in sua pratica crimin.
131 in tit. de appell. num. 10. in qua concluditur, † quòd prohibita appellatione in causa principali censetur etiam in causa accessoria prohibita. & ideo dicebat aliàs Mil. in verb. appellari non potest à sententia lata super fructibus, fol. 17. in fin. post Ant. in c. quintauallis. col. antepenul. ver. sed est dubiū,
132 de iureiur. † quòd quando non appellatur à causa principali, tunc non potest appellari à sententia lata super fructibus, & expensis, & iterum in verb. appellari non potest à cōdemnatione, fol. 15. quòd si sententia reuocationis attētatorum transiuit in rem iudicatam, & consequenter non potest amplius appellari, & deinde Iudex condemnet attentantem in expensis (quæ dicuntur esse quid accessorium) à condemna-
133 tione huiusmodi nō licet appellare. † Sicut econtra permissa appellatione in principali in accessorijs quoque permissa censetuur secundùm Lap. alleg. 2. incip, disputat, numero 12. vnde cum attentatorum causa dicatur esse accessoria ad causam principalem, Rota decis. prima, aliàs 1. attentata, de appell. in nou. & aliàs dictum est, potest vtique concludi, ꝙ eo casu à sententia reuocationis attentatorum, quæ fuerant perpetrata pendente lite, à cuius diffinitiua nō potuisset ap-
134 pellari, minime possit appellari. † Pro qua limit. plurimū facit, quod aliàs in simili dicunt Doct. in illa q. an causa incidens sit compromittenda stante statuto, quòd in causæ cōpromittantur, dum distinguunt, ꝙ aut cā principalis erat ꝯpromissibilis, & tunc etiam cā incidens sit compromittēda,
135 † aut illa de sui natura non erat compromissibilis, puta spiritualis vsurarum, & similium, & tunc nec cā illi incidens ꝯpromittatur, vt post Soc. in ꝯs. 300. in cā, versic. circa tertiam qōnem. lib. 2. & alios per eum allegatos tradit Blanc. in tract. de ꝯpromiss. in 4. q. princ. sub nu. 22. vers. veritas tū in ꝝrium est. Et ita vt supra in hoc articulo, an à snīa reuocationis attentatorum de iure appellatio interponi possit (salua semp saniori sententia) concludendum esse censeo. Vel ꝙ absolute non possit, vt in secunda opin. vel ꝙ regulariter secūdùm aliorum opi. possit, sed adhibitis supradictis limitationibus.

Tertiò circa materiam sententiæ in causa attentatorū ferendæ opportune quæri potest, an lata sententia contra at-
136 tentantem, & possessorem sit apponendum sequestrū iuxta clement. ad compescendas, de sequestrat. poss. fructuum? Et intellige, q. de eo, qui attentauit aliquid circa possessionē rei de qua agitur, alioquin siquis esset possessor rei, super qua fuit in iudicio ꝯuentus, & lite pendente aliquid attentauerit non circa possessionem rei, sed circa aliud, puta circa processum, & demum feratur contra eum sententia reuocatoria attentati per eum perpetrati, superfluum, & vanum esset quærere, an hoc casu esset apponendum sequestrum in possessione illius rei, circa quam nihil omnino fuit attētatum. Et quamuis circa hoc sufficere videretur lectorem remittere ad plene notata per Doct in dicta clem. 1. de seq. poss. & fruct. ex quibus præsentis decis. quæstionis assumi potest, ne tñ hæc q. memoria excidisse videri posset, cū locus id expostulet, placuit illā hic subijcere, & breuiter eam etiam ſm stilum Rotæ modernum declarare. Quæritur ergo, an lata sententia contra attentantem possessorem sit super possessione apponendum sequestrum. In qua q. duplex potest esse opin.

Prima affirmatiua, ꝙ sit apponēdum, quæ ex infrascriptis
137 suaderi pōt. † Primò, quia d. clem. vendicat sibi locum, qñ lata est snīa in possessorio, vt ibi expresse legitur, sed snīa lata super reuocatione eōrum, quæ sunt attentatata circa possessionem sapit naturam veri possessorij. Rot. decis. 28. aliàs 517. nota ꝙ rres. de re iud. in antiq. & decis. 2. aliàs 113. tres snīæ. eod. tit. in nou. & decis. 1. aliàs 13. si iudex. sub nu. 3. in fi. vt lite pend. in nou. Mil. in verb. executio snīæ latæ super attētatis fol. 129. merito & c. Secūdò, quia d. clem. habet locū † qñ
138 fuit lata diffinitiua, vt ibi legitur, & no. expresse gl. in verb. diffinitiua, sententia autem, quæ fertur super attentatis dicitur esse diffinitiua, quod ex eo patet, quia clem. appellanti. de appell. quæ loquitur in interlocutoria, nō habet in ea locum. Rot. decis. 2. aliàs 85. si à sententia, de appell. in nou. cum concordant. adductis supra q. 1. num. 13. & 31. ergo &c. Tertiò, quia ita nostris temporibus fuit decisum in vna Nolan. Abbatiæ Regalis vallis inter Cardinalem Saracenum, & Io. Michaelem Gesualdum coram Palcott. sub die nona Decemb. 1558. & similiter esse apponendum sequestrum, quando sumus in spolio attentato tenuerunt Domini in vna Fauentina beneficij coram Sarmiento 12. Iunij 1570. vt patet in recollect. eiusdem Palcott. ipsius decis. 115. incip. Io. Michael.

Secunda sit opin. ꝙ immo de iure nou sit hoc casu apponendum sequestrum, & ꝙ d. clem. non procedat in attentatis. Quæ similiter ex infrascriptis fundari potest. Primò,
139 † quia super hoc est celebris decis. Aegi. 54. in snīa, ubi id expresse firmat, & rationem diuersitatis assignat, quam vī secuta Rota in vna Gerūden beneficij de stena coram Mohed. 8

Source : BIU Cujas

Ianuarij 1539. vt est decis. in recollect. Sarnen. 37. incip. cle. 1. vbi in id citat etiam Felyn. in Rubrica de re iud. numero 4.
140 & Cassad. in varijs decis. de quibus ibi per eum, subdens, † ꝙ violans sequestrum appositum per Iudicem post latam sententiam in causa attentatorum, non incurrit pœnas, de qui-
141 bus in dicta clem. ad compescendas. Secundò, † quia in attentatis non dicitur vere iudicari super possessorio, vt est deci. sin recollect. Put. 1. sequestrum, sub Rubrica de sequenti possess. & fruct. vbi dicit ita fuisse resolutum in vna Barchinonen. Sācti Bartholomæi, & sic retorquetur primum fundamentum præcedentis opin. Tertiò, quia sententia super attentatis secundùm veriorem opi. est interlocutoria, non aūt diffinitiua, vt firmauimus supra q. 1. num. 17. & num. 30. post Rot. & alios, quos in id citaūimus, & sic retorquetur etiam secundum fundamentum.

Quartò, quia tenendo eam, quam supra num. 50. & seq. vti veriorem firmauimus opin. ꝙ à sententia reuocationis attenratorum non detur appellatio, erit frustratoria ꝯsideratio appositionis sequestri, cum per reuocationem attentati fiat actualis restitutio possessionis illi, qui passus fuerat attētata, nisi notorie constaret de illius non iure, tunc enim ex officio Iudicis fieret sequestrum. Cassad. decis. 3. petenti restitutionem, in fi. de rest. spol. Rota decis. 2. aliàs 14. fuit dubitatum, de rest. spol. in nou. Prout ex eodem officio fuit appositum in dicta Nolan. Abbatiæ, & dicemus infra num. 142. Ex quibus non solum apparet fundata hæc secunda opin. sed ēt diluta, quæ pro prima opin. fuerant cōsiderata. Verùm quia ex his quæ ponit Paleott. in supra dicta decis. ad propositum nostrum colliguntur nonnullæ vtiles, ac necessariæ declarationes, seu limitationes ad dictam cōclusionem, pro faciliori tractatione materiæ potest in proposito constitui.

Regula, quòd lata sententia contra attentantem possessorem non potest apponi sequestrum iuxta dispositionem dictæ clement. ad compescendas. Quæ regula fundatur omnibus his, quæ pro secunda opin. sunt adducta & insuper etiā dicta decis. 115. Paleott. cum & ibi ad med. dicatur, quòd si loquimur de iure communi, tale sequestrum non est apponendum, Quæ.

Limitari potest.

Primò, quamuis vigore dictæ clemen. non apponatur se-
142 questrum † bene tamen potest Iudex ex officio suo illud apponere, tale enim officium subrogatur & æque procedit cū dispositione dictæ clement. vt late & eleganter prosequitur Paleott. in dicta decis. 115. cui in eadem causa cōcord. etiam decis. in recollect. Caputaquen. in 1. parte 50. incip. licèt clement. circa quod Domini ibi secuti sunt consilium Cassad. dicta decis. 3. in fi. & Rot. decis. 10. aliàs 411. si lite. sub nu. 4. vt
143 lit. pend. in nou. † quòd si notorie constat de non iure petētis reuocationem attentatorum, tunc Iudex ex officio reuocat possessionem attentatam, & non restituit petenti, sed apponit sequestrum. Et est animaduertendum circa hanc primam limitationem, quòd licet prædictæ proxime allegatæ decis. loquantur de appositione sequestri ex officio, quando constat de non iure petentis reuocationem attentatorū, tamen istud officium non est restringendum ad hūc casum
144 tantum, solet enim & aliàs quandoque Rota † quando causa attentatorum pendet à negotio principali, & factū vtriusque causæ est intricatum, & multas habet ambages, ac difficultates, non obstantibus prætensis attentatis eligere mediā viam, & discutere de bono iure negotij principalis, & interim in beneficio apponere sequestrum, vt fuit factū in vna Camaricen. Archidiaconat. coram eodem Paleott. sub die 23. Iunij 1558. vt est in recollect. eiusdem decis. 201. incip. sequendo, & in recollect. Caputaquen. parte prima decis. quarta incip. quando causa est intricata. Sic etiam in alio casu
145 † quando contra mortuum lapsa sunt fatalia, apponitur ex officio huiusmodi sequestrum, vt est in recollect. Crescent.
146 decis. tertia quia fatalia, sub Rubrica de appell. & re iud. † Et aliàs generaliter ex causa sibi bene visa solet Rota deuenire ad oppositionē sequestri absque eo, quòd petenti reuocationem attentatorum possessio restituatur, vt fuit dictū in vna Rom. Archipresbiteratus Sanctæ Priscæ coram D. meo Oradino sub die 11. Martij 1560.

Secundò prædicta regula limitari potest ex intētione Paleott. dicta decis. 115. dum in fi. respondet ad dictā decis. Aeg.
147 54. † vt non procedat, quando esset attentatum super totali possessione, vt post A. August. de quo ibi, dicitur in dicta decis. pro qua differentia inter restitutionem totalem, & aliam restitutionem facit decis. Aegid. 286. in materia. in fi. & eadē consideratio de hac totali possessione fuit facta, & allegata aliàs in vna Rom. beneficiatus Sancti Petri coram Cotta. 3.
148 Decembr. 1586. licèt tūc nihil fuerint in ea resolutum. † An aūt si ex officio, vt præfertur, fuerit appositum sequestrum, post purgata attentata sit reuocandum sequestrum, vel sint expectandæ tres sententiæ conformes, prout in relaxatione sequestri appositi iuxta dictam clem. ad compescendas, aliàs quidā ex Dominis in vna Nolan. Vallis Realis excitauerunt hoc dubium, & licèt Rota nihil firmauerit, videtur tamen, quòd non sint expectandæ tres sententiæ conformes, sed ꝙ purgatis attentatis sequestrum remoueatur, vt colligitur ex his, quæ ponit Caputaquen. in recollect. suis in 1. parte decis. 50. incip. licet clem. ad fin.

149 Quartò quæro † an in sententia reuocationis attentatorum sit facienda condemnatio in fructibus per attentantem perceptis, & qui percipi potuerunt, atque etiam in expensis, & proculdubio affirmatiue respondendum est. Verum quia huiusmodi condemnatio in fructibus, ac in expensis sapiūt pœnam, cum ad rigorem videatur in eis fieri condemnatio contra attentantem, ideo omnia, quæ respiciunt præsentem quæstionem circa fructus, & expensas, cōsulto reijcimus infra in 31. cap. de pœna attentant. vbi in tertia, & quarta pœna late dicemus, dic vt ibi.

150 Quintò quæri † potest, an si dato libello super vno ex pluribus attentatis feratur sententia contra petentem reuocationem, præiudicet ista sententia quoad alia attentata nō petita? & Imol. in c. dilecti. el 3. col. penult. & fin. de appell. refert super hoc opin. & finaliter concludit, quòd non, nā sententia lata super vno ex attentatis non debet nocere, vel prodesse in alijs, ad not. in l. cū quæritur. de except. rei iud. l. fundum. & l. fundi. de except. quem refert, & sequi videtur etiā Franc. in dicto cap. dilecti. num. 7. de appellat. dic, vt per eos.

Sextò illud hoc loco omittendum non est, quòd licèt attentata sint valde priuilegiata ad ea, quæ dicemus in cap. 30. de priuileg. attentatorum, & sententia super eis lata etiā ipsa
151 de huiusmodi fauore participet, per hoc † tamen non tollitur, quin ꝺ eam possit opponi de notoria iniustitia, & ex capite notoriæ iniustitiæ possit peti reuocari reuocatio attenta-
152 torum, quæ erat iam facta per snīam, † etiam si illa in rem transiuisset iudicatam, vt euenit casus in vna Ariminen. bonorum coram Grato, in qua fuerat per Auditorem pronūciatum, attentata, de quibus in actis, esse reuocanda, & fuerat per partem pro illorum purgatione in actis facta cessio, & nihilominus quia compertum fuerat, quòd vere nulla extabant attentata, & ꝯñr snīa erat notorie iniusta, is qui dicebatur attētasse fuit super hoc plene auditus, & sæpius fuit causa proposita primùm 17. Decembr. 1568. & iterū 13. Maij 1569. in qua senserunt pro non attentatis, & sic cōtra snīam.

Septimò necessariò, & vtiliter quæri pōt (posito, ꝙ à snīa super attentatis vel non detur appellatio de iure, per ea, quæ supra posuimus, vel ꝙ snīa desuper lata ex aliquo capite trā
153 siuerit in rem Iudicatam) † an minor aduersus eam possit petere restitut. in integ. Et quamuis ex generalitate Rubri, & nigri C. si aduersus rem iudicatam, videretur dicendum ꝙ sic.
154 In ꝺrinm † tñ plurimum vrget illa rō, ꝙ minor dolose versatus non restituitur l. minor. la prima, & ibi Bart. ff. de min. l. 1. cum materia. C. si aduersus delictum l. auxilium. ff. de minor. Anan. consil. 48. num. 3. Boer. decis. 63. num. 6. In attentatis autem subest dolus. Rota decis. 5. aliàs 25. ex quibus, de restit. spol. in nou. vt aliàs etiam diximus supra in 1. parte, cap. 1. de attent. à parte, num. 75. præsertim si præsupponeretur, fuisse attentatum ꝺ inhibitionem, quia dolosus, & delinquens vī, qui præcepta superioris contemnit. c. 2. de maior. & obed. l. 1. siquis iusdicent. non obtemp. & secundùm hanc posteriorem opi. tenuerūt Domini in vna Senogalien. Castri procagoni coram D. meo Oradino 20. Martij 1556. in qua, cum quidam minores post inhibitionem incidendo arbores rem summopere deterioraſſent, & ex capite deteriorationis reportassent sententiam contra, & aduersus eam petijssent restitutionem. Domini tenuerunt, quòd constaret de deteriorationē ad excludendam restitutionem.

Vt autem (præsertim Tirones) sciant euenīente casu quo modo sit sententia in causa attentatorum ferenda, & quibus
155 verbis concipienda placuit etiam hic illius formulā † subijcere, quæ aliàs in causa ardua, & à peritis viris de mandato Amplissimi bo. me. tunc Cardinalis Sanct. Clementis facta, est prout infra. videlicet.

Christi Nomine inuocato, pro tribunali seden. & solum Deum præ oculis haben. per hāc nostram diffinitiuā snīam quam de iuris petitorum ꝯsilio &c. in his scriptis ferimus in cā, & causis, quæ coram nobis in prima versæ fuerunt, & vertuntur instantia inter N. actricem ex vna, & quendam N. reū conuentum de & super spolio, & purgetione attentatorū, rebusque alijs in actis causæ, & causarum huiusmodi latius deductis, & illorum occasione partibus ex altera Iudices specialiter deputati dicimus, sententiamus, & declaramus cum voto Reuerendiss. Domini Cardinalis Sancti Clementis, possessionem, seu occupationem Castri cum suis iuribus, & pertinent. per cūdem N. post inhibitiones, de quibus in actis

legitime

Source : BIU Cujas

legitime executa appræhensam,& captam, fuisse,& esse attē tatam,& innouatam, illamque cum omnibus inde secutis, quatenus de facto processerunt,reuocanda fore,& esse,& re uocamus Ipsumque N.à detentione, & occupatione huiusmodi in totum tollendum, & amouendum fore,& esse, & amouemus,& tollimus,& præfatam N. ad pristinum suum statum,& possessionem, in quibus ante huiusmodi attentata,& inhibitiones fuerat plenarie restituendam, & reintegrā dam fore,& esse,& restituimus,ac reintegramus, mādatumque desuper opportunum de illam restituendo,& amouendo respectiue decernendum , & relaxandum fore, & esse, ac decernimus , & relaxamus , iuxta formam commissionum desuper præsentatarum, Molestationesque, vexationes, perturbationes,& impedimenta quæcumque per præfatum N. eidem D.N. super præmissis quomodolibet præstitas, factas, & illatas,factaque,præstita, & illata fuisse,& esse temerarias, iniquas, indebitas, & iniustas, temerariaque,iniqua,indebita,& iniusta,ac de facto præsumptas,& pręsumpta,illasque, & illa eidem N. præfatæ domine N. facere minime licuisse, neque licere de iure , & propterea in , & super illis eidem N. perpetuum silentium imponendum fore,& esse, ac imponi mus,& nihilominus eundem N.in fructibus à tempore occupationis citra præmissorum occasione perceptis, ac in expensis in huiusmòdi causa legitime factis, condemnandum fore,& esse,& condemnamus.Quorum, & quarum liquidationem,& taxationem respectiue nobis in posterum reserua mus , & ita cū voto prædicto dicimus oī meliori modo &c.

Ita pronuntiaui cum voto Illustrissimi Cardinalis Sancti Clementis.

Ego Virgilius Vicarius, & in hac cā Iudex commissarius.

Cap. XXIX. de purgatione attentatorum, & quib. mod. illa fiat.

SVMMARIVM.

1 *Perpetui silentij impositio requiritur ad purgationem attentatorum.*
2 *Impositio perpetui silentij fieri non potest,nisi per sententiam, aut cessionem legitimam .*
3 *Purgatio attentatorum fit pluribus modis, videlicet.*
Per sententiam, vt num.4.
Per cessionem, vt num.5.
Per renunciationem liti, aut appellationi, aut attentatis factam, vt numero 6.
Per principis confirmationem. num.7.
Per prouisionem Papæ in beneficialibus.num.8.
Per desertionem appellationis in quibusdam casibus. num.9.
Per peremptionem instantiæ secundum aliquos , num.10.
11 *Attentatorum purgatio principaliter fit tribus potissimum modis.*
Primò,per Iudicem,vt num.12. & num.15.
Secundò,per partem,vt num.13. & num.23.
Tertiò,per principem,vt num.14.& num.54.
15 *Purgatio attentatorum per Iudicem fit per sententiam.*
16 *Excommunicatio lata post appellationem,& sic attentata, non dicitur purgari per absolutionem datam à Iudice ad quem ad suum beneplacitum, nisi interuenerit sententia.*
17 *Sententia sola non sufficit ad purgationem attentatorum nisi fuerit executioni demandata.*
Tam quoad expensas, vt num.18.
Quàm quoad fructus , vt num.19.
Licèt secus sit quoad damna,quia si illa non sunt restituta, non per hoc retardatur cognitio negotij principalis , vt num.20.
21 *Restitutio debet fieri vsque ad obolum pro purgatione attentatorum.*
Quod tamen quandoque Domini non attendunt, vt num.23.
22 *Vnus etiam nummi defectus solet in certis casibus actum vitiare .*
24 *Purgatio attentatorum,quæ fit per partem fit aut per attentantem,aut per eum qui attentata passus est .*
25 *Cessione legitima in iudicio facta purgantur attentata,quam aliqui verbalem cessionem appellant.*
Etiam absque eo quòd expectetur , quòd eatur ad partes pro capienda possessione, num.26.
27 *Cessione non solum purgantur attentata per Principalem,verum etiam attentata per Procuratorem .*
28 *Dominus si vult excusari ab attentatis tenetur statim atque notitiam habuit suum Procuratorem aliquid attentasse illis renunciare , & cedere .*
29 *Attentata per procuratorem purgari dicuntur non solùm principali cedente verùm etiam negante illum suum esse Procuratorem.*
30 *Purgatio attentatorum vt fiat per cessionem, oportet, quòd cedens habeat legitimum & sufficiens mandatum ad cedendum .*
31 *Cessione conditionali non purgantur attentata.*
32 *Fructus,& expensæ sunt restituendæ,etiam quando attentata purgantur per cessionem .*
33 *Depositum vnius iuli non est sufficiens quoad purgationem attentatorum,& restitutionem fructuum, & expensarum refectionem.*
34 *Possessio vbi pro purgatione est restituenda illis debet restitui, quibus sententia mandat.*
Vel quòd appareat de illius magna diligentia, vt num.35.
36 *Violans sequestrum si pro purgatione huiusmodi attentati mandetur restituì possessionem in manibus sequestratorum,non satisfacit, si illam in manibus vnius ex tribus sequestratoribus dimittat,& de rigore iuris non censetur purgasse attentata .*
De æquitate verò secus videtur, si appareat de magna diligentia attentantis volentis dimittere,etiam in manibus eliorum,vt num.37.
38 *Cessio de qua supra mandatur quandoque per Dominos fieri,etiam si ue re non adsint attentata, dummodo in litigante colligatur quidam contemptus in impetrando ab Auditore Cameræ id,quod poterat, & debebat impetrari ab Auditore Rotæ.*
39 *Lite in Rota pendente si possessor pro continuatione suæ possessionis obtineat ab Auditore Cameræ mandatum de manutenendo,licèt excusetur ab attentatis,tamen ratione contemptus compellitur illi cedere, ex quo illud petere ab Auditore Rotæ poterat, & debebat.*
40 *Attentata quando non sunt omnino clara,illis renuntiandum est, antequam cognoscatur negotium principale.*
41 *Cessio attentantis facta verbaliter apud acta non sufficit , nisi etiam actualiter remoueatur impedimentum facti,puta arma, & insignia Regia, quando possessio attentata fuit capta cum appositione armorum, & insignium Regis.*
42 *Impedimentum non solùm iuris , sed etiam facti est remouendum pro sufficienti purgatione attentatorum.*
43 *Purgatio attentatorum etiam per eum qui attentata passus est,fieri potest,ita vt vltra illorum reuocationem petere non possit,videlicet, renunciatione facta.Liti, vt num.44.*
Aut appellationi antea interpositæ,quando fumus in excommunicatione attentata , vt infra num.46.
Aut ipsis attentatis , vt infra num.47.
45 *Vitium litigiosi purgatur per renunciationem liti factam.*
48 *Renunciatione purgari dicuntur attentata tam expressa, quàm tacita,tam si fumus in attentatis antea commisis,quàm in futurum committendis .*
49 *Renunciatione tacita dicuntur attentata purgari tam præcedenti.*
Quàm subsequenti , vt num.50.
Puta per desertionem appellationis in quinque casibus , vt num.51.
Vel ex peremptione primæ instantiæ secundùm aliquos,vt num.52.
53 *Vitium litigiosi purgatur per peremptionem instantiæ secùndùm aliquos remissiue .*
54 *Purgatio attentatorum per Principem fit duobus modis .*
Vel impediendo,ne actus, qui aliàs de sui natura diceretur attentatus, transeat in attentatum, vt num.55.
Vel confirmando actum,qui prætenditur iam in attentatum transiuisse, vt infra num. 57.
56 *Simonia purgatur scientia,& authoritate Papæ.*
58 *Prouisio Papæ purgat vitium litigiosi.*
59 *Princeps potest alteri collitiganti facere gratiam,nec per hoc dicitur attentare,cum ille sit supra ius.*
60 *Declaratione per Principem lite pendente facta censetur vitium attentatorum purgari & impedire, ne illud inducatur.*
61 *Noua prouisio obtenta ab eo,qui prouisus ab Ordinario de beneficio reseruato illius possionem cæpit,purgat omne vitium,si de prouisione & possessione sit facta mentio.*
Et appellatur notabile dictum , num.62.
63 *Possessio attentatata non venit reuocanda, si attentans in impetratione nouæ prouisionis fecit mentionem litis,et captæ possessionis, cum clausula, quòd tituli etiam infecti exprimi possint .*
64 *Noua prouisio re per Papam intellecta purgat vitia præcedentia.*
65 *Confirmatione Principis attentata purgari dicuntur, quando processit cum causæ cognitione, partisque citatione , & consequenter ex certa Principis scientia, & num.70.*
66 *Tenuta,quæ fuit nulliter data potest confirmari, quando constat, quòd si non esset data , de nouo esset danda.*
67 *Confirmatio tenutæ nulliter captæ videtur purgare vitium præcedentis nullitatis .*
68 *Sententia per iudicem recusatum lata licèt sit nulla,& attentata,potest confirmari,si aliàs esset iusta.*
69 *Confirmatio Principis cum causæ cognitione, partisque citatione in effectu videtur quodammodo habere vim sententiæ.*
70 *Intrusio præcedens non purgatur per superuenientiam iuris boni ex cessione tertij,qui non fuit in lite,& gratia Principis superuenienti.*
Nisi in gratia fuerit facta specialis mentio de vitiosa possessione supplicātis,ita vt princeps habuerit certā scientiā de intrusione,vt nu.71.
72 *Purgata dicitur intrusio per nouam prouisionem,si de ea sit facta mētio.*
73 *Purgationis attentatorum finalis effectus quoad attentantem ille est,vt postquam fuerint purgata,non possint vltra peti reuocari,*
74 *Reductio in pristinum,& eum in quo passus attentata antequam attentaretur,erat statum,fit pluribus modis.*
Vel per plenariam executionem sententiæ in causa attentatorum lata etiam quoad fructus expensas & damna, vt num.75.

Source : BIU Cujas

Vel per ceſſionem legitimam partis attentantis, ſimiliter cum reſtitutione fructuum, damnorum, & expenſarum, vt num. 76.

77 *Attentans pro purgatione attentatorum debet rem reducere in priſtinũ ſtatum.*

78 *Status iſte terminus, & iſta vox, ſtatus, ſignificat præſentiam, conditionem, & qualitatem, in qua quis reperitur.*

79 *Priuilegium pendentiæ litis, vel appellationis vult ſtatum rei, de qua agitur, in aliquo interim non mutari.*

80 *Purgari id proprie dicitur, quod ad libramentum proprium redigitur, et in priſtinum reducitur.*

81 *Spoliatus poſt appellationem reſtituitur ad ſtatum, in quo erat tempore appellationis.*

Et ad ſtatum percipiendi alimenta, num. 82.

Et ad ſtatum exigendi ea, quæ antea exigebantur, vt num. 83.

84 *Poſſeſſio, vel quaſi an detur in præſtationibus annuis ſaltem reſpectu futurarum, diſtinguitur inter præſtationes, quæ fiunt eccleſiæ, et eas, quæ fiunt priuatis.*

Secundùm communem opinionem, vt num, 85.

86 *Præſtationes annuæ dicuntur habere talem ſtatum, quòd in eo quis lite pendente eſt manutenendus, & ſi ſpolietur, eſt reſtituendus.*

87 *Reſtitutio fit ad ſtatum percipiendi penſionem probatæ ſolum ſolita præſtatione penſionis.*

Et ad ſtatum exercendi artem campi, nu. 88.

89 *Cõductor, qui percipiebat fructus, & poterat alteri ſublocare, ſi ſpolietur, dicitur habere ſtatum, ad quem poſsit, & debeat reſtitui.*

91 *Status, ad quem per purgationem attentatorum eſt facienda reſtitutio, etiam ſi fuerit illegitimus, attenditur.*

92 *Sententia ſi dicat poſſeſsionem reſtituendam ad priſtinum ſtatum, intelligitur de ſtatu bono, & legitimo.*

93 *Actus attentatus pro illius purgatione poteſt peti, vt declaretur nullus etiam ſi antea fuiſset per viam iuſtitiæ per tres conformes reuocatus.*

94 *Purgatio eorum, quæ appellatione pendente ſunt attentata, per quam fit reſtitutio ad priſtinum ſtatum, reſpicit ſtatum, qui erat tempore litis conteſtationis.*

95 *Appellatio reponit appellantem ad ſtatum litis conteſtatæ.*

Secundùm commun. opin. num. 96.

97 *Lis ante conteſtationem non dicitur eſſe in aliquo ſtatu.*

98 *Purgare attentata tenetur qui per ſe attentauit.*

Vel per alium de ſuo ſpeciali mandato, num. 99.

Vel qui ſine mandato attentata ratificauit, vt num. 100.

Vel qui habet cauſam ab attentante, vt num. 101

Vel ſucceſsit in re attentata, vt num. 103.

Vel lite pendente ſe intruſit, vt num. 104.

Vel quando ſumus in aliquo ex caſibus, de quibus hic remisſiue, vt numero 105.

102 *Reſignatarius tenetur purgare attentata per reſignantem, à quo cauſam habet.*

VAmuis ex his, quæ in hac materia attentatorũ ponunt ſcribentes duo tantum videatur colligi modi, quibus hæc purgatio fiat, videlicet per ſententiam, item & per ceſſionem legitimã in iudicio factam, vt in vna Cæſarauguſtan. dotis ſub die 2. Iunij 1561. declarauerunt Domini, vt eſt in recollect. Paleott. deciſ. 358. incip. fuerat lata, in qua fuit dictum ℔
1 † ad purgationem attentatorum requiritur impoſitio perpe
2 tui ſilentij, † quæ fieri non poteſt, niſi per ſententiam, aut ceſſionem legitimam. Quo tamẽ clarior habeatur huius materiæ purgationis attentatorum notitia, cum ad illam fere ea omnia, quæ hactenus de attentatis diximus tãquam ad cauſam finalem referri videantur, perquam neceſſarium fore rati ſumus latius eam explicare, & magis diſtincte, quàm fecerint Doct. qui licèt paſſim generaliter affirmauerint, attentata eſſe purganda, purgationis tamen modos vix tetigerũt. Triplex autem hic adhibenda eſt inſpectio. Prima erit, quibus, & quot modis huiuſmodi purgatio fiat. Secunda, quis ſit finalis effectus huius purgationis. Tertia, quæ perſonæ ad illam teneantur.

3 Quoad primam breuiter dicendum eſt, † quòd licèt pur-
4 gatio attentatorum pluribus quidem modis vltra ſupradi-
5 ctos fieri contingat, videlicet, † per ſententiam, † per Ceſſio-
6 nem, per † Renunciationem liti factam, † per Principis Cõ-
7 firmationem, † itemque per illius Prouiſionem, quando ſu-
8 mus in beneficialibus, † per Appellationis deſertionem in
9 quibuſdam caſibus † atque etiam ſecundùm aliquos etiam
10 per inſtantiæ peremptionem, vt tamen quoad fieri poteſt cla
11 rius, & magis diſtincte procedamus, ſupradicti omnes modi
12 ita ſubordinari poſſunt, videlicet † quòd purgatio attentato
13 rum tribus principalibus potiſſimum modis fiat. † Primò ℔
14 iudicem, † Secundò per partem, † Tertiò, per Principem.

15 Purgatio † per Iudicem fit per ſnïam, qua declaret actũ, qui tanquam lite pendente, ſeu aliàs ex aliqua alia, ex illis cauſis (quas ſupra in ſecũda parte per decem & ſeptem capitula diſtincte proſecuti ſumus) attentatorum vitio ſubiectus eſſe prætenditur, fore, & eſſe attentatum, & tanquam attentatum fuiſſe, & eſſe reuocandum iuxta formulam ſentẽ-
16 tiæ, de qua ſupra in cap. præcedenti. num. 155. † & ideo excõmunicato lata poſt appellationem, & ſic attentata, non dicetur purgari, per abſolutionem datam à iudice ad quẽ ad ſuum beneplacitum, niſi interuenerit ſententia, vt habetur in recollect. Paleott. in præallegata deciſ. 358. Eſt tamẽ quo-
17 ad hunc primum modum aduertendum, † ℔ nec etiam ſola ſententia ſufficeret, niſi illa fuerit etiam ante omnia debi-
18 tæ executioni cum effectu demandata † tam quoad expenſas in cauſa attentatorum factas. Rot. deciſ. 2. aliàs 113. tres sẽtentiæ. de re iud. in nou. & deciſ. 28. aliàs 517. nota quòd tres, eodem titulo in antiq. Mil. in verb. attentatorum ſententia per quam, fol. 31. & in verbo, executio ſentẽtiæ latæ ſuper attentatis, fol. 129. † quàm etiam quoad fructus per attentantẽ
19 perceptos. Rot. deciſ. 5. aliàs 25. ex quibus, de reſt. ſpol. in no. Ruyn. conſilio 75. quantum. numero 5. lib. 5. ſecundùm, ea quæ plenius de hac expenſarum refectione & fructuum reſtitutione, dicemus infra cap. vltimo, de pœna attentat. in 3. & quarta pęna, num. 17. & ſeq. & num. 95. & ſeq. quamuis ſi
20 ſententia non fuerit executioni demandata † quoad damna & intereſſe per hoc non videretur retardãda cognitio negotij principalis, vt adnotauimus ibi in quinta pęna, ſub num. 66. Quamuis autem reſtitutio iſta † ſit facienda vſque ad obo
21 lum. Bald. in capitulo conquerente. per illum text. de reſtitutione ſpoliator. Rip. in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 30. ff. de acquir. poſſeſ. Abbas in capitulo accedens. el ſecundo, in vltimo not. vt lite pend. & ibi Barbat. num. 27. Aegid. deciſ. 507. Dec. in conſilio 200. poſt princip. cum alijs propè innumeris, quæ in ſimilibus caſibus congruit Tiraq. in tractat. de vtroque retr. tit. ſecundo §. 4. gloſ. 6. num. 23. & mul-
22 tis ſequent. vbi vniuerſaliter deducit, † quòd defectus etiam
23 in vno nummo ſolet actum vitiare. eſt tamen ſciendum † ℔ Rota in vna Taruiſin. illegitimitatis, & bonorum coram D. meo Oradino 10. Decembris 1557. in qua ℔ purgatione priorum attentatorum attentans iam ſoluerat libras 845. cum pro reſiduo purgatio attentatorum vltimo loco factorum videretur Dominis conſiſtere in modico, ordinarunt, quòd videretur de bono iure abſque eo, quòd totalis purgatio facta eſſet.

24 Purgatio † quæ fit per partem poteſt ſubdiuidi, quia fit tã per partem attentantem, quàm per eum qui paſſus eſt atten-
25 tata. † Per attentantem attentatorum purgatio fit per ceſſionem legitimam in iudicio factam (quam aliqui verbalẽ ceſſionem appellant, vt per Moder. in tractatu commiſſionum, in decimaquinta formula excluſiua attentatorum ad med.) qua cedat, & renuneiet actui, qui dicitur attẽtans omnique iuri, quod ex illo ſibi competere poſſet, qua ceſſione
26 facta purgata cenſentur attentata, † etiam abſque eo, quòd expectetur, quòd eatur ad partes pro capienda poſſeſſione. Cuius dicti ratio illa aſſignatur, quia ſcilicet non debet retardari proceſſus, vt colligitur ex deciſ. in recollect. Acchill. de Graſſ. vigeſimoprimo incipiente attentata, ſub Rubrica
27 de attent. & † hæc purgatio per ceſſionem non ſolum procedit in attentatis per ipſum principalem, verùm etiã & mul-
28 to magis attentatis per procuratorem † tenetur enim dominus, ſi vult excuſari ab attentatis ſtatim atque notitiam habuit ſuum procuratorem aliquid lite pendente, ſeu aliàs attentaſſe, illis renunciare, & cedere, ſecundùm ea, quæ latius diximus ſupra in prima parte, capitulo primo, de attentatis
29 à parte. numero quinquageſimoprimo. Inſuper talia per ℔curatorem attentata purgari dicuntur non ſolùm principali (vt præfertur) cedente, verùm etiam & illo negante eũ fuiſſe, aut eſſe ſuum procuratorem, prout ad hoc allegantur in recollect. Chiſſanen. deciſ. ſexta, & in recollect. Cottæ deciſ. 138. Eſt autem circa hunc ſecũdum modum ad infraſcripta quatuor aduertendum.

30 Primò † quòd ad faciendam ſufficientem attentatorum purgationem oportet, quòd cedens habeat legitimũ, & ſuffi ciens mandatum, vt in dicta deciſ. Paleott. 358.

31 Secundò, † ℔ non ſufficeret cedere poſſeſſioni, quæ dicitur attentata conditionaliter, puta ſi probatur me poſſidere, vel cedo poſſeſſionem, ſiqua eſt, vt vr̃ eſſe de mente Bal. in l. acceptam. col. 4. C. de vſuris, Ruy. in conſ. 119. num. 11. lib. 5. Grat. conſil. 73. num. 91. lib. 1. quos ſequuti videntur Domini in vna Spoletana bonorum inter communitatem Hiſpelij & Dominos de Ballionibus ſub die 26. Iunij 1568. vt eſt deciſ. in recollect. Paleott. 272. incip. cõitas, qui licèt verè loquantur in ſpolio, eadem tamen omnino dicenda videntur in attentatis, vt nec in eis huiuſmodi conditionalis ceſſio ſit admittenda propter odium, quod maius in eis verſatur, quàm in ſpolio, & maiorem fauorem, quo iura magis attentata proſequuntur, quàm ſpolium, vt abunde declarauimus

Source : BIU Cujas

mus infra cap. sequenti de priuilegijs attentatorum in 1. ampliat. num. 6. & seq.

32 Tertiò † quòd etiam quando attentatorum purgatio fit per cessionem, sunt fructus restituendi, & expensæ reficiendæ, prout quando purgatio fit per sententiam, vt supra diximus numero 19. & dicemus etiam infra in cap. vltimo, de pę
33 na attentantis in tertia, & in quarta pœna, & † propterea nō sufficeret oblatio vnius iulij facta in actis, vt Domini in vna Cęsarauguſtana dotis, vt retulit Paleot. in dicta decis. 358. de quo & nos dicemus in dicto capitulo vltimo, numero 62. versic. 6. ampliat. &c.

34 Quartò † quòd si possessio esset actualiter restituenda, tūc ad hoc, vt attentata dicantur purgata, debet possessio restitui in manibus illorum, quibus sententia reuocationis attentatorum mandat restitui. † Vel quòd appareat de magna attentantis diligentia, quòd voluerit possessionem dimittere iuxta formam sententiæ, aliàs de rigore iuris non dicerentur esse purgata † & ideo si quis violando sequestrum attentauerit, & iudex pro purgandis attentatis mandauerit possessionem restitui in manibus sequestratorum, qui erant tres, si pars accessit separatim ad vnumquemque illorum, dicēs se velle relaxare ei possessionem, requirens eos, vt die sequēti essent in loco, quia volebat simul omnibus possessionem relaxare, & vnus excusauit se propter pestem, alius dixit se non posse interuenire pro illa die & hora. Tertius autem accedens realem possessionem acceperit, fuit aliàs dubitatum in vna Barchinonen. prioratus de colle, vtrum per præmissam consignationem possessionis essent purgata attentata, & quamuis de magno rigore iuris esset dicendum non esse
37 purgata † Domini tamen in dicta causa ad mitigandum dictum magnum rigorem habuerunt illa pro purgatis, ex quo apparebat de magna illius diligentia, vt est decis. in recollect. Crescent. decimasexta stilus Rotæ, sub Rubrica de attentatis.

Quintò illud prætermittendum non est, quòd licèt dixe-
38 rimus, quòd per cessionem purgantur attentata. † Rota tamen etiam quando vere non adsunt attentata, sed pōt colligi in eo, qui fecit aliquem actum, quidam contemptus, visa est quandoque exigere hanc cessionem, prout fuit factum in vna Camerinen. canonicatus, coram Aldobrandino 17.
39 Maij 1564. in qua licet is, qui lite pendente † in Rota, & pro manutentione suæ possessionis, quam continuare prætendebat, obtinuerit mandatum de manutenendo, & illud fuerit executus, fuerit per Dominos ibi excusatus, ab attentatis nihilominus quia derelicto tribunali & sacro Rotæ Auditorio recursum habuit ad Auditorem Cameræ, videtur pos
60 se considerari nescio quis contemptus, quia debuit illud in Rota obtinere, Domini voluerunt ibi, quòd ille cederet dicto mandato de manutenendo, retenta tamen possessione illius vigore capta, & quoad expensas per hoc factas differretur cognitio in aliud tempus.

Sextò similiter pro declaratione materiæ non est omittēdum, † quòd quando attentata non sunt omnino clara, est
40 illis renuntiādum, antequam cognoscatur negotium principale, vt fuit ordinatum fieri in vna Cæsarauguſtana iuris eligendi coram Sarmiento 25. Octobris 1566.

41 Septimò, ꝙ † pro purgatione attentati per appræhensionem possessionis lite pendente facti, cum appositione armorum, & signorum Regiorum non sufficeret renuntiatio, & cessio verbalis facta per procuratorē apud acta, nisi ēt remoueantur illa arma Regia, vt fuit resolutum in vna Cæsarauſtana attentatorum coram Sarmiento 27. Februarij 1562.
42 † videlicet, quòd per cessionem non sint sufficienter purgata attentata, quia remansit impedimētum facti, quod debet
62 remoueri. l. fin. § qui ad ianuam. ff. quod vi, aut clam.

43 Per partem † aūt, quæ attentata passa est, tunc purgata dicerentur, ita, vt vltra illorum reuocatio peti non possit, vide
44 licet per renunciationem, † Aut factam liti † cum per eam
45 vitiū litigiosi purgari dicatur, vt dicebat Mil. in verb. litigiosum beneficiū. fol. 212. & latius diximus supra in 2. parte c. 4.
46 de attent. lite pend. in 6. limit. prin. nu. 3. Aut † factam appellationi antea interpositæ, quando essemus in excommunicatione attentata, & lata post legitimam appellationē, quæ per superuenientem renunciationem purgari vr̄, cum vltra reuocari non valeat, vt post Aegid. diximus supra in 2. parte
47 c. 12. de attent. appellat. pend. in 2. ampl. prin. nu. 9. Aut factā
48 ipsis attentatis, quo casu facilius impeditur attentatorū reuocatio, & ꝙr̄ fit illorum purgatio † Hæc autem renuntio, quæ fit attentatis, pōt esse non solum expressa, verum ēt tacita, non solum attentatis iam ꝓmissis, verum ēt in futurum committendis, qr̄cumque enim probari pōt, ꝙ actus, ꝙ prætenditur attentatus, fuerit factus de consensu partis, vel ꝙ illi antea renūciasset, attentans excusatur ab attentatis, nec habet locum illorum reuocatio, & ꝙr̄ rōne prædicti & ꝙsensus, & renunciationis attentata censentur purgata iuxta ea, quæ de hmōi renunciatione & consensu diximus latius supra in hac 2. parte c. 4. de attēt. lite pend. in 15. & 16. lim. prin.
49 † Tacita renunciatione non solū per renunciationē præcedentem (prout de hac tacita præcedenti, & tacito consensu regulariter ēt locuti sumus in supra allegatis limitationibus 15. & 16.) † verum ēt per tacitam subsequentem renun
50 ciationem, quæ resultaret † ex desertione appellationis, in il
51 lis tū quinque casibus, in quibus post desertionem attentata reuocari non possunt, quos pro 5. limit. posuimus 5. c. 12. de
52 attentatis appell. pend. in 1. ampl. princ. nu. 8. & seq. Vel † qn̄ resultaret ex peremptione primæ instantiæ, ꝑm opin. illorū,
53 qui tenent, † ꝙ peremptа instantia cesset vitium litigiosi, & ꝙn̄r talevitium purgetur, vt apparet ex his, quę latè diximus supra cap. 4. de attent. lite pend. in præfat. in 3. illat. num. 504. & præsertim nu. 507. versic secunda opin. quamuis circa hoc de purgatione per peremptionem instantiæ plurimum subsistendum videatur, cum Doct dum quærunt, an peremptа instantia duret vitium litigiosi, loquantur ad effectum cognoscendi, an alienatio rei litigiosæ fieri possit post peremptionem instantiæ non autem præsupponūt, quòd si alienatio fuisset facta lite vere pendente, & consequenter quòd iā attentatum fuisset in esse deductum, illud cesset, aut per perē ptionem purgetur, vt ibi quoque admonuimus num. 523. versic. 3. supradictam conclusionem.

54 Purgatio † verò per Principem duobus modis fieri dicit̄
55 † vno impediendo, ne actus, qui aliàs de sui natura diceretur
56 attentatus, transeat in attētatum, sicut & aliàs videmus, † ꝙ scientia, & auctoritas Papæ purgat vitium simoniæ, & impedit, ne simonia inducatur, vt post Doct. in rubr. de simon. & in summa 1. q. 1 notat Rebuff. in sua prax. beneficial. in tit. de noua prouisione, nu. 36. & nouissime Menoc. in consil. 67. propositæ, num. 23. lib. 1. Quod Principis prouisione de beneficio litigioso, atque ēt illius declaratione alicuius rei lite pendente facta contingere potest, vt mox dicemus. Altero
57 confirmando actum, qui prætendebatur iam in attentatum transiuisse, nam & confirmatione Principis attentata purgā
58 tur. Primum ex eo deducitur, quod aliàs dicunt Doct. † ꝙ prouissio Papæ purgat vitium litigiosi, vt post Sarnen. super reg. de impetr. per obit. fam. Card. q. 8. nu. 6. vers. postremò dixerunt aliàs Dñi, vt est decis. in recoll. Caputaquen. parte 1.
59 decis. 77. incip. in dubio, † & potest Princeps alteri collitiganti facere gratiam, nec per hoc dr̄ attentare, cum ille sit supra ius. Rota decis. 25. aliàs 310. si Reus. in fin. de rescript. in nou. Aegid. decis. 749. licèt. in fin. Dec. in ꝙs. 461. & est post prælegatos in recollect. Paleott. decis. 147. agebatur. † Sic & declaratio per Principem lite pendente facta, cum illa valida reputetur. Mil. in verb. declaratio potest fieri, fol. 85. cēsetur vitium attatatorum purgare, & impedire, ne illud inducatur. Quod etiam exemplificari potest in literis in forma breuis, quæ solent in curia dari ad capiendum possessionem beneficij reseruati, in quibus solet Princeps declarare, quòd possessio citra vitium spolij, & attentatorum capiatur, de quibus omnibus diximus supra in 2. parte, cap. 4. de attentat. lite pendēn. in præfāt. nu. 405. & seq. & ibidem in 12. limit. princ. per
61 totam. Similiter etiam videmus, † quòd si is, qui fuit prouisus ab ordinario de beneficio vacante in mense Papæ reseruato, & dictæ prouisionis vigore (& sic nulliter) possessionē appræhenderit, & postea obtineat a Papa nouam prouisionem, in qua narretur, & mensis vacationis, & possessio capta talis noua prouisio dicitur purgare omne vitium, vt fuit dictum in vna Cauallicen. coram Paleotto 7. Octobris 1560. in qua relatum fuit idem aliàs fuisse tentum in alia Nullius
62 coram Oradino, † & esse notabile dictū (prout vere tenuerunt) & nos proximè dicemus num. 72. Quod clarius, & in
63 proprijs terminis nostris fuit † resolutum in alia Pisāna Canonicatus coram D. de Rubeis 30. Octobris 1560. in qua, cū dubitaretur, an possessio Ioannis esset attentata ita, vt veniret reuocanda, Domini tenuerunt constare de attentatis, sed illa non esse reuocanda, si in noua prouisione fuit facta mētio litis, & possessionis lite pendente captæ, & appositа clau-
64 sula, quòd possint exprimi tituli infecti, † quia tunc noua prouisio re per Papam intellecta purgat vitia præcedentia, quod est (secundùm Dominos ibi) etiam de mente Cassad.
65 decis. sexta numero 8. de præbend. † Secundum, quòd Princeps confirmando actum, qui prætenditur attentatus, dicatur vitium attentatorum purgare, quando huiusmodi confirmatio processit cum causæ cognitione, partisque citatione, & ꝙn̄r ex certa Principis scientia post multa in utrāque partē allegata, & post relatas varias opiniones firmauimus supra in 2. parte capit. 12. de attent. appellatione pendente, in quinquagesimaprima limitat. princip. per totam, præsertim numero 44. & numero 61. quibus addi potest. Primò. nam, &
66 in simili † tenuta, quæ fuit nulliter data potest confirma-

Source : BIU Cujas

ri, quando constat, quòd si non esset data, de nouo esset danda, & non venit hoc casu reuocanda. Alex. in consi. 67. lib. 6. de quo, & latissime de materia huius tenutæ per Osasc. in de
67 cis. Pedemont. 34. ex actis, per totam, † & consequenter postquàm fuerit confirmata tenuta, videtur purgatum vitiũ præcedentis nullitatis, vnde ita etiam vitium præcedens attentatorum, quæ & ipsa dicuntur esse ipso iure nulla, vt diximus supra in 2. parte, cap. 12. de attent. appell. pend. in 17. ampliat. princ. dicendum est purgari per confirmationẽ ex certa scientia Principis, vt supra facta. Secũdò facit, quod in simili dicit
68 † de sententia per Iudicem recusatum lata, quæ licèt sit nulla, & attentata, põt tamen cõfirmari, si aliàs esset iusta, vt adnotauimus supra in 2. parte, cap. 6. de attent. post recusationem Iudicis, num. 53. declaratione prima regulæ ibi positæ, quo casu sententiæ huiusmodi per Iudicem facta confirmatio diceretur purgare præcedens vitium attentatorum. Qđ,
69 & † tertio loco ea videtur ratione suaderi, quia in effectu præ supposita cãæ cognitione in confirmando, ac partis citatione, talis confirmatio videtur quodammodo habere vim sentẽtiæ, per sententiam autem purgari attentata non est dubiũ,
70 vt diximus supra num. 15. meritò &c. Quartò † ad illud de certa scientia Principis adde, q̃ si quis sit lite pendẽte intrusus, & deinde ex cessione alterius, qui haberet bonum ius, illud acquirat in persona sua ex gratia Principis, per talem superuenientiam boni iuris, & gratiæ Principis nõ dicitur ex-
71 cusata, aut purgata intrusio præcedens, nisi † in gratia fuerit Principi facta specialis mentio de vitiosa possessione supplicantis, ita vt Princeps habuerit certam scientiam de intrusione, vt fuit nouissimè dictum in vna Pampilonen. Prioratus coram D. meo Oradino 6. Iunij. 1570. vnde præsuppositâ certa scientia Principis intrusio eo casu diceretur purgata, & in
72 terminis, quòd si intrusus in noua † prouisione à Papa obtẽta de sua intrusione talem fecerit mentionem, vt eam Papa intellexerit, per hanc gratiam nouæ prouisionis censeat intrusio purgata, tenuerunt omnes in vna Nullius præposituræ coram eodem Oradino 20. Februarij 1558.

73 Quoad secundam inspectionem dicendum est, † quòd finalis effectus purgationis attentatorum, quoad attentãtem ille est, vt postquàm fuerint purgata, nõ possint vltra peti reuocari, quod ex eo patet, quòd ad purgationem attentatorũ requiritur impositio perpetui silẽtij, vt in dicta decis. Paleot. 358. quod duobus modis virtualiter contingit. Primò, per confirmationem Principis, & superioris ex certa scientia (vt supra dictum est,) factam, cum post huiusmodi confirmationem attentata non veniant reuocanda, secundùm ea quæ diximus supra in dicta quinquagesimaprima limit. princip. numero 44. & numero 61. Secundò per reductionem rei in pristinum, & cum in quo ante quàm attentaretur erat sta-
74 tum. † Quæ reductio in pristinum statum fit, † Vel per ple-
75 nariam executionem sententiæ, etiam quoad fructus, expensas, & damna in causa attentatorum latæ, vt dictum est supra numero 18. sub versiculo purgatio per Iudicem. † Vel p
76 cessionem legitimam partis similiter cum restitutione rei, fructuum, damnorum, & expensarum, vt supra numero 28.
77 & sequenti sub versiculo purgatio per partem, † debet enim attentans per hanc purgationem rem reducere in pristinũ, & eum, in quo passus attentata erat statum capitulo non solum. de appellat. in sexto. Rota apud Bisignett. decis. 30. post versiculo quartum. incipiente vtrum. ad finem, Dec. consil. 103. in causa. in principio. Quod non sine ratione statutum
78 est, quoniam † iste terminus, status, significat præsentiam, cõditionem, & qualitatem, in qua quis reperitur, vt ex probatis authoribus deducit eleganter Gozad. in consilio primo, numero 18. & diximus supra capitulo 26. de probationib. at-
79 tentat. numero 24. sub versiculo quoad secundum † cũ autem priuilegium pẽdentiæ litis, vel appellationis, velit statũ rei, de qua agitur, in aliquo interim nõ mutari, vt dicit Aegi. decis. 101. si constat, si per innouationem fuerit mutatus, iure optimo conuenit, quòd per purgationem prædictam res, &
80 causa reponatur in pristinum statum, nam & † purgari id proprie dicitur, quod ad libramentum proprium redigitur, & in pristinum reducitur, vt post Cæpol. in tractat. de seruit. rusticor. præd. capitulo tertio numero 59. & sequenti tradit Lan-
81 cell. Corrad. de prætore. §. 1. sub numero 24. † Hinc videmus, quòd spoliatus post appellationem restituitur ad statum, in quo erat tempore appellationis. Franc. in capitulo bonæ. in
82 princip. de appella. & † quod in simili quis restituitur ad statum percipiendi alimenta, vt est in recollect. Mohed. decis.
83 172. bonorum. † Et ad statum exigendi ea, quæ antea exigebantur, vt fuit etiam dictũ in vna Romana macelli hebræorum coram Peregrino sub die septimo Nouembris 1544. vt est decis. in recollect. Putei 30. restitutio datur ad statum sub
84 Rubrica, de restitutione spoliator. † Quamuis enim dubitẽt alias Doctor. præsertim legistæ, an in præstationibus annuis detur quasi possessio, saltem respectu futurarum, & aliqui distinguant inter præstationes quæ fiũt à priuatis, & illas, quæ fiunt ab Ecclesia Ecclesiæ, de quibus per Doctores in l. si certis annis. C. de pactis, & latè per Augustin. Bero. in consilio
85 119. in casu. numero 8. & sequenti libro tertio, † vbi de com-
86 muni opi. circa has distinctiones attestatur † concluditur tamen ex intentione Abbat. in capitulo querelam. de electio. quòd datur in his quidam status, in quo quis lite pendente est manutenendus, & si sit spoliatus restituendus, vt dicit ẽt
87 Bero. ibi. Sic, † & ad statum percipiendi pensionem restituitur quis probata solum solita præstatione pensionis, licèt nihil probetur de proprietate, vt fuit dictum in vna Roma. pensionis pro capitulo, & Canonicis Sancti Petri contra filios domini Galeatij, vt est in recollectio. Mohed. decis. 153. licèt.
88 sub rubrica. de restitutione spoliator. † Et ad statum exercendi artem campi, vt fuit aliàs resolutum in vna Rom. de Carbognano coram Domino meo Oradino. † Sic & conductor, q̃ percipiebat fructus, & poterat alteri sublocare, si spo-
89 lietur, dicitur habere statum, ad quem possit, & debeat restitui, vt tenuerunt Domini in vna Ianuen. afflictus coram co-
90 dem Oradino sub die 21. Aprilis 1570. † Sic etiam resignans si incumbit possessioni, & detineat, & illa detentione fuerit spoliatus, debet ad illum statum restitui, vt est in recollect. Crescent. decis. 158. Tertius, sub rubrica de restitutione spoliatorũm. in fine.

Quæ conclusio, quòd per reuocationem, & purgationem attentatorum res reducatur ad pristinum statum, ampliari
91 potest. Primò † vt procedat, etiam si ille status esset illegitimus. Quamuis enim aliàs, † si sententia dicat possessionem
92 restituendam fore ad pristinum statum, hoc casu intelligatur de statu bono, & legitimo, non autem de facto tantum, vt est decis. in recollect. Paleott. 287. dubium. sub die vigesimoquinto Octobris 1558. vbi ita etiam aliàs coram Iunio cõclusum fuisse refert sub die vigesimo Octobris 1557. Aegidius tamen notabiliter, & elegãter ad propositum nostrum, in decis. 101. si constat loquens de isto statu, inquit, quòd ex priuilegio litis, vel appellationis pendentis non debet status interim in aliquo mutari, non habito in hoc respectu, an status ille legitimus sit, vel illegitimus. Pro quo dicto faciunt ea, quæ diximus supra in secunda parte, capitulo quarto. de attent. lite pendente in septima ampliat. princip. regulæ ibi positæ numero secundo. quòd per viam attentatorum restituitur etiam ille, contra quem esset præsumptio iuris, & quod ibidem diximus in quarta declarat. princip. in prima, & tertia ampliat. regulæ ibi positæ, numero tertio, & numero septimo quòd lite pendente non debet, quis possessionis commodo priuari, etiam si illa possessio esset contra ius, & destituta priuilegio. Secundò, vt reductio ista ad pristinum statum per purgationem, & reuocationem attentatorum peti possit, etiam si ille actus, qui prætenditur attentatus, † fuisset per viam iniustitiæ iam reuocatus per tres con-
93 formes, quia nihilominus potest contra attentantem instari, quòd denuo actus tanquam attentatus declaretur nullus, vt fuit resolutum in vna Tirasonen. iurisdictionis, siue attentatorum coram Robusterio vndecimo Februarij 1566. in qua. cum in partibus. fuisset post inhibitionem lata quædam sententia per ordinarium, quæ propterea erat subiecta vitio attentatorum, licèt via iustitiæ illa fuerit per tres conformes in Rota reuocata, cum tamen pars, quæ fuerat passa attentata, prætenderet sua interesse dictam sententiam tanquam attentatam reuocari, & declarari nullam, Domini tenuerunt, quòd deberet declarari nulla. Et similiter de-
94 clarari eadem conclusio † debet, vt quod dicimus per huiusmodi purgationem, rem & causam reduci ad pristinum statum, quando sumus in his, quæ appellatione pendente dicerentur attentata, intelligitur de statu considerato tempore
95 litis contestationis, † appellatio enim reponit appellantem
96 ad statum litis contestatæ, vt post alios † etiam de communi opinio. attestantes diximus supra in secunda parte, capitulo duodecimo. de attenta. appellatione pendente. in principio versiculo declara tamen, numero 120. quibus adde Franc. in capitulo per tuas. in primo nota. de appellat. & fa. quæ ponit Capit. decis. 29. num. sexto, & Ratio illa quam post alios, de quibus ibi, ponit Afflict. decis. 220. in causa. numero decimoquarto, † quia scilicet ante litem contestatam lis non dicitur esse in aliquo statu. Vnde ex supradictis omnis formari potest hæc conclusio, quòd effectus finalis purgationis attentatorum sit, vt res reducatur ad pristinum statum, considerato tempore litis contestatæ, etiam si status ille esset illegitimus.

Quoad tertiam & vltimam inspectionẽ, quæ scilicet personæ teneantur, & obligatæ sint ad purganda attentata, breuiter dicendum est, quòd omnes ij ad hoc tenẽtur, qui † Vel
98 per se attentauerunt † Vel per alium, de suo tamen speciali
99

man-

Source : BIU Cujas

100 mandato † Vel etiam ſine ſpeciali mandato, quando attentata approbauerunt & litem ſuper eis ſuſtinendo, vel aliàs ratificauerunt, vt late apparet ex his quæ diximus ſupra latius, in prima parte cap. 1. de attent. à parte num. 32. verſi. primo, vt non procedat in prima limit. regulæ ibi poſitę, & nu. 47. verſic. ſecundo principaliter. & capit. 2. de attent. à Iudice
101 per tot. † Item is, qui licèt actualiter non attentauerit, habet tamen cauſam ab attentante, vt in dicta 1. parte cap. 3. de attentat. à tertio, in 1. limitat. regulæ ibi poſitæ nu. 16. & multis ſeq. verſic. Limitatur nunc ſupradicta regula. Cum attentata etiam poſt mortem attentantis ſint reuocanda, vt adnotauimus ſupra in ſecunda parte capitulo quarto de attent. lite pend. in quinta ampliat. principali. Et propterea fuit aliàs notabiliter dictum per Dominos in vna Ariminen. nullitatis, & attentatorum, in qua dubitabatur, † an reſignatarius te
102 neretur purgare attentata per reſignantem, & licèt in fauorem reſignatarij allegaretur, quòd in beneficialibus non datur ſucceſſio, ſed creatur nouum ius, & quòd cum ille in nihilo deliquiſſet, nullā quoque debebat mereri pœnam. Rota tamen in d. cauſa proponente Acorambono ſub die 27. Aprilis 1556. tenuit, quòd non eſſet procedendum in cauſa,
103 niſi purgatis per eum attentatis, ex quo Vincentius fuerat mediante reſignatione ſubrogatus in ius reſignantis, qui attentauerat. Pariter ille ad purgationem huiuſmodi tenetur, qui ſucceſſit in re attentata etiam mediate, vt ſenſit Rota in vna Cameracen. Archidiaconatus, ſub die 13. Nouembris 1558. vt eſt in recollect. Paleott. deciſ. 116. incip. Gutter. & di-
104 ximus latius vbi ſupra proxime num. 30. in 2. limit. † Vel ſe
105 intruſit, vt in decima limitat. ibi poſita num. 69. † Vel quando eſſet etiam merus tertius, ſed compræhenderetur ſub aliqua ex limitationibus poſitis in dicto capit. 3. cum enim hi omnes dicantur attentare, conſequenter tenentur etiā quaſi ex ſuo facto & delicto ad attentatorum purgationem, ad not. Inſtitut. de obligatio. quæ ex quaſi delicto naſcuntur. in princ. cum ſimil.

Cap. XXX. De Priuilegijs Attentatorum.

SVMMARIVM.

1 *Remedium attentatorum priuilegiatum appellatur, & facillimum.*
Immo nullum eſt fauorabilius, vt num. 2.
3 *Et eſt magis priuilegiatum, quàm ſpolium.*
4 *Ratio quare attentata ſunt adeo priuilegiata.*
5 *Attentata, & cauſa attentatorum eſt valde priuilegiata regulariter.*
Quod ampliatur ſeptem modis, & limitatur nouem.
6 *Spolium non eſt ita priuilegiatum, ſicut attentatum ſecundùm commu. opin. de qua infra num. 9.*
Licèt aliuqi contra, vt num. 7.
8 *Remedium ſpolij, & attentatorum ſecundùm aliquos ſunt tanquam excedentia, & exceſſa.*
10 *Differentia magna eſt, & maior reſultat vtilitas ex remedio attentatorũ quàm ſpolij.*
Et vndecim differentiæ ponuntur, & ſingulę enumerantur, vt numero 11.
12 *Tituli coloratio in attentatis non requiritur, in ſpolio ſic.*
13 *Cenſuræ, quæ aliàs valerent, licèt eſſent iniuſtæ, ſi tamen ſint attentatæ, puta poſt appellationem, dicuntur nullæ, & inualidæ, & retractantur.*
14 *Excommunicatio poſt legitimam appellationem lata eſt nulla.*
15 *Excommunicationis exceptio non obſtat agenti ad reuocationem attentatorum, ſicut agenti ſpolio.*
16 *Ordo iudiciarius requiritur in cauſa ſpolij, qui tamen in cauſa attentatorum non exigitur.*
17 *Spolio agi non poteſt contra ſuccedentem in re vitio affecta, quod via attentatorum permittitur ſecundùm aliquos.*
Sed hæc differentia non videtur tenenda, vt num. 18.
19 *Probatio poſſeſſionis, & ſpoliationis requiritur in ſpolio, in attentatis autem ſufficit tantum probare ſtatum.*
20 *Exceptio alterius ſpoliationis attentantis non obſtat, licèt obſtet ſpolio.*
21 *Spolio agenti obſtat exceptio notorij defectus proprietatis, ſecus in attẽtatis ſecundùm aliquos.*
Sed hæc differentia reijcitur, vt num. 22.
24 *Attentatorum, & ſpolij cognitione concurrente prafertur cognitio attentatorum.*
24 *Vltimum ſpolium non eſt purgandum, quando præcedens eſt grauius.*
25 *Spolio ſi agatur per duos contra eundem ſpoliatorem, ſpolium qualificatum, puta attentatum præfertur ſpolio antiquiori, remiſſiue.*
26 *Spolio agens tenetur pro ſecundo extremo probare ſe fuiſſe ſpoliatum & per talem, in attentatis autem hæc perſonalis probatio non videtur neceſſaria ſecundùm aliquos.*
27 *Reſeruationis exceptio licèt obſtet ſpolio, ſecus tamen eſt in attentatis.*
28 *Attentatorum iudicium ſuſpendit iudicium ſpolij, ita, vt ſententia in eo lata ſit nulla.*
29 *Sententia lata in cauſa ſpolij pendente iudicio attentatorum dicitur eſſe nulla.*
30 *Cauſa attentatorum reputatur magis fauorabilis, quàm cauſa penſionis.*
Etiam habentis clauſulam ſine retardatione ſolutionis penſionis.
32 *Compenſationi locus non eſt contra attentata.*
33 *Clauſula, ſiquid exequendum fuerit, in primis, & ante omnia exequatur, non facit, vt prius de executione cognoſcatur, quàm de attentatis.*
Et ita ſeruat Rota, vt num. 34.
Et dicta clauſula intelligitur, prout de iure, vt num. 35.
36 *Paſſus attentata in cauſa attentatorum obtinens, non ſolum recuperat rem, circa quam eſt commiſſum attentatum, verum etiam fructus, qui percipi potuerunt, remiſſiue.*
37 *Attentatorum priuilegium extenditur etiam quoad expenſas in cauſa factas.*
38 *Executio ſententiæ in negotio principali facta non purgatis attentatis eſt nulla, & inualida.*
Niſi hoc caſu in petente reuocationem attentatorum præſumeretur calumnia, vt num. 39.
40 *Calumnia præſumitur in eo, qui petit attentata reuocari, quando diu diſtulit de illis dare.*
Vel ſi commiſſio ſuper attentatis fuerit præſentata ea ipſo die, qua fuit pronunciatum in negocio principali, vt num. 41.
42 *Differens opponere aliquam exceptionem ad calculum ferendæ ſententiæ præſumitur eſſe in dolo & calumnia.*
43 *Iudex poteſt non admittere exceptiones, quãdo adeſt ſuſpitio calumniæ.*
44 *Paſſus attentata ſi commiſſa ſuper illis cauſa præſentauerit etiam commiſſionem ſuper negotio principali, & ſuper eo proceſſerit per duas inſtantias, poteſt nihilominus redire, & reaſſumere cauſam attentatorum.*
Dummodo non proceſſerit coniunctim vſque ad finem tertiæ inſtantiæ, vt num. 45.
46 *Priuilegium attentatorum non durat deſerta appellatione, vt ſcilicet reuocatio fiat via priuilegiata, & infra num. 104.*
Nec poſtquam quis appellationi renunciauit, vt num. 47.
48 *Priuilegium attentatorum non durat, niſi in prima inſtantia, retenta illa opinione, quòd à ſententia lata in cauſa attentatorum appellari non poſſit.*
49 *Succumbens in cauſa attentatorum perdit illud priuilegium, quod antea habebat, vt ſibi interim fatalia in cauſa principali non currerent.*
50 *Priuilegium attentatorum non debet egredi neque perſonas, neque cauſas, in quibus & inter quas vere vertitur articulus attentatorum.*
51 *Attentatorum priuilegium non extenditur ad tertium.*
Sicut nec ſpolium, vt num. 52.
53 *Attentatis renunciari poteſt.*
Etiam tacite, vt num. 54.
55 *Sententia lata in cauſa principali pendente cauſa attentatorum valet, ſi iam attentatis erat renunciatum.*
59 *Attentatorum reuocationem petens ſi patiatur, quòd in prima, & ſecunda inſtantia procedatur ſimul ſuper negotio principali, & ſuper attentatis, & in tertia velit vti priuilegio, vt ante omnia procedatur ſuper attentatis, non eſt audiendus.*
57 *Renunciare attentatis cenſetur, qui patitur labi terminum ad docendum de attentatis ſibi præfixum abſque eo, quòd de illis doceat.*
58 *Priuilegium attentatorum ex cauſa quandoque non attenditur.*
59 *Rota ſolet diuerſis modis temeritati attentantis, & indemnitati partis læſæ prouidere.*
Quandoque per appoſitionem ſequeſtri, vt num. 60.
Quandoque, vt renuntietur attẽtatis, quando illa ſunt turbida, vt nu. 61.
Quandoque abſque ſequeſtro, & renunciatione, deguſtando bonum ius in negotio principali, vt quando in actore appareret magna negligentia & attentata eſſent antiqua, vt num. 62.
Vel cauſa eſſet implicita, vt num. 63.
Vel attentata eſſent dubia, & reuocatio difficilis, vt num. 64.
65 *Citatio partis in reuocatione attentatorum non poteſt prætextu priuilegij attentatorum omitti.*
Nec etiam cauſæ cognitio. num. 66.
67 *Priuilegium cognitionis attentatorum non ſuſpendit cauſam alimentorum, & illorum præſtationem.*
68 *Executio facta pro alimentis, etiam poſt inhibitionem Rotalem non dicitur ateentata.*
69 *Priuilegium vnum attentatorum illud eſt, quód in eo proceditur ſine libello, litis conteſtatione, & aliàs ſine ordine iudiciario, ſummario & ſine terminorum obſeruatione.*
70 *Coloratio tituli non requiritur in reuocatione attentatorum.*
Etiam in beneficialibus, vt infra num. 74.
Niſi quando conſtaret de non iure petentis reuocationem attentatorũ, vt infra num. 76.
Et ita ſæpiſſime practicatum fuiſſe refertur. num. 71.
Et hanc frequentiori Doct. calculo approbari concluditur, num. 72.
Licèt Aegid. contrarium ſenſerit, & male. vt num. 73.
75 *Titulus in beneficialibus plus attenditur, quàm poſſeſſio.*
77 *Petitorium colorans ex infecto titulo non eſt audiendus.*
78 *Titulum infectum oſtendere peius eſt, quàm nullum oſtendere.*

Source : BIU Cujas

Roberti Lancellotti. De Attentatis.

79 *Exceptio excommunicationis potest opponi contra spoliatum.*
Et contra agentem pro executione rei iudicatæ, vt num.80.
81 *Excommunicationis exceptio contra attentata non admittitur.*
82 *Exceptio spontaneæ renunciationis non admittitur in iudicio attentatorum.*
83 *Exceptio alterius spoliationis nõ impedit attentatorum reuocationem.*
84 *Reseruationis exceptio non obstat, quo minus iudex ex officio ad instantiam partis attentata reuocet.*
85 *Agenti ad reuocationem attentatorum non potest opponi exceptio dominij, & proprietatis secundùm veriorem opin.*
86 *Periurij exceptio non impedit attentatorum reuocationem.*
87 *Compensatio in causa attentatorum opposita non retardat illorum reuocationem.*
88 *Fatalia regulariter non currunt in causa principali, pendente causa, & articulo attentatorum.*
Nisi fuissent ob calumniam proposita, vt num.95.
89 *Termino remissoriæ pendente fatalia non currunt.*
90 *Instantia non currit in causa principali pendente cognitione, seu appellatione super emergenti.*
91 *Fatalium in computatione subducitur de medio non solùm tempus, quo fuit factus processus in causa attentatorum, verum etiam executionis sententiæ super attentatis latæ.*
Etiam ratione fructuum, & expensarum, vt num.92.
93 *Succumbens in causa attentatorum non gaudet priuilegio, vt interim nõ censeantur sibi cucurrisse fatalia.*
Nisi succubuisset in vno ex pluribus attentatis, vt infra num.96.
Vel aliqua probabili ratione dictum iudicium attẽtatorum sustinuisset, vt infra num.97.
94 *Succumbentibus termini, & tempora currunt, remissiue.*
98 *Fatalia in causa principali currunt etiam pendente articulo attentatorum, quando sunt diuersæ causæ.*
Etiam si diuersæ causæ essent simul cumulatæ, secundũ aliquos, vt nu.99
100 *Facta vbi sunt plura, & diuersa, censentur etiam plures libelli, & plures sententiæ.*
101 *Fatalia similiter currunt pendente cognitione attentatorum, quando sumus in diuersis personis.*
Etiam si essent consortes eiusdem litis. num.102.
Etiam si appellatio per consortes non prosecuta tenderet in consequentiam in fauorem illius, qui prætenditur attentasse, & causam attentatorum prosequitur, vt num.103.
105 *Attentans prohibetur appellare.*
106 *Appellatio nemini est deneganda.*
Etiam Diabolo, num.107.
108 *Appellatio regulariter semper censetur permissa, nisi expresse reperiatur prohibita.*
109 *Puniri quis debet in eo, in quo deliquit.*
110 *Intrusus, & attentans si spolietur, non restituitur.*
111 *Probatio leuior sufficit in causa attentatorum.*
112 *Festium receptio etiam non abfuturorum valet in iudicio attentatorũ.*
Etiam super articulis expreße non admissis, num.113.
114 *Detentionis non autem possessionis probatio requiritur in iudicio attentatorum.*
115 *Causa attentatorum suspendit cognitionem causæ principalis.*
116 *Attentatorum natura, quando pars dat de attentatis, dicitur esse magis suspensiua, quàm possessorij respectu petitorij.*
117 *Sententia lata in causa principali, postquam fuerat commissa causa attẽtatorum, & de illis erat datum, dicitur nulla, & infra num.122.*
Etiam si pars non fuerit protestata, quòd prius procedatur super attentatis, quàm super negocio principali, vt num.118.
119 *Causa attentatorum pendente, ex illorum priuilegio suspenditur, & retardatur executio sententiæ in causa principali.*
120 *Attentatorum iudicium suspendit omne aliud iudicium.*
Etiam spolij, vt num.121. &
Nullitatis, vt num.123.
124 *Causa attentatorum habet se per modum accessorij ad cãm principalem.*
125 *Appellatione in causa principali deferta, nihilominus, quæ ea pendente sunt attentata, possunt peti reuocari.*
126 *Probatio facta in vno iudicio regulariter non facit fidem in alio.*
127 *Testibus in causa attentatorum examinatis, si in ea succumbat, potest illis vti ad probandum primum extremum in iudicio spolij postmodũ intentati.*
128 *Spoliatus lite pendente, & per spolium attẽtatum, præfertur tertio, qui nititur antiquiori spolio contra eundem spoliatorem.*
126 *Duobus spoliatis contra eundem spoliatorem agentibus regulariter ille præfertur, qui nititur antiquiori spolio, vel melius probat de iure suo.*
130 *Spolium qualificatum puta, quia violentum, vel attentatum æquiparantur.*
131 *Qualificatum spolium regulariter semper præfertur.*
132 *Spolio agens debet carere omni vitio.*
133 *Conclusio in causa principali non aufert causæ attentatorum priuilegiũ, quod habet, vt ante pronuncietur super attentatis, quàm in negotio principali.*
Secundùm communem opin. Dominorum Camerę Imperialis, vt nu.134
135 *Remissoria regulariter non datur in causa attentatorum.*
136 *Iudex non potest regulariter condemnare in fructibus, & expensis non petitis.*
Fallit in causa attentatorum, vt num.137.
138 *Iudicio possessorio succumbens condemnatus in expensis, tuetur illas reficere, antequam redeat ad petitorium.*
Nisi simus in spolio attentato, vt num.139.
140 *Taxatio expensarum regulariter non fit nisi lite finita.*
141 *Expensarum taxatio in causa attentatorum fieri põtest, etiam ante prolationem sententiæ in causa principali.*
142 *Iudex omittens in sententia expensarum condemnationem potest eodẽ die, non autem vlteriori die illam facere.*
143 *Condemnatio in expensis omissa in possessorio, non potest in petitorio reparari.*
Nisi simus in spolio attentato, vt num.145.
144 *Expensarum condemnatio in causa attentatorum potest etiam post sententiam ex interuallo fieri.*
146 *Appellari potest à condemnatione expensarum.*
Nisi simus in causa attentatorum, num.147.
147 *Sententia super attentatis, licèt secundùm aliquos sit interlocutoria, tamen reuocari non potest.*
148 *Beneficium litigiosum non est subiectum regulis de publicandis.*
146 *Processus in causa criminali non impedit iudicium spoly attentati.*
150 *Mandatum executiuum obtentum contra eum, qui lite pendente rem in alium transtulit, potest etiam absque nouo processu exequi contra nouum possessorem.*
Immo etiam illo aliter non citato, num.151.
Licèt contrarium videatur verius, num.152.
153 *Attentata in primis, & ante omnia sunt reuocanda, & infra nu.165. vbi ponitur Regula vniuersalis.*
154 *Sententia lata super attentatis ante omnia est mandanda executioni, antequam procedatur in petitorio.*
155 *Attentatis est à lege indultum, vt quis super eis ante omnia audiatur, quod priuilegium non est sibi auferendum.*
156 *Attentatorum cognitio an impediat cognitionem causæ nullitatis.*
157 *Commissio attentatorum quando est in actis, est de stilo Dominorum, vt præponatur etiam causæ nullitatis.*
Etiam si de nullitate constaret. num.158.
159 *Sententia lata in negotio principali non purgatis attentatis dicitur nulla.*
160 *Spoliatus in odium spoliantis est regulariter ante omnia restituendus.*
161 *Signatura solet concedere attentatorum commissionem super illorum reuocatione.*
Nisi imminerent aliquæ magnæ feriæ, num.162.
163 *Clausula posita in commissione attentatorum, quòd illa in primis, & ante omnia reuocentur, solet deleri per Signaturam.*
164 *Clausula prædicta in multis casibus potest supplicanti esse damnosa, vel saltem inutilis.*
165 *Regula, quòd attentata in primis, & ante omnia reuocantur, Quæ.*
Ampliatur pluribus modis, videlicet, vt procedat.
166 *Etiam si aliàs actus fuisset facienti licitus.*
167 *Vel adeptio poßessionis fuisset facta vigore executorialium.*
168 *Nec etiam fauore piæ causæ sustineretur alienatio rei litigiosæ.*
169 *Nec etiam si diceretur factus actus ad tollenda scandala.*
170 *Et fit huiusmodi reuocatio, etiam si illa petens nihil probet de iure suo.*
171 *Immo etiam si contra eum esset præsumptio iuris, & ius commune.*
172 *Etiam ad instantiam excommunicati reuocantur.*
173 *Et pariter si actus attentatus fuisset à Principe confirmatus.*
174 *Vel esset aliàs de iure confirmandus, aut de nouo concedendus.*
175 *Et reuocantur etiam post mortem attentantis.*
176 *Nec regulariter retardatur reuocatio per aliquam ex infrascriptis exceptionibus, videlicet.*
Alterius spoliationis.
Reseruationis.
Dominij, & proprietatis.
Reconuentionis.
Compromissi.
Periurij.
Simoniæ.
Compensationis.
Nullitatis sententiæ desuper latæ.
177 *Reuocationem attentatorum non solùm potest iudex facere, verùm etiã tenetur.*
Limitationes, Regulæ prædictæ.
178 *Attentata per tertium regulariter non reuocantur in primis, & ante omnia.*
179 *Nec actus facti per modum continuationis.*
180 *Vel per modum declarationis.*
181 *Nec quando lis fuisset calumnioße, in fraudem, & doloße instituta.*
182 *Idem si essemus in actibus accessorijs, & consecutiuis ad ea, quæ gesta erant ante litem, vel appellationem.*
183 *Vel actus esset necessarius.*

Aut

Source : BIU Cujas

184 *Aut aliàs de iure permißus ſecũdum, aut præter naturam iudicij, dum modo non ſit contra.*
185 *Idem ſi fuiſſet factus à Principe, qui cum ſit ſupra ius, non attentat.*
186 *Nec quando ex reuocatione reſultaret ſcandalum in populo.*
187 *Vel actus fuißet factus de conſenſu partis.*
188 *Aut antea attentatis, & illorum priuilegio tacite, uel expreße renunciatum.*
189 *Non reuocantur attentata ad inſtantiam contumacis.*
190 *Nec ad inſtantiam ſubrogandi.*
191 *Vel intruſi appellantis ab intimatione executorialium.*
192 *Vel eius, qui non eſſet legitima perſona.*
193 *Vel execrabilis, quando execrabilitas eſſet probata, uel notoria.*
194 *Vel quando eſſemus in his, quæ tenderent in faciliorem exitum cauſæ, & appellationis.*
195 *Vel in his, quæ non ſunt de proceßu.*
196 *Aut in notorijs.*
197 *Quando quis appellationem impugnauit.*
198 *Vel eſſet periculum in mora.*
199 *Idem ſi appellatio eſſet ex aliqua cauſa nulla uel aliàs à iure prohibita.*
200 *Non reuocarentur ſimiliter attentata, poſtquam fuiſſet in cauſa concluſum.*
201 *Vel notorie conſtaret de non iure petentis reuocationem.*
202 *Uel eſſemus in geſtis ante literarum expeditionem.*
203 *In irretractabilibus pariter non reuocantur.*
204 *Quando cognitio attentatorum omnino penderet à cognitione cauſæ principalis.*
205 *Vel coloraſſet (licèt non teneretur) reuocationem ex infecto titulo.*
206 *Vel ſi petens reuocationem intra terminum ſibi præfixum de attentatis non docuit.*
207 *Paſſus attentata ſi in prima, & ſecunda, & vſque ad finem tertiæ inſtantiæ fuit proceſſum coniunctim ſuper attentatis, & negocio principali, non poteſt uti amplius priuilegio, ut attentata ante omnia reuocentur.*
Et iſta opinio uidetur æquior. nu. 208.
Immo aliqui uidentur fuiſſe in hac opinione, quòd ſi ſpolium attentatum fuerit inceptum proſequi vna cum petitorio, non poßit amplius attentari, vt nu. 209.
Quod intellige, quando uellet ſpolium attentatum proponere per modum actionis, ſecus ſi uia attentatorum per implorationem officij iudicis, ut nume. 210.
211 *Iudex tenetur attentata reuocare propter uerbum, oportet, de quo in c. non ſolum. de appel. in 6.*
212 *Iudex ſi habeat in facultatibus, ut poßit procedere ſola facti ueritate inſpecta, non tenetur attentata ante omnia reuocare.*
213 *Clauſula, ſola facti ueritate inſpecta, operatur, ut iudex non teneatur pronunciare ſuper incidentibus, & emergentibus.*
214 *Spolium attentatum, & commiſſum lite in petitorio pendente, non ſuſpendit petitorium, ſed ſuper vtroque proceditur, ſecundum opinionem Barto.*
Quæ communiter approbatur, vt nu. 218.
Licèt aliqui contra ſentent, ut nu. 216.
Veriorem dixerunt opinionem contra Bar. nu. 217.
Concordantur autem opiniones, ut nu. 219.
216 *Spolium attentatum dicitur magis odioſum, quam ſimplex ſpolium, & acrius puniendum.*
219 *Spolium attentatum non ſuſpendit petitorium, quando proponitur per uiam actionis, ſecus ſi per implorationem officij iudicis: quia tunc ſuſpendit.*
220 *Attentata calumnioſa non reuocantur ante omnia.*
221 *Calumnioſa attentata quando dicantur, remiſſiue.*
222 *Attentatorum reuocatio non fit ante omnia, quando ſubeſt aliqua iuſta cauſa Dominis bene viſa.*
Vel quia paſſus attentata non contradicendo conſenſerit, vt nu. 223.
Vel ne diuinus cultus perturbaretur, ut nu. 224.
Vel quia purgatio eſt aliàs incommoda, ut nu. 225.
226 *Reuocatio attentatorum quandoque per Signaturam retardatur, & impeditur.*
227 *Nullitates, quæ ſunt de iure poſitiuo, ſolent quandoque per Signaturam reijci.*
228 *Signatura ex cauſa ſolet quandoque dare commiſſionem, vt ſimul, & ſemel cognoſcatur, & iudicetur de nullitate ſententiæ, de attentatis, & innouatis, & negocio principali.*
229 *Paupertate attenta quandoque data fuit commiſſio, quòd omiſſis nullitatibus, & attentatis, conſtito de bono iure actoris Auditor ad expeditionem cauſæ principalis vnica ſententia, & quacunque appellatione remota procedat.*
230 *Damnorum, & intereſſe in articulo attentatorum purgatio facienda, non retardat proceſſum in negocio principali, ſi illa non ſunt liquida.*
231 *Negocij principalis cognitio non retardatur, ſi pro totali purgatione attentatorum eſſet quid modicum reſtituendum, quando pro maiori parte antea fuiſſent purgata.*
232 *Procedi ſimul ſuper attentatis, & ſuper negocio principali poteſt, quando is, qui lite pendente poßeſſionem accepit (antequam contra eum fuiſſet datum de attentatis) obtinuiſſet ab A. C. mandatum de manutenendo, & poſtmodum eius aduerſarius commiſißet in Rota cauſam attentatorum, & totius negocij principalis cum clauſula, ſine præiudicio legitimæ executionis dicti mandati.*
233 *Exceptio attentatorum, uidelicet quòd poſſeſſio defuncti erat attentata, non impedit, quo minus hæres in poßeßionem mittatur uigore teſtamẽti non cancellati iuxta terminos l. fi. C. de edicto Diu. Adr. tollen.*
234 *Noua prouiſio impedit attentatorum reuocationem.*
235 *Statutum ſi à certo genere perſonarum remoueret omnem exceptionẽ, & defenſionem, ad inſtantiam huiuſmodi perſonæ non fieret attentatorum reuocatio.*
236 *Officium iudicis cenſetur ſublatum per ſtatutum remouens ab aliquo omnem exceptionem, & defenſionem.*
237 *Sententia ſuper attentatis non mandatur ante omnia executioni, quãdo fuiſſet lata ab incompetenti iudice.*
238 *Priuilegium ut attentata ante omnia reuocentur, an procedat reſpectu Tertij in eodem iudicio comparentis, ita ut ille poſſit impedire reſtitutionem poſſeſſionis pro purgatione attentatorum actori ſciendam.*
Plures ponuntur opiniones, vt nu. 239. & nu. 247.
Et negatiue ſecundum ueriorem concluditur, nu. 256.
Et ſecundum quam fuit etiam nouiſſime pronuntiatum, ut nu. 257.
Et procederet, etiam ſi poßeſſio per purgationem reſtitueretur potentiori, ut infra nu. 263.
Vel eſt diſtinguendum, prout infra nu. 265.
240 *Priuilegium attentatorum non debet egredi perſonas, quas articulus attentatorum concernit.*
241 *Tertius in iudicio ſpolij comparens pro ſuo intereße, & opponens exceptionem, puta dominij impedit reſtitutionem ſpoliati.*
243 *Vitium litigioſi, & litis pendentia non afficit tertium.*
244 *Poſſeſſio lite pendente non poteſt in alium transferri.*
245 *Pendere lis dicitur etiam reſpectu tertij, quando ille fuit admißus ad cauſam.*
246 *Tertius comparens pro ſuo intereſſe ſi de illo doceat, eſt audiendus.*
248 *Via fraudibus non eſt aperienda, nec præſtanda occaſio delinquendi, & in delicto, & intruſione ſe confouendi.*
249 *In reuocatione attentatorum uerſatur publica utilitas.*
250 *Reuocatio attentatorum dicitur tangere abbreuiationem litium.*
Et ſimiliter publicam utilitatem eccleſiarum, ne propter diuturna litigia diu uacent, ut nu. 251.
252 *Attentans dicitur offendere non ſolum ius, & partem ſicut ſpolians, ſed etiam ipſum iudicem.*
253 *Poſſeſſionis maximum commodum.*
254 *Spolium qualificatum ſemper præfertur.*
255 *In dubio fauere debemus attentatorum reuocationi.*
258 *Priuilegium attentatorum reſpectu proceſſus non afficit tertium, quo minus (lite ſuper attentatis inter alios pendente) poſſit ad eius inſtantiam ſuper iuribus ab eo productis procedi.*
259 *Pendentia litis in poſſeſſorio non impedit tertium poſſe agere ſuper eodem beneficio in petitorio.*
260 *Odium maius conſideratur in attentante, quàm in ſpoliante.*
261 *In reuocatione attentatorum non ſola odij in attentantẽ ratio habetur, ſed etiam fauoris, & vtilitatis publicæ,*
262 *Litigioſa res alienari poteſt ex cauſa neceſſaria.*
264 *L. 1. C. ne liceat potentioribus, procedit, quando quis de loſe, & in fraudem rem in potentiorem transfert.*

HActenus in hac 3. parte diſtincte, quoad fieri potuit, proſecuti ſigillatim fuimus omnia, quæ ad actorem, quæ ad reum, & quæ ad iudicem in hac attentatorum materia particulariter ſpectant: Verùm quia priuilegia, quæ à iure attentatis indulgentur, licèt illorum aliqua quandoque non omnes ſupradictas perſonas, ſed alteram ipſarum reſpiciunt, prout eſt illud, quod in attentatis non coloratur titulus, quod ſpecialiter videtur actorem concernere, plura tamen eſſe videntur, quæ omnibus tam actori, quàm reo, atque etiam Iudici ſunt communia, prout eſt illud, quòd in eis procedatur ſummariè, & de plano, ſine ordine iudiciario, ſine libello, ſine litis conteſtatione, & quòd fatalia in cauſa appellationis non currant pendente cognitione cauſæ ſuper attentatis, & ſimilia, de quibus infra ſuo loco latius dicemus, placuit poſt prædictorum omnium tractationem, hoc loco de priuilegijs attẽtatorum ſubijcere, exemplo Imperatoris, qui poſt enumeratas diſtinctas materias (vt quæ iam enumeratis erant communia complecteretur) ſæpe hoc ordine vſus eſt, vt patet in rubric. C. commun. de manumiſſ. commun. de legat. & ſimil. Attentatorum autem cauſæ multa competere priuilegia ſatis omnibus perſpicuum eſſe, vel ex eo credẽdum
1 eſt, † quòd hoc priuilegiatum remedium ſolet aliàs paſſim à Docto. appellari, vt per Franc. in c. bonæ. ſub nume. 15. de appella. & facillimum aliàs appellauerunt Domini in vna Queten. Archidiaconatus coram Cotta 26. Iunij 1562. & dicebat aliàs Alex. in conſi. 89. diligenter. in final. verbis, libr.

1. quòd

Source : BIU Cujas

2 1. quòd † nullum fauorabilius remedium eſt aduerſus geſta appellatione pendente, quàm implorare officium Iudicis
3 ſuper reuocatione attentatorum, † quinimmo ſolent Docto. appellare hoc magis priuilegiatum remedium, quàm ſpolij, vt diximus ſupra in prima parte in præfatione, num.
4 3. & dicemus de eo etiam latius infra num. 7. † Nec profectò ſine ratione tantum iura tribuunt attentatis: quoniam (vt conſiderat Rot. deciſ. 5. aliàs. 433. nota nunquid reo, ſub nu. 8. ad fin. vt lite pend. in antiq. quæ eſt repetita inter deciſ. Biſignett. deciſ. 1. nunquid reo ſub num. 6. eodem titu.) attentata concernunt periculum animæ attentãtis, vtilitatem eccleſiarum, atque etiam publicam, ne (quando ſumus in beneficialibus) eccleſiæ diu vacent cum iudicum illuſione. Vnde cum anima cunctis rebus ſit precioſior, & (vt notum eſt) vtilitas publica ſit maxime attendenda, atque ſuperiorum, & Iudicum iuriſdictio non ſit vllo modo contemnenda. l. 1. ff. ſi quis ius dicenti non obtemp. mirum videri non debet, ſi attentatis, in quibus hæc omnia concurrere videntur, tantus fauor à iure exhibetur, vt tot ſibi competant priuilegia, quorum viginti, & nouem infra num. 70. & ſequen. collegimus. Ante quorum ſingulorum enumerationem, cum à generalioribus ſit inchoandum, ad not. in rubr. ff. ſi cert. pet non nulla, quæ vniuerſaliter concernunt concluſionem hanc, ꝙ attentata ſunt valde priuilegiata per modũ regulæ, & limitationum explicabimus, & mox nu. 70. ſingula attentatorum priuilegia ſubiciemus. Sit itaque.

5 Regula, † quòd attentatorum cauſa eſt valde priuilegiata, quæ probatur tum per ſupradicta, tum ex his quæ enumerando ſingula illorum priuilegia dicemus infra dicto nu. 70. & ſeq. vſque ad fi. Quam amplia.

6 Primò, † vt hoc remedium attentatorum ſit etiam magis
7 priuilegiatum, quàm ſpolium, & interdictũ vnde vi, † quãuis enim Oldrad. contrarium ſenſerit in conſi. ſuo primo, in cauſa eboracen. col. penul. verſic. nec obſtat, ſi diceretur, vbi affirmabat, quòd non videbat, vbi reperiretur iure cautum, quòd attentata eſſent magis priuilegiata, quàm interdictum vnde vi, & Card. in capitul. ſæpe. de reſtitutio. ſpoliato. quem refert ibi Rip. ſub nume. 10. verſic. ſubijcit Card. hic.
8 dixerit, † quòd iſta remedia ſunt tanquam excedentia, & ceſſa, cum contra attentata ſecundùm eum obſtet exceptio proprietatis, quæ contra remedium illius canonis, quod
9 ſucceſſit loco interdicti vnde vi, non datur, communis † tamen opin. eſt in contrarium, de qua teſtatur Dec. in capitu. ex parte, el 2. colum. fin. verſicul. quarta concluſio, extra de reſcript. vbi tractat, & ſuſtinendo firmat hanc concluſionẽ, prout etiam facit in conſil. ſuo 200. in caſu. circa medium, quòd immo attentata ſint magis priuilegiata, quàm ſpolium, & interdictum vnde vi, & pro ea eſt deciſ. Rot. 2. aliàs 14. fuit dubitatum. num. 3. de reſtitut. ſpoliat. in no. vbi inter vnum, & alterum remedium certas etiam ponit differentias, hanc tenet, & eleganter enumerando differentias proſequitur Franc. in c. bonæ. numero 13. & ſeq. verſi. amplius, de
10 appel. † vbi inquit, quòd magna eſt differentia, & maior vtilitas reſultat ex hoc, quàm ex alio remedio, & in capit. conſuluit. el 2. num. 8. eod. titu. Alexan. in conſi. 99. viſis. num. 4. lib. 5. Pet. de Anchar. in c. 1. vt lit. pend. in fin. Deci. in ſupradictis locis, vbi præter dictam Rot. deciſ. & Doct. in ca. dilecti. de maior. & obed. in id allegat etiam Oldrad. ſibi contrariũ in conſi. 199. pro fundamento, in prin. qui poſtquam dixit, quòd hoc eſt maius, & præſtantius remedium, & rationem aſſignat, & exemplum poſt Innoc. de hoc ponit, & ſimiliter allegat Card. in cõſi. 5 in quæſtione, ex quo patet, quòd nec authoritas Card. nec Oldra. multum vrgent, tanquam ſibi ſint parum conſtantes, & quamuis Oldra. à cõtrarietate tue
20 ri conetur nouiſſime Mandoſ. in tracta. commiſſio. in 14. formul. commiſſionis attentat. in verb. cauſam, & cauſas, col 8. ſub verſi. circa quartum priuilegium, an tamen fuerit aſſecutus ſatis videtur dubitãdum. Card. autem authoritas in hoc non videtur multum attendenda, cum ille in dicto. c. ſæpe. inaduerenter fuerit locutus, vt rectè cõſiderat Rip. ibi ſub num. 10. Quibus in hoc, quòd attẽtata ſint magis priuilegiata, quàm ſpolium, adde Aegid. deci. 49. agẽs, & deciſ.
22 294 id autem Stefan. Aufrer. eleganter in addit. ad deciſ. Capel. Toloſ. 15. ad fi. Ruy. in conſi. 76. in prin. lib. 5. Io. Crot. cõſ. 101. viſo puncto. nu. 3. & nouiſſime Menocch. de recuper. poſſeſſ. in 17. remed. nu. 25. & eſt in recollect. Acchil. de Graſ. deciſ. 24. attentatorũ cauſa, ſub rub. de attent. & aliàs paſſim
11 per Docto. † Differentiæ autem ex quibus deprehenditur, quòd attentata ſunt magis priuilegiata, quã ſpolium, vt colligitur ex locis ſupra allegatis ſunt infraſcriptæ, videlicet, &
12 Prima, † vt in attentatis non requiratur coloratio tituli, prout requiritur in ſpolio, & iſte eſt vnus mirabilis effectus ſecundum Rot. dicta deciſ. 2. aliàs 14. fuit dubitatum. nume. 3. de reſtitutio. ſpoliat. in no. quam ſequuntur omnes, quos citauimus infra numero 71. in 2. priuilegio, vbi hanc concluſionem firmauimus reprobata Aegid. opinione contrarium ſentientis, quibus adde Iacob. Henric. in conſilio 52. in caſu. ſub nume. 6. verſi. itẽ agens. lib. 2. vbi ſpecialiter hanc differentiam ponit.

13 Secunda: quia, † vt dicit Rot. ibi in materia attentatorum retractabuntur ſententiæ cenſuræ, quæ aliàs valerent, licèt eſſent iniuſtæ. Ad quod ſa. quæ diximus ſupra in 2. parte, ca. 12. de attent. appel. pend. in 8. ampliat. prin. regulæ ibi poſitę.
14 nu. 1. & ſeq. † quod etiam ipſa excommunicatio, quantumuis ſit aliàs multum priuilegiata, nulla eſſe dicitur, ſi feratur poſt legitimam appellationem.

Tertia etiam eſt differentia, quam ponit Rot. ibidem verſ.
15 tertia differentia: † quia proſequenti reuocationem attentatorum non obſtabit exceptio excommunicationis, quæ aliàs obſtaret in ſpolio, quam etiam ponit Franc. in d. c. bonæ. ſub num. 14. verſi. quintò, de appel. prout & nos etiam id firmauimus ſupra, cap. 42 de reo, & except. contra attentata ſibi compet. q. 3. num. 9. quibus adde Mandoſ. in tracta. commiſſio. in 14. formula commiſſionis attent. in verb. cauſam, & cauſas. col. 6. verſi. quoad quintum priuilegium.

16 Quarta etiam ibi per Rot. aſſignatur differentia: † quia in ſpolio requiritur ordo iudiciarius libelli, & litis conteſtationis, & huiuſmodi, quæ in attentatis non ſunt neceſſaria, cũ illa ex puro, & mero Iudicis officio reuocentur, quàm differentiam ponit etiam Franc. in dicto ca. bonæ. ſub nume. 13. verſic. primò, quia, & in cap. conſuluit. el 2. nume. 8. eo. titu. & Rip. in c. ſæpe. ſub num. 10. verſi. tertio quia, de reſtitu. ſpoliat. quod & nos firmauimus ſupra in hac 3. parte, ca. 25. de proceſſ. in cauſa attent. poſt prin. ſub nu. 7. verſi. vt in ea ſine ordine, & nu. 10. & ſeq. & nu. 20. & ſeq.

Quinta affertur per Franc. differentia in d. c. bonę. nu. 14.
17 † quia ſcilicet ſpolio agi non poteſt contra ſuccedentem in
18 re vitio affecta: ſed via attẽtatorum id permittitur, † ſed hęc Franc. differentia, quam refert, & ſequitur nouiſſime Mandoſ. in tractat. commiſſio. in 14. formula commiſſionis attentat. in verb. cauſam. colum. 3. verſicul. circa ſecundum, non videtur admittenda. Quamuis enim verum ſit, quod remedium attentatorum competat etiam contra tertium in re attentata ſuccedentem, vt diximus latius ſupra in 1. parte. cap. 3. de attent. à tertio, in 2. limit. regulæ ibi poſitæ, nume. 30. non tamen eſt verum, quòd contra hunc ſuccedentem in re vitio reali, vel etiam perſonali affecta nõ poſſit agi ſpolio, vt tetigimus ibidem nu. 33. poſt Mil. & latius hanc concluſionem tuetur nouiſſime Menocch. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. num. 73. verſi. tertius caſus, & num. 77. verſi. quartus caſus, & iterum ſub num. 78. verſi. contrariam tamẽ ſententiam, vbi in tribus caſibus (quos ibi ad propoſitum conſiderat) concludit contra talem ſuccedentem, & ſingularẽ ſucceſſorem dari remedium poſſeſſorium de quo ibi per eũ.

Sexta per eundem Franc. coſideratur differentia ibidem ſub nu. 14. verſi. tertiò, quia in interdicto vnde vi. quam ſenſiſſe tacite videtur etiam Rip. in dicto cap. ſæpe. ſub num. 10.
19 verſi. primò, quia intentans: † quia ſcilicet in ſpolio requiritur, quòd probetur poſſeſſio, ac ſpoliatio, in attentatis autẽ non requiritur probatio poſſeſſionis, ſed ſufficit tantũ probare ſtatum, ad quem mediante attentatorum reuocatione fit reſtitutio, vt dicit ibi Franc. & nos latius diximus ſupra in hac 3. parte, c. 26. de probat. attent. ſub verſi. quo ad ſecundum. nu. 24.

Septima. ſimiliter ſecundum Franc ibi verſi. quartò, quia agenti. & Rip. in dicto capitulo ſæpe. ſub dicto num. 10. verſicul. ſecundo quia eſt & notabilis inter hæc duo remedia
20 differentia † quoniam in ſpolio obſtat exceptio alterius ſpoliationis, ſecus autem eſt in attentatis, in quibus hæc exceptio non admittitur, vt per multas authoritates id aſſeruimus ſupra in hac 3. parte, ca. 24. de reo, & except. ſibi contra attent. compet. q. 7. nu. 2.

Octaua. per eundem Franc. ibi nu. 15. refertur ex intentione aliquorum differentia, † ꝙ ſcilicet in ſpolio obſtet agenti exceptio notorij defectus proprietatis, in iudicio autem
22 attentatorum minime obſtet. † Hæc tamen differentia ſicuti non tenetur ab eo ibi, ita vere nullo modo eſt admittẽda; cum etiam in attentatis exceptio notoria non iuris agentis ad illorum reuocationem eum excludat ſecundum ea, quę fuſius varias opi. referendo firmauimus ſupra in d. ca. 24. q. 1. verſi. regula, quod petenti. nu. 21.

Nona. etiam vltra Franc. poteſt conſiderari differentia, &
23 prærogatiua inter attentata, & ſpolium, † quoniam ſi concurrant ſpolium & attentatum, præfertur cognitio attentatorum cognitioni ipſius ſpolij. Et ideo ſi lite pendente moriatur reus, & poſſeſſor, & aliquis per ordinarium fuerit ſubrogatus, qui (attentando) poſſeſſionem beneficij acceperit, ſi ſuperſtes, qui contra defunctũ ſententiã obtinuerat in

execu-

Source : BIU Cujas

executionem ſententiæ, etiam ipſe ſubrogatum ſpoliando, poſſeſſionem beneficij accipiat, & ſubrogatus velit contra eum agere ſpolio, poteſt ſuperſtes dare contra eum de attentatis, & propoſitio attentatorum hoc caſu excludit ſpoliũ, vt colligitur eleganter ex deciſ. 17. aliàs 429. nota nunquid ſi mortuo, de reſtit. ſpolia. in antiq. Et ratio eſt: quia attentatum hoc caſu eſt grauius delictum, & ideo quamuis vulgare ſit, quòd vltimum ſpolium eſt purgandum, ad c. fi. de ordi. cognit. † quando tamen contra vltimum ſpolium datur de attentatis, & de anteriori ſpolio attentato, tunc vltimum ſpolium non purgatur, ſed primum, quod eſt grauius, quod conſiderauit Menocch. de recuper. poſſeſſ. remed. 1. queſtio. 34. nu. 183. & nu. 386. Ad quam differentiam corroborandã faciunt ea, quæ diximus infra nu. 128. in 17. priuilegio † quòd quando contra eundem ſpoliatorem concurrunt ſpolium antiquius, & ſpolium qualificatum, prout eſt ſpolium attẽtatum, præfertur attentatum ſpolio, etiam antiquiori.

Decima ſit differentia: † quia in ſpolio (vt notum eſt) requiritur, quòd agens probet ſpoliationem, & ſe fuiſſe per talem ſpoliatum, vt per Docto. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. poſſeſſ. In attentatis iſta ſpecifica perſonalis probatio non requiritur, ſed ſufficit duntaxat probare ſtatum, & poſſeſſionem, ſeu detentionem ſuam, & ſpoliatum eſſe, vt recte animaduertit Oldrad. conſilio 199. in princip. quod etiam ſenſit Aufrer. in additio. ad dictam deciſ. Toloſ. 15.

Vndecima demum ſit differentia: † quia licèt agenti ſpolio obſtet exceptio reſeruationis, ſecus tamen eſt in attentatis, in quibus illa non admittitur, præſertim, quo minus attẽtata ex officio Iudicis reuocentur, vt de vtroque latius diximus ſupra in dicto capit. 24. de reo, & except. contra attentata compet. q. 9. nu. 2. & num. 9. Quod, & ſi omnes ſupradictæ differentiæ inter ſpolium, & attentata ceſſarent, ex hoc vno deprehendi poteſt, quòd attentata ſint magis priuilegiata, quàm ſpolium: quia † ſcilicet iudicium attẽtatorum ſuſpẽdit iudicium ſpolij, & propterea † ſententia lata in cauſa ſpolij pendente iudicio attentatorum dicitur eſſe nulla, vt fuit reſolutum per Dominos in vna Tranen. ſpolij coram Caputaquen. 8. Nouembris 1560. vt eſt deciſ. in recollect. ipſius, parte 1. 226. incip. ſententia.

Secundò ampliatur regula ſupra poſita, quòd in tantum attentata ſint valde priuilegiata † vt cauſa attentatorum fuerit aliàs reputata magis fauorabilis, quàm cauſa penſionis † etiam ſine retardatione ſolutionis penſionis, & ideo aliàs Domini noluerunt † contra attentata eſſe locum compenſationi, etiam ex cauſa penſionis ſupradictæ in vna Taruiſina penſionis corã Proſpero, vt eſt deciſ. in recollect. Acchil. 24. attentata in cauſa, ſub rubr. de attent.

Tertiò, vt fauor iſte, quòd attentata ante omnia reuocentur, procedat, etiam ſi aduerſarius haberet in commiſſione clauſulam, † quòd ſi quid exequendum fuerit in primis, & ante omnia exequatur: quia non obſtante dicta clauſula prius eſt cognoſcendum de attentatis, quam de executione, vt eſt deciſ. in recollect. Paleott. 68. incip. fueram adiunctus, in vna Roma. attentatorum, ſub die 27. Aprilis 1558. † vbi ſubdit, quòd Rot. ita ſemper ſeruat, † & clauſulam de qua in dicta commiſſione intelligi, prout de iure.

Quartò, vt priuilegium, † quod exhibetur à iure cauſæ attentatorum non ſolùm procedat reſpectu rei, circa quam eſt attentatum, vt illa per reuocationem, & purgationem attentatorum ad priſtinum ſtatum reducatur, uerum etiã, vt paſſus attentata conſequatur fructus prædictæ rei, non ſolum, quos attentans vere percepit, verum etiam quos percipere potuit, ſecundum ea, quæ latius ſuper hoc, (quod non ſolum priuilegium, ſed & certo modo videtur ſapere pœnam contra attentantem) dicemus infra ca. ſeq. de pœn. attent. nu. 16. ſub verſi. Tertia pœna, & nu. 20. verſi. primo, vt attentans.

Quintò ſimiliter amplia: † vt in tantum attentata ſint priuilegiata, vt illorum priuilegium extendatur etiam ad expẽſas in cauſa factas: quia non ſolùm attentans in his venit cõdemnandus, verum per modum priuilegiatum, etiam illæ ante omnia ſunt integræ reſarciendæ, prout, & de hoc ex eadem ratione latius dicemus in ſeq. capitu. num. 96. verſicul. Quarta pœna.

Sextò amplia, vt in tantum attentata ſint priuilegiata, † quòd ſi illis non purgatis fieret executio in cauſa, & negotio principali, illa non valeat, & quamuis ca. non ſolum, de appel. in 6. & alia iura, quę volunt, quòd attentata ſint in primis, & ante omnia reuocanda, nihil ſpecifice dicant, quòd executio, & alia geſta non purgatis attentatis ſint nulla, id tamen eueniente caſu in Roma. legati, & attentatorum coram Acorambono 16. Aprilis 1554. Domini declarauerũt, in qua cum eſſet preſentata commiſſio, quòd Iudex refectis expenſis, purgatis attentatis, ac præfixo termino, quo elapſo, & nihil, quod releuet docto. ad vlteriorem executionem procederet, ſi iudex præfixo termino, ſed non purgatis attentatis ad executionem deuenerit, fuit reſolutum, quòd talis executio non eſſet bona † niſi in petente reuocationem attentatorum præſumeretur calumnia, prout præſumitur, † quando diu diſtulit dare de attentatis, immo † ea ipſa die, qua fuit lata ſententia in negocio principali fecit præſentari commiſſionem ſuper attentatis: ſi enim Iudex non aliàs purgatis attentatis ſententiam in cauſa principali proferat, talis ſententia non fuit nulla, ſed valida à Dominis reputata in vna Cæſarauguſtana archipresbyteratus corã D. meo Oradino 27. Nouembris 1556. cum quãdo † quis differt opponere aliquam exceptionem ad calculum ferendæ ſententiæ præſumatur eſſe dolo, & calumnia id factum. Anchara. conſi. 234. col. 1. Paul. de Caſt. conſi. 282. col. 1. poſt med. num. 3. lib. 1. Aymo in conſi. 75. accuſatur. num. 9. lib. 1. Sarnen. de annal. q. 5. num. 4. verſi. & ad dictum, & † vbi eſt ſuſpitio calumniæ, poteſt iudex nõ admittere exceptiones, c. 1. de offi. Iud. l. ſatis aperte. C. de falſ. Rip. in l. 4. §. condemnatum. nu. 14. ff. de re iudi.

Septimò amplia, vt attentata ſint purganda † etiam ſi illa paſſus præſentaſſet ſecundo loco commiſſionem ſuper negotio principali, & ſuper eo duas ſentẽtias obtinuiſſet: quia poteſt nihilominus redire, & reaſſumere cauſam attentatorum, vt fuit dictum in vna Taruiſin. pẽſionis coram D. meo Oradino 14. Maij 1557. vt latius etiam diximus ſupra in ſecũda parte, capi. 4. de attent. lit. pend. in 15. limit. prin. nume. 18. nõ obſtante deciſ. 8. aliàs 382. fuit dubitatum. de cauſa poſſ. & propriet. in no. quæ allegabatur in cõtrarium, quam Domini dixerunt non eſſe in obſeruantia, vt ibidem admonuimus, nu. 19. † Dummodo non etiam vſque ad finem tertię inſtantię coniunctim proceſſerit, vt declarauimus infra in 30. limit. vltimi priuilegij, nu. 207.

Limitatur ſimiliter, ſeu potius declaratur Regula ſupra vniuerſaliter propoſita, quòd attentata ſint valde priuilegiata nonnullis modis, &

Primò, † quòd huiuſmodi priuilegium non duret deſerta appellatione, & propterea licèt appellans etiam deſerta appellatione poſſit agere ad reuocationem eorum, quę pendente appellatione fuerunt attentata, ex quo illa per deſertionem non conualeſcunt, tamen non poteſt uti via priuilegiata attentatorum: ſed via nullitatis ordinariæ, & iniuſtitiæ, vt poſt Franc. & alios declarauimus ſupra in ſecũda parte cap. 12. de attentat. appel. pendente, in prima ampliat. prin. nu. 20. in prima declarat. reg. ibi poſitæ.

Secundò ſimiliter, † vt nec duret tale priuilegium poſtquam quis appellationi renunciauerit, vt poſt Franc. Lap. Aegid. & alios pariter declarauimus ibidem in prima declaratione, ſecundæ ampliationis prin. nu. 13.

Tertiò, † vt priuilegium, de quo agimus, non duret, niſi in prima inſtantia: Quamuis enim ſecundum opi. (præſertim antiquorum) à ſententia lata in cauſa attentatorum videatur poſſe appellari, vt retulimus ſupra in hac tertia parte. c. 28. de ſent. in cauſa attentatorum ferend. q. 2. in prima opi. num. 44. & conſequenter videatur etiam dicendum, ꝙ appellatio hoc caſu interpoſita debeat omnia, (& ſic etiam hoc priuilegium) in eodem ſtatu conſeruare iuxta ea, quæ latius de hac conſeruatione diximus ſupra in ſecunda parte, cap. 12. de attent. appel. pend. poſt prin. in præfatione, verſi. quoad primam rationem, ſub num. 83. Quia tamen in dicto cap. 28. in ſecunda opi. num. 49. & ſeq. per multa ibidem adducta concluſimus, quòd ab huiuſmodi ſententia non eſt danda appellatio, poteſt cõſequenter, & hoc loco audacter concludi, quòd priuilegium attentatorum duret duntaxat in prima inſtantia: Pro qua opi. etiam retenta illorum opin. quòd poſſet appellari, plurimũ facit in ſimili id, quod aliàs dicimus, † quòd ſuccumbens in cauſa attentatorum perdit priuilegium illud, quod antea ſibi competebat, vt ſibi interim non currerent fatalia in cauſa principali, de quo per Rot deciſ. 15. aliàs 102. fatalia, de appella. in no. de quo latius dicemus infra nu. 93. in 10. priuilegio attentatorum. Vnde eodem modo ſuccumbens, & reportans ſententiam contra in prima inſtãtia debet perdere priuilegium, vt ante omnia cognoſcatur de attentatis. Et hanc opin. ſenſerunt aliàs Domini in vna Cæſarauguſtana de Carrera, in qua actor, qui egerat ad reuocationem attentatorum, & ſuccubuerat, volebat ex priuilegio attentatorum impedire, ne in ſecunda inſtantia procederetur in petitorio, Domini autem inclinauerunt, quòd ſuper petitorio hoc caſu procedi valeret.

Quartò præmiſſa intellige, vt priuilegium, quòd à iure conceditur attentatis, certis terminis contineatur, † & propterea egredi non debet, neque perſonas, neque cauſas, in quibus, & inter quas vere uertitur articulus attentatorum.

Et ideo

Et ideo si actus, qui prætenditur attentatus potest deduci, quòd sit factus in causa diuersa, ac separata ab articulo attẽtatorum, aut quòd persona illa non potest comprehendi in illa causa, aut articulo causante attentata, vtique priuilegiũ attentatorum non extenderetur, neque ad illam causam, neque ad illam personam, vt eleganter deducit etiam ponẽdo exempla Ruyn. in consi. 75. quantum. nu. 9. & seq. lib. 5. & faciunt, quæ latius de hac causarum diuersitate diximus supra in 2. parte, c. 12. de attent. appel. pend. in 2. limit. princi. in prin. & per tot.

Quinta huic proxima potest etiam accommodari declaratio, † quòd huiusmodi priuilegium non extendatur ad
51 tertium, nec sibi præiudicet. Pone enim, quòd lite pendente super aliquo beneficio, ego aliquid attentauerim, & tu cõtra me iudicium reuocationis attentatorum instituas. Et interim tertius super eodem beneficio velit contra te agere petitorio, licèt tu contra me possis vti priuilegio attentatorum, & me excludere, vt non audiar in petitorio, donec nõ fuerint purgata attentata, tale tamen priuilegium non vide
52 tur extendendum ad tertium. † Sicut in simili dicimus in spolio, de quo est notab. decis. Capel. Tolos. 493. & ibi Aufr. qui alios alleg. & no. Mil. in verb. possessorio recuperandæ agens, fol. 281. cum & aliàs regulare sit, quòd remedium attentatorum non procedit respectu tertij, vt latius demonstrauimus supra in prima parte ca. 3. de attent. à tertio nu. 4. de quo tamen fusius infra nu. 238.

Sextò intellige, quòd licèt attentata sint valde priuilegiata, non tamen sunt adeo priuilegiata, quin eis renunciari
53 possit: † potest enim attentatis, & illorum priuilegio, & ex-
54 presse, † & tacite renunciari secundùm ea, quæ latius diximus supra in secunda parte, cap. 4. de attent. lit. pend. in 15. limit. princip. per tot. Quibus quoad illud de expressa renunciatione, adde, quòd in tantum potest valide renunciari,
55 † quòd si post huiusmodi renunciationem proferatur sententia in negocio principali, illa valet, & tenet, etiam si præsupponatur in facto, quòd inter easdem personas pendeat alia causa attentatorum adhuc indecisa, exemplum si ad instantiam actoris sit commissa causa attentatorum, & similiter ad instantiam rei, si reus videns, se non fouere ius super attentatis cõtra actorem, illis cedat: quamuis remaneat causa attentatorum commissa per actorem; potest tamen Iudex valide proferre sententiam super negotio principali ad fauorem actoris, vt fuit dictum in vna Eluen. contrauentionis coram Chissanen. sub die 7. Nouembris 1552. vt est decis. in recollect. Guid Bon. 84. dabatur de nullitate, sub rubri. de ordi. cogni. Et similiter quoad illud de tacita renunciatio-
56 ne, adde † quòd si is, qui poterat vti priuilegio, vt ante omnia de attentatis cognosceretur, postquam passus est, quòd in prima, & in secunda instantia procedatur simul & super negocio principali, & super attentatis, velit demum in tertia instantia vti priuilegio, & impedire, ne vlterius procedatur in petitorio, vti que non est audiendus, sed debet procedi coniunctim, sicut in aliis instantijs, ex eo quia censetur illi priuilegio tacite renuntiasse, & sibi præiudicasse, vt fuit dictum in vna Taruisina pensionis coram D. meo Oradino sub die 20. Octobris 1561. Quæ tacita renunciatio eo etiam
57 casu induceretur † quando is, qui prætendit aliquid contra se fuisse attentatum, pateretur labi terminum ad docẽdum de attentatis vigore specialis commissionis præfixum absq; eo, quòd intra dictum terminum aliquid releuãs docuisset iuxta ea, quæ latius de hac termini præfixione diximus supra in hac tertia parte, c. 24. de reo, & except. sibi cont. attent. competen. q. 16. per tot.

58 Septimo intellige, † quòd licèt magnum sit attentatorũ priuilegium, præsertim, vt ante omnia reuocentur, quando que tamen non videtur habendum in consideratione, pro-
59 ut multoties † solent facere Domini, qui absque reuocatione attentatorum volunt, quòd cognoscatur de bono iure (eodem tempore ipsius iudicis maiestati, partis læsæ indemnitati, & attentatis temeritati quantum fieri potest prouidẽ
60 tes) & hoc variis, ac diuersis modis. † Quandoque enim ex causa solet Rota, præsertim quando animaduertit subesse aliquod impedimentum circa restitutionem possessionis, non reuocare attentata, sed possessionem attentatam sequestrare. Rot. decis. 2. aliàs 14. fuit dubitatum, de restit. spoliat. in no. Cassad. decis. 3. petens. num. 3. de restit. spolia. & diximus supra in dicto cap. 24. de reo, & except. sibi contra attent. cõpet. q. 1. num. 58. in 2. limit. regulæ ibi positæ, & in cap. 27. de Iudice, & per quem sit faci. reuo. num. 11. versi. exemplum in eo, vt fuit etiam nouissime dictum in una Nullius Castrorum coram Oradino sub die 7. Aprilis 1570. Prout etiã quando essemus in attentatis per Auditorem cameræ sub prætextu, quòd ratione obligationis in forma cameræ adiectæ compromisso licuerit sibi etiam pendente reductione laudi in Rota, & inhibitione illius vigore emanata immittere auersarium in possessionem, quamuis enim Domini in vna Roma. attentatorum coram eodem Oradino 13. Februarij 1568. inclinauerint pro attentatis, tamen dixerunt possessionem sequestrandam fore † Quandoque verò absque appo-
61 sitione sequestri ordinant, quod per partem, quæ passa est attentata, renuntietur attẽtatis, & procedatur in negotio principali, & hoc quando attentata essent turbida, prout fuit factum in vna Cæsaraugustana iuris eligendi coram Sarmiẽto 25. Octobris 1566. † Quandoque vero etiam absque appo-
62 sitione sequestri, & renuntiatione facta, ex causa solent Domini non reuocare attentata, sed degustare de bono iure in negotio principali, puta quando attentata sunt multum antiqua, ita, vt redarguatur magna negligentia agentium nũc ad illorum reuocationem, vt placuit Dominis in vna Perusina hæreditatis, & bonorum nouissimè coram Cotta. 15. Iunij 1571. in qua cum ageretur de attentatis commissis de anno 1503. fuit dictum, quòd ante illorum reuocationem de-
63 gustaretur bonum ius attentatis in negotio principali. † Vel etiam quando causa esset implicita: quia etiam tunc cognoscitur de bono iure, vt fuit dictum in vna Florentina Sanctę Mariæ coram Seraphino 29. Aprilis 1569. vt admonuimus. d. q. 1. & in alia Burgen. iurisdictionis coram Paleotto 12. Fe-
64 bruarij 1560. † Idem etiam dicitur quando attẽtata sunt dubia, & reuocatio esset difficilis: quia tunc deuenitur ad negotium principale, vt dixerunt Domini in alia Hispalen. professionis coram D. de Rubeis 14. Octobris 1560.

65 Octauò pariter declara † quòd licet attentata dicuntur esse (vt præfertur) maxime priuilegiata, per hoc tamen in illorum reuocatione ad instantiam partis facienda non po-
66 test omitti, neque citatio partis † neque causæ cognitio secundum ea, quæ latius diximus supra in hac 3. parte, ca. 25. de proces. in causa attent. nu. 41. versi. quamuis autem.

Nonò, similiter intellige, quòd licèt attentatorum priuilegium in eo potissimum consistat, quòd illorum cognitio omnem aliam cognitionem suspendat, vt sæpius dictum
67 est, † non tamen suspenderet præstationem alimentorum, & ideo si contra inhibitionem etiam Rotalem fuisset facta
68 † executio pro alimentis, & fuisset commissa causa attentatorum: quia talis executio dicebatur attentata, & dubitaretur aliàs in vna Legionen. decimarum corã Grato. 4. Maij 1565. an ista cognitio attentatorum taliter suspẽderet, quòd ea pendente non essent vltra præstanda alimenta, Domini tenuerunt pro affirmatiua, & interim dictam portionem taxatam soluendam esse, & fa. quæ diximus supra in 2. parte, c. 12. de attent. appel. pend. in 24. limit. princ.

Cum autem ex præcedentibus vniuersaliter ea omnia declarauerimus, quæ in genere hanc conclusionem respiciũt, quòd scilicet attenta sunt valde priuilegiata; reliquum est, vt quo clarius hæc materia percipi possit, etiam singula attentatorum priuilegia enumerando, ac opportune declarãdo ea sigillatim ante oculos proponamus. Et quãuis in primis, & ante omnia illud priuilegium præponendum videretur, in quo cõcluditur, quòd attentata in primis, & ante omnia sunt reuocanda, ad text. in cap. non solum. de appel. in 6. Quia tamen materia dicti priuilegij satis per se ampla est, cõsulto in vltimum locum, pro vltimo priuilegio reijcimus, infra nu. 153. vt etiam ibi annotauimus.

69 Primum itaque priuilegium illud est, † quod processum respicere videtur. vt scilicet in causa attentatorum proceda tur, sine ordine iudiciario, sine libello, sine litis contestatione, sine terminorum obseruatione, & aliàs summarie, & de plano, vt latius diximus supra c. 25. de processu in causa attentatorum, nu. 7. & multis seq. quæ hic breuitatis causa nõ repetuntur, dic vt ibi.

Secundum priuilegium est: quia agens ad reuocationem
70 attentatorum † non tenetur titulum colorare, quòd priuilegium plerique omnes absque contradictione admittere videntur, licèt Aegid. decis. 286. in materia, & decis. 294. id autem. secus sensisse videatur, & male, vt ex proxime allegãdis apparebit. Quòd enim remedium attentatorũ sit in hoc priuilegiatum, vt non requiratur in eo coloratio tituli, est decis. Rot. 2. aliàs 14. fuit dubitatum, de restit. spoliat. in no. & post eam Mil. in verb. attentata lite pendente. fol. 30. & in verb. possessorio recuperandæ agens habet. fol. 281. & Aegi. sibi parum constans decis. 49. agens. vbi dicit ita tenere palatium, & decis. 101. si constat, & elegantius per Cassad. decis. 35. petens. in prin. de restit. spoliat. vbi ita obseruari testatur. Quibus concordat decis. Tolos. 1[illegible]. & ibi Stefan. Aufrer. in addit. qui, & de communi opin. circa hoc testari videtur. Et
71 † ita in contingentia facti sæpe numero practicatum fuisse refert. Idem post non nullos ex præallegatis cõcludit etiam Franc. in c. bonæ. num. 14. de appell. vbi inquit, quòd in attẽtatorum reuocatione non coloratur possessio ex aliquo titulo,

Source : BIU Cujas

tulo, ſed ſufficit probare ſimpliciter poſſediſſe beneficium. Eandem ſententiam tenuit per dictam deciſ. Caſſad. Rot. in vna Valentina parochialis, vt eſt deciſ. in recollect. Acchil. de Graſſ. 23. attentata, ſub rubr. de attent. cui concordat alia eiuſdem 30. attentata voluerunt Domini, eodem titulo. Eã-
85 dem ex recentioribus ſequuti ſunt poſt non nullos ex præallegatis Veſtr. in praxi Ro. cu. lib. 8. c. 4. nu. 19. & Menocch. in tracta. de recuper. poſſeſſ. remed. 15. q. 36. num. 462. & nouiſſime etiam Mandoſ. in tracta. commiſſio. in 14. formul. cõ miſſionis attent. in verb. cauſam, & cauſas. col. 7. ſub verſi. circa ſextum priuilegium, vbi vltra aliquos ex his, qui ſupra ci
86 tati ſunt, in id allegat etiã Rebuff. ſuper concordat. de annat. in 7. regula, ita vt temerarium minime videri poſſit, ſi hæc
72 † frequẽtiori Doctorum calculo approbari affirmetur. Nec de deciſ. Aegid. in contrarium allegatis eſt multum curandum: quia (vt in eis patet) proceſſerunt ſolùm ex mente domini Viuarienſis, qui ſemper de hoc dubitauit, vt refert idẽ
73 Aegid. dicta † deciſ. 49. in fin. † & male locutus eſt, vt animad uertit Mandoſ. vbi ſupra proxime. Quam cõcluſionem am-
87 plia vno modo, vt procedat, etiam in beneficialibus, quam-
74 uis † enim in beneficialibus plus attendatur titulus, quàm poſſeſſio ſecundum Boer. deciſ. 24. nume. 8. Quando tamen ſumus in attentatis etiam in beneficialibus tituli coloratio non attenditur, vt colligitur ex his, quæ ponunt fere omnes ſupra allegati, dum loquuntur in beneficialibus, & nuncupatim Rot. Caſſad. & Franc. vbi ſupra. Quæ ampliatio ſanè vno modo limitanda, ſeu declaranda videtur, & ita forſan
88 76 concordare poteris opi. Aegid † Videlicet, vt non procedat, quando in beneficialibus conſtaret de non iure petentis reuocationem attentatorum: tunc enim compellitur ad docendum de ſuo intereſſe, ẽt colorate, ut inquit idem Aegid. deciſ. 553. concluſio, quòd licèt petens, vbi ſubdit, quòd in hoc omnes nemine diſcrepante concordarunt, & ſecundũ hanc declarationem, ſi quis illas ſuſtinere voluerit, poſſent procedere tam dicta deciſ. Aegid. 386. in materia, quàm alia eiuſdem 294. id autem. in qua volebat, quòd in materia beneficiali, quoad colorationem tituli remedium attentatorum non eſſet magis priuilegiatum, quàm interdictum vnde vi. Eãdem Limita, ſeu mauis declara, quòd licèt quis hoc caſu non teneatur titulum colorare per ſupradicta, ſi tamẽ de facto producat aliquem titulum infectum, & nõ bonũ, tunc ſibi præiudicat: quia etiam petens reuocari attentata
77 † ſi colorat petitorium ex infecto titulo non eſt audiendus
78 † cum peius ſit infectum, quàm nullum titulum oſtendere ſecundum Aegid. deciſ. 393. ſi petens.

Tertium priuilegium eſt, quòd contra petentẽ huiuſmodi reuocationem non poteſt opponi exceptio excommuni-
79 cationis. † Quamuis enim aliàs opponi poſſit etiam contra
80 ſpoliatum, vt eſt deciſ. Toloſ. 172. an excommunicatus, † & contra agentem pro executione rei iudicatę, ad tex. in c. pia.
81 §. ſed ſi poſt rem iudicatam. de except. in ſexto † ſpeciale tamen eſt, vt agenti ad reuocationem attentatorum excommunicationis exceptio non obſtet, vt eſt deciſ. Rot. 2. aliàs 14. fuit dubitatum, in addit. verſi. tertia differentia. ſub num.
89 3. de reſtit. ſpoliat. in no. & diximus latius ſupra in ſecunda parte, cap. 12. de attentat. appella. penden. in 13. amplia. prin. nume. 1. & iterum in hac tertia capitul. 24. de reo, & except. contra attent. compe. q. 3. num. 9. quæ breuitatis cauſa non repetuntur.

Quartum priuilegium colligitur ex his, quæ ſupra poſuimus in proxime citato cap. 24 q. 6. verſic. ſecunda poteſt eſſe
82 opi. num. 7. videlicet, † quòd exceptio ſpontaneæ renuncia tionis, quæ ſolet aliàs agentem repellere. Caſſad. deciſ. 4. fuit
92 dubitatum. nu. 9. de reſtit. ſpoliat. agenti tamen ad reuocatio nem attentatorũ regulariter opponi non poſſit per ea, quæ ibidem late dicta ſunt, dum hanc ſententiam pro ueriori firmando etiam ad contraria fuit reſponſum.

83 Quintum huic ſimile priuilegium eſt, † quòd in cauſa attentatorum exceptio alterius ſpoliationis non admittitur.
93 Quamuis enim illa aliàs in multis caſibus obſtet, de quibus per Docto. in c. frequens de reſtit. ſpoliat. in 6. in hoc tamen remedium attentatorum priuilegiatum eſſe cognoſcitur, vt poſt Abba. in c. bonæ. col. pen. & ibi etiam Franc. ſub nu. 14. de appel. & Rot. deciſ. 17. aliàs 185. licèt pars rea, in fi. de appella. in no. & alios pleroſque eandem concluſionẽ ſequentes firmauimus ſupra dicto c. 24. q. 7. nu. 2 dic vt ibi.

Sextò ſimiliter in hoc attentatorum cauſa priuilegiata eſ-
84 ſe cognoſcitur † quia exceptio reſeruationis non impedit, neque retardat illorum reuocationem: nam licèt aliàs contra ſpoliatum opponi poſſit huiuſmodi exceptio propter
94 vim decreti irritantis in ea appoſiti. Rot. deciſ. 3. aliàs 16. ſi contra agentem. de reſtitut. ſpoliat. in no. quando tamen ſumus in reuocatione facienda ex priuilegio attentatorum, talis exceptio non obſtat, quo minus Iudex ex officio ſuo
95 ad inſtantiam partis attentata reuocet. Rot. deciſ. ii. aliàs 56. nota quòd vbi aliquis, de reſtit. ſpolia. in antiq. vt de his omnibus latius dictum eſt ſupra in præallegato. cap. 24. quæſti. 9. nu. 9. & ſeq.

Septimum priuilegium eſſe poteſt: † vt agenti ad reuocationem attentatorum regulariter non poſſit obijci exceptio dominij, & proprietatis ſecundum eam, quam ſupra pro veriori firmauimus, opinionem in d. c. 24. q. 10. nu. 6. & nu. 10. ad quæ (ne bis eadem inculcare videamur) ſufficiat lectorem remittere: Inde etiam.

86 Octauum priuilegiũ colligi poteſt, † quòd nec exceptio periurij contra petentem huiuſmodi reuocationem oppoſita impediat illorum reſtitutionẽ, licèt illa aliàs ſoleat agẽtem à limine iudicij repellere, vt per Docto. in l. ſi quis maior. C. de tranſaction. & in c. dilecto. de except. vt diximus in eodem c. 24. q. 26. nu. 6.

Nonum huic affine priuilegium conſiderari poteſt, quòd in cauſa attentatorum compenſatio nõ habet vim ſolutio-
87 nis † nec ad retardandam executionem ſententiæ in cauſa attẽtatorum latæ poteſt admitti exceptio compenſationis: quamuis enim aliàs huiuſmodi exceptio in multis caſibus admittatur, & compenſans in multis caſibus dicatur ſoluere, vt eleganter per Tiraq. in tracta. de vtroque retract. §. 3. gl. 3. num. 2. & ſeq. ſpeciale tamen eſſe dicitur in cauſa attentatorum, vt firmauimus ſupra in dicto capitu. 24. q. 28. nume. 1. & ſequen.

88 Decimum, & maxime vtile priuilegium eſt † quia pendẽ te articulo, & cauſa attentatorum interim non currunt fatalia in cauſa principali, & conſequenter, quòd proceſſus ſuper attentatis ſuſpendit curſum fatalium in negotio principali. Quod priuilegium quia non eſt perpetuum, ſed nõnullas recipit limitationes, ac declarationes, omiſſis diſputationibus ueritati, ac breuitati inhærendo per uiam Regulæ explicabimus. Sit itaque.

Regula, quòd pendente cauſa, & proceſſu attentatorum, in cauſa, & negocio principali non currunt fatalia. Rot. deciſ. 15. aliàs 102. fatalia, de appel. in no. & deciſ. 10. aliàs 89. nota quòd in fi. de appella. in antiq. & deciſ. 79. aliàs 448. nota ꝙ fatalia. de appel. in antiq. quas ſequitur etiam Guid. Papæ in tracta. de appel. q. 101. verſic. ſed an fatalia. Quibus concordat etiam deciſ. Lanfranc. 476. appellans. in fi. & Franc. qui hanc concluſionem eleganter proſequitur in cap. dilecti. el 3. ſub num. 8. de appel. & cæteris fuſius Ruyn. in conſi. 75. quantũ. num. 4. lib. 5. & poſt Rot. dicta deciſ. 15. Io. de Amicis in cõſi. 6. num. 44. quos refert, & ſequitur nouiſſimè etiam Io. Bap. de Aſin. in ſua praxi iudic. §. 2. cap. 11. nume. 18. & Mandoſ. ſuper reg. de impet. per obit. famil. Card q. 13. num. 4. vbi præter præallegatos in id citat etiam Alex. in conſi. 68. in cauſa. nu. 3. lib. 7. & plenius per eundem in tracta. commiſſio. in 14. formul. commiſſionis attent. in verb. in primis, & ante omnia. q. 3. & Aug. Bero. conſi. 51. in hac cauſa. num. 8. lib. 3. & ponit etiam Veſtr. in praxi Ro. cu. lib. 7. cap. vltimo, ſub nume. 19. & apud eum Grauat. nu. 44. Pro qua facit in ſimili id, quod
89 aliàs dicitur, † quòd nec etiam pendente termino remiſſorię currunt fatalia, ut eſt deciſ. Caſſad. 9. incip. an eſſet. de appel. Sicut nec etiam currit † inſtantia in principali pendente
90 cognitione, ſeu appellatione ſuper emergenti, vt poſt Doct. tradit poſt alios Bero. conſi. 36. in cauſa nume. 2. lib. 3.

91 Amplia prædictam regulam uno modo † videlicet, vt in computatione temporis fatalium non ſolum ſubducatur de medio tempus, quo fuit factus proceſſus ſuper ipſo articulo attentatorum, verum etiam tempus, quo fuit facta exe
92 cutio ſententiæ ſuper attentatis latæ integraliter, † etiam ratione fructuum & expenſarum, vt tradit Mil. in verb. appellationis tempus. fol. 11. & in verb. terminus proſequendæ appellationis, & verſi. ſeq. fol. 373. & melius Ruyn. dicto conſi. 75. quantum. nu. 4. lib. 5.

Limita eandem regulam.

93 Primò, & vtiliter, ut non procedat † quando is, qui dicit aduerſarium appellatione pendente attentaſſe, in cauſa attentatorum ſuccubuiſſet; tunc enim fatalia ſibi cucurriſſe dicendum eſt, & conſequenter non obſtante priuilegio attentatorum eius appellatio poſt lapſum anni, vel biennij ſecundum diuerſitatem caſuum diceretur deſerta, ut declarat Rot. dicta deciſ. 15. aliàs 102. fatalia. de appel. in no. & tradit Mil. in ſupra proxime citatis locis. Quibus adde Vant. in tracta. de nullit. in tit. quoties & intra quæ temp. nu. 14. & omnium elegantiſſime, ac copioſe per Thom. Grammat. in cõſ. 54. in cauſa ſindicatus. nu. 18. & pluribus ſeq. vbi plura ponit
94 de iſta ſuccumbentia † & quòd ſuccumbentibus tempus currat, & nouiſſime poſt Rot. & Io. de Amicis conſi. 6. hanc limit. tenet Io. Bapt. de Aſin. in ſua praxi iudic. §. 2. cap. 11. nu. 18. & ſeq. quam limitationem ij quoque ſenſiſſe videntur,
95 qui tenent, † quòd etiam pendente attentatorum cauſa fatalia

Source : BIU Cujas

talia currant, quando illa ob calumniam fuiſſent propoſita, vt poſt Alex. in conſi. 43. lib. 3. & Abbat. & Felyn. in d. c. ex ratione. de appel. tradit Grauat. apud Veſtr. in praxi. Ro. cu. lib. 7. cap. vltimo, nu. 44. Quam limitationem ego neceſſariò vno modo limitandam cenſeo, qui colligitur ex doctri. Imol. in c. dilecti. el 4. quem etiam refert, & ſequitur Franc. ibi num. 7. extra de appel. vt non procedat, quãdo eſſet datus libellus ſuper vno ex pluribus attentatis, & in illo articulo ſuccubuiſſet: nam cum ſuccumbentia in vnò ex pluribus attentatis non præiudicet in alijs, vt concludunt prædicti Docto. ſequitur, quòd per ſuccumbentiam in vno ex attentatis non tollatur priuilegium quoad cætera attentata, quorum vigore poterit paſſus attentata adhuc inſtare, quòd ſibi
97 non debeant cucurriſſe fatalia. Secundò intellige † niſi ſuccumbens aliqua probabili ratione dictum iudicium attentatorum ſuſtinuerit, vt eleganter conſiderauit Felyn. in c. ex ratione. nu. 5. verſi. limitant, & ibi etiam Deci. ſub num. 10. verſi. quod tamen verum intelligitur, de appel. quem refert, & ſequi videtur etiam Aemilia. in conſi. 62. Excellens Domine, in prin. Quam limitationem uiſi ſunt de iure admittere etiam Domini in vna Ilerden. Sacriſtiæ coram Sarmiento 19. Martij 1563. in qua tenuerunt contra Sacaſam, qui ſuccubuerat in cauſa attentatorum: quia nullam probabilem cauſam in eis probauerat, quod etiam affirmauit nouiſſime Mandoſ. vbi ſupra, dicta q. 3. in fi. vbi in id citat etiam Iaſ. in l. contra maiores. C. de inoffi. teſt. & Raphael. Cuma. in cõſi. 36. incip. præſupponitur quòd A. qui tamen loquuntur de nullitate, non autem de attentatis, de quibus ad præſens agimus.

Secunda limitatio colligitur ex his, quæ ponit Ruyn. in d.
98 conſi. 75. nume. 9. vt non procedat † quando eſſemus in diuerſis cauſis, prout erat in caſu ſuo. Pro qua limit. facit optime, quod habetur in recollect. Coitæ, deciſ. 64. vbi ampliat
99 id procedere † etiam ſi diuerſæ cauſæ eſſent ſimul cumulatæ, & quòd fuit reſolutum in vna Peruſin. & Vrbeuetana Caſtrorum coram Fantutio 14. Aprilis 1555. in qua fuit dictum formaliter, quòd pendentia cauſæ attẽtatorum ſuper Caſtro Podij non impediat curſum fatalium cauſæ ſuper Caſtro Parrani, per tex. in l. etiam. §. j. & ibi Alberi. ff. de mi-
100 nor. & in l. quædam mulier. famil. erciſc. & quia † cum ſint diuerſa facta, cenſentur plures libelli, & plures ſententiæ, vt dicunt Docto. in l. ſcire debemus ff. de verb. oblig. & hoc attenditur, non obſtante eodem cõſtructu verborum, vt tradit poſt Bal. Fely. in c. cum inter. nu. 7. de re iud. & quia cum agatur de fatalibus currentibus in appellatione à ſententia Nouati, qui diuiſit cauſam Parrani à cauſa Caſtri Podij, iam cauſæ iudicantur ſeparatæ, cum tractetur de ſtatu ſuperuenienti poſt ſeparationem, & ex hoc reſpondetur vno modo ad doctrinam Bart. in l. edita. num. 17. C. de eden. Alij reſpondebant, quòd Bar. vult eſſe vnum iudicium: quia non prohibetur cumulatio, Et ex hoc etiam reſpondetur, quatenus dicebatur, quòd vna erat inſtantia, & quòd vna erat commiſſio vitima, vel quòd cenſentur plures commiſſiones. Hæc illi. Ad quam limitatio. fa. ea omnia quæ de hac cauſarum diuerſitate late poſuimus ſupra in 2. parte, capit. 4. de attent. lit. pend. in 2. limitat. princip. & c. 12. de attent. appel. pend. ſimiliter in 2. limit. prin. per tot.

101 Tertiò, † quando eſſemus in diuerſis perſonis † etiam ſi eſſent conſortes eiuſdem litis: nam ſi appellatione pendente alterum ipſorum prætendatur attentaſſe, & contra eum agatur ad reuocationem attentatorum, quoad ipſum tantũ ſuſpenduntur fatalia, & illorum curſus, ſecus quoad alios, & ideo ſi alij non proſequantur appellationem, efficitur deſerta, vt per Ruyn. in dicto conſi. 75. per totũ, præſertim nu. 12. Quæ limitatio ex intentione eiuſdem ibi num. 8. & num.
103 14. ampliari poteſt, vt procedat † etiam ſi appellatio illorũ litis conſortum, quos non prætenditur attentaſſe, & qui nõ ſunt proſecuti appellationem, tenderet in conſequentiam ad fauorem illius, qui prætenditur attentaſſe: nam per hoc priuilegium, quod quoad eum fatalia non currant non extenditur, nec commmunicatur alijs litis conſortibus, vt per eum ibi.

Quartò limita (vt aliquando allegari animaduerti) vt
104 procedat, quando † cauſa attentatorum fuit principaliter intentata, ſecus ſi incidenter, & acceſſorie ad cauſam appellationis per ea, quæ poſt Bald. & Imol. ponit Iaſ. in l. contra maiores. num. 8. in fi. C. de inoffic. teſtam. quia tunc deſerta appellatione etiam cenſeretur deſerta cauſa attentatorum. Ad quod faciunt ea omnia, quæ latius diximus ſupra in 2. parte, cap. 17. de attent. nullit. pend. num. 69. & ſeq. quòd deſerta appellatione nullitatis cauſa, & illius pendentia non cauſat vltra attentata, quaſi & illa cenſeatur deſerta, præſertim quando incidenter, & acceſſorie ad appellationem eſt deducta, & quamuis præmiſſa loquantur de nullitate, & appellatione, idem etiam videtur dicendum de appellatione, & attentatis, & fa. ſimiliter quæ etiam diximus ſupra hoc cod. c. nu. 46.

Vndecimum priuilegiũ præſertim ratione illius qui paſſus eſt attentata (nam ratione attentantis potius dicenda
105 eſt pœna, quàm priuilegium) conſiderari poteſt † quia at-
106 tentans prohibetur appellare. Quamuis enim † appellatio
107 nemini † etiam Diabolo ſit deneganda. Rot. deciſ. 16. aliàs 354. cum iura. nu. 3. de dol. & contum. in no. & aliàs genera-
108 le ſit † quòd in omni caſu appellatio cẽſetur permiſſa, niſi expreſſe reperiatur prohibita ſecundum glo. ſing. in l. qui reſtituere. ff. de rei vend. & eleganter per Franc. in Rubr. ext. de appellat. qui illud addit, quòd qui dicit aliquo caſu nõ poſſe appellari, tenetur illud probare, cum habeat regulam cõtra ſe, de quo latius diximus ſupra in 2. parte, ca. 12. de attent. appel. pend. in 5. ampliat. princip. num. 8. & num. 16. vbi id declaratur: ſpeciale tamen eſſe videtur in cauſa attentatorum, in qua attentans præſertim appellatione pendente non auditur appellans, vt eſt tex. in c. an ſit. de appel. vbi etiam aſſignatur huius dicti ratio: quia is, qui attentando appellationi aduerſarij deferre neglexit, ſe beneficio reddidit appella-
109 tionis indignum: † vt in eo puniri debeat, in quo deliquit, de quo latius ſupra etiam in hac 3. parte diximus, cap. 27. de ſent. in cauſ. attent. feren. q. 2. præſertim num. 128. & aliquid etiam dicemus infra c. 31. de pœna attentan. nu. 218. verſicul. Decimatertia pœna.

Duodecimum huic proximum (ſub eadem conſideratione reſpectu eius contra quem eſt attentatum) priuilegium, & ſpecialitas conſiderari poteſt: quoniam licèt vulgare, & quaſi pro adagio ſit, quòd ſpoliatus ante omnia eſt re-
110 ſtituendus † ſpeciale tamen eſſe videtur in eo, qui lite pendente attentauerit, & ſe in poſſeſſionem alicuius rei intruſerit. Intruſus enim ſi fuerit ſpoliatus non reſtituitur. Caſſad. deciſ. 9. num. 3. & ſeq. de cau. poſſeſſ. & propriet. & deciſ. 3. in fi. de reſtit. ſpolia. Quibus concordat, quòd fuit aliàs dictum in vna Tarſinina mãſionariæ coram Thom. de Thanis ſub die 28. Aprilis 1544. vt eſt deciſ. in recollect. Put. 25. ille qui attentando, ſub rubri. vt lit. penden. De quo latius dicemus infra in cap. ſequen. de pœnis attent. num. 160. verſi. ſexta cõſideratur.

111 Decimumtertium priuilegium eſt † quia in attentatis leuior videtur requiri probatio. Rot. deciſ. 62. aliàs 446. ſi lata,
112 ad med. de appel. in no. † & in eis valet teſtium receptio, etiã
113 non abfuturorum † etiam ſuper articulis expreſſe non admiſſis. Rot. deciſ. 10. aliàs 105. valet teſtium receptio de teſti-
114 bus, in no. † nec in eis requiritur probatio poſſeſſionis ſicut in ſpolio, ſed ſufficit probare ſimplicem detentionem rei, circa quam dicitur attentatum. Rot. deciſ. 11. aliàs 56. nota ℣ vbi aliquis, de cau. poſſ. & propriet. in antiq. & deciſ. 13. aliàs 348. nota quòd ſi conſtat. in fi. de reſtitut. ſpoliat. in antiq. de quibus latius etiam diximus ſupra in hac 3. parte, capit. 26. de probatione attentat. nume. 82. verſicul. circa ſecundam inſpectionem.

115 Decimumquartum priuilegium eſt † quia cauſa attenta
116 torum ſuſpendit cognitionem negocij principalis: † natura enim attentatorum, (quando pars dat de attentatis) dicitur eſſe magis ſuſpenſiua, quàm poſſeſſorij reſpectu petitorij
117 † & propterea ſi ſit commiſſa alicui cauſa attentatorum, & negocij principalis, & ille omiſſis attẽtatis pronuntiet ſuper
118 negocio principali, dicitur nulliter pronuntiare † etiam ſi pars non fuerit proteſtata, quòd non debeat procedi in negocio principali, ſed prius ſuper attentantis: quia ſola natura attentatorum hoc caſu ſufficit ad inducẽdum huiuſmodi ſuſpenſionem, ex quo talis proteſtatio dicitur fieri ad cautelam, non autem, quòd ſit neceſſaria, vt fuit aliàs dictum in vna Neapolitana Capellaniæ de Squillagijs corã D. meo Oradino de menſe Decembris 1562. Pro qua fa. deciſ. Aegid. 506. concluſio, & deciſ. Caſſad. 4. in attentatis, nu. 3. de cauſ. poſſ. & propriet. & quod aliàs etiam ponunt Moder. in an-
119 not. ad Aegid. nu. 94. † quòd pendente cauſa attẽtatorum ex illorum priuilegio ſuſpenditur, & retardatur executio ſententiæ in cauſa principali. Quinimmo dixerunt Domini in vna Tranen. ſpolij coram Caput. 8. Nouembris 1560.
120 † quòd iudicium attentatorum ſuſpendit omne aliud iudi-
121 cium † etiam ſpolij propterea † ſententia lata in cauſa ſpolij pendente iudicio attentatorum dicitur eſſe nulla, vt eſt deciſ. in recollect. Caputaquen. in 1. parte 226. incip. ſententia lata, & dixit etiam Mandoſ. in tract. commiſſio. in 13. formula commiſſionis attent. in verb. in primis. q. 1. quòd iudi-
123 cium attentatorum ſuſpendit, & retardat † etiam iudicium nullitatis, per deciſ. Rot. 46. nota quòd vbi aliquis, in antiq. & Afflict. deciſ. 98. nu. 4.

Decimumquintum priuilegium eſſe videtur: quia licèt regulariter acceſſorium ſoleat ſequi naturam principalis, &

cauſa

Source : BIU Cujas

causa attentatorum videatur accessoria, vt sentit Rot. decis 1. aliàs 1. attentata. de appel. in no. & clarius Oldrad. in consi.
124 199. incip. pro fundamento, in fi. vbi dixit, † quòd causa attẽtatorum habet se per modum accessorij ad negocium principale, & consequenter, quòd deserta appellatione censeretur etiam deserta causa attentatorum, regulariter tamen se-
125 cus ex priuilegio attentatorum dicendum videtur, † ex quo etiam deserta appellatione regulariter super attentatis procedi potest secundum regulam, quam firmauimus supra in .2. parte, c. 12. de attent. appellat. pend. in prima ampliat. prin. num. 2. & seq.

Decimumsextum priuilegium secũdum aliquos esse po-
126 test, † quòd licèt probatio facta in vno Iudicio regulariter fidem non faciat in alio iudicio, ad not. per Docto. in l. 2. C. de edend. Aegid. decis. 630. licèt. Paris. consi. 8. col. fin. lib. 3. probatio tamen in iudicio attẽtatorum facta, etiam in alio
127 iudicio fidem facere videtur, † & ideo si reus conuentus iudicio attentatorum ad excusandum attentata prętextu continuationis secundum ea, quæ latius diximus supra in 2. parte, cap. 4. de attent. lit. pen. in prima limit. princip. num. 2. examinauerit testes, qualiter ipse de tali tempore fuit in possessione, quamuis in iudicio attentatorum succubuerit, si tamen ipse antea instituisset iudicium spolij, & ad probandũ primum extremum velit niti depositionibus testium in causa attentatorum examinatorum, vtique potest, & fidem faciunt, vt fuit aliàs dictum in vna Romana spolij domus coram D. meo Oradino sub die 13. Nouembris 1562. vbi etiam dixerunt eo casu non habere locum doctri. Abbat. in c. cum dilectus, num. 25. & seq. de ordin. cog. & decis. Put. 14. sub Rubrica de testib. quæ in contrarium allegabantur.

Decimoseptimo, & notabiliter in hoc videntur attentata
128 esse priuilegiata: † quia spoliatus lite pendente, & cũ spolio attentato præfertur tertio, qui niteretur antiquiori spo-
129 lio contra eundem spoliatorem, † licèt enim si contra eundem spoliatorem agant duo prætendẽtes se ab eo spoliatos, ille regulariter præferatur, qui nititur antiquiori spolio, & qui melius probat de iure suo, vt post Bart. in l. fi. ad med. C. vnde vi. not. etiam & declarat Natta in consi. 396. magnifice, post princip. versi. non obstat. lib. 2. & per Menocch. de recuper. possess. remed. 1. q. vltima, num. 326. & 328. si tamen vltimo spoliatus, sit spoliatus spolio attentato, ex priuilegio attentatorum præfertur antiquiori spoliato, vt fuit tentum in vna Nullius Castrorum coram D. meo Oradino sub die 18. Martij 1568. in qua Domini late hanc materiam prosecu-
130 ti † sunt, æquiparantes ibi, quòd spolium sit attẽtatum, vel violentum, dummodo sit altero modo qualificatum. Cum
131 regulare sit, † quòd spolium qualificatum semper præferatur, & propterea licèt soleat dici, quòd regulariter vltimum spolium sit purgandum, hoc tamen non habet locum, quãdo præcedens spolium fuit qualificatum, vel magis graue, vel odiosum, vt fuit resolutum in vna Apiciana monasterij coram D. meo Oradino 7. Octobris 1569. arg. no. in cap. licèt causam. de probat. & l. si duo. in prin. ff. vti possid. Paris. consi.
132 126. nu. 3. lib. 4. quia † agens spolio debet carere omni vitio. l. 1. §. liber ff. de aqua quotid. & æsti. Paris consi. 113. nume. 35. lib. primo.

Decimumoctauum priuilegium causę attentatorum concedi videtur: quia licèt aliàs postquam est in causa conclusum, attentatorum reuocatio peti non possit secundum illorum opi. quos retulimus (licèt secuti nõ fuerimus) supra cap. 23. quando & intra quæ temp. attent. reuoc. pet. debet. q. 2. nu. 14.) si tamen reuocatio fuit petita, & demum (causa attentatorum non aliter instructa) fuerit in negocio principali conclusum in causa, nõ poterit in causa principali proferri sententia, donec causa etiam attentatorum non fuerit instructa, & ad finem vsque perducta, quo facto, primo in causa attentatorum, deinde in negocio principali erit pronunciandum, & consequenter hoc casu attentatorum cau-
133 sa erit priuilegiata, † vt nec etiam conclusio causæ auferat sibi illud priuilegium, quod habet, vt antea pronuntietur in attentatis, quàm in negocio principali, vt aduertit nouissime Minsinger. sing. obser. cent. 3. decis. 34. incip. quid autem,
134 † vbi subdit hanc sententiam Dominos Cameræ Imperialis crebrius fuisse secutos.

135 Decimumnonum priuilegium, siue specialitas sit: † quia regulariter in materia attentatorum non datur remissoria, vt diximus late supra in hac 3. parte, cap. 26. de probat. attẽt. in 3. inspectione. num. 108. versi. circa tertiam. vbi secundum hoc priuilegium posuimus vniuersaliter regulam, de qua ibi. nu. 110. & nonnullis necessarijs modis ampliauimus, & limitauimus, de quibus latius ibi nu. 112. & seq.

136 Vigesimum priuilegium esse potest: quia † licèt aliàs Iudex non possit condemnare in fructibus non petitis secundum opi. Inno. in c. grauis. de restitut. spoliat. nec in expensis non petitis ex intentione Bart. in l. properandum §. sinautẽ.
137 C. de iudic. † in causa tamen attentatorum Iudex, qui attentantem condemnauit, poterit eundem etiam in fructibus, & in expensis non petitis à parte ex suo officio condemnare, vt firmauimus infra c. 31. de pœn. attent. in tertia pœna in 4. amplia. regulæ ibi positæ, nu. 51. & in quarta pœna in 2. ampliat. regulæ ibi similiter positæ nu. 111.

Vigesimumprimum priuilegium cõsiderari potest, quòd
138 licèt † quando quis succumbens in possessorio est condemnatus in expensis volens redire ad petitorium primò per eũ suspensum, teneatur antea reficere expensas, quàm in peti-
139 torio audiatur, ad no. in c. Pisanis. de restit. spoliat. † Si tamẽ is, qui intentauerat spolium attentatum cum suspensione petitorij fuisset in expensis condemnatus, & post tres sentẽtias conformes vellet redire ad petitorium, vtique poterit ad illud conuolare, etiam absque expensarum refectione, vt fuit aliàs dictum in vna Terdonen. Archipresbyteratus coram D. meo Oradino sub die 16. Februarij 1560. argu. not. per Rot. decis. 15. aliàs 319. de restit. spoliat. in no. Quæ coclusio eo magis videtur consideranda, quòd ista refectio expensarum eo casu videbatur omnino facienda, ex quo per tres sententias latas in possessorio videbatur inducta contra succumbentem in spolio attentato res iudicata, ad no. in rubr. C. ne liceat tert. prouoc.

140 Vigesimumsecundum esse potest: quia † regulariter taxatio expensarum fieri non potest, nisi lite finita per tres instã-
141 tias. Rot. decis. 46. aliàs 831. nota dic. de re iudic. in antiq. † & tamen in causa attentatorum taxatio expensarum fieri potest etiam ante prolationem sententiæ in causa principali. Rot. decis. 37. aliàs 454. nota si fiat. de re iudic. in antiq. quam post Manfred. in libell. practic. conclus. super attent. cõclus. 90. sequitur nouissime Ioan. Bapt. de Asin. in sua praxi iudi. §. 32. cap. 16. Quamuis videretur dicendum contrarium, ex quo sicut taxatio in causa principali nõ fit, nisi post tres sententias, ita etiam fieri non deberet in causa accessoria, prout est causa attentatorum secundum Oldrad. in consi. 199. pro fundamento. in fi. ad hoc, vt secundum regulam accessoriũ sequeretur naturam sui principalis, vt fuit etiam annotatũ supra in 2. parte, cap. 12. de attent. appel. pend. in 11. limit. prin. in 4. limit. regulæ ibi positæ, nu. 14.

142 Vigesimumtertium sit priuilegium: † quia si Iudex in sententia omittat condemnationem expensarum, potest eodẽ tamen die, quo sententiam protulit etiam condemnationẽ in expensis facere, vlteriori autem tempore sibi id non per-
143 mittitur, ad no. in l. Paulus. ff. de re iudic. † ita, & taliter, ꝙ si huiusmodi cõdemnatio in iudicio possessorio fuerit omissa non possit postea in iudicio petitorio reparari, ad no. in l.
144 4. C. deposit. & est decis. Aegid. 72. lata, † & tamen in causa attentatorum omissa condemnatio expensarum, non solùm eodem die, sed etiam ex interuallo fieri potest, vt est decis. Rot. 1. aliàs 13. si Iudex, vt lit. penden. in no. cum concord. & alijs latius adductis infra cap. seq. de pœn. attent. in quarta
145 pœna in prima amplia. regulæ ibi positæ, nu. 105. † & eodem modo in causa attentatorum omissa condemnatio expensarum in possessorio potest reparari in petitorio, vt expresse declarat Aegid. d. decis. 72. lata.

146 Vigesimumquartum esse potest: † quia licèt aliàs à condemnatione expensarum possit appellari, quod ex eo clare patet: quia condemnatio in expensis facta in causa possessorii operatur, vt etiam à sententia lata in possessorio appelletur, licèt aliàs ab ea regulariter non appelletur, licèt aliàs ab ea regulariter non appelletur, vt diximus aliàs in tracta. de appel. in possessor. prohibit. vel permiss. in 4. limit. prin. regulæ ibi positæ. à condemnatione tamen expensarum facta in causa attentatorum non potest appellari secundum Inno. in c. sæpe. de appel. quem refert, & sequi videtur Rot. decis. 1. aliàs 13. si Iudex, vt lit. pend. in no. & quamuis addit. ibi tertio loco posita versi. hoc dictum. num. quarto, aliter sentire videatur, eam tamen tenet Mil. in verb. appellari non potest condemnatione, fol. 15.

147 Vigesimumquintum † priuilegium, siue speciale attentatorum esse videtur: quoniam sententia lata super attentatis, licèt sit interlocutoria, vt pro regula firmauimus supra in hac tertia parte, cap. 28. de sent. in causa attent. ser. nu. 17. & num. 30. & regulare sit, quòd interlocutoria per iudicem reuocari possit, nec transeat quoad eum in rem iudicatam: tamen hæc interlocutoria non potest per iudicem reuocari, vt adnotauimus ibidem in sexta limit. nu. 40.

Vigesimumsextum etiam posset litis pendentiæ conside-
148 rari priuilegium: quia † beneficium litigiosum non est subiectum regulæ de publicandis resignationibus, ut tenuerunt Dñi in vna Compostellana parochialis de Techa coram D. meo Oradino 28. Nouẽbris 1565. & dicebat per aduocatos etiam idem aliàs fuisse tentum in alia Leodien. corã Cotta.

Vigesi-

Source : BIU Cujas

Vigesimumseptimū potest esse priuilegium, vt licèt aliàs causa criminalis faciat silere, & cessare cognitionem causæ ciuilis, ad no. in l. fi. C. de ordin. iud. & aliquid etiam latius diximus supra in secunda parte, capitulo 4. de attentat. lit. penden. in 23. limitat. princip. id tamen sibi non vendicat locum si ageretur ciuiliter super spolio attentato, vt fuit dictum in vna Roma. canonicatus coram Sarmiento 4. Iunij 1565. in qua secundum notas D. mei Oradini fuit ad literam
149 dictū, † quòd causa criminalis non præiudicat ciuili: quia processus in ea non impedit iudicium spolij attentati.

Vigesimumoctauum attentatorum, & litis pendentiæ priuilegium illud esse videtur, quòd licèt regulariter res inter alios acta alteri, qui non fuit in iudicio, præiudicare non soleat, vt in Rubrica, & tot. tit. C. res inter alios acta, & regulariter in vno quoque actu, ex quo quis lædi potest, sit faciē da citatio l. de vno quoque. ff. de re iudic. cum citatio videatur de iure diuino, & propterea non possit omitti. Clem. pa
150 storalis. §. cæterum. de re iudic. † Nihilominus si quis à reo conuento rei litigiosæ possessionem assequatur, actor vero contra eum sententiam, & mandatū executiuum obtineat, potest huiusmodi mandatum contra possessorem exequi absque nouo processu secundum Bar. in l. fi. num. 3. ff. de litigio. & alia allegata supra in prima parte, c. 3. de attenta. à tertio, nu. 22. & iterum in secunda parte c. 4. de attent. lit. pend. in præfatio. in 3. illat. num. 459. & seq. vers. 5. amplia. Quibus
151 adde Boer. decis. 182. nume. 51. immo fiet executio, † etiam illo aliter non citato, si credimus Pau. de Castro, qui in l. certa. C. vt in poss. lega. refert Cyn. ita dicentem in l. 1. q. 7. C. de ali. iud. mut. causa fac. prout eos refert (licèt non omnino sequi videatur) Capit. decis. 128. in causa. nume. 5. Et quamuis hoc, quod etiam contra non citatum hoc casu executio fieri possit, suaderi posse uideatur ex his, quæ posuimus supra d cap. 3. de attent. à tertio. num. 77. versic. 4. amplia, quòd scilicet mandatum executiuum potest exequi contra intrusum etiam aliter non citatum per ibi allegata, est tamen
152 † aduertendum; quia contrarium in hoc de citatione tenet, & eleganter declarat Natta in consil. 350. Augustinus. num. quarto, lib. secundo, & quòd ille sit citandus, fuit decisum per sacrum consilium Neapolitanum, ut refert Capit. d. decis. 128. in fi. & propterea de hoc priuilegio quatenus respicit citationem non parum subsistendum videtur.

Vigesimumnonum, & vltimum priuilegium, & præci-
153 puum ipsorum attentatorum est, vt † In primis, & ante omnia reuocentur. Quod licèt quasi suo iure ante omnia alia priuilegia fuisset præponendum, post omnia tamen in hūc locum ea ratione reiecimus, quia (cum satis amplam materiam contineret, & totius materiæ attentatorum quasi epilogum, in quo vniuersaliter ferè omnes casus, in quibus attentata non reuocantur, vel saltem ante omnia non reuocantur complecteretur) seriem, & ordinem dinumerationis priuilegiorum supra enumeratorum sua longitudine, & amplitudine quasi intersecando confundisset. Sit itaque conclusio, quòd regulariter attentata, & innouata ex priuilegio, & natura sua sunt in primis, & ante omnia reuocanda. In cuius conclusionis probatione non videtur multum laborandum, cum de hoc habeamus tex. apertum in c. non solum. ibi ante omnia per appellationis iudicem reuocentur, de appel. in 6. Cuius authoritate Gemin. Franc. & cæteri scribentes ibi id intrepide affirmant, & ab alijs Docto. passim in alijs locis, quasi pro adagio vsurpari videtur. Ex quibus resultat hæc conclusio, quòd ea sit natura, & priuilegiū attentatorum, vt regulariter suspendant omnem aliam cognitionem, vt latius diximus supra num. 115. & sequen. Hinc dicebat aliàs Rot. decis. 2. aliàs 113. tres sententiæ de re iudic. in no. & decis. 28. aliàs 517. nota quòd tres sententiæ, de re iu
154 dic. in antiq. † quòd sententia lata super attentatis ante omnia est mandanda executioni, etiam antequam procedatur in petitorio, quod etiam dixit Rot. decis. 3. aliàs 99. si fiat. de dol. & cōtum. in no. & magis ad propositum subdebat Rot. decis. 79. aliàs 428. nota quòd fatalia. de appellatio. in antiq.
155 † quòd à lege est indultum attentatis, vt quis super eis ante omnia audiatur, quod priuilegium sibi non est auferendū. Hinc etiam moderna Rota in vna Taruisina pensionis coram D. meo Oradino sub die 14. Maij 1557. tenuit, purganda esse prius attentata, quàm procedatur in negocio principali non obstante quadam decis. quæ in contrarium allegabatur, quam Domini dixerunt non esse in obseruantia. Quā conclusionem ex recentioribus posuerunt etiam Moder. in annotat. ad Aegid. num. 96. licèt Rot. & Rip. per eos allegati ad id parum facere videantur, & Mandos. in tracta. commissio. 14 formul. commissionis attent. in verb. in primis & ante omnia, vbi præter aliquos ex supra allegatis citat etiam Oldrad. in consi. 199. Cassad. decis. 4 de dilat. & Afflict. decis. 98. num. 5. Hinc etiam in alia Messanen. Baroniarum coram
156 eodem 5. Nouembris 1565. fuit late disputatum † an proposita attentatorum causa impediret cognitionem nullitatis sententiæ, de qua ibi, & quamuis fuerit resolutum eo casu, quòd non, id tamen processit, non quia de sui natura non deberet suspendere, sed quia non constabat de attentatis, vt
157 ibi in prin. clare dicitur. † Et est de stilo Dominorū, vt quādo commissio attentatorum est in actis, materia attentatorum præponatur etiam causæ nullitatis, vt fuit resolutum in vna Legionen. iurisdictionis coram D. de Rubeis. 8. Mar-
138 tij 1560. † non obstante quòd ibi in facto præsupponeretur,
159 quòd iam de nullitate constaret. † Et quòd sententia lata in negocio principali, postquam fuit datum de attentatis, & illis non purgatis sit nulla, fuit diu disputatum in vna Abulen. iurisdictionis coram D. de Rubeis ad effectum, an sententia Fabij Acoramboni, de qua ibi, qui prætermissis attentatis pronunciauerat in negocio principali, esset nulla, vt patet tā ex propositione dictæ causæ sub die 8. Iunij 1565. quàm 4. Iulij eiusdem anni, & tandem sub die 18. Decēbris dictam causam eodem proponente senserūt Domini, quòd si constabat de attentatis (de quo in superioribus positionibus dubitauerant) sentētia erat nulla. Nec sine ratione hoc
160 in attentatis fuit statutum, cum enim regulariter † spoliatus in odium spoliantis sit ante omnia restituēdus. l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iul. de vi pub. c. primo, de restit. spoliat. tradunt omnes præsertim Rip. num. 46. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acqui. possess. multo magis id erat concedendum in attentatis in quibus maioris odij ratio viget, vt declarat Rot. decis. secunda, aliàs 14. fuit dubitatum, post princ. de restitut. spoliat. in no. Quamuis autem, vt dictum est, trita sit hæc, & passim recepta conclusio, illa tamen non est perpetua, sed multi, ac quamplurimi sunt casus, in qui-
161 bus attentata ante omnia non reuocantur, † & ideo licèt soleat aliàs Signatura prætendentibus contra se fuisse attentatum regulariter concedere commissionem super illorum
162 reuocatione † nisi quando imminerent aliquæ magnæ feriæ ob præsumptam eo casu calumniam secundum Vestr. in praxi Ro. cu. lib. 8. cap. 4. sub num. 21. versi. immo istis temporibus, & adnotauit etiam nouissime Mandos. in tracta. cō missio. in 14. formul. commissionis attent. in verb. causam, & causas, ob quam præsumptam calumniam fuit dictum in vna Cæsaraugustana Archipresbyteratus corā D. meo Oradino 27. Nouembris 1556. quòd sententia lata in causa principali nō purgatis aliter attentatis, de quibus ea ipsa die, qua fuit lata sententia, fuerat data, & præsentata commissio, valide fuerit promulgata. Si tamen in commissione fuerit petitum, quòd attentata in primis, & ante omnia reuocentur
163 † mos est Signaturæ illam clausulam delere, & optima ratione: tum quia signatura non potest ex simplici lectura commissionis plene intelligere, an attentata, quę prætenduntur, sint talia, quæ in primis, & ante omnia mereātur reuocationem, cum id in processu, & post oppositas per reum exce-
164 ptiones sit uidendum: tum † quia supplicanti in multis casibus dicta clausula posset esse damnosa, vel saltem inutilis, vt recte animaduertit (super hoc litigatores admonendo) idem Vestr. vbi supra sub num. 9. versi. quamobrem consueui ego. Licèt autem supradicti casus, in quibus attentata ante omnia non reuocantur, & eorum aliqui ponantur à Vestr. vbi supra, & multo plures ex limitationibus, quas ad regulas ferè in quolibet capite secundæ partis, huius tractatus, & in quolibet genere attentatorū positas applicauimus colligi possint.

Quia tamen vltra eos etiam alij casus sunt, qui in superioribus commode collocari non potuerunt, & in quibus in primis, & ante omnia non fit attentatorum reuocatio (relatis etiam his, quæ non casus particulares, sed vniuersaliter materiam hāc respicere videntur) omnia per modum regulæ vniuersalis cum opportunis ampliationibus, & limitationibus sub isto vltimo priuilegio subordinabimus. Sit itaq;
165 Regula. † quòd attentata, & innouata sunt in primis, & ante omnia reuocanda, & purganda, d. c. non solum, & alia supra proxime allegata, nu. 153.

166 Ampliatur primo, vt procedat, † etiā si actus fuisset aliàs facienti licitus, vt abunde per multa exempla deduximus supra in secunda parte, cap. 4. de attent. lit. penden. in prima ampliat. princip. in princip. & per totam, & similiter cap. 20. de attent. post inhibit. in prima ampliatione principali per totam.

167 Secundò, † etiam si actus, puta adeptio possessionis fuerit facta vigore executorialium, & brachij secularis legitime obtenti: vt declarauimus tam in d. c. 4. de attent. lit. pend. in præfatione, nu. 305. quàm in præallegato c. 20. de atten. post inhibit. in 6. amplia. prin. per totam.

168 Tertiò, vt † nec etiam fauore piæ causæ actus lite pendente factus sustineatur, & ideo rei litigiosæ alienatio etiam in

Ecclesiam

Source : BIU Cujas

Ecclesiam facta non valet,vt per tex.in l. fin.ff.de litigio.ad. notauimus etiam supra in dicta præfatione nu.454.

169 Quartò, † vt procedat, etiam si actus lite pendente factus diceretur factus ad tollenda scandala per ea,quæ posuimus supra d.c.quarto,de attent.lit.pend.in 2.ampliat. prin. & ca. 12.de attent.appel.pend.in 7.ampliat.prin.

170 Quintò, † vt ista reuocatio fiat, etiam si illam petens nihil probet de iure suo, vt admonuimus d.c. 4. in 6. ampliat. princip.

171 Sextò, † vt immo prædicta reuocatio fiat etiam si contra petẽtem esset præsumptio iuris communis, vt patet ex his, quæ posuimus in d.c.quarto,in 7.ampliat. prin. & in d.c.12. de attent.appel.pend.in 3.amplia prin.

172 Septimo, † vt huiusmodi reuocatio fiat etiam ad instantiam excommunicati,vt declarauimus d.c.12.in 13. ampliat. prin.iunctis his,quæ latius diximus supra c.24.de reo,& except.sibi contra attent.compet.q.3.per totam.

173 Octauò, † vt procedat, etiam si actus attentatus fuisset à Principe confirmatus,declarando tamen secũdum ea, quæ fusius diximus in d c.12.d.attent.appel. pend. in 52. limitat. principa.per tot.

174 Nonò,† vt procedat,etiamsi actus,qui prætenditur attentatus,fuisset de iure confirmandus, & veniret de nouo concedendus:vt admonuimus supra c.20.de attent.;post inhibi. in 17.ampliat.prin. per tot.

175 Decimò,† vt attentata reuocentur post mortem non solùm ipsius attentantis secundùm ea quæ posuimus supra d. c.4.de attent.lit.penden.in 5.amplia prin.verum etiam post mortẽ iudicis, & ideo si iudex,cuius fuit læsa Maiestas, mortuus fuerit, aut ex officio recesserit, non impeditur huiusmodi reuocatio, sed per successorẽ fieri potest, vt colligitur ex his,quæ posuimus supra c.27.de iud. & per quem attent. reuoc.nu.52.in prima amplia Regulæ ibi positæ.

176 Vndecimò, † vt huiusmodi reuocatio in primis, & ante omnia facienda non retardetur, etiam si fuerit oppositaliqua ex infrascriptis exceptionibus,Videlicet.

Alterius spoliationis per ea, quæ diximus supra capitulo 24.de reo,& except.sibi cont.attent.competen.quæstio. 7.per tot.

Reseruationis,vt ibidem. q.9.

Dominij,& proprietatis vt ibidem.q.10.

Reconuentionis ibidem.q.14.

Compromissi,vt ibidem. 25.præsertim num. 43. & seq. vbi hunc articulum ad partes disputauimus.

Periurij,vt ibi.q.26.

Simoniæ ibidem. q.27.

Compensationis,vt ibidem.q.28.

Nullitatis sententiæ desuper latæ,vt ibi.q 30.

177 Duodecimò, † vt hanc reuocationem iudex non solum facere possit,verùm etiam teneatur propter verbum, oportet,positum in dicto c.non solum.de appel.in 6.prout illud ponderat Franc.in c.dilecti,el 3.nu. 2.q.2.de appella.& diximus latius supra c. 27.de iudic. & per quem attent. reuoc.in prin.nu.2.

Limitatur eadem Regula in hoc Vigesimonono, & vltimo priuilegio posita multis modis, qui vniuersaliter materiam attentatorum, & huius priuilegij respiciunt, omissis hic limitationibus,quæ casus particulares concernunt.

178 Primò,vt non † procedat in attentatis à tertio, illa enim regulariter non reuocantur in primis, & ante omnia, licèt & hæc multas recipiat sublimitationes, & declarationes,de quibus abunde diximus supra in prima parte,c.3.de attentatis à tertio, nu.4.& multis seq.

179 Secundò † fallit in actibus gestis per modum continuationis,de quibus tam in materia gestorum appellatione pendente,quàm post inhibitionem diximus supra c.12.de attẽt. appel pend.in 26.limit.prin.& iterum c.20.de attent.post inhibit.in 9.limit.prin.& latius,& melius supra c. 4. de attent. lit.pend.in 1.limit.princi.per tot. vbi id sexdecim modis ampliauimus, & sex limitauimus.

180 Tertiò similiter fallit † in actu facto per modum declarationis,vt probauimus late d.ca. 4.de attent. lit.pend.in 21.limit.princip.adhibitis tamen nonnullis declarationibus, de quibus ibi.

181 Quartò,† quando lis fuisset calumniosè, in fraudem, aut dolosè instituta:gesta enim illa pendente tanquam attentatorum vitio non subiecta ante omnia minime reuocanda sunt,vt deduximus in 4.limit.princ.d. capitu.4. de attentat. lit.pend. Sicut in simili dicimus de gestis pendente reductione laudi ad arbitrium boni viri:vt in d.2. parte, capitulo 16. de attent.penden.reduct.ad arbitr bon.vir.in 8. limita.regulæ ibi positæ nume.52. & fusius id explicauimus in d.2.parte,capitul.18.de attent.pend.restit.in integ in 1. limit. regulæ ibi constitutæ, nume. 55.vbi concluditur, quòd gesta pendente restitutione in integrum tanquam attentata non reuocantur ante omnia, quando restitutio fuisset calumniosè postulata.

182 Quintò limitatur, † vt non procedat in actibus accessorijs,& consecutiuis ad ea, quæ gesta erãt ante litem motam, vel appellationem interpositam, quia nec tales actus ante omnia veniunt reuocandi,vt retulimus d.c.4.de attent.lite pend. in quinta limit.princ. & reasumpsimus etiam c.12. de attent.appell.pend. in quadragesima limit. ibi posita numero primo,& seq.

183 Sextò,vt non procedat † quando actus, qui fieret lite pẽdente,esset necessarius, puta alienatio rei litigiosæ per confiscationem,valet enim,etiam si fit in præiudicium litis,& ita limitatur totus titulus de litigiosis,vt diximus,d.c.4.de attẽ. lite pend.in 8.limit.princ.

184 Septimò non procedit † Regula in his actibus,qui essent à iure permissi secundùm,vel præter naturam iudicij, dummodo non fit contra,prout est cessio bonorũ,Præstatio cautionum,Electio calculatoris,Restitutio scripturarum originalium,Deputatio œconomi,Præstatio alimentorum,& expẽsarum litis, & similes actus, de quibus plura diximus ibidem in 11.limit.princip.num.2. & seq.

185 Octauò fallit † in actibus factis à Principe qui potest etiã lite pendente alteri collitiganti gratiam facere,& cum sit supra ius,non per hoc dicitur attentare, vt post Rot.decis.245. aliàs 310.si reus.in fin.de rescript.in nou.& alios ibidem allegatos,diximus in dicto capit.4. in 12. limit.princ. num.3. & seq.& capit.12.de attent.appellat.pend.in trigesima limitat. princ.& similiter in 11.limit. princip. in capit.20. de attent. post inhib.

186 Nonò fallit † quando ex reuocatione ante omnia(de qua agimus) resultatet scandalum in populo, vt in exhumatione corporis humani,vt declarauimus supra in secunda parte,tam in dicto cap.4.de attent.lite pend.in 13.limit. princip. quàm capit.12.de attent.appell. pend.46.limit.princip.& in tertia parte,cap.24.de Reo,& except.sib.cont.attent.compe. quæstione 18.

187 Decimò † non procedit in his, quæ fuissent facta de consensu partis,quæ prætendit attentatorum reuocationem, vt diximus supra in d.c.4.de attent.lite pend.in 16.limit.prin.& in 3.parte.c.24.de Reo,& except.sib.contr.attent.compet.q. 15.per totam.

188 Vndecimò † pariter quando fuisset antea attentatis, & illorum reuocationi expresse, vel etiam tacite renunciatum, vt deduximus supra in 2.parte cap.4.de atten.lite pend.in 15. limitat.princip.& capit.12. de attent. appellat.pend.limitat. 42.& cap.20. de attent. post inhib. in decimaquinta limitat. princip.& iterum in 3.patte cap.24.de Reo,& except.sibi cõtr.attent.comp.q.12.per totam.

189 Duodecimò † attentata ante omnia non reuocantur ad instantiam contumacis,qui non potest allegare litis pendẽtiam, quam per contumaciam spreuit, vt diximus supra in dicta secunda parte cap.4.de attent.lite pend.in 18. limitat. princip.per totum.

190 Decimotertiò similiter nec reuocarentur ad instantiã sub rogandi vigore mandati,per quod possessore mortuo mandatur per Papam quis subrogari,vt supra in hac tertia parte, c.22.de acto.& quis possit attent.reuoc.pet.nu.32.

191 Decimoquartò † nec etiam ad instantiam intrusi ab intimatione executorialium appellantis, vt diximus ibidẽ nu. 54.& supra in 2.parte c.12. de attent. appell.pend. in 51.limitat.princip.

192 Decimoquintò † nec etiam ad instantiam eius,qui nõ docet se esse talem,qualem se facit,& ꝓñr ad instantiam personæ minus legitimæ attentata ante omnia reuocãtur, vt declarauimus supra c.24.de reo,& except.sibi contr.attent.cõpet. q.2. posito exemplo de cessionario & simil.

193 Decimosextò † nec etiam ad instantiam execrabilis, quãdo execrabilitas esset notoria,vel probata,secũdùm ea, quæ firmauimus supra cap.24.de reo,& except.sibi contr.attent. compet.q.13.

194 Decimoseptimò † in his quæ tenderent in faciliorem exitum causæ,& ipsius appellationis, Quod pluribus exemplis comprobauimus supra cap.12.de attent.appell.pend in 4.limit.princ.& iterum c.20.de attent. post inhib. similiter in 4. limit. princip.

195 Decimooctauò † non procedit in his,quæ nõ sunt de processu,nec ad processum pertinent secundùm ea, quæ posuimus supra in d.c.12. in 5.limit.princ.

196 Decimononò similiter,† quando essemus in notorijs, vt ibidem in 9.limit.princip.

197 Vigesimò,† quando quis appellationem impugnauit, vt ibidem in 41.limit.princip.

198 Vigesimoprimò,† quando periculum esset in mora,quoniam

Source : BIU Cujas

niam actus eo casu gesti ante omnia non reuocarentur, vt ibidem in 43. limitat. prin.

199 Vigesimosecundo † similiter, quando appellatio fuisset ex aliqua causa nulla, vel aliàs a iure prohibita: quoniam gesta hac appellatione pendente regulariter ante omnia nō reuocarentur secundùm ea, quæ latissimè deduximus ibidē in 50. & 53. limita. prin.

200 Vigesimotertiò † similiter reuocatio ante omnia non fieret, quando illa peteretur, postquam fuisset conclusum in causa, vt patet ex his, quæ posuimus supra ca. 23. quando & infra quod temp. attentat. reuo. peten. nu. 41.

201 Vigesimoquartò † quando constaret notorie de non iure petentis reuocationem, vt pro regula firmauimus supr. c. 24. de reo, & except. sibi contr. attent. competen. q. 1. num. 21. Declarando tamen vt ibi.

202 Vigesimoquintò Regula prædicta non procedit in gestis ante literarum expeditionem super prouisione beneficij, de quo litigatur, vt ibidem q. 11. per tot.

203 Vigesimosextò † similiter fallit in irretractabilibus, vt ibidem. q. 17.

204 Vigesimoseptimò † quando cognitio attentatorum omnino penderet à cognitione causæ negocij principalis, vt ibidem deduximus. q. 19.

205 Vigesimooctauò, † quando petens reuocationem (licèt non teneretur colorare titulum) de facto tamen illum ex infecto titulo coloraſſet, vt annotauimus ibidem. q. 21.

Vigesimononò similiter attentata ante omnia nō reuoca
206 rentur, † quando passo attentata fuisset terminus ad docendum de illis prefixus, & in termino nihil releuanter docuerit secundum ea, quæ latius diximus ibidem. q. 16.

Supradictæ autem omnes limitationes, quas hactenus remisiuè posuimus, ex his collegimus, quæ omissis casibus particularibus, vniuersaliter materiā huius priuilegii, quòd ante omnia attentata sint reuocanda respicere videntur. Nunc verò quia vltra prædictos & alij casus sunt, in quibus dicta regula non procedit, illis sequendo ordinem prędictū subijcimus.

207 Trigesimò igitur fallit, † quando quis in prima, & secūnda instantia passus fuisset, quòd coniunctim fuerit processum super attentatis, & super negocio principali: quia si in fine tertiæ instantiæ velit vti priuilegio, de quo agimus, vt attentata imprimis, & ante omnia reuocentur, non est audiendus, vt fuit tentum in vna Taruisina pensionis coram D. meo Oradino, in qua licèt antea. 14. Martij 1557. eodem proponente Domini tenuissent purganda esse attentata nō obstante, quòd post commissam causam attentatorum fuerit pro eiusdem parte deinde præsentata commissio concernens negocium principale, & in eo fuerint latæ duæ sententiæ: nihilominus dum sub die 20. Octobris 1561. dubitaretur, prout infra, videlicet An stantibus commissionibus, de quibus in actis, & quòd hucusque fuerit processum super nullitate pensionis, & super attentatis coniunctim, Cardinalis sibi præiudicauerit, ita vt debeat procedi eodem modo in tertia instantia. Domini tenuerunt procedendum esse, tam super attentatis, quàm super negotio principali:
208 quia † ista opinio videtur æquior, & magis congruere menti rescribentis, & viæ electæ à Rota, maxime cum simus in fine tertiæ instantiæ, & Cardinalis consecutus fuerit commodum non soluendi interim pensionem 300. duc. singulis annis, vnde non debet videri sibi graue, si censetur ex his sibi præiudicasse incommodo attentatorum. Pro qua limitatione faciunt ea omnia, quæ de tacita renunciatione diximus supra capitulo 4. de attentat. lite penden. in 15. limitat. princip. numero 12. versiculo tertium potest esse exemplū, vbi etiam nume. 18. de d. resolutione mentionem fecimus.

209 Quinimmo † aliqui prout Berengar. in repet. leg. naturaliter. §. nihil commune. numero 42. ff. de acquiren. possessio. fuerunt in ea opin. quòd si quis lite in petitorio pendente fuerit spoliatus, & absque eo, quòd possessorium recuperandæ (& sic spolium attentatum) intentauerit, prosecutus fuerit petitorium, & in eo succubuerit, non possit amplius admitti ad dictum possessorium, & consequenter ex illius intentione priuilegium spolij attentati, non solum perderetur, si tractatum fuisset vna cum petitorio, vt supra, & in tertia instantia, verum etiam si prosequendo petitoriū
210 omiserit intentare possessorium spolij attentati. † Cui non videtur facile subscribendum: quia licèt ille loquatur de spolio facto lite pendente, & quòd excluditur, spoliatus ab illius propositione, hoc intelligitur, quatenus vellet illud proponere per modum actionis spolij, non autem si vellet proponere per modum attentati, cum nō sit nouum, quòd etiam attentatum potest proponi per modum actionis, vt diximus supra c. 21. nu. 23.

Trigesimoprimò limitari potest, vt licèt aliàs attentata
211 ante omnia per iudicē reuocari possint, † & debeāt propter verbum, oportet, positum in c. non solùm. de appell. in 6. id
212 tñ non † procederet, quotiescunque iudex haberet in facultatibus, ꝙ posset sola facti veritate inspecta procedere, cum
213 enim stante dicta clausula iudex † non cogatur super incidentibus, & emergentibus pronunciare, sed possit illa vnà cum negotio principali decidere, vt post Bal. in l. ait prætor. §. permittitur num. 1. vers. item not. ff. de min. tradit nouissime Ioann. Bapt. de Asin. in sua praxi iudic. §. 3. cap. 15. num. 1. sequitur, quòd hoc casu non potest iudex cogi ante omnia super attentatis pronunciare, sed possit illa vna cum negotio principali decidere, attento quòd attentata dicunt emergentia, & incidentia, vt annotauimus supra in 2. parte c. 15. de attent. pend. compro. in 15. fundamento secunda opin. numero 69. & num. 90.

214 Trigesimosecundò similiter dictum priuilegium † non procedit, & non supendit petitorium, ita vt ante omnia super attentatis procedatur, quando essemus in spolio attentato, & facto lite aliqua in petitorio pendente quia possessorium hoc casu non facit silere petitorium, sed cum possit super vtroque eodem tempore procedi, vt firmat Bartol. in l. naturaliter. §. nihil commune. numero 23. in quarta combinatione, in primo capite distinctionis ibi per eum positæ. ff. de acquirenda possess. per l. si constiterit. C. fin. regund. consequenter etiam patet, quòd attentatum eo casu non reuoca-
215 tur in primis, & ante omnia. † Et quamuis contra Bartol. in
216 hoc aliqua allegauerit Aret. ibi numero 16. præsertim, † quia spoliatio facta lite pendente dicitur esse odiosior spoliatione facta ante litem, & propterea acrius punienda, & magis priuilegiata, & post cum etiam Ias. (licèt motiua Aret. omnino non approbauerit) ibi numero 131. prout etiam eiusdem opinionis contra Barto. videtur Rube. Alexan. ibi
219 numero 299. & sequen. & prę sertim numero 303. in fi. † vbi dixit, quòd opinio contra Bart. est verior, atque etiam ibidē Io. Coras. ibidem nu. 101. versic. cæterum. dicat, quòd opinio Bart. sibi non videtur tuta ex d. ratione: quia spolium attentatum est magis odiosum, prout ex eadem ratione idem cōtra Barto, tenet etiam ibi Ludou. Bolog. nume. 90. & nouissime in propria materia huius remedij attentatorum (secutus distinctionem, de qua per Dida. Couar. lib. 1. variar. resolut. capitulo 16. numero 13. versi. ego verò hanc opinionem contra Barto.) firmat Menocch. de recuperan. poss. remed. 17. q. 16. nume. 48. qui ea etiam vltra Didac. ratione mouetur: quia scilicet lite contestata super petitorio permissum est obijcere exceptionem illius spolij, quod deinde lite pendente superuenit, atque suspenditur iudicium illud petito-
218 rij antea attentati. Nihilominus: † quia cum Bartolo alios simpliciter transire testatur Claud. Marmesius ibi numero 154. in fin. & etiam Ludou. Bolog. ibidem numero 85. & receptam esse asserit etiam Ioan. Corasius ibi numero 201. versiculo cæterum hæc decis. & clarius de hac communi testatur Rip. ibidem sub numero 158. Quinimmo Afflict. de cis. 131. quidam concessit. numero 2. loquens in propria materia attentatorum refert Barto. vbi supra secutum fuisse sacrum Concilium Neapolitanum, cuius decisionis authoritate, & magis vniuersaliter, ac indistincte de attentatis loquens idem (quòd attentatorum iudicium non suspendat hoc casu petitorium) affirmauit Minsinger. singul. obseruation. cent. 3. decis. 33. quem contra Iason. & Aretin. in d. §. nihil commune. secutus videtur nouissime etiā Grauat. apud Vestr. in prax. Rom. cur. lib. 8. capitulo 4. nume. 42. Et sicuti durum videri posset in iudicando ab ista communi opinione discedere, ita etiam cum per eam videatur penè confundi tota materia attentatorum, & illorum suspensiua natura, ac priuilegium, quod videntur habere, quod ita cætera suspendant, vt in primis & ante omnia illorum reuocatio sit facienda, non videtur ita de facili, & indistincte posse admitti. & eo magis, quia re vera termini in quibus loquitur Bart. & Doct. non uidentur omnino applicabiles ad terminos attentatorum, de quibus agimus.

219 Propterea pro † prædictarum opinionum concordia, & veritati inhærendo aduertendum est, quod Barto. opinio, Afflict. decisio, & communis opinio, de quibus supra declaranda, & intelligenda sunt, vt procedant, quando spoliū factum lite in petitorio pendente deducitur, & proponitur in iudicium per modum actionis: tunc enim potest verificari opinio Barto. vt non suspendat petitorium, secus autem quando restitutio, & reuocatio huius spolij attentati peteretur per implorationem officij iudicis, & sic via priuilegiata attentatorum, vt est de mente omnium supra allegatorum tenentium contra Barrtol. dum se fundant in eo, quod huiusmodi spoliatio ex eo sit odiosior: quia illius reuocatio fiat per officium iudicis, quod clarius, & apertius animaduertit & quidem recte) Ripa in d. §. nihil commu-

ne. nume.

Source : BIU Cujas

ne.numero 159.versic.retenta tamen fallentia, dum inquit, & intelligas procedere reo proponente interdictum recuperandæ, secus si proponat officium iudicis petendo attentata reparari per decisi. Rot. (quam etiam nos supra in prin. huius priuil egij allegauimus) 2.aliàs 14. fuit dubitatum, de restitut. spoliat. in no. & maxime quia (cum plures, ac diuersi sint modi, ac viæ, quibus attentatorum reuocatio peti potest) non astringitur quis ad proponendum spolium attentatum semper per viam attētati, sed potest illud etiam per uiã actionis via ordinaria ꝓponere, vt declarauimus supra capitulo 21.quib.& quot mod.attent.reuoc.numero 23. versicul.ordinaria autem via.Et eo magis: quia per hoc opiniones conciliantur iuxta doctrinam Salic. in l. filiæ cuius C.famil.erciscund. cũ alijs adductis per Ioan. Bapt. de Asin. in sua prax iudic. §.4. capitulo 10. in fin. numero 9. Nec decis.Misinger.ex aduerso supra allegata aliquid mouet: quia decis.eiusdem 34.quæ immediate illam sequitur aperte præcedentem declarat,dum vult, quòd causa attentatorum nõ perdat suum priuilegium, quòd ante omnia in ea procedatur, etiam si in petitorio, ac negocio principali non solùm fuisset processum,& causa instructa,verumetiam si fuerit in causa conclusum:quia nihilominus in causa principali nõ erit ferenda sententia, quousque causa attentatorum non fuerit instructa,quo etiam facto erit primò super attentatis, & deinde super negocio principali sententia ferenda,vt animaduertit idem ibi decis.34. cent. 3. incip. quid autem. Vel respondeꝛquòd ordinario Cameræ Imperialis, de qua ibi,loquitur quoad processum, vt ambæ causæ possint simul tractari, non quoad sententiam, vt prius possit ferri sententia in negocio principali,quàm super attentatis,vt sentit idem in dicta decis. 34. & melius, & latius declarat (ita in specie ad dictam ordinationem respondendo) idem Misinger. in consi.siue responso.11.secundæ decadis incip.in præsenti.numero 41.& 44.quæ responsio posset etiam adaptari ad supra allegatam decis. Afflict. 131. vt loquatur quoad processum, non autem quoad sententiam reuocationis attentatorum, quamuis enim ibi numero 2.dicat, quòd potest procedi super vtroque iudicio,superius tamen iam dixerat fuisse iudicatum attentata, de quibus ibi reuocari debere. Sed re vera responsiones supra adductæ non satisfaciunt, nec videntur omnino tutæ,attento quòd priuilegium attentatorum tanquam suspensiuum aliorum iudiciorum respicit nedum sententiam,verum etiam ipsum processum, vt patet ex his, quę posuimus supra in princ.huius vltimi priuilegij nume. 165.& nullius, supra in 14.priuileg.numero 115.post decisiones ibi allegatas, quæ dum dicunt, quòd sententia lata super attentatis est ante omnia mandanda executioni, etiam antequam procedatur in petitorio,satis demonstrant,quòd huiusmodi priuilegium etiam processum ipsum respicit,& propterea distinctioni, & declarationi supra positæ,tanquã veriori omnino adhærendum esse censeo.

220 Trigesimotertiò limitari potest, vt † non procedat in attentatis calumnijs, illis enim non videtur competere huiusmodi priuilegium,quòd in primis,& ante omnia reuocẽtur:sicut enim lis,inhibitio, & restitutio in integrum quando sunt calumnioſæ non faciunt attentata, secundum ea, quæ diximus supra in secunda parte,capitulo 4. de attentat. lit.penden.in 4.limitat.princip.& capitulo 18.de attent.resti. in integ.penden.numero 55.& seq.& capitulo 20. de attent. post inhib.in 7.limita.princip.ita etiam dicendum est, quòd

221 attentata calumnioſa dicto priuilegio non gaudeant:† Tũc autem diceretur adesse suspitio calumniæ, quando passus attentata diu distulit de illis dare,immo ea ipsa die, qua fuit lata sententia in negocio principali fecit præsentari commissionem super attentatis: quoniam si iudex non purgatis aliter attentatis sententiam proferat,valida reputatur, non habita consideratione huiusmodi priuilegij, vt admonuimus supra hoc eodem capitulo 30. in 6. ampliat. numero 38.Item calumnia præsumeretur, quando quis vellet committere causam attentatorum in vltimis audientijs, & quãdo instant aliquæ magnæ feriæ, vt admonuimus etiam supra hoc eodem capitulo in princip. huius vltimi priuilegij numero 162.

Trigesimoquartò Regula prædicta,quòd attentata in pri

222 mis,& ante omnia reuocentur,† non procederet, quotiescunque aliqua subesset causa Dominis bene visa, ob quam esset à dicta regula recedendum, prout vniuersaliter fuit de mente Dominorum in vna Calaguritana translationis coram Sarmiento.23. Ianuarij 1570. in qua dixerunt, quòd eo casu videndum erat, an ex aliqua causa esset à regula prædicta recedendum ex pluribus, quæ ibi per eos considera-

223 bantur, quarum vna erat: quia † passus attentata eo casu

224 non contradicendo consensserat in eo iudicio. Alia † ne diuinus cultus in ecclesia noua perturbaretur,iuxta glo.in capitulo peruenit, & ibi Præposit. de appellati. Alia † propter incommodam purgationem propter exhumationem faciendam. Prout etiam,& aliàs id Rota facere solet, quando causa esset intricata, & implicita, aut non haberet bonum odorem, aut alias essent attentata multum antiqua, vt latius diximus supra capitulo 24. de reo, & except. sibi contr. attent.competen.quæstio.1.nume. 59. & sequen. quia tunc apposito sequestro cognosceretur de bono iure attentantis,vt diximus ibidem.

Trigesimaquinta huic affinis limitatio considerari po-

226 test, † vt non procedat,quando cognitio attentatorum, & illorum reuocatio per Signaturam impediretur, & retardaretur. Sicut enim ad hoc, vt celerius causæ expediantur, &

227 sumptibus pauperum litigantium subueniatur † solet Signatura quandoque nullitates,quæ non sunt substantiales, sed de iure positiuo reijcere,& sanare,vt docet Staphil. de liter.grat.& iusti.fol.184. versicul. si in causa profana,& latius per Vant.in Tracta.de nullit.in tit. quib. mod. sent.null.de-

228 fen.possint. sub numero 125. Ita etiam solet † Signatura ex causa commissionem dare, quòd simul, & semel cognoscatur, & iudicetur de nullitate sententiæ,attentatis, & innouatis,& negocio principali,vt tradit idem Staphil.vbi supra,fol.179.versicul. qua ratione conceditur commissio, &

229 capitul. causa autem esset posset, puta † ob paupertatem illius,qui attentauit,& aduersarij potentiam, nam attentata huiusmodi maxima paupertate solet rescribere, vt omissis nullitatibus,& attentatis, & constito de bono actoris iure, Auditor ad expeditionem causæ negocij principalis vnica sententia,& quacunque appellatione remota procedat,prout similis commissio fuit aliàs præsentata D. Robusterio in vna Anconitana terrarum, & spolij attentati pro Scalamontibus contra Cęsarinum, licèt Scalamontes nihil obtinuerint,attento quòd,licèt illi conati fuerint deducere illorum paupertatem,Domini tamen sub die 19.Iunij 1570. tenuerunt non constare de paupertate, de qua loquebatur rescriptum.

Trigesimosextò licèt aliàs dicatur, quòd attentata sunt ante omnia reuocanda, ante quàm procedatur in negocio principali, ita vt respectu fructuum, & expensarum sit vsque ad obolum facienda restitutio, id tamen non procedit respectu damnorum, & interesse, in quibus licèt attentans veniat condemnandus, vt diximus infra capitulo 31.

230 de pœn.attentat. in 5.pœn. numero 164. † tamen si damna, & interesse non essent liquida, illorum purgatio non retardat processum in negocio principali, sed super eo simul, & super liquidatione est procedendum, vt adnotauimus

231 ibidem numero 168.versicul.4. quia † Idemque dicendum esset,si facta purgatione attentatorum pro maiori parte, ita quòd pro residuo modicum quid remaneret: nam & hoc casu ratione huius modici residui non retardaretur negocium principale, vt fuit aliàs factum in vna Taruisina illegitimitatis,& bonorum coram D. meo Oradino 10. Decembris 1557.& admonuimus etiam supra c.29.de purga.attent. nume.23.

Trigesimoseptimo prędictum priuilegium attētatorum, quod scilicet suspendat omnem aliam cognitionem, & solum super eo sit procedendum,vt in regula supra in hoc vltimo priuilegio posita nume.165. necessario limitandum

232 videtur, † vt non procedat,quotiescunque is, qui lite pendente possessionem accepit, antequam contra eum fuisset datum de attentatis,& super eis fuisset discussum, obtinuisset ab Auditore Cameræ mandatum de manutenendo in possessione, in qua reperiebatur,& postmodum eius aduersarius commisisset in Rota causam attentatorum, ac totius negocij principalis,cum clausula tamen,sine præiudicio legitimæ executionis mandati da manutenendo:quia hoc casu licèt iudicium attentatorum, quæ origine erant priora, videretur prius terminandum, præsertim considerata illorum natura priulegiata quoad suspensionem, nihilominus eueniente casu in vna Vercellen.coram Reumano 21.Octobris 1555. fuit dictum, quòd poterat procedi super vtroque, & consequenter erit limitatio ad prædictum priuilegium.

Trigesimooctauò fuit aliàs dubitatum, an si præsupponatur defunctum (possessionem post appellationem capiendo) attentasse, ista exceptio, quòd ante omnia erant attentata purganda, impediret hæredem scriptum petentem se immitti in possessionem bonorum vigore testamenti non cancellati,& iuxta terminos. l.fina C.de ædicto.diui. Adria.tollen.ex sui priuilegio retardaret immissionem prædictam, & suspenderet iudicium istud adipiscendæ? Et licèt affirmatiuam suaderet, & natura ipsius causæ, quæ regulariter est suspensiua omnium aliarum cognitionum, vt supra dictum est in 14 priuileg.nume.115. & id quod diximus

Source : BIU Cujas

ſupra capit. 4. de attent. lit. pend. in 5. ampliat. princip. quòd etiam poſt mortem attentantis hæres, & ſucceſſor tenentur ad attentatorum purgationem poſt Mil. in verb. attentata. 1. fol. 29. Nihilominus eueniente caſu in vna Peruſina hæreditatis coram Sarmiento 14. Martij 1567. licèt Domini ar-
233 ticulum non determinauerint, † ſenſerunt tamen pro negatiua, quòd huiuſmodi exceptio minime impediat prædictam immiſſionem: quoniam (vt per informantes ibi allegabatur) hæres vigore d. l. fin. debet immitti in poſſeſſionē, quæ erat penes defunctum, qualiſcunque fuerit, & ideo habet locum etiam reſpectu detentionis. glo. in d. l. fin. & ibi Alexan. nume. 22. Iaſ. col. 8. in fin. Pariſ. poſt alios conſil. 41. nume. 1. lib. 1. Non obſt. quæ ſupra pro affirmatiua conſiderabantur: quia iſta natura ſuſpenſiua etiam in alijs caſibus limitatur, vt patet ex ſuprapoſitis limitationibus. Ad aliud, quòd hæres teneatur purgare attentata, reſpondetur, quòd purgatio facienda per hæredem non excludit eius immiſſionem, immo poteſt dici, quòd eam includat: ſi enim quando eſt attentatum circa poſſeſſionem pro illius purgatione eſt facienda poſſeſſionis reſtitutio, iuxta ea, quæ latius diximus ſupra cap. 29. de purgat. attent. num. 34. & 77. ſi per hæredem eſt facienda purgatio per reſtitutionem poſſeſſionis, vt poſſit illam reſtituere, opus eſt, vt illam per immiſſionem, de qua agitur, conſequatur, & deinde purgando attentata à defuncto illam reſtituat, ex quo priuatio præſupponit habitum.

Trigeſimononò attentata in primis, & ante omnia non reuocantur, quando attentans prouiſus ab ordinario de beneficio reſeruato, (poſtquam illius vigore attentando poſſeſſionem adeptus fuerat) impetrauit à Papa nouam prouiſionem facta mentione litis pendētiæ, & poſſeſſionis captę, & cum clauſula, quòd tituli etiam infecti exprimi poſſint:
234 quia † talis noua prouiſio purgat vitia præcedentia, & impedit attentatorum reuocationem, & ita ſæpius per Dominos fuit reſolutum, vt declarauimus ſupra ca. 29. de purgat. attent. nu. 58. & melius nu. 61. & ſeq.

Quadrageſimò poteſt limitari, vt hæc priuilegiata reuo-
235 catio non procedat, quando † ſtatutum à certo perſonarū genere remoueret omnem exceptionem, & omnem defenſionem: ſi enim præſupponeretur contra huiuſmodi perſonas aliquid lite pendente attentatum, non poſſet ille inſtare pro reuocatione: quoniam illa fit officio iudicis mercena-
236 rio, vt ſępe dictum eſt, † officium autem iudicis per dictum ſtatutum cenſetur regulariter eſſe ſublatum, vt poſt Abbat & alios late proſequitur nouiſſime Io. Bapt. de Aſin. in ſua praxi iudic. §. 31. c. 34. per totum.

Quadrageſimoprimò id, quod dictum eſt, quòd ſententia in cauſa attentatorum lata in hoc eſt priuilegiata, quòd eſt ante omnia executioni demandanda, vt diximus poſt Rot. ſupra in prin. huius 29. priuilegij, nu. 150. limitandum vide-
238 tur, vt † non procedat, quando ſententia eſſet lata ab incōpetenti iudice: quia tunc non eſt attendenda ſecundùm Alciat. in conſi. 26. Marchionatus. nu. 7. lib. 6.

Quadrageſimoſecundò, quod dictum eſt, attentata ante omnia purgāda eſſe, & ante quam de cauſa, & negotio principali cognoſcatur, intellige locum ſibi vendicare inter eaſdem partes, videlicet attentantem, & eum, qui paſſus eſt at-
238 tentata, † ſecus vero reſpectu tertij, qui dum agitur ſuper attentatis inter Mæuium actorem, & Titium reum, & poſſeſſorem, vellet contra eundem Titium ſuper eodem beneficio agere: quoniam ſub prætextu priuilegij attentatorum non impeditur proceſſus, & cauſæ cognitio etiam ſuper negotio principali, quinimo ne huic tertio præiudicium inferatur, videtur, quòd ille impedire poſſit, ne Titius purgando attentata reſtituat poſſeſſionem Mæuio, ſicut videmus euenire in ſpolio, in quo tertius impedit reſtitutionem, vt mox dicemus. Verum quia articulus iſte, an priuilegium attentatorum afficiat tertium, ita vt ille valeat impedire purgationem attentatorum, & reſtitutionem poſſeſſionis, quando eſſemus in ſpolio attentato à Doct. in ſpecie non ponitur, & attentis regulis, ac terminis, qui in hac materia ſolent conſiderari, non videtur carere difficultate, idcirco ſciendum eſt,
239 quòd duplex in eo conſiderari poteſt opi. Prima † affirmatiua, quòd tertius reſtitutionem, & purgationem attentatorum impediat, & priuilegium attentatorum ſibi non obſtet, quæ ex pluribus ſuaderi poteſt. &

Primò quia (vt aliàs diximus ſupra in hoc eodem c. num. 48. verſi. quartò intellige, poſt Ruyn. in conſi. 75. quantum.
240 ſub nu. 9. lib. 5. priuilegium † attentatorum non debet egredi perſonas, quas concernit articulus attentatorū, ſicut ēt de effectu inhibitionis diximus ſupra in 2. parte, ca. 20. de attent. poſt inhibit. in 6. limit. princi. per tot. & conſequenter non debet extendi ad tertium, quem attentatorum articulus nullo modo tangit.

241 Secundò: quia ita in ſimili videmus in ſpolio in quo † tertius comparens pro ſuo intereſſe, & opponēs puta exceptionem dominij impedit reſtitutionem, ea ratione: quia in tertio ceſſat ratio odij contra ſpoliantem, ſuper quo fundatur reſtitutio ſpoliati, quæ fit in odium ſpoliantis, vt concludit Menocch. in tract. de recuper. poſſ. Remed. 1. q. 1. nu. 38. in fi. vnde idem videtur dicendum in attentatis, in quibus ſimiliter reſtitutio fit in odium attentatis, qui eodem tempore offendit, ius, iudicem, & partem. c. 1. de appel. in 6. vt no. Docto. in c. literis. de reſtit. ſpolia. & videtur deciſ. Rot. pen. aliàs 438. fuit dubitatum. de reſtit. ſpol. in no. cum alijs adductis per Ant. Gabriel. commu. concluſ. lib. 5. de reſtitut. ſpoliato. concluſ. 1. numero 45. & latius nouiſſime per Menocch. in d. tracta. de recuperan. poſſ. in 1. remed. quæſtio. 33. nu. 372. & ſeq. Quibus adde Guid. Pap. deciſ. 37. ſi appelletur, nume. 4. vbi in id præter allegatos per ſupradictos citat etiam Cyn. & Bart. in l. ſi quis. C. locat. & Henric. Boic. in c. cū veniſſent. in vltima diſtinctio. in fin. de inſtitut. & Ioſeph. de Ludou.
242 in deciſ. Peruſin. 26. Aemilianus. nu. 22. præſertim, quia † videtur valere argu. de ſpolio ad attentata, prout arguit aliàs Rota deciſ. 2. aliàs 55. ad inſtantiam, vt lit. pend. in no. & alibi ſæpe.

243 Tertiò: quia ſicut † vitium litigioſi, & litis pendentia non afficit tertium. Rot. deciſ. 3. aliàs 56. ſi lite, vt lit. pend. in no. cum alijs congeſtis ſupra in 1. part. c. 3. de attent. a tertio nu. 4. & in 2. parte, c. 4. de attēt. lit. pend. in præfatio. in 3. illat. nu. 527. ita priuilegium reſultans ex litis pendentia non debet tertium afficere.

244 Quartò: quia † pendente lite prohibitum eſt poſſeſſionē transferri de vno in alterum. Rot. deciſ. 3. aliàs 400. no. ſi lite, vt lit. pend. in antiq. vt latius diximus ſupra in 2. parte. c. 4. de
245 attent. lit. pend. in 2. illat. nume. 449. Cum ergo † poſtquam iſte tertius fuit admiſſus ad cauſam, lis pendere dicatur inter eum, & Titium poſſeſſorem. Aegid. deciſ. 545. ſi pendente, & plenius declarauimus ſupra in dicto capitulo 4. in præfatione, nume. 178. ergo per purgationem attentatorum non debet poſſe poſſeſſionem, quæ erat apud Titium in Mæuiū transferre.

246 Quintò: quia † tertius comparens pro ſuo intereſſe, præſertim ſi de illo doceat, eſt audiendus ad no. in c. veniens. el 2. de teſt ib. ſed quòd pendente articulo attentatorum ille ſuper iure quod prætendit audiatur, & quòd poſſeſſionem Titius non reſtituat Mæuio, multum ſua intereſſe poteſt, præſertim ſi Mæuius eſſet Titio potentior, ita vt ſibi in euentū victoriæ difficilior pararetur recuperatio, vt not. per Pau. de Caſt. in l. 2. C. de edicto diu. Adr. toll. Ergo ſuper his debet audiri, & impediri reſtitutio.

247 Secunda † poteſt eſſe opi. negatiua, quòd tertius non impediat reſtitutionem poſſeſſionis ab attētante per viam purgationis attentatorum facienda, & conſequenter, ꝙ quoad hoc priuilegium attentatorum ſibi obſtet. Quæ pariter ex infraſcriptis ſuaderi poteſt.

248 Primò: quia † nunquā debet aperiri via fraudibus, & præſtari occaſio delinquendi, & in delicto, & intruſione ſe confouendi, ad no. in l. in fundo. ff. de rei vendi. Capic. deciſ. 176. in cauſa. num. 34. Quod vtique facile, & frequēter eueniret, ſi per comparitionem tertij purgatio attentatorum retardaretur: ſemper enim attentans ad eludendum iudicem, & partem ſupponeret aliquem tertium, qui ſub prętēſo bono iure in cauſa principali reuocationem impediret: prout loquens de tertio vna cum parte attentante, & huiuſmodi reuocationem etiam quoad ipſum attentantem impedire volente, vtitur aliàs hoc argumento Biſignett. de appel. deciſ. 4. vtrum innouata, ſub nu. 5. verſ. item niſi talia.

249 Secundò: quia † in reuocatione attentatorum verſatur vtilitas publica, non ſolum ex hoc, ne delicta remaneāt impunita (cum attentans delinquere cēſeatur, ſecundum ea, quæ proxime dicemus in cap. ſeq. de pœn. attent. in princip.
250 verum etiam: quia † illorum reuocatio dicitur tangere abbreuiationem litium, & conſequēter vtilitatem publicam, arg. l. properandum. C. de iudi. quinimmo quando eſſemus
251 in beneficialibus, reſpiciunt etiam † publicam vtilitatem eccleſiarum, ne propter diuturna litigia eccleſię diu vacent, vt eleganter conſiderabat aliàs Rota deciſ. 5. aliàs 433. nota nunquid reo. ſub nu. 5. vt lite pend. quæ eſt repetita per Biſignet. deciſ. 1. nunquid reo, ſub nu. 6. vt lite pend. quas in hoc videntur ſecuti Domini in vna Nolan. Abbatiæ Vallis regalis corā Paleotto, vt eſt in recoll. ſuis deciſ. 115. Io. Michael. ad fin. vnde vtilitas hæc publica præferenda eſt priuatæ vtilitati huius tertij, iuribus vulg.

252 Tertiò cum † attentans dicatur offendere nō ſolum ius, & partē, vt ſpolians, ſed etiam ipſum iudicem, cuius dicitur lædi maieſtas, ad no. in c. 1. de appel. in 6. & aliàs ſupra ſæpe dictum eſt. Immo in attentatis plus ponderetur contem-

ptus

ptus iudicis, q̃ ius agentis, vt dicebat Aegid. decisio. 49. incip. agens. cum in attentatorum reuocatione contempta prætoris dignitas vindicari dicatur, ſm Oldrad. in conſi. 200. in cauſa, poſt princip. ne iudicibus illudatur, contra l. ſi prætor. ff. de iud. & no. in l. ſi quis. in verb. eludere. ff. de arbit. non uidetur aliquatenus concedendum, q̃ tertius valeat hanc quaſi publicam vindictam impedire.

Quartò: quia ſicut per litis pendentiam inter Titium, & Męuium tertio non præiudicatur, quod ex eo ſatis conſtat: quia ſi ille hac lite pendente aliquid innouauerit, regulariter id non dicitur vitio attẽtatorum ſubiici. c. Romana. §. in aliũ. de appell. in 6. & aliis adductis ſupra in 1. part. cap. 3. de attẽt. à tert. num. 4. ita (vt ꝺ̃riorum ſit eadem diſciplina) per ſuam comparitionem, & admiſſionem ad cauſam non debet præiudicari primis collitigantibus in purgatione attentatorum, ſuper quorum reuocatione Męuio erat antea ius quæſitum. Quod vtique fieret, ſi per eum reſtitutio poſſeſſionis impedi
253 retur: † cum maximum ſit poſſeſſionis commodum. §. commodum. Inſtit. de interd. & late deducit Cagnol. in l. in pari. ſub num. quarto, de regul. iur. & Rip. in cap. ſæpe. num. 3. de reſtit. ſpol.

Quintò: quia licèt multum huius tertij interſit admitti ad cauſam, & ſuper ſuo bono iure audiri, regulariter tamen (ſi recte conſideretur) ſua parum intereſſet fieri, vel non fieri per Titium reuocationem attẽtatorum: Quoniam Aut tertius pro parte ſua deducit iudicium poſſeſſorium, puta ſpolium ſimplex, aſſerens ſe ab eodem ſpoliatore fuiſſe ſpoliatum: &
254 tunc, quia † ſpolium qualificatum, puta ratione violentiæ, vel litis pẽdentiæ pręfertur ſimplici ſpolio, vt annotauimus ſupra num 131. tunc nullum ſibi per hanc reſtitutionem videtur præiudicium inferri, atttẽto quòd ſpolium attentatũ ipſius Męuij; eſt ſuo ſimplici ſpolio præferendum. Aut deducit aliquid concernens petitorium, putat rei uendicationẽ aſſerens beneficium ad ſe ſpectare: & tunc licèt per purgationem attentatorum poſſeſſorei litigioſæ auocetur à Titio & transferatur ad Męuium: in hoc tamen nullum uidetur uerſari intereſſe, ut potius penès unum, quàm alterum (ſi in cauſa ille obtinuerit) poſſeſſio inueniatur, cum non transferatur in extraneum, & non collitigaatem, ſed in omnem euẽ tum ſemper ex eodem iudicio, & ab eodem iudice poſſit cõ tra poſſidentem habere ſuæ ſententiæ executionem, arg. l. pen. ff. de rei uendi.

Sextò facit: nam licèt ex prædictis clare conſtare videatur, q̃ tertius nõ poſſit reuocationem impedire, attamen dato ẽt q̃ hoc eſſet dubium, hæc ſecunda opinio eſt attendenda: qm̃
255 in dubio † debemus fauere attentatorum reuocationi, ut eſt deciſ. Rot. apud Biſignett. 4. utrum innouata. ſub nume. 6. in titu. de appellat.

256 Et tenendo hanc † (quæ ſanè verior videtur opi. & ſecun-
257 dum quam † deinde inueni, quod nouiſsime fuit per Dominos reſolutum in una Caliguritana translationis coram Blãchetto 3. Iulij. 1573. in qua fuit dictum, q̃ tertius, licèt impediat reſtitutionem in ſpolio, non tamen quando cõcurrunt attentata, vbi citant Corſet. in Regula ſpoliatus, limitat. 38. non obſtant adducta in contrarium pro prima opinione. Reſpond.

Ad Primum, q̃ priuilegium attentatorũ inter cætera, quo ad duplicem effectum ꝺ̃ſiderari poteſt; Primus eſt, ut pendẽte cognitione, & cauſa attentatorum, in negocio principali non ſit procedendum, ad no, in cap. non ſolum. de appell. in
258 6. † & quoad hoc priuilegium attentatorum nõ afficit tertiũ, quominus ille ẽt pendente cauſa attentatorum audiatur, & admittatur ad cauſam, & in ea procedatur, & de hoc eſt expreſſe deciſ. Capel. Toloſ. 493. incip. an pendente, ſicut nec
259 † ẽt litis pendentia inter aliquos in poſſeſſorio impedit, quominus tertius poſſit agere ſuper eodem beneficio in petitorio. Rot. deciſ. 3. aliàs 149. ſi inter Titium. de cauſ. poſſ. & propr. in no. Secundus effectus eſt, vt attentans purget attentata, nec quoad hunc effectum dr̃ tertium afficere, ex eo quia tertius non impediat purgationem, & reſtitutionem poſſeſſionis; quia hoc prouenit potius ex hoc: quia ſua non intereſt, vt ſupra dictum eſt, quàm ex ui priuilegij ipſorum attentat.

Ad Secundum Reſpond. primò, q̃ licèt ẽt in attentante cõ
260 ſideretur odium, ſicut in ſpoliante, illud † tamen maius eſt, vt poſt Rip. & alios in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 67. ff. de acquir. poſſ. diximus ſupra in hac 3. parte, c. 24. de except. contr. attent. compet. q 1. num. 41. unde non mirum uideri debet, ſi id, quod ratione odii ceſſantis conceditur reſpectu tertij in ſpolio, hoc in attentatis denegatur: cum non ſit
261 odii par ratio in vtroque caſu. Secũdò, quòd † non ſola odij ratio in reuocatione attentatorum conſideratur, ſed immo fauor, & vtilitas publica, vt ſupra deductum eſt, vnde licèt reſpectu tertij ceſſet ratio odij, remanet tamẽ alia, & efficacior ratio fauoris, etiam publici, qui tam reſpectu iudicis, cuius fuit læſa maieſtas, quàm illius, qui paſſus eſt attentata, conſideratur, præſertim quia vbi concurrit etiam circa eandem rem fauor, & odium, prout in reuocatione in caſu noſtro, regulariter fauoris ratio præfertur odio, ad no. in l. 2. C. de in ius uocan.

Ad tertium reſpond. vt ad primum, q̃ non priuilegium attentatorum prohibet eum non poſſe impedire reſtitutionẽ, ſed quia ſua non intereſt, vt ſupra.

Ad quartum, q̃ ex cauſa neceſſaria, prout eſt in caſu iſto
262 (in quo Titius per iudicem compellitur) † etiam res litigioſa alienari, & in alium transferri poteſt, ut latius dictum eſt ſupra in ſecunda parte, ca. 4. de attent. lite penden. in 8. limit. princ. per tot.

Ad quintum reſpond. q̃ immo ſua non intereſt, & dato q̃ intereſſet, utilitas publica præferẽda eſt priuatæ per ſupra
263 dicta, & † poſito, q̃ Meuius eſſet etiam Titio potentior, per hoc non videretur retardanda reſtitutio, & attentatorũ purgatio: qm̃ l. 1. C. ne liceat potentior. procedit, quãdo quis doloſe, & in fraudem rem in potentiorem transfert, vt ibi no. & declarat etiam Menoch. (qui ex hoc reprobat, & meritò quandam modernorum ferè in noſtris terminis diſtinctionem) in d. tracta. de recuperan. poſſ. in 1. remed. q. 33. nume. 381. ad fi. qui dolus, & fraus in caſu noſtro ob iudicis ſententiam penitus excluditur, ad l. iuſte poſſidet ff. de acquir. poſſ.
264 Verùm quia † ſi præſupponeretur ĩ facto, q̃ Meuius, in quẽ per purgationem transferretur poſſeſsio, eſſet adeo hoc tertio potentior, vt poſt reſtitutionem maxime difficilis, ac penè impoſſibilis ſit futura recuperatio, in euentum, q̃ in negocio principali obtineat; vt omnia cum minori ſingularũ partium, & collitigantium præiudicio tranſigerentur, ęquitati, ac ratione ualde conſonum fortaſſe foret, ſi iudex ad eam prouiſionem recurreret, quàm aliàs Domini in certis caſibus, etiam in terminis noſtris attentatorum facere ſolent, ui delicet, ut poſſeſſionem, quam ab attentante per purgationẽ huiuſmodi abdicaret, non illi, qui paſſus eſt attentata, reſtitueret, ſed ad ſe aduocaret, & penès ſe ſequeſtraret: prout ſæpius factum eſſe per Dños conſtat ex his, quæ poſuimus ſupra c. 24. de reo & except. ſibi contr. attent. competent. q. 1. nu. 58. Sic enim, & attentanti debita pœna infligitur, & tertio in euentum uictoriæ ꝺ̃ſulitur; quia paratur ſibi facilis recupera tio, & quamuis paſſus attentata aliqualiter grauari videatur: quia priuatur commoditate fructuum medij temporis, hoc tamen intereſſe non uidetur multum conſiderabile, & per ſnĩam in negocio principali ferendam reparabile; quia ſi obtinuerit, habebit etiam omnes fructus, qui interim ſibi per iudicem conſeruantur, ut aliàs conſiderat in ſimili Rota deciſ. 4. aliàs 390. ſi feratur. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct. in no. Et ſm hoc ultimum dictum uidetur nouiſſime fuiſse deciſum in vna Nullius caſtrorum, coram D. meo Oradino 7. Aprilis. 1570. in qua, cum comes Vbertinus eſset conuentus à Dominis de Malateſtis ſuper ſpolio attentato, & hac lite pendẽte Cæſar, & fratres de Ranchio veniſsent ad litem, & peterẽt etiam ipſi caſtrum, de quo agebatur, ſibi reſtitui, & dubitatur, an poſſeſſio Vbertini eſset in caſu illo ex officio ad Rotam auocanda, uel ſequeſtranda, fuit formaliter concluſum ſub his uerbis, videlicet. Poſſeſsionem caſtri eſse auocandaz ad Rotam, & ponendam ſub ſequeſtro, & moti ſunt Domini; quia cum comes Vbertinus violenter ſpoliauerit Dominos de Malateſtis, & incertum ſit, an reſtitutio debeat fieri Malateſtis, vel Cæſari, & fratribus, non debet Vbertinus con ouere ſe in ſpolio attentato, & pro hac concluſione facit de ciſ. in no. 4. de ſequ. poſſ. & fructuum, & deciſio. facta coram A. Auguſtino, quæ eſt 79. lib. 3. ut colligitur ex informationibus, quæ non loquitur in beneficialibus, nec poſt ſententiã, ſed ante: & quia Rota ſolet poſſeſsionem attentatam ſequeſtrare, vbi eſt aliquod impedimentum circa reſtitutionem faciendam, prout eſt hic propter ſuperuenientiam Cæſaris, & fratrum, & ita concluſerunt Domini, niſi comes Vbertinus legitime docuerit licuiſſe ſibi accipere poſſeſsionem, cum ad hoc tendant omnia, quæ pro eius parte adducuntur, vel allegantur. Hæc illi: Vel poſset, etiam iudex rem, de qua agitur, ſequeſtrare, & fructus rei ſequeſtratæ conſignare illi, qui fuerat paſsus attentata, vt cum eis poſset ſuſtinere expenſas litis, ſi pauper eſset, cum non ſit de iure inconueniẽs, quòd in certis caſibus res litigioſa ſequeſtretur, & fructus illius parti conſignentur, ad tex. in l fin. C. de ordine cogn. & no. per illum tex. Iaſ. in l. ſi fideiuſsor § ſatiſdatum. colum. fin. ff. qui ſatiſdat. cogan. vbi poſt Saly. in d. l. fin. dicit illum tex. eſse ſingularem, & alibi non reperiri, ut eos refert & ſequitur ex recentioribus Aemilian. in conſil. 126. quæritur. nume. 1. verſic. contrarium. & num. 3. & iterum in conſi. 151. vxor. num. 14.

Source : BIU Cujas

Ex quibus omnibus cum fuerint explicata ea, quæ priuilegia attentatorum respicere uidebantur, reliquum nunc est, vt pro præsentis materiæ complemento, ad pœnas, quæ contra attentantes sunt introductæ, transitum faciamus.

Cap. XXXI. De pœnis attentatorum.

SVMMARIVM.

1 *Attentare sapit delictum.*
2 *Attentans eodem tempore ius, iudicem, & partem offendere dicitur.*
3 *Attentare, ista uox sonat in malam partem.*
4 *Spoliatio, quæ fit lite pendente dicitur odiosior cæteris.*
5 *Attentantium temeritas pluribus pœnis coercetur.*
6 *Pœnæ contra attentantes quædam fuerunt introductæ de iure Digesto rum, quædam verò additæ de iure Codicis.*
7 *Attentantis prima pœna est, quia nulliter agit, non solùm actum, quem facit attentando, verum eum alium, quem faceret non purgatis attentatis, puta sententia in causa principali; quoniam & ipsa est nulla, vt infra num. 13.*
8 *Contractus factus super re litigiosa dicitur ipso iure nullus.*
9 *Nullitas actus dicitur esse pœna.*
Præsertim quando fit in odium personæ ipsum actum explicantis, vt num. 10.
Secus si nullitas resultat ex defectu alicuius solemnitatis, vt nume. 11.
12 *Effectus autem huius nullitatis est, quia si occasione huiusmodi actus nulli, & attentati peteretur remissoria, vel compulsoriales speciales, non dicuntur releuantes.*
14 *Attentantis secunda pœna est, quia tenetur rem reponere in pristinum, & eum, in quo antequam attentaretur, erat status, quando attentatur circa rem.*
15 *Quòd si extra rem: tunc actus debet retractari, & in pristinum statum reponi.*
16 *Retractatio actus dicitur pœna.*
17 *Attentantis tertia pœna est, quia condemnatur in fructibus perceptis, & qui percipi potuerunt, & infra nu. 18.*
18 *Condemnatio ad restitutionem fructuum appellatur pœna.*
19 *Fructus post litem contestatam dicuntur venire in pœnam illius, qui maluit litigare, quàm rem restituere.*
20 *Fructus restituere regulariter tenetur attentans, & in eis per iudicem condemnari.*
Etiam in illis, quos percipere potuisset, ut num. 21.
Etiam si in sententia nihil fuisset dictum de his, quos percipere potuisset, dummodo fuerint percepti ab aliquo tertio habente causam ab attentante nu. 22. &
Etiam si dicti fructus consisterent in distributionibus quotidianis. nume. 23.
24 *Distributiones quotidianæ non dicuntur verè fructus.*
25 *Condemnatus in fructibus tenetur ad restitutionem distributionum, quando litigatur super canonicatu, & præbenda.*
Licèt aliqui contra, vt nu. 26.
27 *Stilus Rotæ vtranque opin. concordans habet, vt debeat contra possessorem fieri protestatio, quòd vel diuinis inseruiat, vel possessionem dimittat.*
28 *Protestatio, quòd vel diuinis inseruiat, vel possessionem dimittat, vt faciat in condemnatione fructuum venire quotidianas distributiones, debet fieri principali.*
Nec facta procuratori sufficeret, vt nu. 29.
Etiam si esset procurator specialis, vt nu. 30.
31 *Condemnatio facta in fructibus regulariter intelligitur de perceptis iure ordinario, non autem iure speciali.*
32 *Protestatione facta sub hac forma, quòd dimittat possessionem, cum ipse intendat ire ad residendum in canonicatu, aliàs protestatur de fructibus, & emolumentis etiam qui percipi potuerunt, & de omnibus quæ de iure protestari potest, non veniunt distributiones quotidianæ.*
33 *Distributiones quotidianæ vt veniant in restitutione fructuum, protestatio duo debet continere, Primum quòd paratus est ire ad residendum. Secundum protestari nominatim de distributionibus.*
34 *Fructus quos percipere potuisset, tunc tenetur attentans restituere, quando attentauit post inhibitionem.*
Etiam si fuissent percepti à tertio in quem res post inhibitionem fuerit translata, vt nu. 35.
36 *Attentans non tenetur ad fructus, quos percipere potuisset, quando attentata reuocari non possunt ad instantiam partis, sed duntaxat ex officio iudicis.*
37 *Condemnatio in fructibus, qui percipi potuerunt, ita demum fit, si petatur à parte.*
38 *Attentans non tenetur ad fructus, qui percipi potuissent, si aliquam iustam causam habeat, quæ illum à restitutione excusaret.*
39 *Attentans si probet se fructus non percepisse, sibi prodest, vt contra eum non fiat executio.*
40 *Spoliator si habet aliquam rationabilem causam, vel colorem; tunc contra eum non fit condemnatio in fructibus, quos percipere potuisset.*
41 *Mandatum relaxatum contra condemnatum in fructibus regulariter non est contra eum exequendum, quando dat alium, qui fructus perceperit.*
42 *Fructus per attentantem restituendi sunt per eum, & suis expensis deferendi ad domum eius, qui attentata passus est.*
43 *Attentans non admittitur ad beneficium c. Odoardus, de solut.*
Nisi in fauorem attentantis concurrerent aliquæ coniecturæ, quæ illum excusarent, puta quia esset minor, & cæpisset possessionem vigore alicuius breuis, quod prima facie videbatur sufficiens, vt infra nume. 48. &
Nisi fuisset condemnatus in fructibus in secunda instantia, & attentans in prima instantia habuisset sententiam in fauorem, vt infra nume. 49.
44 *C. Odoardus. de solut. & illius beneficium non communicatur doloso.*
45 *Attentans dicitur esse in dolo.*
46 *Attentata lite pendente dolum arguunt.*
47 *Condemnatus per tres conformes non gaudet beneficio cap. Odoardus.*
50 *Spoliatus admittitur ad cessionem bonorum pro fructibus, & expensis, in quibus in secunda instantia est condemnatus, quando ille in prima instantia reportauerat sententiam in fauorem.*
51 *Fructuum condemnatio in attentatis non solum fit ad instantiam partis, verùm etiam fieri potest ex officio iudicis, etiam fructibus per partem non petitis.*
52 *Iudex in iudicio rei vendicationis potest etiam in fructibus non petitis condemnare secundum opi. Ant. de Butr.*
Quæ magis æqua, & iuri consona reputatur. nu. 53.
Et aliàs secundum eam fuit iudicatum, ut nu. 54.
Præsertim quando per actorem fuit generaliter petitum sibi ius, & iustitiam administrari, vt nu. 55.
56 *Iudex pronuncians beneficium alicui debitum potest in fructibus etiã non petitis condemnare.*
57 *Pœna debet esse correspectiua, & commensurari delicto.*
58 *Iudex per attentantem plus videtur offendi, quàm pars.*
59 *Iudex potest attentantem etiam in expensis non petitis condemnare.*
60 *Iudex licèt condemnare attentantem possit in fructibus perceptis, etiam non petitis, non tamen potest quoad eos, qui percipi potuerunt.*
Et ratio assignatur, & soluitur contrarium: vt nu. 61.
62 *Æquitatem debet iudex ante oculos habere.*
63 *Fructus non petiti, in quibus iudex attentantem condemnauit, sunt parti applicandi, si pars poterat attentatorum reuocationem obtinere.*
Secus si non potuisset attentatorum reuocationem petere, puta quando constaret notorie de non iure suo; quia tunc essent sequestrandi, & ei, qui in petitorio obtinuerit consignandi. nu. 64.
65 *Interesse plurimum videtur, habere finita lite rem cum fructibus sequestratis.*
66 *Fructus regulariter veniunt a die motæ litis.*
67 *Attentans tenetur ad fructus à die attentationis, & intrusionis.*
68 *Attentans dicitur esse in mala fide.*
69 *Malæfidei possessor tenetur ad fructus à die occupationis.*
70 *Violentus spoliator tenetur ad fructus à die violentiæ.*
71 *Attentans æquiparatur violento.*
72 *Depositum pro fructibus fieri non potest in causa attentatorum.*
Nec in causa spolij. nu. 73.
74 *Verbalis oblatio non sufficit pro purgatione attentatorum, sed illa sunt effectualiter purganda.*
Licèt aliqui hoc darent pro cautela, quæ tamen non videtur admittenda: vt num. 75.
Nisi depositum permitteretur ex aliqua causa Patribus bene visa. vt num. 76.
Et tunc debet esse totius, & integræ summæ. vt nu. 77.
78 *Fructuum compensatio non admittitur in attentatis.*
Sicut nec inter spoliantes. nu. 79.
80 *Excommunicatus appellans, & interim priuatus fructibus, si obtineat pronunciari excommunicationem fuisse iniustam, fructus tamen deperditos non recuperat per viam attentati.*
Sed per viam querelæ, vt num. 81.
82 *Attentans non tenetur ad fructus, quos percepit ei qui passus est attẽtata, quando de illius non iure notorie constat.*
83 *Pauper si sit attentans, Signatura dat commissionem, quòd fructus, & expensæ reseruentur in fine litis.*
85 *Fructuum solutio, in quibus quis in causa attentatorum fuit condemnatus, non est facienda in curia, sed in partibus.*
Etiam si condemnatio fuisset facta in curia. ut nu. 86.

Fructus

Source : BIU Cujas

97 *Fructus qui tempore sententiæ erant pendentes, & executionis verò tempore erunt separati à solo, & in area penès colonum in executionem sententiæ capi possunt.*
Et ratio assignatur; quia tunc veniunt tanquam pars rei: ut nume. 88.
Et ad materiam attentatorum extendi potest, ut nu. 89.
Fructuum restitutio per attentantem fit, dummodo à parte petetur.
90 *Tertius qui non est in lite non potest se opponere, & impedire, quo minus is, qui prætenditur attentasse, si in causa principali obtineat, fructus consequatur.*
91
Decretum irritans, de quo in c. ij. vt lite pend. in 6. inficit ita possessionem, vt omni prorsus iuris adminiculo carere videatur.
92
Decretum irritans non operatur, nisi eo uolente, in cuius præiudicium
93 *fuit attentatum.*
Iudex tenetur attentata reuocare, sed intelligitur si à parte petatur.
95 *Litis pendentia facit attentata non omnino pure, sed condicionaliter, si collitigans voluerit allegare litis pendentiam, & intrusionem.*
96 *Attentatis quarta pœna est; quia debet in expensis condemnari, & infra num. 104.*
97 *Condemnatio in expensis an sit pœna, remissiue.*
Et dicitur pœna, saltem respectu soluentis. nu. 98.
99 *Condemnatio in expensis in curia semper fieri solet, præsertim in Rota.*
100 *Attentatorum causa, quoad condemnationem in expensis videtur habere aliquas prærogatiuas, videlicet*
101 *Quod possit fieri post sententiam, & ex interuallo & infra nume. 105. &*
102 *Quod etiam pro expensis sit facienda executio, antequam cognoscatur de negocio principali, &*
103 *Quòd expensa taxari possint etiam ante prolationem sententiæ in negocio principali.*
104 *Condemnatio in expensis in causa attentatorum potest fieri etiam post sententiam, & ex interuallo.*
Dummodo sententia, in qua fuit omissa cõdemnatio expensarum trã siuerit in rem iudicatam, vt infra num. 109.
106 *Iudex debet regulariter in ipsa sententia condemnare victum victori in expensis.*
Aliàs facit litem suam secundum aliquos, vt num. 207.
Etiam si non fuerit hoc petitum, vt nu. 108.
110 *Taxatio expensarum si fiat appellatione pendente etiam à sententia lata in causa attentatorum, reuocaretur per viam attentati.*
111 *Iudex potest in sententia attentatorum condemnare in expensis, etiam si illæ non fuerint petitæ.*
112 *Condemnatio in expensis ad hoc vt fieri possit, licèt secundum opi. Bar. debeat peti.*
Stilus tamen, & communis obseruantia tam curiæ delphinatus, quã Cameræ Imperialis contrarium habet, vt nu. 113.
Immo hoc etiam de iure communi procedere dicendum est, vt nume. 114.
Secundum magis commu. opi. num. 115.
116 *Iudex etiam quando procedit ex officio debet illi, qui causam prosequitur, victum condemnare in expensis.*
117 *Expensæ factæ in causa attentatorum peti possunt, etiam si super negocio attentatorum fuerit inter partes transactum; & concordatum.*
118 *Expensæ aliàs regulariter etiam post transactionem in causa peti possunt.*
Et ita in iudicando seruatur secundum aliquos, ut nu. 119.
Licèt aliqui contra, vt nu. 120.
121 *Expensæ contumatiales veniunt etiã post transactionem in causa principali, licèt de alijs non uideatur absolutum.*
122 *Expensæ attentatorum possunt in effectu appellari contumaciales.*
123 *Principali sublato non videtur tolli accessorium quoad condemnationem expensarum in causa attẽtatorum per iudicem, etiam postquã causa principalis fuit transactione sublata, faciendam.*
124 *Officium iudicis, quo ex se absque partis instantia iudex attentata reuocat, dicitur nobile, non autem mercenarium.*
125 *Iudex in causa attentatorum non potest sibi condemnationem reseruare, sed statim partem ad eas reficiendas cogere debet secundum aliquos.*
Licèt non sit omnino verum: vt nu. 126
127 *Depositum pro expensis in causa attentatorum non admittitur.*
Licèt aliqui aliter censerint, vt nu. 128
129 *Compensatio non admittitur in hac expensarum refectione.*
130 *Expensæ etiam factæ in priori iudicio veniunt in reuocatione attentatorum.*
131 *Attentans si habuit primam sententiam in fauorem videtur excusandus à refectione expensarum, si in secunda, vel tertia instantia reportauit deinde sententiam contra.*
132 *Iusta causa litigandi solet aliàs regulariter ab expensis excusare.*
Secundum commu. opi. nu. 133.
Præterquam in Curia Romana, in qua rarò præsertim in Rota hæc iusta causa admittitur secundum aliquos: vt nu. 134.
Nisi iusta causa resultet ex eo, quòd quis in prima instantia reportauit sententiam in fauorem, & in secunda, vel tertia instantia succumbat ex nouiter deductis, vt nu. 135.
136 *Expensæ non reficiuntur per condemnatum in secunda, vel tertia instantia, si ille in prima obtinuit, & condemnatio prædicta fit ex nouiter deductis.*
Secus si succumbat ex eisdem, ut nu. 137.
Et hæc distinctio communiter tenetur, vt nu. 138.
Nisi nouæ probationes concernerent factum proprium ipsius succumbentis; quia tunc non excusatur ab expensis. nu. 139.
140 *Succumbens in alia instantia ex nouiter deductis quomodo veniat ab expensarum refectione excusandus remissiue.*
141 *Sententia vbi reuocatur ex nouiter deductis, pars non condemnatur in expensis.*
Præsertim si adsit aliqua iusta causa iudici bene visa, prout quandoque solet facere Rota, quando narratur paupertas, vel minor ætas. nume. 142.
143 *Paupertas si allegatur ad effugiendam refectionem expensarum; tunc constito de paupertate.*
Vel attentans esset admittendus ad beneficium. cap. Odoardus. de solut.
Vel expresse reseruandæ in fine litis, nu. 144.
145 *Signatura concedere solet, quòd expensæ reseruentur in fine litis, quando allegatur paupertas.*
Dummodo commissio habeat narratiuam spolij attentati, aliàs reseruatio attentanti non suffragaretur. nu. 146.
147 *Attentans si expensas reficere ob paupertatem nõ potest, potest admitti ad beneficium c. Odoardus. de solut.*
Licèt secus sit in fructuum restitutione. nu. 148.
Et ratio diuersitatis assignatur. nu. 149.
150 *Expensæ attentatorum etiam si non fuerint totaliter refectæ, potest in negocio principali procedi ex iusta causa, & patribus bene visa.*
151 *Taxatio expensarum in causa attentatorum fit, & regulatur, vt hic. videlicet.*
Pro sententia tantum, quantum, pro diffinitiua.
Pro regesto quantum extimatur.
Pro procuratore, sollicitatore, & aduocatio ad arbitrium iudicis.
152 *Iudicis arbitrium in taxandis expensis cessat, quando quis vere, & plene probaret se tantum erogasse.*
153 *Procurans, vel aduocans in causa propria regulariter expẽsas pro procuratore, vel aduocato repetere non potest.*
Nisi petat, non ut salarium, sed ut damnum, & interesse. nu. 154
Secundum commu. opi. secundum quam fuit aliàs iudicatum. 155.
156 *Expensæ attentatorum si non sint liquidæ, non retardant processum in negocio principali.*
Et si pars illarum est liquida, pro illa fit refectio, & pro alia quandocũque superuenerit liquidatio. nu. 157.
Quod etiam ad damnorum, & interesse refectionem extenditur. num. 158.
159 *Reuocationem attentatorum temere petens est in expensis condemnandus.*
Tamen condemnatus si illas non reficeret, non per hoc prohibetur procedi in petitorio, vt nu. 160.
Licèt secus sit in attentante condemnato. nu. 161.
Et ratio diuersitatis assignatur remissiue. nu. 162.
163 *Passus attentata, & spolium attentatum si suspenso petitorio possessorio per tres sententias succubuerit potest absque expensarum refectione conuolare ad petitorium.*
164 *Attentantis quinta pœna est, quia tenetur ad damna, & interesse.*
Et sunt resarcienda, etiam antequam procedatur in negocio principali, vt infra num. 169.
165 *Damna non continentur sub nomine, & pœna fructuum, vel expensarum.*
166 *Spoliator tenetur spoliato ad damna, ita vt vsque ad obolum satisfacere teneatur.*
167 *Violentus tenetur ad damna, & interesse.*
168 *In iudicijs restitutorijs possessorijs ex dispositione legis veniunt damna, & interesse.*
170 *Damna possunt probari per iuramentum, attentatione per testes, vel aliàs legitime probata.*
171 *Probatio damnorum per iuramentum admittitur, quando sumus in violento.*
An autem debeat præcedere taxatio, vel pars citanda, hic remissiue. nume. 172.
173 *Damna resarcienda in causa attentatorum veniunt non à die litis contestatę, sed à die attentationis.*
Etiam si respicerent sumptus factos in conuocandis amicis: vt num. 174.
Et etiam si attentatum non fuerit perfectum. nu. 175.
176 *Depositum non sufficit facere de istis damnis pro purgatione attentatorum.*

Source : BIU Cujas

177 *Damnum in causa attentatorum non est resarciendum, quando non prouenit ex actu, qui prætenditur attentatus, sed ex actu, quem quis licite fecit, & illum faciendo dicitur vsus iure suo.*
Et ponitur exemplum. num. 178.
Dummodo illa sint liquida, vt num. 179.
180 *Attentatis sexta pœna est, quia possessionem attentando capiens, si ea spolietur non restituitur.*
Fallit in casu, de quo infra num. 195.
Nec in ea est manutenendus, vt infra num. 184.
181 *Possessio attentata non restituibilis.*
182 *Indulta non capiunt beneficia litigiosa.*
183 *Execrabilis spoliatus non restituitur.*
184 *Mandatum de manutenendo non est ei concedendum, qui attentando possessionem est adeptus.*
185 *Possessio attentata non manutenetur.*
Etiam si attentans prius possederit, & prætextu continuationis uelit excusare attentata. num. 187.
186 *Attentans, si antequam de sua possessione attentata discuteretur, fuerit per Auditorem Cameræ in ea manutentus, & deinde contra eum in Rota fuerit commissa causa attentatorum cum clausula, sine præiudicio legitimæ executionis dicti mandati de manutenendo, potest super vtroque simul procedi.*
188 *Continuare quis possessionem non dicitur á qua antea fuit eiectus.*
Nisi id fuerit factum incontinenti, & per modum recuperationis. num. 189.
190 *Absolutoria non datur attentanti, qui commisit causam iactationis, & iactationum.*
191 *Reus dicitur committens causam iactationis.*
192 *Possessio attentata non meretur commodum possessionis.*
193 *Inhibitio iuxta formam commissionis datur etiam ad instantiam attentantis.*
Immo si eius commissio fuerit reformata, & vigore commissionis reformatæ petatur inhiberi, additur clausula, sine præiudicio præcedentis inhibitionis. num. 194.
196 *Attentantis septima pœna est; quia non potest dare obiectus.*
197 *Reus, & possessor potest dare obiectus: cum sufficiat sibi uincere per non ius actoris.*
198 *Attentantis lite pendente octaua pœna; quia rem litigiosam præscribere non potest.*
199 *Vitium litigiosi licèt alienationem in possidente impediat, non tamen impedit acquisitionem ab eo fieri.*
200 *Litigiosæ rei dominium potest possessor acquirere secundum aliquos,*
Præterquam per præscriptionem: vt infra nu. 202.
201 *Præscriptione acquiritur dominium.*
203 *Attentantis similiter lite pendente nona pœna, quæ tam emptorem, quàm uenditorem rei litigiosæ respicit, est: ut*
204 *Emptor, scienter rem litigiosam emens an teneatur rem reddere, & pretium perdere fisco applicandum.*
205 *Vendens scienter rem litigiosam pretium emptori reddit, & tertiam partem de suo.*
206 *Emptor, & uenditor si scienter super re litigiosa contraxerunt, tunc emptor non agit contra uenditorem, nec ad pretium, nec ad tertiam partem de suo.*
207 *Attentantis lite pariter pendente. decima pœna est (quando scilicet sumus in interdicto vti possidetis) quia condemnatur ad desistendũ à turbatione, & molestatione, & consequẽter videtur perdere ius, si quod habet in dicto iudicio retinendæ.*
208 *Attentantis lite in iudicio finium regundorum pendente. vndecima pœna est; quia non solum rem occupatam restituit, sed tantundem de suo.*
Et si non habet tantundem de suo, tenetur nihilominus ad interesse: vt num. 209.
210 *Pœna l. si constiterit. C. finium regun. non exigitur in primis, & ante omnia, & ex priuilegio attentatorum, sed post litem fiaitam.*
211 *L. si constiterit. C. fin. regund. declaratur remissiuè.*
212 *Attentantis lite similiter pendente, & contra dispositionem l. si quis in tantam. C. vnde ui. duodecima pœna est, vt attentans cum violentia cadat à iure suo, si est dominus, & rem restituat, si non erat dominus possessionem, vnà cum rei extimatione restituere compellitur.*
213 *Attentans lite pendente, & cõtra inhibitionem cadit à iure suo, si hoc fuit in inhibitione expressum.*
214 *Pœna l. si quis in tantam; quatenus ageretur pro recuperanda possessione, quæ fuit lite pendente, & per uiolentiam occupata procedi potest via priuilegiata attentatorum.*
Secus si vltra ageretur ad pœnam amissionis dominij, vel æstimationis, vt num. 215.
Tunc enim agendum condictione ex illa l. vt nu. 216.
217 *Officium iudicis cessat, vbi agitur ad pœnam condictione ex aliqua l.*
218 *Attentantis appellatione pendente decimatertia pœna est; quia priuatur beneficio, & facultate appellandi. & infra nu. 224.*
Licèt aliqui aliter senserint, & male, vt infra nu. 226.
219 *Pœna dicitur non posse appellare.*
220 *Pœnalis dicitur dispositio, qua quis excluditur à prosecutione apppellationis.*
221 *Attentans uidetur diabolo odiosior, cum illi si foret in iudicio permitteretur appellatio, attentanti autem hoc casu denegetur.*
222 *C. an sit. de appell. primus intellectus, quòd ibi detur de attentatis per modum exceptionis.*
223 *Puniendus in eo quis est, in quo deliquit.*
224 *Attentans plus iudicem offendit, quàm contumax.*
225 *Attentans appellatione pendente non priuatur facultate appellandi in diuersa causa, sed tantum in eadem causa, vel saltem connexa.*
Secundum commu. opi. vt num. 228.
Nisi appellatio interposita in diuersa causa tenderet ad differendam reuocationem attentatorum antea commissorum: vt num. 229.
230 *Attentans appellatione pendente non censetur perpetuo exclusus à facultate appellandi, sed pro prima vice.*
231 *Attentans, vt priuetur facultate appellandi, debet passus attentata probare incontinenti attentationem, non autem ex interuallo.*
232 *Tex. in dicto c. an sit. de appell. ibi incontinenti, an stet narratiue, uel dispositiue. remissiue.*
233 *Probatio attentationis in casu c. an sit. de appell. infra quantum tempus fieri debeat, relinquitur arbitrio iudicis.*
234 *C. an sit. de appel. secundus intellectus.*
235 *Attentantis similiter appellatione pendente. decimaquarta pœna est, vt appellans attentando censeatur suæ appellationi renunciare.*
236 *Priuilegiatus faciens actum contrarium suo priuilegio censetur illi renunciare.*
237 *Renunciatio facta appellationi, ex eo quia appellatione pendente attentauit, durat nedum donec fuerint purgata attentata, verum etiã perpetuò.*
Secundum commu. opi. de qua infra nu. 240.
Licèt aliqui contrariam senserint opi. vt nu. 238.
Quæ opi. etiam magis æqua dicitur: vt nu. 239.
241 *Appellans, & attentans, non solum spoliando, verum etiam appellatum turbando, censetur suæ appellationi renunciare.*
242 *Iudicis appellatione ab eo in criminalibus interposita attentantis decimaquinta est pœnæ deportationis in certis casibus.*
Nisi loquantur de iure canonico, quo iure est pœna depositionis, vt infra. num. 243.
Vel quia iudex in eo solum peccasset, quia appellationi non detulit, nõ autem quia vltra etiam attentasset, vt num. 244.
Vel quia fuisset periculum in mora, vt nu. 249.
245 *Iudex non deferens appellationi varias sustinet pœnas.*
246 *Iudex ob id solum, quòd appellationi non detulit, non punitur pœna deportationis.*
247 *Appellationi etiam ab interlocutoria iudex non deferens punitur, quãdo in ea est expressa talis causa, quæ si foret vera, appareret de grauamine.*
248 *Iudex procedens post appellationem ab interlocutoria regulariter nõ attentat, nisi etiam sit inhibitus.*
250 *Iudicis similiter appellatione. ab eo in causa ciuili interposita attentantis decimasexta est pœna triginta pondus auri de iure ciuili.*
De iure verò canonico est pœna arbitraria: vt nu. 151.
252 *Pœnæ tamen supradictæ non incurruntur, quando iudex solum appellationi non detulit.*
253 *Attentantis post inhibitionem decimaseptima est pœna, ut declaretur incidisse in omnes pœnas in inhibitione contentas.*
254 *Magistratui cuilibet licitum est etiam penali iudicio suam iurisdictionem tueri.*
255 *Iudicis contempta dignitas in attentatis vindicari dicitur.*
256 *Litigantes, ac etiam iudices declarari possunt incidisse in pœnas in inhibitione contentas.*
257 *Attentans lite pendente se in possessionem beneficij intrudens efficitur inhabilis ad obtinendum subrogationem iuxta regulam de subrogandis collitig. & est decimaoctaua pœna.*
Quod uidetur etiam esse de iure communi, vt nu. 258.
259 *Intrusus impetrans gratiam tenetur in ea facere mentionem de sua intrusione, aliàs gratia esset nulla.*
Et est specifice exprimenda, vt num. 260.
Nisi gratia esset non omnino noua, sed ageretur de acquirendo, & obtinendo aliquid concernens gratiam ante intrusionem obtentam: vt num. 261. vbi ponitur exemplum.
262 *Resignaturus si ante præstitum consensum per resignantem lite pendente possessionem capiat, talis intrusio non impedit, quominus consensus præstari possit.*
263 *Mentio sufficiens de intrusione non diceretur, si in supplicatione narraretur possessio supplicantis in genere, & in clausulis fieret etiam mentio litis.*
264 *In dubio intelligendum est de possessione legitima.*
265 *Clausulæ accessoriæ ad gratiam subreptitiæ censentur, quando gratia principalis est subreptitia.*

Atten-

Source : BIU Cujas

1 2 3 4 6 7 8 9 10 11 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22

ATtentata † delictum ſapere ex eo ſatis conſtat, quòd † attentans eodem tempore ius, iudicem, & partez offendere dicitur, ad no. in c. cordi. de appel. in 6. & per Franc. in c. bonæ. num. 14. & 39 de appellat. Natta in conſil. 568. quidam patres. ſub num. 4. lib. 3. † & iſta vox ſonat in malam partem, vt dicit Aegid. deciſ. 18. oneratio † & ſpoliatio quæ fit lite pendente dicitur eſſe odioſior cæteris, ut aliàs dictum eſt, & poſt alios tradit Io. de Neuiza. in conſi. 82. pro Hieronymo. ſub num. 12. Vnde non immerito ꝯ attentantes certæ ſunt pœnæ à iure introductę † & plurimis pœnis attẽtantium temeritas coercetur, & hoc loquẽdi modo ſæpe utuntur Doct. ꝙ in pœnam attentantis fit reuocatio, vt in deciſ. 2. aliàs. 14. fuit dubitatum, de reſt. ſpoliat. in no. & alibi paſſim. † Eſt autem ſciendum, ꝙ licèt antiquitus de iure Digeſtorum contra attẽtantes, & rem litigioſam alienantes nonnullæ eſſent pœnæ introductæ, prout erat illa, quòd attentans ſi cadebat à poſſeſſione, & vellet ſe ad eaz reſtitui, hac exceptione repellebatur, & ꝙ ille non poterat rẽ litigioſam præſcribere. & ꝙ in certis caſibus, puta ſi rem litigioſam in ſacrum dedicaſſet, tenebatur in duplum parti, & de iure nouo Codicis fuerit illud additum, ꝙ contractus factus lite pendente ſuper re litigioſa ſit nullus ipſo iure, & ꝙ accedens ad ꝯctum rei litigioſæ ſecundum caſus diuerſitatẽ nonnullis aliis etiam pecuniarijs pęnis afficiatur, quæ ponũtur in l. fi. C. de litigios. de quibus omnibus habetur per Bar. in l. 1. num. 3. ff. de litig. & in d. l. fi. in princ. verſ. debetis ſcire, & ibidem Saly. ſub num. 4. uerſ. oppono. de l. 1. Quia tamen pœnæ ſupradictæ non uidentur vniuerſaliter omnia attentatorum genera reſpicere, ſed dũtaxat alienationem rei litigioſæ, & conſequenter attentata, quæ fiunt lite pendente, cõtra eos autem, qui aliter quàm lite pendente attentant, etiam aliæ uidentur introductæ pęnæ, de quibus proxime dicemus & inſuper materia quoque dictarum pęnarum ob alienationem rei litigioſæ incurſarum à Bar. non admodum plene videtur explicata, pro complemento præſentis tractatus neceſſarium omnino uidetur plenius Barto. & aliorum dicta reaſſumere, & omnes pęnas, quæ tam vniuerſaliter in omni attẽtatorum genere procedunt, quàm quæ particulariter in ſingulis illorum generibus ſibi locum uendicant clarius ſubornare. nullam in hoc vim faciendo, quòd vna, ſeu altera potius de iure nouo Codicis, quàm antiquo Digeſtorũ fuerit inuenta: hæc enim conſideratio non uidetur in aliquo releuare, cum ius nouum non corrigendo, ſed addendo proceſſerit, ut bene penderant Bart. Saly. vbi ſupra. Cumque à gene ralioribus ſit incipiendum, ad no. per Docto in rub. ff. ſi cert. petat. in primis pęnas, quæ ad omnia attentatorum genera poſſunt eſſe communes, proponemus, mox quæ particularia attentata reſpiciunt. num. 198. ſubijciemus. Inter uniuerſales autem illa

7 Prima pęna contra attentantes à iure eſt introducta † ꝙ attentans nulliter agit, & facit actum regulariter ipſo iure nul
8 lum † & ideo contractus factus ſuper re litigioſa regulariter dicitur ipſo iure nullus, ut habetur expreſſe in l. fin. C. de litigios. & attentata dicuntur eſſe ipſo iure nulla, ut abunde declarauimus ſupra in 2. parte c. 12. de attent. appel. pend. in 17. ampliat. princip. per totam, præſertim in 3. ampl. regulæ ibi poſitæ nu. 14. vbi hoc in omni attentatorum genere procede
9 re admonuimus. † Nullitas autem actus dicitur eſſe pęna, ad no. in cap. diſpendia. §. fin. de reſcript. in 6. l. Senatus. ff. de contrahen. empt. & per dicta iura Caſſad. deciſ. 6. lite pendente. ſub num. 5. verſ. vltimò, ad fi. de præbẽ. & deciſ. 3. incip. ſuper eadem regula, ſuper reg. Cancell. & deciſ. 14. propoſitum, ſimiliter ſuper reg. Cancell. Alciat. conſil. 2. duo ſunt. num. 27. lib. 2. & iterum conſi. 31. in ſententia. num. 4. eod. lib. & latius Mandoſ. ſuper regulis Cancell. de Minoribus q. 6. nume. 2. & melius per Boer. deciſ. 1. quæritur utrum, num. 16. ubi alios allegat, qui ibidem num. 17. ad propoſitum noſtrum ſubdit,
10 † quòd tunc verè nullitas dicitur eſſe pęna, quando inducitur,
11 & fit in odium perſonæ actum explicantis, † ſecus quando nullitas reſultat ex defectu alicuius ſolemnitatis; quia tũc non eſſet pęna, & pluribus authoritatibus hanc diſtinctionem ſuſtinere conatur. In caſu autem noſtro nullitatem induci in odium attentantis indubitati iuris eſt, attento quòd attentantes maximo iura proſequuntur odio, cum offendere dicantur. Ius, iudicem, & partem, ad no. in cap. cordi. de appell. in 6. & tradit Rot. deciſ. 2. aliàs 14. fuit dubitatum, & deciſ. 5. aliàs 25. ex quibus, de reſtit. ſpoliat. in no. Effectus au-
12 tem huius nullitatis poteſt eſſe admodum utilis † quia ea ratione remiſſoria, vel compulſoriales ſpeciales petitæ non cẽſentur eſſe releuantes, vt fuit dictum in vna Nurſina ſpolij coram Domino meo Oradino 12. Iunii 1559. in qua, cum pars inſtaret pro remiſſoria, & compulſorialibus ad probandum per teſtes, & per ſcripturas, quæ aduerſarius replicabat non eſſe releuantia, ex quo omnia fuerant geſta poſt inhibitionem, & ſuper hoc dubitaretur, Domini dixerunt, quòd neque remiſſoria, neque compulſoriales eſſent releuantes. Et pro ampliatione poteſt dici, quòd attentans non ſolum ſuſtinet pęnam nullitatis actus attentati per ſupradicta, verum † etiam nullitatem proceſſus, & ſententiæ latæ in eius
13 fauorem in negocio principali non purgatis ante omnia attentantis: quoniam tales proceſſus, & ſententia dicuntur nulli, vt diximus ſupra in cap. præcedenti in ultimo priuilegio num. 159.

14 Secunda eſt pęna † quia attentans pro purgatione attentatorum tenetur rem reponere in priſtinum, & eum in quo aote attentationem erat ſtatum, quando fuiſſet attentatum
15 circa rem, † quòd ſi ſit attentatum extra rem, debet actus attentatus retractari, & in priſtinum ſtatum reponi: vt latius de hac repoſitione in priſtinum ſtatum diximus ſupra in hac
16 3. parte, cap. 19, de purgat. attent. num. 77. & ſequ. † Hæc autẽ retractatio actus dicitur eſſe pęna, ut eſt commu. opi. de qua poſt Boer. deciſ. 1. teſtatur Bapt. Villalob. in recollect. commu. opi. litera R. nu. 57. verſ. retractatio actus.

Tertia pęna eſt: quia attentans non ſolum tenetur pro effectuali attentatorum purgatione rem reſtituere in priſtinũ
17 ſtatum, ut ſupra proxime dictum eſt, † verum etiam condemnari debet ad reſtitutionem omnium, & ſingulorum fructuum non ſolum per eum medio tempore perceptorũ, ſed & qui percipi potuerunt, ut tradit Rot. deciſ. 5. aliàs 25.
18 ex quibus inferebatur, de reſtit. ſpoliat. in no. † & hæc condẽnatio ad reſtitutionem fructuum non incongrue poteſt appellari pęna, prout etiam eã appellat Rot. deciſ. 30. aliàs 554.
19 vtrum ſpoliator de re iudi. in antiq. † Cum & aliàs in pęnam illius, qui maluit litigare, quàm rem reſtituere, fructus poſt litem conteſtatam uenire dicantur, ad tex. in l. nemo rem. §. ſi poſt moram. ff. de uerb. oblig. tradit Alciat. in conſi. 29. requiſitus, num. 2. lib. 5. Verum quia materia huius tertiæ pœnæ condemnationis in fructibus, ſicuti quotidiana eſt, ita nõ eſt admodum in iure expedita, & concluſio proxime poſita non eſt perpetua, ſed nonnullas recipit declarationes, idcirco omiſſis diſputationibus, & inhærendo his, quæ frequentiori calculo à Docto. teneri videntur, ea omnia quæ hãc materiam condemnationis fructuum concernere poſſunt, per viam regulæ ampliationum, limitationum, ac denique declarationum complectemur. Sit itaque in propoſito vniuerſaliter concepta.

20 Regula † quòd attentans debet fructus reſtituere & in eis debet per iudicem condemnari. Rot. deciſ. 5. aliàs 25. ex quibus, de reſt. ſpol. in no. & deciſ 34. aliàs 482. nota quòd attentans, de re iudi. in antiq. Mil. in verb. attentans lite pendente, fol. 20. & no. omnes præſertim Bald. Card. & Franc. in vlt. no. in cap. bonæ. de appellat. & poſt eos Deci. in conſi. 200. viſo. poſt princ. vbi in id allegat etiam tex. in cap. cum dilectus. de ordin. cognit. quod etiam tradit Caſſad. deciſ. 6. lite penden. num. 3. de præben. & Marant. in Specul. in 3. parte ſextæ partis princip. num. 395. & Ruyn. in conſil. 75. quantum. ſub nu. 4. lib. 5. & conſi. 76. in princ. eo. lib. Veſtr. in praxi Ro. cu. lib. 8. cap. 4. ſub num. 19. & apud eum Grauat. num. 43. & poſt pleroſque ex ſupra allegatis nouiſſime Menoch. de recuperan. poſſeſſ. remed. 17. num. 35. verſ. quæro ſeptimò, & Mandoſ. in tract. commiſſio. in 14. formula commiſſionis attent. in verb. fructus, & quòd attentans poſſit, & debeat in fructibus condemnari, fuit aliàs reſolutum in vna Palentina canonicatus coram A. Auguſtino ſub die 28. Nouembris 1548. ut eſt deciſ. in recollect. Put. 3. incip. condemnatus. ſub Rubr. de fructibus, damnis & inter. Quæ Regula

Ampliari poteſt &

21 Primò † vt attentans veniat condemnandus non ſolum in fructibus perceptis, ſed etiam in illis, qui percipi potuerũt, vt ſenſit glo. in dicto cap. bonæ. in uerb. ſtatum, & ponit expreſſe Rot. deciſ. 5. aliàs 25. de reſtit. ſpoliat. in no. & deciſio. 34. aliàs 482. de re iudic. in antiqu. Caſſad. dicta deciſio. 6. de præbend. Mil. Veſtr. Menoch. & Put. in locis ſupra proxime citatis.

Quam ampliationem.

22 Amplia, primò † vt attentans teneatur non ſolum ad fructus, quos percepit, ſed & ad eos, quos percipere potuiſſet, etiam ſi in ſententia fuit omiſſum dicere de his, quos potuiſſet percipere, dum tamen fuerint percepti ab aliquo tertio, qui cauſam habuerit ab ipſo attentante condemnato, vt fuit dictum in vna Peruſina attentatorum coram Puteo, vt eſt deciſ. in recoll. Achill. de Graſſ. 140. fructus perceptos, ſub rubr. de fructibus, quod generaliter affirmauit etiam Mandoſ. in tract. commiſſio. in 14. formula commiſſionis attent. in verb. fructus.

Source : BIU Cujas

23 † Secundò amplia, vt in huiusmodi condemnatione ve-
24 niant etiam distributiones quotidianæ: † quãuis enim aliàs distributiones non dicantur vere fructus, vt per Cassad. dicta decis. 6. sub num. 8. & tradit late Prob. in addit. ad Io. Monach. in cap. vnico. sub num. 52. versicu. pro complemento, & sub num. 57. versic. item in proposito, de cleric. non resid. in
25 6. si tamen sit lis super canonicatu, & præbenda † & possessor condemnetur in fructibus, tenetur etiam ad restitutionem distributionum quotidianarum, ut in una coram domino de Petrasancta, & in alia Burgensi coram Simonetta tempore suo fuisse factum refert Cass. vbi supra nu. 3. & modernis temporibus idem sæpius tenuit Rot. vt sunt decis. in recollect. Thom. de Thanis 49. inc. capitulum Forliuiense, & alia
26 in recollect. A. Augustini 11. inc. præsupposita. lib. 2. † Et quãuis aliàs Nic. Boer. in decis. 340. statutum. per totam, præsertim nu. 3. postquam hinc inde super articulo multa recẽsuit, p̃rium p̃cludere uideatur, ꝙ immo tales distributiones non sint restituendæ, vbi quamplurimos huius sententiæ author
27 res citare uidetur † ad concordiam tamen rediguntur considerata consuetudine, ac stilo Rotę qui habet ꝙ hoc, vt is, qui obtinet sententiam, possit recuperare etiam distributiones quotidianas, debet apud acta p̃ possessorem potestari, ꝙ aut possidens resideat (& sic interessendo diuinis de distributionibus participet,) aut possessionẽ canonicatus dimittat, qua protestatione præsuppositа condemnatio facta in fructibus compræhendit ẽt distributiones, aliàs non facta protestatione vera esset opi. Boer. ut sentiunt ẽt Dñi in dictis decis. in q bus inquiunt, ꝙ ista est Rotæ p̃suetudo, ſm quam ita ẽt fuit
28 tentum in vna Queren. prætensorum fructuum coram Robusterio. 16. Iunij 1567. in qua non facta huiusmodi protestatione, ac interpellatione fuit dictum, distributiones quotidianas non deberi. Et est aduertendum, † quòd hæc protestatio
29 est facienda ipsi principali, † nec facta procuratori † ẽt spe-
30 ciali sufficeret, vt fuit conclusum in una Conchen. portionis de bel monte coram Peregri. sub die 1. Aprilis 1544. ut est in recollect. eiusdem decis. 12. aliàs 131. incip. fuit dubitatũ. Aliàs non præsuppositа protestatione, distributiones quotidianæ
31 non uenirent, † cum regulare sit, ꝙ condemnatio in fructib. intelligatur de perceptis iure ordinario, non autem de iure speciali, ut est in recollect. Cottæ decis. 78. Quinimmo etiam
32 præsuppositа † protestatione etiam legitimis personis facta sub hac forma. (Quòd debeat dimittere possessionem, cum ipse protestans intendat ire ad faciendam residentiam in canonicatu, aliàs protestatur de fructibus, & emolumentis perceptis, & percipien lis, & qui percipi potuerunt, & de omnib. alijs, quæ de iure protestari potest) non ueniunt distributiones quotidianæ, vt fuit resolutum in vna Ilerden. fructum co
33 ram. D. meo Oradino 24. Ianuarij. 1556. & ratio est, ut colligitur ex his, q̃ in in formationibus pro hac parte datis allegabã tur: quia debuit in protestatione † duo exprimere. Primum, quòd erat paratus ire ad residendum, & insuper ad inseruiẽ dum, & interessendum diuinis. Secundum nõ protestari simpliciter de fructibus, sed nominatim de distributionibus. Eandem ampliationem similiter limita.

34 Primò † ut procedat in eo, qui attentauit post inhibitionẽ, secus si simus in eo, qui simpliciter attentauit lite pendente: hic enim licèt teneatur ad fructus perceptos: ad eos tñ, quos percipere potuisset, non videtur teneri, ille verò tenetur ad perceptos, & quos percipere potuisset ex intentione Dominorum in modernis decis. Quamuis enim Rota in dictis decis. 5. aliàs 25. de rest. spol. in no. & decis. 34. aliàs. 482. de re iudi. in antiqu. non uideatur in hac materia hanc distinctionẽ adhibere. Moderna tamen Rota in vna Perusin. bonorũ seu attentatorum sub die 14. Iunij 1549. coram Puteo tenuit, ꝙ præsuppositа inhibitione veniunt etiam fructus qui percipi
35 potuerunt † & à tertio, in quem res fuerat post inhibitionẽ translata, fuerant percepti, vt super eadem causa extant in recoll. Putei decis. 5. incip. fuit tamen, sub rubrica de fructibus, & in recoll. Acchil. de Grassis decis. 140. fructus perceptos, sub rubrica de fructibus, expens. & inter. Pro qua distinctione plurimum faciunt, quæ diximus supra in 2. parte, c. 20. de attentatis post inhibitionem in prima ampl. regulæ ibi positæ nu. 2. & seq. ꝙ inhibitio facit illicitum, quod antea fuisset licitũ, vbi de hoc multa exempla congessimus, ex quibus colligit, ꝙ plures efficaciores effectus operatur inhibitio, quàm simplex litis pendentia.

36 † Secundò, ut hæc condemnatio in fructibus, qui percipi potuerunt, non possit fieri in omnibus illis casibus, in quib. iudex ex officio, & non ad instantiam partis potest attentata reuocare, quos posuimus supra in hac tertia patre cap 27. de iud. & per quem attent. reuoc. num. 7. uersic. circa primam in spectionem, quoniam, cum huiusmodi condemnatio in fructibus, qui percipi potuerũt, ita demum fiat, si petatur à parte, ut proximè dicemus in 1. declarat. huius primæ ampl. nu-
37 mer. necessariò sequitur, ꝙ non fiat in illis casibus, in quibus non ad instantiam partis, sed ex officio attentata reuocantur Quam primam ampliationem pariter.

37 Declara † primò, ut per attentantem fiat hæc restitutio fructuum, qui percipi potuerunt ita demũ, si petatur à parte, ut est dicta decis. 34. aliàs 482. nota ꝙ attentans, de re iudi. in antiq. & rectè etiam animaduertit Vestr. in dicto. cap. 4. sub nume. 19.

38 † Secundò, ꝙ si quam iustam causam habeat attentans, illum possit aliquo modo excusare; tunc à restitutione quoque horum fructuum, qui percipi potuissent, uenit excusandus, licèt à perceptis non excusetur, ut expressè declarat Rota in dicta decis. 5. in fi. & post eam Mil. in verb. attentans lite pend. fol. 30. & Acchil. dicta decis. 140. & sensit ẽt Put. dicta
39 decis. 4. † dum dicunt, ꝙ si attentans probet se non percepisse, sibi prodest, ut p̃ eum non fiat executio. Pro qua facit in simili, quod dicit Rot. decis. 25. aliàs 597. si spoliatus. de rest. spoliat. in antiq. † quòd si spoliator habet aliquam rationabilem
40 causam, uel colorem tunc p̃ eum non fit cõdemnatio in fructibus, quos percipere potuisset, † cum & aliàs regulare uideatur, ꝙ p̃ condemnatum in fructibus non sit mandatum
41 exequendum, quando dat alium, qui fructus perceperit, ut per decis. Crescent 92. Mohed. 2. & 10. & Put. 4. supra allegatas fuit decisum in una Ilerden. liquidationis fructuum coram Caputaqu. vt in recollec. eiusdem parte 1. decis. 237. incipien. fructus.

42 Secundò regulam suprapositam amplia: † vt isti fructus, in quibus attentans venit condemnandus, sint deferendi per attentantem, & eius expensis ad domum ipsius, qui passus est attentata: ut post Bal. tradit Franc. in cap. bonæ. in ult. no. de appellat. cui adde Ruyn. in dicto consil. 75. quantum, sub nume. 4. lib. 5.

Tertiò amplia, ut in tantum attentans condemnatus in
43 fructibus teneatur ad illorum restitutionem: † vt si assereret se non posse illos restituere, & petat se admitti ad beneficiũ. c. Odoardus. de solut. non sit aliquo modo audiendus, Quãuis enim is, qui factà bonorum excussione si pauper reperiẽ, soleat ad dictum beneficium admitti, ut ibi not. scribentes, Attentans tñ censetur ab huiusmodi beneficio excluſus. Quam ampliat licèt Docto. specifice non ponant, illa tamẽ in se uera est, & colligitur ex pluribus Rotæ decisionibus simul iunctis; quoniam Rota in decis. 22 aliàs 83. nota quòd vbi Monachus. de restit. spol. in antiqu. & decis. 30. aliàs 554. vtrum spoliator. de re iudi. in antiq. quibus in hoc concordat
44 decis. Tolos. 466. firmat, † ꝙ doloso non est aliquo modo tale remedium communicandum † Attentantem aut esse in
45 dolo expresse tradit Rot. dicta decis. 5. aliàs 25. & decisio. 34. aliàs 482. & est in recoll. A. Augustini decis. 11. incip. præsuppositа, ad med. lib. 2. & post alios † ꝙ gesta lite pendente dolũ
46 arguant, tradit Bero. in consi. 120. concludo, num. 33. lib. 1. Meritò ergo concludi potest, ꝙ attentans fructuum restitutionem minime effugere possit, si offerat se velle bonis cedere, & conuolare ad beneficium dicti ca. Odoardus. Quod ex eo
47 comprobari potest, † qm̃ condemnatus per tres conformes non gaudet beneficio dicti c. Odoardus, vt est decis. in recollect. Sarnen. 22. inc. c. Odoardus, quod etiam sensit Sarnen. in compend. vtriusque Signat. colum. fin. uers. est tamen unum aliud. dum concludit, beneficium d. cap. Odoardus. non dari condemnato per tres sententias conformes, unde sicut cõdemnatus per tres conformes, & qui consequenter non potest appellare: ad no. in rubrica C. ne liceat tert. prouoc. non iuuatur dicto beneficio, ita condemnatus in causa attentatorum non dẽt posse gaudere, ex quo ſm veriorem opi. de iure. neque ipse appellet, vt deduximus supra in hac 3 parte, c. 28 de sniа in causa attentatorum ferenda in 2. q. princ. num 49.
48 † Quòd tamen sanè intelligerem, nisi in fauorem attentantis in fructibus condemnati concurrerent aliquæ coniecturæ, quæ illum à dolo possent excusare, puta si tempore attentationis fuisset minor, & possessionem cæpisset vigore alicuius Breuis, quod prima facie videbatur sufficiens, licèt re vera nõ fuisset validum, ut aliàs in simili considerauit Rot. in una Toletana de Estella, vt est in recollect. Mohed. decis. 158. inc.
49 in eadem, sub die 3. Februarij 1542. † Item & secundò intelligerem, nisi attentans condemnatus in secunda instantia in fructibus, prius in prima instantia habuisset snїam in eius fauorem; quia tunc pro fructibus, ac expensis, vsque ad primã instãtiã decursis vr̃, ꝙ possit admitti ad cessionẽ bonorũ, sicut
50 videmus in simili, † ꝙ quis hoc casu admittitur in materia spolij, ut est in recoll. Put. 1. dec. 222.

51 Quartò amplia, † vt condemnatio, de qua agimus, non solum fiat ad partis instantiam, verum etiam ex officio iudicis, q̃ pars vel fuisset negligens in petendo dictos fructus, uel si

petijſ-

Source : BIU Cujas

petij ſet forſan ex eo: quia conſtabat notorie de non iure ſuo, non poterat iudex ad eius inſtantiam nec etiam ipſa attentata reuocare, quod & ſi à Docto. ſpecifice non ponatur, ex pluribus tamen ſuadetur.

52 Primò † quia ita videmus, q̃ iudex in iudicio rei uendicationis poteſt in fructibus etiam non petitis ex officio condẽnare: quamuis enim non leue ſit dubium, an in rei vendicatione hoc per iudicem fieri valeat, de quo per Docto. in l. ex diuerſo. de rei uendi. & in cap. grauis. vbi Inno. tenuit opi. ne
53 gatiuam, de reſtit. ſpol. † quia tamen ꝫria ſnĩa, quam tenuit ibidem Ant. de Butr. fuit magis æqua, & iuri conſona repu-
54 tata, † & aliàs ſecundum eam fuit iudicatum, ut atteſtatur Guid. Pap. deciſ. 405. Sempronius. poſt princ. & nouiſſime ẽt Minſinger. in ſing. ſuis obſeruat. deciſ. 55. aliquoties, centuria 4. poteſt & in hac attentatorum materia hæc Ant. opi. retine
55 ri † præſertim ſi per actorem fuerit generaliter petitum ſibi ius, & iuſtitiam adminiſtrari, vt conſiderat Minſinger. ibi.

56 Secundò † quia quando iudex pronunciat beneficium alicui debitum: tunc ex officio poteſt cõdemnare in fructibus, etiam non petitis. Rot. deciſ. 5. aliàs 186. Auditor. de re iudi. in no. ſed quando pręſupponimus aliquem fuiſſe lite, vel appellatione pendente beneficio ſpoliatum, iudex reuocando attentata videtur pronunciare beneficiuꝫ eſſe ei (qui paſſus eſt attentata) debitum, & reſtituendum ergo in fructibus etiam non petitis debet poſſe condemnare.

Tertiò: quia condemnatio in fructibus uidetur eſſe in pœ
57 nam attentantis, vt ſupra in princ. dictum eſt. † Pœna autem dicitur correſpectiua, & commenſurari delicto, arg. eorum, quę poſt Bald. in l. leuia. ff. de accuſat. tradit Deci. in conſil. 56. & pro tenui. in princ. Delictum uerò ipſius attentantis non tam reſpicit partem, quàm ipſum iudicem: cum attentans dicatur ius, iudicem & partem offendere. Rot. deciſio. 2. aliàs
58 14. fuit dubitatum. de reſt. ſpol. in no. † Immo in hoc delicto maius intereſſe poteſt prætendere iudex, quàm pars, quia iudex offenditur non ſoluꝫ quatenus actualiter contemnitur, verum etiam quatenus ille certo modo repreſentat ius ipſum. Vnde ratione huius maioris intereſſe non debet uideri mirum, ſi iudex ꝫ attentantem hanc pœnam condemnationis fructuum debet poſſe infligere, etam ſi pars de eis inſtantiam apud eum non faciat.

59 Quartò in ſimili † quia uidemus, q̃ iudex ex officio põt attentantem in expenſis condemnare. Rot deciſ. 1. aliàs 13. ſi iudex. ut lite penden. in no & dicemus latius infra in ſeq. pœna, num. 111. Vnde ex ſupradictis non erit temerarium concludere, quòd iudex poſſit attentantem ex officio in fructibus condemnare. Præſertim quia ratione ſui contemptus poſſet iudex etiam inuita parte attentata reuocare, vt admonuimus ſupra in hac 3. parte. c. 27. de iudi. & per quem attẽt. reuoc. nu. 7. verſ. circa primam inſpectionem: Retenta autẽ hac concluſione circa duo eſt animaduertendum.

60 † Primum eſt, q̃ licèt hęc quarta ampliatio ꝫria uideri poſ
61 ſit his, quæ poſuimus ſupra in 2. limit. primæ ampliat. num. 37. † tamen contrarietas euitatur conſiderando, q̃ ibi loquimur de fructibus. qui percipi potuerunt, in quibus, cum uideatur attentans grauiori pœna affici, & magis ad rigorem
62 tractari, non mirum ſi à iudice † qui etiam æquitatem ante oculos habere debet. l. qđ ſi Epheſi. ff. de eo quod certo loco. talis rigor uidetur remoueri, ut ex officio non poſſit in fructibus, qui percipi potuerunt, condemnare, vt ibi, ſed bene in perceptis, ut hic.

Secundum eſt, quòd ſi quæratur, quid ſit faciendum de iſtis fructibus, in quibus iudex attentantem ex officio condẽ
63 nauit, & cui erunt applicandi? Reſponderi poteſt, † quòd ſi eſſemus in caſu, in quo paſſus attentata potuiſſet petere reuocationem attentatorum, & ſimiliter etiam fructus, ſed ſua negligentia illos petere omiſiſſet, ſi iudex ex ſuo officio, & in pœnam attentantis condemnet in fructibus, erunt applicandi ei, qui paſſus fuit attentata, cum in rei vendicatione, & etiam quando pronunciatur beneficium alicui debitũ, fructus, in quibus iudex ex officio condemnat, parti applicentur, ut dicta deciſ. Guid. Pap. 403. & Rot. 6. aliàs 186. Auditor de re iu-
64 di. in no. † quòd ſi eſſemus in caſu, in quo paſſus attentata non poſſet obtinere reuocationem attentatorum, & conſequenter nec condemnationem in fructibus, puta quãdo notorie conſtat de non iure ipſius ſm ea, quæ regulariter diximus ſupra in hac 3. parte cap. 24. de reo & exception. ſibi cõp. attent. compet. q. 1. num. 21. tunc ſi iudex ex officio uelit attentantem in pœnam etiam in fructibus condemnare, ſicut nec res, quæ per reuocationem ab attentant: remouetur ei
65 reſtituitur, ſed ponitur ſub ſequeſtro, Rot. deciſ. 2. aliàs. 14. fuit dubitatum. de reſt. ſpol. in no. & diximus in dicta q. 1. nu. 57. in 2. limit. regulæ ibi poſitæ, ita poteſt dici, quòd iſti fructus ponendi ſint ſub ſequeſtro conſignando demum ei, qui in petitorio obtinuerit, qui reperiet rem cum fructibus extanti
66 bus † quod plurimum videtur intereſſe, ut conſiderat Rot. deciſ. 10. aliàs 411. ſi lite. ſub nu. 4. ut lite pend. in no.

Quintò amplia, ut fructus, de quibus ad præſens agimus † non ſolum ueniant reſtituendi à die motæ litis, prout uide
67 tur ordinarium, ad no. in l. videamus ff. de vſuris, & in ca. grauis. de reſtit. ſpoliat. & ſenſit Rot. deciſ. 6. aliàs. 186. Auditor. de re iudi. in no. † uerum etiam à die attentationis, occupationis, & intruſionis, quando ſcilicet prætenditur aliquid atten-
68 tatum circa rem: † tum quia is qui eſt in mala fide † (prout
69 eſt attentans Rot. deciſ. 5. aliàs 25. ex quibus, de reſtit. ſpoliat. in no.) tenetur à die occupationis. Rot. deciſio. 4. aliàs 24. fuit
70 dubitatum eo. tit. in no. † tum quia violentus ſpoliator tenetur à die violentiæ: ut notum eſt, & eſt deciſ. Rot. 5. aliàs 25. ex quibus inferebatur, in princ. de reſt. ſpol. in no. ille aũt qui attentat, æquiparatur uiolento, vt habetur in dicta deciſ. 5. at
71 que etiam fuit alias dictum in una Nullius Caſtrorum corã D. meo Orad. ſub die 18. Martij 1568.

72 Sextò amplia † vt pro reſtitutione horum fructuum non ſufficiat attentanti facere de illis depoſitum: quia regulariter
73 nec in cauſa attentatorum † nec ſpolij admittitur depoſitũ: vt fuit deciſum in vna Spoletana paludum coram Paleotto, & aliàs ſepe in Rota, ut refert Caputaquen. in recollect. ſuis
74 parte 1. deciſio. 219. incip. tertius, & q̃ non ſufficiat † verbalis oblatio, ſed effectualiter ſint purganda attentata fuit reſolutum in una Rauuenaten. Sancti Bartholomæi coram Quiroga prima Iulij. 1558. non obſtante, quòd in caſu illo per attẽtantes fuiſſet pręſtita cautio de ſoluendo facta liquidationio
75 ne. & eſſet factum depoſitum vnius iulij † & propterea valde videtur ſubſiſtendum de eo quod nouiſſime pro cautela tradit Mandoſ. in tracta. commiſſio. in 15. formul. excluſiua attentatorum, ad med. dum vult, q̃ pro purgatione attentatorũ ſufficiat aliquid deponere cum obligatione de ſoluendo illud plus, in quo fructus liquidabuntur, cum hoc reſolutionibus Dominorum contradicere videatur; Nec multũ mouet deciſ. Mohed. 23. per ipſum allegata, tũ quia illa ſola eſt, & pro hac ampliat. pluries fuit iudicatum, vt refert Caputaquen. vbi ſupra, tum etiam, quia in libro meo dictam deciſ. Mohed. non inueni, niſi voluerit forſan allegare deciſ. eiuſ-
76 dem. 311. quæ videtur id dicere: † & eò magis, quia non negatur, q̃ ex aliqua iuſta cauſa Patribus bene viſa non poſſit admitti depoſitum, ſed q̃ regulariter admittatur, vt ipſe ſentiebat, hoc & dictis reſolutionibus, & fauori attentatorum repugnat, & hoc ſentiens ſubdebat, & recte Caput. ibi, quòd
77 † ſi quo caſu uideretur admittẽdum depoſitum, tunc debet eſſe totius & integræ ſummæ, vt ibidem per eum.

78 Septimò amplia, † vt reſtitutio horum fructuum non poſſit retardari prætextu obiectæ compenſationis; nam ꝫ attentata non admittitur exceptio compẽſationis, vt firmauimus ſupra in hac 3. parte cap. 24. de reo & exceptionibus cont. attentata competen. q. 18. per totam, quibus adde, q̃ in ſimili dr̃ † q̃ inter ſpoliantes non admittitur compenſatio fructuũ, ut eſt in recoll. Caputaq. 2. deciſ. 114.

Limita nunc eandem regulam.

Primò, vt non procedat in caſu, qui colligitur ex Franc. in c. paſtoralis §. verum. nume. 21. de appell. in quo fructus per viam attentati non reuocantur, nec ei, qui paſſus eſt attentata reſtituuntur, † videlicet, quando quis excommunicatur,
80 & appellat, & pendente appellatione priuatur fructibus ſui beneficij: quoniam ſi obtineat in cauſa appellationis, & pronuncietur, excommunicationem fuiſſe iniuſtam, fructus tũ
81 deperditi non reſtituuntur per uiam attentati, † licèt per viã querelæ peti poſſint, vt dicit idem ibi.

82 Secundò poteſt limitari, † vt non procedat, quando notorie conſtaret de non iure petentis attentata reuocari; tunc. n. ſicut quando ſumus in beneficialibus, remouetur à petitione reuocationis ipſorum attẽtatorum, vt firmauimus ſupra cap. 24. de reo & exceptionibus ſibi ꝫ attentata competen. q. 1. num. 9. & ſeq. præſertim nu. 18. ita etiam excluditur à petitione fructuum per attentantem medio tempore perceptorum, ſecundum quorundam opin. vt poſt Pariſ. conſil. 12. in iſto iudicio. nume. 5. & ſequen. lib. 4. ibidem etiam admonuimus. num. 20.

83 Tertiò videtur limitandum † niſi attentans eſſet pauper; quoniam ſtante paupertate dat quandoque Signatura commiſſionem, q̃ fructus, & expenſæ reſeruentur in fine litis, & etiam attentanti talis commiſſio ſuffragaretur, ſi illa haberet narratiuam ſpolij attentati, & attenta perſonarum qualitate
84 puta † quia eſſemus in minoribus, & mulieribus) paupertas probaretur ẽt per iuramentum, ut dixerunt Dñi in vna Leodien. attentatorũ coram Aldobrandino. 20. Decembris. 1566. de quo etiam latius diximus infra in 4. pœna, nu. 145.

Declara ſimiliter eandem regulam duobus modis.

Primò

Source : BIU Cujas

85 Primò † quòd & ſi attentans condemnetur in curia ad hu
86 iuſmodi fructus reſtituendos, † non per hoc eſſet facienda ſolutio horum fructuum in curia, ſed in partibus, ſicut dicimus in ſpolio, ꝙ condemnatus in fructibus tenetur illorum ſolutionem facere in partibus, ut fuit aliàs reſolutum in vna Cartaginen. liquidationis fructuum coram A. Auguſtino. ſub die 18. Martij 3. Aprilis, & 14. Maij. 1548. ut eſt deciſ. in re coll. Put. 1. incip. ſolutio, ſub rubr. de ſolut. cui concordat alia Thom. de Than. 18.

87 Secundò † quòd licèt fructus tempore latæ ſententiæ fuiſſent pendentes, tempore verò executionis eſſent iam ſeparati à ſolo, & in area penès colonũ; nihilominus veniunt ſub mandato executiuo, & in executionem ſententiæ capi poſſunt: vt fuit aliàs dictum in vna Placentina caſtri ſarmatis coram Peregrino 19. Octobris. 1549. vt eſt deciſio. in recollect. Put. 6. fructus, ſub rubr. de fructibus. de qua meminit (licèt de Puteo mentionem non faciat) etiam Papazzon. in addit. ad deciſ. 31. fuit dubitatum. de reſcript. in no. & dicitur ibi,
88 † quòd fructus eo caſu ueniunt tanquam pars rei, cum qua concordat etiam deciſ. in recollect. A. Auguſtini 48. lib. 3. in-
89 cip. idem in Placentina. † Quod poteſt facere etiam ad propoſitum noſtrum, quid enim ſi nec pars petierit hos fructus, nec iudex ex officio attentantem condemnaſſet, tunc, quia in eis non eſſet facta condemnatio, videretur dicẽdum, quòd paſſus attentata eos in executione ſententiæ capere non poſſet, & tamen quia hoc caſu (quando tempore ſententiæ fuiſſent pendentes, & tempore executionis in area penès colonum veniunt tãquam pars rei) poterit paſſus attentata ſi nõ in pœnam, ex quo non fuit facta condemnatio, ſaltem quia ſunt pars rei illos capere, quod in contingẽtia facti multum prodeſſe poſſet.

90 Tertiò & vtiliter † declara, ut iſta reſtitutio fructuum per attentantem facienda ita demum fiat, tam ad inſtantiam par-
91 tis, quàm etiam ex officio iudicis, ſi à parte petatur, † & ideo tertius, qui non ſit in lite, non poteſt ſe opponere, & impedire, quo minus is, qui prætenditur attentaſſe, ſi in cauſa principali obtineat, conſequatur fructus rei, circa quam prætenditur attentatum, tum quia euidenter apparet, quòd ſua nõ intereſt, & non habet intereſſe conſiderabile, poſtquam ipſe non venit ad litem, attentorum autem reuocatio, & conſequenter reſtitutio, vel etiam amiſſio fructuum non fit ad inſtantiam illius, cuius non intereſt, vt patet de eo, de cuius nõ iure conſtat, vt diximus ſupra cap. 24. de reo, & except. ſibi
92 cont. attent. compet. q. 1. nam † licet decretum irritans, quod eſt in c. 2. vt lite pend. in 6. videatur inficere poſſeſſionem, vt omni prorſus iuris adminiculo carere videatur. Sarnen. de triennali. q. 49. Anto. Gab. commun. concluſ. lib. 6. de clauſulis. concluſ. 3. nume. 50. & conſequenter etiam fructuum ac-
93 quiſitionem impedire uideatur. Quia † tamen huiuſmodi decreta non operantur, niſi illo uolente, in cuius præiudiciũ fuit attentatum, arg. eorum, quæ ponit Sarnen. de triennali q. 61. num. 20. Felyn. in c. dilectus colum. 5. de reſcript. Iaſ. in l. 2. num. 25. C. de iure emphit. Caſſad. deciſ. 20. de locat. cum alijs adductis per Gabriel. vbi ſupra num. 25. & ſeq. in tantũ,
94 quòd etiam, ſi iudex teneatur attentata reuocare, † id tamẽ intelligatur, ſi à parte petatur, cuꝫ aliter non teneatur impartiri officium ſuum: ideo dixerunt aliàs Domini in una Pacen. fructuum coram D. meo Oradino 20. Octobris 1570. ꝙ capitulum (quod per plures annos perceperat fructus Archidiaconatus illius eccleſiæ, dum inter diuerſas perſonas fuerat ſuper eo litigatum, & eſſet requiſitum ab eo, qui demum dictum Archidiaconatum obtinuerat, quòd ſibi dictos fructus reſtitueret, & ad effugiendam huiuſmodi reſtitutionem daret contra eum de attentatis, aſſerens eum lite pendente poſſeſſionem adeptum fuiſſe) nõ poterat retardare hoc pretextu dictorum fructuum reſtitutionem, tum quia tertius (prout erat ibi capitulum) non poteſt dare de attentatis, tuꝫ
95 etiam quia † litis pendentia licèt faciat attentata, & inducat intruſionem, non tñ omnino pure, ſed quaſi conditionaliter ſi collitigans voluerit allegare litem, & dare de intruſione, & vti dicto decreto ca. 2. vt lite penden. in 6. quod non fuerat in caſu illo declaratum.

96 Quarta pœna attentantis eſt, † quòd ille debet in reuocatione per iudicem in expenſis cõdemnari, quamuis enim aliàs
97 Docto. inter ſe conſentire omnino non uideantur † an ſcilicet condemnatio in expenſis ſit pœna, de quo poſt Abba. in c. 1. num. 23. vt lite non conteſt. tenentem non eſſe pœnam, & Riminald. in conſi. 394. num. 2. lib. 2. pœnam eſſe affirmantẽ, & alios in vtranque partem per eum allegatos eleganter ponit nouiſſime Ioan. Bapt. de Aſin in ſua praxi iudic. §. 32. cap.
98 27. per tot. Quia tamen, idem ibi poſt alios concludit † quòd ſaltem reſpectu ſoluentis ſit pœna, inter aliàs & hanc poſuimus, vt attentans in expenſis ſit condemnandus, quod non
99 ſolùm ſuadetur: † quia ſemper in curia præſertim in Rota ſolet fieri condemnatio in expenſis, ut dicit Caſſad. deciſ. 13.
100 habuerat. nu. 2. de reſcript. † uerum etiam; quia id videtur ſufficienter deduxi ex eo, quòd ſpecifice hæc condemnatio expenſarum in cauſa attentatorum non nullas videtur habere
101 prærogatiuas, prout eſt illa, † ꝙ poſſit fieri etiam poſt ſententiam & ex interuallo. Rot. deciſ. 1. aliàs 13. ſi iudex. vt lite pen-
102 den. in no. & † quòd etiam pro expenſis ſit facienda executio, antequam cognoſcatur de negocio principali. Rot. deciſ. 5. aliàs 99. ſi fiat condemnatio. de dol. & contum. in no. de quibus ſupra latius diximus in hac 3. parte cap. 30. de Priuileg. attentatorum, in 22. 23. & 24. priuileg. nume. 140. & pluribus
103 ſequent. † & quòd etiam ante prolationem ſententiæ in negocio principali poſſunt taxari expenſæ in cauſa attentatorum, vt dicit Rot. deciſ. 37. aliàs 454. nota ſi fiat, de re iudic. in antiq. & ſimilia. Quæ omnia concludunt, attentantem in expenſis condemnandum eſſe, & ideo omiſſis non neceſſarijs diſputationibus iſta poteſt eſſe in propoſito.

Regula videlicet, quòd attentans eſt in expenſis condemnandus, illaſque tenetur ei, qui paſſus eſt, attentata reſtitue-
104 re † quam tenet etiam nouiſſime port. Imolen. conſi. 66. nemini dubium. nu. 24. lib. 2. Quam amplia.

105 Primò, † vt ꝯ attentantem poſſit fieri huiuſmodi condemnatio non ſolùm in ipſa ſententia quæ fertur ſuper reuocatione attentatorum, uerum etiam & poſt ſententiam, & ex
106 interuallo, quamuis † enim iudex in ſententia debeat regula
107 riter uictum in expenſis condemnare † aliàs ſecundum ali-
108 quos faciat: litem ſuam † etiam ſi hoc non fuerit petitum, vt multos id tenentes refert Aufrer. in addit. ad deciſ. Toloſ. 111. poſt princ. & recenſet etiam Veſtr. in praxi Ro. cu. lib. 8. cap. 2. ſub nu. 8. & tradit etiam Io. Bapt. de Aſin. in ſua praxi iudic. §. 32. cap. 2. in 33. limit. in princ. & facta condemnatione pro principali regulariter, extingui dicatur officium mercenariũ ad id, quod poterat peti tanquam acceſſorium l. 4. C. depoſit. cum aliis adductis nouiſſime per Pet. Ant. de Anguſſol. in conſi. 7. contra Camillum, in princip. & per tot. lib. 2. In cauſa tamen attentatorum ſi iudex illam in ſententia facere omittat, poteſt poſt ſententiam condemnare. Rot. dicta deciſio. 1. aliàs 13. ſi iudex. vt lite penden. in no. cui in hoc concordat etiam deciſ. 1. aliàs 444. nota ſi attentata, de offic. iudic. in antiqu. & alia Egid. 72. incip. lata, & ſequitur Mil. in uerb. iudex
109 qui reuocauit, fol. 175. † Hanc tamen primam ampliationem intellige, vt procedat, quando ſententia lata ſuper attentatis omiſſa condemnatione expenſarum tranſiuiſſet in rem iudicatam, ut expreſſe declarat Rot. dicta deciſ. 1. aliàs 13. poſt principio ſecus ſi ab ea fuiſſet appellatum, præſuppoſito, ꝙ ab ea poſſit appellari ſecundum opi. antiquorum, quam tamen reprobauimus ſupra in hac 3. parte cap. 28. de ſententia in cauſa attent. ferenda, num. 49. & ſeq. quoniam præſuppoſita ap-
110 pellatione non poſſet ſm regulam ordinariam fieri taxatio, niſi cauſas per tres inſtantias finita, & ſi fieret deberet per uiã attentati reuocari, ut hanc regulam tradit Rot. deciſ. 46. aliàs 831. nota dic. de re iudic. in antiq.

Secundò amplia, ut iſta condemnatio in expenſis per iudi-
111 cem fieri debeat † etiam ſi non fuerit petita à parte, † quam
112 uis enim Bartol. in l. properandum §. ſin autem C. de iudi. & in l. 3. §. hoc autem. de damno infect. in ea fuerit opin. quòd ad hoc ut fiat condemnatio in expenſis debeat à iudice pe-
113 ti; † quia tamen de ſtilo, & obſeruantia præſertim curiæ delphinalis cõtrarium tenetur: ut eſt deci ſ. Guid. Pap. 405. Sempronius. in fi. & hoc idem de ſtilo & commu. obſeruantia cameræ Imperialis teneri atteſtatur nouiſſime Miſing. deciſio.
114 55. aliquoties centur. 4. † (Quod etiam de iure uidea[tur], ut iudex etiam nemine petente in expenſis condemnare poſſit, vt poſt glo. in l. ſi quis miſſum §. iudex ff. de damno infecto, & in l. qui arbitro ff. de arbit. Bald. in l. properandum C. de iudi. & Card. in cap. calumniam. de pœn. tradit Ludou. Bologn. in l. ſi finita. §. Iulianus num. 96. ff. de damno infecto quem refert, & in effectu ſequi uidetur nouiſſime etiam Io. Bapt. de Aſin. in ſua praxi iudic. §. 7. cap. 5. verſic. LXXVII. citatio, num. 2. & clarius, ac plenius per eundem ibi §. 32. cap. 2. in 54.
115 ampliat. † vbi hoc magis communiter teneri atteſtatur, & nõ nullis modis declarat, vt ibi per eum) non immerito etiam in terminis noſtris poteſt concludi, ꝙ iudex ex ſe, & ex officio poſſit ad hanc condemnationem deuenire, & eo magis; quia ſicuti iudex poteſt attentantem in fructibus condemnare ex officio, etiam ſi pars noluit, aut non potuit id petere, vt concluſimus ſupra num. 51. in 4. ampliat. ita ex eadem ratione, id debet quoad expenſas iudici concedi, aliàs, cum in multis caſibus neceſſario ex officio iudicis ex eo ſint attentata reuocanda: quia pars non poteſt illorum reuocationem obtinere, ut ibidem annotauimus, utique his caſibus talis reuocatio abſque expenſarum condemnatione procederet,

ſi non

Source : BIU Cujas

si non posset fieri nisi parte petente, quod videtur absurdum. Et pro hac ampliatione (ne uideatur omnino authoritate destituta) videtur decis. in recollect. Crescent. 180. expensæ. sub rubr. de expensis, vt lite pend. vbi inquit, quòd in vna Colonien. coram D. Piccholomineo per maiorem partem fuit resolutum, quòd expensæ factæ in negotio attentatorum, quando Iudex ea ex officio reuocat. debent refarciri, † quia etiam quando Iudex procedit ex officio, debet causam prosequenti victum condemnare in expensis, vt post Spec. Ant. de Butr. & alios ibidem allegatos ille ibi concludit.

Tertiò ampliari potest (& hæc respicit secũdam partem regulæ) vt huiusmodi expensæ peti possint etiam si super negotio attentatorum fuerit inter partes transactum, & concordatum, † arg. eorum, quæ vniuersaliter dicunt Guido Papa, decis. 55. si lite pendente (vbi post Ioann. And. hoc dictum tenere videtur † & ita in iudicando obseruari attestatur) & etiã Capell. Tolos. decis. 5. incip. an si lite pendente, vbi Aufrer. in addit. similiter attestatur, quòd ita semper vidit seruari, & inter recentiores Minsinger. decis. 48. sed quid, centuria 4. & latius per Ioann. Bapt. de Asin. in sua praxi iud. §. 32. cap. 2. in 38. ampliat. vbi id vno modo declarat. Quæ decis. licèt vniuersaliter loquantur, tamen ad materiam attentatorũ applicari possunt, † quoniam transactio non impeditur propter vitium litigiosi. Bald. in c. 1. nu. 9. de seq. poss. & fruct. Et quamuis Guido Papa ibi, & latius apostilla apud eum, & etiam Minsinger. nõ nulla in contrarium allegare videantur, & præsertim, ℘ quando sumus in expensis, quæ veniunt officio Iudicis mercenario, sublato negotio principali, videtur etiam sublatum officium Iudicis in accessorijs, nihilominus † quia tamen ijdem ibidem hoc admittunt in expensis, quæ veniunt ratione cõtumaciæ, & particulariter Minsinger. ibi subdit, ℘ illæ veniũt extit. si quis iusdicenti non obtempera. ad sustinendum etiam in materia attentatorum hanc ampliationem potest cõsiderari, † ℘ cum attentans Iudici non obtemperet, immo in eo considerabitur contemptus ipsius Iudicis, vt aliàs sæpe dictũ est (cuius contemptus ratione etiam cõtumax videtur puniri in expensis) huiusmodi expensæ possunt certo modo appellari cõtumaciales, & in quibus attentans condemnatur in eius odiũ contemptum, & contumaciam. † Præterea nec illud assumptum uerum est in casu nostro, ℘ sublato principali sit omnino sublatum officium Iudicis in accessorio, quia cum attentatorum reuocatio fieri possit etiam parte non petente ex mero, & puro officio Iudicis, etiam præsuppositа concordia inter partes remanet ius in Iudice, quo mediante potest ratione sui contemptus attentata reuocare, vt diximus latius supra c. 27. de Iud. & per quem attent. reuoc. num. 7. vers. circa primã inspectionem, vnde si potest principale, ideſt reuocationem attentatorum facere ex se, & ex suo officio, consequenter etiam post concordiam partium poterit accessorium quoque, ideſt condemnationem in expensis facere. † Et eo magis, quia dum ipsi loquuntur de officio Iudicis, intelligunt de mercenario, condemnatio autem, de qua agimus, & reuocatio attentatorum, quæ fit per Iudicem absque partis instantia, dicitur fieri ex officio Iudicis nobili, vt est decis. Rota 5. aliàs 433. nota nũquid, vt lite pend. in antiq. Ex præmissis itaque ampliatio meritò teneri potest.

Quartò ex intentione Ioannis de Amicis in consil. 6. nu. 5. quem refert nouissime Ioann. Bapt. de Asin. in sua praxi iud. §. 32. c. 2. in 68. ampliat. in princ. amplia, vt iudicio attentatorũ in tantum victus debeat victori in expensis condemnari, † vt Iudex id sibi reseruare non possit, sed statim partes ad eas reciendas cogere debeat. † Verùm (vt recte animaduertit Asin. ibi) hæc conclusio non videtur admodum vera, cum Doct. per eum allegati id non dicant, sed potius dicendum sit, ℘ priuilegium attentatorum quoad has expensas in hoc consistat, ℘ expensæ sint reficiendę, antequam de negotio principali cognoscatur. Rot. decis. 5. aliàs 99. si fiat. de dolo, & cõtum. in no. & sequitur Io. Bapt. de Asin. vbi supra proxime.

Quintò amplia † vt pro harum expensarum refectione nõ sufficiat facere depositum, attento, ℘ in causa attentatorũ regulariter non admittitur huiusmodi depositum, vt fuit aliàs sæpe in Rota decisum, vt attestatur Caputaq. in recollect. suis, parte prima decis. 219. aliàs 224. incip. tertius. Sicut nec in spolio, vt in recollect. Peregrin. 2. decis. 246. † & quamuis Mandos. in tract. commissio. in 15. formul. exclusiua attentatorum contrarium sentiat, ab hac tamen ampliatione non est recedendum per ea omnia, quæ latius diximus supra in materia fructuum in 6. ampliat. num. 72. & seq.

Sextò similiter amplia, † vt pro harum expẽsarum refectione non possit allegari compensatio, ex quo contra attentata non admittitur compensatio, vt firmauimus supra in hac 3. parte cap. 24. de reo. & except. contra attent. compet. q. 28. per totam. Quibus adde in recollect. Put. 1. decis. 124. vbi voluit, ℘ expensæ in causa attentatorum non sint compensandæ cum expensis in causa spolij.

Septimò amplia, † vt attentans non solum sit condemnãdus in expensis factis in iudicio reuocationis attentatorum, verum etiam in expensis factis coram primo iudice, qui post inhibitionem attentando processit, & pronunciauit: quoniã & in expensis prioris iudicij, est facienda condemnatio, tum quia, & aliàs expensæ factæ in uno iudicio possunt quandoque recuperari in alio iudicio, vt colligitur ex decis. 47. aliàs 353. si auditor. de appell. in no. tum etiam quia si in expensis prioris iudicij per iudicem attentata reuocantem non fieret condemnatio tanquam de expensis (ex quo vere coram eo non sunt factæ) venirent tamen dictæ expensæ tãquam damna, quæ in hoc iudicio reuocationis attentatorum veniunt à die attentationis, etiam consideratis sumptibus, quos quis facit, vt dicemus infra nume. 155. & sequen. & ita aliàs factum, & iudicatum vidi in vna Cesenaten. Attentatorum, sub die 6. Martij. 1551. per Auditoris Cameræ Locumtenentem.

Limita nunc eandem regulam.

Primò, vt colligitur ex his, quæ aliàs ponunt in proposita expensarum materia Docto. vt non procedat hæc condemnatio in expensis ℘ attentantem, † quando ille (licèt in prima instantia obtinuisset sententiam fauorabilem, uidelicet eum non attentasse, & non teneri ad purganda attentata) in secunda tamen, vel tertia instantia fuerit demum condemnatus ad illa purganda, nam hoc casu videtur ille excusandus à refectione expensarum, quasi habuerit iustam causam litigandi, quæ iusta causa † quamuis aliàs vniuersaliter & regulariter soleat ab expensis excusare, vt per Doct. præsertim Iaſ. in l. properandum. §. siue autem. C. de iudi. † quod communi Doct. calculo teneri attestatur nouissime Grauat. apud Vestr. in praxi Ro. co. lib. 8. cap. 2. num. 2. † præterquam in curia Romana, in qua rarò consueuit, præsertim in Rota hæc iusta causa admitti, vt annotauit idem dicto cap. 2. nume. 10. quia tamen idem Vestr. ibidem post alios firmat, † quòd ẽt is qui habuit primam sententiam in fauorem succumbens ex nouiter deductis in secunda, uel tertia instantia excusatur ab expensis, quasi ista etiam in curia (in qua in materia expẽsarum stricte proceditur) reputetur iusta causa litigandi, non uideo rationem quarè hæc doctrina ad materiam nostram attentatorum adaptari non possit † quam distinctionem an ista succumbentia in secunda, aut tertia instantia proueniat ex ijsdem actis, † vel ex nouiter deductis, ponit etiam † & cõmuniter teneri attestatur Guid. Pap. decis. 37. incip. quid dicemus ad med. & est in recollect. Chissanen. decis. 55. & Peregri. 2. decis. 49. & nouissime Minsinger. sing. obser. cent. 2. decis. 89. incip. dogma illud, vbi tamen post Saly. & alios per eum alleg. notab. limitat præmissa, ut non procedant, † quando illæ nouæ probationes cõcernerent factum proprium ipsius succumbentis; quia eo casu ille ab expensis nõ excusaretur, vt ibi per eum latius. † Generaliter autem de huiusmodi expensis, & illarum excusatione præsertim ex nouiter deductis late, & eleganter habes nouissime per Ioan. Bapt. de Asin. in sua praxi iudic. §. 32. cap. 2. in 6. ampliat. Quibus adde in recollect. Caputaquen. parte 1. decis. 287. incip. quando sententia, vbi refert in vna Gerunden. nullitatis censurarum coram Fãtucio fuisse resolutum, † quòd quando sententia ex nouiter deductis reuocatur, pars non condemnatur in expensis, nisi fiat † quãdoque ex aliqua iusta causa iudici bene uisa, prout solet facere aliquando Rota, & potest poni exemplum, quãdo narratur paupertas, & minor ætas, & huiusmodi; † quia hoc casu constito de paupertate, vel esset attentans admittendus ad beneficium, c. Odoardus. de solut. vt his attentis aliàs in spolio tenuerunt Domini in una Toletan. de estrella sub die 3. Februarij. 1542. ut est decis. in recollect. Mohed. 118. in cip. in eadem sub rubr. de solut. † Vel forsan essent expensæ reseruandæ in fine litis: † cum hoc sit regulare, quòd narrata paupertate soleat Signatura id concedere, quòd expensæ reseruentur in fine litis, ut docet Vestr. in praxi Ro. cu. lib. 7. c. 1. sub nu. 8. & ante eum Staphil. de lit. gratiæ & iust. in 2. parte. fol. 162. uers. sed si per contradictas. Quod etiam iuri communi uidetur consonum, ad no. in c. olim. el 2. & ibi Docto. præsertim Abb. in summario de restitu. spoliat. Præmissa tamen sanè intellige, vt commissio obtenta à Signatura, quòd expensæ, & fructus reseruentur in fine litis, ita demum suffragatur attentanti, si commissio habet narratiuam spolij attentati, aliàs secus, vt fuit resolutum in una Leodien. attentatorum coram Aldobrandino 16. Decembris 1566. In qua illud etiam ad propositum fuit additum, quòd narratis attentatis paupertas posset probari per iuramentum, attenta personarum qualitate, puta quia minores, & mulieres essent. † Et si opponatur de his, quæ diximus supra num. 43. † dum concludimus

Source : BIU Cujas

simus in materia restitutiònis fructuum, in quibus attentãs fuisset condemnatus, ꝙ eo casu ille non potest admitti regulariter ad beneficium dicti c. Odoardus, quod in materia ex-
149 pensarum hic negamus, potest ad hoc dici, † ꝙ sit diuersa ratio inter fructus, & expensas, quia quando agimus de fructibus restituendis tractamus de lucro captando, quia ille uere eos percepit, & nisi restitueret locupletaretur cum aliena iactura, & ex hoc non videtur æquum, quòd admittatur ad dictum beneficium, quæ ratio cessat in expensis, quas nullo modo ab aduersario recepit, sed in illis erogãdis etiam seme tipsum exinaniuit, & ꝯsequenter tractat de damno vitando, inter quæ, vt notum est, militat longe diuersa ratio, & propte rea aliàs ex iusta causa. & Patribus bene visa in una Anconitana, seu Spoletana attentatorum coram D. meo Orad. uidẽ
150 tur inclinasse Domini † quòd etiam non facta totali huiusmodi expensarum refectione potuerit procedi in negocio principali.

Declarà pariter eandem regulam duobus modis.

151 Primò † vt expensæ, ad quarum refectionem attentans secundum regulam prædictam condemnandus est, taxentur hoc modo, uidelicet ꝙ pro sententia, & notula ipsius tantũ taxetur, quantum pro sententia diffinitiua. pro registro quãtum extimatur, pro procuratore, sollicitatore. ac aduocato ad arbitrium iudicis, ut iste taxandi modus est expressus in decisio. 5. aliàs 99. si fiat condemnatio, de dolo & contum. in no. & decis. 37. aliàs 454. nota si fiat. de re iudic. in antiqu. & post Manfred. lib. 2. pract. conclus. super attent. conclus. 223. idem tenere videtur nouissime Io. Bapt. de Asin. in sua praxi
152 iudic. §. 32. c. 2. in 68. ampl. num. 4. † Quod vltimum de arbitrio iudicis limitari potest, vt vniuersaliter in omni expensarum genere, declarat Grauat. apud Vestr. lib. 8. cap. vlt num. 36. nisi quis vere, & plene probaret se tantum erogasse; quia
153 tunc cessat iudicis arbitrium, ut per eum latius. † Et similiter, ꝙ si quis procurasset, vel aduocasset in causa propria, licèt has expensas regulariter repetere, & consequi nõ possit, arg. eorum, quæ ponit Rot. apud Bisignett. de procurat. decis. 5. incip. inducens, & quæ ponit circa hoc Tiraqu. in tracta. re-
154 tract. §. 29. glos. 4. sub nume. 5. & sequ. † si tamen eas peteret non vt salarium, sed ut damnum, & interesse: quia interim alia neglexisset, illas hoc casu consequeretur, vt generaliter in omni causarum genere loquens tradit nouissime Minsin
155 ger. sing. obser. centu. 4. decis. 68. si quis. † vbi hanc opin. crebrius receptam, & secundum eam fuisse iudicatum attestatur, de cuius dicti veritate late, & eleganter nouissime per Io. Bapt. de Asin. in sua praxi iudic. in dicto §. 32. cap. 2. in 66. ampliatione per totam.

Secundò declara, quòd licèt soleat dici, quòd attentata ẽt cum expensarum refectione sunt ante purganda, quàm procedatur in negocio principali. Rot. decis. 2. aliàs 113. tres sententiæ. de re iud. in no. etiam vsque ad obolum. Bald. per illũ tex. in c. conquerente. de rest. spol. vt latius diximus supra ca.
156 29. de purgation. attentatorum. nume. 21. † hoc tamen non procederet, quando huiusmodi expensæ non essent liquidę: quoniam si data semel dilatione ad illas liquidãdas non fuerint omnes sufficienter liquidatæ, tunc facta in liquidis satis-
157 factione, proceditur in negocio principali, & † quandocunque superueniat reliquarum liquidatio, fit satisfactio, ut fuit dictum per Dominos in vna Anconitana computorum, siue attentatorum coram D. meo Oradino 10. Martij. 1567.
158 † Quod dictum etiam ad refectionem damnorum, & interesse accommodari debet. Nam & ibi agebatur de refectione tam expensarum, quàm interesse.

Tertiò hæc materia expensarum declarari potest vtiliter, ꝙ sicut, vt præfertur, attentans est condemnandus in expen-
159 sis, † ita etiam vice uersa si is, qui dicit ꝯ se fuisse attentatum male, & temere petat attentata reuocari & in causa succumbat, videtur, quòd sit in expensis condemnandus, sicut dicimus in simili de male appellante secundum Afflict. decisio. 42. referente, quod tamen sanè est intelligendum, quòd licet
160 possit condemnari in expensis † si tamen illas non reficeret, per hoc non prohiberetur procedi in petitorio, & negocio
161 principali: † quia diuersa ratio est in attentante condemnato, & in eo qui passus est attentata cõdemnato, siquidem primo casu non nisi refectis expensis procedi potest in petitorio, secundo verò casu etiam non refectis expensis ualet processus, vt est, loquens in simili in spolio, decisio. Rot. 15. aliàs
162 319. licet spoliato, de restit. spoliat. in no. † vbi ratio diuersitatis assignatur, per quam decis. in una Terdonen. Archipresbiteratus coram D. meo Oradino sub die 16. Februarij 1560.
163 fuit ad propositum nostrum dictum, † quòd si intẽtans spolium attentatũ suspenderit petitorium, & in iudicio possessorio per tres sententias succubuerit, potest absque refectione expensarum conuolare ad petitorium.

Quinta pœna contra attentantem illa considerari potest,
164 † quòd teneatur etiam ad damna, & interesse resarcienda at-
165 tentatorum passo, † quæ pœna, nemini uideatur forsan superflua; quasi damna tub fructuum. & expensarum pœna tacite contineatur; quoniam contrarium est verius, cuius expensarum nomine damna non ueniant, nec ècõtra, ut post alios declarat eleganter Io. Bapt. de Asin. in sua praxi iudic. §. 32. c. 4. in princ. & num. 3. & licèt hæc pœna specifice à Doct. non ponatur, id tamen efficaciter ex his suadetur.

166 Primò: quia uidemus in simili, † quòd spoliator ad huiusmodi resarcienda damna tenetur, ita vt vsque ad obolum satisfacere teneatur. Rip. post alios in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 50. ff. de acqui. possess. Paris. consi. 1. num. 146. & sequ. lib. 1. & post Ias. in consi. 172. colum. 2. lib. 4. & Roland. in consi. 53. num. 25. lib. 2. tradit Io. Cephal. in consi. 236. Iuribus. nume. 12. lib. 2. & est decis. in recollect. Paleot. 272. communitas. sub die 26. Iunij. 1558. Vnde si in odium spolantis, vt præallegati dicunt, statutuꝫ est, vt ille ad damna teneatur, arg. à maiori, id tanto magis concludi debet in attentante, in quo viget maior ratio odij. Rot. decis. 2. aliàs 14. fuit dubitatum. de restit. spol. in no.

167 † Secundò: quia violentus tenetur ad damna & interesse c. super eo, vbi omnes de his quæ ui met. causa l. si quando C. vnde ui; Attentans autem æquiparatur uiolento. Rot. decis. 5. aliàs 25. ex quibus, de restit. spoliat. in no. meritò concludi potest, ꝙ hanc saltem pœnam sustineat attentans, etiam damna, & interesse resarciat.

Tertiò, & melius; quia rem litigiosam scienter vendens tenetur ad omnia damna resarcienda, vt post Fab. de Monte in tract. de empt. & vend. in 6. q. princ. num. 56. tradit nouissime Minsinger. sing. obser. centur. 1. decisio. 55. inc. rei litigio sæ.

Quartò: quia iudicium attentatorum est restitutorium, & possessorium. Egid. decis. 72. lata, & diximus supra in prima
168 parte in præfatione num. 78. † in iudiciis autẽ restitutorijs, & possessorijs ex dispositione legis veniunt damna, & interesse, vt tradunt Doct. præsertim Odofred. Salvc. & Ang. in l. uideamus. la 2. §. in Fauiana. ff. de vsur. & licèt aliàs eueniente casu in una Roma. Venæ ferri, & attentatorum coram Robusterio 18. Februarij. 1566. fuerit super hoc inter Dominos diuersitas opinionum, & dictum, ꝙ passus attentata liquidaret damna, & interesse, & simul procederetur ad ulteriora in negocio principali, & idem ꝙ procedatur in negocio principali, & super liquidatione damnorum, & interesse fuerit resolutum in alia Legionen. attentatorum coram Grato 21. Maii. 1568. & pariter nihil resoluerint in alia propositione eiusdẽ causæ. 22. Octobris. 1555. aliàs tamen secundum supradicta fuit decisum in una Cartaginen. decimarum coram Caputa
169 quen. † ꝙ attentata debent purgari etiam quoad damna, & interesse, antequam deueniatur ad negocium principale, vt est in recollect. eiusdem parte 2. decis. 32. incip. attentata. Quę ne ꝯria videatur superioribus, posset intelligi, vt procedat, qñ damna, & interesse sunt liquida, secus si essent liquidanda, prout præsupponunt supra allegatæ decisiones. Quæ conclusio ex his, quæ ponunt aliàs Docto.

Ampliari potest tribus modis.

170 Primò † ut probata attentatione per testes, & aliàs legitime secundum ea, quæ diximus supra in hac 3. parte, c. 26. de probat. attent. damna possint probari per iuramẽtum, quod
171 † quia admittitur, quando sumus in uiolento: ut no. omnes in dicto cap. super eo. & in dicta l. si quando, & est decis. Rot. 3. aliàs 359. dubitatur. de iniur. & damno dat. in no. quam extollit Fel. in cap. sacro. num. 11. de sent. excommun. & decis. 2.
172 aliàs 299 licèt, de his quæ vi metusue causa fiu. in no. † vbi declaratur, an debeat præcedere taxatio iudicis, & in ea sit pars citanda, quibus concordat decis. Egid. 580. Iuramentum, contra attentantem quoque, qui ut diximus uiolento ęquiparatur, admitti debet.

173 Secundò † ꝙ hoc casu non solum veniant resarcienda dãna, & interesse, quæ quis sustinuit post litem contestatam super attentatorum reuocatione, uerum etiam ea quæ passus
174 est ante litem contestatam à die attentationis † etiam si respicerent sumptus in conuocandis amicis; quoniam cum hæc ueniant in spolio: ut tradit Ripã in dicto §. nihil commune, num. 5. ff. de acquir. possess. in attentatis quoque sibi locum vendicare non videtur hæsitandum, cum attẽta maioris odij ratione de spolio ad attentata argumentum affirmatiue sem
175 per procedere videatur: immo † damna huiusmodi uidentur resarcienda non solum quando attentans delictum consumauit, puta possessionem lite pendente capiendo, uerum etiam quando duntaxat attentare attentauit, secundum ea, quæ diximus supra in 2. parte, ca. 4. de attent. lite pend. in 11. ampliat. num. 16. & per tot.

176 Tertiò amplia † vt pro resarciendis huiusmodi damnis ad

effectum

Source : BIU Cujas

effectum purgandi attentata non ſufficiat facere de illis depoſitum, attento ꝙ in cauſa attentatorum regulariter non admittitur depoſitum, vt fuit aliàs ſæpe in Rota deciſum: vt refert Caputaquen. in recollect. ſuis, parte 1. deciſio. 219. incip. tertius.

177 Limitatur autem prædicta regula vno modo: † vt non ſint reſarcienda ea damna, quæ non fuerunt cauſata per illum actum, qui dr̃ attentatus, & de cuius purgatione agitur, ſed per alium actum, in quo faciendo attentans dicitur vſus iure
178 ſuo. † Exemplum ſtante molendino inferiori, fuit per alium licite aliud in parte ſuperiori fabricatum & duꝫ inferior prę tenderet non potuiſſe fieri, ex quo per ſuperius retardabatur aqua, vt in machinam inferiorem non caderet, lis fuit inter eos inchoata, qua pendente ſuperior, ut aqua rectius flueret ad ſuum molendinum attentando ſepem fecerat, & cum ſuperius molendinum molere cæpiſſet; quia ille priori aqua vtebatur, multitudo molentium ad ſuperius confluebat, & dum inſtaretur pro purgatione attentati, & ſepis remotione, cum fuiſſet reſolutum, quòd ſepes eſſet deſtruenda, & attentata purganda, paſſus attentata petebat reſarciri etiam damnum, quod ſibi inferebatur ex eo, quòd maior multitudo ad ſuperius molendinum confluꝛet, attento ꝙ inferius molendinum plus ante, quàm poſt locatum fuit, & eueniente caſu in una Tiburtina coram Thoma fuit concluſum, quòd damnum reſultans ex concurſu maioris multitudinis non erat reſarciendum, ex quo per fabricationem ſuperioris molendini non impediebatur, quo minus aqua inferius flueret, & conſequenter licite potuit ſuperius molendinum conſtrui, & dā num prædictum cenſetur cauſari ab actu, in quo quis non attentauit, ſed dr̃ vſus iure ſuo, vt eſt in recollec. A. Auguſtini deciſ. 403. incip. Thomas in Tiburtina. lib. 3.

179 Declara tñ hanc materiam damnorum, & intereſſe, ut † ad effectum retardandi cognitionē negocij principalis debeāt eſſe liquida ſm ea, quæ diximus ſupra hoc eodem c. in 4. pœna in 2. declar. regulæ ibi poſitæ nu. 156.

180 Sexta conſideratur p̃ attentantem pœna, † quia is, qui lite pendente, ſeu aliàs attentando poſſeſſionem alicuius rei eſt adeptus, ſi illa poſſeſſione priuetur, ac fuerit ſpoliatus, quam uis aliàs dici ſoleat, ꝙ ſpoliatus ante omnia, etiā ſi fuerit fur, & prędo, eſt reſtituendus, in odium tamen attentantis, ac in eius pœnam iura denegant huiuſmodi intruſo reſtitutionē, quod etiam de iure Digeſtorum fuit introductum, ut tetigimus ſupra hoc eodem cap. num. 6. & tradit Caſſad. deciſ. 3. pe tens. in fi. de reſt. ſpol. & deciſ. 9. incip. Rota. in antiquis, nu. 3.
181 de cauſa poſſ. & propriet. nam † poſſeſſio attentata non eſt reſtituibilis, nec habetur in ꝯſideratione, vt per Aymo. conſi. 248. num. 5. verſ. ſecundò principaliter. lib. 1. & diximus etiā ſupra in 2. parte, c. 4. de attent. lite pendē. in 4. declarat. princ. num. 48. & ſeq. & eſt deciſ. Rot. 17. aliàs 429. nota nunquid, de reſt. ſpol. in antiq. & cum dictis deciſ. concordat etiam deciſ. in recollect. Put. 25. incip. ille qui attentando. ſub rub. vt lite pendē. vbi ita in vna Taruiſina manſionariæ coram Thoma de Thanis. ſub die 28. Aprilis 1544. fuiſſe reſolutum atteſtatur, & alia in recollect. Caputaq. parte prima, deciſ. 129. inc. ſpoliato non datur, vbi ita fuiſſe reſolutum in una Compoſtellana parochialis della baronia coram Acchille 9. Nouembris. 1552. affirmat, propter decretum ca. 2. vt lite penden. in 6. & ibi Gemin. num. 12. & faciunt, quæ habentur in recolle. Aragon. deciſ. 28. & ita etiam fuit nouiſſime tentum in una Burgen. præſtimoniorum coram Lancillotto pro Andrea de peſquera contra Ferdinandum de Guſman. 3. Iulij. 1570. In qua dum dubitaretur, an conſtaret de poſſeſſione Ferdinā di ad effectum reſtitutionis faciendæ, Domini dixerunt non conſtare de aliqua poſſeſſione reſtituibili, ex quo Ferdinan-
182 dus ingreſſus fuerat poſſeſſionem lite pendente, † & indultum, de quo ibi non capiebat litigioſa. Idemque etiam dixerunt in alia Brixien. bonorum, & attentatorum coram Sar-
183 miēto 8. Nouembris. 1568. pro qua facit in ſimili † quia nec etiam execrabilis, ſi ſpolietur, reſtituitur, vt fuit aliàs dictum in vna Vicana beneficiorum coram Decano, vt eſt deciſ. in re-
184 coll. Guid. Bon. 136. fuit tentum. de reſt. ſpol. † Et ſicut attentans ſpoliatus nō reſtituitur per ſupradicta, ita etiam ſi is, qui attentando poſſeſſionem cępit, petat ſe in illa manuteneri de
185 negandum eſt ſibi mandatum de manutenendo: † quia habens poſſeſſionem attentatam non eſt manutenendus, ut tenuit Rot. in una Theatin. archipreſbiteratus. 10. Octobris. 1560. coram Caputaqu. vt eſt in recollect. eiuſdem parte 1. de ciſ. 229. incip. cum lis, vbi voluerunt Domini, ꝙ mortuo reo poſſeſſore ſi collitigans capit poſſeſſionem dicatur attentare, nec poſſit in tali poſſeſſione manuteneri. Quod etiā fuit dictum in alia Romana quartæ partis tenutæ Molariæ pro Domina Portia de Annibaldis contra Ioan. & Gaſparem de Annibaldis de Molaria ſub die 6. Martij. 1570. coram Lancilotto, atque etiam in alia Firmana ſancti Stephani coram Aldobrandino 26. Maij. 1564. & in alia Salernitan. ſanctæ Mariæ coram Cotta 4. Maii. 1572. & in alia Nurſina priora-
186 tus coram Sarmiento 8. Februarii. 1563. † Quid autem ſi qs antequam diſcuteretur de ſua poſſeſſione attentata fuerit ſuper ea manutentus, & obtinuerit mandatum de manutenendo ab Auditore Cameræ, & deinde eius aduerſarius dederit de attentatis, & tandem fuerit deſuper commiſſa cauſa in Rota cum clauſula, ſine præiudicio legitimæ executionis mandati de manutenendo Auditoris Cameræ, an ſuper dictis attentatis ſit prius procedendum, quàm dictuꝫ mandatum ſit plenarie executioni demādandum, vel ſuper utroque ſit procedendum? & in vna Vercellen. coram Reumano 20. Octobris 1555. fuit reſolutuꝫ, quòd poſſit procedi ſuper vtroque. Quæ autem diximus de attentante non manutenendo pro-
187 cedunt, † etiam ſi ille prius poſſederit, & prætextu continuationis velit excuſare attentata ſecundum ea, quę late diximus ſupra in 2. parte. cap. 4. de attent. lite penden. limit. 1. princip.
188 per tot. continuare † enim non dicitur quis poſſeſſionem, à
189 qua antea eiectus fuerat † niſi tamen id fuerit factum incontinenti, poſtquam quis fuerat eiectus, & per modum recuperationis, vt ibidem diximus in 6. ampl. num. 25. Et ex eadem ratione, quæ prohibet attentantem debere manuteneri, & ſi bi denegatur mandatum de manutenendo per ſupradicta,
190 poteſt † ampliando dici, ꝙ ſibi non ſit danda abſolutoria, ſi ille commiſiſſet cauſam iactationis & iactationum. Quam-
191 uis enim committens hoc caſu † cauſam iactationum cenſeatur reus. Deci. in c. cum inter. num. 14. de except. & in c. ex literis. num. 7. de probat. & Contard. in l. diffamari. q. 1. num. 19. C. de ingen. & man. & regula ſit, quòd actore non probante reus debeat abſolui, iuribus uulg. tamen eueniente caſu in vna Tuden. parochialis de Tabuchia, coram Grato. 10. Nouembris. 1567. Domini tenuerunt Franciſco (cuius erat attentata poſſeſſio) non eſſe dandam ſententiam abſolutoriā,
192 ea ratione moti; quia † attentata poſſeſſio non meretur cōmodum poſſeſſionis. Quamuis autem attentans non ſit manutenendus per ſupradicta, & inhibitio ad inſtantiam poſſeſſoris uideatur certo modo uirtualiter quædam manutentio
193 † illa tamen iuxta formam commiſſionis etiam ei queꝫ prę-
194 tenditur attentaſſe, conceditur, immo † ſi ſua commiſſio reformetur, & uigore reformationis ex aduerſo petatur iuxta eius formam inhiberi (licèt neque iſta denegetur) additur tamen decretum, ſine præiudicio præcedentis inhibitionis, ut fuit factum in una Toletana portionis coram Grato. 24. Ianuarii. 1564. & 28. Aprilis eiuſdem anni, vt adnotauimus ſupra cap. 20. de attent. poſt inhib. in prę fat. q. 4. quando ſit inhi-
195 ben. in 7. limit. num. 163. Datur tamen caſus † in quo is, qui lite pendēte adeptus eſt poſſeſſionem rei, ſuper qua litigabatur, ſi ſine citatione ſpolietur, etiam uigore mandati executiui ueniat reſtituendus, quando ſcilicet in eum fuiſſet lite pē dente tranſlata poſſeſſio ex cauſa neceſſaria, puta dationis in ſolutum, vt fuit dictum in una Senogalien. prætenſi ſpolij domus, coram A. Auguſtino. 19. Nouembris 1557. & annotauimus latius ſupra cap. 4. de attentat. lite penden. in 8. limit. princip.

196 Septima poteſt conſiderari pœna, † vt attentans non poſ-
197 ſit dare obiectus: quamuis enim aliàs † reus, præſertim poſſeſſor poſſit contra actorem dare obiectus, cum ſufficiat ſibi vincere per non ius actoris, etiam ſi reus prædictus ius nō haberet. Rot. deciſ. 7. aliàs 419. nota an reus, de except. in antiqu. & deciſ. 4. aliàs 160. Reus & poſſeſſor. de re iudic. in no. ſi tamen iſte reus poſſeſſionem accepiſſet lite pendente, & ſic attentando non poſſet dare obiectus. Rot. deciſ. 5. aliàs 433. nota nunquid reo. vt lite penden. in antiq. repetita apud Biſign. deciſ. 1. nunquid reo. eo. tit. vt lite pendē. Vnde attentans hoc caſu ſuſtinet hanc pœnam, ꝙ priuatur facultate dandi obiectus, vt animaduertimus etiam ſupra in hac 3. parte, ca. 24. de reo & exceptionibus ſibi contra attent. compet. q. 1. nu. 39. in prima ampliatione Regulæ, ibi poſitæ.

Et has ſupradictas ſeptem pœnas in quolibet attentatorū genere locum ſibi uendicare dicendum eſt: Nunc iuxta ordinem ſupra poſitum. num. 6. deueniendo ad alias pœnas, quę particulariter certa attentatorum genera reſpiciunt, put ſunt ea, quæ lite pendente, item & quę appellatione pendente attetantur (in quibus vltra præmiſſas nonnullæ aliæ ſunt introductæ contra huiuſmodi attentantes pœnæ) Sciendum eſt, ꝙ attentans lite pēdente præter iam dictas quinque aliàs ſecundum diuerſitatem caſuum, Attentans autem appellatione pendente duas alias poteſt pœnas incurrere, quæ hic ſucceſſiue ſubijciuntur.

198 Octaua † igitur pœna p̃ eum, qui lite pendente (puta emē do rem litigioſam) attentauit, illa eſt; quia rem emptam præ ſcribere non pōt, nec uti acceſſione temporis ſui authoris,

ad

Source : BIU Cujas

ad tex.in l.1.circa finem ibi, ꝙ ſi prior dominus.C.de præſcr. long. tempor. quod per dictum tex. quaſi ſine ꝯdictione firmaſſe videtur Bart.in dicta l.fin.C.de litigioſis, & ibidem Saly.ſub num.4.quod & ſi in ſe verum ſit,& tenendum. Vnum tamen eſt,quod poteſt in propoſito aliquam facere difficultatem,quod poſt Bal.in loco per eum citato dixit Alex.apud
199 Bar.in l.1.in verb.litigioſa, in fi. ff. de litigioſ. † ꝙ vitium litigioſi licèt alienationem in poſſidente impediat: non tamen impedit acquiſitionem ab eo fieri, quod clarius etiam expli-
200 cauit Mil.in uerb.litigioſa res licet,fol.116.†vbi uoluit, quòd poſſeſſor hoc caſu poſſit acquirere dominium.Vnde ſi emēs rem litigioſam quando eſt illius poſſeſſor, poteſt in ea acqui rere dominium,ergo dicendum videtur, ꝙ poſſit etiam præ
201 ſcribere † cum per præſcriptionem acquiratur dominium, ad no. in l. traditionibus C. de pact. ſed cum vna lex declaret aliam, & iura iuribus ſint concordanda ll. vulg. dictum Mil.
202 & Alex. † intelligendum eſt de acquiſitione dominij ex aliqua alia cauſa præterquam per perſcriptionem,& ceſſat omnis difficultas.

203 Nona † contra eos,qui ſuper re litigioſa ꝯxerunt his accedit pęna, quæ utrunque reſpicit tam emptorem, quàm venditorem, cum diſtinctione tamen ſcientiæ, vel ignorantiæ,
204 † vt ſi emptor ſciuit rem litigioſam,in pęnam teneatur rem reddere, & pretium perdere fiſco applicandum, ſi emptor
205 fuit ignorans † tunc venditori (in quo regulariter huiuſmodi ſcientia eſt præſupponenda) infligitur hæc pęna, vt preciū emptori reſtituat, & inſuper tertiam partem de ſuo, vt legitur clare in dicta l.fin.C.de litigioſ.& ibi id tenent Barto. Sal.
206 & cæteri ſcribentes † ꝙ ſi uterque fuerit ſciens, non poterit emptor ꝯ venditorem agere propter regulam l. viro atque vxore. ff.ſolut.matrim. vt dicit Bar. ibi circa fin. & nouiſſime eleganter poſt Bar.vbi ſupra & Pariſ.in c.dilecto.nu.24.verſ. & ideo idem.extra de excep.tradit Oſaſc.in deciſ.Pedem.144. incip.ex actis. num. 11.

207 Decima † ſimiliter ꝯ eum,qui lite pendente attentauit poteſt pęna ꝓſiderari(& hæc procedit,qñ lis pendet:quia fuit intentatum interdictum vti poſſidetis,& ad terminos duntaxat illius interdicti reſtringitur) quæ colligitur ex his quæ fuerūt aliàs reſoluta in ſacro conſilio Neapolitano.videlicet,ꝙ intẽtato interdicto retinendæ,& eo pendente ſi altera pars alterā ſpoliando attentauerit, attentans hoc caſu non ſolum teneꝫ reſtituere rem ex officio iudicis uia attentatorum, vt remiſſiue diximus ſupra num.14 verſ.ſecunda pęna, ſed etiam condemnatur ad deſiſtendum à turbatione, & moleſtatione iuxta naturam interdicti retinendę,& conſequenter ſpolium,vt præfertur, attentatum facit eum incurrere aliam pęnam, qa perdit ius ſi quod habebat in interdicto retinēdæ, & facit eū in dicto iudicio ſuccumbere, ut eſt notab.deciſ.Afflict. 156. pro parte num.2. in fi.

208 Vndecima † demum uidetur & conſiderabilis ꝯ attentantem in certis caſibus introducta pęna, ꝙ ſi aliquis inſtituto iudicio finium regundorum rem, ſuper qua agitur,attentando inuaſerit,atque occupauerit, non ſolum tenetur rem occupatam, verum etiam tantundem de ſuo illi,qui fuerat paſſus attentata reſtituere, vt de hoc eſt tex.apertus in l. ſi conſtiterit. ibi, tantum agri modum, quantum adimere tentauit, amittat,C.fin.regund.per quem tex. aliàs Iaſ.in l.naturaliter. §.nihil commune.num.133.ff.de acqu.poſſ.deducit argumē tando à grauitate pęnæ, qualiter ſpolium attentatum eſt magis odioſum,ꝙ ſpolium ſimplex,quod etiam poſt Iul. Frontinum in Codice Theodoſiano pagina 170. ſimpliciter refert Hier.de Monte in tract. fin.regund.c.34. num.9. vbi id etiam poſt Bonif.de Vitali.in tracta.male in tit. de termi.moto nu.
209 6.ampliare videtur,† ꝙ ſi inuaſor non habeat tantundem de ſuo,vt poſſit reſtituere,tenetur nihilominus ad itereſſe. Quā uis autem attentans pendente iudicio finium regundorum
210 prædicta pœna plectendus ſit,† non tamen hanc pęnam ſuſtinebit,aut ſoluet ex modo priuilegiato, ideſt incontinenti,
211 & ante omnia,ſed ſolum in lite ſuperatus † vt dicit ibi tex. & ad alium effectum uidetur etiam conſideraſſe Menoch. de recuperanda poſſ.remed.9.q.50.ſub num.132. in fin. vbi plura circa dictam l.ſi ꝓſtiterit.adducit ad oſtendendum, in quibus illa lex differat à remedio l.ſi quis in tantam. C.unde vi. & verba illa ibi. vſurpare voluit,& ſimilia de occupatione re ipſa,& cum effectu intelligēda eſſe,reprobata & meritò quorundam modernorum aliter ſentientium ſententia.

212 Duodecima † pęna eſt(hæc autem reſpicit tātum caſum, qñ ſumus in ſpolio attentato cum uiolentia commiſſo ꝯ diſpoſitionem l.ſi quis in tantam. C.unde vi) vt attentans cum violentia non ſolum cadat à iure ſuo,ſi eſt dñs rei, circa quā committitur attentatum,verum etiam ipſam rem,quam occupauit,reſtituat poſſeſſori,ſi verò alienarum rerum poſſeſſionem attentando quis inuaſerit,poſſeſſionem vnà cum rei extimatione reſtituere compellitur ſm terminos dictę l.ſi qs in tantam,cuius pęna licèt vniuerſaliter reſpiciat omnes caſus,in quibus quis uiolenter res ab alio poſſeſſas inuadit; qa tñ inter alios caſus ille etiam ꝓſiderari pōt,qñ iſta inuaſio fit lite pendente, & ſic attentatur, poteſt, ac debet hæc pęna ad ſpolium cum uiolentia attentatum accommodari,quod ſuadent verba dictę l.ibi.ante aduentum iudicialis arbitrii,& clarius declarant glo.ibi,& poſt eam Menoch.de recuper.poſſ. remed.9.q.44.num.304.dum uolunt, ꝙ illa lex,& illius pęna vendicet ſibi locum etiam,qñ inuaſio fuit facta poſt litē conteſtatam,& ante ſententiam, & conſequenter lite pendente,
213 † & ꝙ innouans lite pendente,& ꝯ inhibitionem cadat à iure ſuo, præſertim ſi hæc pęna fuerit in inhibitione expreſſa, ſenſit in ſpecie Io.de Neuiza.in conſil.82.incip. pro Hieroni-
214 mo.num.12.verſ.2.principaliter.† Illud autem prætermittē dum hoc loco non eſt, ꝙ ſi quis ad reuocationem huius ſpolij cum violentia attentati agere uoluerit, ſimpliciter petendo ſibi duntaxat rei poſſeſſionem, qua per attentationē fuerat lite pendente ſpoliatus reſtitui, implorando ad hoc iudicis officium, vtique ſibi non eſſet hoc denegandum etiam ꝑ viam priuilegiatam,vt ſine libello,litis ꝓteſtatione,ac ordine iudiciario reſtitutio fieret ſm ea,quæ diximus ſupra in hac 3.
215 parte,c.25.de proceſſ.in cauſ.attent.† Quòd ſi vltra reſtitutionem poſſeſſionis vellet etiam ꝓſequi pęnam, uel extimationis, vel dominii amiſſionis: tunc ad huiuſmodi pęnam non ſe extenderet uia priuilegiata reuocationis attentatorum ex
216 officio iudicis, † ſed eſſet agendum condictione ex dicta l. ſi quis in tantam,vt recte animaduertiſſe uidetur Salyc.ibi col. penult.ſub num.12.verſ.ſeptimò quæ actio; & poſt eum Menoch.vbi ſupra q.46.num.310. Et quamuis ipſi nominatim non dicant, non eſſe hoc caſu implorandum officium iudicis pro attentati reuocatione pro hac pęna;Illud tñ expreſse deducitur ex eo, ꝙ concludunt, ꝙ ad pęnam agendum eſt cō dictione illius l iuncta doctr.Bar.in l.non ab re.poſt prin.ver-
217 ſic. iſta lectura non placet. C.vnde vi. † vbi uult, ꝙ ubi datur ad pęnam condictio ex aliqua lege, cenſetur ceſſare officiū iudicis eo caſu,prout etiam in caſu noſtro,quatenus agimus de pęna, proculdubio ceſſare debet.

Decimatertia pœna(& hæc,& ſequens non uidetur reſpicere uniuerſaliter omnia genera attentatorum, ſed ſolùm attentata appellatione pendente) illa ꝯ attentantem introdu-
218 cta videtur,† quòd ſi quis appellatione pendente aliquid(puta aduerſarium ſpoliando) attentauerit, priuetur beneficio,
219 & facultate appellandi. † Quæ priuatio poteſt meritò pęna
220 appellari † tum quia & aliàs conſtitutio, per quam quis excluditur à proſequutione appellationis pęnalis dicitur.ut ꝓſiderat eleganter Fran.in cap.cupientes §.cæterum.num.2.de
221 elect.in 6 † tum quia attētans hoc caſu uidetur diabolo odio ſior,cui ſi eſſet in iudicio appellatio non denegaretur, ut inquit Rot.deciſ.16.aliàs 354. cum iure. num.3. de dol. & con-
222 tum.in no.† Quæ pęna videtur expreſse introducta à Celeſtino III. Authore decretalis an ſit.de appell.qui ibidem in fi.
223 formaliter ita reſpondiſſe apparet. Reſpondemus † ꝙ cum in eo quis puniens ſit,in quo deliquit, qui appellationi deferre neglexerit, ſe beneficio reddidit appellationis indignum. Et procedit hæc concluſio retento intellectu illius tex.quòd ꝯ attentantem detur de attentatis per modum exceptionis ſm opi.Ant. de qua late ibidem per Franc.in glo.fin. num.7. circa quam licèt multa dicantur ibi per Doct. præſertim an eo caſu,quo datur de attentatis per modum exceptionis, attentās excludatur ab omni appellatione,etiam in diuerſa cā, & an excluſio intelligatur pro prima vice, uel perpetuo, de quibus ibi per Ant.Panor.Fran.Dec. & alios, eorum tamen dicta ſubordinando,ita dici poteſt,quòd

224 Regula † ſit ſm præmiſſum intellectum, ꝙ attentans appellatione pendente in pęnam excludatur à beneficio appellationis,quę probatur per tex.ibi,& ex illo hanc regulam primo loco elicere videtur Fran. ibi num.1.verſ. prima regula, & clarius nu.7.quā vltra præallegatos ſenſiſe uidentur Lanfran.deciſ.443.appellans.& Dec.in c.ex parte. el.2.num.6.de reſcript.& Rip in l.naturaliter. §. nihil commune. ſub num. 159.& ibi quoque Io. Coraſ.num.102. ff.de acquir.poſs.dum vtuntur hoc loquendi modo, ꝙ attentans priuatur beneficio
225 appłonis, qđ ea ēt rōne ſuadetur † qm̄ attentans plus iudicē offendit attentando,& eum ꝓtemnendo, ꝙ contumax in nō veniendo,ſed contumaci ob eius ꝓtumaciam cenſetur ſublata facultas appellandi,ad l.2.C.quorum appell.non recip. & tradit poſt Panorm.in conſ.38.tria.col.fin.lib.1.Io.de Neuiz.
226 in conſ.36.ſub nu.6.meritò &c. † Ex quibus omnib. ſatis deprehēdi pōt,ꝙ rectè sēſerit Didac.prac.q̄ſt.c.15 ſub n.7.verſ.illud verò libēter addiderim f.113.dū voluit, ꝙ litis pēdentia & vitiū litigioſi nō priuat quē facultate appellandi ēt ſi lite pendente nactus fuerit poſſeſſionem rei litigioſæ. Quæ Regula

Limitatur

Source : BIU Cujas

227 Limitatur vno modo,† vt non procedat in cauſa diuerſa, quia à facultate appellandi in ea non eſſet attentans excluſus,quamuis enim Anton. ibi fuerit eius opin. quòd excluſio extenderet ſe ad omnem, etiam diuerſam cauſam, & in via diſputatiua poſſet ſuſtineri per ea oīa, quæ ponit Franc. ibi (qui pro faciliori intelligentia ſex caſus conſiderat) præ-
228 ſertim circa fi.verſic.ſextus caſus,† quia tamen idem Franc, ibidem teſtatur commun.opin.in hoc eſſe contra Anton videlicet, quòd excluſio intelligatur in eadem, vel connexa, non autem in penitus diuerſa cauſa,ſecundùm hanc atteſta tionem præſentem limit. firmauimus, quam ex intentione
229 Franc.ibi nu.2.verſ.ſecundus caſus,ſublimita † niſi appella tio per attentantem interpoſita etiam in diuerſa cauſa tenderet ad differendam reuocationem attentatorum antea cō miſſorum,vt latius ibi per eum.

230 Declaratur pariter eadem regula duobus modis.† Primò, vt quod dictum eſt attentantem excludi ab appellando, nō intelligatur perpetuò, ſed pro prima vice, vt colligīt ex his,
231 quæ ponit idem ibi verſic.quartus caſus. † Secundò, vt ad hoc quòd attentanti hæc pœna infligatur, debeat paſſus attentata probare attentationem incontinenti, non autem ex
232 interuallo propter verbum, incontinēti, poſitum in d. c. an
232 ſit,† quod non debet ſtare narratiue,prout volebat ibi gloſ. quæ propterea ad illum tex. addebat verbum maxime, ſed
233 diſpoſitiue, † & propterea intra quantum tempus debeat hanc attentationem probare,relinquitur arbitrio Iudicis,vt animaduertit,& declarat Menocch.de arbitr. Iudic.centuria 1.caſu 16.per tot.vbi late hoc defendit.

234 Decimaquarta huic proxima eſt contra attētantem † (ſecundùm alium intellectum dicti c.an ſit,de appel.) introducta pœna,quæ ſimiliter reſpicit ea,quæ fiunt pendente appel
235 latione,† vt ſi is qui appellauit aliquid ea pēdente (puta aduerſarium ſpoliando) innouauerit,cēſeatur ſuæ appellationi renunciaſſe,vt tradit gl.in c.non ſolùm. in gl.magna, circa fin.de appell.in 6.& poſt Ant.Hoſt.Pan.& Imol.(qui oēs in hoc concordare videntur, licèt aliqua fuerit inter eos circa tēpus differentia,vt mox in prima ampliatione dicemus) late declarat Franc.in d.c.an ſit.in gl.1.nu.8. & Dec. ibi nu.1. & in conſ.103.in cauſa.poſt princ.vbi in id allegat ēt Imo.in c.ex parte.de reſcript.Bal.in c.ex parte Adæ.col.7.de teſtibus. Ang.in l.fi. C.de tēp. appell. & Matheſil.in ſingulari ſuo 28. incip.no.q̄ ſi actor.& idem Dec. in d.c.ex parte.el 2. nu.6.de reſcrip.& nouiſſime poſt pleroſque ex ſupra allegatis, & Bel lo.in conſil.18.in fi.& Dec.in l.1.num.4.C.de bonor.poſſeſſ. ſecund.tabul.tradit Menocch.de recuper.poſſeſſ.Remed.17. num.39. verſ. quæro decimò. Quibus adde Lanfranc.deciſ. 443.appellans,& Rip. poſt Matheſil. vbi ſupra in l.naturaliter.§.nihil commune.num.159. ff.de acq.poſſ. & Minſinger. ſing.obſer.centur.2.deciſ.50.incip.quando appellans,& poſt Matheſil.vbi ſupra Io.de Neuiza.in conſ.36.ſub nu.10. verſi. 3.moueor,& iterum conſ.82. incip. pro Hieronimo. nu.12. poſt Hermanott.in §.nihil commune.l.naturaliter. nu.239. ff. de acq. poſſ. Qui omnes firmant hanc concluſionem, q̄ appellans attentando ſuæ appellationi cenſetur renūciare.
236 Nec ſine ratione, † cum & aliàs priuilegiatus faciēs actum contrarium ſuo priuilegio cenſetur illi renunciare, ad nota. per Innocent.in capit.accedentibus. circa princip. & in cap. ſi de terra.de priuileg.& per Doct.in l.2.C.de iur.domin.impet. Quæ concluſio.

237 Ampliari duobus modis poteſt,† Primò,vt iſta renunciatio, quæ videtur cauſari ab attentatis, non ſolùm duret ad tempus, & quouſque fuerint purgata attentata (videbatur enim, quòd per purgationem attentatorum ceſſaret cauſa prædictæ renunciationis) verum etiam perpetuò, ita, vt appellatio,cui per attentantionem fuit tacite renunciatum, ēt
238 poſt purgatiouem remaneat, ac duret perempta, † & licèt Hoſt.& Ant.in d.c.an ſit.tenuerint, quòd renunciatio debe-
239 ret eſſe temporalis, quouſq; purgarentur attentata † & iſtā opin.Imol. ibi magis æquam dixerit, vt refert Fran.ibi nu.5.
940 †Idem tamen Franc ibidem in contraria ſententia Doct.cō muniter reſidere atteſtatur.Secundò ampliari poteſt vt non ſolùm hæc renunciatio reſultet,quando appellans aduerſa-
241 rium ſpoliauit,prout ſupra exemplificauimus, † verùm ēt quando appellans turbauit appellatum in ſua poſſeſſione, vt hanc ampliationem poſuit Matheſil. in d.ſingulari 28. & ſecutus eſt expreſſe Rip.in d.§.nihil commune.num.159.

242 Decimaquinta † ſimiliter contra Iudicem pendente appellatione ab eo in criminalibus interpoſita attentantem eſt cæteris grauior introducta in certis caſibus pœna, videlicet deportationis, puta quando Iudex aliquem aduerſus prouocationem necauerit, verberauerit, iuſſerit ue quid fieri, aut quid in collum iniecerit,vt torqueatur,vt formaliter inquit Vlpianus in l.lege Iulia.la 1. ff. ad l.Iul. de vi pub. qua cauetur,Iudicem in prædicis caſibus teneri l. Iulia de vi publica. cuius pœna damnato aqua, & igni interdicitur, vt l.qui dolo.ff.ad l.Iul. de vi pub. Cuius loco hodie ſucceſſit deportatio,vt declarat gl.ibi in verb.aqua,& igni,quem text.notabilem, & ſignandum dixit Alber. ibi pontra Iudices non æſtimantes appellationes, & ſpecialiter, quòd ſi Iudex poſt appellationem à diffinitiua aliquid attentet in præiudiciū talis appellationis teneatur lege Iulia de vi publica, animaduertit Guid.Pap.in tract.de appell.q.2.& iterum q.120. col.4. verſ. quæro, an appellatione interpoſita, & Manſuer. in ſua praxi iudic.in tit.de appell.col.16.verſic.item iudex, qui non permittit.fol.123.& ſentit Lancell.Corrad.de Prætor. §.2.de offi.prætor.in cauſ.ciuil.de appell.nu.6.& tradit poſt Io.Fab. in l.a procōſulibus.C.de appel.& Doct.in l.fi. ff.de var.& extraord.cogn.& Are.& Fab.in prin.Inſt.de oblig.quæ ex quas delicto naſc. Nic.Boer. deciſ.153. Iudex pactus. nu.4. Etiam ſi huiuſmodi appellatio fuiſſet interpoſita ab amico, vt ſentit idem Guid. Papæ in d.tract.q.93.Præmiſſa autem ſunt tri
243 bus modis neceſſariò intelligenda † Primò, vt procedat de iure ciuili,ſecus ſit de iure canonico,quod mitius cum Iudice attentante poſt appellationem egiſſe videtur,ſiquidē contra eum depoſitionis pœnam hoc caſu introduxit,ad text.in c.decreto 2.q.6 & ibi Arch.& ponunt omnes ſnpradicti Do
244 ctor.& Franc.in c.de priore.num.3.de appell. Secundò, † vt hæc pœna infligatur Iudici poſt appellationem attentanti (prout de attētante nos ſemper loquimur) ſecus ſi Iudex ſo-
245 lùm non deferret appellationi interpoſitæ † quamuis enim etiam contra Iudices, qui appellationibus ad ſuperiorē interpoſitis non deferunt, certæ etiam ſint à Iure introductæ pœnæ,de quibus in l.quoniam Iudices,& in l. à proconſulibus.C.de appell. & latius ponunt Doct.ſupradicti,preſertim Boer.& elegāter etiam per Marant.in ſpec.3.parte, ſextæ par
246 tis princ. q.2. nu.199. † Iudex tamen ob ſolam non delationem, ſi vlterius non procederet ad aliquem actum,qui tranſiret in attentatum, non veniret puniendus iſta pœna deportationis, ſeu depoſitionis reſpectiue, cum nō teneat conſequentia.Iudex non defert appellationi, ergo attentat, quod
247 ex eo patet, quod aliàs dicunt † Doct. quòd Iudex, à cuius interlocutoria fuit appellatum, ſi illi non refert, poteſt puniri de non delatione, quando ſcilicet in appellatione fuiſſet expreſſa talis cauſa, quæ ſi foret vera, appareret de grauamine,vt concludit Card.in c.de priore.ad fi.de appell.& Roma.in conſil.501.vt declarationem.col.1. & 2.ſub num.2.& poſt eos Maranta vbi ſupra d. num.199.& tamen (cum hoc
248 caſu Iudex † niſi fuerit inhibitus non dicatur regulariter attentare,ad text.in c.non ſolùm.de appell. in 6.& diximus latius ſupra in 2.parte.cap.12.de attent.appell.pend.in 1.limit. princ.nu.2.& ſeq.) non diceretur incurrere pœnam quaſi attentauerit,cū ſint inter ſe hæ pœnæ valde diuerſæ, vt ex præ
249 miſſis patet.† Tertiò intellige,vt prædicta pœna non irroge tur Iudici poſt appellationem ad executionē ſententiæ procedenti,& ſic attentanti, quando periculum fuiſſet in mora tunc enim ſi cauſa,ob quam proceſſit ad executionem ſuperiori per eū ſignificata fuerit iuſta, & legitima, talis Iudex non veniret puniendus,vt concludit idem Boer.d.deciſ.153. num.5. & 6. Cuius declarationis vera ratio aſſignari ea poteſt,quia ſcilicet hoc caſu Iudex non dicitur attentare, nec actus per eum factus venit tanquam attentatum reuocandus,vt per plura exempla deduximus ſupra in 2.parte, c.12. de attent.appell.pend.in 43.limitat.princip.per tot. Quartò ampliando intellige,vt non ſolum teneatur Iudex ipſe,qui pendente huiuſmodi appellatione executionem committit, verum etiam ſui ſubditi,commiſſarij,& ſeruientes, ita vt eos nec Iudicis iuſſus excuſet,ſi credimus Manſuer.qui id dixit in ſua praxi iudic.in tit.de appel.col.fi.verſ.item de atten tatis tenetur.

250 Decima ſexta † huic proxima eſt ſtatuta pœna contra Iudicē poſt appellationem ab eo in cauſa ciuili interpoſitam attentantem,ui delicet 30. pondus auri, ut in l.quoniam Iudices, & ibi no.Docto. C. de appell. & tradunt omnes doctores ſupra in proxima pœna allegati ſub nu.247. Quod tū ut ex illorū dictis colligitur, ſane intellige. Primo procede-
251 re de Iure ciuili † ſecus de Iure canonico,quo iure Iudex pē dente appellatione attentans pœna arbitraria puniendus uidetur,ad tex.in c.de priore. & ibi ſcribentes omnes, de ap-
252 l.† Secundò, ut procedat in Iudice attentante, ſecus ſi ſolū appellationi nō defert,ut admonuimus ſupra proxime nu. 244. Quæ conſideratio etiam in hac pœna eſt adhibenda.

253 Decimaſeptima † demum contra attentantes poſt inhibi tionem conſideratur,& quotidiano vſu admittitur pœna,vt illi damnabiliter incurrant pœnas in inhibitione cōtentas, quas plures,&diuerſas apponi ſolere diximus ſupra in 2.parte.cap.20.de attent.poſt inhibit.in præfat.q.5. nu.188. & ſeq.
254 ſiquidem † cuilibet magiſtratui licet, etiam pœnali iudicio ſuam iuriſdictionem tueri, vt l.1.ſi quis iuſdicenti non o b

temp.

Source : BIU Cujas

255 temp.† & in attentatis maxime contempta Iudicis dignitas dicitur vindicari,vt dicebat Oldr.in cons.206.in causa, post
256 princ. † & non solum litigantes ipsi attentantes, sed & ipsi Iudices declarari possunt incidisse in pœnas in inhibitione contentas,vt diximus in d.cap.20.de attent. post inhib. in 9. ampliat.princip.dummodo in tali declaratoria pars sit citata,vt diximus in d.c.20.in præfatione q.1.nu.18.Et ita in terminis nostris attentatorum iudicandum fore resoluit nouissime Minsinger in cons.8. primæ decadis, incip.ad decisionem.in fin.num.20.vbi propterea dixit, Iudices eo casu inhibitioni contrauenientes condemnandos fore in pœnam decem marcharum auri puri,atque alias pœnas in inhibitione contentas pro dimidia fisco, pro alia dimidia appellāti, vnà cum expensarum refectione applicanda,& soluēda.Quamuis autem inhibitio faciat contrauenientes incidere in pœnas præfatas, non tamen operaretur incursum pœnarum in inhibitione non expressarum, & ideo si quis sub certa pœna inhibitus prætenderetur cæpisse possessionem beneficij violenter contra formam c. cum qui.de præb. in 6. si aliàs non probaretur violentia,& incursus pœnæ,de qua in d.c.eū qui. ob solam inhibitionem non diceretur incidisse in pœnam præallegati c. quia (vt dixerunt Dñi in vna Rachanaten. capellaniæ coram Robusterio 28.Aprilis 1567.) inhibitio pōt causare attentata,non autem facere incidere in pœnam.

Decimaoctaua videtur posse considerari pœna contra eū qui lite pendente attentando se intruderet in possessionē be
257 neficij,super quo litigatur,quia † non solùm efficitur inhabilis ad obtinendum subrogationem in euētum, quòd collitigās moreretur,per text.regulæ de subrogan. collitig.quæ nominatim excludit intrusum ab illius beneficio, & latius
258 declarant ibi Sarnen.q.4.& 18.& Mandos.q.4.† & videtur ēt de iure cōi,ad not.in c. cum iamdudum. de præb. quinimo oportet,vt ante dimittat possessionem beneficij quàm petat se subrogari.Rebuff.in praxi benefi.super reg.de subrog collit.in § dummodo præfatus litigans. nu.24. fol.254. Verùm
259 etiam † si post intrusionem vult aliquam gratiam obtinere tenetur in ea facere mentionem de huiusmodi intrusione. Felyn.in c.postulasti col.pen. & in c.in nostra.in 2. correlario.num.26.de rescript.Cassod.decis.6.lite pendente.num.7. de præb.Aegid.decis.498.si obtinens,Petrus de Baschio in directorio electionum, in 8. cap. secundæ partis,& c.2. primæ partis.Ruyn.cons.35.nu.10. lib.1.aliàs gratia videretur nulla per supradicta,cum alijs latius adductis per Ant.Gabr.commun.conclus.lib.5.conclus.4.num.5. versic.3. amplia idem
260 esse.Quæ intrusio † est,specifice exprimenda,& illius omissio vitiat gratiam.Capell.Tolos.decis.483.& ibi Aufrer. Paris.consil.447.nu.45.lib.4.Gigas de intruso,num.49.Et propterea aliàs in vna Cæsaraugustana prioratus coram Cotta 5.Iulij 1568.fuit late disputatum, an ad effectum inualidandi vnionem dicti Prioratus cuidam monasterio factam,constaret de intrusione Prioris,& fratrum ante datā dictæ vnionis, licèt tandem vnionem sustinendam esse dixerint, quia de intrusione fratrum non constabat. Quod tamen intelli-
261 ge † quando essemus in obtinēda gratia omnino noua post intrusionem, quia tunc intrusio eam redderet inutilem, secus si ageremus de acquirendo,& obtinendo aliquid cōcernens gratiam ante intrusionem obtentam. Exemplum, si
262 quis † resignauerit beneficium in fauorem Titij,& antequā resignans præstaret consensum, Titius impetrauit nouam prouisionem eum narratiua,quòd beneficium fuerit sibi resignatum,& deinde lite pendēte possessionem capiens,se in beneficio intrudat, talis intrusio non impedit, quo minus possit præstari consensus per resignantem,ad effectum maxime verificandi narratiuam dictæ nouæ prouisionis, quatenus in ea narratur resignatio, quæ perficitur per præstationem consensus, qui retrotrahitur ad datam supplicationis. Cassad.decis.31.num.3. super regul.canc. cum simil. Et ita, quòd non obstante, quòd resignatarius sic (vt præfertur) lite pendente attentauerit,possit huiusmodi consensus ad verificationem nouæ prouisionis præstari,fuit post longam disputationem tentum in vna Astoricen. Archidiaconatus coram Cotta 4. Iulij 1571. Nec diceretur esse sufficiens facta
263 † mentio de intrusione,si in supplicatione narraretur in genere possessio supplicantis,& in clausulis fieret etiam mentio litis, quasi Papa ex his simul iunctis potuerit intelligere
264 adesse intrusionem, tum quia † Papa in dubio intellexit de possessione legitima,ad nota.per Fel.in c.causam quæ.num.
265 11.vers.vera conclusio,de præscript.tum quia † stante obreptitia gratia principali, etiam clausulæ, quæ sunt accessoriæ tales censentur.Dec cons.142.nu.9 Paris.cons.1.nu.75.lib.1. & cons.79.num.25.lib.4.Aymo cons.68.cum alijs congestis per Tiraq.de const.post.in 3.parte.in 7. limit.num.27. & per tot.Et ita fuit nouissime resolutū in vna Pampilonen.Prioratus corā D. meo Oradino 6.Iunij 1569. sub his verbis. Fuit tentum, Intrusionem Petri Mazzotti non excusari ex cessione sibi facta per Bernardinum de osio, quia de ea debet fieri specialis mentio, vt Papa eā intelligat,per allegata pro Matienzo.Non obstat, quòd Papa potuerit intelligere de ea,pter mentionem factam de possessione Petri, quia Papa debuit intelligere de possessione non vitiosa, vt per plura probat Aymo cons.150. nu.5. in fi.Minus obstat clausula, litis statum &c.& aliæ similes, quia intelligendæ sunt præsuppositione possessione legitima.


Ex quibus omnibus, cum appareant (quoad melius per me licuit) explicata ea omnia, quæ materiam attentatorum & innouatorum respiciebant reliquum nunc est,vt post tot annorum vigilias,ac labores pro perfecti operis complemēto,si quid in eo fuerit dictum,quod lectoribus aliquid afferre valeat vtilitatis.Sanctæ in primis, & indiuiduæ Trinitati, Beatissimæque Virgini, ac Diuo Hieronimo tutelari meo gratias agam. At contra,si qua (quod facile est futurum) minus vtiliter dicta,& minus apte collocata reperiantur, propriam in eis imbecillitatis, & tenuitatis meæ culpam agnoscere non erubesco.In cęteris præsens opus,& meipsum Sāctæ Romanæ Ecclesiæ correctioni in omnibus, & per omnia ex nunc subijcio,& submitto,Cuius sensum me semper in omnibus voluisse, & in futurum amplecti semper velle profiteor Deo Optimo Maximo annuente, Cui laus,honor, gloria, & benedictio sit semper in secula.

FINIS.

Source : BIU Cujas



Source : BIU Cujas



Re : BIU Cujas